THEOPHRASTI ERESII
DE
HISTORIA PLANTARVM
LIBRI DECEM,

Græcè & Latinè.

In quibus

Textum Græcum variis Lectionibus, emendationibus, hiulcorum supplementis: Latinam GAZÆ versionem nova interpretatione ad margines: totum Opus absolutissimis cum Notis, tum Commentariis: item rariorum Plantarum iconibus illustravit

IOANNES BODÆVS à STAPEL,
Medicus Amstelodamensis.

Accesserunt

IVLII CÆSARIS SCALIGERI,
In eosdem Libros Animadversiones:

ET

ROBERTI CONSTANTINI
Annotationes,
Cum
INDICE *locupletissimo.*

AMSTELODAMI.
Apud Henricum Laurentium.
Anno 1644.

Nobilissimis, Amplissimis, Prudentissimis

DOMINIS

AMSTELODAMENSIS,

REIP. CONSULIBUS.

Dn. *CORNELIO GRAEF*, Domino in Polsbroeck.

Dn. *GERBRANDO PANCRATIO.*

Dn. *JOANNI CORNELIO GEELVINCK.*

Dn. *ALBERTO CONRADO BURGIO* J.V.D.

EGBERTUS BODÆUS Med. Doct. S. P. D.

Nobiliſsimi, Ampliſsimi, Prudentiſsimique Viri,

IMportunus fortè & temerarius habebor, quod Vos, tam arduis Reip. involutos curis, interpellem. Quandoquidem gnarus ſatis mihi ſum, temporis hoc, quod Vobis, unus, nunc ſubtraho, omnibus auferri, cujus certè velocitas non patitur ſupervacua differentem audire. Cæterum reputanti mecum, jam tandem poſt octennium, abſolutos a typographo, filii mei, plurium annorum labores; tanta derepentè animum occupavit lætitia, ut eam, cujus vix capax videbar, non alterius, quam Veſtrum in ſinum deponendam judicaverim, Voſque Tutores, imo Patres advocare laborum gnati mei conſtituerim. Illorum ſecutus exemplum, quibus decretum eſt ingenii monumenta poſteritati tranſmittere.

Excuſabitis hanc noſtram audaciam, dando aliquid operi, aliquid ex mœrore jam eluctati parentis animo, aliquid defuncto, heu, quondam filio meo: Vobis ut nato, ita hoc in opere adhuc ſuperſtiti. Vivens, ut debuit, Vobis vivere voluit, nec ante obitum alios quærebat, nec volebat laborum ſuorum Patronos. Executorem me ultimæ reliquit voluntatis, eoque ſatisfaciendo defuncti Manibus, id exequor. Dolens ſummopere ab ipſo fieri haud potuiſſe, Vobis ſervitio, mihi ſolatio.

At poſtquam non ita viſum, rerum divinarum, humanarumque Arbitro, hoc meum reſtare judicavi, nullum ut defuncti Manes, aut ejus fama, aut officium noſtrum, detrimentum patiantur. Quod vix alio melius potuit fieri modo, quam ut veſtris Auſpiciis, filii mei in Theophraſti libros de hiſtoria Plantarum, Notæ & Commentarii in publicum prodirent, quo ſplendorē à Veſtris mutuarentur luminibus.

Res ipſa eſt quidem minima, & Vobis fortè indigna; Aſt etiam olim rebus minimis rus incolentes, offenſas Deorum placaſſe, notum ſatis. Argumentum tamen operis minimè indecens Vobis, non quidem Reipublicæ, ſed ſingulorum, qui partes ejus ſunt, ſalutē ſpectans, de herbarum, Stirpium, ac Plantarum Hiſtoria ac natura agitur, quarum ſi negligat Medicus ſcientiam, quo pacto, quid ægrotanti optimum, quibus utendum, quodve vitandum foret, ſciret? Præclarè olim, his penè verbis (de alia tamen re loquens) Seneca Phi-

losophus, *Illa herba quæ in segetem, frugemque ventura, aliam habet vim tenera, & vix eminens sulco: aliam cum convaluit, & molli quidem culmo, sed qui ferat onus suum, consistit: aliam cum flavescit, & aream spectat; in quamcunque constitutionem venit diversam induit naturam.* Quæ nunc certè contemplamur facillimè, postquam Vestra opera, huc, non dico ex Brittania, Gallia, aut Hispania, sed è Græcia, Syria, Arabia, Persia, Ægypto, Barbaria, imo ultimis tam Orientis, quam Occidentis populis, India & America, diversi generis herbæ quotidie advehuntur: magno quidem sumptu; at majore cum gloria Vestræ Urbis, imo Orbis universi salute.

Et hæc quidem exemplo Romanorum Principum, haud minus sibi gratulantium ob raras, peregrinis ex oris advectas plantas, quam ob catenatam diversorum Regum, ante currus triumphales, seriem, Et certè si quid aliud, earum cognitionem, tanquam pertinentem ad hominis conservationem, (nam unicuique corporis sui charitas & conservatio insita est) ipsi Principes quæsivere. Legimus Regem omnium, quotquot fuere, sapientissimum Salamonem de stirpibus scripsisse. Testantur Jubæ Mauritaniæ, Attali Pergamenorum, Methridatis Ponti, Euacis Arabiæ regum de eadem re Commentarii: ut mittam Agamemnona, Masinassam, Archilaum, Herculem, aliosque plurimos, viros Majestate insignes, reique herbariæ peritissimos. Argumento sunt Helenium, Telephium, Clymenum, Arthemesia, Lysimachium, Gentiana, aliæque plantæ plurimæ, omnes gaudentes, & quasi gloriæ ducentes à Principibus aut inventas, aut nomen sortitas. Ipse Atheniensis Alcebiades gloriæ duxit Echium, & Anchusam à se reperta.

Quæ simul omnia, imo singula, adhortamento fuere ad quærendos non alios, quam vos Nobilissimi, Amplissimique Viri, *Commentariorum filii mei, in libros Theophrasti de historia plantarum Patronos atque Tutores, ut vestro Patrocinio ac Præsidio, adversum vel ipsam maledicentiam, tuti forent. Tollite igitur benevolo animo hunc posthumum, & expositum fœtum, paternoque affectu adversus quosvis defendite. Hæc votorum fuit filii mei, hæc meorum nunc summa est, quam si adipiscar, ad fœlicitatis culmen me pertigisse judicabo.*

Unum addo, Deus Optimus Maximus Nobilissimi, Amplissimi, Prudentissimique Viri, *diu Vos Reip. universæ bono, diu Vestræ urbis prosperitati, diu nobis & nostrorum omnium securitati salvos & incolumes servet. Amstelod.* M. DC.XLIIII. IV. *Kalend. Februar.*

JOAN-

JOANNI BODÆO à STAPEL, *è mortuo* Dum emendaret, libros Theophrasti.

NE blattâ, ac tineis pereas, Theophraste Bodæus
Heu periit, fidam dûm tibi ferret opem.
Mortuus ille tibi est, quo vivat uterque perennis,
Cognita dum fuerint, costus, arundo, crocus.

NICOLAUS TULPIUS.

SIDERA AMSTELODAMENSIA

In Obitum

IOHANNIS BODÆI

Medici & Botanici Eximii,

SUMMO REI HERBARIÆ BONO NATI EJUSDEMQUE INCOMPARABILI DAMNO DENATI HYEME ANNO CIↃ. IↃ. C. XXXVI.

QVod nullos Natura parens hoc tempore flores,
Herbasque nullas proferat,
Asscribunt Hyemi: nos doctæ asscribimus Umbræ.
Secum hæc Bodæus abstulit.
Is, qui torpenti Theophrastum excire veterno,
† In Hermathenæ gloriam,
Posset, obIt: (an abIt?) flores sparsurus Olympo,
Et redditurus nubilis
Sidera corporibus, ne diu sine honore manerent.
Excessit, inquam, ut redderet
Perpetuas Violas, immortalesque Hyacinthos,
Inter Choreas astricas.
Cum Berenicei Coma verticis, addita cælo,
Virentis expers tæniæ;

† Id est in honorem & gloriam Amstelidamensium, qui Hermen sive Mercurium colunt, & Palladem ob institutum recens illustre gymnasium.

Illaque Gnosiacæ marceret fama Coronæ,

Redintegranda floribus:

Cum Padus, aut Nilus, liquidis qui interjacet astris,

Moveret orbatum caput,

At solita incingi silva sua tempora vellet,

Arundinesque pristinus:

Et mala Hesperidum despectans putria † Nixus,

† I. L. ENGONASI.

Desideraret altera:

Quæque adiit Superos, terris Astræa relictis,

Offensa pravis moribus,

Ambiret, veteri spico fraudata, recenteis

Illustriores lampadas.

Continuò miserans perituris astitit Astris

Cum Stirpium choragio.

Crede (licet) moriens quot vexit in æthera PLANTAS,

Te tot videre SIDERA.

PETRUS SCRIVERIUS
MOESTUS.
P.

In

In Theophrasti Herbarum Historiam, à Doctissimo Clarissimoque viro D. JOHANNE BODAEO à STAPEL Medicinæ Doctore, magna cura recensitam, & luculentis Notis illustratam.

ADspice Græcorum tabulas, & prisca renasci
Secula, naturæ parturientis opes.
Cecropidûm patuere scholæ, patuere recessus,
Dogmataque ingenii tot, THEOPHRASTE, *tui.*
Hic herbas fruticesque suos vetus explicat Hellas.
Pagina pulvillum quælibet ista facit.
Quicquid in hoc felix genuit Natura theatro,
Singula stant spatiis conspicienda suis.
Jugera sunt chartæ, viridaria tota libelli,
Area quæ mundi est laxior, arcta patet.
Mira loquar, durant isti sine Solibus horti,
Non opus hic Zephyris, Æole blande, tuis.
Non arbusta rigant pluviæ, confundimus anni
Tempora, quod carpas bruma vel ipsa dabit.
Nullum gleba facit, nullum discrimen arena.
Prostat in hoc nostro Græcia tota solo.
Distincti coëunt grandi discrimine fructus,
Germinaque adversis dissociata plagis.
Una Arabum Cilicumque graves hic fascia messes
Colligit, una gerit gramina mille manus.
Una domus, capit unus ager, quæ dividit orbis,
Et mundi exiguo venditur ære labor.
Hoc, sapiens THEOPHRASTE, *tuum est.* BODAEUS *honores*
Addidit, & voces tersius ire facit.

Et longa mersum secli caligine verum
Eruit, & vultu dat meliore legi.
Marcebant veteres herbæ, decesserat illis
Et vigor & formæ gratia prisca suæ.
Nunc melius fragrant, tanto sub vindice, plantæ.
Pulchrius, incultæ quæ jacuere, virent.
Balsama, thus, alios aloë diffundit odores,
Tollit inoffensum palma superba caput.
Quam prius ignavi zizania presserat ævi,
Invenit hic laudes laurus amica suas.
Cauliculi, radix, calices, fibræque, striæque,
Omnia conspectu splendidiore placent.
In Medicum Natura redit, cedrumque perennem
Consecrat his ipsis officiosa Notis.
Ut quem non potuere herbæ servare labantem,
Post obitum possint semina salva loqui.

C. BARLAEUS.

AD

THEOPHRASTUM,

Clarissimi, doctissimique Viri,

D. JOANNIS BODAEI à STAPEL, Medici Amstelredamensis, opera & Studio integritati pristinæ restitutum, & luculentissimis commentariis illustratum.

ILlustres Natura viros, & prisca tulere
Sæcula, queis dignum gratissima Musa labore,
Et meritis nunquam nomen laudemque negavit.
Adspersit scriptis tamen invidiosa vetustas
Innumeros nævos, semperque abolere lituris
Tempus edax verum conatum est, & velut igne,
Adversum rapidus quem sufflat Corus, adussit.
Utraque sensisti dudum, THEOPHRASTE; *nec ulli*
Altius in corpus serpserunt ulcera, dextram
Dum tibi quisque suam negat, aut succurrere nemo
Audet in arte potens etiam, formidine fœdæ
Tabificæque luis, membrisque squalentibus auram,
Jam moribundus humi procumbens, lambere cunctis
Visus es, & fatis propere cessurus iniquis.
Atque tibi, nobisque fuit spes nulla superstes,
Cum precibus tandem Musarum victus Apollo,
STAPELIO *mentemque, animumque infudit, & herbis*
Monstratis ipsus docuit salutaribus omne
Extergere malum, sanaque inducere carne
Cava, cicatricum vestigia linquere nusquam.
Viribus interea robur, vegetusque deorum
Nectare, & ambrosia per fusus spiritus, atque
Pristina forma, valetudo redit, & decor olli.
Gratia Phœbe tibi, tibi fama Bodæe *resurgat*
Postuma, teque canant, laudandaque facta novenæ
Pieriæ, nomenque, librique ferantur in aures,
Adspectumque virum; quorum te, credo, potessis
Insinuare animis facile: sic vivere nunquam
Dum cessas, & doctorum volitare per ora,
Te cœlo magnum Musæ superisque beabunt.

JOA. ANTONIDES vander LINDEN, Med. & Anatomiæ in illustri Frisiorum Academia, Franckerana Professor ordinaris.

ΙΩΑΝΝΗΣ ΒΟΔΑΙΟΣ ΣΤΑΠΕΛΙΟΣ,

ΑΝΑΓΡΑΜΜΑ.

Εἷς ἥλιος ἅπας δῖος βοτανῶν.

Νυκτερινὸν τὸ σκότος πολλὰς ἐκάλυψε, κατ᾽ ἀρχάς,
Ἰατρῶν βοτάνας καὶ βοτανῶν δυνάμεις.
Πείρασαν δ᾽ αὐτοὺς πολλοὶ φωτιζέμεν, ἀλλὰ
Πᾶν αὐτῶν ὠθεῖν οὐκ ἐδύναντο νέφος.
Ταῖς βοτάναις σπουδῇ τούτων ἔλλαμψε μὲν ἠώς.
Ἀλλ᾽ οὔπω, μέχρι νῦν, ἡμερινὸν τὸ φάος.
ΣΤΑΠΕΛΙΟΣ φάος ἡμερινὸν βοτάναις ἀνατέλλει
Ἥλιος εἷς βοτανῶν καὶ μάλα δῖος ἅπας.
Ἡλιακὸν δὲ φάος βοτάναισι διδόντι διδοῦσι
Αὖ φάος ἡλιακὸν ΣΤΑΠΕΛΙΩ βοτάναι.

Σ. Ν.

SAMUEL NERANUS THEOLOGUS.

Epigramma in Theophrastum, latinè redditum, & illustratum, à Dno. Dre. Johanne Stapelio Medico Amstelredamense.

Qualiter Alpinos inter neglecta recessus
Prosilit absconsæ vena perennis aquæ;
Agricolis vix nota, vagis quandoque capellis,
Aut errabundis obvia pota feris,
Quam labor artificum Latios mox ducit in hortos,
Cultaque fæcundo fonte vireta rigat;
Sic latuere oculos Theophrasti scripta Latinos
Obsita, vel miris dilacerata modis,
Quæ nunc in dias procedunt luminis oras
Augusta, artifici compta polita manu;
En iterum Euphrastus, Theophrasti nomen adeptus
Divino Latios fundit ab ore sonos.
Inque struem eximias Stapelius undique gazas
Accumulans, Gazæ destruit omne decus.

Robertus vander Houve,
MEDICUS AMSTEL.

In

In

JOANNIS BODÆI à STAPEI THEOPHRASTUM.

FRontis mutatâ specie, versoque colore,
Vix Theophrastus erat, qui Theophrastus erat.
Nunc decus Historico, & rediit sua forma reculto;
Tersus & est iterum vultus, ut antè fuit.
Os, quo Mercurius velit esse vel ipse disertus,
Denticulis iterum candet eburneolis.
Purpuraque est iterum roseis attincta labellis,
Queis vel Xantippe basia ferre velit.
Bodæo grates hinc esse fatemur habendas,
Munus id acceptum cûi Medicina refert:
Ante vir Heinsiades Phœbo libamine mulso
Fecerat: Hippocrati sal dabit illud opus.

C. G. Plempius.

EPIGRAMMA
ad

HORTUM STAPELII.

SPersa procul variis Plantarum germina terris
Post Paradisiaci fata viroris erant.
Colligis hæc Bodæe sagax, per Bactra, per Indos,
Hesperiam, Æthiopum, Ponti, Asiæque locos.
Colligis, atque uno conclusa volumine pandis
Amfractu toto, quæ vagus orbis habet.
Hic vel reliquias Paradisi agnosco latentis,
Vel mihi nunc alter hic Paradisus erit.

J. Geerdinx.

Cl.

Cl. Viro

EGBERTO BODÆO

Medico practico seniori,

cum celeberrimi viri

JOANNIS STAPELI

Medicinæ, reique herbariæ peritissimi, filii sui, octavo ab ejus obitu anno ederet

THEOPHRASTUM.

HActenus ille tuus planè periisse videtur;
Monstrat at in scriptis se superesse suis.
Nominibus certis vivit, doctusque Stapellus
Vel nunquam demptus, vel redivivus adest.
Suada Theophrasti jam redditur enthea nobis
Ingenio gnati, sæpe petita, tui.
Urnæ pauca damus. Batavus nam conditur illâ,
Cui græcus palmæ præmia Gaza ferat.
Quæ Gaza haud valuit, Stapelus mysteria pandit:
Sic ipso Græco major abit Batavus.
Sic certè tandem ducens post fata triumphum,
Splendet Apollinei Solque, decusque fori.
Terrea terra tenet. Divinæ possidet auræ
Particulam Cælum. Nomina mundus habet.

J. Snippendalius
Amstelodamensis.

JO-

JOANNIS ARNOLDI CORVINI JC.

PRÆFATIO

In Notas, & Commentarium V. CL. JOANNIS BODAEI à STAPEL, M.D. in THEOPHRASTUM.

MEdendi ars non dubium quin ſit præſtantiſsima. Commendant eam, cum τῦ ὑποκειμένου nobilitas; tum finis neceſsitas. Ὑποκείμενον eſt corpus humanum. Finis ejuſdem ſive conſervanda, ſive reſtituenda ſanitas. Summum ſanè, & in hac mortali vitâ omnibus aliis anteferendum bonum. Humanum corpus dico ſpeciatim. Quod cæteræ creaturæ hominum cauſſâ, & quidem inferiore conditione conditæ, hominum ex divinâ ordinatione ſubjacent dominationi. Et eſt quidem ea ratio, cur muta animalia, licet ſenſitivâ facultate cum homine convenientia, & exinde eiſdem affectionibus, morbis, & ſymptomatis obnoxia, ſub hujus nobiliſsimæ artis ὑποκειμένῳ non comprehendamus. Recta ſanè. Equidem & ipſa eâdem ordinatione hominum ſanitati per ſe inſerviunt, ſive ad alimenta iis utantur, eam tuendo, ſive ad pharmaca, eam reſtituendo. Eorundem bono ſpeciatim ſive inventa, ſive à ſummo Numine donata, ſive omni ævo culta eſt hæc ars neceſſaria. Eſt corpus humanum & Phyſices ſubjectum. ſed nec adæquatum; (ut loquuntur) verum quatenus ſub corpore naturali continetur: nec eâdem qua ſub ſcientiam medicam venit conſideratione. Phyſicus corpora naturalia, & inter ea corpus humanum, κατὰ τὴν φύσιν ipſam, hoc eſt, quà naturale conſiderat; quà ſanabile medicus. Phraſin docentium ſequimur. Medicina, cum ſit τῆς ὑγιείας τηρητικὴ, τῶν δὲ νοσῶν ἀπαλλακτική; adde τῶν ἐλλειπόντων πρόσθεσις, τῶν δὲ ὑπερβαλλόντων ἀφαίρεσις; tùm iſtius ſcopi, tùm medii ratione, non ſolum ea quæ ſecundum naturam, ſed & quæ præter eam ſunt; imò & adverſa ſpectat ac inimica; ſanitatem, corporis ſtatum οὐδέτερον. (talem enim (ſalva Philoſophorum pace) ſtatuimus; victum, morbos, remedia. Quippe finem, & ea quæ ſunt ad finem, omnia accuratè penſitat. Sanitas ex actionum integritate cognoſcitur; ex earundem manifeſta læſione morbus. Neuter ſtatus eſt inter iſtam integritatem, & læſionem; ſive

ex integritate valetudinis ad morbum ſit declinatio; ſive ex morbo ad eam regreſſus. Inde fit, ut hujus excellentiſsimæ artis tres exiſtant partes, ἡ φυσιολογικὴ, παθολογικὴ, καὶ θεραπευτικὴ. Φυσιολογικὴ ipſum artis ſubjectum, corpus humanum, ejuſdem fabricam & conſtitutionem, naturam, elementa, humores, ſpiritus, partes, ſingularumque facultates tractat. Nempe in rebus merè naturalibus verſatur. Inde omnium partium in hac ſcientiâ prima. Sanè in omni ſcientiâ, nec minus in hac, τὸ πρῶτον eſt, ſubjectum in quo verſaris cognoſcere. Ὑγιεινὴ res non naturales dirigens, ſanitatem tuetur, & ne corpus morbo infirmetur, cavet religioſè; ſive cibi potuſque moderatâ adhibitione; ſive, juxta ſomnum & vigilias, mandata corporis exercitatione; ſive ex variis ejuſdem partibus excrementorum eductione. Παθολογικὴ ea quæ præter naturam ſunt, non minus quam ἡ θεραπευτικὴ meditatur. Sed illa modò, ut ea cognoſcat; hæc cum ut ne morbũ pariant provideat, tum ab iis corpus liberet. Equidem ἡ θεραπευτικὴ, juxta τὴν ὑγιεινὴν, finem artis proximè attingit. Hæc morbos averruncando, & corpus, ne ab iis occupetur, præſervando; illa præterea, poſtquam illud invaſere, pellendo, & ſanitatem laborantem reſtituendo. Παθολογικὴ, morbos, eorum cauſſas, ſigna, differentias, ſymptomata, per ſe quidem conſiderat; ſed & integræ valetudinis, non minus quam curationis indicationes ex accidenti ſpectat. Ad τὴν σημειωτικὴν aliàs diſtinctius referunt. Omnino verò ἡ θεραπευτικὴ compectitur τὴν διαιτητικὴν, φαρμακευτικὴν, καὶ χειρουργικήν. Διαιτητικὴν, dico. Equidem & per ipſam diætam non minus morbi repelluntur, poſtquam corpus invaſere; quam corpus ne occupent, contra eos munitur. Sed verò etiam uſu rerum diſcimus, leviſsimum in victus ratione erratum, imprimis in morbis acutis commiſſum, ægris ſæpe numero maximũ dare incommodum, ne dicam interdum mortem accelerare. Partibus iſtis omnibus ἡ ἀνατομικὴ inſervit, καὶ βοτανικὴ; illa juxta φυσιολογικὴν τῇ χειρουργικῇ; hæc non minus τῇ διαιτητικῇ, quam θεραπευτικῇ. Anatomicam dico. Nempe cum humani corporis omnes ſive exteriores, ſive interiores partes, venas, arterias, nervos, muſculos, eorum fibras accuratiſsimè examinat Anatomicus, ſingulorumque ſitus ſpectat; mirum quantum iſta contemplatio ad curatam interiorum morborum, vulnerum exteriorum, & in utriſque cum cauſſarum, tum ſymptomatum conferat inveſtigationem. Sed eam non ſpectamus. Botanicam, nunc quidem, cogitamus. Hæc τῇ διαιτητικῇ καὶ φαρμακευτικῇ ancillatur. Illi quatenus in alimentorum, huic, quatenus non modò in medicamentorum, ſed & venenorum

ducit

ducit cognitionem. Sanè alimentorum, & medicamentorum diversa est ratio. Illa à corpore, tanquam similia, patiuntur, & coctione in ejus naturam convertuntur: hæc agunt in corpus, illudque alterant. Non tamen à τῇ φαρμακευτικῇ remota est omnis alimentorum consideratio. Nec enim desunt quæ, pro alimentis sumta, & ipsa alterent; lactuca, acetosa, aliaque. Ad illam verò omnino, & solùm quidem, & venena spectant & medicamenta. Utraque humano corpori adversa; Illa tamen magis. Scilicet medicamenta alterant quidem corpus; sed alteratione adeò non corrumpunt, ut restituant; venena necant. Nec enim in medicamentis nimia esse debet, aut vires dissolvens, sed temperata adversitas. Talis puta, quæ, conservatis; imò roboratis viribus, pellat quod naturæ est inimicum. Nulla hic est alia venenorum cognitio, quam ut per medicamenta eorum frangatur virulentia. Sed & ipsa ita possunt castigari, ut serviant pro medicamentis. Et vicissim ea potest esse horum intemperantia, ut nimis laxè, nec ad pondus, aut mensuram, sive composita, sive data, & ipsa, corporis vires debilitando, ægris mortem accelerent. Alieno planè à Medicinâ scopo. Prudentia in istis omnibus est à Botanicâ. Etenim hæc in herbarum, plantarum, stirpium, fruticum, suffruticum, arborum, radicum, foliorum, florum, & omnium, hominum caussa nascentium frugum ducens cognitionem, næ Medicum artis suæ certum facit. Equidem sine eâ, sive diætam præscribere velit, sive pharmacum, nequicquam potest. Ab eâ sola omnium, non solum quæ ad alimenta, sed & ad medicamenta terra profert utilium herbarum & stirpium figuram, formam, facultates (quod maximum) perdiscit. De alimentis forte minor est cura, aut eorundem saltem magis vulgaris cognitio. Medicamenta sunt vel simplicia, vel composita. Sed non est nisi ex simplicibus compositio; nec compositorum certa judicatio, nisi ex accuratâ simplicium notione. Omnino verò ad securitatem utrorumque cognitio Medico quam maximè est necessaria. Etenim si in simplicibus hominum indoctorum, sæpe muliercularum, ex collectis herbis victum quærentium, aut τῶν ῥωποπωλῶν, radicum liquores, succos; fructus herbarum, flores, germina, undequaque quærentium, coëmentium, & variè circumferentium fidem modò sequatur; suæ artis planè erit incertissimus. Etenim an isti simplicium collectores, sive collectrices, herbarum genuinam habeant cognitionem; an hi ῥωποπῶλαι, quamvis earum gnari, in suis compositionibus & præparatio-

rationibus mala fide, aut ſiniſtris artibus non utantur ignarus fieri non poteſt, quin & cum maximo famæ ſuæ periculo artem ſuam exerceat, & cum ægrorum ſumma iniuriâ. Sanè, ſine ſolida ſimplicium cognitione, nec quæ ſit compoſiti facultas, nec quo medicamentorum ſit ordine, molliſsimo, medio, an vehementiſsimo poteſt judicare. Propriâ tamen ſcientia ac fide niti debet. Fecêre id antiquiſsimi Medici, qui nulla Pharmacopœorum uſi opera, vel ſuis ipſi, vel diſcipulorum manibus parata medicamenta, ac compoſita ægris propinarunt. Ad eam rem comparata ſibi medicamentorum tanta cognitione, quantam, matura penſitatione, artis ſuæ exercitium requirere judicarunt. Et eſt quidem hoc ſtudium τῆς χρείας ἕνεκα penè divinum. Ita veteres judicarunt; qui ſtirpium, herbarumque cognitionem ad ipſos Deos retulerunt, vel iſtarum inventores divinis honoribus dignos cenſuerunt; imò ipſis herbis quarum Deos inventores opinati ſunt, mutuata ab ipſis nomina indiderunt. Nec minus Reges & Principes ſtirpibus à ſe inventis propria nomina tribuendo, & ipſi curam rei herbariæ poſteritati commendatam voluere. Scilicet alia facti iſtius ratio cogitari non poteſt. Exempla non recitamus; abundè ad faciunt in artis ſuæ commentatione Botanici. Anatomicã non neglexit Stapelius noſter; coluit eam religioſe; at magis eam à qua eum laudamus artem, ſive propriæ, ſive hereditariæ naturæ inclinatione. Sanè non patrem modò, Urbis hujus Medicum & Practicum è primis, virum nobis amiciſsimum D. Egbertum Bodaeum, ſed & alios habuit majores hujus artis peritiſsimos. Ipſe omnes, ſive Græcos, ſive Latinos, ſive Arabes hac in arte excellentiſsimos pervolvit diligenter. Teſtantur id doctiſsimi ipſius in Theophraſtum & Dioſcoridem Commentarii; in quibus cum cæterorum Græcorum, Oribaſii, Aëtii, Auctuarii, Symonis Sethi; inter Latinos Plinii & Apuleii; tum & Arabum, ac inter eos eminentis Serapionis ſæpiſsimè meminit. Commentarios in in Dioſcoridem, morte præventus, nobis dare non potuit; daturus omnino, ſiquidem vitam optimus Deus prorogaſſet. Alterum in Theophraſtum nunc damus; ſed modò in libros de plantarum hiſtoria; quod quæ in libros de Cauſsis ὁ μακαρίτης eſt meditatus ultimam Authoris manum deſiderant. Quam omnino adhibuit doctiſsimo quod publicamus operi. Audax ſanè factum quod in inventute non veritus eſt illuſtrare excellentiſsimum in re herbaria ſcriptorem; & quidem ſive ex librariorum incuria aut ignorantia, ſive aliunde

unde corruptiſsimum. Equidem non ipſas modò res, hoc eſt ea quæ herbarum ſpectant hiſtoriam, ſed & verborum apices accuratè examinat. Auſui ſucceſſum felicem auguramur. Nec minus ipſum auſum ex Theophraſti ſingulari authoritate æſtimamus. Fuit ſanè Theophraſtus vir ſingularis, cum ab eruditione, tum ab incredibili dicendi ſuavitate commendatiſsimus. Ab hac, cum eum ſui ante Tyrtamum nominaverint, iſto Theophraſti nomine Præceptor Ariſtoteles inſignivit. Equidem divino potuis quam humano ore eum loqui arbitrabatur. Reliquit ingenii ſui monumenta complura, in omni quidem ſtudiorũ genere, Rhetorica, Logicâ, Phyſicâ, Ethica, Politicâ, Mathematica, Medica, aliaque; omnia à Diogene Laertio in ejus vîta recenſita; at pleraque damno publico per temporis injuriam deperdita. In Medica, pro ſuæ profeſsionis ratione, ſtudia ſua convertit Stapelius noſter, & in utrumque quidem, ut diximus, de re herbaria Theophraſti opus. Si, ut propoſuerat, in libros de cauſsis plantarum Commentarios publici juris facere non potuit, damus id Dei Optimi Maximi de propoſitis humanis diſpoſitioni. Equidem iſti & nos omnes ſumus obnoxii. Sed verò & præmatura Cl. Stapelii mors hanc ipſam ferè impediiſſet editionem. Adfuit quidem hunc, quem edimus, commentarium quo ad rerum tractionem extrema ejus manus; non ita tamen, prælo ſubjici ut poſſet, recognitum, erat antographum. Ad accuratam, maximè ornatam editionem. Vocum, literarum varietas, interpunctionum, cæterarumque quæ rem literariam ſpectant omnino habenda ratio. Quam ob rem & iſta reſtabat cura. Et vivo quidem ad huc autore. Commendavimus ad eam rem operam noſtram virò amiciſsimo. Et rogatii quidem. Nec illubenter; ſed ex promiſſo ſolùm, donec iſtis minutiis Typographicis, & maximè quidem errorum ab operis in typorum collectione committendorum obſervationi, & annotationi aſſueſceret. Eſt ſanè iſta cura infra virum cordatum. De rebus is magis quam de verbis, ſyllabis, aut literis eſt ſollicitus. Laborem noſtrum auxit, ſuperveniens viri Clariſsimi mors; per eam in nos omni rei Typographicæ derivata curâ. Sed fuit & iſta ſola noſtra. Sit ſarta & tecta laus ſua authori. Quod ab eo præſtitum ipſa docet αὐτοψία. Textum, an Commentarum inſpexeris, non falleris. Græcum textum, poſt Lugduno-Batavorum editionem, infinitis locis emendavit, malè emendata aut ſuppleta reſtituit, varias tectiones addidit. Gazæ interpretationem,

ſimi-

ſimiliter recenſita Lugduno Batava interpretatione, paſsim modeſtè caſtigavit; Omnia additis in utroque margine annotationibus. Meditabatur verſionem novam; ſed hi labores publico an placerent prius tentare voluit. Equidem ſtudiorum ſe edere ſciebat primitias. Varias lectiones, & ex iis delectum in margine textus Græci notatum, in altero Latinæ interpretationis ſimiliter notatas caſtigationes in Notis & Commentariis abundè probat. Ut magis ornaret hanc editionem, præmiſit ſuis virorum præſtantiſsimorum, Julii Cæſaris Scaligeri, & Roberti Conſtantini in eoſdem libros doctiſsimas Annotationes. Omnino equidem curæ habuit, ne quid cum ad textus Græci, tum ad Latinæ interpretationis integritatem deſideraretur. Vero ipſarum marginalium annotationum ſcopo. In Commentario non modò quæ utrumque ſpectant textum, ex Heſychio, Julio Polluce, Suida, aliiſque Lexicographis, ſed & ex Plinio, & doctiſsimis Nobiliſsimi Salmaſii in eum meditationibus, aliiſque Authoribus variè confirmat. Nec minus Plinium ipſum in plurimis caſtigat. Eo audentius, quod fidei apud præſtantiſsimos Botanicos ſit dubiæ. Ipſarum herbarum, ſtirpium, plantarum, arborum, cæterorumque ad Botanicam pertinentium, hiſtoriam accuratè examinat. Quatenus, ad rerum ipſarum quidem, & τοῦ ὑποκειμένου ſpectant cognitionem. Nec tamen ſubſiſtit. Multarum Theophraſto & veteribus ſive cognitarum, ſive etiam incognitarum herbarum, plantarum, ſtirpium icones addidit, non ſine ſolidis ad ſingulas Annotationibus. Equidem Philologicis, Medicis, & nominatim Botanicis obſervationibus, & iis quidem non è vulgo, hoc laudandum opus abundat. Nullas recenſemus, nullas oſtentui damus. Vino vendibili non opus eſt ſuſpenſâ hederâ. Index quem operi Pater Bodæus adjunxit, & ipſe imprimis Commentarius, illud abundè commendant. Sed verò per ſe id commendat cũ ubertas commentationis, tum nobiliſsimæ in textum mendoſum, & exinde Gazæ ſimilem interpretationem obſervationes. Fuit quidem Gaza Græcus, inde Græcæ linguæ peritiſsimus; non mirum tamen in textu Græco corrupto interpretando nonnunquam hallucinatum. At textus ipſius vitio, non ignorantia interpretis. Theophraſtus ſanè in hiſtoriâ, & cauſsis plantarum explicandis exquiſitiſsima uſus eſt methodo. Ad exemplum Præceptoris, (Ariſtotelem deſigno) qui ipſum omnibus ſuis prætulit deſcipulis. Ariſtoteles hiſtoriam animalium, generationem, & partes diſtinctè tractavit: Theo-

phraſtus

phrastus sub historiâ plantarum non modò earundem generationes, sed & partes complexus, caussas singulatim explicat. Esset quidem in facili exquisitam adumbrare methodum, & totius tractationis σκίλετον Lectori ob oculos ponere; sed iste necessarius an sit, utilis an esset labor, hæreo. Non forè inutilem definio. Sed est res ista majore digna commentatione. Mirum verò quantum conferret ad ipsarum herbarum, omniumque Medicinam spectantium corporum, ad eam directam accuratiorem cognitionem. Viventia ea sunt; si non omnia, saltem pleraque; non necessaria forte limitatione. Equidem an alia quam quæ ab origine viventia sunt, medicinæ inserviant, ut disputent, Medicis relinquimus. Istam comparatam doctrinam minime spectavit ὁ μακαρίτης. Sec nec tam ad Medicum, quam Philosophum pertinet. Medicus ad suum scopum directâ meditatione, herbarum & stirpium naturam per se & singulatim meditatur: in merâ contemplatione versatur Philosophus. Medicus fuit vir Clarissimus Stapelius, & studio Medico juvando incubuit. Utinam diutius incumbere potuisset vir indefessi laboris, judicii acerrimi, memoriæ confirmatissimæ. Botanicam pro Sparta habebat; quam nactus ornare omni ope nitebatur. In quo conatu se publico quin probaverit, nullum est dubium. Cum in Academiâ Lugduno-Batavâ operam studiis daret, Clarissimi viri D. Ælii Everardi Vorstii, Medicinæ Professoris tum primarii, & horti Medici Præsidis lectiones Botanicas assiduus audiebat; herbarum demonstrandarum formas, naturam, vires accuratè & observabat & examinabat. Sed & earum se non ignarum ostendebat. Cum studiorum sociis cognoscendarum & colligendarum herbarum caussâ sive sub Vorstio præceptore, sive spontaneo modò exercitio, ipse dux, prata, paludes, colles circumivit. Tantus Botanicæ scientiæ juvenem, ejus minime ista ætate rudem, urebat ardor. Qui quanto in ipso quam in condiscipulis erat major; tanto magis eos ipsa scientia antecellebat. Medici titulo, ejusdem Clarissimi viri filio, Doctore Adolpho Vorstio conferente ornatus, cum patris Doctoris Egberti Bodei urbis nostræ Medici & artis Botanicæ amatoris summi, (quod repetitò dicimus) & juxta eum ejusdem urbis publicum hortum summo studio assiduè excoluit. In exoticis herbis, plantis, stirpibus colligendis, examinandis, probandis operã nullam perdidit, Est quidem palma publica; sed non datur nisi ad eam contendenti. Contendebat ad illam Stapelius noster. Tantum virum

virum si nobis in flore ætatis eripuit Deus altissimus; dole nobiscum Lector, in herba periisse. Sed & istam ei sortem ne invide. Humana si spectamus; sanè in iis ei præcisus laborum fructus. Flores sparsit, sed sine germine. Non tamen omnino. Etenim quæ mors præmatura præcîdit, curæ erit ne omnino excidant. Ex isto casu, hoc quidem tempore, satis nobis esse debet horum laborum fructus. Quem vovemus uberem. Sed verò cum in libros Theophrasti de causis plantarum, tum in Dioscoridem satis equidem meditatas observationes τοῦ μακαρίτου ut exspectes, non minus commendamus. Vale.

ΘΕΟ-

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΦΥΤΩΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΟ Α.

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARVM LIBER PRIMVS,

Theodoro Gaza interprete.

ΚΕΦ. Α.

Τῶν φυτῶν τὰς διαφορὰς καὶ τὴν ἄλλην φύσιν", ἐκ τῆς πρὸς τὰ ζῷα ἀναλογίας ληπτέον, κατά τε τὰ μέρη, καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰς γενέσεις, καὶ τοὺς βίους. ἤθη γὰρ καὶ πράξεις οὐκ † ἔχουσιν ὥσπερ τὰ ζῷα. εἰσὶ δ' αἱ μὲν κατὰ τὴν γένεσιν καὶ τὰ πάθη, καὶ τοὺς βίους, εὐθεωρητότεραι καὶ ῥᾴους. αἱ δὲ κατὰ μέρη, πλείους ἔχουσι ποικιλίας. αὐτὸ γὰρ τοῦτο πρῶτον οὐχ ἱκανῶς ἀφώρισται, τὸ, ποῖα δεῖ μέρη, καὶ μὴ μέρη καλεῖν· ἀλλ' ἔχει τινὰ ἀπορίαν. τὸ μὲν οὖν μέρος, ἅτε ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως ὄν, ἀεὶ δοκεῖ διαμένειν, ἢ ἁπλῶς ἢ ὅταν γένηται. καθάπερ ἐν τοῖς ζῴοις τὰ ὕστερον γενησόμενα. πλὴν εἴ τι διὰ νόσον ἢ γῆρας ἢ πήρωσιν ἀποβάλλεται. τῶν δ' ἐν τοῖς φυτοῖς ἔνια τοιαῦτ' ἐστίν, ὥστ' ἐπέτειον ἔχειν τὴν οὐσίαν· οἷον, ἄνθος, βρύον, φύλλον, καρπόν. ἁπλῶς ὅσα πρὸ τῶν καρπῶν ἢ ἅμα γίνεται τοῖς καρποῖς. ἔτι δὲ αὐτὸς ὁ βλαστός. ἀεὶ γὰρ ἐπίφυσιν λαμβάνει τὰ δένδρα κατ' ἐνιαυτόν, ὁμοίως ἔν τε τοῖς ἄνω καὶ ἐν τοῖς περὶ τὰς ῥίζας. ὥστε εἰ μέν τις ταῦτα θήσει μέρη, τό, τε πλῆθος ἀόριστον ἔσται, καὶ οὐδέποτε οὐδὲν τὸ αὐτὸ τῶν μορίων. εἰ δ' αὖ μὴ μέρη, συμβήσεται δι' ὧν τέλεια γίνεται καὶ φαίνεται, ταῦτα μὴ εἶναι μέρη. βλαστάνοντα γὰρ καὶ θάλλοντα καὶ καρπὸν ἔχοντα, πάντα καλλίω καὶ τελειότερα καὶ δοκεῖ καὶ ἔστιν. αἱ μὲν οὖν ἀπορίαι σχεδόν εἰσιν αὗται. τάχα δὲ οὐχ ὁμοίως ἅπαντα ζητητέον, οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις, οὔθ' ὅσα πρὸς τὴν γένεσιν" οὔτε αὐτά τε τὰ γεννώμενα † καὶ ἐπὶ τῶν ζῴων μέρη θετέον· οἷον, τοὺς καρπούς· οὐδὲ γὰρ τὰ ἔμβρυα τῶν ζῴων. εἰ δὲ τῇ ὥρᾳ ὄψει ‡ τὸ κάλλιστον, οὐδὲν σημεῖον· ἐπεὶ καὶ τῶν ζῴων εὐθετεῖ † τὰ κύοντα. πολλὰ δὲ καὶ τὰ μέρη κατ' ἐνιαυτὸν ἀποβάλλει. καθάπερ οἵ τε ἔλαφοι τὰ κέρατα, καὶ τὰ φωλεύοντα τὰ πτερά, καὶ τρίχας τετράποδα. ὥστ' οὐδὲν ἄτοπον. ἄλλως τε καὶ ὅμοιον τῷ φυλλορροεῖν τὸ πάθος. ὡσαύτως δ' οὐδὲ τὰ πρὸς

" Desiderantur in Basileensi & Aldino codice.

† Ἔχουσιν Ald.

" Deest Al. Bas.

† Desunt in Ald. & Bas.

‡ Τόγε Al. Bas. scribe τὸ ἄνθος, φυτῶν κάλλιστον

† deest in Ald. & Bas.

Cap. I.

Quomodo Plantarum Historia tractanda sit.

PLANTARUM differentias reliquamque naturam," ex partibus, affectionibus, generationibus, vitaque petere oportet. mores enim & actiones, quemadmodum animalium genus, minime plantæ sortiuntur. Sunt autem, quæ per generationem, affectionem, vitamque sumi debent, patentiora, cognituque faciliora. Quæ vero per partes noscantur necesse est, varietates utique plures habere videmus. Hoc enim ipsum primo non satis constat; quæ partes quæque non partes debeant appellari; sed nonnullam controversiam recipit. Partes enim, quoniam suæ naturæ ratione consistunt, perpetuo durare videntur. aut simplici absolutaque ratione: aut postquam confectæ fuere. Vt scilicet animalium partes, quæ postea † concrescunt. nisi quid morbo aut senecta aut læsione perdatur. At in plantis nonnulla ita se habent, ut annua duntaxat potiantur natura: ut flos, ‡ muscus, folium, fructus. Denique omnia quæ ante fructus aut una cum fructibus proveniunt. Quin etiam germen ipsum. Quippe cum arbores annuatim † incrementum, tam partibus supernis quam circa radices, semper capessant. Quamobrem siquis partes hæc esse asserat; cum partium multitudinem ‡ incertam, tum partem nunquam eandem esse sequetur. Sin autem partes esse negaverit, " continget protinus, ut eæ partes minime sint, quibus plantæ perfectæ redduntur, talesque esse spectantur. Quippe omnes cũ germinant, virent, fructum gerunt, pulchriores atque perfectiores, & sunt & esse videntur. Hæ ferè sunt in his ambiguitates. Sed forsitan non omnia neque in cæteris, neque in ijs, quæ ad generationem pertinent, pari ratione quærere decet. † Eaque ipsa singulis annis orianda minime in partium genere collocanda sunt: ut fructus. Nec enim fœtus partes animantium esse possunt. ‡ Sin autem clementia temporis plantæ aspectu pulcherrimæ redduntur, at pulchritudo nullo ipsa indicio est. Nam & animalia dum uterum gerunt, " pleniora pulchrioraque redduntur: pleraque etiam partes quotannis amittunt: ut cervi cornua; aves nidificantes pennas; quadrupedes pilos. Quapropter haud temerè factitatum dixerim, præsertim cum is

" Supple, pro ratione animalium. *Vide commentarium.*

† *accrescunt*

‡ *Bryon.*

† *accrementum.*

‡ *nullo certo fine determinatam.*

" *eveniet, eas non esse partes, per quas ipsæ partes perficiũtur.*

† *neque ipsa generata, etiã in ipsis animalibus, in partium genere collocãda sunt.*

‡ *quod si sua quæq; tempore pulcherrimæ videantur, nihil inde concludi potest.*

" *Habitiora.*

τὴν γένεσιν. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ζώοις τὰ μὲν συνεκτίκτεται, τὰ δὲ ἀποκαθαίρεται· καθάπερ ἀλλότρια τῆς φύσεως. ἔοικε δὲ παραπλησίως καὶ τὰ περὶ τὴν βλάστησιν ἔχειν. ἡ γάρ τοι γένεσις γενέσεως χάριν ἐστὶ τῆς τελείας. ὅλως δὲ καθάπερ εἴπομεν, οὐδὲ πάντα ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ληπτέον. διὸ καὶ ὁ ἀριθμὸς ἀόριστος. πανταχῇ γὰρ βλαστικὸν, ἅτε καὶ πανταχῇ " ζῶν. ὥστε ταύτας μὲν οὕτως ὑποληπτέον, οὐ μόνον εἰς ταυτὸ, ἀλλὰ καὶ τῶν μελλόντων χάριν. ὅσα γὰρ μὴ οἷόν τε ἀφομοιοῦν, περίεργον τὸ γλίχεσθαι πάντως ἵνα μὴ καὶ τὴν οἰκείαν ἀποβάλλωμεν θεωρίαν. ἡ δὲ ἱστορία τῶν φυτῶν ἐστιν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἢ κατὰ τὰ ἔξω μόρια καὶ τὴν ὅλην μορφὴν, ἢ κατὰ τὰ ἐντὸς ὥσπερ ἐπὶ τῶν ζώων τὰ ἐκ τῶν ἀνατομῶν. ληπτέον δὲ ἐν αὐτοῖς, ποῖά τε πᾶσιν ὑπάρχει ταυτὰ, καὶ ποῖα ἴδια καθ' ἕκαστον γένος. ἔτι δὲ τῶν αὐτῶν, ποῖα ὅμοια. λέγω δὲ ἴδιον, φύλλον, ῥίζαν, φλοιόν. οὐ δεῖ δὲ οὐδὲ τοῦτο λανθάνειν, εἴ τι κατ' ἀναλογίαν θεωρητέον, ὥσπερ καὶ τῶν ζώων τὴν ἀναφορὰν ποιουμένους, δηλονότι πρὸς τὰ ἐμφερέστατα καὶ τελειότατα. καὶ ἁπλῶς δὲ, ὅσα τῶν ἐν φυτοῖς ἀφομοιωτέον τοῖς τῶν ἐν τοῖς ζώοις, † ὡς ἄν τις δύνηται κατὰ τὸν εἰκότα λόγον ἀφομοιοῦν, δεῖ. ταῦτα μὲν οὖν διῃρείσθω τὸν τρόπον τοῦτον. Αἱ δὲ τῶν μερῶν διαφοραὶ σχεδὸν, ὡς τύπῳ λαβεῖν, εἰσὶν ἐν τρισίν· ἢ τῷ τὰ μὲν ἔχειν, τὰ δὲ μή, καθάπερ φύλλα καὶ καρπόν. ἢ τῷ μὴ ὅμοια μηδὲ ἴσα. ἢ τρίτον, τῷ μὴ ὁμοίως. τούτων δὲ ἡ μὲν ἀνομοιότης ὁρίζεται σχήματι, χρώματι, πυκνότητι, μανότητι, " παχύτητι, λειότητι, καὶ τοῖς ἄλλοις πάθεσιν, ἔτι δὲ ὅσαι διαφοραὶ τῶν χυλῶν. ἡ δὲ ἀνισότης ὑπεροχῇ καὶ ἐλλείψει κατὰ πλῆθος ἢ μέγεθος. ὡς δὲ εἰπεῖν τύπῳ, κἀκεῖνα πάντα καθ' ὑπεροχὴν καὶ ἔλλειψιν. τὸ γὰρ μᾶλλον καὶ ἧττον, ὑπεροχὴ καὶ ἔλλειψις. τὸ δὲ μὴ ὁμοίως, τῇ θέσει διαφέρει. λέγω δὲ, οἷον τὸ τοὺς καρποὺς τὰ μὲν ἐπάνω, τὰ δὲ ὑποκάτω τῶν φύλλων ἔχειν. καὶ " αὐτοῦ τοῦ δένδρου, τὰ μὲν ἐξ ἄκρου, τὰ δὲ ἐκ τῶν πλαγίων, ἔνια δὲ καὶ ἐκ τοῦ στελέχους· οἷον ἡ Αἰγυπτία συκάμινος. καὶ ὅσα δὴ καὶ ὑπὸ γῆς φέρει καρπόν· οἷον, ἥ τε † ἀραχίδνα, καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον " οὔιγγον. καὶ εἰ τὰ μὲν ἔχει μίσχον, τὰ δὲ μή. καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθέων ὁμοίως. τὰ μὲν γὰρ περὶ αὐτὸν τὸν καρπὸν, τὰ δὲ, ἄλλως. ὅλως δὲ τὸ τῆς θέσεως, ἐν τούτοις, καὶ τοῖς φύλλοις καὶ ἐν τοῖς βλαστοῖς ληπτέον. διαφέρει δὲ ἔνια καὶ τῇ τάξει. † οἱ μὲν τῆς δρυὸς κλῶνες ὡς ἔτυχε· τῆς δὲ ἐλάτης κατ' ἀλλήλους ἑκατέρωθεν· τῶν δὲ καὶ οἱ ὄζοι δι' ἴσου τε καὶ κατ' ἀριθμὸν ἴσοι, καθάπερ τῶν τριόζων. ὥστε καὶ τὰς μὲν διαφορὰς ἐκ τούτων ληπτέον, ἐξ ὧν καὶ ὅλη μορφὴ συνδηλοῦται καθ' ἕκαστον.

" ζῶον Bas.

† ὡς ἄν τις * ἀφομοιοῖ ταῦτα Al. Bas.

" τραχύτητι Theod.

" l. αὐτῶν τῶν δένδρων.

" οὔιγγον Al. Bas. rectè.

† Al. Bas. τὰ μὲν ὡς ἔτυχε τῆς ἐλάτης οἱ κλῶνες κατ' ἀλλήλους.

affectus persimilis sit foliorum † jacturæ. Pari modo de iis quæ ad generationem attinent, disserendum est. Quippe cum etiam in animantium genere, quædam simul nascantur: quædam tanquam naturæ aliena, ‡ secernantur. Germinatio quoque non secus esse videtur. Etenim generatio ipsa, " generationis perfectæ gratia est. Ad summam, quemadmodum diximus, non omnia similiter atque in animantibus accipi debent. Quamobrem numerus quoque incertus est. Nam vis undique germinandi habetur: quoniam & undique animatum est. Itaque hæc ita opinari, non tantum rei præsentis, verum & futuræ gratia convenit. Etenim quæ assimilari nequeant, assimilare contendere, supervacuũ certe ac recusandum: ne vel propriam ipsam rei speculationem amittamus. Plantarum vero historia (ut simpliciter dixerim) aut per partes externas totamque formam, aut per internas haberi potest. ut etiam in animalium genere partes abditæ dissectionibus patent. Sed capere in his ipsis oportet, quæ in omnibus insunt eadem: quæq; propria cujusque generis sunt: atque etiam, quæ in his habentur similia. Proprium inquam, folium, radicem, corticem. Nec illud latere nos decet; quid proportione intelligi debeat, ut in animalium genere: ad ea scilicet redigendo, quæ quam simillima perfectissimaque continentur. Ad summam, omnium quæ in plantarum genere spectantur similitudo petenda ex iis est, quæ in animalibus insunt; quo ad fieri possit. " Igitur hæc ita determinare libeat. Partium verò differentiæ (ut breviter rem complectar) tribus ferè in rebus consistunt. Aut enim in eo, quod quædam habent, quædam non habent; ut folia & fructus: aut quod non similia neque " paria habent: aut tertio quod non similiter habent. Horum dissimilitudo, figura, colore, spissitate, raritate, † asperitate, levitate, reliquis affectionibus enotescit. Ad hæc omnibus differentiis saporum. ‡ Disparitas autem in excessu atque " defectu est multitudinis magnitudinisve. Quamquam (ut pingui Minerva dicatur) & illa omnia excessu † defectuque distinguuntur. Nam plus minusque non nisi excessus ‡ defectusque sunt. " Non similiter vero, positu constat. Exempli gratia, quod fructus quædam sub folijs, quædam super folia gerunt; ipsarumque arborum aliæ cacumine ferunt: aliȩ latere, nonnullæ etiam caudice; ut † morus Ægyptia. Et quæ fructum pariunt sub terram; ut arachidna, & quod vingum Ægyptii vocant: item si quædam pediculum habeant, quædam careant. Hoc idem vel de floribus dici decet. quippe cum alii circa fructum ipsum nascantur; alii secus. Ad summam, positionis ratio, in his, & folijs, & germinibus accipi debet. Ordine præterea nonnulla differre videntur. ‡ Quibusdam enim rami inconditi; ut robori: quibusdam ordinati; ut abieti. qui utrimque miro ordine invicem respondent. Quibusdam etiam rami prȩgrandes ordinati paresque numero, ut trinodibus. Quas ob causas differentias ex his rebus capi oportet, quibus vel tota forma in singulis perspici potest.

† amißioni.

‡ expurgentur.

" propter perfectam generationem.

" poßit convenienteratione Igitur.

" æqualia.

† Craßitie.

‡ Inæqualitas.

" diminutione.

† dimunitioneque.

‡ dimunitioque.

" Cum similia dißimiliter affecta sunt.

† morosycos Celso.

‡ Quercus quidẽ rami inconditi, abjetis verò utrimque miro ordine respondẽtes.

JULII CÆSARIS SCALIGERI

ANIMADVERSIONES.

Ἔθη τὰ φυτὰ οὐκ ἔχει, ὥσπερ τὰ ζῶα. *Sed* πάθη, *quoniam* ἔθη *sunt principia agendi:* πάθη, *patiendi.*

Καθάπερ ἐν τοῖς ζώοις τὰ ὕστερον γινόμενα. *Theodorus, ut scilicet animalium partes, quæ postea concrescunt. At eæ partes non concrescunt: sed animalibus, quæ jam crevere, multæ accrescunt, sive agnascuntur: veluti ultimi dentes, & cornua cervis annua. adverbium tamen, postea, adjuvat.*

Βρύον *Theophrastus dicit* πίτειον: *atque etiam partem arboris autumat. Theodorus muscum appellat. At muscus, arboris pars non est: sed seorsum ejus origo ex terra arboribus aggesta, aut agnata ex humore, atque aëre circumstante. Quippe etiam super lapidibus nascitur. Est autem* βρύον *in olea id, quod proportionem gerit floris. Pro musco autem Nicander cum accipit, aliud sanè intelligit, quàm quod hîc Theophrastus, ubi fallitur interpres. Neque enim, quæ affert, ad eum locum faciunt. Ait enim,* βρύον *herbam esse folio porraceo. At hoc genus algæ est. Cui tamen in quarto lactucæ folium, nõ porri Theophrastus assignat. Idem Nicander alibi* βρύα, *pro germinibus ponit. Sanè* βρύειν *pullulare est, unde etiam vox nostra, fructus. Hîc igitur est, quod & infrà.* βρύον μέγα ἐπίτειον πρὸς τὴν καρποτοκίαν, *sicut & flos. Quatuor igitur significat, Pullulationem, Algæ speciem, Muscum, Analogum floris. Quare putavit sibi licere in duobus Theodorus, quod in quatuor Græcia ausa est. Verùm aliud esse*

debet

debet sapientis consilium, aliud fortuita populi consuetudo. Nam ea quoque tenuit id, ut lupulus vulgò, Bryum appellaretur. Hac namque voce, & à scandendo, alicubi populares nostri Bruscandulum nominant. Apud Dioscoridem quid sit βρύον, *alibi diximus: & Hermolaus multa congessit. Ita leges apud Aristotelem in miraculis auditis,* βρύον, καὶ φύκους πλήρεις, *non* θρίξ.

Ait Theophrastus, *de partibus dubitari. Intellige duplicem dubitationem. Prior namque ratio de iis est, quæ desinunt partes esse: ut fructus. altera earum quæ postea generantur. Itaque nec post illarum defectum, neque ante harum exortum, arbor ipsa videtur posse dici tota. Addit igitur pro secunda ratione.* ἀεὶ γὰρ ἐπίφυσιν λαμβάνει τὰ δένδρα καθ' ἐνιαυτόν. Theodorus, *Annuatim incrementum capessunt. At (incrementum) non assequitur* τὴν ἐπίφυσιν. Neque enim con*similes partes intelligit: quippe in animalibus esset eadem dubitatio: sed condissimiles. Accipiamus ramos per partes superiores, & stolones, pro iis, quas appellat* περὶ τὰς ῥίζας.

Τὸ τῶν μερῶν πλῆθος ἀόριστον ἐστί. Theodo. *Multitudinem incertam. Verum aliud incertum, aliud indefinitum; neque sanè alterum cum altero convertitur. Multitudo earum quoque partium, quæ extant, incerta est: non enim numerantur: at* ἀόριστον *dicit, nullo interea fine certo terminatum. ita multitudo incerta erit, & finita tamen. Vbi verò aliis partibus subcrescentibus prioris numeri ratio perturbabitur, fiet* ἀόριστος: *transmissis scilicet finibus, atque etiam sublatis, quibus præscribebatur.*

Inquit Theoph. *Si non sunt fructus partes: eveniet, eas non esse partes, per quas ipsæ plantæ perficiuntur. Ea sententia in disceptatione posita est. Nam qui fructum negabit esse partem, negabit item fructu plantam perfici. Neque enim fructum esse perfectionem individui, sed speciei: sicut semen in animali, aut fœtum.*

Post hæc dicit, Τάχα δὲ *&c. fortasse. Notabis Philosophi modestiam, tum hîc, tum alibi. Sic præceptor ejus sæpenumero utitur voce illa,* ἴσως & ἄν. *Simul castigabis immodestiam eorum, qui divini viri Avicennæ pudorem in eadem caussa reprehendunt.*

οὐθ' ὅσα πρὸς τὴν γένεσιν. Theodo. *Neque singulis annis oriuntur. Malè addit de suo (singulis annis.) Quippe etiam alternis oriuntur quædam, & Romanæ vocis usum depravavit (orianda) participium quoque (orientia) plus explet sensum. amplius enim tempus amplectitur.*

Εἰ δὲ τῇ ὥρᾳ ὄψει τὸ γε κάλλιστον: οὐδὲν σημεῖον. *Mira brevitas. Dicit: non esse perfectionem, quantum attinet ad substantiam, sed ornamentum, & accidens.* Theod. *transtulit:* ὥρᾳ ὄψει, *temporis clementia. Melius sic: quod si suo quæque tempore pulcherrimæ videantur,* ὄψει, *enim ad visum, & spectaculum, ut etiam rem elevaret: quia potius videantur quàm sint. Id quod* Theod. *minus perpendit: iccirco vertit, reddantur.*

Scribe τὸ γένος κάλλιστον. verte, nec argumentũ efficax, quod vere plantæ aspectu pulcherrimæ, nam & animalia foeta speciosiora fiunt atque etiam habiliora.

Τὰ ζῶα εὐθενεῖ κύοντα. *Verba,* εὐφλοεῖν, εὐθετεῖν, εὐθενεῖν, *communia Aristoteli, &* Theophrasto: *sicut contrarium apud Hippocr. secundo de morbis,* δυσθενεῖν, *& vulgatum* ἀσθενεῖν. Theod. *vertit, pulchriora, plenioráque redduntur. Ad verbũ, & Romanè, & breviter. & exactè: habitiora;* τὸ δρεπτᾶν Homeri, *interpretantur* εὐθηνεῖν.

οὐδὲν ἄτοπον. Theod. *aut temerè factitatum. At multa fiunt temerè quæ recta sunt, non* ἄτοπα. *Quemadmodum injussu Imperatoris pugnare, & vincere. Id quod Manlius fecit filius Dictatoris: & Q. Fabius Rutilianus Magister equitum. Itaque* ἄτοπον, *non est temerè factum; sed id cui in natura locus est nullus. Absurdum latini dicunt.*

Φυλλοβολεῖν. Theodo. *Iactura foliorum. Ita jacere dentes in historiis animalium: id est amittere, dicit Philosophus. Vtitur enim hoc verbo,* βάλλειν. *quibus in locis abstinuit latino peculiari* Theod. *ac pro eo utitur illis; amittere, mutare. Rectè sanè; utinam & hîc. Neque enim jaciunt plantæ folia; quin ab ipsis vel (si liceat ita loqui) invitis abeunt illa. Siquidem negavit suprà ullis actionibus præditas esse plantas.*

Ἀποκαθαίρεται. Theod. *secernantur. Secernuntur ea, quæ non sunt continua, sed discreta in quantitate coacervata, aut cohærentia; quibus verba conveniunt; discernere, & secernere. At* ἀποκαθαίρειν *significat tollere partem ex quantitate: latinè expurgare. Ad utramque autem pertinet: in qua aliquid superflui tollendum sit. Intelligit hic* Theophrastus, *umbilicos.*

Ait Theophrast. *Generatio est propter perfectam generationem. Hoc sic intelligo ex libris præceptoris: cùm quippiam gignitur, aut aliquo oritur modo; tametsi tunc perfectum non est; tamen est (ut ajunt Philosophi) in via perfectionis. Itaque & si quid deest, accessurum: & si quid superest, amissum iri.*

Ὅλως δὲ καθάπερ εἴπομεν, οὐδὲ πάντα ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ληπτέον. διὸ καὶ ὁ ἀριθμὸς ἀόριστος. πανταχῇ γὰρ βλαστικόν, ἅτε καὶ πανταχῇ ζῶον. *Repetit sententiam superiorem Philosophus: quam cum supra sub dubio poneret, nunc asseverat. Dicebat enim:* τάχα δ' οὐχ ὁμοίως πάντα ζητητέον. *Intellectio autem hæc est: non negat, quærendum æquè esse: sed quæstioni omnia respondere. Verùm inter has similes sententias dissimilem posuit diligentiam. ostendit enim utriusque partium æqualem similitudinem, tum necessariarum, tum superfluarum, Scribe,* ζῶν, *non* ζῶον. *Neque enim* ζῶον, *plantis convenit. quemadmodum in commentariis super plantis* Aristot. *declaratum est. Ponit autem pleniorem rationem, quare numerus non sit finitus. Quia, inquit, germinandi vis finita non est. Deinde est rationis ratio. Germinatio ab anima est: tum est minor propositio demonstrationis. Anima omnino intus est. Conclusio. Omnino potest germinare, ut & hinc elicias, generativum spiritum, ejusdem esse animæ, quæ informat: id quod in libris de semine genitali exactius est disputatum. Dico omnino* πανταχῇ. *non quod significet omnem plantæ partem, sed temporis progressionem. Nam tametsi planta ubique animata est: tamen non undecunque germinat. Non est igitur* βλαστικὸν *omni sui parte.*

Περίεργον. *supervacuum.* Theodo. *rectè: at cum addit, ac recusandum: id sanè* περιέργως.

Ἡ δὲ ἱστορία. *Hic præceptorem imitatur: qui in historia animalium ita procedit, & à partibus incipiens dividit eas in exteriores, & interiores: easque digerit, per genera, per species, & per analogiam.*

Καὶ ἁπλῶς δὲ ὅσα ἐν τοῖς φυτοῖς ἀφομοιωτέον. *Non solum per analogiam referendas esse ignobiliores plantas ad nobiliores, propter similitudinem & perfectionem, sed etiam ad ea, quæ in animalibus explorata sunt nobis. ubi locus is diligentius est examinandus. Animalia namque & à natura sunt posterius, quàm plantæ, instituta: & nobis minus nota: Quippe mobilia & vaga subtrahunt sese contemplationi nostræ. Quare mirum sanè quemadmodum notiora ad minus nota referamus. Verùm sic accipiendum est: hominum esse sibi notissimum, si partes consideres extimas: eundemque ea de causa positum esse ab* Aristot. *pro norma ejus cognitionis, quæ circa cætera animalia versaretur: præterea multas esse animantes, quæ* συνανθρωπεύονται, *easque iccirco longè, quàm plantas ipsas, notiores esse nobis.*

Αἱ δὲ τῶν μερῶν διαφοραί. *Hoc esse debuit caput alterum. hactenus enim cognoscendi modum investigavit. Dividit autem ex præceptoris instituto,* κατὰ τὸ ἔχειν, καὶ μή. *Debet enim esse prima divisio: siquidem contradictoria est, ad quam contraria cætera referantur. Facit autem differentias tres: est, & non: æqualia, & inæqualia: & tertio loco, similiter, & dissimiliter. Propterea quod similia qualitate possint esse, eademque ex situ dissimilia: ut ficus; qui sub foliis, & qui suprà. Quamquam loci differentia potius hæc sit: situs autem ratio evidentior illo exemplo: quia quædam hærent plana, quædam ab latere. plana, ut lilio: ab latere, ut capillis veneris. Quare autem posuit similia, & æqualia: & cum posuit, similiter: non addidit æqualiter? Quia, simile, nota est qualitatis: similiter, autem dispositionis. Similia sunt duo folia: exempli gratia, asari, & ederæ: orbiculata in mucronem, lævia, nitida: at dissimiliter sita sunt: illi inflexa, & languida, huic surrecta, & rigida. At enimvero quæ æqualia sunt, ea nisi æqualiter habere queunt. Neque enim quantitatis prædicamentum sibi simile generat. Nam tametsi æquale, & æqualiter, sunt in quantitate: à quantitate tamen non sunt, sed à similitudine in relatione. Omitto nunc exactiores disputationes, de æqualiter inæqualibus, & è contrario. Pertinent enim diversa ratione, ad partes inter se: & ad partes intra se. Sed hæc sunt operæ altioris, & à nostro sæculo temerè exturbatæ. Putant enim partem suæ sapientiæ multa nescire: cum tamen hoc ipso, Deus sit. At illi ex alienæ temeritatis odio in sui odium delapsi sunt.*

Ἴσα. Theod. *paria. Magis latinè, quàm philosophicè. Etenim, par, apud sapientes differt ab æquali. Verùm rectè hic fecerit: at non rectè, ubi dixit,* ἀνισότης. *Disparitas namque est,* ἀνισότης. *inæqualitas, dictum oportuit. Deinde divideret in multitudinem, & magnitudinem; utrique enim competit.*

ὑπεροχῇ καὶ ἐλλείψει. *Hic quoque acuendus lector est: namque* ὑπεροχὴ *ponit rem, & addit;* ἔλλειψις *ponit rem, & demit; excessus statuit rem, & addit; defectus non semper statuit rem, cui demat, sed aliquando totum tollit. Itaque* τὸ μὴ ἔχειν, *defectus est.* ἡ ἔλλειψις *differt. habet enim, sed non tantùm, vel numeri, vel magnitudinis. Quærenda igitur alia vox latina; qualis diminutio, aut melior.*

Τὸ δὲ μὴ ὁμοίως τῇ θέσει διαφέρει. Theodorus; *Non similiter verò posita constant. Nunquam ea verba intellexissem. Candidius sic; Cum similia dissimiliter affecta sunt, ea dif-*

ferentia evenit propter situm. Articulus enim ille (τὸ) *cogit prudentem interpretem ad ejusmodi loquutionem. Notabis verba hæc; existunt, redduntur, constant, à Theodoro adeò frequenter poni, ut sine more, modoque sæpè fiat.*

Καὶ αὐτοῦ τοῦ δένδρου. *Theodorus, atque ipsarum arborum. videtur tamen ejusdem fructus arboris, non diversarum inter se comparasse. Tunc sic Theodorus erraverit, quod si sycaminus ex trunco tantum fert. Ipse Theophrastus minus sibi constat, cum dixit numero singulari, αὐτοῦ δένδρου. Præterea perpendes, cur non potius, τοῦ αὐτοῦ. Postremo exactiore judicio statuas sic; esse loci differentiam, non autem positionis, aut situs. Situs autem exemplum erit: quod fructus quidam insident, ut in scolymis: aliqui pendent, ut cerasa: aliqui hærent, ut papillæ, quas fert quercus.*

Ἀραχίδνα. *Falsò putarunt esse eam, quam terrestrem ziziphum vocat vulgus. Namque in nostrati agro ea sunt chamæzizipha.*

Καὶ εἰ τὰ μὲν μίσχον ἔχει, τὰ δ' οὐ. *Exempla & divisionem eorum quæ habent pediculum, & quæ non; enumeravit Theophrastus,* ἐν τῷ μὴ ὁμοίως ἔχειν: *& malè. est enim κατὰ τὸ ἔχειν, καὶ μή. Pediculus nanque pars est. quæ vero sunt pediculo flaccido, aut surrecto: ea κατὰ τὸ πῶς.*

Ἐν τῇ καὶ τῇ τάξει. *Hoc est,* πρὸς τὸ ὁμοίως ἔχειν. *relatio ex loco.*

Τὰ μὲν ὡς ἔτυχε, τὰ ἐλάτης. *Theodor. legit, roboris, non abietis. Sane etiam alibi Philosophus abietis ramos ordinate dispositos scribit. & Plinius in* XVI. *& piceæ, & abieti ordinatos, robori inconditos attribuit. Sic igitur leges,* τὰ μὲν ὡς ἔτυχε, τὰ δρυός. τὰ δ' ἐλάτης οἱ κλῶνες. *Namque si sunt,* κατ' ἀλλήλους, *non sunt;* ὡς ἔτυχε. *Nota,* ὄζον, *& à Plinio, & a Theodoro interdum ramum esse, aliquando nodum. etiam Theoph. ipse varie utitur.*

Μορφὴν *tam hic, quam alibi, Theodorus formam interpretatur; latine quidem, sed minus ex usu Philosophorum. Figura melius dicitur* εἶδος, *vetus verbum.* ἐντελέχεια, *novum. ab ipsis tamen philosophis etiam receptam invenias alieno significatu.*

JOANNIS BODÆI A STAPEL
NOTÆ ET COMMENTARIVS.

VArro horum librorum genuinum titulum tradit, lib. I. cap. V. de Re Rustica, ubi sic ait: *Equidem innumerabiles mihi videntur, inquit Agrius, cum lego libros Theophrasti complures, qui inscribuntur* φυτῶν ἱστορίας, *& alteri* φυτικῶν αἰτιῶν. Hanc inscriptionem veram legitimamque esset, ex innumeris Athenæi locis probari potest: quamquam in aliis codicibus etiam περὶ φυτῶν ἱστορίας, & περὶ φυτῶν αἰτιῶν legatur.

Ἐκ τῆς πρὸς τὰ ζῶα ἀναλογίας. Verba hæc Doctiss. Gaza omisit, quod in M. SS. codicibus quibus usus est, vel Aldina editione non reperiantur. Rectè vir summus addidit. etenim vel mille in locis Philosophus, & maxime hoc libro cap. II. III. IV. & in lib. de causa plantarum formam essentiamque animalibus comparat. Sensus loci hic est: Plantarum differentias reliquamque naturam, ex animalium similitudine petere oportet, sive partes, affectiones, generationes, vitamque consideres.

Βρύον.) Rectius Græcam servasset vocem Interpres; cum Latina, quæ commodè eam exprimat, reperiatur nulla. Est autem Βρύον, id quod in olea, similibusque arboribus, floris proportionem gerit. Plura de hac voce lib. III. Vide interea cap. III. hujus libri.

Ἀραχίδνα.) *Aracidna quidem, & Aracos* (Theophr. loco citato ἀράκῳ ὅμοιον) *cum habeant radices ramosas, ac multiplices, nec folium, nec herbam ullam, aut quidquam aliud supra terram habent.* Hanc Plinii lectionem probo: quamvis in nonnullis codicibus per χ. scriptam hanc vocem nonnulli observarunt. Videtur enim ἀραχίδνα dicta, ἀπὸ τοῦ ἀράκου, ob similitudinem aliquam, quam cum araco habet.

Οἴσυον.) Alii vulgatam probant lectionem: alii σῖτον legendum scribunt. Horum opinionem Hesychius probare videtur: σῖτον τὸ ὑπό τινων οἶτον. Qui vulgatam lectionem sequuntur, Hesychij codicem mendosum dicunt. Doctiorum esto judicium. Sufficit lectorem admonuisse. Unum addo; Botanicum summum Plinium notare, quod σῖτον *oetum* exposuerit; cum Hesychius ab aliquibus οἴσυον, vel, ut vulgo legitur, σῖτον οἶτον vocari asserat. Vide cap. XI. hujus libri.

ἔτυχε τῆς.) Locus hic in alijs codicibus admodum depravatus, sic legitur; τὰ μὲν ὡς ἔτυχε τῆς ἐλάτης οἱ κλῶνες κατ' ἀλλήλους. Falsam hanc esse lectionem, ex Plinio probatur. qui lib. XVI. cap. XXX. *Quibusdam ramorum ordo, sicut piceæ, abieti, alijs inconditus, ut robori, malo, pyro.* Nec Scaligeri lectionem; probo, quod Lugduno Batavam in M. SS. codicibus reperiri, non dubitem. Cur quercum exponamus, lib. III. rationem reddemus, ubi de quercuum historia agit Theophrastus.

ΚΕΦ. Β. — CAP. II.

Quid radix, caulis, caudex, ramus, surculus.

ΑΥ' τὰ δὲ δὴ τὰ * γένη διαφερόμενα μέρη, πειρατέον περὶ ἑκάστου λέγειν. ἔστι δὲ πρῶτα μὲν καὶ μέγιστα καὶ κοινὰ τῶν πλείστων, τάδε· ῥίζα, καυλὸς, ἀκρέμων, κλάδος. εἰς ἃ διέλοιτ' ἄν τις ὥσπερ εἰς μέρη, καθάπερ ἐπὶ τῶν ζώων. ἕκαστόν τε γὰρ ἀνόμοιον, καὶ ἐξ ἁπάντων τούτων τε τὰ ὅλα. ἔστι δὲ ῥίζα μὲν, δι' οὗ * τροφὴ ἐπάγεται· καυλὸς δὲ εἰς ὃ φέρεται. καυλὸν δὲ λέγω, τὸ ὑπὲρ γῆς πεφυκὸς ὑφ' ἕν. τοῦτο γὰρ κοινότατον ὁμοίως ἐπετείοις καὶ χρονίοις, ὃ ἐπὶ τῶν δένδρων καλεῖται στέλεχος, ἀκρέμονας δὲ, τοὺς ἀπὸ * τούτων σχιζομένους, οὓς ἔνιοι καλοῦσιν ὄζους.† κλάδον δὲ, τὸ βλάστημα, τὸ ἐκ τούτων ὑφ' ἕν οἷον μάλιστα τὸ ἐπέτειον. καὶ ταῦτα μὲν οἰκειότερα τῶν δένδρων. ὁ δὲ καυλὸς, ὥσπερ εἴρηται, κοινότερος. ἔχει δὲ οὐ πάντα οὐδὲ τοῦτον. οἷον, ἔνια τῶν ποωδῶν, τὰ μὲν, ἔχει μὲν, οὐκ ἀεὶ δὲ, ἀλλ' ἐπέτειον. καὶ ὅσα χρονιώτερον ταῖς ῥίζαις. ὅλως δὲ

* *Al. Bas. μέρη. optime.*

* *τὴν τροφὴν Al. Bas.*

* *lege ex Basil. cod. τούτου scil. καυλοῦ.*

† *lege κλάδον*

DE partibus autem ipsis sigillatim jam referre conandum, si prius eas numero persecuti fuerimus. Partes primæ, maximæ, communesque plurimorum; radix, caulis, ramus, surculus. Quibus veluti partibus quispiam dividere potest: quemadmodum in animalium genere. Est enim quodque eorum dissimile: atque his omnibus tota conficiantur necesse est. Radix est id quo alimentum attrahitur. Caulis, in quod alimentum defertur. caulem enim appello, quod supra terram simplex assurgit. Id enim commune pariter annuis atque perpetuis est. quod in arborum genere caudicem vocitare solemus. Rami, qui à caule fissi multiplices sparguntur: quos nonnulli * nodos appellant. Surculus †, quod ex his individuum simplexque oritur; quale præcipuè germen annotinum appareat. Sed hæc * potius arborum generi conveniunt. Caulis vero (ut dictũ est) communior quidem habetur, sed nec ipsum quidem † omnia habere videntur. Vt ex herbaceis quædam habent: sed non perpetuum; sed annuum

* *ὄζους.*
† *germen.*
* *Magis arborum generi propria.*
† *Omnes plantæ habent, ut in herbacearũ genere videre est. ex his aliæ perpetuũ habent, aliæ non: quibus perpetuus non est aut intra annũ interit, aut vi radicũ ultra annũ ipse restituitur.*

tantum:

πολύχουν τὸ τῶν φυτῶν καὶ ποικίλον, καὶ χαλεπὸν εἰπεῖν καθόλου. σημεῖον δὲ τὸ μηδὲν εἶναι κοινὸν λαβεῖν, ὃ πᾶσιν ὑπάρχει. καθάπερ τοῖς ζώοις στόμα καὶ κοιλία. τὰ δὲ ἀναλογίᾳ τ᾽ αὐτά, τὰ δὲ ἄλλον τρόπον. οὔτε γὰρ ῥίζαν πάντ᾽ ἔχει, οὔτε καυλὸν, οὔτε ἀκρέμονα, οὔτε κλάδον, οὔτε φύλλον, οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπὸν, οὔτ᾽ αὖ φλοιὸν, ἢ μήτραν, ἢ ἶνας, ἢ φλέβας. οἷον μύκης, " ὕδνον. ἐν τούτοις δὲ ἡ οὐσία καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις, ἀλλὰ μάλιστα ταῦτα ὑπάρχει, καθάπερ εἴρηται, τοῖς δένδροις. κἀκείνων οἰκειότερος ὁ μερισμὸς, πρὸς ἃ καὶ τὴν ἀναφορὰν τῶν ἄλλων ποιεῖσθαι δίκαιον. σχεδὸν δὲ καὶ τὰς ἄλλας μορφὰς ἑκάστων ταῦτα διασημαίνει. διαφέρουσι γὰρ πλήθει τε τούτων, καὶ ὀλιγότητι, καὶ πυκνότητι, καὶ μανότητι, καὶ τῷ ἐφ᾽ ἓν ἢ εἰς πλείω σχίζεσθαι τοῖς ἄλλοις τοῖς ὁμοίοις. ἔστι δὲ ἕκαστον τῶν εἰρημένων οὐχ ὁμοιομερές. λέγω δὲ ὁμοιομερὲς, ὅτι ἐκ τῶν αὐτῶν ὁτιοῦν μέρος σύγκειται τῆς ῥίζης καὶ τοῦ στελέχους. ἀλλ᾽ οὐ λέγεται στέλεχος τὸ ληφθὲν ἀλλὰ μόριον " ὡς ἐν τοῖς αὐτῶν τῶν ζώων μέλεσίν ἐστιν ἐκ τοῦ αὐτῶν μὲν, ὁτιοῦν τῆς κνήμης ἢ τοῦ ἀγκῶνος οὐχ ὁμώνυμον δὲ, καθάπερ σὰρξ καὶ ὀστοῦν, ἀλλ᾽ ἀνώνυμον. οὐδὲ δὴ τῶν ἄλλων οὐδενὸς, ὅσα μονοειδῆ. τῶν ὀργανικῶν ἁπάντων γὰρ τῶν τοιούτων, ἀνώνυμα τὰ μέρη· τῶν δὲ πολυειδῶν ὠνομασμένα καθάπερ ποδὸς, χειρὸς, κεφαλῆς. οἷον δάκτυλος, ῥὶς, ὀφθαλμός. καὶ τὰ μὲν μέγιστα μέρη σχεδὸν ταῦτά ἐστιν.

" ἴδιον Al. Bas.

" Al. Bas. ὡς αὐτοῖς τῶν ζώων μέλεσίν ἐστι ἐκ τῶν μὲν ὁποῦν.

tantum; ceu quæ diuturnis radicibus vivunt. In totum planta res varia est atque multiplex; inque universum de ea referre, difficile. Indicium vero, quod nihil penitus est, quod commune accipi possit cunctis plantis conveniens: ut animalibus, os, venter: sed alia proportione eadem; alia, quodam alio modo. Neq; enim radicem, neque caulem, neque ramũ, neque germen, neque folium, neque florem, neque fructum plantæ omnes habere videntur. Cortex rursus, aut medulla, aut nervus, aut vena minime omnibus inest, ut in fungorũ, ac tuberum genere patet. Quibus rebus hisque similibus natura utique plantarum consistit. Sed hæc (ut jam dictum est) arborum præcipuè sunt: hisque convenientius hæc accommodetur partitio, ad quas & reliqua redigi par est. cæteras præterea omnes formas hæc prope exprimunt atque declarant. Distant enim eorum multitudine, paucitate, spissitate, raritate: item eo quod simplicia prodeunt, vel in plura scinduntur; reliquisque similibus. Partium autem quas retulimus, nulla ex particulis similibus constat. Similibus inquam particulis, quod ex eisdem pars quælibet radicis aut caudicis constat. Verum quod acceperis, caudex nullo pacto vocatur, sed pars caudicis. Quemadmodum etiam in animalium membris: nam pars quæque tibiæ aut cubiti ex eisdem constat: verum non iis quæ eodem vocabulo cognominantur: ut caro, & os. Sed nomine illa carent: ut etiam quodque uniformium instrumentorum. Ejusmodi enim omnium particulæ nomine carent. Quamquam multiformium particulæ nomine suo noscũtur: ut pedis, manus, capitis: ut digitus, nasus, oculus. Hæ fere partes plantarum maximè habentur.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Πρῶτα, καὶ μέγιστα, καὶ κοινά. Primæ, maximæ, communes. Primæ, propter constitutionem. Prior namque radix cæteris est. Maximæ, ad quantitatem. Hac enim reliquis maxima ex parte præstat caulis. Hæc est quantitas in individuo. Communes. Hæc est quantitas generica: cujus species participes sunt. Καυλὸς *generis nomen est;* στέλεχος *arborum tantum. stipes, unde & stirps, de solidioribus tantum: si* ἔτυμον *sequare.* στέλεχος *adhuc Itali vulgo exprimunt, tametsi corrupta voce,* stecco.

Vide annat. Robert. Constant.

Ἀκρέμονα, *ramum interpretatur Theod.* κλάδον, *surculum. Ramum Latini sine discrimine nominant. Brachia autem majora. Ratio tamen Græcorum nominum nequaquam hunc usum sequetur.* ἀκρέμων *enim erit,* τὸ ἐν ἄκρῳ μένον. *hoc autem est minorum, sive tenuiorum.* κλάδος *autem habet* ἔτυμον, *pro significato,* παρὰ τὸ κλᾶσθαι. *id quod facilius fit in minoribus Hunc ubi surculum interpretamur, rectè fit. quod cum sit diminutum à suro: surus erit ramus grandior. Est autem vox antiquior, quàm ut nunc recipiatur. Animadverte, non omnem* καυλὸν *esse quemadmodum dicit,* ὑφ᾽ ἕν, *id est, simplicem. repugnat enim naturæ* τῶν θάμνων. *Neque* κλάδους, ὑφ᾽ ἕν. *Quippe surculi non pauci sunt* σχιζόμενοι.

Ταῦτα οἰκειότερα τῶν δένδρων. *Intelligit* κλάδους, καὶ ἀκρέμονας. *Theod. Sed hæc potius arborum generi conveniunt. non expressit per verbum, convenire,* τὸ οἰκεῖον.

Ἔχει δὲ οὐ πάντα οὐδὲ τοῦτον. οὐκ ἀεὶ δὲ, ἀλλ᾽ ἐπέτειον. καὶ ὅσα χρονιώτερον ταῖς ῥίζαις. *Seipsum expressit, aut imitatus est infrà.* καὶ ὅσα διετίζει, καὶ ὅσα δὲ πλείω χρόνον ἔχει. *Sententia hæc est. Alia caulem habere, alia nullum. Quæ habent, aut perpetuum, aut non. Quibus perpetuus non est, aut intra annum interit, quia etiam radix perit: aut interit quidem, sed vigente radice ultra annum, ipse quoque restituitur: tametsi non idem. ut repullulandi vim attribuas plantæ, non autem cauli. Alter enim est, qui repullulat. Animadvertes peripateticis cognatam brevitatem. Duo namque simul congessit membra. Primum est,* ἀλλ᾽ ἐπέτειον. *alterum,* καὶ ὅσα χρονιώτερον. *Verùm, uti dicebam, non est* χρονιώτερος: *quia jam interiit ille. alius autem subnascitur, non renascitur ipse redivivus. Itaque addidit,* ταῖς ῥίζαις, *id est, in vi radicum. Prior caulis est annuus: ut loquuntur Iureconsulti: annua, bima, trima die. id est, anni implens spatium. In altero caule natura annua est, tum eo significatu, tum etiam vulgatiore: ut annua sacra cum dicimus, id est, anniversaria. Theodor. non expressit diligentiam illam.* χρονιώτερον ταῖς ῥίζαις. *neque divisionem utriusque membri. Non, inquit, perpetuum, sed annuum tantum: ceu quæ diuturnis radicibus vivunt. malè, & mutilè.*

Πολύχουν. *Nota verbum, quo etiam infrà utitur, &* πολυχία. *Theodo. feliciter, multiplex. verùm idem ubi dicit: & proportione: melius sic, sed proportione. Quippe nihil commune est generica, sed proportionali communitate. Sic enim Theophrastus;* τὰ δὲ ἀναλογίᾳ. *non autem,* καὶ τά. *Quia dixit in summa,* χαλεπὸν εἰπεῖν, *declarat rationem difficultatis; quæ ratio est rationis, scilicet* τῆς ποικιλίας, καὶ τῆς πολυχίας. *Quoniam, inquit,* μηδὲν ἐστι κοινὸν, λαβεῖν, ὃ πᾶσιν ὑπάρχει. *Varium igitur sanè hoc & multiplex negotium; si particulatim certæ species iccirco sunt percensendæ, quia ad nullum principium univocum reduci queunt. Explicat deinde id minutatim, quæ cognoscere propius operæ precium est. Negat omnibus radicem subesse. Exemplum ponemus nos, lenticulam aquæ, & malobathrum, si vera Græci fabulantur. Vtroque ramorum genere carent multa: quippe etiam caule, non floret ficus: capilli veneris fructum ferunt nullum. Hactenus sine controversia: at cum addit, matricem, id sanè controversum est. Sed esto. verum cortex nulli penitus denegari potest: tanto minus vena. Non enim alerentur. at hoc est principium vivendi: omnis autem planta vivit. Nam exempla quæ ponit, contra ipsum stant. habet enim fungus & venas, & nervos, itemque tuber. Et quod ait, analogiam in his potius esse: ea pura evasio est. Duritia nanque & mollitia, parvitas & moles, non variant substantiam. si enim conferas qualescumque volueris species: quemadmodum diximus aliàs: nullam alteri æqualem inveneris. Essent enim eædem: neque nervus in specie nervi, æqualiter prædicatur de nervo leonis, & nervo hominis: sed in genere nervi ampliore: sub quo, alterutrum etiam habes, quod præferas, & alteri illi & aliis: quique sit aliorum quasi regula, & mensura quædam. Verum si officia, & causam finalem spectes, æqualitas est in prædicatione. Omnis enim nervi finis est, sensus, aut motus. omnis venæ, receptio, & transmissio alimenti. In substantia igitur est analogia, non solum in plantis, verumetiam in animalibus: in officio est æqualitas, non solùm in omnibus plantarum speciebus: sed etiam inter omnia genera viventium. Itaque quod addit, in arboribus tantum esse: ne id quidem concedimus, sed manifestiores tantum. Dixit tamen hoc ad præceptoris imitationem, qui* ἄναιμα, *insecta dicit. & statuit sanguinis proportionem, non veram speciem. Illud*

etiam accurata diligentia dignum est. Ait enim Philosophus, Organica quædam esse πολυειδῆ. Sane pes constat nervo, vena, & aliis. quædam verò μονοειδῆ, ut vena. Non rectè igitur sic dividunt: membra quædam simplicia, quædam organica. Cautè autem & prudenter dicit, organici, sive πολυειδοῦς, sive μονοειδοῦς, partem non esse ὁμώνυμον cum toto, id est ejusdem nominis. sed ἀνώνυμον, id est, ei nomen positum non esse Sane in iis, quæ sunt πολυειδῆ, non potest nomen idem poni: propterea quod consignificat compositionem pes: at in iis quæ sunt μονοειδῆ, pars venæ, vena est: si materiam spectes. si officium, non est.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

"deest vocare. * lege Theophrastus.

Ἀκρέμονας. *Videtur Plinius lib.* XVII. *cap.* XIV. *arborum humeros:* & *Columella lib.* III. *cap.* X. *semina*", *Theophrasto* * τὰ φυτευτήρια *de Caus. lib.* III. *cap.* VI. *legenda esse ait ex locis humerosis. ubi locus de arborum partibus.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἔστι δὲ ἡ ῥίζα.) Radicem Botanici vocant; quod in planta sub terra latitat, ex quo alimentum stirpes trahunt. Theophrastus, quo alimentum attrahitur. Novit enim Philosophus, quarundam plantarum naturam esse, ut non terræ, sed vel aquæ insideant, ut lenticula palustris; vel alteri plantæ, ut viscum, muscus, epithymum. Hæc tamen botanicorum definitionem minime turbant. Etenim, cui insident, illis est sedes pro terra. Quæritur tamen, an omnes plantæ habeant radicem. Sed de hac quæstione paulo inferius.

Καυλὸς) Apud Latinos caulis, & cauliculus, herbarum proprius est. Caudex verò, ut στέλεχος apud Græcos, ad arbores, & suffrutices dumtaxat pertinet. Est autem caudex in arboribus, & caulis in herbis, quod à radice supra terram assurgit, per quod alimentum sursum defertur.

Τούτων) Lego ex Aldino, & Germanico codice τοῦτον, scilicet καυλόν; reliqua enim parenthesi includuntur. Cæterum uti Græci ἀκρέμονας, sic Latini ramos attribuunt omnibus plantarum generibus. Ramos majores poëta *brachia* dixit Georg. II:

Tum fortes latè ramos, & brachia tendens.

Plinius lib. XVII. cap. XIV. ἀκρέμονας *arborum humeros* vocavit.

Ὄζους) Dicit Theophrastus, ab aliquibus ἀκρέμονας vocari ὄζους. Hesych. ὄζος· κλάδος· καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ στελέχους σχιζόμενος ἀκρέμων. Attamen apud ipsum Theophrastum, vox ὄζος, non rarò nodum significat; uti hoc eodem libro cap. XIII. & lib. V. cap. III. de causis plantarum; aliisque locis plurimis. Quare ubi vox hæc occurrit, diligenter videndum, quâ significatione accipiatur. Est autem ὄζος sive nodus in arboribus & virgultis, eminens callus, ubi connati simul rami esse apparent. vel nodus, è quo novi se proferunt surculi, & rami, qui certo spatio distantes inter se bini, ternive, aut quaterni, ut in abiete, prodeunt. Quoniam autem ex illis rami primum tument, & oriuntur, eo ipsi etiam rami ὄζοι sunt vocati.

Κλάδων.) Non ubique, nec semper, κλάδος surculum denotat, sed sæpius ramum majorem, uti suo loco demonstrabitur.

Οὔτε γὰρ ῥίζαν) Theophrastus plantas reperiri dicit, quibus radix nulla: exemplum tamen nullum adfert. Dioscorides malabatrum sine radice aquis innatare scribit. Addunt alii lenticulam palustrem. Malè. siquis enim rectè examinaverit, reperiet ei radiculam valde exilem esse. Dioscoridem aliosque Græcos, qui de Malabatro scripsere, mercatorum ignorantia deceptos, crediderim. In epithymo conspicua radix nulla, nec in visco, nec cassuta. horum radix dicenda, (si plantas omnes radices habere quis velit) pars quâ insident, non tamen vera radix. Vel responderi potest, omnes plantas perfectas radicem habere, imperfectas nō item. Vide cap. V. li. I. Rectè itaque Theophrastus. Quæ sequuntur, incomparabilis vir Iulius Cæsar Scaliger examinavit.

ΚΕΦ. Γ. — CAP. III.

Quid matrix, quid fructus, quid humor.

Ἄλλα δὲ, ἐξ ὧν ταῦτα· φλοιὸς, μήτρα, ξύλα, ἢ ὅσα ἔχει μήτραν. πάντα δὲ ὁμοιομερῆ, καὶ τὰ τούτων δὲ ἔτι πρότερα, καὶ ἐξ ὧν ταῦτα· ὑγρὸν, ἶς, φλὲψ, σάρξ. ἀρχαὶ γὰρ αὗται· πλὴν εἴτις λέγοι τὰς τῶν στοιχείων δυνάμεις· αὗται δὲ κοιναὶ πάντων· ἡ μὲν οὖν οὐσία καὶ ἡ ὅλη φύσις ἐν τούτοις. ἄλλα "καὶ ἔστιν, ὥσπερ ἐπέτεια μέρη τὰ πρὸς τὴν καρποτοκίαν οἷον, φύλλον, ἄνθος, μίσχος. τοῦτο δέ ἐστιν ᾧ συνήρτηται πρὸς τὸ φυτὸν τὸ φύλλον καὶ ὁ καρπός. ἔτι δὲ ἕλιξ, βρύον, οἷς ὑπάρχει. καὶ ἐπὶ πᾶσι, σπέρμα τὸ τοῦ καρποῦ. καρπὸς δέ ἐστι τὸ συγκείμενον σπέρμα μετὰ τοῦ περικαρπίου. παρὰ δὲ ταῦτα ἐνίων ἴδι᾽ ἄττα· καθάπερ ἡ "κικὶς δρυὸς, καὶ ἡ ἕλιξ ἀμπέλου. ‡ καὶ ἐν μὲν τοῖς μὲν δένδρεσίν ἐστιν † οὕτω διαλαβεῖν· τοῖς δὲ ἐπετείοις, δῆλον ὡς ἅπαντα ἐπέτεια· μέχρι γὰρ τῶν καρπῶν ἡ φύσις. ὅσα δὲ ἐπετειόκαρπα, καὶ ὅσα διετίζει, καθάπερ σέλινον καὶ ἄλλ᾽ ἄττα, καὶ ὅσα δὲ πλείω χρόνον ἔχει, τούτοις ἅπασιν καὶ ὁ καυλὸς ἀκολουθήσει κατὰ λόγον. ὅταν γὰρ σπερμοφορεῖν μέλλωσι, τότε ἐγκαυλοῦσιν, ὡς ἕνεκα τοῦ σπέρματος ὄντων τῶν καυλῶν. ταῦτα μὲν οὖν ταύτῃ διῃρήσθω· τῶν δὲ ἄρτι εἰρημένων μερῶν πειρατέον ἕκαστον εἰπεῖν, τί ἐστιν, ὡς ἐν τύπῳ λέγοντας. τὸ μὲν οὖν ὑγρὸν φανερόν. "ὃ καὶ καλοῦσί τινες ἁπλῶς ἐν ἅπασιν ὀπὸν, ὥσπερ καὶ Μενέστωρ· † οἱ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις ἀνωνύμως. ἐν δέ τισιν ὀπὸν, καὶ ἐν

* Bas. δ'. "Lege κηκὶς. ‡ Lege καὶ τοῖς μὲν. & sic Ald. Bas. † Lege οὕτω Bas. "Al. Ger. δῆ. † Al. οἱ δὲ ἄλλο μὲν.

Sed sunt etiam aliæ, quibus hæ constant; cortex, lignum, & matrix: ubi scilicet esse potest. Quæ quidem omnes particulis constant similibus: quæque priores hisce habentur, quibusque istæ consumantur; ut humor, nervus, vena, caro. Hæc enim principia sunt, nisi vires elementorum dixeris. sed illæ tamen communes rerum omnium habentur. Essentia itaque naturaque universa plantarum his in rebus consistit. Quædam vero quasi annuę partes accedunt: quæ partui fructuum accommodantur: ut folium, flos, pediculus: id est, "quo folium è planta dependet & fructus. Ad hæc capreolus, ‡ muscus: ubi scilicet esse potest. Super omnia, semen fructus. Est autem fructus, † quod carne & semine constat. Sunt præterea quibusdam propria quædam: ut robori galla: viti capreolus. Arbores persequi hunc in modum possumus. Annuis vero quæque annua gigni constat. Nam ad fructum usque natura eorum tantum se ampliat. Quæ suo uno fructificant anno, quæque biennio durant (ut apium & alia quædam) quæque plus temporis obtinent, his omnibus caulis quoque ‡ pro ratione conveniet. Cum enim semen parturiunt; caulem tum emittunt: utpote quę non nisi causa seminis caulem promant. Hæc ita discerni placet. Partes autem novissime dictas, quid quæque sit, summatim exponere, conandum jam est. Humor itaque patet: quem nonnulli simpliciter liquorem in cunctis appellant. quemadmodum etiam Menestor quidam. In cæteris absque nomine capiunt: in quibusdam vero liquorem: inque

" *Quo foliū & fructus plantæ annectuntur.* ‡ *Bryon.* † *Quod semen continet involucro contētū.* ‡ *Ad tempus usque sequetur (quo maturi sunt fructus) etenim cum futurum est ut semen ferant, caulescunt.*

ἄλλοις δάκρυον. ἶνες δὲ καὶ φλέβες· καθ' αὑτὰ γὰρ ἀνώνυμα· τῇ δὲ ὁμοιότητι μεταλαμβάνουσι τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων. ἔχει δὲ ἴσως καὶ ἄλλας διαφορὰς καὶ ταῦτα, καὶ ὅλως τὸ τῶν φυτῶν γένος. πολύχουν γάρ, ὥσπερ εἰρήκαμεν· ἀλλ' ἐπεὶ διὰ τῶν γνωρίμων μεταδιώκειν δεῖ τὰ ἀγνώριστα, γνωριμώτερα δὲ τὰ μείζω καὶ ἐμφανῆ τῇ αἰσθήσει δηλονότι, καθάπερ ὑφήγηται, περὶ τούτων λεκτέον. ἐπαναφορὰν γὰρ ἕξομεν τῶν ἄλλων πρὸς ταῦτα, μέχρι πόσου καὶ πῶς ἕκαστα μετέχει τῆς ὁμοιότητος. εἰλημμένων δὲ τῶν μερῶν, μετὰ ταῦτα ληπτέον τὰς τούτων διαφοράς. οὕτω γὰρ ἅμα καὶ ἡ οὐσία φανερά, καὶ ἡ ὅλη τῶν γενῶν πρὸς ἄλληλα διάστασις. ἡ μὲν οὖν τῶν μεγίστων σχεδὸν εἴρηται· λέγω δέ, οἷον ῥίζης, καυλοῦ, * καὶ τῶν ἄλλων. αἱ γὰρ δυνάμεις καὶ ὧν χάριν ἕκαστον, ὕστερον ῥηθήσονται. ἐξ ὧν γὰρ καὶ ταῦτα καὶ τἄλλα σύγκειται, πειρατέον εἰπεῖν, ἀρξαμένους ἀπὸ τῶν πρώτων. πρῶτα δέ ἐστι τὸ ὑγρὸν καὶ θερμόν. ἅπαν γὰρ φυτὸν ἔχει τινὰ ὑγρότητα καὶ θερμότητα σύμφυτον, ὥσπερ καὶ ζῷον· ὧν * ὑπολειπόντων γίνεται γῆρας καὶ φθίσις· τελέως δὲ † ὑπολιπόντων, θάνατος καὶ αὔανσις. ἐν μὲν οὖν τοῖς πρώτοις ἀνώνυμος ἡ ὑγρότης· ἐν ἐνίοις δὲ ὠνομασμένη, καθάπερ εἴρηται. τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ὑπάρχει. μόνη γὰρ ἡ τῶν ἐναίμων ὑγρότης ὠνόμασται. διὸ καὶ διῄρηται πρὸς τοῦτο στερήσει. τὰ μὲν γὰρ ἄναιμα, τὰ δὲ * ἔναιμα λέγεται. ἔστι μὲν οὖν τοῦτο καὶ τὸ μέρος τὸ τούτῳ συνηρτημένον θερμόν.

* deest Al.
* ὑπολιπόντων Al.
† lege ὑπολειπόντων ut ante.
* ἔτι Al.

inque aliis lachrymam vocant. Nervus ac venæ per ſe nomine carent: quadam vero ſimilitudine nomina partium animalium * conſortiuntur, quando & alijs quoque differentijs hæc fortaſſe inter ſe diſtent, atque in totum genus univerſum plantarum differat. Eſt enim varium atque multiplex: ut propoſuimus. Sed quoniam ‡ notis ignota perſequamur oportet, & quę ſunt nota grandiora patentioraque ſenſui offerantur, hinc proculdubio de his primum dicendum eſt. Reliqua enim ad hęc ipſa redigere habebimus, † quantum & quouſque quoque modo ſimilitudinem ſingula contingere videantur. Cum vero partes ſumpſerimus, differentias protinus earum adjiciendum. ita enim ſimul & ‡ natura evidens, & tota generum differentia conſpicua fuerit. Maximarum itaque partium differentia pene dicta eſt: videlicet, radicis, caulis, reliquarumque: vires enim cujuſque, quarumque rerum gratia quęque ſint, poſtea dicemus. Illa enim quibus tam hęc quam cętera conſtant, explicare prius oportet: ſumpto à primis initio. Sunt autem prima, humor atque calor. Omnes enim plantę humorem caloremque ſibi * inſitum quendam poſſident: ſicut etiam animalia. quę cum † deficere incœpere: ſenecta * diminutioque conſequitur. Cumque penitus defecere; † exſiccatio morſque occupat. In primis igitur illis humor nomine caret. ſed in quibuſdam, ut dictum eſt, nuncupatur. Hoc idem vel in animalium genere percipere licet. Solus enim humor habentium ſanguinem certo nomine redditur. Quamobrem id privatione ipſa diſcernimus. Alia enim ſanguinem * habere: alia carere fatemur. Eſt igitur ea pars calorque illi connexus.

* Mutuantur.
‡ Propter nota.
† Quatenus & quomodo ſimilitudinis participes ſunt.
‡ Subſtantia.
* Connatum.
† Deficiunt.
* Et tabes.
† Mors & exſiccatio.
* Habent alia carent.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

AIt corticem & medullam conſimiles. His autem priora, ex quibus ipſa conſiſtunt, humor, caro, nervus, vena: non rectè: nam ſi cortex ex vena, nervo, carne, humore conſtat: erit pars aliqua in cortice, quam corticem non dicas.

Declarat quid ſit μίσχος. *pediculus tam folij, quàm fructus.*

Βρύον, *ut ſuprà memoravimus, ait eſſe partem* ἐπέτειον *ad* καρποφορίαν *in quibus eſt. ſequitur præceptorem illis verbis,* ὅσα εἴχει; *intelligit oleam.*

Καὶ ἐπὶ πᾶσι σπέρμα τὸ τοῦ καρποῦ. *Theodo. & ſuper omnia ſemen fructus, ut fructus ſit poſſeſſivi caſus: effugiat ambiguitatem: & pronunciet numero plurali, ſemina fructuum: aut pronomen addat, fructus ipſius.*

Καρπός. *declarat fructum eſſe ſemen cum tegumento, quod* περικάρπιον *vocat. Nihil imprudentius à Theodoro, qui* περικάρπιον, *carnem dixit. Nam quot fructus ſemine conſtant, & tegumento, vel oſſeo, vel teſtaceo ſine carne? contemplare ſtrobilum, & conum cypariſſinum, & alia; animadvertes etiam judicio exactiore id. ſi* καρπὸς *eſt,* τὸ συγκείμενον ἐκ σπέρματος, *& ambiente, ſive teſta, ſive carne: qua ratione potius non dicatur tegumentū illud,* περισπέρμιον. *nihil enim ſeipſum amplecti poteſt: quippe continens à contento, aliud.*

Παρὰ δὲ ταῦτα ἐνίων ἴδια ἄττα, καθάπερ ἡ κηκὶς δρυός, καὶ ἡ ἕλιξ ἀμπέλου. *Mala comparatio. Galla enim fructus eſt. capreoli natura alia: pars enim officialis. Eſt etiam capreolus & leguminum multorum, & cucurbitarum, non autem vitis* ἴδιον.

Καὶ τοῖς μὲν δένδρεσίν ἐστιν οὕτω διαλαβεῖν. τοῖς δ' ἐπετείοις δῆλον, ὡς ἅπαντα ἐπέτεια. *Sententia ſatis facilis: nam ſi totum annuum eſt: etiam partes. iccirco addidit,* δῆλον, *ne eſſet frigidiuſcula.*

Ὅσα ἐπετειόκαρπα, καὶ ὅσα διετίζει. *Durant enim ad fructum uſque ea, quæ annuos fructus ferunt.* τούτοις ἅπασι καὶ ὁ καυλὸς ἀκολουθήσει κατὰ λόγον. *Theodo. his omnibus caulis quoque pro ratione conveniet. Non eſt verbum explens (conveniet)* ἀκολουθήσει. *Sed ſequetur temporis tractum, uſque ad maturi fructus tempus.*

Καὶ ὅταν σπερματοφορεῖν μέλλωσι, τότε ἐγκαυλοῦσι. *Theod. cum ſemen parturiunt, caulem tunc emittunt: at longo poſt tempore, quàm caulem emiſerint, parturiunt ſemen. Eſt ſiquidem parturitio limen, & aditus pariundi. itaque Theophr.* μέλλωσι: *cum futurum eſt, ut ſemen ferant, cauleſcunt. Adeò verò verum eſt, quod ait Theophr. ut lactucas: cum ei generi tempeſtivum eſt, ut ſementeſcant: ſi tunc ſeras, exeant cum caule.*

Ἕνεκα τοῦ σπέρματος ὄντων τῶν καυλῶν. *Videamus an vera ſit hæc propoſitio. Caulis eſt propter ſemen. ſi omnia, quæ caulem habent, ſemen habent: verum eſt. at filix caulem habet, ſemen non habet: Item multa alia: neque omnis fructus, aut ſemen in caule: non enim Arachidnis. Intellige igitur certo in genere: neque in caule fructus albo chamæleonti.*

Τῶν δὲ ἄρτι εἰρημένων μερῶν. *Explicatius celebrat, quæ attigit. tametſi & nunc, & tunc* τύπῳ, ὡς, *inquit,* ἐν τύπῳ λέγοντες. *Theodo. duriſſime, nota inquit, reddere ſubſignationis. Nemo latinus hic intelligat, quid ſit ſubſignatio.* ὑποτύπωσις *figura eſt, de qua in tertio poëſeos à nobis, ſed nihil ad hæc: cæterùm tanta eſt frequentia hujus vocis in hiſce libris, ut Theodorus faſtidij vitandi cauſſa, pariat faſtidium.*

Τὸ μὲν οὖν ὑγρόν. *humorem Theodorus interpretatur. rectè. &* ὀπὸν *liquorem; alibi ſuccum, alibi lac. in principio noni ſatis declaratur.*

Μεταλαμβάνουσι. *Theodorus, conſortiuntur, mutuantur. nam quæ partes univocæ ſunt ſub eodem genere, eæ erunt æquo jure nominis ejuſdem conſortes, quæ analogæ, aut æquivocæ, nominantur.*

Διὰ τῶν γνωρίμων μεταδιώκειν δεῖ τὰ ἀγνώριστα. *Theodor. notis ignota perſequamur. ſenſus mutilus eſt. non enim dicit,* τοῖς γνωρίμοις. *neque ſunt inſtrumenta cognoſcendi, ſed media, quemadmodum vocant Philoſophi.*

Μέχρι πόσου καὶ πῶς ἕκαστα μετέχει ὁμοιότητος. *Theodorus, Quantum, & ad uſque, & quomodo ſimilitudinem ſingula contingere videantur. Nota, attingere ſimilitudinem, & tres facit partes. Quantum; &, aduſque; &, quomodo. at, quantum, eſt, aduſque: terminus enim eſt extremum quantitatis, & generis ejuſdem cum ea. Theophraſtus* τὸ μέχρι *poſuit finem* τοῦ πόσου, *& modum* τοῦ πῶς. *utrunque autem ad qualitatem hic refertur. Nam* τὸ πῶς *eſt qualitatis per ſe.* τὸ πόσον, *per accidens. Id quod etiam Galenus docuit nos non ſemel. Eſt igitur inter herbas ex viriditate ſimilitudo. hoc eſt,* πῶς. *At ſimilitudo,* ἐκ τοῦ πόσου. *propterea quod alijs aliæ viridiores, aut fuſciores. ſic igitur interpretarer; quatenus, & quomodo ſimilitudinis participes ſint. Nam, aduſque, hic nihil ſonat. & ſanè modus hic ſignificat, quod alij, gradum, dicunt.*

Εἰλημμένων δὲ τῶν μερῶν. *Ait partibus poſitis, earum differentias perſequendas. Hac enim ratione naturam cognitum iri. Sanè pars, quaſi materia, erit; differentia, veluti forma. Iccirco addit,* οὐσία. *Quia in lib. Phyſico. & in ſecundo*

de anima,

de anima, & in septimo Metaphysices, materia, forma, compositum, οὐσίαι τρεῖς εἰσί. Theodorus maluit dicere naturam, quam substantiam non solùm hic, sed etiam alibi: ut est videre in fine capitis sequentis.

ὑγρότητα, καὶ θερμότητα σύμφυτον. *Theodorus, humorem, & calorem insitum. Insita quædam sunt etiam non à natura. Adderet igitur ea quoque verba, à natura. hoc enim* φύσις *est in verbo,* σύμφυτον. *Brevius quoque diceret, connatum. ut declararet ea esse principia constitutionis. Neque levis est castigatio hæc: id quod mediocriter doctis videri possit.*

Ὧν ὑπολιπόντων γίνεται γῆρας, καὶ φθίσις. *scribendum,* ὑπολειπόντων, *quo tractus deficientiæ intelligatur. Sic enim fit senectus, & tabes. hoc est,* φθίσις, *quod minus rectè à Theodoro, diminutio. Nam diminuuntur corpora labore quotidiano, inedia, vigilia: at non tabescunt ejusmodi quotidiana diminutione. Est autem naturalis* φθίσις, *senectutis definitio, ex Galeno. Vnde trahunt hanc urbanam dubitationem, qua ratione senex sanus sit: cum senectus sit vitium sanitatis. est enim,* φθίσις. *In verbis autem sequentibus postposuit mortem desiccationi.* τελέως δὲ ὑπολιπόντων, θάνατος καὶ αὔανσις. *minus commodè. Hæc enim illam antevertit. Theodorus autem primum* ὑπολειπόντων: *cum deficere incepere. Male: neque enim initium illud senecta est, sed initium senectæ. Quare intempestivè de suo addidit: sed deficientibus. tractum enim illum, de quo diximus, significat.*

ἐν μὲν τοῖς ἀνθρώποις ἀνώνυμος ἡ ὑγρότης. *Quia sine differentia, communi nomine dicitur,* ὑγρόν. *In aliis autem, inquit, nomen habet: ut dixit. Intelligit,* ὀπὸν *in papavere, & planta, tum medica, tum Cyrenaica. Item* δάκρυον, *in myrrha, atque aliis: quemadmodum in nono dictum est.*

Τὰ δ᾽ ἔναιμα λέγεται. *Theodorus, sanguinem habere fatemur. Seneca in declamationibus irridet, & suo & alieno judicio figuras hasce loquendi ambitiosas, & merito. Quid enim hic è Græca, eâque Attica simplicitate,* λέγεται, *ad latinam severitatem, fatemur? Fateri est interrogati, aut coacti, aut etiam torti. verbum sanè miseræ potestatis. At, dicere, sapientis. fatebitur scholasticus post negationem, aut dubitationem, aut interrogationem: & servus post quæstionem.*

Ἔστι μὲν οὖν τοῦτο τὸ μέρος. *Concludit, partem esse humorem illum: quemadmodum etiam in historiis animalium declaratum est. ut pudere jam incipiat istos, qui nobis sanguinem negabant esse animalis partem.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Μίσχος.) Docet ac definit Theophrastus quid μίσχος, sive pediculus sit: nempe id quo folium, & fructus plantæ copulantur, etiam capreolus, & muscus. Omissum, ni codex mendosus, semel τὸ ἄνθος. Quis non novit, plurimarum plantarum flores pediculo annecti?

Συνήρτηται.) Non omnia folia fructusque dependent. Folia lauri, Rhododendri, & fructus cedri magnæ, non solum deorsum nō dependent, sed sursum erecta, in ramis consistunt, iisque tam pertinaciter cedri fructus adhæret, ut citra rami particulam avelli nequeat. Causa, pediculi durities, & soliditas.

Σπέρμα μετὰ.) Expone, fructus est, quod involucro & semine constat. Falsum enim est, fructum omnem constare ex semine, & carne. Ipse Theophrastus hoc eodem lib. cap. XVII, & XVIII. contrarium docet. quod experientia ipsa probatur. Staphylodendri fructus ex vesicula, sive membranoso tegmine, & semine constat; taceo, conum, abietinum, cedrinum, cyparissimum, aliosque fructus plurimos osseo, vel testaceo, sine carne, tegumento constare. Hac pessimâ expositione viri longè doctissimi, in re botanica, decepti videntur; inter quos Spigelius, qui in Isagoge in rem herbariam, Theophrasti mentem sic exponere conatur: *Theophrastus ubi carne & semine fructum constare dixit, videtur innuere pericarpium ex carne constitutum, ut in pomis, pyris &c.* Quod à mente Philosophi nostri planè alienum est. Docet enim fructum constare ex involucro & semine. Aristoteles fructus, seminisque differentiam luculenter explicat lib. I. de generat. anim. cap. XVIII. Σπέρμα δὲ καὶ καρπὸς διαφέρει τῷ ὕστερον καὶ πρότερον. καρπὸς μὲν τῷ ἐξ ἄλλου εἶναι, σπέρμα δὲ τῷ ἐκ τούτου ἄλλο. ἐπειδὴ (ἄλλως) ἄμφω ταὐτόν ἐστι. *i. semen & fructus inter se differunt, prioris posteriorisque ratione; fructus enim quod ex alio est: semen ex quo aliud, nam alias ambo idem sunt.* Pomum, ex arbore est. semen pomi, ex hoc ipso, & quidem fructu posterius, hoc est ipso pomo. Ex semine nascitur arbor alia. Sed magna ex parte hæc confunduntur, etiam apud antiquissimos, qui καρπὸς pro σπέρμα. & contra σπέρμα pro καρπὸς scribunt. Suidas. καρπὸς μέν ἐστι κυρίως αἱ κεγχραμίδες τῶν σύκων, καὶ τῆς ἐλαίας οἱ πυρῆνες. id est, καρπὸς propriè semen seu granum fici, vel nucleus olivæ. Hippocr. περὶ ἐντὸς παθ. καρδάμου καρπός. Diosc. λαψάνης καρπός. Oribas. κνίδης ὁ καρπός. Quid pluribus opus testibus? ipse Theophrastus καρπὸν semen vocat lib. VI. hist. cap. II. ad finem, ubi de ferula agit.

Ἕλιξ.) Si in codice mendum non est, mala comparatione utitur Theophrastus. Ἕλιξ proprium quidem viti, sed nō soli. cucurbitis enim ac leguminibus nonnullis, uti piso, lathyro, viciæ, &c. capreolus servit. Galla fructus est, ἕλιξ pars officialis. Suspicor legendū ὁ βότρυς; nihil tamen muto. Uva viti ἴδιον, uva fructus, galla fructus. Verba Theophrasti si bene perpendantur, nihil mutandum. Docet arbores quasdam τὸ ἴδιον quid habere, quòd aliis negatum est; sanè nulla arbor capreolum præter vitem fert.

Τὸ μὲν.) De humore vide cap. I. lib. IX.

ΚΕΦ. Δ. CAP. IV.

Quid lignum, quid caro, quid cortex, quid matrix, ex quibus cortex.

" ἔΕΝ δὲ καὶ ἄλλα εἴδη ἕτερα τῶν ἐντός. ἃ καθ᾽ ἑαυτὰ μὲν ἐστιν ἀνώνυμα· διὰ δὲ τὴν ὁμοιότητα ἀπεικάζεται τοῖς τῶν ζώων μορίοις· ἔχουσι γὰρ ὥσπερ ἶνας, ὅ ἐστι συνεχὲς καὶ σχιστὸν καὶ ἐπιμήκες· " ἀπαράβλαστον δὲ καὶ ἄβλαστον ἔχον φλέβας. αὗται δὲ, τὰ μὲν ἄλλα εἰσὶν ὅμοιαι τῇ ἰνί· μείζους δὲ καὶ παχύτεραι, καὶ παραβλαστὰς ἔχουσαι καὶ ὑγρότητας. ἔτι ξύλον καὶ σάρξ. τὰ μὲν γὰρ ἔχει σάρκα, τὰ δὲ ξύλον. ἔστι δὲ τὸ μὲν ξύλον σχιστὸν, ἡ δὲ σὰρξ, πάντη διαιρεῖται· ὥσπερ γῆ καὶ ὅσα γῆς. μεταξὺ δὲ γίνεται ἰνὸς καὶ φλεβός. φανερὰ δὲ ἡ " φύσις ἐν ἄλλοις τε καὶ ἐν τοῖς τῶν περικαρπίων δέρμασι. φλοιὸς δὲ καὶ μήτρα, κυρίως μὲν λέγεται, δεῖ δὲ αὐτὰ καὶ τῷ λόγῳ διορίσαι. φλοιὸς μὲν οὖν ἐστι τὸ ἔσχατον καὶ χωριστὸν τοῦ ὑποκειμένου σώματος. μήτρα δὲ, τὸ μεταξὺ τοῦ ξύλου τρίτον ἀπὸ τοῦ φλοιοῦ· οἷον ἐν τοῖς ὀστοῖς μυελός. καλοῦσι δέ τινες τοῦτο καρδίαν· οἱ δὲ, μυελόν. τὰ μὲν οὖν

Margin: " ἄλλα δὲ εἴδη. Al. Bas. Theod. — " lege ex Al. & Bas. ἀπαράβλαστον δὲ καὶ ἄβλαστον, ἔχον φλέβας. — " Al. Bas. φύσις αὐτῆς ἐν.

" ADsunt vero & alia genera ab internis diversa: quæ ipsa quidem per se nomine carent: similitudine autem ex animalium partibus appellationem sibi mutuantur. Habent enim quodammodo nervum, quod continuum, fissile, prælongumque est: † sed insociatile germinisque infœcundum, & venas habens. Venæ ipsæ cætera nervo similes, sed majores crassioresque sunt: & ramulos humoremque habentes. Item lignum & caro. Alia enim lignum; alia carnem habent. Lignum autem fissile est: caro omnibus dimensionibus dividi potest. quomodo terra, quæque ex terra constant. Vnde fit, ut inter nervum & venam, ipsa media sit. Patet vero ejus natura tum in cæteris, tum " in fructuum cute. Cortex & matrix propriè nuncupantur: sed ea quoque reddere definitione debemus. Cortex est pars ultima: & à subjecto corpore separabilis. Matrix, quod in medio ligni tertium à cortice continetur: velut medulla in ossibus. Id nonnulli cor; alij medullam appellant. Partes tot penè numero habentur;

Margin: " Aliæ autem species diversæ, earū quæ sunt interiores. — † Sed sine adnatis, nullasque propagines edens. — " In integrimentorum coriis.

μόρια σχεδόν ἐστι τοσαῦτα· σύγκειται δὲ τὰ ὕστερα ἐκ τῶν προτέρων· ξύλον μὲν ἐξ ἰνὸς καὶ ὑγροῦ, καὶ ἔνια σαρκός. ξυλοῦται γὰρ σκληρυνόμενα οἷον ἐν τοῖς φοίνιξι, καὶ νάρθηξι, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐκξυλοῦται· ὥσπερ αἱ τῶν ῥαφανίδων ῥίζαι μήτρα δὲ ἐξ ὑγροῦ καὶ σαρκός. φλοιὸς δὲ ὁ μέν τις ἐκ πάντων τῶν τριῶν· οἷον, ὁ τῆς δρυὸς καὶ αἰγείρου καὶ ἀπίου. ὁ δὲ τῆς ἀμπέλου, ἐξ ὑγροῦ καὶ ἰνός. ὁ δὲ τοῦ * φελλοῦ, ἐκ σαρκὸς καὶ ὑγροῦ. πάλιν δὲ ἐκ τούτων σύνθετα τὰ μέγιστα καὶ πρῶτα ῥηθέντα, καθαπερανεὶ μέλη· πλὴν οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν πάντα, οὐδὲ ὡσαύτως, ἀλλὰ διαφόρως. εἰλημμένων δὲ πάντων τῶν μορίων, ὡς εἰπεῖν, τὰς τούτων διαφορὰς πειρατέον ἀποδιδόναι, καὶ τὰς ὅλων τῶν δένδρων καὶ φυτῶν οὐσίας.

* Al. Bas. φύλλου malè.

habentur; quarum posteriores ex prioribus constant. Lignum ex nervo & humore, nonnulla etiam ex carne. Cum enim indurescunt, transeunt in lignum; ut palma, ferula, quicquid lignescit: quemadmodum raphanorum radices. Matrix autem ex carne & humore. Cortex quidam ex tribus illis; ut " roboris, populi, piri. quidam ex humore & nervo; ut vitis. " Folia vero, ex humore & carne. Rursum ex his maximè & primæ illæ, quas enumeravimus, " partes componuntur. non tamen omnes ex eisdem neque simili modo; sed diverso. Igitur expositis jam omnibus ferè partibus, differentias earum, & arborum plantarumque omnium naturam nunc assignare tentandum est.

" quercus. " suberis. " membra.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἄλλα δὲ εἴδη ἕτερα ἐντός. Hactenus de partibus extimis videtur scripsisse, cum tamen falsum sit. Quis enim dicat, humorem esse extimum? tanto minus calorem vitalem illum. Præterea, supra, cum ἀπὸ τῶν γνωρίμων, profitetur se ingredi rationē perscrutationis, processit ab humore, qui multis in plantis sanè minus perspicuus est: puta, in capillis veneris, & quarundam arborum corticibus, & ejusmodi. item à calore, qui apud non paucos est controversus: æquivocè namque calor dicitur de cicuta, & de anetho. Non enim cicuta calida dicitur, nisi vita. Anethum autem etiam elementari calore. Igitur duo illa, πρῶτα quidem sunt; verum neque ἐμφανῆ, neque γνώριμα. Ad hæc nota locutionem. Inquit enim, ἄλλα δὲ εἴδη ἕτερα τῶν ἐντός. Theodo. adsunt vero & alia genera ab internis diversa: ut omittam ineptum hic verbum, adsunt; equidem aliter sentio. Nam cum ab extimis, & magnis, & apparentibus incipiendum esse censuerit; veluti ab radice, & caule, sequutus sanè præceptorem ex historia animalium; nunc de internis loqui vult, atque sic ait: aliæ autem species diversæ earum, quæ sunt interiores; id est ἄλλα τῶν εἴδη ἐντὸς, ἕτερα. diversa genera interiorum, ab iis, quæ diximus.

Ἔχουσι γὰρ ὥσπερ ἶνας. ὃ ἐστι συνεχὲς, καὶ σχιστὸν ἐπίμηκες. ἀπαράβλαστον δὲ καὶ ἄβλαστον; ἔχον φλέβας. Quasi nervos, inquit, quosdam habent: Est autem nervus continuus, & fissilis, & longus, quique nulla cum alia parte committatur, neque quicquam ex sese edat: & qui habeat venas. Est enim nervi natura, longitudo: & affectus, fissilitas, ex Aristotele; ex villis enim sive filis factus. ἀπαράβλαστος, propterea quòd in alias partes non dividitur; neque cum ulla continuatur alterius generis, sive naturæ; quin etiam ne cum sua natura quidem. Hoc autem est ἄβλαστον. Quia nullos ramos edit. Intellige sane in plantis: namque in animalibus alia ratio est, atque etiam in plantis ipsis diligentius contemplandum. Quod vero dicit in fine definitionis: ἔχον φλέβας: habet dubitationem. Nam mox autumat, venam esse nervo similem, quod ad cæteras partes attinet: verum esse crassiorem. Si igitur crassior est, quomodo à nervo continetur; pars enim ejus est.

Φανερὰ δὲ ἡ φύσις αὐτῆς, ἐν ἄλλοις τε, καὶ ἐν τοῖς τῶν περικαρπίων δέρμασι. De carne agit: igitur δέρμα nimis laxe posuit. Est enim à carne diversum quiddam. Ac in putaminibus quidem nucis extimis caro videtur quaqua versum apertilis. At ἐν δέρματι, ut in avellana, & pistaciis, & nuce myristica, atque aliis quæ teguntur cute, non est carnis natura, sed corij, aut cutis: ut in longitudinem facilius, ac promptius scindi queat. Cutem Theodorus, autoris fidem sequutus, transtulit.

Φλοιὸς δὲ καὶ μήτρα κυρίως μὲν λέγεται. Non semel testatur, partes ex se nomina non habere, sed ex animalibus mutuo sumere, ut carnis, nervi, venæ. Nunc dicit μήτραν dici κυρίως; sanè paulo imprudentior. quin potius ἀναλόγως. ἀναφέρεται γὰρ εἰς τὴν τῶν ζώων.

Ὁ δὲ τοῦ φύλλου ἐκ σαρκὸς καὶ ὑγροῦ. Folij institutio ex carne & humore: Ergo folium non esset fissile, at multa sunt, ne dicam omnia, propterea quod caro fissilis nō est. Quare melius & dicas, & sentias: folium constar ex vena, nervo, carne, & humore.

Καθαπερανεὶ μέλη. Theodorus partes interpretatur, otiosè. Nam cum dixit μέγιστα; & subjunxit, μέλη. & dixit καθαπερανεὶ: intellexit, quasi membra, ut μέλη animalium, ἐκ τῶν μερῶν: μέρη ἐκ τῶν μορίων: μόρια ἐκ τῶν στοιχείων.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἀπαράβλαστον) In utroque Aldino, & Basiliensi codice, legitur ἀπαράβλητον, quod *insociale* vertunt. Corrigunt ex auctoritate Roberti Constantini Medici & litteratoris summi, ἀπαράβλαστον. Antiquam cur rejiciam lectionem causam habeo nullam; nec novam cur magis probem, rationem video. Ἀπαράβλαστον exponunt παραβλαστήματα οὐκ ἔχον. velut eodem hoc libro reperitur, οὐκ ἔχον παραφυάδας, id est ut loquitur Plinius, *adnatis carens*. Pollux lib. VII. ὁμοίως δὲ τῆς ἀμπέλου, τὸ ἀπὸ τῆς γῆς, ἕως τῆς ἐκφύσεως τῶν κλημάτων τῶν δένδρων αἱ παραφύσεις, ἃς εἴποι ἄν τις παραβλαστήματα, ἢ κατὰ τὸν Πλάτωνα, ἀναβλαστήματα, αὐτομόλιαι, καλοῦνται. Αὐτομόλιαι stolones sunt, vel ut Plinius ait, *mutilis fruticatio*; quod de nervo, nec dici potest, nec debet. qui neque fert stolones, neque habet adnata. Ἀπαράβλητον cur dixerit Theophrastus, ex Doct. Scaligeri notis, lector facile cognoscere potest. Ἄβλαστον, *germinis infœcundum* interpretantur. præter rationem, & mentem Philosophi nostri. Germen dicitur surculus prægnans, qui ex arborum oculis nascitur, à generando dictus, quod sit generationis principium. Ἄβλαστον, verte, *propagines nullas proferens*. Sed hoc in animalibus, de nervis, à quibus similitudinem petendam docet, maximè de sextæ conjugationis nervo dici non potest. Quin etiam, pace Theophrasti dicere liceat, in ipsis plantis, nervi propagines nonnunquam habet. Sed facile hæc conciliabimus, si dicamus, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ita se rem habere. Ad prius, commodè dici potest; nervos in cerebro, unde originem trahunt, nullas ostendere propagines. Sed nec nervus plantæ ad motum à natura, uti in animalibus, datus, sed ad quietem, consistentiam, & robur. Nervum definio; *partem prælongam, continuam, fissilem, cæterisque partibus magis solidam, quæque à carne & venā facile dissociatur, ac finditur secundum longitudinem, quæque eodem modo in plantam universam fertur, quo venæ, arteriæ, nervi in animantibus, sed tamen in quibusdam partibus magis, in aliis minus conspicitur.* In caudice palmæ, & abietis intus; in tamalapatri, gentianæ, & plantaginis folijs, extra magis videtur, vocaturque costa.

Φλέβας) Vena dicitur, *quod oblongum & cavum est, humorem in se continens, qui plantis alimento est.* Venam, meatum aut cavitatem, licet vix conspicuam propter exilitatem, habere, ratione probari potest. Plurimæ siquidem plantæ, si incidantur, humorem reddunt; aliæ albū, ut papaver; aliæ luteum, ut chelidonia major; aliæ rubrū, ut anchusa. Maxima vero pars aqueo viridive humore prædita. vid. c. XIX. hujus lib. & c. I. lib. IX. ubi ex professo de humore agit Theophrastus.

Ξύλον) *Lignum in plantis durum & fissile.* I. *quod secundum rectitudinem fibrarum finditur: constans ex nervo, & humore; imo etiam ex crassioribus tenuioribusque fibris, quas venas & nervos vocant.* Nonnunquam, quod antea caro erat, uti Theophrastus paulo post inquit, degenerat in lignum; ut ferulæ caulis, & rhaphani radices; in quibus quum ligni densitatem sunt adeptæ, fibræ apparent; quę dum carnis retinebant naturam, antea non apparebant.

Σάρξ) *Caro est solida pars, quæ in omnem dimensionem dividi potest, ut terra & quæ terrea sunt.* talis in pluribus fructibus

fructibus sub cute, ac tegmine conspicitur; ut pyris, malis, prunis. Carnis genera tria in plantis botanici observant. Primum, quod humorem potius, quàm carnem dixeris; quale in vitis, cerasi, morique fructu. Secundum, substantiæ etiam humidæ est, sed solidioris; quale pulpa pruni, mali, pyri. Tertium, cujus substantia est multo densior, & solidior; ut in lignorum genere, quam secare in omnem partem, non secus ac si fibris careat, aptè licet; ut in pyro, & buxi radice. Carnem ex concreto humore fieri, ijdem judicant.

Carnem, inquit, *mediam inter nervum & venam esse.* Viri Doctiss. & Philosophi summi μεταξὺ δὲ γίνεται ἰνὸς καὶ φλεβός, de cortice, non autem de carne, scripta existimant; ac vocem φλοιόν, ex scribentis negligentiâ omissam esse, contendũt; idque ex ipso Theophrasto probant, exemplo, quod de integumentorum corio adfert. Hoc inquiunt, cortex est tenuissimus, ex fibris, ut nostra cutis, contextus. Adde si media esset inter venam & nervum, non posset in omnem dimensionem dividi, ut terra, omniaque terrea.

Δέρμα) Latè accipi debet. uti infra cap. XVIII. dicetur. Fructus enim alij dura, quidam molli, nonnulli mediocri cute teguntur. alia substantia persici, alia juglandis, alia amygdali, alia cerasi.

Περικάρπιον) Theodorus fructum exponit; cum sit involucrum, quo fructus tegitur, uti ex præcedenti capite probatur; ubi fructum constare ait, *semine & tegumento.* Περικάρπιον, propriè est, pars fructus, quæ semen ambit, & protegit, adversus cœli, animaliumque injurias: ut in frumentis gluma, in leguminibus siliqua, in castaneis echinatus cortex, in nucibus testa, in pomis cutis. Hic locus, semen plurimis involucris tegi, docet. Περικαρπίων, inquit, δέρμασι, .i. integumentorũ corijs. Alia enim semina unico, nonnulla duobus, quædam tribus teguntur involucris. Pulpam ipsum περικάρπιον vocari ex Theophrasto lib. IV. cap. II. de causis probatur. οἷον ὅσα ἐν περικαρπίοις ἐστὶ σαρκώδεσι, *ut ea quæ in pulpa conclusa sunt.* De interiori involucro, locum hunc intelligendum, vox δέρμασι ostendit; quæ videtur extimam denotare cutem.

Φλοιός) Corticem, definit Theophrastus *partem ultimam, & à corpore separabilem.* Cortex est, *extima plantæ pars, & à corpore subjecto arte separabilis, instar crustæ, quæ ad tegendam plantam est destinata, mediam quasi inter nervum & venam naturam habens.* Ac propriè quidem, corticem, vocant, *tegmen crassius*: tegmen verò tenuis, *cutem*; qualis mori, fragorum, cerasi, & similium. Hoc, licet difficulter à subjecto corpore arte separetur, separari tamen potest. quamvis id à quibusdam negetur. Utrumque tegmen mediam naturam habet inter venam, & nervum.

Μήτρα) Matricem vocant, *quod in medio ligni residet*, ab aliquibus, cor, vocatur .i. anima. quod augendi, nutriendi, gignendique principium, in hac parte credatur consistere. Quod licet in nonnullis concedamus, verum in omnibus non est. Alij, *medullam* vocarunt; crediderim, quod medium habeat locum. Matrix, in omnibus plantis, quæ sunt corpore denso, & compacto apparet. Constat inquit Theophrastus, *ex carne & humore.* quod in plerisque verum est, uti in sambuco, ficu, salice; non in omnibus. Nam in pluribus arboribus, & fruticibus, ex fibris constat; uti in guajaco, ebeno, loto. estque in illis ligno non dissimilis, nisi quod multò sit densior.

ὃ δὲ τῷ φύλλῳ) Aldinus, & Basiliensis codex, habent, ὃ δὲ φύλλα. quam lectionem, etiam secutus est, Gaza; nisi quod legerit, τὸ δὲ φύλλον, utraque lectio spuria. Theophrastus enim infra cap. XVII. folium ex nervo, cortice, & carne constare ait. Experientia etiam, & ratio docent, folium ex humore & carne tantum non constare. fissile enim non esset; quia caro fissilis non est. De foliorum natura capite citato plura. Suberis corticem, ex humore & carne constare ait, puta quod in omnem dimensionem facilè frangatur; ex solo tamen humore & carne constare non credo. Neque enim in totum nervis & venis caret. Cap. VIII. hujus libri, suberis corticem, *carnosum* inquit. Quare vulgatam lectionem legitimam esse censeo.

ΚΕΦ. Ε. — Cap. V.

Quid arbor, quid frutex, quid herba. De malva, beta, amerina, nuce avellana.

Ἐπεὶ δὲ συμβαίνει σαφέστερον εἶναι τὴν μάθησιν διαιρουμένων κατὰ εἴδη, καλῶς ἔχει τοῦτο ποιεῖν, ἐφ᾽ ὧν ἐνδέχεται. πρῶτα δέ ἐστι καὶ μέγιστα καὶ σχεδὸν ὑφ᾽ ὧν πάντα τὰ πλεῖστα περιέχεται τάδε. δένδρον, θάμνος, φρύγανον, πόα. δένδρον μὲν οὖν ἐστι τὸ ἀπὸ ῥίζης μονοστέλεχες, " πολύκλαδον, ὀζωτόν, οὐκ εὐαπόλυτον· οἷον ἐλαία, συκῆ, ἄμπελος. ‡ φρύγανον δὲ, τὸ ἀπὸ ῥίζης καὶ πολυστέλεχες, καὶ πολύκλαδον· οἷον, † βάτος, παλίουρος. πόα δὲ, τὸ ἀπὸ ῥίζης φυλλοφόρον προϊὸν ἀστέλεχες, οὗ ὁ καυλὸς σπερμοφόρον· οἷον ὁ σῖτος, καὶ τὰ λάχανα. δεῖ δὲ τοὺς ὅρους οὕτως ἀποδέχεσθαι καὶ λαμβάνειν, ὡς τύπῳ, ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν λεγομένους. ἔνια γὰρ ἴσως ἐπαλλάττειν δόξειε. τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἀγωγὴν ἀλλοιότερα γίνεται καὶ † ἐκβαίνειεν τῆς φύσεως· οἷον, ‡ μαλάχη τε εἰς ὕψος ἀναγομένη καὶ ἀποδενδρουμένη. συμβαίνει γὰρ τοῦτο καὶ οὐκ ἐν πολλῷ χρόνῳ, ἀλλ᾽ ἐν ἓξ ἢ ἑπτὰ μησίν· ὥστε μῆκος καὶ πάχος δορατιαῖον γίνεσθαι, διὸ καὶ βακτηρίαις αὐταῖς χρῶνται. πλείονος δὲ χρόνου γινομένου, κατὰ λόγον ἡ † ἐπίδοσις. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ‡ τεύτλων. καὶ γὰρ ταῦτα λαμβάνει μέγεθος. ἔτι δὲ μᾶλλον ἄγνος καὶ ὁ παλίουρος καὶ ὁ κιττός· ὥσθ᾽ ὁμολογουμένως ταῦτα γίνεται δένδρα. καίτοι θαμνώδη ἐστίν. ὁ δὲ μύῤῥινος μὴ ἀνακαθαιρόμενος ἐκθαμνοῦται. καὶ Ἡρακλεωτικὴ καρύα. δοκεῖ δὲ αὕτη τε καὶ τὸν καρπὸν βελτίω καὶ πλείω φέρειν, ἐὰν ῥάβδους τις ἐᾷ πλείους, ὡς τῆς φύσεως θαμνώδους οὔσης. οὐ μονοστέλεχες δὲ ἂν δόξειεν οὐδὲ ἡ μηλέα, οὐδὲ ἡ † ῥοιά,

> " ὀζωτόν, πολύκλαδον.
> ‡ lege θάμνον δὲ
> † μάτος Al.
> † lege ἐκβαίνει.
> ‡ μαλάχη ἐν τῇ Ἀραβίᾳ. Plin. lib. 19. cap 4.
> † Ald. Bas. ἀπόδοσις.
> ‡ καννάβιδων Plin.
> † lege ῥοά.

SEd cum doctrina evidentius tradi soleat; cum per species dividimus; rectè hunc in modum agetur; ubicunque fieri possit. Sunt itaque prima & maxima & à quibus omnia penè aut certè plurima continentur; arbor, frutex, suffrutex, herba. Arbor est, quod ab radice, " caudice simplici, ramosum, nodosum, surculosum aut facilè dissolubile assurgat; ceu olea, ficus, vitis. Frutex, quod ab radice caudice multiplici † ramosumque se attollit; ut rubus, paliurus. Herba, quod ab radice foliatum sine caudice provenit; semenque caule fert: ut frumenta, & olera. Sed definitiones ita accipi probarique debent; ut notis ac lineamentis quibusdam quasi in universum à nobis subsignantur. Etenim ‡ discrepare nonnulla suapte natura fortasse appareant. Quædam etiam ob culturam diversa effici, atque à sua natura discedere. Vt malva in altum se attollens atque in arborem transiens. Quippe ita fit. neque tempore longo, sed mensibus senis aut septenis: ita, ut longitudine crassitudineque instar hastæ possit grandescere. Quapropter commodè ad usum baculi venit. Tempore verò longiore exacto, pro ratione magis quoque incrementa capessit. Simili modo & beta: nam ea quoque ampliorem magnitudinem capit. Sed longè magis " amerina, paliurus, edera: ut proculdubio arbores hæ efficiantur; quanquam frutices sint. At myrtus, nisi sæpius purgetur, in fruticem transit. Quin & nux avellana, quæ quidem & fructum meliorem copiosioremque feret, siquis plures † virgas reliquerit: ut quæ scilicet sua natura potius fruticosa sit. Neque malus verò, neque punica, neque pirus, neque denique ulla, quæ ab imis plantigera sit, caudice uno esse appareat: sed cultura cæteris abscissis utique

> " Stipitem singularem emittit, & in multos postea ramos majores finditur, deinde in multiplices surculos, quodque non facile dissolvi potest.
> † surculosũ.
> ‡ mutari.
> " vitex.
> † stolones.

οὐδὲ ἡ ἄπιος εἶναι· οὐδὲ ὅλως ὅσα παραβλαστικὰ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν, ἀλλὰ τῇ ἀγωγῇ τοιαῦτα, παραιρουμένων τῶν ἄλλων. ἔνια δὲ καὶ ἐῶσι πολυστελέχη διὰ λεπτότητα, καθάπερ "ῥοιὰν, μηλέαν. ἐῶσι δὲ καὶ τὰς † ἐλάτας κοπάδας, καὶ τὰς συκᾶς. τάχα δὲ ἄν τις φαίη, καὶ ὅλως μεγέθει καὶ μικρότητι ‡ δεῖν διαιρεῖν ἔνια· τὰ δὲ, ἰσχύι καὶ ἀσθενείᾳ, καὶ πολυχρονιότητι. τῶν τε γὰρ φρυγανωδῶν καὶ λαχανωδῶν ἔνια μονοστελέχη, καὶ οἷον δένδρου φύσιν ἔχοντα γίνεται· καθάπερ † ῥαφανὶς, πήγανον· ὅθεν καὶ καλοῦσί τινες τὰ τοιαῦτα δενδρολάχανα. τά τε λαχανώδη, πάντα ἢ τὰ πλεῖστα, ὅταν ἐγκαταμείνῃ, λαμβάνει τινὰς ὥσπερ ἀκρέμονας, καὶ γίνεται τὸ ὅλον ἐν σχήματι δενδρῶδες· πλὴν ὀλιγοχρονιώτερα.

" lege ῥοιάν.
† lege ἐλαίας καὶ κοπάδας τὰς συκᾶς.
‡ deest Bas.
† lege ῥάφανος.

utique tales redduntur. Nonnullas etiam caudice diffusas multiplici, causa exilitatis relinquimus, ut punicam, ut malum. Oleas quoque & ficos " multifidas dimittere assolent. Quin etiam magnitudine, parvitateque omnino dividenda nonnulla quispiam fortasse censuerit, quędam etiam robore, imbecillitateque & diuturnitate ac temporis brevitate. Quippe cum †virgultorum olerumque nonnulla caudice uno consistant; & arboris quasi naturam adipisci spectentur: ut ‡ radix, ut ruta. Quamobrem ejusmodi olera nonnulli " olerarbores vocant: & quidem omnia olerum genera certè aut plurima, cum permanserint, quasi ramos quosdam capessunt; totaque in arboris figuram mutantur. diu tamen durare nequeunt.

† suffruticum.
‡ Brassica.
" δενδρολάχανα, quasi oleris arbores.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Σαφέστερον εἶναι τὴν μάθησιν διαιρουμένων κατὰ εἴδη. Sententia notanda. Subjectum namque genus est, quod ubi divisimus in species, & partes ejus nobis innotescunt: & differentiæ etiam prius: tum autem accidentia à specie propria, à genere communia. Hæc autem sunt præcepta, quibus ad scientiam animum comparamus. Dixit, *καὶ σχεδὸν ὑφ' ὧν πάντα τὰ πλεῖστα περιέχεται.* Nota σχεδὸν &, τὰ πλεῖστα. Non dixit τὰ πάντα, propter tubera, & alia talia. Perstat in ea sententia, qua dicebat: plantarum cognitionem, πολύχουν. Notabis etiam sexus diversos Atticè, Σαφέστερον τὴν μάθησιν.

Δένδρον, ὀζωτόν. Theodorus, nodosum, surculosum, duabus vocibus his, unam. At enimvero multæ arbores enodes sunt: quare in definitione arboris reponi nequeat nodus. Ramum potius robustum dicas hic. Addidit Theodorus de suo, assurgat, proprio tamen significatu assurgimus alijs. Quinetiam de arboribus procerioribus tantum dicimus, surgere, surrigere; ac primo quidem ac puro usu, non nisi de rectis. Cùm sedemus, recti non sumus, sed angulos facimus: cùm surgimus, recti evadimus.

Φρύγανον δὲ &c. Cum proposuit quatuor partes, non prosequitur nisi tres. Si non est in codice mendum, est culpa in auctore. Φρύγανον, Latinè virgultum valde commodè potes dicere. Græci à comburendo nomen invenere. Itaque in libris γεωπονίας invenias in alia voce eundem significatum ὑφλικά. Item apud Serapionem. Arabes enim sua lingua idem indicant. Virgulta, inquiunt, quæ ad ignarium leguntur usum. Definitio autem φρυγάνου, hic falsa est. sanè novimus φρύγανον, μονοστέλεχες. Quod autem est πολυστέλεχες, θάμνος id est, à frequentia stipitum. Notabis alteram inter hæc differentiam. namque singularis stipes, si ita modicus sit, ut φρύγανον, videri queat: non erit φρύγανον, nisi intereat quotannis: sed arbor. Ab arbore enim non differt natura substantiæ, sed quantitatis: cujusmodi sunt pumilæ pomi, & ficuum genera nonnulla. At θάμνος utroque in genere accipitur, tam earum quæ intereunt citra annum, quàm quæ durant diutius: durat genista, & paliurus, & alia: non durat pæonia, quæ alioqui θάμνος est, ab una radice frequentibus caulibus. Adhuc habet & hoc aliam differentiam, quia θάμνος aliquis evadit arbor cultu. Herba verò differt ab his ultima illa & propria differentia, quòd folia ab radice protinus emittit. Neque verò de essentia herbæ est, intra annum interire. durat enim cervina lingua: iccirco errarunt, qui ita censuere. Neque caulis de essentia herbæ. Quapropter hoc loco Theophrasti sententiæ moderabere: οὐ ὁ καυλὸς σπερμοφόρον. Neque enim, id est, tanquam in definitione, sed tanquam in divisione, ad hunc modum. Herba alia fert caulem, alia non. Nota σπερμοφόρον in neutro genere, non autem σπερμοφόρος: quia, τὸ, facit conversionem propositionis. Sanè non dices, ἄνθρωπος est, τὸ πορευτικόν: sed, τὸ γελαστικόν: sic, nihil in herba semen fert, quin sit caulis. Considerabis acutius in ea, quæ appellatur Centumgrana, facilius deprehendes in chamæleone albo, qui cum sine caule sit, at in acano semen fert. Animadvertes in definitione herbæ, περὶ ἀστέλεχες. Nam lactucam, uti dicebamus, cum sevimus, quo tempore pridem sata semen ferre debebat, non solùm cum caule egressam, verùm etiam cum semine vidimus. Præterea id omittendum non est, ab radice statim ipsas etiam arbores duobus prodire folijs. Sunt enim ea folia non ejusdem generis, quo ea, quæ postea videmus hærere, sed è substantia, ac pulpa seminis potius, qua id unde arbor exit, includitur.

Δεῖ δὲ τοὺς ὅρους τούτους ἀποδέχεσθαι. Veretur optimus philosophus quicquam statuere, quod reprehendi queat: quippe cùm materia sit πολύχους, ut dicebat.

Ἔνια γὰρ ἴσως ἐπαλλάττειν δόξει. τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἀγωγὴν ἀλλοιότερα γίγνεται, καὶ ἐκβαίνει φύσεως. Reddit rationem, quare definitiones hasce præcipiat sobrie potius, quàm exactè accipiendas. Et signate dixit, δόξει: non autem ἐστί. Alia verò etiam cultu mutantur: ut corylus, myrtus, punica. Dicit, δόξει: quia non erunt revera, sed opinione. Prunus enim ab radice stolones cum emittat, nequaquam propterea θάμνος erit. vera namque arbor est. Ἐπαλλάττειν, Theodorus discrepare: potius mutari, ita ut duplex mutatio sit. Vna sponte: declaratur per ἐπαλλάττειν; In quo usus activa voce est, ut intelligeres intus esse principia actionis. Altera mutatio, παρὰ τὴν ἀγωγήν. cultu, & arte: iccirco dixit, γίνεται, in passivo: mutat sponte malva. Est hoc exemplum prioris argumenti: herbæ namque exuit speciem, atque arborescit. Brassicam vidimus nos octonum pedum, ex qua in sodalitate nostra exempto folio texi humeros quasi justa penula. ἀγωγὴ simplici significatu sonat curam, cultum. Sic mox: ἀλλὰ τῇ ἀγωγῇ τοιαῦτα. præpositio παρὰ, indicat motum ab efficiente, & infrà clarius: ἥμερα παρὰ τὴν ἀγωγὴν εἶναι δοκεῖ.

Quod ait Theophrastus, avellanam plures, ac meliores ferre fructus siquis frequentiores virgas reliquerit: verum esse comperimus nos. Caussam reddit: propterea quod natura sua θαμνώδης sit: at contra, punica. Si igitur utraque θαμνώδης, & punica purgata stolonibus meliores fructus gerit. Non videtur bona ratio, quæ alteri conveniat, alteri non.

Ἐῶσι δὲ καὶ τὰς ἐλάτας κοπάδας, καὶ τὰς συκᾶς. Theodorus omisit, καὶ τὰς ἐλάτας. & interpretatur κοπάδας συκᾶς, multifidas ficus. Verum multifidæ verbum, τῷ κοπάδα εἶναι, non respondet, sed cæduam potius dixeris, iccircò autem cedue sunt, quia θαμνώδη.

Πολυχρονιότητι. Theodorus, diuturnitate: tum addit de suo, ac temporis brevitate: superfluo. Diuturnum enim hic relativum est. Comparat enim per distinctionem: ergo altera pars antevertetur temporis brevitate. Ita Theodorus brevitatis vocabulo Theophrasti brevitatem contaminavit.

Τῶν τε γὰρ φρυγανωδῶν. Mirificus hic Theophrastus, qui cum θάμνον, & φρύγανον diversa agnoverit: & φρύγανον supra malè definierit per πολυστέλεχες: nunc perseveret ita in definitione, ut utrumque confundat. Dicit enim, ἔνια μονοστελέχη. ergo ἔνια πολυστελέχη, sanè de θάμνῳ malè.

Ῥαφανίς. Theodorus, radix, usitatè, sed minus cautè: namque de radicibus, & caulibus, & ramis, cum agamus hic: nunquam raphanum plantæ speciem, radicem partis nomine vocabo: nunquam brassicam, caulem, eadem ratione.

Δενδρολάχανα. Theodorus, oleris arbores. *Καταμείνῃ*, permanserit, Theodo. rectè: sic M. Tullius in Philippicis. Ille mos à Cecrope permanserit.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

CAput hoc depravatum valde est, vel negligentiæ reus ipse Theophrastus. Promittit enim se acturum de arboris, fruticis, suffruticis, & herbæ definitione, ac natura; cum tantum de tribus, arbore, herba, ac frutice, (& de hoc quidem confusè & perturbatè admodum) agat. Quæ res facit, ut audacter asserere ausim, codicem mendosum & lacerum esse. Auctor libelli de plantis, quatuor genera plantarum tradit, lib. I. cap. IV. καὶ πάλιν τῶν φυτῶν εἰσί τινα δένδρα, τινὰ μέσον δένδρων καὶ βοτάνων, καὶ ταῦτα ὀνομάζονται θάμνοι. καὶ τινὰ μὲν εἰσὶ βότανοι, τινὰ δὲ λάχανα. σχεδὸν δ' ἂν πάντα τὰ φυτὰ τοῖς τέτταρσιν ὑποπίπτουσιν ὀνόμασι. Id est: *Plantarum aliæ arbores sunt, aliæ inter arbores & herbas mediæ, & frutices dicuntur, aliæ herbæ sunt, aliæ olera: & plantæ fere omnes sub hæc nomina cadunt.* Nos singula examinabimus.

Δένδρον μὲν.) Arborem definit Theophrastus, *quod à radice stipitem singularem emittit, qui caudex vocatur, & in multos postea ramos majores finditur, deinde in multiplices ramusculos, sive minores ramulos, quodque non facile dissolvi potest.* Sic verba Theophrasti vertenda sunt, quæ malè doctissimus Gaza interpretatus est. ὀζωτὸν *ramos* verto *majores.* Supra enim, cap. II. ἀκρέμονας, majores ramos, ὄζους vocari, tradit Theophrastus. Gaza *nodosum* vertit. id vocem ὀζωτὸν significare, negari non potest. Hoc sensu accipitur cap. XIII. hujus libri; ubi arbores nodosas, & enodes dicit. Enodes si dentur arbores, in definitione arboris, nodus poni non debet. Vide cap. citat. ubi quomodo enodis dicatur arbor, docet. Πολύκλαδος minores ramulos, surculos, interpretatus sum. κλάδον enim supra cap. II. τὸ βλάστημα exponit præceptor; ubi caudicem delineat. Hoc sensu etiam accipitur apud Aristotelem, ἔτι δ' ἀρχή τις ὁ ὄζος τοῦ κλάδου, ἅμα δὲ καὶ μέσον. οὐκ εὐαπόλυτον. cur *aut facile dissolubile*, reddant, ignoro. οὐκ particulam negativam esse, extra controversiam est. Fortassis typographicum est mendum. Scripsit Doctiss. interpres, *haud facile dissolubile*, quod mutarunt in *aut*. Per *solutu contumacem*, si illud intelligat, quod difficile rumpitur, res est quæ in humili quoque plantarũ genere junco & genistæ convenit. Non convenit tamen styraci, quæ est arbor, fractu facillima. Ad hanc objectionem responderi solet; styracem, respectu herbæ, vel alterius generis, fractu quidem contumacem esse: sed in arborum genere, maximè fragilem. Quod vero in herbarum genere quædam reperiantur, quæ fractu sunt contumacia, non inde sequitur, arborum naturam talem non esse; nec Theophrastus herbas fractu contumaces negavit. Objicitur præterea, ficum, & oleam natura sua multiplicem producere caulem, nec simplicem habere caudicem, nisi arte resectis stolonibus. Respondeo, pro arboribus non haberi, antequam resecti sunt stolones, arborisque naturam assumpserint. Vel à Theophrasto inter arbores recenseri, quod facilè arboris naturam assumant, si cultus adhibeatur; ut hoc eodem capite docet. Auctor libelli de plantis, falsò Aristoteli attributi, aliam dat arboris delineationem. πάλιν εἰσὶ δένδρα, ἅπερ ἔχουσιν ἐκ τῆς οἰκείας ῥίζης φιτρὸν, καὶ γίγνονται ἐν αὐτοῖς κλάδοι πολλοὶ, ὡς συκῆ, καὶ ἐλαίᾳ. τινὰ δὲ οὔ. Sunt item arbores quæ è suâ radice stipitem habent, & nascuntur ex eo rami multi, ut oleæ & fici; aliæ vero non habent. Rectè fecisset, si arboris nomen apposuisset, quæ ramis caret. Καταγίνεσθαι, quod scribit stipitem à propriâ nasci radice; quasi ab aliâ, quam à propriâ radice, produceretur caudex. Unde quæso, si non à radice, & à quâ radice, si non à propriâ? Nec ex stipite κλάδοι, si vox propriè sumatur, sed ἀκρέμονες, & ex ijs κλάδοι. Recentiores hanc tradunt arboris definitionem: Arbor est, *Planta lignosa, crassitudine & altitudine inter omnes maxima, cui caudex pro superficie est perennis, & naturâ simplex, qui in multos ramos majores, & dein ramusculos multiplices finditur, ut pirus, abies.*

Φρύγανον.) Rectè Gaza ἀντὶ φρύγανον, θάμνον legit. quod ex fine hujus capitis probatur. Ubi ait, τῶν τε φρυγανωδῶν ἔνια μονοστελέχη. si quidam suffrutices singulari caudice constant, malè definit, ac dixit πολυστέλεχες καὶ πολύκλαδον φρύγανον. Lego itaque θάμνον. *Fruticem ait multis à radice caudicibus ramisque constare.* Eandem ferme definitionem habes apud autorem libelli de Plantis. πάλιν εἰσὶν ἄλλα φυτὰ, μέσον, ὡς εἴπομεν, δένδρων καὶ βοτάνων μικρῶν, τὰ λεγόμενα θάμνοι, ἔχοντα ἐν ταῖς ῥίζαις αὐτῶν πολλοὺς κλάδους, ὡς τὰ καλούμενα ἄγνοι καὶ βάτοι. Id est, *sunt & plantæ, inter arbores & herbas minutas, mediæ, in radicibus suis multos ramos habentes, ut quæ dicuntur, vitex & rubus.* Hæc definitio si bona, sub eodem genere, serpyllum, abrotanumque, cum malo punica, & vitice erunt. His enim omnibus stipitum numerosa soboles a radice; olera etiam, ut mox dicam, frutices erunt. Recentiores hanc fruticis dant definitionem: Frutex est *stirps inter lignosas altitudine, & crassitudine mediocris, cui pro superficie stipes perennis, natura multiplex, quæque facile in naturam arborum, stolonum abscissione transcendit, ut paliurus, punica &c.*

Φρύγανον.) ἀπὸ τοῦ φρύγειν & φρύγεσθαι. Hac voce omnia sarmentosa, minuta, arida, & sicca ligna, ignisque fomenta, sive ad cremandum facilia, continentur. Hesychius φρύγανα, ὕλη λεπτὰ, καὶ ξηρά, *lignum tenue & siccum.* Gaza in lib. de caus. *ignaria* vertit. Recentiores Græci, inter quos Geoponicõn autor, Cassianus Bassus, quem alij Constantinum Cæsarem falso appellant, ἔμφλεκτα vocant, id est *aridum, adustum.* Hesychius ἔμφλεκτα, ξηρὰ ξύλα. Latini à cremando, cremium dicunt. vide Columellam lib. XII. cap. IX. ubi cremium rusticos nominare dicit, lignum aridum & minutum. Hoc sensu φρυγάνων vox accipitur lib. III. de caus. cap. X. versu τοῦτο δὲ ὅτι &c. In plantarum genere Theodorus novo, nõ tamen contemnendo vocabulo suffruticem vertit. φρυγάνου sive suffruticis, vel, ut alij malunt, cremij definitio, quæ sequi debuerat, perijt. Damnum illud ex lib. VI. Hist. Cap. I. aliquo modo resarciri potest. Ubi suffruticem sive cremium scribit, ad arboris, fruticisque naturam accedere, quia lignosum est; præterea minutis constare folijs; ut rosa, helenium, serpyllum, sampsuchum, Iovis flos, abrotanum &c. Negant viri doctissimi rosas ferre folia minuta, sive tenuia; asserunt helenium folia gerere amplissima; caulem esse carnosum more herbarum, nec lignosum antequam exaruerit. Non intelligit vulgatam centifoliam rosam Theophrastus, sed sylvestrem; qualis apud Batavos, locis siccis & arenosis, quæ Duynen vocantur, provenit. hæc odoratissima, spinosissima, minutisque satis folijs. Nec helenium vulgare inter suffrutices numerat, sed Ægyptium & coronarium: huic nec caulis carnosus, nec folia ampla. Aliam ab hac longè diversam philosophus summus φρυγάνου dat definitionem. *Suffruticem ait, quod unicum stipitem ilico a radice emittit, post bina illa folia, quæ in cunctis plantis,* (palmam sive, ut loquuntur, dactylum excipe, qui unico prodit folio, uti anno 1632. observavi) *ilico e seminis pulpâ prodeunt. ab arbore differre magnitudine, siquidem multo minus suffrutex arbore est, aliquot etiã annuo interitu, ut agrimonia, & multa alia unicaulia quæ intereunt; item differre a frutice stipitis unitate; ab herba, quod hæc post duo illa folia, illico e semine enata, alia insuper producat, & procedente tempore etiam stipitem, in nonnullis singularem in alijs multiplicem, in quibusdam nullum.* Ingeniosa hæc, & distincta satis, philosophoque digna definitio; sed non ex mente & sententia, ut imaginatur, Theophrasti. Nam eodem hoc capite circa finem ait τῶν τε φρυγανωδῶν καὶ λαχανωδῶν ἔνια μονοστελέχη. Ex quibus apparet, non omnes, sed quosdam tantum suffrutices unicaules esse. Alij suffruticem ab herba distinguunt vivendi tempore; plures enim annos suffruticẽ vivere, aut radice tantũ, ut ferulacea, umbelliferaque, quorum caulis, & folia radice superstite, quotannis pereunt: aut etiam caule folijsque, ut ruta. Non satis idonea videtur hæc distinctio. Nam non pauci frutices, & folio, & radice, & caule supersunt; omnes caulem radicemque perpetuo viventem habent. Nec omnis, ut mox latius dicam, herba quotannis interit; acetosa perpetuo viret, & quolibet anni tempore viola reperitur. Auctor libelli de Plant. φρυγάνου non meminit; sed ejus loco λαχάνου dat delineationẽ. λάχανα δὲ εἰσι, τὰ ἔχοντα πολλοὺς φιτροὺς ἐκ μιᾶς ῥίζης, καὶ πολλοὺς κλάδους ὡς τὸ πήγανον, αἱ κράμβαι, καὶ τὰ τοιαῦτα; *olera sunt quæ multos stipites habent ex una radice, & multos ramos, ut ruta, & brassica, & ejusmodi.* λαχάνου voce si intelligat τὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν χρείαν, quę usui ciboque quotidiano inserviunt, fallitur,

fallitur, & ex olerum genere separat lactucam. Unicum tantum hæc habet stipitem, & olerum est præstantissima. Quis etiam brassicam multiplici caule à terra exire observavit? aut si quis id aliquando observavit, eritne id connatum brassicæ speciei, quod in eâ semel spectatur? Quin & olera, si hanc sequamur definitionem, frutices erunt. θάμνος, ut ipse ait, multis est à terrâ stipitibus. Si vero λαχάνου voce φρυγάνων intelligit, multum à vero abest. Nam nec brassicæ, nec lactucæ folia parva, sed utrique satis ampla. Nec omnes suffrutices plures à radice stipites emittunt; quod nec olera faciunt, quemadmodum circa finem hujus capitis docet Theophrastus. Ex antiquorum sententia, suffrutex est, *stirps, minima inter lignosas & crassitudinis & altitudinis, caudice perenni; interdum simplici; nonnunquam multiplici; sarmentaceo; folio minuto & tenui.* Ut rosmarinum coronariū, lavendula, rosa sylvestris.

Α'στέλεχες.) Si propriè hæc vox sumatur, ut supra cap. II. pro arborum caule, nihil notatu dignū scribit. Nemo enim non credet, herbas, arboreo carere caudice: si neglectâ propriâ significatione, ad communem transferatur, & simpliciter caulis exponatur; mira in codice reperietur controversia. Nam eandem quam definit herbam, in caule semen ferre, ait. Paulo diligentius si verba Philosophi nostri examinentur, optimam tradit definitionem. πρῶτον inquit ἀστέλεχες, id est, *cum primum provenit, caulem non promit.* Hic itaque sensus: prodire herbam primum sine caule, suo tamen tempore ipsum ferre, in eoque insidere semen. Quod verissimum est, & rectè hoc ipso, ab aliis generibus, distinguitur herba. Post bina enim folia, quæ ex semine prodeunt, foliis proferendis dat operam; postea vero caulem suo tempore edit: contra vero in arbore, frutice, & suffrutice caulis primum, & ab ipso statim initio erumpit. Hæc definitio, non videtur omni ex parte satisfacere. Omnes enim herbæ caulem non videntur producere. carent caule hemionitis, phyllitis, chamæleon albus, filicis quædam genera. Folia non ferunt cassutha, epithymum, tubera. Radicem, non habent conspicuam eadem cassutha, fungus. Hæc si in herbarum non sunt serie, in quo alio reponantur genere, non habent. Etenim nec ad arbores, nec ad frutices, nec ad suffrutices referri possunt. Ad hæc alij aliter atque aliter respondent. Quidam codicem mancum & lacerum dicunt, particulamque quandam desiderari: malunt alij in hemionitide, & phyllitide pediculum, quo folium sustinetur, caulis esse loco. Chamæleon albus caule non omnino caret; sed exiguum illum, & nisi diligenter attendatur, non conspicuum habet. Ad reliqua respondent; plantas alias perfectas esse; imperfectas alias. Perfectæ sunt, quæ evidenter superficiem & radicem habent: imperfectæ, quibus alterum horum vel obscurissimè, vel verè non inest. Carent fungi folijs, caule, & radice; radice sola Epithymum, viscum & similes plantæ. Contra tubera nihil aliud sunt, quam radices. Qua de causa ἄῤῥιζα nuncupantur; quod nullam faciunt umbram, aut foliis, aut stipite. Hæc & similia, excrementa potius terræ, plantarumque dici merentur, quam plantæ; quæ tamen plantarum more crescunt & nutriuntur. Nec hæc ignoravit Theophrastus. Nam cum quatuor plantarum genera describit, non omnia, sed aut omnia, aut plurima, se illis complexum scribit. Contrariam herbæ definitionē tradit auctor libelli de plant. Εἰσὶ δὲ καὶ βοτάναι, τινὲς οὐκ ἔχουσι φίτρον ἐκ τῆς οἰκείας ῥίζης, ἀλλὰ παραυτίκα φέρουσι φύλλα, καὶ τινὰ μὲν, κατὰ πᾶν ἔτος φύονται, καὶ ξηραίνονται, ὡς σῖτος καὶ τὰ παραπλήσια, τινὰ δὲ οὔ. *Sunt & herbæ quæ stipitem è radice suâ non habent, sed folia mox producunt; quædam quotannis gignuntur & siccantur, ut triticum & similia; quædam perpetuant.* In herbarum sensu, quasdam stirpes perpetuas, quasdam annuas esse, extra controversiam est. Scio doctissimum virum, herbam vocare, quod postquam semen perfecit moritur ex toto, ut fruges, & olera plurima. Sed hanc definitionem omnino improbamus; quippe per quam ex herbarū genere, multæ bulbosæ plantæ rejiciuntur, quas Theophrastus, totaque Botanicorum schola, herbas vocat. Hyacinthi, narcissi, tulipæ, anemones, perennant radices, primoque vere nova producunt folia, caules, & flores, & tamen à Theophrasto inter herbas numerantur, nec alio referri possunt. Negat supposititius Aristoteles herbas caulem ferre; cum beta, malva, lapathum & ejus generis innumera caulem ferant; & tamen herbæ sunt. Sed hæc olera dicet: concedo. At tulipa, narcissus, hyacinthus, orchis cæteraque bulbosa, caulem ferunt; herbas tamen esse negari non potest. Ex veterum sententia hoc ferè modo herba delineatur: Herba est, *cujus superficies est, ex folijs tantum, ut phyllitis, hemionitis; vel etiam ex caule, sed illo annuo, carnoso, & qui diutius durare nequit, lignosusque non est, nisi cum exaruerit, ut beta, malva.* Videat Lector cap. I. lib. VII.

Οἷον.) Plinius lib. XIX. cap. IV. οἷον ἐν τῇ Α'ραβίᾳ μαλάχη, legit: *Quædam vocabimus ferulacea, ut anethum, malvas.* (quo nomine malva ferulacea dici possit, non video) *Namque tradunt autores in Arabia malvas septimo mense arborescere, baculorum usum præbere extemplo.* Idem Plinius non πύγλων, sed καναβίδων legit, vel malè interpretatus est πύγλων. *In simili, inquit, genere, habebitur cannabis.*

Ρ'άβδους.) Stolones interpretor; idque, ne sibi ipsi contradiceret Theophrastus Libro II. de Plantarum caussis cap. XVIII. ubi locum hunc exponens, arborem virgis præcisis reddi fœcundiorem, ait. Itaque hoc loco ῥάβδους malui interpretari παραφυάδας, &c. Quæ sequuntur, stolones interpretandum, non minus indicant. Inquit enim, ideò reliquendos stolones, quia natura sunt fruticosa. Possunt & loca illa conciliari; si dicamus, Theophrastū lib. de caus. loqui de adultâ plantâ: hoc vero loco de non adultâ, sed novellâ. Plantæ ènim quæ arboris naturam induunt, vel induere possunt, si stolones plures reliqueris, fruticis naturam servabunt. Experientia verum esse docet, quod Theophrastus de avellana tradit. Hujus rei causam, ex sententia Theophrasti putat Doctiss. vir, *quod natura sua avellana sit θαμνώδης. At contra, inquit, punica. Si ergo utraque θαμνώδης, & punica purgata stolonibus, meliores fructus gerit; non videtur bona ratio, quæ alteri conveniat, alteri non.* Atqui non dicit Theophrastus; fœcundiorem esse, quia natura sua frutex est; sed idcirco plures reliquendos stolones. Cur punica arbor, & avellana frutex, meliores & plures fructus proferat, hæc caussa est. In punica quidem; quia succo abundat plurimo, partim cocto & crasso, partim tenui, & crudo. Pars, puta cruda & tenuis mittitur in ramos, folia &c. sed crassa & cocta servatur ad fructus producendos & nutriendos. Avellana, succo non scatet; ideóque in aquosis fructum ferre meliorem, ait Theophrastus. Arbor itaque facta, consumitur humor, & fructui non servatur; & hæc causa, cur punica arbor, & avellana frutex, sit fœcundior.

Ῥοιά.) Quod ῥοιὰν, & non ῥοιάν lego, facit Galenus; qui lib. II. de alim. fac. cap. XXIII. inquit οἱ δὲ Α'ττικοὶ μὲν αὐτὸ τὸ ἰῶτα τὴν προτέραν τῶν ῥοιῶν ἔχουσι συλλαβὴν, μᾶλλον οἱ Ἴωνες μετὰ τὸ ἰῶτα.

Ῥαφανίς.) Lege ῥάφανος. Nam radix, quam Græci recentiores ῥάφανον, uti suo loco latius dicam, vocant, nec unicaulis, nec arboris naturam assumit. secus brassica.

Ε'ῶσι δὲ ἐλάτας, κοπάδας, καὶ τὰς σύκας.) Theod. legit ἐῶσι δὲ ἐλαίας, καὶ κοπάδας, τὰς σύκας. Sic etiam in margine codicis Basileensis legitur. Rectè legit ἐλαίας. Nam ἐλάτη, sive abies, nunquam visa πολυστέλεχις, nullas soboles vel stolones habet, singulari assurgit caudice; contra olea non raro, præsertim tenella, & nondum adulta, plures habet à radice stipites. κόπας arbor cædua. Hesych. κοπάδες. τὰ ἐπικεκομμένα δένδρα, κοπάδες σῦκα.

ΚΕΦ. Ζ. — CAP. VI.

Arborum aliæ urbanæ, aliæ ſylveſtres, aliæ fructiferæ, aliæ ſteriles, aliæ floriferæ, aliæ flore carentes. De agro Elephantio.

Διὰ δὴ ταῦτα, ὥσπερ ἐλέγομεν, οὐκ ἀκριβολογητέον τῷ ὅρῳ, ἀλλὰ τῷ τύπῳ ληπτέον τοὺς ἀφορισμοὺς, ἐπεὶ καὶ τὰς διαιρέσεις ὁμοίως. οἷον, ἡμέρων, ἀγρίων, καρποφόρων, ἀκάρπων, ἀνθοφόρων, ἀνανθῶν, ἀειφύλλων, φυλλοβόλων. τὰ μὲν γὰρ ἄγρια καὶ ἥμερα παρὰ τὴν ἀγωγὴν εἶναι δοκεῖ· πᾶν γὰρ ἄγριον καὶ ἥμερον φησὶν Ἵππων γίνεσθαι, τυγχάνον " καὶ μὴ τυγχάνον θεραπείας. ἄκαρπα δὲ καὶ κάρπιμα, καὶ καρποφόρα ἄνθη παρὰ τοὺς τόπους καὶ τὸν ἀέρα τὸν περιέχοντα. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ φυλλοβόλα, καὶ ἀείφυλλα. περὶ γὰρ Ἐλεφαντίνην, οὐδὲ τὰς ἀμπέλους, οὐδὲ τὰς συκᾶς φασὶ φυλλοβολεῖν. ἀλλ' ὅμως τοῖς αὐτοῖς αἱρετέον. ἔχει γάρ τι τῆς φύσεως κοινὸν, ὁμοίως ἐν δένδροις καὶ θάμνοις καὶ τοῖς φρυγανικοῖς καὶ ποώδεσιν. ὑπὲρ ὧν καὶ τὰς αἰτίας ὅταν τις λέγῃ, περὶ πάντων κοινῇ δηλονότι λεκτέον, οὐχ ὁρίζοντα καθ' ἕκαστον. εὔλογον δὲ καὶ τὰς † αἰτίας κοινὰς εἶναι πάντων. ἅμα δὲ καὶ φαίνεταί τινα ἔχειν φυσικὴν διαφορὰν εὐθὺς ἐπὶ τῶν ἀγρίων καὶ τῶν ἡμέρων, εἴπερ ἔνια μὴ δύναται ζῆν ἄνευ θεραπείας ὥσπερ ‡ τὰ γεωργούμενα μηδ' ὅλως δέχεται θεραπείαν, ἀλλὰ καὶ χείρω γίνεται καθάπερ ἐλάτη, πεύκη, " λάστρον· καὶ ἁπλῶς ὅσα ψυχροὺς τόπους φιλεῖ καὶ χιονώδεις. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν φρυγανικῶν καὶ ποωδῶν· οἷον κάππαρις καὶ θέρμος. ἥμερον δὲ καὶ ἄγριον δίκαιον καλεῖν, † ἀναφέροντα καὶ ὅλως πρὸς τὸ ἡμερώτατον. ὁ δὲ ἄνθρωπος, ἢ μόνον ἢ μάλιστα ἥμερον.

" ἢ. Ald.

† ταύτας Baſ.

‡ γεωργούμενα ἔνια δὲ μηδ'. Baſil. in margine.

" κήλαστρον.

† ἀναφέροντα πρός τε ταύτας καὶ ὅλως. Baſil.

Qvas ob res, quemadmodum diximus, non exquiſita arctaque ratione, ſed potius rudi quadam nota & formula definitionis accipi debent. Nam & diviſiones modo ſimili capiendæ ſunt: ut urbanarum, ſylveſtrium, fructiferarum, ſterilium, floriferarum, flore carentium, perpetuo virentium, folia perdentium. Sylveſtres enim atque urbanæ cultura potius eſſe videntur. Nam omnem plantam & ſylveſtrem & urbanam, cultum adeptam aut non adeptam, effici poſſe Hippon autor eſt. Steriles item, & fructiferæ, & floriferæ & floris exortes, ob loca cœlumque ambiens. Redduntur & eodem modo perpetuo virentes, & folia deperdentes. Etenim circa agrum Elephantium, neque vitibus, neque ficis folia decidere ajunt. verumtamen eiſdem rebus cuncta amplecti convenit. Eſt enim quid natura commune pariter arboribus, fruticibus, ſuffruticibus, herbiſque: quorum etiam cauſas cum referre placuerit, de omnibus communi docere ratione oportet; omiſſa penitus ſingulorum determinatione. Nam cauſas quoque communes omnium eſſe, ratio eſt. Quin etiam naturalis quædam differentia protinus in ſylveſtrium urbanorumque genere nobis ſe offert. Siquidem alia vivere nequeant abſque cultura: † ſicut illa quæ cultum nullum patiuntur; ſed deteriora redduntur: ut abies, pinaſter, celaſtrus. Ad ſummam, quæ loca frigida nivoſaque adamant. Pari modo in ‡ fruticum, herbarumque genere; ſicut capparis, lupinum. Vrbanum autem & ſylveſtre vocitare debemus, redigendo tum ad prædicta illa; tum vel maxime ad id, quod omnium urbaniſſimum eſſe conſtat. Homo autem aut ſolus aut maxime omnium urbanum eſt.

† Iuxta editionem Baſi. lege: *ſicut illa quæ cultum patiuntur. Nonnulla, non tantum cultum omnino non ferunt, ſed deteriora redduntur.*

‡ *ſuffruticum.*

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἄκαρπα δὲ καὶ κάρπιμα, καὶ καρποφόρα ἄνθη, παρὰ τοὺς τόπους, καὶ τὸν ἀέρα τὸν περιέχοντα. *Theod. ſteriles, & fructiferæ, & floriferæ, & floris exortes: ſanè lectio diverſa, nec videtur codex Theophr. ſatis moderatus. Nam* κάρπιμα *&,* καρποφόρα*: ſuperfluo alterum poſuit: brevitas tamen & veritas hic ſunt conjunctæ. Theodori autem diligentia ſimul & ſatagit verbis, & deficitur ſententia Theophraſti. Fatemur tam fructum, quam etiam florem quibuſdam in arboribus ob aëris diverſum temperamentum deſiderari. Hoc explicat Theodori oratio; at Theophraſtus hoc amplius:* ἄνθη καρποφόρα, *quià florum tenus quædam arbores aliquibus in regionibus promoveant. Verum ij flores* οὐκ εἰσὶ καρποφόροι. *Ita igitur intendit,* δένδρα ἄκαρπα καὶ κάρπιμα. *Præterea* ἄνθη *quæ ferant, obtinere à locorum commoditatibus ut ea ſint* καρποφόρα*: & contra, à difficultatibus impediri.*

Φυλλοβόλα, καὶ ἀείφυλλα, *felices compoſitiones. Frondiperdæ, frondítenæ, conſuetudine quam arte duriores.*

Ἔχει γάρ τι τῆς φύσεως κοινόν. *Supra negabat membrum commune eſſe plantis: ut animalibus, os, ventriculum. Hic ſtatuit naturam communem.*

Λάστρον. *Celaſtrum corrigit Theodorus.*

Dicit, capparim deteriorem reddi cultu. hoc falſum ſcimus nos: item lupinos & grandiores evadere, & mitiores, & coctibiliores.

Ἥμερον. *Declarat, quid intelligit ea voce. Mite, interpretamur malè: nam quædam in hortis ſunt aſpera, ut roſa: quædam è ſylveſtribus molliſsima, ut centunculus. Ait ipſe, quæ humano cultu domitantur, ea eſſe* ἥμερα*: propterea quòd homo,* ἥμερον, *aut ſolus, aut princeps. Theod. Plinium ſuo more ſecutus, urbanum interpretatur. At enimverò* ἥμερα *illa ruſtica ſunt, etiam antè quamvis urbem conditam.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Διαιρέσεις.) Aliam, ab hac, in multis diverſam diviſionem, habes apud autorem libell. de Plantis. Πάλιν τῶν φυτῶν, τὰ μὲν εἰσι κατοικίδια, τὰ δὲ κηπαῖα, καὶ ἕτερα ἄγρια, τοιουτοτρόπως δὲ λέγομεν ὄχνας καὶ ἄλλα φυτῶν εἴδη τοιαῦτα ἄγρια, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐξ ἐπιμελείας γεωργικῆς. πάλιν τῶν φυτῶν τινὰ μὲν ποιοῦσι καρπὸν, τινὰ δὲ οὔ, ὡς ἰτέαι, καὶ τινὰ εἴδη δρυῶν. καὶ τινὰ μὲν ποιοῦσιν ἔλαιον, τινὰ δὲ οὐχί. καὶ τινὰ μὲν ποιοῦσι φύλλα, τινὰ δὲ οὔ. καὶ τινῶν πίπτουσι τὰ φύλλα, τινῶν δὲ οὔ. καὶ τισὶ μὲν γίνονται κλάδοι, τισὶ δὲ οὔ. περὶ διαφορᾶς δ᾽ οὖν τῶν φυτῶν ἐν μεγέθει καὶ σμικρότητι, ἐν ὡραιότητι, καὶ ἀμορφίᾳ, ἐν χρηστότητι καρπῶν, καὶ κακίᾳ πολλά ἐστιν εἰπεῖν. *Plantarum quoque alia domeſtica, alia hortenſis & alia ſylveſtris, ad quem modum verò pyros & alias ejuſmodi plantarum ſpecies ſylveſtres appellare conſuevimus, quia culturam nullam acceperunt. Rurſum plantarum aliæ fructum faciunt, aliæ non faciunt, veluti ſalices & nonnullæ quercuum ſpecies; quædam oleum faciunt, quædam non; aliæ folia producunt, aliæ non; & aliarum folia decidere ſolent, aliarum non. Et de diverſitate plantarum in magnitudine & parvitate, & pulchritudine & deformitate, bonitate fructuum ac malitia dicere licet.* Rectè facit quod docet in quibus ſylveſtria à domeſticis differunt; rectius feciſſet, ſi domeſticorum & hortenſium differentiam tradidiſſet. Utrumque, ἡμέρου nomine, complectitur Theophraſtus, *culti* Varro. Non omni ex parte verum nonnullis videtur, quod ait, quaſdam plantas fructum non ferre. Salicis non ſemel vidi ſemen, ut alibi fuſius dicam.

Ἀκάρπων.) Quid ἄκαρπον Theophraſto, ſupra expoſui; quod plurimi ignorarunt botanici & philoſophi; qui hactenus fruſtra calumniati ſunt veteres. Stirpes quæ folia non ferunt, ſupra imperfectas dixi.

Ἀνάνθη) vocat quæ florem non ferunt conſpicuum, ut ficus.

Ἵππων.) Hipponis opinio falsa & erronea, si verum quod tradit Galenus. Negat hic betam ullam reperiri agrestem, nisi forte, inquit, quispiam eam putet esse lapathũ. Hoc si verum, cadit, peritque plausibilis & jam recepta sententia Platonis; qui in Timæo, sativas omnes olim fuisse feras, tradit. τὰ ἄγρια πρεσβύτερα τῶν ἡμέρων. De hac quæstione plura vide lib. II. de causis.

Ἀλλὰ καὶ χείρω.) Quod dicit abietem, celastrum, capparim, lupinum, non expetere cultum, verum est; sed cultus si adhibeatur, deteriores fieri, hortus medicus Leydensium, in quo celaster & lupinus; & noster, in quo abies (de qua fatendum difficulter admittere curam) lupinorumque genera octo, contrarium testantur. Capparim cultu deteriorem fieri, falsum esse scribit Scaliger; lupinos cultu grandiores, mitiores, & coctibiliores evadere, ante nos observavit idem. De cultura capparis libet Quinquerami verba addere, qui lib. II. scribit; *Quin & capparum messibus, non alia ditior plaga. seruntur in vetustis parietibus, nulla muri injuria. Nam quæ per solum repunt, quamvis siccum, asperum atque saxosum, multo ignobiliores compertæ sunt. Hujus rei satio perficitur in hunc modum; contunduntur veterum murorum cæmenta; his probe tusis miscentur capparorum semina ex nigro rubescentia, magnitudine milij, oblongiora; hujus mixtionis tantillum injicitur in arundinem utrinque foratam, & ubicumque foramina sunt in muro, aut grandiores rimæ, flatu injicitur, id juvante cœlo per se radicatur, mox ineunte ætate ex ea radice truncus emergit, qui digitis duobus per rimam caput exerit; ex eo capite numerosæ sagittæ emicãt, rectæ, leves, bipedali proceritate; quæ veluti e centro ad circumferentiam tendentes orbem efficiunt, multiplici decussu stellatum. Rursum hæ sagittæ utrimque folia habent pyri palmari intervallo, e quorum sinu pediculi exiliunt acuminati, acumine ipso capperem gestantes; tum colligi cappares oportet; quippe longiore mora ex ipsis capparum volgis flos emergit, qui inutiles ad conditurам reddit: sublata vindemia folia decidunt, & totæ propagines quadantenus exsiccantur, putanturque vitium ritu, ita ut dejecta universa coma, glabrum caput relinquatur, ad parem spem sequentis anni. optima satio antumno, ut & cœli aspectus in orientem.* Hactenus Quinqueramus. De abiete pauca. hujus brachia ramique humiliores si diligenter detundeantur, truncusque à superfluis excrescentijs liberetur, non tantum elegantem æqualitatem nanciscitur, sed citius etiam, subtractis inutilibus, assurgit.

ΚΕΦ. Η. — CAP. VII.

Formarum differentiæ; quod aliæ terrestres, aliæ aquatiles, aliæ in paludibus, aliæ in lacubus, aliæ in fluviis, aliæ in mari.

" Κατὰ πάντας τὰς. Bas.

Φανεραὶ δὲ καὶ " κατὰ τὰς μορφὰς αἱ διαφοραὶ τῶν ὅλων τε καὶ μορίων· οἷον λέγω, μέγεθος καὶ σμικρότης, σκληρότης, μαλακότης, λειότης, τραχύτης φλοιοῦ, φύλλων. τῶν τε ἄλλων ἁπλῶς εὐμορφία, καὶ δυσμορφία τίς. ἔτι δὲ καὶ καλλικαρπία, καὶ κακοκαρπία. πλείω μὲν γὰρ δοκεῖ τὰ ἄγρια φέρειν· ὥσπερ ἀχρὰς, κότινος· καλλίω δὲ τὰ ἥμερα, καὶ τοὺς χυλοὺς δὲ αὐτοὺς γλυκυτέρους καὶ † ἡδίους, καὶ τὸ ὅλον ὡς εἰπεῖν εὐκράτους μᾶλλον. αὗται τε δὴ φυσικαί τινες, ὥσπερ εἴρηται, διαφοραὶ καὶ ἔτι δὴ μᾶλλον τῶν ἀκάρπων καὶ καρποφόρων, καὶ φυλλοβόλων καὶ ἀειφύλλων· καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. πάντων δὲ ληπτέον ἀεὶ καὶ πάσας τοῖς τόποις. οὐ γὰρ οὐδὲ οἷόν τε ἴσως ἄλλως. αἱ δὲ τοιαῦται δόξαιεν ἂν γενικὸν εἶναι ποιεῖν χωρισμόν· οἷον ἐνύδρων καὶ χερσαίων, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ζώων. ἔστι γὰρ ἔνια τῶν φυτῶν, ἃ οὐ δύναται μὴ ἐν ὑγρῷ ζῆν. διῄρηται δὲ ἄλλο κατ' ἄλλο γένος τῶν ὑγρῶν. ὥστε τὰ μὲν, ἐν τέλμασι, τὰ δὲ ἐν λίμναις, τὰ δὲ ἐν ποταμοῖς, τὰ δὲ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ θαλάττῃ φύεσθαι. τὰ μὲν ἐλάττω, καὶ ἐν τῇ πρὸς ἡμῖν· τὰ δὲ μείζω, περὶ τὴν ἐρυθράν. ἔνια δὲ, ὡσπερεὶ κάθυγρα καὶ ἕλεια· καθάπερ ἰτέα καὶ πλάτανος. τὰ δὲ οὐκ ἐν ὕδατι δυνάμενα ζῆν ἐν τούτοις, ἀλλὰ διώκοντα τοὺς ξηροὺς τόπους· τῶν δὲ ἐλαττόνων, ἔστιν ἃ καὶ τοὺς αἰγιαλούς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τούτων εἴ τις ἀκριβολογεῖσθαι θέλει, τὰ μὲν ἂν εὕροι κοινὰ καὶ ὥσπερ ἀμφίβια, καθάπερ μυρρίνην, ἰτέαν, κλήθραν· τὰ δὲ καὶ τῶν ὁμολογουμένων χερσαίων, πεφυκότα ποτὲ ἐν τῇ θαλάττῃ βιοῦν φοίνικα, σκίλλαν, ἀνθέρικον, ἄλλα τὰ τοιαῦτα πάντα. καὶ ὅλως τὸ οὕτω σκοπεῖν, οὐκ οἰκείως ἐστὶ σκοπεῖν. οὐ δὲ γὰρ οὐδ' ἡ φύσις οὕτως, οὐδὲ ἐν τοῖς τοιούτοις ἔχει τὸ ἀναγκαῖον. τὰς μὲν οὖν διαιρέσεις καὶ ὅλως τὴν ἱστορίαν τῶν φυτῶν οὕτω ληπτέον. ἅπαντα δ' οὖν καὶ ταῦτα καὶ τἄλλα διοίσει, καθάπερ εἴρηται, ταῖς τε τῶν ‡ ὅλων μορφαῖς, καὶ ταῖς τῶν μορίων διαφοραῖς ἢ τῷ ἔχειν, τὰ δὲ μὴ ἔχειν· ἢ τῷ πλείω, τὰ δὲ ἐλάττω· ἢ τῷ ἀνομοίως· ἢ ὅσοι τρόποι διῄρηνται πρότερον. οἰκεῖον δὲ ἴσως καὶ τοὺς τόπους συμπαραλαμβάνειν, ἐν οἷς ἕκαστα πέφυκεν ἢ μὴ πέφυκε γίνεσθαι. μεγάλη γὰρ καὶ αὕτη διαφορὰ, καὶ οὐχ ἥκιστα οἰκεία τῶν φυτῶν, διὰ τὸ συνηρτῆσθαι τῇ γῇ, καὶ μὴ ἀπολελύσθαι, καθάπερ τὰ ζῶα.

† ἴδιας Al.

‡ ἄλλων Al. Bas.

" Formis quoque in ipsis differentiæ totorum atque partium patent: ceu magnitudo, parvitas; duritia, mollitia, levitas, asperitas; corticis, foliorum: reliquorumq; denique pulchritudo & deformitas quędam: item bonitas & pravitas fructuum. Quippe cum plura sylvestres ferre videantur; ut piraster & oleaster: urbanæ autem meliora; succos quoque ipsos dulciores, suaviores, utque in totum dixerim, † temperatiores præstant. Igitur hæ naturales quædam (ut dictum est) differentiæ sunt: ac longe magis sterilium, fructiferarum; folia deperdentium, perpetuo virentium; quæque alia hujusmodi sunt. Omnium vero semper omnesque differentiæ per locos accipi debent. quippe cum aliter forsitan capi nequeant. Tales autem differentiæ generalem quandam facere distinctionem posse videntur: ut terrestrium atque aquatilium; sicuti in animalium genere. Sunt enim plantarum quædam, quæ non nisi in ‡ aqua vivere possunt. Namque aliæ secundum aliud genus humorum discernuntur: ut aliæ in paludibus, aliæ in lacubus, aliæ in fluviis, quædam etiam in ipso mari nascuntur: minores in nostro, majores vero in rubro. " Nonnullæ præmadidæ quasi, atque palustres omnino spectantur: ut salix, platanus. Quædam degere in aquis minime queunt; sed arida loca persequuntur. Ex minoribus quædam etiam littora † utique desiderant. Cæterum inter eas quoque, siquis arctius inquirere velit, alias communes & quasi vitam ancipitem agentes inveniet: ut myrtum, salicem, alnum. Alias, vel ex iis quæ terrestres proculdubio sunt, in mari nonnunquam viventes: ut palmam, scillam, ‡ albucum. Sed enim ejusmodi omnia & in totum hoc modo pensitare minus † accommodata contemplatio est. Nec enim natura hoc modo, neque in ejusmodi rebus necessitatem injecit. Ergo divisiones atque in totum historiam plantarum accipere hunc in modum debemus. Omnia itaque tam hæc quam cætera differunt, ut diximus, tum † cæterorum forma, tum partium discrimine. Vel quod quædam habent, quædam non habent: vel quod quædam plura habeant, quædam pauciora: vel quod non simili modo habeant: vel quemadmodum superius situs divisimus. Nam loca quoque assumpsisse fortasse non ab re est; quibus locis singula apta, aut non apta sint procreari. Nam differentia magna, & maxime propria plantarum esse percipitur: quandoquidem terræ ‡ adhæreant, & nunquam eæ absolui sicut animalia possint.

" Per formas quoque ipsas differentiæ.

† bene temperatos.

‡ & hæ.

‡ Humidis.

" Nonnullæ in humidis ac palustribus.

† dele.

‡ asphodelum.

† vulgaris.

† totius.

‡ coafixa sunt.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Φανεραὶ δὲ καὶ κατὰ ταύτας τὰς μορφὰς αἱ διαφοραὶ τῶν ὅλων, καὶ τῶν μορίων. Appellat igitur μορφὰς, τὸ ἄγριον εἶναι, καὶ δένδρων, καὶ θάμνων: à stipitibus, & ramis. & ejusmodi, per quas figuras pateant differentiæ, & totorum, & partium. Totorum, ut esse arborem, aut virgultum, aut fruticem. Partium: ut esse ἄφυλλα aut φυλλοβόλα, ἀείφυλλα; & præter hæc, lævitas, magnitudo, mollitia, & contraria. Theodorus transtulit sic: Formis quoque in ipsis differentiæ totorum, atque partium patent. Non bene. Neque enim dicit Theophrastus, patere solùm differentias in formis: sed per formas, id est, per ea quæ dicta sunt. Namque per formam arboris habes quantitatem, & duritiam, & lævitatem; & per formam contrariam, aliter.

Πλείω μὲν γὰρ δοκεῖ τὰ ἄγρια. Nota quid sit illud, γὰρ: nam de multitudine nihil dixit, sed substituit ad disjunctionem. καλλίω δὲ τὰ ἥμερα. propterea quod paucitas includitur in καλλικαρπίᾳ.

Εὐκρατέστερα: Theodorus, temperatiores. Malè. Omnia enim, ut alibi disputatum est, temperata sunt. Nam κρᾶσις est temperamentum. Est enim κρᾶσις etiam in δυσκράτοις: Iccirco addit Gale. τὸ εὖ, καὶ τὸ δύς. Idem alij. quamobrem bene temperatos dicere debuit: & ibi legas, ἡδίους: non autem ἥδιυς, ut scriptum est: neque ἰδίυς, ut scriptum fuerat; sic legit Theodorus, rectè, suaviores.

Μᾶλλον αὐτὰ τὰ, &c. Theodorus. Igitur naturales hæ. Non est locus particulæ collectivæ, igitur, sed, μᾶλλον, admitti debet; ut intelligeres esse naturales, non autem arte factas differentias: quia numerabat τὰ ἥμερα, quibus dicebat, naturam secundum artem acquiri.

Ἐν ὑγρῷ. In aqua. Theodorus, rectè: sed in humido, vel præscriptius, vel generalius. Mos tamen est Græcorum, etiam ipsius Aristotelis; itaque Theophrastus, τὸ ὑγρὸν, εἰς τέλμα: & λίμνην, & ποταμὸν, & θάλασσαν. Item subdistinguit cætera, πάλυγρα καὶ ἕλεια. In humido, & palustri. Theodo. πάλυγρα, præmadida; malè. Nam neque tam excessum significat vox, quàm intra modum ex compositione: neque præmadidas esse ostendit ἀδίαντον: igitur κατὰ τὸ ὑγρὸν: aquosis gaudentes, aut humidis, aut udis, aut uliginosis, aut siquid habeatur commodius ad id significandum.

Διώκοντα. Mirum verbum plantis attributum: quippe quæ per se sunt immobiles, verùm à natura loquendi sumit argumentum.

τῶν δ᾽ ἐλαττόνων. Dividit, quæ superius dixit, à locis, propterea quod in mari, τὰ ἐλάττω. Quin, inquit, ex iis quarundam natura litoralis potius, quàm pelagia. Theodorus addit de suo, desiderant, sicuti, διώκουσι.

Κλήθρα, alnus dicitur à Theodoro; rectè. In Taurinis, Verna, Vascones, haud multò longius, Ber: qua voce utsum Germani; nostratibus, Onici.

Οὐκ οἰκείως ἐστὶ σκοπεῖν. Theodorus: minus pensitata contemplatio est: imò verò plusquàm pensitata, & ambitiosa: tantùm abest, ut operæ sit, vel propriæ, vel familiaris: propterea quod, inquit Theophrastus, Natura in hoc nihil habet necessarium. At equidem ita censeo; quia talis est, ut non habeat necessarium: hoc habet necessarium, ut non habeat. Qua ratione scientiæ pars est, scire contingens: quoniam necessario tale est, & necessario non necessarium, quemadmodum Divinus præceptor noster Aristoteles docuit. Non solùm in scientia scire, esse, debere nos, quæ sunt: verum etiam scire, non esse, quæ non sunt: & contrarium esse falsum. quanto magis ea, quæ aliquo modo sunt. In numero est par, & impar. Si alterum tantum noris, semisciolus sis. Si crocodilum in aqua sola versari scias: non solùm nescias verè: sed & falsò scias, si aliter degere non posse, persuadeas tibi.

Ταῦτα διοίσει καὶ τῶν ἄλλων μορφαῖς, καὶ ὅλῳ τῶν μορίων διαφοραῖς. Quid est, τῶν ἄλλων? quid enim habes præter partes? aut ubi est differentia, nisi per formas? An formæ non sunt in partibus? ita videas, ut admittenda illa sint: τῶν ἄλλων. Potius existimem sic, τῶν ὅλων. Theodorus leviter pertransit: ceterorum.

Ἢ ὅσοι τόποι διῄρηνται πρότερον. τόπους appellavit, ut situm, τὸ πῶς. Cæterum cum dixit, ἀνομοίως, satu erat. Fortasse non defuerint, qui ausint legere, τρόποι. subinfert autem τόπους δὲ ἴσως. Non enim dixit, τόπους γάρ. Nam si loca nominasset: locorum mentionem repetisset per notam rationis, γάρ. Ita ut sit additio membri divisionis, post πλείω, & μείζω: quod subticuit. & ὅμοια: quod subticuit, ut diceret, καὶ ὅσοι τρόποι. Item inquit: præterea locorum natura adjungenda est.

Συνήρτηται τῇ γῇ. Theodorus, adhæreant. Minus bene. hærent contigua, at infixa plusquam hærent, coaffixa. In commentariis super libris de plantis, συμπέπηγεν δ᾽ αἱ, emendavimus.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Πλείω μὲν γάρ.) Hunc locum citat Varro lib. I. cap. VII. de re rust. Idem (Theoph.) ostendit, quod in locis feris plura ferunt, in ijs, quæ sunt culta, meliora. Reperitur etiam hic locus apud Auctorem lib. de Plant. Πάλιν τὰ ἄγρια δένδρα μᾶλλον καρποφοροῦσι, παρὰ τὰ κηπαῖα, ἢ οἱ καρποὶ τῶν κηπαίων κρείττους εἰσὶ τῶν ἀγρίων. Item arbores sylvestres magis fructificant quam hortenses; sed hortensium fructus meliores sunt. Rectius Latinus autor, culta, quam Græcus κηπαῖα ἥμερα. Non raro extra hortos, culta dicuntur, quę humana industria, arteque sunt domita. Illud etiam non caret dubitatione; utrum hortensia præstantiora: sorbi & cotonea sylvestria minus quidem suavia, sed præstantiora. In his enim quærit asperitatem ad remedia Medicus. Prudenter itaque Theophrastus cultorum succum suaviorem & dulciorem dixit; quod ipse gustus comprobat. De hac quæstione plura lib. I. de causis Plant.

Ἔνια δέ.) Et hic locus apud Varr. lib. & cap. dicto: repetitur. Eàdem de causà sunt, quæ non possunt vivere nisi in loco aquoso, aut etiam in aqua: & id discriminatim: at alia in lacubus, ut arundines, in Reatino: (aretino) alia in fluminibus, & in Epiro arbores alni: alia in mari, ut scribit Theophrastus palmas & squillas. Hanc locorum differentiam etiam describit Auctor lib. de Plant. cap. IV. Καὶ τινὰ μὲν τῶν φυτῶν φύονται ἐν τόποις ξηροῖς. τινὰ δὲ ἐν θαλάσσῃ, καὶ τινὰ ἐν ποταμοῖς, ἀλλὰ δὲ ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. καὶ τινὰ ἐν τόποις μὲν ἄλλοις, μεγάλα, ἐν ἑτέροις δὲ μικρά. καὶ τινὰ μὲν φύονται ἐν ὄχθαις ποταμῶν. τινὰ δὲ ἐν λίμναις. καὶ τῶν φυομένων ἐν τόποις ξηροῖς. τινὰ μὲν φύεται ἐν ὄρεσι, τινὰ δὲ ἐν πεδιάσι. καὶ τινὰ ζῶσιν ἐν τοῖς τόποις ξηροτάτοις, ὡς τὰ ἐν τῇ γῇ Αἰθιόπων, καὶ ἐκεῖσε κρείττονας αὐξάνουσι, παρὰ ἀλλαχοῦ, καὶ τινὰ ζῶσιν ἐν τόποις ὑψηλοῖς, τινὰ δὲ ἐν χθαμαλοῖς, καὶ τινὰ μὲν ζῶσιν ἐν τόποις ὑγροῖς, τινὰ δὲ ξηροῖς, τινὰ ἐν ἑκατέροις. ὡς ἡ ἰτέα τὰ γοῦν φυτὰ κατὰ πολὺ ἐξαλλάττονται τῇ διαφορᾷ τῶν τόπων, καὶ ἐντεῦθεν χρὴ καλῶς ὁρᾶν τὰς διαφορὰς αὐτῶν. Et aliæ plantarum in locis siccis nascuntur, quædam in mari, in fluminibus aliæ, quædam in mari rubro. Item nonnullæ in locis quibusdam magnæ fiunt, in locis alijs parvæ. & aliæ in fluminum ripis nascuntur, aliæ in stagnis. Et quæ in locis siccis nascuntur, aliæ nascuntur in montibus, aliæ in planitie, & aliæ in locis aridissimis vivunt; ut in regione Æthiopum & illic melius proveniunt, quam alibi. Et quædam in locis altis vivunt, quædam contra; & quædam in locis humidis vivunt, quædam in aridis; aliæ in utrisque, ut salix. Plantæ igitur magnam diversitatem habent, pro locorum differentijs; quapropter harum quoque differentiæ sunt inspiciendæ. Quantas diversitates cœlum solumque dent, ex iis quæ lib. III. IV. & sequentibus dicuntur, Lector facile percipiet. Tithymallus ex maritimis, in hortos translatus, aliam induit faciem; uti tabella addita, capite de tithymallo, ostendit. Non minorem varietatem ætas parit; alia plantarum facies recens natarum, alia adultarum, & florentium. Ex oblongis rotundis foliis constat panax peregrinum, cum pullulat; contra, dissecta fert adultum. Selini foliorum formam recenter natum Smyrnium ostendit, quæ in rotundum singulare, cum floret, mutantur, ut lector ex icone videre potest. lib. VII. Ad hanc qui non attendunt mutationem, sæpius vulgatam ignorant plantam, & botanici nomen non merentur. Dioscorides in præfatione lib. I. Τὸν δὲ βουλόμενον ἐν τούτοις ἐμπειρίαν ἔχειν, δεῖ κατὰ τὴν πρώτην βλάστησιν ἐκ τῆς γῆς καὶ ἀκμάζουσι, καὶ παρακμάζουσι παρατυγχάνειν. ὅτι γὰρ ὁ τῇ βλαστήσει ἐντετυχηκὼς μόνον, δύναται τὸ ἀκμάζον γνωρίζειν, οὔτε ὁ ἑωρακὼς τι ἀκμάζον, τὸ ἐκφύον ἐπιγνῶναι. παρὰ γὰρ τὸ μεταμείβειν ἀλλάσσειν τῶν φύλλων, καὶ τὰ μεγέθη τῶν καυλῶν, καὶ ἀνθῶν, καὶ καρπῶν, καὶ τινὰς ἄλλας ἰδιότητας, μεγάλη πλάνη γίνεται ἐπ᾽ ἐνίων, τοῖς μὴ οὕτω τὴν θέαν ποιησαμένοις. Porro cui in animo est horũ peritiã assequi, eum oportet tum primo germinatu terra prorumpentibus, tum adultis, atque etiam flaccescentibus adesse. Nec enim quæ tantummodo pullulanti herbæ astiterit, eandem adultam nosse poterit; nec qui adultam viderit, recens erumpentem agnoscat; quo fit ut propter mutatam foliorum faciem, ac caulium, florum, fructuumque magnitudinem, & id genus alias peculiares notas, magno in errore interdum versentur, qui non ita studiosè singula fuere contemplati.

Ἀνθέρικον) ἀνθέρικος Theophrasto lib. VII. hist. c. XII. Plinio lib. II. cap. XVII. & lib. XX. cap. XXII. Asphodeli caulis. hac significatione sumitur apud Hip. lib. de Coacis prænot. cum capitis ossa fracta sint nec ne, explorat asphodeli caule, aut ferulaceo, dentibus imposito, & manducare jusso. τὰ δὲ ἀπορεύμενα πότερον ἔρρωγεν ἢ οὔ, κρίνειν δεῖ, διαμασᾶσθαι διδόντα ἐφ' ἑκατέρην τὴν σιηγόνα ἀνθέρικον ἢ νάρθηκα: *at ossa de quibus fissa sunt nec ne ambigitur, sic discernas; si albucum aut ferulam, in utramque maxillam manducandam exhibueris.* Dioscoridi, ut quidam volunt, ἀνθέρικος est flos asphodeli. Placet eorũ opinio qui vocem καλεύμενον, non ad ἄνθος, sed καυλὸν referunt Ἀνθέρικον Theocriti Scholiastes Idyllio I. asphodeli fructum scribit. ἀνθέρικος ὁ τῆς ἀσφοδέλου καρπός, ἧς τὰ φύλλα ὡς πράσον ἄγριον, μείζω δὲ, καὶ πλατύτερα. ὁ δὲ καυλὸς ἀνθέριξ καλεῖται, ὅσον πηχυαῖον ὢν, καὶ μείζων· τὸ αὐτὸ δέ φησι καὶ Θεόφραστος, Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Δορίεύς φησιν οὐ λέγεσθαι τὸν τῆς ἀσφοδέλου καυλὸν, ὁ δὲ Νεοπτόλεμος γελοίως αὐτῇ τὰ ἀνθέρικα τῶν σταχύων. *Antericos asphodeli fructus est, folia habet sylvestris porri, sed majora & latiora, caulis antherix vocatur, altitudine est cubitali aut majore: Idem Theophrastus ait: Apollodorus verò Dorus sic vocari caulẽ asphodeli negat: Neoptolomus verò ridendus quod cuspides spicarum sic appellarit.* Citat Theophrastum autorem, cũ nihil tale in libris Theophrasti reperiatur. Eustathius & Varinus ἀνθέρικον καρπὸν ἢ καυλὸν fructum vel caulem interpretantur. Hesychius plantam quandam sic vocari ait, & asphodeli fructum. ἀνθέρικος τὰ τῶν σταχύων ἄκρα, καὶ αἱ προβολαὶ, καὶ ὁ ἀσφοδέλου καρπὸς, καὶ βοτάνης εἶδος, καὶ τὰ ἐν τοῖς στάχυσι κέντρα. *Aristarum culmina ac fastigia, asphodeli fructus, ac herba quædam, in aristis culmus.* Nonnulli ἀνθέρικα plantam dicunt, quæ manibus velli, sicut linum, necesse habet, quod meti non queat, deque ea proverbium, ἀνθέρικα θερίζειν. An itaque ἀντὶ ἀνθέρικον ἀνθέρικα restituendum? De integra planta, non parte quadam loquitur magister. Vulgatam placet servare lectionem; quod ἀνθέρικον pro asphodeli planta sumi repperio apud Plutarchum lib. de sap. convivio; ubi versum exponit Hesiodi, cujus mentionem facit Theophrast. lib. VII. cap. XII. quem locum adeat lector. Ad hunc versum Plutarchus. ἀγαθὴ μὲν γὰρ ἡ μαλάχη βρωθῆναι, γλυκὺς δὲ ὁ ἀνθέρικος. *utilis enim malvæ esus & suavis hastula regia.* Theophrasto si credimus; tusa radix cum ficu maxime, in usum venit.

ΚΕΦ. Θ.

CAP. VIII.

Differentia plantarum à figura, à caudice, à cortice, & ligno etiam.

Πειρατέον δὲ εἰπεῖν τὰς κατὰ μέρος διαφοράς· "ὡς ἂν καθόλου λέγοντας πρῶτον καὶ κοινῶς, εἶτα καθ' ἕκαστον ὕστερον ἐπὶ πλεῖον ὥσπερ ἀναθεωροῦντας. ἔστι δὴ τὰ μὲν ὀρθοφυῆ καὶ μακροστελέχη, καθάπερ ἐλάτη, πεύκη, κυπάριττος· τὰ δὲ σκολιώτερα καὶ βραχυστελέχη· οἷον ἰτέα, συκῆ, ῥοιά. καὶ κατὰ πάχος δὲ καὶ λεπτότητα ὁμοίως. καὶ πάλιν τὰ μὲν, μονοστελέχη· τὰ δὲ, πολυστελέχη. τοῦτο δὲ αὐτὸ τρόπον τινὰ καὶ τῷ παραβλαστικὰ ἢ ἀπαράβλαστα εἶναι, καὶ πολυκλαδῆ καὶ ὀλιγόκλαδα, καθάπερ ἡ φοῖνιξ· καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις ἔτι κατὰ τὴν ἰσχὺν ἢ πάχος ἢ † τὰ τοιαῦτα, διαφορά. πάλιν τὰ μὲν λεπτόφλοια, καθάπερ δάφνη, ‡ φίλυρα· τὰ δὲ παχύφλοια, καθάπερ "ἀγρία δρῦς. ἔτι τὰ μὲν λειόφλοια, καθάπερ μηλέα, συκῆ· τὰ δὲ τραχύφλοια, καθάπερ ἀγρία δρῦς, φελλὸς, φοῖνιξ. πάντα δὲ, νέα μὲν ὄντα λειοφλοιότερα· † ἀπογηράσκοντα δὲ, τραχυφλοιότερα. ἔνια δὲ καὶ ‡ ῥιζόφλοια, καθάπερ ἄμπελος. τὰ δὲ, καὶ ὡς "περιπίπτειν· οἷον † ἀνδράχνη, μηλέα, κόμαρος. ἔστι δὲ καὶ τῶν μὲν σαρκώδης ὁ φλοιός· οἷον ‡ φελλοῦ, δρυὸς, αἰγείρου. τῶν δὲ, ἰνώδης καὶ ἄσαρκος, ὁμοίως δένδρων, καὶ θάμνων, καὶ ἐπετείων· οἷον, ἀμπέλου, καλάμου, πυροῦ. καὶ τῶν μὲν πολύλοπος· οἷον "φιλύρας, ἐλάτης, ἀμπέλου, † λινοσπάρτου, κρομμύων. τῶν δὲ μονόλοπος. οἷον συκῆς, καλάμου, αἴρας. κατὰ μὲν δὴ τοὺς φλοιοὺς ἐν τούτοις αἱ διαφοραί. τῶν δὲ ξύλων αὐτῶν καὶ ὅλως τῶν καυλῶν, οἱ μὲν εἰσι σαρκώδεις· οἷον δρυὸς, συκῆς· καὶ τῶν ἐλαττόνων, ‡ βαλαύστου, τεύτλου, κωνείου· οἱ δὲ ἄσαρκοι· καθάπερ κέδρου, λωτοῦ, κυπαρίττου. καὶ οἱ μὲν, ἰνώδεις (τὰ μὲν γὰρ τῆς ἐλάτης καὶ τοῦ φοίνικος ξύλα τοιαῦτα) τὰ δὲ μανά, καθάπερ τῆς συκῆς. ὡσαύτως δέ καὶ τὰ μὲν φλεβώδη, τὰ δὲ ἄφλεβα. περὶ δὲ τὰ φρυγανικὰ καὶ θαμνώδη καὶ ὅλως τὰ κλήματα, καὶ ἄλλας τις ἂν λάβοι διαφοράς. ὁ μὲν γὰρ κάλαμος, γονατώδης· ὁ δέ βάτος καὶ ὁ παλίουρος, ἀκανθώδη. ἡ δὲ ‡ τίφη καὶ ἔνια τῶν ἑλείων ἢ λιμναίων ὁμοίως ἀδιάφρακτα καὶ ὁμαλῆ, καθάπερ σχοῖνος. ὁ δὲ τοῦ κυπείρου καὶ βουτόμου καυλὸς ὁμαλότητά τινα ἔχει παρὰ τούτους. ἔτι δὲ μᾶλλον ἴσως ὁ τοῦ μύκητος. αὗται μὲν δὴ δόξαιεν ἂν ἐξ ὧν ἡ σύνθεσις. "ἡ δὲ κατὰ τὰ πάθη καὶ τὰς δυνάμεις· οἷον † μαλακότης, σκληρότης, κραυρότης, γλισχρότης, μανότης, κουφότης, βαρύτης, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ‡ ἡ μὲν γὰρ ἰτέα αὐαν-

Nunc particulatim differentias explicare conandum. " quo primum in universum atque ratione communi, deinde singillatim differentes, plus quoque agnoscere progressu orationis videamur. Sunt igitur plantarum aliæ † proceræ & longo caudice; ut abies, pinus, cupressus: aliæ contortiores & caudice brevi: ut salix, ficus, punica. Simili modo & crassitudine tenuitateque distant. Quædam rursus caudice uno, quædam pluribus. Ab his proximum vel illud quodammodo est: alias procreandæ sobolis vim retinere, alias carere: & alias ramos multos gestare, alias paucos; ceu palmam. Item robore & crassitudine, aut aliquibus hujusmodi differentiis discernendum. Rursus quædam cortice tenui; ut laurus, tilia. Quædam crasso; ut robur. Item quędam cortice levi; ut malus, ficus. Quędam scabro; ut robur, suber, palma. Hęc dum adolescunt leviori cortice sunt; cum senescunt, crassiori scabriorique. ‡ Nonnullis cortex radicis specimen gerit; ut viti. " Quibusdam etiam cadit; ut portulacę, unedoni, arbuto. Ad hęc aliis cortex carnosus; ut suberi, † robori, populo: aliis nervosus ‡ macilentusque, pariter arboribus, fruticibus, annuisque: ut viti, arundini, tritico. Aliis multiplex tunicis: ut tilię, abieti, viti, " lino, genistę, cepis. Aliis simplex: ut fico, arundini, lolio. Corticis ratione ita differentię colliguntur: lignorum autem ipsorum, atque in totum caulium, alij carnosi; ut † roboris, ut fici: & ex minoribus; ‡ glandis, betæ, cicutæ: alij macilenti; ut cedri, ut celtis, ut cupressi. Alii nervosi: abietis enim palmæque hujusmodi sunt. Alii " enerves; ut fici. Simili modo alii venosi, alii venis privati. Sed in fruticum, & suffruticum, & ad summam sarmentorum genere, aliæ quoque differentiæ comperiri possunt. Quippe cum arundo geniculata, rubus & paliurus spinosa: tipha & palustrium aut lacustrium nonnulla non septa pariter atque æqualia conspiciantur; ut juncus. † Gladioli vero & butomi caulis æqualitatem quandam peculiarem sortitus est, & longe magis fungi fortasse pediculus eo in genere poni debet. Igitur hæ differentiæ rerum illarum esse apparent, quibus fieri compositio potest. Illæ vero ad affectiones viresque referuntur: ut durities, mollities, lentitas, fragilitas, densitas, raritas, levitas, gravitas: quæque alia ejusmodi sunt. Salix enim sicca tantummodo levis: suber ‡ etiam viride leve est: buxus & ebenus ne arefactæ

" deest Al.
† τὰς τοιαύτας διαφοράς. Bas.
‡ φιλύρα Al. Bas.
" deest Al. Bas.
† ἀπογηράσκοντα δὲ παχυφλοιότερα καὶ τραχυφλοιότερα.
‡ ῥηξίφλοια.
" ἀνδράχνη Al.
† περιρρίπτειν.
‡ φέλλου Al.
" φιλύρας Al. Bas.
† λίνου σπάρτου Gaza.
‡ λαπάθου.
‡ τύφη Diosc.
" Bas. αἱ.
† deest Al. Bas.
‡ Al. Bas. ἡ μὲν γὰρ ἰτέα καὶ χλωρὸν εὐθὺ κοῦφον ὥσπερ ὁ φελλός.

" Ac primum quidem breviter, ratione que communi; deinde exactius, deniq; plenius omnia tractabimus, tanquam de integro sive repetiti contemplatione consideran-tes.
† erectæ.
‡ Nonnullis disruptus cortex.
" Quibusdã etiã undiq; decussus videtur, uti adrachnæ, quam portulacam vocant, malo.
† quercui.
‡ gracilis
" crassiori lino ex quo funes & restes parant.
† quercus.
‡ lapathi.
" molles.
† Cyperi.
‡ illico, & adhuc viride.

quidem

ξεῖσα μόνον κάρφη, φελλὸς δὲ ἀθὺ καὶ χλωρός. ἡ δὲ πύξος καὶ ἡ ἔβενος, ἀκ δὲ ἀναυθέντα. καὶ τὰ μὲν " σχιστά, καθάπερ ὁ τῆς ἐλάτης. τὰ δὲ † ἄθραυστα μᾶλλον, οἷον ὁ τῆς ἐλαίας. καὶ τὰ μὲν λοξά, οἷον τὰ τῆς ἀκτῆς τὰ δὲ ὀζώδη, οἷον τὰ τῆς πεύκης καὶ ἐλάτης. δεῖ δὲ καὶ τὰς τοιαύτας ὑπολαμβάνειν τῆς φύσεως. εὔσχιστον μὲν γὰρ ἡ ἐλάτη τῷ εὐθυπορεῖν " ἄθραυστον δὲ ἡ ἐλαία διὰ τὸ σκολιὸν καὶ σκληρόν. εὔκαμπτον δὲ ἡ † φίλυρα, καὶ ὅσα ἄλλα διὰ τὸ γλισχρὸν ἔχειν τὴν ὑγρότητα. βαρὺ δὲ, ἡ μὲν πύξος καὶ ἡ ἔβενος, ὅτι πυκνά. ἡ δὲ δρῦς, ὅτι γεώδης. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα πρὸς τὴν φύσιν πως ἀνάγεται.

" σχιστά Al. Bas.
† εὔθραυστα Theod.
" εὔθραυστον Theod.
† φιλυρέα Ald.

quidem leves redduntur. Aliæ fissiles, ut abies: aliæ frangi " celeriores, ut olea: aliæ item † enodes, ut sambucus: aliæ nodosæ, ut pinus, abies. Nec hujusmodi differentiæ denegandæ naturæ sunt: nam fissilis abies certa meatuum rectitudine: ‡ fragilis olea obliquitate atque duritia: flexibilis tilia: & quæcunque alia hujusmodi sunt humoris sui lentitia. Gravis buxus & ebenus; quia densa: robur; quia terrenum. Pari modo & reliqua omnia quodammodo ad naturam redigi possunt.

" difficiles.
† obliquæ.
‡ fractu difficilis.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Πειρατέον δὲ εἰπεῖν τὰς κατὰ μέρος διαφοράς. ὡς ἂν καθόλου λέγοντας πρότερον, καὶ κοινῶς: εἶτα καθ' ἕκαστον, ὕστερον ἐπὶ πλεῖον ὡς ἀναθεωροῦντας. *Theodor. Nunc particulatim differentias explicare conandum: quo primum in universum, atque ratione communi, deinde sigillatim differentes, plus quoque agnoscere progressu orationis videamur,* τὸ κατὰ μέρος *Intelligit enim rationem explicatiorem, & modos ponit duos; unum communiorum differentiarum: ut* μακροφύλλα, *& ejusmodi; alterum adhuc exactiorem: veluti cum* τῶν ὄζων, *naturam ita scrutatur, ut etiam secet in minutiora. Tertio loco pollicetur se plenius omnia recogniturum. Nam & potestates addet, & ætates. Hoc est, quod dicit* ὕστερον, *&* ἐπὶ πλεῖον, *&* ἀναθεωρεῖν; *quæ Theodorus malè est interpretatus. Primum* καθ' ὅλου, *deinde,* καθ' ἕκαστον. *Postremo, plenius, sive amplius tractamus, tanquam de integro, sive repetita contemplatione considerantes.*

Παραβλαστικά. *Theodorus optimè, procreandæ sobolis. Soboles namque est, quæ subolescit sub matrice arbore.*

Κατὰ ἰσχὺν καὶ πάχος. *Repetit* πάχος, *quod haud multò antè posuit.*

Ἀνδράχνη, *ita legendum est, non* ἀνδράχνη. *Hæc enim herba est: nolo nunc argutari super etymologia. In libris originum commodius licuit. Theodorus festivissimo ingenio sequutus est numerum literarum Græcæ proportionis, ut latinam novaret vocem. Namque sicut* ἀνδράχνη *octo elementis constat, herbæ nomen.* ἀδράχνη *arbor, uno minus: ita ipse, cum herba à latinis portulaca dicta esset, detrita litera arborem potulacam dixit. Cogimur hìc egredi rationem institutæ brevitatis: imperat enim ratio. Doctissimus Hermolaus cùm hæc retulisset in literas, addidit elogium ex judicio suo acerrimo sic: eruditius, quàm felicius. Fœlicitatis impedimentum non explicat: eruditionis rationem alijs pensitandam reliquit. Sanè mihi contrà videtur, nihil ferè ab illo felicius novatum. Facillimum enim fuit eximere elementum, idque asperrimum: at assequi Græcam illam proportionem, id verò etiam felicissimum. Eruditionem verò quam ipse non descripsit, quam putemus esse? Nam more suo Ruellius aliena cum sublegeret, nihil hujus rei docuit nos. Ego quoque valde vereor Theodorum nulla penitiore adductum caussa, ut id nominis ad eum modum comminisceretur. Fatum tamen plus valuit, si ita censeas; potulacam dictam, propterea quòd ejus fructuum esu, perinde atque potantes inebriat: sed satis hæc & animi gratia. Habes ejusdem generis, aut proximi,* μηλέαν, *præterea vel pro fructu, vel pro planta,* κόμαρον, μεμαίκυλον. *Arbutus latinè arbor est, fructus autem unedo. Plinius tamen minus anxiè servavit. Calabri vocant cerasum marinam, Pyrenæi penè Latinè, Arbost. Hermolaus animadvertit varietatem sententiarum duobus verbis, quæ de ejus cortice aliter, atque aliter legebantur,* περιπηγνύμενον, περιεγνύμενον. *Acutius hic illud judices. Nam si legis,* περιΐστασθαι, *id est plusquam* περιρήγνυσθαι *A vite enim etiam abscedit, ubi ruptus est, at non ita, vel sæpè: vel ubique cadit. Sed Plinij verba memineris: quibusdam, inquit, etiam cadit, ut malo, & unedoni. Valdè sanè dubito, an rectè scriptum sit.* μηλέα, *enim ait Theophrastus, non autem* μιλία, *cadere; quem errorem etiam Ruellius sequutus est.*

Καὶ ἐλαττόνων, βαλάνου, τεύτλων, κανῶν. *hic* βάλανος, *aut est arbusculum, aut frutex, aut herba, aut error. Theodorus vertit, glandem.*

Τὰ δὲ μανά. *Si opposuit inter se Theophrastus* μανὸν, καὶ ἰνῶδες, *laxè nimis. multa enim sunt* ἰνώδη, καὶ μανά, *ut arundinacea.*

Ἀδιάφρακτα, *opposuit* τοῖς γονατώδεσι, *propterea quod geniculatim vacuitas calamorum, & frugum, & aliorum dissepta est. Theodorus infeliciter, insepta. Non enim intelligebam: habebam enim quod sequerer, insecta.*

Butomum, Theodorus Græcam vocem reddidit Latinè. Quare miror, si Græca tota res est, qua ratione nostratem juncum putaverit Ruellius. Neque enim juncus ullus noster sidæ similem gerit fructum, id quod de butomo à Theophrasto proditum est. Præterea si ei iridis folia, ut idem ex Democrito accipit: quis putet eam naturam cum junci appellatione posse convenire. Caulem adduces, ut ipse ex Hermolao interpretatur; inoffensum. At enimverò is caulis crassus, neque aptus texendis tegetibus, sed ejus folia: cujusmodi usum præstat aliquot locis in Italia carex: ex eo namque cathedras contexunt. Virgilius exulem Taurum, atque ex ignominia delitescentem pascit acuta carice.

Αὗται μὲν δὴ δέξαιεν ἂν, ἐξ ὧν ἡ σύνθεσις. *Hactenus differentiæ ex natura partium, ut venæ, carnis, nervi, ex quibus & cortex, & lignum componitur. Hinc qualitates ab his, ut raritas, & levitas, & ejusmodi: quanquam de levitate nonnihil intermiscuit. hoc enim committit sæpè Theophrast. ut inconditè ponat aliqua: & ut repetat.*

Σκληρότης. *Theodorus legit hoc amplius* μαλακότης. *Sicut & mox utramque ponit differentiam* κουφότης, βαρύτης.

Ἡ μὲν γὰρ ἰτέα. *Hic mancus est codex impressus. Theodorus sic. Salix enim sicca tantummodo levis: suber etiam viride leve est. & omisit* τὸ εὐθὺ *Theophrasti. cum ipsis principiis exortus sui illico leve est.*

Καὶ τὰ μὲν σχιστά. *Melius,* τὰ μὲν σχιστά. *supra* κατὰ τὰ πάθη. *ut, leve, & grave. hic etiam* κατὰ τὰς δυνάμεις. ἄθραυστα, *non fragilia. resistit hoc* τῇ δυνάμει. *Theodorus malè legit,* θραυστά: *quia mox ait,* ἄθραυστον διὰ τὸ σκολιὸν καὶ σκληρόν. *duritia obsistit fractioni, obliquitas fissioni.*

Δεῖ δὲ τὰς τοιαύτας ὑπολαμβάνειν τῆς φύσεως. *Seminat hic principia caussarum more præceptoris sui. Fissilis, inquit, abies: quia* εὐθυπορεῖ.

Βαρὺ, ἡ μὲν πύξος, καὶ ἡ ἔβενος, ὅτι πυκνά. ἡ δὲ δρῦς ὅτι γεώδης. *Minus rectè Theophrastus. Neque enim densitas per se est causa gravitatis: sanè ignis idem seipso densior, non erit idcirco gravior. Quare igitur à terra separavit buxi gravitatem? Gravis enim est, quia γεώδης. gravior inter γεώδη ejusdem quantitatis, quia densior: densior, quia plus terræ. Est enim major quodammodo. Notabis loquendi rationem: neutrum cum fœminino, & plurale redditum duobus singularibus.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Ὁ τοῦ μύκητος *nempe* καυλὸς, *quod repetendum* ἐκ τοῦ κοινοῦ. *sic enim fungi* τὸν μίσχον, *id est pediculum* καταχρηστικῶς, *vocat: negavit enim supra cap. XI. caulem habere.*

In fine ὅτι πυκνά, *subaudi* φυτά.

IOANNIS

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Aγρία δρῦς.) Meminit Theoph. hoc cap. ἀγρίας δρυὸς, quod Theodorus exposuit robur, & rectè. Doctissimi enim omnes δρυῶ *quercum*, δρυῶ ἀγρίαν *robur* exponendum docent. Addo sylvestris quercus, vulgo roboris, novelli corticem lævem & glabrum ad coria densanda utilem: veteris asperum, durum, crassum ac rimosum, quod in domestica quercu non ita conspicuum.

Τραχυφλοιότερα.) In Basileensi & Aldi edit. παχυφλοιότερα legitur. Utrumque doctiss. Gaza interpretatus est. utraque sanè lectio admitti potest. Extra omnem est controversiam, vetustis arboribus crassiorem esse corticem, quam novellis. Alteram lectionem probat Plinius lib. XVI. cap. XXXI. *omnibus inquit in senecta rugosior.* Accedit quod τραχυφλοιότερα & λειοφλοιότερα sint opposita.

Ῥιζόφλοια.) Vertunt, *cortex radicis speciem gerit.* Peream, si sciam, quid velint. Falsum est vitis corticem ideam, formamque quandam radicis ostendere. Meminit Basilius Hom. V. εἰς τὰ ἑξήμερον, ῥηξίφλοια. Πόσαι τῶν φλοιῶν αἱ διαφοραί· τὰ μὲν γὰρ λειόφλοια τῶν φυτῶν, τὰ δὲ ῥηξίφλοια. Non dubium quin sic scripsit Theophrastus. Viti ruptum corticem esse, & experientia probat. & docet Plin. lib. XVI. cap. XXXI. *quibusdam rumpitur sponte* (de cortice loquitur) *ut viti.* Malunt alii ἰνόφλοια legere, id est, *corticis nervosi, fibrati, & membranacei.* Negari non potest, tali cortice donatam vitem. Idem de vite Theophrastus duobus scribit locis, supra cap. IV. ubi ait ὁ δὲ τῆς ἀμπέλου φλοιὸς ἐξ ὑγρῶν καὶ ἰνός. & eodem hoc cap. VIII. ἰνώδης φλοιός, καὶ ὑμενώδης ἀμπέλου. Plin. lib. cit. *cortex aliis tenuis, ut lauro, tiliæ. aliis crassus, ut robori. aliis lævis, ut malo, fico. Item scaber robori, palmæ. omnibus in senecta rugosior. quibusdam rumpitur sponte, ut viti. quibusdam etiam cadit, ut malo, unedoni. Carnosus suberi, populo. Membranaceus, ut viti, arundini; libris similis ceraso. multiplex tunicis, ut vitibus, tiliæ, abieti. quibusdam simplex, ut fico, harundini.* Posterior lectio quamquam veritati non dissona, à nobis tamen duabus de causis improbatur. Prima, si ἀντὶ ῥηξίφλοια, legatur, ἰνόφλοια, tautologus erit Theophrastus. nam uno eodemque spiritu, idem bis diceret, quod absurdum. Altera, quod Plinius ῥηξίφλοια legit. Ubi *corticē vitis membranaceum* dicit, vertit Theophrasti verba, ἰνώδης φλοιὸς ἀμπέλου. Hunc locum sic, *quibusdam sponte rumpitur.* Addatur tertia, quod multo propius ad vulgatam lectionem accedit ῥηξίφλοια, quam ἰνόφλοια.

Τὰ δὲ καὶ ὡς περιπίπτει. οἷον ἀνδράχνῃ, μηλέα, κόμαρος.) Legendum περιρρίπτει ut intelligatur φλοιὸν. vel in dandi casu, sequentes voces legendæ, hoc modo. οἷον ἀνδράχνῃ, μηλέᾳ, κομάρῳ adrachnæ, malo, arbuto. Nam ex hoc loco & de cortice loquens Plin. lib. XVI. cap. XXXI. *quibusdam etiam cadit ut malo, unedoni.*

Ἀδράχνη.) Hanc probo lectionem. quod in omnibus ubi de arbore adrachne mentio fit, observandum est; cum tamen passim ἀνδράχνη scriptum reperies. Plin. lib. XIII. cap. XXII. *adrachnen omnes fere Græci portulacæ nomine interpretantur, cum illa sit herba & andrachne vocetur, unius litteræ diversitate.* Theod. malè *potulacam* vertit. malo græcam servare vocem: vel interpretari adrachnen, quam potulacam vulgò vocant; ne quis de vulgata portulaca herba Theophrastum agere existimet.

Μηλέα.) Rectè ex auctoritate Doctiss. Roberti Constantini, restituunt μηλέα. μηλέαν interpres Gaza unedonem vertit. Forte legit ἐπιμηλὶς. Gal. lib. II. de aliment. fac. cap. XXXVIII. Καὶ ὅτι τὰς ἐπιμηλίδας φέρον τὸ, καλεῖται δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν οὐνεδῶν. Idem lib. VII. simp. ἐπιμηλίς, ἥτις καὶ οὐνίδων πρὸς τοῖς Ἰταλοῖς ἀγροίκοις καλεῖται. ἔστι δὲ οἷον ἀγρία μηλέα. *Epimelis ab Italicis rusticis unedo vocatur, est mali instar sylvestris.* Contra Plinius, arbuti fructum unedonem vocari ait. lib. XV. cap. XXIV. *aliud corpus terrestribus fragis, aliud congereri eorum unedoni, quod solum pomum fructui terræ similem gignitur. Pomum inhonorum, ut cui nomen ex argumento sit, unum tantum edendi. duobus tamen hoc nominibus appellant Græci comarum & memecylon. quo apparet totidem esse genera: & apud nos alio nomine arbutus vocatur.* Idem lib. XXIII. cap. VIII. *Arbutus sive unedo fructum fert difficilem concoctioni.* Doctissimorum virorum opinio est, Plinium arbuti fructum cum unedone, fructu epimelidis, confundere. De hac quæstione plura lib. III. cap. XVI. Vera, ut d. XI, lectio, μηλέα; sed utrum mali cortex cadit, affirmare non ausim. novellæ sive tenellæ tale nihil accidit: adultæ, præsertim quæ à vino nomen habet, rumpitur aliquando cortex, deciditque corticis particula digiti unius vel palmæ nonnunquam magnitudine, sed subnato jam ejus loco novo cortice: quod soli malo non peculiare, sed cæteris arboribus non infrequens, & à morbo provenire solet. In Græcia utrum undique mali decutiatur cortex, iis judicandum relinquo, qui eas terras peragrarunt. Apud Batavos nihil præter id quod dixi, patitur; quod περιπίπτει vel περιρρίπτει dici nequit.

Δρυός.) Non legit Plin. *carnosus*, inquit *suberi, populo.*

Ἄσαρκος.) Idem Plin. non vertit. membranaceus, inquit, ut viti, arundini.

Λινόσπαρτος.) Doctiss. Gaza λινόσπαρτον jure suo exposuit linogenistam, uti in priori legitur editione. Nam in altera separatim scribitur lino genistæ, quasi ex duabus vocibus in prima editione exscribentium negligentia una fuisset conflata. Hanc lectionem sequitur vulgatus codex, & ne quis unam putaret vocem, commate distinguitur. Plinius nullam sparti mentionē fecisse Theophrastum asserit, lib. XIX. cap. II. *Theophrastus autor est. Neque omnino ullam mentionem habet sparti, cuncta cura magna persecutus CCCCXC. annis ante nos, ut jam & alio loco diximus, quo apparet, post id temporis spatium, in usum venisse spartum.* Memoriæ lapsum commisit Plinius: nihil clarius quam hoc loco sparti fieri mentionē. Sic & Aristoteles, Theophrasto antiquior, lib. IX. de Hist. animal. cap. XXXX. sparti mentionem facit; ἀφ' ὧν δὲ φέρουσιν, ἐστὶ τὰ δὲ ἀτρακτυλὶς, μελίλωτον, ἀσφόδελος, μυρρίνη, φλέως, ἄγνος, σπάρτον, &c. hæc sunt à quibus (flores ad ceram conficiendam apes) ferunt thymum, attractylis, melilotum, asphodelus, myrtus, phleus, vitex, spartum. In eodem, si modo lapsus dici debeat, errore Varronem reperio apud Gellium lib. XVII. cap. III. ubi hæc ex Varrone exscripta leguntur. *Ego σπάρτα apud Hom. non plus spartum significare puto, quam σπάρτους, qui dicuntur in agro Thebano nati. In Græcia sparti copia modo cœpit esse ex Hispania, neque ea ipsa facultate Liburni: sed hi plerasque naves loris suebant, Græci magis cannabe & stupa, cæterisque sativis rebus, à quibus sparta appellabant.* Quomodo, primum in Græciam, Varronis tempore, vel paulo ante, ex Hispania adferri potuit spartum, quod Aristotelis tempore cognitum? Aliter Plinius de Homerico sparto lib. XXIV. cap. IX. ubi ait: *Genista quoque vinculi usum præstat, flores apibus gratissimi: dubito an hæc sit quam Græci autores spartum appellavere, cum ex ea lina piscatoria apud eos factitari docuerim, & nunquid hanc designaverit Homerus cum dixit. Navium sparta dissoluta; nondum enim fuisse Africanum vel Hispanicum spartum in usu certum est, & cum sutiles fierent naves, lino tamen, non sparto unquam sutas.* Locus Homeri est Iliad. B.

Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται.

Tigna sunt navium putrefacta & sparta soluta.

Uter rectius Plinius an Varro, ex doctiss. Claudij Salmasij exercitationibus facile colliget diligens lector. Botanici non est inquirere quam significationem vox ea apud Grammaticos habeat; sufficit nosse, spartum græcis denotare quidquid vinculorum usum præbet, & ad nexus aptum est. *Funiculus itaque est aut linea, qua colore aliquo inlita signabant, aut dirigebant lignum aut lapidem antiqui* τέκτονες. Quod cognoscere licet ex Laconico proverbio, quod refertur ab Apollonij scholiographis. τὸ σπάρτον πρὸς τὸν λίθον ἄγειν, id est *funiculum ad lapidem.* Funiculum lapidi admovere dicuntur, qui curam omnem adhibent, ne quid in Repub. geratur, secus quam oportet. Beatus Chrysostomus Hom. in priorem ad Corint. epist. XXXV. σκόπει πῶς πάλιν ἐν ταῦτα πρὸς τὴν σπάρτην (utrumque legitur, etiam apud Gal.) τὸ λίθον ἄγει τὴν οἰκοδομὴν πανταχοῦ ζητῶν τῆς ἐκκλησίας. *Considera ut hic rursus funiculum admoveat ad lapidem: ubique quærens ædificationem ecclesiæ.* In sacra quoque paginâ non raro funes τὰ σπαρτία ab LXX. Interpretibus appellantur. Iosue cap. II. ἰδοὺ ἡμεῖς εἰσπορευόμεθα εἰς μέρος τῆς πόλεως. καὶ θήσεις τὸ σημεῖον, τὸ σπαρτίον τὸ κόκκινον, τοῦτο τὸ ἐνδήσεις εἰς τὴν θυρίδα

θυρίδα δι᾽ ἧς κατεβίβασας ἡμᾶς δι᾽ αὐτῆς. *Innoxij erimus à juramento hoc, quo adjurasti nos, si ingredientibus nobis terram,* (ad verbum civitatis partem quandam) *signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaveris eum in fenestra, per quam dimisisti nos.* Hesych. σπάρτα, σχοινία ῥάμματα· σπαρτίον ῥάμμα. profecto in Homerico versu, quo navium σπάρτα dissoluta dixit τὰ ῥάμματα intelligenda, quibus sutæ & condensatæ naves, non armamenta aut rudentes, quibus instructæ. Præterea Eustathius Hom. locum exponens, σπάρτα exponit τὰ ἐκ τοῦ σπάρτου τοῦ φυτοῦ σχοινία. Vocabant etiam στάθμην. Suidas στάθμη τὸ σπάρτιον. Hesych. σπάρτη πόλις καὶ στάθμη τεκτονική. Idem στάθμη σπάρτος ἐν ᾗ ἀπευθύνουσιν οἱ τέκτονες. Sed video à scopo multum me defecisse. Nostrum est explicare, quid vocent botanici σπάρτον, & quid λινόσπαρτον. Doctiss. Cornarius magnæ autoritatis Medicus, in Physicis, re botanica ac græca lingua exercitatissimus, linospartum scribit esse, spartum ex quo Plin. lib. XIX. cap. I. Asiaticos lina, ad retia præcipuè, facere dixit. *Ergo linospartum genista. sic enim Plin.* In Asia è genista fieri lina ad retia præcipua, in piscando durantia, frutice madefacto decem diebus, &c. *Lib. XXIV. loco jam citato dubitat, an genista spartum sit, quod hoc loco videtur affirmare; cum tamen ad ligandum, & vinculorum usum bona sit genista, non retibus nectendis idonea* &c. Sic Cornarius. Alii genistam, & spartum diversas herbas statuunt; spartum ἄφυλλον, foliatam genistam. Hanc foliis præditam esse, ex ipso probatur Plinio lib. cit. ubi ait: *Rami similiter cum fronde in aceto macerati pluribus diebus.* Respondent doctiss. botanici. Dioscoridem sparti plantam senescentem, id est quæ flores virgasque protulit describere; adolescentis vero statum, quo novos ramos foliaque profert, negligentius prætermisisse. Quod negari quidem non potest; argumentum tamen non solvit. Præscribit Plin. ramos cum fronde, adultæ itaque folia tribuit. Sed esto genista & spartum eadem planta, hinc non probatur linospartum Theophrasti genistam esse, ex qua in Asia lina parantur. Est itaque conjectura, & tamen non spernenda opinio. Alii λινόσπαρτον sativum linum interpretantur, existimantque Dioscoridem lib. IV. cap. CLXXIII. ubi de thymelæa agit duabus vocibus σπαρτὸν λίνον vocare. οἱ δὲ λίνον διὰ τὸ εἶναι τῷ σπαρτῷ λίνῳ θάμνον τῇ φύσει παρόμοιον. *Alij thymelæam linum vocant, quoniam frutex suapte natura sativi lini similitudinem referat.* Locus magni momenti, sed non satis bene ab interpretibus translatus. Versioni tamen vulgatæ favet Plinius, favet Varro. Plin. lib. XIX. cap. I. de lino. *Hinc fuisse & navium armamenta, apud eundem interpretantur eruditiores, quoniam cum sparta dixit, significaverit sata.* Varro lib. cit. *Græci magis cannabe & stipa cæterisque sativis rebus a quibus σπάρτα appellabant.* Hanc Plinij atque Varronis opinionem. Salmasius non sine ratione improbat. Verbum σπείρω duas res significat, ut Latinis sero. De voce Latina non multum laboro. nemo non novit, serta esse flores invicem in coronam nexos junctosque. Plin. lib. XXI. de coronis; *cum vero è floribus fierent serta à serendo serieve appellabantur.* Ita græcis verbum σπείρειν utrumque significat; terræ semen mandare; & texere aliquid, vel inter se nectere. Unde σπεῖρα, quod funem involutum designat. Suidas σπεῖραι αἱ συστροφαὶ τοῦ σχοινίου. Botanicis quid σπεῖρα sit, docet Theoph. lib. V. Hist. cap. III. σπείρας δὲ καλοῦσιν ὅταν ἡ συστροφὴ &c. Plinius lib. XVI. cap. XXXIX. ubi de cædendis arboribus agit. *Publicum omnium vitium, vocant spiras, ubi convolvere se venæ atque nodi.* Ab eodem σπείρειν, σπάρτα, σπάρτος, & σπάρτιον, funiculi vel lineæ. Non quod ex herbis sativis nectuntur, sed quod ad vinciendū idonea sint. Τὸ σπαρτὸν est sativum, quod seri potest; at σπάρτον est funis, qui seritur, id est nectitur. quasi dicas sertile vel serticium. Hesychius ex veteri poëta. ἰνόσπαρτος ἱστός, οὗ μήτε ἀραιὸς μήτε πυκνὸς ὁ στήμων τυγχάνει, id est, *bene & attemperatè texta tela, cujus nec nimis densum est stamen, nec nimis rarum.* Pollux lib. X. pag. CCCXCIV. piscatorum retia σπάρτα, vel σπαρτίνα vocat; non quod ex sparto, vel genista fierent, sed quod quamlibet texturam, nexumque staminis ad subtemen, sic appellarent. Herbas etiam, quæ funiculis conferendis, & retibus, aliisque rebus texendis, aliquem usum exhibent, hoc verbo denotarunt. Strabo, & juncum, & genistam, spartum vocat. Vide cap. de junco. Ex his constat σπάρτα Græcis funiculos significare; quia σπείρειν nectere, atque complicare, apud eosdem denotat. Nugatur igitur Plinius, cum translatum à Poenis ad Græcos sparti usum docet. Sparti quidem usus multa post secula cœptus est, nec ante Poenorum arma, quæ primum Hispaniæ intulerunt. Merè græca vox est, non Punica, vel Latina. Apud Diosc. loco citato. λίνῳ σπαρτῷ vertunt linum sativum. Rectè facerent, si docerent, quodnam sativi lini genus sit, quod naturam thymelææ habeat. Nullum lini genus purgandi vi præditum, nullum lentos, viscidos, & tenaces fert ramos. Thymelæa nihil habet quod linum referat, quam folia; sed idcirco τῇ φύσει simile dici nequit. Alij linospartum exponunt; crassius linum, aut cannabim, quo funes torquentur. Hi Dioscoridis codicem corruptum dicunt, restituuntque λίνον διὰ τὸ εἶναι τῷ σπαρτολίνῳ θάμνον τῇ φύσει παρόμοιον. Natura frutici spartolino similem thymelæam inquit Dioscorides. Sed quodnam illud crassius linum sit, quod similitudinem quandam cū thymelæa frutice habet? Dicant vero etiam quale lini genus, ex quo funes tantum torquentur. ego tale lini genus non novi. Quid igitur λινόσπαρτον sit ex iis quæ dicturus sum, facile cognoscet lector. Σπάρτον aliud herba, sive Latinorū; aliud frutex, sive Græcorum. Utrumque novit Galenus. De herba lib. I. de alim. facult. cap. IX. hæc tradit. Τρίβειν χρὴ διὰ τῶν χειρῶν ἔχουσῶν ἐν αὐταῖς τι τραχύ, καθάπερ ὁ σπάρτος ὀνομαζόμενός ἐστιν, ἐξ οὗ πλέκουσιν ὑποδήματα τοῖς ὑποζυγίοις. *Manibus terere convenit asperam quamque rem in se habentibus, cujusmodi est quod vocant spartum, ex quo jumentis soleæ nectuntur.* De hoc sparto, Varro, & Columella agunt. Varro lib. I. de re rustica cap. XXIII. ubi docet quæ, & quo quidque loco maxime expediat serere. *Alio,* inquit, *loco ut seras ac colas sylvam cæduam, alio ubi aucupare, sic ubi cannabim, linum, juncum, spartum unde nectas bubus soleas, lineas, restes, funes.* Sic locus hic legendus. Impressi codices habent, *quibus nectas boves paleas*, quod ineptum. Columella lib. VI. cap. XII. de boum claudicantium remediis differens; *at si jam in ungulis est, inter duos ungues cultello leviter aperies, postea linimenta sale & aceto imbuta applicantur, & soleâ sparteâ pes induitur, maximeque datur opera, ne in aquam pedem mittat, & siccè stabuletur.* Idem cap. XV. ejusdem lib. *deinde spartea calceata per triduum suffuso aceto curatur.* De hoc sparto quid Plinius dicat videamus. *Herba & hæc sponte nascens, & quæ non queat seri, juncisque propriè aridi soli, uni terræ dato vitio; namque id malum telluris est, nec aliud ubi seri aut nasci potest. In Africa exiguum & inutile gignitur. Carthaginensis Hispaniæ citerioris portio, nec hæc tota, sed quatenus parit, montes quoque sparto operit. Hinc strata rusticis eorum, hinc ignes facesque, hinc calceamina & pastorum vestis, animalibus noxium, præterquam cacuminum teneritate: ad reliquos usus laboriosè evellitur, ocreatis cruribus, manibusque tectis manicis, convolutum osseis ligneisque conamentis, nunc jam in hyemen vix, facillime tamen ab idib. Majis in Iunias, hoc maturitatis tempus. vulsum fascibus in acervo animatum biduo, tertio resolutum, spargitur in sole, siccaturque, & rursus in fascibus redit sub tecta; postea maceratur aqua marina optimè, sed & dulci, si marina desit; siccatumque sole iterum rigatur, si repente urgeat desiderium perfusum calida in solio, ac siccatum stans compendium opere fatetur, hoc autem tunditur, ut fiat utile, præcipue in aquis marique invictum. in sicco præferunt è cannabi funes, at spartum alitur etiam demersum, veluti natalium sitim pensans. est quidem ejus natura interpollis, rursumque quam libeat vetustum novo miscetur. Verumtamen complectitur animo, qui volet miraculum æstimare, quanto sit in usu omnibus terris, navium armamentis, machinis ædificationum, aliisque desiderijs vitæ.* Nonnulla latiore explicatione indigent. *Herbam,* inquit esse, *& sponte nascentem* &c.

Spartum Plinij.

Spartum Hispan. Herba.



Luculenter à Carolo Clusio, in re herbaria exercitatissimo, spartum hoc describitur, his fere verbis, *Numerosa, tenuia, juncea, atrovirentia habet folia, cubitalis longitudinis; ex eadem radice prodeuntia, quæ dum novella sunt, latiuscula conspiciuntur, & interiore parte canescentia; successu vero temporis contrahuntur, & convolvuntur, fiuntque juncea, aspera*, ut observavit Galenus, *dura, flexibilia tamen, & marginibus ita conjunctis, ut vix rima appareat, nisi diligentius observes. Inter hæc culmi exiliunt ipsis folijs paulo longiores, qui vere, & æstate parvum arundinaceum panniculum ferunt; simili propemodum cum illa ratione florentem, deinde oblongum semen, ut nonnulla graminis genera. radicibus nititur fibrosis, & perennibus, e quibus multæ simul enascuntur plantæ contiguæ junci modo; ut interdum una planta, sive multarū simul congestarum plantarum, cumulus, duorum pedum spatium, vel illo amplius ambitu occupet.* Fallitur itaque vir magnæ autoritatis, cum spartum Ibericum sive Hispanum ἀκανθῶδη, ἄκαρπον & ἄφυλλον scribit. Spinis licet careat, pungit tamen, & folia fructumque fert, uti jam diximus. Nascitur & aliud genus in eadem Hispania, Murciano regno, quod panniculum fert brevem, & pericarpio quodam, sive membranaceo folliculo inclusum, ut Narcissorum: sed hoc, ut mox dicam, ad ea quæ veteres scribunt, non satis est idoneum. Nec Batavia sparto caret. vulgo **Helm & Halm** vocatur ab incolis, quasi ἁλμυρὸν, ἀπὸ τοῦ ἁλὸς à sale. quod maritimis & sabulosis aggeribus gaudeat; Hispanico non valde dissimile: sed multo majus & rigidius, cruribus eorum quibus per aggeres sine ocreis iter, est permolestū. Cruenta enim vulnera, non raro infligunt ejus folia rigida, & mucronata; quibus omne parcit pecus: spicam fert secalis instar. Reperitur etiam spica breviore, quod phalaridis potius, quam secales panniculos imitatur; flos lanosus, semen arundinis vallatoriæ. Usus Batavi sparti, ut latis suis cespitibus, & valdè contortis, atq; obliquè sese spargentibus radicibus, arenam firmiorem reddat, & colligat in aggeribus, ne tam facile marinis undis & fluctibus eluatur; & firmius resistat tempestatibus, quæ in Oceano crebræ. Hispanicum spartum seri, negat Plinius; contra Varro seri jubet; sed an viderit ipsam plantam, dubito: difficulter ex semine pullulat, nec nisi solo sterili & sabuloso propagatur. Ideo rectius Plinius, nō posse seri dixit. juncum ait esse aridi soli. Cur juncum vocet ex descriptione jam data quilibet facile videt; nempe quod folia ferat juncea, aspera. Rectè aridi solidi dixit, ἄνυδρον. Strabo lib. III. ἐντεῦθεν διὰ Σαγούντου, καὶ Σετάβιος πόλεως ἐνεχθεῖσα, κατὰ μικρὸν ἀφίσταται τῆς θαλάττης, καὶ συνάπτει τῷ σπαρταρίῳ, ὡς ἂν σχοινοῦντι (sic hunc locum Causabonus correxit) καλουμένῳ πεδίῳ. τοῦτο δ᾽ ἐστὶ μέγα, καὶ ἄνυδρον, τὴν σχοινοπλοκικὴν φύον σπάρτον, ἐξαγωγὴν ἔχουσαν, εἰς πάντα τόπον, καὶ μάλιστα εἰς Ἰταλίαν. *Inde per Saguntum & Setabum urbem ductum paululum à mari recedit, & spartario* (quasi junci feraci dicas) *campo applicatur; is magnus est & aquæ expers, spartum producit funibus texendis aptum, quod exportatur usque quaque, & maxime in Italiam.* Quæ de natali solo veteres, eadem & recentiores, & inter hos præcipuè Cl. Clusius de sparto priore. Frequens nascitur collibus arenosis, inter *Viena* & *Alcalalreal*, atque aliis Boeticæ locis; sed omnium abundantissimè, ab initio Granatensis regni, sive Boeticæ limitibus, usque ad Murgian urbem, vulgo *Muercia* dictam, ut non sine causa, totus ille tractus, veteribus appellatus sit Spartarius campus, quo etiam nova Carthago, vulgo Cartagena, urbs maritima, continetur. Hæc etiam à nonnullis Spartaria cognominata est, ob sparti (ut credibilè est) eo agro nascentis abundantiam. Eodem etiam in usu apud Hispanos, quo fuit tempore Plinii. Nam ex crudo & exsiccato tapetes, sive aulæa, storias, corbes, rudentes, aliosque conficiunt funes. Corbes etiam illi, in quibus ficus, & uvæ passæ, advehuntur, ex sparto contexti sunt. Sed ex illo aqua, instar lini, macerato, deinde siccato & fuso, calceamenti genus, quod ipsi *Alpergates* appellant, paratur; funes etiam, & alia opera subtiliora. Antiquum etiam hodie nomen obtinet, Hispanis enim apud quos nascitur, nunc *sparto* dicitur. Alterum sparti genus, quod Murciano regno locis humidioribus nasci diximus, superiore tenerius est. Usus hujus rarus, ut quod storijs, aut hujusmodi operibus conficiendis minus sit idoneum. Plurimus ejus usus ad lineos saccos, quos lectis substernunt incolæ, implendos, ut nos stramine uti solemus; molliore enim tenuioreque est junco quam primum; illud enim asperum est, ut observavit Galenus. Et hactenus quidem de sparto herba, quam Plinius & Latinorum alij, Græcis antiquis incognitam, rectè scripserunt. Frustra igitur, qui, ad ea, quæ jam dicta sunt, non satis attenderunt, calumniantur Plinium, Varronem, & cæteros. Quod hactenus dixi, ex Palladio cognoscere licet; qui satis clarè spartum fruticem ab herba distinxit lib. I. titulo XXIV. *A mustelis, tutæ fient, si inter eas frutex virgosus sine folijs, asper, vel vetus spartea projiciatur qua animalia calceantur* Unum de sparto herba dicendum restat; Verba hæc Plinij, *vulsum fascibus in acervo animatum*; aliter atque aliter à viris doctissimis legi. Quidam legunt *vulsum & exanimatum fascibus in acervo biduo, tertio.* &c. Exanimabant, ut integrum & minime vitiatum, ad textilia; putre verò atrosum, & corruptum ad ignes seponerent. Alij legunt *vulsum & fascibus manualibus acervatus biduo*, ut superiore capite, illis verbis, *tum evulsum, & in fasciculos manuales colligatum, siccatur in sole pendens*? Hanc lectionem summopere probat Dalecampius. Cl. Salmasius restituit, *in acervo manuatum. Scriptum quippe in antiquioribus erat maniatum, unde factum est animatum. Levis mutatio maniatum pro manuatum, ut bitiæ pro bituæ. Manua idem quod manipulus; glossæ δέσμη, manua fascis. Aliæ glossæ, δράγμα, manipulus manua, & nondum editæ Latinæ, manua manipulus. Plinius manuales fasces dixit de lino; inde & spartum in acervo manuatum hoc loco dixit; hoc est in manuas sive manuales fasciculos colligatum. Confirmat eam conjecturam, quod sequitur: tertio resolutum spargitur, in sole, siccaturque, & rursus in fascibus redit sub tecta; id est rursus manuatum. Nam primo in acervo manuatur per biduum, deinde tertio die resolvitur & sparsum in sole siccatur; postea rursum in fasciculos manuales colligitur, atque ita redit sub tecta. Græci δράχμα interpretantur* ὅσον περιλαμβάνει τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ὁ θερίζων. *drachma quantum messor manu sinistra capere potest. Idem alibi* δράγματα δέσμας, ὅπερ ἡ χεὶρ δράξηται.

Hactenus

Hactenus doctiss. Salmasius, qui in veteri Thuanæo codice vocem *fascibus* deesse scribit. Non desunt qui vulgatam probant lectionem, ac vocem *animatum* exponunt ἐκ ἐξεντερισμένον, non emedullatum. Horum opinio Dalecampio minus placet; quia non fit verisimile tam exilem juncum emedullari posse. Utraque placet, & Salmasij & Dalecampij, utraque ex mente videtur Plinij: Salmasij tamen ad vulgatam magis accedit litteram. Spartum hoc nullum in Medicina usum habet, nisi quis velit contendere, à medicis ad fricandum hordeum usurpari. Nam in hunc usum, asperitatis gratia, præscribitur à Galeno, loco citato. Et hæc de sparto humili, quod χοινοπλοκικὸν vocant. Spartum fruticem ad differentiam alterius ἀμπελοπλοκικὸν privatim appellant, spartum scilicet quo vites vinciuntur. Galenus lib. VIII. Simpl. Σπάρτη οὗ τὰς ἀμπέλους παρ' ἡμῖν δεσμοῦσι. Idem Ægineta & Aëtius, Spartũ hoc describit Diosc. lib. IV. cap. CLVIII. σπάρτιον θάμνος ἐστὶ, φέρων ῥάβδους μακρὰς (vetus μικρὰς, vulgatam defendit Oribasius lectionem) ἀφύλλους, στερεὰς (has voces non habet codex vetus, reperiuntur tamen apud Oribasium) δυσθραύστους, αἷς τὰς ἀμπέλους δεσμεύουσι. φέρει δὲ λοβοὺς, ὥσπερ (vetus addit ἐν φύλλοις, quod expungendum) φασίλους, ἐν οἷς σπέρματα φακοειδῆ. ἄνθος μήλινον, ὥσπερ λευκοΐου, τούτου ὁ καρπὸς, καὶ τὰ ἄνθη ποθέντα σὺν μελικράτῳ ὁλκῇ ὀβολῶν ε, καθαίρει ἄνω μετ' ἐντάσεως, ὥσπερ ὁ ἐλλέβορος ἀκινδύνως. *Spartum frutex est, longas proferens virgas sine folijs, firmas, fractu contumaces, quæ in alligandis vitibus vinculi usum præstant. siliquas ceu phaseli, in quibus exilia semina, lenticulæ similia. florem leucoii, luteum, hujus semina & flores purgant per superna vehementer, Hellebori modo, & citra periculum, si quinis obulis ex aqua mulsa bibantur.* Supra diximus, spartum fruticem, & genistam, plantas esse diversas, quod hoc etiam loco affirmamus; sed ita diversas dicimus, ut sint vicinæ, quod non observavit Plinius. Differunt, quod spartum foliis, cum adultum est, careat, copiosis donata sit genista. Præterea quod sparti flores vomitum excitent, quod genistæ non præstant. Nonnulli licet plenos discos in acetarijs ex multo oleo devorarint, ne nauseam quidem persenserunt. Seminis quoq; tripla aut quadrupla dosi opus vomituro, etiam puero. Ἀφύλλους Dioscorides dixit; quod dũ planta adhuc tenella est, ac primũ germinare incipit, exilibus cingatur tantum folijs, quæ quam primum decidunt; ita ut reliquo anni spatio folijs viduum cernatur spartum. Lego cum Saraceno alijsque viris doctis ἀντὶ φασίλους φασήλος vel φασήλους. Plinius lib. XXIV. cap. IX. ubi spartum cum genista confundit, *semen ejus quod Græci eodem nomine appellãt in folliculis phaseolorũ modo nascens, purgat ellebori vice drachma & dimidia pota in aquæ mulsæ cyatis quatuor jejunis* Spartum, cujus figuram apposuimus, à recentioribus, pro vero agnoscitur sparto, & à Dodonæo genista Italica vocatur, ramulos virgasque profert virentes, lentas, & ad vinciendum aptas, paucisque adeò convestitas foliis, ut nudæ ferè appareant.

Spartum alterum flore luteo Clusij.
Spartum monospermum Hispanis mutoni, vulgo *elpho*. Hispanica juncea, nautica, vulgo funi spartiuu. antiquorum linospartum.



Spartum Dioscoridis Narbonense & Hispanicum, frutex.



Spartum secundum Clusij flore albo. Hispanis *retamia*, *yniesta* aut *hiniesta*.



Circa harum fastigia, flores spicato ordine exeunt, eleganter lutei, odorati, apibus non ingrati, & quam genistæ majores: sequuntur siliquæ nigræ, planæ, & longiores quam genistæ; in quibus semina plana, dura, subrussa, lentibus minora. Planta hæc pro soli cœlique diversitate, ut Pena & Lobelius observarunt, variat. Siquidem stipite majore, & magis lignoso adolescit in Angliæ, Galliæ, Belgiæque hortis, ramorum propagine arborescens, virgas multas fundens, rectas, glabras, junceas, nec striatas ut genistæ; sed vimineas, flexiles, & sequaces, quibus foliola, uti dixi, insunt adeò exilia, ut jam marcida facta in suis natalitijs æstuosis nulla prorsum extitisse videantur, maxima anni vertentis parte. Quo factũ ut Dioscoridi tantilla res, aut non fuerit curæ, aut non animadversa. Alia duo sparti genera repperit in Hispania ac descripsit Car. Clusius lib. I. Hist. cap. LXX. Quorum primum cubitali plerumque stipite, pollicem crasso, scabro, & striato cortice tecto, qui in plures cubitales, virescentes, & striatos ramulos dividitur, & hi deinde in junceas, striatas, virides virgulas, quæ novellæ adhuc & primum germinantes aliquot foliis exornantur, statim atque planta florere incipit deciduis, ut tota deinde ἄφυλλος conspiciatur. Ex virgularum lateribus prodeunt longi pediculi, è quibus dependent aliquot exigui flores, glycyrrhisæ vulgaris aut trifolij pratensis floribus ferè similes, lutei, inodori; succedunt cartilaginei, rotundiusculi lobi vulgari

vulgari fabæ, quæ in jumentorum pabulum cedit, persimiles, ex flavo rufescentes; in quibus unicum semen maxima ex parte (raro bina) continetur, durum, nigrũ, exiguo reni simile, quod in lobis agitatis aut concussis crepitat, & sonitum edit. Radix dura est & lignosa. Aliud datur longe majus & hominis altitudinem superans, virgulis priore tenerioribus, lentis magis & obsequentibus, flore ejusdem cum superiore formæ, sed paulo majore, & omnino albo: lobi etiam conveniunt; minores tamen sunt, & minus semen continent. Utrumque genus ad Dioscoridis spartum refert C. Clusius: an verò iisdem prædita sint facultatibus non intellexit. Primum vomitoria facultate præditum experientia docuit, notasque cum omnes, quas recenset Dioscorides, habeat, ab omnibus pro sparto recipitur. Restat paucis inquiramus quid linospartũ sit. Ego, salvo meliori judicio, linospartum puto esse spartum fruticem primo loco descriptum, linospartum vocatum Theoph. quod lini instar flectatur & ad vinciendũ aptum sit, foliaque (quod non observavit Dioscorides) lino similia ferat. Hoc thymelææ natura simile scribit Dioscorides; quod utrique tenaces, flexiles rami, & ad vinciendum non inutiles. Quod si quis separatim legere velit σπάρτου λίνου, non multum contradicam; modo ne spartum herbam intelligat, sed fruticem jam descriptum. Hæc, præ cæteris, arrideret sententia, nisi capite de thymelæa lini sparti mentionem faceret Dioscorides.

Τῶν δὲ ξύλων.) Hactenus, corticum differentias descripsit; nunc ad ligni, id est, stipitis, ipsius naturam transit, dicitque quercus stipitem carnosum. Hoc Lector cave, de omni intelligas quercu. sativæ sylvestrisque solidum, compactum, durum, minime carnosum. vide cap. IX. & X. lib. III. haliphloei vero & latifoliæ carnosum, non ineptè dici potest. vide locum citatum.

Βαλάνου.) Nulla, ex minoribus, planta βαλάνου nomine insignita. Scio latissimè nomen hoc patere apud Græcos, & plura glandium complecti genera. Βαλάνου enim appellatione longiores indicantur fructus; quemadmodum veteres Iurisconsulti glandis nomine, arborum ferè omnium fructus intelligi volunt; quales sunt quercus, puta palmæ, castaneæ, nucis juglandis. Denotat etiam arborem Ægyptiam, quæ βάλανος vocatur μυροψική; sed in herbarum, ut dixi, classe, nulla nomen illud habet. Scribo, λαπάθου, quod vox hæc proximè ad τὸ βαλάνου accedat, sitq; ex plantis minoribus carnoso caule & radice, ut beta.

Οἱ δὲ ἄσαρκοι.) Gaza vertit *macilenti*; ad verbum *non carnosi*, id est graciles: duri enim opponuntur, σαρκώδεσι carnosis, mollibus. Plin. lib. XVI. cap. XXXVIII. *At è contrario totum è carne corpus fico, tota ossea est ilex, cornus, robur, cytisus, morbus, ebenus, lotus, & quæ sine medulla esse diximus.* Arbor quæ morbus dicatur, me fugit. Dalecampius restituit *cedrus*; quod ejus nõ faciat mentionem Plinius, vel *buxus*; quæ lib. V. cap. IV. hist. inter ea quę spisso ligno constant numeratur à Theophrasto. *Sorbus* proximè ad vulgatam lectionem accedit; sed an huic lignum macilentum, inquirendum. Scribe audacter *morus*: in antiquo legitur; *cytisus, motus, ebenus.* Vide lib. V. ubi de lignorum substantia agit.

Τὰ δὲ μανά.) Μανὸν interpretor solutum, fungosum, molle, quale fici lignum. Arist. in probl. τὸ μανὸν, μαλακὸν, καὶ δυνάμενον εἰς αὑτὸν συνιέναι. *Molle, & tale ut in se coire possit.* Gaza *enerve*; vertit, quod opponatur ἰνώδει.

Ο' δὲ τοῦ κυπείρου.) Τὸ κύπειρον cyperum verte; quod τὸ ξίφιον, (de quo infra lib. VI.) gladiolum vocare solent.

Οἷον μαλακότης.) In Basileensi & Aldina editione locus hic corruptus, vox μαλακότης deest. Quę in utrâque paulo infra sequuntur lacera sunt & manca. ἡ μὲν γὰρ ἰτέα καὶ χλωρὸν εὐθὺ κοῦφον ὥσπερ ὁ φελλός. Rectè hunc locum magnus Scaliger correxit, & Cl. Heynsius. Gaza ἡ μὲν γὰρ ἰτέα ἀναξηρανθεῖσα, μόνον κούφη, φελλὸς δὲ χλωρὸς, legit, & vocem εὐθὺ, omnino necessariam, omisit. Verte: *Suber illico, & adhuc viride, leve est.*

Α'θραυστα.) Hunc locum, sic vertit Plinius lib. XVI. cap. XXXVIII. *Quibusdam pulpa sine venis, mero stamine, & tenui constat. Hæc maxime fissilia, alia frangi celeriora, quam findi, quibus pulpa non est, ut oleæ, vitis, at è contrario totum è carne.* Rectè ergo Theodorus εὔθραυστα legit, non ut vulgo scribitur ἄθραυστα. Cæterum & hæc lectio non caret difficultate. Mox enim sequitur ἄθραυστον δὲ ἐλαία διὰ τὸ σκολιὸν καὶ σκληρόν. Theod. iterum εὔθραυστον. Sed quomodo fragile quod obliquum & durum? Dicendum: fragile idcirco; quod meatuum rectitudinem non habet. Hæc causa cur lignum abiegnum facile findatur, difficulter frangatur. Quod meatus obliquos habet difficulter finditur, facile frangitur. Experientia comprobat durum lignum facilius, quam molle frangi. Hoc enim ob tenacitatem facile flectitur & difficulter frangitur.

ΚΕΦ. I. — CAP. IX.

Differentia medullarum, discrimen radicum, differentiã radicum summa.

Διαφέρουσι δὲ καὶ ταῖς μήτραις. πρῶτον μὲν εἰ ἔνια ἔχει ἢ μὴ ἔχει, καθάπερ τινές φασιν ἀλλά τι καὶ τὴν ἀκτήν. ἐπεὶ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἔχουσι, "τῶν μέν ἐστι σαρκώδης, τῶν δὲ ξυλώδης, τῶν δὲ, ὑμενώδης. σαρκώδης μὲν, οἷον ἀμπέλου, † συκῆς, μηλέας, ‡ ῥοιᾶς, ἀκτῆς, νάρθηκος· ξυλώδης δὲ, πίτυος, ἐλάτης, πεύκης· καὶ μάλιστα "ταύτης διὰ τὸ ἔνδαδος εἶναι. τούτων δὲ ἔτι σκληρότεραι καὶ πυκνότεραι, κρανίας, πρίνου, δρυὸς, κυτίσου, συκαμίνων, ἐβένου, λωτοῦ. διαφέρουσι δὲ αὗται καὶ τοῖς χρώμασι· μέλαιναι γὰρ δὴ πᾶσαι· καὶ τῆς δρυὸς, ἣν καλοῦσι μελάνδρυον. ἅπασαι δὲ σκληρότεραι τῶν ξύλων. διὸ καὶ ὑπομένουσι καμπήν; "μανότεραι μὲν αἱ μὲν, αἱ δὲ ὑμενώδεις, ἐν μὲν τοῖς δένδροις οὐκ εἰσὶν, ἢ σπάνιοι. ἐν δὲ τοῖς θαμνώδεσι καὶ ὅλως τοῖς ὑλήμασιν· οἷον καλάμῳ τε καὶ νάρθηκι, καὶ τοῖς τοιούτοις, εἰσίν. ἔχει δὲ τὴν μήτραν τὰ μὲν μεγάλην καὶ φανεράν· ὡς πρῖνος, δρῦς, καὶ τὰ ἄλλα τὰ προειρημένα. τὰ δὲ, ἀφανεστέραν· οἷον, ἐλαία, πύξος. οὐ γάρ ἐστιν ἀφωρισμένην οὕτω λαβεῖν. ἀλλὰ καὶ φασί τινες οὐ κατὰ τὸ μέσον, ἀλλὰ κατὰ τὸ πᾶν ἔχειν, ὥστε μὴ εἶναι τόπον ἀφωρισμένον. διὸ καὶ ἔνια οὐδ' ἂν δόξειεν ὅλως ἔχειν·

" Τὰ μὲν γάρ ἐστι Al. Bas.
† σικῆς Bas.
‡ lege ῥοᾶς, ἀυτῆς Al. Bas.
" lege μανότεραι αἱ μὲν. αἱ δὲ ὀν. ὑμενώδεις δὲ ἐν &c. Al. Bas.

Medullæ præterea ratione inter se discrepant. Primum si aliæ habent aliæ carent: ut nonnulli tam alias quasdam, quam sambucum medulla carere asseverant. Nam & inter eas quæ certo habent, aliis carnosa, aliis lignosa, alijs membranis similis. Carnosa, viti, fico, punicæ, sambuco, ferulæ: lignosa, "larici, abieti, pino: & quidem huic præcipue, quod tedæ plurima ingerat. His durior atque spissior, corno, ilici, † robori, cytiso, moro, ebeno, celti. ‡ Quæ quidem coloribus etiam inter se distant. Omnes enim nigræ sunt. Quin etiam robori talis. " quod nigrum cognominant. Omnesque sunt lignis duriores. Quamobrem flexum nullum † recipiunt; aliæ tamen alijs ‡ solutiores. Membranis similes arboribus nullæ, aut raro. In fruticosis vero atque materia humili, ut arundine, ferula, reliquisque ejusmodi, tales nimirum habentur. Quædam medullam ipsam magnam atque perspicuam continent: ut ilex, " robur, cæteræque prædictæ. Quædam † parvam incertioremque gerunt; ut olea, buxus. Haud enim ita in his distincta spectatur. Quamobrem sunt, qui non in " medio; sed per totum lignum dispersam esse affirment: ut nullus sit certus locus medullæ. Nec desunt, quæ nullam omnino medullam habere videantur. Nam palmæ nullum penitus discrimen colligi potest. Radicibus " præterea distant. Alijs enim multæ ‡ longæq; radices; ut fico,

" Piceæ.
† Quercui.
‡ Differunt ab alijs non duritie tantũ, sed etiã colore; omnes enim nigræ.
" Quodquer quatrum vocant.
† sustinent.
‡ molliores membranaceæ nullæ.
" evidentẽ.
† Quercus.
‡ Minus evidentem.
" æque in superficie.

ἐπεὶ καὶ τοῦ φοίνικος οὐδεμία φαίνεται διαφορὰ κατ' οὐδέν. διαφέρουσι δὲ καὶ ταῖς ῥίζαις. τὰ μὲν γὰρ πολύῤῥιζα καὶ "ἀκρόῤῥιζα, καθάπερ συκῆ, δρῦς, πλάτανος· ἐὰν γὰρ ἔχωσι τόπον, ‡ ἐφ' ὅσον οὖν περιέρχονται. τὰ δὲ ὀλιγόῤῥιζα· † καθάπερ ἐλάτη, ῥοιά, μηλέα. τὰ δὲ μονόῤῥιζα; καθάπερ ἐλάτη, πεύκη. μονόῤῥιζα οὕτως, ὅτι μίαν μεγάλην τὴν εἰς βάθος ἔχει, μικρὰς δὲ ἀπὸ ταύτης πλείους. ἔχουσι δὲ καὶ τῶν ‡ μονοῤῥίζων ἔνια τὴν ἐκ τοῦ μέσου μεγίστην καὶ κατὰ βάθος· ὥσπερ "ἀμυγδαλή. ἐλαία δὲ μικρὰν ταύτην, τάς τε ἄλλας μείζους καὶ ὡς κεκαρκινωμένας. ἔτι δὲ τῶν μὲν, παχεῖαι μᾶλλον, τῶν δὲ, ἀνωμαλεῖς καθάπερ δάφνης, ἐλαίας. τῶν δὲ, πᾶσαι λεπταί· καθάπερ ἀμπέλου. διαφέρουσι δὲ καὶ λειότητι καὶ τραχύτητι καὶ πυκνότητι· πάντων γὰρ αἱ ῥίζαι μανώτεραι τῶν ἄνω, πυκνότεραι δὲ ἄλλαι ἄλλων καὶ ξυλωδέστεραι. καὶ αἱ μὲν ἰνώδεις, ὡς αἱ τῆς ἐλάτης· αἱ δὲ σαρκώδεις μᾶλλον, ὥσπερ αἱ τῆς δρυός· αἱ δὲ οἷον ὀζώδεις καὶ θυσανώδεις ὥσπερ αἱ τῆς ἐλαίας. τοῦτο δὲ, ὅτι τὰς λεπτὰς καὶ μικρὰς πολλὰς ἔχουσι καὶ ἀθρόας· ἐπεὶ πᾶσαί γε καὶ ταύτας ἀποφύουσιν ἀπὸ τῶν μεγάλων, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἀθρόας καὶ πολλάς. ἔστι δὲ καὶ τὰ μὲν βαθύῤῥιζα, καθάπερ δρῦς· τὰ δὲ ἐπιπολαιόῤῥιζα, καθάπερ ἐλαία, ‡ ῥοιά, μηλέα, κυπάριττος. ἔτι δὲ αἱ μὲν εὐθεῖαι καὶ ὁμαλεῖς, αἱ δὲ σκολιαὶ καὶ παραλλάττουσαι. (τοῦτο γὰρ οὐ μόνον συμβαίνει διὰ τοὺς τόπους, τῷ μὴ εὐοδεῖν, ἀλλὰ καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐστιν, ὥσπερ "καὶ τῆς δάφνης καὶ τῆς ἐλαίας.) ἡ δὲ συκῆ καὶ τὰ τοιαῦτα σκολιοῦται, διὰ τὸ μὴ εὐοδεῖν. ἅπασαι δὲ † ἔμμετροι, καθάπερ καὶ τὰ στελέχη καὶ οἱ ἀκρέμονες, καὶ εὔλογον ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. εἰσὶ δὲ καὶ αἱ μὲν, παραβλαστικαὶ εἰς τὸ ἄνω, καθάπερ ἄμπελος, ῥοά· αἱ δὲ ἀπαράβλαστοι, καθάπερ ἐλάτης, κυπαρίττου, πεύκης. αἱ αὐταὶ δὲ διαφοραὶ καὶ τῶν φρυγανικῶν καὶ τῶν ποωδῶν, καὶ τῶν ἄλλων, πλὴν εἰ ὅλως ἔνια μὴ ἔχει, καθάπερ ὕδνον, μύκης, "πέζος, κεράνιον. τὰ μὲν πολύῤῥιζα, καθάπερ πυρὸς, τίφη, κριθή, πᾶν τὸ τοιοῦτον, † καθάπερ εἰκάζουσιν. τὰ δὲ ὀλιγόῤῥιζα, καθάπερ τὰ χέδροπα. σχεδὸν δὲ καὶ τῶν λαχανωδῶν τὰ πλεῖστα μονόῤῥιζα, οἷον ‡ ῥάφανος, τεῦτλον, "σέλινον, λάπαθος. πλὴν ἔνια καὶ ἐπιφυάδας ἔχει μεγάλας οἷον τὸ σέλινον, τὸ τεῦτλον· καὶ ὡς αὖ κατὰ λόγον ταῦτα βαθυῤῥιζότερα τῶν δένδρων. εἰσὶ δὲ τῶν μὲν σαρκώδεις, καθάπερ ῥαφανίδος, γογγυλίδος, ἄρου, κρόκου. τῶν δὲ, ξυλώδεις· οἷον εὐζώμου, ὠκίμου, καὶ τῶν ἀγρίων δὲ τῶν πλείστων. "ὅσαι μὴ εὐθεῖαι, πλείους καὶ σχιζόμεναι, καθάπερ πυροῦ, κριθῆς, καὶ τῆς καλουμένης πόας· αὕτη γὰρ ἐν τοῖς ἐπετείοις καὶ ἐν τοῖς ποώδεσιν ἡ διαφορὰ τῶν ῥιζῶν· ὥς τε τὰς μὲν εὐθὺς σχίζεσθαι πλείους οὔσας καὶ ὁμαλεῖς. τῶν δὲ ἄλλων μίαν ἢ δύο τὰς μεγίστας· ἄλλας δὲ ἀπὸ τούτων.

" μακρόῤῥιζα. ‡ ἐφ' ὅσον οὖν περιίχονται Bas. † Bas. καθάπερ * ἐλάτη ῥοιά, lege καθάπερ ἐλαία ῥοά. † lege πολυῤῥίζων. " ἀμυγδαλαί Bas.

‡ lege ῥοά.

" Ἔπι.

† Ἔμμετροι. Basil. in margine.

" Πέζις κεράνιον. † Καθάπερ * εἰκάζουσιν. Al. Bas. Altera edit. Al. εἰκαζόντως. ‡ Ῥάφανις. " Σέλινον μαλάχη λάπαθος.

" ἔσω Bas.

ut fico, robori, platano. Quippe cum istæ si locum habeant expeditum, subire quantumvis facile possint. " Aliis paucæ; ut punicæ, malo: aliis una tantummodo data est; ut abieti, pino. Ita scilicet ut una & prægrandis in ima descenderet: parvæ autem complures ab illa exirent. Item earum quæ unica radice firmantur, quædam prægrandem alteque infixam illam demittunt, quæ ex medio tendit; ut amygdala. Sed olea parvam illam, cæteras grandiores † contortioresque gerit. Et aliis crassiores: aliis inæqualiores; ut lauro, oleæ: aliis tenues omnes; ut viti. Differunt præterea, levitate, asperitate, spissitateque. Quamvis enim omnium radices rariores corpore partibus superioribus sint, aliæ tamen aliis spissiores, ‡ magisque surculosæ constant. Et aliæ nervosæ; ut abietis: aliæ carnosæ potius; ut roboris. Quædam veluti " nodosæ villosæque, ut oleæ. † Quod exinde evenit; quia breves ac tenues illas permultas atque promiscuas mittunt. Nam & si omnibus parvæ è grandibus exeunt, tamen non omnibus eodem modo congestæ frequentesque. Sunt ‡ item aliæ radicibus altis, ut robur: aliæ summæ adhærentibus terræ; ut olea, punica, malus, cupressus: item alijs rectæ æqualesque; aliis obliquæ inæqualesque. Id enim non solum loci ratione evenit, quod scilicet & recto tramite progredi non possunt; sed etiam naturæ ipsius proprium est: ut in lauro & olea liquet, " ac fico. cęterisque hujusmodi radix obliqua propterea est, quod expedita, facilique semita carent. Medulla omnibus inest, sicuti caudicibus & ramis: qui certe non absque ratione sua testantur principia. Item quędam prolis sursum versus procreandę vim obtinent; ut vitis, ut punicę. Quędam nullam penitus proferre sobolem possunt; ut abietes, cupressi, pini. Suffruticum quoque herbarum reliquorumque has easdem differentias assignare licet. † Nisi quid radice penitus careat; ut tuber, fungus, cranium. Nam aliis radix numerosa; ut tritico, hordeo, tiphę; omnibusque hujusmodi esse similitudine quadam concernuntur: aliis paucę, ut leguminibus. Olerum quoque major ferè pars radice cohęret singulari; ut ‡ brassica, beta, apium, rumex. Sed nonnulla propagines magnas subgerunt; ut apium & beta. Quę quidem pro corporis sui ratione altius quam arbores sanè radicantur. Sunt alijs carnosę; ut raphano, rapę, aro, croco: aliis lignosę; ut erucę, ocymo, & silvestribus magna ex parte. Quibus non rectę, plures & fissę exeunt, sicut tritico, hordeo; † & ei, quam specialiter herbam appellamus. Hęc enim in annuorum herbarumque genere differentia radicum: ut aliæ protinus multiplices atque æquales ‡ præscindantur: aliæ simplices promantur, aut binæ scilicet, quæ maximæ: nam aliæ pleræque ex iis proveniunt.

Alijs paucæ, ut olivæ punicæ.

† Cancellatasque.

‡ Ac lignosiores.

" Ramosæ fimbriatæq;

† Hoc autem fit, quod multas, parvas & tenues habẽt; easque confertas.

‡ Sunt aliæ que radices in profundũ agunt, ut robur, aliæ in summo terræ obrepunt.

" Ficus autem, cæteraque hujusmodi obliqua sunt radice, quod natura sua recta facilique via non ferantur.

† Nisi fortè quædã herbarũ, radice carere dicẽdum est. ut tuber fungus, pezis, ceraunion.

‡ Rhaphanus, beta, apiũ, malva, rumex.

† Et quod vulgo gramen vocamus.

‡ Antè scinduntur, quã perveniant ad ultimum mucronem.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Καθάπερ τινές φασιν, ἀλλ' ὅτι, καὶ τὴν ἀκτῆν. Addidit, φασιν, quoniam ex sua sententia mox asseverabit Sambuco medullam carneam.

Πίτυος. Diversis locis Theodorus, modo secundum Plinium, modo ab eo diversus, πίτυν laricem interpretatur: tum autem πεύκην, nunc pinum, nunc piceam.

Ἔνδαδος. Pinus, quia tedacea est: vel, quod melius est, tedosa. Theodo. plurimum tedæ ingerat. non tamen ingerit, sed intus gerit. Ingerere castè atque integrè loquentibus, motum, & actum significat simul.

Διαφέρουσι δὲ αὐταὶ καὶ τοῖς χρώμασι· μέλαιναι γὰρ δὴ πᾶσαι. Ergo non differunt colore, si omnes nigræ sunt. Intellige non inter se differre, sed ipsas ab alijs non duritia tantùm, sed colore quoque: iccirco dixit, καί.

Διὸ καὶ ὑπομένουσι καμπήν. Theodorus, Flexum nullum recipiunt. Græca verba urbana sunt. sustinent flexum: id est, non cedunt. si flectere coneris.

Μανότεραι, Theodorus, solutiores.

Ὑμενώδεις, Membranis similes. Membranaceæ.

Καὶ ὅλως τοῖς ὑλήμασι. Frequens vox Theophrasto: verùm apud Latinos haud contemnenda animadversione. Quippe qua ligna non ad ignes parantur, sed fabricas, frequentius dicuntur nomine materiæ. Itaque etiam flexus vocis paulò devexior, ut majorum ligna sint, ὕλη; minorum, ὕλημα. ita monuimus alibi, εὔφλεκτα. hic φρυγανώδη, καὶ ὑλήματα. infra ὑλήματα καὶ λαχανώδη.

Ἔχει δὲ τὴν μήτραν, Quædam, inquit, evidentem medullam habent, aliæ obscuram. Hanc defferentiam debuit ponere statim post, τὸ ἔχειν, καὶ μὴ ἔχειν. Theodorus, perspicuam; φανεράν. Videtur tamen perspicuum esse, τὸ διαφανές, ut vitrum,

vitrum, & oratio, cujus verba non opacant sensum, sed per quæ transmeat intellectus acies ad rem usque. ἀφανίζεαν, quoque parvam, dixit de suo: quia in priore parte divisionis erat, μεγάλη. incommodè tamen. Nā quæ non sit ἀφωρισμένη, incerta quidem sit: ergo parva, nécne: quis judicet? Confusa quit esse, & magna, id quod in densioribus evenit. Itaque Theophrastus, οὐ κατὰ τὸ μέσον, ἀλλὰ κατὰ τὸ πᾶν ἔχειν, ut buxus.

Τὰ μὲν γὰρ πολύῤῥιζα καὶ ἀκρόῤῥιζα. Theodorus legit μακρόῤῥιζα, Nam differentia τῶν ἀκροῤῥίζων inferius alia voce explicatur, ἐπιπολαιόῤῥιζα, quod est contrarium τοῦ βαθύῤῥιζον εἶναι. & sanè quercus nō est ἀκρόῤῥιζον. Plinius copiosum dixit τὸ πολύῤῥιζον.

Ἐφ' ὁπόσον ὡς εἴρχονται. brevitas concinna; deest verbum ἐκτείνεται, aut θέλουσι, si loquare, ut Plato. Quantum terræ patet, tantùm occupant. Sed hyperbole est, itaque ei moderatur verbi defectus: quantumvis promovent. Plinius annosæ quercus radice ait jugeri spatium occupatum.

Ὀλιγόῤῥιζα, καθάπερ ἐλάτη. Theodorus abietem omisit, quoniam exemplum mox esset τῶν μονοῤῥίζων.

Ἔχουσι δὲ καὶ τῶν μονοῤῥίζων ἔνια τὴν ἐν τῷ μέσῳ μεγίστην. Mira oratio. Quomodo μονόῤῥιζα si est: media maxima? quippe omne medium alicujus medium est; non est igitur μόνον. Ejusmodi projectionem radicis habet juglans, quem Vascones rustici suo vocabulo, penem, vocant.

Κεκαμπυλωμένας, contortiores. Antiphanes in fabula Ἀφροδίτης γοναῖς, eodem modo dixit, αὐλητικῶς κεκαμπυλωμένους τοὺς δακτύλους: id est flectendo. Sic enim mox ἀγκυλοῦσθαι δεῖ σφόδρα τὴν χεῖρα.

Πυκνότεραι δὲ ἄλλαι ἄλλων, καὶ ξυλωδέστεραι. Theodorus, spissiores, magisque surculosæ. Nescio quos surculos apparavit radicibus. Lignosiores, verius, simplicius, minus ambitiosè.

Ὀζώδεις, καὶ ἰνώδεις. Theodorus, nodosæ, villosæque. τοῦτο δὲ, ὅτι ταῖς λεπταῖς, ἃ μικρὰς πολλὰς ἔχουσι ἃ ἀθρόας. Theodor. quod exinde venit, quia breves, ac tenues illas permultas, atque promiscuas mittunt: dixit, illas, ut exprimeret, ταῖς. Sed exinde, quo caussam explicaret, minus severè. Namque philosophi verba esse decet, quoad fieri possit, plana, pura, certa. At exinde, tempus significat; itaque animus paulo accuratior posset intelligere, quæ postea nascerentur. Neque ἀθρόας, promiscuas, rectè: sed confertas, debuit. Multa conferta sunt, non promiscua; ἀθρόοι sunt pedites ordinibus servatis, phalange facta. at eos tunc nemo Latinè loquens promiscuos dicat. Sed ubi solutis ordinibus, recepti, aut admixti fuerint alterius generis, aut partis militibus, ibi promiscuos agnoscemus illos. Hæ igitur differentiæ posteriores, Tenues, parvæ, multæ, vel sparsæ, vel globatæ. Ut corporis globus sit, ὄζος fila inde provenientia, ἰνώδεις, ἤγουν τὸ ἀθρόον. Dic fimbriatas. indidem enim etiam fibræ, quæ non omnibus confertæ in modum fimbriarum.

Ἐπιπολαιόῤῥιζα. Theodorus, Radicibus adhærentibus, terræ. Non plenè. Omnes enim hærent terræ. unde herbæ, nomen nonnullis deducere placuit. Addidisset: summæ terræ, hærentibus: aut sic, in superficie, vel in summo terræ obrepentibus.

παραλλάττουσι. Inæquales Theodorus; rectè scilicet commutantes æqualitatem cum nodositate. Dixerat enim, rectæ, & æquales, aliæ autem obliquæ, & παραλλάττουσι illam scilicet æqualitatem.

Τοῦτο γὰρ οὐ μόνον συμβαίνει. Non solum propter loca evenire id, puta, scrupea, saxea, aut alioqui impedientia rectam progressionem: sed etiam natura sua. Sic supra de radice quercus: si locum liberum nactæ sint, Ἐφ' ὁπόσον ὡς εἴρχεσθαι, Duplex caussa redditur crispitudinis in pilo; aut meatus non rectus, aut calor contrahens. Quare cum de fico mox dicit: tortuosa radice esse: hoc enim est σκολιῶδες, διὰ τὸ μὴ εὐοδεῖν, intelligit, sua natura. Neque enim omnis ficus in locis impeditis, aut impedientibus est. Igitur de ficu, ut ficus est, loquitur: non ut ficus hîc, aut ibi. Quare Theodor. solutè nimis est interpretatus sic: quod expedita, facilique semita carent. Non enim carent semita, sed natura.

Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν παραβλαστικαὶ εἰς τὸ ἄνω. Affectus radicum duplex est: unus, emittere sub terram; isque duabus dimensionibus, deorsum, & ab lateribus: alter sursum versus, stolones: aut ea è quibus, stolones. iccirco dixit εἰς τὸ ἄνω.

Ὕδνον, μύκης, πίξος, κεράνιον. Non unum est hic animadvertendum. Primum dicit carere radice tuber. contra ego censeo, totum id radicem esse. Deinde fungum sine radice ait: ego radiculas vidi. Præterea quid sit πίξος, quid κεράνιον, nondum ab istis attentioribus compilatoribus edocti sumus. cranium posuit Theodorus: πίξον non legit. Nihil apud Ruellium, ne nomen quidem, ad hanc significationem: quinetiam ubi de iis, quæ sine radice proveniunt, cùm de tubere & fungo dixit, alia duo omittit. Plinius quod meminerim, nihilo plura. Apud Aristotelem, Xenophontem, Plutarchū, Athenæū, Pollucē, aut eam, aut similē invenias vocem: verùm nihil ad rem.

Πᾶν τὸ τοιοῦτον καθάπερ εἰκάζουσι. Manca oratio; aptetur tamen. Radicem esse multiplicem ita ut quasi τὸ εἰκάζειν repræsentet hac communi differentia, tot species sub uno genere, ut sit τὸ πᾶν.

Τῶν λαχανωδῶν τὰ πλεῖστα μονόῤῥιζα, verum est. exempla tamen titubant. Namque apij radicem bifidā, trifidam etiam vidimus: iccirco sese de apio corrigit, & adjungit siclam. Nota ἐπιφυάδας. Theodo. propagines, satis rectè: si radicem intelligas tantùm.

Καὶ τῶν ἀγρίων καθάπερ πυροῦ. Nescio quare frumentū inter ἄγρια commemoret. Nam suprà τὸ ἥμερον præfiniebat à cultu τοῦ ἡμέρου, id est, hominis. Animadverte πόαν, nomen generis in speciem privatim translatum. Puto Plinium nullam fecisse mentionem, & loquaces Græcos videas frustra jactare linguæ opulentiam. Notabis etiam illa simul, πλεῖον σχίζεσθαι.

Τὰς μὲν εὐθὺς σχίζεσθαι. Theodorus, præscindantur, malè. non enim scinduntur, sed integræ manent. proterat tolerari: quia Theophrastus ita loquitur; & apud poëtam legimus, viam sese findere at præpositio addita, ambitiosa est; neque enim præscinduntur: sed post scinduntur. Aptabis tamen, & dicemus: antè scindi, quàm perveniant ad ultimum mucronem. Lege, ἄλλας δὲ ἀπὸ τούτων.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Ὑλήματα vocat sæpe Plinius fruteta; ut lib. XVIII. cap. VI. ubi & frutecta scriptum.

Διὰ τὸ μὴ εὐοδεῖν. Theodorus rectè intellexit Græca. Plinius item malè, cum dixit lib. XVI. cap. XXXI. alijs recto meatu radices descendere, ut lauro, oleæ: alijs flexuoso, ut fico.

In Græco εὐοδεῖν ad loci naturam in tota antithesi refertur.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ταῖς μήτραις.) Medullarum non tradit Plinius differentias. Rectè Theophrastus, sambucum medulla carere, ex aliorum sententia scribit. Carnosa enim, & plurima huic medulla. Plin. lib. XVI. cap. XXV. *Ordine autem naturæ, sylvestriū primæ sambucus, cui medulla plurima: & cui nulla, cornus mascula* &c. Duo notanda. Primum si medulla plurima donata sambucus, ut rectè Plinius; quomodo interiora mirè firma sunt sambuco, ut idem refert lib. XVI. cap. XXXIX. *& sambuci interiora mire firma traduntur.* Rectè & prudenter addidit, *traduntur.* sunt enim mirè infirma. Alterum, quod cornum medulla carere ait; cum corni medullam lignosam dicat Theophrastus, scribatque spissiorem & duriorem quam abietis, pini, piceæ. Dicendum pro Plinio, medullam corni, ilicis, ebeni adeo duram, ut lignum potius, quam medullam dici oporteat.

Λωτοῦ.) Id est celti. lib. XIII. cap. XVII. *Eadem Africa, qua vergit ad nos, arborem loton gignit, quam vocant Celtim, & ipsam Italiæ familiarem.*

Μελάνδρυον.) Plin. lib. IX. cap. XV. Sunt pulpamenta Thynnorum conditanea, cæsis quernis assulis similia; *cætera, inquit, parte plenis pulpamētis salis asservātur. Melandrya vocantur, quernis assulis similia.* Vide Athenæū, lib. III. Μελάνδρυς, ait, εἶδός τι τῶν μεγίστων θύννων ἐστίν, ὡς Πάμφιλος ἐν τῷ περὶ ὀνομάτων παρίστησι. καὶ ἔστι τὰ τεμάχη αὐτοῦ λιπαρώτερα. *Melandrys Thyni genus grandissimū, ut Pamphilus docet lib. de nominibus, denotat etiā ejus frusta, quæ nimis pinguia sunt.* Utrū rectè an secus Pamphilus, nō est hujus loci inquirere. Non videtur hanc sententiam probasse interpres. vertit enim: *Melandrys salsamenti genus ex maximis Thynnis paratum.* Sanè Melandryn pro Thynno dicere, idem est, ac si trachelum, quæ pars est in ostreis, speciem ostreæ facias. Eodem modo tomaculum, aut petasonē, suem viventem vocare licebit. Botanicis, imprimis Plinio, melandrys herba est in segete & pratis nascens, lib. XXVI. cap. VII. *Iocineri autem herba Melandryum, nascens in segete, ac pratis, flore albo, odorata.* Theophr. μελάνδρυον medulla, sive mediale, pars firmissima, nigerrimaq; quercus. Apud Hom. odyss. ξ. & Hesych. separatim legitur, significatque densitatem, ac duritiem omnis arboris,

lignorumque medullam. Μίλαν δρυός. ἡ ἐν τοῖς δένδροις δυσώτης καὶ ἡ τῆ ξύλων συντελώνη. Gaza *nigrum*: libro vero v. cap. IV. ubi eadem hæc vox, *atrum* vertit: Theophrastus tamen non μέλαν, sed μελάνδρυον vocari ait. Nugatur Glossarum autor, cum robur sic vocari scribit. Robur inquit εἶδος ξύλου, μελάνδρυς. Nescio cur magnæ autoritatis vir scribendum doceat, μέλαν δρυός. Μέλανδρυω, vel μέλαν δρυὸς hactenus nemo pro certo arboris glandiferæ genere accepit, sed de ligni quercini mediali, quod est firmissimum. μελάνδρυον nõ ineleganter quis novo, fictoque vocabulo querquatrum interpretaretur, vel cum Cœlio Rhodigino lib. VIII. cap. XXVII. exalburnatum robur. Antiqui teste Festo Pomp. roboris seu quercus matricem *robur* (vel ut aliis placet) *robosenum* vocarunt: quod plures ruffi coloris venas habeat; & hac fortassis de causa Græci μελάνδρυω appellarunt.

Μανόπτερα.) Lego ex Ald. & Basileensi codice cũ Gaza, μανόπτερα δὲ αἱ μὲν. αἱδὲ ὂν. ὑμεώδεις δὲ ἐν μὲν τοῖς δένδροις. quæ in vulgatis reperiuntur codicibus, sensum habent nullum, quilibet corrupta videt, utrum culpa librarii, an aliorum me latet.

Ὑλήμασιν.) Ὑλήματα doctiss. Robertus Constantinus scribit Plinium vocare fruteta, lib. XVIII. cap. VI. ubi ait, *Iuncosus ager verti pala debet, at in saxoso bidentibus. Fruteta igni optimè tolluntur: humidiorem agrũ fossis concidi atque siccari utilißimum est.* Frutetum vero Plinio est, locus fruticibus abundans. Quo etiam sensu accipitur à Columella lib. VI. cap. XII. *Nam melius nemoribus herbidis, & frutetis, & carectis, quam lapidosis locis durantur ungulæ.* Idem lib. & cap. II. *Incultum igitur locum consideremus, siccus an humidus, nemorosus, arboribus an lapidibus confragosus, junco ne sit an gramine vestitus, ac filictis, aliisq; frutetis impeditus.* Theophrasto ὑλήματα sunt frutices, vel herbæ. Corallium lib. IV. cap. VII. ὕλημα dicit, nemo fruticem esse negabit. Eodẽ lib. cap. III. τὸ ὕλημα denotat, parvum fruticem. Vide nostras annotationes. Lib. VII. cap. VI. absinthium, centaurium, raphanum, ὑλήματα vocat, quæ medicorũ schola herbas nominat. Infra, cap. XVIII. hujus libri, plura carduorũ genera, ὑλήματα esse scribit. Sic Virgil. primo Georg. de herbis, sylvas dixit:

> *Mox ut frumentis labor additus, ut mala culmos*
> *Esset rubigo, segnisque horreret in arvis*
> *Carduus: intereunt segetes, subit aspera sylva,*
> *Lappæque tribulique, interque nitentia culta*
> *Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.*

Asperam sylvam vocat, τὰ τραχέα ὑλήματα, herbas spinis asperas, ut sunt lappæ tribulique. Notat ibi Servius, *sylvam de herba* dici. Theophrasto itaque ὕλημα, frutex parvus, vel herba; hoc vero loco ὑλήματα herbas, frutesque denotare ex præcedentibus satis apparet: negat enim arbores medullam habere membranis similem, vel membranaceam contra vero herbis, & fruticibus medullam talem tribuit.

Διαφέρουσι δὲ.) Hunc de radicum differentiis locum, habes apud Plinium lib. XVI. cap. XXXI. *Magna & radicum differentia: copiosæ fico, robori, platano; breves & angustæ, malo,* &c. Magnas ei grates agerent botanici, si paulo diligentius Theophrasti orationem vertisset. Græcus autor ficum, quercum, platanum πολύρριζα, καὶ ἀκρόρριζα scribit: Latinus copiosas radices his tribuit, negligitque ἀκρόρριζα. Gaza μακρόρριζα legit; & rectè ipso Theoph. teste, qui lib. II. de caus. cap. XVI. contra Democ. probat, ea omnia quæ lõga radice sũt, & crassa, nõ esse lõgæva ὑπὸ γὰρ τῆ ῥίζων ἐστὶ ἀληθὲς &c. usq; ad φοῖνιξ κυπάριττος. Ibidem paulo post, ait, ἔτι δὲ μὲν τὰ βαθύρριζα καθάπερ δρῦς. Βαθύρριζα, & ἀκρόρριζα sunt contraria. Ipsa experientia quercum, non ἀκρόρριζον docet. Idem de platano experientia didici. De ficu nihil dicã: satis enim vulgaris: quilibet experimentum sumere potest.

Καθάπερ.) In Basileensi codice asterisco locus hic καθάπερ * ἐλάτη notatur. Indicium in MSS. cod. orationem hanc esse corruptã. In ultima editione nota hęc non est addita; nihil tamen mutarunt. Depravatum codicẽ esse docet, quod mox abietẽ numeret Theophrastus inter plantas, quibus radix singularis, quod cum doctiss. Gaza animadvertisset, vocem ἐλάτην, tanquam spuriam, rejecit. Si Plinius ὀλιγόρριζα rectè transtulit, facilè locus corruptus restituetur. *Copiosæ*, inquit libro citato, *fico, robori, platano: breves & angustæ, malo; singulares abieti, larici.* Ὀλιγόρριζα breves & angustas vertit, quasi botanici hactenus nondum observassent radices breves crassasque. Ὀλιγόρριζα, si breves significat radices, scribo ἀντὶ ἐλάτη, ἐλαία. quippe olea habet mediam radicẽ, quæ præcipua esse solet, brevẽ: cæteras longiores, ut infra docet Theophrastus. Imo respectu aliarum arborum, & hæ breves. & hæc causa est, cur facile vento decutiatur. Restat inquiramus, utrum, ὀλίγος, Latinis parvus aliquando significet. Negari non potest, aliquando ὀλίγος pro μικρὸς poni: ut sit ποσότης ἀντὶ πηλικότητος. Hom. Iliad. β. ὀλίγος καὶ οὐτιδανός, statura exilis: ὀλίγη φωνὴ, parva & submissa vox: ὀλίγη τράπεζα, parva mensa Odys. υ. Illud affirmare non ausim, apud Theophrastum ὀλιγόρριζον, alicubi pro parva accipi radice. Malunt alij vocẽ ἐλάτην expungere, quod constet singulari præditam radice. Accedit quod nec Plinius, nec Theodorus, vocẽm illam agnoverint. Priori opinioni ego addictior sum.

Τὰ μὲν μονόρριζα.) Hanc sententiã his verbis reddidit Plinius: *Singulares abieti, larici: singulis enim innituntur, quamquam minimis in latera dispersis.* Græcus autor, καθάπερ ἐλάτη, πεύκη. Malè Plinius: *abieti, larici*: rectè Theodorus, *abieti, pino.* utinã & alibi, πεύκην, *pinum* vertisset. πεύκη enim, ut suo loco dicam, pinus à Latinis dicitur.

Ἔχουσι δὲ καὶ τῆ μονόρριζων ἔνια &c.) Rectè Iul. Scaliger miram dixit orationem. corruptam puto, ac scribendum πολύρριζον. Amygdala multis constat radicibus; sed media, quæ maxima est, vergit deorsum, cæteræ per superficiem sparguntur. Idem in aliis licet observare arboribus. Cõtra reperiuntur, quibus omnes radices in summo terræ obrepunt, ut infra docet Theophrastus. Nostram, quod de olea sequitur, non parum confirmat emendationem. Hęc, inter arbores quæ plures habent radices, mediam habet parvam, grandiores cæteras, ac per superficiem telluris dispersas.

Καρκινώδεις.) Theod. *contortiores*. Minus rectè. Interpretor, cancrorũ more expansas, vel cancellatas. ex Columella lib. IV. cap. II. ubi duo verba Theoph. καρκινοῦσθαι, & ταρσοῦσθαι exprimere videtur, *Hæc autem*, ait, *quæ toto prostrata corpore cum inferius solum quasi cancellavit, atque irretivit, cratem facit, & pluribus radicibus inter se connexis angitur, nec aliter quam si multis palmitibus gravata deficit.* Theoph. lib. I. de caus. c. XIII. ὃς ὑπὸ τοῦ χειμῶνος πιλούμενος ῥιζοῦται μᾶλλον, ὁ δὲ καρκινοῦσθαι λέγουσι. Idem lib. III. de caus. cap. XXVI. de frumentorum satu loquens, ῥιζοῦται καὶ καρκινοῦται μᾶλλον. Interpres, *sic enim sata plenius radicantur, cancrificanturque.* Barbarũ, novumque verbum *cancrificari*. Condonandũ homini Gręco. Interpolator tamen, linguę Latinę peritissimus, pro hac voce, aliã restituere debuerat. Plinius, *radicari fibris, sive ramis dixit*, lib. XVIII. c. VII. *frumenta, ait, multis radicantur fibris sive ramis.* Καρκινοῦσθαι dicuntur plantarum radices, quæ cancri instar divaricatis & in latera dis͡parsis fibris, vel capillamentis, terram apprehendunt.

Θυσανώδεις.) Plinius loco citato; *Crassiores lauro & inæquales, item oleæ, cui & ramosæ; at robori carnosæ.* ὀζώδεις καὶ θυσανώδεις Græcus autor. Gaza, *quædam veluti nodosæ villosæque.* Rectè Plinius *ramosas* dixit: oleæ radices nodis carent. vide cap. V. hujus lib. θυσανώδης *fimbriatas*: Plinius, *urticæ folia fimbriata*, scribit. Ex quo colligimus, qualis fuerit positura, & flexura fimbriarum. Fimbria, vestium ora dicebatur, quæ incisuras habebat, serræ dentibus non absimiles. Θύσανοι, fimbræ, villæ, quales dependent à crumenis. Hesych. θύσανοι, κρωσσοί, κόρυμβοι. Pollux lib. VII. cap. IV. θύσανοι, οἱ λεγόμενοι κρωσσοί, ὅθεν καὶ τὰ θυσανωτὰ παρὰ Ξενοφῶντι. τοὺς δὲ συστάντας καὶ σύλλαβα οἱ ποιηταὶ καλοῦσιν. Eust. Ilid ε. Θυσάνους, dicit esse, σχίσματα, fissuras & divisuras. Olea ramosas fissasque, seu divisas habet radices.

Βαθύρριζα.) Plin. lib. XVI. cap. XIII. *Robora suas in profundum agunt, si Virgilio quidem credimus; Esculus, quantum corpore eminet, tantum radice descendit.* Locus Virg. cujus mentionem facit Plinius, lib. IV. Æneid. & lib. II. Georg. reperitur:

> *Esculus in primis, quæ quantum vertice ad auras*
> *Æthereas, tantum radice in tartara tendit.*

Ἐπιπολαιόρριζα.) Plinius loco citato, *Oleæ, malis & cupressis per summa cespitum: aliis recto meatu, ut lauro, oleæ: aliis flexuoso, ut fico. Minutis hæc capillamentis hirsuta, ut abies, multæque silvestrium, è quibus montani prætenuia fila decerpentes, spectabiles lagenas, & alia vasa nectũt.* Sensus verborum Theophrasti hic est; quibusdam rectæ, & æquales, aliis obliquæ, & inæquales, idque partim natura, ut lauro & oleæ; partim quia recto meatu non distenduntur, sed flexuoso, ut fico.

παρὰ

παραβλαστικά.) Nonnullas, inquit, παραβλάστικας, id est habentes progeniem sobolescentem, quasdam ἀπαραβλάστους, id est adnatis carentes. παραβλαστικὸν Plin. lib. XIII. cap. VIII. *plantigera imis partibus* transtulit. Idem τὰ παραβλαστήματα ἀπὸ τῶν ῥιζῶν, vertit, lib. XVII. cap. X. radicibus pullulantem sobolem. *Natura & plantaria demonstravit, multarum radicibus pullulante sobole densa, & pariente matre quas enecet.* Cato cap. XV. abs terra pullos vocat, *Ab arbore*, ait, *abs terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito.* Inter illa quæ à radice sobolem non emittũt, numerat cupressum; à radice quod sciam sobolem nõ producit, attamen stolonibus propagari potest, sed difficulter. nam ramos plures terræ proximos habet, qui terra obrui solent, ac altero, quandoque tertio anno radices proferre: quod frustra in abiete pinoque tentatur.


Πλὴν εἰ ὅλως ἔνια μὴ ἔχει, καθάπερ ὕδνον, μύκης, πύξον, κεράνιον.) Talpa magis cæcutit, qui locum hunc corruptũ non videt. Monstrosum enim est, buxũ cornumq; radices non habere. Nec mentem magistri percepit interpres, nec is, qui in sua præfatione culpat doctiss. Gazam, quod autoris Græci mentem quandoq; non rectè exprimat. Malè vertunt, *quædam omnino radices non habent*. Hic enim est verborũ Theophrasti sensus; enumeratis radicum differentiis, quæ in arboribus sunt, easdem etiam in suffruticibus, & herbis inveniri docet: nisi fortè herbarumquædam in totum radice carere dicendum sit. Verte itaque, *nisi si fortè quædam herbarum radice carere pronunciandum sit.* Nam capite sequenti; ubi hæc subtilius disputat; tuberis & hujusmodi ὑπογείων, radicem nihilominus esse affirmat. Insignis tamen inter veteres videtur fuisse quæstio, utrum tuber radicibus annumerari debeat. Locus hic ex Athenæi lib. II. corrigi solet, ubi sic ait, Θεόφραστος ἐν Φυτικοῖς λειόφλοια, καθάπερ ὕδνον, μύκης, πέζις, γεράνιον. *Theophrastus in opere de plantis, levi cortice tegi scribit, tuber, fungum, peziten, geranium.* Falsum est tenui cortice tuber tegi; nec usquam hoc scripsit Theoph. Dalecampius ad locum citatum, *Lævi cortice tegi, scripsit, fungum, & pezitem: scabro tuber & geranium.* Nõ placet viri doctiss. cõjectura. Scripta hæc sunt ex lib. I. hist. cap. IX. ubi exempla hæc habes, non λειοφλοίων, ut perperam & mnemonico errore scribit Athenæus, si abbreviatoris, aut exscribentis, non sit peccatum: sed τῶν ὅλως ῥίζαν μὴ ἐχόντων. Restituunt alii ἄφυλλα καθάπερ ὕδνον &c. Certum est fungos, & tubera folia non proferre; sed geranium, quod à Dioscoride describitur folijs carere, credat Iudæus Apella. Scribo ἄρριζα ex Theophrasto & Plutarcho lib. IV. Symp. quæst. II. οὐ γὰρ ἔοικε φυτῷ τὸ ὕδνον, οὐδὲ ἄνευ ὕδατος ἔχει τὴν γένεσιν, ἀλλὰ ἄρριζον, καὶ ἀβλαστὲς ἔτι καὶ ἀπολελυμένον τῷ καθ' ἑαυτὸ σύστασιν ἐκ τῆς γῆς ἔχειν παθούσης τι ἢ μεταβαλούσης. *Plantæ autem naturam non habet, nec sine aqua generatur, sed radicibus caret, nec germina emittit, præterquam quod solutum ex sese subsistat, terræ aliquo modo affecta, aut mutata.* Sed rectè fortassis faciam, si singulorum historiam examinem. ὕδνον ἀπὸ τοῦ ὕδειν. id est nutriendo (plurimum enim alimenti præbet) nomen accepit. In Ald. & Basileensi codice οἴδνον legitur, & fortè rectius, ἀπὸ τοῦ οἰδεῖν, vel οἰδαίνειν. quod sint οἰδήματά τινα τῆς γῆς, terræ tumores. Eadem de causa Latini tuber, à tumendo. Tubera quid sint non docet Theophrastus, sed in medio relinquit, utrũ ἄρριζα dici debeant. Diosc. lib. II. cap. CLXXV. ὕδνον ῥίζα ἐστὶ περιφερής, ἄφυλλος, ἄκαυλος, ὑπόξανθον, ἐαρ᾽ (addit ex vet. cod. Lacuna καὶ θέρους) ὀρυττομένη, ἐδώδιμος δὲ ἐστιν ὠμή τε καὶ ἑφθὴ ἐσθιομένη. *Tuber radix est orbiculata, sine folijs, sine caule, subflavescẽs, vere (& æstate) effoditur, ac seu cruda, seu cocta, esui est apta.* Gal. utrum radicibus, an bulbis annumerari debeat, dubitat. lib. II. de alim. fac. c. LXVIII. ἐν ῥίζαις ἢ βολβοῖς ἀριθμεῖν ἀναγκαῖον ἐστὶ καὶ ταῦτα. *Hæc quoq; radicibus aut bulbis sunt annumeranda.* Cur dubitat Galenus, utrum bulbis an radicibus sint annumeranda? An igitur bulbi non sunt radices? Causa videtur, quod tubera eandem in rotunditate non habeant æqualitatem, quam reliqui habent bulbi. Cæterum eorũ qui radicem esse ajunt, probabilior nobis opinio est, quã qui negant. Aliquid tamen pro illorum sententia adferre libet. Radices scilicet esse si ad formam, totamque substantiam attendamus; sin vero ad opera, naturamq;, non mereri radicis nomen; quod nec foliũ, nec caulem emittant, quod verarũ est radicũ. Radices igitur dico, sed imperfectas. Quod cũ sciret Plinius, ac nosset à quibusdã inter ἄρριζα, id est quę radice carent, numerari; callũ terræ appellare maluit, quã radicẽ, lib. XIX. cap. II.

Et quoniam à miraculis rerum cæpimus, sequemur eorum ordinem, in quibus vel maximũ est, aliud nasci, aut vivere sine radice. Tubera hæc vocantur, undique terra circumdata, nullisque fibris nixa, aut saltem capillamentis, nec utique extuberante loco in quo gignuntur, aut rimas agente. Martialis tamen findi frequenter solum, cui subsunt, hoc disticho ostendit:

> *Rumpimus altricem tenero de vertice terram*
> *Tubera, boletis poma secunda sumus.*

Sequitur apud Plinium: *Neque ipsa terræ cohærent, cortice etiam includuntur, ut planè nec terram esse possimus dicere, nec aliud quam terræ callum. Siccis hæc ferè, & sabulosis locis, fruticosisque nascuntur, excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere.* De generatione tuberum infra, cum de κεραύνια voce restituenda, sermo erit.

Tubera.



Genera inquit Plinius esse duo, (sed monẽdus lector ne homonymia fallatur; sunt enim fructus arboris tuberes nominati à Plinio lib. XV. cap. XIV. & cyclamen, tuber terræ vocatur: de quibus nobis non est sermo.) *Duo*, inquit Plinius, *eorum genera, harenosa, dentibus inimica, & altera syncera. Distinguuntur & colore, ruffo nigroque, & intus candido. Laudatissima Africæ.* Hanc differentiam etiam recentiores observarũt. Tubera tuberosa, ac globosa quædam sunt intra terrã nata, & ab ea undequaq; circumdata, absque caule, foliis, fibris, aut capillamentis adnatis. Sunt hæc foris aut nigra aut ruffa, interiore vero pulpa candida aut subflava, magnitudine mali cotonei, subinde ampliora. Dioscorides cum ὑπόξανθον tuber dicit, de interiore pulpa loquitur, quod alibi, nõ apud Dioscoridem tantum, sed passim apud Græcos observare licet. de tuberum facultate in notis ad Dioscoridem agam: Historiam nunc tracto.

Μύκης.) Græci poëtæ fungos γηγενεῖς, hoc est, terrigenas, cognominarunt, quod è terra prodeant, φύονται δ᾽ οἱ μύκητες γηγενεῖς, inquit Athen. lib. II. id est, *Nascuntur fungi sponte & nulla cultura*: αὐτομάτως, ut Florentinus scribit. Nicander in Alex. ζύμωμα vocat: μὴ μὲν δὴ ζύμωμα κακὸν χθονὸς ἄλγεα κήδοι, *ne mala te vexent terræ fermenta caveto. Scholiast.* Καὶ γὰρ ζύμωμα εἶπε τὸν μύκητα, ἐπειδὴ ζύμωμα ἔοικε τῆς γῆς, τουτέστι πηλῷ ὅμοιος· γάρ ἐστι βῶλος γῆς. Ἄλλως. ζύμωμα κακὸν τοὺς μύκητάς φησι. ἐπειδὴ ἐκ τῆς γῆς γίνονται. ζύμωμα δὲ αὐτοὺς ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ ἀναζυμοῦνται ἔσωθεν μὴ πλήρωμα, ἢ ὅτι ζύμωμά εἰσι τῆς γῆς, id est, ζύμωμα *fungos appellat, quod terræ extuberationem, hoc est lutum referant, quod glebæ ipsius terræ similitudinem habeant, vel quod ex terra enascantur quodam sui tumore.* Μύκητας vocarunt, ab ensis capulo, vel summo vertice vaginã occludente. μύκη Theca gladij, ensis capulũ. Suidas; μύκη ἡ θήκη. μύκητες ἢ μύκητες ἀδιανεστήματά τινα στρογγύλα περὶ τὴν θρυαλλίδα, καὶ οἱ ἀμαυροί, καὶ ἡ λαβὴ τοῦ ξίφους. ἐν ἐπιγράμματι. μήποτε λύχνε μύκητα φέροις, μὴ δ᾽ ὄμβρον ἀγείροις, ἐγείροις in ult. edit. Ad hoc Epigramma, vel potius hoc Aratæum περὶ Σημείων. ἢ λύχνοιο μύκητες ἀγείρονται περὶ μύξαν, νυκτὶ κατὰ νοτίην. Allusit Virg. I. Georg.

> *Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ,*
> *Nescivere hyemem, testa cùm ardente viderent,*
> *Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.*

Vide Plin. lib. XVIII. cap. ult. Vide Servium. Porro pro eo quod Suidæ codex habet καὶ ἡ λαβὴ τοῦ ξίφους, id est manubriũ ensis alii scribunt, ὁ κατὰ τὴν λαβὴν τοῦ ξίφους. Hesy. μύκης τοῦ ξίφους ὁ κατὰ τὴν λαβὴν. ὁ κρατητὴς καλούμενος, καὶ ὁ περὶ τὴν μύξαν τοῦ λύχνου ἐφιστάμενος ἢ πῖλος καὶ δερμάτινον ὑποδήσιον. καὶ τὸ ἀνδρεῖον μόριον καὶ ὁ ἐν τοῖς ἐλαίοις ἐκχεόμενος ῥύπος. Muces, gladij

gladij pars manubrio proxima, cratetes id est capulum, vocata, & quod in elychnio lucernarum residet : vel pileus, vel nauticus pulvinus ex corio, qui remigibus substernitur. Pudendendum virile, & morbus olearum, Græcis ἧλ@ dictus. De quo vide Theoph. lib. IV. cap. XVI. μύκης igitur fungus dicitur, quod pediculum habeat ensis capulo similem, cui quid insidet pilei forma; uti figura addita pulchrè ostendit.

Fungi.



Latinis, ut doctiss. placet viris, fungus à funere dicitur, quod suo veneno ad funus vescentes ducat. Omnes enim fungi, tā salubres, quā venenati, si largius sumantur, nocent. Dioscorid. lib. IV. cap. LXXXIII. οἱ δὲ μὴ ὄντες (Oribas. ἐδώδιμοι) ζωμοποιοὶ, ἡδεῖς. πλεονασθέντες μὲν δὲ καὶ οὗτοι, βλάπτουσι δυσεκπέπτωμένοι, πνίγοντες, ἢ χολέραν ἐπάγοντες. *At innocentiores, quique veneno non imbuti sunt, gratiam juribus conciliant, jucundique sunt saporis: verum tamen & hi ipsi largius sumpti nocēt: quippe qui ægrè cōcocti strangulant, aut choleram morbum accersunt.* Ideo Epicharm. οἷον αἱ μύκηι ἀέ ἀποπεπνιγότες πνιξεῖσθε. *Emaciati ac strigosi veluti fungis strangulabimini.* Latini fungum, pro stupido impenseque credulo, dicunt. Plautus in Bacchidibus. *Adeon' me fuisse fungū, ut qui illi crederem?* Fungū pro stupido dixit, quod fungus per se insipida quæpiā res sit, vel quod mollis ac fragilis, vel quod subito prorumpat. Fungū inter ea numerat Theoph. quæ radice carent, cum tamen ut optimè observavit Scaliger, & tabella exprimit, radiculas habeat. Hæc difficultas ex ipsius Theophrasti verbis, quæ apud Athenæum, (si non memoriæ lapsus) solvitur; ubi docet, in quibus pezias & fungi differant, cum sint ambo nullis radicibus. Differunt à peziis, quod fungi tenue quoddam habeant radicum rudimentum: caule enim sunt prominulo, unde fibrillæ & capillamēta dependent, quibus terræ cohærent & alimentum capiunt. Sed ipsa verba Athenæi audiamus. Θεόφραστος δὲ ἐν τῷ περὶ φυτῶν ἱστορίας γράφει. Υπόγεια δὲ τὰ τοιαῦτά ἐστι, καὶ ἐπίγεια, καθάπερ οὓς καλοῦσί τινες πέζιας, ἅμα τοῖς μύκησι γινομένοις. ἄρριζοι γὰρ καὶ αὐτοὶ τυγχάνουσιν. ὁ δὲ μύκης ἔχει προσφύσεως ἀρχὴν τὸν καυλὸν εἰς μῆκος, καὶ ἀποτείνουσιν ἀπ' αὐτοῦ ῥιψί. Hæc corrupta, & ab interprete in hunc sensum malè versa. *Theophrastus lib. de historia plantarum scribit: Ea quæ radice carent nunc occuli terra, nunc insidere terræ, ut pezitas, simul cum fungis nascentes, quibus nulla radix est. Fungus enim caulis in longum porrectus adhæsus initiū est, iisque veluti crus subditū.* Verba hæc depravata, & quæ in editis Theoph. libris non reperiuntur. Athenæi vel Theoph. verba, doctissimus Causabonus sic restituit, τὸν καυλὸν εἰς μήκη, καὶ ἔχεται τοῖς ἀποτείνουσιν ἀπ' αὐτοῦ ῥιψί; vel τὸν καυλὸν εἰς μῆκος ἀποτείνοντας, καὶ τρέφεται τοῖς ἀπ' αὐτοῦ ῥιψί. Posterior magis arridet correctio. Prior tamen nō displicet. Mira hæc sententia. Caulem, inquit, in longitudinē extendi. atqui (ut ipse cap. II. hujus libri dixit,) caulem nō habet, οὔτε, inquit, γὰρ ῥίζαν παντ' ἔχει, οὔτε καυλόν. Καυλοῦ vox latè sumi hoc loco debet, pro pediculo, qui μίσχος; quod ex lib. I. c. VIII. probatur vers. ὁ δὲ τοῦ κυπείρου, usque ad verbum σύνθεσιν. ῥὶψ propriè vimen flexile, ramus salignus. Commentator Aristophanis ad hunc in Pace versum, κίσθους ἐκπηδῶν ἐπὶ ῥιπὸς πλέων. Ῥὶψ, inquit scholiastes, ἱμαντῶδες φυτὸν, τ' ἰτέας κλάδος, παρὰ τὸ ῥέπω, *Planta vitilium modo sequax, salicis ramus, sic dicitur, quod inflectatur ob lentitudinē.* Hoc vero loco duriusculè, si modo ita scripsit Theophrast. pro fibris radicalibus sumi debet, quas λεπτὰς καὶ μικρὰς ῥίζας, idem alibi appellat; harum congerie fiunt radices, θυσανοειδεῖς & fimbriatæ. προσφύσεως ἀρχὴν vocat inchoata & imperfecta adhæsionis organa, quia caulis, vel pediculus fungi, radicem nō habet, quæ esset vera πρόσφυσις. Theophrastus itaque cum negat fungo esse radices, intelligit perfectas. Non fit verisimile illum ignorasse fungos fibris radicalibus præditos. Fungos Dioscorid. vel salubres vel noxios docet. Μυκήτων διαφορὰ διττὴ, ἢ γὰρ βρώσιμοί εἰσιν ἢ φθαρτικοί. *Fungorū differentia duplex, aut enim edules aut exitiosi & perniciales sunt.* Solent alij dividere fungos in terrestres, & arboreos; etiam in vernales, & autumnales: terrestres iterum dividunt in pratenses, & lapideos. Nos Dioscoridem sequemur. Ex salubribus pratēses sunt laudabiliores. Ut scribit Horatius:

Pratensibus optima fungis
Natura est, alijs malè creditur.

Pratenses præstantissimi, quod procul ab arboribus nati, ex meliori terræ succo constant, quā qui ex arborum, ut scribit Plinius, pituita gignuntur. Præstantissimos Græci βωλίτας vocāt. Vide Gal. lib. II. de aliment. facul. cap. penult. Æginetam lib. I. c. LXXVII. Τούτων δὲ αὐτῶν οἱ μὲν βωλῖται ἀβλαβέστεροι καὶ ἄποιοι καλῶς ἑψηθέντες. *Ex his ipsis minus nocentes boleti sunt, qualitatis expertes, si probè concoquuntur.* Quanti olim æstimari fuerint, ex hoc Martialis disticho cognosci potest:

Argentum, atque aurum facile est, lanamque togamque
Mittere: boletos mittere difficile est.

Βωλῖται nomen habent, ut docet Marcellus, ἀπὸ τοῦ βώλου, quod glebam, & rubricam illam, qua pictores aurum suis operibus inducunt, significat. vulgo *bolos* vocatur. Ab hoc colore nomē huic impositū fungo. Plin. lib. & cap. XXII. ubi de origine fungi hujus agit. *Volvā terra ob hoc prius gignit, ipsum postea in volva, ceu in ovo est luteū: nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti. rumpitur hæc primo nascente, mox in pediculo corpus assumitur, raroq; unquam geminis ex uno pede. origo prima causaque è limo & acescente succo madētis terræ, aut radicis fermè glandiferæ, initioque spuma lentior, dein corpus membranæ simile, mox partus. & bolitis quidem ortus occasusque omnis intra dies septem.* Italis boloccioli & ovole dicuntur, quod ovorum vitellū referant. His succedunt, quos Græci ἀμανίτας vocant. Ægineta loco citato. οἱ δὲ ἀμανῖται δεύτεροι εἰσὶ τάξεως. Secundum locum obtinent ammanitæ, ab Italis *filli*, & ammoniti vocantur, suillos Latini appellant. *colore* sunt fuliginoso, pediculo omnium crassissimo, orbe sæpe humanum æquiparant caput, infra colore nigro virescente: quū elixantur fiunt mucosi; nascuntur in sylvis, ubi solum incultum. Plin. lib. XXII. cap. XXIII. *Tertium genus suilli, venenis accommodatissimum. Familias nuper interemere & tota convivia; Annæum Senecam* (vide Senec. epist. LXIII. & Tacit. l. XIII. Annal.) *Præfectū Neronis vigilum, & Tribunos & Centuriones. Quæ voluptas tanta ancipitis cibi? siccantur pendētes suilli junco transfixi, quales è Bithynia veniunt.* Ex fungis qui arboribus adnascuntur, optimi, qui in ficu reperiuntur. Hos maximè laudat Nicander. Docet præterea quomodo facilius, & nitidius proveniant:

Συκέης ὁππότε στέλεχος βαθὺ κόπρῳ
Κακκρύψας ὑδάτεσσιν ἀειναέσσι νοτίζῃς,
Φυονται πυθμέσσιν ἀκηδέες, ὧν σὺ μύκητα
Θρεπτὸν μή τι χαμαιζήλης ἀπὸ ῥίζης στο τάμοιο.

Ficus caudicem altius egesta terra cum ā stercore
Detectum purgaveris, & aqua perenni rigaveris,
E fundo nascentur tuti fungi, quorum caput
In cibum ab humili & infima radice (ficus) præcidito.

Postremus versus corruptus. ex antiquissimo & meliori. codice in hunc sensum à Cl. Causabono restituitur. ὧν σὺ μύκητα Θρεπτὸν μή τι χαμηλὸν ἀπαὶ ῥίζης προτάμοιο. Eos fungos solos pronunciat innoxios, qui in aggesto fimo, propius truncum nati sunt. non illos qui in extremis imisque radicibus. & hos innoxios optimosque pronunciat Plinius loco citato. *Quidam discrevere arborum generibus, fico, ferula* (lege betula cum Dalecampio, ferula arbor nō est) *& gummi ferentibus: nos itē fago aut robore, aut cupresso, ut diximus. sed ista quis spondet in venalibus. Omnium colos lividus, his aberit veneni argumentum* (in Veneto codice, hic habebit veneni argumentū, quæ plane corrupta sunt) *quo similior fuerit arborum fici.* Cassianus Bassus, quem Eclog. geoponicān auctorem

auctorem me dicere memini, in populo, vel juxta populum nigram laudare videtur Lib. XII. cap. XLI. Αἴγειρον ἀπόκοψον, καὶ κατὰ τῆς ἀποκοπῆς τοῦ στελέχους τοῦ ἑστῶτος ἐν τῇ γῇ, ζύμην ὕδατι λύσας ἐπίχει καὶ εὐθέως ἔσονται οἱ μύκητες αἰγειρῖται. *Populum nigram desecato, & in ipsam amputationem trunci stantis in terra, fermentum aqua dissolutum infundito, & statim provenient fungi ægiritæ appellati.* Idem quomodo terra fungos productura sit docet. Sed de hac re infra. Plin. lib. XVI. cap. VIII. Quernũ laudat fungũ. *Sed & boletos pariunt suillosve, gulæ novissima irritamenta, quæ circa radices gignuntur; quercus probatissimos, robur autem & cupressus, & pinus, noxios.* Nonnulla ex his paulo fusius exponenda. Quercum fungos producere testatur Theoph. lib. III. cap. IX. verum probatissimos esse non scribit. De suo hoc addidit Plinius. noxios esse scribunt Itali, testatur Nicander in Georg. ubi venenatos recenset.

Ἐχθρὰ δ' ἐλαίης,
Ῥοιῆς τε πρίνου τε δρυός τ' ἀπὸ πήματα κεῖται,
Οἰδαλέα σύγκολλα βάρη πνιγόεντα μυκήτων.

Noxia oleæ,
Punicæ, ilicis, quercus purgamenta jacent,
Tumidi, glutinosi, malefici strangulãtes fungi.

Præterea, si roboris fungi, noxii, quomodo quercus probatissimi? Ejusdem generis enim robur, & quercus, si non idem. Inter noxios idem Plinius pineum numerat. Athenæus inter edules: Δοκοῦσι δὲ οἰκεῖοι εἶναι οἱ λεπτότατοι, καὶ ἁπαλοί, καὶ εὔθρυπτοι, οἱ ἐπὶ πτελέαις, καὶ πεύκαις γινόμενοι. *Qui vero naturæ nostræ conveniunt, esse quidem illos teneros, friabiles, & maximè graciles innascentes pinis ac ulmis.* Quo artificio fungi è terra proveniant, docet Cassianus Bassus loco citato, Εἰ δὲ βούλει καὶ γῆν ἐνέγκαι σοὶ μύκητας, ἐπιλεξάμενος γῆν ὄρειον, ἀραιάν, εἰωθυῖαν φέρειν. (μύκητας addit codex Palatinus M.S.) κάλαμον, καὶ φρύγανα (idem cod. φρύγανον) καὶ πάντα τὰ εὔφλεκτα συναθροίσας, ὅταν συννεφῆ τὸν ἀέρα ἴδῃς, ὡς ὄμβρον ἐπικεῖσθαι, πῦρ (in M.SS. Palat. καῦσον: lege καῦσαι) ἐκείνοις ἄναψον. οὕτω γὰρ ἔσονται μύκητες αὐτόματοι. εἰ δὲ δεξαμένῃ σοι τὴν πυρὰν ποιεῖσθαι, μὴ ἐπιγένηται ὄμβρος, ὕδατι ὡραίῳ καὶ καθαρῷ εἰς ὄμβρου μίμησιν, καταῤῥαίνων τοὺς πυρωθέντας τόπους, καὶ φύσονται μύκητες, εἰ καὶ φαυλότεροι, καλλίους γάρ εἰσιν οἱ διὰ τῶν ὄμβρων τρεφόμενοι. *Si verò ex terra fũgos tibi produci velis, eliges terram montanam, raram, (fungum) harundinem & sarmenta ferre solitam, & omnia quæ facilè comburuntur, coacervata incendes, quum nubilosum aërem esse videris, ut videlicet imber incumbat. Sic enim sponte nascentur fungi; si verò constructa jam pyra imber non succedat, aqua pura ignitos locos irrorabis valde rarenter, ad imbrium videlicet imitationem, & nascentur fungi quanquam deteriores; meliores enim sunt ex imbribus connutriti.* Aliter Dioc. lib. I. cap. CIX. Ἔνιοι δὲ ἱστοροῦσι, τὸν φλοιὸν τῆς λεύκης καὶ τῆς αἰγείρου τμηθέντα εἰς λεπτὰ μεγέθη, καὶ σπαρέντα πρασιαῖς κεκοπρισμέναις, ἐν παντὶ καιρῷ μύκητας ἐδωδίμους φύειν. *Non desunt, qui memoriæ prodiderint, tum albæ tum etiam nigræ populi corticem in tenuia frusta concisum, ac stercoratis areolis sparsum, & quasi satum, quavis anni tempestate fungos edules proferre.* Atque ita quatuor vel quinque modos habemus, quibus comparare fungos possimus. duos ex Nicandro, duos ex Cassiano Basso, unum ex Dioscoride. In Batavia nemo hujus rei experimentum capiet, nemo delicato hoc cibi genere delectatur. Hactenus de fungis salubribus. Noxii quomodo reddantur, & cognosci possint, docet Diosc. lib. IV. cap. LXXXIII. Παρὰ πολλοῖς (πολλὰς) δὲ αἰτίαις γίνονται τοιοῦτοι· ἢ γὰρ ἥλοις κατιωμένοις, ἢ ῥάκεσι σεσηπόσιν, ἢ ἑρπετῶν φωλεοῖς παραφύονται, ἢ δένδρεσιν ἰδίως (simpl. Oribas. βλαπτικοῖς) βλαπτικοὺς φέρουσι τοὺς καρπούς. ἔχουσι δὲ καὶ γλοιώδη (Samb. γλινώδη) οἱ τοιοῦτοι ἐπίπαγον. κατατεθέντες δὲ μετὰ τὸ ἀφαιρεθῆναι, ταχέως διαφθείρονται σηπόμενοι. *At tales quidem multis de causis evadunt; nempè quia juxta clavos rubiginosos, aut putridos pannos, aut serpentum latibula gignuntur, aut etiam arboribus, quæ privatim noxios pariunt fructus, adnascuntur. Habent porro & qui tales sunt concretum quendam strigmentique modo viscosum intra se lentorem, ac etiamnum posteaquam terra sunt eruti si reponantur, celeriter corrumpuntur & computrescunt.* Alia signa, quibus à salubribus dignosci possunt, tradit Athenæus: Ἀνοίκειοι δὲ οἱ μέλανες, καὶ πελιοί, καὶ σκληροί, καὶ οἱ μετὰ τὸ ἑψηθῆναι, καὶ τεθῆναι, πισσούμενοι, οἱ τινὲς λαμβανόμενοι κτείνουσι. *Perniciosos autem nigros, lividos, duros, ac qui elixi aut impositi mensis duriores fiunt, illos enim, cum sumuntur, necare.* Interpres doctiss. πισσούμενοι, qui picis colore nigrescunt. nescio, cur vulgatam, quam defendit Plinius, rejecerit. Noxij inquit, *erunt fungi, qui in coquendo duriores fient: innocentiores, qui nitro addito coquentur, si utiq; percoquantur.*

Πύξος.) Ut dixi, corruptum. Corrigunt ex Athenæi verbis citatis πέζις. Plinius lib. XIX. cap. III. fungi genus quoddam pezicam vocari tradit. *Sunt & in fungorum genere à Græcis dixi, pezicæ, qui sine radice aut pediculo nascuntur.* Pezicas in fungorum genere contineri, scribit Plinius; negare videtur ex auctoritate Theophrasti Athenæus. Θεόφραστος δ' ἐν τῷ περὶ φυτῶν ἱστορίας γράφει· ὑπόγεια δέ τινα ἰδιαίτατα ἐστι, καὶ ἐπίγεια, καθάπερ οὓς καλοῦσί τινες πεζίας (in aliis cod. πεζίκας, sed Athenæo in recto casu, ut dixi, πέζις) ἅμα τοῖς μύκησι γινομένας· ἄρριζοι γὰρ καὶ αὗται τυγχάνουσιν. Vide quæ supra dicta à nobis sunt. Locus hic corruptus: lego, ἄρριζοι καὶ ἄκαυλοι ὄντες τυγχάνουσι. id est, *Theophrastus in historia plantarum scribit; ea quæ radice carent nunc occuli terra, nunc insidere terræ, ut pezias simul cum fungis nascentes, quibus nulla radix caulisque.* Docet Theophrastus, in quibus πέζις à fungo differat, cum ambo sint sine radice. Πέζις fibris, radice, caule sive pediculo caret: contra fungus tenue quoddam radicum rudimentum habet, & caule sive potius pediculo est prominulo, unde fibrillæ & capillamenta pendent, quibus terræ cohæret, & alimentum capit. Sed ex his verbis Athenæi concludi non potest, pezicas non esse in fungorum genere. Nihil enim impedit, fungos alios cauliculum, & fibrillas habere, quibus nonnulli carent. Scribunt pezitas ab Italis vocari *prugnoli*: terræ semper incumbunt ac instrati sunt globoso capitulo, nec in caulem aliorum modo attollũtur, statim primis veris imbribus erumpunt, totoque genere salubres & innoxii. Alii pezitas volunt ruffos fungos castaneis potissimum adnascentes, quos auriculas Galli vocant. Cæterum utrum ἀντὶ πύξος πέζις scribendum sit, sub judice adhuc lis. Quid si dicamus, scripsisse Theophrastum, καθάπερ ὕδνον μύκης ἰξός. viscum radice, saltem conspicua, carere constat. magis prior arridet opinio, quod confirmare eam Plinius & Athenæus l. c. videantur.

Κεράνιον.) Sequitur κεράνιον. Calvariam non credo à Theophrasto inter plantas numerari: & cornus arbor, quę Gręcis κρανία, radice nõ caret. Corruptus igitur codex. Corrigunt γεράνιον; idque quia apud Athenæum legitur, Θεόφραστος ἐν φυτικοῖς λειόφλοια καθάπερ ὕδνον γεράνειον. ὕδνα γίνεται καὶ ταῦτα αὐτόματα ἀπὸ γῆς, μάλιστα περὶ τοὺς ἀμμώδεις τόπους. λέγει δὲ περὶ αὐτῶν Θεόφραστος, τὸ ὕδνον ὃ καλοῦσί τινες γεράνειον, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειον. καὶ πάλιν ἡ τῶν ἐγγειοτόκων τούτων γένεσις ἅμα καὶ φύσις οἷον τοῦτε ὕδνου καὶ τοῦ φυομένου περὶ Κυρήνην, ὃ καλοῦσι μίσυ. δοκεῖ δ' ἡδὺ σφόδρα τοῦτ' εἶναι καὶ τὴν ὀσμὴν ἔχειν κρεώδη, καὶ τὸ ἐν τῇ Θρᾴκῃ δὲ γινόμενον ἰτον. *Theoph. in opere de plãtis, levi cortice tegi scribit tuber, geranium. Tubera. E terra quoque sponte nascuntur, præcipuè locis arenosis tubera. De tuberibus hæc Theoph. tuber quod & geranium quidã nuncupant, & si quid aliud sub terra generatur. ac rursum eorum quæ sub terra pariuntur ejusmodi natura est, atque generatio, quemadmodum tuberis & misij. sic enim vocant, quod circa Cyrenẽ gignitur, & suavissimi gustus esse credunt, odore carnis. Est & ejusmodi istos, quem in Thracia effodiunt.* Sic citat Athenæus: apud Theophrastum hodie cap. X. hujus libri legitur, καὶ τὸ ὕδνον ὃ καλοῦσί τινες, ἄχιον, καὶ τὸ οὔιγγον, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειόν ἐστιν, ὧν οὐδὲν ἐστι ῥίζα. quæ corrupta, & contaminata, ut post dicemus. Hujus loci est inquirere, utrum γεράνιον ἀντὶ κεράνιον scribendum sit. Eustathius Iliad. Λ. tuber geranium vocari auctor est. Ἔστι γὰρ κατὰ τὸν μύκητα καὶ τὸ ὕδνον τὸ καὶ γεράνιον κατά τινας. Idem certè Athenæus. Distinguit tamen à tubere geranium (si ita restituendum sit) Theophrastus. Καθάπερ ὕδνον, μύκης, πέζις, γεράνιον. Frustra Athenæi emendant codicem, τὸ ὕδνον καὶ ὃ καλοῦσί τινες γεράνιον. Satis apertè Eustathius, ὕδνον, γεράνιον vocari ait, quomodo in editis Athenæi codicibus legitur. Nullo modo, geranium Dioscoridis inter tubera recenseri potest: habet caulem, florem, fructum, venas, fibras, radicem, corticem, venas; quæ omnia in tuberibus videre nõ licet, sed ipsa verba Dioscoridis audiamus, Γεράνιον τὸ μὲν φύλλον ἔχει ὅμοιον ἀνεμώνῃ ἐσχισμένον μακρότερον, ῥίζαν δὲ ὑποστρογγύλην, γλυκεῖαν ἐσθιομένην, ἥ τις ἐν οἴνῳ ἄχρι ὁλκῆς πινομένη ὑστέρας ἐμπνευματώσεις λύει. καλεῖται δ' ὑπ' ἐνίων καὶ ἕτερον γεράνιον ἔχον καυλία λεπτά, χνοώδη, διασπιθαμιαῖα, φύλλα μαλάχῃ ἐμφερῆ, καὶ ἐπ' ἄκρων τῶν μασχαλῶν ἐξοχάς τινας, ἀνανενευκυίας ὡς γεράνων κεφαλὰς σὺν τοῖς ῥάμφεσιν ἢ κυνῶν ὀδόντας· χρῆσις δὲ αὐτοῦ ἐν ἰατρικῇ οὐδεμία. *Geranium folio est anemones, incisuris diviso, at longiore, radice propemodum rotunda, dulci & esui apta. Hæc drachmæ pondere in vino pota, vulvæ inflationes discutit; vocatur & à nonnullis geranium alterum,*

alterum, quod cauliculos habet tenues, lanuginosos, binûm palmorum altitudine: folia vero seu malvæ, & in summis alis sursum spectantes eminentias quasdam, veluti gruum capitula, cum suis rostris, aut dentes caninos: sed nullius est in medicina usus. Unde sit geranij nomen, addita pictura satis ostendit: nempe quod in ejus vertice fastigia consurgant nutantia, capitulis gruum cum rostellis similia, in quibus semen occluditur.

Radicem inquit Dioscorides esse ὑποστρογγύλην; in optimo codice, inquit, doctiss. vir, legitur ῥίζαν δὲ στρογγύλην, γλυκεῖαν, hanc confirmat lectionem Oribasius. vulgata tamen magis arridet, rectè dixit, ὑποστρογγύλην, geranii radix tuberosa, id est ex oblongo rotunda, cum tuberculis eminentibus, uti Icon exprimit.

Geranium primum Diosc.



Geranium alterum Diosc.

Pes Columbinus.



Duo statuit Dioscorides geranii genera. Primum tuberosa radice, alterum malvæ folio. Primum à radice tuberosum cognominatum, multis luxuriat cauliculis, tenuibus, teretibus, & aliquantulum ramosis. Folia in petiolis prȩlongis, ut ranunculi, in multas fissa lacinias, ad anemones cujusdam genus accedentia, majora tamen. Flores, in summis ramulorum alis, elegantes, dilutè rubentes, exiguis rosis persimiles. Oblongum, tenuem, acuminatumque, instar gruis rostri, post se stylum relinquunt. Radix pallida, sublivida, crassa, rotunda, tuberosa, non absque nonnullis fibris, cibis non inutilis, sapore dulci, insipido. Sponte in Dalmatiâ, Illyrico, & nonnullis aliis Orientem versus Provinciis, locis incultis exit; apud Belgas hortensis est. Ultrajecto misit quondam ad nos doctiss. Carpentarius Medic. Doctor, nunc in India Occidentali, Illustriss. Ordinum nomine, Olindæ, totiusque Pharnambuc, Senatus præses. Tota propemodum æstate anni 1628. floruit, dein hyemis injuria periit. Alterum geranii genus, vulgo pes columbinus nuncupatur, nemini non cognitum, secus vias, locis desertis, & non raro incultis reperitur. Folia habet in pediculis prælongis rotundiuscula, mollia, exiguæ ac minoris malvæ foliorum æmula, minora, candidiora, minus glabra, senis octonisque incisuris laciniata, flaccida, cauliculos dodrantales, subinde duorum dodrantum, tenues, nonnihil pilosos, humi repentes, similibus folijs convestitos, quorum alarum vestigiis flosculi insident parvuli, Anagallidis minores, subpurpurei, è quibus caliculi seorsim, seminula oblonga continent, & acus exerunt prætenues, fuscas, & nitentes. Radix tenuis est & fibrosa. Hoc genus recentiores Medici ad balnea percommodum & ad intestinorum tormina utilissimum scribunt.


Myrrhis,

Myrrhis, ſive Mertryx, aliis Myrrhida Plinij, vulgo acus Moſchata.



Præter iſta duo tertium quoddam tradit Plinius lib. XXVI. cap. XI. *Geranion aliqui myrrhin, alij merthryda appellant. ſimilis eſt cicutæ, folijs minoribus, & caule breuiori, rotundo, ſaporis & odoris jucundi; noſtri eam ſic tradunt. Græci folijs candidioribus paulo quam malvæ, caulibus tenuibus, piloſis, ramoſam ex intervallis, binum palmorum, & in his folijs, inter quæ in cacuminibus capitula ſunt gruum. Alterum genus folijs anemones diviſuris longioribus, radice mali modo rotunda, dulci reficientibus ſeſe ab imbecillitate utiliſſima. & fere talis vera eſt* (vetus cod. *rara eſt.*) Doctorum virorum opinio eſt. Plinium primum geranij genus, ſive quod folijs eſt cicutæ, confundere cum myrrhide. In qua deſcribenda, ex Dioſcoride nihil de odore addiderat, quem geranio dat. cum Dioſcorides contra myrrhidis odoratam radicem eſſe prodiderit, nihil de odore geranij ſcripſerit. Atqui Plinius ſatis apertè ſcribit, Græcos hoc geranij genus non noviſſe. Objiciunt Dioſcoridem myrrhidem odoratam dixiſſe; quaſi hoc impediret non reperiri geranij genus odoratum, quale recentiores invenerunt, & à ſuaviſſimo moſchi odore moſchatum, & acum muſchatam appellaverunt. Hoc genus Plinius ab aliquibus vocari ait myrrhin, ab aliis merthryda. Corrigunt *myrrhin & myrtida.* Scribo ex auctore Auctuarij, *myrrhin & mertryga.* οἱ δὲ μέρτρυξ, οἱ δὲ μυῤῥὶς, οἱ δὲ καρδάμωμον, οἱ δὲ ὀρίγανον. Errat Synonymorum auctor, quod ſic vocari tradat alterum Dioſcoridis geranii genus: cum tertium quod à Plinio deſcribitur, nomina illa ab odore obtineat. Recentiores Græci, ſi Myrepſi interpreti fidem adhibeamus μοσχοβότανον nuncuparunt. Myrepſ. ſect. III. de unguent. cap. XLVI. καρδιοβοτάνη, ματζελτζέρβια, μοσχοβοτάνη. Nullam herbam novi, quæ moſchi odorem æquè referat, quam geraniũ Plinianum. Hoc genus deſcripſerunt Adverſariorum auctores, cauliculis gracilibus, compluribus è radice exigua ſubpurpureis, & hirſutis præſertim adultis, è caule medio apice tenus foliis enaſcentibus myrrhidis aut cicutæ, poſitu tanaceti, in plumam tarſumque deductis. in ſummo floſculi geranii alterius ſive columbini, qui caliculos in ſuis petiolis relinquunt, foris introque reflexos, collum ciconię effigiantes, ſtylumque protendentes exilem, tenuem, & longum. odorem gratiſſimum ſpirat moſci æmulum, præcipuè mane & veſperi. ſuaviſſimum emittit, ſi ramulo detracto manus, aut aliæ corporis partes percutiantur.

Geranium Robertianum, apud Batavos frequens.



Huic ſimile Robertianum, ſed odore gravi, haud jucundo, apud nos frequens: cauliculos promit cubito non raro altiores, teretes, geniculatim articulatos, ut plurimum purpuraſcentes, aut xylampelino, vel phœniceo nitentes, hirſutos, humi deflexos. Folia habet, ex intervallis fiſſa, cicutæ aut myrrhidis ſimilia, ſed minora, ad chærephyllini magis accedentia, nonnihil hirſuta, colore ſæpenumero rubicunda; floſculi in cacuminibus emicant purpurei, ex quinque compoſiti foliolis, quorum ſingulos mucronatus & acuminatus ſequitur gruini roſtri modo eminens apiculus: radices ſubſunt fibroſæ. Floret ab Aprili in multam æſtatis partem, hyeme etiã viret, nec à frigoris etiam vehementiſſimi injuria offenditur: utrũ hæc ſideritis Dioſcoridis tertia, alibi videbimus. Sideritidis tertiæ flores ſcribit Dioſcorides *phoeniceos, amaros, viſcoſos;* ἄνθη δὲ φοινικᾶ, μικρὰ, γλοιωμένα πικρὰ, γλισχρά. *Hujus nec viſcida, nec amara.* Græcorum geranium Plinius candidioribus foliis, quã malvæ, ait, quod licet verũ, non tamen tradidere Græci, quorũ ſcripta ad noſtras pervenerunt manus. Falſum eſt quod ſcribit, alterum genus, ſive primum Dioſcoridis radicem habere mali modo rotundam: rectius, tuberis inſtar tuberoſam, dixiſſet. Ex his, quæ hactenus diximus, ſatis apparet, nullam geranij genus, ad tuberis claſſem referri poſſe: omne geranium planta perfecta, id eſt radicem, caulem, folium, florem, ſemen, venas, fibras, nervos habet, omne tuber imperfecta planta, quod caule, flore, ſemine, folio, venis, nervis, fibris careat. Nullum geranij genus eſt, quod ἄῤῥιζον dici poſſit, vel nihil ſit, quam radix. Fruſtra ergo viri docti γεράνειον reſtituunt. Male Euſtathius γεράνειον ὕδωρ, ſi non mendum, dixit. Lego ex Plinio κεραύνιον, quomodo apud Athenæum ſcribendum docuit doctiſſ. Dalecampius. Plinius lib. XIX. cap. II.

Simile est, quod in Cyrenaica provincia vocant mysij, præcipuum suavitate odoris, ac saporis, sed carnosius, & quod in Thracia ceraunium. Hunc locum Plinii corruptum contendunt; quod negari non potest. Apud Apuleium Lib de salutaribus remediis, quem totum ex Plinio compilavit, locus hic paulo correctior reperitur. *Simile est*, inquit, *quod in Cyrenaica Provincia vocant misij, præcipuum suavitate odoris ac saporis, & quod in Thracia iton, & quod in Græcia geranion.* Idem hic locus apud Athenæum lib. II. reperitur. Τὸ ὕδνον ὃ καλοῦσί τινες γεράνειον, καὶ ἔτι ἄλλο γεώδυγειον καὶ πάλιν ἡ τῶν ἐγγειοτόκων τούτων γένησις, ἅμα καὶ φύσις, οἷον τοῦ τε ὕδνου, καὶ τοῦ φυομένου περὶ Κυρήνην, ὃ καλοῦσι μίσον. (alij μίσυ) δοκεῖ δ' ἡδὺ σφόδρα τοῦτ' εἶναι, καὶ τὴν ὀσμὴν ἔχειν κρεώδη, καὶ τὸ ἐν τῇ Θρᾴκῃ δὲ γινόμενον ἴτον. *Tuber & quod geranium quidam nuncupant, & si quid aliud sub terra generatur. ac rursum* (hæc Theoph. verba inquit esse, quæ tamen in editis non reperiuntur) *eorum, quæ sub terra pariuntur, ejusmodi natura est, atque generatio, quemadmodum tuberis, atque misij, sic enim vocant, quod circa Cyrenem gignitur, & suavissimi gustus esse credunt, odore carnis est, & ejusmodi istos, quem in Thracia effodiunt.* Lego cum aliis ἴτον, non ut vulgati codices habent, ἴσον. Et ab illo *ito* Thracio, diversum Ægyptium oetum dico. Verba citata Plinii ex Athenæo, & Apuleio, sic corrigunt viri docti. *Simile est, & quod in Cyrenaica provincia vocant misi, præcipuum suavitate odoris, ac saporis, sed carnosi.* (Athenæus enim ὀσμὴν κρεώδη) & *quod in Thracia iton, & quod in Græcia geranium.* Lego *Ceraunium*, cur *geranium* rejiciam, ex iis, quæ dixi, satis patet. Ceraunium lego; quia genus hoc tuberis ita vocare censeo, quod maximè post tonitrua, & fulmina, (quæ Græcis κέραυνα) nasci veteres crediderint. Notum carmen Iuvenalis:

Post hunc radentur tubera, si ver
Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas
Majores.

Ad hunc locum vetus interpres, quia tubera tonitruis dicuntur nasci, ut cochleæ. Apollon. lib. de mirabilib. Τὰ ὕδνα βροντῶν συνεχῶν γιγνομένων πολλαπλάσια γίγνεται, καθάπερ ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς περὶ φυτῶν εἴρηκε. Nec hic, nec Athenæi locus, citatus apud Theophrastum, reperitur. Signum, multa ex capite sequenti, ubi de radicibus subtilius disputat, periisse. Plin. loco citato, *De tuberibus hæc traduntur peculiariter; cùm fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, tunc nasci, & maximè è tonitribus, nec ultra annum durare: tenerrima autem verno esse. Quibusdam locis accepta riguis feruntur, sicut Mitylenis negant nasci, nisi exundatione fluminum, invecto semine ab Tiaris. Est autem locus, in quo plurima nascuntur, Asiæ circa Sampsacum, & Alopeconnesum: Græciæ vero circa Elin.* Eadem loco citato tradit Athenæus. plura de hac quæstione leges apud Plutar. lib. IV. sympos. quæst. II. quem vide. Κεραύνιον itaque lego, & tuberis genus quoddam dico. fortasse idem quod terfez nomine describit Leo Africanus lib. ult. *Terfez, radicis potius quam fructus appellatione dicenda venit. tuber similitudine refert, cæterum aliquanto crassior. album gestat corticem, calidis arenosisque in locis proveniens. Quo in loco jaceat, ex tumore soli aliquantū disrupti cognoscitur. nonnulli magnitudine juglandem, nōnulli malum citreum referunt. Medici quibus camha nuncupatur, fructum refrigerativum affirmant. Provenit abunde in desertis Numidiæ, quo Arabes æquè libenter vescuntur atque saccharo. Prunis assatam deinde emundatam, pinguique jusculo decoctam, in deliciis ponunt: Arabes aqua aut lacte elixam comedunt. nascitur quoque ubertim in arena juxta Selam oppidum.* Alii Ceraunium malunt esse Habhasin Arabum, ab eodem Leone descriptam lib. 5. *Effoditur & hic (circa Caperi civitatem) quidam fabæ magnitudinis, qui sapore amygdalum referth: unc per universum Tuneti regnum notissimum Arabes Habhasis appellant.* Neutram vidi radicem, nec integra descriptio Ceraunij apud veteres reperitur. Nihil igitur certi statuere possum.

Ῥάφανος.) Plin. lib. IX. cap. VI. *Hortensiis* (antiqui codices hortensibus) *omnibus ferè singulæ radices, ut rhaphano, betæ, apio, malvæ, amplissima autem lapatho, ut quæ descendat ad tria cubita. Sylvestri minores tumidæ, effossa quoque diu vivit. Quibusdam tamen capillatæ ut apio, malvæ.* Ex hoc Plinij loco lego, ῥαφανὶς, τεῦτλον, σέλινον, non ut vulgo legitur. Falsum est brassicam esse μονόρριζον, pluribus constat radicibus. Mirabitur fortasse quispiam, me ῥάφανον brassicam, ῥαφανίδα raphanum interpretari. Facit hoc Galenus lib. II. de Aliment. facult. Τοῦτο τὸ λάχανον οἱ τὴν ἐπίτριπτον ψευδοπαιδείαν ἀσκοῦντες ὀνομάζειν ἀξιοῦσι ῥάφανον, ὥσπερ τοῖς πρὸ ἑξακοσίων ἐτῶν Ἀθηναίοις διαλεγομένων ἡμῶν, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς νῦν Ἕλλησιν, οἷς ἅπασιν ἔτος ἐστὶν ἐπ' ἄλλου φυτοῦ τὸ τῆς κράμβης ὄνομα φέρειν. *Qui perditissimam ac falsam doctrinam consectantur, olus hoc raphanum contendunt nominari, perinde ac si non cum iis Atheniensibus, qui ante sexcentos annos fuerunt, nobis esset sermo, non cum Græcis qui nunc sunt, quibus omnibus mos est in nulla alia planta brassicæ voce uti.* Athenæus lib. primo ῥάφανον antiquis Græcis brassicam dictā testatur. Θεόφραστος δὲ οὕτως γράφει· τῆς δὲ ῥαφάνου (λέγω δὲ κράμβης) ἡ μὲν ἐστιν οὐλόφυλλος. Arist. lib. IV. hist. animal. ῥάφανον λὴν καλοῦσι κράμβην. Recentioribus, ut dixi, raphanus planta, quam vulgo radicem vocant. Pallad. lib. IX. *Rhaphanum, brassicamque vitibus inimicam* dicit. Qui locus satis docet, raphanum à brassica diversam plantam. Hæc cum Plinius ignoraret, variis in locis raphanum cum brassica confudit: ut lib. VII. cap. IV. ostendam. Cæterum idem Plinius malè verba hæc Theoph. transtulit. πλὴν ἔνια καὶ ἐπιφυάδας ἔχει μεγάλας. *Quibusdam tamen*, inquit, *capillatæ, ut apio, malvæ.* Si apio radix singularis, capillares habere nequit. Theoph. adnatas appendices habere tradit; quod ipsa experientia confirmatur: singularem enim habet radicem, multis tenuibus appendicibus ac quasi capillaribus radiculis donatam.

Ὅσαι μὴ εὐθεῖαι.) Non commemorat inter τὰ ἄγρια frumentum, ut magnus scribit Scaliger. sed vult sylvestres, quibus non rectæ sunt radices, eas habere plures & fissas ad instar hordei & tritici. Quare verte, *quibus non rectæ sunt radices, iis plures & fissæ sunt, ut tritico, hordeo.* Certè nunquam plantam videre licuit, cui obliqua & singularis radix: omnes obliqua, quas vidi, radice plantæ plures habuerunt easdemque fissas.

Πόα.) Hoc loco non denotat quartam speciem, de qua suprà egi, sed herbam vulgatissimam, cujus iconem apposuimus, vulgo **Gras** Belgis vocatam, quâ jumenta, & quadrupedia animantia pascuntur.

Gramen pratense.



ΚΕΦ. Ι. — CAP. X.

Radix gladioli & ari, radix scillarum, ceparum, & bulborum.

Ὅλως δὲ πλείους αἱ διαφοραὶ τῶν ῥιζῶν ἐν τοῖς ὑλήμασι καὶ λαχανώδεσιν. εἰσὶ γὰρ αἱ μὲν " ξυλώδεις, ὥσπερ αἱ τοῦ ὠκίμου. αἱ δὲ σαρκώδεις, ὥσπερ αἱ τοῦ τεύτλου, καὶ ἔτι δὴ μᾶλλον τοῦ ἄρου καὶ ἀσφοδέλου, καὶ κρόκου. αἱ δὲ ὥσπερ ἐκ φλοιοῦ καὶ σαρκὸς, ὥσπερ αἱ τῶν ῥαφανίδων καὶ γογγυλίδων· αἱ δὲ, γονατώδεις, ὥσπερ αἱ τῶν καλάμων καὶ ἀγρώστεων, καὶ ἔτι καλαμώδεις. καὶ μόναι δὴ αὗται ἢ μάλιστα ὅμοιαι τοῖς ὑπὲρ γῆς· ὥσπερ γὰρ κάλαμοι εἰσὶν ἐρριζωμέναι ταῖς λεπίσι· αἱ δὲ, λεπυρώδεις, ἢ φλοιώδεις, οἷον αἵ τε τῆς † σκίλλης καὶ τοῦ βολβοῦ καὶ ἔτι κρομμύου καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων· ἀεὶ γὰρ ἐστι περιαιρεῖν αὐτῶν. πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα δοκεῖ καθάπερ δύο γένη ῥιζῶν ἔχειν, ‡ καὶ ὅλως τὰ κεφαλόβαρη, καὶ κατάρριζα. τήν τε σαρκώδη ταύτην καὶ φλοιώδη, καθάπερ ἡ σκίλλα, καὶ τῆς ἀπὸ ταύτης ἀποπεφυκυίας· οὐ γὰρ λεπτότητι καὶ παχύτητι διαφέρουσι μόνον, ὥσπερ αἱ τῶν δένδρων καὶ τῶν λαχάνων, † ἀλλοῖον ἔχουσι τὸ γένος. ἐκφανεστάτη δὲ ἤδη ἥ τε τοῦ ἄρου ‡ καὶ ἡ τοῦ κυπείρου. ἡ μὲν γὰρ παχεῖα καὶ λεία καὶ σαρκώδης· ἡ δὲ λεπτὴ καὶ ἰνώδης. διόπερ ἀπορήσειεν ἄν τις, εἰ ῥίζας τὰς τοιαύτας θετέον. ἡ μὲν γὰρ κατὰ γῆς δόξειεν ἄν· ἡ δὲ ὑπεναντίως ἔχουσα ταῖς ἄλλαις, οὐκ ἂν δόξειεν. ἡ μὲν γὰρ ῥίζα λεπτοτέρα πρὸς τὸ πόῤῥω, καὶ ἀεὶ συνόξυς· αἱ δὲ τῶν σκιλλῶν, καὶ τῶν βολβῶν, καὶ τῶν ἄρων, ἀνάπαλιν. ἔτι δὲ αἱ μὲν ἄλλαι κατὰ τὸ πλάγιον ἀφιᾶσι ῥίζας· αἱ δὲ τῶν σκιλλῶν καὶ τῶν βολβῶν οὐκ ἀφιᾶσιν. οὐδὲ τῶν σκορόδων καὶ τῶν κρομμύων. ὅλως δὲ γε ἐν ταύταις αἱ κατὰ μέσον ἐκ τῆς κεφαλῆς ἠρτημέναι φαίνονται ῥίζαι καὶ τρέφονται. τοῦτο δὲ ὥσπερ κύημα ἢ καρπός. ** ἐπεὶ δὲ πλεῖον ἡ φύσις ἢ κατὰ ῥίζαν, ταύτῃ ἀπορίαν ἔχει. τὸ γὰρ δὴ πᾶν λέγειν τὸ κατὰ τὴν ῥίζαν, οὐκ ὀρθόν. καὶ γὰρ † ἂν ὁ καυλὸς τοῦ βολβοῦ καὶ ὁ τοῦ γηθύου, καὶ ὅλως ‡ ὅσα κατὰ βάθος ἐστὶν, εἴησαν † ἄρριζα. καὶ τὸ ὕδνον δὲ, ὃ καλοῦσί τινες ἄσχιον, καὶ τὸ οὔιγγον, καὶ εἴτι ἄλλο ὑπόγειόν ἐστιν, ὧν οὐδέν ἐστι ῥίζα. δυνάμει γὰρ δεῖ φυσικῇ διαιρεῖν καὶ οὐ τόπῳ. τάχα δὲ τοῦτο μὲν ὀρθῶς λέγεται· ῥίζα δὲ οὐδὲν ἧττόν ἐστιν. ἀλλὰ διαφορά τις αὕτη τῶν ῥιζῶν. ὥστε τὴν μὲν τινα τοιαύτην εἶναι, τὴν δὲ, τοιαύτην καὶ τρέφεσθαι τὴν ἑτέραν ὑπὸ " τῶν ἑτέρας. καί τι καὶ αὗται καὶ αὐτῶν αἱ σαρκώδεις ἐοίκασιν ἕλκειν. τὰς γοῦν τῶν ἄρων πρὸ τοῦ βλαστάνειν στρέφουσι, καὶ γίνονται μείζους κωλυόμεναι † διιέναι πρὸς τὴν βλάστησιν. ἐπεὶ ὅτι γε πάντων τῶν τοιούτων ἡ φύσις καὶ τὸ κάτω γε μᾶλλον ῥέπει, φανερόν. οἱ μὲν γὰρ καυλοὶ, καὶ ὅλως τὰ ἄνω, βραχέα καὶ ἀσθενῆ. τὰ δὲ κάτω μεγάλα καὶ πολλὰ καὶ ἰσχυρά. οὐ μόνον ‡ καὶ τῶν εἰρημένων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ καλάμου καὶ ἀγρώστιδος. καὶ ὅλως ὅσα καλαμώδη καὶ τούτοις ὅμοια. καὶ ὅσα δὴ ναρθηκώδη, καὶ τούτων ῥίζαι μεγάλαι καὶ σαρκώδεις.

" λαχανώδεις Al. Bas.
† Al. σκύλλης.
‡ τοῖς δὲ καὶ ὅλως. Bas.
† lege ἀλλὰ ἀλλοῖον. Bas. Al. ἀλλὰ λεῖον ἔχοντες.
‡ deest.
" vide annotat.
† ἀνάκαυλος Al. Ger. vide annotat.
‡ Αἱ ῥίζαι. Al. Bas.
" Bas. τῆς.
† διαθεῖναι Al. Bas.
‡ ἐπί.

AD summa radicum differentiæ in olerum genere atque materia humili complures accipi possunt. Sunt enim aliæ lignosæ, ut ocymi: aliæ carnosæ; ut betæ: multoque magis, ari, hastulæ regiæ, croci. Quædam quasi ex carne & cortice constant; ut raphanorum, raporum: aliæ geniculatæ; ut arundinum, graminum, & quicquid arundinaceum. Quæ quidem solæ vel maximè iis quæ super terram eminent, similes formari cernuntur. Etenim tanquam arundines fibris innixæ corradicantur: aliæ † tunicis multiplicibus corticosæque porriguntur; ut scillæ, bulbi, atque etiam cepe, hisque similium. Semper enim his aliquid circa eximi potest. Quæ quidem omnia duplex quodammodo genus radicis exhibere videntur. ‡ Nonnullis hoc idem de omnibus capitatis terraque conditis placet. Habent enim & carnosam illam & corticosam; ut scilla, & eas quæ ex illa proveniunt. Non enim crassitudine tenuitateque tantum discrepant; sicut olerum arborumque: sed etiam genus diversum habere videntur. Evidentissima " gladioli est atque ari: quippe cum altera crassa, levis, carnosa; altera tenuis atque nervosa sit. Quamobrem dubitaverit sanè quispiam, an inter radices hæc poni debeant. Etenim, quod subter telluri cohæret, radix esse appareat: quod vero cæteris è diverso promitur, nihil obtinere radicis dixeris. Radix enim parte postrema tenuior est; in quæ acutius assidue tendit. radix vero scillarum bulborum arorumque è contrario crescit. Item cæteræ radiculas de suo latere mittunt, scillarum vero & item ceparum nihil penitus mittunt. In totum, quæ de capite per medium pendent, radices esse videntur atque † coalescunt. ‡ Pars vero illa extuberans, ad cymæ aut fructus modum consistit.* * Cæterum, cum natura eorum plus esse quam radix debeat, idcirco oriri ambiguitas potest: quippe cum totum illud radicem esse asseverasse, haudquaquā rectè actum intelligatur. Radix enim bulbi & gethyi caule omnino carebit: & in totum omnia quæ natura sub terram distendi voluit, caulis nimirum expertem sortientur naturam; si totum radice consummari placuerit. Ac proinde tuber, quod nonnulli aschium vocant, & uingum; & quicquid sub terram aliud latitati, radices proculdubio erunt. quorum nullum forma constat radicis. Hęc enim naturæ viribus, non locis, discerni oportet. Sed fortè rectè id quidem dicitur; illud tamen radix nihilominus est. Sed illa quoque radicis differentia reddi debet: ut alia tanta, alia talis sit; alteraque alimentum ab altera capessat. quanquam & ipsę & earum carnosæ illę alimentum sibi attrahere videntur. Arorum itaque radices rustici alunt, antequam germina edere incœperint: redduntque ampliores, dum germinandi impetum cohibent. Omnium enim ejusmodi naturam deorsum versus potius vergere manifestum est. Caules enim atque in totū partes supernæ, breves imbecillesq; sunt. Inferę autem, grandes, frequentes, validę. Nec solum in prędictis, verū etiā in arundine, gramine, deniq; omnibus, quę arundinacea iisque similia sint. Queque ferulacea, horum quoque radices grandes atque carnosę.

† Squamosæ ac corticosę.
‡ Nonnullis hoc idem, de capitatis omnibus, & quæ radiculas ab his demittunt, placet.
" Cyperi.
† attrahunt.
‡ Vide annotat.
Vide annot.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ὅλως δὲ πλείους αἱ διαφοραὶ τῶν ῥιζῶν. *Nullo modo debuit hæc pars, tanquam diversum caput, à superioribus separari. Quippe de radicibus etiamnum hic sermo est: ac* τῶν λαχανωδῶν, *& tunc & nunc. Nimis autem obliviosè carneas repetit radicum differentias. Iam enim narravit, atque sanè haud ita pridem. Præterea cum* σαρκώδεις *dixerit, tum alias, tum* ῥαφανίδων; *emendat: aitque* ἐκ σαρκὸς καὶ φλοιοῦ.

Αἱ δὲ γονατώδεις: *Suprà etiam de olea, tale quid, ut hæ ad illam ex analogia referantur. Dicit,* καὶ ἔτι καλαμώδεις. *Atqui si nullam referant naturam calamorum: cujusmodi est, sigillum Salomonis, atque ea herba quam Trasi nostrates appellant: alij à sapore, Dolceghini.*

Λεπυρώδεις, *quasi* λεπιδωταὶ *& squammatæ. verùm (porriguntur) de suo cum addidit Theodorus, nemo ferat. Neque enim exterior tunica accrescit continuo interiori: at porrigere,*

gere, est spatium occupare. Theophrastus autem festivè dixit, αἰεὶ γάρ ἐστι πλεονεκτεῖν αὐτῶν, *nihil mundius.* & τὸ πλεονεκτεῖν, *signatissimè. at,* τὸ αἰεὶ, *paulò audacius.*

Τὰ κεφαλόβαρῆ, ἢ κατέῤῥιζα. *Theodorus* κεφαλόβαρῆ, *capitata, rectè.* κατέῤῥιζα, *terra condita, non rectè. Sed sic, quæ & capitata sunt; & præterea radiculas ab his demittunt. Nam quæ capitata sunt tantummodo, nec demittunt, non sunt duplici radicis fulta genere. ut tubera, testiculi sacerdotis, hastula regia. At allium, & cepe, & bulbus esculentus, utramque. Notabis autem duplicem differentiam. Alia namque demittunt à capitibus radices. Alia supra capita, ut testiculi canis. Est præterea tertius ordo. Etenim capitatum illud, quibusdam corticosum tunicis multis, ut cepis. quibusdam solidum: ut hermodactylo. item nonnullis una, ut cepis. alijs multiplex; idque non uno modo; aut enim conferta intra membranam spicatim: ut allio. aut separata: ut testiculis, alijsque. Theodorus abusus est verbi vi, exhibere; cum dixit, duplex genus radicis exhibere videntur. Signatè prætores veteres, paulò laxius oratores.*

Οὐ γὰρ λεπτότης. *Posset quis dicere, unam esse radicem, cum radiculis: sicut amygdalo, & juglandi: quemadmodum suprà dicebamus. Non inquit, ita est: neque enim magnitudine, aut crassitudine, sed toto genere differunt. Quippe rapum maximam habet interdum cum modicis filamentis: quæ inter se sunt ejusdem generis. At spica allij, & fibra demissa, tota speciei natura, diversa sunt. Menda duo in codice.* ἀλλὰ λόιον ἔχοντες τὸ γένος. *Scribe,* ἀλλὰ ἀλλοῖον ἔχουσι.

ἐκφανέστατη ἤδη ἐπὶ τοῦ ἄρου, ἢ ἡ τοῦ κυπείρου. *Quin dicebat genere differre, non solùm crassitudine? Addidit hæc verba, ad ostendendam generis diversitatem, in diversis generibus plantarum. Quoniam ari radix bulbosa est, cyperi, non est, iccirco movet quæstionem; an bulbosa hæc, radicis nomine naturáque censeri debeant. Dubitationis rationes brevissimis statuit propositionibus. Prima hæc: quod sub terra est, radix esse debet. Contraria propositio, quæ natura sua diversa est ab radice, non est radix. Ponit diversitatem: quia radix ab summo crassa, ubi demittitur, attenuatur: at bulbi è contrario, à summo ad imum crassescunt. Altera ratio adversarij: radicis natura est, à lateribus radiculas alias fundere, quas* ἐπιφυάδας *appellabamus supra: at ejusmodi nullam bulbi. Tertia ratio assertiva, quia & contradicit, & statuit modum controversiæ ex eo, quod cum docuit, quid non sit: docet nunc quid sit. Bulbi, inquit, hi videntur esse potius è natura fructus, aut cymæ. Vulgata vox hæc apud Galenum, & alios autores, pro esculento in summis oleribus. In brassicis precipuè apud Latinos. Veneti etiam nunc cimoli, omnem summitatem eo verbo declarant. Itali nunc: etiam Hispanis usus non absimilis. Quemadmodum igitur cymæ censentur ratione caulium: ita hæc natura proportione ad radices. Itaque cum sit natura* περιττὴ, *id est exuperet radicis naturam: non erit radix. Concludit postea Theophrastus radicum esse differentias, & addit,* τρέφεσθαι τὴν ἑτέραν πρὸς τῆς ἑτέρας. *Mendum autem fœdum est, atque adeò informe: ibi,* ὅτι καὶ οἱ ἄντι ὀσεῖς. ἀλλ' ἄγοντες ἢ κακῶς. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων τοῦτο μὲν ἐστί. *Hæc omnia omisit Theodorus.*

Τὸ γὰρ δὴ πᾶν λέγειν τὸ κατὰ τὴν ῥίζαν οὐκ ὀρθόν. *Quia argumentum unum ex illis erat hoc. Ab radicibus alias item fundi. Adversarius diluat sic. Bulbus non est radix solus, sed totum illud, bulbus scilicet, ac fibræ, simul radix est. Negat hic, & addit rationem,* καὶ γὰρ ἀνάκαυλος τὸ βολβοῦ. *Si enim ita esset: igitur etiam initium caulis, bulbi, cepæ, atque ejusmodi, essent radices: propterea quòd sub terra sunt. Hoc est autem absurdum. Vt hæc summa sit, non esse verum illud, radicem esse, quod sub terra omne. Præterea, vingum, ac tuber, essent radices: at esse, negat. neque enim radicis officium facere. Quare haud quaquam à loco accipiendam esse definitionem, ut de essentia radicis sit, esse sub terra: sed ab officio, & forma. Hanc deinde propositionē probat, aitque, rectè dici hoc: Locus enim non debet mutare substantiam: eas tamen nihilominus esse radices, atq; formali differentia differentes. Quàm bene verò intellexerit Theodorus hæc, satis patet. Sic enim vertit.* Radix enim bulbi, & gethyi, caule omnino carebit. *At nulla ratio dictat hoc nobis, neque ex prioribus concluditur hæc. Decepit eum vox* ἀνάκαυλος. *ut sit sine caule. At* ἀνάκαυλος *est pars cauli subjecta, & supra bulbum, quæ sub terra est. Cæterum nemo propterea dicat bulbum caule carere; multū enim etiam supra terram habet. Et paulò suprà de fibris.* αἱ κατὰ μέσον ἐκ τῆς κεφαλῆς ἠρτημέναι φαίνονται ῥίζαι, ἢ τρέφονται. Theod. videntur radices, & coalescunt. *Quin bulbi ipsi quoque coalescunt; quare nulla esset ratio. Sic intelliges, unum ex argumentis de radicum natura est. Radicis officium est, attrahere: ut remittat in caulem; at bulbus non videtur attrahere à terra, sed ab radice, sicut fructus; iccirco in fine, quando solvit quæstionem, ait:* τρέφεσθαι ἑτέραν ὑπὸ τῆς ἑτέρας. *quare hic,* τὸ τρέφονται, *vult significare, attrahunt: non autem, coalescunt. Nullus enim sensus hinc educi queat. Itaque post solutionem, ut ostendat Bulbos quoque attrahere, atque remittere in caulem, ait,* καὶ τοι καὶ αὐτὰ, καὶ αὐτῶν αἱ σαρκώδεις ἐοίκασιν ἕλκειν: *etiam bulbosæ illi videntur attrahere. Grandescunt enim olitorum cura, si adempto caule succum retinere coguntur. Cujusmodi exemplo utitur in aro. Puto etiam in* γεωπονίας *libris, raphanum fieri grandiorem: verùm hoc argumentum, aut non est necessarium, aut non est verum. Satis enim erat, si dixisset: crescunt; ergo attrahunt. Non igitur necessarium exemplum est: aut si crescunt, quia attrahunt à radiculis, sive fibris: jam non est verum, iccirco esse radices, quia attrahunt. Non enim à terra statim, id quod radicis proprium esse profitetur adversarius: quemadmodum illud quoque infirmaverit adversarius sic: Ais rusticorum opera grandescere radicem ari deorsum versus, ita verò si cohibeatur: alioqui naturam caulis obtinebit. Etenim ad hunc eundem modum caudices, si amputentur, crassescent ima. Hæc pars & corrupta in codice, & perplexa ab autore, exercendi ingenij, ac judicij gratia, paulò fusius animadversa est.* εἶγον *lege hic, & alibi. proxima enim effigies elementorum.* εἶπον *εἶγον.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Οἴτον.) *Ita passim legitur* I. oetum. *Plin. lib.* XXI. *cap.* XV. *& Indi hodie vocant* hetich, *voce corruptâ. Depingit Thevetus in Americæ Observationibus, quomodo infrà describit Theophrastus, cujus verba non fideliter idem Plinius exposuit.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ξυλώδεις.) Plin. lib. XIX. cap. VI. *Quibusdam surculosæ, ut ocimo: alijs carnosæ, ut betæ, aut magis etiamnum croco.* (qui anno M.DC.XXXV. Plinium edidit, notat in altero codice scriptum esse aro, aut asphodelo: tam croco, quam aro, aut asphodelo radix carnosa) *aliquibus ex cortice & carne constant, ut raphano, rapis. Quorundam geniculatæ sunt, ut graminis. quæ rectā non habent radicem, statim plurimis nascuntur capillamentis, ut atriplex, & blitum. Scilla autem & bulbi, & cæpe, & allium non nisi in rectum radicantur, &c.* Ξυλώδεις, melius Theodorus quam Plinius vertit, rectius enim radices lignosæ, quam surculosæ dicuntur.

Ἀγρωστίων.) Radices geniculatas dicit. An itaque ἄγρωστις à πόα diversa? Sic videtur. Πόας nomine intelligit, quo jumenta & quadrupedes vescuntur, & ex quo fœnum. ἄγρωστις vero gramen, quo utuntur Medici. ἄγρωστις dicitur ab agris; qui Græcis ἀγροὶ nominantur, παρὰ τὸ ἀγρὸν & ἵσημι, quod in agro consistat. Etymol. auctor nomen illud impositum scribit, quod pecudes in agris hoc gramine pascātur. ab ἵδω τὸ ἰδίω, fit μ. ἴσω. π. ἦκα, ἧσμαι, ἧστο, ἧσαι, ex quo fit ἧσις & ἵσις, & cum ἀγρὸς ἀγρόσις, & per synæresin ἄγρωσις, Doricâque dialecto ἄγρωστις. Vocatur etiam, teste Suida, ἀγρία, de qua voce alibi plura. Nam arbor quædam, si non corruptus codex Theophrasti, nomen illud obtinet. ἄγρωστις, ait Suidas, εἶδος βοτάνης ἡ κοινῶς ἀγρία. Theocr. Scholiast. Eidyl: ιγ'. Ἄγρωστις ἥ τις παρὰ γεωργοῖς καλεῖται ἀγρία, ἄλλοι δὲ τὴν ἄγρωστιν φασιν εἶναι βοτάνην πρασοειδῆ, ἣν ἰδιωτικῶς φασὶ κολλητζίδαν. *Agrostis ab agricolis agria vocatur, alij agrostim herbam porraceam dicunt, quæ propriè vocatur colletzida.* Non tantum hæc herba agrostis nomine gaudet, sed etiam ἄμπελος λευκὴ, vitis alba sic vocatur. Vide cap. ult. lib. IX. Latini ἄγρωστιν, gramen vocant, a gradiendo, quod geniculatis internodiis mirificè serpat: vel à gignendi fœcunditate, quod crebro ab iis novas spargat radices. Βεκανίζειν, vel βεκκεσελήνιζειν si liceat, gramen à Belgico **Gras** deducam, quod à celeritate crescendi nomen habet. Gramen, quo utuntur Medici, luculenter satis describit Diosc. lib. IV, cap. XXX.

Ἄγρωστις

Ἄγρωστις,

Gramen Medicum.



Ἄγρωστις κλήματα ἔχει γονατώδη, ἕρποντα ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τῶν κλάδων σπειρόμενα, ῥίζας γλυκείας, γονατώδεις. φύλλα ὀξέα, σκληρὰ, πλατέα, ὡς καλάμου μικροῦ, τρέφοντα βόας καὶ κτήνη. *Gramen viticulas habet geniculatas, per terram repentes, quæ à suis articulis radices spargunt dulces; internodijs distinctas, folia acuminata, dura, lata, ceu arundinis parvæ, quibus boves & jumenta pascuntur.* Eo, licet pecudes vescantur, alterum tamen, de quo supra, majus, & melius nutrimentum præstat. Marcellus Empiricus hoc, *Gramen nodorum appellat*, Cap. XXVI. *Herba*, inquit, *quæ gramen, dicitur, nodorum* XXVII. *ex vino ad medias decocta, & expressa, atque colata, potaque stranguríoso ex vini cyatho una mixta data, adeo potenter succurrit, ut ubi sine tormento urinam facere cœpit, dari non oporteat.* Gramen istud nulli pharmacopæo, vel parum exercitato, incognitum.

Calamagrostis.



Est & aliud genus apud Batavos nō infrequens, quod calamogrostem vocant. Meminere veteres arundinacei graminis. Diosc. lib. IV. cap. XXXI. Καλαμάγρωστις (legunt καλαμόγρωστις) μείζων ἐστὶ κατὰ πάντα τῆς ἀγρώστεως. ἔστι δὲ κτηνῶν ἀναιρετικὴ βρωθεῖσα, καὶ μάλιστα ἡ ἐν Βαβυλῶνι παρὰ ταῖς ὁδοῖς φυομένη. *Arundinaceum gramen priore majus est omni ex parte, jumenta porro in pabulo sumptum necat, maximeque quod in Babylonis regione secus vias nascitur.* De gramine isto hæc adversariorum auctores tradunt. *Pratis udis, sed strigosis, macilentis; & sabulosis, neglectis familiare, quod apprimè Babylonio respondet, ac quam caninum gramen altero tantum majus est, calamis & folijs rigidioribus, scabris, quibus ad harundinem vallatoriam non parum accedit, nec pabulo cedit, nisi multum esuriant, & penuria melioris admodum laborent veterina, nec eo greges vescuntur, quippe quibus non modo ingratissimum, verum etiam maciem, sitim, & tabem conciliare creditur, linguam & oesophagum vulnerat, & arctat, sanguinem in ventriculum elicit, unde tumefactio, inflammatio, & mors plerumque. quod si in Babylone fuerit enatum, ubi id maleficij pernicie adferre proditur, siccius, rigidius, grex vero imbecillior & alvo duriore, minus mirum illius esu jumenta illic enectum iri. Sic enim videas interdum jumentorum labra, & fauces cruore manantia, & sauciata, quæ cum reliquo stramine per fœnisecia, hujus aut similia folia esitarint; mediæ inter arundinem & gramen est naturæ, figuræ, radice geniculata, alba, promissiore & longo reptatu vagata, compressiore tamen & crassiore, canario sive medico gramini simili, sed vallatorium æquante; spicata panici aut sorgi comosa lanugine.* Gramen arundinaceum variat ratione loci, quod in arenosis nascitur spica est crassiore, quod in montosis, dumetis humidis, spica est tenuiore. De scilla, aro, croco, videat lector, quæ lib. VI. & VII. annotavimus.

Κυπείρου.) Diversa substantia, formaque ari, cyperique radix. Ari carnosa, crassa: cyperi, præcipuè longi, tenuis, nervosa. Malè vertunt gladiolum, huic radix carnosa, non secus ac ari, neutiquam nervosa.

Κύημα.) In Ald. & Basileens. codice κῦμα legitur, nescio cur κύημα reposuerint. κῦμα, inquit Hesych. ὕδατος ἐπιδρομὴ βιαία, καὶ τὸ ἔτι ὂν ἐν τῇ κοιλίᾳ, καὶ τὸ γεννώμενον κύημα. *unda, tempestas, fœtus, germen.* κῦμα Medici vocant coliculum vel cauliculum brassicæ, (ut infra lib. VII. ostendam,) qui prima germinatione producitur, quem cymam Celsus, Columella & Plinius, vocant. Κῦμα etiam dicitur, quasi κύημα, fœtus, qui primo vere edicitur in plantis; Latini turionem & asparagum

asparagum vocant. Hoc loco pro primo germine sumi debet.

Corruptus codex, in Ald. & Basileens. scriptum reperio, τοῦτο δὲ ὥσπερ κῦμα ἢ καρπὸς * ὅθεν καὶ οἱ ἔνιοι ὀσφὺς. ἀλέγοντες κ' κακῶς. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων τοῦτο μὲν ἐστι. ἐπεὶ δὲ πλείων ἡ φύσις ἡ κατὰ ῥίζαν. ταύτῃ ἀπειλαι ἔχει. Hæc omnia omisit doctiss. Gaza, credo quod corrupta judicaret, nec quomodo restituerentur, videret. Lego, ὅθεν καὶ ἔνιοι ὄσσον λέγουσι οὐ κακῶς (vel καλῶς.) ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων τοῦ μὲν ἐστι, *unde non malè (pulchrè) quidam* ὄσσον, *id est oculum vocant; idem etiam in aliis observatur.* Hesych. ὄσσων. ὀφθαλμῶν, reperitur etiam in tertia declinatione apud Orpheum; θνητοῖς ὅτι ἔστι κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις *pupillæ mortales sunt in oculis mortalium.* Hesiod. in scuto Herc. Ἔμπαλιν ὄσσοισι πυρὶ λαμπομένοισι δεδορκώς. Sed cur ὄσσον vocarint, id est oculum; non difficilè est, rationem reddere, nempe quod bulbus sit, gemma stirpis, id est, unde nova germina, folia, caules, flores, fructus prodeunt. Theoph. ὀφθαλμὸς, solet vocare in arboribus, aliisque stirpibus. Vide lib. I. cap. XIII. εἰς γὰρ ὄζος ἐν ἄλλοις, οὕτω καὶ ὀφθαλμὸς ἐν ἀμπέλῳ, καὶ ἐν καλάμῳ γόνυ. Idem lib. III. cap. XI. οὐδεὶς ἐξ ὀφθαλμῶν, ἀλλ' ἐκ τοῦ πλαγίου. Latini oculum vocant. Cato de re rust. cap. VI. *Ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio serito.* Ergo extuberans illud ὥσπερ κῦμα vel κύημα non ineptè potest vocari ὄσσος. Cæterum loci hujus sensus hic est. Disputat Philosophus utrum quod sub terrâ latitat, & quo nutrimentum stirpes trahunt, radix sit. Dubitationem inquit, faciunt capitatæ, sive bulbosæ radices, quales cæpa, scilla, arum. Quum enim earum globus ille, extrema sive infima sua parte latior sit, diverso à cæteris radicibus modo extrema parte tenuioribus, & filamenta sive capillares radiculæ, ex eo globo, non ut in aliis radicibus ad latera, sed sub ipsomet globo adnascantur; facere hoc suspicionem possit, globum illum fructum, aut primum germen, oculum, gemmam potius esse quandam: radices verò, fibras illas esse, per quas in globum attrahitur alimentum. At vero cum ex eodem globo nasci caules, flores, semina videamus, sunt harum fructus, semina. Radix vero erunt cum globo fibræ, sed radix peculiarem naturam sortita. Alioquin neque eandem esse radicum formam necesse est; neque refert, ad latera fibræ nascantur, an alibi. Sunt ergo hæ, & quicquid sub terrâ latet, verè radices.

Et hæc aliter in Ald. & Basileens. codice leguntur, εἰ γὰρ ἀνάκαυλος τοῦ βολβοῦ, καὶ ὁ τοῦ γηθύου καὶ ὅλως ὅσα κατὰ βάθος ἐστιν, εἴποι αἱ ῥίζαι. *Si, inquit, globum cum fibris radicem dicas, pars cauli subjecta, gethyi, bulbique, & quicquid sub terra latet, radix erit.* In vulgatis codicibus, contrariam habemus lectionem, sine sensu; καὶ γὰρ ἂν ὁ καυλὸς, τοῦ βολβοῦ, καὶ τοῦ γηθύου, καὶ ὅλως ὅσα κατὰ βάθος ἐστὶν, ἔσται ἄρριζα, id est, *si globum cum fibris radicem dicas, etiam caulis bulbi, gethyi, & quicquid sub terram latet, radice carebit.* Pro ἄρριζον, doctiss. Gaza ἀκαυλον legit: *radix*, vertit, *bulbi & gethyi caule omnino carebit, & in totum omnia, quæ natura sub terram distendi voluit, caulis nimirum expertem sortienter naturam, si totum radice consummari placuerit.* Non video, cur caule carebunt, quæ natura sub terra distendi voluit.

Καὶ τὸ ὕδνον δὲ.) Apud Athenæum, ut supra docuimus, τὸ ὕδνον, ὃ καλοῦσί τινες γεράνιον, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειον. Ex hoc loco scribunt γεράνειον καὶ τὸ οἴγγον. Ego ἀσκιον, servo. Sic *tuber* vocatur, quod umbram non faciat: sub terra enim latet. Hesych. ἄσκιον μὴ ἔχον σκιάν. in Ald. & Basileens. codice οὔιγγον legitur. Lege οὔιγγον, vel οἶγγον. Hesych. οὔιγγον τὸ ὑπ' ἐνίων οἶγγον. Plin. lib. XXI. cap. XV. *Mandunt Ægyptii oetum, cui pauca folia.* Vide cap. sequens. Rectiùs *oetum*, vertit Plinius, quam *vingum* Gaza.

ὧν οὐδὲν ἐστι ῥίζα.) In Ald. & Basileensi ὧν οὐδὲν ἐστι ῥίζα. Hæc verba viro maximo, cujus codice, cum Plinio, & M.SS. collato, usus est Cl. Heynsius, imposuerunt, ac coegerunt, supra scribere εἴπερ ἄρριζα. Vertunt, *quorum nullum forma constat radicis*: cum tamen capite sequenti oeto, vel ut Gaza vertit, Vingo tribuat, μακρὰν ῥίζαν, *magnam radicem.* Codex itaque corruptus, aut sibi contradicit Theophrastus. Doctiss. Salmasius, in exercitationibus Plinianis, nunquam satis laudandis, restituit, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειον, ὃ οὐδὲν ἐστι ἢ ῥίζα, vel καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειόν ἐστιν, ὃ οὐδὲν ἐστι ἢ ῥίζα. *Et siquid aliud sub terra nascentium, quod nihil nisi radix est.* Priori correctioni subscribimus. Et ita legendum, quæ sequuntur, ostendunt.

Τάχα δὲ τοῦτο μὲν ὀρθῶς λέγεται, ῥίζα δ' οὐδὲν ἧττον ἐστι.) Concludit tandem, globum bulborum cum fibris, etiam vingum, & tuber radices esse. Sed radicum inquit esse differentiam, neque eandem formam necesse esse; & has quidem hanc, illas aliam habere figuram.

Διίεται.) Utrum διαθεῖται, ut in Basileens. & Ald. an vero, ut in Lugd. διίεται legas, eodem redibit. Utrumque *transmittere* significat. Sed διίημι magis familiare Theoph. lib. V. de caus. διίησι τὴν τροφὴν. lib. II. de caus. διιέναι ἔχω. Porro non tantum ari radices majores fiunt, si germinandi impetû cohibeas; sed omnes carnosæ. Nam quod foliis, flori, cauli, semini destinatum est, radix retinet; copiosius itaque habet alimentum. Necesse ergo crescat, majorque fiat. Plin. lib. XIX. cap. V. *Celerius tamen proveniunt satæ bulbis circa latera natis, & ut crescant, folia quæ bis sunt ampla, deflexa circa obruuntur: ita succum omnem trahunt in se capita.* De ari historia vide lib. VII. cap. XI.

ΚΕΦ. ΙΑ. — Cap. XI.

De Croco, perdicio, vingo, laserpicio, magudari, & platano in Lyceo.

Πολλὰ δὲ καὶ τῶν " ποωδῶν ἔχει τοιαύτας ῥίζας· οἷον, † ἀσπάλαξ, κρόκος, καὶ τὸ περδίκιον καλούμενον. καὶ γὰρ τοῦτο παχείας τε καὶ πλείους ἔχει τὰς ῥίζας, ἢ φύλλα. καλεῖται δὲ περδίκιον, διὰ τὸ τὰς πέρδικας ἐγκυλίεσθαι καὶ ὀρύττειν· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον ‡ οἶγγον. τὰ μὲν γὰρ " φύλλα, μεγάλα. καὶ ὁ βλαστὸς αὐτοῦ, βραχύς· ἡ δὲ ῥίζα, μακρά. καὶ ἐστιν ὥσπερ καρπός· διαφέρει τι καὶ ἐσθίεται. καὶ συλλέγουσι δὲ, ὅταν ὁ ποταμὸς ἀποβῇ, στέφοντες βωμούς. Φανερωτάτας δὲ καὶ πλείστην ἔχοντα πρὸς τὰ ἄλλα διαφορὰν, τὸ σίλφιον καὶ ἡ καλουμένη μαγύδαρις· ἀμφοτέρων γὰρ τούτων καὶ ἁπάντων τῶν τοιούτων ταῖς ῥίζαις μᾶλλον ἡ φύσις. ταῦτα μὲν οὖν ταύτῃ ληπτέα. ἔνιαι δὲ τῶν ῥιζῶν, πλείω δόξαιεν ἂν ἔχειν διαφορὰς παρὰ τὰς εἰρημένας· οἷον αἵ τε τῆς ἀραχίδνης, καὶ τοῦ ὁμοίου τῷ ἀράκῳ. φέρουσι γὰρ ἀμφότεραι καρπὸν οὐκ ἐλάττω τοῦ ἄνω. καὶ μίαν μὲν ῥίζαν τὸ σαρκῶδες τοῦτο παχεῖαν ἔχει τὴν κατὰ † βάθος. τὰς δ' ἄλλας ἐφ' ὧν ὁ καρπὸς, λεπτοτέρας καὶ ἐπ' ἄκρῳ,

" Ποωδῶν Al.
† Σπάλαξ Al.
‡ οὔιγγον Al. οὔιγγον. Hes. Ath οἶγγον Plin.
" lege φύλλα μὴ μεγάλα.
† βάθος Al.

Pleraque etiam herbaceorum radicibus ejusmodi continentur; ut aspalax, crocum: quodque perdicium " vocitatur, quod perdices se ad id volutent, terramque suffodiant. Pari modo, quod Ægyptii vingum appellant. Etenim folia † ejus ampla, & germen pusillum: sed radix longa & in modum ‡ fructus & cibo idonea. Colligunt id cum amnis effusus fuerit: eoque deorum aras exornant. Evidentissimam & maximam præ cæteris differentiam laserpicium obtinet: & quæ Magydaris nominata est. Harum enim utrique omnibusque hujusmodi natura radicibus potius constare tota videtur. Igitur hoc ita sumendum est. Quasdam autem ex radicibus plures differentias præter prædictas sortiri apparet; ceu arachidnæ radix, ejusque, quod simile est araco. ambæ namque fructum non minorem superno afferunt. Pars ipsa carnosa, radicem simplicem, crassam, altius infigendam mittit. cæteras vero, quibus insidet fructus, " tenues ac summo cespite cohærentes agit. loca † arenosa potissimum amant. Neutrum folia gerit, neque foliis quicquam simile. ‡ Sed quasi binorum fructuum partibus inter se oppositis, fœcunda potius extant, quod mirum profecto est.

" *Vocitatur, crassas, pluresque radices quam folia habet. perdicium vocatur quod perdices.*
† *Ejus non magna.*
‡ *Fructus, præstans est & cibo idonea.*
" *In extremo tenuiores, ac multifariam fissas habet.*
† *Sabulosa.*
‡ *Sed quasi utrimque fructifer.*

Naturæ

καὶ ῥιζομάτας πολλαχῆ. φιλεῖ δὲ μάλιστα χωρία τὰ ὕφαμμα. φύλλον δὲ οὐθέτερον ἔχει τούτων, οὐδ' ὅμοια τοῖς φύλλοις ἀλλ' ὥσπερ ἀμφίκαρπα μᾶλλόν ἐστιν, καὶ φαίνεται θαυμάσιον. αἱ μὲν οὖν φύσεις καὶ αἱ δυνάμεις τοσαύτας ἔχουσι διαφοράς. αὐξάνεσθαι δὲ πάντων δοκοῦσιν αἱ ῥίζαι πρότερον τῶν ἄνω, † καὶ φύεσθαι. εἰς βάθος ‡ δὲ οὐδεμία καθήκει πλέον, ἢ ὅσον ὁ ἥλιος ἐφικνεῖται. τὸ γὰρ θερμὸν, τὸ γεννῶν, οὐ μὴν ἀλλὰ ταῦτα μεγάλα συμβάλλεται πρὸς βαθυρριζίαν. καὶ ἔτι μᾶλλον πρὸς μακρορριζίαν ἡ τῆς χώρας φύσις, ἐὰν ᾖ κούφη καὶ μανὴ καὶ εὔδιος. ἐν γὰρ ταῖς τοιαύταις, πορρωτέρω καὶ μείζους αὐξήσεις. φανερὸν δὲ † καὶ τῶν ἡμερωτάτων. ‡ ἔχουσι γὰρ ὕδωρ, ὅπου οὖν διΐεισιν, ὡς εἰπεῖν " ἐὰν ὁ τόπος ᾖ κενὸς καὶ μηδὲν τὸ ἀντιστατοῦν, καθάπερ φρέαρ ἢ ὀχετός τινος. ἡ γὰρ † ἐν ἐν τῷ Λυκείῳ ἡ πλάτανος, ἡ κατὰ τὸν ὀχετὸν, ἔτι νέα οὖσα περὶ τρεῖς καὶ τριάκοντα πήχεις ἀφῆκεν, ἔχουσα τόπον τε ἅμα καὶ τροφήν. δόξειε δὲ, ὡς εἰπεῖν, ἡ συκῆ μακρορριζότατον εἶναι. καὶ ὅλως δὲ μᾶλλον τὰ μανὰ καὶ εὐθύρριζα. πάντα δὲ τὰ νεώτερα τῶν παλαιῶν, ἐὰν εἰς ἀκμὴν ἥκωσιν, ἤδη βαθυρριζότερα καὶ μακρορριζότερα. συμφθίνουσι γὰρ καὶ αἱ ῥίζαι τῷ ἄλλῳ σώματι. πάντων δὲ ὁμοίως οἱ χυλοὶ τοῖς φυτοῖς δεινότεροι τισὶ δὲ, ὡς ἐπίπαν. διὸ καὶ ἐνίων πικραὶ, ὧν οἱ καρποὶ γλυκεῖς.

† καὶ πρ. Al.
‡ Deest Al.
† καὶ ἐπὶ τῶν Al.
‡ ἔχοντα Al.
" Ἐπὶ ἂν Al. Bas.
† Γὰρ. Bas.

Naturæ viresque † plantarum tot differentiis variant. Radices omnium prius quam partes supernæ augescunt, nulla tamen subire altius potest, quam solis calor attingat. calor enim est, qui vim habet gignendi. Cæterum vel natura humi ad radicis altitudinem, longeque magis ad longitudinem plurimum conferre videtur; si levis, rara, transmeatuque facilis sit. Nam in ejusmodi locis ulterius producitur; & majora incrementa sequuntur. Constat id maxime in genere urbanissimorum. Hæc enim si aquæ copiam habent, in quantum libeat progredi possunt. Præsertim si locus inanis sit, nec aliquid obstet; ceu puteus; aut aliquis aquæductus. Quemadmodum in Lyceo platanus apud aquæductum, novella adhuc, circiter tria ac triginta cubita emisit: " cum simul & copiam alimenti & loci liberale spatium adepta fuisset. Ficum, ut ita loquar, longissimam radicem habere putaveris. Ad summam, quæ raro corpore sunt, rectamque agunt radicem, longius mittunt: & novæ, si ad vigorem ætatis suæ pervenerint, magis quam veteres, longitudineque altitudineque radicis fulcientur. Quippe cum etiam radices una cum reliquo corpore diminui soleant. Succi pariter omnium radicum † insuaviores quam fructus sui habentur. ‡ quarundam etiam penitus fere insuaves. Quamobrem sunt, quæ radicem sortiantur amaram, quanquam fructus ipsa prædulces pariant.

† *Radicum.*
" *Cum locum nacta simul & nutrimentum fuisset.*
† *Efficaciores.*
‡ *Quarundam succi toto saporis genere, non solum excedunt, verum etiam recedunt, à succo cæterarum partium.*

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Διαφέρει δὲ καὶ ἐδέσιμα. Theodor. cibo idonea; *tacuit* τὸ διαφέρει *Significat autem excellentiam. De vingo autem, quid sit, apud nostrates nihil habemus. pejus illa Theodor.* Ὅταν ποταμὸς ἀποσῇ. Cum amnis effusus fuerit. *Nã sanè quo tempore amnis effusus est, aquis stagnantibus impediuntur quo minus colligant; ubi effunditur operit: ubi abit, ape it. Tunc igitur colligunt. Sic ex castris, & oppidis, & tectis; in campos effusam turbam legimus apud Virgilium, & Livium.*

Σίλφιον, καὶ μαγύδαρις. *Ita habes Theophrastum autorem ejus sententiæ, quæ non statuit nomina hæc, tanquam partium, ut scapi, & radicis: sed quasi sint species diversæ. Videbis recentiores, & Plautum in Rudente. Sic & alibi, lib. 6.*

Φιλεῖ χωρία ὕφαμμα. Theodorus, Arenosa. *non. sed aut* quibus arena subest, aut sabulones. *Sunt enim sabulones, agri misti ex sabulo, & terra.*

Αἱ μὲν οὖν φύσεις, καὶ δυνάμεις τοιαύτας ἔχουσι διαφοράς. φύσιν, *intelligit constitutionem ex partibus.* δυνάμεις, *officia* ἀπὸ τῆς φύσεως *ut dicebat* ἕλκειν, καὶ τρέφειν, καὶ τρέφεσθαι. φέρειν καρπὸν διπλοῦς ὥστε εἶναι ἀμφίκαρπα. *Fœlix vox.* Theodorus, binorum fructuũ partibus oppositis. *Non, sed ut,* ἀμφιδέξιοι. *Neque enim hic, partis, ponenda vox, sed singulis suprà subterque fructibus. Nisi, susque deque, alterius esset usus, significatio erat adæquata; susque deque fructifera. Malè etiam addit Theod.* (plantarum,) *hic enim radicum tantummodo sunt differentiæ. Satis ad hoc argumenti, quod adhuc eandem persequitur historiam.*

Αὐξάνεσθαι. *Nunc etiam* φύσιν, *persequitur. Quare minus commodè videtur epilogum fecisse illum.* αἱ μὲν οὖν φύσεις, *&c. Augeri enim, & esse* μονόρριζον, *naturæ est. Quod autem ait, tantum demitti, quantum solis calor occupare possit: & Plinius videtur putare pro falso: & nos negamus esse verum. Neque enim sol attactu gignit, sed vi quadam sparsa, ac distributa. Nam metalla quonam modo gignerentur? Plantarum generatio à quo sit, in libris de semine genitali à nobis dictum est. Augmentationem autem, nemo neget esse ab anima: quæ quidem iam in radice, quàm in stipite una est. Sobolem autem, ejusque vim, non tam suaptè impressione penetrare eo usque, quo demittatur radix, quàm recipi ab iis partibus, quæ ei exposita sunt, atque reddi radicibus, quæ ad certum usque modum, pro rei forma, procedant: par est. Alioqui sanè radices omnes pares essent, atque æquales, in ejusdem generis loco, atque agro: quo in loco solis vis æquè descendat.*

Βαθύρριζα, καὶ μακρόρριζα. *Quia potest esse* μακρὰ ῥίζα, *& tamen* ἐπιπολαία.

Ὅπου οὖν διΐεισιν. *quod suprà* ὅπου οὖν προσέρχονται.

Ἔχουσα τόπον τε ἅμα, καὶ τροφήν. Theod. loci spatium liberale adepta. *Malim sic,* Locum nacta simul, & nutrimentum. *Plinius nõ rectè putat falsum. Loci naturam conferre ad magnitudinem, & parvitatem. Comparat enim Theophrastus idem radicis genus. Verba quoque ipsius Plinij minus satisfaciunt. Ea sunt.* Idque natura loci tenuiores; sive gravissimas dixere. *Grandissimas, legerem. Neque enim tenue gravi opponitur; neque plenè tenui, grande. longitudo enim cum tenuitate servari potest, quæ est una ex tribus dimensionibus.*

Πάντα δὲ τὰ νεώτερα. *A locis suprà differentiæ accidentales: nunc essentiales ab ætate. Sanè rectè dicit,* συμφθίνουσι. *contabescunt radices simul cùm cæteris partibus. Aliquando verò etiam plus putrescunt enim citius sæpè: quia humor uberior. Recta vero naturæ lege haud ita fit: sed ut in corde animalium reciprocus ille recursus, qui ab Aristotele dicitur* δίαυλος.

Πάντων δὲ ὁμοίως οἱ χυλοὶ τοῖς φυτοῖς δεινότεροι. Theodorus insuaviores. *Minus plenè sententiam est executus. Suave, est modus saporum, item insuave. Competit enim omnibus. Sic in raphano radix, suavior, quam in folijs, tametsi acrior: sed* δεινὸν *hic, validum, efficax, vehemens significat. Ita raporum vescimur radice, folijs minus. Sic panaceæ, siseris, carotæ, quorum succus vehementior, at non insuavior. Mira verò brevitas.* τισὶ δὲ ὡς ἐπίπαν. *Quarundam succi toto saporis genere non solum excedunt, verum etiam à succo partium cæterarum.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Αὐλοῦ. *Varro Rei rust. lib. I. cap.* XXVII. *Aliæ enim radices angustius diffundunt, ut cupressi; aliæ latius, ut platani, usque eo, ut Theophrastus scribat. Athenis in Lyceo, cum etiam nunc platanus novella esset, radices trium & triginta cubitorum egisse.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ολ..) Plin. lib. xix. cap. vi. *Sponte nascentium quædam numerosiore sunt radice, quam folio, ut aspalax, perdicium, crocum.* Duo notanda. Primum, quod sponte nascentium quædam numerosiore radice, quam folio scribat; & inter ea, crocum, perdicium, aspalaca recenseat. Cũ Theophrastus de solo perdicio hoc tradat. Extra omnem est controversiam, croco plura folia, quam radices esse. Deinde quod τῶ ποωδῶν vertit sponte nascentiũ quædam. Botanicus doctiss. ποωδῶν interpretatur, quæ herbæ vulgari simile folium, id est longum & angustum, habent, quales sunt crocus, perdicium, aspalax. Ποώδης ergo gramen erit vulgare. Sed quis tradidit, hujusmodi folia ferre aspalaca, & perdicium? croco graminea, id est longa, & angusta esse folia, non inficias eo. ποωδῶν malo cum doctiss. Gaza vertere, *herbaceorum*, pleraq; enim herbaceorum, id est, quæ sub herbæ classe comprehenduntur, radices habẽt, quales præcedenti capite diximus. Vox enim πάντων, ad omnes differentias, capite præcedenti traditas, referenda videtur; non ad postrema verba capitis; (καὶ τούτων ῥίζαι μεγάλαι, καὶ σαρκώδεις. nam crocus magnam nõ habet radicẽ. Plinius, ut dixi τῶ ποωδῶν, vertit, *sponte nascentium.* An itaque legit ποδῶν, ut in Basil. & Ald. legitur codice, ac τῶ ποδῶν accepit, pro τὰ ἐν ποσί, quod obvia & vulgaria quæq; denotat: plantæ autem triviales, ac vulgares spõte nascuntur. Queritur an crocus inter plantas quæ sponte nascuntur, sive triviales, & vulgares, referri debeat. In Batavia sponte non nascitur, sed in hortis colitur: verũ in Anglia, aliisque regionibus juxta vias repetitur. Ipse etiam Theophr. crocum laudat; optimumque dicit, ac pulcherrimum, quod juxta semitas, aliaque loca, pedibus trita cõmeantiũ, exit. Vide lib. vi. c. vi.

Ἀσπάλαξ.) Ita etiam legit Plinius, in Basileens. & Ald. σπάλαξ. Doctiss. Plinij interpres, Dalecampius notat quosdam pro aspalace, asphodelum legere. Asphodelum ποώδης esse non nego. Sed qua auctoritate lectio hæc confirmetur, non video. Ego nihil mutare audeo; quod apud Plinium, & Theophrastum scribatur aspalax. Aspalaca inter reliquas ignotas reponam plantas, usque dum eam ex Græcia ad nos aliquis attulerit.

Καὶ γὰ τοῦτο.) In perdicij historia Gaza hæc verba, καὶ γὰ τοῦτο παχείας τε καὶ πλείους ἔχει τὰς ῥίζας, ἢ φύλλα, καλεῖται δ' περδίκιον; non vertit. Interpretor: *Habet enim crassas, pluresque radices, quam folia. Nomen autem ei perdicium* &c. Plin. lib. xxi. cap. xvii. *Perdicium & aliæ gentes, quãm Ægyptij, edunt: nomen dedit avis, id maxime eruens, plurimasque habet radices.* Nusquam tradidit Theophrastus, in usũ cibi venire perdicij radicem, sed crassas, & plures habere, quam folia. Περδίκιον, de quo nobis sermo, non est parietaria sive parthenium, quod Plinius lib. xxi. cap. xxx. à Celso perdicium, & muralium vocari tradit. Parietaria, nec crassas, nec plures radices, quam folia habet. Dubitant alij, an chondrilla bulbosa, ab adversariorum auctoribus Pena & Lobelio, chondrillæ pusillæ, maritimæ, luteæ, bulbosæ, nomine descripta, sit perdicion Theophrasti. Crassas habet radices, & plures quam folia. Iconem lib. vii. cap. xi. ubi de cichoreaciis nobis sermo, apposui.

Ὁμοίως δὲ.) Lego, ὁμοίως δὲ & τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον οὔιτον· τὰ μὲν γὰ φύλλα μὴ μεγάλα, καὶ ὁ βλαστὸς αὐτοῦ βραχύς. Pari modo quod Ægyptij *ouiton* appellant folia ejus non magna & germen pusillum. Plin. lib. xxi. cap. xv. *Mandunt & oetum cui pauca folia, minimaque, verum radix magna.* Doctiss. Dalecampius oetum ab Indis & Æthiopibus *betich* appellari scribit; proxima sanè elementorum effigies. Plantam nunquam conspexi, audio foliis esse bryoniæ; huic non sunt parva, nisi respectu radicis.

Ἀρακίδνης.) Doctissimi botanici aracidnam asserunt, anblatum sive ἄφυλλον, quod foliis careat, huic radix quidem succulenta, squamisque contecta, albicans; non tamen simplex, sed ex minusculis aliquot constans; non crassa, sed mediocris. Addo, nec infra, nec supra terram fructum ferre, sed in vasculis parvis postquam defloruit, contineri semen parvum. Alij χαμαιβάλανον, sive glandem terrestrem (vulgo **Aertaeckers**) aracidnam statuunt; quod ex leguminosa familia, nulla magis, quam hæc, cum aracidna quadrare videatur. Nam ἄρακος & ἀρακίς, cicerculæ species est, quam foliis & fructu refert, & ὕδνον tuber; & sicuti ex duobus, unum est conflatum nomen, ita etiam ex araco & tubere mixta planta inveniri debet. Posteriora concedo, sed glandem terrestrem, aracidnam esse, nego. Supra terram enim fert folia; nec supra, nec infra terram, fructum fert magnitudine æqualem; immo nullum infra terram. Nam quod mulieres, puerique comedunt, fructus non est, sed radix. Porro hunc locum, his verbis exscripsit Plin. lib. xxi. cap. xx. *Aracidna quidem & aracos cum habeant radices ramosas ac multiplices, nec folium nec herbam ullam, aut quicquam aliud supra terram habent.* Mirabilem hanc plantam inter ignotas referam, donec aliquis ex Græcia aut Ægypto nobis eam communicarit. Nonnulli pappas Peruanum, arachidnam statuunt; quod perbellè ipsis videatur, radicis convenire historia. Quæ de foliis scribit Theoph. parum integra fide recitata iidem docent, quod Lectoris judicio cõmitto.

Glans terræ, Glans terrestris.



Ὁμοίως τὸ ὄραχον.) Clariss. & doctiss. Clusius lib. iv. exotic. plantam quandam describit, quam ab Honorio Bello è Creta, ὄραχο ὁμοίως nomine accepit. Similis ferè nobis nata, ex Hispanico semine, à Guilhelmo Boelio botanico insigni misso. Ejus imaginem adpingi curavi. Infra supraque terram siliquam fert parvam, sed magnitudine & forma æqualem, in qua semen rotundum, cauliculos statim à radice emittit plures, quincunciales, aut paulo majores, tenues, humi procumbentes, foliola è caulium geniculis exeunt, glabra, angusta, parva, in mucronem desinentia, araco sive ciceræ Dodonæi non dissimilia, sed minora, bina uni insistentia; inter quæ medius hæret capreolus, flores purpurei, siliquæ parvæ, araco non dissimiles, in singulis siliquis semen rotundum, unicum, colore foris obsoleto, sive nigricante, intus ex luteo albicante. Rara hæc, & hactenus nondum descripta planta. Nam quam Clusius delineat, folia habet extima parte latiuscula, & quodammodo cordis, ut vulgo pingi solet, figuram imitantia, per medium secundum longitudinem nervo secta, qui extimam foliorum partem non nihil superat. Neutra cum delineatione ὄραχο ὁμοίως convenit; utrique folia, neutri radix crassa, altius terræ infixa.

Ἀ'ράχω

Ἀράκῳ ὅμοιον.

Araco similis planta ex Hisp. missa.



Η῎ ὅσον ὁ ἥλιος.) Tacitè reprehendit Theophrastum Plinius lib. XVI. cap. XXXI. *Quidam non altius descendere radices, quam solis calor tepefaciat; idque natura loci tenuioris crassiorisve, dixere: quod falsum arbitror. Apud auctores certè invenitur, abietis planta cum transferretur, VIII. cubitorum in altitudine; nec totam refossam, sed abruptam. Maxima spatio atque plenitudine & citri est: ab ea platani, roboris, & glandiferarum.* Plinij sententia nobis probabilior videtur. Vide annotata summi viri Scaligeri.

Quod de platano tradit, refert Varro lib. I. cap. XXXVII. ut annotavit doctiss. Robert. Constantinus.

ΚΕΦ. ΙΒ. — CAP. XII.

Qualitas radicis Iridis & ficus Indicæ, & lupini vis.

Αἱ δὲ καὶ φαρμακώδεις, ἔνιαι * εὐώδεις. ὥσπερ αἱ τῆς † ἴριδος. Ἰδία δὲ ῥίζης φύσις καὶ δύναμις γῆς Ἰνδικῆς συκῆς. ἀπὸ γὰρ τῶν βλαστῶν ἀφίησι, μέχρις οὗ ἂν συνάψῃ τῇ ‡ γῇ καὶ ῥιζωθῇ. καὶ γίνεται περὶ τὸ δένδρον κύκλῳ συνεχὲς τῶν ῥιζῶν, οὐχ ἁπτόμενον τοῦ στελέχους, ἀλλὰ ἀφεστηκός. παραπλήσιον δὲ τούτῳ, μᾶλλον δὲ τρόπον τινὰ θαυμασιώτερον, εἴ τις ἐκ τῶν φύλλων ἀφίησι ῥίζαν. οἷόν φασι περὶ Ὀποῦντα ποάριον εἶναι, ὃ καὶ ἐσθίεσθαί ἐστιν ἡδύ. τὸ γὰρ αὐτῶν θέρμων θαυμαστὸν ἧττον, ὅτι ἂν ἐν ὕλῃ βαθείᾳ σπαρῇ, διαιρεῖ τὴν ῥίζαν πρὸς τὴν γῆν, καὶ βλαστάνει διὰ τὴν ἰσχύν. ἄλλας δὴ τὰς περὶ τῶν ῥιζῶν διαφορὰς ἐκ τούτων θεωρητέον.

* Θυώδεις. Al. Ger. fortè θυώδεις
† Ἴριδος.
‡ Συκῇ Al. Bas.

SVnt & medicatæ nonnullæ, odoratæ aliæ; ceu iridis. Natura visque peculiaris radicis fico Indicæ. Illa enim à germinibus mittitur: * quatenus se fico parenti conjunxerit, tellurique tutò inhærescit. Fit itaque circum arborem frequens radicum concursus: qui caudicem nequaquam attingit; sed ab eo paulo distat. Huic simile, vel potius quodammodo mirabilius, siquid ex foliis radicem dimittat: qualem circa Opuntem ‡ herbulā esse quandam enarrant: cui † datum est, ut & mandi suavitate possit. Quod enim in lupinis inspicitur, minus mirum: * ut si sub alta ferantur materia radices obsistentes summum versus terræ perscindant, valenterque germina edant. Radicum differentias iis conspicari ipsis debemus.

* *Quoad sese terræ applicet, ac radices agat.*
‡ *Herbam.*
† *Quæ etiam cibo grata sit, & suavis gustus.*
* *Si alta terra ferantur, radicem partiuntur versus terræ summum, ut valenter germina edant.*

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Αἱ δὲ καὶ φαρμακώδεις. *Cùm incepit dicere de saporum natura, aut ibi fuit statuendum caput diversum, aut hoc quoque continuandum. Quid quod & alias subnectit germinandi potestates? ita etiam confusè à superioribus abstraxit Theophrastus.*

Proprium radicis Indicarum ficuum, emitti à sobole. Sic enim ait, ἰδία δὲ ῥίζης φύσις, καὶ δύναμις, οἷον τῆς Ἰνδικῆς συκῆς, ἀπὸ γὰρ τῶν βλαστῶν ἀφίησι. *Igitur* φύσις ἀφίησι τὴν ῥίζαν. *Sequitur* μέχρις οὗ ἂν συνάψῃ τῇ συκῇ, καὶ ῥιζωθῇ. *Theodorus,* quatenus se fico parenti conjunxerit, telluriq; tutè inhærescit. *Non queo intelligere, quomodo parenti se jungant rami, qui à parente prodeunt. An verò radix se jungit? minimè. Sanè qua ratione* συνάψῃ, *quod mox est,* οὐχ ἁπτόμενον? *omnino non est scribendum* τῇ συκῇ, *sed,* τῇ γῇ. *Scilicet quoad sese terræ ita applicet, ut radicetur. Sic etiam in quarto;* αὗται δὲ συνάπτονται τῇ γῇ, *adverte verba.* Tutè *potius, quàm tutò; &,* inhærescit, *neque tempore, neque modo respondet priori verbo illi,* conjunxerit. *Hujus arboris descriptionem habes elegantissimam apud* Plinium, *quam accepit ex quarto hujus: adeò ut sub ea æstivare potius, quàm ejus historiam legere videaris. Communem hanc habent naturam* Peruinca, Menta, *& aliæ herbæ: ut rubus. Pleræque enim verticem quoquo reflexum, devexumque defigunt, atque radicant ita.*

Ποάριον. *Tam claram, tamque singularem herbam, quæ & usui, & miraculo sit, male fecit, cum non nominavit; misissem equidem cursorem potius: id quod nec semel feci. Theodorus autem ambitiose, & minus Latinè dixit illa verba suavissima;* ὃ καὶ ἐσθίεσθαί ἐστιν ἡδύ. Cui, *inquit,* datum est, ut & mandi suavitate possit. *Datum est, ambitiose. Mandi, pro comedi, minus propriè. Multa manduntur sanè, eaque neutiquam cibi gratia: veluti pyrethrum, & mastiche. Latinè verò nemo dicat: manditur suavitate: purissimè & fidelissime diceres. Qualem, ajunt, ad opuntem, esse herbam pusillam, quæ etiā cibo grata sit, & suavis gustu.*

Ὅ, τι ἂν ἐν ὕλῃ βαθείᾳ σπαρῇ. *Materiam hic terram vocat, ad proportionem consuetudinis, qua etiam mater dicitur. Si, inquit, lupinus ultra terra cooperiatur, radicē reciprocò motu agit ad summum terræ, ex qua emittat caulem. Nam ex illa profunda parte, in quam demissum est semen; emittere caulem nequeat.* Plinius, *mirificè terram, inquit, amat; sed terra operiri non amat. Apposuit causam, ubi dixit,* βλαστάνει διὰ τὴν ἰσχύν. *Historia versatur circa radicis vim: ut etiam ascendat, quo germinet. Itaque dixit,* διαιρεῖ. *Partitur radicem: ut partem relinquat ibi, ubi satum est; partem reciproce sursum agat. Theodorus male,* obsistentes. *Obsistere quiescentis, at & pertinacis; reciprocandi potius verbum persequutus esset; &* διαιρεῖ, perscindunt, *malè; nihil enim scinditur. Non enim dicas terram aperiri. Ait enim ille,* διαιρεῖ τὴν ῥίζαν: *&* διὰ τὴν ἰσχύν, *ut valenter edant germina, non expressit,* τὸ διὰ, *quæ videtur esse causæ formalis nota.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Ποάριον. *Plinius lib.* XXI. *cap.* XVII. *Opuntiam vocat à loco: at si Opuntia est quam depingit Mathiolus, nosque cum suo fructu ficus modo, sed spinoso vidimus, herbula non est: itaque ποάριον, non herbulam verto: sed ut contemptim dictum, herbam quandam.*


IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἔνιαι εὐώδεις.) In Basil. & Ald. φυώδεις, quod corruptum: *odoratum*, vertit Gaza, ἰνώδεις restituunt; rectè, si sic scriptum est in MSS. codicibus; alioquin eodem sensu, θυώδεις legere mallem; quod propius ad antiquam accedat lectionem. Θυώδης odoratus, jucundi odoris. Theophrast. lib. III. cap. XV. de terebinthi fructu loquens. καὶ ἅμα δὲ ἀμπέλῳ ῥητινώδη καὶ θυωδέστερον. Plinius lib. XIII. cap. XIX. *Cum vite maturescit, non grandior faba, odore jucundior, tractu resinosus.* Idem Theoph. lib. & cap. V. Τῶν τε ἄλλων ἀσαπέστερον, μετὰ τὰ κυπαρίττινα, καὶ τὸ θυῶδες τὴν συγκείμενον εἶναί φασι. Plin. lib. XVI. cap. XL. *In plenum dici potest, utique quæ odore præcellant, ea æternitate præstare: à prædictis morus proximè laudatur.* Homer. Odyss. IV. Ἐν θαλάμοιο θυώδεος ἤλυθεν. Hesych. Θυώδεα, ἰνώδη· εὔοσμα, θυμιάματος ὀσμὴν ἔχοντα.

Ἰνδικῆς συκῆς.) De ficu Indica, ejusque mirabili historia, vide cap. V. lib. IV. hist.

Plin. lib. XXI, cap. XVII. *Item circa Opuntem Opuntia est herba, etiam homini dulcis: mirumque, è folio ejus radicem fieri, ac sic eam nasci.*

Opuntia, vulgò ficus Indica. Fructus item rudimentum cum flore: & Folium.



Si planta, quæ vulgo ficus Indica vocatur, cujus imaginē addidimus, opuntia est; rectè ποάριον herbā vertit. Indica hęc ficus appellata, arboris specie, absque caudice, & ramis adolescere videtur; tota enim nihil aliud, quam ex foliis folia apparet; perbellā foliorum annuorum succretione & connexu. Folium siquidem in terram depactum, mox radices agit, & alia ex se promit, à quibus & aliis prodeuntibus, succedunt rursus & alia, donec ad arboris altitudinem pervenerint; effusis interim, & veluti ramis, ab uno nempe, subinde duobus, aut tribus foliis enatis. Oblonga autem ficûs Indicæ, lataq; sunt folia, & pollice nonnunquam crassiora, è quibus candicantes, tenues, oblongæ, acutæque prominent spinæ (quandoque tamen in Belgica absque his provenit) in extremis autem foliis, primum flores erumpunt, oblongi, calathi mali punicæ quadantenus effigie, luculentiore magnitudine & luteo colore. Deinde fructus subsequūtur, turbinata forma ficubus quodammodo similes, nec minores, spinulis ambitu horridi, cute miniata purpurascente, intus succo cruento, sanguineo, colore manus veluti mora inficiente, granis durissimis, & pulpa ficulnea; sed gustu insuaviore, quorum fastigium foliosa quædam instar coronæ ambiunt; esu multo lotium cruentum cieri plerique asserunt. Nascitur etiam ex durissimo semine, decimo sexto à die satu, & quandoque altero, tertioque demum mense, erumpit. Cum primum exit, folia duo crassa, mucronata, rubentia ostendit; è quorum medio quasi pili candicantes, & rubescentes simul emergunt; quos statim sequitur folium iisdem vestitum, & hirsutum totum, nec latum, sed teres, progressu temporis paulatim in latitudinem comprimitur, aculeis rubentibus, & albicantibus, mollibusque armatum, jucundissimo naturæ spectaculo. Illud etiam observatum, caudicem facere, quando è semine enata fuerit. Ab Indis *Tune* vel *tunas* vocatur. In Insulis Peruvianis, & potissimum Hispaniola sponte crescit. Translata in Hispaniam, Italiam, Galliam fructus etiam maturos profert; sed frequentius Hispania maturum fructum videt, quam Italia, Galliaque. In Germaniæ ac Belgicæ hortis hanc quoque reperiri, non raro contingit; sed haudquaquam fructum proferentem: floret tamen si æstas fervida. Hyemis impatiens; quare apprimè munienda; loca tamen nimis conclusa non fert; facile ab externo humore putrescit; imbres autumnales, nec non qui primo vere cadunt, odit.

Quod de lupino tradit Theophrastus, non semel observavi.

ΚΕΦ. ΙΓ. — CAP. XIII.

Quæ arbores enodes, quæ nodosæ; qualitas nodorum, cæci, rodi, cradæ, gongri.

Τῶν δένδρων † δὲ καὶ τοιαύτας αὐτὰς λάβοι ‡ διαφοράς. ἔστι γὰρ τὰ μὲν ὀζώδη· τὰ δὲ ἄοζα, καὶ φύσει καὶ τόπῳ, κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον.

† Deest Al. Bas.
‡ Τὰς δ' ἄν. Al. Bas.

Arborum autem vel tales differentiæ capi possunt. Sunt enim aliæ nodosæ, aliæ enodes, tam natura quā loco, plus minusve. † Enodes, inquam, non ut nodo

† Enodem dico, non quæ nodo penitus caret, talis nulla arbor esse videtur, sed quæ pauciores, quàm aliæ habet, palustria vero nodo carere dicuntur, quod in totum careant ut in junco, cypero, typha videre est: arborum aliis paucos nodos habere contingit sua natura, uti fico, lauro, sambuco; in summa omnibus iis, quibus cortex.

omnino

ἄνοζα δὲ λέγω, οὐχ ὥστε μὴ ἔχειν ὅλως· οὐδὲν γὰρ τοιοῦτο δένδρον, ἀλλ' εἴπερ ἧττον ἄλλων, οἷον, σχοῖνος, "τίφη, κύπειρος, † καὶ ὅλως εἴτι ἐπὶ τῶν λιμνωδῶν, ἀλλ' ὥστε ὀλίγους ἔχειν φύσει μὲν, οἷον, ἀκτὴ, δάφνη, συκῆ· ‡ καὶ ὅλως πάντα τὰ λειόφλοια, καὶ ὅσα κοῖλα καὶ μανά. ὀζῶδες δὲ, ἐλαία, πεύκη, κότινος. τούτων δὲ τὰ μὲν, ἐν παλισκίοις, καὶ νηνέμοις, καὶ ἐφύδροις· τὰ δὲ ἐν εὐηλίοις, καὶ χειμερίοις, καὶ "πνευματώδεσι, καὶ λεπτοῖς, καὶ ξηροῖς. τὰ μὲν γὰρ, ἀνοζώτερα, τὰ δὲ, ὀζωδέστερα τῶν ὁμογενῶν. ὅλως δὲ ὀζωδέστερα τὰ ὀρεινὰ τῶν πεδινῶν, καὶ τὰ ξηρὰ τῶν † ἐλαίων. ἔτι δὲ κατὰ τὴν φυτείαν τὰ μὲν πυκνὰ, ἄνοζα καὶ ὀρθά· τὰ δὲ μανὰ, ὀζωδέστερα καὶ σκολιώτερα. συμβαίνει γὰρ ὥστε τὰ μὲν ἐν παλισκίῳ εἶναι, τὰ δὲ ἐν εὐηλίῳ. καὶ τὰ ἄρρενα δὲ τῶν θηλειῶν ὀζωδέστερα, ἐν οἷς ἐστιν ἄμφω· οἷον, κυπάριττος, ἐλάτη, ‡ ὄστρυς, κρανία· καλοῦσι γὰρ γένος τι, "θηλυκράνειαν· καὶ τὰ ἄγρια δὲ τῶν ἡμέρων· καὶ ἁπλῶς καὶ τὰ ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος· οἷον κότινος ἐλαίας, ἐρινεὸς συκῆς, καὶ ἀχρὰς ἀπίου. πάντα γὰρ ταῦτα ὀζωδέστερα. καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πάντα τὰ πυκνὰ τῶν μανῶν. καὶ γὰρ τὰ ἄρρενα πυκνότερα, καὶ τὰ ἄγρια. πλὴν εἴτι διὰ πυκνότητα παντελῶς ἄνοζον ἢ ὀλίγοζον· οἷον πύξος, λωτός. εἰσὶ δὲ τῶν μὲν ἄτακτοι καὶ ὡς ἔτυχεν οἱ ὄζοι. τῶν δὲ τεταγμένοι καὶ τῷ διαστήματι καὶ τῷ πλήθει, καθάπερ εἴρηται· διὸ καὶ ἀξιολογώτατα ταῦτα καλοῦσι· τῶν μὲν γὰρ οἷον δι' ἴσου, τῶν δὲ μεῖζον ἀεὶ τὸ πρὸς τῷ πάχει. καὶ τοῦτο κατὰ λόγον, ὅπερ μάλιστα ἔνδηλον καὶ ἐν τοῖς κοτίνοις καὶ ἐν τοῖς καλάμοις. τὸ γὰρ γόνυ καθάπερ ὄζος, καὶ οἱ μὲν, κατ' ἀλλήλους, ὥσπερ οἱ τῶν κοτίνων· οἱ δὲ ὡς ἔτυχεν. ἔστι δὲ τὰ μὲν, δίοζα· τὰ δὲ, τρίοζα· τὰ δὲ, πλείους ἔχοντα. ἔνια δὲ πεντάοζά ἐστι. καὶ τῆς μὲν ἐλάτης ὀρθοὶ καὶ οἱ ὄζοι καὶ οἱ κλάδοι, ὥσπερ ἐμπεπηγότες. τῶν δὲ ἄλλων, οὔ. διὸ καὶ ἰσχυρότατον, ἡ ἐλάτη. ἰδιώτατοι δὲ οἱ τῆς μηλέας· ὅμοιοι γὰρ θηρίων προσώποις. εἷς μὲν ὁ μέγιστος, ἄλλοι δὲ περὶ αὐτὸν μικροὶ πλείους. εἰσὶ δὲ τῶν ὄζων οἱ μὲν, τυφλοί· οἱ δὲ, γόνιμοι. λέγω δὲ τυφλοὺς, ἀφ' ὧν μηδεὶς βλαστός. ἔτι δὲ καὶ φύσει καὶ πηρώσει γίνονται. "ἢ ὅταν ἡ μὴ λυθῇ καὶ ἐκβιάζηται, καὶ ἢ ἀποκοπῇ καὶ οἷον ἐπικαυθεὶς πηρωθῇ. γίνονται δὲ μᾶλλον ἐν τοῖς παχέσι τῶν ἀκρεμόνων. ἐνίων δὲ καὶ ἐν τοῖς στελέχεσιν. ὅλως δὲ καὶ τοῦ στελέχους καὶ τοῦ κλάδου καθὸ ἂν ἐπικόψῃ ἢ ἐπιτέμῃ τις, ὄζος γίνεται. † καθαπερανεὶ διαιρῶν τὸ ἓν καὶ ποιῶν ἑτέραν ἀρχὴν· εἴτε διὰ τὴν πήρωσιν, εἴτε δι' ἄλλην αἰτίαν. οὐ γὰρ δὴ κατὰ φύσιν τὸ ὑπὸ τῆς πληγῆς. ἀεὶ δὲ ἐν ἅπασιν οἱ κλάδοι φαίνονται πολυοζότεροι διὰ τὸ μηδὲν ἀνὰ μέσον ‡ προσκεῖσθαι. καθάπερ καὶ τῆς συκῆς οἱ νεόβλαστοι τραχύτατοι· καὶ τῆς ἀμπέλου τὰ ἄκρα τῶν κλημάτων. ὡς γὰρ ὁ ὄζος ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτω καὶ ὀφθαλμὸς ἐν ἀμπέλῳ, καὶ ἐν καλάμῳ γόνυ. ἐνίοις δὲ καὶ οἷον κράδαι γίνονται, καθάπερ πτελέᾳ καὶ † δρυῒ, καὶ μάλιστα ἐν πλατάνῳ. ἐὰν δὲ ἐν τραχέσι καὶ ἀνύδροις καὶ πνευματώδεσι, καὶ παντελῶς. πάντων δὲ οἱ πρὸς τῇ γῇ καὶ οἷον τῇ κεφαλῇ τοῦ στελέχους, ἀπογηράσκων ‡ παχύτερος γίνεται· ἔνια δὲ "καὶ ἴσχει τοὺς καλουμένους ὑπό τινων † ἢ γόγγρους, ἢ τὸ ἀνάλογον· οἷον ἡ ἐλαία. κυριώτατον γὰρ ἐπὶ ταύτης τοῦτο τοὔνομα. καὶ πάσχειν δοκεῖ μάλιστα τὸ εἰρημένον· καλοῦσι δὲ ἔνιοι τοῦτο, πρέμνον· οἱ δὲ, κροτώνην· οἱ δὲ ἄλλο ὄνομα. τοῖς δὲ εὐθέσι καὶ μονορρίζοις καὶ ἀπαραβλάστοις οὐ γίνεται τοῦθ' ὅλως, ἢ ἧττον. ‡ φοῖνιξ δὲ παραβλαστικόν. ἡ δὲ ἐλαία καὶ ὁ κότινος καὶ τὰς κοιλότητας ἰδίας ἔχουσι τὰς ἐν τοῖς στελέχεσιν,

" Τύφη. † deeſt Al. Baſ. ‡ Deeſt Al. Baſ. " Πυγματώδεσι Al. Baſ. fortè πιμελώδεσι. † Al. Baſ. ἐλείων. ‡ Ὄστρυς. " θηλυκρανίαν. " ἢ ὄζων κολουθῇ, vel ἢ ὄζων καυθῇ, cum aut coacti. † Καθάπερ ἂν. Baſ. ‡ προσκυζεῖσθαι. Al. † πτελέα καὶ δρῦς Al. ‡ τῶν παχυτέρων Al. Baſ. dele. † dele. ‡ Al. Baſ. ἧττον * φοῖνιξ δὲ παραβλαστικόν. lege, ἢ ἧττον. πολὺ δὲ τοῖς παραβλαστικοῖς.

omnino careant, talis enim arbor nulla eſſe videtur.) Sed ſiquid ejuſmodi ſit, locum inter alia obtinet; ut juncus, tipha, gladiolus. Ad ſummam, ſi quid inter paluſtria ſit.. Sed ita enodes accipi volo; ut nodos paucos naturæ ordine habeant: qualis ſambucus, laurus, ficus. denique omnia; quibus cortex levis, quæve concavo & laxo corpore ſurgunt. Nodoſa, olea, pinaſter, oleaſter. Horum alia in umbroſis & à vento ſilentibus & dilutis locis: alia in apricis & hybernis & gelidis & macris & aridis. Nam inter eas genus idem ſortiuntur quædam minus " nodoſæ. Ad ſummam, montanæ campeſtribus & ſiccæ paluſtribus nodoſiores. † Item ratione ſatus. Etenim crebræ enodes atque ‡ proceræ: raræ nodatiores contortioreſque aſſurgunt. Fit enim, ut alteræ ſint in umbroſis, alteræ in apricis. Mares quoque fœminis nodoſiores, ubi ſexus haberi uterque poteſt; ut cupreſſus, abies, oſtrys, cornus. Genus enim quoddam cornum fœminam vocant. Sylveſtres nodoſiores urbanis: tam ſimpliciter, quam quæ ſub eodem genere ſtatuuntur; ut oleaſter oleæ, caprificus fico, pirus piraſtro. Hæ namque omnes nodoſiores. Omnes ſpiſſæ raris corpore magna ex parte nodoſiores. Mares enim ſylveſtreſque ſpiſſiores, præterquam, ſiqua ob nimiam ſpiſſitatem omnino enodis ſit, aut pauciſſimis nodis; ut buxus, ut celtis. Quibuſdam nodi inordinati, " utque fortè evenit: quibuſdam ordinati tam intervallo quam numero, ut retulimus. Ob id † eas egregias vocant. Quibuſdam enim paritas fere undique ſervatur. Quibuſdam ‡ aſſiduè grandius, quod craſſiori adjacet parti; idque pro ratione, quod in oleaſtris & arundinibus præcipue patet. Geniculum enim veluti nodus eſt. Quidam invicem reſpondent; ut oleaſtrorum. Quidam promiſcui, utque ſors tulit, extant. Sunt quædam binis; quædam ternis, quædam pluribus nodis, nonnullæ quinis. Abietis recti & nodi & rami, quodammodo infixi: cæteris autem minime. Quamobrem abies validiſſima eſt. Malo perfectæ nodi peculiares: faciebus enim belluarum ſimiles extant. Vnus prægrandis: alii circa eum parvi complures. Nodorum alii cæci, alii fœcundi. Cæcos appello, quibus nullum germen enaſci poteſt. Qui non ſolum natura ſed etiam læſione fieri ſolent: " cum pars arboris ictu aliquo disjecta, ad vulnus conſolidandum enitens, oris undique plagæ circumactis, callo cicatriceque tumuerit. Craſſioribus ramis id potiſſimum evenit: nonnunquam etiam caudicibus. Ad ſummam, quamcunque partem caudicis ut rami † inciderís vel disjeceris, nodus ibidem naſcitur: tanquam ſi quod unum eſt dirimens, alterum principium facias. Sive ob eam ipſam ‡ læſionem, ſive ob aliam cauſam. Ictus enim naturæ contrarius eſt. Ramuli omnium nodoſiores ſemper videntur: quia minimum iis internodium interjacet. Quemadmodum ficulnei, qui nuper provenerint, tactu aſperrimi ſunt, & vitis palmitum ſummitates. Vt enim nodus in cæteris, ita gemma in vitæ, & geniculum in arundine. Quibuſdam veluti cradæ gignuntur; ceu ulmo, robori, & præcipue platano. Quæ ſi in aſperis, aridis, ventoſiſque locis ſtent, ita omnino fiat neceſſe eſt. Denique, qui proximus terræ & quaſi juxta caudicis caput concreverit, hic ſeneſcens craſſior redditur. Nonnullæ gongros à quibuſdam vocatos habent: vel quod pro arboris natura reſpondeat; ut olea. Quippe cum nomen id maxime oleæ conveniat, eoque morbo plus quam cæteræ laborare videatur. Premnum id nonnulli appellant; alii crotonam, alii alio nomine utuntur. Rectis † uniſtirpibus minuſque ab imis plantigeris, id aut nullo pacto aut minus accidere ſolet. ‡ Olea & oleaſter, vel caudicum concavitates peculiarem in modum habere videntur.

" Nodoſæ, quedam nodoſiores. ad ſummum. † Alijs. ‡ Erectæ. " Quibuſdã ſine ordine ac fortuito. † Dignæ quarum ratio habeatur. ‡ Subinde. " Aut cum fractæ fuerint, aut vim paſſi, aut abſciſſi, & quaſi ambuſti & mutilati fuerint. † Tuleris vel inciſeris ‡ Mutilationem. † Radice ſimplici. ‡ Solet. ſæpe vero ijs quæ à radice ſobolem emittunt accidit.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Τῶν δένδρων. A partibus aliis alios venatur affectus.

Ἀλλ' ἀπερ ἧττον ἄλλων. Id est, enodem dico, non quæ penitus nodo careat: sed quæ pauciores, quàm aliæ, habeat. Theodorus, sed siquid ejusmodi sit, locum inter alia obtinet. Oratio autem Theophrasti corrupta videtur. Ait enim prius: ἀλλ' ἅπερ ἧττον ἄλλων. & mox. ἀλλ' ὡς ὀλίγους ἔχειν, Dixit autem, φύσει μὲν, quia infrà, κατὰ τὴν φυτείαν. Quare non est corrupta lectio: sed æquivocè accipit, τὸ ἄνοζον, ut sit in arboribus ἄνοζον secundum τὸ ἧττον. in palustribus autem τὸ ὅλως; confusum tamen contendat quispiam.

Πυγματώδεσι. Rectè faciunt cùm corrigunt: at non rectè corrigunt. πηγματώδεσι, nulla analogia est, παρὰ τὴν πηγήν. Theodorus omnino aliter legit, & posuit, gelidis, fortasse, πνιγματώδεσι, ut infrà.

Ἔτι δὲ κατὰ τὴν φυτείαν. Et differentiam ponit ab arte, & reducit ad principia naturalia. Nam, inquit, crebræ paucioribus constant nodis, raræ pluribus. Propterea quod aëris spatio fruuntur illæ angustiore, hæ plus insolantur. Propositio superior emittit hanc conclusionem, ἐν ἐυηλίοις ὀζωδέστερα. Nota μανὸν & πυκνὸν, non à situ partium in constitutione totius, ut densum, & rarum: sed à situ totorum in loco. Crebrum sive frequens, & infrequens, sive raris locis dispositum. De hoc alibi ex Aristotele, Platone, Galeno. Itaque infrà, τὰ πυκνὰ τῶν μανῶν ὀζωδέστερα. Verba verbis his contraria sunt: at non sensus. Ibi enim à concretione totius, ex vicinia partium.

Ἄτακτοι & ὡς ἔτυχεν. Theodorus inordinati, & ut fortè evenit. Sine ordine, ac fortuito situ.

Ἀξιολογώτατα κλάδοις. Propter dispositionem ramorum vocat ἀξιολογώτατα. Theodorus, egregias, sensu optimo: ad verbum, dignæ, quarum ratio habeatur.

Τῶν δὲ μείζον ἀεὶ τὸ πρὸς τῷ πάχει. Theodorus. Quibusdam assiduè grandius; malè. Assiduum enim æqualitatem significat; melius, subinde, τὸ ἀεί. Plinius brevius; omnium terræ proxima crassiora.

Τυφλοὶ καὶ φύσει, & πηρώσει. Plinius urbanissimè; quod natura fit, si non evaluere: aut pœna, cum amputatos cicatrix hebetavit. In Codice Græco ita legimus. Distribuit τῆς πηρώσεως τὰ αἴτια. ἢ ὅταν μὴ λυθῇ, & ἐκβιάζεται. & ἢ ἀποκοπῇ, καὶ οἷον ἐπικαυθεὶς πηρωθῇ. Cùm aut coacti, vim passi, aut abscisi, & quasi ambusti, mutilati fuerint. μὴ λυθῇ, coacti. fasciis enim circumvinciunt olitores è corticibus: ita quispiam dicat. Cùm ipsis liberum non sit, sed vim patiantur, aut objectu scandulæ, vel scutulæ, aut obnixu proximi rami. Theodorus autem longè diversa utitur lectione. Cum arboris ictu aliquo dejecta ad vulnus consolidandum enitens, oris undique plagæ circumactis callo, cicatriceque tumuerit. Verum non omnes nodi tumidi sunt: sed quidam infrà tumorem subsidentes servant æquam trunci superficiem, ut nos videmus in cupressis nostris nostra manu attonsis. Præterea unam tantùm assignat caussam, quæ rarissimè evenit. Quis enim dicat, arboris ictu tantùm dejici? Contemplare etiam, quid sit illud, dejecta. Nam dejecti potius; nodi scilicet. Etiam non una ratio cæcorum nodorum. Nam quidam coëunt in idem penitus: quidam sinum intus cavum habent, labiis circumtumentibus. Iccirco verba Theodori ambitione sua, superant puritatem autoris, neque explent rem ipsam. Vide an, κωλυθῇ: non, μὴ λυθῇ; aut si mavis, ἢ ὅταν κολασθῇ.

Ἐπικόψῃ, ἢ ἐπιτέμῃ. κόπτειν tundere, τέμνειν incidere. male Theodorus ἐπιτέμῃς, dejeceris.

Διαφθαρῇ τὸ ἕν. Non dixit, ἀφαιρεθῇ τὸ ὅλον. Relinquitur enim aliquid, ad quod arcessuntur alia principia ad novam generationem; πήρωσιν autem læsionem Theodorus, minus plene. Læsionis enim amplior significatus, mutilationem potius. Nam cum statuat, τὸ ὑπὸ πληγῆς, & substituat τὸ διαφθαρῆναι τὸ ἕν, quid aliud sit reliquum τὸ πηρῶσαι, quàm mutilari?

Οὐ γὰρ κατὰ φύσιν τὸ ὑπὸ τῆς πληγῆς. Theodorus: ictus enim naturæ contrarius. actionem intellexit Theodorus, & dixit naturæ contrariam; mihi potior alia sententia excogitata est. Materiam, quæ à plaga arcessitur, non est apparata in principiis, vel nodorum, vel oculorum: sed in subsidiis. veluti in poro sarcoide in animali. Æquivocè enim dicitur nodus hic, & nodus ille prior.

Διὰ τὸ μηδὲν ἀνὰ μέσον προσαυξᾶσθαι. Sic lege, nō προσαυξάνεσθαι. propterea quòd ramuli breves sunt, & multas gemmas edunt simul, ut ita dicam, botulatim: iccirco videntur nodosiores; intervalla enim nulla sunt.

Ὡς γὰρ ὁ ὄζος. Hæc verba fidelissimè transtulit Plinius.

Κράδαι sunt verrucæ nodis similes in quercubus, in olea gongri. φέρουσι alii, alii κρατῆρα: Videtur enim arboris ricinus. κράδη Atheniensibus quid sit, interpres Nicandri & Pollux animadvertere, ficum eo nomine sylvestrem, κράδια ejus frondes. Item machinam in scenis, ut diximus in primo Poëtices. In secundo historiarum τὴν κράδην vocat Theophrastus surculum ficus. Nota casuum variationem, ut sæpe in historia animalium apud præceptorem; ἐνίοις δὲ οἷον κράδαι γίνονται, καθάπερ πτελέᾳ καὶ δρῦς, καὶ ἐν καλάμῳ. Nam ἐνίοις, sine præpositione, δρῦς, in recto, ἐν καλάμῳ cum præpositione.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Τῶν δὲ μεῖζον &c. Plinius tamen vocis ὄζος ambiguitate deceptus cap. XXX. lib. XVI. passim de ramis ait, quod Theophrastus hic de nodis.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ὀζώδης.) Supra cap. V. quas significationes vox ὄζος habeat, dixi. Τοῦ ὄζου, æquivoca significatio, fefellit Plinium, quæ Theophrastus de nodis, de ramis scribentem lib. XVI. cap. XXX. ut rectè Constantinus; *Arborum,* inquit, *quædam simplices, quibus à radice caudex unus, & rami frequentes; ut olivæ, fico, viti; quædam fruticosi generis; ut paliurus, myrtus, item nux avellana: quinimo melior est, & copiosior fructu, in plures dispersa ramos; in quibusdam omnino nullus, ut in suo genere buxo, loto transmarinæ; quædam bifurcæ atque etiam in quinas partes diffusæ &c.* Bene fecisset Plinius, si arboris nomen, quæ ramis caret, adscripsisset. Sed datur-ne arbor enodis? Hoc argumentum ipse solvit Theophrastus ἄνοζα esse, inquit, quæ paucos nodos, naturæ ordine habent.

Ἀκτῆ, δάφνη.) Inter enodes numerat, sambucum, laurum, ficum. Non multos nodos habet ficus, paucos laurus, sambucus an multos an paucos habeat, quilibet experientia facilè comperiet. Vulgata arbor, duros instar aliarum arborum non habet, sed molles, idque quia concavo & laxo corpore: tales Theophrastus inter enodes numerat. Plinius loco citato, *quædam dividuæ, nec ramosæ ut sambuci.* Immo, liceat dicere, ramosissima, plurimis quippe donata ramis.

πνιγματώδεσι.) In Basil. & Ald. πυγματώδεσι. Non malè fortasse corrigunt, πηγματώδεσι locis concretis, duris, congelatis, παρὰ τὸ πῆγμα, quod concretum significat; ut apud Polybium πῆγμα τοῦ χιόνος, nivis concretio, ἀπὸ τοῦ πηγνύω, congelo, denso, astringo frigore. πηγματώδεσι Theodorus *gelidis*, frigore concretis.

Ἰδιώτατοι.) Et hoc de ramis Plinius loco citato, *malis proprium genus;* (ramorū) *ferarum enim rostra reddunt, adhærentibus uni maximo minoribus.* Theophrastus nodos similes ait personæ, larvæ, imagini.

Εἰσὶ δὲ τῶν ὄζων οἱ μὲν τυφλοί.) Plinius loco citato, *Ramorum* (vulgo *romanorum* ineptè legitur) *aliqui cæci, qui non germinant, quod natura fit, si non evaluere; aut poena, cum deputatos cicatrix hebetavit.*

Pessimè hæc Plinius: quod Græcus auctor, de nodis, Latinus de ramis: *Quæ dividuis in ramo natura est* (rectè dixisset, quod nodus in cæteris est) *hæc viti in oculo, harundini in geniculo.*

Κράδαι.) Vox hæc plures apud Medicos habet significationes. Galen. in Glossis κράδαι συκῆς οἱ ἀκρέμονες, *fici rami majores,* Erotianus. οἱ δὲ τῆς συκῆς φύλλα, οἱ δὲ τοὺς κλάδους, *alii fici folia, alii ramos* κράδας vocant. Nicand. Scholiast. κράδην δὲ τὴν ἀγρίαν συκῆν λέγει, *crada Poeta ficū sylvestrem appellat.* Theophrast. lib. II. cap. VII. ramum fici κράδην vocat, φυτεύεται καὶ ἡ συκῆ ἐὰν τις κράδην παχεῖαν ἀποξύσας σφύρᾳ παίσῃ &c. Eidem lib. IV. cap. XVI. κράδη vitium est, præsertim in ficu, cum in articulos & cacuminum digitos (sic loquitur Plinius) vis morbi erupit, ramique denigrantur. Hoc vero loco, crada est, verrucosa extuberatio, quæ præcipuè arboris divisuras occupat, quibus caudex primum velut in ramorum brachia distinguitur.

Γόγγρος.)

Γόγγρους.) Γόγγρος Athenæo lib. III. piscis est, etiam Aristoteli lib. VIII. hist. animalium. Nonnulli γόγγρους interpretantur, hiantes, in arborum truncis & caudicibus, fissuras. Sed aliter Galenus lib. VI. Epidem. sect. III. Aphoris. X. Γογγρώνας δὲ τὰς περιφερεστέρας ἐξοχὰς μετὰ σκληρότητος, οἷαίπερ εἰσὶν, αἱ γινόμεναί ποτε τῶν δένδρων ἐπιφύσεις, ἃς καλοῦσι γόγγρους, ὡς καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ φυτῶν ἔγραψε, κατὰ λέξιν οὕτως. ἔνια δὲ ἴσχει τοὺς καλουμένους ὑπό τινων γόγγρους, ἢ τὸ ἀνάλογον, οἷον ἡ ἐλαία. λέγουσι δὲ ἔνιοι καὶ νῦν ἔτι κατὰ Θετταλίαν, ἀκηκοέναι τινῶν γογγρώνας ὀνομαζόντων τὰς τοιαύτας σκληρότητας, ὅταν ἐν τραχήλῳ συστῶσιν. *Quod est, γογγρώνας verò rotundiores cum duritie eminentias, quales in quibusdam arboribus gignuntur adnascentiæ, quas γόγγρους vocant, ut & Theophrastus lib. I. de plantis his verbis scripsit. Quædam verò habent à quibusdam vocatos γόγγρους, aut quod proportione respondeat, ut olea. Dicunt autem nonnulli & nunc quoque in Thessalia, se audire quibusdam vocari γογγρώνας hujusmodi durities, cum circa collum constiterint.* Idem repetit in Lexico: Γογγρῶνα βρογχοκήλην, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς πρέμνοις τῶν δένδρων ἐπιγινομένων στρογγύλων ἐξοχῶν, ὡς καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν, ὧδε λέγων. ἔνια δὲ ἴσχει τοὺς καλουμένους ὑπό τινων γόγγρους ἢ τὸ ἀνάλογον, οἷον ἡ ἐλαία. Id est, *γογγρώνα gutturis ramicem, quem bronchocelem dicunt, à rotundis in arborum truncis enatis eminentiis, velut etiam Theophrastus in primo de plantis, his verbis scribit; quædam verò à quibusdam vocatos gongros habent, aut aliquid proportione respondens.* Ex his Galeni locis constat, particulam ἢ esse delendam, ac legendum ὑπό τινων γόγγρους. Lege etiam ἔνια δὲ ἴσχει, deleto καὶ. Eundem hunc affectum πρέμνον vocari ait. πρέμνον arboris truncus. Aristophanis Scholiastes πρέμνον significare ait, στέλεχος καὶ ῥίζαν. Pro radice usurpatam, hactenus non legi. Hoc, ut dixi, loco vitium jam descriptum, quod κραπίνην etiam vocari, ait Philosophus.

Φοῖνιξ δὲ παραβλαστικόν.) Asteriscum, quo in Basileensi codice locus hic notatur; non rectè sustulit Lugdunensis editio. Lego πολὺ δὲ παραβλαστικοῖς. id est, *frequenter hoc morbi genere laborant arbores, quæ sobolescunt.* Ut sit sensus; quæcunque sunt unistirpes, adnatisque carent, hoc vitio nunquam, vel raro corrumpuntur: contra quæ adnata habent, quæque ab radice repullulant, facile & frequenter gongrum acquirunt. Sed maximè, præcipueque hoc malum patitur olea, & oleaster. Cæterum falsum est, dactylum sobolescere: singulari constat caudice, nec unquam adnata protulit. Ac si δένδρα, id est arbores dantur μονόῤῥιζα, palma inter eas recenseri debet. Vide cap. sequens & VIII. lib. II. ubi de palma agitur. Vide & supra cap. IX. ubi de radicum differentiis loquitur Philosophus.

ΚΕΦ. ΙΔ.

CAP. XIV.

Quæ longæ & ramosæ arbores.

ΕΣτι μὲν οὖν τὰ μὲν εἰς μῆκος αὐξητικὰ μάλιστα μόνα· οἷον ἐλάτη, φοῖνιξ, κυπάριττος. καὶ ὅλως τὰ μονοστελέχη, καὶ ὅσα μὴ πολύῤῥιζα μηδὲ πολύκλαδα. τὰ δὲ, ὁμοίως τούτοις ἀναλόγως καὶ εἰς βάθος. ἔνια δὲ εὐθὺς σχίζεται· οἷον, ἡ μηλέα. τὰ δὲ πολύκλαδα καὶ μείζω τὸν ὄγκον ἔχει τὸν ἄνω· καθάπερ ῥοιά. οὐ μὴν, ἀλλ᾽ οὖν μέγιστά γε συμβάλλεται πρὸς ἕκαστον ἡ ἀγωγὴ, καὶ ὁ τόπος, καὶ ἡ τροφή. σημεῖον δὲ, ὅτι ταῦτα πυκνὰ μὲν ὄντα, μακρὰ καὶ λεπτὰ γίνεται· μανὰ δὲ, παχύτερα καὶ βραχύτερα, καὶ ἐὰν μὲν εὐθύς τις ἀφείη τοὺς "ὄζους, βραχέα· ἐὰν δὲ ἀνακαθαίρῃς, μακρά· καθάπερ ἡ ἄμπελος. ἱκανὸν δὲ κἀκεῖνο πρὸς πίστιν, ὅτι καὶ τῶν λαχάνων ἔνια λαμβάνει δένδρου σχῆμα, καθάπερ εἴπομεν τὴν μαλάχην, καὶ τὸ τεῦτλον, ἅπαντα δὲ ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις ἐξαύξει καὶ τὸ αὐτὸ κάλλιστον. ἐπεὶ καὶ τῶν ὁμογενῶν ἀνοζότερα καὶ μείζω καὶ καλλίω τὰ ἐν τοῖς οἰκείοις· οἷον, ἐλάτη ἡ Μακεδονικὴ τῆς Παρνασίας καὶ τῶν ἄλλων. ἅπαντα δὲ ταῦτα καὶ ὅλως ἡ ὕλη ἡ ἀγρία καλλίων καὶ πλείων τοῦ ὄρους ἐν τοῖς προσβορείοις, ἢ ἐν τοῖς πρὸς μεσημβρίαν. ἔτι δὲ τὰ μὲν, ἀείφυλλα· τὰ δὲ φυλλοβόλα.

" Ὄρος Al.

SVnt igitur aliæ in longitudinem tantum aptæ potissimum excrescere: ut abies, palma, cupressus. Ad summam: quæ simpliciore assurgunt caudice: quæque haud multis radicibus neque ramis frequentibus patent. Aliæ pro sua natura his ipsis respondent; tam longitudine quam profunditate. Nonnullæ illico in ramos sparguntur: ceu malus. Quædam ramosæ molemque superiorem grandiorem gestantes: ut punica. Verumtamen ad singula & locus, & alimentum, & cultus plurimum valet. Indicium, quod eædem si crebrę ferantur, excelsæ gracilesque reddentur: si raræ, breviores atque crassiores. Et si confestim ramos "succidas purgesque, excelsæ, ut vitis: si relinquas, breves assurgent. Quin etiam illud fidem satis præstare potest: olerum enim nonnulla arboris figuram capessunt: ceu malva betaque. Et, ut dictum jam est, omnia † locis suis melius augescunt: nam & inter ea quæ genus idem sortiuntur, quæ suis in locis manent, enodiora, ampliora, pulchrioraque extant. Vt abies Macedonica præstantior quam Parnasia cæteræque spectatur. Quæ quidem omnia, atque in totum sylvestris materies, pulchrior & commodior & copiosior parte montis Aquilonia quam Meridiana enascitur: aliæ item perpetuo virent: aliæ foliis deciduis sunt.

" *Amputes.*

† *Debitis sibi locis, grandiora, meliora, & pulchriora evadunt.*

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

MΑνὰ καὶ παχύτερα, καὶ βραχύτερα. *Raræ arbores crassiores, & breviores. Secala apud nos si seratur crebra, pusilla est: si rara, grandior.*

Καὶ ἐὰν μὲν εὐθύς τις ἀφείη τοὺς ὄζους. *Theod. hic interpretatur* ὄζους *ramos. Hujus sententiæ cum duæ sint partes: amputatas grandescere: dimissas ramescere, ac fieri breviores: hanc illi præposuit Philosophus: huic illam Theodorus. Ramos succidas, idem dixit: malim intelligere ab imo succidi truncum: ramos autem decidi. Latini amputare, sane Græca præscriptione* ἀνακαθαίρειν. ἀνά, am: καθαίρειν, *putare. unde purum, putum.*

Ἅπαντα δὲ ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις ἐξαύξει. *Theodorus omnia in suis locis augescunt. Pronomen, suum, apud Legum interpretes valde efficax est ad proprietatis circumscriptionem: itaque hic accipiendum est. Latius philosophi, quo quidque loco positũ est, tunc ajunt suum, atque à proprio distinguunt. Explicatius dicas, debitis sibi locis.* ἐξαύξει, *augescunt. minus plene: nam etiam paulò diversis natura locis, nihilominus crescunt. At hic est,* τὸ ἐξ. *ita dicas, excrescunt; id est, exuperant vulgare incrementum,* καὶ τὸ αὐτὸ κάλλιστον. *Theodor. omisit. Mira verò suavitas orationis. purius sic dicas, grandiores, & meliores sive pulchriores evadunt. Itaque repetit mox,* μείζω καὶ καλλίω. καλὸν *enim utrumque Græcis significat, bonum, ac pulchrum: quod & Plautus ac cæteri sunt imitati. Forma haud mala; rectissime consulentes veritati. nullum enim malum, pulchrum. Est enim malum ad proportionem falsi: falsum ad proportionem non entis: pulchrum ad perfectionem entis: sicut & verum, & bonum. Addit igitur,* ἀνοζότερα *ad speciem,* καλλίω *ad usum fructuum.*

Ἔτι δὲ τὰ μὲν ἀείφυλλα. *Hinc erat initium capitis sequentis, à differentia sumpta ex foliis.*

IOANNIS BODÆI À STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIA.

Οἷον ἐλάτη.) Plin. lib. XVI. cap. XXX. *Omnium terræ proxima crassiora. In longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cupressus, ulmus, & si qua unistirpia.* Malè, inter hæc, Plinius recenset ulmum. Inter unistirpia, ac quæ sponte sua in longitudinem excrescunt, ulmus numerari nequit.

Ἡ μηλέα.) Idem Plin. lib. XVI. cap. XXXI. *Quædam statim in ramos sparguntur, ut mali.* Quod de punica scribit, non semel observavi; plurimis surculis prædita reperitur.

Μανὰ καὶ παχύτερα &c.) Mala comparatio, arboris & herbæ. Philosophus arborem arbori comparat, non arborem herbæ.

Ἄμπελος.) De vitis natura quæ observavunt botanici, plebi nota.

ΚΕΦ. ΙΕ.

CAP. XV.

Quæ semper vireant; & quibus folia decidant; ut platanus in Creta, & quercus Sybari.

Τῶν μὲν ἡμέρων, ἀείφυλλα, ἐλαία, φοῖνιξ, δάφνη, μύρρινος, πεύκης τι γένος, κυπάριττος. τῶν δὲ ἀγρίων, ἐλάτη, πεύκη, ἄρκευθος, σμίλαξ, θυία, καὶ ἣν Ἀρκάδες καλοῦσι φελλόδρυν· φίλυρα, κέδρος, πίτυς, " μυρρίκη, πύξος, πρῖνος, ἀγρία, κήλαστρον, φιλύκη, † ἀφάρκη. ταῦτα δὲ φύεται περὶ τὸν Ὄλυμπον· ‡ ἀνδράχνη, κόμαρος, τέρμινθος, " ἀγρία δάφνη. δοκεῖ δὲ ἡ † ἀνδράχνη καὶ ὁ ‡ οἴναρος τὰ μὲν κάτω φυλλοβολεῖν, τὰ δὲ ἔσχατα τῶν ἀκρεμόνων ἀείφυλλα ἔχειν· ἐπιφύειν δὲ ἀεὶ τοὺς ἀκρέμονας. Τῶν μὲν οὖν δένδρων, ταῦτα. τῶν δὲ θαμνωδῶν, κιττὸς, βάτος, ῥάμνος, κάλαμος, κεδρίς. ἔστι γάρ τι μικρὸν ὃ οὐ δενδροῦται. τῶν δὲ φρυγανικῶν καὶ ποωδῶν, πήγανον, ῥάφανος, ῥοδωνιὰ, ἰωνιὰ, ἀβρότονον, ἀμάρακον, ἕρπυλλος, ὀρίγανον, σέλινον, ἱπποσέλινον, μήκων· καὶ τῶν ἀγρίων εἴδη πλείω. διαμένει δὲ καὶ τούτων ἔνια τοῖς ἄκροις, τὰ δὲ ἄλλα ἀποβάλλει· οἷον, ὀρίγανον, † σέλινον. ἐπεὶ καὶ τὸ πήγανον κακοῦται καὶ ἀλλάττεται. πάντα δὲ καὶ τῶν ἄλλων τὰ ἀείφυλλα, στενοφυλλότερα, καὶ ἔχοντά τινα λιπαρότητα καὶ εὐοδίαν. ἔνια δὲ οὐκ ὄντα τῇ φύσει, παρὰ τὸν τόπον ἐστὶν ἀείφυλλα. καθάπερ ἐλέχθη περὶ τῶν ἐν Ἐλεφαντίνῃ καὶ Μέμφει. κατωτέρω δὲ ἐν τῷ Δέλτα μικρὸν πάνυ χρόνον διαλείπει τοῦ μὴ ἀεὶ βλαστάνειν. ἐν Κρήτῃ δὲ λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς ‡ πηγῇ τινι, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ. μυθολογοῦσι δὲ, ὡς ἐπὶ ταύτῃ ἐμίγη τῇ Εὐρώπῃ ὁ Ζεύς. τὰς δὲ πλησίον πάσας φυλλοβολεῖν. ἐν δὲ Συβάρει δρῦς ἐστὶν εὐσύνοπτος ἐκ τῆς πόλεως, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ. φασὶ δὲ οὐ βλαστάνειν αὐτὴν ἅμα ταῖς ἄλλαις, ἀλλὰ μετὰ κύνα. λέγεται δὲ καὶ ἐν Κύπρῳ πλάτανος εἶναι τοιαύτη. φυλλοβολεῖ δὲ πάντα τοῦ μετοπώρου, καὶ μετὰ τὸ μετόπωρον· πλὴν τὰ μὲν θᾶττον, τὰ δὲ " βραδύ· ὥστε καὶ τοῦ χειμῶνος ἐπιλαμβάνειν. οὐκ ἀνάλογον δὲ αἱ φυλλοβολίαι ταῖς βλαστήσεσιν, ὥστε τὰ † πρότερον βλαστήσαντα πρότερον φυλλοβολεῖν, ἀλλ᾽ ἔνια πρωῒ βλαστάνει μὲν, οὐδὲν δὲ προτερεῖ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ τινῶν καὶ ὑστερεῖ· καθάπερ ἡ ἀμυγδαλῆ. τὰ δὲ, ὀψιβλαστεῖ μὲν, οὐδὲν δὲ, ὡς εἰπεῖν, ὑστερεῖ τῶν ἄλλων, ὥσπερ ἡ συκάμινος. δοκεῖ δὲ καὶ ἡ χώρα συμβάλλεσθαι καὶ ὁ τόπος ὁ ἔνικμος πρὸς τὸ διαμένειν. τὰ γὰρ ἐν τοῖς ξηροῖς καὶ ὅλως λεπτογείοις πρότερα φυλλοβολεῖ, καὶ τὰ πρεσβύτερα δὲ τῶν νέων. ἔνια δὲ, καὶ πρὸ τοῦ πεπᾶναι τὸν καρπὸν, ἀποβάλλει τὰ φύλλα, καθάπερ αἱ ὄψιμοι συκαῖ καὶ ἀχράδες. τῶν δὲ ‡ ἀφύλλων ἡ ἀποβολὴ καὶ ἡ † αὔξησις κατὰ μέρος. οὐ γὰρ δὴ ταῦτα ἀεὶ διαμένει· ἀλλὰ τὰ μὲν βλαστάνει, τὰ δὲ ἀφαυαίνεται. τοῦτο δὲ περὶ τροπὰς μάλιστα γίνεται θερινάς. εἰ δέ τινων καὶ μετ᾽ Ἀρκτοῦρον ἢ καὶ κατ᾽ ἄλλην ‡ ὥραν, ἐπισκεπτέον. καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν φυλλοβολίαν, οὕτως ἔχει.

" Μυρίκη. † φιλύκη ἐξυάκανθος, ἀφάρκη Al. ‡ ἀδράχνη. " ἀγρία δάφνη. † ἀδράχνη. ‡ κόμαρος. † Σέλινον, ἱπποσέλινον. ἐπὶ Bas. ‡ Σκιωῇ Bas. marg. κρήνῃ. " Βραδύτερον Al. † deest Al. ger. ‡ ἀειφύλλων. † Βλάστησις. ‡ χώραν Al. Theod. alij κατ᾽ ἄλλον καιρόν.

Virent ex urbanis perpetuo, olea, palma, laurus, myrtus, pini genus quoddam, cupressus: ex sylvestribus, abies, pinaster, juniperus, similax, thuia, & ea quam Arcades phellodryn appellant: tilia, cedrus, picea, myrica, buxus, ilex, aquifolia, celastrus, philyca, acuta spina, apharca (quæ monte Olympo proveniunt) portulaca, arbutus, terebinthus, " laurus. Portulaca atque † unedo folia inferiora dimittunt, cacuminibus perpetuo virent, ‡ ramisque assiduè præpostero gignunt. Hęc in arborum genere. Fruticum autem, edera, rubus, arundo, rhamnos, cedrula. Est enim quiddam pusillum, quod nunquam arborescit. Suffruticum herbarumque, ruta, brassica, rosa, viola, abrotonum, sampsucum, serpyllus: origanum, apium, " equapium, papaver: & sylvestrium genera complura. Ex his quoque nonnulla cacumine perdurant amissis reliquis: ut apium, equapium, origanum. Nam & ruta † affligitur atque mutatur. Omnia vero tam in his, quam in reliquis generibus; quæ coma perpetua virent, foliis angustioribus sunt: & pinguedinem quandam suavemque olentiam reddunt. Nonnulla, quanquam sua natura semper vivere nequeant: tamen ex loci causa folia nunquam dimittunt: ut dictum de his est quæ in agro Elephantino Memphique proveniunt. Atqui inferius ea parte quam Delta à triquetra figura vocitant, parum intercedit temporis; quin perpetuo vireant. In Creta insula, agro Gortynensi, platanum apud fontem quendam stare asseverant; quæ nunquam folia deperdit. Iovem sub ea cum Europa concubuisse fabulantur. † Quercus in agro Thurino est, Sybari perspicua, quæ nunquam folia dimittit: eam non una cum aliis germinare ajunt; sed post ortum caniculæ. Talem & in Cypro esse platanum fertur. Omnibus autumno & per autumnum folia decidunt, aliis tamen ocyus, aliis tardius: ut quædam etiam ‡ ab hyeme occupentur. Foliorum jactura non ita germinationi respondet; ut quæ prius germinaverint, prius folia dimittant. Sed nonnullæ germinant quidem præmaturius, sed nihilo ante cęteras folia dimittunt. " quin imo quibusdam tardiores inceptant: ut amygdala. Quædam serotinæ germine esse solent, sed nihilo, ut ita dixerim, tardius quam cæteræ folia deperdunt: ut morus. Regio autem solumque madidum plurimum ad perdurandum conferre videntur. Quæ enim in siccis atque in totum tenuibus locis extant, prius folia dimittunt: & veteres prius, quam novæ. Quædam & antequam fructum percoquant, folia deperdunt: ut serotinæ fici, & piri sylvestres. † Illis quæ perpetuo virent occasus ortusque vicissim occurrunt. Non enim semper eadem durant: sed alia proveniunt, alia exarescunt; idque circa æstivum solstitiũ maxime factitari videtur. An quibusdam etiam post Arcturi ortum, ‡ aut secus in aliqua regione fiat; considerandum relinquo. Foliorum occasus ita se habet.

" Laurus sylvestris. † Arbutus. ‡ Ramosque semper agenerant. " Hipposelinum. † Depravatur. † Illamque illic solam vivere, cæteras folia amittere; in agro Sybarino conspiciebatur ex urbe, quercus, cujus folia nunquam decidebāt, eamque non unā cū alijs germinare dicebant. ‡ Hyemem attingant. " Quinimo serius quam aliæ quædā amittunt folia. † Semper virentium frondibus particulatim decidētibus, illico aliæ subnascuntur. ‡ Aut alio quodam tempore.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

A Folijs differentias jam hinc κατὰ τὸ ἔχειν, & μὴ. *Verum hoc ad tempus: ut perpetuum dignoscas folium, & annuum. Omisit autem* τὸ vere μὴ ἔχειν. *Cujusmodi ait Dioscoridis* σπάρτιον. *Nam* σπάρτον, *genista non est, ut putarunt. Nota inter mites* πεύκης *genus. A cultu & habitu statuit hanc differentiam* τῷ ἡμερῶν; *quia pini genus quoddam colitur.*

Animadvertes, thujam ignotam nobis, nisi ex historia. Plinius hanc sententiam cum exequeretur, dimisit hic, & urbanas definivit, quæ fructu, aut dote aliqua, umbrarumve officio vivant. Male sanè: quippe agrestes huic quoque usui sunt, nisi dicas, ab eo additum adverbium, humanius, pro vera differentia. Cum alias species enumeraret (quod & alibi fecit) omisit Philycam, & Apharcen Olympo monti peculiares; sed in tertio decimo apharcen nominat. Philycam ubi commemoret, non memini. Nam qui putarunt eam esse Tiliam, falsi sunt: neq; enim Olympo peculiaris tilia, & philyram cum philyca miscuere: quorum errorem sine judicio Ruellius quoque est secutus. Nam sane hoc eodem loco & philyram legimus, & philycam.

Est aliud, quod à Plinio animadvertas. Ait ille, in delicijs apud Homericam Circen usum fuisse Thyiæ arboris ad urendum. Cæterum non apud Circen, sed apud Calypso factum legas, in quinto Vlisseæ. Fefellit tanti viri memoriam lectio Virgiliana, in qua Cedro usus ejusmodi attribuitur Circes delicijs. Eam indiligentiam primus Hermolaus sequutus est; tum autem usque ad Ruellium omnes. Quinetiam Marcellus Virgilius, cùm non decimum Rhapsodiæ librum, in quo Circes fabula peragitur, sed quintum recitaret, Circen tamen posuit, non Calypso. In Codice Pliniano veteri, Thia, scriptum est, & in veteri Homerico θύα, *recentiores partim* θύων *legunt, partim* θυίων. *Aquifolium idem Plinius vertit,* τὴν ἀγρίαν, *& eum sequutus Theodorus. In Macrobij commentarijs scriptum est, Agrifolij arboris nomen. Qua voce ilicis genus etiam nunc Vascones vocant, licet corrupta,* Agreol. *Nota* κόμαρος, *&* οἴναρος, *præter species supradictas.*

Κεδρίς. *Speciem observabis à Cedro distinctam. Satis scimus aliquot locis in provincia Narbonensi nasci Cedrum minusculam.*

Ῥοδωνιά, ἰωνιά. *Voces complectentes hoc flexu species omnes; itaque leviter nimis Theodorus:* Rosa, viola; *in plurali melius,* Rosacea, & violacea. *Historia tamen hæc apud nos falsa est, si spectes Rosas quasdam, quæ sanè folia amittunt. Papaver autem cùm annumerat, tantum abest, ut vera dicat, ut etiam intereat totum.*

Τὸ πήγανον κακοῦται. *Theodorus,* Ruta affligitur; *melius,* depravatur.

Πάντων δὲ τῶν ἄλλων. *Ponit affectuum differentias,* φυλλοβολίαν, λιπαρότητα, ἐνδίαν.

Μικρὸν πάνυ χρόνον διαλείπει. Parū intercipit temporis, quin perpetuo vireat. *ita Theodorus,* intercipit, *absolutè posuit, minus commodè: nisi putemus scriptum fuisse, intercidit. Illud tamen videtur ab autore acceptum, unde intercapedo.*

Τὰς δὲ πλησίον πάσας φυλλοβολεῖν. *Theod. omisit hæc omnia: atqui ad rem faciunt. Mirum enim illam ibi solam perpetuò virere, cæteris amittentibus.*

Ἐν δὲ Συβάρει δρῦς ἐστὶν ἐυσύνοπτος ἐκ τῆς πόλεως. *Theodorus. Quercus in agro Thurino est, ubi Sybaris conspicua. At Plinij verba, quem frequentius plus nimio sequitur, meminisset.* In Thurino agro urbs Sybaris fuit, ex qua quercus conspiciebatur. I*dem Plinius commodius, quàm Theoph. aliud enim est, in agro; aliud* ἐν Συβάρει. *Nam quomodo sit,* ἐν Συβάρει, *& sit eadem conspicua* ἐκ τῆς πόλεως? *Est modus Atticè loquendi, & familiaris Theophrasto; sicut alibi,* ἐν Κυρήνῃ. *Id est, in agro Cyrenæo,*

Ὥστε καὶ τοῦ χειμῶνος ἐπιλαμβάνειν. *Theodorus, ut quædam ab hyeme occupentur, ut etiam quædam hyemem attingant.*

Ἄλλα καὶ πιῶν ὑστερεῖ. *Theodor. Quinimo quibusdam tardius inceptant. Melius, quinimo serius, quam aliæ, quædam amittunt.*

Οὐδὲν δὲ ὕστερον τῶν ἄλλων. *Subintellige, folia amittunt.*

Ἡ ἀποβολὴ καὶ ἡ αὔξησις κατὰ μέρος. *Theodorus, occasus, ortusque vicissim occurrunt. Commodior sensus è perspicua & fideli oratione, sempervirentium frondibus particulatim decidentibus illico aliæ subnascuntur. Nota,* αὔξησις *impropriè:* βλάστησις *voluit dicere.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

*A*Ἀγρία δάφνη, *laurus sylvestris, sive agrestis, quæ nullo hominum cultu sponte provenit: vel quæ laurus tinus dicitur à Plinio.*

Ῥοδωνιά, ἰωνιά. *Rectè Theodorus: Rosacea, & violacea. Nam ἡ ῥοδωνιά, ut κελωνιά dicit. Vide infra lib. II. cap. II.*

Γορτυνιάς. *Varro Rei rust. lib. I. cap. VII. Itaque Cretæ ad Cortyniam dicitur platanus esse, quæ folia hyeme non amittat. Itemque in Cypro, ut Theophrastus ait, una. Item Sybari qui nunc Thurij dicuntur, quercus simile esse natura, quæ est in oppidi conspectu. Item contra atque apud nos fieri ad Elephantinem, ut neque ficus, neque vites amittant folia. Lege etiam Plinium lib. XVI. cap. XXI. & lib. XII. cap. I.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

*A*ἀείφυλλα.) Hoc capite agit de plantis, quibus folia perpetuo virent, & autumno cadunt. Quarum Historiam repetit lib. III. cap. IV. Plin. lib. XVI. cap. XX. *Harum generi non decidunt, oleæ, lauro, palmæ, myrto, cupresso, pinis, hederæ, rhododendro.* Theophrastus hederam inter frutices perpetuo virentes recenset; non inter arbores, Rhododendri nullum facit mentionem, nisi fortè ῥοδωνιά sit, de qua paulo infra.

Τῶν δὲ ἀγρίων &c.) Plin. lib. XVI. cap. XXI. *Sylvestrium generis folia non decidunt, abieti, larici, pinastro, junipero, cedro, terebintho, buxo, ilici, aquifoliæ, suberi, taxo, tamarici &c.* Theophrastus hoc cap. XV. inter perpetuo virentes non numerat taxum, juniperum. Quę tamen lib. III. cap. IV. inter ἀείφυλλα recensentur. Nemo præter Plinium, laricem, folium habere perpetuum, tradidit; inter coniferas sola larix folia amittit.

Φίλυρα.) Inter perpetuifolia Theophrastus refert φίλυραν, cum vel pueris constet, tiliam quam **Linden** vocant, folia amittere. Scribo φιλλυρέα, vel ut apud Æginetam lib. VII. legitur φιλυρέας: φιλλυρέας, τοῦ δένδρου τὰ φύλλα παραπλησίως στύφει, ὡς τῆς ἀγρίας ἐλαίας. *Phillyreæ folia similiter, ac sylvestris olivæ adstringunt.* φιλλυρέα perpetuo est folio: hujus descriptionem non tradidit Theophrastus: fecit id Diosc. lib. I. cap. CXXV. Phillyreæ historiam dabo lib. III. ubi de tilia nobis erit sermo. Multi vocis Græcæ vicinitate decepti, tiliam cum phillyrea confundunt.

Μυρίκη.) Quæri potest, utrum μυρίκη inter ἀείφυλλα recenseri debeat, quippe folia hyemis injuria facile cadunt; & licet diligenter adversus hyemis sævitiem defendatur arbor, nihilominus tamen folia mense Martio amittit, quod etiam in calidis patitur regionibus, qualis Narbonensis Gallia. Dicendum, inter ἀείφυλλα referri, quod tempus, quo foliis caret, exiguum admodum sit, ac vix mensem excedat. Primo enim vere, Aprili nempe mense, vel ad Martij finem, nova folia germinaque producit.

Ἀγρία, δάφνη.) Scribe ἀγρία δάφνη. Id est sylvestris laurus, quæ tinus vocatur. Plin. XV. cap. XXX. *Postea accessere genera tinus, hanc sylvestrem laurum aliqui intelligunt.* Sic scribendum, deleta distinctionis nota, indicat, quod & ἀγρίας & δάφνης, paulo ante mentionem fecerit. Malunt viri docti ἀντὶ ἀγρία, ἀρία legere, sed φελλόδρυς, ἀρία vocatur, ut lib. III. cap. XVI. docet Theophrastus.

Οἴναρος.) Plin. lib. XVI. cap. XXI. *Inter utraque genera sunt Adrachne in Græcia, & ubique unedo; reliqua enim folia decidunt his, præterquam in cacuminibus.* Οἴναρον, si non corruptum, Plinius unedonem interpretatus est. Puto legendum κόμαρος. τὸ οἴναρον, vitis folium. Hesychius, οἴναρα τὰ τῆς ἀμπέλου φύλλα. Hoc sensu apud Theophrastus accipitur, lib. IX. cap. XIV. ubi de pentaphyllo agit. ἴσχει δὲ τὸ φύλλον ὥσπερ οἴναρον. Doctissimus Gaza, *habet folium vitis.* Xenoph. Oecon. ἄμπελος ἀφαιρεῖ τὸν καρπὸν ἀπὸ οἰνάρων. *Vitis, fructum sine folijs servat.* Arbutus hyberno tempore folia tantum in cacumine habet, Ratio hujus rei videtur, quod succus alimentumque

tumque ad extimas mittatur partes: hæc etiam causa, cur folia in cunctis plantis parte terræ proxima, primum defluant, quod primum hæc nutrimento destituantur. Alia etiam de causa arbuti tantum cacumen semper viret. Quippe natura illud, quod in reliquis perpetuifolio plantis inservit ad conservationem foliorum, in arbuto consumit in novis producendis ramis.

Θαμνώδων.) Plin. loco citato: *Non decidunt autem & in fruticum genere quibusdam,* (vulgo *cuidam*) *rubo & calamo.*

Ῥοδωνιά.) Doctiss. Gaza vertit rosam. Malunt alii in plurali rosacea, nonnulli rosarium, id est plantarium rosarum. Sic libro IV. cap. XIII. χοινιά pro junci planta cum suo cespite sumitur. lib. VI. cap. III. Ἀσπαραγία, pro asparagi sylva. Hesychius, ῥοδωνιά ὁ τόπος ἔνθα φύεται τὰ ῥόδα, καθάπερ καὶ ἰωνιὰ ὅπου τὰ ἴα φύεται, καὶ κρινωνιὰ ἔνθα τὰ κρίνα. *Rhodonia locus ubi rosa nascitur, Ionia ubi viola, Crinonia ubi lilium.* Sed rosa, hactenus cognita, folia amittit. Hæc vox & alias habet significationes. Suidas: Ῥοδωνιά· ἡ τῶν ῥόδων φυτεία. ὥσπερ ἰωνιὰ ἡ τῶν ἴων. Ῥοδωνιά. ἔστι μὲν ὁ τῶν ῥόδων λειμών. ἄλλοι δὲ καὶ τὴν ῥοδοδάφνην οὕτω φασὶ καλεῖσθαι, ἕτεροι δὲ εἶδος ἀμπέλου φερούσης σταφυλὴν παραπλησίαν τῷ ῥόδῳ κατὰ τὸ χρῶμα. *Rhodonia rosarũ plantarium, ut Ionia violarum, rhodonia, rosarum pratum. Alii rhododaphnen ita vocari scribunt, nonnulli vitis quoddam genus uvas ferens colore rosæ similes.* Rhododaphnem, id est, laurum roseam vocari scribit, & hoc significatu Plinius accepisse videtur. lib. XVI. cap. XX. *Harum generi non decidunt, oleæ, lauro, palmæ, myrto, cupresso, pinis, ederæ, Rhododendro, & quamvis herba dicatur Sabinæ. Rhododendron, ut nomine apparet, à Græcis venit, alii Nerion vocarunt, alii rhododaphnen, sempiternum fronde, rosæ similitudine, caulibus fruticosum; jumentis caprisque, & ovibus venenum est; idem homini contra serpentium venena remedio est.* Nerion luculenter à Dioscoride describitur lib. IV. cap. LXXXII. Νήριον, οἱ δὲ ῥοδοδάφνη, οἱ δὲ ῥοδόδενδρον, θάμνος γνώριμος· ἀμυγδάλης μακρότερα, καὶ παχύτερα (vetus τραχύτερα) ἔχων φύλλα (hanc periodum ex vetusto codice in hunc modum legit Lacuna: Ἀμυγδάλῃ φύλλα ἔχων ὅμοια, μακρότερά τε καὶ παχύτερα, καὶ πλατύτερα, καὶ τραχύτερα.) τὸ δὲ ἄνθος ῥοδοειδές. καρπὸν δὲ (vetus cod. καρπὸν δὲ φέρει ὡς κέρατα) ἐμφερῆ ἀμυγδάλῳ ὡς κέρατι, ἀνεῳγμένον πλήρη ἐριώδους φύσεως, ὅμοιον τοῖς ἀκανθίνοις (vulgat. cod. ὑακινθίνοις, vetus quidam ἀκανθίνοις παππώδεσι) πάπποις. ῥίζα δὲ ἀποξὺς, καὶ μακρὰ, ξυλώδης, γευομένῳ ἁλμυρά. φύεται ἐν παραδείσοις, καὶ παραθαλασσίοις (vetus caret.) τόποις καὶ παραποταμοῖς. (Ald. παραποταμίοις) δύναμιν δὲ ἔχει τὸ ἄνθος, καὶ τὰ φύλλα, κυνῶν (vetus κτηνῶν μὲν πάντων φθαρτικὴν) μὲν, καὶ ὄνων, καὶ ἡμιόνων, καὶ τῶν πλείστων τετραπόδων δὲ ζώων φθαρτικὴν, ἀνθρώπων δὲ σωστικὴν σὺν οἴνῳ πινόμενα πρὸς δήγματα θηρίων, καὶ μᾶλλον εἰ πηγάνου προσμίξειας τὰ ἀσθενέστερα (vetus ἀσθενέστατα) τῶν ζώων, ὡς αἶγες καὶ πρόβατα, ἐπὰν τὸ ἀπόβρεγμα αὐτῶν πίῃ, ἀποθνήσκει. Doctiss. Saracenus, ἀντὶ ὡς κέρατι, legit ὡς κέρας, seu potius ὡς κεράτιον ἀνεῳγμένον, vel si mavis κεράτιον δὲ ἐμφερὲς ἀμυγδάλου καρπῷ καὶ ἀνεῳγμένον, πλῆρες. *Nerion quibusdam rhododaphne, aliis rhododendron vocatum, frutex est vulgaris notitiæ, longioribus, crassioribusque foliis, quam sint amygdalina: flore ad rosæ similitudinem conformato, & siliqua, fructui amygdalino proxima, quæ quidem dehiscens lanosa quadam natura acanthii pappos repræsentante plena reperitur, radice acuminata & longa, lignosa, atque gustanti salsa. Nascitur in viridariis, maritimisque locis, & secus amnes. Flores ac folia canibus, asinis, mulis, & plerisque quadrupedibus venena sunt: hominibus vero contra venenatarum bestiarum morsus præsidia, si è vino bibantur, eoque magis ruta addita, imbecilliores autem animantes, uti capræ ac pecudes, si aquam biberint, in qua illa maduerint, moriuntur.* Quæ lectio mihi probetur, infra dicam; nunc alia considerabimus. Primo an Νῆρις, cujus apud Nicandrum in Ther. fit mentio, sit Νήριον Dioscoridis:

> Νῆριν, πηγάνιόν τε περὶ βρύῃς ἐν δέ τι θύμβρης
> Δρεψάμενος βλαστόν.

> *Nerimque, & latè ducentem germina rutam,*
> *Surculus addatur Thymbræ.*

Placet botanicis exercitatissimis Νήριον, rhododendrum esse, credo quod Dioscorides præscribat, adversus serpentum venena cum ruta. Dioscoridis sententiam confirmat Plin. lib. XXIV. cap. XI. *Rhododendron ne nomen quidem apud nos invenit Latinum, rhododaphnen vocant, aut nerium. Mirum, folia ejus quadrupedum venenum esse, homini vero contra serpentes præsidium: ruta addita è vino pota. Pecus etiam & capræ, si aquam biberint, in qua folia maduerint, mori dicantur.* Contra Galenus in lib. VII. de simpl. homini etiam venenum scribit, Νήριον ἢ ῥοδοδάφνη, γνώριμος ἅπασι θάμνος. ἔξωθεν μὲν τοῦ σώματος εἰ καταπλασθείη, διαφορητικῆς ἐστὶ δυνάμεως, εἴσω δὲ λαμβανομένη ὀλέθριός τε, καὶ δηλητήριος, οὐκ ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείστοις τῶν βοσκημάτων. Eadem ferè repetit infra Littera ρ. Ῥοδοδάφνη, κατὰ μὲν τὴν ὅλην οὐσίαν δηλητήριός ἐστιν, οὐκ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πλείστων βοσκημάτων. *Nerium, aut rhododaphne notus omnibus frutex, foris quidem illitus, digerendi vim obtinet, porro si intra corpus assumatur, perniciosus ac venenosus, non tantum hominibus, sed plerisque etiam pecudibus est. Rhododaphne tota sua essentia venenum est, nec tantum homini, sed plerisque pecoribus.* Cæterum Dioscoridem & Galenum conciliare doctiores student, ac dicunt, quod hominibus sanis venenum est, id ipsum à serpente demorsis remedio esse: sunt enim venena plerumque aliorum venenorum ἀλεξιφάρμακα. Sed liceat tantorum virorum pace dicere, quod auguror; vocum vicinitatem deceptum dico Dioscoridem. Νῆρις, Nicandro planta à rhododendro multum diversa, nec alia quam nardus montana. Dioscorides lib. I. cap. VIII. ἡ δὲ ὀρεινὴ νάρδος, καλουμένη δὲ ὑπό τινων καὶ θυλακῖτις καὶ νῆρις. *Nardus montana, quæ à quibusdam Thylacitis & neris appellatur.* Nardum montanam adversus venenatarum bestiarum ictus, morsusque valere, nemo in dubium facile vocabit. Νήριον itaque & νῆρις plantæ diversæ. Νήριον deducunt ab νη particula negativa, & ἔραμαι amo; quasi inamabilis herba: alii à Nymphis Nereidibus nomen impositum scribunt; Nereus Deus marinus, παρὰ τὸ νη καὶ ῥεῖν οἱονεὶ νηχόμενος Θεός. A particula νη & ῥεῖν, quod fluere significat, quasi Deus natans; maritima planta nerion, quæ sic vocatur ἀπὸ τοῦ νη ῥεῖν, quod corpus minimè fluvidum reddat, sed potum, repente intolerabiles excitet angustias: intumescit enim venter, & subsequitur universi corporis inflammatio, omnisque humidi exstinctio. Rhododaphne nuncupatur à flore rosæ simili, & foliis laurinis. Rhododendrum, id est rosea arbor, à roseo flore; & hæc de nomine. Folia hujus amygdalinis comparat Dioscorides; rectius laurinis comparasset, ac dixisset esse acutiora & tenuiora. Sũt tamen amygdali forma, sed latiora, majora, crassiora, asperiora, durioraque, & hæc causa, cur lectionem antiquam quam repperit doctiss. Lacuna, neutiquam rejiciendam puto. Flores, ait, ad rosæ similitudinem esse. Rosea dilura purpurissa nitent Augusto mense, amygdalinis aut mali majores, quos interdum rubellos, interdum albos producit. Horum similitudine deceptus quondam fuit Lucius Apulejus sub asini Metamorphosi, dum rosas quæreret, quarum pastu in pristinam formam restituendus erat. Nam cum procul rhododaphne vidisset suis floribus vestitum, ratus eos esse veras rosas, aperto ore tanta aviditate accurrit, ut parum abfuerit, quin eas primo occursu imprudens devorarit: verum is, cum in plantarum historia, & viribus earum indagandis, diligentissimus auctor esset, non immemor nerii flores depastos, asinis venenum præsentaneum esse, labra submovit, dimissisque ad terram auribus, abiit. Utrumque genus floruit in horto Lugduni Batavo. Floribus pereuntibus, succedunt siliquæ digitalis longitudinis, teretes, in quibus semen longum fuscum, læve, lanosis floccis albidis implicitum, qui & vento, sicuti pappi, abripiuntur.

Nerium, Rhododaphne, Laurus rosea, Rhododendrum, Oleander floribus rubellis.



Nerium floribus albis.



Dioscorides amygdalæ comparat: similitudo fructus rhododendri, cum amygdala, intelligenda prorsus est, vel de exigua siliqua, & adhuc adolescente; vel ob corticis viriditatem & crassitiem: alioquin haud rectè adulta siliqua angusta, oblonga, nullo subjecta duro & lignoso nucleo, lanuginosis tantum villis, cum amygdala compararetur. Sed locum corruptum puto, ac legendum, καρπὸν δὲ ὥσπερ κεράτιον, ἀνεωχμένον; omissis ἐμφερῆ ἀμυγδάλῃ, quas voces sciolum quendam addidisse puto. Lego etiam ἀκανθίνοις, non ὑακινθίνοις; tum quod hyacinthus nullos habeat pappos, tum quod experientia doceat, lanam qua refertus est fructus rhododendri, similem esse pappis spinarum sive carduorũ. Non admodum est frequens, nisi tepidioribus ad meridiem mareque vergentibus fluentorum crepidinibus, & littoreis, cujusmodi ad Olbiam Galloprovinciæ, Genuam Ligurum, & Libornam arcem maritimam Thusci, Thyrrhenique maris. Plantam deleteriam dixi. In Hispania hujus succo sagittas nostris temporibus infici, ut lethalia vulnera fiant, ex relatu aliorum tradit doctiss. Camerarius. Murum sylvestrium aditus nerio claudi jubet Palladius lib. I. cap. XXXV. qui hoc flore dum exire conantur pereunt. Similè quid tradit Cassianus Bassus lib. XIII. cap. V. Οἱ δὲ κατὰ Βιθυνίαν ἔμπειροι, ῥοδοδάφνης φύλλοις τὰς ὀπὰς ἐμφράττουσιν, ὥστε αὐτὰς ἐξιέναι σπεύδοντας, τοῖς ὀδοῦσιν ἅπτεσθαι. ἁπτόμενοι γὰρ διαφθείρονται. In MSS. codicibus paulo aliter locus hic legitur, eodem tamen sensu. Οἱ δὲ κατὰ Βιθυνίαν ἔμπειροι, ῥοδοδάφνης φύλλα εἰς τὰς ὀπὰς ἐμφράξαντες, ὥστε αὐτοὺς ἐξιέναι σπεύδοντας, τοῖς ὀδοῦσιν ἅπτεσθαι. ἁπτόμενοι γὰρ φθείρονται. *Qui vero in Bithynia rei periculum fecerunt, rhododaphnes folia in foramina obdunt, quo mures prodire gestientes, illa dentibus contingant. ex contactu enim necantur.* Hactenus de rhododendro. Restat inquiramus, quæ planta ῥοδωνιὰ Theophrasto vocetur. Quod non intelligat rhododendrum, probatur ex cap. VI. lib. VI. ubi agit de rosis: Φύεται μὲν ἡ ῥοδωνιὰ, καὶ ἐκ τοῦ σπέρματος· ἔχει δὲ ὑπὸ τὸ ἄνθος ἐν τῷ μήλῳ κνηκῶδες ἢ ἀκανθῶδες, ἔχον δέ τινα χνοῦν. Rhododendrũ non habet semen quod sub flore malo inclusum est, lanugine cnici modo aut echini carduorum obductum, sed flori subsequitur siliqua, à mali forma plane diversa. Ῥοδωνιὰν rosam interpretor. Atqui rosa hyeme foliis vidua. Ad hoc respondeo, non omnem rosam folia amittere. Datur enim rosa, cui perennis frons, qualis rosa *del cairo* vulgo dicta; id est rosa ex Cairo urbe Ægypti delata. Differt hæc à vulgari rosa, quod Octobri vel Novembri mense floreat, flore quidem rosæ forma, sed liliorum positu. Adversus hyemis injurias munienda. frigoris enim impatiens. De hac aut simili rosa verba Theophrasti intelligenda.

Μήκων.) Inter ἀείφυλλα numeratur μήκων papaver, cum in totum semine maturo intereat. Dicendum, non omne papaver interire. Cornicularum plures in horto nostro duravit annos, tandem floruit, semen tulit, periit. Sed vulgare papaver, cur inter perpetuifolia numerare non licet? interit quidem quotannis, sed novis statim prodeuntibus plantis, quæ tota hyeme virent; & ea quidem de causa inter perpetuo virentes plantas numeratum à Theophrasto.

Ἐν δὲ Συβάρει.) Similiter Plin. lib. XVI. cap. XXI. *In Thurino agro, ubi Sybaris fuit, ex ipsa urbe conspiciebatur quercus una, nunquam folia dimittens nec ante mediã æstatem germinans, idque mirum & Græcis auctoribus proditum, apud nos postea sileri.* Eundem Theophr. locum exscripsit Varro. Vide Annot. Constantini. Meminit excellentiss. Lobelius quercus perpetua fronde virentis. *Hujus querceta*, inquit, *in Gallo Provincia oriri audio. Glandes nostratibus similes sunt, quales D. Christophoro Plantino hoc anno serendas misit eruditißimus D. N. Rache apud Lutetianos Medicus, & Chirurgus clariss. & stirpium omniumque naturæ opum, ut siquis alius, gnarus.* Ego hoc observavi, tenellas ac nondum adultas quercus, folia diutius retinere, quam antiquas. Vidi mense Decembri viridem quercum: eandem tamen Ianuario mense folia amisisse, conspexi. Idem Plin. l. XII. cap. I. *Est Gortynæ in insula Creta juxta fontem platanus una, insignis utriusque linguæ monumentis, nunquam folia dimittens. Statimque ei Græciæ fabulositas superfuit, Iovem sub ea cum Europa concubuisse; ceu vero non alia ejus generis esset in Cypro; sed ex ea primum in ipsa Creta (ut est natura hominum novitatis avida) platani satæ regeneravere vitium: quandoquidem commendatio arboris ejus non alia major est, quam solem æstate arcere, hyeme admittere.* Ex hoc Plinij loco malè in Basileens. codice scribi παρὰ σελήνῃ τινι, cognoscimus. lege κρήνῃ, ut in margine Basileens. cod. scriptum est; vel πηγῇ, quomodo in vulgatis legitur codicibus. Pro soli cœlive varietate

quasdam

quasdam arbores folia retinere, & amittere, recentiorum constat experimento. Suber perpetua fronde in Italia ac Hispania viget, circa Pyrenæos montes foliis Hyberno tempore exuitur; quod de φελλῷ observavit Theophrastus lib. III. cap. XVI.

φυλλοβολεῖ.) Quod de amissione foliorum dicit, ut plurimum, immo semper ferè verum. Paucæ plantæ autumno nova folia promunt, sed hæ, æstate, vel ad finem veris eadem amittunt. Perdit sub finem veris, vel prima æstate folia colchicum, novaque emittit postquam defloruit autumno. Idem in mandragora observavi. Vidi crocum autumno statim à flore folia nova produxisse; novi eadem vere flaccida, ac periisse. Frustra quis ea æstate, quæ nullibi conspicua, quæreret. Qui hæc ignorat; an in Botanicorum classem referri mereatur? De autumnali narcisso taceo; de papavere nihil dico, nec de anemonum quibusdam generibus quicquam proferam: autumnali tempore folia promunt: primo vere florent, ac paulo post folia cadunt, quod neminem latet. Rectè adagium, una hirundo non facit ver. Una exceptio, legis vim non infringit. Sic nec crocus, nec papaver, nec colchicum, & si qua sunt similia, Theophrasti sententiæ adversantur.

ΚΕΦ. ΚΑ. — CAP. XVI.

De foliorum differentia & figura: de lauru Alexandrina.

ΤΑ δὲ φύλλα τῶν μὲν ἄλλων δένδρων ὅμοια πάντων αὐτὰ ἑαυτοῖς. τῆς δὲ λεύκης, καὶ τοῦ κιττοῦ, καὶ τοῦ καλουμένου κρότωνος, ἀνόμοια καὶ ἑτεροσχήμονα. τὰ μὲν γὰρ νέα, περιφερῆ· τὰ δὲ παλαιότερα, γωνοειδῆ. καὶ εἰς τοῦτο ἡ μετάστασις πάντων. τοῦ δὲ κιττοῦ, ἀνάπαλιν· νέου μὲν ὄντος, ἐγγωνιώτερα, πρεσβυτέρου δὲ, περιφερέστερα. μεταβάλλει γὰρ καὶ οὗτος. ἴδιον δὲ καὶ τὸ τῇ ἐλαίᾳ, καὶ τὸ τῇ ”φιλύρᾳ, καὶ τῇ πτελέᾳ, καὶ τῇ λεύκῃ συμβαῖνον. στρέφειν γὰρ δοκοῦσι τὰ ὕπτια μετὰ τροπὰς θερινάς. καὶ τούτῳ γνωρίζουσιν, ὅτι γεγένηται τροπή. πάντα δὲ τὰ φύλλα διαφέρει, καὶ τὰ ὕπτια καὶ τὰ πρανῆ. καὶ τῶν μὲν ἄλλων τὰ ὕπτια † ποωδέστερα καὶ λειότερα. τὰς γὰρ ἶνας καὶ τὰς φλέβας ἐν τοῖς πρανέσιν ἔχουσιν· ὥσπερ ἡ χείρ. τῆς ”ἐλαίας δὲ λευκότερα, καὶ ἧττον λεῖα. λεῖα δὲ καὶ τὰ τοῦ κιττοῦ. πάντα δὴ ἢ τά γε πλεῖστα † ἐκφανῆ ἔχει τὰ ὕπτια. καὶ ταῦτα γίνεται τῷ ἡλίῳ φανερὰ, καὶ στρέφεται τὰ πολλὰ πρὸς τὸν ἥλιον. διὸ καὶ οὐ ῥάδιον εἰπεῖν, ὁπότερον πρὸς τῷ κλωνὶ μᾶλλόν ἐστιν. ἡ μὲν γὰρ ὑπτιότης, μᾶλλον δοκεῖ ποιεῖν τὸ πρανές· ἡ δὲ φύσις οὐχ ἧττον βούλεται τὸ ὕπτιον ἄλλως τε καὶ ἡ ἀνάκλασις διὰ τὸν ἥλιον. ἴδοι δὲ ἄν τις, ὅσα πυκνὰ καὶ κατάλληλα. καθάπερ ἡ τῶν μυρρίνων. οἴονται δέ τινες καὶ τὴν ‡ τροφὴν τῷ ὑπτίῳ διὰ τοῦ πρανοῦς εἶναι, διὰ τὸ ἔνικμον ἀεὶ τοῦτο καὶ χνοῶδες εἶναι. οὐ καλῶς λέγοντες. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως συμβαίνει χωρὶς τῆς ἰδίας φύσεως, καὶ διὰ τὸ μὴ ὁμοίως ἀλλοιοῦσθαι. ἡ δὲ ”τροφὴ διὰ τῶν φλεβῶν ἢ ἰνῶν ὁμοίως. ἀμφοτέροις δὲ ἐκ θατέρου εἰς θάτερον, οὐκ εὔλογον μὴ † ἔχουσι πόρους μηδὲ βάθος ‡ διιόν. ἀλλὰ περὶ μὲν τροφῆς διὰ τίνων, ἕτερος λόγος. διαφέρουσι δὲ καὶ τὰ φύλλα πλείοσι διαφοραῖς. τὰ μὲν γάρ ἐστι πλατύφυλλα, καθάπερ ἄμπελος, συκῆ, πλάτανος. τὰ δὲ στενόφυλλα, καθάπερ ἐλαία, ‡ ῥοιά, μύρρινος. τὰ δὲ ὥσπερ ”ἀκανθόφυλλα, καθάπερ πεύκη, πίτυς, κέδρος. τὰ δὲ οἷον σαρκόφυλλα (τοῦτο δὲ, ὅτι σαρκῶδες ἔχουσι τὸ φύλλον) οἷον κυπάριττος, μυρίκη, μηλέα. τῶν δὲ φρυγανικῶν, κνέωρος, στοιβή. καὶ τῶν ποωδῶν, ἀείζωον, πόλιον, τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τοὺς σῆτας τοὺς ἐν τοῖς ἱματίοις, ἀγαθόν. τὰ γὰρ αὖ τῶν τευτλίων ἢ ῥαφανίδων ἄλλον τρόπον σαρκώδη, καὶ τὰ τῶν πηγανίων καλουμένων. ἐν πλάτει γὰρ καὶ οὐκ ἐν στρογγυλότητι τὸ σαρκῶδες. καὶ τῶν θαμνωδῶν δὲ ἡ ”μυρίκη σαρκῶδες τὸ φύλλον ἔχει. ἔνια δὲ καὶ καλαμόφυλλα. καθάπερ ὁ φοῖνιξ, καὶ ὁ κόϊξ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ταῦτα δὲ ὡς καθόλου εἰπεῖν † γωνιόφυλλα. καὶ γὰρ ὁ κάλαμος, καὶ ἡ κύπειρος, καὶ ὁ βούτομος, καὶ τὰ ἄλλα δὲ τῶν λιμνωδῶν, τοιαῦτα. πάντα δὲ ὥσπερ ἐκ δυεῖν σύνθετα, καὶ τὸ μέσον οἷον τρόπις. ‡ ὅθεν τοῖς ἄλλοις μέγας πόρος ὁ μέσος. διαφέρουσι δὲ καὶ τοῖς σχήμασι. τὰ μὲν γὰρ περιφερῆ, καθάπερ τὰ τῆς ἀπίου. τὰ δὲ, προμηκέστερα, καθάπερ τὰ τῆς ”μηλέας. τὰ δὲ εἰς ὀξὺ προήκοντα

” φιλύρᾳ Al.

† ποωδέστερα Bas.

‡ τροφὴν Bas. Al.

” τροφὴ Al. Bas.

† ἔχοντα Al.

‡ διιόν. Al.

‡ ῥοιά. ” ἀκανθόφυλλα Al. Bas.

” ἐρείκη.

† γωνιόφυλλα Al. Bas.

‡ Fortè ἐνδόθεν δὲ τοῖς.

” μηλίνης Alii.

Folia vero in cæteris omnibus arboribus sibi ipsa similia sunt. Populi autem, atque ederæ, ejusque, qui ”croton vocatur, dissimilia figuraque diversa habentur. Nova enim orbiculantur: † veterata in angulum exeunt. Inque id omnium mutatio desinit. At ederæ contra. Dum enim nova est; angulatiora folia gerit: cum autem ætate provecta fuerit; rotunda. Nam ea quoque apta est foliis immutari. Illud sane peculiare, quod oleæ, tiliæ, ulmo, populo evenire videtur. ‡ Vertunt enim partes supinas mox post solstitium æstivū: eoque argumento rustici solstitium confectum intelligunt. Omnia folia parte prona supinaque inter se distant. Ac cæterorum pars supina viridior atque levior est. Nervulos enim & venas in pronis habent: sicut manus. ”Oleaginorum vero pars ea ipsa candidior minusque levis. Edera quoque frondes leves parte superna habet. Omnia, aut certe plurima, parte † supina perspicua pendent: eaque soli exponuntur, vertunturque magna ex parte solem versus. Quapropter haud facilè dixeris utra pars potius ad ramulum vergat. Quippe cum resupinatio quidem partem proximiorem pronam reddat: natura vero non minus supinam velle videatur. Præsertim cum reflexus solis causa fiat. Facile id spectari in iis potest, quæ crebra ordinataque sunt: quemadmodum myrti. Nonnulli & alimentum parti supinæ per pronam deferri existimant: quia madida semper lanuginosaque est. Sed non rectè. Id enim absque natura propria fortasse contigit, quia non simili modo alterantur. Alimentum vero per venas aut nervos æque ambabus defertur partibus. Ex altera enim ad alteram deferri, nulla ratio est: † cum meatus non habeat, neque ima quæ subeat. Sed de alimento, quibus tandem ministrantibus offeratur, altera disputatio esse debet. Folia vero pluribus ipsa quoque differentiis inter se distare videntur. Quippe cum arborum aliis ‡ ampla sint; ut viti, fico, platano: aliis angusta; ut oleæ, punicæ, myrto: aliis ”rara; ut pino, † abieti, cedro: aliis veluti carnosa; scilicet quia pulpa constant: ut cupresso, myricæ, malo: & in ‡ fruticum genere: cneoro, stibæ. Et herbarum: sempervivæ, polio; quod contra vermiculos noxios vestimentis interpositum valet. Nam betarum folia aut brassicarum, ”earumve, quas rutulas vocant, alio modo carnosa sunt. Caro enim in latitudinem distenditur, non in rotunditatem crassatur. † Myricæ inter frutices foliorum carnosum. Nonnullis arundinacea: ut palmæ, coici, cæterisque similibus: quæ (ut in universum loquar) foliis angularibus constant. Et enim arundo, ‡ gladiolus, butomus, cæteraque palustria, foliis ejusmodi sunt. ”Cuncta autem folia, quasi ex duobus constare videntur; mediumque veluti carinam habere: † unde & cæteris meatus medius amplus porrigatur. Differunt item figura: alia enim

” *Croton, vulgo ricinus vocatur.*

† *Angulata vetera conspiciuntur.*

‡ *Vertere videntur.*

” *Oleæ.*

† *Splendida sunt parte supina.*

† *Cum non habeat spatia, quibus sese a prona in supinam penetret.*

‡ *lata.*

” *ensifolia.*

† *piceæ.*

‡ *suffruticũ genere casiæ stoebæ.*

” *nec non rutarum.*

† *ericæ.*

‡ *cyperus.*

” *Cuncta autem folia, quasi ex duobus coagmẽtata habere videntur, aut in medio carinata sunt, aut intrinsecus amplo meatu pertusa.*

† παραγωνίζοντα, καθάπερ τὰ τοῦ σμίλακος. καὶ τὰ μὲν ‡ εὔσχιστα καὶ οἷον πελονώδη, καθάπερ τὰ τῆς ἐλάτης, καὶ τὰ τῆς πτερίδος. τρόπον δέ τινα σχιστὰ καὶ τὰ τῆς ἀμπέλου. καὶ τὰ τῆς συκῆς, ὥσπερ ἂν εἴποι τις, " σκολοπώδη. ἔνια δὲ καὶ ἐντομὰς ἔχοντα. καθάπερ τὰ τῆς πτελέας, καὶ τὰ τῆς ἡρακλεωτικῆς, καὶ τῆς δρυός. τὰ δὲ καὶ † παρακανθίζοντα καὶ ἐκ τοῦ ἄκρου καὶ ἐκ τῶν πλαγίων οἷον, τὰ τῆς πρίνου, τὰ τῆς ‡ δρυὸς, καὶ σμίλακος, καὶ βάτου, καὶ παλιούρου, καὶ τὰ τῶν ἄλλων. ἀκανθῶδες δὲ ἐκ τῶν ἄκρων, κατὰ τὸ τῆς πεύκης, καὶ πίτυος, καὶ ἐλάτης, ἔτι δὲ κέδρου, καὶ " κεδρίας. φυλλάκανθον δὲ ὅλως. ἐν μὲν τοῖς δένδροις οὐκ ἔστιν οὐδὲν, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ὑλήμασίν ἐστιν οἷον ἡ τ' ἄκορνα, καὶ ἡ δρυπίς. καὶ ὁ ἄκανος, καὶ σχεδὸν ἅπαν τὸ τῶν ἀκανθωδῶν γένος. ὥσπερ γὰρ φύλλον, ἐστὶν ἄκανθα πᾶσιν· εἰ δὲ μὴ φύλλα τις ταῦτα θήσει, συμβαίνοι ἂν ὅλως ἄφυλλα εἶναι. ἐνίοις † δὲ ἄκανθαν μὲν εἶναι, φύλλον δὲ ὅλως οὐκ ἔχειν, καθάπερ ὁ ‡ ἀσπάραγος. πάλιν δὲ ὅτι τὰ μὲν ἄμισχα, καθάπερ τὰ τῆς σκίλλης καὶ τοῦ βολβοῦ. τὰ δὲ ἔχοντα μίσχον· καὶ τὰ μὲν μακρὸν, οἷον ἡ ἄμπελος, καὶ ὁ κιττός. τὰ δὲ βραχὺν καὶ οἷον " ἐμπεφυκότα, καθάπερ ἐλαία. καὶ οὐχ ὥσπερ ἡ τῆς πλατάνου καὶ τῆς ἀμπέλου προσηρτημένον. διαφορὰ δὲ, καὶ τὸ μὴ ἐκ τῶν αὐτῶν εἶναι τὴν πρόσφυσιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν πλείστοις, ἐκ τῶν ἀκρεμόνων. τῆς δρυὸς δὲ καὶ ἐκ τοῦ στελέχους. τῶν δὲ λαχανωδῶν τοῖς πολλοῖς εὐθὺς ἐκ τῆς ῥίζης, οἷον κρομμύου, σκορόδου, κιχωρίου. ἔτι δὲ ἀσφοδέλου, σκίλλης, βολβοῦ, † σισυριγχίου, καὶ ὅλως τῶν βολβωδῶν. καὶ τούτων δὲ, οὐχ ἡ πρώτη μόνον ἔκφυσις, ἀλλὰ καὶ ὅλος ὁ καυλὸς ἄφυλλον. ἐνίων δὲ ὅταν γένηται φύλλα, εἰκός. οἷον, θριδακίνης, ὠκίμου, σελίνου, καὶ τῶν σιτηρῶν ὁμοίως. ἔχει δὲ ἔνια τούτων καὶ ‡ τὸν καυλὸν λεῖον πρῶτον, εἶτ' ἀκανθίζοντα, ὡς ἡ θριδακίνη. " καὶ τὰ ἀκανθώδη πάντα. καὶ τῶν θαμνωδῶν τινα. καὶ ἔτι δὲ μᾶλλον, οἷον βάτος, παλίουρος. κοινὴ δὲ διαφορὰ πάντων ὁμοίως δένδρων καὶ τῶν ἄλλων. ὅτι τὰ μὲν, πολύφυλλα, τὰ δὲ ὀλιγόφυλλα. ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πᾶν τὰ πλατύφυλλα, τὰ δὲ στενόφυλλα, † τὰ δὲ ὀξύφυλλα, τὰ δὲ ‡ εὔτακτα, καθάπερ μύρρινος. τὰ δὲ, ἄτακτα καὶ ὡς ἔτυχε, καθάπερ σχεδὸν τὰ πλεῖστα τῶν ἄλλων ἦν. ἴδιον δὲ ἐπὶ τῶν λαχανωδῶν, οἷον κρομμύου, " γητείου, τὸ κοιλόφυλλον. ἁπλῶς δὲ αἱ διαφοραὶ τῶν φύλλων, ἢ μεγέθει, ἢ πλήθει, ἢ σχήματι, ἢ πλατύτητι, ἢ κοιλότητι, ἢ στενότητι, ἢ τραχύτητι, ἢ λειότητι· καὶ τῷ παρακανθίζειν, ἢ μή· ἔτι δὲ κατὰ τὴν πρόσφυσιν, ὅθεν ἢ δι' οὗ. τὰ μὲν ὅθεν, ἀπὸ ῥίζης, ἢ κλάδου, ἢ καυλοῦ, ἢ ἀκρέμονος· τὸ δὲ δι' οὗ, ἢ διὰ μίσχου, ἢ δι' αὐτοῦ. καὶ εἴδη πολλὰ ἐξ αὐτοῦ. καὶ ἔνια καρποφόρα μεταξὺ περιειληφότα τὸν καρπόν· ὥσπερ ἡ Ἀλεξανδρεία δάφνη ἐπιφυλλόκαρπος. αἱ μὲν οὖν διαφοραὶ τῶν φύλλων κοινοτέρως πᾶσαι εἴρηνται, καὶ σχεδόν εἰσιν ἐν τούτοις.

† παραγωνίζοντα. Al. vide comment.
‡ εὐθύσχιστα. Alij.
" Lege κορωνοποειδῆ.
† lege παρακανθίζοντα.
‡ φελλόδρυος.
" ἀχερίας vel κεδρίδος.
† γάρ. Scal.
‡ ἀσφάραγος.
" ἐμπεπηγότα Theod. ἐμπεφυκότα, indita sive producta.
† ἰσυριγχίου. Al. Bas.
‡ τὸν καυλὸν * εἶτ' ἀκανθίζοντα. Al. Bas.
" καὶ τὰ φύλλα ἀκανθώδη.
† τὰ στενόφυλλα. deest Al. Bas.
‡ ἄτακτα. Bas. Al. in eodem ὀξύφυλλα καθάπερ μύρρινος. τὰ δὲ ἄτακτα.
" γητείου. Bas. αὐτοῦ. Theod.

enim orbiculara; ut piri: alia † oblonga; ut mali; alia in acutum producta & in angulum ‡ depressa: ut ederæ Ciliciæ. Ad hæc alia multifida & quasi serrata: ut abietis, filicis. Vitis quoque aliquatenus fissa: fici, laciniata; & (ut ita dixerim) " cruciformia. Nonnulla † insecta: ut ulmi, ‡ roboris, nucisque avellanæ. Quædam cum extremo tum lateribus " sinuata considunt: ut ilicis, roboris, smilacis, rubi, paliuri, aliorumque: pini quoque, † laricis, abietis, atque etiam cedri, & ‡ cedriæ extremitate pungentia. Quod spinas omnino pro foliis habeat, nullum inter arbores est; quod nos quidem noverimus: at in genere materiæ humilis spinæ pro foliis: ut acornæ, drypidi, " acano, omnique pene generi spinoso. His enim omnibus loco folij spina oritur. Quod si quis folia hæc esse negaverit; carere folijs ea omnino sequetur. Vt quædam aculeata quidem sint; folium vero habeant nullum: ceu asparagus. Rursus alia pediculo carent: ut scillæ, bulbi: alia habent. Et alia longum; ceu vitis, ederæ: alia brevem; ut quasi infixa cohæreant: ceu oleæ: non sicuti † platani & vitis propendentia atque tremula. Illud quoque differentiam facit: quod non ex eisdem partibus ‡ pendeant; sed plurimis quidem ex " germine, nonnullis vero ex ramo: robori etiam ex caudice. Oleribus ex majore parte † folia illico ab radice exeunt: ut cepæ, allio, intubo erratico. Ad hæc assulæ regiæ, scillæ, bulbo, sichyrinchio; atque in totum bulbosis: ‡ quorum non solum quod primum oritur, verum etiam caulis omnino sine foliis est. Quorundam enim foliis jam perfectis caulis convenienter talis assurgit: ut lactucæ, ocymi, apij, & frumentorum. Simili modo nonnulla ex his caulem primo " mitem, post horridulum spinulis gerunt: ut lactuca. Et cuncta folia spinosa redduntur. Atque etiam magis in fruticum genere: ut rubus, paliurus. Omnium autem pariter arborum atque reliquorum differentia † publica, quod alia multis foliis alia paucis constant: & alia latis, alia ‡ angustis. Et alia ordinatis; ut myrtus: alia inordinatis, utque forte inciderit: ut major pene pars cæterarum plantarum. " Peculiare in oleribus, ceu cepæ, gethyo, foliorum concavitas. Ad summam foliorum discrimen, aut magnitudine, aut multitudine, aut figura, aut latitudine, aut angustia, aut cavitate, aut asperitate, aut levitate: Aut quod aculeis horrent, vel non. Ad hæc " dependentia, unde, quo. Vnde, id est, ab radice, aut † germine, aut caule, aut ramo. Quo; id est, ‡ pediculo, aut sine ipso: cujus etiam generis complura spectantur. Etiam fructifera nonnulla fructum foliis interceptum gerentia: ut laurus Alexandrina; quæ fructum super foliis gignit. Foliorum differentias jam communius diximus. Hisque pene continentur.

† oblongiora.
‡ desinentia.
" cornicis pedem referentia.
† cum incisuris.
‡ quercus.
" aculeata ut ilicis maris ac fœminæ, smilacis asperæ, rubi.
† piceæ.
‡ aquifoliæ.
" acano sive chamæleōte.
† platano, aut viti appensa.
‡ agnascantur.
" surculo.
† pediculi.
‡ quorū non solum ea caulis pars, quæ exit prima, verū etiam totus deinceps sine folijs est.
" levem.
† communis
‡ angustis, alia acutis, alia ordinatis.
" agnata.
† surculo.
‡ aut à pediculo, aut ab ipso, sc. folio. Et multæ sunt species eorū quę sine pediculo hærent. foliorum quædam fructifera fructum medijs folijs amplectentia, ut laurus Alexandrea, quæ folia super fructus dorsum gerit.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

SVpra ἐκ τῶν ἔχειν· καὶ μή. Hic ex qualitate, ac similitudine.

Τὰ μὲν γὰρ ἔνια περιφερῆ. τὰ δὲ παλαιότερα γωνοειδῆ. Theodorus, in angulum exeunt: non expreßit verbum Theophrasti. Namque populna in angulum: ederæ aliqua etiam in angulos; qui quidem crotoni etiam sunt frequentiores.

Καὶ εἰς τοῦτο μετάστασις πάντων. In hoc mutatio omnium. Id est, quæ mutantur, in angulum mutantur. Sanè Scabiosa, Malva, & alia. At Trifolium acidum, quam Iuliolam Romana voce appellant Itali, Barbari barbarè alleluja, non in angulum, sed in sinum. Recessum enim habent in orbe exteriore, quanto adultiora, tanto majorem:

 quemadmo-

quemadmodum folia quoque florum sylvestrium rosarum. Tum autem negligentia Theophrasti, qui cùm ita differeret: τῆς δὲ λεύκης, καὶ κιττοῦ ἀνόμοια: infert: τὰ μὲν γὰρ νέα περιφερῆ: inclusit etiam ederam exemplo inter ea, quæ νέα περιφερῆ. Et mox excludit: ac sic diceret. ἀνόμοια τῆς λεύκης, τοῦ κιττοῦ, τοῦ κρότωνος. τὰ μέντοι τὰ μὲν νέα περιφερῆ, τὰ δὲ παλαιότερα γωνοειδῆ. ὡς λεύκης, καὶ κρότωνος: τοῦ δὲ κιττοῦ ἔμπαλιν. Tametsi ne Crotonis quidem novella sunt orbiculata.

Πάντα δὲ τὰ φύλλα διαφέρει, καὶ τὰ ὕπτια καὶ τὰ πρανῆ. Non est dubium, quin supinam dicat eam partem, quæ cœlum respicit. Sic etiam dicit divinus Poëta, Collesque supini. Et supinum dormire, vulgus, quid sit, intelligit. Sic igitur, ait: Τὰ ὕπτια ποωδέστερα, & λειότερα. τὰς γὰρ ἶνας, καὶ τὰς φλέβας ἐν τοῖς πρανέσιν ἔχουσι. In pronis, id est, in imis, & quæ terram versus spectant, habent nervos, & venas. Præterea dicit, ἐκφανῆ ἔχει τὰ ὕπτια, καὶ ὥσπερ γίνεται ἡλίῳ φανερά. Sunt igitur partes superiores τὰ ὕπτια. At præceptor aliter usus est, atque ita aliter, ut contrario modo. Namque τὰ ὕπτια, vocat τὰ ὑπὸ. τὰ πρανῆ, τὰ πρὸς τὸ ἄνω. Ipse quoque Theophrastus in secundo ab hac sua sententia diversus, Aristotelis legibus propior fuit. De his in Commentariis historiarum de animalibus. Theodorus parum prudenter, hæc cum suo jure esset interpretatus, alia alterius sententiæ, paribus verbis expreßit. Error Theophrasti alter est, qui levitatem ab inferioribus cum amovet parti majori, attribuit olivæ, & ederæ. Contrarium enim patet. Illud etiam quæres, ait: Majorem partem habere superiora frondium visui objecta. Dixit τὰ πλεῖστα. Quia quibusdam adeò sunt surrectæ frondes, ut inferna melius videantur: præsertim in arboribus, quippe quibus rami sint sublimiores. Verum autem est, quod ait: στρέφεται τὰ πολλὰ πρὸς ἥλιον. Partem enim superiorem ad solem converti verißimum est. Et addit, adeò converti, ut nescias utrum latus superius, an inferius ramum versus spectet: atque ita, ut summum erat, videatur imum. Ambiguitatem declarat, & ejus caussam. Nam eventu quod summum erat, imum fit. At natura non mutat eo ex eventu summi ipsius constitutionem. Hoc est quod dicit ἡ μὲν γὰρ ὑπτιότης μᾶλλον δοκεῖ ποιεῖν τὸ πρανές. Vt dicas ex supina cognosci pronam. Nihilominus tamen ἡ φύσις βούλεται τὸ ὕπτιον. Non deserit seipsam natura in ipsa supinitate, quia supina esse pars ea videatur. Præsertim cùm ex Solis vi mutatio illa fiat, situs potius quam natura. Ponit deinde quorundam opinionem, alii supinam à prona: argumento esse venas, quæ in prona sint. Alimentum enim per venas. Præterea humorem in prona esse contradicit. οὐ καλῶς λέγοντες. Est igitur sententia cum judicio. Ratio contradictionis. Sua, inquit, cuique natura est. Æquè alitur sibi supina: æquè prona sibi, sed non æquè si inter se comparentur: in utraque enim venas esse. Superaddit autem rationem confirmationis. Non enim constare meatuum modum, aut responsum à supina in pronam. Mihi tamen priscorum commentum magis placet: neque enim venæ extant in supina, sicut in prona. Quanquam hoc maximè infirmat quod ajebat, non transmeare alimentum ab uno ad alterum: potest hoc persuaderi ex frondibus, quæ ubi siderantur, membranula remanet, qua supina & prona inter se discriminantur. Verùm in ea membrana animadvertas, si subtilius intueare communem utrique transmittendi commoditatem. Theodorus, πάντα δὲ διαφέρει καὶ τὰ ὕπτια; καὶ τὰ πρανῆ. Omnia sola parte prona. Nescio quare addiderit, sola. Deinde dicit: In olea pars supina candidior. Quasi opposuerit τῷ ποωδέστερα. Humor enim in herbis viriditatem affert intensiorem. Igitur dicat argumenti rationem. Cùm prona, sive inferna scribat, ἔνικμα. Illud quoque non bene Theodorus. Parte supina perspicua pendent. Atqui non pendent omnia: quia multa sine pediculo. Præterea sunt pleraque surrecta adeò, ut ramus potius ab ipsis pendere videatur: iccirco prudentius Theophrastus, ἐκφανῆ ἔχει τὰ ὕπτια. Theodori phaleræ infinitis penè locis tegunt equi decorem, atque etiam non rarò frangunt impetum. Sic per ejus verba: neque ima quæ subeat: non intellexissem quid vellet Theophrastus. Cùm dicit μὴ δὲ βάθος δίοδον. Nam à prona in supinam, qui neget alimentum permeare, non potest interpretari τὸ βάθος, imum, sed cavitatem, aut craßitudinem. Sic dicas. Cùm alimentum non habeat spatia, quibus sese à prona in supinam penetret. ἰδίᾳ, leges in neutro. ἡ τροφὴ ἰδίᾳ, peculiare Theophrasto. Rejicit postremò ejuscemodi disceptationem ad libros de caussis, cùm dicit: ἀλλὰ περὶ μὲν τροφῆς.

διαφέρουσι δέ. Aliæ differentiæ à figura & magnitudine. Theodorus πλατύφυλλα, ampla interpretatus est. At amplum omnem dimensionem capit, ac signat. Græca origo, ut in originibus dictum est. Amplum, ἀνάπλεον. Hic autem latitudo tantùm indicatur. Non erunt ædes amplæ, quæ plurimum occupent soli, nisi & contignationes altæ sint.

Σπανόφυλλα. Theodorus, rara. Hoc quidem illud significat. Verum neque pino, neque ejusmodi generibus rara sunt folia. Quin nullis arbitror frequentiora.

Τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τοὺς σῆτας. Polium ait, utile adversus tineas vestimentorum. πάρεργον sanè, καὶ περίεργον.

Πηγάνια. Theodorus, rectè, Rutulas. Exemptum hinc tamen vocabulum hoc nullo modo intelligam.

Καὶ τῶν θαμνωδῶν δὲ ἡ μυρίκη σαρκῶδες τὸ φύλλον ἔχει. Suprà, σαρκόφυλλα. οἷον μυρίκη, κυπαρίττος. Quare frustra tam brevi repeteret intervallo. Ibi igitur μυρίκη legitur probè. Quippe Tamarici inter arbores. At hic, ἐρίκη potius. Est enim ejus generis folio, Erica, quam Vascones Branam vocant, alii Brugam, nostrates, Brecole.

Περιγωνίζοντα. Theodorus, & in angulum depressa: depressionem appellavit demißionem circinationis in angulum. τὸ περὶ, significat exitum à natura orbiculari.

Καθάπερ πτιλώδη, ὥσπερ ἐλάτης. Quippe habet, ut pinus, aspera, & limæ, quàm serræ propiora, sua tamen natura, capillata.

Σχολοπώδη. Theodorus, cruciformia. Decussata potius, aut palmata, melius quàm Theophrastus, qui iccirco dixit, ὥσπερ ἀεὶ ὑπέπτυσσ: quia durum erat. Videbis, hic σκόλοψ, significet ne crucem, an paxillos: quorum stipes solidus humo pangitur, rami truncati extant ad figuram digitorum: etiam prisci Latini retia his sustentant. Varosque appellabant. Haud absimilem habes modum in septimo Commentariorum Cæsaris, qui & Ceruos in opere militari nominat. & paulò pòst, stipites demissos, qui ab ramis eminebant.

120 Ἔνια δὲ καὶ ἐντομὰς ἔχοντα. Theodorus, insecta. Animalia quidem aliqua, ita vocat Aristoteles: & Plinius sic vertit. At in foliis neque intelligas proportionem significati, & commodius facias, si evites ambiguitatem in plantis, atque in animalibus: quam ne Græci quidem curavere. Melius dicas, cum incisuris.

Τὰ δὲ περικαδίζοντα. Theodorus. Quædam cum extremis, tū lateribus sinuata considunt. Subsidunt melius, quàm concidunt, & mollius, & ad verbum. In rubo sanè sinum nullum intelligas.

Κέδρυ, καὶ κεδρίας. Nota quid sit hic κεδρία. Nanque aliis cedri lacryma est. Suprà fruticem habebas κεδρίδα,

Φυλλάκανθα. Vt non solùm sit folium aculeatum, quod poßit intelligi, sed etiam quod se interpretatur: ὥσπερ γὰρ φύλλον ἐστὶν ἄκανθα πᾶσιν. Numerat, ἄκορναν καὶ δρυπίδα, verùm ἄκανθος noster non est ejusmodi. Subdit autem sententiam. Si quis spinam vocet in his, non folium, necesse erat ea putare ἄφυλλα. Subdit autem exemplum asparagi, in quo nihil ambigatur, folii loco spinam esse. Quid mirum? Radix est sine planta, Tuber, planta sine radice, Sempervivum avulsum, & Malabathrum, si verum est, sive capias folia pro eo toto, quod plantæ nomine censeri potest. planta sine folio, Cuscuta. Quare facilius folii loco quod quippiam habeat, à natura institui potest. Facilior enim est analogia, quàm privatio. Leges autem, ἐνίοις γὰρ ἄκανθαν μὲν ἴσως, non autem ἐνίοις δέ. Namque sic dicit. Si in fruticibus spinosis spinam esse dicas, non folium: sequetur, plantas aliquas carere folio penitus. Reddit igitur rationem exemplo manifesto, ut ambiguum tollat.

Καὶ οἷον ἐμπεφυκότα. Corrigunt ἐμπεπηγότα, sequuti Theodorum, qui ita vertit, infixa cohærent, At omnes sanè pediculi sunt ἐμπεπηγότες. In olea vero perinde atque unum corpus videtur, sic & rubi, & rosæ. Non autem ἀπηρτημένον, id est, appensum, ut viti, & pruno. Theodorus, propendentia; non bene. Propendent enim etiam τὰ ἐμπεφυκότα, & τὰ ἐμπεπηγότα. Tanto pejore audacia, cùm addit: & tremula. Multa enim habent pediculum pendens, at non tremulum, ut Myrtus. Eadem negligentia ubi mox, προσφύσιν, illo verbo interpretatur, pendeant: immo enascantur, aut agnascantur.

Ἐκ τῶν κλάδων. Differentia non a partibus, sed ab origine. Theodorus malè, ex germine. Namque βλάστημα est germen: at hoc etiam est ἀκρεμόνων, antequam crescant. κλάδος autem aliud παρὰ τὴν ἀκρεμόνα, sicuti suo loco declaratum est.

Τῶν

Τῶν δὲ λαχανωδῶν ἐνίοις πολλοῖς εὐθὺς ἐκ τῆς ῥίζης. *Si λάχανα sunt species πόας: malè suprà definivit πόαν, cujus ab radice statim folia prodeant. Quòd si rectè definivit, malè subjecit τὰ λάχανα τῇ πόᾳ. Scylla autem olus non est, nisi secundum certæ speciei proportionem.*

Καὶ τούτων δ' οὐχ ἡ πρώτη μόνον ἔκφυσις, ἀλλὰ καὶ ὅλος ὁ καυλὸς ἄφυλλος. *At ἡ πρώτη ἔκφυσις, est τοῦ φύλλου. Quare Theodorus hic fatalem illam suam copiam fœlicius exercuisset, aut ad hunc, aut etiam ad meliorem modum. Non solùm ea caulis pars quæ exit prima, verumetiam totus ipse deinceps sine folijs est. Hoc autem dixit, quia multorum caulis foliatus est: ut lactucæ, & betæ, & brassicæ, & aliorum.*

Ἐνίων δ' ὅταν ἀνῶσι φύλλα, εἰκός. *Ea est brevitas, vix ut intelligi queat. Putabam mancum esse codicem. sicut mox:* ἴσχει δ' ἔνια τούτων καὶ τὸν καυλόν. *Addi possint hæc, & à doctioribus meliora,* πρῶτον μὲν λεῖον, εἶτα δ' ἀκανθίζοντα: *ut caulis primùm lævis sit, deinde edat spinulas, qualem videmus in lactuca. Dixit autem:* ὁ καυλόν, *addita conjunctionis nota: propterea quòd dicturus erat:* ὁ φύλλα. *Vetustior facta lactuca, ex dulci amara fit. Pro lacte, medullam fert araneosam. Caulis, qui lævis fuerat, alicunde spinulas emittit, item folia. Et nota,* ἀκανθίζοντα. *est enim spinarum imitatio, non vera spina. flexus est verbi, sicuti* φιλιππίζειν.

Κοινὴ δ' ἡ διαφορά. *Nunc à multitudine & paucitate; hæc differentia sequitur statim illam:* τὸ ἴσχειν. καὶ τὸ μή. *uti dicebamus in Sparto, ex sententia Dioscoridis. Theodorus, & hîc, & alibi sæpè,* κοινή, *publica; duriusculè. Videntur autem deesse verba illa sic,* τὰ μὲν πεπυκνωμένα, τὰ δὲ ἄτακτα; *& Theodorus explet ita.*

Ἁπλῶς δὲ αἱ διαφοραί. *Epilogus valde utilis. consummatur enim doctrina; quemadmodum in libris de animalibus dicebamus. Postquam enim ὡς τύπῳ proponunt Peripatetici, & quasi venantur: tum subjiciunt epilogos aliquando valde necessarios. Mihi magis placet ratio, atque institutum Arabum. Nam Græci dum sic fluctuant illa investigatione, cum suis τύπῳ, & ὡς εἰπεῖν, potiùs videntur discere ipsi, quàm docere alios. Arabes autem positis nominibus, atque explicatis, excussisque ambiguitatibus significatorum, definiunt, partiuntur, exequuntur: primùm per differentias, deinde per officia, aut fines. Tertio loco eliciunt proprias affectiones. Quartò addunt communes. Quintò solvunt quæstiones; atque hæc quidem ex Posterioribus Aristotelis resolutorijs. Notabis,* ἡ σχήματι ἡ πλατύτητι, *lege* ἡ κοιλότητι, καὶ στενότητι. *Nam hæc omnia sunt modi τοῦ σχήματος, non autem differentiæ speciales ab eo distinctæ, sed ipsæ sub illo inter se. Latitudo enim est figuræ modus: quare minus diligenter posuit,* ἡ σχήματι ἡ πλατύτητι. *Sed sic,* σχήματι ἡ κατὰ τὰ διαγεγραμμένα, ἡ πλατύτητι. *Rursus infeliciter Theodorus* τὴν προσφυσιν, *transtulit per verbum,* dependere. *Atqui, ut dicebamus, neque in paliuro, neque in multis alijs, quæ suprà memorabamus, pendet ullum. Præterea quod id naturæ officium, quod per verbum* προσφύεσθαι *declaratur, sit commune, & ad id, quod est habere pediculum: & ad id quod est, eo carere. Quis dubitabit, si pendere dicas, quin genus non conveniat speciei? Neque enim ijs convenit, quæ pediculo carent. Lego* ἢ δι' αὑτῶν *aspiratè. ab seipso, folio scilicet. Theodorus negativè: aut à pediculo, aut sine ipso: minus plenè. Quippe ea, quæ sine pediculo pendent, quæras adhuc, quo pendeant. quod si dicas positivè, per ipsum: acquiescas.*

Καὶ εἴδη πολλὰ ἐκ τῶν αὐτῶν. Theodorus, cujus etiam generis complura spectantur. *Quasi dicat, multæ sunt plantæ, quarum folia sine pediculo sint. Profundior est sententia Theophrasti. Ita enim dicit: Quemadmodum quæ pediculo hærent, non uno hærent modo: ita quæ sine pediculo, non uno modo. Alio sanè in arundine: incipiunt enim ab geniculo. Aliter in porro, & bulbo, sine geniculo: ita pones alia exempla. Verba verò Theophrasti perspicua sunt. Et species multæ earum, quæ ab seipsis hærent. Hæc autem est differentia inter sententiam Theodori & Theophrasti. Theodorus sic. Multa spectantur ejus generis, ut sine pediculo pendeant. Ita intelligit simpliciter admodum: multa hærent sine pediculo. At Theophrastus multiplici judicio ad hunc modum: Eorum, quæ sine pediculo hærent, multæ sunt species; & rectè. Non enim omnia eodem modo. Quinetiam addam audacius.* καὶ εἴδη πολλὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ. τὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ, *ad utranque partem adduci posse: quasi dixerit,* ἐξ ἑκατέρου. *Multi enim modi,* καὶ τῶν διὰ μίσχου, καὶ τῶν μή.

Μισχοῦ περιληπτικὸν τὸν καρπόν. *Theodorus, interceptum folijs fructum. Non expletur sententia. melius, quædam fructifera eo modo, ut sinu suo fructum complectantur. Lenocinium addas molliusculè, sic. Quorundam involucro, aut sinu fructus obducitur adeò, ut ipsa fructifera dici mereantur. Vtilius id animadvertas. Supra Theophrastus dicebat, caulem à natura institutum propter fructum, aut fructus, aut seminis editionem. Igitur sic moderabimur. Videmus enim hîc frondes fructum ferre. Quare non de caule, quatenus caulis est; sed inquantum caulis, aut primo & per se, aut officio foliorum, quæ ferat.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Μηλίας. *Alij legunt rectè* μελίας. *I. fraxini. Legit tamen Plinius lib.* XVI. *cap.* XXIV. μηλίας: *sed cum videret mali folia non esse oblonga, mucrenata esse dixit; quod generalius est.*

Πευκώδη. *Plinius lib.* XVI. *cap. habet insecta pectinum modo piceæ, abieti. Theophrastus cum ait* ἔνσχιστα, ὁ πευκώδη, *duo diversa una clausula complectitur: & exempla, suum cuique, accommodanda sunt subjectis.* ἔνσχιστα, *vel* εὐθύσχιστα *id est rectis lineis secta & fissa.*

Σμίλακος. *Verto smilacis asperæ; non autem, ut eruditissimus Medicus Mathiolus Senensis Diosc. lib. cap.* CIV. *smilacis (glandiferæ scilicet & ilici similis) Nam smilax arbor τὰ φύλλα οὐκ ἀκανθώδη ἔχει, sicut autor est idem Theophrastus lib.* III *cap.* XVI.

Κέδρου καὶ κεδρίας. *Plinius legit* ἀγρίας *lib.* XVI. *cap.* XXIII. *pungentia, inquit, pino, piceæ, abieti, larici, cedri, aquifolijs.*

Τὰ πλατύφυλλα, τὰ ὀξύφυλλα, καθόλου. *Legi potest* τὰ πλατύφυλλα ὀλιγόφυλλα. τὰ μὲν πεπυκνωμένα *&c. Nam Plinius lib.* XVI. *cap.* XXIV. *semperque lata, rariora, disposita, &c.*

Ἐπιφυλλόκαρπος. *Lege lexicum Crispini.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Τῆς δὲ λεύκης.) In arborum genere populi albæ, hederæ, ricinique folia nova dissimilia à veteribus, ait: ac quidem populi albæ, ricinique nova orbiculata, vetera vero angulata. Notabit Lector, respectu veterum, nova, id est primum è semine prodeuntia, ricini folia esse orbiculata: exactè enim rotunda talia non sunt. Contra hederæ folia noviter nata, angulata sunt, adulta sive vetera, rotunda. Quod observare in herbarum genere etiam licet. Dissecta Smyrnij folia, recenter nata; orbiculata adulta, quæ caulem amplectuntur. De perfoliata hoc loco nihil dicam; observarunt Botanici folia primum post bina priora prodeuntia, ab adultis diversissima. Vide cap. XXII. lib. II. de caus.

Δοκοῦσι.) Rectè addidit δοκεῖ. Verbi vim, non expressit Interpres; facit tamen ad rem. Etenim folia solstitio non vertuntur, sed videntur aliquo modo versa. Varro lib. I. de re rustica cap. XLVI. *Propter ejusmodi res admiranda discrimina sunt naturalia, quod ex quibusdam folijs propter eorum versuram, quod fit anni tempus, dici posit; ut olea, & populus alba, & salix. Horum enim folia cum converterunt se, solstitium dicitur fuisse* Eleganter Plin. lib. XVIII. cap. XXVIII. *Decebatque hoc discrimen indubitatis notis signasse naturam. Quamobrem eas manibus ipsis agricolarum ingessit, vertique jussit ipsa die folia, & esse confecti syderis signum; nec sylvestrium arborum remotarumque, ut in saltos devios eundum esset, quærentibus signum, quanquam, & in his, illa visantur. Vertit oleæ ante pedes satæ, vertit tilia ad mille usus pedæ, vertit populi albæ etiam vitibus nuptæ. Ad huc parum est, inquit, ulmum vite donatam habes, & hujus vertam, pabulo folia ejus stringis, vitem deputas, aspice & tenes sydus. Alia parte cœlum respiciunt, quam qua spectavere pridie. Salice omnia alligas humillima arborum, ipse toto capite altior; & hujus circumagam. Quid te rusticum quæris? Non stat per me, quominus cœlum intelligas, & cœlestia scias.*

Ὕπλια.) Non dubium est, ut ante nos observavit Scaliger ὁ θεῖος, quin τὰ ὕπλια, supinas dicat illas partes quæ cœlum respiciunt, τὰ πρανῆ, quæ terram. Utroque verbo, eodem sensu utitur Homer. ὕπτιος ἐν κονίῃσι. & πρηνέα δῖος πεσεῖν. Eodemmodo Virgil. supinũ accepit.

Hæret curru resupinus inani,

Pronum sterne solo.

Idem, Tertio Georg.

Arentesque sonant ripæ, collesque supini.

Τὰ ὕπτια supina esse, quæ cœlum respiciunt, ex eo liquet, quod paulo infra dicat, τὰ ὕπτια ποωδέστερα & λειότερα. Foliorum pars superior magis viret, albicat inferior. Idem paulo infra, πάντα δὴ ἡ τάχα πλείστα ἐκφυσᾷ, &c. usq; πρὸς τὸν ἥλιον. Contra Arist. lib. I. Hist. animal. cap. II. Ipse etiam Theophrast. lib. II. hist. cap. VII. τὰ ὕπτια. quæ terram spectant vocat. Cæterum Plinius, cum ignoraret, τὰ ὕπτια, Græcis partes superiores denotare, ineptè satis hunc locum vertit lib. XVI. c. XXIV. *Est & publica omnium foliorum in ipsis differentia. Namque pars inferior à terra herbido viret colore. Ab eadem læviora, nervos callumque & articulos in superiore habent parte, incisuras vero subter, ut manus humana.* De incisuris nihil Theophrastus. Quis ignorat, partem folij supremam magis viridem: albidam infimam? Viret folij pars superior, quod insolata trahat humidum, quod deberet esse in inferiore. Quis partem supremam non videt læviorem, venas nervosque in infima magis conspicuos.

Ποωδέστερα.) Lego cum Theodoro ποωδέστερα, viridiora, in Ald. & Basil. codice πιωδέστερα *pinguiora*. Certè magis pinguis pars folij superior videtur. Quare Aldina lectio in totum non rejicienda.

Τῆς δὲ ἐλαίας δὲ λευκότερα καὶ ἧττον λεῖα. λεῖα δὲ καὶ τὰ τοῦ κιττοῦ.) Plin. lib. XVI. cap. XXIV. *Olea supernè candidiora, & minus lævia, item hederæ.* Falsum est oleam superna parte candidiorem; Folia oleæ sunt longa, ferè salignea; sed angustiora, & minora, in acutum desinentia, crassa, pinguia, brevi admodum pediculo subnixa, supernè virentia, infernè albicantia, nunquam decidentia, sapore amaro & acriusculo. Objiciet quis; diligentissimum & doctissimum Carolum Clusium Plinij defendere sententiam; sic enim scribit lib. I. cap. cap. XVII. *Habet vero olea folium salignco fere simile densius, firmius, brevi pediculo, ramulis ut plurimum inhærens, supernè magis incanum quam infernè, amari gustus.* Respondeo, transpositionem vocis negligentia exscribentis vel typographi factam; restituo, & lego; *infernè magis incanum, quam supernè.* Et sic virum in re botanica exercitatissimum scripsisse, jurare ausim. Porro Plinius ad Græci auctoris verba non satis attendit. Græcus auctor oleæ folia superiore parte, contra aliorum naturam candidiora inquit, & minus lævia; hederæ vero superne non quidem candidiora, ut ait Plinius, sed lævia. Græcus auctor cum candidiora parte superna, ait, folia oleæ, intelligit καλλιστεφάνου, cujus meminit Arist. lib. de admirabil. auscult. ἐν δὲ τῷ Πανθείῳ ἐστὶν ἐλαία, καλεῖται καλλιστέφανος, ταύτης τὰ φύλλα, ταῖς λοιπαῖς ἐλαίαις ἐναντία πέφυκεν· ἔξω γὰρ, ἀλλ' οὐκ ἐντὸς ἔχει τὰ χλωρά. Corruptus codex, quomodo enim reliquis contraria, si infernè alba, supernè viridia. Exscripsit hunc locum Suidas, ex quo hunc locum depravatũ constat. Κοτίνῳ στεφανοῦ. οὐ κοτίνῳ οἱ νικῶντες ἐστέφοντο, ἀλλὰ καλλιστεφάνῳ, ταύτης δὲ τὰ φύλλα ἔμπαλιν ταῖς λοιπαῖς ἐλαίαις. ἔξω γάρ, ἀλλ' οὐκ ἐντὸς, ἔχει τὰ λευκά. ὁ δὲ Ἐκφαυλίζων ἔφη κοτίνῳ. καὶ Ἀριστοτέλης κατὰ λέξιν, οὕτω φησὶ περὶ αὐτῆς. ἐν τῷ Πανθείῳ ἐστὶν ἐλαία· καλεῖται δὲ καλλιστέφανος, ταύτης δὲ ἔμπαλιν τὰ φύλλα ταῖς λοιπαῖς ἐλαίαις πέφυκεν· ἔξω γάρ, ἀλλ' οὐκ ἐντὸς, ἔχει τὰ λευκά. ἀφίησι τε τοὺς πτόρθους ὥσπερ ἡ μύρτος εἰς τοὺς στεφάνους συμμέτρους· ἀπὸ ταύτης λαβὼν φυτὸν Ἡρακλῆς ἐφύτευσεν ὀλυμπίασιν. ἀφ' ἧς οἱ στέφανοι τοῖς Ἀθληταῖς ἐδίδοντο. *Non oleastro coronabantur victores, sed callistephano, hujus folia reliquis olivis sunt contraria, quippe pars superior, non inferior alba. Ille vero extenuans, dixit oleastri coronam. De hac, sic ad verbum, scripsit Aristoteles; in Pantheo olea est, quam callistephanum vocant, folia reliquis olivis contraria producens, quippe quæ superiorem, non inferiorem partem habent albam, ramos mittit quemadmodum myrtus, unde & sumpta planta Hercules in Olympijs oleam plantavit, Athletis coronas suppeditantem.* Legendum ergo ἔξω γὰρ οὐκ ἀλλ' ἐντὸς, ἔχει τὰ χλωρά. vel quomodo apud Suidam, ἔξω γὰρ ἀλλ' οὐκ ἐντὸς ἔχει τὰ λευκά. Hoc oleæ genus intelligit Theophrastus. Hederæ folia qui superne minus lævia scribunt, vel ea non viderunt, vel calumniandi gratia id scribunt.

Καὶ ζῶντα γίνεται τῷ ἡλίῳ.) Plin. loco citato: *Sed omnium folia quotidie ad solem oscitant, interiores partes tepefieri volentia.* Postremum ineptum, & absurdum. Græcus auctor omnia, aut plurima saltem, parte superiore splendida inquit, eaque ad solem converti. Latinus omnia ad solem oscitare scribit.

Οἴονται δὲ τινες καὶ τὴν τροφὴν καὶ χνοώδες εἶναι.) Plinius loco citato: *Superior pars omnium lanuginem quantulancunque habet, quæ in alijs gentium lana est.* Vide quantum Græci auctoris verba, à Latino distent. Quod Græcus de parte inferiore, id Latinus dixit de superiore. Falsissimum partem folij superiorem lanuginosam. Illud etiam inquirendum, utrum pars inferior semper madida & lanuginosa. Si strictè sumas, falsum id etiam est; sed si respectu partis superioris, ut plurimum reperies, magis lanuginosam. Sed an magis madidam non ausim asserere; immo contrarium non semel observavi.

Σπαθόφυλλα.) Gaza σπανόφυλλα, quomodo in Aldino scriptum est codice. Vulgatam probo lectionem; verto, *ensifolia*. Vox σπάθη Græcis denotat spathulam; instrumentum quo aliquid movetur, & agitatur à chirurgis. Pollux exponit σπάθην. ἐξ ἧς κρέμανται οἱ τοῦ φοίνικος βάλανοι. Dioscorides abietem sic vocari scribit. σπάθη, spatha Apulejo, gladius major & latior. Nam minor, breviorque semispatha à Vitruvio nuncupatur. Σπαθίον ancipitis novaculæ species, quo instrumento chirurgi venas, fistulasve aperiunt. Ægineta lib. VI, cap. VIII. ᾧ δὲ ὅλη διαιρεῖσθαι ἡ σύριγξ τῷ ἡμισπαθίῳ, ἢ σπαθίῳ συελκωτόμῳ. σπαθόφυλλος, dicitur pinus, quod folia ferat aciei ensis, vel nouaculæ similia; vel quod ea novaculę instar pungãt. Prior magis arridet sententia. Plin. lib. XVI. cap. XXIV. ubi hunc locum vertit, capillata folia pini cedrique ait: *Latissima*, inquit, *fico, viti, platano; angusta myrto, punicæ, oleæ; capillata pino, cedro; aculeata aquifoliæ, & ilicum generi. nam junipero spina pro folio est; carnosa cupresso, tamarici; crassissima alno. Capillata*, inquit, *pino, cedro.* An itaque legit τριχόφυλλα? qualia pino folia esse Theophrastus lib. III. cap. XII. docet.

Πίτυω.) Gaza exposuit, *abietem*, tu verte, *piceam.* vide cap. X. lib. III. Cedrum etiam intellige minorem; nisi placeat cum Plinio legere τριχόφυλλα. capillata sunt cedri majoris folia, neutiquam ensiformia; at, minor, quam oxycedrum vocant, folia habet piceæ non dissimilia, magis tamen pungentia, & ad juniperi propius accedentia.

Καὶ τὸ θυμοειδὲς δὲ ἡ μυρίκη.) Lege cum Scaligero alijsque viris Doctissimis ἐρείκη.

Ἔνια δὲ καὶ καλαμόφυλλα.) Plinius μακρόφυλλα καθάπερ ὁ κάλαμος &c. legisse videtur; *Longa*, inquit, *harundini, salici, palmæ etiam duplicia.* Theophrastus palmæ velut ex duobus compositum ait. Falsum etiam salici esse folia longa; oblonga sunt, non longa. Inter arundinacea folia, numerat Theophrastus κόϊκα, pro quo Plinius ἰτέα legisse videtur. De coice vide cap. VIII. lib. II. item cap. II. lib. IV. hist.

Καθάπερ τὰ τῆς μηλέας.) Mali folia oblonga non sunt. quod cum videret Plinius, mucronata dixit. *Circinata*, inquit, *pyro, mucronata malo, angulosa hederæ, insecta velut pectinum modo piceæ, abieti.* Theophrastus in rectum velut serra dissecta ait; mucronata mali folia ait, quod cum rotunda sint, in mucronem desinant. Corrigunt viri doctissimi μιλίας. Oblonga fraxino esse folia negari non potest; nec displicet eorum opinio, qui ἀντὶ ἰσχίου, ἀδύχισω legunt.

Falsum est smilacem folia habere angulosa. Plin. *angulosa hederæ.* Scribe τὰ δὲ εἰς ὀξὺ συνήκοντα, καθάπερ τὰ τοῦ σμίλακος, τὰ δὲ ἐν γωνίας ῥυ... γωνιζοντα, καθάπερ τὰ τοῦ κιττοῦ; alia in acutum, ut smilacis, alia in angulum desinunt, ut hederæ.

Σκολοπώδη.) Interpres *cruciformia* reddidit. Nullam crucis formam, ficus folia; ostendunt. Palmata sunt, ut rectè Scaliger dixit; sed hoc σκολοπώδης, non significat. Lego & scribo κορωνοποειδῆ vel κορωνοπώδη. Hippocrates lib. VI. de morb. popular. ad finem sectione VII. τοῖσι φθίνουσι, τὸ φθινόπωρον. κακὸν δὲ καὶ τὸ ἔαρ, ὅτε τὰ τῆς συκῆς φύλλα κορώνης ποσὶν ἴκελα ᾖ. *Autumnus tabidis malus, malum & ver, quando fici folia cornicis pedem referunt.* Plutarchus statim in initio lib. de oracul. defectu. Folium ficus pedi cornicis comparat ἰατρικῶν, δὲ λοιμώδη πρὸς ἀράχνιον πλῆθος προδηλοῦν, καὶ θρίοις ἔαρ ... (vulgo ἀειλοῖς. male, semper enim verno tempore cornicis pedem referunt) ὅταν κορώνης ποδὶ ἴκελα γίνηται.

Medicam

Medicam vero artem pestiferam æstatem ex aranearum copia, & ex foliis ficu quando cornicis pedibus sunt similia, ver novum prænunciare, quin patietur. Hesiod. lib. II. Ἔργων καὶ Ἡμέρων.

> Ἄλλος δ' εἰαρινὸς πέλεται πλόος ἀνθρώποισιν,
> Ἦμος δὴ τὸ πρῶτον ὅσον τ' ἐπιβᾶσα κορώνη
> Ἴχνος ἐποίησεν, τόσσον πέταλ' ἀνδρὶ φανείη
> Ἐν κράδῃ ἀκροτάτῃ, τότε δ' ἄμβατός ἐστι θάλασσα.
>
> *Sed alia verna est navigatio hominibus.*
> *Nempe cum primum quantum incedens cornix*
> *Vestigium fecit, tantum folia homini appareant*
> *Summa in ficu, tum sanè pervium est mare.*

His constat legendum κορωνοειδῆ. Fici folia primum prodeuntia cornicis pedi non ineptè comparantur, antiqua sive majora non item. Ideo addidit ὥσπερ ἂν εἴποι τις.

Τὰ δὲ καὶ περιακανθίζοντα.) Vertit Gaza: *Quædam cum extremo, tum lateribus sinuata considunt.* Si consulamus ipsam plantarum naturam, facilè, vel falsa tradere Theoph. vel corruptum codicem, videbimus. Veram Plinius servavit lectionem lib. XVI. cap. XXIV. *Aculeata aquifolio, & ilicum generi.* Legit itaque περιακανθίζοντα, id est ambitu spinosa, vel utrimque aculeata. Hanc lectionem ipse probat Theophrastus, ad finem capitis, ἀπλῶς δὲ αἱ διαφοραὶ τῶν φύλλων περιακανθίζειν ἢ μή. Idem Theophrastus, πρῖνον, ilicis folia aculeata scribit lib. III. cap. XVI. ὁ δὲ πρῖνος φύλλον μὲν ἔχει ἐπακανθίζον. Dioscorides lib. IV. cap. CXLIII. paliuri rubique folium spinosum ait, Σμίλαξ τραχεῖα, τὰ μὲν φύλλα ἔχει προσεμφερῆ ὅμοια, ἀκανθώδη ὡς παλίουρος καὶ βάτος. vide cap. de paliuro.

Σμίλακος.) Doctiss. σμίλακος expungunt, credo quod lib. III. cap. XVI. scribat Theoph. Οἱ δὲ περὶ Ἀρκαδίαν δένδρον τι σμίλακα καλοῦσιν, ὅ ἐστιν ὅμοιον τῷ πρίνῳ, τὰ δὲ φύλλα οὐκ ἀκανθώδη ἔχει. Sed cogitandum, plura smilacis esse genera: est hortensis, de qua Dioscorides lib. II. cap. CLXXVI: lævis, de qua lib. IV. cap. CXLIV. aspera, de qua cap. CXLV. ejusdem libri: deleteria, de qua lib. IV. cap. LXXX: denique ilicis quoddam genus smilax vocatur, de qua Theophrastus loco citato. Smilacem cum scribit habere folia spinosa, intellige, asperam, de qua vide quæ lib. III. à nobis dicuntur.

Δρυός.) Nihil magis notum, quam quercus folia spinis carere. Rectè Plin. δρυὸς, sive quercus folia sinuosa lib. XVI. cap. XXIV. dixit: *Sinuosa toto ambitu robori: spinosa cute, rubo, mordacia sunt quibusdam, ut urticis.* Malè ergo δρῦς, inter spinosa recensetur. scribo φελλόδρυος: expono ilicem fœminam. Theoph. lib. III. cap. XVI. φελλόδρυν, ilicem fœminam vocari autor est. καὶ ἔνιοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι θήλειαν πρῖνον.

Καὶ κεδρίας.) Capite præcedenti fruticem quendam κεδρίδα vocari dixit. Hoc loco κεδρίαν, inter arbores recenset, cum κεδρία, ut docet Diosc. lib. I. cap. CV. lachryma cedri, vel ut vult Nicandri Scholiastes, cedri pix sit. De hac quæstione vide cap. II. lib. IX. lego cum doctiss. Roberto Constantino κέδρου: Plin. loco citato, *Pungentia pino, piceæ, abieti; larici, cedro, aquifoliis.* Πίτυν Theodorus laricem vertit; Plinius piceam, laricemque; in verbis Theophrasti laricis nulla mentio. De his vide cap. X. lib. III. hist.

Φυλλάκανθον δὲ ὅλως &c.) Contrarium Plinius videtur asserere lib. XVI. cap. XXIV. *Nam & junipero spina, pro folio est.* Iuniperi folium si spina est; oxycedri, quoque spina dici debet. Æquè enim ac juniperi, durum, pungensque. Si quis rectè examinarit, folium potius affirmabit, quam spinam; illam enim pungentem vim, duritiemque non habent, quam in arboribus spinæ. Nemo autem facile contra Theophrasti sententiam negabit: in fruticum, herbarumque genere, non reperiri plantas, quibus spina pro folio. vide cap. I. & III. lib. VI. ubi de spina præditis plantis agit.

Ἄκανος.) Depravatus Ald. & Bas. cod. Vulgo legitur ἄκανθος. Nulla planta, in humili genere, hoc nomine prædita. Ἄκανος dicitur illud, quod velut malum extuberat in carduorum genere: ἐχῖνον vocat Dioscorides, vel ἀκανθώδη κεφαλήν. Vide lib. VI. cap. III. IV. & V. Ἄκανος κατ' ἐξοχὴν chamæleon albus, planta est cujus descriptionem tradit lib. VI. cap. III. & lib. IX. cap. XIII. ubi ait, Χαμαιλέων κεφαλὴν ἔχει, ὅμοιον ἀκάνῳ μεγάλην, οἱ δὲ ἀκανοι καλοῦσι. Ἄκανος, igitur chamæleon. Malè Sacræ paginæ interpretes, ἄκανον carduum vertunt. Eodem in errore & Flavii Iosephi interpretem reperio; qui lib. de antiquit. ἡ δὲ ἄκανος ἐστὶ κυνόσβατος ... carduum vertit.

Παλιν δὲ ὅτι τὰ μὲν ἄμισχα.) Plin. lib. XVI. cap. XXIV. *Pediculo brevi oleæ, & ilici; longo vitibus; tremulo populis, & eisdem solis inter se crepantia.* Doctiss. Gaza προσηρτημένα *propendentia atque tremula* vertit. Cum nec platani, nec vitis pediculus tremat. Nec felicius Plinius hunc locum transtulit. Falsum est omni populo, tremulum esse pediculum, nec inter se crepant omnis populi folia. Sola Lybicæ, sic vulgo dictæ crepant; idque quod folia, quæ è longioribus dependent pediculis, continuo ferè moventur, atque inter se collisa crepitant, etiamsi nullus in aëre sentiatur spiritus. crepant igitur quia moventur; moventur quia longioribus, quam par est, pediculis pendent.

Διαφορὰ δέ.) Plin. loc. citato. *Præterea aliis circa ramos, aliis & in cacumine ramorum, robori & in caudice ipso.* ἐκ τῶν ἀκρεμόνων surculis: Plin. incõsiderate, ut observavit Dalecampius, *in cacumine*, vertit. Quod de robore ex Theophrasto tradit, hactenus nondum observavi.

Τῶν δὲ λαχανωδῶν.) Plures τῶν λαχάνων, sunt species, vel πόαι, nec tamen male definivit πόαν. πόαν dixit ἀσέλεχες. Hoc vero cap. τῶν δὲ λαχανωδῶν τὸ πολλὸν εὐθὺς ἐκ τῆς ῥίζης, vertunt: *Oleribus ex majore parte folia illico ex radicibus exeunt.* Atqui hic de foliis non est quæstio, sed de pediculo sive caule; quem Theophr. ait statim à radice exire: nec tamen sibi contradicit. Supra enim cum dixit, πόαν ἀσέλεχες, intellexit, cum primum è semine pullulat, folia primum emittere, deinde ubi planta est adulta, caulem. Hoc vero loco cum scribit, pediculum statim à radice exire, non intelligit ante foliorum exortum prodire, sed ipsi radici, nullo alio inter medio, annexum esse. Nam asphodelus primum folia producit, dehinc caulem; idem scilla, idem reliqui bulbi faciunt: & tamen εὐθὺς caulis exit à radice, id est statim ab ipso ortu radicis, nullo alio intermedio, caulis emittitur, immo scilla caulem non producit, antequam perdidit folia; idem observare in colchico, croco, aliisque licet.

Καὶ τὸν καυλόν.) In Bas. & Ald. locus hic corruptus legitur, καὶ τὸν καυλὸν * ἐπ' ἀκανθίζοντα. rectè doctiss. Gaza legit καὶ τὸν καυλὸν λεῖον περιέχοντα, ἐπακανθίζοντα. lege etiam cum eodem ex codice Basil. ὡς ἡ θριδακίνη καὶ τὰ φύλλα ἀκανθώδη πάντα. Ipsa experientia, non tantum caulem, sed folia lactucæ, temporis tractu spinosa evadere, docet.

Κοινή.) Depravatus & locus hic; in Bas. & Ald. reperitur. Κοινὴ δὲ διαφορὰ πάντων ὁμοίως δένδρων, καὶ τῶν ἄλλων, ὅτι τὰ μὲν πολύφυλλα, τὰ δὲ ὀλιγόφυλλα, ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πᾶν τὰ πλατύφυλλα, τὰ ὀξύφυλλα, καθάπερ μύρρινος. τὰ δὲ ἄτακτα, τὰ δὲ ὡς ἔτυχε, καθάπερ σχεδὸν τὰ πλεῖστα τῶν ἄλλων &c. Τὰ ὀξύφυλλα, Gaza non vertit. Hunc etiam Plinius exscripsisse videtur locum. *Iam densa*, ait loco citato, *ac rara, semperque lata rariora. disposita myrto, concava buxo, inordinata pomis: plura eodem pediculo exeuntia malis pyrisque; quibus adjicit Cato decidua; populea, quernaque, animalibus jubens dari non perarida, bubus quidem & ficulnea, ilignaque & hederacea: dantur ex harundine ac lauro.* Quæ ex auctoritate Catonis tradit, ea capite V. apud Catonem sic leguntur, *Frondem populneam, ulmeam, querneã cædito, & per tempus eam condito, non peraridam, pabulum ovibus.* Hæc Cato. Cum igitur Plinius hic scribat, animalibus: non ut Cato, ovibus, & Cato addat ulmeam, quod in Plin. non legitur, adducor ut putem scribendũ hic; *populea, quernea, ulmea ovibus.* Sed vocẽ *animalibus*, retinere licet. Facilè enim fieri potest, quod à Catone in specie traditum fuit, id à Plinio in genere acceptum fuisse. Rectè ait disposita, id est ordinata esse myrti folia: sed plura malis pyrisque ab uno exire pediculo folia cum scribit, fallitur: nec id tradidit Theophrastus: idem non buxi, sed gethii cæpæque concava, ait.

Ἐπιφυλλόκαρπος.) Gaza vertit, *quæ fructum super foliis gignit.* Marcellus in notis ad Diosc. *in foliis fructum ferens*, interpretatur. ἐπιφυλλόκαρπος redditur ad verbum, & ex mente Theophrasti, *planta quæ fructum fert folii dorso.* ἐκ τῆς ῥάχεως τοῦ φύλλου, ut loquitur Theoph. lib. III. cap. XVII. ubi de lauro agit Alexandrina. Quæ itaque ἐπιφυλλόκαρπα, sunt ea μεταξὺ περιειληφότος τοῦ καρποῦ dicuntur, quia fructus ex circũplectente folio, velut conceptaculo emicat, καὶ κατὰ τὴν πρόσφυσιν τοῦ φύλλου ἐπιπεφυκὼς ἐστιν, id est, *folio innatus & inhærens*: quæ quidem in rusco & lauro Alexandrina, ἐν μέσῳ, in medio, ἔχουσιν ἐν μέσῳ τοῦ πετάλου. Vide cap. cit.

ΚΕΦ. ΙΖ.

CAP. XVII.

Ex quibus constent folia, & pediculi qualitas: & distinctio fructuum.

ΣΥγκειται δὲ τὰ μὲν ἐξ ἰνὸς, καὶ φλοιοῦ, καὶ σαρκός. † οἷον, τῆς συκῆς, καὶ ἀμπέλου· τὰ δὲ ὥσπερ ἐξ ἰνὸς μόνου· οἷον, τοῦ καλάμου, καὶ σίτου. τὸ δὲ ὑγρὸν ἁπάντων κοινόν· ἅπασι γὰρ ἐνυπάρχει καὶ τούτοις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐπετείοις. ‡ ὥς ἐστι μίσχος, ἄνθος, καρπὸς, " καὶ εἴτι ἄλλο. μᾶλλον δὲ καὶ τοῖς μὴ ἐπετείοις· οὐδὲν γὰρ ἄνευ τούτου. δοκεῖ δὲ καὶ τῶν † μίσχων, τὰ μὲν, ἐξ ἰνῶν μόνων συγκεῖσθαι καθάπερ τὰ τοῦ σίτου καὶ τοῦ καλάμου· τὰ δὲ, ἐκ τῶν αὐτῶν, ὧνπερ οἱ καυλοί. τῶν δὲ ἀνθῶν, τὰ μὲν, ἐκ φλοιοῦ καὶ φλεβὸς καὶ ‡ σαρκὸς μόνον· οἷον τὰ ἐν μέσῳ τῶν αἰρῶν, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν " σαρκῶν. ὁ μὲν γὰρ, ἐκ σαρκὸς καὶ ἰνός· οἱ δὲ, ἐκ σαρκὸς μόνον· οἱ δὲ, καὶ ἐκ δέρματος σύγκειται. τὸ δὲ ὑγρὸν ἀκολουθεῖ καὶ τούτοις. ἐκ σαρκὸς μὲν καὶ ἰνὸς, τὸ τῶν κοκκυμήλων καὶ σικύων. ἐξ ὑγροῦ δὲ καὶ δέρματος, τὸ τῶν συκαμίνων καὶ τῆς ῥοᾶς. ἄλλοι δὲ κατ' ἄλλον τρόπον μεμερισμένοι. πάντων δὲ, ὡς εἰπεῖν, τὸ μὲν ἔξω φλοιός· τὸ δὲ ἐντὸς σάρξ. τῶν δὲ καὶ πυρήν.

† οἷον τὰ τῆς. Al. Bas.
‡ deest Al. Bas.
" deest Al. Bas.
† ἀμίσχων.
‡ σαρκός. τὸ δὲ ἐκ σαρκὸς μόνον, οἷον
" καρπῶν.

COnstant autem foliorum alia ex nervo & cortice & carne: ut fici & vitis. Alia quasi ex nervo tantum: ut arundinis, frumenti. Humor autem communis est: omnibus enim inest; tam his, quam reliquis annuis: ceu pediculo, flori, fructui: quicquid aliud veniat. Vel potius & iis quæ † minus annua sunt: nihil enim est, quod careat humore. ‡ Pediculorum alii ex nervo constare tantum videntur: ut arundinis, frumenti: alii ex eisdem quibus caules. Florum alii ex cortice " & vena & carne: alii ex carne tantum; ut qui † inter lolia nascuntur. Fructus quoque simili modo: alii enim è carne & nervo: alii ex carne tantum: nonnulli etiam cute constant. Humor hos quoque omnes comitatur. Ex carne quidem & nervo; ceu prunorum, cucumerum: ex humore, & cute; mori, punicæ. Alij secus distinguuntur. Omnium, ut sic dixerim, pars exterior cortex: interior caro. Quorundam etiam nucleus.

† diuturniora.
‡ quæ pediculo carent, ex nervo.
† meditullio lolij existãt " aut Theod.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

TO' δὲ ὑγρὸν ἁπάντων κοινόν., ἅπασι γὰρ ἐνυπάρχει, καὶ τούτοις, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπετείοις. μίσχος ἄνθος, καρπὸς, εἴτι ἄλλο. *Diligenter hic est codex cognoscendus. Neque enim verum est* μίσχον ἅπασιν ἐνυπάρχειν. *Nihilo verius* ἄνθος, *aut* καρπόν. *Quare aut verbum deest, sic:* ἔχει γὰρ μίσχος, ἄνθος. *& cætera; aut alio casu statuas,* μίσχῳ, ἄνθει. *succus igitur communis omnibus, tam annuis, quam diuturnioribus, & magis adhuc his, inquit: neque addit rationem. Nos ad hunc modum intelligemus. Manifestum est, succo ali: aluntur autem magis. Probatio: multum brevi tempore crescunt, magis igitur necessarius. Demonstratio est à caussis, materiali propter finem. Theodorus malè expressit:* καὶ μὴ ἐπετείοις: quæ minus annua sunt. *Nam minus annua, videtur significare minus quàm annua. Sic Latini, plus, & minus, sine particula illa, quàm. Multa sunt, quæ annum non explent,* τὰ τρίμηνα, *& aliæ fruges. Omnino malè sonat, commodius dicas:* & quæ diuturniora.

Δοκεῖ δὲ τῶν μίσχων. *Nunc etiam pediculorum declarat constitutionem. Verùm utinam ne dixisset illud. Quis enim vidit, Arundinis folia hærere pediculo? sunt sanè* ἄμισχα. *legerem* ἀμίσχων. *Theodorus nihilo secius atque scriptum est.*

Τὰ δὲ ἐκ τῶν αὐτῶν, ὥσπερ οἱ καυλοί. τὸ ὥσπερ *significat,* ὧνπερ.

Τῶν δὲ ἀνθῶν, τὰ μὲν ἐκ φλοιοῦ καὶ φλεβὸς, καὶ σαρκός. τὸ δὲ ἐκ σαρκὸς μόνον. *Sic legemus, sic legit Theodorus. Verùm ridiculum est, ex sola carne dicere constare florem. Venam enim, nullus est flos, quin habeat. Apponit tamen exemplum,* ἐν μέσῳ τῶν αἰρῶν. *qui in meditullio Lolij existunt, profectò hi quoque venas habent. Nam unde alerentur? Theodorus,* inter lolia: *malè. Intra, non inter. Inter enim discretæ quantitatis nota est: & terminus duorum, aut plurium.*

Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν καρπῶν. *Sic lege,* οἱ δὲ ἐκ σαρκὸς μόνον. *Non posuit exemplum fructus, qui ex carne constaret sola. Nullum equidem sine cute notum habeo in memoria. Itaque sibi non tam moderatur, quàm contradicit, cùm addit:* Πάντων δὲ τὸ μὲν ἔξω φλοιός, τὸ δὲ ἐντὸς σάρξ. *Igitur in omnibus aliquid, præter carnem, est. Ergo aut, non* μόνον. *aut non,* πάντων. *Addit autem,* ὡς εἰπεῖν, *quia* τὸ ἐντὸς, *non respondet. Caro enim est in quibusdam,* μεταξὺ δέρματος, ἢ φλοιοῦ, ἢ ὀστρακώδους. καὶ πάλιν ἐντὸς τοῦ πυρῆνος ἄλλη σάρξ, *ut prunis. Nota & illud. Mora ait ex succo & cute: item punica: tamen est caro etiam præter succum, ut prudentius dicas succulentam carnem. Itaque Plinius lib.* V. *cap.* XVIII. Carne, & succo mora constant. *Intus habent præterea mora filamenta. Punica vero etiam acinum ligneum.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ὥσπερ.) Frumenti, arundinisque folium ex nervo solo non constat; ideoque prudenter addidit ὥσπερ. Durius est, idcirco dixit, quasi ex nervo constare. Nã ex carne, cortice, & nervo reliquorum instar compositum est.

Ὥς ἐστι.) Rectè & ex mente Theophr. codicem restituit Lugdunensis editio. In Bas. & Ald. legitur, τοῖς ἐπετείοις, μίσχος, ἄνθος, καρπὸς εἴτι ἄλλο. Rectè inquam addidit ὥς ἐστι.

Δοκεῖ.) Lego cum magno Scaligero δοκεῖ δὲ τῶν ἀμίσχων, idque quod folia harundinis pediculo careant.

Σαρκός.) Lege ex Basil. codice καὶ σαρκός. τὸ δὲ ἐκ σαρκὸς μόνον, οἷον τὰ ἐν μέσῳ. Sic legit Theodorus, sic Scaliger, cujus animadversiones vide. Corrige Theodori cod. & lege, *ut qui intra lolia*. Quin sic vir doctissimus scripserit, non dubito.

Ὁμοίως.) Lege cum Theodoro & Scaligero ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν καρπῶν. Nullum ego hactenus vidi sine cortice fructum; quare ex sola non constat carne. Vide animadversiones Scaligeri.

Ἐξ ὑγροῦ.) Plinius lib. XV. cap. XXVIII. carne & succo mora constare scribit, cũ ex carne & succo, vel carne succulenta & cute conflata sint. Intus præterea, ut etiam observavit magnus Scal. filamenta habent, ut & punicæ acinum ligneum.

ΚΕΦ. ΙΗ.

CAP. XVIII.

Semina arborum: & quæ semina congesta, & quæ discreta. De siliqua, hoc est ficu Ægyptia.

ἜΣχατον δὲ ἐν ἅπασι τὸ σπέρμα. τοῦτο δὲ " ἔχον ἐν ἑαυτῷ ὑγρὸν καὶ θερμὸν σύμφυτον. ὧν ἐκλειπόντων, ἄγονα καθάπερ τὰ † οὔρινα ᾠά. καὶ τῶν μὲν εὐθὺς τὸ σπέρμα μετὰ τὸ περιέχον· οἷον, φοίνικος, καρύου, ἀμυγδάλης. πλείω δὲ τούτων τὰ ἐμπεριέ-

" ἔχει.
† deest Ald.

POstremum in omnibus semen est: hoc humorem caloremque insitum in se habet. Qui cum " defecerint, semen infœcundum sicuti † urinum ovum relinquitur. Quorundam semen protinus post tegmen ambiens subest: ut palmæ, ‡ nucis, amygdalæ. Quibus ambientia plura utique sunt: ceu palmæ. Quibusdam caro

" defecerint.
† irritum.
‡ juglandis.

χοντα, ὡς τὰ τοῦ φοίνικος. τῶν δὲ μεταξὺ, σὰρξ, καὶ πυρὴν, ὥσπερ ἐλαίας, καὶ κοκκυμηλέας, καὶ ἑτέρων. ἔνια δὲ καὶ ἐν λοβῷ· τὰ δὲ ἐν ὑμένι. τὰ δὲ ἐν ἀγγείῳ. τὰ δὲ καὶ γυμνόσπερμα τελείως. ἐν λοβῷ μὲν οὖν μόνον τὰ ἐπέτεια καθάπερ τὰ χεδροπὰ, καὶ ἕτερα πλείω τῶν ἀγρίων. ἀλλὰ καὶ τῶν δένδρων ἔνια, καθάπερ ἥ τε κερωνία (ἣν *τινα καλοῦσι συκῆν Αἰγυπτίαν) καὶ ἡ †κικὶς, καὶ ἡ ‡κολοιτία περὶ Λιπάραν. ἐν ὑμένι δὲ ἔνια τῶν ἐπετείων· ὥσπερ ὁ πυρὸς καὶ ἡ κέγχρος. ὡσαύτως δὲ καὶ ἔνια ἀγγειοσπέρματα, καὶ γυμνοσπέρματα. ἀγγειοσπέρματα μὲν *οἷον, ἥ τε μήκων, καὶ ὅσα μήκωνι *ὅμοια. κατὰ γὰρ σήσαμον †ἰδιώτερος. γυμνοσπέρματα δὲ, τῶν τε λαχάνων πολλὰ· καθάπερ ἄνηθον, ‡κοριάννητον, κύμινον, μάραθρον, καὶ ἕτερα πλείω. τῶν δὲ δένδρων οὐδὲν γυμνόσπερμον, ἀλλ' ἢ σαρκὶ περιεχόμενον ἢ δέρμασιν. τὰ μὲν *δερματικοῖς, ὥσπερ ἡ βάλανος καὶ τὸ †εὐβοϊκόν· τὰ δὲ, ξυλώδεσιν, ὥσπερ ἡ ἀμυγδάλη, καὶ τὸ κάρυον. οὐδὲν δὲ ἐναγγειόσπερμον, εἰ μή τις τὸν κῶνον ἀγγεῖον θήσει, διὰ τὸ χωρίζεσθαι τῶν καρπῶν. αὐτὰ δὲ τὰ σπέρματα, τῶν μὲν εὐθὺς σαρκώδη· καθάπερ ὅσα καρυηρὰ καὶ βαλανηρά· τῶν δὲ ἐν πυρῆνι τὸ σαρκῶδες ‡ἔχεται, καθάπερ ἐλαίας καὶ δαφνίδος, καὶ ἄλλων. τῶν δὲ ἐν πυρῆνι μόνον ἢ πυρηνώδει γε καὶ ὥσπερ ξηρά· καθάπερ τὰ κνικώδη, καὶ κεγχραμιδώδη, καὶ πολλὰ τῶν λαχανηρῶν. ἐμφανέστατα δὲ τὰ τοῦ φοίνικος· οὐδὲ γὰρ κοιλότητα ἔχει τοῦτο οὐδεμίαν, ἀλλ' *ὅλον ἔξορθον. οὐ μὴν ἀλλ' ὑγρότης δή τις καὶ θερμότης ὑπάρχει δηλονότι καὶ τούτῳ, καθάπερ εἴπομεν. διαφέρουσι δὲ καὶ τῷ, τὰ μὲν ἀθρόα μετ' ἀλλήλων εἶναι· τὰ δὲ, διεστῶτα καὶ χεδόν. ὥσπερ τὰ τῆς κολοκύντης καὶ †σικύας· καὶ τῶν δένδρων, ὥσπερ συκῆς, μηλέας. καὶ τῶν ἀθρόων τὰ μὲν, ‡ἔν τινι περιέχεσθαι. καθάπερ τὰ τῆς ῥοᾶς, καὶ τῆς ἀπίου· καὶ μηλέας, καὶ τῆς ἀμπέλου, καὶ *συκῆς. τὰ δὲ μετ' ἀλλήλων μὲν εἶναι, μὴ περιέχεσθαι δὲ ὑφ' ἑνός· ὥσπερ τὰ σταχυηρὰ τῶν ἐπετείων. εἰ μή τις θείη τὸν στάχυν ὡς περιέχον. οὕτω δὲ ἔσται καὶ ὁ βότρυς, καὶ τἄλλα τὰ βοτρυώδη· καὶ ὅσα δὴ φέρει δι' εὐβοσίαν καὶ χώρας ἀρετὴν ἀθρόους τοὺς καρπούς. ὥσπερ ἐν Συρίᾳ φασὶ καὶ ἄλλοθι τὰς ἐλαίας. ἀλλὰ καὶ αὕτη δοκεῖ τις εἶναι διαφορά. τῷ τὰ μὲν †ὑφ' ἑνὸς μίσχου καὶ μιᾶς προσφύσεως, ‡ἀθρόα. καθάπερ ἐπί τε τῶν βοτρυηρῶν καὶ σταχυηρῶν εἴρηται, μὴ περιεχόμενα κοινῷ τινὶ γίνεσθαι· τὰ δὲ, μὴ γίνεσθαι. ἐπεὶ καθέκαστόν γε λαμβάνοντι τῶν σπερμάτων ἢ τῶν περιεχόντων, ἰδίαν ἀρχὴν ἔχει τῆς προσφύσεως· *οἷον ἥ τε ῥὰξ, καὶ ἡ ῥοιά. καὶ πάλιν ὁ πυρὸς, καὶ ἡ κριθὴ, καὶ ὁ πυρήν. ἥκιστα δὲ ἂν δόξειεν τὰ τῶν μήλων καὶ τὰ τῶν ἀπίων, ὅπου συμψαύει τε καὶ περιείληπται, καθάπερ ὑμένι τινὶ δερματικῷ, περὶ ὃν τὸ περικάρπιον. ἀλλ' ὅμως καὶ τούτων ἕκαστον ἰδίαν ἀρχὴν ἔχει καὶ φύσιν. φανερώτατα δὲ τῷ κεχωρίσθαι τὰ τῆς †ῥοιᾶς. ὁ γὰρ πυρὴν ἑκάστῳ προσπέφυκεν· οὐχ ὥσπερ τῶν συκῶν ἄδηλα διὰ τὴν ὑγρότητα· καὶ γὰρ τοῦτο ἔχουσι διαφορὰν, καίπερ ἀμφότερα περιεχόμενα σαρκώδει τινὶ, καὶ τῷ τοῦτο περιειληφότι μετὰ τῶν ἄλλων. τὸ μὲν γὰρ περὶ ἕκαστον ἔχει ‡τὸν πυρῆνα, τὸ σαρκῶδες τοῦτο ὑγρόν. αἱ δὲ κεγχραμίδες ὥσπερ κοινόν τι πᾶσι, καθάπερ καὶ τὸ γίγαρτον, καὶ ὅσα τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον. ἀλλὰ τὰς μὲν τοιαύτας διαφορὰς τάχ' ἄν τις λάβοι πλείους· ὧν δεῖ τὰς κυριωτάτας καὶ μάλιστα τῆς φύσεως μὴ ἀγνοεῖν. αἱ δὲ κατὰ χυλοὺς καὶ τὰ σχήματα καὶ τὰς ὅλας μορφὰς, σχεδὸν φανεραὶ πᾶσιν, ὥστε μὴ δεῖσθαι λόγου. πλὴν ἢ τοσοῦτον, ὅτι σχῆμα †οὐδὲν περικαρπίων εὐθύγραμμον, οὐδὲ γωνίας ἔχει.

*τινες Theod. †κερκὶς, κηκὶς Ald. ‡κολούτεα. lib. III. *deest Al. Bas. †ὀδιώτερος. Ald. ‡κορίαννον, ἄνισον. *σπερματικοῖς. Al. Bas. ὀστρακώδεσι Theod. †εὐοϊκὸν Bas. ‡ἴσχει. *ὅσον in marg. Bas. †σικύου, ‡ἐν ὑμένι τινὶ *σίκυος. †ἀφ'. Al. Bas. ‡ἀθρόα γίνεσθαι, καθάπερ *Basileens. οἷον ἥ τε σὰρξ * καὶ ἡ ῥοιά. scribe οἷον ἥ τε ῥὰξ βότρυος. καὶ τῆς ῥοᾶς ὁ πυρήν. καὶ πάλιν ὁ πυρὸς, καὶ ἡ κριθὴ, καὶ ὁ κέγχρος. ἥκιστα, &c. †ῥοᾶς. ‡τὴν. Al. †lege οὐδὲ τῶν περικαρπίων εὐθύγραμμον.

caro & nucleus interiacent: ut oleæ, pruni, aliorumque. Alia siliquis includuntur: alia folliculis vestiuntur: alia vasculis continentur. *Quædam etiam nuda patent in siliquis annua: ut legumina, & sylvestrium pleraque. Quin & arborum quædam: ceu siliqua, quam ficum Ægyptiam quidam appellant: & †cercis, & colœtia circa Liparam. In folliculo ex annuis quædam: ut triticum, milium. Simili modo vasculo inclusa & nuda. In vasculo; ut papaver, quæque papaveri similia: nam sesamæ modus quidam peculiaris. Nudo semine olerum pleraque: ut anetum, ‡coriannisum, cuminum, fœniculum; pleraque alia. Arborum nulla semine nudo: sed aut carne obducto, aut cute, aut †crusta; ceu glans & euboïcum: aut ‡ligno; ceu amygdala & *nux. Nullum in vasculo semen arboris est; nisi conum vasculum dixeris: quod †sejungi à fructibus potest. Semina ipsa quibusdam protinus carnosa: ceu illa quæ nucum & glandium genere comprehenduntur. ‡Quibusdam caro in nucleo est: ceu olivæ, lauro, & aliis. Non desunt quibus in nucleo tantum vel nucleacea & quasi retorrida constent: ceu cnico & *similibus: necnon & multis oleribus. Palmæ profecto evidentissima: cavitatem enim nullam hæc habent, sed tota plena atque persolida sunt. Tamen his quoque humor quidam calorque inest; ut dictum est. Differunt præterea: quod alia †congesta atque promiscua; alia discreta atque distantia: ut cucurbitæ, cucumeris: & in arborum genere, fici, mali. Quin & congestorum ipsorum quædam putamine aliquo aut tunica continentur: ut punicæ, mali, piri, vitis, ‡fici. Quædam congesta quidem, sed nullo inclusa: ut eorum quæ spicam inter annua gerunt. Nisi quis spicam ipsam ambiens quoddam esse putaverit. Quod si ita sit, racemus quoque ita se habebit, ut reliqua quæ racemata eduntur, quæque universa ob fertilitatem virtutemque soli prodeunt. Quemadmodum in Syria aliisque locis oleas fructificare affirmant. Quin etiam illud pro differentia quadam accipi posse videtur: quod alia uno pediculo singularique annexu congesta gignuntur: ut de racemis spicisque diximus, nullo ambiente communi tegmine provenire. Alia secus. Nam unumquodque semen aut ambiens seorsim acceptum, principium annexus proprium habere videtur: *ut acini, tum uvæ tum punici. Item triticum, hordeum, milius. Malorum pirorumque, ubinam conjungantur comprehendanturq; velut †membrana quadam quam caro fructus obducit, minus perceperis. Tamen vel eorum quodque principium habet proprium & naturam distinctam. Sed punici idcirco evidentissima: quod expressius discernuntur. Nucleus enim cuique adhæret. Nec quemadmodum ficuum incerta præ nimio suo humore. Hoc enim inter se distant. Quanquam utraque carne quadam, & eo quod carnem cum cæteris comprehendit, continentur. Hæc enim circa nucleum unumquemque carnosum illum habent humorem. Granum vero ficarium commune quasi omnibus est: sicuti & vinaceum; & quę his similia. Sed ejusmodi differentias plures capere fortasse possumus; quarum præcipuas maximeque naturales haud ignorare oportet. Quæ autem pro saporibus, figuris, totisque formis accipi possint, omnibus ferme exploratæ habentur: ut explanatione nulla indigeant. Nisi tantum eousque, ‡quod fructus figura nulla rectilinearis, neque angularis.

*Quædam planè nuda semina producunt, in siliqua non tantum annua, ut legumina & pleraq; sylvestriū; sed etiā arbores quædam, ut ceronia, quā quidā ficum Ægyptiam vocant. †cercis, quā populum Lybicam dicunt. ‡coriannū, anisum. †pelliceo tegmine. ‡lignoso. *jugulans. †à natura fructuum segregari potest. ‡quibusdā caro nucleo adhæret. *ficorum grani. †inter sese congesta, alia prope distantia sunt. ‡cucumeris *ut acinis uvæ, & nucleus punici, item triticū, hordeum, milium. †membrana quadam cutacea, quam pericarpium cingit. ‡quod non omne fructus in volucrum figura rectiliniare, neque angulare.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

PVlcherrima hic de semine contemplatio, quæque mereatur esse pars nostrorum librorum; quos ad hanc materiam, multis laboribus digessimus, numero septem. Ait in omni semine, & humorem, & calorem esse. Divina vox. Altera materia est; altera aut forma, aut formæ assecla, atque instrumentum. Alterum est principium actionis, cum proportione ad marem; alterum passionis, ad fœmellam.

Ἐν ἐκλειπόντων. *Deficientibus calore & humore, semina sterilescere, sicut & ova intelligemus: etiam verò alterutro tantum deficiente. Theodorus,* desierint. *At desijt, quod fuit. Philosophus autem hic profundius sentiat, ut non solum calor, qui fuerit, abeat; verum etiam qui esse debeat, non adsit, sed desit, ut in ovis hypenemijs, cũ abit calor & corrumpitur,* ἐκπνεῖν, *dicitur alibi à Theophrasto. tunc desinit: in principijs constitutionis, si non insit: deest, non desinit.* ἀλόντων *universalius, quàm* ἐκλειπόντων. *Addit autem quasi paraphrastes, urinum, de quo satis in historijs animalium.*

Καὶ τῶν μὲν εὐθὺς τὸ σπέρμα μετὰ τὸ ἐλύτρον. *Hæc verba excitabunt contemplationem judicij non vulgaris. Sic enim dicit,* εὐθύς. Statim, *inquit*, sub tegmine est semen in quibusdam. *In alijs autem* μεταξὺ; *scilicet tegminis & seminis, est caro, & testa. Igitur opponit* τὸ μεταξὺ τῷ εὐθύς. *At videamus exempla* τοῦ μεταξύ. *Olivam ponit, & prunum, rectißimè. Inter nucleum enim & cutem interest caro, & testa. Videamus exempla* τοῦ εὐθύς. *palmulam ponit, & juglandem, & amygdalum: quasi verò non habeat cutem juglans: deinde carnem, tum autem testam. Nam quid est* πυρὴν *in prunis, quod non sit in amygdalo? Neque enim semen est ipsa testa, sed quod intus. Quid quod etiam aliquid aliud præterea habet palmula? quippe membranam inter os & carnem. Quid quod ipse, cùm dicit,* εὐθύς, *sibi contradicit, atque ait:* πλείω δὲ τούτων τὰ ἐμπεριέχοντα, ὡς τὰ φοίνικος. *Postremò in utraque divisione est, & palmula, & oliva. Utraque cum carne esculenta, utraque cum cute, utraque cum testa nucleum operiente. Theodorus* καρύα ἀμυγδαλῆς. Nucis amygdalæ; *verùm minus cautè. Namque amygdalum quoque nux est: melius,* juglandis. πυρῆνα *Plinius item nucleum vocat, qui nucis vicem gerat. Nuculam nos excogitaveramus: ut nucleus, quod intus esset esculentum tantùm significaret. Est autem valdè æquivocum nomen* τοῦ πυρῆνος, *si & olivæ nuculam significet, & ligneum punici acini, intra quod nihil aut est, aut non apparet. Baccæ quoque significatu Plinius abusus est ad hæc exempla.*

Ἐν λοβῷ μὲν οὐ μόνον τὰ ἐπέτεια. *Si volebat mox dicere:* ἀλλὰ καὶ τῶν δένδρων ἔνια, *quo loco haud paucas arbores numerat: quare dicebat* μόνον? *quin etiam paliurus, & genista ferunt in siliquis, item opulus, quæ tamen non est cercis. At vero sic legemus, non autem,* κικίς. *Quid enim Galla hìc. Plinius autem de Cercide nihil; de Colutea autem ubi agat, videbis.* κολοίτεα *hìc mendosè legitur.* κηλαστρον *in tertio appellat, ubi Liparitanam vocat arborem.* κηλαστρον *verò & diversam, & Idæ propriam. In tertio autem miram oblivionem: non solum quia jam narratum repetit: sed etiam cùm priore historia salicis folia, posteriore fœnugræci attribuit.* Κερωνία *quoque &* κερατωνία *multis locis, atque exemplaribus scriptum invenias. Carobam Mauritana voce appellat Italia: qui Ægyptiam ficum, ridiculi.*

Καὶ ὅσα μήκωνι. *Præcisa oratio. deest,* ὅμοια; *intelligit,* ὑοσκύαμον, *&* ἀνεμώνην, *& alia.*

Τῶν δὲ δένδρων οὐδὲν γυμνόσπερμον. *Nulla ex arboribus semen nudum fert: sed aut carne, aut cute continetur: quasi verò fœniculum tum intus medullam, tum foris non habeat cutem. Quinetiam ipsius lactucæ semen & cute tegitur, & medullam tegit cute.*

Ἢ σαρκὶ, ἢ δέρματι. *Aut carne semen obducitur, aut cute, ne intellige carnem solam; etenim ipsa quoque cute ambitur, néve intellige cutem aliter, quàm solam. Cutis naturam dividit in duo, sic:* τὰ μὲν σπερματικοῖς, τὰ δὲ ξυλώδεσι. *Quid sit* σπερματικοῖς, *haud satis percipio. Theodorus vertit,* crusta, *ut sit,* ὀστρακώδεσι. *Sanè placet; verùm contextus non placet. Sic enim scribit,* aut cute, aut crusta. *Igitur non videtur dividere* τὸ δέρμα *in crustaceum, &* ξυλῶδες, *at Theophrast. dividit. Sic ego dividerem, extimum operimentum, in cutem, membranam, corium, lignum, testam, os. Cutis est in frumento: membrana in acino punici; corium in castanea. lignum in glande. testa in juglande. os, in pistacio. Notabis diligentius, si pro* σπερματικοῖς *legas* ὀστρακώδεσι. *non convenire exempla de glande. Etiam illud animadvertes* εὐβοϊκὸν *hìc distingui* παρὰ τὸ κάρυον, *tanquam diversum ab juglande. Itaque in quarto historiarum Euboicas arbores etiam in Magnesia oriri, pro narratione minimè vulgari posuit: ut intelligas errorem Theodori, qui in quinto, nec semel* εὐβοϊκὸν, *nucem pro juglande est interpretatus, dum Plinij autoritatem nimis securus famæ sequitur.*

Διὰ τὸ χωρίζεσθαι τῶν καρπῶν. *Theodorus,* quod absolvi de fructibus potest. *Non intelligo quid velint sibi verba hæc: at Græca ita interpretor:* χωρίζεσθαι τῶν καρπῶν: *à natura* fructuum segregari. *Conus enim fructus non est, sed vasculum fructus continens: intelligo hunc tam cupressi, quàm pineæ nucis.*

Αὐτὰ δὲ τὰ σπέρματα. *Semina, inquit, protinus quædam carnea, exempla ponit. Quæ in nucum, aut glandium genere censentur: alia, inquit,* ἐν πυρῆνι ἔχει τὸ σαρκῶδες: *intra nuculam carnem habent, ut oliva. Quæ diligentius quidem sunt notanda. Aperta namque glandis crusta, protinus caro invenitur: & non absimili modo, oliva nucleo aperto statim carnem habet seminalem. Videtur differentia: quia olivæ nucleus esculenta obducitur carne: icirco dixit* εὐθύς. *hoc sic apparetur, ut potest. Nam sanè alterum exemplum videtur laborare: ait enim juglandem habere statim carnem seminalem. At enimverò eadem, sede & juglans habet, & oliva. In utraque primo æquè loco est caro, quanquàm diverso usu. Verùm id nunc non disputatur: sed de sede, atque ordine inter se, & medullæ seminalis, & integumentorum; deinde est nucleus, tum pulpa. Præterea nulla ratione convenit exemplum baccæ Lauri, cum oliva. Habet enim cuticulam oliva, quæ à carne non abscedit: habet carnem, habet os: postremò intus medullam pusillam seminalem: at Lauri bacca os nullum,* πυρῆνα *nullum. Sed primum, atque extimum, corium, deinde membranam, intra quam caro firma ac solida: qualis castaneæ. Ea est bipartita nihil intra se continens; tantùm ad verticem ligulam habet castaneæ modo, quam ligulam vulgus germen vocat.*

Τῶν δ' ἐν πυρῆνι μόνον, ἢ πυρηνώδει. καὶ ὥσπερ ξηρά. καθάπερ τὰ κνηκώδη, καὶ κεγχραμιδώδη. *Hìc videmus non accipi* πυρῆνα, *sicuti suprà: sed quomodo in punica. Similis enim grani figura in utrisque, & quæ* κνηκώδη *sunt, & quæ in malogranatis.* Non intelligit autem ἔχεσθαι, id est contineri, ἐν τῷ πυρῆνι, *sed* εἶναι: *neque enim quicquam à grano ipso continetur: sed ipsummet granum semen est. Igitur ob eam æquivocationem, adjecit* πυρηνώδει. *Et addidit* γε, *particulam proportionalem: saltem si non sit* πυρὴν, *erit* πυρηνῶδες. *Et quia suprà* σαρκὸς *nominarat. At quia carnis natura humidior est, propter eam diversitatem, addidit* ξηρά. *Et dixit* κνηκώδη, *ut comprehensum haberet omne genus Cinaræ, & Cardui, & Chamæleontis, & ejusmodi. Theodorus omisit,* κεγχραμιδώδη. *Contemplabimur ergo an* πυρῆνος *appellatio applicari possit aliqua analogia ad fici granum. Id enim est* κεγχραμίς; *& os olivæ. Plinius in hac materia pro eo quod est* κεγχραμίς, *hìc posuit frumentum, quod diligentius est perpendendum.*

Ἐμφανέστατα δὲ τὰ τοῦ φοίνικος. *Manifestißimum semen in palma: quia ipsummet os semen sit, ut ne dubitetur, sit ne medulla sola, an testa, quemadmodum in olea. Reddit rationem,* οὐδὲ γὰρ κοιλότητα ἔχει οὐδεμίαν. *Et addit,* ἀλλ' ὅλον ἰσχυρὸν. *Theodorus* plenum, & persolidum. *Vox illa nobis diu multumque perquisita nusquam comperta est. Palmulæ os, verè osseum, marmoris fragmenta fractum imitatur: ejusdem duritiam, & colorem, cum duritia & colore cornuum mistam gerit: oblongum est, sed non æqualiter teres. Namque ab lateribus convolvitur in sinum: ex altera parte ubi venter est, canaliculi vestigia tenuia, atque subobscura, pertinent ab imo ad summum. Paulò infrà medium ejus canaliculi, umbilicus est, at quasi ocellus quidam: sub quo, & à quo introrsum tendit tubus cum pellicula, atque intus mucro, qui germen, ut vocant, est. Igitur nulla intus cavitas, ut in oliva: sed ipsum corpus osseum, est semen: quemadmodum castaneæ caro, & in corpore mucro ille genitalis ad umbilicum. Sic describendum est, aliqui* ὅσον, *non* ὅλον *legunt. Notabis sententiæ suæ propriam castigationẽ,* οὐ μὴν ἀλλ' ὑγρότης, *tametsi non est medulla in medio, tamen in toto est humor, de quo suprà dicebamus.*

Διαφέρουσι δέ. *Alia seminum differentia, à positu: quia quædam* ἀθρόα, *congesta. Non posuit exemplum, habes in papavere. Theodorus de suo addidit,* promiscua, *malè. Nam* ἀθρόον *genus est, & dividitur in promiscua, sicut in Hyoscyamo: & digesta, qualia Punicis. Suam enim quæque sedem obtinent. Dixit autem,* τὰ δὲ διεστῶτα, καὶ σχεδόν. *Theodorus,* discreta, *minus rectè. Discreta enim omnia sunt. quodcunque enim est, unum est, & ab alijs discretum, sed distantia, ita ut inter cucurbitæ semen, & semen aliud,*

aliquid

aliquid intersit, τὸ χιδὸν, *significat hîc propinquitatem, unde* χίδια. *Latinis rates à raritate, quia non sunt unum corpus solidum.*

Καὶ τ ἀθρόων. *Nunc eorum dividit naturam, quae confertim nascuntur; alia contineri simul ab aliquo, alia à nullo. Prioris historiae exemplum ponit Punicae, rectè. In membrana enim unica frequentes invenias coccos. At pyri, ac mali exempla cum statuit, sibi contradicit: namque modo ajebat, in malo ac fico semina esse separata: nunc malum ac ficum inter ea, quae semina congesta habent. Spectetur veritas. In malo, ac pyro camerulas videmus, atque in his semina, interdum bina, aut plura: itaque ea ibi congesta rectè dicas: inter ea enim nihil interest: inter coccos Punici nihil item intercedit; ea sunto conferta,* ἀθρόα. *At in ficu grana neutiquam sese contingunt. Caro enim inter ea interiacet: quemadmodum etiam in cucurbita. Sic neque in uvae acino contingunt se vinacea: sed ea mucco interjecto separantur. Ponit eorum exemplum, quae à nullo continentur. In frumentis, rectissimè: si non omnes intelligat species. Nam quaedam in spica sunt, & distincta: neque enim sese contingunt, quemadmodum legumina quaedam. Alia verò pediculo tantùm haerent, neque communi tegumento comprehenduntur. Quod autem addit: si spica erit,* τὸ περιέχον, *ita etiam,* βότρυς: *absurda comparatio sanè. Nemo enim dicat racemo grana contineri, sed acinum racemo, grana acinis mucco distincta. At in spica sunt cavitates, atque in earum singulis grana singula: quare conferta quidem sunt, sed separata. Ponit deinde accidens ab agri praestantia. Nam quae distantia solent alibi natura sua evenire, eveniunt certis locis congesta, ob soli ubertatem: veluti olivae, quae in Syria quidem racematim pendent. Ita hîc quoque vide, quod supra dicebamus:* διεστῶτα, *distantia, non discreta. Nam olivae in Syria,* ἀθρόαι, *& discretae tamen: at non* διεστῶσαι: *etenim distinxit inter se,* τὸ διεστῶς, καὶ τὸ ἀθρόον.

Ἀλλὰ καὶ αὐτή. *Affert differentiam à pediculo, propterea quòd semina ab uno pediculo multa, quaedam singula singulis. Dat exemplum eorum: ut racemi, inquit: sane incommodè, si fructum accipit pro semine. Namque acinus, unus fructus est ab uno pediculo: quòd si vult acinorum multitudinem à pediculo uno racemi; malè. Quippe cum semine confundit fructum. Sin intelligit bina, trinàve grana, quae acinis insunt: rectè. ab uno enim pediculo. Verùm tunc malè comparat spicae frumentaceae racemum. Namque spica ab uno pediculo multa fert semina, quae semina vera sunt: at acinus, qui habet in racemo analogiam, quam granum frumenti in spica, fructus est, non semen. Dixit autem* μίσχῳ, *propter racemum. Addidit* περιφύσεως, *quia, spicae pediculum, vix dicas:* περίφυσιν *possis.*

Σχῆμα οὐδὲν περικάρπιον εὐθύγραμμον, οὐδὲ γωνίας ἔχει. Fructus, *inquit*, rectilineus nullus: neque angulum ullum habet. *Sive de fructu intelligat, sive de semine, hoc falsum est. Posterior pars manifesta. Nam magna pars seminum, aut mucronem habet, aut apicem, aut latera. Videas tribulum aquaticum, & indicas silentium. Taceo alia tot: prior pars dubitationem afferre potest. Castaneas tamen quasdam altera ex parte, qua sessiles sunt, adeò planas metitus sum, ut nihil ad rectissimam lineam deesse videatur. Quod si* περικάρπιον *ex communi consuetudine intelligit esculentum id, quod ambit semen, de consuetudine mox, nunc de sententia. Multi fructus ante quàm maturescant, qua flos excidit, mucronati sunt. Racemorum quorundam acinos habemus, etiam cùm maturuerint adeò fastigiatos, ut hoc mendacium videri possit. Quin & pruna apud nos sunt haud absimili figura: ita angulorum sententia sublata est. De verbi autem consuetudine, & supra diximus; & hic maxime facit ad rem. Cum Graeci nominant* καρπὸν *fructum in quo semen est, & totum illud. Mirum sanè quo consilio* περικάρπιον, *partem tantum vocent,* περισπέρμιον *potius: tametsi etiam testae ipsi, sive nucleo, sive corio id quoque convenire queat: neque enim aliud* σπέρμα *hic capit Theoph. atque medullam.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Δέρματος *vox hic latius sumitur. Complectitur enim putamen, ut in nuce, corium in castanea; crustam in glande, corium & membranam, ut in punica: & haec omnia* δερματικά: *comprehendit & τὰ ξυλώδη operimenta. Carnis vero nomine, cutis quoque continetur, ut cute teguntur uvae: cute, & succo cerasi.*

σπογγιοσπέρματος. *Generis esse videtur nucis moscatae, (id est* καρύα μυρεψική, *quae &* ἰνώδες κάρυον *Aetio) arbor. Fert enim nuces in vasculis: quae macis cortex convestit.*

Ἔχει τὸ σαρκῶδες. *Falsa lectio, & verbi* ἔχεται, *non intellecta vis, errandi etiam Gazae viro Graeco occasionem praebuit: hic* ἔχεσθαι, *adhaerere significat: quod Plinius optimè percepit: ita scribens lib.* XV. *cap.* XXVIII. Quaedam adhaerent, ut olivae, lauris: superiusque posuit: Quaedam statim à ligno recedunt, ut nuces, & palmae.

Κεγχραμίς. *Vide quae adnotata sunt in Lexico Graeco Crispini, in verbo* κεγχραμίς.

Τὸ μὲν γάρ. *Vinaceis, acinis punicae, & ficus granis commune quòd carne, carnisque involucro contineantur. Proprium verò, quòd vinaceis, & ficus frumentis, ut loquitur Plinius, una caro communis sit: Acinorum autem punicae, sua cuique propria & peculiaris.*

Οὐδὲν περικάρ. Fagea glans. *Plinio, quae vulgò faine, id est,* κάρυον φηγοῦ, *&* φηγὸς *etiam Athen. triangula cute includitur. Quare cautius hoc sic extulit, author libri* περὶ φυτῶν, *qui tribuitur Aristoteli:* οὐ γὰρ πάντες οἱ καρποὶ γωνιώδεις οὐδὲ πάντες διὰ γραμμῆς εὐθείας.

IOANNIS BODAEI A STAPEL NOTAE ET COMMENTARIUS.

Οὔρια ὠά.) Ova interpretor irrita. Plin. lib. X. cap. LVIII. *Tertium quod irritum est, urinum vocant, oritur aestate.* Aristoteles lib. VI. cap. II. hist. animal. τὰ δὲ καλούμενα ὑπό τινων κυνόσουρα καὶ οὔρια γίνεται τοῦ θέρους μᾶλλον. οὔριον modo *infoecundum*, modo *subventaneum*, interpretatur Theodorus, quasi παρὰ τὸ οὖρον. *ventum*; cum παρὰ τὸ οὖρον *lotium*, nomen hoc acceperit. Plin. lib. X. cap. LX. *Vrina fiunt incubatione derelicta, quae alij cynosura dixere*, id est sine maris initu nota, irrita vocat quoniam foecundi seminis inania sunt.

Καρύα.) Interpretor, *juglandis*, quod Graeci κάρυον βασιλικὸν κατ' ἐξοχὴν κάρυον vocent. Gal. lib. II. de alim. facult. βασιλικὰ. τινὲς ὀνομάζουσι κάρυα, ταῦτα τὰ νῦν ὑπὸ πάντων ὀνομαζόμενα κάρυα. Geoponicon auctor lib. X. c. LXXIII. βασιλικὸν τὰ νῦν παρ' ἡμῖν λεγόμενα κάρυον. Latius antiquos Graecos hanc vocem accepisse, auctor nobis Nicandri Scholiastes: pro omni scilicet fructu, cortice tecto ligneo. Θεόφραστος, inquit, ἐν τῷ πρώτῳ καὶ δεκάτῳ τῶν φυτικῶν, κάρυον αὐτὸ προσηγόρευσε. κάρυα δὲ λέγονται ὅσα τὸ ξυλῶδες λέπος ἔχουσι. Dolendum hos libros, si modo extitere, perijsse. Latini ad imitationem Graecorum nucem dixerunt, omnem fructum duro operimento tectum. Virg.

Castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat.

Κατ' ἐξοχὴν, ut dixi juglandem denotat, Cum ergo nux amygdalam, castaneam, avellanam, juglandem, aliosque fructus, cortice duro significet, malo, ne error fiat, juglandem vertere. Caeterum, ut nux à nocendo Latinis dicitur; ita κάρυον vocarunt Graeci teste Plutarcho lib. III. sympos. cap. I. quoniam πνεῦμα βαρὺ καὶ καρωτικὸν ἀφίησι λυπεῖ τοὺς ὑπ' αὐτῆς κατακλιμένους, *spiritum gravem ac capiti infestum emittit* (placet aliis reddere, *soporem inducentem profundum exhalat*) *ac laedit eos qui sub ea decumbunt*. Latinorum etiam juglandem, à Graecorum διὸς βάλανον diversam, commodiori loco demonstrabo.

Καὶ τ μὲν εὐθύς.) Paucis in verbis manifesta contradictio, *quorundam*, inquit, *semen protinus post tegmen ambiens subest, ut palmae*: mox plura ambientia palmā habere inquit; ergo aliquid aliud interjacet inter semen & tegmen, Nec palmae tantum ambientia plura, sed juglandi, & amygdalo: falsum est statim post tegmen ambiens, subesse semen. Nihil notius quam os dactyli primum membrana, deinde carne, iterum membrana tegi. Iuglandem primum cute, deinde carne, tum testa, iterum cute tectam esse, quis ignorat. De amygdala nihil dicam: nemini ignotum, pluribus tegminibus praeditam. nodus hic difficillimus; oedipo opus qui solvat, putavi quondam hanc esse Magistri mentem, semen, in quo insitus calor, humorque, adhaerere tegminibus: illud certum, palmae tegmina, ossi adhaerere, sed in amygdala contrarium observatur, nisi velimus cuticulam semini sive quod vulgo edimus, proximam, sed talis etiam cuticula oleae, & pruno, quae inter ea numerat, quibus inter semen & tegmen interjacet caro. Rectè hujus loci sensum, mentemque Magistri exponit Auctor libell. de plantis lib. I. cap. V.

Τῶν

Τινὰ δέ εἰσιν εἰς τὸ ἀφυτικὰ γίνεται τὸ σπέρμα καὶ τὸ περικάλυμμα, ἃ περικαλύπτεται, ὡς οἱ καρποὶ τῶν φοινίκων, καὶ τῶν ἀμυγδαλῶν. τινὰ δὲ οὐχί. *Sunt quoque alij, quibus statim fit semen cum tegumento, quo operiuntur, ut dactyli & amygdala; quidam non tales sunt.* Sensus igitur hujus loci est; quorundam semen statim cum ambiente tegmine generari, secus in aliis; ac quidem primum tegmen, mox carnem & nucleum, tum demum semen perfici.

Τὰ δὲ ἐν ὑμέσι.) Eleganter hoc Plinius lib. xv. cap. xxviii. & melius quam Theophrastus: *Alia siliquis gignuntur, ipsis dulcibus, semenque complexis amarum; cum in pluribus semina placeant, in siliqua damnētur. Alia baccis, quarum intus lignum, & extra caro, ut olivis, cerasis. Aliquorum intus baccæ,* (abutitur hac voce ad nucleum significandum) *foris lignum, ut his quæ in Ægypto diximus gigni. Quæ baccis natura, eadem & pomis. Aliarum intus corpus, & foris lignum, ut nucum. Alijs foris corpus, intus lignum, ut persicis, & prunis, vitiumque cinctum fructu, cum fructus alibi muniatur vitio. Putamine clauduntur nuces, corio castaneæ. Detrahitur hoc ijs, at in mespilis manditur. Crusta teguntur glandes, cute uvæ; corio & membrana punica, carne & succo mora constant, cute & succo cerasi. Quædam statim à ligno recedunt, ut nuces & palmæ. Quædam adhærent, ut olivæ, laurique, quorundam generi utraque natura est, ut persicis. Etenim duracinis adhæret corpus, è ligno avelli nequit, cum in cæteris facilè separetur. Quibusdam nec intus, nec extra lignum, ut in palmorum genere. Aliquorum lignum ipsum in usu, & pomi vice, ut generi amygdalæ quam in Ægypto gigni diximus. Quorundam extra gemina, geminantur vitia, ut in castaneis, amygdalis, nucibusque juglandibus. Quorundam natura trigemina est, corpus, deinde lignum, rursusque semen in ligno, ut persicis. Quædam alvo continentur, ut granata: dependent alia pediculis, ut pyra: alia racemis, ut uvæ, palmæ: alia pediculis, & racemis, ut hederæ, sambuci. Aliæ ramo adhærent, ut in lauro. quædam utroque modo ut olivæ, nam & breves pediculi, & longi. Quædam vasculis constant, ut punica, & mespila, lotosque in Ægypto ac Euphrate. Iam vero diversa gratia & commendatio; carne placent palmæ, crusta Thebaicæ, succo uvæ, & cariotæ; callo pyra, ac mala; corpore melimela, mora; cartilagine nuclei grano, quædam in Ægypto, cute ut caricæ, detrahitur hæc ficis virentibus, ut putamen, eadem in siccis maximè placet, in papyris & ferulis, spinaque alba, caulis ipse pomum est. Sicut & ficulni caules. In fruticoso genere, cum caule capparis, in siliquis vero quod manditur, quid nisi lignum est? Non omittenda seminis earum proprietas. Nam neque corpus, nec lignum, nec cartilago dici potest, neque aliud nomen inveniat.*

Κερώνια.) *Siliquam* vertunt. At arbor siliqua, Græcis κερατώνια vel κεράτιον: arbor hæc à ceronia planè diversa, & dissimilis. Vide cap. ix. lib. iv. Siliquam hoc loco non intelligere Theophrastum, ex eo patet, quod semen in folliculo ferat carne melleoque succo circumvestitum.

Κερκίς.) Lego cum Theodoro, κερκίς. Subulcis in Westphalia notum, quercum non ferre fructum in siliqua nudum. Corrigunt, quidam ac legunt ἀκακία; sed arborem hanc non solet Theophrastus ἀκακίαν, verū ἄκανθον Αἰγυπτίαν nominare. Vide cap. iii. lib. iv. Totum locū hunc malè vertit Gaza, nec ejus sensum percepit. Verte, *Quædam planè nuda semina producunt; in siliqua autem non tantum annua, ut legumina, & pleraque sylvestrium, sed etiam arbores quædam, ut ceronia,* (quam quidem *ficum Ægyptiam* appellant) *& cercis,* (quam *populum Libycam*, Plinius appellat vide lib. iii.) *& colœtea circa Liparam.*

Κορελάννησον.) Quid sit ignoro, lego separatim, κορελάννησον, ἄνισον. Plin. lib. xix. cap. vii. *Nudum semen apij, coriandri, anethi, anisi, fœniculi, cumini.* Nudum semen intellige, quod in vasculo, aut simili quadam re, non includitur; alioquin anisum, anethum cute teguntur.

Οὐδὲν δὲ ἐναγγειόσπερμον.) Staphylodendrum, quod non raro arboris naturam assumit, in vasculo fert semen. Floribus enim folliculi succedunt, vesicarum instar; in quibus crebro duæ, quandoque una tantummodo nux parva, avellana minor, sed quam cicer arietinum major, putamine lignoso, ac subrusso, pulpa interiore virescente, sapore initio dulci, sed tandem nauseolo. Sed hanc non novit arborem Præceptor. Plin. lib. xv. cap. xxviii. *Quædam vasculis constant, ut punica & mespila, lotosque in Ægypto & Euphrate.* Vasculum hoc loco vocat Plinius quod in summo fructu cavum ac quasi umbilicatum est; flosculum vocat Columella lib. xii. cap. xlv. *Deinde substrata prædicta poma sic componi, ut flosculi sursum, pediculi deorsum spectent, &c.* Docti viri legunt ut oculi sursum, pediculi deorsum: sed non video, cur summa pars fructus cava ac umbilicata flosculus vocari non possit? Ipse etiam Theophrastus, ut infra dicam, florem vocat: Vide cap. xx. hujus libri.

Κεγχραμιδώδη.) Κέγχραμις Galeno lib. viii. simpl. *Ficus minuta grana, quæ sunt vice seminis.* Contemplandum, an πυρήν, vox aliquo modo ad fici granum applicari possit. Latè si accipiatur, non dubium quin ad granum fici referri possit. πυρῆνες nuclei dicuntur omnes, quibus in pomis, exterior & ambiens eos caro sustinetur; quales sunt in cerasis, prunis, olivis, uvis, mespilis. τῆς μεσπίλης πυρῆνα. dixit lib. iii. cap. xii. Theophrastus; Plinius lib. xv. cap. xii. acinum transtulit.

Καὶ τῶν ἀθρόων τὰ μὲν ἔν τινι περιέχεσθαι.) Rectè Gaza ἐν ὑμένι τινι legit. Nam in mali punici membrana unica, plures observabis coccos. vide Doctiss. Scaligeri animadversiones. Negat Theophrastus in uvæ acino contingere se vinacea, sed ea mucro interjecto separari: id ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ quidē verum, sed non semper. Non semel enim sese contingere, observavi.

Οἷον ἥτε ῥάξ, καὶ ἡ ῥοιά καὶ πάλιν ὁ πυρὸς καὶ ἡ κριθὴ καὶ ὁ πυρήν.) Hæc corrupta & depravata. In Basil. codice & Ald. utroque legitur, οἷον ἥτε * σὰρξ καὶ ἡ ῥοιά. καὶ πάλιν ὁ πυρὸς καὶ ἡ κριθὴ καὶ ὁ πυρήν. Scribe οἷον ἥτε ῥὰξ βότρυος, καὶ τῆς ῥοᾶς ὁ πυρήν, καὶ πάλιν ὁ πυρὸς, καὶ ἡ κριθὴ, καὶ ὁ κέγχρος. *Vt acinus uvæ, & nucleus punicæ, item triticum, hordeum milium.* ῥάξ, *uvæ granum*, κόκκος σταφυλῆς. Hesych. ῥάξ, ῥάγα, ἡ τῆς σταφυλῆς, ἣν ἡμεῖς ῥῶγα καλοῦμεν. Suidas. ῥάξ, ῥάγος, ἐπὶ σταφυλῆς. Diosc. lib. iv. cap. li. ῥαγὲς μικραί, πυῤῥαὶ κατὰ μέγεθος πυροῦ; *uvarum acini, numerosi rubri, magnitudine tritici.* Idem lib. iii. cap. xciv. ἐν ῥαγὶ σταφυλῆς; *in acino uvæ passæ.* Plato lib. viii. de legibus, κατὰ ῥαγὰ βοτρύων. Punicæ nucleum; πυρὴν vocat Hippoc. lib. περὶ παθῶν. ῥοιὴ ξὺν μὲν τῷ πυρῆνι στάσιμον, ἄνευ δὲ τοῦ πυρῆνος διαχωρητικόν. *Malum punicum cum nucleo quidem alvum sistit, citra nucleum alvum subducit.* Diosc. lib. i. cap. cli. τῆς ὀξείας ῥόας ὁ πυρήν. Ipse Theoph. paulo infra φανερώτατα δὲ τῷ κεχωρίσθαι τὰ τῆς ῥόας, ὁ γὰρ πυρὴν ἑκάστου.

Οὐδὲν περικαρπίων.) Lego οὐδὲ πᾶν περικάρπιον εὐθύγραμμον, Sic Autor libel. de plant. lib. i. cap. v. Οὐ γὰρ πάντες οἱ καρποὶ γωνιώδεις, οὐδὲ πάντες διὰ γραμμῆς εὐθείας. *Neque omnes sunt angulares, neque linea recta omnes.* Linea recta castanea; triangulari fagea, glans; angulari tribuli æquatici fructus. Refert Scaliger, castaneas quasdam altera ex parte, qua sessiles sunt, adeo planas se metitum, ut nihil ad rectissimam lineam deesse videatur.

ΚΕΦ. ΙΘ. | CAP. XIX.

De succorum odorumque differentia.

ΤΩν δὲ χυλῶν, οἱ μὲν εἰσιν οἰνώδεις ὥσπερ ἀμπέλου, συκαμίνου, μύρτου. οἱ δὲ, ἐλαιώδεις ὥσπερ ἐλαίας, δάφνης, καρύας, ἀμυγδάλης, πεύκης, πίτυος, ἐλάτης. οἱ δὲ, μελιτώδεις, οἷον σύκου, φοίνικος, † δρυὸς, βαλάνου. οἱ δὲ, δριμεῖς οἷον ὀριγάνου, θύμβρας, καρδάμου, νάπυος. οἱ δὲ, πικροί ὥσπερ ἀψίνθιου, κενταυρίου. διαφέρουσι δὲ καὶ ταῖς εὐωδίαις.

† lege διὸς βαλάνου.

SVccorum vero alij vinosi; ceu vitis, mori, myrti: alij "pingues; ut oleæ, lauri, † nucis, amygdalæ, pini, ‡ laricis, abietis: alij dulces; ut fici, palmæ, "roboris, glandis: alij acres; ut origani, † satureiæ, nasturtij, sinapis: alij amari; ut absynthij, fellis terræ. Odore præterea ‡ distant: ut aneti, "cedrulæ. Quorundam † dilutos putaveris; ut prunorum: alij acidi; ut punicorum & quarundam malorum. Sed omnes,

" *oleosi.* † *juglandis.* ‡ *piceæ.* " *castaneæ.* † *thymbræ.* ‡ *excellunt.* " *cedri.* † *aquosis.*

† ἀνήσου Bas. οἷον τ ἀνήθου, κεδρίδος. ἐνίων δὲ ὑδαρεῖς ἂν δόξειεν· οἷον οἱ τῶν κοκκυμηλίων. οἱ δὲ ὀξεῖς, ὥσπερ ῥοῶν, " οἰνώδεις Al. καὶ ἐνίων μήλων. ἁπάντων δὲ οἰνώδεις καὶ τοὺς ἐν τούτῳ τῷ γένει θετέον. ἄλλοι δὲ ἐν ἄλλοις εἴδεσιν. ὑπὲρ ὧν ἁπάντων ἀκριβέστερον ἐν τοῖς περὶ χυλῶν ῥητέον· αὐτάς τε τὰς ἰδέας διαριθμουμένους, ὁπόσαι καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφοράς, καὶ τίς ἡ ἑκάστου φύσις καὶ δύναμις. ἔχει δὲ καὶ ἡ τῶν δένδρων αὐτῶν ὑγρότης, ὥσπερ ἐλέχθη, διαφορὰ εἴδη. ἡ μὲν γάρ ἐστιν ὀπώδης ὥσπερ ἡ τῆς συκῆς καὶ τῆς μήκωνος· ἡ δὲ, πιττώδης οἷον, †ἐλαίας, † ἐλάτης. τῆς πεύκης, τῶν κωνοφόρων, ἄλλη δὲ ὑδαρής. οἷον, ἀμπέλου, ἀπίου, μηλέας. καὶ τῶν λαχανωδῶν δὲ, οἷον, σικύου, κολοκύντης, θριδακίνης. αἱ δὲ, ἤδη δριμύτητά τινα ἔχουσι καθάπερ ἡ τοῦ θύμου, καὶ θύμβρας· αἱ δὲ, καὶ εὐωδίαν ὥσπερ αἱ τοῦ σελίνου, ἀνήθου, μαράθρου, καὶ τῶν τοιούτων. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπασαι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἑκάστου δένδρου, καὶ ὡς καθόλου εἰπεῖν, φυτοῦ· πᾶν γὰρ ἔχει κρᾶσίν τινα καὶ μῖξιν ἰδίαν· ἥπερ οἰκεῖα δηλονότι τυγχάνει τοῖς ὑποκειμένοις καρποῖς. ὧν τοῖς πλείστοις συνεμφαίνεταί τις ὁμοιότης· οὐκ ἀκριβὴς, οὐδὲ ἐπιφανής ἀλλ' ἐν τοῖς περικαρπίοις. διὸ μᾶλλον κατεργασίαν λαμβάνει καὶ πέψιν καθαρὰν καὶ εἰλικρινῆ ἡ τοῦ χυλοῦ φύσις. δεῖ γὰρ ὥσπερ τὸ μὲν ὕλην ὑπολαβεῖν τὸ δὲ εἶδος καὶ μορφήν. ἔχει δὲ αὐτὰ τὰ σπέρματα καὶ οἱ χιτῶνες οἱ περὶ αὐτὰ διαφορὰν τῶν χυλῶν. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπαντα τὰ μόρια τῶν δένδρων καὶ τῶν φυτῶν, οἷον, ῥίζα, καυλὸς, ἀκρέμων, φύλλον, καρπὸς, ἔχει τινὰ οἰκειότητα πρὸς τὴν ὅλην φύσιν, εἰ δὲ καὶ παραλλάττει κατά τε τὰς ὀσμὰς καὶ τοὺς χυλούς, ὡς τὰ μὲν εὔοσμα καὶ εὐώδη, τὰ δὲ ἄοσμα καὶ ἄχυλα παντελῶς εἶναι τῶν τοῦ αὐτοῦ μορίων.

omnes, qui vel huic generi contribuuntur, vinosos putandum. Alij alijs generibus assignantur. Quorum singulos in libro de saporibus persequemur: tam genera ipsa numero amplectentes, quam eorum invicem differentias reddentes: quæque vis cujusque naturaque sit. Arborum quoque ipsarum humor, uti retulimus, varijs generibus consummari videtur. Alius enim succo lacteo similis; ut fici, papaveris: alius † resinaceus; ut abietis, pini, omniumque coniferarum: alius aquosus; ut vitis, piri, mali, & in olerum genere, cucumeris, cucurbitæ, lactucæ. Nonnulli acrimoniam quandam sortiuntur; ceu thymi, satureiæ. Quidam etiam suavem olentiam præstant: ut apij, anethi, feniculi, reliquorum similium. Omnes, ut absolutè loquar, pro natura cujusque arboris, (utque in universum transigam) plantæ, propriam differentiam sibi sortiuntur. Quippe unumquodque temperamentum quoddam mistionemque obtinet peculiarem: quæ scilicet fructibus subjectis conveniat. Quorum pluribus quædam similitudo innotescit, quanquam incertior, sensuque dubia. Scilicet ea de causa, quod saporis natura, puram sinceramque confectionem concoctionemque in carne fructus consequitur. Alterum enim quasi materiam; alterum quasi formam speciemque arbitremur oportet. Semina quoque ipsa & tunicæ quibus vestiuntur, saporum discrimine inter se distant. Vtque simpliciter loquar; universæ arborum plantarumque partes, ut radix, caulis, ramus, folium, fructus, cognationem quandam habere tota cum natura videntur. Quanquam odore saporeque differat. Vt partium plantæ ejusdem, aliæ odoratæ & bene sapidæ sint: aliæ inodoratæ insipidæque omnino.

† piceus ad verbum.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Nunc succos declarat, & sapores. Primum quod animadvertas: non dividit in dulcem, & asperum: & acidum, & amarum: & ejusmodi, quæ vera sunt genera: sed in succos digerit speciales. Ita ut cum sub vinoso assignet vitem, morum, myrtum, videatur morum & myrtum tanquam ἀνάλογα *referre ad vitem. Sic ad olivam, laurum, juglandem, & alia. Mox confundit membra hæc cum membris genericis, ubi dicit aliquos esse acres, alios amaros. Maluit etiam* μελιτώδεις, *quàm dulces dicere. Et profectò commodius ab ipso factum esset. Esto, fici, & palmulæ agnoscantur mellei: at quæ præterea adducit,* δρυὸς καὶ βαλάνου *nunquam mellet, dulces aliquo modo: & nescio quare dixit* δρυὸς, *cum* βαλάνου *esset dicturus, nisi* ἀκύλου *addideris. Prudentius Plinius: pinguis enim voce usus est, non oleosi.* Pinguis, *inquit,* olivæ. *Genus enim ad oleum, adipes, butyrum, & medullas, atque alia. Idem addidit vinosum, pyro, quod etiam considerabimus.*

Διαφέρουσι.) *Nunc ab odore. Verum & parum dicit: & malè adeò interponit hæc, ut revertatur ad sapores. Plinius autem & malè negat ficui odorem: & pejus negat sapores cum odoribus conjungi. Verba ejus ea de caussa subjeci hîc.* Quia non sunt pariter odor & sapor. Quamobrem, *inquit,* Citreis odor acerrimus, sapor asperrimus: *ergo simul. Verum ille saporem distinxit à dulci. Qua sententia, & philosophiæ res universales ignorabat: quippe cum species à genere subtrahebat: & non meminerat rerum naturalium, quæ vel quotidiano in usu sunt. Mel enim & valde dulce, & valde odoratum est.*

Ὑδαρεῖς. *Theodorus,* diluti, *malè. Rectius Plinius* aquosi. *Nam dilutum apud Latinos significat, remissum esse: sumpta metaphora à vino aqua misto. Sapor acer in eruca, dilutior in altero.* Ὑδαρὴς *aquam notat à vini gustu separatam: à vini inquam, & olei, & aliorum. At non separat ab his, dilutum. Dilutum est in olivaceo oleo, in juglandino non est: sic in vite* ὑδαρὴς *est, dilutus non est.* ὑδαρὴς *distinctus à viscido, & pingui, ut lacteo, & pice.*

Ῥητέον. *& mox* διαριθμουμένους. *alius dixisset,* διαριθμουμένους: ἡμῖν *scilicet, aut* διαριθμουμένων. *sed sic solet tum ipse, tum præceptor.*

Ὀπώδης. *Mavult appellare,* ὀπὸν *hîc, quàm* γάλα, *in fico, & papavere, à fructibus ad plantas ipsas transit pro saporibus.*

Αἱ δὲ καὶ εὐωδίαν. *Posuit* θύμον *inter acria. Cùm addit odorem, statuit exemplum apij, anethi, fœniculi. At Thymus ijs longè melius olet.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Χυλός. *Vt in Lexico Græco Crispini extat,* χυμὸς *propriè sapor:* χυλὸς *verò succus. At hic* χυλὸν *pro utroque sumit. Nunc pro succo: infrà pro sapore: unde* ἄχυλα *vocat insipida. Vbi infrà de libris* περὶ χυλῶν, *id est, de succis: edidit enim & alios* περὶ χυμῶν, *ut tradit Diogenes Laertius in ejus vita.*

Πιττώδης, *hîc* ἀντὶ τοῦ ῥητινώδης, *id est,* resinaceus *Plinio.*

Εὐωδία, *hoc loco pro saporis suavitate, quæ* εὐχυμία: *ipsique etiam* εὐχυλία. *Sic quæ rectè sapiunt* εὐώδη *infrà vocat: quibus* ἄχυλα, *id est, insipida opponit.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Τῶν δὲ χυλῶν.) Χυλὸς, *succus, humor.* Humores quatuor esse Medicorum schola docet. αἷμα, φλέγμα, ἡ ξανθὴ χολὴ, καὶ μέλαινα. De quibus Theophrasto non est sermo. Χυλὸς propriè succus dicitur ex planta, aut alia materia, manibus aut torculari, aut igne expressus. Hesych. Χυλὸς πίεσμα, τῶν ὑγρῶν ἐκπίεσμα. *Succus, qui expreßione eliditur.* Hoc sensu accipitur apud Hipp. lib. de ratione vict. in morb. acutis, τὰς δὲ πτισάνας χρὴ ἐκ βελτίστων τέως κριθέων εἶναι, καὶ ὡς βέλτιστα ἑψῆσθαι, καὶ ἄλλως ἢν μὴ τῷ χυλῷ μούνῳ μέλλῃς χρῆσθαι. *Ptissanam autem ex optimo hordeo confici oportet, atque quam optimè coqui, idque præcipuè si non solo succo uti velis.* Ubi τὸν χυλὸν ptissanam excolatam intelligit, ut ptissanæ integræ & non colatæ opponantur. Χυλὸς πτισάνης succus, vel, ut loquitur Celsus, *cremor hordei.* Dioscorides lib. v. χυλὸς σταφυλῆς; *uvæ succus.* Hoc vero capite χυλὸς partim pro fructuum succo, partim pro sapore sumitur. Nam pro fructuum diversis succis, saporum discrimina percipiuntur. Χυλὸς succus; Græcis χυλὸς; ἐκπίεσμα. χυλὸς succus, γευστὸς sapor, qui in fructibus arboreis, & oleribus hortensibus gustu discernitur. Propriè tamen χυλὸς succus qui exprimitur, χυμὸς vero sapor. & hoc mille vel testimonijs probare non difficilè erit. Quod Epicurus de finibus dixerat: Οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι τἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ τῶν χυμῶν ἡδονάς. vertit Cicero Tuscul. III. *Nec equidem habeo, quod intelligam bonum illud, detrahens illas voluptates quæ sapore percipiuntur.* At quod idem Epicurus in Epist. ad Men. Τὸ μὲν φυσικὸν πᾶν εὐπόριστόν ἐστι, τὸ δὲ κενὸν δυσπόριστον. οἵ τε λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελεῖ διαίτῃ τὴν ἡδονὴν ἐπιφέρουσι: ipse Cicero lib. II. de finibus reddidit: *Naturæ divitias parabiles esse & tenuißimo victu, id est contemptißimo: escis & potionibus minorem voluptatem non percipi, quam rebus exquisitißimis ad epulandum.* Sed sæpè alterum pro altero, id est χυμὸς pro χυλῷ, & contra χυλὸς pro χυμῷ substituitur. Hesych. χυμοὶ γεύσεις. χυμὸς σίαλος, ἢ τάφου χῶμα. id est, χυμοὶ sapores, χυμὸς saliva, aut agger sepulchri. Hoc imitati sunt Latini. Persius, *turdorum nosse salivam.* Propertius, *& Methymnæi Græca saliva meri.* Idem Hesych. χυμὸς πίεσμα τῶν ὑγρῶν: ubi πίεσμα, idem quod ἐκπίεσμα, liquor expressus. Alioquin πέμμα quicquid coquitur. Hesych. Πέμμα εἶδος πλακοῦντος καὶ πᾶν πεπτόμενον. Æschylus apud Athenæum χυμὸν succum expressum vocat. Λευκοῖσι γὰρ μόροισι, καὶ μελαγχύμοις. *Candidis enim moris & nigrum succum fundentibus.* Eodem quoque libro de amygdalis legitur, λιπαρώτεραί τε φαίνεται, καὶ ἀναδίδωσι χυμὸν γλυκὺν καὶ λιπαρόν. *Pinguiores quidem illæ sunt, pinguemque succum ac dulcem præbent.* Sed hoc loco χυμὸν, pro sapore accipi potest. Plato in Timæo, χυμοὺς vocat, humores illos, qui à terra in stirpes transmittuntur. Ibidem χυμῶν genera quatuor ponit; vinum, oleum, picem, mel. Ut χυλὸς sæpè pro humore: ita etiam alibi pro eodem χυμὸς ponitur. Galenus, κακοηθεστέρα μὲν πολὺ καὶ αὕτη τῆς κατὰ φύσιν. ὄνομα δὲ οὐδὲν ἴδιον κεῖται τῷ τοιούτῳ χυμῷ, πλὴν εἴ τις ποτὲ ἢ ξυστικὸν ἢ ὀξώδη καλεῖν ἠξίωσεν αὐτόν. *Bilis atra malignior longè est, quam quæ secundum naturam habet, proprium vero tali humori impositum nomen nullum est; nisi quod fuere qui rodentem, aut acetosum vocarent.* Apud Deipnosophistam lib. III. ait Trapezorhetor Naucratita. χυμόν τε ἀναδίδωσιν εἰς τὸ σῶμα τὸν καλούμενον ξυστικόν. Χυλὸς, ut dixi, hoc loco partim pro succo, partim pro sapore accipi debet, sive ut non ineleganter doctiss. Salmasius saporato succo. Sic *saporata offa* Virgilio, & *sanguis saporatus* Arnobio lib. v. de malis punicis: *Addite huc etiam idcirco esse uvida, idcirco vinosa, quod ex saporato sanguine genus ducant, & fabulam convenienter implestis. Punica mala, ideo rubra, quia ex sanguine.* Idem pauló ante, *& quia de rubro exorta sunt hæc sanguine, idcirco illis color est purpurei luminis effectione sublitus.* Idcirco autem vinosa uvidaq;, quia ex sanguine saporato. Alius tamē sapor sanguinis, qui salsus est; alius in malo granato, qui acidus & vinosus. Cæterum sæpe χυλὸς, à Theophrasto pro sapore ponitur, ut lib. VI. cap. I. χυλὸς μὲν ἡ τοῦ ξηροῦ καὶ γεώδους τοῦ ὑγροῦ ἐναπόμορξις. Vide & cap. XIX. ejusdem libri. Nemo ignorat, apud botanicos εὐχυλίαν passim pro bono sapore reperiri. & quæ magis saporata, ἔγχυλα & εὔχυλα vocari. Theoph. τὸ γὰρ ξηρὸν οὐκ ἡδύσμον οὐκ ἔγχυλον &c. Cæterum non intelligit hoc capite succum, sive saporem, ipsarum arborum; sed pomorum, baccarum, & nucum, quæ in ipsis arboribus nascuntur, & cibis commendantur, succus vitis vinosus, in uva intelligitur; mori arboris, in moris; myrti, in myrtis; oleosi succi oleæ, in olivis: lauri, in bacca; juglandis arboris, in nuce; piceæ, in nucleis pineis, &c.

Οἰνώδεις, ὥσπερ ἀμπέλου.) Negare hoc videtur Plin. lib. XV. cap. XXVIII. *Ergo succorum vinosus pyro, moro, myrto: minime (quod miremur) uvis.* Rectè facit, quod fructus & poma dicat, cum Theophrastus arborum nomina posuit. Lege etiam ex Salmant. codice, ut Doctiss. annotavit Pintianus: *Ergo succorum vinosi*, οἱ μὲν εἰσὶν οἰνώδεις, inquit Theophrastus. Illud contra Theophrasti sententiam, quod negat vinosum succum uvis inesse, cum disertè id testetur Philosophus, ipsaque experientia, gustusque affirment.

Οἱ δὲ ἐλαιώδεις.) Rectius Plinius loco citato, *Pingues, olivæ, lauro, nuci juglandi.* Sic etiam auctor libel. de plant. lib. I. cap. v. Πάλιν τῶν χυλῶν, τῶν ἐν τοῖς καρποῖς, οἱ μέν εἰσι ποτοὶ, οἱ δὲ οὐ ποτοί· καὶ ποτοὶ μὲν (οἰνώδεις Theophr.) οἱ τῶν σταφυλῶν, καὶ τῶν ῥοιῶν, καὶ λοιπῶν ἄλλων πολλῶν. ἄποτοι δὲ ἄλλων φυτῶν· καὶ τινῶν μέν εἰσι λιπαροὶ (ita Plinius, ἐλαιώδεις Theoph.) ὡς οἱ τῆς ἐλαίας, τῆς πεύκης, καὶ τῆς καρύας. τινῶν δὲ οὔ. καὶ τινῶν μὲν γλυκεῖς καὶ μελιηδεῖς, ὡς τῶν φοινίκων, καὶ τῶν συκῶν· καὶ τινῶν μὲν θερμοὶ καὶ δριμεῖς, ὡς τοῦ ὀριγάνου, καὶ σινήπεως· τινῶν δὲ πικροὶ, ὡς τοῦ ἀψινθίου καὶ τῆς κενταυρείας. *Succorum quoque qui in fructibus sunt, alij potabiles sunt,* (Theophr. Plin. vinosa,) *velut uvarum succus. & malorum granatorum & multorum aliorum: quorundam non sunt potabiles. & aliorum pingues, ut olivæ & pini, & nucis; quidam non sunt; aliorum item dulces mellei, ut dactylorum & ficuum: alij calidi & acuti, ut origani & sinapis; alij amari, ut absinthij, centaurei.*

Οἱ δὲ μελιτώδεις.) Plin. loco citato, *dulcis, uvis, ficis, palmis.* Uvam, ut jam ante dictum, Theophrastus inter fructus vinosos numerat. Inter dulces recenset idem βαλάνου & δρυὸς. cum fructus δρυὸς, βάλανος, id est quercus glans vocetur. Lego Διὸς βαλάνου, cum excell. Salmasio, & interpretor castaneam. Extra omnem controversiam est, castaneæ fructum dulcem esse.

Οἱ δὲ δριμεῖς.) Theophrastus, cum acris, & amari saporis in arboreis fructibus, saltem edulibus, non haberet, ex hortensibus petivit. An itaque arborum fructus non dantur acres & amari? Ipse Theophrastus contrarium fatetur. Etenim lib. VI. cap. XXI. cedri & terebinthi fructum acrimoniam quandam habere refert. καὶ τῶν εὐόσμων διὰ δριμύτητά τινα· οἷον κεδρίδος τε καὶ τερμίνθου. Lauri baccas odoratas, sapore cum exigua acrimonia non nihil amaricantes, qui negat, gustavit nunquam. Hunc locum Plinius ex Theophrasto ad verbum mutuatus est. lib. XIX. cap. ult. *Namque succorum saporumque dicenda differentia est, vel major in his quam pomis. Sunt autem acres cunilæ, origani, nasturtij, sinapis, amari absinthij, centaurei.* Utrum θύμβραν rectè cunilam verterit, ex iis quæ lib. VII. dicuntur, facilè diligens videbit lector.

Διαφέρουσι δὲ καὶ εὐωδίαις.) Plin. lib. XV. cap. XXVIII. *Sua & in odore miracula. Malis acutus, persicis dilutus, dulcibus nullus. Nam & vinum tale sine odore, tenue odoratius. Multoque celerius talia ad nasum veniunt, quam pinguia, quæ odorata non eadem in gustu tenera, quia non sunt pariter,* (non simul, alioquin hoc falsum foret, sed pari modo ut notat doctiss. Dalecampius) *Quamobrem citreis odor acerrimus sapor asperrimus, quadantenus & cotoneis, nullusque odor ficis.* Malis acutum tribuit odorem; cum sit suavis, & adeo jucundus, ut vel animo defectos revocet. Plant. in Amphitr.

> *Enimvero prægnanti oportet, & malum dari*
> *Vt quod abrodat sit, animo si malè esse ceperit.*

Reliqua examinavit doctiss. Scaliger. Diosc. lib. II. cap. CI. de melle, ἔστι δὲ δοκιμώτερον τὸ γλυκύτερον, καὶ δριμὺ, εὐωδέστερον, ὑπόξανθον. *Magis probatur dulcius & acre, odoratius, subflavum.* Quid dulcius melle? odoratum tamen probat Dioscorides. Asperrimum cum tribuit citreis saporem Plinius, falsum docet, nec gustasse videtur.

Κεδρίδος.) Doctiss. Gaza κεδρίδας legit; vertit enim *cedrulæ.* Non necesse vulgatam mutare lectionem: alium spirat odorem semen anethi, alium cedri fructus. κεδρὶς κεδρίδος, fructus cedri.

Ἔνιοι δὲ ὑδαρεῖς.) Plin. loc. cit. *Aquosus prunis.*

Ἔχει

Ἔχει δὲ καὶ ἡ τῶν δένδρων ὑγρότης. Hactenus succorum ex sapore differentias, quæ gustu percipiuntur, exposuit; qui succi in fructibus arborū, aut hortensium considerantur. Nunc transit, ad ipsum arborum, & hortensium humorem explicandum; qui non gustu vel sapore deprehenditur, sed tactu, aut visu, aut odore. Ὑγρότητα vocat humorem, cujus persequitur tales differentias, quæ in ipsa ejus natura & consistentia spectantur, ut alium esse lacteum, alium resinosum, alium aquosum, aut qua acrimonia, aut odore censentur. Porro ὑγρότητα, hoc est humorem arborum, herbarumque, quem ἀπὸ τῶ χυλῶ secernit, lib. IX. cap. I. ὀπὸν vocat: ἡ ὑγρότης, ἡ οἰκεία μὲν τῶν φυτῶν ἣν δή καλοῦσί τινες ὀπὸν ὀνόματι κοινῷ προσαγορεύοντες. De differentia ὀπῶ & χυλοῦ, vide cap. I. lib. IX. Ὑγρότητι, de qua hoc loco agit Theophrastus: *Humorem*, vertit Plin. lib. XVI. cap. XXXIX. *Humor & cortici arborum est, qui sanguis earum intelligi debet, non idē omnibus. Ficis lacteus, huic ad caseos figundos coaguli vis;* (sic legit excellentiss. Salmas. vulgo *figurandos*, malè. non figurat, sed cogit caseos coagulum) *cerasis gummosus; ulmis salivosus, lentus ac pinguis malis, vitibus ac pyris aquosus.*

Ἡ δὲ πιτλώδης οἷον ἐλαίας,) Plinius ῥητινώδης legit, uti observavit Robertus Constantinus. Recte Theodorus, ἀντὶ ἐλαίας, ἐλάτης reddidit; nec resinaceus, nec piceus succus oleæ. Abietem resinā fundere, nō nisi indoctis pharmacopoeis incognitum; abietis lachryma est, quam Venetam terebinthinam vocant.

Τῶν δὲ λαχανωδῶν.) Hujus loci sensum non animadvertit Plinius cap. ult. lib. XIX. *Namque & succorum saporumque dicenda differentia est, vel major in his quam pomis. Sunt autem acres cunilæ, origani, nasturtij, sinapis: amari absinthij, centaurei: aquatiles cucumeris, cucurbitæ, lactucæ: acuti tantum cunilæ: acuti & odorati apij, anethi, fœniculi.* Priori loco cunilam sive thymbram (eadem enim Thymbra & cunila planta, ut ipse docet Plinius lib. XIX. cap. VIII. *Thymbram vero quæ sit cunila, hæc apud nos habet vocabulū & aliud, satereia dicta in condimentario genere*; quæ causa, cur Theodorus Thymbram, saturecam verterit) inter eas numerat plantas quę δριμὺν, acrem habent χυλὸν, cum origano nasturtio & sinapi. Posteriori loco eandem Thymbram, eundem thymum, inter ea quæ acutum habent saporem, recenset; quasi alius sapor acutus, alius acris. Inepte & absurde acutum, ab acri separavit, & inter acres sapores cunilam recensuit, eandemque inter acutos. Alia mens Philosophi nostri. Priori loco egit, περὶ διαφόρων χυλῶν, & χυλοὺς γεύσεως, id est sapores intellexit, qui in frugibus arboreis, & oleribus hortensibus gustu discernuntur. Posteriori vero de humore ipsarum arborum & hortensium, qui ad gustum non refertur, sed sub sensum olfactus aut tactus venit. In saporibus distinguendis, dixit, succos δριμεῖς cerni in origano, Thymbra, nasturtio, & sinapi; quæ omnia gustu ac sapore acria sunt & acuta. At in humorum discrimine signando, thymum & cunilam aliquam habere acrimoniam prodidit. Hæc ergo δριμύτης, quam præferunt humores thymi, thymbræque, non ea est quam gustus percipit, sed illa quæ olfactu sentitur, ut & εὐωδία, quæ in humore apij, anethi fœniculi percipitur. Confudit ergo Plinius, τὴν ὑγρότητ☉ διαφοράν, καὶ τῶν χυλῶν, humoris & succorum saporumque differentiam.

Εὐωδίαν.) Plura de odorum, saporumque differentijs vide lib. VI. de caus. quæ libro multa de sapore, succo, & odore disputat.

ΚΕΦ. Κ. — CAP. XX.

De odoribus florum & foliorum & radicum: quotque genera humorum arbor habeat: deque folijs & fructu tiliæ.

Ἐνίων γὰρ εὔοσμα τὰ ἄνθη μᾶλλον ἢ τὰ φύλλα· τῶν δὲ ἀνάπαλιν τὰ φύλλα μᾶλλον καὶ οἱ κλῶνες. ὥσπερ τῶν στεφανωματικῶν. τῶν δὲ, οἱ καρποί· τῶν δ' οὐδέτερον. ἐνίων δ' αἱ ῥίζαι· τῶν δέ τι μέρ☉. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τοὺς χυλούς. τὰ μὲν γὰρ βρωτὰ τὰ δ' ἄβρωτα τυγχάνει καὶ ἐν φύλλοις καὶ περικαρπίοις. † ἰδιαίτατον δὲ τὸ ἐπὶ τῆς φιλύρας. ταύτης γὰρ τὰ μὲν φύλλα γλυκέα, καὶ πολλὰ τῶν ζῴων ἐσθίει· ὁ δὲ καρπὸς, οὐδενὶ βρωτός. ἐπεὶ τό γε ἀνάπαλιν οὐδὲν θαυμαστόν. ὥστε τὰ μὲν φύλλα μὴ ἐσθίεσθαι, τοὺς δὲ καρποὺς οὐ μόνον ὑφ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ζῴων. ἀλλὰ καὶ περὶ τούτου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ὕστερον πειρατέον θεωρεῖν τὰς αἰτίας.

† ἰδιαζόντως.

Quibusdam enim flores † inodorati: folia vero odorata. Quibusdam è diverso folia magis & rami: ut coronario generi. Quibusdam fructus, aliis neutrum. Aliis radix: aliis pars aliqua. Similis & saporis ratio est. ‡ Alia etenim mandi queunt: alia nequeunt, neque foliis neque fructibus. Peculiare præcipue, quod in tilia cernimus. Nam hujus folia prædulcia & plerisque animalium pabulo: fructus vero mandi à nullo potest. E contrario namque nil mirum, ut folia non mandentur: fructus vero non tantum à nobis, sed etiam ab aliis animalibus mandi possit. Sed hujus cæterornmque similium causas postea contemplari conabimur.

† *odorati magis, quā folia.*

‡ *Quædam esculenta, quædam nō, idque tam in folijs quā in fructibus; maximè illud tiliæ peculiare.*

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Hoc capite agit de odoribus: *deque eorum natura, qui sunt esculenti, aut non sunt. Est autem affectus secundum succum; quare minus commodè hoc caput à capite superiore disjungitur.*

Τὰ μὲν βρωτὰ, τὰ δὲ ἄβρωτα, καὶ ἐν φύλλοις καὶ περικαρπίοις. ἰδιαίζων δὲ τὰ τῆς φιλύρας. Theodorus, Alia mandi queant, alia nequeunt: neque foliis, neque fructibus peculiare, præcipuè quod in tilia cernimus. *Malè: nam per tiliam non declarat esculentum esse affectum indifferentem, tum fructui, tum folijs; sed sic dicamus: Quædam esculenta, quædam non, idque tam in folijs quam in fructibus: maximè illud Tiliæ peculiare.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἐνίων.) Alio videtur usus codice doctiss. Gaza, in quo scriptum fuit, ἐνίων γὰρ ἄοσμα τὰ ἄνθη. Falsa & depravata hæc lectio. odoratarum plantarum flores inodori non sunt. Odore insigni laurus, thymus, lauendula, rosmarinus; attamen flos ἄοσμ☉, non est. Verte. *Quibusdam flores magis odorati, quam folia.* Nemo ignorat violæ, hyacinthique florem odoratiorem, quam folium, aut radicem.

Ἀνάπαλιν.) Experientia constat; rosmarini caules foliaque, item lavendulæ, & similium odorata, magis quam flores. Vox ἀνάπαλιν, vulgatam lectionem Græcam non esse corruptam, satis docet.

Τῶν δὲ οἱ καρποί.) Hoc in multis arboribus observare licet, Magis odoratus cotonei, pyri, mali fructus, quam folium, ramus, aut radix.

Αἱ ῥίζαι.) Radix iridis odorata; folium, caulis, flos odore carent.

Τοὺς χυλούς.) De sapore vide lib. sextum de caus. De tilia vide quæ lib. III. hist. dicuntur.

ΚΕΦ. ΚΑ. | CAP. XXI.

Florum genera & differentiæ.

Νῦν δὲ τοσοῦτον ἔστω δῆλον, ὅτι κατὰ πάντα τὰ μέρη πλείους εἰσὶ διαφοραὶ πολλαχῶς. ἐπεὶ καὶ τῶν ἀνθῶν, τὰ μὲν ἐστι χνοώδη, καθάπερ τὸ τῆς ἀμπέλου, καὶ συκαμίνου, καὶ τοῦ κιττοῦ· τὰ δὲ φυλλώδη, καθάπερ ἀμυγδάλης, μηλέας, ἀπίου, κοκκυμηλέας. καὶ τὰ μὲν μέγεθος ἔχει· τὸ δὲ τῆς ἐλαίας φυλλῶδες ὄν, ἀμέγεθες. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐπετείοις καὶ ποώδεσι, τὰ μὲν φυλλώδη· τὰ δέ, χνοώδη. πάντων δέ, τὰ μὲν δίχροα, τὰ δὲ μονόχροα. τὰ μὲν τῶν δένδρων τάγε πολλὰ † μονόχροα καὶ λευκανθῆ. μόνον γὰρ ὡς εἰπεῖν τὸ τῆς ῥοᾶς φοινικοῦν, καὶ ἀμυγδάλων τινῶν ὑπέρυθρον. ἄλλου δὲ οὐδενὸς τῶν ἡμέρων οὔτε ἀνθῶδες, οὔτε δίχροον, ἀλλ᾽ εἴ τινος τῶν ἀγρίων· οἷον, τὸ τῆς ἐλάτης. κρόκινον γὰρ τὸ ταύτης ἄνθος. καὶ ὅσα δή φασιν ἐν τῇ ἔξω θαλάττῃ ῥόδων ἔχειν τὴν χρόαν. ἐν δὲ τοῖς ἐπετείοις σχεδὸν τάγε πλείω τοιαῦτα καὶ δίχροα καὶ διανθῆ. λέγω δὲ διανθές, ὅτι ἕτερον ἄνθος ἐν τῷ ἄνθει ἔχει κατὰ μέσον. ὥσπερ τὸ ῥόδον, καὶ τὸ κρίνον καὶ ἴον τὸ μέλαν. ἔνια δὲ καὶ μονόφυλλα φύεται, διαγραφὴν ἔχοντα μόνον τῶν πλειόνων. ὥσπερ τὸ τῆς ἰασιώνης· οὐ γὰρ ‡ κεχώρισται ταύτῃ ἐν τῷ ἄνθει τὸ φύλλον ἕκαστον. οὐδὲ δεῖ τοῦ "χωρίου τὸ κάτω μέρος, ἀλλὰ ἐκ τῶν ἄκρων ἀποφύσεις γωνιώδεις. σχεδὸν δὲ τὸ τῆς ἐλαίας τοιοῦτόν ἐστι.

† μονοειδῆ. Theod.

‡ κεχώρισται Al.

" χωρίου. Al. conceptaculo.

NUnc exploratum illud habeamus: per omnes partes differentias plures vario modo † exultare. Nam & florum alij lanuginei; ut vitis, mori, hederæ: alij foliati; ut amygdalæ, mali, piri, pruni. Item alij grandes habentur. ‡ Oleaginei vero foliati quidem, sed pusilli. Pari modo & in annuorum herbaceorumque genere, alij foliati, alij lanuginei. Cunctorum alij bicolores, alij unicolores. Ac arborum quidem plerumque " uniformes, iique candidi. Quippe cum tantum fere punicæ phœniceus, & quarundam amygdalarum subrufus exeat. Nulla inter urbanas alia est flore vel bicolore, vel pleno. sed si qua sit, sylvestris profecto est: ceu abies. Flos enim ejus croceus. Et illi, quos in mari externo rosis colore similes tradunt. At in annuorum ex majori pene parte tales exeunt, & bicolores & † bini. Bini inquam, quod in flore alterum florem insidentem medium gerunt: ut rosa, viola nigra, lilium. Nonnulli etiam folio uno emergunt; descriptionem tantum plurium ostendentes: ut flos jasionæ. In hoc enim haud quaquam folium unumquodque discernitur. Nec ‡ conceptaculo pars infima eget: sed postrema in angulos exeunt. Oleæ quoque flos pene talis esse videtur.

† reperiri.

‡ oleæ.

" unicolores.

† duplices.

‡ spatii.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

INconditè quidem tractat historiam hanc, ut sæpè monuimus. Florum enim naturam omissam repetit: minùs quoque prudenter distulit post succos. εἰσὶ διαφοραὶ πολλαχῶς. *Plus significat, quàm si dicat,* πολλαί. *Hoc enim significat differentias differentiarum. Florem esse foliosum, differentia est: quippe quidam unico tantùm constant folio, ut Iasione. At folia illa, grandia esse, aut parva, aut frequentia, aut rara, aut surrecta, aut flaccida, aliud quiddam est, scilicet,* τὸ διάφορον πολλαχῶς. *Notabimus brevitatem.* καὶ τὰ μὲν μέγεθος ἔχει. *Non dixit,* καὶ τῶν φυλλωδῶν: *neque,* τὰ δὲ οὐκ ἔχει: *sed statim cum exemplo,* τὸ δὲ τῆς ἐλαίας. *Hoc est exemplum. Et cùm addit,* φυλλῶδες ὄν: *est relatio ad genus, cui ponit differentiam. Theodorus ambitiosè,* exultare. Ἔχει μέγεθος, *non est mathematicè. Omnia enim corpora habent magnitudinem, sed ex usu loquentium.*

Μόνον γὰρ, ὡς εἰπεῖν. *Rectè addidit,* ὡς εἰπεῖν. *Quia etiam aliorum sunt punicei, ut persicæ; item malorum quarundam. Itaque malè addidit,* ἄλλου δὲ οὐδενὸς τῶν ἡμέρων. *Et cùm dicit,* ἀνθῶδες, *vult intelligere colore floris, à quo album excludit: cùm tamen in arboribus hunc potissimum agnoscat. Mira loquutio,* ἄνθος οὐκ ἔστιν ἀνθῶδες. *Theodorum vox hæc in angustias illius verbi conjecit,* pleno. *Nemo enim intelligat.*

Διανθῆ. *Theodorus,* bini: *non. Bina sunt, quæ paria. Bini equi bijuges. Diflores durum est, cum flos in sui medio florem gerit, veluti rosa, & lilium, crocea illa filamenta. Hoc notavit Theophrastus: verùm sunt diversi flores. Illud non meminerat. Serotinæ rosæ interdum è suo gremio rosellam alteram, eamque perfectam, tanquam sobolem parere, atque edere. Item flammula, sive Phlox, quam isti & ignorant, & vocant Caryophyllum, apud nostrates alterum, quasi filiolum suo in sinu, etiam herbaceis stipatum mucronibus gerit. Patavini duplices vocant.*

Τὸ τῆς ἰασιώνης. *A foliorum numero differentias aptabat: iccirco unifolium hunc ostendit. Immò verò, ut acutius sentias, nullifolium. Neque enim folium est, quod non est divisum. Et quia multi flores sunt ab imo pertusi: hunc ea etiam describit differentia:* οὐδὲ δεῖ τοῦ χωρίου τὸ κάτω μέρος. *Est enim* τὸ χώριον, *ut ita dicam, capedo. Nicander* χείραμα *in Theriacis. Interpres,* παρὰ τὸ χέεσθαι, τὸ χωρεῖν. *At ego à manu. Sic enim habes* χειρίαν, *captivam apud Sophoclem. Et* χειρισμὸν, *ministerium recitante Athenæo non semel; ut omnia hæc, quemadmodum in originibus dictum est, conveniant minister à manu, pedisequa à pedibus, ancilla à cubito, anculari. Vnde anclare, & exanclare, quasi non excubitare, sive expedire. Non, ut Græcissant semper, exantlare. Plinius Iasionem in* XXII. *florem agnoscit: in* XXI. *ejus folium unicum, quasi herbæ tractat. Hoc ante nos à doctissimo Hermolao.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Τὸ τῆς ἰασιώνης. *Iasionem Plinius etiam* consilium *vocat. Nihil aliud autem esse videtur, quam Dioscoridis,* ἡ σμίλαξ λεία, smilax lævis, *quæ & ab ipso Plinio,* convolvulus *dicitur.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Χνοώδη.) Florum quædam genera ac differentias hoc capite tradit. Rectius muscosos, flores vitis, hederæque, quam lanuginosos, dixisset. Sane oleæ flores, si inter foliatos recenseri possint, cur inter eos hederæ vitisq; non numeret, causam video nullã.

Δίχροα.) Flores alios bicolores, alios tricolores, inquit. In uno tulipæ flore non semel quatuor diversos observavi colores. Colorum in floribus maxima differentia, nec tot species colorum, quot in his spectantur, pictoribus cognitæ. Cum enim omnes species colligere ex floribus vellem, pictoresque optimos adirem, qui cunctos exprimerent, nullum unquam, qui id præstaret, invenire potui. Ita natura in hisce superavit humanum ingenium.

Τὰ μὲν τῶν ἄλλων πάντα πολλὰ μονόχροα.) Nescio cur doctiss. Gaza μονοειδῆ legerit. Falsum, arborum esse flores uniformes. Diversam figuram oleæ flos à pyri flore ostendit; aliam formam habet malus, aliam laburnũ; alia est mori floris idea, alia mespili; alia castaneæ. Verbo ut dicam, omnes ferè formã ostendunt diversam. Quæritur an omnium arborum flores unicoloris? Τὰ πολλὰ, dixit Theophrastus; ergo non omnes. Arbutus flosculis constat racematim cohærentibus, concavis & albidis, subinde una parte purpurascentibus. Mali etiam vulgaris flores, ut plurimum ex albido & diluto, purpureo rubentes. Rectè etiam πολλὰ λευκὰ dixit. *Lillach*, non raro arboris naturam cultu assumit, arborque evadit: flores fert racematim cohærentes, exiguos, dilutè cæruleos, ex tenui oblongiore collo, in quatuor parvula, folia explicatos. Luteo colore est flos corno, laburno, anagiridi; nitet casia fistula sive nigra eleganti purpureo flore: rubet arboris Iudæ, & mali punicæ flos: dilutè purpureum fert florem persica malus, amygdalus; viridem morus.

Διανθεῖς.) Malè binum interpretantur. Binum propriè distributivi numeri vox; idem significans, quod duo per singula: sunt enim bina paria. Cicero IV. in Verrem. *Describebat censores binos, per singulas civitates Timarchidas; id est duos in singulis civitatibus.* At hoc Græcis διανθεῖς, non denotat. Floris διανθοῦς, delineationem satis elegantẽ tradit Theophrastus. Expone, *quæ duplicem florem habent*. Duplex, cujus duæ sunt partes. Virg. I. Æneid. *Duplicem gemmis, auroque coronam.* Per alteram floris partem intelligit, crocea illa filamenta, quæ in lilio rosaque conspiciuntur.

Ἔνια δὲ καὶ μονόφυλλα. ὥσπερ τὰ τῆς ἰασιώνης.) Plin. lib. XXI. cap. XVI. *Iasione unum folium habet; sed ita implicatum ut plura videantur.* Idem lib. XX. cap. XXII. *Iasione olus sylvestre habetur, in terra repens, cum lacte multo, florem fert candidum concilium vocant. Et hujus eadem commendatio ad stimulandos coitus. Cruda ex aceto in cibo sumpta mulieribus lactis ubertatem præstat.* In terra repere ait, scilicet, si non habeat, in quod se convolvat, ac ascendat. Iasionem enim Theophrastus lib. II. de caus. cap. XXV. (ubi corruptè ἀνίαν legitur; malèque corrigunt ἀλείαν, ut post dicam) inter plantas recenset quæ humi repunt, nisi prope arbores proveniant, in quas scandant. Sequitur apud Plinium; *cum lacte multo florem fert.* Non vult Plinius fundere lac, si lædatur aut incidatur; sed florem habere candidissimum, quæ cum lacte, niveque certare possit. Iasionem hanc, Poëtę ligustrum, à ligando, vocarunt; quod circum arbores, aliasque omnes res sese liget, easque amplectatur, non secus ac hedera. Ligustrum Poëtæ albissimum & abjectissimum scribunt florem. Virg. Eclog. II.

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Martialis ad Procellum:

Quædam me cupit invide Procille
Tota candidior puella cygno,
Argento, nive, lilio, ligustro.

Pontanus:

Candida nec niveã cessura ligustra pruinã.

Botanicorum communis est sententia, ligustrum poëtarum, κύπρον Græcorum esse. Interpretes omnes κύπρον ligustrum vertunt. Aliud tamen vulgare est ligustrum, cujus in opere topiario usus plurimus. Diosc. cyprum lib. I. cap. CXXIV. optimum in Ascalone & Canopo provenire docet Ægypti urbibus teste Suida, & Stephano. Ligustrum vulgare, si Prospero Alpino medico, botanicoque satis celebri & docto fides, in tota Ægypti regione non reperitur. Nec moror Plinium, qui lib. XXV. cap. X. scribit: *Ligustrum eadem arbor quæ in Ægypto cyprus.* Pluris autopsiam Alpini facio, quam auctoritatem Plinij. Equidem *pluris est testis oculatus unus, quam auriti decem.* Plinius nihil scribit, quod non ex aliorum codicibus collegit. Alio argumento probo ligustrum vulgare non esse cyprum. De cypro Dioscorides loc. citat. Χαυθίζει δὲ καὶ τρίχας σμηχθὲν χυλῷ, τὰ φύλλα λεῖα βρεχθέντα καὶ ἐγχελυθέντα. *Russant & capillos trita & uncta folia, quæ in struthij succo maduerunt.* Ex cypri foliis Ægyptij pulverem conficiunt (*archenda* appellant) quo mulieres utuntur ornatus gratia, manus, pedes, capillos, aureo colore tingentes. Siquis hoc experiri velit, vulgaris ligustri foliorum pulvere, oleam & operam perdet, votoque suo frustrabitur. Negare tamen nolim, vulgare ligustrum cypri speciem quandam esse: sed de hac quæstione alibi plenius. Neutrum, tam vulgare, quam Ægyptium, poëtarum est ligustrum. Probatu id non difficile. Cypri flos albus quidem; minimè tamen candidissimus, nec abjectus, sed à plurimis in coronis receptus. Plutarchus lib. tertio sympos. cap. I. ubi docet quædam coronis inseri ad capitis gravitatem depellendam. Τὸ δὲ τῆς κύπρου ἄνθος, καὶ ὁ κρόκος, καὶ ἡ βάκχαρις, εἰς ὕπνον ἄλυπον ὑπάγει τοὺς πεπωκότας. ἔχει γὰρ ἀπορροὴν λείαν, καὶ προσηνῆ, ὥστε τὰς περὶ τὸ σῶμα τῶν μεθυσκομένων ἀνωμαλίας, καὶ τραχύτητας ἡσυχῇ διαχεῖσθαι, ὥστε γενομένης γαλήνης ἀμβλύνεσθαι, καὶ συνεκπέττεσθαι τὸ κραιπαλῶδες. *Cypri flos, crocus, ac baccaris ad placidam quietem seu somnum ebrios perducunt. Expirant enim lenem auram, ac blandum odoris effluvium, quo in temulentorum corporibus inæqualitates obortæ, asperitudinesque sensim dissipentur; atque sic extenuantur, ut conciliata tranquillitate, crapula retundatur, & excoquatur.* Aliud majoris ponderis adferam argumentum. Nicander in Georgicis cujus versus recitat Athenæus lib. XV. deipnosophistarum, inter coronarios flores numerat κύπρον:

Κύπρος τε σισύμβριον, ὅσσα τε χ' ὅια
Ἄρσεα ποιμένοισι πότοις ἀνθρίψατο λειμών.
Καὶ ἄλλα.
Quin & cyprus & sisymbrium, & quotquot & qualescunque,
Minime satis affluente potu pratum educant venustos flores.

Versus primus, nec non secundus, corruptus. Lege cum doctiss. Causabono, κύπειρος, κύπρος τε σισύμβριον ἰσά τε χ' ὅια. Alterum etiam corrige, & scribe, ἄρδομένοισι (vel ἰκμαινομένοισι; nam ἰκμὰς, & ἰκμαίνω, pro φυτὸν usurpant) τόποις ἀνθρίψατο λειμών. τόποις ἰκμαινομένοισι, locis irriguis, & per quæ aqua fluit: in coronis ergo habet cyprus locum. Ligustrum vulgare, florem quidem habet album; sed neutiquam albissimum, qui cum nive certare possit. Nec coronis est ineptus: albus enim, racemosus, odoratusque est. Hoc ligustrum Columella lib. X. ad differentiam alterius, poëtarum scilicet, nigrum vocat; quod folia ex virore ad nigredinem vergant: sive quod viridia sint, cum grato quodam virore. Inter coronarios idem recenset flores.

Et tu, ne Corydonis opes despernat Alexis,
Formoso Nays puero, formosior ipsa,
Fer calathis violam: & nigro permista ligustro.
Balsama, cum casia nectens, croceoisque corymbos.

Poëtarum ligustrum dico ἰασιώνην, sive σμίλακα λείαν Dioscoridis. vulgo majorem convolvulum vocant. Hujus flos omnium plantarum flores albedine vincit. Hic nive, cygno, aliaque re quacunque, albidior, abjectissimus in super & vilissimus, quique ab omnibus rejicitur, & ex hortis agrisque tanquam noxia & pestilens herba expellitur: ineptus etiam coronis. Etenim decerptus statim fit flaccidus, pristinumque nitorem albedinemque, qua omnes facilè superabat, amittit, ac fit decolor. Convolvulum majorem jasionem esse, probare non est operosum. Negari non potest, arbores scandere, iisque sese convolvere: (hinc Belgis **Winden** / à ligando, scilicet & volvendo, proximaque omnia vinciendo, dicitur:) si in vero nihil habeat, reperiatve, quo scandat, humi repit. Flos unico constat folio, sed, ut rectè observavit Plinius, ita implicato, ut plura videantur; diligentius tamen examinanti, & inspicienti, apparet, unico & singulari folio esse: quod vel in paucis, immo nullã hactenus aliã observavi plantã. Flores habet candidos, copiosos, rotundos, calathi effigie, colore candidissimos, & lilia æmulantes, unico, ut dixi duntaxat, folio constantes.

Convolvulus, an smilax lævis? Iasione.



Convolvulum hunc doctissimi botanici σμίλακα λείαν smilacem lævem Dioscoridis esse volunt, (smilacis plura genera, variæq; plantæ hoc nomine donatæ; de quibus vide, quæ lib. v 1. annotata sunt.) *Dioscor.* lib. IV. cap. CXLV. *Σμῖλαξ λεία, ὅμοια κισσῷ τὰ φύλλα ἔχει, μαλακώτερα δὲ καὶ λειότερα καὶ λεπτότερα* (vet. *λευκότερα*,) *τὰ δὲ κλήματα ὥσπερ ἡ τραχεῖα αὐτῆς, ἀκανθας οὐκ ἔχοντα. ἑλίσσεται δὲ περὶ τὰ δένδρα ὡς ἡ τραχεῖα* (vetus *ἑτέρα*) *καρπὸν δὲ ἔχει ὥσπερ θέρμου μέλανα, μικρόν. ἄνω δὲ ἐπ' αὐτῷ ἔχοντα ἄνθη λευκά, πολλὰ κατὰ πάσαν τὴν σμίλακα, ἐξ περιφερῆ καὶ σκηναὶ δι' αὐτῆς γίνονται τοῦ θέρους. φυλλοβολεῖ δὲ τοῦ φθινοπώρου.* *Smilax lævis folia habet hederacea, sed molliora, læviora tenuioraque, itemque flagella, æque ac prior (aspera) at nullis spinis horrida; quibus tamen haud secus ac illa arbores scandit, iis sese circumvolvens: semen vero gerit ceu lupini, nigrum, exiguum; supra quod flores perpetui visuntur candidi, undique numerosi & orbiculati; Ex hac porro smilace per æstatem topiarii operis umbracula factitantur, ac folia per autumnum amittit.* Convolvulus major viticulosis ac sarmentosis cauliculis, longis, ac tenuibus, sursum ac deorsum arboribus, fruticibus, vicinisque sepimentis obvolvitur, circumligaturque. Folio est lato, hederaceo, sed molliore, lævigatioreque. Flores, quales dixi. Semen angulosum sordido colore nigricans, capitulis ex tenuibus membranis continetur. Radices longæ, crassioribus circis similes, intus candidiores, hac illac per obliquum, infra terræ tamen superficiem feruntur. Repetitur passim circa fruteta & sepes, mirum in modum (ut Plinius lib. XXI c. cap. x. scribit) *Culta amat, & in his gignitur; quæ semel comprehendit loca ægerrimè deserit; adeo pertinaces vitæ radices sunt.* Unum, alterumve obstare videtur, quominus convolvulus, smilax. Ac primum quod Dioscorides ait: *ἄνω δὲ ἐπ' αὐτῷ ἔχοντα ἄνθη.* Atqui convolvuli flores non perpetuo visuntur. Respondeo, non esse mentem Dioscoridis, omni anni tempore floribus onustam hanc esse plantam; sed quando floret, in summa plantæ parte flores conspici, nunquam in infima. Vel dic, florere semper, dum viret, vigetque; id est tota æstate, ad autumnum usque. Altera difficultas, quod Dioscorides tradat semen *ὥσπερ θέρμου μέλανα.* *Semen gerit ceu lupini nigrum.* At convolvuli semen angulosum, lupini compressum, rotundum. Corruptum codicem arbitrantur. Quare suspicatur Pena, pro θέρμου legendum esse in Dioscoride, ἔρβου, nomen ex Latino Græcum factum. *Suspicionem*, inquit, *augent verba sequentia, quæ neutiquam scitè cohærent, semen veluti lupini, parvum & nigrum: at semen lupini nec parvum nec nigrum.* Quasi non possit semen aliquod comparari lupino, quod illi sit forma simile, & tamen minus, & nigrum: quod si æquale, & eodem colore foret, simpliciter *ὡς θέρμου, id est lupino*, Diosc. dixisset. Sed quid ἔρβος significat? Barbara vox est, quę in Græcorū lexicis non extat. Puto hanc viri doctiss. opinionem esse, Dioscoridem scripsisse, ὥσπερ ὀρόβου, & sciolum quendam ad oram scripsisse, ἔρβον, Latini ἔρβον vocant: ἔρβον autem illud receptum in textum. Orobi semen aracho majus, æthiopidis, dorycnij, ac lithospermi simile. Lithospermi rotundum quidem, sed non sine angulo, uti nec smilacis majoris. Malunt alij legere, *καρπὸν ἔχει ἐπὶ θυλάκου, μέλανα, μικρόν.* *fructum habet folliculo inclusum, parvum, nigrum.* Lugdunensis (quem Dalecampij, doctiores putant) restituit *ἐπὶ τοῦ ἕρκους*; id est, *septo, claustro circumdatum.* Hæc sanè opinio neutiquam displicet, priores tamen non rejicio. Sed videndum, an non vulgata lectio servari possit. Lupinorum genera multa: duo tamen præcipua, sativum & sylvestre; cum sativo comparari non potest. Semen enim profert, quale jam dictum: sylvestrium plura sunt genera, inter hæc non unum datur genus, cui semen rotundum, neutiquam planū, sed aliquo modo angulosum. Sed nihil impedit dicere Dioscoridem, Lupino sylvestri comparasse semen smilacis lævis. Et sanè ut ante nos observavit maximæ auctoritatis botanicus Remb. Dodonæus, exiguis sylvestribus lupinis prope modum simile est. Videtur convolvulus hic, imo est, *μαλακόκισσος* Democratis apud Cassian. Bassum lib. II cap. v. *Μαλακόκισσος* (in altera palat. *μαλάκισσος*) *ὅμοιόν ἐστι κισσῷ. ἁπαλὸν δέ ἐστι τοῖς φύλλοις καὶ τῷ καυλῷ, περιπλεκόμενον ὅτῳ ἂν τύχῃ, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἑαυτὸ βαστάζειν. φύεται δὲ μάλιστα ἐν τοῖς καλαμώνεσι καὶ γεώδεσι τόποις.* *Malacocissos similis est hederæ, mollibus est præditus foliis, & cauliculo se circumplicans, quicquid tandem contigerit, nam se ipsum ferre non potest. Nascitur maximè in arundinetis excisis, & terreis locis.* Convolvulus hederæ similis est, mollia habet folia, nec sese erigere potest, verum circumplicat se plantis, lignis, alijsque rebus. in arundinetis & terreis reperitur.

Χωρίον.) In Bas & Ald cod. scribitur *χωρίον*: ex auctoritate doctiss. Roberti Constantini *χωρίον* restituerunt. *χόριον*, vel ut apud Ald. legitur *χωρίον*, *conceptaculum* vertit Gaza. *Χωρίον*, fundus, tractus, spatium. Vult Theophrastus Iasionis florem, qui calathi figura est, in angustum adeo terminari, ut nullo vel exiguo admodum spatio indigeat, quo contineatur.

ΚΕΦ. ΚΒ. / CAP. XXII.

Qalis florescens vitis, olea, rosæ; mali medicæ & punicæ flos.

Διαφέρει δὲ καὶ κατὰ τὴν ἔκφυσιν καὶ θέσιν. τὰ μὲν γὰρ ἔχει περὶ αὐτὸν τὸν καρπόν· οἷον ἄμπελος, ἐλαία ἧς καὶ διαπίπτοντα διατετρημένα φαίνεται, καὶ τοῦτο σημεῖον λαμβάνουσιν, εἰ καλῶς ἀπήνθηκεν. ἐὰν γὰρ συγκαυθῇ ἢ βρεχθῇ, συναποβάλλει τὸν καρπόν, καὶ οὐ τετρημένον γίνεται. σχεδὸν δὲ καὶ τὰ πολλὰ τὸ ἐν μέσῳ τὸ περικάρπιον ἔχει. τάχα δὲ καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ περικαρπίου, καθάπερ ῥοά, μηλέα, † ἄγνος, κοκκυμηλέα, μύρρινος. καὶ τῶν γε φρυγανικῶν ῥοδωνιὰ καὶ τὰ πολλὰ τῶν στεφανωτικῶν· κάτω γὰρ ὑπὸ τὸ ἄνθος ἔχει τὰ σπέρματα. φανερώτατον δὲ ἐπὶ

† forte ἄπιος.

Differunt etiam ortu & positu. Alia namque florem circa fructum ipsum producunt: ut vitis, olea; cujus prostrati flosculi perforati spectantur: idque argumēto capitur probe arborē defloruisse. Nā si exaruerint aut madefacti fuerint, una cū fructibus defluent: atque ita nullatenus perforabuntur. Major fere pars fructuum integumentū in medio floris tenet. Sed non desunt, quę vel super fructuum integumentū florē insidentē emittant: ut punica, malus, † amerina, prunus, myrtus. Et in fruticū genere, rosa majorq; pars coronariorum, Semen enim sub floribus habent. Sed conspicuum ut in rosa: quia extuberat. Nonnulla etiam cū seminibus ipsis flores edunt: ut † veneria, cnicum: atq; omnia quæ florem

† vitex.

† acorus.

† folio

τοῦ ῥόδου διὰ τὸν ὄγκον. ἔνια δὲ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν σωμάτων· ὥσπερ ὁ ἄκορος, καὶ ὁ † κνίκος, καὶ πάντα τὰ ἀνθώδη· καθ' ἕκαστον γὰρ ἔχει τὸ ἄνθος. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ποωδῶν ἔνια, καθάπερ τὸ ἀνθέμιον. ἐν δὲ τοῖς λαχανηροῖς ‡ ὥσπερ σίκυος, καὶ ἡ κολοκύντη, καὶ ἡ σικύα. πάντα γὰρ ἐπὶ τῶν ἄκρων ἔχει. καὶ προσαυξανομένων, ἐπιμένει τὰ ἄνθη πολὺν χρόνον. ἄλλα δὲ ἰδιωτέρως, οἷον ὁ κιττὸς, καὶ ἡ συκάμινος. ἐν αὐτοῖς μὲν γὰρ ἔχει τοῖς ὅλοις περικαρπίοις. οὐ μὴν οὔτε ἐπ' ἄκροις οὔτε περιειληφόσι καθ' ἕκαστον· ἀλλ' ἐν τοῖς ἀνὰ μέσον· εἰ μὴ ἄρα οὐ σύνδηλα διὰ τὸ χνοῶδες. ἔστι δὲ καὶ ἁπλᾶ τῶν ἀνθῶν ἔνια, καθάπερ ἐπὶ τῶν σικύων, ἃ ἐκ τῶν ἄκρων φύεται τοῦ κλήματος. διὸ καὶ ἀφαιροῦσιν αὐτά. κωλύει γὰρ τὴν τοῦ σικύου βλάστησιν. φασὶ δὲ καὶ τῆς μηλέας τῆς Μηδικῆς, ὅσα μὲν ἔχει τῶν ἀνθῶν, ὥσπερ ἠλακάτην τινὰ πεφυκυῖαν "ἐκ μέσου, εἶναι γόνιμα· ὅσα δὲ μὴ ἔχει, ταῦτ' ἄγονα. εἰ δὲ καὶ ἐπ' ἄλλου τινὸς ταῦτα συμβαίνει τῶν ἀνθοφόρων, † ὥστε ἄγονον ἄνθος φύειν, εἴτε κεχωρισμένον εἴτε μὴ, σκεπτέον. ἐπεὶ γένη γε ἔνια καὶ ἀμπέλου καὶ ῥοᾶς ‡ ἀδυνατεῖ πλειοκαρπεῖν. ἀλλὰ "μὴ μέχρι τοῦ ἄνθους ἡ γένεσις. γίνεται δὲ καὶ τό, τε τῆς ῥοᾶς ἄνθος πολὺ καὶ πυκνόν. † καὶ ὅλος ὁ ὄγκος πλατὺς, ὥσπερ ὁ τῶν ῥοῶν. κάτωθεν δὲ στενώτερος δι' οὗ ὡς μικρὸν ὥσπερ ἐκτετραμμένος κύτινος ἔχων τὰ ἄνω χειλώδη. φασὶ δέ τινες καὶ τῶν ὁμοιογενῶν, τὰ μὲν ἀνθεῖν, τὰ δὲ οὔ. καθάπερ τῶν φοινίκων, τὸν μὲν ἄρρενα ἀνθεῖν, τὸν δὲ θῆλυν οὐκ ἀνθεῖν, ἀλλ' εὐθὺς προφαίνειν τὸν καρπόν. τὰ μὲν οὖν τῷ γένει τοιαύτην τὴν διαφορὰν ἔχει, καθάπερ ὅλως ὅσα μὴ δύναται πλειοκαρπεῖν. ἡ δὲ τοῦ ἄνθους φύσις ὅτι πλείους ἔχει διαφορὰς, φανερὸν ἐκ τῶν προειρημένων.

† folio numeroso producunt. Singulis enim seminibus singulos flores annexos gerunt. Simili modo & herbaceorum nonnulla: ut ‡ gith. Et in olerum genere, "pepo, cucurbita, cucumis. Quippe omnibus flos in postremo fructus: & crescentibus fructibus flos diu infixus servatur. Alia secus modo quodam peculiari: ceu edera, morus: etenim florem hæc in totis fructuum integumentis habent. Sed neque postremis insidentem, neque in singulas partes ambientem, sed in mediis inculcatum: nisi forte † concerni nequeat propter lanuginem. Sunt & simplices quidam flores; ceu cucumerum. Qui postremis sarmentorum emergunt. Ob id eos auferunt. Cucumeris enim prohibent incrementum. Inter flores mali Medicæ, qui velut in colum quandam erectam in medio habent, fœcundos hos fore affirmant: qui vero non habent; hos fore infœcundos. An vero aliis quoque floriferis eveniat, ut florem sterilem gignant, sive separatum sive non separatum; prætermitti non debet. Etenim genus quoddam & vitis & punicæ fructum perficere nequit, sed ad florem usque generatio tantum pervenit. Flos quoque punicæ ‡ copiosus creberque est. Denique amplitudinem sui quodammodo pomi æmulatur. Parum se subtus attollens colligit; & ambitu congruo sinuatim reddit. Plantarum, quibus genus commune, alias florere, alias nullo flore exhilarari quidam affirmant: ut palmarum marem florere, fœminam minime; sed protinus fructum promere. Igitur quæ genus idem sortiuntur, id differentiæ obtinent. Sicuti & omnia quæ fructum perficere nequeunt. Floris naturam plerasque differentias habere, satis his liquet.

Marginalia: ‡ κνίκος. ‡ ὅπερ. Al. Bas. " Al. Bas. ἐκ μέσου. τοῦ. lege ἐκ τοῦ μέσου. † Al. Bas. ὥστε ἄτονον, ἄνθος φύειν, εἴτε κεχωρισμένον. ‡ ἀδυνατεῖν εἰ πλειοκαρπεῖ Bas. πλειοκαρπεῖ. Al. "lege μὴν. † καὶ ὅλος ὁ ὄγκος πλατὺς, ὥσπερ ὁ τῶν ῥοῶν κάτωθεν δ' ἕτερος * δι' οὗ ὡς μικρὸν ὥσπερ ἐκτετραμμένος κύτινος ἔχων τὰ ἄνω μυχώδη. lege ἄνωθεν ὅλος ὁ ὄγκος πλατὺς, ὥσπερ ὁ τῶν ῥόδων. κάτωθεν δὲ στενότερος, δι' οὗ ὡς μικρὸν ἐκτετραμμένος κύτινος ἔχων τὰ ἄνω χειλώδη. vel τὸ ἄνω μυχῶδες.

† frequentem. ‡ chamæmelon. " cucumis cucurbita utraque. † conspici. ‡ copiosus densusque est, superiori parte globosus, latus ad instar rosæ, inferiori angustior est, à quâ paulisper quasi cytinus ex pansus in summo labijs multùm præditus. vel si Ald. placet sequi lect. verte, in summa vacuum habens recessum.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Διαφέρει δὲ καὶ κατὰ τὴν ἔκφυσιν, καὶ θέσιν. *Non erat hæc pars tanquam diversum caput à superiore separanda. Adhuc enim flores tractat. Quòd si eorum differentiæ efficiant, ut seorsum diversa capita digerantur:* τὸ φυλλῶδες, *erit unum;* τὸ χρῶμα, *unum;* ἡ ἔκφυσις, *unum;* ἡ θέσις, *unum;* τὸ γόνιμον, *unum. Itaque commodius hujus capitis hæ sunto differentiæ. Sanè unum esse queat caput ad ea usque verba quæ ita sunt.* ἡ δὲ τοῦ ἄνθους φύσις, ὅτι πλείους ἔχει διαφορὰς· φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων.

Ἄκορος. *At desinant novarum rerum studiosi esse, qui inter cæteros errores, acorum galangam statuunt: neque enim pro exemplo Galangam poneret Theophrastus: in tota namque Europa nullum. Tamen in Provincia videtur esse.*

Πάντα τὰ ἀνθώδη. *Theodorus,* omnia quæ florem folio numeroso producunt. *Non tam folium numerosum, quàm florem frequentem dicere voluit Theophrastus. Est enim in Cartamo, & Cinaris, & aliis Carduis florum quasi sylva.*

Καθάπερ τὸ ἀνθέμιον. *Theodorus,* Gith. *Ego puto esse chamæmelum. Anthemis enim etiam alicubi dicitur: ac sanè in capitulo flosculos stipatos gerit. Gith autem in vasculo semina: non igitur singula singulos flores edunt.*

Ἐν δὲ τοῖς λαχανηροῖς. *Continuat eorum exempla, quæ in summo habent.* ὁ περσίκυος. *Theodorus legit* ὥσπερ σίκυος; *rectè.*

Εἰ μὴ ἄρα οὐ σύνδηλα διὰ τὸ χνοῶδες. *Theodorus,* concerni nequeunt. *Nemo unquam latinorum sic loquutus est: ut concernere dixerit pro eo, quod est conspicere.*

Ἔστι δὲ καὶ ἁπλᾶ. *Hactenus à situ & modo prodeundi: nunc à constitutione & fine. Sunt, inquit, Flores quidam simplices. Quare dicantur simplices perspiciendum est. Ii verò videntur esse, è quibus prodit fructus nullus. Quare citriorum quoque flores steriles, simplices dicit:* τὰ δὲ γόνιμα, *composita. Ratio: quippe in medio tanquam colum gerunt. Illud animadvertendum, in cucumere, cucurbita, pepone, & aliis, non differre, vel simplicitate, vel compositione, sterilem florem à genitali. Quòd si ita est, errarit Theophrastus, qui compositos dicat in Citriis eos, qui gerant colum: steriles & simplices, qui non gerant. In cucurbita cum diversa facies non sit, communem tamen assignat naturam. Alter error; non enim in genere cucurbitæ, vel cucumeris, vel aliorum ejusmodi soli steriles,* ἐκ τῶν ἄκρων τῶν κλημάτων φύονται. *An, ut foveamus benemeriti viri nomen, quoad fieri potest, simplices dicemus eos, qui calore genitali destituti sunt.*

Lege sic, ὥστε ἄγονον ἄνθος φύειν· εἴτε κεχωρισμένον, εἴτε μὴ, σκεπτέον. *Nam arbores penè universas flore tectas videmus aliquo: at non ex omnibus prodire fructum. Illud* κεχωρισμένον, *separatum intellige, non loco: sed ut solet ipse loqui, segregatum à natura floris. Quippe si flos est propter fructum, & ille non fert fructum: non erit flos.* Σκεπτέον, *Theodorus,* prætermitti non debet, *inanis loquutio. Neque enim dicam: Non prætermittam, an sis consul. Cùm ait:* εἴτε μὴ, *ita ut non sit segregatum à natura, sed impeditum tantùm.*

Ἐπεὶ γένη γε ἔνια καὶ ἀμπέλου, καὶ ῥοᾶς, ἀδυνατεῖ εἰ πλειοκαρπεῖ. ἀλλὰ μὴ μέχρι τοῦ ἄνθους ἡ γένεσις. Etenim quoddam vitis genus, & quoddam item Pucicæ fructum perficere nequit. *Nobis ex natura rerum ignota sunt genera hæc: ex locis non ignota. Lectionem difficilem & asperam agnoscemus.* γένη ἀδυνατεῖ εἰ πλειοκαρπεῖ. *Alius diceret:* ἀδυνατεῖ πλειοκαρπεῖν. *& legemus,* ἀλλὰ μὴν.

Γίνεται δὲ καὶ τόδε τῆς ῥοᾶς ἄνθος πολὺ, καὶ πυκνόν. *Theodorus,* Flos quoque Punicæ copiosus, & creber est. *Non est hîc locus Punicæ florem declarandi, sed hunc florem: qui quia non* τελειοκαρπεῖ, *& densitate, & latitudine fructum imitatur. Sic enim malo dicere,* πυκνόν, *densum hîc, quàm* crebrum, *ut Theodorus. Nam satis habebat,* τὸ πολὺ.

 Hoc

Hoc autem τὸ πολὺ, *videtur allatum à Theophrasto, quasi pro caussa: quia propter multitudinem perfici nequeat. Sic igitur habebis proportionem fructus, tanquam abortivi. Item illa,* ἐ ὅλως ὁ ὄγκος πλατὺς, *Theodorus simpliciter nimis,* amplitudine. *Omisit enim* τὸ πλατὺ. *Quæ sequuntur verba valdè corrupta sunt. Sic tamen legemus:* κάτωθεν δὲ οἱ ὄγκοι, δι' ἂν ὡς μικρὸν, ὥσπερ ἐκπεπταμμένος κύτινος ἔχων τὰ ἄνω μυχώδη. Inferiori parte globosi sunt, à quibus paulisper quasi inversus Cytinus habet in summo intus vacuos recessus. *Videbis Theodorum omisisse* τὸ ἐκπεπταμμένος, & κύτινος. *Inversionem illam, labiorum intelligas, quæ a cuppa sese pandunt.*

Φασὶ δὲ. *Hæc differentia est,* παρὰ τὸ ἔχεσθαι, ἢ μή. & *pertinet* πρὸς τὴν ἔκφυσιν.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Ἀνθήμιον. *Rectè legitur: idemq; quod* ἄνθημον *(quam herbam describit lib.* VII. *cap.* XIII.*) sive* ἀνθεμὶς *Dioscoridi, & Chamæmelon Plinio: corruptè camomillam vocant.*

Τῶν κλημάτων. *Nota* κλῆμα, *etiam dici de cucumere: flagella dicit Plinius: viticulas Palladius. Ita in Martio:* Aliqui florem cucumeris cum viticulæ suæ capite cannæ inserunt.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Διατετρημένα φαίνεται.) *Perforati spectantur.* Non vult singula folia perforata esse, sed in medio floris foramen quoddam esse relictum: signum tum decidisse florem, non autem fructus rudimentum, quod foliola, quæ florem constituunt, cingebant.

Καθάπερ ῥοά. Florem vocat quod in superiore parte mali, punicæque conspicitur, contra regionem pediculi; umbilicum vulgo vocant. vide cap. XVI. hujus libri. Interea quæ florẽ talem habent, numerat myrtum & ἄγνον. In myrto tale quid conspici negare nolim. Ἄγνον Theodorus, *amerinam* interpretatur; credo, quod Auctuarij auctor, ἄγνον, à Romanis, *salicem amarinam*, vocari tradat; vulgo *amerinam* vertunt: Ῥωμαῖοι, inquit, σάλιξ μαρῖνα. Columella tertium salicis genus amerinam vocari tradit lib. IV. cap. XXX. *Putant tamen tria esse salicis præcipua genera. Salix Græca, Gallica, Sabina, quam plurimi vocant amerinam.* Paulo infra: *Amerina salix gracilem virgam & rutilam gerit.* Plinius lib. XXIV. cap. IX. ubi de salice & agno plura tradit, amerinam inter salicis genera recenset. Nec salix, nec agnus fructum fert quæ super fructus integumento florem gerit. Rotundus agni fructus, piperis instar, in quo umbilicus conspicitur nullus; salicis papposus. An pro ἄγνος ἄπιος restituendum? Certè tam in pyri, quam in mali fructu flos hujusmodi conspicitur.


Ῥοδωνιά.) Ex hoc loco facile colligi potest ῥοδωνιὰν, non esse rhododendrum, sed rosam. In rosæ fructu talis conspicitur flos, rhododendrum tale nihil habet.

Ἄκορος.) Hic locus satis ostendit ἄκορον, non esse galangam. Nam pro exemplo, ut rectè monet Scaliger, non poneret Theophrastus. Sed jam evanuit illa opinio. Notum satis galangam cum acori descriptione, quam Diosc. lib. I. cap. II. tradit, non convenire. Rubet galangæ radix, albicat acori: hujus radix iridi similis, galangæ nullam formam iridis præ se fert. Hæc opinio validissimis argumentis à botanicis, maximè Mathiolo Senensi viro eruditissimo, refutata est. Idem firmis satis rationibus demonstrat, acorum non esse calamum aromaticum. Calamus aromaticus ex arundinum genere est; acorum nihil arundinei habet. Nec acorũ assulosè frangitur, quod de calamo tradunt veteres. Vide lib. IX. cap. VII. ubi aromatum historiam tractat Theophrastus. Gaza ἄκορον veneriam vertit. Auctuarij auctor, ἄκορος οἱ δὲ χόρος ἀφροδισίας, Ῥωμαῖοι βενέρεα. Malo tamen Græcam servare vocem, quod hodie nemo acorum, eo nomine noscat. Errandi occasionem præbuit Amato Lusitano Auctuarij auctoris locus citatus. Ex eo enim argumentum sumpsit, quo probare conatur, galangam esse acorum. *Acorus*, inquit, ἀφροδίσια *Græcis dicitur, quod valet ad venerem: galanga venerem promovet: ergo est acorus.* Pulchrum, si modo vim haberet, argumentum. *Spectatum admissi risum teneatis amici.* Quid magis ad venerem conducit, quam satyrium? *excitat ad venerem tardos eruca maritos.* Ergone satyrium, & eruca veterum, erunt acorus? Sed nemo veterum, acorum utile ad venerea tradidit. Non tamen inficias eo, hac facultate pollere. Contrarium credo. Dicet quis. Cur igitur ἀφροδισίας, venereæque nomen illi impositum? Crediderim ob amœnitatem, odorisque suavitatem. Eandem enim ob causam thymo, styraci, myrto aliisque odoratis plantis venereæ nomen dederunt. Accedit, quod julus sive acori flos, priapum, vel mentulam mentiatur.

De anthemio vide cap. IX. lib. VII.

Καὶ ὅλος.) Eleganter mali punicæ florem describit: sed corruptus & depravatus codex. In Ald. & Bas. legitur καὶ ὅλος ὁ ὄγκος πλατὺς ὥσπερ ὁ τῶν ῥοῶν. κάτωθεν δὲ ὕπερθε, * δι' ἂν ὡς μικρὸν ὥσπερ ἐκπεπταμμένοι κύτινοι ἔχων τὰ ἄνω μυχώδη. Vertunt: *Denique amplitudinem sui pomi quodammodo æmulatur, parum se subtus attollens colligit, & ambitu congruo sinuatim reddit.* Quid velint nescio; nihil tale in Græco codice. Magni Scaligeri lectio non placet, quod superiore parte, non inferiore globosus fit punicæ flos, ut addita figura, & ad vivum expressa, ostendit. Lego, ἄνωθεν ὅλος ὁ ὄγκος πλατὺς, ὥσπερ ὁ τῶν ῥόδων, κάτωθεν δὲ στενότερος, δι' ὃ ὡς μικρὸν ὥσπερ ἐκπεπταμμένος κύτινος, ἔχων τὰ ἄνω χειλώδη. *Superiore parte totus globus latus est, ad instar rosæ, inferiore angustior, a quâ paulisper cytinus expansus, in summo labijs præditus.* Vel τὰ ἄνω μυχώδης, ut in Ald. legitur codice, *in summo vacuum habens recessum;* unum enim habet, non plures. Utriusque punicæ domesticæ, & sylvestris flos, maximè tamen sylvestris, rosam æmulatur: pars infima in angustum mutatur, uti tabella exprimit.

Balaustium punicæ sylvestris flos.



Inquirendum; quid hoc loco κύτινος. Dioscoridi flos domesticæ punicæ, lib. I. cap. CXI. Τὰ δὲ ἄνθη αὐτῆς ἃ ἐ κύτινοι καλοῦνται καὶ αὐτὰ στυπτικά. *Hujus flores, qui etiam cytini vocantur, & ipsi quoque adstringunt.* Idem cap. CXIV. Βαλαύστιόν ἐστιν ἄνθος ἀγρίας ῥοιᾶς· ἔοικε δὲ τῷ κυτίνῳ ῥοιᾶς. *Balaustium sylvestris punicæ flos; domesticæ mali punicæ cytino, id est flori, similis est.* Idem Galen. lib. VI. simpl. Βαλαύστιον ἄνθος ἀγρίας ῥοιᾶς ὥσπερ τῶν ἡμέρων ὁ κύτινος. At vero idem libro VII. cap. I. κατὰ τόπους, longè quid aliud cytinum esse, ait: Ὀνομάζονται δὲ οὕτως κύτινοι αἱ πρωτόγονοι ῥοιαί. καθ' ὃν γὰρ χρόνον ἀνθεῖν παύεται τὸ δένδρον, ὁ καρπὸς αὐτοῦ φαίνεται σχηματιζόμενος εἰς ἰδίας ῥοᾶς. *Nominantur autem sic primo genita punica, quo tempore enim arbor florere desinit, ejus fructus figuratus apparet, in speciem punici mali.* Eadem Nicandri sententia circa finem in Alexiph.

> Πολλάκι δὲ ἤδη,
> Πρωτάγονον κυτίνοιο πόρης ἀνθήμονα καρπόν.
> *Puniceique novos granati collige fructus.*

Ad hunc locum Scholiastes; κύτινον δέ τὸ ἄνθος τῆς ῥοιᾶς ὅπερ αὐξηθὲν ῥοιὰ γίγνεται. *Cytinus flos punicæ, sed adultus; nempe cum pomum nascitur.* Ex hujus auctoritate Dioscorides, Galenusque conciliari possunt; si dicamus κύτινον mali punicæ florem, sed florere desinentem; cum fructus scilicet rudimentum apparet. Et hæc

hæc Plinij sententia lib. XXIII. cap. VI. *Primus pomi hujus partus florere desinentis* (ineptè vulgo *incipientis* legitur) *cytinus vocatur.* Hesych. ἐξανθήματα σπέρματα vocat. κύτινοι τῆς ῥοιᾶς τὰ σπέρματα ἐξανθήματα : prima levis punici eruptio. Exanthemata, propriè efflorescentiæ, vel papulæ, id est eruptiones leves humorum per cutem. Ad harum imitationem, κυτίνους, ἐξανθήματα dixit. Celsus lib. V. in emplastro quod rhypodes dicitur, cytinos, capitula mali punici, latinè appellavit. Sed ab his diversa Theophrasti sententia. Huic cytinus est, quod in rosis, aliis floribus, calyx appellatur; involucrum nimirum, quo dehiscente, flos in sua folia se pandit; sive quo flos primum continetur, deinde mox fœtus clauditur. Quod ex lib. I. de caus. cap. XVI. facile colligi potest. Ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ἀνθῶν, ὅσα μετὰ τῶν σωματικῶν ὄγκων ὀψιαίτερον γίνεται, καθάπερ τὸ τῆς ῥόας· ἐν γὰρ τῷ κυτίνῳ ἄνθος. Postrema verba interpres omisit: *Quin etiam*, inquit, *florum ipsorum, qui mole aliqua corporis emergunt, serius se ostendunt, ut punicæ flos; in cytino enim flos*: id est in cytino vel à cytino continetur. Idem lib. II. de causis, ἡ δὲ ῥοὰ τοῖς μὲν ἄνθεσιν εὐκαταβλητικός. lege usque, ὅπως μὴ οἱ κύτινοι ὀρθοὶ γινόμενοι δέχωνται τὸ ὑγρόν. *Punica flores facilè amittit; quia nexus eorum debilissimus est*: lege usque, *ne cytini in rectum formati suscipiant humorem*. Κύτινος sive calyx punicæ oblongus, anteriore parte latior, in septem rimulas (Theophrastus, labia appellat, totidē videlicet quot flori folia) fatiscens; asari floribus major; cujus inferior pars in fructum ac amplum transit pomum; superior denticulata una cum staminibus, ipsi medio insidet pomo. Non ineleganter Cælius Aurelianus ampullaginem vocat: quod inflatum fit, ac turgidum, uti ampulla, vasis genus, ex vitro aut alia materia. Sic Plinius lib. XV. cap. XV. ampullacea pyra vocat, quæ formam ampullæ habent. Hunc cytinum Nicander, à cervicali forma, ὄλοχον αὐχένιον vocavit. Locus est in Theriac.

> Εἴδεϊ δ' ὑσγινόεντας ἐπιτρηνεῦντας ὀλόχους,
> Αὐχενίους ἵνα λεπτὰ πέριξ εἰλεύεται ἄνθη.
>
> *Punicæ item sumas hyacinthina germina mali,*
> *Conniventia adhuc, clausasque foventia gemmas,*
> *Donec quondam albo, nunc undique flore rubescant.*

Germina cervicem habentia, cæcutientiaque, sunt calyces, qui flores tenuerunt, quos cytinos Galenus & Dioscorides vocant. Hi aperti sunt, dum flores in sua folia panduntur; paulo post cæcutiunt, & clausos oculos habent; postquam deciderunt flores, fructusque rudimenta continent. Ὀλόχους hos cervices dixit, ab ἔχω & ὅλος, quod totum vel omnia, id est præcipua contineant; florem videlicet & fructum. Αὐχενίους dixit, quod cervicem oblongā referant. Et ita hunc locum exponit Scholiast. ὀλόχους δὲ τοὺς τῆς ῥοιᾶς τραχήλους, τοὺς πρότερον μὲν κεχηνότας, ὕστερον δὲ μύοντας. πρότερον γὰρ ἀνοιγόμενοι ὄντες, κατ' ὀλίγον μύουσι τοὺς κυτίνους ἀποβάλλοντες. νῦν δὲ ἀπὸ μέρους τὰς ἐξανθήσεις τῆς ῥοιᾶς ὀλόχους εἶπεν, αὐχενίους δὲ ἤγουν τραχηλώδεις, οἱονεὶ τραχήλους ἔχοντας. Ex his, quæ hactenus diximus, Theophrastum perquam eleganter punicæ florem delineare, quilibet facile videt. Cæterum punica flores fert duplicis differentiæ; hoc est steriles & fœcundos. Hi à tergo oblonga capita annexa habent (cervices vocat Nicander) hyosciami vasculis æqualia ac similia, eaque singuli singula; Theophrasto κύτινοι nominata, quæ secuturi fructus rudimenta sunt. Illi autem nihil hujusmodi obtinent, sed nudo latoque calyci insident. Utrisque parte suprema amplitudo rosæ æmula, quæ sensim in angustum desinit: utrique, sed magis sterili confecta, stipataque foliorum densitas, colore ut plurimum rutilo, ac inter sanguineum roseumque medio. Estque hic aspectus jucundissimus. Reperiuntur etiam candidi, mixtique è rutilo & albo coloris. Roseorum autem major in medicina invaluit usus.

Φοινίκων.) Quæ de fructu palmæ scribit, repetit lib. II. cap. VIII. ubi palmæ historiam, generaque tradit. Hoc caput adeat lector, nostrasque videat notas.

ΚΕΦ. ΚΓ. — CAP. XXIII.

Quomodo distent in fructificando arbores.

Διαφέρει δὲ τὰ δένδρα καὶ τοῖς τοιούτοις κατὰ τὴν καρποτοκίαν. τὰ μὲν γὰρ, ἐκ τῶν νέων † βλαστῶν φέρει, τὰ δὲ ἐκ τῶν ἕνων, τὰ δ' ἐξ ἀμφοτέρων. ἐκ ‡ μὲν τῶν νέων, συκῆ, ἄμπελος· ἐκ δὲ τῶν ἕνων, ἐλαία, ῥοὰ, μηλέα, ἀμυγδαλῆ, ἄπιος, μύρρινος, καὶ σχεδὸν τὰ τοιαῦτα. πάντα γὰρ ἐκ τῶν ἕνων. ἐὰν δὲ ἄρα τι συμβῇ κυῆσαι καὶ ἀνθῆσαι (γίνεται γὰρ καὶ τοῦτο ἐνίοις, ὥσπερ καὶ τῷ μυρρίνῳ, καὶ μάλισθ' ὡς εἰπεῖν περὶ τὰς βλαστήσεις τὰς μετ' ἀρκτοῦρον) οὐ διαμένει τελειοῦν, ἀλλ' ἡμίβρωτον φθείρεται. ἐξ ἀμφοτέρων δὲ, καὶ τῶν νέων καὶ τῶν ἕνων, εἴτινες ἄρα μηλέαι τῶν " διαφόρων, ἢ εἴτι ἄλλο κάρπιμον. ἔτι δὲ καὶ ὁ ὄλυνθος ἐκπέττων καὶ σῦκα φέρων ἐξ ἕνων. ἰδιωτάτη δὲ ἡ ἐκ τοῦ στελέχους ἔκφυσις, ὥσπερ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ συκαμίνου. καὶ ταύτην γὰρ φασὶ φέρειν ἐκ τοῦ στελέχους. † οἱ δὲ μὲν ἐκ τῶν ἀκρεμόνων, ὥσπερ καὶ τῆς κερωνίας. αὕτη γὰρ ἐκ τούτων φέρει, πλὴν οὐ πολύν. καλοῦσι δὲ κερωνίαν, ἀφ' ἧς τὰ σῦκα τὰ Αἰγύπτια καλούμενα. ἔστι δὲ καὶ τὰ μὲν ἀκρόκαρπα τῶν δένδρων καὶ ὅλως τῶν φυτῶν· τὰ δὲ, πλαγιόκαρπα· τὰ δὲ ἀμφοτέρως. πλείω δὲ ἀκρόκαρπα τῶν ἄλλων ἢ τῶν δένδρων. οἷον τῶν τε σιτηρῶν τὰ σταχυώδη καὶ τῶν θαμνωδῶν, ἐρείκη, καὶ ‡ σπειραία, καὶ ἄγνος. καὶ ἀλλ' ἄττα καὶ τῶν λαχανωδῶν τὰ κεφαλόρριζα. ἐξ ἀμφοτέρων δὲ, καὶ τῶν δένδρων ἔνια καὶ τῶν λαχανωδῶν. οἷον " βλίτον, † ἀνδράφαξις, ῥάφανος. ἐπεὶ καὶ ἐλαία ποιεῖ πως τοῦτο. καί φασιν ὅταν ἄκρον ἐνέγκῃ, σημεῖον εὐφορίας εἶναι. ἀκρόκαρπος δὲ πως καὶ ὁ φοῖνιξ. πλὴν τοῦτό γε καὶ ἀκρόφυλλον καὶ ἀκρόβλαστον.

† βλαστῶν. Al. Bas.
‡ deest Al.
" lege διαφόρων.
† οἱ δὲ ταύτης μὲν. Bas.
‡ σπειραία. Al.
" βλίτον.
† ἀνδράφαξις. Al. Ger.

ARbores autem vel hisce in fructificando distare videntur. Namque aliæ fructum ex novellis surculis gignunt: aliæ ex † annotinis: aliæ ex utrisque. Ex novellis, ficus & vitis: ex ‡ annotinis, olea, punica, malus, amygdala: pirus, myrtus, omnesque fere similes. Omnes enim ex " annotinis. At si contingat ut aliquid concipiant atque floreant (evenit enim id quoque nonnullis, ceu myrto: præcipueque, ut sic dixerim, post Arcturi exortum) id perficere nequeunt: sed † semiconditum perit ex utrisque, tam novellis quam ‡ annotinis: si quæ mali biferæ sint, aut si aliquid bis fructificet. Item caprificus, quæ maturat ficusque profert ex novellis. Peculiaris maxime ortus, si quis fructus è caudice prosiliat: ut moro Ægyptiæ. Hanc enim ex caudice ferre nonnulli affirmant. Alij grandibus ex ramis eam fructificare, sicuti & " siliquam, dicunt. Hæc enim fructum vel ex his producit: non tamen copiosum. Vocant enim † siliquam quæ ficus Ægyptias appellatas producit. Arborum item ‡ aliæ cacuminibus fructificant; aliæ lateribus; aliæ parte utraque. Sed plura ex aliis fructum cacumine ferunt, quam ex arboribus: ut " frumentorum, quæ spicam pariunt. Fruticum erica, spiræa, † amerina. Olerum, quibus radix capitat. Parte autem utraque tam arborum quædam quam olerum: blitum, atriplex, brassica. Nam olea idem quodammodo facit. Cumque cacumina ferunt, copiæ indicium esse dicitur. Palma quoque fructum quodammodo cacumine gignit. Sed hæc & folia & germina cacumine gerit. Quippe vis ejus genitalis, parte superiore tota consistit. Igitur differentias quas particulatim capere decet, his contemplari conemur: illæ vero naturæ totius esse videntur: scilicet, quod plantarum, aliæ urbanæ, aliæ sylvestres: & aliæ fructiferæ,

† vetustis.
‡ vetustis.
" vetustis.
† inchoatū.
‡ vetustis.
" ceroniam.
† ceroniam.
‡ aliæ ac in universum reliquarum etiam plantarum cacuminibus.
" frugum.
† vitex, aliaque nō-nulla. Olerū.

ὅλως γὰρ ἐν τῷ ἄνω πᾶν τὸ ζωτικόν. τὰς μὲν οὖν κατὰ μέρη διαφορὰς πειρατέον ἐκ τούτων θεωρεῖν. αἱ δὲ τοιαῦται τῆς ὅλης οὐσίας φαίνονται· δηλονότι τὰ μὲν ἥμερα, τὰ δὲ ἄγρια. καὶ τὰ μὲν κάρπιμα, τὰ δὲ ἄκαρπα καὶ ἀείφυλλα καὶ φυλλοβόλα, καθάπερ ἐλέχθη· τὰ δὲ ὅλως ἄφυλλα. καὶ τὰ μὲν, ἀνθητικὰ, τὰ δὲ ἀνανθῆ, καὶ πρωϊβλαστῆ δὲ, καὶ πρωΐκαρπα τὰ δὲ ὀψιβλαστῆ, καὶ ὀψίκαρπα. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅσα παραπλήσια τούτοις. καὶ τά γε τοιαῦτα ἐν τοῖς μέρεσιν, ἢ οὐκ ἄνευ τῶν μερῶν ἐστιν. ἀλλ᾽ ἐκείνη ἰδιωτάτη, καὶ τρόπον τινὰ μεγίστη διάστασις, ἥπερ καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ὅτι τὰ μὲν, ἔνυδρα τὰ δὲ, χερσαῖα. καὶ γὰρ τῶν φυτῶν ἐστὶ τὸ τοιοῦτον γένος, ὃ οὐ δύναται † φύεσθαι ἐν ὑγρῷ· τὰ δὲ, φύεται μὲν, οὐχ᾽ ὅμοια δὲ, ἀλλὰ χείρω. πάντων δὲ τῶν δένδρων, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ τῶν φυτῶν, εἴδη πλείω τυγχάνει καθ᾽ ἕκαστον γένος· σχεδὸν γὰρ οὐδέν ἐστιν ἁπλοῦν.

† φύεσθαι εἰ μὴ ἐν ὑγρῷ. Theod.

feræ, aliæ steriles, & perpetuo virentes, & folia deperdentes: quemadmodum diximus. Quædam etiam in totum foliis carent: & aliæ florum fœcundæ, aliæ infœcundæ: & aliæ germine vel fructu præcoces: aliæ serotinæ. Pari modo & reliqua his similia sunt persequenda. Et hæc quidem in partibus, aut non sine partibus esse constat. Illa vero propria maxime & quodammodo maxima differentia: quæ vel in animalium genere patet. Quòd aliæ aquatiles: aliæ terrenæ. Plantarum enim genus quoddam ejusmodi est; † ut nisi in solo madente nasci minime possit. Quædam nascuntur quidem, sed non similes, verum longe deteriores. Cunctarum autem arborum plantarumque, ut rem simpliciter dicamus, species in quoque genere plures. Quippe cum nihil fere simplex sit.

† quod in locis humidis nasci nequit.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

EΚ τοῦ ἔνου. *Allusit facetè translatis elementis*, νέον, ἔνον. *Sic Plato aucupatus est principia vocabulorum in Gratylo* ἥρα, ἀνήρ. *Item Varro in primo de Re rust. de fructibus conditis loquens*, utendum, tuendum. *Theodorus*, ex anotinis. *Sic infra Theophrastus*, δίενα καὶ τρίενα. bima, trima. Ἔνον *tamen non tam annum significat, quam vetustatem. Sic luna* ἔνη καὶ νέα; *& chorda ultima*, ἔνη *&* ἐνάτη. Ἡμιγενῆ. *Theodorus*, semiconditum; *malè. Non enim dicas fructum perfectum, conditum: inchoatum latinè, & rectè.* Semigenitum, *ad verbum*, quia adhuc generatur. *Nota vero verba illa*: γίνεται γὰρ καὶ τοῦτο ἐνίοις, ὥσπερ καὶ τῇ μυρρίνῃ, καὶ μάλιστ᾽, ὡς εἰπεῖν περὶ τὰς βλαστήσεις, τὰς μετ᾽ ἀρκτοῦρον. *Duo ponit hic. unum ex natura speciei: quippe Myrto evenit, ut ex novellis producat florem, neque fructum perficiat. Alterum ex natura temporis, quoniam post arcturum quæ florent, non perducunt fructum ad perfectionem. In utrisque caussa aut eadem, aut analoga; defectus humoris debiti, & caloris. In novellis ramis neutrum satis. Tempus quidem humidum nimis: at humor à frigore prohibetur. Itaque dixit*, καὶ ὥσπερ ἐν τῇ μυρρίνῃ; *& geminavit*, καὶ μάλιστα περὶ τὸν ἀρκτοῦρον, *non myrto solùm, neque in novellis tantùm, sed alijs; id quod in hortis nostris suburbanis aliquando contigit prunis*; ἐνίοτε συμβῆ. *quia non omnibus evenit, sed multis. non semper, sed autumno: iccirco dixit*, ὡς εἰπεῖν; *&* μάλιστα.

Ἔνιοι γὰρ μηλέας τὰς διφόρους, ἢ εἶτι ἄλλο κάρπιμον. Ex vetustis & novellis ferre malos biferas. *Sic lege, non* διαφόρων. *Multarum tamen arborum tam novellos, quàm veteres ramos fructum ferre videmus. Novellos solos nemo dicat: alioqui semper arbores crescerent, quamdiu vivunt. ferendi enim & vivendi idem est finis. Neque tamen eæ biferæ sunt.* κάρπιμον, *subintellige*, ὄντως.

Duas ponit deinde opiniones. Ægyptiam morum caudice ferre. Altera opinio, non ex caudice; sed ex brachijs, sive primoribus ramis, veluti κερωνίαν *siliquam. At in quarto hujus*, κερωνίαν, *siliquam etiam ex caudice ferre ait.*

Τῶν σιτηρῶν τὰ σταχυώδη. *Theodorus*, frumentorum, quæ spicam ferunt. *At Latini nullum agnoscunt frumentum sine spica.* Frugum, *melius dixisset.*

Τὰς μὲν οὖν κατὰ μέρη διαφοράς. *Hîc esse debet initium capitis ultimi. Est enim epilogus totius Theoriæ, in quo omnia summa capita recenset. Addit etiam unum.* ἄφυλλα, *ut quædam plantæ folijs careant. De Sparto Dioscoridis bis monuimus. De asparago ipse supra attulit dubitationem. De tubere & fungo patet. De cuscuta nemo ambigit.*

Σχεδὸν οὐδέν ἐστιν ἁπλοῦν. *Nota, quomodo accipiat τὸ ἁπλοῦν, quod in species non dividitur.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

MΗλέας. *Plin. lib.* XVI. *cap.* XXVII. Biferæ & in malis, ac piris quædam, sicut & præcoces, malus sylvestris bifera, &c.

Κερατωνία est siliqua, sive siliqua Græca, sive siliqua dulcis, Plinius: κερωνία *vero, siliqua Syriaca. Quod hic ait Theophrastus*, οὐκ ἐκ φέρει, *non ex sua † opinione, sed aliorū. vide lib.* IV. *cap.* II.

† deest ait.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

NΕ᾽ου βλαστόν.) Vocat germen æstate præcedenti natum; sive quod anno exacto antiquius non est. Ἔνον vero, quod annum excessit. δίενον, quod duos, τρίενον, quod tres. Exempli gratia: surculus si anno 1634. natus, anno 1635. fructus ferat; dicimus ἐκ νέων βλαστῶν, novellis surculis, fructum producere arborem: si vero 1636. demum proferat, ἐκ τῶν ἔνων, fructificare: si vero 1637. ἐκ τῶν δίενων, & sic deinceps. Frustra ex surculo nato 1635, eodem anno quis fructus exspectabit, nisi sit forte bifera arbor; id est, quæ quolibet anno bis fructus reddit maturos.

Διαφόρων.) Lego cum doctiss. Scaligero, διφόρων. Plin. lib. XVI. cap. XXVII. *Biferæ & in malis pyrisque quædam, sicut & præcoces*, (hoc omni ex parte verum non est; præcoces cerasi fructus, nec tamen bifera cerasus) *malus sylvestris bifera.* Nec hoc semper verum.

Οἱ δὲ μὲν ἐκ τῶν ἀκρεμόνων. Nota quod addat φασί; id est ex aliorum sententiâ se hæc scribere, tradit. Contrarium enim docere videtur lib. IV. cap. II. Nota etiam quod κερωνίαν, à sycamino Ægyptij, diversum faciat; cum alibi, ut supra cap. XVIII. ex aliorum sententia scribat, ficum Ægyptiam vocari.

Ἔτι δὲ καὶ.) Plin. lib. XVI. cap. XXVII. *Est vero & in ipsis arboribus, etiam onustis peculiaris differentia. summa sui parte fertilior est arbutus; quercus inferiore, juglandes, fici, mariscæ.* Emendatius antiquus codex: *Summa sui parte fertiliores arbutus, quercus; inferiore juglādes, fici, mariscæ.*

Σπειραία.) Malè in Ald. & Bas. legitur σπειρία. pejus lib. VI. cap. I. σμηρία. Plin. lib. XXI. cap. IX. *Ergo in coronamenta folio venere melotron, spiræon.* Ἀπὸ τῆς σπείρας, nomen accepisse contendunt; quod frutex sit lentus & vitilis, ita ut in spiram torqueri possit. Spiræa nomine Silesiacum quendam fruticem describit doctiss. Clusius; quem nunquam vidi. quare certi nihil affirmare possum. alij viburnum Mathioli, spiræam existimant.

Ἀκρόκαρπον.) Plin. lib. XIII. cap. IV. ubi de dactylo agit. *Coma omnis in cacumine: & pomū est non inter folia, ut in cæteris, sed suis inter ramos palmitibus racemosum, utraque natura uvæ atque pomi.* Vide cap. XI. lib. I. de caus.

ΚΕΦ. ΚΔ.

CAP. XXIV.

Repetuntur differentiæ plantarum.

Ἀλλ᾽ ὅσα μὲν ἥμερα καὶ ἄγρια λέγεται, ταύτην ἐμφανεστάτην ἔχει καὶ μεγίστην διαφοράν. οἷον, συκῆ, ἐρινεός, ἐλαία, κότινος, ἄπιος, ἀχράς· ὅσα δὲ ἐν ἑκατέρῳ τούτων, † ἐν τοῖς καρποῖς τε καὶ φύλλοις καὶ ταῖς ἄλλαις μορφαῖς τε καὶ τοῖς μορίοις. ἀλλὰ τῶν μὲν ἀγρίων ἀνώνυμα τὰ πλεῖστα, καὶ ἔμπειροι ὀλίγοι. τῶν δὲ ἡμέρων καὶ ὠνομασμένων, πλείω, καὶ ἡ αἴσθησις κοινοτέρα. λέγω δέ, οἷον, ἀμπέλου, συκῆς, ῥοᾶς, μηλέας, ἀπίου, δάφνης, μυῤῥίνης ‡ καὶ τῶν ἄλλων. ἡ γὰρ χρῆσις οὖσα κοινή, συνθεωρεῖν ποιεῖ τὰς διαφοράς. ἴδιον δὲ καὶ τοῦτ᾽ ἐφ᾽ ἑκατέρων. τὰ μὲν γὰρ ἄγρια τῷ ἄῤῥενι καὶ τῷ θήλει ἢ μόνοις ἢ μάλιστα διαιροῦσι· τὰ δὲ ἥμερα πλείοσιν ἰδέαις. ἔστι δὲ τῶν μὲν ῥᾷόν τι λαβεῖν καὶ διαριθμῆσαι τὰ εἴδη· τῶν δέ, χαλεπώτερον, διὰ τὴν πολυχοΐαν. ἀλλὰ δὴ τὰς μὲν τῶν μορίων διαφορὰς καὶ τῶν ἄλλων οὐσιῶν, ἐκ τούτων πειρατέον θεωρεῖν. περὶ δὲ τῶν γενέσεων, μετὰ ταῦτα λεκτέον. τοῦτο γὰρ ὥσπερ ἐφεξῆς τοῖς εἰρημένοις ἐστίν.

† deest Al.
‡ deest Al.

SEd quæ urbanæ aut sylvestres dicuntur, hanc ipsam evidentissimam summamque differentiam habent: ut ficus, caprificus, olea, oleaster, pirus, piraster, pinus, pinaster. Quæ vero alterutro illorum genere collocantur; harum differentia, fructibus, folijs, cæterisque formis, partibusque percipitur. Sed sylvestrium plurimæ nomine carent, expertique perpauci sunt: urbanarum autem plurimæ nomine suo noscuntur, sensusque earum communior. Exempli gratia, vitis, fici, punicæ, mali, piri, lauri, myrti, reliquarumque. Facit enim usus communis, ut exploratæ differentiæ habeantur. Illud quoque utroque in genere proprium. Sylvestres enim, mare ac fœmina, vel solis vel præcipue, discernuntur. Sed urbanæ generibus certe pluribus constant. Quorum alia inventu numeroque facilia: alia difficilia scilicet, causa varietatis. Sed partium reliquarumque naturarum differentias hisce contemplari tentandum. De generationibus autem post hæc referre congruum est. Id enim præcedentia quasi ordine consequi videtur.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἀλλ᾽ ὅσα μὲν ἥμερα, καὶ ἄγρια. *Male hinc auspicatur Theodorus caput. Est enim eadem materia. Idem addidit,* pinus, pinaster.

Καὶ ἔμπειροι ὀλίγοι. *Hic* ἔμπειρος, *significat*, scitum, & peritum & scientem. *Theodorus*, expertum *est interpretatus, non malè, si vocem consideres. Nam quæ experientia in dignotione pyri, à pyrastro, experimur, cum tentamus vires, & fortunam elicimus ad opus.*

Διὰ τὴν πολυχοΐαν. *Nova vox, & aliter scripta, quam* ἐνδελέχεια. ἔχω *in utraque est. Supra bis* πολύχουν, varietatem, *Theodorus; quia multiplex quod est, distinguitur differentijs ad varietatem. Quod enim unum non est, diversum est ab eo, cum quo non est unum.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Αἴσθησις. *Hoc loco non simpliciter pro sensu, sed sensibus collecta notitia. His enim instrumentis præceptoris loco mens utitur, atque rerum cognitione instruitur: itaque pro consequenti ponitur antecedens,* καὶ ἡ αἴσθησις ἀντὶ τοῦ γνώσεως καὶ ἐπιστήμη.

Πολυχοΐα. *(cui contrarium* ὀλιγοχοΐα) *& verbum* πολυχοεῖν, *nomenque* πολυχοΐα, *de re dicuntur, quæ non unius modi, atque generis est, sed quæ ut multiplex, ac varia latissimè funditur, atque patet.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἥμερα καί.) Plin. lib. XVI. cap. XIX. *Sunt enim arborum quædam omnino sylvestres, quædã urbaniores, quas his placet nominibus distinguere. Ergo mites, quæ fructu, aut aliqua dote umbrarumque officio humanius juvant, non improbè dicantur urbanæ.* Hanc differentiam inter urbanas sylvestresque posuit Plinius. Sylvestres auctor lib. de plant. lib. I. ait quæ sine cura & industria artificis sponte proveniant, ἄγρια μὲν λεγόμενα ὅτι ἐκ ἐισὶν ἐκ ἐπιμελείας γεωργικῆς.

THEOPHRASTI

DE

HISTORIA PLANTARUM

LIBER SECVNDVS.

ΚΕΦ. Α. — CAP. I.

De modo generationis sationisque in arboribus.

ΑἹ Γενέσεις τῶν δένδρων καὶ ὅλως τῶν φυτῶν, ἢ αὐτόματοι, ἢ ἀπὸ σπέρματος, ἢ ἀπὸ ῥίζης, ἢ ἀπὸ παρασπάδος, ἢ ἀπὸ ἀκρέμονος, ἢ ἀπὸ κλωνὸς, ἢ ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ στελέχους ἐστίν· ἢ ἔτι τοῦ ξύλου κατακοπέντος εἰς μικρά. καὶ γὰρ οὕτως ἀναφύεται. τούτων δὲ ἡ μὲν αὐτόματος, πρώτη τίς· ἡ δὲ ἀπὸ σπέρματος καὶ ῥίζης φυσικώταται δόξαιεν ἄν· ὥσπερ γὰρ αὐτόματοι καὶ αὐταί. διὸ καὶ τοῖς ἀγρίοις ὑπάρχουσιν, αἱ δὲ ἄλλαι τέχνης, ἢ ἀπὸ προαιρέσεως. ἅπαντα δὲ βλαστάνει κατά τινα τῶν τρόπων τούτων. τὰ δὲ πολλὰ κατὰ πλείους. ἐλαία μὲν γὰρ πάντως φύεται, πλὴν ἀπὸ κλωνός. † οὐ γὰρ δύναται καταπηγνυμένη, καθάπερ ἡ συκῆ τῆς κράδης, καὶ ἡ ῥοὰ τῆς ῥάβδου. καίτοι φασί γέ τινες ἤδη καὶ χάρακος παγείσης, καὶ πρὸς τὸν κιττὸν συμβιῶσαι καὶ γενέσθαι δένδρον. ἀλλὰ σπάνιόν τι τὸ τοιοῦτον. θάτερα δὲ τὰ πολλὰ τῆς φύσεως. συκῆ δὲ τοὺς μὲν ἄλλους τρόπους φύεται πάντας· ἀπὸ δὲ τῶν πρέμνων καὶ τῶν ξύλων οὐ φύεται· μηλέα δὲ καὶ ἄπιος ἀπὸ τῶν ἀκρεμόνων σπανίως. οὐ μὴν ἀλλὰ τά, τε πολλὰ πάνθ᾽, ὡς εἰπεῖν, ἐνδέχεσθαι δοκεῖ καὶ ἀπὸ τούτων, ἐὰν λεῖοι καὶ νέοι καὶ ‡ εὐαυξεῖς ὦσιν. ἀλλὰ φυσικώτεραί πως ἐκεῖναι. τὸ δὲ ἐνδεχόμενον ὡς δυνατὸν ληπτέον. ὅλως γὰρ ὀλίγα τὰ ἀπὸ τῶν ἄνω μᾶλλον βλαστάνοντα καὶ γεννώμενα, καθάπερ ἄμπελος ἀπὸ τῶν κλημάτων, αὕτη γὰρ οὐκ ἀπὸ τῆς πρώρας, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ κλήματος φύεται. καὶ εἰ δή τι τοιοῦτον ἕτερον ἢ δένδρον ἢ φρυγανῶδες. ὥσπερ δοκεῖ τό, τε πήγανον, καὶ ἡ * ὠνία, καὶ τὸ σισύμβριον, καὶ ὁ ἕρπυλλος, καὶ τὸ ἑλένιον. κοινοτάτη μὲν οὖν ἐστὶ πᾶσιν, ἥ τε ἀπὸ τῆς παρασπάδος, καὶ ἀπὸ σπέρματος. ἅπαντα δὲ ὅσα ἔχει σπέρματα καὶ ἀπὸ σπέρματος γίνεται. ἀπὸ δὲ παρασπάδος καὶ τὴν δάφνην φασὶν, ἐάν τις τὸ † περίεργον περιελὼν φυτεύσῃ. δεῖ δὲ ὑπόρριζον μάλιστά γε τὸ παρασπώμενον ἢ ὑπόπρεμνον ‡ εἶναι. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἄνευ τούτου θέλει βλαστάνειν καὶ ῥοὰ, καὶ μηλέα ἐαρινή. βλαστάνει δὲ καὶ ἀμυγδάλη φυτευομένη. κατὰ πλείστους δὲ τρόπους ὡς εἰπεῖν ἡ ἐλαία βλαστάνει. καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ στελέχους, καὶ ἀπὸ τοῦ πρέμνου κατακοπτομένου, καὶ ἀπὸ τῆς ῥίζης, καὶ ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ ἀπὸ ῥάβδου, καὶ ἀπὸ χάρακος, ὥσπερ εἴρηται. τῶν δ᾽ ἄλλων, ὁ μύρρινος. καὶ γὰρ οὗτος ἀπὸ τῶν ξύλων καὶ τῶν πρέμνων φύεται. δεῖ δὲ καὶ τούτου καὶ τῆς ἐλαίας τὰ ξύλα διαιρεῖν μὴ ἐλάττω σπιθαμιαίων, καὶ τὸν φλοιὸν μὴ περιαιρεῖν. τὰ μὲν οὖν δένδρα βλαστάνει καὶ γίνεται κατὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους. αἱ γὰρ * ἐμφυτεῖαι καὶ οἱ ἐνοφθαλμισμοὶ, καθάπερ μίξεις τινές εἰσιν, ἢ κατ᾽ ἄλλον τρόπον γενέσεις· περὶ ὧν ὕστερον λεκτέον.

† καὶ ἐν. Al.
‡ αὐξεῖς Bas.
* lege ἰωνιά.
† lege τὸν περιέχοντα Al. τὸ ἔργον.
‡ deest Bas.
* ἐμφυλλεῖαι Al. Bas.

ARborum & summatim plantarum generationes, aut sponte, aut semine, aut radice, aut avulsione, aut ramo, aut surculo, aut ipso trunco factitantur: aut etiam ligno † minutatim conciso. Nam eo quoque modo planta exoritur: sed principatum in his ‡ spontanea obtinent. Quæ vero semine, radiceque fieri solent, naturales maxime inter reliquas esse apparet. Nam ipsæ quoque spontaneæ quodammodo sunt: " & sylvestrium ob id generi accommodantur. Reliquę autem hominum arte aut instituto proveniunt. Singula igitur modo ex prædictis aliquo erumpunt. sed pars major pluribus sanè modis procreatur. Olea enim omnibus provenit rationibus; præterquam surculo: defixa enim nequit germen excitare: ut ficus ex † crada & punica ex virga. Quanquam nonnulli ‡ adminiculo quoque defixam ad ederam, una crevisse, factamque arborem affirment. Sed id raro. Illud vero ex majore parte à natura factitari videmus. Ficus quoque omnibus modis emergit: præterquam ex " ramo & surculo. Malus & pirus raro ex ramis. Cæterum cuncta magna ex parte his quoque enasci contingit: modo leves, novelli, facileque auctiles petantur. Verum illi proventus magis naturæ conveniunt. Contingens autem pro possibili accipi potest. Quippe cum in totum quæ ex supernis potius enascantur, paucissima sint. Quemadmodum quæ ex palmitibus vitis proveniunt. Ista enim nec ex † prora, sed ex palmitibus exit: & si quid aliud ejusmodi annotetur; seu arbor, seu suffrutex: ut ruta, viola, sisymbrium, ‡ serpillus, heleniū. Omnium itaque communis maxime generatio, quæ avulsione atque semine fit. Omnia vero quæ semen ferunt, semine quoque gignuntur. Nasci & laurum ex avulsione affirmant: si quis " sublatis surculis serat. Sed quod avellitur, radicis aut stipitis aliquid habeat oportet. Fieri tamen potest, ut & absq; eo tam punica quā malus verna exoriatur. Amygdala quoq; sata exurgere potest. Sed plurimis fere modis provenire olea videtur. Nam ex trunco, ramo conciso, radice, ligno, virga, item † adminiculo, quemadmodum diximus. Myrtus inter cætera huic maxime similis. Nam & à ligno & ramo provenit: ligna vero tam ejus quam oleæ palmo minora dividi, haudquaquam oportet: neque cortex detrahi debet. Arbores modis prædictis exeunt atque concrescunt. Insitiones enim aut inoculationes misturæ quædam, aut alio pacto generationes esse videntur. De quibus postea dicemus.

† in frusta.
‡ spontanea aliquo modo obtinent.
" quare etiā in sylvestribus repeRiuntur.
† surculo.
‡ pedamento.
" ligno ramoque majore.
† cacuminū extrema articulatione.
‡ serpyllum.
" umbroso loco serat.
† pedamento.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Aἱ γενέσεις. *Aristoteles animalium partes cum enarravit, transit ad generationem. Deinde affectus, ac mores describit. Sic discipulus priori libro, partibus investigatis, aggreditur generationem: ponit modos. Plantæ, inquit, generantur quædam sponte. Intellige hic rationes duas. Unam earum quibus nullum semen est, ut filicis: alteram earum, quæ tametsi semen ferunt, & è semine nasci queunt: tamen nullo satu aliquando oriuntur: cujusmodi habemus in hortis nostris Hyoscyamum, dum hæc scribimus. Sequitur alterum divisionis membrum à semine. Tertium est ab radice; ubi si ait, omnes plantas quæ radicem habent, ab radice nasci posse, falsum sit. Non est igitur hoc membrum priori par. Dicet enim infrà, nullam plantam semen gerere; quæ ab eo prodi nequeat.* H' ἀπὸ παρασπάδος, *avulsione, quæ duplex est, ut pauld infrà.* Τὸ ἀπὸ παρασπάδος, ἢ ἀπόρριζον, ἢ ἀπόσπασμα. *Et in septimo de Brassica. Provenit, inquit,* ἀπὸ παρασπάδος. ἀλλὰ γάρ τι καὶ ῥιζοῦται παχυτέρας. ἀπὸ ἀκρέμονος: *à ramo crassiore. Prunus è ramo sine radice pacto vivit adhuc,* ἢ ἀπὸ κλωνός, *ramum exiliorem. Duo deinde membra digerit mirabilia. Mirabilis enim à trunco generatio. Mirabilior illa, ex ligni frustulis terra opertis nasci plantam generis ejusdem. Sic serunt oleam in liguribus montanis. Stipitem vetulum crassum quantum libet scindunt: & particulas illas cum cortice suo terra tegunt. mox etiam ipse exempla dabit.*

Aὐτόματος πρώτη τις. Theodorus: sed principatum in his spontanea obtinent. *Omisit* τὸ τις: *aliquo modo: neque enim sunt* ἁπλῶς *nobilissimæ; sed illa ratione, quia simplicissimæ operæ à natura, & priores sunt semine, quod ferunt, & à quo productæ non sunt.* ἀπὸ αὐτομάτου φυσικώτατος. *Quia nullius artis indigent. Theodorus addidit:* inter reliquas, *ne videretur contradictio: quia* τὸ πρῶτον φύσει, *videtur esse debere,* τὸ φυσικώτατον. *Verùm ibi generationis principatum posuit ex simplicitate: hîc ex perfectione. Addidit etiam ex priore nobilitate aliquid: cùm dixit,* καὶ ὥσπερ αὐτόματοι, *moderatus est tamen, non* ἁπλῶς, *sed,* ὥσπερ. *Quasi* αὐτόματοι; *quia sine cultu decidentibus sponte seminibus, non arte jactis prodeunt. Quare eæ plantæ etiam in sylvestribus inveniuntur.* ὑπάρχουσι. *Si in sylvestribus, ergo aliquo modo* αὐτόματοι. *Theodorus pessimè,* accommodantur. *Accommodatur, quod aliunde, & ab alio fit: at hæ plantæ in sylvestrium numerum suapte natura veniunt.* ὑπάρχουσι, *hic verbum est solitæ philosophiæ, & principia notans naturalia. Divisionem, Plinius brevissimè: Arbores, quas naturæ debeamus, aut sponte, aut semine, aut radice.* Φασὶ δὲ καὶ χάρακος παγείσης πρὸς τὸν κιττόν. *Theodorus,* quanquam adminiculo quoque defixam ad Ederam. *Non intellexissem, pro pedamento defixam prope Ederam, ut scilicet scanderet. Sic mox, oleam provenire posse* ἀπὸ τοῦ χάρακος: *Theodorus,* adminiculo. *Sanè ita palus aut talea, aut vallum in re militari dici possit. Verùm,* adminiculo, *hic nimis laxè. Plinius etiam Trogum irridet, qui crediderit foliorum satu apud Babylonios palmas provenire. At Theophrastus etiam à lacrymis, idque non de una tantùm, quod tamen hic omisit in divisione.* Τέχνης, ἢ προαιρέσεως. *Theodorus:* arti, aut electui pertinent: *durus sermo. Sic explices;* artis præceptis, aut hominis voluntati. *Qui etiam* τὸ ἢ, *non tam distinguit artis præcepta ab hominis consilio, quàm est (sive) potius, quàm, vel: est enim electio non sine arte.*

Aὐξίες. Theodorus, auctiles, *exquisito verbo.*

Ἐκ τῆς προάξεως. *Vitis proram vocat eam, quæ sarmenta antecedit.*

Quæcunque, inquit, semen edunt, semine provenire queunt. Hoc perpendimus alibi nos, de visco historiam contemplati.

Ἐὰν τὸ ἔργον περιέλῃ. *Amputato opere, id est, surculis. Opus enim naturæ est, & quod operi humano relictum sit. Utramlibet accipe rationem. Posterior, vereor: sic enim loquuntur omnes.*

Καὶ ἀπὸ τοῦ στελέχους κατακοπέντος, καὶ ἀπὸ τοῦ ξύλου. *Quod magis est, è ligno duntaxat, qualecunque sit. Docet autem modum & rationem,* ἀπὸ τοῦ ξύλου.

Δεῖ δὲ τὰ ξύλα διασχίζειν μὴ ἔλαττον σπιθαμιαῖα. καὶ τὸν φλοιὸν μὴ περιαιρεῖν. *Declarat quid sit, quod suprà dicebat.* κατακοπέντος τοῦ ξύλου εἰς μικρά. *Plinij verba lib. & cap.* XVII. *de taleis:* Ne minores pedalibus. *Verum id non est,* κατακοπέντος εἰς μικρά, *ut ipse proponit: &* διασχίζειν, *est scindere, potius quàm secare: in longum potius, quàm per latitudinem. Infra tamen eadem sententia est.* διακόπτειν, καὶ τὸν φλοιὸν περιαιρεῖν. *Theodorus,* εἰς μικρά, minuatim. *potius* in frusta.

Ἐμφυλλισμοί, καὶ ἐνοφθαλμισμοί. *Insitiones, & inoculationes. Etiam* ἐγκεντρισμοί, *habes apud Theophrastum. Sic Plinius in decimoseptimo, apud quem etiam est, emplastratio. Videbis Columellam, &* τὰ τῆς γεωργίας, *& Palladium, & alios.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Γενέσεις. *Hujusmodi semina vocat Varro lib.* I. *de re rust. cap.* XXXIX. *ubi ait:* Quare cum semina ferè quatuor sint generum, &c. *De his modis proventus arborum, lege Virgilium Georg. lib.* II. *initio.*

ἀπὸ παρασπάδος; *id est, ex stolone, avulso cum sua perna: hoc & avulsionem dicere solet Plinius. Quo genere culturæ carent, quæ μονοφυῆ καὶ ἀπαράβλαστα, id est, unistirpes, & quæ ab imis non repullulant: de quo Theophrastus de causis lib. & cap.* I.

Τοῦ ξύλου κατακοπέντος εἰς μικρά, *id est,* ligno minutatim confecto, *quod sic fieri dicit Plinius lib.* XVII. *cap.* X. Confecto arboris trunco. *Varro claveolas vocat, & taleas: & Columella taleolas. Palladius clavem, & taleam nonnihil distinguit in Martio cap. de Citro.*

Τέχνης. Arbores, *(inquit Plinius lib.* XVII. *cap.* X.*)* quæ cura hominum atque arte proveniunt. *Idem lib.* XVII. *sic exorsus est:* Natura arborum, terra, marique, sponte sua provenientium dicta est. Restat earum quæ arte & humanis ingeniis fiunt verius, quàm nascuntur.

Τὸ ἐνδεχόμενον, *contingens vocant,* τὸ δυνατόν. *Quintil.* possibile. *Quomodo inter se differant, lege apud Plutarchum libello* περὶ εἱμαρμένης. *Vult autem quod accidat nonnunquam, ut fieri posse judicetur. Nam cum contingens impossibili & necessario opponatur, si tamen ponatur seu fiat, licet necessarium non sit, nihil sequitur impossibile, ut ait Aristoteles lib.* I. *Priorum* ἀναλυτικῶν.

ἀπὸ τῆς προάξεως. *Hanc vocem invenies expositam in Græco Lexico Crispini.*

ἀπόρριζον. *Plinius libro* XVII. *cap.* X. Avulsique arboribus stolones vixere. Quo in genere & cum perna sua avelluntur, partemque aliquam è matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore. *Legendum,* fibrato.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Aἱ γενέσεις.) Plin. lib. XVII. cap. X. *Aut enim semine proveniunt, aut plantis radicis;* (scribe *aut radice,* deleta voce, *plantis,* quę ex margine in textum irrepsit) *aut propagine, aut avulsione, aut surculo, aut insito, & consecto arboris trunco.* Doctiss. vir restituit ex MS. *aut insito in consecto arboris trunco.* Nos vulgatam servamus. Nam ex conciso frustulatim & in terram demisso trunco propagari plãtas, auctor est Theophrastus. Arborum generationes luculenter descripsit Virgilius, statim in initio lib. II. Georgicon. Et Theophrastus lib. I. de caus. cap. I. & sequentibus.

H' αὐτόματος.) Arbores, frutices, & herbas αὐτομάτως, sine jacto semine, aut ullo prævio artificio emergere, è terra, notissimum est. Plin. lib. XVII. cap. XVI. *Quædam vero nasci, nisi sponte, nullo modo queunt, æquè in mitibus tantum aut desertis locis proveniunt.* Virgil. lib. II. Georg.

> *Namque aliæ nullis hominum cogentibus ipsæ*
> *Sponte sua veniunt, camposque & flumina latè,*
> *Curva tenent, ut molle siler, lentæque genistæ,*
> *Populus, & glauca canentia fronde salicta.*

Refert Theoph. lib. VI. cap. V. & lib. I. de caus. cap. V.

Affirmat

Affirmat Plinius lib. XVI. cap. XXX. ab imbre quodam picoso, exortum esse laser in Africa, & sylvam quæ ibidem est, alia quadam, sed simili ratione, prosiliisse de novo. Etiam apud nos experimur, post pluvias, è terra curiosissimè runcata, pullulare urticam, atriplicem, alsinem sive morsum gallinæ. Refert Ios. à Costa lib. IV. cap. XXXI. Indiæ occident. in Peru, nova Hispania, locisque vicinis, integra nemora enata esse malorum citriarum, & aurantiarum, ubi antea præter planitiem, vel montes nihil erat. Vide cap. V. lib. I. de caus. ubi disputat Philosophus, qua ratione sponte sua plantæ nascantur. Illud tantum addo, eundem Costam tandem deprehendisse causam: Nempe sylvam hanc natam, cum poma transportata ex uno loco in alterum, in via dispersa, & putrefacta, semen ejecissent, quod per aquarum effluvium, ad alias atque alias regionis partes perlatum: & sic tandem fuisse exortas sylvas integras. Tale sane nihil de urtica, atriplice, & similibus dicere licet.

Ἀπὸ σπέρματος.) Plin. lib. XVII. cap. X. *Quædam autẽ pluribus generibus seruntur, quædam omnibus. Ac pleraque ex his ipsa natura docuit, & in primis semen serere, cum decidens exceptumque terra vivisceret.* Virg. loco citato.

Pars autem posito surgunt de semine, ut altæ
Castaneæ. Vide lib. I. de caus. cap. I. & sequens. Si quis scire desideret, quomodo semen terræ injectum primo incipiat germinare, & in plantam adolescere; adeat locum Theophrasti citatum, & legat Cl. Scaligeri, nostrasque annotationes.

Ἢ ἀπὸ ῥίζης.) Radices, quantum ad rem præsentem, sunt in duplici differentia; aliæ sic propriè dictæ, ut lapathi, selini, apij; aliæ peculiari nomine bulbi vocati; quales habent tulipæ, hyacinthi, cepæ, narcissi. Priores per solas radices, vel integras, vel frustulatim concisas, multo melius quam per semen, vel alia ratione multiplicari se patiuntur. Quo etiam modo multiplicantur, althea, helenium, acorus, iris, sisarum, glycyrrhiza. Horum, si vel plantetur radicis caput superius, ubi scilicet caulis, radicisque junctura est, cum exiguo radicis frustulo, vel media, vel extima radicis portio, oculis seu gemmis, id est extuberantiis aliquibus instructa, nova enascitur radix; & siquidem terræ fœcundæ committantur, germinabunt, plantamque producent. Bulborum est constitutio, ut annuatim appendices quasdã bulbosas, & novellos quasi filios generent, pendentes ex matribus. Hos avulsos terræ committimus, & annis sequentibus integram plantam exspectamus. Arbores viviradice feruntur. Dicitur viviradix quasi vivam radicem habens, ad differentiam ramorum, paxillorumque, qui sine radicibus seruntur. Omnes autem arbores viviradice seri nequeunt, ut eæ quæ singulari radice nituntur, & alte descendunt, unoque caudice assurgunt; quales abies, pinus, reliquæque coniferæ. Plin. loco citato: *Natura & plantaria demonstravit, multarum radicibus pullulante sobole densa, & pariente matre, quas enecet. Ejus quippe umbra turba indigesta premitur, ut in lauris, punicis, platanis, cerasis, prunis. Paucorum in hoc genere rami parcunt soboli, ut ulmorum, palmarumque. Nullis vero tales pulli proveniunt, nisi quarum radices amore solis & imbris in summa tellure spatiantur.* Virg. loco citato.

Pullulant ab radice alijs densissima sylva,
Vt cerasis, ulmisque, etiam parnassia laurus
Parva sub ingenti matris se subjicit umbra.
Hos natura modos primum dedit; his genus omne
Sylvarum fruticumque viret, memorumque sacrorum.

Hæ propagines, ubi paululum accreverint, veris, autumnique tempore, circa plenilunium, à velli à matre radice possunt, & debent. Nam nisi extirpentur, matrem, ut Plinius ait, lædunt. Idem testatur Virgil. loco citato.

Nec non & sterilis quæ stirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, vacuos si sit digesta per agros:
Nunc altæ frondes, & rami matris opacant,
Crescentique adimunt fœtus, uruntque ferentem.

Ἢ παρασπάδος.) A recentioribus græcis μόσχευμα dicitur. Cassianus Bassus lib. X. cap. III. ἤπερ δὲ ἀπὸ παρασπάδων, τῶν λεγομένων μοσχευμάτων. Aliæ ab avulsione, hoc est stolonibus appellatis. Notandum in Palatinis MSS. codicibus constanter legi παρασπάδων; uno tantum loco excepto mox citando. Eodem sensu codex Palatinus alter habet pro λεγομένων, καλουμένων. Μοσχεύματα, Hesych. exponit τὰ νεόφυλα, *plantas recenter natas.* Idem μόσχοι οἱ νέοι βλάσται, *nova germina.* Rectè. Etenim differt παρασπὰς, id est avulsio ἀπὸ τοῦ μοσχεύματος, sive μόσχου. Μόσχος, planta quæ avellitur nova. Dicitur μόσχος, cum novella stirps, sive stolo cum suis radicibus plantatur. Dixit Aristoph. in Alcharn. νέα μοσχίδια συκιδῶν. Interpres antiquus μοσχεύματα συκῶν, αἱ νέαι συκαῖ. Μοσχίδια δὲ τὰ νέα βλαστήματα. Theoph. lib. II. cap. III. τὰ μοσχεύματα μεταφυτεύειν πολλάκις, *sæpius tenellam plantam transferre.* Μόσχευμα Latini stolonem vocant. Plin. lib. XVII. c. I. *Stolonum Piciniæ genti: ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis, unde & pampinatio inventa, primo stoloni dedit nomen.* Stolo ergo quasi stolida fruticatio ex arborum radicibus. Nomen, teste Varrone lib. de re rust. traxit: *A Stolone viro qui propter diligentiam culturæ, stolonum confirmavit agnomen; quod nullus in ejus fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores, è radicibus quæ nascerentur è solo, quas stolones appellabant.* Differt viviradix à stolone. Stolo enim est qui nascitur circa stipites, & avellitur cum radice, & corporis parte, & sic seritur. Viviradix vero est quæ integra, ex arboribus longinquo extrahitur: unde avulsionem non admittunt, inquit Theophrastus, nisi quæ fruticosa sunt. Geoponicωn auctor, ἀπὸ δὲ παρασπάδος ἤτοι μοσχευμάτων φυτεύεται μῆλα, καὶ τὰ ὅμοια, οἷον κέρασος, ζίζυφον, λεπτοκάρυον, χαμαιδάφνη, μυρσίνη, μέσπιλον. παρασπάδες δὲ ἤτοι μοσχεύματα καλεῖται, ὅσα προσφύονται τοῖς δένδροις, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποσπᾶται μετὰ φανεροῦ μέρους τῆς ῥίζης. δεῖ δὲ καὶ τὰς παρασπάδας (ita in codice Palatino: hic est locus quem supra citavi) καὶ τὰ μοσχεύματα μεταφυτεύεσθαι. *Ab avulsionibus sive stolonibus plantantur mala & similia, velut cerasus, zizyphon, nux parva, chamædaphne, myrtus, mespilus. Avulsiones sive stolones appellantur qui arboribus uniti, atque agnati sunt, ex ipsisque avelluntur, una cum conspicua radicis parte. Oportet autem & avulsiones, & stolones transplantare.* Plin. lib. XVII. cap. X. *Et aliud genus simile natura monstravit, avulsique arboribus stolones vixere. Quo in genere & cum perna sua avelluntur, partemque aliquam, è matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore. Hoc modo plantantur punicæ, coryli, mali, sorbi, mespili, fraxini, fici, imprimisque vites. Cotoneum ita satum degenerat.* Virgil. loco citato.

Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum,
Deposuit sulcis.

Ἢ ἀπὸ ἀκρέμονος.) Aut ramo. Plin. lib. XVII. cap. XVII. *Reliqua genera casus ingenio suo excogitavit, ac defractos serere ramos docuit, cum pali defixi radices cepissent, &c.* Geoponicωn auctor, quod Theophrastus ἀκρέμων, πάσσαλον vocat. verba paulo infra habentur. Πάσσαλον vertunt aliqui taleam; malunt alij clavum, palum, paxillum. De talea, vide infra. Duobus modis ramo seritur; vel ramo ab arbore in scrobem depresso; vel ramo in arbore manente, sed per vasa fictilia, lignea, aut similia, aut squallos trajecto, terræque compacto. Columella lib. de arboribus cap. VII. ubi de vitium propagatione agit: *Propagationum genera tria sunt in usu, maximè unum, quo virga edita à matre sulco committitur: alterum quo ipsa mater prosternitur, atque in plures palos per suas virgas dividitur: tertium quo vitis scinditur in duas vel tres partes, si diversis ordinibus deducenda sit. Hoc genus tardissimè convalescit; quia vitis divisa medullam amittit.*

Ἢ ἀπὸ κλωνός.) Κλάδος Geoponicωn auctor *surculo.* Plin. lib. XVII. cap. X. *Ex eodem inventu est surculos obscissos serere.* Virg.

Nil radicis egent aliæ, summumque putator,
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.

De eodem propagandi modo audiendus Nonius:

Δός μοι σὺ τὸ πίπλον, καὶ ἐνθάδε ζῶντα φυτεύσω,
Δός μοι σὺ τὸ κόρυμβον. τὰ περ λύουσι μερίμνας.

De vitium plantatione loquitur. Τὰ κόρυμβα, vel οἱ κόρυμβοι, sunt surculi τῆς συκῆς. κόρυμβοι apud Dionys. de situ orbis, κλῶνες. κορυμβοι κιττοῦ, apud Nonnũ & Gal. ad glauco. Hesych. κόρυμβοι καθόλου πάντα τὰ μετέωρα καὶ ἐις ὕψος ἀνατείνοντα κορύμβους λέγουσι. *Omnia sublimia quæque in alto sunt κορύμβους vocant.* Cacumen abscinditur hyemis exitu, desigiturque in terra integrum, ut germinet. Per avulsos malleolos, aut taleas, aut ramulos, cacumen, quomodocunque vocare libet, propagantur arbores, adhunc modum, ut docet doctiss. Laurenbergius. *Ramulum elegantem, non tortuosum, non erosum, vegetum, anniculum (relinqui illi poterit portio exigua adhærescentis rami bimi.) hujusmodi igitur ramum præcisum ab arbore, utraque extremitate mutilatum,* deest accipe.

terræ

terræ fœcundæ ad profunditatem dimidiæ ulnæ, arcuatim impone, substrato fimo bubulo aut ovillo. Fossam terra conculcata reple. Fruticum herbarumque taleolis vel ramulis pangendis, alteram extremitatem malleo vel dentibus prius conculca, ut filamenta ducat. Tum aqua, irriga, non fimo, quem nulla ratione ferunt, & postea terra operi. Nulla ferè stirps, quæ non potest propagari per ramulos anniculos, dummodo duplex adhibeatur cautela. Prima, ut extremitas inferior abscissa oblinatur emplastro ἐμφυτευτικῷ. Sic naturalis liquor non exudabit, nec humor inutilis intro subibit; qui alioquin putredinem adferre solet. Altera, ut non directo terræ infigas ramulum, si oblitum, sed incurvo arcu suprema pars promineat è terra: media tangat terram fossæ: crassior & infima, quam oblinendam dixi, sursum itidem vergat; non quidem è terra extans, sed ad duos vel tres digitos, sub tellure delitescens. Ex medio illo ramuli dorso innumeras videbis radices pullulare. Alius modus. Ramus ab arbore avellitur, supernè deorsum, ut quasi crus aut pes illi adhærescat; hinc pedunculus aut appendix undique perforatus subula, ad dimidiam ulnam defoditur in terra fertili, sæpiusque irrigatur.

Τοῦ στελέχους.) Hoc modo seritur salix, olea, populus, palma, ut docet ipse Theophrast. infra cap. VIII. De olea Virgil.

> *Sed truncis oleæ melius, propagine vites*
> *Respondent: solido Paphiæ de robore myrtus.*

Ἢ ἐπὶ τοῦ ξύλου.) De talea hæc accipit doctiss. Robertus Constantinus. Alia tamen Virgilij mens, etiam Theoph. ut ipse infra docet, καὶ ἀπὸ τοῦ πρέμνου κατακοπτομένου. Quæ veteres de talea, clavolaque scribunt, hac occasione referam. Antiquiss. Romanorum Cato cap. XXXXV. *Taleas*, ait, *oleagineas, quas in scrobe saturus eris tripedaneas decidito, diligenterque tractato, ne liber laboret.* Eadem Plin. lib. XVII. cap. XVIII. *Taleas oleagineas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas facito, diligenterque tractato, ne liber laboret, cum dolabis aut secabis.* Tripedaneæ taleæ non nisi ex majoribus fieri ramis possunt. Nonius, *scissiones lignorum vel præsegmina taleas vocat.* Doctissimus Romanorum Varro lib. I. de re rustica cap. XL. *Demum in oleagineis seminibus arbores videndum, ut sit de tenero ramo; ex utraque parte æqualiter præcisum, quas alij clavolas, alij taleas appellant, ac faciunt circiter pedales.* Palladius taleam à clava diversam facit in Martio, titulo de citreo. *Mense*, inquit, *Martio citri arbor quatuor modis seritur, semine, ramo, talea, clava.* Paulo infra. *Clava seri commodius est, quæ sit manubrij crassitudine, longitudine cubitali ex utraque parte levigata, nodis & aculeis recisis, sed integra summitate gemmarum, per quas spes futuri germinis intumescat &c. Talea & gracilior, & brevior esse potest, quæ similiter ut clava mergetur. Sed talea palmis duobus supersit, clava omnis obruitur.* Talea ergo à clava diversa. Græci, θαλίαν, à qua talea Latinorum manavit, vocant τὸ ἐσχατεῦον τοῦ δένδρου, ἔχον τινὰ ἀρχὴν ἐν αὐτῷ βλαστητικὴν, extremam arboris partem, ex qua germina pullulant. *Primum arboris germinatum*, vocat Plinius. Theophrastus lib. III. de caus. cap. VI. Οἱ δὲ περιαιροῦσι τὴν θαλλείαν τῶν κλάδων. *Alij taleam ramis abscindunt.* Latini, ut dixi, taleæ, rami, clavæque nomina confundunt. Nobis Palladij distinctio maximè arridet. Sanè Plinius, ramum à talea diversum facit: ita tamen ut talea sit, ex grandioribus ramis, non ex surculis, uti apud Græcos accipiebatur. Lib. cit. cap. XVII. *Multa sic seruntur* (rami scil.) *imprimisque ficus, omnibus alijs modis nascens, præterquam talea; optimè quidem, si vastiore ramo,* (hæc infra examinabo) *pali modo exacuto adigatur alte, exiguo super terram relicto capite, eoque ipso harena cooperto. Ramo seruntur & punica, palis laxato prius meatu: item myrtus. Omnium horum longitudine trium pedum, crassitudine minus brachiali, cortice diligenter servato, trunco exacuto. Myrtus & taleis seritur: morus talea tantum; quoniam ramo eam seri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum satu nunc dicendum est. Servandum in eo ante omnia, ut talea ex feracibus fiant arboribus; ne curvæ, neque scabræ, aut bifurcæ; neque tenuiores, quam ut manum impleant:* (hæc satis ostendunt taleam à surculo diversam) *ne minores pedalibus, ut illibato cortice; atque in sectura inferior ponatur semper, & quod erit ab radice, accumuleturque germinatio terræ, donec robur planta, capiat.* Etiam Columell. lib. de arbor. cap. XX. inter ramum & taleam distinguit. *Taleas*, inquit, *& ramos verè antequam germinare arbores incipiunt, deponito.* Cæterum quæ differentia, inter ramum, taleam, clavamque, ex Palladio cognosci potest. De talea satis superque. Salicem observavi etiam ex minutissimis particulis germen emisisse: Rosæ centifoliæ particulæ minimæ germen edunt. Non itaque mirum, lignum in frusta dissectum pullulare.

Πλὴν ἀπὸ κλωνός.) Cur olea ex surculo non proveniat, docet lib. I. de caus. cap. III. quem locum adeat lector.

Τῆς κράδης.) Κράδη fici ramus, interdum crassior, interdum tenuior, surculus. Galenus in glossis, κράδαι. συκῆς οἱ ἀκρέμονες. Contra Hesych. Κράδη. συκῆς κλάδος. Nicander pro ipsa arbore accepit. Erotianus, surculos ipsiusque fici folia sic vocari tradit. Οἱ μὲν τὰ τῆς συκῆς φύλλα, οἱ δὲ τοὺς κλάδους &c. Hoc loco pro surculo sumi debet; quod patet, ex eo quod præcedit, πλὴν ἀπὸ κλωνός, & quod sequitur, καὶ ἡ ῥοιὰ τοῦ ῥάβδου. Pro quovis surculo accepit Theophrastus lib. I. de caus. cap. IX. δεῖ γὰρ μὴ, usque ad περιέχοντος. De fici plantatione. Vide cap. VII. hujus libri. Item Palladium in Martio cap. de ficu.

ἀπὸ δὲ πρέμνων καὶ ξύλων.) Ξύλων, intellige κατακοπέντων: alioquin ξύλων καὶ πρέμνων, idem. πρέμνος quoq; idem quod στέλεχος, caudex. Hesychius, Πρέμνα τὰ ἰσχυρὰ στελέχη τῶν κατεβλαστημάτων. πρέμνια τὰ πάχος ἔχοντα ξύλα. πρέμνον στέλεχος, βλαστὸς, πᾶν ῥίζωμα δένδρου τὸ γηγενὲς, ἢ τὸ τῆς ἀμπέλου πρὸς τῇ γῇ πρέμνον. Malè hunc Theophrasti locum interpretatus est Gaza: *Præterquam ex ramo & surculo.* Falsum id est; contrarium, eodem quasi spiritu, dixit Theophrastus, contrarium docet Palladius in Martio cap. de ficu. Decepit fortasse virum doctissimum Plin. lib. XVII. cap. XVII. ubi ramum crassiorem ficus serendum ait, ex Theophrasti lib. II. cap. VII. cujus sensum non percepit. Vide locum Theophrasti, & annotata nostra. Mulierculæ Italiæ inverso cacumine surculos ficorum plantare in fictilibus vasculis solent, ut semper ficos habeant pumiles fenestris servandas. Geoponicon auctor ficum numerat inter ea, quę ἀπὸ παραφυάδος, καὶ κλάδου, καὶ πασσάλου, novam stirpem producunt. Τὰ δὲ ἀμφότερα, ἢ ἀπὸ, (codex MS. ἐκ. non multo diverso sensu) παραφυάδος φυτεύεσθαι, καὶ ἀπὸ κλάδων, ἢ πασσάλων; ἔστι ταῦτα. συκῆ, συκάμινα, κίτρια, ῥοιὰ, ἐλαία, συκομορέα. Hic locus evincit libelli hujus auctorem non esse Cassium Dionysium Uticensem, cujus apud Varronem lib. & cap. primo fit mentio. Columellæ enim temporibus ignota citrij cur. Quantum Varro antiquior Columella? In Palatino & Sylburgij MSS. codicibus συκομορέα legitur, quod est Atticū. Quæritur quid πασσάλου, voce intelligi debeat. Alij, ut dixi, taleam, alij clavam, alij aliter interpretantur: nos (salvo meliori judicio) *taleam* interpretamur, quod surculo, avulsione, taleaque plantari ficum, morum, citrium, punicum, oleam, sycomorum, populum albam, tradant mediæ ætatis, (inter quos hic numerandus auctor) Botanici. Sed præter Cassianum de Sycomoro hoc nemo tradidit: nec verum puto.

Αὕτη γὰρ οὐδ' ἀπὸ τῆς πρώρας.) πρώρα, in vite dicitur extrema cacuminum articulatio, ut loquitur Plinius. Id rostratum est, ut proræ navium rostratæ dicuntur, unde & rostra navium dicta, pro ipsis proris. πρώρα, verte, *vitis rostrum*, id est τὸ ἄκρον τοῦ κλήματος; quod sationi inutile Cassianus Bassus tradit lib. V. cap. VII. Τὰ δὲ κλήματα ληπτέον μήτε ἐκ τῶν ἄκρων, μήτε ἐκ τῶν κάτω μερῶν, ἀλλ' ἐκ τοῦ μέσου τῆς ἀμπέλου. *Sarmenta autem non ex summis, neque ex infernis partibus accipienda sunt, sed ex media vite.* Cassiani verba probat experientia.

Ἐάν τις τὸ περίεργον παρελὼν φυτεύσῃ.) In Ald. & Basil. legitur ἔργον. Vertunt, *siquis sublatis surculis serat.* Quid περίεργον, vel ἔργον, significet hoc loco, planè ignoro, nec versionem intelligo: nec cur auferri ad sationem lauri surculos velint, video. Lego ἐάν τις τὸ περιέχοντα παρελὼν φυτεύσῃ. *Nasci laurum ex avulsione affirmant, siquis loco umbroso plantarit.* Vel ad verbum, *siquis aëre ambiente sublato severit.* Ὁ περιέχων, continens, ambiens aër. Theoph. lib. III. de caus. cap. XXIX. Οὐδὲν δὲ ἔλαττον, ἀλλὰ πάντων μέγιστον ὁ περιέχων αὐτὰ πρὸς εὐκαιρίας ὑδάτων. *Quippe nulla re minus, sed omnium maximè circumfusus aër animadvertitur.* Scilicet ad tempestivitatem

tatem imbrium. Fortaſsis mallet aliquis legere τὸ περιέχοντα ἀέρα. Sed ut plurimum ſubintelligitur ἀήρ. Ariſtoteles de mundo. Γίνονται δὲ ὑετοὶ καὶ ἄνεμοι καὶ δρόσοι, τά τε πάθη ἐν τῷ περιέχοντι συμβαίνοντα. Aliquando tamen additur, ut apud Galenum lib. II. ad Glauc. περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος. Laurus, quæ avulſione plantatur, naſcetur, ſi loco umbroſo, ac ab ambienti aëre tuto ponatur, quo ſolis radij pervenire nequeũt. Alioquin enim humor nativus à ſole facile extrahitur. Laurus corpore ſicco, laxo, raro, infirmior eſt, quam ut humorem, caloremque nativum diu ſervare poſſit. Et hanc cauſam, cur difficulter avulſione naſcatur, adfert Philoſophus lib. I. de cauſ. cap. III.

Καὶ ἀπὸ τοῦ πρέμνου κατακοπτομένου.) Explicat, quod ſupra dixit, ἢ ἔτι τοῦ ξύλου κατακοπέντος. Per lignum nihil aliud intelligit, quam truncum per longitudinem ſciſſum, & in partes conſectum. Talem ſerendi modum Virgilius lib. II. Georgic. his verſibus expreſſit.

Quin & caudicibus ſectis (mirabile dictu)
Truditur è ſicco radix oleagina ligno.

Illud è ſicco ligno protuſum germen admodum mirabile eſt, neque an experientiæ reſpondeat, ſcio. Rationi certè apertum infert bellum: quæ ubi nullus eſt vitalis, aut radicalis humor, nullam quoque vitam aut vitalem germinationem agnoſcit. Alioquin oleæ ſtipites virides, quovis anni tempore pangi poſſunt, germinaturæ eleganter. Pro Virgilio dicendum, ſiccum dixiſſe lignum, quod reſpectu ſurculorum, aliorumque minorum ramorum, caudicis lignum ſiccum ſit. Cæterum lignum ſubtus ſcindendum, & injecto lapide ſerendum, in libris de cauſis docet Theophraſtus.

Ἐμφυτεῦσαι.) Inſitionem ait Plinius lib. XVII. cap. XIV. *Inſitionem autem caſus* (docuit à natura) *Magiſter alius, & pene numeroſior, ad hunc modum. Agricola ſedulus caſam, ſepis munimento cingens, quo minus putreſcerent ſudes, limen ſubdidit ex hedera. At illæ vivaci morſu apprehenſæ, ſuam ex alieno fecere vitam, apparuitque truncum eſſe pro terra.* Ita locus hic legitur in omnibus cod. Virgilius:

Et ſæpe alterius ramos impune videmus,
Vertere in alterius, mutatamque inſita mala,
Ferre pyrum, & prunis lapidoſa rubeſcere corna.

Vide lib. I. de cauſ. ubi de inſitione plura dicuntur.

Ἐνοφθαλμισμοί.) De inoculatione loco citato Plinius: *Semine quoque natura inſerere docuit, raptim avium fame devorato, ſolidoque & alvi tepore madido, cum fœcundo fimi medicamine, abjecto in mollibus arborum lecticis, & ventis ſæpe tranſlato in aliquas corticum rimas. Unde vidimus ceraſum in ſalice, platanum in lauro, laurum in ceraſo, & baccas ſimul diſcolores. Tradunt & monedulam, condentem ſemina in theſauros cavernarum, ejuſdem rei præbere cauſas. Hinc nata inoculatio, ſutoriæ ſimili fiſtula, aperiendi in arbore oculum cortice exciſo, ſemenque includendi, eadem fiſtula ſublatum ex alia. In ficis autem & malis hæc fuit oculatio antiqua. Virgiliana quærit ſinum in nodo gemmæ expulſi corticis, gemmamque ex alia arbore includit.*

Nunc modus inſerere atque oculos imponere ſimplex.
Nam qua ſe medio tradunt de cortice gemmæ,
Et tenues rumpunt tunicas, anguſtus in ipſo
Fit nodo ſinus; huc aliena ex arbore germen
Includunt, udoque docent inoleſcere libro.
At rurſum enodes trunci reſecantur, & altè
Finditur in ſolidum cuneis via: deinde feraces
Plantæ immittuntur, nec longum tempus & ingens,
Exiit ad cœlos ramis felicibus arbos,
Miraturque novas frondes, & non ſua poma.

ἐνοφθαλμισμὸς ſive inoculatio duplex, priſca, & nova. Priſca, quæ fit ſurculo in gemmam, ſubulo apertam, indito. Nova quæ & emplaſtratio dicitur, fit in gemmæ locum indita. Inſitio, ſive ἐμφυτεία, etiam duplex; in truncum & in corticem. In truncum iterum duplex, altera terebræ circumactu (ἐγκεντρισμὸς, ſive terebratio) vel ſtimulo perforata medulla, (medullarum applicatio:) altera trunco per medium fiſſo in corticem, noſtra memoria inventa. Vide Plinium loco citato. Item lib. I. de cauſ. & ibi noſtras Annotationes.

ΚΕΦ. Β. — CAP. II.

Quomodo ſuffrutices, & herbæ, itemque arbores naſcantur.

Τῶν δὲ φρυγανωδῶν καὶ ποιωδῶν τὰ μὲν πλεῖστα ἀπὸ σπέρματος καὶ ῥίζης· τὰ δὲ, καὶ † ἀμφοτέρου. ἔνια δὲ καὶ ἀπὸ τῶν βλαστῶν, ὥσπερ εἴρηται. ῥοδωνιὰ δὲ καὶ κρινωνιὰ, κατακοπέντων τῶν καυλῶν, ὥσπερ καὶ ἡ ἄγρωστις. φύεται δὲ ἡ κρινωνιὰ καὶ ῥοδωνιὰ, καὶ ὅλου τοῦ καυλοῦ τεθέντος. ἰδιωτάτη δὲ ἡ ἀπὸ δακρύων· καὶ γὰρ οὕτω δοκεῖ τὸ κρίνον φύεσθαι, ὅταν ξηρανθῇ τὸ ἀπορρυέν. φασὶ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἱπποσελίνου· καὶ γὰρ τοῦτο ἀφίησι δάκρυον. φύεται δέ τις καὶ κάλαμος, ἐάν τις διατέμνῃ τὰς ἠλακάτας πλαγίας, ἢ καὶ κατακρύψῃ κόπρῳ καὶ γῇ. ἰδίως δὲ ἀπὸ ῥίζης καὶ φύεσθαι καὶ τὰ κεφαλόρριζα. τοσαυταχῶς δὲ οὔσης τῆς δυνάμεως, τὰ μὲν πολλὰ τῶν δένδρων, ὥσπερ ἐλέχθη, πρότερον ἐν πλείοσι τρόποις ὥς φασίν ἐστιν. ἔνια δὲ ἀπὸ σπέρματος φύεται μόνον. οἷον ἐλάτη, πεύκη, πίτυς· ὅλως πᾶν τὸ κωνοφόρον. ἔτι δὲ φοῖνιξ. πλὴν εἰ ἄρα ἐν Βαβυλῶνι καὶ ἀπὸ τῶν † ῥάβδων. ὥς φασί τινες ‟ μοσχεύειν. κυπάριττος δὲ, παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀπὸ σπέρματος, ἐν Κρήτῃ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ στελέχους, οἷον

† ἀμφοτέρως Al. Baſ.

† φύλλων Plin.
‟ μοσχεύειν Al. Baſ.

Suffruticum autem atque herbarum pars major ſemine radiceque naſcitur: quædam etiam utroque: nonnulla tamen ex germinibus, ut dictum jam eſt. Roſa & lilium caulibus conciſis, ut etiam gramen, exeunt. Caule quoque toto propagato roſa & lilium naſcitur. Peculiaris maxime generatio, quæ ex lachrima fit. Quippe lilium ita exire videtur, cum id quod defluxit ſole exaruerit. Lachrimam quoque equapij, vim eandem ſortiri volunt: etenim lachrimam id quoque emittit. Provenit etiam quoddam arundinis genus, ſi quis in obliquum colos præciſas fimo terræque abſcondat. Peculiare quoque in ijs quæ radice capitata cohærent, ut ex radice proveniant. Cum autem vis genitalis tot modis comprehendatur, arborum pars utique major, quemadmodum paulo ante retulimus, pluribus modis apta eſt exoriri. Sunt tamen quæ ex ſemine tantum naſcantur; ut abies, pinus, larix: ſummatim omnes coniferæ. Item palma. Ni forte apud Babylonem è virgis quoque proveniat: ſicut nonnulli aſſeverant. Cupreſſus cæteris quidem in locis e ſemine provenit: in Creta autem in-

καὶ † ἀπὸ τῆς κουρᾶς ἐν Τάῤῥᾳ. παρὰ τούτοις γάρ ἐστιν ἡ κουριζομένη κυπάριττος. αὕτη δὲ ἀπὸ τῆς τομῆς βλαστάνει πάντα τρόπον τεμνομένη, καὶ ἀπὸ γῆς, καὶ ἀπὸ τοῦ μέσου, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀνωτέρω. βλαστάνει δὲ ἐνιαχοῦ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν. σπανίως δέ. περὶ δὲ δρυὸς ἀμφισβητοῦσιν. οἱ μὲν γάρ, ἀπὸ σπέρματός φασι μόνον· οἱ δὲ καὶ ἀπὸ ῥίζης γλίσχρως· οἱ δὲ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ στελέχους κοπέντος. ἀπὸ παρασπάδος δὲ καὶ ῥίζης οὐδὲν φύεσθαι τῶν μὴ παραβλαστανόντων. ἁπάντων δὲ ὅσων πλείους " εἰσὶ γενέσεις, ἡ ἀπὸ παρασπάδος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ ἀπὸ παραφυάδος. ταχίστη δὲ καὶ † εὐαυξής, ἐὰν ἀπὸ ῥίζης ἡ παραφυὰς ᾖ. καὶ τὰ μὲν οὕτως ἢ ὅλως ἀπὸ φυτευτηρίων πεφυτευμένα, πάντα δοκεῖ τοὺς καρποὺς ἐξομοιοῦν.

† τὸ τῆς ὀρείας Al. Bas.
" αἱ Al. Bas.
† εὐαυξὴς Bas.

sula etiam trunco: †vt montuosa in Tarra. Apud hos enim cupressus cædua est: quæ ex cæsura germinat, modis omnibus præcisa. Nam & a terra, & parte media, & superna: nonnusquam loci vel ex radicibus germinat; sed raro. De ‡robore diuersa sententia est. Quidam enim ex semine tantum eam produci statuunt: alij ex radice quoque; sed lente. Nonnulli etiam ipso caudice detruncato. Avulsione aut radice nihil ex ijs quæ ab imis plantigera non sint exoriri posse, arbitrantur. Cunctorum autem quorum generatio numerosior est, quæ avulsione, atque etiam magis, quæ sobole perfici potest, ocyssima & auctu perfacilis est; si ab radice soboles accipiatur. Et quæ sic aut ullo pacto à plantis seruntur, hæc omnia fructus similes afferre videntur.

† quemadmodum ex cæsura in Tarra.
‡ quercu.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Nota verbum μωλύειν, *evadere. Tarrha, Cretæ oppidum ex Stephano. Adverte loquutionem, sicut supra*, ἐν Συβάρει. *Neque enim in oppido, sed in agro.* Κουριζομένη, *Tonsilis cupressus. Ita verbum sonat. Verum rectè cædua; quia subdit* ἀπὸ τῆς τομῆς, καὶ ἀπὸ γῆς, καὶ ἀπὸ μέσου.

Γλίσχρως. *Theod.* lentè, *optimè. Demosthenes in oratione contra Aristocratem, de ædificijs publicis;* μικρὰ καὶ γλίσχρα, & parva & quæ lenta opera absolvantur. *Ita plus placet, quam fluxa.*

ἀπὸ παρασπάδος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἀπὸ παραφυάδος, *ut aliud sit,* παρασπάς, *sicuti supra dicebamus; avulsio etiam à brachijs, non solum ab radice.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Φύεται δέ τις ὁ κάλαμος. *Harundo seritur bulbo radicis, qui & oculus dicitur: item transversa toto prostrato corpore, quin & calami talea. Lege Columellam lib.* IV. *cap.* XXXII. *Plinium. lib.* XVII. *cap.* XX.

Ῥαβδῶν. *Videtur legendum* † φοίνικων, *propter hæc verba Plin. lib.* XVII. *cap.* X. Nam folia palmarum apud Babylonios seri, atque ita arborem provenire, Trogum credidisse, demiror. *Sed idem etiam lib.* XIII. *cap.* IV. *de palmis ait*, & ab radice avulsæ vitalis est satus, & ramorum tenerrimis. *Vbi & trunco seri docet, sicut & Constantinus Cæsar,* γεωπονικῶν, *lib.* X. *ait,* ὅτι ὁ φοῖνιξ ἀπὸ παρασπάδων φυτεύεται, *quæ* μοσχεύματα *vocat. Lege de causis lib.* I. *cap.* II.

† lege φύλλων.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Πλεῖστα.) Rectè τὰ πλεῖστα. Nec adiantum, nec filix: nec phyllitis, aliaque plura ex semine nascuntur.

Ῥοδωνιά.) Rosam, ut scribit, caulibus nasci concisis, experientia didici; sed lilium, hoc modo propagari, vanum puto: sæpius tentavi, sed frustra. Nec verisimile videtur; annuus enim & carnosus huic est caulis, qui statim putrescit.

Κρινωνιά.) Suidas κρινωνιὰ ὁ τῶν κρίνων λειμών. ὥσπερ ῥοδωνιὰ, ὁ τῶν ῥόδων. καὶ ἰωνιὰ τῶν ἴων. Hic locus κρινωνιὰν lilium esse docet. Plinius enim quæ Theoph. de κρινωνιᾷ, lilio tribuit lib. XXI. cap. V. *Alba lilia eisdem omnibus modis seruntur* (nec avulsione, nec caule conciso) *quibus rosa. & hoc amplius lachryma sua, ut hipposelinum; nihilque est fœcundius, una radice quinquagenos sæpè emittente bulbos.* Vide cap. IV. lib. I. de caus. ubi idem repetit Theophrastus. Eleganter idem Plinius lib. XXI. cap. IV. ocellum radicis vocat lachrymam exsiccatam. Sed malè rosæ adscribit, quod de lilio Greci tradiderunt. *Ob id potius caule inciso inseruntur, & ocellis radicis, ut harundo.*

Κάλαμος.) Plinius lib. XVII. cap. XX. Harundo etiamnum dilutiore, quàm hæ, solo gaudet. Seritur bulbo radicis, quem alij oculum appellant, dodrantali scrobe, intervallo duûm pedum, & semipedis, reficiturque ex sese vetere arundineto exstirpato; quod utilius repertum, quàm castrare, sicut antea. Namque inter se radices serpunt, mutuoque discursu nentur. Vide Columell. lib. IV. cap. XIII. Vide lib. IV. cap. XI. histor. ubi de arundine agit Theophr.

Κωνοφορῶν.) Sæpius tentavi surculo, aut ramo coniferas serere; verum semper oleum, & operam perdidi; nunquam germinarunt; immo si transplantentur, ut plurimum interire solent.

ἀπὸ τῶν ῥάβδων. Non desunt viri doctiss. qui φύλλων legendum contendunt, quod Plinius lib. XVII. cap. X. scribat: *Nam folia palmarum apud Babylonios seri, atque ita arborem provenire Trogum credidisse, miror.* Attamen cum Theophrastus lib. I. de caus. cap. II. tradat apud Babylonios virgis seri; idemque referat Plinius lib. XIII. cap. IV. *Et ab radice*, inquit, *avulsæ vitalis satus, & ramorum tenerrimis.* Hoc tamen experientiæ refragatur, omnis enim, ut dixi, supra lib. I. palma μονοστέλεχος, singulari trunco. Vide Geopon. auctor. Vide cap. Theophrasti citatum, vide annotata.

Rectè ex auctoritate Roberti Constantini, ἀντὶ μωλύειν, *tardè provenire*, restituunt, μοσχεύειν. Theophrastus lib. I. de caus. cap. II. Τάς τε γὰρ ῥάβδους φασὶ μοσχεύειν περὶ Βαβυλῶνα τοὺς ἀπειλαπιέτας(?). Μοσχεύειν, Iulius Pollux exponit, ἀναστρέφειν τὰ φυτά. Suidas, τὸ μεταφυτεύειν, *transplantare*: μοσχεύων, inquit, μεταφυτεύων.

Καὶ ἀπὸ τῆς κουρᾶς ἐν Τάῤῥᾳ.) In Ald. Basil. τὸ τῆς ὀρείας. Theod. vertit, *ut montuosa in Tarra.* Rectè correxit Lugd. Bat. edit. Sed versionẽ nõ mutavit. Verte, ex cæsura in Tarra. Τάῤῥα, oppidũ Cretæ. Stephanus, περὶ πόλεων. Τάῤῥα πόλις Λυδίας ἀφ' ἧς Λεύκιος γραμματικός. ἔστι καὶ Κρήτης ἐν ᾗ Ταῤῥαῖος Ἀπόλλων τιμᾶται. Theophrasti sententiam confirmat Bellonius, testis oculatus, lib. I. observ. cap. XVII. *Cupressi in sylvis non crescunt, ut plerique existimarunt, sed sparsim varijs montium locis, licet istic satæ non fuerint. Meridiano tamen sole gaudent, ejusque sunt natura, ut infima parte recisæ; ex parte tamen radicibus proxima multis ramis repullulent. At eo loco in altum non attolluntur, sed in craßitudinem excrescunt. Propterea capsæ ex cupresso reperiuntur in Candia admodum latæ. Nascuntur etiam perinde in Leucis montibus, Spachia vocatis, atque in Ida dicto Psiloriti.*

ΚΕΦ. Γ. | CAP. III.

Quamobrem degenerent aliquando sata, & quæ non degenerent, sed meliora quoque fiant, etiam in arboribus.

Ὅσα δὲ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῶν δυναμένων καὶ οὕτω βλαστάνειν, ἅπανθ' ὡς εἰπεῖν χείρω. τὰ δὲ καὶ ὅλως ἐξίσταται τοῦ γένους. οἷον ἄμπελος, μηλέα, συκῆ, † ῥοιά, ἄπιος. ἐκ τε γὰρ τῆς κεγχραμίδος οὐδὲν γίνεται γένος ὅλως ἥμερον, ἀλλ' ἢ ἐρινεός, ἢ ἀγρία συκῆ· διαφέρουσα πολλάκις καὶ τῇ χροιᾷ· καὶ γὰρ ἐκ μελαίνης λευκή, καὶ ἐκ λευκῆς μέλαινα γίνεται. ἔκ τε τῆς ἀμπέλου τῆς γενναίας, ἀγεννής· καὶ πολλάκις ἕτερον γένος. ὅτε δὲ ὅλως οὐδὲν ἥμερον, ἀλλὰ ἄγριον ἐνίοτε. καὶ τοσοῦτον ὥστε μὴ ‡ ἐκπέττειν τὸν καρπόν· αἱ δὲ ὥστε μηδὲ ἁδρύνειν, ἀλλὰ μέχρι τοῦ ἀνθῆσαι μόνον ἀφικνεῖσθαι. φυτεύονται δὲ καὶ ἐκ τῶν τῆς ἐλαίας πυρήνων ἀγριέλαιος, καὶ ἐκ τῶν τῆς ῥοᾶς κόκκων τῶν " γλυκείων ἀγεννής. καὶ ἐκ τῶν ἀπυρήνων, σκληραί· πολλάκις δὲ καὶ ὀξεῖα. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐκ τῶν ἀπίων καὶ ἐκ τῶν μήλων· ἐκ μὲν τῶν ἀπίων, μοχθηρὰ ἢ ἀχράς. ἐκ δὲ τῶν μήλων, χεῖρόν τε τῷ γένει. καὶ ἐκ γλυκείας ὀξεῖα, καὶ ἐκ στρουθίου κυδώνιος. χείρων δὲ ἡ ἀμυγδάλη, καὶ τῷ χυλῷ καὶ τῷ σκληρῷ ἐκ μαλακῆς. διὸ καὶ αὐξηθεῖσαν ἐγκεντρίζειν κελεύουσιν. εἰ δὲ μή, τὸ μόσχευμα μεταφυτεύειν πολλάκις. χείρων δὲ καὶ ἡ δρῦς. ἀπὸ γοῦν τῶν ἐν † Ἠπείρῳ πολλοὶ φυτεύσαντες, οὐκ ἐδύναντο ὁμοίαν ποιεῖν. δάφνην δὲ καὶ μυῤῥίνην διαφέρειν ποτέ φασιν. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ δὲ ἐξίστασθαι, καὶ οὐδὲ τὸ χρῶμα διασώζειν, ἀλλ' ἐξ ἐρυθροῦ καρποῦ γίνεσθαι μέλανον, ὥσπερ καὶ τὸν ἐν Ἀντάνδρῳ. πολλάκις δὲ καὶ τὴν κυπάριττον ἐκ θηλείας ἄῤῥενα. μάλιστα δὲ τούτων ὁ φοῖνιξ δοκεῖ διαμένειν, ὥσπερ εἰπεῖν, τελείως τῶν ἀπὸ σπέρματος, καὶ πεύκη ἡ κωνοφόρος, καὶ πίτυς ἡ ‡ φθειροποιός. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς ἡμερουμένοις· ἐν δὲ τοῖς ἀγρίοις δῆλον ὅτι πλείω κατὰ λόγον ὡς ἰσχυροτέροις. ἐπεὶ θάτερόν τι καὶ ἄτοπον. " ἔστι δ' ἡ χείρων καὶ ἐν ἐκείνοις, καὶ ὅλως ἐν τοῖς ἀπὸ σπέρματος μόνον· εἰ μή τι τῇ θεραπείᾳ δύνανται μεταβάλλειν. διαφέρουσι δὲ καὶ τόποι τόπων, καὶ ἀὴρ ἀέρος· ἐνιαχοῦ γὰρ ἐκφέρειν ἡ χώρα δοκεῖ τὰ ὅμοια· καθάπερ καὶ ἐν Φιλίπποις. ἀνάπαλιν δὲ ὀλίγα καὶ ὀλιγαχοῦ λαμβάνειν μεταβολήν. ὥστε ἐκ σπέρματος ἀγρίου ποιεῖν ἥμερον, ἢ ἐκ χείρονος ἁπλῶς ποιεῖν † βέλτιον. τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῆς ῥοᾶς μόνον ἀκηκόαμεν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Κιλικίᾳ συμβαίνειν. ἐν Αἰγύπτῳ μὲν γὰρ τὴν ὀξεῖαν καὶ σπαρεῖσαν καὶ φυτευθεῖσαν, γλυκεῖαν γίνεσθαί πως ἢ οἰνώδη. περὶ δὲ Σόλους τῆς Κιλικίας ‡ περὶ ποταμὸν Πίναρον, " οὗ ἡ μάχη πρὸς Δαρεῖον ἐγένετο, πᾶσαι γίνονται ἀπύρηνοι· εὔλογον δὲ καὶ εἴ τις τὸν παρ' ἡμῖν φοίνικα φυτεύει ἐν Βαβυλῶνι, καρπιμόν τε γίνεσθαι καὶ ἐξομοιοῦσθαι τοῖς ἐκεῖ. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ εἴ τις ἑτέρα πρὸς ἄλληλον ἔχει καρπόν. οὕτω κρείττων γὰρ αὐτὸς τῆς ἐργασίας καὶ τῆς θεραπείας. σημεῖον δὲ, ὅτι μεταφερόμενα τἀκεῖθεν ἄκαρπα, τὰ δὲ καὶ ὅλως ἄβλαστα γίνεται. μεταβάλλει δὲ καὶ διὰ τὴν τροφὴν καὶ διὰ τὴν ἄλλην ἐπιμέλειαν. οἷον καὶ τὸ ἄγριον ἐξημεροῦται, καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ἡμέρων ἔνια, καὶ ἀποῤῥεῖ· * οἷον ῥοὰ, καὶ ἀμυγδάλη. πλὴν ἐκεῖνο δέ τινες καὶ

† ῥοά.
‡ ἐκπίπτει.
" γλαυκείων. Al. Bas.
† πύῤῥα. Al. Bas.
‡ φθειροποιός. Al. Bas. lege φθειροφόρος.
" ἴσ. Al. Bas.
† νέλπιον. Al. Bas.
‡ περὶ τὸν ποταμὸν τὸν λεγόμενον Πίναρον.
" lege οὗ ἡ μάχη Ἀλεξάνδρου πρὸς Δαρεῖον ἐγένετο αἱ ῥοαὶ γίνονται ἀπύρηνοι, δι' ὅλου τοῦ βίου κόκκοι τὸ οἰνίζον ἔχουσι· εὔλογον.
* οἷον αἱ ῥοαί.

Quæ autem è fructibus eorum quæ sic quoque proveniunt sata sunt; hæc (ut ita loquar) omnia deteriora redduntur. Quædam etiam omnino degenerant: ut vitis, malus, ficus, punica, pirus. Quippe cum grano ficario, nullum penitus † genus procreetur; sed caprificus tantum aut ficus sylvestris erumpit. Colore etiam sæpenumero discrepans. Ex nigra enim candida; & ex candida nigra gignitur. Ex vite quoque nobili ignobilis, & sæpe diversa genere exit. Nonnunquam nihil penitus urbanum, sed plane sylvestre provenit: & adeo quandoque, ut fructum perficere minime queat. Quædam fructum ne ‡ complere quidem valent; sed ad florem usque tantummodo veniunt. Nascitur ex nucleo quoque oleæ sylvestris olea: ex acinis mali punici dulcibus, vilis; & ex enucleatis dura, & plerumque acida. Eodem modo, " ex piro vitiatum pirastrum: ex malo, tum deterius genere; tum acida ex dulci; & cotonea ex † struthea. Amygdala quoque degenerat tum sapore, tum quod dura ex molli redditur. Idcirco adultam inserere aut plantam sæpius transferre præcipiunt. Quercus quoque deterius exit. Itaque cum plerique ex ea, quæ in Epiro nascitur sevissent, nullo pacto provenire similis potuit. Laurum atque myrtum præstare interdum inquiunt; sed magna ex parte eas quoque degenerare: ac ‡ calorem quidem servare; sed ex fructu rubro fieri nigrum, ut in Antandro. Plerumque cupressum quoque ex fœmina marem provenire affirmant. Palma inter ea quæ semine exeunt & pinus conifera, " & picea tineosa, maxime (ut sic loquar) persistere in totum videntur. Hæc igitur inter ea quæ mansuescere possunt. † Inter agrestes autem plures genus suum servare possunt: scilicet virium portione; utpote cum natura validiores sint. Contrarium enim haud probe putaveris, nullam scilicet posse in illo ordine degenerare. Atque omnino inter eas quæ è semine tantummodo exeunt: nisi quod cultura valeat immutari. Loca quoque à locis differunt, & aër ab aëre. Quibusdam enim in locis regio similia proferre videtur. Sicut in Philippis. E contrario pauca paucisque in locis mutantur: ut ex semine sylvestri urbanum, aut ex deteriori absolute gignatur melius. Id enim de punica tantum in Ægypto Ciliciaque evenire accepimus. Namque in Ægypto acidam ‡ tum semine tum planta, in dulcem quodammodo aut " vinolentam converti. Ciliciæ vero circa Solos, juxta amnem Pinnarum, qua contra Darium † dimicatum est, omnes sine nucleo surgunt. Quod si quis etiam palmam nostratem in Babylone serat, reddi fructiferam, & loci illius domesticis similem, consentaneum est. Eodem modo & siqua alia ‡ tellus ad alium fructum ita se habet. Etenim omni cura culturaque exuberantior iste persistit. Indicium, quod ea quæ aliorsum inde transferuntur, protinus sterilescunt. Quædam etiam germinis infœcunda omninó redduntur. " Quin & alimento ac reliqua opera permutantur. Sicut sylvestres mitescunt, & urbanarum ipsarum quædam neglectæ immitescunt: ceu punica, amygdala. Quidam etiam

† genus domesticum procreetur.
‡ in justam crassitudinem ac magnitudinem producere.
" ex piro malisque ex pyro.
† struthia.
‡ colorem.
" & picea φθειροφόρος hoc est quæ parvos nucleos profert, maximè originis bonitatem servare possunt.
† Inter agrestes plures numero genus suum servare possunt, utpote validiores. Contrarium autē omnes servare, & nullam degenerare, absurdum; deteriores fiunt tam agrestes, quā mitesq; modo è semine exeūt, nisi cultu mutationem quandam accipiant.
‡ vel satam vel plantatam.
" vinosam.

† dimicatum est ab Alexandro, punicæ omnes sine nucleo surgunt; quarum grana per omne ævum vinum referunt. ‡ tellus sit, ut fructui mutua respondeat natura; tum fructus is longè præstantior, quàm quivis ejusdem generis, quavis cura cultus. " Quin etiam alimento, aliove cultu permutantur, sicut sylvestres mitescunt, & urbanarum ipsarum, quædam fructum amittunt.

ἐκ κριθῶν ἀναφῦναί φασι πυρούς, καὶ ἐκ πυρῶν κριθάς· καί πως τοῦ αὐτοῦ πυθμένος ἄμφω· ταῦτα μὲν οὖν ὡς μυθωδέστερα δεῖ δέχεσθαι. μεταβάλλει δὲ οὖν τὰ μεταβάλλοντα τὸν τρόπον τοῦτον αὐτομάτως· ἐξαλλαγῇ τῆς † χώρας. ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Κιλικίᾳ, περὶ τῶν ῥοῶν εἴπομεν, οὐδὲ διὰ μίαν θεραπείαν. ὡσαύτως δὲ καὶ ὅπου τὰ κάρπιμα ἄκαρπα γίνεται· καθάπερ καὶ τὸ Πέρσιον τὸ ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ὁ φοῖνιξ ἐν τῇ Ἑλλάδι, καὶ εἰ δή τις κομίσειε τὴν ἐν Κρήτῃ λεγομένην αἴγειρον. ἔνιοι δέ φασι καὶ τὴν οἴην, ἐὰν εἰς ‡ ἀλεεινὸν ἔλθῃ σφόδρα τόπον, " ἄκαρπον γίνεσθαι. φύσει γὰρ ψυχρά. † εὔλογον δὲ ἀμφοτέρως συμβαίνειν κατὰ τὰς ἐναντιώσεις, εἴπερ μηδὲ ὅλως ἔνια φύεσθαι θέλει μεταβάλλοντα τοὺς τόπους. καὶ κατὰ μὲν τὰς χώρας αἱ τοιαῦται μεταβολαί, κατὰ δὲ τὴν φυτείαν τὰ ἀπὸ τῶν σπερμάτων φυτευόμενα, καθάπερ ἐλέχθη. παντοῖαι γὰρ αἱ ἐξαλλαγαί, καὶ ‡ τοῦτο τῇ θεραπείᾳ. μεταβάλλει δὲ ῥοιὰ καὶ ἀμυγδαλῆ. ῥοιὰ μὲν κόπρον ὑείαν λαβοῦσα, καὶ ὕδατος πλῆθος ῥυτοῦ· ἀμυγδαλῆ δέ, ὅταν πάτταλόν τις ἐνθῇ, καὶ τὸ δάκρυον ἀφαιρῇ τὸ ἐπιρρέον πλείω χρόνον, καὶ τὴν ἄλλην ἀποδιδῷ θεραπείαν. ὡσαύτως δὲ δηλονότι, καὶ ὅσα ἐξημεροῦται τῶν ἀγρίων ἢ ἐπαγριοῦται τῶν ἡμέρων. τὰ μὲν γὰρ θεραπείᾳ, τὰ δὲ ἀθεραπευσίᾳ μεταβάλλει· πλὴν εἴ τις λέγει μηδὲ μεταβολὴν ἀλλ' ἐπίδοσιν εἰς τὸ βέλτιον εἶναι καὶ χεῖρον. οὐ γὰρ οἷόν τε τὸν κότινον ποιεῖν ἐλαίαν, οὐδὲ τὴν ἀχράδα ποιεῖν ἄπιον, οὐδὲ τὸν μηδὲ ἐρινεὸν συκῆν. ὃ γὰρ ἐπὶ τοῦ κοτίνου φασὶ συμβαίνειν, ὥστε ἂν περικόπτῃς τὴν θαλλίαν, ἢ ὅλως μεταφυτευθῇ, " φέρειν θάλλος, μετακίνησίς τις γίνεται μεγάλη. ταῦτα μὲν οὖν ὁποτέρως δεῖ λαβεῖν, οὐδὲν ἂν διαφέροι.

† ἀέρος. Al. Bas.

‡ ἀλεεινὸν. Al. Bas. in margine. ἠλεεινόν, apricum, insolatum.

† adde φιλεῖ vel ζητεῖ.

‡ καὶ τούτων τῇ θεραπείᾳ μεταβάλλει ἡ ῥοιὰ καὶ τῇ ἀμυγδαλῇ ῥοιᾷ.

" φέρειν φαυλίας, οὐ μετακίνησις.

ex ordeo triticum & ex tritico ordeum gigni, eodemque † fundo id fieri, ajunt. Sed hæc pro fabulosis accipies. Quæ enim hunc in modum mutari possunt, sponte sane mutari oportet. Diversitate autem regionis mutatio sequitur: ut in Ægypto & Cilicia de punica diximus, nulla adhibita cultura. Eadem ratio, ubi fructiferæ sterilescunt; ceu Persicum Ægypti & palma in Græcia: & si quis eam quæ in Creta insula populus nigra vocitetur, transtulerit. Quidam & sorbum sterilescere volunt: si ad loca ferventia venit. Hæc enim sua natura, frigida quærit. Utrumque ex contrarietatibus accidere æquum est; siquidem nonnulla solo mutato nasci omnino recusent. Mutationes pro soli natura tales profecto accidunt: pro satu autem, quæ de semine diximus. Nam & eorum, quæ semine seri possunt, numerosa notatur mutatio. Punica & amygdala cultura mutantur. Punica, si fimum suillum aquarumque fluentium copiam adipiscatur. Amygdala, si quis paxillum adigat, lachrimamque defluentem diutius auferat: reliquumque cultum impendat. Pari modo, quæ ex sylvestribus mansuescunt, aut ex urbanis transeunt in sylvestres; quædam cultu, quædam autem neglectu mutantur: nisi quis non mutationes quidem illas, sed incrementa, sive accessiones in melius deteriusve putaverit. Neque enim oleaster olea, nec piraster pirus, nec caprificus, ficus fieri potest. Quod enim oleastro accidere dicunt, ut si surculos decidas, aut in totum transferas, ‡ germen oleagineum proferat; magna quædam mutatio est. Sed hæc utro modo accipi debeant, nihil refert.

† agro.

‡ *fert olivas phaulias dictas, & hæc mutatio non magna censeri debet.*

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἡ ἐρινεός, ἡ ἀγρία συκῆ. *Ut facias differentiam inter ficum sylvestrem, & caprificum.*

Μήτε ἀδρύνειν; ἀλλὰ μέχρι τοῦ ἀνθῆσαι μόνον. *Sic lege, non autem* ἐνθῆσαι. *Theodorus,* ἀδρύνειν, compilare: *nescio an ita intellexerit, quasi fructum in globo: an verò complere scriptum reliquerit. Durum illud, & ab usitato significatu alienum.* ἁδρὸν *plenum dicit. Plutarchus Thucydidis stylum* ἁδρὸν *vocat. Sic & alij Rhetores. Apud Galenum etiam habes, & Lucianum in eodem significato* plenitudinis: *& infrà,* φακοὺς ἁδρούς. *Item de palma,* ἁδρὸς καὶ πάχος ἔχει. *Et in tertio,* ἀδρυνθῆναι καὶ πέψαι. *In historijs animalium,* ἀνδρωθέντος *legis; & potest admitti, sicut,* νευρικὸν, *de venis robustis.* ἁδρωθέντος, *familiarius.* ἁδροσυνή, *est apud Hesiodum. Quidam malunt aspirare,* ἁδροτῆς *Homero.*

Ἐκ τῶν γλαυνίων κόκκων. *Aliquot arborum genera minus vulgaria, ut hæc: item mox* ἀπύρηνα: *& inter Cydonia, Struthia. Præterea amygdalum testæ mollioris, nobilius, quemadmodum & in juglande. Apyrenorum quorundam naturam talem arbitror; alij etiam artem prodidere. Habemus apud Græcos nonnulla. In vitium genere ea, quæ Corinthiaca appellatur; vulgò talis circumfertur. In agro Veronensi uvæ species rara visu. Racemus grandis, unico sarmento contentus, non crispatur in brachia, non in botulos sobolescit. Eodem tenore filum unicum viridissimum cum dimisit, eum singulis per intervalla nigris vestit acinis. Acinorum magnitudo ac species incredibilis. Nam & vinaceum intus nullum fert, & Bumaston etiam exuperat.*

Μόσχευμα. *Plantam Theodorus; rectè. Quanquam plantæ vox majori debetur significationi; frequentius* μοσχεύματα, *novellam plantam.*

Διαμένειν. *Theodorus,* persistere; *scilicet in genere, & probitate. Dura tamen vox: & frequentiore usu de ijs, qui* ἐκ προαιρέσεως, *pertinaces sunt. Commodius dicas, servare originis bonitatem.*

Φθειροποιός. *Notabis & hoc genus piceæ. Item* πεύκην τὴν κωνοφόρον. *Ergo est, & non* κωνοφόρος. *Et signabis,* τὸ ἡμερουμένοις, *non* ἡμέροις. *Propterea quòd artis est,* τὸ ἡμεροῦν, *quemadmodum supra dixit.*

Ἐν δὲ τοῖς ἀγρίοις δηλονότι πλείω κατὰ λόγον, ὡς ἰσχυροτέροις. ἐπὶ θάτερόν τε καὶ ἄτοπον. εἰ δ' ἡ χείρων, καὶ ἐν ἐκείναις. *Theodorus,* Inter feroces autem, plures genus suum servare possunt. *Scilicet virium portione; utpote quæ natura sunt validiores. Contrarium namque haud probè putaveris, nullam scilicet posse illo in ordine degenerare. Concinnavit commodè sententiam convulsam; verùm paulò asperius,* τὰ φυτὰ ἄγρια, *feroces plantas. Nemo nescit ad animi tantùm affectionem vocis illius significatum accommodari. Dixit præterea,* κατὰ λόγον, *virium portione. haud ita est: sed plures numero* κατὰ λόγον πλείω: *quia plures sunt agrestes, quàm urbanæ. Non esset mirum, plures quoque servare posse: sed plures, etiam si comparentur ex proportione. Plura sunt duodecim, quàm quatuor. Ergo dimidium in duodecim, erit plus; quam dimidium* τοῦ *quatuor. At secundum proportionem septem non erit plus, quàm tria, si comparentur ad excessum dimidiorum. Æquè enim unitate sola utrunque suum excedit.* ὡς ἰσχυροτέροις: *est ratio, quare sint plures numero. Theodorus malè conjunxit,* τὸ κατὰ λόγον, *cum* ἰσχυροτέροις.

Ὡς ἰσχυροτέροις. τὸ ὡς, *non est ratio,* τοῦ, κατὰ λόγον, *sed* τοῦ διαμένειν, *&* τοῦ, πλείω.

Ἐπὶ θάτερόν τε καὶ ἄτοπον. *Theodorus ita interpretatur.* Alteram sententiæ partem absurdam esse. *Contrarium, inquit, falsum. Nullam in illo ordine posse degenerare. At hoc non est contrarium superiori. Sic enim dicit suprà: plures servant: hîc, nulla degenerat: ergo hæc non sunt contraria. Si voces ipsas audias. In sensu autem contrarium agnovit ille doctissimus vir: quia dixit plures servare, quasi aliquot relictæ sint, quæ non servent. Quòd si quis dicat contrarium, id est omnes servare, & nullam degenerare, hoc sit* ἄτοπον. *Accepit igitur Theodorus* τὸ, θάτερον, *pro altera parte, id est negativa: Illæ tamen conjunctiones,* τε, καὶ, *non sequuntur*

ducentem intellectum. Nolo, huc prodeant monstra, quæ fingebam. Illud aptius notabis, καὶ ἐν ἐκείνοις, καὶ ὅλως ἐν τοῖς ἀπὸ σπέρματος. *Theodorus non est plenè assequutus. Sic enim scribit:* Atque omnino inter eas, quæ semine tantummodo prodeunt. *Quin voluit hoc dicere Philosophus: tum inter agrestes, hoc est,* ἐκείνοις, *tum inter etiam alias, quæ vel agrestes, vel mites sunt, modo semine tantùm nasci valeant, eas inquam, posse fieri deteriores. Hæc sententia etiam alibi est.*

Ἐν Αἰγύπτῳ σπαρτίοις, ἢ φυτευθεῖσι. *Theodorus, tum* semine, tum planta. *Arctè loquutus est, ut plantam astringeret ad eum modo significatum, quæ pangitur, plenius, vel satam, vel plantatam. Idem* οἰνώδη, vinolentiam, *pessima usurpatione.*

Περιττὸν ἔχει καρπόν. *Mira vox. Si talis terra sit, ut fructui mutua respondeat natura; tum fructus is longè præstantior, quàm quivis ejusdem generis, quavis cura cultus. Theodorus nimis more suo. Omni cultu, culturáque exuberantior,* ἐργασίας, *operam dices:* θεραπείαν, *cultum. Illa dicit laborem, artem hæc. Et mox* ἐπιμελεία, *diligentia. Significat frequentiam operarum, & oculum domini,* τὸ ἐπὶ, *aliud super aliud.*

Οἷον καὶ τὸ ἄγριον ἐξημεροῦται. Agreste mitescit. *Nota* τὸ ἐξ, *motum notat extra significatum,* ἡμεροῦται ἐξ ἀγρίου. *Sequitur,* καὶ τῶν ἡμέρων ἔνια, καὶ ἀποῤῥεῖ τὰ ῥόα, καὶ ἀμυγδάλη. *Theodorus,* & urbanarum ipsarum quædam neglectæ immitescant, ut punica, & amygdalus. *Multa animadvertenda. Principio, privatio non declaravit sententiam. Neque enim dixit,* ἀγριοῦται: *sed* ἀποῤῥεῖ. *Ita suprà ponebat gradus naturæ deterioris. Primo loco, fructuum dissimilitudinem, ut ab Epiro Glandis. Secundò,* ἄκαρπα. *Tertiò* ἀβλαστῆ. *Inter eos quoque modos quosdam,* τὸ φύειν μὲν, ἀλλὰ ἀποῤῥεῖν. *Vitium adeò frequens punicæ, & amygdalo, ut etiam præceptis sit animadversum. Alter ex hoc error, cum dixit, neglectæ. Siquidem nimio cultu sterilescit corylus, etiam non nimio aliquando. Si enim vel modice attendeatur, ut arborescat, luxuriat in stipitem. Sic vites quædam amputatæ adeò ramescunt, ut nihil ferant: eædem neglectiores absumpto succo superfluo in brachia, uvas ferunt. Amygdalus uberiore solo fructum non perficit: ex negligentia deteriore facta humo, perficit tandem. Iccirco Theophrastus, pudenter non addidit caussam nunc: Theodorus imprudenter falsam.*

Notabis πυθμὴν, *pro fundo, quemadmodum nos utimur, pro agro. Illud majore dignum attentione. Triticum atque hordeum mutuo naturæ transitu alterum in alterum mutari, fabulosum putatur hic à Theophrasto: at falso. Hoc enim vidimus nos. Major brassicæ & rapæ inter se mutatio: nulla enim apparet similitudo: & ipse de his alibi exactius.*

Τὸ περσεῖον τὸ ἐξ Αἰγύπτου. *Necesse est aliud esse, quam nostratem persicam, contra novatorum temeritatem. Verùm de hoc alibi.*

Ἐὰν εἰς ἀλεεινὸν. *Theodorus,* ferventia loco; *alij corrigunt,* ἡλιεινὸν, *apricum. Quasi dicant, insolatum. Nos legemus,* ἀλεεινόν. *Vtinam vero ne addidisset* φύσει γὰρ ψυχρόν. *Neque enim omnia frigida aprica loca spernunt. In Ægypto papaver. Nam quas addit mox* ἐναντιώσει, *haud ita omnes sunt elementares.*

Περικόπτης τὴν θαλίαν. *Hinc Latina vox Taleæ.* θαλλὸς *autem est Termes.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Ὁμοίως ποιεῖν. *Nota improprie hominibus tribui, quod naturæ proprium est. Plinius eleganter dixit,* translatam platanum nasci noluisse.

Φθειροποιὸς, *sive* φθειροφόρος, *ut lib. I. de caus. cap. IX. dicitur piceæ species, quæ minimos fert nucleos. Nam &* φθεῖρες, *vocantur τὰ μικρὰ στρόβιλα, & Eustathius in Homerum adnotavit. Itaque Plinius lib. XVI. cap. X. de nucleis loquens ait:* Piceæ vero totis panniculis, minoribus, gracilioribusque minimos, & nigros. Propter quod Græci phthirophoron eam appellant.

Μετακίνησις, *quasi transmotio, ut distinguatur a* μεταβολῇ, *quæ plus est quam* κίνησις. *Dicitur vero ut* μετάλλαξις, *id est transmutatio, Quintiliano.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ὅσα δ' ἀπὸ τοῦ καρποῦ.) Arbores deteriores, esse quæ ex semine nascuntur, vulgata, & ab omnibus fere accepta, opinio est. Virgil. loc. cit.

> *Et quæ seminibus jactis se sustulit arbor*
> *Tarda venit, seris factura nepotibus umbram,*
> *Pomaque degenerant succos oblita priores.*

Videamus rationes cur deteriora sint. Causa, quod ut plurimum illud quod invalidius, transit in id quod validius. Effectus enim rarò aut nunquam transcendit, superatque nobilitate efficientem causam. Iam sylvestria validiora sūt domesticis, ut docet lib. I. de causis. Hæc ergo in illa mutantur. Origo illius mutationis, non tam in semine, quàm radice novæ plantæ residere videtur, dum illa à circumstantiis novis, novoque loco aliter atque aliter afficitur. Radices sunt tanquam elementa arborum; elementorum autem conditionem cætera omnia sequuntur. Vide lib. II. de caus. cap. XIX. Nam & aquæ copia, & solum, & cultura, radices primum attingunt, factoque hinc principio cætera mutantur. Non nego id ut plurimum verum esse, sed semper deteriora, quæ ex semine prodeunt, planè improbo. Cautè Florentinus lib. X. cap. I. Εἰδέναι δὲ χρὴ ὡς τὰ ἀπὸ σπέρματος φυτὰ ὡς ἐπιπολὺ πάντων τῶν φυτῶν ἐστὶ χείρονα. βελτίονα δὲ πάντως φυτὰ τὰ μοσχεύματα. κρείττονα δὲ τούτων τὰ ἐγκεντριζόμενα, οὐ πρὸς καλλικαρπίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πολυκαρπίαν, καὶ ταχεῖαν φορὰν τῶν καρπῶν. *Cæterum, quod nosse expedit, plantæ a semine ut plurimum alijs plantis sunt deteriores: præstantißimæ autem plantæ sunt novellorum ramorum, & ex his meliores sunt quæ inseruntur, non solùm ad fructuum pulchritudinem & bonitatem, sed & ad ubertatem, & ad celerem ipsorum fructuum proventum.* Optimè auctor libell. de plantis lib. I. cap. VI. Πᾶν φυτὸν οὐ σπειρόμενον σπέρμα, ὅμοιον τῷ σπέρματι ἐξ οὗ ἀνέφυη ἔκαστον, ποιεῖ, τὰ κρεῖττον σπέρματα ποιοῦσι. τὰ χεῖρον· Triplicem vult esse varietatem. 1. *Aliqua planta, (non omnis) simile gignit semen.* 2. *Aliqua melius.* 3. *Aliqua deterius.* Persica osse sæpe sata, fructus fert non deteriores, sed meliores. Nam & serotina, præcocia, duracina & nuci persica, uti deposuimus, sic & suis radicibus surgunt. Arantia suo semine sata, eosdem fructus reddere, Baptista Porta scribit, dulces, acidos, & ejusdem formæ & magnitudinis. Nec laurus nec myrtus apud nos sata degenerant. Pini, & cupressi semina, quæ ex fatiscentibus conis cadunt, ejusdem generis creant arbores. Pallad. in Ianuar. tit. XV. *Mense Ianuario, Februario, & Martio, locis frigidis, calidis vero Octobri, & Novembri sorba seruntur egregiè; ita ut matura in seminario ipsa poma pangantur. Ego expertus sum multas arbores ex pomis sponte progenitas, & in crescendo, & in ferendo fuisse felices.* Varro lib. I. de re rust. cap. XLI. *Transmarinas ficus chias, chalcidicas & Lydias, & Africanas cæterasque in Italiam semine perlatas tradit.* Geoponicûn auctor lib. X. cap. LXXXVI. ex auctoritate Pamphili, tradit omne genus suo semine satum, suum genus producere, præter oleam, quæ oleastrum producit. Δοκεῖ δέ που εὐτελὴς εἶναι ἡ τῶν σπερμάτων φυτεία. χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι πᾶν σπέρμα τὸ ὅμοιον ἀποτελεῖ (in MSS. ἀποτίκτει) γένος πλὴν τῆς ἐλαίας· ὀναστεον (lege κότινον) γὰρ γεννᾷ, τουτέστιν ἀγριέλαιον καὶ οὐχὶ ἐλαίαν. *Videtur autem quibusdam vilis esse seminum plantatio; verùm quod nosse convenit, hoc est: omne semen simile genus perficit præter oleam. Oleastrum enim generat, hoc est sylvestrem oleam, & non oleam veram.* Ex amygdalis amaris dulces nasci, tradit libri de plantis Auctor. Quod ipsa experientia confirmatur. Finem ut faciam; dico non usque adeo degenerare, stirpes, si novellas natas de semine, sæpius transplantatas, accuratè colas. Tunc enim illam ignobilitatem, & degeneres mores exuunt. Nam credibile est, ex domesticarum arborum semine, sylvestres nasci; quia

specie

specie sunt indifferentes, cultuque solum alteratæ. Simile enim ubique gignit simile, & ejusdem speciei secundum naturam. Theophrastus itaque cum scribit omnia deteriora reddi quæ semine nata sunt; intelligit, si diligens, & accuratus cultus non accedat, tum degeneres & deteriores ferre fructus; quod etiam experientia probatur. Frustra ex persica fructus bonos sperabis, si non accesserit cultura.

Γενναίας.) Plato lib. VIII. de legibus, mitius eos puniri, jubet, qui uvas ficosque γενναίας prædantur. Quæritur quæ uva ficusque γενναία. Massurius lib. XIV. apud Athenæum respondet, γενναῖα λέγει τὰ εὐγενῆ ὁ φιλόσοφος. ὡς καὶ Ἀρχίλοχος, πάρελθε· γενναῖος γὰρ εἶς, ἢ τὰ ἐπιγεγονημένα. ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης καὶ ἐπιμβολάδας αὐτὰς ὀνομάζει τὰς ἐγκεντρισμένας. τὰ γενναῖα. *Nobilia Philosophus vocat generosa, ut & Archilochus: accede nobilis, γενναῖος, es: vel post genita, sicut Aristoteles pyra insita nuncupavit ἐπιμβολάδας αὐτάς.* Vocat itaque Massurius τὰ γενναῖα, quæcunque in suo genere excellunt, vel quæ supernata sunt. Eustachius, *magnam uvam ficumque γενναῖον*, à Platone dici ait, uti Comicus dixit, γεννικὸν κρέας, pro ἁδρὸν κύμμα. Sic etiam Aristoteles II. de Republica, γενναίας μάζας, grandem Mazam dixit. Satyricus, væ grandis polenta. γενναῖοι καρποί. Demostheni, fructus grandes. Hesych. γενναῖος, εὐγενής. Paucis, ut rem absolvam; Docet Galenus, quæ uva, γενναῖα, sive εὐγενής, lib. II. de alimentorum facultatibus. Ὀνομάζουσι δὲ εὐγενεῖς τὰς τοιαύτας σταφυλὰς ἐν αἷς αἱ ῥᾶγες ὀλίγην μὲν ἔχουσι τὴν ὑγρὰν οὐσίαν· οὐκ ὀλίγην δὲ τὴν στερεωτέραν ἣν ὥσπερ σάρκα τῆς ῥαγὸς εἶναί φαμεν· καὶ χρῶνται γε κατὰ τὸν τῆς ὀπώρας καιρὸν, ἀποτιθέμενοι πολυειδῶς. Id est, *Uvas vocant ejusmodi generosas, in quibus acini humidam quidem substantiam habent exiguam, solidiorem autem non paucam, quamque carnem acini esse diximus, atque ijs utuntur, eas varijs modis in fine æstatis reponentes.* Interpres vir doctissimus, κατὰ τὸν τῆς ὀπώρας καιρὸν, autumnum vertit. Medici tempus illud, ὀπώραν vocant, quod à canis ortu ad arcturi exortum durat; uti Galenus in commento Epidemiωn, commentario primo docet: Καὶ ὅσοι τὸν ἐνιαυτὸν εἰς ζ. τέμνουσι ἄρχει ἄχρι μὲν ἐπιτολῆς τοῦ κυνὸς ἐκτείνουσι τὸ θέρος, ἐντεῦθεν δὲ μέχρις ἀρκτούρου τὴν ὀπώραν. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ τὸν χειμῶνα τριχῆ τέμνουσι, μέσον μὲν αὐτοῦ ποιοῦντες τὸν περὶ τὰς τροπὰς χρόνον, τοὺς δὲ ἑκατέρωθεν, πρότερον μὲν τὸν σπόριμον, φυταλιὰν δὲ τὸν ἕτερον, αὐτοὶ γὰρ οὕτως ὀνομάζουσι. καὶ μὲν δὴ κἀν τῷ περὶ ἑβδομάδων Ἱπποκράτους ἐπιγεγραμμένῳ βιβλίῳ διῃρημένον ἐστὶν εὑρεῖν τὸν ἐνιαυτὸν εἰς ἑπτὰ τοῦ μὲν φθινοπώρου καὶ τοῦ ἦρος ἀτμήτων πεφυλαγμένων τετμημένων δὲ τοῦ μὲν χειμῶνος εἰς τρία μέρη, τοῦ δὲ θέρους εἰς δύο. *Atqui in septem divisiones qui annum distribuunt. Æstatem ad canis usque ortum protendunt; ab hinc ad arcturi tempus ὀπώραν. Atque ijdem hyemem in tres partes dissecant, cujus sub brumæ tempus, medium constituunt; de extremis duobus primam sementem, postremam φυταλιὰν, quod est plantandi tempus. Nam hoc illi pacto appellant ista. Et quidem in libro de septimanis, qui Hippocratis nomen præfert, in septem partes annum divisum reperies; ita ut autumnus & ver integra constent & indivisa; dividantur autem in tres partes hyems, & in duas æstas.* Hæc adscribenda putavi, quia paucis, quibus unguibus notiora esse deberent, nota sunt. Cæterum uva γενναία est, quæ parum humidæ substantiæ, durioris pluscu lum habet; quæque esui apta, vinis autem faciendis minus idonea; sed ut reliqui fructus autumnales, diu servari possit. Quare rectè Plato, mitius eos castigandos scripsit, qui uvas, vinis faciendis ineptas, licet servari ad tempus possint, abstulissent. Theophrastus uvam, ignobilem non vocat, qui vinis faciendis apta est; sed quæ austera, immitis parumque succi habet; & ut uno verbo dicam, in qua grati nihil. Meminit generosæ uvæ Ovid. de remed. amor. lib. II.

> *Est tibi rure bono generosæ fertilis uvæ*
> *Vinea, ne nascens uva sit usta time.*

Στρουθία.) Dioscorid. lib. de re medica cap. CLX. contrarium statuere videtur. Ἐκλέγεσθαι δεῖ δὲ ἀληθινὰ (ἄρρενικα alij) μικρὰ δὲ καὶ περιφερῆ καὶ εὐώδη ὄντα. τὰ δὲ λεγόμενα στρουθία καὶ μεγάλα ἧττόν ἐστιν εὔχρηστα. *Cæterum cotonea eligi oportet vera ac germana, qualia parva, rotunda, odorata, quæ vero struthia & magna dicuntur, minus utilia censentur.* Resp. Dioscoridem cydonea struthijs preferre, quod insignioribus polleant viribus, adstringendo ac roborando. Theophrastus, struthia quod magnitudine, forma, sapore minus adstringenti excellunt, hic non ut Medicus, sed ut Philosophus de plantis scripsit. Plin. lib. XV. cap. XI. plura eorum genera. *Chrysomela incisuris distincta, colore ad aurum inclinato, quæ candidiora nostratia cognominata odoris præstantissimi. Est & Neapolitanis suus honor. Majora ex eodem genere struthia, odoratius vibrant, serotino proventu; præcoci vero mustea; struthea autem cotoneis insita suum genus fecere mulvianum; quæ sola ex his vel cruda manduntur. Omnia jam & virorum salutatorijs cubilibus inclusa, simulacris noctium conscijs imposita. Sunt præterea parva à struthijs odoratissima in sepibus nascentia.* Videatur Columella lib. V. cap. X.

Ἐν δὲ τοῖς χρηστοῖς.) Rectè Poeta, *fortes creantur fortibus.* Sylvestres arbores validissimæ; ergo non mutantur, sed sui generis amantissimæ sunt; & ideo robustissimas vocant. Quæritur, utrum sylvestres, qualis abies, pinus, deteriores fieri possint. Non videtur, in deterius mutationem accidere posse. Ferocitas enim, ultimum est. In melius mutari posse, experientia docet. Pini & cupressi semina, quæ ex fatiscentibus conis cadunt, ejusdem generis arbores generant, locis sylvestribus. In hortis vero si semen terræ mandetur, & diligens cura adhibeatur, meliores & præstantiores assurgunt. Virg. in Eclog.

> *Fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in hortis,*
> *Populus in fluvijs, abies in montibus altis.*

In hortis abies translata & culta, ut alibi docebo, melior est, & præstantior.

Φθειροφόρος.) Sic legendum ex lib. I. de caus. cap. IX. apparet. Plinius lib. XVI. cap. X. *Piceæ vero totis paniculis, minoribus, gracilioribusque minimos ac nigros (nucleos) propter quod Græci φθειροφόρον.* Ineptè itaque interpretes, *tineosa, & quæ pediculos fert.* Φθεὶρ, non pediculum tantùm significat; sed etiam fructus piceæ, Suidas & Hesychius: Φθείρ, ὁ τῆς πίτυος καρπός. Eustachius cum Plinio consentit. Is enim Iliad. β. Φθεῖρες τὰ μικρὰ στρόβυλα, exponit. Notandum etiam ex his Theophrasti verbis, aliquod pini genus reperiri non coniferum, quod hactenus incognitum.

Περὶ δὲ Σόλους.) Locus hic apud Apollonium reperitur: Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν, περὶ Σόλους τῆς Κιλικίας παρὰ τὸν λεγόμενον Πίναρον, οὗ μάχη Ἀλεξάνδρῳ πρὸς Δαρεῖον ἐγένετο, αἱ ῥοαὶ ἀπύρηνοι γίνονται, δι' ὅλου δὲ τοῦ βίου κόκκος τὸ οἰνῶδες ἔχουσι. Theophrast. lib. de plant. histor. *Cilicia circa Solos juxta amnem Pinnarum, (qua contra Darium ab Alexandro dimicatum est, punicæ omnes sine nucleo surgunt, quarum grana per omne ævum vinum referant.* Hæc ostendunt, codicem Theophrasti mutilum & corruptum. Cæterum antiquam & legitimam esse Apollonij lectionem, ex ipso probatur Theophrasto. Nam lib. I. de caus. cap. IX. de punicis idem tradit, ac hunc citat locum.

Palmam in Græcia sterilem tradit. Idem scribit Plutarchus lib. VIII. sympos. quæst. IV. Ἀλλ' οὐδὲν οὕτως ἐπιφανὲς ἐκπρεπέστερον ἔχει τῶν ἄλλων ὁ φοῖνιξ, ἀπὸ μηδὲ καρπὸν ἐν τῇ Ἑλλάδι φέρων ἐδώδιμον, ἀλλ' ἀτελῆ καὶ ἄπεπτον. εἰ γὰρ ὥσπερ ἐν Συρίᾳ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ παρεῖχε τὴν βάλανον ὄψεως θαυμάτων καὶ γλυκύτητι τραγημάτων πάντων ἥδιστον οὐκ ἂν ἕτερον αὐτῷ παραβάλλειν. *At enim palma nihil adeo evidenter pulchrius habet reliquis; cum in Græcia quoque fructum non ferat, qui esui sit, sed imperfectum & immaturum. Nam si ut, in Syria & Ægypto glandem daret aspectu & suavitate omnia spectacula, & bellaria superantem, non erat sanè quod cum eo compararetur.* Hic Plutarchi locus docet, τὸ ἀκαρπον esse, ut supra dixi, quod fructum fert esui ineptum. Calidis tantum & ferventibus regionibus fructus maturos fert dactylus.

Lege, φύσει γὰρ ψυχρὰ ζητεῖ, vel φιλεῖ.) Optimè mentem Magistri percepit Gaza. Non vult Theophrastus, quæ refrigerandi vim habent, locis calidis vel apricis sterilescere: sed quæ natura frigida loca amant, si locis calidis ac apricis plantentur, sterilescere. Sic pinum, taxū, alia atque similia, quæ aquilonem & frigora amant, si quis locis fervidis calidioribusque serat, non modo sterilescent, sed peribunt; contra qui palmam locis frigidis plantare vult, perdit.

Ἢ ὅλως μεταφυτευθῇ.) Corruptus codex. Non illa magna est permutatio quod germen oleagineum ferat. hoc θαλία. Pollux lib. I. ἰδίως μὲν τοῖς τῆς ἐλαίας κλάδος θαλὸς καλεῖται. *Proprie quidem ramus oleæ thalus dicitur.* Unde thalia. Alibi idem Pollux θαλίας, frondes oleastri vocat. Legi, & mecum Salmasius: Ἢ ὅλως μεταφυτευθῇ, φέρειν φαυλίας, ὃν μεταχείνεσι τι γίνεται μεγάλη. Plin. lib. XVI. cap. XLIV. *Oleastro quoque deputato, quod gignitur, vocant phaulias.* Vulgò malè phaunos

 legitur.

legitur. Ineptè Plinius phaulias, quæ in deputato oleastro gignuntur, inter ea stirpium genera recensset, quibus in alieno solo natales, quod sedem suam non habeant. Hoc obiter. Decisarum olearum fructus Græcis φαυλίας vocatas, refert Pollux lib. VI. Τὰς δὲ κοτινάδας ἐλαίας τρεμβόλους ὀνόμασε Φερεκράτης, ἐκαλοῦντο δὲ αὗται καὶ φαυλίαι. *Oleastri inserti fructus Pherecrates trambelous appellavit, vocantur & ipsi phauliæ.* φαυλίαν olivam ex oleastro cæso & transplantato provenire, docent Grammatici, Φαῦλος λέγεται καὶ ἐπὶ σμικρότητος, ὅθεν καὶ φαύλη ἐλαία ἡ μικρόκαρπος, ἢ καὶ φαυλία, γινομένη φασὶν ἐκ κοτίνου κοπέντος, καὶ μεταφυτευθέντος. In eo tamen errare videntur, quod φαυλίαν, olivam putant parvam; cum φαυλία magna sit; ac potius sic dicatur, quod parum olei ex ea exprimatur, Theophrastus lib. VI. de caus. cap. XI. Ὧν δὲ ἡ σὰρξ πολλὴ, ὁ δὲ πυρὴν μικρὸς, ὀλιγέλαιοι· καθάπερ αἱ φαυλίαι, ὡς ἐνταῦθα τῆς φύσεως κεκμηκυίας. *Quibus caro multa, nucleus parvus, hæ parcissimè præstant oleum, ut phauliæ, tanquam vires hac in parte naturæ deficiant.* Meminit etiam φαυλίας lib de odor. Ἐπεὶ καὶ ἐκ τῶν ἐλαιῶν μάλιστα χρῶνται τῷ ὠμοτριβεῖ τῆς φαυλίας. δοκεῖ γὰρ ἀλιπέστατον ἔχειν καὶ λεπτότατον. *Nam ex olivis maximè utuntur crudo è phaulia (malè legitur, ἐκ τῆς φαυλίου) quæ & liquidissimum fundit, & minimè pingue.* Eodem libro paulo infra; ὥσπερ καὶ τὸ ὠμοτριβὲς ἐκ τῶν φαυλίων. *Ut crudum è phaulia.* Ex locis jam allatis constat, vile oleæ genus esse φαυλίας. Athenæus lib. XIV. deipnosophist. phaulias magnitudine connari docet, γλυκὺς δὲ πάνυ ὁ καρπὸς μέγεθος κατὰ φαυλίας. Vide de phauliis plura lib. IV. cap. III. ubi de olea agitur. Cæterum hic sensus verborum Theophrasti: negat ex oleastro oleam posse fieri, ex pyrastro pyrum, caprifico ficum, & naturam illam sylvestrem mitigari. Quod enim in oleastro deputato aut translato contingere referunt, ut olivas ferat, phaulias dictas, non magnam hanc mutationem censeri debere. Nam phauliæ pessimum olivarum genus, quales translatus aut deputatus fert oleaster. Oleam decacuminatione proficere docet lib. IV. cap. XIX. Τὰ δὲ ἄλλα πάντα καὶ περικοπέντα βλαστάνει, καὶ ἔνια καὶ κάλλιω γίνεται, καθάπερ ἡ ἐλαία. Ergo etiam oleaster melior fit περικοπῇ τῆς θαλίας; sed hactenus tantum proficit, ut olivas ferat phaulias, quæ de nomine ipso pessimas, & viliores sonat olivas. Corrigunt alij, ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ κοτίνου φασὶ συμβαίνειν ὅτι ἂν περικόπτῃς τὴν θαλίαν, καὶ ὅλως μεταφυτεύῃς φέρειν θαλλόν. Quod enim oleastro accidere dicunt, ut si surculos (sylvestres) decidas, aut in totum transferas, germen oleæ sativæ simile producturum: certè non est magna illa mutatio; nec tam magna, inter oleæ & oleastri frondem, differentia. De phaulia, vide plura lib. IV. cap. III.

ΚΕΦ. Δ.

CAP. IV.

Ostenta in arboribus.

Φασὶ δὲ καὶ αὐτομάτην τινὰ γίνεσθαι τῶν τοιούτων μεταβολήν. ὁτὲ μὲν τῶν καρπῶν, ὁτὲ δὲ καὶ ὅλως αὐτῶν τῶν δένδρων. ἃ καὶ σημεῖα νομίζουσιν οἱ μάντεις. οἷον ῥοὰν ὀξεῖαν, γλυκεῖαν ἐξενεγκεῖν. καὶ γλυκεῖαν, ὀξεῖαν. καὶ πάλιν ἁπλῶς αὐτὰ δένδρα. ὥστε ἐξ ὀξείας γλυκεῖαν γίνεσθαι, καὶ ἐκ γλυκείας ὀξεῖαν. χεῖρον δὲ καὶ τὸ εἰς γλυκεῖαν μεταβάλλειν· καὶ ἐξ ἐρινεοῦ συκῆν, καὶ ἐκ συκῆς ἐρινεόν. χεῖρον δὲ τὸ ἐκ συκῆς. καὶ ἐξ ἐλαίας κότινον, καὶ ἐκ κοτίνου ἐλαίαν. ἥκιστα δὲ τοῦτο. πάλιν δὲ συκῆν ἐκ λευκῆς μέλαιναν, καὶ ἐκ μελαίνης λευκήν· ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ ἐξ ἀμπέλου. καὶ ταῦτα μὲν ὡς τέρατα καὶ παρὰ φύσιν λαμβάνουσιν. ὅσα δὲ συνήθη τῶν τοιούτων, οὐδὲ † θαυμάζουσιν ὅλως. οἷον τὴν ‡ κάπνιον ἄμπελον καλουμένην. καὶ ἐκ μέλανος γὰρ βότρυος λευκὸν, καὶ ἐκ λευκοῦ μέλανα φέρειν. οὐδὲ γὰρ οἱ μάντεις τὰ τοιαῦτα κρίνουσιν. ἐπεὶ οὐδὲ ἐκεῖνα παρ' οἷς πέφυκεν ἡ χώρα μεταβάλλειν, ὥσπερ ἐλέχθη περὶ τῆς ῥοᾶς ἐν Αἰγύπτῳ. ἀλλὰ τὸ ἐνταῦθα θαυμαστόν· διὰ τὸ μίαν μόνον ἢ δύο, καὶ ταύτας ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ σπανίας. ἀλλ' εἴπερ ἐν τῷ παντὶ, μᾶλλον ἐν τοῖς καρποῖς γίνεσθαι τὴν παραλλαγὴν, ἢ ἐν ὅλοις τοῖς δένδροις. ἐπεὶ καὶ τοιαύτη τις ἀταξία γίνεται περὶ τοὺς καρπούς. οἷον ἤδη ποτὲ συκῆ τὰ σῦκα ἔφυσεν ἐκ τοῦ ὄπισθεν τῶν " ἐρινεῶν. καὶ ῥοὰ δὲ καὶ ἄμπελος ἐκ τῶν στελεχῶν. καὶ ἄμπελος ἄνευ φύλλων ὢν, καρπὸν ἤνεγκεν. ἐλαία δὲ τὰ μὲν φύλλα ἀπέβαλε, τὸν δὲ καρπὸν ἐξήνεγκεν. ὃ καὶ Θετταλῷ τῷ Πεισιστράτου γενέσθαι λέγεται. συμβαίνει δὲ καὶ διὰ χειμῶνας τοῦτο, καὶ δι' ἄλλας αἰτίας ἔνια τῶν δοκούντων εἶναι παρὰ λόγον, οὐκ ὄντων δέ. οἷον ἐλαία ποτὲ †περικαυθεῖσα τελείως. ‡ ἀνεβλάστησεν ὅλη, καὶ αὐτὴ καὶ ἡ θαλεία. ἐν δὲ τῇ " Βοιωτίᾳ, καταβρωθέντων τῶν ἔργων ὑπ' ἀττελέβων, πάλιν ἀνεβλάστησε. ἥκιστα δὲ ἴσως τὰ τοιαῦτα ἄτοπα, διὰ τὸ φανερὰς ἔχειν τὰς αἰτίας. ἀλλὰ μᾶλλον τῷ μὴ ἐκ τῶν οἰκείων τόπων φέρειν τοὺς καρποὺς, ἢ μὴ † οἰκείως. μάλιστα δὲ τῆς ὅλης φύσεως γίνεται μεταβολὴ, καθάπερ ἐλέχθη. περὶ μὲν οὖν τὰ δένδρα τοιαῦταί τινές εἰσι μεταβολαί.

† θαυμάζειν Al. Bas.
‡ Al. κάπνεων
" οἷον ἤδη ποτὲ συκῆ ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ περὶ Κιλικίαν καὶ Κύπρον ἐλαιωθοφόρον ὃ τὰ μὲν σῦκα ἔφυσεν ἔμπροσθεν τῶν θρίων, τὰ δὲ ἐρινεὰ ἐξόπισθεν, αἱ δὲ ὅλως ἐκ τοῦ ἔνου βλαστοῦ, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ νέου.
† ἀποκαυθεῖσα. Bas.
‡ ἀνεβάστησεν Al. ἐνεβλάστησεν. Bas.
" lege Βοιωτίᾳ συκῆ καταβρωθέντων.
† οἰκείους. Theod.

Ad hæc fortuitam quoque mutationem fieri ajunt; interdum fructuum; nonnunquam arborum summatim ipsarum. Quæ quidem aruspices ostenta esse existimant. Exempli gratia, punicum acidum edere dulce: & dulce acidum. Rursus arbores ipsas, ut ex acida dulcis, & ex dulci acida veniat: sed deterius in acidam, quam in dulcem mutari. Item ex caprifico ficum; & ex fico caprificum: sed de fico in caprificum deterius. Et ex olea oleastrum: & ex oleastro invicem oleam. Quod raro evenit. Rursus ficum ex candida nigram: & ex nigra candidam. Pari etiam modo ex vite. Ergo hæc tanquam prodigia & præter naturæ normam accidere arbitrantur. Solita vero nullo pacto mirantur. Ut quod in vite, quam † capniam vocant, cernitur: nam ex nigro racemo, candidum; & ex candido, nigrum hæc præstat. Neque enim, aruspices ista interpretantur: quoniam ne illa quidem, quæ ratione regionis mutari solent: quemadmodum punica in Ægypto mutari proposuimus. Sed hic ita fieri mirum: quoniam una tantum aut duæ; & hæc raro per universum tempus mutantur. Et si aliquando ita fit, in fructibus potius discrimen, quam in totis arboribus percipitur. Nam talis quoque ‡ rei temeritas fructibus nonnunquam contigit: ut ficus " poma aversa ramulis ferat; & punica vitisque caudice suo fructificent. Ad hæc vitis fructum absque foliis produxit: olea foliis amissis fructificavit. Quod & Thessalo Pisistrati filio accidisse, proditum est. Nonnunquam ratione hyemis, aut alias ob causas quædam accidunt: quæ normæ naturali incongrua judicantur; cum tamen non ita sit. Sicut olea penitus aliquando adusta regerminaverat tota. In † Bœotia vero germinibus omnibus à locustis derosis, iterum germinavit. Sed hæc haud quaquam pro absurdis haberi forsitan debent: quippe cum ad manifestas causas redigi possint. Sed potius si non ex proprijs locis fructificent, ‡ aut non fructus proprios ferant, natura tota immutatur, ut diximus. Mutationes arborum tales adnotantur.

† *helvolam*
‡ *ordinis desertio.*
" *à tergo foliorū fructus ferat.*
† *Bœotia vero ficus germinibus.*
‡ *aut non convenienter.*

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Κάπν@. *In eodem racemo candidos, & nigros acinos comedimus nos, & sapidos & maturos.*

Ἀπειθία. *Theodorus*, temeritas. *Nimis ambitiosè in re plantarum.* ἐκ τοῦ ὄπισθεν τῶν ἱερῶν. *Theodorus*, poma aversa à ramulis, *malè. Suo enim loco* ἱερῶν, *præter caprificum, & grossos, ostendimus quid significet.*

Μὴ ἐκ τῶν οἰκείων τόπων, ἢ μὴ οἰκείως. *Etiam supra sic. At Theodorus legit*, οἰκείως. *Inquit enim*, non ex propriis locis, *aut*, non fructus proprios. *Cæterum* οἰκεῖ@ τόπ@, *est* τὸ πῶς: οἰκείως, *est* τὸ πῶς.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Ἐκ τοῦ ὄπισθεν τῶν θερίων. *Legendum ex lib.* v. *cap.* III. *de caus. id est, à tergo foliorum, sive sub folijs, quod idem valet: lege Plinium lib.* XVI. *cap.* XXVI.

Καὶ ἄμπελ@. *Quod hic videtur de vite asserere, negat de causis lib.* v. *cap.* III. *initio. Confer Plinium, lib.* XVII. *cap.* XXV. *ubi* ἱερῶν, *per ficus malè exposuit.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Μεταβολῶν.) Plin. lib. XVII. cap. XXV. *Inter vitia arborum, est & prodigijs locus. Invenimus enim sine folijs natas: vitem & malum punicam stirpe fructum tulisse, non palmite, aut ramis, vitem uvas sine folijs, oleas quoque amisisse folia baccis hærentibus &c. Mutantur arbores & colore, fiuntque ex nigris candidæ, non semper prodigiosæ, & maximè quæ ex semine nascuntur. Vt populus alba in nigram transiit. Quidam & sorbum, si in loca calidiora venerit, sterilescere putant. Prodigio autem fiunt ex dulcibus acerba poma, aut dulcia ex acerbis, è caprifico fici. Aut contra gravi ostento, cùm in deteriora mutantur, ex olea in oleastrum; ex candida uva & fico in nigras. Vt Laodiceæ, Xerxis adventu platano in oleam mutato. Qualibus ostentis Aristandri apud Græcos volumen scatet, &c.* Vide lib. v. de caus. cap. I. & IV. & v.

Κάπνιον.) Lege κάπνιον, uti in Ald. edit. lib. v. cap. III. scriptū est. Κάπνιον flexus Atticus, ut Ἀνδρόγεων, Μενέλεων, ἄλλων ἔνγεων. Cur capneon dicatur docet lib. v. de caus. cap. III. Theophrastus. Latini vitem hanc helvolam vocant. Columella lib. III. cap. II. *Sunt & † helvolæ, (vites, uvæ) quas nonnulli varias appellant, neque purpureæ, neque nigræ, ab † helvo (nisi fallor) colore vocitatæ. Melior est nigrior abundantia vini; sed hæc sapore pretiosior. Color acinorum in neutra conspicitur æqualis; utraque candidi musti, alterna vice annorū plus aut minus adferunt; melius arborē, sed & jugū cōmodissimè vestiunt, mediocri quoque solo fœcūdæ, sicut pretiæ* (uterq; codex antiquus, preciæ) *minor & major, sed eæ generositate vini magis commendantur, & frequentibus materijs frondent, & cito maturescunt.* Eadem de capnea vite tradit loc. cit. Theoph. ubi etiam nomē hoc ei impositū esse docet, ex eo quod τὸ χρῶμα βοτρύων οὔτε μέλαν οὔτε λευκὸν ἔχει, ἀλλὰ κυανῶδες. Meminit hujus uvæ Aristoteles lib. IV. de generat animal. c. IV. Ἔστι γάρ τις ἄμπελ@, ἣν καλοῦσι κάπνεον, ἣν ἂν εὐέγκη μέλαινας βότρυς, οὐ κρίνουσι τέρας, ἀλλὰ τὸ πλειστάκις εἰωθέναι ταύτην τοῦτο ποιεῖν. αἴτιον δ' ὅτι μεταξὺ λευκῆς ἐστὶ τὴν φύσιν καὶ μελαίνης. ὥστ' οὐ πόρρωθεν ἡ μετάβασις, οὐδ' ὡσπερανεὶ παρὰ φύσιν. οὐ γὰρ εἰς ἄλλην φύσιν. *Vitis enim quædam est, quam aliqui capneum vocant, quæ cum uvam albam soleat ferre, si nigram tulit, monstrum id esse non putant, quoniam sæpissime id facere soleat. Causa est quod sua natura inter albam & nigram sit. Itaque non longe disceditur, nec præter naturam ferè. non enim in aliam naturam transitur.* In Italiæ Benevento urbe, hoc vitis genus præstantissimum, ait Athenæus. Πλάτων δὲ ὁ κωμικὸς καπνίαν, καλεῖσθ@ δ' οὗτ@ γίνεται ἐν Βενεβέντῳ πόλει Ἰταλίας. Doctiss. Gaza modo capneam, modo fumidam transtulit vitem. Malunt alij infumatam. Vinum inquiunt fumo sufficiebatur, ut celerius vetustesceret, & præcocem maturitatem traheret fumi tepore. De hoc vino poëta.

Nunc mihi fumosos veteres proferre falernos
Consulis.

Sed quis ex iis quæ hactenus diximus, longè aliam Græcæ appellationis esse rationem, non videt? κάπνιος, aliud vitis genus, cujus meminerunt, Aristoteles, Theophrastus, Athenæus, Columella, Plinius.

ἐκ τοῦ ὄπισθεν τῶν ἱερῶν.) Legunt Doctiss. viri ἀπὸ τῶν θρίων, quomodo scriptum est lib. v. de caus. cap. IV. ὥσπερ καὶ ἡ συκῆ ἀπὸ τῶν θρίων. Τὰ θρία, fici folia. Hesych. Θρία φύλλα συκῆς, ἢ ἀμπέλου. Θρίον, fici folium dictum voluit, ἀλλὰ τὸ τελμηγὲς εἶναι, quod in tres dividatur partes. Hac de causa folium ipsaque ficus τελμητὴ dicitur. Nicand. Schol. Τελμητὴ διότι λεπίτηλον τὴν ἐκ σύκων συζομένην εἰς τρία πέταλα. τὰ γὰρ σύκα ξηραινόμενα εἰς τρία σχίζονται. ἢ ὅτι τὰ φύλλα τῆς συκῆς εἰς τρία ἔσχισται. *Tripete dixit quasi trifoliatum ex ficubus scissum in tria folia, ficus enim arefacta in tres partes scinditur, vel quod fici folia in tres partes fissa.* Posteriorem opinionem probat alter Scholiastes, τελμητὴ δὲ τέμνεται ὅτι τὰ φύλλα τῆς συκῆς εἰς τρία ἔσχισται. Alia Plutarchi opinio. Hic fici folium propter asperitatem θρῖον, dictum scribit lib. v. symp. quæst. VIII. Τὸ γὰρ συκῆς καὶ τὸ φύλλον διὰ τὴν τραχύτητα θρῖον ὠνόμασαν. Longo alio sensu locus hic Theoph. apud Athen. lib. III. & Plin. lib. XVI. cap. XXVI. extat. Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τῆς φυτικῆς ἱστορίας ὁ φιλόσοφ@ φησίν. ἔστι δὲ ἄλλο γέν@ συκῆς, ἐν τῇ Ἑλλάδι, καὶ περὶ Κιλικίαν, καὶ Κύπρον ὀλυνθοφόρον. ὃ τὸ μὲν σῦκον ἔμπροσθεν φέρει τοῦ φυτοῦ, τὸ δὲ ὄλυνθον ἐξόπισθεν. αἱ δὲ ὅλως ἐκ τοῦ ἔνου βλαστοῦ, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ νέου. πρῶτον (Causabon. καρπὸν) δὲ τοῦτο τῶν σύκων πέπονα καὶ γλυκὺν ἔχει οὐχ ὥσπερ τὰ παρ' ἡμῖν, γίνεται δὲ καὶ μείζων ὑπὸ πολὺ τῶν σύκων. ἡ δ' ὥρα μετὰ τὴν βλάστησιν οὐ πολύ. *Idem Philosophus lib.* II. *historiæ scribit: In Hellade, Cicilia & Cypro aliud genus ficus esse, quod olynthum ferat, quod quidem ficum supra folium* (lego cum intetprete φύλλα, quoniam ita legit Plinius) *albutum vero sub folio, ac utrumq; non ex novello, vel recenti germine, sed ex annotino; præterea id fici genus, ante omnia cætera grossum, maturescentem, & dulcē nostrati dissimilem habet; ut qui nostris ficubus multo sit amplior. maturitatis haud ita diu post germinationis tempus est.* Plinius. *Insigne proditur in quodam genere Ciliciæ, Cypri Helladis, ficos sub folio, grossos vero post folium nasci.* Nihil horum in editis legere est, nisi quod lib. v. de caus. cap. I. legatur, Διὸ ἐν ὄπισθεν τῶν φύλλων ζῶντα πάντα γίνεται, καὶ οὐχ ὥσπερ τὸ σῦκον ἔμπροσθεν. Lego & restituo, οἷον ἤδη ποτὲ συκῆ ἐν τῇ Ἑλλάδι, καὶ περὶ Κιλικίαν, καὶ Κύπρον ὀλυνθοφόρον, ὃ τὰ μὲν σῦκα ἔφυσεν ἔμπροσθεν τῶν θρίων, τοὺς δὲ ἐρινεοὺς ἐξόπισθεν. αἱ δὲ ὅλως ἐκ τοῦ ἔνου βλαστοῦ καὶ οὐκ ἐκ τοῦ νέου. vel τοὺς δὲ ὀλύνθους ἐξόπισθεν. Reliqua quæ apud Athenæum leguntur, alio referri debent; nec inter miracula numeranda.

Ἐν δὲ τῇ Βοιωτίᾳ.) Plinius lib. XVII. cap. XXV. *Sunt & miracula fortuita. Nam & oliva in totum ambusta revixit, & in Bœotia, derosæ à locustis ficus, iterum germinavere.* Vide plura miracula lib. IV. cap. XIX. Vide cap. III. & IV, lib. XV. de caus.

† Ant. cod. helbolæ.
† ijdem, helbo.

ΚΕΦ. Ε. — CAP. V.

Quæ herbæ degenerent, meliorescantve. Sisymbrium in mentam, triticum in lolium. legumina coctibilia & incoctibilia: & quo pacto crassescant.

Τῶν δὲ ἄλλων, τὸ, τε σισύμβριον εἰς † μίνθην δοκεῖ μεταβάλλειν, ἐὰν μὴ κατέχηται τῇ θεραπείᾳ. διὸ καὶ μεταφυτεύουσι πολλάκις καὶ ὁ πυρὸς

† καλαμίνθην Plin.

Ex reliquis autem plantis, sisymbrium nisi cultura coerceatur; in mentam mutari videtur. Quamobrem sæpius id transferre consueverant. Triticum in lolium

εἰς αἴραν. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς δένδροις αὐτομάτως, εἴπερ γίνεται. τὰ δὲ τοῖς ἐπετείοις διὰ παρασκευῆς. οἷον ἡ τίφη καὶ ἡ ζειὰ μεταβάλλουσιν εἰς πυρὸν, ἐὰν πτισθεῖσαι σπείρωνται. καὶ τοῦτο οὐκ εὐθὺς, ἀλλὰ τῷ τρίτῳ ἔτει. σχεδὸν δὲ παραπλήσιον τούτῳ γε τῷ τὰ σπέρματα κατὰ τὰς χώρας μεταβάλλειν. μεταβάλλει γὰρ καὶ ταῦτα καθ' ἑκάστην ὥραν, καὶ σχεδὸν ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ † ὡς καὶ ἡ τίφη. μεταβάλλουσι δὲ καὶ οἱ ἄγριοι πυροὶ, καὶ αἱ κριθαὶ θεραπευόμεναι καὶ ἐξημερούμεναι κατὰ τὸν ἴσον χρόνον. καὶ ταῦτα μὲν ἔοικε χώρας τε μεταβολῇ καὶ θεραπείᾳ γίνεσθαι. καὶ ἔνια ‡ ἀμφοτέροις· τὰ δὲ τῇ θεραπείᾳ μόνον. οἷον πρὸς τὸ τὰ ὄσπρια μὴ γίνεσθαι ἀτέραμνα, βρέξαντας κελεύουσιν ἐν νίτρῳ νυκτὶ, τῇ ὑστεραίᾳ σπείρειν ἐν ξηρᾷ. φακοὺς, ὥστε ἁδροὺς γίνεσθαι, φυτεύουσιν "ἐμβόλῳ. τοὺς ἐρεβίνθους δὲ ὥστε μεγάλους, αὐτοῖς κελύφεσι βρέξαντας σπείρειν. μεταβάλλουσι δὲ καὶ κατὰ τὰς ὥρας τὰς πρὸς κουφότητα, καὶ δι' ἀλυπίας. οἷον, ἐάν τις τοὺς ὀρόβους ἐαρινοὺς σπείρῃ, τελειάλυποι γίνονται, καὶ οὐχ ὡς οἱ μετοπωρινοὶ βαρεῖς. γίνεται δὲ καὶ ἐν τοῖς λαχάνοις μεταβολὴ διὰ τὴν θεραπείαν. οἷον, σέλινον ἐὰν σπαρὲν καταπατηθῇ καὶ κυλινδρωθῇ, ἀναφύεσθαί φασιν οὖλον. μεταβάλλει δὲ καὶ τὴν χώραν ἐξαλλάττοντα, καθάπερ καὶ τἆλλα. καὶ τὰ μὲν τοιαῦτα κοινὰ πάντων ἐστίν. εἰ δὲ κατά τινα πήρωσιν ἢ ἀφαίρεσιν μέρους, δένδρον ἄγονον γίνεται καθάπερ τὰ ζῷα, τοῦτο ἐπισκεπτέον. οὐδὲν γὰρ φανερὸν κατά γε τὴν διαίρεσιν εἰς τὸ πλείω καὶ ἐλάττω φέρειν, ὥσπερ κακώσεων. ἀλλ' ἢ ἀπόλλυται τὸ ὅλον, ἢ διαμένοντα καρποφορεῖ. τὸ δὲ γῆρας, κοινή τις φθορὰ πᾶσιν. ἄτοπον δ' † οὐκ ἂν δόξειεν.

† deest Al.
‡ ἀμφοτέρως. Bas.
" ἔμβολον Al. Bas.
‡ δ' ἄν. Al. Bas.

lolium transit. Sed hæc in arborum genere, si ita fit sponte fortuitoque eueniunt. Annuis autem, paratu quodam & opera contingunt: ut tipha " semenque mutari in triticum solent, si " pista serantur: idque non protinus, sed anno tertio. Quod similiter fere fit, atque cum semina ratione locorum permutantur. Nam ea quoque singulis in locis ac temporibus, spatioque pari fere atque tipha mutantur. Triticum quoque sylvestre & ordeum culta & mitigata per temporis tantundem mutantur: & hæc fieri mutatione loci culturaque videntur. Nonnulla etiam utroque modo. Quædam cultura tantum: ut legumina, ne incoctibilia fiant, nitro pridie macerata serere in sicca tellure præcipiunt: lentem ut crassescat, † paxillo demittunt: cicer ut grandescat, cum putaminibus madefactum obseritur. Temporum quoque ratione semina immutantur: ut leviora facilioraque reddantur. ‡ Vt si ervum quis vere serat; facile gratumque exit: non grave; quemadmodum si autumno feratur. Fit & in oleribus culturæ causa mutatio. Sicut apium, si satum conculcetur, cylindroque spissetur coæqueturque, crispum inquiunt provenire. Mutantur item regione tellureque mutata: ut etiam cætera. Hæc esse omnium communia constat: " an vero ob aliquam offensam, aut demptionem partis, arbor reddi infœcunda possit; quemadmodum animalia; prætermittendum non est. Ergo secundum redditam illam divisionem, nihil ad plus minusve ferendum causa detrimenti notatur: sed aut totum perit; aut incolume perdurans fructificat. Senecta vero communis quædam corruptio generibus omnibus accidit. Absurdum vero † plantas sponte oriri mutarique, appareat.

" zeaque, quam speltam vulgo vocant.
" decorticata.
† loco fructectoso plantant.
‡ ut si quis ervum primo vere serat, innoxium fore, autumno si feratur gravedinosum.
" an vero ob partis alicujus privationem ac absentiam à natura, vel detractationem atque amissionem ab externa injuria.
† plantas sic mutari.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Πτισθεῖσαι, *pistæ, unde ptisana, & nostrum pinsere. Vide Galenum, Pollucem, Athenæum.*

Οἱ ἄγριοι πυροὶ. *Triticum agreste, Cereris inventum, & colendi arte addita commodius effectum. Sic & suprà.*

Φακοὺς ὥστε ἁδροὺς εἶναι, φυτεύουσιν ἐμβόλῳ. *Theodorus,* lentem, ut crassescat, paxillo demittunt. *Magnum sanè negotium, si semina sigillatim demittenda sint.* Ἔμβολος *paxillum significat, & quicquid inditur: cujusmodi fibula quæ in axem immittitur, ne excidat rota, & fibulæ in ponte Cæsariano etiam à doctoribus non intellecto. Aliæ sunt significationes etiam apud Athenæum.*

Μεταβάλλουσι δὲ καὶ κατὰ τὰς ὥρας τὰς πρὸς κουφότητα, καὶ δι' ἀλυπίας. *Theodorus,* ut leviora, facilioraque reddantur. *& mox* τελειάλυποι; facilè, *inquit,* gratumque exit, non grave. *Cum igitur* τὸ ἄλυπον, *opponat* τῷ βαρεῖ, *haud facilè, & Græcum serves significatum, & Latinè loquare: Neque enim est ut apud Poetam,* Tristesque lupini: *ibi enim pro amaris. At hic oppositum gravi; sed* ἀλυπία, *ut sit levitas, considerandum est. Transferas significatum ad concoctionem in ventriculo. Ita* βαρὺ, *sit grave stomacho;* ἄλυπον, *leve. Gratum verò, & facilè, voces sunt ambitus amplioris. An est, non ut opponas, sed ut addas.* Τελειάλυποι, *grati, id est, non tristes.* καὶ οὐ βαρεῖς, *ac præterea concoctiles: quia sic etiam distinxerat,* κουφότητα, καὶ ἀλυπίας. *Sic sanè placet. Nam nostri Lupini, inde arbitror, dicti sunt. Quare doctissimus Poeta pro etymologia apposuit, tristes.*

Πήρωσιν, ἢ ἀφαίρεσιν. *Theodorus,* offensam, aut demptionem. πηρὸς, *mutilus alibi. Hic est,* ἀφαίρεσις, *quæ prohibet, quo minus id significetur.*

Οὐδὲν γὰρ φανερὸν κατά γε τὴν διαίρεσιν. *Quæstio est: an sit pars aliqua in plantis, qua parte abscissa, reddatur planta sterilis? Solutio. Nulla est pars, sed aut totum perit: quare tunc non tam sterilis est, quàm mortua; aut manet, fructumque fert. Objectio. Senecta redduntur plantæ steriles, idque toto manente. Ratio ab exemplo. Videmus hoc in quercubus. Sententia ad objectionem. Senecta est,* φθορὰ κοινὴ πᾶσιν, *subintellige viventibus. Soluit quæstionem à divisione illa. Planta melior facta plus fert: deterior, minus. Ex hac, inquit, divisione, sterilitatem elicere nullam potes propter partis amissionem. Sed* τὸ ἔλαττον, *tantùm* ἐκ τῆς κακώσεως. *Verùm hic duo sunt animaduertenda. Primùm, an ex ea divisione possit id colligi, ipse hoc negat. Deinde simpliciter, an quæstionis affirmativa pars vera sit. Divisio est. Quædam fœcundæ, quædam minus. Quare videtur etiam eousque deduci posse, ut si* ἐκ τῆς κακώσεως, *id est, ex maleficio deteriores fiant, etiam ex majore, magis ad privationem usque, & citra interitum, id quod sanè verum est. Præterea simpliciter verum est, earum partium ablatione, quæ fructum gerunt, cessare fructificationem. Neque enim, si à ramis fructificant, demptis ramis fructificabunt. Theophrastus posuit,* τὸ εἰς τὸ πλείω, καὶ ἐλάττω φέρειν, *pro divisione. At toto hoc capite nihil. Theodorus,* τὸ ἄτοπον δ' ἂν δόξειεν, *interpretatus est sic,* sponte oriri, mutarique. *At de ortu hic non scribitur, & nemo dubitat, sed de mutatione. Sequentem partem abscidit Theodorus à superiore, quia de animalibus est. Mihi videtur magis ex re debere continuari. Est enim comparatio mutationis. Et inclinat animus, ut caput hoc solidum ad illam usque partem deducatur:* τὰ μὲν οὖν περὶ τὰς φύσεις.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Εἰς μίνθην, *sive* εἰς μίνθαν, *ut infrà de causis lib.* II. *cap.* VIII. *ubi & hoc confirmatur, & cap.* XXI. *Item histor. lib.* VI. *cap.* VII. *ubi &* μίνθος *vocatur. Quare ita mendosè legitur apud Plinium lib.* XIX. *cap.* X. Namque & ocymum senecta degenerat in serpyllum, & sisymbrium in calaminthan. *Legendum enim,* mentham.

Πήρωσις, *&* ἀφαίρεσις, *hoc loco sic differunt, ut* πήρωσις *naturæ vitium sit, ob partis privationem, atque absentiam:* ἀφαίρεσις, *verò sit ab externa injuria partis detractio, atque amissio; quæ & detruncatio à Plinio vocatur.*

Δόξειεν, *nempe* τοῖς δ' εἶναι δεῖν, *quod supplendum est: alius tamen fortasse legat,* ἄτοπον δ' οὐκ ἂν, *videlicet, plantas sic mutari, vel senectutem commune vitium esse.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἐῶν πτισθῶσιν.) Vertunt, *si pista serantur*. Ego vel ejuratus affirmare ausim, tum nec zeam, nec tipham germen emissuram. Miror ignorari, quid πτισθῶσιν Botanicis significet. Verte, *si decorticata serātur*. Hesych. Πτίσαι κόψαι, πτίσαι κόψαι, πτισάνη κυκλίον, πτίσσειν ἀποδερματίσαι. Πτίσσειν, Græcis tundere, pinsere, purgare, decorticare. Decorticatum semen, terræ si committatur, pullulabit; pistum si seratur, prodibit nunquam. De mutatione zeæ tiphæque, vide lib. VII. ubi de frumentis agit.

Ἀτέραμνα.) Idem Cassianus Bassus tradit lib. II. cap. XXXIX. ἐν τῷ σπείρειν σὺν τῇ κόπρῳ καὶ νίτρον μικτέον, ὅπως γὰρ ἕτοιμα πρὸς τὴν ἕψησιν αὐτὰ ποιήσεις, εἰ δὲ μὴ τύχοι τοῦδε πεποιηκώς, βούλει δὲ τὰ ὄσπρια συντόμως ἑψηθῆναι, ἔμβαλε εἰς τὴν χύτραν ὀλίγον σίναπι, καὶ εὐθέως λυθήσονται τὰ ἑψόμενα, εἴτε κρέας, εἴτε ὄσπριον εἴη, ἐὰν δὲ ἐπὶ πλεῖον σίναπι βάλῃς παντελῶς λυόμενα ἀφανισθήσεται. *In seminando una cum stercore, & nitrum admiscebis. Sic enim parata ipsa ad coc̄turam facies. Quod si non succedat, ubi hoc feceris, velisque legumina brevi percoqui, parum sinapis in ollam injice, & statim quæ coquentur, dissolventur, sive carnem, sive legumina coxeris: si vero amplius quid de sinapi injeceris, penitus dissoluta evanescent.*

Φιλιώνειν ἐμβόλῳ.) Plinius lib. XVIII. cap. XVII. *Lentem in fruteċtoso & rubricoso, qui non sit herbidus.* Ἔμβολον vocat Theophrastus, locum fruticibus, vel, si quis malit, paxillis abundantem. Alibi ἔμβολον, pro cuniculo subterraneo me legisse memini. Vide cap. VII. lib. V. de caus.

Τοὺς ἐρεβίνθους.) Idem ferè Geoponicωn auċtor lib. III. cap. XXXIV. Ἐὰν πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῆς σπορᾶς ὕδατι χλιαρῷ βρέξῃς τοὺς ἐρεβίνθους μείζονες φύονται. τινὲς δὲ περιεργότερον ποιοῦντες, πολλῷ μείζους εἶναι τοὺς ἐρεβίνθους βουλόμενοι, σὺν τοῖς κελύφεσιν αὐτοὺς ὁμοίως προβρέξαντες, μετὰ νίτρου, σπείρουσιν. *Si pridie quam seminaturus es, cicer aqua tepida maceraveris, majus nascetur. Quorundam supervacanea cura est, qui majus cicer esse volentes, una cum corticibus ipsum, similiter præmaceratum, addito nitro serunt.*

Ὄροβος.) Plinius lib. XVIII. cap. XV. *Ervum Martio mense satum, noxium esse bubus ajunt, item autumno gravedinosum; innoxium autem fieri primo vere satum.* Vide cap. I. lib. VIII. Columella lib. II. cap. XI. *Ervum autem lætatur macro loco nec humido, quia luxuria plerumque corrumpitur. Potest & autumno seri, nec minus post brumam Ianuarij mense novissimè, vel toto Februario, dum ante calendas Martij; quem mensem universum negant agricolæ, huic legumini convenire; quod eo tempore satum pecori sit noxium, & præcipuè bubus, quos pabulo suo cerebrosos reddat.*

De apij cultura, vide cap. V. lib. VII.

ΚΕΦ. Ζ. — CAP. VI.

In animalium genere mutationes.

Μᾶλλον δ' ἐν τοῖς ζώοις αἱ τοιαῦται μεταβολαὶ φυσικαὶ καὶ πλείους. καὶ γὰρ κατὰ τὰς ὥρας ἔνια δοκεῖ μεταβάλλειν, ὥσπερ καὶ ὁ ἱέραξ, καὶ ἔποψ, καὶ ἄλλα τῶν ὁμοίων ὀρνέων. καὶ κατὰ τῶν τόπων ἀλλοιώσεις· ὥσπερ ὁ ὕδρος † ἐξέχειν, ξηραινομένων τῶν λιβάδων, φανερώτατα δὲ καὶ κατὰ τὰς γενέσεις ἔνια. καὶ μεταβάλλει διὰ πλειόνων ζώων. οἷον, ἐκ κάμπης γίνεται ‡ χρυσαλλίς. εἶτ' ἐκ ταύτης ψυχή, καὶ ἐπ' ἄλλων δ' ἔτι τῶν πλειόνων. οὐδὲν ἴσως ἄτοπον, οὐδ' ὅμοιον τὸ ζητούμενον.

† ἐπίχει Al. Bas. Theod. ἐπίχει. ἐπ' ἔχει. Rob. Const.
‡ χρυσαλλίς.

Nam in animalium genere potius hujusmodi fieri mutationes naturales pluresque profeċto cernuntur. Quædam enim temporis ratione mutari videntur: ut accipiter, upupa, & similes volucres. Item pro locorum mutatione: ut † coluber stagnis exsiccatis marcescit. Evidentissime vero nonnulla & in generatione consistunt. Mutantur enim per animalia plura: ut cum ex ‡ tinea, eruca; tum ex ea papilio gignitur. Inque alijs pluribus hoc evenire notatum est: sed forte id non absurdum, nec simile huic, quod quærimus est.

† *natrix in viperam aquis exsiccatis.*
‡ *eruca* χρυσαλλίς.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Καὶ ὁ ὕδρος ἐπίχει ξηραινομένων τῶν λιβάδων. *Theodorus*, ἐπίχει, marcessit. *Ne intelligas putrescit; sed languidior fit*, ναρκοῦται. *Iccirco legimus apud Poëtam, attonitos hydros.* ἐπίχειν, *est subsistere. Habes* ἐποχὰς *siderum; & Philosophos dubitatores. E Nicandro petas hydri naturam, quid agat siccata palude, & quando cum ea commutet quercum. Galenus in commentario* περὶ ὅρων διδασκαλίας, *quærit quid sit*, ἐπέχειν, *&* τὸ καλαληπτόν, *contra Favorinum.*

Ἐκ κάμπης γίνεται χρυσαλλίς. *Theodorus*, ex Tinea fit Eruca. *Hanc historiam habes apud præceptorem. Plinius* κάμπην, *Erucam. At* χρυσαλλίς, *Eruca non est, neque* κάμπη, *Tinea. Est autem* χρυσαλλίς *mirabilis, quasi Gammarus, aut Squilla simul compaċta sub cortice: cui nulla ratione dare queas erucæ nomen.*

Οὐδὲν ἴσως ἄτοπον. *Quia suprà dicebat*, ἄτοπον δ' ἂν δόξειεν: *absurdam videri posse mutationem, & subjunxit historiam ex animalibus, quæ mutantur. Posuit sententiam*, οὐδὲν ἄτοπον. *Sane quia est, & in natura, & ordinarium. Et addit*, οὐδ' ὅμοιον τὸ ζητούμενον. *Non igitur similis quæstio. Natura enim ut ex ovo, ita ex verme facit animal, quasi perficiens, non quasi corrumpens. Nam tametsi vermis postea non est id, quod prius erat, quod ad sensum apparet: at quantum intelleċtione quit percipi, & est hoc, quod erat, & hoc amplius, quod nunc existit. Neque enim vermis moritur, ut nascatur apis: quin corpori pristino addit magnitudinem, pedes, alas. Ita manente vita, alias partes, alia officia adipiscitur. Sic fœtus humanus post certos primores dies, qui à nobis in libris de semine genitali digesti sunt, ex homine in potentia, homo in aċtu fit. Qua ratione eum intelligas; quo tempore anima nondum agit intelleċtiva, gerere proportionem talem ad futurum hominem, qualem vermis ad apem. Alio modo, alijs naturæ legibus, apes fit è vitulo putrefaċto. At in mentha longe diversa observatio. Etenim sisymbrium neutiquam perficitur ea mutatione, sed deterius fit. Ipse autem sequentibus verbis declarat, quamobrem non sint similes in plantis mutationes, & mutationes in animalibus. Quippe, inquit, in plantis evenit,* αὐτομάτως, τὸ μεταβλαστάνειν, *eaque mutatio talis fit ex cælesti vi. Quæ verba valde sunt notanda: simul quid sit*, αὐτόματον, *quod tamen cum eo conjungitur, quod ipse* οὐράνιον *vocat. In animalibus sic agnoverat;* μεταβολαὶ φυσικαί. *Si non sunt similes; ergo in plantis,* οὐ φυσικαὶ *videntur. Præterea, si in animalibus non est* ἄτοπον, *& id quod quærimus, non est* ὅμοιον: *igitur in plantis est* ἄτοπον. *Iccirco dixit per adversativam,* ἀλλά. *Quia opponitur* τὸ αὐτόματον, *naturæ ordinariæ. Videbis amplius in libris physicorum. Caussam tamen hujus* αὐτομάτου, *elicit* τὸ οὐράνιον. *Intelligit à sole, & canicula. De hoc item uberius ijs in libris disputatum est, in quibus Galeni sententiæ perpenduntur, præsertim in libro primo prognosticorum: si velimus paulisper exercere nos interpretando, licet. Theodorus sic*, Verum ita arboribus, summatimque omnibus terræ stirpibus evenit, ut antè jam diċtum est, quo sponte germinetur, faċta mutatione quadam ex vi aspeċtus cœlestis. *Fidelius.* Verùm id evenit, cum arboribus, tum universo plantarum generi, quemadmodum suprà diċtum est: ut & sine naturæ instituto præter suam speciem germinent: atque ejusmodi mutatio ex cœli vi fiat. *Sic cùm dixit* οὕτω, *Theodorus minus diligenter, ita. Suprà*

Suprà enim ostendit Theophrastus, quid intersit inter οἰκεῖα, *&* οἰκείως. ὅλως, idem summatim. *Omnino potius*, & in universum. ὕλην *quoque non est assequutus. At Philosophorum orationem pro matrona sese decet gerere. Ea enim non tam ornatus indiget, quàm munditiarum. Evenit itaque, inquit, materiæ. Non inania verba sunt. Formæ enim eveniunt materiis. Nos dicimus generi, propterea quòd genus, pro materia est: differentia pro forma. Neque illud explevit,* τὸ μεταβλαστάνειν: germinetur spõte: *omitto impersonale ambitiosum. Veteres latini, ut Plautus & alij, item Cicero per nomen potius essent eloquuti,* germinatio fiat. *At, quod plus est, non quærimus id nunc, an sponte germinent. Id etiam Clibanarij sciunt ruri, qui in summis furnis herbas conspicantur. Sed illud videndum, an* αὐτομάτως, *degenerent, id est, exeant extra genus. hoc est,* μεταβλαστάνειν, *ut* μεταμορφῶσαι, *&* μετεμψύχωσις: *&* τὸ αὐτόματον *hîc non est sponte, sed casu: & non eo naturæ consilio, quod certis legibus certum finem appetit: sponte inquàm non est, si habet à cœlo caussam. Neque dicas,* τὸ μεταβλαστάνειν, *esse declaratum per id verbum, germinetur, &, facta mutatione. Duæ namque mutationes sunt, una effectus, in planta; altera causa,* ἐν οὐρανίοις.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Ὕδρον εἰς ἔχιν. *Legendum* ὕδρος εἰς ἔχιν, *ut apud Constantinum Cæsarem,* γεωπονικῶν, *lib.* I. *cap.* XV. ὕδρος *verò dicitur à Cicerone natrix, & hydrus à Plinio.*

Λιβάδων. *Hæc vox potius poetica, ut Latinè latex, latè patet magisque quàm* ὕδωρ. *In aquis itaque malui vertere, quàm in stagnis, hydri enim non in solis stagnis reperiuntur.*

Χρυσαλίς. *Lege Aristot. histor. lib.* IX. *pag.* CCLXXIX. *Ait verò Plinius lib.* XI. *cap.* XXXII. *de hoc insecto loquens;* Inde porrigitur vermiculus parvus, & triduo mox eruca: quæ adjectis diebus accrescit, immobilis, duro cortice: ad tactum tantum movetur aranei. *Hæc eruca quam chrysalidem appellant, rupto deinde cortice volat papilio. Idem cap.* XXXVI. *inquit, ex quadam tinearum genere etiam fieri chrysalidem. Lege ipsum Theophr, de Causis lib.* V. *cap.* VIII.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἐς ἔχιν.) Εἰς ἔχιν, rectè legit Robert. Constantin. Geoponicωn auctor, quem malè Constantinum Cæsarem docti putant lib. XV. cap. I. Θεόφραστος καὶ Ἀριστοτέλης φασὶ, τὰ ζῶα οὐ μόνον ἐξ ἀλλήλων γεννᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτόματα γίνεσθαι, καὶ ἀπὸ τῆς γῆς σηπομένης. αὐτῶν δὲ τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν μεταβάλλεσθαί τινα εἰς ἕτερα. ἐπεὶ γὰρ τὴν κάμπην φασὶν εἰς ζῶον ἕτερον πτερωτὸν τὴν καλουμένην ψυχὴν, καὶ τὰς ἀπὸ τῆς συκῆς κάμπας εἰς κανθαρίδας, τόν τε ὕδρον εἰς ἔχιν ξηραινομένων τῶν λιμνῶν. Ἔνια δὲ καὶ κατὰ τὰς ὥρας δοκεῖ μεταβάλλειν, ὥσπερ ὁ ἱέραξ, καὶ ὁ ἔποψ μεταβάλλει, καὶ ἐριθακος, καὶ οἱ καλούμενοι φοινικοῦροι θερινοί. *Theophrastus & Aristoteles produnt animalia, non solum ex animalium coitu generari, sed etiam sponte natura provenire, & ex putrescente terra, ex ipsis autem animalibus & plantis quadam transmutari in alia, nam erucam ajunt transire in aliud animal alatum, muscam vocatum, & erucas fici in cantharidas, & Hydrum in viperam, ubi stagna sunt exsiccata. Quædam certis temporibus transformari videntur, velut acccipiter & upupa invicem transformantur & erithalos & qui vocantur phoenicuri æstivi.*

Chrysallidos historiam tradit Aristoteles lib. V. Hist. animal. cap. XIX, Γίνονται δὲ αἱ μὲν καλούμεναι ψυχαὶ ἐκ τῶν καμπῶν. αἱ δὲ, γίνονται ἐκ τῶν φύλλων τῶν χλωρῶν, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς ῥαφάνου ἣν καλοῦσί τινες κράμβην. πρῶτον μὲν ἔλαττον κέγχρου· εἶτα μικροὶ σκώληκες, καὶ αὐξανόμενοι· ἔπειτα ἐν τρισὶν ἡμέραις κάμπαι μικραί. μετὰ δὲ ταῦτα αὐξηθεῖσαι, ἀκινητίζουσι, καὶ μεταβάλλουσι τὴν μορφὴν, καὶ καλοῦνται χρυσαλλίδες, καὶ σκληρὸν ἔχουσι τὸ κέλυφος· ἁπτομένου δὲ κινοῦνται. περιέχονται δὲ πόροις ἀραχνιώδεσιν, οὔτε στόμα ἔχουσιν, οὔτε ἄλλο τῶν μορίων διάδηλον οὐθέν. χρόνου δὲ πολλοῦ διελθόντος περιρρήγνυται τὸ κέλυφος, καὶ ἐκπέτονται ἐξ αὐτῶν πτερωτὰ ζῶα, ἃς καλοῦμεν ψυχάς. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὅταν ὦσι κάμπαι, τρέφονται καὶ περίττωμα ἀφιᾶσιν. ὅταν δὲ γένωνται χρυσαλλίδες, οὐδὲν οὔτε γεύονται, οὔτε προΐενται περίττωμα. *Fiunt igitur papiliones ex erucis, hæ autem ex folijs virentibus, potissimum rhaphani illius quam brassicam aliqui vocant. Primum milio minor est, deinde minuti vermes, tum crescentes tertio die erucæ pusillæ. post hæc auctæ nullum motum edunt, ac formam mutant: vocanturque chrysallides, crustaque dura continentur, atque si attingantur, motum edunt, araneosis meatibus obducuntur, quæ neque os habent, neque partem ullam aliam manifestam. Crusta multo post tempore obrumpitur tandem, unde alata animalia evolant, quos nominant papiliones. Initio igitur dum sunt erucæ & aluntur, dejiciunt excrementum, factæque cum sunt chrysallides, quicquam neque gustant, neque excernunt.* ἐκ τῶν φύλλων, intellige, non ex ipsis folijs, sed eorum lentore. Plin. lib. XI. cap. XXXII. *Multa autem insecta & aliter nascuntur, atque imprimis ex rore. Insidet hic raphani folio primo vere, & spissatus sole in magnitudinem milij cogitur: inde porrigitur vermiculus parvus, & triduo eruca: quæ adjectis diebus accrescit, immobilis, duro cortice: ad tactum tantum movetur aranei. Hæc eruca quam chrysalidem appellant, rupto deinde cortice volat papilio.* Quod de universo quodam genere insectorum prodidit Aristoteles, Plinius de papilione particulatim refert. Nec rhaphani folio insidere scribit Aristoteles, sed ex foliis virentibus brassicæ, seu potius foliorum lentore nasci tradit. Confundit ubique fere Plinius rhaphanum & brassicam. Vide quæ supra lib. I. diximus, antiquos nimirum ῥάφανον, brassicam vocare, recentiores vero Græcos, τὴν ῥαφανίδα ῥάφανον; quod imitati sunt Latini. *Ad tactum tantum movetur aranei.* Quid illa verba significent, ignoro; corrupta sine dubio. Lego cum doctissimo Dalecampio, *Eruca quæ immobilis accrescit, sed adjectis diebus, dura tecta cortice & araneis obsita, ad tactum tantum movetur.* Hujus erucæ quam tum chrysalidem appellant, rupto cortice evolat papilio. Vel postrema in hunc sensum legi possunt; *Ex erucæ, quam tum chrysalidem appellant, rupto cortice evolat papilio.* Vide lib. V. de caus. cap. VIII.

ΚΕΦ. Ζ. CAP. VII.

De satione, & scrobibus, & radice, & positu arborum, & satione ficus.

Ἀλλ᾽ ἐκεῖνο συμβαίνει περὶ τὰ δένδρα καὶ ὅλως πᾶσαν τὴν ὕλην, ὥσπερ ἐλέχθη καὶ πρότερον, ὥστε αὐτομάτως μεταβλαστάνειν, μεταβολῆς τινὸς γινομένης ἐκ τῶν οὐρανίων τοιαύτης· τὰ μὲν οὖν περὶ τὰς γενέσεις καὶ μεταβολὰς, ἐκ τούτων θεωρητέον. ἐπεὶ καὶ αἱ ἐργασίαι καὶ αἱ θεραπεῖαι μεγάλα συμβάλλονται, καὶ ἔτι πρότερον αἱ φυτεῖαι, καὶ ποιοῦσι μεγάλας διαφορὰς, λεκτέον καὶ περὶ τούτων· καὶ πρῶτον περὶ τῶν φυτειῶν. αἱ μὲν οὖν

† VErum ita arboribus summatimque omnibus terræ stirpibus evenit, ut ante iam dictum est, ut sponte facta mutatione aliter germinent, ex vi aspectus cœlestis. Generationes igitur mutationesque ex hisce contemplandæ. Cum vero cultus operaque plurimum valeat, atque etiam magis sationes magnas differentias faciant; de his quoque referre decet: & primo de satione. Et tempora quidem ante exposuimus,

† Verùm id evenit tum arboribus, tum universo plantarum generi, quemadmodum supra dictum est, ut & sine naturæ instituto, præter suam speciem germinent, atque ejusmodi mutatio ex cæli vi fit.

quibus

ὧραι πρότερον εἴρηνται, † καθ' ἃς δὴ τά, τε φυτὰ λαμβάνειν κελεύουσιν ὡς μάλιστα καὶ ἐξ ὁμοίας γῆς, εἰς ἣν μέλλεις φυτεύειν ἢ χείρονος. τοὺς δὲ ‡ γυροὺς προορύττειν ὡς πλεῖστον χρόνον καὶ βαθυτέρους ἀεὶ καὶ τοῖς ἐπιπολαιορριζοτέροις. λέγουσι δέ τινες, ὡς οὐδεμία " ῥίζα κατωτέρω διικνεῖται τριῶν ἡμιποδίων, διὸ καὶ ἐπιτιμῶσι τοῖς ἐν μείζονι βάθει φυτεύουσιν. οὐκ ἐοίκασι δὲ ὀρθῶς λέγειν ἐπὶ πολλῶν. ἀλλ' ἐὰν μὲν † χώματος ἐπιλάβηται βαθέος, καὶ χώρας τοιαύτης, ἢ τόπου, πολλῷ μακρότερον ὠθεῖ τὸ τῇ φύσει βαθύρριζον. πεύκην δέ τις ἔφη μεταφυτεύων μημοχλευμένην, μείζω τὴν ῥίζαν ἔχειν ἢ ὀκταπηχυν, καίπερ οὐχ ὅλης ἐξαιρεθείσης, ἀλλ' ἀποῤῥαγείσης. τὰ δὲ φυτευτήρια, ἐὰν μὲν ἐνδέχηται, ὑπόρριζα, εἰ δὲ μή, δεῖ μᾶλλον πρὸ τῶν κάτω ἢ τῶν ἄνω λαμβάνειν, πλὴν ἀμπέλου. καὶ τὰ μὲν ἔχοντα ῥίζας, ὀρθὰ ἐμβάλλειν, τὰ δὲ μὴ ἔχοντα ὑποβάλλειν τοῦ φυτευτηρίου, οἷον σπιθαμὴν ἢ μικρῷ πλεῖον. ἔνιοι δὲ κελεύουσι καὶ τῶν ὑπορρίζων ὑποβάλλειν. τιθέναι δὲ καὶ τὴν θέσιν ὁμοίως, ἥνπερ εἶχεν ἔνια τῶν δένδρων τὰ πρὸς βορρᾶν, καὶ τὰ πρὸς ἕω, καὶ τὰ πρὸς μεσημβρίαν. ‡ ὅσα δὲ ἐνδέχεται τῶν φυτῶν, καὶ προμοσχεύειν τὰ μὲν, ἐπ' αὐτῶν τῶν δένδρων οἷον ἐλαίας, μηλέας, ἀπίου, συκῆς· τὰ δὲ ἀφαιροῦντας· οἷον, ἀμπέλου· ταύτην γὰρ οὐχ οἷόν τε ἐπ' αὐτῆς μοσχεύειν. ἐὰν δὲ ὑπόρριζα τὰ φυτὰ μηδὲ " ἀπόπρεμνα λαμβάνειν † ἐνδέχηται, καθάπερεὶ τῆς ἐλαίας καὶ συκῆς καὶ τῶν ἄλλων, [ξύλον τμητέον, καὶ μεταβληθέντος λίθου φυτευτέον.] φυτεύεται καὶ ἡ συκῆ, ἐάν τις κράδην " παχεῖαν ἀποξύνας σφύρᾳ παίσῃ, ἄχρι οὗ ἂν ἀπολίπῃ μικρὸν ὑπὲρ τῆς γῆς, εἶτ' † ἐπ' αὐτῆς ‡ ἄμμον βαλὼν ἄνωθεν ἐπιχώσῃ. καὶ γίνεσθαι δέ φασι, καὶ καλλίω ταῦτα τὰ φυτά, μέχρι οὗ ἂν ἢ νέα. παραπλήσια καὶ τῶν ἀμπέλων, ὅταν ἀπὸ τοῦ παττάλου. " προσοδοποιεῖ οὕτω καὶ ῥοὰν καὶ ἄλλα τῶν δένδρων. ἡ συκῆ δὲ ἐὰν ἐν σκίλλῃ φυτευθῇ, θᾶττον παραγίνεται, † καὶ ἧττον ὑπὸ σκωλήκων κατεσθίεται. ὅλως δὲ πᾶν ἐν σκίλλῃ φυτευόμενον ἔβλαστε, καὶ θᾶττον αὐξάνεται. ὅσα δὲ ἐκ τοῦ στελέχους καὶ διακοπτόμενα φυτεύεται, κάτω τρέποντα τὴν τομὴν δεῖ φυτεύειν. διακόπτειν δὲ μὴ ἐλάττω σπιθαμιαίων, ὥσπερ ἐλέχθη, καὶ τὸν φλοιὸν προσεῖναι. ‡ φύεται δὲ ἐκ τῶν τοιούτων ἔρνη. βλαστανόντων δὲ ἀεὶ προσχωννύειν, ἄχρις οὗ ἂν γένηται ἄρτιον. αὕτη μὲν οὖν τῆς ἐλαίας ἰδία καὶ τοῦ μυρρίνου. αἱ δὲ ἄλλαι κοινότεραι πᾶσιν. ἄριστον δὲ καὶ ῥιζώσασθαι, καὶ φυτείας μάλιστα τῆς τυχούσης ἡ συκῆ. φυτεύειν δὲ καὶ ῥοὰς, καὶ μυρρίνους, καὶ δάφνας πυκνὰς κελεύουσι, μὴ πλέον διεστώσας ἢ ἐννέα πόδας. μηλέας δὲ μικρῷ μακρότερον. ἀπίους δὲ καὶ " ὄχνας ἔτι μᾶλλον. " ἀμυγδαλᾶς δὲ καὶ συκᾶς πολλῷ πλέον. † ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ῥοιάν. ποιεῖσθαι δὲ καὶ πρὸς τόπον τὰς ‡ ὑποστάσεις. ἐν γὰρ τοῖς ὀρεινοῖς ἔλαττον ἢ ἐν τοῖς πεδινοῖς. μέγιστον δὲ, ὡς εἰπεῖν, τὸ τὴν πρόσφορον ἑκάστῳ χώραν ἀποδιδόναι· τότε γὰρ εὐσθενεῖ μάλιστα. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐλαίᾳ μὲν καὶ συκῇ καὶ ἀμπέλῳ τὴν πεδινὴν " πᾶσιν οἰκειοτάτην εἶναι· τοῖς δὲ ἀκροδρύοις τὰς † ὑπωρείας. χρὴ δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὁμογενέσι μὴ ἀγνοεῖν τὰς οἰκείας. ἐν πλείστῃ δὲ, ὡς εἰπεῖν, διαφορᾷ τὰ τῶν ἀμπέλων ἐστίν. ὅσα γάρ ἐστιν εἴδη, τοσαῦτα τινές φασι καὶ ἀμπέλων εἶναι. ‡ φυτευόμεναι μὲν οὖν κατὰ φύσιν ἀγαθὰ γίνεσθαι. παρὰ φύσιν δὲ ἄκαρπα. ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ κοινὰ πάντων.

† καθ' ἃς δεῖ πάντα φυτὰ λαμβάνειν κελεύουσιν, ὡς τάχιστα· καὶ ἐξ ὁμοίας γῆς εἰς ἣν μέλλει φυτεύειν ἢ χείρονος Ald. Bas. καθ' ἃς δὴ πάντα φυτὰ λαμβάνειν, κελεύουσιν καὶ φυτεύειν ὡς τάχιστα Stal. ἐξ ὁμοίας γῆς εἰ δὲ μὴ, μὴ χείρονος Const. lege καθ' ἃς δεῖ πάντα φυτὰ λαμβάνειν. κελεύουσιν ὡς μάλιστα ἐξ ὁμοίας γῆς εἰς βελτίονα φυτεύειν, εἰ δὲ μὴ, μὴ χείρονος, vel si placeat χείρονα. ‡ πυροὺς Ald. Bas. Varro σειρούς. " deest Al. Bas. † σώματος Al. Bas. ‡ adde, καὶ δυσμήν. " ὑπόπρεμνα. † deest Ald. Bas. [conclusa desiderantur in Ald. & Bas. codd. " ταχεῖαν. † deest Al. Bas. ‡ ἄμμου Al. Bas. " προσοδοποιεῖ γὰρ ὁ πάτταλος ἐκείνῳ τῷ κλήματι διὰ τὴν ἀσθένειαν. φυτεύουσι οὕτω καὶ ῥοάν. † deest Al. Bas. legit Athenæus, λέγει δὲ καὶ τὴν συκῆν, ἐὰν ἐν σκίλλῃ φυτευθῇ θᾶττον παραγίνεσθαι, καὶ ὑπὸ σκωλήκων μὴ διαφθείρεσθαι, καὶ πάντα δὲ ἐν σκίλλῃ φυτευθέντα, καὶ θᾶττον αὐξάνεσθαι, καὶ εὐβλαστῆ γίνεσθαι. lege ὅλως δὲ πᾶν ἐν σκίλλῃ φυτευόμενον, εὐβλαστές γίνεται, καὶ θᾶττον αὐξάνεται. vel φυτευόμενον εὐβλαστὲς καὶ θᾶττον, omisso verbo γίνεσθαι. ‡ φυτεύεται Al. " Plin. non legit. † lege ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἐλαίαν ποιεῖσθαι. ‡ ἀποστάσεις lib. II. de caus. " lege φύσιν, † ὀπώρας. ‡ φυτευόμεναι Al. Bas.

† quibus plantas quam primum petere conveniat: & à solo simili ejus quo serendum statueris; aut etiam deteriore. Scrobes vero tempore ante longissimo atque altius semper defodiendum: etiam ijs quæ " telluri summæ adhærent. Radicem autē nullam altius descendere † ternis semipedibus quidam volunt: itaque illorum consilium improbāt qui altius serunt. Sed haudquaquam recte id affirmasse in plerisque videntur. Nam si aut solum altum, aut regionem commodam, aut etiam terram facilem nanciscantur; multo longiorem radicem impellunt: quæ scilicet apta sint stirpe alta adhærere. Pinum itaque ‡ vecte sollicitatam, quo transferetur, longiorem quam octo cubita radicem habere, quidam vidisse retulit, quamquam non totam refossam sed abruptam. Plantas, si fieri possit, " corpore fibrato capi oportet: sin minus, ex parte potius inferiore, quam superiore assumes: præterquam in vite. Et fibratas † in recto demittendum: at ‡ infibres, aut ad palmi magnitudinem, aut plus paulo sternendum. Quidam etiam fibratas ipsas sternendas præcipiunt. Positum quoque obseruandum ex æquo, quem arbores nonnullæ haberent, aut in Aquilonem versæ, aut in Orientem, aut in Meridiem. " Plantas etiam ipsas viviradices faciendum; quæ scilicet pati hoc valeant. Alias apud arbores ipsas; ut oleas, piros, malos, ficus: alias exemptas; ut vites. Quippe cum istæ apud parentem viviradices minimè effici possint. Si autem plantæ fibratæ, aut particula stipitis suffultæ accipi nequeāt, ut oleæ; † lignum subtus scindendum & lapide interjecto serendum: pari modo & fici & reliquarum. Seritur ficus, & si quis ‡ ramum vastiorem exacutum percutiat malleo: quoad super terram exiguum relinquat, ac deinde arena superinjecta operiat: easque plantas meliores effici volunt, quamdiu novellæ extant. Vitis quoque satio similis cum palo seritur. Plus enim ratione infirmitatis palmitem antecedit. Serunt hoc modo & punicam & alias arbores. Ficus, si " juxta scillam seratur, ocyus crescit minusq; à vermibus infestatur. Summatim omne scillæ † appositū, facilius germinat, celeriusque augescit. Quæ autem ex trunco præcisaq; seruntur, ‡ deorsū versus sectura inversa serere oportet, nec palmo minora præcidere, ut retulimus, corticemq; minimè detrahere. " Seruntur autem ex his rami: † quibus germinantibus, terram semper assidue accumulandam: quoad satis corroborentur. Hæc oleæ myrtique satio propria est. Cæteri autem communius omnibus competunt. ‡ Ficus in radicando præcipua, & satione qualibet maxime inter omnes arbores provenit. Punicas, myrtos, lauros, crebras serere, non plus quam novenos pedes distantes, præcipiunt. Malos distantiores paulo: " piros amplius & prunos. Amygdalas & ficos; multo amplius. Simili modo & † punica. Pro loci quoque ratione intervalla relinquenda: in montanis enim minora, quam in campestribus. Omnium autem (ut sic dicam) maximum, ut solum commodum conveniensque cuique tribuatur. Tunc enim præcipue quodque viget. Vt autem absolute loquamur, oleæ, fico, utique solum campestre maxime competere statuunt: ‡ nucum autem pomorumque generi radices montium. Nec inter ea quibus genus commune est, solum accommodandum ignorare oportet. Vitium differentia maxime numerosa est. Quot enim genera telluris: totidem & vitium esse quidam affirmant. Quæ cum secundum naturam seruntur; frugiferæ proveniunt: cū præter naturam; facile sterilescunt. Igitur hæc omnium quodammodo communia sunt.

† *quibus plantæ ad transplandum peti debent; accipiendæ autem sunt, ex terra quam simillima; ea si non detur, saltem non ex deteriore; plantandæ autem sunt in similem aut non deteriorem.* " *In summo terræ obrepunt.* † *sesquipede.* ‡ *vectibus labefactatā.* " *aliquid radicis habentes.* † *inflexas ponendum.* ‡ *radicibus carentes.* " *aut occidentem.* *plantæ etiā ipsæ ex stolonibus ramulisque propagantur; quibusdam convenit serere, stolonibus ipsi matri adnexis, ut oleæ, pyro, fico, malo. Vitis verò propagari vult, ramo ab ipsa arbore ablato. hæc enim apud parentem pullum minimum procreare potest.* † *fici.* ‡ *surculum.* " *in.* † *impositū.* ‡ vide annotata. " *enascūtur.* † *quibus enascentibus terra assidue aggeritur ad integrā usque ætatem.* ‡ *ficus sata ad radices emittendas nulla præcipue eget satione, sed omnibus modis provenit.*

" *pyros amplius pyrosque sylvestres translatas;* ὄχνας, *id est, sylvestres ante translationem, dictas.* † *olea.* ‡ *nucum generibus.*

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

TA' μὲν οὖν περὶ τὰς φύσεις. *Hinc melius diversum caput inchoare. Est autem transitus à mutationibus αὐτομάτοις, ad arte factas mutationes. Artis summam statuit ἐν φυτείᾳ, & sub ea ἐργασίαν καὶ θεραπείαν. Theodorus melius fecisset, si ἐργασίαν, operam dixisset, θεραπείαν, cultum: quod & suprà memorabamus. Illa est laboris, hæc artis. Colere autem Græcum priscum Æolensium, ut in originibus dictũ est. βωκόλος, ampliore apud veteres significatu tanto, quanto vetustior pastio aratione.*

Τὰ τὰ φυτὰ λαμβάνειν κελεύουσιν ὡς τάχιστα. *Theodorus,* quibus plantas primum petere conveniat. *Κελεύουσιν, fortasse plus faveret huic sententiæ. Sed quid est ὡς τάχιστα? Libet sic ariolari. Vocant rustici λαμβάνειν τὰ φυτὰ ὡς τάχιστα. Suis temporibus quæ seruntur, celerrimè proveniunt. hoc κελεύουσιν, in plantis λαμβάνειν, sic etiam hodie loquimur. Et Palladius in Tertio:* cujus beneficio asserunt sata omnia comprehendere. *Molliorem orationem fortasse ad hunc modum probos. καθ' ἃ δὲ τὰ φυτὰ λαμβάνειν κελεύουσι, καὶ φυτεύειν ὡς τάχιστα. Verùm in illo, καὶ φυτεύειν ὡς τάχιστα, est, quod aut quæras, aut desideres.*

Τὰς δὲ πυρὰς. *Theodorus,* scrobes. *Varro in primo de re Rustica, sub terra in Asia scrobes ait factitatas pro granarijs: easque Græca voce Syros appellari. Ita enim scriptum est, non πυρὰς. ἀποθήκη, commune nomen universæ annonæ, κηλιὰν ad eum usum significandi apud Hesiodum interpretantur. γυροὺς, fossiones, & pastinationes, & scrobes; legas in libris γεωπονικῶν, in quibus etiam horreum, σιροβόλειον.*

Τριῶν ἡμιποδίων. Tres semipedes, *Theodorus. rectè. Latini, sesquipedem. Similis loquutio infrà quoque.*

Τὰ μὲν ἔχοντα ῥίζας. *Theodorus,* fibratas. *probè. At τὰ μὴ ἔχοντα,* infibres. *ambitiosè. Quinetiam fibra, non omnis radix, sed tenuis tantùm, & radicis capillamentum. Itaque videretur eas excludere, quibus etiamnum è justa radice sit aliquid reliqui: minus commodè, ὑποβάλλειν, subjicere. Theodor. rectè,* sternere, *flexas scilicet.*

Ο'σα δὲ ἐνδέχεται τῶν φυτῶν & παραμοσχεύειν. *Theodorus.* Plantas etiam ipsas viviradices efficere oportet. *At jam dixit hoc, ἐὰν ἐνδέχηται ὑπόρριζα. Hæc & viviradix, quam ipse malebat ibi fibratam appellare. Viviradix, est tum à vita, quàm vivit: tum ab radice, propter quam vivit. Παραμοσχεύειν, est genus, ad viviradicem, & ad quemcunque modum propagationis: sive ab ramis, aut sarmentis fiat, sive ab eo, quod sobolem vel stolonem veteres Latini, Vascones Barbatum vocant. Sic etiam ipse dicit: τὰ μὲν ἐπ' αὐτῶν, τὰ δ' ἀφαιρεθέντας. Demosthenes in Oratione contra Aristogitonem metaphoricè usus est ad hominum successionem. Illud majoris operæ. Nam quomodo intelligas, οὐχ' οἷον εἶναι ἐπ' ἀμπέλῳ μοσχεύειν. Quippe & stolones emittit, & propagari solet, vel tot modis, quot dicebamus, ἀπόρρυγα κληματίδα vocat Anatolius.*

Μὴ δ' ὑποβάλλομεν. *Theodorus,* ὑποβάλλομεν. *rectè. In nostro Codice illa desunt. Oleæ lignum scindendum, atque lapide indito serendum.* Κράδην παχεῖαν. *Theodorus* παχεῖαν *videtur legisse:* vastiorem, *inquit. Ita Plinius,* τραχεῖαν, *argutè reponeres. Vetustiores enim asperiores sunt. Suprà quoque anniculas, sive annotinas rejiciebat.*

Ε'ν σκύλλῃ. *Theodorus,* non in scylla, *sed juxta. Et iterum mox, de eadem,* ἐν σκύλλῃ, *idem, juxta oppositum. Sic & in lib.* VII. ἐν αὐτῇ. *Et Theodorus ad hunc eundem modum,* apud eam. *Palladius tamen in Tertio,* sarmentum intra squillæ bulbum.

Φυτεύεται δὲ ἐκ τῶν τοιούτων ἔρνη. *Theodorus,* seruntur ex his rami. *Sic enim mandantur illa* ἀνθυπαλλαγή. *At cùm terræ jam mandata sint, quomodo ex ijs rami seruntur? Nequaquam* φυτεύεται, *sed* φύεται, enascuntur. *Quibus enascentibus humus aggeritur: hoc enim est,* περιχωννύειν. Γίνεται ἄρτιον. *Theodorus,* corroboratur. *rectè,* donec adultum fuerit. *Ita latinè dicimus, ætate integra. hoc est,* ἄρτιον.

Α'γεσθαι δὲ ῥιζοῦσθαι, καὶ φυτεύεσθαι μάλιστα τῆς τυχούσης ἡ συκῆ. *Brevis, & Attica, & rotunda loquutio. Theodori, horrida, & infœlix, & obscura. Ficus in radicando præcipua: & satione qualibet, maximè inter omnes arbores. Intelligas, Ficum satam ad radices emittendas nulla præcipuè egere satione: sed omnibus modis provenire.*

Ω'σαύτως δὲ τὴν ῥοιάν. *Simili distantia scilicet, quo intervallo amygdalus, & ficus. At hæ majore, quàm pyrus. Pyrus, quàm malus. Malus, quàm* ῥοιά. *Vt aut sit in Codice mendum, aut in autore contradictio. Animadvertes etiam* ἀπίους καὶ ὄχνας. *Vtrumque alibi pyrum sine discrimine significat. Theodorus legit,* prunos. *Verùm hi neutiquam tantùm exigunt intervalli, atque malus. Duas species capere commodius est.*

Τὰς ὑποστάσεις. Distantias, *Theodorus. probè.* Διάστασις, *est distantia, ut notat spatium.* ὑπόστασις, *est distantia, ut notat moram, atque immobilitatem: id est, privationem ad propius accedendum. Sic apud Livium, feras subsistere; quod alij, expectare.*

Ε'λαίᾳ, καὶ συκῇ, & ἀμπέλῳ τὴν πεδινήν. *At contra doctissimus Poeta:*

——— Apertos Bacchus amat colles.

Et sane ita est. Ficus quoque montani meliores, atque sapidiores.

Χρὴ δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς ὁμοιοῦσθαι μὴ ἀγνοεῖν τὰς οἰκείας. *Ne recenseret omnes arbores: proportionem, ac similitudinem generum proportioni, ac similitudini terræ accommodavit: sed mirum. Quot enim, inquit, terræ species, tot & vitium. Ego verò nego id: ajoque, aut esse hoc in vitibus falsum, aut omnibus arboribus commune: ut æque juventur sole, lædanturve, aut alio quo modo aliæ ab alijs terris afficiantur. Præterea atque in summa dico, non speciem mutari à terra: verùm eandem in diversis inveniri: modum verò tam cæteris plantis, quàm vitibus, & adesse, & abesse.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

EΞ ὁμοίας. *Hunc locum etiam attigit Plinius lib.* XVII. *cap.* XI. *ubi ait,* Ante omnia igitur in similem transferri terram, aut meliorem oportet. *Sic verò Cato de re rustica cap.* XLVI. Et quam simillimum genus terræ eæ, ubi semina positurus eris. *Quod præceptum Virgil. Georg.* II. *eleganter expressit,*

> At si quos haud ulla viros vigilantia fugit:
> Ante locum similem exquirunt, ubi prima paretur
> Arboribus seges, &c.

Lege etiam quæ scribit Constantinus Cæsar γεωπονικῶν *lib.* II. *cap. pen. Dixit etiam ipse Theophrast. de Causis libro* III. *cap.* VI. *plantas,* ἐξ ὁμοίας γῆς, εἰ δὲ μὴ, μὴ χείρονος λαμβάνειν. *Quo loco, hic depravatus corrigitur.*

Πυρὰς προορύττειν. *Legendum* γύρους προορύττειν, *id est, scrobes præfodere: ut ex hoc loco vertit Plinius libro* XVII. *cap.* XI. *Lege etiam Theophrast. libro* III. *de causis cap.* V. & XVIII.

Τριῶν ἡμιποδίων. *De scrobium altitudine consule Plinium lib.* XVII. *cap.* XI. *ubi ait ex Græcorum authoritate non altiores quino semipede esse debere: nusquam verò sesquipede minores &c.*

Πεύκη μεμοχλευμένη. Pinus vectibus labefactata, *ut loquitur Cicero, vel eruta, & exempta. Nam & arbores in translatione ex seminarijs ita educere præcipiunt, ut exemptas radices esse, non avulsas appareat. Lege Plinium libro* XVII. *cap.* XI.

Ο'ρθὰς ἐμβάλλειν. *Ex hoc loco dixit Plinius libro* XVII. *cap.* XI. *Radices inflexas poni melius. Notandumq; inflexas nove dixisse. Nam* ἀγκύλας *ῥίζας esse vult. Infrà* ἐκ τῆς κοινοῦ *intellige* ἀνθυπαλλαγήν, *post secundum* ὑποβάλλειν.

Τιθέναι. *Hoc præceptum de situ atque positione arbuscularum, quæ transferuntur ex seminario, ita expressit Virgilius Georgic.* II.

> Quinetiam cœli regionem in cortice signant:
> Ut quo quæque modo steterit, qua parte calores
> Austrinos tulerit, qua terga obverterit axi,
> Restituant.

Ex quo dixisse videtur Columella lib. III. *cap. ult.* Quinetiam quam cœli partem spectat genus quodque vineti, plurimum refert: neque enim omni calido statu, nec rursus frigido lætatur, sed est proprietas in surculis; ut alij meridiano axe convalescant, quia rigore vitiantur: alij Septentrionem desiderent, quia contristentur æstu: quidam temperamento lætentur orientis, vel occidentis, *&c. Idem lib. de arbor. cap.* XX. Priusquam arbusculas transferas, rubrica, vel alia qualibet re signato, ut iisdem ventis, quibus antè steterunt, restituas eas. *Et Palladius in Februario cap.* XIX. Plantas, *inquit,* similiter notabimus, ut ipsis quibus steterant cardinibus opponamus. *Quare, ut apparet, Plinium ita scribentem* lib. XVII. *cap.* XI. *Catonis authoritati, & diligentiæ nimium tribuisse, atque fidissimè judicandum,* Non omisisset idem, *inquit,* si attineret meridianam cœli partem signare in cortice, ut

translata in iisdem & assuetis statueretur oris, &c. *Constantinus Cæsar etiam* περὶ μεταφυτείας *loquens, id est de translatione arborum ex seminariis, inquit lib. eod.* Δεῖ δὲ ἐν τῷ φυτεύειν τὸ δένδρον, φυλάττειν τοὺς ἀνατολὰς καὶ δύσεις ἀρχαῖον σχῆμα. *Lege etiam, quæ scribit ipse Theophrastus de causis lib.* III. *cap.* VI.

Παραμοσχεύειν, *propriè est ex pullis sive stolonibus propagare. Vocantur autem stolones* μοσχεύματα, παραβλαστοί, αὐτομολίαι, παραφυάδες, καὶ ἀπόποδες. Propagatio, *inquit Cato cap.* LI. pomorum, aliarumque arborum. Ab arbore abs terra pulli, qui nascentur, eos in terram deprimito, extollitoque primorem partem, uti radicem capiat: inde biennio post effodito seritoque. *Et Plinius lib.* XVII. *cap.* X. Natura, *inquit*, & plantaria demonstravit multarum radicibus pullulante sobole densa, & pariente matre quas enecet. *Et infrà*, Nullis vero tales pulli proveniunt: nisi quarum radices amore Solis atque imbris in summa tellure spatiantur. *Vbi & stolonum genus aliud ostendit, non ab radice matricis, sed à corpore, quod* παρασπὰς *Græcis ab avulsione dicitur. Ait enim*, Et aliud genus simile natura demonstravit, avulsique arboribus stolones vixere. Quo in genere & cum perna sua avelluntur (*id est* ἀπόσπασμα) partemque aliquam è matris quoque corpore auferunt secum fimbriato (*legendum fibrato*) corpore. *Capiteque* XIII. *inquit*, Omnia vero celerius adolescunt stolonibus ablatis, unamque in stirpem redactis alimentis. *Vbi & propaginis duas rationes docet. Suprà diximus, qui propriè differrent* παρασπάδας καὶ μόσχευμα. *Scripsit ita tamen Constantinus Cæsar Geoponic. lib.* X. *quæ plurimum conducunt ad hujus loci intelligentiam*, παρασπάδες ἤτοι μοσχεύματα καλεῖται, ὅσα παραφύονται τοῖς δένδροις, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποσπᾶται μετὰ φανεροῦ μέρους τῆς ῥίζης. δεῖ δὲ καὶ τὰς παρασπάδας καὶ τὰ μοσχεύματα μεταφυτεύεσθαι. *Nota verò quod infrà scribit*, τὰ ἀπὸ κλάδων δὲ καὶ ποιεῖ λέγεται μόνον φυτεύεσθαι (ἀδύνατον δὲ ἐκ παρασπάδων, ἀλλὰ τὸ μηδὲ παραβάλλειν ἐκ τῶν ῥιζῶν μοσχεύματα) ὡς ποῦ τε, ἄμπελος, ἰτέα &c. *Quæ sententia est etiam ipsius Theophrasti de causis lib. & cap.* I. *ubi ait*, ἄμπελοι καὶ ἰτέαι βλαστάνουσι μόνον ἀπὸ τῶν ἄκρων. *Fateor tamen etiam stolones vitem emittere, sed inutiles propagini. Itaque ait Columella de vite lib.* IV. *cap.* XXIV. Et si soboles, quam rustici suffraginem vocant, radicibus adhæret, diligenter explantanda, ferroque allevanda, &c. *Vbi & sobolem repullescentem vocat. Idemque Constantinus de vitium translatione loquens, dixit*, καὶ εἰ παράποδες εἶεν ἐκφυῶντες, καὶ τούτους καθαίρειν χρή. *Idem Theophrastus ait lib. de causis cap.* VI. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν δένδρων ἔνιοι μοσχεύουσιν. οἱ δὲ περιαιροῦσι τὴν βλάστην τῶν κλάδων, ὅπως μὴ ἐξαναλώσῃ τὴν δύναμιν εἰς τὴν βλάστησιν. *Quibus hic locus difficilis maximè illustratur.*

Κλάδων. Ex cap. I. hujus lib. & ex hoc loco dixit Plinius lib. XVII. cap. XVII. Ficus omnibus aliis modis nascens, præterquam talea: optimè quidem, si vastiore ramo pali modo exacuto adigatur altè, exiguo super terram relicto capite, eoque ipso harena cooperto.

Ἐν σκύλλῃ. *Apud Athenæum libro* III. *corruptè quidem* ἐν σκιάλῃ. *Emendatius verò, quod libro* II. καὶ ἐμβλαστὶς γίγνεται. *Ait enim & ipse Theophrastus lib. de causis* V. *cap.* VII. ὅσα δὲ ἐν σχίνῳ. (*Sic enim scribendum, ut & cap.* XI. ἐν σχίνῳ δὲ φυτευόμενα, ποιεῖ ἧττον σκωληκόβρωτα. *Dioscor.* πάγκρατιον *vocat, Pliniusque squillam parvam*) φυτεύουσιν, ἢ σκίλλῃ, πάντα τῆς εὐβλαστίας ἕνεκα καὶ εὐτροφίας φυτεύουσιν. *Palladius in Martio cap. de ficu, sic dixit*, Aliqui multum prodesse confirmant, si plantam fici diviso squillæ bulbo intersitam, strictamque vinculis collocamus. *Plinius lib.* XVII. *cap.* XI. Ficus si scylla (*bulborum hoc genus est*) seratur, ocyssimè ferre traditur pomum, neque vermiculationi obnoxium. *Constantinus Cæsar lib.* X. *de Agricultura.* Τὰ σῦκα σκώληκας οὐ ποιήσει, ἐὰν μέλλων φυτεύειν, ἐμπήξῃς σκίλλαν τῷ κλάδῳ. *Supra etiam sic scripserat*, Εἰ δέ τις αὐτόρριζα συκῆς καταφυτεύσῃ, χρὴ τοῦτον σκίλλαν ἐμβάλλοντα φυτεύειν. κάτω τρέποντα. *Plinius lib.* XVII. *cap.* XVII. *de taleis.* Néve tenuiores quàm ut manum impleant; ne minores pedalibus, ut illibato cortice, atque ut sectura inferior ponatur semper, & quod erit ab radice. *Palladius in Martio cap.* X. Curandum ne virgula inversa deponas. *Alioquin, ut etiam dixit Plinius ibidem cap.* X. Inseruntur & inversi surculi; quum id agitur, ut minor altitudo in latitudinem se fundat.

Βλαστάνοντας. *Plinius lib. & cap.* XVII. Accumuleturque germinatio terræ, donec robur planta capiat.

Ὄχνη, *vel ut apud Homer. Odyss. lib.* η. *&* ω. ὄγχνη, *est pyrus agrestis translata, quæ ante translationem* ἀχράς, *id est, Dioscoridi*, ἄπιος ἄγριος, *pyrus sylvestris, sive sylvatica Varroni. De intervallis pyrorum, lege Pallad. libro* II. *cap. ubi*, *Spatia inter pyros triginta pedum mensura discernit. in genereque de intervallis arborum, apud Columellam lib. de arborib. cap.* XIV. *& Theophrastum de causis lib.* III. *cap.* VIII.

Ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ῥοιάν. *Hæc ut supposititia delenda sunt. Omisit etiam Plinius, qui hunc locum ita vertit, lib.* XVII. *cap.* XII. Quidam punicas, & myrtos, & lauros densiores seri jusserunt, in pedibus tamen novenis. Malos amplius paulò, vel magis etiam pyros, manusque, amygdalas & ficus, &c.

Ὑποσπάσεις, *omnino legendum*, ἀποσπάσεις: *ut & de Causis scribitur lib.* III. *cap.* VIII. *Vbi tota hæc reperitur sententia. Hinc etiam transfit Plinius, cum dixit lib.* XVII. *cap.* 12. Iam per se colles minora quærunt intervalla, &c.

Εἴδη, *subaudi* χώρας. *Genera autem vitium infinita esse, quod de vinis probatur, satis præter Virgil. in Georg. ostendit Plinius lib.* XIV. *cap.* II. *&* III.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Αἱ μὲν οὖν ὧραι. Corruptus & admodum depravatus codex. nec meliori sensu in Ald. & Bas. codicibus reperitur, in quibus scriptum est, Αἱ μὲν οὖν ὧραι πρότερον εἴρηνται, καθ' ἃς δεῖ ταῦτα φυτὰ λαμβάνειν κελεύουσιν ὡς τάχιστα. καὶ ἐξ ὁμοίας γῆς εἰς ἣν μέλλει φυλεῦειν ἢ χείρονα. Emédavit quondam summus philosophus Scaliger Julius; καθ' ἃ δεῖ λαβεῖν φυτὰ λαμβάνειν κελεύουσι καὶ φυτεύειν ὡς τάχιστα, Vide animadversiones Scaligeri. Rectè Constantinus locum hunc ex lib. III. de caus. corrigendum scripsit: ubi legitur, ἐξ ὁμοίας γῆς, εἰ δὲ μή, μὴ χείρονος λαμβάνειν. Totam periodum in hunc scribe sensum. Αἱ μὲν οὖν ὧραι πρότερον εἴρηνται, καθ' ἃς δεῖ τὰ φυτὰ λαμβάνειν. κελεύουσι ὡς μάλιστα ἐξ ὁμοίας γῆς εἰς βελτίονα φυτεύειν, εἰ δὲ μή, μὴ χείρονος. id est, *& tempora quidem ante exposuimus, quibus plantæ ad transplantandum peti debent. Accipiendæ autem sunt ex terra quam simillima; ea si non detur, saltem non ex deteriore: plantandæ autem sunt in similem, aut meliorem.* Sic hunc locum legit, & exposuit Plinius lib. XVII. cap. XI. *Transferendi quoque è seminariis eadem & sylvis. Ante omnia igitur in similem transferre terram oportet, aut meliorem.* Cassianus Bassus lib. II. cap. penultimo. Συμβουλεύουσι τινὲς μὴ ἐξ ὑγιεινῶν τόπων εἰς τοὺς νοσώδεις μεταφέρειν τὰ φυτά, καὶ τοὺς γεωργούς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ χειρόνων εἰς τοὺς κρείττους, ἢ ὁμοίους, ἢ εἰς τοὺς μὴ πολλῷ ἐλάττους. ξενίζει γὰρ καὶ ταράττει ἡ ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴ τοὺς μεθισταμένους. οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν παρατηρεῖν τοῦτο τοῖς σοφωτάτοις ἀρέσκει. *Consuluêre quidã, ut ne ex salubribus locis in morbosos tum plantas tum agricolas transferamus; sed potius ex deterioribus in meliores, aut similes, aut certè non multo pejores. Consternit enim & perturbat commutatio in deteriora translatos. non solum autem in hominibus, sed etiam in plantis hoc observandum esse, sapientissimis videtur.* Quæstio non inelegans moveri potest, an omnis planta ex deteriori solo in melius translata, melior fiat. Probabile hoc admodum videtur. Non tamen caret difficultate. Palmam enim si ex solo arenoso salsoque transferas in pingue & stercoratum; pauciores & deteriores fructus producet. Corni fructus, si colatur arbos, mitescit quidem, sed degenerat. Ornus asperos & præaltos montes ita amat, ut si in planis transplantetur, ægrè adolescat, fruticisque tantum, non arboris speciem referat. Nemo facilè in dubium vocabit, plana lætiora esse & pinguiora, quam montana asperaque. Solum quoque stercoratum & pingue melius, quam sabulosum & salsuginosum. Culta etiam tellus præstat incultæ rudique. Hæc non tantum in arborum genere observare est; sed etiam in humili idem videre licet. Centaurium minus, aliasque novimus sylvestres herbas, quæ hortense solum respuunt; nec hortis, quamcunque etiam adhibueris curam, assuescant. Sed hæc non impediunt, quo minus plantæ ex deteriori aut simili solo transferri debeant in terram bonam. Palmæ enim solum stercoratum non melius est, sed deterius. Tale enim odit, & ab eo læditur: alterum amat, & ab eodem juvatur. Idem de orno, corno, centaureo, aliisque sylvestribus dicendum. Rem verbo ut absolvam, meliorem terram domestica magis expetit, quam sylvestris

planta, utraque si transplantari debeat, melius in solo simili proficit.

Γυρὸς.) Malè in Ald. & Basil. cod. legitur, πυρὸς προσερεύγεται. Robertus Constantinus & Dalecampius restituunt, γυρὸς: quomodo lib. III. de caus. cap. v. scriptum est, ἀλλὰ ταῦτα δεῖ τοὺς γυροὺς προσορύττειν ἐν πολλῷ &c. Aliud γυρὸς, aliud σειρός. E'ν σειροῖς condebantur & servabantur grana. Varro lib. I. de re rust. cap. LVII. Ubi de tritico condendo agit; *Quidam, inquit, granaria habent sub terris, uti speluncas, quas vocant σειροὺς, ut in Cappadocia & Thracia.* Idem eodem libro cap. LXIII. *Sub terra qui habent frumentum in iis, quos vocant σειροὺς, quò cum periculo introitur recenti apertione.* Scrobs vero *est fossio vel fovea intra terram manu (vel ligone, palave, aut alio instrumento) facta ad vineas & alias conserendas arbores idonea, non ad grana servanda.* Notandum in antiquiss. cod. legi *syros*, non σειροὺς, ut vulgati habent.

Τελῶν ἡμιποδίων.) Falsum est radices non altius sesquipede descendere. Notum carmen Virgilij de æsculo. Rectè illorum improbat opinionem Theophrastus.

Addidi καὶ δυσμὰς *occidentem* ex lib. III. de caus. cap. VI. Cassianus Bassus lib. x. cap. XXXXV. ὀρθὰ βάλλουσι τὰ στέλεχη, φυλαττόμενοι, ἵν' ὅπῃ ἂν κλίνῃ, μείνῃ. sequitur, δεῖ δὲ ἐν τῷ μεταφυτεύειν (vulgo φυτεύειν) τὸ δένδρον φυλάττειν πρὸς ἀνατολὴν καὶ δύσιν τὸ ἀρχαῖον σχῆμα. *Recti trunci in scrobes mittantur, animadversione habita, ut quo inclinant, maneant.* ad calcem cap. *Ceterum in plantando arbor veterem figuram, ad ortum & occasum servet.* Vide annotat. Constant. Hoc diligenter in coniferis observandum; pino, picea, abiete; has qui velit transplantare arbores, diligenter observet, qua parte Austrum, qua Occidentem spectent. Si pars quæ Austrum respexit, ponatur versus Occidentem: perit arbos, vel difficile admodum pristinas recuperat vires. Quare faciendum, quod Columella lib. de arboribus cap. XX. scribit: *Priusquam arbusculas transferas, rubrica vel alia qualibet re signato, ut iisdem ventis, quibus ante steterunt, restituas eas.*

Φυτεύεται δὲ καὶ ἡ συκῆ.) Sic lege, deleto altero καὶ. Interpretor: *Seritur ficus, siquis surculum vastiorem &c.* Vulgatam si serves interpretationem, sibi contradicit Theophrastus. Negavit supra cap. I. lib. II. ficum ex ramo crassiore nasci. Vulgatæ versioni favet Plin. lib. & cap. XVII. *Multa sic seruntur, imprimisque ficus, omnibus aliis modis nascens, præterquam talea; optimè quidem, si vastiori ramo pali modo exacuto adigatur altè, exiguo super terram relicto capite, eoque ipso harena cooperto.* Κράδην παχεῖαν, malè vertit Gaza *ramum vastiorem.* Contrarium Theophrastus supra, ubi quid κράδη Græcis enarravi. In Ald. & Basiliens. legitur ταχεῖαν. Argute, inquit Scaliger τραχεῖαν reponeres. Vetustiores enim asperiores sunt. Sed Theophrastus supra loco citato, aspera ad generationem inepta dixit. Servo itaque vulgatam lectionem, & interpretor, *surculum crassiorem.* Vult Theophrastus non ex tenui, sed ex crassiusculo seu crassiore surculo ficum seri Palladius in Martio; *Surculus legendus anniculus: inutilis enim creditur majoris vel minoris ætatis.* Mirari satis nequeo Plinium, quod neget talea propagari ficum. Contrarium, Palladius in Martio: *Calidis locis fici planta radicata Novembri mense, temperatis Februario, frigidis melius Martio, vel Aprili ponenda est. Si taleam vel cacumen ponas ultimo Aprili, cum ei se viridior succus infuderit: plantæ in scrobe depositæ lapides substituendi sunt, ad radicem fimo terra miscenda est. Si loca frigida sunt, plantarum cacumina divisis cannæ internodiis defendantur frigore. Si cacumen velis ponere, trisulcum ramum bimum, vel trimum ab australi parte decidas, & sic obrues, ut divisa cacumina terra interjacente velut tres surculos reddant. Taleam sic ponemus, ut cætera, cui leviter ab infima parte divisæ lapidem mergemus in fisso.* Vide cap. III. lib. I. de caus. ubi negat ficum ex trunco ramoque crasso propagari, & affirmat aspera ad nascendum minus idonea.

Προσδοποιεῖ.) Lege ex Ald. & Basiliens. codice, προσδοποιεῖ γὰρ ὁ πάτταλος σκίλλῃ τῷ κλήματι ἀλλὰ τὴν ἀσθένειαν. φυτεύουσι οὕτω ῥοιὰν καὶ ἄλλα τῶν δένδρων, &c. Hæc cur rejecerint, imaginari nequeo.

E'ν σκίλλῃ.) Miror Theodorum *juxta scillam* reddidisse, cum Plinius, quem alioquin sequi solet, *in scilla* verterit. lib. XVII. cap. XI. *Ficus si in scilla (bulborum genus hoc est) seratur, ocissime ferre traditur pomum, neque vermiculationi obnoxium, quo vitio carent reliqua poma similiter sata.* Sic locus hic in optimo MS. codice Salmanticensi legitur, ut monet doctiss. Pintianus. Vulgo legitur; *quo vitio non carent reliqua.* Superfluere negationem, ipse sensus satis docet. Cassianus Bassus lib. x. cap. XXXXVI. τὰ σῦκα σκώληκας οὐ ποιήσει, ἐὰν μέλλων φυτεύειν, ἐμπήξῃς σκίλλῳ τῷ κλάδῳ (lege ex cod. MSS. Palat. ἐμπήξῃς σκίλλῃ τὸν κλάδον, sic Theophrastus, sic Plinius, Columella, Palladius. Vide annotationes Robert. Constantini nihil proderit ramo scillam imponere; sed ramum scillæ si infixeris à vermibus non facile rodetur ficus) τοὺς δὲ ὄντας ἀναιρήσεις, ἐὰν τίτανον χέῃς ταῖς ῥίζαις, καὶ εἰς τὰ κοῖλα τοῦ πρέμνου. *Ficus vermes non producet, si ramum in scillam fixeris, ubi plantare voles: qui vero jam adsunt vermes, perdentur calce radicibus, & in cavos trunci partes inspersa.* Ex Palladij verbis à doctiss. Roberto Constant. citatis cognoscimus, antiquos etiam Latinos squillam scripsisse, quomodo hodie pharmacopœi scribunt. Vide cap. VII. lib. v. de caus. ubi rationem reddit, cur scilla ficus contra vermes defendat.

Ο'λως δὲ πᾶν ἐν σκίλλῃ φυτευόμενον βλαστεῖ.) Corruptus codex. Apud Athenæum lib. III. locus hic in hunc sensum legitur, Λέγει δὲ καὶ τὴν συκῆν, ἐὰν ἐν σκίλλῃ φυτευθῇ, θᾶττον ἐκφύεσθαι, καὶ ὑπὸ σκνιπῶν μὴ διαφθείρεσθαι, καὶ πάντα δὲ τὰ σκίλλῃ φυτευθέντα, καὶ θᾶττον αὐξάνεσθαι, καὶ εὐβλαστῆ γίνεσθαι. Vides eodem sensu, verbis non nihil mutatis, locum hunc apud Athenæum legi. Scribe ut legit Athenæus, Ο'λως δὲ πᾶν ἐν σκίλλῃ φυτευόμενον, εὐβλαστὲς γίνεται καὶ θᾶττον αὐξάνεται, &c. Vel lege φυτευόμενον εὐβλαστὲς καὶ θᾶττον, omisso verbo γίνεται. Lib. v. cap. VII. in eadem sententia, usus est voce εὐβλαστία. Ο'σα δὲ ἐν χύτρᾳ φυτεύουσιν, ἢ σκίλλῃ, πάντα τῆς εὐβλαστίας ἕνεκα, καὶ εὐθηνίας φυτεύουσιν, &c. alibi εὐβλάστεια scribitur; ἡ γὰρ εὐβλάστεια ἀφαιρεῖται τοὺς καρπούς. Idem lib. I. de caus. ταῦτα γὰρ ὅταν εὐβλαστῶσι, τότε μάλιστα εὐκαρπεῖ.

Κάτω τρέποντα τὴν τομήν.) Vertunt: *Deorsum versus sectura inversa serere oportet.* Male. Contrarium jubet Columella lib. v. cap. VIII. *Taleæ deinceps sesquipedales serra præcidantur, atque earum plagæ utraque parte falce leventur, & rubrica notentur, ut sic quemadmodum in arbore steterat ramus, ita parte ima terram, & cacumine cœlum spectans deponatur. Nam si inversa mergatur, difficulter comprehendet, & cum validius convaluerit, sterilis in perpetuum erit.* Pallad. in Martio cap. X. *Seritur plantis de matrum radice divulsis. Sed quamvis multis generibus seratur, melius tamen ramus ejus cubitalis incisus manubrij crassitudine, & capite utroque falce acuta levigatus, scrobi velut obliquus immergitur, prius tamen porcino stercore, & in capite & in parte, quæ ima est, oblinatur, vel in crudo solo malleo cogatur ad inferiora defigi. Melius provenset, si ponendus ramus gemmata jam matre sumatur. Sed qui in scrobe deponit, si tres lapillos in ipsa radice constituat, providebit ne poma findantur. Curandum ne virgulta inversa deponas.* Plinius lib. & cap. XVII. *Servandum in eo ante omnia, ut taleæ ex feracibus fiant arboribus: ne curvæ, ne scabræ, aut bifurcæ, neve tenuiores quam ut manum impleant; ne minores pedalibus: ut illibato cortice, atque ut sectura inferior ponatur semper, & quod erit ab radice; accumeletur que germinatio terra, donec robur capiat planta.* Malè ergo Theodorus præter Theophrasti mentem, contra Columellæ, Palladij, & Plinij auctoritatem, *deorsum versus sectura inversa serere,* interpretatus est. Erecta talea dicitur, cujus pars ima terram spectat, summa cœlum. Inversa vero, quæ cacumine defosso deorsum spectat, cœlum cæsura. Verte cum Plinio, *quæ ex trunco, taleaque, seruntur, ita poni debent;* (serenda sunt) *ut sectura deorsum versus sit:* (inferior, erecta) *nec dodrante minora, ut retulimus, præcidere oportet, &c.*

Σπιθαμιαίων.) Plinius, *ne minores pedalibus.* Gaza, *palmo.* palmus vel minor est, mensura quatuor digitorum Græcis παλαιστή: vel major, duodenum digitorum, σπιθαμή iisdem. Pollux lib. II. Εἰ δὲ τοὺς δακτύλους ἀποτείνας ἀπὸ τοῦ μεγάλου πρὸς τὸ σμικρότατον μετρεῖς, σπιθαμὴ τὸ μέτρον. *Mensura quæ fit à pollice, ad minimum digitum manu extensa.* Σπιθαμὴ ἀπὸ τοῦ σπᾶσθαι τοὺς δακτύλους, à diducendis digitis. Theodorus ergo cum vertit *palmo non minora,* intelligit nō minora palmo longo vel majore.

Nisi

Nisi fortè placeat Theodorum sequi Hieronymi opinionem. Hic cap. Ezechiel XL. scribit σπιθαμὴν dici palmum; παλαιστὴν palmam. Credo, quod palma, sive vola manus non multo major, aut potius latior sit quatuor digitis. Ambiguitatis vitandæ causa, malo σπιθαμὴν, dodrantē vertere. Dodrans dicitur, quod ab humani pedis longitudine desideretur quarta pars. quemadmodum ad explendam libram ad uncias novem quæ dodrantē (medicinalem intelligo libram) constituunt, tres requiruntur unciæ. Dodrans ergo duodecim digitorum mensura. nam pes XVI. digitorum. Σπιθαμὴν & παλαιστὴν, confundere solet Plinius, & qui Plinium sequuntur. Dioscorides caulem thlaspios διασπιθαμιαῖον dicit. Plinius lib. XXVII. cap. XIII. thlaspi ait caule esse semipedali, id est octo digitorum caulem ferre. Quæri solet, utrum Græci hæc semper observarint. Sanè Aëtius, si non sit mendum in codice, cap. XXI. lib. XIII. alterum pro altero usurpare videtur. Nam dicit viperam esse magnitudine cubitali, longissimam autem παλαιστῶν τεσσάρων. Vel παλαιστὴν, mnemonico errore σπιθαμῆς loco posuit, vel corruptus codex. Rursum Dioscorides lib. III. cap. XCIV. chamædryn θαμνίσκον σπιθαμιαῖον docet. Vertit doctissimus Hermolaus, fruticem quatuor digitorum altitudine. Hermolai hanc interpretationem probant Botanici, quod vulgaris chamædrys non altior sit. Sed cogitandum erat, hanc non esse legitimam. Verum, ut rectè doctiss. Dodonæus monet, quam vulgo trissaginem vocant, quamque Mathiolus & Fuchsius, pro teucrio depinxere.

Ὄχνη.) Theodorus, *prunos* interpretatur, quasi κοκκυμηλέαν, scripsisset Theophrastus; cum tamen prunus tantum intervallum ut malus nō exigat. Ex hoc loco probatur Robertum Constantinum, auctorem esse harum annotationum, quæ à plurimis doctiss. Dalecampio falso adscribuntur. Ὄχνη ὄχνης, ἡ, *pyrus agrestis*, (verba Constantini quomodo in lexico ab ipso edito reperiuntur) ἀπὸ τοῦ ἄγχειν, *nam acerbitate sua penè suffocant*. Apud Theophrastum libro secundo histor. plantar. cap. septimo, ἄπιος & ὄχνη, *simul junguntur, à Gaza tamen solum pyrus exponitur* (ὄχνην ut dixi pyrum vertit) *vide* ὄγχη, *& annotationem nostram in Theophrastum*. Apertè harum annotationum se auctorem fatetur. Ἀπίοις καὶ ὄχναις, inquit Theophrastus. Utrumque aliquando pyrum significat, sed ut plurimum ὄχνη, idem quod ἀχρὰς, pyrus sylvestris. Differunt tamen ἀχρὰς & ὄχνη. Ἀχρὰς, inquit Dioscorides, εἶδος ἀγρίας ἀπίου βραδέως πεπαινομένη. lib. I. cap. CLXVIII. *Pyri sylvestris genus quod tarde maturescit*. Columell. lib. X.

> *Palmitibusque feris lætatur, & aspera sylvis*
> *Achrados, aut pruni lapidosis obruta pomis*
> *Gaudet.*

Porcis objici solet pyri hoc genus. Aristot. lib. VIII. animal. cap. VI. Ἀχράσι πιαίνεται ὗς, *pyris sylvestribus pinguescit sus*. Ὄχνη, agrestris quidem pyrus, ac spinis etiam horrida, sed quæ translata est, & fructus fert pulchros & bonos. Hinc fit ut nonnunquam pro pyro sativo accipiatur. Ut apud Homerum Odyss. VII. ubi Alcinoi hortum describit.

> Ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ.

Ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ῥοιάν.) Scribo ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἐλαίαν. Plinius lib. XII. cap. XVII. *Olea tamen maximo intervallo, de qua Catonis Italica sententia est*, (scribe, *de quo catholica sententia est*. Nusquā apud Catonem, hoc præceptum apparet, Catonis ergo ut legatur, nullo pacto procedit, sequitur) *in viginti quinque pedibus minimum, plurimum triginta seri. Sed hoc variatur locorum natura. Non alia major in Bœtica arbor. In Africa vero* (fides penes auctores erit) *miliarias vocari multas narrant, à pondere olei, quod ferant annuo proventu. Ideo* XXV. *pedes magno intervallo dedit undique: etiam in macro solo ac duro; atque ventoso, cum minimum* XIX. *Bœtica quidem uberrimas, messes inter oleas metit*. Columella lib. V. cap. IX. ubi de olearum cultura agit. *Spatium inter ordines minimum esse debet pingui, & frumentario solo sexagenum pedum* (Plin. XXX.) *in alteram partem, atque in alteram quadragenum: macro nec segetibus idoneo quinum & vicenum pedum*.

Πᾶσι) Malè. In Ald. ex Basil. cod. scriptum est rectè φασὶν, *ficus montani optimi & sapidiores, minus tamen durabiles*. Pallad. in Martio, *Scrobes amat altas, intervalla majora, terræ genus durum, & gracile, & siccum pro utili sapore pomorum. Provenit & petrosis, & asperis, tamen potest locis penè omnibus seri. Quæ in montanis ac frigidis locis nascuntur, quia minus lactis habent, ad siccitatem durare non possunt. Usus illis in viridi est, melioris magnitudinis, & saporis arguti, quæ nascuntur in campis & locis calidis, & pinguiores sunt, & siccitate durabiles*. De vite myrtoque carmen Virgilianum notum.

> *Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt:*
> *Fluminibus salices, crassisque paludibus alni*
> *Nascuntur, steriles saxosis montibus orni:*
> *Littora myrteis gratissima, denique apertos*
> *Bacchus amat colles, aquilonem & frigora taxi.*

Τὰ ἀκρόδρυα.) Theodorus exponit, *nucum pomorumque genera*, cum alterutrum tantum denotat. Cassian. Bass. lib. X. cap. LXXIV. Ὀπώρα λέγεται ἡ χλοώδη τὸν καρπὸν ἔχουσα, οἷον ῥοδάκινα, μῆλα, ἀπίδια, δαμασκηνά, καὶ ὅσα μὴ ἔχει ἔξωθέν τι ξυλῶδες. Ἀκρόδρυα δὲ καλεῖται, ὅσα ἔξωθεν κέλυφος ἔχει. οἷον ῥοιὰ πιστάκια, κάστανα καὶ ὅσα ξυλώδη τὸν καρπὸν ἔχει ἔξωθεν. *Opora fructus dicitur, qui herbidum, id est vividum colorem habet. Veluti sunt rhodacena, mala, pyra, & quæ forinsecus nihil lignosum habent. Acrodrya appellantur quæ forinsecus corticem & putamen habent, velut est malum granatum, pistacia, castanea, & quæcunque forinsecus lignosum fructum habent*. Grammaticorum filij nucem vocant, *fructum duro cortice tectum, pomum molli*. Virg.

> *Castaneasque nuces mea quas Amaryllis amabat.*

Nicandri Scholiastes ex auctoritate Theophrasti, (puto memoriæ lapsum esse) scribit omnem fructum cortice duro tectum κάρυον Græcis vocari. Θεόφραστος οὖν, inquit, ἐν τῷ τέσσαρες καὶ δεκάτῳ τῶν φυτικῶν, κάρυον αὐτὰ προσηγόρευσε. κάρυα δὲ λέγονται ὅσα τὸ ξυλῶδες λέπος ἔχονται. Κάρυα λέγονται ὅσα ξυλῶδες λέπος ἔχουσι. Athenæus lib. II. deipnosophist. Κάρυα. οἱ Ἀττικοὶ καὶ οἱ ἄλλοι συγγραφεῖς κοινῶς πάντα τὰ ἀκρόδρυα κάρυα λέγουσι. *Carya & Attici & alij scriptores communi vocabulo fructus omnes operimento duro tectos appellant*. Hesych. Κάρυα. τὰς ἀμυγδάλας καὶ κάστανα, &c. De voce καρύα, alibi plenius agam. Cæterum Theodorus legisse videtur, τοῖς δὲ ἀκροδρύοις καὶ ὀπώραις, Vel malè vertit, *nucum, pomorumque genera*.

Ὑπωρείας.) *Radices montium*, vertit. ὑπώρεια, propriè *latus montis*, (ut loquitur Seneca) qua parte ascenditur. Τέρμα pes sive radix montis. ἀκρώρεια fastigium sive cacumen; mons enim in tres partes dividitur. Suidas, ὑπώρεια ἡ ὑπὸ τὸ ὄρος πεδιάς, ἢ οἱ πόδες τοῦ ὄρους μεταφορικῶς. εἰς τρία γὰρ διῄρητο τὸ ὄρος. εἰς ἀκρώρειαν, εἰς ὑπώρειαν, καὶ εἰς τέρμα. καὶ ἀκρώρεια μέν ἐστιν, ἡ κορυφή, ὑπώρεια δὲ τὰ πλάγια τοῦ ὄρους. τέρμα δὲ, τὸ πλάτυσμα καὶ οἱ πόδες. Utrumque ergo ὑπώρεια, & latus & pedem significat. Hesych. ὑπώρεια τὸ κάτω μέρος τοῦ ὄρους. Rectè ergo Gaza, radices montium; quanquam nuces, castaneæ, amygdalæ, & in montium lateribus & pedibus reperiantur.

ΚΕΦ. Η. | CAP. VIII.

Satio & cultura palmarum: genera palmarum. Satio cæterarum arborum, cultus, & opera. De fimo, & fimorum generibus. De pulvere. Amygdalam ex amara dulcem fieri.

Τῶν δὲ φοινίκων ἴδιος ἡ φυτεία παρὰ τὰ ἄλλα, καὶ ἡ μετὰ ταῦτα θεραπεία. φυτεύουσι γὰρ πλείους εἰς ταὐτὸ τιθέντες· δύο ἄνω, καὶ δύο κάτω ἐπιδοῦντες. πρανεῖς δὲ πάντας. τὴν γὰρ ἔκφυσιν οὐκ ἐκ τῶν ὑπτίων καὶ † κυρτῶν ποιεῖται, καθάπερ τινές φασιν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἄνω. διὸ καὶ ἐν τῇ ἐπιζεύξει τῶν ἐπιτιθεμένων οὐ δεῖ περικαλύπτειν τὰς ἀρχὰς, ὅθεν καὶ ἐκφύσεις. φανεραὶ δέ εἰσι τοῖς ἐμπείροις. διὰ τοῦτο δὲ εἰς τὸ αὐτὸ πλείους τιθέασιν, ὅτι ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἀσθενὴς ἡ φυτεία. τούτων δὲ αἵ τε ῥίζαι πρὸς ἀλλήλας συμπλέκονται, καὶ εὐθὺς αἱ πρῶται βλαστήσεις, ὥστε ἓν γίνεσθαι τὸ στέλεχος. ἡ μὲν οὖν ἀπὸ τῶν καρπῶν φυτεία, τοιαύτη τις. ἡ δὲ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ‡ στελέχους, ὅταν ἀφέλωσι τὸ ἄνω, ἐν ᾧπερ ὁ ἐγκέφαλος. ἀφαιροῦσι δὲ ὅσον δίπηχυ· σχίσαντες τοῦτο κάτω τιθέασι τὸ ὑγρόν. φιλεῖ δὲ χώραν ἀμμώδη. " διὸ καὶ ὅπου μὴ τοιαύτη τυγχάνει, περιπάττουσιν ἅλας οἱ γεωργοί. τοῦτο δὲ δεῖ ποιεῖν μὴ περὶ τὰς αὐτὰς ῥίζας, ἀλλ' ἄποθεν ἀποστήσαντα † περιπάττειν ὅσον ἡμίεκτον. ὅτι δὲ τοιαύτην ζητεῖ χώραν, κἀκεῖνο ποιοῦνται σημεῖον. πανταχοῦ γὰρ ὅπου πλῆθος φοινίκων ἀμμώδεις ‡ αἱ χῶραι. καὶ γὰρ ἐν " Βαβυλῶνι † φησὶν, ὅπου οἱ φοίνικες πεφύκασι. καὶ ἐν Λιβύῃ δὲ, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Φοινίκῃ. καὶ ‡ τῆς Συρίας δὲ τῆς κοίλης, ἣν " Ἰουδαῖοι πλεῖστοι τυγχάνουσιν ἔχοντες, ἐν τρισὶ μόνοις τόποις ἀμμώδεσιν εἶναι τοὺς δυναμένους θησαυρίζεσθαι· τοὺς δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις οὐ διαμένειν, ἀλλὰ σήπεσθαι. χλωροὺς δὲ ἡδεῖς εἶναι καταναλίσκειν † οὕτω. φιλεῖ δὲ καὶ ὑδρείαν σφόδρα τὸ δένδρον. περὶ δὲ κόπρου διαμφισβητοῦσιν. οἱ μὲν γὰρ οὔ φασι χαίρειν, ἀλλ' ἐναντιώτατον εἶναι· οἱ δὲ, κεχρῆσθαι καὶ ἐπίδοσιν πολλὴν ποιεῖν. δεῖ δὲ ὑδρεύειν εὖ ‡ μάλα μετὰ τῆς κόπρου. καθάπερ οἱ ἐν Ῥόδῳ. τοῦτο μὲν οὖν ἐπισκεπτέον. ἴσως γὰρ οἱ μὲν οὕτως, οἱ δὲ ἐκείνως θεραπεύουσι. καὶ μετὰ τοῦ ὕδατος ὠφέλιμος ἡ κόπρος· αὐτὴ δὲ τούτου, βλαβερά. ὅταν δὲ ἐνιαύσιοι γένωνται, μεταφυτεύουσι, καὶ τῶν ἁλῶν συμπαραλαμβάνουσι. καὶ πάλιν ὅταν διετῆ· χαίρουσι γὰρ σφόδρα τῇ μεταφυτείᾳ. μεταφυτεύουσι δὲ, οἱ μὲν ἄλλοι τοῦ ἦρος, οἱ δὲ ἐν Βαβυλῶνι περὶ τὸ ἄστρον. καὶ ὅλως οἵ γε πολλοὶ " τότε φυτεύουσιν, ὥστε καὶ παραγινομένους καὶ αὐξανομένους θᾶττον. νέου μὲν ὄντος οὐχ ἅπτονται, πλὴν ἀναδοῦσι τὴν κόμην, ὅπως † ὀρθοφυῆται, καὶ ῥάβδοι μὴ ἀπαρτῶνται. μετὰ δὲ ταῦτα περιτέμνουσιν, ὁπόταν ἁδρὸς ἤδη γένηται, ‡ καὶ πάχος " ἔχῃ. ἀπολείπουσι δὲ ὅσον σπιθαμὴν τῶν ῥάβδων. φέρει δὲ, ἕως μὲν ἂν ᾖ νέος, ἀπύρηνον τὸν καρπόν· μετὰ δὲ τοῦτο πυρηνώδη. ἄλλοι δέ τινες λέγουσιν, ὡς οἵ γε κατὰ Συρίαν οὐδεμίαν προσάγουσιν ἐργασίαν, ἀλλ' † ἢ διακαθαίρουσι καὶ ἐπιβρέχουσιν. ἐπιζητεῖ δὲ μᾶλλον τὸ ‡ ναματιαῖον ὕδωρ ἢ τὸ ἐκ τοῦ Διός. εἶναι δὲ πολὺ τοιοῦτον ἐν τῷ αὐλῶνι, ἐν ᾧ καὶ τὰ φοινικόφυτα τυγχάνει. τὸν αὐλῶνα δὲ τοῦτον λέγειν τοὺς Σύρους, ὅτι διὰ τῆς Ἀραβίας μέχρι τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ πολλοὺς φάσκειν ἐληλυθέναι. τούτου δὲ ἐν τῷ κοιλοτάτῳ πεφυκέναι τοὺς φοίνικας. ταῦτα μὲν οὖν τάχ' ἀμφοτέρως ἂν εἴη. κατὰ γὰρ τὰς χώρας, ὥσπερ καὶ αὐτὰ τὰ δένδρα διαφέρειν καὶ τὰς ἐργασίας, οὐκ ἄτοπον. γένη δὲ τῶν

- † Al. Bas. κοίλων, Gaza κοίλων.
- ‡ deest Al. Bas.
- " adde καὶ ἁλμώδη.
- † περιπλάττειν Al. Bas. obducunt.
- ‡ adde καὶ ἁλμώδεις. " Βαβυλῶνι Bas.
- † φύσει Al.
- ‡ deest Al.
- " Ἰουδ. lege ἐν τῇ Συρίᾳ τῇ Κοίλῃ, καθ' ἣν Ἰουδαῖοι πλεῖστοι τυγχάνουσιν ἔχοντες, ἐν τρισὶ μόνον τόποις ἀμμώδεσι καὶ ἁλμώδεσιν εἶναι.
- † οὕτως Al.
- ‡ ἔυμαλα " κατὰ Bas. Al.
- " deest Al.
- † ὀρθοφυῇ Al. Bas.
- ‡ ὡς Plin. " ἔχει Bas.
- † ἀλλ' ἰδίᾳ καθαίρουσι Al. Bas.
- ‡ ἀμματιαῖον. Al. Bas.

Palmarum autem satio cultusque sequens, præter cæteros peculiaris esse videtur. Serũt enim † ligna quæ in fructibus insunt: bina juxta composita subter, binaque superne colligantes: omnia prona. Germen enim non de supinis † cavisque partibus mittunt, ut quidam volunt, sed è supernis. Quapropter in eorum conjunctione, quæ superponuntur, minimè sunt operienda principia, unde ‡ germen. Plura autem simul seruntur, quoniam satio unius infirma est. Horum radices amplexu mutuo connectuntur: atque illico primi ortus promiscui coalescunt, ut unus ex cunctis caudex conficiatur. Satio ex seminibus talis fieri solet. Ex trunco autem: palmæ ipsius, cum partem abstulerunt supernam, qua cerebrum includitur (auferunt autem cubitorum duorum longitudine) quam fissuris humore ipso detracto, defodiunt. Solum arenosum salsuginosumque concupiscit. Idcirco ubi tale non sit, agricolæ salem aspergunt. Quod quidem circum ipsas radices facere haudquaquam oportet, sed longius †abijs accumulare, quantum semisextarius. Quod talem appetat locum, illud quoque argumentum capiunt. Nam ubi palmarum copia sit, humus " arenosa cernitur. Quippe apud Babylonem ubi palmæ nascuntur, sic esse ajunt. Quin & in Africa, & Ægypto, & Phœnice, in Syria quoque cava † cognominata, tribus tantum in locis arenaceis eas gigni, quæ condi reservarique possint: reliquas autem, quæ cæteris in locis proueniunt, minime durare, sed protinus prutrescere: ‡ virides tamen suaves esse, gustuque gratas: atque ita " consumi. Amant, & † crebram rigationem. De fimo diversa sententia est. Quidam enim has fimo delectari negant, sed abhorrere omnino statuunt. Alij usum fimi concedunt, incrementumque magnum capere eo affirmant. Aquæ tamen fimum misceri oportere inquiunt: quemadmodum Rhodij facere solent. De hoc ita quærendum amplius est: forsitan enim alij hoc modo, alij illo colere consuevere. Et fimum ipsum cum aqua utilem, sine aqua non esse contingit. Cum autem anniculæ sunt, eas transferunt & salem adjiciunt, & bimas iterum transferunt. Etenim mutatione sedis vehementissime gaudent. Transferunt quidam vere, sed Babylonij circa sidus. Ad summam pars major eo tempore serit, ut & proveniat & crescat celerius. Novellam minime tangunt, sed comas duntaxat religant: ut procera assurgat, ‡ nec virgæ torqueantur. Post hæc deputant. Cum autem majuscula jam sit, & crassitudinem habeat, tantum virgæ relinquunt ", quanta magnitudo palmi. Quamdiu novella sit, fructum nullo intus " ligno producit: postea cum † ligno. Quidam, Syrios nullam adhibere culturam, sed purgare tantum atque ‡ irrorare affirmant. Aquam scaturientem potius quam pluviam eos quærere ajunt. Tale autem in convalle, qua palmaria sunt, exuberare. Convallem istam, per Arabiam usque ad rubrum tendere mare, Syrios affirmare, ac plerosque qui inde venissent, referunt. Ejus itaque convallis parte cavissima, palmas exoriri enarrant. Sed hæc utroque modo forsitan fieri possunt. Nam pro regionibus, sicut & arbores ipsæ variant. Culturas quoque inter sese distare, haud pro absurdo intelligi debet. Genera autem palmarum plura.

- † *ossa.*
- † *decurtatisque.*
- ‡ *germen: quod expertis tantum notum.*
- † *amandando Gaza.*
- " *arenosa & salsuginosa.*
- † *cognominata, quaque regionis suæ parte Iudæi plurimas habent, in tribus arenosis ac salsuginosis tantum locis nascuntur, quæ condi.*
- ‡ *recentes.*
- " *vesci.*
- † *terram riguam.*
- ‡ *nec virgas dirimunt.*
- " *osse.*
- † *osse.*
- ‡ *irrigare.*

φοινίκων ἐστὶ πλείω. πρῶτον μὲν καὶ ὥσπερ ἐν μεγίστῃ διαφορᾷ, τὸ μὲν κάρπιμον, τὸ δὲ ἄκαρπον. ἐξ ὧν οἱ περὶ Βαβυλῶνα τάς τε κλίνας καὶ τὰ ἄλλα σκεύη ποιοῦνται. ἔπειτα τῶν καρπίμων, οἱ μὲν ἄρρενες, αἱ δὲ θήλειαι. διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων, καθὸ ὁ μὲν ἄρρην αὐτὸς πρῶτον φέρει ἐπὶ τῆς σπάθης, ἡ δὲ θήλεια καρπὸν † εὐθὺς μακρόν. αὐτῶν δὲ τῶν καρπῶν διαφοραὶ πλείους. οἱ μὲν γὰρ ‡ ἀπύρηνοι οἱ δὲ μαλακοπύρηνοι. καὶ ταῖς χροιαῖς, οἱ μὲν λευκοί, οἱ δὲ μέλανες, οἱ δὲ ξανθοί. τὸ δὲ ὅλον οὐκ ἐλάττω χρώματά φασιν εἶναι τῶν συκῶν, οὐδὲ ἁπλῶς τὰ γένη. διαφέρειν δὲ καὶ κατὰ τὰ μεγέθη καὶ κατὰ τὰ σχήματα. καὶ γὰρ σφαιροειδεῖς ἐνίους, ὡσανεὶ μῆλα. καὶ τὰ μεγέθη τηλικούτους, ὡς τέτταρας εἰς τὸν πῆχυν εἶναι. ἐνίους δὲ καὶ πήχυν εὐπόδους. ἄλλους δὲ μικρούς, ἡλίκους ἐρεβίνθους. καὶ τοῖς χυλοῖς δὲ πολὺ διαφέροντας. κράτιστον δὲ καὶ τῶν λευκῶν καὶ τῶν μελάνων τὸ βασιλικὸν καλούμενον γένος ἐν ἑκατέρῳ καὶ μεγέθει καὶ ἀρετῇ. σπάνια δὲ εἶναι ταῦτα λέγουσι. σχεδὸν γὰρ ἐν μόνῳ τῷ † Βάγου κήπῳ τοῦ παλαιοῦ περὶ Βαβυλῶνα. ἐν Κύπρῳ δὲ ἴδιον τὸ γένος φοινίκων ἐστίν, ὃ οὐ πεπαίνει τὸν καρπόν, ‡ ἀλλ' ὠμὸς ὢν ἡδὺς σφόδρα καὶ γλυκύς ἐστι. τὴν δὲ γλυκύτητα ἰδίαν ἔχει. ἔνιοι δὲ οὐ μόνον διαφέρουσι τοῖς καρποῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ δένδρῳ καὶ κατὰ τὸ μῆκος καὶ τὴν ἄλλην μορφήν. οὐ γὰρ μεγάλοι καὶ μακροί, † ἀλλὰ βραχεῖς. ἔτι δὲ καρπιμώτεροι τῶν ἄλλων, καὶ καρποφοροῦντες εὐθὺς τριετεῖς. πολλοὶ δὲ καὶ οὕτοι περὶ Κύπρον. εἰσὶ δὲ καὶ περὶ Συρίαν καὶ περὶ Αἴγυπτον φοίνικες, οἳ φέρουσι τετραετεῖς καὶ πενταετεῖς, ἀνδρομήκεις ὄντες. ἕτερον δέ τι γένος ἐν Κύπρῳ, ὃ καὶ τὸ φύλλον πλατύτερον ἔχει καὶ τὸν καρπὸν μείζω πολλῷ καὶ ἰδιόμορφον. μεγέθει μὲν, ἡλίκος ῥοά· τῷ σχήματι δὲ προμήκης. οὐκ εὔχυλος δὲ ὥσπερ ἄλλοι, ἀλλ' ὅμοιος ταῖς ‡ ῥίζαις. ὥστε μὴ καταδέχεσθαι, ἀλλὰ " διαμασησαμένους ἐκβάλλειν. γένη μὲν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, πολλά. θησαυρίζεσθαι δὲ μόνους δύνασθαί φασι τῶν ἐν Συρίᾳ τοὺς ἐν τῷ αὐλῶνι· τοὺς δὲ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Κύπρῳ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις χλωροὺς ἀναλίσκεσθαι. ἔστι δὲ ὁ φοῖνιξ ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν μονοστέλεχες καὶ μονοφυές. οὐ μὴν ἀλλὰ γίνονταί τινες διφυεῖς, ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ, καθάπερ δικρόαν ἔχοντες. τὸ δὲ ἀνάστημα τοῦ στελέχους ἀφ' οὗ ἡ σχίσις καὶ πεντεπήχυ πρὸς ἄλληλα δέ πως ἰσάζονται. φασὶ δὲ καὶ τοὺς ἐν Κρήτῃ πλείους εἶναι τοὺς διφυεῖς· ἐνίους δὲ καὶ τριφυεῖς. ἐν δὲ τῇ Λαπαίᾳ τινὰ καὶ † πεντεκέφαλον. ‡ οὐκ ἄλλως γοῦν ἐν ταῖς εὐτροφωτέραις χώραις γίνεσθαι πλείω τὰ τοιαῦτα. καὶ τὸ ὅλον δὲ τὰ εἴδη πλείω καὶ τὰς διαφοράς. ἄλλο δέ τι γένος ἐστίν, ὅ φασι γίνεσθαι πλεῖστον περὶ τὴν Αἰθιοπίαν, ὃ καλοῦσι " Κύκας. οὗτοι καὶ θαμνώδεις, οὐχ ἓν τὸ στέλεχος ἔχοντες, ἀλλὰ πλείω· καὶ ἐνίοτε συνηρτημένα μέχρι τινός εἰσι. τὰς δὲ ῥάβδους οὐ μακράς, ἀλλ' ὅσον πηχυαίας μὲν, ἀλλὰ λείας. † ἐπὶ τῶν ἄκρων τὴν κόμην ἔχουσι δὲ καὶ τὸ φύλλον πλατύ, καὶ ὥσπερ ἐκ δυοῖν συγκείμενον ‡ ἐλαχίστων καλοὶ δὲ καὶ τῇ ὄψει φαίνονται. τὸν δὲ καρπὸν καὶ τῷ σχήματι καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ χυλῷ διάφορον ἔχουσι. στρογγυλώτερον γὰρ " καὶ μείζον καὶ εὐστομώτερον, ἧττον δὲ γλυκύ. πεπαίνουσι δὲ ἐν τρισὶν ἔτεσιν, ὥστε καρπὸν ἔχειν. ἐπικαταλαμβάνοντες τῷ νέῳ τὸν ἕνον. ποιοῦσι δὲ καὶ ἄρτους ἐξ αὐτῶν. περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπισκεπτέον. οἱ δὲ † χαμαιριφεῖς καλούμενοι τῶν φοινίκων, ἕτερόν τι γένος ἐστίν, ὥσπερ ὁμώνυμον. καὶ γὰρ ἐξαιρεθέντος τοῦ ἐγκεφάλου ζῶσι, καὶ κοπέντες ἀπὸ τῶν ῥιζῶν παραβλαστάνουσι.

plura. Primum enim & quasi discrimine maximo, quod aliud fructiferum aliud sterile, quo Babylonij lectos, & vasa conficiunt. Fructiferarum aliæ mares, aliæ fœminæ. † Interest autem, quod mas primum in spatha floret: fœmina fructum oblongum illico præstat. Fructuum ipsorum differentiæ plures: alij namque sine ‡ ligno intus, alij cum ligno: & alij duro ligno, alij molli. Colore quoque inter se discrepant: alij enim candidi, alij nigri, alij flavi. Ad summam, non pauciores quam ficorum colores aut absolute genera statuunt. Ad hæc differre magnitudine figuraque volunt: quosdam " enim in modum esse malorum: magnitudine autem tantos, ut quatuor tantum cubitum † expleant: alios minutos cicerum magnitudine. Saporibus plurimum differre inquiunt, sed optimum tam inter nigros, quam inter candidos, genus, quod regium vocant, cum magnitudine, tum virtute. sed rarum id esse. Nam tantum ferme in hortis antiqui ‡ Batti apud Babylonem comperiri affirmant. In Cypro genus quoddam peculiare palmarum est, cujus fructus nunquam maturescit: crudus tamen suavis apprime dulcisque est, dulcedinemque ipsam peculiarem habet. Quædam non fructu modo, verum & arbore ipsa, & longitudine, formaque reliqua distant. Non enim magnæ " excelsæque, sed breves. sed & fœcundiores quam cæteræ, trimæ protinus fructificantes. Tales etiam in Cypro, in Syria quoque Ægyptoque palmæ proveniunt: quæ quadrimæ, aut cum plurimum, quinquennes fructificant; hominis altitudine assurgentes. † Genus aliud est in Cypro, quod & folium amplius habet, & fructum multo ampliorem, discrimine peculiari discretum, magnitudine mali punici, figura oblongum: non tamen sapidum tanquam cæteræ, sed radicibus simile; ut non devoretur, sed succo tantum expresso exspuatur. Igitur palmæ, generibus (ut dictum est) pluribus constant. Recondi autem ex iis fructibus, qui in Syria nascuntur, illos tantum posse, quos palmaria convallis parturit, volunt. Qui vero in Ægypto, & Cypro, & alibi gignuntur, hos recentes omnes consumi. Est autem palma, ut simpliciter dicamus, caudice uno, atque simplici corpore. Quædam tamen vel bifidæ exeunt, sicut in Ægypto, quasi bifurcæ. Statura caudicis à parte qua finditur, vel quinûm cubitûm. Paresque inter sese prope partes ipsæ assurgunt. In Creta quoque plures bifidas provenire affirmant, quasdam trifidas. In Lapæa vel † quino cerebro genus quoddam enasci tradunt. Fertilioribus itaque locis plura ejusmodi. Atque in totum genera differentiasque plures haberi consentaneum est. Genus aliud est, quod plurimum gigni in Æthiopia fertur, ‡ Cyce vocatum, fruticosum, non uno caudice, sed pluribus: & interdum aliquatenus conjunctis. Virga minime longa, sed cubitali tantum, leni coma cacumini adnexa; folio amplo, & quasi ex duobus minutis compacto; forma eximia. " Fructum, figura, magnitudine, & sapore diversum quam cæteræ præstant: quippe rotundiorem, gustuque gratiorem; sed minus dulcem. Triennio maturant: ut fructum veterem habeant novo subnascente. Panes quoque ex his conficiunt. De his igitur etiam amplius considerare oportet. Palmæ autem, quas humiles vocant, genus aliud est, quasi æquivoce dictum. Nam † excepto cerebro vivunt, & ab radicibus succisæ repullulant. Fructu quoque & folijs distant. Sunt enim lato mollique folio: ob id sportulas, tegetes, & capitis umbracula eo contexunt. Quin & in Creta insula multæ, atque etiam multo plures in Sicilia tales proveniunt. Sed hæc prolixius, quã proposita res exigeret, diximus. In cæterorum autem satione, plantas in contrarium

Marginal notes (Greek column): † εὐθὺ. Al. Bas. ‡ ἀπύρηνοι, οἱ δὲ πυρῆνα ἔχοντες· καὶ τούτων οἱ σκληροπύρηνοι, οἱ δὲ μαλακοπύρηνοι, &c. Bas. ἀπύρηνοι. οἱ δὲ * μαλακοπύρηνοι. " εὔχυλοι καὶ εὐώδεις. † Βαγώου τοῦ παλαιοῦ. ‡ ἀλλὰ καὶ ὠμός. " κατὰ δὲ Al. † deest Al. ‡ lege ῥοαῖς. " διαμασησαμένους. † πεντακέφαλον. ‡ οὐ καλῶς Bas. " Κοίκας. † ἐπὶ δὲ τῶν Bas. ‡ ἐλαχίστων. " καὶ μῆλα καὶ μεῖζον. † χαμαιρῖφεῖς.

Marginal notes (Latin column): † rursus differunt à se invicem, quod mas primum in palmite floret. ‡ osse. " enim globosos in modum. † expleant, succo præstanti, bonoque odore. ‡ Bagoi. " excelsæq; solum, sed etiam humiles, ramisque adstrictis, sed & fœcūdiores. † cuidam in Cypro generi folium latius est, & fructus multo major, peculiarisq; formæ, magnitudine mali punicæ, figura oblongus, succo minus grato quam in cæteris, sed punico simili. itaque non deglutitur, sed commanducatus exputitur. † in quinos truncos. ‡ Cacas. " fructum habent, figura, magnitudine, & succo præcipuum, pomo rotundiore & majore quã malo, odoris jucundioris, sed minus dulcis saporis. † exempto.

διαφέρουσι δὲ καὶ τῷ καρπῷ καὶ τοῖς φύλλοις· πλατὺ γὰρ καὶ μαλακὸν ἔχουσι τὸ φύλλον. διὸ καὶ πλέκουσιν ἐξ αὐτοῦ τάς τε σπυρίδας καὶ τοὺς φορμούς. πολλοὶ δὲ καὶ ἐν τῇ Κρήτῃ γίνονται, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐν Σικελίᾳ. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ πλεῖον εἴρηται τῆς ὑποθέσεως. ἐν δὲ ταῖς τῶν ἄλλων φυτείαις, τἀνάπαλιν τίθενται τὰ φυτευτήρια, ‡ καθάπερ τῶν κλημάτων. οἱ μὲν οὖν οὐθὲν διαφέρειν φασίν. ἥκιστα δ' ἐπὶ τῶν ἀμπέλων· ἔνιοι " δὲ ῥοάδα γίνεσθαι καὶ σκιάζειν μᾶλλον τὸν καρπόν. ἔτι δ' ἧττον ἀποβάλλειν τοὺς † κικίννους. συμβαίνειν δὲ τοῦτό φασι καὶ ἐπὶ τῆς συκῆς. οὐ γὰρ ἀποβάλλειν ἀνάπαλιν φυτευθεῖσαν. ἔτι δὲ ‡ εὐβατωτέραν γίνεσθαι· οὐκ ἀποβάλλειν δὲ, οὐδὲ ἐάν τις ἀποκλάσῃ φυομένης εὐθὺς, τὸ " ἄκρον. αἱ μὲν οὖν φυτεῖαι καὶ γενέσεις ὃν τρόπον ἔχουσι, σχεδὸν ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, εἴρηται· περὶ δὲ τῆς ἐργασίας καὶ τῆς θεραπείας, τὰ μέν ἐστι κοινά, τὰ δὲ ἴδια καθ' ἕκαστον. κοινὰ μὲν, ἥ τε σκαπάνη καὶ ἡ ὑδρεία καὶ ἡ κόπρωσις. ἔτι δὲ ἡ διακάθαρσις καὶ ἡ ἀφαίρεσις τῶν αὔων. διαφέρουσι δὲ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον· τὰ μὲν φίλυδρα καὶ φιλόκοπρα, τὰ δὲ οὐχ ὁμοίως. οἷον, ἡ κυπάριττος, ὥσπερ οὐ φιλόκοπρον οὐδὲ φίλυδρον, ἀλλὰ καὶ ἀπόλλυσθαί φασι, ἐάν γε νέαν οὖσαν ἐφυδρεύωσι πολλῷ. ῥοὰ δὲ καὶ ἄμπελος φίλυδρα. συκῆ δὲ, † εὐβλαστοτέρα μὲν, ὑδρευομένη· τὸν δὲ καρπὸν ἴσχει χείρονα, πλὴν τῆς Λακωνικῆς· αὕτη δὲ φίλυδρος. διακαθαίρεσθαι δὲ πάντα ζητεῖ. βελτίω μὲν τῶν αὔων ἀφαιρουμένων ὥσπερ ἀλλοτρίων, ἃ καὶ τὰς αὐξήσεις καὶ τὰς τροφὰς ἐμποδίζει. διὸ καὶ ὅταν ᾖ ‡ γεράνδρυον, ὅλως κόπτουσιν. ἡ γὰρ βλάστησις νέα γίνεται τοῦ δένδρου. πλείστης δὲ διακαθάρσεως φησὶν Ἀνδροτίων δεῖσθαι, μύρρινον καὶ ἐλαίαν. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐλάττω καταλίπῃς, ἄμεινον βλαστήσει, καὶ τὸν καρπὸν οἴσει πλείω· * πλὴν ἀμπέλου δηλονότι. ταύτης " γὰρ πολλὰ καταλείπειν, ἀναγκαιότερον καὶ πρὸς βλάστησιν καὶ πρὸς εὐκαρπίαν. ἁπλῶς δὲ καὶ ταύτην καὶ τὴν ἄλλην θεραπείαν πρὸς τὴν ἰδίαν φύσιν ἑκάστῳ ποιητέον. δεῖσθαι δέ φησιν Ἀνδροτίων καὶ κόπρου δριμυτάτης, καὶ πλείστης ὑδρείας, ὥσπερ καὶ τῆς διακαθάρσεως ἐλαίαν καὶ μύρρινον, καὶ ῥοάν. οὐ γὰρ ἔχειν μήτραν οὐδὲ νόσημα κατὰ γῆς οὐδέν. ἀλλ' ἐπειδὰν παλαιὸν ᾖ τὸ δένδρον, ἀποτέμνειν δεῖ τοὺς ἀκρέμονας. ἔπειτα τὸ στέλεχος θεραπεύειν, ὥσπερ ἂν ἐξ ἀρχῆς φυτευθέν. οἱ δέ φασι πολυχρονιώτατον καὶ ἰσχυρότατον μύρρινον εἶναι καὶ ἐλαίαν. ταῦτα μὲν οὖν ἐπισκέψαιτ' ἄν τις, εἰ καὶ μὴ πάντα, ἀλλὰ περί γε τῆς μήτρας. ἡ δὲ κόπρος οὔτε πᾶσιν ὁμοίως, οὔθ' ἡ αὐτὴ πᾶσιν ἁρμόττει. τὰ μὲν γὰρ δριμείας δεῖται, τὰ δὲ ἧττον, τὰ δὲ παντελῶς κούφης. δριμυτάτη δὲ, ἡ τοῦ ἀνθρώπου· καθάπερ καὶ ‡ χαρτόδρας. ἀρίστην μὲν εἶναι ταύτην φασί. δευτέραν δὲ, τὴν ὑείαν. τρίτην δὲ, αἰγός. τετάρτην δὲ, προβάτου. πέμπτην δὲ, βοός. ἕκτην δὲ, ὄνων. ἡ δὲ συρματῖτις ἄλλη καὶ ἄλλως. ἡ μὲν γὰρ, ἀσθενεστέρα ταύτης· ἡ δὲ κρείττων. τὴν δὲ σκαπάνην πᾶσιν οἴονται συμφέρειν, ὥσπερ καὶ τὴν " σκάλσιν τοῖς ἐλάττοσιν. εὐτραφέστερα γὰρ γίνεσθαι. τρέφειν δὲ δοκεῖ καὶ ὁ κονιορτὸς ἔνια, καὶ θάλλειν ποιεῖν· οἷον, τὸν βότρυν· διὸ καὶ ὑποκονίουσι πολλάκις. οἱ δὲ καὶ τὰς συκᾶς ὑποσκάπτουσιν ἔνθα τούτου ‡ δεῖ. Μεγαροῖ δὲ καὶ τοὺς σικύους, καὶ τὰς κολοκύντας, ὅταν οἱ ἐτησίαι πνεύσωσι, σκάλλοντες κονιορτοῦσι, καὶ οὕτω γλυκυτέρους καὶ ἁπαλωτέρους ποιοῦσιν, οὐχ ὑδρεύοντες. τοῦτο μὲν οὖν ὁμολογούμενον. τὴν δὲ ἄμπελον οὔ φασι δεῖν ὑποκονίειν, ἢ ὅλως ἅπτεσθαι περκάζοντος τοῦ βότρυος· ἀλλ' εἴπερ, ὅταν ἀπομελανθῇ. οἱ δὲ, τὸ ὅλον μηδὲ τότε, πλὴν ὅσον

‡ ἢ καθάπερ.
" δὲ ῥοὰν μᾶζον γίνεσθαι.
† Al. Bas. κοτίνους. lege κυτίνους.
‡ ἀβατωτέραν Al. Bas.
" καρπὸν Bas.
† ἀβλαστοτέρα Al. Bas.
‡ γεράνδριον Al. Bas.
* desunt Al. Bas. lege μάλιστα ἐπὶ τοῦ ἀμπέλου. ταύτης γὰρ πολλὰ ἀφαιρεῖν ἀναγκαιότερον.
‡ περιστερᾶς.
" ὄσκαλσιν Al. Bas.
‡ deest Bas.

multi † permutant. Quanquam sint, qui referre nihilo velint, minimeque in genere vitium: ‡ Alij pampinum lasciviorem, & qui amplius fructum protegeret; ita exire, minusque amitti acinos putant, atque hoc idem effici in fico. Nam si in contrarium permutata feratur, fructum non amittere, scansilemque ita fieri censent: fructum præterea servare, si quis, dum nascitur, summitatem statim defringat. Sationes, generationesque, quo pacto se habeant, dictum fere est: prout breviter amplecti singula licuit. In cultu & opera omnium, alia communia, alia singulorum propria esse constat. Communia, " fossio, rigatio, stercoratio: item purgatio, & aridorum exemptio. Quamquam secundum plus minusve differant. Aliæ namque magis fimum & aquam diligunt, aliæ minus. Sicut cupressus, quæ nullo pacto fimum nec aquam concupiscit, sed etiam emori dicitur, si copiose novella adaquetur. Punica & vitis aquam diligunt. Ficus cum rigatur, magis germine viget, sed fructum deteriorem parit: præterquam Laconica, quæ riguis vehementissime gaudet. Purgari omnia quærunt, melioraque redduntur exemptis aridis, tanquam alienis, quæ tum incrementa, tum alimenta impediunt. Ob id cum arbor annosa est, eam totam decidunt; germinare namque denuo incipit. Maximè purgatione myrtum & oleam egere Androtion autor est. Etenim quo pauciora reliqueris, melius germinant, fructumque copiosius præstant; † vite excepta. In hac enim plura relinquere ad germinationem, quam ad fructificationem, satius est. Ad summam, & hæc, & reliqua omnis cultura, pro natura cujusque propria impendenda est. Fimo quoque acerrimo, & rigatione copiosissima, ut & purgatione, oleam, myrtum, punicamque egere Androtion inquit. Nec enim medullam eas habere, nec ullo morbo sub terra infestari. Sed cum arbor vetusta est: ramos decidere, & truncum deinde colere, tanquam denuo satum oportere. Sunt qui diuturnissimam & validissimam myrtum & oleam esse affirmant. Hæc igitur perscrutari quispiam diligentius velit. Et si non omnia, tamen de medulla. Fimus autem nec pariter omnibus, nec idem omnibus, convenit. Aliæ namque acriorem velle videntur, aliæ minus acrem, aliæ penitus levem. Acerrimus hominis est, ut & ‡ chartodræ. Et hunc omnium optimum esse asseverant. Secundum suillum. Tertium caprarum. Quartum ovium. Quintum boum. Sextum " jumentorum. Qui è stipulis, diversus diversoque modo additur. Quidam enim debilior, quidam efficacior est. Omnibus fossionem prodesse existimant, sicut etiam sarculationem minoribus. Melius enim ita coalescere ajunt. Pulvis quoque, ut nonnulla crescant † vireantque, facere videtur: ut uva. Quamobrem ‡ inferius sæpe excitant: nonnulli & ficos suffodiunt, ubi pulvere opus sit. Megarenses etiam " peponibus, cucumeribus, atque cucurbitis, cum venti anniversarij perflant, pulverem surculo excitant, atque ita dulciores mollioresque reddunt, absque rigatione. Hoc igitur concessum indubie habetur. Sed vitem pulvere conspergere, aut ullo pacto tangere, cum uva † nigrescere incipit, haud quaquam oportere existimant. Sed si unquam ita agendum sit, cum nigra omnino reddetur, agendum censent. Alij neque tunc oportere ajunt, ‡ nisi quoad runcandum sit. De his ergo ambigitur. Si quid autem fructum non fert, sed se totum in germina vertit, partem caudicis infimam scindunt, atque lapidem interponunt, utcunque diducto; itaque fructificare posse asseverant. Pari

† permutat, vel sicuti in palmita.
‡ quidam punicam malum ampliorem fieri, fructū magis inumbrare, cytinosque suos minus amittere putant.
" ablaqueatio.
† præ ceteris vitis: huic enim major & exactior putatio debetur, tam ad germinationem quam fructificationem.
‡ columbæ.
" asinorum.
† vegetioresque sint.
‡ subpulverant sæpè.
" dele.
† variare.
‡ quum quasi subruncant herbam.

modo

ἀποβάλλειν τὴν βοτάνην. ὑπὲρ μὲν τούτων ἀμφισβητοῦσιν. ἐὰν δέ τι μὴ φέρῃ καρπὸν, ἀλλ' εἰς βλάστησιν τρέπηται, σχίζουσι τοῦ στελέχους τὸ κατὰ γῆν, καὶ λίθον ἐντιθέασιν, ὅπως ἂν ῥαγῇ, καί φασι φέρειν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐάν τις τῶν ῥιζῶν τινὰ περιτέμνῃ. διὸ καὶ τῆς ἀμπέλου τοῦτο ποιοῦσιν ὅταν † τρυγῶσι τὰ ἐπιπολῆς. τῆς δὲ συκῆς πρὸς τὸ περιτέμνειν καὶ τὸ φέρειν ‡ περιπλάττουσι καὶ " καταταχίζουσι τὰ στελέχη, καί φασι φέρειν μᾶλλον. ἀμυγδαλῇ δὲ καὶ πάτταλον ἐγκόψαντες σιδηροῦν, ὅταν τετράνωσιν, ἄλλον ἀντεμβάλλουσι δρύινον, τῇ γῇ κρύπτουσιν. ὃ καλοῦσί τινες κολάζειν, ὡς ὑβρίζον τὸ δένδρον. ταυτὸν δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ἀπίου, καὶ ἐπ' † ἄλλων τινὲς ποιοῦσιν. ἐν Ἀρκαδίᾳ δὲ καὶ τὴν ‡ εὐθύνην καλοῦσι γοῦαν. πολὺ γὰρ τὸ δένδρον τοῦτο παρ' αὐτοῖς. καί φασιν ὅταν πάθῃ τοῦτο, καὶ τὰς μὲν μὴ φερούσας φέρειν, τὰς δὲ μὴ πεττούσας, ἐκπέττειν καλῶς. ἀμυγδάλην δὲ καὶ ἐκ πικρᾶς γίνεσθαι γλυκεῖαν, ἐάν τις περιορύξας τὸ στέλεχος, καὶ τετράνας ὅσον παλαιστιαῖον, πανταχόθεν τὸ ἀπορρέον δάκρυον, ἐπὶ ταυτὸ ἐᾷ καταῤῥεῖν. τοῦτο μὲν ἂν εἴη πρός τε τὸ φέρειν ἅμα καὶ πρὸς τὸ εὐκαρπεῖν.

† τρυγῶσι τὰς ‡ lege περιπάττουσι. " καταχοῦσι Al. Bas.

† ἄλλων Bas. ‡ δαδοῦχον καλοῦσι οἶαν.

modo & si quam radicis partem secueris, fructum creatum iri. Quamobrem radices vitium summas, quum sarmentis luxuriant, † evellunt. Ficorum non solum radices amputant, verum etiam ‡ obducto cinere obstruunt, & passim caudicem scindunt; itaque fructum copiosius dari affirmant. Amygdalæ " palo ferreo infixo, cum penetraverit, alium quernum foramini facto adigunt, terraque occultant: quod punire nonnulli vocitant, perinde, ac si arbor lasciviret. Hoc idem & in piro fieri † solet. Amygdalam & ex amara dulcem effici volunt, si quis caudice circumfosso præterforatoque, mensura dodrantali, undique lachrimam effluentem in idem defluere sinat. Sed hoc tam ad fructificandum, quam ad bene fructificandum conferre creditum est.

† circumcidunt. ‡ cinerem inspergunt. " cuneo. † solet, & aliis. In Arcadia sorbum δαδοῦχον, id est, qui tædam gestat, vocant.

Scatet hæc regio sorbis. Ferunt incolæ steriles, fore fructiferas, & quæ ad maturitatem producere nequeunt fructus, exactè maturos reddituros si caudici infigatur tæda. Quæ in editione Leydensi prætereuntur.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Πρανεῖς δὲ πάντας. Theodorus, omnia prona, *ad verbum. Hoc enim significat,* πρανής. *Declarat tum quomodo* Theophrastus. Cava *enim appellat* τὰ ὕπτια. *quippe* τὰ κοῖλα; *mox dicit,* ἀλλ' ἐκ τῶν ἄνω. *Superiores igitur partes,* πρανεῖς *vocat. At suprà lib.* I. τὰ κάτω, πρανῆ *agnoscebat: ubi de foliorum inversione loquebatur. Hîc autem sequutus est, ut monebamus, præceptorem.*

Οὐδὲ περικαλύπτειν τὰς ἀρχάς. Principia, *appellat umbilicum: principium sanè est plantæ. Inde enim prodit. Quinetiam est item seminis ipsius principium; qua suscipit alimentum. Id quod tum in aliis, tum in avellana animadvertas. à mucco enim, qui circumstat nuculam; egreditur vena quædam nervea: eaque pertingit ad summam ligulam, quam vulgo germen appellari diximus. Id ait in palmula* τοῖς ἐμπείροις *solis notum. A nobis multò ante perspectum fuerat, quàm Theophrasti locum hunc legissemus.*

Ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἀσθενὴς ἡ φυτεία. *Mira natura, cæterisque penè omnibus contraria. Dico, penè: quia etiam asparagi sic seminantur, pugillatim semine demisso. Cæterum pleraque deterius & oriuntur, & pullulant, & perficiuntur. Item illud alterum æque mirum, aut magis: ita coalescere, ut unus duntaxat stipes non solum videatur, sed etiam sit.*

Φιλεῖ δὲ χώραν ἀμμώδη. Theodorus *addit,* salsuginosam. *Sic Plinij verba:* & nitrosa; *& hic,* ἅλας περιπάττειν. *non,* περιπλάττειν. *Quæ vox in libro de odoribus haud semel, neque uno modo est depravata;* διαπλάσματα, διαχρίσματα, διαπάσματα.

Ἣν ἰνδοὶ πλεῖστα τυγχάνουσιν ἔχοντες. Theodorus *horum verborum agnovit nullum.*

Χλωροὺς δὲ ἡδεῖς εἶναι: καὶ καταναλίσκειν οὕτω. *Virides suavi gustu esse: atque iis ita illos vesci.* Theodorus, consumi: *verbo nimis communi, atque ancipiti.*

Φιλεῖ γὰρ ὑδρείαν. Terram riguam, *ut utramque naturam agnoscas, & soli per se arenosi, & aliunde udi. Iccirco dixit,* ὑδρεύειν. *Infrà,* ὑδρείαν, aquationem.

Ῥάβδοι μὴ ἀπορθῶνται. *Verbum mirum, quasi dicas, derigantur: sicuti, debellare, à recto flectantur.*

Καρπὸν εὐθύμακρον. *Ita scriptum est unico accentu. Quid si dividas ad hunc modum?* εὐθὺς μακρὸν: *quia mas* πρῶτον ἄνθος φέρει. *Vt mas primùm floreat, fœmina illicò edat fructum sine flore, quod & Theodorus.*

Οἱ δὲ μαλακοπύρηνοι. Theodorus *interposuit apertiores divisiones. Contra, omisit illa;* ἔνιοι δὲ καὶ εὐώδεις. *Lego verò,* εὐχύλους, καὶ εὐώδεις.

Βάττου τοῦ παλαιοῦ. In prisci Batti hortis ad Babylonem. *At Battus in Cyrenaica, ea in Africa, Babylon in Asia. Errant enim qui Memphim, Babylonem dictam putant ab antiquis. Strabo etiam* τὸ Βαβυλώνιον φρούριον, *rem perpusillam, & à Memphi diversam prodit: itemque ejus appellationis caussam assignat. Battum veterem dicit; quemadmodum & Catullus. Plures enim fuere. Hæc Herodoti Melpomene.*

Οὐ γὰρ μεγάλοι, καὶ μακροὶ, ἀλλὰ βραχεῖς. *Ne proceros, & effusos putes, sed & humiles, & astrictis ramis.*

Θησαυρίζεσθαι. *At quæ ex Alexandria palmulæ ad nos afferuntur, permultos durant annos. Quas, si dicas, ab Indis convehi; quæram qua ratione peculiari vocent aliud certum genus medicatum, Tamarindos. Tamar enim* palmulam *significat. Plinius quoque hæc sequutus ait,* Africanas cito evanescere.

Ἐν δὲ τῇ Λαππαίᾳ τινὰ πεντακέφαλον. *Cum* μυελὸς, μήτρα, καρδία, ἐγκάρδιον, ἐγκέφαλον, *sit idem in arbore. Non potuit Theodorus cerebri appellationem ab imo arbore excludere: ut excludit, ubi dicit:* quino cerebro. *Non enim ab imo quinque partitus stipes est. In palma tamen videtur pars summa tantùm ita dici. Nibilo secius videamus hîc non* πεντεγκέφαλον, *sed* πεντακέφαλον: *quemadmodum est apud Pindarum* ἑκατοντακέφαλον. *Si audeas, ut biceps, triceps: ita quinceps, centiceps. Lapæa Cretæ oppidum, quam Ptolemæus Lapan. Apud Plinium correxit doctissimus Hermolaus.*

Οὐ καλῶς γοῦν ἐν ταῖς εὐτροφωτέραις. *Theodorus tollit,* οὐ καλῶς: *atque ille quidem* ἀκαίρως. *Arenosum namque solùm deterius est: & tamen producit probatiores.*

Χαμαιρριφεῖς. *In nostro codice Pliniano scriptum est,* chamærepes. *Hoc ab* ῥέπω: *illud ab* ῥίπτω. *Hermolaus neque judicat, neque indicat: sed in corollario prudenter utrumque complexus est illis verbis,* abjectam, & repentem humi. *Prima annotatio hæc est. Secundo. Hermolaus aliam tradit hanc, & illam, quam Dioscorides* χαμαίζηλον, *vocat. Neque tamen potest caussas adducere: solo quippe nomine posito à Dioscoride. Tertia. Chamæriphas putat idem easdem cum iis, quas Siculum vulgus* Ciphilionem. *Neque tamen Theophrastus usum ipsius cerebri in cibo dixit. Quarta. Mirum cum vir ille divinus harum historiam repeteret: ex Plinio potius transcripsisse, quàm indicasse è Theophrasto. Præterea idem ait,* Ciphilionem etiam palmidium dici, à quadam palmæ spadicum similitudine. *Hic duo sunt animadvertenda: nam neque est similitudo spadicum magis, quàm foliorum: neque hæ ferunt ramos quos spadicas appellare queas. Punicei enim non sunt. Ad hæc* palmitam *Hispani, non* palmidium *nominant: neque debuit Græcam flexionem accommodare Latinæ voci, sed Barbaram non refugere, ut res quemadmodum est, proderet. Item de palmitarum radice nihil, quæ tamen mirabilis est, peponi non absimilis figura: concretio pinguis, & tuberacea medulla intus: gustus gratus assuetis. Vsus ad Venerem tum excitandam, tum augendam. E Sicilia Romam afferunt Pontificalibus jejuniis venalem. Quo urbs illa cœlestis vivat: id quod facit sanctius, & purius. An verò* Margyllion, *aliquis Hispaniæ populus vocet, nescio. Scio ad Carthaginem ejus Provinciæ Margaiones nominari. Genuenses appellant* Stroffogiones. *Neque à Margaritis dictas arbitror, ut putarunt: si rubras fert.*

Præsertim

Præsertim cùm diversa sit ab ea, quam Margaridem prodit Plinius ea de caussa vocitatam. Diversam verò esse necesse est, si ea Margaris unica sit in Chora. Ac propterea avis illius singularis, atque hujus demum palmæ nomen commune factum φοῖνιξ. *Si igitur cum ave quia singularis: quonammodo duas tradit: unam in Chora, unam in Syagris. Præterea si eadem species est Margaridum: qua ratione dixit, præcipuam obtinent nobilitatem Syagri. Et subdit:* proximam Margarides. *Hermolaus* Choram *nominavit:* Syagros *subticuit. Ruellius, qui suo more omnia converteret, ac faceret scopas, cum verba Hermolai, ut solet, describeret: omisit illa,* baculas rubentes illas, dumulos, ab Hispanis vocari. *In Hermolai codice inter historiam palmarum cæduarum, non cerebrum, sed* ἄχεον, *scriptum est. Hæc præter institutum deduxi: ut, quemadmodum diligentius in commentarijs de plantis fecimus, autorum fides labore nostro perspecta foret.*

Ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ φυτείᾳ. *Hinc diversum caput erat inchoandum. Redit enim ad propositum: ubi vides historiam, quod toties monebamus, confundi. Rectius, uti dicebamus, partes primo ponerentur loco. Deinde genera. Tertio generationes. Quarto effectus naturales. Quinto artificiales; à satione, à materia ædificiorum, à materia ignaria, & alijs ejusmodi. Plinius quoque, qui hujus diligentiæ acrior exactor fuit, carbones etiam his admiscet. Verba verò quemadmodum intelligamus, videndum est. Nam* τοὐναντίον *Theodorus vertit,* in contrarium. *an verò tandem est, quod ait Plinius,* inverso surculo? *atque ille de salice tantùm, de his non ita. Idem* ῥάδιας γίνεσθαι, *alia diversa metitus est lectione. Pro his enim scribit:* pampinum lasciviorem; *& pro eo quod est in Græco,* κοτίνους, *ponit,* acinos. *Ego verò lego sic, & sic interpretor.* ἔτι δὲ καὶ ῥοιὰ δεῖ γίνεσθαι, *scilicet* οὕτως. Punicam, sicut & vitem. *Nam & mox ficum; atque iccirco lego,* κοτίνους, *non* κοτίνους. *Si immersum feras surculum, rami haud ita surrecti sint, sed potius proni. Igitur ficum si feras ad eum modum; erit, ut apud nos legitur,* εὐβατωτέρα; *non, ut Theodorus,* εὐβατωτέρα. Scansilem, *interpretatur. Ne prætereamus illa,* ᾗ δ' ἄν τις ἀνακλάσῃ φυομένης εὐθὺς τὸ καρπὸν. *Oportet enim,* τὸ φυομένης, *activè poni. Contorto namque fructus pediculo, minus humoris accipit, cujus copia nimia dilabebatur.*

Αἱ μὲν οὖν φυτεῖαι. *Suprà dixit,* φυτείαν, *&* ἐργασίαν, *&* θεραπείαν. *Hactenus* περὶ φυτείας. *Nunc de alijs. Itaque novum caput hinc.*

Συκῆ δὲ ἀβλαστοτέρα μὲν. *Theodorus legit,* εὐβλαστοτέρα *rectè.*

Ταύτης γὰρ ἀναγκαιότερον καὶ πρὸς βλάστησιν, καὶ πρὸς εὐκαρπίαν. *Dixerat, multa, putatione indigere myrtum, & oleam. Ratio duplex. Melius germinat, & plura fert, excipit vitem. Excipit ergo, aut propter utrumque, aut propter alterutrum. Quare Theodorus ita:* In hac enim plura relinquere ad germinationem, quàm ad fructificationem, satis est. *Plinius ait,* Myrtum, punicam, oleam, alternam exigere putationem: vitem autem, annuam. *Pauciora ergo in vite relinquuntur, si annuas vices spectes. Quinetiam cùm putantur, & hæc & illæ: pauciora relinqui in vite, quàm in myrto, & olea, & punica, quis dubitet? quare,* τὸ πλῶ ἀμπέλῳ, *ita accipiemus. Illis inter omnes arbores plurimam deberi putationem, excepta vite duntaxat: quippe cui major & exactior etiam debeatur. Idque adeò verum est: ut in vineis bonos ad summum pampinos ferè aptent, unum productiorem, quem & curvent: alterum brevissimum, duarum tantùm gemmarum. Verùm hoc in lætioribus vineis, atque ubi sunt pedamenta; in alijs plerisque unum modo.*

Πολυχρονιώτερα, ἐξ ἰσχυρότατον. *Quia dixerat, vetulas arbores novellandas ramorum putatione. Et addit, has esse Androtionis opiniones: eas exactius contemplandas esse: præsertim cùm neget medullam esse Olivæ, & Myrto, & Punicæ. Hoc enim falsum est.*

Ἄριστον μὲν εἶναι πάντων φησί. *Hic optimum accipit in genere fimi,* acerrimum. *Ita Chartodran (Barbarum sanè nomen) existimasse. Scio ego columbinum fimum esse acriorem, & calceos exurere, humanum non item; & subest ratio. Humidior enim: atque iccirco acrimonia dilutior. Plinius alia; atque aliter ex Varrone, & Columella. Nota ex Theodoro,* ὑπὸ τῶν ὄνων. *Transtulit,* jumentorum, *Plinij verba suo more potius, quàm autoris sequutus fidem. Puto tamen Muli, pessimum esse. Ac de Asinino alia sententia Plinij,* συρματίτης, *vertit,* stipularius. *Melius,* è quisquiliis: *neque enim stipula sola,* σύρματα.

Ὄσκαλσις. Sarculationem *Theodorus; rectè. vox rurinata, & infrequentior. Illa vulgatior, & communior.* Σκάπτειν, σκάλλειν, γυμνοῦν, *etiam haud ita omnibus usitata.*

ὑποκονίουσι. *Theodorus,* inferius sæpè excitant. *Non venit in mentem verbi* subpulverant, *vel id emisset de suo, ut poneret. Videbimus brevitatem.* καὶ τὰς συκᾶς ὑποκονίουσιν ἕνεκα τούτου. *Scilicet opus sit, vel tale quiddam.*

ὑποτίλλει τὴν βοτάνην. *Theodorus,* quò ad runcandum. *Sic & Plinius,* variante uva, fodiendas. *At hîc,* ὅταν ὑπομελανθῇ. *Ita & infrà apud Homerum ἐν τῇ ὀ Vlyssea ad eundem modum interpretantur,* περκάζει, *is* τὸ μέλαν μεταβάλλειν.

Ὅπως ἂν ῥαγῇ. *Theodorus,* utcunque disjectum. Simplicius, *ut rumpatur. Lege* τραγᾷ, *non* τρυγῶσι. *Luxuriem notans verbum, alibi à Theophrasto positum, & à præceptore. Theodorus addit verbum minus aptum,* Evellunt. *At est* περιτέμνουσι, abradunt, circumcidunt, *Plin.*

Καὶ ἐπ' ἄλλοις, καὶ ἐπ' ἄλλων. *Theodorus omisit,* καὶ ἐπ' ἄλλων. *Subdit historiam de ea, quæ in Arcadia: quam totam omisit Theodorus, & longè sui dissimilis oratio est,* ἀντὶ ἄλλων, *sub eadem præpositione.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Φυτεύουσι. *Hunc locum ita vertit Plinius lib.* XIII. *cap.* IV. Seritur autem pronum, & bina juxta composita semina, superque totidem, quoniam infirma singulis planta est. Quaternæ coalescunt. *Loquitur autem de palmulæ nucleo: de quo antè dixerat,* Postea lignum intus, hoc est semen ejus. Est autem oblongum, non ut olivis orbiculatum. Præterea cæsum à dorso pulvinata fissura, & in alvo media plerisque umbilicatum, unde primum spargitur radix. *In quibus mirum, cur τοῦ φοίνικος πυρῆνα, quod constat ossiculum esse, sive corneæ substantiæ, lignum esse dixerit. Nam disertè Theophrastus histor. libro* I. *cap.* XVIII. *de hoc loquens ait,* οὐδὲ γὰρ κοιλότητα ἔχει τοῦτ' οὐδεμίαν. *(At in præsenti capite reposuerunt ex versione Gazæ,* κοῖλον: *malè. Legendum enim* κυρτόν. *nisi per* κοῖλον, *intelligas cum Plinio,* dorsum pulvinata fissura, *quæ ὕπτια pars Theophrast.* πρανής *verò in qua umbilicus)* ἀλλ' ὅλον ἐξ ὀστοῦ. *Itaque hos nucleos, etiam* ὀστᾶ τῶν φοινίκων, *vocavit Leontinus libro* X. *Geoponic. Sed idem Plinius in eodem cap. de palmis, inquit,* Fructiferarum aliis breuius lignum in pomo, aliis longius: his mollius: illis durius; quibusdam osseum, lunatumque. *Sed expediendus est nodus. Cùm lignum vocat Plinius, videtur Cuci inter palmæ genera comprehendisse. Vide quæ in Græco lexico scripsimus, in voce κυκιόφορον. Illud autem nascendi principium in palmæ nucleis, quod in fabis hilum, & in colocasia πικρὸν συνεστραμμένον, dixit Theophrastus, ut & adnotavimus in voce πῖλος, id est,* quod umbilicatum, *esse dixit ipse Plinius, quòd rectè* oscillum, & umbilicum *possis appellare. Nam idem,* Condi lupinos, *inquit,* in fumo maximè convenit: quoniam in humidi vermiculi, umbilicum ejus in sterilitatem castrant. *Columella libro* II. *cap.* X. Si humor invasit, vermes gignit: qui simul atque oscilla lupinorum ederunt, reliqua pars enasci non potest. *Apud Constantinum Cæsarum γεωπονικῶν, lib.* X. *de satu palmarum, sic lego,* εἶτα μέσῳ τοῦ χώματος τῆς βαλάνου τὸ πυρῆνα σχηματίσας πρὸς τὴν γῆν, τὸ δὲ ἐξ ὃ πρὸς ἀνατολάς, ἐπιχώννυε, *&c.*

Ἡ δ' ἀφ' αὐτοῦ. *Leg.* ἡ δ' ἀπ' αὐτοῦ, *nempe* σκόλιξος φυτεία. *Quod & Plinius ita vertit lib.* XIII. *cap.* IV. Seruntur autem palmæ & trunco duorum cubitorum longitudine, à cerebro ipso arboris viridi fissuris diviso, atque defosso.

Τὸ ὑγρόν. *Sic vocat stipitis partem, in qua relictus humor, sive succus, quem salivam Latini vocant (nosque vulgo* Seve*) quia lentor salivarius, præsertim corticis quarundam, ut ulmis est salivosus humor, teste Plinio lib.* XVI. *cap.* XXXVIII. *ubi,* Humor & cortici arborum est, qui sanguis earum intelligi debet, non idem omnibus, &c.

Κατὰ τῆς. *Lege* μετὰ τῆς. *Plinius lib.* XIII. *cap.* IV. Gaudet & riguis, totoque anno bibere cùm amet, anno sitienti. A fimo quidam etiam lædi putant: & Assyriorum pars aliqua si non rivis misceatur.

Ἀποσπῶνται. *Legendum* ἀπαρτῶνται. *Hunc locum sic transtulit Plinius libro* XIII. *cap.* IV. Ergo plantaria instituunt, anniculasque transferunt, & iterum bimas. Gaudent enim mutatione sedis, verna alibi, in Assyria autem circa canis ortum. Nec ferro attingunt

gunt ibi novellas, sed religant comas, ut in altitudinem exeant. Robustas deputant crassitudinis gratia, semipedales ramorum relinquentes truncos &c.

Γένη πλείω. *Plinius ibid.* Genera earum multa: sterilibus ad materias; operumque lautiora utitur Assyria, &c.

Σπάδιω. *Dixit suprà Theophrastus libro.* I. *cap.* XXI. τῷ φοινικῶν τὸ μὲν ἄῤῥεν ἀνθεῖν, τὸ δὲ θῆλυ ἄνευ ἄνθους, ἀλλ' εὐθὺς προφαίνειν τὸ καρπόν. *Et Plinius lib.* XIII. *cap.* IV. Mas in palmite floret, fœmina citra florem germinat. *Vbi* σπάδιω, *vertit* palmitem: *dixitque ibid.* Pomum est non inter folia, ut in cæteris, sed suis inter ramos palmitibus racemosum. *Et libro* XVI. *cap.* XXVI. *ait,* Palma, ut dictum est in spathis, habet fructum racemis propendentem. *Vide tamen quid propriè* σπάθη, *quod adnotatum est in Græco Lexico Crispini.*

Στάχυω. *Legendum* πήχυω. *Plinius lib.* XIII. *cap.* IV. Sicciores in hoc genere Nicolai, sed amplitudinis præcipuè, quaternis cubitorum longitudinem efficiunt.

Μικρός. *Tales margarides, sive potius margaritides.* Eæ breves, *inquit Plinius,* candidæ, rotundæ, acinis, quàm balanis similiores: Quare & nomen à margaritis accepere.

Βατίδ. *Legendum* βαγὸν, *cujus meminit Plutarchus de fortuna Alexandri. Plinius etiam ex hoc loco ita dixit lib.* XIII. *cap.* IV. *de palmis*: Clarissimæ omnium quas regias appellavere ab honore: quoniam regibus tantum Persidis servabantur, Babylone natæ uno in horto Bagou, &c.

Ἐν κήπῳ. *Plinius ibid.* Caro maturescit anno. Quibusdam tamen in locis, ut in Cypro, quanquam ad maturitatem non perveniat, grato sapore dulcis est, &c.

Οὐ γὰρ μεγάλοι καὶ μακροὶ μόνον, ἀλλὰ βραχεῖς, ἔτι, &c. *Sic enim restituo. Sunt enim & palmæ proceræ, sicut præcipuè sylvestres: sunt & humiles fruticem non excedentes; tales* chamæropes *Plinio.*

Καρποφοροῦντες. *Plinius libro* XIII. *cap.* IV. Ferunt statim in trimatu. In Cypro verò, Syria, Ægypto, quadrimæ aliæ, aliæ quinquennes, altitudine hominis, ἔτεροι δέ τι ὕψει. *Hoc genus cum priore non rectè in unum conflavit Plinius ibidem. Nam post illa quæ suprà adscripsi in adnotatione* ἐν κήπῳ, *attexuit atque assuit ista,* Et folium ibi latius, fructusque reliquis rotundior, nec ut devoretur corpus, verum ut expuatur, succo modo expresso. *Et fortè scripsit Plinius,* injucundior; *non verò,* rotundior.

Κύκας. *Plinius lib.* XIII. *cap.* IV. In ipsa quidem Æthiopia friatur hæc (tanta est siccitas) & farinæ modo spissatur in panem. Gignitur autem in frutice ramis cubitalibus, folio latiore, pomo rotundo, sed majore quàm mali amplitudine. Cycas vocant, triennio maturescunt, semperque frutici pomum est subnascente alio.

Χαμαιρῥιφεῖς. *Plinius etiam ex hoc loco ibidem sic scripsit,* Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum appellant, exemptaque vivunt, quod non aliæ. Vocantur autem chamærøpes, folio latiore ac molli, ad vitilia utilissimo. Copiosæ in Creta, sed magis in Sicilia. *Dixeratque prius,* Sunt & cæduæ palmarum quoque sylvæ, germinantes rursus ab radice succisæ.

Καθάπερ τῶν κλημάτων. *&* infrà ἀδιαστρέφειν. *corrige* ᾗ καθάπερ τῶν κλημάτων. *&* ἰνδιαστρέφειν. *Non est autem hic* τ' ἀνάπαλιν φυτεύειν, inverso surculo, sive inversa virgula serere. *De quo suprà cap.* VII. *in adnotatione* Κάτω τρέποντα. *Sed cùm Philosophus suprà sermonem instituisset de arbuscularum translatione, & positione, interjecta de palmis historia, rursus ad propositum de situ revertitur. Quod etiam testatur Plinius libro* XVII. *cap.* XI. *ubi de situ plantarum quæ transferuntur tractans, sic ait de Theophrasti sententia,* Quod è diverso affectant etiam quidam in vite, ficoque permutantes in contrarium. Densiores enim folio ita fieri, magisque protegere fructum, & minus amittere, ficumque sic etiam scansilem fieri. *Alioqui* τ' ἀνάπαλιν φυτεύειν, *est etiam (ut dictum suprà)* inverso surculo, sive inversa virgula serere: *ut infrà de Causis lib.* II. *cap.* XI. *de punica,* Οἱ δὲ καὶ ἀνάπαλιν κελεύουσι φυτεύειν τὰς ῥάβδους. τοῦτο χαλεπὸν, ὅπως εὐθὺ καταπινώσωσιν. *Et prohibet tamen Palladius in Martio cap.* XC. Ne punicas virgula inversa deponamus. *Punica verò scio* καλλικέφαλα φυτεύεσθαι πρὸς τὸ μὴ χαίνειν, *in Geoponicis.*

Ῥοδῶν. *Vide quæ observata sunt in Lexico Crispini in verbis* κεντηλιθώσαι, *&* τραγᾶν, Κοτίνος, *Gaza* κοτίνος. *Sed legendum contendo* κιχίννος. *Sic enim vitis capreolos translatè vocavit, qui* ἕλικες, *id est Ciceroni,* claviculæ, quibus vitis quasi manibus utitur: *vel, ut dixit Plinius in proœ. lib.* XXIV. Claviculæ quibus repunt vites. *Similes sunt cirris polyporum (quos & idem pampinos appellavit) sive cincinnis puellarum, qui* βόστρυχοι, *sive* βόστρυχοι. *Ideoque dicebat Varro lib.* I. *de re rust. cap.* XXXI. Ex altera parte caprea dicta quod parit capreolum. *Is est coliculus nitens intortus, ut cincinnus. Itaque nil mirum si* κικίννους τοὺς ἕλικας *Philosophus appellarit* μεταφορικῶς.

Τὸ καρπόν. *Repono* τὸ ἄκρον, *ut de decacuminatione intelligas. Hoc etiam genus culturæ ficis adhibet Columella: ait enim lib. de arboribus cap.* XXI. Nonnunquam etiam cum fronde cœperint arbores, cacumina fici acutissimo ferramento summa amputare prodest. Sic firmiores arbores, & feraciores fiunt. *Quem subsequutus Plinius lib.* XVII. *cap.* XXVII. *inquit de ficu,* Eædem cum frondere incipiunt, si cacumina rami cujusque detrahantur, firmiores, fertilioresque fiunt. *Lege & ipsum Theophrastum de Causis lib.* V. *cap.* XXI. *ubi:* κολάζουσι καὶ ἐν τῇ τῶν ἀκρέμων τινὰ περιθεῖναι τῷ δένδρῳ, καὶ ἰσχυρ. τοῦτο γὰρ αἴτιον διαμονῆς ποιοῦσι τῆς συκῆς, ὅταν ἄρχηται βλαστάνειν, &c. *Est verò* X. κλωνοτομικῶν *caput* ὥστε συκῆν μὴ ἀποβάλλειν τὸν καρπόν.

Σκαπάνη. *Fossio quidem est, & propriè in arboribus ablaqueatio vocatur.* circunfossuram *etiam dixit Plinius lib.* XVII. *cap.* XXVI. *ubi & hunc locum Theophrasti imitatione adumbravit.* Ex his, *inquit,* quædam sunt communia omnium, quædam propria quarundam. Communia, ablaqueatio, &c. *De quibus etiam ipse agit Philosophus de Causis lib.* III. *cap.* II. *& lib.* V. *cap.* XII.

Τὰ μὲν φίλυδρα. *Plinius sumpsit etiam ex hoc loco ita scribens lib.* XVII. *cap.* XXVI. Arborum iis aliæ magis, aliæ minus gaudent: veluti cupressus & aquam aspernatur, & fimum, & circumfossuram, amputationemque, & omnia remedia odit: quinetiam necatur. Riguis & vites, & punicæ præcipuè aluntur. Ficus arbor ipsa riguis alitur; pomum verò ejus marcescit.

Διακαθαίρεσθαι. *Plinius hinc transcripsit, ita prodens lib.* XVII. *cap.* XXVI. Plurimæ autem amputari sibi volunt onerosa, ac supervacua, sicut nos ungues & capillum. Reciduntur veteres totæ, ac rursus à stolone aliquo resurgunt, &c.

Πολυχρονιώτεραι καὶ ἰσχυρότεραι. *Dubium an hæc aliorum sententia, de materia in opere, an de vita ipsarum arborum intelligi debeat. Ego de vita, hic utrumque puto accipi oportere, ut sit* μακροβιώτεραι καὶ δυσωλέθροι. *Horum tamen quovis modo accipias, pars altera tantùm vera est. Nam firmissimæ ad viuendum oleæ, teste Theophrasto histor. lib.* IV. *cap.* XV. *& Plinio lib.* XVI. *cap. ult.* Materies maximè durabilis, non firmissima tamen. *Nam, ut idem ait Plin. lib.* XVI. *cap.* XLI. Robur, olea incurvantur ceduntque ponderi. Myrtus autem citò occidit. *Idem Plin. lib.* XVII. *cap.* XIII. Lignum autem & infirmum per se ineptumque ædificiis. *Ego interpretatione ambiguitatem sustuli.*

Συρμαΐτης κόπρος, *de quo & lib.* VII. *cap.* V. *id est,* fimus ex viarum vel cortis colluvie, de purgamentorum quæ converri solent congestitia materia. *Vide Columellam cap.* II. *cap.* XV. *in eo loco, qui non solùm ea purgamenta quæ ipsi corporibus edunt, sed & quæ colluvies cortis & ædificijs, &c.*

Ὄσκαλσις. *Legendum* σκάλσις, *vel* σκάλσις, *ut infrà lib.* IV. *cap.* XIV. *quæ & ab ipso* σκαλεία *vocatur lib.* III. *cap.* XXV. *de causis plantarũ, atque ab alijs* σκαλσις, *&* σκαλισμὸς, *id est* sarritio *Varroni, sive* sarritura *Columellæ, &* sartura *atque* sarculatio *Plinio. Et* οἰόντι *suprà corruptio pro* διοντι.

ὑποκηνοῦσι. *Lege adnotat. in Lexico Græcolat. Crispini. in voce* ὑποκηνίωσις.

Ἐάν δὲ. *Apud Constantinum Cæsarem similis cultura in sterilibus vitibus lib.* V. *cap.* περὶ ἀφόρων ἀμπέλων. *Vbi tamen corruptè scriptum* διαφορῶν. τὸ πρέμνον, *inquit,* σχίσαντας μικρὸν περίπτερα· κάλλιον δὲ σφηνὶ δρυΐνῳ· καὶ λίθον ἐμβαλεῖς εἰς τὴν σχίσιν, ὡς τὸ ἀποσπᾶσθαι ἀπ' ἀλλήλων τοῦ πρέμνου τὰ μέρη, &c. *Plinius lib.* XVII. *cap.* XXVII. Pomiferis quæ germinant, nec ferunt fructum, fissa radice inditur lapis, fertilesque fiunt. *Columella,* Amygdalæ parum feraci, forata arbore lapidem adjici, *præcipit,* qui in librum arboris finatur inolescere.

Τέφραν περιπλάττουσι, καὶ καλύπτουσι. *Repono* περιπάττουσι καὶ καλύπτουσι, *id est* καταχώσωσι. *Dixitque Plin. lib.* XVII. *cap.* XXVII. Etiam radices circumcidisse, prodest vitium luxuriantiũ ficorumq;, & circuncisis cinerẽ addidisse. Ἀμυγδαλῆ, *Plinius ibid.* Hoc idẽ & Amygdalis, è robore cuneo adacto. In pyris sorbisque è tæda, ac cinere & terra

terra cooperto. *Vbi sorba addidit de suo, sumpta, credo, occasione, ex eo quòd ait* Theophrastus, καὶ ἐπ᾽ ἄλλων: (*Sic enim emendo pro* ἐπ᾽ ἄλλῳ) *vel potius, ut infra dicetur in Adnot.* γαίαν.

Γαῖαν. *Substituo* ὄαν, *sive* ὄλα: *sic enim sorbus utroque modo. Atque ita legendum docent verba Plinij supra ascripta in Adnot.* τίφαν.

Εἰσπίπλειν. *Repono* ἐκπίπτειν.

Ἀμυγδάλῃ δέ. *Ex quo loco Plinius lib.* XVII. *cap.* XXVII. Amygdalæ ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite, & ab ima parte circumforato defluens pituita abstergeatur. *Sic & Constantinus Cæsar* γεωπονικῶν *lib.* X. *de Amygdalis*, Γλυκεῖαν δὲ ἐκ πικρᾶς ποιήσεις, εἰ ἐκ τρυπήσας τὸ πρέμνον ἐπὶ παλαιστὴν ἐν τετραγώνῳ, τὸ δάκρυον ἐκ ῥέῃ, *&c.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Τῶν δὲ.) De palmæ satione, natura & generibus, multa, ac præclara hoc capite Theophrastus docet. Palma dicitur quod comam in cacumine habeat circumtensam, & ramos in digitorum modum protensos. Ut palma apud Latinos denotat arborem quæ fert palmas, ipsumque fructum: sic φοῖνιξ apud Græcos arborem fructumque significat, ut docet Galen. libr. de cibis boni & mali succi, cap. IV. Φοίνικος nomen, quin à colore impositum, non dubito. Φοῖνιξ enim quasi φόνιξ, à sanguineo, cruentoque quarundam palmarum dicitur colore, unde & φοινίσσω rubefacio, cruento rubore suffundo, purpureo sanguine intingo. Phavorinus: Φοῖνιξ ὁ πυῤῥὸς, ὅθεν καὶ φοίνικες ἡ δένδρα διὰ τὸ ὁμοιόχροον. Recentiores Græci, δάκτυλοι appellarunt. Suidas, δάκτυλοι παρὰ πολλοῖς οἱ βάλανοι τῆς φοίνικος. Dixi à recentioribus sic vocari, quod nullus locus apud veteres reperiatur, in quo δάκτυλος pro palmæ fructu ponitur. Scio apud Plinium lib. XIII. cap. IV. hæc reperiri: *Suum genus è ficciore turba dactylis prælonga gracilitate curvatis interim.* &c. Locum hunc corruptum docet nobiliss. Salmas. ac corrigit, *Suum genus è ficciore turbæ, balanis prælonga gracilitate, curvatis interim,* &c. Sic legendum existimavit, quod Græci veteres palmæ fructum βάλανον & φοινικοβάλανον vocarunt. Dioscorides lib. I. Οἱ δὲ φοινικοβάλανοι στυπτικώτεροι. Interpretes φοινικοβάλανον, dictum putant à colore mutato. Vertunt enim; *Eadem si usque ad totam maturitatem in arbore relicta fuerit, mutato colore & nomine phœnicobalanus, id est punicea, sive mali, vermicula vocatur palmula.* Rectius Plinius Græco usus est vocabulo. Ægyptia enim palma, de qua sermocinatur Dioscorides, Plinio si credimus, colore est in nigrum vergente. Palmas candidas, flavas, rubras reperiri tradit hoc capite Theophrastus. Idem testatur Alpinus, qui diu in Ægypto vixit. Φοινικοβάλανον veluti δρυοβάλανον Græci dicunt; ut distinguerent ab alijs βαλάνοις quercuum, castanearum, & similium. Galenus lib. de cibis boni & mali succi, asserit φοίνικας, à recentioribus medicis φοινικοβαλάνους vocari; addit nomen illud apud veteres non fuisse in usu. Τῶν δὲ φοινίκων ὁ καρπὸς δὴ ἔφην ἅπαντας ἕλληνας ὀνομάζειν φοίνικας, ὁμωνύμως τῷ δένδρῳ, στύφοντός τε ἅμα καὶ γλυκέος χυμοῦ μετέχει. τινὲς δὲ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ἐν συνθέτῳ προσηγορίᾳ φοινικοβαλάνους ὀνομάζουσιν αὐτούς. οὐ μὴν παρά γε τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησιν εὗρον τοὔνομα. φοινίκων γὰρ ἐκεῖνοι βαλάνους, τὸν καρπὸν τοῦτον, οὐ φοίνικας, οὐδὲ φοινικοβαλάνους ὀνομάζουσιν. *Palmarum fructus Græci omnes quemadmodum diximus, tum palmas, tum earum fructus, eodem vocabulo phœnicas appellant, dulcis succi sunt, & adstringendi etiam facultatem habentis. Hos medici quidam recentiores composito nomine phœnicobalanos vocant, idque apud veteres Græcos in usu non est. Namque illi hos fructus* φοινίκων βαλάνους, *hoc est palmularum glandes, non phœnicas aut phœnicobalanos dicunt.* Φοινικοβαλάνου tamen voce usus Polybius, Galeno sæculo uno alteroque antiquior. Vixit enim temporibus Ptolemæi Euergetis regis Ægyptiorum, ut refert Suidas. Ex auctoritate Polybij scribit Athenæus lib. XIV. lotum ficubus & palmulis gustu non dissimilem, sed odore suaviorem, Ἔστι δὲ τὸ βρῶμα παραπλήσιον σύκῳ καὶ φοινικοβαλάνῳ, τῇ δὲ εὐωδίᾳ βέλτιον. Dioscorides loco citato, βάλανον, ἀπὸ τῆς φοινικοβαλάνου diversam facit. Interpretes omnes βάλανον, vertunt immaturum; φοινικοβάλανον, maturum fructum. Certe φοινικοβαλάνους, palmas Dioscorides tam distinguit à viridibus, quas πώματα, sive πώματα vocari refert, quam à siccatis, quas τραγήματα vocant Græci. Xenophon secundo ἀναβάσεως. τὰς δὲ τῶν ἐξαιρέτους τραγήματα παρετίθεσαν. Hesych. Φοινικοβάλανον. τὸ τράγημα, καὶ εἶδος ἀμπέλου. Plin. lib. XIII. cap. IV. *Ex reliquo genere plebeæ videntur. Syri, & Iuba tragemata appellant. Nam in aliqua parte Phœnices Ciciliæque, populari etiam nomine à nobis appellantur balani.* Corrupta hæc, Doctiss. Salmas. rectè judicat. Vox Græca est, non Phœnicea βάλανος. Restituit idem in hunc sensum: *E reliquo genere plebeiæ videntur Syri. Tragemata appellant. Nam in alia parte Phœnices,* (Phœnices hoc loco φοίνικες palmulæ) *Græciæque populari etiam nomine à nobis appellantur balani.* Cæterum non omnis palmæ balanus, tragema dicebatur; sed is duntaxat qui siccatus erat, quod non observavit Plinius. Maturæ recentes φοινικοβάλανοι vocantur. Dioscorides, Ἐὰν δὲ ἀφεψηθῇ πεπαινόμενος γίνεται φοινικοβάλανος. *Quod si ad integram maturitatem pervenire sinatur, phœnicobalanos fit.* Plinius loco citato. *Colligitur autem paulo antequam incipiat maturescere; quod si relinquatur* (legit ἀφεθῇ, quomodo legendum docet Marcellus. Perinde videtur, quam teneamus lectionem, si vulgatam sequamur, nihil decedit sententiæ Plinianæ. Si ad solis cocturam referatur, & calorem quo omnis plantarum fructus ad maturitatem perducitur) *phœnicobalanos vocatur, & nigrescit, vescentesque inebriat.* Malè ergo, ut dixi, hodierni interpretes, ita accipiunt, quasi mutato nomine ac colore palmula, cum matura est, vocetur phœnicobalanos, id est punicea glans. Longè alia mens Dioscoridis & Plinij. Nec Græcum φοινικοβάλανος pro φοινικοῦς βάλανος. Φοινικοβάλανον, recentiores Græci σοῦκλαν vocarunt. Hesych. Σοῦκλαι, φοινικοβάλανοι, συκοβάλανος τὸ αὐτὸ, φοίνικες, fortè φοῖνιξ scribendum. vel τὸ αὐτὸ, καὶ φοινικίς, *souclai phœnicobalanus*, idem. & phœnicis id est purpura, purpureus color. Immaturam palmam Dioscorides, πῶμα vocari ait, Φοῖνιξ ἐν Αἰγύπτῳ γίνεται. τρυγᾶται δὲ μεσοπωρούσης τῆς κατὰ τὴν ὀπώραν ἀκμῆς, παρεμφερὴς τῇ Ἀραβικῇ μυροβαλάνῳ· πῶμα δὲ λέγεται, χλωρὸς τὸ χρῶμα, ἐμφερὴς κυδωνίῳ κατὰ τὴν ὀσμήν. εἰ δ᾽ ἀφεψηθῇ. Τρυγᾶται, inquit, δὲ μεσοπωρούσης &c. Vertunt, *Ex ea vero fructus in medio autumni vigore colligitur.* Legunt alij μεσοπωρούσης, & vertunt, *colliguntque ex eo palmulas autumno, antequam maturescere incipiant.* Ruellius interpretatur, *ea medio maturitatis vigore autumno decerpi solet.* Reddunt alij, *medio tempore autumnitatis suæ*; qui non videntur exponere, τὴν κατὰ τὴν ὀπώραν ἀκμήν. Scribunt alij, τρυγᾶται δὲ μέσης τῆς κατὰ τὴν ὀπώραν ἀκμῆς. *Decerpitur autem in medio vigore autumni.* Quot homines, tot sententiæ. Nemo attendit ad vocem ὀπώραν, quam supra exposuimus. Lubet iterum locum insignem in mediũ adferre, ut quod tempus ὀπώρα sit, intelligi possit. Gal. lib. I. epid. comm. I. docet ὀπώραν tempus anni quod à Canis Ortu, ad Arcturi ortum durat. Θαυμάζειν δ᾽ οἶμαι δεῖ, καὶ ζητεῖν τὴν αἰτίαν, τοῦ παραλελεῖφθαι κατὰ τὸν λόγον ἐπιτολὴν ἀστέρος τοῦ ἐπισημοτάτου γινομένην, ἐν θέρει τοῦ καλουμένου σειρίου, ὀνομάζουσι δὲ αὐτὸν ἔνιοι καὶ κύνα, καταχρώμενοι τῇ τοῦ παντὸς ἄστρου προσηγορίᾳ. κύων μὲν γὰρ τὸ σύμπαν ἄστρον, ὁ δ᾽ ἐπὶ τῆς γένυος αὐτοῦ σείριος, ὃν ὀρθῶς ἂν τις ὀνομάζοι τὸν προκύνα, οὐ τὸν κύνα, καὶ ἀρχή γε τῆς καλουμένης ὀπώρας ἡ ἐπιτολὴ τούτου τοῦ ἀστέρος ἐστί. καὶ ὅσοι τὸν ἐνιαυτὸν εἰς ζ. τέμνουσι ὥρας, ἄχρι μὲν ἐπιτολῆς τοῦ κυνὸς ἐκτείνουσι τὸ θέρος, ἐκεῖθεν δὲ μέχρις ἀρκτούρου τὴν ὀπώραν. οἱ δ᾽ αὐτοὶ καὶ τὸν χειμῶνα τριχῇ τέμνουσι, μέσον μὲν αὐτοῦ ποιοῦντες τὸν περὶ τὰς τροπὰς χρόνον, τοὺς δὲ ἑκατέρωθεν, σπορητὸν μὲν τὸν πρόσθεν, φυταλιὰν δὲ τὸν ὕστερον, αὐτοὶ γὰρ οὕτως ὀνομάζουσιν. καὶ μὲν δὴ κἀν τῷ περὶ ἑβδομάδων Ἱπποκράτους ἐπιγραφομένῳ βιβλίῳ, διῃρημένον ἐστὶν εὑρεῖν τὸν ἐνιαυτὸν εἰς ἑπτὰ, τοῦ μὲν φθινοπώρου, καὶ τοῦ ἦρος ἀτμήτων πεφυλαγμένων, τετμημένων δὲ τοῦ μὲν χειμῶνος εἰς τρία μέρη, τοῦ δὲ θέρους εἰς δύο. *Porro non caret admiratione, & est investiganda causa, cur sit præteritus in sermone stellæ ortus illustrissimæ, quæ in æstatem incidit, caniculæ vocitatæ à Latinis, à Græcis* σειρίου. *Hunc aliqui, nomine abutentes, totius sideris, Canem etiam nominant. Atqui Cani universo sideri est nomen, illi vero quæ in ejus est mandibulo, Caniculæ: quam rectè anticanem, non canem appelles, cujus quidem stellæ ortus* ὀπώρας, *quam vocant, principium est. Atqui in septem divisiones qui annua distribuunt, æstatem ad canis usque ortum protendunt; ab hoc ad Arcturi ortum* ὀπώραν (interpres malè autumnum vertit) *atque idem hyemem in tres partes dissecant, cujus sub solstitium tempus medium constituunt. De extremis duobus*

duobus primam sementē, postremam φυτ*αλίαν, id est plantandi tempus. Nam hoc illi pacto appellant ista. Et quidem in libro de septimanis, qui Hippocratis nomen præfert, in septem partes annum divisum reperies: ita ut autumnus & ver integra constent, & indivisa: dividatur autem in tres partes hyems, & in duas æstas.* Hactenus Galenus. Effari nequeo quantum lucis hæc præbeant, ijs quæ lib. VII. & VIII. de sationis & plantationis tempore à Theophrasto referuntur. Dioscoridis autem orationem, Τρυγᾶται δὲ μεσοπωρούσης; (sic lego cum viris doctis, μεσοπωρούση, ab antiquo μεσοπόρω, *medium suppedito, præbeo medium iter conficio, in medio sum.* Falluntur, qui μεσοπωρούσης, legunt à voce ὀπώρα) τὸ κατὰ τὴν ὀπώρας ἀκμήν. Interpretor, *Colligitur medio tempore maturitatis suæ, quando dies caniculares sunt in maximo vigore.* Ὀπώρα tempus illud, quod caniculares vocamus dies. Sæpius hac voce utitur Hippocrates, & lib. de affect. internis non semel. Ἐπιλαμβάνεται μάλιστα μετόπωρον (quasi μετὰ ὀπώραν, quod dies caniculares sequatur) καὶ ὀπώρης ἰούσης. *Hic morbus maximè corripit autumno, & diebus canicularibus.* Eodem lib. Γίνεται δὲ τὸ νόσημα ἐν ὀπώρῃ καὶ ὁπόταν τις πλησθῇ καρπῶν ὀπώρης. *Fit quidē hic morbus diebus canicularibus, quum pomis* (vide cap. præced. de ὀπώρα) *sese repleverunt.* Cæterū Prosper Alpinus, medicus & botanicus insignis, qui diu in Ægypto medicinam exercuit, & plantas Ægyptias descripsit, refert, palmas in Ægypto autumnali tempore esse maturas. Si eo tempore maturæ; quomodo immaturæ decerpi possint, non video. Ergo immaturæ colligūtur diebus canicularibus, maturæ autumno. Sequitur apud Dioscor. παρεμφέρων τῷ Ἀραβικῷ μυροβαλάνῳ. *Arabico myrobalano similis.* Mirari satis nequeunt interpretes, quod palmæ glandem comparet Arabicæ myrobolano Dioscorides; cū nusquam alibi ejus mentionem faciat. Mirantur, inquam, myrobalani descriptionem ab illo prætermissam, cum tamen ab ea, tanquam suis nota & usitata temporibus, hoc loco similitudinem desumat. Veterū Græcorum quod sciam nemo myrobalani mentionem facit, nisi auctor libell. de plant. Arist. attrib. hic lib. I. cap. ult. circa finem, Τῶν μυροβαλάνων δὲ δένδρων, ἐν τῇ ἀρχῇ ὅταν φανῶσιν οἱ καρποὶ εἰσὶ γλυκεῖς. κοινῶς δὲ εἰσὶ στυφοὶ, καὶ ἐν τῇ κράσει αὐτῶν πικροί. *Myrobalanorum vero arborum fructus cum initio apparuerunt, dulces sunt, communiter autem adstringenti sapore, amarique in mixtione.* Μυροβάλανον nomine intelligit Dioscor. βάλανον μυρεψικήν. Idem sunt μυροβάλανος, & βάλανος μυρεψική. Glans unguentaria, quod unguentis pretiosis adderetur. Mart. lib. XIV. titulo *mirobalanum:*

> *Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,*
> *Hoc ex unguento constat, & ex balano.*


Aëtius lib. X. cap. XI. ἀλλ' ἡ τῆς μυρεψικῆς βάλανος ἣν μυροβάλανον καλοῦσιν ἐμετικὸς γίνεται, εἰ μὴ μετ' ὀξυκράτου ποθείη. *Glans unguentaria quam myrobalanum vocant, facilè vomitum excitabit, nisi cum oxycrato bibatur.* Myrobalanum & balanum myrepsicen eandem ait glandem. De balano hac vide cap. II. lib. IV. historiar. ubi luce meridiana clarius probatur, vulgares myrobalanos, non esse veterum glandes unguentarias. In prunorum potius classem referri debent, quam palmarum: nihil similitudinis cum palma habent. Dioscoridis ævo, nomen myrobalanorū, eo sensu, quo hodie nobis nota sunt, prorsus inauditum. Vetus interpres Alexandri Tralliani, qui ante sexentos annos vixit, Τὸ φοινικοβάλανον, vertit myrobalanum. lib. VII. cap. VIII. Ἀλόης ἡπατίτιδος ἀκακίας, κηκῖδος, βαλαυστίου, ῥοᾶς, φοινικοβαλάνου, κηροῦ, σχίνου, *Aloes hepaticæ, gallę ascanæ, acaciæ, balaustij, cytinorum, rias, myrobalani aut phœnicobalani, ceræ, punici.* Non hæsitavit, non dubitavit antiquus interpres, ut doctissimi viri asserunt: utrum phœnicobalanum diceret, an myrobalanum. Legentem monere, ac docere voluit, Trallianum, ejusque ævi medicos, phœnicobalum nō esse dactylum maturum, quomodo apud medij ævi Græcos accipiebatur, sed myrobalanum. Infimæ ætatis Græci τὸ φοινικοβάλανον, vocarunt βάλανον μυρεψικήν. Idem Trallianus lib. VIII. cap. VIII. circa fin. Φοινικοβάλανος δὲ, ὃν καὶ μυροβάλανον ὀνομάζουσι, εἰ μὴ δι' ὀξυκράτου πίνεται, αὐτίκα ἐμέτῳ ἀναβάλλεται. *Phœnicobalanos autem quam & myrobalanum appellant, nisi ex posca bibatur, mox evomitur.* Hæc de myrobalanis vulgatis intelligi nequeunt, quod vomitiones sistant: sed de unguentaria glande seu μυρεψικῇ βαλάνῳ. Galenus lib. VI. simpl. Βάλανος μυρεψική. Paulo infra. Εἰ δέ τις τῆς σαρκὸς αὐτῆς ποιοῖ δραχμῆς ὁλκὴν μετὰ μελικράτου ἐμετικῆς πειράσεται τοῦ φαρμάκου, πολλάκις δὲ καὶ διὰ τῆς κάτω κοιλίας ὑπάγει δαψιλῶς. ὅθεν ἐπειδὴ χρῆζω τοῦ φαρμάκου εἰς τὴν τῶν σπλάγχνων, καὶ μάλισθ' ἧπαρ ἢ σπλῆνα τοῦ φαρμάκου χρώμεθα, μετ' ὀξυκράτου δίδομεν αὐτό. καὶ χαίρει πρὸς τὰς ἄλλας δὲ τὰς ἐκτὸς ἐνεργείας ὄξει χαίρει μάλιστα. *Si quis carnem ejus drachmæ pondere cum melicrato bibat, medicamen experietur vomitorium, sæpe etiam per inferna alvum largiter subducit; itaque cum hoc medicamento utimur ad viscerum expurgationem, & maximè hepatis lienisque, ex oxycrato ipsum exhibere consuevimus; gaudet vero vel maxime alioqui aceto ad actiones extrinsecas.* Idem Trallianus myrobalanum numerat inter calida, lib. VIII. cap. XIII. Ψυχρᾶς δὲ καὶ ξηρᾶς διακράσεως. χαμαιπίτυς, χαμαίδρυς, γεντιανή, μυροβάλανος, καλαμίνθη, πευκέδανον, ἄκορον. *Frigidæ autem, & siccæ temperiei chamæpitys, chamædrys, gentiana, myrobalanus, calamintha, peucedanum, acorus.* Myrobalani vulgares calidi non sunt, sed frigidi, nec adversus frigidum morbum quicquam valent. De suo adjecit, phœnicobalanum dactylum esse, interpres antiquus Moibanus, cum Tralliani locum lib. X. in hunc sensum vertit; *Phœnicobalanus qui & myrobalanus vocatur, & à quibusdam dactylus, nisi cum oxycrato, id est posca sumatur, vomitione continuo conjicitur?* Qui myrobalanū dactylum vocarit, repperi neminem. Glandem unguentariā intelligit Trallianus, quæ myrobalanus vocatur. Aëtius lib. I. Βάλανος μυρεψικὴ καὶ ἣν μυροβάλανον ὀνομάζουσι. Cōstat ergo βάλανον μυρεψικήν, myrobalanon vocari. Sed cur φοινικοβάλανον, Trallian. vocarit, imaginari nequeo. Palmæ, glandique unguentariæ facultas dissimilis. Vomitiones μυρεψική movet; & incidendi vim habet: neutrum potest palma. Dioscorides phœnicobalanum maturam palmam vocat: immaturam vero & adhuc viridem comparat Arabicæ myrobalano, sive glandi unguentariæ. Theophr. lib. IV. cap. II. glandem hanc fructum ferre ait: τῷ μεγέθει δὲ τῇ ὄψει παραπλήσιον τὸ τῆς καππάρεως. Diosc. capparis fructum lib. II. cap. CCIV. describit, Καρπὸν δὲ οἷον ἐλαίας, ὃς ἀνοιχθεὶς λευκὸν ἀποδίδωσι ἄνθος, οὗ πεσόντος, εὑρίσκεταί τι οἷον βάλανος ἐπιμήκης ὅπερ ἀνοιχθὲν ἔχει κόκκους ὥσπερ ῥοιᾶς μικρούς, ἐρυθρούς. *Fructum vero olivæ instar, qui cum dehiscens panditur, florem promit candidum. Hoc vero dilapso, non nihil glandis oblongæ figura invenitur, quod apertum grana tanquam punici mali exigua, rubentiaque intra se ostendit.* (hæc quomodo intelligi debeant, habes lib. VI. cap. V.) Idem Diosc. lib. IV. c. CIV. βάλανον μυρεψικήν, fructum ferre ait, nucis avellanæ similitudine, ὅμοιον τῷ λεγομένῳ ποντικῷ καρύῳ. Nux hæc, ut suo loco dicam, à quibusdam Διὸς βάλανος nuncupatur. Ægyptia palma cum immatura est & viridis, capparis fructū colore, & magnitudine refert: nec ineptè cum avellana, quo ad formam & magnitudinem comparatur. Myrobalani etiam sive glandis unguentariæ fructus, si Plinio fidem adhibeamus, viridis. *Ægyptiam* lib. XII. cap. II. ait, *pinguiorem esse, & crassiori cortice rubentem. E diverso Arabicam viridem & tenuiorem.* Ergo quo ad colorem rectè Dioscorides, Arabicæ myrobalano comparavit palmæ glandem. Vox παρεμφέρων, de aliquali figuræ similitudine accipi debet, non de usu in re medica, aut unguentis. Falluntur viri eruditissimi qui palmam Ægyptiam, & glandem unguentariam, congeneres arbores referunt, nataliumque tantum, non generis inter eas differentiam intercedere. Quod glandem, utriusque fructus refert, non inde cōcludi potest, cognatione aliqua generis inter se jungi plantas. Alias dicetur, omnes glandiferas plantas, esse congeneres, cum multæ sint planè dissimiles. Nihil similitudinis myrepsicæ glandis arbor, cum palma habet, ne balanum quidem, nisi immaturum. Arbor ipsa in totum differt. Palmæ folia lib. I. cap. XVI. arundinacea scribit Theophrastus: glandis unguentariæ folia μυρσίνῃ ὅμοια lib. IV. cap. II. idem tradit. nisi fortè ex Dioscoride μυρίκῃ scribendum sit. Quocunque vero modo scribi debeat, myrtus, & myrica folia ferunt, quæ nullo modo possunt comparari arundinaceis. In totum dissimilia sunt. Verum quam solam inter arbores has constituunt, nataliū differentiam, ea nulla est. Iudæa, Arabia, Æthiopia, Ægyptus palmas habent, & myrobalanos: utraque planta dictis regionibus reperitur. Restat indagemus, quam pulchrè hæc, & ex Græcorū mente Plin. exscripserit. Adverte lib. XXIII. cap. XIV. *Palma quæ fert myrobalanum, probatissima in Ægypto, ossa non habet reliquarū modo in balanis.* Postremam sententiæ partem inferius exponam, ubi locus Theophrasti, ex quo ista exscripsit, examinabitur. Græcus auctor palmæ arboris glandem, comparat Arabicæ myrobalano: Latinus, palmam arborem myrobalanum ferre scribit; quod falsissimum esse, ex iis quę jam diximus, facile percipiet lector. Græcorum, aut Latinorum nemo palmæ

fructum myrobalani nomen obtinuisse tradidit; idem quoque Plin.lib.XIII.cap.IV. ubi hist. generaq; palmarum describit, μυροβαλάνου palmæ mentionem non facit. Verba Diosc. non intellexit, aut ad anagnostem legentem non satis attendit; Φοῖνιξ, inquit Dioscor. περιμφέρων Α'ιγυπτιακὴ μυροβάλανον. Hæc Plinius sic accepit, quasi φοῖνιξ, id est palma arbor, quæ in Ægypto nascitur, ferret myrobalanum, vel (uti scribit Nobiliss. Salmasius) legit, περιμφέρων τὴν Α'ιγυπτιακὴν μυροβάλανον. Equidem ita est. Atqui περιμφέρων & περιμφέρουσα, passim isti scriptori notat, ὅμοιος & ὁμοία. Fortè ad verba liberti, non satis attendens Plinius, eum legisse somniavit, φοῖνιξ ἐν Αἰγύπτῳ γίνεται φέρουσα Α'ιγυπτιακὴν μυροβάλανον. Quam parum hic auctor eorum quæ scripsit memor sit, ex iis quæ lib.XII. cap.XXII. tradit, candidus lector videbit: *Myrobalano in unguentis similem proximumque usum habet palma in Ægypto quæ vocatur adipsos, viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno.* At longè diversa hæc ab iis quæ lib.XXIII. tradidit. Priori loco, dixit, palmam myrobalanū ferre; posteriori eundum usum palmam, & myrobalanū in unguentis habere; quod æquè ac prius falsum. Ex myrobalani sive glandis unguentariæ fructu oleum fiebat, ex quo pretiosissima conficiebantur unguenta: palmę glandem unguentis additam, nusquā legimus. Theoph. & Diosc. corticem palmæ, quem ἐλάτην & σπάθην vocant, hunc usum habuisse, tradunt. Corrige Theoph. locum in libro de odoribus; ubi vulgo legitur, Ε'μβάλλουσι γὰρ τὴν ὀνομαζομένην πλάτην ξηρανθεῖσαν. & lege, ὀνομαζομένην σπάθην vel ἐλάτην, *siccata & injecta palmæ spatha quam elaten appellant.* Qui, ipsam palmā in unguentis usum habere, scripsit, repperi neminem. Rectius Dioscoridis verba Isid. vertit. *Palmam, inquit, appellant myrobalano similem.* Immo palmam immaturam, medio maturitatis suæ tempore cōparant myrobalano. Rectius tamen hic, & melius, quam Plin. vertit. Plinij locum corruptum doctiss. botanicus cēset. Corrigit; *Myrobalano unguentariæ similem proximamq; figuram habet palma in Ægypto.* Frustra inquit excell. Salmasius sunt, qui locū corrigunt. Nam & in Indice manuscripto, sic concipitur titulus: *De palmo myrobalano, de palma elate.* Hæc ipsa est elate, nō balanus palmæ, quæ unguentis ad spissandū oleum adjiciebatur. *Palmā elaten*, ibi dicit, quasi genus quoddā palmæ sic vocaretur; *ut palma myrobalanus*, quę myrobalanum ferat. Atqui non est palma quæ myrobalanū fert, nec fructus palmæ myrobalanus dictus, nec unquam ad μύρων σύψιν additus. Palmā Ægyptiam adipson vocari ait Diosc. quod sitim sedet; humore quippe multo plena, nō aliter sitim minuit, quā si bibatur aqua. Nō tantum Ægyptiæ palmæ propriū, ut scribit Plin. quod viridis, & immatura decerpatur, ac ἄδιψος sit; sed omnes palmæ quæ servari nō poterant, virides, gulæ, sitisq; sedandæ gratia edebantur. Diosc. palmā immaturam, non ἄδιψον, sed πῶμα vocari scribit. Quod in eandem significationē recidit. Πῶμα enim dicitur, quod potionis vicem præstet. Alij πῶμα quasi Latinorū pomū dictū volunt, quod ei sit natura nō minus pomi, quam uvæ. Nā & ejusmodi fructum pomū racemosū nominat Plin. lib.XIII. cap.IV. Malunt alij, Plinij fortassis auctoritate decepti, πῶμα vocari, quod nullum intus lignū habeat. Cui, inquiunt, lignū ideo intus nullum est, quia viridis & immatura decerpitur, prius quam genitus sit nucleus. Palmulis enim (ut Plin. lib.XIII. cap.IV. testatur) *prima nascitur pomi caro, postea os* (vel ut Plin. loquitur) *lignum intus, hoc est semen ejus, argumentū, quod parvæ sine hoc reperiantur in eodem palmite.* Verū quidē est, in omnibus palmulis nasci ac perfici glandis carnem primum, deinde intus nucleum: sed hoc in palmis non tantum, sed etiam in alijs, quibus nucleus est, observatur; quę tamen idcirco ἀπύρηνοι non dicuntur. Pręterea locū Aristotelis, ad quem hæc scribunt, non intellexerunt. Non vult ille palmas immaturas ἰσνόχοι vocari, sed arborē, quæ tales gignit palmas. Negat idem Aristot. in dactylis primum carnem, dein semen, generari lib I. de plant. cap. V. τινὰ δὲ εἰσιν οἷς συναντικῶς γίνεται τὸ σπέρμα, & τὸ περικάλυμμα, ὡς περικαλύπτεται, ὡς οἱ καρποὶ τῶν φοινίκων, καὶ τῶν ἀμυγδάλων. *Sunt quoque alij quibus statim semen fit, cum tegumento quo operiuntur, ut dactyli & amygdali.* An verum sit, quod de palmis scribit, asserere non audeo. In Ægypto vel ubi maturescit palma, nunquam fui; probabilior interea Plinij sententia. Finem ut faciā; reperiuntur, qui πόμα servata analogia ἀπὸ τοῦ πιπίσμαι legendum arbitrantur. Sed nulla opus mutatione; siquidem πῶμα, pro potione ab Euripide in Cycl. legitur; δῶτ' ἐμοί, inquit, καὶ πῶμά μοι. Septuaginta Sacræ paginæ interpretes, eodem sensu hoc vocabulo utuntur. Esd. lib. II. sect. XVIII. ubi βρώμασι καὶ πώμασι, pro πόματι, *cibis & potus* legitur. Revertamur unde digressi sumus. Non omnē palmæ fructum βάλανον vocari, auctor Pollux: fœminam palmam hoc nomen habere tradit; marem ψῆνα appellari asserit. Pollucis verba examinantur cap. seq. IX. circa fin. Palmæ arboris delineatio ex varijs Theoph. locis peti debet, quæ partim jam examinata, partim infra examinabuntur. Vide lib. I. capv. III. IX. XIV. XVI. XVIII. lib II. cap. II. lib. V. cap. IV. & VII. Ex his talis colligitur palmæ descriptio: Palma arbor aspectu pulchra, procera, viginti passuum & amplius altitudine, recto, simplici, & terete, quidē caudice, salebroso potius quam scabro, densis gradatisque corticibus, quibus ut gradibus facilem se ad scandendum Orientis populis præbet. Ramos cacumine tantum in orbem spargit, suo vertice terram spectantes, foliis deorsum cannarū modo decidentibus, duplicibus, ensis seu gladij figura, sive, ut Theoph. loquitur, καλαμώδεσι, arundinaceis; quæ ut Plin. ait, ut primum novellas ostendere gemmas, tunc ad funes vitiliumq; nexus, & capitū levia umbracula findūtur. Nascitur inter primos ferè ramos, ex ipso caudice corticosus loculus, duarum spithamarū longitudine, latiusculus, gladij videlicet latioris specie, quam palmam totius stirpis nomine, & elaten & spathen appellari Diosc. tradidit; ex elate floris ac fructus involucro vere dehiscente, atque in longum sese pandente (involucrū enim illud σπάθη dictū, vesicæ modo, ad ver usque clausum est) flores Martio mense prodeunt, numerosi, tenuibus filis vel capillamentis appensi, instar racemi magni coacervati, facie crocinis similes, sed multo minores, candidi, odorati, deorsum ab involucris pendētes. Ex his nascuntur fructus teretes, & oblongi, nucleo intus durissimo oblongo, & canaliculato: de quo mox plura dicenda. In trunci superna parte cerebrum includitur, ἐγκέφαλον Theoph. vocat. Eleganter satis palmæ arborē descripsit Plin. lib. XIII. cap. IV. Sed mirū in modū coruptus codex, adeo ut si alibi depravatus extet locus, hic corruptissimus ac depravatissimus dici mereatur. Integrū idcirco locum adscribā. *Genera earum* (palmarū) *plura, & prima fruticē non excedentia: sterilem hunc alibi & ipsum fertilem, brevique ramorum orbe foliosum. Tectorij vicem hic parietibus plerisque in locis præstat contra aspergines. Procerioribus sylva arbore, ex ipsa foliorum aculeo fruticante circa totas pectinatim, quas sylvestres intelligi necesse est. Incerta tamen libidine etiam mitioribus se miscent. Reliquæ teretes atque proceræ. Densis gradatisque corticum pollicibus, ut orbibus, faciles se ad scandendum Orientis populis præbent, utilem sibi arborique induvijs circulum mira pernicitate tum homine subeunte. Coma omnis in cacumine, & pomum est, non inter folia, ut in cæteris.* Qui anno præcedenti Plin. edidit, fatetur in MS. miram hic lectionum esse diversitatem, è qua, inquit, fortè hæc exsculpi possit. *Contra aspera. Ingens est procerioribus sylva ex arbore ipsa. &c.* Et manet tamen locus obscurus. MS. *Utilem sibi arboremque inductis circulum mira pernicitate, cum homine subeuntem.* E quo, ait, Clariss. Salmasius, ita legit, *Utilem sibi arborique inductis circulum, mira, &c.* Et ne sic quidem locus satis videtur sanus. Hæc ille qui Plin. postremo excudi curavit. Præstat ipsa Salmasij audire verba; sed prius codicis antiqui lectionem, quā & Parmensis editio habet, adferam. *Genera earum plurima. Et prima fruticem non excedentia. Sterilem hanc alibi & ipsam fertilem: brevemque ramis obire umbra foliorum. Tectorij vicem hæc parietibus plerisque in locis præstat contra aspergines. Sunt è procerioribus sylvæ arbore ex ipsa foliorum aculeo fruticante circa totas pectinatim: quas sylvestres intelligi necesse est: incerta tamen* (MS. ut notat Dalecamp. *incesta*. in Chiffletiano MS. ut idem notat habetur pro *aspergines. Sunt è procerioribus aspergines, est procerioribus* &c.) *libidine se miscent. Reliquæ teretes, atque proceres densis gradatisque corticum pollicibus: ut orbibus faciles se ad scandendum Orientis populis præbent. Utilem sibi arborīq; induvijs circulū mira pernicitate tum homine subeunte. Coma omnis in cacumine & pomū est.* Notat Doctissimus Pintianus in Salmant. codice pro *incerta libidine, incesta* legi. Idem in codice Toletan. pro *corticum pollicibus ut orbibus*, haberi auctor est, *corticum pollicibus, aut orbibus.* Videamus quomodo hunc locum restituerit Doctiss. Salmasius. Verba aut


ad

ad scribam: sic ille: *Longe corruptissima, apud eundem Plinium eodem capite hæc verba de palma arbore.* Reliquæ teretes atque proceræ, densis gradatisque corticum pollicibus, ut orbibus, faciles se ad scandendū Orientis populis præbent, utilem sibi arborisque induvijs circulum mira pernicitate, tum homine subeunte. *Vitium lectionis & malam manum correctorum testatur vetus Scriptura, quæ sic habet.* Densis tradatisque corticum pollicibus auctioribus faciles ad scandendū orientis se populis præbenti utilem sibi arboremque inductis circulum, mira pernicitate tum homine subeunte: *Palmæ arboris caudex totus scaber est, & asper densis squamis, per gradus dispositis & extantibus.* Pollices *vocat* acutiores Plinius: *Ita enim scribendum,* pollicibus acutioribus. *Vel certè,* auctioribus, *id est grandioribus.* Nam auctiorem Plinius, *Florus, Solinus pro ampliori ponunt & majori.* Pollux: περὶ δὲ τ̃ φοίνικ⊙ ἰξῦς, ὄζῶδ⊙ ὑψηλὸς, τραχύς. *Propter illam corticis asperitatem & eminentes squamarum pollices, faciles ad scandendum erant palmæ. E contra Indicæ palmæ, quia leves sunt, difficiles admodum scandendo se præbent. Idcirco incisuris per corticem in orbem factis, & laqueis ad pedes aptatis eas scandunt indigenæ.* Sequitur in verbis Plinij: faciles ad scandendum orientis se populis præbent utilem sibi arboremque inductis circulum mira pernicitate cum homine subeunte. *Ita veteres libri: scriptum fuit,* arboreque *pro* arborique. *Inde corruptum à Librarijs:* arboremque. *Totum locum sic scribo:* Faciles ad scandendum orientis se populis præbent, utilem sibi arborique inductis circulum, mira pernicitate tum homine subeunte: *Præter illam facilitatem, quam præbet scandentibus palmæ caudex ex illis unguibus squamatis per corticem dispositis gradatim, circulum etiam pedibus inducunt homines illi, qui eas scandunt, non tantum sibi utilem, sed arbori. Quod cum fecerunt, tum mira pernicitate subeunt.* Inductis circulū, *ut* soleam inductus, & *Apuleio:* pedes soleis palmeis inductus. *De circulo quem pedibus inducunt, qui palmas arbores scandunt, omnino accipiendum.* Et veram ausim Plinij præstare lectionem. *Cætera non præsto. Vereor quippe ne palmas Indicas cum Iudaicis & Ægyptijs confundat. Istæ asperæ squamis gradatis densisque, ideo faciles scansioni. Nam gradus veluti dispositos habent. Quid igitur opus circulo inducto pedibus? illæ contra totæ leves, & propterea admodum ardui & impediti ascensus. Quem ut expediant, laqueos pedibus inducunt, & corticem incisuris asperant in circuitu. Indicæ palmæ meminit Plinius qui Indos ex ea vinum conficere tradit. Sed eam ille non describit, nec quisquam veterum. Imo videntur putasse eandem cum Iudaica. Quod falsum. Certum quippe in tota India non nasci palmam dactyliferam, nec caryotiferam. Modus scandendi dactyliferas longè diversus ab eo, quo scandunt cocciferas Indicas.* Plinius nō discrevit. Hactenus clariss. Salmasius. Utrum Indicam palmam cocciferam noverint veteres, ex iis quæ libro quarto dicuntur, facile videbit lector. An Iudaica palma in India etiam crescat, Batavis cognitum arbitior. In Occidentali nasci, extra omnem est controversiam. Vide quæ de optimis palmis infrà dicuntur. Nunc in Plinij lectione corrigenda occupati sumus; quem cum nobiliss. Salmasio veremur utramque confudisse palmam. Plinius, quæ de palmæ facie scribit, ut corrigi, legique debeant, hæreo. Vix video, nisi magna verborum accedat mutatio, quomodo restitui queant: interim salva meliori lectione sic totum hunc locum constituo. Veram si non attigerim, ignoscat benevolus lector; corruptissimus ut dixi locus, quique ut summi testantur viri, diverse admodum in MS. habetur codicibus. Et hæc causa cur majori audacia utar. Scripsit ergo Plinius: *Genera earum plura & prima fruticem non excedentia: sterilem hunc* (scilicet *fruticem*, vel *hanc* ex Antiquo cod. scil. *palmam*) *alibi & ipsum fertilem, brevique ramorum orbe foliosam. Tectorij vitem hic parietibus plerisque in locis præstat cōtra aspergines. Sunt è procerioribus sylvæ ingentes arbore ipsa ex ramorum initio fructificante, folijs pectinatim compositis, quas sylvestres intelligi necesse est. Incesta tamen libidine etiam mitioribus se miscent. Reliquæ teretes atque proceræ; densis gradatisque corticum pollicibus auctioribus faciles se ad scandendū Orientis populis præbent, utiles* (scil. cortices) *sibi arborique, indumento exuto, mira pernicitate eam homine subeunte. Coma omnis in cacumine.* Scribo, *sunt è procerioribus sylvæ ingētes*, &c. Quod hujus lectionis, vestigia in antiquis codicibus reperiantur, ipsaq; arboris facies talis appareat, ac ipse Plin. paulo infra scribat; *Coma omnis in cacumine & pomum est.*

Palmæ arbor cum folijs, & ramo ad vivum expressa.



Prima palmæ germinatio. Hac forma ex sui ossis parte, quæ rimæ opponitur, enasci solet palmæ germen, & primo in radicem descendere, mox sursum protrudere folium.



Palma enim ex caudicis parte suprema, ubi ramorum initium, fructificat, foliaque habet ad instar pectinis fabricata, uti icon docet. Lego *incesta libidine*, ex antiquo codice. Plinius putavit, eum amorem illicitum, quam cum mitiori habuit sylvestris arbor. Restituo, *densis gradatisque corticum pollicibus auctioribus*, &c. Quod palmæ arbor talibus corticibus constet. Et quia gradatim pollices hi ascendunt, ideo facilem præbent ascensum. Solent & hodie Orientales, hoc modo scandere palmas; qui ascensuri, tunicam sive superius exuunt vestimentum, & tum mira quadam celeritate ascendunt: adeo ut Batavi nostri, qui satis sunt celeres, eos maximopere mirentur. Idcirco scripsi, *Indumento exuto*, pro *induvijs circulum*, licet alij malint (quorum lectionem non rejicio) *utilem sibi, arborique circumducto circulo*; quod Indi cocciferam palmam ascensuri, circulum ex funibus arbori alligent. Vide cocciferæ palmæ iconem lib. IV. Nam præter illam facilitatem quam præbet scandentibus palmæ caudex, ex illis unguibus squamatis per corticem gradatim dispositis, circulum etiam pedibus inducunt, qui eas scandunt, non tantum sibi utilem, sed etiam arbori; quam circulo tali facto mira pernicitate subeunt. Sed malo priorem lectionem; ne videatur Plinius confundere utramque palmam dactyliferam & cocciferam. Ad dactyliferæ ascensionē propter cortices squammatos nullis opus circulis. Contra ad ascensum cocciferæ, quod iis careat, opus circulis, è funibus ad illud contextis. Certum, hodie Indos solere palmas nudos ascēdere. Sed quorsum, per *Orientem populum* Indos intelligimus, cū per Orientes, Arabes, Babylonij, aliique adiacentes non raro intelligantur populi; ipsa etiam Iudæa in Oriente sita. Sed hi nudi non degebant. Fateor. Sed arborem adscensuri exterius exuebant vestimentū, quod indumentum dicebatur, ipsisque in adscensu impedimento esse solebat. Togas vel togæ similes vestes exteriores gestabāt veteres Iudæi, Arabesque. Sequitur apud Plin. *Coma omnis in cacumine & pomum est, non inter folia, ut in cæteris, se d suis inter ramos palmitibus racemosum, utraq; naturæ atque pomi.* Exempl. Toletan. habet: *Coma omnis in cacumine & pomū est, non inter folia hoc ut in cæteris, sed suis interramis palmitibus racemosum; utraq; naturæ atque pomi.* Vide lib. I de caus. cap. XXIV. Οὐ γὰρ φύεται ἀπὸ τῆς ἴτυν ἢ νέων, ἀλλὰ τῆς κινουμένων ὑποτεθ... &c. Pergit Plin. *Folia cultrato mucrone lateribusque in se bifidatis, bellas primum demonstravere gemmas: nunc ad funes vitiliumque nexus, & capitū lævia umbracula finduntur.* Corrigunt viri magni, *Lateribusque inter se bifidatis, bullas cum primum demonstravere gemmas: nunc ad funes*, &c. Malunt alij; *Novellas (sive tenellas) cum primum demonstravere gemmas.* Quod præ altera probo lectione.

Ἡ φυτεία.) Optimè, & ex arte describit palmæ sationem, quæ ipsa recentiorum experientia confirmatur. Seruntur non injucundo spectaculo, & naturæ ostento dactylorum tria officula, unaq; juncta panguntur. Tres inde oriūtur exiles stipites, sed in unum conflati, foliorum tamen pusillorum, & harundinaceorum trina pullulatione distincti; ita tamen ut in unū caudicem primo ortu promiscuo coire videantur. Quod si bina officula juncta seminaveris, uti jubet Theophrastus, bina folia prodibunt; sin quatuor, totidem; sin unum, uti anno 1633. feci, unum folium emittet, quemadmodum pictura ad vivum expressa ostendit. Sed præstat plura simul serantur, quoniam infirma singulis planta est. Illud observavi; solam palmam unico folio ex osse prodire, cum reliquæ omnes plantæ, bina primo ortu folia è semine producant. Plinius lib. XIII. cap. IV. *Seritur autem pronum, & bina juxta composita s.mina, superque totidem; quoniā infirma singulis planta est, quaterna coalescunt: multis candidisque, lignum hoc à carnibus discernitur tunicis, aliis, corpori adhærentibus: laxèque distans tantum cacumini filo adhæret.* Alia de palmæ satione præcepta docet Geoponicωn auctor Cassianus Bassus lib. X. cap. IV. Ὀρύξας βόθρον βάθους πηχῶν δύο, καὶ πλάτους τοῦ αὐτοῦ, ἢ καὶ πλέον, πληρώσας χώματος μεμιγμένου μετὰ κόπρου αἰγῶν (in MS. melius, μετὰ κόπρου μεμιγμένου ἀπὸ αἰγῶν.) ἀπολιπὼν ἡμιπηχυαῖον (malè ἡμιπηχιαῖον in editis) βάθος, εἶτα μέσον τοῦ χώματος τῆς βαλάνου τὸν πυρῆνα σχηματίσας πρὸς τὴν γῆν. τὸ δὲ ὀξὺ πρὸς ἰδεῖ Ἀνατολὰς, ἐπιχώννυε γῆν μετὰ κόπρου καὶ ἁλῶν μεμιγμένην (in MS. legitur τὸ δὲ ὀξὺ τοῦ πυρῆνος πρὸς Ἀνατολὰς ἐπιχώννυε, γῆς μετὰ κόπρου καὶ ἁλῶν μεμιγμένων. lege, τὸ δὲ ὀξὺ τοῦ πυρῆνος πρὸς Ἀνατολὴν, ἐπιχώννυε γῆν μετὰ κόπρου, καὶ ἁλῶν μεμιγμένην. Vide quæ infra Theoph. dicit; sequitur) καὶ ἄρδευε καθ' ἡμέραν ἕως ἂν βλαστήσῃ. τινὲς μὲν οὖν τοῦτο μεταφυτεύουσι, τινὲς δὲ ἐπὶ χώρας ἐῶσι. καὶ ἐπειδὴ τῇ ἁλμυρᾷ γῇ χαίρει, χρὴ κατ' ἐνιαυτὸν περισκάπτειν καὶ ἅλας ἐπιῤῥίπτειν. οὕτω γὰρ ταχέως μεγάλοι ἔσονται. γίνονται δὲ εὐθαλέστεροι, τρυγὶ οἴνου παλαιοῦ ποτιζόμενοι. τὰ δὲ ὀστᾶ τῶν φοινίκων, οὐ χρὴ σπείρειν, εὐθὺς ἐν τῇ γῇ, ἀλλ' ἐν πυθμένι κεράμου, καὶ οὕτω μεταφυτεύειν. *Scrobem cubitorum duorum profunditate, eademque latitudine, aut etiam ampliore, aggere terræ cum caprino stercore explebis, semicubitali profunditate relictâ, deinde in medio aggere glandis palmæ nucleum terræ implantabis, ita ut acies ipsius versus orientē spectet, obruesque terra cùm stercore & sale admixto, & quotidie rigabis donec germen emittat. Quidam igitur hoc ipsum transplantant, quidam in loco sinunt, & quandoquidem salsa terra gaudet, singulis annis circumfodere oportet, & salem adjicere, sic enim cito magnæ fient. Floridiores autem evadent, fece vini veteris rigatæ. ossa vero palmarum non statim in terra ponenda sunt, sed in tegulæ fundo, & sic transplantanda.* Doctiss. Costæus tradit, ossa vino macerata, citius provenire. Malunt alij madescāt biduo puerorū urina, aut salsa aqua, aut dulci sale permixta. Elige palmulas majores, pinguiores, non cariosas, non siccas, aut in rugas contractas, sed quæ cōspicuo succini colore micant: ossa terræ mandato Martio, Apriliq; mensibus. Πρὸς ἀνατολὰς, vult spectare Leontinus os dactyli. Interpres, *sursum*, vertit. Malo *orientē*. Nam ex suprema parte ossis non erumpit germen, sed media; uti tabella ad vivum expressa, exprimit.

Καὶ κύρτων.) Locus hic ut rectè intelligatur, diligenti & acurata ossis descriptione opus est. Palmæ os verè osseum, marmoris fragmenta fractum imitatur: ejusdem duritiē & colorē, cū duritia & colore cornuum mistam gerit; cultello in binas partes dividi potest, sed malleolo percutere cultellum oportet. Oblongum est, sed non æqualiter teres. A lateribus enim convolvitur in sinum. Ex altera parte ubi venter est, canaliculi vestigia tenuia atque obscura, pertinent ab imo ad summum. Paulo infra medium ejus canaliculi, umbilicus est; at quasi ocellus quidā (uti pictura ostendit) sub quo & à quo introrsum tendit tubus cum pellicula, atque intus mucro, qui germen, ut vocant, est. Nulla intus cavitas, ut in oliva; sed ipsū corpus osseum, est semen, quemadmodū castaneæ caro, & in corpore mucro ille genitalis ad umbilicum. Falsum est quod Plinius scribit; *Cæsum à dorso pulvinata fissura, & in alvo medio umbilicatum, unde primum spargitur radix.* Ex parte contraria, ubi fissura hæc minus conspicua, germen prodit. Legunt κύρτων. malè. Hesych. Κυρτὸν τὸ κυρίως κυρτὸν, καὶ τὸ ὑψηλὸν καὶ μετέωρον κῦμα. *Κυρτὸν, propriè curtum, & altum, sublime, tumidum, elatum κῦμα.* Κῦμα varias habet significationes, quandoque undam, fœtū, germen significat. Vide cap. IX. lib. I. certe germen palmæ, ex τῆς ἄνω parte superiore erumpit. Negat Theophrastus. ἐκ τῆς ὑπτίων καὶ κυρτῶν. Crispini Lexicon, κυρτὸν exponit, *Gibbosum, curvum, rotundum, altum*, quale superior dactyli ossis pars, ex qua germen: contra inferior in qua pulvinata fissura, depressa, neutiquam gibbosa, alta, rotunda. Malè igitur κυρτῶν scribunt. In Ald. & Bas. editione κόλων legitur. Hesych. κόλος, κολοβός. mutilus, vitiatus, decurtatus. Pars in qua pulvinata fissura, talis videtur, præcipuè circa aciem utramque. Doctissimus Gaza cum non observasset, circa aciem os dactyli videri mutilum, κοίλων correxit. Nempe unam litteram negligentia exscribentis omissam cogitavit. Non arridet Doctiss. Gazæ correctio eruditissimis viris. Theophr. lib. I. cap. XVIII. οὐδεμίαν κοιλότητα ἔχει, *nullam cavitatem habere*, scripsit. Fatemur quidē, & asserimus simul nullā cavitatē in palmæ officulo conspici; non tamen displicet Theodori correctio. Infima pars hepatis Græcis κοίλη vocatur, nō quod cavum sit hepar (negant cavitatem in hepate anatomici) sed quod pars hæc respectu gibbosæ, quam κυρτὴν vocant, cava sit. Sic vola manus, cava dicitur, quod superior pars manus rotunda, & elatior videatur. Τὸ δὲ μεταξὺ θέναρος καὶ ὑποθέναρος, τὸ στῆθος, κοῖλον χειρὸς ὀνομάζεται. Sic etiam τὸ κοῖλον ποδὸς, pars pedis inferior. Palmæ os, superiore parte, ex qua germen rotundum, non nihil elatum. Hujus respectu inferior pars cava, κοίλη dicitur, quod optimè & doctè observavit Gaza. Ὑψηλὸν & κυρτὸν opponitur κοίλῳ: *altū & gibbosum cavo.* Lego ergo κόλων, quomodo apud Aldum, vel κοίλων quomodo Gaza. Cave κυρτῶν legas. οὐκ τῆς κυρτῆς sive ἄνω germen.

Τῶν ἄνω.) Non intelligit, aciem ossis palmæ, sed partem rotundam, elatam, in qua umbilicus, sive ocellus,

ocellus, ex quo germen. Cæterum hac forma ex sui ossis parte, quæ rimæ opponitur, enasci solet palmæ germen, & primo in radicem descendere, mox sursum quoque unicum folium producere.) In palmæ pullulatione hæc, quæ in cæteris nõ observantur, notanda; quod non ex fissura, sed opposita parte, ex ocello germen emittat; quod unico & singulari prodeat folio, cũ plantæ reliquę duobus prodeant. Quod os initio durissimũ in terra ita emolliatur, ut decorticari queat, & auferri ab interiore medulla cartilaginea. (Liceat ita loqui lector: scio totum osseum esse, verum aliud nomen, quo mentem meam exprimam, non occurrit.) E terra exemptũ, demum eandem osseam acquirit duritiem, reliquarum autem plantarum semen perit, pristinamque nunquam acquirit soliditatem.

Φιλεῖ δή.) Recte Theodorus ἀμμώδη & ἁλμώδη. Cass. Bassus lib. II. ca. IX. Δῆλον ἐστιν ὅτι τὴν ἁλμυρὰν γῆν ἐκφαυλίζουσι, πρὸς πάντα ἀνεπιτηδείως ἔχουσαν, πλὴν τῶν φοινίκων (καρπὸς) οὓς καλλίστους καὶ πολυκάρπους φέρει. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις τόποις μόνος ὁ φοῖνιξ εὐκαρπεῖ, ἐπειδὴ πάντες οὗτοι ἁλμυρώδεις εἰσί. Χρὴ οὖν τῇ ἁλμυρᾷ γῇ φοίνικας μόνους καταφυτεύειν, ἢ πειρᾶσθαι, ἢ καὶ τὸ δυνατὸν θεραπεύσαι, ὥσπερ κόπρῳ χρωμένους τῷ μίξει τῆς γλυκείας γῆς. *Manifestũ est quod salsam terram improbent, ad omnia ineptam præterquam palmæ fructus, quos optimos & fertilissimos producit. Propter hoc enim & in nostris locis sola palma fertilitate præstat; quandoquidem omnes hi salsuginosi existunt. Quare in salsa terra palmas plantare oportet, aut vitare, aut quantum possibile est curare, salsi stercoris usum ad terræ dulcis mixturam.* Plinius lib. XIII. cap. IV. *Gignitur levi sabulosaque terra, majore in parte & nitrosa.*

Περιπάττουσι.) Male in Ald. & Bas. περιπλάττουσι obducunt. Plinius loco citato: *Diximus salsum ab his solum diligi, ergo ubi non est tale, salem aspergunt: non radicibus, sed longius paulo.* Geoponicũ auctor lib. X. cap. IV. Ἐπειδὴ τῇ ἁλμυρᾷ γῇ χαίρει, χρὴ καθ' ἑκάστον ἐνιαυτὸν περιορύσσειν καὶ ἅλας ἐμβάλλειν. *Quandoquidem salsa gaudet terra, singulis annis circumfodere oportet, & salem adjicere.*

Καὶ γὰρ ἐν Βαβυλῶνί φησιν, ὅπου οἱ φοίνικες. & quæ seqq. usq; Ἰουδαῖοι πλείστους τυγχάνουσιν ἔχοντες, ἐν τρισὶ μόνοι τόποις ἀμμώδεσιν ἐοῦσι.) Hæc corruptissima, nec meliori sensu in Ald. ac Bas. leguntur cod. Καὶ γὰρ ἐν Βαβυλῶνι φησὶν (Ald. φυσὶν) ὅπου οἱ φοίνικες reliqua ut in vulg. cod. usq; καὶ Συρίας δὲ τῆς κοίλης ἣν Ἰουδαῖοι πλείστους τυγχάνουσιν ἔχοντες ἐν τρισὶ μόνοι τόποις. Corrige, πανταχοῦ γὰρ ὅπου πλῆθος φοινίκων ἀμμώδεις καὶ ἁλμώδεις αἱ χῶραι. καὶ γὰρ ἐν Βαβυλῶνι φησὶν ὅπου οἱ φοίνικες πεφύκασι, καὶ ἐν Λιβύῃ δὲ, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ φοινίκῃ, καὶ ἐν τῇ Συρίᾳ τῇ κοίλῃ, καθ' ἣν Ἰουδαῖοι πλείστους τυγχάνουσιν ἔχοντες, ἐν τρισὶ μόνοις τόποις ἀμμώδεσι, καὶ ἁλμώδεσιν εἶναι τοὺς διαμένειν θησαυρίζεσθαι. Id est, *Nam ubi palmarum copia est, humus arenosa & salsuginosa cernitur. Quippe apud Babylonem, ubi palmæ nascuntur, sic esse ajunt. Quin & in Africa & Ægypto & Phœnice. In Syria quoque cava cognominata, quaque regionis suæ parte Iudæi plurimas habent, in tribus arenosis ac salsuginosis tantum locis nascuntur, quæ condi reservarique possunt.* Multum lucis huic loco præbuit Strabo lib. XVI. Geographiæ, Κἂν πολὺ δέ τινες τὰς προσόδους ἐκτείνειν βουλόμενοι, μιμοῦνται τὴν Ἰουδαϊκὴν ἐντέχνειαν, ἣν ἐκεῖνοι περὶ τὸ ἐνὶ τῷ φοίνικι, καὶ μάλιστα τῷ καρυωτικῷ, καὶ βαλσάμου. ὅν γὰρ ἴσασι πολλαχοῦ φύεσθαι, τῇ δὲ σπάνει τιμὴν ἐπιθέντες τὴν πρόσοδον οὕτως αὔξουσι, τὴν δὲ κοινὴν χρείαν διαλυμαίνοντες. *Nonnulli ut reditus augerent, Iudaicam versutiam huc adhibuerunt, quam illi in palma, maximè Caryotica, atque balsamo excogitarunt multis in locis nasci, quo fit ut raritati pretium imponentes, reditum quidem augeant, communi vero usui damnum adferant.* Idem Strabo, Καὶ ὁ φοίνικων δὲ τοιοῦτος, ἔχων τὸν καρυωτὸν φοίνικα ἐν τούτῳ μόνον πλὴν τοῦ Βαβυλωνίου καὶ τοῦ ἐπέκεινα πρὸς τὴν ἕω. Μεγάλη οὖν ἀπ' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος. *Palmetum (loquitur de Hierichonte) quod palmam Caryotam fert alibi nullum est, excepto Babylone, & ulterioribus Orientem versus. Proventus ex eo maximus.* Optimas præstantissimasque palmas in Syria, juxta Hierichontem nasci auctor Gal. lib. II. de Aliment. facult. Κάλλιστοι δ' οὗτοι γεννῶνται κατὰ τὴν Παλαιστίνην Συρίαν ἐν Ἱεριχοῦντι. Plin. loc. cit. *Sed ut copia ubique atque fertilitas, ita nobilitas in Iudæa, nec in tota, sed in Hierichonte maximè. Quanquam laudatæ & Archelaide, & Phaselide, atque Liviade, gentis ejusdem convallibus. Dos his præcipua succo pingui lactentibus, quodamq; vini sapore in melle dulci.* Idem Diodorus Siculus lib. II. Τῆς δὲ Συρίας κατὰ μὲν τὴν κοίλην οἱ καρυωτοὶ προσαγορευόμενοι γεννῶνται, διαφέροντες κατὰ τὴν γλυκύτητα, καὶ τὸ μέγεθος ἔτι δὲ τοὺς χυμούς. *At in cavæ Syriæ tractu, quæ Cariotæ appellantur, dulcore, magnitudine, & succo excellunt.* Cava Syria, quæ fuerit dicta regio, docet Strabo, Δύο δ' εἰσὶν ὄρη ποιοῦντα τὴν κοίλην καλουμένην Συρίαν; ὡς ἂν παράλληλα, ὅτι Λίβανος καὶ Ἀντιλίβανος, μικρὸν ὑπερθεν τῆς θαλάττης ἀρχόμενα ἄμφω. &c. *Porro duo montes qui Syriam cavam includunt, æqualibus verò inter se dissiti spatijs, Libanus & Antilibanus, paulo supra mare incipientes.* In hac Syria cava Hiericho sita est, ibique Iudæos plurimas, sive tributum habuisse extra dubium puto. Hanc Iudææ partem salsuginosam fuisse ex Scriptura fortassis colligi potest. Nec enim clarè hoc dicit. Libro IV. Reg. cap. XX. legitur: *Dixerunt quoque viri civitatis Hierichuntis ad Elisæum, ecce habitatio hujus civitatis optima est, sicut tu ipse Domine prospicis, sed aquæ pessimæ sunt, terra sterilis. At, ait ille, adferte vas novum, & mittite in illud sal. Quod cum attulissent, egressus ad fontem aquarum, misit in illum sal, & ait: Hæc dicit Dominus, sanavi aquas has, & non erit ultra in eis mors, neque sterilitas.* Verisimile admodum tellurem hanc, in hujus rei memoriam, salsedinis nonnihil retinuisse. Cæterum lege ἀμμώδεσι καὶ ἁλμώδεσι, quod Plinius loco citato scribat, *Servantur hi demum qui nascuntur in salsis atque sabulosis, ut in Iudæa ac Cyrenaica Africa, non item in Ægypto, Cypro, Syria & Seleucia Assyriæ. Quamobrem sues & reliqua animantia ex his saginantur.*

Θησαυρίζεσθαι.) Duo, inquit, esse palmarum genera, natura valdè diversa. Unum quod servari potest, vulgo καρυωτόν. Alterum quod condi servarique non potest, χυδαῖον, id est plebejum, vile, abjectum. Suidas χυδαῖος εὐτελής, παμπληθής. Sic Strabo lib. XVII. duo palmarum in Thebaide nascentium constituit genera: Διττὸς δ' ἐστὶν ὅτε ἐν τῇ Θηβαΐδι, καὶ ὁ ἐν Ἰουδαίᾳ, ὅτι ἄλλος, καὶ ὁ καρυωτός. *In Thebaide & Iudæa duplex est palma, Caryota scilicet & altera plebeja vulgaris.* Eodem modo duo palmarum genera tradit Strabo; τὸ ἀπόλεκτον, quod & καρυωτὸν vocabant, præcipuæ magnitudinis, nec non durationis; & vulgare quo sues saginabantur, quodque recens commedebatur, & ex quo vinum, quod durare non posset fiebat. Dioscorides lib. V. cap. IV. Φοινικίτης λαβὼν φοίνικας τοὺς χυδαίους πεπείρους. *Palmeum vinum ut conficias, palmulas quas Chydeas quasi vulgares vocant, easque maturas accipe.* Plinius lib. XIV. cap. XVI. *Primumque è palmis quo Parthi & Indi utuntur, ut Oriens totus, maturorum* (in optimo cod. Salmant. teste Pintiano *mitearum.* Lege cum eodem *mitiorum*) *quas vocant Chydæos modio in aquæ congijs tribus macerato expressoque.* Idem Plinius lib. XIII. cap. IV. *Nam quos ex his honori Deorum damus, Chydæos appellavit, Iudæa gens contumelia numinum insignis.* Quid velit non capio. Ira, & odium in Iudæos eo usque abripuerunt Plinium, ut quid ageret, ac scriberet, ignoraret. Honori ne deorum damus viles, abjectas, & quæ durare nequeunt palmas? Quod optimum in suo genere est, honori Deorum tribuit antiquitas. Vox χυδαῖος græca est, non Hebræa, aut Chaldæa, qua lingua tum temporis utebantur Iudæi. A Iudæis ergo nomen hoc non inditum. Χυδαῖος φοῖνιξ vilis, ut dixi, plebeia. Idem Plinius eodem hoc capite: *Thebaidis fructus extemplo in cados conditur, cum sui ardoris anima; ni ita fiat celeriter exspirat: marcescitque non retostus furnis. E reliquo genere plebeiæ videntur?* Plebeiæ viles χυδαῖοι, optimæ illæ servabantur, plebeiæ ætatem non ferebant. Plebeiæ, quæ servari, condique non poterant, in Ægypto & Cypro proveniebant. In antiquissimo Veneto codice scribitur; *ideos appellavit Iudæa.* Omnino scribendum ἰδίους. Quod sibi servarent, nec ad alios optimum genus palmarum evehere permitterent. ἰδίους vocarunt Iudæi hellenistæ, qui Romæ agebant temporibus Plinij, vel auctoris ex quo hæc Plinius hausit. Cariotas intelligit optimas, quæ Xenophontis tempore in Græciam non ferebantur, ut infra dicam. Vide inferius verba Theophrasti, Θησαυρίζεσθαι δὲ μόνους δύνασθαι.

Χλωρούς.) Interpretantur, *virides.* Verte, *recentes:* opponuntur enim siccis. Galenus lib. II. de alimentorum facult. Ἀλλὰ καὶ φύσις ἐπίπλεον οἱ χλωροὶ φοίνικες, ὥσπερ καὶ τὰ σῦκα, τὴν αὐτὴν γὰρ ἀναλογίαν ἔχει, τὰ σῦκα πρὸς τὰς ἰσχάδας, ἣν οἱ χλωροὶ φοίνικες πρὸς τοὺς ἄλλους. *Quin & palmæ recentes, eandem habent ad alias palmas (siccas) proportionem, quam ficus (recentes) ad caricas, id est aridas & exsiccatas.* Sic Dioscorides lib. I. cap. CLVII. Τὰ κεράτια χλωρὰ opponit ξηροῖς. Ita χλωρὸς τυρὸς, recens caseus & mollis, ξηρὸς durus & siccus, χλωροὶ κόσιοι. Athenæo lib. V. recentes globij. Homer. Iliad. δ Μέλι χλωρὸν ἀντὶ τοῦ πρόσφατον posuit. Hesych. χλωρὸν, τυρὸν; ἁπαλὸν. χλωρὸς, ὑγρός. Interdũ tamen & Latini vocem *viride*, pro *recenti* utuntur. ligna enim recentia, flores, plãtas recentes vocarũt.

Ligna viridia, plantas, flores virides quæ nondum aruerunt. Plin. lib. XXIII. cap. VI. *Cydoniorum flos viridis & siccus.* Præstat tamen τὸ χλωρὸν, *recens* interpretari, quod *viride*, hoc significatu, rarius apud Latinos occurrat; tum etiam ne qui ignorant, quod viride pro recenti sumatur, fallantur. Cæterum χλωρὸν φοίνικα, apud Theophrastum recentem palmam esse, ex eo patet, quod φοίνικας χλωρούς, dulces palmas; immaturas non χλωρούς, sed ὠμοὺς vocet. Sic infrà, ἐν Κύπρῳ ἴδιόν τι γένος φοινίκων ἐστὶν ὃ οὐ πεπαίνει τὸν καρπὸν, ἀλλὰ καὶ ὠμὸς ὢν ἡδὺς σφόδρα, & γλυκὺς ἐστι, & c. πέπειρος, ὠμὸς opponitur. Idem lib. IV. cap. V. hist. ἀποπνίγεσθαι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν φοινίκων τῶν ὠμῶν ποτὲ φαγόντας. Virides vertit Plinius lib XIII. cap. IV. circa finem. *Alexandri milites palmis viridibus strangulati sunt.*

Φέρει δὲ ἕως μὲν ἂν ᾖ νέος ἀπύρηνον τὸν καρπόν.) Plin. lib. XIII. cap. IV. *In Cypro vero, Syria, Ægypto quadrimæ, aliæ quinquennes, altitudne hominis, nullo intus pomi ligno quamdiu sunt novellæ, ob id spadonum accepto nomine.* Supra annotavimus Plin. lib. XXIII. cap. V. scribere; *Palma quæ fert myrobalanum, probatissima in Ægypto, ossa non habet reliquarum modo in balanis.* Falsissimum est Ægyptias palmas osse carere. Voluit scribere, palma immatura myrobalano similis, in Ægypto probatissima, ossa non habet reliquarum modo in balanis. Sic enim lib. XIII. cap. IV. *Utrisque autem prima nascitur pomi caro: postea lignum intus, hoc est semen ejus: argumentum quod parvæ sine hoc reperiantur in eodem palmite.* Vult immaturas, quæ myrobalano similes sunt, osse carere. Paulo clarius hæc si scripsisset, non peccasset. Theophrastus de omnibus palmæ arboribus generatim scribit, nullum in balanis os habere, quamdiu sunt novellæ. Plinius speciatim hic dicit, Syriacam, Cypriam & Ægyptiam palmam, nullum os, vel, ut loqui solet, lignum habere in balanis; quamdiu novellæ sunt. Theoph. ut dixi, loquitur de palmis in genere, nec ἴδιον hoc facit iis quæ nascuntur in Ægypto, Syria, Cypro. Constat tamen ex eodem Theophrasto palmæ quoddam genus reperiri, quod os non habet in balano, sed an in Ægypto, an alibi nascatur, non tradit. Plinius, ut vulgati codices habent, Ægyptiam palmam os intus habere negat male. Tradit Athenæus lib. XIV. ex auctoritate Aristotelis (apud Aristotelem tale nihil hodie quod sciam, reperitur) palmæ genus quoddam ἀπύρηνον vocari. καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ φυτῶν οὕτως. φοίνικας ἀνόρχους, οὓς τινες εὐνούχους καλοῦσιν, οἱ δὲ ἀπυρήνους. *Aristoteles libro de plantis sic etiam* φοίνικας *appellat: Palmas, inquit, nonnullas tanquam testibus carentes* ἀνόρχους *vocant, quidam* εὐνούχους *castratas, alij* ἀπυρήνους *nucleorum carentes.* Hæc de palma arbore intelligenda, non de fructu, ut vir doctiss. opinatur. Omnis palmæ fructus recens natus ἀπύρηνος. Ineptus Aristoteles foret, si diversum genus faceret, maturam & immaturam palmam. Satis clarè Theophrastus paulo infra alias ἀπυρήνους, alias πύρηνα ἔχειν scribit. Nec de novella arbore loquitur Aristoteles, sed de adulta, quod ex Theophrasto apparet, qui palmas arbores reperiri scribit quibus os nullum intus est.

Ἐπιχεῖν.) Plinius loco citato: *Gaudet & riguis, totoque anno bibere cum amet, anno sitienti. A fimo etiam quidam lædi putant, & Assyriorum pars aliqua si non rivis misceatur.* Corrupta hæc videntur. Lege, *Gaudet & riguis, totoque anno bibere, quin etiam non sitienti* (hoc est, etiamsi annus sit pluvius, gaudet tamen rigari. Favet huic lectioni Theophr. palmas scribens magis gaudere inlicibus, quam pluvijs) *A fimo quidam etiam lædi putant, si non rivis admisceatur.* Cætera falso inserta esse ex Theophrasto patet. Vide infra γαμαιπαιδῶν.

Νέα μὲν ὄντος.) Hunc locum sic vertit Plinius: *Nec ferro attingunt ibi novellas: sed religant comas, ut in altitudinem exeant. Robustas deputant crassitudinis gratia, semipedales ramorum relinquentes truncos, qui decisi alibi necant matrem.* Videtur legisse Plinius, non ut in vulgatis codicibus scriptum est, Ὁπόταν ἁδρὸς γένηται καὶ πάχος ἔχει. *Cum robustior extiterit, & crassior factus sit: sed* ὡς πάχος ἔχῃ, *ut crassitudinem accipiat.* Non dicit Theophrastus, ramos gratia crassitudinis deputari, ut crassiores fiant, sed tum demum cum crassiores facti sunt. Σπιθαμὴν *semipedem* transtulit, quum duodecim sit digitorum mensura, ut supra docuimus.

Γένη δὲ τῶν φοινίκων.) Dioscorid. cap. de palma. Tria palmarum genera recenset Ægyptium, Caryoticum, Thebaicum. Tria etiam summa genera videtur Plinius constituere, lib. XVI. cap. XXVIII. ubi de succis fructuum agit: *Carne*, inquit, *palmæ placent, crusta Thebaicæ, succo uvæ & Caryotæ?* Quæri solet utrum Ægyptia palma præferenda reliquis. Sic nonnullis videtur, idque quia Dioscorides de ea primo loco egit. Mos enim ipsi, de planta, in suo genere præstantissima, primo loco agere; uti ultimo, de vilissima. Accedit quod Varro apud Gellium lib. VII. cap. XVI. cæteris præferat Ægyptiam, in ea nempe Satyra, quam περὶ ἐδεσμάτων inscripsit, *Pelamis Chalcedonia, muræna Tartesia, aselli Pessinuntij, ostrea Tarentina, pectunculus Chius, elops Rhodius, scari Cilices, nuces Thasiæ, palma Ægyptia, glans Iberica.* Contra Strabo lib. XVII. palmas per totam Ægyptum degeneres, ac vix edules, inquit, iis solum exceptis, quæ in Thebaide nascuntur. Καθ᾽ ὅλην δὲ τὴν Αἴγυπτον ὁ φοῖνιξ ἀγεννής ἐστι καὶ ἐκφέρει τὸν καρπὸν οὐκ εὔβρωτον, ἐν τοῖς περὶ τὸ Δέλτα τόποις, καὶ περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὁ ἐν τῇ Θηβαΐδι φοῖνιξ ἄριστος τῶν ἄλλων φύεται. θαυμάζειν οὐκ ἄξιον πῶς τοῦτο κλίμα οἰκοῦντες τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ ὅμοροι οἱ περὶ τὸ Δέλτα καὶ Ἀλεξάνδρειαν τοσοῦτον διαλλάττουσιν. *Verte: Cum in tota Ægypto palma sterilis sit, vel fructū adferat esui non aptum, & in locis apud Deltam & Alexandream, tamen in Thebaide palma optima est. Quare admiratione dignum est, quomodo qui eandem plagam habitant, quam Iudæi, & ijs finitimi, qui, inquam, circa Deltam sunt, & Alexandriam, tantum ab illa differant.* Cogitandum erat, non tantum cœlum, sed etiam solum, multum conferre. Palmæ optimæ in arenosa & salsuginosa terra. Talis in Thebaide, & locis nonnullis Iudææ. Non mirum ergo, si reliquis præferantur. Conciliandus Strabo cum Dioscoride. Ad argumentū ex Dioscoride allatum, respondeo; Dioscoridem non semper de præstantissimo in suo genere, primo loco agere. Lib. I. cap. XII. cassiam gizir optimam dicit testatur idem Gal. Priori tamen loco de daphnite egit. ergo argumentum allatum nullius valoris. Sed aliter etiam respondeo. Dioscorides palmam Ægyptiam præfert, non quod ori gratissima, sed quod morbis medendis maximè sit idonea. Contra Strabo non de palma egit, quæ morbis ex fluxione, laxitate, aut solutione natis maximè conducit, sed quæ palato sapit. Quod ad Varronem attinet; dicendum non laudari, ab eo simpliciter Ægyptiam, sed Ægyptiam in Thebaide natam; ubi optimam nasci Strabo tradit. Thebaicæ dicuntur, quod frequenter circa Thebas nascantur. Quum autem Thebarum nomine plures fuerint insignitæ urbes, inter quas duę, in quarum agris palmæ nascantur: quæstio est, an Iudaicas an Ægyptias intelligant veteres. Nodus hic vix solvi potest. Ego, salvo meliori judicio, Ægyptias intelligere puto Galenum, Dioscoridem & Plinium. Hanc Strabo inter Ægyptiam, & Thebaicam & Caryotam facit differentiam: quod eæ, quæ per totam nascuntur Ægyptum, propter validam adstrictionem, non usque adeo sint gratæ; quæ vero in Thebaide nascuntur, ut & Caryotæ, palato sapiant. Sed in eo, ait, Caryota à Thebaica differt, quod hæc crusta siccior sit, Caryota carne magis placat. Σκληρότερος δὲ ὁ Θηβαϊκὸς, ἀλλὰ γεύσει εὐστομώτερος. *Durior Thebaica quam Iudaica, sed gustu gratior.* Hoc est quod Plinius dixit, *crusta Thebaicæ placent.* Idem Plin. *in totum arentes Thebaicæ atque Arabicæ* (excellentiss. Salmasius legit Thebaidis atque Arabicæ) *macroque corpore exiles, & assiduo vapore torrentes, crustam verius quam cutem obducunt.* Non tamen puto diversi generis ab alijs palmis Thebaicas esse, ut etiam clariss. sentit Salmasius; sed pro soli ratione in qua nascuntur, aliquid peculiare habere. Ipsæ quippe & Arabicæ, quod in regione calidissima proveniunt, assiduo torrente vapore retorridæ sunt, & arentes, minusque carnis habent quam reliquæ, crustamq; pro cute gerunt. Ideo Plinius dixit, *eas crusta placere, cum reliquæ carne commendentur.* Male viri docti officinarum Tamarindos, Thebaicas palmulas statuunt. Multum pulpa hæc, à sapore palmarum differt, arbor toto genere, ac facie diversa: nec suaviores tamarindi vulgatis Ægyptiis, sed acidiores: fructum insuper tamarindus in siliqua fert, nullum palmæ genus siliquam profert. De tamarindo fortassis acturus sum cap. de ceratonia, sive siliqua. De Caryota palma inferius agam, ubi de Babylonia nobis erit sermo.

Ἄῤῥην.) Plinius: *Arboribus, immo potius omnibus quæ terra gignat, herbisque etiam, utrumque sexum esse diligentissimi naturæ tradunt. Quod in plenum satis sit dixisse hoc in loco. Nullis tamen arboribus manifestius. Mas in palmite floret, fœmina citra florem germinat tantum spicæ modo.*

Hac

Hac occasione de sexu, mutuoque palmarum amore nonnihil dicemus. Noti Claudiani Versus,

Vivunt in Venerem frondes, omnisque vicissim
Felix arbor amat, nutant ad mutua palmæ
Fœdera.

Theophrastus lib. III. de caus. cap. XXIII. ait, fructum in palma femina perdurare nunquam posse, nisi florem maris cum pulvere super eam concusserint. Τὸ δὲ μὴ ἐπιμένειν, lege usque τῷ κονιορτῷ κατ' αὐτοῦ. Idem docet cap. XXII. lib. I. & cap. ult. hujus secundi libri. Ὅταν ἄνθη τὸ ἄῤῥεν, &c. Hunc locum in hunc sensum vertit Plin. loco citato: *Cætero non sine maribus gignere fœminas* (mutato ordine exemplar Toletanum, *Cætero sine maribus non gignere fœminas*) *sponte edito nemore confirmant: circaque singulos plures nutare in eum pronas blandioribus comis. Illum erectis hispidum, afflatu visuque ipso, & pulvere etiam reliquas maritare. Hujus arbore excisa viduas* (in altero codice, teste Pintiano, *biduo*) *post sterilescere fœminas. Adeoque est veneris intellectus, ut coitus etiam excogitatus sit ab homine, ex maribus flore ac lanugine, interim vero tantum pulvere insperso fœminis.* Elegantius hæc refert Cassianus Bassus lib. X. cap. IV. Ὁ δὲ φοῖνιξ ἐρᾷ καὶ διαφέρως ἑτέρου φοίνικος, ὡς Φλωρεντῖνος ἐν τοῖς γεωργικοῖς αὐτοῦ φησί. καὶ οὐ πρότερον παύεται τοῦ πόθου, ἕως ἂν αὐτὴν ὁ ἐρώμενος παραμυθήσηται. ἔστι γὰρ ἰδεῖν τὸ δένδρον ἐπικεκαμμένον, καὶ μὴ φέρον τὴν ἰδίαν βάσιν, μηδὲ καρποφοροῦν. τοῦτο οὐ λανθάνει τὸν γεωργόν, ἀλλ' ὅτι μὲν ἐρᾷ καὶ ἐρᾶται τεκμαίρεται. ἀγνοεῖ δὲ τοῖς. διὸ περιαπτόμενος φοινίκων πολλῶν, καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν ἐρῶσαν ἐπανιὼν καὶ ἐφαπτόμενος τῇ χειρὶ, δοκεῖ φιλήματι ὥσπερ διακονεῖν. ποίου δὲ φοίνικός ἐστιν αὐτῇ πόθος, σημαίνει τρόπον τινὰ, τῇ τῶν πεδῶν καὶ τῇ τῶν χειρῶν ὡς ἂν τις εἴποι νεύσει. πρὸς ἐκεῖνον γὰρ ἀποβλέπει, καὶ ἐπ' ἐκεῖνον πρόῤῥιζος ὥσπερ σπεύδουσα ἑαυτὴν ἐπιῤῥίπτει. ἄκος οὖν γίνεται τῇ ἐρώσῃ τὸ τοῦ γεωργοῦ συνεχῶς ἁπτόμενον τοῦ ἄῤῥενος, τὰς χεῖρας αὐτοῦ προσπελάζειν τῇ ἐρωμένῃ, μάλιστα δὲ πραΰνει τὸν ἔρωτα, εἰ κατὰ τὴν ἄνθην ἐξελὼν ἀπὸ τῆς σκαφῆς τοῦ ἄῤῥενος, ἐνθήσει τῇ κεφαλῇ τῆς ἐρώσης, καὶ λοιπὸν ἡ φοῖνιξ ἀγλαϊζομένη κάλλιστον καρπὸν οἴσει. Postrema in MS. multo nitidiora & puriora extant. Καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ προσπελάζοντες τῇ ἐρωμένῃ, μάλιστα εἰ κατὰ τὴν ἄνθην, ἀπὸ τῆς σκαφῆς ἐξελὼν τοῦ ἄῤῥενος ἐνθήσει εἰς τὴν κεφαλὴν τῆς ἐρώσης, ἐν τῷ γὰρ πραΰνει τὸν ἔρωτα, καὶ λοιπὸν ἡ φοῖνιξ ἀγλαϊζομένη κάλλιστον καρπὸν οἴσει. *Cæterum palma ipsa amat & quidem ardenter, alteram palmam, velut Florentinus in Georgicis suis tradit, neque prius desiderium in ipsa cessat, donec ipsam dilectus consoletur. Videre enim est ipsam arborem incurvatam, & non ferentem proprium firmamentum, neque fructum producentem. Atque hoc ipsum agricolam non latet: novit enim quod amet, quam vero amet ignorat. Quapropter multas palmas contingens, rursusque ad amantem regrediens, eamque manu attingens, quasi osculum mutuo ministrare videtur; quam vero palmam desideret; affectionum, & si ita dicere liceat, manuum nutu, aliquo modo significat, ad illam enim respicit, & in illam radicibus extentis se amanter injicit, eamq; quasi amplectitur. Medela igitur amoris est, ut agricola frequenter masculam contingat, & manus suas amanti admoveat; & maxime ut flores de capite masculæ ademptos, in caput amantis imponat, hoc namque modo amorem mitigat, & palma ipsa splendida reddita de cætero optimum & pulcherrimum fructum feret.* Hæc ideo transcribere volui, quia agricolæ etiamnum, ut refert doctiss. Guillandinis, in Arabia, Ægypto, Mesopotamia, Iudæa, Phœnicia, tota Syria volentes cavere, ne fœminæ aut sterilitatis noxam incurrant, aut fructum, quem aliquando imaginatione libidinis, ut ita dicam concipere solent (quemadmodum aves ova irrita, quæ ὑπηνέμια dicuntur) ante maturitatem amittant; ita ordinant utriusque sexus palmas, ut mares eo saltem intervallo à fœminis distent, quo pulvis ventorum flatibus à folijs mascularum sublatus, in fœminarum folia incidat, idque satis ad fœcunditatem & fructus maturationem facere compertum est. Sed, mirum dictu, quod si qua procul à mare abstiterit, ut neque pulvis, neque aura odorve ejus ad eam permeare possit, excogitaverunt coloni funem à mare religatum ad fœminam usque producere, atque ita quasi maritali vinculo copulatam, masculi virtute clanculum per funem irrepente, fœcundam fieri, quæ prius in ea sterilescebat solitudine. Prosper Alpinus oculatus testis eadem ferè tradit: *Hæc arbor*, inquit, *alternis tantum annis copiosiores fructus edit, neque (quod dictu valde mirabile videtur) fœminæ concipiunt, ac fructificant, ni in ramis maris fœminæ ramos aliquis permiscuerit, ac se quasi osculari permiserit. Plerique fœminas ut fœcundent, non ramos, sed pulverem intra maris involucrum inventam supra fœminarum ramos, atque corspargunt, vel alij flores maris pulveris loco spargere solent. Ni etiam Ægyptij hoc fecerint, sine dubio fœminæ vel nullos fructus ferent, vel quos ferent, non retinebunt, neque hi maturescent.* Istam plantarum conceptionem, quæ fit arte, arguere videntur innumeri dactyli, qui in Arabiæ desertis conspiciuntur, in quibus sylvestrium palmarum sylvas reperias, quæ sine hominum cultu optimos fructus ac copiosos producunt, retinent, ac maturant; ex quo quis judicabit fœminas ad fœcunditatem moveri, non ramis, vel pulveribus aut floribus marium, ut Plinius, alijque tradiderunt; sed non secus, quam aliæ arbores radicum marium, atque fœminarum contactu facere solent, se ad fœcunditatem parare. *Arabes*, inquit Alpinus, *palmarum cultus periti, respondebunt palmarum fœcunditatem in Arabiæ desertis, licet arte non fiat (quando in his locis hæ arbores, ut dictum est, sine ulla cultura fructus producant) adjuvare ventos, marium è ramis pulveres, floresque ad ramos fœminarum asportantes.* Iovianus Pontanus duas celebrat palmas, marem unam Brundusij, fœminam alteram Hidrunti, quæ diu steriles permanserunt, donec scilicet paulatim succrescentes, nondum altera alteram contueri poterat: ubi vero tantum adolevere, ut sese invicem conspicere potuerint, longo, quantumlibet multorum stadiorum tractu; diffidentes, fœtificare cœperunt.


Brundusij latis longè viret ardua terris
Arbor, Idumæis usque petita locis.
Altera Hydruntinis in saltibus æmula palmæ,
Illa virum referens, hæc muliebre decus.
Non uno crevere solo, distantibus agris,
Nulla loci facies, nec socialis amor.
Permansit sine prole diu, sine fructibus arbor
Vtraque, frondosis & sine fruge comis.
Ast postquam patulos, fuderunt brachia ramos,
Cœpere & cœlo liberiore frui,
Frondosique apices se conspexere, virique
Illa sui vultus, conjugis ille suæ,
Hausere & blandum venis sitientibus ignem,
Optatos fœtus sponte tulere suâ:
Ornarunt ramos gemmis, mirabile dictu,
Implevere suos melle liquente favos.

Ὁ μὲν ἄῤῥεν ἄνθος.) Plinius loco citato: *Mas in palmite floret, fœmina citra florem germinat, tantum spinæ modo.* Lege ex veteri codice, *spicæ modo*. Nihil de spica habet Theophrastus, eo loco, quem heic vertit Plinius; sed ex altera id adtexuit, qui extat lib. I. de causis cap. XXIV. ubi dicit, palmam arborem germen emittere veluti spicam, cui fructus appensus, Οὐ γὰρ φέρει ἀπὸ τῶν ἰνῶν. lege usque πρὸς ἑαυτῇ καρπόν. Σπάθην, vertit, *in palmite*. Rectius quā Theodorus, *in spatha*. Nec σπάθη, hoc loco idem est, quod apud Dioscoridem, qui σπάθην, sive ἐλάτην accepit, pro involucro. Theophrasto σπάθη est palmes, hoc est tener ramulus è quo fructus dependet; ἡ νέα βλάστησις. Sed video me non malè facturum, si paulo fusius de voce hac egero. Vox σπάθη plures habet significationes; nos eas recensebimus, quæ ad botanicos ac medicos pertinent, Σπάθη rudes sive rudicula, instrumentum quo aliquid movetur aut agitatur à chirurgis & pharmacopolis. Dioscorides lib. I. ca. LXV. καὶ κίνει σπάθῃ ἕως ἂν ψυγῇ μὴ διαλείπων. *Ac spatha perpetuo & sine intermissione donec refrixerit, peragitato.* Columell. lib. ult. cap. XXIV. *Prædictæ pici immiscemus, & diligenter lignea spatha, vel etiam manu peragitabimus.* Vulgo *spathulam* appellant. Sunt qui σπάθην abietem interpretantur, nec non abietis lachrymam. Hos decepit Plinius; Plinium Dioscoridis verba malè intellecta. Φοῖνιξ, inquit Dioscorides, ἣν ἔνιοι ἐλάτην καὶ σπάθην. Ἐλάτην putavit Plinius totam arborem appellari, quod valdè ineptum. Sic enim lib. XII. cap. XXVIII. tradit. *Est præterea arbor ad eadem unguenta pertinens, quam alij elaten vocant, quod nos abietem, alij palmam, alij spathen.* Græci, ut supra dixi, involucrum palmæ unguentis addi scripserunt. Dioscorides cap. de spathæ, sive involucro palmæ: χρῶνται δὲ αὐτῷ μυρεψοὶ εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις. Eo unguentarij in unguentorum spissamenta utuntur. Ἐλάτη dicitur etiam abies: sed hanc unguentis addi, nusquam legi: lachryma ejus unguentis apta dici potest, inepta arbor. Ἐλάτη, quæ & σπάθη, integumentum fructus palmarum, eadem ἐλάτη, dicitur, etiam abies. Hæc imposuerunt Plinio, qui facillimè & ubique ferè vocum homonymia fallitur. Theophrastus, ut dixi,

tenerum ac novū palmæ termitem qui fructum fert σπάθην vocat. Pollux lib. I. cap. ult. Ἐξ οὗ κρέμανται οἱ βάλανοι σπάθη. *Unde dependet fructus spathe.* Plinius lib. XVI. cap. XXVI. *Palma sola in spathis fructum habet, racemis propendentem.* Herodotus σπάθην non pro tenero ramulo, è quo fructus dependent, sed pro ramo crassiori, ac firmiori posuit. Τόξα δὲ εἶχον ἐκ φοίνικος σπάθης πεποιημένα μακρὰ τετραπηχέων οὐκ ἐλάσσω. *Tela confecta ex palmæ spathe habebant longa, quatuor pedibus non minora.* Hujusmodi tela nec ex involucro fructus florisque palmæ, nec ex tenero confici queunt. Quare σπάθη Herodoto, *crassior & firmior ramus* dicitur. Hæc vulgata opinio. Vidi ramum ex quo fructus dependebat, & repperi aptum satis ad sagittam efformandum, durum quippe satis & validum. Herodoto ergo σπάθη palmes.

Palmarum fructus, & flores Elate.

Spatha.



Dioscoridi σπάθη est involucrum fructus palmæ, cum primum florere incipit. lib. I. cap. CL. Φοίνιξ ἣν ἔνιοι ἐλάτην, ἢ σπάθην καλοῦσι, περιειλημμένη ἐστὶ τοῦ καρποῦ τῶν φοινίκων ἀνθούντων. χρῶνται δὲ αὐτῷ οἱ μυρεψοὶ εἰς τὴν μύρων στῦψιν. *Palma quam nonnulli elaten, aut spatham appellant, fructus palmarum adhuc florentium involucrum est, eo unguentarij in unguentorum spissamenta utuntur.* Antiqui Græci totas sæpe arbores, & earum partes, iisdem appellationibus indicarunt, quod privatim locum habet in palma. Pollux lib. I. Τὸ μὲν τοι φοίνιξ καὶ ὁ κλάδος ὁμωνύμως φοῖνιξ καλεῖται, καὶ ῥάβδος φοίνιξ. *Palma palmæque ramus æquivocè palma vocantur.* Hoc secutus Dioscorides spathen palmæ partem, vocavit palmam; & ne quem totius nominis appellatio falleret, adjecit ἣν ἔνιοι ἐλάτην. Ἐλάτης vox plura denotat. Theophrastus ἐλάτην *abietem* vocat. Idem fecere alij; vide cap. de abiete. Galeno lib. VIII. simpl. ἐλάτη est tenerum palmæ germen; Ὃ δὲ καλοῦσιν ἐλάτην τὸ ἁπαλὸν ἐκβλάστημα τοῦ φοίνικος. *Quod elaten vocant tenerum illud palmæ germen.* Hesych. Ἐλάτη καὶ αὐτὸ τὸ δένδρον ἀφ' οὗ ἡ κώπη, καὶ πόλις τῆς Φωκίδος, μεγίστη καὶ τοῦ φοίνικος ἡ πρώτη ἔκφυσις. *Elate ipsa arbor ex qua manubrium remi, gladijque, maxima quædam urbs Phocidis, primumque palmæ fructus germen.* Involucrum quo flos & fructus teguntur apud Galen. Archigenes lib. II. κατὰ τόπους cap. XX. Σιδίνιον vocat. εἶτα μετ' ὀλίγον, τῇ φιλανθρωπείῳ βοτάνῃ στέφεσθαι κελεύει, καὶ φοίνικος ἄρρενος σπαδίνιον. *Deinde paulo post philanthropo herba coronari jubet, & palmulæ masculæ cortice summo.* Id est palmulæ fructus integumento. Hesych. Σιδίνιον τὸ ἐπ' ἄκρῳ τοῦ φοίνικι φλοιῶδες γινόμενον. Σιδίνιον, vel ut apud Hesych. σπίνιον, diminutiva forma, ἀπὸ τοῦ σαβάνου, factum videtur. Σάβανον pannus asperior à balneo desiccandis, detergendisque corporibus accommodus. Vox hæc apud recentiores Græcos sæpe occurrit, Aetium serm. XII. cap. XI. Trallianum, Myreptum, aliosque. Herocles Hippiat. lib. I. Εἰσαγαγόντες εἰς βαλανεῖον, καὶ ποιήσαντες ἱδρῶσαι, καταμάσσουσιν ἔνδον ξηροῖς σαβάνοις. Usi etiam hac voce Latini. Marcellus Empiricus cap. V. *Crasso sabano diligentes exsiccabis.* Apitius de re culinaria lib. & cap. II. *Quum cocta fuerit, sabano calido involves gruem.* Apud Hesych. non σάβανον, sed σάγανον legitur. σάγανα σκεπάσματα περιβόλαια, *operimenta & amicula.* Ex sago Latino factum videtur σάγανον. Ad similitudinem σαβάνου velamenti à balneo, σιδίνιον operimentum palmulæ, diminutiva forma vocavit Archigenes. Ἀμφίσμα Galenus lib. VIII. simpl. appellat, ubi male τὸ δὲ οἷον ἀφέψημα αὐτοῦ legitur; quod diu ante nos viri eruditissimi observarunt. Chymici Græcobarbari κωβάθιον vocarunt, & usi sunt hujus fumo ad dealbandum. Zosimus Panopolitanus Chymicus, Ἡ δὲ κάμινος καιέσθω ξύλοις καὶ λεπύροις φοινίκων, κωβαθίων τῶν φοινίκων. Et paulo post, ὁ γὰρ καπνὸς τῶν κωβαθίων τῶν φοινίκων πάντα λευκαίνει. Porro teste Dioscoride fructus ipse, idem quoque nomen habuit cum involucro, Ὁ δὲ περιεχόμενος δὲ ὑπ' αὐτῆς καρπὸς, ἐλάτη καλεῖται, ὑπ' ἐνίων δὲ βόρασος. *Porro qui sub ea fructus continetur, elate etiam appellatur, à nonnullis borassus.* In Aldino codice βόρασος legitur. Utrumque nescio quid sit; barbarum vocabulum videtur. Doctiss. Salmas. transpositum videtur pro βάσαρος. Arabicè *besser*, & *basser*, interpres Avisenæ bussurum vocat; ex Hebraico בסר *boser*, quod uvam acerbam & immaturam significat. Arabes ita vocarunt palmulam nondū maturam. Quod si ipsum involucrum, sic vocasset Dioscorides, pronum esset corrigere βάσαρος. Βασσάρη nomen calceamenti cujusdam ita dicti παρὰ τὸ τῇ βάσει ἀρμόζειν, quod incessui congruat, ut tradit etymol. Sane habeo calceamenti quoddam genus ex orientalibus regionibus, quod non malè refert palmæ involucrum. Hesych. βασσάρα est tunicæ genus quod gestabant meretrices Thraciæ. Βασσάραι χιτῶνες οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι βάκχαι. Fortè sic fructus hic dictus, quod in tali involucro contineretur; quod non assero. Hæc annotavi, ut Galeni ἐλάτην, à Dioscorides ἐλάτη, & Dioscoridis σπάθην, à Theophrasto σπάθη aliud esse, intelligeret lector. Theophrasto ut dixi spathe, palmes, quo palmæ involucrum continetur. Avulsum è palma termitem, Græci σπάδικα vocarunt. Agellius: *Spadix phœnicei συνώνυμος, quales sunt fructus palmæ arbores non admodum sole incocti, unde spadicis & phœnicei nomen, Spadica enim Dorici vocant, avulsum è palma termitem cum fructu.* Plutarch. lib. VIII. symp. quæst. IV. Πρῶτος ἐν Δήλῳ Θησεὺς ἀγῶνα ποιῶν ἀπέσπασε κλάδον τοῦ ἱεροῦ φοίνικος, ὃ καὶ σπάδιξ ὠνομάσθη. *Primus in Delo Theseus certamen iniens, avulsit ramum sacræ palmæ, qui spadix dicitur.* Pollux lib. VII. cap. XXX. Ὡς δὲ ὁ τῆς ἀμπέλου κλάδος κλῆμα, καὶ ὁ τῆς ἐλαίας θαλλὸς, οὕτω καὶ ὁ τῆς φοίνικος σπάδιξ. *Ut vitis ramulus palmes, oleæ thalia, ita palmæ spadix.* Rectè ergo Plinius σπάθην, palmitem vertit. Propriè autem palmes in vite, à quo pendet racemus. Ad hujus imitatiouem palmæ tenellum ramulum, ex quo pendet involucrum, & in quo flos, fructusque, palmitem vocavit Plinius. Apud Ioannem Euangelistam cap. XII. legitur, Ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, καὶ ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν αὐτῷ. Τὰ βαΐα, exponit Hesych. virgas βαῒς βάϊον ῥάβδος φοίνικος. Verisimile fit termitem cum flore fuisse; floret palma Martio mense, quo ingressus Salvator noster Hierosolymam. Reperitur hæc vox I. Machab. cap. III. Μετὰ αἰνέσεως καὶ βαΐων. Βαῒς βάϊον παρὰ τὸ βίᾳ τίλλεσθαι, quod non facile revelli possit, quod hæc arbor natura sursum nitatur ad versus deprimentis manum. Ex loco Pollucis supra citato constat, oleæ tenellum ramum θαλλὸν vocari. Coronidis loco adjiciam, palmæ folium idem habere nomen. Idem Pollux lib. I. cap. ult. Τὸ δὲ φύλλον θαλλός. Quod nomen apud Græcos barbaros obtinet palmæ folium. Nicomedes Iatrosophist. in Lexico, Θαλία τὰ φύλλα τῶν φοινίκων. Puto me hoc tractatu dixisse

dixisse singularium palmæ arboris partium nomina. De fructus nomine vide cap. sequens. Quæ inter marem & fœminam palmam differentia, hujus loci est demonstrare. Hoc docet auctor libelli de Plant. Arist. altab. lib. I. cap. VI. *Διακρίνεται δὲ ὁ ἄῤῥην ἀπὸ τῆς θήλεος, ὅτι πρώτως βλαστάνουσι τὰ τούτου φύλλα, ἃ εἰσὶ παρὰ τὰ τοῦ θήλεος σμικρότερα, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς εὐωδίας. Discernitur Mascula, à fœmella quia prius pullulant ejus folia, suntque minora quam illius, item è fragrantia discernuntur.* Unum, alterumve in his verbis consideratione dignũ; ac primum quod maris folium prius pullulare scribat; cum Plutarch. lib. VIII. symp. quæst. quarta: solam palmam folia quam pertinacissimè retinere, nec ullo modo amittere scribat; cum cætera ἀείφυλλα, novis subnascentibus, vetera amittant. *Μόνῳ δὲ αὐτῷ σχεδὸν ὑπάρχει τὸ κοινὸν πολλῶν, ὡς ἀληθῶς λεγόμενον. τί δὲ τοῦτ' ἐστι. τὸ ἐμπεδόφυλλον εἶναι καὶ ἀείφυλλον. οὔτε γὰρ δάφνην, οὔτε ἐλαίαν, οὔτε μυρσίνην, οὔτε ἄλλό τι τῶν μὴ φυλλοῤῥοεῖν λεγομένων, ὁρῶμεν ἀεὶ ταῦτα φύλλα διατηροῦν, ἀλλὰ τοῖς πρώτοις ἀποῤῥέουσιν, ἑτέρων ἐπιβλαστανόντων ὥσπερ πόλεις ἕκαστον ἀεὶ ζῶον διαμένει ἢ ἀμείλικτον, ὁ δὲ φοῖνιξ οὐδὲν ἀποβάλλων ἀφ' αὐτοῦ τῶν φυομένων βεβαίως ἀείφυλλός ἐστι. καὶ τοῦτο δὴ τὸ κράτος αὐτοῦ μάλιστα τῆς νίκης τῷ ἰσχυρῷ συνοικειοῦσι.* Hæc contaminata, ac valde corrupta, & sine sensu sunt, *ὥσπερ πόλεις ἕκαστον ἀεὶ ζῶον διαμένει καὶ ἀμείλικτον.* Sensus verba Plutarchi, in hunc, vel similem modum, legenda docet. *ὥσπερ ἀεὶ ἄλλου μὲν ἀπολλυμένου, ἄλλου δὲ ἀναφυομένου ἕκαστον ζῶον διαμένει. Soli autem ferè huic verè id adest plantæ, quod tanquam verum de multis dicitur: nempe folia firma, & semper durantia habere. Nam neque laurum, neque oleam, neque myrtum, neque aliam ullam eorum stirpium, quæ folijs negantur spoliari, videmus ita semper folia servare eadem. Sed priora, alijs subnascentibus, defluere, ut unum quodque animalis genus perpetuo, alio pereunte, alio nascente, durat. Palma vero nullum abjiciens è se natum folium, constanter folijs suis ornatur. Quam ejus vim victoriæ robori potissimum accommodant.* Si constanter palma retineat folium, quomodo maris folium primum pullulare potest? Dicendum auctori lib. de plantis hanc esse mentem; antequam fœmina germinet, nova marem germina emittere; in quibus nova folia oriũtur veteribus omnibus, in antiquis germinibus, vel potius ramis retentis. Vult igitur celerius prodire masculæ germina, quã fœminæ. Fœmellæ folia majora, masculæ minora, ait: major igitur succi copia in fœmella. Marem autem fragantiorẽ dicit. Quod de tota arbore intelligi debet, nam mas, ut ait Theophrastus, floret, sed fructum non fert. Quod si de fructu intelligi debet, non parva orietur quæstio. Theophrastus enim lib. VI. de caus. cap. XXII. dulces fructus minus olere, ait. Quod tamen omni ex parte verum non videtur. Pepones enim quanto dulciores, tanto odoratiores. Mala dulcia non minus fragrantia quam acida. Anisi, fœniculique semen dulcissimum; odore tamen præstans. De malo aurantio dulci, nihil dicam. Mel dulcissimum, suaveolens, præsertim Narbonnense. Sed video hanc disputationem, non esse hujus loci. historias, non causas indagat, hisce in Libris Theophrastus. Adeat ergo lector lib. de causis, ubi quædam pro Magistro, adversus adversariorum argumenta, adferuntur.

Ναματιαῖον ὕδωρ.) In Ald. & Bas. scriptum est ἀμαπαῖον. De hac voce supra agendum fuit: verum nescio qua incuria illud neglectum sit. Ναματιαῖον, vel ut in Bas. legitur ἀμαπαῖον, vertunt *aquam scaturientem.* ἀμαπαῖον Græcum non videtur. Ναματιαῖον, παρὰ τὸ νᾶμα derivatur. Quod exponunt *laticem, undam, aquæ rivum.* Plerumque tamen de aquæ scaturiginibus & laticibus dicitur, ut apud Moschum in Epitaphio Bionis.

> Νάμασι τοῖς Σικελοῖς ἀγγείλατε τῆς Ἀρεθούσης.
> *Nunciate Siculis laticibus Arethusæ.*

Aristoteles de mundo, Τὸ ὑγρὸν καλεῖν ποταμοὺς, καὶ νάματα, καὶ θαλάσσης οἰδήματα. Ubi νάματα sunt latices & scaturigines. Plato in Timæo, Τόποι τὰ νάματα ἔχοντες. Athenæus lib. II. Ἀπεξηράνθη τὸ νᾶμα. Suidas, Νᾶμα. ὕδωρ, ποτὸν, νέον καταῤῥυτον. Hesych. Νάματα. ὕδατα, χεύματα, ῥεύματα πηγῆς *aquæ, aquæ fluxus, aquæ humorisque affluentiæ, fontes.* Non fit verisimile ναματιαῖον, scripsisse Theophrastum. Neque enim palmis singulis, singulos latices fontesque queas adhibere, è quibus aquæ scaturiant; nec locis humectis aquosisque gaudent palmæ: sed nec ita legit Plinius lib. XIII. cap. XV. *Gaudet & rivis, totoque anno bibere, quin etiam non sitienti. A fimo etiam quidam lædi putant, si non rivis misceatur.* Legit ergo ἀμαρευτιαῖον. Ἀμάρα sulcus, aquæ ductus per quem aqua fluit. Hesych. Ἀμάρα, ἡ ἐν τοῖς κήποις ὑδροῤῥόη παρὰ τὸ ἅμα καὶ ἴσως καὶ ὁμαλῶς ῥεῖν· ἢ οἷον ἀμαρέη τις οὖσα. Homerus canales & aquæ ductus quibus prata arbusta, & horti irrigantur ἀμάρας vocavit; Virgilius *rivos* dixit. Aperti enim copiosam aquam fundunt; quia ex altioribus locis deducuntur. Locus Homeri Iliad. ψ reperitur.

> Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ὀχετηγὸς ἀπὸ κρήνης μελανύδρου
> Ἀμφυτὰ καὶ κήπους ὕδατος ῥόον ἡγεμονεύει,
> Χερσὶ μάκελλαν ἔχων ἀμάρης ἐξ ἔχματα βάλλων,
> Τοῦ μέν τε προρέοντος ὑπὸ ψηφῖδες ἅπασαι,
> Ὀχλεῦνται, τὸ δέ τ' ὦκα κατειβόμενον κελαρύζει
> Χώρῳ ἐνὶ προαλεῖ, φθάνει δέ τε καὶ τὸν ἄγοντα.

Latini ἀμάρας rivos, illices, vel, ut apud Festum & Ulpianum legitur, inlices vocant. Festus: *Inlices, canales in quos aqua fluit in viis lapide stratis, ab eliciendo dicti.* Theophrasti locum sic verte, *Inlices sive rivos potius quam pluvias quærunt.* Vult Theophrastus palmas magis gaudere aqua per canales derivata, quam aqua pluvia; eo nimirum, quod ea quæ derivatur, continuo fluat, aut saltem quoties aperitur, & radicibus humorẽ adfert jam sole calefactum & paulatim imbibendum: pluviæ vero affatim effunduntur, & mox rursum cessant, præsertim in Iudæa, Syria, Ægypto; ubi nunquam vel raro pluere fertur. Quod vero de aquis per canales derivatis agat, liquet ex eo, quod dicat in Syria aulonem esse sive vallem longissimam; quam ad rubrum usque mare dicunt pertinere, & in ea palmarum felicissimum esse proventum. Qua ex re intelligitur, derivatis aquis & assiduis palmas gaudere, non imbribus affatim effusis. Mirum enim est, & sitienti solo gaudere; & semper tamen bibere velle.

Οἱ μὲν γὰρ ἀπύρηνοι, οἱ δὲ μαλακοπύρηνοι.) In Ald. & Basil. cod. legitur, Οἱ μὲν γὰρ ἀπύρηνοι. οἱ δὲ * μαλακοπύρηνοι. Asteriscũ cur sustulerit Lugduno Batava editio, non video causam. Lege cum Theodoro, Οἱ μὲν γὰρ ἀπύρηνοι, οἱ δὲ πυρῆνα ἔχοντες. καὶ τινὲς σκληροπύρηνοι οἱ δὲ μαλακοπύρηνοι. Plinius loco citato: *Fructiferarum alijs brevius lignum in pomo, alijs longius: his mollius, illis durius: quibusdam osseum lunatumque dente, contra fascinantes religione politum. Aliud pluribus vestitum, paucioribus ve tunicis, aliud crassioribus tenuioribusque. Ita fiunt unde quinquaginta genera, si quis omnium persequi velit nomina, etiam barbara.* Corruptus cod. scribe; *Lunatoq; dente contra fascinentes, reliqua politum.* Antiquus cod. habet, *limatuq; dente.*

καὶ τὰς χροιάς, &c.) Alpinus lib. de plant. Ægyptijs cap. VII. *Varij hi fructus inter se observantur, magnitudine, figura, & colore: alij enim oblongi, magni, crassi, perinde ac pruna alba (quæ Iulio mense in agro bassanensi maturantur) spectantur. Alij sunt parvi, longi, glandibus quercuum similes, alij rotundi, crassi. alij virides, alij albi, alij flavi, alijque rubri: immaturi omnes gustu aspero stypticoque feriunt, maturi durissimi; qui vero propè sunt ut perfectè maturentur, gustum castanearum, dulciorem, suavioremque repræsentant.*

διαφέρει) Alia palmarum divisio; alias majores, alias esse minores. Majores καρυωτοὶ dicuntur, de quibus nobis paulo plenius agendum. καρυωτὸν quasi καρωτὸν dictum putavit Plinius loc. cit. *Ab his caryotæ maximè celebrantur, & cibo quidem, sed ut succo uberrimæ. Ex quibus præcipua vina orienti, iniqua capiti, unde primo nomen.* Dioscorides palmam recentem φοινικοβάλανον, capitis dolorem adferre dixit; idem Galenus. Quod hi in genere, hoc Plinius in specie de caryota. Alia, & verior Isidori sententia, *Alij Thebaici qui & Nicolai* (hoc mox examinabitur;) *alij* (scil. dactyli) *nucales quos Græci καρυωτοὺς vocant.* A nucis quadam forma, sic dictum, hoc palmæ genus, ut dactylus à digiti figura. Malè viri doctissimi dactylos dici à digiti longitudine scribunt. minores multo digito, qui ad nos adferuntur, nec majores qui ante annos 500. adferebantur. Latini non tantum nucales dixerunt, sed etiam palmæ caryotæ: Scribon. Largus cap. XXXVI. *Palmas caryotas viginti.* Et absolute caryotæ dicebantur. Ovid.

> *Hoc lenitur sputo Iani caryota calendis.*

Caryotæ palmæ in Iudæa, alijsque orientalibus regionibus nascuntur, Babylonia, Persia, similibus. Plin. *Soli Iudææ & Orienti vindicat, id est Babyloniæ & Persidi ab his caryotæ maximè celebrantur.* Idem eodem capite: *Sed ut copia ibi & fertilitas, ita nobilitas in Iudæa, nec in tota, sed Hierichunte maximè; quanquam laudatæ*

datæ & *Archelaide* (urbe Judææ non procul ab Hierichunte) & *Phasaelide* (Stephanus, Φασαηλὶς πόλις Ἰουδαίας ἀπὸ Ἡρώδου κτισθεῖσα τοῦ πρῶτου βασιλέως τῷ ὀνόματι τοῦ ἀδελφοῦ, ὡς Ἰώσηπος) atque *Liviade gentis ejusdem*. Strabo lib. XVI. ubi de Hierichunte hæc leguntur, καὶ ὁ φοινικὼν δὲ τοιοῦτος, ἔχων τὸν καρυωτὸν φοίνικα ἐνταῦθα μόνον, πλὴν τοῦ Βαβυλωνίας, καὶ ἐπέκεινα πρὸς τὴν ἕω. *Palmetum quod palmam caryotam fert, alibi nullum est, excepto Babylone, & ulterioribus Orientem versus regionibus.* Atqui supra dixit, in Thebaide Ægypti etiam nasci caryotas; quæ etiam sententia Aetij videtur lib. XI. ca. XXX. Θηβαϊκὸς δὲ φοῖνιξ καρυωτὸς ὁ μὴ ἔχων ὀστέον, εἴτε φύσει τοιοῦτος εἴη, εἴτε ἐπιτεχνήσει τινὶ γένοιτο. *Thebaica autem palma caryotas, quæ os non habet; sive id natura, sive arte ei contingat.* Quod alijs judicãdũ relinquit. Certe natura ἀπύρηνον φοίνικα, reperiri tradit Theophrastus. Caryotam præscribit Thebaicam: ergo & in Ægypto caryota, non tantum in Iudæa. Dicendum, caryotam Thebaicam Ægyptiam, à Iudaica aliisque Orientalibus regionibus diversam. Ac quidem Ægyptiacam crusta esse sicciore, ut supra diximus: carne & succo magis placere Iudaicam. Galenus lib. II. de aliment. facult. Ἔστι δὲ ἐν αὐτοῖς οὐ μικρὰ διαφορά. τινὲς μὲν γὰρ ξηροί τε εἰσὶ καὶ στύφοντες ὥσπερ οἱ Αἰγύπτιοι, τινὲς δὲ μαλακοὶ, καὶ ὑγροὶ καὶ γλυκεῖς, ὥσπερ οἱ καρυωτοὶ καλούμενοι. *Magna palmarum differentia: quædam siccæ & adstringentes, uti Ægyptiæ; quædam molles, humidæ, & dulces, ut quæ vocantur caryotæ.* Hoc est, quod Plinius ait, *Caryotas succo placere ut uvæ.* Et cap. IV. lib. XIII. *Dos his præcipua succo pingui lactentibus, quodamque vini sapore in melle prædulci.* Fortè legendum, *ut in melle, prædulci.* Caryotarum tria recenset genera Plinius: Nicolaos, Adelphides, & quas πατητοὺς vocant. De Nicolao mox videbimus. De Adelphide hæc tradit Plinius; *Minus speciosæ, sed sapore caryotarum sorores, ob hoc Adelphides dictæ, proximam suavitatem habent, non tamen eandem quam Nicolai.* De hoc palmæ genere nihil dico: incognitum planè. De Patetis hæc refert idem Plinius, *Tertium ex his genus pateton, nimio liquore abundat: rumpitque se pomi ipsius, etiam in sua matre, ebrietas, calcatis simile*; lege, *calcato simile.* Πατητῶν φοινίκων mentio fit apud Trallian. lib. VII. cap. VIII. Φοινίκων πατητῶν γο γ´. οἰνάνθης κηρωτ. Quæritur an πατητοὶ dicti, quod recentes ac dum adhuc in arbore sunt, calcatis similes videantur: an vero quod calcatæ sint, & ex iis vinum expressum. Posterior multis arridet opinio. Et fortassis ait doctiss. vir hæ (χυδαῖοι) quæ πατητοὶ dicebantur, ex quibus calcatis vinum exprimebatur. Certè non alio sensu σταφυλαὶ πατητοὶ sunt uvæ calcatæ, quibus vinũ exprimitur. An ita vocarunt siccatas quę in cadis condebantur, & inculcabantur? Non puto. Quicquid fit, sanè ridicule Plinius, genus palmarum ex hoc nomine fecit, quæ propriè sic vocarentur; puta non aliter, quam si ficus recentes, & siccas diversi generis esse dicas, & ex eadem provenire arbore neges, quæ calcatæ fuerant, & è quibus vinum expressum erat. Alexander Trallianus loco citato, (sæpius eo capite πατητῶν φοινίκων fit mentio) κηρωτ. νάρδινα, ἀνὰ γ´ ὡς΄ οἴνῳ Ἀδριανῷ τὸ αὐταρκες εἰς τὴν τῶν φοινίκων ἀποβροχήν. Vetus interpres, *Ceræ, oleo nardino, dactylis patitis lib. I. vino Adriano, quod sufficit ad dactylos infundendos.* Planum est, intelligi ab eo palmulas siccas, & in cadum inculcatas, aut sanè pressas aut calcatas, vino inde expresso. Glossa vetus ad illum locum; patitos à loco dictos nugatur. Favere huic opinioni videtur Galeni interpres κατὰ τόπους lib. VIII. cap. III. titulo catapotia ad stomachi subversiones, Origeniæ, bona & probata. *Deinde palmularum passarum patetos Græci vocant.* Idem lib. IX. cap. IV. titulo. alij Scribonij Largi ex salice, *Palmarum passarum maximarum, quas πατητοὺς appellant numero duas aut tres.* Nihil tale in Græco codice. lib. VIII. ait Galen. Ἔπειτα τούτοις ἐπιβάλλων φοινίκων πατητῶν ἰ τὴν σάρκα. lib. IX. Φοινίκων παλητῶν μεγίστων ἀριθμῷ β´ ἢ γ´. De suo passarum vocem addidit Interpres. Plinij sententiam confirmat Galenus lib. X. methodi med. cap. IX. Καὶ μὴν δὴ καὶ τὸ διὰ τῶν φοινίκων ἐπίθημα τῶν λιπαρῶν, ὀνομάζουσι δ᾽ αὐτοὺς πατητοὺς, ἀγαθὸν φάρμακον. *Iam vero epithema ex pinguibus fit palmulis, quas Græci πατητοὺς vocant, salutare est medicamentum.* Pingues à liquore pingui, quo scatent. Idem Galenus lib. de cibis boni & mali succi, cap. IV. circa finem. Κατὰ δὲ τοὺς φοίνικας ἀξιόλογος. εἰ γὰρ παραβάλλοις τὸν Αἰγύπτιον φοίνικα σκληρὸν καὶ αὐστηρὸν, καὶ ξηρὸν ὄντα, τῷ καλουμένῳ πατητῷ, γλυκεῖ μὲν ἱκανῶς ὄντι, βραχείας δὲ μετέχοντι στύψεως, ἐναντίαν ἔχειν σοι δόξουσι τὴν φύσιν. οἱ δὲ ἄλλοι μεταξὺ τούτων εἰσὶν, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἧττον αὐστηρότητός τε καὶ γλυκύτητος μετέχοντες. *At in palmis non leviter differt. namque Ægyptia palmula dura, sicca & austera, si cum ea conferatur quam Græci πατητὸν vocant, quæque & satis dulcedinis, & adstringendi vires habet, natura inter se contrarias esse arbitreris, aliæ vero inter has mediæ censentur, ut quæ plus minusve austeritatis, dulcedinisque habent.* Ineptus foret Galenus, si recentem & humore plenam palmam, compararet siccatæ & expressæ. Alia sententia Galeni, qui πατητὸν, quam expressam & siccatam volunt palmulam, pinguem vocari ait. Utrum σταφυλαὶ πατηθεῖσαι, quarum mentio apud Aetium lib. IX. cap. XXIV. uvæ calcatæ sint, ex quibus expressum vinum, alibi videbimus. Alia Plinij opinio, qui tales uvas in vite à sole diutius adustas vocat lib. XIV. πατητὸς ergo à πατέω conculco. Non quod conculcata ac passa sit, sed quod ejus pomum etiam in matre dehiscat, propter pinguem, quo abundat, liquorem, ac quasi calcata appareat. Caryotæ ut supra dixi succo placent.

Καὶ γὰρ σφαιροειδεῖς ἐνίους ὡς τέτταρας εἰς τὸν πῆχυν εἶναι.) Malè in Ald. cod. πῆχυν vertunt: *Quosdam enim esse in modum malorum; magnitudine autem tantos, ut quatuor tantum cubitum expleant.* Vocem σφαιροειδεῖς, cur non interpretentur, causam video nullam. Verte; *Quosdam enim globosos in modum malorum, magnitudine autem tantos, ut quatuor tantum cubitum expleant.* Plin. loco cit. hæc de Nicolais scribit; *Sicciores in hoc genere (caryotarum) Nicolai, sed amplitudinis præcipuè quaterni cubitorum longitudinem efficiunt.* Lege, *quaterni cubitum longitudine efficiunt.* Isidorus, ut supra dictum, Nicolaos dactylos, Thebaicos esse tradidit; certè nisi Theben Iudææ intelligat, fallitur. Ægyptia palma Thebaica magnitudine, & præstantia inferior erat Iudaicâ. Nicolaus hic Damascenus fuit: verisimile admodum Iudaicas misisse: fieri etiam potest Babylonicas, ex Babylonia allatas, miserit; sed hoc incertum. Damascenum fuisse ex Suida probatur, Νικόλαος Δαμασκηνὸς γνώριμος Ἡρώδου τοῦ τῶν Ἰουδαίων βασιλέως, καὶ Αὐγούστου Καίσαρος φιλόσοφος περιπατητικός. *Nicolaus Damascenus Herodi Iudææ regi, & Augusto Cæsari amicus, philosophus peripateticus.* Hic Cæsari Augusto misit palmas. Athenæus lib. XIV. περὶ δὲ τῶν Νικολάων καλουμένων φοινίκων, τοσοῦτον ὑμῖν εἰπεῖν ἔχω, τῶν ἀπὸ τῆς Συρίας κατηγμένων, ὅτι ταύτης τῆς προσηγορίας ἠξιώθησαν ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ αὐτοκράτορος σφόδρα χαίροντος τῷ βρώματι Νικολάου τοῦ Δαμασκηνοῦ ἑταίρου ὄντος αὐτῷ καὶ πέμποντος φοίνικας συνεχῶς. *De palmulis quos Nicolaos vocant, & quæ advehuntur ex Syria, hoc tantum vobis possum dicere, ab Augusto Imperatore hoc nomen inditum fuisse, qui admodum cibo eo delectaretur, quod Nicolaus Damascenus ejus amicus palmulas illas sæpius ad illum mitteret.* Meminit hujus Historiæ Plutarchus lib. VIII. symp. quæst. IV. Ὁ γοῦν βασιλεὺς (ὥς φασιν) ἀγαπήσας διαφερόντως τὸν περιπατητικὸν φιλόσοφον Νικόλαον γλυκὺν ὄντα τῷ ἤθει, ῥαδινὸν δὲ τῷ μήκει τοῦ σώματος, διάπλεων δὲ τὸ πρόσωπον ἐπιφοινίσσοντος ἐρυθήματος, τὰς μεγίστας καὶ καλλίστας τῶν φοινικοβαλάνων Νικολάους ὠνόμασε. καὶ μέχρι νῦν οὕτως ὀνομάζονται. *Rex quidem* (Augustum Cæsarem intelligit) *ut narratur, Nicolaum philosophum peripateticum singulari prosequens amore, suavibus moribus hominem, gracili & procero corpore, faciem plenum emicantis punicei ruboris; maximas & pulcherrimas palmulas Nicolaos nominavit, sicque etiamnum dicuntur.* Hesych. lib. περὶ σοφῶν Nicolaum non palmas, sed placentas Augusto Cæsari misisse auctor est. Νικόλαος φιλόσοφος ὁ Δαμασκηνὸς οὗτος ἠγαπήθη παρὰ τοῦ Αὐγούστου Καίσαρος, ὥστε τοὺς ὑπ᾽ ἐκείνου πεμπομένους πλακοῦντας τὸν Καίσαρα, Νικολάους αὐτοὺς καλεῖν. *Nicolaum philosophum Damascenum tanto amore complexus fuit Augustus Cæsar, ut missas ab eo ad se placentas, Nicolaos vocaret.* Sed nihil impedit, quo minus utrumque, & dactylos, & placentas miserit. Pallad. de Mon. Ægyptior. Hist. VIII. Καὶ γαλακτος παρῆν γέμοντος, καὶ Νικολάους παμμεγέθεις, ἄρτους τε καθαροὺς καὶ θερμούς. Ex iis quæ hactenus dixi, constat magnas & præstantes fuisse palmas Nicolaos. Sed illud quæritur, utrumne Nicolai sint, de quibus fit mentio apud Theophr. Asserit hoc Plinius. Obstare videtur, quod saltem Xenophontis temporibus nondum in Græciam majores illæ caryotæ inveherentur, sed tantum minores. Quod hæc ejus verba ostendunt, Ἐν δευτέρῳ Ἀναβάσεως, sive in lib. II. de expedit. Cyri, ubi de palmis Babyloniæ agit. αὐτὴ δὲ αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων, οἵας μὲν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἔστιν ἰδεῖν, τοῖς οἰκέταις ἀπέκειντο. αἱ δὲ τοῖς δεσπόταις ἀποκείμεναι ἦσαν ἀπόλεκτοι, θαυμάσιαι τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος. *Glandes palmæ, quales in Græcia videmus, famulis præbebant. Quas autem servabant Dominis, seligebant,* magnitudine

magnitudine & pulchritudine admirabiles. Ad hoc facile responderi potest. Xenophontis ævo nõ adferebantur in Græciam, quod bellum esset Græcis cũ Persis. Temporibus Cyri sub potestate Persarum Babylonij & Iudæi erant. Theophrasti vero sæculo in Græciam advehebantur. Iam enim ab Alexand. Magno Macedonum rege, ac Græciæ universæ principe, devicta erat Persia, Babylonia, omnesque terræ, quæ sub Persarum ante fuerant imperio. ROMAM Augusti Cæsaris ævo, facilè mitti poterant, quod Iudæa regionesque circumjacentes devictę ac subactę essent à Romanis. Ergo quod in illis regionibus optimum erat, principi, ejusque aulicis, & magnatibus mittebatur. Theophrastus palmas quatuor cubitũ explere scribit. Idem Plinius. Quæri solet, qualem intelligat cubitum Theophrastus, majorem an minorem. Hoc ex Diodoro Siculo cognoscere est; qui lib. II. bibliothecæ ait: Τῆς δὲ Συρίας κατὰ μὲν τὴν κοίλην οἱ καρυωτοὶ προσαγορευόμενοι, φύονται διάφοροι κατά τε τὴν γλυκύτητα, καὶ τὸ μέγεθος, ἔτι δὲ τοὺς χυμούς. τούτων δὲ πολὺ μείζους κατὰ τὴν Ἀραβίαν, καὶ τὴν Βαβυλωνίαν ὁρᾶν ἐστὶ γινομένους, κατὰ μὲν τὸ μέγεθος ἐξ δακτύλων ὄντας. τῇ δὲ χρόᾳ τοὺς μὲν μηλίνους, τοὺς δὲ φοινικοῦς, ἐνίους δὲ πορφυρίζοντας. ὥστε ὑπ' αὐτῶν ἅμα καὶ τὴν ὄψιν τέρπεσθαι καὶ τὴν γεῦσιν ψυχαγωγεῖσθαι. *At in Cavæ Syriæ tractu, quæ caryotæ appellantur, dulcore, & magnitudine, & succo excellunt. His longè majores in Arabia videre est, & Babylonia, magnitudine scilicet digitorum sex, colore partim melino, partim puniceo, vel etiam purpureo, quibus visus delectatur, & gustus demulcetur.* Theophrastus igitur cum quatuor cubitum explere, ait, intelligit cubitum minorem. Minor cubitus, ut supra dixi, sesquipes. Pes Græcus XVI. digitis constat. Ergo si unaquæque palma sit sex digitorum; quatuor, erunt viginti quatuor digitorũ; quę mensura sesquipedis, & cubiti minoris. Hujusmodi grandes palmæ ad nos non adferuntur, Hic enim ne unius quidem digiti longitudinẽ superant. Frustra ergo medici vulgares dactylos, caryotas contendunt. Diodorus palmas has majores colore vel melino, vel puniceo, vel purascente, est: Xenophon succini colore esse refert, Ἡ δὲ ὄψις ἠλέκτρου οὐδὲν διέφερε, *aspectu prorsus electro similes.* Quærunt viri docti, utrum hæ sint χρυσοβάλανοι, quarum mentio fit apud Gal. in lib. κατὰ τόπους VIII. cap. III. & lib. IX. cap. IV. Affirmãt alij. Malunt tamen nonnulli, nucem myristicam intelligere. Galen. chrysobalanũ, ex auctoritate Asclepiadis ad coli inflationem lib. IX. præscribit. Lib. VIII. roborare & discutere ait, Νάρδος δὲ στάχυς καὶ χρυσοβάλανος τῶν διαφορητικῶν τε καὶ ῥωννύντων. Palma nec roborat, nec discutit, mollem enim humidam & dulcem substantiam habet. Hac facultate myristica nux pollet; singultum sistit, colicum dolorem tollit, egregie roborat, fortiter discutit; quæ vires chrysobalano à Galeno adscribuntur. Reliqua si consideremus, nux myristica neutiquam χρυσοβάλανος erit. Aureum enim nõ habet colorem. Addo quod nunquam prætermisisset Galenus, insignes hujus nucis facultates describere. Non esse ex palmarum genere, inde probatur, quod non tegatur carne, sed cortice, qui *macis* vulgo dicitur. Χρυσοβάλανοι fortassis est, quod ab Aëtio lib. I. in confectione nardini, qua in ecclesia præparabatur, vocatur, ξανθοκάρυον. ξυλαλόης λί. καρύων μυρεψικῶν λί. κάχρυος λί. ξανθοκαρύων λί. μάκιρ λί. γαλαγγὰ λί. βαλσάμου λί. καρποβαλσάμου λί. ξυλοβαλσάμου λί. μυροβαλάνων λί. φύλλου Ἰνδικοῦ λί. κασσίας λί. ξηροκαρυοφύλλου &c. Hæc ostendunt ante sexentos annos, & nucem myristicam, galangam, aliaque aromata cognita fuisse. Uti lib. IX. ubi aromatam historiam narrat Theophrastus, plenius probatur. Caryotas Lusitani hodie vocant *caryossos*, vel *caryoces*, non obscuris, sed plenis vestigiis prisci nominis. In insulis Occidentalibus, divi Thomæ vulgo dictis, repererunt, forma & magnitudine citrii mali, colore luteo. Quale est succinum, & μήλινος color.

Ἑπτὰ δὲ καὶ πήχεων εὐώδεις.) Hæc spuria, vel corrupta esse nemo inficias ibit. Scripserat aliquis ad oram εἰς δὲ πήχυς, δύο πόδες. Quod postea in textum recepere cum vitio. Corrigit Scaliger Iulius; εὐχύλους καὶ εὐώδεις, *succo præstanti & odore bono.* Succum caryotarum gratum immo gratissimum, ex iis quæ hactenus dicta sunt, liquet. De εὐωδίᾳ videndum. Palmas odoratas esse, probatur ex Athenæo, apud quem lib. XIV. hæc reperio. Μελανιππίδης ὁ Μιλήσιος ἐν ταῖς Δαναΐσι, φοίνικας τὸν καρπὸν οὕτως ὀνομάζει. τὸν λόγον ποιούμενος περὶ αὐτῶν. τὰς γὰρ Ἀίδου οὐ γὰρ ἀνθρώπων φόρευν μορφὰν καὶ εἶδος, οὐδὲ τὰν αὐδὰν γυναικείαν ἔχον, ἀλλ' ἐν ἁρμάτεσσι διφρούχοις ἐγυμνάζοντ' ἀν' ὕλας ἰδόντι, οἷα πολλάκις θῆρες φρένα τερπόμεναι, ἱερόδακρυν λίβανον, εὐώδεις τε φοίνικας, καὶ κασίαν ματεῦσαι, τέρενά τε Συρίας μύρα φέροισαι. Ita legit hunc locum Doctiss. Causabonus. *Melanippides Milesius in Danaidibus, fructum ipsum palmæ nominat* φοίνικας, *ita loquens de Danai filiabus. Plutonicam istæ non humanam formam, ac speciem gerebant: neq; etiã vocem habebant muliebrem: sed in curribus sellam habentibus per sylvas, montesque arboribus vestitos, ut facere amant feræ, se exercebant, thus sacrũ & suaveolentes palmulas, casiamque manibus tenentes, & mollia Syriæ unguenta.* Certè vulgares palmæ suaveolentes quodammodo, neutiquam καχώδεις. Non mirum ergo, si optimæ & præstantissimæ suaviter spirent. In Ald. & Bas. codicibus locus hic asterisco notatur; quo corruptam codicem indicatur, ὡς τέσσαρας εἰς τὸν πῆχυν εἶναι * ἑπτὰ δὲ καὶ εὐώδεις. Causam, cur sustulerint asteriscum, non video ullam. Hoc obiter addendum; apud Photium legi, Οἱ δὲ φοίνικες οἱ ἐν Ἰνδοῖς καὶ οἱ τούτων βάλανοι τριπλάσιοι τῶν ἐν Βαβυλῶνι. *Palmas Indicas earumque fructus triplo esse quam apud Babylonios majores.* Profecto grandes illæ admodum.

Ἄλλους δὲ μικρούς, &c.) Tales, ut annotavit Doctiss. Robert. Constantinus, margarides, vel margaritides à Plinio dicuntur. Diodorus Siculus lib. II. bibliothecæ Africanas parvas vocat, Ὁμοίως δὲ τῶν δένδρων οἱ φοίνικες, κατὰ μὲν τὴν Λιβύην αὐχμηροὺς καὶ μικροὺς ἐκφέρουσι καρπούς. *Sic inter arbores palmæ Africanæ squalidos & exiguos gerunt fructus.*

Βατίς.) Corrigunt βαγώς. Suidas tamen per ᾶ βαγώας. ὄνομα κύριον ὃς ἦν εὐνοῦχος. *Nomen proprium, Eunuchus erat, sive satrapa Persarum regis.* Apud Diodorum & Plutarchum βαγώας, vel βαγώα legitur. Lege apud Theophrastum, βαγώας τοῦ παλαιοῦ. Illum intelligit, qui crudelissimum Persarum regem Ochum sustulit veneno, & ipse à Dario Ochi successore extinctus est. Vide Diodorum Siculum lib. XVI. Fuit alius βαγώας Alexandro Magno familiaris. Hic junior, de quo vide apud eundem Siculum, & Plutarchum in vita Alex. Vide Curtium.

Περὶ Βαβυλῶνα.) Palmam arborem Babylonicam describit Diodorus Siculus lib. II. biblioth. Τὰ δὲ στελέχη τῶν φοινίκων τὸ μὲν μῆκος ἀτελὲς ἔχει, τὴν δὲ περιφέρειαν, ψιλὴν πανταχόθεν μέχρι τῆς κορυφῆς. ἀκρόκομα δ' ὄντα. διαφόρως ἔχει τὰς ἀπὸ τῆς κόμης διαθέσεις. τὰ μὲν γὰρ πάντη τὰς ῥάβδους ἔχει περικεχυμένας, καὶ κατὰ μέσον ἔκ τινος περιερρωγότος φλοιοῦ βοτρυώδη καρπὸν ἀνίησι. τὰ δὲ ὑφ' ἓν μέρος ἔχοντα κεκλιμένας τὰς ἐπὶ τῆς κορυφῆς κόμας σχηματισμὸν ἀποτελεῖ λαμπάδος ἀναπυρουμένης. ἔνια δὲ ἐπ' ἀμφότερα τὰ μέρη περικλώμενα, καὶ διπλῆ τῇ καταθέσει τῶν κλάδων ἀμφίκομα γινόμενα γραφικὴν ἀποτελεῖ τὴν πρόσοψιν. *Palmæ illic stipite sunt aërio, præcelsoque ac tereti, vertice tenus glabro (ita interpres) comas in altum non uno tamen modo attollunt. Quædam enim ramos undique circumfusos habent, & in medio, ex cortice dirupto, racemosum extrudit fructum. Quædam comis sub unam tantum cacuminis partem inclinatis, ardentis formam lampadis ostentant. Aliæ hinc & illinc circumflexæ, & duplici ramorum dispositu utrimque capillatæ, intuitum picturatum exhibent.* Tria inquit palmarum genera; quorum differentia non in stipite, totaque arbore, sed in coma. Hanc sanè differentiam a recentioribus observatam nondum legi. Stipitem inquit ψιλὴν, vertunt *glabrum.* Palmæ hactenus cognitæ stipes, squamis multis, quibus arborem scandunt, obsita est. Vertè *nudum;* ramis enim folijsque, quibus plurium arborum trunci præditi; caret. Hesych. Ψιλὸν, γυμνὸν, ἔρημον, εὐτελὲς ἄτεχνον, καὶ πᾶν ἀποδεδαρμένον. In cacumine tantum fundit ramos in orbem actos, solum spectantibus folijs longissimis, duplicibus, gladij figura.

Μεγέθει μὲν.) Plinius loco citato: *Quibusdam tamen in locis, ut in Cypro, quanquam ad maturitatem non perveniat, grato sapore dulcis est, & folium ibi latius, fructusque reliquis rotundior, nec ut devoretur corpus, verum expuatur, succo modo expresso.* Hæc de duobus palmarum generibus Theophrastus, quæ Plinius in unum confundit. Sed Plinianum est, confundere & perturbare omnia. Non fit verisimile, Plinium scripsisse, *reliquis jucundior.* Verba Theophrasti malè accepit, Μεγέθει μὲν ἡλίκος ῥοά. τῷ σχήματι δὲ περιμήκης. οὐκ εὔχυλος ὥσπερ οἱ ἄλλοι. Satis clarè Græcus auctor sapore, succoque minus jucundo reliquis, ait, palmis. Plinius vel malè legit, vel libertum legere putavit, μεγέθει μὲν ῥοᾷ καὶ σχήματι. Hinc ille, *reliquis rotundior.*

A 'm'

Ἀλλ' ὅμοιος ταῖς ῥίζαις.) Vertunt, *non tantum sapidum tanquam cæteræ, sed radicibus simile.* Quod, quid sit, nescio. Lego ῥοαῖς, & διαμασσηθεῖσιν, non, ut vulgo editur, διαμασσηθείσας, *scissos.* Totam hanc periodum in hunc sensum verto, *Cuidam in Cypro generi folium latius est, & fructus multo major, magnitudine mali punici, sed figura oblongus; succo minus grato quam in cæteris, sed punico simili; itaque non deglutitur, sed commanducatus expuitur.* Ad eundem modum punici mali succum sorbere solemus, nucleos commanducare quidem, sed non deglutire, verum expuere. Idem de hoc palmæ genere tradit Theophrastus. Plinius, *Nec ut devoretur corpus, verum ut expuatur succo modo expresso.*

Θησαυρίζεσθαι οὐ μόνον, &c.) Rectè, addidit, φασί. Ad nos enim quotannis Alexandria Ægypti siccatæ adferuntur, quæ plures durant annos, & incorruptæ manent. Sed fortassis hæ Thebaicæ, vel eo loco crescunt, ubi qnondam Theba, salso nempe & arenoso solo: quas servari posse, supra docuit. Nō omnis ergo palma Ægyptia recens consumi debet, sed maxima pars.

Ἔστι δὲ φοίνιξ.) Plinius loco citato: *Quædam in Syria & Ægypto in binos dividunt se truncos: in Creta & ternos, quædam & quinos. Ferunt statim in trimatu; in Cypro vero, Syria, Ægypto quadrimæ, aliæ quinquennes.*

Κύικας) Lege cum Doctissimo Salmasio κόϊκας. Notum est, quomodo in Græcis exemplaribus hæc invicem mutentur οι & υ, ut μυρῶ, μοιρῶ, & in similibus sexcentis. Plinius loco citato: *In ipsa quidem Æthiopia friatur (tanta est siccitas,) & farinæ modo spissatur in panem. Gignitur autem in frutice ramis cubitalibus, folio latiore, pomo rotundo, sed majore, quam mali amplitudine: cycas vocant.* In Antiquis, ut idem, docet, Salmasius rectè scriptum reperitur, *coecas vocant.* Quod etiam in marginalibus in Plinium annotationibus, observavit Dalecamp. Supra lib. I. cap. XVI. Ἔνια δὲ καὶ καλαμόφυλλα, καθάπερ φοίνιξ καὶ ὁ κόϊξ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Hesych. Κόϊκες ἐν Αἰθιοπίᾳ φοινίκων εἶδος, καὶ τὰ πλέγματα ἐκ φύλλων δένδρου, σκεύη, φορμούς. Non ex κόϊκος, sive palmæ Æthiopicæ folijs sportæ, & phormiones texebantur, sed ex Ægyptia arbore quæ κοῦκι dicitur Theophrasto lib. IV. cap. II. Vulgo κουκιοφόρον legitur. Duas confundit arbores Grammaticus: Ægyptiam, quæ κοῦκι, & Æthiopicam, quæ κόϊξ vocatur. Vide cap. II. lib. IV.

τῷ χυλῷ διάφορον ἔχουσι.) Interpretantur, *fructum figura, magnitudine, & sapore diversum quam cæteræ præstant.* Verte, *fructum habent figura, magnitudine, & succo præcipuum.* Διαφέρειν, apud Theophrastum & Dioscoridem, infinitis in locis, excello, supero, significat. Vide cap. VI. VII. ubi de odoribus, & aromatibus agit. Idem cap. de cinnamomo, costo, &c. Hesych. Διαφέρει, ἀνήκει, ὑπερέχει, βέλτιόν ἐστι. Διαφερόντως, ἐξαιρέτως. Διαφορώτερον, κρεῖττον, ὑψηλότερον, Glossæ Διαφέρει, præcellit, βελτιόν ἐστι.


Lege Στρογγυλώτερον γὰρ μήλου, καὶ μεῖζον.) *Pomo majore & rotundiore malo.* Quod ante nos doctissimus observavit Salmasius. Plinius, *Pomo rotundo, sed majore quam mali amplitudine. Coecas vocant, triennio maturescunt; semperque frutici pomum est, subnascente alio.*

Εὐοσμότερον.) De odoris bonitate quandoque exponendum, nemini incognitum. Theophrastus lib. IV. hist. cap. IV. Ἐσθιόμενον δὲ οὐκ οὕτω γλυκύ, ὡς εὔοσμον. Athenæus lib. XIV. ex Polybij sententia de eodem fructu. Ἔστι δὲ τὸ βρῶμα παραπλήσιον σύκῳ, καὶ φοινικοβαλάνῳ, τῇ εὐωδίᾳ βέλτιον.

Οἱ δὲ χαμαιερφεῖς.) Plinius loco citato: *Sunt & cæduæ palmarum quoque sylvæ, germinantes rursus ab radice succisæ. Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum appellant: exemptoque vivunt, quod non aliæ. Vocantur autem chamæropes.* Vitium in nomine, ut rectè observavit doctiss. Salmasius. Non sic editum Græcum est. Lege chamærepis vel chamærepes. Corrige etiam Theophrasti codicem. malè scribitur, οἱ δὲ χαμαιερφεῖς, lege χαμαιρρεπεῖς.

Χαμαιρεπές.

Chamærepis.



Aliud quippe χαμαιρριφὲς, aliud χαμαιρρεπὲς. Genus hoc palmæ humile & improcerum, & rectè dicitur χαμαιρρεπὲς. Dioscorides χαμαιζήλων vocat; quod planè idem est, Εὐθετοῦσι δὲ μάλιστα οἱ ἀπ' Αἰγύπτου, οἱ ἐκ τῶν χαμαιζήλων φοινίκων. *Omnium vero aptissimi sunt Ægyptij nuclei, qui ex humilibus palmis decerpūtur.* Hesych. χαμαιρρεπής, χαμαίζηλος, ἡ εἰς τὰ γήϊνα ῥέπων, *in terram inclinans.* Suidas χαμαιρεπεῖς. χαμαὶ ῥέπον, χαμαίζηλοι, ταπεινοί. ἢ δίφροι κοιλώδεις. *humilis, vel sedes cava.* Humile certe palmę genus. Huic mox à radice germen quoddam erumpit cubitale, inferiore parte omnino crassum, superiore tenuius; à quo folia palmæ similia, sed minora & breviora: à latere vero & coma erumpit, cum flosculis racematim cohærentibus: germen vero istud, prius quam flores conspicui sunt, innumeris fere membranaceis involucris, circumsepta in se continet foliorum florumque rudimenta. Utraque admodum candida, quæ secundis mensis, cum exiguo salis & piperis eduntur; ori palatoque grata. Flosculi ut dixi racematim cohærentes, ex obliquo è capillacea quadam coma emergentes. E quibus fructus racematim prodeunt, palmulis vulgatis minores. Ut in adpicta imagine videre licet.

Καὶ γὰρ ἐξαιρεθέντος τοῦ ἐγκεφάλου ζῶσι.) Primo loco, quid ἐγκέφαλον, dicendum. Quæri solet, utrum ἐγκάρδιον, palmæ cerebrum vocarit Dioscorides; an vero aliud quid ἐγκαρδίου nomine intellexerit. Diosc. lib. I. ca. CL. Καὶ τὸ ἐγκάρδιον δὲ τοῦ πρέμνου λευκὸν, καὶ αὐτὸ πρόσφατον βιβρωσκόμενον καὶ ἀφεψόμενον, ποιεῖ πρὸς ὅσα καὶ ὁ βόρασσος. Cæterum album quoque caudicis ἐγκάρδιον, tum recens commestum, tum decoctum, ad eadem facit, ad quæ etiam borassus. Non eadem omnibus hic sententia. Ἐγκάρδιον, inquiunt quidam, vocat hoc loco Dioscorides, trunci quasi corculum, seu medullam, quam συνωνύμως, Theophrastus καρδίαν, μήτραν, sive μυελὸν, appellare consuevit. Neque vero sunt audiendi, qui in palma ἐγκάρδιον τοῦ πρέμνου, cum ἐγκεφάλῳ, idem esse voluerunt. Quamvis ipsi ἐγκεφάλῳ, suum etiam ἐγκάρδιον, esse, non negaverimus. Galenus siquidem lib. II. de

alimont.

aliment. facult. φοίνικ@- ἐγκέφαλον, vulgo appellari ait, τὴν κορυφὴν φοίνικ@-, palmæ videlicet turionem seu summitatem, quam etiam citra famem, à nonnullis esitari ibidem commemorat. Idem lib. IV. simpl. ἐγκέφαλον interpretatur, τὸ ἀνάπαλιν μόριον τοῦ φοίνικ@-; id est, *summam palmæ partem.* Libro vero de attenuante vict. rat. tenerum germen, quod è summa ipsa planta producitur. Sic Plinius lib. XIII. cap. IV. *Humiliorum palmarum* (quas ipse chamæropas Dioscorides χαμαιζήλας, Theophrastus χαμαιρῥιφεῖς cognominat,) *dulcem ait, esse medullam in cacumine, quod cerebrum appellant.* Hactenus illi qui ἐγκάρδιον, & ἐγκέφαλον diversum volunt. Contrariam qui defendunt sententiam, utuntur Theophrasti auctoritate, qui lib. I. cap. IX. medullam (μήτραν, μυελὸν καρδίαν) omnino nullam habere palmam tradit. Καρδία in arboribus ab imo ad summum stipitis extenditur. In palma nulla hujusmodi καρδία, sed in summo trunco cerebrum habet; quod ἐγκάρδιον Dioscorides vocat, quia vis vitalis palmæ in illa parte tota consistit. Probabilior nobis posterior opinio. Palmæ cerebrum in cacumine, ut in initio hujus capitis docet Theophrastus. Galen. lib. de aliment. facult. Καθάπερ ἔνιοι ἐσθίουσι τὴν κορυφὴν τοῦ φοίνικ@- ἣν ὀνομάζουσι ἐγκέφαλον. Lib. XV. simpl. cap. XV. ἐγκέφαλον, interpretatur, τὸ ἀνώτατον μόριον τοῦ φοίνικ@-. Philo etiam Judæus lib. de vita Moysis annotavit, palmam habere vitalem vim, non in radicibus defossam, ut cæteræ stirpes, sed in summo trunci vertice, quasi cor situm in ramorum medio, à quibus circumquaque stipatur ceu princeps à suis satellitibus. Ζωτικὴν δὲ τοῦ σύμπαντ@- ἔθνους ἑβδομήκοντα γεγόνασι, φοινίκων τῶν δένδρων ἀρίστῳ παρεικασθέντες προσηκόντως, ὃ ἐστὶν ὀφθῆναι, ἐστὶ καρπὸν ἐνεγκεῖν ἐστὶ κάλλιστον, ὅπερ καὶ τὴν ζωτικὴν ἔχει δύναμιν, οὐκ ἐν ῥίζαις ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα κατωρυγμένην, ἀλλ' ἀνώφυτον καρδίας τρόπον, ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τῶν ἀκρεμόνων ἱδρυμένην, ὑφ' ὧν οἷα ἡγεμονὶς ὄντως ἐν κύκλῳ δορυφορεῖται. Vide Theoph. lib. I. de causs. cap. II. hoc ἐγκέφαλον, veteres commedebant. Philostrates; Πῶρός φησιν Ἰνδῶν βασιλεὺς, τὰ δὲ ἐμὰ σιτία λάχανα καὶ φοινίκων ἐγκέφαλοι, καὶ καρπὸς τῶν φοινίκων. *Porus Indorum rex ajebat, cibus meus est olus, palmarum cerebrum, atque eorundem fructus.* Xenophon II. Ἀναβάσεως. Ἐνταῦθα καὶ τὸν ἐγκέφαλον τοῦ φοίνικ@- πρῶτον ἔφαγον οἱ στρατιῶται, καὶ οἱ πολλοὶ ἐθαύμαζον τό τε εἶδ@- καὶ ἰδιότητα τῆς ἡδονῆς. Ἦν δὲ σφόδρα καὶ τοῦτο κεφαλαλγές. *Palmæ cerebro, cibati sunt milites, admirantibus non paucis ejus voluptatis, & speciem & proprietatem, dolorem tamen capitis id vehementem excitabat.* In veteri Epigram. κορύνη appellatur palmæ cerebrum. De matre sua & palma arbore, ita loquitur Dactylus.

> Ἄβρωτ@- κείνη πλὴν κεφαλῆς@-, εἰμὶ δ' ἔγωγε·
> Τρωκτὸς ἅπας μοῦνον δ' ἔντερ' ἄβρωτα φέρω.

Hesych. κορύνη, κριὰς (Doricè κορύας) πινὲς δὲ κεφαλή. κορύνη κεφαλήν. Sanè ipsa palma arbor, ut auctor epigrammatis tradit, nihil habet edule præter caput, id est summum truncum in quo cerebrum. Indagandum, cur chamærepem cæsam Theophrastus dicat repullulare. Neoterici observarunt cerebrum habere in parte, quæ radici propior est. Quod secus est in reliquis palmarum generibus. Non igitur mirum si cæsæ regerminet, cerebrum enim ejus non læditur, cum reliquæ palmæ, quibus cerebrum in summo stipitis cacumine, cædi non possint sine arboris nece. Summa enim detruncata parte, cerebrum etiam in his præciditur, in quo omnis vis vitaque. In chamærepe pars radici propinquior in globum extuberans, internum cerebrum innumeris ferè involucris circumseptum habet, tenerrimum sapidum & ori gratissimum, ut testantur doctiss. Mathiolus, & adversariorum auctores Lobelius & Pena. *Chamæriphes, inquiunt, sive reptatrices & humiles apud Theophrastum palmulæ notissimæ sunt Hispaniæ, Gallo Provinciæ, & Italiæ maritimis, tum ad scoparum usum quæsitæ, tum ob encephalum illud, sive cerebellum gulæ blandimentum, antiquis inprimis commendatum: scapus enim propè radicem ventriosior protuberat, crusque humanum æquat, fistulosus claudit hanc medullam, qualem esitavimus suavi carduorum gustu.* Malè ergo Plinius scribit, *Dulcis earum medulla,* (nota quod medullam vocat, hoc est quod Dioscorides καρδίαν vel ἐγκάρδιον) *in cacumine quod cerebrum appellant.* Si in cacumine, non potest esse cædua, ut ipse scribit Plinius. Recentiorum experimento falsum id esse, constat. Fortassis id ignoravit Theophrastus. Sed hoc asserere non ausim.

Διὸ καὶ πλείους.) Hæc ferè persuadent, Hesychium non confudisse coeten, cum & conci, sed coeten cum chamærepe. Rami hujus palmæ, quadragesimali præsertim tempore, deferuntur venales per totam ferè Italiam, ad exornandos olivarum ramos qui sacra palmarum die ab omnibus in templis gestantur. Præstant iidem ad sportulas, tegetes & scopas parandas. Sunt enim ad verrendas domos rami, una cum foliis ad scopas parandas, non solum peridonei, sed etiam utiles, quod non confringantur, nisi tempore longo.

Πολλοὶ δὲ ἐν τῇ Κρήτῃ, &c.) Chamærepes non tantum in Creta & Sicilia, ut Theophrastus tradit, nascitur; sed etiam in maritimis quibusdam Italiæ reperitur; & in Hispaniæ, Galliæque Narbonnensis nonnullis locis provenit: unde Antverpiam aliquando, & ad nos adfertur. Neapolitani cephaglione, alij cephalogne vocant.

Σικελία.) Lege ex Ald. & Bas. edit. σικελία. In Sicilia provenit, agrestium palmarum magnâ copia, ut tradit Cicero. Sic enim scribit in VII. Verrina. *Nautæ fame coacti, radices palmarum agrestium, quarum erat in illis locis (Selinis) sicut in magna parte Siciliæ, multitudo, colligebant, & his miseri perditique alebantur.* An ergo radix palmæ edulis? Non videtur. Chamærepes palmas agrestes vocat; harum ἐγκέφαλον, pone radicem est. Probabile admodum est, ἐγκάρδιον, quod radici proximum, ipsam vocari radicem; radix alioquin palmæ, esui planè inepta. In Sicilia, ut Theoph. ait, chamęrepes multę. Hactenus de palmis.

Probabilior magni Scaligeri est sententia; quam doctiss. Roberti Constant. Longè alio sensu, & præter mentem Græci auctoris (ut ante nos observavit Dalecampius) hunc Theophrasti locum reddidit Plinius. Familiare, ut dixi, Plinio, confundere ac perturbare omnia. Satis apertè Theophrastus lib. II. cap. X. de caus. punicam serendam inverso surculo docet. Corrigit idem Dalecampius Plinium, legitque, *quidam inversas figunt in vite, atque etiam in fico permutantes.* Nullam vero video rationem cur rejiciatur vulgata lectio. Græci auctoris verba malè accepit Plinius. Quod de insitione vel satione Theophrastus, hoc ille de situ & positione.

Ῥόαδα γίνεσθαι.) Hæc, ut verum fatear, non intelligo. In Ald. & Basil. legitur κύτινος; quod cur in κυκίνους mutet Robert. Constantinus, nescio. Vertunt alij; *Pampinum lasciviorem, & qui amplius fructum protegeret, ita exire minusque amitti acinos putant, atque hoc idem effici in fico.* Et hæc captum superant meum. Robert. Constantinus lectorem mittit ad Crispini Lexicon, & quæ observata sunt in verbis κρεμπαλᾶσθαι, καὶ τετραιᾶν, videre jubet. Adij Lexicon; in eodem annotatum reperio, κρεμπαλᾶσθαι, unde κρίμνωσις, *siderationis genus est, ut dixit Plinius lib. XVII. cap. XXIV. in deflorescentibus vitibus roratio: quod vitium ῥόαδα, sive ῥοίαδα, id est vulgo* couleure *vocat. Theophrastus lib. IV. cap. XV. simile de τετραιᾶν tradit.* Quid ῥόας sit docet loco citato Theophrastus, ubi inquit esse in vite morbum, vitium scilicet, cum acini decidunt. Sed quomodo acinorum defluxus protegere protest fructum, & impedire quo minus decidant cincinni? Hæc contra naturam videntur. Lego cum doctiss. Dalecampio, Ἔνιοι δὲ ῥόαν μείζω γίνεσθαι, καὶ σκιάζειν μᾶλλον τὸ καρπὸν, ἐπ' δὲ ἧττον ἀποβάλλειν τοὺς κυτίνους. *Quidam punicam malum ampliorem fieri, fructumque magis inumbrare cytinosque suos minus amittere putant.* Nempe si surculos inversas fixeris. Facile υ in ο mutatur, vicinæ admodum characteres. Porro lib. II. cap. XI. de caus. docet punicam facile cytinum propter nexus infirmitatem amittere, eamque esse causam cur non sinant in excelsum excrescere. Addit quosdam punicæ virgas è contrario serere, ut retineri cytini possint. Quæ sane non parum hanc lectionem nostram confirmant. Sensus ergo hujus loci hic est; Punica inverso surculo seritur, ut amplior fiat, ac ne in celsum excrescat, ramosque fert haud ita surrectos, sed potius pronos. Si enim inverso surculo seratur, fruticis naturam assumit, non arboris: frutices magis in amplitudinem, in altitudinem vero crescunt arbores amplitudine inumbrat fructum, simulque impediunt rami non surrecti decidere humorem in cytinum; vide cap. XI. lib. II. caus. Contrarium tamen de satione punicæ jubet Palladius in Martio tit. X. *Curandum, inquit, ne virgulta inversa deponas.* Locus hic suspectus. Docet quomodo prohibetur ne punica hiet. Sic enim ait, *Sed qui in scrobe deponit, si tres lapillos in*

ipsa radice constituat, *providebit* (forte prohibebit) *ne poma findantur. Curandum ne virgulta inversa deponas.* Cassianus Bassus lib. x. cap. xxx. Ἐν τῷ φυτεύειν ῥοὰς ἔμβαλε εἰς τὸ βόθρον χάχληκας. ἐὰν δὲ ὦσι προπεφυτευμέναι, σκίλλας παραφύτευσον. αὗται γὰρ ἀντιπαθοῦσαι· οὐκ ἐῶσιν αὐτὰς χαίνειν. ὁμοίως δὲ κατακέφαλα ἐὰν φυτευθῶσιν, οὐ χαίνουσιν. *Dum punicas plantas, silices in scrobem præmitte; si vero prius plantatæ fuerint, scillas juxta plantato. Hæ enim contrarietate naturali, ipsa mala hiare non permittunt. Similiter autem si inverso capite plantatæ fuerint, non hiant.* Hæc persuadent, Palladium scripsisse, curandum virgulta inversa deponas. Sciolus quispiam, qui hæc ignoravit, particulam, *ne*, temere addidit.

Εὐβατώτερα.) In Ald. & Baf. cod. ἀβατώτερα. Alteram lectionem probat magnus Scaliger, Robertus Constantinus, & Theodorus. Plinius scansilem dixit. *Densiores, inquit, ita folio fieri, magisque protegere fructum, & minus amittere, ficumque sic etiam scansilem fieri.* Scansili, ad quod facile ascenditur. An vult non in altum crescere, parvasque semper manere? Ficus ut parvæ admodum sint, & in vasculis super fenestris spectentur, docuere mangones. Verè fici surculum abscindunt, paulo ante germinationem, prominente jam oculo, & manibus contorto cacumine, in vase terra pleno ipsum serunt, cacumine inverso. Circa hordei, milijque non nihil aspergunt, terraque obruunt, extra eam relicta resecta parte. Sic fit, ut ramuli enascantur parvuli, qui circum vas sese fundentes, brevi ficus edunt, pumila perpetuo manente arbore. Si parva semper maneat, non dubium, quin εὔβατος fit.

Μὲν ἐστὶ κοινά.) Plinius lib. xvii. cap xxvi. *Ex his quædam communia sunt, quædam propria quarundam. Communia ablaqueatio, accumulatio, afflari radices, aut cooperiri, riguis dato potu vel ablato, fimi succo refectis, putatione levatis onere. Item succo emisso, quædam veluti detractio sanguinis, circumrasio corticis, vitium extenuatio, & domitura palmitum. Gemmas, si frigus retorridas, hirtasque fecerit, repumicatio, & quædam politura.* Ablaqueatio σκαπάνη, accumulatio ἐπίχωσις, potus datus, vel ablatus ὑδρεία, fimi succo refectio κόπρωσις, amputatione levatum opus διακάθαρσις, ἀφαίρεσις τῶν αὔων.

Σκαπάνην.) Sive ablaqueationem, fossionem, vel ut rei rusticæ scriptores loquuntur, pastinationem, serio commendavit agricolæ Hesiodus. in op. & diebus,

> Γῆν δ' ἐργάζεσθαι μεμνημένος ὥς σε κελεύω.

Virg. primo Georg.

> *Pingue solum primis ex templo à mensibus anni,*
> *Fortes invertant tauri; glebasque jacentes,*
> *Pulverulenta coquat maturis solibus æstas.*

Fossionis necessitatem, utilitatemque, maxime indicare voluit auctor Apologi de Agricola, qui è vita excessurus, filios ad se vocavit, eisque significavit in vinea reconditum esse thesaurum, cujus si participes reddi vellent, diligenter eam foderent, terramque converterent profunde. Illi rati aurum illic defossum, solum vineæ, laboriosa & sedula manu inverterunt, post patris interitum, καὶ θησαυρὸν μὲν οὐ περιέτυχον, ἡ δὲ ἄμπελος καλῶς σκαφεῖσα πολλαπλασίονα τὸν καρπὸν ἀνέδωκεν. De fossionis utilitate, cur terra pastinari debeat, & de tempore ablaqueationis, vide lib. iii. de caus. cap. ii. & lib. v. cap. xii.

Κόπρωσις.) Stercoris inventionem adscribit Macrobius lib. i. satur. cap. vii. Saturno. Hunc Romani etiam Stercutium vocant; quod primus stercore fœcunditatem agris comparaverit. Alia Plinij sententia lib. xvii. cap. ix. *Augias rex in Græcia excogitasse traditur, divulgasse vero Hercules, in Italia, quum regi suo Stercutio, Fauni filio, ob hoc inventum immortalitatem tribuit.* Probum, pingue, fœcundum solum fimo nullo indiget; nimis exuccum, nimisque humidum stercore est corrigendum. Virgil.

> *Arida tantum,*
> *Ne saturare fimo pudeat sola; neve*
> *Effœtos cinerem immundum jactare per agros.*

Ὑδρεία.) Irrigatio, omni stirpium generi, tam arboribus quam herbis, communis est. Nullum carere potest benigna humectatione, seu à cœlo seu agricolæ manu subministrata. Neque est aliud genus æque salutare arboribus & satis, quam pluvia justo tempore decidens.

> *Cum pater omnipotens, fœcundis imbribus æther,*
> *Conjugis in lætæ gremium descendit, & omnes*
> *Magnus alit magno commistus corpore fœtus.*

Lege ἐνβλαστητικά.) Non ut in Basiliens. & Ald. legitur ἀβλαστοτέρα. Plin. lib. xvii. cap. xxvi. *Ficum arbor ipsa riguis alitur, pomum vero ejus marcescit.* Excipit Laconicam Græcus auctor, ad quod Latinus non attendit.

Γεράνδρυον.) Malè in Ald. γεράδρυον. Hesych. γεράνδρυα. αἱ παλαιαὶ δρύες καὶ τὰ παλαιὰ δένδρα, γεράνδρυα. Plinius lib. xvii. cap. xxvi. *Plurimæ autem amputari sibi volunt onerosa ac supervacua, sicut nos ungues & capillum. Reciduntur veteres totæ, ac rursus à stolone aliquæ resurgunt: sed non omnes, nec nisi quarum naturam pati diximus.*

Μύρρινον.) Myrtum maxime purgatione, id est ramulorum inutilium amputatione indigere, Geopon. auctor lib. xi. cap viii. testatur; Χαίρει δὲ τῷ συνεχῶς περικαθαίρεσθαι, καὶ ἔστιν οὕτως ὀρθὸν εἰς ὕψος ἐγειρόμενον, πρός τε τὰ πλεκτὰ σκεύη καὶ τὰ ἀκόντια ἐπιτηδείως ἔχει. *Gaudet autem assidua circumpurgatione, & evadit ita rectum in altum excitatum & exsurgens, & tum ad textilia vasa ac spicula aptitudinem habet.* De oleæ purgatione in libris de caussis multa scribit Theophrastus, quo lectorem mitto. Ubi etiam quod paulo infra de stercoratione punicæ, de myrto examinatur.

Πλὴν ἀμπέλου δηλονότι. ταύτης τὰ πολλὰ κολάζειν.) Postrema in Ald. & Basil. desiderantur codice. Nihil hac lectione ineptius, nihil falsius, nihil magis à mente Theophrasti alienum. Etenim lib. iii. cap. ix. de causis vitem maxime putandam docet, etiam quotannis, cum aliæ arbores alternis, quædam ternis, nonnullæ quaternis demum putentur. Hæc à Columella, Plinio, Varrone, Catone, ac cæteris, qui rei rusticæ operam dant, comprobantur. Scribo, Μάλιστα ἐπὶ τοῦ ἀμπέλου δηλονότι. ταύτης γὰρ πολλὰ ἀφαιρεῖν ἀναγκαιότερον. Præ cæteris vitis huic major & exactior amputatio debetur, tam ad germinationem quam ad fructificationem. Quod si quis vulgatam velit servare lectionem, ac dicere, hæc Theophrastum non ex sua, sed Androtionis scribere sententia; per me licet. Mihi interim non fit probabile, Androtionem usque adeo rudem in re botanica fuisse. Sed & ea quæ sequuntur, Androtionem hæc dicere, non videntur docere. Vide lib. de caus. ubi Androtionis examinatur sententia.

Δριμυτάτη ἡ τῶν ἀνθρώπων καθάπερ καὶ χαρτόδρας.) Vertunt acerrimus hominum, ut & chartodræ. Sed quale animal chartodra? volatile, quadrupes, an bipes? lego περιστερᾶς. Columell. lib. ii. cap. xv. *Tria igitur sunt stercoris genera præcipua; quod ex avibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus consit. Avium primum habetur, quod ex columbarijs egeritur; deinde quod gallinæ, cæteræque volucres edunt, exceptis tamen palustribus, aut nantibus, ut anatis & anseris; nam id noxium quoque est. Maximè tamen columbinum probamus, quod modice terram fermentare comperimus. Secundum deinde quod homines faciunt, quoniam per se naturæ est ferventioris, & idcirco terrã perurit.* Geoponic. auctor lib. ii. cap. xix. Ἔστι δὲ κόπρος μὲν καλὴ ἡ τῶν ὀρνίθων ἁπάντων, πλὴν τῶν χηνῶν, καὶ τῶν ἐνύδρων ὀρνέων, διὰ τὴν ὑγρότητα. ἔστι αὕτη δὲ ταῖς ἄλλαις μιχθεῖσα, χρησίμη ἐστί. πολὺ δὲ κάλλιον ἡ τῶν περιστερῶν, πολὺ τὸ θερμὸν ἔχουσα. διὸ τινὲς μὲν σκευάζοντες αὐτὴν, ἀλλ' ὁποία ἐστὶν ἐῶντες, σὺν τῷ σπόρῳ ἐπιρρίπτουσιν ἀραιοτέραν: ἐν μὲν τοῖς αὐχμηροῖς τόποις ταύτην, παραιτεῖσθαι χρή, τρέφει δὲ τὴν ἀδυνατοῦσαν χώραν καὶ δυνατωτέραν ποιεῖ εἰς τὴν τῶν καρπῶν ἔκφυσιν καὶ τροφὴν, καὶ τὴν ἄγρωστιν δὲ αὐτάρκως λυμαίνεται. μετὰ δὲ τὴν περιστερῶν ἐστὶν ἡ ἀνθρωπεία προσομοιάζουσά πως ταύτῃ καὶ ἰδικῶς ἐστὶ πασῶν τῶν βοτανῶν φθαρτική. *Optimum porro stercus est avium omnium, præter quam anserum, aquaticarum volucrum, propter humiditatem, quanquam & hoc mixtum alijs utile erit. Præstat tamen omnibus columbinum multa caliditate præditum. Quapropter aliqui non præparantes ipsum, sed quale est sinentes, una cum semine in arvum jaciunt rarius. Vitari autem oportet in agris squalidis & siccis*, (sic locus hic in opt. Palat. MS. cod. legitur. vulgo ὠφέλιμος γὰρ γίνεται τῇ ἀδυνατούσῃ χώρᾳ τρέφουσά τε αὐτὴν καὶ δυνατωτέραν ποιοῦσα εἰς τὴν τῶν καρπῶν, &c. commodum enim fit impotenti, regioni ipsam & nutriens, & potentiorem reddens ad seminum) *verum locis debilioribus nutrimentum præbet, eosque validiores reddit, ad seminum excretionem & nutritionem, sed & gramen abunde extirpat. Secundum locum à columbario obtinet stercus humanum, aliquo modo illi adsimile, privatim autem omnes herbas corrumpit & perdit, &c.* Obiter monere lubet, viros doctiss. ex hoc loco probare, Dionysium Cassium Uticensem, auctorem hujus libri esse. Quod apud Varronem lib. i. de re rustica

cap.

cap. XXXVIII. legatur, *Stercus optimum scribit esse Cassius volucrium, præter palustrium & nantium. De hisce præstare columbinum, quod sit calidissimum & fermentare possit terram. Id ut semen, aspergi oportere in agro, non ut de pecore, acervatim poni.* Infra. *Cassius secundum columbinũ scribit esse hominis.* Magnum certè argumentum. Sed cum in libello hoc plures citentur auctores, Varrone multò recentiores, horum opinionem amplecti nequeo. Recentiorem hunc auctorem esse Varrone ex lib. XII. probatur, ubi quid sit singulis mensibus plantandum juxta clima Constantinopolitanum docet, γνῶσις τὸ κατὰ μῆνα τι σπείρεται καὶ τὶ φυτεύεται κατὰ τὸ κλίμα Κωνσταντινουπόλεως. Urbs hæc à Constantino Magno nomen accepit. At seculis tribus, quatuorve Constantinus recentior Varrone. Ex iis quæ diximus constare arbitror Theophrastum περιστερᾶς scripsisse. Neutiquam fit verisimile, eum nullam mentionem stercoris columbini fecisse. Miror Columellam stercus humanum, columbino acrius scribere; cum constet columbinum calceos exurere, quod humanum non præstat: humidius enim est, unde acrimonia magis diluta. Hominis acerrimum scripsit Theophrastus, quod pane vel tritico vescatur. Ex granorum medulla decocta elicitur spiritus acerrimè ardens, & acetum, parum cedens acedini illi, quod vinum deponit. Rectius etiam Aristoteles in problematibus scripsisset, ob præstantiam ciborum, magis olere stercus humanum, quam ob varietatem. Et hæc causa cur doctiss. amicus noster legendum contenderit, καὶ πυῤῥὸν ὁ ἄρτος δρᾷ. Doctè satis & ad vulgatam lectionem proximo accessu. Sed cum columbini stercoris, mentionem faciat nullam Theophrastus, idq; non minus quam humanum urat, nec soleat rationes dare Theophrastus in libris hist. περιστερᾶς legendum, multo probabilius visum est. Scribo ergo, δριμυτάτη δὲ ἡ τοῦ ἀνθρώπου, καθάπερ καὶ ἡ τῆς περιστερᾶς.

Δευτέραν δὲ τὴν ὑείαν. τρίτην δὲ αἰγός.) Alia opinio Columellæ: *Tertium*, inquit, *locum obtinet pecudum stercus, atque in eo quoque discrimen est. Nam optimum existimatur, quod asinus facit; quoniam id animal lentissimè mandit, ideoque facilius concoquit, & bene confectum, atque idoneum protinus arvo fimum reddit. Post hæc quæ diximus, ovillum, & ab hoc caprinum est, mox cæterorum jumentorum armentorumque. Deterrimum ex omnibus suillum habetur.* Facilè Columella & Theophrastus conciliari possunt. uterque enim diversum habet scopum. Theophrastus docet quod stercus sit calidissimum: Columella; quod agris maximè conveniat, tradit. Suillum calidum admodum, sata percurit. Geoponicωn auctor loco citato: Τρίτη ἡ ὀνεία, γονιμωτάτη τῇ φύσει οὖσα, καὶ πᾶσι τοῖς φυτοῖς μάλιστα χρησιμωτέρα. τετάρτη ἡ τῶν αἰγῶν, δριμυτάτη οὖσα. ἐπὶ δὲ τῶν προβάτων ἑξῆς, πιοτέρα ὑπάρχουσα. μετὰ δὲ ταύτας ἡ βοεία. καλλίων δὲ τούτων οὖσα ἡ ὑεία κόπρος, ἀνεπιτήδειός ἐστι τοῖς σπέρμασι, διὰ τὴν πολλὴν αὐτῆς θερμότητα. καίει γὰρ εὐθέως τὰ σπέρματα. εὐτελεστάτη δὲ, καὶ πασῶν ἐλάττων ἐστὶν ἡ τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἡμιόνων μόνη οὖσα, μιγνυμένη δὲ ταῖς δριμυτέραις χρήσιμος γίνεται. *Tertia laus asinino debetur, ut quod fertilissimum natura est, & omnibus maximè plantis commodius existat: quarto loco habetur caprinum, acerrimum existens. A quo consequens est ovillum, quod pinguius existit. Post hæc vero bubulum* (quod apud nos præstantissimum: magna copia ovillum ad nos non adfertur: asinino caremus.) *at vero suillum his præstantius existens, satis ineptum. Ob multam ipsius caliditatem; perurit enim statim sata. Vilissimum autem & omnium deterrimum est stercus equorum & mulorum solum per se, acrioribus tamen utiliter miscetur.* Certè hæc quoque valde inepta: quomodo præstantius, si inutile? In MS. Palat. legitur, Μετὰ δὲ ταύτην ἡ βοεία. ἡ δὲ ὑεία διὰ τὴν πολλὴν θερμότητα ἐπιτήδειός ἐστι τοῖς σπέρμασι. *Post ovillum bubulum; suillum vero propter multam caliditatem satis idoneum est.* Falsum hoc est. Rectè Columella, porcinum deterrimum, ait. Plinius tamen laudat lib. XVII. cap. IX. *Proximè spurcitias suum laudant, Columella solus damnat.* Sanè suillo nemo secundum dedit locum. Antiquiss. Cato cap. XXXVI. *Quæ segetem stercorant. Stercus columbinum spargere oportet in pratum, vel in hortum, vel in segetem. Caprinum, ovillum, bubulum, item cæterarum stercus omne sedulo conservato.* Varro. *Cassius secundum columbinum scribit esse hominis: tertio caprinum, & ovillum, & asininum. Minimè bonum equinum, ut cæterum veterinarum, quæ hordeo pascuntur, quod multum facit herbam.* Nemo suillum laudat; nec laudari meretur. Verba Theophrasti non intellexit Plinius. Putavit agere Græcum auctorem de præstantia, cum de caliditate & acrimonia stercoris agat. Geoponicωn auctor, si sit Dionysius Uticensis, ex quo Varro plura exscripsit, vel fortassis suum opus compilavit, codex Varronis mancus: nihil enim de suillo tradit stercore: quod auctor Geoponicωn, quem Cassianum Bassum diximus, sata urere ait. Scribe apud eundem, μετὰ δὲ ταύτην ἡ βοεία καλλίων δὲ καὶ ταύτης οὖσα. ἡ δὲ ὑεία διὰ τὴν πολλὴν θερμότητα ἀνεπιτήδειός ἐστι. καίει γὰρ εὐθέως τὰ σπέρματα. *Post hoc vero bubulum, quod etiam præstans est. Suillum vero propter multam caliditatem inutile; sata enim protinus urit.*

Ἕκτην δὲ ὄνων.) Vertunt; *sextum jumentorum*; cum ὄνος Latinis asinus dicatur. Cujus fimum laudat Columell. lib. XI. cap. III. *Optimum vero stercus est ad hunc usum asini, quia minimum herbarum creat, proximum vel armenti, vel ovium, si sit anno maceratum. Nam quod homines faciunt, quamvis habeatur excellentissimum, non tamen necesse est adhibere, nisi aut nudæ glareæ, aut sine ullo robore solutissimæ arenæ, cum major scilicet vis alimenti desideratur.*

Τὴν δὲ σκαπάνην.) Locus hic memorabilis; ex eo probatur fossionem à pulveratione separasse Græcos. Omnibus inquit Theophrastus arboribus in universum conducit ἡ σκαπάνη, *fossio*; quibusdam, etiam convenit ὑποκόνισις, *pulveratio*. Contra Latini pulverationem cum fossione eandem facere videntur; saltem fossionem à pulveratione nõ distinguunt, ac ὑποκόνισιν pro fossione qualibet accipiunt, quæ tempore fit sereno. Columella lib. IV. cap. XXVIII. *Tum autem crebris fossionibus implere; nam fit uberior pulverationibus.* Docet sæpe fodiendam esse vineam, quæ fit pulveratione uberior. Ergo, ut dixi pulveratio, & fossio res eadem. Idem Columell. lib. de arbor. cap. XII. *Simulatque uva variari* (prohibent hoc Græci, vide paulo infra.) *cæperit, fodito, tertiam fossuram, & cum jam maturescet, ante meridiem priusquam calere incipiet, & cum desierit, post meridiem fodito, pulveremque excitato, ea res & à sole, & à nebula, maximè uvam defendit.* Plinius lib. XVII. cap. XXII. *Quæ fodiantur ante feruentes horas diei fodiendas convenit: sicuti lutum neque arare, neque fodere: fossione pulverem excitatum contra soles nebulasque prodesse.* Satis clarè apperteque eam intelligit pulverationum, qua pulvis excitatur in fodienda vinea cœlo sereno, ac minimè sudo, & sicco solo. Nec alia vitis pulveratio apud Latinos fuit. Quod enim sicca tantum tempestate, & pulverosa terra vineas movendas fossionibus, præcipiunt, eas fossiones *pulverationes* proprie vocant. Sic Hybernum pulverem, de hyeme sicca, dixit Poëta: *Hyberno lætissima pulvera farra.* Sic & in illa veteri rusticorum cantilena: *Hyberno pulvere, verno luto grandia farra Camille metes.* Sed de pulveratione, vide lib. III. de caus. cap. XXII. Et hæc quidem ante nos observavit Doctiss. Salmasius.

Τὴν δὲ ἄμπελον οὔ φασι, &c.) Tradit ex quorundam opinione, subpulverandam non esse vineam, variante se uva, sive cum maturescere incipit. Tum enim non est tangenda; verum cum uva matura penitus est, ac jam nigra. Contra Latini, cum matura est uva, tangere prohibent; ultimamque vineis dant fossionem, quando variare incipit uva. Columella lib. IV. cap. XXVIII. (vide etiam locum supra citatum.) *Medium igitur eorum dierum spatium, quo acini formantur vinearum, nobis aditum negat. quippe florentem fructum movere non expedit, pubescentem vero, & quasi adolescentem convenit religare, foliisque omnibus nudare, & tum crebris fossionibus implere: nam fit uberior pulverationibus. Nec inficior plerosque ante me rusticarum rerum magistros, tribus fossuris contentos fuisse: ex quibus Græcinus, qui sic refert, potest videri satis esse, constitutam vineam ter fodere. Celsus quoque & Atticus consentiunt tres esse motus in vite, seu potius in omni surculo naturales; unum quo germinet: alterum, quo floreat: tertium quo maturescant. Hos ergo motus censent fossionibus concitari?* Veteres, inquit Columella, agricolæ, statuunt sufficere, vineam ter confodere, cum germinat, florescit, & maturescit. Hos enim tres vineæ motus trinis fossionibus concitandos esse ajebant. Ista satis ostendunt, diversam rationem colendæ vineæ apud Græcos, & Latinos fuisse, ut plenius probatur lib. III. de caus. plant. Romani pulverationem

nullam admittebant, in vinea colenda, nisi eam quæ ex fossione sicco aere ac solo facta excitabatur: toties etiam pulverabant, quoties fodiebant; nam glebas siccas & putres rastris comminuebant, & pulverem movebant. Græci autem tellure tantum mota subpulverabant; nec id faciebant antequam jam nigræ essent uvæ, ac jam quasi maturæ. Metuebant enim si ante, cum jam variare tantum inciperent, pulverarent, maturitatis impetum tardarent. Quam igitur, inquiet quis, utilitatem ex pulveratione percipiebant Græci? hoc paulo ante docuit Theophrastus, τρέφειν τε μᾶλλον ποιεῖν τὸν βότρυν. Alebat uvas & vegetiores reddebat pulveratio. Et tum nō semel sed πολλάκις *sæpius*, uvas pulvere adspergebant; ne humor à solis vi extraheretur, ac vinū sic redderent mollius & delicatius. Ad eundem modum Megarenses cucurbitas ac cucumeres pulvere cooperiebant. Quæret quis, an Latini prorsus hunc pulverandi modū ignorarint? Dicendum, novisse, sed non usurpasse, ut nec omnes fecere Græci. Columella lib. XI. cap. II. ubi loquitur de ultimo Augusti mensis die. *Quibusdam, inquit, in locis, ut in Boetica, maritimis regionibus, & in Africa vindemia conficitur. Sed frigidioribus regionibus pulverationem faciunt, quam rustici vocant occationem, cum omnis gleba in vineis refringitur, & resolvitur in pulverem.* Et hæc pulveratio est quam Græci intelligunt. Plinius lib. XVII. cap. IX. *Sunt qui pulvere uvas quoque ali judicent, pubescenteque pulverent, & vitium arborumque radicibus aspergunt.* Græci tamen non pubescentes, *sed jam fere maturas pulvere aspergebant. Quod certum est, in Narbonnensi Provincia; & vindemia sic citius coquitur, quod plus pulvis ibi quam sol confert.* Diversa hæc pulveris aspersio ab ea exercitatione pulveris cujus mentionem facit. lib. XVII. cap. XXIII.

Περκάζοντος τοῦ βότρυος.) Theodor. *cum uva nigrescere incipit.* Sic περκάζειν exponit Suidas, περκάζει, πεπαίνει, μελανίζει. *maturescit, nigrescit.* Homeri interpres Iliad. ω. Τὸν μελαινόμενον καρπὸν, περκάζειν λέγομεν. *Nigrescentem fructū* περκάζειν *vocamus.* Hesychius, περκάζει μελανίζει, ποικίλλει, ἢ πεπαίνεται. *Nigrescit, variat, maturescit.* Hoc loco expone, περκάζοντος βότρυος, *cum variare incipit uva.* Sequitur enim, ἀλλ' εἴπερ ὅταν ὑπομελανθῇ. Plinius *pubescere.* Vide cap. VI. lib. III.

Ἐὰν δέ τι μὴ φέρῃ καρπὸν.) Idem docet Cassianus Bassus lib. V. cap. XXX. Integrum locum adscribam, ut si cui vitis sterilis, fructifera reddi possit. Τὸ πρέμνον σχίσον σμίλῃ ἢ πρίονι. κάλλιον δὲ σφηνὶ δρυΐνῳ, καὶ λίθον ἔμβαλε εἰς τὴν σχίσιν. ὥστε ἀποστῆσαι ἀπ' ἀλλήλων τοῦ πρέμνου τὰ μέρη, καὶ ἔγχει εἰς αὐτὸ οὖρον ἀνθρώπειον παλαιὸν ὡσεὶ κοτύλας δ', περιέχειν ἠρέμα πάντη τῷ πρέμνῳ, ὥστε καὶ τὰς ῥίζας καταστεγνῶσαι, εἶτα ἔμβαλε κόπρον γῇ μεμιγμένην. χρὴ μέν τοι τὴν τοῦ λίθου εἰς στέλεχος ἔνθεσιν ποιουμένους, ἀποσκάψαι τὰ περὶ τὴν ῥίζαν. τὴν δὲ θεραπείαν φθινοπώρῳ ποιεῖν συμφέρει. *Truncum scalpro, aut serra, aut quod melius est cuneo quercino findito, & lapidem in fissuram indito, ut partes trunci invicem disparentur, & in ipsum urinam humanam veterem infundito, ad mensuram heminarum quatuor, ita ut eam sensim omni trunco infundas, ut etiam radices inde perfusæ in integrum restituantur, deinde injice stercus terra mixtum. Oportet tamen eos qui lapidem in truncum imponunt, defodere & vertere ea quæ sunt circa radicem. Hanc vero curam in Autumno facere oportunū est.* Corrige titulum περὶ διαφόρων ἀμπέλων, scribe ἀφόρων.

Καὶ λίθον.) Idem ferè repetit lib. I. de caus. cap. XXI. sed ibi cunei quidem, non tamen, ferrei mentionem facit, totamque paulo aliter refert historiam. Vide commentariū Magni Scaligeri, vide nostras annotat. Plinius lib. XVII. cap. XXVII. *Pomiferis quæ germinant, nec ferunt fructum, fissa radice inditur lapis, fertilesque fiunt, hoc idem & amygdalis è robore cuneo adacto.* Græcus auctor ferreum, Latinus quercinum præscribit cuneum. Fortassis idem an ferreum an quercinum accipias. Cassianus Bassus lib. X. cap. LXI. Καρπὸν δὲ καρποφορῆσαι ποιήσεις (lege, Ἄκαρπον δὲ καρποφόρον ποιήσεις) τὰς ῥίζας χειμῶνος γυμνώσας. εἰ δὲ ἐπιμένει φύλλα μὲν φέρουσα, καρπὸν δὲ μὴ, τρυπήσας τὸ μέρος τοῦ πρέμνου, τὸ περὶ τὴν γῆν καὶ δᾳδὸς λιπαρᾶς ἐπίουρον εἰς τὸ τρύπημα καταχρώσας, οὖρον ἀνθρώπειον ἐπίχει, καὶ οὕτως προσχώννυε. *Sterilem amygdalam facies fructiferam, si radices hyeme nudaveris; si autem perseverat folia quidem ferens, fructum vero non, partem trunci juxta terram forato, & tædæ pinguis epiurum* (subscum, cuneum) *in foramen transfigito, humanaque urina effusa, ita obruito.* Vox ἐπίουρος, longo alio sensu apud antiquos Græcos accipitur, sc. pro inspectore, custode. Homer. Odyss. ν, ὑῶν ἐπίουρος, *subulcus.* Ἐπίουρος, non tantum φύλαξ, sed etiam βασιλεύς. Eustachius, ὃς πρῶτος Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον, *qui primus Minoem genuit Cretæ inspectorem atque regem:* Longo alio sensu Geoponicωn auctor accepit. Sed monendus lector in manuscripto legi, ἐπὶ πύρων, quomodo in eodem MS. legitur supra cap. XXI. ubi de pyro agit, Εἰ δὲ βούλει τὴν ἄπιον καὶ γλυκεῖαν ποιῆσαι, καὶ μᾶλλον καρποφόρον, ἐκτρυπήσας τὸ πρέμνον πρὸς αὐτῇ τῇ γῇ ἐπίουρον (in primo MS. Palat. πύρον, in altero ἐπ' οὖρον) δρυὸς ἢ φηγοῦ κατάκρουσον, καὶ οὕτως πρόσχωσον. *Quod si velis pirum dulcem facere, & uberiorem fructum ferre, truncum ad ipsam terram perforabis & cuneum,* (id est ἐπίουρον) *ex quercu aut fago adiges, atque ita obrues.* Apud Etymol. auctorem πίουρον legitur, ut in MS. codicibus Palatinis, βλήτρον σημαίνει τοὺς κατὰ ἁρμονίαν γόμφους τοὺς πιούρους? Nunc docebo ἐπίουρον legendum ut in editis legitur, idque ex serie alphabetæ Hesychij, ἐπίουροι, inquit, ἐπίσκοποι, καὶ ἧλοι ξύλινοι, *epiuri, episcopi, & clavi lignei,* id est cunei. Glossæ Græco Latinæ ἐπίουρος *compages;* eædem γόμφος, ἐπίουρος, *compages.* Usi sunt, hac voce, eadem significatione Latini. Isidorus Origin. lib. & cap. XIX. *Epiuri & clavi sunt, quibus lignum ligno adhæret.* Pallad. *Si poma decurrant, oleastri epiurum terebratæ infige radici.* Non tantum Theophrastus, & Geoponicωn auctor amygdalam sterilem curare jubent cuneo infixo, sed etiam Palladius in Ianuar. *Si ferax non est, tædæ cuneum terebrata radice mergamus, vel silicem sic inseramus, ut libro tegente claudatur.* Columella lib. V. cap. IX. *Amygdala si parum ferax erit, perforata arbore lapidem adjicito, & ita librum arboris inolescere sinito.*

Ἐν Ἀρκαδίᾳ δὲ καὶ τὴν εὐθυῖαν καλοῦσι ταῖδαν.) Totam hanc periodum non exposuit Gaza. Puto scripsisse Theophrastum, καὶ δᾳδοῦχον καλοῦσι ὄαν. Plinius lib. XVII. cap. XXVII. *Hoc idem & amygdalis, è robore cuneo adacto. In pyris sorbisque è tæda, ac cinere & terra cooperto.* Δᾳδοῦχον ergo vocarunt, quod cuneo tædaceo infixa esset. Nihil impedit, si ad verba præcedentia respiciamus, legere, εὐθυῖαν δὲ καλοῦσι ὄαν. *Castigatam vocant sorbum.* Dixit enim paulo ante, Ὃ καλοῦσί τινες κολάζειν, *quod punire quidem vocant.* Εὐθύνω propriè quod pravum & obliquum est corrigo. Totum hunc locum sic verte, *Hoc idem in pyro alijsque fieri solet. In Arcadia sorbum* δᾳδοῦχον, *quæ tædam gestat* (vel si placet *punitam*) *vocant. Scatet regio hæc sorbis. Ferunt incolæ steriles, fore fructiferas, & quæ ad maturitatem perducere nequeunt fructus, exactè maturos reddituras, si caudici infigatur tæda. Amygdalam ex amara dulcem, &c.*

Ἀμυγδάλην.) Geoponicωn auctor lib. X. cap. LIV. Γλυκεῖαν δὲ ἐκ πικρᾶς ποιήσεις, εἰ ἐκτρυπήσας τὸ πρέμνον ἐπὶ παλαιστὴν ἐν τετραγώνῳ, τὸ δάκρυον ἐκδέξῃ τὸ κατ' ἐνιαυτὸν, ἕως ἂν γλυκανθῇ. *Dulces autem facies amarulentas antea, si forato trunco in quadrangulo palmi altitudine, lachrymam quotannis effluere sinas, donec dulcescant.* Plinius lib. XVII. cap. XXVII. *Amygdalæ ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite, & ab ima parte circumforato defluens pituita abstergeatur.* Rationem dat Theophrastus lib. II. de caus. cap. XIX. quam locum adeat diligens lector. Alios modos idem Geoponicῶn auctor docet, quibus ex amaris dulces reddi possunt amygdalæ; Κάλλιον δέ τινες ποιοῦντες, περιορύττουσι, καὶ περιβάλλουσι, κόπρον ὑείαν ἐπιχέοντες, καὶ οὖρον, εἶτα προσχώσαντες ἀρδεύουσι κατ' ἐνιαυτὸν ἕως οὗ γλυκεῖα γένηται. (vulgo ἂν γλυκανθῶσι) πᾶν δὲ στέλεχος ἀμυγδαλῆς ἐκκοπὲν, ἀποβάλλει τὸν καρπόν. ἁπαλὴν δὲ καὶ γλυκεῖαν ἐκ σκληρᾶς καὶ πικρᾶς ποιήσεις, εἴτε περὶ τὸ στέλεχος ἕως τῶν (vulgo ἐπὶ πολλῆς ῥιζῶν) ἐπιπολῆς ῥιζῶν γυμνώσειας, καὶ ἀρδεύσειας συνεχῶς ὕδατι θερμῷ, πρὸ τῆς ἀνθοβολήσεως. *Quidam melius faciunt & circumfodiunt, suillum stercus & urinam affundentes. Deinde aggesta terra rigant singulis annis; donec dulces fiant. Omnis autem truncus amygdali excisus fructum abjicit. Teneram vero & dulcem ex amara vel dura facies, si truncum usque ad radices in superficie existentes nudaveris, & aqua calida assiduè rigaveris antequam flores remittat.* Eadem ferè Pallad. in Ianuar. *Teneras nuces amygdalos creabit ut dicit* (Martialis) *si ante florem radicibus ablaqueatis, per dies aliquot calida aqua ingeratur. Ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite tribus digitis à radice fiat caverna, per quam noxium desudet humorem, vel medius truncus terebretur & cuneus ligni melle oblitus imprimatur, vel si circa radices suillum stercus affundas.*

ΚΕΦ. Θ. — CAP. IX.

Quæ fructus amittant antequam percoquant. De caprificatione. De conditione ventorum. De culicibus ficarijs. De remedio ad culices.

Ἀποβάλλει δὲ † ἀπὸ τοῦ ‡ πέψαι τὸν καρπὸν ἀμυγδαλῆ, μηλέα, ῥοά, ἄπιος. καὶ μάλιστα δὴ πάντων συκῆ καὶ φοῖνιξ. πρὸς ἃ καὶ τὰς βοηθείας ζητοῦσιν, ὅθεν καὶ ὁ ἐρινασμός. ἐκ γὰρ τῶν " ἐκεῖ κρεμαννυμένων, † ψῆνες ἐκδυόμενοι, κατεσθίουσι καὶ ‡ περαίνουσι τὰς κορυφάς. διαφέρουσι δὲ καὶ χῶραι πρὸς τὰς ἀποβολάς. περὶ γὰρ " Ἰταλίαν οὔ φασιν ἀποβάλλειν· διὸ οὐδὲ † ἐρινάζουσιν. οὐδὲ ἐν τοῖς καταβορείοις καὶ λεπτογείοις. οἷον, καὶ Φαλίκῳ τῆς Μεγαρίδος· οὐδὲ τῆς Κορινθίας ἔν τισι τόποις. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ τῶν πνευμάτων κατάστασις. βορείοις γὰρ μᾶλλον ἢ νοτίοις ἀποβάλλουσι, κἂν ‡ πυκνότερα καὶ " πλείω γίνηται μᾶλλον. ἔτι δὲ αὐτῶν τῶν δένδρων ἡ φύσις. τὰ πρῶτα γὰρ ἀποβάλλει· τὰ δὲ ὄψια οὐκ ἐκβάλλει, καθάπερ ἡ Λακωνικὴ καὶ ἄλλαι. διὸ καὶ οὐκ ἐρινάζουσι ταύτας. ταῦτα μὲν οὖν ἔν τε τοῖς τόποις καὶ τοῖς γένεσι καὶ τῇ καταστάσει τοῦ ἀέρος ἔχει τὰς διαφοράς· οἱ δὲ ψῆνες, ἐκδύονται μὲν ἐκ τοῦ ἐρινεοῦ, καθάπερ εἴρηται· γίνονται δὲ ἐκ τῶν κεγχραμίδων. † σημεῖον δὲ λέγουσιν, ὅτι ἐπειδὰν ἐκδύωσιν, οὐκ ἔνεισι κεγχραμίδες. ἐκδύονται δὲ οἱ πολλοὶ ἐγκαταλείποντες, ἢ πόδα ἢ πτερόν. γένος δέ τι καὶ ἕτερόν ἐστι τῶν ψηνῶν, ὃ καλοῦσι κεντρίνας. οὗτοι δὲ ἀργοὶ καθάπερ κηφῆνες· καὶ τοὺς εἰσδυομένους τῶν ἑτέρων κτείνουσιν· αὐτοὶ δὲ ἐναποθνήσκουσιν. ἐπαινοῦσι δὲ μάλιστα τῶν ἐρινεῶν τὰ μέλανα, τὰ ἐκ τῶν πετρωδῶν χωρίων. πολλὰς γὰρ ἔχει ταῦτα κεγχραμίδας. γινώσκεται δὲ τὸ ἐρινασμένον, τῷ ἐρυθρὸν εἶναι καὶ ποικίλον καὶ ἰσχυρόν· τὸ δὲ ἀνερίναστον λευκὸν καὶ ἀσθενές. προστιθέασι καὶ τοῖς δεομένοις ὅταν ὕσῃ. ὅπου δὲ πλεῖστος κονιορτός, ἐνταῦθα πλεῖστα καὶ ἰσχυρότατα γίνεται τὰ ἐρινά. φασὶ δὲ ἐρινάζειν καὶ τὸ πόλιον, ‡ ὁπόταν αἰγίπυρος ἢ πολὺς καὶ τὴν τῆς πτελέας " κύπεριν. ἐγγίνεται γὰρ καὶ ἐν † τούτοις θηρίδια ἄττα, κνῖπες ἃ ὅταν ἐν ταῖς συκαῖς γίνωνται, κατεσθίουσι τοὺς ψῆνας. ἄκος δὲ τούτου φασὶν εἶναι, τοὺς καρκίνους περιαρτᾶν· πρὸς γὰρ τούτους τρέπεσθαι τοὺς κνῖπας. ἀλλὰ γὰρ δὴ ταῖς μὲν συκαῖς αὗται βοήθειαι· τοῖς δὲ φοίνιξιν αἱ ἀπὸ τῶν ἀρρένων πρὸς † τὰς " θηλείας. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ ἐπιμένειν ποιοῦντες καὶ ἐκπέττειν. ὃ καλοῦσί τινες ἐκ τῆς ὁμοιότητος † ὀλυνθάζειν. γίνεται δὲ τόνδε τὸν τρόπον. ὅταν ἀνθῇ τὸ ἄρρεν, ἀποτέμνοντες τὴν σπάθην ἀφ' ἧς τὸ ἄνθος εὐθὺς ὥσπερ ἔχει, ‡ τόν τε χνοῦν καὶ τὸ ἄνθος καὶ τὸν κονιορτὸν κατασείουσι κατὰ τοῦ καρποῦ τῆς θηλείας. κἂν τοῦτο πάθῃ, διατηρεῖ καὶ οὐκ ἀποβάλλει. φαίνεται δὲ ἀμφοῖν ἀπὸ τοῦ ἄρρενος " ταῖς θήλεσι βοήθειαν γίνεσθαι. θῆλυ γὰρ καλοῦσι τὸ καρποφόρον. ἀλλ' ἡ μὲν οἷον μίξις· ἡ δὲ κατ' ἄλλον τρόπον.

† πρὸ. Al. Bas. ‡ πέμψαι Al. " συκῶν. † Ald. Bas. σῆτες. lege ψῆνες. ‡ Al. Bas. παίνουσι forte περαίνουσι. " ἀτταλίαν Al. Bas. † ἐρινάζουσιν. ‡ τεχνότερα. Al. Bas. " πλείων Al. † Theod. addit σημεῖον. ‡ ὅπου ἂν αἰγίπυρος. " ἀνίπηρον. † τόποις Al. Bas. ‡ τὰς Al. Bas. " θηλείας. † lege ὀλυνθάζειν. ‡ τεχνουν. Bas. " ταῖς θηλείαις

FRuctum autem antequam coquant, amittere possunt, amygdala, malus, punica, pirus. Omnium maximè ficus, & palma. Quibus vel auxilium magnopere quæritur. Vnde & caprificatio comperta habetur. Nam ex † pomis annexis culices egredientes corrodunt, & pervia reddunt ficuum cacumina. Regiones quoque ad jacturam fructuum differunt: quippe cum in Italia jacturam fieri negent. Quamobrem caprificandi usus terræ illius incolis nullus penitus est. Nec in Aquiloniis & macris locis id desideratur; ut in Phalico Magarensis agri, & partibus quibusdam agri Corinthij. Flatuum quoque conditio pari ratione referre videtur. Aquiloniis enim potius quam Australibus fructus decidunt; & si crebriores vehementioresque fuere, major jactura sequatur necesse est. Item natura ipsarum arborum refert. Præcoques enim amittunt, serotinæ haudquaquam amittunt: ut Laconica, & aliæ quædam. Quamobrem eas caprificare minime assolent. Hæc igitur locis, generibus, cœlique ratione discrimen recipiunt. Culices vero ficarij, pomis caprifici egrediuntur, ut dictum est. Sed ex putrescentibus eorundem granis gignuntur: cujus indicium afferunt, quod postquam evolaverunt, grana ficubus nulla penitus insunt. Evolant magna ex parte, pedem aut pennam relinquentes in pomo. Est & alterum culicum genus, centrinæ vocatum: quod ociose vivit, quemadmodum fuci inter apes: & quos ex altero genere sua poma ingressos adspexerit, protinus necat. Id vero ‡ in suis moritur operculis. Laudantur caprifici potissimum nigræ, ex locis ortæ saxosis: hac ratione, quod permulta istæ grana contineant. " Noscitur, ex quibus apte emerserint: quod rubræ, & versicolores, & robustæ sint: contra, è quibus minus aptè, albæ imbecillesque cernuntur. Apponuntur ficis, quæ scilicet eam operam desiderant, cum pluerit. Vbi vero plurimus est pulvis, ibi plurimæ validissimæque caprifici exeunt. Quin & polium culices gignit, † cum copiose fructificat. Et ulmi folliculis genus quoddam bestiolarum innascitur, quod cnipes appellant: qui cum in ficis gignuntur, ficarios illos culices devorant. Hujus remedium cancros statuunt alligandos: in eos enim vertere sese culices inquiunt. Sed ficis quidem auxilia istiusmodi comperta habentur. Palmis autem fœminis masculi conducunt. Hoc enim & perdurare, & maturescere fructus facit. ‡ Caprificationem, ob similitudinem quidam rem appellarunt, quæ sic fieri solet. Dum mascula floret, " spatha abscissa, qua flores emergunt, protinus, ut lanuginem & florem & pulverem continet, † super fructum fœminæ decutiunt. Illa sic ea aspersione afficitur, ut suos fructus nullo pacto amittat, sed cunctos conservet. ‡ Vnde fit, ut bifario adjumento mas esse fœminæ valeat. Fructiferam enim fœminam vocant. " Sed alterum veluti coitus: alterum ratione alia contingit.

† *ficis.* ‡ *intus moritur.* " *caprificatum pomũ agnoscitur, quod rubrũ versicolor, & robustũ; non caprificatum, quod albũ & imbecille fit.* † *ubi copiose provenit anonis.* ‡ *quod ipsũ* ὀλυνθάζειν *caprificare, dicebant, ob analogiam quandam fit hunc in modum.* " *involucro abscisso quo.* † *quẽ super.* ‡ *videtur tam ficus quam palmæ mas adjumento esse fœminæ.* " *sed in palma maris & fœminæ coitus fit, in ficu fœmina idem alia ratione fit.*

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

KAὶ περαίνουσι τὰς κορυφάς. Theodorus. Pervia faciunt ficus cacumina. *Alia igitur vox quærenda est.* διαιροῦσι, *alias reposueram* πετραίνουσι, *nunc magis arridet: quo etiam Galenus.*

Βορείοις γὰρ μᾶλλον, ἢ νοτίοις ἀποβάλλουσι. *Certè pessima proportio. Nam si in locis* καταβορείοις, *non amittunt: in tempestatibus* καταβορείοις, *quare plus amittant? Nota* τεχνοτέρα, *scilicet* κατάστασις. *Theodorus,* κατάστασιν, conditionem. τεχνοτέρα *autem* crebriorem. πυκνοτέρα *igitur.*

Κεντρίνας. *Analogæ succorum. Theodorus nihil hîc ausus.* Pugillæ *dici queant. Nota* ψῆνες *hîc, &* σῆτες *suprà.* ἐναποθνήσκουσι. *Theodorus,* suis moritur operculis. *Videtur hac loqutione ab operculis suffocari, sanè minus probè. Simplicissimè dicas:* intus ipsi immoriuntur.

Γινώσκεσθαι δὲ τὸ ἐρινασμένον, τῷ ἐρυθρὸν, καὶ ποικίλον, καὶ ἰσχυρόν. Theodorus, Noscitur quæ apte culicibus emerserint: quod rubræ, & versicolores, & robustæ constant. *Sanè infœlix loquutio. Quid enim est ficui, aptè culicibus emergere?*

Ὅπου δὲ πλεῖστος κονιορτὸς, ἐνταῦθα πλεῖστα, καὶ ἰσχυρότατα γίνεσθαι τὰ ἐρινά. *Plinius sic concinnat*: quod evenit maximè, frequenti via apposita: *potius tamen arbor apponitur viæ, quàm via arbori.*

Φασὶ δὲ ἐρινάζειν καὶ τὸ πόλιον, ὁπόταν αἰγίπυρος ᾖ πολύς. Theodorus, cum copiose fructificat. *Polij igitur fructus est αἰγίπυρος. De Polij culicibus multi. Ægipyri vox à nullo. Vlmi folliculos*, κνῖπας *vocat. Itaque Serapio eam vocat* arborea culicum: *nam* Cimicum *mendosè scriptum est. Hermolaus omnium scriptorum diligentissimus*; Samaram, & Amaram *commemorat*, κνῖπας *nullam.*

Περιπερονᾶν. *Theodorus*, alligandos, effigendos, adfibulandos.

Ὀλυνθίζειν. *Ita habemus præter* ἐρινοῦν, & ἐρινάζειν.

Φαίνεσθαι δ' ἀμφοῖν ἀπὸ τοῦ ἄρρενος τοῖς θήλεσι βοήθειαν γίνεσθαι. Theodorus, Bifario adjumento mas esse fœminæ valeat. *Vnicum tamen adjumentum hîc ponitur*, τὸ ἀξιοῦν. Ἀμφοῖν *igitur est, tam ficui, quàm palmæ. Et sanè est*, ἀμφοῖν, *non autem* διπλοῦν. *Habes enim μῖξιν in palmis, in ficu* ἄλλο τρόπον. *Analogia caprifici ad marem, non ut faciat fœminam fructificare, sed fructum suaptè natura ferentem, novi adjumenti beneficio perficere. Illud considerabimus.* θῆλυ γὰρ καλοῦσι τὸ καρποφόρον. *At supra, etiam mas fructificabat, neque à fœmina, nisi flore differebat.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Hæc & *de causis lib.* II. *cap.* XI. ἀποβάλλει. *Plin. lib.* XVI. *cap.* XXVI. Perdunt facillime (*fructum*) ante maturitatem, palma, ficus, amygdala, malus, pyrus, &c.

Σῆτες. *Repono* ψῆνες, *ut infra, & lib.* II. *de caus. cap.* XII. *Apud Aristotel. histor. Animal. lib.* V. *cap.* XXXII. ψῆρας, *etiam corruptè scriptum pro* ψῆνας, *id est, ficarios culices, ut Plinius dixit lib.* XI. *cap.* XXXV. *Ficarios culices caprificus generat. Alibi culices simpliciter vocat.*

Παίνουσι. *Emendo* περαίνουσι. *quod per* διοίγουσι, *protulit lib.* II. *de causis cap.* XII. *ubi* οἱ ψῆνες οἱ ἐκ τῶν ἐρινῶν τῶν ἐπικρεμαννυμένων γινόμενοι, διοίγουσι τὰ ἐπὶ τῆς συκῆς. *Et supra ubi* συκῆ, *restitui* συκῇ.

Καταβορείοις, καὶ λεπτογείοις. *Vbi non* ἀποβάλλουσι, *verbum intelligendum, sed quod proximum* ἐρινοῦσι *repetendum. Confer cum ijs quæ scribit lib.* II. *de causis cap.* XII. *in eo loco*, Εὐλόγως δὲ, καὶ ἐν τοῖς λεπτογείοις καὶ καταβορείοις οὐκ ἐπιζητοῦσι τὸν ἐρινασμὸν, &c. *Vbi intelligitur Dat.* χώραις: *hic verò* χωρίοις, *vel* τόποις.

Τραχυτέρᾳ, καὶ πλείω. *Mendosè pro* πυκνότερα καὶ πλείω. *Vbi intellige*, τὰ ἐρινά. *Lege quæ scribit de causis lib.* II. *cap.* XII. *in eo loco*, Ἄτοπον δόξειεν, ὅτι βορείοις ἀποβάλλουσι μᾶλλον, ἢ νοτίοις, ξηροτέρων ὄντων. αἴτιον δὲ ὅτι πυκνότερα μᾶλλον τὰ ἐρινὰ κωλύει διεκπνεῖν, &c.

Οἱ ψῆνες. *Plinius lib.* XVII. *cap.* XXVII. Nam caprificatione maturata, in ea culices nasci è grossis manifestum est: quoniam cum evolavere, non inveniuntur intus grana, quæ in eos versa apparet. Exeundi tanta est aviditas, ut plerique aut pede relicto, aut penna, pariter erumpant. Est & aliud genus culicum, quos vocant centrinas fucis apum similes ignavia maliciaque, cum pernicie verorum & utilium. Interimunt enim illos, atque ipsi moriuntur. περὶ ψηνῶν, *palmarum Herodotus in* Κλειοῖ. Εἰσὶ δέ σφι φοίνικες πεφυκότες ἀνὰ πᾶν τὸ πεδίον, οἱ πλεῦνες αὐτῶν καρποφόροι, ἐκ τῶν καὶ σιτία καὶ οἶνον καὶ μέλι ποιεῦνται. τοὺς συκέων τρόπον θεραπεύουσι. τῶν τε ἄλλων καὶ φοίνικας τοὺς ἔρσενας Ἕλληνες καλέουσι, τούτων τὸν καρπὸν περιδέουσι τῇσι βαλανηφόροισι τῶν φοινίκων, ἵνα πεπαίνῃ τέ σφι ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἐσδύνων, καὶ μὴ ἀπορρέῃ ὁ καρπὸς ὁ τοῦ φοίνικος, ψῆνας γὰρ δὴ φέρουσιν ἐν τῷ καρπῷ οἱ ἔρσενες, κατάπερ δὴ οἱ ὄλυνθοι. *Lege etiam de causis lib.* II. *cap.* XII. *Plin. lib.* XV. *cap.* XIX. *de caprificatione.*

Ἐπαινοῦσι. *Hunc locum ita transtulit Plin. lib.* XVII. *cap.* XXVII. Caprificorum laudantur maxime nigræ, & in petrosis, quoniam frumenta plurima habeant: caprificatio ipsa post imbrem.

Ἀπέχουσι. *Nempe* σύνεγγυς *ut de causis lib.* II. *cap.* XIII. *ut Plinius lib.* XV. *cap.* XIX. *sic & Cicero* appositum, & propinquum *dicit.*

Ὁπόταν αἰγίπυρος. *Mendosè pro* ὅταν ἂν αἰγίπυρος. *Est verò Ægipyrus, ut tradunt Grammatici*, herba spinosa glauci coloris, foliis latis: *Crateva*, foliis lentis. *Lege Phavorini & Theocritum Edyl.* IV. αἰγίπυρος, καὶ κνύζα, καὶ εὐώδης μελίτεια. *Vide & Comment. Aristophanis in Ranis, ubi*: τοῦ Διονύσου ἱερὰ, νομίζεσθαι αἰγίπυρον εἶναι, ἀντὶ τοῦ πυῤῥόν. τὸ γὰρ ἄνθος ἔχειν φησὶ Δημήτριος, ἱκανῶς ἐρυθρόν. *Est verò* Ononis *Dioscorid.* Flos aliquando rubet extrà, aureus alioqui. Κνῖπας, *restituo* κνιπῆας: *de qua voce in Crispini Lexico. Hos ulmi folliculos vocat lib.* III. *cap.* X. θυλακώδεις. *Infrà legendum*, περιπερονᾶν.

Οἱ ἀπὸ τῶν ἀῤῥένων πρὸς τὰς θηλείας. *Repone*, αἱ (*nempe* βοήθειαι) & πρὸς.

Ὀλυνθίζειν. *Confer cum ijs quæ scribit lib.* II. *de causis cap.* XIII. *in eo loco*, τὸ δὲ ἐπὶ τῶν φοινίκων συμβαῖνον &c. *Porro verbi translatio multo aptior, si verum est palmas mares* ἐρινάζειν, & *culices gignere, quod tradit Herodotus, cujus verba adscripsi supra.*

Τὸν πηχυοῦ. *Corruptè; quum scribendum sit*, τόν τε χνοῦν. *Sic & de causis lib.* III. *cap.* XXIII. τὸ δὲ μὴ ἐπιθεῖν ἐπὶ τῷ θήλει φοίνικι τὸν καρπὸν, &c. *Vnde, credo, philosophandi occasionem Plinius arripuit, ita prodens cap.* IV. *de palmis lib.* XIII. Adeoque veneris intellectus, ut coitus etiam excogitatus sit ab homine, ex maribus flore, ac lanugine; interim vero tantum pulvere insperso fœminis. *Vbi de palmarum amore multa: sicut & apud Constantinum Cæsarem* γεωπονικῶν *lib.* X. *de palmis.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἀποβάλλει δὲ ἀπὸ τοῦ πέψαι τὸν καρπόν.) In Ald. & Basil. legitur, ἀποβάλλει πρὸ τοῦ πέμψαι. Lege ἀποβάλλει δὲ πρὸ τοῦ πέψαι. Et sic legit doctissimus Gaza, *fructum autem*, inquit, *antequam coquant, amittere possunt*, &c. Ita legendum ex lib. II. de caus. cap. XI. probatur, ἀποβλητικὰ, lege usque μέγεθος. Plinius lib. XVI. cap. XXVI. *Perdunt facillimè ante maturitatem, palma, ficus, amygdala, malus, pyrus, item punica, quæ etiam roribus nimijs, & pruinis florem amittit.* Vide cap. XI. lib. II. caus. Ad malum hoc, remedium præscribit Geoponicῶν auctor lib. X. cap. LXXXVII. Αἱρεσθὰ λεγόμενα ζιζάνια, τὰ ἐν τῷ σίτῳ εὑρισκόμενα, ἀποσπασθέντα ὁμοῦ πολλὰ μετὰ τῶν ῥιζῶν ἀπὸ τῆς γῆς, ἡνίκα ἄρξεται λιπαίνειν. καὶ πλεχθέντα ἐν σχήματι στεφάνης, ἐὰν περιδεθῇ τῷ στελέχει τοῦ δένδρου καὶ τελεσφορεῖ, οὐκ ἀποῤῥίπτει τὸν καρπόν. ἡ δὲ καλουμένη φλόμος βοτάνη, περιαπτομένη τῇ καρύᾳ, οὐ συγχωρήσει ταύτην ἀποβάλλειν τὸν καρπόν. οὐκ ἀποβάλλει δὲ τοσοῦτον τὸν καρπὸν, ἐὰν καρκῖνος, τουτέστι πάγουρος αὐτῇ περιαφθεῖη, ὁμοίως ἐὰν μολίβδῳ περισφίγξῃς τὸ στέλεχος ὡς στεφάνῃ, οὐκ ἀποβάλλει τὸν καρπὸν, ἀλλὰ καὶ εὐφορήσει. οὐκ ἀποῤῥίπτει τὸν καρπὸν τὰ φυτὰ, ἐὰν τὴν ῥίζαν περιορύξας καὶ τετρήσας κρανίας ἐπίουρον ἐμβάλλῃς, καὶ γῆν ἐπισωρεύσῃς. τινὲς δὲ καὶ γυμνώσαντες τὰς ῥίζας αὐτοῦ τὰς ἁδροτάτας καὶ μεγίστας, διελόντες μέσον, ἐμβάλλουσι τῷ λίθῳ σκληρὸν χάλικα, εἶτα ἐπιθέντες, κατεχώννυσι πάλιν. Quæ sequuntur magica videntur, saltem vana sunt. Præcedentia in hunc sensum vertit Interpres, *Lolium quod zizaniorum nomine venit, & in frumento reperitur, evulsum simul cum radicibus plurimum è terra, quando jam pinguescere incipit, & in coronæ figuram formatum, si trunco arboris circumdetur, & fructum arbor producit, ac perficit, eumque non abjicit. Herba appellata verbascum, nuci arbori circumligata, non permittet ipsam abjicere fructum. Si cancer hoc est pagurus, trunco circumligetur: similiterq; si truncū plumbo amplexus fueris, veluti corona, plantæ fructum non abjicient. Item si radicem circumfoderis & perforaveris, & cuneum ex corno immiseris, terramque aggesseris. Quidam nudatis radicibus, crassissimas*

ma ex ipsis, & maximas diffindunt, & in fissuram duri lapidis, silicis videlicet fragmentum immittunt, deinde obligant, terraque accumulata rursus obruunt. Duo posteriora remedia alicujus pretij videntur, nullius momenti priora.

Ἐκ γὰρ τῆς ἐκεῖ κρεμαννυμένων χλῶες ἐκδυόμενοι.) In Ald. & Basiliens. legitur σῆπες; χῆνες alij. Quid? anseresne è ficu egrediuntur? In qua parte ficus, ova? grandis avis, sed minimo domicilio continetur; magnum ovum angusto in loculo. Lepidam nec invenustam Batavæ mulierculæ narrant fabellam: In Scotia ac Orcadibus insulis è surculis, aut, ut aliæ malunt, fructibus cujusdam arboris, excludi ova, ventorumque vi decuti, quæque humi in sicco labuntur, emori; sed quæ alluvionibus maris rapiuntur excludi, & in anatem, vel anserem, aut ei congenerem avem adolescere: arborem hanc ficum esse ignorant. Nec mirum; cum in Scotia, insulisque dictis, ficus sponte sua nata, reperiatur nulla. Lege, cum Doctiss. Roberto Constant. ψῆνες. Aristot. lib. v. hist. animal. cap. XXXII. Οἱ δὲ ῥῖπες, οἱ ἐν τοῖς ἐρινοῖς, ἔχουσι τοὺς καλουμένους ψῆνας. γίνεται δὲ τοῦτο πρῶτον σκωλήκιον. Hesych. Ψῆνες κωνώπια. τὰ ἐν τοῖς ὀλύνθοις γινόμενα. *Culices in ficubus immaturis nati.*

Περαίνουσι.) Malè in Ald. & Basil. παίνουσι. Rectè Robertus Constant. πιραίνουσι. Magis tamen arridet Scaligeri emendatio; πειραίνουσι; quod vox hæc magis familiaris Theophrasto, qui capite præcedenti, eo, non semel usus est; uti etiam lib. & cap. v. Vide cap. XII. lib. II. de caus. Malunt tamen alij πειραίνουσι, id est pertundunt, à πειρῶ, quod est κεντῶ, πειραίνω, ut φορῶ φοραίνω. Eadem vox πειραίνω, apud botanicos, maximè Thephrastum in usu, ut jam dixi.

Περὶ γὰρ Ἰταλίαν.) In Ald. & Basil. legitur Ἀτταλίαν. Attalia, teste Stephano, urbs Lydiæ. Est etiam oppidum in Pamphylia, cujus apud Strabonem & Ptolomæum fit mentio. An in Italia fructus minus decidant, quam in Gallia aut Hispania, asserere nō ausim: utrum autem in Attaliæ agris firmius arboribus adhæreant, me fugit. Proinde, quam Lector eligat lectionem, mihi perinde erit.

Ἐρινοῦσιν.) Lege ἐρινάζουσιν. Non puto alibi ἐρινοῦσιν, scriptum reperiri.

Οὐδὲ ἐν τοῖς κραταιοβορείοις. Plinius lib. XV. cap. XIX. *Inde repertum, ut allatæ quoque aliundè, & inter se colligatæ injicerentur fico: quod in macro solo, & aquilonio non desideratur: quoniam sponte arescunt, loci situ.* Vide lib. II. de caus. cap. XII. Ergo, ut Rob. Constantinus, non ἀποβάλλουσι. subintelligitur, sed ἐρινάζουσιν.

Βορείοις γὰρ μᾶλλον ἢ νοτίοις.) Nulla contradictio, si superius, ut jam dixi, ἐρινάζουσιν, subintelligamus. Cur Australibus minus, quam Aquilonijs decidūt fructus. causa videtur, quod validior ac magis penetrans Aquilo, mollior Auster.

Κεγχραμίδων.) Quærunt viri docti an rectè Theodorus vocem σηπομένων addiderit. Dissuadere videtur, quod in caprifici cruditate nequeat fieri putrefactio. Contraria namque sunt. Cruditas enim cessatio ejus caloris, qui intendebat fructus maturationem. Est enim caprificus, ut Plinius ait, *è sylvestris genere ficus, nunquam maturescens.* Respondeo; cruditatem quidem esse cessationem caloris: non tamen omnis, sed interni & naturalis; non autem externi, quæ præter naturalem; ex qua putredo. Ratio in promptu, cur facile putrescat caprificus: nempe quod multo inutilique redundet humore. Quæ etiam causa, cur maturescere nequeat, & calor externus si accedat, resistere putredini non possit. Dulci præterea succo refertus caprificus, qui facile putrescit. Humidus enim est, ac calidus. Vocem σηπομένων, non temerè additam ex Plinio probatur, qui lib. XV. cap. XIX. ait: *Caprificus vocatur è sylvestri genere ficus nunquam maturescens, sed quod ipsa non habet alij tribuens. Quoniam est naturalis causarum transitus atque vis, ut è putrescentibus* (σηπομένων) *generetur aliquid, ergo culices parit: hi fraudati alimento in matre, putri ejus tabe ad cognatam evolant: morsuque ficorum crebro, hoc est avidiore pastu aperientes ora eorum, atque ita penetrantes, intus solem primo secum inducunt, cerealesque auras immittunt foribus apertis. Mox lacteum humorem*, hoc est, *infantiam pomi absumunt*, &c. *Cereales aures immittere*, ait. Nescio quid sit cerealis aura: Lego, *aërialesque aures immitunt, foraminibus adapertis.* Per aërales aures, aërem simpliciter intelligit. Cætera ut scripsi, lege.

Κεντρίνας.) In Ald. & Basil. κεντινάς. Legendum κεντρίνας, ex Plinio probat Robertus Constantinus. Apud Hesychium legitur, Κεντρίναι γένος τι ζώου. Bene fecisset, si exposuisset, quodnam esset animalis genus: jam doctis non satisfacit. Nam apud Athenæum & Aristot. in quint. histor. animal. legitur, Κεντρίνην φησὶ τινὰ γαλεὸν εἶναι, καὶ νωτιδανόν. Sic vero dicitur galeus piscis, quod aculeū habeat, Καὶ τὸ κέντρον ἔχει πρὸς τῇ προτέρᾳ λοφιᾷ. Verisimile, animalculum hoc, sive culicis alterum genus, quod è ficu exit κεντρίνην dictum, ab aculeo, quo primum genus necat. Sed in re dubia, nihil certi scribi potest. Quisq; sua fruatur opinione.

Κεγχραμίδες.) *Frumenta*, vertit Plinius: *Quoniam*, inquit, *frumenta plurima habent.* (Verba Plinij à doctiss. Constantino citantur.) Frumenta vocat, grana fici interiora, quod ex lib. XV. cap. XIX. probatur. *Ficis*, inquit, *mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus: succus maturescentibus lactis, percoctis mellis.* Rectè ne, an malè sic grana vocet, alibi, ubi fici enarramus historiam, videbimus.

Doctiss. Robert. Constantinus, ὅπως ἂν Αἰγίπυρος. Αἰγιπύρου, mentio fit apud Theocryt. edyl δ.

Αἰγίπυρος καὶ κνύζα, καὶ εὐώδης μελίτεια.

Scholiast. Αἰγίπυρος. ἐστιν ἀκανθῶδες φυτὸν, ἢ εἶδος βοτάνης. τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλατὺ, ὥσπερ φακός. ἐστι γλαυκίζουσα. εἰς ἕλκη φλεγμαίνοντα ἀγαθή. *Planta vel herbæ genus est spinosum, folijs latis, lentis instar, glauci colore, ad ulcera pituitosa utile.* An αἰγίπυρος, ononis disputatur lib. VI. cap. V. Ex hoc quoque loco probatur doctiss. Robertum Constant. auctorem esse annotationum in Theophrastum. In lexico enim ab eo edito legitur, αἰγίπυρος *ægipyrus, genus Plantæ.* Ononis Dioscor. Theocryt. edyl. IV. Αἰγίπυρος καὶ κνύζα καὶ εὐώδης μελίτεια, *Ægipyrus & cnyza (conyza) & suaveolens citrago.* Theophrastus lib. II. hist. plant. cap. IX. Φασὶ δὲ ἐρινάζειν καὶ τὸ πόλιον, ὅταν αἰγίπυρος ᾖ πολύς. ubi legendum, ὅπως ἂν αἰγίπυρος. *Vide annotat. nostram in illum locum.* Vides auctorem quem dixi, non Dalecampium, ut viri docti sibi persuadent.

Κύπειρ. θυλάκων.) Ulmi folliculum infra lib. III. Sic vocari ait. Scribe cum Doctiss. Roberto Constant. κνιπήρων. κυπελὶς, Nicandro radix angulosi junci, κύπειρον Theophrastus vocat.

Lege ὀλυνθάζειν, ut in Basiliens. & Ald. legitur; Sic ἐρινάζειν non ἐρινάζειν dicimus.

Φαίνεται δὲ ἄμφω, &c.) Verba Herodoti à Doctiss. Roberto Constantino citata hoc loco examinanda. Eadem sic legenda ac distinguenda sunt, ex prima Musa: Τοὺς συκέων τρόπον θεραπεύουσι τά τε ἄλλα, φοινίκων τοὺς ἔρσενας (apud Athenæum ubi & hic Herodoti locus legitur scriptum est, τῶν γὰρ φοινίκων οὓς ἄρσενας καλοῦσι) καλέουσι, τούτων τὸν καρπὸν περιδέουσι τῇσι βαλανηφόροισι τῶν φοινίκων, ἵνα πεπαίνῃ τε σφι ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἐσδύων, καὶ μὴ ἀπορρέῃ ὁ καρπὸς ὁ τοῦ φοίνικος. Integrum locum, quomodo apud Constantinum legitur, vertam. *In Babylonis agris palmæ generantur magna ex parte fructiferæ, è quibus non solum vinum, mel, cibum conficiunt, sed etiam eodem quo ficus modo curantur, harum uti aliarum arborum masculas vocant, quarum fructus palmæ fœminæ* (vel ad verbum glandiferæ) *alligant, ut earum fructum maturet culex subiens, ne ex arbore is defluat, ferunt palmarum mares culices, quemadmodum caprifici.* Vides lector palmam prorsus unam eandemque rem Herodoto esse. Eodem modo vult fructum palmæ ficusque maturescere opera culicum. *Hos, inquit, è palma mare egredi, ac penetrare in fœminæ fructum, ac ita præstare ne decidant.* Monstra hæc videntur. Sed antiquissimo historico nihil derogatum volo. Nemo facilè negabit, Theophrasto hac in re majorem deberi fidem, quam Herodoto. Historicus Herodotus; Botanicus Theophrastus: cuilibet vero in sua arte credendum. Theophrastus in ficu & palma ὁμοιότητα agnoscit, non ταὐτότητα. Ficus, quidem beneficio culicum qui è caprifico exeunt, juvari docet; tum ut citius maturetur fructus, tum ut tenacius adhæreat, nec facile labatur. Quod autem in ficu præstat culex, hoc eodem auctore in palma perficit sexus ratio; qui veluti coitus maris cum fœmina. Quod ipsum tamen ὀλυνθάζειν vocabatur, ob quandam similitudinem. Fœminæ ergo palmæ, mas dat quod fructus ejus non decidant, sed maturescant. Ficis vero hoc tribuunt culices e caprifico. Eundem tam in ficu quam in palma vides effectum, sed à diversa causa proficiscentem; Utrumque tamen dicebant ὀλυνθάζειν, ἐκ τῆς ὁμοιότητος *similitudine*; sed hæc non in causa, sed effectu.

Nullus ergo ψὴν in dactylo maſculo, ut in caprifico. Falſum eſt culicem fœminæ palmæ fructum pertundere, & aperire, inſinuandi ſe gratia. In dactylo quomodo fiat, docet Theophraſtus; cujus verba mox exponemus. Herodoti verba aut non intellexit Iulius Pollux, aut malè exſcripſit lib. I. cap. XII. ubi de palma agit, Ὁ δὲ καρπὸς, ὁ μὲν τοῦ ἄρρενος ψὴν, ὁ δὲ τῆς θηλείας βάλανος. ἐξ οὗ δὲ κρέμανται οἱ βάλανοι σπάθη, εἴρηκε τὸ ὄνομα Ξενοφῶν καὶ Ἡρόδοτος. Nec Xenophon, nec Herodotus ψῆνα, marem palmã vocari tradiderunt; ſed marem palmam, ſcripſit Herodotus, ψῆνα, *culicem*, in fructu habere, ſicut caprificum. Malè ergo docet ψῆνα, *culicem*, vocari palmæ maris fructum. Nec minori in errore eſt Heſychius, cum ait, Ψῆνες τὰ σπέρματα τῶν ἀρρένων φοινίκων, *culices ſemina maris palmæ*. Rectè paulo ante tradidit, Ψὴν εἶδος ζώου μακροῦ συκοφάγου. ψῆνες κωνώπια τὰ ἐν τοῖς ὀλύνθοις γινόμενα. id eſt ψὴν, *longi animalculi genus eſt, quod ficus exedit*. Ψῆνες, *culices quę gignuntur in ficubus immaturis*. Cum autem ait, ψῆνες τὰ σπέρματα τῶν ἀρρένων φοινίκων, *ſemina maſcularum palmarum*, fateor me ignorare quid velit. Videtur hæc hauſiſſe ex auctore libb. de plant. Ariſt. attribut. lib. I. c. VI. Ἐν δὲ τοῖς φοίνιξιν ἂν φύλλα, ἢ ψῆνες, ἢ φλοιὸς τοῦ ἄρρενος φοίνικος τοῖς φύλλοις τοῦ θήλεος συντεθείη, ἵνα πως συναφθῶσι, τάχιως πεπαίνονται οἱ καρποί. *In palmis quoque ſi folia, culex* (interpres *foliorum pulvis*: legit enim, ut cap. præcedenti, dictum eſt, pulverem ſive lanuginem, maris ad fœminam deferri) *vel palmæ maris cortex folijs fœmellæ palmæ apponantur, ut cohæreant, citò matureſcens ejus fructus, caſusque eorum probibebitur*. In eodem cum Herodoto eſt errore. Theophraſtus poſteaquam de caprificatione, quæ dicitur ἐρινασμὸς, ita ſcripſit, ut caprificorum culices, quorum ingreſſu mites ficus aperiuntur, ad maturationis auctorem ſolem excipiendum, & horum culicum, alios culices interfectores κνῖπας nominaret: ſubdit, hac in parte ſeſe naturam quodammodo imitari, quo ad palmæ fœtificationem. Concutere nempe indigenas maſculæ florem, lanuginemque, ac pulverẽ adverſus fœminã, ut inde concipiat: idque ea de cauſa vocari ὀλυνθάζειν, à ſimilitudine quadã; quod ὄλυνθος, ſit caprifici fructus. Heſychius cum ſciret ex palmæ fructu nullum evolare animal; τὸν ψῆνα, maluit interpretari, τὸ σπέρμα, quod pulvis qui è mare palma evolat, videatur prolifici ſeminis naturam obtinere. Non ſit veriſimile, quenquam fructum palmæ maſculæ, qui nunquam matureſcit, ἐρινὸν appellare à ſimilitudine, & quod idem faciat, ad maturandum fœminæ fructum, quod ἐρινὸς caprifici in ficu fœmina. Ἐρινὸν, ficum marem vocatam docet Heſych. Ἐρινὸς θεὸς, ἡ σῦκον ἄρρεν. Idem, ἐρινάδες, ὄλυνθοι ἢ συκαῖ ἄρρενες. Quod non obſcure Theophraſtus docere videtur, de ficu & palma loquens, φαίνεται δὲ ἀμφοῖν ἀπὸ τοῦ ἄρρενος, &c. Ex his Theophraſti verbis concludi tamen non poteſt, caprificos eſſe mares, & fœminas; & ficus à caprificis ſexus quoque ratione, non ſecus ac palmas, ad fructum maturandum, & perficiendum juvari.

Ὅταν ἀνθῇ τὸ ἄρρεν, *&c.*) Plinius lib. XIII. cap. IV. *Adeoque eſt veneris intellectus, ut coitus etiam excogitatus ſit ab homine ex maribus, flore, & lanugine; interim vero tantum pulvere inſperſo feminis*. Non docet Græcus auctor interdum ſolum pulverem inſpergi; ſed hoc coitum ſive μίξιν vocat. De palmarum mutuo amore præcedenti capite egi.

Θῆλυ γὰρ καλοῦσι τὸ καρποφόρον.) Sanè Herodotus antiquiſſ. ſcriptor, ſolus fœminas palmarum, βαλανηφόρους vocat. Et hoc quidem imitati ſunt recentiores omnes. Hinc gravis exoritur quæſtio. Scripſit enim Theophraſtus cap. præcedenti, tam marem quam fœminam κάρπιμον *fructiferam*. Ἔπειτα τῶν καρπίμων, οἱ μὲν ἄρρενες αἱ δὲ θήλειαι. Ad hoc objectum ipſe eodem capite reſpondet Theophraſtus, Ἔπειτα τῶν καρπίμων, οἱ μὲν ἄρρενες, αἱ δὲ θήλειαι. Διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων, καθ' ὃ μὲν ἄρρην ἄνθος πρῶτον φέρει ἐπὶ τῆς σπάθης, ἡ δὲ θήλεια καρπὸν εὐθὺς μικρόν. Utraque ergo fructifera; ſed palmæ maris fructus, non ultra florẽ procedit, aut inutilis eſt. Contra fœmina non floret, & fructum, maris adjumento, fert utilem. Major cedrus in duo genera dividitur: quæ floret, fructum non producit (ſi modo fabuloſa non tradit Plinius) frugifera; florem non fert, ſed fructum ſtatim promit. Hæc fœmina, illa maſcula. Hoc idem & in palmis uſu venit; mas qui floret fructum non producit, fœmina citra florem fructum reddit utilem. Fructifer, mas dicitur; quod ſine maris coitu non concipiat fœmina.

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARUM

LIBER TERTIUS.

ΚΕΦ. Α. CAP. I.

De generatione sylvestrium arborum.

Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἡμέρων δένδρων εἴρηται, λεκτέον ὁμοίως καὶ περὶ τῶν ἀγρίων· εἴτε τι ταυτὸν καὶ ἕτερον ἔχουσι τοῖς ἡμέροις, εἴθ' ὅλως ἴδιον τῆς φύσεως. αἱ μὲν οὖν γενέσεις ἁπλαῖ τινες αὐτῶν εἰσί. πάντα γὰρ ἀπὸ σπέρματος ἢ ἀπὸ ῥίζης φύεται. τοῦτο δὲ οὐχ' ὡς οὐκ ἐνδεχόμενον καὶ ἄλλως· ἀλλ' ἴσως διὰ τὸ μὴ πειρᾶσθαι μηδένα μηδὲν φυτεύειν. ἐπιφύοιτο δ' ἂν εἰ λαμβάνοιεν τόπους ἐπιτηδείους καὶ θεραπείαν ἁρμόττουσαν· ὥσπερ καὶ νῦν τὰ ἀλσώδη καὶ † τὰ φίλυδρα. λέγω δὲ, οἷον, πλάτανον, ἰτέαν, λεύκην, αἴγειρον, πτελέαν. ἅπαντα γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα φυτευόμενα βλαστάνει καὶ τάχιστα καὶ κάλλιστα ἀπὸ τῶν παρασπάδων. ‡ ὥστε μεγάλους οὔσας ἤδη καὶ ἰσοδένδρους, ἄν τις μεταθείη, διαμένειν. " φυτεύεται δὴ τὰ πολλὰ αὐτῶν καὶ καταπηγνύμενα· καθάπερ ἡ λεύκη καὶ ἡ αἴγειρος. τούτων μὲν οὖν πρὸς τῇ σπερματικῇ καὶ τῇ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν καὶ αὐτὴ γένεσίς ἐστι. τῶν δὲ ἄλλων ἐκεῖναι. πλὴν ὅσα μόνον ἀπὸ σπέρματος φύεται καθάπερ ἐλάτη, πεύκη, πίτυς. ὅσα δὲ ἔχει σπέρμα καὶ καρπὸν, κἂν ἀπὸ ῥίζης γίνεται καὶ ἀπὸ τούτων. ἐπεὶ καὶ τὰ δοκοῦντα ἄκαρπα εἶναι, γεννᾶν φασίν οἷον πτελέαν, ἰτέαν. σημεῖον δὲ λέγουσιν, οὐ μόνον, ὅτι φύεται πολλὰ τῶν ῥιζῶν ἀπηρτημένα, καθ' οὓς ἂν ᾖ τόπους· ἀλλὰ καὶ τὰ συμβαίνοντα θεωροῦντες. οἷον ἐν † Φενεῷ τῆς Ἀρκαδίας, ὥσπερ ἐξερράγη τὸ συναθροισθὲν ὕδωρ ἐν τῷ πεδίῳ, φραχθέντων τῶν βερέθρων· ὅπου μὲν ἐγγὺς ἦσαν ἰτέαι πεφυκυῖαι τοῦ καταποθέντος τόπου, τῷ ὑστέρῳ ἔτει μετὰ τὴν ἀναξήρανσιν ἐνταῦθα αὖθις ἀναφῦναι φασὶν ἰτέαν· ὅπου δὲ πτελέα, αὖθις πτελέας, καθάπερ καὶ ὅπου πεῦκαι ἐλάται, πεύκας καὶ ἐλάτας· ὥσπερ μιμουμένων κἀκείνων.

† ἢ Bas.

‡ καὶ Ald. Bas.

" φύεται

† Φενεῷ Al. Bas.

Quoniam de urbanis arboribus dictum est superiori volumine: nunc de sylvestribus simili ratione indicare debemus: sive aliquid idem cum urbanis diversumve habeant, seu in totum sui generis existant. Ergo generationes earum simplices quædam esse intelliguntur: omnes enim semine, vel radice proveniunt. Quod ita fit, non quia vel aliter fieri nequeat, sed forsitan, quod serere quicquam nemo conetur. † Namque enasci potuissent, si locum idoneum cultumque congruum adipiscerentur, quemadmodum illæ, quæ lucos aquasque desiderant: ceu platanus, salix, populus, ‡ ulmus. Hæc enim omnia & similia, sata germinant, & celerrime pulcherrimeque ex avulsione. Quæ etiam, si quis prægrandem, eamque cum arbore se exæquantem transtulit, perdurare optimè potest, Harum major sane pars " defixa quoque seri nunquam recusat: ut populus tam alba quam nigra. † Igitur earum non solum semine radiceque generationem, verum etiam hanc assignare valemus. Reliquarum autem supradictæ notantur, præterquam earum, quæ semine tantum proveniunt: ut abietis, pini, piceæ. Quæ vero semen fructumque ferunt, tam ex radice quam ex iis ipsis prodire nimirum possunt. Namque eas, qua steriles esse putantur, generare quidam affirmant: ut ulmum, salicem. Argumentumque capiunt, non solum, quod pleraq; procul radicibus suis erumpant, verum etiam ex contemplatione eorum, quæ interdũ evenisse notantur: ut in Pheneo Arcadiæ, cum aqua quæ in plano obstrusis faucibus extumuit, demum erupisset, ubi prope à loco ‡ mundato salices steterãt, hic anno secundo, solo resiccato, salices iterum provenisse affirmant: ubi autem ulmi, iterũ ulmos, & ubi pinastra, & abietes, ibidẽ pinastra atque abietes: quasi istæ quoque illas æmularentur.

† *Namque spõte præter morẽ nasci.*

‡ *populus utraque, ulmus.*

" *quoque depacta nasci.*

† *eaq; hanc habent naturæ prærogativam, preter illam quã à radice & semine obtinent; quedam autem semine tantum, ut abies, pinus picea. Quæ vero semen fructumque ferunt, ea si de radice nasci possunt, etiam de fructu possunt.*

‡ *inundato Theod.*

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἐπεὶ δὲ περὶ ἡμέρων. *Sylvestres sunt priores natura. Item earum generatio, & simplicior, & iccirco prior. Ergo de his prius, tanquam de partibus generationis scribere debuit. Hoc verum est: verùm à notioribus incepit, quemadmodum Aristoteles ab homine: tametsi homo compositus magis est. Dixit* ταυτὸν *in genere:* ἕτερον *in specie: aut* ὅλως, *omnino diversi generis sint.* Intellige, *generis subalterni: namque summum genus, commune.*

Ἐπιφύοιτο δὲ ἄν. *Theodorus*, enasci. *Non explevit sententiam, sed significat, præter morem sponte nascendi, etiam humana opera queant naturam alteram acquire. Scilicet non sponte nascendi, hoc significat* τὸ ἐπί.

Κἂν ἀπὸ ῥίζης γίνηται, καὶ ἀπὸ τούτων. *Theodorus*, Quæ vero semen, fructumque ferunt, tam ex radice, quam ex iis ipsis prodire nimirum possunt. *Pessime. Sic enim dicit Theophrastus:* Quædam etiam depacta feruntur, eaque hanc habent naturæ prærogitivam, præter illam, quam à semine & radice obtinent. Quædam autem à semine tantum, ut abies. Cæterum quæ etiam tum semen, tum fructum ferunt; ea si de radice nasci possunt, etiam de fructu possunt. *At Theodorus*, tam è radice, quam è fructu. *Nam quot sunt quæ fructum ferunt, neque veniunt à radice? Igitur,* κἂν siquidem. *Non autem*, tam. *Propterea quod rarius est ex radice, quam ex semine. Hæc enim est Theophrasti sententia; omne semen propter generationem est. Hæc omnium: Non omnis radix avulsa, propter generationem.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Φυτεύεται. *Vera lectio,* φύεται. Ἐν Φενεῷ ὕδατι. *Corrigendum ἐν* Φενεῷ. *Sic & apud Strabonem, & Pheneum vocat Plinius lib.* XXXI. *cap.* V. ὅτι.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Περὶ δὲ τῶν ἡμέρων. De domesticis arboribus se egisse ait. Historiam non tractavit, sed qua ratione coli debeant, docuit libro præcedenti.

Sylvestres omnes à radice vel semine nasci ait. Recte; alius enim si culturæ modus accesserit, fient domesticæ, & cultæ. Quare, ut Philosophum decet, recte ait, illud non fieri, quod alium colendi modum non admittant; sed quod colere nemo conetur arbores, quæ sponte natæ, locis incultis reperiuntur.

Ὥσπερ καὶ νῦν τὰ ἀλσώδη καὶ τὰ φίλυδρα, &c.) Τὰ ἀλσώδη, dicuntur φίλυδρα, arbores, quæ lucum desiderant, nemoribus gaudent, Hesych. Ἄλσος, σύνδενδρος τόπος. Hoc loco τὰ ἀλσώδη, quæ in lucis assurgere solent. Lucus enim Romanis, quod Græcis ἄλσος. Plutarch. in Romulo. Τρίτους δὲ λουκερήνσης διὰ τὸ ἄλσος, εἰς ὃ πολλοὶ καταφυγόντες ἀσυλίας διδομένης τοῦ πολιτεύματος μετέσχον. Τὰ δὲ ἄλση λούκους ὀνομάζουσι. *Luceres à luco, quo in asylum multi qui confugerant, inviolati in ciuitatem recepti sunt. Nam quod Græci* ἄλση, *Latini lucum nominant.* Φίλυδρα, quæ aquas amant, riguis gaudent. Suidas, φίλυδρα, φιλοῦντα τὸ ὕδωρ. Φίλυδρα, hoc capite expone, *quæ locis humidis, & aquosis assurgunt.*

Λεύκην, αἴγειρον.) *Populum.* interpretantur. Verte, *populum utramque*, albam scilicet & nigram. Λεύκη ut inferius dicam, populus alba, αἴγειρος populus nigra.

Πλὴν ὅσα μόνον ἀπὸ σπέρματος &c.) Verissimum quod dicit. Vel millies tentavi abietem pinum, & piceam serere ramo, surculo, avulsione, radice, ligno. Sed frustra.

ΚΕΦ. Β. — CAP. II.

De salice quæ frugiperda dicitur, deque platano quæ in tripode extitisse narratur. Item aerem rerum omnium semina habere, amniumque inundationem semen afferre.

Ἀλλὰ τὴν ἰτέαν ταχὺ προκαταβάλλειν πρὸ τοῦ τελείως ἁδρῦναι καὶ πέψαι τὸν καρπόν. διὸ καὶ τὸν ποιητὴν οὐ κακῶς προσαγορεύειν αὐτὴν ὠλεσίκαρπον. τῆς δὲ πτελέας † κἀκεῖνο ‡ μεῖζον ἀπολαμβάνουσιν. ὅταν γὰρ " ὑπὸ τῶν εἰς τοὺς ἐχομένους τόπους ὁ καρπὸς ἀπενεχθῇ, φύεσθαί φασι. παραπλήσιον δὲ ἔοικεν εἶναι τὸ συμβαῖνον ὃ καὶ ἐπὶ τῶν φρυγανικῶν καὶ ποωδῶν τινῶν ἐστίν· οὐκ ἐχόντων γὰρ σπέρμα φανερόν, ἀλλὰ τῶν μὲν οἷον χνοῦν, τῶν δὲ ἄνθος, ὥσπερ τὸ θύμον, ὅμως ἀπὸ τούτων βλαστάνουσιν. ἐπεὶ ἥ γε πλάτανος ἔχει φανερῶς, καὶ ἀπὸ τούτων φύεται. τοῦτο δὲ ἐξ ἄλλων τε δῆλον· κἀκεῖνο μέγιστον σημεῖον. ὤφθη γὰρ ἤδη ποτὲ πεφυκυῖα πλάτανος ἐν τρίποδι χαλκῷ. ταύτας τε δὴ τὰς γενέσεις ὑποληπτέον εἶναι τῶν ἀγρίων. καὶ ἔτι τὰς αὐτομάτους ἃς καὶ οἱ φυσιολόγοι λέγουσιν. Ἀναξαγόρας μὲν, τὸν ἀέρα πάντων φάσκων ἔχειν σπέρματα καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾶν τὰ φυτά. Διογένης δὲ, σηπομένου τοῦ ὕδατος καὶ μίξιν τινὰ λαμβάνοντος πρὸς τὴν γῆν. Κλεόδημος δὲ συνεστάναι μὲν ἐκ τῶν αὐτῶν τοῖς ζώοις † τὰ φυτά. ὅσῳ δὲ θολερωτέρων καὶ ψυχροτέρων, τοσοῦτον ἀπέχειν τοῦ ζῷα εἶναι. λέγουσι δέ τινες καὶ ἄλλοι περὶ τῆς γενέσεως· ‡ ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀπηρτημένα πώς ἐστι τῆς αἰσθήσεως. ἄλλαι δὲ ὁμολογούμεναι καὶ ἐμφανεῖς οἷον, ὅταν ἔφοδος γένηται ποταμοῦ παρεκβάντος τὸ ῥεῖθρον, ἢ καὶ ὅλως " ἑτέρωθι ποιησαμένου καθάπερ ὁ † Νέστος ἐν τῇ " Ἀβδηρίτιδι πολλάκις μεταβαίνει καὶ ἅμα τῇ μεταβάσει τοσαύτην ὕλην συγγεννᾷ τοῖς τόποις, ὥστε τῷ τρίτῳ ἔτει συνηρεφεῖν. καὶ πάλιν ὅταν ‡ ἐπομβρίαι κατάσχωσι πλεῖον χρόνον. καὶ γὰρ ἐν ταύταις βλαστήσεις γίνονται φυτῶν. ἔοικε δὲ ἡ μὲν τῶν ποταμῶν ἔφοδος ἐπάγειν σπέρματα καὶ καρπούς. καὶ τοὺς ὀχετούς φασι " τὰ τῶν ποωδῶν † σπέρματα. ἡ δ' ἐπομβρία τοῦτ' αὐτὸ ‡ ποιεῖ. συγκαταφέρει γὰρ πολλὰ τῶν σπερμάτων, καὶ ἅμα σῆψίν τινα τῆς γῆς καὶ τοῦ ὕδατος. ἐπεὶ καὶ ἡ μίξις αὐτὴ τῆς Αἰγυπτίας γῆς δοκεῖ τινὰ γεννᾶν ὕλην. ἐνιαχοῦ δὲ ἂν μόνον ὑπεργάσωνται καὶ κινήσωσιν, εὐθὺς ἀναβλαστάνειν τὰ οἰκεῖα

† κἀκεῖνος Al. Ger.
‡ σημεῖον Theod.
" ὑπὸ τῶν πνευμάτων εἰς τοὺς &c.
† deest Al. Bas.
‡ ἀλλ' αὕτη Al. ἀλλ' αὕτη Bas.
" ἑτερόν τι.
† Νέσος Al. Bas.
" Ἀυδηρίτιδι Al.
‡ ἐπομβρίαις Al. Bas.
" τὴν. Ald.
† deest Ald. Bas.
‡ ἐποίει Al. Bas.

Cæterum salicem celeriter fructum, antequam in plenum crassetur percoquaturque, dimittere asseverant. Quamobrem Homerum haud improbe frugiperdam, hanc appellasse inquiunt. De ulmo vel illud indicium afferunt. Cum enim flatibus delatum semen in loca proxima fuerit, nasci arborem ajunt. Itaque simile in his evenire percipitur, atque in suffruticum & herbarum nonnullis. Quamvis enim semen nullum conspicuum habeant, sed aliæ velut lanuginem, aliæ florem, ut thymum; tamen ex his germen emittunt. Iam platanus quidem manifestum semen producit. eoque gignitur, quod tam alijs, quam illo præcipuè indicio constat. Etenim in tripode æneo, platanus aliquando provenisse narratur. Hæ igitur generationes sylvestrium statuendæ. Atque etiam spontaneæ illæ, quas vel naturæ interpretes reddunt. Anaxagoras enim aerem semina omnium habere, quibus cum aqua una delatis, omnia gigni, asseveravit. Diogenes ex aqua putrescente, misturamque quandam cum terra capessente, plantas nasci existimat. Cleodemus ex eisdem quidem atque animalia, plantas quoque constare putavit. Sed quanto è turbidioribus algentioribusque, tanto amplius ab animalium abesse natura. Quin & alij quidam de generatione referunt. Sed hæc à sensu quodammodo remota esse videntur. Quædam vero confessæ conspectæque annotantur. Vt cum amnis exundaverit, aut rivo digressus, aut tota unda effusus. Sicut Nessus in Abderensi agro alveum sæpenumero mutat: & simul ut mutaverit, tantum materiæ locis congenerat, ut intra triennium opaca undique reddat. Rursus cum imbres crebriores diutius occupaverint. Nam his quoque generationes plantarum fieri solent. Ergo amnium inundatio, semina, fructusque afferre videtur. Et aquæductus, herbaceorum semina præbere creduntur. Imbres autem cum hoc idem faciunt, (semina enim secum pleraque deferunt,) tum etiam putredinem quandam aquæ terræque committunt: nam & ipsa terræ Ægyptiæ mistura materiam quandam gignere videtur. Nonnusquam, † modo subegeris, moverisque solum, familiaria protinus terræ illius emergunt: ut in Creta insula cupressi. Fit certè & in

† *superficie tenus modo sulcum produxeris.*

τῆς χώρας. ὥσπερ ἐν Κρήτῃ κυπάριττοι. γίνεται δὲ παραπλήσιόν τι τούτῳ καὶ τοῖς ἐλάττοσιν. ἅμα γὰρ κινουμένοις ἀναβλαστάνει ποα τις ἐν ἑκάστοις. ἐν δὲ τοῖς ἡμιβρόχοις ἐὰν ὑπονεάσῃ, φαίνεσθαί φασι τρίβολον. αὗται μὲν οὖν ἐν τῇ μεταβολῇ τῆς χώρας εἰσὶν, εἴτε καὶ ὑπαρχόντων σπερμάτων, εἴτε καὶ αὐτῆς πως διατεθειμένης. ὅπερ ἴσως οὐκ ἄτοπον, ἐγκατακλειομένων ἅμα τῶν ὑγρῶν. ἐνιαχοῦ δὲ καὶ ὑδάτων ἐπιγινομένων, ἰδιαίτερον ἀνατεῖλαι ὕλης πλῆθος. ὥσπερ ἐν Κυρήνῃ πιττώδους τινὸς γενομένου καὶ παχέως. οὕτω γὰρ ἀνεβλάστησεν ἡ πλησίον ὕλη, πρότερον οὐκ οὖσα. φασὶ δὲ καὶ τὸ σίλφιον οὐκ ὂν πρότερον, ἐκ τοιαύτης τινὸς αἰτίας φανῆναι. τρόποι μὲν οὖν οἷον τοιοῦτοι τῶν τοιούτων γενέσεων.

& in minoribus simile. Simul enim quæcumque fuerint mota, herba exit. In semimadefactis autem segetibus, si subnoventur, tribulum emergere ajunt. Igitur hæ quidem mutationes consequuntur telluris, sive seminibus præjacentibus; sive etiam ipsa terra modo quodam affecta, præparataque ad gignendum. Quod haud absurde forsitan credi potest, humoribus simul interclusis quorum vis magna est. Alibi autem vel ex pluvijs, peculiarem frequentiam sylvæ exortam prodere. ut in Cyrena facto quodam piceo crassoque humore. Ita enim proxima sylva surrexit, nunquam antea visa. Laserpicium quoque quod superiori tempore deerat, causa quadam ejusmodi extitisse tradunt. Modi igitur generationum hujusmodi, tales adnotantur.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Κατακλυσθέντος. *Theodorus*, inundato, submerso, obruto. *Legemus ex Theodoro*, μεῖζον σημεῖον. *& mox*: ὅταν γὰρ ὑπὸ τῶν πνευμάτων.

Σπέρμα φανερόν. *Theodorus*, semen conspectum. *malè. Actio est in conspiciendo, in conspecto passio ex præsenti actione. At* φανερὸν, *est etiam sine actione. Multa apparent, multa extant, quæ non conspiciuntur: multa, contrà, conspecta sunt, quæ non dices* φανερά. *In Thymo conspicitur id quod est: non tamen in flore est semen evidens. Denique evidens, facilitatem ad videndum dicit, & id quod est extra controversiam.*

In tripode æneo nata platanus. Hoc argumento vult Theophrastus à semine natam. At multa αὐτόματα.

Καὶ ψυχροτέρων. *Putabat Cleodemus esse gradum in formis. Quæ formæ non distarent, nisi* κατὰ τὸ κρεῖττον, καὶ τὸ ἧττον. *Si intelligit elementare frigus, fallitur. Multæ namque plantæ calidiores potentia. Verùm alius quidam calor accipiendus est: unde motus in animalibus; in plantis, non.*

ὑπεργάσωνται. Theodorus, subegeris: superficie tenus sulcum produxerint. *Nam qui profundum sulcum premit, is non quit* ταχύνειν. *in mora enim est.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Ἀλλὰ τὴν ἰτέαν. *Plinius sic interpretatus est hunc locum lib.* XVI. *cap.* XXVI. Ocyssimè autem salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat, ob id dicta Homero frugiperda. *Sic verò Homerus Odyss.* κ'. Μακραί τ' αἴγειροι, καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι. Secuta ætas (*ut ait ibid. Plin.*) scelere suo interpretata est hanc sententiam, quando semen salicis mulieri sterilitatis medicamentum esse constat. *Vbi obiter* ἀκυρολογίαν, *nota sterilitatis medicamentum, id est,* φάρμακον *venenumque, quod sterilitatem inducit. Sic enim & medicamentum sumitur, authore Nonio.*

Ἀναξαγόρας. *Theophrastus Anaxagoræ opinionem reposuit de causis lib.* I. *cap.* V. *Lege etiam Varronem de re rustica lib.* I. *cap* XXXIX. *ubi ait*, Latet, si sunt semina in aëre, ut ait Physicus Anaxagoras: & si qua, quæ influit in agrum inferre solet, ut scribit Theophrastus, *&c.*

Ἐπειρωθῇ *scribendum* ὑπερῇ τι. *& infra*, Νέσσος ἐν τῇ ἀδηρίνδι. *Legendum* Νέσος ἐν τῇ Ἀβδηρίτιδι. *De Nesto flumine apud Plinium & Strabonem.*

Ἐπομβρίαις. *Lege* ἐπομβρίαις (*id est*, ἐπαλλήλοις ὄμβροις) *ut libro* I. *de causis cap.* V. *ubi ista repetuntur.* Continens imber totam noctem tenuit, *ait Livius libro* I. ἐπομβρία συνεχὴς ὅλην κατέσχεν ἐν πάσαις, *nempe* ἐπομβρίαις. *Qualis sit hæc temporaria vis, cœlique conditio, & quid efficiat, vide de causis lib.* I. *cap.* V. *ex quo Plin. lib.* XVI. *cap.* XXXIII.

ὑπεργάσωνται. *Vide in Lexico Crispini. Ex hoc loco dixit Plinius lib.* XVI. *cap.* XXXIII. *de Cupresso loquens*, Sed Creta quocunque loco terram moverit quispiam: nisi seratur alia, hæc gignitur, protinusque emicat.

Ἐν Κυρήνῃ. *Lege Theophrast. de causis lib.* I. *cap.* V. *In eo loco*, οὕτω γὰρ καὶ τὸ σίλφιον, *&c. Plinius lib.* XVI. *cap.* XXXIII. Imbres aliquæ plerunque semina afferunt, & certo fluunt genere, aliquando etiam incognito: quod accidit Cyrenaicæ regioni, cum primum ibi laserpitium natum est. Nata est & sylva urbi ei proxima imbre piceo crassoque, circiter urbis Romæ annum CCCCXXX.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ὠλεσίκαρπον. Idem repetit lib. II. de caus. cap. XIII. Sic salicem vocatam à poëta ait, quod fructum ante maturitatem amittat. Quæ Plinij sit sententia, apud Robertum Constantin. legere est. Alia Cassiano Basso opinio lib. XI. cap. XIII. Φασὶ δὲ ὁ Δημόκριτος, ὁ καρπὸς τῆς ἰτέας λειούμενος, καὶ ταῖς τῶν κτηνῶν τροφαῖς μιγνύμενος, ζῶα λιπαίνει. ἐκπινόμενος δὲ λειωθεὶς, ἀνθρώπους ἀγόνους ποιεῖ. ἐξ οὗ φησὶ καὶ Ὅμηρος,

Κλῆθραι τ' αἴγειροι καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι.

Democritus autem ait, qui fructus salicis appellatur, pabulo pecorum admistus, ipsa pinguefacit. Tritus autem & in potu acceptus ab homine, steriles reddit. Ex quo & Homerus ait,

Alni, populi nigræ, & salices fructum perimentes.

In vulgatis Homeri codicibus legitur, μακραί τ' αἴγειροι. Videant Poëtæ, & Grammatici, utra præstet lectio. Dioscorides salicis semen sterilitatem inferre auctor est lib. I. cap. CXXXVI. Καθ' ἑαυτὰ δὲ σὺν ὕδατι ληφθέντα, ἀσυλληψίαν κατεργάζονται. *Sumpta vero per se cum aqua, conceptum impediunt.* Καρπὸν semen humanum æquè recte dicimus, ac fœminam gravidam ἔγκαρπον, & fœcundam venerem ἔγκαρπον vocamus. Suidas, Ἔγκαρπον. ἔγκυον. ὁ δὲ Φίλιππος Ἀρσινόῃ ὁμιλήσας, εἶτα ἐξ αὐτοῦ καταλιπεῖν ἔγκαρπον. Utra sententia, Theophrasti, an Cassiani melior, doctiores videant. Utraque satis probabilis. Quæ Homeri mens sit, difficile affirmari potest. Theophrasto fidem majorem adhibeo, quod antiquior.

Quod de ulmo scribit, de fraxino quotannis observo. Prope hortum nostrum fraxinus magna, cujus semen, quotannis in hortos vicinos, ventorum vi huc, illuc spargitur: ex hoc, novo vere, innumeræ arbusculæ. Sæpius optavi à fulmine feriretur. Molestissima horto nostro, præsertim si æstivo tempore, quando semen maturum, Africus flarit.

De Thymi semine vide cap. II. lib. VI. hist.

Αὐτομάτως.) In herbarum genere multa αὐτόματα; in arborum non item. Unde in medio marium, paludum, lacuum, arte exsiccatarum, eodem anno & aqua & lapathum.

Ἀναξαγόρας: Vide cap. V. lib. I. de caus.

Ὥσπερ ἐν τῇ Κρήτῃ κυπάριττοι. Plinius lib. XVI. cap. XXXIII. ubi de cupresso agit: *Sed in Creta quocunque loco moverit quispiam, si naturalis* (vulgo si seratur alia, MS. vi naturali) *hæc gignitur; protinusque emicat*, (in aliis codicibus, *emigrat*: legendum puto ex Theophrasto, *emergit.*) *Illa vero etiam non appellato solo, ac sponte, maximèque in Idæis montibus, & quos Albos vocant, summisque jugis, unde nives nunquam absunt plurimæ: quod miremur, alibi non nisi tempore proveniens, & nutricem magnopere fastidiens.* Vide

caput

caput de cyparisso lib. IV. cap. VI. Ubi verba hæc Plinij examinantur.

ὑπερτάσονται. ὑπεργάζειν, *superficie tenus sulcum producere, non altè terram, impresso vomere movere, atque proscindere.* Syria quoque tenui sulco arat: (inquit Plin. lib. XVIII. cap. XVIII. ubi arandi tertium genus docet ac ait,) *Tertium, in solo facili, nec totum porrectum dentali, sed exigua cuspide.*

De laserpitio vide cap. III. lib. VI. histor. cap. V. lib. I. caus. Plinius lib. XVI. cap. XXXIII. verba citantur à Roberto Constantino. In iis mendum fœdum, quod & animadvertit Doctiss. Dalecampius. Circiter, inquit Plinius, *Urbis Romæ annum* CCCCXXX. Dalecamp. legit, CXXXVI. ex cap. III. lib. IX. *Nam urbs Cyrenæ condita est, anno urbis Romæ* CXLIII. *defluxit autem is imber antequam conderetur.* Illud etiam constat, Alexandrum Magnum sub quo vixit Theophrastus, non vixisse urbis Romæ anno CCCCXXX. sed multo ante; tempore nimirum Papyrij Cursoris.

ΚΕΦ. Γ.

CAP. III.

Differentiæ inter urbanas arbores & sylvestres: fructificatio arborum. Quid cultus & incuria faciant. De cedro, & terebintho.

Πάντα δὲ κάρπιμα ἢ ἄκαρπα καὶ ἀείφυλλα ἢ φυλλοβόλα καὶ ἀνθοῦντα ἢ ἀνανθῆ. κοιναὶ γάρ τινες διαιρέσεις ἐπὶ πάντων εἰσὶν ὁμοίως ἡμέρων τε καὶ ἀγρίων. ἴδια δὲ πρὸς τὰ ἥμερα τῶν ἀγρίων, ὀψικαρπία τε καὶ ἰσχύς, καὶ πολυκαρπία τῷ προφαίνειν. πεπαίνει τε γὰρ ὀψιαίτερον, καὶ τὸ ὅλον ἀνθεῖ, καὶ βλαστάνει ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν, καὶ ἰσχυρότερα τῇ φύσει. καὶ προφαίνει μὲν πλείω καρπὸν, ἐκπέττει δὲ ἧττον. εἰ μὴ καὶ † πάντα τὰ ἄλλα καὶ τὰ ὁμοιογενῆ. οἷον, ‡ ἧττον ἐλαίας καὶ ἀπίου, κότινος καὶ ἀχράς. ἅπαντα γὰρ οὕτως, πλὴν εἴ τι σπάνιον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν κρανίων καὶ τῶν ὤων. ταῦτα γὰρ δή φασι πεπαίτερα καὶ ἡδίω τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων εἶναι, καὶ εἰ δή τι ἄλλο μὴ προσδέχεται γεωργίας, ἢ δένδρον, ἢ καί τι τῶν ἐλαττόνων. οἷον τὸ σίλφιον, καὶ ἡ κάππαρις, καὶ τῶν χεδροπῶν, ὁ θέρμος· ἃ καὶ μάλιστα ἄν τις ἄγρια τὴν φύσιν εἴποι. τὸ γὰρ μὴ προσδεχόμενον ἡμέρωσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ζώοις, τοῦτο ἄγριον τῇ φύσει. καίτοι φησὶν Ἵππων, ἅπαν καὶ ἄγριον καὶ ἥμερον εἶναι, καὶ θεραπευόμενον μὲν, ἥμερον, μὴ θεραπευόμενον δὲ, ἄγριον. τῇ μὲν, ὀρθῶς λέγων, τῇ δὲ, οὐκ ὀρθῶς. ἐξαμελούμενον μὲν γὰρ ἅπαν, χεῖρον γίνεται καὶ ἀπαγριοῦται. θεραπευόμενον δὲ, οὐχ ἅπαν βέλτιον, ὥσπερ εἴρηται. ὃ δὴ χωριστέον. καὶ τὰ μὲν, ἄγρια, τὰ δ' ἥμερα λεκτέον· ὥσπερ τῶν ζώων τὰ συνανθρωπευόμενα, καὶ τὰ δεχόμενα † τιθασείαν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐδὲν ἴσως διαφέρει, ποτέρως ῥητέον. ἅπαν δὲ τὸ ἐξαγριούμενον, τοῖς τε καρποῖς χεῖρον γίνεται, καὶ ‡ αὐτὸ βραχύτερον, καὶ φύλλοις καὶ κλωσὶ, καὶ φλοιῷ, καὶ τῇ ὅλῃ μορφῇ. καὶ γὰρ πυκνότερα καὶ ‡ ὀρθότερα καὶ σκληρότερα καὶ ταῦτα καὶ ὅλη ἡ φύσις γίνεται, ὡς ἐν τούτοις μάλιστα τῆς διαφορᾶς τῶν ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων γινομένης. διὸ καὶ ὅσα τῶν ἡμερουμένων τοιαῦτα τυγχάνει, ταῦτα ἄγριά φασιν εἶναι. καθάπερ τὴν πεύκην καὶ τὴν κυπάριττον, ἢ ὅλως ἢ τὰ ἄρρενα. καὶ τὴν † καρύαν δὲ, καὶ τὴν διὸς βάλανον. ἔτι δὲ τῷ φιλόψυχρα καὶ ὀρεινὰ μᾶλλον εἶναι. καὶ γὰρ τοῦτο λαμβάνεται πρὸς τὴν ἀγριότητα τῶν δένδρων, καὶ ὅλως τῶν φυτῶν εἴτ' οὖν καθ' αὑτὸ λαμβανόμενον, εἴτε κατὰ συμβεβηκός. ὁ μὲν τῶν ἀγρίων ἀφορισμὸς εἴθ' οὕτως εἴτε καὶ ἄλλως ληπτέον, οὐδὲν ἂν ἴσως διενέγκῃ πρὸς τὰ νῦν. ἐκεῖνο δὲ ἀληθὲς ὡς ἐν τύπῳ καὶ ἁπλῶς γε εἰπεῖν, ὅτι μᾶλλον ὀρεινὰ τὰ ἄγρια, καὶ εὐθενεῖ τὰ πλείω μᾶλλον ἐν τούτοις τοῖς τόποις. ἐὰν μή τις λαμβάνῃ τὰ φίλυδρα καὶ παραποτάμια, καὶ † ἀσώδη. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα τυγχάνει πεδινὰ μᾶλλον. οὐ μὲν ἀλλ' ἔν γε τοῖς μεγάλοις ὄρεσιν, οἷον, τὰ ἐν Παρνασῷ τε καὶ Κυλλήνῃ καὶ Ὀλύμπῳ τῷ Πιερικῷ τε καὶ τῷ Μυσίῳ, καὶ εἴπου τοιοῦτον ἕτερον, ἅπαντα φύεται διὰ τὴν πολυειδίαν τῶν τόπων. ἔχουσι γὰρ

† πάντα ἀλλὰ τὰ ὁμοιογενῆ.
‡ deest Al. Bas.
‡ ὤων.
† τιθάσσευσιν Ald. Bas.
‡ αὐτοῦ.
‡ χωρὶς ὀρθότερα.
† καρύαν. Al. Bas.
† ἀλσώδη.

Omnia autem aut fructifera, aut sterilia intelligantur necesse est, & aut perpetuo virentia, aut folia deperdentia, & aut florentia, aut flore carentia. Quippe cum in omnibus, tam urbanis, quam sylvestribus, communes quædam istæ divisiones habeantur. Privatim autem sera fructificatio, atque corroboratio. † Item copiosa fructificatio, prima species sylvestrium. Namque serius fructus suos perficiunt, atque in totum florescunt, germinantque fere semper serius. Naturaque validiora sentiuntur, & plus fructus præmonstrant, minus vero maturant. ‡ Ni forte id & reliqua omnia facere soleant, sanè quæ commune genus sortiuntur. Ut oleaster pirasterque, minus, quam olea, & pirus. Sic enim omnia, præterquam si quid inventu rarum proveniat, ut in cornis, & sorbis. Horum enim sylvestria urbanis maturiora suavioraque tradunt: & si quid aliud culturam non patitur, seu arbor, seu ex minoribus aliquid, ut laserpicium, capparis, & in leguminum genere, lupinum. Quæ quidem vel natura esse sylvestria dixeris. Quod enim mitigari recusat, ut etiam inter animalia est, id natura sylvestre judicandum appareat. Quanquam Hippon sylvestre urbanumque esse unumquodque putat: & cultu quidem urbanum, incultu reddi sylvestre. Quod partim rectè, partim non recte putat. Etenim quodque neglectum degenerat, immitescitque. Sed haud quodque cultu melius redditur, ut retulimus. Quapropter discernendum diligentius, & quædam sylvestria, quædam urbana dicenda: ut animalium, quæ non nisi cum hominibus vivunt, quæque mansuescere possint. Sed hoc nihil forsitan differt, utro tandem modo proponatur. Omne autem quod agreste fit, tum fructu deterius, † tum ipsum brevius, & foliis, & ramis, & corticibus, & tota forma efficitur. Quippe spissiora, ‡ contortoria, durioraque, tam ipsa fieri solent, quam universa natura. Utpote cum in iis potissimum urbanorum atque sylvestrium discrimen intelligatur. Quamobrem quæcunque ex mansuescentibus ejusmodi sunt, hæc sylvestria nuncupantur; ceu pinus & cupressus, aut in totum, aut mascula. Quin etiam nux juglans, atque castanea. Item eo quod frigoris cupida, montanaque potius sint. Etenim id quoque ad arborum, & summatim plantarum immansuetudinem assumi oportet, seu per se seu etiam per accidens. Verum sylvestrium determinatio, sive hunc in modum, sive aliter accipi debeat, nil ad rem præsentem fortassis referat. Illud autem verum, ut simpliciter dicamus, sylvestria montana potius esse. Pluraque eorum locis ejusmodi magis vigere, nisi quis quæ aquas amant, secusque fluvios degunt, & in lucos assurgere solita, accipiat. Hæc enim & similia cum campestribus potius numerantur. Cæterum in montibus quidem magnis, ut Parnaso, Cyllene, Olympo Pierico, Mysioque, & si unquam locus alius hujuscemodi, nasci omnia

† item copiosa fructificatio ad ostentationem in sylvestribus, si cum urbanis comparentur.

‡ Hæc exempla sunt: tametsi non omnia respondent, ut olea & pyrus minus quã piraster & oleaster.

† se ipso.

‡ erectiora.

certum

λιμνώδεις, καὶ ἔνυγρες, καὶ ξηρὲς, καὶ γεώδεις, καὶ πετρώδεις, καὶ τὲς ἀνὰ μέσον λειμῶνας· καὶ σχεδὸν ὅσαι διαφοραὶ τῆς γῆς. ἔτι δὲ τοὺς μὲν, κοίλες καὶ εὐδιεινὲς· τὲς δὲ, μετεώρες καὶ προσηνέμες. ὥστε δύνασθαι παντοῖα καὶ τὰ ἐν τοῖς πεδίοις φέρειν. οὐδὲν γὰρ ἄτοπον, οὐδ᾽ εἰ ἔνια μὴ οὕτω παμφορεῖ τῶν ὀρῶν· ἀλλ᾽ ἰδιωτέρας τινὸς ὕλης ἢ πάσης ἢ τῆς πλείσης. οἷον τὰ † ἐν Κρήτῃ τῇ Ἰδαίᾳ κυπάριττος. καὶ ἐκεῖ. καὶ γὰρ περὶ Κιλικίαν καὶ Συρίαν, ἐν οἷς κέδρος· ἐνιαχοῦ δὲ τῆς Συρίας τέρμινθος. αἱ γὰρ διαφοραὶ τῆς χώρας τὴν ἰδιότητα ποιοῦσιν· ἀλλ᾽ εἴρηται τὸ ἴδιον ὡς ἐπίπαν.

† γὰρ Bas.

certum est: scilicet ratione varietatis locorum. Habent enim † stagnantia, madentia, sicca, crassa, saxosa, prataque media, & omnia pene telluris discrimina. Ad hæc alia concava, atque tranquilla: alia sublimia, & ventis exposita. Ita ut permulta, & varia gignere possint: quæque in planis proveniunt, ista quoque præstare valeant. Nihil tamen absurdum, si qui ex montibus non æque omnia ferant, sed propria quadam materia, aut in totum, aut ex majore parte, scateant: ut in Creta insula circa agrũ Idæum. Cupressus enim ibi exuberat. Et in Cilicia Syriaque cedrus. Nonnusquam & Syriæ terebinthus. Fit enim proprietas ex locorum discrimine. Sed proprium jam in universum pene exposuimus.

† *stagnosa, aliginosa, sicca, terrena.*

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

KAὶ πολυκαρπία τῇ προφαίνειν. *Theodorus*, copiosa fructificatio, prima species sylvestrium, τῇ προφαίνειν. *id est*, ad ostentationem. *Declarat ostentationem. Nam, inquit, non est* πολυκαρπία, *in eo, quod serius percoquunt: sed est, quia* τὸ ὅλον ἀνθεῖ, προφαίνει δὲ πλείω καρπὸν, καὶ οὐ πλείω ἐκπέπτει. *Igitur* τῇ προφαίνειν, *male interpretatus est*: prima species sylvestrium.

Εἰ μὴ καὶ πάντα τ᾽ ἄλλα, καὶ τὰ ὁμοιογενῆ. *id est*, hæc exempla sunto: tametsi non omnia respondent. *at habemus alia. Nam, inquit,* κότινος ἐλαίας πλείω: *& ἀπίς ἀχράς.* ἅπαντα γὰρ οὕτως. *omnia enim faciunt ad hunc modum, paucis exceptis. Illud est, & moderatè quidem, ac per dubitationem:* πλὴν εἴ τι σπάνιον. *Ponit exempla corni, & sorbi. Theodorus convertit sententiam in contrarium: ut oleaster, pyraster, quæ minus, quam olea, & pyrus.*

Ἐξαμελούμενον ἅπαν χεῖρον γίνεται. θεραπευόμενον δὲ ἄμεινον. *Si verum est quod supra dixerat, aliqua esse, quæ nullo cultu fiunt mitiora: ergo non est verum, omnia neglectu fieri deteriora. Sententia autem illa vera est, omnia natura sua fera esse. at non omnia mitia. Quamquam apud nos Christianos ita fortasse est: at Peripateticis non potest. quibus mundus fuerit æternus, nihil novum fuerit. Sed ad propositum. Cum* ἡμέρωσις *ab arte fiat: erit accidens. itaque Hippion male sentiebat, omnia esse natura fera: omnia mitia opere. at Theophrastus tutius, quædam fera, quædam mitia. Ferarum quædam mitescere, quædam non. Nam quod comparat cum animalibus, non respondet. Quædam enim animalia sunt, quæ sine homine degere nequeunt. De pusillis catellis non est dubitandum. Orationis animadvertes similitudinem:* δεχόμενα ἡμέρωσιν, *&* δεχόμενα πλεῖον. mansuetudinem, mitigationem, cicurationem.

Καὶ αὐτὸ βραχύτερον. *Sic enim legit Theodorus. Ego* αὐτοῦ. seipso brevius, *quam ante fuerat in parente planta.*

Ὀρθότερα. *hoc falsum est. Contortiores enim sunt agrestes plantæ: quippe nodosiores.*

Λιμνώδεις. Stagnosa, *non* stagnantia, *ut Theodorus: neque enim locus stagnat, sed aqua. addidit,* ἐνύγρους, udos *aut* uliginosos. Madentia, *Theodorus rectè, sed* γεώδεις, crassa, *male* Terrena, *quæque arui referant naturam, neque sint saxea, neque* ξηροί, *aut arena, & possunt esse* γεώδεις, *iidem agri, atque* λεπτόγεῳ. *non igitur crassa.*

Εὐδιεινὸν. *Hic tranquillum, & vacuum à ventis objectu montium. De hoc alibi accuratius, cum tamen infinita alia exempla haberemus.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

EἸ μὴ καὶ πάντα τὰ ἄλλα, καὶ τὰ ὁμοιογενῆ. *vera germanaque lectio,* εἰ μὴ καὶ πάντα, ἀλλὰ τὰ ὁμοιογενῆ.

Γένος. *Scriptor agriculturæ: & quod* ἅπαν *dicit, solum de arboribus intelligendum vel plantis, saltem.*

Ὥσπερ. ἥμερα λέγονται *ex præcedentibus intelligendum. Quem laconismum volui imitari.*

Ὀρθότερα. *legendum* ὑψηλότερα, *ut in supplemento Græcæ linguæ docetur.*

Ἴδιον *hic vocat dialectico, proprium in quod æquè omnibus convenit.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

ΠἊντα δὲ καὶ ὄψιμα. Plin. Libr. XVI. cap. XIX. *Præterea arborum aliis decidunt folia: aliæ sempiterna coma virent. Quam diffoentiam antecedat necesse est prior. Sunt enim arborum quædam omnino sylvestres, quædam urbaniores: quas his placet nominibus distinguere. Ergo mites, quæ fructu, aut aliqua dote umbrarumve officio humanius juvant, non improbè dicantur urbanæ.* Non malè ergo Theod. τὰ ἥμερα *urbana* vertit. Scio ἥμερα Rustica esse, & fuisse etiam ante quamvis urbẽ conditam. Nec hoc latuit Theodorum. Rectè inquam, τὰ ἥμερα, *urbana* vertit, quod cultu domita sint: non secus ac urbani cives sunt mites, mansueti, molles; respectu rusticorum, agrestium, ac ferocium. Sic urbanus homo dicitur, qui prę se fert in sono, in verbis, & in usu, proprium quendam urbis gestum; sic urbana arbor, quæ in sapore; odoreque molli, grato, ac delicatulo fert fructum.

Πεπαίνει γὰρ ὀψιαίτερα. Plin. Libr. XVI. cap. XXVII. Sylvestriora omnia tardiora. Quædam ex iis omnino non maturescunt. Item quæ subarantur, aut quæ ablaqueantur, celeriora neglectis: hæc & fertiliora. Lege ex optimo codice Salmantic. Sylvestria omnia tardiora; quædam ex his omnino nec maturescunt.

Τῷ προφαίνειν. Vertunt *prima species sylvestrium.* quid hoc sit, vel quid velint, me ignorare fateor. Expone ut docet Scaliger: *Item copiosa fructificatio ad ostentationem in sylvestribus, si cum urbanis comparentur.*

Corni, sorbique sylvestris fructum, urbanæ cultæque suaviorem, majorem que esse, ipsa docet experientia. Ex recentioribus primus observavit Hermolaus Barbarus: secundus Camerarius. *Cornus, ubique nota. cujus fructus,* (inquit, Hermolaus in corollario suo) *sylvestres dulciores sunt, quam urbani.* Quod ita se habere comperi. Observavi præterea, plerunque etiam majores esse. Sylvestris cornus fruticat tantummodo, sed cultura in arborem pulchram redigitur.

Lege ὄαν. Vtrumque dicitur ὄαν & οὔαν; sed Attici ὄαν scribunt. Gal. Lib. 7. simpl. ὄη τὸ δένδρον ἧς ὁ καρπὸς ὄα καλεῖται, ὑπὸ δὲ πολλῶν οὖα μετὰ τοῦ υ· συνπτικῆς μετέχει ποιότητος. *id est,* ὄη *arboris nomen, cujus fructus* ὄα, *à multis* ὄυα, *addito* υ *vocatur; adstringentis particeps est qualitatis.* Idem Gal. lib. 2. de aliment. facult. τὴν πρώτην συλλαβὴν τοῦ τῶν ὄων ὀνόματος, ὑπὸ τῶν παλαιῶν Ἀθηναίων διὰ μόνου τοῦ ο γράμματος γράφεσθαί τε καὶ λέγεσθαι. *Primam dictionis* ὄων *syllabam veteres Athenienses per* ο *scribere & efferre solebant.* Hesych. Ὄη δένδρον ἥμερον, καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ καλεῖται ὄα. Suidas Ὄα. ἀκροδρύων εἶδος, μήλοις μικροῖς ἐμφερῆ, ὀπώρα ἢ ὄα. Nescio cur ἀκροδρύων nucum speciem dicat. Falsum hoc: in pomorũ ὀπωρῶν classem referri debet.

Inter ea, quæ cultum non admittunt, numerat capparim & laserpitium. De cappari Libr. I. cap. VII. diximus. apud Batavos laserpitium culturam admittit: quod si non colatur deterius fit.

Ὀρθότερα. Legit Constantinus ὑψηλότερα. Agrestes quippe plantæ non sunt rectiores, sed magis erectæ. Contortiores sunt: etenim nodosiores. ut Lib. I. dictum, nec male fortassis σκολιώτερα legeretur.

ΚΕΦ. Δ.

Cap. IIII.

Quæ arbores non nisi in montibus nascantur, quæque perpetuo vireant.

Ἴδια δὲ τὰ τοιάδε τῶν ὀρεινῶν, ἃ ἐν τοῖς πεδίοις οὐ φύεται περί τε Μακεδονίαν, ἐλάτη, πεύκη, " πίτυς ἀγρία, φιλύρα, ζυγία, † φηγὸς, πύξος ‡ ἀνδράχνη, μίλος, ἄρκευθος, τέρμινθος, ἐρινεὸς, φιλύκη, ἀφάρκη, καρύα, διὸς βάλανος, πρῖνος. τὰ δὲ, καὶ ἐν τοῖς πεδίοις, μυρίκη, πτελέα, λεύκη, ἰτέα, αἴγειρος, κρανεία, θηλυκρανεία, κλήθρα, δρῦς, " λακάρη, ἀχρὰς, μηλέα, ὀστρύα, † κύλαστρον, μελία, παλίουρος, ‡ ὀξυάκανθα, " ἄκανθος· ἣν ἐν μὲν τῷ ὄρει πεφυκυῖαν ζυγίαν καλοῦσιν· ἐν δὲ τῷ πεδίῳ, γλεῖνον. οἱ δ᾽ αὖ διαιροῦσι, καὶ ἕτερον ποιοῦσιν εἶδος σφενδάμνου καὶ ζυγίας. ἅπαντα δὲ ὅσα κοινὰ τῶν ὀρῶν καὶ τῶν πεδίων, μείζω μὲν καὶ καλλίω τῇ ὄψει τὰ ἐν τοῖς πεδίοις γίνεται· κρείττω δὲ τῇ τε ‡ χρήσει τῶν ξύλων καὶ τῶν καρπῶν, τὰ ὀρεινά. πλὴν ἀχράδος, καὶ ἀπίου, καὶ μηλέας. αὗται δ᾽ ἐν τοῖς πεδινοῖς κρείττους, οὐ † μόνον τοῖς καρποῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ξύλοις. ἐν γὰρ τοῖς ὄρεσι μικραὶ, ὀζώδεις καὶ ἀκανθώδεις γίνονται. πάντα δὲ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ὅταν ἐπιλάβωνται τῶν οἰκείων τόπων, καὶ καλλίω φύεται, καὶ εὐθηνεῖ μᾶλλον. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ ἐν τοῖς ὁμαλέσι τῶν ὀρῶν, καὶ μάλιστα. τῶν δὲ ἄλλων τὰ ἐν τοῖς κάτω καὶ κοίλοις. τὰ δὲ ἐπὶ ἄκρων, χείριστα. πλὴν [illegible] τι τῇ φύσει φιλόψυχρον· ἔχει δὲ καὶ ταῦτα αὐτῶν διαφορὰν ἐν τοῖς ἀνομοίοις τῶν τόπων· ὑπὲρ οὗ ὕστερον λεκτέον. νῦν δὲ διαιρετέον ἕκαστα κατὰ τὰς διαφορὰς τὰς εἰρημένας· ἀείφυλλα μὲν οὖν ἐστι τῶν ἀγρίων, ἃ καὶ πρότερον ἐλέχθη· ‡ πεύκη, πίτυς ἀγρία, πύξος, " ἀνδράχνη, μίλος, ἄρκευθος, τέρμινθος, φιλύκη, ἀφάρκη, δάφνη, † φελλὸς, δρῦς, κήλαστρον, ὀξυάκανθος, πρῖνος, μυρίκη. τὰ δὲ ἄλλα πάντα φυλλοβολεῖ. πλὴν εἴ τι περιττὸν ἐνιαχοῦ, καθάπερ ἐλέχθη περὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πλατάνου, ‡ καὶ δρύος, καὶ εἴ που τόπος τις ὅλος εὔτροφος. κάρπιμα δὲ, τὰ μὲν ἄλλα πάντα. περὶ δὲ ἰτέας, καὶ αἰγείρου, καὶ πτελέας, ὥσπερ ἐλέχθη, διαμφισβητοῦσιν.

" πίτυς ἀγρίαν. † πυγὸς Al. ‡ ἀδράχνη. " λακάρη. † κήλαστρος. ‡ ὀξυάκαρπα Bas. " ἄκανθος, σφένδαμνος. ‡ deest Ald. Bas. † μόνον ἐν τοῖς Ald. Bas. ‡ ἐλάτη, πεύκη, πίτυς, ἀγρία. " ἀδράχνη. † φελλόδρυς κήλαστρος. ‡ καὶ δρῦς ἐν Συβάρει, καὶ.

Montibus autem propria, quæ nasci in planis nequeunt circa Macedoniam, abies, pinastrum, picea, aquifolia, tilia, carpinus, fagus, " buxus, portulaca, taxus, juniperus, terebinthus, caprificus, philyca, apharca, nux juglans, castanea, ilex. Quæ vel in † planis proveniunt, tamarix, ulmus, ‡ populus, salix, " cornus, alnus, robur, lacara, † pirus, pomus, ostrya, celastrus, fraxinus, paliurus, spina acuta, acer, quam in monte carpinum, vel in ‡ plano gallicam vocant. Quanquam alii aliter distinguunt, & genus diversum aceris & carpini faciunt. Omnia vero, quæ communia montibus " planisque habentur, ampliora visuque pulchriora in † planis proveniunt; sed usu meliora, tam materia, quam fructu in montibus: ‡ piris malisque exceptis. Hæ namque planis præstantiores non solum fructu, verum & materia: quippe cum in montibus breves nodosæ spinosæque nascantur. Omnes autem etiam in montibus, cum adeptæ loca propria fuerint, & pulchriores certe proveniunt, & copiosius ferunt. Et (ut absolute agam) quæ † æqualibus montium tractibus eminent, primatum obtinent: ex reliquis vero, quæ infimis cavisque, præstantiores: omnium autem deterrimæ, quæ in cacumine, nisi quid sua natura frigus adamet. Sed hæ quoque situ inter se dissimili distant: qua de re postea dicendum. Nunc singula secundum prædictas differentias dividemus. Ergo inter sylvestria perpetuo virent, quæ primo volumine retulimus, abies, pinastrum, ‡ picea agrestis, buxus, portulaca, taxus, juniperus, terebinthus, † aquifolia, apharca, laurus, suber, quercus, celastrus, spina acuta, ‡ ilex, tamarix. Reliqua omnia folia amittunt, præterquam si quid aliquo loco superfluat: quemadmodum de quercu, & platano, quæ in Creta est, † indicavimus: aut si quis omnino locus alimento exuberet. Fructum reliqua quidem omnia ferunt. De salice vero, & ‡ populo, & ulmo, (ut diximus) varia sententia est.

" buxus, adrachne, quam portulacam vocant. † campestribus. ‡ populus utraque. " cornus mas & fœmina. † pyraster malus sylvestris. ‡ campestri. " campestribus pyris, pirastris, malisque. † planis montium tractibus. ‡ picea, aquifolia, buxus. † philyca. ‡ ilex mas & fœmina, spina acuta, tamarix. † & quercus quæ in Syburi. ‡ populo nigra.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Πυγὸς *Theodorus omisit. & in numeratione aliorum alia quoque ratio est in nostro Codice.* λεύκη, ἰτέα, αἴγειρος, κρανεία, θηλυκρανεία, κλῆθρα, δρῦς. *Fortasse non* πυγὸς, *sed* φηγός. *& infrà etiam commonefecimus.* λεύκην, *speciem populi: à colore quoque in Italia,* Albara. *Vascones,* viole. *Populum autem* Pibol, *Italia,* Piopa. *Latinè igitur quominus vocaret* Albaram *Theodorus, nihil fuerit impedimento, qui & alibi alia fingit: & multis locis, ubi est utrunque* λεύκη, *&* αἴγειρος, *alterum omittit. De acere historiam ubi texit Plinius,* γλεῖνον *à Gallico narratione potius, quàm specie separat, & Zygiam à montano propria specie. Sanè in sylvis nostris habemus carpinum montanam, candida materia. In tertio hujus, de carpino etiam habes, quod sentias. Vitruvius unum tantùm genus novit.*

360 Κρείττω τὰ ὀρεινά. Meliora, *inquit,* montana. *Prudentius de arboribus tantum, quàm Averrois, qui de omnibus plantis: sapienter quoque exemit pyrum, pyrastrum, & malum. Mala tamen montana & sapidiora, & carne firmiore, & succo incorruptiore. Theodorus omisit,* ἀπίου: *quia nunc de sylvestribus tantum. Quod autem ait mox:* πάντα δὲ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν ὅταν ἐπιλάβωνται τῶν οἰκείων τόπων, καὶ καλλίω φύεται, *non adversatur his. Magnum etenim ac vehemens frenum illud:* τῶν οἰκείων τόπων. *Nam quid aliud est, quam montana in montanis, & quæ planis gaudent in planis. Quamquam* τὸ πεδίον *qua ratione interpretemur, contemplandum est. Plani etiam sunt quidam montium vertices. Eam planitiem potius appellabimus,* ὁμαλὲς, *quàm* πεδινόν. πεδινὰ campestria *citiùs dixerim. Igitur cum* πεδίον *Theodorus* planum *vertisset, Plinium sequutus: coactus est* τὰ ὁμαλέσι *interpretari sic:* æqualibus montium tractibus. *Contaminavit autem orationem infelici illius verbi usu.* Emigrent, *inquit. Nam migrare, est mutare locum: quemadmodum in originibus dictum est. Apud Ciceronem, & Cæsarem, est mutare domicilium. Nota,* τὰ ἐπὶ τῶν ἄκρων. *Intelligit cacumina fastigiata, & à quibus excludat* τὰ ὁμαλές.

Πεύκη, πίτυς, ἀγρία, πύξος. *Theodorus etiam Abietem habuit, & conjungit,* πίτυς ἀγρία. Picea sylvestris. *Verùm omne genus Piceæ* ἀείφυλλον *est. Quare sic separandum.* πίτυς, Picea: ἀγρία, aquifolia. *Præterea illud animadvertendum. Namque* φελλὸς *non est* ἀείφυλλον, *ut alia. Quotannis enim in Aquitania universas amittit frondes: aliæque manentibus prioribus adhuc, ita succedunt, ut eas quasi expellant.* Liege *à levitate Galli. Taurini* Nata *à natando. Latini ab incrementis,* suber: *aut quia mergi nequit, sed subit. Altera observatio: Cum tamarici folia delapsa omnia in hortis nostris vidimus. Tertia ibi,* τὰ δὲ ἄλλα πάντα φυλλοβολεῖ. *nimis audacter: neque enim sylvestris cupressus amittit. Quod si mitem cupressum contendat, quia mitescere possit: eandem rationem ineas de Buxo, & Lauro, atque aliis. Quod autem ait,* περιττὸν, *utitur voce præceptoris. Sic enim rara appellat, ut alibi repositum est.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Πτυός. leg. φηγὸς. id est, æsculus Theoph. cui fagus est ὀξύα. Vide annotat. nostram cap. IX. lib. III.

Θηλυκράνεια. Plinio, sanguinei frutices: nosque vulgo cornum fœminam vocamus sanguin. De situ autem arborum, lege supra cap. VII. lib. II. & Plinium lib. XVI. cap. XVIII.

Λακάρη. Licet infra legatur λακάρα cap. VII. Theodorus λακάρη. Lacatha retineo: & nisi fallor, est Macaleb Serapionis, quæ in agro Veronensi provenit; ut etiam mihi testis locupletissimus Lodoicus Anguillara, totius naturalis historiæ experientissimus.

Ἅπαντα δὲ. Plinius ita vertit lib. XVI. cap. XVIII. Quæcunque communia sunt montibus planisque majora fiunt, aspectuque pulchriora in campestribus, meliora materie crispioraque in montibus, exceptis malis pirisque.

Ἐλέχθη. Nempe lib. I. cap. XV. ex quo loco hic depravata restituuntur.

Ἐν Κρήτῃ πλατάνου καὶ δρῦς. Hæc necessario distinguenda: nam quercus in agro Thurino. Lege supra lib. I. cap. XV.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἴδια δὲ.) Plinius lib. XVI. cap. XVIII. *Montes amant cedrus, larix, teda, & ceteræ è quibus resina gignitur. Item aquifolia, buxus, ilex, juniperus, terebinthus, populus, ornus, cornus, carpinus. Est & in Apennino frutex qui vocatur cotinus, ad liniamenta modo conchylij colore insignis.* Laricis apud Theophrastum mentio nulla; sed solet Plinius (quod etiam imitatur Theodorus) aliquando πεύκην, vel πίτυν, laricem interpretari. Hoc vero loco πεύκην laricem, vertit Plinius, πίτυν tedam; quod ineptum est, ut inferius dicam, ubi de resiniferis nobis sermo erit. Tedam δαδὰ vocant, faciem lignis concisis & constrictis, piceque oblitis. Est etiam resiniferarum arborum morbus. Populum inter eas arbores quæ montes amat, numerat. Quod absurdissimum. Notum Virgilij carmen,

Fraxinus in sylvis, pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluvijs, abies in montibus altis.

Innumera habes apud Theophrastum loca, in quibus populum utramque lucos, aquasque desiderare scribit. Geopon. auct. lib. II. cap. VII. Ἰτέαι γὰρ καὶ μυρίκαι καὶ λεῦκαι, καὶ ἐλάται, καὶ μελίαι, καὶ πτελέαι, καὶ πάντα τὰ ὁμοιογενῆ τοῖς καθύγροις τόποις χαίρει. *Salices enim, & myricæ, & populi albæ, & abietes, & fraxini, & ulmi, omniaque consimilis generis humectis locis gaudent.* Malè abietem, aquas fugientem inter ea quæ aquosa amant recenset. Fortassis scripsit κλῆθραι, quod in ἐλάται mutatum. Cornum Theophrastus non numerat inter ea quæ montibus sunt propria, sed quæ in campestribus nascuntur. De cotino alibi videbimus.

Οὐ φύεται.) Abietem, pinum, piceam, taxum, juniperum, castaneam in horto habeo nostro. Malè igitur ait tantum in montibus nasci. Dicendum pro Theophrasto, sponte, & ex naturæ ordine montes quærere; quod etiam de reliquis dici non potest.

Φιλύρα.) Apud nos tilia, nulla frequentior arbor, nulla pulchrior; solum amat & aquosum, & paludosum. In arido solo, quale in montibus, non adolescit; gignitur quandoque, sed raro, in sylvis: pingue, lætumque solum amat, in stercorato optimè proficit. Non audeo, ut supra, ubi de perpetui-foliis plantis agebat, scribere φιλλύρεα. Tilia tamen rigua & aquosa etiam amat; quanquam aliquando secus arvorum margines, & in sylvis reperiatur. Accedit quod Plin. loco citato scribat: *Montes & valles diligit abies, robus, castanea, tilia, ilex, cornus: aquosis montibus gaudent acer, fraxinus, sorbies; tilia, cerasus.*

Μίλος.) Umbrosis gaudet taxus. In convallibus quibusdam Italiæ reperitur, in Arduenna sylva Belgij non infrequens.

Καρύα.) Aquosos non amat tractus juglans, in hortis, pingui ac restibili solo proficit, lætisque gaudet collibus.

Λακάρη.) Infra cap. VII. λακάρα legitur. Neutram arborem novi. Scribe λακάρη. Hesych. Λακάρη. λακάρη δένδρον τι. *Mahaleb*, vulgo dictum, lacarum volunt. Auctu facilis non est, ut de lacara tradit cap. VII. lib. III. Theoph. alij vaccinium Plinij volunt, cujus meminit lib. XVI. cap. XVIII. *Non nisi in aquosis proveniunt salices, alni, populi, siler, ligustra tesseris utilissima. Item vaccinia Italiæ in aucupijs sata, Galliæ vero etiam purpura tingendi causa, ad servitiorum vestes.* Legunt doctiss. viri Turnebus, Salmasius, cæteri, *Italiæ mancupijs sata*. Satam mancupiis dicit, quod mancupiorum pubertatem tardaret, idque utile erat mangonibus, ut quam diutissimè vænales suos impuberes conservarent. Majori etiā pretio non barbati vendebantur. Tardior ergo pubertas dominis utilis erat, non venalitiis, ut viri docti scribunt. Sed hoc Dioscorides de Hiacintho tradit medico. Utrumque, medicū scilicet, & poëtarū confundit Plinius. Poëtarum in Gallia Hysginum inficitur vel purpura tingitur, ut suo loco dicā. Licara non potest esse vaccinium, quia in aquosis tantum nascitur; (quod de medico Hyacintho falsum) in planis, montibusque lacara.

Πεδίοις.) Has arbores in plana descendere, scribit Plinius lib. XV. cap. XVIII. *Descendunt & in plana, cornus, corylus, quercus, acer, fraxinus, fagus,* (nihil tale Theophrastus: infra examinatur an Græcorum φηγὸς, Latinorumque fagus eadem arbor) *carpinus. Quæcunque*, inquit, *locis planis montibusque communia sunt, in campestribus pulchriora sunt ac majora; sed meliora, materiæque crispiora in montibus, malis pyrisque exceptis. Hæ*, inquit, *in planis præstantiores, non solum fructu, verum etiam materia.* Geoponicæ auctor libr. II. cap. VII. tantum malum punicam, & oleam locis aridioribus vehementer uberes provenire scribit: Μόνας δὲ ῥοιὰ καὶ ἐλαίας, ἐν τοῖς ξηροτέροις τόποις σφόδρα εὐθαλεῖς γίνεσθαι ἡ πεῖρα ἐδίδαξε. δρύες δὲ καὶ καστάνεια αἱ Διὸς βάλανοι καλούμεναι, ἐν τοῖς συνεχῶς κατομβρουμένοις τόποις καλῶς ἐπιδιδόασιν. *Solas vero punicas malos ac oleas, in siccioribus locis vehementer uberes provenire, experimentum docuit, quercus, & castaneæ, quæ Iovis glandes appellantur, in locis assiduam pluviam excipientibus deponantur.* Malus granata passim quidem, citra culturam, locis siccioribus & calidiori gignitur, sed tamen culta magis proficit; in hortis, siquidem, vinetis, viridariis, aliisque perinde excultis, fœcundior existit, fructumque fert majorem, lætiorem, meliorem, uberiorem. Olea amat loca maritima, quæ sicca, arenosaque. *Plerique*, ait Columella, *existimant, ultra miliare sexagesimum à mari, oleam non vivere, aut non esse feracem.* Castanea montibus & opacis gaudet, descendit quandoque ad campestria, solum amat molle ac nigrum. Quercus solum respuit nullum, arido, sterilique provenit; lætiore tamen melius proficit: in collibus & montosis gignitur, & in planis reperitur. Passim locis siccioribus, in inferiore Germania occurrit.

Πλὴν ἀχράδος καὶ ἀπίου. Τὸ ἄπιον non vertit Theodorus, quod de sylvestribus hic tantum loquatur Theophrastus. Quandoque tamen ut IIV. cap. IV. dicam ἄπιος spinosa pyrus: alterutra vox hic redundat. Deleo ἄπιον, quod ἀχράς propriè sylvestris pyrus.

Νῦν δὲ Aliam sylvestrium arborum tradit divisionem, ac quidem alias perpetuo virere ait, alias folia amittere. Inter perpetui-folia numerat φελλὸν & δρῦν. Quercum hyeme amittere folia constat. In agro tamen Sybarino servare, non inficias ire volo. Sed hoc nihil ad præsens propositum. Suber non ubique retinet folia; in Aquitania cadunt, in Hispania non decidunt. Causa, solum, cœlumque. Terra in Hispania ad alimenti commeatum apta; aër propitius ad fovendum; ineptus Aquitania propter frigus, terra etiam ad convehendum alimentum improba. Sic in Batavia, mali medicæ folia decidunt, cum in Hispania, cæterisque locis calidis ea serventur.

Densando prohibet aër frigidior deferri in foliorum pediculos alimentum, unde casus. Quæret aliquis, cur omnes arbores non amittant folia; servat sabina, retinet juniperus. Respondendum, alias substantia constare solidiore, alias infirmiore, magisque patentiore: quæ solidiore sunt substantia, folia retinent; perdunt, quę patentiore. Quercus nullibi, nisi in agro Sybaritico, servat folia. Male ergo inter ἀείφυλλα à Theophrasto recensetur. Dicendum, codicem corruptum, & legendum φελλόδρυν, ilicem fœminam; quam perpetuo folio esse constat, ut supra lib. I. cap. XV. dixit, καὶ ἣν Ἀρκάδες καλοῦσι φελλόδρυν. Quæri solet, an Theophrastus sylvestres arbores omnes, quæ sempiterna fronde virent, hoc capite recensuerit. Non omnes refert. nam cypressus, lentiscus, abies, smilax, adrachne, arbores sunt sylvestres: & tamen hyeme folia retinent: vide cap. I. histor. Geoponicôn auctor lib. XI. c. I. quatuordecim arbores scribit perpetuo folio donatas. Δένδρα ἀειθαλῆ ἐστι, μηδέποτε φυλλορροοῦντα ἐν τῷ χειμῶνι δεκατέσσαρα. φοίνιξ, κίτρον, στρόβιλος, δάφνη, ἐλαία, κυπάρισσος, πίτυς, κερατία, πρῖνος, πύξος, μυρσίνη, κέδρος, ἰτέα, καὶ ἄρκευθος. *Arbores semper virides, & neque hyeme folia defluа habentes, sunt quatuor & decem. Palma, citrium, strobilus, laurus, olea, cupressus, siliqua, picea, ilex, buxus, myrtus, cedrus, salix, & juniperus.* Interpres Cornarius ἀντὶ στρόβιλος, χῖνος legens, vertit, *lentiscum*. Στρόβιλος corruptum judicavit, quod sequatur, πίτυς. Hesych. Στρόβιλος συστροφὴ ἀνέμου, καὶ ἡ πίτυς, καὶ ὁ καρπὸς αὐτῆς. *Strobilus venti turbo, tempestas, & picea ejusque fructus.* Vides πίτυν καὶ στρόβιλον, eandem arborem. Mutavit ergo in σχῖνον interpres, quomodo in MS. quo usus est, fortassis legitur. Negari non potest lentiscum perpetuo folio præditam. Rectè idem fecisset, si pro ἰτέα aliud substituisset verbum. Falsum est salicem perpetuo constare folio. Scribo ἐλάτη. Abies frondem nunquam amittit, nec hyemis ulla læditur inclementia. Plures porro arbores folio perpetuo prędita sunt quam XIV. bis quatuordecim, fortè plures numerare possimus. Tales I. citrus. II. palma. III. abies. IV. cyparissus. V. pinus. VI. picea. VII. abies. VIII. aquifolia. IX. myrtus. X. cyprus. XI. persea. XII. adrachne. XIII. buxus. XIV. ilex. XV. phellodrys. XVI. lentiscus. XVII. laurus. XVIII. juniperus. XIX. terebinthus. XX. taxus. XXI. celastrus. XXII. olea. XXIII. oleaster. XXIV. θυία. XXV. tamariscus. XXVI. sabina. XXVII. oxycedrus. XXVIII. rhododendrum. XXIX. aurantia. XXX. laurus tinus. XXXI. laurocerasus. XXXII. acacia. XXXIII. arbutus, &c.

ΚΕΦ. Ε. — CAP. V.

Differentiæ quæ de locis proveniunt: tum de persica, & palma.

Ἔνιοι τὴν αἴγειρον μόνην ἄκαρπον εἶναί φασιν ὥσπερ καὶ οἱ ἐν Ἀρκαδίᾳ. τὰ δὲ ἄλλα πάντα τὰ ἐν τοῖς ὄρεσι καρποφορεῖν. ἐν Κρήτῃ δὲ καὶ αἴγειροι κάρπιμοι πλείους εἰσί. μία μὲν ἐν τῷ στομίῳ τοῦ ἄντρου ἐν τῇ Ἴδῃ, ἐν ᾧ τὰ ἀναθήματα ἀνάκειται. ἄλλη δὲ μικρὰ πλησίον· ἀπωτέρω δὲ μάλιστα δώδεκα σταδίους περί τινα κρήνην Σαύρου καλουμένην πολλαί. εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῷ πλησίον ὄρει τῆς Ἴδης ἐν τῷ Κεδρίῳ καλουμένῳ. καὶ περὶ Τιρεσίαν δὲ ἐν τοῖς ὄρεσιν. οἱ δὲ, μόνην τῶν τοιούτων τὴν πτελέαν κάρπιμον εἶναί φασι. καθάπερ οἱ περὶ Μακεδονίαν. μεγάλη δὲ διαφορὰ πρὸς καρπὸν καὶ ἀκαρπίαν, καὶ ἡ τῶν τόπων φύσις. ὥσπερ ἐπί τε τῆς † Περσίας ἔχει καὶ τῶν Φοινίκων. ἡ μὲν ἐν Αἰγύπτῳ καρποφορεῖ, καὶ ‡ εἴπου τῶν πλησίων τόπων. ἐν " Ῥόδῳ δὲ μέχρι τοῦ ἀνθεῖν μόνον ἀφικνεῖται. ὁ δὲ Φοίνιξ περὶ μὲν Βαβυλῶνα θαυμαστῶς· ἐν τῇ Ἑλλάδι δὲ, οὐδὲ πεπαίνει. παρ' ἐνίοις δὲ ὅλως οὐδὲ προφαίνει καρπόν. ὁμοίως δὲ καὶ ἕτερα πλείω τοιαῦτά ἐστιν. ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν ἐλαττόνων † πόαιων καὶ ὑλημάτων ἐν τῇ αὐτῇ χώρᾳ καὶ ὁμόρῳ χώρᾳ, τὰ μὲν κάρπιμα, τὰ δὲ ἄκαρπα γίνεται. καθάπερ καὶ τὸ κενταύριον ἐν τῇ Ἠλείᾳ, τὸ μὲν ἐν τῇ ὀρεινῇ κάρπιμον τὸ δὲ ἐν τῷ πεδίῳ, ἄκαρπον, ἀλλὰ μόνον ἀνθεῖ τὰ δὲ ἐν τοῖς κοίλοις τόποις οὐδὲ ἀνθεῖ, πλὴν κακῶς. δοκεῖ δὲ οὖν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμογενῶν καὶ ἐν μιᾷ προσηγορίᾳ, τὸ μὲν ἄκαρπον εἶναι, τὸ δὲ, κάρπιμον. οἷον πρῖνος, ὁ μὲν κάρπιμος, ὁ δὲ ἄκαρπος. καὶ κλήθρα δὲ ὡσαύτως. ἀνθεῖ δὲ ἄμφω.

† περσέας. ‡ ἔνπου. " ῥόα Ald. Bas. † ποαρίων Ald.

QVidam, & populum solam sterilem putant, ut Arcades: cæteras autem omnes, quæ montibus proveniunt, fructum parere. At vero in Creta, & populi nigræ complures fructificant. Vna apud aditum speluncæ Idæ, qua munera Deo dicata conservantur: altera parva ab ea proxima stat. Et ulterius duodecim ut plurimum stadia ad fontem quendam Sauri dictum, pleræque sunt. Et in monte proximo ab Ida, cui Cedrio nomen: necnon & circa Tiresiam in montibus. Alij ulmum tantum ex his fructiferam ajunt, ut Macedones. Discrimen autem ad fœcunditatem sterilitatemque, summum, vel locorum natura facere potest: ut in persica, palmisque patet. † Persica enim in Ægypto & locis proximis fructificat, quanquam in Rhodo usque florem dumtaxat devenit. Palma apud Babylonem fructum mirum in modum largitur. In Græcia vero ne fructum quidem maturat: apudque nonnullos nec fructum ullum ostendit. Simili modo etiam alia pleraque hujusmodi percipiuntur. Nam & inter minora herbarum, ac reliquæ stirpis humilis, quædam in ‡ eadem contermina tellure fructifera, quædam sterilia gignuntur. Quemadmodum " centaurium in Eleo agro fœcundum: quod montuosis editur, infœcundum: quod planis, flosculo tantum gaudens: quod concavis, ne floret quidem, nisi improbe. Itaque, & reliquorum, quæ unius generis sunt, unamque appellationem sortiuntur, aliud fœcundum, aliud esse infœcundum videtur: ut ilex. quædam fructifera, quædam sterilis; & alnus similiter. Ambæ tamen florescunt.

† Persea. ‡ eadem ac etiam contermina. " centaureum, quod montuosis apud Eleos loci nascitur, fœcundũ est; quod vero in campestribus provenit, infœcundum est, flosculo tantũ gaudens.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Τὴν αἴγειρον μόνην. *Commodius inde caput inchoasset.* Κάρπιμα δὲ τὰ μὲν ἄλλα πάντα. *De populo non est dubitandum; in Aquitania enim ferunt fructum.*

Ἐπί τε τῆς περσίας. *Malè scriptum est in codice Theodori,* Persico. *alibi monuimus, duas esse.*

Τῶν ἐλαττόνων παρίων. *Theodorus legit,* ποιῶν. *Et verum est, herbas certis locis semen ferre nullum. Dentem Leonis in quadam rupe alibi scripsimus, ne florem quidem ferre, sed mucronem ad junci, aut sparti speciem.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Ἐν ῥόᾳ. *Lege,* ἐν Ῥόδῳ. *Plinius lib.* XVI. *cap.* XXVI. Persicæ arbores in Rhodo, florent tantum. *Potius Persea, vel Persiæ. Est enim* Περσία, ἢ περσέα; καὶ τῆς περσίας καρπὸν, τὸ πέρσιον, *vocat hic author noster. Vide infra lib.* IV. *cap.* II.

Ἀνθεῖ κακῶς *dixit, & Plinius, malignè vivere.*

IOANNIS

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Περσέας.) Vertit Gaza, persicam in Ægypto. Decepit virum doctiss. Plinius lib. xv. cap. xiii. *Nam persicæ arbores sero, & cum difficultate transiere, ut quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Ægypto earum fuerat hospitium. Falsum est venenata cum cruciatu in Persis gigni, & pœnarum causa à regibus translata in Ægyptum, terra mitigata. Id enim de persea diligentiores tradunt.* Quod de persica arbore Plinius scribit, id de persea tradit Theophrastus. Magna inter botanicos agitatur quæstio, utrum persea & persica una eademque arbor, an vero diversa. Utraque opinio validissimis nititur argumentis. Qui eandem volunt, his fere rationibus suam probant, stabiliuntque opinionem: quod Nicand. in Alexiph. perseæ ossa commendet adversus cerussam.

Σκληρ' ἀπὸ περσείης κάρυα βλαστὸν οἷον ἐρύξει.

Tunsa quoque interdum quæ persea tulit ossa.

Hoc Dioscorides non de persea pyri folio, sed persica malo. Lib. de Alex. cap. xxii. Ἠ περσικῶν τὰ ὀστᾶ, ἀψινθίου δι' αὐ, &c. Lege ex antiquo codice, ἢ περσικῶν τὰ ὀστᾶ σὺν κριθῶν ἀφεψήματι ἀψινθίου δι' αὐ, &c. quomodo etiam apud Æginetam lib. v. cap. x. legitur. Corrige Diosc. codicem lib. ii. Euporist. cap. clxii. ubi legitur; Περσίων ὀστᾶ σὺν ἐλαίῳ κριθῶν ἀφέψημα. Lege, Περσικῶν τὰ ὀστᾶ σὺν ἐλαίῳ, ἢ κριθῶν ἀφεψήματι. *Persicorum nuclei cum oleo aut hordei decocto.* Τὰ ὀστᾶ, Nicander, κάρυα vocat. Scholiast. Κάρυα λέγονται ὅσα ξυλῶδες λέπος ἔχουσι. οὕτω γοῦν καὶ Θεόφραστος τὸ τῆς περσέας ὀστοῦν ὠνόμασε. *Carua nuces dicuntur, quæ lignosum operimentum habent. Sic etiam Theophrastus perseæ os vocavit.* Scribonius Largus nucleos persicæ mali commendat adversus cerussam Cap. i. *Prosunt & nucleorum persicorum interiora* (lege, *exteriora* τὰ ὀστᾶ Græci) *ex vino trita, atque pota, quam plurima.* Persea ergo & persica malus eadem arbor. Idem probatur & hoc argumento, ex Nicandri Scholiaste ad hunc in Theriac. versum.

τῷ ἴκελος περσεῖος ὑποτρέφεται πετάλοισιν.

Arbore non dispar degit perseide pestis.

Τὸ τῷ, ait Scholiastes, ὅμοιόν φησι τῷ ζώῳ τῇ φαλαίνῃ ὅμοιος ἐστὶν ὁ κρανοκολάπτης, ὁ καὶ κεφαλοκρούστης καλούμενος. ὃς ἐν τοῖς φύλλοις τῆς περσέας τρέφεται, καὶ τὰ πτερὰ ἔχει ὅμοια τοῖς ἐν ταῖς κίσσαις ψυχαῖς. ἰστέον δὲ ὅτι Σώστρατος ἐν τῷ περὶ Βλητῶν ἢ Δακέτων, τὴν περσέαν, ἣν ῥοδακίνην καλοῦσι, φησὶν ἀπὸ Αἰθιοπίας εἰς Αἴγυπτον μεταφυτευθῆναι. Ῥοῦφος δὲ ὁ Δημοκρίτειος ἐν τῷ περὶ Συμπαθῶν & Ἀντιπαθῶν, πέρσας φησὶν, ἔχοντας θανάσιμον φυτὸν, εἰς Αἴγυπτον πέμψαι· ὡς ἐν τούτῳ πολλῶν μελλόντων ἀναιρεθήσεσθαι. τὴν δὲ ἀγαθὴν οὖσαν, εἰς τοὐναντίον μεταβαλεῖν, ποιῆσαί τε φυτὸν καρπὸν γλυκύτατον, οἷον ὁρᾶται νῦν. *Huic itaque bestiolæ* φαλαίνῃ (phalæne est animalculum volatile quod sub lucernarum incensionem apparere solet, appellant hodie φαλαίναν, psoram vel psychen, vel pyraustem, vel candyosblesten. Φαλαίνα Rhodiorum vocabulū, sic enim illi volantes circum faces bestiolas appellant) huic bestiolæ, inquit Scholiastes, *similis cranocolaptes, quæ & cephalocroustes dicitur, educatur in foliis perseæ, alas habet picæ vel papilioni similes. Sciendum Sostratum in commentario de Reptilibus, ac Serpentibus testari, perseam quam rhodacinam vocant, ex Æthiopia in Ægyptum translatam fuisse. Rholus de his quæ* Ἀντιπαθῆ & συμπαθῆ *dicuntur, Persas ait, lethalem quam habent arborem, in Ægyptum misisse, ut per eam, quam plurimi perirent; sed utilem, contrario eventu, illis profuisse, fructumque tulisse dulcissimum, ut hodie videre est.* Eadem de persica Dioscorides, quæ de persica Colum. tradit. Diosc. lib. i. cap. clxxxvii. Περσέα δένδρον ἐστὶν ἐν Αἰγύπτῳ, καρπὸν φέρον ἐδώδιμον, εὐστόμαχον, ἐφ' ᾧ καὶ τὰ λεγόμενα κρανοκόλαπτα φαλάγγια εὑρίσκεται, μάλιστα δὲ ἐν Θηβαΐδι, inferius, Τοῦτο δὲ ἱστόρησάν τινες ἐν Περσίδι ἀναιρετικὸν εἶναι, μετατεθὲν δὲ εἰς Αἴγυπτον, ἀλλοιωθῆναι καὶ ἐδώδιμον γενέσθαι. *Persea arbor est in Ægypto, fructum ferens cibo idoneum, stomacho utilem, in quo phalangia cranocolapta nomine reperiuntur, præsertim vero in Thebaide.* Et paulo inferius: *Hanc arborem prodidere nonnulli in Perside quidem exitiosam esse, translatam vero in Ægyptum, natura mutata in cibos receptam.* Columella in hortulo:

Et pomis quæ barbara Persis
Miserat (ut fama est) patriis armata venenis.
† At nunc expositi parvo discrimine læti
Ambrosios præbent succos oblita nocendi.

† Lege, *At nunc exposito patriæ discrimine læta.*

Persea ergo & persica eadem arbor. Columellam de persica loqui, ex Galeno, & Strabone probant. Gal. lib. ii. Κατὰ τόπους, cap. de cephalæa circa finem, Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μόνῃ τὸ τῆς περσέας εἶδον δένδρον εἶδε· ἐν ἄλλῃ δὲ ἐν ἄλλῃ οὐδεμιᾷ τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους ἐθνῶν. ἔνιοι πέρσειον ὀνομάζουσιν αὐτό. καὶ φασιν ἐν Πέρσαις ὀλέθριον εἶναι τὸν καρπὸν τοῦ δένδρου τούτου. κατὰ δὲ τὴν Αἰγυπτίων χώραν ἀβλαβῆ ὑπάρχειν. *In sola Alexandria perseam arborem vidi, ac in alia nulla, quæ sub Romanorum potestate, regione; nonnulli perseion vocant, dicuntque apud Persas lethalem esse, apud Ægyptios autem innocuam existere.* Strabo lib. xvii. quo loco de Ægypto agit. Ἡ δὲ περσέα ἐνταῦθα μόνον καὶ παρ' Αἰθίοψι δένδρον μέγα, καρπὸν ἔχον γλυκύν. *Persea solum ibi nascitur, & apud Æthiopas arbor magna est fructu dulci.* Columella ergo non de persea, ut quidam botanici volunt, loquitur, sed de persica. Quomodo enim Columellæ tempore, qui Galeno multo antiquior, persea Italiæ vulgaris esse potuit; cum Galeni ævo in Italia fuerit incognita, nec usquam in terris, Romano imperio subjectis, nisi in Ægypto, visa? Contrariam qui defendunt opinionem, Columellam, & Nicandri Scholiasten, perseæ, persicæque confundere historiam scribunt. Atque his ferè argumentis suam probant sententiam. Primo quod Dioscorides & Galenus de persica malo, & persea seorsim ac diversis egerint capitibus. II. Quod Galenus perseam in sola Ægypto se vidisse scribat, cum persica familiaris sit Italiæ. III. Quod perseæ descriptio a Theophr. lib. iv. tradita, neutiquam persicæ conveniat. Persea omni anni tempore pomis prædita. Æstate tantum fert persica malus fructus. Persea folio pyri: Persica amygdalæ. Perseæ folia sua semper retinet: cadunt persicæ. Persea lignum intus habet pruno minus. Majus persica. Ultimum ex Plinio petunt argumentum. Hic lib. xv. cap. xiii. *Nam persicæ arbores* (hoc jam à nobis examinatū) *sero & cum difficultate transiere, ut quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Ægypto earum fuerat hospitium. Falsum est venenata cum cruciatu in Persis gigni, & pœnarum causa à regibus translata in Ægyptum, terra mitigata. Id enim de persea diligentiores tradunt, quæ in totum alia est, myxis rubentibus similis, nec extra orientem nasci volunt. Eam quoque eruditiores negaverunt, ex Perside propter supplicium translatam, sed à Perseo Memphi satam. Et ob id Alexandrum illa coronari victores ibi instituisse, in honorem atavi sui, &c.* Tacitè taxat Columellam. Non dubium tamen, quin ex veteribus hoc quidam tradiderint, quos sequitur Columella. Scribit Rhanolphius in Itinerario Syriaco, Persas, etiam hoc ipso tempore, perseam à persica arbore distinguere; quamvis etiam à persicorum esu abstineant, Nimrodi veneficio infecta, & noxia effecta, nescio, qua occasione, opinantes. Hoc si verum, in quo peccarit Columella non video. Nihil impedit utramque arborem, eandem ob causam, à Persis in Ægyptum missam. Nicandri Scholiastes excusari nō potest. Nam persea à nemine rhodacina dicta: nec in persica, sed persea cranocolaptes. Et hæc sunt argumenta, quibus viri docti suam stabiliunt, firmantq; opinionem. Hunc nodum primus solvit doctiss. Salmasius. Alia persea communis apud veteres, alia persea Ægyptia, ut alia συκάμινος vulgaris, alia συκάμινος Ægyptia, quam & συκόμορον appellitabant. Alia porro & *ficus Ægyptia:* siliquam arborem ceratoniam sic dicebant: alia ficus ita propriè appellata. Alia denique ἄκανθος Græciæ, & alia acanthus Ægypti. Multas peculiares & sibi proprias arbores habuit Ægyptus, quæ nusquam alibi nascebantur. Iis Græci cum nomina indere vellent, ex suarum arborum aliqua similitudine, quam habere videbantur, eas denominarunt, ut morum Ægyptiam, ficum, acanthum, cum diversi tamen generis arbores essent in Ægypto, quę hoc nomen tulerunt. Idem de persea dicendum. Hæc arbor eo nomine Græciæ nota, à Perseo translata, vel ex Æthiopide, vel ex Perside, unde & persicam recentiores appellarunt. Nicander, Posidonius, Clearchus, περσέαν nominant, & de persea sive persica Græciæ intelligunt, arbore utique nec satu morosa, & natu facillima, & ubique ferè proveniente, & quæ ubicunque provenerit, fructum ferat. Ejus porro nomen & Ægypti peculiari arbori communicatum est, ob aliquam, ut videtur, similitudinem, licet in totum alia sit. Non perseam tamen simpliciter, sed cum epitheto patriæ nominarunt. Ita enim semper Theophrastus, Τὸ πέρσιον ἐξ Αἰγύπτου· περσέαν τὴν Αἰγυπτίαν vocitat.

vocitat, ut distinguat à persea communi; sic ἄκανθαν Αἰγυπτίαν, & ἄκανθον ἐξ Αἰγύπτου appellat, ut ab acantho vulgari secernat; ita & συκάμινον τὴν Αἰγυπτίαν, & ἐξ Αἰγύπτου, sycomorum appellat, quæ in totum diversa est, à sycamino vel moro aliarum regionum. At ævi medij Græciæ scriptores, postquam eam quæ veteribus *persea* vocabatur, ipsi *persicam* appellare cœperunt, τῆς περσέας appellatio in *Ægyptia persea* remansit. Inde perseam simpliciter vocarunt, eam arborem Ægypti, quæ veteribus persea Ægypti dicebatur; quia nulla opus erat amplius epitheti adjectione, discrimini utriusque arboris notando, quum perseam vulgarem, persicam jam nuncuparent. Latissimè ergo errat Plinius (ut jam dixi) qui περσέαν τὴν Αἰγυπτίαν, Theophrasti, quæ in Rhodo ferax non erat, de persica arbore accipit, quam in Græcia jam olim & ubique locorum, quibus provenit, fructiferam esse constat. Nec tantum Plinius, sed infimæ Græciæ auctores, in hoc versantur errore. Nicandri Scholiast. verbis jam citatis. Suidas περσία ῥοδακινία, rodacinea persica. Antiqui Græci persicam vocarunt περσέαν, Aristoteles de mundo, ἄμπελοι καὶ φοίνικες, καὶ περσέαι, συκάμινοι, &c. Clearch. apud Athenæum lib. XIV.

> Α'μης, πλακοῦς, ἐντιλτὸς, ἴτριον, ῥοά,
> Ω'όν, ἐρέβινθος, σησάμη, κοπτή, βότρυς,
> Ι'σχάς, ἄπιος, πέρσεια, μῆλ', ἀμύγδαλα.
>
> *Hames, placenta, entiltos, itrion, punica,*
> *Ovum, cicer, sesama, copte, uva,*
> *Carica, pyra, persea, mala, amygdala.*

Persica.



Perseam describit Theophrastus lib. IV. cap. II. persicæ nullas tradit notas, quod nec Dioscorides fecit, quod vulgaris, & ab omnibus cognita satis planta. Eleganter à doctissimo medico & botanico Dodonæo describitur Pemp. VI. cap. VI. Arbor haud magna persica, ramos nonnullos effundit, fragiles adeo, ut non raro fructuum ponderi succumbentes disrumpantur; folia oblonga sunt, ambitu nonnihil serratis salignis aut amygdalignis non dissimilia, gustu amara: flores dilute purpurei elegantissimi, adeo ut de florente persica dici soleat:

> *Persica cum florent, nihil est formosius illis,*
> *Sordidius contra flore cadente nihil.*

Floribus succedunt fructus rotundi, rimæ quodammodo persimilem figuram ab una parte ostentant, molli tenuique lanugine pubescunt. Foris ut plurimum colore albidi; quidam una parte, alij in totum intenso colore rubentes; lutei etiam nonnulli: caro exteriorem corticem refert, lutea luteis, rubens saturè rubentibus, candida albicantibus, quorum tamen nonnullis, una videlicet parte extrinsecus rubicundis, circa nucem eleganti purpuræ rubeæ colore caro nitet. Sunt vero hujusmodi persicæ sapore vinosissima, atque idcirco gratissima; lutea vero cæteris duriora. In medio autem persici lignosa, dura, scabra, & rimosa nux latet, in qua amygdali æmulus nucleus, cortice persimili, substantia interius albida, sapore subamara. Ex cortice autem persicæ vulnerato, gummi profluit initio liquidum, quod successu temporis siccius ac durius redditur, veluti ex amygdalis ac cerasis. Persica in hortis ac vineris seruntur ac plantantur, cito persica malus enascitur, tertio aut quarto à satione anno fructus facit, facile etiam perit, diuturna non est: floret paulo post erumpentibus foliis Aprili mense: fructus Septembri maturos reddit. Fructus hic μῆλον περσικὸν vocatur; quod credatur primum è Perside allatum. Nicander persicam canit è Cephei regno, ac regione in Græciam advectam,

> Καί τε καρηνατριφθέντα μετ' ἀργῆεντος ἐλαίου,
> Σκληρὰ ἀπὸ Περσεῖης κάρυα βλάβος οἷον ἐρύξει·
> Περσεὺς ἦν ποτε ποσσὶ λιπὼν Κηφηΐδα γαῖαν,
> Α'υχὴν ἀποτμήξας ἄρπη γοργόνος Μεδούσης.
> Ρ'εῖα Μυκηναίησιν ἐνεπήξατο δρύεσιν,
> Κηφεῖος νέα δῶρα.
>
> *Hancque nuces poterint Perseæ pellere noxam*
> *Duræ, si tritas oleo albo in pocula vertas.*
> *Hanc quondam Perseus linquens Cepheia rura,*
> *Quando Medusæum curvo caput abstulit ense,*
> *Grata Mycenæis consevit munera in arvis.*

Sub quo cœli axe regio illa Κηφεύς, regnumque Cephei inter doctos non satis convenit. Vulgata opinio, Cephei regnum, Persidem esse. Malunt nonnulli de Æthiopia accipere, quam & Κηφηνίαν, inde dictam scribunt, & Κηφῆνας ejusdem regionis incolas à Cepheo. Atque hi Perseum ex Æthiopum terra in Græciam, vel, ut aliis placet, in Ægyptum, Perseam arborem transtulisse contendunt. Plinius loc. cit. de persea, quam cum persica arbore confundit. *Eam quoque eruditiores negaverunt, ex Perside propter supplicia translatam, sed à Perseo Memphi satam.* Arridet alijs Κηφηνίαν, Chaldæorum esse regionem, ipsosque Chaldæos sic dictos olim fuisse à Cepheo Andromedæ parente. Steph. περὶ πόλεων. Χαλδαῖοι οἱ πρότερον Κηφῆνες ἀπὸ Κηφέως τοῦ πατρὸς Α'νδρομέδας, ἀφ' ἧς καὶ τοῦ Περσέως τῆς Δανάης ὁ υἱὸς Περσεύς. Chaldaica hæc regio in Persidis imperio ad Euphratem fluvium circa Babylonem. Tradunt Græcorum nonnulli ipsos Persas à Perseo denominationem & originem sumpsisse. Quum ergo omnes fermè consentiant, arborem perseam, quam persicam recentiores vocarunt, ex Cephenia, soceri Cephei regione, in Græciam à Perseo translatam; sequitur juxta illorum opinionem, qui regionem hanc in Persarum ditione collocant, & ex Perside genus illud pomi allatum fuisse, sed à Perseo, unde & nomen περσέας accepit. Nam à Περσεὺς Πέρσειος, ut à Προμηθεύς, Προμήθειος. Unde apud Nicand. Προμήθειον πῦρ. Vide lib. IX. cap. de Colchico; ab Α'χιλλεύς Α'χίλλειος, unde Α'χίλλειοι κριθαί, apud Theophr. lib. VII. hist. Ita & Πέρσειον δένδρον, & μῆλον Πέρσειον, & arbor ipsa περσείη, & περσέα. Nec enim περσέα à Perside habet originem, sed à Perseo. Recentiores περσικὸν vocarunt; quod translatum à Perseo, ex Cephenia soceri sui terra, quæ ex quorundam sententia, sub Persarum potestate fuit. Sed hoc posterius: nondum enim Persæ ibi imperium habebant, sed primum Cephenes à Cepheo; mox Chaldæi. Supra probavi antiquissimos Græcos περσέαν, & περσείαν nuncupasse, quod recentiores περσικόν. Antiquissimi enim περσικὸν vocabant arboris genus quod medij ævi Græci κίτριον. Vide cap. & lib. IV. hist. Diosc. lib. I. ca. CLXVI. Τὰ δὲ μηδικὰ λεγόμενα ἢ περσικά, ἢ κεδρόμηλα, Ρ'ωμαιστὶ κίτρια. Est & nucis quoddam genus περσικὸν dictum. Hesychius, περσικὰ (vulgo depravatè πέρσιμα) εἶδος καρύων. Dioscor. lib. I. cap. CLXXVIII. Κάρυα βασιλικὰ ἃ ἔνιοι περσικὰ καλοῦσιν. Nucem persicam cum malo persico citrio confundit Macrobius Saturn. lib. II. cap. XV. Idem enim persicum Suevij, & Cloatij putavit; cum Suevius de nuce, de pomo sive citrio loquatur Cloatius. *Secundum hanc* (mali nucisque) *definitionem,* inquit,

quis, *persicum quod Suevius poëta, superius inter nuces numerat, magis erit inter mala numerandum*. Athenæus lib. III. persicum malum, sive perseum confundit, cum nuce persica. Δίφιλος δὲ ὁ Σίφνιος ἐν τῷ περὶ τῶν ἀσθενοῦσι προσφερομένων τοῖς ἰατροῖς, καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι, φησί, τὰ δὲ περσικὰ λεγόμενα μῆλα, ὑπὸ τινῶν δὲ περσικὰ κοκκύμηλα, μέσως ἐστὶν εὔχυλα, θρεπτικώτερα δὲ τῶν μήλων. Φιλότιμος δ' ἐν τρίτῳ δὲ καὶ δεκάτῳ, περὶ τῆς τροφῆς. τὸ περσικὸν φησι λιπαρώτερον καὶ κιγχρῶδες εἶναι, πιεζόμενον πλεῖστον ἔλαιον διδόναι. Interpres. *Quæ persica mala vulgo nuncupantur, & à quibusdam persica pruna, succi sunt mediocriter boni, & plus nutriunt, quam mala. Philotimus lib. XIV. de alimentis scribit persici mali nucleum pinguiorem esse, laxiorem, tusum olei multum reddere, raucedinem stertoremque excitare. Diphilus de persico malo agit. Philotimus de nuce persica. Pinguiorem inquit, & si tundatur olei multum emittere, quod malum non facit persicum.* Notant Dalecampium, quod κιγχρῶδες verterit, *raucedinem, stertoremque excitare*. Athenæi codicem corruptum ajunt, restituunt, καχρυῶδες, vel καγχρυῶδες. Hanc lectionem improbat doctiss. Salmasius. Quid κάχρυς in arboribus sit, infra cap. VI. & VII. docet Theophrastus. Sed nihil hoc ad fructum ipsum attinet. Quod enim καχρυῶδές τι habere dicatur, hoc vel ad formam spectat, vel ad virtutem. Quantum ad formam, nihil καχρυῶδες habet fructus nucis aut juglandis. De virtute ergo ac proprietate id accipiendum. Nam Diocles sic de amygdalis scribit, Θερμαντικὰ δὲ διὰ τὸ ἔχειν κιγχρῶδές τι. Et hic legi volunt, contra Phylotimi mente, διὰ τὸ ἔχειν καχρυῶδές τι. Ergo καχρυῶδες id erit, quod vim ac virtutem habet τῆς κάχρυος. Quæ κάχρυς cum vim habeat excalfactoriam, Καχρυῶδες idem erit quod θερμαντικόν. Sed qualis hæc ratio redderetur quare amygdalæ calidæ sint? Idem est ac si dicerent: *Amygdalæ autem ideo calefaciunt, quia calefaciendi facultatem habent.* Hoc præter rationem videtur. Præterea cur καχρυῶδες, pro eo quod habet calefaciendi virtutem? An præter cætera specialis hæc vis inest, τῇ καλουμένῃ κάχρυι? Hoc, præter veritatem, asserit Plinius lib. XVI. cap. VIII. ubi κάχρυν libanotidis semen, cum arborum κάχρυος, confundit, ut infra cap. VII. ostenditur. Male, ut dixi, Dalecampium reprehendunt, quod κιγχρῶδες, *raucedinem, stertoremque* vertit. *Dalecampium*, inquiunt, *sæpe de suo liberalem, multa auctori largiri de quibus non cogitavit, diligens lector multis in locis deprehendet: cujusmodi est quod ait, persicum malum raucedinem stertoremque excitare, cujus sententiæ nullum omnino in verbis Athenæi extat vestigium.* Iidem alio loco: *Falsissimum est quod hic dicitur: amygdalas propterea esse calidas, quia milij naturam participant. Id enim est ἔχειν τι κιγχρῶδες. Atqui omniũ medicorum consensu milium frigidæ naturæ est, non calidæ. Doctorum alius aliter emendavit: vel ἰγχρῶδες, vel κερχνῶδες, vel ἰχωρῶδες, aut etiamsi Musis places, ἐλαιῶδες. Quæ omnes conjecturæ, si libere loqui licet, aspernabiles sunt, partim etiam ineptæ.* Non legit Dalecampius κιγχρῶδες, sed κερχνῶδες, hoc est, τραχυντικὸν asperum. Galenus in lib. de art. Hipp. Τὰ κερχνώδη, scribit esse *τὴν φάρυγγα τραχύνοντα, καὶ βραχείας βῆχας κινοῦντα*. *Quæ fauces exasperant, & parvam tussim movent, creperumque in faucibus sonum faciunt.* Eodem in libro *δύσπνοοι καὶ κερχνώδεις*, dicuntur, *qui difficulter & cum stridulo sono spiritum trahunt*. Sed quid impedit, quo minus, vulgatam servemus lectionem, & simul Dalecampij approbemus versionem? Idem Galenus loc. cit. aph. comment. XXI. Γινώσκειν δὲ ἐν τοῖς ἀκριβέσι τοῖς ἀντιγράφοις τισὶ τὸ τῶν κερχνωδῶν διὰ τοῦ * κατὰ τὴν δευτέραν συλλαβὴν, ἀπὸ γὰρ τῆς κέρχνου γίγνεται· ὥσπερ δὲ ὀνομάζουσι τὴν κέγχρον οἱ Ἴωνες, οὕτως αἴσθησις ἐν τῇ φάρυγγι τραχύτητος γίγνεται μικρᾶς ὥσπερ κέγχρου. *In accuratis exemplaribus κερχνωδέας, per * in secunda syllaba scriptum reperitur: quod à κέρχνου fit. Κέρχνον enim Iones κέγχρον, id est, milium vocant; quando videlicet sensus in faucibus, & gutture exiguarum aspredinum speciem, perinde ac milij præfert, quasi miliosos dixeris.* Vides κιγχρῶδες, & κερχνῶδες, idem significare. Calidam ergo nucem probat Philotimus, quod fauces exasperat, & exiguam tussim ciet. Ex eo igitur amygdalas vim excalfactoriam habere colligebat Diocles, διὰ τὸ ἔχειν κιγχρῶδές τι, *quod fauces exasperarent, & raucescere facerent*; ut ferè solent omnia λιπαρὰ pinguia, quæ & θερμαντικὰ calfactoria. Rectè igitur Dalecampius κιγχρῶδες, raucedinem, interpretatus est. Nux enim in gutture & faucibus caliditate, & pinguedine sua, parvas quasdam aspredines, milij granis similes excitat, è quibus raucedo & stertor. Ad persicum malum revertor. Quæstio movetur, utrum ad malorum, an prunorum classem referri debeat. Latè si vocem mali accipiamus, non dubium quin in malorum genere numerari debeat. Macrobius lib. II. Saturn. cap. XV. *Malũ vero, inquit, quod foris habeat, quod esui aptum, & durum intus includat. Secundum hanc definitionem persicum, quod Suevius poëta superius inter nuces numerat, magis erit inter mala numerandum.* Confundit, ut jam dictum est, nucem persicam cum malo persico. Si omne illud malum dicatur, quod foris habeat, quod esui aptum est, intus vero durum gerat; non dubium, quin sub malorum classe referri debeat. Ex veteribus alij in malorum, alij in prunorum classem retulerunt. Diphilus Siphnius apud Athenæum lib. III. Περσικὰ λεγόμενα, ὑπὸ τινῶν δὲ περσικὰ κοκκύμηλα. *Quæ mala persica vocantur, à nonnullis persica pruna dicuntur.* Prunis annumerat quod nullum mali genus intus contineat nucem, in qua nucleus. Dioscorides, cui in re botanica, à Theophr. maxima auctoritas inter malorum genera recenset. Mox enim de persicæ malo agit, ubi malorum sylvestrium absolvit historiam. Nos unicuique hac in re liberum relinquimus judicium. Ex veteribus alij in prunorum, alij in malorum retulerunt classem. Armeniaca si prunis annumerari possunt, uti plerisque ex antiquis places; cur in prunorum generibus persicum adnumerari non posit, causam video nullam. Genera persicorum plura. Duo novit Dioscorides, τὸ περσικὸν, & ἀρμενιακόν. Æginetæ vero quatuor erant cognita genera lib. I. cap. LXXXI. Τὰ δὲ περσικά τε καὶ δωράκινα (in alijs cod. δωρακία) καὶ ἀρμένια κρείττονα τῶν περσικῶν. Totidem genera Palladius in Novemb. totidem Columella in hortulo docet esse. Plinius lib. XV. cap. XII. in Lemmate genera ait esse quatuor. Corruptum Plinij locum doctiores tradunt, legendumque. *De persico genera VII. Nam septem, non quatuor ponit: Persica & duracina; quibus palmam è persicis tribuit. Gallica, & Asiatica, nationum cognomine. Præcocia quæ æstate maturescunt, supernatica quæ è Sabinis veniebant, & popularia quæ undique.* In libro Indicis, rectè legitur, *persicorum genera septem*. In editis Plinij codicibus. *De persico genera XV.* scriptũ est. Scribo. *De persico genera VI.* Tot enim, si rectè computemus, persicorum describit genera Plinius. *Sed persicorum*, inquit, *palma duracinis.* Non duo hic designat genera Plinius sed unum. Duo enim, si intellexisset genera, scripsisset; *Sed persicorum palma duracinis persicisque.* Facilis quoque VI. in XV. mutatio. Palmã inquit duracina habere. Meminit horum Paulus Ægineta, alijque Græci. Cassianus Bassus lib. X. cap. XIV. Τὰ δωρακινὰ (in Palat. MS. δωρακηνὰ) χαίρει ὑδρηλοῖς χωρίοις· εἰ δὲ μὴ, συνεχῶς ποτιζομένοις, οὕτω γὰρ μείζων γίνεται ὁ καρπός. *Doracena aquosis locis gaudent, aut assiduè rigatis: sic enim fructus major evadit.* Viri doctiores Æginetæ, Cassiani Bassæ, Plinij codicem corruptum ajunt; restituunt ῥοδάκινα. Suidas, ῥοδακινία τὸ δένδρον. Quomodo etiam apud Aëtium lib. XIII. cap. CXVIII. legitur. Sic etiam apud Myrepsum sect. III. de Unguent. cap. XCV. scriptum invenitur. Κολοκάσιας, (vulgo χυλοκοκαίας) καὶ ῥοδακινίας. Nihil impedit, quo minus utrumque nomen habuerit. Ῥοδάκινα vel rhodacena, dicitur, quod fructus rosam oleat, vel roseo & rubro colore picturatus ferè conspiciatur. Posterior sententia nobis minus probabilis, idque quod Geoponicũ auctor doceat lib. X. cap. XV. qua arte rhodacenum persicum rubrum reddatur. Ἐρυθρὰ ποιήσεις τὰ δωράκινα, ῥόδα φυτεύων ὑπὸ τὰ φυτά. Ποιήσεις δὲ κατ' ἄλλον τρόπον ἐρυθρὸν τὸν καρπόν. εἰ γὰρ ἐγχώσεις τὸ ὀστοῦν τοῦ περσικοῦ, μετὰ ζʹ ἡμέρας ἀποκαλύψεις καὶ ἀνοίξεις· ἀνοίγεται γὰρ ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις αὐτομάτως, & ἐγχέας κιννάβαρι εἰς τὸ ἔνδον τοῦ ὀστοῦ, καὶ χώσας τοῦτο ἐπιμελείας ἀξιώσεις, ἕξεις ἐρυθρὰ τὰ περσικά. *Rubra facies rhodacena (sic legit interpres) rosis sub ipsis plantis consitis. Facies & juxta alium modum rubicundum fructum; si enim obrutum persici os, post dies septem detexeris. In his enim diebus sua sponte aperitur, & cinnabri intra ossiculum infuderis, & hoc ipsum rursus obrutum cura & diligentia dignatus fueris, unde rubra persica habebis.* Non ergo à colore nomen impositum videtur, quod tota rubra natura sint. Sed potius, quod plerumque rubro colore altera sui parte niteat fructus. Nobis verisimilius, ab odoris suavitate nomen obtinuisse. Duracina dicta volunt, ob ossium duritiem. Horum nobis opinio non arridet. Nam duracina cerasa, uvæ, apud eundem Plinium, non à duritie granorum aut ossiculorum, sed propter ipsorum fructuum densitatem, nomen illud audiunt. Persica duracena, vel, ut alij

 legunt

egunt rhodacena fructum fert, dura carne, candida, aliquando ex alba subrubente, non raro, ut dixi, rubro colore; alterna sui parte nitente, nonnunquam pugni magnitudine, & fructu anguloso, circa os rubente; quod quandoque per medium divisum, sæpius in partes disruptum reperitur. Caro, quam duram dixi, tenacissimè adhæret nucleo. Eandem intus etiam saturate rubere non semel deprehendi. Vulgo *persicam Moschatam* appellant. In Duracinorum genere poni debet, quod Italis *percoche aperitore* vocatur. Hoc facile ab osse avellitur, ac manibus leviter compressum sponte aperitur: omnibus dotibus cæteris præstat, maximeque expetitur; carne dura, odore fragrantissimo, sapore excellenti, succo uberrimo. Sequuntur Gallica & Asiatica. *Nationum,* inquit Plinius, *habent cognomen Gallica & Asiatica, post autumnum maturescunt.* Columella in hortulo,

> *Tempestiva manent, quæ maxima Gallia mittit,*
> *Frigoribus pigro veniunt Asiatica fœtu.*

De his plura dicere nequeo. Pergit Plinius, *Æstate præcocia intra triginta annos reperta, & primo denariis venundata. Supernatia è Sabinis veniunt.* His verbis Plinium duo præcocium genera indicare voluit Dalecampius, Alterum supernans, amplum, & magnum, quod è Sabinorum locis avehebatur, vulgo *gros abricos.* Alterum vulgare, parvum, & strigosum, etiam Armenium dictum, vulgo, *des armegnes.* Insignis hinc oritur quæstio, utrum armeniacum malum, & præcocum persicum, sint unum idemque genus; prætereа utrum armeniacum, sub malorum, an prunorum genere sit referendum. Dioscorides unum genus facere videtur, ac comprehendere in malorum classe cap. CLXV. Τὰ δὲ μικρότερα, (scil. περσικὰ μῆλα, de iis enim præcedenti egit capite) καλούμενα δὲ ἀρμενιακὰ, Ῥωμαϊστὶ δὲ πραικόκκια, εὐστομαχώτερα τῶν προειρημένων ἐστίν. *Minora* (persica) *quæ armeniaca, Latinè præcoquia dicuntur, stomacho quam ante dicta utiliora.* In altero codice habetur βερικόκκια. Apud Galenum & Æginetam ἀρικόκκια, quod idem ac πραικόκκια. Voces omnes sunt barbaræ à Latinis mutuatæ. Satis clarè Dioscorides idem genus facit. Alia tamen mens Columellæ in hortulo,

> *Tunc præcox bifera descendit ab arbore ficus,*
> *Armeniisque, & cereolis, prunisque Damasci*
> *Stipantur calathi, & pomis quæ barbara Persis*
> *Miserat, ut fama est, patriis armata venenis.*
> *At nunc exposito* † *patriæ discrimine, læta*
> *Ambrosios præbent succos oblita nocendi.*
> *Quin etiam ejusdem gentis de nomine dictæ*
> *Exiguo properant mitescere* ‡ *præcoqua malo.*
> *Tempestiva manent, quæ maxima Gallia mittit:*
> *Frigoribus pigro veniunt Asiatica fœtu.*

† *id est, exuto & deposito patriæ veneno. Exponere pro deponere tralaticiũ.* ‡ *vulgo, persica, quod ineptũ de persico enim jam egit.*

Quatuor, inquit, persicorum genera. Vulgare, sive sic propriè dictum, in patria sua Perside venenatum, translatu ac satu mitigatum. Ab eadem gente præcoquum, exiguo malo properans maturescere, & hoc est quod præcox Plinio dicitur. Armeniacum inter prunorum genera recenset. Eadem Plinij opinio. Nam cap. sequenti, ubi de prunis agit: *Nec non,* inquit, *ab externa gente armeniaca, quæ solo & odore commendantur.* Hanc ferè Galenus probat sententiam Lib. II. de Aliment. facult. Ἔστι μὲν οὖν ἀμείνω τὰ πραικόκκια καλούμενα τῶν ἀρμενιακῶν. ὅσοι δὲ φεύγουσι τὴν τῶν πραικοκκίων προσηγορίαν, ἀρμενιακὰ μῆλα καλοῦσιν ἀμφότερα. τινὲς δὲ ἀρμένια, διὰ τεσσάρων συλλαβῶν, οὐ διὰ πέντε. *Præcocia tamen quæ vocant armeniacis sunt præstantiora.* (usu, viribus, non sapore) *qui autem præcocium nomen fugiunt, utraque mala armeniaca appellant; alij vero armenia per quatuor syllabas.* Diversum armeniacum à præcoci docet, sed utrumque sub malorum comprehendit genere. Armeniacum malum geoponicôn auctor lib. X. cap. LXXIII. prunum vocat, Ἀρμενιακὸν τὸ βερίκοκκον. Diphilus Siphnius apud Athenæum, Περσικὰ λεγόμενα μῆλα· ὑπὸ τινῶν δὲ περσικὰ κοκκύμηλα. *Persica mala ab aliquibus persica pruna dicta.* An intelligat armeniacum malum, an vero omnia persicorum genera, non satis constat. Docet experientia, persicum reperiri æstivum, Divi Ioannis persicum vocatum, quod festo Divi Ioannis maturum esse soleat, paulo ante armeniacum. Foris herbaceo viret colore rubescenti, odore satis jucundo, sapore suavi, uberi succo, ut per mandentium ora fluat. Saporem licet armeniacis similem habeat, ex eo tamen genere non esse, nucleus scaber & striatus ostendit. Ipsæ etiam arbores facie inter se differunt. Persica arborescit, sed in magnam non excrescit arborem; ramos nonnullos emittit, adeo debiles ac fragiles, ut non raro fructuum ponderi succumbentes disrumpantur. Folia salignis non dissimilia, oblonga, ambitu tamen crenata, gustu amara. Flores dilute purpurei. Succedit fructus rotundus, rimæ quodammodo persimilem figuram ab una parte ostendens, molli, tenuique lanugine pubescens, colore, sapore varius, ut jam dixi & mox dicam. Armeniaca magnitudine persicam vincit, caudicem, ramosque fert crassiores, validiores, nec fragiles; durabilior etiam, præsertim insita. Folia hujus salignis dissimilia, neutiquam oblonga, sed lata & acuminata, veluti nigræ populi, at minora, & ad betulæ magis accedentia, marginibus serrata. Flores colore fert albos; fructus rotundus persico similis, colore foris intusque luteus, in quo concluditur ossea nux nigricans, nequaquam aspera aut scabra, ut persici, brevior etiam ac minor, in qua nucleus dulcis. Ex hujus arboris trunco, qua parte cortex rimosus est, vel etiam ramus, gummi quoddam effluit, veluti ex persica. Utraque mature floret Martio, Aprilique mensibus; statim, ut inquit Plinius lib. XVI. cap. XXX. *Florent post amygdalam, armeniaca & præcocia. Flores ante folia utrique erumpunt.* Dioscorides armeniacum minus quam persicum scribit. Columella, *Exiguo properant mitescere præcoqua malo.* Disputant docti, an armeniacum semper minus persico. Respondeo non parum magnitudine poma, sive fructus armeniaci differre. Parvos quosdam esse, nec prunis vulgaribus majores; alios vero ad mediocrium persicorum magnitudinem accedere, vel etiam æquare, non raro excedere. Hi mole corporis, & suavitate præcellunt, & sapore differunt à minoribus, quæ sapore austeriore sunt, & sine cultura, & insitione vivunt. De armeniacis hæc tradit Plinius: *Nec non ab externa gente armeniaca, quæ sola, & odore commendantur. Peculiari impudentia est nucibus insitorum, quæ faciem parentis succumque adoptionis exhibent, appellata ab utroque nucipruna.* Hæc armeniaca nucibus insita eadem omnino sunt cum præcocibus persicis, quæ eodem modo insita appellabantur, *nuciperssica.* De his Martialis hoc disticho,

> *Vilia maternis fueramus præcoqua malis,*
> *Nunc in adoptivis persica mala sumus.*

Ita hos versus legit Ioannes Baptista Porta Neapolitanus. Falluntur ergo, qui *nuciperssicam* dictam arborem putant, quod nucum juglandum faciem repræsentet. Ultimum persicorum genus, *populare,* quod undique venire Plinius ait: *Vulgaria hæc fuisse videntur.* Carne sunt alba vel excolori, exucca, friabili: sapore insuavi, & sine odore. Persicorum hæc, recentiores observarunt genera. I. Persicum molli carne & vulgare, viride & album. II. Succo quasi sanguineo. Hæ duæ species lanatæ sunt, carnem succosam & flaccidam habent, quæ communiter à nucleo tota recedit, & alia sunt magna, alia parva, quædam prorsus viridia, quædam alba, quædam maculis rubris picta: alia carne alba flavescente, alia rubra, ut sanguinolenta videantur, & hoc persicum nucleo est alias foris rubente, alias nigro. III. Persicum duracinum, carne candida, aliquando ex albo subrubente. Præcipua in hoc genere illis laus, quæ ab aurei coloris nitore, odoreque perjucundo, cotonea cognominant. Vulgo persica dura carne buxea. IV. Persicum æstivum armeniacis simile. V. Nucipersicum. Hoc nulla lanugine pubescit, colore & sapore persicum cotoneum refert, (aliud nucipersicum Plinij de quo paulo ante egimus) non ingratum dentibus duritie, gustũ afficit mira voluptate. Restat persicum amygdaloides, quod pulpa persicum, nucleus amygdalum sapiat. Videtur hoc genus natum ex persica in amygdala insita. Arbor enim media videtur inter amygdalam & persicam, fructus persici, dulcem intus continens amygdalum. Notum fortasse hoc persici genus Palladio. In Novembri titulo VII. scribit, *Mense Ianuario vel Februario locis frigidis, Novembri calidis persicus inseratur, maximè circa terram, surculis plenioribus, & propè arborem natis. Nam cacumina vel non tenebunt, vel diu durare non poterunt. Inseritur in se, in amygdalo, in pruno: sed armenia, vel præcoqua prunis, duracina amygdalis melius adhærescunt, & tempus ætatis acquirunt. Mense Aprili vel Majo locis calidis, in Italia*

in Italia vero utroque exeunte, vel Iunio persicus inoculari potest, quod emplastrari dicitur, præciso super trunco, & emplastratis plurimis gemmis, more, quo dictum est. Idem lib. XIV. de insitione.

> *Pomaque permutat velamine persica misto,*
> *Duritiemque docet, tegminis esse loco.*

Quibus autem modis id fieri possit, non docet. Nam si usitato modo quis persicam malum in amygdalam fisso ligno, vel inter lignum & corticem, vel per emplastrationem inseruerit, persicum producet; quod amarum intus nucleum habet, sive intus amygdalam proferet amaram. *Sed meo quidem judicio*, inquit Baptista Porta, *utriusque oculi duo, persicæ scilicet & amygdalæ, per medium findantur, coaptenturque oculi duo, ut unus fiant, sic ex utroque semioculo enatum germen, tales fortasse dabit. Nam diversi admodum generis duo germina fructus producent, non fructus dimidiatos; sed alter intus, alter vero foris sedem nanciscetur. Fortasse etiam fiet, si perforato amygdalæ trunco persici germen traducatur, ac post triennium, aut quadriennium, ubi optime coaluerint, recidatur à parente. Hoc enim modo maxima videtur fieri variatio in fructu.* Persicam arborem cito senescere observarunt recentiores. Cito etiam enascitur; tertio aut quarto à satione anno fructus facit, facile etiam perit, diuturna non est. Hoc etiam observavit Cassianus Bassus lib. x. cap. XIII. ubi persicam ex osse natam Barbilum vocari ait: Ἐπειδὴ δὲ ἴσμεν τὸ δωρακινὸν ταχέως γηράσκον (alter βιῶσκον) δεῖ τοῦτο ἐπικεντρίζειν εἰς Δαμασκηνὴν, ἢ εἰς ἀμυγδαλῆν πικρὰν ἢ εἰς βάρβιλον (Pal. βάρβηλον.) Βάρβιλος δὲ κυρίως καλεῖται, τὸ ἀπὸ ὀστέου περσικοῦ φυόμενον δένδρον. *Cum vero notum sit rhodacenon cito senescere (vitam transigere) oportet hoc in Damascenam arborem, aut in amygdalam amaram inserere, aut etiam in barbilum. Barbilus autem propriè vocatur, arbor ex osse persici enata.*

Βαβυλῶνι.) Palmam ait apud Babylonem fructiferam mirum in modum, sterilem in Græcia. Idem tradit Plutarchus lib. VIII. sympos. quæstione IV. Ἀλλὰ οὐδὲν οὕτως ἐπιφανῶς ἐκπρεπέστερον ἔχει τῶν ἄλλων ὁ φοῖνιξ ἅτε μηδὲ καρπὸν ἐν τῇ Ἑλλάδι φέρων ἐδώδιμον, ἀλλ' ἀτελῆ καὶ ἄπεπτον. εἰ γὰρ ὥσπερ ἐν Συρίᾳ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ παρεῖχε τὴν βάλανον ὄψει τε θαυμάτων καὶ γλυκύτητι τραγημάτων πάντων ἥδιστον, οὐκ ἂν ἦν ὅ τι πρὸς αὐτὸν παραβάλλειν. *At enim palma nihil adeo evidenter pulchrius reliquis habet, cum in Græcia quoque fructum non ferat, quæ esui sit, sed imperfectum & immaturum. nam si ut in Syria & Ægypto glandem daret, adspectu & suavitate omnia bellaria & spectacula superantem, non erat sanè quod cum ea compararetur.* Visuntur palmarum arbores in compluribus Galliæ, Italiæque, civitatibus; nempe in hortis, viridariis, & claustris monachorum, insigni magnitudine, ac speciosa proceritate. Cum autem climatis harum regionum temperies, earum naturis inclementior sit, fructum non ferunt, sed steriles consenescunt. In Hispania & Narbonnensi Gallia, maritimis quibusdam in locis fructum edunt, sed immitem, insuavem, qui nunquam maturescat. Quæ in Creta nascuntur, fructum maturum reddunt; Cypriæ tamen magis percoquunt. Principem locum tenent Iudaicæ & Babylonicæ, ut supra lib. II. dixi.

Κενταύρειον.) Centaureum magnum lætum ac pingue solum amat, collesque herbosos apricos. Ex Hispania quandoque ad nos adfertur; (officinæ Rhaponticum vilius vocant) recens radix terræque commissa, subinde in hortis reviviscit. Minus centaurium loca amat herbosa, aratro non proscissa, aliquantulum, sed tamen non omnino rigua. Ubique ferè in Europa frequens. Reperitur in Gallia, Italia, Hispania, Germania, Anglia, Belgio, cæterisque regionibus. Miror ergo Theoph. scribere, centaurium locis campestribus sive herbosis infœcundum, fertile locis montosis. De altero ergo centaurio magno sive secundo Lusitanico Clusij verba Theophrasti capi debent. Hoc supra Olyssiponem, lapidosis, juxta Tagum, collibus duntaxat invenit Clusius. In Belgica peregrinum omnino. Nam tametsi radicem, inquit idem Clusius, ad amicos miserim, musco madido involutam, ut facilius conservari posset; & postea etiam Olyssipone acceperim; nunquam tamen istic persistere, aut illum aërem ferre potuit.

ΚΕΦ. ϛ. — CAP. VI.

De sylvestrium arborum floribus. De germinatione. De florum fructuumque proventu. De galla.

Σχεδὸν δὲ ὅσα καλοῦσιν ἄρρενα τῶν ὁμογενῶν ἄκαρπα, τούτων τὰ πολλὰ, τὰ μὲν ἀνθεῖν φασί· τὰ δὲ ὀλίγον· τὰ δὲ ὅλως οὐκ ἀνθεῖν· τὰ δὲ, ἀνάπαλιν, τὰ μὲν ἄρρενα μόνα καρποφορεῖν. οὐ μὴν ἀλλ' ἀπό γε τῶν ἀνθῶν φύεσθαι τὰ δένδρα, καθάπερ καὶ ἀπὸ τῶν καρπῶν ὅσα κάρπιμα. καὶ ἐν ἀμφοῖν οὕτως ἐνίοτε πυκνὴν εἶναι τὴν ἔκφυσιν, ὥστε τοὺς ὀρεοτύπους μὴ δύνασθαι διιέναι μὴ ὁδοποιησαμένους. † ἀμφισβητεῖται δὲ καὶ περὶ τῶν ἀνθῶν ἐνίων, ὥσπερ εἴπομεν. οἱ μὲν γὰρ καὶ δρῦν ἀνθεῖν οἴονται, καὶ τὴν Ἡρακλεωτικὴν καρύαν, καὶ Διὸς βάλανον. ἔτι δὲ πεύκην, καὶ πίτυν. οἱ δὲ οὐδὲν τούτων· ἀλλὰ τὸν ἴουλον τὸν ἐν ταῖς καρύαις, καὶ τὸ βρύον τὸ δρύϊνον, καὶ τὸν ‡ κύτταρον τὸν πιτυϊνον, " ὁμοίαν καὶ ἀνάλογον εἶναι τοῖς † προπτώτοις ἐρινεοῖς. οἱ δὲ περὶ Μακεδονίαν οὐδὲ ταῦτά φασιν ἀνθεῖν, ἄρκευθον, ‡ ὀξύην ἀγρίαν, σφένδαμνον. ἔνιοι δὲ τὰς ἀρκεύθους δύο εἶναι. καὶ " τὴν ἑτέραν ἀνθεῖν μὲν, ἄκαρπον δὲ εἶναι· τὴν δὲ ἑτέραν οὐκ ἀνθεῖν μὲν, καρπὸν δὲ φέρειν εὐθὺς προφαινόμενον, ὥσπερ καὶ τὰς συκᾶς τὰ ἐρινεά. συμβαίνειν † δὲ σχεδὸν ὥστε ἐπὶ δύο ἔτη τὸν καρπὸν ἔχειν μόνον τοῦτο τὸ δένδρον. ταῦτα μὲν οὖν ἐπισκεπτέον. ἡ δὲ βλάστησις, τῶν μὲν ἅμα γίνεται καὶ τῶν ἡμέρων· τῶν δὲ, μικρὸν ἐπιλειπομένη. τῶν δὲ ἤδη πλέον. ἁπάντων δὲ κατὰ τὴν ἠρινὴν ὥραν. ἀλλὰ τῶν καρπῶν ἡ παραλλαγὴ πλείων. ὥσπερ δὲ καὶ πρότερον εἴπομεν οὐ κατὰ τὰς βλαστήσεις αἱ πεπάνσεις, ἀλλὰ πολὺ διαφέρουσιν. ἐπεὶ καὶ τῶν ὀψικαρποτέρων, ἅ δή τινές φασιν

† ἀμφισβητεῖ Ald. Bas.
‡ κύτταρον. " ὅμοια Ald. Bas.
† προπτώτοις Ald. Bas.
‡ ὀξύην, ἀγρίαν, σφένδαμνον. " τὴν μὲν Bas.
† deest Ald. Bas.

Ferè autem omnes, quas inter ejusdem generis masculas vocant, steriles magna videntur ex parte: earumque alias abunde florere, alias parum, alias nullo pacto florere affirmant. Contra inter alias, mares tantum fructificare putantur: verum è floribus arbores generari, sicut ex earum fructibus, quæ fructum parere possint: † atque spisse adeo exoriri interdum utrinque, ut nisi facta semita nullus transitus sit. Quin & de floribus quarundam sententia varia est, ut retulimus. Quidam enim ‡ robur, & nucem avellanam, & castaneam florere existimant, item pinum, & piceam: alij nullam earum, sed " villum nucis, & muscum roboris, & nucamentum piceæ, † proportione grossis præciduis respondere existimant. At Macedoniæ incolæ ne illas quidem florere arbitrantur, juniperum, scissimam ‡ agrestem, acerem. Nonnulli binas juniperos esse dicunt, & alteram florere quidem, sed fructum non ferre: alteram non florere, sed protinus fructum ostendere, " ut ficos, poma præcidua. Itaque pene fieri, ut sola hæc arbor fructum in biennium habeat. De his igitur amplius cogitandum. Germinatio vero alijs simul atque mansuetis, alijs mox, alijs jam tardius, omnibus certe tempore verno: sed fructuum diversitas numerosior est, quod & antea diximus. Non enim maturitates pro germinationum ratione sequuntur, sed plurimum interest: nam & earum, quæ serius fructificant, quas nonnulli † anno reddere volunt, ut juniperi, ut ilicis germinationes, vere proveniunt. Quæ unius autem sunt generis, quod alia præcedant, alia

† atque ab utraque parte interdũ loca sylvescere talĩ stirpiũ exortu, ut nisi facta via interlucando, montani putatores pertransire nequeant.
‡ quercum.
" julum.
† proportione respondere existimant papillis quæ verifici faciem antecedunt.
‡ aquifoliã.
" ut ficus papillis veram faciem pomi antecedentes.
† anno integro fructum ferre.

ἐνιαυτοφορεῖν, οἷον ἄρκευθον καὶ πρῖνον, ὁμοίως αἱ βλαστήσεις τοῦ ἦρος. αὐτὴ δὲ αὐτῶν ἡ ὁμογενὴς τῷ πρότερον καὶ ὕστερον διαφέρει κατὰ τοὺς τόπους. πρῶτα μὲν γὰρ βλαστάνει τὰ ἐν τοῖς ἕλεσιν, ὥς οἱ περὶ Μακεδονίαν λέγουσι· δεύτερα δὲ τὰ ἐν τοῖς πεδίοις· ἔσχατα δὲ τὰ ἐν τοῖς ὄρεσιν. αὐτῶν δὲ τῶν καθ' ἕκαστα δένδρων, τὰ μὲν συναναβλαστάνει τοῖς ἡμέροις οἷον † ἀνδράχνη, ἀφάρκη, ἀχρὰς δὲ μικρῷ ὕστερον τῆς ἀπίου. τὰ δὲ καὶ πρὸ ζεφύρου μὲν, καὶ μετὰ πνοὰς εὐθὺς ζεφύρου. καὶ πρὸ ζεφύρου μὲν κρανεία, θηλυκρανεία· μετὰ ζέφυρον δὲ, δάφνη, κλήθρα. πρὸ ἰσημερίας δὲ μικρὸν, φιλύρα, ζυγία, φηγὸς, συκῆ. πρωϊβλαστα δὲ, καὶ καρύα, καὶ δρῦς καὶ ‡ ἀκτῆ. ἔτι δὲ μᾶλλον τὰ ἄκαρπα τὰ δοκοῦντα ἀλσώδη, λεύκη, πτελέα, ἰτέα, αἴγειρος. πλάτανος δὲ μικρῷ ὀψιαίτερον τούτων. τὰ δὲ " ἄλλα περὶ ἐνισταμένου τοῦ ἦρος οἷον ἐρινεὸς, φιλύκη, ὀξυάκανθος, παλίουρος, τέρμινθος, καρύα, Διὸς βάλανος· μηλέα δὲ ὀψίβλαστος. ὀψιβλαστότατον δὲ σχεδὸν † ἴψος, ἀρία, ‡ τετραγωνία, θύεια, μίλος. αἱ μὲν οὖν βλαστήσεις, οὕτως ἔχουσιν. αἱ δ' ἀνθήσεις, ἀκολουθοῦσιν ὡς εἰπεῖν κατὰ λόγον. οὐ μὴν ἀλλὰ παραλλάττουσι. μᾶλλον δὲ ἐπὶ πλέον ἡ τῶν καρπῶν τελείωσις. κρανεία μὲν γὰρ ἀποδίδωσι περὶ τροπὰς θερινάς" ἡ πρωΐος σχεδὸν ὥσπερ πρῶτον ἡ ὄψιος, ἣν δή τινες καλοῦσι θηλυκρανείαν, μετ' αὐτὸ τὸ μετόπωρον. ἔστι δὲ ὁ ταύτης καρπὸς ἄβρωτος, καὶ τὸ ξύλον ἀσθενὲς καὶ χαῦνον. τοσαύτη δὲ ἡ διαφορὰ περὶ ἄμφω ἄρρενι δὴ † σκληρότατον. τέρμινθος δὲ περὶ πυροῦ ἄμητον, ἢ καὶ μικρῷ ὀψιαίτερον ἀποδίδωσι. μελία καὶ ‡ σφέδαμνος, τοῦ θέρους τὸν καρπόν. κλήθρα δὲ καὶ " καρύα ἀχράδων τι γένος, μετοπώρου. δρῦς δὲ καὶ Διὸς βάλανος, ὀψιαίτερον ἔτι, περὶ Πλειάδος δύσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ φιλύκη, καὶ πρῖνος, καὶ παλίουρος, καὶ ὀξυάκανθος μετὰ Πλειάδος δύσιν. ἡ δὲ ἀρία, χειμῶνος ἀρχομένου, καὶ μηλέα μὲν τοῖς πρώτοις ψύχεσιν, ἀχρὰς δὲ ὀψία χειμῶνος. † ἀνδράχνη δὲ καὶ ἀφάρκη, τὸ μὲν πρῶτον πεπαίνουσιν ἅμα τῷ βότρυϊ ‡ περκάζοντι τὸ δὲ ὕστερον, ἀνθοῦντι. δοκεῖ γὰρ ταῦτα δίκαρπα ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος. ἐλάτη γὰρ καὶ μίλος ἀνθοῦσι μικρὸν πρὸ ἡλίου τροπῶν. καὶ τὸ τῆς ἐλάτης τὸ ἄνθος " κρόκινον, καὶ ἄλλως καλόν. τὸν δὲ καρπὸν ἀφιᾶσι μετὰ δύσιν Πλειάδος. πεύκη δὲ καὶ πίτυς προτεροῦσι τῇ βλαστήσει μικρὸν, ὅσον πεντεκαίδεκα ἡμέραις. τοὺς δὲ καρποὺς ἀποδιδόασι μετὰ Πλειάδα κατὰ λόγον. ταῦτα μὲν οὖν μετριωτέραν ἔχει. πάντων δὲ † πλείστην, ἡ ἄρκευθος, καὶ ἡ ‡ κήλαστρος, καὶ πρῖνος. ἡ μὲν γὰρ ἄρκευθος ἐνιαύσιον ἔχειν δοκεῖ· περικαταλαμβάνει γὰρ ὁ νέος τὸν περυσινόν. ὡς δέ τινές φασιν οὐδὲ πεπαίνει· διὸ καὶ παραφαιροῦσι, καὶ χρόνον τινὰ τηροῦσιν. ἐὰν ‡ δὲ ἐᾷ ἐπὶ τοῦ δένδρου τις, ἀποξηραίνεται. φασὶ δὲ καὶ τὴν πρῖνον οἱ περὶ Ἀρκαδίαν, ἐνιαυτῷ πλείω. ἅμα γὰρ τὸν ἔνον πεπαίνει, καὶ τὸν νέον ὑποφαίνει. ὥστε τοῖς τοιούτοις συμβαίνει συνεχῶς τὸν καρπὸν ἔχειν. φασὶ δὲ καὶ τὴν " κήλαστρον ὑπὸ τὸν χειμῶνα ἀποβάλλειν. ὀψίκαρπον δὲ σφόδρα, καὶ φίλυρα, καὶ πύξος. τὸν δὲ καρπὸν ἄβρωτον ἔχει παντὶ ζώῳ, φίλυρα, θηλυκρανεία, πύξος. † ὀξύκαρπα δὲ, καὶ κιττὸς, καὶ ἄρκευθος, καὶ πεύκη καὶ ‡ ἀνδράχνη. ὡς δὲ οἱ περὶ Ἀρκαδίαν φασὶν, ἔτι τούτων ὀψικαρπότερα, σχεδὸν δὲ πάντων ὀψιέστερα, ‡ γωνία, θύεια, μίλος. αἱ μὲν οὖν τῶν καρπῶν ἀποβολαὶ καὶ πεπάνσεις, τοιαύτας ἔχουσι διαφορὰς, οὐ μόνον πρὸς τὰ ἥμερα τῶν ἀγρίων, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτά. συμβαίνει δὲ ὅταν " ἄρξωνται βλαστάνειν, τὰ μὲν ἄλλα συνεχῆ τήν γε βλάστησιν καὶ τὴν αὔξησιν ποιεῖσθαι· πεύκην δὲ καὶ ἐλάτην καὶ δρῦν διαλείπειν καὶ τρεῖς ὁρμὰς εἶναι, καὶ τρεῖς

> † ἀδράχνη, ἀφάρκη.
> ‡ ἀκτῖος. Bas.
> " ἄλως. Bas.
> † ἴψος.
> ‡ πτεραγωνία θύια.
> " ἡ πρωΐος χεδὸν ὥσπερ πρῶτον. ἡ δ' ὄψιος.
> † Theodorus θεσσύζωτον vel ἰσχυρότατον.
> ‡ σφένδαμνος
> " καρύα καὶ ἀχράδων.
> † ἀδράχνη.
> ‡ περκάζοντι ἢ ἀνθοῦντι τὸ δ' ὕστερον δ. κτλ.
> " κόκκινον Ald. Bas.
> † ὀψικαιτάτη.
> ‡ κήλαστρος.
> ‡ deest Bas.
> " κήλαστρον ὑπὸ τοῦ χειμῶνος. Bas.
> † ὀψίκαρπα.
> ‡ ἀδράχνη.
> ‡ τετραγωνίας, θυία.
> " ἄρξωνται. Al. Bas.

alia sequantur, pro locorum natura, inter se discrepant. Etenim quæ † paludibus astant, primæ germinant, ut Macedones volunt: secundæ, quæ ‡ planis; novissimæ, quæ montibus. Ipsarum autem singularum arborum, alia cum urbanis germinare incipiunt: ut portulaca, apharca; " pirus post urbanam paulo. Aliæ ante favonium, & statim post afflatus favonij. Ante favonium, cornus, tam mas quam fœmina: post favonium, laurus, alnus: paulo ante æquinoctium, tilia, caprinus, fagus, ficus. Quin & nux juglans, quercus, sambucus, maturè germinant: atque etiam magis, quæ steriles lucosæque sunt, † populus, ulmus, salix: paulo ab his serius platanus. Reliquæ ineunte vere, ut caprificus, philyca, spina arata, paliurus, terebinthus, nux juglans, castanea. Serotino germine malus est. Tardissimo fere omnium, ‡ suber, aria, quadratoria, thuia, taxus. Germinationes igitur ita se habent. Florum proventus autem, ut ita loquar, pro ratione germinationis sequuntur. Differunt tamen, multoque magis fructus confectio variat. Quippe cornus fere circa æstiva solstitia reddit; præcox scilicet. Nam serotina, quam quidam fœminam dicunt, post ipsum autumnum fructificat. Huic fructus ingustabilis: lignum infirmum, fungosumque. Tanta est inter ambas differentia; cum mari † firmissimum sit. Terebinthus circa tritici messem, aut paulo serius semen reddit: fraxinus atque acer, æstate: alnus, nux, juglans, ‡ pirorumque genus quoddam, autumno: " robur & castanea, serius. Nam circa Virgiliarum occasum. Eodem modo & philyca, & ilex, & paliurus, & spina acuta, post occasum Virgiliarum. † Aria hyemis initio. Malus primis frigoribus. ‡ Pirus serotina est: quippe quæ hyeme sua perficit poma. Portulaca & apharca, fructum primum, " cum uva dulcescit, maturant: posteriorem, cum floret. Bis enim istæ fructiferæ hyeme ineunte videntur. Abies & taxus, paulo ante solstitium florent. Est abietis flos croci colore, aliásque pulcher. Fructum autem post Virgiliarum occasum dimittunt. † Pinaster & picea, paulo germinatione præveniunt, diebus scilicet circiter quindecim. Post Virgilias istæ quoque pro ratione videlicet reddunt. Sed hæc mediocrius. Omnium autem tardissime juniperus, celastrus, ilexque, suos fructús perficiunt. Iuniperus enim anniculum habere videtur. Quippe cum novus anni exacti fructum occupet. Vtque aliqui volunt, nec maturari solet. Quapropter decerpitur, & aliquantum temporis reservatur. Quod si in arbore relinquatur, ‡ marcescit. Ilicem quoque semen anno perficere, Arcades ajunt. Simul enim fructum antecedentem maturat, & novum demonstrat. Quamobrem in his evenit, ut assidue fructum habeant. Celastrus quoque " ob hyemen fructum amittere proditur, serotina admodum: & tilia, & buxus. Fructum ingustabilem cunctis animalibus tilia, cornus fœmina buxusque gignunt. Quin & edera, juniperus, pinus, portulaca, serotinæ habentur. At vero (ut Arcades volunt) & in his, & omnibus fere seriores, † quadratoria, thuia, taxus. Fructuum jacturæ maturitatesque sylvestrium arborum, tales differentias habent; non solum si ad mansuetas spectentur, verumetiam, si inter se ipsas conferantur. Evenit autem, ut cum primum inceperint, reliqua germinationem continuent, pinus vero, abies, roburque, intermittant; terque turgeant, ternaque germina edant. ‡ Ideo & ter squamosæ dicuntur. Omnis

> † quæ in palustribus proveniunt.
> ‡ campestribus.
> " piraster.
> † populus utraque.
> ‡ hedera ilex fœmina, quadrantalis.
> † siccißimum.
> ‡ pirastrorumque.
> " robur.
> † Ilex fœmina.
> ‡ piraster.
> " variante se uva, aut florescente, alterum. bis enim fructus istæ ferunt, ineunte hyeme maturant.
> † pinaster & picea paulo ante germinant. quippe quindecim dies circiter.
> fructus autem edunt tanto post virgilias, quanto ratio exigit.
> ‡ arescit.
> " per.
> † quadrantalis.
> ‡ Ideo, & τρίοζοι dicuntur, id est arbores quæ terna & tripartita terminatione, genitali succo turgescunt.

ἀφιέναι βλαστούς. διὸ καὶ τρίστιχοι. πᾶν γὰρ δὴ δένδρον ὅταν βλαστάνῃ λιπᾷ. πρῶτον μὲν ‡ ἄκρου " ἔαρος, εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ θαργηλιῶνος. ἐν τῇ Ἴδῃ περὶ † πεντεκαίδεκα μάλιστα ἡμέρας. μετὰ δὲ ταῦτα διαλείποντα περὶ τριάκοντα ἢ μικρῷ πλείους, ἐπιβάλλεται πάλιν ἄλλους βλαστοὺς ἀπ' ἄκρας τῆς κορυφῆς ἕως τῆς ἐπὶ τῷ προτέρῳ βλαστῷ. καὶ τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ εἰς πλάγια κύκλῳ ποιεῖται τὴν βλάστησιν. οἷον γόνυ ποιησάμενα τὴν τοῦ πρώτου βλαστοῦ κορύνην, ὥσπερ καὶ ἡ πρώτη βλάστησις ἔχει. γίνεται δὲ τοῦτο περὶ τὸν σκιρροφοριῶνα λήγοντα. κατὰ δὲ ταύτην τὴν βλάστησιν, καὶ ἡ ‡ κικὶς φύεται πᾶσα, καὶ ἡ λευκὴ καὶ ἡ μέλαινα. φύεται δὲ ὡς ἐπιτοπολὺ νυκτὸς ἀθρόως. ἐφ' ἡμέραν δὲ μίαν αὐξηθεῖσα, πλὴν τῆς " πιτυώδους, ἐὰν ὑπὸ τοῦ καύματος ληφθῇ, ξηραίνεται, καὶ ἀναυξὴς ἐπὶ τὸ μεῖζον. ἐγίνετο γὰρ ἂν μείζων τῷ μεγέθει. διόπερ τινὲς αὐτῶν οὐ μεῖζον ἔχουσι κυάμου τὸ μέγεθος. ἡ δὲ μέλαινα, καὶ ἐπὶ πλείους ἡμέρας εὔχλωρός ἐστι, καὶ αὐξάνεται καὶ λαμβάνουσιν ἔνια μέγεθος μήλου. διαλείπουσι δὲ μετὰ τοῦτο περὶ πεντεκαίδεκα ἡμέρας, πάλιν τὸν τρίτον ἐπιβάλλεται βλαστοὺς ἑκατομβαιῶνος ἐλαχίστας ἡμέρας τῶν πρότερον. † ἴσως γὰρ ἓξ ἢ ἑπτὰ τὸ πλεῖστον. ἡ δὲ βλάστησις ὁμοία καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον. ἐλθουσῶν δὲ τούτων, οὐκ ἔτι εἰς μῆκος ἀλλ' εἰς πάχος ἡ αὔξησις τρέπεται· πᾶσιν μὲν οὖν τοῖς δένδροις αἱ βλαστήσεις φανεραί. μάλιστα δὲ τῇ ἐλάτῃ καὶ τῇ πεύκῃ, διὰ τὸ στιχεῖν τὰ γόνατα, καὶ ἐξ ἴσου τοὺς ὄζους ἔχειν. ὥρα δὲ καὶ πρὸς τὸ τέμνεσθαι τὰ ξύλα τότε, διὰ τὸ ‡ λιπᾶν. ἐν γὰρ τοῖς ἄλλοις καιροῖς οὐκ εὐπεριαίρετος ὁ φλοιός, ἀλλὰ καὶ περιαιρεθέντος μέλαν τὸ ξύλον γίνεται, καὶ τῇ ὄψει χεῖρον. ἐπεὶ καὶ πρός γε τὴν χρείαν οὐδὲν· ἀλλὰ καὶ ἰσχυρότερον, ἐὰν μετὰ τὴν πέπανσιν τῶν " καρπῶν τμηθῇ. ταῦτα μὲν ἴδια τῶν προειρημένων καρπῶν.

‡ ἄρχοντος, Plin. " ἄρεος Ald. Baſ. † πεντεκαίδεκα. ‡ κηκίς. " πιτυώδους Ald. Baſ. † ἴσων, Ald. Baſ. ‡ λοπᾶν, Al. " δένδρων, Rob. Conſt.

enim arbor cum germinat, " ſquamas corticum ſpargit. Fit germinatio prima ſtatim menſe Februario ineunte. quanquam in Ida monte die maxime decimo & quinto menſis ejuſdem. Tum circiter triginta intermiſſis diebus, aut paulo pluribus, † iterum germinare incipiunt, ab extremo ſurculi, uſque proximum germinis antecedentis. Et quædam ſurſum, quædam in latera circumquaque emittunt, ‡ veluti geniculo facto, ſurculo primi germinis: quo modo ſcilicet & prima fieri germinatio ſolet. idque agitur " circa Martium deſinentem. Hujus germinationis tempore galla quoque omnis gignitur, tam nigra quam candida. Naſcitur autem magna ex parte noctu univerſa. Inque diem aucta, excepta reſinacea, ſi ab æſtu occupetur, inareſcit, augerique amplius nequit: alias enim magnitudine ampliore grandeſceret. Qua de cauſa, † earum aliquæ non majores fabis evadunt. Nigra vero pluribus diebus viret, & magnitudinem mali nonnullæ capeſſunt. Poſtea diebus circiter quindecim intermiſſis, rurſum germina tertio mittunt ‡ menſe Aprili, diebus longe paucioribus quam prius. Et forte id ſex aut ſeptem diebus ad ſummum abſolvitur. Sed germinatio ſimilis, eodemque modo efficitur. Quo cum ventum ſit, non amplius in longitudinem, sed in craſſitudinem incrementa vertuntur. Omnium itaque arborum germinationes conſpicuæ. Sed abietis pinique maxime, quoniam genicula in verſus rectos porriguntur, ramique conditi ex æquo ſpectantur. Ad materiam quoque cædendam tempus nunc potiſſimum intelligitur, " propter amplitudinem corticis. Cæteris enim temporibus cortex facile detrahi nequit, detractoque nigreſcit materies, aſpectuque deformior redditur. Nam ad uſum quidem non refert. Quin imo robuſtior eſt, ſi poſt fructuum maturitatem cædatur. Hæc prædictorum fructuum propria.

" ac in pingui humore turgeſcit. Eſt autem prima earũ deſinente vere, ſole ſignum tauri ineunte. Vel cum primũ ſol ſignum tauri ingreſſus eſt. † producunt alia germina à ſummo vertice ſuper germen quod prius emiſit. ‡ veluti geniculo facto primi germinis ad modum capitatæ virgæ. " ſole geminos exeunte. ‡ ſole exiſtente in cancro. " quia cortex facile abſiſtit.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

AVellanæ florem ἴουλον vocat. Theodorus, villum. Primoris lanugo barbæ ſic vocatur. Non eſſe autem florem univocum cum cæteris floribus, ſed proportione. Plinius non florem, ſed quiddam compactili callo ad nihil utile, julum vocat, Græco nomine contentus. Verum Βρύον hic, id appellat Theophraſtus in quercu, quod pro flore glandem anteit. Itaque & ἴουλον oportet pari ratione, atque ordine cenſeri in avellana. Et ſane de flore diſputat, qui fructum antecedit, non de eo racemulo, qui ſubſequitur: quod nucamentum Theodorus eſſet commodius interpretatus: & tanquam è nuce aliquid, quaſi pro flore: & tanquam de nuce aliquid habens. Quippe ut in cupreſſu, & pinu ordo quidam ſquammatim ſubeuntium viſitur. At ille maluit, nucamentum, τὸ κύτταρον, quod eſſet pinus; non male. Ad verbum κύτταρον, quod haberet cum catura quædam rei apiariæ ſimilitudinem, Græci appellarunt. apiolum latine poſſis. & eſt quod reſpondeat nucamentorum concretioni: ſi quis intelligat, quid fuerit priſcis, apere, & apiſci. De quibus in originibus. Qui igitur hæc negant eſſe flores, ajunt ſimiles haberi debere τοῖς προαπτώτοις ἐρινεοῖς. Quare cum in ficu nullus extet flos: ne ille quidem flos eſto, qui huic ſimilis ſit. Theodorus interpretatus eſt, præciduos groſſos. At προαπτώτων, non ſignificat præciduum. Quin, τὸ πρὸ naturam groſſi indicat, qua antecedit: & ἄπτωτον naturam ejuſdem, qua non cadit. Præterea groſſi cum ſint ficus, quæ primores eveniant, (in Italia & Florones, & Bolas vocant) ἐρινεὸν hic non illud ſignificat, ſed papillam, quæ antecedit veram fici faciem: id quod ex iis, quæ ſequuntur, manifeſtum eſt. ὥσπερ, inquit, καὶ τὰς συκᾶς τὰ ἐρινά. ita erit in ficu pro flore, ἐρινεόν. Dicas in præſentia, ficulam, in nucibus, nucamentum: id eſt, nucis rudimentum; ut nucare dicatur arbor, dum nucem parturit. τὴν ὀξύην ſciſsimam Theodorus. Non eſt hic diſceptandi locus. Vide interea Hermolai diligentiam.

Ἐνιαυτοφορεῖν. Anno reddere. Theodorus non expreſſit, neque ſatisfacit ſententiæ. Sic tamen Plinius lib. 16. cap. 26.

Τὰ ἐν τοῖς ἕλεσι. Theodorus, quæ paludibus aſtant. Adeóne veritus eſt τὸ ἐν? Depravavit ſententiam. qui Græcè neſciat, eum Theodorus, quod in ſe eſt, fallat: atque adducat dubitare hic; an in paludibus provenire quædam poſſint. Et qui Græcè ſcit, quærat, an voluerit Theophraſtum corrigere Theodorus. Sic, ἀχρὰς, hic paulò negligentius, pyrus, vertitur ab eodem; ſed correxit additione. Poſt urbanum, inquit: ut illa interpretaretur ὕστερον τῆς ἀπίου pyraſter, poſt pyrum.

Λεύκη, πτελέα, ἰτέα αἴγειρος. Hic unus ex iis locis eſt, in quibus alterutram populi ſpeciem omiſit.

Φελλός, ſuber, ſicut & φελλός. τετραγωνία. Theodorus, quadratoria, melius quadrantalis. infrà γωνία, eadem. quadratoriam actionem dicit.

Τοσαύτη ἡ διαφορὰ περὶ ἄμφω. Theodorus addidit, cum mari firmiſſimum ſit.

Ἀχράδων τι γένος. Theodorus, pyrorum genus quoddam. Pyraſtrum rurſus omiſit interpretari, aucta ſuperiore negligentia. Et conſiderabis, quo conſilio nucem juglandem inter feras connumeret Theophraſtus.

Τῷ βότρυϊ περκάζοντι. Theodorus, cum una dulceſcit: alibi de eodem verbo, nigreſcit: ſuprà diximus è Plinio variare: ſic & vulgus Vaſconum, varare.

De flore Abietis, κόκκινον. At in primo libro κρόκινον. Theodorus hic, ſicut & ſuprà, croci colore. Plinius quoque κρόκινον. atque ita re eſt.

Πεύκη δὲ καὶ πίτυς προτεροῦσι τῇ βλαστήσει μικρόν, ὅσον πέντε καὶ δέκα ἡμέρας, τοὺς δὲ καρποὺς ἀποδίδωσι μετὰ πλειάδα κτλ. λόγον Theodori lectionem animadvertamus. Pinaſter, & Picea paulo germinatione præveniunt: diebus circiter quindecim poſt Vergilias. Iſtæ quoque ratione videlicet reddunt. Sanè ante comparationem non intelligebam.

gebam. Comparata, dissimilia reperiebam. Sic enim & simplicius, & fidelius. Pinaster, & picea paulo ante germinant. quippe quindecim dies circiter. Fructus autem edunt tanto post Vergilias, quanto ratio exigit. *Si minutius persequare, & hic, & alibi nullus erit finis. Mala enim loquutio*, ratione reddūt. *Argutius illa*, Reddit ager frumentarius accepto semine. *At picea quid accipit, ut reddat? Verum ex hoc illud quoque complexus est loquendi usus potius, quam ratio. &* ἀποδίδωσι, *haud longe diversum sonat.* τὸ μὲ λόγον, *significat: respondere tempus fructificandi tempori germinandi certa proportione.*

Τὸν πρωϊνόν. *De diebus alibi invenias pro eo, quod antecedit hesternum.* ἀποξηραίνεται, *Theodorus*, marcescit, *malè. Nihil magis contrarium marcescentiæ, quam siccitas.*

Ὀξύκαρπα δὲ καὶ κιτίος. *Falsum hoc. Ideo optimè Theodorus* ὀψίκαρπα. *& mox*, ὀψικαρπότερα. *Item hic* γωνία, *quod supra*, πετραγωνία angularis, *aut* quadrangularis.

Διὸ καὶ τελέλεποι. πᾶν γὰρ δένδρον, ὅταν βλαστάνη, λεπᾶ. *Theodorus ita interpretatur:* Corticum squammas spargit. *Plinium sequutus est. qui*, inter squammas corticem spargunt. quoniam prægnantium rumpitur cortex. *Habes etiam*, τελέλεποι. *Hæc à doctissimo Hermolao ante omnes sunt animadversa. Vides duas loquutiones:* corticum squammas. inter squammas corticem. *Inter hæc perpendas illud*, inter corticem squammas.

Πρῶτη μὲν ἄκρου αἴρος. *Theodorus non est interpretatus.*

Ἐπιβάλλεται ἄλλους βλαστοὺς ἀπ' ἄκρας τῆς κορυφῆς, ἕως ἐπὶ τὸ πρότερον βλαστόν. *Profecto monstrosa sententia.* Producunt alia germina à summo vertice, ad germen usque, quod prius edictum est. *Sit, A B, primum germen. Sit* τὸ ἐπιβαλλόμενον, *B C. Ergo, C, est* τὸ ἄκρον τῆς κορυφῆς. *&* τὸ, *B, est* τὸ ἕως ἐπὶ τῷ προτέρῳ βλαστῷ. *At motus debuit narrari, ut fiebat. ab ea parte, quæ est B, ad eam partem, quæ est, C. ipse autem contra fecit. Et Theodori videas orationem.* Ab extremo surculi usque proximum germinis antecedentis. *Intellige quid sit*, usque proximum germinis, *& quæ loquutio. Quam autem dicit* κορύνην, *Theodorus non expressit. Sic enim, inquit*, veluti geniculo facto surculo primi germinis. *At non sic est. Sed* οἷον γὰρ ποιησάμενοι τὴν τοῦ πρώτου βλαστοῦ κορύνην. *Nam summum surculi ad modum clavæ capitatum est. Ex eo igitur, quæ recta exeunt, lineam rectam ducunt: quæ ab latere, angularem. Animadvertas & id*, sicut, *inquit*, prima generatio: quia è ramis ab latere erit. *Verum in prima generatione, etjam ab summo, & recta linea, multi.*

Διὰ τὸ λεπᾶν. *Theodorus*, propter amplitudinem corticis. *Non. Sed quia cortex facile absistit. Itaque statim.* εὐθὺ ἰνώδης γίνεται ὁ φλοιός.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Ἴουλον. *De his vocibus copiosè in lexico Crispini. Vide etiam in voce* προπτωτὸς: *nam hic legendum* προπτωτοῖς *vel* προαποπτωτοῖς. *Alibi vocat* προαποπίπτοντα ἔρινα. *Vide in eodem lexico in voce* ὄλυνθος, *& in verbo* ὀλυνθοφορεῖν.

Ὀξύην vero sagum. *vide adnotata infra cap.* 10.

Σκεπτέον. *considerate. Plinius audacter: sic enim lib.* 16. *cap.* 25. Nec juniperi florent. Quidam earum duo genera tradunt. Alteram florere, nec ferre. Quæ vero non floreat, ferre protinus baccis subnascentibus, quæ biennio hæreant. Sed id falsum, &c.

Ἐν τοῖς ἕλεσι. *Plinius lib.* 16. *cap.* 25. magna & locorum differentia. Quippe cum ex eodem genere, quæ sunt in palustribus, priora germinent; mox campestria, novissima in sylvis. *Sed Theophrastus de arboribus loquitur: &* in sylvis *malè: nam* ἐν ὄρεσι *dixit.*

Τὰ δ' ἄλλως. *legend.* τὰ δ' ἄλλα. *Et sic Plinius lib.* 16. *cap.* 25. festinat & platanus. Cæteræ vere cœpturo, aquifolium, castanea, glandes (*repone* juglandes, καρύα *enim & hic habet Theophrastus, licet supra inter* προβλαστ *reposuisset*) serotino autem germine malus, tardissimo suber.

Κρανεία. *Hæc omnia convertit Plin. lib.* 16. *cap.* 26.

ἀπὸ τοῦ χειμῶνος. *Malim*, ἀπὸ τοῦ χειμῶνα, *id est*, per hiemem, *ut* per ver, *dicit Cato, & Plinius. Hic de tempore agitur.*

Συμβαίνει. *Lege Plin. lib.* 16. *cap.* 25. *eo in loco.* Et reliquæ quidem arbores, ut primum cœpere, continuant germinationem: robur, & abies, & larrix intermittunt tripartito, &c. *Et pro hoc loco atque sequenti, lege si videtur, quæ copiosè adnotata sunt in lexico Crispini in voce* ἀλίπεσι.

ἄκρου αἴρος. *lege* ἄκρου ἦρος. *Plinius lib.* 16. *cap.* 25. incipiente vere, potius concepto, vel affecto. *non enim* ἀρχομένου *vel* δεχομένου *scriptum.*

Ἐπιβάλλεται. *Inversa est oratio, turbatusque motus naturalis ordo, ob brevitatis studium: & ne fieret τῆς κορυφῆς vocis iteratio. Verum sensum volui exprimere potius quam verba; quod certe passim studeo, ut vitetur obscuritas. Vide quæ scribit Plinius lib.* 16. *cap.* 15. *in eo loco*, est autem primo &c.

Ὄζοις. *Hic* nodos *significat: nec imitandus Plinius lib.* 16. *cap.* 30. *Vide antea lib.* 1. *cap.* 11.

Καρπόν. *potius* δένδρον, *quod indicare malui, quam mutare.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Ἴουλος, *lanugo*, id est, *prima barba*, Pollux περὶ τὸ εἶναι οὖλον ἢ πυκνόν. Περὶ τῆς πυρσίας ἡ πρώτη τριχῶν ἔκφυσις· χνοῦς. περὶ τὸ ἔρνον. Hinc doctissimus Gaza, *villum nucis* interpretatus est. Quid botanicis Iulus; an flos, an floris quid instar; an προάνθησις verius, quam ἄνθησις, capite sequenti disputatur.

Βρύον vocat in quercu προάνθησιν. Liceat lector, vocare, *squamatos flosculos*. Plinius προανθήσεις vocat, *quæ flore præveniunt*. Querna folia, autumno appropinquante, finistro in latere, rotundas & candidas ostendunt squamulas, easque caducas. Cum si flosculi (sic enim à rusticis hæ squamulæ nominantur) apparent, spem omnes concipiunt, copiosi subsequente anno glandium proventus. flores verno tempore post κάχρυας erumpunt, sunt perexigui & rubri, qui in glandes tandem abeunt, quarum non raro tres aut quatuor unico eoque tenuissimo insident pediculo. Florentis quercus tabellam videat lector cap. IX. hujus libri. Verior ergo illorum opinio, qui florere quercum scribunt. Βρύον multa apud botanicos denotat. βρύον *muscus qui dependet ex arboribus, maximè quercu.* βρύον, *nonnullarum arborum flos, non quilibet, sed condensus ac stipatus.* De βρύῳ aromatico vide Dioscoridem Libr. I. βρύον, *muscus saxis, tellurique innascens.* βρύον θαλάσσιον *muscus marinus* de quo Lib. IV. Theophrastus. Pollux, βρύον, *florem oleæ* significare docet. Plinio, βρύον, *est uva albæ populi.* De quibus in sequentibus plura.

Κύτιαρον. inter κύτταρον & κύπαρον differentiam esse, scribit Hesychius. Ex eodem Theophrastum κύπαρον scripsisse probatur. Κύπαρον ὁ δὲ Θεόφραστος προάνθησιν πιὰ τῆς πεύκης καὶ τῆς πίτυος κύπαρον προσαγορεύει. Theophrastus cyparon dixit, quod in pino piceaque præfloret. Idem, Κύπαρον, inquit, τὰ τῆς πεύκης καὶ πίτυος προανθοῦντα στρόβιλια. *Præflorentia pini piceæque strobilia.* Κύπαρον Græci inquiunt τὴν προάνθησιν τῆς πεύκης καὶ πίτυος, ἥτις ἐστὶν ὡς στάχυς μικρὸς οὐ μεγάλων πυρῶν, ξηραινόμενος δὲ φυλακοῦται καὶ ἀποπίπτει. *Quod in pino piceaque instar florum est, hoc veluti spica est oblonga, squamatim compacta, quæ squamæ maturitate arefactæ folliculantur, ac decidunt.* Hesychii verba ut à lectore intelligi possint, quomodo nempe pinus piceaque floreant, exponam. Majo mense in extremis ramus quasi botros sive uvas quasdam ferunt, non rotundas, sed longas, tenuibus squamis obsitas, qui sponte aperientibus se squamis, julos ostendunt virescentes, aut pallescentes, plenos tenui polline luteo, sive farina, quæ lævis auræ afflatu dispergitur. Hoc cyparos quod præcidere Theoph. Libr. 3. cap. 8. scribit. Ex mediis deinde uvis, sive βότρυσι nova germina, eodem mense prodeunt, suis novellis foliis, tenui quadam veluti membrana inclusis, onusta, quæ extrema parte antequam folia succrescant & explicentur, fructibus rudimentum dant, grandiore jam firmiterque ad germinum basim adhærente, superioris autumni fructu immaturo viridi ramorum alas spectante & reflexo hoc προανθοῦν στρόβιλον Hesychius vocat.

Προπτώτοις ἐρινεοῖς? In Ald. προαποπτώτοις ἐρινεοῖς. Lege προπτώτοις, cum Roberto Constantino, & corrige Gazæ codicem: scripsit doctiss. interpres, *ut poma procidua ficos.* quod librarii in *præcidua* mutarunt. Verte, *prociduos vel caducos, cadivos grossos* ex Plinii mente.

Τὰ

Τὰ ἐρινεὰ ἀποπίπτει significat τοὺς ὀλύνθους. infra cap. 8. ἐρινεὰ ἀποπίπτοντα. Confundunt veteres ὀλύνθον & ἐρινεὸν, ut infra cap. 8. dicam. ἐρινεὸν tamen hoc loco nihil aliud videtur, quam id, quod in ficu floris proportionem gerit. Optimè Scaliger *Papillas veram fici faciem antecedentes*, exponit. Negat Plinius ficum florere lib. 16. cap. 15. *Nam neque ilex, picea, larix, pinus ullo flore exhilarantur natalesque pomorum recursus annuos versiculori nuntio promittunt, nec fici, nec caprifici: protinus enim fructum, non florem gignunt. in ficis mirabiles sunt abortus, nunquam maturescunt, nec juniperi florent.* Veterem & antiquam opinionem esse, non florere ficum ex Theophrasto constat, recentiores hanc sententiam probant. Hæreo tamen an omni ex parte sit vera. Nam intra grossorum rudimenta flores (quod mirum plurimis videri scio) concipit, figura confarctis staminibus similes, colore è candido purpurascentes, undique è carne exeuntes, atque ad mediam fructus cavitatem se dirigentes, singulis exigua succedunt semina, colore luteo quodammodo, leviter compressa, unde etiam κεγχραμίδες à Græcis dicuntur. ἐρινεὸν ergo, quod in ficu, pro flore est.

Μακεδόνιαν, &c. Macedoniæ incolæ inter ea quæ non florent, numerant oxyam, juniperum, aquifolium, acerem. Verior est eorum sententia qui juniperum, alteram florere, alteram fructum ferre, ajunt. Recentiorum enim experientia nec opinio probatur. Verno tempore sterilis flosculos promit flavescentes, oxycedro non dissimiles. E fructifera Majo mense pulvis luteus ac tenuissimus in auras evolat, qui floris vicem obtinuisse videtur. Exscripsit hunc Theophrasti locum Plinius lib. 16. cap. 25. *Nam neque ilex, picea, larix, pinus ullo flore exhilarantur*, sequitur, *nec juniperi florent. Quidam earum duo genera tradunt, alteram florere nec ferre. Quæ vero non floreat, ferre protinus baccis subnascentibus, quæ biennio hæreant. Sed id falsum: omnibusque iis dura facies semper.* Modestè Theophrastus, diligentius inquirendum ait. Recentiorum, ut dixi, experientia constat, altero demum anno maturescere juniperi fructum, eamque quæ fructum fert, non florere: quæ vero florem gerit, fructum non producere. De pini flore supra est. Ilicem inter ea quæ flore carent, non numerat Theophrastus, sed acerem. Ilicem florere capite præcedenti dixit Theophrast. ἄνθη δὲ ἀμφω inquit. Ilex multos in extremis ramulis fert oblongos julos, qui in flavos & muscosos flosculos, polline & tenui pulvere perfusos explicantur. De oxya suo loco videbo; si fagus vulgaris oxya, floret. Aceris majoris flores racematim dependent, ex albido herbacei. Minoris herbacei etiam sunt; non tamen racematim, sed in umbellis exeunt. Agrifolii flores albi & odorati sunt.

Βλαστάνει &c. Sylvestres arbores vel cum ipsis mansuetis vel paulo pòst germinare ait. Serius non cultæ mihi videntur germen novum emittere. prunus domestica multo ante sylvestrem floret; idem de pyro & pyrastro dicendum.

Ἠρινὸν &c. An omnes verno tempore germinent arbores, dubitatione non caret. Ἀείφυλλα, quæ folio sunt perpetuo; si ob hybernum frigus folia amiserint, non germinabunt ante æstatem, quando sol Cancrum jam ingressus est; Id in aurantia, limonio, citrio sæpius observavi. Memorabile, quod refert Doctiss. Fragus: *Vasoniæ, qui locus ad Rhenũ situs est, juglandem repertam esse, quæ ante diem Ioanni sacrum, neque folia neque nuces ostenderet. Cum vero id tempus adesset, parem reliquis nucibus fuisse, quod ad fructum & folia attinebat.* Refert idem Engenbachi suo ævo ejusmodi arbores binas extitisse. Miracula fiunt in natura. & hoc non sine singulari naturæ miraculo fieri credo.

Αἰτιπώτατος &c. Verissimum est quod scribit pro germinationis ratione, non maturescere fructus. Maturè admodum ac præ cæteris multo citius germinat, floretque pyrus quæ nobis gratiola dicitur. Serius multo germinat, quæ à lac charato succo nomen habet: attamen hujus fructus Julio mense maturus, alterius Septembri demum, vel si æstas ferventior, circa finem Augusti. Primo vere germinat, floretque virga sanguinea, etiam cornus: fructus autumno demum maturus. Mespilus tempestivè floret; fructus tamen Octobri maturescit mense. Contra uva Majo germinat, & si æstas calidior, Augusto fructu maturo exhilarat hortulanum.

Τόπους &c. Pro cœli solique ratione celerius vel tardius germinare arbores, extra controversiam est. Quæ in paludibus proveniunt primum germinare, non semel observavi. Maturè ea de causa germinat alnus, tilia &c. Dein quæ in planis sita sunt germen producunt, ut pyrus, malus, prunus, &c. Demum quæ in montibus, abies, pinus, quercus, &c. Ὄρειοι, ut rectè observavit Robertus Constantinus, malè Plinius *sylvis* reddidit. Nam quæ in sylvis nascuntur, an serius germinent, non caret dubitatione. Scripsit id Plinius quod calorem solarem serius ad eas pervenire putarit. Propter arborum enim densitatem, non datur ad medias radiorum solarium penetratio. Sed nec ventorum frigus æquè ac reliquæ sentiunt, aërisque fruuntur calore. Ergo nihil impedit quo minus æquè cito ac campestres germinent. Certè ulmi in Harlemensi sylva non serius germinant iis, quæ in campestribus proveniunt, solæque spectantur.

Ἀδράχνη &c. Supra lib. 1. cap. 15. inter ἀείφυλλα numeravit, ἀφάρκην. Hoc eodem cap. paulo infra biferam inquit. Hinc viri docti hoc loco ἀφάρκη scribendum censent. Horum opinionem cur damnem, causam habeo nullam. Sed cum pro ἀφάρκη celastrum à Clarissimo Dom. Carolo Clusio descriptam ostendunt, falli eos puto Perpetuo hæc viret, sed biferam non existimo, idque quod Septembri demum mense, fructum perfecerit in horto Medico Lugdun. Batavor. anno MDC. X. quum facundissimus Petrus Pavius Botanicus & Anatomicus insignis magna cum lande horti curam haberet. Apharcam demonstrabo, ubi quis nobis ejus plantam ex magna Græcia attulerit.

Τὰ δὲ πρὸ ζεφύρου, καὶ μετὰ πνοὴν εὐθὺς ζεφύρου. *Quædam inquit, ante Favonium, & statim post afflatum Favonii germinant.* Hoc absurdum nonnullis videtur. Fieri enim potest, mense Martio, Aprili, Majo flet aquilo, caurus, boreas, ut anno MDC. XXXIV. in Batavia contigit. Ergone antè non germinabunt arbores? Vidi nihilominus ulmum, tiliam, pyrum, malum, fraxinum, alnum, populum, salicem germen emisisse. Intelligit Theophrastus tempus illud, quo in Græcia Favonius flare soleat. Quando autem Zephyrus incipiebat flare ex Plinio cognoscimus. lib. 18. cap. 25. *Inter brumam & æquinoctium, die 43. flatus Favonii, vernum tempus.* Idem Plin. lib. 15. cap. 3. ubi de olea agit. *Differuntur etiam in Martium mensem callosæ, contra humorem pugnaces, ob idque minimæ, licinia, cominia contia, sergia, quam Sabini regiam vocant, non ante favonii afflatum nigrescentes, hoc est ad VI. idus Februarii.* Idem Plin. lib. 18. cap. 25. *Favonius ex adverso ejus ab æquinoctiali occasu Zephyrus Græcis nominatus. in hunc spectare oliveta jussit Cato. Hic ver inchoat, aperitque terras, tenui frigore saluber. Hic vites putandi, frugesque curandi, arbores serendi, poma inserendi, oleas tractandi jus dabit, afflatuque nutritium exercebit, &c.* ζέφυρος dicitur quasi ζωήφορος, id est *vitam ferens, aut ea quæ ad vitam attinent*; Quod eo flante, terra hyemali frigore constricta, aperiatur, plantæque germinare incipiant.

Καὶ πρὸ ζεφύρου. Plin. lib. 16. cap. 25. *Primo favonio germinat cornus, proximè laurus, pauloque ante æquinoctium tilia, acer. inter primas vero populus, ulmus, salix, alnus, nuces. Festinat & platanus. cæteræ vero cepturo &c.* Græcus auctor cornum ante favonium, laurum statim à favonio, germen emittere ait, Latinus utramque primo favonio germinare, scribit.

Ἀκτῆ. in Al. & Bas. legitur ἄκτιος. rectè doctiss. Heynsius ἀκτῆ reposuit. Apud nos nulla arbos maturius germinat sambuco. Si hyems clementior Februario mense.

Ἴψ@ &c. Exponunt *suber*. quod Plin. loc. cit. *Serotino autem germine malus, tardissimo suber*. Apud Hesych. ἰψὸς ὀξυτονῶς legitur, & ab eodem hedera exponitur. Ἴψον τὸν κισσὸν θούριοι, ἶψον δεσμωτήριον. *Ipsum accentu in ultima, thurii hederam vocant, accentu in penultima, carcerem.* Certè hedera subere serius germinat. Infra etiam hederam inter ὀψίκαρπα, quæ fructum tardissimè maturant, numerat. Ἴψος dicitur hedera, quod semper altum petat.

Ἀρία &c. Infra cap. 17. ἀρίαν *ilicem fœminam* vocari ait. πτεραγωνίαν *quadratoriam* vertit Gaza. Malunt alii, *quadrangularem* vel *quadrantalem* exponere. Infra, inter ea quæ fructus ferunt tardè admodum maturos, numeratur πτεραγωνία, ubi malè γωνία scribitur.

Θηλυκρανίαν &c. Corni feminæ fructum, qui post ipsum autumnum demum maturescit, (vide supra quam anni partem antiqui Græci autumnum vocarunt) ingustabilem dicit, ac ἄβρωτον, *esui ineptum*. Virga sanguinea, quam Botanicorum filii cornum dicunt fœminam. Octobri mense fert fructum nigricantem, sapore ingratum, à volucribus nonnullis desideratum. Plin. lib. cit. cap. 26. *Cornus enim circa solstitia reddit primo candidum, postea sanguineum. ex eo genere fœmina, post autumnum, fert baccas acerbas, & ingustabiles cunctis animantibus.* (volucria quædam si exceperis.) *ligno quoque fungoso inutilis, cum mas è fortissimis quoque sit. tanta differentia ab eodem genere.* Vide cap. 12. hujus libri, ubi Theophrast. cornum fructum etiam oleæ ferre ait.


Τέρμινθ@. Idem loc. cit. *Sed & Terebinthus messibus reddit semen, & acer, & fraxinus, nuces, & mala & pira, præterquam hyberna & præcocia.* Theophrastus ulmum, nucem Iuglandem, & ἀχράδ@ quoddam genus, autumno maturum reddere fructum scribit.

Δρῦς δὲ καὶ διὸς βάλαν@ ὀψιαίτερον ἔτι &c. Plin. loc. cit. *Glandiferæ serius etiamnum Vergiliarum occasu, æsculus tantum autumno, incipiente autem hyeme quædam genera mali pyrique & suber.* Æsculum excipit, & autumno maturescere fructum ait, quod tamen Græcus non tradit auctor. Castaneam sub glandium genere comprehendit; excludere Græcus auctor videtur. Ἀρίαν hyemis initio fructum ostendere ait Theophrastus maturum. Plinius *suberem* vertit. Suberem ἀρίας similem ferre fructum, infra cap. 17. tradit. Eodem capite, ut jam dixi, ἀρίαν *ilicem fœminam* vocari scribit. Malum sylvestrem primis frigoribus fructum perficere idem Theophrastus scribit. Ipsa hyeme pyrastrum. Plinius, incipiente hyeme, utrumque fructum maturum habere docet.

Ἀνδράχνη καὶ ἀφάρκη τὸ μὲν πρῶτον πεπαίνουσιν ἅμα τῷ βότρυϊ &c. Vertunt, *Portulaca & apharca fructum primum, cum uva dulcescit, maturant: posteriorem cum floret: bis enim istæ fructiferæ hyeme ineunte videntur.* Hæc monstra sunt, in quibus nec pes, nec manus apparet. Interpretantur alii: *Adrachne & apharca fructum primum cum uva nigrescit, & varia fit, maturant, alterum cùm vitis floret: bis enim ambæ fructum ferre videntur, ineunte hyeme.* Hæc saniora. Bis, inquiunt, fructum ferunt adrachne, sive portulaca, ut interpretatur Theodorus, & apharca. Primum maturum dicunt cum uva dulcescit, nigrescit, variat; posteriorem, cum floret. In orbe Christiano mirabilis hæc vitis non reperitur, quam nec in terris Turcarum Imperatori subjectis, inveniri puto. Apud nos primum uva floret, dein fructus rudimentum ostendit; quod solis beneficio tractu temporis majus fit, ac ubi magnitudinem justam fere acquisivit, mutatur, variatur, nigrescit, dulcescit, maturescit. Ergo prior adrachnes & apharces fructus præficietur cum uva floret; alter hyemis initio. Præterea si biferæ sunt illæ arbores, semel florente uva, & semel variante se; non erunt biferæ initio hyemis. Ovidius, si viveret, auctiorem metamorphosin redderet. Plin. lib. 13. cap. 22. *Similis & apharca, bifera æquè quam adrachne. Priorem incipiente uva pubescere* (vide quæ supra lib. 2. cap. 8. diximus) *peragit, alterum hyemis initio: quales eos, non traditur.* Legit ergo Plinius, τὸ μὲν πρῶτον πεπαίνουσιν ἅμα τῷ βότρυϊ περκάζοντι, τὸ δὲ ὕστερον, δοκεῖ γὰρ ταῦτα δίκαρπα, ἀρχομένου τοῦ χειμῶν@. Illud ἀνθοῦντι mala manu insertum ab aliquo sciolo, qui locum malè interpunctum nactus, putavit aliquid desiderari ad integritatem sententiæ. Rectè Plinius. Malè tamen à nonnullis audit. Videamus quid scribant. *Adrachne*, inquiunt, *non aliter quam suber detracto cortice juvatur. Eadem ut apharca anno bifera, priorem fructum perficit cum variat uva*; (περκάζει, Plinio *cum pubescit*) *alterum cum floret uva. Plinium fefellit Theophrasti littera malè distincta, in qua post ἀνθοῦντι, statim subjicitur ἀρχομένου τοῦ χειμῶν@ ἐλάτη καὶ μίλ@ ἀνθοῦσι μικρὸν πρὸ ἡλίου τροπῶν.* An ergo abies & taxus hyeme maturant fructus, quod æstivo solstitio florent? Supra tamen Theophrastus maturitatem, pro germinationis ratione sequi negavit. Quod exemplis plurimis probavimus. Sero germinat morus, maturè tamen fructus perficit; ut in lib. 1. de caus. docet Theoph. Vitis apud nos floret circa solstitium, vel paulo post. Septembri tamen mense maturas habet uvas. Præterea doceant qua cœli sub axe, vitis primum pubescentem vel variantem ostendat uvam, dein floreat. Corruptus Theophrasti codex. Scribo cum Doctissimo Salmasio, τὸ μὲν πρῶτον πεπαίνουσιν ἅμα τῷ βότρυϊ περκάζοντι ἢ ἀνθοῦντι. τὸ δὲ ὕστερον, δοκεῖ γὰρ ταῦτα δίκαρπα, ἀρχομένου τοῦ χειμῶν@. *Apharca & adrachne fructum primum variante se uva aut florescente; alterum, bis enim istæ ferunt, ineunte hyeme maturant.* Plinius medium elegit, & *pubescente* dixit. Pubescentem enim Columella libr. 4. cap. 28. distinguit à variante. *Medium igitur eorum dierum spatium, quo acini formantur vinearum, nobis aditum negat, quippe florentem fructum movere non expedit, pubescentem vero, & quasi adolescentem convenit religare, foliisque omnibus nudare, tum & crebris fossionibus implere; nam fit uberior pulverationibus.* Nigrescentem a pubescente distinguit Plinius lib. 17. cap. 23. *Inimicos & pubescente primum uva rastros, satisque esse vineam ter anno confodi ab æquinoctio verno ad Vergiliarum exortum, & Canis ortu, & nigrescente acino.* Alibi, pubescentes uvas dixit, quas florentes Theophrastus. Theophrastus lib. 2. cap. 8. τέφραν δὲ δοκεῖ καὶ ὁ κονιορτὸς ἔνια καὶ ἡβᾶν ποιεῖν, οἷον τὸν βότρυν. Plin. lib. 17. cap. 9. *Sunt qui pulvere quoque ali uvas judicent, pubescentesque pulverent, & vitium arborumque radicibus.* Τὸ ἡβᾶν exprescit, *pubescentes*. Sic Virgilius pubentes herbæ; & pubera folia dixit. Vbi notat Servius, relationem esse reciprocam ætatis hominum, & herbarum; sic enim pubertatem herbarum dici, ut florem ætatis. Ergo pubentes herbæ dictæ pro florentibus. propriè tamen pubentes, *adolescentes*, ut dixit Columella. Plinius ergo, *pubescentes uvas intelligit*, florere desinentes, quæ fructus ostendunt rudimentum. ἀνθοῦντι igitur ἢ περκάζοντι cum uva adolescit, pubescit, quod inter περκάζειν καὶ ἀνθεῖν medium.

Conus

Conus novellus.



Flores crocei.

Conus perfectus.

Coni ſcaphus à laminis nudus.


Τὸ ἄνθος κρόκινον. In Ald. & Baſ. cod. κύκνινον. Cl. Heynſii lectio melior eſt. Plin. lib. 16. cap. 16. *Abies floret, croci colore, circa ſolſtitium : ſemen reddit, poſt virgiliarum occaſum.* Ipſe Theophraſtus lib. 1. cap. 21. abietis florem croceum dixit, οἷον τὸ τῆς ἐλάτης, κρόκινον γὰρ τὸ ταύτης ἄνθος. Crocinos abiegnos flores tabella addita exprimit. Adultæ arbores circa majorum ramorum extremos quaſi ſurculos, in ſingulorum foliorum alis, prona parte, exigua quædam nucamenta ferunt, è quibus ſingulares breveſque juli emergunt, qui deinde in floſculos explicantur, colore croceos: perdurant ea nucamenta in alterum nonnunquam annum.

Πάντων δὲ πλείστην ἡ ἄρκευθος καὶ ἡ κήλαστρος καὶ πρῖνος. id eſt, *omnium copioſiſſime juniperus, celaſtrus, ilexque.* Falſum eſt has copioſiſſimè fructum ferre. Lege cum Gaza, πάντων δὲ ὀψιαίτατα, ἡ ἄρκευθος, καὶ ἡ κήλαστρος, καὶ πρῖνος. De tempore maturationis, non copia fructus agit Theophraſtus.

Ἡ γὰρ ἄρκευθος. Plinius lib. 16. cap. 26. *Citreæ & juniperus, & ilex anniferæ habentur, novuſque fructus his cum annotino pendet.* Theophraſtus juniperum fructum altero à germinatione anno demum matureſcere; immo nunquam matureſcere, ſi in arbore relinquatur; ilicem ſemen anno perficere ex Arcadum ſententia ſcribit. Celaſtri apud eundem, non citreæ fit mentio. citream vocat Plinius θύιαν. Malum medicū non intelligit. Hęc fructus bis terve, ſingulis annis, maturos reddit. De citrea vide cap. 5. lib. 5.

Ὀξυάκανθα δὲ, &c. Falſum eſt juniperum hederamve acutos ferre fructus. rotundi ſunt. lege cum Theodoro & magno Scaligero ὀψίκαρπα.

Laminæ



Ramulus cum foliis veteribus ac novis & ſquamulis circa initia novorum ſurculorum.

Laminæ, lingulæ, nucleus & ſemen.

Ἄρχονται Plin. lib. 16. cap. 26. *reliquæ quidem arbores, ut primum cœpêre, continuant germinationem. Robur, & abies, & larix intermittunt tripartito, ac terna germina edunt. Ideo & inter ſquamas corticum ſpargunt, quod omnibus arboribus in germinatione evenit, quoniam prægnantium rumpitur cortex.* Græcus auctor hæc de quercu, abiete, pino tradit; Latinus de robore, abiete, larice. Falſum eſt laricem intermittere.

Iconem appoſui quæ ramulum abietis exhibet, cum foliis veteribus ac novis & ſquamulis circa initia novorum ſurculorum, id eſt germinationis principia. In abiete obſervandum, vetera folia primo vere rubeſcere, Majoque menſe ſuccedentibus novis decidere. Arbores quæ ter germinant τρίσλιπα δένδρα vocantur. Interpretantur, *ter ſquamoſas.* quid velint neſcio. Τρίσλιπα δένδρα dicuntur *arbores, quæ terna & tripartita germinatione pingui, genitalique humore turgeſcunt.* λιπᾶν dicuntur *arbores cum pingueſcunt, atque unguinoſiores fiunt,* quod maxime germinationis tempore accidit. Quæ enim tali materiæ naturalis ineſt pinguitudo & ſuccus, per id tempus augetur atque turgeſcit; aperto quidem augmento, quia ſi tum ad imum caſtrentur, per forulum effluet ille liquor, atque humor pinguis, quaſique ſalivarius lentor emanabit. Ergo cum arbores ita ſunt affectæ, λιπῶντα & λιπῶντα δένδρα dicuntur, cujus contrarium ἀλίπαρα. Ex hujus rei ſimilitudine λιπᾶν etiam morbus & vitium quoddam eſt in ficu, cum ejus radices, nimio humore turgidę, corrumpuntur, de quo lib. 4. cap. 16.

Πρῶτον μὲν ἄκρου ἔαρος. In Al. & Baſ. ἄκρος. Plin. loco citato. *Eſt prima earum incipiente vere circiter 15. diebus.* Theophraſtus ex Arcadum ſententia 15. die menſis θαργηλιῶνος primam germinationem fieri ſcribit. Legit idem Plinius ἄρχοντος, vel ἀρχομένου ἔαρος, vel τὸ ἄκρον ſic accepit. Alioquin dicendum foret, *extremo vel præcipite vere.* Pliniū male legiſſe, vel locū hunc ex mente Græci auctoris non recte vertiſſe, ex ipſo Theophraſto probatur, αὐθὺς ἱσταμένου τοῦ θαργηλιῶνος. Malè vertunt, *menſe*

mense Februario ineunte. Θαργηλιὼν undecimus Græcorum mensis, cujus initium XXII. Aprilis dies, cum sol taurum ingreditur. Ver autem Græcorum inchoabat ab æquinoctio, quod incidit in XXI. si novam; sin veterem sequamur calculi rationem in XI. diem Martii. durat autem usque ad Pleiadum exortum, ut docet Galenus Lib. & Comment. primo Epidem. Κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἔαρ ἡ ἑτέρα γίνεται (ἰσημερία) καὶ ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ κατὰ τὴν ἡμετέραν οἴκησιν ἐστὶν αὕτη, καθάπερ ἡ πλειάδων πᾶσα ὑπὸ τῶν πλειάδων ἐπιτολήν. *Vere alterum æquinoxium, atque hoc veris est principium ad nostrum tractum, quemadmodum etiam finitur sub Vergiliarum ortum.* Idem commentario sequente. Ὅτι δ' ἀπὸ τῆς ἰσημερίας ἄρχεται τῆς μετὰ τὸν χειμῶνα τὸ ἔαρ ἐρρήθη ἡμῖν κατὰ τὸ πρόσθεν ὑπόμνημα. *Nam veris initium esse æquinoctium, quod hyemem sequitur superiore commentario exposuimus.* Oriuntur Pleiades VI. idus Maii, id est X. Maii mensis die. Plinius Lib. XVI. cap. XXV. *Nec quæ adhuc diximus ad vites oleasque, quoniam earum conceptus exortu Vergiliarum incipit ad sextum idus Maii, ut docuimus.* Ver ergo Græcorum breve, nec tres menses ut nostrum, sed nondum duos explet, quod testatur Galenus comment. Epid. Ὅθεν τοῦ ἦρος, οὐδ' ὅλων δύο μηνῶν, ὡς ἄτμητος εἰκότως ἐφυλάχθη. διὰ ταῦτα δὲ καὶ τοῦ φθινοπώρου μεῖζον μὲν ἦν, ἢ πρὸς τὸ ἔαρ. ἐκπίπτει γὰρ εἰς δύο μῆνας, ἀπολειπόμενος δὲ τῷ μεγέθει παμπολὺ τοῦ κατὰ τὸ θέρος τε καὶ τὸν χειμῶνα χρόνου. *Veris quidem tempus, ne integros quidem duos menses habet; quo factum est, ut jure indivisum permanserit. Hinc etiam autumni erat tempus veris majus, quod in duos extenditur menses. hoc tamen magnitudine longe ab æstatis tempore & hyemis vincitur.* Verba itaque Theophrasti in hunc interpretare sensum; *Prima germinatio fit circa veris finem, cum primum sol signum Tauri ingressus est.* vel, *primum germen emittit, desinente vel præcipite vere, sole primum Taurum ineunte.* Τὸ ἄκρον Græci vocare solent, quod extremum, & quod perfectum est ac τέλειον, in unaquaque re; id quod ad summum perfectionis numerum pervenit, hoc nomine censebatur. Ἄκρος ἰατρὸς, summus medicus. Temporum si rationem habeamus, τὸ ἄκρον principium & finem denotat, quod fefellit Plinium. Aratus in Lib. Διοσημείων.

> Ἄκρα γε μὴν νυκτῶν κεῖναι δυοκαίδεκα μοῖραι,
> Ἀρκίαι ἐξειπεῖν.
>
> *Terminos sane noctium illa duodecim signa,*
> *Sufficientia sunt indicare.*

Ἄκρα νυκτῶν antiquus Scholiastes exponit τὴν ἑσπέραν καὶ τὸν ὄρθρον. Avienus τὰ ἄκρα νυκτῶν eo loco de crepusculo matutino tantum accepit, quando nox oriente sole finitur.

> *At decedentis postrema crepuscula noctis*
> *Bis sex signa tibi, quæ versat signifer orbis,*
> *Monstrabit.*

Apud eundem Aratum ἀκρόθι νυκτὸς, de nocte in diem præcipitante videntur omnes interpretes accepisse, in isto versu Φαινομένων.

> Τῆμος καὶ κεφαλὴ κυνοσουρίδος ἀκρόθι νυκτὸς
> Ὕψι μάλα τροχάει· ὁ δὲ δύεται ἤδη πρὸς
> Ἀθρόος Ὠρίων.
>
> *Tum quoque caput cynosuræ extremo noctis*
> *Excelse valde fertur, occidit ante matutinum*
> *Cumulatus Orion.*

Antiquus Schol. περὶ τὴν ἑνδεκάτην ἢ δωδεκάτην ὥραν τῆς νυκτὸς. *Circa undecimam aut duodecimam noctis horam.* ἄκρον νυκτὸς & ἀκρόθι νυκτὸς apud Aratum, de nocte decedente & extrema acceperunt interpretes omnes. Ἄκρον ἔαρ Theophrasto *est ver extremum, præceps;* quod ex iis quæ jam dixi haud difficulter probari potest. Ver sesquimensis spatium non multum excedit; saltem duos non explet menses. Incipit XXI. Martii die, desinit X. Maii. Particularia anni tempora ver, æstatem, autumnum, oporam, hyemem in tres antiqui dividebant partes; quarum primam vocabant ἀρχόμενον, ἱστάμενον ἔαρ. alteram μεσοῦν ἔαρ, vel ut apud Dioscor. legitur, ἐν τῇ ἀκμῇ; tertiam φθίνον, παυόμενον, λῆγον ἔαρ, etiam ἄκρον. sed postremum de initio, fineque, ut jam dixi, capi potest. Latini novum ver, adultum ver, præceps ver dicunt. Pollux Lib. I. τὰ δὲ μέρη τοῦ ἔτους, ἱσταμένου τοῦ ἔτους, μεσοῦντος, ἢ λήγοντος· καὶ πάλιν πρώτου ἔτους, καὶ νέου ἔτους, καὶ ἀκμάζοντος τοῦ ἔτους, καὶ μεσοῦντος τοῦ ἔτους, καὶ παυομένου, καὶ λήγοντος. Novum & adultum ver continetur mense μουνυχιῶνος & fortassis primo secundoque die mensis sequentis θαργηλιῶνος. Præceps ergo ver θαργηλιῶνος mense erat, Primo ergo germinatio abietis fit præcipite vere, ineunte sole Taurum, id est XXII. & sequentibus Aprilis diebus: in Ida autem monte ab ingressu solis in Taurum die decimo quinto, id est extremo ultimoque vere, paulo ante æstatem, Ἄκρον ergo ἔαρ, *ver præceps.* Contra tamen vir magnus in Lib. de tempor. rat. τὸ ἄκρον exponit *primum,* quod apud Hipp. Lib. III. aphor. XVIII. legatur κατὰ δὲ τὰς ὥρας, τοῦ μὲν ἦρος καὶ ἄκρου τοῦ θέρεος οἱ παῖδες. *Quod autem ad anni tempora attinet, vere quidem & prima æstate pueri,* Ad hunc locum in comment. Galenus.

Προσέθηκε δὲ τῷ ἦρι τὴν ἀρχὴν τοῦ θέρους ὁ Ἱπποκράτης εἰς πλάτος ἐκτείνων τὴν χρῆσιν ἑκάστου τῶν θεωρημάτων. *Adjunxit autem veri æstatis principium Hippocrates, latius extendens uniuscujusq; Theorematis usum.* Non nego τὸ ἄκρον quandoque pro initio sumi, imino hoc, ex Arato jam probatum, & hoc versu probo.

> Ἄλλα δ' ἀνερχόμενος τότε δ' ἄκρη νυκτὶ κελεύων
> Ἠέλιος.

Ἄκρη νὺξ, est πρώτη· Aliter apud Theophrastum vox hæc accipi debet. Si annum in VII. dividas partes ex sententia Hippocratis, ἄκρον ἔαρ extremum ver erit, ut jam probatum. Sin in IV. dividas, τὸ ἄκρον, ἀκμὴ ἔαρος erit, sive μέσον ἔαρ, *medium ver, quando est in vigore.* At τὸ ἄκρον eo significatu accepit nemo. Nam quod Arati versum supra citatum Avienus verterit,

> *Tum cynosuræ etiam maturæ in tempore noctis*
> *Altius in boream attollitur;*

maturam noctem non accepit, de adulta vel media nocte, ex communi veterum Latinorum usu, sed maturam noctem usurpavit, quo nox finem accipit, adveniente die, ad imitationem Græcorum, qui τὸ ἄκρον, τέλειον exponunt. Sic matura senectus & maturi senes censentur, cum assecuti sint summum suum culmen, ac retro sublabi incipiunt, & in decrepitam ferri. Adolescens maturus, & adolescentia matura dicitur, ubi has metas tetigit & adolescendi finem cepit, ac jam in virilitatem vergit, maturus fructus, τέλειος, ἄκρος perfectus. Ad eundem modum Avienus maturam noctē posuit, pro perfecta, & de extremo noctis tempore, de præcipite nocte accipit. Ergo τὸ ἄκρον ἔαρ ver extremum, præceps. Pro novo vere enim capi non potest. Nam si ver trium sit mensium ex vulgata opinione, medium ver erit. primam enim partem explet mensis μουνυχιὼν qui æquinoctio verno incipit; alteram θαργηλιὼν: qui XXII. Aprilis incipit, tertiam σκιροφοριὼν, qui incipit XXII Maii, desinit XXI Iunii. Sin alteram sequaris rationem, extremum, ut jam probavi, ver erit τὸ ἄκρον ἔαρ.

Μετὰ δὲ ταῦτα διαλείποντα. Plinius loco citato. *Iterum germinant, transeunte geminos sole; sic fit ut quima cacumina impelli securis appareat, geniculato incremento.* Sol Geminos ingreditur XXII. Maii die. Verte, *sole Geminos exeunte.*

Γίνεται δὲ τοῦτο περὶ τὸ σκιρροφοριῶνα λήγοντα. Plinius loco citato. *Tertia earundem ad solstitium brevissima, nec diutius septenis diebus.* Recte; λήγοντα σκιρροφοριῶνα inquit Theophrastus, *ad finē mensis.* Dividebant Græci mensem in partes tres. Vide Pollucem loc. cit. Primam vocant μηνὸς ἱσταμένου sive ἀρχομένου; secundam μεσοῦντος μηνὸς vel ἐπὶ δεκάδι: tertiam φθίνοντος μηνὸς sive παυομένου aut λήγοντος, vel etiam ἐπὶ εἰκάδι σκιρροφοριῶνα. Male vertunt *Martium.* σκιρροφοριὼν mensis anni ultimus. Suidas σκιρροφοριὼν μὴν ἀθηναίων δωδέκατος. Græci annum auspicabantur à Solstitio verno, cum sol ingrederetur tropicum Cancri, ut Simpl. testatur. Ἀς δὲ ἡμεῖς ποιούμεθα ἀρχὰς ἐνιαυτοῦ μὲν περὶ θερινὰς τροπὰς ὡς Ἀθηναῖοι, ἢ περὶ μετοπωρινὰς ὡς οἱ περὶ τὴν νῦν καλουμένην Ἀσίαν, ἢ περὶ χειμερινὰς ὡς Ῥωμαῖοι· ἢ περὶ ἐαρινὰς ὡς Ἄραβες καὶ Δαμασκηνοί. *Athenienses, inquit, annum auspicabantur ab æstivo solstitio, ab autumnali æquinoctio Asiæ nunc dictæ incolæ, ab hyberno solstitio Romani, à vernali æquinoctio Arabes.* Græcorum menses non pro lunæ ratione subducendi, sed pro solis ratione numerandi. Galenus Comment. II. Epid. Χρὴ δὲ δηλονότι τοὺς μῆνας, οὐ πρὸς σελήνην ἀριθμεῖσθαι, καθάπερ ἐν ταῖς πλείσταις νῦν τῶν Ἑλλήνων πόλεων, ἀλλὰ πρὸς ἥλιον, καὶ ἐν ἁπάσαις τε τῶν ἀρχαίων, καὶ ἐν τοῖς πολλοῖς τῶν ἐθνῶν ἀριθμεῖται. καὶ παρὰ Ῥωμαίων ὁ σύμπας ἐνιαυτὸς εἰς ιβ' διαιρούμενος. *Cæterum non sunt pro lunæ ratione menses subducendi, quod multis jam Græciæ civitatibus est solemne: sed pro ratione solis, apud omnes urbes antiquiores, & nationes complures numerantur, & Romani universum annum in menses duodecim dispertiunt.* Antiqui etiam Græci annum in duodecim menses, pro totidem signis in Zodiaco, diviserunt, semperque novi

novi mensis initium fuit, quando sol in novum ingrederetur signum. Duodecim fuisse menses, ex iis quæ infra dicam, facilè videbit lector.

Κατὰ δὲ ζωὴν τὴν βλάστησιν &c. Plin. Lib. XVI. Cap. VII. *Nascitur autem galla, sole de Geminis exeunte erumpens noctu semper universa. crescit uno die candidior, & si æstu excepta est, arescit protinus, neque ad justum excrementum pervenit. Hoc est, ut nucleum fabæ magnitudine habeat* (non abutitur *nucleum fabæ* vocibus Plinius, sed corruptus codex. scribe ex optimo codice, *hoc est cur nonnullæ fabæ magnitudinem habeant.* credibile admodum ita scripsisse Plinium. Theophrastus, ἐνίοις αὐτῶν ἡ μείζον ἔχουσι κυάμου τὸ μέγεθος, sequitur.) *nigra diutius viret, crescitque ut interdum mali compleat magnitudinem.* Eleganter Plin. λήγοντος σκιῤῥοφοριῶνος, *sole de geminis exeunte.* Σκιῤῥοφοριὼν, non est Martius mensis, uti interpres Plinii existimat. Sed ut ex Suida jam dixi, & modo dicam, anni mensis ultimus, cujus initium erat XXII Maii, finis XXI Iunii, si novam calculi sequamur rationem: si vero veterem, incipiebat XII. Maii, desinebat XI. Iunii. Sol Geminos XXII. Maii die ingreditur, XXII. Iunii egressus est. Eleganter ergo, & ex Græcorum mente Plinius, *sole Geminos exeunte*, id est, ad mensis finem in quo sol in Gemini signo existit.

Ἑκατομβαιὼν vertunt, *mense Aprili.* An rectè, quomodo probari possit, non video. Theophrastus Lib. IV. Cap. XII. de arundinibus. Τέμνουσι γὰρ δὴ νῦν περὶ σκιῤῥοφοριῶνα καὶ ἑκατομβαιῶνα ὥσπερ ὑπὸ τροπὰς μικρὸν ἢ ὑπὸ τροπάς. *Cædunt nostra ætate cum sol est in tropico Gemini & Cancri, quasi paulo ante solstitium, & sub ipso solstitio.* Aristoteles Lib. V. hist. animal. θέρους δὲ περὶ τὸν ἑκατομβαιῶνα θύννις περὶ τροπάς. *Per æstatem dum sol in Cancro est tempore solstitii Thynnis &c.* Aprilis æstivus mensis non est, nec circa solstitiū, sed vernalis qui sequitur æquinoctium. Ex loco Theophrasti citato diligens lector animadvertit Græcos annum in XII. divisisse menses. Nam si σκιῤῥοφοριὼν, ut Suidas docet, mensis est duodecimus, sequitur ἑκατομβαιῶνα esse primum: uterque solstitium attingit æstivum. Solstitio æstivo auspicabatur novus annus; ergo ἑκατομβαιὼν primus, σκιῤῥοφοριὼν duodecimus & ultimus. ἑκατομβαιῶνα primum fuisse mensem Dionys. Halicarnas. Lib. I. docet.

ΚΕΦ. Ζ. — CAP. VII.

Germinationes in Arcturo. Quid amentum, & julus avellanæ. Qui actus faciles, & difficiles. De radicibus sylvestrium.

Αἱ δὲ βλαστήσεις ἐπὶ κυνὶ καὶ * Ἀρκτούρῳ γινόμεναι, μετὰ τὴν ἐαρινὴν σχεδὸν κοιναὶ πάντων. εὔδηλοι δὲ μᾶλλον ἐν τοῖς ἡμέροις καὶ τούτων μάλιστα συκῇ καὶ ἀμπέλῳ, καὶ † ῥοιᾷ. καὶ ὅλως ὅσα εὐτραφῆ, καὶ ὅπου ‡ χώρα τοιαύτη. διὸ καὶ τὴν ἐπ' Ἀρκτούρῳ πλείστην φασὶ * γίνεσθαι περὶ Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν. ἅμα γὰρ συμβαίνει καὶ τὸ μετόπωρον καλὸν γίνεσθαι † μακρόν. ὥστε καὶ τὴν μαλακότητα συμβάλλεσθαι τοῦ ἀέρος. ἐπεὶ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ διὰ τοῦθ' ὡς εἰπεῖν ἀεὶ βλαστάνει τὰ δένδρα· ἢ καὶ μικρόν τινα διαλείπει χρόνον. ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τὰς ἐκβλαστήσεις ὥσπερ εἴρηται, κοινὰ· τὰ δὲ περὶ τὰς διαλείψεις ἀπὸ τῆς πρώτης ‡ ἴδια τῶν λεχθέντων. ἴδιον δὲ ἐνίοις ὑπάρχει καὶ τὸ τῆς καλυμμένης κάχρυος οἷον, τοῖστε προειρημένοις. ἔχει γὰρ καὶ ἐλάτη, καὶ πεύκη, καὶ δρῦς, καὶ ἔτι φίλυρα, καὶ καρύα, καὶ Διὸς βάλανος, καὶ πίτυς. ** αὗται δὲ γίνονται δρυῒ μὲν, πρὸ τῆς βλαστήσεως ὑποφυομένης, τῆς ἠρινῆς ὥρας. † ἔτι δὲ ὥσπερ ἡ κύησις φυλακὴ μεταξὺ πίπτουσα τῆς ἐξ ἀρχῆς ἐπιδήσεως καὶ τῆς φυλλικῆς βλαστήσεως. τῇ δ' ἰδιότητι τοῦ μετοπώρου μετὰ τὴν φυλλοβολίαν, εὐθὺς ‡ ὁ παρ' αὐτῆς. καὶ ὥσπερ ἐπῳδηκυῖα καθαπερανεὶ μέλλουσα βλαστάνειν καὶ διαμένειν τὸν χειμῶνα μέχρι τοῦ ἦρος. τῇ δὲ ἡρακλεωτικῇ, μετὰ τὴν ἀποβολὴν τοῦ καρποῦ φύεται τὸ ** βρυῶδες, ἡλίκος σκώληξ εὐμεγέθης, ἐξ ἑνὸς † μίσχου, παχώδης. ἃ καλοῦσί τινες ἰούλους. τούτων ἕκαστον ἐκ μικρῶν συγκειται ‡ μορίων φολιδωτῶν τῇ τάξει, καθάπερ οἱ στρόβιλοι τῆς πεύκης. ὥστε μὴ ἀνομοίαν εἶναι τὴν ὄψιν στροβίλῳ νέῳ καὶ χλωρῷ πλὴν προμηκέστερον καὶ σχεδὸν ἰσόπαχες δι' ὅλου. τοῦτο δὲ αὔξεται τὸν χειμῶνα, καὶ ἅμα τῷ ἦρι χάσκει. τὰ δὲ φολιδωτὰ καὶ ξανθὰ γίνεται, καὶ τὸ μῆκος λαμβάνει καὶ τριδάκτυλον. ὅταν δὲ τοῦ ἦρος τὸ φύλλον βλαστάνῃ, ταῦτ' ἀποπίπτει καὶ, τὰ τοῦ καρύου καλυκώδη περικάρπια γίνεται, συμμεμυκότα κατὰ τοῦ μίσχου, τοσαῦτα ὅσα καὶ κατὰ ἄνθη. τούτων δ' ἐν ἑκάστῳ, κάρυον ἕν. περὶ δὲ τῆς φιλύρας ἐπισκεπτέον, καὶ εἴ τι ἄλλο καχρυοφόρον. ἔστι δὲ καὶ τὰ μὲν, εὐαυξῆ· τὰ δὲ, δυσαυξῆ. εὐαυξῆ μὲν τά τε πάρυδρα· οἷον, πτελέα,

Germinationes autem, * quæ ad ortum Arcturi post vernum fieri solent, omnibus fere communes esse putantur: manifestiores tamen in urbanis, atque earum præcipue, fico, viti, punicæ. Denique † omnibus, quæ uberius coalescunt, & ubi tellus pinguis, lætaque sit. Ob id eam, quæ sub Arcturum fieri solet, plurimam in Thessalia Macedoniaque fieri dicunt. Simul enim contingit, ut etiam autumnus placidus longusque sit. Ita ut & cæli quoque prosit mollities. Nam & in Ægypto ea de causa semper fere arbores germinant: aut certe parum temporis intermittunt. Sed germinationes, (ut diximus) communes omnium sunt: ‡ intermissiones autem prædictorum tantum esse intelliguntur. Proprium vero nonnullis, & quod amentum * appellant, scilicet prædictis: habet enim, & abies, & pinus, & robur; ac etiam tilia, nux juglans, castanea, picea. Id robori ante germinationem verni temporis initio gignitur: † fit autem veluti foliorum conceptus, inter antecedentem obstrusionem, & sequentem exortum, medius. At ex proprietate autumni postquam folia decidere, ‡ peculiaria ejus confestim gignuntur, quasi gravida intumescat, ut germina pariat, duretque per hyemem usque ad ver. Nuci avellanæ, postquam fructus decidit, * racematum quiddam, vermis prægrandis † magnitudine singulari, pediculo pingue, emergit: quod nonnulli julum appellant. Hoc ex minutulis squamis innumeris ordine nucis pineæ constat: ut speciem non absimilem nuci pineæ novellæ ac viridi gerat, nisi quod oblongius, & per totum fere pariter crassum tendat. Hyeme hoc augetur, ineunte vere dehiscit: & squamata illa flavescunt, & in longitudinem vel trium pollicum increscunt. Cum autem vere folium existit, ista decidunt, & nucis calicula cea tegmina totidem quot flores super pediculum contracta gignuntur, eorumque singulis nuces singulæ insunt. De tilia, & an quicquam aliud amentiferum sit, cogitandum. Sunt præterea quædam auctu faciles, quædam difficiles. Faciles, quæ apud aquas assurgunt, ut ulmus, platanus,

Marginal notes (Greek column): * Ἀρκτούρῳ Bas. lege Ἀρκτούρῳ. † ῥοιᾷ. ‡ χώρα vir doctus. * γίνεσθαι. † γίνεσθαι καὶ μακρόν. ‡ ἴδια. ** αὕτη δὲ γίνεται. † ἔτι δὲ ὥσπερ κύησις φυλλικὴ μεταξὺ πίπτουσα τῆς ἐξ ἀρχῆς ἐπιφύσεως ὥσπερ τῆς φυλλικῆς βλαστήσεως ἐξωδικυῖας τῇ δ'. ‡ αἱ Ald. German. Theod. τὰ ἐπωδηκυῖα. ἐπῳδηκυῖα. ** βρυῶδες, Ald. Germ. βοτρυῶδες. † μίσχου παχέος, Ald. Germ. παχέος. ‡ Ald. Germ. μορίων. ** ἕκαστον τῶν ἰούλων ἐκ μικρῶν μορίων.

Marginal notes (Latin column): * *quæ ad ortum canis & Arcturi.* † *omnibus quæ succo læto uberiq; constant.* ‡ *quod si quæ post primā germinationem intermittant, earū species dictæ sunt.* * *Cachryn.* † *est veluti foliorū conceptus sese proferens, in medio adnascentis, eminentisq; tuberculi, foliorū germine tanquam parturiente.* ‡ *nucleus ejus confestim gignitur.* * *muscosum.* † *magnitudine emergit, ex uno pediculo plura hujuscemodi dependent, nonnulli julos vocant. horum singula ex parvis squamatisq; partibus ordine nucis pineæ constant, ut speciē non absimilem nuci pineæ novellæ ac viridi gerant. Nisi quod oblongiora, & per totum ferè pariter crassa tendant. Hyeme augentur, ineunte vere dehiscunt, & squamata & flava fiunt, & in longitudinem trium pollicum excrescunt.*

πλάτανος, λεύκη, αἴγειρος, ἰτέα. καίτοι περὶ ταύτης ἀμφισβητοῦσί τινες ὡς δυσαυξοῦς. καὶ τῶν καρποφόρων δὲ, ἐλάτη, πεύκη, δρῦς. δυσαυξέστατον δὲ, μίλος, καὶ "λεύκαρα, φηγός, ἄρκευθος, σφένδαμνον, ὀστρύα, μελία, † κλῆθρος, πίτυς, ‡ ἀνδράχνη, κρανεία, πύξος, ἀχερδίς. καρποφορεῖ δὲ εὐθὺς, ἐλάτη, πεύκη, πίτυς· κἂν ὁπηλικονοῦν μέγεθος λάβωσιν. ἡ δὲ αὔξησις καὶ ἡ βλάστησις, τῶν μὲν ἄλλων ἄτακτος κατὰ τοὺς καρποὺς καὶ τοὺς βλαστούς. τῆς δ' ἐλάτης ὡρισμένοι καὶ συνεχεῖς καὶ ὕστερον. ὅταν γὰρ ἐκ τοῦ στελέχους τὰ πρῶτα σχισθῇ, πάλιν ἐξ "ἐκείνου ἡ ἑτέρα σχίζεται, τὰ ἴσα καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον. καὶ τοῦτο ἀεὶ ποιεῖ μετὰ πάσας τὰς ἐπιβλαστήσεις. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις οὐδὲ οἱ ὄζοι κατ' ἀλλήλους· πλὴν † ἐπί τινων. ἔχει δὲ καὶ τήνδε διαφορὰν ἡ αὔξησις πάντων κοινῇ, ἡμέρων τε καὶ ἀγρίων· τὰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἄκρου τῶν βλαστῶν καὶ ἐκ τῶν πλαγίων φύεται. καθάπερ ἄπιος, ῥοά, συκῆ, μύρρινος· σχεδὸν τὰ πλεῖστα. τὰ δὲ ἐκ τοῦ ἄκρου μὲν οὐκ αὐίησιν· ἐκ δὲ τῶν πλαγίων καὶ ‡ αὐτὸ προωθεῖται τὸ ὑπάρχον, ὥσπερ καὶ τὸ ὅλον στέλεχος, καὶ οἱ ἀκρέμονες. συμβαίνει δὲ ἐπὶ τῆς περσικῆς τοῦτο καρύας καὶ τῆς ἡρακλεωτικῆς, καὶ ἄλλων· ἁπάντων δὲ τῶν τοιούτων εἰς ἓν φύλλον ἀποτελευτῶσιν οἱ βλαστοί. διὸ καὶ εὐλόγως οὐκ ἐπιβλαστάνει καὶ αὐξάνεται μὴ ἔχοντα ἀρχήν· "ὁποία δὲ τρόπον τινὰ αὔξησις καὶ τοῦ σίτου. καὶ γὰρ οὗτος ἀεὶ τῇ προώσει τῇ ὑπαρχούσῃ αὐξάνεται· κἂν κολοβωθῇ τὰ φύλλα, καθάπερ ἐν τοῖς ἐπιβοσκομένοις. πλὴν οὗτός γε οὐδ' ἐκ τοῦ πλαγίου παραφύει, καθάπερ ἔνια τῶν χεδροπῶν. αὕτη μὲν οἷον διαφορά τις ἂν εἴη βλαστήσεως ἅμα καὶ αὐξήσεως. βαθύρριζα δὲ οὔ φασί τινες εἶναι τὰ ἄγρια, διὰ τὸ φύεσθαι πάντα ἀπὸ σπέρματος· οὐκ ἄγαν ὀρθῶς λέγοντες· ἐνδέχεται γὰρ ὅταν ἐμβιώσῃ, πόρρω καθιέναι τὰς ῥίζας. ἐπεὶ καὶ τῶν λαχάνων τὰ πολλὰ τοῦτο ποιεῖ, καίπερ ἀσθενέστερα ὄντα, καὶ ἐναργῶς † φυτευόμενα τῇ γῇ. βαθυρριζότατον δὲ δοκεῖ τῶν ἀγρίων εἶναι ἡ πρῖνος. ἐλάτη δὲ καὶ πεύκη, μετρίως. ἐπιπολαιότατον δέ, θραύπαλος, καὶ κοκκυμηλέα, καὶ σποδιάς. αὕτη δ' ἐστὶν ὥσπερ ἀγρία κοκκυμηλέα. ταῦτα μὲν οὖν καὶ ὀλιγόρριζα. ὁ δὲ θραύπαλος, πολύρριζον. συμβαίνει δὲ τοῖς ἄλλοις τοῖς μὴ κατὰ βάθος ἔχουσι, καὶ οὐχ ἥκιστα ‡ ἐλάτῃ, καὶ προρρίζους ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἐκπίπτειν. οἱ μὲν οὖν περὶ Ἀρκαδίαν οὕτω λέγουσιν· οἱ δ' ἐκ τῆς Ἴδης, "βαθυρριζοτέραν ἐλάτην δρυὸς, ἀλλ' ἐλάττους ἔχειν, καὶ εὐθυρριζοτέραν εἶναι. βαθυρριζότατον δὲ καὶ τὴν κοκκυμηλέαν, καὶ τὴν ἡρακλεωτικήν· τὰς δὲ ῥίζας λεπτὰς καὶ ἰσχυράς, τὴν ἡρακλεωτικήν. τὴν δὲ κοκκυμηλέαν πολύρριζον· ἄμφω δὲ ἐμβιῶναι δεῖν. δυσόλεθρον δὲ τὴν κοκκυμηλέαν. ἐπιπολῆς δὲ σφένδαμνον, καὶ † ἐπ' ὀλίγους. τὴν δὲ μελίαν, πλείους, καὶ ‡ εἶναι πυκνόρριζον καὶ βαθύρριζον. ἐπιπολῆς δὲ, καὶ ἄρκευθον, καὶ κέδρον. κλήθραν λεπτὰς καὶ "μελίας. ἔτι δὲ ὀξύην. καὶ γὰρ τοῦτ' ἐπιπολαιόρριζον καὶ ὀλιγόρριζον. τὴν δὲ † οὔαν, ἐπιπολαίους μὲν, ἰσχυρὰς δὲ καὶ παχείας· καὶ δυσολέθρους, πλήθει δὲ μετρίας. βαθύρριζα μὲν οὖν καὶ οὐκ ἐπιπόλαια, τὰ τοιαῦτά ἐστιν.

" λακάρα.
† κλήθρη.
‡ ἀδράχνη.
" ἐκείνου ἑτέρα.
† ἐπί τινων ὀλίγων.
‡ αὐτῷ.
" ὅμοια.
† φυόμενα. Ald. Germ.
‡ ἐλάτη καὶ πεύκη.
" Βαθυρριζότατον Ald. Germ.
† κατ' ὀλίγον Ald. Germ.
‡ εἶναι.
" μηλέαν.
† ὄαν.

platanus, "populus, salix: quanquam de hac nonnulli ambigunt, utpote difficili auctu. & è fructiferis, abies, pinus, robur. Omnium facillima taxus, lacara, fagus, juniperus, acer, carpinus, ostrya, fraxinus, alnus, picea, portulaca, cornus, buxus, † pirus. Fructificant protinus, abies, ‡ pirus, picea: etiam si in quantumlibet magnitudinis creverint. Auctio vero ac germinatio reliquis incerta est, "tum modo tum germine. Sed abieti certa, & continua, atque præpostera. Cum enim primum scissum de caudice fuerit, rursus de eo alterum finditur, idque assidue factitatur, post quenque germinationis superventum. At cæteris ne rami quidem adverse conditi inter se constant, paucis quibusdam exceptis. Illud quoque differentiæ incrementum communiter omnium pariter urbanarum, atque sylvestrium habere videtur: quædam enim ex cacumine, & latere germinant: ut pirus, punica, ficus, myrtus, pars & ferme maxima. Quædam non cacumine, sed latere tantum: † & ipsum, quod præsit, propellitur: sicut etiam caudex totus, ramique prægrandes augeri consueverunt. Fit hoc in nuce juglande, & avellana, & quibusdam aliis: quarum omnium germina in folium unum finiuntur. Qua de causa, ratione optima nullum germen supervenit, quo crescere possint, cum desit augendi principium. Frumentis quoque incrementum quodammodo simile. Hæc enim protusione corporis sui præsentis assidue crescunt, etiam si foliis diminuantur: sicut in depastis segetibus patet. Nec de latere quicquam emittunt, ut legumina aliqua faciunt. Igitur hoc pro germinationis simulque auctionis differentia capi potest. Sylvestria vero alta esse radice quidam negarunt, quod semine omnia proveniant. Sed non recte. Nam fieri potest, ut cum diutius vixerunt, radices procul demittant. Nam & olerum plura hoc idem faciunt. licet hæc imbecilliora sint, ‡ atque indubie semine terræ summisso oriantur. Omnium itaque sylvestrium maxime alta radice descendere ilex videtur: abies, pinusque modice. Thraupalus, & prunus, & spodias, quæ velut sylvestris prunus habetur, superficie vivaciores. Sed hæ etiam paucis adhærent radicibus. Traupalus autem multis. Et accidit cæteris, quæ non in profundum radicem agunt, præcipueque abieti pinoque, ut radicitus flatu evertantur. Arcades ita referunt. Idæi abietem altius quam robur radice descendere volunt, verum simpliciore, meatuque rectiori: prunumque nucemque avellanam, altissimam radicem habere inquiunt. Sed avellanam tenuem atque robustam, prunum numerosam. Ambæ tamen diutius vivant necesse esse: prunum etiam in emoriendo contumacem referunt. "Acerem superficie aliquatenus gaudere. Fraxinum numerosiorem, densam, altamque oriri. Iuniperum quoque cedrumque, per summa inniti, † & alnum tenuem esse. Item scissimam: nam ea quoque summotenus, paucisque radicibus degit. Sorbo radix per summa cespitum, sed valida, crassa, morique contumax: multiplex tamen modice. ‡ Hæc alta radice descendere, superficieque gaudere notatur.

" *populus utraque, salix.*
† *pirastet.*
‡ *pinus.*
" *tam fructus quam germinis: Abieti verò germinatio ramorũ certa, non solũ quæ primæ fit novellæ, sed subinde æqualis & respondens. nam cum prima germina de caudice (seu ramo) fissa atque dispata fuerint, ex illis alia ex æquo funduntur, atque dividuntur, idq; assiduè factitatur, post quemque germinationis superventum.*
† *& ipsa nova accessione protruditur jam existẽs atque enatum germẽ.*
‡ *atque evidenter sata.*
" *Acerem superficie gaudere, aliasque paucas. Fraxinum crebras easque profundas habere.*
† *& alnum malumque tenuem esse.*
‡ *Hæc non alta radice descendere.*

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Αἱ δὲ ἐπὶ κυνὶ καὶ ἀρκτούρῳ, post vernas germinationes, nunc tractat duas sequentes. autumni ἐπ' ἀρκτούρῳ: & ante Arcturum, ἐπὶ κυνί. Sic enim lege, καὶ ἀρκτούρῳ. Theodorus omisit, κυνί. Ego non avellerem partem hanc à superioribus.

Τὰ δὲ περὶ τὰς διαλείψεις, ἀπὸ τῆς πρώτης, εἴδη τῶν λεχθέντων. Sententia est omnibus communis, est germinatio. Quod si quæ post primam germinationem intermittant, earum species dictæ sunt. Theodorus sic. Intermissiones autem prædictorum tantum esse intelliguntur. *At omisit τὰ εἴδη. & addidit,* tantum *de suo: ac male. Namque buxus quoque intermittit. &, puto, alia multa.*

Τῆς καλυμένης κάχρυος Theodorus amentum vocat. At amentum Latinis, sinus est corrigiæ, aut funiculi. Plinius

Cachryn

Cachryn eum vocat, sapientius fecit, qui non mutaret. Inter antecedentem obstrusionem, Theodorus interpretatus est, illa. τῆς ἐξ ἀρχῆς ἐπιδήσεως. *Id est*, postquam cessavit germinare: & ante futuram germinationem. *Verum* ἐπίδεσις *non significat obstrusionem. Sed quasi in nexu sint, exuta germinandi libertate. Considerabis an recte,* ἐπιδηλώσεως, *legatur. Vt sit, post primam ostentationem. & leges,* κίνησις φυλλική. εὐθὺς αἱ παρ' αὐτῆς. *Theodorus*, peculiaria ejus confestim gignuntur. *Intelligit intus nuclei conceptum. Sane durus sermo. dixisset* τὰ, *non* αἱ.

Ἰούλους. *Ergo æquivocum est nomen hoc, & ad florem: ut supra dicebat: & ad id, quod post fructum demittitur. Est autem quasi squammatim compositum quiddam: è salicibus non dissimile pendet, pineæ nucis texturæ haud diversum: unde ut monebamus, nucamentum dici queat. Theodorus legit,* μυρίων: *non,* μορίων. *Ita erunt tria adjectiva.* μικρῶν, μυρίων, φολιδωτῶν.

Τῆς δὲ ἐλάτης ὡρισμένοι, καὶ συνεχεῖς, καὶ ὕστεροι. *Theodorus*, Abieti certa, & continua, & præpostera. *pessimè, præpostera,* καὶ ὕστεροι. *Immo certa ramorum germinatio, non solum quæ primæ fit novellæ, sed subinde æqualis, & respondens. Et hoc est, quod mox ait,* ἀεὶ ποιεῖ μετὰ πάσας. *hic* μετὰ, *est* τὸ ὕστερον.

Ἐπὶ τῆς περσικῆς καρύας. *Theodorus*, in nuce juglandi. *Hoc haud satis est. Sed in Persica nuce. Quæ species est in nuce, sicut Pontica, & Græca. Videbis Macrobium, & Hermolaum, atque ejus compilatores. Nota loquutionem Theodori.* Germina in folium finiunt. *vulgo sic loquuntur. At nos aliter consuevimus. Folio finiri. Magis animadvertendum, quod ait Theophrastus. Neque enim de verbis quæstio est. E summo, inquit, surculorum non fit germinatio: quia surculi in folium desinunt. At enimvero haud ita in folium desinunt, quin mucro quidam ad pediculum sit. Deinde fac sic esse. Nondum absoluta demonstratio est. Non oritur inde, inquit, quia non extat principium. At quare non extat? hoc ignotum est. Sic non extat principium stipitis in tubere. Acutius autem ita contemplere. Nullum extat principium in vetere stipite vitis: & tamen inde prodit pampinus aliquando. Neque enim est, ut in furunculo. Præterea herbæ cum tot subeuntibus foliis, in quæ desinunt, nullum diu emittant stipitem, tandem emittunt quædam, quædam nunquam. At principium stipitis in nullis: uti nunc accipit principium, mucronem surculorum.*

Βαθύρριζα. *Hinc abscindendum novum caput erat. Nam hactenus de rationibus ortus statuit: quæ erant opera & cultus ad officia incrementorum, ac melioris habitudinis. Item germinationis ratio ineunda fuit. Propterea quod semen è germinatione: ortus è semine. Nunc aliam aggreditur materiam, quæ partium naturam potius contemplatur. Tamen quia ab radice erat etiam originis principium: de radice agit. Animadvertes veram reprehensionem. Neque enim recte dicebant, qui agrestes arbores minus profunda radice niti dicerent: propterea quod è semine oriantur. Sane lupinorum ortum etiam temerarium, etiam penè invito colono: certe negligente contemplere. Intelligas radices non tam invenire loca sibi, quam facere.*

Ὅπου ἐμβιώσῃ. Vbi diu vixerint, *Theodorus, recte. Nam & mox,* ἅμα φύει ἐμβιώσας δεῖν. *Videtur enim vitæ significare longinquitatem. Vides efficaciam præpositionis,* ἐν, *ex loci vi.*

Καὶ ἐπαρχῶς φυόμενα τῇ γῇ. *Theodorus, atque indubiè semine terræ summisso oriantur. Et mutila est Theophrasti oratio (quippe* φυόμενα *latissima vox) & Theodori, ut interpretis, ambitiosa.*

Ἐπιπολῆς δὲ σφόδρα μὲν κατ' ὀλίγον. *Theodorus,* τὸ κατ' ὀλίγον, aliquatenus. *Vt neque summa, neque ima dici possit. Verum videto, an potius significet numerum radicis. Vt & superficie contenta sit (* τὸ ἐπιπολῆς *) & paucitate radicum (* τὸ κατ' ὀλίγον. *) Nam statim per disjunctionem dicit* τὴν δὲ μελίαν πλείους. *&* Βαθύρριζον. *Lege* Βαθυρριζοτέραν ἐλάτην δρυός.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Σ Υκῆ. *Ita legend.* συκῆ, καὶ ἀμπέλῳ, καὶ ῥοιᾷ, καὶ τοῖς ὅλως *&c. Et infra* χώρα *fortasse* ὥρα. *nihil muto.*

Καλόν. *Sic pulchram diem dixit Horat. formosissimum, & nitidissimum annum Virgilius & Ovid.* ἀέρος μαλακότης, *id est cæli clementia Latinè, vel indulgentia cum Virgil. & Plin.*

Εἴδη. *Depravatè pro* ἴδια. *opponitur* τῷ κοινά.

Κάχρυος. *De hoc vocabulo copiosè observata sunt in lexico. Solum hic adnotanda quæ ibi non extant.* τῶν καχρυφόρων δένδρων. *Cachrys (non vero* κάγχρυς. *Nam id propriè fœcundi rorismarini fructus* τῆς καυστικῆς δυνάμεως *) globosus foliorum conceptus est, qui cadit cum talium arborum folia crescere cœperint. Quibus detegitur Plinii nostri lapsus, qui sic scribit lib. 16. cap. 8.* Ferunt robora & cachryn. *Ita vocatur pilula in medicina urendi vim habens. Gignitur & in abiete, larice, picea, tilia, nuce, platano, postquam folia cecidere, hyeme durans. Continet nucleum pineis similem. Is crescit hyeme, aperitur vere pilula tota. Cadit cum folia cœperint crescere, &c. In verbis autem Theophrasti, ubi* αὕτη γίνονται, *legend.* αὕτη γίνεται. *& pro* ἔτι δ' ὥσπερ ἢ *leg.* ἔτι δ' ὥσπερ. *pro* ἐπιδήσεως, *leg.* ἐπιφύσεως, *licet alii* ἐπιδείξεως. *vel aliter pro* ἐπιδηλία, ἐπιδηλία. *& supra* αἱ παρ' αὐτῆς. *leg.* αἱ παρ' αὐτῆς, *nempe* πυρῆνες. *Infra* βρυώδης *non* βορρυώδης. *& ubi* πιώδη, *emendo* πλείω δὴ *sublata distinctione præcedenti.*

Τριδάκτυλον *dixit, quod Latinè quadrantem, id est mensuram ternûm digitorum. Nam tripollicarem, non memini me legere.*

Τῆς δ' ἐλάτης. *Hic locus tum depravatus, tum perobscurus propter affectatam brevitatem, primum ubi,* προσῶπα σχισθῇ, πάλιν ἐξ ἐκείνου ἡ ἑτέρα, *lego* πρόσωπα σχισθῇ, πάλιν ἐξ ἐκείνων ἕτερα, *nempe* βλαστήματα. *Hic mihi videtur sensus: Abietis surculi certi, (in ramo enim non plures simul unquam duobus) continui (quia bini adversi cohærent subrecta divisura ramo in cælum tendente, non ad latera prono) & postea (quia talis ordo dispositioque ramusculorum alia aliam subsequitur) nam cum prima germina fissa atque disparata, ex illis alia ex æquo finduntur atque dividuntur. Reliqua facilia sunt ei qui abietis formam noverit. Hæc enim discenda* ἐκ τῆς αὐτοψίας.

Καὶ αὐτὸ προωθεῖται τὸ ὑπάρχον. *Lego* αὐτῇ *ipsa nova accessione vel accremento protruditur jam existens atque enatum germen. Sic & infra.*

Περσικῆς καρύας. *Quidam male distinguunt. Est verò* καρύα *per antonomasiam, ut nux latinis, juglans, quæ &* καρύα βασιλικὴ *&* περσικὴ, *teste Dioscoride. Aliud* καρυοπερσική, *id est, nucipersica Martiali atque Palladio, nosque vulgò vocamus* noix pesches *quas arbores tuberes à Plinio dici nonnulli arbitrantur.*

Φυόμενα. *planè legend.* φυτευόμενα: *& olus serere dicit Plinius. habesque* τὴν λαχάνων φυτείαν *apud Constantinum Cæsarem in geoponicis. Dicit autem evidenter sata, quæ in terræ superficie nec profundè,* ἀλλὰ ἐπιπολαίως.

Σποδιάς. *apud Athenæum lib. 2. corruptè scriptum* σποδιάς. *Exponit prunum sylvestrem, quæ arborem spinum vocat Virgil. in Georgicis.*

Eduramque pirum, & spinos jam pruna ferenteis.

Κατ' ὀλίγον. *Lege* καὶ ἔτι ὀλίγους. *& infra* κλήθρας λευκάς, καὶ μελίαν.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

K Αὶ ὅπου χώρα τοιαύτη. Vbi talis tellus est, pinguis nempe & læta, εὐτραφής. Mavult Robertus Constantinus ὥρα legere, id est, ubi tempus anni tale sit. Nobis vulgata non omnino displicet lectio. Verborum Theophrast. sensus hic. Germinationem quæ ad ortum canis & arcturi fit, manifestiorem esse in urbanis, maximè fico, viti, punicæ, aliisque quæ succo constant vegeto & uberi, quæque terram nactæ sunt pinguem lætamque. Alteram qui velit sequi lectionem, in hunc sensum locum hunc vertat; *manifestiorem esse germinationem in urbanis, maximè viti, punicæ, omnibusque quibus succus laudabilis, bene altus: eandem etiam germinationem manifestiorem conspici locis, quibus aër alimentum uberius largitur, ubi aër vegetus, & mollis, est.*

Κάχρυος. Multas habet significationes. Hesych. καχρυδίων πεφρυγμένων κριθῶν κυρίως, καταχρηστικῶς δὲ πάντα τὰ πεφρυγμένα, & βοτάνη ἡ λιβανωτίς, & τῆς πεύκης ἡ βλάστησις καὶ πυρῆνες. Hæc examinanda. vulgo & peculiariter sic vocari ait tostũ hordeũ. Galenus in glossis κάγχρυος ῥίζαν, τῆς λιβανωτίδος· ὅταν δὲ πληθυντικῶς εἴπῃ τὰς κάχρυς, τὰς πεφρυγμένας κριθὰς ἀκουστέον, libanotidis, id est rosmarini alterius radix. cum autem pluraliter dixerit, τὰς κάχρυς, tosta hordea intelligenda sunt. Sic & Hippocrates Lib. περὶ γυναικ. φύσ. ubi inquit; πυροὺς καὶ κάχρυας τρίψας, φρύξας τε καὶ, ἄλητα ποιήσας, ἐν οἴνῳ μέλανι δίδου πίνειν.

Triticum & hordeæ torrefacta, trita & in farinam redacta, cum vino nigro bibenda exhibe. Eustachius etiam κάχρυς scribit esse πεφρυγμένας κριθάς. Suidas, κάγχρυς τὰς κριθὰς, καὶ καγχρίδιας ἄρτ☉. κάγχρυς ἢ τὰς ἀληλεσμένας κριθάς. Canchrys est hordeum, panis ex hordeo, canchrys igitur hordeum molitum. Idem Suidas κάχρυς τὰς κριθάς. ita ut κάγχρυς & κάχρυς idem videatur; & revera idem. Aristoph. schol. ἐν ἱππεῦσι, κάχρυς dici scribit τὰς λεπισμένας κριθὰς, ἀφ' ὧν ἡ πτισάνη. *hordeum decorticatum ex quo ptisana.* Impropriè κάχρυν Hesych. vocari ait, omne illud quod tostum est. Idem libanotidem sic nuncupari ait. Galenus radicem ab Hippocrate ita dici scribit. Diosc. semen sic appellari tradit. lib. 3. cap. 87. & 88. vide cap. XII. lib. 9. hist. Addit Hesych. esse germinationem pini. Theophrastus germinationem non inquit esse, sed proprium quid pini, abietis, quercus. Alii κάχρυν putant esse βλάστησιν illam, quæ pilulæ ferè forma nascitur in quibusdam arboribus: vel globosum illum foliorum conceptum, qui cadit cum talium arborum folia crescere cœperint. Hos decepit Plinius Lib. 16. cap. VIII. ubi ait; ferunt robora & cachryn: ita vocatur pillula in medicina, urendi vim habens. Confundit Plinius rosmarini semen cum arborum cachry, ut ante nos observavit Doctiss. Salmasius; nec cachrys pillula est, nec urendi vim habet arborum cachrys; sed semen libanotidis, quod cachrys vocatur. Præter fructum ferunt robora & pillulas diversi generis multas; σφαίρια vocat Theophrastus. de his pillulis Plinius egit cap. superiori. Præterea hujusmodi σφαίρια gerunt & κάχρυν. quæ pillulæ instar non habet. hoc in quercu vocatur βρύον, quasi dicas ἄνθησιν. In Heracleotica nuce dicitur ἴουλος; in pinu piceaque κύτταρ☉ vel πίτυρ☉, ut aliis placet. vide quæ cap. præcedenti dixi. Nihil horum pillulæ simile est, sed longum quid est, æqualiter undique crassum, ut ii testari possunt qui quotannis viderunt. Theophrastus sorbum cum scribit emittere τὴν καχρυώδη κορύνην, λιπαρὰν καὶ ἐποιδηκυῖαν quæ per totam hyemem durat, satis aperte docet germinationem esse oblongam. Nam κορύνη vel κορύνησις germinatio oblonga, quæ καχρυώδης fit, quum flore obducta est, non uno, nec continuo, sed multis ac minutis particulis aut germinibus diviso, aliquando granis in uvæ modum, aliquando & filis, aliquando & squamis. Theoph. cap. præcedenti, καὶ τὰ μὲν ἄνω, τὰ δ' εἰς πλάγια κύκλῳ ποιεῖται τὴν βλάστησιν, οἷον ζῶν ποιησάμενα τὴν τοῦ ἀκροτάτου βλαστοῦ κορύνην. Plin. Lib. 16. cap. 25. vocare videtur geniculatum incrementum & cacuminum articulationem. Tertia inquit est earum ad solstitium brevissima, nec diutius septenis diebus, clareq; & tunc cernitur, excrescentium cacuminum articulatio. Idem Theoph. Lib. 4. hist. cap. 13. κορυνᾶ δ' ὅλως ὁ κάρπιμ☉, id est clavæ instar fastigium edit, vel fastigiat sese & Thyrsum edit. Idem Lib. 6. cap. 3. ὅθεν ἀσπάραγ☉ ἐκφύων παρὰ τὰς ἀκάνθας κορυνῶδές τι μικρόν. Plin. Lib. 19. cap. 8. de asparago loquens, ita inquit, viret Thyrso primum emicante, qui caulem educens, tempore ipso quo fastigiatus est, in toros stringitur. κορυνώδης ergo κάχρυς, cachrys fastigiata, Thyrsi modo capitata. Theophrastus Lib. 3. cap. 17. de colytea frutice cum scribit, habere κορυνώδη κάχρυν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς περὶ τὰ φύλλα λείους σφόδρα καὶ λιπαροὺς καὶ λευκούς. τῷ σχήματι δὲ καχρυώδεις; cave censeas σχῆμα illud καχρυῶδες instar pillulæ esse: oblongam intelligit figuram, & incisuris vel squamis asperam.

Ἔχει γὰρ καὶ ἐλάτη. Plin. Loc. citato *ferunt robora & cachryn*, ita vocatur pillula in medicina urendi vim habens. gignitur & in abiete, larice, picea, tilia, nuce, platano, postquam folia cecidere, hyeme durante. Plinium roboris & arborum quarundam cachryn, confundere cum rosmarini pillula acri & urente, quæ etiam cachrys dicitur, ante nos observarunt alii. Certum, ex arboribus his κάχρυν, nullam adeo πυρωτικὴν ac θερμαντικὴν, ut vim urendi habere dici possit; hoc de cachry libanotidis verum est, quod pilula non est, sed semen. Vide Cap. 12. Lib. 9. Inter arbores cachryn ferentes numerat laricem, tiliam, nucem, platanum. Laricis apud Theophrastum mentio nulla, sed πεύκης hoc est pini. Platanum Theophrastus inter has arbores non numerat, sed castaneam: recensuit inter eas Plinius, quod fructum ferat pilulæ instar rotundum, scabrum & nonnihil hirsutum. Nec aliũ fert platanus cachryn. Ineptè ergo Plinius platanum inter cachryferas arbores posuit.

Docet qualis quercui cachrys. verba Theophrasti corrupta, in Al. & Baſ. cod. legitur. αὕτης δὲ γίνεται δρυὶ μὲν, πρὸ τῆς βλαστήσεως, ὑποφαινούσης τῆς ἡλικίας ὥρας. ἔτι δὲ ὥσπερ ἡ κύησις φυλακῆ, μεταξὺ πίπτουσα τῆς ἐξ ἀρχῆς ἐπιδόσεως, καὶ τῆς φυλλικῆς βλαστήσεως τῇ ἰδιότητι τοῦ μετοπώρου, μετὰ τὴν φυλλοβολίαν εὐθὺς αἱ παρ' αὐτῆς, reliqua ut in vulgatis codicibus. Vertit Gaza *id robori ante germinationem verni temporis initio gignitur. fit autem veluti foliorum conceptus, inter antecedentem obstrusionem, & sequentem exortum medius, at ex proprietate autumni, postquam folia decidêre, peculiaria ejus confestim gignuntur, quasi gravida intumescat ut germina pariat, duretque per hyemem usque ad ver.* ἐπιδόσεως legit, ut in vulgatis editur, & interpretat. *fit foliorum — medius*; ut sit ἡ ἐξ ἀρχῆς ἐπίδοσις, antecedens obstrusio, ut loquitur, sive prior articulus colligans. ἡ ἐξ ἀρχῆς ἐπίδοσις, præcedens exortus sive articulus. Totam hanc periodum cum Doctiss. Rob. Constant. lego αὕτη δὲ γίνεται δρυὶ μὲν πρὸ τῆς βλαστήσεως ὑποφαινούσης, τῆς ἡλικίας ὥρας. ἔτι δὲ ὥσπερ κύησις φυλλικὴ μεταξὺ κύπτουσα τῆς ἐξοχῆς ἐπιφύσεως ὥσπερ τῆς φυλλικῆς βλαστήσεως ἐξωδηκυίας. τῇ δὲ ἰδιότητι τοῦ μετοπώρου μετὰ τὴν φυλλοβολίαν, εὐθὺς ὁ παρ' αὐτῆς. καὶ ὥσπερ ἐποιδηκυῖα καθαπερεὶ μέλλουσα βλαστάνειν καὶ διαμένειν τὸν χειμῶνα μέχρι τοῦ ἦρ☉. *Id quercui ante germinationem verni temporis initio gignitur. est veluti foliorum conceptus sese proferens in medio adnascentis, eminentisque tuberculi, foliorum germine tanquam parturiente. ex proprietate autumni postquam folia decidere, nucleus ejus confestim gignitur, quasi gravidus intumescat, ut germina pariat, duretque per hyemem usque ad ver.* Cachrys ergo roboris, est, globosus foliorum conceptus, inter præcedentem exortum sive articulum, & novellam germinationem medius.

Τὸ βρυῶδες. Gaza legit βοτρυῶδες. Scribe βρυῶδες, muscosum, quod floris loco est. βρύειν enim florere significat, & oleæ propriè cum florent βρύειν dicuntur. Sed & βρύον quod petris innascitur, id earum est ἐξάνθησις quædam. Hinc βρυάζειν, θάλλειν exponit Hesych.

Ἥλικ☉ &c. Vermis prægrandis magnitudine &c. Ergo, ut dixi, non omnis cachrys rotunda, ut quibusdam placet; quædam etiam longa.

Πλείους. Nihil pingue habet nucis avellanæ julus, sed plures ex uno pediculo dependent. Lego itaque cum Robert. Const. ἐξ ἑνὸς μίσχου πλείους. ἃ καλοῦσι &c. eleganter sanè avellanæ Iulum describit. oblongus, tenuis, compactus est, piperi longi forma non dissimilis. vel, ut Theophrastus ait, nucis pineæ, dum adhuc novella est, figuram obtinet; nisi quod longior & æqualis ubique crassitudinis. pineam autem nutem refert, sola squamarum serie. primo vere ubi folia emergere cæperunt, expanditur, multosque parvos flosculos luteos ostendit, pauloque post decidit.

Τοῦτο δ' αὔξε(ται) τὸν χειμῶνα, quod de sola avellana Theophrastus, hoc Plinius de cunctis cachryoferis. *gignitur*, inquit loc. cit. *& in abiete, larice, picea, tilia, nuce, platano postquam folia decidêre, hyeme durans, continet nucleum pineis similem, is crescit hyeme, aperitur vere pilula tota, cadit cum folia ceperunt crescere.* Doctiss. viri cum viderent Plinium, quæ Theophrastus de avellana scribit, tradere de platano, larice & similibus, corruptum Plinii codicem existimarunt. Restituunt igitur; *cachrys & in abiete — platano postquam folia decidere, Hyeme durans. Nuci avellanæ postquam fructus decidit, julus emergit, nuci pineæ novellæ similis, is crescit hyeme, aperitur vere callus totus, cadit cum folia cæperunt crescere.* An hujus lectionis vestigia in antiquis codicibus repererint me fugit: à vulgata saltem multum differt. ineptè in vulgatis legitur, *continet nucleum pineis similem.* Theophrastus non scripsit continere nucleum pineis similem, sed similem esse nuci pineæ, dum adhuc novella est, nisi quod longior, & æqualis ubique crassitudinis. ineptè julum hunc pilulam vocat. pilula rotunda, vermis figura avellanæ julus.

Καὶ τὰ τοῦ καρύου κάλυκώδη παρακάρπια γίνεται. Quæri solet, an julus avellanæ flos vel floris loco. Plin. Lib. 16. cap. 29. ferunt & avellanæ julos compactili callo, ad nihil utiles. Ergo julus nec flos est, nec pro flore in avellana. Cæterum compactili callo est, quando nondum in flosculos parvos luteos dehiscere cepit. Hæc Plinii sententia. alia Suidæ. Ἴουλ☉ ὁ ἐν ταῖς ἀμπέλοις σκώληξ πολύπους δή τι ζῷον. καὶ τὸ ἐξάνθημα τοῦ ἐπὶ τῶν γενείων, & ὁ ἐπὶ ταῖς καρύαις ἄνθ☉. Satis apertè julum avellanæ florem scribit. Utraque opinio suos habet fautores. qui Plinianam sequuntur opinionem, ac negant florem esse vel aliquid instar floris, παράνθησιν esse

re inquiunt. idque quod omnia coryli genera exiguos ac rubros flores tripartitos, croci staminibus perbrevibus similes, antequam folia erumpunt, ostendant primo vere, cum juli colorem luteum acquirunt, id est, in flosculos luteos expanduntur. Verior eorum sententia, qui floris loco julos habent. Tam julus quam rubellus flosculus decidit, sed julo pediculus in arbore remanet, in quo nucis novellæ rudimentum: sensim enim magis magisque crassescit, ac turgescit, donec perfectam amplitudinem nactus, fructum, hoc est ipsam nucem in sese contineri ostendat. Quod observasse videtur Theophrastus, ταῦτ', inquit, ἀποπίπτει, καὶ τὰ τοῦ καρύου καλυκώδη περικάρπια γίνεται, συμμεμυκότα κατὰ τοῦ μίσχου ποσαῦτα ὅσα καὶ κατ' αὐτῆς.

Ἔτι δὲ τὰ μὲν εὐαυξῆ, arbores alias celerius, alias tardius assurgere, ipsa comprobat experientia, ac præ cæteris aquatica, id est, quæ locis nasci amant humidis, citius assurgere eadem docet. Theod. αἴγειρον & λεύκην populum ut solet, exposuit, cum *utramque populum* vertere debuisset.

Εὐαυξέστατον μίλ☉. Vertunt: omnium facillima taxus assurgit. Falsum est taxum omnium facillimè assurgere: immo quam tardissimè apud nos assurgit. Facilius fortassis & citius crescit in Græcia. attamen poëta; *aquilona & frigora taxum.* μίλ☉ aliquando pro smilace ponitur, ilicis genere, sed nec hæc omnium facillima assurgit. Fortassis μηλέα scribendum. facile assurgit malus. sed plura arborum genera recenset quæ apud nos auctu difficiles, ut juniperus, picea, buxus.

Τῆς περσικῆς δὲ τῆς καρύας. Persica nux, Iuglans. Diosc. Lib. I. cap. 178. κάρυα βασιλικὰ ἃ ἔνιοι περσικὰ καλοῦσι. Pollux. περσικὰ κάρυα ἃ νῦν βασιλικά. Prius itaque Iuglans persica dicta fuit, quam basilica, id est, regia. Plin. Lib. 15. cap. 22. Has è Perside regibus translatas. indicia sunt græca nomina. optimum quippe earum persicum atque basilicum vocant.

Θεραξύπαλ☉. Hujus mentio etiam Lib. 4. cap. 1. fit, sunt qui sambucum aquaticam esse putant, nescio utrum hæc πολύρριζα dici mereatur; non paucioribus radicibus donata, quam primum sylvestrem vocamus.

Σποδιάς. Locus hic apud Athenæum reperitur Lib. 2. ubi ait. Θεόφραστ☉ δὲ λέγει κοκκύμηλα, καὶ σποδιάς· τοῦτο δ' ἐστὶν ὥσπερ ἄγρια κοκκύμηλα.

Πυκνόρριζον. Si densas habet radices fraxinus, quomodo tenues sint non video. quare cum paulo infra scribat, κλήθρας λεπτὰς καὶ μελίας, lego κλήθραν λεπτὰς καὶ μηλέαν. Plin. lib. 16. cap. 31. *copiosæ fico, robori, platano. breves & angustæ malo.* Ipsa experientia, fraxinum crassa constare radice, docet.

Βαθύρριζα μὲν οὖν, καὶ οὐκ ἐπιπόλαια &c. scribe ἐπιπολαιόρριζα μὲν· οὐ καὶ βαθύρριζα τὰ ἰδιαίτατά ἐστιν. vide cap. 12. hujus libri ubi de diserte ait ῥίζας δὲ οὐ πολλὰς μὲν οὐδὲ κατὰ βάθους, ἰσχυρὰς δὲ καὶ παχείας καὶ ἀνωλέθρους &c.

ΚΕΦ. Θ. — CAP. VIII.

Quid quibus caudice præciso contingat. Crateres ex eo, quod circumnasci abieti dicunt. De multiplicitate fructuum ejusdem arboris. De ulmo, & galla duplici.

Ἀποκοπέντ☉ δὲ τοῦ στελέχους, τὰ μὲν ἄλλα πάνθ' ὡς εἰπεῖν παραβλαστάνει, πλὴν ἐὰν αἱ ῥίζαι πρότερον τύχωσι πεπονηκυῖαι. πεύκη δὲ καὶ ἐλάτη τελέως ἐκ ῥιζῶν αὐτοετεῖς αὐαίνονται, καὶ ἐὰν τὸ * ἄκρον ἐπικοπῇ. συμβαίνει δὲ ἴδιόν τι περὶ τὴν ἐλάτην. ὅταν γὰρ κοπῇ ἢ κολουσθῇ ὑπὸ πνεύματ☉ ἢ καὶ ἄλλου τινός, περὶ τὸ † πλεῖον τοῦ στελέχους ἔχει γὰρ μέχρι τινὸς λεῖον καὶ ἄοζον καὶ ὅμοιον ἢ καὶ ‡ ἡλίκον πλοῖον. περιφύεται μικρὸν ὑποδεέστερον εἰς ὕψ☉ ὃ καλοῦσιν, οἱ μὲν ἀμφαυξιν, οἱ δὲ, ἀμφιφύαν· τῷ μὲν χρώματι μέλαν, τῇ σκληρότητι δ' ὑπερβάλλον. ἐξ οὗ τοὺς κρατῆρας ποιοῦσιν οἱ περὶ Ἀρκαδίαν. τὸ δὲ πάχ☉, οἷον ἐὰν τύχῃ τὸ δένδρον ὅσωπερ ἂν ἰσχυρότερον, καὶ εὐχυλότερον * καὶ παχύτερον. συμβαίνει δὲ κἀκεῖνο ἴδιον ἐν αὐτῷ τούτῳ περὶ τὴν ἐλάτην. ὅταν μὲν γάρ τις τοὺς ὄζους ἅπαντας ἀφελὼν ἀποκόψῃ τὸ ἄκρον, ἀποθνήσκει ταχέως. ὅταν δὲ τὰ κατωτέρω τὸ κατὰ λεῖον ἀφέλῃ, ζῇ τὸ κατάλοιπον· περὶ ὃ δὴ καὶ ἡ ἀμφαυξις φύεται. † ζῇ δέ. καὶ δῆλον, ὅτι διὰ τὸ εὔχυλον εἶναι καὶ χλωρόν. εἴπερ παραβλαστεῖν. ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν ἴδιον τῆς ἐλάτης. Φέρει δὲ τὰ μὲν ἄλλα, τόν τε καρπὸν τὸν αὐτὸν, καὶ τὰ κατ' ἐνιαυτὸν ἐπιγινόμενα ταῦτα, φύλλον, ἄνθ☉, βλαστόν· τὰ δὲ, βρύον, ἢ ἕλικα· τὰ δὲ πλείω, καθάπερ ἥ τε πτελέα τόν τε βότρυν καὶ τὸ θυλακῶδες, † τοῦτο καὶ συκῆ καὶ τὰ ἐρινεὰ τά † προαποπίπτοντα, καὶ εἴτινες ἄρα τῶν συκῶν ὀλυνθοφοροῦσιν. ἴσως δὲ τρόπον τινὰ * ἄκαρπ☉ οὗτ☉. ἀλλ' ἡ ἡρακλεωτικὴ καρύα, † τὸ ἴουλον. καὶ ἡ πρῖν☉ τὸν φοινικοῦν κόκκον. ἡ δὲ δάφνη τὸ ‡ βοτρύδιον. Φέρει μὲν καὶ καρποφόρ☉ εἰ μὴ καὶ πᾶσα, ἀλλὰ καὶ γένος τι αὐτῆς. οὐ μὴν ἀλλὰ πλέον ἢ ἄκαρπ☉ ἣν δὴ καὶ ἄρρενα τινὲς καλοῦσιν. ἀλλ' ἡ πεύκη τὸν προαποπίπτοντα κύτταρον. πλεῖστα δὲ πάντων ἡ δρῦς † Φέρει τὸν καρπόν. οἷον τήν τε ‡ κηκίδα τὴν μικρὰν, καὶ τὴν ἑτέραν τὴν πιττώδη καὶ μέλαιναν· ἔτι δὲ καὶ συκαμινῶδες ἄλλο τῇ μορφῇ πλὴν σκληρὸν καὶ * δυσκάτακτον. σπάνιον δὲ τοῦτο.

* ἄκρον μόνον ἐπικοπῇ.
† λεῖον.
‡ ἡλίκον ἴσον πλοίῳ.
* ἢ Ald. Germ.
† ζῇ δὲ καὶ δῆλον ἐστι τῷ.
‡ οὕτως.
† προαποπίπτοντα.
* καρπός.
† τον.
‡ βότρυον Al. Germ. lege βρύον.
* ἢ ἄκαρπ☉ ἢν δὴ καὶ.
† φέρει πλεῖστα τόν.
‡ κηκίδα.
* δυσκάτακτον.

CAudice præciso, reliquæ quidem omnes pene recrescunt, nisi radices antea morbo infestatæ fuere: pinus vero & abies, radicitus omnino anno eodem inarescunt, etiam * deciso cacumine. Evenit peculiare quiddam abieti: cum † enim præcisa, vel aliquo pacto diminuta afflatu fuerit, circa lævem partem sui caudicis (habet enim quadantenus levem, enodem, similem, ac etiam æquiparandam ‡ naviculæ) mox circumnascitur paulo altitudine inferius, quod quidam circumactionem, alii circumagnationem appellant, colore nigrum, duritia excellens, ex quo crateres Arcades conficiunt. * Crassitudo talis, qualem arborem esse contigerit, quo scilicet robustior vegetiorque, vel plenior, eo crassior. Illud quoque peculiare hac eadem in re abieti accidit. Cum enim ramis omnibus ablatis, cacumen amputaveris, mox emoritur: cum vero inferiora proxima lævi illi parti præcideris, quod restat vivit: & agnatio, quam modo dixi, † circum id fieri assolet: scilicet quia vegetius, ac viridius est. Siquidem è latere nunquam recrescit, neque ab imis plantigera abies surgit. Sed enim proprium id abietis est. Ferunt reliquæ sui generis fructum, & quæ annuatim renascuntur, illa folium, florem, germen; nonnullæ etiam muscum, aut claviculam. Quibusdam datum à natura est, ut plura producant. Vlmus enim uvas affert, & folliculos quosdam ‡. Ficus grossos præciduos, & caprificos, si quæ inter ficos caprificare consuevere. ni forte pro genere fructuum hæc cepisse oporteat. Nux avellana julum callo compactili, ilex granum puniceum, * laurus uvam. Et fructifera, quanquam non omnis, sed genus quoddam. Verum sterilis copiosius, quam masculam nonnulli appellant. Pinus nucamentum præciduum: robur omnium copiosissime, præter fructum, alia gignit. Nam gallam parvulam, atque alteram resinosam, * & nigram: quin, & aliud specie veluti morum, sed durum, & fractu admodum difficile. Id tamen rarum. Ad hæc aliud effigiem

* *deciso solo cacumine.*
† *cum enim aut præcisa, aut demutilata vel vento vel aliquo modo fuerit.*
‡ *Malo navis) mox adnascitur quiddã quod priorem tamen altitudinem paulo minus implet.*
* *crassitudo pro ratione arboris.*
† *circum id fieri assolet, vivit autẽ & manifestum est vegetum & viridem esse.*
‡ *quosdam similiter ficus & papillas verè fici facient antecedentes ferunt, & quæ inter ficos caprificare cõsuevere, nè forte pro genere fructuum hæc cepisse oporteat, nux veroavellana.*

* *sterilis laurus,* βρύον, *id est confertos flores, similes quercuum & olearum floribus fert copiosius quam fructifera, atque hæc non omnis, sed species quædam tantum, quam idcirco masculam nonnulli vocant.*

† ὀμφαλῷ. ‡ περιπυρηνίῳ σκληρότερον Ald. Germ. lege περιπυρηνίῳ σκληρότερον. " κηκίς. † Theod. τῆς τῶν ἐρεβίνθων μαχαλίδας. lege δ' ἐν διπτερυγῶν ῥοπῶν μασχαλίδων. vide annotationes. ‡ χειλόμυχον ἴδιον. vir doctus dubitat an ἰδιόν. " ἐπανεστηκότας Ald. Germ. at Lug. Bat. ἐπανεστηκότας fulcitas. ‡ ἔχει ἡ μέσως. ‡ ἀνοιγόμενον. " πιστυρώδες. † κηκίδος. ‡ περί.

καὶ ἕτερον αἰδοιώδη σχέσιν ἔχον· πλειουμένης δὲ τι σκληρὸν κατὰ τὴν ἐπανάστασιν, καὶ πετρυπημένον, καὶ προσεμφερὲς τρόπον τινὰ τοῦτ' ἐστι καὶ ταύρου κεφαλῇ· περικαταγνύμενον δ' ἔνδοθεν ἔχει πυρῆνα, ἐλαίᾳ † εἰρυφυλῷ. φύει δὲ καὶ τὴν ὑπ' ἐνίων καλούμενον πῖλον. τοῦτο δ' ἐστὶ σφαιρίον ἐριῶδες, μαλακὸν, ‡ περιπυρηνίῳ σκληρότερον πεφυκὸς, ᾧ χρῶνται πρὸς τοὺς λύχνους. καίεται γὰρ καλῶς, ὥσπερ καὶ ἡ μέλαινα " κηκίς. φύει δὲ καὶ ἕτερον σφαιρίον κόμην ἔχον, τὰ μὲν ἄλλα, ἀχρεῖον, κατὰ δὲ τὴν ἐαρινὴν ὥραν ἐπιβάπτον χυλῷ μελιτηρῷ, καὶ κατὰ τὴν ἀφὴν καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν. φύει δ' † ἐν πελώνης τῶν ῥοπῶν μασχαλίδας, ἕτερον σφαιρίον ἄμισχον καὶ ‡ κοιλόμισχον, ἴδιον, καὶ ποικίλον. τοὺς μὲν γὰρ " ἐπανεστηκότας ὀμφαλοὺς ἐπιλευκοὺς, ἢ ἐπιστιγμένους ἔχει † μέλανας. τὸ δὲ ‡ ἀνὰ μέσον κοκκοβαφὲς καὶ λαμπρόν. ἀνοιγόμενον δέ ἐστι μέλαν καὶ ἐπίσαπρον. σπάνιον δὲ παραφύει καὶ λιθάριον, " κισηροειδὲς ἐπὶ πλεῖον. ἔτι δ' ἄλλον τούτου σπανιώτερον φυλλικὸν συμπεπιλημένον, πρόμηκες σφαιρίον. ἐπὶ δὲ τοῦ φύλλου φύει κατὰ τὴν ῥάχιν σφαιρίον λευκὸν διαυγὲς ὑδατῶδες, ὅταν ἁπαλὸν ᾖ. τοῦτο δὲ καὶ μυίας ἐνίοτε ἔνδον ἔχει. τελειούμενον δὲ σκληρύνεται καὶ † κηκίδος μικρᾶς λείας τρόπον. Ἡ μὲν οὖν δρῦς τοσαῦτα φέρει ‡ περὶ τὸν καρπόν.

effigiem pudendi repræsentans. Cum vero perficitur, durum quid parte emicante, & perforatum, & tauri caput quodammodo æmulans profert. quod præruptum, † nuclei oleæ speciem intus ostendit. Fert & quod quidam pilum appellant. Id pilula est, ‡ comam gerens lanaceam, mollem, nucleo durior: qua in lucernarum luminibus utuntur. Flagrat enim probe, ut galla nigra. Fert & alteram comigeram pilulam; cætera quidem inutilem, verno autem tempore, " succo melligeno inficientem, tum tactu tum gustatu. Sed in ramorum alis pilulam aliam gignit sine pediculo, † concavoque sessilem, peculiarem certè, versicoloremque. Nam eminentes ‡ quosdam umbilicos candicantes, vel passim variantes nigris maculis habent. Partem mediam grani tinctura infectam splendidamque ostendit, aperta nigra & putricans cernitur. Lapillum quoque puniceum magna ex parte gignit, quamquam raro. Item aliam eo rariorem pilulam è foliis convolutam, compressam, atque oblongam. " Super foliis vero tergo adhærentem pilulam fert candidam, aquosam, dum tenera est. Hæc etiam muscas interdum intus continet, veniensque ad incrementum justum, in modum lævis parvulæ gallæ indurescit. Robur tot, præter fructum producit.

† *nuclei olivæ congenitæ speciem intus ostendit.* ‡ *lanata, mollis, putamine duriore.* " *intingente succo melligeno, tum tactum, tum gustu. gignit & aliam pilulam interius, ubi alæ vergunt ad imum.* † *recessu intus cavo.* ‡ *umbilicos aut candicantes, aut punctis maculosos, aut nigros habet, media pars splendida & coccinea conspicitur, aperta nigra & subputrida cernitur; in lapillum quoque magna ex parte punicosum degenerat, quamquam raro.* " *à tergo vero folii mediæ costæ insidentem fert pilulam albam, pellucidam, aquosam, quamdiu mollis est.*

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἢ κολυθῇ ὑπὸ πνεύματος. *Sic lege,* Mutilata fuerit. *hoc enim significat,* κολούω. *Non semel usus est eo verbo, quo & Plato. Item leges,* τὸ λεῖον τοῦ στελέχους: *non autē* τὸ πλεῖον. *repetit enim,* ἔχει γὰρ μέχρι πολὺ λεῖον, καὶ ἄοζον. *Recte à Theodo.* enodem. *Est & mendum, sed durum.* καὶ ἠλίκον πλοῖον. *Theodorus legit,* πλοῖον: *atque etiam naviculæ æquiparandam interpretatur. Sane non intelligo. Recentiorum dux Hermolaus cum abietis historiam, nescio qua de caussa, omisisset: debuit eos efficere diligentiores. At illi partim neglexere. Ruellius recensuit amplius. Verum idem hanc materiam ab aliis dolatam non offendit: atque iccirco tacuit. Idque sapienter: utinam & mihi licuisset. Neque enim ex scopulis, secundioris famæ nostræ cursus aucupandus est. Etiam Theodorus sine culpa omisisset naviculam illam. Præsertim cum apud Plinium nullam reperisset. & alibi multa loca difficilia prudenter dissimulavit. Lego ego,* λεῖον, καὶ ἄοζον, καὶ ὁμαλὸν, ἠλίκον ὅζον. *Tu subde quid velis: neque enim, ausim reponere* πῖλον. *& tamen pilum militare, & clava Herculis, & nostra pila, quam describit Vitruvius, adducit in comparationem Virgilius, enarrat Servius, notat Catullus, columnarem naturam ostendunt. Illud etiam animadvertas. Nam* ἄοζον enodem, *cum dicit Theodorus, etiam sine ramis intelligat necesse est, præsertim in hac arbore. In qua rami quasi infixi sunt ita, ut nodum efficere cogantur. Ergo qui dicunt ab radice statim ramos fundere, idem iidem nequeunt autumare. & Plinius piceæ ramos fundi similiter ab radice cum scribit, aliorum errorem sequutus est. Nam coniferæ sua natura ab initio puræ post radicem. Ubi crevere, inde fundere dicuntur. Corriges & id.* ὅθεν δὲ τὸ κατωτέρω τὸ κατάλοιπον. *Legit Theodo.* τὰ κατὰ τὸ λεῖον. *verum & insuavior mihi fit oratio. & puto esse glossema,* τὰ κατὰ τὸ λεῖον. *Historiam accuratius per partes considerabis. Unum id est peculiare abieti; Si ab summo præcidatur, eodem anno radicitus interire. Moderatur ei sententiæ paulò infra. Omnes, inquit, ramos si sustuleris. Alterum, si sub ramis in lævi parte secetur, aut rumpatur: & ipsam vivere, & emittere novam materiam viventem quidem & illam, sed nihil germinantem. Videamus nunc Plinii narrationem. Is de abiete, Rami in cœlum tendentes, non in latera proni. Mirum, cacuminibus eorum decisis, moritur: totis detruncatis, durat. Ergo eadem proportione totius arboris, & ramorum amputatio summa arborem interficit. Vide ut dicat Theophrastus. De nova illa materia Plinius verbum nullum. Theodorus divinitus est interpretatus.* τελέως ἐκ ῥιζῶν αὐτοετὲς αὐαίνονται. *Radicitus omnino eodem anno inarescunt.* Καὶ ἐὰν τὸ ἄκρον ἀποκοπῇ. *intellige,* μόνον. *nisi enim id addas: videatur τὰ καὶ, addere ad morbum radicis, etiam cacuminis præcisionem. Nota verbum* ἐκπεπηγὸς. τὸ ἐπὶ *summum significat. Latinè haud queas idem indicare, si dicas, inciso. Nam infra est,* ἀποκόψῃ τὸ λεῖον, *notat motum partis à toto.* ὑπὸ πνεύματος, ἢ ἄλλως πως. *Theodorus,* vel aliquo pacto diminuta afflatu fuerit. *Immo verò, aut præcisa, aut diminuta, vel vento, vel alio quo modo: puta impulsu, aut casu arboris alterius.* περιφύονται μικρὸν ὑποδεέστερον εἰς ὕψος. *Theodorus.* circumnascitur paulo excelsitate inferius. *Nunquam hæc sine Græco intellexissem. Sic dicas, Circumadnascitur quiddam, quod priorem tamen altitudinem paulo minus impleat. Dicit autem* εἰς ὕψος: *quoniam mox:* τὸ δὲ πάχος, οἷον ἐὰν τύχῃ τὸ δένδρον. *Theodorus ibi.* Crassitudo talis, qualem arborem esse contigerit. *Non est hic crassitudo qualis. Omnes enim rotundæ, sive teretes, tam exiles, quàm crassæ. quanta, dici debuit. Notabimus tamen* τὸ, περιφύονται. *Neque enim queo capere,* τὸ περὶ, *pro eo, quod est,* ἐπί. *quippe* ἐπιφύονται: *atque eandem servat crassitudinem. Aliæ sequentes voces nihilo secius eandem servant proportionem.* ἀμφαυξὴς, &, ἀμφιφυὴς. *Mallem equidem,* προσαυξὴς, &, ὑπεραυξὴς, &, ὑπερφυᾶ. *Adaugentur enim ita, ut supercrescant.* ὥσπερ ἂν ἰσχυρότερον, καὶ ἐγχυλότερον, ἢ παχύτερον. *Theodorus.* quo scilicet robustior, vegetiorque, vel plenior: eo crassior. *Igitur refert ad circumagnationem. Inferius mutavit genus. in neutro enim posuit. Neque semel ita genera commutavit. Putemus rem ipsam. videtur sic statuere, colore differre ab stipite: duritia superare. Ad hunc enim modum plus placet, quam* τὸ ὑπερβολῇ *Theodori arbitrio interpretari:* ultra modum. *Hæ sunt duæ comparationes: alia comparatio, in crassitudine. Crassitudo, id est* τὸ πάχος, *duplex, aut cum extrema sunt ambitu majore: qua ratione dicam ramos esse minus crassos, quàm stipitem: aut cum partes inter se propiores sunt. Opponitur hoc* τῷ χαύνῳ: *& est* πυκνόν. *Sic dicemus lac indito coagulo recipere* πάχος. *Id cum vellet discutere, sic aptavit. Quod ad* πάχος *attinet: si ambitum consideres; sane non excedit stipitem. Hoc iccirco dixit: quia* πῶροι, *qui ex ossium fracturis exeunt, ossium ambitum exuperant. Quod si, inquit, partim contemplere densitatem: potius agnoscas,* ἰσχυρότερον, & ἐγχυλότερον, *quam* παχύτερον. *Theodorus,* τὸ ἐγχυλότερον, *duobus expressit verbis.* vegetior, *malè. Nam infra id probat: vegetari scilicet. Tantum abest, ut in confesso sit, plus vegetari. Itaque addit:* vel plenior: *satis rectè.* παχέως. *supra relictis ramis intra annum moriebatur. Nunc accisis ramis, celeriter pereunt.* ζῇ δὲ καὶ δῆλον. *Hæc verba aut Theodorus, aut Librarius omisit. Sententia est,* ζῇ τὸ καταλειπόμενον. *objectio tacita. Non. Non enim germinat. Responsio. Est natura sua,* ἀποβλαστεῖν. *Sententiæ confirmatio.* ἐστιν ἐγχυλότερον, καὶ χλωρὸν. Φέρει δὲ τὰ μὲν ἄλλα. *Hic nulla est dubitatio, quin materia*

ria sit diversa: igitur & diversum caput. Nullo enim modo convenire potest ἡ ἀπολαύσις ἀπὸ στελέχους, cum eo, quod est: multa alia præter vulgarem fructum ferre. Hic communia quædam digerit, folium, florem, germen: fructum etiam addes, quædam autem particularia. βρύον, ἴλιγγα, βότρυς, θυλακώδες, ἔρια, ἴουλον, κάχρυν, βότρυον, κύτταρον, κικίδα, συκαμινώδες, αἰδοιώδη, πανῳχίφαλον, πῖλον, σφαίρειον μελιτηρὸν, σφαίρειον μασχαλιαῖς, λιθίζον, σφαίρειον φυλλικὸν, σφαίρειον λόγχῃ ὑδατῶδες.

Τοῦτο καὶ συκῆ, & τὰ ἔρινα. Id est, hoc θυλακῶδες, etiam ficus: ac præterea, grossos. τὰ προαποπίπτοντα, Theodorus non posuit. τοῦτο. & videndum an ficus ferant τὸ θυλακῶδες. Nescio enim an proditum sit. Sic habes ἀποπίπτοντα suprà. & hic προαποπίπτοντα. Item, ἔρινα, & ἐρινεά.

Καὶ ἔπινες ἄρα τῶν συκῶν ὀλυνθοφορεῖν. Fert igitur & τὸ θυλακῶδες, si mendum non est, & τὰ προαποπίπτοντα. & præter hæc, τοὺς ὀλύνθους. Verùm id alicubi tantum. Icciro dixit, καὶ ἔπινες. & addit, ἴσως δὲ τρόπον τινὰ ἄκαρπος οὗτος. Quòd si qua, inquit, ficus ὀλυνθοφορεῖ, fortasse alios veros ficos non edit, & est ἄκαρπος τινὰ τρόπον. Quasi caprifici proles neque fructus sit, neque non fructus. Theodorus aliter legit. Ni forte pro genere fructuum hæc accepisse oporteat. ut sit, καρπὸς: non autem ἄκαρπος. Nam in genere sylvestrium est fructus, Ἐρινεός. & dixit, τινά. Quia in caprifico fructus, ὡς: in fico, non fructus: sed καρπὸς cum additione, τίς: more peripatetico. Et icciro dixit: ἀλλ' ἡ ἡρακλεωτικὴ καρύα, τὸ ἴουλον. Nota, ἀλλά. id est, sine controversia. Designes plane per conjunctionem, at.

Ἡ δὲ δάφνη. Oratio dulcis admodum, & suavis. verborum seriem, ac textum si Latinè imitere, facias insuavem, quemadmodum fecit Theodorus. Laurus uvam, & fructifera. Conjunctio illa duriusculam efficit. Sic diceres: Sterilis Laurus uvam fert copiosius, quam fructifera. Atque hæc, non omnis: sed species quædam tantum. Est mendum in Codice. ἡ ἄκαρπος. Sententia tota contraria. Theodorus legit. ἡ ἄκαρπος, Plinium recte sequutus: qui sterilem nihil aliud ferre, ait. Verùm minus diligens alia in parte Theodorus. Plinius enim, Quam ob id masculū appellant: quia est ἄκαρπος. Recte atque exacte interpretatus verba illa Theophrasti. ἡ δὴ καί.

Πυρῆνα ἐλαία ἱερόφυλλον. Hoc etiam Plinius dicit. Sed attribuit Tauri caput: & nucleos hosce non huic αἰδοιώδει, sed τῷ συκαμινώδει. ἱερόφυλλον. Omisit Theodorus τὸ ἄρρεν. Nam & hoc lanaceum est: sicut & pila, de qua mox. πῖλον ἐστὶ σφαίρειον ἐριῶδες. Compactum ex materia, quasi è lana. Theodorus comam attribuit. Apud Theophrastum nulla coma est: neque apud Plinium, sed intus habens flocculos molles. Item mox alteram pilulam comatam cum scribit, dixisset: ὁμοίως κόμην ἔχον. περιπυρηνίου σκληρότερον. erit περιπυρήνιον, ut περικάρπιον. Ipsa pilula est τὸ περιπυρήνιον, si intus sunt πυρῆνες, id est flocculi. Theodorus simpliciter, nucleo durior. Si olivæ nucleum intelligit, falsum est.

Ἐπιβάπτον χυλῷ μελιτηρῷ. Theodorus, inficientem succo melligeno. Duriuscula vox, melligeno, tametsi Plinii mellis succum repræsentans, & tactu, & gustu. ἐπιβάπτον, idem non rectè inficientem. Servit enim ad colorē tantū. at ἐπιβάπτον etiam ad saporem. Unde vulgo legimus ἐμβάμματα. Præterea quid est inficere ad tactū? Ad oculos potius. Tactus judicium intelligit nunc circa lentorem mellis, & spissitudinem, atque ejusmodi. ἀχρεῖον. Plinius non dixit inutilem, τὰ μὲν ἄλλα. Sed utilem, inquit, verno tempore: mutilè. Suspicari namque potes alio quoque tempore alios ad usus transferri posse. Dixisset igitur, verno tantum tempore.

Φύει δὲ συντεταγμένας τῶν ῥοπῶν μασχαλίδας. Sanè corruptam orationem. In Plinii codicibus multis, gignunt & aliì ramorum, lege, alæ. Nam de ramis hactenus mentio nulla: Notabis, ῥοπῶν. nam ab eadem origine habemus ῥόπαλον. & ῥόπτρον. Releges ex Atheneo, Plutarcho & aliis. Quid autem faciat hic vox illa συντεταγμένας, etiam considerandum est. Item mendum, aut error ibi. κοιλόμισχον. Nam dixit, ἄμισχον. Et Plinius, corpore non pediculo inhærentem. Igitur Theodorus, quo consilio potest dicere: sine pediculo & addere: concavoque sessilem. Ego lego, κοιλόμυχον, recessu intus cavo. Nulla enim ratione pediculus & absit, & concavus sit, ἴδιον, peculiarem Theodorus, recte. Separata ab aliis natura. ἐπανεστηκότας, Theodorus, eminentes. ἐπανεστηκότας igitur: aut si quid melius est.

Μέλαν καὶ ἐπίσαπρον. Plinius, intus amara inanitas. culices quoque addit huic. At non è Theophrasto. Infra culices habes in alia materia arboris ejusdem. μύας enim sic transtulit, ut est in Codice scriptū Theophrasti. Non μύωπας, ut est vulgaris usus vocis, atque significationis. Plinius tamen sic.

Κισσηροειδὲς. Theodori codex noster mendosus. Puniceum. Legendum, pumiceum, à pumice, etiam pueri sciunt. κατὰ τὴν ῥάχιν, à tergo, est Theodorus interpretatus. Tergum tota pars aversa est. ῥάχις, spinæ dorsi proportione, pediculus per tergum recta discurrens. Plinius simpliciter, nimis, in folio.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Ἥλικον πλοῖον. Hic locus mutilatus sic restituendus, ἡλίκον ἱστῷ πλοίῳ. Nam & dixit Plinius lib. 16. cap. 39. Navium malis, antennisque propter levitatem præfertur abies. Recta igitur comparatio abietis cum navis arbore, cum & malus ex abiegna materia construatur.

Περιφύεται, id est circumnascitur cum Plin. non verò circumadnascitur, quod nondum legi, ut nec περὶ προσφύεται scribitur. Infra verò τὸ ὑπερβάλλον, non ita accipio quasi cum stipitis duritia fiat comparatio, sed simpliciter, & ante παχύτερον delendum. ἤ.

Ζῇ δὲ καὶ δῆλον, ὅτι τὸ: scrib. ζῇ δὲ καὶ δῆλον ἐστὶ τῷ. Vel perturbatus ordo verborum, ita restituitur, ὅτι δὲ ζῇ, καὶ δῆλον τῷ.

Θυλακῶδες, quod supra lib. 2. cap. ult. κυτινῶδες appellavit. Infra pro τοῦτο, leg. ὅτι: & pro ἄκαρπος, καρπός.

Τὸ βότρυον, id est τὸ βοτρύδιον, racemulum, si Latinè liceat; non verò uvam, ut impropriè convertit Plin. lib. 16. cap. 29. ubi: Inter quas laurus uvas suas maximeq; sterilis quæ non gignit aliud, ob id à quibusdam mas existimatur. Ex quibus apparet Plinium, ἢ διὸ καὶ rectius legisse τὸν καρπόν. Deest ἄρρεν. Lege Plin. lib. 16. cap. 7.

Ἱερόφυλλον. Scribendum esset ἱερόφυλλον. Sed nec ita mendum tollitur. Nam vera lectio est ὁμόφυλλον, quæ depravata fuit propter sequentia. Πῖλος vero quid esset, in Lexico Crispini est expositum.

Περιπυρηνίου σκληρότερον. Restituo περιπυρηνίῳ σκληροτέρῳ. Est vero hic putamē quod molles flocculos continet. Et σφαίρειον ἐριῶδες nuclei, id est, τοῦ πυρῆνος locum obtinet, & ita translatè dicitur non à materiæ, sed à figuræ similitudine.

Ἐπιβάπτον χυλῷ μελιτηρῷ, καὶ κατὰ τὴν ἁφὴν, κατὰ τὴν γεῦσιν. Ἐπιβάπτειν est intingere: unde intinctus, τὰ βάμματα. Sed hoc loco optimè per inficere exponitur. Nam illud & κατὰ τὴν ἁφὴν & κατὰ τὴν γεῦσιν solum ad vocem μελιτηρῷ refertur, quam fælici composito exposuit Plinius ita hunc locum interpretatus lib. 16. cap. 7. Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi (dicat alius mellei, id est, μελιτώδους.) Gignunt & alæ ramorum ejus pilulas corpore non pediculo adhærentes, candicantes umbilicis. Cætera nigra varietate dispersa. Media cocci colorem habent. Apertis amara inanitas est. Vide reliqua. φύει δ' συντεταγμένας τῶν ῥοπῶν μασχαλίδας. Veram lectionem reposui, φύει δ' ἐνδοτέρω τῆς τῶν ῥαβδίων μασχαλίδος. Infra κοιλόμυχον, non κοιλόμισχον, aut κοίλον ἴσχον, vel ἴζον. Plinius hoc præteriit. Nam his verbis, Corpore non pediculo adhærentes, ἄμισχον tantum voluit exponere. Ἐπανεστηκότας legend. non ἐπανεστηκότας, vel ἐπανεστηκότας. Ἴδιον. alius fortasse ἤδη ὄν. Ego autem nihil muto. Et ἀνὰ μέσον, conjunctim malo ἀνάμεσον. ἀνοιγόμενον, Plin. ἀνοιγμένον. nihil refert.

Μέλαν, καὶ ἐπίσαπρον. Quod Plinius, amara inanitas, non respondet. Hic ἐπὶ diminutionem notat, ut in ἐπίλευκος, id est, candicans. Sic ἐπίσαπρος putricans, aut supputridus, ut subalbidus, sed non audeo innovare. Nec vox Latina deest, nempe Rancidus, quod & Græcè ταγγός. Et τάγγη rancor, gradus est ad putredinem καὶ τὴν σαπρότητα, præsertim in oleosis. Supra κοκκοβαφὴς eleganter pro ὡς κοκκοβαφὴς (quod Plinius cocci colorem habet) ut de psittaco dicit ipse Plinius. Torque tantum miniato in cervice distinctum.

Κισσηρώδης prætulerim. Nam κισσηροειδὴς rarum vocabulum, & hic paulo minus appositum. ipse judicabis. Utrumque tamen formam pumicis exprimit, ut Pumicosum: non vero substantiam, quam Pumiceum denotat. Infra lubricus error, μύας pro μυίας. Culices (qui κώνωπες non μύωπες) semel vertit Plinius lib. 16. cap. 7. Aliquando & pumices gignit, nec non & è foliis convolutas pilulas: & in folio rubente aquosos nucleos candicantes & translucidos, quamdiu molles sint, in quibus & culices nascuntur: indurescunt in modum gallæ. Sed nota quod dicit, Pumices gignit: quam melius & signatè hic noster παραφύει. in hoc enim potius degenerat, quam generat. & παρὰ in compositione aliquando notat quid fieri vitiosè, atque præposterè, ut hic, sicut in παραχαράττειν atque aliis, de quibus in Crispini lexico, atque supplemento. Vide & infra in adnotation: παραβλαστάνουσιν.

Expende & illud Plini, in folio rubente. Rursus illud, aquosos nucleos candicantes. Talia malo notare, quam imitari.

IOANNIS

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἀποκοπέντος δὲ τοῦ στελέχους. Præciso caudice arbores recrescere ait, nisi radices antea morbo infestatæ fuerint. Excipit pinum & abietem. Indagandum quid στελέχους voce intelligat. Si ipsum truncum intelligit, plurimæ non recrescent, nec taxus, nec larix, nec pyrus adulta, nec malus, si ad radicem usque cæsæ & amputatæ fuerint, regerminabunt facile. Sin vero ramos majores intelligit, recrescet malus, novos ramos emittet pyrus, cæteræque arbores idem præstabunt, coniferis exceptis, quæ non facile regerminant. στελέχη quandoque ramum significare ex Hesych. probatur. στέλεχος κορμὸς ξύλου. κλάδος. κορμὸς truncus, stipes, caudex ἀπὸ τοῦ κεκορμῆσθαι τὸ συντετμῆσθαι. κλάδον ramum significare lib. 1. probavimus. Suidas, στέλεχος εἰ μὲν ὁ κορμὸς ἢ γοῦν ῥίζα, παρὰ τὸ τέλος ἔχειν, ἢ παρὰ τὸ στερεόν. εἰ δὲ οἱ ἄνω τῆς κορυφῆς κλάδοι, παρὰ τὸ εἰς τέλος ἔχεσθαι. Sed hic sensus hujus loci videtur. Detruncatæ arbores, id est ad truncum usque amputatæ, recrescunt, nisi radices ante morbo infestatæ sint, exceptis pino, abiete, & similibus. abies, pinus, si cæsæ ad caudicem usque fuerint, numquam regerminabunt, sed eodem anno in totum peribunt.

Συμβαίνει δὲ ἴδιόν τι περὶ τὴν ἐλάτην. Hunc locum Plinius lib. 16. cap. 30. his fere verbis exscripsit: *Et abieti quidem subjecta divisura, ramique in cœlum tendentes, non in latera proni. mirum, cacuminibus eorum decisis moritur, totis vero detruncatis durat; & si infra quam rami fuere, præcidatur, quod super est vivit: si vero cacumen tantum auferatur, tota moritur.* Cur cacumine deciso pereat abies, rationem reddit Theophrast. lib. 5. de caus. cap. 24. Sed an pereat cacumine amputato abies, inquirendū. Vulgata opinio est, interire. Vidi decacuminatā abietem, tertio, quartoque, à decacuminatione, anno, superstitem. Hoc tamen non reticendum; abietem decacuminatam non amplius in altum excrescere, nec multum in amplitudinem diffundi; sed eandem ferè servare altitudinem, latitudinemque. Falsum est detruncatam abietem durare. ramos brachiaque humiliora detondere licet, truncumque liberare à superfluis excrescentiis; qua cura ac cultura efficitur, ut non tantum elegantem æqualitatem & rectitudinem arbor nanciscatur, sed etiam citius assurgat, substractis inutilibus.

Ἡ ἕλιξ. ἕλιξ. circumvolutio anfractus σπεῖρα, spira: Dicitur & de capreolis vitium, qui ut vitem natura caducam erigant, & teneant, ad locum capiendum serpunt, quæ Ciceroni & Plinio claviculæ, quibus repunt vites velutque manibus utuntur. Græci recentiores ψαλίδας vocant, quæ prioribus ἕλικες, dicebantur, vitium scilicet intorti cincinni & capreoli. Neophytus. ἕλικες αἱ τῶν κλημάτων ψαλίδες. κικίννους translate vocavit Theophrastus. item metaphoricῶs in smilace aspera lib. 3. cap. ult. Diosc. lib. 4. cap. 45. de Idæa radice ἕλικες μικραὶ πεφύκασι. Marcellus notat à Plinio dici pampinos, quos Dioscorides ἕλικες vocat in vite. Sunt autem viticularum in plantis extremæ partes, in quibus claviculæ sunt, quibus advolvunt & implicant se propinquis plantis.

Τὰ δὲ πλεῖω καθάπερ ἥ τε πτελέα τόν τε βότρυν καὶ τὸ θυλακῶδες. Βότρυν vocat pilulas, quæ antequam nova folia promat, vere, mense Aprili, in ulmo conspiciuntur. florem nonnulli vocant; alii fructum ajunt. Rotunda est instar platani pilula; non tamen in pediculo dependet, sed ramulum circumcingit, reperiturq; paulo infra gemmam, ex qua nova erumpunt folia. statimque decidit, ac vento mox abripitur. folliculi in superiore parte foliorum gignuntur, quæ cum Majo mense pluviis, subitoque calore solis insequente, infestata fuerint, corrugantur protinus. at tum ex illo humore, in corrigatis foliis, vermiculi exigui (quos supra κνῖπας vocat) culicum formam gerentes nascuntur, qui progressu temporis evolant. pari modo & hederæ terrestris tenella folia vitiantur. Præter exiguos hos calices, folliculi humorem etiam continent lentum & viscosum, qui quandoque solis caloribus induratus, gummi instar concrescit.

Οὕτως καὶ ἡ συκῆ, &c. sic lege. nam folliculos non fert ficus. Observa τὰ ἔρινα τὰ παραποπίπτοντα, significare τοὺς ὀλύνθους, id est abortus grossosque prociduos, quos & caducos possis dicere, vel cadivos cum Plinio. ἐρινεὸν sive, ut hoc loco legitur, (si non corruptè) ἔρινον, papilla est veram fici faciem antecedens, vel grossus prociduus. aliis fici sylvestris fructus immaturus. alii cum ὀλύνθῳ grosso confundunt, ac idem significare ὄλυνθον & ἐρινεὸν putant. Dioscorides lib. 1. cap. 185. οἱ δὲ ὄλυνθοι, οὓς δέ τινες ἐρινεοὶ καλοῦμενοι. Amerias apud Athenæum lib. 3. ἀμεράδας δ' ἐρινάδας καλεῖσθαι τοὺς ὀλύνθους. Hesychius ἐρινάδες ὄλυνθοι ἢ σῦκα ἄρρενες. Alii, τὰ τῶν ἐρινεῶν σῦκα ἀπὸ τῶν ὀλύνθων distinguunt. Theophrastus lib. 4. hist. cap. 16. & lib. 5. cap. 3. de caus. συμβαίνει δὲ τότε καὶ τὰ ἔρινα ἀπορρεῖν καὶ τοὺς ὀλύνθους. Cass. Bass. lib. 3. cap. 6. τούτῳ τῷ μηνὶ (ἰουνίῳ) ἐν ταῖς συκαῖς τοὺς ὀλύνθους καὶ τὰ ἐρινεὰ κρεμάσωμεν, *hoc mense grossos & caprificos in ficis suspendemus.* ὄλυνθος grammaticis proprie est σῦκον ἄωρον καὶ οὐκ ἔτι πεπεμμένον sive πέπειρον, ficus immatura. Hesychius, ὄλυνθος τὸ μὴ πεπεμμένον σῦκον. Suidas, ὄλυνθος παρὰ τὸ ὅλως ἄνθειν. ἢ γοῦν ἐκ περιττῆς ἀνθήσεως τὸ αὐτὸ ἔχειν. ὄλυνθος οὖν ἡ ἀμὴ συκῆ. Theophrastus tamen ὀλύνθους nonnunquam maturescere scribit lib. 5. de caus. cap. 1. οἱ δ' ὄλυνθοι συνεργούσης ἤδη τῆς ὥρας πεπαίνονται μέχρι τινός. *olynthi tamen, juvante jam tempore, maturari aliquatenus possunt.* Cassian. Bassus lib. 10. cap. 51. εἰ δὲ θέλεις πρὸ τοῦ καιροῦ ἐσθίειν σῦκα, κρόμμυον περιστρέψας καὶ πιπέρει μίξας ἐλαίῳ ἐπίχριε τοὺς ὀλύνθους. Palladius in Martio. *ut ficus cito maturet, succo cæpe longioris, cum oleo & pipere mixto, unge poma, quando grossi incipiunt subrubere.* Idem Cass. Bass. cap. præced. τῶν συκῶν οἱ ὄλυνθοι οὐκ ἀποπίπτουσι. Gal. libr. 8. simpl. ὀλύνθων domesticæ fici fructum immaturum, ἐρινεὸν sylvestris immaturum docet. τὰ δὲ τῶν ἐρινεῶν σῦκα δριμείας ἐστὶ καὶ διαφορητικῆς δυνάμεως, οὕτως καὶ τῶν ἡμέρων οἱ ὄλυνθοι, μετέχουσι γὰρ ἔτι τοῦ τῆς συκῆς ὀποῦ. *Porro fructus sylvestris ficus acris ac digerentis est facultatis, sicut etiam domesticæ olynthi, id est grossi. inest enim iis nonnihil succi ex ficu arbore.* Idem cap. sequenti. τῆς δὲ τῆς ἀγρίας συκῆς, ἣν ἐρινεὸν ὀνομάζουσιν, ὀπός τε καὶ χυλὸς ἰσχυρότερος εἰς ἅπαντα τοῦ ἡμέρου. *fici sylvestris quam erineon vocant succus humorque ad omnia quam domesticæ validior.* Quam Theophrastus inter ὄλυνθον & ἐρινεὸν faciat differentiam, diligens lector ex cap. 1. lib. 1. de caus. facile animadvertet. Cæterum notat Athenæus ἐρινεὸν masculino genere, ficū sylvestrem arborem; neutro vero fructum significare τὸ δένδρον ἡ ἀγρία συκῆ ἐξ ἧς τὰ ἔρινα, ἔρινος κατὰ τὸ ἄρρεν λέγεται. *agrestis ficus arbor masculino genere ἔρινος appellatur, ejus vero fructus neutro ἔρινον.* Hoc idem ex Theophrasti lib. 4. hist. ubi de morbo fici agit probatur. ὁ δ' ἐρινεὸς οὔτε κραδᾷ, οὔτε σφακελίζει, οὔτε ψωριᾷ, οὔτε σκωληκοῦται ταῖς ῥίζαις ὁμοίως. οὐδὲ δὴ τὰ ἐρινεά τινες ἀποβάλλουσιν, οὐδ' ἐὰν ἔνια φυτευθῶσιν εἰς συκῆν. ὁ ἐρινεὸς ficus sylvestris arbor, τὸ ἐρινεὸν ficus sylvestris fructus. Nicand. in Theriac. fici sylvestris fructum coccygam vocari ait.

> Σὺν δὲ κράδης κυεούσης ἀπολμήξαιο κορύνην,
> Ἢ αὐτοὺς κόκκυγας ἐρινάδος, οἵτε πρὸ ἄλλης
> Γόγγυλοι ἐκφαίνουσιν ἀνοιδείοντες ὀπώρης.

> *Agrestis tenerum ficus etiam accipe ramum,*
> *Aut grossos etiam, quos parturit illa rotundos*
> *Vlla prius quam se pomis convestiat arbor.*

Scholiast. κόκκυγας δὲ τοὺς ὀλύνθους διὰ τὸ φαίνεσθαι κατ' ἔαρ ἅμα τοῖς κόκκυξι, *coccygas grossos vocat, quod simul cum ave coccyge, id est cuculo, verno tempore appareat.* ὀλύνθους ait Scholiast. An igitur ὄλυνθος etiam de sylvestri ficu? Apud Æginetam lib. 4. cap. 33. ubi ad strumas remedia præscribit, legitur ὄλυνθοι ἄγριοι καὶ ἥμεροι ἢ κάρδαμον λεῖον μετὰ πίσσης ὑγρᾶς μαλαγματώδες ποιῶν ἐπιτίθει. *grossi sativi aut sylvestres, aut nasturtium tritum cum pice liquida malagmatis forma applicatur.* Coronidis vice, Nicandri versum in Alex. examinabimus.

Τῷ μέντ' ἢ ὀπόεντας ἀποκραδίσειας ἐρινούς. *sed tu lacte graves ficorum collige grossos.* Dissentit uterque Scholiastes. primus ramum fici sylvestris exponit, alter fructum immaturum. ἀποκραδίσειας inquit prior, ἀπὸ τῆς κράδης κόψειας, οἷον ἀποσυκάσειας, τουτέστι λάβοις. ἐρινοὺς δὲ τοὺς κλάδους τῆς συκῆς, διὰ τὸ ἐρίζειν εἰς ὕψος ἀεὶ τῷ πλησίον φυτῷ. ἔστι δὲ ἐρινεὸς ἡ ἀγρία συκῆ. Lege ex meliori codice. ἐρινεοὺς δὲ τοὺς κλάδους τῆς συκῆς· ἐρινεὸς γὰρ ἡ συκῆ ἀγρία παρὰ τὸ ἐρίζειν παντὶ φυτῷ, id est, ἀποκραδίσειας, significat ἀπὸ τῆς κράδης κόψειας à ramo percute, ut, ἀποσυκάσειας ficus decerpe, id est cape. Ἐρινεοὺς vocat ramos fici. ἐρινεὸς enim ficus sylvestris dicitur; quod exasperat omnes plantas. Alteram si placet sequi lectionem, verte. *ἐρινεοὺς vocant fici ramos, quod exasperant semper proximæ plantæ partes superiores.* Hæc priores opinio. Alterius hæc est sententia. ἄλλως. ἀφέλοιο τοὺς τῆς ἀγρίας συκῆς ὀλύνθους, οὗτοι γὰρ μηδέπω ὄντες πέπειροι ἔχουσιν ὀπόν. *aliàs. abstrahe grossos fici sylvestris, hi enim nondum maturi, lacteum succum habent.* Vtraque sententia suum habet defensorem, priorem Ætius; posteriorem defendit Galenus.

nus, Aëtius tetrabib. 4. ser. 1. cap. 74. pars hæc Græcè edita nondum est. Cornario interpreti fideli satis fidem habebimus. *Damus*, inquit, *eis*, (qui taurinum biberunt sanguinem) *quæcunque grumos dissolvere possunt. grossos itaque ex fico maximè sylvestri succi plenos cum posca, aut nitro dato, aut fici succum eodem modo, aut lixivium ex cinere lignorū fici, aut ramulos fici tritos cum nitro & posca præbeto. at vero sylvestris fici fructus etiam siccus comestus, è vestigio grumos dissolvit.* Utramque defendit opinionem Gal. lib. 2. de antidot: cap. 7. ἢ ἐρινεῶν καρποὺς τρίψας μετ' ὄξους δίδου. vel, *caprifici grossos aceto dilutos*. Alia Diosc. sententia. hic ὀλύνθον præscribit, cap. 25. in Alexiphar. δίδοται δὲ ὅσα δύναται τὴν πῆξιν διαλύσαι τοῦ αἵματος καὶ τὴν κοιλίαν ὑπάγειν· τουτέστιν ὀλύνθους πλήρεις ὀπῶν τοῦ ὀποῦ σὺν ὀξυκράτῳ, καὶ νίτρον δὲ καθ' ἑαυτὸ ὠφελεῖ. *dari oportet quæ sanguinem concretum dissolvant, & alvum subducant: uti grossos lacteo succo turgentes ex posca, nitrum per se auxiliatur.* Paulo aliter locus in Euporis. libr. 2. cap. 158. legitur. βοηθοῦσιν ὄλυνθοι σὺν ὄξει ποθέντες, καθ' ἑαυτὸ ὄξος, νίτρον σὺν σιλφίῳ. *juvant per se grossi bibiti cum aceto, acetum solū, nitrum, cum silphio.* Hæc magis arridet lectio licet priorem defendat Æginota lib. 5. cap. 33. τούς τε ὀλύνθους πλήρεις ὄντας ὀποῦ σὺν ὀξυκράτῳ καὶ νίτρῳ δοτέον. Alteram ut dixi præfero lectionem, quod acetum dissolvendi & incidendi vim habet. Crediderim etiam sylvestrem ficum, quod succus acrior sit, ac magis penetrans, plus prodesse ijs, qui taurinum biberunt sanguinem. ὄλυνθον Latini grossum vocant: ἐρινεὸν caprificum. Plin. lib. 15. cap. 19. *caprificus vocatur è sylvestri genere ficus, nunquam maturescens.* Plutarchus in Camillo, τὸν δὲ ἐρινεὸν καπρίφικον ὀνομάζουσι; *ficum sylvestrem caprificum nominant.*

Ἀλλ' ἡ ἠρεικλωπική. forte scribendum, ἡ δὲ ἡρακλεωτική. De julo nucis avellanæ cap. præcedenti egi. de Ilicis grano puniceo infra cap. 17. agam. De suo addidit Theodorus *callo compactilis*: vide quæ supra dixi. Illud addi potest, Iulum nucis βοτρύδιον à Galeno vocari lib. 10. κατὰ τόπους. ἀπὸ καρύας τὰ ὥσπερ βοτρύδια· βοτρύδιον ut dixi nihil aliud quam ἴουλον, quod racemi instar pendeat.

Ἡ δὲ δάφνη τὸ βοτρύδιον. in Ald. & Bas. βότρυον eodem sensu. corrigunt βρύον, quod Theoph. infra cap. 11 fraxinum dicat ferre βρύα καθάπερ ἡ δάφνη. bryon quemadmodum laurus, φέρει δὲ, inquit, καὶ ἕτερ' ἄττα οἷον βρύα καθάπερ ἡ δάφνη, πλὴν στρυφνότερα, καὶ ἕκαστον καθ' αὑτὸ σφαιροειδές. ego verò sentio, locum qui cap. 11. habetur corruptum, eumque ex hoc cap. 8. corrigendum. legendum οἷον βότρυον vel βοτρύδιον καθάπερ ἡ δάφνη, πλὴν &c. Nam laurus βότρυον vel βοτρύδιον quod uvæ instar est, fert. gigartifera adversariorum auctoribus Penæ & Lobelio dicta. hæc surculo seritur, non semine oritur. Hyeme in Belgio, (Zelandia Flandriaque exceptis) nisi adversus hyemis muniatur injurias, moritur, primóque vere nova germina mittit. Ita fit ut arboris naturam non assumat, sed frutex semper maneat. Plin. lib. 16. cap. 24. *multò verò plura gignunt, ut diximus, in glandiferis, inter quas laurus uvas suas, maximéque sterilis, quæ non gignit, aliud ob id à quibusdam existimatur.* Sæpius me uvula lauri fefellit, cum frustra rudimentum floris fructusque existimarem. uvam hanc fert primo vere, si adversus hyemis injuriam defensa fuerit arbor.

Πλεῖστα δὲ πάντων &c. Plin. lib. 16. cap. 6. *robur præter fructum plurima & alia gignit.* quæ sunt hæc? κηκίδα, συκαμινώδες, αἰδοιώδες, ταυροκέφαλον, πῖλον, σφαίριον, μελιτηρὸν, ἁμιχὸν, φυλλικὸν, ὑδατῶδες, λιθῶδες, &c. quæ de singulis tradit, examinare aggredior.

Οἷον τήν τε κηκίδα &c. Plin. l. cit. *namque fert & gallæ utrumque genus, album scilicet & nigrum*, ut cap. 6. hujus libri docet Theophrastus. gallas ferunt singula glandiferarum genera, sed hemeris & robur medicinæ utilem, & ad coria densanda accommodam. gallarum historiam habes cap. sequenti. πιτυώδη. id est succo resinoso pinguem, malunt alij πιττώδη atro colore picem æmulantem. vulgara lectio magis arridet, quam secutus est Gaza, ut galla hæc Theoph. & πιτυώδης & μέλαινα. Nam paulo infra pilulas lanatas in lucernis flagrare scribit, ad instar gallæ nigræ, quod non nisi pinguis resinosæque substantiæ beneficio efficeret.

Ἔτι δὲ συκαμινώδες. Plin. loco citato, *namque & fert gallæ utrumque genus, & quædam veluti mora, ni distarent arida duritie, plerumque tauri caput imitantia, quibus inest nucleus olivæ similis.* Hæc corrupta, vel duo quercus excrementa confundit Plinius. Lugdunensis corrigit. *namque fert & gallæ utrumque genus, & quædam veluti mora, nisi distarent arida duritie, & quædam plerumque caput tauri imitantia.*

Καὶ ἕτερον αἰδοιώδη id est, colis effigiem repræsentans. veterum Lugdunensis vocat. initio pudendi virilis effigie est, cum perficitur durum, tauri caput imitans, cujus fructus inest nucleo olivæ similis. lego cum Roberto Constantino ὁμοφυὴ ejusdem naturæ, sit cap. 10. hujus libri ὁμοφυὴς τῇ ὀξύᾳ τῇ τε φυτείᾳ καὶ τῷ φλοιῷ.

Φύει δὲ καὶ τὸν ὑπό τινων καλούμενον πῖλον. Plin. loco citato: *nascuntur & in eo pilulæ, nucibus non absimiles, intus habentes floccos molles, lucernarum luminibus aptos. nam & sine oleo flagrant, sicuti galla nigra.* De suo addidit Plinius, sine oleo flagrare. Theophrastus simpliciter probè flagrare inquit. Absurdum videtur, quicquam sine oleo, aut pingui aliquo in lucernis ardere. *Nucibus*, inquit, *non absimiles*, Theoph. περιπυρηνίῳ σκληροτέρῳ. περιπυρήνιον putamen quod molles floccos continet. Theoph. σφαῖρον pilulam inquit esse lanaceam, mollem, putamine duriore contentam. Frustra ergo viri doctiss. corrigunt, ex interpretis fide nucleis non absimiles. Theophrastus πῖλον vocari scribit, vertunt, pilum. πῖλος pileum, galerum, capitis ornamentum significat, indumentum capitis è lana compactum. Ioannes Tzetzes, ad hunc Hesiod. ἔργων. β. versum, sive hemistichium potius.

——— Κεφαλῆφι δ' ὕπερθεν.
Supra caput verò.

Πῖλον ἔχειν ἀσκητὸν, ἵν' οὔατα μὴ καταδεύῃ. *pileum habeto elaboratum, ne aures humefiant*, πίλοις κυκλικοῖς τοῖς ἐρίων πεπιλημένοις καὶ συμπεπατημένοις, καὶ συσφιχθεῖσιν ὑφάσμασιν, ἃ οἱ ἰδιῶται νῦν κίντουκλα φασί. νῦν δὲ πῖλα τὰ ἀστράγαλα. Proclus. πῖλος. ἔστι δὲ ῥῆμα ὁ ἐξ ἐρίων γινόμενος, ἵνα μὴ ὑετὸς καταβρέχῃ τὴν κεφαλὴν δι' ὃ διὰ τῶν ὤτων εἰσιόντων ὑπὸ ἐσχάτως αὐτῆς χειμώνων. Isidorus. *pileum ex bysso rotundum quasi sphæra media, caput tegens sacerdotale, & in occipitio vitta constrictum. hoc græci vel nostri tiaram vel galeam vocant.* Apud Hieronymum legitur. *hoc Græci & nostri tiaram vocant, nonnulli galerum. non habet acumen in summo, sed galeam.* Vetus interpres Iuvenalis ad hunc versum.

——— *& Phrygia vestitur bucca tiara.*

Scholiastes: *Tiara galea sacerdotis est, quæ per malas veniens, mento subligatur. tiara est pileum Phrygium quod dicunt. tiara & πῖλος idem.* Suidas πῖλος. τὸ κίντουκλον πῖλος κάρημ' ἀμφικέφαλον, ὃ οἱ μὲν κυρβασίαν, οἱ δὲ, πάρην, ἄλλοι δὲ, κίδαριν καλοῦσι. Propriè tamen non Phrygicum sed Persicum pileum erat. Xenoph. pæd. 5 to. De Cyaraxe loquens. ἀπαγαγὼν αὐτὸν τῆς ὁδοῦ ἔξω ὑπὸ φοινικός τινος, τότε μηδικὸν πῖλον ὑπολαβεῖν ἐκέλευσεν αὐτῷ, ὅπως τὸ δένδρον περικαλύψῃ πίλῳ στρογγύλῳ λευκῷ. *eum abegit extra viam sub quadam palma, ac Medicum pileum auferre jussit, postquam pileo albo firmóque arborem contexerant.* Postremum non vertit interpres. sic Columella, ut hoc obiter addam, dixit, contra frigus arboribus quasi pileolos induere lib. de arbor. cap. 25. *Et cum autumnus incesserit, aut quum frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet; & ita crassis arundinibus, quæ ab una parte nodos integros habent, quasi pileolos induere, atq; ita à frigore, & gelicidijs teneras adhuc virgas tueri.* Persæ, ut dixi, pileum gestabant. Herodotus de Babyl. lib. 7. Κίσσιοι δὲ στρατευόμενοι τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ Πέρσαι ἐσεσάχατο, ἀντὶ δὲ πίλων μιτρηφόροι ἦσαν. *Cissii pugnaturi cetera quidem Persarum ad modum componebant, sed piligeri non erant, verùm mitras gestabant.* piligeri capite ferè semper tonso, contra μιτροφόροι intonso. Philostrat. in Brachmanis κομῶσι δὲ ὥσπερ οἱ πάλαι Λακεδαιμόνιοι καὶ Θούριοι μίτραν τε αναδοῦνται λευκήν. Mitræ fasciæ sunt quibus caput religatur, coronæ quibus caput obligatur. pilea integumenta capitis rotunda in modum galeæ facta. Latini non raro mitram pro pileo ponunt. Grammatici veteres notant pileos virorum esse, mitras mulierum. Contrarium hodie obtinet: nam pileos episcopales, mitras dicimus. Servius ad hunc Virgilij versum.

Mæonia mentum mitra, crinémque madentem,
Subnexus.

Mitram mœoniam interpretatur, pileum incurvum, de quo pendebat baccatum tegmen. Apud Persas pileus alius erat rectus; alius incurvus; acuminati omnes. incurvum & inflexum vulgus gestabat. rectum solus rex. incurvus ἀπαγὴς dicebatur. Herodotus de Persarum habitu. περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον τιάρας καλεομένους πίλους, ἀπαγέας. *habent in capite pileos, vocant tiaras, incurvos.* rectum κυρβασίαν appellabant, Hesych. τιάρα ἡ λεγομένη κυρβασία, ταύτην δὲ οἱ Πέρσαι βασιλεῖς μόνοι ἔχουσιν ὀρθήν, οἱ δὲ στρατηγοὶ ὑποκεκλιμένην. Tiaram, quæ

quæ & curbasia dicitur, rectum solus gerit rex. miles vero ac inclinatum non rectam. Isiodorus. *Persæ tiaras gerunt, sed reges rectas, satrapæ incurvas.* Theophrastus excrementum quercus quod pileum vocant ait esse σφαίριον folliculum, pillulam lanatam, mollem putamine duriore contentam. Pilulam hanc lanatam me videre, non memini.

Φύει καὶ ἕτερον σφαιρίον. Plin. loco citato. *Fert & aliam inutilem pillulam cum capillo, verno tamen tempore, melligeni succi.* Hoc videtur esse excrementum spongiosum & muscosum, sive bedeguar. quod è quercubus, Romano agro, collegit Lobelius.

Φύει δὲ ἐν τελώνης τῶν ῥοπῶν μασχαλίδας Gaza legit φύει δὲ ἐν κλάδων μασχάλαις. κοιλόμισχον idem vertit concavoque sessilem. At si pediculo caret pilula ista, quomodo concavo pediculo sessilis esse possit, non video. Gignunt & alæ ramorum ejus pilulas, corpore non pediculo adhærentes, candicantes umbilicis. cetera nigra varietate dispersa, media cocci colorem habent. apertis amara inanitas inest. Verba Theophrasti non satis expressit Plinius; quæ corrupta videntur. Lego cum aliis, φύει δὲ εἴσθεν τῆς ῥοπῆς μασχαλῶν (vel cum Robert. Constant. φύει δ' ἐνδοτέρω τῆς τῶν ῥάβδων μασχαλίδος) ἕτερον σφαιρίον ἄμισχον, καὶ κοιλόμυχον, ἴδιον, καὶ ποικίλον. τοὺς μὲν γὰρ ἐπανεστηκότας ὀμφαλοὺς, ἐπιλεύκους, ἢ ἐπεστιγμένους ἔχει ἢ μέλανας. ἀνάμεσον κοκκοβαφὲς, καὶ λαμπρόν. ἀνοιγόμενον δὲ ἐστι μέλαν καὶ ἐπίσαπρον. *Gignit & alias pilulas interius ad alarum pronos recessus, sine pediculo, intus cavas, peculiares, & versicolores eminentibus umblicis candicantibus. aliquando maculosis, interdum nigris media coccicolore splendent, apertis nigra ac putris inanitas inest.* Vides coloris umbilici varietatem non satis à Plinio expressam, postremamque orationis partem corruptam. Scribe, *apertis atra inanitas inest.* In cerro vulgari observavit doctiss. Clusius inter folia adhærere multis veluti squamis constanti capita. Viri doctiss. putant esse pilulas in alis ramorum, quarum apud Theophrastum mentio. Refert Ioannes Thalius Genrodæ in quercubus humilioribus frequentia adnata quædam reperiri, inter crebriores petiolos foliorum simul cohærentes, ad tuber aliquod ramulorum exorta; quæ oblongiuscula sunt, ad basim rotundiori conglobataque figura, in tenuem deinde mucronem fastigiata, constantia materia squamatim sibi cohærente; quæque conulum veluti quempiam exiguum exprimunt.

Σπάνιον δὲ καὶ τεφρῶδες. Plin. loco citato *aliquando & pumices gignit.* Corrige codicem Theodori, in quo ἀντὶ pumiceos legitur puniceos. lege etiam κισηρῶδες.

Ἐπὶ δὲ ἄλλον Plin. *nec non & è foliis convolutas pillulas,* foliosas pilulas Lugd. vocat.

Ἐπὶ δὲ τοῦ φύλλου. Plin. 19 & *in folio rubente aquosos nucleos candicantes, & translucidos, quamdiu molles sint, in quibus & culices nascantur, maturescunt in modum gallæ.* ἐπὶ τοῦ φύλλου malè vertit, *in folio rubente. à tergo folij mediæ costæ insidentem &c.* interpretari debuit. Asininas pilulas vocant. autumno appetente, in foliorum ea parte quæ terram spectant, pilulæ rotundæ, & fungosæ apparent, senæ aut denæ, nonnunquam unico adhærentes folio. In his vermes procreantur, quæ si autumnus calidior fuerit, & ipsi in muscas & culices mutantur. Aliæ quædã quercus vere rotundas & fungosas, boletisque similes ferunt pilulas, acerba humiditate plenas, in quibus similiter creantur, quæ in culices tandem abeunt. Quanquam autem hæc duo pilularum genera, gallæ videri possent, tamen non sunt. De vera galla cap. sequenti agemus. Has pilulas primus observavit doctiss. Fragus.

ΚΕΦ. Θ.

CAP. IX.

Fungi è robore. Viscum: humor melleus. Mas & fœmina in arboribus. De fago. De roboris generibus. Differentiæ in glandibus. De cerro. De gallis.

ΟΙ γὰρ μύκητες περὶ τὰς ῥίζας καὶ παρὰ τὰς ῥίζας φυόμενοι, κοινοὶ καὶ ἑτέρων εἰσίν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ἰξία. καὶ γὰρ αὕτη φύεται καὶ ἐν ἄλλοις. ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ὥσπερ ἐλέχθη πλειστοφόρον ἐστίν. εἰ δέ γε δὴ καθ' Ἡσίοδον φέρει μέλι καὶ μελίττας, ἔτι μᾶλλον. φύεται δ' οὖν καὶ ὁ μελιτώδης οὗτος χυλὸς ἐκ τοῦ ἀέρος ἐπὶ ταύτῃ μάλιστα *προσίζον. φασὶ δὲ καὶ ὅταν κατακαυθῇ, †γίνεσθαι λίτρον ἐξ αὐτῆς. ταῦτα μὲν οὖν ἴδια τῆς δρυός. πάντων δὲ, ὥσπερ ἐλέχθη, τῶν δένδρων, ὡς καθ' ἕκαστον γένος λαβεῖν, διαφοραὶ πλείους εἰσίν· ἡ μὲν, κοινὴ πᾶσιν, ᾗ διαιροῦσι τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν. ὧν τὸ μὲν, καρποφόρον, τὸ δὲ ἄκαρπον ἐπί τινων. ἐν οἷς δὲ ἄμφω καρποφόρα, τὸ θῆλυ καλλικαρπότερον. πλὴν ὅσοι ταῦτα καλοῦσιν ἄρρενα. καλοῦσι γάρ τινες. παραπλήσια ‡δὲ τῇ τοιαύτῃ διαφορᾷ, καὶ ὡς τὸ ἥμερον διῄρηται πρὸς τὸ ἄγριον. ἕτεραι δὲ κατ' εἶδος αὐτῶν τῶν ὁμογενῶν, ὑπὲρ ὧν ἅμα συνεμφαίνοντες καὶ τὰς ἰδίας μορφὰς τῶν μὴ πάνυ φανερῶν καὶ γνωρίμων λέξομεν. δρυὸς δὲ γένη. ταύτην γὰρ μάλιστα διαιροῦσι· καὶ ἔνιοί γε εὐθὺς τὴν μὲν ἥμερον καλοῦσι, τὴν δὲ ἀγρίαν οὐ τῇ γλυκύτητι τοῦ καρποῦ διαιροῦντες· ἐπεὶ γλυκύτατος γε ὁ τῆς φηγοῦ. ταύτην δ' ἀγρίαν ποιοῦσιν. ἀλλὰ τῷ μᾶλλον ἐν τοῖς ἐργασίμοις φύεσθαι, καὶ τὸ ξύλον ἔχειν λειότερον. τὴν δὲ φηγὸν, τραχὺ καὶ ἐν τοῖς ὀρεινοῖς. γένη μὲν οὖν οἱ μὲν τέτταρα ποιοῦσιν, οἱ δὲ πέντε. διαλλάττουσι δὲ ἔνια τοῖς ὀνόμασιν. οἷον τὴν τὰς γλυκείας βαλάνους φέρουσαν, οἱ μὲν, ἡμερίδα καλοῦντες, οἱ δὲ, " τὸ μύδιον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπ' ἄλλων. ὡς δ' οὖν οἱ περὶ τὴν Ἴδην διαιροῦσι, τάδ' ἐστὶ τὰ εἴδη· ἡμερίς, αἰγίλωψ, πλατύφυλλος, φηγός, ἁλίφλοιος· οἱ δὲ, †εὔφλοιον

* προσίζων Bas.
† γίνεται Ald. Bas.
‡ δ' ἡ τοιαύτη διαφορὰ Ald. Bas.
" γλύκιον Ald. ἐτυμόδρυν cap seq.
† εὔφλοιον Ald. Bas.

FVngos enim omitto, qui è radicibus, & iuxta radices erumpunt: communes enim eos cum cæteris habent arboribus. Sed & viscum taceo: quippe cum in aliis quoque proveniat, sed nihilominus (ut dictum est) ferax hæc arbos habetur plurimarum. Sin autem, autore Hesiodo, mella, apesque ferat, magis quoque illud confirmatur. Ergo nascirur & hic melleus humor cœlo cadens, nec alijs magis insidens frondibus. Quin & cremati roboris nitrosum cinerem esse affirmant. Hæc roboris propria. Arborum universarum, ut dictum est, quoad genera sigillatim accipi possint, plures sane differentiæ intelliguntur, publica tamen, qua fœmina, masque distinguuntur. Quorum alterum fructiferum, alterum sterile in alijs est. Vbi vero ambo fructifera, fructum " meliorem fœmina præstat, nisi forte mares eas libeat vocitari. Sunt enim, qui ita vocant. Proxima huic differentia, qua urbanum à sylvestri discernitur. Aliæ vero per species unigenerum ipsorum redduntur, de quibus nunc indicare debemus, ita ut proprias quoque persequamur simul formas illarum, quæ minus conspectæ, notæque habentur. Roboris † genera, id enim potissimum dividunt, & quidam obiter, aliud urbanum, aliud sylvestre appellant: non quod fructus distinguant dulcedine (nam dulcissimus fago, quam reddunt sylvestrem) sed quoniam cultis magis proveniat, lignumque lævius habeat. Fagus autem scabra, montuosisque nascens. Ergo genera alij quaterna, alij quina assignant. Cæterum nonnulla nomine discrepant. Vt eam, quæ glandem dulcissimam fert, alii quercum, alii ‡ placidam vocant. Quod idem etiam in cæteris

" *Pulchriorem.*
† *Quercus.*
‡ ἐτυμόδρυν, *id est, quæ dulces fert glandes.*

καλοῦσι. κάρπιμα μὲν πάντα· γλυκύτατα δὲ τὰ τῆς φηγοῦ, καθάπερ εἴρηται· καὶ δεύτερον τὰ τῆς ἡμερίδος. ἔπειτα τῆς πλατυφύλλου. καὶ τέταρτον ἡ ἁλίφλοιος. ἔσχατον δὲ καὶ πικρότατον, ἡ αἰγίλωψ. οὐκ ἐν ἅπασι δὲ γλυκεῖαι τοῖς γένεσιν, ἀλλ' ἔνιαι καὶ πικραί, καθάπερ ἡ φηγός. διαφέρουσι δὲ καὶ τοῖς μεγέθεσι καὶ τοῖς σχήμασι καὶ τοῖς χρώμασι τῶν βαλάνων. ἴδιον δὲ ἔχουσιν, ἥ τε φηγὸς καὶ ἡ ἁλίφλοιος. ἀμφότεραι γὰρ παραλιθάζουσιν ἐν τοῖς ἄρρεσιν καλουμένοις, ἐξ ἄκρων τῶν βαλάνων ἑκατέρωθεν. αἱ μὲν, πρὸς τῷ κελύφει, αἱ δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ σαρκί. διὸ καὶ ἀφαιρεθέντων, ὅμοια γίνεται κοιλώματα τοῖς ἐπὶ τῶν ζώων. διαφέρουσι δὲ καὶ ἐν τοῖς φύλλοις καὶ τοῖς στελέχεσι καὶ τοῖς ξύλοις καὶ τῇ ὅλῃ μορφῇ. ἡ μὲν γὰρ ἡμερὶς οὐκ "ὀρθοφυής, οὐδὲ μακρά. περίκομος γὰρ ἡ φυτεία καὶ ἀπεστραμμένη καὶ † καλομάσχαλος. ὥστε ὀζώδη καὶ πολυμάσχαλον γίνεσθαι. τὸ δὲ ξύλον ἰσχυρὸν μὲν, ἀσθενέστερον δὲ τῆς φηγοῦ. τοῦτο γὰρ ἰσχυρότατον, καὶ ἀσαπέστατον. οὐκ ὀρθοφυὴς δὲ οὐδὲ αὐτή· ἀλλ' ‡ ἧττόν ἐστι τῆς ἡμερίδος. τὸ δὲ στέλεχος παχύτατον, ὥστε καὶ τὴν ὅλην βραχεῖαν εἶναι. καὶ γὰρ ἡ φυτεία περίκομος καὶ ταύτῃ καὶ οὐκ εἰς ὀρθόν. ἡ δὲ αἰγίλωψ ὀρθοφυέστατον, καὶ ὑψηλότατον, καὶ λειότατον. καὶ τὸ ξύλον εἰς μῆκος ἰσχυρότατον. "φύεται δὲ ἐν τοῖς ἐργασίμοις σπανίως. ἡ δὲ πλατύφυλλος δεύτερον, ὀρθοφυΐᾳ καὶ μήκει. πρὸς δὲ τὴν χρείαν † τὴν οἰκοδομικὴν χείριστον μετὰ τὴν ἁλίφλοιον. φαῦλον δὲ καὶ εἰς τὸ κάειν καὶ ἀνθρακεύειν, ὥσπερ καὶ τὰ τῆς ἁλιφλοίου. καὶ ‡ θριπωδέστατον μετ' ἐκείνην. ἡ γὰρ ἁλίφλοιος "παχὺ μὲν ἔχει τὸ στέλεχος, χαῦνον δὲ καὶ κοῖλον, ἐὰν ἔχῃ πάχος ὡς ἐπιπολύ. διὸ καὶ ἀχρεῖον εἰς τὰς οἰκοδομάς. ἔτι δὲ σήπεται τάχιστα. καὶ γὰρ πεφύκυς ἐστι τοῦ δένδρου· διὸ καὶ κοίλη γίνεται. φασὶ δέ τινες οὐδὲ ἐγκάρδιον εἶναι μόνην. λέγουσι δὲ καὶ κεραυνοβλῆτες αὗται μόναι γίνονται, καίπερ ὕψος οὐκ ἔχουσαι. τῶν Αἰολέων τινὲς οὐδὲ πρὸς τὰ ἱερὰ χρῶνται τοῖς ξύλοις. κατὰ μὲν οὖν τὰ ξύλα καὶ τὰς ὅλας μορφάς, ἐν τούτοις αἱ διαφοραί· κηκίδας δὲ πάντα φέρει τὰ γένη. μόνη δὲ εἰς τὰ δέρματα χρησίμην ἡ ἡμερίς. ἡ δὲ τῆς αἰγίλωπος καὶ τῆς πλατυφύλλου, τῇ μὲν ὄψει παρομοία τῇ τῆς ἡμερίδος, πλὴν λειοτέρα· ἀχρεῖον δὲ, φέρει δὲ καὶ τὴν ἑτέραν τὴν μέλαιναν, ᾗ τὰ ἔρια βάπτουσιν. ὃ δὲ καλοῦσί τινες φάσκον, † ὁμοίως τοῖς βραγχίοις, ἡ αἰγίλωψ μόνη φέρει, πολιὸν καὶ βραχίον· καὶ γὰρ πηχυαῖον κατακρεμάννυται, καθάπερ τρύχος ὀθονίου μακρόν. φύεται δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ φλοιοῦ καὶ οὐκ ἐκ τῆς κορύνης· ὅθεν ἡ βάλανος. οὐδὲ ἐξ ὀφθαλμοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ πλαγίου ‡ τῶν ἄνωθεν ὄζων ἔχει. ἡ δὲ ἁλίφλοιος ἐπίμελαν τοῦτο φύει, καὶ βραχύ.

" ὀρθοφυὴς οὐδὲ λεία, οὐδὲ μακρά. Bas.
† πολυμάσχαλος. Bas. κοιλομάσχαλος.
‡ ἧττον πολυμάσχαλος ἐστί.
" οὐ φύεται δὲ ἐν τοῖς ἐργασίμοις ἢ σπανίως Bas. Theod.
† τῆς οἰκοδομικῆς.
‡ θριπηδέστατον Bas.
" παχὺ ταύτης μὲν ἔχει τὸν φλοιὸν καὶ τὸ στέλεχος χαῦνον καὶ κοῖλον.
† ὁμοίως τοῖς ῥακίοις ἡ αἰγίλωψ μόνη φέρει, πόλιον καὶ βρύινον· καὶ γὰρ πηχυαῖον κατακρεμάννυται.
‡ κάτωθεν.

teris faciunt. At ut Idæi dividere consuevêre, genera hæc roboris habentur: placida, "cerrus, latifolia, fagus, † salsicortex, quam alij recticorticem vocant: omnia fructifera. sed dulcissima glans fago, uti retulimus: secunda ‡ placidæ, tertia latifoliæ, quarta "salsicortici, ultima & amarissima cerro. quanquam non singulis cujusque generis dulcis, sed etiam amara nonnullis, ut in genere fagi videre licet. Distant etiam magnitudine, figura, coloreque glandium. Peculiare fago & † salsicortici, quod ambæ in genere dicto virili, ‡ glandes parte postrema utrinque lapidescunt; alijs in putamine, alijs carne ipsa, ideoque detractis lapillis, concava perinde atque in animalibus relinquuntur. Folio quoque, caudice, materia, totaque specie distant. Namque placida non erecta, nec lævis, nec excelsa est: quippe, "quæ corpore in orbem comoso, contorto, sinuosoque stet, ut nodosa, ac torosa assurgat: materies robusta, verum infirmior, quam fago. Hæc enim robustissima, putredinique nulli obnoxia est. Sed nec ipsa erecta, quanquam minus † torta, quam quercus: caudice vero crassissimo constat, ut tota quoque brevis species reddatur. Nam ejus etiam ‡ corpus in orbem comosum, minimeque erectum est. Cerrus rectissima, excelsissima, lævissima & materia per longitudinem robustissima; nunquam in cultis aut rarenter nascens. Latifolia secunda tum rectitudine, tum excelsitate, & ad ædificiorum usus post salsicorticem deterrima. Ad cremandum quoque carbonemque faciundum, vitijs obnoxia, sicut & "salsicortex: quin & maxime, post illam tamen putrescit. † Salsicortex enim crasso quidem caudice, sed fungoso & cavato, si crassus sit, magna ex parte cernitur. Quapropter ædificiis minus hæc utilis habetur. Item brevi putrescit, quod ex natura ejus arboris accidit. Qua de causa concava, & inanis redditur. Sunt qui & corde hanc solam carere volunt, & fulmine solam jaci, quamvis non altitudine excellat. Æolum quidem nec ad sacrificia lignis ejus utuntur. Hæc pro materiæ universæ speciei modo discrimina intelliguntur. Gallas singula ferunt genera. Sed quercus, quam placidam dixi, tantum ad coria utilis; cerri & latifoliæ, visu quidem haud absimilis illius, nisi quod levior, sed ad rem nullam utilis: fert & alteram, nigram, qua lanæ inficiuntur. ‡ Quod autem penem quidam appellant branchijs simile, cerrus sola producit, canum, mucosumque cubitali longitudine pendens, ceu villus lintei prolixus: nascitur id è cortice, non è surculo, unde glans: nec è gemma, sed à latere supernorum nodorum. At vero salsicortex id nigricans, pusillumque gignit. Idæi hunc in modum distinguere solent.

" ægilops.
† crassicortex quam alii corticosam vocant.
‡ domesticæ quercui.
" crassicortici.
† crassicortici.
‡ ima summaque parte glandis quasi in lapidem degenerant.
" cujus rami sparsi natura sua sunt, contorti cavisque alis præditi; adeo ut torosi & sinuosi sint.
† sinuosa.
‡ rami sparsi natura sua sunt, minimeque in rectum assurgit Ægilops, mente regne in lõgũ porrecta.
" crassicortex.
† crassicortex cortice crassissimo, si caudex crassus sit, crassus & cavatus magna ex parte cernitur.
‡ Quod autẽ phascon quidam vocant pannis simile, ægilops sola fert canum & muscosum cubitali longitudine pendens, uti vestis lacerus & longus pannus; nascitur è cortice non surculorum cacumine, unde glans; nec ex gemma, sed ex latere superiorum ramorum. At vero crassicortex id nigricans pusillumque gignit.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI

ANIMADVERSIONES.

Οἱ γὰρ μύκητες. Ne hæc quidem pars abscindenda. Nam tametsi hactenus peculiaria: tamen cætera quę communia subdit, cum à natura quercus non abscedant, ab eo capite ne discedere quidem debent. Hic sit error Theodori, ille vero Theophrasti. Qui cum dicat κοιναὶ καὶ ἑτέρων εἰσί: mox subdit, ταῦτα μὲν οὖν ἴδια τῆς δρυός. Quem errorem si tollas, augeas culpam Theodori, ut sit pro interpositione id (οἱ γὰρ μύκητες, & alia, & ea quæ cum alijs habet quercus communia) & postrema verba, ταῦτα μὲν οὖν ἴδια, exempta ex illa parenthesi, adjungantur illis, ἃ μὲν οὖν δρῦς τοιαῦτα φέρει.

Ὄζειν κατακαλυφθῇ. *Plinius legit κατακαυθῇ. Ut è cinere nitrum habeatur.*

Πάντων δ' ὥσπερ εἴληφθη. *Hactenus tractavit generationes. Deinceps generum divisiones. Quare & hæc pars illam debuit præcedere. Prius enim, & notius nobis, quod est, quàm quomodo fiat. Et eadem quæ ad agrestium pertinent generationem commodius ad secundum librum adjungerentur. Qui liber iccirco in duas secaretur partes. Atque hinc esset Tertii initium.*

Χαλλικαρπότερον. Fructum meliorem, *Theodorus. Vide, an sit,* pulchriorem. *Grandiores enim fructus humidiores in eodem genere. At ii ex fœmina, ut in Cydoniis.*

Παραπλήσια δ' ἡ τοιαύτη φορά. *Lego* παραπλησία τοιαύτη διαφορά.

Τὰς γλυκείας φέρουσαν οἱ μὲν ἡμερίδα καλοῦντες, οἱ δὲ τὸ μύδιον. *Theodorus*, quæ glandem dulcissimum fert, alii quercum, alii placidam vocant. *Placidæ nominis lineamenta è Plinio duxit.* μύδια *quid sint, scio:* μυδίον *quid sit, nescio. Neque nostri recitatores quicquam.*

Αἰγίλωψ. Cerrus Theodoro, & ἁλίφλοιος salsicortex. *Sic Plinius videtur cerrum explicare. Qui amaram à salsicortice cum legit, non à cerro, videtur ibi quid sentiat indicare.*

Ἐξ ἄκρων τῶν βαλάνων ἀπολιθοῦνται. *Theodorus*, Parte postrema utrinque lapidescunt. *Imum, & summum glandis potius, quàm utrunque postremum.*

Οὐκ ὀρθοφυὴς, οὐδὲ μακρά. Neque recta, neque excelsa. *Alibi hoc explicatius declaratum à nobis est. Erectum esse, cujus secundum longitudinem pars centrum spectat, pars altera contraria ad circumferentiam totius vergit. Rectum est, cujus duo extrema intercedit minimus tractus. Illius definitio est secundum situm ad orbem, hæc à situ partium inter se. Esse potest erectum, etiam flexuosum. Aliud* εὐθὺ, *aliud* ὀρθόν. περίκομος ἡ φυτεία. *Theodorus*, corpore in orbem comoso. *Dicerem:* sparsi rami natura sua: *hoc est,* φυτεία. *Hic quoque* ὀζώδη. *Theodorus*, nodosam. *Alosam autem cum dicit: monstrosa utitur licentia.*

Οὐκ ὀρθοφυὴς δὲ οὐδ' αὕτη, ἀλλ' ἧττον ἔτι τῆς ἡμερίδος. *Nota scopulum Græcæ brevitatis.* τὸ ἧττον *videtur negare* τὸ ὀρθοφυής. *Sic dicam hoc exemplo. Ne Mauri quidem ipsi albi: minus tamen quàm Æthiopes. hoc falsum est. Minus enim nigri sunt: non, minus albi. Ita magis recta est fagus, quàm quercus. Igitur simul nega.* ἧττον, οὐκ ὀρθοφυής. *Longè omnino aliter animadvertuntur quercuum genera. Summum, nigra & alba, à materia. Nigræ duæ. Harum solida materia est: minus nigræ. Albæ species una, cujus glans plus expetitur: & altera cujus materia frequentius apparatur. Tertium genus humile, & contortum: neque cerrum hic agnoscunt. plurimam in Histria vidimus. Quod autem Fagum non ire εἰς ὀρθόν, & esse βραχεῖαν ait: è regionibus certis descripsit ipsam. In Cantabris, excelsam & rectam vidimus. Eodem modo intelligas non esse rectissimam & procerissimam cerrum. Nam Vascones quam Tausinum nominant, ea fert glandem longè optimam. Ipsa arbor grandissima, mitissima, rectissima, speciosissima, ut ex facie haliphlœon dicas, è glande & materia non dicas. & frequens ἐν ἐργασίμοις. Theodorus legit negativè οὐ φύεται.*

Οἱ δὲ καλοῦσί τινες φάσκον. *Theodorus obscœna voce, at Plinius commodiore*, pannum. *Mucosum scriptum est. at in codice Plinii*, muscoso villo arentes. *Neque enim sit muccus simul & ariditas.* τρύγχος *notabis, si non est mendum. ad Platonem* τρύχος *aliud est. Theodorus villum lintei interpretatur.* τρύχος *lege. sic* τρυχίας *apud Pollucem. Nota* ἐκ τοῦ φλοιοῦ, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ κορύνης. ὅθεν ἡ βάλανος. *Theodorus*, è cortice, non è surculo: unde glans. *Malo* κορύνην, *surculum: sed surculi caput. opponitur hoc illi,* ἐκ τοῦ πλαγίου. *Illud impedit intellectionem: quomodo è surculo, non è cortice. corticem enim habet surculus. Idem de ramis dicas, ex Plinio. At quia* τὸ ἐκ πλαγίου, *possit esse,* τὸ ὅθεν ὀφθαλμός, *dixit è cortice: id est, ubi ne vestigium quidem ullum ordinarium. Lege* ἐπιμήλαν, *non* ἐπιμηλίαν.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Πολυφόρος. *Rectè: decem enim enumeravit alia, quæ ferat robur præter glandem.* Περσίζειν, & κατακαλυφθῇ, γίνεται *scriptum fuit mendosè, quum legendum sit* προσίζειν, & κατακαυθῇ, γίνεται. *Nam & Plinius ex hoc loco cap. 8. lib. 16.* Tam multifera sunt, & tot res præter glandem pariunt robora. Sed & boletos suillosque, gulæ novissima irritamenta, quæ circa radices gignuntur. *Et infra,* Robora ferunt & viscum & mella, ut autor est Hesiodus. Constatque rores melleos è cœlo, ut diximus, cadentes, non aliis magis insidere frondibus. Cremati quoque roboris cinerem nitrosum esse certum est.

Versus Hesiodi.

Τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν. *Quæ differentia latissimè patet. Nam arboribus, imò potius omnibus quæ terra gignat, herbis etjam, utrumque sexum esse diligentissimi naturæ indagatores tradunt, quod nec tacuit Plinius lib. 13. cap. 3.*

δ' ἡ τοιαύτη--καὶ ὡς--συνεμφαίνοντας--*leg.* δὲ τοιαύτη--καὶ ἣ--συνεμφαίνοντες. *Et post* γινομένων, *deest* λέγομεν. Εὐθὺς. *Nota quæ parenthesin includit, transferenda post* τοῖς ὀρεινοῖς.

Παραλιθίζουσι. *Hic* παρὰ, *ut supra adnotavi in* παραφύειν, *inversum naturæ ordinem ostendit, & aliquid vitiosè atque præposterè fieri. Ex hoc loco dicit Plinius (quàm verò rectè hæc & alia, in Observationibus Plinianis Deo duce dicetur) lib. 16. cap. 6.* Probatur & ea, cujus in balano utrinque ex longitudine extrema lapidescit duritia: melior, cui in cortice, quam cui in corpore, utrunque non nisi mari, &c. *Hic Theophrasti locus: & sequentis capitis, ubi* φηγὸν *στρογγύλας βαλάνους esse ait, aperte ostendunt* φηγὸν *non esse in hoc authore fagum: hanc enim disertis verbis* ὀξύαν *vocat, ut suo loco dicetur. Fagea, glans nuclei similis est, & triangula cute includitur, non autem teres est: nec unquam lapillos gignere videtur, aut proditur. Deinde* τῆς φηγοῦ *lignum* ἰσχυρότατον καὶ ἄσαπέστατον. *fagi verò non ita, vel ipso teste Plinio, qui ait lib. 16. cap. 40. fagum & cerrum celeriter marcescere. Arrisit Plinio* φηγὸς *fagus* ἀπὸ τοῦ φαγεῖν: *cur non esculus ab esca? Esculum vocamus* escueil: Itali Ischio: *& Romani rustici* Esculo: *Hispani* Enzina, *qui glandes ejus* Vellotas *vocant. Sint igitur* τῆς δρυὸς (*id est roboris in genere dicti: sic enim etiam usurpat Plinius. non deerunt qui quercum dicere malint, sed quis author?*) *genera quinque,* φηγὸς *esculus,* ἡμερὶς *hemeris,* πλατύφυλλος *latifolia,* αἰγίλωψ *cerrus, &* ἁλίφλοιος *haliphlœos. Hemeris Idæorum sive Etymodrys Macedonum, est robur privatim dictum: Allobroges vocant* Reure: *Itali* Rovero. *Tertium genus Ægilops Idæorum, Aspris Macedonum Latinorumque, Cerrus, est* Cerro *Italorum. Quartum Haliphlœos (cui crassissimus cortex,* ἀπὸ τοῦ ἁλὶς καὶ φλοιός) *Italorum* Fargno, & Fargnia. *Calyci cerri tribuit Plinius, quæ hujus calyci conveniunt. Quintum Platyphyllos sive latifolia, propriè: vulgò* Chesne: *Italis* Quertia. *Plinius Latifoliam etiam vocat. Aliis verò, ut Plinio* ἡμερὶς *est quercus: quæ est* Glianda Castagnola *Italis, cujus & coctæ glandes edules sunt. Cerri autem echinatis calycibus utuntur infectores ad atrum colorem. Deportantur è Chio & Cypro, vocantque* Gallonas, & Vallania. *Cerrea glans amarissima. In Appennino, & Andium agro (vulgò* Angiers*) quercus perpetuò virens (quod & Theophrast. in Thurino agro, ubi fuit Sybaris) ex genere Latifoliæ.* Τῇ κελύφῃ, *leg.* τῷ κελύφει. φυτεία *hic, id est, planta καὶ τὸ φυτόν. Plinius lib. 16. cap. 6. dixit ex hoc loco,* Hemeris, brevior, & in orbem comosa, alasque (*malo alis*) ramorum crebro cavata. *Legerat* κοιλομάσχαλος, *ut priore loco mihi legendum videtur.*

Περίκομος. *Talis est illa roboris species quam vidi Basileæ, cujus ramorum orbis &* περιφέρεια, *id est, circumcurrens linea centum passus continet quotidieque magis magisque distenditur brachiorum in orbem comosa luxurie, ac tonsili facilitate.*

Οὐ φύεται, *rectè. Nam & Plin.* Excelsissima autem ægilops incultis amica, &c.

Εἰς μῆκος, *id est, in longum porrecta, in hoc sensu, in* transversum posita, *dicit Plinius.*

Τὴν οἰκοδομικήν. *Alii* τῆς οἰκοδομικῆς. *Plinius*, Ab hac proximè latifoliæ proceritas, sed minus utilis ædificiis, &c. *Ubi ipsi* ἡμερὶς, *quercus.*

Φάσκον. *legend. cum Plin.* σφάγνον. *pro* βραγχίοις, βρογχίοις, *comparat enim pulmonis canaliculæ sive fistulæ, ut Aetius* σωληνάρια, *id est, canaliculæ sive tubulo.*

Πάλιν & βράχιον. *mendosè pro* ὡς ῥάκιον, *non, ut alii,* τραχὺ ὄν. Pannos (*sic enim legend.*) arentes *vocat Plin. Ne pigeat legere quæ adnotavi in Lexico in voce* Βρύον, & Τρύχος.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Φέρε μέλι, &c. Pulcherrima contemplatio, quod manna intelligat, an quo hodie utimur, an manna Græcis cognitum: an vero ros idem cœli. De tribus istis hoc loco agemus. Prima quæstio, utrum manna sit quod in officinis prostat. Vulgata & recepta est opinio de cœlo hoc cadere. Meminit mellis Aerii Theophrastus in fragmento, libro de melle. ὅτι αἱ τοῦ μέλιτος γενέσεις τριτταί. ἡ ἀπὸ ἀνθῶν, καὶ ἐν οἷς ἄλλοις ἐστὶν ἡ γλυκύτης· ἄλλη δὲ ἐκ τοῦ ἀέρος. ὅταν ἀναχυθὲν ὑγρὸν ἀπὸ τοῦ ἡλίου συνεψηθὲν πέσῃ· γίνεται δὲ τοῦτο μάλιστα ὑπὸ πυραμητόν, &c. *Triplex mellis generatio, à floribus prima, aut aliis in quibus dulcedo sit. altera ab aëre, cum liquidiusculus à sole concoctus cadit, quod præsertim fit messis tempore.* Meminit roris mellei Aristoteles libr. 5. hist. animal. cap. 22. De apibus. γίνεται δὲ κηρίον μὲν ἐξ ἀνθῶν, κήρωσιν δὲ φέρουσιν ἀπὸ τῶν δακρύων τῶν δένδρων, μέλι δὲ τὸ πῖπτον ἐκ τοῦ ἀέρος. καὶ μάλιστα τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς, καὶ ὅταν κατασκήψῃ ἡ ἶρις· ὅλως δὲ οὐ γίνεται μέλι πρὸ πλειάδος ἐπιτολῆς. τὸν μὲν οὖν κηρὸν ποιεῖ ὥσπερ εἴρηται, ἐκ τῶν ἀνθῶν, τὸ μέλι ὅτι οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ φέρει τὸ πίπτον μόνον. id est, *favos conficiunt è floribus: melliginem ex arborum lachryma. mel autem ex aëre cadit, præsertim siderum ortu, atque ubi incubuerit cœlestis arcus. neque enim ante ortum vergiliarum, mel fit. ceram igitur ut diximus faciunt: at ex floribus mel non faciunt, sed maximam partem legunt tantum.* Plin. lib. & cap. 11. *At melle uno alterove die cellas replent. venit hoc ex aëre, maximè siderum exortu, præcipueq; ipso Syrio splendente fit, nec omnino prius vergiliarum exortu, sublucanis temporibus. itaque tum prima aurora folia arborum, melle roscida, inveniuntur.* Corruptum Plinii codicem docet doctiss. Salmasius; quod apud Aristotelem nulla Sirii fiat mentio, qui satis comprehenditur τοῖς ἄστρων ἐπιτολαῖς *siderum exortu. Libri*, inquit, *Plinii, pro Syrio, habent irio, & explende fit; in quibusdam explendescit.* Totum hunc locum sic legit. *præcipueque ipsa iri impendente; nec fit omnino prius vergiliarum exortu. sublucanis temporibus itaque, cum prima aurora folia arborum melle roscida inveniuntur*, ὅταν κατασκήψῃ ἡ ἶρις *ipsa iri impendente.* Errat vir magnus cum scribit *oriuntur* (vergiliæ) *octavo calend. Aprilis, id est, 23. Martii in octava parte Arietis. Columel. cap. 14. lib. 9.* Supra cap. 6. & 7. probavi ex Plinio, vergilias mane oriri. 6. idus Maii, id est 10. Maii die, si novam calculi rationem sequamur. Idem docet Columella loc. cit. Æquinoctium docet esse 8. cal. April. Verba ipsa Columellæ, quæ nostram confirmant opinionem, Pliniique suprà allatam sententiam, audiamus. *Ab æquinoctio primo, quod mense Martio, circa 8. calend. Aprilis, in octava parte arietis, conficitur, ad exortum vergiliarum dies verni temporis habentur duo de quinquaginta.* Satis clarè, vergilias oriri, quadragesimo octavo ab æquinoctio vernali, dicit. Notandum quod ait dies hos verni temporis haberi. Suprà diximus; antiquissimos Græcos, ver illud anni tempus constituere, quod est inter æquinoctium vernum & vergiliarũ exortum matutinum, quos hoc loco sequitur Columella. Hoc obiter. Aristotelis codicem, idem Salmasius vir in omni studiorum genere exercitatissimus, corruptum docet & legit, τὸν μὲν οὖν κηρὸν ποιεῖ ὥσπερ εἴρηται ἐκ τῶν ἀνθῶν, τὸ μέλι ὅτι οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ φέρει πιστὸν μόνον, &c. *ceram, inquit, ex floribus faciunt, mel non faciunt, sed adferunt tantum purum putum, sicut de cœlo defluxit.* πιστὸν, ut cap. de nardo probatur, germanum, merum, minimeque adulteratum. πιστικὴ νάρδος incorrupta ac sincera nardus. Comicus. θερμαλούσας πιστὸν πίνειν. Ex Aristotelis hoc loco Philosophus exercitatissimus & acutissimus concludit, mel aërium esse nostrum, *manna. ergo*, inquit, *iris confert*, ad id quod recentiores *manna vocant, veteres mel roris; Aristoteles heic, mel aëris.* Ros ille Aristotelis ac Theophrasti ubique locorum (Belgæ vulgo honichdau vocant) de cœlo cadit, æstivo tempore, paulo ante Syrii, id est, caniculæ exortum, vel ipso caniculo splendente; quem cum apes excepere, & in cellas ingessere, mel est. Inter omnes fermè cõvenit, mel apum ex illo roscido aëris humore, confici. Seneca epist. 85. *Quibusdam placet, non faciendi mellis scientiam apibus esse, sed colligendi.* Hoc est quod ait Aristoteles οὐ ποιοῦσι μέλι, ἀλλὰ φέρουσι πιστὸν μόνον. Cornel. Celsus ad Philargyrum, *apes ex floribus, ceras faciunt, ex rore matutino mel.* Antiphilus in Epigram.

Ἀι χηλὸν αὐτοπόνητον ἐν αἰθέρι ῥεῦμα μελισσῶν.

Idē in fine epigrãmatis apes vocat αἰθέριον νέκταρος ἐργατίδας. Hinc mel aëreũ Virgilio, quod ex rore aëris factum.

Protinus aërei mellis sylvestria dona.

Hoc roris sive mellis genus Theophrastus maximè in quercuum frondibus cadere docet. Idem repetit lib. de melle, ubi, quæ arborum folia, ad humorem hunc concipiendum & retinendum, apta, docet. πίπτει δὲ τὸ ἐκ τοῦ ἀέρος μέλι ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐπὶ τὰ ἐντυγχάνοντα τῶν φυτῶν· εὑρίσκεται δὲ μάλιστα ἐπὶ τοῖς φύλλοις τῆς δρυὸς, καὶ ἐπὶ τῆς φιλύρας· διὰ πυκνότητα ἔχει πυκνὰ, καὶ ἔνικμα ἐστι. δεῖ δὲ μήτε τελέως εἶναι ξηρὰ, ἵνα μὴ εἰς αὐτὰ ἕλκῃ, μήτε μανὰ, ἵνα μὴ διηθῇ· ταῦτα δὲ ἔνικμα καὶ πυκνότητα ἔχει. τὰ δὲ τῆς φιλύρας, καὶ γλυκύτητα. ἔχει δέ πως ἡ μέλισσα οἰκείωσίν τινα πρὸς τὴν δρῦν. *cadit verò mel quod ab aëre fit, & in terrã & in plantas quaslibet. invenitur autem maximè in quercus & tiliæ frondibus, quod illæ densiores sint, & humectæ; oportet autem siccas non esse omnino, ne absorbeant, neque raras, ut transcolent; illæ autem humidiusculæ sunt, & densæ. quin & tiliæ frondes dulces sunt: habet tamen apis ad quercum familiarem propensionem.* Plinius lib. 16. cap. 8. *robora ferunt & viscum* (de quo vide in libr. de caus.) *& mella, ut auctor est Hesiodus, constatque è cœlo, ut diximus, cadentes, non aliis magis insidere frondibus.* Virg. Eclog. 4.

Et duræ quercus sudabunt roscida mella. Ovid. 1. Metam. *Flavaque de viridi stillabant ilice mella.*

Ilex ad qercus classem referri debet, ut suo loco dicam. Hactenus probavimus mel aërium Aristotelis Theophrasti esse mel, quod honichdauw vocant; hoc autem maxime cadere in quercus & tiliæ folia; quod neq; rara, neque sicca, sed densa ac humida sint. Aristoteles apes mel conficere ex aërio rore his rationibus probat. Σημεῖον δ' ἐν μιᾷ γὰρ ἢ ἐν δυσὶν ἡμέραις πλήρη εὑρίσκουσι τὰ σμήνη οἱ μελιττουργοὶ μέλιτος. ἔτι δὲ τοῦ μετοπώρου ἄνθη γίνεται μὲν, μέλι δὲ οὔ, ὅταν ἀφαιρεθῇ. ἀφῃρημένου οὖν ἤδη τοῦ γινομένου μέλιτος, καὶ τροφῆς οὐκ ἐνούσης ἔτι, ἢ σπανίας, ἐγίνετ' ἄν, εἴπερ ἐποίουν ἐκ τῶν ἀνθῶν. id est, *cujus rei argumentum est. uno enim, aut altero die apiarii cellas inveniunt mellis plenas. Præterea & autumno flores sunt, nullum tamen fit mel, si castrentur. castratis ergo alveariis, cum aut inedia apes, aut penuria laborarent, operarentur sibi mel, si ex floribus conficeretur.* Hæc à cunctis apiariis probari audio. Absolvi primam Disputationis partem; mel aërium Aristotelis & Theophrasti non esse manna, sed cœli rorem, ex quo apes mel conficiunt. Sequitur altera; an Græcis manna cognitum. Omnino explodenda eorum opinio qui manna Thuris, & manna, quo vulgo utimur, idem putant. Manna quo vulgo utimur, ros quidam cœli melleus, concretus, vel succus arborum fraxini, ornique concretus, ut alii malunt: manna vero Thuris, mica Thuris est concussu elisa. De quo vide cap. 2. lib. 9. hist. Manna vulgare alvum solvit; Thuris manna siccandi adstringendique vi præditum. γίνεται μὲν γὰρ ἐπὶ τοῖς φύλλοις τῶν φυτῶν, ἔστι δὲ οὔτε χυλὸς αὐτῶν, οὔτε καρπὸς, οὔτε μόριον, ἀλλ' ὁμογενὴς τοῖς μὲν τῆς δρόσοις, οὐ μὲν οὔτε συνεχῶς, οὐδ' ὁμοίως ἐκείναις γίνεται δαψιλές. οἶδα δέ ποτε θέρους ὥρᾳ πλείστην ὅσον ἐπὶ τοῖς τῶν δένδρων, καὶ θάμνων, καὶ τινων βοτανῶν φύλλοις εὑρεθεῖσαν, ὡς τοὺς γεωργοὺς λέγοντας παίζοντας ὁ Ζεὺς ἔβρεξε μέλι. Προηγεῖτο δὲ νὺξ μὲν ψυχρὰ, ὡς ἐν θέρει. θέρος γὰρ ἦν ὥρα τηνικαῦτα, θερμὴ δὲ ἡ ξηρὰ πρόσθεν ἀέρος ἐπὶ τῆς προτεραίας ἐδόκει τοῖνυν τοῖς δεινοῖς περὶ φύσιν, ἐκ τῆς γῆς τε καὶ τῶν ὑδάτων ἀτμὸς ἀκριβῶς λεπτυνθέντα καὶ πεφθέντα πρὸς τῆς ἡλιακῆς θερμότητος, ὑπὸ τῆς ἐπιγενομένης ἐπὶ τῆ νυκτὶ ψύξεως ἀθροισθέντα πιληθῆναι. παρ' ἡμῖν μὲν οὖν σπανίως φαίνεται τοῦτο γινόμενον, ἐν δὲ τῷ ὄρει τῷ Λιβάνῳ καθ' ἕκαστον ἔτος οὐκ ὀλίγον· ὥστε ἐκπετάσαντες ἐπὶ γῆς δέρματα καὶ σείοντες τὰ δένδρα, δεχόμενοι τὰ ἀπορρέον ἀπ' αὐτῶν, καὶ χύτρας καὶ κεράμια πληροῦσι τοῦ μέλιτος. ὀνομάζουσι δ' αὐτὸ δροσόμελι καὶ ἀερόμελι. *Oritur autem in plantarum foliis. est autem neque succus earum, neque fructus; neque pars, sed ejusdem est cum rore generis, non tamen assiduè, nec copiosè ut illa provenit: memini aliquando cum æstate, super arborum, fruticum & herbarum folia mel quam plurimum fuisset repertum, agricolas velut ludentes cecinisse, Iupiter melle pluit. præcesserat autem nox, ut per æstatem, satis frigida, (nam tum tempus anni æstivum erat) pridieque calida & sicca fuerat aëris temperies, atque peritis naturæ interpretibus, halitus è terris & aquis prodeuntes, solis calore exactè attenuati ac cocti, à frigore secutæ noctis in unum coacti, ac densati fuisse videbantur: sed apud nos id raro accidit, in monte autem libano quotannis sæpe. itaq; coria super terram extendentes, & arbores excutientes, quod ab eis defluit, excipiunt, & ollas ac fictilia melle implent, vocantque id roscidum & aërium mel.* Hæc de rore aërio melleo intelligi nequeunt; quod hic aqueus, contra mel hoc concretum & duriusculum. Athenæus Amynthæ veteris auctoris locum ex libris περὶ Ἀσίας σταθμῶν, in quo manna quale hodie in usu est, planissime describit verba Amynthæ Lib. 11. Deynosoph. reperiuntur. Ἀμύντας ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀσίας σταθμῶν περὶ τοῦ ἀερομέ-

ἀερομέλιτος καλουμένου διαλεγόμενος γράφει οὕτως. σὺν τοῖς φύλλοις δρέποντες συντιθέασιν εἰς παλάθης συριακῆς τρόπον πλάττοντες, οἱ δὲ σφαίρας ποιοῦντες, καὶ ἐπειδὰν μέλλωσι, προσφέρεσθαι ἀποκλῶντες ἀπ' αὐτῶν ἐν τοῖς ξυλίνοις ποτηρίοις, οὓς καλοῦσι τυβαίτας προβρέχουσι καὶ διηθήσαντες πίνουσι· καὶ ἐστὶ ὅμοιον ὡς ἂν τις μέλι πίνοι διείς, τοῦτο δὲ καὶ πολὺ ἥδιον. *Aminthas libro primo de Asiæ mansionibus, cum tractat de aërio melle, ita scribit; simul cum foliis decerpentes componunt, & fingunt ad instar Syriacæ massæ; quidam globos ex eo faciunt, & ubi sumere collubitum est, defractas ex iis micas in ligneis poculis, quæ tabitas nominant, dilutas antea & colatas bibunt, gustu simili, ac si quis mel dilutum bibat; imò vero etiam multo jucundioris saporis*, Non potuit nitidius ac pulchrius à quoquam manna quo vulgo utimur describi. Concretum, durum, dulce, melleum, quodque facile & nullo negotio aqua dissolvitur, quandoque magnis, quandoque parvis glebulis adfertur ex Calabria, quod & optimum, ut inferius dicam. Inquirendum quid per παλάθην συριακὴν intelligat Amintas. Exponunt massam caricarum pinguium, qualis ad nos è Syria adfertur; vulgo vocant *vyge-kaes*, id est; ficulnum caseum: aut caseum è caricis, sed utrum ex Syria, utrum in Syria massa talis paretur, me fugit. Παλάθην massam caricarum exponit Hesychius. παλάθη ἡ τῶν σύκων ἡ πάλληλος θέσις. παλάθαι σύκων μάζαι. Palathe ficuum positio, in qua alii aliis sine intercessione, aut interstitio & intercapedine superpositi sunt. palathæ massæ. massa ficorum & pinguium caricarum, quas in morem laterum figurantes, ut diu illæsæ permaneant, calcant, atque compingunt. Possumus & palmularum caryotarum παλάθην accipere. palma in Syria frequens, in massa olim impingebatur. Martialis in Xeniis palathion (in nostro codice spalathion) caryotarum. XXIV.

Aurea porrigitur, Iani caryota Calendis:
Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.

Pruna quoque Damascena in offas & palathas conditas inde veniebant. Sed de caricis hoc nomen propriè obtinuit. Manna apud Ægyptios differentias observavit quatuor Alpinus lib. 4. de med. Ægypt. cap. 5. Primum manna genus, simile grano mastichis, nostri mastichinum appellant. Secundum adulteratum est amylo, saccharo, & modico manna mastichini, estque illud quod nostri bombacinum vocant. Has duas species Ægyptii atque Arabes *syracost* nuncupant. Tertium *tereniabim* rubrum garnellosum, ex Armenia transportatum. An manna Alhagieri Avicennæ. *Rauwolf.* frustis pugni magnitudine, fusci coloris? Quartum est quidam liquor, ut mel, qui interdū condensatur, colligiturque super arboribus montis Sinai, in Arabia deserta, à reverendis monachis calvieribus, eum montem inhabitantibus, qui id Consulibus, Cayri degentibus, offerunt, quid magnum illis donare opinantes. Apud Indos Garcias ab Horto lib. I. cap. II. tria genera reperiri scribit. primum genus utribus conservatum, sapore favi mellis, *xiquest* aut *xircast* vocatur. id est, lac ex arbore *quest* nuncupatum. Nam *xir* lingua Persica lac sonat. Nos corrupto nomine *Siracost* nuncupamus. Alterum genus tiriamiabim aut trungibim; ut vertit Bellunensis, in carduis nasci ferunt, granis tanquam coriandrum, colore inter fuscum & rubente medio (hoc saltē non est manna *alhagieri Rhauwolphii*, si idem est quod ab Alpino & Garcia describitur) quæ ex tribulis decutiuntur. Vulgus plantæ fructum esse putavit, sed gummi aut resinam esse rescitum est. Tertium genus magnis glebis advehitur, admistis plerumque foliis, calabrini persimile. Hoc manna plurisque æstimatur. defertur ex Bacara urbe Persica admodum celebri. adfertur interdum Goam in utribus. Aliud genus ex Ormus emporio, melli candido depurato persimile; sed facile corrumpitur in hac regione, quod vitreis lagenis non asservetur. Aliud Manna genus à Christophoro A Costa his fere verbis describitur: Præter ea manna genera quæ à Doctiss. ab Orto descripta sunt, aliud in Ormus venale conspicitur, quod in varias Indiæ provincias defertur, quodque glebis paulo majoribus constat, quam calabrina, neque ita candicat. Id valenter purgat, diligentissime autem ab humiditate conservari debet; alioquin facile corrumpitur. Ad nos ex Calabria manna adfertur. Duo reperiuntur in officinis genera. Granatum, quod minoribus granis constat. Mastichinum, quod majoribus & mastichis guttis prope æqualibus. primum manna Cæsalpinus manna foliorum vocat, quod in foliis colligatur. alterum manna corporis, quod ex ramis arboris habeatur. præfertur quod ex foliis collectum est. constat hoc grano exiguo, translucente, candido, gravi, simile coriandri granulo; gustu dulci & suavi. Secundum locum obtinet, quod ex ramis colligitur. Tertium quod in lapidibus. Elige candicans, recens, anno non vetustius; ruffum, fuscum inveteratum est. adulteratur saccharo penidio, herbarum foliis circumvoluto, amylo farina, rebusque similibus; quod sennæ folia, granis suis amplectitur, factitium est. Improbi, nebulones sunt qui id amylo & scammonea adulterant: in maximum enim vitæ periculum conjiciunt ægros. Vulgata ac recepta opinio est, manna fieri à vaporibus calore solis elatis, non longè à terræ superficie concretis, frigore nocturno: non secus ac ros aut pruina: vel esse vaporem terræ succosum & optimum, æstatis calore elevatum, & in aëre in dulcem liquorem excoctum, noctis frigore coactum, & roris modo supra arborum & fruticum folia decidens. Hanc sententiam nonnulli irritam reddere his argumentis conantur. Primum, aëreum mel super omnis generis plantas, arbores, frutices herbas, reperitur. manna in fraxino & orno tantum &c. Sed Doctiss. Costæus ex junipero & pinu manna collegit, Pena & Lobelius ex olea, Mathiolus ex ficu, & ophioglossa herba exili, in abiete, pinu, & larice quotannis conspicitur. Secundum argumentum, aëreum manna colligitur calida & sicca aëris constitutione, serena, ventis carente, suda; calabrinum singulis diebus modo pluviæ non ingruant nec venti sæviant. Quæro à candido lectore; utrumne tempus illud non sit serenum, quando nec venti sæviunt, nec pluviæ cadunt. Tertium arg. manna quotannis ex iisdem colligitur arboribus: quod quidem per XXX. fere annos (ut ajunt) observatum est, ut colligentes fatentur; sunt eodem in loco, & ejusdem speciei arbores nonnullæ, supra quas manna non reperitur. Igitur è cœlo non cadit. Nam quæ major reddi potest ratio de una quam de altera: præsertim de una speciei arbore, eodem in loco existente, ac per plures continuos annos id producente. Respond. arbores, ut manna concipere ac retinere possint, oportet sint neque siccæ omnino, ne absorbeant; neque raræ, ne transcolent, ut de rore melleo docet Theophrastus, lib. de melle: arbores adstantes vel raræ, vel siccæ nimium. Quartum argumentum; mel coagulatur ab aqua, & solvitur à calido: manna calore durescit; humore liquefit. ℞. Quasi vero id fieri non possit, quod manna magis elaboratum sit, ac aliam quandam naturam à vi frigoris assumpserit. Sed mittamus hæc. Nam ex hoc argumento probatur, mel & manna diversæ esse substantiæ; quod nec concedimus. Mel, inquiunt, coagulatur aqua. Quomodo itaque ex melle syrupos conficiunt pharmacopœi? Aqua, inquient, frigida coagulatur, calida solvitur ignis vi. Nec illud verum est, aqua frigida non solvi. Cum primum affunditur, durius aliquo modo videtur mel, sed si paululum agitetur, solvitur: vel si diutius, aqua affusa maneat, sua sponte resolvitur. Sic etiam manna, cum primum aqua superfunditur, durius videtur, nec nisi tractu temporis longioris solvitur. Nec à solo calore solvitur mel (alioquin æstate liquidum admodum foret,) sed à calido & humido, quo etiam solvitur manna. Id Pharmacopœis notum, qui quoties purgantibus miscent manna, igni imponunt, aquamque affundunt, agitantque continuo, ut citius resolvatur. Quintum argumentum majoris ponderis videtur. Compertum, inquiunt, si stragulis tegantur arbores, nihilominus supra caudicem, & alias arboris partes inveniri manna. Addunt sextum; fraxinum & ornum, absque aliquo rore cœli, gummium modo, inciso earum cortice, in lachrymas concrescere, frondesque fraxini & orni excisas, ac sub tecto aliquo conditas, fundere manna. Sed respondet Doctiss. Mathiolus. *Manna hoc, quod inciso harum arborum cortice, in Apulia & Calabriensi agro, hac ætate, canicularibus diebus collachrymare cœpit, nullius quidem plantæ liquor est, sed idem manna, quod superioribus diebus, in easdem arbores è cœlo deciderat. Nam cum illis regionibus usu veniat, quod præ cæteris, prædictæ arbores eo mellifluo rore affatim abundeque madescant, sitque cortex solis ardore nimio sitiens, ac rimosus; magnam in se liquoris absorbet copiam. Quo fit ut postmodum, vel exurente canicula, aliisque temporibus, inciso eodem cortice, idem liquor exhalet, & in grumos concrescat; qui cum leves fungosique sint, ob arboris succi mistionem, infeliciter operantur, nec alterius manna viribus respondent. Quod vero id tantum fraxino ornoque eveniat, cum melleus ille ros in universum omnes occupet plantas, in causa est harum arborum, occulta nobis potestas, ut magnetis ad ferrum, succini ad paleas; Quippe omnibus notum est; apud Calabros & Apulos, solam fraxinum & congenerem*

orneo-glossum (ornum) manna in se contrahere, retinere, densare, ac cohibere, ex aliis vero eandem statim defluere, & in subjectas herbas, petras solumque diffundi. Quare ab his duntaxat arboribus inciso cortice, non sane primo ac secundum naturam, sed ex accidenti defluit manna. Quod autem super arboribus stragulis tectis reperiatur, causa est, quod praecedentibus noctibus attractum à rore exsudent manna. Caeterum quod fraxinus ac ornus prae caeteris hunc trahant, retineantve humorem, causa videtur, quod, ut Theophrastus lib. 5. cap. 8. docet, natura humidissimae sint, multoque humore gaudeant; Rorem ergo illum sicca aëris constitutione vehementer attrahunt, & plus quam concoquere possunt, ideoque necesse habent postea exsudare. Alii aliam de manna habent sententiam. Anno 1532. & duobus sequentibus, scribunt viri Doctiss. in amoenioribus locis, aestatis tempore, manna in salicibus repertum esse, copiosum, atque optimum, albissimũ, sacchari dulcedine; quod licebat colligere ex arboribus, & lapidibus, cuivis volenti. *Eramus nos per id tempus disciplinae auditores, intellexeramus tamen à praeceptoribus nostris manna esse; quod diligenter perquirentes, an verum esset, quod ab ipsis & reliquis cum Galeno ferebatur, locum in quo manna copiosius habebatur consideravimus, summo mane, Iulio mense ad id profecti: invenimus, parvarum quarundam apum, numerosam congeriem. Non erant quidem apes, sed calices crassi, quos, ob officium, apes parvas dicebamus; quibus inerant tria aut quatuor foramina, in partibus corporis, quae in eisdem prominebant ad parvarum formicarum speciem. Per haec itaque foramina guttae quaedam parvae, albissimae, sudoris modo eliciebantur, quas ros esse dixisses, si copiam guttarum cadentium, ex loco salicis in quo congestae apes erant, considerasses: erat autem non unus earum grex, sed plures quam 50, in singulis autem gregibus innumerabiles apes, quae locum unum non ultra diem aut noctem tenebant, deinde in aliud transvolabant; semper tamen arboribus insidebant, cum quodam bomboso sonitu apum, à quibus sudor guttatim defluens aut folia arborum, aut subjectos lapides tegebat: quod vero in arenam aut sordida loca desidebat, peribat, reliquum colligebatur ad usus. Erat hoc purissimum manna, albedine, dulcedine, consistentia & efficacia probatum. Hanc cur improbem opinionem, ratio est. quod manna in una eademque arbore singulis noctibus recens natum reperiatur, nec in una alteraque tantum, sed omnibus ornis fraxinisque per totam Calabriam. Verisimile admodum culices hos manna sese delectasse, non genuisse, vel confecisse.* Concludimus ergo rorem, coeli manna: non gummi esse, nec succum arborum, aut à culicibus elaboratum.

Φασὶ δὲ καὶ ὅταν κατακαυθῇ γίνεσθαι. In Ald. & Bas. legitur κατακαυθῇ γίνεται. Vulgata melior. Plinius lib. 16. c. 8. *cremati quoque roboris cinerem, nitrosum esse, certum est.*

Τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν. Quae inter marem & foeminam in plantis sit differentia, docet auctor libelli de plantis lib. 1. cap. 7. ἡ διαφορὰ δὲ τῶν φυτῶν ἀγρίων καὶ τῶν κηπαίων διακρίνεται δι' ἀρρένων καὶ θηλειῶν, ὁπόταν ἕκαστον αὐτῶν γνωρισθείη διὰ τῶν ἰδιωμάτων τῶν ὑπαρχομένων ἐν αὐτοῖς. ὅτι τὸ μὲν ἄρρεν ἐστὶ πυκνότερον, σκληρότερον, πολυκλαδώτερον, ἧττον ὑγρὸν καὶ ταχύτερον εἰς πέπανσιν, καὶ φύλλα ἔχον διάφορα, καὶ παραφυάδας. τὸ δὲ θῆλυ, τὸ ἔλαττον ἔχει ἅπαντα. δεῖ τοίνυν, ὅταν κατανοήσωμεν ταῦτα, πάλιν σχάσασθαι πῶς ἂν γνοίημεν τὰ δένδρα καθ' αὐτὰ καὶ τὰ γένη καθ' αὐτά. *Differentia quoque sylvestrium plantarum & hortensium, per masculos discernitur, & foemellas, ubi quaeque ipsarum per proprietatem, quae eis inest, cognita fuerit. Nam masculus spissior est, ac durior, plurimis ramis abundans, minus lentus* (sic τὸ ὑγρὸν interpretor, praecessit enim σκληρότερον, πυκνότερον Hesych. ὑγρὸν, μαλακὸν. molle, lentum.) *celerior in maturationem, habetque folia differentia & surculos, foemella vero omnia haec minus habet.*

Δρυὸς δὲ γένη. δρυὸς vox apud Graecos latissimam habuit significationem, adeo ut omnis arbor δρυὸς nomine insignita fuerit. Nicand. scholiast. πᾶν γὰρ δένδρον ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι δρῦν. Suidas δρῦς. τὸ δένδρον, idem δρῦν, ex auctoritate Homeri, pinum dictam refert. καὶ Ὅμηρος ἢ δρῦς ἢ πίτυς. Alius poeta vitem δρῦν οἰνοχίτωνα appellat. Idem testatur Hesych. δρύες οἰνοχίτωνες, αἱ ἄμπελοι. διὰ τὸ τὸν οἶνον ἔχειν. Ex eodem Hesych. δρῦν omnem arborem significare apparet, cum scribit δρυότομος, ὑλοτόμος, δενδρότομος, item δρυῖνος, ξύλινος. Apud botanicos non omnem arborem, sed peculiariter glandiferas omnes, denotat. Diosc. lib. 1. cap. 142. δρῦς πᾶσα συπτικὴ &c. δρυὸς nomen à δρύω erumpo, pullulo, impositum. δρῦν Latini quercum vocant. Vertit Gaza, *robur*, qua de causa male à quibusdam audit. Apud nullum, inquiunt, auctorem, robur pro genere quercuum reperitur. Quod tamen praeter veritatem est. Nam apud Columellam lib. 4. cap. 26. legitur. *quercus, suber, & si quae sint similia robora.* Plinius δρῦν modo quercum, modo robur interpretatur. Quod imitatur Virgil. cum ad hunc Homeri versum in Odyss.

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐστι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης

in Aeneid. alludens, canit:

Haec nemora indigenae fauni nymphaeque tenebant,
Gensque virûm truncis, & duro robore nata.

Ἀπὸ δρυὸς, *è robore*, nempe, nati, ut Dryades credebantur. Desinant ergo grammatici magni Gazae lacerare manes. Concedimus ipsis, glandiferas arbores, quercus nomen ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ obtinere; negamus vero roboris nonnunquã nomine à probatissimis auctoribus recenseri. Robur proprie quod Graecis ἀγρία δρῦς. quercus quod ἥμερος eisdem dicitur. quercus recens nata, φίλαξ Graecis recentioribus dicitur. Hesych. φίλαξ δρῦς νέος ἢ λεῖος. *quercus nondum adulta est & levis*: id est, quae scabro non est cortice.

Quercus genera, Idaei, quinque ajunt: quatuor Macedones, ac nonnulla nomine differre ajunt, nos singula, eorumq; nomina examinabimus. Theocryti etiam scholiastes δρυὸς quinq; genera scribit. Eidyl. θ. εἰσὶ δὲ δρυὸς γένη πέντε. φηγὸς χιμερὶς, ἐτυμόδρυς, ἁλίφλοιος καὶ ἄμυλος. Plin. lib. in indice; 13. glandium genera scribit, quod multis displicet; *Plinius, inquiunt, ex Latinorum quatuor generibus, quinque Idaeorum, & Macedonum quaternis, tredecim illa sua glandium genera constituit; quod profecto mirum & ridiculum est; nam pleraque eorum, non genere diversa sunt, sed nomine tantum; quaedam nec nomine.* Recte scripsit Plinius; sed mentem Plinii non viderunt. Nam non quercus genera 13. ait, sed βαλάνων id est glandium. Late sumpsit vocem δρῦς; quod etiam fecit Dioscorides, cum πρίνου εἴδη speciem δρυὸς inquit, lib. 1. cap. 144. καὶ ἡ φηγὸς δὲ καὶ ἡ πρῖνος εἴδη ὄντα δρυὸς; *fagus & ilex, quercus genera.* Idem scribit Nicand. scholiast. Tredecim glandium genera haec sunt. 1. quercus mas. 2. quercus foemina, 3. robur, 4. esculus, 5. cerrus, 6. fagus, 7. ilex mas, 8. ilex foemina, 9. suber, 10. Haliphloeos, 11. latifolia, 12. aigilops, 13. castanea. His adde palmam, nucem avellanam, aliasque arbores, quae glandem ferunt; ita non tredecim sed quindecim, & plura fient genera. Palmae fructum βάλανον vocari, extra dubium. Ipse Theophrastus castaneam, Διὸς βάλανον vocat; alii avellanae nomen hoc tribuunt.

Οἱ δὲ ἡμερίδα καλοῦντες, οἱ δὲ τὸ μύδιον. In Ald. & Bas. codice γλυκὺν legitur. Scribe ex cap. sequenti ἐτυμόδρυν. ἐτυμόδρυν, inquit, ἢ τὰς γλυκείας. Inter δρυὸς genera Theocriti scholiast. ἐτυμόδρυν nominat; quod non parum hanc confirmat lectionem, Quam Idaei ἡμερίδα vocabant, eandem Macedones ἐτυμόδρυν, quae dulcem fert glandem. Hesych. ἐτυμόδρυς ἡ τὰς γλυκείας βαλάνους ἔχουσα.

Αἰγίλωψ vel hanc vel ἁλίφλοιον, Macedones, ἄσπριν vocarunt: alterutra enim carent. utraque glandem fert amaram. An αἰγίλωπα Scholiastes Theocriti ἄμυλον vocat? ἄμυλον Graecorum nemo glandem tradidit. Idem Scholiastes ἄμυλον panis genus ait: ἄμυλος εἶδος τι ἄρτου ἐκ τῶν σιτίων πυρῶν γενόμενος, ἀμυλὸς δὲ ἄρτος ὁ ἄνευ μύλου γενόμενος. *Amylos panis ex constipato tritico factus, amylus panis molam non expertus.* Hesych. placentum inquit esse ἀμύλους πλακοῦντας. Ἄμυλον, quercus genus esse, nusquam legi. puto scribendum ἄσπρις, vel αἰγίλωψ; nihil tamen muto. πλατύφυλλον χιμερὶν appellare videtur idem Scholiast. Si χιμερὶς non sit πλατύφυλλος, ignoro quodnam sit genus.

Ἁλίφλοιος. οἱ δὲ εὐφλοιον καλοῦσι, corrige Scholiast. Theocr. cod. lege ἀντὶ ἀλυφος ἁλίφλοιος. Male vertunt salsicortex, quasi ἐκ τοῦ ἁλὸς καὶ τοῦ φλοιοῦ compositum esset nomen, cum ἐξ ἅλις καὶ τοῦ φλοιοῦ nomen illud impositum sit. quod crassissimum corticem habeat. *Pessima,* inquit, Plin. lib. 16. cap. 31. *& carboni & materiae Haliphloeos dicta, cui crassissimus cortex atque caulis.* Hac de causa εὔφλοιος vocatur corticosus. Male in Aldino cod. εὔφλοιον, male Theod. recticorticem. A Vitruvio crassicortex dicitur. Graeci enim ἅλις pro multum & valde ponunt; idem in compositis εὖ significat: vel ad verbum bene corticosus. Corrige Hesych. codice, ubi male scribitur ἁλίφαλος γένος δρυός. restitue ἁλίφλοιος γένος δρυός.

Γλυκύτατος δὲ τοῖς τῆς φηγοῦ. φηγὸν poëtae & Dori φαγὸν vocant, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν a vescendo; quod hujus glande, ante panis usum, vescerentur mortales. Recentiores Graeci χασταῖζαν vocarunt. Cassian. Bass. lib. 10. cap. 76. τὸ συκάμινον ἐνθηματίζεται κάστανον, καὶ εἰς φηγὸν, καὶ εἰς μηλέαν, καὶ τέρμινθον, καὶ εἰς ἀχράδας (additur in Palat. cod. M. 55. per parenthesim, φηγὸς ἡ δρῦς ἡ λεγομένη χασταῖζα) καὶ εἰς πτελέαν. *Morus inseritur in castaneam & phagum, & malum, & terebinthum*

terebinthum & pyrastrum (phagus quercus quæ *granitza* vocatur) & *ulmum*. Quæri solet an Latinorum fagus & Græcorum φηγὸς una eademque arbor. Ex his eandem facile concluderes arborem, Plin. libr. 16. cap. 5. *glans dulcissima fago, ut qua obsessos etiam homines, durasse in oppido Chio, tradit Cornelius Alexander.* Idem cap. sequenti. *glans fagi muribus gratissima, & ideo animalis ejus una proventus. glires quoque saginat; expetitur & turdis.* Eodem capite. *probatur & ea, cujus in balano* (hunc locum paulo inferius examinabimus) *utrimque ex longitudine extrema lapidescit duritia, &c.* Poëtæ arborem patulam ac umbrosam scribunt. Theocr. εἰδυλ. ιβ.

Σκιερὴν δ' ὑπὸ φηγόν.
Ἠελίου φρύγοντος ὁδοιπόρος ἔδραμον ὥστις,

Sub umbrosam vero fagum
Sicut viator aliquis sole torrente properabam.

Virg. Ecl. 1.
Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi.
Ecl. 2.
Tantum inter densas umbrosa cacumina fagos.

Nunc addã, quæ planè hanc improbãt opinionẽ. *Assidue vendebat.* Plin. l.c. *fagi glans nucleis similis, triangula, cute includitur, folium tenue ac levissimũ, populo simile, celerrimè flavescens, & media parte, plerumque gignens superne parvulam baccam viridem, cacumine aculeatam.* Theoph. cap. 10. fagi glandem rotundam docet. An dicemus Plinium fagi historiam cum alterius, fortasse ὀξύης confundere? An placet cum Ruellio Botanico insigni & in Pliniana lectione satis versato, dicere; duas esse fagos; unam glandiferam, alteram quam sectilem vocant in laminas, Græci ὀξύην? Utcunque est: duas in unam conflat historias Plinius; duas fagos esse & alteram sectilem doctiss. Ruellio visum fuit; quod Plin. lib. 16. cap. 43. dicat, *facilis & fagus, quanquam fragilis & tenera, eadem sectilibus laminis in tenui flexilis.* Idem Plin. ut rectè observavit doctiss. Robert. Constantinus, cap. 40. lib. 16. fagum celeriter marcescere scribit; *Robur*, inquit, *marina aqua corrumpitur*. Hoc falsum esse experientia docet. omnes naves Batavorum ex quercu: omnes aquam marinã ferunt: nec dulcis aqua Amstelodami, ubi quandoque plusquam 7000. naves. Non improbatur & fagus & jugulans. Hæ quidem in his quæ defodiuntur vel principales. Item juniperus, eadem & subdialibus aptissima. Fagus & cerrus celeriter marcescunt. Esculus quoq; humoris impatiens. Contra Palladius in Novembri titulo xv. *Fagus*, inquit *in sicco utilis, humore corrumpitur*. Alia Claudiani sententia;

Sic qui vecturus longinqua per æquora, merces
Objectare parat, fagos metitur, & alnos.

Theophrastus τοῦ φηγοῦ lignum ἰσχυρότατον καὶ ἀσαπέστατον scribit. Diversa igitur fagus Latinorum à fago Græcorum. Grammaticorum filii φηγὸν Græcorum, æsculum Latinorum scribunt. Glossæ, æsculus εἶδος δένδρου φηγὸς βαλανοφόρος. Æsculum & phagum eandem putarunt, quod utramque ab eadem origine deducant. Nam φηγὸν ἀπὸ τοῦ φαγεῖν dictam autumant, ut esculum sive æsculum ab esca, quod harum glande antiquissimi, ac primi parentes vixerint. Phagi materiem incorruptam manere tradit Theophrastus: de æsculo hæc tradit Vitruvius. *Æsculus*, inquit, *quod est omnibus principiis temperata, habet in ædificiis magnas utilitates, sed ea cum in humore collocatur, recipiens penitus per foramina liquorem, ejecto aëri & igni operatione humidæ potestatis vitiatur.* Palladius loc. cit. in fundamentis sine vitiis durare ait. Non puto æsculum Latinorum & Græcorum φηγὸν eandem arborem: quamvis utrique dulcis glans. Plin. cap. 6. lib. 16. *glans optima in quercu atque grandissima, mox æsculo: nam roboris parva.* Radicis mentionem fecisset Theophrastus, si φηγὸς & æsculus eadem arbor. Plin. lib. 16. cap. 31. *Robora suas in profundum agunt*, Si Virgilio credimus, quercus quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Versus hic lib. 4. Æneid. ubi quercum annosam ventis agitatam, cum Æneæ constantia comparat poëta.

Atveluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ, nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras
Æthereas, tantum radice ad tartara mittit.

Φηγὸν illud quercus genus dicimus, quod fert glandem rotundam, dulcissimam; materiamque habet putredinis minus obnoxiam.

Καὶ δεύτερον τὰ τῆς ἡμερίδος. multas domesticæ quercus notas tradit hoc cap. Theophrastus, quas paulo infra examinabo. A phago dulcissimũ ferre glandem, ait. contra Plin. lib. 16. cap. 6. *glans optima in quercu atque grandissima, mox esculo: nam roboris parva.*


Αἰγίλωψ cerrum interpretatur Theodorus. αἰγίλωπος vox plures apud Botanicos plantas denotat, frumenti vitium, in quod degenerat hordeum. Theoph. libr. & cap. 8. ἐπεὶ καὶ ὁ αἰγίλωψ δοκεῖ μᾶλλον ἐν ταῖς κριθαῖς: *nam & ægilops magis in hordeo videtur.* Ægilops balbi genus Plin. libr. 19. cap. 5. *reliqua bulborum genera differunt colore &c. Genera Græci hæc fecere, bulbinem, setamon, pythyon, acrocorion, ægilopa, sisynrichium.* Denique quercus species de qua hoc capite sermo, oculi etiam morbus est. Hesych. αἰγίλωψ πόα τις ἐμφερὴς στάχυϊ καὶ τὸ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν πάθος. Apud Suidam αἰγίλοψ per o μικρὸν scribitur, αἰγίλοψ κόρης πάθος, *pupillæ affectus*. Scribe αἰγίλωψ per ω μέγα. Omnes αἰγίλωπα oculi cum affectum significat, per ω μέγα scripserunt. Major in verbis Suidæ error, αἰγίλωψ non est. κόρης πάθος. κόρη Græcis, quod Latinis pupilla. Ruffus definit τὴν κόρην τὸ ἐν μέσῳ τοῦ ὀφθαλμοῦ βλεπόμενον, *quod in medio oculi conspicitur*, id est, pupillum. αἰγίλωψ vero teste Paulo lib. 3. cap. 22. & lib. 6. cap. 22. ὄγκος ἐστὶν ἀποστηματώδης, μεταξὺ τοῦ μεγάλου κανθοῦ καὶ τῆς ῥινός· *ægilops tumor est abscessui similis, inter magnum oculi angulum & nasum.* Lib. 3. non ἀποστηματώδης abscessui similis, sed ἀπόστημα dicit. ergo non κόρης πάθος, pupillæ morbus. αἰγίλωπα *cerrum* interpretatur Theodorus. Latinorum cerrus diversa ab ægilope. Plin. loc. cit. eodem capite de cerro & ægilope, tanquam de diversis egit. Theophrastus ægilopis materiam rectissimam, levissimam, longissimam, & per longitudinem robustissimam, ait, ædificiis utilem; Capite enim sequenti haliphloeam, post latifoliam ad ædificia deterrimam inquit. Utilis ad ædificia ægilops, quod materiam habet excelsam, robustam, & rectam. cerrum architecti inutilem ad ædificia scribunt. Habet enim cerrus, ut tradit Vitruvius, pariter mistionem humoris & ignis, & terreni aëris plurimum. pervia raritate, humores penitus recipiendo, celeriter marcescit. ægilopi glans amarissima; cerro, Plinio si fidem adhibeamus lib. 16. cap. 6. post quernam dulcissima. *Querna, inquit, & ipsa glandium æquè dulcissima.* proximam huic cerream, tradit Nigidius, nec ex alia sordidiorem carnem, sed duram. Idem tamen Plinius eodem capite *glans optima in quercu atque grandissima, mox esculo: nam roboris parva, cerro tristis, horrida, echinato calice, ceu castaneæ.* Hoc de oxya capite sequenti tradere videtur Theophrastus. Confundit ergo Plinius oxyam cum cerro; vel alia cerrus Nigidii, alia Plinii. Malunt alii αἰγίλωπα esse Latinorum esculum. *tum ex re, tum ex nomine,* inquiunt, *constat, esculum esse, quæ Græcis* αἰγίλωψ. Malè natio grammaticorum ab esca derivat; quasi esculus scribatur αἰσγίλωψ inserto sigma, ut mos erat Latinorum, & veterum Siculorum in plerisque vocibus. αἰσγίλωψ, inde Latinum æscllos & æscilus, postea æsculus. Sic casmœnas, poesnas, dusmos dicebant. ψ Græcorum iidem Latini plerumq; in σ mutabant, ut κύκλωψ cocles. Plinio tamen dicitur in veteribus libris æzops non ægilops. Utcunq; sit, ea est quam Latini dixerunt esculũ. Immo non est. Nam eodem capite de esculo & ægilope agit Plinius, ac diversas arbores ostendit. Theophrastus ægilopis glandem amarissimam & vilissimam scribit. Plinius secundum locum, & à quercu primum dat esculo. *glans optima in quercu atque grandissima, mox esculo: nam roboris parva.*

Ἀμφότεραι γὰρ ἀπολιθίζονται. Verte *peculiare phago & haliphloeo.* Quod ambæ in genere dicto virili, ima summaque parte glandis lapidescant, Plinii loco citato probatur, & ea, cujus in balano utrimque ex longitudine extrema lapidescit duritia. melior cui in cortice, quam cui in corpore; utrumque non nisi in mari. Græcus autor id peculiare glandi maris phagi, & haliphloei scribit; commendare Latinus ait. quod falsum est. οὐκ ἄκρων scribit Theophrastus. Plinius utrimque ex longitudine.

Ἡ μὲν γὰρ ἡμερίς. Notas quercus domesticæ tradit. Hunc locum Plinius his verbis exscripsit loco citato. *In ipsis vero arboribus, quæ maximam fert, Hemeris vocatur, brevior & in orbẽ comosa, alasque ramorum crebra cavata. Fortius lignum quercus habet, & incorruptius: ramosa & ipsa, procerior tamen, & crasso caudice.* Inter quercum & ἡμερίδα differentiam facit, cum quercus δρῦς ἡμερίς. Sequitur eorum opinionem, qui robur genus faciunt, quercum roboris speciem. Certe robur & quercus diversæ arbores

res. Columella libr. 9. cap. 1. *Ratio postulat vacerris includi: sic enim appellatur genus clatrorum, idque fabricatur ex robore, quercu, vel subere.* Architecti inter robur & quercum hanc statuunt differentiam: quod roboris lignum, firmius, robustius, validius sit. *glans* ait Plinius, *quercus optima atque grandissima, roboris parva.* Idem, *probatissimos fungos quercus producit, robur, cupressus, pinus noxios.* Græcis, ut supra dixi, robur ἀγρία δρῦς. corticem ἀγρίας δρυὸς novellæ. Theophrastus Lib. 1. cap. 8. lævem, grabrum, ad coria densanda utilem tradidit. antiquæ asprum, durum, rimosum, crassum. *Hemeris, id est urbana quercus*, ait Plinius. *brevior est, & in orbem comosa.* Theophrastus οὐκ ὀρθοφυὴς οὐδὲ μακρά in Ald. & Bas. codice legitur οὐκ ὀρθοφυὴς, οὐδὲ λεῖα, οὐδὲ μακρά. Hanc lectionem Gaza sequitur. Domestica quercus robore, sive agresti quercu, sæpe humilior est, caudice tamen crassissimo; eo autem nec recto, nec lævi, sed detorto, multis ramis alisque comoso. materies huic robusta, verum infirmior quam fago, tractatu ad omnia opera, quam roboris facilior, glans omnium maxima & dulcis. Sylvestris non raro in maximam altitudinem assurgit: frequenter ingentium ramorum armamentis latissime patet: caudices ejus subinde admodum crassi, ambitu duas aut tres orgyas patentes, ramos amplissimos fundit, in plurimas alas divisos. glandes oblongæ quidem, sed breviores quàm Hemeridis: singulæ suis inhærent calycibus, foris asperiusculis, & membranaceo cortice teguntur. Interior nucleus ex duabus partibus componitur, veluti faselorum, erviliorumque fructus & amygdala. duplici cortice glans ipsa tegitur quorum exterior, durior ac densior est, alter puniceus & acerbus deprehenditur. Hic membranæ tenuissimæ instar nucleum glandis acerbum circumvolvit. Cortex novellarum, ac veluti fruticantium, lævis, glaber, ad coria densanda utilis: veterum vero asper, crassus, durus, & rimosus: interior ligni materies sufflava, dura, ac solida, & quo vetustior, hoc quoque durior, exterior, cortici proxima, candida, facile cariē sentit, præsertim si tempore non idoneo cæsa fuerit arbor. καλομάσχαλον. πολυμάσχαλον Ald. Bas. κοιλομάσχαλον Plin. Certe quercus alis ramorum crebro cavatis constat. Pulchræ alæ mihi non videntur. quare vulgatam non probo lectionem, Aldinam non rejicio, quod multas habeat alas quercus. Non tamen probo, quia sequitur ὥστε καὶ πολυμάσχαλον γίνεσθαι. Qualia folia ferat quercus, ex multis Diosc. locis facile colligi potest. lib. 3. cap. 112. Chamædryn folia habere tradit, exigua effigie & divisura quercus. φύλλα ἔχει μικρὰ τῷ σχήματι καὶ τῇ σχίσει δρυῒ ὅμοια. lib. 4. cap. primo, Folia betonicæ inquit esse, longa, mollia, quercus similia, in ambitu incisuris divisa. φύλλα μακρὰ, μαλακὰ, ὅμοια δρυῒ τὴν περιφέρειαν ἐγκεχαραγμένα, cap. 33. l. 4.

Quercus.



Syderitidem esse foliis marubii, sed oblongioribus ad salviæ aut quercus foliorum similitudinem. φύλλα ἔχουσα ὅμοια πρασίῳ, ἐπιμηκέστερα δὲ ὥσπερ τὰ τοῦ ἐλελισφάκου ἢ δρυὸς &c. Folia quercus ergo sunt lævia, duriuscula, lata, oblonga, ambitu sinuosa, superna parte virentiora. Notandum folia quercina, quæ primum lutei sunt coloris, (licet nonnulla rubicunda appareant, maxime ea quæ è novellis quercubus erumpunt) subinde viridiora, ac solidiora evadere. δρῦς Græcis à δρύω erumpo, pullulo dicitur.

Τοῦτο γὰρ ἰσχυρότατον. Hæc verba indicant Plinium libro 16. cap. 6. non facere quercum à robore diversum, ut supra dixi, sed corruptum esse codicem. Theophrastus cum materiam quercus domesticæ dixit esse robustam, sed inferiorem, quam phago, subjicit. *Hæc enim (phagus) robustissima, putredinique nulli obnoxia est. Sed nec ipsa erecta, quanquam minus sinuosa quam quercus &c.* Hunc locum vertit Plinius. *In ipsis vero arboribus, quæ maximam fert, Hemeris vocatur, brevior, & in orbem comosa, alasque ramorum crebro cavata, fortius lignum quercus habet & incorruptius; ramosa & ipsa, procerior tamen & crassior caudice.* Scribe meo periculo. *Fortius lignum fagus habet, & incorruptius, ramosa & ipsa, brevior tamen & crassior caudice.* Compara cum Theophrasto, & sic legendum facile animadvertes. Sin mutare non placet, dic Plinium quercui adscribere, quod phago Theophrastus. Fortassis fagus fuit cujus mentio fit in hortis Germaniæ doctiss. Gesneri. *Quantum prosit cura arboribus* (inquit Cardanus de varietate rerum lib. 6. cap. 23.) *præcipue ostendit quercus Basileæ, in divi Petri nemore,* (area publica tiliis consita) *truncum terni viri diductis manibus vix ambiunt. altitudo* (trunci) *minor quam hominis. exerit in vertice sex aut septem stolones* (immo ramos magnos & latos, quos tabulata dixerim) *sensim ascendentes, ut imaginem pateræ referant. inde crebrioribus ramis, tum & ramusculis ita densatur, ut olim referant Cæsarem Maximilianum cænasse in ea, discubuisseque. Siquidem ambitu pedes centum continere, haud dubium est, cum numerando illum circumvenerim.*

Cerrus.



Ἡ δὲ αἰγίλωψ, Plin. loc. cit. *excelsissima autem ægilops, incultis amica.* Supra dixi ægilopem non esse cerrum. Eleganter cerrum describit doctiss. Car. Clusius. *Cæterum quercus genus non modo in Viensi saltu, eadem altitudine qua vulgaris quercus, atque etiam celsiore assurgens, caudice erectiore, cortice crassiore & magis scabro, folia frequentioribus incisuris, sed minus altis divisa habet quam quercus, & longioribus*

& longioribus tenuioribusque pediculis inhærentia: ramulos breviores, frequentioribus nodis obsitos, gemmas minores, & aliquot gracilibus foliolis ceu staminibus aut villis septas: flores racematim compactos ut quercus, è quibus, uti nec in quercu nascuntur caliculi, sed ii brevi crassoque pediculo annotinis ramulis adhærent, non in foliorum alis, omnino hispidi, & molliter echinati, in quibus glans est, querna paulo brevior, & obtusiore mucrone prædita, quæ autumno maturitatem adipiscitur: adhærent interdum inter folia, multis squamis constantia capita. Rustici & materiæ cæsores optimè eam à quercu vulgari distinguere norunt; illius materiam candidiorem, laxioremque, & ad opera minus aptam censentes. Hujus cerri crassiorum atque etiam tenuiorum ramorum libralia interdum aut majora fragmenta in lapides commutata, ipsaque adeo matrice in nigrum silicem conversa (superficie tamen candida & friabili manente) atque naturales ipsius ligni venas, orbes, reliquamque formam etiamnum obtinentia, non modo eruta conspexi, sed ipse etiam legi anno 1580 in montis Eysenberg vulgo nuncupati, & Pinbæ, fluvio Pannoniæ, imminentis acclivi, qua ad vallem pinbathal ab ejusdē fluvii eam perluentis nomine nuncupatam, descensus est, atque ad austrum & λυβόνοτον spectat. Duo cerri genera recentiores describunt, quorum prius cerrus calice, echinato glande majore, secundum cerrus calice hispido glande minore vocatur. prioris glandibus, ad pannos atro colore inficiendos, gallarum vice utuntur. è grandi & duro calyce glandem non excrit, sed clausam gerit dum adhuc immatura est.

Φύεται δὲ ἐν τοῖς &c. lege cum Theod. οὐ φύεται δὲ ἐν τοῖς ἠργασμένοις ἢ ἀπαλοῖς. Plin. loc. cit. *ægilops incultis amica.*


Ἡ δὲ πλατύφυλλος. Plin. loc. cit. *ab hac proxima latifoliæ proceritas, sed minus utilis ædificiis: atque carbone dotata, vitiis obnoxia est &c.* Hæc an corrupta, ut viris doctis placet, cap. sequenti, ubi de aspri nobis sermo, videbimus. Quercus latifoliæ amplissimæ circa Viennam meminit Clusius; cujus omnes glandes è longis pediculis dependentes, quasi viridi quadam excrescentia, multis inæqualibus angulis prædita, inclusæ erant, quæ resiccata, gallarum modo, firma & dura erat.

Ἡ γὰρ ἁλίφλοιος παχὺ μὲν ἔχει τὸ στέλεχος. Scribe ἡ γὰρ ἁλίφλοιος παχύτατον μὲν ἔχει τὸν φλοιὸν, καὶ τὸ στέλεχος. Crassicortex crassissimo quidem cortice & caudice, ἁλίφλοιος dicitur & εὔφλοιος, ut supra dixi, à corticis crassitie. Plinius loc. cit. *Pessima & carboni & materiæ haliphlœos dicta, cui crassissimus cortex atque caudex, & plerumque cavus fungosusque, nec alia putrescit ex hoc genere, etiam cum vivit; quin & fulmine sæpissime icitur, quamvis altitudine non excellat; ideo ligno ejus, nec ad sacrificia uti, fas habetur.* Haliphlœum describit Lugdunensis his fere verbis. Nascitur in Hetruriæ sylvis, præsertim maritimis, inter cerros & phillodryas, materia & ædificiis & carboni pessima, quoniam cum fago, fungosoque fit caudice, brevi putrescit. in causa est arboris horridæ, subjectisque foliis, eamque ob causam imbrem excipientis, natura; qui guttatim in laxum fungosumque caudicem stillans, illum vitiat & putrefacit. Sunt qui & corde hanc solam carere volunt; quin & fulmine sæpissime icitur, quamvis altitudine non excellat, ideo ligno ejus nec ad sacrificia, ut apud Æolum, quondā fas habebatur, sed ad axes similiaq; tantum utile erat, caudice assurgit procero, & recto; cortice subcæruleo, ramoso quidem, sed ramis latius non porrectis nec extentis, ut quercus, immo brevibus, nec ita in multos surculos divisis, ut tota arbor aspectu, tonsæ ac putatæ similis appareat. Folia habet cerro similia, longiora, angustiora, & multo nigriora, per latera, incisuris minus latis, sinuosa, intervallo quod jacet inter margines laciniarum minus patente, infernè supernéque subaspera, tactu duriora, hyeme decidua. Glandes profert aliis glandiferis minores, excepta ilice, non longas ac teretes, sed orbiculatas, & aliquantum compressas, cerri maris modo, ex calicibus suis parum exertas, qui spinis longis, flavis, gracilibus, densis hispidi sunt, castanearum instar, non tamen ita rigidis erectisque, sed nec crassioribus spinarum mucronibus armati, ut in cerro. caliculi hi quibus continentur glandes, bini plerumque, ad singulorum exortus, brevissimo pediculo ramis ac surculis adhærent. radicibus nititur validis, non recta deorsum actis, sed undique per transversum terram in obliquum comprehendentibus. cortex, ligno propior, cum in ramis, tum in caudice, & radice vehementer adstringit, folia remissius. glandium calices facultate cortici respondent. glandes vehementius adstringunt, & amaræ sunt. quare etiam à porcis negliguntur, nisi aliud desit pabulum. materia arbori robusta & dura. nascitur in montibus, loco frequentius pingui, quam macilento & arenoso, subtus tamen saxoso, locis liberis & vento perflatis; copiosissima in Apennino, in planis rara.

Κηκίδας, κηκὶς à κηκίω fuligine nomen accepit, quod gallarum, pannis nigro colore tingendis, magnus fit usus. quandoque etiam κηκὶς pro fuligine ponitur. Sophocles in Antigone μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐξετήκετο. Interp. κηκὶς δὲ ἀναδόσις ἐντεῦθα, κυρίως δὲ ἡ λιγνὺς τοῦ καπνοῦ ἡ ἀπὸ τῶν καιομένων γινομένη. galla ut dixi tingunt. Corrige Theoph. codicem male interpunctum, ἡ δὲ τῆς αἰγίλωπος — πλὴν λειοτέρα ἀχρεῖον δέ. φέρει δὲ καὶ τὴν ἑτέραν τὴν μέλαιναν ἣ τὰ ἔρια βάπτουσιν. quandoque κηκὶς pro qualibet ponitur tinctura. Hesych. κηκίς· ἀτμίς· σύμμα καὶ καρπὸς τῆς δρυός. κῷοι δὲ καὶ τοὺς ἀκάρπους στάχυας ἐστερημένους. Id est, *ceris vapor, spissamentum adstringens vel tinctura* (strymma idem quod βάμμα glossæ infectum ἐστυμμένον. infectus βεβαμμένος. ἐνεστυμμένος.) *& fructus quercus. Coi vero steriles privatasque semine spicas sic vocant.* Suidas κηκίς· ὀξύτης· ἢ κηκὶς· βαμματικὸν σύμμα ἢ καρπὸς τῆς δρυὸς ἐπιτήδειος εἰς βαφήν. id est, κηκὶς *austeritas.* vel κηκὶς *tinctura inficiens, vel fructus quercus, idoneus ad tincturam.* Harpocr. κηκὶς βάμμα τι καὶ σύμμα. ἢ καρπὸς τῆς δρυὸς ἐπιτήδειος εἰς βαφήν. *cecis tinctura quædam ac infectus. fructus quercinus ad tingendum idoneus.* κηκίδα, id est gallam, fructum quercus ajunt. eadem Diosc. sententia libr. 1. cap. 146. κηκὶς καρπός ἐστι δρυός. *Galla fructus est quercus:* Alia Theoph. sententia. Cap. enim 8. hujus Libri, scribit πλεῖστα δὲ πάντων ἡ δρῦς φέρει παρὰ τὸν καρπὸν, οἷον τήν τε κηκίδα. Eadem Plinii sententia. fructus definitionem stricte si sumamus, non potest esse fructus. è fructu sive semine in eo contento, id est glande nova planta, pullulabit: galla germen emittet nunquam. Duo genera gallarum ait Theoph. cap. 6. hujus libri, candida & nigra. Cap. 8. mentionem facit gallæ parvulæ & resinosæ nigræque. nigram ad lanas tingendam utilem scribit. Dioscorides quoque duo genera esse tradit. alia enim omphacitis parva, levis alia, ἡ μὲν τις ὀμφακῖτις καλεῖται, μικρὰ καὶ κονδυλώδης, στιβαρὰ, ἀτρύπητος ἡ δέ τις λεία, καὶ κούφη καὶ τετρημένη ἐκλέγεσθαι δὲ δεῖ τὴν ὀμφακῖτιν, ἐνεργεστέραν οὖσαν. *quædam omphacitis appellatur, parva quidem, sed tuberosa, gravis, & nullo foramine pervia; altera vero levis, æqualis & perforata; eligi debet omphacitis, quippe quæ sit efficacior.* Plinius lib. 24. cap. 4. *nec pauciora gallæ genera fecimus: solidam, perforatam. item albam nigram, majorem, minorem.* Dioscorides minorem dicit non perforatam. Ergo minor & non perforata galla unum genus; etiam major, quam dicit æqualem Græcus auctor, unum genus dici debet. Malè ergo Plinius, quatuor genera fecit, cum sint tantum duo; galla quoque nigra, non alia, quam galla perforata & magna. Gal. lib. 7. simpl. ἡ δὲ ἑτέρα κηκὶς ἡ ξανθὴ καὶ χαύνη καὶ μεγάλη ξηραίνει μὲν καὶ αὐτή. &c. — οἰνοκηκίδα ταύτην ὀνομάζουσιν οἱ παρ᾽ ἡμῖν ἀγροῖκοι *altera galla flava, illa & magna, fungosa & ipsa desiccat quidem — hanc rustici cenocutida vocant.* Objiciet quis; ergo nigra galla Plinii, non est galla major, perforata. Alius color flavus, alius niger. Mendum in verbis Galeni nullum. Idem lib. 9. cap. 7. κατὰ τόπους κηκίδα τὴν ξανθὴν ἑψήσας καὶ λειώσας καταπλάσσε. *gallam flavam ritam ac coctam imponito.* eadem tamen galla. Theophrastus & Plinius nigram dixerunt gallam, quod ad nigredinem vergat. μέλαν enim ut lib. 6. fusius, exponitur botanicis ad nigredinem vergens, nec exactè flava galla, sed ex flavedine subnigra. Hac de causa οἰνόκηκις dicitur, id est, *nigricans.* Interpretes vertunt *vini gallam.* Vox composita est ex οἶνοψ & κηκὶς. Suidas οἶνοψ, οἰνωπὸς μέλας. Hesych. οἶνοψ μέλαν, id est, οἶνοψ *idem quod niger.* οἶνοψ βοῦς *niger bos.* Viri doctiss. ὀνοκηκίδα legendum contendunt; asininam gallam vertunt. Cur sic dicta foret, causam video nullam. nec asini colorem habet, nec ea delectatur asinus. Sed hactenus non video probatum gallam nigram Theophrasti, & flavam Galeni eandem. Nam Theoph. lib. 3. cap. 7. πιττώδη, vel, ut legit Plinius, ῥητινώδη ait, talia non solent esse lævia, fungosa. Vocem πιττώδη non posse de colore intelligi, supra dixi. Nunquam vidi gallam picis instar nigram, nec puto dari. Dicendum, exteriorem corticem non nihil resinosum esse, attamen quod intus est, leve esse & fungosum, & hac de causa lævem dici; altera enim gravior. quod substantia constet magis compacta ac solida. Quæret quis, cur τὸ λεῖον planum vertant. Galla vel orbiculata, vel angulosa, vel oblonga; planam nunquam vidi. Planum dicunt, quod nihil eminens habeat. Prima enim κονδυλώδης. Rectius *æqualem; nullis tuberculis præditam,* lævem vertissent. Suidas λεῖον. τὸ ὁμαλόν. τὸ πεζόν. Vidimus de altera galla. Primam Dioscorides, ὀμφακῖτιν vocari ait. Idem scribit Galenus. Ne quis nominum vicinitate decipiatur, dicendum ὀμφακίδα, cujus apud Æginetam fit mentio, diversum quid esse ab omphacitide galla, nempe κύλυφον βαλάνου. Medicorum filii cupuam vel cupulam glandium vocant. Plinius

nius glandium calicem ait. Ægineta lib. 3. cap. de dysenteria. ὀμφακίδος κεκαυμένης, ἔστι δὲ τὸ κοῖλον, ἐξ οὗ ἐκπίφυκεν ἡ τῆς δρυὸς βάλανος, ᾧπερ οἱ βυρσεῖς χρῶνται. *glandis caliculi combusti; Caliculum voco concavum illud, unde querna glans enascitur, quo coriarii utuntur.* Malè vir doctis uvam acerbam interpretatur. uva enim acerba non nascitur in cupula. Alii corruptum locum Pauli scribunt, leguntq; ὀμφακιτίδος. Non video rationem cur sic legi debeat; immo vulgatam servandam hac de causa puto; quod obscuram & haud cognitam vocem existimarit Ægineta. Vulgata satis ὀμφακῖτις. Etenim si non judicasset ob sui raritatem obscuram permultis, non fuisset opus, per circumlocutionē declarare. ὀμφακῖτις fortassis dicitur, quod immatura sit, vel quod raro ad maturitatem, sive justam magnitudinem perveniat. Hoc Plinius innuere videtur. Idem docet Theophrastus cap. 7. parva hæc galla ait Dioscorides. Parva manet quod ab æstu occupata inarescat, augerique amplius nequeat, alias enim amplitudine ampliore grandesceret. Qua de causa nonnullæ fabæ magnitudinem non excedunt, cum aliæ malum superent. κονδυλώδης; interpretes nonnulli vocem hanc ad magnitudinem referunt. Rectius illi qui figuram exprimi à Dioscoride docent. Prius enim magnitudinem per vocem μικρὰν expressit. Aliis satius visum est, omphacitim rugosæ parti articulorum in digitis, cum extenduntur, similem reddere: quod non solum id innuat græcum vocabulum; sed multo magis etiam omphacitides ipsæ apartissimè demonstrent. Intellige tubera, nodos, tubercula quæ in gallis reperiuntur, ad formam que in digitorum juncturis & curvaturis conspiciuntur. πυκνὰ alii gravē, alii solidam vertunt. utrumque vox hæc significat. Hesych. πυκνὰ· ἀδρυσιν, βαρὺ, ἄτονον, στερρὸν, ἰσχυρόν. Qui gravem vertunt hac ratione utuntur; quod alteram gallam κούφην levem scribat. leve gravi opponi solet. qui solidam interpretantur hac ratione utuntur, quod non perforatā solent esse solida, respectu perforatorum. Malè vir magnus omphacitidem gallam nihil aliud Dioscoridi Galeno, & Paulo esse putat quam calycē illū, quo glandes in arboribus continentur, quē recentiores cupulam vocant. Hanc opinionem vanam esse, illud manifesto potest esse argumento; quod Ægineta lib. 7. de gallis, non autē de glandibus disserat, duoque gallarum genera constituat, quarum alteram omphacitidem appellat, alteram vero magnam flavo colore. quod etiam antea Dioscorides & Galenus fecēre, qui omphacidem gallam, glandium calicem esse nusquam, quod sciam, tradidere: quod non

Quercus.



Excrementum fungum referent.

ignoraverint & genere & specie à gallis differre glandes. Adde quod Galenus, Dioscorides & Paulus nusquam, quod equidem legerim, usi sunt hoc vocabulo omphacitis pro galla, nisi adjectivè & cum substantivo κηκίς. Quare concludo Græcis glandium calycem ὀμφακίδα proprie appellari, non gallam. Memorabile quod refert Mathiolus botanicus doctiss. & diligentissimus. *Illud, inquit, peculiare sibi majores gallæ vendicavere, ut quotannis, aut annonæ fertilitatem, aut sterilitatem, aut pestilentem auram prænuncient. nam si rumpantur integræ, & quæ perforatæ non sunt, aut muscam, aut araneam, aut vermiculum exponent. si musca volat, futuri belli; si repit, vermiculus, annonæ penuria; si currit araneus, pestilentium morborum præsagium est. Neque cuipiam mirum videatur, quod ex omnibus gallis ista exoriantur animalcula. Etenim ego hujus rei sæpius periculum feci, nullamq; unquam sum consecutus, prius non perforatam, quæ ex tribus animalibus unum intra se non contineret; nam foramine conspecto facile indicium sumi potest, jam animal exiisse.* Dicamus igitur quercum & fructum, (glandem) animal gignere. cujus rei haud ignari veteres illi patres, non sine causa quercum dixerunt Iovi summo esse dicatam.

Ὃ καλοῦσί τινες φάσκον. Vertunt; *quod autem penem quidam appellant branchiis simile, &c.* Plin. libr. 16. cap. 8. *è glandiferis sola, quæ vocatur ægilops, fert pannos arentes, muscoso villo canos, non è cortice modo, verum & ramis dependentes, cubitali magnitudine, odoratos, ut diximus, inter unguenta.* Rob. Constant. cum Plinio legit σφάγνον. Interpres Gaza *penem* vertit. vox Græca retinenda erat, *phascos*. Hesych. σφακὸς τῶν ἐπὶ τῶν δρυῶν γινόμενον, ὃ καλοῦσι βρύον, σὺν δὲ ἐκεῖνος γὰρ φάσκος λέγεται. *Sphacos in quercubus natum, muscum vocant, non satis rectè, phascos enim vocatur.* Plinius similiter, & phascon & bryon & sphacon facit ejusdem rei synonyma. Legisse videtur in Theophrast. Plinius, ὃ δὲ καλοῦσί τινες φάσκον ὁμοίως τοῖς ῥακίοις ἡ αἰγίλωψ μόνη φέρει, πολιὸν καὶ βρύινον. ἔστι γὰρ πηχυαῖον καὶ ἐκκρεμάννυται, καθάπερ τρύχος ὀθονίου μακρόν. φύεται δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ φλοιοῦ, καὶ ἐκ τῆς κορυνης ὅθεν ὁ βάλανος. &c. Verba hæc paulo plenius examinanda. φάσκον pannos arentes vocat. Sic doctiss. Constant. sic excellentiss. Salmasius scribendū docent; quod phascos ille similis panno, hoc est longæ vestis laciniæ. τρύχος ὀθονίου propriè pannus, & quidem lacerus à τρύχω attero, terendo absumo. Ὁμοίως τοῖς ῥακίοις. ῥάκιον & τρύχος idem. Hesych. τρυχίνοις. ῥακίοις· τρυχηρά, ῥακώδη. Suidas τρύχη τὰ ῥάκη τρυχηρά. ῥακώδη idem ῥακιοσυρραπτίδη. τὰ ῥάκη συλλέγων. ῥάκια γὰρ τὰ διερρωγότα ἱμάτια rhacia enim vestimenta lacera. Aristoph. in Achar. act. 2. sc. 4.


Di. Δός μοι ῥάκιόν τι τοῦ παλαιοῦ δράματος,
Δεῖ γάρ με λέξαι τῷ χορῷ ῥῆσιν μακράν,
Αὕτη δὲ θάνατον ἦν κακῶς λέξω φέρει.
Eu. Τὰ ποῖα τρύχη μῶν; ἐν οἷς Οἰνεὺς ὁδὶ,
Ὁ δύσποτμος γεραιὸς ἠγωνίζετο.

Da mihi pannosam vestem ex veteri fabula.
Nam longam orationem recitare huic gregi
Me oportet: quam si male dixero, mortem afferet.
Quales vestes pannosas? utrum has in quibus
Senex ærumnosus certavit Oeneus.

Vide τὸ ῥάκιον & τρύχος idem. Robertus Constantinus non τοῖς ῥακίοις legit, quomodo Plinius scriptum reperit, sed τοῖς βρόγχοις. Comparat enim pulmonis canaliculæ sive fistulæ, ut Ætius σωληνάριον, id est, canaliculæ sive tubulo. Locus Aetii, lib. 12. cap. 118. ὕπνον, inquit, ὅ ἐστι σωληνάριον μικρὸν τὸ ἐξερχόμενον ἐκ τῆς δαμασκηνίας καὶ ῥοδακινίας. Non videtur eadem res. nam phascon Theophrastus ait esse, καθάπερ τρύχος ὀθονίου μακρόν. Aëtius ὕπνον σωληνάριον μικρόν. canaliculam parvam. Theophrastus adinstar vestis laceræ, & panni longi pendere ait. Dicendum, muscum hunc magnitudine variare; Plinium tamen rectè legisse τοῖς ῥακίοις; melius Theophrastum lacero panno, quam Aëtium tubulæ comparasse. Non video quam canaliculæ formam habeat, nisi placeat canaliculam vocare quod ramum undique cingat, adeo ut canalicula appareat. Ad instar panni laceri dependere pictura ostendit. Malunt alii pro βραγχίοις βρύοις legere; *musci instar dependet.* sed, ut dixi, Plinius τοῖς ῥακίοις legit. πολιὸν ἐστι βράχιον; qui βρύοις pro βραγχίοις legunt ῥακῶδες ἀντὶ βράχιον lacero panno simile scribunt. Plinius βρύινον vel βρυῶδες legit. καὶ βρύινον *muscoso villo canos*; *canum muscosumque* Gaza. Typographicum mendum *mucosum*, quomodo in editis Gazæ codicibus legitur; scripsit *muscosum*. Doctissimus Constant. corrigit ὡς ῥάκιον, non ut alii τραχὺ ὂν pannos arentes vocat Plinius, qui legit, ut jam dictum est. βρύον est muscus. Quod autem dixerat ægilopem phascon ferre ὁμοίως τοῖς ῥακίοις πολιὸν καὶ βρύινον, id explicat, statim, καὶ γὰρ πηχυαῖον καὶ ἐκκρεμάννυται καθάπερ τρύχος ὀθονίου μακρόν. ῥάκιον & τρύχος ὀθονίου, ut dixi, res eadem, unde τρυχίνη ἐσθὴς, pannosa

pannosa vestis, pannucea, fortasse, ut rectè monet Doctiss. Salmasius, non sollicitanda vox βράχιον. Dicit ægilopem

Muscus arboreus quercinus.



phascum producere ὅμοιον τοῖς ῥακίοις πολιὸν καὶ βράχιον. *pannis similem canum & breviorem*: Scilicet quam panni sunt. Nam ῥάκιον sive pannus est longa fascia, ex vestimento detrito præcisa. Huic similis phascos, sed brevior. Aliter tamen legisse videtur Plinius, & quod sequitur contra facit, ubi explicat πῆχυς ὅλοιον μακρόν. Sequitur. φύεται δὲ τοῦτο. Plinius sine negatione, ut supra dixi, legit. nisi placeat, corruptum codicem. Legunt, *muscoso villo canos, è cortice modo, non è ramis dependentes, cubitali magnitudine.* Non puto sic scripsisse Plinium. quomodo ergo intelligi debet phascon non è cortice modo nasci, verùm & è ramis pendere? an rami cortice carent? Corticem vocat ipsum arboris stipitem ac truncum, quod in eo plurimus cortex. Sic alibi in germinatione rumpi arboris corticẽ dixit, unde rami scilicet prodeunt. κορύνην rectè ramum interpretatus est, minorem scilicet. Suidas κορύνη, ῥόπαλον, οἱ δὲ ξίφος, οἱ δὲ ξύλον ἐπικαμπές. *coryna, clava, à nonnullis gladius, ab aliis lignum curvum dicitur.* Dicitur etiã translatè βλάστου κορύνη à clave similitudine, quam in germinatione nonnullæ exprimunt arbores. Theoph. lib. 3. c. 6. καὶ τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ εἰς πλάγια κύκλῳ ποιεῖται τὴν βλάστησιν, οἷον γόνυ ποιησάμενα τὴν τοῦ προτέρου βλάστου κορύνην. Plinius, ut supra dixi, geniculatum incrementum, & cacuminum articulationem vocat. Vide quæ loco citato diximus. Hoc loco surculum vel ramum minorem significat, ex quo glans dependet. ex majoribus enim pendet hic muscus, ut icon ostendit. Eodem sensu accipienda hæc vox apud Cassian. Bassum lib. 10. cap. 65. ubi ex Damogerontis sententia de nucis insitione hæc tradit. ἕτεροι δὲ πρὸ ἐνιαυτοῦ ἐκλεξάμενοι κλάδον ἀπὸ καρύας, ὅθεν βούλονται ἐγκεντρίσαι, στρέφουσι τοῦτον καὶ λυγίζουσι· τοῦτο γὰρ παθοῦσα ἡ κορύνη, πληρεστέραν τὴν ἐντεριώνην ἕξει. Rectè observavit doctissimus Salmas. malè legi καρύη. Idem animadvertit interpres. *Alii*, inquit, *anno præcedente ramum à nucis arbore eligentes, è qua inserere volunt, eum ipsum obvertunt, & intorquent. Hoc ubi perpessa fuerit clava sive surculus, pleniorem medullam habebit.* Verborum Theoph: mentem non intellexit Plinius. Vult Theophrastus, quercus glandem ferre inferioribus sive extimis præcipuè ramis, surculis anni præteriti: novi enim carere glande solent: in ramis inferioribus caudici vicinis phascum è cortice nasci, non è surculo unde glans pendet. Addit Theoph. οὐδ᾽ ἐξ ὀφθαλμοῦ ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ πλαγίου τῶν ἄνωθεν ὄζων ἔχει: *non ex gemma, sed ex latere superiorum habere ramorum*. Puto scribendum κάτωθεν. ex latere inferiorum ramorum, qui trunco vicini sunt, dependet muscus. φλοιὸς cortex rami crassioris, κορύνη ὅθεν ὁ βάλανος: surculus anni præcedentis. ὀφθαλμὸς oculus ex quo surculus novus. πλάγιος τῶν κάτωθεν ὄζων partes laterales rami majoris trunco vicini, ergo opponuntur φλοιὸς & ἡ κορύνη· ὀφθαλμὸς & πλάγιος τῶν κάτωθεν ὄζων. Ideo autem scribit philosophus; nec ex oculo, ex quo novus surculus, nec ex surculo anni exacti prodire φάσκον. Ut tacitè refellat eorum opinionem, qui φάσκον florem quercus, aut pro flore esse censebant: certum est non esse florem, nec pro flore habendum, quod ex illis locis non procedat, unde fructus solet nasci. Phascos est cujus

Bedugnar.



iconem adpingere curavi, Plinius odoratum dicit: An itaque βρύον ἀρωματικὸν Dioscoridis? ita videtur. Hesychius βρύον appellari auctor est. De aromatico musco hæc tradit Dioscorides libr. 1. cap. 20. βρύον ὑπό τινων σπλάγχνον καλεῖται, εὑρισκόμενον ἐπὶ δένδρων κεδρίνων, ἢ λευκίνων ἢ δρυΐνων, διαφέρει δὲ τὸ κέδρινον· δεύτερον δὲ τὸ λεύκινον. ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ εὐωδέστερον καὶ λευκὸν, καλόν. τὸ δὲ μελανίζον χεῖρον. *bryon, à nonnullis etiam splachnon appellatur, in arboribus cedro, populo alba, aut quercu reperitur. præstat vero cedrinus, proximus huic populeus, quo in genere probatur, qui odoratior est, & candidus: nigricans autem deterior videtur.* Multa hic consideranda. Quæritur an βρύον aromaticum muscum vertere liceat. Negant hoc viri doctissimi. Muscum, inquiunt, Latinis solum illud βρύον quod in saxis nascitur. unde muscosi fontes, musco circumlita saxa, apud poëtas, & verbum muscari Columellæ, pro musco obtegi. At huic musco in odoribus & suffimentis non est locus: βρύον verò aromaticum Latini, Græco nomine retento, bryon dixêre, ut Plinius, & spagnon, & phascon, nominibus æquè Græcis, quia in Latio appellationem non habent, & res erat quæ in Latino cœlo minimè nascebatur. longissimæ illæ ac pannosæ lanugines quercuum ac populorum cano & villoso musco & ipsæ oblitæ. Nam muscus propriè dicitur à Latinis villosa ac viridis arborum & saxorum lanugo, nec in alia sumitur significatione. aliud erat βρύον illud odoratum. Quicquid græci βρύον nominant, non statim muscus Latinè id vocari debet. alioquin & flos oleæ muscus esset, quia Græcè βρύον dicitur. Theoph. de bryo herba quam lupulum officinæ vocant &c. Certè Officinarum lupulus paucas habet notas bryo convenientes. vide lib. 9. hist. muscum inquiunt latini bryon illud vocant; quod in saxis nascitur. Virg. eclog. 6.

Tum Phaethontiadas musco circumdat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.

De vulgari musco, ajunt, qui omnes ambit arbores, loquitur Virgilius. falli igitur constat doctissimũ Herbariorum

riorum qui bryon iſtud odoratum, vel φάσκον quercinum, & populeum ex eo genere muſci eſſe arbitrantur, quod in ipſa arborum ſuperficie lanuginoſum apparet, quo muſco etiam petræ ſolent obduci. Nulla ferè arbor, quæ truncum, & ramos, id generis muſco veſtitos, non habeat; (id de antiquis & annoſis accipe) nec glandiferæ ſolæ hoc muſco teguntur, ſed etiam aliæ. Præterea muſcus hic, qui in ſuperficie quercuum, aliarumq; arborum, ut in ſaxis villoſis viſitur, nō eſt odoratus: at phaſcos, ſive bryon illud δρύϊνον, excellit odore, nec in omni genere quercino, nec in omnibus locis naſcitur. In totum igitur alia res eſt; longiſſima nimirum, & candidiſſima lanugo, enaſcens è quodam quercuum genere, & è populo alba. βρύον ſive muſcus quercinus, cum viridis & recens eſt, non tam ſuaviter ſpirat, quam reſiccatus: odoratior tamen laricis, pini, piceęque muſcus, qui viridis etiamnum, gratum ſatis odorē reddit. Non datur aliud βρύον in quercu, populo, larice cedro, quam quod in omni cernitur arbore, quod pro ratione ligni ſuccique odoratius, minuſque odoratum reperitur. Speculatores ſunt, non practici, qui vulgarem muſcum arborum βρύον negant. Nam quod in cæteris arboribus minus odoratum eſt; fit, quod ſuccum, lignumve planè inodorum habeant. Contra cedrus, larix, pinus, abies, reſino ſcatent ſuaviſſimo: unde odor ſuavis muſco, qui iis innaſcitur. Populum ſuccum reſinoſum habere, prima germina futuraq; foliorum rudimenta oblonga, hordeaceo grano majora, oſtendunt; quippe pingue, oleoſum, ac reſinoſum quiddam continent, digitis adhæreſcens, colore flavo ad luteum accedens, odore ſuavi gratum. Quercinum muſcum qui negant odoratum, non olfecerunt. βρύον ergo Latinis muſcus, qui arboribus innaſcitur. Quod Plinius nomen Græcum retinuit, non ſequitur muſcum & βρύον rem diverſam, nec in Latio non habere nomen ſequitur, Acorus, teſte Auctuarii auctore, Romanis venerea dictus eſt: Reticuit hoc Plinius. Cyperus Celſo juncus anguloſus dicitur, Plinius Græcam ſervavit vocem. Nec ſequitur; in Latio non naſcitur, ergo nomen in Latio non habet. Σχοῖνος ἀρωματικὴ res quæ in Africa, Nabathęa, Syria, Arabia provenit, ac nullibi in Latio ſolo reperitur, Latium tamen nomen habet. Plinius juncum odoratum vocat. Nec minus falſum eſt, phaſcon ſive βρύον. rem eſſe quæ in Latio non naſcitur. Quæ tamen opinio Plinij verbis fulcita videtur. *ſphagnos*, inquit, *in Cyrenaica provincia maximè probatur, alii bryon vocant.* Secundum locum obtinet cyprius, tertium phœnicius. Fertur & in Ægypto naſci; quin & in Gallia naſcatur, non dubitaverim. Ex his verbis Plinii in Italia non naſci, non ſequitur. Immo recentiorum ſcriptis conſtat, in Italia perquam odoratum βρύον, etiam viride reperiri. Refert Mathiolus in notis ad Dioſcoridem, larices ſuaviſſimè ſpirare. *Cæterùm*, ait, *in eo genere, quod in Italia provenit, is (muſcus) & nobilior & odoratior apparet, qui in larice naſcitur, quapropter & viribus fortaſſe præſtantior erit. nimirum recordor me non parum eo quandoque fuiſſe oblectatum, dum nocturno tempore quibuſdam in montibus ſuper fœno recumberem, ex conquiſitis plantis defatigatus, ubi larices innumeræ erant, omni ex parte villoſo muſco incanæ: quandoquidem paſtores, ut nos veluti re nova, & voluptuoſa reficerent, quodam parvo ignis lumine hos villos incendebant, qui tanto flagrabant impetu, & crepitu, ut nobis viderentur tormentorum pulverem facilè ſuperare. quippe flammæ una cum ingenti favillarum copia ita obſcuræ noctis ſilentio ad aſtra tolli videbantur, relicto ſui odoris oblectamento.* Ergo in Italia bryon naſcitur, & bryon muſcus eſt, qui caudici ramiſque majoribus adhæret, ut Botanicorum turba hactenus rectè credidit. Falli igitur conſtat doctiſſimos Criticorum, qui βρύον illud odoratum, aliud à muſco, qui in ſuperficie arborum lanuginoſus apparet, ſpeculantur. Muſcum aromaticū ſive βρύον Dioſcorid. σπλάγχνον vocari ait. Apud Plinium ſphagnos legitur, apud Galenum lib. 1. κατὰ τόπους cap. 1. σπλάγχνου βρύου, οἱ δὲ σπλάγχνα, οἱ δὲ ἀρωματικοῦ γ γ. Vtra lectio præſtet, difficile eſt aſſerere maximè, cum omnes antiquorum codices diſſentiant. Galeni probabilior videtur, quod eandē codex Æginetę confirmet lib. 7. βρύον οἱ δὲ σπλάγχνον: tum etiā, quod in lib. ſimpl. 6. Gal. eadē reperiatur lectio. βρύον, ἔνιοι δὲ σπλάγχνον. ab Aëtio, ut dixi, ὕπνον appellatur. βρύον, inquit, l. 1. ἢ σπλάγχνον, ἢ ὕπνον. Vera ergo lectio σπλάγχνον. Non illepidè à nonnullis paraſitica herba vocatur, quod non niſi aliena quadra veſcatur, & bene vivat. Ab Oribaſ. δορκάδεια βοτάνη vocatur, ab Arabibus uſnea. εὑρισκόμενον ἐπὶ δένδρων. Theophraſtus ſolam ægilopem, phaſcon ferre docet. Dicendum, in ægilope muſcum maximè & facilius quam in cæteris gigni: tum etiam magis conſpicuum, & majorem eſſe. κεδρίνων, ἢ λευκινῶν &c. Gal. lib. 6 ſimpl. εὑρίσκεται μὲν ἐπὶ δρυσὶ, καὶ πεύκαις, καὶ λεύκαις, *invenitur in quercu, pino, populo alba.* Idem Ægineta, ἐν δρυσὶ καὶ λεύκαις, καὶ πεύκαις εὑρισκόμενον. Aëtius ἐκ τε δαμασκηνίας & ῥοδακινίας &c. Non tantum in his, ſed in aliis plurimis reperitur, abiete, larice, picea. Suaviſſimè abiegnus & piceus olent: multò odoratior muſcus, qui ex iis decerpitur, quam qui in populo & quercu provenit; Et hęc cauſa, cur odoris mentionem nullam fecerit Theophraſtus: in montium ſylvis, abietes innumeræ, adeo villoſæ, incanæq; videntur, ut prima ſtatim facie crederet quivis, villos frondium loco iis in arboribus genitos eſſe. Serapio, ut hoc obiter addam, ἀντὶ λευκίνων, κεδρίνων legiſſe videtur, Nucum enim muſcum laudat. διαφέρει δὲ τὸ κέδρινον. Idem Gal. καὶ μάλιστα τὸ ἐπὶ κεδρίνων εὑρισκόμενον ξύλων. Idem Ægineta. καὶ μάλιστα ἐπὶ κέδρων. Pini, piceæ laricis laudant recentiores; ſuavius ſpirant, quam quercus populúve: immò quercus viliſſimum ſcribunt, idque quod odoris exiguum in eo reperiatur. Plinius differentiā non ab arborū diverſitate, ſed à regionum varietate ſumit: *Sphagnos*, inquit, *in Cyrenaica provincia maximè probatur, alii bryon vocant, ſecundum locum obtinet Cyprius, tertium Phœnicius: fertur & in Ægypto naſci, quin & in Gallia.* Nec dubitaverim qui in abiete reperitur muſcus, in Norwegiā non deteriorem eſſe Italico, nec Phœnicio, ſi modo hac in regione detur abies. ἔτι δὲ τὸ εὐωδέστερον, καὶ λευκὸν. καλὸν, &c. Oribaſius cedrinum laudat, candidum & montanū. χλωρὸν, ὀρεινὸν: ſaxoſa, & arenoſa, id eſt, inculta, reſinifera amarè videntur. χλωρὸν quandoque album, quandoque viridem ſignificare colorē, alibi probatur. Plinius loc. cit. *laus prima candidiſſimis, atque altiſſimis; ſecunda rutilis, nulla nigris. & in Inſulis petriſque nati improbantur, omneſque quibus palmarum, atque non ſuus odor ineſt.* Laudem primam altiſſimis adſcribit: corrigunt, *latiſſimis, vel longiſſimis.* Non video cur longiſſimo, latiſſimo, aut altiſſimo muſco, plus laudis debeatur, quam tenuiſſimo, minimo, & humillimo. Fortè intelligit qui in ramo ſtipiteque, vel arborum parte ſuperiore naſcitur. Puto intelligere Plinium arboreum. ſequitur enim, *& in Inſulis petriſque nati improbantur:* Quod valde ineptum eſt. Peſſimè muſcum arboreum petræo comparat. Docet tamē hic Plinii locus, bryon arborum, ſive faſcum, facie non differre à petræo muſco, ut viri doctiſſimi credunt. Improbat etiam cui palmarum odor ineſt. An igitur palma non ſuaviter ſpirat? Certè non injucundo ferit odore nares. Corrigunt *plantarum*; id eſt improbatur muſcus, cui terreus ineſt odor. Arborei muſci villoſa quædam ſunt, ex multis tenuiter ac variè diſſectis, ſubinde veluti folijs inter ſe implicitis, confuſa, quæ arborum adhæreſcentia corticibus, à truncis ac ramis dependent. Unus in hoc genere magis tenuis, alter craſſior, quidam brevior, prolixior alius: ſubcandido colore omnes ut plurimum candeſcentes, tamen quandoque & niger quidam eſt, ſed minor, & tenuior. larignum odoratiſſimum ſcribunt recentiores; dein abiegnum, piceum, pineum. cedrinum non vidi, nec in Europa provenit.

ΚΕΦ. Ι. — CAP. X.

Alia glandiferarum diſtinctio. Quæ arbor improba ad carbonem faciendum. De pinorum generibus. De picea, abiete, taxo, oſtra, tilia: deque flore, & fructu tiliæ.

ΟἹ μὲν οὖν ἐκ τῆς Ἴδης οὕτω διαιροῦσιν. οἱ δὲ περὶ Μακεδονίαν, τέτταρα γένη ποιοῦσιν. ἐτυμόδρυν, ἣ τὰς γλυκείας· πλατύφυλλον, ἣ τὰς πικράς· φηγὸν, ἣ τὰς στρογγύλας· ἄσπριν, ταύτην γὰρ οἱ μὲν ἄκαρπον

ª Macedones quaterna genera faciunt. Veri- quercum, quæ glandem dulcem producit: † æſculum, quæ amaram: fagum, quæ rotundam: ‡ cerrum, quam alii ſterilem dicunt,

ª *Idæi in hunc modū diſtinguere ſolent. Macedones quaterna genera faciunt etymodryn.* † *latifoliam.* ‡ *aſprini*

ὅλως, οἱ δὲ φαῦλον τὸν καρπὸν, ὥστε μηδὲν ἐσθίειν ζῷον πλὴν ὗς, καὶ ταύτην ὅταν ἑτέραν μὴ ἔχῃ. καὶ τὰ πολλὰ λαμβάνεσθαι περικεφάλαια. " μοχθηρὰ δὲ. καὶ τὰ ξύλα, πελεκηθέντα μὲν, ὅλως ἀχρεῖα. καταρρήγνυται γὰρ, καὶ διαπίπτει. ἀπελέκητα δὲ βελτίω. διὸ καὶ οὕτω χρῶνται. μοχθηρὰ δὲ καὶ εἰς καῦσιν, καὶ εἰς ἀνθρακείαν. ἀχρεῖος γὰρ ὅλως ὁ ἄνθραξ, διὰ τὸ πηδᾶν, καὶ σπινθηρίζειν, πλὴν τοῖς χαλκεῦσι. τούτοις δὲ χρησιμώτερος τῶν ἄλλων, διὰ τὸ ἀποσβέννυσθαι εὐθὺς, ὅταν παύσηται φυσώμενος. διὸ ὀλίγος ἀναλίσκεται. τὸ δὲ τῆς ἀλιφλοίου χρήσιμον εἰς τοὺς ἄξονας μόνον, καὶ τοιαῦτα. δρυὸς μὲν οὖν ταύτας ποιοῦσι τὰς ἰδέας· τῶν δὲ ἄλλων ἐλάττους. καὶ σχεδὸν τάγε πλεῖστα διαιροῦσιν ἄρρενι καὶ θήλει, καθάπερ εἴρηται, πλὴν ὀλίγων. † ὡς ἔστι καὶ ἡ πεύκη. πεύκης γὰρ τὸ μὲν, ἥμερον ποιοῦσι, τὸ δὲ, ἄγριον. τῆς δὲ ἀγρίας δύο γένη. καλοῦσι δὲ, τὴν μὲν Ἰδαίαν, τὴν δὲ παραλίαν. τούτων δὲ ὀρθοτέρα καὶ μακροτέρα, καὶ ξύλον ἔχουσα παχύτερον ἡ Ἰδαία. τὸ δὲ φύλλον λεπτότερον, καὶ ἀμενηνότερον ἡ παραλία, καὶ λειότερον ‡ τὸ φλοιὸν, καὶ εἰς τὰ δέρματα χρήσιμον. ἡ δὲ ἑτέρα, οὔ. καὶ τῶν στροβίλων, ὁ μὲν τῆς παραλίας, στρογγύλος τε, καὶ διαχάσκων ταχέως· ὁ δὲ τῆς Ἰδαίας, μακρότερος, καὶ χλωρὸς, καὶ ἧττον χάσκων, ὡς ἂν ἀγριώτερος. τὸ δὲ ξύλον ἰσχυρότερον τὸ τῆς παραλίας. δεῖ γὰρ καὶ τὰς τοιαύτας διαφορὰς λαμβάνειν τῶν " συγγενῶν. γνώριμος γὰρ διὰ τὴν χρείαν. † ὀρθότερον δὲ καὶ παχύτερον ὥσπερ εἴπομεν ἡ Ἰδαία· καὶ πρὸς τούτοις πιτυωδέστερον ὅλως τὸ δένδρον. μελαντέρα δὲ καὶ γλυκυτέρα, καὶ λεπτοτέρα, καὶ εὐωδεστέρα, ὅταν ἡ ὠμὴ ἑψηθεῖσα ‡ δὲ χείρων ἐκβαίνει· διὰ τὸ πολὺν ἔχειν τὸν ὀρρόν. ἐοίκασι δὲ ἅπερ οὗτοι διαιροῦσιν ὀνόμασιν ἰδίοις, οἱ ἄλλοι διαιρεῖν τῷ ἄρρενι καὶ θήλει· φασὶ δὲ οἱ περὶ Μακεδονίαν, καὶ ἄκαρπόν τι γένος ὅλως εἶναι πεύκης. καὶ τὸ μὲν ἄρρεν " βραχύτερόν τι, καὶ σκληρότερον. τὸ δὲ θῆλυ εὐμηκέστερον. καὶ τὰ φύλλα λιπαρὰ, καὶ ἁπαλὰ, καὶ κεκλιμένα μᾶλλον ἔχειν. ἔστι δὲ τὰ ξύλα τῆς μὲν ἄρρενος περιμήτρια, καὶ σκληρὰ, καὶ ἐν ταῖς ἐργασίαις στρεφόμενα. τῆς δὲ θηλείας εὔεργα, καὶ † ἀστραβῆ, καὶ μαλακώτερα. σχεδὸν δὲ κοινή τις ἡ διαφορὰ πάντων τῶν ἀρρένων καὶ θηλειῶν, ὡς οἱ ὑλοτόμοι φασιν. ἅπαν γὰρ τὸ ἄρρεν τῇ πελεκήσει, καὶ ‡ βραχύτερον καὶ ἐπεστραμμένον μᾶλλον, καὶ δυσεργότερον, καὶ τῷ χρώματι μελάντερον. τὸ δὲ θῆλυ " εὐμηκέστερον. ἐπεὶ καὶ τὴν αἰγίδα τὴν καλουμένην, ἣν θήλεια τῆς πεύκης ἔχει· τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἐγκάρδιον αὐτῆς· αἴτιον δὲ ὅτι ἀπευκοτέρα, καὶ ἧττον ἔνδαδος, καὶ λειοτέρα, καὶ † εὐκτεανωτέρα. γίνεται δὲ ἐν τοῖς μέγεθος ἔχουσι τῶν δένδρων, ὅταν ἐκπεσόντα περισαπῇ τὰ λευκά, καὶ τὰ κύκλῳ. τούτων γὰρ περιαιρεθέντων, καὶ καταλειφθείσης τῆς μήτρας, ἐκ ταύτης πελεκᾶται· ἔστι δὲ εὔχρουν σφόδρα, καὶ ‡ λεπτὸν, ὃ δὴ οἱ περὶ τὴν Ἴδην δᾳδουργοὶ καλοῦσι συκῆν, τὸ ἐπιγιγνόμενον ἐν ταῖς πεύκαις ἐρυθρότερον " καὶ τὴν χροιὰν τῆς δᾳδὸς, καὶ ἐν τοῖς ἄρρεσιν ἐστι μᾶλλον. δυσῶδες δὲ τοῦτο, καὶ οὐκ ὄζει δᾳδὸς, οὐδὲ καίεται, ἀλλ' ἀποπηδᾷ ἀπὸ τοῦ πυρός. πεύκης μὲν οὖν ταῦτα γένη ποιοῦσιν ἥμερόν τε καὶ ἄγριον. καὶ τῆς ἀγρίας ἄρρενά τε καὶ θήλειαν, καὶ τρίτην τὴν ἄκαρπον. οἱ δὲ περὶ τὴν Ἀρκαδίαν, οὔτε τὴν ἄκαρπον λέγουσιν, οὔτε τὴν ἥμερον πεύκην, ἀλλὰ πίτυν εἶναί φασι· καὶ γὰρ τὸ στέλεχος ἐμφανέστερον εἶναι τῇ πίτυϊ, καὶ ἔχειν τήν † τε λεπτότητα, καὶ τὸ μέγεθος, καὶ ἐν ταῖς ἐργασίαις αὐτὸ τὸ ξύλον. τὸ γὰρ τῆς πεύκης καὶ παχύτερον, καὶ λειότερον, καὶ ὑψηλότερον εἶναι. καὶ τὰ φύλλα τὴν μὲν πεύκην ἔχειν πολλὰ, καὶ λιπαρὰ, καὶ ‡ βαθέα, καὶ κεκλιμένα. τὴν δὲ πίτυν καὶ

" μοχθηρὰ δὲ τῆς πλατυφύλλου καὶ τὰ ξύλα, πελεκηθέντα.

† ὧν Bas. marg.

‡ τὸν Bas.

" ἀγρίων, Al. Ger. ἐγγείων Theod. in marg. Bas.

† ὀξύτερον, Al. Bas.

‡ δὲ χείρων καὶ ἐλάττων ἐκβαίνει.

" forte τραχύτερον ut infra.

† εὐστραβῆ, Bas.

‡ τραχύτερον forte.

" εὐμηκέστερον καὶ εὐεργότερον, ἐπεί.

† εὐκτηδονωτέρα. Rob. Const.

‡ λεπτοῖνον, Bas.

" κατὰ.

† λειότητα καὶ τὸ μέγεθος καὶ ἐν ταῖς ἐργασίαις σύγχρουν τὸ ξύλον. Al. χρεῖον τὸ ξύλον, Theod.

‡ δασέα Constant.

cunt, alii fructum vitiatum adeò ferre, ut eum animalium nullum mandere possit, præterquam sues: & hos, cum aliam nullam habent; magnaque ex parte caput tentari. " Materies quoque improba, & dolata quidem, omnino inutilis; rumpitur enim, & cadit: † rudis autem melior. Ideoque sic ea utuntur. Improba etiam ad cremandum, & ad carbonem faciendum: quippe cum carbo ejus omnino inutilis, quod ‡ transiliat, scintilletque, præterquam in ærarijs officinis. His enim utilior cæteris hic habetur. Quia enim flatu desinente protinus extinguitur, vix absumi potest " Salsicorticis materies ad axes, similiaque tantum commoda est. † Roboris genera hæc assignant. Sed cæterarum pauciora sanè adnotant. Partemque ferè plurimam, mare ac fœminâ discernunt, ut indicavimus: præterquam in paucis, inter quæ & pinus habita est. Pinorum enim aliam urbanam, aliam sylvestrem assignant. Sylvestris duplex statuunt genus: quorum alterum Idæam, alterum maritimam vocant. Harum rectior, celsior, materieque crassior Idæa: folio tenuiori, imbecilliorique maritima, & cortice læviori, utilique ad coria. Quod altera minus. Nux maritimæ rotunda, brevique dehiscens: Idææ oblongior, viridis, minusque hiscens, tanquam sylvestrior. Lignum maritimæ validius. nam eas quoque ‡ terrenorum differentias sumi par est. Haud enim incognitæ sunt, usus causa. Idæa " ramosior crassiorque stat, ut retulimus. Ad hæc picem ipsa omnino copiosius præbet. Pix nigrior, dulcior, tenuior, odorataque gratior sentitur, dum cruda est. † Decocta verò deterior euadit. quoniam multum habeat serum. Sed quæ isti nominibus proprijs distinguunt, alii mare fœminaque dividere solent. Macedones verò etjam genus quoddam pini sterilem dicunt. Et marem breviorem, folioque duriorem: fœminam prociorem, ‡ foliis pinguem, mollem, proclivioremque. Mari lignum circumcincta medulla durum, " & quæ fabrili in opere versantur. Fœminæ tractatu omnino facile, atque mollius. Quæ quidem omnium ferè marium fœminarumque publica differentia est, † ut cæsores materiæ asseverant. Quippe omnis mas securi brevior & contortior, operique difficilior est, coloreque nigrior. Fœmina procerior, atque facilior. Nam & quod ęgidem appellant, pinus fœmina gignit. Id autem est cor ejus. Ratio, quod minus ‡ pinosa, minusque tędosa & levior, " cursuque venarum probior est. Fit autem in arboribus magnis, cum prostratę, parte candida & quę eas circuit putruerint. His enim detractis, medullę relictę securis adigitur. Est decolor omnino, nervoque tenui compacta, quam Idei tedarii † ficum appellant. Quod verò pinis subnascitur, colore teda rubidius, maribus potius inest; odoris gravissimi, nec tedam redolens, nec flagrans, sed ab igne ‡ dissiliens. Igitur genera pini hæc assignant; urbanum, atque sylvestre: sylvestrisque marem, & fœminam, ac tertiam sterilem. " At Arcadiæ incolæ, nec sterilem nec urba-

" materies latifoliæ improba.

† non dolata melior.

‡ dissiliat.

" crassi corticis.

† quercus.

‡ ejusdem generis.

" rectior.

† decocta verò minus picis idq; deterius redit.

‡ foliáque habere pinguia, mollia, & ad terram magis inclinata.

" & in opere fabrili contortum. Fœminæ in eodem opere pulchram, commodamque præstat tractabilitatem, ac facilè flectitur, atque mollius est.

† lignatores sive materiarii.

‡ unguinosa.

" cursúque venarum, & pectine elegantior est. Fit autem in arboribus magnis, cum prosternuntur, pars candida, eáque quæ ab alburno matricem convinciunt corrumpantur. His detractis medulla relicta dolatur. est optimè colorata, nervoque tenui compacta.

tur, pars candida, eáque quæ ab alburno matricem convinciunt corrumpantur. His detractis medulla relicta dolatur. est optimè colorata, nervóque tenui compacta. † συκῆν; id est ficum. ‡ resiliens. " Arcades verò pinum in sativam & insertam minimè partiuntur, sed à pinu piceam differre ajunt. Piceæ namque magis conspicuum & eminentem esse truncum, lævem, magnum, in opere fabrili utilem; utpote qui crassior, lævior, procerior quam pinus sit. Præterea pini folia multa, pinguia, densa, inflexa esse, piceæ verò, quæ & ipsa conos fert, pauciora, squalidiora; & horidiora. Adhuc picem notiorem esse in pino quam piceâ: paucam enim & amaram ex picea stillare, ut & minores conos in eadem gigni, uberiorem autem, & odoratam è pino. In Arcadia sanè piceæ paucæ crescunt; circa Eleam multæ. Sic igitur toto genere discrepant. Picea certè differre à pinu videtur, quod pinguior pinus sit, humilior, folio tenuiori, minus recta: Item quod breviorem conum fert & horridiorem, ac nucem magis resinosam.

nam

τὴν κωνοφόρον ταύτην, ὀλίγαι τε, καὶ αὐχμωδέστεραι, καὶ περιφερικότερα μᾶλλον. ἔτι δὲ τὴν "πίτυν αὖ ἐμφανεστέραν τῆς πεύκης. καὶ γὰρ τὴν † πίτταν ἔχειν ὀλίγην τε, καὶ πικράν, ὥσπερ καὶ τὴν κωνοφόρον. τὴν δὲ πεύκην, εὐώδη, καὶ πολλήν. φύεται δὲ ἐν μὲν τῇ Ἀρκαδίᾳ ἡ πίτυς ὀλίγη· περὶ δὲ τὴν Ἠλείαν πολλή· ‡ οὗτοι μὲν οὖν ὅλῳ τῷ γένει διαμφισβητοῦσιν. ἡ δὲ πίτυς δοκεῖ τῆς πεύκης διαφέρειν, τῷ λιπαρωτέρα τε εἶναι, καὶ λεπτοφυλλοτέρα, καὶ τὸ μέγεθος ἐλάττων καὶ ἧττον ὀρθοφυής. ἔτι δὲ καὶ τὸν κῶνον ἐλάττω φέρειν καὶ περιφερικώτερα μᾶλλον. καὶ τὸ κάρυον πιττωδέστερον· ἄμφω δὲ τριχόφυλλα. "καὶ τὰ ξύλα λευκότερα καὶ ὁμοιότερα τῇ ἐλάτῃ, καὶ τὸ ὅλον † ἄπευκα. διαφορὰν δὲ ἔχει ‡ μεγάλην πρὸς τὴν πεύκην. πεύκην μὲν γὰρ ἐπικαυθησῶν τῶν ῥιζῶν οὐκ ἀναβλαστάνειν. τὴν πίτυν δέ φασί τινες ἀναβλαστάνειν· ὥσπερ καὶ εἰς Λέσβον ἐμπρησθέντος τοῦ Πυρραίων ὄρους τοῦ πιτυώδους· νόσημα δὲ ταῖς πεύκαις τοιοῦτόν τι λέγουσι συμβαίνειν οἱ περὶ τὴν Ἴδην· ὥσθ' ὅταν μὴ μόνον τὸ ἐγκάρδιον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔξω τοῦ στελέχους ἔνδαδον γένηται, τηνικαῦτα ὥσπερ ἀποπνίγεσθαι. τοῦτο δὲ αὐτόματον συμβαίνει, δι' εὐτροφίαν τοῦ δένδρου, ὡς ἄν τις εἰκάσειεν. ὅλον γὰρ γίνεται δᾴς. περὶ μὲν οὖν τὴν πεύκην ἴδιόν τι τοῦτο πάθος. ἐλάτη δέ ἐστιν, ἡ μὲν ἄρρην, ἡ δὲ θήλεια. διαφορὰς δὲ ἔχουσι τοῖς φύλλοις. ὀξύτερα γὰρ καὶ κεντητικώτερα τοῦ ἄρρενος, καὶ ἐπεστραμμένα μᾶλλον. διὸ καὶ οὐλότερον τῇ ὄψει φαίνεται τὸ δένδρον ὅλον, καὶ τῷ ξύλῳ· λευκότερον γάρ, καὶ μαλακώτερον, καὶ εὐεργέστερον τὸ τῆς θηλείας, καὶ τὸ ὅλον στέλεχος εὐμηκέστερον. τὸ δὲ τοῦ ἄρρενος, ποικιλώτερον, καὶ πλατύτερον, καὶ σκληρότερον, καὶ περιμήτρον μᾶλλον, ὅλως δὲ φαυλότερον τὴν ὄψιν. ἐν δὲ τῷ κώνῳ τῷ μὲν τοῦ ἄρρενός ἐστι κάρυα ὀλίγα ἐπὶ τοῦ ἄκρου. τῷ δὲ τῆς θηλείας ὅλως οὐδέν, ὡς οἱ ἐκ Μακεδονίας ἔλεγον. "ἔχει δὲ πτέρυγας τὸ φύλλον, καὶ ἐπ' ἔλαττον, ὥστε τὴν ὅλην μορφὴν εἶναι † κυκλοειδῆ, καὶ παρόμοιον μάλιστα ταῖς Βοιωτίαις ‡ κυνέαις. πυκνὸν δὲ οὕτως, ὥστε μήτε χιόνα διιέναι, μήθ' ὑετόν. ὅλως δὲ καὶ τῇ ὄψει τὸ δένδρον καλόν. καὶ γὰρ ἡ βλάστησις ἰδία τις, ὥσπερ εἴρηται, παρὰ τὰς ἄλλας, καὶ μόνη τάξιν ἔχουσα· τῷ δὲ μεγέθει καὶ μέγα, καὶ πολὺ τῆς πεύκης εὐμηκέστερον. διαφέρει δὲ καὶ κατὰ τὸ ξύλον οὐ μικρόν. τὸ μὲν γὰρ τῆς ἐλάτης ἰνῶδες, καὶ μαλακόν, καὶ κοῦφον. τὸ δὲ τῆς πεύκης, δᾳδῶδες, καὶ βαρύ, καὶ σαρκωδέστερον. ὄζους δὲ ἔχει, πλείους μὲν ἡ πεύκη· σκληροτέρους δέ, ἡ ἐλάτη· σχεδὸν δὲ πάντων ὡς εἰπεῖν "σκληροτέρους. τὸ δὲ ξύλον μαλακώτερον. ὅλως δὲ οἱ ὄζοι πυκνότατοι, καὶ † στερεωτικοί, μόνον διαφανεῖς ἐλάτης καὶ πεύκης. καὶ τῷ χρώματι δᾳδώδεις· καὶ μάλιστα διάφοροι τοῦ ξύλου μᾶλλον, ‡ ἡ τῆς ἐλάτης· ἔχει δὲ ὥσπερ ἡ πεύκη τὴν αἰγίδα, καὶ ἡ ἐλάτη τὸ λευκόν, λοῦσον καλούμενον, οἷον ἀντίστροφον αἰγίδι, πλὴν τὸ λευκόν· ἡ δὲ αἰγίς, "εὔχρως διὰ τὸ ἔνδαδον. πυκνὸν δὲ καὶ λευκὸν γίνεται, καὶ καλόν, καὶ ἐκ τῶν πρεσβυτέρων ἤδη δένδρων, ἀλλὰ σπάνιον τὸ χρηστόν. τὸ δὲ τυχόν, δαψιλές. ἐξ οὗ τὰ τῶν ζωγράφων πινάκια ποιοῦσι, καὶ τὰ γραμματεῖα τὰ πολλὰ † καὶ ἐσπουδασμένα ἐκ τοῦ βελτίονος. οἱ δὲ περὶ Ἀρκαδίαν ἀμφότερα καλοῦσιν αἰγίδα, καὶ τὴν τῆς πεύκης, καὶ τὴν τῆς ἐλάτης. καὶ εἶναι πλείω τὴν τῆς ἐλάτης, ἀλλὰ καλλίω τὴν τῆς πεύκης· εἶναι γὰρ τῆς μὲν ἐλάτης ‡ ὅλην τε, καὶ λείαν, καὶ πυκνήν, τῆς δὲ πεύκης ὀλίγην. τὴν μέντοι οὖσαν οὐλοτέραν καὶ ἰσχυροτέραν, καὶ τὸ ὅλον καλλίω. οὗτοι μὲν οὖν ἐοίκασι τοῖς ὀνόμασι διαφωνεῖν. ἡ δὲ ἐλάτη, ταύτας ἔχει τὰς διαφορὰς πρὸς τὴν πεύκην. καὶ ἔτι περὶ τὴν ἄμφαυξιν ἣν πρότερον εἴπομεν. ὀξύη δὲ οὐκ ἔχει διαφοράς, ἀλλ' ἔστι μονογενές. ὀρθοφυὲς δὲ καὶ λεῖον καὶ ἄοζον, καὶ

" τὴν πίτταν ἐμφανεστέραν.
† ὀλίγην τε καὶ μικράν Ald. & Bas.
‡ οὕτως.
" καὶ τὰ τῆς πίτυος ξύλα.
† ἀπευκότερα.
‡ καὶ ἄλλην.
" ἔχει δὲ ὥσπερ πτέρυγας.
† Al. θηλοειδῆ & Bas. ...λοειδῆ, Const.
‡ ...ωτίαις Ald. & Bas. κυάθοις cyathi Theod. alii καμάραις Fornicibus.
" σκληροτάτους Const.
† στερεώτατοι καὶ μόνοι διαφανεῖς Scal.
‡ ἢ τῆς. & ἡ τῆς Const. πεύκης ἢ τῆς ἐλάτης Theod.
" εὐλιχρῶς Plin.
† τὰ δ' Scal.
‡ οὐλώτε Bas. marg.

nam pinum appellant, sed piceam. Etenim caudicem evidentiorem esse piceæ (utpote, qui gracilitate non careat) & operibus ipsam materiam ineptam. Nam pini materies, & crassior, & lævior, & excelsior est. Folia quoque pinum multa, pinguia, alta, flexaque habere. Piceam autem etiam coniferam ipsam, pauca, squalidiora, horrentioraque. Piceam item evidentiorem: paucam enim picem, atque amaram habere, ut coniferam. Pinum autem copiosam, boniqne odoris. Nascitur picea in Arcadia rara, sed circa Eleum agrum multa. Igitur in genere toto discrepare videntur. Picea vero ea quoque ratione distare à pino videtur, quod pinguior, folio tenuior, magnitudine minor, erectaque minus assurgit. Præterea, quod conum minorem, horridioremque nucleum, resina horridiorem ferat. Ambabus folia capillata, & "materies candidior similiorque abjeti, atque in totum minus pinosa. † Magnam & hanc ad pinum differentiam habet. Pinum enim adustis radicibus nunquam regerminare: piceam autem regerminare affirmant, ut in Lesbo accidit incenso monte Pyrrhæo, qui piceis scatet. Morbum pinis accidere talem Idæi incolæ narrant. Cum non solum cor, sed etiam pars extrema caudicis in tedam transiverit, tunc strangulari quodammodo. Quod sponte accidit ubertate arboris largissima, quoad quis conjectare possit. Teda enim totum efficitur. Ergo hæc pini propria affectio est. Abies quædam mascula, quædam fœmina est. Distant inter se foliis. Mari enim acutiora, magisque pungentia, flexaque magis. Quamobrem aspectu crispior tota arbor videtur. Quin & materia differunt. Nam fœminæ candidior, mollior, operibusque facilior, atque totus caudex procerior. Mari autem variegatior, latior, durior, medulla refertior, atque in totum aspectu deterior. ‡ Nuci maris pauci nuclei parte priore insunt. Fœminæ nulli omnino, ut Macedones referunt. Folium pinnatum, atque in angustius tendens, "ut tota species concameratum sanè imitetur, simileque potissimum galeis Bæotorum appareat. Densum autem adeo est, ut nec nivem, nec imbrem transmittat. In summa arbos forma decora est. Quippe germinatio quædam peculiaris nunc præter alias agitur (ut retulimus) solaque ordinem seruat. Est magnitudine excelsa, longeque pino procerior. Distat etiam ligno non paulum. Nam abieti neruosum, molle, leveque: pino autem tedaceum, ponderosum, atque carnosius. Nodi plures pino, sed duriores abieti. † Quin & reliquis omnibus ferè duriores, quanquam mollius lignum est. Ad summam nodi densissimi, solidissimi, ‡ patentioresque abieti, atque pino: coloreque tedæ proximi, "& maxime sui generis: pinoque magis, quam abieti. Habet autem sicut pinus ægidem, ita abies † album, dictum lusson, veluti ægidi respondens: nisi quod id habet album. Aegis verò gratius colorata est, quoniam tedam gerit. Spissum hoc & candidum, pulchrumque, ex arboribus jam vetustioribus gignitur. Sed bonum, inventu rarum, vile, copiosum. Faciunt ex eo tabellas pictorias, atque codicillos plures, ‡ melioresque è materia præstantiore. Arcades ambo ægidem vocitant, tam pini, quam abietis: & copiosiorem esse abietis volunt, sed meliorem pini. Abietis enim "totam commodam, lævem, spissamque: pini vero exiguam, & crispiorem, robustiorem, in totumque meliorem. Sed hi nomine inter se dissentire videntur. Abies vero differentiis illis à pino distinguitur: ac etiam accretione, sive agnatione, quam superiùs diximus. † Scissima nullas penitus differentias habet, sed ferè æquiparatur abieti. Simplex genere est, erecta, lævis,

" & materies piceæ candidior.
† unguinosa. & aliam pinus piceaque habent differentiã.
‡ cono summa.
" ut tota facies cõcamerata videatur similisque.
† &, ut ita dicam, nodos habet durißimos inter coniferas.
‡ soliique translucidi.
" maxime ligni differentia major pini quã abietis.
† alburnum.
‡ ex meliore lautiores. Scal.
" crispam, lævem.
† oxya non habet differentias sed

vis.

πάχος καὶ ὕψος ἔχον σχεδὸν ἴσον τῇ ἐλάτῃ. "καὶ τἄλλα δὲ παρόμοιόν τι τὸ δένδρον. ξύλον δὲ εὔχρουν, ἰσχυρὸν, εὔινον, καὶ φλοιὸν λεῖον, † καὶ παχύφυλλον, δυσχιδὲς, περιμηκέστερον ἀπίου, καὶ ἐξακανθίζον ἐξ ἄκρου. ῥίζας οὔτε πολλὰς, οὔτε κατὰ βάθος. ὁ δὲ καρπὸς λεῖος βαλανώδης ἐν ἐχίνῳ, ‡ πλὴν οὐκ ἐνάκανθος, καὶ λεῖος, καὶ οὐχ ὡς ἡ διὸς βάλανος "ἀκανθώδης. προσεμφερὴς δὲ καὶ κατὰ τὴν γλυκύτητα, καὶ κατὰ τὸν χυλὸν † ἐκείνῳ. γίνεται δὲ καὶ ἐν τῷ ὄρει, λευκή τε, καὶ χρήσιμον ἔχει τὸ ξύλον πρὸς πολλά· καὶ γὰρ πρὸς ἁμαξουργίαν, καὶ πρὸς κλινοπηγίαν, καὶ εἰς ‡ διφουργίαν, καὶ εἰς τραπεζίαν, καὶ εἰς ναυπηγίαν. ἡ δὲ ἐν τοῖς πεδίοις μέλαινα καὶ ἄχρηστος πρὸς ταῦτα. τὸν δὲ καρπὸν ἔχουσι παραπλήσιον. μονογενὴς δὲ καὶ ἡ μίλος. ὀρθοφυὴς δὲ, καὶ εὐαυξὴς, καὶ ὁμοία τῇ ἐλάτῃ, πλὴν οὐχ ὑψηλὸν οὕτω, πολυμάσχαλον δὲ μᾶλλον. ὅμοιον δὲ καὶ τὸ φύλλον ἔχει τῇ ἐλάτῃ, καὶ λιπαρώτερον δὲ, καὶ μαλακώτερον. καὶ τὸ ξύλον, ἡ μὲν ἐξ Ἀρκαδίας, μέλαν, καὶ φοινικοῦν. ἡ δὲ ἐκ τῆς Ἴδης, ξανθὸν σφόδρα, καὶ "ὅμοιον τῇ κέδρῳ· διὸ καὶ τοὺς πωλοῦντάς φασιν ἐξαπατᾶν, ὡς κέδρον πωλοῦντας. πᾶν γὰρ εἶναι καρδίαν, ὅταν ὁ φλοιὸς περιαιρεθῇ. ὅμοιον δὲ τὸν φλοιὸν ἔχειν καὶ τῇ τραχύτητι καὶ τῷ χρώματι τῇ κέδρῳ. ῥίζας δὲ μικρὰς, καὶ λεπτὰς, καὶ ἐπιπολαίους. σπάνιον δὲ τὸ δένδρον περὶ τὴν Ἴδην· περὶ δὲ Μακεδονίαν καὶ Ἀρκαδίαν πολὺν καρπὸν φέρει στρογγύλον, μικρῷ μείζω κυάμου· καὶ τῷ χρώματι δ᾽ ἐρυθρὸν, καὶ μαλακόν. φασὶ δὲ τὰ μὲν "λόφουρα, ἐὰν φάγῃ τῶν φύλλων, ἀποθνήσκειν· τὰ δὲ μηρυκάζοντα, οὐδὲν πάσχειν. καὶ τὸν καρπὸν ἐσθίουσι καὶ τῶν ἀνθρώπων τινές. καὶ ἔστιν ἡδὺς καὶ ἀσινής. ἔστι δὲ καὶ ὁ ὄστρυς μονοειδὴς, ἣν καλοῦσί τινες ὀστρύαν, ὁμοφυὴς τῇ ὀξύᾳ, τῇ τε φυτείᾳ, καὶ τῷ φλοιῷ. † φύλλα δὲ ἀπιοειδῆ τοῖς σχήμασι, πλὴν προμηκέστερα πολλῷ, καὶ εἰς ὀξὺ συνηγμένα καὶ μείζω. ‡ πολύϊνα δὲ ἀπὸ τῆς μέσης πλευροειδῶς. τῶν ἄλλων εὐθειῶν καὶ μεγάλην κατατεινουσῶν, καὶ πάχος ἐχουσῶν. ἔτι δὲ "ἐρρυτιδωμένα κατὰ τὰς ἶνας. καὶ χαραγμὸν ἔχοντα κύκλῳ λεπτόν. τὸ δὲ ξύλον σκληρὸν, καὶ ἄχροον, ἔκλευκον. καρπὸν δὲ μικρὸν, πρόμακρον, ὅμοιον κριθῇ, ξανθόν. ῥίζας δὲ ἔχει μετεώρους. εὔυδρον δὲ, † καὶ φαραγγῶδες. λέγεται δὲ ὡς οὐκ ἐπιτήδειον εἰς οἰκίας εἰσφέρειν· δυσθάνατον γάρ φασι. καὶ δυστοκεῖν οὗ ἐὰν ᾖ. τῆς δὲ φιλύρας, ἡ μὲν ἄρρεν ἐστὶν, ἡ δὲ θήλεια. διαφέρουσι δὲ τῇ μορφῇ τῇ ὅλῃ, καὶ τῇ τοῦ ξύλου. καὶ τὸ εἶναι κάρπιμον, τὸ δὲ ἄκαρπον. τὸ μὲν γὰρ τῆς ἄρρενος ξύλον, ξηρὸν, καὶ ξανθὸν, καὶ ὀζωδέστερόν ἐστι, καὶ πυκνότερον· τὸ δὲ τῆς θηλείας, λευκότερον. καὶ ὁ φλοιὸς τῆς ἄρρενος παχύτερος, καὶ περιαιρεθεὶς ἀκαμπὴς, διὰ τὴν σκληρότητα: τῆς δὲ θηλείας, λεπτότερος, καὶ εὐκαμπὴς, ἐξ οὗ τὰς κίστας ποιοῦσιν. ‡ ἔτι δὲ εὐωδέστερον τὸ τῆς θηλείας. καὶ ἡ μὲν ἄκαρπος, καὶ ἀνανθής· ἡ δὲ θήλεια, καὶ ἄνθος ἔχει, καὶ καρπόν. τὸ μὲν ἄνθος καλυκῶδες παρὰ τὸν "τοῦ ξύλου μίσχον, καὶ παρὰ τὴν εἰς νέωτα κάχρυν ἐφ᾽ ἑτέρου μίσχου. χλωρὸν δὲ ὅταν ᾖ καλυκῶδες· ἐκκαλυπτόμενον δὲ ἐπίξανθον· ἡ δὲ ἄνθησις, ἅμα τοῖς ἡμέροις. ὁ δὲ καρπὸς, στρογγύλος, πρόμακρος, ἡλίκος κύαμος, ὅμοιος τῷ τοῦ κιττοῦ, γωνίας ἔχων ὁ ἁδρὸς πέντε, οἷον ἰνῶν ἐξεχουσῶν, καὶ εἰς ὀξὺ συναγομένων. ὁ δὲ μὴ ἁδρὸς, ἀδιαρθρότερος. διακνιζόμενος δὲ ὁ ἁδρὸς ἔχει μικρὰ ἄττα καὶ λεπτὰ σπερμάτια, ἡλίκα καὶ ὁ τῆς ἀνδράφαξυος. τὸ δὲ φύλλον, καὶ ὁ φλοιὸς, ἡδέα, καὶ γλυκέα. τὴν δὲ μορφὴν κιττῶδες τὸ φύλλον. πλὴν ἐκ προσαγωγῆς μᾶλλον ἢ περιφερέα, καὶ τὸ πρὸς τῷ μίσχῳ κυρτότατον. ἀλλὰ κατὰ μέσον καὶ εἰς ὀξύτερον τὴν συναγωγὴν ἔχειν, καὶ μακρότερον, ἔπουλον δὲ κύκλῳ, καὶ κεχαραγμένον. μήτραν δ᾽ ἔχει τὸ ξύλον μικρὰν, καὶ οὐ πολὺ † μαλακωτέραν τοῦ ἄλλου. μαλακὸν γὰρ καὶ τὸ ἄλλο ξύλον.

" καὶ ἄλλα δέ.
† καὶ παχύ. φύλλον ἀσχιδὲς διχιδές. Theod.
‡ Ald. Bas. οὐκ ἐν ἀκάνθῳ καὶ λείῳ vir doctus ἐνακάνθῳ καὶ λείως legi potest πλὴν οὐκ ἐνάκανθος. ἀλλὰ λεῖος. Scribe πλὴν ἀνάκανθος.
" ἀκανθώδης Const.
† ἐκείνῳ; si servare hanc quis lectionem velit addat καρπῷ ἐκείνῳ Const.
‡ διφρευργίαν Ald. Bas.
" κολόφουρα vide notas ὁμοφυία Bas.
† φύλλα δὲ ἔχει ἀπιοειδῆ.
‡ πολύϊνα δὲ καὶ ἀπὸ τῆς μέσης πρὸς scilicet πλευροειδῶς τῶν ἄλλων εὐθειῶν καὶ μεγάλην Const.
" ἐρυτιδωμένα Ald. Bas.
† δὲ δένδρον ἐστί, καί.
‡ ἔτι δὲ εὐωδέστερον τὸ τῆς θηλείας τὸ ξύλον τοῦ ἄρρενος Const.
" φύλλον.
† μακροτέραν Ald. Bas.

vis, enodis, crassitudine, altitudineque æqualis ferme abieti. Quin & cætera non absimilis est, lignum coloratum, robustum, nervatumque: cortex lævis, folium crassum, ‡ bifidum, oblongius quam piro, extremo aculeatum: radices nec multæ, nec altè descendentes: fructus lævis, glandeus " in calice echinata: placida tamen, & levi, non hispida, ut castaneæ, similis tamen illi dulcedine, atque † succo. Nascitur etiam montibus candida materie, quæ ad multa perutilis: etenim ad carpenta, lectos, subsellia, mensas, navigiaque: campestris nigra, & ad hæc minus utilis: fructum tamen similem ferunt. Taxus quoque genere simplex, procera, auctu insignis, similisque abieti, nisi quod non pariter excelsa, magisque alis finuata est. Folio quoque abieti similis, sed pinguior, ‡ molliorque ligno. Quæ in Arcadia nascitur, nigro, aut puniceo constat: quæ autem in Ida, flavo, & cedro simili, propter quod vendentes, fraudare dicuntur, tanquam cedrum venundent. Totum enim cor esse, cortice detracto. Corticem similem cedro habere, tum scabricie, tum colore: radices breves, graciles, & quæ in superficie. Rara hæc circa Idam. At in Macedonia, Arcadiaque, fructum abunde proferre, rotundum, " faba paulo majorem, colore ruffum, tactu mollem ajunt. Quod si jumenta folia comederint, emoriuntur: si ruminantia, nihil patiuntur. Fructus & ab aliquibus hominibus manditur, suavisque est, atque innoxius. Est & ostrys species simplex: quam nonnulli ostryam vocant: † tam corpore, quam cortice scissimæ vicina, folio piri; præterquam quod id multò oblongius, inque acutum depressius, atque majus, nervo multiplici de medio constans. Reliquis autem rectis in modum costarum tum prolixius, tum crassius porrectis. Item per nervos rugatum, & ambitu leviter serratum. Materies dura, decolor, exalbida: fructus pusillus, oblongus, ordeo similis, colore flavus: radices sublimes. Aquas covallesque arbor hæc amat. Domum inferri minimè idoneam tradunt: quippe mortiferam esse, & partus, quacunque fuerit, difficiles reddere. Tilia quædam mas, quædam fœmina. Distant autem inter se tum materie, tum totius corporis forma: & quod altera frugifera, altera sterilis. Nam materies mari, dura, flava, nodosior, ‡ spinosiorque: fœminæ candidior; & cortex mari crassior, detractusque inflexibilis propter duritiam est. Fœminæ candidior flexibiliorque, ex quo cunas faciunt. " Item fœminæ odoratior, & mas sterilis, nulloque flore est: fœmina & florem, & fructum gignit. Flos calicula intectus, præter folii pediculum, † amentumque futurum, pediculo altero annexus, viridis, dum in calicula est: detectus autem leviter flavus. Floret cum urbanis. Fructus oblongus, orbiculatus, magnitudine fabæ, similis ederæ acino, quinis angulis, veluti nervis eminentibus inque acutum sese contrahentibus partitus; qui scilicet ‡ majusculus est. minutiusculus autem confusior est. Cum ille " majusculus scabitur, parvula quædam, ac prætenuia semina, quanta atriplicis emittit. Folium verò & cortex dulcia, suaviaque. Sed & folium forma ederaceum, † nisi quod in angulum acutiorem rotundatur. Et quanquam juxta pediculum curuatius, tamen de medio in acutius coactum prætendit, seque prolixius protrahit, crispum in orbem leviter atque serratum. Medullam exiguam materies continet; nec multò reliquo molliorem corpore. Nam & reliquum ligni molle est.

simplex est, erecta, lævis, enodis, crassitudine altitudineque propemodũ abieti æqualis persimilisq; arbor; quare ad similem etiã usum comparari potest. Verum lignum coloratum.
‡ quodque non facile findi potest.
" in calice echinato, non tamen hispido, sed levi mollique, neque ut castaneæ spinoso.
† sapore.
‡ mollioriique. Quæ in Arcadia nascitur, ligno nigro.
" faba Græca.
† tam satu quàm cortice cũ oxya, quam scissimam vocant, unius naturæ: folio pyri multum oblongiore, in acutum contractiore & majore; fibris multis at crassis à medio dorsi in modum costarum secundum rectam & magnam fibrã porrectis; in fibris ipsis rugato & in ambitu leviter serrato. Materie dura, decolore exalbida, fructu parvo, oblongo, hordeo simili, flavo. Radices habet summo cespite serpentes aquas convallesque.
‡ spißiorque.
" item maris materies odoratior quàm fœminæ, mas sterilis. † cachrynque futuram. ‡ ad maturitatem pervenit. Immaturus indistinctior. " Qui ad maturitatem pervenit. † nisi quod sensim ambitum, qui orbicularis est, juxta pediculum demittunt ad mucronem.

IULII

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Οἱ δὲ περὶ μακεδονίαν. *Non erat hæc pars à superiore abscindenda. De quercu enim adhuc loquitur. Theodorus* πλατύφυλλον *supra latifoliam, hic esculum. Quare igitur & hic ipse amaram attribuit: & veteres quod esset imprimis esculenta, nomen arbori indidisse dicti sunt? Qua sanè ratione etiam Græci suam Phagum nominarunt: icirc͡oque illa dicata Iovi, quòd ejus fructus vitæ materia foret. Et Plinius,* Glans optima, quercus, & grandissima: mox Esculo: non igitur amara. *Præterea* ἄσπριν Cerrum *interpretatur. At Plinius haliphlæo ejusmodi glandem attribuit, quam* ἄσπριδι *Macedones, & cerreæ glandi proximam bonitatem à querna ascribit, idem è Nigidii sententia. Illam quoque controversiam explicabis, quam* ἄσπριδι *dat historiam de carbonibus Theophrastus; eam Plinius latifoliæ. Etiam Phagi rotundam glandem agnoscit Theophrastus. Nos eam scimus esse angulosam, & oblongam: frequens ea in Cantabris ac Pyrenæis: quorum nonnulli, Bagoa vocant. Ad hæc,* ἀσπρίδος *glande tentari caput suibus, Theophrastus. Plinius Iligeneæ hanc naturam esse scribit.* εὐμόρφων, *Theodorus tam rectè* veriquercum, *quàm ille* ἰσμολογίαν, veriloquium. πελεκηθέντα *laborata, Theodorus rectè* dolobrata, *ad verbum: frequens vox.* διαπίπτει, cadit, *Theodorus,* dilabitur. διὰ τὸ πηδᾶν. *Theodorus,* transiliat, *meliùs,* dissiliat. *Et multò circumspectius dixisset, præterquàm ærariis officinis: scilicet inutilis. videtur enim sic intelligere, dissilire alibi: in ærariis autem non.*

Δρυὸς μὲν οὖν ποιοῦσι ταύτας ἰδέας. *Hinc fuit diversum caput inchoandum.* Τῶν ἀγρίων *corrigunt,* τῶν ἐγγείων. *Sic Theodorus,* terrenorum.

Ὀῤῥός, *etiam in pice. Aqueus humor, ut in lacte serum. Nota loquutionem.* πιτυωδέστερον, *deinde subdit,* μελαντέρα, *scilicet ἡ πίσσα. Sensus est in* πιτυώδει, *non autem in sexu.*

Καὶ κεκλιμένα μᾶλλον ἔχει. *Folia habere minus surrecta, flaccidiora. Sic etiam aures dicuntur* κεκλιμέναι. *At Theodorus dum aucupatur, duram fecit orationem.* Foliis, *inquit,* pinguem, mollem, procliviorémque. *Nunquam sic loquar,* foliis procliviorem.

Ἔτι δὲ τὰ ξύλα τῆς μὲν ἄῤῥενος, περιμήτρια, καὶ σκληρὰ, καὶ ἐν ταῖς ἐργασίαις στρεφόμενα. *Theodorus,* mari lignum circumcincta medulla durum, & operi fabrili versuale. περιμήτριον, *ut* περικάρπιον. *infrà alio usu scriptum est,* πολυμητρότερον μᾶλλον. *ubi Theodorus,* medulla refertior, *medulla scilicet sparsa à centro ad ambitum. At illud monstrum sanè,* versuale. *Itaque intelligemus* τὸ στρεφόμενον, *operi minus idoneum, pro eo, quòd directiones non servet. Sæpenumero ejusmodi materiam vidimus, quæ cùm deformata fuerit ad columnas quadratas, aut laquearia, torquetur, aut invertitur. Sic dixit fœminæ materiam* εὐστραφῆ, *ut τὸ εὖ, moderetur verbo, id est, non plus refragetur directionibus, quàm artis ratio exigat. Theodorus,* εὐεργά, *interpretatus est,* tractatu facile. *Tum autem nescio, dimiseritne* εὐστραφῆ, *an simul cùm* εὐεργά, *putarit latinis illis verbis designari posse. Præterea verbum,* tractare, *latius est, quàm quod voce illa,* εὐεργά, *circumscribi deceat. Non est prætermittendum, urbanum illud* τῆς ἄῤῥενος. *nihil festivius, quàm addere articulum nomini penitus contrario: & mox,* τὸ δὲ θῆλυ, *non ἡ θῆλυς.*

Οἱ ὑλοτόμοι. *Theodorus,* cæsores materiæ *ad verbum:* lignatores, aut materiarii. *Valdè verò considerandum est, ut accipias illud,* τὸ ἄῤῥεν τῇ πελέκει καὶ βραχύτερον, καὶ ἐστραμμένον μᾶλλον. *Theodorus,* mas securi brevior. *Quid est, breve securis ubi cædit arborem lignator, nihil est securi breve. Sed* βραχύτερον. *quia dixit,* μαλακωτέρα. *an acutius intelligendum, Breve est lignum, non longitudine, sed cæsura: propterea quòd securis uno, aut altero ictu, venam, quam occœpit, aut nervum, non quit perpetuò tenore persequi: icirc͡o videtur dixisse,* εὐμηκέστερον τὸ θῆλυ.

Ἀπευκότερα. *Theodorus,* minus pinosa. *Sic quoque infrà piceosa potius, si πεύκη picea est.* καὶ ἧττον ἔνδαδος. *&* minus tedam ingerens. *Latinus,* minus tedæ, *dixisset. &* ingerens, *nunquam hic dixisset. Verbum est rusticum & militare, motum, ut diximus, significans: aggerere, suggerere. & apud Plautum degerere: congerere usitatissimum.* καὶ εὐκτεαωτέρα. *Theodorus,* cursúque venarum probior. *Non id hæc vox significat, sed ad usum, & opera utiliorem.* Γίνεται δ᾽ ἐν τοῖς μεγέθος ἔχουσι τῶν δένδρων, ὅταν ἐκπεσόντος περιβαλῇ τὰ λευκά. *Non dixit,* ἐκπεσόντων. *nota,* γίνεται. *Non enim fit,* αἰγίς, *per collapsum illarum partium candidarum. erat enim* intus. πελεκᾶται, securis adigitur, *Theodorus.* laboratur, *simplicius,* dolabratur, *ad verbum. Et nota lineamenta verbi impersonalis apud Græcos.* ἐκ ταύτης πελεκῶνται. δᾳδοῦν, *scriptum est.* ἰσχνοῦν *legit Theodo. malè. Teda nanque est* ἰσχνοῦς. *Nominat enim* δαδωδεστέρα. *In fœminis igitur est,* ἰσχνοῦν. *in maribus* τὸ ἐγκεκαυμένον *est etiamnum coloratius. & infrà,* ἡ δ᾽ αἰγίς, ἴσχνος. *Plinius hic Laricem interpretatur eam, quæ gerat* αἰγίδα. *Theodorus malè* σφόδρα, omnino. ἀποπηδᾶν ἀπὸ τοῦ πυρός. *Theodorus,* ab igne dissiliens. *meliùs, ut dicebamus,* resiliens. *dissilit pars à parte: resilit, quod contiguum potiùs, quàm quod continuum.*

Τὸ φύλλον ἐμφανέστατον. *Theodorus* evidentiorem, *ad notitiam, non ad magnitudinem.* βαθεῖα. *Theodorus,* folia alta. *at in omni arbore alta sunt. Sed est hîc, sicut* βαθυφύλλον. Τὴν δὲ πίτυν καὶ τὴν κωνοφόρον. *Duæ igitur sunt, sicut & mox.* ὥσπερ καὶ τὴν κωνοφόρον. *Theodorus unam agnoscit sine conjunctione.*

Καὶ γὰρ πίτυν ἔχειν ὀλίγην τε καὶ μικράν. *Theophrastus non dixit, quid habeat: scilicet Tedam. Theodorus etiam verbum subticuit.* τὸ ἔχει. *ita conficit etiam brevitatem. Idem legit,* πικράν, *non μικράν.*

Οὗτοι μὲν οὖν ὅλῳ τῷ γένει ἀμφισβητοῦσι. *Theodorus,* in toto genere discrepare videntur. *non discrepant in genere, sed de genere disceptant.*

Τὸ κάρυον πιτυωδέστερον. *Theodorus,* nucleum resina resdiorem, *ambitiosè.* pinguiorem, *simpliciùs.*

Ἐλάτη δ᾽ ἐστι. *Hinc aliud caput incohato.*

Καὶ ἐπ᾽ ἔλαττον. *Theodorus,* in augustias tendens. *rectè. Legit idem* θολοειδῆ. *non autem* φυλλοειδῆ. *dicit enim* concameratum. Pectinatam concamerationem *etiam legimus apud Vitruvium. & legit* βοιωτίοις κυνέαις, *non κυνῆαις.*

Καὶ στερεωτέραι μόνον διαφανεῖς ἐλάτης, καὶ πεύκης, καὶ τῷ χρώματι δᾳδώδεις, καὶ μάλιστα διαφορεῖ τοῦ ξύλου μᾶλλον ἢ ἐλάτης. *Mendosus codex. Theodorus sic legit,* Solidissimi, patentiorésque abieti, atque pino, coloréque tedæ proximi, & maximè sui generis, pinóque magis, quàm abieti. *Igitur* στερεώτεροι. *&* μᾶλλον δὲ πεύκης, ἢ ἐλάτης. *Scilicet solidissimi nodi sunt. quippe ea qualitas generica est omnibus in nodis. gradus superlativus proprius abieti & pino. Altera proprietas,* διαφανεῖς, translucidi. *Hoc non est ex distantia partium, ut in tela: sed alia ratio, ut in vitro, & marmore, & adamante: malè Theodorus,* patentiores. *Patet, quod habet partium intervallum, at ii solidissimi, hoc autem est solidum,* ὅλον. *Tertia proprietas, colore tedaceo, immò etiam odore. Quarta, cùm alii nodi stipitum referant naturam, hi longè sunt diversi. Lignum candidum, solutum, leve. Nodi, rubicundi, densi, graves. quam partem malè Theodorus. lege* στερεώτατοι, καὶ μόνοι διαφανεῖς.

Τὸ χρηστόν. *Theodorus* frugi. *nimis bonam vocem jure suo defraudavit.*

Καὶ ἐσπουδασμένα, καὶ τοῦ βελτίονος. *Lege,* τὰ δ᾽ ἐσπουδασμένα ἐκ τοῦ βελτίονος. *Nam ἐκ τῶν φαύλων, καὶ τῶν τυχόντων faciunt τὰ πολλά; ex meliore lautiores. Itaque corriges Theodori orationem.* Plures, *inquit,* lautiorésque, & materia præstantiores. *Qua ratione sint materia præstantiores, si sunt* ἐκ τοῦ τυχόντος.

Ὅλην τε καὶ λείαν. *Repone,* οὔλην, crispam. *Etenim mox,* οὐλοτέραν. *Theodorus tamen legit,* ὅλην, totam. *& addidit,* commodam. *Observa contrarias lectiones.* ἀλλὰ καλλίω τὴν τῆς ἐλάτης. *At mox,* τῆς πεύκης τὸ ὅλον καλλίω. *Item,* καὶ εἶναι πλείω τὴν τῆς πεύκης. *At statim,* τὴν δὲ τῆς πεύκης, ὀλίγην. *Itaque Theodo. sic,* πλείω τὴν τῆς ἐλάτης; ἀλλὰ καλλίω τὴν τῆς πεύκης.

Ὀξύη δέ. *Hinc aliud caput exime.* ὀξύη δὲ οὐκ ἔχει διαφοράς, ἀλλ᾽ ἐστι μονογενής, ὀρθοφυής, καὶ λεῖον, καὶ ἄοζον. καὶ πάχος καὶ ὕψος ἔχον, σχεδὸν ἴσον τῇ ἐλάτῃ. *Theodorus,* Scissima nullas penitus differentias habet, sed ferè æquiparatur abieti. Simplex genere est, erecta, lævis, enodis, crassitudine, altitudineque æqualis fermè abieti: *quare ad similem quoque usum comparari. Hastas enim fieri egregias: unde* ἔγχεια ὀξυόεντα *dici ab Homero prodit Porphyrius. Theophrastus sibi adversatur: nanque infrà campestris & montanæ agnoscit differentias. Dixit Theodorus. Primo loco,* ferè æquiparatur. *Secundo,* æqualis abieti. *Tertio,* cætera non absimilis. *Et addidit de suo* penitus. *Et cùm dixit;* quin & cætera non absimilis, *subdit statim sine disiunctione:* lignum coloratum: *malè. Non enim ea caussa est abieti similis. At Theophrastus prudentissimè* ξύλον δέ. *ut disiungat colore similitudinem.*

Βαλανώδης ἐν ἔχιν. τοῦτο οὐκ ἐν ἀκρόδρυ, καὶ λεῖα. *abutitur* τῷ καί. *pro eo quod debuit,* ἀλλά. *sic,* ἀλλὰ λεῖα. *quanquàm videbis quomodo* ἔχινον *faciat* λεῖον.

Μέλαιναν, καὶ ἄχρηστον. Hîc habes magnas differentias tum concretionis, tum usus: præsertim cùm in campis scissima non sit, sed minimè scissilis.

Μονοφυὴς καὶ ὁ μίλος. Hinc aliud caput. Par negligentia in eo quod appellat μονοφυῆ. facit enim species, Ideam mox, & Arcadicam. De Taxo in nostris commentariis de Plantis, multas excussimus dubitationes.

Μαλακώτερον. Folio intellige. Distingues sententias in Theodori codice depravato, ne atribuas mollitudinem ligno.

Πᾶν δὲ εἶναι καρδίαν, ὅταν ὁ φλοιὸς ἀφαιρεθῇ. Vt redigas ad earum genus, quæ promiscuo ligno & corde constant sub cortice.

Ἔστι δὲ καὶ ὁ ὄξυος. Theodorus, τῇ τε φυτείᾳ, corpore. Plinius solitaria cùm dixit, non video quid senserit: nam μονοειδὴς, aliud est. Idem ἔνυδρον καὶ φαραγγῶδες, circa saxa aquosa. minus aptè. Notabis, φαραγγῶδες. non enim significat materiam.

Item & hîc, & alibi ὀξύαν à Plinio fraxinum interpretari. De fago, oxya, orno, fraxino, satis in commentariis, ubi errores.

De Tilia caput novum instituis. πυκνότερον. In Codice Theodori spinosior. corrige, spissior. Plinius mari attribuit odorem. Theophrastus fœminæ. τὸ τῆς θηλείας εὐωδέστερον. & à doctissimo Hermolao ante nos animadversum est.

Κίσας. Theodorus, cunas. inde nostra cista. alibi, utrunque.

Πλὴν ἐν περιαγωγῇς μᾶλλον ἢ περιφέρεια. Theodorus, nisi quod in angulum acutiorem rotundantur. Nondum dicit, εἰς ὀξύτερον, sed mox. At hic vult dicere, sensim ambitum, qui juxta pediculum est orbicularis, demittere sese ad mucronem: non autem statim. Sic in commentariis Hippocraticis declaravimus.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Οἱ περὶ μακ. Hîc τέτταρα dicit, & sub finem ἀλίφλοιον apponit, ergo, rectius πέντε dixisset. Infra autem μοχθηρὰ δὲ ἢ, legendum videtur μοχθηρὰ δὲ πλατυφύλλῳ καὶ &c. nam supra eadem ferè dicta de latifolia. atque sic exposuit Plinius lib. 16. cap. 6.

Πλὴν τοῖς χαλκεῦσι. Latifoliæ hoc tribuit Plinius: atque carbone dotata inquit lib. 16. cap. 7. vitijs obnoxia est. Quamobrem solidantur: carbone ærariorum tantùm officinis compendio: quoniam desinente flatu protinus emoriens, sæpius recoquitur: cæterùm, plurimis scintillis.

Τὴν αἰγίδα. leg. στυφίαν. & infra ὄζεον. malè, pro ὀρθότερον, ut suprà. ante γνώραμος, melius γνώριμον.

Ὀρθὸν melius ὀρθόν. χεῖρον ἐκβαίνει, διὰ τό. Mutilatus est hic locus; ita enim necessariò legendū χεῖρον ἢ ἐλάτην ἐκβαίνει, διὰ τό. Confer cum cap. 11. lib. 9. Vbi καὶ τὸ ὅλον εὐκελευθέστερον (corrige ut hîc εὐωδέστερον) φησὶν, ἐφηδίστην δὲ ἐλάτην ἐκβαίνειν, πλεῖω γὰρ ἔχει τὸ ὀρθὸν &c. Vnde Plinius lib. 16. cap. 12. Quidam arbitrantur in montosis copia præstantiorem ac colore, & dulciorem fieri, odore quoque gratiorem, dum resina fit: decoctam autem, minus picis reddere: quoniam in serum abeat: &c.

Κεκλιμένα φύλλα, id est, ad terram inclinata: *Languida* dicit Seneca: ego pendentia & demissa dixerim, uel depressa potiùs quàm minùs surrecta. possunt esse directa, & nec surrecta. Plinius cuidam lauri generi folia tribuit flaccida, id est, κεκλιμένα, & languentia. Hîc non rigentia exposuit: & pro ἁπαλά, videtur legisse ἀπλᾶ. Hæc ejus dictio lib. 16. c. 10. Mas brevior, & durior: fœmina procerior, pinguioribus foliis, & simplicibus, atque non rigentibus.

Τῆς μὲ ἄρρενος dicit, quia intelligitur πεύκης. ἐυραβῆ, legend. ἀτραβῆ. opponit τοῖς στρεφομένοις. Plinius lib. 16. cap. 10. Lignum maribus durum, & in fabrili opere contortum: fœminæ mollius, publico discrimine in securibus.

Βρέχον. Fluviare dicunt Latini, quum materiarij securi disparant venarum cursus in materia, qui κτένες, sive pectines appellantur à Plinio, apud quem fluviatam materiam leges, & ita intelliges: & apud Vitruvium quadrifluviis disparare de materia, quæ πετάζωνος, ut in Lexico Crispini extat. Nostri lignarij fabri, fluviare (nēpe ab undis fluvij, quas materia pectinib. repræsentat, maximè, quum disparatur) vocant feuilleter. In ea cæsura pro pectinum ratione βρεχεῖα, ἢ εὐμήκης dicitur materia.

Ἀπινκότερα. Vide in Crispini Lexico, & in εὐκτήδονα δένδρα. Εὐκτεανωτέρα. legend. εὐκτηδονώτερα: vel εὐκτενωτέρα. Sunt enim κτένες, καὶ κτηδόνες, discursus venarum, in lignis, quos, pectines vocat Plinius. Supra αἰγίδα. vide lib. 5. cap. 2. Plinius lib. 16. cap. 39. Larix fœminam (legend. fœmina) habet, quam Græci vocant ægida, mellei coloris. Inventum est pictorum tabellis immortale, nullísq; fissile rimis hoc lignum. Proximum medullæ. imò est ἐγκάρδιον, id est, intestina, sive interior medulla: alioqui περικάρδιον scripsisset Theophrastus, aut περιεντεριόν. Τὰ λευκὰ vocat, quæ Plinius, alburnum, & adipes. Is enim lib. 16. cap. 38. ita scribit, Atque in toto corpore arborum, ut reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nervi, venæ, ossa, medullæ. Pro cute cortex. Proximi plerisque adipes. Ii vocantur à colore alburnum: mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facilè putrescens, teredini obnoxia: quare semper amputabitur. Subest huic caro, cui ossa: id est materiæ optimum; &c. Vbi & de pulpis. Καὶ τὰ κύκλῳ. nempe ita succinctè complexus est partes omnes, quæ ab alburno matricem convestiunt, ut carnes (quibus venæ, & pulpæ) ossa, & si quæ aliæ ejusmodi.

Συκῆν. Lege Plinium lib. 16. cap. 10. ubi; Hanc mares duntaxat ferunt, & eam, quam Græci Sycen vocant, odoris gravissimi.

Οὐ δὲ καίεται. Hinc errandi occasio Vitruvio, & Plinio, qui prodiderunt, laricem non uri.

Ταῦτα γε. leg. ταῦτα γίνη.

Ἐμφανέστερον. Hîc de similitude agitur, non autem de notitia, estq; ἐμφανὴς, speciem repræsentans, ἀπὸ τοῦ ἐμφαίνειν. Et infra post τὸ ξύλον, deest ἄχρειον.

Βαθεῖα. legend. δασεῖα. Confer Plin. lib. 16. cap. 10. ibi: Tanta natalium mixtura est: sed picea minus alta, quàm larix. Illa crassior, læviorque cortice: folio villosior, pinguior, & densior, molliorq; flexu. At piceæ rariora siccioraque folia, & tenuiora, ac magis algentia, &c. Vbi περιελκῆ, non bene exposuit, algentia. αὐχμωδέστερα, scribe, αὐχμωδέστερα.

Ἀνεμφανέστερα. Lego conjunctim ἀνεμφανέστερα. Et hîc ἐμφανὴς est insignis, non verò notus. Infra autem τὴν πίτυν — μικρὰν, repone τὴν πίτυν πικράν. Et infra ubi ἀπινκῆ, lego ἀπινκότερα. alioqui planè falsa sententia. Confirmat Plinius lib. 16. cap. 10 in eo loco: & perfusa resina. Lignum verò abjeti similius.

Πεύκην μὲν γάρ. Plinius lib. 16. cap. 10 Larix ustis radicibus non repullulat, picea repullulat, ut in Lesbo accidit, incenso nemore Pyrrheo. Vide Comment. Homeri, Iliad. α, in illud, βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιείς. Dixit verò Philosophus κατακαυθεισῶν (nihil enim ustis radicibus repullulare potest: maléque Plinius) sed non ἐπικαυθεισῶν. Vbi ἐπὶ summitatem significat, ut interdum in ἐπικόπτειν, & ἐπιβλαστάνειν.

Πτερυγώδες. Etiam abjeti folium pinnatum tribuit Plinius lib. 16. cap. 10. Κυανέας. legend. χνοώδεις. non χνοῶδεις. Vide in Crispini Lexico, in voce κτένες. Et hîc nota, φύλλον vocari, non singula folia abjetis, veluti capillamenta: sed eorum in singulis ramulis surculisve totam seriem pectinatim dispositam. Itaque hîc φύλλον collectivè dicitur. Infra secundo loco pro σκληροτέρους lege σκληροτέρους.

Ἡ τῆς ἐλάτης, leg. καὶ οἱ τῆς ἐλάτης.

Εὔχρως. Supra aixit esse εὔχρουν σφόδρα. Plinius mellei coloris exposuit, quasi legisset μελίχρως. εὐχροία autem est coloris elegantia, vel Ciceroni coloris bonitas. Et εὔχρως cujus contrar. ἄχρως, homo dicitur, cui bonus color: vel qui coloratior, ut loquitur Plinius. cui roseus color: à quo jam declinat in vitium ὁ ἐρυθρότερος; id est, rubicundior. In Aegide igitur ruborem esse ostendit, sed cum elegantia atque venustate. Itaque supra τὴν αἰγίδα εὔχρουν σφόδρα esse cum dixisset, intulit τὸ ἐπιγινόμενον ἐν ταῖς πεύκαις esse ἐρυθρότερον ἢ τὴν χροιὰν τῆς δαδός. Infra dicet ξανθὴν ἢ εὔχρουν carpinum: ubi simpliciter pro venusti coloris. Supra λευκὴν, λεῦσον. λευκὴν hic etiam, ut λευκὰ cap. præced. alburnum verti: illic rationem exposui. Λεῦσον verò (quod adhuc Sequani fabri lignarii luchon vocāt, ex eâque materia pixides conficiunt) ita corruptè in codice Plinii lib. 16. cap. 39. In abjete leuson Græci vocavère. Vbi etiam ille ægidi atribuit, quæ τῷ λεύσῳ Theophr.

Ὀξύη. quæ & ὀξύνη, ὀξύα, & ὀξέα Hesychio, id est, fagus (supra enim adnotavimus, φηγὸν Theophrasto esculum esse) quam nos vulgò Fau, & Foteau, atque etiam Haistre: glandem verò Faine. Fagea glans, quæ omnium dulcissima, nucleis similis, triangula cute includitur, continetúrque ἐν ἐχίνῳ. involucróque, ut castenea, cæterùm, non hirsuto, atque aculeato. Has glandes (quia fagus etiam φηγὸς ab alijs dicitur) arboris suæ nomine φηγοὺς quoque non semel apellavit Athenæus τῆς Δειπνοσοφίας lib. 3.

Καὶ τ' ἄλλα δὲ. legend. κατ' ἄλλα δέ. Si scriptum morosus quispiam mutare nolit, ipsæ dissimilitudinis notæ ab authore propositæ hoc extorquebunt, velit nolit, imò & loquendi ratio.

Ανυχίδες. mendosè pro ὀνυχίδες. Ἐξονυχίζων. Hîc ἐξ in compositione vim habet τοῦ ἔξω, negátque, & absentiam rei indicat, ut in ἐξονυχίζειν, quod & Plautus imitatur, dicens, exungulare.

gulare. *Ea vis præpositionis* ex *etiam in verba* exarmare, excalciare, *multisque aliis. Supra* παχύφυλλον, *malo separatè* παχὺ φύλλον *hoc loco.* & ἐν ἀκάνθῃ *legend. conjunctim* ἐνακάνθῃ. *Et infra* ἀκανθώδης *corruptè pro* ἀκανθῶδες. *Et ubi* ἐκείνῃ *malim* ἐκείνη, *ut referatur ad castaneam. si* ἐκείνῃ *retines, intellige* καρύῳ, *non autem* ἐχίνῳ.

Λεῖος *hic idem valet quod* τραχὺς, ἢ οὐκ ἀκανθώδης. *Itaque,* τὴν οὐκ ἐνακάνθη καὶ λεία *dixit* ἐκ παραλλήλου, & *interpretandi gratia. Quod hirsutum spinisque horridum* τραχὺ, *cui* λεῖον *opponitur, estque secunda significatio.*

Κατὰ τὴν γλυκύτητα, καὶ κατὰ τὸν χυλόν. *Quid? ita succosæ, castaneæ, aut fageæ glandes? Quis succum saltem exprimit? Sed subest figurata locutio. nam* ἓν διὰ δυοῖν *extulit : & hîc ut sæpissime* χυλὸς *pro sapore. In exponendo sensum sequutus sum.*

Η' μίλος. *Ne pigeat legere quæ observavimus in Crispini Lexico in voce* Σμίλαξ.

Καὶ ὅμοιον τῇ κέδρῳ. *Plinius deceptus vocum* μίλος & μελία *affinitate, fraxino tribuit, quæ Theophrastus taxo. Quia dixit Philosophus,* τῆς μίλου *folium abieti simile, & capite præcedenti, abietem* τελχόφυλλον *εἶναι,* καὶ πτέρυγας ἔχειν: *ideò Plinius erranter protulit, fraxinum & ipsam pennatam (sive potius pinnatam, ut de abiete,) esse folio. Deinde sic scribit, lib. 16. cap. 13.* Materies est ad plurima utilis. Ea quidem quæ fit in Ida Troadis in tantum cedro similis, ut ementes fallat, cortice ablato.

Φασίν. *Cautè hoc adjecit. Est enim fermè incredibile. Discernit odor in taxo virosus, in cedro autem laudatissimus. Accenso cedri ligno ædes suffiunt, & Germani sua hypocausta; pauperiores utuntur junipero.*

Καρδίαν. *Vide hic linguæ Latinæ inopiam. Græci,* καὶ καρδίαν, ἢ μυελὸν, καὶ ἐγκέφαλον, καὶ ἐγκάρδιον, ἢ ἐντεριώνην, καὶ μήτραν *dicunt : Latini solùm medullam, (nisi & mediale probas non semel apud Solinum) partémque ligni internam intelligunt, eámque ut in sambuco fungosam. At in robore, cedro, taxo,* ἡ καρδία *durissima, nec in meditullio, sed diffunditur. In quercu nos vulgò Græcos imitati, dicimus* cœur de chesne, *quasi cor, in quo significatu, (ut nec matricem) me legere non memini.* περὶ καρδίας *habes supra lib. 1. cap. 4.*

Στρογγύλον, μικρῷ μεῖζον κυάμου. *Baccæ taxi rubentes & rotundæ sunt, pisi non autem fabæ magnitudine. Dixit verò* στρογγύλον *hîc* ἀντὶ τοῦ σφαιροειδῆ. *Et hoc loco confirmatur opinio,* κύαμον *non esse fabam vulgarem, sed potius pisum. Quare fabam simpliciter vertere hîc, & ubi de loti fructu, noluì, sed fabam Græcam, licet & ita loti speciem vocet Plinius.*

Λίφυρον. *Nicandri interpres bis citans hunc locum dicit* κολόφυρον.

Λαπαρὰς. *Diversum experimur in nostro taxo, reclamántque Dioscorides & Plinius.*

Ο'στρυς. *Ostrys Hetruscorum, est Syringa arbor appellata. Visitur in horto Ducis Florentiæ, cum iis notis, quas assignat Theophrastus: nec deest illa fructus insignis nota, qui hordei grano similis. Flos (quod ipse tacuit) candidus, & suaviter olens. Ascribam quæ ex hoc loco ita convertit Plinius lib. 13. cap. 21. de infœlicibus Græciæ lignis,* Gignit enim arborem ostryn, quam & ostryam vocant, solitariam, circa saxa aquosa, similem fraxino, cortice, & ramis, folio pyri, paulò tamen longioribus crassioribusque, ac rugosis incisuris, quæ per tota discurrunt: semine hordeo simili, & colore: materies est dura atque firma: qua in domum illata difficiles partus fieri produnt, mortesque miseras. *Dicitur &* ὀστρυΐς *lib. 1. cap. 13. Campestris etiam esse lib. 3. cap. 4.*

Ο'μοφυῆ. *malim* ὁμοφυής.

Πολύϊνα δὲ ἀπὸ τῆς μέσης παραλληλοειδῶς. τῶν ἄλλων ὀρθῇ, καὶ μεγάλῃ. *Vera lectio,* πολύϊνα δὲ, καὶ ἀπὸ τῆς μέσης *(intellige* ἰνὸς, *quam alibi uno verbo* ῥάχιν *vocat)* παραλληλοειδῶς τῶν ἄλλων ὀρθίων καὶ μεγάλων, &c. *Infra* ἐρυπιδώδεα, *scrib.* ἐρρυτιδωμένα.

Ε'ν δὲ διαδίστροφον τὸ τῆς φιλυρίας. *Hic mutilatus locus ita restituendus est,* ἔτι δὲ διαδίστροφον τοῦ τῆς φιλυρίας τὸ ξύλον τῆς ἄρρενος. *Plinius lib. 16. cap. 14.* In tilia mas & fœmina differunt omni modo, namque & materies maris dura, ruffiorque & nodosa, & odoratior. Cortex quoque crassior, ac detractus inflexibilis. Nec semen fert, aut florem, ut fœmina, quæ crassior arbore, materia candida præcellensque est, &c.

Τοῦ ξύλου. *legendum* τοῦ φύλλου.

Διακνιζόμενος, *id est,* scabendo derasus, excalptus vel vel exculptus : *quæ vera lectio. non* διακνιζόμενος, *ut conjiciat quispiam.*

Σπερμάτια. *potius notat hic vilitatem & contemptum, quam diminutionem : quasi sit semunculum, ut homunculus. Nec enim seminis fructus tiliæ tanta exiguitas, ut nec atriplicis.*

Μακροτέρων, *legendum* μαλακωτέρων. & *hîc nota fusioris orationis tractum, ni fallor,* ἀπαλωτέρων : *Latinè* rotundius.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

TE'τταρα. frustra vir magnus πέντε legendum contendit, quia quinque numerantur. Supra, cap. præcedent. dixit, ab aliis in quinque, ab aliis in quatuor geneta quercus dividi solitas, sed nominibus alia alibi esse. γένη μὲν οὖν οἱ μὲν τέτταρα ποιοῦσιν· οἱ δὲ πέντε. Idæi in quinque, Macedones verò in quatuor dividebant. ἐτυμόδρυν. πλατύφυλλον. φηγόν. ἄσπριν. Idæi vero ἡμερίδα, αἰγίλωπα. πλατύφυλλον, φηγὸν ἁλίφλοιον, quam εὐφλοιον etiam vocabant. vide quæ supra dicta sunt.

Πλατύφυλλον. ἡ τοὺς πικρούς. Capite præcedente latifoliæ fructum, à fagi & quercus domesticæ dulcissimũ dixit, amarum hoc capite ait; quæ contraria sunt. An dicemus, aliam quercum latifoliam Idæam, aliam Macedonicam? An Theoph. sibi contradicere, an corruptum codicem? Respondendum videtur, circa Idam latifoliam glandem ferre dulcem, circa Macedoniam amaram, & tamen eandem arborem, quoad formam. sic pro loci ratione, amygdalam fructum dulcem, vel amarum producere observamus. Ita hunc locum exponere visum fuit ex cap. præcedenti, οὐκ ἐν ἅπασι δὲ γλυκεῖαι τοῖς γένεσιν, ἀλλ' ἔνιαι καὶ πικραί, καθάπερ φηγός. Hoc si in phago, cui glans præ cæteris dulcis, contingat, quanto magis in latifolia, cui non æquè dulcis fructus, accidere probabile fit.

Α'σπριν ζητεῖν &c. Plin. lib. 16. cap. 6. Hæc de haliphlœo tradit. *Eidem,* inquit, *rarò glans, & cum tulit, amara, quam, præter sues, nullum attingat animal : ac ne eæ quidem, si aliud pabulum habeant.* Vide quæ supra dixi & mox dicam.

Μοχθηρὰ δέ. καὶ τὰ ξύλα &c. Corruptus codex. si aspris & ægilops una eademque arbor. Quomodo enim aspridi tam improba materia, & ad cremandum, & ad carbonem faciendũ tam inutilis esse potest? quam rectissimam, excelsissimam, levissimam, & materiæ per longitudinem robustissimam esse cap. præcedenti docuit. Non fit verisimile, asprin Macedonum Idæorũ esse haliphlœum; quia sequitur, τὸ δὲ τῆς ἁλιφλοίου χρήσιμον. Quorsum hanc vocem adderet? si haliphlœos & aspris eadem arbor; ergo, ægilops & aspris Macedon. eadem arbor: & corruptus codex. Quis enim ille sensus, μοχθηρὰ δὲ καὶ τὰ ξύλα πλεκτηθέντα? Scribo cum doctiss. viris μοχθηρὰ δὲ τῆς πλατυφύλλου, ἢ τὰ ξύλα πλεκτηθέντα. Nam, ut rectè Robertus Constantinus monet, supra hæc de latifolia tradidit; atque sic exposuit Plinius lib. 16. cap. 6. De latifolia retulit Theophrastus materiem ad ædificia, post haliphlœum, habere pessimam, ad cremandum quoque & carbonem faciendam pessimam. Verba Plinii videamus; *excelsissima autem ægilops, incultis amica : ab hac proxima latifoliæ proceritas, sed minus utilis ædificiis : atque carbone dotata, vitiis obnoxia est. quamobrem solida utuntur carboni, quoniam desinente flatu, protinus emoriens, sæpius recoquitur: cæterùm, plurimus scintillis.* Hunc unum de coruptissimis Plinii locis scribit doctissimus Salmasius. Ex Theophrasto locus hic corrigendus. Scribe cum doctiss. Lugdunensi, qui nunc herbariorum cymbalum audit, & cum excellentissimo Salmasio; *ab hac proxima latifoliæ proceritas, sed minus utilis ædificijs, atque carboni: dolata vitijs obnoxia est: quamobrẽ sòlida utuntur.* Carbo in ærariorum officinis tantum compendio, quoniam desinente flatu emoriens, protinus recoquitur. Malè nonnulli viri docti corrigunt *aspris dolata, vitijs obnoxia est.* Iam probavimus, de aspri hæc intelligi non posse, nec de aspri agere Theophrastum. Idem quidem ait, aliter atque aliter Macedones, Idæosq; dividere in genera quercus: sed non adfert duas diversas super quercuum genere opiniones, alteram qua utebantur Idæi, alteram qua Macedones: hominibus tantum diversis usos Idæ incolas & Macedones docet, cæterûm eadem de phago, latifolia, hemeride &c. tradidisse.

Πεύκης. hactenus de quercubus, nunc pini aggreditur historiam. πεύκη, ut ego quidem cum Mathiolo, aliisque Botanicis sentio, pinus dicitur. πίτυς picea. contra critici, Grammatici, iique, qui lexica edidêre, πίτυν pinum πεύκην piceam, quadam fortasse nominis vicinitate ducti, vocant. πεύκην pinum esse multis argumentis probari potest.

teft. Primum arg. ex ipſo Theophraſto ſumitur, qui τῆς πεύκης nucem στρόβιλον vocari dicit. στρόβιλος nucem ſignificat pineam, ut docet Galenus lib. 2. de aliment. facult. εὔχυμος, καὶ παχύχυμος, καὶ τρόφιμός ἐστιν ὁ τοῦ κώνου καρπὸς, οὐ μὴν εὔπεπτος. καλοῦσι δὲ οἱ νῦν ἕλληνες, οὐ κώνους, ἀλλὰ στροβίλους αὐτούς. *nux pinea boni & craßi ſucci eſt, multúmq; nutrit: appellant autem ipſam hodie Græci non conum, ſed ſtrobilum.* Idem lib. de cib. bon. & mal. ſuc. & 7. ſimpl. reperit. Conſtat autem piceæ nucleos non eſſe edules, ergo στρόβιλος πεύκης pini fructus. Secundum argum. Theophraſtus τὴν πεύκην aliam ſativam, aliam ſylveſtrem ait. Idem lib. 1. cap. 15. ex urbanis ſemper virere ait oleam, palmam, πεύκης τι γένος, pini genus quoddam: ex ſylveſtrib. abietem πεύκην pinum ſylveſt. ſive pinaſtrum. Picea nulla domeſtica, ſed una ſylveſtris montana. Neminem latet pinos eſſe domeſticas, & ſylveſtres: maritimas, & montanas. Πίτυν aliam ſylveſtrem eſſe, aliam domeſticam, ex lib. 3. cap. 4. probant: ubi inter ſylveſtria, quæ perpetuo virent, numerat πίτυν ἀγρίαν. Diximus voces has ſeparandas eſſe, & lectionem noſtram probavimus, ex lib. 1. cap. 15. Tertium argumentum, quo probatur pinum πεύκην eſſe: ἐκ πευκῶν ſcribit Theophraſtus copioſam picẽ fieri, earumque proprium in tedam abire: ex pinorum aſſulis, tedaque, picis copiam confici, ruſticis in Norwegia notum. Nihil moror Plinium piceam vertiſſe; plures is in coniferarum reſiniferarumq; hiſtoria commiſit errores. Quartum argumentum, quod πιτυοκάμπαι non reperiantur in pinu, ſed in ſola ferè picea, ut Bellonius teſtatur: hac de cauſa πίτυς à Theophraſto πίτυς φθειροποιὸς cognominatur. Quintum, πευκέδανον, quod foliis πεύκην referat, nomen accepit; hujus folia pinum non piceam referunt, nec piceaſtellum, ſed pinaſtellum vocatur. Contra chamepitys humilis picea, quod πίτυος habeat folia, nomen accepit. Hîc adjungo Scribonii Pargi teſtimoniũ, compoſ. 201. ſic ſcribentis, *ſquama æris cipri p°. 12. Thuris p°. 6. ammoniacæ guttæ p°. 6. reſinæ pituinæ, id eſt, ex picea arbore, p°. x. 5. reſinæ terebinthinæ p° 6. &c.* Erroris occaſionẽ præbuerunt Arcades, qui, ut ſcribit Theoph. loc. cit. quod cæteri πίτυν, πεύκην, contra, quod πεύκην, πίτυν vocarunt. Pinus, ut poetæ fabulantur, ex lugubri hiſtoria nata eſt. Fama enim eſt Atyn, in arborem pinum, ab ipſa Dea converſum fuiſſe, ipſamque pinum matri Deûm Cybele fuiſſe conſecratam. Ovid. x. Metamorph.

Et ſuccincta comas, hirſutáque vertice pinus
Grata Deûm matri: ſiquidem Cybelëius Atys
Exuit hac hominem, truncóque induruit illo.

Pinus Cybelæ Deæ, terram concludenti, & ſemina gremio ſuo cuſtodienti, dedicatur. quod Cybele apud phyſicos interpretes nihil aliud ſit, quam vis terræ concluſa: ſterilis illa quidem exterius, ſed vitam intus alens ſeminũm univerſorum, quæ cono pini deſignatur, & haud ſecus atque nux pinea, ſolo calore vel ignis vel aquæ calentis aperitur. Ita & terra non antè ſe recludit, quam ſol radiis eam directioribus calfecerit. Fructum Martialis pomum Cybeles vocat.

Poma ſumus Cybeles, procul hinc diſcede viator,
Ne cadat in miſerum noſtra ruina caput.


Pini ramus februa dicitur, teſte Ovid. lib. 2. Faſtor. ubi quædam piamina, ſive purgamina, & lanas antiquitus dicta fuiſſe februa docet. idque nominis inditum eſſe ramo ejus arboris, quam ipſe vocat puram, quæ eſt ipſiſſima pinus.

Nomen idem ramo, qui cæſus ab arbore pura,
Caſta ſacerdotum tempora fronde tegit.
Ipſe ego flaminicam poſcentem februa vidi,
Februa poſcenti pinea virga data eſt.

Hinc pinus cepit eſſe certiſſimum ſymbolum virginitatis. Latini pinum dixerunt à pinnato foliorum cacumine.

Πεύκης γὰρ τὸ μὲν ἥμερον ποιοῦσι, &c. Manſueta pinus procero, recto, & craſſo ſtipite in altum tollitur: inferiore quidem parte nudo, ſed ſuperiore ramoſo admodum. Folia capillacea, ſetæ equinæ ferè modo, oblonga, firma, tenuia, cacumine pungentia, & aculeata, colore ex candido virentia, perpetua; extremas ramulorum partes, comarum inſtar, plurima ambiunt, quorum bina ab uno ferè exeunt tuberculo: conos edit magnos, ponderoſos, ex multis, ſolidis, duris, lignoſis compactos ſquamis, altiſſimè à terra ſuſpenſos: ſub quibus ſtrobili oblongi, duris putaminibus concluſi, ferruginea quadam tunica obducti. interior nucleus oblongus, tenui tunica circumtegitur, flavo colore, quæ digitorum attritu facilè ſpoliatur; ſapor illi dulcis, ac jucundus, ſubſtantia pinguis, oleoſáque.

Pinus.




in multis Italiæ locis, & præſertim in agro Ravennano, & circa Maſſiliam; in Narbonnenſi Gallia, in Hiſpania, tum & alibi, veluti in Orientis provinciis, ſponte ſua naſcitur: in hortis & viridariis colitur; pulchriorque eſt.

Fraxinus in ſylvis pulcherrima, pinus in hortis.

Nucleum Belgæ **pingel** vocant.


Maritima Pinus.



Τῆς δ' ἀγρίας &c. ſylveſtris genus duplex ſtatuit, quorum alterum Idæam, alterum maritimam vocant, Sylveſtris

stris genera plura observarunt recentiores. Pinus maritima folia habet angusta, quam pini breviora, raraque, in capillamenti modum protensa, ramis glabris, caudice


Pini Maritimæ majoris ramulus.



nigriore. conus forma oblongus, & turbinatus, pino urbano brevior, & supernè latior, Phœniceus, multam resinam proferens. Huc refer sequentem, modo eadem non sit, sylvestris altera, Lobely dicta, & à Carolo Clusio descripta. Minor Hispanica duorum hominum altitudinem rarò superat, inflexo, ac contorto caudice, ut plurimũ ab imo ramoso: folia illi majori similia, sed breviora, & dilutius virentia. coni etiam minores, oblongi tamen, turbinati, & candicantes, multa plerumque resina infecti, non admodùm iis dissimiles, qui Austriacæ, albæ cognominatæ, innascuntur; nuclei quales in majore, nigra mẽbrana contectæ, Marciano & Valentiniano regno frequens, tum in aliis Provinciis haud procul à mari. *Idea pinus facilè,* inquit Lobel. *dignoscitur, caudicis & ramorum cortice scabro, circa ramos foliorum fœtura, & majoribus, longioribus, speciosioribusq; numerosis conis.* Dubitant an hæc pinaster prior Hispanica Clusii, *major*, inquit, *Hispanicus, in pini altitudinem excrescit. interdum etiam superat, à medio ramosus; folia habet pini, oblonga, bina simul juncta, in viriditate nigricantia, acuminata & pungentia, strobilo paulò minore quam pini, alato inter squamas, quibus compactus est. nucleo molli, & nullo putamine incluso, sed tenui tantum duntaxat cortice tecto, caudex rectus, cortex levior, & minus quam pini scaber, plurimam resinam fundit.* Sylvestres pini plures à Clusio. Dodon. Lobel. Pena, aliisque describuntur: omnium nuclei non ingrati, sapore quadantenus domesticas referentes, nisi quod gustui quandam leviculam relinquant asperitatem.

Τούτων δὲ ὀρθοτέρα ἡ ἰδαία. Hanc ideam Theophrastus copiosiorem resinã ferre docet. Locum hunc non intellexit Plinius. *Ex iis* inquit *pinus & pinaster folium habent capillamenti modo prætenue longumque, & mucrone aculeatum, pinus fert minimum resinæ, interdum & nucibus ipsis; de quibus dictum est, ut adscribatur generi.* Pinaster nihil aliud est quam pinus sylvestris, mira altitudine, & à medio ramosa, sicut pinus in vertice. copiosiorem hæc dat resinam, quo dicemus modo. De resina vide cap. secundum lib. 9. hist. Grecus auctor Ideam sylvestrẽ pinum rectiorem, celsioremque quàm maritimam. Latinus pinastrum altiorem ipsa pino domestica scribit: quod falsum & preter veritatem est. Omnes pinastri, tam steriles, quam fructiferi, aut humiles sunt, aut altitudine mediocri.

Pinus Idæa Theoph. maritima altera Math.
pinaster prior Clus. Hisp.



Bellonius tamen tradit, & Dictæos pinastros in vastitatem diffusos, ad insignem altitudinem surgere, & iis qui in Olympi Phrygii montis, aut aliorum gelidissimorum montium summis culminibus proveniunt, abietis esse rectitudine. sed hunc pinastrum sterilem piceam appellare, ac eam pro pinu describere, autumant. Immerito ex auctoritate Plinii idem Bellonius notatur, quod pinastrum pino humiliorem tradiderit. innumeros in coniferarum resiniferarum historia commisit Plinius errores.

Ὀρθότεροι in Ald. & Bas. ὀζότεροι. Malè: nam supra dixit τούτων δὲ ὀρθοτέρα, καὶ μακροτέρα. καὶ ξύλον ἔχουσι παχύτεροι ἡ ἰδαία. Rectè ergo emendavit Rob. Constant:

Ἑψηθεῖσα &c. Rober. Constant. ἑψηθεῖσα δὲ χείρων καὶ ἐλάττων ἐκβαίνει, διὰ τὸ &c. Sanè lib. 9. hist. cap. 2. scribit Theoph. καὶ τὸ εἰλικρινέστερον καὶ εὐωδέστερον ἁπλῶς, ἑψηθεῖσαν δὲ ἐλάττων ἐκβαίνειν, πλεῖον γὰρ ἔχει τὸ ὀρρόν. Plin. lib. 16 cap. 12. *Quidam arbitrantur in montosis copia præstantiorẽ ac colore, & dulciorem fieri, odorem quoque gratiorem, dum resina sit, decocta autem minus picis reddere; quoniam in serum abeat.* quod Græcus de pice cruda, hoc de resina Latinus. Vide cap. 2. lib. 9 ubi de pice conficienda agit Theophrastus.

Τὰ δὲ φύλλα λιπαρὰ καὶ &c. τὰ φύλλα κεκλιμένα. Rectè Robert. Constant. interpretatur *pendentia ac dimissa.* id est quæ non sursum eriguntur, sed quasi terram versus inclinant. Posset etiam verti. *folia undique ramum cingentia, vel in ambitu ramum complectentia.* Hesych. κεκλιμέναι, περικεκλεισμέναι, περιεχόμεναι. Plin. loc. cit. *Alia etiamnum generibus ipsis in sexu differentia. mas brevior & durior, fæmina procerior, pinguioribus foliis, & simplicibus, atque non rigentibus.* τὰ φύλλα κεκλιμένα, *folia non rigentia.* Rigentia folia vocat, subrecta. non proclivia, in terram inclinata. λιπαρὰ *simplicia* vertit. An apud Theoph. legendum ἁπλᾶ? an verò simplicia folia mollia vocat? Non attendit ad Liberti verba, quem ἁπλᾶ legere putavit, cum ἁπαλὰ legeret. Alius adhuc error in verbis Plinii. *mas,* inquit *brevior & durior.* Theophrastus marem breviorem inquit, foliis duriorem. Scribe ergo, *mas brevior,*

foliis

foliis durioribus. vel *mas brevior, & foliis durior, fœmina procerior, foliis pinguioribus &c.*

Ἔτι δὲ τὰ ξύλα, &c. Plin. loc. cit. *lignum maribus durum, & in fabrili opere contortum; fœminæ mollius, publico discrimine in securibus. hæ in quocunque genere reprehendunt marem: quippe respuuntur, & fragosius sidunt, ægrius revelluntur, ipsa materies retorrida, & nigrior maribus radix.* Dictio *radix* superflua videtur. verba enim Theophrast. καὶ τῷ χρώματι μελάντερον, de colore ligni accipienda, non radice. Lego cum Robert. Const. εὐστραφῆ. Opponitur enim τῷ στρεφομένῳ. & sic legit Plinius, *& in fabrili opere contortum*, inquit. Quomodo τῇ πελεκήσει quid βραχύτερον dicatur, idem exponit. Vide doctiss. Scal. annotat. vide lib. 5. c. 2. Totum hunc locum verte in hunc sensum. *nam inter dolandum mas in universum brevior est, magis distortus, tractatu difficilior, colore nigrior, fœmina verò longior &c.* βραχύτερον opponitur τῷ εὐμηκέστερον, πελέκησις, *dolatio, ictus securis adactæ.* πελεκάω, *dolo, securi percutio, securim adigo.* Odys. 5. πελέκησε δ' ἄρα χαλκῷ, *securi dolavit.*

Ἀδᾳδέστερα. ἄδᾳδα δένδρα arbores vocat Theophrastus *tædæ inutiles, quæque resinam non exudant.* Quæ tali materia scatent, à Plinio pinguissimæ nominantur.

Εὐκτηνωτέρα. Lege cùm Robert. Constant. εὐκτηδονωτέρα. εὐκτήδονα δένδρα Theoph. vocat, quæ κτένας sive κτηδόνας, id est pectines, & venarum cursus, ut loquitur Plinius, elegantes habent.

Εὔχρουν. Theod. ἄχρουν. μελίχρουν Plin. lib. 16. cap. 39. *larix*, inquit, *fœmina* (vulgò fœminam) *habet, quam Græci vocant ægida, mellei coloris, inventum est pictorum tabellis immortale, nullisque fissile rimis, hoc lignum proximum medullæ est.* Hæc diligenti animadversione digna. τὴν πεύκην θήλειαν laricem vertit. quod valde ineptum. πεύκην inter ἀείφυλλα numerat Theoph. sola larix è resiniferis folia amittit. Plinius tamen retinere ait, quod ipsa autopsia refellit, nec ulteriore animadversione eget. mellei dixit esse coloris, quod laricis resina talem habeat colorẽ. Diosc. l. 1. c. 92. ubi de resina agit, ἡ δὲ ἐλαιώδης, ἡ δὲ μέλιτι ἔοικεν ὥσπερ ἡ λάριξ. nec proximũ medullæ; sed ipsũ ἐγκάρδιον, id est, interior medulla. vide quæ de abiete dicũtur.


Συκῆν. Plin. lib. 16. cap. 10. *hæ mares duntaxat ferunt, & eam quam Græci sycen vocant. odoris gravissimi.* Scribe *Hanc pini mares duntaxat gerunt*, scilicet tædam; quam arborem facit, cùm arboris morbus sit.

Οὐδὲ καίεται. Hinc errandi ocasio, ut rectè monet Constant.) Vitruvio & Plinio, qui prodiderunt, laricem non uri. Hac occasione de larice ejusque historia agam. Ac primum, utrum larix Theophrasto cognita: deinde. quando cognita primum. Si vulgatã Theophrasti interpretationem sequamur, nulli relinquetur dubium, quin larix Theophrasto cognita fuerit. πίτυν laricem vertunt. Hanc non esse laricem, ex ipso probatur Theoph. cum lib. 1. cap. 16. & 19. scribat, ἀκανθώδης δὲ οὐκ ἐπὶ τῶν ἄκρων κατὰ τὸ τῆς πεύκης καὶ πίτυος. laricis folia haud quaquam pungentia; sed obtusa. Inter ἀείφυλλα, quæ perpetuum habent folium, numerat Theophrastus πίτυν, id est piceam. Sed laricis folia decidua esse ipsa experientia probat. Errandi occasionem præbuit Plinius, qui modò πεύκην laricem, modò πίτυν sic vertit. laricique multa (ut mox dicam) tribuit, quæ pino piceæque Theophrastus. Alii πεύκην, cui folia decidunt, laricem volunt. Theoph. lib. 1. cap. 15. τῶν μὲν ἡμέρων ἀείφυλλα, ἐλαία, φοῖνιξ, δάφνη, μύρρινος, πεύκης τι γένος, κυπάριττος. Ex his sanè affirmari non potest, laricem esse pinum urbanum, cui decidunt folia: nec concludi potest, pini quoddam genus folia amittere. πεύκης τι γένος dixit Theophrastus, ut doceret, aliud genus pini esse, nempe sylvestre. Nam inter sylvestria πεύκην recenset, sine epitheto. πεύκης ergo τι γένος pinus urbana. Larix Gallo-Græca vox, à Gallo-Græcis, sive alpinis Gallis imposita huic arbori, Diosc. lib. 1. cap. 92. καὶ ἀπὸ Γαλατίας, τῆς πρὸς ταῖς Ἄλπεσιν, ἣν ἐπιχώριοι, οἱ τῆς δὲ ἔποικοι, λάρικα (Ald. δάλακα) ὀνομάζουσιν. *itémque ex Gallia subalpina, quam incolæ nomine vernaculo laricem appellant.* Larix ergò vox barbara. fortè nomen traxit, ἀπὸ τοῦ λαρινοῦ, quod pingue significat, λαρινοὶ σύες καὶ βόες apud Athæneum *saginati porci ac boves.* Larix ergo à copia resinæ sive pinguedinis, qua turget: sed alia mens Vitruvii. Corrigendus codex. Galen. lib. 8. κατὰ τόπους, cap. 5. circa finem, περιμυθίνης λίτρας β. ῥητίνης λαρυγγίνου ℥ γ. lege λαρικίνου ℥ γ. De larice hæc tradit Plin. lib. 16. cap. 10. *Quinto generi situs idem, eadem facies. larix vocatur materies præstantior longè, incorrupta vis, emori contumax, rubens præterea, & odore acrior: plusculum huic erumpit liquoris, melleo colore, atque lentiore, nunquam durescentis.* Scribe, *plusculum huic erumpit liquoris melleo colore, atque lentoris nunquam durescentis*, Temporis tractu duriorẽ reddi resinam laricis observarunt diligentiores Pharmacopœi. Pergit Plinius. *Laricis morbus ut tæda fiat.* (hoc mox examinabo) *omnia autem hæc genera accensa; fuligine immodica carbonem repente expuunt, cum eruptionis crepitu, ejaculantúrque longè, excepta larice, quæ nec ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi consumitur, quam lapides. Omnia ea perpetuò virent, nec facilè discernuntur, in fronde etiam à peritis. Tanta natalium mistura est: sed picea minus alta quam larix: Illa crassior leviórque cortice, folio villosior, pinguior, & densior, molliórque flexu. At piceæ rariora, siccioráque folia & tenuiora, ac magis algentia, totáque horridior est, & perfusa resina. Lignum abietis similius. Larix ustis radicibus non repullulat, picea repullulat, ut in Lesbo accidit, incenso nemore Pyrrhæo.* Postrema hæc ubi de picea nobis sermo erit ventilabimus. Negat incendi posse laricem. Idem Vitruvius lib. 2. architect. scribit. *Arbor est foliis similibus pini, cujus materies prolixa, tractabilis ad intestinum opus, non minus quam sapinea* (vide quæ infra de tæda dicuntur) *habet resinam liquidam, mellis Attici colore. quare etiam medetur phthisicis.* (multa sunt quæ mellis Attici sunt colore, nec tamen tabidis prosunt, immò nonnunquam obsunt) *Notus larix municipibus, qui sunt circa ripam fluminis* Padi, *& littora maris Adriatici. Non solum ab succi amaritate, à carie aut tinea non nocetur, sed etiam flammam ex igne non recipit, nec ipse per se potest ardere, nisi uti saxum in fornace ad calcem coquendam aliis lignis uratur. Nec tamen tum flammam recipit, nec carbonem remittit, sed longo spatio tardè comburitur, quod est minima ignis & acris è principiis temperatura. Humore autem terreno est, materiæ spissè solidatæ, non habens spatia foraminum, qua possit ignis penetrare, rejicitque ejus vim, nec patitur ab eo sibi cito noceri. Propter pondus ab aqua non sustinetur, sed cum portatur, aut in navibus, aut supra abiegnas rates collocatur, ea autem materies quemadmodum sit inventa, sic licet cognoscere. Divus Cæsar cum exercitum habuisset circa Alpes, impetravissétque à municipiis, præstare commeatus, ibique castellum esset munitum, quod vocaretur larignum, tunc qui in eo fuerunt, naturali munitione confisi, noluerunt imperio parere. Itaque jussit Imperator, copias admoveri. Erat autem ante castelli portam ex hac materia alternis trabibus transversis, uti pyra inter se composita, altè, ut posset de summo sudibus & lapidibus accedentes repellere. tunc verò animadversum est, alia eos tela præter sudes non habere, neque posse longiùs à muro propter pondus jaculari. Imperatum est, fasciculos ex virgis alligatos, & faces ardentes ad eam munitionem accedentes mittere. Itaque celeriter milites congesserunt. Postquam flamma, circa illam materiam virgas comprehendisset, ad cœlum sublata effecit opinionem, uti videretur jam tota moles concidisse. Cum autem ea per se extincta esset, & res quieta, turrisque intacta apparuisset, admirans Cæsar, jussit extra telorum immissionem eos circumvallari. Itaque timore coacti oppidani, cum se dedissent, quæsitum unde ea essent ligna, quæ ab igni non læderuntur. Tum demonstraverunt eas arbores, quorum in his locis maximæ sunt copiæ, & ideò castellum larignum, item materies larigna est appellata.* Pallad. in Novembr. *Larix utilissima, ex qua si tabulas suffigas tegulis, in fronte, atque extremitate tectorum, præsidium contra incendia contulisti. Neque enim flammam recipiunt, aut carbones creare possunt.* Ignari hominis est, putare, resinosum lignum inustum flammis stare; quippe, si pingui resina lapides perungantur, ardent: larix quæ hodie in Alpibus, aliisq; reperitur locis, igni injecta ardet, etiam in fornacibus, & quod magis est, in carbones vertitur, ferrarijs officinis utilissimos, ut acutiss. Iulius Cæsar Scaliger in doctiss. de subtil. lib. & doctiss. Mathiolus in eruditiss. in Diosc. comment. referunt. Nostram tamen laricem eandem dico quam describunt veteres. Ipse Plinius, sui immemor, fatetur, laricem ignem concipere, lib. 16. cap. 12. *In Macedonia*, inquit, *laricẽ masculam urunt, fœminæ radices tantùm.* Imaginari nequeo, qui fieri posset, arborẽ accendi non posse, quę turget resina liquida, prępingui. Lignũ resinosũ, bituminis picisq; instar ardere solet. ipsi lapides, qui natura sua flammis nunq; flagrant, si butuminoso, resinosoq; succo redundarint, non secus ac ligna ipsa exurentur, & in carbones abibunt, ut in gagate videre licet. Quod testari Flandri, Brabantiq; possunt, aliiq; populi qui lignorũ penuria, hisce lapidibus suos perpetuo fovent ignes. Ad historiã è Vitruvio allatã respondet Mathiolus; id evenisse, non quod laricis materia flamma aut igne non consumatur, vel comburatur, sed, quod ventorũ, aëris, niviũ, pluvię, frigoris injuria, quib. Alpinę regiones, in quibus larix ferè provenit, quocunq; ferè tempore afficiuntur, durior, siccior, ac lapidosior facta, non ita facilè accendi potuerit:

præsertim

præsertim, quod omnis arboris materies quæ solidior sit, non illico primo statim occursu facilè accendatur. Etenim larix soliditate & duritie, præ cæteris præstat, quæ ubi aëris illis affectibus, lapidosam quandam contraxerit naturam, & ejus resina contabuerit, mirum sanè non est, si non ita facilè accendatur. Sequitur apud Plinium. *omnium ea perpetuò virent.* Laricem amittere folia sæpius dictum est, Theophrastus inter ἀείφυλλα πεύκην & πίτυν numerat. laricem vertit Plinius. malè. Alia etiam frons abietis, alia pini, alia laricis, ut ex icone videt lector. Nec larici magnitudine cedit picea illa (larix) crassior, leviorque cortice, folio villosior, pinguior, densior, molliorque flexu. Hac in re inconstantiam Plinii animadvertere licet lib. 16. cap. 24. aculeata folia scribit. De suo Plinius vocem larici addidit, que in Theophrasti libris non extat, ut supra lib. I admonuimus. *Pungentia*, inquit, *pino, piceæ, abieti, larici, cedro* (minori intellige) *aquifoliis.* Vulgatam lectionem cap. 10 corruptam arbitrantur; corrigunt, restituuntque, unius dictionis mutatione. *picea minus alta, quam larix. Hæc crassior leviórque cortice, folio villosior &c.* ut, *Hæc*, ad laricem referatur. Quam correctionem sensus, & contextus necessariò postulant. Nam si verba hæc, *folio villosior*, de picea continenter intelligantur, qui ejus folia pinguia, densa, molliaque esse possunt, quæ mox dicuntur tenuiora, rariora, sicclioraque. Ad hæc, si præcedentia omnia de picea, & non de larice accipienda essent, cur illis particulam, at, discretivam, ut ajunt, subjicit: cùm dicit, *at piceæ rariora &c.* Ex his perspicere licet, laricis corticem leviorem esse quàm piceæ, ut existimavit Ruellius, sed ejus folia, aculeata non esse, cum aculeatum & villosum, sint pugnantia. Nam villi pili sunt, tactu mollissimo, qui quantum à spinis differant, notum est. Refert Mathiolus in M. S. codice legi, quo dictum est modo. Qualia larix gerat folia, ex descriptione, quam mox addam, facilè animadvertet lector. Porrò quæ Theophrastus de pini piceæque differentia, ea videtur de larice, piceaque tradere Plinius. ut mox docebo. Idem Plinius, cum cap. 25. lib. 16. inter tristes arbores laricem recenset, falsa docet. *Non enim, ait, omnes florent, & sunt tristes quædam, quæque non sentiant gaudia annorum. nam neque ilex picea, larix, pinus, ullo flore exhilarantur, natalésque pomorum, recursus annuos, versicolori nuntio promittunt.* De picea mox videbimus, de ilice suo loco agam.

Larix ejusque flores fructus & semina.



Larix arbor eximiæ proceritatis; abiete tamen sæpius humilior, materiæ æternæ, caudice rectè ascendente, cujus cortex inferiore parte, quæ ramis subest, crassus, asper, undique in rimas dehiscit, præcisus interius rubere conspicitur, reliqua parte levis, glaber, nonnihil foris inalbicans. Circa stipitem rami veluti per gradus collocantur, cum surculis & adnatis plurimis, salicis modo lentis, colore luteo, odore non injucundo: folia verò circa ramulos multa, densa, comosa, simul cohærentia, quæ circiter triginta simul juncta, penicilli pictorum summitatem referunt; oblonga, breviora, tenuiora, molliora, quam pini, haud aculeata, sed retusa: quæ adventante hyeme, pallida effecta, ad stipitis radices decidunt, ibique marcescunt; ita ut sola larix inter omnes resiniferas arbores, frigoris sævitatem, non reformidans, omnique algoris immanitate spreta, nuda Hyemem transigat. Novella cupressum prorsus æmulatur, non piceam, ut multis placet. flosculi seu potius conorum rudimenta rotunda è tenerrimorum ramulorum summitatibus erumpunt, arboremque mirum in modum condecorant; quod in purpuram ardenter rubescentia, comantibusque foliolis, miro naturæ artificio annexa, viatorum oculos non parum recreant, suntque odoratissima. Coni odoris non ingrati, parvi, cupressinis magnitudine ferè similes, sed paulò longiores, brevi petiolo ramis alligati, ipsisque incumbentes, ex gracilibus foliosis squamulis compacti; sub quibus latent bini nuclei foliati exigui, alis cicadarum, aut vesparum similes. Semen in his exiguum, magnitudine seminis cupressi, quod mansum nucem pineam planè odore imitatur. ligni materies durissima, colore, præsertim quæ media ac interior est, rubescens, ad diuturna opera perquam utilis. Colligitur ex hac arbore resina liquida, candicanti melli, veluti Attico, aut Hispanico, colore, & consistentia persimilis; quæ tamen non sponte effluit, sed ex arboris trunco manat, crasso, oblongoque terebro, ad cor usque excavato. Resina hæc larix dicitur, in officinis terebinthina appellatur, atque ejus loco divenditur, & medicamentis admiscetur. Quod novum non est. Nam & sua ætate Gal. lib. 3. κατὰ γένος, c. 3. rhopopolas laricē terebinthinæ loco vendidisse refert. ἐκ δὲ τοῦ γένους τῶν ῥητινῶν ἐστὶ καὶ ἡ λάριξ ὀνομαζομένη, τοὐπίπαν μὲν ὑγροτέρα τῶν προειρημένων οὖσα· παραπλησία δὲ κατὰ τὴν σύστασιν τῇ ὑγρᾷ πιτυΐνῃ, ἣν ἀντὶ τῆς τερμινθίνης πιπράσκουσιν οἱ ῥωποπῶλαι τοῖς οὐκ εἰδόσι διακρίνειν αὐτάς. ἔστι δὲ τοιαύτη ῥητίνη καὶ τῇ ὀσμῇ, καὶ τῇ γεύσει, καὶ τῇ δυνάμει δριμυτέρα τῆς τερμινθίνης· ταύτῃ τε οὖν τῇ ῥητίνῃ, καὶ τῇ τερμινθίνῃ παραπλησίαν ἔχει δύναμιν ἡ λάριξ ὀνομαζομένη, λεπτομερεστέρα δ' αὐτῶν ἐστὶ, καὶ διαφορητικωτέρα. Ex harum quoque *genere larix est prædicta planè humidior: consistentia verò similis liquidæ piceæ, quam loco terebinthinæ institores vendunt ignorantibus eas discernere. Est autem talis resina odore, gustu, & facultate quam terebinthina acrior. cum hac igitur & terebinthina larix persimilem potentiam obtinet, sed tenuioribus partibus, majoréque discutiendi virtute prædita est.* Ergo citra errorem laricem pro terebinthina substituunt. Adnascitur & larici fungus, non qualis aliis arboribus, sed albidus, medicinæque utilis, qui agarici nomen adeptus est, de quo alibi. Nascitur larix præcipuè in Italiæ alpibus, haud longè à Tridento, juxta Benacum, ac Padum, fluvios; reperitur & in Moravia, Silesiáque. Inter coniferas sola larix absque foliis hyeme conspicitur, vere, nova ex iisdem, unde priora deciderunt, tuberculis erumpunt. coni legendi sunt ante hyemem, cum folia defluere incipiunt; postea enim sese pandentibus, ac dissolventibus squamulis, semina effluunt. resina æstivis mensibus colligitur.

Οἱ δὲ περὶ τὴν Ἀρκαδίαν. Hi errandi occasionem non tantùm recentioribus, sed etiam antiquioribus, præbuerunt. Alii locum hunc in hunc sensum corrigunt. οἱ δὲ περὶ τὴν Ἀρκαδίαν οὔτε τὴν ἄκαρπον, οὔτε τὴν ἥμερον πεύκην, ἄλλην δὲ πίτυν εἶναί φασι. Id est *Arcades verò pinum in sativam & sterilem minimè partiuntur, sed à pinu piceam differre ajunt.*

Καὶ γὰρ τὸ στέλεχος &c. Totam hanc periodum in hunc sensum legunt alii. καὶ γὰρ τὸ στέλεχος ἐμφανέστερον εἶναι τῇ πίτυϊ, καὶ ἔχειν τήν τε λειότητα, καὶ τὸ μέγεθος. καὶ ἐν ταῖς ἐργασίαις χρηστὸν τὸ ξύλον. τοῦτο γὰρ τῆς πεύκης καὶ παχύτερον, καὶ λειότερον, καὶ ὑψηλότερον εἶναι. *piceæ namque magis conspicuum ac eminentem caudicem esse, lævem, magnum, in opere fabrili utilem: ut pote qui crassior, levior, procerior, quam pino sit.* Quis non videt, in vulgatis codicibus τήν τε λεπτότητα malè scribi? Quomodo evidentiorem caudicem, pino crassiorem, & proceriorem habere potest; & tamen gracilitatem habere? Hoc cum animadverteret, Gaza verba hæc, *ut pote qui gracilitate non careat*, parenthesi inclusit. Magna oportet arbor sit picea, quæ ipsum pinum magnitudine vincat. Malè ergo scribit Plinius, piceam minus altam quam laricem. Puto scriptum fuisse, *picea magis alta;*

alta, quam larix. Nam quod Theophraſtus hoc capite de pino, id de larice Plinius. Gaza ἐν ταῖς ἐργασίαις ἄχρηστον legit. Quomodo in opere fabrili inutile lignum, craſſum, leve, procerum, eſſe poſſit, non video. Ipſe Theoph. libr. 5. cap. 8. piceæ lignum, ad naves, domos, utile ſcribit.

Καὶ τὰ μὲν φύλλα &c. Scribe. καὶ τὰ φύλλα τὴν μὲν πεύκην ἔχειν πολλά, καὶ λιπαρά, καὶ δασέα, καὶ κεκλιμένα. Id eſt, *præterea pini folia multa, denſa, pinguia, inflexa eſſe*: Plin. loc. cit: *ſed picea magis alta, quam larix, hæc craſſior leviórque cortice; folio villoſior, pinguior, denſior.* Vides Plinium δασέα legiſſe, non βαθέα, ut in vulgatis ineptè legitur. quæ, & ubi, alta ejus folia?

Κωνοφόρον. Heſych. κωνοφόρον στροβιλοφόρον. Suidas κωνοφόροι. θυρσοφόροι· κῶνος δὲ λέγεται ὁ βοτρυοειδὴς τοῦ στροβίλου καρπὸς. ὃν ἐφόρουν αἱ γυναῖκες βαστάζουσαι ἐν ταῖς τοῦ διονύσου ἱεροῖς. id eſt, *conoferi, thirſigeri. conos autem dicitur ſtrobili fructus racemoſus. quem in Bacchi ſacris geſtabant mulieres.* An igitur conos & ſtrobilos res eadem? Supra diximus, ſolam πεύκην στρόβιλον ferre, conum fert picea. Dicendum, piceam conum quidem ferre, ſed ſtrobilos in iis non contineri edules; nec ſtrobilos, ſed πιτυΐδας, fructus in iis contentos, vocari, in fructu reſiniferarum, pini potiùs dixerim. Tria ſunt obſervanda, ac diſtinguenda: pomum ipſum, ſive fructus integer; qui Theoph. κῶνος libr. 1. de cauſ. cap. 23. lib. 1. hiſt. cap. 18. pomum Cybeles Martialis vocat. 2. contentus intus fructus. ἤγουν καρπὸς, κόκκαλον, ὀστρακίδες. πιτυΐδα vocant. 3. Id quod nucibus incluſum eſt, atque editur, στρόβιλον appellant, nucleos pineos Plinius. Sed hæc obſervare non ſolent ipſi Græci. Gal. com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. acut. ὁ μὲν γὰρ κόκκαλος ὑπ᾽ αὐτοῦ λελεγμένος, οὐχ οὕτως, ἀλλὰ κῶνος μᾶλλον ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἑλλήνων ὀνομάζεται, καθάπερ ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν σχεδὸν ἁπάντων στρόβιλος. *Coccalus enim ab eo dictus, non ſic, ſed potius conos antiquis nominatur, quemadmodùm à recentioribus medicis* στρόβιλος. Idem in exeg. κόκκαλον οἱ μὲν πλεῖστοι τὸν πυρῆνα τοῦ στροβίλου. διοσκουρίδης δὲ, τὸν κνίδιον κόκκον, ὑποκοριστικῶς. Hoc eſt *coccalum plerique nucleum nucis piceæ accipiunt. Dioſc. verò* apud Hippocr. *diminutivè granum cnidium intelligi contendit.* Idem lib. 7. ſimp. κώνου καρπὸς, ὃν δὴ καὶ κόκκαλον ὀνομάζουσι, καὶ στρόβιλον, ὅλος μὲν χλωρὸς, &c. Heſych. κόκκαλος, ῥόμβος, στρόβιλος, πεύκη. Gal. lib. 2. aliment. facult. εὔχυμος, καὶ παχύχυμος, καὶ τρόφιμός ἐστιν ὁ τοῦ κώνου καρπὸς, οὐ μὴν εὔπεπτος: καλοῦσι δὲ οἱ νῦν ἕλληνες, οὐ κώνους, ἀλλὰ στροβίλους αὐτούς. *nux pinea boni ac craſſi ſucci, multùm, nutrit, non tamen facilè coquitur, appellant autem nunc Græci ipſum non* κῶνον, *ſed* στρόβιλον. Vides admodum variare Græcos in nomine fructus pini piceæque. Doctè & eleganter Mneſitheus Athenienſ. medicus περὶ ἐδεστῶν. ὀστρακίδας appellabat. ὀστρακίδας, inquit Athenæus lib. 21. καλεῖ τῶν κώνων τοὺς πυρῆνας, ἔτι δὲ κώνους, id eſt, *ſtrobilorum nucleos, quos etiam vocabat* κώνους. Si originem ſpectes, ὀστρακίδας q. d. teſtulas. Eleganter vocaveris opercula illa, ſub quibus in ſtrobilo latent ſinguli nuclei. Theophraſtus, ut dixi, totum fructum κῶνον vocat; quod ipſum teſtatur Athenæus θεόφραστος δὲ, τὸ μὲν δένδρον πεύκην ὀνομάζει, τὸν δὲ καρπὸν, κῶνον. Theophraſtus *arborem peucen nominat, fructum Conum:* nonnulli κώνους, στροβίλους, κοκκάλους, cum epitheti acceſſione diſtinguunt. Dioſc. lib. 1. cap. 87. ὅλοι δὲ οἱ στρόβιλοι ἀπὸ δένδρων πρόσφατοι, θλασθέντες. *toti autem ſtrobili ab arboribus decerpti, ac recenter contuſi.* Idem eodem cap. στρόβιλοι δὲ καθαροὶ ἐσθιόμενοι. *ſtrobili ſi repurgati edantur.* Andromachus, & Aſclepiades, lib. 6. κατὰ τόπους, στροβίλους κεκαθαρμένους vocat. Idem apud Ætium, lib. 8. cap. 46. legitur. καθαροὺς στροβίλους appellant, eſculentos ſtrobili nucleos, non tantũ à lacunatis toris, quibus includebantur liberatos; ſed etiam à putamine, ac ſua etiam cute, ſeu ferriginea tunica, qua quidem immediatè tegebantur, nudatos. Supra dixi, πιτυΐδας vocari piceæ nucleos, pini ſtroblilos. Hoc improbare videtur Dioſc. lib. 1. cap. 87. πιτυΐδες δὲ καλοῦνται, ὁ καρπὸς τῶν πιτύων, καὶ τῆς πεύκης ὁ εὑρισκόμενος ἐν τοῖς κώνοις. *pityidum nomine picearum & pinorum fructus appellantur, qui in conis reperiuntur.* Locus hic multis ſuſpectus: putant enim verba illa τῆς πεύκης, aliunde in contextum irrepſiſſe. Et meritò, inquiunt alii: quid enim πιτυΐδες aliud ſignificare poſſunt, quam τῶν πιτύων καρπὸν, id eſt, *picearum fructum*, ut στρόβιλοι de quibus cap. ſequenti idem ſcriptor agit, τῶν πευκῶν *pinorum.* Mendum ſi eſt, admodũ antiquum eſt; nam in omnibus etiam antiquiſſimis vox hæc reperitur codicibus. Malunt alii, ex nominis permutatione, quod πεύκης Arcadibus picea, & πίτυς pinus ſignificet, accidiſſe. Vtcunq; ſit, reprehendit tacitè Dioſcoridem Galenus, quod pini piceæque fructus ſic vocari tradiderit. Locus eſt lib. 8. ſimpl. πιτυΐδες, ὀνομάζεται δὲ οὕτως ὁ καρπὸς τῶν πιτύων· ἔνιοι δὲ καταχρώμενοι, καὶ τὸν τῆς πεύκης ἐσαύτως προσαγορεύουσι. id eſt *πιτυΐδες ita nominatur fructus piceæ. at quidam per abuſum, ſimiliter quoque pini fructum nuncupant.* Inter quos videtur eſſe Diſcorides. Nec dubium, alios etiam Græcos, quorum libri perierunt, idem tradidiſſe. Corruptus ergo codex Dioſcoridis non eſt, nec verbum πεύκην à ſciolo temerè additum.

Picea.




Piceo folia pauciora, ſquallidiora, horridioraque quam pini ſcribit. Hæc ſatis oſtendunt, vulgatam piceam non eſſe πίτυν. Vulgaris picea arbor procera eſt, ſtipite recto, non minùs quam abies, procero cortice, nigricante, lento, & lori modo flexili, non, ut abietis, fragili. Arbor hæc multis ramis luxuriat, non ſolùm quidem circa verticem ſed multo inferiùs, ac etiam infra trunci medium, qui reflexi terram verſus nutantes, non rarò dependent. folia auguſta ſunt; non qualia pini, ſed breviora, latioraque, abietis ſimiliora; quibus tamen nigriora, latiora, molliora, teneriora que; quæ etiam non orbiculariter, ut abietis, teneriores virgulas conveſtiunt; ſed ex duobus tantummodo ſibi oppoſitis lateribus, frequentia admodum, denſaque exeunt, veluti taxo; cujus folia ſatis æmulantur. Majo menſe fert in extremis ramis ſingulares julos, oblongos, ac rubentes, forma palleſcente plenos; deinde conos, mollibus ſquamis imbricatim compoſitis conſtantes, purpuraſcentes, dum novelli ſunt, ac primùm nati, deinde paulatim in longitudinem excreſcentes, quæ in maturis ſeptem aut octo vnciarum eſt, ſub quibus exiguum alatum ſemen, pinaſtro ſimile, fovetur. Picea Theophraſti conos fert pino minores, hæc majores. Folia ſqualidiora, horridiora, & pauciora picea Theophraſti habet: hæc plura, latiora, & molliora. Picea candidius gerit lignum, ut ſcribit Theophraſtus: hujus materies rubra magis quã pini; *rode denn boom* Belgæ, id eſt, abietẽ rubram vocant. Sub corcice, proximè ligno, reſina colligitur, quæ quandoque effluens, larignæ ſimilis apparet: in ſylvis Bohemiæ, ac Germaniæ, juxta pinaſtros & abietes, ſæpe hæc reperitur. accepi annò 1633. ex Norwegia. Non deſunt, qui abietem maſculam Theophraſti putant. horum opinionem mox examinabimus.

Καὶ γὰρ τὴν πίτυν ἔχειν ὀλιγόφυλλον τε καὶ πικρὰν. in Ald. & Baſ. μικρὰν. Exſcribentes cum ignorarent, qua ratione pix amara dici poſſet, mutarunt πικρὰν in μικρὰν. πικρὰν intellige, de odore ingrato. Sequitur enim, τὴν δὲ πεύκην εὐώδη, καὶ πολλήν. de odore vocem πικρὰν, quandoque accipi, alibi probatur.

Πεύκην μὲν γὰρ ἐπικαυθεισῶν τῶν ῥιζῶν, &c. Plinius lib. 16. cap. 10. *larix uſta radicibus non repullulat, picea repullulat, ut in Leſbo accidit, incenſo nemore Pyrrhæo,* τὴν πεύκην ineptè

eptè vertit laricem. Alibi sapinum vocat pinum, quę cęsa regerminat: sapinum, piceam sativam, quæ cæsa nun-

Iulus perfectus. Iuli.



Laminæ ligulæ nucleus & semen. Ramulus cum foliis veteribus ac novis.

quam pullulat. Locus est lib. 16. cap. 12. *Inter hæc genera proprium quidam fecêre sapium, quoniã ex cognatione earũ seritur: qualis dicta est in nucleis. Ejusque arboris imas partes, tædas vocant; cum sit illa arbor, picea, feritate paulum mitigata satu; sapinus autẽ materies cæsarum è genere fiat, sicuti docebimus.* Multa hîc annotanda & consideranda. *Sapium.* lege ex meliori codice, *sappinum*; quæ lectio confirmatur Vitruvii, & aliorum auctoritate. Glossæ, *sappinus* πύκη. *sapinus* πίτυς. Dicat imas partes sappini tædas vocari; cum sapinus nihil aliud sit, quam picea sativa. falsum, ait doctiss. Salmas. nec enim imæ partes sappini tędæ vocatæ, sed illæ maximè ἰσδᾳδα. Nam, ut scribit, Theoph. hoc cap. & lib. 4. cap. 2. ἁπάσαι ἰσδᾳδ☉ πεύκη τοῖς ῥίζαις. Non igitur tæda vocata pars ima sappini; sed ea ἰσδᾳδ☉ μάλιστα. Quod ait, *qualis dicta est in nucleis*, id est, capite de nucleis, ac nucibus pineis: Nam lib. 15. cap. 10. De nucum pinearum generibus, sapineæ nucis meminit his verbis. *Tertium genus sappineæ è picea sativa, nucleorum cute veriùs, quam putamine, adeò molli, ut simul mandatur.* Sappinus ergo picea sativa. Falluntur botanici, qui sappinum arboris speciem negant, statuuntque sappinum, Plinii auctoritate decepti, inferiorem ac enodem partem caudicis abiegni. Tradit. enim lib. 16. cap. 39. *Abietis, quæ pars à terra fuit, enodis est; hæc, quã diximus ratione fluviata, decorticatur, atque ita sapinus vocatur.* Corruptus Plinii codex, sapinea non sappinus appellata est pars inferior abietis enodis. Sic vocabatur pars hęc abietis, quod enodis esset, ut sappinus. Vitruvius lib. 2. cap. 11. *Ima autem, cum excisa quadrifluviis disparatur, ejecto torulo ex eadem arbore, ad intestina opera comparatur, & sapinea vocatur.* Idem Vitruvius de larice. *Materies earũ prolixa, tractabilis ad intestinum opus, non minùs quam sapinea.* sapinea pars inferior caudicis abiegni, *sappinus picea sativa, quæ cæsa nunquam regerminat.* Rectè ergo Bellonius sappinum arborẽ dixit. Vitruvius, (è quo ad verbum quæ de sappino habet Plinius, descripsit,) lib. 1. *Namque non omnibus locis arenæ fossititiæ, nec sementorum, nec abietis, nec sappinorum, nec marmoris copia est, sed aliud alio loco nascitur. inopia abietis aut sappinorum vitabitur, utendo cupresso, populo, ulmo, pinu.* Antiquiss. Romanor. Varro. lib. 1. cap. 6. *Quædam in montanis prolixiora nascuntur ac firmiora, propter frigus; ut abietes & sappini.* Columella. lib. 12. cap. 5. *Alii nucibus sappineis idem faciunt.* Plinius cap. 34. lib. 16. *Prælum è sapino atra potissimum facito, ulmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiem omnem cum effodies, luna decrescente, eximito post meridiẽ, sine vento Austro.* Apud Catonem cap. 31. scribitur. *prælum è sappino atra potissimum fato, aut ulmeam, aut pineam, vel nuceam.* Scripsit ergo Plin. *prælum è sappino atra potissimum facito, aut ulmeam, aut pineam, vel nuceam, hanc atque aliam materiem &c.* Redeo ad primum Plinii locum. *Materies cæsarum è genere fiat.* In optimo Thuanæo scriptum testatur doctiss. & nobiliss. Salmas. *sapinus autem materies cæsa regenere fiat.* Ex hoc codice idem corrigit, ac scribit; *sapinus autem materies cæsa regenere fiat*, sicut docebimus; Hæc doctiss. Salmasii correctio; Non ineptè locus hic restitui potest ex optimo Salmanticensi codice; in quo, teste Pintiano, scriptum est. *sapina autem materies cæsare generescit.* Scribe, & restitue, *sapina autem materies cæsa regnerascit.* id est, de novo nascitur, ἀναβλαστάνει. Theoph. πεύκη γὰρ ἐπικαυθεισῶν ἐκ ῥιζῶν οὐκ ἀναβλαστάνει. τὴν πίτυν δὲ φασί τινες ἀναβλαστάνειν. Insignis locus; ex quo planè constat, Plinium distinguere sappinum (velut in aliis codicibus legitur sappium) & sapinum. Sappinus vel sapius piceæ sativæ species, ut sapina materies, vel sapinus, si deleatur ut pinus, cæsa regenerascit, hoc est, ἀναβλαστάνει. Ergo sapinus species est pinus, quæ cæsa regerminat; sappinus verò picea sativa, quę cęsa repullulat.

Νόσημα δὲ τῆς πεύκης. Plin. lib. 16. cap. 10. laricis morbus est, ut tæda fiat. Quod de pino Theophrastus, de larice Plinius. Ignoravit prorsus quid esset δᾳς, ἰσδᾳδ☉, δᾳδοῦχ, Tædam quidem interpretatur, sed ubique ferè pro arbore accipit. cap: jam citato. Sextum genus est tæda propriè dicta, abundantior succo quam reliqua, parcior liquidiórque quam picea, flammis ac lumini sacrorũ etiam grata. Sic cap. 18 ejusd. libri *Montes amant cedrus, larix, tæda, & cæteræ, ex quibus resina gignitur.* Cum ergo morbum laricis tędam ait, vult laricem in aliam speciem, hoc est tædam arborem transfigurari. Non docet Theophrastus pinum mutari in aliam arborem, sed morbum pati cui nomen δᾳς, cum tota in succum vertitur, & materiem illam resinosam, undè δᾳδες fiunt: quod illi accidit, ob nimiam alimenti copiam. Vide cap. 2. lib. 9. & c. 15. Lib. 6. de caus. Ubi rationem reddit, cur hoc morbi genere resiniferæ laborent. Latinis tæda dicitur fax è lignis constrictis & concisis, piceque oblitis. Virg. Æneid. 6.

Diripuêre focos, piceum fert fumida lumen
Tæda, & commistam Vulcanus ad astra favillam.

Æneid. *Sic effata facem juveni conjecit, & atro*
Lumine fumantes fixit sub pectore tædas.

Apulejus. *Lucernis, tædis cereis, & alio genere, fidis luminis.* Cererem Deam tædiferam Poetæ vocant, quod tædas inflammaverit in perquirenda filia Proserpina, à Plutone abrepta.

Obid: lib. 4. fast.

Illic accendit geminas pro lampade pinus
Hinc Cereris sacris, nunc, quoque tæda datur.

Lustrales faces, ex tæda, lignisque pice obductis fiebant, quas Claudianus sexto consulatu Honorii elegantiss. his versibus describit.

Lustralem sic triste facem, cui lumen odorum
Sulphure cæruleo, nigróque bitumine fumat,
Circùm membra rotat, doctus purgando sacerdos,
Rore pio spargens: & dira fugantibus herbis
Numina, terrificúmque Iovem, triviámque precatus
Trans caput aversis manibus jaculatur in Austrum
Secum rapturas cantata piacula, tædas.

Accipitur etiam tæda pro nuptiis, vel pro ipso conjugio. Mos enim in nuptiis antiquorum erat, ut, quemadmodum Varro inquit, faces & tædæ semper præirent; quod olim non nisi per noctem nubentes ducebantur à sponsis. Virg. 4. Æneid.

Si non pertæsum thalami, tædæque fuisset.

Tæda quæ ex lignis diversis confecta erat, & quę vel naturali pinguedine, vel oleo, piceque illita, faculæ modo lucebat, Græcis πεύκη & γρᾴδιον dicebatur. Athenæus lib. 15. ἀμείψας δὲ γράδιον τὸν φανόν. φιλόχ☉ δὲ ὅτως ἐξηγεῖται ταύτην τὴν λέξιν, γράδιόν ἐστι τὸ φρύγανον, ἢ δρύινον ξύλον, ὃ σχιζόμενον καὶ καταχεόμενον ἐξάπτεσθαι, καὶ φαίνειν τοῖς ὁδοιπόροις. *Amerias phanon appellat grabium. hujus vocabuli significatum sic exponit Seleucus. grabium ex Ilice aut quercu lignum est, quod contusum, & fissum accenditur, ut ambulantibus præluceat, & viam monstret. Eodem loco* ἄλλοι δὲ φανον, φασὶν λέγεσθαι τὴν λαμπάδα, οἱ δὲ τὴν ἐκ τινων ξύλων τετμημένων δέσμην. *Alii phanum volunt esse facem. alii ex dissectis lignis quibusdam fasciculum.* paulò infra. πεύκας δὲ ὀνομάζεται τὸ διακεκομμένον ξύλον, καὶ συνδεδεμένον *panum dissectum lignum & colligatum nuncupant.* Tæda, de qua nobis sermo, pini ac coniferarum morbus, neutiquam arbor, ut Plinius tradit. Placet quibusdam Plinium tædam pro pinu ponere. contrarium apud probatiss. semper legi auctores; pinum sc. pro tæda poni. Virg. lib. 8. Æneid.

Ipsa inter medias flagrantem fervida pinum
Sustinet. Idem in Ceiri.
Pronuba nec castos accendet pinus honores.

Varro, cujus hæc sunt verba, *confluit mulierum tota Roma, qua noctu nubere solita, etiã nunc pinea fax indicat.* Aristoph. ἐκφέρετε πεύκας κατ᾽ ἀγάλματα φωσφόρους. Tædã pro pinu, quod sciam, dixit nemo. Idem esset, ac si quis domũ, vel navem pro pinu ac alno diceret, quod frequenter naves ex alno pinóque fabricentur. Sed frivola præterea


P hæc

hæc excusatio videtur: Nam uno eodemque capite omnes arbores coniferas per genera describit: & primum genus facit pinum, sextum, tædam. Quomodo igitur tæda pro pino scripta? Aliorum sententia est tædam ὁμωνύμως accipi oportere pro arbore, & pinguibus pini, pinastri, ac reliquarum resiniferarum assulis: necillam tædæ significationem ignorasse Plinium, cum eo ipso loco scribat, laricis morbum esse, ut tæda fiat. Mirum igitur nemini videri debet, tædam m[illegible] pro arbore, re, modo pro pinguibus pinorum sumi assulis. Vt nec, flammis ac luminibus sacrorum tædam arborem gratam fuisse. Cum ex ea, velut ex aliis id genus, resina fluat, lignumque ejus, ut cęterarum, pingue & resinosum in tædam vertatur, idque propterea Romani domi & in sacris accenderent. Probatum aliquem monstrent auctorem, apud quem tęda pro arbore ponatur, & fidem habebo; somniis, vanis, frivolis imaginationibus & figmentis non fido. Malè πεύκην tędam vertunt. Nam non tantum pinus tędam patitur, sed etiam aliæ arbores, quę resinam fundunt, ut docet Theoph. lib. 4. cap. 6. πεύκη δὲ καὶ ἐλάτη, καὶ πίτυς ἐστὶν ἔτι, καθ' ὅλως οὐδὲν δᾳδοῦται. Cur propriè hoc pino eveniat lib. 6. de caus. docet. Tæda ergo res communis pino, piceęque; nec arboris speciale nomen, sed res pertinens ad omnes πιτυώδεις arbores, quę tædam habent, quam Græci δᾷδα vocant.

Hactenus de pino & picea; transit ad abietem, eamque marem ac fœminam scribit. Abietis historiam hac occasione enarrabo. Abietem Belgę witte denne-boom/ & maste-boom vocant; quod mali instar in altum rectumque abeat; vel quod ex ea navium mali fiant. Grecis ἐλάτη vocatur, παρὰ τὸ ἐλᾶν, ὅ ἐστιν εἰς ὕψος ἀνατείνεσθαι quod in pręcelsam proceritatem assurgat, ad quod attendens Homerus Odyss. ε. ἐλάτη οὐρανομήκης dixit *ad cœlum se extendentem, cœlum suâ proceritate tangentem.*

Κλήθρη τ' αἴγειρός τ' ἐλάτη τ' ἦν οὐρανομήκης *alnúsque, populúsque abiésque in cœlum pertingens.* Latinis eadem de causa abies dicitur, quod in cœlum seu altum abeat, id est in altitudinem longiùs eat, quam cęterę arbores. De variis significationibus vocis ἐλάτη egi cap. de palma. Vocatur etiam arbor hæc σπάθη, quod folia habeat σπάθῃ ensi similia. Abietis pars inferior sapinea appellatur superior fusterna Plin. lib. 16. cap. 39. *Abietis quæ pars à terra fuit, enodis est: hæc, qua diximus ratione, fluviata decorticatur, atque ita sapineus vocatur superior pars nodosa, duriórque fusterna.* Fusterna dicebatur, quia nodosa, ut solent esse fustes & baculi crebris nodis, ut plurimum asperi. De abiete plura sparsim tradidit Theophrastus. Quę inter hanc & pinum differentia, lib. 5. cap. 2. docet, quò lectorem mitto.

Abies.




ἀδιαφορώτερον γὰρ &c. Plin. lib. 16. cap. 10. *Abies è cunctis amplißima est, & fœmina etiam prolixior: materie mollior* (εὐεργέστερον Theoph. *operibus facilior.*) *utiliorque, arbore rotundior, folio pinnato, densa, ut imbres non transmittat, atque hilarior in totum. folio* inquit, *pinnato.* Magnę deberentur Plinio grates, si locum hunc Theoph. integrè exscripsisset. In Ald. & Bas: cod. legitur ἔχει δ' πτέρυγας τὸ φύλλον, καὶ ἐπ' ἔλαττον, ὥστε τὴν ὅλην μορφὴν εἶναι θηλοειδῆ, καὶ παρόμοιον μάλιστα τοῖς βοιωτίοις κυανίοις. Gaza legit κυάθοις. lege ἔχει δ' ὥσπερ πτέρυγας τὸ φύλλον, καὶ ἐπ' ἔλαττον, ὥστε τὴν ὅλην μορφὴν εἶναι θολοειδῆ, καὶ παρόμοιον μάλιστα τοῖς βοιωτίοις καμάραις. id est *abieti folia pinnarum modo quæ avium alas componunt, in breviora foliola continuantur, aliis super alia jacentibus, & impositis, ita compacta, ut minora & breviora, perpetuò sint posteriora; quæ versus cacumen spectant, ea figura testudinem referente, simillima Bœotorum fornicibus.* Sic lego & expono, cũ doctis. Lugdunensi, qui an Dalecampius, an alius quis, asserere nequeo. θόλος Grę cis dicitur camera ædificii, quæ altiùs crescens rotunda forma in fastigiatum cacumen desinit. Vel, ut Hesych. tradit, domus est tectum habens in acutum fastigium desinens.

Abietis particulæ supra descriptæ.



θόλος περιφερὴς οἶκος ἐκ δόκων εἰλημμένος, ἢ τῆς σηπίας μέλαν. θόλος κυρίως μὲν καμάρα. καταχρηστικῶς δὲ οἶκος εἰς ὀξὺ ἀπολήγουσαν ἔχων τὴν στέγην κατεσκευασμένος. ἢ ὅπου οἱ πρυτάνεις καὶ ἡ βουλὴ συνεστιῶντο. θηλυκῶς δὲ ἔλεγον τὴν θόλον· καὶ τόπος ἐν ᾧ τὰ συμποτικὰ σκεύη ἀπόκειται. *Tholus domus rotunda ex testis concepta. aut sepiæ nigrum. Tholus propriè camara, impropriè domus, recto in acutum desinente, prædita. vel locus, in quo* πρυτάνεις *& Senatores residere solent. In fœminino genere dicunt* τὴν θόλον, *& est locus in quo vasa convivalia imponuntur.* Varro de Re Rust. lib. 3. cap. 5. *Inter eas piscinas tantummodo accessus semita in Tholum, qui est ultra rotundus columnatus.* Tholi itaque forma οὐρανοειδής. Propterea dicebat Dio Libr. 53. Panthæum quod Romæ Agrippa condidit, θολοειδὲς ὂν τῷ οὐρανῷ προσεοικέναι, Pantheum Hemisphærio tectũ, hoc est, circulata camera, inq; medio Hemisphærio lumen ad circinum factũ. Hujusmodi formā non ostendunt particularia abietis foliola, sed, ut rectè monet Rob. Constantinus, eorum in singulis ramulis, surculisve tota series pectinatim disposita. Abies excelsa & procera admodùm arbor, pino procerior immò omnium coniferarum, dempta cedro, altissima, caudex ejus rectus, cortice foris cinereo, intus verò subalbido; qui suam resinam refert, odore ac sapore idem: si flectatur, facilè frangitur. Enodis inferiùs, crescendo in altitudinē progreditur, naturali contractura peræquata ad summum usque: circa quod ramos promit, ex eadem caudicis parte simul, quaternos, ex adverso ita sitos, ut decussim imitentur; è quatuor caudicis lateribus erumpentes; tali ad fastigium usque ordine observato. Ab his vero ramis & alii exeunt, sed bini tantummodo laterales, sibi mutuo oppositi, qui subinde deorsum nutant, reliquis sursum magis reclinatis, ad instar ferè Hemisphærii, hunc que ordinem servant, ut inferiores superioribus sint paulò longiores. Folia ramulos, ac eorum propagines, nullo ordine digesto, circundant, oblonga, teretia, & leviter mucronata, angustiora, albidioraque multò quam piceæ, diluto videlicet & quasi albido colore virentia; coni oblongi sunt, & longiores quam ullius coniferæ, mollibus compacti squamis, ab extremis virgulis deorsum dependentes; qui

Abietis particulæ, quibus addendus ramulus, cum foliis veteribus ac novis.



nec facilè decidunt, sed diutissimè in arbore hærent. Coccali in his exigui, nuclei ossis cerasi non majores, adnata una parte membrana, alis apum aut grandiorum muscarum ferè persimili. Materies ligni albida est, & ex multiplici tunica contexta, veluti cępæ balbus. Similes admodum arbores, picea supra descripta, & abies sunt: adeo, ut etiam sæpius fabros lignarios fallant. siquidem eadem ambabus ferè proceritas, utraque iisdem est foliis, oblongis, densis, duris: amborum ramuli prodeunt crucis in morem, à duorum duntaxat ramorum lateribus exeuntes; quod & foliis evenit. Veruntamen hoc tantùm discriminis in se habent, quod abiegna folia sunt longè candidiora, magisque pungentia, minùs levia, angustiora, & duriora; contra piceæ nigriora, paululùm latiora, læviora, molliora, magis obtusa. Præterea piceæ cortex nigrescit, tenax, ac lentus, lori modo flexilis, abietis ferè albicat, & si flectatur, ut jam dixi, facilè perfringitur; Piceæ rami plerumque ad terram flectuntur; contra abietis sursum curvantur. Denique ligni materies piceę multò speciosior, ac etiam utilior: habet enim venas rectiores, minusque nodosas. Ex abietis cortice liquida quædam resina colligitur, laricex consistentia assimilis, sed magis transparens; amaricans, & sapore citrii mali corticem proximè referens, quæ in tuberculis nonnullis corticis, non quidem vetustiorum, sed novellarum abietum continetur. Ex quibus, non nisi vulneratis, eximitur. Sponte enim non profluit. Fert & aridam resinam abies, quæ circa corticis rimas vel abscissos ramos veterum arborum reperitur, vel etiam sub ipsis corticibus. Est & altera quædam abietis species, quam Bellonius in lib. de arbor. coniferis ostendit, conis non dependentibus, sed sursum erectis. Hanc legitimam esse abietem, & marem dici posse existimat. Alia tamen Caroli Clusii opinio, piceam supra descriptam ἐλάτην ἄῤῥενα esse, hoc est abietem masculam. Non omittenda differentia, quæ in abietis fœminæ, sive vulgatæ foliis reperitur. Folia plana in junioribus & bifido mucrone conspicua, supernè viridia, aversa parte cineracea, & utrimque in ramulis veluti pectinatim disposita, ita ut totus ramus complanatus, & compressus videatur. In vetustis arboribus hunc foliorum ordinem (nisi fortè in tenellis ramis) non licet observare. Rigidiora enim, magisque obtuso mucrone, licet pungenti redduntur. Adulta abies circa majorum ramorum extremos quasi surculos, in singulorum foliorum alis, prona parte, exigua quædam nucamenta interdum fert, è quibus singulares brevesque juli emergunt, qui deinde in flosculos permutantur, quales lib. I. descripsit Theophrastus. Perdurant ea nucamenta in alterum nonnunquam annum. Reperitur abies in montibus frequens, & in iis, ut ait poeta, præstantissima, in Germaniæ ac Bohemiæ sylvis satis frequens. Descendit etiam ad plana, neo horti culturam spernit.

Διαφέρει δὲ κατὰ τὸ ξύλον. &c. Docet in quibus pinus & abies differant. Verba Theophrasti adeo luculenter à Magno Scal: exponuntur, ut supervacuum foret, quicquam iis addere; nec pigeat videre doctiss. Constant. notas.

Καὶ ἡ ἐλάτη τὸ λευκόν. Plin. lib. 16. cap. 34. *larix fœminam habet* (hęc supra examinavi) *quam Græci vocant ægida, mellei coloris. Inventum est pictorum tabellis immortale: nullisq; fissile rimis, hoc lignum proximum medullæ est, in abiete leuson Græci vocavere.* Vel Plinii, vel Theophrasti codex corruptus. Theophrastus λευκόν & λεῦσον. leuson Plinius. Puto Latini auctoris codicem depravatum. Reddit rationem Theophrastus cur λευκὸν dicatur; quod χρῶμα sit λευκῷ, *colore albo*. λεῦσον idem vocari scribit. Nominis vestigia etiamnum hodie supersunt. Nam Iuræ montis lignatores abietis utriusque candidissimos truncos non nodis interceptos, sed recto venarum cursu fluviatos, & ad opera intestina faciles, nunc louchon, non ouchon vocant. Latini, ut docet Robert. Constanti. λευκὸν *alburnum* vocarunt. Vide quæ supra de ægide diximus. & notas Constant.

ὀξύη Gaza *scissimam* vertit. Hanc cur coniferis subjungat Theophrastus, non video. Rectiùs glandiferarum Historiæ subjunxisset, quod castaneæ modo, nucleos edules, echinis contectos, habeat; & sæpius in sylvis inter glandiferas reperiatur. ὀξύαν *scissimam* vertit Gaza, quod facilè in laminas findatur. ὀξύα vel ὀξύη Græcis dicitur, quod folium habeat ἐξακανθίζον ἐξ ἄκρου, & εἰς ὀξὺ συνηγμένον. Non satis inter recentiores convenit, quæ planta ὀξύα dici debeat. Alii cerrum Latinorum, & ὀξύην Græcorum eandem arborem volunt, idque ex fructu utriusque, ut scribunt, constare. Theophrast. de fructu oxyæ. ὁ δὲ καρπὸς λεῖος, βαλανώδης, ἐν ἐχίνῳ &c. Plin. lib. 16. cap. 6. de glande cerri. *Cerrò tristis & horrida, echinato calyce, ceu castanea.* Echinatum habet calicem: hoc est, echinum tristem, & horridum, sed non aculeatum, ut castanea. Dulcissimam esse cerream glandem, docet apud Plinium Nigidius: talem esse & ὀξύης καρπὸν, dicit Theophrastus; qui tamen inter genera glandiferarum eam non recenset, sed μονογενῆ esse ait. Latini verò cerrum, qui est ὀξύη, generi τῶν βαλανοφόρων adscripserunt, propter fructum βαλανώδη. Nam & castaneas Græci propter id huic eidem generi accensent, & βαλάνους vocant. Veteres habent glossas, qui cerrum ὀξύην exponunt. Fateor plures communes notas habere cerrum & oxyan: attamen, eandem arborē esse, nego. ὀξύης materiem Theophrastus firmam, nervosamque ait. cerrum Plinius celeriter marcescere; quod etiam tradit Vitruvius. Præterea cerri jam receptæ fructus, castaneæ instar, calyce non includitur, sed, ut cæterę glandes quercuum, inhæret tantùm. Folium habet eadem cerrus piro planè dissimile, non ἀχράδος, vel, ut vulgo, ἄχραδος, nec ut Gaza, ἀχράδες. Alii fagum vulgo dictam oxyan volunt. Supra, ubi de fago nobis sermo, dixi, Plinium φηγοῦ id est *fagi* & ὀξύης historiam confundere: An fagus vulgaris oxya, ex iis quæ dicturus sum facilè percipiet Lector. Sed Theophrasti verba prius examinanda & exponenda, ante quam certi quid concludi potest. ὀξύη vocari scribit Hesych. si non sit mendum, ὀξεῖα. ὀξυοίτη, ὀξεῖ. ἡ ὀξύνη. ὀξεῖα δὲ εἶδος δένδρου. Lidi teste Strabone Lib. 12. Geograph. μυσὸν vocarunt. ἐτυμολογοῦσιν καὶ τὸ ὄνομα τὸ τῶν μυσῶν. ὅτι τὴν ὀξύαν οὕτως ὀνομάζουσιν οἱ λυδοί. πολλὴ δ' ἡ ὀξύη κατὰ τὸν ὄλυμπον, ὅπου ἐκτίθεσθαι φασὶ τοὺς δεκατευθέντας. ἐκείνων δὲ ἀπογόνους εἶναι τοὺς ὕστερον μυσούς, ἀπὸ τῆς ὀξύης οὕτω προσαγορευθέντας. *qui & rationem nominis Mysorum reddunt, quod Lydorum lingua, arbor oxya, mysus vocatur, quæ juxta Olympum copiosa nascitur, ubi expositos esse ajunt decimatos, quorum progenies sunt Mysi, sic ab oxya arbore dicti.* ὁμογενῆ ait esse. cum paulò infra in montibus & campestribus nasci scribat; ac quidem in montibus natam materia candida constare, ad multa utili: in campis verò materiem habere nigram, minùs utilem. μονογενῆ dicit, quod maris fœminæque differentiam, non agnoscat, non quod differentiam nullam admittat. ἄνοζον quomodo accipi debeat supra lib. I. exposuit. Scribe cum Robert. Const. κατ' ἄλλα δὲ &c.

Quæ de arboris facie, ligno, cortice scribit, conveniunt fago vulgari. Procera admodum arbor est, abieti ferè æqualis, crasso, recto, magnoque assurgit caudice, in orbem non rarò latè comosa, multis ramis brachiata. Trunci cortex lævis, interior verò materies, spissa, dura, candida, sed non admodum firma, ad multa, & varia, utilis. Nisi senio arbor confecta sit: tum enim, sicut durissimæ etiam quercus nonnullæ, cavatur; ita ut si aliud domicilium non suppetat, commodè in ejusmodi cavernis arboreis, habitare queas. καὶ παχύφυλλον, inquit, Theophrast. Theodor. καὶ παχὺ φύλλον. δισχιδὲς. Gaza δισχιδὲς *bifidum*. Non memini me vidisse tale folium. Scribo cum Const. ἀσχιδὲς continuum, individuum, non fissum. Utitur hac voce infra cap. 14. ubi ulmi folium individuum ait, leviter serratum. Sequitur προμηκέστερον ἀπίου *oblongius quàm pyro*. Certè pyri paulò rotundiora videntur, & sunt. καὶ ἐξακανθίζον ἐξ ἄκρου. Nullis spinis prædita fagus. Ingeniosum quod de voce ἐξακανθίζον scribit doctiss. Constant. Sed an eo sensu scripserit Theophrastus hæreo, nec affir-

Fagus.



mare ausim. Fagi folia lævia, tenuia, (παχὺ φύλλον Theophrast. Fortè scribendum καὶ φλοιὸν λεῖον καὶ παχὺ, φύλλον δὲ ἀσχιδὲς, id est, *corticem lævem crassumque, folium individuum*) nonnihil lata, subrotunda, minora quam populi nigræ, initio ex luteo viridia, mox saturatæ viriditatis, quorum aversę partes, si pluvia solis æstu continuo adurente (quam Germani **die miltaw** vocant; perniciosum sane pluvię genus, quippe quod omnia quæ attigerit corrumpat) infestatę fuerint, è guttulis illius pluvię, aculeatę, rubicantes, concavę pillulę subnascũtur, in quibus vermiculi procreantur. Fortassis hac de causa Theophrast. folium ἐξ ἄκρου ἐξακανθίζον tradidit. Fagi folium his verbis descripsit Plinius. *Folium tenue, ac levissimum, populo simile, celerrimè flavescens; & media parte plerumque gignens, supernè parvulam baccam viridem, cacumine aculeatam.* Celerrimè flavescere dicit, quę initio virent, mox saturatę sunt viriditatis; deinde supernè parvulã ait baccam, cum aversa parte gignatur; denique baccam vocat, tubernaculum duriusculum, baccę simile. Videtur etiam legisse αἰγείρου ὅμοιον, cum in vulgatis codicibus ἀπίου προμηκέστερον legatur. Sed facilè fieri potuit, Plinium maluisse dicere, populo nigræ simile, quod populo similius esset, quam pyro. Vel vox ἐξακανθίζον exponenda; quomodo Robert. Const. docet, *spinis carens* vel Theophrastum spinosum dicere folium, quod pilulam, vel, ut loquitur, baccam ferat acumine spinosam: vel aliam esse arborem vulgarem fagum, aliam oxyam dicendum erit. Deniq; etiam legendũ φλοιὸν λεῖον καὶ παχύ. φύλλον δὲ ἀσχιδὲς, &c. Fructus est qualis à Theophrast. describitur. Flores circa diem D. Georgio sacrum apparent, qui sunt, rotundi juli, lutei, ac iis quos betula profert magis exigui, ac caduci, ut nucis Iuglandis. Fructus calyci rotundo includuntur, foris hispido ac scabro, & aliquantulum echini modo aspero, minus tamen quam castaneę, qui lęvi mollique cute contecti, lęvore & colore castaneorum ab echinis exemptorum modo in atrum rubescente, multò minores castaneis, formaque differentes, utpote triangulari: interior horum nucleus dulcis, adjuncta quadam adstrictione. Radices hęc arbor nec multas, nec altas agit, sed quę summo terrę cespite gaudeant. Glires hoc pabuli genere maximè delectantur, ac pinguescunt. Quamobrem cum ejus advenit maturitas, innumeri capiuntur glires ubi frequens fagus, maximè, ut Mathiolus scribit, Carniolę, Stirię, & Carinthię sylvis: quippe iis in locis incolas mane inspexeris, qui saccos gliribus plenos ferant, una tantum nocte captis. Delectantur fagi fructu etiam mures, siquidem è longinquis regionibus, natura ducti, gregatim sylvas ingrediuntur, item & sciuris gratissimus est cibus: ac etiam turdis, merulis, aliisque compluribus volatilibus. Saginantur & horum pastu porci, aliaque animalia. Quod si nucleus murium, porcorumque gulam effugerit, ac per hyemem illęsus duraverit, vere novo è terra erumpit, binis, per exortum latis, & pinguibus foliis; quę subinde plura alia consequuntur, donec in arborem tandem adolescat. Aqua quę in cavis fagis reperitur, hominum & quadrupedum scabiem & impetiginem, si ea laventur, sanat: id quod se in pecoribus ac hominibus expertum fuisse scribit Tragus. Hoc anno 1635. vasa quædam, hac aqua plena, ad nos delata.

Πλὴν οὐκ ἐνάκανθος καὶ λεῖος. In Ald. & Bas. scriptum est πλὴν ἐν ἀκάνθαις καὶ λείαις. Corrigunt, πλὴν οὐκ ἐνακάνθοις, καὶ λείαις. Scribe πλὴν ἀνάκανθος, καὶ λεῖος, καὶ οὐκ ὡς ἡ διὸς βάλανος ἀκανθώδης. Dicit oxyas glandem, in echino inclusam esse, sed minimè aculeato, ut castanea: cujus calices echini propriè dicuntur, quod spinis obsiti sint, ut echinus vel ericius.

Διὸς βάλανος. Rectè doctiss. Gaza castaneam vertit. de Latinorum διὸς βαλάνου locus hic capi non potest, hispida enim, spinosa, echinataque calyce caret Iuglans. Iuglandem, ut suo loco dicam, nemo Græcorum διὸς βάλανον vocavit. Diversas arbores facit Theoph. διὸς βάλανον, & juglandem. vide cap. 6. lib. 6. οἷον ὁ μὲν τμῶλος ἔχει, καὶ ὁ μύσιος ὄλυμπος, πολὺ τὸ κάρυον, καὶ τὴν διὸς βάλανον. Idem lib. 3. cap. 7. ἔχει δὲ καὶ ἐλάτη, καὶ πεύκη, καὶ δρῦς, καὶ ἔτι φιλύρα, καὶ καρύα, καὶ διὸς βάλανος, καὶ πίτυς. Item eod. lib. cap. 3. καὶ τὴν καρύαν δὲ, καὶ τὴν διὸς βάλανον. Cap. 6. παλίουρος, τέρμινθος, καρύα, διὸς βάλανος. Cap. 4. τέρμινθος, ἐρινεὸς, φιλύκη, ἀφάρκη, καρύα, διὸς βάλανος, πρῖνος, &c. Postremum locum citat Macrobius Lib. secundo Satur. cap. 14. Iuglans litera d prætermissa quasi diuglans, id est, διὸς βάλανος, sicut Theophrastus ait. ἴδια δὲ τῶν ὀρεινῶν ἃ ἐν τοῖς πεδίοις οὐ φύεται τερέβινθος, πρῖνος. φιλύρη, ἀφάρκη, καρύα, ἡ διὸς βάλανος. Hanc Græci etiam basilicam vocant. Iuglandem vocasse basilicam, non inficias eo; quod suo loco probabo verum esse, Basilicam διὸς βάλανον nemo Græcorum vocavit, nec unquam scripsit Theophrastus καρύα, ἢ καὶ διὸς βάλανος. Apertè distinguit lib. 3. cap. 6. διὸς βάλανον a carya sive basilica nuce. κλήθρα δὲ καὶ καρύα, καὶ ἀχράδων τι γένος μετοπωρινόν, δρῦς δὲ, καὶ διὸς βάλανος, ὀψιαίτερον ἔτι, περὶ πλειάδος δύσιν. Nux igitur basilica non est διὸς βάλανος. Theophrasti avellanam à Græcis sic vocari, negari non potest. Athenæus lib. 2. deipnos. ἑρμώναξ δὲ καὶ τιμαχίδης ἐν γλώσσαις διὸς βάλανον φασὶ καλεῖσθαι τὸ ποντικὸν κάρυον. Sejungit tamen διὸς βάλανον ab Avellana Theophrastus lib. 3. cap. 6. οἱ μὲν γὰρ καὶ δοῦν αὐτὴν οἴονται, καὶ τὴν ἡρακλεωτικὴν καρύαν, καὶ διὸς βάλανον. Avellana ergo non est διὸς βάλανος Theophrasti. Præterea fructum non fert in echino spinoso, & aspero. διὸς βάλανος Theophrasto nihil aliud quam castanea. Hæc διὸς βάλανος appellata. Pollux Lib. 1. ἢ μᾶλλον τὰ καστάνια ὀνομαζόμενα, φησὶ γὰρ περὶ αὐτῶν ξενοφῶν, παῖδας σιτευομένους καρύοις ἑφθοῖς, ἔνιοι δὲ ταῦτα καὶ διὸς βαλάνους ὑπὸ τῶν ποιητῶν κεκλῆσθαι νομίζουσιν. Castaneam à poëtis διὸς βάλανον vocari asserit Hesychius. διὸς βάλανοι. ἕρμιππος φορμοφόροις. τὰς δὲ διὸς βαλάνους καὶ ἀμύγδαλα σιγαλόεντα τὰ καστανία, τινὲς δὲ ποντικὰ λέγουσιν, ἢ ἡρακλεωτικά. Geopon. auct. lib. 10. cap. 63. τὸ κάστανον, ὅ τινες διὸς βάλανον καλοῦσι. ψαμμώδει γῇ καὶ ψυχροῖς τόποις χαίρει. *Castanea, quam aliqui Iovis glandem vocant, arenosa terra, & frigidis locis gaudet.* Idem cap. 73. κάρυον οὖν ἐστὶ βασιλικὸν, τὸ τοῦ παρ' ἡμῖν λεγομένον

μὲν κάρυον. κάρυον δὲ ἐστι ποντικὸν τὸ λεπτοκάρυον. διὸς βάλανός ἐστι τὸ κάστανον: *Nux quidem regia est, quæ nobis simpliciter nux vocatur, nux verò Pontica est, quæ tenuis nux vocatur, Iovis glans est castanea.* Diosc. libr. I. cap. 145. αἱ δὲ σαρδιαναὶ βάλανοι ἃς τινες λόπιμα ἢ κάστανα καλοῦσιν, ἢ μότα ἢ διὸς βαλάνους. Verba Dioscoridis examinanda. Nicandri Scholiastes σαρδιανὸν βάλανον, non omne castanearum genus, sed certam quandam speciem, sic vocari tradit. Eadem Galeni sententia. Diphilus Diosc. probat sententiam apud Athenæum Lib. 2. deipnos. ὁ δὲ δίφιλος τὰ κάστανα καὶ σαρδιανοὺς βαλάνους καλεῖ. Sardiana glans dicitur, quod in Sardinia optima nascatur, vel primùm Sardibus provenere. Plinius lib. 15. cap. 23. de castaneis. *Sardibus hæ provenere primùm; ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant. Nam Divus Tiberius postea balanum nomen imposuit excellentioribus satu factis.* Hæc corrupta. Nomẽ, *Tiberius*, in neutro exemplari Salman: teste. Pintiano habetur. A nullo, quod sciam, nisi impudenti adulatore divus appellatus est Tiberius. Homo impurus; & omni flagitiorum genere inquinatus. Tanto minus à Plinio, qui omnes adulandi Tiberio causas procul habuit. Præterea quomodo balani nomen imponere potuit Tiberius, cum Theophrasti ævo nomen hoc haberet. Scribe, *nam dius sive* διὸς *balanum, postea imposuere.* Sic apographum Toletanum habet, *non imposuit*, ut in editis: vel διὸς βάλανον postea Theophrast. imposuit. *Theophrasti* vocem in *Tiberium* mutarunt. λόπιμα. Nicandri Scholiast. genus quoddam castanearum sic vocari scribit, sed per ω μέγα, scribit, λώπιμα. Apud Galenum tamen per ο μικρὸν scriptum reperitur Lib. 2. De aliment. facult. cap. 38. καθάπερ αὐτὴ τῆς τῶν καστάνων ὀνομαζομένων. ἀρεστὰ γὰρ ἐκεῖναι τῶν βαλάνων εἰσίν, ἔνιοι δὲ λοπίμους αὐτοὺς ὀνομάζουσιν. In fœminino genere usurpat, reliqui in neutro. Hesych. λόπιμα (vulg. λόπημα) κάστανα οἱ δὲ εὐβοικά. λόπιμον à cortice nominatur. Cortex Græcis λέπος dictus, quibus & λοπᾶν decorticare. Hesychius εὐβοικὰ vocari tradit. Idem alibi εὐβοϊκὰ τὰ κάστανα. Theophrastus lib. 11. hist. cap. 18. castaneum εὐβοικὸν vocat. τὰ μὲν δερματικοῖς ὥσπερ ἡ βάλανος, καὶ τὸ εὐβοικόν. τὰ δὲ ξυλώδεσιν, ὥσπερ ἡ ἀμυγδάλη, καὶ τὸ κάρυον. *Corio teguntur glandes, & Euboicæ nuces, id est castaneæ, ligneo putamine amygdalæ & nuces.* τὸ εὐβοικὸν ut dixit Hesych. castanea. Athenæus lib. 1. μνησίθεος δ' ὁ ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ ἐδεστῶν, τῶν εὐβοικῶν φησὶ καρύων ἢ καστάνων (ἀμφοτέρως γὰρ καλεῖται) δυσπεπτότερον. *Mnesitheus Atheniensis de edulius tradit, nucum Euboicarum sive castanearum* (duobus enim his nominibus appellant) *concoctionem esse laboriosam.* Nicander in Georg.

— λόπιμον κάρυόν τε,
Εὐβοεῖς, βάλανόν τε μετεξέτεροι καλέουσι.

Lopimum nucémque Euboicam, alii balanon vocarunt. Atheneus tamen ex eodem, Nicandri auctoritate, λόπιμον avellanam vocatam scribit, ὅτι ποντικῶν καλουμένων καρύων ὡς λόπιμα τινὲς ὀνομάζουσι, μνημονεύει νίκανδρος, *nucum Ponticarũ, quas lopima quidam nominant, Nicander meminit.* Non dubium quin ejus qui has eclogas confecit, vel alterius scioli, vel exscribentis negligentia, error hic in codicem irrepserit. Nam cum εὐβοϊκῶν scribere debuisset, scripsit ποντικῶν; ut doctè ostendit Causabonus, & ita scribendum, verba Nicand. quæ non longè post sequuntur, ac à nobis citata, satis clarè & apertè docent. Confirmatur præterea, quod omnes constanter Castaneam λόπιμον & εὐβοϊκὸν vocari asserant. Malè ergo Plinius locum Theoph. lib. 5. cap. 8. hist. vertit, quod & imitatus est Gaza. τὸ δὲ τῆς εὐβοικῆς καρύας κυρτοῦται. γίνεται γὰρ μέγα, καὶ χρῶνται πρὸς τὴν ἐρεψιν· ὅταν μέλλῃ ῥήγνυσθαι ψοφεῖ &c. Plin. lib 16. cap. 42. *facile panditur Iuglans; fiunt enim & ex ea trabes, frangique se prænunciat strepitu*, quod in Antandio accidit, cum è balneis territi sono profugerunt. εὐβοικὸν κάρυον fructus, vel εὐβοικὴ καρύα arbor dicitur, quod in Eubœa frequens sit. Theoph. lib. 4. cap. 6. ἐν δὲ τῇ εὐβοίᾳ καὶ περὶ τὴν μαγνησίαν, τὰ μὲν εὐβοικὰ πολλά, τῶν δὲ ἄλλων οὐθέν. *in Eubœa verò & circa Magnesiam Euboicæ id est castaneæ multæ quidem habentur, è reliquis autem nulla.* Castanea dicitur, non à castitate, quod quidã opinantur, & à Plinio jejuniis ferè dicatas dicente annui volunt. lib. 15. cap. 23. *moluntur etiam ait, & præstant jejunio fœminarum quandam imaginem panis.* In altero codice legitur, *præstant ingenio fœminarum &c.* Quasi mens esset Plinii: moluntur etiam, & præstant imaginem quandam panis, quam ingenio sive arte fœminarum acceperunt: mulieres enim molitas castaneas in formam panis redigebant. Castanea à Castanide terra nomen habet. Nicand. in Alex.

— Τὸ καστανὶς ἔτρεφεν αἶα.

Scholiastes τὸ καστανὶς ἔτρεφε. πόλις θεσσαλίας, ὅθεν τὰ κάστανα ἀπὸ τῆς καστανίδος γῆς. ἡ καστανὶς πόλις ποντικὴ ὅπου πλεονάζει τὰ κάστανα. *Quæ terra castanis nutrivit. Castalis Thessaliæ urbs, unde castanea à terra castanide, Castanis urbs Pontica, ubi copiosè provenit castanea.* Malunt alii κάστανον à Castana Magnesię urbe dici. Certè circa Magnesiam frequentes esse tradit Theophrastus libr. 4. cap. 6. loco jam citato. Alii Castanam urbem Apuliæ scribunt, non procul à Tarento. De quo non laboro. Sufficit ab urbe, aut agro quodam nomen hoc accepisse. ἡ μότα. Apud Athenæum Lib. 2. Agelochus castaneas σινωπικὰ & ἄμωτα vocat; ἀγέλοχος δὲ ἄμωτα καλεῖ τὰ καστάνεια· ὅπου γίνεται τὰ κάρυα τὰ σινωπικά, ταῦτα δένδρη ἐκάλουν ἄμυτα. *Agelochus castaneas vocat amota, ubi sinopicæ nuces gignuntur, inquit, amota vocant arbores, quæ illas ferunt.* Alterutrum corrigendum. doctis placet; alii utrumque corrigunt, leguntque ἄμητα ab ἀμᾶν metere. Messis dicta castanea, quod sit proventus illius fructus messis gentibus nonnullis, quæ castaneis tantum victitant. Fortassis μότον dicitur, quod cortex interior ad vulnera solidanda & replenda utilis sit, non secus ac linteola concerpta quæ μοτὰ dicuntur: Vel quod instar linamenti, linteique concerpi possit, & ulceribus indi. Apud Xenophontem Lib. 5. ἀναβάσεως mentio fit τοῦ πλάτεος καρύου. κάρυα δὲ ἐπὶ τῶν ἀνωγαίων ἦν πολλὰ τὰ πλατέα, οὐκ ἔχοντα διαφυὴν μηδεμίαν, τούτῳ καὶ πλείστῳ σίτῳ ἐχρῶντο ἕψοντες. *Nuces in tabellatis erant multæ, forma latæ, nullo divortio interceptæ, his elixis Græci pro pane utebantur.* Mentio etiã fit apud Hippocratem Lib. secundo de diæta. Verba mox citabo. Pollux Lib. 1. dubitat utrum nux cujus meminit Xenophon sit castanea, an avellana. κῶνοι, φοίνικες, κάρυα, κάρυα τὰ οὐκ ἔχοντα διαφυὴν, εἴη δ' ἂν ταῦτα τὰ λεπτοκάρυα· ἢ μᾶλλον τὰ καστάνεια ὀνομαζόμενα. φησὶ γὰρ περὶ αὐτῶν ξενοφῶν. παῖδας σιτευμένους, ἑφθοῖς, &c. *Coni, palmæ, nuces, nuces carentes interstitio, an sint nuces tenues an verò magis castaneæ dictæ. Xenophon pueros nutritos his nucibus elixis ait.* Certè nec avellana, nec castanea διαφυὴν habet; sed avellana ex oblongo rotunda, neutiquam plana. Vir Magnus cum amygdalam planam videret, immo planiorem quam castanea, κάρυον πλατὺ amygdalam scribit. Fallitur: vel ex Hippocrate disci poterat κάρυον πλατὺ non esse amygdalum; αἱ ἀμυγδάλαι καυσώδεις, τρόφιμοι δὲ εἰσι, διὰ τοῦτο. καυσώδεις μὲν, διὰ τὸ λιπαρόν. τρόφιμοι δὲ διὰ τὸ σαρκῶδες. καὶ κάρυα τὰ στρογγύλα παραπλησίως ταῦτας ἔχουσι· τὰ δὲ πλατέα πίονα τρόφιμα καὶ διαχωρητικά. καθαρὰ δὲ ἔονται καὶ φύσαν ἐμποιοῦσιν. οἱ δὲ χιτῶνες αὐτῶν στάσιμοι. *Amygdalæ æstuosæ sunt, & nutriunt, his de causis, æstuosæ quidem, quia pingues, nutriunt autem, quia carnosæ; & nuces rotundæ his similes se habẽt, latæ verò maturæ, nutriunt, & alvũ dejiciũnt, purgatæ etiam flatus pariunt, earũ verò tunicæ alvum sistunt.* Vides separari ab Hippocrate amygdalam & nucẽ latam, Addo aliud argumentũ, quo probatur πλατὺ κάρυον non esse amygdalum, quod ab uno latere speciem quandam διαφυῆς præferat amygdalum; nux castanea nullam omnino. Xenophon οὐκ ἔχοντα διαφυὴν μηδεμίαν. Nullum nucis genus latum, & quod διαφυῆς caret, præter castaneam. Situ enim ac facie plana est, non prorsus rotunda: præsertim ex una parte. Rectè ergo Dalecampius τὸ πλατὺ κάρυον Castaneam vertit. Corruptus Athenæi codex; restitue, φιλότιμος δὲ ἐν τοῖς περὶ τροφῆς φησὶ, τὸ πλατὺ, τὸ καὶ καλούμενον σαρδιανὸν δυσκατέργαστόν ἐστι. Sic legit Dalecampius, & rectè vertit: *Philotimus libro de alimentis scribit, nucem latam quam & Sardianam vocant, ægrè confici.* Vulgata etiã lectio an retineri possit, inferius, ubi de generibus agendum, dicam. Unum obstat, quo minus castanea sit κάρυον πλατὺ, quod Hippocr. scribat διαχωρητικὸν esse, cum castanea adstringendi vi non careat. Diosc. loco citato, στύφουσι δὲ καὶ αὗται τῶν ὁμοίων εἰσὶ δραστικαί, καὶ μάλιστα οἱ μεταξὺ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ λέπους φλοιοί. *cum & ipsæ adstringant, similes quoque præbent effectus, maximè verò tunicæ quæ carnem & putamen intercursant.* Non movent alvum insita quadam vi, sed pondere suo ac adstrictione. pondus quod intestinis est deorsum premit, adstrictio contrahit ventriculum, eaque ratione dilatantur inferiora. Sic Cydonium statim à cibo, præsertim lubrico sumptum, alvum ad excernendum irritat. Vide Gal. lib. 2. de aliment facult. ubi inquirens causam cur adstringentia pyra aut poma ventrem quibusdam laxent, tandem concludit; ἐπειδὰν οὖν δὲ καὶ τοῖς τὰ στύφοντα, διὸ καὶ ἄλλος τις χυμὸς αὐτὴν ἀνατρέφει, καθάπερ εἴωθεν ἐνίοις ὠχρὰ χολὴ πλεῖον ἀθροισθεῖσα τοῦτο ποιεῖν, γευσάμενος πρὸς τῶν στυφόντων ὁ ἐντοῦ διακείμενος εὐθέως ἐκκρίνει κάτω τὸν ἀνιῶντα χυμόν. *Adstringentia verò roborant ac firmant; quo fit, ut si quis alius succus ventriculum subverterit (quod solet bilis pallida efficere, in quibus copiosor est acervata) qui sic est affectus, si quid adstringentium gustarit; succum infestantem repente deorsum excernet,* τὸ πλατὺ ergo κάρυον castanea.

Malè ergo interpres Xenophontis juglandem vertit, nisi fortè placeat, Græcos sequi interpretes, ac juglandem διὸς βάλανον sive castaneam esse; sed Latinorum nemo hoc facilè intellexerit, nec juglans potest esse τὸ πλατὺ βάλανον, quod διαφυὴν habeat. Non desunt ex recentioribus, qui avellanā τὸ πλατὺ κάρυον esse volūt. Alibi inquiunt docetur, τὰ κάρυα simpliciter dicta ut plurimum esse juglandes nostras. quibus propter usum familiarem ferè subjiciuntur avellanæ. Ita est apud Gal. Æginetam; ita apud Hippocratem esse verisimiliter concluditur. Quare ita censent. Τὸ πλατὺ est in numero eorum, quæ sunt πρός τι; cui Hippocrat. opponit τὸ στρογγύλον rotundum, & verò appellatiō nulli nuci meliùs convenit quā juglandi. Videtur dicendum τὸ πλατὺ κάρυον, apud Hippocr. esse avellanā, vel ideo, quia neq; castanea neq; amygdala esse potest. Hanc enim præmiserat, illam subjungit: & licet non negent castaneam non reperiri in omnibus codicibus, Calvum tamen in cujus editione est, finxisse verisimile non videtur. Apud Hippocratem ergo quia nux lata est avellana; fuerit etiam apud Athenæum qui præmittit illis juglandes. Mira profectò res, antiquo interpreti plus fidei adhiberi, quam cunctis Græcis, Latinisq; etiam antiquissimis codicibus; præsertim cum constet, Calvum plures & infinitos commisisse errores, nec mentem Hippocratis intellexisse, quod plures & doctissimi quidem interpretes ostendunt; Sachsius, Foesius, Corrarius, aliique. Nullus reperitur codex, in quo in libello Hippocr. de diæta citato, mentio fit castaneæ. Præterea qua ratione κάρυον πλατὺ avellana dici mereatur, non video. Nullo modo plana est, immo rotundior, nisi oblonga etiam foret, juglandi, quæ aliquam in infima, supremaque parte ostendit latitudinem. Variis in locis Theophrastus mentionem facit castaneæ lib. 1. cap. 18. ubi coriaceo tegmine obductā ait, Lib. 3. in montibus nasci tradit: Lib. 4. in locis frigidis provenire, vide annotat. lib. 3. cap. 7. κάχρυον habere cap. 6. lib. 3. ineunte vere germinare lib. 5. magnam esse arborem, sed facilè curvari, & quando rumpitur sonitum emittere, ad tectorium opus utile esse lignum cap. 8. in subterraneis non facilè à putredine lædi: cap. 10. carbonem ejus mollem esse. cap. 10. lib. 3. fructum ejus echini modo spinosum esse, sive echino includi. Castanea procera arbor, & magna: ramos extendit plurimos, surculos fert tenues & phœnicei coloris, caudex admodum crassus, quercuum annosarum crassitudine, tantæ nonnunquam amplitudinis visus, ut à tribus hominibus vix complecti potuerit: ligni materies durabilis, solida, quod tamen ab onere incurvatur, folia magna, aspera, rugosa seu plicata aliquantum, serræ instar ambitu incisa, singularibus, nucis juglandis foliis majora; fructum, Aprili mense, quando folia erumpunt, præcedunt nucamenta propendentia, eaque oblonga, & ex viridi lutea, nucis juglandis julis quam simillima. Fructus calyce concluditur rotundo, foris aspero, echini modo spinoso, erinacei animalis pelli forma respondens; intus verò villosi instar serici, tactu molli. Hoc involucro plerumque binæ aut ternæ includuntur nuces, neutiquam rotundæ, sed compressiores ab uno latere, planæ, & superiore parte acuminatæ, omni interstitio, qualis in juglande ac similibus conspicitur, carentes: cute conteguntur dura, lenta, ac admodū lævi, obscuri punicei coloris; caro, sive interior nuclei substantia, dura ac alba, tenuique membrana rubente velatur, qui cuti subest. Autumno appetente echinati calyces sponte rumpuntur, ac tum maturæ decidunt castaneæ. Castaneæ fructum non ineleganter describit in Alex. Nicander.

Castanea.



> Καί τε σὺ γυμνώσειας ἐϋτρεφέος νέα τέρφης
> Κασταναϊκοῦ καρύοιο παχυφλοίοιο κάλυμμα
> Νείαιραν τῇ δὴ σπέργα περὶ σκύλος αὖος ὀπάζει
> Δυσλεπέος καρύοιο, τὸ καστανὶς ἔτρεφεν αἶα.

> *Hirsutamque nucem quæ læto provenit agris*
> *Vbere, castaneis exempto cortice nuda:*
> *Et cape qui carnem siccus liber implicat imam.*

Scribe δυσφλοίοιο ex auct. Schol. δυσφλοίοιο, inquit, εἶπε διότι χνοώδης ὁ αὐτός ἐστι φλοιός. Echinatum calycē Galenus κατὰ τόπους lib. 1. c. 1. πώγωνα λοπίμου vocat, λοπίμου τῶν πωγώνων γ, &c. Genera castanearū recenset Nicandri Schol. 4. τῶν δὲ καστάνων, τὸ μὲν σαρδιανόν· τὸ δὲ λόπιμον, τὸ δὲ μαλακόν, τὸ δὲ γυμνολικόν. Plin. lib. 15. c. 23. *Nunc plura earum genera. Tarentinæ faciles, nec operoso sunt cibo, planæ figura, rotundior quæ balanitis vocatur, purgabilis maximè, & sponte prosiliens. pura & plana est: ex eis Salariana, & Salariana Tarentina minus tractabilis; laudatior corelliana, & ex ea facta, quo dicemus in insitis modo, Meterara quā rubens cortex præfert triangulis, & popularibus nigris, quæ coctivæ vocantur. Patria laudatissimis Tarentū, & in Campania Neapolis.* Hæc corrupta admodum. Corrigunt, *Tarentinæ faciles, nec operosæ cibo, figura rotundior. Quæ balanitis vocatur, purgabilis maximè, & sponte prosiliens pura. Plana est & Salariana, Tarentina minus tractabilis, &c.* Malo, *plana & Sardiana.* Servant *Salariana*, ut explicare possint locū Athenæi, ut in vulgatis reperitur codicibus, τὸ πλατὺ καὶ τὸ καλούμενον σαρδιανόν, &c. ut Sardiana rotundior fuerit, altera figuræ planioris. Sardiana cur vocetur, docet Galenus cap. 4. lib. de boni & mal. suc. cibis. καστανέας, ἔνιοι δὲ καστάνια κατὰ τὸ καλούμενον οἶμαι μὲν πολῖται, καθάπερ ἐν καὶ ἄλλοι τῶν ἐν ἀσίᾳ σαρδιανάς τε καὶ λευκηνὰς πότινος γέγονε. λευκηνὰς δὲ ἀπὸ χωρίου τινὸς ἐν τῷ ὄρει τῇ Ἴδῃ τὴν προσωνυμίαν ἐσχήκασιν, ὃ πληθυντικῶς ὀνομάζουσιν παραπλησίως τῷ Θήβας, &c. *Castaneæ quæ & castana appellantur tum urbani, tum alii quoque per Asiam, Sardianos & Leucenas vocant, à locis ipsis in quibus uberius oriuntur. Quam igitur ob causam sardianæ dicantur planè patet, sed Leucenæ à loco quodam Idæ montis quam plurali numero uti Thebas appellant.* Saleriana quæ castanea, ignoro; nemo ejus mentionem facit, omnes Sardianæ. Quare vulgatam lectionem Athenæi rejicendam ex iis quæ dixi constare arbitror. τὸ δὲ λόπιμον. Scribo λώπιμον. Genus videtur esse quod cortici cæteris firmius adhæret, vel quod crassiorem habet corticem. τὸ δὲ μαλακόν. Quæri solet, utrum hæc castanea mollis de qua Virg. Ecl. 1.

> — *Sunt nobis mitia poma*
> *Castaneæ molles, & pressi copia lactis.*

Grammatici maturas explicant. Nam immaturæ & acerbæ aliquanto duriores sunt; quæ eædem cum mitescunt, etiam molliuntur. Hanc explicationem aut velim aut possim improbare. Alii tamen malunt certum genus esse, & illud quidem quod Nicandri scholiastes μαλακόν vocat. Sed quæ illa castanea mollis? Castanea mollis dicitur, quod echinus ipsius sit minus asper. Si enim, ut Plin. loco citato docet, quin quædam reperiatur minus tractabilis, non dubium: videtur aliud genus inveniri quoddam magis tractabile, quod ob id non malè dicetur mollis. Sic avellanæ, juglandis, amygdalæ genus datur, quod moluscæ nomen habet, cujus cortex manu vel digitis facilè frangitur. Castanea igitur mollis, quod echinus minus asper. Sed Poëta, cum castaneas ait molles, non intelligit castaneas involucro tectas minus spinoso ac aspero, sed mites; quo sensu poma dicuntur mitia. Fingit Poëta Tityrum senem & edentulum. qua de causa promittit ei Meliboeus, si lubeat secum pernoctare, se ei exhibiturum, quibus vesci possit propter ætatem. Ut ergo mitia poma sunt,

quæ

quæ mitefacta dentibus non officiant, quemadmodum copia pressi lactis, caseus recens, non induratus. Sic castaneæ molles, quæ maturæ ac per ætatem flaccidæ sunt. Γυμνωλικήν. corrigunt. πημωλικήν. nec melius, nec significantius. Scribe γυμνόλοπον, ut sit idem cum balanite Plinii, quam ait esse maxime purgabilem & sponte prosilire, hoc est facillime purgari, & echino suo exui, ut sponte prosiliat. Balanitis a figura glandis. Hanc omnium deterrimam scribit Galenus, & suum esse alimentum lib. de cib. bon. & mal. succ. cap. 4. αἱ δὲ ἄλλαι προμήκεις μὲν εἰσὶ κατὰ τὸ σχῆμα παραπλησίαις ταῖς τῶν φοινίκων. ἐδέσμα ὑσὶ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις οἰκεῖον, ἔχεις ἂν μήτις ἀνάγκη μεγάλη καταλάβῃ. τῆς ἐδωδῆς αὐτῶν. ἐν γὰρ τοῖς μεγάλοις λιμοῖς καὶ τοῦτο συμβαίνει. *Sed quæ figura oblonga sunt, & similes palmulis ad sues potius quam homines nutriendos idoneæ, nisi quispiam ingenti necessitate oppressus (ut in extrema victus inopia accidit) edere illas cogatur.* Si usui usque adeo inepta hæc castanena quomodo pura dici possit non video; nisi pura dicatur idem, quod cortice spoliata. Quod non valde artidet. Malo scribere, *quæ balanitis vocatur purgabilis maxime, & sponte prosiliens.* Pura & plana Sardiana, Tarentina minus tractabilis. Apud Græcos Latinosve Sardiana omnium optima, figura plana, non rotunda. Aperte satis Plinius Tarentinam rotundam inquit, communis vero rotunda, illaudabilis oblonga. Meminit ἀσκηρῆς Hesych. ἀσκηρά. εἶδος τι τῶν καστανίων. quale hoc genus ignoro. Recentiores castaneam aliam sativam aliam sylvestrem observarunt. Sativæ fructus magnitudine & figura differt: alia grandior, quam maronam vocant, quæ divitum claudit mensas. cineribus obruta igne coquitur; minor alia quæ pauperum inservit mensæ, divitum etiam, si altera non detur. Quædam in ventrem magis crescit estque rotundior; quædam magis plana, quædam oblonga magis. De castanea equina, quam folio multifido castaneã appellant, nihil dicã: luculenter eam describunt Clusius. Dodon. Mathiolus. Equina dicitur, quod equis anhelosis prosit, primum Constantinopoli Viennam delata, inde ad nos; hyemis injuriis non læditur. Castaneam alii ad nucum, alii ad pomorum classem referunt. probabilior eorum sententia qui ad nucum referunt

Castaneásque nuces mea quas Amaryllis amabat.

Nec inde sequitur ad pomorum classem referendam, quod βαλάνου nomen obtineat. Nam ipsius quercus glans referri debet ad nucis classem quod duriori tegatur cortice.

Μίλος. arbor hæc μίλος, σμίλος, σμίλαξ, μίλαξ, μίλιον, si non corruptus Hesych. codex, vocatur. Hæc nomina & aliis tribuuntur plantis, ut lib. I. cap. 16. dixi. Frustra inter μίλος, σμίλος, σμίλαξ, μίλαξ, quærunt differentiam, quantum ad nomen pertinet. Una hac eademque appellatione σμίλου, & σμίλακος, arbores, frutices, herbas longe diversi generis vocarunt, ut Lector ex nostris commentariis animadvertet: Vide cap. lib. I. citatum. Multa ex nominis æquivoci errore orta confusio. Grammatici critici vocis hujus πολυωνυμία decepti sunt. Nec hi tantum, sed Medici duo præstantissimi, & in Græca lingua versatissimi. Alter cum locum hunc Platonis, 2. de Republ. κατακλινέντες ἐπὶ στιβάδων ἐστρωμένων, σμίλακί τε καὶ μυρρίναις, exponit. *in toris ex smilace hederacea, & myrto confectis, discumbentes.* Imaginari nequeo, quomodo ex parvo frutice, qualis smilax, hederæ similis, lecti confici possint. Eodem in errore Pausaniæ interpres, τοῖς δὲ ἀνθρώποις τὸ ἀρχαῖον ὁπόσοι καὶ ἡμεῖς κατεμάθομεν ἀδυνήθημεν, τόσα δὲ ὧν ἀφ' ὧν τὰ ξόανα ἐποιοῦντο, ἔβενος, κυπάρισσος, αἱ κέδροι, αἱ δρύινα, ἡ σμίλαξ, ὁ λωτός. Enumerat materias Arcadicas, ex quibus fieri vulgo solebant Deorum simulachra ab antiquis, & inter has σμίλακα. Interpres *hederam Ciliciam* exponit. Parvus frutex hedera hæc, & ad simulachra inepta. Præterea, inter arbores fruticulum recensere, ineptum esset. Cave intelligas smilacem ilignam, cujus meminit infra c. 16. Theophrastus: mollem ea solutamque materiem habet; sed taxum intellige, quæ in Arcadia nascitur, cujus lignum cedro simile est, & pro cedrino, ut ait Theophrastus, venditur. Apud Gal. lib. 6. κατὰ τόπους, cap. 3. legere est. Τούτων δὲ ἰσχυρότερα τοῖ τι τῆς μυρσίνης, καὶ τὰ τῶν μύρτων ἐστὶν ἀφέψημα, καὶ τὸ τῶν στρυφνῶν κυδωνίων μήλων, ἀκρεμόνων τῶν μαλακῶν πρίνε, καὶ κομάρου, καὶ σμίλακος, καὶ φηγοῦ, καὶ τῶν βαλάνων αὐτῶν. *His fortiora sunt myrti, ac baccarum ejus decoctum, ex acerbis cotoneis malis, & virgultorum tenerorum ilicis, arbuti, smilacis (ilignæ scil.) ac phagi, ac ipsarum glandium.* Quærit doctiss. Medicus, qua ratione fieri possit, quod smilax, quæ ab omnibus deleteria, (hoc de taxo intelligi debet) dicitur, ponatur à Galeno inter gurgulionis remedia. Smilacem intelligit ilignam. Hæc ilicis instar adstringit; smilax taxus venenata; smilax iligna innoxia. Smilax deleteria à Latinis taxus dicitur. Plin. lib. 16. cap. 10. *similis his etiamnum aspectu est, ne quid prætereatur, taxus--hanc Sestius à Græcis smilacem vocari dixit.* Gal. lib. 8. simpl. σμίλαξ, ἢ τάξος, δένδρον ἐστὶ δηλητηρίου δυνάμεως. *Smilax sive taxus arbor venenatæ qualitatis.* Corrige Æginetæ codicem σμίλαξ, ἢ κάκτος, δένδρον ἐστὶ δηλητηρίου δυνάμεως. Scribe, σμίλαξ, ἢ τάξος, &c. Diosc. lib. 4. cap. 80. σμίλαξ, οἱ δὲ θύμαλον, ῥωμαῖοι δὲ τάξον καλοῦσι. *Smilax à nonnullis Thymalus, à Romanis taxus appellatur.* In optimo codice ut doctiss. & nobiliss. observavit Salmasius, scribitur οἱ δὲ πθύμιλον, οἱ δὲ πθύμαλον καλοῦσι, quomodo in Euporistis lib. 2. cap. 144. legitur. Illud πθύμαλον natum est ex correctione antiquarii alicujus, qui corruptam dictionem θύμαλον voluit emendare, & mutandum judicavit in πθύμαλον. Scribe, οἱ δὲ σμίλον, οἱ δὲ θύμιον καλοῦσι· Diosc. lib. de Alexipharmacis, cap. 12. ἡ δὲ καλουμένη σμίλαξ, ὑπ' ἐνίων δὲ θύμιον, καὶ παρὰ ῥωμαίοις τάξον. *quæ smilax dicitur, à quibusdam Thymium, à Latinis taxus appellatur.* Ægineta lib. 5. cap. 49. ἡ δὲ καλουμένη σμίλαξ, ὑπ' ἐνίων δὲ θύμιον, παρὰ δὲ ῥωμαίοις τάξος. *Quæ smilax vocatur ab aliquibus, Thymium à Romanis taxus vocatur.* Bauhinus, in notis ad commentar. Mathioli in Diosc. iconem ostendit, glandiferæ cujusdam taxici, cujus nucumenta sunt, quadantenus similia capitibus Thymi cephaloti. An hanc viderint illi, qui θυμίου nomen taxo dederunt, affirmare nemo facile poterit. Theophrasto alterutra incognita videtur; nam taxum scribit μονογενής. Sed vox hæc ut intelligenda, inferius dicam, & ex iis quę de oxya dixi, percipi potest. Plinius à taxo toxicum nominatum scribit lib. 16. cap. 10. *Sunt qui taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tinguntur.* Nugatur Plinius. Toxicum à Græco τόξον telum. Toxici meminerunt auctores, Plinio seculo uno alterove antiquiores. Arist. lib. de admir. auscult. (si modò Aristotelis) Nicander, Dioscorides, Plautus in Merc.

Certũ est: ibo ad medicũ, atq; me ibi toxico morti dabo:
Quando mihi adimitur, qua causa vitam cupio vivere.

Nicander in Alex.

Καὶ κεν λοιγήεντι παρὰ χεδὸν ἄχθος ἀμύνοις,
Τοξικὰ δ' ὅτ' ἄχθεσι βαρύνηται ποτῷ ἀνήρ.

Toxica si potu sævum fecere dolorem,
Protinus immiti properes succurrere noxæ.

Scholiastes. Τοξικὸν δὲ καλεῖται τὸ ποιοῦν φάρμακον, διὰ τὸ ὁμοίως τοῖς τοξεύμασιν ἀναιρεῖν παραχρῆμα, βραδὺν, ἢ ποθέν· ἢ ἐπεὶ οἱ Πάρθοι καὶ Σκύθαι τοξεύοντες, τοῦτο παραχρίουσι τὰς τῶν βελῶν ἀκίδας· οὐ γὰρ ὥς τινες τὸ κώνειον νομιστέον· ἢ διότι ὁμοίως τόξῳ ἀφίσι ἀναιρεῖ βραδὺν, ἢ ποθὲν. λέγεται ὑπόπινον καὶ σκυθικόν. ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι ἐκ τοῦ αἵματος τῆς ὕδρας αναφύη. τὴν δὲ ὕδραν, τόξοις ἀνεῖλεν ὁ ἡρακλῆς, καὶ διὰ τοῦτο τοξικὸν καλεῖται. *Pharmacum hoc toxicum vocatur, quod è vestigio, potum vel commestum, interimat hominem, instar sagittæ. Vel quod Parthi Scythæque hoc illinant sagittarum acus. Falluntur, qui cicutum putant esse. quod instar sagittæ, tollat hominem, quovis modo assumptum; à nonnullis Scythicum dicitur: alii ortum volunt, ex sanguine Hydræ, quam sagittis confecit Hercules.* Falso ergo Plinius toxicum putavit dictum ab arbore venenata, taxo. Vtriusque veneni symptomata, sive accidentia multum inter se diversa; & à Nicandro & Dioscoride manifestò distincta. Theophrastus taxum proceram, inquit, auctu insignem, similémque abieti, nisi quod non pariter excelsa, magisque alis sinuata sit. Folio quoque abieti similem, ait, sed pinguiorem, molliorique ligno. Dioscorides taxum, abietis magnitudine, & foliorum similitudine, scribit lib. 4. cap. 80. δένδρον ἐστὶ παραπλήσιον ἐλάτῃ τοῖς φύλλοις, καὶ μεγέθει. ἐν ἰταλίᾳ, καὶ ἐν ναρβωνίᾳ, τῇ κατὰ τὴν ἱσπανίαν, φυόμενον. *Arbor abietis magnitudine, & foliorum ejusdem figuræ, in Italia, & Narbonnensi Gallia, Hispaniæ contermina, nascens.* Ab hac abietis similitudine Nicander in Alex. σμίλον ἐλατήϊδα eleganter dixit.

Μὴ μὲν δὴ σμίλον σὺ κακὴν ἐλατήϊδα μάρψαις,
Οἰταίην, θανάτοιο πολυκλαύτοιο δότειραν.

Parce venenatæ taxo, quæ surgit in Oetâ.
Abietibus similis, lethoque absumit acerbo.

Hesychius μίλιον δένδρον ὅμοιον ἐλάτῃ, ᾧ τοὺς νέους στεφανοῦσιν ἐν ταῖς πομπαῖς. *Milion arbor abieti similis, qua Adolescentes in pompis coronantur.* Non in pompis, seu apparatibus


 solemnibus,

solemnibus, in modum Triumphi, Latini taxea corona usi sunt, sed in luctu, & mærore; taxeâ corona, tanquam funesta. Statius in Epid. vernæ.

——— en taxea marcet
Sylva comis, hilarésque Hederas plorata cupressus,
Excludit ramis.

Malè verò Plin. ut infrà suo loco dicam, *hederæ smilacis coronam lugubrem* ait; taxea mæsta corona. Fallitur etiam Hesych. Smilax coronaria, frutex fuit, hederę similis, non taxus. Idem Hesychius, σμίλαξ δένδρον, οἱ δὲ πρῖνος, ἄλλοι σμίλακα, ᾗ στεφανοῦνται. Hæc est smilax hederacea, cujus in pompis usus, quam coronis infaustam, præter rationem, prædicat Plinius. Taxus longa quidem, ac

Taxus.



procera arbor est, sed tamen abietis proceritatem non attingit. Trunco est mediocris crassitudinis, & circa verticem ramoso, reliqua parte enodi; cortice squamoso, rimoso, ac scabro, exalbido, aut potiùs cinereo sordente contegitur: materies lignea è nigro ruffescit, quamplurimis intercursantibus venis, incorruptaque diu manet, lignariis fabris maximè expetita, præsertim concinnandis mensis, hastis, arcubusque conficiendis. Virg. secundo Geor.

——— *Ityreos taxi torquentur in arcus.*

Arcus hi elegantes, & pulchri, puniceo ferè colore. Similes, sed non ejusdem coloris, nisi tinctura accesserit, ex ulmo parantur: quæ res fecit taxum ulmumque eodem nomine à Belgis nuncupari. **Ibenboom** utramque, appellant. Quod necessariò monendum putavi, nequis decipiatur. Rami in latus effunduntur, in complures virgulas, ac alas distributi: quæ foliis utroque latere frequentibus, multisque, densè circum septæ sunt, instar ramulorum piceæ, quæ rosmarini coronarii non dissimilia sunt: sed læviora, & in virore nigriora, non odorata: cum abiegnis non ineptè comparari possunt; longiuscula, angusta, obtusa tamen, ideo molliora. Theoph. ex nigro viridia, perpetuò virentia. flosculi ab interiore virgularum parte, secundum folia, tum & circa cacumina frequentiores dependent, ex luteo Herbacei. Baccas fert rotundas, rubentes, molles, dulces, vinosasque, concavo quodam exiguo superius apparente, veluti in nigris vacciniis: quibus & forma & magnitudine proximè respondent. Radice est brevi, per summa cespitum repente.

Ἐξ ἀρκαδίας. Taxum in Arcadia & Ida nasci scribit. Dioscorides in Italia & Narbonnensi Gallia. Non tantum in iis reperitur regionibus, sed etiam in Belgij Arduenna sylva frequens est: in Angliâ copiosissima. Nulli sanè Angliæ angulo deest hæc; ubi semper virente, umbrosa, densaq; ramorum juba, latissima, (similis hactenus abieti,) plumatim longis quasi pectinum radiis, atro-virentibus comatur, inque sepulcretis & arcis, pro templorum foribus, pangitur. Ad arcendos solis æstus à concione, plebs sub tegmine taxi umbrosæ & annosæ, conventus religiosos agere sæpius solita est, nullo percepto vel tantillo incommodo.

Ἐξαπατᾶν *fraudere.* Facilè animadvertitur fraus. Cedri lignum accensum, suavissimè spirat, foetet taxi. Quę de taxo Theophrastus, de fraxino Plinius lib. 16. cap. 13. *Materies est ad plurima utilis, ea quidem quæ fit in Ida Troadis, in tantum citro* (lege cedro, vel serva *citro*, non dissimile cedri, citrique lignum) *similis est, ut ementes fallat, cortice ablato.*

Καρπὸν φέρει στρογγύλον μικρῷ μεῖζον κυάμου. fructum fert qualem descripsi. Græcam intellige fabam. Rotunda hæc, ac planè à vulgari dissimilis, vide lib. 8. ubi de leguminibus agitur. Quę sit Gręcorum faba, disputant Botanici, & adhuc sub judice lis hæret. Quę vulgo faba Gręca dicitur, sylvestris est quędam faba, semine neutiquam plano, quale vulgaris, sed atro, rotundo.

Λόφουρα. Citat hunc locum Nicandri scholiastes, sed ἀντὶ λόφουρα, κολόφουρα scriptum fuisse docet. ὁ δὲ Θεόφραστος περὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν εἴρηκεν, αὐτὸ δὲ μόνον, ὅτι τὰ κολόφουρα τῶν ζώων γευσάμενα (ὀδμησάμενα in marg.) ἀποθνήσκει· κολόφουρα δέ εἰσι βόες, ἡμίονοι· Καλλίμαχος δὲ ἑρπετά. *Theophrastus hominibus nocere non dixit, sed si* κολόφουρα *gustent,* (*olfacient*, in margine, minus rectè.) *mori tradit.* κολόφουρα *sunt boves, muli. Callimachus reptilia esse ait.* Verisimile sic scribendum. Iuvat suspicionem, quod verbum κολόφουρα exponat scholiastes, quia minimè vulgare, nec unquam exposuisset, nisi suo ęvo sic in M. SS. legeretur codicibus; saltem eo quo usus est. Attamen si res penitius examinetur, corruptus Nicandri scholiastis codex. κολόφουρα, animalia inquit esse, qualia sunt boves, muli; at hæc λόφουρα. Nam κολόφουρα, jumenta quę cauda jubaque carent. ἀπὸ κολοβὸς & λόφουρα. λόφουρα autem animalia, quę caudam & jubam habent, seu, quę setas habent, in cervice erectas, in modum cristę, & caudam. Eustat. Odys. 7. ζῶα λόφουρα τὰ ὥς φασί τινες ἔχοντα λόφους, καὶ οὐράς. Idem Iliad. ψ λόφουρα ζῶα, τὰ οὐρὰν καὶ λοφιὰν ἔχοντα. caudam, jubamque habet equus, bos, mulus. Corrigendus ergo scholiastes ex Theophrasto.

Ἐὰν φάγῃ &c. Hoc de fraxino Plinius. *Folia*, inquit, *jumentis mortifera, cæteris ruminantiū innocua Græci prodidêre, in Italia nec jumentis nocent.* Conantur quidam Plinium defendere, ac Gręcos aliquos reprehendere, qui fraxinum jumentis mortiferum scripsere, cum experientia falsum id esse, in Italia testetur. Sed qui illi Græci, qui hoc tradiderunt? Respondent. Sestius, & alii, quorū scripta periere. quod esse nequit. Nam ipse Plinius, cap. 10. ejusd. libri, testem vocat Sestium, in Arcadia, taxum Venenum esse. Sed ex iis quæ supra de ligno, ejusq; fraude diximus, satis constat, à Plinio confundi fraxinum cum taxo, quem vocum μίλος, & μελίας vicinitas decepit; nisi placeat, paulò negligentius ad Liberti verba attendisse. Ex hoc Plinii loco constat, Theophrasti codicem non esse corruptum. Τὰ μηρυκάζοντα sunt ruminantia. τὰ λόφουρα jumenta, quorum opera utimur, equus, bos, mulus, camelus. Columella tamen, bovem à jumentis separat, lib. 1. cap. 6. *Nec altius edita esse præsepia convenit, quam ut bos, aut jumentum, sine incommodo stans, vesci poßit.* Idem lib. 6. cap. 19. *Machina fabricanda, qua clausa jumenta, bovésque curtentur.* Sic loquitur, quod inter jumenta bos esset præcipuus; bovibus arabant, aliasque res rusticas conficiebant. Sensus ergo; *quam ut bos, aut jumentum aliud, sine incommodo stans, vesci poßit*: Item *machina fabricanda, qua clausa jumenta, præcipuè boves, curtentur.* Ruminantia dicuntur, quæ remandunt, & cibum à rumine ad os revocant. Propriè dicitur de animantibus, quæ, in superiore mandibulo, dentes priores non habent. Inter hæc bos numerari nequit. Columel. lib. 7. *Propter quæ bos, neque ruminat, neque lingua se detergit.* Malè ergo doctiss. Botanicus; iis in locis nobis compertum est, quod non modo jumenta, quæ non ruminant, devorata taxo, moriuntur; sed & quæ ruminant; quandoquidem boves complures vidimus, à rusticis deploratos, qui taxum depasti fuerant.

Ἀνθρώπων &c. Lobel. & Pena idem testantur. Quamvis prorsus feralis, & pernecabilis credita taxus, ejus tamen baccas rubentes, coccinas, teretes, persimiles & subpares smilacis asperæ; vel asparagi granis, innoxiè pueri esitant in Anglia: nosque gustavimus sub hyemem, non ingrato sapore, sed fatuo, vel amaricante, ubi porci passim,

passim iis, quasi glandibus, pascuntur. Aliis alia sententia Plin. lib. 16. c. 10. *Similis his* (abietibus, pinis, piceis, inter resiniferas arbores taxum recenset, cum resinam non ferat; id facit, quod folio, aspectuque, illis sit similis) *etiamnum aspectu est, ne quid prætereatur, taxus, minus virens, gracilisque, & tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus* (*resiniferis*) *sola baccifera, mas noxia fructu. Lethale quippe baccis, in Hispania præcipuè, venenum inest, vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Hanc Sestius smilacem à Græcis vocari dixit, & esse in Arcadia tam præsentis veneni, ut qui obdormiant sub ea, cibúmque capiant, moriantur: repertum innoxiam fieri, si in ipsam arborem, clavus æreus adigatur.* Hæc examinanda. *Mas*, inquit, *noxia fructu*. Non agnoscit maris, fœminæve differentiam. taxus Theophrasto μονογενὴς est, id est, quæ caret masculi & fœmellæ distinctione. Lethale in Hispania baccis. In Italia etiam baccas venenatas scribit Disc. τῶν δὲ ἐν ἰταλίᾳ γινομένων τὸν καρπὸν ὀρνίθια ἐσθίοντα, μελαίνεται, οἱ δὲ προσπιγνόμενοι διαῤῥοίαις περιπίπτουσι. *Sed nigrescunt aviculæ, quæ Italicæ taxi fructu vescuntur, & quum eundē ederint homines, alvi profluviis corripiuntur.* μελαίνεται, *nigrescunt*. Lacuna legit in antiquo codice πίονται vel πιαίνονται. Quæ lectio non displicet. Quia hac vi pollet taxus. Diosc. in Alex. ποθεῖσα ἐπιφέρει ψύξιν κατ' ὅλου τοῦ σώματος, καὶ πνιγμὸν, ὀξεῖαν τε τὸν θάνατον. *pota, frigus universi corporis, strangulatus, & celerem interitum infert.* Malunt alii πιαίνονται *saginantur*, legere, quod antiquissimi Diosc. interpretes sic legerint. Certè malim vulgatam servare lectionē. Audio enim in Italia, ejus pastu aviculas nigrescere, & postea attonitas cadere. Apud Norimbergēses aviculas avidè expetere rubros hujus acinos, sed attonitas fieri, ac postea facilè capi, auctor Camerarius. Orni baccæ rubent ad instar taxi. Has mirum in modum quædam aviculæ expetunt. Credo vicinitate coloris decipi aviculas, putantes baccas esse orni. sed in re incerta nihil certi scribo. Homines, harum pastu, dysenteria corripi, auctor Dioscorides. Idem Tradit Mathiolus. *Quas*, inquit, *quandoque mandentes tum pastores, tum qui in sylvis arbores cædunt, statim in febres incidunt, & dysenterici fiunt; sanguine & spiritibus admodum inflammatis.* Calidáne an frigida taxus, non est hujus loci disputare; id agam in notis ad Diosc. si Deus opt. max. concesserit. *In Arcadia*, inquit, Plinius *tam præsentis veneni.* Arcadicæ quidem taxi meminit Theophrastus: sed non in eam sententiam; nam hominibus non lethalem ait. Idem & Arcadicæ smilacis meminit, sed hæc à taxo longè diversa, & Ilici similis. Nam smilax Arcadica non est taxus, sed ex ilicum genere arbor. Puto scripsisse Plinium, *in Narbona tam præsentis*, &c. Diosc. τὸ δὲ ἐν τῇ ναρβωνίᾳ τοσαύτης δυνάμεως μετέχει, ὥστε ἐκ τῆς σκιᾶς τοὺς ὑποκαθίζοντας, ἢ κοιμηθέντας βλάπτεσθαι. *Narbonensis verò tam præsentis est veneni, ut qui sub ejus umbra sederint obdormierintve lædantur, & sæpe numero etiam moriantur.* Plutarchus eo tantum tempore taxum noxiam esse tradit, quo florere incipit, quod tum succo sit maximè prægnans. 4. symp. quest. prima. Μὴ θαυμάζωμεν δὲ, εἰ τοσαύτην αἱ τῶν στεφάνων ἀποφοραὶ δύναμιν ἔχουσιν· ἱστοροῦσι γὰρ, ὅτι ἡ σκιὰ σμίλακος ἀποκτίννυσιν ἀνθρώπους ἐγκαταδαρθέντας, ὅταν ὀργᾷ μάλιστα πρὸς τὴν ἄνθησιν, *Mirum verò nemini videri debet, si exhalationes sertorum vim tantam habent: cum memoriæ proditum sit, umbram taxi interficere homines, in ea dormientes quo tempore planta maximè turget, & florem parturit suum.* Apud nos umbra minus quidem perniciosa, dolorem tantum capitis excitat iis, qui diutius sub ea hęrent, ac manent. De taxo intelligendus versus Lucretii.

Est etiam magnis Heliconis montibus arbor,
Floris odore hominem tetro consueta necare.

Floris, inquit, *odore*: quod, ut Plutarchus ait, tum maximè nocent. Hac de causa ab apiario semovet taxum Virgilius Lib. 4. Georg.

Ne propius tectis taxum sere: (sine) *neve rubentes,*
Vre foco cancros.

Idem Ecloga 9.
Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

Vide Columel. Lib. 9. cap. 4. at tiliç solç ex omnibus sunt nocentes, taxi repudiantur.

Sequitur ὄστρυς. Grecum codicem restituit Rob. Constantinus. Fortasse cuipiam placebit legere πολύινα δὲ, καὶ ἀπὸ τῆς μέσης ἰνὸς πλευροειδοῦς &c. Perinde utrum vocem ἰνὸς subintelligas, an addas. Ego melioris intellectus gratia adderem. Verba Theophrasti in hunc sensum verte. *Est & ostrys, quam nonnulli ostryam vocant, unica species, oxyæ, quam scissimam vocant, tum satu, tum cortice similis; folio pyri, multum oblongiore, in acutum contractiore, & majore: fibris multis, ac crassis, à medio dorsi in modum costarum, secundum rectam ac magnam fibram porrectis, in fibris ipsis rugato, & in ambitu leviter serrato: materie dura, decolore, exalbida; fructu parvo, oblongo hordeo simili, flavo; radice summo cespite serpente; aquas convallésque amat.* Meminit ostryos Plinius, cujus verba citat Rob. Const. In iis hęc notanda. *similem*, inquit, *fraxino cortice & ramis. Oxyes*, inquit, Theophrastus, μαίας legit Plinius. Magna differentia inter folia fraxini & fagi, quam oxyan diximus. Τῇ φυτείᾳ, *ramis*, vertit *corpore* Theodorus. An legendum βλαστοῖς, vel κλάδοις? Φυτεία non solet quid comparare Theophrastus. Credo scriptū fuisse φύσει, *Natura* quod fagi instar arbor sit magna & latè comosa. *Rugosis incisuris.* Theophrastus, *foliis pyri majoribus, multò longioribus, in acutum contractis, fibrosis, rugosis circa fibras, tenui per ambitum scissura: reliquis fibris à media costarum, modo in rectum juxta magnum porrectis.* Aut Plinius locum hunc Theophrasti non intellexit, aut corruptus Plinii codex. Scribendum reor; *foliis pyri, paulò tamen longioribus, crassioribus, per ambitum incisis, fibris rugosis, quæ per tota discurrunt.* Sequitur, *semine hordeo simile, & colore. Materies est dura, atque firma.* Theophrastus *fructu ait esse parvo, oblongo hordeo simili*, (figura scilicet.) *colore flavo*, vel *ex flavo rubro* (quomodo vox ξανθὸν exponenda, me alibi fusius dicere memini.) *materies dura, decolor, exalbida.* Scribe, *semine hordeo simili, decolore materie, dura, atque firma.* Quæ arbor ὄστρυς referat, nondum constat. Placet nonnullis, syringam cæruleam, quam lillach vocant, ostryn esse. Crassis multisque fibris, folium non habet, nec secundum fibras rugatum, omnique in ambitu incisura carens: materiem habet neutiquam duram, sed mollem, ac fungosam: nullam præterea cum oxya similitudinem habet; fruticosa enim stirps, quæ rarò arboris naturam assumit; quod si facit, mediocris tantum arbor manet, nec instar fagi comosa est. Alii syringam albam ostryam asserunt. Hæc syrinx, id est, fistula dicitur, quod caudices & ramuli, exempta medulla, fistulosi sint, & inanes. Caudices hujus ac rami geniculis articulati, tenui cortice subrubro exterius sordescunt, interius verò candida, fungosa, mollique medulla replentur. nullam etiam cum fago similitudinem habet, semen præterea fert nigrum, non ξανθόν. Alii carpinum Dodonæi & Lobelii esse affirmant. Hæc foliis est latis, haud angulosis, ad ulmi folia accedentibus, nisi teneriora essent, quæ ostendunt, nullā cum pyro folia carpini habere similitudinem. Nec semen convenit; nam ciceris magnitudine, aut paulò majora fert capitula, in quibus semen. Vide cap. de carpino. Ostryas verò semen hordeo simile est. montibus præterea ac sylvis gaudet; aquis convallibusque ostrya.

Φιλύρας, &c. Confundunt passim φιλύραν, & φιλυρέαν. φιλυρέα foliis oleæ, φιλύρα hederæ; nisi quod in angulum acutiorem rotundetur. De utraque hoc loco agam: ac primum de phyllyrea, cujus non meminit Theophrastus, nisi fortè cap. 3. hujus libri, ubi ἀσφυλλα recenset. Dicitur etiam φιλυρέα. Ægineta lib. 7. φιλυρέας τοῦ δένδρου τὰ φύλλα παραπλησίως στύφει τοῖς τῆς ἀγρίας ἐλαίας. *Philyras* (interpres malè tiliæ) *arboris folia, sylvestri oleæ similiter adstringunt.* Phillyream describit Dioscorides lib. 1. c. 110. φιλλυρέα δένδρον ἐστὶν ὅμοιον κύπρῳ, κατὰ μέγεθος, φύλλα δὲ ἐλαίας ὅμοια, πλατύτερα δὲ, καὶ μελάντερα· καρπὸν δὲ ἔχει σχίνῳ ἐμφερῆ μέλανα, ὑπόγλυκον, ὡς ἐν βότρυσι κειμένον. ἐν τραχέσι τόποις γεννᾶται, ταύτης τὰ φύλλα στύφει ὡς ἀγριέλαια, &c. *Phillyrea arbor est, cypri magnitudinem æquans, foliis oleaceis, sed latioribus, & nigrioribus; fructu lentisci nigro, subdulci, & quasi racemato; locis asperis nascitur, hujus folia, perinde ac oleastri, adstringunt.* Phillyrea vicina admodum stirps cypro, ambæ magnitudine æquales, foliis oleæ latioribus. Differunt, quod cypros folia virentiora ferat, nigriora phillyrea. De cypro hæc Dioscorides lib. 1. c. 109. κύπρος δένδρον ἐστὶ περὶ τοῖς ῥάβδοις φύλλα ἔχον ἐλαίᾳ παραπλήσια, πλατύτερα δὲ, καὶ μαλακώτερα, καὶ χλωρότερα· ἄνθη λευκὰ, βρυώδη, εὐώδη, σπέρμα μέλαν, ὅμοιον τῷ τῆς ἀκτῆς· γεννᾶται δὲ ἀρίστη ἐν τῇ ἀσκάλωνι, καὶ κανώπῳ — ξανθίζει δὲ τὰς τρίχας προσθεὶς χυλῷ τὰ φύλλα λείᾳ βρεχθέντα, καὶ ἐγχειθέντα. *Cyprus arbor est foliis circum virgulta oleæ similibus, sed latioribus, mollioribus, ac viridioribus: floribus candidis, muscosis, odoratis; semine nigro, sambuci fructui simili. optima nascitur in Ascalone, & Canopo. ruffant & capillos trita & illita folia, quæ in struthii succo maduerunt.* κύπρον quidam ligustrum exponunt. non esse poëtarum ligustrum supra probavimus. non esse vulgare, mox docebimus. Errandi occasionem dedit Plinius lib. 12.

lib. 12. cap. 24. *Quidam*, inquit, *hanc esse dicunt arborem, quæ in Italia ligustrum vocetur &c.* Diversa, ut mox ostendam, ligustrum à cypro planta. *foliis* inquit *latioribus oleæ.* Plinius ziziphi ait esse foliis. ziziphi puta candidæ, cui oleæ folia; unde olea Bohemica vulgo vocatur. Alteram & vulgatam si ziziphum intelligat, fallitur. Folia huic, vincæ pervincæ æmula, sed paululùm incisa. πλατύτερα; reperiuntur codices, in quibus στενότερα *angustiora* legitur: in aliis λεπτότερα *tenuiora* scriptum est. Non desunt in quibus πλατύτερα δὲ καὶ χλωρότερα *latiora & viridiora* reperitur. Vulgatam serva lectionem quæ Oribasii defenditur auctoritate. *floribus candidis.* Idem testatur Plinius.

Βρυώδη. βοτρυώδη Oribas. Utraque defendi potest lectio. Sunt oleę similes, & racematim nascuntur. Oribasii præstat; quod flores racematim magis nascuntur, obleæque non sunt valde similes. *semen sambuci fructui simile.* Plinius *semine coriandri*, coriandro cypri semen non dissimile. *optimam*, inquit *nasci in Ascalone & Canopo. optimum*, inquit Plinius *habetur Canopica, in ripis Nili nata. secundum Ascalone Iudææ. tertium Cypro insula, odoris suavitate.* Quod de arbore Dioscorides, id de unguento videtur dicere Plinius. Scribe *optimum habetur Canope in ripis Nili natum.* Canope Ægypti esse urbem, extra controversiam est. Ascalone an Iudeę urbs, dubitatione non caret. Syriæ urbem esse ait Stephanus. ἀσκάλων πόλις συρίας πρὸς τῇ ἰουδαίᾳ *urbs Syriæ, Iudææ vicina.* In Iudæa nasci cyprum, negari non potest, Iosephus lib. 4. cap. 27. de bello Iudaico: ubi Hierichuntis amœnitatem describit, satis apertè ait, circa Hierichuntem nasci. φέρει δὲ ὀποβάλσαμον, ὃ δὴ τιμιώτατον τῶν τῇδε καρπῶν. κύπρον τε, καὶ μυροβάλανον. ὡς οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν τινὰ εἰπόντα θεῖον εἶναι τὸ χωρίον. *fert etiam balsamum* (opobalsamum propriè succus) *omnium fructuum præstantissimum, cyprum, & myrobalanum, adeo ut non peccaret, qui diceret, esse locum divinum.* Cyprum vulgare ligustrum qui scribunt, falluntur. Ligustrum folia fert nigriora, quam olea, baccas etiam fert junipero similes, non instar sambuci, aut coriandri; nec in tota Ægypto, vicinisque regionibus, ubi Dioscorides & antiqui

Cyprus vel ligustrum Ægyptium. Elhanne Alpini. Alcmana Arabum.



cyprum nasci scribunt, ligustrum reperitur. Præterea ligustri folia non ruffant capillos, nec illos ruffo imbuunt colore. Cyprum describit Prosp. Alpinus. *Verè* inquit, *hæc arbor ligustro similis apparet, floribus fructibusque exceptis, in quibus videtur aliqua dissimilitudo, inter elhanne & ligustrum. Nam & si flores racematim, perinde atq; ligustra spargant: tamen & colore, & figura, & odore ab his differunt; florum siquidem elhanne (ita vocant cyprum) non albus color, sed cineritius est, floresque figura, sambuci floribus proximi apparent, illis tamen sunt minores. Odor etiam elhanne est admodum acutus, & ligustri suavior. Fructibus non minus inter se differunt, quando ligustri sunt baccæ juniperi similes, & elhanne semina rotunda, coriandros imitantia, existant. Fert etiam folia ligustro minus lata, angustiora, candidioráque. Fructus, ut jam dixi, semina nigra, parva, multa, folliculo concludunt, qualia in granis uvarum cernuntur.* ligustrum vulgare licet multas habeat notas, cum cypro sive elhanne communes, tamen diversæ naturæ planta est. Ligustrum in frigidis nascitur locis, frigus etiam vehementissimum fert: contra elhanne calidis in locis nascitur, & ne minimum quidem fert frigus; adeò ut etiam Constantinopoli, ubi in fictilibus colitur, in cubiculis aut subterraneis, hyeme recondi debeat, & adversus frigus muniri. Si Constantinopolitanum frigus non fert, qui Batavum ferret? Pręterea perpetuo folio est cyprus, teste Zawolphio. *folia* inquit, *tota hyeme permanent*, ligustri verò cadunt. Cyprus porrò alia videtur

Cyprus latifolia.




latifolia, alia angusti folio. Figura enim ab Alpino proposita, diversa est à Zawolphii figura; & Alpinus florem subcinereum, sambuci floribus minorem, tribuit. Zawolphius verò flores pallidos, vel subflavos esse, nascentes in Thyrso, palmum verò longo, aliquantulùm tamen explicato, ut etiam foliola, inter folia nascentia conspiciantur, ramulos idem ait esse flori concolores. *Ex foliis,* inquit Alpinus, *pulverem conficiunt, quem archenda illi appellant. Hac mulieres utuntur ornatus gratia, manus ac pedes colore aureo tingentes, non autem in succo lanariæ, vel struthii, ut auctor est Dioscorides, sed simplici aqua eam miscentes, aquam auream faciunt, quæ aureo colore tingit, quod arcanum nostræ mulieres si agnovissent, pro deaurandis earum capillis, nil haberent, quo securiùs uterentur: neque sub radiis solis se urerent, variisque modis caput læderent.* Hujus pulveris meminit etiam Zawolphius. *Folia*, inquit, *tota hyeme permanent; ex quibus in pollinem redactis, & ci-*

triorum

viriorum succo exceptis, ungues, & infantium capillos, festis diebus, rubro colore, ut etiam equorum jubas & caudas tingunt. Viridis est is pulvis, & adeò vulgaris ejus usus, ut ubique in foris, culei eo pleni venum exponantur; immò naves eo onustæ ex Ægypto, & Africa, per Turcarum Imperatoris ditionem distribuendæ evehantur; illo magnum vectigal, singulis annis, ex eo commercio accipiente. Meminit & hujus Bellonius lib. 2. cap. 74. *Alcamia*, inquit, *in punici mali altitudinem excrescit: sed cæsa virgulas duntaxat profert, saligneorum viminum instar. Magnum affert quæstum Ægypti incolis: Nam ejus folia arida in pollinem terunt, flavo colore inficientem: hujus pollinis census tam ingens est, per eas regiones, quæ Turcarum subjacent Imperio, ut plus quam octodena ducatorum reddat millia. Invaluit enim ea consuetudo, ut omnes mulieres, manus, pedes, capillorum partem rubro aut flavo, viri autem ungues, hoc pulvere inficiant, addito præterea alumine, puerorum utriusque sexus capillos tingunt, equorum jubas, pedes & caudas &c.* Arabes folia cypri. χαλκάνιαν vocant. lexicon Græco-Arab. χαλκάνια τὰ φύλλα τῆς κύπρου, pro quo apud Constantinum in viatico, etiam in antiquis codicibus *alcana* legitur. Quod officinæ alcannam vocant, res est multùm à cypri foliis diversa. Græci recentiores florem Cypri χηνάιαν vocant. Neophytus κύπρος εἶδός ἐστι δένδρου ἐν κύπρῳ, ὃ ἄνθος αὐτοῦ ἐστὶ τὸ λεγόμενον χηνάια. ἕτεροι δὲ φασὶ τὴν ζιζυφαίαν. *cypre species arboris in Cypro, cujus flos vocatur chenæa. alii Ziziphum sic vocant.* Cypron insulam ab hac arbore nomen accepisse, Stephanus prodit. κύπρος, νῆσος μεγάλη ἐν τῷ παμφυλίῳ κόλπῳ, ἀπὸ κύπρου τῆς θυγατρὸς κινύρου, ἢ ἀπὸ τοῦ φυομένου ἄνθους κύπρου. *Cypros insula in sinu Pamphilio magna, nomen habens à Cypro filia Cinyri, vel, quod cypros flos in ea plurima reperiatur.* Nec Dioscorides nec veterum quisquam, cyprum in Cypro provenire tradiderunt, nasci tamen in ea negare non audeo. Vulgare ligustrum describere, supervacuum puto; nemini incognitum: nihil enim illo frequentius, in opere topiario. Describit Carol. Clusius nonnulla phillyreę genera, quo-

Phyllyrea.



rum duo priora cum descriptione Dioscoridis non conveniunt. Primum folia non habet oleę, sed ilicis coccigerę majora, viridiora, crassiora, in ambitu nonnihil spinosa, adstringentis quidē gustus, sed non ingrati. Alterum foliis alaterno priori penè similibus, firmioribus tamen, & minus nigricantibus, saporis quidem aliquantulum acris, sed in quo amaritudo sentiatur. Tertium melius cum descriptione convenit. *Superioribus*, inquit Clusius, *minor est* (mali punicæ magnitudine, aliquando paulò amplior est) *ut plurimùm, illius tamen arbusculam videre memini, duorum hominum altitudinem æquantem, & ab illa, ramulum suis floribus onustum, avellebam, è quo subjecta icon delineata est.* (eundem ex schedis Clusii ramum adhuc servo) *Ejus autem rami exalbido cortice teguntur, ut in altera aliquantulum rugoso; folia habet, ut oliva, oblonga, sed tamen latiora, molliora, & non perinde candida, sed virentiora, adstringentis gustus. Flores oleæ similes, pusillos, ex herbaceo candicantes, confertim racematimque inter foliorum exortus nascentes, fructus sunt baccæ rotundæ, nigræ, instar lentisci, racematim quasi cohærentes.* Hanc phillyream dico. Malunt alii cyprum vocare: sed cùm in Ægypto non nascatur, nec foliis prædita sit, quæ tingere capillum ruffo possunt colore, non video cur horum subscribam sententiæ. Quartum humanam altitudinem æquat, ramos tamen minores & frequentiores habet, quā superiores, nigriore cortice tectos: folia oleastri, angustiora, viridiora, amaritudinis non expertia: (hæc satis ostēdunt, hanc non esse phillyream) flores etiam exiguos, albicantes, oleę similes, simul congestos, & inter foliorum alas, circa ramulos nascentes: quibus succedit fructus, maturitate niger, baccarum myrti magnitudine, officulo duro pręditus. Nec hæc cyprus. Ubi folia quæ ruffos tingunt capillos? Angustiora sunt oleę, Dioscorides latiora ait: nec in Ægypto nascitur. Alii phillyream putant, quam adversariorum auctores, mahaleb Serapionis existimant. Reperitur in Gallo-provincia prope Tholonam, æquat scapo & sparsis stellonibus prunum, aut cerasum; folio planè phillyreæ, aliquantulum latiore, flos Ilicis, muscosus, albidus, ex plusculis in unum coacervatus, baccis, terebinthi majoribus, nigricantibus, herbidis, dulciculis nucleoli intus crassi. prioris folia oleæ sunt similiora. φιλύρα Latinis tilia, non solùm arborem ità dictam denotat, verùm etiam ejusdem arboris bracteas. Hoc est, tenuiores membranas, inter lignum & extimum corticem latitantes. Philyra quidem tenuissimi corticis nomen est: tilia verò aliquantò crassioris, minusque quam philyra tenuis. Plin. lib. 16. cap. 14. *Inter corticem ac lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur; tenuissimæ earum philyræ coronarum lemniscis celebres, antiquorùmque honore.*

Athenæus Lib. 14.

φιλύρας εἶχε γὰρ ὁ παῖς ἄφυλλον στέφανον ἀμφικείμενον.

Philyræ enim habuit puer foliis carentem coronam circùm positam.


Horat. Lib. 1. Oda ult.

Persicos odi puer apparatus.
Displicent nexæ philyra coronæ,
Mitte sectari, rosa quo locorum
sera moretur.

φιλύρινοι πίνακες sunt schedæ tabellæ, quibus pro chartis veteres utebantur. Ælian. & Eust. οἱ μὲν ἀρχαῖοι ξύλοις, ἢ φλοιοῖς, ἢ φιλυρίνοις πίναξι πρὸς γραφὴν ἐχρῶντο. *veteres lignis, corticibus, philyris tabellis ad scribendum utebantur.* Hinc Suidas φιλύρα εἶδος δένδρου. ἔχον φλοιὸν βύβλῳ παπύρῳ ὅμοιον. *arbor quædam corticem habens byblo papyro similem.* Corrige etymologici auctoris codicem. Vulgo editur φυτὸν ἔχον φλοιὸν βύβλωπα, πυρῷ ὅμοιον, ἐξ οὗ τοὺς στεφάνους πλέκουσι. Vir magnus vertit. *planta habens corticem papyraceum, frumento similem, ex quo coronas plectunt.* Scribe ex Suida, φλοιὸν βύβλῳ παπύρῳ ὅμοιον. βύβλος πάπυρος, ad differentiam alterius alicujus papyri. Martianus Capella lib. 2. ubi de libris loquitur. *Alii carbasinis voluminibus complicati libri: ex ovillis multi quoque, rari verò ex philyræ cortice subnotati.* Hic philyra pro tilia usurpari videtur. Plinius lib. 24. cap. 8. ex interioribus corticibus, ulmi tunicas, tilias vocat, *ulmi*, inquit, *& folia, & cortex, & rami vim habent spissandi, & vulnera contrahendi. corticis utique interior tilia lepras sedat.* & interiectis quibusdam, de eadem adhuc ulmo verba faciens. *Idem & præstant tiliæ cortices.* Tiliam luculenter describit Theophrastus. Descriptionem illius non tradidit Dioscorides; attamen ipsi incognita non videtur fuisse. In præfatione enim lib. 1. ait, ἀποτιθέσθω δὲ ἄνθη, καὶ ὅσα εὐώδη συγκλείεν ἐν κιβωτίοις φιλυρίνοις ἀνοτίστοις. *flores autem, & quæcunque odorata fuerint capsulis tiliaceis humorem non admittentib. reponantur.* Ex tilia cistas fieri, auctor Theoph. Et hoc quidem ipso capite refert Bellonius in monte Atou etiam lagenas fieri ex tiliarum corticibus. Luculenter, ut dixi, Theoph. tiliam describit. Quæ in Græco codice corrupta sunt, emendavit Robertus Constant. Verba Theophrasti in hunc sensum exscripsit Plinius. *In Tilia mas & fœmina: differunt omni modo* (id est, tota

tota figura, ligni specie, fœcunditate) *namque & materies maris dura, russiórque, ac nodosa, & odoratior; cortex quoque crassior, ac detractus inflexibilis; nec semen fert, aut florem, ut fœmina; quæ crassior arbore, materie candida, præcellénsque est. Mirum in hac arbore, fructum à nullo animalium attingi,* (vide lib. I. c. 20.) *foliorũ corticisq; succum esse dulcem. — Materies teredinem non sentit, proceritate perquam modica, verum utilis:* Contrarium experimento

Tilia Fœmina.



constati ampla, magna, & procera satis arbor. Confundit Plinius phillyream & philyram. Quod ex cap. 8. lib. 24. probatur: ubi tiliæ vires attribuit, quibus pollere phillyream auctor est Dioscorides. *Arbor*, inquit, *tilia leniter tusa, ad eadem ferè ulilis est atque oleaster &c.* Diosc. cap. de phillyrea. ταύτης τὰ φύλλα ἔοικεν ὡς ἀγριελαίᾳ. Recentiores tiliam fœminam, maremq; agnoscunt. Fœmina vulgo nota, procera magnaque arbor, multis, oblongis, & vastis ramis, in latitudinem amplam diffusis, magna & non inamœna umbra, terrã opacantibus: caudices crassi sunt: cortex lævis exteriore parte, subnigricans, lævis, nudus, sed interiùs ex luteo inalbicans, flexibilis, lentus, admodùm obsequiosus; ex quo intorquentur funes, chordæ conficiuntur, ac alia quædam texuntur. Inter corticem hunc & lignum, aliæ tenues sunt interiores cortices, & veluti membranæ, à quibus, aliarum quoque arborum cortices, tiliæ quoque vocantur. Materies hujus ligni levis, non dura, enodis, & inalbicans, in opere tractabilis; ex qua carbones fiunt, conficiendo pulveri bellicarum machinarum utiles: folia lęvia, splendentia, lata, acuminata, hederæ foliis non angulosis ferè similia sed dilutius virentia, toto ambitu modicè serrata. flosculi odorati, candicantes, racematim aut potius umbellatim in longis coherent pediculis, qui à quibusdam veluti angustis, & albicantibus foliolis exeunt. Fructus pilulę sunt, sive baccę rotundę, ex folliculis quasi confectę, nigricantes, racematim corymborum hederę modo coacervatę; in quibus semen minutum continetur, rotundum, nigricans, quod ex baccis, nondum satis maturis, & dehiscentibus, excidit. Radices in profundum descendunt, ac in latitudinem simul exspatiantur. Tilia mas, arbor est, non minus procera crassaque, in amplitudinem instar fœminę diffusa. cortices lenti quidem sunt, & obsequiosi, ad funes conficiendos idonei, sed tamen minus flexibiles, magis scabri, paulò duriores, ac fragiliores. lignum durius, nodosius, flavum, ulmi satis simile. folia lata, scabra, parùm in ambitu crenata, haudquaquam lęvia, propemodùm velut ulmi, in quibus tamen folliculi nulli gignuntur. Fructum adeo rarò fert, ut sterilis, & nec ullum facere existimetur. Interdum tamen siliquas edit rotundas, planas, compressas, coacervatas, & uti majoris Thlaspios infarctas, cum crena sive fissura in summa parte, racematim plures coherentes, quarum singulę ex singulis petiolis dependent. Pingue lętumque solum utraque requirit, in stercorato optimè proficit. Fœmina Majo mense floret; fructus Septembri maturus conspicitur. ad tiliarum antiquarum radices. Sępe, numero simile observatur ei, quod ad quercus radices uva est. Scribit Servius, Saturnum Philyram Oceani filiam adamasse, quam nonnulli in florem commutatam ajunt: alii in arborem, cujus liber philyrinus vocetur, ex quo coronę colliguntur. Verisimilius φίλυραν dictam hanc arborem, quod in tenues assulas, sive philyras discerpatur.

ΚΕΦ. ΙΑ.

ΤΗς " δὲ σφενδάμνου καθάπερ εἴπομεν δύο γένη ποιοῦσιν· οἱ δὲ, τρία. ἓν μὲν δὴ τῷ κοινῷ προσαγορεύεται σφένδαμνον, ἕτερον δὲ ζυγία, τρίτον δὲ † κλινότροχον· ὡς οἱ περὶ Στάγειρα. διαφορὰ δ' ἐστὶ τῆς ζυγίας καὶ τῆς σφενδάμνου· ὅτι ἡ μὲν σφένδαμνος, λευκὸν ἔχει τὸ ξύλον, καὶ εὐινότερον. ἡ δὲ ζυγία, ξανθὸν καὶ οὖλον. τὸ δὲ ‡ ξύλον εὐμέγεθες ἀμφοῖν. τῇ σχίσει ὅμοιον τῷ τῆς πλατάνου πεταλὸν, λεπτότερον δὲ καὶ ἀσαρκότερον, καὶ μαλακώτερον, καὶ προμηκέστερον. τὰ δὲ " σχίσματα ὅλα εἰς ὀξὺ συνήκοντα, καὶ οὐχ οὕτω μεσοσχιδῆ, ἀλλ' ἀκροσχιδέστερα· † οὐ πολύϊνα δὲ, ὡς κατὰ μέγεθος. ἔχει δὲ καὶ φλοιὸν μικρῷ τραχύτερον τοῦ τῆς φιλύρας. ὑπόπελιον, παχὺ, καὶ ‡ πυῤῥότερον, ἢ ὁ τῆς πίτυος, καὶ " ἀκαμπῆ· ῥίζαι δ' ὀλίγαι, καὶ μετέωροι, καὶ οὖλαι σχεδὸν αἱ πλεῖσται. † καὶ ξανθαὶ, καὶ αἱ τῆς λευκῆς. ‡ γίνεται δὲ μάλιστα ἐν τοῖς ἐφύδροις, ὡς οἱ περὶ τὴν Ἴδην λέγουσι. καὶ ἔστι σπάνιον. περὶ ἄνθους δὲ οὐκ ἤδεσαν. τὸν δὲ καρπὸν οὐ λίαν μὲν προμήκη, παρόμοιον δὲ τῷ πα-

" τῆς δὲ τῆς. † κλινότροχον. ‡ φύλλον. " σχήματα Ald. Germ. † οὐ πολύϊνα Ald. Germ. ‡ Al. Germ. πυρώτερον. Ludg. πυῤῥότερον lege πυκνότερον cum Theod. " Ald. Ger. δυσκαμπῆ Theod. δυσκαμπῆ. † Germ. καὶ αἱ ξανθαὶ Theod. καὶ αἱ τῆς ξανθῆς. ‡ γίνεται δὲ μάλιστα ἡ σφένδαμνος.

CAP. XI.

Aceris, & fraxini generis.

ACeris (ut retulimus) alii bina, alii terna genera statuunt. Vnum, quod communi generis nomine acerem vocant: secundum caprinum, tertium " lectirotariam: videlicet, ut Stagiritæ distinguere solent. † Caprinus verò ab acere distat. quod aceri candida, atque neruata materia: ‡ caprino autem flava crispáque: " ampla ambabus. Platano in findendo similis. Venis enim in longum fluctuat, sed gracilior, macilentior, mollior, longior. Omnia ejus fissa in acutum compressa abscinduntur. Nec ita semifissa, sed in summo potiùs præfissa, multinervia minus sunt, quam pro sua magnitudine esse debeant. Cortice paulò scabriori quàm tilia vestitur, sublivido, crasso, spissioríque picea, & ad inflectendum contumaci. Radices paucas, & sublimes, crispásque ferè magna ex parte tam flava, quam candida gerit. Riguis potissimum nascitur in locis, ut Idæi volunt, inventuque rara est. † De flore nasci ajunt fructum haud valde oblongum, & paliuro similem: verùm

" *lectirotam.* † *carpinus.* ‡ *carpino.* " *foliũ ambabus satis magnũ, platano fissuris simile, expansum, tenuius, gracilius, mollius, lõgius, omnésque ejus fissuræ in acutum compressæ abscinduntur, nec ita ut platani ad medium usque fissa, sed tantùm in summo; neque nervorum numerus magnitudini folii respondet.* † *De flore nihil afferunt: fructum haud valdè oblongum, & paliuro similem.*

oblongiorem

λευρῷ, πλὴν περιμηκέστερον. οἱ δ' ἐν τῷ Ὀλύμπῳ, τὴν μὲν ζυγίαν ὄρειον μᾶλλον, τὴν δὲ σφένδαμνον καὶ ἐν τοῖς πεδίοις φύεσθαι. εἶναι δὲ τὴν μὲν ἐν τῷ ὄρει φυομένην ξανθὴν, καὶ εὔχρουν, καὶ οὔλην, καὶ στερεάν· ᾗ καὶ πρὸς τὰ πολυτελῆ τῶν ἔργων χρῶνται. τὴν δὲ πεδινὴν, λευκήν τε, καὶ μανοτέραν, καὶ ἧττον οὔλην. καλοῦσι δ' αὐτὴν ἔνιοι "γλῖνον, οὐ σφένδαμνον. καὶ τῆς ἄρρενος οὐλότερα τὰ ξύλα, καὶ συνεστραμμένα. καὶ ἐν τῷ πεδίῳ ταύτην φύεσθαι μᾶλλον, καὶ βλαστάνειν πρωΐτερον. ἔστι δὲ καὶ μελίας γένη δύο. τούτων δ' ἡ μὲν, ὑψηλὴ καὶ εὐμήκης ἐστὶ, τὸ ξύλον ἔχουσα λευκὸν, καὶ εὔϊνον, καὶ μαλακώτερον, καὶ ἀνοζότερον, καὶ οὐλότερον. ἡ δὲ ταπεινοτέρα, καὶ ἧττον εὐαξὴς καὶ τραχυτέρα, καὶ σκληροτέρα, καὶ ξανθοτέρα. τὰ δὲ φύλλα τῷ μὲν σχήματι δαφνοειδῆ πλατυφύλλου δάφνης, εἰς ὀξύτερον δὲ συνηγμένα· χαραγμὸν δέ τινα ἔχοντα κύκλῳ καὶ † ἐπικαθίζοντα. τὸν δὲ ὅλον κλῶνα, ὅπερ εἴποι τις, ἄφυλλον· τῷ ἅμα φυλλοφορεῖν ἀφ' ἑνὸς μίσχου, καὶ περὶ μίαν οἷον κατὰ γόνυ συζυγίαν. τὰ φύλλα δὲ καθ' ἕκαστον πέφυκε. συχνῶν δ' ἰσχουσῶν τῶν συζυγιῶν. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς ‡ οἴης. ἔστι δὲ τῶν μὲν "τραχέα τὰ γόνατα, καὶ αἱ συζυγίαι τὸ πλῆθος ἐλάττους· τῆς δὲ τῆς λευκῆς καὶ † μακραὶ καὶ πλείους. καὶ τὰ καθ' ἕκαστον φύλλα μακρότερα, καὶ στενώτερα. τὴν δὲ χρόαν ‡ πρασώδη. φλοιὸν δὲ λεῖον ἔχει. καὶ πυκνὸν δὲ, καὶ λεπτὸν, καὶ τῇ χρόᾳ "πυρόν. πυνόρριζον, δὲ, καὶ παχύρριζον, † καὶ μετέωρον. καρπὸν δὲ οἱ μὲν περὶ τὴν Ἴδην οὐχ ὑπελάμβανον ἔχειν, οὐδ' ἄνθος. ἔχει δ' ἐν λοβῷ καρπὸν λεπτὸν καρυηρὸν, ὡς τῶν ἀμυγδαλῶν, ὑπόπικρον τῇ γεύσει. φέρει δὲ καὶ ἕτερ' ἄττα, οἷον βρύα, καθάπερ ἡ δάφνη· πλὴν ‡ στρυφνότερα. καὶ ἕκαστον καθ' αὑτὸ σφαιροειδὲς, ὥσπερ τὰ τῶν πλατάνων. τούτων δὲ τὰ μὲν, περὶ τὸν καρπὸν τὰ δ' ἀπηρτημένα πολύ. καὶ τὰ "πλεῖστα οὕτω. φύεται δ' ἡ μὲν λεία περὶ τὰ βαθύσκια μάλιστα, καὶ ἔφυδρα· ἡ δὲ τραχεῖα, καὶ περὶ τὰ ξηρὰ, καὶ πετρώδη. ἔνιοι δὲ καλοῦσι τὴν μὲν † μελίαν ὥσπερ οἱ περὶ Μακεδονίαν. μείζων δὲ καὶ μακροτέρα ἡ βουμελία· διὸ καὶ ἧττον οὖλον. φύσει δὲ τὸ μὲν, πεδεινὸν καὶ λεῖον· τὸ δὲ ὀρεινὸν, καὶ τραχύ. ἔστι δὲ ἡ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι φυομένη, ‡ εὔχρους, καὶ λεία, καὶ στερεὰ, καὶ γλίσχρα· ἡ δὲ ἐν τῷ πεδίῳ, ἄχρους, καὶ μανὴ, καὶ τραχεῖα. τὸ δὲ ὅλον, ὡς εἰπεῖν, τὰ δένδρα, ὅσα καὶ ἐν τῷ πεδίῳ, καὶ ἐν τῷ ὄρει φύεται, τὰ μὲν ὀρεινὰ εὔχροά τε, καὶ στερεὰ, καὶ λευκὰ γίνεται· καθάπερ "ὀξυπτελέα, καὶ τἄλλα· τὰ δὲ πεδεινὰ, μανότερα καὶ ἀχρούστερα, καὶ χείρω πλὴν ἀπίου, καὶ ‡ μελίας, καὶ ἀχράδος, ὡς οἱ περὶ τὸν Ὄλυμπον φασι. ταῦτα δ' ἐν τῷ πεδίῳ κρείττω, καὶ τῷ καρπῷ, καὶ τοῖς ξύλοις. ἐν μὲν γὰρ τῷ ὄρει τραχεῖς, καὶ ἀκανθώδεις. καὶ ὀζώδεις εἰσίν· ἐν δὲ τῷ πεδίῳ λειότεροι καὶ μείζους. καὶ τὸν καρπὸν ἔχουσι γλυκύτερον, καὶ σαρκωδέστερον. μεγέθει δὲ αἰεὶ μείζω τὰ πεδεινά.

oblongiorem assignant. At vero Olympi incolæ ‡ caprinum montanam potius esse volunt. Acerem planis etiam nasci, atque nascentem in monte, flavam, gratè coloratam, crispam, & solidam esse, quâ ad opera lautiora utuntur: campestrem verò candidam, rariorem corpore, minusque crispam. Quam nonnulli Gallicam, non acerem vocant: marisque materiem crispiorem esse, atque contortam: & planis eam potius nasci, germinaréque maturius. Duo & fraxini genera: quorum alterum excelsum, procerumque est: lignum candidum "crassis venis, mollius, enodius, crispiusque habens. Alterum humiliùs, minùs auctile, scabrius, durius, flavius. Folia laurinis lauri latifoliæ similia, in acutius tamen coacta, & ambitu leviter serrata, ac subsidentia. † Ramulus totus, quem folium unum putaveris, quoniam simul cuncta folia ferat, singulari pediculo, & singulis foliis conjugatim, veluti per genicula pendentibus constat: amplo intervallo conjugationibus distinctis, similiter atque in sorbo. Sunt aliis breviora internodia, conjugationésque pauciores: aliis, ut puta candidis, longæ, pluresque, & singula folia oblongiora, angustiora, coloréque porracea: cortice lævi, spisso, tenui, coloreque rubro integitur: radicibus crebris, crassis, ‡ sublimibusque adhæret. Fructum Idæi nullum hanc habere existimant, atque etiam flore carere. Fert tamen in siliqua fructum minutum nucis modo, qualis amygdalæ, gustu subamarum. Fert & alia quædam, "muscos, quemadmodum laurus, verùm magis † adstringentia gustum, singulaque per se in orbem circumacta platani pilorum specie. Horum alia circa fructum, alia multum semota exeunt. ‡ Quin & implicamina quædam eodem modo nascuntur. Lævis illa, locis potissimum "concavis madidisque prodit: scabra, siccis, atque saxosis. Quidam alteram † bubulam fraxinum vocant; videlicet Macedones. Major, & rarior corpore ‡ bubula est, & ob id minus crispa. Est enim omne campestre læve: montanum autem omne, scabrum. Quæ montibus nascitur "colorata, lævis, robusta, lentata est: quæ in planis, decolor, rara corpore, scabraque assurgit. Ad summam arbores fere omnes, quæ tam montibus quam planis, eædem proveniunt, monte coloratæ valde, candidæque assurgunt; ut scissima, ulmus, reliquæque: plano autem rariores corpore, pallidiores, deterioresque, præterquam † pyrus & fraxinus, ut Olympi incolæ volunt. Hæ namque in planis cum fructu, tum materie præstant. Quippe montibus scabræ, spinosæ, nodosæque proveniunt: planis autem læviores. Fructumque dulciorem, carnosioremque ferunt: verùm magnitudine campestres semper excellunt.

" γλεῖνον.
† Ald. Bas. ἐπικαθίζοντα τὸ δ' ὅλον ὅπερ εἴποι τις ἄφυλλον.
Rob. Const. ὑποκαθίζοντα. τὸ δ' ὅλον κλῶνα, ὥσπερ εἴποι τις μονόφυλλον.
‡ ὄης alibi.
" βραχέα.
† μακρὰ καὶ πλείω.
‡ Vide καὶ ποώδη.
" πυῤῥὸν Bas. marg.
† καὶ οὐ μετέωρον.
‡ στυφνότερα.
" πλεῖστα Bas.
† μελίαν τὴν, δὲ βουμελίαν, ὥσπερ Bas.
‡ Ευχρως Ald. Bas. Scribe εὔχρους καὶ τραχεία, καὶ στερεά, καὶ γλίσχρα; ἡ δὲ ἐν πεδίῳ ἄχρους, καὶ μανή, καὶ λεία.
" ὀξύη, πτελέα.
† μηλέας.

‡ carpinum.
" nervosum.
† ramulum totum ceu folio singulari dixeris constare, quoniam ab uno pediculo folia simul cuncta erumpunt, & per modica versuum intervalla tanquam per genicula contineter, ordineque pendeant perinde ut in sorbo.
‡ neque subter superficiem serpentibus.
" βρύα, id est, muscos.
† compacta.
‡ Plurima sic exeunt.
" opacis.
† fraxinum magnam.
‡ magna.
" colorata, scabra, robusta lentaque, quæ in planis diluitior, rara corpore, lævisq; assurgit.
† pyrus, malus & pyrastri genus quod ἄχρας vocant.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

EN τῷ κοινῷ προσαγορεύεται. *Communi nomine appellatur* σφένδαμνον. *Id etiam alibi in libris Aristotelicis animadvertimus, ut species generis nomine peculiari appellaretur. Ratio est, quia primum fuisset nota. Deinde aliis cognitis, capta sit appellatio partis pro genere, propterea quod generi nulla esset constituta.* κλινότροχον. *Theodorus* lectirotariam. *breviùs*, lectirotam. *& sic sonat Græca vox. Ruri ita utuntur ad axes Carpino, ut cuivis materiæ longè anteponant.*

Τὸ δ' ξύλον εὐμέγεθες. *Theodorus*, materia ampla: *id est, corpus. Puriùs sic*: Arbor utraque notabili magnitudine. πιτυινόν. *Idem, venis in longum fluctuat. Verbum* addidit *insolens, atque extra materiam.*

Τὰ δ' σχίσματα ὅλως εἰς ὀξὺ συνήκοντα. καὶ οὐχ οὕτω μεσοσχιδῆ. ἀλλ' ἀκροσχιδέστερα οὐ πολύ. ἵνα δ' ὡς κατὰ μέγεθος. *Comparat acerem platano secundum materiam & fissionem. Et cùm dixit, acerem findi productiore tractu: tamẽ inquit, tam platani, quàm aceris partes omnes dum finduntur, semper desinunt in mucronem: Postea addit*: καὶ οὐχ οὕτω μεσοσχιδῆ. ἀλλ' ἀκροσχιδέστερα οὐ πολύ. *Theodorus*, Nec ita semifissa, sed summum potius præfissa. *At semifissa neque in ea arbore, neque in aliis angulũ efficere queunt. Omnia tamen* εἰς ὀξὺ συνήκει *Et præfissum est, antefissum. Igitur quid est? non enim dicas, ut præfixum cuspide robur. Itaque sic interpretere. Nunc arboris partes partibus comparari: imam, summam, mediam. Imam in mucronem abire: ubi finditur. Mediam partem non ita. Summum autem esse* σχιστότερον. *tamen haud ita multum: neque id evenire merito nervorum. Ibi quoque obtinere nervos pro ratione crassitudinis. Theodorus aliter legit.* Multinervia sunt minus, quàm pro sua magnitudine.

Πυρώπτερον ἢ ὁ τ̃ πίτυ@. *Quia dixit* ὑποπέλιον, *Theodorus legit*, πυκνότερον. *Item quod in nostro Codice est*, εὐκαμπῆ, *legit* δυσκαμπῆ. *Plinius*, Carpino corticem lividum, *rectè: scabrum ejus carpini, quam quotidie videmus nos, non rectè. & sanè non est flexilis.*

Περὶ ἄνθους δ' οὐκ ἴσασιν: De flore nesciunt. *id est, an, quid, quale. Id quod tamen minus sit verisimile: indigenas cognatarum arborum florem ignorare. Itaque Theodorus aliter legit.* De flore nasci ajunt fructum.

Ἔστι δὲ καὶ μελίας γένη δύο. *Hinc aliud caput. Theodorus addit*, crassivenium. *at* ἴνας *id non significat. In Codice nostro est*, ἐπικαταθιζόντα. *Id ille omisit: nec sanè dum mihi compertum est, an usquam extet fraxinus aculeata, & mendum est.* ὥσπερ εἶποι τις ἄφυλλον. *Legit Theodorus prudenter*, φύλλον Ramulus, *inquit*, totus, quem folium unicum putaveris: quoniam simul cuncta folia ferat singulari pediculo, & singulis foliis conjugatim, veluti per genicula pendentibus constat: amplo intervallo, conjugationibus distinctis similiter, atque in sorbo. *Verùm non expressit vim orationis, quam Theophrastus occultavit brevitate. Inest intus quæstio, aut objectio, unum ne sit folium ramus ille, Videtur; constat unico pediculo. Solutio.* τὰ φύλλα δὲ καθ' ἕκαστον. Folia, *inquit*, sunt singularia, *non autem totum illud conjugatum.* συχνῶν. *Theodorus malè*, amplo intervallo. *Nam neque repræsentat Græcam vocem; & falsum est: modico nanque intervallo frequentes sunt conjugationes.*

Τραχέα τὰ γόνατα. *Theodorus legit*, βραχέα. *Quoniam mox* τ̃ λεύκης, μακρά.

Πυκνὸς δ', καὶ λεπτόν. *Lege* πυκνόν, *ut suprà.*

Βαθύσκια, *Theodorus*, concavis, *Malè. Multa sunt umbrosa non concava: & è contrario, dicas opaca.*

Βουμελίαν. *Theodorus*, Bubulam fraxinum. *Latinus Væ* fraxinum *dixisset.*

Φύσει δ' ἡ μὲν πεδεινὸν καὶ λεῖον. Natura, *inquit*, fraxini: ut Bumælia sit campestris, & lævis. *Alterum autem genus* montanum, *& scabrum. Et ad confirmandam sententiam addit propositionem majorem syllogismi.* φύσει δ' *& cætera. Theodorus efficacius & expressius. Non enim dixit* δὲ, *sed* γὰρ. *Et addidit omne, ut circumscriberet articulum* τ̃. *Cæterùm non feres Theophrastum contradicentem sibi. Ait enim mox*, ἔστι δ' ἡ μὲν ἐν ὄρεσι δασχως, ἡ λεία, ἡ δ' ἐν πεδίῳ τραχεῖα.

Ὀξυπτελία. *Theod. legit*, ὀξύη. πτελέα. *Si* ὀξύη *Fraxinus est, ut Plinius interpretatur. Simul debuit utranque historiam conjungere Theophrastus.*

Ἀχρούστερα. *Theodorus*, pallidiores. *Non est ita. Namque pallor, color quidem suus est, congener lutei & crocei, & aurei, & ejusmodi:* τὸ δ' ἄχρουν, *non est color in specie, sed modus coloribus aptus omnibus: modo ne sit mera privatio. Dicimus, dilutius, aut remissius. Notabis in montibus utrunque: & coloratius, cui debetur color: & candidius, cui albedo est attributa à natura.*

Πλὴν ἀπεῖα, καὶ μελίας. *Theodorus quoque ita legit. Igitur, contradiceret rursum sibi: campestrem enim fraxinum faceret meliorem. At corrigemus sic, ut sit*, μηλίας, *non* μελίας. *Suprà quoque idem dixit in capite quarto. Sanè montana fraxinus præstantior. Hic quoque Theodorus. omisit* ἀχροώδη.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Σφενδάμνῳ. *Acer, nos vulgò vocamus* Erable: & Erable madré *illud genus, de quo ita Plinius lib. 16. cap. 15. de generibus aceris loquens*, Alterum genus crispo macularum discursu; qui cum exellentior fuit, à similitudine caudæ pavonum nomen accepit. *Idem album Gallicum vocat: & viliori genere crassivenium, Aceris primum genus (ex cujus materia fiunt orbes mensales aliáque ejusmodi) Italorum* Asari: *Secundum carpinus*, ἡ ζυγία, *Opulus Columellæ, cujus usus ad rumpotinum, quod est arbusti Gallici genus, nobis* Opier *vel* Obier, *Itali* Oppio. *Tertium quod vocamus* Plane: *& in Paduanorum agro* Pied' oca, *& Platano aquatico.*

Ξύλα. *Periculosa verbi depravatio, ut capite præcedenti. necessariò reponendũ* φύλλα. *Sic verò* πέταλον φύλλον *dixit infra de mespilo, id est*, folium non laciniosũ & rugosum, *sed tentum sive explicatum, & expansum, vel extentum, & exporrectum. Et* σχῆμα θ' *ut infra, corruptè, pro* σχίσμα θ' μισοσχιδῆ. *Intelligit in foliis aceris fissa non ita profunda esse, atque sunt in foliis platani.*

Ἀκρογλαδίστερα ἢ πολὺ ἴνα δ'. *Sic emenda:* ἀκρογλαδίστερα. ἢ πολύινα δ', *&c. Dicit nervorum numerum folii non respondere magnitudini.*

Αἱ πλεῖσαι. καὶ αἱ ξανθαί, καὶ. *Corrige*, αἱ πλεῖσαι, καὶ ξανθαί καὶ, *&c.*

Μελίας. *Plinius hæc ex hoc loco descripsit, cap. 13. lib. 16.* Græci duo genera ejus fecere: Longam, enodem: Alteram brevem, duriorem, fusciorémque laureis foliis. Bumeliam vocant in Macedonia amplissimam lentissimamque. Alii situ, &c. *Vbi quæ de fraxinis foliis subjunxit, de taxi foliis dixerat Theophrastus. Supra monui, ipsum* μιλὰ καὶ μελίας *historiam confudisse.*

Ἐπικαταθιζόντα. τὸ δ' ὅλον ὥσπερ εἶποι τις ἄφυλλον. *Substituo, interea dũ fidelius exemplar consuluero*, ἐπικαθιζόντα (*vel potius* ὑποκαθιζόντα: *subsident enim ac dependent folia fraxini. Pendula efficit præter pediculi imbecillitatem multitudo:*) τ̃ δ' ὅλον κλῶνα, ὥσπερ εἶποι τις, μονόφυλλον.

Τῶν μὲν, *nempe* φύλλων τ̃ ἡμετεροτέρας μελίας. *Et* λεύκης, ἤτοι μελίας, *non verò populi.*

Ἐν λόβῳ. *Hic locus Plinii errorem coarguit, ita scribentis lib. 24. cap. 8. de fraxino:* Semen ejus foliis inest, &c. *Non enim semen in ejus foliis, sed in siliquis folii modo latis: vocántque* ὀρνιθόγλωσσον *ab avis linguæ similitudine. Fraxini figuram cum pilulis seminibúsque exhibemus. Arborem autem suis foliis convestitum rectéque expressum habes jam, in Mathioli eruditissimis Commentariis in Diosc: ubi Ornum fraxini speciem esse docet.*

Τὰ πλειω. *lege* τὰ πλεῖστα.

Βουμελίαν. *Hic* βου *auget, ut in* βούγλωσσον. *Intelligit ampliorem fraxinum, ex qua hastæ & Homeri tempore (cui strenuus* ἐϋμμελίης*) fiebant, & nunc Helvetiorum illa longissima tela quæ vocamus* picques.

Ἔστι δέ. *Hic* δὲ, *ut sæpe alibi, in distinctione ponitur* ἀντὶ τ̃ ὅμως, *non verò pro autem. Ostenditur enim diversa natura. Et infra* μελίας *corruptè legitur pro* μηλίας, *ut supra cap. 4. ubi ista ferè ad verbum. Sic in Philosophi dictis nulla restabit contradictio.*


IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Σφένδαμνος Latinis acer, vel, ut apud Solinum legitur, aceris dicitur; ab acutie folii; vel, quod acria artificum ingenia ejus præstantia exerceat. σφένδαμνος quasi σφεδανὸς à robore, vehementia, duritie vocatur. Suidas σφεδανῶν στερρῶν, ἰσχυρῶν. Hinc apud eundem σφενδάμνινοι. ἰσχυροί. τοῦτο γὰρ τὸ τ̃ σφενδάμνου ξύλον σκληρόν.

Δύο γένη. duo, inquit, vel tria esse aceris genera. Plin. lib. 16. cap. 15. decem inquit, esse aceris genera. Nam ita in titulo capitis: *De aceris generibus decem.* Corruptum codicẽ Doctiores scribunt, leguntque: *De aceris generibus tribus.* Malunt alii vulgatam servare lectionem. sed unde decem genera? Duo, ajunt, videtur genera facere, ex Gallico albo, & Rhætico sive Istrico venoso; tria deinde genera ex Græcorum campestri, montano, ac zygia: Ut autem omnes fermè arbores in marem & fœminam dividuntur, ex quinque illis generibus, si mares ac fœminas separes, fient decem. Sic tiliæ duo recenset genera, marem & fœminam. Nisi hæc fuerit mens Plinii, numerus ille constare non posset, sed utrum hæc fuerit mens Plinii, quis facile dixerit? Ego hanc fuisse Plinii sententiam; Alios aceres statuisse, duos, ut quidem Latinorũ & Græcorum nonnulli; Alios verò, tres; & hanc opinonem quorundam Græcorum esse. Hincque scripsisse Plinium: *De aceris generibus tribus.* In re dubia nihil asserere præstat.

Ἕτερον δ' ζυγία Dicitur ζυγία quasi, conjugalis; quod ad ζυγία Latinis juga, quibus boves junguntur, conveniat. Vitruvius lib. 2. cap. 9. *Carpinus, quod ex minima ignis & terreni mixtione, aceris autem & humoris summa continetur temperatura, non est fragilis, sed habet utilissimam tractabilitatem.* Itaque Græci, quod ex ea materia juga jumentis comparant; quæ apud eos ζυγία vocitantur, item & eam ζυγίαν appellant. Iuga & nunc ex hac confici testatur Benedictus Curtius Symphorianus. Vide cap. 5. lib. 1. Hist. Recte etiam Gaza *carpinum* vertit: Plin. loc. cit. *Tertium genus zygiam rubentem fissili ligno, cortice livido, & scabro. Hoc alii generis proprii esse*

Acer Major. Acer Lob.




esse malunt, *& Latinè carpinum appellant*. Malè viri doctiss. hanc opulum Columel. putant, opulus corno similis. Columel. lib. 5. cap. 7. *Cui rei maximè videtur idonea opulus, est ea arbor corno similis, quin etiam cornus & carpinus &c.*

Κλινότροχον. Corrigunt, ἰνότροχον. Quia apud Plinium loc. cit. legitur, *è viliore genere crassivenium vocatur*. Corrigunt, cursivenium, id est, ἰνότροχον, quod venis intercurrentibus distingueretur. Nos vulgatam servamus lectionem, κλινότροχον; sic dictũ aceris genus, quod lecti ex eo fierent torno currente, vel, quod rotulæ ex eo tornarentur, subjectæ pedibus lectorum, ut docet Theoph. lib. 5. cap. 8. σφενδαμνὸς τε καὶ ζυγία ὥσπερ τι κλινοπηγίαι, καὶ ὥσπερ τὰ ζυγὰ τῶν λοφέρων.

Docet in quibus carpinus sive ζυγία, & acer σφένδαμνος differant. Recentiores σφενδάμνου nomine ostendunt arborem cujus iconem apposuimus. Procera, ramosa ac speciosa arbor est. cortice mediocriter lævi, non adeò scabro, materie interiore tenera, ac tractabili: Ramos expandit in omnem partem complures, circa quos folia magna, lata, angulosa, modica lanugine circa venas obducta, quinquepartita, vitigineis satis similia, sed molliora, lævioraque, superius viridia, inferius candicantia: pediculis suffulta rotundis, vitis viniferæ longioribus, tenuibus, rubentibusq́; flores racematim dependent ex albido herbacei: Succedũt fructus oblongi bini, ex adverso cohærentes, circa annexum nuclei conceptaculo tumentes, reliqua parte plana, ac membranæ instar tenui, ephemeri, aut interiorum cicadæ alarum similes, nuclei candidi, & exigui sunt. Aceris hoc genus Gallis *plasne* dicitur. Quæ res errandi occasionem quibusdam præbuit, qui hanc arborem pro platano habuerunt: non esse platanum probatur, quod pilulas non ferat asperas, sed fructus quales diximus: Deinde, quod nullo pulvere hujus folia conspersa sint. Vide lib. 4. ubi de platano agitur. Acer jam descripta major vocatur, & creditur σφένδαμνος: Alii κλινότροχον esse volunt, quorum opinionem non improbo. Nam κλινότροχον esse puto genus σφενδάμνου, ad lectos conficiendos utilius. Reperitur & minor acer, quam γλῖνον docti putant: sed glinon & σφένδαμνον unum esse genus, inferius docebo. Minor acer, cujus iconem addidimus, frequenter in arborem adolescit, sæpè verò fruticis in modum humilis permanet, cortex hujus similiter lævis existit, ulmo non dissimilis, fragilior tamen, ac tiliæ substantia similis. Interior ligni substantia alba, tenera, tractabilis, recta, & fissilis: ramos expandit numerosos, multis latis foliis, uti prioris angulosis, quinquepartitos, quandoque angulis tantum ternis (quod in

Acer minor Didon, major Lobel.
Clinotrochon anguillare.



priore etiam observavi) lævibus, glabris, saniculæ foliis, tum magnitudine tum splendore, ferè persimilibus, sed profundius incisis; pediculo longo rubente adhærescentibus: Flores sunt veluti majoris, herbacei, paucis intus staminibus, neutiquam racematim, sed in umbellis exeuntes: Fructus similiter similes, bini ab uno pediculo dependent. tenues virgæ, folia, & nondum aridi fructus, modicum lactei liquoris remittunt, si incidantur. Primam acerem, quia lectis conficiendis idonea magis, κλινότροχον vocabimus: (sic enim doctiss. placet) Alteram, minorem acerem, vel, ut aliis placet, σφένδαμνον dicemus. Utraque cum delineatione Theophrasti satis convenit: quam verò carpinum vocant, an satis conveniat, inquirendum. Caudice assurgit procero, cortice inalbicante, nonnihil aspero, ac scabro, ligno solido, ac tenaci. Rami in latitudinem effunduntur, foliis circumvestiti latis, haud angulosis, sed ad ulmi folia accedentibus, nisi teneriora essent; Inter hæc triangularia quædam racematim dependent, juxta quæ capitula, cicerum magnitudine, in quibus fructus sive semen, radix firma crassaque. Non est carpinus Theophrasti. Carpinus enim aceris species, acer folio platani, dissecto, anguloso; huic folium neutiquam dissectum, aut angulosum, platano simile, sed ulmeum. Carpini materies flava crispaque, hujus alba, minimeque crispa. Carpinus corticem habet tilia scabriorem, colore sublivido; hæc cortice constat tilea molliore; cinereo, aut albicante. An veteribus arbor hæc cognita, ex capite de ulmo cognoscet lector. ζυγία montana acer est, quam in marem & fœminam distinguunt, mas colore magis flavo, ligno duriore, & magis venoso, magisq́ue crispo, citius floret; fœmina tardius, & ligno est pallidiore, minusq́ue crispo. Germani, ut Bauhinus refert, ob flexuosos venarum cursus, ad opera lautiora utuntur, lignum nobile vocantes: Ex hujus radicibus cochlearia pulchra conficiuntur. Rusticis Cretensibus asphendamnos montana dicitur. *Acer*, inquit Bellonius, lib. 1. cap. 17. obser. *in frigidis montibus nascens à rusticis asphendamnos nuncupatur, in monte Ida crispiore est materia, quam usquam alibi.*

Ξύλον. Scribe φύλλον. Nam folia aceris platanique, quo scribit Theophrastus modo, differunt, Omninò falsum,

materiam platani acerisque in findendo similem esse. Folia aceris ambitu sive divisura platani sunt, non tamen adeò profundè acta, angustiora tamen, nec ita completa circinatione, uti ex intuitu pictura hæc docet.

Σχίσματ. Ipsa ratio sic legendum docet, Comprobat autopsia, malè in Aldino & Baſ. codice σκίμματ legi. Scribe etiam cum doctiſſ. Constant. ἐ πολύινα δ, non ut in Ald. & Baſ. scriptum est ἐ πολύ ινα δ &c.

Πυρρότερον. Si ruffior cortex quam picea, qui ὑπόπελιον sublividum. Lege cum Theodoro πυκνότερον. Vide cap. 4. lib. 5. ubi πυκνότερον esse tradit. Scribe etiam ἄκαμπτ vel δυσκαμπῆ, ut Theodorus legit: malè εὔκαμπῆ in Ald. legitur; fragilis enim, qui flecti nequit.

Καὶ ξανθαὶ Theod. καὶ ὅλας χεδὸν τὰ πλείστα, καὶ αἱ τῆς ξανθῆς, καὶ αἱ τῆς λευκῆς. Vult utriusque tam flavæ, quam albæ aceris radices paucas esse, non multùm descendere, sed per superficiem telluris repere, crispasque magna ex parte esse.

Οἱ δ' ἐν τῷ Ὀλύμπῳ Quæri solet, de quo Olympi monte hæc intelligi debeant, Mysio an Macedonico? Supra dixit, riguis in locis nasci potiſſimū acerem ex Idæorū sententia, statimque addit de Olympi accolis. Mysius Olympus vicinus Idæ. libr. 4. Eos montes jungit. Ptolomæus Olympum hunc Mysium collocat in regione Ponti & Bithyniæ. Ad Theophrasti verba si diligentiùs attendamus, non Mysium, sed Piericum Olympum, qui in Macedonia est, intelligit. Nam zygian inter eas recenset arbores, quæ in Macedonia non sunt campestres, sed montanæ. Vide cap. 4. hujus libri. Ἴδια δ' τὰ τοιάδε τῶν ὀρεινῶν, ἃ ἐν τοῖς πεδίοις οὐ φύεται, περὶ τὴν μακεδονίαν ἐλάτη, πεύκη, ζυγία, φήγος &c.

Τὴν μὲν ζυγίαν ὀρεινὴν &c. Verba Theophrasti contra mentem ipsius reddidit Plinius lib. 16. cap. 15. Græci situ discernunt. *Campestre enim candidum esse, nec crispon quod glinon vocant: montanū verò crispius durius ve, etiamnum è mascula crispius ad lautiora opera. Tertium genus zygiā rubentē, fissili ligno, cortice livido, & scabro.* Non tria genera hic facit Theoph. sed duo tantùm. Nam zygia eadem cum montana, quæ ad lautiora opera expetitur. Falsum est situ tria discernere genera. Τὰς ἀεὶ τρία γένη tria genera fecisse scribit, reliquos duo. Tria illa genera nusquam docet, situ distincta fuisse. Immo tertio generi nomen impositum, quod ad lectos conficiendos magis esset idoneum.

Τὴν σφένδαμνον. Hæc verba ostendunt supra legendum γίνεται δ' μάλιστα ἡ σφένδαμνος ἐν τοῖς ἐφύδροις. De utraque enim verba illa accipi nequeunt. Nam ζυγίαν locis montanis nasci certum: campestribus, quæ aliquando humida, sphendamnon.

Εἶναι δ' μὲν ἐν τῷ ὄρει &c. hæc verba de ζυγίᾳ accipi debent. Nam talem eam supra descripsit, καὶ δ' ζυγίαν ξανθὸν, καὶ ὅλον.

Τὴν δ' πεδινὴν. Hoc genus Plinius Gallicum vocat, quod in Italia transpadana & trans Alpes nasci refert. Gallicum Latini vocant, quod in Gallia Cisalpina & Transalpina plurimum nascatur. Verba Plinii examinanda. *Acer ejusdem ferè amplitudinis, operum elegantia, ac subtilitate, cedro secundum. Plura ejus genera. Album, quod præcipui candoris, vocatur Gallicum, in Transpadana Italia, transque Alpes nascens. Alterum genus, crispo macularum discursu, qui cum excellentior fuit, à similitudine caudæ pavonum nomen accepit, in Istria, Rhætiaque præcipuum: E viliori genere craſſivenium vocatur.* In antiquiſſ. Veneto codice scriptum est, *ac subtilitate citro secundum*, Citrus θύια. θυίας lignum præstantiſſimum, ut infra dicam. *Alterum genus crispo &c.* Non est idem genus cum eo quod κλινότροχον Stagiritæ vocabant, sed zygia, quam Theophrastus crispam inquit esse, Plinius ad finem capitis ex aliorum sententia, genus proprium. *Qui cum excellentior fuit.* Malè corrigunt, *quod cum excellentius fuit*, ut rectè monet, Cl. Salmaſ. Nec enim ad aceris genus id debet referri, sed ad venarum discursum. Nam excellentior in illo aceris genere reperitur, & pavonū caudæ oculos imitatur, & inde nomen habet. Ita & de citri maculis lib. 13. cap. 15. tradit, cui secundam dignitatem obtinebat acer; *Sunt & undatim crispæ, majore gratia, si pavonum caudæ oculos imitentur.* Idem Plinius Cap. sequenti. *Pulcherrimum verò est bruscum, multóque excellentius etiamnum molluscum. tuber utrumque, arboris ejus (aceris) bruscum intortius crispum: mollusicum simplicius sparsum* (rectiori venarum discursu.) *Et si magnitudinem mensarum caperet, haud dubiè præferretur citro. Nunc intra pugillares lectorúmque filicios aut laminas raro usu spectatur. E brusco fiunt & mensæ nigrescentes.* Scribe cum doctiſſimo Dalecampio; *Lectorúmque silaceas laminas*, id est, luteas, & veluti sile tinctas, qui color aceris in cauda pavonum conspicitur. *Silaceas.* Voce hac utitur Plinius lib. 35. cap. 7. *Quatuor coloribus solis illa immortalia opera fecere, ex albis Melino, ex silaceis Attico, ex rubris, &c.* Silaceus à sile. Sil, pigmenti genus, luteum colorem, quemadmodum ochra reddens. Vide Plin. libr. 34. cap. 12. Reperitur etiam apud Vitruvium lib. 5. cap. 7. Malunt alii legere *sicilicia, & laminas*; id est, secamenta, à siciliendo, quod verbum secare significat. Rei tamen rusticæ scriptores peculiari significatione sicilire dicunt, quæ fœnisecæ præterierunt. Corrigunt alii, *lectorúmque solidos, aut laminas.* Loquitur de brusco & mollusco, quæ sunt aceris tubera. *Bruscum, inquit, intortius — citro.* Quod magnitudinē mensarum non caperet. Ex eo fiebant solidi lecti, vel laminæ, quibus operiebantur lecti. Lectorum solidi, ut asperi sarculorum, caſſa lignorum, inhumana littorum, & similia sexcenta. Hanc lectionem ex manuscriptis hauserunt codicibus, in quibus *lectorúmque solicios* legitur, ex littera d. divulsa, factum est, ci. unde *solicios* pro *solidos*. Nobis prior correctio magis arridet. Notandum, brusci aliquod vestigium Gallis Hispanisque superesse, sed de alia planta intelligi. In montibus Pyrenęis, Narbonnensi Gallia, locisque aliis Hispaniæ finitimis, maximè circa oppidum dictum Limons, haud procul Carcassona, radices buxi, quarum illic magna est copia brouchin appellantur, quas potiſſimum Belgæ ac Germani ob maculas varias, ac flexuosos venarum discursus, ad opera excellentiora expetunt atque emunt.

Γλῖνον. Corrigunt γαλάτειον, quia Plinius ait. *album quod præcipui candoris vocatur Gallicum.* Gaza etiam Gallicum vertit. malè, Plinius eodem hoc capite scribit; *campestre enim candidum esse, nec crispum quod glinon vocant.* Apertè γλῖνον vocari testatur. Quin ipse Theophrastus vulgatam probat lectionem, hoc eodem libro cap. 4. ἀκανθος, σφένδαμνος ἣν ἐν μὲν τῷ ὄρει πεφυκυῖαν ζυγίαν καλοῦσιν, ἐν δὲ τῷ πεδίῳ γλεῖνον. Ita illo loco legitur. utrum γλεῖνον an γλῖνον legi debeat, difficile est judicare.

Ἔστι δὲ μελίας &c. μελία fortè à μελίζω, *trunco*, nomen accepit, quod homines ea truncarentur; Hastæ enim ex ea fiebant. Ad hastas aliaque militaria instrumenta facienda, ob firmitatem & rectitudinem maximè idonea fraxini materies. Hesiod. in Scut. Herc.

> — Ἀπὸ δ' ἀμφω χεῖρε τένοντε
> Ἀνδροφόνῳ μελίῃ.
>
> *Ambósque totondit tendines*
> *Homicida fraxinus, id est, lancea.*

Homerus Iliad. 5. aliisque locis plurimis.

> Πηλιάς ἤϊξεν μελίη, λάχε δ' ἀσπὶς ὑπ' αὐτῆς.
>
> *Pelias transfixit fraxino, resonuit verò scutum sub ipso.*

Latini etiam fraxinum pro hasta ponunt. Statius.

> *— En infandos belli potura cruores.*
> *Fraxinus.* Ovid.
>
> *Et coryli fragiles, & fraxinus utilis hastis.*

Grecis præterea τρίοζος hoc est trinodis vocatur, quod ramos prægrādes, ordinatos, & numero pares habeat. Sed à paribus ramis quomodo τρίοζος dici poſſit, non video. τρεῖς γὰρ, τρὶς numerus impar. Fraxini fructū officinę à figura linguā avis & anserinā, ὀρνιθόγλωσσον vocant. Est enim nonnullarum volucrium linguis aſſimilis. Ante multos annos nomen hoc obtinuit, Græcos enim barbaros semen fraxini λιγάδιν vocaſſe ex Myrepse constat. Apud quem antidoto 65 legere est ἀνίσου, σινήπιος λευκοῦ, λιγάδιος ἀνὰ ∻. δ.

Fraxinus vulgata satis arbor; hujus duo genera Theophrastus tradit, ipsamque arborem luculenter satis describit, quę de ea tradit examinare aggredior.

Εὔινον Theodorus *craſsis venis.* Verte *nervosum.* Εὔινον ξύλον materia cui nervi, fibre elegantes. Alta & procera arbor fraxinus est, caudice aſſurgit recto, craſſitudinis subinde haud exiguę, frequenter mediocris, cortice contegitur levi, lignum albidum, lęve, durum, crispum, nervosum, ramuli hujus teneriores, recensque enati geniculis aliquot nodosi sunt, medullamque intus habent candidam & fungosam, sed vetustiores toti lignosi, geniculis ac medulla carent.

Ἡ δ' ταπεινοτέρα. Fraxinum alteram (quam humilem dicit,) materiem habere ait scabriorem, duriorem, flaviorem. Falluntur ergo qui ornum fraxinum humilem aſſerunt. Corticem quidem habet lævem; sed interior ligni substantia minus crispa est, coloratior, sed minùs quā fraxini dura. Contrariū Theoph. & mendi nec ulla suspicio. Plin. lib. 16. cap. 13. *Græci duo ejus genera fecere, Longam, enodem, Alteram brevem, duriorem, fusciorémque* (ξανθότερον Theoph.) *laureis foliis.*

Fraxinus Com.



semen.

Δαφνοειδῆ πλατυφύλλου δάφνης. Ergo duo lauri genera Theophrasto cognita, quod ex cap. sequenti etiam constat, ubi tenuifoliæ meminit. Hac occasione lauri historiam enucleabimus. Laurus antiquioribus Græcis δάφνη. Fuit hæc Apollini sacra ac dicata.

Virg. Ecl. 7.

Populus Alcidæ gratissima, vitis Iacho,
Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo,
Phyllis amat corylos, illos dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.

Apollini grata ob multas variasque causas; quarum prior ac vulgaris, quod Apollo Daphnen amavit, quæ mutata in laurum fuit. Nicand. Scholiast. in Alex. κατέστεψε δὲ χαίτην δελφίδα εἶπε, διὰ τὸ τὴν κόρην διωκομένην ὑπὸ Ἀπόλλωνος, εἰς τοῦτο τὸ φυτὸν μεταβληθῆναι· ἐξ οὗ ἔχει καὶ τὸ ὄνομα. δάφνη γὰρ, ἡ κόρη ἐλέγετο, καὶ Ἀπόλλων ἰδὼν αὐτὴν μεταβληθεῖσαν εἰς τὸ φυτὸν, ἐξ αὐτοῦ, τοῦ φυτοῦ ἐστέψατο. id est, *Dixit poeta, Coronavit comam Delphicam. ob persecutam Coram ab Apolline, atque idcirco in hanc plantam conversam, unde nomen plantæ, Daphne autem Core dicebatur. Apollo autem videns hanc in plantam conversam, ex ipsa planta coronam fecit.* Fuit hæc Daphne, ut Metamorph. lib. I. refert Sulmonensis poeta, Penei amnis filia, omniũ virginũ quæ erant in Thessalia pulcherrima, adeò, ut ipsos caperet Deos. Apollo cum ejus formam conspexisset, expalluit, quam cùm neq; precibus, neq; pollicitis adire potuisset, vim ut inferret, constituit: illa cursu ejus conspectũ effugere cupiens, patrem invocavit, ut virginitati suæ, quam promiserat, perpetuum ferret auxilium, quam ille, auditis precibus, Deorum ut vim effugeret, in laurum convertit.

Cui Deus, at quoniam conjux mea non potes esse,
Arbor eris, certè dixit, mea. Semper habebunt
Te coma, te citharæ, te nostræ laura pharetræ.
Tu ducibus lætis aderis, cum læta triumphum
Vox canet, & longas visent Capitolia pompas.
Postibus Augustis eadem, fidissima custos.
Ante fores stabis, mediámque tuebere quercum.
Vtque meum intonsis caput est juvenile capillis,
Tu quoque perpetuos frondis semper gere honores.

Paulò aliter hanc fabulam narrat Cassianus Bassus in Eclogis Georgicis lib. II. cap. 3. δάφνη Λάδωνος τοῦ ποταμοῦ ὑπῆρχε θυγάτηρ εὐπρεπεστάτη. ἐρασθεὶς δὲ ταύτης Ἀπόλλων, ὡς ἐραστὴν ἐδίωκε. καταλαμβανομένη δὲ αὐτὴ ὑπὸ τοῦ θεοῦ, φασὶ εὔξασθαι τῇ μητρὶ γῇ. καὶ ὑπὸ ταύτης δεχθῆναι. τῆς δὲ γῆς παρευθὺ ἀντ' αὐτῆς φυτὸν ἀναδούσης, Ἀπόλλων θαυμάσας ἐξεπλάγη, καὶ τὸ μὲν δένδρον ἀπὸ τῆς παρθένου δάφνην ὠνόμασεν ὁμωνύμως. λαβὼν δὲ ἀπὸ τοῦ φυτοῦ κλάδον, ἐστεφανώσατο. *Daphne Ladonis fluvii filia fuit pulcherrima. hujus amore percitus Apollo, eam ut dilectam insequebatur: quum igitur apprehenderetur ipsa à Deo, supplicasse fertur matri Terræ, & ab hac suscepta esse: cum autem statim pro ipsa arborem redderet, Apollo ea conspecta, obstupuit, & arborem quidem à virgine, Daphnen, hoc est laurum æquivocè appellavit; ramo verò à planta accepto sibi coronam fecit.* Fabellam hanc exscripsi, ut locus Galeni, qui Lib. I. κατὰ τόπους, cap. I. circa finem reperitur, faciliùs intelligi possit. διονυσιακοῦ φύλλων ἁπαλῶν τοῦ χυλοῦ, λαδωνίδος φύλλων ἁπαλῶν χυλοῦ, καλλικέρως χυλοῦ: *Succi foliorum Dionysiaci tenerorum, succi foliorum ladonidis tenerorum, succi calliceros*; id est, succi foliorum cindrosæmi, lauri, & fœnigræci. Vide cap. de androsemo & fœnogræco. Ladonidis folia lauri sic dictâ à Ladone fluvio parente Daphnes. Malunt alii à Latona Apollinis matre; propterea quod Apollo Daphnen puellam, etiam in laurum jam mutatam, ut amicam amavit, ut sic laurus patronymica voce ab illa appellata sit Ladonis. Hoc quidem modo ut à λητώ, quæ Latona Græcis est, primùm fiat, λητωΐδης, patronymicum masculinum, Latoides, hoc est Apollo, & ab hoc λητωΐς fœmininũ, Latois, hoc est Daphne; deinde verò insuper queque Dorico more, mutato η in α, & τ in δ, insertoque ν ex λητωΐς, formetur, λαδωνίς quæ vox Latonæ nurum, id est, Daphnen ipsam significet; & quia in laurum est mutata, consequenter etiam laurus Ladonis, quemadmodum Daphne Græcis appelletur. Hæc nimis longè petita videntur. Prior opinio arridet, & huic favet Cassianus Bassus. Dantur & aliæ causæ cur Apollini Sacra hæc arbor, nempe quod naturæ ipsius conveniat Apollinis. Arbor enim natura calida, cujus folia & fructus calfaciunt vehementer: Apollo ignis ipse, ut pote Sol. Cass. Bass. loco citato, καὶ ταύτην οἱ παλαιοὶ τῷ Ἀπόλλωνι καθιερῶσιν, ὅτι πυρὸς πλῆρες τὸ φυτὸν, καὶ Ἀπόλλων πῦρ. ἥλιος γάρ ἐστιν· ὅθεν καὶ ἀπεχθάνεται δαίμοσι, καὶ ἔνθα ἂν ἡ δάφνη ἐκποδὼν δαίμονες. *& hanc veteres Apollini consecrarunt, quod igne plena sit planta, & ipse Apollo ignis. est enim sol, Vnde etiam dæmonibus adversatur. & ubi laurus fuerit, inde Dæmones recedunt.* Lunæ imaginem cum laureum ramum tenere pingunt, significant, ut Ptolomeus in Almagistra docet, illam colorem una cum lumine à sole accipere. Est & alia causa cur Apollini grata. quod, ut Plinius ait; lib. 15. cap. 30. spectatissima in Parnasso monte nascatur. Accedit quarta ratio; ἐνεργεῖ πρὸς ἐνθουσιασμούς ut Hesiodi scribit scholiast. *valet ad instinctus divinos*, id est vaticinia: ideo laurus μαντικὸν φυτὸν & apud Lycophronem, vates dicitur δαφνηφάγος.

Δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα.

Hinc Etym. auct. & Eustathius collegerunt, laurum δάφνην dici, à δα intentionis particula, & φωνὴ quasi φώνη, id est vox. Laurum gestabant, & admordebant, qui Vaticinandi scientia callere volebant. quod ex Hesiodi versibus in Theogonia probatur.

Ὡς ἔφασαν κοῦραι μεγάλου Διὸς ἀρτιέπειαι.
Καί μοι σκῆπτρον ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον,
Δρέψασθαι θηητόν. ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν
Θείην, ὡς κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Sic dixerunt filiæ Iovis magni veridicæ,
Et mihi sceptrum dederunt lauri perviridis ramum
Decerpere mirandum, inspirarunt autem mihi vocem
Divinam, ita ut scirem tam futura quam præterita

Laureum ramum Hesiodo, non tanquam poetæ, datum fuisse satis ostendunt versus postremi: Inde tamen non sequitur, poetas non esse lauro coronatos.

Virg. lib. 3. Æneid:

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbique Sacerdos;
Vittis & sacra redimitus tempora lauro
Occurrit.

Hujus arboris coronæ, Apollinis templis appendebantur, & vates iis coronabantur, dicebanturque laurinis foliis vesci, Lycophron.

Ἀλλ' ἄσπετον χέασα παμμιγῆ βοὴν
Δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα
Σφιγγὸς κελαινῆς γῆρυν ἐκμιμουμένη.

Sed immensum fundendo, confusumque clamorem
Laurivoro vaticinata est ore
Nigræ Sphingis vocem imitata.

Huc allusum est à Tibullo.

Vera cano, sic usque sacris innoxia lauris
Vescar, & æternum sit mihi virginitas.

Vaticinationis ergo arbor laurus, Geoponicor. auctor, καὶ μαντικῆς ἐκ τότε σύμβολον ἐγένετο τὸ φυτόν. καὶ γὰρ σωφρόνησιν καὶ τοῦτο τὴν κόρην σωφροσύνην ὀνομάζουσι· καὶ χρησμῳδεῖν γὰρ ἐκ σωφροσύνης περιέρχεται. — ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς μαντείαις ἐχούσαις αὐτὴν, παρέχουσιν περὶ φυτείας δοκοῦσιν ἀφικέσθαι. *At ex eo tempore vaticinationis signum arbor fuit:& quod non minùs conveniens est, puellam quoq; Sophronem, hoc est, sobrietatẽ nominant; vaticinatio enim ex sobrietate provenit —sed & in vaticiniis eæ accensæ, prophetiæ aßistentiam invenisse dicuntur.* Laurus, inquit Serapio, dormientium capite apposita, facit, ut videamus vera somnia. Plura qui hac de re velit, legat Paschali De coronis doctiss. librum, adeat eruditiss. Cœlium Rhodiginum cap. 7. lib. 5. Non tantùm vates gestabant, ac coronabantur lauro, sed etiam poetæ, ut ex versu Asclepiadis in Homeri statuam colligitur.

> Καί σοι καλλιπέτηλον ἐρυσσάμεναι, περὶ πάσας
> Ὤρεξαν δάφνης ἱερὸν ἀκρεμόνα.

> *Et tibi pulchra habentem folia incolumes omnes ultra,*
> *Porrexerunt lauri sacrum ramum.*

Horat. Lib. 4. oda. 2.

> *Fervet immensúsque ruit profundo,*
> *Pindarus ore*
> *Laurea donandus Apollinari.*

Lib. 3. od. 30.

> *— & mihi Delphica*
> *Lauro cinge volens Melpomene comam.*

Nec tantùm ipsi poëtæ laurum gestabant, sed etiam qui poëtarum carmina recitabant. & ῥαψῳδοὶ dicebantur. Poëtæ verò qui carmina propria recitabant, in manu laurum tenentes, dicebantur ἐπὶ ῥάβδῳ ᾄδειν. Callimahus.

> Καὶ τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον
> Ἠνεκέως ἤειδε διδεγμένος.

> *Et super virga splendentem sermonem*
> *Continua serie cantabat acceptus.*

Ex his ἐπὶ ῥάβδῳ ᾄδειν rem antiquiorem esse ῥαψῳδεῖν constat. Apud antiquos lauri myrtique ramus, in conviviis circumferebatur pro lyra, cum qua accumbentes, qui fidibus nesciebant, scholia, id est, convivialia carmina cantabant. Hesych. μυρσίνης κλάδον ἢ δάφνης παρὰ πότον ἦν συνηθὲς διδόναι τοῖς ἀνακειμένοις ἐν διαδοχῇ, ὑπὲρ τοῦ ᾄδειν ἀντὶ βαρβίτου. *Myrti laurique ramum consuetum erat dare accumbentibus, per vices, super quo pulsarent loco barbiti*, id est, instrumenti musici. Lauri folia veteres in conviviis apponebant, & commedebant, ut scriptum reliquit, Lib. 4. Deipnosoph. Athenæus κάπτειν αὐτοὺς (ἐπαίκλα) μετὰ τὸ δεῖπνον ἐν φύλλοις δάφνης παρὰ καὶ καμματίδας μὲν προσαγορεύουσι τὰ φύλλα, αὐτὰ δὲ ψαιστὰ κάμματα. ὅτι δὲ ἔθος ἦν τοῖς πάλαι φύλλα δάφνης τραγηματίζειν, καλλίας ἢ διοκλῆς ἐν τοῖς κύκλωψιν φησὶν οὕτως φύλλα σὺ δείπνων καταλύσεις ἡδέα τῶν τραγημάτων, *præbebant epeclum* (epecla sunt post cœnam bellaria) *lauri foliis obvolutum, quod avidè post cœnam vorarunt* (loquitur de epeclis quæ pueris dabantur) *qua de causa nuncupabant lauri folia cammatidas, & psæsta ipsa cammata* (Diocles ψαιστὰ liba dici vult à verbo κάπτω *avidè voro, absorbeo* καμματίδας verò, quibus liba involvebant, à κάμπτω *flecto, involvo*. καμματίδας ergo αἷς κάμπτουσι τὰ ψαιστά.) *lauri folia pro bellariis habita fuisse.* Sic docet Callias sive Diocles in Cyclopibus. *Tune tolles folia lauri* (ἀντὶ δείπνων δαφνῶν lege) *suavia, quæ inter bellaria apponi solent.* Pompejus Lenæus (ut Plin. libr. 15. cap. 30. tradit) Delphicam & Cypriam laurum mustaceam appellavit, quod mustaceis subjiceretur. Hinc apud Ciceronem lib. 5. Epist. ad Attic. 20. *quærere lauream in mustaceo.* Mustacea sunt lenia cibaria ad stomachum reconciliandum; & fercula facillimæ digestionis, quæ dabantur iis qui crudi & imbecillioris erant stomachi; Mustaceos, inquit Cato, sic facito, cap. 121. *Farinæ siligneæ modium unum, musto conspergito, anisum, cuminum, adipis p. 11. casei libram, & de virga lauri deradito, eodem addito. & ubi definxeris, folia lauri subtus addito, cum coques.* Quæret quis, cur lauri folia bellariis & mustaceis addiderint veteres, cum non sint usque adeò grato sapore, ut pro deliciis haberi possint: Dicendum, non addita fuisse laurina folia saporis gratia, sed sanitatis: scribit enim Γεωπονικῶν auctor lib. 11. cap. 3. ὑγιείας εἶναι ἐργαστικόν. *ad sanitatem esse efficacia*, id est, ad valetudinis conservationem conducere. λέγουσι, inquit, Cassianus Bassus, δὲ καὶ τοῦτο περὶ τῆς δάφνης. ὅτι ὑγιείας ἐργαστικόν ἐστιν. ὅθεν καὶ φύλλα αὐτῆς ἐπιδιδόασιν οἱ ἄρχουσι παρὰ τοῦ δήμου τῇ πρώτῃ τοῦ ἰανουαρίου μηνὸς, καὶ ἰσχάδες. *Dicunt insuper & de lauro quod sanitatem videlicet efficiat, unde etiam folia ipsius Magistratibus à populo prima Ianuarii mensis, id est, Calendis, porrigebantur, itémq; caricæ.* Idem refert Macrobius Saturnal. libr. 1. cap. 12. sed mense Martio id factum fuisse non Ianuario, tradit. *Eodem quoque*, inquit, *ingrediente mense* (Martio) *tam in Regia, curiisque atque flaminũ domibus, laureæ veteres, novis laureis mutabantur.*

Ovid. Lib. 3. Fast.

> *Laurea flaminibus quæ toto perstitit anno*
> *Tollitur, & frondes sunt in honore novæ.*
> *Ianua tunc Regis posita viret arbore Phœbi,*
> *Ante tuas idem curia prisca fores.*
> *Vestra quoque ut folio niteat velata recenti*
> *Cedit ab Iliacis laurea cana focis.*

An ob causam allatam ex Cassiano renovabantur lauri, affirmare nequeo. Verisimile fit, lauri ramo, veluti virtutis præclarissimo symbolo, quemvis admonitum fuisse, ut, sicut in foribus renovabatur laurus ne aresceret, ita non sineret in se exarescere virtutem. Vt ramus lauri, amissa viriditate fit præda ignis, ita virtus cæpta tantùm non continuata excipitur inhonesto fine. Sed nihil impedit propter jam dictam rationem ex Cassiano, appensos fuisse lauri ramos foribus Principum. Certè eam ob causam Tutelę sacrarunt, quod in locis ubicunque vel sata, vel affixa fuerit, incolumitatem præbeat. Neque aliam ob causam Æsculapii caput laurea redimitum legimus. Columba quoties ægrotare incipit, lauri folio decerpto, sibi ipsi medetur. Palumbes, graculæ, merulæ, perdices, lauri folio annuum fastidium purgant. Corvus occiso chamæleonte, lauro infestum virus extinguit. Picam fama est, ubi ægrotat, lauri folia in nidum congerere, illisque morbum arcere. Ob has aliásve causas Ægyptii sacerdotes in hieroglyphicis, per picam lauri folium ore tenentem, indicant hominem sibi medentem. Videt lector, cur lauri folia antiquitas bellariis addiderit. Accedit alia ratio; nolebant sibi vinum nocere, vel potius, cùm vinosi essent, vinum tamen redolere nolebant, ut sobrietatem mentirentur. Qui multum vini ingurgitant, solent odorem gravem emittere, & quandoque nihil præter vinum olere: hunc ut obtunderent odorem, lauri folia vorabant. Quod non obscurè Martialis lib. 5. docet.

> *Fœtere multo Myrtale solet vino;*
> *Sed fallat ut nos, folia devorat lauri,*
> *Merúmque cauta fronde non aqua miscet.*
> *Hanc tu rubentem prominentibus venis*
> *Quoties venire, Paule, videris contra;*
> *Dicas, licebit, Myrtale bibit laurum.*

Non fit verisimile, lauri folia ab ebriis devorata, sed manducata tantùm, ut suavem emitterent halitum, vinique obtunderent odorem. Quippe cum, teste Dioscoride & Plinio, lauri folia vomitiones moveant: quod parùm honestum, iis qui sobrietatem mentiri volunt. Ergo manducarunt ea tantùm, vel aliis simul cibis addita, ut bellariis, & mustaceis, commederunt. His & similibus si addantur laurina folia, non tantùm non movent vomitus, sed cibum sapidiorem, & ventriculo gratiorem faciunt. Sicut rhaphanus inter cœnandum, aut prandendum, quæ alioquin vomendi gratia datur, est veluti ciborum condimentum, appetentiæq; incitamentum: sic laurus aliis obsoniis mista, stomacho grata admodũ, calfactione facit, ut cibus à ventriculo bene concoquatur, Cibaria enim, quibus permista est, obtundunt acrimoniam, quæ ventriculũ vellicat, & quasi ad vomendũ impellit. Vini temulentiam propulsat, quod viti inimica, ut lib. quarto dicam: Resistit ebrietati, quod vi exsiccatoria fumos vaporesq; qui ad cerebrum deferuntur, absumat. Corona tamen laurina potatoribus inutilis, ut monet Athenæus, lib. 15. περὶ δὲ τοῖς δάφνου στεφ. ἀλλότριον τοῖς πότοις ἡγητέον: *sed non similiter laurea corona facit; potatoribus inutilis.* Trahit enim sua caliditate, ac partium tenuitate spiritus, vinique vapores ad caput, Mitto compotatores. Plin. lib. 15. cap. 30. *Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus janitrix Cæsarum Pontificúmque, quæ sola & domos exornat*, (alio ordine codex salm. *pontificúmque sola, quæ & domos exornat*) *& ante limina excubat.* Perdurat hoc, ut & alii gentilium mores, in hunc usque diem in quibusdam regionibus. Namque ubi dies festus advenerit, laurus non modo templorum valvas decorat; sed ubi dies geniales adfuerint, magnorum, & ingentiũ palatiorum est janitrix. Laurus ista, ut Hesychius scribit, κάμος dicitur,

καμμος

κόρυθα δάφνη ἡ ἱσταμένη πρὸ τῆς πυλῶν *corytus laurus quæ ante fores ponitur.* Eadẽ ut Etymolog. auctor docet κορυθάλη, vel, ut apud Hesych. legitur, κορυθαλία dicitur. κορυθαλὴ ἡ πρὸ θυρῶν δάφνη πηγνυμένη. quoniam, inquit, οἱ κλάδοι quos vocant κορεῖς, θάλλουσι. Id est, *corythale laurus quæ ante fores ponitur.* Alii hanc nominis rationẽ adferunt, quod ἡβησάντων παίδων, ἢ θυγατέρων, (qui κόροι & κόραι dicũtur) δάφνας πρὸ τῶν θυρῶν ἱστᾶσι, καὶ γάμοις εἰς τὸ ἄλσος κορυθαλίας Ἀρτέμιδος. Hesych. κορυθαλία, δάφνη ἐστεμμένη. πρὸς τὴν εἰρεσιώνην. ἄλλοι δὲ ὑπεξελεῖν θεόν. *laurus ante ædes posita. nonnulli sic vocant eiresionen,* id ist ramum oleæ, lana obvolutum, de quo vide cap. de olea. *Alii profugum peregrinum sic vocant Deum.* Idem Plinius. *Ipsa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hostes, quietis sit indiciũ, Romanis præcipuè lætitiæ, victoriarũmq; nuntia. additur litteris, & militum lanceis, pilisq; fasces Imperatorum decorat.* Bodin. cap. 33. *Quin Imperatores insigni victoria parta, laureatis fascibus incedebant, nuncios cum laureatis jaculis mittebant, navesque laureatas, ac vittatas, & litteras ad Senatum mittebant lauro undique cinctas, quas nunc victrices nunc laureatas appellabant.* Cæsar. lib. 3. de Bello Civ. *Pompejus eo prælio Imperator est appellatus. Hoc nomen obtinuit: atque ita se salutari postea passus est. sed neque in litteris, quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia laureæ prætulit.* Tacitus lib. 3. Hist. *Ipse* (Vitellius) *lauream prosperè gestæ rei ad fratrem misit.* Idem Tacit. *Nec Agricola prosperitate rerum in vanitatem usus, expeditionem aut victoriam vocabat victos continuisse; ne laureatis quidem gesta prosecutus est.* Suetonius de Octavio, patre Augusti. *videre visus est filiam mortali specie ampliorem cũm fulmine, sceptris, exuviisque Iovis Opt. Max. ac radiata corona, super laureatum currum, bis senis equis candore eximio trahentibus* Claudium Caligulam Cæsarem ob egregiam Romanorum victoriam, ac insignem cladem stragemve Germanicæ pubis vel juventutis, laureatas literas Senatui misisse legimus. Pers. satyra 6.

— Missa est à Cæsare laurus.
Insignem ob cladem Germanæ pubis. —

Martialis de victoria Imperatoris Domitiani.

Publica victrices testantur gaudia chartæ
Martia laurigera cuspide tela virent.

Ovid. de victoria Augusti.

Non ego victrices lauro redimire tabellas.

Scribit Plutarchus, Scipionem de Carthaginensibus triumphantem, altera manu sceptrum, altera laurum tenuisse. In certaminibus Pythiis laurea corona præmium fuit.

Ovid. 1. Metamorph.

Neve operis (Pythonis interemti) *famam posset delere vestustas,*
Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ Serpentis nomine dictos.
Hic Iuvenum quicunque manu, pedibusve, rotave
Vicerat, esculeæ capiebat frondis honorem;
Nondum laurus erat, longóque decentia crine
Tempora cingebat, de qualibet arbore Phœbus.

Hinc laurum dici à verbo laudis docet Isidorus: *Hac enim*, inquit, *cum laudibus victorum capita coronabantur. Apud antiquos autem laudea nominabatur, postea. d. litera sublata, & subrogata. r. dicta est laurus, quod etiã non videtur absurdum* Pergit Plinius. *Ex his in gremio Iovis Opt. Max. deponitur, quoties lætitiam nova victoria attulit: Idque non quia perpetuo viret, nec quia pacifera est, præferenda ei utroque olea est,* (codex Venetus. præferenda utiq; myrto & oleæ est) *sed quia spectatissima in mõte Parnasso, ideoque etiam grata Apollini, assuetis eo dona mittere jam & Regibus Romanis teste L. Bruto. Fortassis etiam in argumentum, quoniam ibi libertatem publicam is meruisset lauriferam tellurem illam osculatus ex responso.* (vide Livium libro 1. & Valerium Maximum. lib. 7. cap. 3.) *& quia manu satarum receptarúmque in domos, fulmine sola non icitur. Ob has causas equidem crediderim, honorem ei habitum in triumphis potius, quam quia suffimentum sit cædis hostium, & purgatio; ut tradit Massurius.* Fulmine laurum ici experimento recentiorũ constat. Tiberium Cæsarem Suetonius refert, (idem Plin. paulò infra) tonitru mirum in modum expavisse, & turbatiore cœlo nunquam non coronam lauream gestasse. Ἀλεξίκακον dixerunt laurum, quod fulmine non lædatur. An carmen Horatii lib. 2. Oda. 15. De solis æstu, an fulmine arcendo intelligi debeat, in medio relinquo.

Tum spissa ramis laurea fervidos
Excludit ictus. non ita Romuli
Præscriptum, & intonsi Catonis
Auspiciis veterumque norma.

Hac de causa Cassianus Bassus lib. 7. cap. 11. ne vinum à fulmine corrumpatur, jubet vini vasa ramis laureis operiri. σίδηρος τοῖς πώμασι τῶν πίθων ἐπιτιθέμενος, ἀποτρέπει (vulgo ἀπορρεῖ) τὴν ἀπὸ τῶν βροντῶν καὶ ἀστραπῶν βλάβην τοῦ οἴνου. ἔνιοι δὲ δάφνης κλάδους ἐπιτιθέασι ὡς ἀντιπαθείας. *ferrũ operculis doliorum impositum, cohibet, ne vinum à tonitru & fulmine lædatur. Quidam lauri ramos imponunt, per naturalem contrarietatem auxiliaturos.* Idem lib. 11. cap. 3. οὐδὲ γὰρ ἡ ἱερὰ νόσος, ἢ δαίμων παρενοχλεῖ τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ δάφνη ἐστίν. ὥσπερ οὐδὲ κεραυνὸς ὅπου αὕτη. *Neque enim morbus sacer,* (Epilepsia,) *aut Dæmon locum infestat in quo laurus est, quemadmodum neque fulmen ubi eadem.* Res divina foret laurus, & plures colerent, si Diabolus fugeret eam. Redeo ad Plinium. *Adeoque in profanis usibus pollui laurum & oleam fas non est, ut ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræve debeant.* (vide cap. de olea) *Laurus quidem manifestò abdicat ignes crepitu, & quadam detestatione* (lege testatione) *interaneorum etiam vitia, & nervorum ligno torquente. Tiberium Principem tonante cœlo coronari ea solitum ferunt, contra fulminum metus.* Laurum inter urendum crepitum fragoremque edere, experentia docet.

Maro. Ecl. 8.

Sparge molam & fragiles accende bitumine lauros

Id est inter urendum fragores & crepitum edentes; nihil enim æquè magno sonitu crematur ac laurus. In ea significatione interdum fragilis usurpatur, ut à Lucretio.

Et fragiles sonitus chartarum commeditatur.

Nam quoniam crepant, quæ franguntur, fit ut fragor interdum sit sonus & fragilis sonans, nulla res, ut dixi, majori sonitu crematur ac laurus. Lucret. lib. 1.

Lauricomos ut si per montes flamma vagetur
Turbine ventorum comburens impete magno.
Nec res ulla magis quam Phœbi Delphica laurus
Terribili sonitu flamma crepitante crematur.

Theocr. 2. Eidyl.

— ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν
Αἴθω, χ' ὡς αὕτα λακεῖ, μέγα καππυρίσασα,
Κἠξαπίνας ἅφθη, κ' οὐδὲ σποδὸν εἴδομες αὐτᾶς
Οὕτω τοι καὶ Δέλφις ἐνὶ φλογὶ σάρκ' ἀμαθύνοι.

Ego verò in Delphide hanc laurum
Vro: & sicut illa crepat valde inflammata,
Ita subitò conflagravit, ut neque cinis de ea apparuit
Ita etiam Delphidis caro in flamma consumatur.

Hinc quidam δάφνην dictam putant laurum quasi δαοφωνὴν, id est, sonum inter urendum edentẽ. Sonum crepitúmve flammæ admota non reddit, quod putridi quid in se contineat; sed (ut rectè Scaliger) ignem facilè concipit, quia multum continet aëris, quod & ligni spongiosa constitutio declarat; quocirca etiam crepitat. Equidem vulgare est (in castanea quoque) ignitum aërum parvo tumescere momento, atque circumstantem cognatumque suum resilitione frangere atque impulsione. Laurum ominatricem esse vel ex eo quod dixi intelligitur. In Sacris laurũ accendi mos fuit, ut, prout crepitaret, de ea re, super qua consulitur, conjectura fieri possit. Patet hoc ex hisce Tibulli versibus. lib. 2. Eclog. 6.

Vt succensa sacris crepitet bene Laurea flammis,
Omine quo felix, & sacer annus eat.
At laurus bona signa dedit, gaudete coloni,
Distentet spicis horrea plena Ceres.

Propert.
Et tacet extincto laurus adusta foco.

Virg. Ecl. 6.
Omnia, quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audiit Eurotas, jussitque ediscere lauros,
Ille canit.

Sic locus iste legendus. Omen enim capitur ex lauro. Boni ominis laurus, in domo Alexandri Severi jam infantuli, juxta persicam arborem nata; quæ intra annum ipsam persicam incremento mirabili superavit. Prædixere Aruspices, (fides penes auctorē) futurum, ut puer is Persas olim evinceret. Eidem Severo portento sed infausto fuit alia laurus ingens & antiqua, quæ in palatio ejusdam civitatis, à qua proficiscebatur ad bellum, quod contra Germanos paraverat, subitò collapsa fuit. Mortis hæc indicium habuit. Boni ominis laurus quæ circa Pompeji fasces alligata fuit. Hæc cùm longo itinere exaruisset, in vico Galatiæ cum Lucullo in colloquium descendenti, revixit. Quod gloriam rerum à Lucullo gestarum ad Pompeium transituram interpretatum est, & paulò post consecutum. Mali ominis quæ Iulii Cæsaris cædem præmonstravit, quum pridie Idus Martias avis regaliolus cum laureo ramulo Pompeianæ curiæ sese inferens, à varii generis volucribus, ex proximo nemore consequentibus, ibidem decerpta est. Novissimo anno Neronis, in quo Cęsarum progenies defecit, sylva Vejentana radicitus exaruit.

Egregiè Tibullus lib. 2. Eleg. 6.

Tu procul eventura vides, tibi deditus augur,
Scis bene quid fati provida cantet avis.
Tuque regis sortes, per te præsentit haruspex.
Lubrica, signavit cum Deus exta notis.
Te duce Romanos nunquam frustrata Sibylla est,
Abdita quæ senis fata canit pedibus.

Plinius loco citato, *Sunt & circa divum Augustum* (idem tradit Sueton.) *eventa ejus digna memoratu. Namque Liviæ Drusillæ, quæ postea Augusta matrimonii nomen accepit, cum pacta esset illa Cæsari, gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abjecit in gremium illæsam, intrepidéque miranti accessit miraculum, quoniam teneret rostro laureum ramum, onustum suis baccis. Conservari alitem & sobolem jussere aruspices, ramúmque eum seri ac ritè custodiri. Quod factum est in villa Cæsarum, fluvio Tiberio imposita, juxta nonum lapidem, Flaminia via; quæ ob id vocatur ad gallinas, miréque sylva provenit. Ex ea triumphans postea Cæsar, laurum in manu tenuit, coronámque, capite gessit, ac deinde Imperatores Cæsares cuncti. Traditúsque mos est, ramos quos tenuerunt, serendi; & durant sylvæ nominibus suis discretæ: fortassis ideò mutatis triumphalibus, unius arborum Latina lingua nomē imponitur viris;* (Ciceronis libertus Laurea Tullius vocatus est) *unius folia distinguuntur appellatione. Lauream enim vocamus. Durat & in urbe impositum loco, quando loretum in Aventino vocatur, ubi sylva lauri fuit; eadem purificationibus adhibetur: testatúmque obiter & ramo eam seri; quoniam dubitavere Democritus & Theophrastus* (vide cap. 1. lib. 2.) Cur laurus dicatur, cur δάφνη, ex iis quæ diximus constare arbitror. Illud addendum, ipsam arborem δάφνην vocari, fructus δαφνίδες. Pollux lib. 1. cap. 10. ὧν ὁ καρπὸς τῆς μὲν δάφνης δαφνίδες. τῆς δὲ μυρσίνης μύρτα. Ramus vero αἴσακος dicitur Hesych. αἴσακος ὁ τῆς δάφνης κλάδος, ὃν κατέχοντες ὕμνουν τοὺς θεούς. *æsacus lauri ramus, quem cùm manu tenent hymnos in Deorum laudes canunt.* Recentiores Græci λαῦρον dixerunt, Hesych. λαῦρον τὴν δάφνην &c. Lauri genera, ut dixi, duo novit Diosc. & Theop. πλατύφυλλον & λεπτόφυλλον. Malè vir magnus apud Dioscoridē ἀντὶ πλατυτέρας τραχυτέρας scribendum opinatur. Hujus sententiam improbo, quod omnes codices, Oribasius etiam & Serapio, vulgatam defendant lectionem. Insuper quod Theophrastus & Nicander latifoliæ & tenuifoliȩ mentionem faciant, durioris verò nemo. Quȩri solet, cur laurū in tenuifoliam & latifoliam diviserit Dioscorides qui non solet ejusmodi divisiones, presertim notissimarum plantarum tradere? Sed nunquam tradit hujusmodi divisiones, nisi utilitas quędam ad Medicum redeat. Fecit id ergo, quod tenuifolia laurus majoribus polleat viribus. Nicander tenuifoliam ad ictus venenatos prȩscribit in Theriaca.

— Μηδέ τε δάφνης
Καρπὸν ἀραιοτέρης.

Neque lauri
Fructum tenuifoliæ.

Scholiast. Ἀντίγονος τὴν λεπτόφυλλον δάφνην ἀραιοτέραν εἶναι φησίν. τὴν δὲ αὐτὴν καὶ εὐφεῖαν καλεῖσθαι. ἀραιοτέρης οὖν λεπτοφύλλου. *Antigonus laurum tenuifoliam rariorem dixit esse, ipsamq́ue pulchrifluam vocari, rarioris itaque tenuioris.* Cur tenuifolia magis εὐφεῖα quam latifolia dici possit, non video: Plin. lib. 15. cap. 30. Tredecim lauri genera esse scribit, quorum quædam ad lauri, de qua nobis sermo, historiā minimè pertinēt, ut hippoglossum & daphnoides, quam laureolam vocant. *Duo*, inquit Plinius, *ejus genera tradit Cato, Delphicā & Cypriam. Pompeus Lenæus adjecit, quam mustaceam appellavit, quoniam mustaceis subjiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidoque, & albicante. Delphicam æquali colore, viridiorem, maximis baccis, atque è viridi rubentibus: hac victores Delphis coronari & triumphantes Romæ. Cypriam esse folio brevi, nigro per margines imbricato, crispam. Postea accessere genera: tinus, hanc sylvestrem laurum aliqui intelligunt, nonnulli sui generis arborem. Differt colore: est enim cærulea bacca. Accessit & regia, quæ cœpit Augusta appellari, amplissima & arbore, & folio, baccis gustatu quoque non asperis. Aliqui negant eandem esse, & suum genus regiæ faciunt, longioribus foliis, latioribúsque. Iidem in alio genere baccaliam appellant hanc quæ vulgatissima est, baccarúmque fertilissima. Sterilem verò earum (quod maximè miror) triumphalem, eáq; dicunt triumphantes uti. Nisi id à Divo Augusto cœperit, ut docebimus, ex ea lauro quæ ei missa ex cœlo, minima est altitudine, folio crispo ac brevi, inventu rara.* Quæ sequuntur, ad lauri arboris historiam non pertinent de iis suo loco agam. Duo inquit Catonem genera tradidisse. Immo tria novit, ut ex cap. 8. probatur; ubi ait, *myrtum conjugulam & albam & nigram: Laurum Delphicam, & Cypriam, & sylvaticam: nuces calvas &c.* De mustaceis supra egi. An lauri quodam peculiari genere uterentur veteres, ad mustaçea paranda, me fugit; asserit Plinius. An mustacea laurus, quam laurum cerasum vocant? Huic maximum, & albicans folium. In novellis enim ex viridi pallescens, in adultis ex atro virescens. at flaccidum non est. Cypria ad nos, quod sciam, non adfertur, nisi sit Narbonnensis, tenui folio; huic brevius folium, tenuius, margine nonnihil imbricatum. Tinus notissima, lauro minor ac humilior est: ramulis oblongis, articulatis, in alas divisis: foliis latis, lævibus, relucentibus, lauri æmulis, semper virentibus. non deciduis, odore carentibus, non alternatim dispositis, sed è singulis articulis situ oppositis, flosculis in umbellis corymbaceis, parvulis ad ramulorum cacumina, ex albo purpurascentibus; baccis veluti myrti, sed longioribus; ex argenteo in ceruleum. In Narbonnensi Gallia, Hispania, & Italia stirps hæc reperitur: in Belgio hortensis est. Pro regionum situ ac natura mutationem quoque nonnullam accipit: Observarunt enim recentiores laurum tinum foliis corni sylvestris subhirsutis, foliis venosis, folio minore. *Sterilem*, inquit, *quod maximè miror,*

Laurus.



miror, triumphalem. Certè mirabile est, arborem sterilem baccatæ præferri. Nec tamen quicquam mirum est, si in triumpho usus Cæsar Augustus; è cœlo enim demissa hæc laurus eique omen bonum fuit. Supra cap. 6. laurum sterilē & fructiferam dixit Theophrastus. Quædam floret tantum laurus, flore copioso, racemoso; uvam vocat Theophrastus, & fructum non fert. Alia fructum fert. In quo etiam differentia: alterius in rotundo modicè oblongus est: alterius oblongus, gracilis, & utrinque ovato mucrone turbinatus. Nemini incognita laurus, & hæc causa, cur delineationem lauri aliqui nullam tradant. Non rarò mediocris arboris altitudinem assequitur, quandoque fruticosa magis existit, à radicibus germina plura emittens. Cui arborea natura, ramis pluribus luxuriat, cortice virentibus: Alterius cortices rubent. Folia arbori oblonga, lata, dura, colore virentia, suaveolentia, sapore nonnihil amaricantia: Alterius teneriora, ac minus sunt dura. Flores coloris herbacei secundum ramulos ac folia exeunt: baccæ sive fructus rotundis longiores, cortice integuntur nigricante. Interior harum nucleus in duas partes finditur, veluti persici, amygdali, aliorumque; color è ruffo subnigricans, odoratus, sapore cum exigua acrimonia nonnihil amaricans.

Δάφνης &c. Plinius lib. 16. cap. 13. *Græci duo genera ejus fecere. Longam enodem; Alteram brevem, duriorem, fusciorem, laureis foliis.*

Ἐπικαθίζοντα. *Subsidentia* vertunt. Legunt ergo ὑποκαθίζοντα. In Ald. Bas. ἐπακανθίζοντα. Quod, *non sine marginis vel cacuminis aculeo*, exponunt. Foliorum enim ajunt marginū extremę fibrę, in molles coalescūt spinulas. Observavi quidē fraxini folia in acutū desinere, sed spini nomen an mereatur, non ausim dicere; nisi placeat, salicis folia, quæ non secus ac fraxini in acutum coalescunt, spinosa dicere. At nemo spinosa tradidit, nec talia sunt. Non videtur rejicienda eorum opinio, qui ὑποκαθίζοντα legunt. Subsidere ac dependere folia fraxini ipsa docet experientia. Pendula sunt tum propter foliorū multitudinē, tum propter pediculi imbecillitatem. Non malè quoque scribetur οὐκ ἐπακανθίζοντα; ut sit Theophrasti hæc mens in acutum coactam esse; ambituque leviter serratam, neutiquam tamen spinosam.

Θὸν δὲ ὅλον. Rectè Gaza τὸν δὲ ὅλον κλῶνα ὥσπερ εἴποι τις μονόφυλλον τῷ ἅμα &c. id est, *ramum totum unum folium quis esse dixerit:* quoniam ab uno pediculo folia simul juncta exoriantur, quæ conjugatim velut per genicula in singulis ordine dependent, frequentibus ac crebris conjugationibus, perinde atque in sorbo. Inde non illepidè Plinius loco citato. *Procera hæc, teres, pennata & ipsa folio.* Alia tamen aliorū opinio. Theophrastus inquiunt, taxum similem esse τῇ ἐλάτῃ dixit lib. 3. cap. 10. Atque idem eodem capite tradit, abietis folium πτερυγας ἔχειν *pinnatum esse*; quod movit Plinium, ut fraxini folium, quam μίλον esse putavit, pinnatum esse traderet. Legit nimirum loco τῆς μίλου apud Theoph. τῆς μελίας Æquus lector judicet utra opinio probabilior. Non tamen negamus, à Plinio fraxini historiam cum taxo confundi. Nam, ut supra dixi, id notius, quam ut probari debeat. Folia sunt oblonga, pennata, ex compluribus constant, ab uno pediculo sive costa, aut, ut Theophrastus, ἀφ' ἑνὸς μίσχου, conjugatim hęrentibus, sibiq; invicem ex adverso positis, excepto extremo, unico; quorum singularia oblonga, lata, laurinis similia, nisi molliora, dilutiùs virentia, ac nequaquam odorata, & per circumferentiam leviter serrata.

Ἔστι δὲ τῶν μὲν τραχέα. Scribe cum Theodoro, ἔστι δὲ τῶν μὲν βραχέα τὰ μεσογονάτια *sunt aliis internodia breviora.* Sequitur enim statim, τῶν δὲ τῆς λευκῆς καὶ μακρὰ καὶ πλείω nempe τὰ μεσογονάτια. Id quod significare doctiss. viris videtur. Columella lib. de arb. cap. 16. *Neque opulus, neque ulmus tam idoneæ sunt, quam orni; eæ sylvestres fraxini sunt, paulò latioribus tamen foliis, quam cæteræ fraxini, nec deteriorem frondem quam ulmi præstant.* Notandū, arborem, quam ornum recentiores vocant, foliis esse augustioribus; ipseque Theoph. tradit alterius fraxini folia esse augustiora.

Πρασώδη, Corrigunt ποώδη, *coloris herbacei*; quod hactenus fraxinus non sit inventa, cui folium porraceum. Orno, de qua hæc dici volunt, folium viride, herbaceum, non tamen porraceum. Folia huic ex pluribus ad unum pediculum cohærentibus, unoque eminente, constant, veluti fraxini; sed minus dilutè virentibus, angustioribus, mollioribus; ac nonnihil pilosis, per ambitum serratis, instar sorbi.

Καὶ μετέωρος. Vulgatam lectionem mancam esse, ex cap. 7. hujus libri facilè probatur τὴν δὲ μελίαν, inquit, πλείους, καὶ εἶναι πυκνόρριζον καὶ βαθύρριζον. Βαθύρριζον & μετέωρον contraria. Theoph. lib. 1. de caus. cap. 3. φανερὸν μὲν ὅτι μετέωρος, καὶ οὐ βαθύρριζά ἐστι, Eodē capite μετέωρος vel μετεωρόρριζον docet significare radicem quæ summo tellure serpit. ἡ γὰρ ῥίζα μετέωρος οὖσα, καὶ σύρροιαν λαμβάνουσα, ταύτην ἐκθερμαίνουσα, καὶ πέψασα ἀφίησι τὴν βλαστήν. τὰ μὲν ἐν πλεῖστα παρ' αὐτὸ τὸ στέλεχος ἐκβλαστάνει μετεωρότατα γὰρ αὗται. *radix enim quæ per superficiem serpit confluvium excipiens succi, idque ipsum fervefaciens ac concoquens germen emittit. plurima itaque proles juxta caudicem exsurgit, hæ enim radices maximè per summum telluris sparguntur.* Altam profundamque fraxinum habere radicem, probatione non eget, Ventis arbor hæc non facilè dejicitur. quod satis ostendit radicem habere altam. Scribo ergo οὐ μετέωρος.

Ἐν λοβῷ Rob. Constant. Plinii errorem ostendit. A tenerioribus ramis juxta foliorum exortū multę prodeunt, simul dependentes, oblongę, angustę, planeque veluti siliquę, volucrum nonnullarum linguis ferè assimiles: in quibus semen perficitur, quod gustu amaricans est.

Φέρει δὲ καὶ ὑπὸ αὐτὰ, &c. Globosa hęc brya. Primus in fraxino observavit Lugdunensis, collegitque hyeme jam desinente. Sunt autem tuberosa, velut ex resiccato impensius glutinoso musco concreta, coactaque, specie pilularum platani, gustu nonnihil adstringentia. Lignoso intus nodo, muscosum corpus sustinente. Lego συμφυέστερα, *magis compacta*, Etiam πλεῖστα non πλεκτὰ, ut in Ald. & Bas. Cod. legitur. Conspiciuntur brya hęc maximè in sterili fraxino.

Βαθύσκια, *valde umbrosa.* Gaza βαθύγεια legit, Vertit, *locis concavis.* Quam velit eligat lector lectionem. & locis concavis & umbrosis reperitur fraxinus, in sylvis tamen pulcherrima.

Fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in hortis.

Ἔνιοι δὲ καλοῦσι τὴν μὲν μελίαν, τὴν δὲ βουμελίαν. Sic lege cum Theod. ex Ald. & Bas. Cod. βυμελίαν vertunt *fraxinum bubulam*, quomodo βουκονίλην Plinius (ut suo loco dicam) *cunilam* interpretatus est, *cunilam bubulam*. Credo *bubulam fraxinū* vertere interpretes, quod fraxini folia ad boūm pabulū reponantur. Columella lib. 6. cap. 3. *autumno boves satientur fronde, probatur ulmea, post fraxinea, & ab hac populea.* Idem cap. 6. lib. 5. *Fraxinus quæ & capris & ovibus gratissima, nec inutilis bubus, locis asperis, montosis, quibus minus lætatur ulmus, seritur.* Præstat vertere, *fraxinum magnam*. In compositionibus particulæ βοῦ & ἵππου rem faciunt majorem, à bovis, ac equi magnitudine, qui βοῦς & ἵππος, dicuntur, unde βόειος pro immani & grandi. Arist. in Ran. ῥήματ' ἂν βόεια δώδεκ' εἶπεν. *Sesquipedalibus usus est verbis.* Alia tamen Plutarchi in sympos. 6. quæs. 8. opinio. Hic docet particulam βοῦ apud Græcos, maximè Æoles, significare idem quod πολύ. Æoles β pro π litteræ usurpare, expunctoque λ βοῦ pronunciare. τὸ μὲν οὖν βούλιμον ἐδόκει μέγαν ἢ δημόσιον ἀποσημαίνειν, καὶ μάλιστα παρ' ἡμῖν Αἰολεῦσιν, ἀντὶ τοῦ β' τῷ π' χρωμένοις. οὐ γὰρ βούλιμον, ἀλλὰ πολύλιμον οἷον πολυνὸν πάλιν ὀνομάζομεν. *Videbatur ergo bulimus famem* (is est λιμὸς Græcis) *ingentem aut publicam notare; maximè apud nos, qui Æolica dialecto. p. pro b. usurpamus; non enim bulimum antiquitus, sed pulimum quasi polylimum, id est, famam multam appellamus.* Sic βουγάϊος *magnus jactator.* βουλάπαθον *magnū lapathum.* βουσέλινον *majus selinum.* βούσυκον *ficus major, marisca.* βούπαις *grandiusculus puer.* Βουμελία ergo *major fraxinus*; quod ex ipso probatur Theophrast. μείζων, inquit, καὶ μακρότερα ἡ βουμελία. Plinius lib. 16. cap. 13. *bumeliam vocant in Macedonia amplissimam lentissimamque.*

Εὔχρους. in Ald. Bas. ἄχρους. Totam hanc periodum scribe. εὔχρους καὶ τραχεῖα, καὶ στερεά. καὶ γλίσχρα. ἡ δὲ ἐν πεδίῳ ἄχρους, καὶ μανὴ καὶ λεία. *colorata, scabra, robusta, quæ in planis dilutior, rara corpore, lævisque assurgit.* In hunc sensum corrigi Theophrastus debet; alioquin sibi contradicit, & experientiæ refragatur. Paulò enim ante dixit, φύσει δὲ τὸ μὲν πεδεινὸν καὶ λεῖον. τὸ δὲ ὀρεινὸν καὶ τραχύ.

Μηλίας. Lege cum doctiss. Roberto Constant. μελίας ex cap. 4. hujus libri. κρείττω δὲ τῇ τε χρήσει τῶν ξύλων καὶ τῶν καρπῶν τὰ ὀρεινά. πλὴν ἀχράδος, καὶ ἀπίου, καὶ μηλέας. αὗται δὲ ἐν πεδινοῖς κρείττους, &c.

ΚΕΦ. ΙΒ. — CAP. XII.

Quod cornus mascula, & fœmina. De cedro. Quótque mespilorum & sorborum genera.

Κρανείας δὲ, τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ, θῆλυ. ἣν δὴ καὶ θηλυκρανείαν καλοῦσιν. ἔχουσι δὲ φύλλον μὲν ἀμυγδάλῃ ὅμοιον, πλὴν λιπωδέστερον καὶ °παχύτερον· φλοιὸν δὲ ἰνώδη, καὶ λεπτόν. τὸ δὲ στέλεχος οὐ παχὺ λίαν, ἀλλὰ παραφύει ῥάβδους ὡς ἄγνος ἐλάττους ἡ θηλυκρανεία· καὶ θαμνωδέστερόν ἐστι. τοὺς δὲ ὄζους ὁμοίους ἔχουσιν ἄμφω τῇ ἄγνῳ· καὶ κατὰ δύο, καὶ κατ' ἀλλήλους. τὸ δὲ ξύλον, τὸ μὲν τῆς κρανείας ἀκάρδιον, καὶ στερεὸν ὅλον, ὅμοιον κέρατι τὴν πυκνότητα, καὶ τὴν ἰσχύν· τὸ δὲ τῆς θηλυκρανείας, ἐντεριώνην ἔχον, καὶ μαλακώτερον, καὶ κοιλαινόμενον· διὸ καὶ ἀχρεῖον εἰς τὰ ἀκόντια. τὸ δὲ ὕψος τοῦ ἄρρενος, δώδεκα μάλιστα πηχέων, ἡλίκη † τῶν σαρισσῶν ἡ μεγίστη. τὸ γὰρ ὅλον στέλεχος, ‡ ὕψος οὐκ ἴσχει. φασὶ δὲ οἱ μὲν, ἐν τῇ Ἴδῃ τῇ Τρωάδι τὸ μὲν ἄρρεν, ἄκαρπον εἶναι. τὸ δὲ θῆλυ, κάρπιμον. πυρῆνα δὲ ὁ καρπὸς ἔχει παραπλήσιον ἐλαίᾳ· καὶ ἐσθιόμενος, γλυκὺς, καὶ εὐώδης. ἄνθος δὲ ὅμοιον τῷ τῆς ἐλαίας. "καὶ ἀπανθεῖ δὲ, καὶ καρποφορεῖ τὸν αὐτὸν τρόπον, τῷ ἐξ ἑνὸς μίσχου πλείους ἔχειν. σχεδὸν δὲ καὶ τοῖς χρόνοις παραπλησίως. οἱ δ' ἐν Μακεδονίᾳ, καρποφορεῖν μὲν ἄμφω φασίν. τὸν δὲ τῆς θηλείας ἄβρωτον εἶναι. τὰς ῥίζας δ' ὁμοίως ἔχειν τοῖς ἄγνοις, ἰσχυρὰς, καὶ ἀνωλέθρους. γίνεται δὲ καὶ περὶ τὰ ἔνυδρα, † καὶ ἐν τοῖς ξηροῖς. φύεται δὲ ἀπὸ σπέρματος, καὶ ἀπὸ παρασπάδος. κέδρον δὲ, οἱ μὲν φασιν εἶναι διττήν· τὴν μὲν, λυκίαν, τὴν δὲ, φοινικῆν. οἱ δὲ μονοειδῆ, καθάπερ οἱ ἐν τῇ Ἴδῃ. παρόμοιον δὲ τῇ ἀρκεύθῳ· διαφέρει δὲ μάλιστα τῷ φύλλῳ. τὸ μὲν γὰρ τῆς κέδρου, σκληρὸν, καὶ ὀξὺ, καὶ ἀκανθῶδες· τὸ δὲ τῆς ἀρκεύθου, μαλακώτερον. δοκεῖ δὲ καὶ ὑψηλοφυέστερον εἶναι ἡ ἄρκευθος. οὐ μὴν ἀλλὰ ἔνιοί γε οὐ διαιροῦσι τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλὰ ἄμφω καλοῦσι κέδρους· πλὴν παρασήμως, κέδρον, ὀξύκεδρον. ὀζώδη δ' ἄμφω καὶ πολυμάσχαλα, καὶ ἐστρεμμένα ἔχοντα τὰ ξύλα· ‡ μᾶλλον δ' † ἡ μὲν ἄρκευθος. ἔχει δὲ μήτραν καὶ πυκνὴν, καὶ ὅταν κοπῇ, ταχὺ σηπομένην. ἡ δὲ κέδρος τὸ πλεῖστον ἐγκάρδιον καὶ ἄσηπτες· ἐρυθροκάρδια δ' ἄμφω. καὶ ἡ μὲν τῆς κέδρου, εὐώδης· ἡ δὲ τῆς ἑτέρας, οὔ. καρπὸς δ' ὁ μὲν τῆς κέδρου ξανθὸς, μύρτου μέγεθος ἔχων, εὐώδης, ἡδὺς ἐσθίεσθαι. "τῷ δὲ τῆς ἀρκεύθου τὰ μὲν ἄλλα ὅμοιος, μέλας δὲ, καὶ στρυφνὸς, καὶ ὥσπερ ἄβρωτος. διαμένει δ' εἰς ἐνιαυτόν. εἶθ' ὅταν ἄλλος ἐπιφυῇ, ὁ περυσινὸς ἀποπίπτει. ὡς δὲ οἱ ἐν Ἀρκαδίᾳ λέγουσι, τρεῖς ἅμα καρποὺς ἴσχει. τόν τε περυσινὸν οὔπω πέπονα. καὶ τὸν προπερυσινὸν ἤδη πέπονα καὶ † ἐδώδιμον· καὶ τρίτον τὸν νέον ὑποφαίνει. ἔφη δὲ Σάτυρος, καὶ κομίσαι τοὺς ὀρεοτύπους αὐτῷ ἀνανθεῖς ἄμφω. τὸν δὲ φλοιὸν ὅμοιον ἐδόκει κυπαρίττῳ, τραχύτερον δέ. ῥίζας δὲ μανὰς ἀμφοτέρους καὶ ἐπιπολαίους. φύονται δὲ περὶ ‡ τὰ πετρώδη καὶ χειμέρια, καὶ τούτους τοὺς τόπους ζητοῦσι. μεσπίλης δ' ἐστὶ τρία γένη. ἀνθηδὼν, σητάνειος, "ἀνθηδωνοειδὴς, ὡς οἱ περὶ τὴν Ἴδην διαιροῦσι· φέρει δὲ ἡ μὲν σητάνειος τὸν καρπὸν μείζω † καὶ λευκότερον, χαυνότερον, καὶ τοὺς πυρῆνας ἔχοντα μαλακωτέρους ‡ αἱ δ' ἕτεραι, ἐλάττω εἰσὶ, καὶ εὐωδέστεραι, καὶ στρυφνότεραι, ὥστε δύνασθαι πλείω χρόνον θησαυρίζεσθαι· πυκνότερον δὲ καὶ τὸ ξύλον τούτων, καὶ ξανθότερον. τὰ δ' ἄλλα ὅμοιον. τὸ δ' ἄνθος

°πλατύτερον.
† σαρισσῶν μακεδόνων ἡ μεγίστη. ‡ στέλεχος μεῖζον, ὕψος *Const.*
" ἀνθεῖ.
† καὶ οὐκ ἐν τοῖς ξηροῖς μόνον *Const.*
‡ μᾶλλον δὲ ἡ μὲν ἄρκευθος. ἔχει δὲ μήτραν *Ald. Germ.* μᾶλλον δὲ ἡ μὲν ἄρκευθος ἔχει μικρὰν καὶ πυκνὴν *vir doctus.* μᾶλλον δὲ ἡ μὲν ἄρκευθος ἔχει μήτραν καὶ μὴ πυκνὴν *Const.*
† ἡ *Const.*
" ὁ δὲ *Bas.*
† εὐώδιμον *Bas.*
‡ πετρώδη *Bas. in margine.* ἀνθηδονοειδὴς *Bas.*
† λευκότερον καὶ χαυνότερον. *Bas.*
‡ αἱ δ' ἕτεραι, ἐλάττω εἰσὶ καὶ εὐωδέστεραι καὶ στρυφνότεραι *Const.*

Cornus, quędam mascula, quędam fœmina, quam & fœminicornum vocant. Habet folium amygdalæ, nisi quod pingujus, "crassiúsque: corticem nervosum, & tenuem: caudicem non nimis crassum. Cæterum fœmina virgas paruas, sicut † amerina, suo latere profert, & ‡ fruticosior est. Nodos ambę, perinde "ac amerina, tum geminatos tum inuicem congruos habent. Materies maris excors, totaque solida, cornibus spissitate firmitateque similis. Fœminæ vero medullam continet, & mollior est, atque cavatur: ob id ad venabulorum usum inutilis. Maris longitudo duodenorum maxime cubitorum, quanta † venabulorum Macedonicorum longissimorum est. Caudex enim totus vix quicquam eminet. Qui Idam Troianam incolunt, marem sterilem dicunt, fœminam autē fructuosam. Nucleum olivæ similē habet, gustu dulcis, odoratuq; gratus: flos instar oleæ est. Et floret, fructificatque eodem modo, ut singulari pediculo plura proferat. Tempore quoque ferme conveniunt. At Macedones ambas fructificare affirmant, sed fœminæ fructum ingustabilem esse: radices autem modo ‡ amerinarum habere validas, & nulli perniciei obnoxias. Nascitur in humidis locis, nec tantùm in siccis. Provenit semine, atque avulsione. "Cedrum quidam binam esse affirmant: alteram Lyciam, alteram Punicam. Alii simplicem dicunt, scilicet qui Idam incolunt. Est junipero non absimilis, sed folio maximè distat. Quippe cedro durum, acutum, spinosumque: junipero mollius. Excelsior quoque † juniperus nasci videtur. Cæterum, alii nominibus minimè dividunt, sed ambas cedros appellant: cedrum tamen cum appendice, cedrum acutam nuncupant. Ambæ nodosæ, alosæ, & materie tortuosæ. ‡ Vel potius junipero parva. spissaque materies, brevique putrescens, cum cæsa fuerit. Cedro maxima ex parte corde referta, & putredinem nullam sentiens. Fructus cedro odoratus, pulcher, gustatuque suavis. Iunipero cætera quidem similis, sed niger, gustuque "astringens, ut præ nimia acerbitate, prope ingustabilis sit. Durat in annum: tum, cum alter subnatus fuerit, præcedens decidit. At, ut Arcades volunt, fructus simul retinet ternos. id est, anni proximè exacti nondum maturum: & tertii ante præsentem jam maturum, atque gustabilem: & tertium novum ipsum demonstrant. Satyrus ambas sine flore sibi rusticos attulisse, inquit. Cortice cupresso similes videbantur, verùm scabriori. Radices raræ corpore ambabus: atque per summa telluris dispersæ. Nascuntur saxosis & frigidis locis, & solum ejusmodi quærunt. Mespili tria genera, anthedon, satanea, † Gallica, ut Idæi dividere consuevere. Fert satanea fructum grandiorem, candidiorem, solutiorem, lignumque intus mollius habentem. Reliquæ minorem, sed odore pręstantiorem, magisque gustu astringentem, ita ut servari diutius possit. Lignum quoque his spissius, flaviusque: cętera autem simile. Flos amygdalę similis in omnibus, verùm non rufus, ut illi, sed prope viridis. ‡ Magnitudine arbor ista excellit, gyroque comatur: folium magna ex parte infissum,

" latiúsve.
† vitex.
‡ fruticum generi propior.
" vitex binos, atque ex intervallo inter se respondentes. Materies.
† sarissarum Macedonicarum longissimarum &c. Majorē enim altitudinem caudex non habet.
‡ viticum.
" cedros quidā duos esse affirmant.
† cedrus quā juniperus nasci videtur.
‡ maximè autem juniperus. Habet hæc medullam etjam spissam, brevique putrescentē, cum cæsa fuerit. Cedrus verò plurimam medullam, putredinem nullam sentientem. Ambæ corde rubro sunt. cedri odoratum, juniperi odore carēs. Fructus cedro exrubedine flavescēs, myrti magnitudine, odoratus, esúque suavis.
" austerus.
† & ἀνθηδονοειδής. Latini Gallicam vocant.
‡ Anthenodorus arbor haud ita procera, in orbem comata, folium multifidum, quod vel apium parte summa imitatur, fissuris tamen majoribus, protensum, nervosum, apio tenuius, oblongius, in totumque fissuris circùm serratum, pediculo tenui ac longo folium ante

quæ

πικρῶν ὅμοιον ἀμυγδάλῃ. πλὴν οὐκ ἐρυθρὸν ὥσπερ " ἐκεῖνα, ἀλλὰ ἔγχλωρον. † μεγέθει μέγα τὸ δένδρον καὶ περίκομον. φύλλον δὲ, τὸ μὲν, ‡ πολυσχιδὲς καὶ ἐν ἄκρῳ σελινοειδὲς, μείζοσι " σχήμασι, πλατὺ, ἰνῶδες. λεπτότερον σελίνου καὶ περιμηκέστερον, † καὶ τὸ ὅλον κατασχίσματα. περικεχαραγμένον ὅλον. μίσχον δ' ἔχει λεπτὸν, μακρόν. περὶ δὲ φυλλοροεῖν δ' ἐρυθραίνεται ‡ σφόδρα· πολύρριζον δὲ τὸ δένδρον καὶ βαθύρριζον. διὸ καὶ χρόνιον, καὶ δυσώλεθρον. καὶ τὸ ξύλον ἔχει πυκνὸν καὶ στερεὸν καὶ ἀσαπές· φύεται δὲ καὶ ἀπὸ σπέρματος καὶ ἀπὸ παρασπάδος. νόσημα δὲ αὐτῶν ἐστιν, ὥστε γηράσκοντα σκωληκόβρωτα γίνεσθαι. καὶ οἱ σκώληκες μεγάλοι, καὶ ἴδιοι ἢ οἱ ἐκ τῶν δένδρων τῶν ἄλλων. " τῶν δὲ οὔων δύο γένη ποιοῦσι· τὸ μὲν δὴ καρποφόρον, θῆλυ· τὸ δὲ ἄρρεν, ἄκαρπον. οὐ μὴν ἀλλὰ διαφέρουσι τοῖς καρποῖς· τῷ τοὺς μὲν, στρογγύλον, τοὺς δὲ, περιμήκη, τοὺς δὲ, ᾠοειδῆ φέρειν. διαφέρουσι δὲ καὶ τοῖς χυλοῖς· ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πᾶν εὐωδέστερα καὶ γλυκύτερα τὰ στρογγύλα· τὰ δὲ ᾠοειδῆ πολλάκις ἐστὶν ὀξέα καὶ ἧττον εὐώδη. φύλλον δ' ἀμφοῖν τὸν μὲν μίσχον ἔχει † μακρὸν ἰνοειδῆ. πεφύκασι δὲ στοιχηδὸν ἐκ τῶν πλαγίων ‡ πτερυγοειδῶν, ὡς ἑνὸς ὄντος τοῦ ὅλου, λοβοὺς δὲ ἔχοντος ἐσχισμένους, ἕως τῆς ἰνός. πλὴν διεστᾶσιν " ἀπ' αὐτῶν ὑπὸ συχνοῦ τοῦ κατὰ μέρος. φυλλοβολεῖ δὲ οὐ κατὰ μέρος, ἀλλὰ ὅλον ἅμα τὸ πτερυγῶδες. εἰσὶ δὲ περὶ μὲν τὰ † ἐπιπολαιότερα καὶ βραχύτερα, ἐλάττους. πάντων δὲ ἐπ' ἄκρων τὸ τοῦ ‡ ὄσχου φύλλον περιττόν, ὥστε καὶ πάντ' εἶναι περιττά. τῷ δὲ σχήματι δαφνοειδῆ, τῆς λεπτοφύλλου· πλὴν χαραγμὸν ἔχοντα καὶ " βραχύτερα. καὶ οὐκ εἰς ὀξὺ τὸ ἄκρον συνῆκον, ἀλλὰ εἰς περιφερέστερον. ἄνθος δὲ ἔχει βοτρυῶδες ἀπὸ μιᾶς κορύνης καὶ πολλῶν † μίσχων καὶ λευκῶν συγκείμενον. καὶ ὁ καρπὸς ὅταν εὐκαρπῇ βοτρυώδης· πολλὰ γὰρ ἀπὸ τῆς αὐτῆς κορύνης. ὥστ' εἶναι καθάπερ ‡ κηρίον σκωληκόβρωτον ἐπὶ τοῦ δένδρου ὁ καρπός, ἄπεπτος ὤν. ἔτι γίνεται μᾶλλον τῶν μεσπίλων καὶ ἀπίων καὶ ἀχράδων· καίτοι πολὺ στρυφνότατος. γίνεται δὲ καὶ αὐτὸ τὸ δένδρον σκωληκόβρωτον, καὶ οὕτως αὐαίνεται γηράσκον. καὶ ὁ σκώληξ ἴδιος, ἐρυθρὸς, δασύς. καρποφορεῖ δ' ἐπιεικῶς, νέα. τριετὲς γὰρ εὐθὺς ἴσχει τὴν καχρυώδη κορύνην λιπαρὰν καὶ ἐπῳδηκυῖαν, ὡς ἂν ἤδη βλαστικόν. καὶ διαμένει τὸν χειμῶνα. ἀνάκανθον δέ ἐστι " καὶ ἡ οὔη καὶ ἡ μεσπίλη. φλοιὸν δὲ ἔχει λεῖον, ὑπολίπαρον, † ὥσπερ τὰ γεράνδρυα. τὴν δὲ χρόαν ξανθὸν ἐπιλευκαίνοντα. τὰ δὲ γεράνδρυα τραχὺν, καὶ μέλανα. τὸ δὲ δένδρον, εὐμέγεθες, ὀρθοφυές, εὔρυθμον τῇ κόμῃ. σχεδὸν γὰρ ὡς ἐπιτοπολὺ στροβιλοειδὲς σχῆμα λαμβάνει κατὰ τὴν κόμην, ἐὰν μή τις ἐμποδίσῃ. τὸ δὲ ξύλον, στερεὸν, πυκνὸν, ‡ ἰσχυρόν. ῥίζας δὲ οὐ πολλὰς μὲν οὐδὲ κατὰ βάθους, ἰσχυρὰς δὲ καὶ παχείας καὶ ἀνωλέθρους ἔχει. φύεται δὲ, καὶ ἀπὸ ῥίζης, καὶ ἀπὸ παρασπάδος, καὶ ἀπὸ σπέρματος. τόπον δὲ ζητεῖ ψυχρὸν, ἔνικμον. φιλόζωον δὲ ἐν τούτῳ καὶ δυσώλεθρον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ φύεται ἐν τοῖς ὄρεσιν.

" ἐκείνης Const. † μεγέθει οὐ μέγα αὐξηθῶν τὸ δένδρον, καὶ περίκομον. Const. Ald. περίκομον. ‡ ἐπιλυσχιδὲς Al. Bas. " σχίσμασι. † καὶ τὸ ὅλον κατασχίσμασι περικεχαραγμένον. μίσχον δ' Scal. καὶ ἔχον κατασχίσματα, περικεχαραγμένον δὲ ὅλον. habens fissuras totumque circumferratum. ‡ φύλλα. " οὔων. † μικρὸν Const. ‡ πτερυγοειδῶν Const. " ἀφ' αὐτῶν ὑπὸ συχνοῦ τοῦ κατὰ μέρος. Scal. Const. † ἐπιπολαιότερα, καὶ βραχύτερα, καὶ ἐλάττω Const. παλαιότερα Theod. ‡ μίσχου Bas. " βραχύτερον Bas. † μικρῶν Bas. ‡ κηρίον. σκωληκόβρωτον Const. " καὶ ἡ οὖν ἀνάκανθον δὲ ἡ μεσπίλη. † ἅπερ μὴ τὰ γεράνδρυα. ‡ ὀχυρὸν Theod.

quæ vel apium parte postrema imitantur, amplioꝛe figura: quodque promissum neruosum, apio tenuius, oblongius: totumque circumtonsum est, & pediculo tenui, ac longo dependet. Antequam decidat, vehementer rubet. Radice numerosa, altaque arbos cohæret, & ob id diuturna, & inextirpabilis est: lignum quoque spissum, solidum, nullamque sentiens putredinem, habet. Nascitur & semine, & avulsione. Morbus earum, ut senescentes vermibus erodantur. Vermes isti grandes, & alii quam qui in reliquis cernuntur arboribus. Sorborum duo genera dicunt: fœminam fructiferam, & masculam sterilem. Cæterum fructibus differunt, quod aliæ orbiculatum, aliæ ovatum ferant. Distant & succis. Nam omni quasi ex parte odoratiores dulcioresque orbiculati sentiuntur. Ovati sæpenumero acidi, minusque odorati. " Folium ambabus totum prolixo nervaceoque pediculo constans. Singula vero in versum condita, modo alæ lateribus exeunt, tanquam ex omnibus unum exultet, ad nervum usque laciniatum: verum inter se plusculum singula distant. Decidunt non paulatim, sed simul tota illa alata facies. † Sunt in vetustioribus brevioribusque pauciora. Omnibus in postremo pediculi folium impar prominet, ut etiam cuncta numero impari absolvant. Figura laurum tenuifoliam imitantur, verum ambitu serrata brevioraque sunt, nec in extremum acutum mucronata, sed in rotundius orbiculata. ‡ Flos racematim singulari peciolo, è multis minutis & candidis constans. Fructus quoque cum large fructificatur, racemi modo acervatus producitur; quippe multa eidem cohærent peciolo, ita ut favi quodammodo speciem gerat. Eroditur à vermibus super arbore, crudus adhuc, magis quam mespila, pyraque, quamvis hic maxime omnium sit acerbus. Ipsa quoque arbor vermibus obnoxia, atque ita senescens exarescit. Et vermis ejus peculiaris, rufus, pilosus. Nova admodum fructificat: etenim trima continuo parit. Autumno cum folium amiserit, " protinus amentaceum gerit peciolum, pinguem, ac turgidum, quasi jam parturiat. Germina itaque hyeme perdurant. † Aculeis tam sorbus, quam mespilus caret. Cortice lævi, pinguiusculo, colore ad flavum albicante, novæ vestiuntur. Annosæ autem scabro, nigroque. Præstat hæc arbos magnitudine rectitudineque. Coma concinna ornatur. quippe magna ferme ex parte nucis pineæ figuram suo vertice capit, nisi aliquid impediat. Materies solida, spissa, colorata, valida. Radices haud multas nec alte descendentes, validas tamen, & crassas, & incorruptibiles agit. Nascitur radice, avulsione, semine: solum gelidum, atque humectum quærit; quo tametsi vivacior, abolerique contumacior; tamen in montibus etiam nascitur,

quam decidit rubet. radice arbor constat numerosa, ac profunda; quare diuturna est, neque facile moritur.

" Folia utrique, pediculo singulari, parvo, nervoso, condita; ordinatim alæ modo à lateribus pennatim emicantia, tanquã ex omnibus unum fiant; in summitate laciniis ad nervum usque diductis, verùm inter se non multùm distant.

† Sunt in extremis, brevioribusque breviora.

‡ Flos racematim coactus, ex oblonga vel clavata germinatione, pluribus, candidis petiolis depẽdet. (fructus cum largè proveniunt uvæ modo farcti atque congesti videntur) quippe multi (flores) ab eadẽ oblonga germinatione; ita ut favi speciem aliquam præbeat. " cachryodem gerit germinationem instar clavæ. † aculeata mespilus; sorbus aculeis caret.

IULII

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Θηλυκρανεία, Theodorus, fœminicorum. *Mollius est*, Cornifœmina, & κρανόφυλλα.

Καὶ κατ' δύο, καὶ κατ' ἀλλήλας. Theodorus, tum geminatos, tum invicem congruos. *Melius & purius*: binos, atque ex intervallo inter se respondentes. *Singuli enim utrimque sunt.*

Ηλίκη ἡ σαρισσῶν ἡ μεγίστη. *Theodorus*, venabulum *est interpretatus. Lancea militaris Macedonica sic appellabatur. Notabis Sarissas ex corno. Apollinis jaculum ex ea materia est apud Homerum in Hymno Mercurii.* & volat Itala cornus, *apud Poetam.*

Απανθεῖ δὲ. *Theodorus legit* ἀνθεῖ. *ut sit*, quemadmodum flores instituit ex primordiis, τὸ ἔχειν πλειὲς ἐξ ἑνὸς μίσχυς: *ita ex floribus, fructum. Si legimus*, ἀπανθεῖ, *sententia subibit*, ἀπανθεῖ, καὶ καρποφορεῖ. florem amittit subeunte fructu. *Prior placet: quia sequitur*, τὸ αὐτὸν τρόπον.

Κέδρον δὲ οἱ μὲν φασι. *Theodorus ludit latinitatem, cum dicit*, binam διπλῆν. *Deest in codice Theodori*: ἐρυθρόκεδρον δὲ ἄμφω. καὶ ἡ μὲν τὴν κέδρυ ὄζωδης, ἡ δὲ τὴν ἑτέρας ἐ. *Hæc omnia de materia. In iis quæ de fructu sequuntur, varia est lectio.* καρπὸς δὲ ὁ μὲν τῆς κέδρυ ξανθὸς, μύρτυ μέγεθος ἔχων, ὄζωδης, ἡδὺς ἐσθίεσθαι. Theodorus, fructus cedro odoratus, pulcher, gustuque suavis.

Μεσπίλης τρία γένη. *Aliud item Caput. Theodorus Plinium sequutus*, ἀνθηδονοειδῆ. *vertit* Gallicū. *Verùm si ipse proderet: id quod fecit Plinius: liceret. Nunc ita interpres est, ut cogatur sequi illa verba*: quemadmodum Idæi distinguunt. *At enimverò Idæi nusquam Gallicæ nomen notum habuere. Dixisset à Latinis, Gallicam, vocari. Vitiosè scriptum est*, ἀνθηδονοειδής. *Observabis etiam historiam de frondibus hujus arboris. Nam unum genus folium fert Laurino simile, sed tenue, orísque neque crispis, neque serratis. Saltuarios quoque nostros de improviso aggressus, cùm rogassem cujus similia folia gererent; respondere: salicis. Altera arbor est, quam* Alligam *Kascones appellant. Ea habet folium* σελινοειδὲς. *Sanè ejus facies est inter opulum, & vitem, anguli tamen potius sunt, quàm sinus. Mucrones stellarum figura in radios exeunt. tota planities secus pediculum angustior: ubi procedit, patescit. Verùm ea mespilum non fert: sed sorbo propiorem fructum, frequentem, ac propè congestum. Colore mespili & gustu, sed figura sessili, cum acinulis intus mespilaceis. Hic tamen Theophrastus nullam facit foliorum secundum species differentiam. Quemadmodum neque Tricoccum prodidit, de quo Dioscorides, & doctissimus Manardus, Lege* πεπληγμένον, *non* πεπληγμένον.

Τέτανον. *Theodorus, suprà de venis aceris*, venis in longum fluctuat. *Nunc hic*, promissum. *malè. Nam de venis, & nervis hic quoque.* Venis, *inquit*, procurrentibus. *Nam satis habebat dicere*, περιμηκέστερον. *Quæ sequuntur, omittit* Theodorus. καὶ τὸ ὅλον κατασχισματι. *& alia. Illa mox*: περικεχαραγμένον τὸ ὅλον, circumtonsum *interpretatur. Cæterùm qua ratione sit circumtonsum, quod seratum est. Itaque lego*, περικεχαραγμένον: *Sic enim consuevit appellare Theoprastus*, χαραγμοὺς, serraturas. *Quare &* κατασχίσματα ἔτι ἔχει, *id est*, angulos & lacinias, & χαραγμοὺς. *Igitur neque* σχίσμασι *lego, sed* σχίσμασι. *Et illa sic*: περιμηκέστερον, καὶ ἴσχον κατασχίσματα, περικεχαραγμένον δὲ ὅλον.

Καὶ οἱ σκώληκες μεγάλοι, ὡς ἴδιοι, ἢ οἱ ἐν τῷ δένδρον τῶν ἄλλων. *Theodorus*, vermes isti grandes, & alii, quàm qui in reliquis cernuntur arboribus. *Rectè. Observabimus igitur* ἴδιοι, *alii. Quia quod proprium cujuspiam est, cæteris omnibus, aliud est. Notabo Atticam loquutionem.* ἴδιοι, ἢ οἱ *&c.*

Τῶν δὲ ὄων. *Aliud caput facerem. quanquam cum Mespilis posses conjungere, propterea quòd in fine hujus communem quandam naturam narrat.*

Φύλλον δ' ἀμφοῖν, τὸ μὲν μίσχον μακρὸν, ἰνοειδῆ. *Brevitatem Atticam & rotunditatem.* φύλλον δ' ἀμφοῖν, *in singulari*, τὸ μὲν μίσχον, *sine verbo. deinde in plurali*, πεφύκασι. *Dicamus de re. Hoc totum videtur: quia ab uno pediculo: quemadmodum in fraxino recitabat. Tum autem declarat totum hoc. A nervo, inquit, versus prodeunt, non foliorum, si illud folium totum sit, sed* λοβῶν: *qui quidem sint* ἰσχυροί. λοβὸς *est siliqua, & ea pars auris, quæ quibusdam pendet: unde inaures demittunt. item fibræ jecoris. Ex Nicandri interprete, Polluce, Athenæo, Medicis. Quare Laciniarum nomen non ineptè interposuit* διεστῶσι ἀπ' αὐτῶν. *Pessima loquutio, nec ferenda.* ἀλλήλων *dicendum est. Et* ἀφ' αὐτῶν *corrigendum. Quæ oratio non sit longè mollior. Theodorus*, ampliusculo. *Legit igitur* πλεῖον, *non* πλείω. *& haud bona oratio est. Vult intelligi: singularia illa folia ita distare, ut ne* συχνὸν *esse videatur* τὸ ὅλον *illud. Superflua sanè diligentia non est. Namque hoc totum, folium censetur esse. Totum enim simul cadit.*

Εισι δὲ περὶ μὲν τὰ ἐπιπολαιότερα ὡς βραχύτερα ἐλάττυς. ἐπιπόλαιον. *Hîc intelligit partem rami quæ propè superficiem est. Itaque addidit* βραχύτερα; *non ratione totius rami, sed quod attineret ad partem, quæ haud longè abesset à stipite. Theodorus aliter legit.* Sunt, *inquit*, in vetustioribus & brevioribus pauciora. *Nescio quo modo putem vetustiores ramos esse breviores: neque etiam intelligo quantum acuminis ea sententia præ se ferat, ut in breviore spatio pauciora sint folia. Tum autem non dicam* ἐπιπαλαιὸν, *vetustum, sed novum, quod accreverit vetusto.* ἐπιπαλαιὸν *autem usitatissima vox est, ut apud Lucianum* πλοῖα. *verbo usus est adversus Philippum Demostenes* μισθοφορικῶς. *&* ἐλάττυς, minora *hic sunt: non* pauciora.

Ωστε εἶναι καθάπερ κηρίον. *Melius florum acervum favo assimilasset, quàm fructuum.* ἄπυς, *corrigit Theodorus*, ἀπύρηνος.

Καχρυώδη κορύνη. *Theodorus*, amentaceum gerit peciolum. *At peciolus est* μίσχος. κορύνη *autem suprema surculi pars turgida, idque neque amenum est, neque pilula, sed germen adeò grande, ut paucis aliis vel mense Martio tanta magnitudine. Sic dices*, βλαστικὸν germinabundum.

Ακανθώδης. *Nostrates spinosæ sunt.*

Ωσπερ τὰ κεγχρία. *Theodorus non agnoscit hæc verba, sed eorum loco*: τὰ νέα, *& rectè. mox enim disjungit per contrarium.* τὰ δὲ γεράνδρυα τραχύ, ὡς μέλαν.

Τὸ δὲ ξύλον στερεὸν, πυκνὸν, ἰσχυρὸν. *Theodorus habet etiam*, ἄσηπτον.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Αμυγδάλῃ ὅμοιον. *Hic nisi subsit codicis mendum, erratum est authoris. non enim respondent amygdali & corni folia. Et infra quod de ramis, minus verum existimo. non enim masculæ rami ita dispositi, verùm in fœmina.*

Σαρισσῶν. *Sarissas exponit Livius hastas prælongas, esseque hastas Macedonum: nos vulgò vocamus* picques. *Sunt & cornea venabula Ovidio, &, ex corno fiunt optimi cunei, radiique rotarum, quod non tacuit Plinius. Infra post* σέλεχος, *deest* μεῖζον.

Απανθεῖ. *Hanc Germanam lectionem esse puto, nec video cur mutanda sit in* ἀνθεῖ, *vel* ἐπανθεῖ. *Vide supra cap. 6. ubi & ait* τὸ θηλυκρανείας καρπὸν ἄβρωτον *esse. Quare hîc ubi* ἐδώδιμον *&* γλυκὺς *dicit, intellige de cornu maris, quæ ipsi* κρανεία: *nos vocamus* cornoilles, *& arborem* cornoillier.

Καὶ οὐκ ἐν τοῖς ὄρεσι. *deest* μόνον. *Supra cap. 4. utramque cornum dixit, & montanam esse & in plana descendere.*

Κέδρον. *Est & cedrus Syria de qua lib. 5. cap. 9. Non desunt qui carpant Dioscoridem, quòd hæc duo cedri genera in totidem juniperos converterit: quasi non sint & duæ species juniperi. Ex hoc loco hausit Plinius lib. 13. cap. 5.*

Υψηλοφυέστεροι εἶναι ἢ ἄρκευθος. *Si cedri & juniperi in genere comparentur, semper cedri altiores: itaque non* ἢ, *sed* ἡ *scribendum.*

Ξύλα, μᾶλλον δ' ἡ μὲν ἄρκευθος ἔχει μικρὰν, καὶ πυκνὴν. *Locus corruptissimus ita restituendus*, ὕλα, μᾶλλον δ' ἡ μὲν ἄρκευθος. ἔχει μητρὰν ὡς μὴ πυκνὴν. *Diu durare materiam juniperi confirmant illæ trabes de quibus Plinius lib. 16. cap. 11. Sed hîc de medulla quæstio.*

Ωσπερ ἄβρωτον. *Non absolutè dixit juniperi baccas* ἀβρώτυς *esse. Meliúsque si ad homines restringas. Nam ut cedri baccas, id est*, κεδρίδας, *meles devorant, ita turdi hyeme τὰς* ἀρκευθίδας *avidissime depascuntur.*

Ευώδιμον. *repone* ἐδώδιμον.

Ανθηδὼν, *quæ &* σητανία *&* τρίκοκκος *Dioscoridi, Italorum est* Azzarolo *(ex Arabico idiomate quo mespila* Zaror *dicuntur)* & pomo imperiale. Σατάνειος, *vel Dioscoridi* σητάνιος καὶ ἐπιμηλὶς *(diversa ab epimelide Galeni, quæ Latinis unedo.) Setania Plinio lib. 15. cap. 20. est mespilus vulgaris quam nos* neflier. *Tertium genus Gallicum vocat idem Plinius, quod ait degenerare, tametsi anthedoni similius sit: Legit igitur* ἀνθηδονοειδῆ, *non ut scriptum*, ἀνθηδοειδῆ.

Τὰς

Τὰς πυρῆνας ἔχουσι μαλακωτέρους quod Plinius, acini molliore ligno. ubi acini & ligni voce abutitur.

Τούτων, & ξανθόν. *Setaniæ tamen hoc videtur magis convenire. Supra ai δ' ἑτέρας, legend. αἱ δ' ἑτέραι, ἐλάττω καὶ & ὀλιγώτεροι, καὶ τρυφερώτεροι. Et infra ἐκείνα malè pro ἐκείνης.*

Μεγίστ μέγα. *hic deest vox ἀνθηδὼν, necessariò reponenda. hanc enim mespili speciem seorsim describit.*

Ἐπιλυχεδὴς, *leg.* πολυχεδὴς. *Et infra &* τὸ ὅλον κατεσχισμένα *περιεχομένων.*

Ἐρυθραίνεται. *hoc de pediculo intelligendum, licet Plinius ad folia transtulerit:* Folia, inquit, antequam decidant rubescunt. *Et quod ait inextirpabiles esse radices, vel addit de suo, vel longè abest à mente Theophrasti, si velit illud δυσώλεθρον interpretari.*

Νόσημα. *hæc etiam transtulit Plinius lib. 17. cap. 24.*

Τῶν δὲ ὤων. *Plinius lib. 15. cap. 21. plenius dixit,* Sorbis quadruplex differentia. Aliis enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio piri, aliis ovata species ceu malorum aliquibus, &c.

Φύλλον δ' ἀμφοῖν, τὸ μὲν μίσχον μακρόν. *Planè falsum, legendumque* φύλλον δ' ἀμφοῖν τὸ μὲν μίσχον (*subaudi* ἔχει) μικρὸν, *&c. Infra lege* πλευρωειδῶς.

Τῆς ἰνός. *Folii magnus nervus qui &* ῥάχις, *intelligitur, cujus proportionem sorbi ramulus (in quo adhærent foliola* ἐν ἀντί *μονοφύλλω) & rationem obtinet.*

Ἀπ' αὐτῶν ἀπὸ συχνὲ δ; *lego,* ἀφ' αὐτῶν ἀπὸ συχνὲ ἐ. *Intellige folia singularia quidem esse atque distincta, sed non ita mutuò distantia, quin ex parte se contingant. Nam circa medium ambitum ipsa coeunt in plurimis nullo relicto interstitio.*

Βραχύτερα, ἐλάττω: *restitue* βραχύτερα καὶ ἐλάττω, *nempe* φύλλα. *Sic infra,* πάντων δὲ, *Substantivum est* φύλλων, *non verò* ἄκρων. *Et ubi legitur* μίσχυ, *reponendum* ὄσχυ, *id est,* κλάδον.

Πάντα εἶναι περιττά: *In singulis ramulis folia utrimque plurimum sena, unumque in summitate. Sunt igitur omnia in summa tredecim, qui numerus est impar.*

Καὶ βραχύτερα. *scribe* βραχύτερα, *nempe* τὰ φύλλα. *Et pro* μικρῶν, *lege* μισχῶν. *Est enim* συζυγία πολλῶν μισχῶν ἀπὸ μιᾶς κορύνης, *ex qua flores, & unde sorba dependent.*

Καὶ ὁ καρπὸς, *&c. usque ad* πολλὰ *includenda parenthesi. Nam* πολλὰ *dicit, nimirum* ἄνθη, *non* πολλοὶ ἤγουν καρποί. *Sic enim apta similitudo: & infra sic de flore cerasi. Et* πολλὰ γὰρ *ratio est, cur* ἄνθος βοτρυώδης *appellarit. Distinctioque apponenda post* λόγων.

Σκωληκόβρωτον, *&c. Ita legendum,* σκωληκόβρωτον ἐπὶ τὸ δένδρον ὁ καρπὸς ἅπαν ἂν ἐπιγίνεται *&c. Ex subsequenti loco dixit Plinius lib. 17. cap. 24.* Et sorbus arbor infestatur vermiculis ruffis, pilosis, atque ita emoritur.

Ἀναλίσκεται γηράσκων. *Si invertas, numerosa erit oratio, sed in causis naturæ ordinem perverteris.*

Καὶ ἡ μεσπίλη. *Hoc in Græcia, non hic.*

Στροβιλοειδὲς (*ita enim melius*) σχῆμα, *est turbinata figura quæ metam efficit. Turbinationem dixit Plinius. talis puerorum turbo, qui est* στρόβιλος.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Κρανεία. Arborem Græci κρανείαν & κρανίαν vocant, fructum κράνειον & κράνιον. Suidas κρανεία, εἶδος φυτοῦ. Κράνειον, καρπός. κρανία, φυτόν. Hesychius κρανία λεπτοκάρυα. Scribe λεπτοκάρυα. κρανία, τόξον. εἶδος δένδρου. περικεφαλαία. Latinis cornus; quod duritie & rigiditate cornibus similes ramos habeat. Eadem ferè de causa κρανία Græcis dicitur, quod instar calvariæ duri sunt rami. Vide cap. 9. lib. 1. τούτων δ' ἔτι σκληρότεραι καὶ πυκνότεραι κρανίας. Idem lib. 5. cap. 8. ἰσχυρότατον (ξύλον) δ' ἡ κρανία. Hæc causa est, cur divinus Senex ad tibiarum fracturas, ex corno machinas fieri voluit. κάπειτα κρανείνας ῥάβδους λαβὼν ἴσας μέγεθος ἀλλήλων ἐχούσας πάχος μὲν ὡς δακτυλιαίας. *Postea virgis corneis acceptis, æqualem inter se magnitudinem habentibus, crassitudine quidem digitali.* Eandem ob solditatem, ex corni ligno, sagittas fecere veteres.

Virg. lib. 10. Aneid.
Conjecto sternit jaculo, volat Itala cornus.

Claud.
Apta fretis abies, bellis accommoda cornus.

Suidas κρανέα, ἐκ κρανίας δόρυ. Hesychius κρανία τόξον. Cornus ergo & κρανεία à duritie materiei, quâ, ut Theophrastus docet, cornibus similem habet, dicitur.

Τὸ μὲν ἄρρεν &c. An fœmina cornus, virga sanguinea, paulò infra videbimus. Recentiores corni maris duo observarunt genera, hortensem & sylvestrem. Fructus hortensis admodum variat, ut infra dicam. Plantam ipsam diligenter describit Theophrastus, fructum Dioscorides. Quid uterque dicat, examinare aggredior.

Ἀμυγδάλη. Botanici codicem corruptum scribunt, aut in Ida monte prope Trojam, tum soli, tum cœli æstuantis natura, corni folia adeò restringi, ut amygdalæ quadantenus æmula videantur. Ἀμυγδάλη, vox cunctis suspecta. corrigunt quidam μηλέα, malunt alii κυδωνία legere. Non puto mendum latere in voce ἀμυγδάλη sed in voce παχύτερον. Scribo πλατύτερον. Corni folia venosa, è viridi nigricantia, lævia, amygdalinis latiora & pinguiora, externa folii parte amygdalæ modo in acutum exeunte, quo nomine fortè comparavit amygdalæ Theohrastus. Differt ergo ab amygdala cornifolium, quod latius, & pinguius sit, & quod crenatum serratumque non sit. Pinguius non est folio mali, aut cydoniæ: quare vulgata correctio non arridet. alioquin cydoniæ non valde dissimile.

Φλοιὸν ἰνώδη &c. Cornus vulgaris mediocris arboris in modum frequenter assurgit; nonnunquam fruticosa manet; virgas fert numerosas, è brevi caudice emergentes, nodosas, intus fulvas, firmas, solidas, robustasque, cortice tota arbor scrabro vestitur, adstringenti admodum sapore.

Τὸ δὲ τῆς θηλυκρανίας. Virga sanguinea corno similis est; in arborem tamen rarò admodum excrescit, fruticosa ut plurimùm permanet, raroque altitudinem quinque aut sex cubitorum excedit. virgulæ ejus novellæ geniculatę sunt; colore penè spadiceo, sive obscurè purpureo, rubente: intus medullam albidam ac fungosam habent, veluti sambuci; vetustiores verò caudices, ligni materia, albida, dura, ac ossea, corno non cedunt. Si fruticosa hæc stirps, cornus sit fœmina, plantam novellam, & nondum adultam delineavit Theophrastus. Non rejicienda eorum opinio, qui cornum hanc opulum Columellæ existimant. Hanc corno similem ait lib. 5. cap. 6. Est & alterum genus arbusti Gallici, quod vocatur Rumpotunum; id desiderat arborem humilem, nec frondosam. Cui rei maximè videtur idonea opulus. Ea arbor est corno similis, quin etiam cornus & carpinus &c. quæ planta, frutice, quam virgam sanguineam vocant, similis corno. De ramis & caudice vidimus; folia sunt simillima, ad cornum proximè accedunt. Sunt tamen paulò breviora, ac latiora, firma, nervosa, & rubenti pediculo nitentia; quandoque etiam venulæ intercurrentes rubent. An virga sanguinea Plinii, difficile, aut temerariū fuerit affirmare. Pauca enim de planta hac tradit lib. 24. cap. 10. *Nec virga sanguinea felicior habetur. Cortex ejus interior cicatrices, quæ præsanavere, aperit.* Utrum hęc planta hoc pręstare possit, nondum periculum feci; quo fit ut hanc sententiam non ausus sim affirmare.

Σαρισσῶν; *venabulorum* interpretantur. Venabulum telum est quo venantes utuntur, aciei longissimę, apud nos cornibus hinc & inde extantibus.

Martial lib. 14.
Si directa geres longo venabula rostro
Hic brevis in grandem cominus ibit aprum.


Sarissam Liv. lib. 7. de bello Macedonico, hastam prælongam, ait. Ælianus lanceam esse scribit, qua utebatur Phalanx Macedonica; longitudine quatuordecim cubitorum; quorum duo manus continent, reliqua duodecim prominent. Suidas σάρισα εἶδος ἀκοντίου ἑλληνικοῦ, δόρυ μακρὸν παρὰ Μακεδόσι, *sarissa teli Grecanici species, apud Macedones hasta longa.* Quę de corni materie Theophrastus, de sambuci tradit Plinius. Vide cap. de Sambuco.

Πυρηνώδης δ' ὁ καρπός. Fructum elegantèr describit Diosc. lib. 1. cap. 172. κρανία δένδρον ἐστὶν ἀδρὸν, καρπὸν φέρον ὡς ἐλαίας, χλωρὸν τὸ πρῶτον, πεπαινόμενον δὲ ξανθὸν ἢ κηροειδῆ, ἐδώδιμον, στῦφοντα: *cornus arbor fortis est, fructum ferens olivæ modo oblongum, primum quidem viridem, deinde per maturitatem ruffum, aut cerinum, esculentum, adstringentem.* Vox ἀδρὸν aliter atque aliter exponitur. Alii speciosam & fortem vertunt, scribuntque τὸ ἀδρὸν significare εὐτραφὲς, id est, *pingue, & feliciter nutritum, ex eoque cum decore validum, & forte;* qualis inquiunt est corni materies, ob id venabulis conficiendis apta. Alii speciosam arborē negant, proptereaq; satis fore existimāt, pro voce ἀδρὸν reddere Latinis *fortē*, nec addere *speciosā*. Certè speciosa non

R admodum

admodùm videtur arbor; nisi placeat, respectu materiei fulvæ, ex qua tela fiunt, speciosam esse. Varias significationes vox ἁδρὸν habet, Suidas, ἁδρόν. μέγα, δαψιλὲς, παχὺ, ἁδρὸς, πολὺς, μέγας. *magnum, multum, crassum, opulentum abundans.* Hoc loco expone, *fortem.* Quomodo Plutarchus in Solone, πῦρ ἁδρὸν dicit pro valido. 4. Regum 10. cap. οἱ ἁδροὶ τῆς πόλεως *civitatis fortissimi, ac bellicosissimi,* Primùm ait esse viridem. Plinius lib. 16. cap. 26. χλωρὸν *candidum* vertit. *Cornus enim (ait) circa solstitia reddit candidum, postea sanguineum.* ξανθὸν *sanguineum* vertit, meliùs quam χλωρὸν *candidum.* Floret cornus antequam folia erumpant, Martio mense; quandoque ad Februarii finem, si hyems clementior fuerit; flore muscoso, ex candido in luteum pallescente, stellato, foliato, qui in baccas tandem abit, olivæ modo oblongas, eisque & forma & magnitudine non rarò dissimiles, primùm virides, per maturitatem, quam Augusto mense adipiscuntur, rubentes, (innumeris ex locis probari potest Botanicis, ξανθὸν *rubrum, ruffumque* significare.) sapore cum aciditate quadam austeras, oblongo, osseo, albido intus nucleo, velut olivæ. Notandum, Lacunam in antiquo codice, hunc locum aliter scriptum reperisse, & in hunc quidem sensum: χλωρὸν μὲν πρῶτον, ἔπειτα δὲ κηροειδῆ καὶ τελευταῖον πεπαινόμενον ἐρυθρόν. Id est, *primùm quidem viridem, deinde cereum, postremò ubi maturuerit rubrum.* Medio maturitatis tempore cereum esse, negari non potest. Alii, qui fructum cereum viderunt, nunquam legunt ex latacur codice ἀντὶ κηροειδῆ, κεροειδῆ. Vulgata servari lectio satis potest. Nam in agro Nerviensi fructu albido ceræque colore reperitur cornus. Variat enim maturus fructus colore: nam communiter rubet, & ossiculo longiore est. Aliquando ceræ colore, rariùs albo. saturatiùs etiam rubet, ossiculumque habet crassius & brevius, ut doctiss. observavit Clusius. Theophrastus porrò cum fructum γλυκὺν esse scribit, non dulcem, melleumve vult esse, sed gratum, sapore placere: nonnihil enim acidus est. Sic οἶνον γλυκὺν γλυκεῖαν ἅλμην *vinum dulce, muriam dulcem,* lib. 1. de nat. mulieb dixit Hippocrates; cum muria non detur dulcis. Vel dicendum, Theophrastum agere de sylvestris fructu, qui, recentiorum experimento ut constat, dulcis est, aut certè urbano corni fructu dulcior, & plerumque major. γλυκὺν igitur cum dicit, de sylvestri cape; quin etiam de sylvestribus se hoc libro agere, non semel prodidit.

Cornus.



Καὶ ἀπανθεῖ Theod. legit ἀνθεῖ vel ἐπανθεῖ. Theodori lectionem probat Scaliger, vulgatam Robertus Constant. Hanc si servare placet, expone; *florem amittit subeunte fructu.* Nobis Theodori lectio magis arridet, florem fructumque fert simili modo; ex uno enim pediculo plures multosque fert flores fructusque.

Σχεδὸν δὲ καὶ τοῖς χρόνοις. Verba hæc in hunc sensum Botanici nonnulli exponunt; *Cornum fructum floremque eodem tempore ferre quo olea;* cùm verba hæc non ad oleam referenda sint, sed ad cornus ipsas. Similem ferè fructum fert, eodem etiam modo floret, cornus, sed non eodem tempore; floret olea Iunio mense, fructus decerpitur Novembri, Decembrique: Martio floret cornus, fructum maturum Augusto reddit mense. Vult Theophrast. cornum marem fœminamque eodem florere tempore. Addit σχεδὸν, quia non eodem, sed ferme eodem florent, Martio mas, fœmina Aprili mense. paulò maturiùs ergo mas, seriùs fœmina. Utramque eodem fermè tempore florere, experientia docet, ipseque Theoph. lib. 3. cap. 6. scribit. ἐπὶ ζεφύρῳ μὲν κρανεία θηλυκρανεία. Maturum tamen, eodem tempore, utraque non ostendit fructum; ut capite citato docet, κρανεία μὲν γὰρ ἀποδίδωσι περὶ τροπὰς θερινάς, ἡ πρῴα, ὥσπερ πρώτη; ἡ δὲ ὀψία, ἣν δὲ θηλυκρανείαν καλοῦσι, μετ' αὐτὸ τὸ μετόπωρον. *quippe cornus ferè circa æstiva solstitia reddit, præcox scilicet, quod primùm fructum maturum ostendat. Nam serotina, quam cornifœminam vocant. post ipsum autumnum fructificat.* Cæterum verba hæc σχεδὸν δὲ καὶ τοῖς χρόνοις, de floris tantùm tempore intelligenda esse, ex eo apparet, quod ex sententia hic agat Idæ incolarum, qui negant fructum ferre corni fœminam.

Οἱ δὲ ἐν Μακεδονίᾳ. Fœmina sive virga sanguinea fastigiantes fert umbellas, floribus albidis gravidas, quibus baccæ succedunt, racematim cohærentes, sanguineis, tenuibusque petiolis appensæ, orobi magnitudine, initio virentes, cùm verò maturuerint nigricantes, sapore ingratas, & volucrium nulli desideratas. Ananiensia rura, in Tridentino agro, ut scribit Mathiolus, ex his oleū conficiunt ad lucernarum usum, expressis torculari, decoctis priùs in aqua baccis. Porrò, illud recentiorum experimento constat, quod de corno mare scribit Theoph. lib. hujus cap. 3., sylvestris fructum suaviorem esse quam sativæ, & plerumque majorem. Vide plura cap. 1. lib. 13. de Cons.

Γίνεται. Scribendum hic est ex capite 4. γίνεται δὲ ἐπὶ τοῖς ἐνύδροις καὶ οὐκ ἐν τοῖς ξηροῖς μόνον. Locis humidis siccisque utramque reperiri, recentiores observarunt.


Παρόμοιον δέ: Agit hoc loco de cedro, eique similem admodùm facit juniperum. Hac occasione nos de utraque agemus, ac primùm de junipero. Græcis antiquis arbor ἄρκευθος, Barbaris vel recentioribus ἀρκεῦθος. Hesych. ἀρκευθος, ἡ ἀρκευθὶς κέδρος. fructus verò ἀρκευθίς. ἄρκευθος dicitur παρὰ τὸ τὴν ἄρκην κεύθειν, quod celet noxam. Malunt alii exponere, quod ejus odorem omnia reptilia adversentur. Græcæ linguæ periti, facilè vident nihil tale sonare verba Græca. ἄρκευθος, παρὰ τὸ τὴν ἄρκην κεύθειν, *quod occultet nocumentum,* διὰ τὸ ἔχειν ἀκάνθας κεκρυμμένας, *quod spinas occultas ac quasi latentes habeat.* Nam huic spina, pro folio, ut ait, Plinius. fallit ergo spinosis foliis. Nicandri Scholiastes τὴν ἄρκευθον exponit κέδρον ad hunc Nicandri versum;

> Μηδέ σύ γε χραίσμην πολιοῦ λάθοιο, ἢ κέδροιο,
> Ἀρκεύθου.
>
> *Sed nec opera polii, vel cedri, juniperumve*
> *Ignora.*

Scholiastes τὸ δὲ πολιοῦ, ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ ἢ λευκοῦ. χραίσμην τὴν βοήθειαν λέγει. ἄρκευθος δὲ καλεῖται ὁ καρπὸς τῆς κέδρου, ἔστι καὶ αὐτὸ τὸ δένδρον, ἄρκευθος λέγεται. ἔστι δὲ καὶ εἶδος βοτάνης. Versum Nicandri non videtur intellexisse Scholiastes. Scribe μηδέ σύ γε χραίσμην πολίου, non, ut legit Scholiastes, accentu in ultimâ πολιοῦ, quod *canum, antiquum. album* significat. πόλιον vox substantivè, separatim à cedro, *pro polio* verti debet, cujus in principio hujus operis meminit; Ipse etiam Dioscorides, qui sua adversus venerea ex Nicandro habet, πόλιον legit, & ad venenatarum bestiarum morsum commendat polium. Quod si quis vulgatam lectionem servet, & ἐπεξηγητικῶς cùm Scholiaste referat ad cedrum, causam relinquit, cur dubitemus de ejus constructione, καὶ ἐρμηνείας; nisi fortè per metaplasmon, qua aliquando utitur Poëta, excusari velit. Ἄρκευθος δὲ καλεῖται ὁ καρπός. Ex iis quæ sequuntur, constat, scribendum ἀρκευθίς. Nam arbor ipsa ἄρκευθος, ut Scholiastes monet, dicitur; fructus, ut dixi, ἀρκευθίς. Multa quidem communia habent, cedrus minor sive oxycedrus. & juni-

& juniperus; ex antiquissimis tamen auctoribus, etiam recentioribus, κέδρον & ἄρκευθον vel κεδρίδα & ἀρκευθίδα differre constat. Qui cedrum vocavit ἄρκευθον, nemo est; contra ἄρκευθον κέδρον à quibusdã vocari, auctor est Theophrastus. Quare malo cum doctiss. Gorræo ista separare, & juniperum interpretari, quam & Dioscorides contra viperarum morsus salubriter bibi testatur, non minùs quam cedrum. Scribe ergo separatim, non sine distinctione, ut scholiastes fecit, μηδὲ σέγα κεχείσμεν πάλιν λάθοι, ἢ δὲ κέδρος.

Iuniperus Major.



Ἄρκευθος ἄρκευθον Latini juniperum vocant. Nomen impositum, quod juniores & novellos fructus pariat, antiquis maturescentibus. Solam ferè arborem hanc fœtus suos in biennium prorogare ajunt. Vide cap.6.lib.3.hist. ubi juniperi materiem fructumque delineat Theophrastus & in quibus à cedro differat docet. Verba ejus paulò infra examinabo, si ea quæ Dioscorides tradit, prius examinavero. Inquit ergo lib. cap. 103. περὶ ἀρκεύθου. ἄρκευθος ἡ μέν τίς ἐστι μεγάλη, ἡ δὲ μικρά, δριμεῖαι δὲ ἀμφότεραι, διουρητικαί, καὶ θερμαντικαί θυμιώμεναί τε θηρία διώκουσιν. τοῦ μὲν τοι καρποῦ ὁ μὲν τις κατὰ καρύου ποντικοῦ μέγεθος εὑρίσκεται, ὁ δὲ κυάμῳ ἴσος, στρογγυλός τε καὶ εὐώδης, καὶ γλυκὺς ἐν τῷ διαμασᾶσθαι, καὶ ὑπόπικρος, ἀρκευθὶς καλούμενος, θερμαντικὸς μετρίως, καὶ στυπτικός, εὐστόμαχος. *juniperus quædam major est, minor altera. utraque acris est, urinas ciet, excalfacit, accensáque serpentes fugat. unius fructus nuci Ponticæ magnitudine reperitur, alterius verò fabam æquat, ac rotundus est; odoratus, dulcis in mandendo ac subamarus, arceuthis, id est, juniperi bacca dictus: moderatè calfacit, & adstringit, stomacho utilis.* Ita codex Saraceni habet, quẽ sequutus sum, non quod semper probẽ illam lectionem, sed quod ultimo prodiit, ac cum omnibus M. SS. etiam ante nondum cognitis, collatus sit; tum, quod in omnium manibus versetur. Multa sunt hic notanda, ac primùm, in Parisiensi codice legi, περὶ ἀρκευθίδος. ἔστιν ἀρκευθὶς ἡ μὲν μικρὰ ἡ δὲ μεγάλη. id est, de fructu Iuniperi. *fructus juniperi, quidam major est, minor alter.* Non fit verisimile Dioscoridem sic scripsisse. Nam sequitur mox; τοῦ μὲν τοῦ καρποῦ &c. paulò infra ἀρκευθὶς καλούμενος, quod non tradidisset Dioscorides, si titulus περὶ ἀρκευθίδος fuisset. Duas juniperos veteribus cognitas, fuisse ex Plutarcho constat. Hic lib. de Iside & Osiride scriptum reliquit; πρὸς δὲ τούτοις ἀρκευθίδων ἀμφοῖν, ὧν τὴν μὲν, μείζονα, τὴν δὲ, ἐλάττονα καλοῦσι. *Insuper juniperi utriusque, duas enim nominant, majorem ac minorem.* Utramque acrem dicit Dioscorides, extenuantem, urinas cientem, & excalfacientem; ac quidem unius fructum nucis Ponticæ magnitudine esse, alterius fabam æquare, rotundum, odoratum, dulcem, & in mandendo subamarum esse. Sed in Græcis codicibus hæc aliter leguntur ac in Ald. cod. legitur ἡ δὲ μικρά. τινὲς δὲ αὐ μικρὰν, ἀρκευθίδα, οἱ δὲ μνησίθεον, οἱ δὲ ἀκατάλιδα καλοῦσι. *Minor altera, & quidem parvam nonnulli arcenthida, id est fructum juniperi, alii mnesitheon, aliqui acatalida vocant.* Hæc inquam in vulgatis non leguntur, pro quibus in spuriis Dioscorid. à Saraceno editi, legitur ἀρκευθίς, μικρά, οἱ δὲ ἀρκευθίδιον οἱ δὲ μνησίθεος, οἱ δὲ ἀκατάλιδα; vel, ut in altero codice scriptum idem notat, καδαλίδα. Rectè, meo judicio, Saracenus, quod hæc ad notha relegerit. Legitur etiam in veteri codice, ἀμφότεραι δὲ θερμαίνουσι καὶ λεπτύνουσι, εἰσὶ δὲ καὶ οὐρητικαί &c. id est, *Ambæ calfaciunt, extenuant, & diureticæ sunt.* Vox λεπτύνουσι in editis non legitur. Non dubium tamen quin hac vi polleat juniperus. In vulgatis etiam codicibus legitur, ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ ὁ μὲν τις καρύου μέγεθος εὑρίσκεται, ὁ δὲ καρύου ποντικοῦ ἴσος. Vertunt, *baccarum nonnullæ, nucis juglandis magnitudine, nonnunquam glandescere; aliæ nucem Ponticam æquare inveniuntur.* Lectio hæc corrupta. Non fit credibile, juniperi, quantumvis vastæ ac proceræ, grana uspiam reperiri, quæ nucis juglandis magnitudinem æquant. Rectè restituunt ἀντὶ καρύου, κυάμου, leguntque, ut in Saraceni codice scribitur. Hanc lectionem defendit Serapio. *Quædam*, inquit, *reperitur cujus fructus est magnus, sicut nabach; & quædam cujus est parvus, sicut faba.* κύαμον fabam intellige non vulgarem, planam, sed rotundam græcam. Faciem arboris juniperi magnæ delineat Auctuarii Auctor. ἀρκευθίς. (scribo ἄρκευθος) μεγάλη, οἱ δὲ κυπάρισσον ἀγρίαν, οἱ δὲ μνησίθεος, οἱ δὲ ἀκατέραν, ῥωμαῖοι ιουνίπερουμ. ἔστι δὲ αὕτη γνώριμος τοῖς πλείστοις, ἐμφερὴς κυπαρίσσῳ γινομένη ἐν τραχέσι καὶ παραθαλασσίοις τόποις ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. δύναμιν δὲ ἔχει αὐτὴν τῇ προειρημένῃ. *Est & juniperus magna, quam aliqui cupressum sylvestrem appellant, alii Mnesitheum, alii acateram, Romani juniperum, vulgo cognita, cupresso assimilis, asperis, maritimisq; locis plerumque nascens, easdem verò quas supra dicta vires obtinet.* Alia Plinii sententia lib. 24.cap.8. *Iuniperus vel ante cætera omnia excalfacit, extenuat, cedro assimilis; & duo ejus genera, altera major, altera minor* Iuniperum majorem & minorem esse scribit cedro assimilẽ. Assimile Grammatice prorsus simile exponunt. Talis non est cedrus & juniperus. Nam teste Theophrasto

Iuniperus Minor.



sto differunt folio, magnitudine, ligno, fructu. Sed inquirendum quam cedrum intelligat Plinius. Certe perinde est quam intelligat. Nam Syriaca cedrus, & juniperus vulgaris sive minor, planè dissimiles arbores. Major juniperus & cedrus Syriaca folio fermè conveniunt, ut ex utriusque descriptione facilè colliget lector, in reliquis minime; majori junipero bacca, cedro conus. Quid singula commemorem? minor cedrus, & major juniperus, folio plane dissimili: cedro pungens, obtusum junipero; nisi placeat, Plinium, novellam describere plantam: huic pungens, ut infra dicam, folium. Quocumque modo sumas, malè dixit Plinius, assimilem cedri juniperum, si strictè & ex Grammaticorum sententia vocem illam sumas. Si verò quodammodo similem interpreteris; juniperus & cedrus minores, conveniunt: iis exceptis, quæ tradit Theophrastus, cave de utraque intelligas; altera tantum juniperus cedro similis minori. Hæc obiter. In spuriis nothisque, quæ Dioscoridi ascribuntur, scriptum reperio. τὸ δὲ ῥίνημα τοῦ ξύλου ποθὲν ἀναιρεῖ, *ramenta vero ligni devorata interficiunt.* Sed hæc, inquiunt, Dioscoridis doctrinam minimè sapiunt: Quare delenda putant, ob quatuor has rationes. 1. quod nihil hujus rei Galenus, Paulus, Serapio, & alii qui verbotenus Diosc. scripta referunt, meminerunt. 2. quod si quis experiri velit, id falsū reperiet. 3. quod baccæ ejus contra serpentum ictus efficacissimæ devorentur, & foliorum succus bibatur, & illinatur adversus morsus viperarum. 4. baccæ lignumque si comburantur, corrigunt malignum pestilentemque aerem. Crediderim quidem verba illa in textum scioli cujusdam diligentia irrepsisse: sed tamen non satis valida videntur illa argumenta: nisi forte secundum, ad probandum, non esse læthale juniperi ramentum. Ad primum respondeo; eo quidem probari, verba hæc addita fuisse, sed hinc concludi non potest, ramentum juniperinum non esse læthale. Veteres porri succum non scripserunt esse perniciosum: ergo deleterius non est? Male. Recentiores quidam contrarium observarunt. Præterea veterum nemo tradidit, ramentum non esse læthale, nec quisquam, quod equidem sciam, ad hunc illumve affectum præscripsit. Ad alterum, quod experientia constat, dico; vel non debita quantitate assumptū fuisse ramentum illud; vel unam hirundinem, ut vulgò fertur, non facere ver. Per me licet experimentum alii faciant: Ad tertium dico, nullius momenti hoc argumentum est. De baccis & foliis nulla questio, sed de ramento. Nec sequitur, baccæ & folia sine ulla noxa bibuntur, ergo etiam ramenta, quasi non diversis pollere possint facultatibus, radix, lignum, folium, cortex, ramentum, fructus. Ebuli radices validissimè purgant, acini tamen & semen minùs id præstant, discutiunt folia. Colocynthidos pulpa validissimè purgat, nihil tale folia, radicesque præstant. Lacteus fici arboris & foliorum succus, non mordicat tantum, aut abstergit vehementer, sed & ulcerat, & vasorum ora reserat, & myrmerias ejicit: verùm etiam purgare potest. nihil horum potest fructus, immò contrarium præstabit, mollit, lenit, maturat, obtundit. Quartum solvit Diosc. lib. 1. cap. 81. ubi, ait. Thus foris adhibitum ad multa prodesse, recentiorum experimento constat, accensum, ignique injectum, non modo catarros sistere eorumque fluxum inhibere, sed etiam venenatum, pestilentemque aerem corrigere: intus tamen, ut ait idem Dioscorides; si sumatur in secunda valetudine, insaniam facit, ipsámque mortem adfert. μανιώδης δὲ ἐπὶ πινόμενος ὑπὸ τῶν ὑγιαινόντων, πλεῖον δὲ μετ' οἴνου ποθεὶς καὶ κτείνει. *verùm in secunda valetudine haustum furorem inducit, & largiùs cum vino potum interficit.* Ramentum autem juniperi quod necet, non dissimile videtur ei, quod de colocynthidos præparatione circumfertur. Multùm pinsendū & & cribrandum in tenuissimo cerniculo ajunt, ne intestinis adhæreat atque ulceret. Sic juniperi scobs, ob siccitatem summam, qua adhæret, necat, ac suffocat, cum decoctum salutare sit: caret enim illa siccitate. Contra farina Hiucæ, ipsumq; porrum salutare, deleteria farina, cujus rei rationem reddit Iul. Scaliger in doctiss. de subtil. libro: *Ratio*, inquit, *pendet à duplici causa; una est partium tenuitas; unde est facilitas penetrationis: altera est libera qualitas, & facultas ad nocendum in succo ipso: posteaquam soluta est societas, quam inierat cum terrestri parte, à primordiis ortus ipsius plantæ: quæ pars adversa qualitate ferociam ejus ita cohibebat, quemadmodū crassitie sua tardabat celeritatem.* Hæc dixi, non ut probarem, ramentum juniperinum lethale esse (nam id mihi non constat,) sed ut monerem, ne facile quis assumeret. Non desunt, qui umbram juniperi nocivam scribunt, credo quod apud Virg. Ecl. ult. legatur.

> *Surgamus, solet esse gravis cantantibus umbra.*
> *Iuniperi gravis umbra: nocent & frugibus umbræ.*

Umbram nocere docet Plin. lib. 17. cap. 12. *Non fastidienda, inquit, hæc quoque scientia, atque non in ultimis ponenda, quandoquidem satis umbra aut nutrix aut noverca est.* Umbram nocere, ipse Virgil. lib. 1. Georgicorum docet.

> *— Et amaris intuba fibris*
> *Officiunt, aut umbra nocet.*

Lucret. lib. 6.


> *Arboribus primum certis gravis umbra relicta est,*
> *Usque adeò capitis faciant ut sæpe dolores.*

Carminis Virgiliani hic sensus: omnis umbra cantantibus gravis est; hic juniperi est umbra; ergo gravis. Omnis umbra cantantibus gravis, quia vox libera non est, sed impedita; ab aëre enim locus perflari nequit. Malunt alii legere; *surgamus, solet esse gravis cunctantibus umbra:* ut sensus sit; surgamus, sol occidit, nox advenit, cujus umbra solet esse gravis cunctantibus; atque ita quidem gravis, ut etiam juniperi umbra, quæ alioquin amœna & salubris esse consuevit, propter blandam odoris eluviem, lædere queat; non homines solùm, verùm etiam fruges & sata. surgamus igitur, ut noxium vitemus aërem, & umbram effugiamus hominibus & frugibus pestilentem. Non mirum videri debet, quod dixi, juniperi umbram gravem, Nam propter foliorum & germinum densitatem & frequentiam, impedit vapores, qui è terra exhalant, ne evaporentur; itaque non per se gravis juniperi umbra, sed per accidens. Pro junipero majore viri Doctissimi habent Iuniperum maximum Illyricum, bacca cærulea. Folio est alterius juniperi, majore, acuto, pungente, bacca triplo majore, resinosa, colore quo dixi. lignum suavis est odoris, & liquorem exudat. Hanc non esse juniperum majorem, ex Auctuarii auctore constat; cui si fides adhibenda, necesse est, juniperum majorem esse foliis cupressinis. Iuniperum majorem describit Carolus Clusius, dum viveret, Botanicorum facilè princeps. Frutex est humanam altitudinem rarò superans, caudice contorto, non recto, multis ramis prædito, scabro cortice: folia habet carnosa, & ex continua quaternorum foliorum mutuo connexorum serie composita, quemadmodum cupressus: flores junipero vulgari & oxycedro similes, flavos, sed extremis foliis insidentes, ut in cupresso & thuia; quibus succedit fructus, baccarum myrti magnitudine, rotundus, primum viridis, deinde ad phœniceum colorem tendens; qui maturitate non nihil mollescit, sapore & odore juniperi baccis simili, qui trina, aut quaterna vel etiam plura grana oblonga & striata habet, medullam albam & resinam olentem continentia. Vere floret, fructumque diu retinet, antequam maturescat, uti juniperus. Primum semine natus hic frutex, & adhuc tener, folia habet omnino dissimilia, utpote quę alterius juniperi folia æmularentur, nisi breviora, & paulò molliora essent. Cum verò jam tertium aut quartum annum attigit, rotunda & cupressina folia efformare incipit: ut inferiores rami pungentibus & acutis foliis, summi verò obtusis ac rotundis onusti interdum conspiciantur. Quam metamorphosin nisi quis diligenter observaverit; facilè in errorem induci possit, ut credat, adolescentem à jam adulta diversam esse. Nascitur ad Tyrrhenum mare. Nam inter Calpen & Malacam, Reticæ item & Galliæ Narbonensis ora maritima nasci, observavit idem Carolus Clusius. Vulgo oxycedrus Lycia vocatur. Quidam oxycedrum Theophrasti Lyciam putant. horū sententiam probare nequeo, quod oxycedrus Lycia pungentibus sit foliis. Eorum non displicet opinio, qui cedrum minorem existimant, quæ arboris naturam non assumat: cujus lib. 1. cap. 15. meminit Theophrastus. Non observavit Theoph. adultam cupressinis esse foliis. Neque est sabina baccifera, ut quidam opinantur. Nam plurimum odore & forma à sabina differt. Sabinæ gravis odor, huic gratus, & suavior vulgari. Sabinæ extremi rami in acuta folia plerumque desinunt; contra verò hujus obtusa sunt. Sabinæ baccæ maturitate nigrescunt, minoresque sunt quā hujus, quę, ut dixi, Phœnicii sunt coloris. Vulgaris juniperus nemini incognita. Hæc pro soli cœlique varietate, arboris naturā induit vel fructuosa manet. Arborescit in Thuscia, in Senensi agro, ut monet Math. & in Hisp. teste Clusio, adeo fit magna, ut ex

ut ex ea trabes & ædium contignationes, multi fabricent. Alia insuper florem fert, non tamen fructificat. Alia fructum gignit, & florem non fert, verùm Majo mense tenuissimus ac luteus ex hac pulvis in auras avolat. Hunc pulverem florem esse, vel floris vicem gerere contendunt, non sine ratione, Botanici; inter quos non ultimum tenet locum Hieronymus Tragus. Nam post pulverem jam descriptum baccæ prorumpunt, exiguæ, virides. Frutex juniperus lignosus est, alis frequentibus, ramosus, cortice membranaceo, sponte disrumpente, tenui, rubente. Materies ligni fulva, & cum accenditur, odorata. Folia habet, angusta, parva, tenuia, oblonga, pungentia, spinas idcirco magis quam folia referentia, non tamen admodum duras. Baccæ ejus, quæ fructum fert, initio virides, per maturitatem ex cæruleo nigræ, parvæ, rotundæ, odoratæ, gustui primùm subdulces, deinde amaræ: radices hinc inde sparguntur, quędam tamen altè descendunt: cortice puniceo obducuntur. In baccis differentiam nonnullam recentiores observarunt. In quibusdam grandes sunt, in aliis exiguæ; in his dulces, in aliis prorsus amaræ: aliis planè rotundæ, quædam oblongę & acuminatæ. Describit juniperum quandam magnam Bellonius, quę ad altitudinem cupressi quandoque assurgit, folio majore ac duriore, fructu quoque grandiore, ad avellanæ nucis quantitatem accedente, & ferè instar gallæ. Resinam hæc fundit liquidam æstivis mensibus, quæ caloris beneficio in gummi coit. Nisi hæc sit Illyrica juniperus, cærulea bacca; fateor me ignorare, quam describat, nec vidisse unquam. Quæcunque in vulgari junipero cernuntur, odorata sunt. Primum namque humor qui è junipero, si lædatur, dum in succo fuerit, effluit; deinde radices, & caudices aridi, baccæ recentes & maturæ, folia etiam aculeata, non insuavem spirant odorem. Iuniperi arbor, Majo mense, cum pluviosa fuerit tempestas, luteam è cortice sudat lachrymam; quæ magna copia, tanquam fungi exigui, arbori adhæret, nec magnoperè odorata est, sicut altera, quæ vulnerata arbore profluit. Hæc lachryma pluviis cessantibus evanescit. Lachryma quæ læsa arbore emanat, primùm ex albo luteo colore cernitur, qui senescens in ruffum abit. Officinæ vernicem vocant, quod electro, Græcis recentioribus βερνικὴ dicto, colore, similis sit: Ex hac cum oleo ex semine lini temperata, liquida vernix fit, cujus usus ad tabellas depictas illustrandas, tum etiam ad ferri nitorem, & à rubigine defensionem utilis. Hactenus juniperi historiam ex aliis enarravimus auctoribus; accedo ad historiam cedri.

Κέδρος παρὰ τὸ κέντρον, κεντρώδης γάρ ἐστιν, ἢ παρὰ τὸ καίεσθαι ῥαδίως. *Cedrus, vel ab aculeo nomen accepit, planta enim spinosa est, vel quod facilè accendatur, uraturque.* Prius etymon minori magis convenit, posterius majori. Facilè hæc ardet, propter resinam, cedriam dictam. Arbor κέδρος dicitur, fructus κεδρίς. Hesichius κεδρίδες, ὁ καρπὸς τῆς κέδρου. Scribo κεδρίς, ὁ καρπὸς τῆς κέδρου, vel κεδρίδες, οἱ καρποὶ τῆς κέδρου. Resina κεδρία vocatur. Recentiores cedrum in masculino genere ipsam arborem, fœminino verò fructum significare scribunt. Phavorinus κέδρος ἀρσενικῶς μὲν τὸ δένδρον. θηλυκῶς δὲ ὁ καρπὸς hoc antiqui non observarunt, Vide verba Galeni paulò infra loc. cit. Utrum κέδρος citrium dictum etiā fuerit, libro quarto examinabo. Vide & cap. 5. lib. 5. de Thyja. Cedros Græci observarunt duas, majorem & minorem, nisi placeat annumerare exiguam, cujus meminit lib. 1 hist. Theophr. de qua supra, ubi de junipero, nonnihil dixi. Galenus lib. 7. simpl. κέδρος ἐστὶ μὲν διττὴ κατ' εἶδος, ἡ μὲν ἑτέρα θαμνώδης, ὁμοίως ταῖς ἀρκεύθοις, ἡ δὲ ἑτέρα δένδρον οὐ μικρόν. *cedri duo genera; una fruticosa, junipero similis: altera arbor non exigua.* Duo etiam cedri genera describit Dioscorides: Quæri solet, utrum Theophrastus duo noverit? Certè, prima fronte dubium non videtur, quin duo noverit. Nam cedrum aliam Phœniciam, aliam Lyciam ait. Penitius si res conspiciatur, unum tantùm describit genus, nempe minus, quod junipero simile. Novit tamen & alterum, nempe majus genus, quod ex lib. 5. cap. 9. probatur, ubi in Syria miræ magnitudinis esse scribit. In Syria minor non reperitur, nec ad tantam hæc attollitur altitudinem. Sola major istis in regionibus, teste Bellonio, conspicitur. Majorem cedrum recentiores δενδρολίβανον vocant, fabulamque hanc excogitarunt. Geopon. auctor lib. 11. cap. 16. περὶ δενδρολιβάνου ἱστορία. λίβανος Συριακὸν ὄνομα, καὶ ἐν ὄρει καὶ ἐν φυτῷ. μειράκιον δὲ γέγονε πρότερον, τοῖς θεοῖς ἀνακείμενον. ζηλοτυπήσαντες δὲ αὐτὸ, κτείνουσιν ἄνθρωποι δυσσεβεῖς. γῆ δὲ τιμῶσα θεοὺς, φυτὸν ἀνῆκε τῷ πεπονθότι ὁμώνυμον, καὶ τὴν φύσιν μεταβαλόν, τῆς περὶ τοὺς θεοὺς οὐκ ἀφήρηται πόθου. μᾶλλον δή τις εὐφραίνει θεοὺς μέγιστα, λίβανον προσθεὶς (scribe προσθεὶς) ἢ χρυσὸν ἀναθείς: *De dendrolibano historia. Libanus Syrum nomen est, & de monte, & de planta. Adolescentulus autem prius erat Deorum cultui deditus; qua propter impii homines æmulatione ducti ipsum occiderunt: verum terra in honorem Deorum plantam produxit, quæ occisum cognomine refert, & mutata natura: amore tamen Deorum non est privatus; magis enim delectantur Dii, si quis ipsos dendrolibani ramo coronet, quam si aurum aris consecret.* Magnam cedrum Plinius cedrelaten vocari ait lib. 13. cap. 5. & lib. 24. cap. 5. *Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dat picem, quæ cedria vocatur.* Cedrelaten vocari contendunt ἀπὸ τῆς κέδρου καὶ ἐλάτης, quod facie similis sit abieti. Certè nihil aut parum admodum cum abiete commune habet; nisi quod conos fert sursum spectantes, non, ut vulgo pingi solent, (quomodo etiam nostra tabella picta est) deorsum dependentes. Cedrelaten dictam puto, ἀπὸ τῆς κέδρου, καὶ ἐλάω, quod non instar cedri vulgaris parva manet arbor, sed in altum instar abietis abeat, fiatque maxima arbor. Sacra pagina altissimā & maximā scribit arborē, quod recentiorū observatione cōstat. Cedrus minor oxycedrus dicitur, quod folia sint acuta ac spinosa, vel quod pro foliis spinas ferat. Græci Barbari, cedrū Italicam vocant. Hierocles Hippiater l. 2. c. 68. κέδρου ἰταλικῆς γο ς' θείου ἀπύρου τὸ ἴσον. *cedri Italicæ semiunciam, sulpheris ignem non experti tantundē.* Dixit Italicam, ad differentiam Syriacæ. Cedrum majorem Theophrastus loco citato longissimam arborem scribit, adeoque crassam, ut detur quæ ulnis hominum quatuor complecti nequeat. Diosc. lib. 1. cap. 105. κέδρος δένδρον ἐστὶ μέγα, ἐξ οὗ ἡ λεγομένη κεδρία συνάγεται. καρπὸν δὲ ἔχει ὥσπερ ἀρκευθος, φέρουσα μέγεθος, μυρτοῦ περιφερῆ. *Cedrus arbor magna est, ex qua picem colligunt, quæ cedria uocatur, junipero modo baccas parit, baccarum myrti magnitudine, rotundas.* Hæc corruptissima & falsa. Cedrus minor baccas fert rotundas myrti magnitudine; cedrus major conos cupresso majores. Major resinam cedriam dictam fundit, qua caret minor. Corruptus ergo codex: Corrigunt, ac legunt. κέδρος δένδρον ἐστὶ μέγα ἐξ οὗ ἡ λεγομένη κεδρία συνάγεται. ἡ δὲ λεγομένη ὀξύκεδρος vel κέδρος μικρὰ φύλλα καὶ καρπὸν ἔχει ὥσπερ ἀρκευθὶς, μύρτου μέγεθος, περιφερῆ. *Cedrus arbor magna ex qua cedria colligitur, quæ parva cedrus, vel acuta cedrus dicitur, folia fructúmque fert junipero similem, myrti magnitudine, rotundum,* Scribe ex codice Catacureni, ab Augerio Busbequio Cæsaris Ferdinandi apud Turcarum Imperatorem oratore, allato in Europam. κέδρος δένδρον ἐστὶ μέγα, ἐξ οὗ ἡ λεγομένη κεδρία συνάγεται, καρπὸν δὲ ἔχει ὥσπερ κυπαρίσσου, μακρότερον δὲ ὑπερ πολύ. λέγεται δὲ καὶ ἄλλη κέδρος μικρὰ ἀρκευ-

Cedrus communis.




θώδης ὥσπερ ἀρκευθος, καρποὺς φέρουσα μέγεθος μύρτου, περιφερῆ. *Cedrus arbor magna, ex qua cedria dicta colligitur, fructum profert uti cupressus, at multò grandiorem. dicitur*

& altera

& altera cedrus, eaque parva, spinosa, juniperi modo, fructum ferens myrti baccarum magnitudine, rotundum. Hæc lectio, præterquam quod experientia probatur, etiam Serapionis auctoritate, (qui sua ex Dioscoride exscribere solet) munitur. Cap. 359. *Serbin, id est cedri, sunt duæ species; una est arbor magna, & ex ista est albitran, id est, cedria; habet fructum similem fructui cupreßi, nisi quia est minor eo multùm.* (Id falsum est; malè in codice quo usus est, μικρότερον pro μακρότερον scriptum fuit; vel hæc non de integro fructu intelligi debent, quem constat majorem multò esse, sed de solo semine: quomodo etiã accepit Plin. lib. 3. cap. 5. cum cedri majoris frugiferæ semen cupresso simile scribit; quo quidem modo alibi ipse Dioscorides hanc vocem sumpsit.) *Et secunda est arbor spinosa, parva, habens similitudinem cum arbore juniperi:* (Malè ergo doctis. viri ἀντὶ ἀκανθώδης legendum contendunt θαμνώδης. Vulgatam lectionẽ defendit Theophrastus, cum folia cedri minoris spinosiora ait, & duriora, quam juniperi) *& magnitudo fructus ejus, sicut granum myrti.* Meminit Dioscorides majoris cedri etiam lib. 5. cap. 45. Vbi de cedrino agit vino. γίνεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ τῶν μειζόνων κέδρων οἶνος &c. De cedria vide cap. 2. libr. 9. Major cedrus à Dodonæo ex Bellonio his fere verbis describitur: *Major cedrus magna admodum & procera arbor, non modo cæteras resiniferas ac coniferas excedens, sed & reliquas arbores omnes vasta amplitudine superans: caudex ejus frequenter admodum crassus est, ut quatuor hominum ulnæ eum complecti, auctore Theophrasto, nequeant. Cortex inferioris partis, quæ à terra ad primos porrigitur ramos, asperior est: reliquus verò lævis, ac glaber, inter ramos conspicuus: rami ab imo ferè & haud altè à terra, ad fastigium usque exeunt, paulatim altiúsve scandendo minores brevioresque facti, arbore pyramydis formam referente. Orbiculatiter autẽ hi caudicẽ ambiunt, taliq; alterno ordine dispositi sunt, ut per hos ad cacumen usque, veluti per scalas conscendi queat. Folia capillata, veluti pini, sed breviora, ac minimè aculeata. Coni multò breviores sunt, & craßiores quam abietis, mollibus non duris squamis* (resinosis ac pinguibus subrubentibus, odoratis) *compacti; qui non deorsum pendent, sed sursum arrecti, in ramis consistunt; quibus & adeò pertinaciter adhærent, ut citra particulam rami avelli nequeant;* (fructus, quem à chirurgo Ioanne Vennekool accepi, cum ramuli parte avulsum, ita pertinaciter ramo adhæret, ut avelli non possit,) *ligni materies durißima, nec cariem nec vetustatem sentit, cor odoratum, ac subrubens.* (ramulus, de quo modo sermo, interius, dilutè tantùm subrubescebat: ex albo leviter rubescere tantũ videbatur, sed trunci fortè materies ac cor alio colore, ut prædictum.) *Fluit ex hac arbore resina, abiegnæ similis, odorata, lentæ admodùm substantiæ, mansa siquidem dentibus adeò firmiter adhæret, ut ægrè avelli queat, quæ initio liquidior, & albida, ardore Solis durescit, & arida fit.* De qua vide cap. 2. lib. 4. In nivosis montibus cedri nascuntur, veluti in Syrię Libano, in quo nonnullas extare Bellonius refert, (penes auctorem fides, credat Iudæus apella) Salomonis, ut creditur, manu satas: jam & in Tauro ac Amaino montibus reperiuntur; perpetua coma, ut ceteræ coniferæ, virent. Humido ac austrino cœli statu cedri materies, atq; ex hac factæ statuæ, aliaque opera sudare, & humorem emittere videntur, ut & omnes arbores, quibus oleosus est succus. Sunt qui negant hanc esse cedrũ, affirmantque laricem supra à nobis descriptam veterum esse cedrum. Negant etiam delineatam arborem cedrum majorem esse, quod Dioscorides tradat, cedri majoris fructum ęmulari figura nucem cypressum, quantitatéque multò minorem existere. Legunt enim κυπαρίσσου μικρότερα ex Serapione. Pilula, inquiunt, cupressi σφαιροειδὴς est. (puto mendum typographicum, Scribo σφαιροειδὴς) κωνοειδὴς cedri descripti fructus, tantaque insuper magnitudine, ut galbulo sive pilula cupressi sextuplo major appareat. Cedrus præterea major, teste Vitruvio, folia fert cupresso similia. Cedrus jam descripta, folia qualia dixi. Verba Vitruvij adscribam ex lib. 2. cap. 9. *Item cedrus & juniperus easdem habent virtutes & utilitates, quemadmodum ex cupressu & pinu resinæ, sic ex cedro oleum quod cedrium dicitur nascitur; quo reliquæ res cum sint unctæ, uti etiam libri, à tineis, & à carie non læduntur. Arboris autem ejus sunt similes, cupresseæ foliaturæ, materies vena directa, Ephesi in æde simulachrum Dianæ ex ea, & ibi & in cæteris nobilibus fanis, propter æternitatẽ sunt facta.* Ad Vitruvium quod attinet; sanior eorum sententia videtur, qui virum optimè de architectura meritum, confunderere putant Thyjam & cedrum. Thyjam folio cupressi describit Theophrastus: huic etiam materies æterna, sed ex hac, quod sciam, cedria vel liquor aliis non manat. *Arboris* inquit, *ejus sunt similes.* Intelligunt frondes. Iuniperum oportet intelligant majorem folio cupressi, alioquin pungentia non sunt majori cedro folia. Mitiùs agere nobis cum Vitruvio visum est. Dixit *similes frondes cupresseæ foliaturæ*; quod utrique folia carnosa, obtusa & viridia sunt. Alioqui larici sunt similiora cedri folia, brevia, angusta, crebra, viridia. Alterum argumentum nullius ponderis. κυπαρίσσῳ μακρότερον dixit Dioscorides. Malè, ut jam dixi. Serapio, vel ejus interpretes μικρότερον legũt. Cupresso longior majórque fructus cedri; ita vox μακρότερον exponenda, Talis cedri conus, qui nisi oblongior esset, σφαιροειδὴς foret. Quæ quæso forma pinei coni? an non ex rotundo, latóque in acutum desinit? Rotundior nec in acutum desinens cedri conus. Rectè ergo Dioscorides conum cedri rotunda cupressi pillula oblongiorem & majorem dixit. Vide pini, vide cedri iconem ad vivum expressam, intuere cupressi figuram, & judica, utrum mala comparatione usus Dioscorides. Videamus eorum opinionem qui laricẽ volunt esse cedrum. Larixnè conum habet rotundum cupresso similem? Magnitudine cupressino similis quidem, sed longior multò, gracilibus, foliosis squamulis compactus. Præterea in Syria, & Iudæa, ubi cedrũ nasci tradit Sacra pagina, larix non reperitur. Caret hac arbore orientalis plaga. Magna & procera quidem arbor larix, sed quæ altissima dici non potest, nec huc usque observatum laricis lachrymam in guttas coire, quod de cedri liquore observarunt recentiores. Laricisnè folia cupressinis similiora quam cedri? Hoc ne asserere, qui hanc defendunt sententiam, audent, cedri enim folia larici comparant. Minor cedrus,

Oxycedrus Theophrast. Guillandino
Iuniperus major Monspeliensium.



Cedrus Phœnicia fructu rubescente.

ea est planta quam quidam vocant juniperum majorem, bacca ruffescente. Iunipero similis est oxycedrus magna ex parte; contorto, ut illa, caudice, ramis tortuosis ac nodosis etiam, in alas complures divisis, interdum etiam in arbusculam excrescens, cortice ruffescente: ligni materies dura, rubra, cupressum redolens. Folia habet juniperi vulgaris modo pungentia, aliquantulum tamen duriora, acutiora, longiora, & rariora: circa cauliculos;

liculos, terna semper simul nascentia, ut in junipero. Fructum fert initio viridem, deinde flavescentem, postremò cum maturuit, punicei coloris, juniperi fructu multò majorem, ut interdum avellanam magnitudine æquet, & tuberculis quibusdam, veluti squamarum rudimentis obsitum, nucleos tres aut quatuor inæquales continentem, majores quam in junipero majore suprà descripta; medulla intus alba, sapore adeò dulci ac suavi, ut rustici subinde, addito pane hac vescantur: floret juniperi modo, & eodem tempore, utriusque fructus maturitatem adipiscitur. Provenit plerisque Hispaniæ & Narbonnensis Galliæ asperis locis. Nusquam majorem vidit Car. Clusius, quam supra Segobiam & Guadarama, itinere Madritiano, ubi arborum magnitudinem & altitudinem interdum æquat, trunco humani corporis crassitudinem æquante; ex quo veluti ex trunco juniperi, quæ simul cum isto eadem altitudine crescit, ædium trabes & contignationes incolæ faciunt. Idem Clusius supra Segobiam, in ramis cedri enatam plantulam observavit, digiti longitudine, instar visci ramosam, geniculatam, viridem, interdum flavescentem, ramulis myricæ recenter natis, sive ejus plantæ, quam nonnulli salicorniam, Mompelliani marinū sempervivum vocant, sed paulò minoribus constantem, quorum extremis aliquando inhæret veluti fructus musci, qui in arboribus aut saxis nascitur, fructui persimilis. Acido & adstringenti valde gustu est tota hæc plantula, oxycedro, veluti viscum in aliis arboribus, innascens. Verba Theophrasti examinanda restant.

Cedrus Phœnicia media adversar.



Cedri Phœniciæ alterius Plinii & Theophrast. ramulus.
Oxycedrus folio cupressi aut sabino major Monspel.

Τὴν δὲ φοινικῆν. Phœniciæ cedri nomine exhibent oxycedrum jam descriptam. Phœnicia est Syriæ pars, & Iudææ propinqua, in qua Tyrus & Sidon. Hic major nascitur cedrus, ut ii referunt, qui terras illas peragrarunt. Oxycedrum vel minorem, aliámve cedrum in iis nasci locis, nondum intellexi. Falluntur ergo qui Phœniciam cedrum, oxycedrum modo descriptam, pro cedro Phœnicia ostendunt. Lycia est oxycedrus, non Phœnicia, quæ non alia, quam Syriaca supra descripta. Lycia est regio minoris Asiæ, inter Pamphyliam & Cariam sita. Oxycedrum in magna Græciæ parte, Illyrico ac Epiro gigni, magnum Brabantiæ lumen Dodonæus scribit.

Εἶναι ἡ ἀρκευθος: Scribe cum Rob. Constantino. εἶναι δὲ ἀρκευθος. Vide insuper quam pulchrè, ex Græcorum mente, hæc exscripserit Plinius lib. 13. cap. 5. *Iuniperi, inquit, similem habent Phœnices, & cedrum minorem. Duo ejus genera, Lycia, & Phœnicia. Differunt folio; Nam quæ durum, acutum, spinosum habet, oxycedros vocatur, ramosa, & nodis infesta. Altera odore præstat.* Contra Græci auctoris mentem scribit, cedri minoris duo esse genera. Duo ille duntaxat genera esse scribit ex quorundã sententia. Ac quidem Idæ incolis unam tantùm cedrum esse ait junipero similem, quę oxycedrus nominatur: quarum, juniperi scilicet & oxycedri, historiam fusius persequitur. Has quam negligenter confuderit Plinius, expendamus.

Ὀξώδη δὲ ἄμφω. Hoc de altera Plinius, oxycedro scilicet: de utraque Theophrastus oxycedro & junipero. Idem auctor, oxycedro folium durius, magis acutum, ac spinosum, quam junipero scribit. Ex hoc loco constat, Theophrastū de minore, non majore agere cedro. Huic obtusa, alteri pungentia folia. Constat etiam, alteram recentiorum cedrum, foliis cupressi, quam majoris juniperi nomine descripsimus, à Theophrasto cedri nomine non esse descriptam. Cedrum minorem foliis esse junipero similibus, ex Geoponicõn auctore probatur. lib. 11. cap. 1. In manuscripto codice Palatino, locus citatus sic legitur; δένδρα ἀειθαλῆ ἐστὶ μηδέποτε φυλλοῤῥοῦντα ἐν τῷ χειμῶνι, δεκατέσσαρα. φοίνιξ, κίτρον, στρόβιλος, δάφνη, ἐλαία, κυπάρισσος, κερατία, πίτυς, πρῖνος, πύξος, μυρσίνη, κέδρος, ἰτέα, ἄρκευθος. (Hæc supra à nobis cap. 4. hujus libri examinata sunt, quæ sequuntur in editis non extant) ἔστι ὅμοιον κέδρῳ μικρᾷ, καὶ τὸ ξύλον αὐτῆς μύρζει, ἔστι δὲ καὶ χαμαιπετής. Scribo, καὶ ἄρκευθος. ἔστι δὲ ὅμοιος κέδρῳ μικρᾷ, καὶ τὸ ξύλον αὐτῆς πορφυρίζει, ἔστι δὲ καὶ χαμαιπετής. *Et juniperus, quæ similis est cedro parvo, lignum habet in purpuram* (intellige quæ ex rubro & nigro constant) *vergens, estque arbor humilis.* Μύρζει quid significet, ignoro; non dubito quin corruptum sit. Iuniperi lignum rubere tradit Theophrastus, comprobat experientia; cedrus ergo minor folio aculeato. Tale enim fert juniperus, quam cedro minori Cassianus Bassus comparat. Sequitur μᾶλλον δὲ ἡ μὲν ἄρκευθος. ἔχει δὲ μήτραν, καὶ πυκνὴν, καὶ ὅταν κοπῇ &c. In Ald. & Bas. scriptum est μᾶλλον δὲ ἡ μὲν ἄρκευθος. ἔχει μικρὰν καὶ πυκνὴν &c. Quæ sic vertit Gaza; *vel potius junipero parva, spissáque materies, brevique putrescens cùm cæsa fuerit.* Scribe cum Robert. Constant. μᾶλλον δὲ ἄρκευθος, ἔχει μήτραν μὴ πυκνὴν. Totam periodum verte: *Ambæ nodosæ, alosæ & materie tortuosæ. maximè autem juniperus. habet hæc medullam minimè spissam, brevique putrescentem cum cæsa fuerit, cedrus verò medullam plurimam* (malo scribere πυκνὴν, spissam habet medullam, non plurimam) *putredinē nullam sentientem.* Ambæ corde sunt rubro; cedri odoratum, juniperi odore carens. Μὴ πυκνὴν μήτραν opponitur πυκνῷ ἐγκαρδίῳ, ταχὺ σηπομένην, τῷ ἀσαπεῖ. Non facilè putrescit cedri medulla, quod spissa; putrescit facilè juniperus, quod non spissam sed perviam habeat medullam; quippe propter laxitatem facilè admittit aërem, & humorem externum, unde putredo. Accedit alia causa, quod cedri medulla odorata, inodora juniperi. Odor suavis & odoratus, vermium & tinearum generationes prohibet; ergo corruptionem etiam impedit. Sed videndum, utrum juniperus celeriter putrescat. Certè Plinius lib. 6. cap. 40. inter ea, quæ caricem vetustatemque non sentiunt, numerat juniperum. Durare materiem juniperi confirmant etiam trabes, de quibus Plinius loquitur. lib. 16. cap. 39. *Cedri oleo peruncta materies, nec tineam, nec cariem sentit. Iunipero eadem virtus quæ cedro. Vasta hæc in Hispania maximæque baccæ ejus; medulla ejus ubicunque solidior, etiam quam cedrus.* Iuniperum in Hispaniis vastam esse, supra dixi, ex eaque trabes & ædium contignationes incolas facere tradidi. Attamen solidiorem esse quam cedri medullam, nego. Iuniperi lignum (non fit verisimile, de medulla agere Theophrastum à ligno separata) quod ad nos adfertur, pervium, nec, ut cedri, spissum. Ceterùm Theophrastus cum scribit juniperum facilè putrescere, illud intelligendum respectu cedri, hoc fieri. Idem Theophrastus juniperi lignum inodorum scribit; cùm igni injectum suavem emittat odorem. Cum dicit ergo inodorum, intellige, ubi non crematur; vel respectu cedri. Plinius non juniperum inodoram tradit, sed alteram cedrum; quod planè fabulosum. Confundit, ut dixi, cedri, juniperique historiam.

Καρπὸς &c. Verte, *fructus cedro è flavo ruber, magnitudine myrti, odoratus, esúque suavis. Iunipero cætera quidem similis, sed niger, gustúque austerus, ut præ nimia acerbitate,*

prope ingustabilis sit; durat in annum; tum, cum alter subnatus fuerit, præcedens decidit &c. Plinius loco citato: *Fructum ferunt, myrti magnitudine, dulcem sapore. Et majoris cedri genera duo. Quæ floret, fructum non fert; Frugifera non floret, & in ea antecedentem fructus occupat novus. Semen ejus cupresso simile. Quidam cedrelaten vocant.* Multa hic in considerationem veniunt. Utramque cedrum fructum ferre, ait, myrti magnitudine, dulcem. Theophrastus de una cedro tantum agit, eamque comparat junipero, traditque, cedro fructum dulcem, juniperi insuavum. Falsum est, majoris cedri duo esse genera. Unum tantum in toto terrarum orbe hactenus inventum. Quod de majore cedro scribit, alteram florere; alteram non, hoc de junipero tradidit Theophrastus. lib. 3. cap. 6. Idem cap. decimo verbis jam allatis, Iuniperum fructum novum & anniculum ostendere, auctor est; quod de cedro, & quidem majore (de qua mentionem loco citato non facit Theophrastus,) verum non est, nisi sit Phœnicia. Utramque, juniperum scilicet & cedrum minorem, Theophrastus cortice scribit cupresso similem videri. Plinius semen ferre cupresso simile cedrum majorem ait, quod falsum est; nisi dicamus, Plinium semen coni cedrini intelligere. Videmus, quam turpiter Plinius historiam cedri majoris, minoris, & juniperi confuderit. Fructum cedri Theophrastus ξανθὸν ait, id est, è flavedine rubrum, Quod ita esse, experientia comprobat. Galenus lib. 2. de alim facul cap. 15. idem ferè de cedri fructu tradit. κεδρίδας ὀνομάζουσι τὸν τῆς κέδρου καρπὸν, ὁμοίας μὲν ἔσας ταῖς ἀρκευθίσι, χρόαν, καὶ σχῆμα, καὶ γὰρ ὑπόξανθοι, καὶ στρογγύλαι. διαφέρουσι δὲ τῇ δριμύτητι. *Fructus cedri, qui cedris dicitur, colore quidem & figura fructui juniperi est similis, subflavus enim, ac rotundus: dissidet autem ab eo acrimonia.* Cedri minoris vel juniperi fructum cum subflavum scribit, mirum in modum fallitur; nisi placeat, Galenum cedri minoris & juniperi majoris fructum comparare. Hic, ut dixi, per maturitatem flavus, ad rubrum inclinans; minoris verò è cæruleo niger. Myrti magnitudinem excedit cedri fructus, forma quidem non dissimilis, sed magnitudine superans. Fortassis in Græcia, propter Solis ardorem, & telluris siccitatem, myrtum magnitudine non vincit. Iuniperi baccam Theophrastus στρυφνὸν scribit. immaturam gustasse videtur; matura gustui primùm subdulcis, deinde amara. Reperitur, ut dixi, quæ prorsus amara; austera non est, nisi immatura. Dulcem & subamaram esse docet Dioscorides, & experientia comprobat. Fructum tardè perficit, nec ante bimatum; singulis tamen annis novos promit. quo fit, ut nunquam absque fructu sit, & recentes veteres occupent. Ex his, per se, facilè concludet lector, utrum Arcadum, an reliquorum opinio veritati magis sit consona. Hæc de junipero, cedroque majore & minore dicta sunto, sequitur mespili historia.

Arbor Græcis μεσπίλη, fructus μέσπιλον dicitur, pro quo recentiores dixerunt μουσμουλον. Moschopulus. μέσπιλον. τὸ κοινῶς μουσμουλον. Apud Geoponicôn auctorem, qui ex Græcis est recentioribus, μέσπιλον legitur, quomodo etiam Latinis dicitur. Arbori huic cur mespili nomen imposuerint, me fugit. Peregrina videtur fuisse arbor, Græciæ solo non familiaris. Fortassis nomen imposuerunt Scythæ, qui Lunam μέσπλην vocant. Hesychius μέσπλη ἡ σελήνη παρὰ σκύθαις· Μέσπιλον, (si divinare liceat) vocatur, quod cristato sit vertice. Politianus — *regum imitata coronas, Mespila.* Sed hoc nimis longè petitũ. Verisimilius, nomen accepisse, quod fructus mollior & sui idoneus, pulpa constat sordida, & aspectu ingrata, μέσπιλος ergo quasi μισόσπιλος. Nugari si liceat, à Belgis nomen impositum. his **Mispel** dicitur. **Mispel** idem est, quod deficit spolium, sive, frustra in pomario quæras, quod expiles. Mespila enim quando matura sunt, tempus est, quo nihil in arboribus restat spoliandum. Serò enim admodum mespila maturescunt, Octobri, Novembrique mensibus. Mespili genera, ex Idæorum sententia, tria ait esse Theophrastus, ἀνθηδὼν, σητάνειος, ἀνθηδωνοειδὴς, ut in vulgatis legitur codicibus. Quibus si κραταιγὸν addas, (quam sylvestrem, infra cap. 14. mespilum vocat Theophrastus) quatuor habebis genera. Dioscorides duo describit, ἀρωνίαν & σητανίαν. Plinius lib. 15. cap. 20. *Mespilis tria genera, Anthedon, setania. Tertium degenerat, tametsi anthedoni similius est, quod Gallicum vocant.* Solus Dioscorides duo genera tradit. Nonnulli tamen tria Dioscoridem describere tradunt, codicemque vulgarem corruptum arbitrantur; de quo mox videbimus. Principem locum obtinet Anthedon. ἀνθηδὼν Hesych. apis. ἀνθηδὼν ἡ μέλισσα, καὶ πόλις Βοιωτίας, καὶ παλαιστίνης. *Anthedon apis, & Bœotiæ & Palestinæ urbs.* Sic vocatur apis, παρὰ τὸ ἄνθος ἔδειν, quod flores edat. Dioscoridi genus hoc mespili ἀρωνία dicitur. Sunt qui alterutrius codicem corruptum scribant, censentque, vel apud Theophrastum legendum ἀρωνίαν, ex Dioscoride, vel apud Dioscoridem ex Theophrasto ἀνθηδὼν. Quicquid sit, corruptus non est Theophrasti codex. Plinius enim vocem ἀνθηδὼν servavit; Fatemur quidem idem genus esse ἀνθηδὼν & ἀρωνίαν; sed alterutrum codicem emendare non audemus. Aroniæ fructus τρίκοκκος à nonnullis dicitur, quod tria intus contineat grana, Neapolitanis araros, vocatur. Secundum locum tribuit setanicæ. In Ald. & Bas. cod. legitur σητάνειος. σητάνειος legit Plinius, etiam Dioscorides: quanquam in quibusdam codicibus σητάνειος legatur lib. 1. cap. 179. μέσπιλον δὲ καὶ ἕτερόν ἐστιν εἶδος ἐν Ἰταλίᾳ γινόμενον, ὃ ἔνιοι ἐπιμηλίδα καλοῦσιν, οἱ δὲ σητάνιον ὀνομάζουσι, *Mespili genus alterum in Italia nascitur, quod epimelida nonnulli, setanium alii nominant.* Notant in antiquis codicibus aliter hunc locum scriptum esse. μέσπιλον δ' ἕτερόν ἐστιν εἶδος ἐν ἰταλίᾳ γινόμενον ὃ ἔνιοι ἐπιμηλίδα καλοῦσιν, καὶ ἕτερον ὃ σητάνιον ὀνομάζουσιν. *Alterum genus mespili in Italia nascitur, quod epimelida nonnulli vocant; atque alterum quod sitanion.* Tria itaque forent Dioscoridi genera mespili. Ἐπιμηλίδα vocari, ait. Quæri solet, quem fructum Galenus ἐπιμηλίδος nomine describat. Vulgata est ac recepta opinio, mespilum esse. Verba Galeni si strictius examinentur, res dubitatione non carebit. lib. 6. simpl. hæc de epimelide tradit, ἐπιμηλὶς (Diosc. ἐπιμηλὶς & lib. de alim. fac: Gal.) στρυφνὸν τοῦτο τὸ φυτόν ἐστι, καὶ ὡς ἄν εἴποι τις ἀγρία μηλέα. καλεῖται δ' ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν ἰταλίαν ἀγροίκων οὔνεδον. πλεῖστον δ' ἐν τῇ καλαβρίᾳ γίγνεται. ὁ καρπὸς δ' αὐτῆς στρυφνὸς μὲν, κακοστόμαχος δὲ, καὶ κεφαλαλγής. ἀναμέμικται γὰρ αὐτῷ τις ἀλλόκοτος ποιότης. *Epimelis: acerba hæc planta est, utque dixerit quispiam, pomus sylvestris. Vocatur autem ab Italicis rusticis Vnedon. ingens ejus in Calabria proventus. Fructus ejus acerbus quidem est, nihilominus tamen stomacho ingratus, & capitis movens dolores; admista siquidem ei est aliena quæpiam qualitas.* Idem lib. 2. de aliment. facult. cap. 38. καὶ ὁ τῆς τὰς ἐπιμηλίδας φέροντος, καλεῖται δὲ καὶ τὴν ἰταλίαν οὔνεδον ὁ καρπὸς τῆς θάμνου τούτου, κακοστόμαχός τε καὶ κεφαλαλγὴς ὑπάρχει· καὶ στρυφνὸς ἱκανῶς μετά τινος βραχείας γλυκύτητος. *Et qui frutex epimelidas fert; appellatur autem is fructus in Italia unedo, stomachóque nocet, & capiti dolorem adfert, acerbusque est admodum, cum exigua quadam dulcedine.* Primum notandum in Libr. simpl. legi ἐπιμελίδα per ε, contra in Lib. de alim. Facult. per η. ἐπιμηλίδας. Quomodo Dioscorides mespilum alteram vocari scribit, supra ex Plinio, unedonem arbutum dictum dicere me memini. Equidem id valde verisimile; hæc enim caput dolore afficit, & stomacho nocet. Vide cap. de arbuto. Ipse Galenus de arbuto hoc scribit, testatur idem Dioscorides, & Botanicorum tota schola. Qui verò mespilum unedonem vocari scripserit repperi, neminem; ut nec qui tradiderit, caput tentare, ac stomacho inimicum mespilum. Ἐπιμηλίδα sic exponit in Lexico; Διοσκουρίδης μὲν ἐν τῷ τρίτῳ περὶ ὕλης. εἶδος μεσπίλου, καὶ σητάνιον ὀνομαζόμενον, ἔνιοι δὲ τὰ μῆλα τὰ σμικρὰ τὰ ἄγρια, ἅπερ καὶ ἀμαμηλίδες ὀνομάζονται. *Dioscorides quidem lib. 1. de materia medica, mespili genus facit, quod etiam sitanion nominatur; quidam verò mala parva sylvestria, quæ etiamnum amamelides appellatur.* Apud Hippocratem non ἐπιμηλὶς sed ἀμαμηλὶς legitur lib. 1. γυναικείων, ut doctiss. observavit Fœsius. παραμίξας δὲ καὶ μέλι, ἢ ἀμαμηλίδας, εἶτα ἐπ' οἴνῳ μέλανι διδόναι πίνειν. *Admisce mel, aut amamelidas; deinde ex vino nigro potandum dato.* Ex quibus, ait Fœsius, conjectura est, Galenum apud Hippocratem ἐπιμηλίδες pro ἀμαμηλίδες legisse, ut legendum videatur, ἐπιμηλίδες, ἐπιμηλίδα Διοσκουρίδης. Idem Galenus eodem in Exegesi, ἀμαμηλίδας, εἶδός τι μεσπίλου, πλεῖστον ἐν Ἰταλίᾳ γενόμενον, ὡς καὶ Διοσκουρίδης λέγει. τινὲς δὲ τὰς ἐπιμηλίδας φασὶν εἶναι μῆλα σμικρὰ ἄγρια. *Amamelis genus quoddam mespili in Italia natum, ut Diosc. ait; nonnulli epimelides ajunt esse, mala quædam sylvestria parva.* Dioscorides (ut in vulgatis habetur codicibus) ἐπιμηλίδα, non ἀμαμηλίδα, alterum mespili genus in Italia natum vocari tradit. Sed videamus quam varii Græci sint in hisce vocibus. Hesychius ἀμαμηλὶς (vulgò corruptè ἀμάμηλος: nisi placeat, recentiores sic locutos, sed series alphabeti contrariũ spondet) ἀπίου γένος, ἢ μῆλα, ἢ μέσπιλα. Ita Grammaticus. Disputarunt veteres, utrum mespilus ad pirorum classem, an aliam referenda esset. Plinius lib. 16. cap. 20. malis pyrisque annumerat. *Malorum, inquit, pyrorumque generi adnumerentur jure mespila, atque sorba.* Pyris Pamphylus lib. 3. apud Athenæum adnumerat. ἐπιμηλὶς δὲ καλεῖται, φησὶ πάμφιλος, τὶ ἀπίων τι γένος. *Pamphylus pyrorum quoddam genus epimelidem vocari scribit;* Idem alibi, πάμφιλος δ' ἐν τοῖς περὶ γλώσσης καὶ ὀνομάτων. ἐπιμηλὶς φησὶν ἀπίου γένος. Athenæi sententia, quam probat Æschylides. lib. 14. δειπνοσοφ. αἱ δὲ ἀμαμηλίδες (vulgò ἀμαμηλίδες) οὐκ εἰσὶν ἄπιοι ὡς τινὲς οἴονται, ἀλλὰ ἕτερόν τι, καὶ ἥδιον, καὶ ἀπύ-

τῆς ἀπύρηνον, ὅτι δ' ἐστὶν ἕτερον τῆς ἀπίου καὶ ἥδιον, Αἰσχυλίδης παρίστησιν, ἐν τρίτῳ γεωργικῶν φησὶ κίω (forte κῶον) γῆν. τῆς νήσου λέγων γράφει οὕτως. ἄπιος ἡ νῆσος φέρει κρατίστους. κατὰ τὰς ἐν ἰωνίᾳ καλουμένας ἀμαμηλίδας. εἰσὶ γὰρ ἀπύρηνοί τε, καὶ ἥδισται καὶ γλυκεῖαι. αἴθλιος δ' ἐν πέμπτῳ ὅρων σαμίων, εἰ γνήσια τὰ συγγράμματα, ὁμομηλίδας αὐτὰς καλεῖ. *pyra quidem non sunt mamelides; ut quidam arbitrantur, sed alterum genus fructus suavioris, absque nucleo, à pyris has discrepare, & suaviores esse, Æschylides lib. tertio Georgicon monstrat, cum de insula Ceo* (Coo) *loquitur, quam ait optima pyra educare, & quas in Ionia vocant amamelidas, carentes nucleo, grati saporis nucleos. Æthlius libro quinto de limitibus Samiorum, si modo verè illius hoc opus est, homomelidas ipsas nominat.* De eodē genere loquitur Hippocrates. Nam amamelis fructus, cui suavis ac dulcis sapor, quem mellis loco, ad lac augendum, ut cætera dulcia & modicè calida & humida, præscribit. Certè fructus mespili ad id ineptus; austerus quippe, & adstringens, nihilque mellei habens. Sunt qui pro amamelide habent plantam, quam vulgo *amalancher* vocant. Vix ullus locus paulò asperior montanæ Gallo-Provinciæ est, (ut testantur adversariorum Auctores) cui desit hujus fructus proventus. Surrigit autem quam plurima virgulta recta, lævia, polita, prædura; cortice obducta nigro, & foliis oblongis, berberidis majoribus, firmis. inter quæ crebra fœtura baccæ rotundæ, & umbilicatæ, nigræ & plenæ erumpunt, magnitudine myrti, sapore plane melleo, & pergrato plebeculæ, quas ideo vocant *amelanchos*, quasi melleas; virgis surgit virentibus ac ramosis, omnium rigidissimis & durissimis, quaternos aut quinos cubitos longis; quibus in scopas vinctis utuntur ad areas verrēdas. Scatent hac loca aspera prope divinam Mosterias & citeriores illic urbeculas. Hanc pro amamelide doctiores habent. Unum tantum obstare videtur, quod non sit ἀπύρηνος. Nam fructus semina terna, quaternaque inclusa habet, pyro similia, nigra. Dicendum, semina hæc πυρῆνος formam non habere; ideoque rectè veteres dixisse, ἀπύρηνον esse, vel pauca habere semina, ideoque ἀπύρηνον vocari. Mespilus, ut docet Dioscorides, ἐπιμηλὶς dicitur. Nomen hoc inditum, quod juxta malos nascatur, Observavit Val. Cordus sponte natam, semper malum vicinam habere. Sed non videtur absurdum, dicere, sic vocatam hanc plantam esse, quod feliciter in malo inseratur, & quasi ἐπὶ τῇ μηλέᾳ, id est, in malo adoptata creverit. ἀμαμηλὶς vel ὁμομηλὶς Pausaniæ apud Eustathium dicitur, διὰ τὸ ἅμα vel ὁμοῦ μηλέᾳ ἀνθεῖν, *quod cum malo floreat*. Hoc idem mespili genus σητάνιον vel σητάνιον vocatur. Quid σητάνιον vel σητάνιον Græcis significet, capite de tritico docetur, inde id petat diligens lector. Tertium genus ἀνθηδονοειδὴς vocari tradit. credo quod Anthedoni simile Plinius Gallicum vocat. *Tertium*, inquit, *degenerat, tametsi anthedoni similius est, quod Gallicum vocant.* Hujus apud Dioscoridem mentio nulla; nisi placeat, ἐπιμηλίδα esse; sed tum altera præferenda lectio. Recentiores hæc mespili observarunt genera. 1. mespilus Germanica, folio laurino non serrato. 2. mespilus folio laurino major. Hæc insitione in pyrum sylvestrem, maximè oxycanthum, mitescit, pomum majus edit, nec spinis horret, & singula poma, ut & prioris, quinos nucleos complectuntur, nisi fortè interdum præter naturam, aut plures aut pauciores contineat. 3. mespilus Italica, folio laurino serrato. 4. mespilus fructu albo, mali magnitudine, cujus meminit Scaliger. 5. mespilus apii folio laciniata, tricoccos.

Φέρει δ' ἡ μὲν σητάνειος, Plinius loco citato, *Setaniæ majus pomum, candidiusque, acini molliore ligno.* In antiquiss. Veneta editione scriptum est. *Setaniæ tum majus pomum, candidiusque acini: molliore ligno.* Scribo *Setaniæ tamen majus pomum candidiusque; acino intus molliore.* Arboris faciem non describit Theophrastus, ex Dioscoride peti potest; apud quem legitur. lib. 1. cap. 170. δένδρον ἐστὶ μήλῳ ἐμφερὲς καὶ τοῖς φύλλοις, ὅτι μὴ μικρότερον (in vulgatis codicibus particula μὴ non habetur) ἔχει δὲ καρπὸν καὶ αὐτὸ στρογγύλον, βρώσιμον, πλατὺν ἔχοντα τὸν πυθμένα, ὑποστύφοντα, πεπαινόμενον βραδέως. *Arbor est & malo similis folio, nisi quod non minor sit. fructum hoc quoque genus profert rotundum, esculentum, umbilico latiore, leviter adstringentem, quique tardè maturescit.* Vulgaris Mespilus quā delineat Dioscorides, arbor est non magna, caudice frequenter tortuoso, ramis duris, frangi contumacibus, foliis oblongioribus, sed angustioribus quam mali, majorem tamen cum lauro affinitatem contraxisse videntur, licet aliquantulum longiora foliis lauri, & minime serrata minusque quam lauri viridia ac dura. Flores profert, mense Aprili, Majoque, candidos, magnos, amygdalæ similes, quinque foliis constantes, & singulos singulis pediculis suffultos, instar coronei mali, sed candidiores. Succedit pomum parvum, rotundum, incanum: cuivis superiore sui parte, quæ umbilico similis lato apparet, apicibus viridibus emicans.

Mespilus vulgaris.



pulpa initio albida, cum mollita est sordida, & fulva, non dum emollita tam acerba ut edendo non sit, prius quam mollescat, in qua semina sive ossula quina, plana, dura, recondita sunt. Ex his patere arbitror, malè quosdam μὴ μικρότερον ex palm. codice scribere. Malo magnitudine cedit, ejusque ad altitudinem nunquam ascendit. πλατὺν ἔχοντα πυθμένα. πυθμὴν propriè fundum significat; in pomis fructibusque ὀμφαλὸν significat teste Poll. lib. 2. ubi cum de hominis umbilico prolixè egisset, subjicit, ἀττικοὶ δὲ τὸν τῶν σύκων πυθμένα ὀμφαλὸν ὀνομάζουσιν. *Attici ficorum πυθμένα umbilicum vocant.* Mespili umbilicus satis latus, si ceterorum pomorum umbilicis comparetur. Ideo politissimus Politianus cecinit.

— *Regum imitata coronas,*
Mespila.

Rectè Dioscorides βραδέως πεπαινόμενον scripsit. Floret Majo, Aprilique mense, nec fructus nisi Septembri Octobrique mensibus decerpi solet, & tum demum macerari, ut mollescat, quod intra mensis spatium præstare norunt agricolæ. Quod si in arbore relinquatur, anno sequente, Martio demum mense, maturus redditur.

Αἱ ἕτεραι. Scribe cum Doctiss. Constantino οἱ δὲ ἑτέρων ἐλάττω εἰσὶ καὶ εὐωδέστεροι, καὶ στρυφνότεροι. οἱ, scilicet καρποί. *Cæterorum fructus minor, sed odore præstantior, magisque gustu adstringens.* Plin. loco citato. *Cæteris minus pomum, sed odore præstantius, & quod diutius servetur.* Anthedonis, si eadem cum aronia, fructū luculenter describit Diosc. καρπὸν φέρει μικρῷ μήλῳ ὅμοιον, ἡδύν, ἔχοντα τρία ὀστάρια ἔνδοθεν, ἀφ' ὧν καὶ τρίκοκκον τινὲς αὐτὸν ὀνομάζουσι, βραδέως πεπαινόμενον. *Fructum fert exiguo malo similem, suavem, qui quidem tria intus continet ossicula, à quibus ipsum quoque nonnulli tricoccon quasi triplici grano præditum appellant, tardè maturescit.* Exiguo malo similem, ait, id de forma intellige; malo multò minor. Mespili aroniæ, quæ Neapolitanis *ararolo* dicitur, fructus rotundo longior est, sorbi crassitudine, quam vulgare mespilum minus, sed arctiore umbilico, qui initio viret ac durus est, maturus rubens, mollis, suavis; in quo tria tantummodo dura continentur ossicula, quod Theophrastum non observasse miror. Tardè maturescit, autumno, mense Septembri. In verbis Dioscoridis observandum, malè in editis legi, αὐτὴν ὀνομάζουσι, scripsi αὐτόν. Nam ad præcedens verbum καρπὸν referri debet, alioquin generis est enallage, referrique debet αὐτὴ ad subintellectum τὴν μέσπιλον. Qua quidem voce & arbor ipsa & arboris fructus significatur, Monendus etiam

etiam lector, in quibusdam codicibus inserta esse quædam verba, quæ ad alterius mespili historiam pertinent. In quibusdam enim legitur, φέρει μικρῷ μήλῳ ὅμοιον, πλατὺν ἔχοντα τὸ πυθμένα ἡδὺν &c. Latum umbilicū alterius mespili fructus habet, huic arctior umbilicus. Sed hic, ut monet Theophrastus, diutius servari potest, quod ipsa experientia probatur. Refert Manardus, Decembri mense incolumia & illæsa habuisse mespila aronia, cum vulgaris mespili fructus ne quidem (nisi in arbore relinquatur) ad Novembris usque mensem illæsa maneat.

Τῶν δὲ ἄνθος πασῶν. Flos vulgaris mespili amygdalæ similis est, ut dixi, sed candidus, non viridis, ut Gaza, ἐγχλωρον vertit. alterius ex herbaceo candicans, est racematim cohærens.

Amygdalus.



Amygdalæ, hac occasione, historiam examinabimus, Deinde ad mespilum redibimus. Arborem Græci ἀμυγδαλῆν; fructum ἀμύγδαλον vocare consueverunt. Sed video Græcos de vocis ἀμυγδαλῆς tono, ac accentu acriter disputasse. Athæneus libr. 2. ὅτι περὶ τῆς προφορᾶς τοῦ τόνου τῆς ἀμυγδάλης, Πάμφιλος μὲν ἀξιοῖ ἐπὶ τοῦ καρποῦ βαρύνειν, ὁμοίως τῷ ἀμυγδάλῳ. τὸ μὲν τοι δένδρον θέλει περισπᾷν ἀμυγδαλῆ καὶ ῥοδῆ. *Sed de vocis amygdalæ accentu, ubi statuendus sit, ambigitur. Pamphilus quidem censet, cum fructum significat, ultimam syllabam gravi notandam esse, ut in hoc dandi casu* ἀμυγδάλῳ. *at cum pro arbore usurpatur, eam syllabam circumflexo signandam esse* ἀμυγδαλῆ, *ut & in voce* ῥοδῆ. Eadem ferè Suidæ sententia. ἀμυγδαλῆ τὸ δένδρον, ἀμύγδαλη δὲ ὁ καρπός. Pergit Athenæus, Ἀρίσταρχος δὲ ἐπὶ τὸν καρπὸν, καὶ τὸ δένδρον ὁμοίως προφέρεται κατ' ὀξεῖαν τάσιν. Φιλόξενος δὲ ἀμφοτέρων περισπᾷ. *Aristarchus æquè fructum & arborem cum acuto in penultima profert; Philoxenus in utroque significatu circumflexum addit.* Philoxenum sequitur Hesych. ἀμυγδαλῆ τὸ δένδρον καὶ τραγήματα. Vulgò malè πράγματα legitur. *Amygdale arborem & bellaria significat*, id est fructum, ex quo bellaria. Idem Athenæus ἄλλοι δὲ ἀμυγδαλᾶς ὡς καλᾶς. *Quidam in ultima cùm acuto pronuntiant, ut* καλάς. Τρύφων δὲ ἐν Ἀττικῇ προσῳδίᾳ ἀμυγδάλην μὲν τὸν καρπὸν βαρέως, ὃν ἡμεῖς οὐδετέρως ἀμύγδαλον λέγομεν. ἀμυγδαλῆ δὲ τὸ δένδρον κτητικῶς, ἀπὸ τοῦ καρποῦ ὄντος τοῦ χαρακτῆρος, καὶ διὰ τοῦτο περισπωμένου. *Tryphon in opere de Atticis accentibus fructum* ἀμυγδάλην *cum gravi tono, & genere fœminino dixit, quod neutro* τὸ ἀμύγδαλον *efferimus, arborem autem* ἀμυγδαλῆν, *ultimæ syllabæ circumflexo tono adjecto, quia à fructu deducta, ea vox possessionem demonstrat, cum illa nota & specie.* Hoc vult. ἀμυγδαλῆ cùm arborem significat, possessivæ formæ nomen esse, deductum à fructu (id est, à voce ἀμυγδαλὴ fructum significante) ideoque circumflecti. Similis tonus aliorum ejusdem terminationis κτητικῶν, ut χρυσῆ, χαλκῆ, λεοντῆ. Amygdala nomen accepit, ut docet etymol. auctor παρὰ τὸ ἐν τῇ καλύφῃ τῇ κατὰ τὸ ἔξω χλωρῷ πολλὰς ἀμυχὰς ἔχειν. *quia in tegmine, quod extimo viridi proximum est, multas* ἀμυχὰς, id est, *scarificationes habet.* Hesychius ἀμυχή. ἑλκος ἐπιπόλαιον *ulcus superficiale*; Eandem ob causam fructus καπνοφρυγόμενα κάρυα ab Epicharmo dicti sunt à καπυρός quod Hesych. καπυρὸν, ἰσχνὸν & ξηρὸν reddo. quod arrosi ad flatus expirationem videantur. Vel quod à ventis seu tempestatibus arrosum sit putamen. Fortassis nomen hoc impositum, quoniam torridæ & aridæ videntur inter commedendum. καπυρὸν enim Eustathius compositum docet, ἐκ τοῦ κάειν καὶ πυρὸς, indeque apud Athenæum καπυρίδια τὰ λεγόμενα καὶ τρακτά. Theocr. eidyl. 6. ὡς ἀπ' ἀκάνθας ταὶ καπυραὶ χαῖται. Scholiastes exponit αἱ κεκαυμέναι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, διὰ τὴν ξηρότητα. *quemadmodum à carduo seu cinara defluunt torridæ comæ*, id est, lanugo à sole usta & torrida. Multis hæc non arrident, qui longè aliter & interpretes & alios ista volunt accepisse: quasi vox ἀμυγδάλας, non Poetæ, sed Athenæi esset, quem putant velle Epicharmum per κάρυα intellexisse amygdalas. Sed falli eos docent voculæ καὶ ἡμεῖς. Quis dubitat vulgò Græcis κάρυα fuisse nuces juglandes? De iis loqui Epicharmum, probat auctor, qui καρύων & amygdalarum simul facit mentionem. Appositissimus est, quem subjicit Athenæus, Philylii locus, ὦ κάρυα, ἀμυγδάλας. In versu Epicharmi quid sit καπνοφρυγόμενα utcunque explicare possunt, analogiam ejus verbi invenire non possunt. Scripserit fortasse, καπυρὰ τραγάλια, κάρυ ἀμυγδ. Priori significatu κάρυα dixerunt, & amygdalas & castaneas inquit Athenæus; confirmat Hesych. κάρυα τὰς ἀμυγδάλας καὶ καστάνους, *carya vocant & amygdalam arborem & castaneam.* Rectè interpres, rectè alii per καπνοφρυγόμενα κάρυα amygdalas intelligunt. Probat hoc particula δέ. Epicharmum vult Athenæus ab Atticis diversam habuisse sententiam. sed præstat ipsa Athenæi verba in medium adferre. Κάρυα, inquit, οἱ Ἀττικοὶ καὶ οἱ ἄλλοι συγγραφεῖς κοινῶς πάντα τὰ ἀκρόδρυα κάρυα λέγουσιν. Ἐπίχαρμος δὲ κατ' ἐξοχὴν ὡς (addendum videtur καὶ) ἡμεῖς (leg. λέγει.)

Καπνοφρυγόμενα κάρυα ἀμυγδάλας.

Carya & Attici & alii scriptores communi vocabulo fructus omnes operimento duro tectos appellant. Epicharmus verò, ut & nos, per excellentiam amygdalas vocat καπνοφρυγόμενα κάρυα. Quis non animadvertit, Athenæum & Epicharmum diversam ab Atticis habere opinionem? Quod si nuces sic vocasset Epicharmus, non apponenda erat particula δέ. Neque voculæ καὶ ἡμεῖς, quicquam faciunt pro iis, qui contrariā defendunt sententiā; per quas Athenæus se Epicharmi sententiam probare docet. Non sunt igitur contra interpretem, sed pro ipso. Amygdala Phyllis dicta etiam fuit. Poëtæ Phyllidem in amygdalam arborem mutatam scribunt. Erat Phyllis Lycurgi Tracum Regis filia, quæ Demophoontem, Thesei filium, amabat. Hic ad Troiam cùm proficisceretur, promisit Phyllidi brevi tempore se rediturum; quod cum non constituto die, sed serius quam promiserat, præstaret, spretam se suspicabatur Phyllis: quare & amoris impatientia, & doloris impulsu, laqueo vitam finiit, ac conversa est in amygdalam, arborem sine foliis. Postea reversus Demophoon, re cognita, arborem illam complexus est, quæ velut sponsi sentiens adventum, folia emisit. Hinc amygdala Phyllis dicta. Suidas. φύλλις· ἡ τὸ δένδρον, ὁ φύλλις ὁ μουσικός. Scribe φύλλις ἡ, τὸ δένδρον, καὶ φύλλις ὁ, μουσικός. id est, *phyllis fœminino genere arbor; masculino verò musicus.* Arbor in quam mutata Phyllis, amygdalus. Alia de amara amygdala fabula est apud Arnobium libro quinto; nempe natam eam Ia Midæ Regis filia; quę, αὐτοχειρίᾳ mortuo Attine sponso suo, coram præsente Ardesti, qui caussam mortis præbuerat, seipsam interfecit; his verbis: *Virgo sponsa quæ fuerat, quàm Valerius Pontifex Iam nomine fuisse comscribit, exanimati* (Attinis) *pectus lanis mollioribus velat, dat lachrymas cum Ardesti, interficitq; seipsam, purpurantes in violas cruor vertitur interemtæ Mater suffodit eam. Deum; unde amygdalus nascitur, amaritudinem significans funeris.* Fuit etiam dicta, Thasia nux. Geoponicōr auctor. libr. 10. cap. 57. cui titulus, περὶ καιροῦ φυτείας θασίων, καὶ ἐπιμελείας, καὶ ἐγκεντρισμοῦ. initiū capitis, τῷ μετοπώρῳ ἄμεινον τὰς ἀμυγδαλᾶς φυτεύειν. id est, *De tempore plantationis Thasiorum curaque & insitione. Amygdalæ melius autumno plantantur.* Nihil clarius, quam amygdalas Thasias dictas nuces. Vox hæc apud Gal. lib. 4. κατὰ τόπους cap. 1. occurrit, μαράθρου, σελίνου σπέρματος, θασίων πικρῶν κεκαθαρμένων, *seminis fœniculi, apii, amygdalarum amarum repurgatarum &c.* Thasia nux dicitur, ἀπὸ τοῦ θᾶσσον τὸ ἄνθος φέρειν, *quod citò floreat*, quod primo vere floreat, antequam emittat folia, ut docet Theoph. lib. 7. cap. 12. Plin. lib. 25. *Ex his quæ Hyeme, aquila exoriente (ut diximus) concipiunt, floret prima omnium amygdala, mense Ianuario: Martio verò pomum maturat. Ab ea proximè*

ximè florent Armeniaca. Apud nos amygdalus floret eodem quo Armeniaca malus, fructusque Iulio Augustoque perficit mense. Armeniaca, persica, florent ad finem Martii, si tepidior fuerit hyems, alioquin mense Aprili. In Italia Ianuario mense florere negant botanici Itali. Idem Plinius cap. sequenti *Crenutius auctor est, nunquam virere arborem, ex qua Phyllis se suspenderit.* Intellige nunquam virere antequam florem amiserit: floret enim, antequam folia emittat, unde nomen θασίας. Fuit etiam vocata μύκηρος. Athenæus lib. 2. ἀμερίας δέ φησι μύκηρον τὴν ἀμυγδάλην καλεῖσθαι. *Amerias amygdalam myceron vocari tradit.* Hesychius μύκηρος ἀμυγδαλῆ. τινὲς δὲ μῆλα κάρυα. Scribe ex Athenæo. τινὲς δὲ μεγάλα κάρυα. id est, *myceros amygdala, nonnulli nuces magnas sic vocant.* Athenæus λάκωνας δὲ σέλευκος ἐν γλώσσαις φησὶ καλεῖν τὰ μεγάλα κάρυα μυκήρους. *Seleucus in linguis scribit, ampliores nuces vocari à Laconibus myceros.* Vocatur etiam nux Græca. Macrobius Saturn. lib. 2. cap. 14. *Nunc dicendum est, quæ sit Græca nux: ac simul hoc dicens, amygdalam de lance tulit & ostendit. nux Græca est quæ & amygdale dicitur: sed & Thasia eadem nux vocatur. Testis est Cloatius in ordinatorum Græcorum lib. 4. cum sic ait. Nux Græca, amygdala.* Plinius lib. 15. cap. 22. *Hæc arbor* (amygdala) *an fuerit in Italia Catonis ætate dubitatur, quoniam Græcas nominat, quas quidem & in juglandium genere servant.* Maximè miror, viros doctos ambigere, an Græca nux Columellæ sit amygdala. Illud certè constare arbitror, omnia quæ de nuce Græca refert Columella, de amygdala tradidisse Theophrastum, ut ex locis supra examinatis & collatis colligi potest. Scio apud Columellam de amygdalis & nucibus Græcis tanquam diversis mentionem fieri; sed iis locis nux Græca, amygdalam amaram denotat. ut libr. 6. & de arboribus. Amygdalæ duplices, dulcis & amara; salubrior amara, suavior dulcis: ex dulcibus, Græcis maximè commendabantur naxiæ. Athenæus loco citato, ἐπὶ αἱ νάξιαι ἀμυγδάλαι, διὰ μνήμης ἦσαν τοῖς παλαιοῖς. καὶ γίνονται ὄντως ἐν νάξῳ τῇ νήσῳ διάφοροι. *Amygdalas naxias veteres celebrarunt, nec immerito: quandoquidem in ea Insula gignuntur egregiæ.* Secundum locum sibi Cypriæ vendicabant. Idem Athenæus. διάφοροι δ' ἀμυγδάλαι γίνονται καὶ κύπρῳ τῇ νήσῳ· παρὰ γὰρ τὰς ἀλλαχόθι ἐπιμήκεις εἰσί, καὶ κατὰ τὸ ἄκρον ἐπικαμπεῖς. *Amygdalæ quoque præstantes nascuntur in Cypro Insula, diversa aliis quæ alibi proveniunt figura* (in scriptis codicibus. παρὰ τὰς ἀλλαχόθεν, *quæ aliunde afferuntur.*) Sunt enim oblongæ, & in summo reflexæ. Hoc genus amygdalarum in Hispania non rarum doctiss. Causaub. scribit, & inde Lugdunum adferri, ac prorsus, ut Athenæus ait, has triplo aut quadruplo vulgares superare tradit, figuraque ad siliquas accedere. Ad nos rarò admodùm hæ adferuntur. Amygdala alia sativa, sylvestris alia: sativa, vel major, vel minor. Laudatur major quæ lanugine caret, quare primo inseri solet. Amygdalam minorem tam amaram quam dulcem, & quidem aliis triplo minorem ex Asia putaminibus suis inclusis adferri, testatur Cordus. Meminit Gesnerus amygdalæ nucem rotundam ferentis. Dulces sunt duplices, vel duro vel molliore putamine. quomodo dulcis ex amara fiat, alibi dixi. Quæ sparsim de amygdalis tradit Theophrastus, ea sparsim à nobis examinantur. Persicæ similitudinem amygdalus refert, arbor tamen vitæ diuturnior, & procerior, caudice crassior, rarò tamen recto, cortice aspero, paucis radicibus, siquidem ut plurimum singulari utitur radice, ut lib. 1. cap. 9. tradit Theophrastus, robusta, grandi, altè descendenti. Folia hujus oblonga instar salicis, acuminata, marginibus crenata, qualia persicæ; flores similes, nisi quod hujus saturatiore purpura rubescant. Theophrast. lib. 1. cap. 22. non omne amygdalæ genus flore subrubro exire, ait; Ego aliud genus nondum observavi. Fructus persicum quoque æmulatur, fissuram ab una parte instar rimæ habens, & exteriore cute molli, quam abjicit fructu jam maturo, araneosa quasi lanugine obducta; sed sub hac nulla, vel exigua eaque dura ac cartilaginea caro subest, quæ non editur. Interior nux longior quam persico, non ita aspera, sed lævis, in qua nucleus, hoc est, amygdalum continetur, persici nucleo oblongiùs, sapore dulce, quandoque amarum. Nux amygdalæ cordis est figura, quæ antequam indurescat, integra cum putamine comeditur, & præsertim ab uterum gerentibus; est enim gustui non ingrata. Gummi, quod ex hac manat, simile est persicorũ. Floret fructumque fert quo dixi tempore. Regiones amat calidiores, atque idcirco rarò ac difficulter nascitur aut fructum facit in Belgio. De viribus amygdalæ in notis ad Dioscoridem, si Deus voluerit, agam.

Ἔγχλωρον. Subviride vertunt, cum tantùm anthedonis flos subviridis videatur, quæ amygdalæ non valde similis. Vulgaris mespili flos facie refert amygdalæ florem. Verto ergo, *subcandidus*, vel, *exalbidus.* Florem mespili setaniæ, supra albidum dixi.

Mespilus aronia.



Μεγέθει μέγα &c. Hæc corrupta & depravata. in Ald. & Bas. in hunc sensum locus hic extat. μεγέθει μέγα τὸ δένδρον, καὶ περίκομον (in margine περίκομον) φύλλον δὲ, τὸ μὲν ἐπιλυχιδές, καὶ ἐν ἄκρῳ σελινοειδές, μείζοσι σχήμασι, τίτυον, ἰνῶδες, λεπτότερον σελίνου, καὶ περιμηκέστερον, καὶ τὸ ὅλον κατασχίσματα περιεχαραγμένον δὲ ὅλον. μίσχον &c. Hæc de setania intelligi nequeunt; huic folium apio planè dissimile. Quare Rob. Constantinus legit, μεγέθει μέγα ἀνθηδὼν τὸ δένδρον. Plinius quoque hæc de Anthedone & Gallica tradit. *Setaniæ*, inquit, *majus pomum, candidiusque, acino intus molliore; cæteris minus pomum, sed odore præstantius, & quod diutius servetur. arbor ipsa de amplissimis; folia antequam decidant rubescunt.* In veneta antiquissima editione scriptum est. *molliore ligno. Anthedoni cæteris minus pomum, sed odore præstantius, & quod diutius servetur; arbor ipsa de amplissimis.* Vox Anthedoni omissa in vulgata editione. Hæc satis ostendunt, rectè restitutum codicem à Roberto Constantino. Sed illud observandum erat, Anthedonis arborem, non esse magnam. Quare hæreo utrumne præpositio, de, hoc loco detractionem, aut dimunitionem denotet. Ut verborũ Plinii hic sit sensus: Anthedonis arbor est de amplissimis, id est, amplissima nõ est, sed mediocris. Sed nil impedit; quo minus vulgatam significationẽ retineamus. Vertit enim Plin. περίκομον, *de amplissimis*; περίκομον, *in orbem comosa arbor.* Talis ampla solet esse, id est, late undique expansos habere ramos. Apud Theophrastum lego, μεγέθει μέγα τὸ δένδρον. Talem esse arborem experientia docet. Sequitur. φύλλον δὲ ἐπιλυχιδές. Rectè Constantinus restituit πολυσχιδές. Malè Gaza ἄσχιστον. Quomodo infissum, si postrema parte apium imitatur? Malè idem legit ut in vulgatis habetur, μείζοσι σχήμασι. Scribe, μείζοσι σχίσμασι. Scribe etiam καὶ τὸ ὅλον κατὰ σχίσματα; vel, cum Roberto Constant. καὶ τὸ ὅλον καταζσχίσμασι περιεχαραγμένον. μίσχον &c. Vel cum Scaligero, καὶ ἴσχον κατασχίσματι περιεχαραγμένον δὲ ὅλον. Totam ergo periodum in hunc scribe sensum. μεγέθει οὐ μέγα τὸ δένδρον, καὶ περίκομον. φύλλον δὲ τὸ μὲν πολυσχιδές. καὶ ἐν ἄκρῳ σελινοειδές, μείζοσι σχίσμασι, τίτυον, ἰνῶδες. λεπτότερον σελίνου, καὶ περιμηκέστερον, καὶ τὸ ὅλον κατασχίσμασι περιεχαραγμένον. μίσχον δ' ἔχει, &c. *Anthedonis arbor haud*

haud ita procera, in orbem comata, folium multifidum, quod vel apium parte summa imitatur, fissuris tamen majoribus, protensum, nervosum, apio tenuius, oblongius, in totumque fissuris circumserratum. pediculo tenui, longo. De anthedone hæc Diosc. lib. I. cap. 159. μέσπιλον τὸ δένδρον ὅπερ ἔνιοι ἀρωνίαν καλοῦσι. ἀκανθῶδές ἐστιν, ὅμοιον τοῖς φύλλοις πυξακάνθῃ, *mespilus arbor quæ ab aliquibus aronia vocatur, arbor spinosa, foliis pyxacanthæ similibus.* Mirabitur quispiam, cur Theophrastus neglexerit tradere, spinosam esse arborem. Dicendum, hanc arborem, dum adhuc sylvestris est, spinosam esse, sed spinas deponere, cum domestica fit. In vulgatis codicibus scriptum est, πυξακάνθῃ. Lacuna in vetusto quodam Dioscoridis codice scriptum repperit, ὀξυακάνθῃ; quam lectionem plerique sequendam existimant: nec nos improbamus, ut nec vulgatam, πυξακάνθῃ. Nam πυξακάνθα & ὀξυάκανθα ejusdem plantæ sunt nomina. Dioscorides libr. I. cap. 22. ὀξυάκανθα, οἱ δὲ πυρίναν, οἱ δὲ πυξακάνθην καλοῦσι. Vide cap. de oxyacantha. Ambiguitatis tamen tollendæ gratia, præstat vertere, *foliis oxyacanthæ.* Tam mespilum aroniam, quam oxyacantham constat esse foliis apii in modum incisis. Aronia mespilus arbor mediocris proceritatis, malo altitudine inferior; cortice ac materiæ pruno haud absimilis; ramis duris, ac aculeatis; dum adhuc sylvestris est, nondumque satis domita. foliis fissis velut oxyacanthæ, majoribus quam apii hortensis divisuris.

Ἐρυθραίνεται. Hoc de folio Plinius loco citato, *folia,* inquit, *antequam decidant rubescunt.* Folia, antequam decidant rubescere, testatur Dodonæus, botanicorum, dum viveret, facilè princeps. Quare, ἀντὶ σφόδρα, lego φύλλα.

Arbor Græcis ὂη & οὔη fructus ὄον, οὖον. Gal. lib. I. simpl. ὂη τὸ δένδρον, ἧς ὁ καρπὸς ὄον καλεῖται, ὑπὸ δὲ πολλῶν, ὂον μετὰ τοῦ δ, id est, *ὂη arboris nomen est, cujus fructus ὂν, à multis ὂον dicitur, addito δ.* Idem lib. 2. de alim facult. scribit, Athenienses ὄον & ὂη dixisse, reliquos οὖα & οὔη. τὴν πρώτην συλλαβὴν τῶν ὂων ὀνόματος, ὑπὸ τῶν παλαιῶν Ἀθηναίων διὰ μόνου τοῦ ο. γεγραμμένου γεγράφθαι τε καὶ λέγεσθαι. *primam dictionis ὂων syllabam veteres Athenienses per. ο. scripserunt, & dixerunt. recentiores etiam per. ο. μικρὸν efferunt.* Hesyc. ὂα δένδρον κάρπιμον, & ὁ καρπὸς αὐτοῦ ἔτι καλεῖται, ὂα καὶ ἡ μηλωτὴ ὂα. *arbor fructum ferens, cujus quoque fructus ὂα vocatur, id est sorbus, & pellis ovina.* Suidas, ὂα ἀκροδρύων εἶδος μήλοις μικροῖς ἐμφερὲς ὀπώρας ἡ ὂα. *Fructus arborei generis, pomis parvis simile; quod & pomorum genere comprehenditur.* Rectè ait, sub ὀπώρας genere sorbi fructum referendum. Sed quomodo tum ἀκροδρύων εἶδος ait? Dicendum, ἀκρόδρυον non tantùm fructus duro putamine tectos, sed etiam omnem arboris fructum significare, Eodem sensu apud Theophrastum in character. titulo de impietate legitur; περὶ τὰ κάρυα, ἢ τὰ μῆλα, ἢ τὰ ἀκρόδρυα, *ad nuces, mala, & reliquos omnis generis arbores fructus accedens.* Malè audit doctiss. Causabonus, quod sic verterit; malunt baccas interpretari. Certè pro omni arboreo fructu ab Hippocrate vox hæc usurpatur, lib. de humor. αἱ ὀπῶραι δὲ ἐργάσιμοι, ἡλιώσεις· τὰ ποτόματα πυκνά, ἀκατάστατα σιτία, οἶνοι ἀκρόδρυα. *Dies caniculares* (Interpres *autumnus*, vide cap. de palma. cap. 7. lib. 2.) *laboribus dediti, insolatus habent, crebros potus, cibos instabiles, vina, & arboreos fructus.* Idem lib. de natura pueri. καὶ κέδροπα, καὶ σῖτος, καὶ ἀκρόδρυα θερμαινόμενα, πνεῦμα ἴσχει, καὶ ἔξω ἐξέρχεται, ῥαγεῖσα ποιησάμενον. *quin & legumina, & frumenta, arborei fructus, calefacta, spiritum concipiunt; qui fissura facta foras prodit.* Interpres fructus nucum generis; quasi in malis, pyrisque ubi assantur, hoc non foret conspicuum. Τὰ ἀκρόδρυα ergo non tantũ fructus duro cortice tecti dicuntur, sed etiam, vox ista aliquando pro omni arboreo sumitur fructu. Sorbus ὂη dicitur Græcis, ab ὠοῦ quod fructus sit ovi forma, colorèque referat luteum ovi. Sorbus dicitur, quod fructus ore absorbeatur, vel, quod diu servetur.

Sorborum hanc docet differentiam, aliam marem, sterilem; aliam fœminam, fructiferam. Differunt etiam fructibus. Alii ovati, orbiculati alii. Ovati acidi, minúsque odorati, orbiculati odoratiores, & dulciores. Plinius quadruplicem agnoscit differentiam, lib. 15. cap. 21. *Sorbis quadruplex differentia. Aliis enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio piri, aliis ovata species, ceu malorum aliquibus. Hæc obnoxia acori, odore & suavitate rotunda præcellunt. cæteris vini sapor. Generosissima, quibus circa pediculos tenera folia. Quartum genus torminale appellant, remedio tantùm probabile, assiduum proventu, minimumque pomo, arbore dissimili, foliis planè platani.* Secundi generis non meminit Theophrastus; reperitur tamen. Quare rectè istam addidit differentiam. Ovatam speciem obnoxiam acori ait, Theophrastus acidam ait, minúsque odoratam. Idem etiã odore & suavitate præcellere rotundam, ait. *Cæteris*, inquit Plinius, *vini sapor.* Hoc videtur intelligendum de turbinata, & ovata. quam, ut dixi, acidam dicit Theophrastus. Ergo vini sapore erit turbinata.

Sorbus com.



De hac Virgilianus versus intelligendus.

Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti,
Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.

Minutis, candidis, & racemosis floribus, succedit fructus racematim cohærens, pallidulus, ex una parte maximè, quà soli oppositus fuit, è rubro luteus, ad instar ovi luteum. Forma, ac etiam sapore, ut observarunt veteres, nonnihil differt. Quidam enim rotundior, alius oblongior, ovali figura, pyris quibusdam quodammodo assimilis: hic gustu asperior, ille suavior, ac mitior. Torminalem sorbum quidam existimant, cratægum Theophrasti, cujus cap. 15. hujus libri facit mentionem. Sorbi torminalis materia nec flava, nec versicolor, fructumque oblongum ferti foliumque dissectum, & serratum. Cratægon Theophrastus ait esse fructu rotundo, folio mespili, neutiquam serrato. Vide ipsum Theophrastũ. Alii torminalẽ sorbum volunt esse Ephesinum, cujus Galenus lib. I. κατὰ τόπους c. 5. meminit, titulo quæ Andromachus ad dysenteriam. compos. secunda. προύμνων ἀγρίων ξε β. οὔων ἐφεσινῶν, legunt alii ἐφεσιῶν, quidam ἐφεκτικῶν ξε β, ῥῦ συριακῆ &c. *Prunorum sylvestrium sextaria duo, sorborum Ephesinorum sextaria duo, Rhois Syriacæ &c.* In tanta brevitate nihil concludo. Sorbus torminalis, sylvestris est vitigineo folio, lævi; aceris assimili, quæ arbor quoque procera, cortice lævi, & materia quoque satis dura; flosculis in laxiore umbella candidis; succedunt baccæ oblongiores, avellanarum, aut olivarum non magnarum magnitudine, punicei aut rubentis coloris, sapore cum aciditate quadam acerbæ, in quibus exigui nuclei nigricant. Torminalis dicitur, quod dysenteriæ, ventrisque inde natis torminibus medeatur. Celsus sorba stomachi aptissima tradit, & alvum adstringere, magisque ea quæ torminalia vocantur. Hac de causa quidam apud Gal. loco citato ἐφεκτικῶν scribendum contendunt, id est, *sorba alvum cohibentia*, vel *alvi fluxiones sistentia.*

Φύλλον δὲ ἀμφοῖν. Robert. Constant. ἀντὶ μακρὸν, legit μικρὸν. Nos vulgatam servamus. Verùm paulò infra cum eodem scribimus πτερυγοειδῶς, & ἀφ' αὐτῶν ὑπὸ συγγνοῦ, ἓν κατὰ μέρος. Totam periodum in hunc verte sensum: *In utraque folii totius pediculus longus, ac nervosus est, singula verò foliola ordine digesta, alæ modo pennatim è lateribus emicant, perinde ac si ex omnibus unum fiat, ad nervosum usque pediculum, tanquam in lacinias divisum. Cæterùm folia singularia*

gularia, quamvis densa videantur, distincta sunt, sed non tantùm distant, quin aliquo modo sese contingant; nam circa medium ambitum ipsa coëunt in plurimis, nullo relicto interstitio. Tam luculenter describit sorbi folium, ut meliùs describi nequeat. Sorbum his verbis delineat Dodonæus. *Proceræ magnitudinis arbor sorbus est: caudice recto, cortice lævi, ligni materia solida, & compacta, folio oblongo, fraxini æmulo, ab unius pediculi lateribus, utrimque alarum instar, singularibus prodeuntibus, ac expansis, uno ad fastigium eminente, quæ mollia, oblonga, aversa parte inalbicantia, per margines serrata, orni foliis per quam similia.*

Φυλλοβολεῖ. Hec est ratio, qua unum probat esse. Nempe; quod non singulatim decidant, sed simul illa pennata congeries cadat.

Ἐπιπολαιότερα. Scribe, εἰσὶ δὲ περὶ μὲν τὰ ἐπιπολαιότερα, βραχύτερα, καὶ ἐλάττω *circa arboris ramique superficiem, vel, in extrema arboris superficie, folia breviora sunt, & minora.* Theodorus legit, ἀντὶ ἐπιπολαιότερα, παλαιότερα. Legunt alii, εἰσὶ δὲ ἐλάττω περὶ μὲν τὰ παλαιότερα, καὶ τραχύτερα. id est, *minor est congeries hæc pennata in vetustiore ac asperiore arbore.* Quæ sanè lectio veritati non modo non contraria, sed ratione & experientia probata, Nihil notius, quam in vetustis & asperis, exuccisque arboribus folia esse minora: solet etiam in extremis ramis congeries sive ῥάχις brevior esse, & minor.

Ὄχυ. In Ald. & Bas. legitur μίσχον, quomodo Theodorus legit. Non in ramo impar folium, sed in singularibus pediculis prominet folium, cujus accessione impar numerus efficitur; in singulis pediculis folia utrimque ut plurimum sena, unumque in summitate. Sunt igitur tredecim, qui numerus impar.

Ἄνθος &c. Totam hanc periodum in hunc sensum verte, *flos racematim coactus, ex oblonga, vel clavata germinatione, pluribus candidis petiolis dependet, (fructus, cum largè proveniunt, uvæ modo farcti atque congesti videntur) quippe multi flores ab eadem oblonga germinatione, ita ut favi speciem aliquam præbeant.* Flores fert sorbus racemosos, multos, minutos, candidos.

Καθάπερ κηρίον σκωληκόβρωτον &c. Scribe, & distingue. καθάπερ κηρίον. (hæc præcedentia ad florem, scilicet, pertinent, quæ sequuntur ad fructum) σκωληκόβρωτος ἐπὶ τῷ δένδρῳ ὁ καρπὸς ἄπεπτος ὢν ἔτι, γίνεται μᾶλλον &c. In Ald. & Bas. malè ἄπεσος legitur. Verte. *Roditur à vermibus fructus immaturus adhuc, magis quam mespila, pira & pirastri fructus, quamvis sit omnium acerbissimus.*

Γίνεται δὲ καὶ αὐτὸ &c. Plin. lib. 17. cap. 24. *Et sorbus arbor infestatur vermiculis ruffis, pilosis; atque ita emoritur. Mespilus quoque in senecta obnoxia ei morbo est.*

Κορύνην &c. Κορύνη, ut notavit Scaliger, suprema surculi pars turgida. Hesychius κορύνησις, βλάστησις. Vide cap. de ceratonia.

Ἀνάκανθος δὲ ἐστι &c. Scribe ἀνάκανθος δὲ ἐστιν ἡ ὄη, ἄκανθος δὲ ἡ μεσπίλη. *Caret aculeis sorbus, spinosa mespilus.* Hanc nisi sequamur lectionem, falsum scribit Theophrastus, nisi dicamus, placet in Græcia non spinosam, vel domitam, cultamque quæ spinas deposuit Theophrasto describere mespilum.

Ὥσπερ τὰ γεράνδρυα. Theodorus τὰ νέα. Rectè. mox enim disjungit per contrarium. τὰ δὲ γεράνδρυα. potest etiam restitui ὥσπερ μὴ τὰ γεράνδρυα. *nisi vetustæ sint.*

Ἰσχυρόν. Theodorus ὑγρόν. Vulgatam cur rejiciam, causam video nullam; sorbi enim materies solidissima, & valdè compacta.

ΚΕΦ. ΙΓ. — CAP. XIII.

De ceraso, flamma Iovis, sambuco, salice, & ejus generibus.

Ἴδιον δὲ τῇ φύσει δένδρον ὁ κέρασός ἐστι. μεγέθει μὲν μέγα. καὶ γὰρ εἰς τέσσαρας καὶ εἴκοσι "πήχεις. ἔτι δ' ὀρθοφυὲς σφόδρα. πάχος δὲ, ὥστε καὶ δίπηχυν τὴν περίμετρον ἀπὸ τῆς ῥίζης ἔχειν. φύλλον δ' ὅμοιον τῷ τῆς μεσπίλης, σκληρὸν δὲ σφόδρα καὶ πλατύτερον. ὥστε τῇ χροιᾷ πόρρωθεν φανερὸν εἶναι τὸ δένδρον. † φλοιὸς δὲ τὴν λειότητα καὶ τὴν χρόαν καὶ τὸ πάχος, ὅμοιον φιλύρᾳ. διὸ καὶ τὰς κίστας ἐξ ‡ αὐτῶν ποιοῦσιν, ὡς καὶ ἐκ τῶν τῆς φιλύρας. περιπέφυκε δὲ οὔτος οὔτε ὀρθοφυὴς, οὔτε κύκλῳ κατ' ἴσον" ἀλλ' ἑλικηδὸν περιείληφε, κάτωθεν ἄνω προσάγων. ὥσπερ ἡ διαγραφὴ τῶν φύλλων. καὶ λεπιζόμενον οὕτως ἐκδέρεται. ἐκεῖνος δὲ ἐπίτομος γίνεται. καὶ οὐ δύναται μέρος αὐτοῦ τι † αὐτὸν τρόπον ἀφαιρεῖσθαι, κατὰ † πάχος, σχιζόμενον λεπτὸν, ὡς αὖ φύλλον. τὸ δὲ λοιπὸν περιμένειν τε δύναται καὶ σώζειν τὸ δένδρον, ‡ ὡσαύτως περιπεφυκός. περιαιρεθέντος δὲ ὅταν "λίπῃ τοῦ φλοιοῦ, συνεκδαίνει καὶ τότε † τὴν ὑγρότητα. καὶ ὅταν ὁ ἔξω χιτὼν περιαιρεθῇ, μόνον ὁ ὑπολειπὴς ἐπιμελαίνεταί πως μυξώδει ὑγρασίᾳ, καὶ πάλιν ὑποφύεται τῷ δευτέρῳ ἔτι χιτὼν ἄλλος ἀντ' ἐκείνου. πλὴν λεπτότερος πέφυκε. καὶ τὸ ξύλον ‡ ὅμοιον ταῖς ἶσι τῷ φλοιῷ στρεπτὸν ἑλιττόμενον. καὶ αἱ ῥάβδοι φύονται τὸν αὐτὸν τρόπον εὐθύς. τῶν ὄζων δὲ αὐξανομένων συμβαίνει, τῶν μὲν κάτω ἀεὶ ἀπόλλυσθαι, τῶν δ' ἄνω αὔξειν. τὸ δ' ὅλον οὐ πολύοζον τὸ δένδρον ἀλλ' ἀνοζότερον πολὺ τῆς αἰγείρου. πολύρριζον δὲ καὶ ἐπιπολαιόρριζον, ἐκ ἄγαν δὲ παχύρριζον ἡ δὲ στροφὴ καὶ τῆς ῥίζης καὶ τοῦ φλοιοῦ τοῦ περὶ αὐτὴν ἡ αὐτή. ἄνθος δὲ λευκὸν, ἀπίῳ καὶ μεσπίλῃ ὅμοιον. ἐκ μικρῶν ἀνθῶν συγκείμενον "κηριῶδες. ὁ δὲ καρπὸς, ἐρυθρὸς, ὅμοιος διοσπύρῳ τὸ σχῆμα τὸ δὲ μέγεθος ἡλίκος κύαμος. πλὴν τοῦ διοσπύρου μὲν ὁ πυρὴν σκληρὸς, τοῦ δὲ κεράσου, μαλακός. φύεται δ' ὅπου

"πήχεις αὔξεται· ἔτι δὲ Const.
† φλοιὸν δὲ κατὰ τὴν λειότητα. ‡ αὐτοῦ Const.
" ἑλικηδὸν περιελεῖται Const. ἰκιδὸν Ald. Bas.
† κατὰ τὰ πάχος Const.
‡ ὡς αὐτὸς περιπεφυκὼς Const.
" λοιποῦ Ald. Bas. † ἡ ὑγρότης Const.
‡ ὅμοιον ἴσῃ τῷ φλοιῷ Const.
" κηρώδες Bas.

Arbor natura peculiaris cerasus est, magnitudine excellens. Quippe, quæ ad vigintiquatuor cubita crescat: recta, admodum crassa, ut & bicubitalem ambitum è radice compleat. Folium † mespili, sed admodum durum, latiusque, ut è longinquo arbos colore ‡ sit manifesta: corticis lævitate, colore, crassitudineque tiliæ similis. Quapropter cunas ex eo conficiunt, sicut etiam è corticibus tiliæ. Hic neque recto meatu ascendit, neque gyro pariter obducit, " sed mucronatim ambit; ab infimo sursum versus se ad minusque contrahens, quemadmodum foliorum descriptio. Cumque desquamatur, hoc eodem modo decorticatur, alioquin præscinditur, nec pars aliqua eodem filo detrahi potest. Quin & per crassitudinem prætenuis modo folii scinditur, reliquumque durare arboremque tueri potest, simili modo ambiendo: reliquo autem cortice ablato, humor tunc quoque defluit, & cum externa tunica tantum detracta sit, reliqua pituitaceo quodam humore nigrescit, rursusque anno secundo alia, vice illius subnascitur, verum tenuior. † Materies in nervo cortici suo similis se in anfractum convoluenti. Virgæ quoque eodem modo illico enascuntur. Ramis crescentibus evenit, ‡ ut alii deorsum assidue pereant, alii sursum versus increscant. Omnino arbos minus ramosa est, sed multo enodior, quam populus. Radice multiplici, per quam summa sed non crassa innititur, & convolutio eadem radicis & corticis radicem tegentis est. Flos candidus, piro ex mespilo proximus, ex parvulis floribus constans, " forma favaceus: fructus rubet, figura † Iovis flammæ persimilis, magnitudine fabæ. Verum ‡ Iovis flammæ nucleus durus, ceraso autem mollis. Nascitur ubi tilia, in plenum, ubi amnes, & rigua. Sambucus quoque juxta aquam potissimum, locisque umbrosis emicat. cæterum

" natura peculiari arbor cerasus est.
† mespili (setaniæ) sed
‡ cognoscatur.
" volutatim circumvolvitur, ab infimo sursum vergens, in angustias se contrahens, qualis in fronde quoq; ipsa descriptio est; cum desquamatur, hoc eodem modo delibrari solet, alioquin præscinditur potius, quam filo eodem detrahi possit. Per crassitudinē secto tenuitas folii detrahitur. Humor qui remanet servare arborē potest, non secus ac cortex quo obducitur ac convestitur arbor: quod si deglubas cum turget, exit humor quidam, & si externa tunica tantum detracta sola; relicta est, pituitacio quodam humore. † materiem similem cognosces naviculo in anfractum convoluto. † inferiores. " qui ceram olet. † diospyri. ‡ diospyró.

καὶ ἡ φιλύρα· τὸ δ' ὅλον ὅλως ποταμοὶ καὶ ἔνυδρα· φύεται δὲ καὶ ἡ ἀκτὴ μάλιστα παρ' ὕδωρ καὶ ἐν τοῖς σκιεροῖς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς † μὴ τοιούτοις θαμνώδης ῥάβδοις ἐπετείοις αὐξανομένη μέχρι τῆς φυλλοῤῥοίας εἰς μῆκος· εἶτα μετὰ ταῦτα εἰς πάχος· τὸ δὲ ὕψος τῶν ῥάβδων οὐ μέγα λίαν, ἀλλὰ καὶ μάλιστα ἑξάπηχυ. τῶν δὲ στελέχων πάχος τῶν γεράνδρύων, ὅσον περικεφαλαίας. φλοιὸς δὲ λεῖος, λεπτὸς † καὶ πυκνός. τὸ δὲ ξύλον χαῦνον καὶ κοῦφον, ξηρανθέν. ἐντεριώνην δὲ ἔχον μαλακήν. ὥστε δι' ὅλου καὶ κοιλαίνεσθαι τὰς ῥάβδους. ἐξ οὗ καὶ τὰς βακτηρίας ποιοῦσι τὰς κούφας. ξηρανθὲν δὲ, ἰσχυρὸν καὶ † ἀγήρων ἐὰν βρέχηται, καὶ ἢ λελεπισμένον. λεπίζεται δὲ αὐτόματον ξηραινόμενον. ῥίζας δὲ ἔχει μετεώρους, οὐ πολλὰς δὲ οὐδὲ μεγάλας. φύλλον δὲ τὸ μὲν καθ' ἕκαστον μαλακὸν περόμηκες, ὡς τὸ τῆς πλατυφύλλου δάφνης. μεῖζον δὲ καὶ πλατύτερον καὶ περιφερέστερον ἐκ μέσου καὶ κάτωθεν. τὸ δὲ ἄκρον εἰς ὀξὺ μᾶλλον συνῆκον. κύκλῳ δὲ ἔχον " χαραγμόν. τὸ δὲ ὅλον περὶ ἕνα μίσχον, παχὺ, καὶ ἰνῶδες, ὡς ἂν κλωνίον. τὰ μὲν, ἔνθεν, τὰ δὲ, ἔνθεν κατὰ γόνυ καὶ συζυγίαν πεφύκασι διέχοντα τῶν φύλλων. ἀπ' ἀλλήλων. ἓν δὲ ἐξ ἄκρου τοῦ μίσχου. ὑπέρυθρα τὰ φύλλα ἐπιεικῶς, καὶ χαῦνα καὶ σαρκώδη· φυλλοῤῥοεῖ δὲ τοῦτο † ὅλον. διόπερ φύλλον ἄν τις εἴποι τὸ ὅλον. ἔχουσι δὲ καὶ οἱ κλῶνες οἱ νέοι γωνοειδῆ τινα. τὸ δὲ ἄνθος λευκὸν ἐκ μίσχων λευκῶν πολλῶν, ἐπὶ τῇ τοῦ μίσχου φύσει κηριῶδες. εὐωδίαν δὲ ἔχει λειριώδη, † ὑποβαρεῖαν· ἔχει δὲ καὶ τὸν καρπὸν ὁμοίως πρὸς ἑνὶ μίσχῳ παχεῖ. " βοτρυώδη δὲ γίνεται· καὶ πεπαινόμενος μέλας. ὠμὸς δὲ ὢν, ὀμφακώδης. μεγέθει δὲ μικρῷ μείζων ὀρόβου. τὴν ὑγρασίαν δὲ † οἰνώδη τῇ ὄψει ἀνίησι. τὰς χεῖρας δὲ τέλειος βάπτει καὶ τὰς κεφαλάς. ἔχει δὲ καὶ τὰ ἐντὸς σησαμοειδῆ τὴν ὄψιν. πάρυδρον δὲ καὶ ἡ ἰτέα καὶ πολυειδές, ἡ μέλαινα καλουμένη, τῷ τὸν φλοιὸν ἔχειν μέλανα καὶ φοινικοῦν. ἡ δὲ λευκή, ‡ τῷ λευκόν. καλλίους δὲ ἔχει τὰς ῥάβδους καὶ χρησιμωτέρους εἰς τὸ πλέκειν ἡ μέλαινα. ἡ δὲ λευκὴ καὶ " πυκνοτέρας. ἔστι δὲ καὶ τῆς μελαίνης καὶ τῆς λευκῆς ἴδιον γένος μικρόν, καὶ οὐκ ἔχον αὔξησιν εἰς ὕψος. ὥσπερ καὶ ἐπ' ἄλλων τούτων δένδρων. οἷον, κέδρου, φοίνικος. καλοῦσι δὲ οἱ περὶ Ἀρκαδίαν, οὐκ ἰτέαν ἀλλὰ ἑλίκην, τὸ δένδρον. οἴονται δὲ ὥσπερ ἐλέχθη καὶ καρπὸν ἔχειν αὐτὴν γόνιμον.

‡ μὴ deest in Ald. & Baſ.
† λυρὸς Scal.
‡ ἀγήρων κἂν βρέχηται Ald. Baſ. ἀγήρω ἐὰν βρέχηται.
" σπαραγμὸν Baſ.
† ὅλον ἅμα. διόπερ Conſt.
‡ ἐπὶ βαρεῖαν Baſ.
" βοτρυώδης Conſt.
† οἰνώδη τῇ ὄψει καρπὸς τέλειος ἀνίησι τὰς χεῖρας ἀναβάπτουσαν καὶ τὰς κεφαλάς Baſ. Al. οἰνώδη τῇ ὄψει. καὶ τὰς χεῖρας δὲ τελείους ἀναβάπτουσι δὲ καὶ τὰς κεφαλάς.
‡ τὸ λευκὸν Baſ.
" πυκνοτέρους Conſt. πυκνοτέρας Baſ.

" in minus ejuſmodi ſolo naſci non recuſat; ſed fruticoſa virgis, quæ anniculæ donec folia decidant in longitudinem creſcunt, tum in craſſitudinem † ſe diſtendunt. virgis altitudo non nimis magna, ſed ad ſena maxime cubita. ‡ Caudici craſſitudo modo galeæ: cortex lævis, tenuis, ſpiſſus: materies fungoſa, " & ſiccata, levis, medulla præmolli conſtans, ut virgæ totæ concaventur. Quamobrem ex his baculos faciunt præleves. † Siccata valida eſt, & inoffenſa aquis: etiam diſquamata ſi ſit. Diſquamatur autem ſua ſponte, cum exaruerit. Radices per ſummam ceſpitum non multas, nec grandes agit. ‡ Folium, quod particulatim exeat, molle, atque oblongum, ſicut lauro latifoliæ: verum majus, latius, rotundiuſque de medio, ſubtuſque. Extremo in acutum compreſſius, ambitu ſerratum. Totum autem circa unum pediculum, craſſum, nervoſumque, tanquam ramulus conſtat: & foliorum alia hinc, alia inde geniculatim, conjugatimque adhærent, ac inter ſeſe ſpatio diſtant. Vnumque exit in cacumen. Subruffa admodum folia, fungoſaque ſunt. Defluit id totum ſimul: & hinc unum folium totum eſſe ratione putaveris. Rami quoque novelli quædam ad geniculorum ſpeciem habent. Flos candidus è peciolis permultis candidis conſtans: ſpecie favi ſuper fiſſuras pediculi. Redolet lirium: graviter enim olet. " Fructum verò ſingulo pediculo craſſo annexum racematim profert. Hic matureſcens nigreſcit, immaturus omphaceus eſt: magnitudine ervo paulò major: † humore, aſpectu vinaceus, & interna viſu ſeſamacea continet. Salix quoque aquatica, & multigena eſt. Nam alia nigra dicta, quod cortice nigro, aut puniceo tegatur: alia candida, quòd candido. Virgas pulchriores, & ad texendum commodiores nigra profert, candida ſpiſſiores. Eſt tam nigræ, quam candidæ genus quoddam paruum & incremento in excelſum orbatum, ſicut vel in cæteris arboribus idem intelligi poteſt. Vt in cedro, & palma. Hoc Arcades non ſalicem, ſed Helicen vocant, exiſtimantque (ut retulimus) fructum fœcundum eam parere.

" in aliis tamen locis.
† fundun-tur.
‡ Caudicum veterũ craſſitudo quæ trabis in navium prora, ſuper carinã poſitæ, cortex.
" & ubi inaruit levis.
† ubi ſiccata eſt, valida fit; nec ſentit vetuſtatẽ, etiam ſi madeſcat aquis, & ſine cortice ſit. Scal.
‡ Foliũ ſingulatim exit, molle, oblongũ veluti lauri latifoliæ; ſed majus, latius, rotundiuſq; à medio, & inferiore parte, ſuprema autẽ in acutum contractum, in ambitu ſerratũ; totum autem circa unum pediculum craſſũ nervoſumque, veluti ramulum pendet. Foliorũ alia hinc inde geniculatim conjugatimq; adhærent, à ſeſe diſtantia, uno ex pediculi faſtigio exeuntia ſubruffa mediocriter, mollia, & carnoſa. Defluit id totum ſimul. Quare id totum unum folium eſſe meritò putaveris. " Fructum ſimiliter edit racematim, pediculo craſſo ſubjectum, qui matureſcens nigreſcit, dum adhuc immaturus eſt colore vitæ eſt immaturæ. † humorem ſpecie vinoſum maturus fructus reddit, manus & capillum tingentem; ſemen intus ſeſami ſpecie.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἴδιον δὲ τῇ φύσει ὁ κέρασός ἐστι. *Thedor.* Arbor natura peculiaris ceraſus eſt. *Peſſima loquutio. Eſt enim vox relativa,* peculiaris. *Dixiſſet :* Ceraſo natura peculiaris. *In Plinii codice, & hîc, magnitudinis ratio diverſa ſcribitur.*

Ὥστε τῇ χροιᾷ πόῤῥωθεν φανερὸν εἶναι. *Cum dixit, folium* σκληρὸν καὶ πλατύ, *non poteſt facere, ut addat;* ὥστε, *& inſerat colorem. Nemo dicat, adeò durum & latum eſt, ut è colore procul cognoſcatur.*

Ἐκιδὸν, *quid ſit nondum comperi.* ἀκιδὸν *ſortaſſe ſit*, mucronatim. *Hoc enim eſt* ἀκὶς, *ferrum venabuli, aut lanceæ, cujuſmodi eſt in foliis. In libro quarto de junci ſemine,* ἀκιδῶδες. *foliatim igitur, ut ita dicam, ſubit ſeipſum cortex. Itaque, ſi velis deglubere, neque per corrigias ſequatur, neque per modum cinguli, ſed contumaciter cohæreat adeò, ut abſiſtat ſemper aliquid retinens; ita in mucronem exit, quod eximitur: idcirco dixit,* ἐκεῖνος δὲ ἐκίτομος γίνεται. *Theodorus*, alioqui præſcinditur. τὸν αὐτὸν τρόπον. *Intellige ſane. quid? Non eodem modo quit aliqua pars auferri? Immò verò eodem, quippe,* ἀκιδὸν. *Eſt enim adverbium ordinis. Theodorus prudentiſſimè*, eodem, *inquit*, filo. κατὰ πάχος σχιζόμενον λεπτόν. *Propterea quod non totus cortex quantus quantus eſt craſſitudine, aufertur: ſed attenuatur, dum eximitur. Id percipi nequeat ex Theodori interpretatione.* Quin, *inquit*, per craſſitudinem prætenuis modo folii abſcinditur.

Περιαιρεθέντος δὲ ὅλου λοιπὰ τοῦ φλοιοῦ. *Theodorus*, reliquo autem cortice ablato. *Videtur habuiſſe rationem vocis illius,* λοιπά. *Sed videbo, an ſit legendum.* λεπῶν. *Cum abſiſtunt ſquammæ corticis, exit humor quidam.*

Τοὺς μὲν καὶ τοὺς ἀεὶ ἀπόλλυσθαι. *Theodorus rectè legit,* τοὺς κάτω. *Sed malè vertit*, deorſum. *Adverbium enim eſt motum ſignificans. Nunquam abſolutè dicam, rami deorſum. neque cum verbo quietis, ſunt: ſed malim, inferiores: etiam ſi Varro in* III. *de Re Ruſtica ita loquitur.*

Κηρῶδες. *Theodorus legit,* κηριῶδες. Forma, *inquit*, favaceus; *ob concavitates ſcilicet frequentes. Sic de ſambuco infrà. Quod autem transfert* διόσπυρον, Iovis flammam: *nullo id exemplo facit. Neque ipſemet reſpondere ſciat: Iovis ne flamma, an Iovis triticum ſit.*

Φύεται καὶ ἡ ἀκτή. *Cum ſambucus ſit res longè à Ceraſo diverſiſſima, ſeorſum debuit tractari.*

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις. *Theodorus legit,* καὶ ἐν μὴ τοιούτοις. *Verùm impoſuit faciem peregrinæ loquutionis.* In minus ejuſmodi ſolo. *Sic abuſus alio verbo eſt;* In craſſitudinem ſe diſtendunt. *Tendere enim eſt per longitudinem,* τείνειν. *Sic Ariſtoteles in hiſtoriis, & non ſemel apud Theophraſtum. Inde* τατόν, *&* τέτανον. μῆκος *etiam cum dicit*, excelſionem, *barbariſſima voce fretus eſt.*

est. A verbis enim deducuntur ea, quæ ad hunc modum formantur,

Τῶν ϛιλέχων τὸ πάχος. Theodorus omisit χρεωδρύων, Vetustiorum. *legit* πυκνὸς, *pro* πυρὸς, *ut suprà bis jam.* τὸ δὲ ξύλον χαῦνον, καὶ κοῦφον ξηρανθέν. *Vide quomodo Theodorus digesserit conjunctionem.* Materies, *inquit*, fungosa, & ficcata, levis. *& an* τὸ ξηρανθὲν *debeatur tam* τῷ χαύνῳ, *quam* τῷ κούφῳ. *Nam ubi ficcatum est lignum, tum demum rarum est, atque iccirco leve. In transferendo,* κοῦφος, *verbo usus non necessario,* præleves.

Καὶ ἀγήρω ἐὰν βρέχηται, καὶ ἡ λελεπισμένη. *Bene attende. Quia talis alnus est.* ἀγήρω *enim* ἐὰν βρέχηται. *Quippe extra aquas* οὐκ ἔστιν ἀγήρω. *At sambuci alia ratio. Nam incorrupta durat extra aquas. Non igitur est* ἀγήρω ἐὰν βρέχηται; *verùm etiam* ἐὰν μὴ βρέχηται. *Sic igitur legendum,* κἂν βρέχηται, καὶ ἡ λελεπισμένη. *Theodorus nimis leviter,* inoffensa, *inquit,* aquis. *At ex hac oratione non fit notum mihi, an extra aquas* ἀγήρω *sit. Ad hunc modum simplicissimè vertes.* Ubi ficcata est, valida fit, nec sentit vetustatem, etiam si madescat aquis, & sine cortice fit. Amittit autem illum cum arescit.

Φύλλον τὸ μὲν καθ' ἕκαστον μαλακόν. *Theodorus,* folium, quod particulatim exeat. *Minus bene: sed,* folia singularia. *Hoc ita dicit, propterea, quòd multa ab uno pediculo pendent, quemadmodum in sorbo, & fraxino. Nam alioqui illud quoque totum exit particulatim. Item* ἐκ μέσου καὶ κάτωθεν. *Theodorus,* de medio subtusque. *At, subtus, significat partem folii quæ terram spectat. Verùm,* κάτωθεν, *hic dicit partem folii, quæ inter ventrem & pediculum est.*

Κύκλῳ δ' ἔχον σπαραγμόν. *Supra* χαραγμόν. *Hic festivè* σπαραγμόν. *ad verbum* laciniatum. σπαράττειν lacerare.

Ὠμὸς δὲ ὢν ὀμφακώδης. Crudus fructus, *inquit*, Theodorus, omphaceus. *colorem intellige: nam gustu omnes acerbi sunt. Notavit colorem, qualis in uva acerba conspicitur. Theodorus illa omnia verba omisit.* καὶ τὰς χεῖρας δὲ πλείους, ἀναβλαστᾶν δὲ καὶ τὰς κεφαλάς. *Videtur autem sic pote fuisse.* vini colore humorē continet, & qui attractantium manus inficiat. *In Vicentinis & Tarvisinis memini olim vina ex ebulo fieri consuesse coloratiora: alioqui plebeculæ minus venalia. Sequitur deinde,* πλείους. *sic potuit extitisse, antequam perficiantur, si secentur, etiam capitella regerminare. Theodorus sapienter fecit, cum scopulum vitavit, nos animi gratia adnavigavimus.*

Σησαμοειδῆ τὴν ὄψιν. *Theodorus,* sesamacea visu; *duriuscule. Semen intus sesami specie.*

Πάχυδρον δὲ καὶ ἰτέα. *Aliud caput facito. Corrige* πυκνοτέρας, *fatali errore librarii. duo tantum hic ponit genera, nos longè plura.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Ἴδιον δὲ. κέρασος Theophrasti, *est cerasi species quam vocamus* gignier: *& fructus à cordis figura* cœurs, *vel* gignes, *quæ cerasa duracina Plinio.*

Ἔτι δὲ. *Mallem* ἔτι δ'. *Atque hac usque ad* ὥστε *includenda parenthesi.*

Ὅμοιον τῷ τῆς μεσπίλης. *Cerasus folium quidem habet mespili, sed Setaniæ, non Anthedonis, de quibus supra.*

Ὥστε. *Hæc referuntur ad altitudinem arboris quæ colore eminus cernitur ob celsitatem. Hujus igitur* σημαίνει τὸ μέγεθος, καὶ ἡ χροιά.

Κίσσος ἐξ αὐτῶν. *Vide supra cap. de tilia, & ut ibi hîc lege* αὐτῷ: *& infra* ἐκ τοῦ, *non* ἐκ τῶν.

Περιπέφυκε, *idem quod* περιφύεται, *id est,* circumnascitur, *Plinio.*

Ἑλικτὸν περιείληφε. *Vera lectio,* ἑλικοειδῶς (*id est,* ἑλικοειδῶς, *quasi capreolatim, vel claviculatim, volutatim, Latinè*) περιειλεῖται. *Hoc facilè cernitur cum fiunt philuræ, de quibus habes apud Plinium. Id est quod infra intelligit, inquiens,* καὶ λεπιζόμενον (*nempe* δένδρον) οὕτως ἐκδέρεται, *nimirum* ἑλικοειδῶς, *quando desquamatur, ut & Plinius de arborum libro usurpavit. Supra dixit Philosophus, tiliæ* φλοιὸν πολύλοπον *esse: cerasi verò libris similem, Plinius.*

Κατὰ πάχος, *scribe* καὶ τὸ πάχος. ὥσπερ περιπεφυκώς. *Ex iis verbis nullum aptum sensum possis elicere. Ait autem, corticis reliqua parte æquè arborem conservari ac integro, quo ipsa obducitur atque convestitur. Itaque necessariò legendum,* ὡς αὐτός (*nempe* φλοιὸς) περιπεφυκώς.

Λοιπὰ, *lege, ut supra,* λιπαρά: *Et* ἡ ὑγρότης, *non* τὴν ὑγρότητα. *Infra,* ἴση τῷ πλοιῷ ...... ἐλιπόμενον, *Corrigo:* ἴση τῷ πλοιῷ ...... ἐλιπόμενον. *Alius fortasse,* ......, καὶ ἐλιπόμενον, *non variante sententia.*

Ἡ αὐτή. *Si nihil intelligas, hoc futile erit & nugatorium. Sed hîc* κεράσου καὶ αἰγείρου *comparationem accipe.*

Διοσπύρου. *Athenæus* διόσπυρον. *Est mea opinione, cerasi species; quam nos vocamus* cerisier, *fructusque* cerises. *Nucleus durus est, sculpiturque & fiunt ex eo faciei figuræ, ut capita puerorum atque id genus. Aliis est Diospyrus arbore, cujus fructus ab Hetruscis vocatur* uva d'India, *id est, faba Græca Plinio, lotique tertii fructus.*

Κηλάδας, *vide supra, ubi de flore sorbi.*

Τοιοῦτος θαμνώδης, *Scribe* μὴ τοιοῦτος, θαμνώδης. Ἀγήρω, *lege* ἀγήρων.

Σπαραγμόν. *Omnino legendum* χαραγμόν. Φυλλορροεῖ δὲ τοῦτο ὅλον. *deest* ἅμα. *Non enim* τὴν φυλλορροίαν *tantùm intelligit, sed foliorum defluvium quo ramulus unà exuitur. Id est, quod supra dicebat in re simili de foliis sorbi:* φυλλοβολεῖ δὲ οὐ κατὰ μέρος, ἀλλ' ὅλον ἅμα τὸ πτερυγῶδες. Ἐπὶ τῷ δὲ μίσχῳ σχιστά. *Sic umbellā circumlocutione designavit, id est,* τὸ σκιάδιον, *quod pediculi multiplices in orbem divisuræ constituunt. Dioscorides dixit,* σκιάδια περιφερῆ, ἔχοντα ἄνθη λευκά. Ἐπὶ βαρεῖαν. *scribo* ὑποβαρεῖαν. *Sic enim se res habet. Umbellam immergunt polentæ, frigunt, gratumque paratur edulium ac salubre. Hoc obiter, & illud, quòd aquatici sambuci distillati flores ad frangendum calculum efficacissimum remedium.*

Παχεῖ, βοτρυώδη δὲ, γίνεται δὲ καί. *Restituo,* παχεῖ. βοτρυώδης δὲ γίνεται καί.

Τὴν ὑγρασίαν, *&c. Sic lege,* τὴν ὑγρασίαν δὲ οἰνώδη τῇ ὄψει ἀνίησι. τὰς χεῖρας δὲ πλέον βάπτει καὶ τὰς κεφαλάς: *Hoc postremum de ebuli acinis dixit Dioscorides, & Plinius de acinis sambuci.*

Ἰτέα. *Salicis,* in Asia genera, *inquit,* Plinius *lib.* 16. cap. 37. Nigra utilior viminibus: Candida, agricolarum usibus: Tertia Helice, brevissima. Romanis est Viminea sive purpurea: Altera Nitelina: Tertia Gallica. Τῷ λευκῷ. *lego* τῷ λευκὸν, *nempe* ἔχειν τὸν φλοιόν. *Et infra lege* πυκνοτέρους *nimirùm* ῥάβδους.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἴδιον δὲ τῇ φύσει δένδρον ὁ κέρασός ἐστι. *Natura peculiari cerasus arbor est.* Cerasi aggreditur historiam. Cerasus, si Plinio credimus, à Cerasunte Ponti municipio nomē accepit. lib. 15. cap. 25. *Cerasi ante victoriam Mitridaticam L. Luculli, non fuere in Italia. Ad urbis annum* DCLXXX. *is primum vexit è Ponto, annisque* CXX. *trans Oceanum in Britanniam usque pervenere. Eadem, ut diximus, in Ægypto nulla cura potuere gigni.* Hæc quamvis absurda, vulgata tamen fuit veteribus, & Romanis persuasa opinio. Hieronymus, vir undecunque doctissimus: *Hoc genus pomi Ponto & Armenia subjugatis, de Cerasunte primus Lucullus Romam pertulit, unde & de patria, arbor nomen accepit.* Eandem opinionem Laurentius, convivator doctiss. apud Athenæum defendit. lib. 2. deipnos. φησὶ ὁ ...... ῥήτορι Λαρηνσίῳ, πολλὰ ὑμεῖς οἱ Γραικοὶ ἐξιδιοποιεῖσθε ὡς αὐτοὶ ἢ ὀνομάσαντες, ἢ πρῶτοι εὑρόντες. ἀγνοεῖτε δὲ ὅτι Λεύκολλος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, ὁ τὸν Μιθριδάτην καὶ Τιγράνην καταπολεμήσας, πρῶτος διεκόμιζεν εἰς Ἰταλίαν τὸ φυτὸν τοῦτο ἀπὸ Κερασοῦντος ποντικῆς πόλεως· καὶ ἔστιν οὗτος ὁ καρπὸν καλέσας κεράσιον, ὁμωνύμως τῇ πόλει ὡς ἱστοροῦσιν οἱ ἡμέτεροι συγγραφεῖς. *Laurentius apud Rhetorem ita loquitur: Vos quidem Græculi,* ait, *vobis multa vendicatis, quod ea primū vel à vobis sint inventa, vel nominata, hoc tamen nescitis, Lucullum, Romanum Imperatorem, qui Mitridatem & Tigranem debellavit, è Cerasunte oppido Ponti, hanc plantam in Italiam primum advexisse, eundemque nomine civitatis illius, fructum hunc cerasum nuncupasse, quod proditum est à nostris Scriptoribus.* Fieri potest, non ante Luculli tempora, Romam delatam fuisse hanc arborem. Sed quod Græcis incognita fuerit antiquioribus, non probatur. Sanior Daphni apud eundum Athenæum sententia. πρὸς ὃν Δάφνος τις φησὶν, ἀλλὰ μὴν παμπόλλοις ἐνιαυτοῖς πρεσβύτερος Λευκόλλου ἀνὴρ ἐλλόγιμος Δίφιλος ὁ Σίφνιος, γεγονὼς κατὰ Λυσίμαχον τὸν βασιλέα (ὃς εἷς οὗτος τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων) μνημονεύει τῶν κερασίων, λέγων, τὰ κεράσια εὐστόμαχα &c. *Sic locuto* (Laurentio) *Daphnus quidam respondit; Virum illustrem Diphilum Siphnium, qui sub*

sub Lysimacho Rege, uno ex Alexandri successoribus vixit, multis annis Lucullo antiquiorem, cerasorum mimimisse his verbis: Cerasa stomacho grata sunt &c. Poterat hanc defendere opinionem, ex antiquiore scriptore, Theophrasto nostro, qui vixit Alexandri temporibus. τῷ κεράσῳ igitur nomen non est impositum à Romanorum Imperatore Lucullo; fortasse à Cerasunte oppido Græci antiquissimi nomen imposuerunt. In Græcia arborem peregrinam fuisse, ex Theophrasti accurata descriptione colligi satis potest. Non fit improbabile, nomen illud à magnitudine impositum, quod mali antennæ altitudinem superat; ἀπὸ τῷ κέρατος quod non tantùm cornu, sed etiam antennam significat. Synes. epist. 4. εἶτα κατεαγὸς μέσον κέρας, ἐγγὺς μὲ ἦλθεν ἀπολέσαι πάντας ἡμᾶς, *fracta media antenna, propè perieramus.* A cornea duritie nomen impositum fuisse ex Servio posset colligi, cum ait: *Antequam è Ceraso urbe Lucullus adveheret, cerasium erat in Italia, sed durum & cornu (Græcis κέρας) appellatur, quod postea mixto nomine corno-cerason est vocatum. Arbor Græcis ἡ κέρασος, Latinis cerasus, fructus τὸ κεράσιον cerasum.* Theophrasto tamen in Masculino genere ὁ κέρασος arbor dicitur.

Cerasus Dodonæi edit. prima.



μεγέθει μέγα. Paulò aliter verba hæc citat Athenæus lib. 2. Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν, ἴδιον δὲ τῇ φύσει δένδρον ὁ κέρασός ἐστι, καὶ μεγέθει μέγα, καὶ γὰρ εἰς εἴκοσι καὶ τέσσαρας πήχεις αὔξεται. *De cerasis hoc Theophrastus in opere de plantis scriptum reliquit: peculiaris quoque naturæ est cerasus arbor, vastæ magnitudinis, ut quæ ad cubitos viginti quatuor assurgat.* Serva vulgatam Theophrasti lectionem, sed adde verbum αὔξεται ex Athenæo. Sylvestris cerasus arbor quidem magna, ac procera; sed tanta altitudine cerasum vidisse me non memini, nec puto pinum ad tantam altitudinem excrescere; præsertim si majores intelligas cubitos. Vide cap. de palma, ubi de cubitorum differentia egi. Magna cerasus & procera est arbor, caudice mediocriter crasso, atque in ramos plurimos superiùs distributo.

Ἔστι δὲ ὀρθοφυὴς σφόδρα &c. Hæc usque ad φύλλον δ' ὅμοιον in Athenæi codice desunt. Scribe, ἔτι δὲ ὀρθοφυὴς. Apud nos tanta crassitudine nulla datur cerasus.

Φύλλον δὲ ὅμοιον &c. Athenæus legit, φύλλον δὲ ὅμοιον ἔχει τῷ τῆς μεσπίλης. Mespilo comparat folium cerasi. Mespilum intellige setaniam. Folia magna sunt, lata, oblonga venosa, ambituque crenata. Mespili folia sunt tenuiora, cerasi latiora, venosa magis, ac corrogata, ac minus æqualia: mispili æqualiora, multoque minus venosa.

Ὥστε τῇ χροιᾷ. Hæc non legit Athenæus, & transposita sunt, vel verba, φύλλον δὲ, usque ad, πλατύτερον, parenthesi includenda. Malo scribere, ἔτι δὲ ὀρθοφυὴς σφόδρα, ὥστε τῇ χροιᾷ πόῤῥωθεν φαίνεσθαι εἶναι τὸ δένδρον. πάχος δὲ ὥστε καὶ δίπηχυν τὴν περίμετρον περὶ τῆς ῥίζης ἔχει. φύλλον δὲ ὅμοιον ἔχει τῷ τῆς μεσπίλης, χλωρὸν δὲ σφόδρα καὶ πλατύτερον. φλοιὸν &c.

Φλοιὸν δὲ &c. Athenæus, φλοιὸν δὲ ὅμοιον φιλύρᾳ. Scribe φλοιὸν δὲ κατὰ τὴν λειότητα, καὶ τὴν χρόαν, καὶ τὸ πάχος, ὅμοιον φιλύρᾳ. *cortex lævitate, colore, crassitudineque, tiliæ similis.* Corticem habet cerasus nonnihil lævem, è puniceo colore subnigricantem, lentum, obsequiosum.

Διὸ καὶ τὰς κίστας &c. Hesychius funes ex ceraso fieri docet. κέρασος δένδρον ὁ φύεται ἐστραμμένον, σχοίνια δὲ ποιεῖ ὁ φλοιὸς αὐτοῦ, καὶ ἀντὶ νεύρων δεσμεύουσι. id est, *Arbor cerasus quæ capreolorum modo nascitur: funiculos ex ejus cortice parant, quibus ad instar nervi vinciunt.* Cistas, arcasque fieri ex cortice tiliæ fœminæ, tradit Theoph. lib. 3. c. 10. Porro hæc omnia usque, ad ἄνθος δὲ λευκὸν, neglexit Athenæus. Constantini lectionem probamus, διὸ καὶ τὰς κίστας ἐξ αὐτοῦ ποιοῦσιν, ὡς καὶ ἐκ τῷ τῆς φιλύρας.

Ἑλικηδὸν ita correxit Rob. Constantinus. ἑλικηδὸν, inquit in lexico, *volutatim Plautus, in orbē Nonnus. Apud Theoph. restitui lib. 3. cap. 21.* ἑλικηδὸν περιελίττεται. *volutatim circum volvitur, sive capreolorum modo,* ἑλικοειδῶς. Observa harum annotationum auctorem. In Ald. & Bas. malè scribitur, ἰκιδὸν περιείληφε &c. ἑλικηδὸν idem ac ἑλικοειδῶς. Hesych. ἑλικοειδῶς. κυκλοειδῶς. Idem ἑλικηδὸν κυκλοειδὴς συστροφή. Idem ἕλικας βοῦς. ἤτοι ἀπὸ τῶν κεράτων, ἢ ἀπὸ τῶν ποδῶν ἑλικοειδεῖς, ἑλικὸν γὰρ τὸ συνεστραμμένον. Hinc idem Hesychius, ut supra annotavimus, κέρασος δένδρον ὁ φύεται ἐστραμμένον. Totam hanc periodum sic verte: *Hic neque recto meatu ascendit, neque gyro pariter obducitur, sed volutatim circū volvitur, ab infimo sursum vergens, in angustias se contrahens; qualis in fronde quoque figura est. (ad verbum descriptio) cum desquamatur hoc eodem modo delibrari solet, alioquin præscinditur potius, quam filo eodem detrahi possit, propterea quod non totus cortex, quantus quantus est crassitudine, aufertur, sed tantùm attenuatur, ad instar folii, dum eximitur; quod remanet servare arborem potest, non secus ac cortex, quo obducitur ac convestitur arbor: quod si deglubas, cum turget, exit humor quidam, & si externa tunica tantùm detracta soláque relicta sit, pituitaceo quodam humore nigrescit, rursúsque anno secundo alia vice illius subnascitur, verùm tenuior. Materiem similiem cognosces naviculo in anfractum convoluto, virgæ quoque eodem modo illicò enascuntur. Ramis crescentibus evenit, ut inferiores assiduè pereant, superiores increscant: prorsus arbor de ramosis non est, minùs etiam aliquantò quam populus nigra.* Græcum codicem restituit Robert. Constant; malo vulgatam servare lectionem, καὶ πάχος: quam cum doctissimo viro legere κατὰ πάχος, quod sensum meliorem ex vulgata colligam, quam ex altera. Etiam servo; λοιπόν. Quis humor sit qui remanet ignoro. De gummi vide cap. 1. lib. 9.

Ἄνθος &c. Eadem de flore tradit Athenæus. Legit etjam κηριώδης, non ut in Ald. & Bas. scriptum est κηρώδης. κηριώδης exponūt, *forma favaceus*. ob concavitates, inquiunt, quas habet frequentes. Nescio quas flos cerasi cavitates habeat, nondum eas observavi. Odore ceram refert. quare κηριώδης, vel, ut in Bas. legitur, κηρώδης, *qui ceram olet*, interpretor. Nec malè facit, qui κηρώδης legit, quamvis non sit ita molle, ac κηριώδης. Cerasus mense Majo florem emittit candidum, veluti prunus, copiosum, quodammodo racematim congestum, mediocris magnitudinis, quinque constantem foliolis, & aliquot staminibus mediis ferè concoloribus. Nam magis ad luteū vergunt.

Ὁ δὲ καρπὸς ἐρυθρὸς &c. Idem Athenæus. Διόσπυρον, vertunt, *Iovis flammam*, Quod verum esset, si legeretur διὸς πῦρ· διὸς πυρὸς, *Iovis frumentum* alii vertunt. Certè planta quæ Dioscoridi lib. 4. ἰσόπυρον dicitur, nomen accepit, non quod cum tritico aliquam habeat similitudinem, sed quod flos flammæ forma sit similis. Isopyron, ut lib. 7. dixi, ea est planta quam aquilinam vocant, cujus flos ita simul congestos apices habet, ut ignis flammam repræsentet. Sed vide cap. de Isopiro. Alii διόσπυρον milium solis esse volunt, quod Auctuarii Auctor lithospermum sic vocari tradat. οἱ δὲ ταυτελίης· οἱ δὲ διόσπυρον. Interpres in margine annotat, *Theophrastus & Plinius* διόσπυρον, *quasi Iovis triticum.* Nescio, quam cum lithospermo, etiam maximo, similitudinem habeat cerasus. Color omnino dissimilis: lithospermo albus, vel ex cyaneo albus, ruber, cerosus, & diospyros, ut tradit Theophrastus. Magnitudine etiam multum differunt. Nucleus cerasi ipso majori (quod an lithospermum dubitatur, & adhuc sub judice lis hęret) lithospermo major. Nec forma convenit: rotundū cerasum, lithospermum rotundū quidem, sed in acutū definens. διόσπυρος, cujus hic mentio, inter sylvestres arbores à Galeno Lib. 2. aliment. facult. cap. 38. numeratur. Sed non διόσπυρον sed διόσφυρον cum φ scribitur. καὶ μεμαίκυλα καὶ ζίζυφα, καὶ διόσφυρα καὶ ἀλυκάκαβα &c.

Non

Non dubito, quin idem cum diospyro Theophrasti sit, sed corruptus codex Galeni, nisi placeat, recentiores aspirata cum litera scripsisse, secus quam veteres. Alii quoddam cerasi genus putant diospyron, horum opinionem infra examinabo. De diospyro plura cap. de loto. Ego Græcam servare malo vocem, quam mala interpretatione uti. Illud notandum, quod ait, cerasi nucleum mollem. Nullum genus cerasi hactenus vidi, cujus nucleus mollis dici mereatur. Volunt respectu diospyri mollem esse, & quidem duracinum cerasum diospyron Theophrasti. Nunquam Theophrastus pejus genus describere, & optimo, nisi urgeat necessitas, comparare solet. sed de duracino mox plura. Athænei sententia est, vulgatam cerasum, cratægum Theophrasti esse. Hanc opinionem cap. de cratægo examinabimus.

Φύτευε &c. Geopon. auctor lib. 10. χαίρει δὲ τοῦτο τὸ φυτὸν ψυχροῖς καὶ νοτεροῖς τόποις *gaudet autem hæc planta frigidis & humidis locis.* Fructus optimos præbet in hortis, vel in solo pingui. Sed hoc fortassis accidit propter insitionem, qua maximè gaudet. Geoponic. auctor. χαίρει δὲ μάλιστα τῷ ἐγκεντρισμῷ, καὶ οὐκ ἄν ποτε καλὸν ἔδε γλυκὸν δῴη τὸν καρπὸν ἡ μηλέα, ἐὰν μὴ ἐγκεντρισθῇ. *Maximè vero insitione delectatur, neque unquam bonum aut dulcem fructum dabit, si non fuerit alteri arbori insita.* Multis arboribus inseritur arbor cerasus, lauro, platano pruno, populo. &c.

> *Inseritur Lauro cerasus, partúque coacto*
> *Tingit adoptivus virginis ora pudor.*
> *Vmbrantes platanos, & iniquam robore prunum*
> *Compellit geminis pingere gemma suis.*
> *Populeasque novo distinguit munere frondes,*
> *Sic blandus spargit brachia cana rubor.*

Unum genus cerasi novisse videtur Theophrastus, nisi placeat, diospyron genus cerasi alterum. Plinius octo genera cerasorum suo ævo fuisse docet. *Aproniana,* inquit, *maximè rubent.* Nostrates **Moerellen & Amozellen** vocant. Horum arbor humilior, ac tenuior multò quam sylvestris, caudices tenuiores, cortex asperior, non minus tamen officiosus. Folia similia quidem, sed minora: flores haud dissimiles, at fructus, hoc est cerasũ, rotundius, carnosius, plus succi habens, sapore vinoso acidulũ, brevi pediculo & carne mediocriter dura donatum, colore communiter rubro, intenso, aliquantulum nigricante. Reperitur genus quoddam quasi albidum, sed hoc rarius. Est in hoc genere nonnulla varietas. Quæ in alias ejusdem generis insitæ sunt, magna admodum cerasa, ex brevibus pediculis dependentia, gignunt; quæ verò in sylvestrem inseruntur cerasum, cerasa ferunt minora, longioribusque hærent pediculis. *Nigerrima sunt actia.* Nostrastes, **Kriecken** vocant. Fructus subdulcis, colore nigro inficiens manus, labia, palatum. *corbine* Gallis dicuntur, quod corvorum modo nigricent. *Cæciliana verò & rotunda.* Genus cerasi rotundius nostrates **Kersen** solent nuncupare, & cum epitetho **Wuelse Kersen.** Harum fructus rotundus, magnus, colore diluto, rubro, sapore ex acido dulci. *Iulianis gratus sapor, sed penè tantum sub arbore sua, adeò teneris, ut gestatum non tolerent.* Hoc genus apud nos nomen nullum habet, nec reperiri scio. Mathiolus in Hetruria *acquajole* vulgò dici, minimique haberi ait, quia ob aquæ redundantiam insipida sunt, orique ingrata. Sed quomodo iis gratus inest sapor, ut tradit Plinius, si insipida sunt, orique ingrata? Doctiss. à Porta Iuliana Neapolitanis cerasa *canuamele* dici auctor est. Hæc Iunii fine maturantur, vel Iulii initio, ideoque Iuliana dici tradit. *Dulci, inquit, sapore, melleo, ac plurimo succo prædita sunt; adeoque mollia, ut non solum gestatum non tolerent, sed vix parumper manibus pertractari liceat, quin celeriùs marcescant.* Apud nos non reperitur genus hoc. *Principatus duracinis,* (in antiquo exemplari Veneto duricianis) *quæ Pliniana Campania appellat, in Belgica verò Lusitanis* (Scribo. in Belgio verò Lusitana, subintellige, appellantur) *In ripis etiam Rheni: tertius iis colore nigro ac rubenti, viridique, similis maturescentibus.* Reperiuntur qui hæc non conjunctim sed separatim malunt legere, & quæ *Pliniana Campania* appellat &c. Separatim si legas, plusquam decem habebis genera cerasorum, Plinius tamen de octo se acturum promittit. Ergo conjunctim, & cum præcedentibus annexa, legi debent. Duracina à duriore dicuntur carne, sic duracinæ uvæ, duracina persica, quod pulpa sunt duriore. His principatum dat Plinius, statuunt diospyra esse Theophrasti & nomen illud impositum, quod cæteris præstent. (Sic διὸς βάλανος castanea vocatur, quod cæteris præstat glandibus. Euripidi διὸς γάλα lac excellentissimum.

> Καὶ τυρὸς αἰγὸς ἔξ, καὶ διὸς γάλα.

Diospyron fructum arboris sylvestris tradit Galenus: sylvestre verò cerasum principatũ non obtinet. Ergo διόσπυρος non est cerasum optimum, duracinum. De diospyro vide cap. de loto. Varro inquit esse colore duracina. De his ergo versus Ovidii intelligendus.

> *Quæque sibi vario distinguit poma colore,*
> *Audiat hæc cerasus stipes inanis erit.*

Diospyro color non est varius, sed ruber, ut cerasi. Diospyron itaque non est duracinum cerasum. Belgæ hodie **Spaensche Kriecken** vocant, id est cerasa Hispanica, Lusitanica. Colore sunt mixto ex nigro, viridi, rubentique, nec perfectè, albescentia ferè semper, ut maturescentibus similia videantur, Iunio mense, Iulioq; matura sunt, sæpissimè uno pediculo duo cerasa adhærent. Minus quinquenio est, quod prodiere quę vocant laurea, non ingratæ amaritudinis, insitæ lauro. Hoc genus planè mihi ignotum. Nec lauro inserta cerasus nascitur: moritur germen nimio lauri amarore. Laurocerasum, quam cerasum Trapezuntinam vocat Bellonius, cerasum à Plinio descriptam quidam arbitrantur. Huic fructus dulcis, & edulis, nulla amaritudine præditus. De qua vide cap. de loto. Sunt & Macedonicæ parvæ arboris, raroque tria cubita excedentis. Pumilam hanc vulgo cerasum vocant, Exigua, & fruticosa stirps est, raro ad tres cubitos ascendens. Folia cum aliarum forma conveniunt, sed omnino exigua sunt, fructus etiam parvuli, aliisque persimiles. In Bohemia & Tridentino reperitur agro, & minore etiamnum frutice chamæcerasi. In horto Stutgardiano cerasum pumilam, sesquicubitalem, fructu acidissimo, foliis quam in Austriaca à Clusio depicta majoribus & longioribus observavit Doctiss. & diligentiss. Bauhinus. Pergit Plin. *Inter prima, hoc colono gratiam annuam adfert, Septentrione frigidisque gaudet; siccatur etiam sole, conditurque, ut olivæ, cadis.* Inter prima, inquit, colono annuam gratiam ferre. Hinc quidam ingeniosè colligunt, cerasum dici, quasi **Keer-aes/** quod primum arboreum fœtum, post tristem hyemem mortalibus ostendat, & eo ipso nunciat, non verbis sed reapse, tempus alimentorum redire. **Keer** idem quod revertor, & reverti facio. **aes** alimenti omne genus notat. **Keeraes** ergo idem quod faciens reverti alimentum. Hoc obiter: Hodie tanta cerasorum reperitur varietas, quæ quotidie insitione & cultura augetur, ut vix dici possit. Sunt alia sativa, alia sylvestria. Sativa fructus forma, sapore, & colore variant. Sunt enim pomi figura turbinatiore, longiore, rotundiore, majore, minore, cordis etiam figura, pediculo breviore, longiore, singulis vel pluribus una coeuntibus; ita ut ex uno petiolo vel singula & quidem communiter, vel terna, vel quaterna, vel quina dependeant, vel in racemi modum coacerventur: colore albo, sed rarissimè, partim rubro, partim albicante, & quædam in maturitate parum rubent ex candido, quædam magis, quædam planè cerea: quæ primo insita sunt, nonnulla ex rubro rufescunt, nonnunquam in atrum vergunt: quædam nigra, alia nigerrima: nonnulla succo sanguineo, alia nigro, labia & manus inficiunt: sapore dulci, acido, austero, ex dulci & acido mixto: alia amaritudinis quid retinent, non tamen ingrata: sic quædam nimia sua dulcedine fastidium pariunt, nonnulla ob nimium acorẽ respuuntur; Non desunt, quę ob aquei succi redundantiam insipida sunt: similiter quædam carne sunt prædura, alia carne molliore, sive teneriore & aquosa constant: quibusdam caro pertinacius nucleo hæret, qui in aliis fragilior, & nucleo non insuavi; In flore etiam differentia observatur; reperiuntur enim flore roseo, & pleno, cùm vulgares simplicem ferant florem. Et hactenus de cerasis eorumque differentiis, ac varietate.

Ἀκτὴ apud Græcos latè sumitur. Significat littus, regionem maritimam, arborem, frugem, Cererem, donum, fructum. Procles ad hunc Hesiodi locum,

> — Τὸν γαῖα φέρει Δημήτερος ἀκτήν.
>
> *Quem terra fert Cereris munus.*

Δημήτερος δὲ ἀκτὴν ἐκάλεσεν οὐ μόνον τῶν ἰδίως λεγομένων δημητριακῶν οἷον πυρῶν καὶ κριθῶν ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων. τὴν γὰρ γῆν, ἀφ' ἧς οἱ καρποὶ πάντες, δημήτεραν ὠνόμαζον οἱ παλαιοί. Idem paulò infra, ἡ ἀκτὴ φασὶ δηλοῖ... σημαίνει δὲ τὸν καρπόν *Demetres acten vocavit; non solum ea quæ Cerealia, ut triticum & hordeum nuncupantur, sed etiam reliquarum plantarum fructum, terra enim è qua omnes fructus Demetran vocarunt antiqui — acte dixit in fœminino genere significat fructum.* Ioannes Tzetzes ad eundum locum δημήτερος ἀκτή.

 ἤτοι

ἤτοι τῆς γῆς τὸ δώρημα. δημήτηρ γὰρ ἡ γῆ δωρικῶς. οὗτοι γὰρ ἀντὶ τοῦ γ. δ τιθέασι· δνοφερὸν, γνοφερὸν, καὶ δημήτραν γημήτραν λέγοντες. ἀκτὶν ἀκτὶς θηλυκῶς, ἡ τοῦ ἡλίου (αὐγὴ,) καὶ ἀκτὴ ὁ αἰγιαλὸς λέγεται. τὸ δὲ δώρημα ὁ ἀκτὸς, τοῦ ἀκτοῦ, τῷ ἀκτῷ, τὸν ἀκτὸν, ἐκ τοῦ ἄγω, τὸ φέρω. *munus terræ, de neter enim terra Doricè. Hi enim pro γ. ponunt δ ut dnopheron, gnopheron, sic demetram gemetram vocantes actem. actis in fœminino genere, radius solis, in masculino, littus etiam munus, donum ὁ actos, in generandi casu hujus actou, dandi, huic acto, hunc actum in accusandi: ab ago, quod fero significat.* Botanicis ἀκτὴ vel ἀκτὶς sambucus. Auctuarii Auctor. ἀκτὴ οἱ δὲ δένδρον ἄρκτου, οἱ δὲ ἥμερον, ῥωμαῖοι σαμβοῦκουμ *Aliqui dendron arctu, hoc est arborem ursi, alii hemeron, quasi sativam; Romani sambucum nominant.* Sambucus, ut Hermolao placet, dicitur à sambuca, musico instrumento, quod alii pectida, alii magadin vocant. Eadem Ruellii sententia: *dictam puto arborem à sabuca musico instrumento, quod pectida, alii magadim vocant;* Sambuca porro ab auctore videtur appellata, cui nomen Sambyx fuerit, usam tamen ea primam omnium Sybillam perhibent. Quintus Serenus sabucum, metri credo gratia, vocat.

Conveniet tenera radix decocta sabuci,
Ingeminis calidi cyathis potanda Lyæi.

Græcis ἀκτὴ dicitur. Fortè à littore. Aquas enim, ut Theophrastus ait, amat. Ἀκτὴ Græcis littus, ἀπὸ τοῦ ἄγω *frango*, quod undæ littoribus allisæ frangantur. Hesych. ἀκτὴ ὁ αἰγιαλὸς τόπος· καὶ ὁ παραθαλάσσιος τόπος. παρὰ τὸ προσαγνύσθαι αὐτῷ τὰ κύματα ὅ ἐστι ῥήγνυσθαι, καὶ καταγνύσθαι. *littus, maritimus locus, quod ei allisæ undæ frangantur, hoc est rumpantur & fundãtur* Sambucus à contrario ἀκτὴ dicta esse potest: quod non facilè à ventis, propter flexibilitatem frangatur. Vel ab ἄγω, quod facilè ob eandem flexibilitatem ducatur. Quare tectis idoneam tradit Theophrastus lib. 5. hodieque ad septa hortorum utimur. Unum genus novit Theophrastus quod luculenter describit. Duo Dioscorides, quorum prius ἀκτὴ vel ἀκτὶς, alterum χαμαιάκτη vocatur, id est *humilis sambucus*, quod parvus fruticulus maneat, nec altè assurgat. Latinis ebulus dicitur, quod ebullientes & effervescentes humores per alvum educat. Plin. lib. 24. cap. 8. helion vocari tradit.

Sambucus L. ap. 193.



Sambucus habet alterum genus magis sylvestre quod Græci chamæacten, alii helion vocant. In antiquo codice Hellon legitur. Vera lectio Helios, id est palustris, quoniã in pinguibus & uliginosis locis nascitur. Auctuarii auctor. οἱ δὲ ἑλειοσάκτη, οἱ δὲ ἀγρία ἀκτὴ, οἱ δὲ εὐβοϊκὴ, ῥωμαῖοι ἔβουλουμ. *à nonnullis heliosacte, id est palustris sambucus vocatur. Alii agriam, id est sylvestrem sambucum nuncupant. Quidam euboicen appellant, Romanis ebulus dicitur.* Recentiores Græci utramque sambucum κουφοξυλαίαν vocarunt. quod lignum haberet leve & inane. Myrepsus sect. 3. de unguentis cap. 86. in unguento lieni accommodato. μαράθρου, σελίνου καὶ κουφοξυλαίας malè scribitur χυφοξυλείας. Interpres *ligni limaturam* vertit. Quam quidem dictionem, inquit, aliter interpretari non possum, nisi pro tenuibus ac levibus assulis è ligno lima aut dolabra detracta. Κουφοξυλαία, ut dixi, ebulum vel sambucũ significat. Nicomedes Iatrosophista ἀκτὴ ἡ κουφοξυλαία, ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα ἡ λεγομένη χαμαιακτία, ἤγουν ἐλλεβόρειον. *acte, quæ & couphoxylaria. Est, & altera quæ chamæacte dicitur.* Idem ἀκτὶς ἡ κουφοξυλαία ἡ δενδρῖτις, *actis quæ & couphoxylaia, & dendritis.* Neophytus κάνωπον, τὸ τῆς χαμαιάκτης ἤγουν, κουφοξυλαίας ἄνθος. Vide infra, ubi de flore agitur. Vides utramq; vocari couphoxylian. Apud Myrepsum perinde videtur, utrum ebulum an sambucum vertas. Nam utrique eadem vis. Diosc. lib. 4. cap. 175. δύναμις δὲ ἡ αὐτὴ ἀμφοτέραις καὶ χρῆσις *Eadem utrique vis & usus.* Illud indagandum, quod Nicomedes ἐλλεβόρειον vocari scribat. Nec videtur corruptus codex. Nam apud Neophytum legitur. μικρὰ κουφοξυλαία, ἡ καὶ ἐλλεβορίς. *parva couphoxylaia, id est ebulus, quæ & elleboris dicitur.* Idem in glossis veteribus, ebulum ἐλλέβορος. Doctissimorum opinio est ἔβουλον, pro ebulo dixisse, quod postea alii ἐλλέβορον, nos ἐλλέβορον vel ἐλλεβορίς, vel ἐλλεβόρειον, hanc plantam ita dictam recentiores arbitantur, quod purgandi, ac humores educendi vim validam habeat, haud aliter ac helleborus. Diosc. loco citato, ξηραντικὴ δὲ ὑδραγωγὸς, κακοστόμαχος μέν τι. ἑψόμενα δὲ τὰ φύλλα ὡς λάχανα καθαίρει φλέγμα καὶ χολήν. καὶ οἱ καυλοὶ δὲ ἁπαλοὶ ἐν λοπάδι ἑψηθέντες, τὰ αὐτὰ ποιοῦσιν &c. *exsiccans nimirum & aquas alvo detrahens. at stomachum offendunt. folia olerum modo cocta, pituitam, bilemque purgant. sed & caules teneri in patinis cocti, eadem præstant.* Recentiorum experimento constat, ebulum eximiam & validam purgandi per alvum vim habere; efficacissimasque esse radices, quod Græcis recentioribus non videtur fuisse incognitum. Notandus glossarum auctor, quod ebulum interpretatur ἄγχουσαν, & ἐρείκην; cum nihil similitudinis ebulo sit cum anchusa & erica, vires planè dissimiles. Sed quid impedit dicamus, Neophyti & Nicomedis codicem corruptum, ac legendum, ἔβουλον. Certum est Græcos recentiores hac voce usos, Glossarum auctorem nihil moror; apud me nullius hic pretii, in re herbaria imperitissimus. Ἐβούλῳ voce Græcos recentiores usos, ex Diocle Hippiatro probatur. Hic lib. 1. cap. 33. ἐβούλω ἣν ἔλληνες χαμαιάκτην ὀνομάζουσι. Non valde magna mutatio ἔβουλον in ἐλλέβορον, quod imperiti rei herbariæ culpa facilè accidisse potest. Sed præstat vulgatam servare, maximè, cum nominis causam invenire non sit difficile; nempe quod hellebori modo purgat. Ἐλλεβόρειον & ἐλλεβορὶς dixerunt, quod minori purgandi vehementia polleat quam elleborus. Idem Nicodemus δενδρῖτιν vocari scribit sambucum; pro quo apud auctuarii auctorem scriptum est, δένδρον ἄρκτου. Magis placet Nicodemi lectio. Nam apud Galenum sambucus δενδρώδης dicitur; ἀκτὴ (ita scribitur) ἥτε μεγάλη καὶ δενδρώδης, ἥ τε βοτανώδης ἑτέρα, ἣν περ δὴ καὶ χαμαιάκτην ὀνομάζουσι. *acte tum magna illa & arborea, tum herbacea, quam & chameacten Græci vocant.* Hoc de generibus sambuci, ex antiquorum placitis, Dicendum restat, Plinium chameacten ab ebulo malè separare, & genus sambuci sylvestre tradere cum χαμαιάκτη & ἀγρία ἀκτὴ, & ebulum eadem planta. Sed hoc usitatum Plinio, ejusdem generis Græcam & Latinam appellationem pro diverso ponere, consuetus hic illi, & solemnis error. Sãbuci hęc genera observarũt recẽtiores. 1. sambucus fructu in umbella nigro. 2. sambucus fructu in umbella viridi. Variat hæc baccis viridibus, in aliis albis vel ex albo florescentibus. 3. sambucus racemosa rubra. 4. sambucus laciniato folio. 5. sambucus humilis sive ebulus. 6. sambucus humilis sive ebulus folio laciniato. His adjungunt sambucum aquaticum flore simplici, quam quidam opulum Columellæ scribunt, cum nullam cùm corno similitudinem habeat. Rectius alii ad aceris classem referunt. Reperitur flore pleno, vocaturque sambucus aquatica rosea. floribus est conglobatis, & communiter albis, rarius purpurei coloris. Sambucum nemini in Belgio ignotum arbitor. quapropter quo pacto, quo in loco, & quo tempore gignatur, multis exponere non laboro, cum omnibus quæ sit sambuci facies constet. Quæ tamen veteres de sambuco ebuloque tradiderint, examinabo.

Locis aquosis & umbrosis nasci ait. Plinius in montibus provenire scribit, lib. 16. cap. 18. *Non temere in montibus visæ sunt prunus, punicæ, oleastri, juglans, morus, sambuci.* Humidis lætatur sambucus, ac opacis; tamen & alibi provenit, ut in hortorum, agrorum, pratorumque sepimentis. Vix inter omnes arbores aliam quamcunque reperies vulgatiorem, & quæ adeo sine ullo negotio, & plerumque

plerumque humidis ac tenebrosis locis juxta muros, sæpes, aliosque incultos loco, nascatur atque sambucus. Sed cur non temerè has in montibus videri scribit Plinius? Causa videtur, quod sambucus in montibus nata racemosa est; cui enim racemosus fructus, montana est.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς μὴ τοιούτοις. In Ald. & Bas. Cod. particula negativa μὴ non habetur. Experientia in aliis etiam, quam aquosis & tenebrosis, nasci docet locis.

Τῶν δὲ παλαιῶν πάχος τῶν γεράνδρυων ὅσον περικεφαλαίας. Theod. *Caudici craßitudo modo galeæ.* περικεφαλαίαν galeam exponit, γεράνδρυον omittit. γεράνδρυον arbor annosa, *vetus lignum*. Hesych. γεράνδρυες αἱ παλαιαὶ δρύες, καὶ τὰ παλαιὰ δένδρα γεράνδρυα *gerandryes, veteres quercus, arbores antiquæ & annosæ gerandrya vocantur.* Hoc sensu Theophrastus eadem voce utitur non tantùm hoc capite, sed etiam lib. 2. cap. 8. διὸ καὶ ὅλως ἢ γεράνδρυον, ὅλως κόπτουσι Plinius lib. 17. cap. 26. *Reciduntur veteres totæ, atque rursus à stolone aliquo modo resurgunt.* Vide cap. ult. hujus lib. 3. περικεφάλαια *trabes in navium prora super carinam positæ.* Pollux lib. 1. τὸ δὲ μεταξὺ τῆς ἐμβόλου καὶ τῆς ἀκροστολίου ὁ στόλος ἐστὶν ὑπὲρ τὴν στεῖραν ὃς καὶ περικεφάλαια καλεῖται. *quod inter rostrum & lignum eminens ad proram cui rostrum affigitur, quo impetum faciunt in hostium classes, medium est super carinam; stolos vocatur, dicitur etiam pericephalaia.* Huic comparat Theophrastus sambuci veteris caudicem, non galeæ, quod περικεφαλαίαν significare, negari non potest. Ineptum foret, galeam & caudicē comparare. Verba Theophrasti expone caudicum veterum crassitudo, quæ trabis in navium prora super carinam positæ. Quod sequitur, corticem esse lævem, cave id de caudicis cortice intelligas; hic scaber ac rimosus est: de ramulorum accipe cortice, qui aliquantum lævis, tenuis: sed hoc de altero præstat capere viridi.

Τὸ δὲ ξύλον &c. Plin. lib. 16. cap. 39. *Et sambuci interiora mirè firma traduntur; nam qui venabula ex eo faciunt, præferunt omnibus, constat enim cute & ossibus.* Idem cap. sequenti, *lentißima autem & ideo scutis faciendis aptißima, quorum plaga se contrahit protinus, cluditque suum vulnus, & ob id contumacius transmittit ferrum. in quo sunt genere fici, salix, tilia, betula, sambucus, populus utraque. &c.* Si lentissima, quomodo firmissima? falsum est, cute & osse constare. Æquè veritati contrarium, venabula ex ea fieri, De corno ea Theophrastus lib. 3. cap. 12. tradit. Plurimùm medullæ sambucus habet, quod ipse Plinius lib. 16. c. 25. fatetur. Præterea parùm feliciter vertit, *constare ex cute & oßibus.* Vide caput de corno. Theophrastus densitate & firmitate cornibus similem tradit, ideoque solidam.

Ἐντεριώνην δὲ &c. Supra lib. 1. cap. 9. negavit medullam habere: cum tamen nulla arbor reperiatur, quæ plus in ramis medullæ habeat. Sed illud quomodo exponi debeat, mox dicam: Propter mollem medullam virgas concavas fieri, tradit. Quadantenus cavas fieri, tradit Dioscorides, ἀκτῆ διττή ἐστι, ἡ μὲν γάρ τις ἐστὶ δενδρώδης κλάδους καλαμοειδεῖς ἔχουσα, στρογγύλους, ὑποκοίλους, ὑπολεύκους, εὐμήκεις. *sambuci duo genera, ac unum quidem in arborem assurgit, surculos spargens arundinaceos, teretes, quadantenus cavos, candicantes, prolongos.* Sambucus subinde ad mediocris arboris magnitudinem ascendit, ramosque latè effundit; quandoque humilis & fruticosa manet. Caudex plurima parte lignosus, parum admodum medullæ intus habens: (cum ergo supra Theophrastus dixit, medulla carere, de caudice intelligi debet) at rami & præsertim juniores, geniculis articulati, medullam multam, crassam, mollem, interius recondunt, ac lignosi minùs habent: cortex caudicum scaber ac rimosus, cineritio colore sordescit. ramulorum non omnino levis. (de cortice ergo ramulorum verba Theophrasti accipienda.) colore ferè assimilis, sed magis ruffus, qui quidem exterior; subest enim huic & alius ligno vicinior, virens. Ligni materies dura, solidaque, sufflavescens, findi facilis. Porrò sambuci surculi non sunt cavi, ut ὑποκοίλους vertunt, sed laxa medulla pleni; quo nomine ὑποκοίλους, id est subcavos, aliquantum cavos, eos dixit Dioscorides.

Φύλλον. In delineatione folia hæc considerabimus. quod comparet lauro. Diosc. verò juglandi similia faciat; τὰ φύλλα γ᾽ ἢ δ᾽ (in Altero cod. φύλλα δ᾽ ἢ ε᾽ ἢ ς᾽ ἢ ἑπτὰ; pro quo scribo, τὰ φύλλα δὲ ἢ ἑπτὰ) ἐκ διαστημάτων περὶ τὴν ῥάβδον, καρύῳ βασιλικῷ ὅμοια βαρύοσμα τε καὶ τμητικώτερα; *folia terna quaternaque (in Altero codice folia quatuor, quinque, sex & septem. lege folia quaterna, quina, vel septena) ex intervallis, circa virgas exeunt, nucis juglandis foliorum similitudine, graveolentia, magisque incisa:* Lacuna ex veteri codice legit, βαρύοσμα δὲ καὶ πικρότερα, id est, *graveolentia & amariora.* Oribas. legit μακρότερα, *majora.* In Catacur. codice μικρότερα scribitur. Non sunt amariora, aut majora, quam juglandis, sed minora. Quare Catacureni lectio, si vulgata non præstet, magis approbanda. Cæterum γ᾽ ἢ δ᾽ non legit idem Oribasius. Folia ex pluribus ad unum medium pediculum, quinis, senisve, interdum septenis, rarissimè octenis cohærent, veluti juglandis, sed singulis minoribus, ambitu serratis, & graveolentibus. Meliori ergo usus descriptione Dioscorides, quam Theophrastus, χαραχμὸν in Ald. & Bas. σπαρασμὸν legitur. Omnino, inquit, legendum χαρασμὸν. Extra controversiam, ita legendum esse, si vulgatam sambucum describat. Sed tamen cùm reperiatur sambuci genus, cui fissa & multùm laciniosa sunt folia, antiquam lectionem servandam cuipiam videbitur. Sed hujus folia non sunt laurinis rotundiora, immò nullam nisi fortè quo ad colorem, cum lauro similitudinem habent. malè in eisdem περὶ ἢ ἄμιχον legitur. Rectè Theod. φυλλοροεῖ δὲ τοῦτο ἅμα ὅλον, *defluit id totum simul.* Totam periodum in hunc sensum verte: *folium singulatim exit, molle, oblongum, veluti lauri latifoliæ, sed majus, latius, rotundiusque à medio & inferiore parte, suprema autem in acutum contractius, in ambitu serratum. totum autem circa pediculum crassum, nervosumque, veluti ramulum pendet. foliorum alia, hinc alia inde geniculatim conjugatimque adhærent, à sese distantia, uno ex pedicali fastigio exeunte, subruffa, mediocriter mollia laxa,* (non placet fungosa vel inania reddere, quia sequitur σαρκώδη. talia non solent esse fungosa, nisi fungosa carne placet constare sambuci folia) *& carnosa, defluit id totum simul, quare id totum unum folium esse meritò putaveris.*

Τὸ δὲ ἄνθος δ᾽. In Aldino & Basil. Cod. ἀντὶ μικρῶν λευκῶν, μικρῶν λευκῶν legitur. Sed hanc si servare placet lectionem, verte, *flos albus, ex multis parvis candidis constans, specie favi, pediculi divisi surculis insidet.* Graphicè describit umbellam Dioscorides. ἐπ᾽ ἄκρων δὲ τῶν κλάδων ἢ τῶν καυλῶν σκιάδια περιφερῆ, ἔχοντα ἄνθη λευκά: *summis autem surculis cauliculisve umbellæ sunt, circinatæ rotunditatis, in quibus flores candidi.* τὸ ἄνθος κηριώδης, ait. Non infrequens Theophrasto in plantarum descriptione, favis comparare flores, constantes ex multis minutioribus; item fructus ex multis quasi baccis racematim compositos. Sorborum fructus postquam racemis similes provenire supra cap. 12. tradidit, addit. πολλὰ ἀπὸ τῆς αὐτῆς κορύνης, ὥστε εἶναι καθάπερ κηρίον. Lib. 4. fabam Ægyptiam scribit habere διαφύσεις ἰδίας δι᾽ ὅλου διειλημμένας, ὁμοίας τοῖς κηρίοις. Eodem simili usus Herodotus lib. 2. in plantæ cujusdam descriptione. ὁ καρπὸς γίνεται κηρίῳ σφηκῶν ἰδίῳ ὁμοιότατος. Fructus floresve ex multis constantes minutioribus, favis comparare veteres, ut dixi, solent. τὸ κηρίον, ut Divus Chrysostomus scribit; ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων σχημάτων ἀπαρτίζεται. *cerion, id est, favus, ex multis variisque conficitur figuris.* Odorem, inquit, habere subgravem, (malè in Ald. & Bas. ἐπὶ βαρεῖαν legitur) ad instar λειρίου. *lilii.* De lilio & λειρίῳ vide lib. 6. Sambucus flores profert Majo mense, in latis laxisq; umbellis, & copiosos ac frequētes, ac uno quidē eoque grandiusculo pediculo subnixos, albidos & odoratos cum gravitate quadam. Supra florem sambuci, & ebuli canopon vocari dixi, ex auctoritate Neophyti. Non infima tantum Græcia sic vocavit sambuci florem, sed etiam medio Græciæ ævo nomen illud obtinuit. Ægineta lib. 7. ubi ait κάνωπον. τὸ τῆς ἀκτῆς ἄνθος ἐστὶ, περὶ οὗ λέλεκται.

Ἔχει δὲ καὶ τὸν καρπὸν &c. Non uno mendo laborat codex. Scribe βοτρυώδης γίνεται cum Rob. Constantino. Eleganter alioquin satis describit fructum. Idem ferè Dioscorides tradit, καρπὸν δὲ ἐοικότα τερμίνθῳ, ἐν τῷ μέλανι ὑποπόρφυρον, βοτρυώδη, πολύχυλον, οἰνώδη: *tandemque fructus terebinthino similis, ex nigro purpurascens, racemosus, succosus, vinosusque*, Racemosus ferè fructus, id est racemi instar in umbella dependere, nemini non constat. Maturum, inquit, esse nigrum, Dioscorides ex nigro purpurascentem; quales revera sunt. Alibi dixi, vocem μέλαν latè à Botanicis sumi, ac non rarò pro purpurascente, purpureoque colore. Ante maturitatem, inquit, esse ὀμφακώδη, *omphaceum* vertunt. Dic uvæ acerbæ ac nondum maturæ colore. huic color viridis, talis etiam ante maturitatem sambuco. Magnitudine ait esse orobi; terebinthi Dioscorides; quod perinde, nec multum differens. Quæ sequuntur corrupta admodum in Ald. & Bas. cod. leguntur. τὴν ὑγρασίαν δὲ οἰνώδη τῇ ὄψει. καὶ τὰς χεῖρας δὲ τελέως αἰσθάνεσθαι δὲ καὶ τὰς κεφαλάς. Rob. Constantinus hunc locū correxit, ut in Lugdunensi Batava editione extat. Vide utrumne legas, τὴν ὑγρασίαν δὲ οἰνώδη τῇ ὄψει καρπὸς τέλειος ἀνίησι, τὰς χεῖρας ἀποβάπτουσαν, καὶ τὰς κεφαλάς. *Humorem aspectu vel specie vinosum maturus fructus reddit, manus & capillum tingens.* Apud antiquissimos maximo in honore erat sam-

bucus ebulusque, quod baccas ferrent sanguineo tingentes colore: nam ante inventum minium, & excogitatam coloris ejus rationem, qui studiosius ac paulò superstitiosius eos colerent non ante accedebant ad aras & sacrificium, quam rubente quodam nativo colore, qualis in anchusa, moro, sambuco, ebulo, faciem colorassent; quasi pacari numen, sine coloris rubri lenocinio, non posset. Hunc morem apud priscas gentes fuisse, testis Verrius, auctor antiquus satis, cujus auctoritati cedere necesse est. Hic ait gentes Iovis simulachri faciem diebus festis inunxisse; addit, à censoribus inprimis miniandum Iovem locari institutum fuisse. Verùm non fuit hic Romanis mos, nisi aucta Urbis majestate, & cum jam minium in pretio ac honore haberetur. Rudi verò adhuc seculo, & in mundi primordiis, nativis herbarum & pomorum coloribus, ad eandem religionem usi sunt. Quod in Bucolicis eclog. 10. lepidiss. Poëta indicavit, canens, ad lamentandos Galli amores, venisse Pana Arcadiæ Deum, quem viderat ipse sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem, quod sine dubio ex quotidiano divinarum imaginum in templis spectaculo, ab ipso fictum est.

> *Pan Deus Arcadiæ venit: quem vidimus ipsi,*
> *Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem.*

Miror Dioscoridem scribere; μελαίνει δὲ τὰς τρίχας ἐγχριόμενος, *denigrat & capillos inunctus*: cum sambuci baccarum succus saturo rubro colore rubeat. Fortè latè sumpsit vocē μελαίνει, quod ex rubro nigrescant capilli. Constat ergo, veteres baccis sambuci tinxisse, Cur vero faciem hoc colore imbuerint, diximus. *Intus contineri sesamo simile* ait. In baccis sambuci semina parva, plana, oblongioris formæ. Utrum sesamo similia, affirmare nequeo, quia non constat, quæ planta sesamum. Cæterùm non omnis sambuci fructus nigricat, Nam reperitur sambuci genus, cui baccæ maturæ ex candido luteæ sunt. Hoc non omittendum, non rarò veterum harum arborum aut fruticum caudicibus, gummi quoddam adnasci, molle, nigricans, tenue, membranosumque, hominis auriculam quodammodo referens; quod ablatum resiccatumque contrahitur, ac durescit. Iudæ auriculam officinæ vocant.

De ebulo hæc tradit Dioscorides τὸ δὲ ἕτερον αὐτῆς χαμαιακτὴ καλεῖται. αὕτη χαμαιπετὴς ἐστι, ἐλάσσων ἰσὶ, καὶ βοτανώδεστέρα, καυλὸν ἔχουσα τετράγωνον, καὶ πολυγόνατον. τὰ δὲ φύλλα ἐκ διαστημάτων ἀεὶ ἕκαστον γόνυ περιεσφιγμένα, ὅμοια ἀμυγδαλῇ, κεχαραγμένα δὲ κύκλῳ, καὶ μακρότερα, βαρύοσμα. σκιάδιον δὲ ἐπ' ἄκρῳ ὅμοιον τῇ ἑτέρᾳ αὐτῆς ἔχουσα, & ἄνθος, καὶ καρπόν. ῥίζα δὲ ὑπεστι μακρὰ δακτύλου πάχος. *Alterum genus ebuli Græcis chamæacte vocatur, idque humilius, ac longè brevius, & ad genus herbaceum propius accedens, caule quadrangulo, crebris distincto geniculis, foliis per intervalla circa singula genicula utrimque expansis, iisque amygdalinis, at in ambitu serratis, longioribusque & gravi odore. In cacumine vero umbella, flore ac fructu sambuci. Radice nititur longa, crassitudine digitali.* Ebulum satis graphicè delineat Dodonæus. Ebulus foliis muscario, fructuque sambuco persimilis est. sed caudicem non facit lignosum, caules tantummodo herbaceos profert, hybernis mensibus contabescentes. Angulosi hi sunt, ac frequentibus articulis geniculati, sambuci novelli ramulis ac propaginibus respondentes, folia ex intervallis geminata, ampla, ac veluti sambuci: ex pluribus ad crassum & nervosum pediculum commissis coalescunt, quorum singula oblonga sunt, lata, & margine serrato, amygdalinis ampliora, majoraque. flores in umbellis candidi, fructus ac acini subrotundi, & rutilo colore nigricantes. Columel. lib. 10. *Et rutilas ebuli creat uvida baccas. In his semina parva, oblonga radix, longa digitalis crassitudinis, minimè lignosa.* Dubitant an ebulum Plinius lib. 27. cap. 7. actææ nomine descripserit. *Actæa*, inquit, *gravi foliorum odore, caulibus asperis (angulosis* scribendum contendunt, quomodo in veteri codice scribi, in margine notat Dalecampius noster, tamē Venetus vulgatam servat) *geniculatis, semine nigro, ut ederæ, baccis mollibus; nascitur in opacis & asperis, aquosisque: datur acetabulo pleno interioribus fœminarum morbis.* Apud Æginetam lib. 3. cap. 48. fit mentio ἀκτῆς, præscribiturque ad hydropem. Interpretes *ebulum*, & *sambucum* vertunt, quod diminitivum ab ἀκτὴ videatur, ebulusque ac sambucus ad hydropem valeant. ποτιζέσθω δὲ αὐτοὺς καθέψοντας τὴν ῥίζαν ἐν οἴνῳ. vertunt, *jus radicis ebuli decocti in vinopotui datur.* Plinium bis de una eademque planta tanquam diversa, nomine diverso agere constat. Si pro *asperis angulosis* legi liceat, non damnabo eos qui actæam & ebulum eandem docent plantam. Pro nigris baccis accipe nigricantes.

Ἰτέα Græcis dicitur, παρὰ τὸ ἰέναι, ταχέως γὰρ αὔξεται, *quod citò crescat in altum.* Latini salicem vocant, à saliendo, quod ea celeriter crescat, ut salire videatur. Hanc Verrii opinionem Festus Pompejus ridet, damnatque, minùs severa, & Grammaticali censura. Arbor hæc à Thuriis αἰγίλωψ vocata est. Hesychius αἰγίλωψ ὕφη· ἡ πίτεα, καὶ πόλις, καὶ ἰτέα ὑπὸ Θηραίων. Apud Apollonium Rhodium lib. 4. salicem vocari video ἱερὸν πτόρθος. *sacrum ramum.* cum Theophrastus Homerus, Plinius, *frugiperdā* ὠλεσίκαρπον vocent.

Aquaticam plantam ait esse; quod variis in locis tradidit Geopon. auctor. ἡ ἰτέα χαίρει γῇ τελματώδει καὶ ὑδατώδει. ἀέρι δὲ ὑγρῷ. *Salix limosa & cœnosa terra gaudet, aere autem humido & frigido.* hinc apud Poëtam secundo Georg.

> *Fluminibus salices, crassisque paludibus alni.*

Theophrast. tamen lib. 1. cap. 7. ancipitem vitam agere scribit, & lib. 3. cap. 4. in planis provenire. Quod probat etiam Columella lib. 4. cap. 30. *salicem vel riguus ager, vel uliginosus optimè, nec incommodè tamen alit planus, & pinguis, atque is debet converti bipalio, (ita enim præcipiunt veteres) in duos pedes & semissem salicto destinatum solum.* Sed nullum video solum spernere salicem: nascitur in umbrosis, udosis, frutetis, nemoribus, arenosis, montanis, pinguibus, siccis, circa hortos, vineas, agros, aquarum ripas, & rusticas casas. Sed pro soli cœlique varietate multùm variat. Nam in locis nostris arenosis, quæ Duynen vocantur, ad sesquipedē rarò assurgit. Contrà locis pinguibus magna & procera evadit arbor. Salicem tamen quæ locis arenosis nasci solet, etiā si in hortos transferatur, locisq; ponatur pinguibus, nondum sex pedes superasse observavi; imo rarò ad trium pedum altitudinem ascendit. Cur salix non nisi locis aquosis ponenda sit, docet Columella lib. 5. cap. 6. *Sed salix*, inquit, *nisi in aquosis locis, ubi aliæ arbores difficulter comprehendunt, ponenda non est, quia vini saporem infestat.*

Πολυειδῆς &c. Multigenam esse tradit, triaque ejus genera recenset album, nigrum, & parvum. Tria genera, Columella facit sed de viminea sola eo loco agit: Græcā, Gallicam, & sabinam salicem. Plura recenset Plinius, sed tamen tria tandem genera statuit. Recentiores multò plura observarunt ac quidē viginti quinque. 1. Salix vulgaris arborescens, ex qua pali ad vitium pedamenta, & stipites ad sepes firmandas fiunt, 2. Salix vulgaris nigricans, folio non serrato. 3. Vulgaris rubens. Ex hac vincula, quibus in aqua maceratis vites & doliorum circuli vinciuntur, & alteri cortex magis rubet, alteri nigricat. 4. Salix sativa, luteo folio, crenato. 5. Salix folio amygdalino, utrinque virente, aurito. μελανόφλοιος, id est, *cortice nigro.* Theophrastus. Hæc virgas tenues præbet, ad corbes, sportas, fiscinas, & similia conficienda; huic peculiare, quod singulorum foliorum exortibus alæ duæ adpositæ sunt. 6. Salix folio longissimo, angustissimo, utrinque albido. 7. Salix humilis, angusti-folia. 8. Oblongo, incano, acuto folio. 9. Fragilis, ad ligamenta planè inutilis, vulgo cortice albo, nonnunquam rubro: vitricem vocant, quod vitri instar frangatur. 10. foliis glaucis, & per ambitum hirsutis. 11. Humilis, capitulo squamoso, sæpè foliis vesicæ subrubentes, & surculis pilulæ quædam scabre, non absimiles iis, quas pro styracis fructu venditant Pharmacopolę, insident; verno tempore odoratissimum emittit florem. Hanc quidam Helicen Theophrasti putant, de qua mox plura. 12. Latifolia rotunda. hujus carbo citissimè ignem concipit, quare ex ejus cinere, sulphure, & aphronito pulvis tormentarius conficitur: hujus carbonibus pictores ad delineanda opera utuntur. 13. Salix folio ex rotunditate acuminato. 14. Latifolia minor. 15. Salix subrotundo argenteo folio. 16. Salix marina ostrearum testis innascens. Hęc ad muscorum, fucorumque maritimorum classem referenda videtur. 17. humilis latifolia erecta, 18. latifolia repens. 19. Alpina pumila rotundifolia; repens, infernè subcinerea. 20. Salix pumila, foliis utrimq; candicantibus & lanuginosis. 21. Salix saxatilis minima 22. Pumila linifolia incana. 23. Pumila brevi angustoque folio, incano. Hæc variat; nam paulò latioribus foliis quæ in sabulosis Hollandiæ aggeribus Oceano objectis nascitur, Clusio monēte. 24. Salix alpina Pyrenaica. 25. Alpina angustifolia repēs non incana & hæc genera quæ recentiores invenerunt. Rectè Poëta.

> *Præterea genus haud unum, nec fortibus ulmis*
> *Nec salici.*

Theophrastus tria recenset genera, sed si strictè examinare placet, quatuor erunt. Plin. tria numerat lib. 16. cap. 37.

cap. 37. *In Asia*, inquit, *tria genera observant.* (rectiùs dixisset in Græcia: nam ex Theophrasto hæc exscripsit) *nigram, utiliorem viminibus; candidam agricolarum usibus; tertiam, quæ brevissima est, helicem &c.* Theophr. nigram vocat, quod corticem habeat nigricantē; album, quod albicante sit prædita cortice, Quare malè in Bas. codice legitur, ἡ δὲ λευκὴ τῷ λευκῷ. Sed cur tertiā Arcades ἑλίκην vocant? An ob hederæ quandam similitudinem, quod hederæ modo, quam helicem vocant, humi repentis, humilis semper sit? Videtur nomen illud impositum παρὰ τὸ ἑλίσσεσθαι, quòd εἰς τὰ πλεκτὰ ἑλίττεται. quod tortilis ac plectilis sit, ad viminum textus plicatilis. Salicem nigram virgas pulchriores ferre, ait, & ad texendum utiliores proferre, Plinius utiliorem viminibus, ait. An igitur viminea hæc salix? Nihil impedit, Plinium vimineam purpuream scribere. Nam purpureum Græci non raro μέλανος nomine exprimunt, ut cap. de Iride probatur. Præterquam quod sint plura genera vimineæ salicis. Non videtur tamen hæc viminea salix, quod viminea ut plurimum humilis sit & maneat. Dicendum ergo, vimineam esse salicem non cultam, id est, quæ arbor evasit. Hoc tamen habet, quod ramos habeat minus duros, magisque lentos, & obsequiosos, quam alba salix. Hanc ῥάβδους ἔχειν πυκνοτέρους scribit. In vulgatis codicibus malè πυκνοτέρας scribitur. In Bas. & Ald. πυρρτέρας, pro qua voce mallem scribere si non de usu, verùm colore ageretur, πυῤῥοτέρας. Scribunt alii καπυρωτέρους, id est, *fragiliores.* quâ auctoritate, ignoro. Plinius hanc agricolarum usibus esse, scribit. Sed qui hi usus? Ex salice pali ad vitium pedamenta & stipites ad sepes firmandas fiunt. spissiores ergo hujus rami sint oportet & firmiores. Malè ergo καπυρωτέρους scribendum contendunt. Illud lepidum est, quod ait Plinius, *Hanc agricolarum usibus esse*: quasi viminalis ad agricolas non pertineret, ac soli urbani corbes, cratesque conficere nossent. Salix hæc alba arborescens vocatur, fiuntque ex hac, ut dixi, pali ad vitium pedamenta, & stipites ad sepes firmandas. Helicem in altum nunquam crescere, ait. Id fieri potest vel naturæ proprietate, vel ariditate soli, vel ab opificibus viminum crebrius tondentibus. Postremum probabile admodum. Nam viminalis singulis annis putatur minorique talea plantatur. Viminum enim gratia in agris talea sesquipedali seritur, ut vimina, quibus vites ligentur, facilè sine scalis detondeantur. Contra perticalis longiore talea sive pertica seritur; nec singulis sed demum quarto, quinto, quandoq; sexto tondetur anno. Alba porro helice ea videtur quam Columella Græcam vocat. Hæc flavo colore, quæ nigri respectu alba dici potest. Nigra videtur, quam Gallicam idem vocat. Cujus verba examinanda restant. Vimineæ salicis tria genera esse tradit loco citato, ubi tria genera salicis scribit, & ex præcedentibus verbis liquet, ac ejus auctoris testimonio, qui illic de viminea salice verba se facere, apertè profitetur. *Putant tamen*, inquit, *tria esse genera præcipuè salicis, Græcæ, Gallicæ, Sabinæ, quam plurimi vocant amerinam. Græca flavi coloris est, Gallica obsoleti purpurei, & tenuissimi viminis. Amerina salix gracilem virgam & rutilam gerit. Atque hæc vel cacuminibus vel taleis deponuntur &c* Salix Græca Columellæ, videtur salix quarta lutea, cui folium crenatum. Vitellinam vocat Cordus. Lutea dicitur, quod flavo obducatur cortice; ad ligamenta hæc non incommoda. Ad ripas plerumque fluminum enascitur. Gallicam Germani **Hanz werden** vocant, hoc est, *capillarem salicem*, à gracilitate. In obsoleto purpurea profert, & omnium tenuissima vimina; eaque lenta & valde flexibilia. Vulgo salix nigricans folio non serrata vocatur. passim in convallibus uliginosis reperitur. Amerina salix ea est quam rubentem vulgo vocant; virgas progignit tenues ac graciles, cortice nonnihili rubentes, ac rutilos. viminibus utiles, & ad crates, corbes, aliamque non modo agricolarum, sed & urbanorum supellectilem spectabili subtilitate texendam. Plinii verba examinanda restant. *Finditur*, inquit, *Græca rubens, candidiorque camerina, sed paulò fragilior, ideo solido ligat nexu. In Asia tria genera observant. nigram utiliorem viminibus; candidam agricolarum usibus; tertiam quæ brevissima est helicem vocant. Apud nos quoque multi totidē generibus nomina imponunt, vimineam vocant eamque purpuream, alteram nitelinam à colore, quæ sit tenuior, tertiam Gallicam, quæ tenuissima.* Græcam rubentem ait; quam tamen flavam dixit Columella, cui major apud me auctoritas. Malè ergo Plinius rubere scribit, vel aliud genus, à Græca Columellæ, diversum describit: nisi placeat, quæ flava sunt, quandoque nonnihil rubere, vel ad rubedinem vergere. Deintensa ergo flavedine Columella loquitur, de diluto rubro Plinius. Quæ sequuntur corrupta sunt. Quomodo amerina fragilior, si solido ligat nexu? Fragilioris solidus nexus esse nequit. Corrigunt; *Funditur rubens, amerina ut & candida haud paulò flexibilior, ideo solido ligans nexu.* Sed nec hæc lectio difficultate caret. Albæ enim virgas densiores firmioresque, tradit Theophrastus. Quomodo ergo flexibiliores. Scribo, *finditur Græca rubens. Gallica, ut & amerina, haud paulò flexibilior, ideoq; solido ligans nexu.* Finditur Græca, minusque, non fissa, flexilis, quod virgæ crassiores. Flexibilior amerina & Gallica, quod, ut ait Columella, utrique gracilis virga, vimen tenuissimum: ergo solidius ligant, nec findere opus habent. Sequitur, *In Asia &c.* Hæc supra examinavimus. *Apud nos quoque* ait, Plinius, *multi totidem generibus nomina imponunt. vimimeam vocant eandem purpuream.* Hæc partim ex Theophrasto, partim ex Columella. Theophrastus alterum genus salicis nigricans dixit, quod, ut dixi, sæpe purpureum denotat. Plinius cum videret, vel ex Liberto intellexisset, genus quoddam apud Columellam esse obsoleti purpurei coloris, putavit illud esse de quo egit Græcus auctor; cum Theophrastus de perticali viminea agat. Columella quod purpureum vocat, illud crassiori virga esse ex sequentibus colligitur. Ait enim, vitelinam salicem tenuiorem, Gallicam tenuissimam. Ergo primum genus crassiori virga, quod planè contra Columellam, qui Gallicam salicem obsoleti purpurei coloris ait, tenuissimi viminis. Nitelinam, inquit, à colore. Corrigunt *vitellinam* & flavam Columellæ esse volunt. Vitellinam dictam ajunt à colore vitellorum ovi. Non potest esse flava salix Columellæ; quia hæc crassiori vimine: nitelinam Plinius tenuiori virga, scribit. Nitilina salix, quæ rutila Columellæ. Nitelinus color ruffius, rutilus; quod ex Martiali constat, qui crines ad plenū ruffos & rutilos nitelæ, sciuro, agrestis muris comparat pilo, aureamque vocat nitelam.

> *Quæ crine vicit Bætici gregis vellus,*
> *Rhenique nodos, aureamque nitelam.*

Rutilos ac ruffos puellæ crines comparat Bętico velleri. Germanorum capillis, & nitelæ pilo, sciurum sive nitelam rutilam habere, notissimum est. Eodem colore lanam Bęticam esse, ex Plinio probatur. lib. 8. cap. 48. Sed in vulgatis codicibus locus hic corruptissimus. *Hispania nigri velleris præcipuas habet. Pollentia juxta Alpes cani: Asia rutili, quas Erythræas vocant. Item Bætica: Canusium fulvi: Tarrentum & suæ pulliginis.* In antiquissimo codice nostro legitur; *Hispania nigri velleris præcipuas habent: pollentia juxta alpes, Canusia Rutili: quas Erythras vocant. Idem Bætica, ut Camusium, fulvas Tarentum ac pulliginis suæ.* Ex antiqua hac lectione doctiss. Salmas. hunc locum restituit. *Hispania nigri velleris præcipuas habent, & pollentia juxta Alpes. Canusium Rutuli, quas Erythras vocant, Item Bætica.* (potest omitti, vel addi, pro ut visum est, ex antiquo codice) *item Bætica, ut Canusium furvi*, (antiquus *fulvi.*) Fulvus color ex viridi & ruffo mistus. Fulvum dici volunt quod furtivo proprior, unde fulmē & fuligo, furvus, obscurus, ater. Hostiæ enim quæ nigræ, furvæ dicebantur (Ovid. lib. 6. lib. 5. Metamorph. *Ex Acheronte suo furvis peperisse sub antris.*) *Et suæ pulliginis*; Nitelina ergo salix, quod nitelæ sive sciuri sit colore, dicitur. Nitelinus color rutilus. Nitelina itaque salix quæ amerina, vel sabina Columellæ dicitur. Hanc gracilem & rutilam genere virgam, docet. Gallicam tenuissimam dicit Plinius. Idem de Gallica Columella. Sed addit. Obsoleti esse purpurei coloris; quod Plinius primo generi, vimineæ scilicet, malè adscripsit.

ΚΕΦ. ΙΔ.

ΚΕΦ. ΙΔ. — CAP. XIIII.

Vlmi genera quot sint. De populo, alno, betula, colytea.

Ἔστι δὲ καὶ τῆς πτελέας δύο γένη. καὶ τὸ μὲν, ὀρειπτελέα καλεῖται, τὸ δὲ, πτελέα. διαφέρει δέ τῷ θαμνωδέστερον εἶναι τὴν πτελέαν, " αὐξέστερον δὲ τὴν ὀρειπτελέαν. φύλλον δὲ ἀσχιδὲς, παρεικεχαραγμένον ἡσυχῆ, προμηκέστερον δὲ τοῦ τῆς ἀπίου. τραχὺ δὲ καὶ οὐ λεῖον. μέγα δὲ τὸ δένδρον καὶ τῷ ὕψει καὶ τῷ μεγέθει. πολὺ δὲ οὐκ ἔστι περὶ τὴν Ἴδην, ἀλλὰ σπάνιον. τόπον δὲ ἔφυδρον φιλεῖ. τὸ ξύλον ξανθὸν καὶ ἰσχυρὸν, † εὔινον καὶ αἰσχρόν· ἅπαν γὰρ καρδία. χρῶνται δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς θυρώματα πολυτελῆ. ‡ καὶ χλωρὸν, εὔτομον· ξηρὸν δὲ, δύστομον. ἄκαρπον δὲ νομίζουσιν· ἀλλὰ ἐν ταῖς " κωρύκοις, τὸ κόμμι, καὶ θηρία ἄττα κωνωποειδῆ φέρει. τὰς δὲ κάχρυς, ἰδίας ἴσχει. τοῦ μετοπώρου πολλὰς, καὶ μικρὰς, καὶ μελαίνας. ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις χώραις οὐκ ἐπισκέπτεται. ἡ δὲ λεύκη καὶ ἡ αἴγειρος, μονοειδὴς ὀρθοφυὴς δὲ ἄμφω. πλὴν μακρότερον καὶ λειότερον ἡ αἴγειρος. τὸ δὲ σχῆμα τῶν φύλλων παρόμοιον. ὅμοιον δὲ καὶ τὸ ξύλον τεμνόμενον τῇ λευκότητι. οὐδέτερον δὲ τούτων οὐδὲ ἄνθος ἔχειν δοκεῖ, ἡ κερκὶς δὲ παρόμοιον τῇ λεύκῃ, καὶ τῷ μεγέθει. καὶ τῷ τοὺς κλάδους ἐπιλεύκους ἔχειν. τὸ δὲ φύλλον κιττῶδες μὲν, ἀγώνιον δὲ ἐκ τοῦ ἄλλου. τὴν δὲ μίαν προμήκη καὶ εἰς ὀξὺ συνήκουσαν. τῷ δὲ χρώματι σχεδὸν ὅμοιον ὕπτιον καὶ τὸ πρανές. μίσχῳ δὲ προσηρτημένον μακρῷ καὶ λεπτῷ· διὸ καὶ οὐκ ὀρθὸν, ἀλλὰ ἐγκεκλιμένον. φλοιὸν δὲ τραχύτερον † τῆς λεύκης καὶ μᾶλλον ὑπόλεπρον, ὥσπερ ὁ τῆς ἀχράδος. ‡ ἄκαρπον δὲ καὶ μονογενὲς καὶ ἡ κλήθρα· φύσει δὲ ὀρθοφυὲς· ξύλον δ' ἔχον μαλακὸν, καὶ ἐντεριώνην μαλακήν· ὥστε δι' ὅλου κοιλαίνεσθαι τὰς λεπτὰς ῥάβδους. φύλλον δὲ ὅμοιον " ἀπίῳ· πλὴν μεῖζον καὶ ἰνωδέστερον. τραχύφλοιον δέ. καὶ ὁ φλοιὸς ἔσωθεν ἐρυθρός· διὸ καὶ βάπτει τὰ δέρματα. ῥίζας δὲ ἐπιπολαίους, ἡλίκον δάφνης. φύεται δὲ ἐν τοῖς ἐφύδροις, ἄλλοθι δ' οὐδαμοῦ. σημύδα δὲ, τὸ μὲν φύλλον ἔχει ὅμοιον τῇ καλουμένῃ καρύᾳ· πλὴν μικρῷ στενώτερον· τὸν φλοιὸν δὲ ποικίλον· ξύλον δὲ ἐλαφρόν. χρήσιμον δὲ εἰς βακτηρίας μόνον. εἰς ἄλλο δὲ οὐδὲν † ἡ δὲ κολυτέα, ἔχει τὸ μὲν φύλλον ἐγγύθεν τοῦ τῆς ἰτέας· πολύοζον δὲ καὶ πολύφυλλον. καὶ τὸ δένδρον ὅλως μέγα. τὸν δὲ καρπὸν ἐν λοβοῖς καθάπερ τὰ χεδροπὰ λοβοῖς πλατέσι καὶ οὐ στενοῖς. καὶ τὸ σπερμάτιον τὸ ἐνὸν, μικρὸν καὶ οὐ μέγα· σκληρὸν δὲ μετρίως οὐκ ἄγαν, οὐδὲ πολύκαρπον ὡς κατὰ μέγεθος. σπάνιον δὲ τὸ ἐν λοβοῖς ἔχειν τὸν καρπόν· ὀλίγα γὰρ τοιαῦτα τῶν δένδρων.

Marginalia (Greek): * ἀξιέστερον. † ἢ εὔινον, ἢ ἄζυγον, ἢ ἄχυρον, Const. γλίσχρον, ἢ ἄχρεον. ‡ καὶ χλωρὸν μὲν εὔτομον Ald. Bas. " κωρύκοις Bas. † ἢ λεύκης Theod. secund. Scal. ‡ ἔγκαρπον δὲ Const. ἄκαρπον μονογενὲς. Ald. Bas. " καρύᾳ Const. καρύᾳ ἢ μηκλωπικῇ πλὴν. † κολυτέα Scal. κολιτία Const.

Svnt & ulmi genera duo: alterum montiulmus, alterum ulmus vocitatum. Interest, quod ulmus * fruticosior est, montiulmus auctior: folium individuum, leviter circumserratum, oblongius quam piro: scabrum, non læve. Præstat hæc arbos, & amplitudine, & altitudine. Non crebra circa Idam, sed rara provenit. Amat rigua. Materies flava, robusta, nervata, † deformis. Quippe tota cor est. Vtuntur ea, ‡ vel ad lautiores fores. Et viridis, cæsu facilis, sicca difficilis est: sterilis denique putatur. Gummi in " peciolis gignit, & animalia quædam culicea, & † amenta peculiari gerit. Autumno multa, minuta, nigra: cæteris verò temporibus quid ferat, minus ‡ animadversum est. Populus alba, nigraque " uniformes habentur: corpore ambæ crecto, sed excelsior læviorque nigra. Figura foliorum similis, & lignum cum cæditur, albedine simile est. † Vtraque ne florem quidem habere existimatur. Alpina, populo albæ non absimilis est; cùm magnitudine, tum verò quod ramis albicantibus spargitur. Folio ederæ, sed parte altera ‡ sine angulo. Altera oblongo, inque angulum exeunte acutum. Colore parte resupina pronaque ferme simili: pediculo prolixo, tenuique annexo. Quamobrem non erecto, sed inflexo. Cortice asperiori, quam populus alba, scabriorique: ut " pinus sylvestris. Alnus quoque † sterilis & unigena est natura, corpore recto, ligno molli, medullaque molli. ut virgæ graciliores totæ concaventur. ‡ Folio piri; nisi quod ampliori nervosiorique, cortice scabro ruffoque intus. Qua de causa coria tingit. Radice summa, nec majore quam laurus. " Nascitur in aquosis, alio nullo pacto. † Betula folio caryæ dictæ conditur, præterquam quod paulo angustiori, cortice autem versicolore, & materie lævi, non nisi ad baculos utili ‡ Colytea folio salici vicina est, ramosa foliosaque, in totum ampla. Fructum in siliqua sicuti legumina gignit, eaque lata, non angusta. Semen inclusum, parvulum, non magnum: durum modice, non nimis, nec abunde pro magnitudine sua fructificat. Sed quæ fructum in siliquis ferant, rara inventu: quippe inter arbores, pauca hujusmodi habentur.

Marginalia (Latin): * frutici propior. † tenax. ‡ lautiorii foriumassamenta. " folliculus. † cachryn peculiarem. ‡ observatum est. " singulari utraq; specie. † neutrasflorem habere videtur. ‡ angulo caret. " pyrus. † fœcundia unigena est, & natura sua in rectū altumq; assurgit. ‡ folio nucis avellanæ. " Nascitur nusquā nisi in aquosis. † σημύδα, quam betulam vulgò interpretantur, foliū habet nuci dictæ simile. ‡ Colutea.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ὀρειπτελέα, Theodorus, Montiulmus. *Si audes* δίγνεμ-*ὀίζειν, multò lepidius dicas*, Ulmontia.

Καὶ τῷ ὕψει καὶ τῷ μεγέθει. *Vide qua usus sit significatione; distinxit magnitudinem à proceritate.*

Ἀλλ' ἐν ταῖς κωρύκοις. Theodorus, in peciolis. *At peciolus,* μίσχος: *potiùs*, in vaginulis. *Thecæ significatum habet* Corycus, & *Pharetra.* τὸ κόμμι. *Theodorus*, guinnam *alio flexu, quàm ab antiquis. Sanè probo audaciam doctißimi viri. Turpe est se deserere iis in rebus, quas si arripias, nulla honoris jactura fit. Nihil verò miserius, quam esse vocum servos nos: atque circumscribi earum angustiis, quæ nullum casuum discrimen instituunt.* Κωνωποειδῆ, Theodorus, culicea. *Fæliciter, sed non ex analogia universali. Debuit enim*, culicicea. *Verùm habuit privatam rationem, qualem & veteres in voce, suspitio. Debuit enim esse suspicitio. Vnde apud Plautum claudit jambicum senarium, aut integra, aut ut sit suspectio.*

Ἡ λεύκη, καὶ αἴγειρος. *Aliud caput.* μονοειδὴς, Theodorus, uniformes. *id est, suæ utraque formæ. hoc est speciei. Diverso tamen usu apud Latinos accipias. Sunt uniformia, quia sub eadem forma, & quæ univoca dicuntur: sanè ejusdem generis sunt, sed non ejusdem speciei. Itaque non est* αἴγειρος *μονογενὴς, sicuti dicebat suprà de taxo, & aliis.* Soliformes *potiùs diceret, si auderet: pudentius nos*, singulari utraque specie.

Οὐδέτερον δὲ τούτων οὐδὲ ἄνθος ἔχειν δοκεῖ. *Theodorus ex bona Græca Latinam fecit non bonam. Inquit enim*, utranque ne florem quidem habere existimant. *Et*, δοκεῖ, *includit etiam Philosophi personam, & judicium*: existimant, *excludit. Purius & simplicius dicas.* Habere neutra videtur florem.

Ἡ δὲ κερκὶς. *Ruellius Græcum nomen, quasi Græcè nescisset, omisit. Alpinam ex Theodoro, Lybicam ex Plinio appellavit. Hermolaus, Alpinæ nomen non posuit: non posuit cercidos. & dixit, Nostros facere tria genera: quasi verò non & Theophrastus totidem faciat. Nemo enim est, qui cercida populi speciebus non annumeret: si earum communes differentias contempletur. Ruellius hoc amplius erravit, qui Alpinam cum Libyca conjunxit. Quippe si Alpina est, Lybica non erit. Nam & cæli segmenta alia, & natura loci longè diversißima. Neque convenit Pliniana cum hac Theophrasti. Plinius, folio minimam ac nigerrimam.*

At

At Theophrastus φύλλον χρώματι χιόνι ὅμοιον, τὸ ἔπλιον ἢ τὸ πεδ-*ιν. Hic nihil nigroris intelligas: tanto minus illius maximè nigri. Alpinæ Vitruvius nullam facit mentionem. Veneti quandam arborem (si rectè memini)* Aire, *vocant. Nescio* λεύκη *ne sit, an* κερκίς. Non enim tunc licuit nobis plantariæ *rei vacare: sed, ut ludamus, potius planctuariæ.*

Ἀγώνιον δ' ἐκ τ' ἄλλα. *Sanè insuavem orationem, Theodorus condivit*, sed parte altera sine angulo. ἰσοτέρωθεν. *Intellige* τὴν δ' μίαν, *scilicet*, γωνίαν. *Quod superest, non est prætermittendum. In libro eodem Plinius:* Montes amant, Cedrus, Larix, Populus, Ornus, Carpinus. *Haud ita multò pòst eodem capite:* Non nisi aquosis proveniunt Salices, Alni, Populi, Siler. *Loca sunt diversa & contraria. Falsum quoque est Populos amare montana. Hunc errorem Ruellius temerè est sequutus.* Opulum *legerem, sed Plinius ex Columella cùm posset accipere, nihil dixit, nisi hic diceret. Cæterùm suprà cap. 4. Theophrastus quoque Populum montanis attribuit. Verùm cùm multa enumerarit, & subdat,* τὰ δ' καὶ ἐν τοῖς πεδίοις. *& ponat,* Populū: *non videtur ferendus. Primas enim partes locorum videtur deferre Populo ex montanis: secundas autem* τὰ πεδία. *Dicit enim* τὰ δ' καὶ ἐν τοῖς πεδίοις. *At quis Alno, quis Salici hanc assignet naturam? Habet siquidem eam vim conjunctio illa,* καί, *ut cùm montana constituat, addat & campestria. Et acrius corripiendus Plinius, qui cum amare montes Populum dixerit (magnum verbum ac præpotens est, amare) subdit de eadem, illa:* non nisi aquosis, *neque dicas montana aquosa. Fuga enim est. Legissem apud Theophrastum:* τὰ δὲ ἐν πεδίοις: *sine conjunctione,* καί. *Verùm* κερκίς, *vetuit, &* πτελέα, *&* ὀξύς *& alia.*

Φλοιὸν δὲ τραχύτερον τ' λεύκης. *Theodorus legit,* ἢ τ' λεύκης.

Ἔγκαρπον δὲ καὶ ἡ κλῆθρα. *Aliud caput. Legit* ἄκαρπον *Theodorus ex Plinio. Folium est avellanæ non pyri, ut ait.*

Σημύδη δέ. *Aliud caput. Betulam Theodorus. Agnoscit Theophrastus* εἰς τὰς βακτηρίας χρησίμην. πρὸς ἄλλο δὲ οὐδέν. *Plinius utilitatem etiam ad scuta. Minus notam ac frequentem arborem nimis leviter percurrit.* τὸ φύλλον ὅμοιον τῇ καλυμδὴ καρύᾳ. *Theodorus refugit Iuglandis interpretationem. Et est ratio. Non enim notis rebus addimus voces illas,* τὸ καλλίμθμον, τὴν καλυμθίην.

Ἡ δὲ κολοιτία. *Scribendum esse suprà docuimus,* κολυτέα. *& quid esset dubitandum, monuimus. Hinc diversum à superioribus caput instituendum est.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Μέγεθος *magnitudinem omnem absolute complectitur, sed etiam cum specie positum ad amplitudinem restringitur, ut hoc loco.* Ἔνιοι καὶ αἰσχρὸν, ἅπαντα γὰρ καρδία. *Libenter legerem pro* αἰσχρὸν, σκληρόν. *Nam ratio procederet. Atque alioquin in durissima materia medulla* καρδία *appellatur, ut dicet lib. 5. cap. 7. ubi,* Καὶ ὅτι πᾶσαι μήτρα ἔλκεται, καὶ αἱ τ' σκληροτάτων, ἃς δή τινες καρδίας καλοῦσι. *Nec mihi satis arridet illud* ἔνιοι καὶ εὐχερῆ. *Certè sic legendum hæc inversa, & corrupta,* ἢ ἔνιοι καὶ εὐχερῆ, καὶ ἰσχυρόν. *Res enim ita, nec quicquam absurdi consequitur.*

Θυρώματα πολυτελῆ. *Non fores intelligit, sed vel forium assamenta, vel potius cardines, id est,* τὰς στρόφιγγας τ' θυρῶν τ' πολυτελῶν, *ut dicet lib. 5. cap. 5. Sed ipse ibidem cap. 8. de hoc loco loquens seipsum exponit,* τὰς στροφίγγας, *inquit,* ὥσπερ ἐλέχθη, ταῖς θύραις πολυτελέσι ποιοῦσι. *Plinius lib. 16. cap. 40.* Rigorem fortissimè servat ulmus, ob id cardinibus assamentisque portarum utilissima, &c. Νομίζουσιν ἄκαρπον. *Theophrastus nihil asserit, sed aliorum opinionem producit; Illique gravem injuriam faciat, si quis ex hoc loco concludat ipsum ulmum sterilem pronunciasse. Immò dicebat hujus libri cap. 1.* ἐπεὶ καὶ τὰ δοκοῦντα ἄκαρπα εἶναι γεννᾶν φασιν οἷον πτελέαν, *&c. Et horum vera est opinio. Nam ulmi genera semen ferunt, vocaturque Samera apud Columellam, vel Samara apud Plinium. Sed Plinius lib. 16. cap. 17. ponit 4. genera, cui Attineæ ulmi non ferunt samaram; cum tamen Columella lib. 5. cap. 6. dicat, Atiniam (sic enim scriptum) ulmum ferre sameram. Nec in divisione conveniunt.* Ulmorum, *inquit Columella,* duo esse genera convenit: Gallieum & vernaculum: illud atinia, hoc nostràs dicitur. *Plinius 4. enumerans Attineas, & Gallicas, & tertium (ut loquitur) nostrates, & quartum sylvestre posuit aliterque distinxit.* Ἐν ταῖς καρύαισι. *omninò legend.* καρύνοις, *ut copiosè hunc locum exposuimus & castigavimus ostenso Plinii lapsu, in Lexico in voce* κώρυκος. *Sed & idem author noster supra lib. 3. cap. 8. dixit ulmum etiam ferre* τὸ θυλακῶδες, *id est, ut alibi,* τὸ κωρυκῶδες. *Vide Lexicon Crispini in in voce* Κνηπίς. Οὐκ ἐπισκίπλεται, *non observatur, non animadvertitur. Sed hîc videtur habere vim Impersonalis verbi, ut Latinè non observatum, id est, non deprehensum est observatione.*

Ἔγκαρπον δ' μονοφυὲς καί. *leg.* ἔγκαρπον δ' ἢ μονοφυές, *&c.* Fert fructum alnus compactili callo instar exigui strobili. *Et supra cap. 6. egit de alni fructu. Errat verò Plinius ita scribens lib. 16. cap. 26.* Fructum arborum solæ nullum ferunt, hoc est ne semen quidem, tamarix scopis tantùm nascens, populus, alnus, ulmus attinia, &c. *Nam hæ omnes frugiferæ. Alni flos* βρυώδης purpurescens. *Alnum vocamus* Aune, *Itali* Alno, Alano, Aunia, Onio *&* Onato *Hetrusci.* Ὅμοιον ἀπίῳ. *corruptus est locus, restituendum* καρύᾳ. *Nam & capite sequenti dicet nucis avellanæ folium* τῷ τ' κλήθρας ὁμοιότατον. *Plinius alno crassissima folia tribuit.* ἄλικον, *nota hîc* τὸ ἄλικον *substantivè accipi.*

Σημύδη. Betulla, *sive* betula *Plinio, quam terribilem dixit magistratuum virgis. Ejus viminibus cæduntur pueri. Vnde nomen à batuendo (non à bitumine, licet ipso authore ex ea bitumen excoquatur) quasi batula, quæ nobis vulgò* Bouleau; *Italis* Biola, Belula, *&* Bedola. Καρύα. *Betula folium nucis avellanæ, aut juglandis non habet, sed accedit folium Tiliæ. Sed sunt nucis permultæ species, & quædam incognitæ, ut hæc de qua hoc loco.* Εἰς ἄλλο δ' οὐδέν. *Hic non agit de betulæ viminibus quæ flexibilia circulis, corbium sportis, vinculis scutisque faciendis aptissima. Est enim hæc arbor inter lentissimas.*

Κολυτέα. *malim hic* κολιτέα *por jota, ut differat à colytea de qua infra. Hanc coliteam, arborem salicis folio, nulla ratione putant quidam Senam esse; quæ colytea nec est, nec colutea de quibus cap. 17.* πολύκαρπον *potest etiam referri ad arborem: sed de siliqua malo interpretari.*

Σπάνιον. *cujus tamen non pauca exempla. Nam* λοβὸς *sunt præter* κολυτέαν, κερατωνία, *&* κερωνία. *anagyris utraque, & acacia Dioscoridi, id est,* ἄκανθος *Theophrasto, atque aliæ ut ipsi cercis supra lib. 1. & infra colutea circa Liparam, fraxinus præter genestam & spartum, & opulus, & casia nigra.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Πτελέα πτελεός. εἶδος δένδρου, inquit Hesych. καὶ πόλις. Si ab urbe quadam nomen non impositum, non video cur πτελέα dicta sint. Ulmi, inquit, esse genera duo; ulmum, & ulmontiam, id est, ulmum montanam. Plin. lib. 16. cap. 17. quatuor genera docet esse. *Græci duo ejus genera novere; montosam, quæ sit amplior: campestrem, quæ fruticosa. Italia Atinias vocat excelsissimas, & iis siccanas præfert, quæ non sunt riguæ. Alterum genus Gallicas. Tertium nostrates, densiore folio, & ab eodem pediculo numerosiore. Quartum sylvestre. Atiniæ non ferunt samara, ita vocatur ulmi semen, omnesque radicum plantis proveniunt, reliquæ semine.* Plinium ὁμογενεῖς separare ex Columella constat, qui duo ulmi genera esse ait lib. 5. cap. 5. *ulmorum duo esse genera convenit. Gallicum & vernaculum: illud atinia, hoc nostras dicitur.* Gallica ergo & Atinia una eademque ulmus, ut etiam vernacula, & nostras. Hæc malè separavit Plinius. Atinias idem samaram ferre negat. In antiquo codice scribitur. *inter quas atiniæ non ferunt.* Samari mita verò vocatur ulmi semen. In antiquissimo codice Columellæ impresso Regii 1548. scriptum est *amera*; pro qua voce in vulgatis *samera*. Vera lectio videtur esse *samara* vel *samera*. Plin. lib. 17. cap. 11. *Vlmorum, priusquam folio vestiantur samara colligenda est, circa Martias calendas cum flavescere incipit.* Negat atiniam ferre sameram; contrarium docet Columella. loc. cit. Atiniam ulmum Tremellius Scrofa non ferre sameram (quod est ejus arboris semen) falso est opinatus, Nam rariorem sine dubio creat, & idcirco plerisque (in quorum numero Plinius) & sterilis videtur, seminibus inter frondē quam prima germinatione edit latentibus, Itaque nemo jam serit ex samera, sed ex sobolibus.

Διαφέρει. Eandem videtur agnoscere differentiam inter atiniam sive Gallicam nostratem, sive vernaculam ulmum Columella. Et quidem atinia ulmus non alia videtur, quam quæ à Theophrasto πτελέα ulmus vocatur. *Est autem,* ait, *ulmus* (de atinia loquitur) *longè lætior & procerior, quam nostras, frondemque jucundiorem bubus præbet, qua cùm assiduè pecus alueris, & postea generis alterius frondem*

dare institueris, fastidium bubus adfert. Itaque, si fieri potuerit, totum agrum genere uno atiniæ ulmi conseremus. Sin minus; dabimus operam, ut in ordinibus disponendis pari numero vernaculas, & atinias alternemus. Ita semper mista fronde utemur, & quasi hoc condimento illectæ pecudes fortius justa cibariorum conficient. Videmus in quibus ulmis atinia à vernacula, sive nostrate differat. Eandem ferè tradit differentiam de ulmo, almontiaque Theophrastus.

Ulmus.



Nam ulmus frutici propior, altior & procerior ulmontia. Recentiores alteram proceram, alterã latam vocant ulmum. Procera in montibus provenit, lata campestribus.

Campestris ab imo ferè frequenter ramosa; crassa alioquin & procera etiam arbor. Trunci cortices exteriores crassi, rimosi, ac scabri sunt; interiores verò, lenti & flexibiles; veluti & ramulorum, qui non minus quam tiliæ obsequiosi, ac flexu invicti sunt. Ex corticibus interioribus lagenas confici, auctor Bellonius. Ligni substantia solida, ac sufflava, buxo non dissimilis. Folia lata, rugosa, venosa, indivisa, ambitu crenata, longiora quam pyri, quadrupedum nonnullorum animantium, ac præcipue boum, pabulo grata: in quibus folliculi, (de quibus supra egi) superiore parte eminentes gignuntur, præter exiguos veluti culices; (de quibus vide cap. 8. hujus libri) liquorem continentes viscosum, ac lentum, cosmeticum, ad vulnera accommodatissimum; qui quandoque solis calore induratus, gummi instar concrescit: semẽ tenue, planum, rotundum, membranosum, foliatum majus quam atriplicis, quod inter folia & sub ipsis latitat, per maturitatem in auras avolans: radix non in altum dimittitur, sed per obliquum spargitur. Notatu omnino dignum, quod diligentissimus Carolus Clusius observavit: Nempe ulmorum, juxta Thormim amnem, in Hispania nascentium, quasdam radices in tenuissima stamina desinere, quæ cum à præterlabentibus aquis perluuntur, rubescentem colorem contrahunt, in quibus exigua quędam animalcula, exiguis locustis similia nascuntur, & latitant, quæ piscatores in escam capiendis piscibus colligunt: quæ verò adolescunt, ex radiculis emergentia, instar terrestrium locustarum evolare, postea certo tempore in aquas ad suum genus conservandum remare. Amat loca campestria, plana, ulmus: lætum humidumque non respuit solum; juxta fluentia, vel scrobes aquas habentes fœliciter gignitur, & facilè in altitudinẽ assurgit. Folia sub finem Aprilis in Belgio erumpunt. Quo tempore semen non modò prodit, sed & perficit, ac vento mox dispergitur. Liquor & folliculus Iunio mense colligi potest, priusquam densari incipiat. Montuluria campestri non multum dissimilis, præalta hæc & procera arbor. Hujus materies lignosa multò durior est, & ad opera idcirco usurpatur, quæ pondus ac vim sustinent, ut sunt cochleæ, & molendinorum rotæ. Folia hujus rugosa similiter, & ambitu serrata sunt, veluti campestris, sed aversa parte læviora, dilutius virentia, etiam quam prioris longiora; quæ ubi resiccata sunt, gratum olent. Ab his verò folliculi nulli exeunt, aut nascuntur, minusque grata sunt bubus. Semen prioris satis simile. Paulò serius folia & semen prodeunt, perficiunturque. Locis montosis, ac arduis, densisque sylvis genus hoc nascitur, veluti in Arduenna sylva &c. Ex his quam pulchrè & candidè hanc arborem delineaverit Theophrast. nemo non videt.

Τόπον δὲ ἔφυδρον φιλεῖ. Id de ulmo vulgari, ac campestri. Altera enim, loca amat ardua & montosa, ut jam dictum est.

Καὶ τὸ ξύλον &c. Non est deforme lignum ulmi, sed εὔχρουν, *benè coloratum*, sufflavum, buxei coloris. Non tamen puto scripsisse Theoph. εὔχρουν. Nam cum flavum dixit, satis indicavit, esse eleganti colore. Durum etiam est. Potest ergo restitui σκληρόν. Malo legere ἰσχυρὸν, εὔτονον, & γλισχρόν. Licet revera lignum ulmi viscidum tenaxque non sit. Plin. libr. 6. cap. 40. *Est lentitia platano, sed madida, sicut alno: siccior eadem ulmo, fraxino, moro, ceraso, sed ponderosior.* Lege γλισχρὸν, quod ulmus decorticata, ac etiamnum viridis, lignum visciditate quadam obductum ostendat, quæ ubi resiccatur, perit. Hanc non à se habet, sed ab interiore illi adhæret cortice, qui flexilis, lentus, viscidus, tenax. Dixi supra, ramulos esse tenaces; hac de causa ex iis virgæ fiebant, quibus servi percutiebantur. Hinc apud Plautum, servus ulmi turba, & ulmorum Acheruns vocatur. Quod ex hoc loco probatur, ubi servus ait; *Væ illis virgis miseris, quæ hodie in tergo morientur meo.*

Θυρώματα. sunt postes januæ, vel potius cardines. θυρώματα τῶν θυρῶν, *cardines ostiorum*. Vide Doctiss. Robert. Constant. Annot. Item lib. 5. hic.

Ἄκαρπον. Rectè contra recentiores, hoc loco, semine ulmum carere, concludi non posse, docet Constantinus. Quomodo vox ἄκαρπον exponi debeat, supra lib. 1. me dicere memini. Videat lector: locus est satis memorabilis, & hactenus non observatus, quod loco citato ex Polluce docetur.

Κωρύκοις. De ulmi folliculo, humore sive gummi, quod ex eodem nascitur cachry, copiosè supra cap. ult. lib. 2. & cap. 9. hujus libri egimus. Hoc loco animadvertendum, in Aldino codice malè scribi, καρύκιον, vocemque hanc malè reddidisse Gazam, nec fœliciùs vertisse Plinium. Vertit Gaza *peciolum*. Peciolus μίσχος dicitur. Theoph. lib. 1. cap. 3. μίσχος ἐστιν ᾧ συνήρτηται πρὸς τὸ φυτὸν τὸ φύλλον, & ὁ καρπός. Columell. lib. de arbor. *Cum jam matura mala fuerint, antequam rumpantur, peciolos, quibus pendent, intorqueto.* Nec meliùs interpretatur Plinius. lib. 14. cap. 11. ubi ineptè κώρυκον montem esse existimavit, ac ait, *Vlmo etiam in Coryco monte Ciliciæ ac junipero, ad nihil utile: ex ulmi verò gummi & culices ibi nascuntur.* Κώρυκος quidem mons Pamphilię, sed eo sensu Theophrastus non accepit. Sed κώρυκος idẽ θυλάκιον, *folliculus*, φύσα. Hesychius κώρυκος θυλάκιον. ἔστι δὲ δερμάτινον ἀγγεῖον. ὅμοιον ἀσκῷ. Id est, *coyrcus folliculus. est etiam coriaceum vas, utri simile.* Diosc. lib. 1. cap. 111. de ulmo, τὸ δὲ ἐν τοῖς φύσαις κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν εὑρισκόμενον, ὑγρόν, *Humor in folliculo enascens, prima germinis eruptione.* Galenus lib. 12. cap. κβ´ γένους in emplastro melino pro rustico ῥητίνης ξηρᾶς < . λ´ πτελέας τῆς ἐν τοῖς θυλακίοις < ιε. Vertunt. *resinæ aridæ denarium pondo triginta, ulmi in sacculis ex corio reconditæ denarium pondo quindecim.* Verte, *humoris ulmi qui in folliculis continetur, drachmas quindecim.* Subintelligitur enim ὑγρὸν, vel simile quid, uti apud Æginetam legitur lib. 5. cap. 60. τὸ πτελέας ἐν τοῖς θυλακίοις ὑγρόν. *ulmi humor qui in folliculis continetur.* Theoph. lib. 3. cap. 8. τὰ δὲ πλείω καθιέασιν ἤτε πτελέα τοῦτο βότρυν, καὶ τὸ θυλακῶδες. θυλακῶδες, quod hic κώρυκον vocat. & lib. 2. cap. ult. κνιπῶδες. Vide cap. 15. de terebintho. Non malè fecero, si hac occasione Nicandri versum in Alexipharmacis explicavero.

> Ἢ πτελέης ὅτε πολλὸν ἀεὶ καταλείπεται ὄσχαις
> Κόμμι.

Hunc sanè versum non intellexerunt interpretes. Vertunt ὄσχας *ramos*, cum *folliculos* interpretari debeant. Errandi occasionem Græcus interpres sive Scholiastes dedit; qui ad hunc versum hic scribit. νῦν δὲ ὁ νίκανδρος ὄσχας λέγει, τὰ τῆς πτελέης κλήματα. ὄσχαι κυρίως οἱ κλάδοι τῆς ἀμπέλου, νῦν δὲ καταχρηστικῶς, & ἐπὶ τῆς πτελέας εἶπε τοὺς κλάδους ὄσχας.

Nunc

Nunc autem Nicander ulmi sarmenta ὄσχας *vocat.* ὄσχη *propriè rami vitis. nunc abusivè ulmi ramos* ὄσχας *vocat.* Fallitur Scholiastes ὄσχην, ὄσχεον, ὄσχον, non nego ramum, palmitemq; significare, sed hoc sensu accipi apud Nicandrum, inficias eo. Folliculū ulmi, in quo humor, intelligit poëta. ὄσχην, ὄσχεον, ὄσχον, Pollux lib. 2. exponit, τὸ τῶν ὀρχέων ἀγγεῖον, *vasculum, folliculum, quo testes continentur.* Hesych. ὄσχεα μαρσύππια, ἢ τῶν διδύμων ἀγγεῖον. *Marsupium vel folliculus testium.* Suidas ὄσχεος, ὁ περὶ τὰ αἰδοῖα τόπος. Hoc sensu sæpius ab Hippocrate usurpatur, ut lib. de natura muliebri, ἢν δὲ παντάπασιν ἐκ τῶν αἰδοίων ἐκπίπτωσιν, ἐκκρέμωνται ὥσπερ ὄσχη. *at verò si penitus extra pudenda prociderint, velut scrotū propendent.* Idem repetit Lib. 2. γυναικ. Nisi quod eo loco, legatur ἐκκρέμωνται οἷον ὄσχη. Eodem libro. τὰ νεῦρα, καὶ τὰ καλεόμενα ὄσχη χαλᾶν. *Nervi & quæ scrota vocatur laxentur.* Idem lib. 2. morb. οἰδίσκεται τὴν γαστέρα καὶ τὴν ὄσχην, *in hydrope venter & scrotū intumescunt.* Infinita possem adferre loca. Ad scroti imitationem, ulmi folliculum ὄσχην vocavit Nicander; quod non difficilè probatur. Dioscorides hoc remedium adversus cerussam lib. 2. Euporist. his verbis exscripsit; πτελέας τὸ ἐν τοῖς φυλλαχίοις ὑγρόν. Idem remedium Ægineta præscribit adversus idem malum, cujus verba supra citavi. Idem Diosc. in Alex. cap. 22. de cerussa. ἢ κόμμι πτελέας, ἢ τὸ ἐν τοῖς φύλλοις (lege φύσαις ex lib. 1. de re med. locum supra citavi. Vel, si placet, φύλλοις serva: humor enim in foliis ipsis ad instar folliculi corrigatis ac complicatis reperitur. (ut supra dixi) τῆς πτελέας ὑγρόν. *aut gummi ulmi, aut humorem qui in folliculis* (foliis corrugatis) *continetur.* Cur ἢ κόμμι πτελέας non vertant interpretes, nescio. Maximè cum Plinius & alterius humoris mentionem faciat. Lib. 24. cap. 8. *Imponitur & collectionibus lachryma, & vulneribus, & ambustis, quæ decocto fovere prodest. Humor in folliculis arboris hujus nascens cuti nitorem inducit, faciemque gratiorem præstat.* Lachrymam hanc gummi vocat Dioscorides. Meminit hujus lachrymæ Theoph. Lib. 9. cap. 1. Hæc præcisis ramis, fluit è medulla, dum castratur arbor. Sed de hac non loquitur Nicander, verùm de humore qui in foliorum continetur folliculis, ut jam probatum est. Non enim in tenuioribus ramis, quæ ὄσχαι dicuntur, reperitur. Emendandus hac occasione Hesych. codex. κώρυκος θυλάκιον. ἔτι δὲ δερμάτινον ἀγγεῖον, ὅμοιον ἀσκῷ, οἱ δὲ πλοῖον, οἱ δὲ λόγχην. Scribe, κόγχην, Athenæus Lib. 3. Ἡγήσανδρος δ' ἐν ὑπομνήμασι, τὰς τραχείας φησὶ κόγχας ὑπὸ μὲν Μακεδόνων κωρύκους καλεῖσθαι, ὑπὸ δὲ Ἀθηναίων χηραμύδας. *Hegesander in commentariis scribit asperas conchas à Macedonibus corycos appellari, ab Atheniensibus* χηραμύδας. Porro ut hanc de ulmo historiam absolvā, legit doctiss. Gaza, ἀντὶ ἄλλως χώραις. ἄλλαις ὥραις. sensu quidē alio, sed meo judicio meliori. Vulgatam & si quis velit servare, per me licet, interpretetur, *cæteris verò regionibus quid ferat &c.* Gazæ, ut dixi, præstat lectio.

Sequitur populi utriusque historia. Prior Græcis λεύκη dicitur, quod altera folii pars alba admodum sit. A Plauto in Penulo farfarus dicitur,

Viscum legioni dedi,
Fundisque eos prosternam ut folia farfari.

Antiquissimis Græcis ἀχερωΐς dicta fuit.

Homer. Iliad. 5.

Ἤριπε δ' ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωῒς
Ἠὲ πίτυς βλωθρή &c.

Cecidit sicut quercus aliqua, cecidit vel populus
Vel picea alta.

Ἀχερωῒς vocatur διὰ τὸ πεφυκέναι παρὰ τῷ Ἀχέροντι. *Quod circa infernum prius apparuit,* Fabulam hanc tradit Theocriti Schol. eidyl. β. ubi hæc ex Olympionico refert. Ὀλυμπιόνικος φησὶ τὸν Ἡρακλέα κατελθόντα εἰς ᾅδου, εὑρεῖν παρὰ τῷ Ἀχέροντι φυομένην τὴν λεύκην, καὶ εἰς ἀνθρώπους κομίσαι, ἣν Ὅμηρος ἀχερωΐδα καλεῖ. *Olympionicus inquit, Herculem cum ad inferos descenderet, invenisse circa Acherontem inferni fluvium, nascentem populum albam, eamque ad homines portasse, quam Homerus idcirco acheroida vocavit.* Narrant ex hac Herculem sibi fecisse coronam, eamq; capiti imposuisse. Hinc folii partem superiorem porracei seu viridissimi coloris esse, ita ut nigra propemodū videatur, ac propter fuliginem ac caliginem tetri fumi, obscura adeò facta: alteram verò partem, quæ temporibus adhæsit, à sudore abluto exalbuisse. Utrumque colorem, in rei memoriā, huic remansisse volunt. Malunt alii, ab inferis redeuntem primum arborem istam contemplatum, atq; se inde coronasse, conveniente plantæ colore albo, huic eventui, quum è tenebris in lucē commearet. Alia & verior ratio excogitari potest, cur superior pars porracea sit, inferior alba; quod pars superior humidior, siccior inferior; albus enim color in sicco, cujus subjectum primum terra; id quod ex cineribus, saxis, arenis, igni aut soli expostis palam est. Viridis ex humido crasso, cujus matricem videmus aquam: crassescens enim viridescit. Superior ergo magis viret, quod insolata trahat ad se humidum, quod deberet esse in inferiore. Herculi è populo coronam gratam legimus apud Tertullianū de corona. Herculem capite præferre, nunc populū, nunc oleastrū, nunc apium. Virgil. ecl. 7. *Populus Alcidæ gratissima, vitis Iacho.*

Qui ad Herculis aram sacra faciebant, populea fronde coronati erant, quod Salios fecisse ex Æneid. oct. constat.

Dixerat: Herculea bicolor cum populus umbra,
Velavitque comas, foliisque innexa pependit.
Tum Salii ad cantus incensa altaria circum
Populeis adsunt evicti tempora ramis.

Grata fuit hæc Herculi, quod is sub ejus umbra sæpius quievit; qua sanè hæc arbor inter cæteras arbores præcipuè commendatur. Apollonius Rhodius lib. 3. populum φύλλοισιν ἀπειρεσίοις κομόωσαν, *foliis innumeris comantem,* vocat. Latini quoq; hanc umbram laudant. Ovid. Lib. 10. Metamorph.

& ecce
Opportuna sua blanditur populus umbra.

Nec tamen est quod quispiam miretur, Plinium tradere lib. 17. cap. 12. nullam esse populo umbram, cui sint ludentia folia. Hoc de nigra, Libycaque accipere oportet. Libycam lib. 16. cap. 23. folio minimam ait; nigram verò, libr. 17. cap. 23. folio minus densam, candidam; lib. 16. cap. 23. numerosiore folio. Cæterùm exemplo Herculis cæteri heroes hac fronde amabant coronari.

Horat. Lib. 2. carm. Od. 3.

Teucer Salamina, patremque,
Cum fugeret, tamen uda Lyæo
Tempora populea fertur vinxisse corona.

Quæritur; cur populo Teucer se potiùs coronarit, quam alterius arboris ramo? An quod arbor ea Herculi sacra, magnis ærumnis laboribusque perfuncto? An potiùs, quod ad Bacchantiū coronas & genio indulgentium respexit? Probabilius postremum. Dum enim lætitiam præ se ferebat, ostendebatque, alios bene sperare jubebat. Demosthenes pro Ctesiphonte, exprobat Æschini, quod choreas intemperantiores interdiu per plateas duxerit, coronatus fœniculo, albaque populo. ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις τοὺς καλοὺς θιάσους ἄγων (Αἰσχίνης) διὰ τῶν ὁδῶν τοὺς ἐστεφανωμένους τῷ μαράθῳ καὶ τῇ λεύκῃ. Ad hunc locum Grammatici. ἐστέφοντο οἱ τὰ βακχικὰ τελούμενοι τῇ λεύκῃ, διὰ τὸ χθόνιον μὲν εἶναι τὸ φυτόν. χθόνιον δὲ καὶ τὸν τῆς Περσεφόνης Διόνυσον. τὴν δὲ λεύκην πεφυκέναι φασὶ παρὰ τῷ Ἀχέροντι, ὅθεν καὶ ἀχερωΐδα καλεῖ παρ' Ὁμήρῳ. *Qui Bacchanalia celebrant coronantur populo alba, quod infernalis sit planta; infernalis Proserpinæ Bachus. Populum albam natam ad Acherontem fluvium ajunt, unde ab Homero* ἀχερωΐς *vocatur.* Cæterùm non tantùm in deliciis hoc coronamenti genus habuit Hercules, sed cum rem etiam ageret seriam, populea fuit coronatus corona. Statius de Hercule jusjurandi verba concipiente.

Lib. 3. sylv. in fine.

Sic ait, & tangens surgentem altaribus ignem,
Populeaque movens albentia tempora sylva,
Et Styga, & Ætherei juravit fulmina patris.

De hac coronā Valerius Flaccus Lib. 6. Argon.

Populeus cui frondis honor, conspectaque glauco
Tempora nectuntur ramo.

Glauco, id est albo, sed decolore. Hæc sola Athletis utilis propter Herculem. Artemiod. lib. 2. cap. 25. μόνη δὲ λεύκη ἀθληταῖς συμφέρει, διὰ τὸν Ἡρακλέα. Theocr. Scholias. loco citato, ἐν τῇ κεφαλῇ δὲ ἔχων τὸν στέφανον ἀπὸ τῆς λεύκης τοῦ φυτοῦ τοῦ Ἡρακλέος, πανταχόθεν πεπλεγμένον πορφυραῖς ταινίαις ἐστεφανωμένος δέ, φησί, λευκῇ ἐληλύθει ὁ Δέλφις, ὅτι ἀθλητικὸς ἦν, ὡς καὶ Ἡρακλῆς. οἱ γὰρ ἀθληταὶ τούτῳ ἐστεφανοῦντο ὡς ἱερῷ. ἱερὸν δὲ ἦν τοῦ Ἡρακλέος τοὺς πολλοὺς ἄθλους διενεγκόντος. *In capite habens coronam ex populo alba Herculū planta, involutam purpureis undique lemniscis; coronatus venerat ut fertur, populo alba Delphis, quia certator erat, ut Hercules, certatores hac coronabantur tanquam sacra; sacra hæc Herculi, quod multa perfecisset certamina.* Populum fuisse coronamentum amantium, ex Theocr. versibus discimus.

Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα
Ἦνθον γὰρ κἠγώ, καὶ τὸν γλυκὺν ᾦχον ἔρωτα,
Ἢ τρίτος ἢ τέταρτος ἐὼν φίλος αὐτίκα νυκτός,
Μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων,
Κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος,
Πάντοσε πορφυρέῃσι περιζώστρῃσιν ἑλικτάν.

T Dic

Dic amorem meum unde venerit veneranda Luna.
Venissem enim ego, per dulcem amorem, venissem,
Vel duobus vel tribus comitatus de nocte amans:
Mala quidem in sinu Bacchi habens,
In capite autem habens populū Herculi plantam sacram
Vndique purpureis lemniscis involutam.

Coronamentum fuisse videtur amantium διὰ τὸ μέγεθος τε καὶ ὄρθιον, *propter magnitudinem & rectitudinem*, ut Lucianus loquitur. Physici arborem hanc sacram Herculi ajunt, quod tempora indicet. Nam ἡρακλῆς dicitur quasi ἠέρος κλέος *aëris gloria*. Per populū albam antiquitus tempus indicabatur, tum quod bicoloribus foliis prædita sit, ex una parte nivei sive cerussati, ex altera porracei viridissimi coloris, ex quib. pręcipuas temporis partes, Diem scilicet, & noctem referre videtur; tum quod hoc habeat quoq; commune cum tempore, quod ejus folia post solstitium vel ipso solstitii die circumagantur, nec alio argumento certius intelligatur Sydus confectū, ut Theophrastus & Plinius scribunt. Vide cap. 16. lib. 1. hist. Nigra populus Græcis αἴγειρος, dicitur, ἀπὸ τῆς ἐγέρσεως καὶ αὐτῆς ἀναδόσεως, *ab extructione & eruptione sursū versus.* Ἔγερσις enim non tantum excitationem, sed etiam extructionem significat. Apud Herodotum enim legimus, ἔγερσις τῶν τειχέων *murorum extructio*. Hanc ob causam hanc arborem μακεδνὴν dixit Homerus Odys. κ.

Μακραί τ' αἴγειροι, καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι, *longæ populi nigræ, & salices frugiperdæ.* Alibi μακεδνὴν dixit Odys. η.

Ἥμεναι οἷά τε φύλλα μακεδνῆς αἰγείροιο.

Sedentes ut folia excelsæ populi.

Etymon hoc habes apud Homeri interpretem, Iliad. 4. χαμαὶ πέσεν αἴγειρος ὣς ὠνομάσθη δὲ, inquit, ἀπὸ τῆς ἐγέρσεως· καὶ αὐξήσεως αὐτῆς ἀναδόσεως. Aliud etymon apud Phavorinū lego. παρὰ τὸ ἐξ τῆς ἔρας ἀΐσσειν, ἤγουν ὁρμᾶν, καὶ κινεῖσθαι· ἢ ἀπὸ τοῦ καταγνυσθαι ὑπὸ τῶν ἀνέμων. *à movendo & prosiliendo cum impetu è terra, vel, quia à ventis confringitur.* Postremū populo Libycæ familiarius, quam nigræ. Doctiss. Gaza lib. 3. Gramm. ἀπὸ τοῦ αἴθειν mavult derivare. Fulgent enim splendentq; hujus folia. Notandi interpretes Hesiodi, Diodori Siculi, & Strabonis, quod αἴγειρον *alnum* interpretantur. Hesiod. in Scuto.

Αἴγειροί τε πανύρριζοι ῥήγνυνται ὑπ' αὐτῶν. Vertunt. *Alniq; totis radicibus confringuntur ab ipsis.* Malè, ut dixi, αἴγειρον *alnum* reddunt. Sed non meliùs πανύρριζον totam radicem dicunt. πανύρριζος *longe lateque expansam radicem habens.* à πέω extendo. Diodorus lib. 4. Bibliot. διὰ δὲ τὴν ὑπερβολὴν τῆς λύπης ὑπὸ τῆς φύσεως μετασχηματισθῆναι τὴν φύσιν, γενομένας αἰγείρους· ταύτας δὲ κατ' ἐνιαυτὸν κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν δάκρυον ἀφιέναι, καὶ τοῦτο πηγνύμενον ἀποτελεῖν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον. *Præ nimio luctu, exuta natura pristina, in alnos* (populos nigros) *transmutatæ sunt* (Phaethontis sorores quę Phaetonta in ostia Padi delapsum lugebant) *quæ quotannis sub hoc ipsum tempus lachrymas emittunt, è quarum concretione electrum hoc, quod nominant, effici perhibetur.* Strabo lib. 5. Geograph. τὰ δὲ πολλὰ τῶν μυθευομένων ἢ καταψευδομένων ἄλλως ἐᾶν δεῖ οἷον τὰ περὶ Φαέθοντα, καὶ τὰς Ἡλιάδας τὰς ἀπαιγειρουμένας περὶ τὸν Ἠριδανὸν, τὸν μηδαμοῦ γῆς ὄντα, πλησίον δὲ τοῦ Πάδου λεγόμενον. Interpres, *Nam fabulosa illa multa & conficta alioquin omittenda sunt, ut de Phaethonte & Heliadibus, quæ in alnos fuerint mutatæ apud Eridanū, qui nullibi terrarum est, quanquam ab iis vicinus Pado dicitur.* In populum nigram, non alnum fuere mutatæ. Fama est, sorores Phaethontis, mortem fratris adeò graviter tulisse, ut assiduè lugentes Deorum misericordia in populos nigras fuerint conversæ.

Ovid. Lib. 1. de Ponto.

Vos quoque felices, quarum clamantia fratrem
Cortice velavit populus ore novo.

Virgil. Lib. 10. Æneid.

Namque ferunt luctu Cygnum Phaethontis amati
Populeas inter frondes umbramque sororum,
Dum canit, & mœstum musa solatur amorem,
Canentem molli pluma duxisse senectam,
Linquentem terras, & sydera voce sequentem.

Errandi occasionem interpretibus, si non ipsius Poëtæ erratū, præbuit Maro ecl. 6. ubi in alnos mutatas canit.

Tum Phaethontiadas musco circundat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.

Αἴγειρον populum nigram esse, ex ipso probatur Theophrast. lib. 2. de caus. cap. 21. ubi λεύκην ἐξαιγειροῦσθαι scribit, *albam populū in nigrā mutari.* Alba populus quomodo in nigram mutetur cap. cit. docetur. Alnum in populum mutatam hactenus inauditum, Dissimiles tota facie arbores: non valde dissimiles alba nigraque populus.

Μονοειδής. Theophrastus duo populi ait esse genera, albam & nigram populum. utramque singulari constare specie. Plinius, *Tria genera populi ait, quædam alba, alia nigra, tertia Libyca vocatur.* Queritur, an Libyca populus sit certis Theoph. quod multis videtur. Nec nobis horum displicet opinio. Meminit Hippocrates populi nigrę Creticæ Lib. de natura muliebri. αἰγείρου κρητικοῦ κόκκους ἐννέα, τρίψας ἐν οἴνῳ διδόναι πίνειν, *populi nigræ grana novem trita, ex vino bibenda dato.* Idem Libr. 1. de morb. mulierum repetit. Hæc si diversa à vulgari nigra, non erit μονοειδὴς populus. Plinius sanè populū nigram Creticam laudatissimam ait lib. 24. cap. 8. Populus nigra efficacissima habetur, quæ in Cretica nascitur. Rectè tamen Theophrast. μονοειδῆ αἴγειρον dixit. Forma non differt à vulgari, sed majori facultate pollet. Putavi aliquando corruptum fuisse Hippocratis codicem, ac legendum, αἰγείρου ῥητίνης κόκκους. Sed temerè me hoc suspicatum fuisse, non inficias eo. Videndum, quid coccum sive granum populi vocet Hippocrates: an baccas, quę uvæ oblongioris specie racematim adhærent; an primum germen. Certè uva illa sive fructus qui julum sequitur, tali non pollet vi, nec eousq; vis ejus extendi potest. Primum resinosum germen Ægineta & σπέρμα semen; & κόκκον populi vocat. Diosc. resinam nuncupat. Prima enim hujus germina, futurorum foliorum rudimenta, oblonga, hordeaceo grano majora, pingue, oleosum, resinosum quiddam continent, digitis adhærescens, colore flavo, ad luteum accedens, odore suavi gratum, quod majoribus factis, & in folia jam abeuntibus perit. Objiciet quis, hanc resinam, sive germina hæc, ad fœtus pellendos non esse idonea, quod acopis & malagmatibus adhibeatur, ut Dioscorides, Galenus, & Ægineta testantur, ἡ δὲ ἐξ αὐτῆς ῥητίνη θερμοτέρα τῶν ἄλλων ἐστι μίγνυται ἀκόποις τε, καὶ μαλάγμασι, *resina flore calidior, acopis admiscetur & malagmatibus.* Nihil impedit acopis & malagmatibus addi. Nam non rarò his adduntur, quæ pellendi fœtus vi pollent. Ipsum castorium acopis apud Æginetam admiscetur, Lib. 7. ἐν ποικίλῳ ἀκόπῳ, quod recipit χυλοῦ ἀλθαίας καὶ τήλεως — εὐφορβίου, πεπερίδιος ὀποπάνακος ἀνὰ γο ς. καστορίου γο γ. Quis euphorbium, opopanas castorium fœtus expellere negare ausit? Præterea quæ tenuium partium sunt, ea tali vi pollere, mirum nemini videtur. Tenuium partium hæc germina esse, odor satis arguit, & recentiores fatentur omnes. Porro primum populi nigrę germen ab Ægineta σπέρμα vocatur lib. 7. c. 20. ubi populneum, sive ægirinum describit unguentum. αἰγείρινον. κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἦρος γίνεται. ὅτε πολλὴ περὶ τὸ σπέρμα ἐστὶ ῥητίνη. τοὺς γὰρ κόκκους συνθλάσαντες τῆς αἰγείρου γο δ' τούτων ἐμβάλλουσιν, εἰς ξ α γλυκέος ἐλαίου. *Verno tempore fit unguentum populeum* (ægirinium hoc est, ex nigro populo interpres) *quum resina circa semen copiosa existit: etenim grana populi contusa unciis quatuor in dulcis olei sextarium admittunt.* Non tantum semen, sed etiam coccum vocat. De primo germine hæc intelligenda, eo argumento probatur, quod populus nigra vere fructum non ostendat, fructusque omni resina careat. Apud Ætiū legitur non verno tempore, sed æstate semen hoc colligendum. τὸ δὲ αἰγείρινον, σκευάζεται ἐν τῷ θέρει ὅτι πολλὴ περὶ τὸ σπερμάτιον ἐστὶ ῥητίνη, λαβόντες δὲ τοὺς κόκκους συνθλῶσιν &c. *populneum in æstate paratur, cum multa circa semen est resina; sumunt itaque ejus grana, modiceque confringunt.* Erratum exscribentis vel auctoris. Æstate nulla resina reperire est in hac arbore; vere germina resinosa sunt. semen, ut dixi, omni resina caret. Non magna mutatio si ἀντὶ θέρει æstate ἦρι scribatur. Quod sanè libentius fecero, quam optimum virum, tam grandem commisisse errorem dixerim. Post julos, profert oblongum veluti racemum, uvæ oblongioris speciem exhibentem; cui baccæ adhærent rotundæ, quæ, ubi maturuerunt, in papposam vanescunt lanuginem. Magno ergo in errore versantur illi, qui non prima germina illa resinosa, sed racematim cohærentia granula in populnei unguenti compositione assumenda tradunt. Errandi occasionē dedit Plinius, qui plurimos in populorum historia commisit errores. Hic lib. 24. c. 8. scribit. *Populi albæ uvarū in unguentis usum diximus.* Duplex error. Nemo n. populi albi uvam unguentis miscuit: deinde non uva, sed primum germen admiscetur. Confundit Plinius βρύου historiam. βρύον unguentis admiscetur. Βρύον idem Plinius Libr. 12. cap. ult. uvam populi albæ, dicit; quod valde ineptum. Sed hunc errorem supra me castigare memini. Falsum est quod idem Plinius lib. 24. ait, populum nigram fundere resinam. *Fundit*, inquit, *& illa resinam exiguam, qua utuntur ad malagmata.* Immò adhæret primo germini resinosum quid, quod evanescit, germine in folium abeunte. Pergit idem Plinius; *Humor è cavis populi nigræ effluens verrucas, papulasque & attrita corporis tollit. Humorem emittit dum accensa uritur, vel, dum castratur.*

Populi,

Populi, inquit, *ferunt & foliis guttam, ex qua apes propolin faciunt*. Vide quam parùm eorum quæ scripsit memor sit. Lib. II. cap. 7. pissoceron gigni, ait. *Pissoceros*, ait, *super eam venit, picantium modo ceu dilutior: ceræ initium plerumque è mitiore gummi. Propolis crassioris jam materie*. Ceterùm prima germina, de quibus modo mentio, κόκκους Græci vocarunt, quod grani magnitudine essent, aut paulò majora; tum quod forma granum nonnihil referant: σπέρμα, id est, *semen* ab Ægineta vocatur. Hesych. κίρκοι vocari scribit. κίρκος κρίκος, ἱέραξ, ἢ τὸ αἰγείρου βλάστησις. idem κλέκασμα τοὺς βότρυας. Intelligit primam germinationem, quæ grano major, uvę non dissimilis est. Officinæ oculos populi, gemmam populi vocare solent.

Populus Nigra.



Populus Alba.



Ὀρθοφυῆ &c. *Vtramque populum rectam*, inquit, *sed celsiorem lævioremque nigram*. Excelsiorem nigram esse, experientia docet; lævior esse non videtur, sed nigrior. Populus alba perquam facilis auctu arbor, cito in altitudinem assurgit; superius ramosa: caudice crasso, cortice albicante, ac lævi: lignum candidum, quodque non difficile finditur. Nigra populus procerior rectiorque habetur, frequenter ramosior, non raró crassioris caudicis, cortex ejus levis similiter est. Sed nigricantioris quam albæ coloris. Ligni materies durior, flavior, ac minùs albida, nervosior, ac difficilius finditur. Vtriusque lignum cum aruerit levissimum. Populus alba cum annosa est, ædificiis commodissima existit, eaque mirificè ornat: habet enim crispum lignum, fluviorumque fluxus ac cursus mentitur. Ditiores ex populi albæ materia mensas, spondasque suas parari volunt. Ex ligno nigræ populi, quoniam arefactum fit levissimum, calopodia conficiuntur, in eodue imagines sculpuntur.

Οὐδέτερον &c. *Neutra*, inquit, *florem habere videtur*. Alba populus julum profert oblongum, papposum, initio purpurascentem. Nigra etiam julum producit, albæ non dissimilem, cui fructus, qualem dixi, succedit. Cum negat florem habere, sequitur eorum opinionem qui julum florem negant. Vide cap. 7. hujus libri.

Τὸ δὲ σχῆμα τῶν φύλλων. *Foliorum figura similis*. Profectò alia folia albæ, alia nigræ, si diligenter attendamus. Albæ folia sunt lata, profundius incisa, ac angulosa, vitigineis ferè similia: sed multò minora, superiore parte lævia, glabra, ac virentia; aversa verò parte albida, ac lanuginosa. De albæ foliis quæ tradit Plinius supra lib. I. cap. 16. examinabimus, *Alba*, inquit, *folio bicolor, superne candicans*, (id falsum est; decepit Plinium locus Theophrasti citatus.) *inferiore parte viridi: huic nigræque, ut crotoni*. (id est ricino. talia albæ, neutiquam nigræ, ac de alba tantùm tradit Theophrast.) *folia in juventa circinatæ rotunditatis sunt, vetustiora in angulos exeunt; è contrario hederæ angulosa: rotundantur*, (vide cap. 16. lib. I.) *populorum foliis grandissima lanugo* (omni lanugine nigra caret, albæ aversa parte, lanuginem habent) *evolat candidæ, tradita folio numerosiore candida, ut julus*. Hactenus Plinius. Facilè videt lector, Plinium in re botanica valde rudem fuisse. Nigra populus folium habet neutiquam angulosum, sed instar priorum hederæ foliorum latum, & acuminatum, per ambitum nonnihil crenatum, colore virens, læve & resplendens, longo tenuique pediculo appensum, quamobrem, ventis concussum, strepitū exhibet. Vides dissimilia utriusque folia esse. Quomodo ergo similia dixit Theophrastus? Ex ipso Theoph. respondemus lib. I. cap. 16. Omnium arborū folia sibi ipsa similia tradit, populi autem & hederæ dissimilia: recencentia enim populi albæ, (malè vir magnus hoc de utraque populo accepit; λεύκης ait Theoph.) & ricini folia rotunda scribit, vetera verò fieri angulosa tradit. Similia ergo cum utriusque folia ait, comparat folia recentia populi albæ foliis nigræ.

Ἡ κέρκις. Nomen accepit quod folium ejus in cacumen instar radii textoris, vel cunei exeat. Κερκὶς enim, ut Pollux docet, radium vel pectinem significat. Sed hoc etymon an satis conveniens sit, dubito, quod facilè ex descriptione foliorum, quam mox dabo, percipiet Lector. Κερκὶν Hesych. acumen populi nigræ, piceæque exponit. κερκὶς ἡ τῆς πίτυος κορυφὴ ἢ αἰγείρου καὶ εἶδος ὄρνιθος. Κερκὶς (si modo quam populi Libycæ nomine ostendunt recentiores sit κερκὶς) dicitur, quasi κρεκὶς, (quomodo legendum quidam existimant) quod folia ejus etiam cęlo tranquillo crepent, sonitumque edant. Κρέκειν Galenus in glossis exponit; ὀνοματοπεποίηται τὸν μισητὸν ἦχον ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ νούσων μείζονι; Fictitia vox & molestus odiosusq; sonus. Utitur ea Hippocr. major lib. de 2. morbis. Doctiss. Fœsius, & Galenus existimant κρέκειν pro κέρχειν legisse (nam in toto libro περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν vocem (κρέκειν scriptam non reperies.) ut subnotare videatur locum, qui legitur (pag. 144. 43.) καὶ ὁ φάρυξ δοκέει κέρχειν. Idem apud Galenum in exegesi legit, κρέκειν & ὀνοματοπεποίηται τὸ μισητὸν ἠχεῖν. Vt κρέκειν vox sit fictitia, quæ molestum aut odiosum quiddam insonare indicet. Est enim κρέκειν κρούειν *pulsare*, & propriè τὴν κιθάραν κρούειν significat, quod est, *citharam pulsare*. Hesych. κρέκει exponit κιθαρίζει. Sic Aristot. in civibus, κρέκουσ' αὐλὸν dixit, ἀντὶ τοῦ λαλοῦσα, ut exponit Scholiastes. Κέρκιν Gaza *populum* vertit *Alpinam*, Tertium populi genus Plinius Libycam vocat. Quæritur, an Libyca populus cercis sit Theophrasti. Negare videtur vir magnus. Ruellius, inquit, hoc amplius erravit, qui Alpinam cum Libyca conjunxit; quippe si Alpina, Libyca non erit. Nam & cœli segmenta alia, & natura loci diversissima: neque

 convenit


convenit Pliniana cum hac Theophrasti. Plinius folio minimam ait ac nigerrimam; Theoph. φύλλον χρώματι χλόον ὅμοιον, τὸ ὕπτιον καὶ τὸ πρανές. Hic nihil nigroris intelligas,

Populus tremula Libyca.



tantò minus illius maximi nigri. Non conjunxit Ruellius Libycam cum Alpina. Sic enim lib. 1. cap. 120. scribit; *Tertium genus Theoph. facit ejus quam alpinam, nonnulli Libycam appellant.* Quibus in verbis, quid commiserit Ruellius reprehensione dignum, non video. Non enim conjungit Libycam cum Alpina; sed tertium populi genus, nonnullis Alpinam, aliis Libycam vocari, tradit. Sed ponamus conjunxisse; ideóne erravit? minimè. At aliud cœli segmentum in Libya, aliud in Alpibus. etiam diversum in Norvegia, ab Italico, in utraque tamen pinus & abies. Loci natura diversissima Libyca & Zelandica: in utraque tamen nascitur laurus, floret, fructumque fert. Nulla itaque ratio est, cur Libyca populus in Alpibus nasci non possit. Negat idem, populum Libycam Plinii, eandem Theoph. esse. Rationem audivimus. Respondeo; Plinium non simpliciter huic populo nigerrimum tribuisse folium, sed respectu aliarum populorum hujus folium nigerrimum & minimum dixisse. Queri etjam solet, utrum tertia populus Dodonæo descripta, sit cercis Theophrasti. Botanicorum ea est opinio. Quædam tamen obstant: Cercidem Theoph. lib. 1. cap. 18. in siliqua nudum semen ferre ait: populus siliquam, aut siliquæ simile nihil fert. Corruptum codicem dicunt; sed videat lector, quæ cap. citato diximus. Cercidi Theophrastus folium ait esse hederæ, altera parte angulis carens. Huic subrotundum, margine profundius inciso quam nigræ in angulum acutum non desinens. Quare rectè à nonnullis tertium populi genus, nullo addito alio cognomine, vocatur. Altitudine albæ populo non multùm cedit. Procera etiam arbor, cortex ac ligni materies ad nigræ similitudinem accedunt: juli longiores ac nigriores: folia quoque nigriora ac duriora, subrotunda, marginibus profundius incisa; quæ è longioribus pediculis dependentia continuò fere moventur, atque inter se collisa crepitant (quare à Belgis **ratelaer** vocatur) cœlo etiam tranquillo ac sudo, vel quam minimùm ventoso. Radices hujus firmiores, profundiùs quam albæ descendunt. Sunt quæ arborem Iudæ vulgo vocatam cercidem esse contendunt. Cercis cortice est populo albæ simili, verùm asperiore & scabriore; Huic cortex è purpura nigricans, nec asperior, nec scabrior albæ populo. Cercis ramis albicantibus spargitur; Hujus ex purpura nigricant. De arbore Iudæ alibi plura. Corrige Theodori codicem, Scribe *scabriorique, ut pirus sylvestris.* Theophrastus cum folium χρώματι χλόον ὅμοιον τὸ ὕπτιον, καὶ τὸ πρανὲς ait; intellige, folii utramque partem eodem ferè esse colore, attamen parte superiore intensiore esse colore. Foliorum descriptionem si sequaris: quam nigram vocamus, propius accedit, quam tertia. Sin verò pediculi, tertia magis convenit; quanquam nigræ pediculus etiam longus.

Alnus.



Κλήθρα vel κλήθρη alnus Latinis vocatur, quod amne alatur, ut lib. 4. cap. 9. Scribit Theophrastus. Plin. lib. 16. cap. 18. non nisi in aquis provenire tradit. κλήθρας nomen à contrario impositū est, quod lignum minimè compactum, clausumque habeat, sed fungosum & spongiosum. κλήθρα ergo ἀπὸ τοῦ κλείω. κλείσω· τὸ δὲ κλήω, οἱ Ἴωνες διὰ τοῦ η καὶ ι γράφουσιν, ἐξ οὗ ἡ κλήθρη διὰ τοῦ η καὶ ι γράφουσιν. id est, *clethra ergo à* κλείω, *quod in futuro habet* κλείσω. *Iones cum* η *&* ι *scribunt;* κλήω *unde* κλήθρη *cum* η *&* ι *scribant.* Dicta etiam esse hæc arbor potest, à κλείω vel κλῄζω *claudo*, quod ex hac naves, in quibus multa retinentur & clauduntur, fiebant.

Lucanus.

& fluctibus aptior alnus.

Virg. 1. Georg.

Tunc alnos primùm fluvii sensere cavatas.

Item alibi:

Nec non & torrentem undam levis innatat alnus

Claudian.

Qui dubiis ausus committere fluctibus alnum.

Prius etymon magis arridet; postremum nimis longè petitum.

Ἄκαρπον. in Bas. & Ald. ἔγκαρπον scriptum est. Supra cap. 6. alnum fructum habere tradidit; quod ipsa experientia comprobat. Reprehendunt recentiores Theophr. quod alnum sterilē scripserit, cum ne per somniū quidem hoc cogitaverit. Maluerunt interpretes, & correctores Plin. sequi, quam cum Theophrasto bene sentire. Scribit Plinius lib. 16. cap. 26. *fructum arborum solæ nullum ferunt, hoc est, ne semen quidem. Tamarix scopis tantum nascens, populus, alnus, ulmus, atinia, alaternus &c.* Hæc omnia fructum & semen ferre autopsia docet. Nec vocis ἄκαρπον vim intellexit Plinius. Vide quæ lib. 1. dixi. ubi probavi.

probavi, ἄκαρπα dici δένδρα, quæ fructum ferunt esui ineptum. Scribe apud Theoph. ἔγκαρπον; quomodo etiam legit Robertus Constantinus. Præter veritatem est quod scribit Aristoteles, in sola Creta fructum ferre: apud Batavos quotannis floret, & fructum fert. Fructuosa est arbor. Vere julos emittit oblongos, ex multis squamis compactos, fuscos, quales betulæ & fago; sed in alno non decidunt, ut in fago contingere videmus, sed durant coguntur que, Ita quidem, ut forma olivas imitentur. Atque hic alni fructus est, qui autumno appetente maturatur, & dehiscit; ac tum semen decidit, ex quo nova planta.

Ὀρθοφυής; non tantum recto, sed etiam procero ac mediocris crassitudinis est caudice. Hinc Virg. *proceras erigit alnos.*

Ovid. lib. 13. Metamorph. *Floridior prato, longa procerior alno.*

Ξύλον. Lignum alni molle & fungosum quasi cernitur, rami fragiles, nec inflecti se patiuntur, ut alia aquatica ligna: cortice circumvestitur scabro, fragili, nigricante, incana ac muscosa barba obducto, non aliter atque vetulæ, ad corii aliorumque tincturas utili; lignum alni cortice spoliatum, & ipsum ruffum apparet, molle ac tractabile; quod extra aquas non diu incorruptum durat; sub ipsis verò aquis, & in aquosis, ad æternitatem immortale, ædificiorum fundamenta & immania pondera sustinet. Multa ædificia palos ex alno subdita habent. Alni idcirco materiam à Venetis expetitam narrat Mathiolus, ad palatiorum ædiumque fundamenta, quod crebro fixa, non modo ad æternitatem maneat immortalis, sed quod ingentes admodum ferat moles. Sed nec hæc antiquis incognita. Vitruvius, ubi de lignorum materie agit. *Alnus*, inquit, *quæ proximè fluminum ripis procreatur, & minimè materies utilis videtur, habet in se egregias rationes. Etenim aëre est, & igni plurimum temperata, non multum terreno, humore paulo. Itaque quia non minus* (lege *nimis*) *habet in corpore humoris, in palustribus locis infra fundamenta ædificiorũ, palationibus crebrò fixa, recipiens in se quod minus habet in corpore liquoris, permanet immortalis ad æternitatem, & sustinet immania pondera structuræ, & sine vitiis conservat. Ita quæ non potest extra terram paulum temporis durare, ea in humore obruta, permanet ad diuturnitatem.* Plin. lib. 16. c. 37. *Licet alni sepibus muniant, contraque rumpentium amnium impetus, riparũ muro in tutela ruris excubent, in aqua satæ, cæsæque densius innumero hærede prosint.* Cur alnus, extra aquas flaccida fiat, ac putrescat, sub aqua immortalis & æterna permaneat, lib. 3. de causis plantar. cap. 17. docet Theophrastus. Ne pigeat acutiss. Scaligeri, & nostras adire Annotationes.

Φύλλον ὅμοιον ἀπίῳ. Cum piro non magnam habet similitudinem, nec majora quam pyrus fert folia. Constantinus corrigit καρύᾳ; quia cap. sequenti τῷ τῆς κλήθρης ὁμοιόζυγον. Hanc si sequi velis lectionẽ, scribe, καρύᾳ ἡρακλεωτικῇ. Nam καρύα, κατ' ἐξοχὴν & sine adjuncto, juglandẽ denotat, cum qua nihil similitudinis alnus habet. Alni folia rotunda sunt, nervosa, coryli foliis satis similia, sed nigricantiora, angustiora, longiora, læviora, per ambitũ instar coryli crenata, tactu gummosa, ac glutinosa, non aliter, ac si visco seu pinguedine quadam oblita forent: Alni folia. Plin. lib. 16. c. 24. crassissima dixit. Hæc tabellarii, ut fama est, aliique, si quando in æstu defatigati fuerint, ut commodè pedibus incedere queant, calcibus imponunt; qua ratione dolorem mitigari ajunt, & calorem lassitudinemque extrahi.

Τραχύφλοιον &c. Corticem, inquit, habere asperum & ruffum intus, ad coria tingenda utilem. Supra, ubi de ligno ac caudice egi, corticem descripsi. Ex cortice alni ater color conficitur. Infectores namque & pilearii cortices alni, & ferrum vetus, aqua per aliquot dies macerant, hinc color efficitur niger, atramento similis.

Ῥίζας &c. Radices habet mediocres, per summam tellurem repentes, quales describit Theoph. Ad radices has quandoque excrescentia ramosa, uvæ quercinæ similis observatur.

Φύεται δὲ ἐν ἐφύδροις. Humectis & uliginosis locis gaudet, potissimum verò frigidis & opacis convallibus, ad ripas torrentũ & amnium quam lætissimè provenit. Sed quod ait, nullibi quam in aquaticis vivere, id cave credas. Lib. 1. cap. 7. ancipitem vitam agere scripsit; quod verissimum est. Siccis locis æquè procera ac pulchra, quam uliginosis nascitur. In agro Zypiano locis sterilibus & arenosis, ubi ne gramen quidem provenit, alnus, si plantetur, pulchrè provenit. Quæ causa, quod multa millia alnorum recenter natarum, quotannis eò deferantur, & plantentur; solo, ut dixi, ad aliud nihil apto. Dicendum pro Theophrasto, sponte sua uliginosis tantum provenire locis, in agrum vero istũ esse translatam & ibi plantatam.

Alnus nigra.




Theophrastus alnum unigenam tradit: recentiores plura observarunt genera. 1. alnus rotundi-folio, vulgaris, glutinosa, viridis, quæ in Creta *Schitro* vocatur. 2. alnus folio oblongo viridi. 3. alnus folio incano. 4. alnus alpina minor. Hæc cum prima convenit quidem, sed per omnia humilior est, nec folia ita lento humore aspersa sunt. His addi debet baccifera; quæ ob similitudinem quam cum foliis alni habet, illud nomen accepit. In arborem vix assurgit, neque crassescit, sed virgas quam plurimas emittit, x. aut xII. pedes altas, pollicaris crassitudinis, in alias virgulas divisas; quarum exterior cortex tenuis, ac niger est, glaucis maculis aspersus, qui vera ligno proximus subest, luteus, ac luteo quoque croci colore tingit: ligni materies candida & fragilis, medulla media ex rubro nigricante. Folia sunt qualia alni vel cerasi, nigriora tamen, & paulò rotundiora; sed dum adhuc pusilla planta est, soloque pingui consita, oblonga, & magna: flosculi inalbicant. Baccæ rotundæ; fructus sunt magnitudine piperis; in quibus fissura quædam apparet, quasi ex duabus in unum coaluissent, primùm virides, deinde rubrę, postremò nigrę cum maturę fuerint; nuclei verò in his sunt exigui duo; gustus planè ingrati; radix per summa cespitum vagatur. In Angliæ, Germaniæ, Brabantiæ sylvosis, udis, & humidioribus locis frequens. Folia primo vere emittit, floret Aprili, fructus Augusto maturus, vulgo **sporken-hout**/ à maculis glaucis, vocant. Alii **pijl-hout** / quod pueri ex his sibi tela conficiunt. Cortice interno rustici pro rhabarbaro utuntur. Expurgat crassos, lentos, pituitosos, biliosos humores, & non modo per inferiorem sedem, sed frequenter etiam vomitione, cum magna ventriculi perturbatione & molestia. Rusticorum idcirco, non urbanorum esto medicamentum.

Σημύδα: Nomen accepit ἀπὸ τοῦ σήθειν, καὶ μυδᾷν, quòd primo vere humorem avidiùs & citiùs quam aliæ arbores è terra trahat, excernatque; tum quòd humore succoque dulci plena sit; vertunt *Betulam.* Betulam quidam dici putant, quod bitumine scateat. Apud Plinium

enim lib. 16. cap. 18. legere est, *bitumen ex ea Galliæ excoquunt.* Malunt alii à batuendo nomen accepisse: batuere enim cædere est. Sic, batula levi mutatione, betula. Plin. loco citato. *Gaudet frigoribus sorbus, & magis etiam betula. Gallica hæc arbor, mirabili candore, atque tenuitate, terribilis magistratuum virgis. Eadem circulis flexilis, item corbium sportis. Bitumen ex ea Galliæ excoquunt.* Etiam hodie virgæ ex betula conficiuntur, quibus parentes & pædagogi pueros terrent, eorumque ignaviam & lasciviam emendant, coërcentque. Utrum, quam betulā vulgo vocant σημύδα, non constat. Mirabili candore, ait esse Plinius. Theophrastus cortice versicolore, ait.

Φύλλον ἔχει ὅμοιον τῷ κηλυμέδῃ καρύᾳ. Nullum nucis genus novi, quod folium betulæ simile habeat. Præterea, ut rectè monet Scaliger, notis rebus non addi solent voces τὸ κηλύμθον, τὴν κηλυμβίλω. Pyro similius folium habet. Forte negligentia exscribentium contigit, ut quod Theophrastus alno, hoc illi betulæ, & quod betulæ Theophrastus, hoc alno iidem adscripserint. Constat, αὐτοψίᾳ alnum folia habere corylo similia; betulæ pyro non dissimilia esse. Scribo ergo, ἡ ὃ σημύδα κηλυμένη φύλλον ἔχει ὅμοιον ἀπίῳ. Quæ vocatur betula, folia fert similia pyro. Malunt alii, φύλλον ἔχει ὅμοιον ὀξύῃ. sed propius ad vulgatam lectionem ἀπίῳ accedit: tum etiam, videtur transpositio facta, & quod Theophrastus alno adscripserat, id betulæ adscriptum esse, & contra.

Betula.



Betula non rarò ad mediocris arboris altitudinem excrescit, quandoque humilior & fruticosa magis. arbor ramosa, mediocriter crassa: cortex exterior caudicem convestiens, crassus, durus, scaber, rimosus; qui verò huic subest interior, tenuis admodum, lævis, candidus, atque membranæ instar pellucidus, aut chartæ nostræ; in quo veteres sua opera inscribebant, ante repertum chartæ usum. *Vidimus*, inquit Tragus, *Curio, oppido Rhetiæ superioris, nonnulla carmina in cortice betulæ exarata.* Crassiorum ramulorum cortices maculosi sunt & inalbicant; minorum verò cortex lævis est, succosus, resplendens colore fusco, aut puniceo, qualis est castaneæ, echino exemptæ, color. Rami hi lenti sunt, in quamvis partem flexiles; qui ferè deorsum reclinati, ex arbore dependent, veluti julorum, aut foliorum pondere gravati. Ligni materies alba est, ut & ramulorum, qui propter flexibilitatem, ad circulos vasarios non minus utiles sunt, quam saligni. Folia latiuscula sunt, in ambitu parùm crenata, minora quam fagi, lævioraque, virentiora, & oblongiora quam piri; quæ causa quod paulò angustiora dixit Theophrastus. Primo exortu plicata ac crispa prorumpunt, viridi, pulchreq; herbaceo tincta colore, singula singulis eisque tenuibus dependentia pediculis, scuto exiguo forma similia. Iulos edit oblongos, coryli alnique modo, nec decidunt ante autumnum. Sunt enim betulæ loco fructus, semenque continent ex quo nova nascitur planta. In Germaniæ ac Bohemiæ sylvis, tum & alibi gignuntur, quandoque in arenosis & aridissimis, veluti in Brabantiæ Campania, quibusdam locis adeò sterilibus, ut ne herbam quidem producant, in quibus tamen betula viget ac crescit. Iuli vere novo prodeunt, deinde folia Aprili mense, aut paulò seriùs. Inter omnes arbores (ut scriptum reliquit Tragus) vix aliam quamcunque reperies, quæ verè tam cito tantaque copia, humorem ac succum suum à terra hauriat atque betula. Nam in initiis veris, antequam folia prodiere, jam dulcem suum succum, eumque adeo largum recipit, ut si arbor vulneretur, limpidissimus liquor copiosus effluat, quem siti pressi pastores, in sylvis sæpe numero potare solent. Quemadmodū & nos (Tragi verba sunt) non semel eo liquore recreati fuimus, cum herbarum gratia vastas peragraremus sylvas.

Κολυτία. Infra cap. 17. κολυτία legitur. Vera lectio κολοίτια. Hesychius κολοίτια. δένδρον τι. *coloitea arbor quædam.* Idem apud Phavorinum & lib. 1. hist. c. 18. Nomen hoc inditū, quod decurtata non resurgat, nec amplius excrescat, sed moriatur, ut infra cap. 17. docet Theophrastus.

Τὸ τῆς ἰτέας. Infra cap. 17. φύλλον δ' ἔχει παρόμοιον τύλη legitur. Corrigunt, πτίλη. Malo ex hoc loco, ἰτέα. Doctiss. quidam, ut arborē Iudæ coloiteam probent, totam hanc periodum in hunc sensum legunt; ἡ δὲ κερκὶς, ὥσπερ κολυτία ἔλλοβος, ἔχει τὸ μὲ φύλλον ἐμφερὲς κισσῷ: πολύοζον, ἢ πολύφυλλον τὸ δένδρον, ὅλον μέγα. τὸ δὲ καρπὸν καθάπερ χέδροπα ἐν λοβοῖς ἔχει πλατέσι, ἢ τὸ σπερμάτιον τὸ ἐνὸν, μικρὸν, σκληρὸν δὲ μετρίως, ὀλίγα δὲ τοιαῦτα τῶν δένδρων; deletis aliis vocibus quæ ineptam & ridiculam stultitiæ imitationem præ se ferunt, indignam oratione disertissimi Philosophi. Sonant autem hæc verba: *Siliquata est cercis, ut & colytea, arbor tota nodosa, foliosa, magna, fructus, ut leguminum, in siliquis latis, semen exiguum, paucum, pro magnitudinis ratione inclusum siliquis, modicè durum. tales paucæ arbores.* Si probetur, inquiunt, hæc lectio, arborem Iudæ hanc stirpem esse, omnino arbitramur: præsertim si turbatis his & confusis historiis, ex descriptione secundæ colyteæ, huic assignes folium esse, ἐπὶ θάτερα χλωρὸν, ὄπισθεν δὲ ἐπιλευκαῖον, ἢ πολύινον ταῖς λεπταῖς ἰσὶ, μεταξὺ τῶν πλευρῶν ἀπὸ μέσης κατατεινουσῶν. id autem est, *altera parte virere, inferiore & aversa parte candicare folium, tenuibus multis fibris nervosum, inter eas sitis, quæ costarum instar à media protenduntur.* Sed quæro qua auctoritate hæc lectio, à vulgata tam diversa, stabiliatur. Temerè enim & sine magnis rationibus auctorum scripta non mutanda, Sed examinare libet hanc lectionem, ἡ δὲ κερκὶς ὥσπερ κολυτία ἔλλοβος. Ita ex lib. 1. cap. 18. legunt; Ubi & cercin & coloiteam (ita eo loco, ut apud Hesych. legitur) in siliqua ferre semen, ait Theophrastus. Iidem pro cercide habent populum tertiam, quam Lybicam vocant. Atque huic siliqua nulla, nec siliquæ quid simile fert. τὸ μὲ φύλλον ἐμφερὲς κισσῷ. Non verrtunt hæc verba. Sonant autem Latinè. *folia habet similia ferè hederæ.* circinatæ rotunditatis fere. Arbori Iudę sunt folia asari similia: hederæ folia adulta angulosa sunt, oblonga, vel in longitudinem exporrecta, dum tenella sunt. hederæ folia intenso viridi sunt colore, arboris Iudæ, dilutè virent: nec foliosa dici potest arbor Iudæ. ὅλον μέγα, id est, *valde magna.* Inter frutices numeranda arbor Iudæ dicta, non nisi cultura arborescit; qua accedente, ad mediocris tantum arboris altitudinem assurgit. Videt lector, etiamsi hanc sequamur lectionem, (quam planè improbamus, quod ne vestigia quidem ejus in vulgatis extant codicibus) arborem Iudæ non esse coloiteam. Sed de hac arbore plura cap. 17.

Σπανίων. Paucas, inquit, esse arbores, quæ fructum in siliqua ferunt. Certè paucę sunt; nam plurima pars, immò ferè omnes, paucis his exceptis, siliqua carent. utraq; acacia Spartiū (si modo arborib. adnumerari debeat) ejusq; genera colutea. anagyris, laburnum, arbor Iudæ, siliqua, cassia fistuca. ceronia Ægyptia, neriū sive rhododendrum.

De coloitea, alteraque quam colytam vocant plura infra cap. 17. dicuntur, auctorumque diversæ examinantur sententiæ.

ΚΕΦ. ΙΕ. | CAP. XV.

De nuce avellana, terebintho, buxo, cratægo.

Ἡ δὲ ἡρακλεωτικὴ καρύα (φύσει γὰρ καὶ τοῦτ' "ἄγριον) ἄγριος τῷ τε μηδὲν μηδὲ πολὺ χεῖρον γίνεσθαι τῶν ἡμέρων τὸν καρπὸν, καὶ τῷ δύνασθαι χειμῶνας ὑποφέρειν, καὶ τῷ πολὺ φύεσθαι κατὰ τὰ ὄρη, † καὶ πολύκαρπον ἐν ταῖς φοραῖς. ἔτι δὲ τῷ μηδὲ στελεχῶδες, ἀλλὰ θαμνῶδες εἶναι ῥάβδοις ἄνευ μασχαλῶν καὶ ἀνόζοις· μικραῖς δὲ καὶ παχείαις, ἐνίαις. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐξημεροῦται· διαφορὰν δὲ ἔχει τῷ τὸν καρπὸν ἀποδιδόναι βελτίω, καὶ μεῖζον τὸ φύλλον. κεχαραγμένον δ' ἀμφοῖν, ὁμοιότατον τῷ τῆς κλήθρας, πλὴν πλατύτερον. καὶ αὐτὸ τὸ δένδρον μεῖζον· καρπιμώτερον δὲ καὶ αἰεὶ γίνεται κατακοπτόμενον τὰς ῥάβδους. γένη δὲ δύο, ἀμφοῖν. αἱ μὲν γὰρ στρογγύλον, αἱ δὲ πρόμακρον φέρουσι τὸ κάρυον. ἐκλευκότερον δὲ τὸ τῶν ἡμέρων, καὶ καλλικαρπεῖ. μάλιστα δ' ἐν τοῖς ἐφύδροις. ἐξημεροῦται δὲ τὰ ἄγρια μεταφυτευόμενα. φλοιὸν ‡ δὲ ἔχει, πλὴν ἐπιπόλαιον, λεπτὸν, λιπαρὸν, ἰδίως στιγμὰς λευκὰς ἔχοντα " ἐν αὐτῷ, τὸ δὲ ξύλον σφόδρα γλίσχρον. ὥστε καὶ τὰ λεπτὰ πάνυ ῥαβδία † περιλοπίσαντες, κανέα ποιοῦσι, καὶ τὰ ‡ παχέα δὲ καταξύσαντες. ἔχει δὲ καὶ ἐντεριώνην λεπτὴν, ξανθὴν ᾗ κοιλαίνεται. ἴδιον δ' αὐτῶν τὸ περὶ τὸν ἴουλον ὥσπερ εἴπομεν. τῆς δὲ τερεβίνθου, τὸ μὲν ἄρρεν· τὸ δὲ θῆλυ. τὸ μὲν οὖν ἄρρεν, ἄκαρπον, διὸ καὶ καλοῦσιν ἄρρεν· τῶν δὲ θηλειῶν, ἡ μὲν ἐρυθρὸν εὐθὺς φέρει τὸν καρπὸν, ἡλίκον "φακὸς, καὶ ἄπεπτον. ‡ Ἡ δὲ χλωρὸν ἐνέγκασα, μετὰ ταῦτα ἐρυθραίνει. καὶ ἅμα τῇ ἀμπέλῳ πεπαίνουσα, τὸ ἔσχατον ποιεῖ μέλανα. μέγεθος ἡλίκον κύαμον. † ῥητινώδη δὲ καὶ θυωδέστερον. ἔστι δὲ τὸ δένδρον περὶ μὲν τὴν Ἴδην καὶ τὴν Μακεδονίαν βραχὺ, θαμνῶδες, ἐστραμμένον. περὶ δὲ Δαμασκὸν τῆς Συρίας, μέγα, καὶ πολὺ, καὶ καλόν. ὄρος γάρ τί φασιν εἶναι παμμέγιστον ‡ τερεβίνθων. ἄλλο δὲ οὐδὲν πεφυκέναι· ξύλον δὲ ἔχει γλίσχρον, καὶ ῥίζας ἰσχυρὰς "κατὰ βάθος, καὶ τὸ ὅλον ἀνώλεθρον. ἄνθος δὲ ὅμοιον τῷ τῆς † ἐλαίας, τῷ χρώματι δὲ ἐρυθρόν. φύλλα δὲ περὶ ἕνα μίσχον, πλείω, δαφνοειδῆ, κατὰ συζυγίαν, ὥσπερ ‡ καὶ τὸ τῆς οἴης. καὶ τὸ ἐξ ἄκρου περιττόν. "πλὴν ἀγωνιώτερον τῆς οἴης. καὶ δαφνοειδέστερον δὲ κύκλῳ. καὶ λιπαρὸν ἅμα ἅπαν τῷ καρπῷ. φέρει δὲ καὶ † κωρυκώδη τινὰ κοῖλα καθάπερ ἡ πτελέα. ἐν οἷς θηρίδια ἐγγίνεται κωνωποειδῆ. ἐγγίνεται δὲ τὸ ‡ ῥητινῶδες ἐν τούτοις καὶ γλίσχρον. οὐ μὴν ἐντεῦθέν γε, "ἡ ῥητίνη συλλέγεται, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ξύλου. ὁ δὲ καρπὸς οὐκ ἀφίησι † ῥητίνης πλῆθος. ἀλλὰ προσέχεται μὲν ταῖς χερσί. κἂν μὴ πλυθῇ μετὰ τὴν συλλογὴν, συνέχεται. πλυνόμενος δὲ, ὁ μὲν λευκὸς καὶ ἄπεπτος ἐπὶ ‡ πλεῖον. ὁ δὲ μέλας ὑφίσταται. ἡ δὲ πύξος μεγέθει μὲν οὐ μεγάλη· τὸ δὲ φύλλον ὅμοιον ἔχει μυρρίνῳ. φύεται δ' ἐν τοῖς ψυχροῖς τόποις καὶ τραχέσι. καὶ γὰρ τὰ "Κύτωρα τοιοῦτον, οὗ ἡ πλείστη γίνεται. ψυχρὸς δὲ ὁ Ὄλυμπος ὁ Μακεδονικός. καὶ γὰρ ἐνταῦθα γίνονται. πλὴν οὐ μεγάλοι. μέγιστοι δὲ καὶ κάλλιστοι † ἐν Κύρνῳ. καὶ γὰρ εὐμήκεις καὶ πάχος ἔχουσαι πολὺ παρὰ τὰς ἄλλας· διὸ καὶ τὸ μέλι οὐχ ἡδὺ, ὄζον τῆς πύξου· πλήθει δὲ πολύ. κραταιγος δ' ‡ ἐστὶν, οἱ δὲ κραταιγόνα καλοῦσιν. ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον μεσπίλῃ, πεταλὸν, "πλὴν μεῖζον ἐκείνου, καὶ πλατύτερον καὶ προμηκέστερον. τὸν δὲ χαραγμὸν οὐκ ἔχον,

" ἄγριον] ἄγριος καλεῖται, τοῦτε μηδὲν ἢ μηδὲ Const. † πολύκαρπον εἶναι ἐν vel πολυκαρπεῖν Const. ‡ δὲ ἔχει ὅμοιον κλήθρα, πλὴν ποικίλον λεῖον λεῖον Bas. " ἐν αὐτῷ Const. † περιλοπίσαντες τὰ. Al. Germ. ‡ παχέα καταξύσαντες Const. " ἡλίκον φακὸν Bas. ‡ χλωρὸν. Plinius. Vide Const. notas. † ῥητινώδη δὲ καὶ θυωδέστερον, εὐωδέστερον Const. ex Plinio in notis. ‡ Τερεβίνθου Bas. " κατὰ βάθος Bas. † Ἐλαίας. τῷ χρώματι δὲ ἐρυθρὸν φύλλον. περὶ ἕνα μίσχον πλείω. Bas. ‡ τὸ τῆς οἴης. " ἀγωνιώτερον ἢ τῆς οἴης Const. † κωρυκώδη Const. Ald. Germ. κορυκώδη Theod. καρυώδη. ‡ ῥητινῶδες. " ῥητίνη. † ῥητίνης. ‡ Ger. Cod. in marg. ἐπιπόλαιον ἐπιπολεῖ, id est, ἐπιπλεῖ Const. cujus vide notas. " Κύτωρα Bas. † Κύρνῳ. Al. Germ. ‡ ἐστὶν, ἣν οἱ δὲ κραταιγόνα Const. " πλὴν μεῖζον ἢ ἐκείνου Const.

NVx avellana (etenim hæc quoque natura sylvestris est) quoniam sylvestris, nullo, aut non multo deterius, quam urbana, fructificet: & quod hyemes perpeti possit, montibusque magna ex parte proveniat, † & quidem fœcundissima tempestiva ubertate. Ad hæc quod non caudicosa, sed fruticosa, virgis sine alis enodibus, verum brevibus, crassisque nonnullis assurgit. Cæterum & mansuescere potest. Differt tamen, quod fructum meliorem, foliumque amplius habeat. Circumserratum folium ambabus, simillimum alno, sed latius. Atque arbos ipsa amplior, fœcundior assiduè redditur, virgis præcisis. ‡ Ambæ bino genere constant. quædam enim rotundam, quædam oblongam nucem largiuntur. Sed urbanarum fructus candidior est, & locis aquosis potissimum fructificat melius. Sylvestres translatæ mansuescunt. " Corticem summum habent tenuem, maculis albidis peculiariter variatum. Materies admodum lenta, † ut prægraciles virgæ, desquamatæ, crassæ, derasæ removentur. Habent medullam tenuem, flavam, qua concavantur. Peculiare his julus callo compactus, ut retulimus. Terebinthorum alia mascula, alia fœmina. Mascula sterilis est, ob id sexui maris adoptatur. Fœminarum, ‡ alia fructum protinus rufum promit magnitudine lentis, qui concoqui nequit: alia viridem editum, ruffum postmodum tingit, & cum vite maturescentem nigrum novissimo facit, magnitudine fabæ, resinosum, & sulfurosum. Circa Idam, & Macedoniam brevis, " fruticosa, contortaque nascitur: at apud Damascum Syriæ, magna, copiosa, decoráque: montem enim quendam terebinthis refertum referunt, in quo aliud nihil. Materies ei lenta, radices validæ † in profundo, atque in totum incorrupta hæc arbos habetur: flos oleæ, verum colore ‡ rufo. Folia circa unum pediculum, pleraque specie laurinorum, conjugatim. quemadmodum sorbo. Quodque parte postrema acuminet, impar exit: verum minus angulata, quam sorbo, ambituque laurino similiora, & pinguia cum universo fructu. Fert & ad nucis similitudinem quędam concava, ut ulmus: quibus bestiolæ, tanquam culices innascuntur. Fit in his resinosum quid, lentumque, sed resina tamen non hinc legitur, sed à ligno. Fructus resinæ copiam non mittit, sed manibus tantum adhæret: & si non lavetur, postquam collectus est, inter se cohærescit: cum verò lavatur, candidus, probeque maturus supernatat, niger subsidit. Buxus magnitudine non excellit: folio myrto similis. Nascitur locis algentibus, atque asperis. Quippe Cytora talis est, qua plurima provenit. Olympus quoque Macedonicus frigidus est: nam & in eo gignitur, quanquam non magna: maxima autem, pulcherrimaque in " Cyrena est. Procera enim, crassitudineque cæteris longè præstantior † ideo vel insuave est, buxum olens. Cratægus, quam alii cratægonem vocant, folio mespilæ ‡ promisso scilicet est: verùm majori, latiori, oblongiorique, nec serrato, quemadmodum illa sit. Hæc nec admodum magna, neque crassa. Materies ei versicolor, valida, flava, cortex lævis, mespilo similis, ra-

" corylus (etenim hæc quoque natura sylvestris est) ἄγριος, id est, sylvestris vocatur, quoniam neutiquam aut saltem non multo &c. † & quod fœcundissima sit ubertatis tẽpore. ‡ utraque duobus generibus constat. " cortice habet alno similem, nisi quod sit varius, tenuis, pinguis, ac maculas albidas, à natura peculiariter habeat. † ut ex prægracilibus desquamatis canistrafiãt, & crassioribus derasis. ‡ alia fructum protinus rubrum producit, lentis magnitudine, qui non maturescit: alia viridem primũ edit, qui deinde rubescit; postea cum vite maturescit, nigrumque colorem acquirit, magnitudine fabæ, tactu resinosus, odore jucundior. " frutici proprior. † in profundũ abeuntes, atque. ‡ rubro folium numerosum ab eodem pediculo, lauri figura, conjugatim; ut in sorbo, in summo impar, verùm minus angulatum quam sorbo, ambituque laurino similius, ac totum pingue cum fructu. Fert & folliculos quosdam, ut ulmus. " corsica. † idcirco mel illic insuave, buxum enim olet, copiosè autem illic provenit. ‡ rigido est.

ὥσπερ κἀκεῖνο. γίνεται δὲ τὸ δένδρον οὐ πάνυ μέγα λίαν, οὐ παχὺ· τὸ δὲ ξύλον, ποικίλον, ἰσχυρὸν, ξανθόν. ἔχει δὲ φλοιὸν λεῖον οἷον μεσπίλη. μονόῤῥιζον δ' εἰς βάθος ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. καρπὸν δὲ ἔχει στρογγύλον ἡλίκον † ἡ κόψιμος. πεπαινόμενος δὲ, ξηρὸς γίνεται. καὶ ἐπιμελαίνεται κατὰ δὲ τὴν γεῦσιν καὶ τὸν χυλὸν μεσπιλώδης. διόπερ οἷον ἄγρια δόξειεν ἂν εἶναι. μονοειδὲς δὲ καὶ οὐκ ἔχον διαφοράς.

† κότινος πεπαινόμενος δὲ ξανθὸς γίνεται καὶ ἐπιμελαίνεται. Const.

dix singularis acta in profundum. Magna ex parte fructus rotundus, qui maturescens siccatur, nigrescitque: gustu, & succo, mespilaceus. Quapropter veluti sylvestris mespilus videri possit, verum specie simplex, & sine ullo discrimine.

fructus rotundus magnitudine olivæ sylvestris; maturescens fit flavus, ac nigrescit.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Τῷ τε μηδὲν μηδὲ πολὺ χεῖρον γίνεσθαι τῆς ἡμέρου τῷ καρπῷ. Theodorus, quoniam sylvestris nullo, aut non multo deterius, quam urbana fructificet. *Sanè loquutio dura*, nullo deterius fructificare.

Καὶ τῷ δύνασθαι χειμῶνας ὑποφέρειν. Theodorus, hyemes quacunque perpeti possit. *Profectò importunum adverbium, ne dicam temerarium. Neque enim verum est, ubique, & quocunque loco frigido provenire. Nihilo concinnius illud*, καὶ πολύκαρπον ἐν ταῖς φοραῖς. Et quidem fœcundissima, *inquit*, temporia ubertate. *Monstrosum est, temporium; neque* φορὰ *significat ubertatem, sed* τὸν καιρὸν τῆς φέρειν.

Τῆς δὲ περιβόλου. *Aliud caput.* ἡ μὲν ἄνθος ἐρυθρὸν φέρει καρπόν. Theodorus, ruffum, *sicuti supra de flore Mespili. At* ἐρυθρὸν *est* rubrum. *Is color Rosæ, & sanguini. Ruffus Bovi. Fulvus atrior, ut Leoni. Flavus remissior ruffo, qualis succino. Gilvus ruffo dilutior, flavo plenior: equorum est infrà spadicem. Itaque Plinius rectissimè*, alteri fructus rubet. *Neque illud rectè*: ἡ δὲ χλωρὸν ἐνεγκοῦσα μετὰ ταῦτα ἐρυθραίνει. Alia, *inquit*, viridem editum, ruffum postmodum tingit. *Immo viridem rubore tingit. Non enim ruffum permaneret, si ruffum tingeret.*

Καὶ τὸ ἐξ ἄκρου ὀξεῖτιον. Theodorus; quodque parte postrema acuminet. *Non: sed, ut supra de Sorbi foliis impa*ribus, ἐπ' ἄκρου ἓν ὀξεῖτιον, ὥστε πάντα εἶναι ὀξεῖτια. In summo pediculo unum, præter cætera. *Ideo addit*, impar exit. *Sed verbum*, acuminet, *est sanè* ὀξεῖτιον.

Καὶ λιπαρὸν ἅμα ἅπαντι τῷ καρπῷ. Theodorus, pinguia cum universo fructu. *At* τῷ ἅπαντι *de folio dixit Theophrastus: ad fructum vertit Theodorus. &* καρυώδη, *melius hic appellasset* nucamenta, *quam supra* κύτταρα.

Ὁ δὲ πύξος. *Aliud caput. Hic negat Buxum valde crescere. Supra tamen videtur dixisse contrarium. Habeas locorum rationem: vidimus enim nos grandissimas.*

Τὰ κύτωρα. Theodorus; Cytora talis est. *Virgilius*, undantem Cytorum buxo. *Ita habes tria genera. Et specta orationem* Theophrasti. καὶ τὰ κύτωρα τοιοῦτος, *scilicet, locum habent. Adverte etiam mutationem sexus in ipsa arbore.* μεγάλοι. & ἡ πλείστη.

Ἐν κορσικῇ. *Ergò locorum frigidorum ratione non est præstantior. Cyrenaica enim cum calida, tum feruida.* Theodorus *omisit*, πλῆθει δὲ πολύ.

Κράταιγος. *Aliud caput. Observa loquutionem.* κράταιγος δ' ἐστὶν οἱ δὲ κραταιγόνα καλοῦσιν. Ἔχει δέ. *Quid* ἐστι? *Cum autem Mespilo similem agnoscat, ei hanc historiam adjungere debuit, tanquam analogum. Theodor. omisit illa verba,* ἡλίκον ἡ κόψιμος.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Ἡ δὲ ἡρακλεωτική. *Corylum hic vertendum; quæ & in plana descendit. Inconsideratè hoc loco avellanam quis exponat. Nam avellanæ nuces sive abellinæ, Ponticæ sunt, id est*, ποντικὰ κάρυα, ἢ λεπτοκάρυα. *Non speciei vox convenit hic, sed generis, ut Coryli. Sed hujus capitis principium quia mutilatum & corruptum, cætera* ἀνακόλουθα καὶ ἀναντιπόδοτα *ferè omnia. Itaque sic lego*, Ἡ δὲ ἡρακλεωτικὴ καρύα (φύσει γὰρ καὶ τοῦτ' ἄγριον) ἄγριος καλεῖται, τῷ τε μηδὲν, ἢ μηδὲ, *&c.* Πολύκαρπον; *legend.* πολυκαρπεῖν, *vel subaudiendum* εἶναι. Ἐν ταῖς φοραῖς. *Hoc additum, quia sæpè coryli non* πολύκαρποι, *sed in anni proventu.* φορὰ *autem etiam proventum & ubertatem significare, multis exemplis probatur in Crispiniano Lexico.* Πλὴν πλατύτερον. *Hæc tota clausula ad alnum referenda, ut patet etiã ex præcedenti cap. ubi de alno, non ad corylum.* Γένη δὲ δύο, ἀμφοῖν. *Sunt ergo coryli species* 4. *duæ sylvestres, totidemque urbanæ.* Πλεῖον ἐπιπέλαιον. *legend.* πλὴν, *non* πλεῖον. *& illa includenda parenthesi.* Ἐν αὐτῷ, *non vacat, sed positum ut externa excludat, & ostendat rei substantiam: quia naturales maculæ, non adventitiæ, quales etiam visuntur in arboribus. Sed scribe*, ἐν αὐτῷ. Πιελλοποιοῦντες, *malo per* ι *in antepenultima. Et*, νια, *quod sequitur, mutilata vox est, integra* κάνια, *ascribenda: & particula* δὲ *post* παχεῖα *otiosa est atque obliteranda.*

Ἡλίκον φακόν. *Supra dicebat cum Genitivo* ἡλίκον δάφνης. *Dic igitur* φακοῦ, *vel* φακός. *intelligitur* ἐστί. *Plinius ex hoc loco lib.* 13. *cap.* 6. Syria & Terebinthum habet. (*Immò & Provincia & Italia, in qua vocatur* corno capra, *à folliculis sive corniculis non dissimilibus cornibus caprarum: item* Trivente, *& Paduæ* Lentisco *falsò*) Ex his mascula est sine fructu. Fœminarum duo genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine, &c. Χλωρόν. *Plinius*, alteri pallidus. *Videtur legisse* χλωρόν, *quod pallidum (ut pallere aurum dicitur) & viride significat.* Θυωδέστερον. *Alii fortasse* θυωδέστερον: *vel* θυωδέστερον: *quia* θύον, *non* θύω *dicat Plinius. Vera autem lectio est*, εὐωδέστερον, *ut & legit Plinius*: Cum vite, *inquit*, maturescit, non grandior faba, odore jucundior, tactu resinosus. περὶ μὲν τὴν Ἴδην. *Corruptus codex Plinii; sic emaculandus ex hoc loco*, resinosus. Circa Idam Troadis, & in Macedonia brevis arbor hæc atque fruticosa, in Damasco Syriæ magna. Περιβόλου. *Scribe*, περιβόλων. κατὰ βάθος *legend.* Ἐλαίας, τῷ χρώματι δὲ ἐρυθρὸν φύλλα, *&c. Sic enim legend. & Plinius*, flos racemosus, olivæ modo, sed rubens, folia densa. Ἀγωνιώτερον τῆς ὕλης. *Falsum, si ita legas. sed deest* ἢ *particula, ante* τῆς. Καρυώδη. *legend*, καρυκώδη, *id est*, θυλακώδη. *lege Adnotat.* Ἐν ταῖς καρύαις, *supra Cap.* 14. *Plinius*, Fert & folliculos emittentes quædam animalia ceu culices, lentoremque resinosum, qui & cortice erumpit. Πληθεῖ. *Scribend.* πλυθεῖ. ἐπιπλέον. *Corrige* ἐπιπλεῖ, *id est*, ἐπινεῖ, *ut lib.* 4. *cap.* 2.

Ἡ δὲ πύξος. *Loquitur de buxo vulgari. Est enim & arborescens, ut Gallicum illud genus, quod in metas emittitur, amplitudinemque proceriorem.* Ψυχροῖς. *Constantinus verò* γωνιῶν. *lib.* 11. χαίρει δὲ καὶ ψυχροῖς χωρίοις. ἀειθαλὴς ὤν. Κύτωρος τοιοῦτον. *intelligitur* χωρίον. *Et Plinius lib.* 16. *cap.* 16. Buxus Pyrenæis, ac Cytoro montibus plurima. *Unde pectines, & radii Cytoriaci, id est, buxei Ovidio. Et buxifer Cytorus dicitur à Catullo.* Ἐν κορσικῇ. *mendum insigne. Legendum enim* ἐν κόρσῃ. *Plinius lib. citato*, Crassissima in Corsica, flore non spernendo, quæ causa amaritudinis mellis. *Habesque apud Servium Corsicana mella esse amara, ob eamque causam dixisse Poëtam discernens epitheto*,

Dulcia mella premis.

Et περὶ κύρνου *dicet Theophrast. lib.* 5. *cap.* 9. Διὸ καὶ τὸ μέλι. *Nempe* ἐν κύρνῳ, *quod repetendum, sumendumque* ἐκ τοῦ κοινοῦ. *Alioquin essent ista* ἀναπολόγητα; *quum* διὸ *causam reddi demonstret.*

Κράταιγος δ' ἐστὶν, ὃν οἱ δὲ κραταιγόνα, *&c. Sic enim legendum. Reliqua verò corriguntur in Crispiniano Lexico in ea voce, nec repetam. Cratægus non est* Magalet *vulgò, nec ea arbor, quam nos vocamus* Allier; *sed est sorbus torminalis Plinii, de qua & Tragus, & Dodonæus rei herbariæ peritissimi scriptores.* Μεσπίλη. *non nostrati & vulgari, sed Anthedoni; quam supra descripsit.* Πλὴν μεῖζον ἢ ἐκεῖνο. (*Nam Plinio sorbus torminalis est, foliis pene platani*) καὶ *&c.* Κόψιμος. *Ita vocatur à quibusdam frutex, nobis vulgò dictus* Neprun, *vel* verd de vescie; *qui etiam volunt vaccinium esse Plinii. Sed hic* κότινος *lego cum Athenæo, id est*, oleaster. *Est vero alius Cotinus, frutex; de quo ita Plinius lib.* 16. *cap.* 18. Est & in Appennino frutex qui vocatur Cotinus, ad lineamenta modo conchylii colore insignis. *Quod de cortice intelligendum. Adhuc Appennini incolæ vocant* Scotano, *&* Scoteno *corrupta voce: & qui siti in Appennini radicibus, à colore roseo*, Rosolo, *&* Rosa: *Sabaudi* du Fustet: *Allobroges* Rhu *falsò, sed propter usum in tinctura. Nam radicibus utuntur infectores, illisque pannum ruffo colore inficiunt, & ramis luteo. Foliorum etiam & ramulorum usus apud coriarios in repurgandis coriis, quod etiam digessit in literas Aloisius Anguillara, vir exercitatissimus in stirpium historia.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

De utraque nuce hoc loco nobis agendum. καρύας vox latè patet. quandoque pro omni fructu, cortice duro tecto, sumitur. Nicandri Scholiastes ex auctoritate Theoph. lib. 14. docet. (quem librum periisse dolendum) Θεόφραστος δὲ, ait, ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ τῶν φυτικῶν κάρυον αὐτὸ προσηγόρευσε. κάρυα δὲ λέγονται ὅλα (forte ὅσα) τὸ ξυλῶδες λέπος ἔχει. Paulo infra. κάρυα λέγονται ὅσα ξυλῶδες λέπος ἔχουσιν. Athenæus lib. 2. οἱ ἀττικοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι συγγραφεῖς κοινῶς πάντα τὰ ἀκρόδρυα κάρυα λέγουσι. *Carya*, id est, nuces; *Attici, & alii scriptores communi vocabulo, fructus omnes operimento duro tectos, appellant.* Hos fructus ab Atticis Hesychius ἄδρυα vocari ait. σικελοὶ δὲ ἄδρυα λέγουσιν τὰ μῆλα, παρὰ δὲ ἀττικοῖς ἀκρόδρυα. Ipsam amygdalam καρύαν vocari auctor Hesyhius, κάρυαι τὰς ἀμυγδάλας, καὶ καστάνας, καὶ τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ ἑορτὴ κάρυα. Latè etiam in verbis Theophrasti, quæ ab Athenæo lib. 3. citantur, accipi debet vox κάρυον. ἐπὶ τῶν γε μειζόνων φανερὰ πάντων ἡ ἀρχὴ, καθάπερ ἀμυγδάλης, καὶ καρύου, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τοιαῦτα, πλὴν τῆς περσικῆς τούτου δ' ἥκιστα. *Manifestum quidem est majorum omnium plantarum principium, ut amygdalæ, nucis, & aliarum hujusmodi, excepta Persica, cujus minimè tale est.* Καρύων Græcis species quatuor γενικώτεραι, quæ hoc nomen sibi vendicant & à Græcis scriptoribus nominantur, τὸ κάρυον, τὸ λεπτοκάρυον, τὸ ἀμύγδαλον, καὶ τὸ κάστανον. Ausonius quinque nucum genera facit, ac quatuor his pineam addit.

Et duplici defensa putamine nux.

Alii quatuor genera nucum faciunt, castaneasque ab hoc genere excludunt, & glandibus, ut Græci nonnulli, adscribunt. Apicius de nucleis hæc: *nuces majores, nuces pineas, amygdala, avellanæ; nucleos vocant, quod intus est.* Græci κατ' ἐξοχὴν βασιλικὸν, seu juglandem Latinorum κάρυον vocant. Gal. lib. 2. de alimentorum facult. βασιλικά τινες ὀνομάζουσι κάρυα, ὥσπερ τὰ νῦν ὑπὸ πάντων ὀνομαζόμενα κάρυα. *Quæ vocantur basilica regia, nunc simpliciter ab omnibus caryæa nuces vocantur.* Cassianus Bassus lib. 10. cap. 73. κάρυαν dictam putant à Carya Dionis, Laconiæ Regis, & Ipetheæ filia, à Baccho amata, ac in arborem sui nominis mutata, cum arctiùs à sororibus custodiretur, ut narrat Servius in octavam Maronis eclogam. *Caryam verò quam amaverat, in eodem monte in arborem sui nominis vertit, quæ Latinè nux dicitur. quod postea Diana ita factum Laconas docuit, unde templum caryatidi Dianæ à Laconibus consecratum.* Aliam hujus consecrationis rationem refert ex antiquissimo interprete Statii Doctiss. Salmasius: *Caryæ templum Dianæ in Laconia sacrum, quod etiam caryaticum* (scribe caryatim Hesych. καρυᾶτις ἑορτὴ Ἀρτέμιδος, καὶ ἱερὸν) *nominatum est, ex hac causa: cum luderent virgines, minitante ruina, omnis chorus in arborem nucis fugit, & in ramo ejus pependit, quam nucem Græci caryan vocant.* Sed & aliam nominis rationem ex Plutarcho petere licet: hic lib. 3. sympos. cap. 1. τὴν τε γὰρ καρύαν οὕτως ὠνόμασαν, ὅτι πνεῦμα βαρὺ καὶ καρωτικὸν ἀφιεῖσα, λυπεῖ τοὺς ὑπ' αὐτῆς κατακλινομένους: *Nam & nucem caryam dixerunt, quod spiritum gravem, ac soporem incutientem profundum exhalans, lædat, qui sub ea recumbunt.* Plin. lib. 23. cap. 8. *Nuces juglandes Græci à capitis gravedine appellavere. Etenim arborum ipsarum, foliorumque vires in cerebrum penetrant.* Iuglandē ne vocarunt à capitis gravedine Græci? Latina vox est juglans. Scribe, *nuces juglandes Græci caryas, à capitis gravedine appellavêre.* Idem Plin. lib. 17. cap. 12. *Iam quædam umbrarum proprietas. Iuglandium gravis & noxia, etiam capiti humano omnibusque juxta satis.* Noverca ergo veriùs quam nutrix, ob id in hortis agrisve inutilis & noxia, extremisque partibus locatur ac plantatur. Ovid:

— Quoniam sata lædere credar
Me quoque in extremo margine fundus habet.

Καρύα igitur, quod κάρη, id est, τὴν κεφαλὴν caput, lædat umbra sua. Cur umbra noxia? Causam dixi ex Plutarcho, quod spiritum gravem emittat, odoremque virosum. Sed quæ causa, cur spiritus hic gravis, odorque, non dissipatur ac extrahitur Solis, aut ventorum vi? Hoc fit partim propter spiritus vaporisque quem emittit crassitiem, partim propter multitudinem densitatemque foliorū, quæ impedit, quo minus Solis vis eò deferatur ut consumi, corrigique vapor ac spiritus possit. Cæterùm arbor Græcis καρύα; fructus κάρυον dicitur. Apud Suidam tamen καρύα τὸ δένδρον. κάρυα δὲ ὁ καρπός. Idem apud Phavorinum legitur. Accentus ergo si in antepenultima sit, fructum significat; cum in penultima, arborem. Contra Nicandri scholiastes, arborem fructumque κάρυον vocari auctor est. κάρυον δὲ ὁμωνύμως λέγεται καὶ τὸ δένδρον, καὶ καρπός. Latinis nux dicitur. Vox hæc Latina, non minùs latè, quam Græca caryon sumitur. Grammatici sanciunt, nuces dici generaliter, omnia tecta corio duriore, ut sunt avellanæ, amygdala, juglandes, castaneæ; & contra poma dici omnia molliora. Græci ἀκρόδρυα vocant, quæ cortice duriore teguntur; ὀπώρας, quæ molliore. vide cap. 7. lib. 2. De nucis etymo hæc Varro lib. 4. de lingua Latina tradit; *Eadem* (juglans) *nux, quod ut nox aërem, ita hujus succus facit atrum.* Iuglandis corticem lanis tingendis & rufandis capillis adhiberi, auctor Plinius lib. 15. cap. 22. *Tinguntur, inquit, cortice earum lanæ, & rufatur capillus, primum prodeuntibus nuculis. Id compertum infectis tractatu manibus.* Quod querula nux, poëta Sulmonensis testatur.

Nostra notat fusco digitos injuria succo,
Cortice contactas inficiente manus.

Alii nucem à nocendo dictam volunt, ut κάρυον παρὰ τὸ καροῦν. Nucem infestam ac vitiosam, non tantùm Plutarchus, Plinius, sed & medicorum ab Hippocrate coryphæus testatur Galenus, circa finem comment. 1. ad 3. Lib. Epidem. ἔστι ἀπὸ τῶν λαχάνων, καὶ δένδρων, καὶ θάμνων ἀναθυμίασις, ὥσπερ ἀπό τε κράμβης καὶ καρύας (vulgò καρύας) καὶ πύξου. φανερῶς γὰρ ὁ πέριξ ἀὴρ μοχθηρὸς, ἀπὸ τῆς τούτων ὁμιλίας γίνεται. *Olerum, item arborum fruticumque halitum ut brasicæ, nucis juglandis* (careæ, interpres) *& buxi: nam manifestè vicinus aër ab horum inficitur & corrumpitur consuetudine.* Iosephus Scaliger in doctiss. in Varronem annot. Syriacam vocem ait, ac à Syris *lur* vocari, verùm l in n abiisse, ut à lympha nympha. Iuglandem dictā volunt, quasi jovis glandem, interlisis litteris: quo nomine non procul à primo mundi ævo, nucem hanc appellatam fuisse quidam tradunt. Quippe cum homines diu glandibus nutriti essent, inventa tandem arbore quæ nuces ferebat, & degustato nucleorum tam suavi sapore, illicò nuces has Iovis glandes, ob prestantiam & excellentiam, vocarunt. Iuglandem quasi Iovis glandem dici, auctor apud Macrobium Cloatius. *Iuglans D præter missum quasi diuglans, id est*, Διὸς βάλανος. Antiquissimos hac nuce nutritos ob excellentiam ei hoc nomen imposuisse, parùm fit verisimile. Græcis & Romanis antiquioribus hæc non Διὸς βάλανος dicitur, sed avellana, aut castanea, ut cap. de castanea dixi. Ubi illos in errore versari ostendimus, qui juglandem vel Διὸς βάλανον Latinorum, & Græcorum eandem putant arborem, vel eundem fructum. Diximus etiam, utrumque fructum à doctissimis sæpe confundi. Nemo insuper Græcorum memoriæ prodidit, hoc fructu antiquissimos nutritos. Accedit, non per excellentiam nuci nomen hoc impositum; cum multis corporis partibus officiat. Malunt alii nomen hoc accepisse, ob suavem gratumque quem habet hæc nux saporem, ideoque Latinos eam decorate voluisse, digna appellatione. Alii malunt ita nuncupari, quod Iovi sacra foret. Varronis opinio lib. 4. de Lingua Latina hæc est; *Nux juglans, quod hæc nux antequam purgetur, similis glandi, hæc glans optima & maxima, ab Iove & glande juglans est appellata.* Avellana tamen majorem cum glande similitudinem habet, quam regia hæc nux. Vocatur puta βασιλικά. Diosc. lib. 1. cap. 78. κάρυα βασιλικὰ ἃ ἔνιοι περσικὰ καλοῦσι: fuitque ut hic, docet Dioscorides etiam persica dicta. Pollux. περσικὰ κάρυα ἃ νῦν βασιλικά. Persica ergo prius dicta fuit, postea basilica sive regia. Verū non omnis juglans Persica dicta fuit, sed genus quoddam optimum, è Perside allatum. Nec bosera, nec molucca eo donata nomine, nec ex Perside primùm advecta. Plin. loco citato *Et has è Perside à Regibus translatas, indicio sunt Græca nomina. Optimum quippe earum Persicum atque basilicum vocant. Et hæc fuere prima nomina.* Basilici nomen, ut dixit Pollux, imposuerunt recentiores, non antiquiores, nec apud eos nomen illud reperitur. Iuglandem κάρυον vocarunt, quod ex plurimis Theophrasti locis probari potest. Vide cap. 18. lib. 1. histor. τὰ δὲ ξυλώδεσι ὥσπερ ἡ ἀμυγδάλη καὶ τὸ κάρυον. Lib. 4. cap. 6. καὶ ὁ μύσιος ὄλυμπος πολὺ τὸ κάρυον καὶ τὴν Διὸς βάλανον. Vide cap. 8. hujus Libri. Monendus lector, ne cum viris magnis, Persicum malum, & nucem Persicam confundat. Vide quæ cap. de Persica diximus.


Arborem

Arborem non delineat Theophrastus, sed sparsim quædam de ea tradidit, quæ à nobis suo loco examinantur. vide lib. 1. c. 16. lib. de caus. c. 23. lib. 1. hist. c. 19. lib. 4. de caus. cap. 2. lib. 3. hist. cap. 7. lib. 3. hist. cap. 4. & 6. lib. 5. hist. cap. 8. Folia Diosc. lib. 3. cap. 3. comparat gentianæ, quæ radici proxima sunt, ἧς τὰ φύλλα τὰ μὲν πρὸς τῇ ῥίζῃ καρύᾳ, ἢ ὀριγανλώσσῳ ὅμοια, ὑπέρυθρα. Eodem loco citato cap. 8. centaurium magnum folia juglandi similia habere, tradit. φύλλα ἔχει καρύᾳ βασιλικῇ ὅμοια, προμήκη, χρώματι χλωρά, ὡς κράμβης. Comparat etiam pœoniæ mari lib. 3. cap. 157. Lib. 4. cap. 174. sambucum folia juglandi non dissimilia habere, ait. vide cap. de sambuco. Vix potest fructus elegantius describi, quam fecit Plin. lib. 15. cap. 22. *Ab his locum amplitudine vindicaverunt, quæ cessere auctoritati, nuces juglandes, quanquam & ipsæ nuptialium Fescenninorum comites, multum pineis minores universitate, eademque portione ampliores nucleo. Nec non & honor his naturæ peculiaris, gemino protectis operimento, pulvinati primùm calycis, mox lignei putaminis. Quæ causa eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fœtu munito: quod est verisimilius, quam, quia cadendo tripudium sonumve faciant.* Nonnulla plenius explicanda. Fescenninus versus, carminis genus erat, inter nuptiales jocos & lusus cantari solitus, omni obscoenitate & opprobrio plenus, licentia quadam majuscula matrimonii statum aperiens, Nomen accepit à Fescennio Campaniæ, vel Sabinorum urbe. Hoc in carmine, conjugiorum præsides, quinque Deos, Iovem adulterum, Iunonem adulteram, Venerem, Dianam, Suadelam rogabant, ut adessent propitii, ac prolem secundarent. Qua de causa, inquit, Plinius, *nuptiis fecit religiosas?* Multis de causis spargebant nuces, quarum hæc non postrema; quod nucleum habeat suavissimum, sed intus munimentis tectum ac munitum, ita, ut divinum, quod intus continetur, esse videatur. Indicare voluerunt, connubii fructum dulcissimum, sed ad ejus dulcedinem ac suavitatem tuendam multa, firma, ac diligenti custodia opus esse. Imprimis acerbi labores subeundi, perferenda quæque aspera ac dura, ut ea suppetant quibus conjugii & suavitas, & præstantia, & dignitas, non modo constare, sed etiam augeri possit. Hæc si numerare velim, calamus prius quã materies deficiet. Qui è nuce nucleũ esse vult, frangat nucẽ oportet, inquit Comicus. Qui matrimonii dulcedinem percipere vult, eamque dum vivit sibi æternam servare, custodiat oportet id, quod charissimum habet, multo labore, magnis molestiis, amaris curis, plurimisque diligentiæ involucris, non secus ac naturam nucleum in nuce fecisse videmus. Sequitur alia ratio cur nux nuptiis religiosa, Indicabant, tot modis involucrisque munitum fœtum. Etenim ut fœtus in utero tribus membranis, ammio, allantoide, & chorio custoditur: ita nucleus tribus operimentis munitus cernitur. Quorum exterius herbaceus ac virens, quasi cortex est: huic lignosum putamen subest; sequitur tenuis cuticula, quæ nucleum undique ambit, ac continet. Extimum operimentum sive corium herbaceum Festus culeolam vocat, interiorem verò cuticulam tenuem, idem nauci vocat; medium lignosumque nucis tegmen; putamen ligneum nucis vocari solet. Notandus Plinius, quod gemino tantùm operimento tegi scribat, cum tribus jam dictis nucleus inclusus sit. Spargendarum nucum hanc rationem adfert Varro, ut Iovis nomine matrimonium celebretur, & nupta matrona sit sicut Iuno. Nam nuces in tutela Iovis sunt. unde juglandes vocantur, quasi Iovis glandes. Apud Græcos eadem de causa, novus sponsus sponsaque τοῖς καταχύσμασι, amygdalis, nucibus juglandib. spargebatur. Suidas. καταχύσματα· ἔθος ἦν Ἀθήνησιν ὅτι νεώνητος οἰκέτης εἰσήγετο οἰκίαν, τὸν δεσπότην ἢ τὴν δέσποιναν, ἰσχάδων, καὶ καρύων πλῆθος καταχεῖν αὐτοῦ. ἃ καταχύσματα ἐκάλουν. φασὶ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πρῶτον πρεσβευόντων, καὶ ἐπὶ τῶν θεωρῶν τοῦτο γίνεσθαι ὅτι πρῶτον τοῦτο ἐποίουν. καταχύσματα. ἔθος ἦν Ἀθηναίοις τῶν νέων ἢ τῶν δούλων τὸ πρῶτον εἰσιόντος εἰς τὴν οἰκίαν, ἢ ἁπλῶς τῶν ἐφ' ὧν οἰωνίσασθαι τι ἀγαθὸν ἐβούλοντο, καὶ τοῦ νυμφίου περὶ τὴν ἑστίαν τραγήμασι καταχεῖν εἰς σημεῖον εὐπορίας. σύγκειται δὲ καταχύσματα ἀπὸ φοινίκων, κολλύβων, τρωγαλίων, ἰσχάδων ἢ καρύων, ἅπερ ἥρπαζον οἱ σύνδουλοι. *Mos erat Athænis, quando novus sponsus vel sponsa in domum inducerentur dominum vel dominam suam, spargere* (ad verbum, *perfundere*) *magnam nucum & caricarum copiam, quæ catachysmata vocabant. Idem fiebat iis, qui primùm legationem obituri, aut oraculum sciscitaturi emittebantur.* καταχύσματα. *Mos erat Atheniensibus juvenes aut servos cùm primum domum intrarent, vel etiam quibus bonum augurium exoptabant, sponsum, sponsamque domum ingressam bellariis, boni ominis causa, perfundere. Constant catachysmata hæc ex palmulis, collybis, trogaliis* (Hesych. bellariorum inquit esse genera.) *caricis & nucibus, quæ rapiuntur à sociis,* Et hæc tertia causa, cur nuptiis dicatæ nuces, Sequitur quarta ac vulgaris. Ideò nuces spargi, ut à rapientibus pueris fiat strepitus, ne puellæ vox virginitatem deponentis possit audiri. Hæc causa à Grammaticorum filiis adferri solet, quando hos versus Virgilii exponunt.

Mopse novas incide faces. tibi ducitur uxor.
Sparge marite nuces. tibi deserit hesperus oetam,
Mopso Nisa datur! quid non speramus amantes.

Non tantùm Latini, sed & Græci hanc nucũ sparsionis causam dicunt, adduntque, strepitus hos τὰ κτύπια vocari. Scribunt enim, τὰ κτύπια εἶναι ἐπικρέματα τοῦ θαλάμου, ἃ ἐπικτυποῦσιν ἔξωθεν, ὅταν συγκατακλίνηται τῷ νυμφίῳ ἡ γημαμένη. *Esse sonos qui foris excitantur, quando sponsa sponso accumbit.* Hanc opinionem explodit Plinius. *Quæ causa*, inquit, *eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fœtu munito, quod est verisimilius, quam quia cadendo tripudium sonumve faciunt.* Corrigunt ex antiquis libris *tripudium sonivium.* Est autem tripudium sonivium, interprete Festo, tripidium sonans. Sonant in humum cadentes nuces. Malunt alii *tripudium solistimum* legere, de quo Cicero lib. 2. de divinatione. *Sed quia cum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pavire, terripavium primò, post terripudium dictum est. Hoc quidem jam tripudium. Cum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti, tripudium solistimum nuntiant.* Idem eodem libro. *Si enim fatum fuit, classes populi Romani, bello Punico primo, alteram naufragio, alteram Pœnis depressam interire, etiamsi tripudium solistimum pulli fecissent. L. Iunio & Pub. Clodio consulibus classes tamen interiissent.* Prægrandis arbor Iuglans,

Nux Iuglans Lobel.



multis prælongisque nixa radicibus, caudice procero, ac crasso, ad binûm ternûmque sæpius cubitorum amplexus, multis ramis in summo sese diffundentibus. Cortice truncus vestitur cineritio colore, subvirente, per senium hiulco, & in rimas altas dehiscente. Materie constat ampla, nigricante, undatim crispa: foliis primum teneris, rubicantibus, suaviterque odoratis; cum adoleverint latis, oblongisque, quinis senisve ad unam costam cohærentibus, unoque eminente, quæ latiora, longioraque sunt fraxini; lævia item, & odore graveolentia, patulam jactantia umbram, sed insalubrem, autumno decidentia. Iuli cum foliis vere erumpunt, juxta foliorum pediculos salignis ferè similes, longiores, callo squamatim compactili protracti, ordine nucis pineæ; qui dehiscunt, flavescentes

vescentes flaccentésque statim ac folio majora esse cœperint, decidunt. Tum super horum julorum petiolis, flores erumpunt, totidemque geniculata calicamenta occlusa, petiolis nixa, gignuntur, quot flores; singulisque his singulæ nuces includuntur, herbaceo ac virente contectæ cortice; cui lignosum subest putamen, in quo nucleus continetur, tenui velatus cuticula, quadripartito ferè divisus, intermedia lignosa veluti membrana, cujus interior caro albida, dulcis, & ori grata est: recens quidem; aridum enim oleosum ac rancidum quid subinde contrahit. Plinius loco citato; *Solum hoc pomum natura compactili operimento clausit. Namque sunt bifidæ putaminum carinæ, nucleorumq́; in illis quadripartita distinctio, lignea intercursante membrana.* Testaceo operimento tectus fructus; ut plurimùm continuo teguntur tergo paucæ bifores. Putaminum carinas quidem habent, sed non sola juglans, ut Plinius ait. Manifestæ satis juglandi, & faciles aperiri, in persico altera tantum ex parte manifestissimę, sed difficiliores ad separationem: in pineis obscuriores, in avellanis obscurissimæ, mediocres in amygdalo: in pistaciis vestigia, quæ per se ipsa hiant aliquando vetustate. In agris secus vias ac semitas pingui ac restibili solo nux proficit, & in hortis: lætis gaudet collibus, montibus delectatur, aquas odit, aquosósque tractus spernit. *Sola*, inquit Plin. *differentia generum in putamine, duo*, (in antiquo *duro*) *fragili ac tenui, crasso, loculoso ac simplici.* Differunt etiam magnitudine. Alia enim nux major, minor alia, Quare recentiores quinque differentias potissimum notarunt. 1. nux juglans sive regia vulgaris. Hanc à duro cortice, & frangendi mora moraciam & moracillam vocari tradit Hermolaus; non facilè à putamine purgari potest, surdam nominat Cæsalpinus. 2. fructu maximo. caballinam Dalecampius vocat, nostrates **Molenaers noot.** Ex harum cuppis marsupia pueris gestanda fiunt. 3. nux juglans fructu tenero, ac fragili putamine; à Dalecampio molusca dicta, cum Tarentina eadem, aut proximæ naturæ. *Tarentinarum*, inquit Plinius loco citato, *duo genera, fragili putamine, ac duro: quæ sunt & amplissimæ, & minimè rotundæ.* (tales quas **Molenaers** vocamus) *Præterea molluscæ putamen rumpentes. sunt qui honoris nomen interpretentur, & Iovis glandem esse dicunt.* Videtur Tarentinam, molluscam, à juglande diversam facere; non dubito tamen, quin eadem sit. 4. juglans bifera, quam Hermolaus in agro Patavino provenire scribit. Plin. loco citato. *Nuper consularem virum audivi, biferas & juglandes nuces se habere profitentem.* 5. Nux juglans fructu serotino. Nuces Ioannis vocant; quia ante diem D. Ioanni sacrum, neque folia, neque nuces ostendunt: cum id tempus adest, pares reliquis nucibus quo ad fructum & folia. Harum Tragus meminit, Bauhinus circa Tigurum, Dalecampius circa Lugdunum observavit. 6. nux juglans folio serrato, fructu teneriore & longiore, à Clusio descripta.

Alterum nucis genus ἡρακλεωτικὸν καρύων vocat Theophrastus, ab Heraclea Tracum urbe in Ponto. Stephanus περὶ πόλεων: ἡράκλεια πόλις θρᾴκης, ἐν τῷ πόντῳ. Pontica quoque nux dicitur. Plin. libr. 15. cap. 22. *In Asiam Græciamque è Ponto venere, & ideò Ponticæ nuces vocantur.* Gal. Lib. 7. simpl. ἔστι δὲ ἕτερόν τι γένος καρύων μικρότερον, ἃ δὴ ποντικὰ προσαγορεύεται. *Est aliud genus nucum minus, quod Ponticum dicunt.* Vocatur etiam λεπτοκάρυον Diosc. Lib. 1. cap. 179 τὰ δὲ ποντικὰ ἃ ἔνιοι λεπτοκάρυα καλοῦσιν. *Nuces verò Ponticæ, quas nonnulli leptocarya, id est, tenues nuces vocant.* Geoponicῶn auctor Lib. 10. κάρυον δέ ἐστι ποντικὸν, τὸ λεπτοκάρυον. Gal. Lib. 2. de Aliment. Facult. καλεῖται δὲ καὶ ἄλλα τινὰ λεπτοκάρυα, πολλῷ μικρότερα τούτων ἃ προσαγορεύουσιν ἔνιοι ποντικά. Idem Libr. 7. simpl. προσαγορεύεται δὲ τὸ μικρὸν τοῦτο κάρυον ὑπὸ τῶν πολλῶν λεπτοκάρυον. Vocatur hæc eadem διὸς βάλανος. Athæneus Lib. 2. ἑρμώναξ δὲ καὶ τιμαχίδας ἐν γλώσσαις διὸς βάλανον φησὶ καλεῖσθαι τὸ ποντικὸν κάρυον, *Hermonax & Timachidas in linguis, nucem Ponticam*, διὸς βάλανον, id est, *juglandem vocari scribunt*. Idem τὰ δὲ ἡρακλεωτικὰ καλούμενα καὶ διὸς βάλανοι τρέφει μὲν οὐχ ὁμοίως τοῖς ἀμυγδάλοις. Falluntur qui Athenæum falli scribunt. Pollux idem testatur, ἢ τὰ λεπτὰ κάρυα ἃ καὶ διὸς βαλάνους καλοῦσι. Asserit Hesych. διὸς βάλανοι. ἕρμιππος φορμοφόρος,

Τὰς δὲ διὸς βαλάνους καὶ ἀμύγδαλα σιγαλόεντα.


Τὰ καστάνια. τινὲς δὲ ποντικὰ ἢ ἡρακλεωτικά. Quid clariùs? Dicendum tamen antiquissimis, διὸς βάλανον castaneam esse. ut cap. De castanea, probavimus, ubi simul etiam à Doctissimis viris castaneam & avellanam confundi ostendimus. Scribit Athenæus λόπιμον dici avellanam, ὅτι ποντικῶν καλουμένων καρύων ἃ λόπιμά τινες ὀνομάζουσι μνημονεύει νίκανδρος. Versus Nicandri pagina versa citat.

Λόπιμον καρύοντε,
Εὐβοέεις, βάλανον δὲ μετεξέτεροι καλέουσιν,

Lopimum nucemque.
Euboicam alii glandem nominarunt.

Hic vel exscribentis est erratum; (nam ὅτι εὐβοϊκῶν καλουμένων καρύων, scribere debuit;) vel ipsius auctoris. Nemo λόπιμον, nemo εὐβοικὸν avellanam vocari tradidit; Vide caput de castanea. Hesychius avellanam ἄμαρον vocari tradit, ἄμαρα τὰ ποντικὰ κάρυα. Latini avellanas Ponticas nuces vocant, ab Avellis Italiæ oppido. Plin. loco citato. *Cæteris quicquid est solidum est, ut in avellanis & ipso nucum genere, quas antea abellinas, patrio nomine, appellabant.* In Toletano codice notat Pintianus, scribi *abellanas* non *abellinas*, ut vulgati codices habent. Vulgata melior videtur. In Priapeis enim legere est: *nucem verò longam, quam vocant avellinam.* Longa, quod ex oblongo rotunda est; arbor ipsa corylus vocatur. Belgis **Hasenoote-boom.**

Avellana.



Elegant Heracleoticam nucem describit Theophrastus. In Basiliensi editione legitur, ἡ δὲ ἡρακλεωτικὴ καρύα (φύσει γὰρ καὶ τοῦτ' ἄγριον) τῷ τε μηδὲν μηδὲ πολὺ χεῖρον γίνεσθαι, &c. Hæc corrupta esse, nemo non videt. Scribit doctiss. Constant. ἡ δὲ ἡρακλεωτικὴ καρύα (φύσει γὰρ καὶ τοῦτ' ἄγριον) ἄγριος καλεῖται τῷ τε μηδὲν, ἢ μηδὲ, &c. Verte, *corylus (etenim hæc quoque natura sylvestris est) sylvestris vocatur, quoniam neutiquam aut saltem non multo deteriùs, quam urbana fructificet.*

Χειμῶνας. Mira res. ideo fœcundiorem corylum esse, quod hyemem ferat. Sed videtur velle, ideo sylvestris naturæ esse, quod ferat hyemem. Utro modo sumas, ridicula videtur sententia. Iuglans fert hyemem, idem facit cerasius, sorbus; sed ideo nec fœcundiores, nec sylvestres dici merentur. An hæc sententia magistri, sylvestris planè naturæ hanc esse, indeque probari, quod nullo modo ab hyemis injuria lædatur, aut aliquod incommodum ab ejus sævitia patiatur? Vel expone: *non multò deterius quam urbana fructificet. Hyemes perpeti potest.* Vt sit à priori diversa sententia πολὺ φύσεως κατ' ὄρη. In Geoponicis traditur aquosos & argillosos amare tractus. Lib. 10. cap. 68. χαίρει δὲ τόποις τοῖς ἀργιλλώδεσι καὶ πολυύδροις. *Gaudet argillosis & multùm aquosis locis.* In sylvis ac uliginosis locis sæpius proveniunt, etiam in montibus, sed humidis lætior arbor assurgit, fructúsque sapore præstantiores fert, ut infra fatetur Theophrastus.

Καὶ πολύκαρπος ἐν ταῖς φοραῖς. Scribe cum Roberto Constantino πολύκαρπος εἶναι vel πολυκαρπεῖν. *Et quod fæcundissima*

sima sit quum annus proventum attulerit. φορὰ de fertilitate terræ fructibusque dici solet, ut φορὰ ἐλαιῶν, *olearum proventus, & copia largior.* Quo sensu dixit Aristoteles, μετὰ τὴν φορὰν τὰ δένδρα ἐξαίνεται, *arbores post fertilitatem uberiorem arescere.* Theophrastus Lib. 3. de caus. πρὸς τὴν τοῦ καρποῦ φορὰν, *ad fructum ferendum*; quasi fructificationem, si latinè diceretur.

Ἔτι δὲ τῷ μικρῷ πολυχαδῆς. Vide quæ cap. 5. lib. 1. dixi. Vide cap. 18. lib. 2. de caus. Corylus rarò procera spectatur, sed quæ ab ipsis statim radicibus numerosos emittit caudices, robustos, crassos, hominis staturam superantes, ut fruticosa sit. arborescit tamen, unde in summitate exeunt rami, enodes, lenti, & obsequiosi.

Διαφορὰν &c. Urbana corylus folio est ampliore, fructuque suaviore.

Κιχαραγμένον &c. Folia lata sunt, majora, latiora, rugosiora, crispiora quam alni, in marginibus serratim incisa, colore virentia, aversa parte albidiora. De flore & julo supra cap. 7. egi, ubi ostendi contra recentiores, quod & florem & julum avellana fert. Iulos emittit in locis paulò calidioribus, Italia, Gallia, autumno, postquam decidêre folia. Apud nos primo tempore erumpunt, nondum soluta hyeme, deciduntque Martio, Aprilique mensibus. Sunt hi oblongi, tenues, compacti, lutei, antequam cadant; quibus decisis, exigui rubri flosculi, croci staminibus brevibus persimiles, erumpunt: à quibus calyculacea tegumenta, totidem quot flores, super pediculum videntur, eorumque singulis, singulæ nuces, quæ juglandibus multò minores, membrana vestiuntur callosa, herbacei coloris, extremis partibus mollioribus, & fimbriatis in barbæ modum, rosarum alabastra propemodum referentibus. Putamen læve & lignosum est, interior nucleus carne constat candida, dura, solidaque, tenuis quem contegit membranula, quandoque rubicunda, sæpius candicans, sapore non ingratus.

Καρπιμώτερον &c. Vide cap. 5. lib. 1. & cap. 18. lib. 2. de causis; ubi Theophrastus cur virgis præcisis sit fœcundior avellana docet. Fœcundiorem esse virgis præcisis lib. 1. dixi, à recentioribus observatum esse.

Γένη δὲ ἀμφοῖν. Ergo quatuor agnoscit avellanarum genera; Ex domesticis aliæ oblongæ, aliæ rotundæ sunt. Veruntamen oblongas & præstantiores & gustui gratiores esse constat, & illas præsertim quæ putamine vehementer rubent nucleumq; tegmine rubro, cinctum habent; & fractu sunt contumaces. Non omnibus avellanis idem sapor reperitur, neque eadem pulpæ gratia; siquidem aliæ prædulces, ac mansu faciles, aliæ verò asperiusculæ, & ingratiores, & mansæ duriusculæ habentur. Oblongæ seriùs maturitatem sentiunt, celeriùs verò rotundæ. Quapropter illæ vegetiore sunt nucleo, diùque perdurant. Sylvestres coryli, nuces etiam largiuntur rotundas & oblongas; tanta quidem ubertate, ut eas rura saccis legant, ubi maturitatem senserint. Cum urbanam εὐαλδεστέραν scribit Theoph. id de nucleo vel carne nuclei accipe, non de tegmine.

Quæ de generibus nucum tradit Plinius, ea examinanda restant. *Adjicit*, inquit, *præterea avellanas, & gallas, Prænestinas, quas maximè laudat, & conditas ollas in terra servari virides tradit.* Desumpsit hæc Plinius ex octavo cap. Catonis, ubi non *galba*, sed *calva* legitur. *Laurum Delphicam & Cypricam & sylvaticam; nuces calvas avellanas, Prænestinas & Græcas, hæc facito uti serantur.* Quæri solet, an calva nux ab avellana diversa? Item an species avellanæ? Postremum quibusdam, aliis primum verisimilis videtur. Nam nisi nuces diversæ, quorsum tanquam diversas poneret? Præterea, si calva & avellana eadem nux; certè Græca, quam Plinius amygdalam interpretatur, sub avellanæ genere comprehendi debet. Auctor glossarum Græco barbararum, *Calva nux.* κάρυον βασιλικὸν, *nux regia, tota facie ab avellana diversa.* Sed auctor hic, parùm vel nihil fidei apud me meretur. Puto tamen calvas ad avellanarũ classem referri debere; & antiquos Latinos arborẽ corylum vocasse, quæ cum diversas & sapore, & figura ferat nuces, earum aliàs avellanas, aliàs calvas appellarunt. Recentiores omnem coryli fructum avellanam vocarunt, quod vel præstantior esset, vel vulgatior. Sed qualis fuit nux calva? Glossarum barbararum auctor calvas interpretatur ποντικὰ πεφρυγμένα. Nimirum calvas non natura intelligit, sed tostura factas. Sed id repugnat verbis Catonis; qui virides condi tradit. Alii calvas interpretantur nuces, non undique corticis putamine obductas, sed summo apice nudas, quales avellanæ, & Prænestinæ, & Græcæ. Ergo calva nux foret genus; reliquæ species. Quod non videtur verisimile. Nec nux calva videtur, quæ non undique corticis putamine obducta est, summoq; apice nuda. Cato enim calvatam vitem vocat, viduatam, destitutam, orbatam fructu. Nam ut homines calvi dicuntur, vel quibus nullus vel rarus admodum capillus: ita calvata vitis, in qua vel fructus nullus, vel rarus conspicitur, Cato cap. 33. *Si vinea à vite calva erit, sulcos interponito, ibique vivi radicem serito, umbram ab sulcis removeto, crebróque fodito.* Plin. lib. 17. cap. 22. *Si vinea à vite calvata erit, sulcos interponito &c. Calva* itaque *vitis*, si non mendum apud Catonem, calvata, id est, orbata, viduata, Columella, lib. 4. cap. 29. vitis calvitium dixit. Idem lib. 4. cap. 33. *Propter quæ sæpe novella castaneta calvescunt, atque ibi frequentanda sunt &c.* Calvescunt, raræ fiunt, castanearum arbores. Calva nux non potest dici, quod fructũ non ferat. Si enim fructu caret, qui condiri potest? Quare illorum opinionẽ magis probo, qui calvam dici volunt, quod non undique corticis putamine obducta sit, sed summo apice nuda. In eo tamen dissentio, quod non omnis coryli nux calva, sed certa quædam species sic dicta fuerit. Sequitur Prænestina. Hanc cum calva eandem volunt, Pliniique codicem corruptũ scribũt, leguntque, *Adiicit præterea avellanas, & calvas Prænestinas, quas maximè laudat, & conditas ollis in terra virides servari tradit.* Genus, inquiunt, avellanæ Prænestinũ, calvum dicebatur, quod in summo minus barba tectum esset. Nam id genus nucis molli barba vel capillo protegitur. Plinius. *Has quoque mollis protegit barba.* Quæ barbam illam non habebant, in hoc genere, calvas vocabant, quales erant Prænestinæ. Totum genus Græci λεπτοκάρυον dicebant. Postremum non inficias imus; sed Prænestinam & calvam eandem nucem esse, non facilè persuaserint, quas manifestè separat Cato. *nuces calvas*, inquit, *avellanas, Prænestinas, & Græcas.* Atheneo hoc nucis genus cognitum fuisse asserunt; sed locum corruptum. Lib. 2. deipnosophist. legitur, Εὔβουλος φησὶ, κάρυα καρύστια: καλεῖται δέ τινα καὶ μόσχια κάρυα. Corrigunt, καλεῖται δέ τινα καὶ πραινέστινα κάρυα. id est, ut apud Plinium legitur, *quoddam genus nux Prænestina vocatur.* Corrigit Dalecampius, καὶ μόσσυνα κάρυα. *quibus putamen valde lignosum ac durum.* μόσυν *turris, domus lignea, sedile ligneum* Hesych. μόσυν. πύργος *mossyn turris.* μοσυνεῖν. μασᾶσθαι βραδέως, *tardè mandere.* Nux hęc tardè mandebatur, propter putamen durum, ac lignosum. & talem nucem dari ipsa experientia probat. Recentiores has corylorum differentias observarunt 1. corylus sativa, fructu albo minore, sive vulgaris. 2. corylus sativa, fructu rotundo maximo. 3. corylus sativa, fructu oblongo rubente; quæ præstantior, & tardiùs rotunda maturatur. Hanc quæ fructu est oblongo, etiam duplicem faciunt, cujus alterius nucleus rubra, alterius alba pellicula integitur. 4. corylus nucibus in racemum congestis. 5. corylus sylvestris, fructu est minore, albidiore, & rotundiore quam sativa. 6. avellana pumila Byzantina, à Clusio Lib. 1. hist. descripta, quæ crassos admodum magnosque fert in tenuibus pediculis calyces, callosos, durosque, modo singulares, modo plures simul in eodem pediculo cohærentes, ut vulgaris, extrema parte in multas, crassas, longasque lacunas divisos, sed etiam multis fimbriatis appendicibus obsitos. Sunt verò ii calyces foris admodum dura asperaque lanugine hirsuti, interiore parte læves, continentes fructum avellanæ sylvestri & sponte nascenti ferè similem, vel aliquantulum breviorem, duroque putamine, ut illa, constantem, & nucleum similem continentem. Hanc barbatam Plinii nucem esse contendunt, cujus meminit lib. 19. cap. 1. *Superior pars Ægypti in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui gossipium vocant, plures Xylon, & lina inde facta Xylina. Parvus est, similémque barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur.* Certè nullum nucis genus vidi, cujus major cum Xylo fructus similitudo, quam avellanæ Byzantinæ. Attamen nucem barbatam Plinii, à vulgari avellana diversam, non puto. Nam cap. de juglande 24. lib. 15. de avellana hæc tradit. *In Asiam Græciamque è Ponto venêre, & ideo Ponticæ nuces vocantur, Has quoque mollis protegit barba, sed putaminibus nucleisque solida rotuditas inest. Ea & torrentur. umbilicus illis intus in ventre medio.*

Φλοιὸν δ' ἔχει. πλὴν ἐπιπόλαιον &c. Aliquid deesse diligens facilè videt lector. Quis ille sensus, *corticem habet, preterquam tenuem.* In Ald. & Bas. legitur, πλὴν ἐπιπόλαιον. Nescio qualis cortex ἐπιπόλαιος. Cap. precedenti κλήθραν παχύφλοιον dixit, καὶ εἴσωθεν ἐρυθρός. Magnam similitudinem corilus cum alno habet, adeò ut recenter natæ, difficulter dignosci queant. Scribo φλοιὸν ἔχει ὅμοιον κλήθρᾳ πλὴν ποικίλον, λεπτὸν, λιπαρὸν, ἰδίως σημεῖα λευκὰς ἔχοντα ἐν αὐτῷ: *corticem habet alno similem, sed varium, tenuem, pinguem*

(cur

(cur λιπαρὸν non vertant, causam video nullam) *maculis albidis peculiariter variatum.* Corylo cortex tenuis, pinguis, maculis albis notatus. Pinguem corticem alni respectu habet, cui scaber & rimosus: huic pinguis & æqualis, quique nonnunquam, ubi annosus est, incanus evadit, viscum profert.

Περιλοπίσμασι κάνεα. Malè in Ald. & Bas. περιλοπήσμασι κάνεα legitur, ut ex prægracilibus desquamatis, ex crassioribus verò derasis canistra fiant. Ex crassis hodie virgis circulos doliares elegantissimos conficere norunt. Radicem habet longè lateque se diffundentem, nodosam, ac undatim crispam: ex qua vasa & supellectilia varia fabricantur, quæ diutissimè durant, nec facilè corrumpuntur.

Τῆς δὲ τερεβίνθου, &c. Dictam hanc arborem volunt τερέβινθον à coccineis ramulorum baccis, aut acinis rubellis, similibus & concoloribus quadantenus cineri. ἐρέβινθος Græcis *Cicer.* à Nicandro τρέμιθος vocatur.

Καὶ τρεμίθοιο νέον πολυειδέα καρπόν.

Scholiast. τρέμιθος δὲ ὁ λεγόμενος τερέβινθος, οὗ τὸν καρπὸν πολυειδέα φησὶν δηλαδὴ ποικίλον τῇ χροιᾷ. ὁ γὰρ τερέβινθος τοὺς κόκκους φέρει διαφόρους χροὰς καὶ εἴδη ἔχοντας. *Trimithos, quam terebinthum, nominant cujus fructum* πολυειδῆ *diversum dicunt, ob varium videlicet colorem, fert enim terebinthus coccos colore & forma differentes.* A Dioscoride, Galeno, aliisque τέρμινθος dicitur. Geopon. auctor. lib. 10. cap. 73. Τέρμινθός ἐστιν ἣν καλοῦμεν τερέβινθον. *Terminthus est quam terebinthum vocamus.* Idem eodem lib. 16. c. 65. ἐγὼ γὰρ εἰς τέρμινθον ἣν οἱ ἐπιχώριοι τερέβινθον καλοῦσιν, μάλιστα ῥητίνην ἔχουσαν. *Ego enim in terminthum, quam vulgus vernacula voce terebinthum vocat, & maximè resinam habet.* Ergo vulgus antiquam vocem servavit; docti alia usi sunt. Apud Theoph. enim hoc loco τερέβινθος legitur. Puto corruptum codicem. Nam aliis in locis ut lib. 1. cap. 16. & lib. 3. cap. 4. ubi inter ἀείφυλλα numerat; & cap. 6. ubi de germinatione agit τέρμινθος legitur. Verisimile admodum fit ex loco Cassiani Bassi citato, recentiores tantùm terebinthum dixisse. Nam apud Dioscoridem & Galenum, τέρμινθος legere est. Pollux τέρβινθον arborem esse scribit, τερέβινθον fructum, lib. 1. cap. ult. τέρμινθος. εἴρηται δὲ αὐτοῦ ὁ καρπὸς ὑπ' ἐνίων ὁ τερέβινθος. Hesychius terminthum plantam quandam lino similem scribit. τέρμινθον φυτὸν ἐμφερὲς τῷ λίνῳ, ἐξ οὗ πλέκουσι Ἀθηναῖοι τὰς ὁρμιάς. *Planta similis lino, ex qua Athenienses fiscellas vel nassas nectere solebant.* Videtur terebinthum intelligere, quæ in olea nascitur, cujus meminit Theoph. libr. 2. de caus. cap. 23. nisi placeat, Grammatiam thymelæam sic vocare.

Τὸ μὲν ἄῤῥεν. Plinius lib. 13. cap. 6. *Syria & terebinthum habet, ex his mascula est sine fructu. Fæminarum duo genera, alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallidus, cum vite maturescit, non grandior faba, odore jucundior, tactu resinosus, &c.* Alteri fructum pallidum ait esse. Theophrastus alteram terebinthum fructum ferre ait, primum viridem, χλωρὸν (pro quo malè Plinius χλωρὸν legit,) qui deinde rubescit, demum cum maturus est nigro colore conspicitur. Ἄπεπτον malè vertunt, *qui concoqui nequit*, nec melius, ut annotavit doctiss. Scaliger, ἐρυθρὸν *ruffum* interpretantur. *Qualis ruffus, qualis ruber color*, exponit idem Scaliger. Ἄπεπτον malè, *qui concoqui nequit*, reddunt. Non agit Theoph. de cibi coctura quæ in stomacho fit; sed de maturitate, quæ calore fit, & similis cocturæ stomachi est; hoc botanici maturescere dicunt. πέπτειν *cibum concoquere, & maturescere* significat Theophrasto in his quæ maturantur peculiaris hæc vox est. Eandem significationem apud Homerum habet. Odyss. η ubi πέσσει Æolicè pro πέπτει legitur.

Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει.
Zephyrus flans alia gignit, alia ad maturitatem perducit.

Θυωδέστερον. Gaza θειωδέστερον. Corrigunt ex Plinio. εὐωδέστερον. Nescio cur vulgata servare nequeat, θυώδης idem quod εὐώδης. Hesychius θυώδεα, εὐώδη ὀσμά. θυμιάματος ὀσμὴν ἔχοντα· θυῶν, εὐῶδες. Grammatici etiam antiquissimi θύωμα τὸ μύρον, τὸ ἄρωμα exponunt. θάλαμος θυώδης, est, *odoratus bonisque odoribus repletus thalamus.* Templa, aras, loca sacra Græci θυώδη, θυόεντα & θυώδεα vocant, ab odoribus & aromatibus quæ in sacris accendebantur. Serva ergò vulgatam lectionem. Caro. Clusius, dum viveret, in re botanica facilè princeps, negat se differentias quas tradit Theophrastus unquam observare potuisse. *Ego*, inquit, *illas differentias non observavi, tametsi diligenter inquisiverim, nisi differentiæ sint appellandæ, cum frutices inter se omnino similes fructum ferunt, alter inanem & rubrum, alter interdum ad maturitatem perductum: nonnunquam etiam frutex non adultus, aut nimis umbroso aut iniquo loca proveniens; nullum fert.* Certe ita verba Theoph. accipienda, ipsa experientia comprobat. Totam periodum in hunc verte sensum: *Terebinthorum alia mascula alia fœmina, mascula sterilis est, ob id sexui maris adoptatur, fœminarū alia, fructū protinus rubrū producit, lētis magnitudine, qui non maturescit. Alia viridē primum edit, qui deinde rubescit, postea cum vite maturescit, nigrumq́; acquirit colorē, magnitudine fabæ, tactu resinosus, & odore jucundior &c.* Flos temporis successu in fructum transit, lentiscino ferè similem, paulò majorē & longiorem, initio viridem, circa vindemias, dum maturuit ex cæruleo virescentem, (id est nigrum, ut loqui solent veteres) tactu pinguem, & resinosum, manibusque dum colligitur, medullam in se continentem, durum, odoratum. Plerique frutices eum rubescere incipientem, ante maturitatem inanem abjiciunt, (quod etiam observavit Theoph.) carpobalsamo, quod in officinis venale proponitur, planè similem. Clariss. vir Leonardus Bauwolphius Hodœporici. lib. 11. c. 8. ait, se Terebinthi, quod Arabes, *bont*, Persæ *terbaick* vocant, præter vulgarem, duo genera observasse; unum majus, alterum minus: majoris fructum, quem Arabes *bont quibir* appellant, pistaciis forma valde similem, breviorem tamen & rotundiorem: minoris, qui illis *bont sougier* dicitur, cum suo cortice magnitudinem, piso majori æqualem esse, in rotundum non nihil concavam, veluti milium ejus Indicum sive *dora*: utriusque fructum non minus jucundi saporis esse pistaciis, eamque ob causam inquilinos abundè iis vesci, perinde ac nos pineis nuculis atque avellanis: nasci magna copia in Persia, Mesopotamia, Armenia, racematim cohærente fructu, ut pistaciæ, vel potiùs ut terebinthi vulgaris, cujus etiam genus æstimantur, cum arbores illum fructum ferentes, oblongiusculis foliis terebinthum satis æmulentur, qua nota à pistacia, quæ rotundiora & magis conspicua habet folia, differunt. Utrum major Indica Theophrasti terebinthus cap. 5. lib. 6. examinabo. Dioscorides terebinthi fructum esui aptum tradit, sed stomacho adversari, ὁ δὲ καρπὸς αὐτῆς, inquit, l. 1. c. 91. ἐστὶν ἐδώδιμος, κακοστόμαχος, οὐρητικὸς δὲ, καὶ θερμαντικός. *Ejus fructus esculentus est, stomacho noxius, urinam verò ciet, & excalfacit.* Bellon. lib. 2. obser. c. 96. *Cæterū rem quæ nobis admirationi fuit, silentio haud quaquā premere voluimus, rusticū videlicet Arabem in proximo pago conspexisse, camelum ducentem, terebinthi semine onustū: ea arbore vicini montes sunt obsiti, ex qua gummi colligitur, quod Damascū venale defertur. Nam quod in Cairo venditur Asamia mittit.* Asamiam Turcæ appellant, quā Latini Chaldæam (cujus caput Babylon) totam Mesopotamiam

Terebinthus.



& Assyriam complectentem. Auctorum verò probatissimorum testimonio evincere possumus, jam plus quam bis mille annis, terebinthi fructu homines vesci solitos; atque Persas, ante panis usum eo vitam sustentasse.

Adeò exquisito colore cæruleo prædictus est hic fructus, ut quemvis alium cæruleum superet. Ea de causa veteres Arabes granum viride appellarunt; medius enim inter viridem & cæruleum color est. Clariss. Clusius Vellonium alterum terebinthi peregrini genus, quod Zawolphius describit, delineare existimat, quod videant alii.

Ἔστι δὲ τὸ δένδρον, &c. Plinius loco cit. *Circa Idam Troadis; Sed in Macedonia brevis arbor hæc atque fruticosa, in Damasco Syriæ magna. Materies ei admodum lenta, ac fidelis ad vetustatem, eximii ac nigri splendoris.* Scribe, *materies ei lenta ac fidelis admodum ad vetustatem.* Maxima ex parte terebinthus fruticat; ramis longis, raris, cinerio cortice tectis; non rarò etiam arboris instar attollitur: ligni materies lentisco similis, quemadmodum & cortex, radices validæ, altè descendentes.

Ἄνθος, &c. In Ald. & Bas. hæc corrupta sunt. In iis enim legitur; ἄνθος δὲ ὅμοιον τῷ τῆς ἐλαίας, τῷ χρώματι δὲ ἐρυθρὸν φύλλον. ἀεὶ ἵνα μόσχον, &c. Quæ lectio hic servari quidem potest, si de foliolis novis primum emergentibus verba intelligantur. sed alia mens Theophrasti. Plin. loco cit. *flos racemosus olivæ modo: folia densa.* Vere cum novella folia, prorsus verò rubentia, extremis ramis germinare incipiunt. Nascitur è ramorum tuberculis, copiosus & muscosus, ut oleæ, flos, purpurascens, vel Phœnicius, racematim cohærens, qui temporis successu in fructum transit.

Φύλλα, &c. Folia terebintho lauri, aut pistaciæ potius, ejusdem cum illa odoris, circa unum pediculum conjugatim, ut in sorbo nascentia, uno quod extremo adhæret pediculo impare, & hyeme, quantum Clariss. Clusius videre potuit, decidua. Vere novo novella folia, prorsus rubentia, extremis ramis exeunt. Alii semper virere asserunt, ac decidere negant. Nec in Narbonensi Gallia cadunt; ubi duo terebinthi genera folio differentia reperiuntur. Frequentior quippe est angustiore lentisci positu, colore & habitu, folio duplo majore. Alteri autem folia multò latiora, rotundiora, vicina lauro & pistaciæ, adeò ut eminus intuentem fallat. Uvæ utrique eædem, acinulis, quam lentisci majoribus, coccineis, purpurascentibus, demum ex viridi in cæruleum maturescentibus, non per initia, ut putavit radiatus, sed indoctus & malevolus Apollo.

Φέρει δὲ καὶ κωρυκώδη, &c. In margine Ald. & Basil. codicis κωρυκώδη scribitur, in ipso verò textu κορυώδη per μικρόν. Malè vertunt, *Fert ad nucis similitudinem quædam.* Plin. loc. cit. *Fert & folliculos emittentes quædam animalia ceu culices, lentoremque resinosum, qui è cortice erumpit.* Lego ergo κωρυκώδη. Vide quæ supra c. 14. dixi. Vide & cap. 7. & 8. Item lib. 2. cap. ult. Notandus Plinius, quod eundem lentorem putarit qui in folliculis continetur, & ex cortice erumpit. Theophrastus resinam ex folliculo colligi negat, verùm è solo ligno. Alius liquor qui in folliculis reperitur, alia resina quæ è trunco manat. Fert vindemiarum tempore concavos quosdam folliculos seu vesiculas, foliis & ramulis inhærentes, quales ferè in ulmi foliis nascuntur: sed pallido & purpurascente colore, interdum etiam extremis ramis oblonga & cartilaginea cornicula, varia forma excrescentia, modo sphœrica, modo angulosa, modo conica, modo recta, modo curva, concava, quæ, ut etiam folliculi, aperta, lentorem quendam continere deprehenduntur, cui permixta cinerea & fuliginosa excrementa, atque exigua animalcula alata, culices referentia. Succus hic ad balsama laudatur, eandemque in sanando glutinandoque vim habet. Memorabile quod scribit Bellonius observationum lib. 1. cap. 65. & lib. 3. cap. 49. *Thraciæ atque Macedoniæ rustici, non ignari quantus sit usus gallarum in terebinthis nascentium, quorum in collibus magna est frequentia, eam quæstus rationem negligere non solent: at sub finem Iunii, gallas intus concavas, nucis Ponticæ magnitudinem æquantes, aut in foliis, aut in terebinthorum, qui semen in uvæ modum congestum ferunt, ramulis nascentes sedulò legunt; easque maturius, dum adhuc exiguæ sunt. Quoniam si in arbore diutius relinquerentur, oblongæ tandem instar corniculi cujusdam evaderent. Harum usus est, inficiendis in Prusa urbe tenuissimis sericeis pannis.* Idem repetit lib. 3. Observ. *Gallæ etiam genere utuntur veteribus ignoto, in terebintho nascente, cujus libro primo meminimus, valde commodo ad sericum quovis colore inficiendum. Hujus plures quam sex millia pondo singulis annis insumunt. concavæ sunt eæ gallæ, Romanarum gallarum magnitudine, innascentes terebinthi maris foliis, vere colligendæ, alioquin in oblonga & semipedalia interdum cornicula excrescunt.*

Τοῦ ξύλου. Resinam, quæ ex inciso manat trunco, describit Diosc. lib. 1. cap. 91. ἡ δὲ ἐξ αὐτῆς ῥητίνη κομίζεται μὲν ἐξ Ἀραβίας τῆς πέτρας. γεννᾶται δὲ καὶ ἐν Ἰουδαίᾳ, καὶ Συρίᾳ, καὶ ἐν Κύπρῳ καὶ ἐν Λιβύῃ. (Mathioli codex addit, καὶ ἐν Εὐβοίᾳ) καὶ ἐν ταῖς Κυκλάσι νήσοις. ἡ δὲ καὶ διαφέρει διαυγεστέρα οὖσα λευκή, ὑαλίζουσα τῷ χρώματι, καὶ κυανίζουσα, εὐώδης τερμίνθου πνέουσα. *Resina ejus ex Arabia Petræa convehitur. Provenit tamen etiam in Iudæa, Syria, Cypro, Africa (Euboea) & Cycladibus insulis. Præfertur autem magis perlucida, candida, vitreo colore, & in cæruleum vergente, odorata & terebinthum olens.* Referunt adversariorum auctores Lobelius & Pena, in Gallia Narbonnensi, in Valtena Sylva Monspeliensium, arbores terebinthi ferro vulnusculis factis terebinthinam resinam extillare lucidam. Cum primum ex arbore manat, resina hæc liquida est, & aliquandiu talis manet; verùm posteà durescit. Colore est resina hæc candido, vitreo, aut ex candido cæruleo, interdum pellucida, quæ friata primùm in plurimas micas teritur, mox lentescit & glutiosa fit. Odorem habet acrem, suavem, aliquantulum gravem, larignæ resinæ non dissimilem, præsertim manibus tractata, & prunis imposita: gustu modicè amarescit, & inter dentes lentescit, iis dum masticatur adhærens.

Lentisci historiam subjungam, quod hæc in calidioribus regionibus resinam fundat. Lentiscus arbor est, sub qua Iudæorum accusantium alter, Susannam adulterantem invenisse, Danieli falsò testificatus est. Lentiscum à lenteo verbo, quasi lentus fio, propter ejus virgultorum lentitudinem deducunt. Malunt alii à foliorum pinguedine lentoreque, quam habent cum manu tractantur, nomen impositum. Græcis σχῖνος dicitur, vel, secundum aliquos, quod ex ea arandi tempora rustici cognoscebant. σχίζειν enim Græci de prima, vernaque aratione dicunt. Proclus. δηλοῖ τὸ σχίζειν αὐτήν.

Item in epigrammat.

——— Γαῖαν σχίζοντες ἀρότροις.

Virgil.

At prius ignotum ferro quo scindimus æquor.

Utrum ex lentisco arandi tempora cognoverint veteres, lib. 7. de scylla docetur; ubi contra recentiores Botanicos, facundissimus & eloquentissimus Cicero defenditur. Malunt alii σχῖνον dici παρὰ τὸ σχίζειν, à *scindendo*, quod oculos quasi proscindat, & inde à visu lachrymas eliciat. Sed hoc etymon scyllæ debetur. Lentiscus vi illa non pollet. Melius illi qui σχῖνον παρὰ τὸ σχίζειν vocari contendunt; quod ejus σχίδαξι, hoc est, *segmentis*, vel fragmentis ex ligno scissis, solerent uti ad repurgandos dentes, ut docet Dioscorides lib. 1. cap. 89. τὰ δὲ ξυλάρια χλωρὰ ἀντὶ καλαμίδων παρατριβόμενα τοῖς ὀδοῦσι σμήχει τούτους. *Virentes autem surculi, arundinorum dentiscalpiorum vice, dentibus affricti, eos repurgant.* Virides lentisci surculos ὀδοντογλύφων potius, ut doctiss. monet Saracenus, quam ὀδοντοσμημάτων, hoc est, dentiscalpiorum quam dentifriciorum explere vicem, ex eo fit verisimile, quod iis non nisi in pulvisculum tritis gingivæ affricari, dentesque commodè polliri possunt. At iisdem vel tantillum exacutis fodiendo scalpendoque utiliter eximuntur, quæcunque dentibus inhæserunt. Atque in hunc modum Lentiscus à Martiali commendatur. libr. 6.

Fodit tonsis ora laxa lentiscis.

Improprie ergo Dioscorides παρατριβόμενα dixit, si affricari & non velut dentiscalpium adhiberi, lentisci lignum quis accipiat, ad eximenda ea quæ in commansæ dentibus inhærent, in quem usum pennæ formari possunt. Quod idem docet Martialis.

Lentiscum melius sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna levare potes.

Olim molles ac delicatuli, ceu quibus frequenter esset in ore dentiscalpium, contumeliæ loco σχινοτρῶγες, seu σχινοτρώκται, quasi *lentisci arrosores*, nuncupabantur. σχῖνον διατρώγειν, *lentiscum mandere vel arrodere.* Quod de iis dicebant Græci, qui nimio comendi corporis studio superfluebant. Sed hoc adagium non tantùm convenit iis qui dentiscalpiis utuntur, sed etiam qui dentifriciis, immò illis meliùs. Suidas σχῖνον διατρώγειν ἐπὶ τῶν καλλωπιζομένων, καὶ λαμπρυνόντων τοὺς ὀδόντας. ὅθεν καὶ σχινοτρὼξ λέγεται ὁ τοιοῦτος. ἐπὶ τῶν καλλωπιζομένων διὰ γὰρ τὸ λαμπρύνειν τοὺς ὀδόντας ἤσθιον σχῖνον. καὶ σχινίζειν. *Lentiscum arrodere de iis dicitur qui accuratè fucabant, ac dealbabant dentes; unde qui hoc faciebat* σχινοτρώξ.

σχινοτρώξ vocabatur. *Sic dicebatur qui studiosè ornabat dentes, quod propter nitorem & albedinem dentium edebat lentiscum, & lentiscinū oleum.* Postremum corruptum, & aliquid deesse puto, quis oleum lentiscinum commederet ad albos reddendos dentes? Scribo, καὶ σχινελαίῳ χρῶνται. *utuntur* σχινελαίῳ. Interpretor *mastiche.* Quod nemo veterum lentiscinum oleum ad illud præscribat; contrà mastichen Dioscorides utilem tradat cap. 90. lib. 16. μίγνυται δὲ καὶ σμήγμασιν ὀδόντων, καὶ ἐπιχρίσμασι προσώπου, σμηκτικοῖς. *Additur etiam in dentifricia & faciei illitus, quippe quæ nitorem cuti conciliet.* Mastichen σχίνελαιον vocavit, quod pinguis ac resinosus instar olei sit. Magno in errore versantur, qui scyllā ad dentifricia usum habuisse tradunt. Hoc in errore Phavorinum reperio σχῖνον τὴν σκύλλαν, ἣν διαμασῶνται οἱ καλλωπιζόμενοι ἕνεκα τοῦ λευκοῦς τοὺς ὀδόντας. σχῖνον *scylla, quam masticabant illi, qui studiosè operam dabant dentium cultui, ut eos albos redderent.* Vocis πολυσημία Grammaticus deceptus est. Nam, ut dixi, σχῖνος & lentiscum & scyllam significat. Lentisco hanc virtutem adscribunt veteres. Porro, ut σχῖνον arborem vocant Græci, ita iidem baccas σχινίδας vocarunt. Nec Theophrastus, nec Dioscorides lentiscum descripserunt, quod vulgaris satis cognitionis esset arbor. Dioscorides tamen lib. 4. cap. 49. semine, ramis, folio, tragium lentisco simile dicit. ἔχει δὲ τὰ φύλλα σχίνῳ ὅμοια, καὶ τὰς ῥάβδους, καὶ τὸν καρπὸν, μικρότερα δὲ πάντα. *Lentisco simile foliis ac ramis, singulis tamē minorib.* Idē lib. 3. c. 7. de glycyrrhiza. παρ' ἃς τὰ φύλλα πυκνὰ ἐοικότα σχίνῳ, λιπαρὰ, καὶ κολλώδη ἁφῇ. *Circa quos folia sunt densa lentisci, pinguia, tactúque glutinosa.* Lentiscus frequenter instar fruticis, nullo grandiore caudice, sed compluribus virgultis ac stolonibus, ab una radice, coryli modo luxuriat: Sæpius verò ad mediocris arboris altitudinem assurgit, & magnitudinem assequitur. In arborem assurgere recentiores volunt, quando non cæditur, sed negligitur. Malè audit Mathiolus, quod humiles recensens lentiscos, alias à procerioribus speciè faciat: fit enim, inquiunt, cymis tantùm resectis ad usum, ne in arboris æmulationem assurgant. Verba Mathioli addo, ut quid de re sit, ipse judicare possit lector. *Cæterū, inquit, lentisci nonnullæ sunt plantæ, quæ in arborē mediæ proceritatis assurgunt; nonnullæ verò humiles, quæ nullo grandiore caudice à radicibus sublato, sed virgultis, stolonibusque innumeris, corylorum sylvestrium modo dissiliunt.* His verbis humiliorem ab altiore specie non distinguit.

Lentiscus.



Ponamus fecisse. An ergo erravit? Non videtur. A majori differt minor, quod pluribus stolonibus luxuriet. Neq; ob cæsuram pumilus tantùm manet, sed quod plurimi relinquantur stolones, difficulter arborescit planta (nisi quæ nunquam frutex visa) cui plures relinquuntur stolones. Vidi ante annos 14. in horto medico Lugdunensi, cum ei præesset Clariss. vir Petrus Pavius lentiscū, vidi eandem præterito anno, eadem altitudine, qua erat ante annos 14. Plures tamen habebat stolones, nec unquam cæsa fuit, ita ut sola cęsura non sit causa quod frutex maneat. Lentisci rami lenti ac flexibiles sunt, viminisque instar obsequiosi, cortex ex cinereo subruffus, similiter flexilis, ac frangi contumax: folia ab uno pediculo octona ferè cohærent, longo pediculo utrimque sita, foliorum inter se semper contrariis pediculis, ut in terebintho, juglande, fraxino, sorbo, nullo tamen extremo imparem numerum (ut in illis) faciente. Particularia folia glycyrrhizæ foliis similia sunt, sed duriora, & firmiora, atra viriditate splendentia, ambitu nonnihil rubentia, & veluti nonnullis discurrentibus venulis, jucundi odoris cum gravitate tamen quadam, sapore acidiusculo. quod saturato viridi colore sint folia lentisci; nigra lentiscus ab Arato vocatur.

> Πρῖνοι δ' οὐ καρποῖο καταχθέες, οὐδὲ μέλαιναι
> Σχῖνοι ἀπείρητοι.
>
> *Non caruit signis, quæ non & fructibus, Ilex.*
> *Non nigra lentiscus.*

Avien.

> — *Quin & lentiscus amara*
> *Inditium est pluviis* —

Amaram quasi tristem, à nigredine dixit; nulla enim amaritudo lentisco. Notatur Mathiolus, quod graviter olere lentiscum scribat: *Nobis, inquiunt, aliisque studiosis, saltus & collos aridos Norbonæ peragrantibus, inserta in os folia, non modo suaviter spirabant, sed etiam, quod fortè nescit commentator Senensis, sitim arcebant, & fauces humidas tuebantur. Certè, quantum ego percipere queo, non sine gravitate quadam suaviter olent; quod & Clusius & Dodonæus testantur, qui negant gravitatē nullam habere. Olfactum vel corruptum pituita habent, vel nimia siccitate læsum. Postremum non mirum videtur. Erant enim in collibus aridis, ubi fauces præ ariditate crepabant.* Mens Mathioli hæc est, cum gravitate quadam suaviter spirare. Ait enim, *tota planta graviter olet.* Quapropter nonnulli quod caput olfactu aggravet, ipsam devitant. Flores muscosi, colore ex herbido pallescente, nonnihil purpurascente, racematim in alarum cavis circa oblongum pediculum cohærentes. Baccæ succedunt initio virentes, mox è purpureo rubentes, postremò ubi maturæ sunt nigræ, oleaginosæ, pingues, ervi magnitudine, nucleo intus duro, nigro, candidam medullam continente. Foliis quandoque adnascuntur folliculi, corniculi aliquando intorti, nonnunquam rotundi, non rarò oblongi, in quibus initio liquor, deinde, hoc veterascente, animalcula exigua culicibus similia, veluti terebinthi corniculis, ac complicatis ulmi foliis. Effluit ex lentisco resina mastiche dicta, de qua cap. 1. lib. 9. Non cadunt lentisci folia, floret vere, baccas autumno maturas reddit. Provenit in plurimis regionibus, Lusitania, Boetica, regno Valentino, Italia, Narbonnensi Gallia, Syria, Creta, sed in Chio, maris Ægæi insula, præcipua, in qua vel sola diligenter, & mastiches quidem causa colitur, quæ ex cultis lentiscis illic ab indigenis, vulnerato caule, singulis annis, diligenti adhibita cura colligitur, ac in omnes orbis partes mittitur: ut refert Bellon. lib. 2. de observat. cap. 8. ubi ait: *Sola insula Chia inter reliquas mastichen generat;* tametsi Gal. lib. 2. ad Glauconem, Ægyptiam mastichen commendet. Hoc autem tempore scimus in sola Chio reperiri, (memini anno 1624. in horto Lugdunensi è lentisco mastichen manare, sed calidior æstas erat) ubi lentisci arbores tali diligentia & cura excoluntur, ut non minores in eam rem sumptus fiant, quam apud nos in vinetorum cultura. Cum verò potiores, incolarum hujus insulæ, opes in mastiche consistant: eam ob causam in lentisci arboribus curandis majorem adhibent diligentiam. Quemadmodum enim oleæ & fructiferæ aliæ arbores curam & culturam expetunt, sic lentisci: nisi necessaria cura adhiberetur, exiguum gummi proventum darent. Lentisci per Galliam Narbonnensem, Provinciam & Italiam nascentes, iis quæ in Chio crescunt sunt similes (accepi ex ipsa insula Chio ramulum, folia paulò angustiora videbantur) nullam tamen mastichen præbent. De qua vide quæ lib. 9. dicuntur.

Πύξος vocatur, παρὰ τὸ πυκνοῦσθαι, ἤγουν πυκνοῦσθαι διὰ τὸ πυκνὸν τοῦ ξύλου, ut Eustathius ait, *à densando, quia lignum densum*

densum. πυκνόποτε μὲν ὁ δοκεῖ πύξος καὶ ἴσος. ait Theoph. lib. 1. Latini buxum vocant π in β mutato. Belgis **Palmboom** dicitur, id est, Palmarum arbor; à qua tamen per omnia dissidet, nisi quod utraque perpetuò viret, nec foliis spoliatur. Nomen illud impositum puto; quod Belgæ hac fronde utantur, die ante Paschæ solemnitatem octavo, quæ Dominica palmarum dicitur. Eo enim tempore reliquæ frondosæ arbores desiderantur. Natus videtur magis operibus topiariis, & instrumentariis, quam medicinæ. Fiunt ex buxo pectines, cochlearia, & pyxides, quarum, in materia medica conservanda, usus est, & si quæ alia instrumenta vasaq; lignea ad longos & diuturnos usus expetimus. Fiunt ex hac tibiæ multiforatiles, quas apud antiquos, ex eadẽ factas materia legimus.

Virgil Æneid. 4.
Tympana vos buxusq́ue vocat Berecynthia matrũ. Idææ.

Buxus, id est, tibia Phrygia, è buxi ligno confecta. Buxus materia tibiæ Phrygiæ. Nam, ut Afrorum tibiæ è loto erant; sic Phrygum è buxo. Pollux de tibiarum generibus loquens, ἔλυμος, inquit, τὴν μὲν ὕλην πύξινος, τὸ δὲ εὕρημα Φρυγῶν. Fiebant etiam olim ex hujus ligno, ut Theoph. lib. 5. cap. 8. scribit, axes plaustrorum, & bures aratrorum. Refert Cardanus lib. de varietate 11. cap. 66. se vidisse opera ex buxo adeò tenuiter elaborata, ut sculptos lapides dixisset, ni color prodidisset. Idem cap. 58. ornamenta organi se vidisse tradit, adeò subtiliter elaborata, ut visum fallerent. Belgæ ad topiaria opera buxi utuntur ligno. Buxi semen Plinius carthegon vocari scribit lib. 16. lib. 30. *Plurima verò buxus. Nam & semen suum & granum quod carthegon vocant, & à Septentrione viscum, à Meridie hyphear (de quibus plura mox paulò.)* Ineptè Plinius (quoniam, ut rectè monet Doctiss. Dalecampius, apud Theophrastum historiæ buxi, statim & cratægi descriptio subjicitur) granum ab eo ferri dixit quod carthegon sive cratægon. Ineptiùs quod sequitur, *à septentrione viscum à meridie hyphear vocari*, De ilice cap. 16. lib. 3. hist. hoc tradit Theophrastus. Τὴν πύξον σὺν τῇ κρίνῃ. confundit Plinius.

Buxus.



Μικρὰ &c. Buxus parvæ arboris similitudine assurgit, caudicibus subinde humani cruris, rarò femoris crassitudine, spissis, duris, validis. Ramos emittit cæterarum arborum more, multos, duros, crassosque: folia verò habet magnitudine ferè myrti, sed intensiori viridi colore, duriora, densiora, crassiora, rotundis longiora, lævia & resplendentia, perpetua, nec unquam decidentia; flosculos Aprili Martioque mensibus emittit herbaceos. Fructus sequuntur rutæ similitudine; quadruplici apice in cacumine divisi, ciceris magnitudine, omnibus animantibus invisi, Materies ligni durissima, ac densissima quidem; sed ad opera quævis conveniens, & valde tractabilis; gravissima quoque, & in aqua subsidens, nec cariem nec teredinem sentiens, colore luteo pallescens. Ovid: *pallidior buxo.* Dioscorides lib. 3. cap. 3. ait, radices glycyrrhizæ, πυξοειδεῖς esse ὑπόστυφ. τῇ γεύσει. Hujus verò & alia quędam species humilior existit, quę ad duos aut tres pedes tantummodo attollitur, sed in latitudinem diffunditur, ramuli huic numerosi, tenues admodum: folia verò rotundiora, & dilutiùs virentia. Hac ad areolas hortorum muniendas frequenter utuntur. Buxi genera duo observarunt recentiores; tria Plinius lib. & cap. 16. ubi hæc de buxo tradit. *Imprimis verò honorata materies buxo est, rarò crispicanti, nec nisi radice: cætero lenis quies materiæ silentio quodam & duritie ac pallore commendabilis: in ipsa verò arbore topiario opere. Tria ejus genera: Gallicum, quod in metas emittitur, amplitudinemque proceriorem. Oleastrum in omni usu damnatum, gravem præfert odorem. Tertium genus nostrate vocant: sylvestre, ut credo, mitigatum satu: diffusius & densitate parietum virens semper ac tonsile.* Hæc explicanda paulò fusiùs. Quæ opera præcipuè ex buxo fiant, supra narravi. Germani, ut refert doctiss. Dalecampius, ex Gallia Narbonensi, locis Hispaniæ finitimis & præcipuè montibus Pyreneis, circa oppidum dictum Limons, haud procul Carcassona, radicum buxi magnam copiam emunt ob maculas varias, variosque & flexuosos linearum discursus, ad opera lautiora expetitarum, quas prisco adhuc vocabulo vocant *bronchon &c. Cætero lenis quies,* id est, pigra & tristis soliditas, oculos nullo fulgore excitans. *In ipsa verò arbore*: Scribe ex veteri codice: *ipsa verò arbor opere topiario*: scilicet commendabilis. Alterũ genus, oleastrum, nisi corruptus codex sit, id buxi genus vocat, quod oleastri modo semper humile sit, ac vix unquam in arbusculæ magnitudinem assurgat: & quod reliquis generibus folium minus habet, quemadmodum oleastri folia, si cum olea conferas, angustiora & breviora. Ego quidem, inquit Dalecampius, prorsus deceptum fuisse Plinium, aut libertum ejus scribam puto, & cum apud Græcum auctorem legisset, *secundum buxi genus,* ἄγριον ὅλον εἶναι, *omnino sylvestre ac agreste esse, nec utile materia, ut primum genus, nec parietibus vestiendis idoneum, ut tertium, immo etiam abominandum fœtore & gravitate odoris;* incautè legisse ἀγριέλαιον εἶναι, *oleastrum esse.* Probabile admodum fit quod tradit Dalecampius. Solet enim Plinius, vel libertus parùm, ad Græci auctoris verba attendere.

Φύεται ἐν τοῖς ψυχροῖς. Cassianus Bassus lib. 11. cap. 10. χαίρει δὲ ἐνύδροις χωρίοις, ἀειθαλὴς ὤν. *Gaudet autem humidis locis, semper viride existens.* Corrige Cassiani codicem & scribe ψυχροῖς ex Theophrasto & Plinio loc. cit. *amat frigida, aprica.* Humidis non gaudet locis, sed algentibus & umbrosis, montibus familiaris.

Καὶ γὰρ τὰ κύτισα. Scribe ex Ald. & Bas. cod. κύτωρα. Plinius, *buxus Pyrenæis ac Cytoriis montibus plurima, & Berecynthio tractu.*

Virg. lib. 2. Georg.
Et juvat undantem buxo spectare Cytorum.

Κύρνῳ. Rectè emendavit doctiss. Constantinus. Malè in Ald. & Bas. κυρλῷ. In Corsica arbores maximas altissimasque tradit Theoph. lib. 5. hist. c. 4. *Buxus,* inquit, Plin. loc. cit. *crassissima in Corsica, flore non spernendo, quæ causa amaritudinis mellis. Semen illius cunctis animantibus invisum.* Et Plinii & Theodori codex corruptus. Culpa est librarii, tolle, & scribe: *Ideo mel insuave est, buxum olens.* In Antiquo Plinii codice legitur, *florem non ferendo*, quomodo in Veneto nostro legitur codice. Hinc Card. lib. 6. de varietate c. 20. buxũ necare apes tradit. *Buxum*, inquit, *constat aërem fœditate odorũ corrumpere, ejus flores certo experimento compertum est necare apes.* Idem cap. sequenti, *buxus aërem corrumpit: malè enim olet, & si apes ex ejus flore gustarunt, ut fieri solet: cum tempestivè & ante alias arbores floreat* (hoc etiam fabulosum, non floret ante armeniacam, amygdalamve) *statim moriuntur, ob id procul alvearii feratur. multa alia incommoda adfert hæc planta, quæ solo ligno utilis &c.* Si statim moriuntur

moriantur, quomodo mel conficere possunt. Scribe apud Plinium. *Apibus florem non spernentibus, quæ causa amaritudinis mellis.* Invisum hujus semen cunctis animantibus etiam tradidit Theoph. lib. 3. cap. 6.

Sequitur cratægus arbor; quam Plinius turpiter cum cratægono herba, & aquifolia arbore confundit. Hesychius Grammaticus distinguere novit inter κραταιγὼν quæ & κράταιγος, & κραταιόγονον, quæ & κραταίγονον & κραταίγονον. Herba sic vocata, ut cap. 19. lib. 9. hist. dixi, à facultate, qua præditam dicunt ἐν τῇ γονῇ. Nam pota, ut tradit Theophrastus, efficit, ut mulier virilis sexus fœtum concipiat pariatve; quod περὶ κραταίγου tradidit nemo. Optimè inter utramq; herbam & arborē distinxit Hesych. κραταιόγονον βοτάνη μεθ' ἧς πλέκουσι, κραταιγὼς δένδρον. Plinius lib. 27. cap. 8. postquam cratægonum herbam descripsit, hæc verba in fine subjicit. *Theophrastus arboris genus intelligere voluit, crateogonon sive crateogona, quam Itali aquifoliam vocant.* Multa Plinii errata hic animadvertere licet. Cratægonon, herbam Dioscoridis; eandem facit cum cratego vel crategone Theophrasti, quæ arbor est, ac veluti sylvestris quædam mespilus. Arbor hæc κράταιγος vocatur & κραταιγών. κράταιγος, inquit, δ' ἐστὶν, ἣν οἱ δὲ κραταιγόνα καλοῦσι. κραταίγονον herba in generandi casu habet κραταιγόνου, dandi κραταιγόνῳ accusandi κραταίγονον. Tertiæ declinationis est, κραταιγών, κραταιγόνος quintæ. cratego arbori nulla vis generandi, nec eam nomine præfert. Longè itaque diversa planta. Idem Plinius alibi etiam confundit cratægum & cratægonum, ut lib. 26. cap. 10. in satyrii descriptione. *In totum quidem Græci cum concitationem hanc volunt significare, satyrion appellant; sic & cratægon cognominantes & Thelygonon, quarum semen testium simile est.* Hic cratægum pro cratægono posuit; si non mendum librarii. In antiquo enim codice *cratagin* legitur. Sed idem est quocumque modo legas; nec cratægin, nec cratægonum, nec crategum, ab ullo mortalium satyrion vocatum fuit. Nec illud verum, quod tradit; semen cratægoni aut telygoni *testium esse simile*. De arrenogono hæc tradit Theoph. lib. 9. cap. 19. Illud omnium pessimè, quod tradit, *cratægon, arborem ab Italis aquifoliam vocari.* Cum aquifolia inter spinosas arbores recenseatur, Græcorumq; ἀγρίαν & ἀξυάκανθον exprimat. Cratægus Theophrasti spinis caret; folium habet mespilo simile, mespili autem folium spina caret. Decipit Plinium corruptus Theophrasti codex; in quo legitur, διόπερ ἂν ἀγρία δόξειεν ἂν εἶναι, cum constet ex Athenæo, vocem μεσπίλης deesse. Antiquissimum ergo hic mendum est, si Plinius ἀγρίαν tantum legit: nisi placeat magis, Plinium ad anagnostæ verba parum attendisse, aliisque rebus, cum locum hunc legeret, distentū fuisse. Multa prohibent vulgare aquifolium esse crategum. Mespilo planè dissimile habet folium, materies nec versicolor, nec flava, sed nigricans. nec fructum nigrescentem, sed rubrum ostendit, cui nec gustus nec succus mespilo similis. Corruptus, inquam, Theophrasti codex, nec uno mendo laborat. Exscripsit hunc locum Athenæus lib. 2. sed nec ejus codex mendo caret. Vtrunque codicem emendabimus, & quæ vera scriptura, dicemus: atque in hunc quidem sensum locus hic apud Athenæum legitur. κράταιγος, οἱ δὲ κραταίγονα καλοῦσι. ἔχει τὸ μὲν φύλλον πεταμμένον, ὅμοιον μεσπίλῃ, πλὴν μεῖζον ἐκείνου (malè in quibusdam codicibus ἐκείνῳ) καὶ πλατύτερον, ἢ προμηκέστερον. τὸ δὲ χαραγμὸν (in quibusdam codicibus χαραγμὸν. malè) οὐκ ἔχει ὥσπερ ἐκεῖνο. γίνεται δὲ τὸ δένδρον οὔτε μέγα λίαν, ἔτι παχύ. τὸ δὲ ξύλον ποικίλον, ξανθὸν, ἰσχυρόν. φλοιὸν δὲ ἔχει λεῖον, ὅμοιον μεσπίλῃ, μονόρριζον εἰς βάθος ὡς ἐπὶ πολύ. καρπὸν δὲ ἔχει στρογγύλον. ἡλίκον ὁ κότινος, πεπαινόμενος (in quibusdam codicibus πεπαμμένος) δὲ ξανθός τε ἐστὶ, καὶ ἐπιμελαίνεται. ἔχει δὲ τὴν γεῦσιν καὶ τὸν χυλὸν μεσπίλης, διόπερ ἀγρία μεσπίλη δόξειε μᾶλλον εἶναι. Videmus quàm mancus & corruptus sit Theophrasti codex. Totum hunc de cratægo locum, in hunc emendæ sensum. κράταιγος οἱ δὲ κραταίγονα καλοῦσι. (vel κράταιγος δ' ἐστὶν ἣν οἱ δὲ κραταίγονα καλοῦσι) ἔχει τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον μεσπίλῃ λεῖον, πλὴν μεῖζον ἐκείνου, καὶ πλατύτερον, καὶ προμηκέστερον, τὸν δὲ χαραγμὸν οὐκ ἔχον ὥσπερ ἐκεῖνο. γίνεται δὲ τὸ δένδρον ἔτι μέγα λίαν, ἔτι παχύ. τὸ δὲ ξύλον, ποικίλον, ἰσχυρὸν, ξανθόν. ἔχει δὲ φλοιὸν λεῖον οἷον μεσπίλῃ. μονόρριζον δ' εἰς βάθος ὡς ἐπιτοπολύ. καρπὸν δὲ ἔχει στρογγύλον ἡλίκον ὁ κότινος, πεπαινόμενος δὲ ξανθὸς γίνεται, καὶ ἐπιμελαίνεται. καὶ δὲ τὴν γεῦσιν καὶ τὸν χυλὸν μεσπιλώδης. διόπερ ἀγρία μεσπίλη δόξειεν ἂν μᾶλλον εἶναι. μονοειδὴς δὲ & οὐκ ἔχον διαφοράς. *Cratægus quam alii cratægona vocant, folio mespili glabro est, verùm majori, latiori; oblongiorique, nec serrato quemadmodum illa sit, hæc nec admodum magna, nec crassa. Materies ei versicolor, valida, flava, cortex lævis, mespilo similis, radix singularis, acta in profundum. fructus rotundus, magnitudine olivæ sylvestris, maturescens fit flavus, ac nigrescit, gustu & succo mespilaceus; qua propter, veluti sylvestris mespilus videri possit, verùm specie simplex; & sine ullo discrimine.* Τεῖον, exposui *glabrum, læve, æquale*. Faciem hominis Græci πεταλὸν dicunt, quæ tenta & plena humore, cutis superficie nitet, læviorem habet & nullis aratur rugis. Galenus lib. 5. κατὰ τόπους πεταλὸν καὶ καθαρὸν διαφυλάττει τὸ πρόσωπον. Rugoso ῥυσσὸς opponitur πεταλόν. Galenus lib. 1. de antidotis cap. 15. τὰς μὲν ῥίζας ἂν ὦσι χρήσιμοι πεταμμένον ἔχειν φλοιὸν ἢ ῥυσσόν. *Quæcunque radices heic usum debent habere, cortice oportent sint æquali, non rugoso.* Paulò post τὰ σπέρματα ὥσπερ καὶ τὰς ῥίζας, δύσκοφα, διὰ τοῦ πεταλοῦ φλοιὸν γνωρίζομεν. *Semina quæ heic locum invenire volunt, oportet non minùs quam radices probare cortice suo tento & æquabili, non rugoso.* Vides πεταλὸν æquale, rugis carens, erugatum significare, πεταλαὶ ῥίζαι apud Dioscorid. lib. 3. cap. 55. *radices rugis carentes.* Cæterum Athenæus à Theophrasto cerasum describi putat. ἐκ τούτων inquit, μοι δοκεῖ φησὶ ὁ φιλόσοφος τὸ νῦν κεράσιον καλούμενον ἐμφανίζειν. *His scilicet verbis philosophum arbitror, quod nunc appellant cerasium indicare.* Danda venia Athenæo, in re herbaria parùm exercitato. Cerasius nec succum, nec saporem habet mespili, nec ligno constat versicolore, flavoque, nec folium mespilo simile habet. Quidam sorbum torminalem cratægum existimant, ac, cum Theophrastus mespilo simile folium scribit, intelligunt, Anthedonis Theophrasti, leguntque τὸν δὲ χαραγμὸν ἔχον ὥσπερ κακεῖνος cùm in omnibus Theophrasti Athenæique codicibus particula οὐκ addatur; id est, *fissuris carere, non laciniatum esse*; quale folium sorbo, quam cratægi nomine describunt. Habet materiem nec versicolorem, nec flavam, sed albam sorbus; estq; arbor spectatæ proceritatis, folio vitigineo, aceris aut platani assimili, haud infirmo cortice, levi, materie alba, alioquin satis dura. Flosculis in laxiore umbella candidis; succedunt baccæ oblongiores, avellanarum aut olivarum non magnarum magnitudine, racematim coeuntes, longoque pediculo appensæ, asperiusculæ, punicei aut rubentis coloris, coronato umbilico, sapore per maturitatem acido, cum quadam acerbitate. Nascitur in sylvis cum cæteris sylvestribus. Videt lector, nec folium, nec materiem, nec fructum convenire. Nunquam nigrescit, oblongus est, non rotundus. Putavi quondam, quam vocant cerasum avium, esse cratægum; sed multa dissuadent, maximè materies, quæ non est flava; & fructus, qui magnitudine non est olivæ, & alia.

ΚΕΦ. Ις. | Cap. XVI.

Ilicem præter glandem, granum quoddam ferre puniceum: necnon viscum habere, & hyphear, atque ideo quaternos habere fructus. De smilace, & phellodry. Item phellodrys, atque ilicis fructum vocari acylum, roboris verò glandem. Dein de arbuto, potulaca, pruno, ac subere.

Ο δὲ πρῖνος φύλλον μὲν ἔχει δρυῶδες, ἔλαττον δὲ [*] ἐπικανθίζον. τὸν δὲ φλοιὸν, λειότερον δρυός. αὐτὸ δὲ τὸ δένδρον μέγα, καθάπερ ἡ δρῦς, ἐὰν ἔχει τόπον καὶ ἔδαφος. ξύλον δὲ πυκνὸν καὶ ἰσχυρόν. βαθύρριζον δὲ ἐπιεικῶς καὶ πολύρριζον. καρπὸν δὲ

[*] δὲ καὶ περικανθίζον Const.

ILex folio roboris est: verùm minori, aculeatoque: cortice læviori, quam robur. Arbor ipsa magna assurgit, modo roboris, si locum solúmque adipiscatur idoneum. Materies spissa robustáque: radix [*] alta admodum: atque multiplex. Fructus

[*] radix profunda mediocriter.

ἔχει βαλανώδη· μικρὰ δὲ ἡ βάλανος. περικαταλαμβάνει δὲ ὁ νέος τὸν ἔνον. ὀψὲ γὰρ πεπαίνει· διὸ καὶ διφορεῖν τινές φασι. φέρει δὲ καὶ παρὰ τὴν βάλανον κόκκον τινὰ φοινικοῦν. ἴσχει δὲ καὶ ἰξίαν καὶ ὑφέαρ. ὥστε ἐνίοτε συμβαίνει τέτταρας ἅμα καρποὺς ἔχειν αὐτόν. δύο μὲν τοὺς ἑαυτῆς, δύο δ' ἄλλους, τόν τε τῆς ἰξίας καὶ τὸν τοῦ ὑφέαρος. καὶ τὴν μὲν ἰξίαν φέρει ἐκ τῶν πρὸς βορρᾶν, τὸ δὲ ὑφέαρ, ἐκ τῶν πρὸς μεσημβρίαν. οἱ δὲ περὶ Ἀρκαδίαν δένδρόν τι σμίλακα καλοῦσιν. ὅ ἐστιν ὅμοιον τῷ πρίνῳ. τὰ δὲ φύλλα οὐκ ἀκανθώδη ἔχει· ἀλλ' ἁπαλώτερα, καὶ † βαθύτερα, καὶ διαφορὰς ἔχοντα πλείους. οὐδὲ τὸ ξύλον ὥσπερ ἐκεῖνο στερεὸν καὶ πυκνὸν, ἀλλὰ ‡ μαλακὸν ἐν ταῖς ἐργασίαις. ὃ δὲ καλοῦσιν οἱ Ἀρκάδες φελλόδρυν, τοιάνδε ἔχει τὴν φύσιν. ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀνὰ μέσον πρίνου καὶ δρυός ἐστι· καὶ ἔνιοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι θήλειαν πρῖνον. διὸ καὶ ὅπου μὴ φύεται πρῖνος, τούτῳ χρῶνται πρὸς τὰς ἁμάξας, καὶ τὰ τοιαῦτα. καθάπερ οἱ περὶ Λακεδαίμονα καὶ Ἠλείαν. καλοῦσι δὲ οἵγε Δωριεῖς καὶ " ἀγρίαν τὸ δένδρον. ἔστι δὲ μαλακώτερον καὶ μανότερον τοῦ πρίνου· σκληρότερον δὲ καὶ πυκνότερον τῆς δρυός. καὶ τὸ χρῶμα φλοιωθέντος τοῦ ξύλου, λευκότερον μὲν τοῦ πρίνου, οἰνωπότερον δὲ τῆς δρυός. τὰ δὲ φύλλα προσέοικε μὲν ἀμφοῖν. ἔχει δὲ μείζω ἢ ὡς πρῖνος· ἐλάττω δὲ, ἢ ὡς δρῦς. καὶ τὸν καρπὸν τοῦ μὲν πρίνου κατὰ μέγεθος ἐλάττω· ταῖς ἐλαχίσταις δὲ βαλάνοις ἴσον. καὶ γλυκύτερον μὲν τοῦ πρίνου, πικρότερον δὲ τῆς δρυός. καλοῦσι δέ τινες τὸν μὲν τοῦ πρίνου καὶ τὸν ταύτης καρπὸν, ἄκυλον· τὸν δὲ τῆς δρυὸς βάλανον. μήτραν δὲ ἔχει φανερωτέραν ἢ ὁ πρῖνος. καὶ ἡ μὲν φελλόδρυς, τοιαύτην τινὰ ἔχει φύσιν. ἡ δὲ κόμαρος ἡ † τὸ μεμαίκυλον φέρουσα τὸ ἐδώδιμον, ἐστὶ μὲν οὐκ ἄγαν μέγα· τὸν δὲ φλοιὸν ἔχει λεπτὸν μὲν, παρόμοιον δὲ μυρίκῃ. τὸ δὲ φύλλον μεταξὺ πρίνου καὶ δάφνης. ἀνθεῖ δὲ τοῦ πυανεψιῶνος. τὰ δὲ ἄνθη πέφυκεν ἀπὸ μιᾶς ‡ κρεμάστρας ἐπ' ἄκρων βοτρυδόν. τὴν δὲ μορφὴν ἕκαστόν ἐστιν ὅμοιον μύρτῳ προμήκει. καὶ μεγέθει δὲ τηλικοῦτον. ἄφυλλον δὲ καὶ κοῖλον ὥσπερ ὠὸν ἐγκεκολαμμένον. ὅταν δὲ ἀπανθήσῃ, ἡ πρόσφυσις τετρύπηται. τὸ δ' ἀπανθῆσαν λεπτὸν, ὥσπερ σφόνδυλος περὶ ἄτρακτον, " ἢ κάρνειος δωρικός. ὁ δὲ καρπὸς ἐνιαυτῷ πεπαίνεται. ὥσθ' ἅμα συμβαίνει τοῦτόν τ' ἔχειν, καὶ τὸν ἕτερον ἀνθεῖν. παρόμοιον δὲ τὸ φύλλον καὶ ἡ † ἀνδράχνη ἔχει τῷ κομάρῳ. μέγεθος δ' οὐκ ἄγαν μέγα· τὸν δὲ φλοιὸν, ‡ λευκὸν ἔχει καὶ περιρρηγνύμενον. καρπὸν δὲ ἔχει ὅμοιον τῇ κομάρῳ. ὅμοιον δ' ἐστὶ τούτοις τὸ φύλλον καὶ " τῆς κοκκυμηλέας. τὸ δὲ δένδρον μικρόν. ἴδιον δὲ ἔχει καὶ τὸ ἐκπαπποῦσθαι τὸν καρπόν. τοῦτο γὰρ οὐδ' ἐφ' ἑνὸς ἀκηκόαμεν ἄλλου δένδρου. ταῦτα μὲν οὖν κοινότερα πλείοσι χώραις καὶ τόποις. ἔνια δ' ἰδιώτερα· καθάπερ καὶ ὁ φελλός. ὃς γίνεται μὲν ἐν † τυρρηνίᾳ. τὸ δὲ δένδρον ἐστὶ στελεχῶδες μὲν καὶ ὀλιγόκλαδον· εὐμήκες δ' ἐπιεικῶς, καὶ εὐαυξές. ξύλον ἰσχυρόν. τὸν δὲ ‡ φλοιὸν παχὺν σφόδρα καὶ καταρρηγνύμενον. ὥσπερ ὁ τῆς πίτυος. πλὴν κατὰ μείζω. τὸ δὲ φύλλον, ὅμοιον ταῖς " μελίαις, παχὺ, προμηκέστερον. † οὐκ ἀείφυλλον, ἀλλὰ φυλλοβολοῦν. καρπὸν δὲ αἰεὶ φέρει ‡ βαλανηφόρον, ὅμοιον τῇ " ἀρίᾳ. περιαιροῦσι δὲ τὸν φλοιόν. καὶ φασὶ δεῖν πάντα διαιρεῖν. εἰ δὲ μὴ, χεῖρον γίνεται τὸ δένδρον. ἐξαναπληροῦται δὲ πάλιν σχεδὸν ἐν τρισὶν ἔτεσιν.

† ἁλώτερα. Scribe πλατύτερα.
‡ μαλακὸν καὶ μανὸν ἐν ταῖς Theod.
" ἀρίαν Ald. Bas.
† μεμαίκηλον Bas. μιμαίκυλον Scribe.
‡ κρεμάθρας Budaeus.
" ἢ κιονόκρανον δωρικόν. κεφάλιον δωρικόν Const.
† ἀδράχνη Const.
‡ λεῖον in Plin. καὶ περιπηγνύμενον Plin.
" κοκκυγέας Plin. κοκκυμηλείας Scal.
† πυρρηνίᾳ Bas.
‡ φλοιὸν ἔχει παχὺν Const.
" μηλίαις. ἰλαίαις Constant.
† οὐκ ἀείφυλλον, ἀλλὰ μὴ φυλλοβολοῦν Const. ‡ βαλανώδη. " ἀκύλῳ Bas.

ctus glandosus, sed glans ipsa pusilla est. Veterem novus occupat: nam sero maturescit. Quamobrem bifera hæc à nonnullis existimata est. Fert præter glandem, granum quoddam puniceum: & viscum atque hyphear habet. Quapropter, ut fructus quaternos habeat nonnunquam contingit; binos proprios, binosque alienos: visci scilicet atque hyphearis. Fert à septentrione viscum, à meridie hyphear. Smilacem Arcades vocant arborem ilici similem, folio tamen non aculeato, sed molliori, profundiori, † differentiisque pluribus distinguendam: nec materie, ut illa, solida, spissaque, sed soluta, mollique in opere. Quod Phellodryn iidem Arcades nuncupant, natura hujusmodi est. Simplici quidem ratione inter ilicem & robur hanc esse putaveris. Et quidam fœminam ilicem esse putarunt: ideoque ubi ilex non provenit, hac ad plaustra, similiaque utuntur opera; ut Lacedæmonii, & Elei. Dores quidem vel ‡ agrestem eam appellant. Est mollior, ac solutior ilice: durior, ac spissior quercu: " colore ligni decorticati: candidior ilice, fulvior quercu. Folio similis ambabus: verum majori quam ilex, minori, quam quercus. Et fructum pro magnitudine † minorem quam ilex habet: majorem, quam quercus. Fructum ilicis hujusque, nonnulli acylum vocant: roboris autem glandem. Est & medulla ejus manifestior, quam ilex. Phellodrys natura hujusmodi est. Arbutus, ‡ quæ pomum cibo idoneum fert, magnitudine non nimium excellit: corticem tenuem tamarici similem habet: Folium inter ilicem, & laurum. Floret " mense Iulio. Flores singulari appendice parte postrema racemati cohærent; specie quisque myrto oblongo similis, & magnitudine tantus, non foliatus. Concavus tanquam ovum excalptum, ore aperto. Cum autem defloruerit, † retinaculum perforatur. Quodque defloruerit, tenue, sicut ‡ verticilis circa fusum, vel carnius Doricus, extare videtur. Fructus anno integro maturescit: ut simul hunc haberi, atque alterum flore sponderi contingat. Portulaca quoque folio arbuto " similis est, magnitudine non nimium excellens: cortice † albo circumrumpi solito. Fructum arbuto similem parit. ‡ Prunus his folio similis. corpore parva. Peculiare in hac, fructum lanugine pappo dicta, perire. Id enim de nulla alia arbore accepimus. Hæc regionibus, locisque pluribus assignantur communia. Quædam vero propria locis certis redduntur. Vt suber arbor, in " Thyrrhenia familiaris, caudicosa, parumque ramigera, admodum tamen procera, auctuque insignis. Ligno robusta, cortice unice crasso, disrumpique solito quemadmodum piceæ, verum fragmentis grandioribus. folio fraxini, crasso, oblongiori: non perpetuo, sed deciduo. † Fructum glandosum assidue fert, aquifoliæ similem. Detrahunt corticem, universumque dividendum censent. Alioquin arborem deteriorem effici volunt. Rursum vero intta triennium repletur.

† lævi. ‡ cocoygia. " in Pyrenais. † Fructum fert assiduè, eumque glandis figura ilicis fœminæ similem.

† latiori.
‡ aquifoliā.
" color ligni decorticati candidior ilice, vinosior quercu.
† majorem quam ilex habet minorem quam quercus, minimis glandibus similem, ilice dulciorem, quercu amariorem. fructum ilicis, hujusque acylum.
‡ quæ pomum mimaiculum, mimaiculū, ceu unedonem.
" Floret quando Sol est in signo Scorpionis. Flores singulari pediculo parte postrema racematimcohærent.
† id quod subit flori.
‡ verticillus circa fusū, vel, sicut capistyliū columnæ Doricæ.
" quodammodo similis.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Δύο μὲν τὰς ἑαυτῆς, δύο δ' ἄλλως. *Declarat qui sint fructus alieni. Viscum, & ὑφέαρ. Cæterùm glans quoque roboraceo item generi communis est. Quod si dicas, propriam esse talem ilicis: idem de visco asseverabo. Neque enim idem. Viscum specie, quod è quercu, & pyro, & malo prodit. Sicne id idem, quod ab ilice.*

Οἱ δὲ ἀεὶ δενδρῶν. *Hoc caput cum superiore unum esto. Similis enim natura. Smilacis folia* βαθύτερα, *quàm ilicis cùm docet* Theophrastus, *Theodorus vertit*, profundiora. *Nemo quid id rei sit, intelligat: sed est ut,* πτύχων βαθύς. *etjam hoc suprà quoque.*

Ἦν δὲ καλοῦσιν Ἀρκάδες φελλόδρυν. *Melius fecisset, si glandiferas omnes simul disposuisset: ac tum posteà analogas digessisset. Nota verbum* φλοιδίζειν. *ut sit* φλοίζειν, tollere corticem. *Latini dicunt, decorticare significat privationem. Græcus, corticare. Hoc significat habitum; quasi corticem faciat, qui aufert à toto. Sic Galli facere barbam, cùm radunt. Porphyrius,* ξυλίζειν, lignari, *etiam Latini. Vnde apud Homerum* ἄξυλον ὕλην, *quæ non est cæsa.*

Ἐλαχίστας δὲ βαλάνους ἴσον. *Theodorus*, majorem, quàm quercus. *Longè alia lectio est. Item illa omisit.* Γλυκύτερον μὲν τῆς πρίνου, πικρότερον δὲ τῆς δρυός.

Ἄκυλον. *Plinius rectè observavit apud Homerum distingui hanc à glande.* παρ' δ' ἄκυλον, βάλανον τ' ἔβαλλε. *Hîc hoc habes amplius.* ἄκυλον *commune nomen fructui, tam ilicis, quàm quercus.* βάλανον *autem quercus tantùm. Sic enim scribit,* τὸ μὲν τῆς πρίνου, τὸν τῆς ἡμέρου καρπὸν, ἄκυλον. *Id quod à diligentioribus nondum erat observatum.*

Ἡ δὲ κόμαρος. *Aliud caput. Tria genera agnoscit.* κόμαρον, *cujus fructum* μιμαίκυλον *vocat. Alterum,* ἀνδράχλην. *Tertium, coggygriam.* μιμαίκυλον, *pomum* Theodorus *est interpretatus, nimis communi appellatione, Vnedo est. Optimè verò descripsit folium. Etenim à lauro ad ilicem si transeas, arbutum inuenias, & suber. Qui arbuto mali cotonei assignant folia, non norunt alterutrum.*

Ἀπὸ μιᾶς κρεμάστρας. *Theodorus*, singulari appendice. κρεμάστρα, *est pediculus hîc. alibi funiculus. Appendix est, ut* ἐπιμετρίς *Platonis, &* κρεμάς, *& omnino idem quod auctarium. vulgatius suprapondium. quod appenditur præter id quod pendi debet.*

Ἡ πρόσφυσις τετρύπηται. *Theodorus*, retinaculum perforatur. *At non est retinaculum, id est, pediculus, sive* κρεμάστρα, *quod perforatur, sed id, quod subit flori. Quod, cadente flore, subnascitur in ejus locum, & vox monet,* προσφυόμενον.

Ἡ κάρυιος δακτυλ. *Ex Suida & Athenæo Laconica festa hoc nomine scimus, aliud præterea nihil. Hermolaus omisit.* δακτυλ. *aliquid esset, ut acciperetur pro annulo lancearum, sed nihil id.*

Περιῤῥήξιμον. *Ab Hermolao animaduersum est, Plinio fuisse,* περιῤῥηγνύμενον. *& hoc suprà.*

Καὶ τὸ κοκκυμηλέας. *Mendosa lectio. Nulli pruno solvitur in pappum pomum. Nulla prunus similis unedoni.* κοκκυγέας *legit Ruellius, acutissimè. Plinius agnovit Coggrygia.*

Ταῦτα μὲν οὖν κοινότερα πλείοσι. *Adeò præfert alterius initium capitis: ut pro integra libri parte diversa deceat haberi. Quippe hinc incipit earum historiam arborum, quæ certis locis sunt peculiares. Et dixit,* χώρας, *pro spatio latiore.* τόπους, *pro parte* χώρας. *Sic geographia, chorographia, topographia. Vsus talis est, ut locus sit proprius cujusque rei propinquus ambitus. Exorsus est a subere, quod ascripsit pro peculiari Pyrenæis. Sanè à montibus ipsis habemus nos eas arbores distantes circiter centum quadraginta millibus passuum. Italia quoque refertissima est. Is primus error est: alter, cum fraxini attribuit folia.*

Καρπὸν δ' ἀεὶ φέρει βαλανηφόρον. *Theodorus*, fructum assiduè fert glandosum. *Neuter satisfacit. Quid enim* ἀεὶ? *Nam* τὰ ἀείφυλλα *sunt, quibus folia non cadunt. Ergo* τὰ ἀείκαρπα, quibus fructus nunquam cadit. *Præterea quid est, aut* βαλανηφόρον *aut glandosum? Sanè glans nulla, glandosa est. at fructus suberis glans verissima.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Πρῖνος. *Ilices copiosæ in Provincia, vulgoque vocantur* yeuses, *vel*, euses: chesnes verds.

Ἐπακανθίζει. *immo* περιακανθίζει. *ut lib.* 1. *cap.* 16. *videbis quæ observavimus in lexico in voce* περιακανθίζειν.

Κόκκον. *vide lexicum Crispini in voce* κόκκος.

Ἰξὸς δὲ. *Hæc pudendo errore Plinius lib.* 16. *cap.* 30. *buxo affigit atq; attribuit.* Plurima vero, *inquit*, buxus. Nam & semen suũ & granũ, quod carthegon (*certè suspicor & irrepsisse hoc nomen, quod Theoph. supra* περὶ κηκίδος *tractaret*) vocant, & à Septentrione viscũ, à Meridie, hyphear, &c.

Σμίλακα. *habetur in Crispini lexico. Smilaces Arcadum Monspessulani herbarii falsò vocant robora. Græci adhuc vulgo dicunt* Milaci, *&* Acylaci. *Smilacis species hîc secunda (quæ smilax est Theophrasti) provenit in collibus Rhodanum prospicientibus, toto eo tractu qui à Vienna Allobrogum ad Arelatem usque porrigitur. Folium spinosum non est.* φελλόδρυς. *phellodrys Arcadum, sive Aria Dorum, species est illis coccifera in agro Monspessulano. Vide quisquilium, sive Arabum* chermes. *Est Plinio Ilex aquisolia (cui* ἀγρία, *est Aquisolia simpliciter, sive Aquifolium, id est, vulgo* Houx, *Lugdunensibus* Agron, *sive* Agrenon, *quæ Italis* Cerrosugnato. *Græci vulgo hujus fructum vocant* Acylacas. *Esse autem non potest Aria Theophrasti arbor illa quam &* ἀρίαν *vocat Anguillara, vir in simplicium cognitione excellentissimus. Hæc Aria Anguillaræ (cujus hîc etiam pictura) arbor est satis procera, foliis alni subtus candicantibus, supra obscurè virentibus. Flos ut fructus in umbella, albus. Fructus immaturus viridis, maturus rubet ceraso, similis. Lignum durissimum est, unde* Matalo *quasi* Metallo *in Appennino arbor ipsa nominatur: quæ à Sequanis & Arvernis* Alisier, *à Nantuatibus* Cerier *&* Celerier.

Τὸν ταύτης. *nempe* τῆς ἀρίας, *non verò* δρυός. *Vide infra cap. de subere errorem Plinii.*

Κόμαρος. *Arbutus Dioscoridis: quibusdam non videtur esse Arbutus Dioscoridis. Sed illos authores inter se conciliavimus in Lexico in ea voce. Considerent peritiores quæ sit ea arbor, de qua sic scribit Palladius in Decembri lib. cap.* 4. Hypomelides poma sunt (ut Martialis asserit) sorbo similia, (intelligerem magnitudine) mediocri arbore nascuntur, & flore candidulo. Dulcedo huic fructui cum acuto sapore commista est. *Omnia hæc probè arbuto conveniunt. Repugnat quod infra ait, nucleis seri, & poma asservari.*

Κρεμάστρας. *Budæus legit* κρεμάθρας. *Est verò etiam* κρεμάστρα, *pensilis funis, simplex primùm, deinde multifidus: & inde translatè alia ejus figuræ, ut coquinarium illud instrumentum quod camino appenditur ut suspensa vasa sustineat. Nos etiam* ἀπὸ τοῦ κρεμάζειν *vocamus* cremilliere. Κρεμάστρα *item instrumentum quo mulieres appensas claves gestant. Hoc loco autem, est pediculus multifidus ex quo fructus appenduntur.*

Καρύκιος δακτυλ. *Considera, nisi meministi, capitelli sive epistylii (quod, &* κιονόκρανον, *de quo vide in nostro Lexico) figuram apud Vitruvium, & hic mecum leges* καρύκιον δακτύλιον. *Et ut in capite fusi verticillus, sic illud epistylium in capite columnæ.* Πεπαίνεται. *Plinius lib.* 15. *cap.* 24. *sic vertit:* Fructus anno maturescit: pariterque floret subnascens, & prior coquitur. *Vide cætera:* Ἀνδράχνη. *legend.* ἀδράχνη, *quod & ostendit hîc Plinius lib.* 13. *cap.* 22. Adrachnem omnes ferè Græci portulacæ nomine interpretantur, cum illa sit herba, & andrachne vocetur, unius literæ diversitate. *Hodie etiam in Græcia vulgò vocant* ἀδραχλος.

Λεῖον δὲ περιῤῥηγνύμενον. *Plinius;* Cortice non scabro quidem, sed qui circungelatus videri possit: tam tristi aspectu est. *Videtur legisse* λεῖον καὶ περιπηγνύμενον. λεῖον *ego tamen retineo.*

Κοκκυμηλέας. *nisi* κοκκυγέας *legas cum aliis, possis* κοκκυγρίας *legere cum Plinio, cujus hæc verba,* Similis & coggygria folio, magnitudine minor. Proprietatem habet fructum amittendi lanugine (*pappum vocant*) quod nulli alii arbori evenit.

Φελλός. *quæ & ipsi* ἰξός.

Πυῤῥηνία. *lege* τυῤῥηνία. *Est verò Tyrrhenia Tuscia Servio Mauro, quæ & Hetruria. Sed de subere ait ita Plinius lib.* 16. *cap.* 8. Nec in Italia tota nascitur, aut in Gallia omnino. *At errat: nam sanè in utroque. Ibidem ipsius gravior error:* Sunt qui fœminam ilicem vocent, *inquit*, atque ubi non nascitur ilex, pro ea subere utantur, in carpentariis præcipuè fabricis, ut circa Elin & Lacedæmonem. *Quæ ex Theophrasto quidem ad verbum, sed non* περὶ φελλοῦ *dicta, verùm* φελλόδρυος *sive* ἀρίας, *alia arbore, quam falsus Plinius & suber esse credidit. Nota Theophrasti dictionem* ἰδιώτερον *non* ἴδιον, *& quod non* μόνον ἐν τυῤῥηνίᾳ *dixerit. Facit magis peculiare, non illius loci proprium.*

Εὐμήκης. *Sed Plinius non benè,* Suberi minima arbor. *excusare malo. Deest particula* non; *sicut & ubi legitur,* cortex tantùm

tantum in fructu. Legendum enim, tantum non. *Nam, ut ait, corticis arborem* φελλὸν *dixerunt. Allusio est ad* φλοιὸν. Παχύν. *Deest* ἰξ. Μιλίας. *Falsum, & legendum* ἰλαίας! Οὐκ ἀείφυλλον, ἀλλὰ φυλλοβολεῖ. *Falsum & istud, nec unquam ita scriptum à naturalis historiæ peritissimo philosopho. Germana hæc lectio.* ὃ κ' ἀείφυλλον, ἀλλὰ μὴ φυλλοβολοῦν. *At* φιλεπιτιμητής. *Vlpianus quispiam subjiciet, in censu* τῶν ἀειφύλλων *Theophrastum non reposuisse suberem.*

Immo respondeo, nec alias; ut κερωνία, *&* ἀξοίαν, *quas tamen in historia ejus generis esse ostendit.* τῇ ἀχείᾳ; *emendo* τῇ δρίᾳ. *Nec enim aquifolium glandifera, sed baccifera.* ἀθελιαγεῖς. *Plin. lib. 17. cap. 24.* Cortice in orbem detracto necantur, excepto subere, quod sic etiam juvatur. Crassescens enim præstringit & strangulat. *Licet admirari naturæ solertiam, quæ suberi corticis arbori & ad decorticationem natæ duplicem corticem attribuit, ut & spoliata cortice, ad huc libro convestita, non nuda remaneret.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ο δὲ πρῖνος. πρῖνος nuncupatur, vel, quod serra sit, propter duritiem, secanda; vel, quod folium habeat undique circum serratum. Latinis Ilex dicitur; fructus ἄκυλος, & ἄκυλον vocatur. Phavorinus. ἄκυλον ἄδοξον, οἱ δὲ τὴν πρινίνην βάλανον, τινὲς δὲ λύδοις τὸ αἴδοιον. λέγεται οὕτως καὶ ὁ καρπὸς κόμαρος. Qui arbuti fructū sic vocari tradiderit, hactenus no n inveni alium. Theoph. phellodryos fructum, & ilicis sic vocari tradit. Ilicis sic nuncupari testantur omnes. Hesychius ἄκυλον ὁ τῆς πρίνου καρπός· βάλανος, *fructus ilicis glans.* Plin. lib. 16. cap. 6. *Ilicis glans utriusque brevior & gracilior, quam Homerus acylon appellat, eoque nomine à glande distinguit.* Non tantùm Homerus, sed etiam Aratus, & Theocritus glandem ilicis acylon vocant. Theocr. eidyl. 5.

Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἀκύλοις ὀρομαλίδες, αἳ μὲν ἔχοντι
Λεπτὸν ἀπὸ πρίνοιο λεπύριον, αἳ δὲ μελιχραί.

Neque enim cum glandibus montana poma; nam illæ quidem habent
Tenuem ab ilice corticulum, hæc verò mellita sunt.

Schol. ἀκύλοις ταῖς τῆς πρίνου βαλάνοις, ἄκυλος γὰρ ὁ τῆς πρίνου καρπός. *Acylois,* dixit, *id est, glandibus ilicis. acylos enim illicis fructus.* Gal. lib. de boni & mali succi cibis. τὰς δὲ τῶν πρίνων βαλάνους ὡς ἀκύλους ὀνομάζουσιν ἔλλιοις. Illud mirum, quod ait Plinius, *Homerum acyli nomine distinguere à glande.* Cum ilicis glans acylos ab eo vocetur; dicendum, mentem Plinii esse, à reliquis quercuum glandibus distinguere. Hoc si non placet; malè scripsit Plinius. Fuit Ilex quondam magno in honore: civica enim ex ea fiebat corona. Plinius lib. 16. cap. 4. *Civica iligna primùm fuit, postea magis placuit ex esculo Iovi sacra: variatumque & cum quercu est. &c.* Gellius lib. 5. cap. 6. *Quod genus superiori, nempe quercui, proximum est, sicuti scriptum est in quadam comœdia Cæcilii. Adferuntur,* inquit, *cum iliginea corona & chlamyde.* Illud non negligendum; ilicem sumi pro symbolo fertilitatis: siquidem quoties ferax est, insequentem annum credunt fore fertilem. Cassianus Bassus lib. 11. cap. 15. φασὶ δὲ τὴν πρῖνον ἐὰν πολύκαρπος γένηται, εὐκαρπίαν σημαίνειν. *ajunt autem, si ilex fructum multum ferat, fructuosum annum futurum portendere.* Corrige, ut hoc obiter addam, titulum capitis. Vulgo malè legitur, περὶ πριγκκίων. Scribe ex altero Palatino, περὶ πρίνων. Hyems item an sæva, an verò mitis, eadem prædicit ilex.

Arat. de signis.

Πρῖνοι μὲν θαμινῆς ἀκύλου κατὰ μέτρον ἔχουσαι,
Χειμῶνός κε λέγοιεν ἐπὶ πλέον ἰσχύσοντος.
Μηδὲ ἄδην ἔμπαλιν περιβρίθοιεν ἀπάντῃ
Τηλοτέρω δ' αὐχμοῖο συνασταχύοιεν ἄρουραι.

Cum nigra densatis curvatur glandibus ilex,
Invocat hybernæ gelidissima tempora brumæ;
Sin modicos radix emittat vivida fructus,
Nulla obsessa situ tellus florebit aristis.

Tradit Ælianus, leonem ilicis foliis calcatis subito torpore teneri, libr. 1. cap. 36. λέων δὲ φύλλοις πρίνου τὸ ἴχνος ἐμβάλλων καὶ ναρκᾷ. *Ilicis folia si leo pede attigerit, obtorpescit.*

Idem in Geoponicis lib. 15. cap. 1. habes ex auctoritate Zoroastræ. λέων ἐπιβὰς πρίνου πετάλοις, ναρκᾷ; *leo conculcatis ilicis foliis stupescit.* Arbor ipsa ilicis infausti nominis habetur, maximè si cava sit.

Virg. Ecl. 1. & 8.
Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix.
Sæpe sinistra cava prædixit ab ilice cornix.

Seneca in Thyeste.
Nullaque lætos solet
Præbere ramos arbor, aut ferro coli,
Sed taxo, cupressu, & nigra ilice
Obscura nutat sylva.

Infelicem credo judicarunt, quod facilè fulmine iciatur. Quod Persius innuere videtur Satyr. 2.

— At sese non clamat Iupiter ipse!
Ignovisse putas: quia cum tonat, ocyus ilex
Sulphure discutitur sacro, quam tuque domusque.

Theophrastus plura ilicis genera esse non docet. Ex Plinii verbis supra citatis duo reperiri constat; quod etiam ex ipso probatur Columella. Nam lib. 6. cap. 3. hæc tradit; *Ilignea tamen vel melior est quernea, sed ejus generis quod spinas non habet. Nam altera quoque, uti juniperus, respuitur à pecore propter aculeos.* Non rectè ergo sentiunt qui, Theophrasti tantùm auctoritate freti, ilicem non spinosam legitimam esse negant. Ilex folio non

Ilex.



spinoso, videtur à Theophrasto smilacis nomine describi. Plin. loco citato: *Ilicis duo genera. Ex iis in Italia, folio non multùm ab oleis distant, smilaces à quibusdam Græcis dictæ: in Provinciis aquifoliæ sunt ilices.* Ita locus hic distinguendus. Falluntur qui Plinium dicere existimant, quas Græci smilaces vocant, eas in Provinciis appellari aquifolias; duo genera ilicis facit, & utramque describit. In iis esse in Italia, folio non multùm ab oleis diverso, ergo nec aculeato; vocarique smilaces à Græcis; vel, ut in antiquo codice legitur, milaces: in Provinciis verò aquifolias ilices, ab aculeatis nimirum foliis sic dictas. Sub duo genera redigit ilicem arborem. *Aliæ sunt,* inquit, *folio minimè spinoso, & oleis simili, quæ Græcis quibusdam smilaces dicuntur.* Hesych. σμῖλος δένδρον οἱ δὲ πρῖνον, ἄλλοι σμίλακα.

σμιλακα ἢ σφενδάμνον. Theophrastus ab Arcadibus smilaca vocari auctor est, Et hoc quidem genus in Italia proveniebat. Alterum verò genus, aquifolium, in Provinciis. Quæ aculeato est folio, ilex propriè & absolutè hodie vocatur.

Φύλλον μὲν ἔχει δρυῶδες, ἔλαττον δὲ ἐπακανθίζον. Scribe ex cap. 16. lib. 1. περιακανθίζον. vel περικανθίζον. περιακανθίζοντα φύλλα, *folia in ambitu spinosa, vel utrimque aculeata:* qualia rerum ipsa natura habere docet Ilicem; smilacem asperam. Ilex hæc folia circa ramos fundit oblonga, marginibus crenata, ad singulos angulos rigentibus aculeis spinisue armata, minora non modo quam roboris, sed & quam ilicis glandiferæ sive non spinosæ, magis virentia, nec aversa parte adeò incana, quæ vetustate interdum rubescunt.

Αὐτὸ δὲ τὸ δένδρον μέγα καθάπερ ἡ δρῦς &c. Illud falsum est. Ilix, quæ quercus instar assurgit, nec pungentia habet folia, nec coccum fert puniceum. de quo mox agam. Ilex coccigera, quandoq; unico caudice arborescens attollitur, non tamen altè, sæpe fruticans, plures è radice emittit stipites ramosos, duorum, trium, quandoque plurium digitorum crassitudine, sæpe numero unius tantùm.

ξύλον &c. Hoc de altera accipe, quæ coccum non fert. Sed quod de radice sequitur, de utraque accipere licet.

Καρπὸν δὲ ἔχει βαλανώδη &c. glandem si fert, pusillam gignit, calice spinoso & echinato inhærentem, valdè amaram.

Φέρει δὲ καὶ παρὰ βάλανον κόκκον τινὰ φοινικοῦν. Coccum non ubique producit ilex, ut observavit Car. Clusius. sed iis solum regionibus, quæ Mediterraneo mari vicinæ sunt, & magno solis ardore torrentur. Sed neque istic perpetuo fert coccum: cum enim frutex adolevit, ut glandem alere possit, coccum non gignit. Ideoque solent incolæ quadriennes aut adultiores stolones urere, ut proximo anno novelli resurgant, qui deinde singulis annis aliquot subsequentibus, coccum ramulis inhærentem instar exiguorum pisorum gignunt, colore primùm albido, per maturitatem verò cineritio. In his exigui vermiculi gignuntur, qui immobiles initio, donec soli expositi vi caloris prorepant, & aufugere conentur, sed à custodibus qui assident, in linteo tantisper concutiuntur, donec exanimentur. Operæ pretium videtur, quæ recentiores de cocco hoc, ejusque præparatione tradunt, referre: deinde, quæ veteres tradiderunt, examinare. Coccū quomodo gignatur præparaturque, ac colligatur, docet Quinqueranus lib. 2. de laudibus Provinciæ. *Ilicis nobis duæ sunt species: earum una nulla dote in arborem adolescit, altera frutex exiguus sesquipedali proceritate lætissimè viret, foliis lævore præfulgidis, spinarum vallis ambitis, numeroso stolone assurgit, in morem (modum) rosarii. A nostris fagi appellationem sortitur, quanquam nullam fagi imaginem repræsentet. Provenit locis planis quidem, sed in altitudinem evectis, exilibus & sitientibus, collibus item, sed infœcundius. Igitur verè medio rorati imbribus frutices, coccum hoc modo ordiuntur. Ac primùm omnium, ut ferè fit in fruticibus, qui non arborum modo trunco in altum eveluntur, sed pullulant densa propagine, imo imus scirpus se in duo brachia partitur. In horum medio instar foramē palmitis increscit rotundum quiddam magnitudine, & calore (colore) pisi. Hanc matrem vocant, quod ex eo cætera grana producuntur. Matres verò ut plurimū habent quinque, quælibet cespitum familia, quæ ineunte æstate æstuque minutissimorum vermiculorum, ut tantùm visum non effugiant, catervam profundunt, fatiscuntque in summitate. In animalia prorepit nova soboles colore candida, pro se quisque in sublime. At ubicunque vermiculi vel germinantis surculi acellis (axellis) occurrerint, desinunt, & incrementis aucti milii magnitudine fiunt. Inde liberiùs adolescentibus, albus color in cineritium transit, jamque non animal, sed pisum rursus apparent. Tuncque ea grana, maturitatem adepta, colliguntur, jam coloratis vermiculis fœta: dumque asportantur, ambiens pellicula præ tenuitate rumpitur; sicque mercatoribus allata vermiculûm quidem qui citra vaginulam habentur pretium in libram quamlibet, aureus solatus; in granorum verò quæ adhuc horum partem retineant, hujus quadrans. Torpent interim vermiculi, ac immobiles jacent: cæterùm cum primum tempestivitas adest, in lintea præcipitati, soli exponuntur; tum libato calore statim prorepunt, atque aufugere nituntur, sed à custode, qui continuus assidet, concussu lintei in medium eousque rejiciuntur, donec emoriantur. Tanta quidem dum hæc fiunt totoque mox triduo odoris suavitate atque gratia, ut non cibetæ, non moschio, non ambræ, sed ne citriorum quidem floribus facilè concesseris. Si quæ verò grana legentis effugerint sedulitatem, ea mox paulò alatorum animalium numerosum exercitum in auras effundunt. Observatum est hoc anno ex campo lapideo Arelatensi agro, hunc proventum undecim aureorum millibus æstimatum.* Similem cocci parandi rationem in Gallia Narbonensi, atque in Hispania, dum istic degeret, observavit, Car. Clusius. *Areas enim sub dio babebant, ad eam rem destinatas, eminente aliquantulum margine, quibus lineo panno instratis coccum effundebant, custodibus summo fervore solis perpetuo assidentibus, & extrema lintei bacillo concutientibus, ut vermiculos effugere properantes, in interiorem lintei partem repellerent. Istam tamen, quam Quinqueranus refert, summam odoris suavitatem non sentit, licet satis acres ac sagaces habuerit nares.* Aliam Petrus Bellon: lib. 1. observ. cap. 17. præparandi cocci rationem tradit. *Cocci baphicæ census ingens est in Creta: sed ejus collectioni cum potentiores operam impendere nolint, pastoribus & pueris istam Provinciam relinquunt. Invenitur mense Junio in exiguo quodam frutice, ex ilicis genere glandem ferentis, sine pediculo inhærens illius fruticis stipiti, colore ex cinereo albicante; sed quia istius fruticis folia spinis horrent, uti aquifoliæ, pastores furculam sinistra gestant, qua ramulos deprimunt ac inclinant, dextra autem putatoriam falcem, qua illos demetunt, & rotundas vesiculas exigui pisi magnitudine auferunt, qua parte ligno adhæserunt apertas & biantes, pusillis rubris animalculis lende minoribus plenas, qui per hiatum illum effugiunt, & inanē vesiculam relinquunt. Pueri jam collectam coccum ad Quæstorem deferunt, qui ex dimenso ab illis redimit. Is animalcula à vesiculis cribro segregat, deinde summis digitis leniter ea prehendendo, in pilas efformat, gallinacei ovi magnitudine. Nam si nimium comprimeret, tota in succū resolverentur, & color periret. Itaque duo infectionis genera: unum pulpæ, alterum vesicularum; quoniam autem pulpa ad inficiendum commodior est, ejus precium quadruplo majus, quam vesicularum.* Nunc an coccum hoc veteres agnoverint videamus. Non videtur Theophrasto cognitum: Meminit hic quidem cocci Phœnicii: sed alius color Phœnicius, alius cinerius. Respondetur, non dixisse Theophrastum φοινικοῦν, quod tali sit colore; sed quod pannos aliasque res colore puniceo inficiat, tingatque. Eodem modo Plinius lib. 4. cap. 51. rubentem dixit coccum Galatiæ. Rubens granum, uti dicemus, in terrestribus: aut circa Emeritam Lusitaniæ, in maxima laude est. Rubens, quod rubro inficiat colore. Hesychius κόκκος ἐξ οὗ τὸ φοινικοῦν βάπτεται καὶ αὐτὸ τὸ χρῶμα καὶ γυναικεῖον μόριον. Theophrastus ergo cùm dixit, κόκκον τινὰ φοινικοῦν Attica brevitate usus est, Debebat enim scribere, κόκκον φέρει τινὰ ἐξ οὗ φοινικοῦν βάπτομεν. Neque quidquam prohibet dicere, coccum non in omnibus locis quibus nascitur, unius generis colorem habere. Nam conchylium, è quo olim purpura inficiebatur, pro littorum diversitate in quibus reperitur, varios referebat colores, & modo aliis in locis atrum, aliis lividum, aliis violaceum, aliis rubrum, aliis purpureum, inveniebatur. Instabit aliquis, de grano hoc non agere Theophrastum, verum de ilice glandifera altera, quæ granum hujusmodi fert, ut testatur Clusius lib. 1. hist. cap. 15. *Sed aliquando granum ex puniceo nigricans, in iis arboribus, quæ frequentes nascebantur sylva illa propè cœnobium.* De hoc grano nequit intelligi Theophrastus: hæc enim ilex spinis caret; spinosa κόκκον φοινικοῦν fert, ut idem tradit. Nec glandem fert pusillam, sed satis magnam, quernæ glandi similem, modo majorem, modo minorem. Illud fatendum, impropriè à veteribus κόκκον dici: excrementum enim arboris veriùs est. Recentiores vermiculum vocant, quod parvis scateat intus vermiculis. Glossæ κόκκος, βάμμα, vermicula, hoc coccum. κόκκος vermiculus. Apud Hieronymum in epistolis pelles vermiculatæ, quas alio loco coccineas dixerat. Plin. libr. 24. cap. 4. de coccco ilicis, *Est autem genus ex eo in Africa ferè & Asia nascens, celerrimè in vermiculum se mutans, quod ideo scolecion vocant, improbantque.* Ab eo vermiculo hodie quicquid rubet, vermiculum dicimus, *vermeil*, & minium vermiculonem, & *vermillon*. Recentiores Græci πρινόκοκκον & πρινόκοκκι nuncupant granum tinctorium, quod veteres κόκκον βαφικὸν vocarunt, ut ex veteri lexico Græco-Arabico probat Doct. Salmasius. κόκκος βαφικὸς, τὸ πρινοκόκκι. Unde apud Myrepsum, in Antidoto 111. μετάξιον πρινοκοκκωτόν. *sericum filum cocco tinctum*, Ubi in manuscripto μετάξης πρινοκοκκάτης legi notat Fuchsius. Corrigit, μετάξης πρινοκοκκάτης, ut in Antidoto 452. scriptum est. Scolecium, id est vermiculum, vocari Plinius ait. Certè Democrito in Physicis σκώληξ dicitur. Ἔστι δὲ ὁ τῆς γαλατικῆς σκώληξ, ὃ τὸ τῆς ἀχαΐας εἶδος ὁ κηλῶσι λάσχων, Galatiæ scolex, id est, vermis coccum tinctile, quod optimum, teste Dioscoride

coride in Galatia provenit. Ex voce vermis, conflatum videtur Arabicum *chermes*, quod nomen in officinis passim hoc granum obtinet. Aliud tamen ab illo quod vulgo *chermesinum* vocamus, à similitudine coloris dictum. Hoc maxima ex parte paratur ex quibusdam rebus (malè semina vocantur) ex India occidentali allatis, quæ similes sunt cimicibus, quibus demptum caput: *cousemelle* vulgo vocant. Malunt alii confici ex granulis, pilulisve pimpinellæ radicibus adnascentibus, quibus serica roseo tinguntur colore. Pilulas istas nunquam observare licuit, nec ad lanas, sericaque imbuenda ab infectoribus usurpari hactenus audivi, nec ab iis intelligere potui. Fieri tamen potest, quod secretum tale revelare nolint. Cocci granum non ineleganter (si modo vera lectio) Plinius κοσκύλιον vocavit. κοσκύλλειν propriè est *minutias excrescentes præsecare*. Inde κοσκύλματα & κοσκυλμάτια. Hesich. exponit τὰ τῶν βυρσῶν περιτμήματα. *pellium minutal*; id est coriorum præsegmen, quod sutores è pelle amputabant & circumcidebant. Idem Suidas κοσκυλμάτια τῶν βυρσῶν τὰ σμικρότατα περιτμήματα. *coriorum minima, minutáque præsegmina*. Hinc ergo & κοσκύλια grana illa, vesicarum more in fruticis cortice extumescentia, quæ abradebantur ad tingendas lanas. Plin. libr. 16. cap. 8. scabiem quandam fruticis esse ait. Sed locus admodùm corruptus. In vulgatis codicibus legitur. *Omnes tamen has ejus dotes ilex, solo provocat cocco. Granum hoc primóque ceu scapus fruticis parvæ aquifoliæ ilicis: cusculum vocant, pensionem alteram tributi pauperibus Hispaniæ donat. Usum ejus gratiorem in conchylii mentione tradidimus.* In antiquo nostro Veneto legitur *omnes tamen has ejus dotes ilex solo provocat cocco. Granum hoc. primóque ceu spectes fruttces parvos aquifoliæ ilicis, quisquilium vocant: pensionem alteram tributi pauperibus Hispaniæ donati &c.* In vetustissimo Thuaninę Bibliothecę scriptū est codice: *granum hic primóque ceu scaptes fruticis parvi aquifoliæ ilicis*. Corrigunt Turnebus & Salmasius. *Granum hoc, primóque ceu scabies fruticis parvi, aquifoliæ ilicis coscylium vocant.* Certè primò granum illud ceu scabies est, cortici adhærens; mox in granum rotundius extumescit, è cinereo colore albicans. Hanc ergo lectionem probamus, sed an, *coscylium*, scripserit Plinius hæremus. In antiquo enim *quisquilium* legitur. Quam lectionem probat Dalecampius: nam Quisquiliæ Festo: quicquid surculorum, foliorumque cadit ex minutis arboribus, ac inde res quævis nihili. Cæcilius.

— Quisquilias volantes, venti spolia memorasti modò.

Nævius in togularia.

— Ac deturba te saxo, quisquiliæ, (id est non nauci.) *non homo.*

Coccum scapis derasum cadere, notum est, inde quisquilium appellarunt. Hinc natum esse putat Ruellius, ut vestis coccina, literis per imperitiam interceptis, scarlata hodie vocetur pro quisquiliata. Sed hoc videant alii; quisquiliæ, ut dixi, purgamenta terrarum, & quicquid ex arboribus surculorum, & foliorum minutim decidit. περιψήματα, συρφετός. Unde nomen venit, velut quicquid cadit. Certè non præter rationem videtur Dalecampii lectio, quæ & auctoritate antiqui codicis, & ratione jam allata confirmatur. Quisquilium ergo vocarunt, quod stolonibus derasum caderet: nec quisquilium vocarunt, quod res esset nullius momenti. Carissimum erat granum, sed quod primo aspectu, res levicula, ac nullius pretii videatur; cum, si usum spectes, pretiosissimum sit. Illud tamen pro altera lectione multùm facit, quod ilex coccigera hodie etiamnum Hispanis *coscoia* vocetur, In voce hac barbara antiquæ lectionis vestigia videre est. Dicit porro Plinius coccum, *pensionem alteram tributi pauperibus Hispaniæ donare*. Notat Festus. *tributorum collationem, aliam in capite fuisse, aliam in censu*. De priori loquitur Plinius. Census, tributumque soli pro modo facultatum & prædiorum imponebatur. Alterum capitis tributum, ex æquo ad Cræsum Irumque attinebat. Qui fundum habebat, fundus pro domino solvebat, qui agro carebat, non tenebatur eo. A pensione altera capitis nemo liber erat. sed tam dives quam pauper solvere cogebatur, licet ne obolus quidem, quo illud tributum persolveret, suppeteret. Pauperes in Hispania, ad tributum capitis solvendum, coccū ex ilice coccigera decerpebant, atque inde corradebant, unde censum capitularem persolverent. Hæc est quam Plinius hic vocat alteram pensionem tributi. Meminit hujus aut similis tributi idem Plinius lib. 19. cap. 4. ubi herbas quæ in hortis proveniunt, censum pauperum esse tradit, quia ex eo reditu pauperes extundebant unde pensionem penderent. *Mors enim certè æquabit, ait, quos pecunia separaverit. Itaque, Herculè, nullum macelli vectigal majus fuit Romæ, clamore plebis incusantis, apud omnes Principes, donec remissum est portorium mercis hujus: Compertumque non aliter quæstuosius censum haberi, aut tutius, ac minore fortunæ jure, cum credatur ea pensio pauperum. Is in solo sponsor est, & sub dio reditus, superficiésque cœlo quocunque gaudens.* Videndum etiam, an granum hoc noverit Dioscorides. Describere videtur lib. 4. cap. 48. κόκκος βαφική, θάμνος ἐστὶ μικρὸς, φρυγανώδης, ᾧ πρόσκεινται οἱ κόκκοι ὡς φακοὶ οἵτινες ἐκλεγόμενοι σωρεύονται. ἀρίστη δ' ἐστὶν ἡ γαλατικὴ, καὶ ἡ ἀρμενιακή, ἔπειτα ἡ ἐν ἀσίᾳ, καὶ ἡ κιλίκιος. ἐσχάτη δὲ πασῶν ἡ ἐν ἱσπανίᾳ. *Coccum tinctile, frutex est, parvus è crenuorum genere, cui grana ceu lentes adhærent, quæ quidem exempta, decerptáque reponuntur. Optimum gignitur in Galatia, & Armenia, denique in Asia & Cicilia, locum postremum obtinet quod in Hispania provenit.* Idem Dioscorides ad finem cap. γίνεται δ' ἡ ἐν κιλικίᾳ ἐν ταῖς δρυσὶν ὁμοίως κοχλίᾳ μικρῷ, ἣν αἱ τῇδε γυναῖκες τῷ στόματι ἀναλέγουσαι κόκκον καλοῦσι: *Nascitur porro cilicium in quercubus, exilis cochleæ similitudine, quod illius regionis mulieres ore legunt, & cocum vocitant.* Plura hîc in considerationem veniunt. φρυγανώδης. Quidam corruptum codicē existimant, & corrigunt, πρινώδης, vel, πρινοειδής. quod coccum tinctile ex ilice spinosa decerpatur. In antiquo codice legitur, κόκκος βαφική, θάμνος ἐστὶ φρυγανώδης &c. Ergo vox μικρὸς delenda. Nam θάμνος φρυγανώδης cum dicitur, satis intelligitur, parvum esse fruticem. τῶν θάμνων alii sunt δενδρώδεις, qui majusculi sunt, & arbuscularum instar: alii verò φρυγανώδεις humiles, & parvi. Non videtur præter rationem eorum lectio, qui πρινώδης legunt. Nam ilici simillimus frutex, quin in ilicem, si grandis fieri permittatur, mutatur. Quare, vel scribe πρινώδης, vel, ex veteris codicis auctoritate, dele μικρὸς. Vulgatam tamen secutus videtur Serapio vel ejus interpres: sic enim cap. 311. apud eum legitur; *Chermes est arbustum quod administratur ad accendendum ignem, & est mediū inter arborem & herbam, cujus rami sunt multùm subtiles, super quos sunt grana rotunda, similia lenticulæ, quæ colliguntur, & reponuntur, & conservantur, & conficiuntur ad tingendum.* Serapionis vel interpretis ejus ævi codex Dioscoridis corruptus fuisse videtur, quod ex sequentibus etiā liquebit. Quod enim sequitur ἐν ἀσίᾳ mendi suspicione non vacat. Armenia enim & Galatia Asiæ regiones. In antiquissimo codice locus hic his verbis legitur; ἀρίστη δ' ἐστὶν ἡ γαλαταπικὴ καὶ ἀρμενιακὴ, ἔπειτα ἡ ἀσιανὴ καὶ κιλίκιος ἐσχάτη δὲ πασῶν ἡ σπανίη Aliis verbis usus hic exscriptor, eundem tamen quæ in vulgatis sensum servavit. Quare nec hæc probatur lectio. Serapio ἐν συρίᾳ legisse videtur. *Et meliùs granum est illud quod defertur ex terris quæ dicuntur Galates & Andabasi, & ex Armenia, & secundum est illud de Siana, & deterius omnibus est ab Hispania.* Magis ergo eorum sententia arridet, qui ἐν συρίᾳ legunt, quam qui ἐν λιβύῃ, vel λυδίᾳ ex Plinio restituunt. Nec placet eorum opinio, qui ἀσίαν pro Lidiæ accipiunt civitate. Illud certè mirum, quod Hispani coccum deterius ait, cum Petronius illud laudet. Quod etiam facit Plinius lib. 9. cap. 42. Vide infra.

Versus Petronii.

Hesperium coccum laudabat miles: eadem
Quæsitus tellure nitor certaverat ostro.

Coccum Hesperium vel Hispanum laudabat miles, eoque vestiri cupiebat. Eadem tellure quæsitus nitor ostro certabat, id est minium. γίνεται δ' ἡ ἐν κιλικίᾳ ἐν ταῖς δρυσίν. In antiquissimo codice legitur, γίνεται δ' καὶ ἐν κιλικίᾳ ἐν ταῖς δρυσὶν ὅμοιον κοχλίᾳ. Antiqui codicis scripturæ hic videtur sensus. Cilicium illud coccum simile est cæteris, eodemque modo colligitur, nisi quod bonitatis secundas, tantum obtinet. Præter illud coccum Cilicium, quod in frutice sic appellato colligitur, in eadem Ciliciæ Provincia, mulieres, aliud nescio quid, in quercubus nascens, sublegebant, quod coccum vocabant. Hæc mens lectionis, quam vetus codex habet, quam ex doctiss. Salmasii in Solinum exercitationibus in mediū produxi. Vulgata verò lectio vult, τὴν κιλίκιον κόκκον eam esse, quæ in quercubus Ciliciæ nascitur, similis cochleæ parvæ. Legunt doctiss. viri, αὐτὴ δρυΐς, πρίνος. In sola ilice colligi granum tinctile, notum satis. non tamen ausim codicem mutare, quod lectionem hanc secutus sit Serapio: *Reperitur autem in arbore glandium interius Calchiæ animal testosum, parvum, simile limacius, & colligunt illud mulieres*

cum

eum ore earum. Ego vulgatam, ut dixi, servo lectionem; sed vocem δρυσὶν latè accipio. Supra dixi, δρυὸς nomine omnem arborem intelligi, præcipuè quæ glandem fert. Videtur Dioscorides intellexisse in arbore coccum hoc inveniri quæ glandem fert, sed de arboris facie, certi nihil accepisse; ideo maluisse voce uti, cui lata esset significatio. Frustra quandoque cogitavi, utrum coccum Cilicium esset galla nigra Theophrasti. Admodum fit verisimile Ciliciũ coccum ab altero cocco statui diversum. Quorsum enim secundæ bonitatis notã habere traderet Cilicium, & mox idem iterum describeret. Quare antiquam præfero lectionem, & δρυσὶν, *in quercubus* expono, Sequitur σόματι ἀναλέγουσι, *ore legunt*. Absurdum hoc multis videtur. Corrigunt, θέρει, *æstate*. In antiquo codice legitur, ὅμοιον κοχλίᾳ μικρῷ· ὃ τῷ σόματι αἱ τῇ ἢ γυναῖκες ἀναλέγουσαι κόκκον καλοῦσι. Corrigit Doctiss. Salmasius, ὃ τῷ σόματι ἀναλέγουσαι &c. ad tincturã, vel ὃ τῇ ἢ γυναῖκες ἐς τὸ σόμμα ζῇ ἀναλέγουσι. κόκκον καλοῦσι. τὸ σόμμα idem quod τὸ βάμμα. Si corruptus codex, hanc cæteris præfero. Illud dubitatione non caret, utrum codex depravatus, Certè si mendum, antiquum admodum est, quo Serapionis etiam ævo laboravit: Hoc interim dicere ausim, vulgatã lectionem absurdam admodum videri, quod vix imaginari possum, quomodo ore collegerint coccum hoc. Illud etiam ridiculum, quod scribit Serapio, animal esse testosum, parvum, limaciis simile. Quod priori loco describit Dioscorides, id est, quod vulgo coccum baphicum, & *Kermes* vocant officinæ. Quod posteriori loco describitur: si à priore diversum, quid sit, me nescire fateor, Videndum an coccum vulgare tinctile à Pausania describatur, an verò sit ab hoc diversum. Apud Pausaniam hæc in Phocaicis leguntur, τὴν ἢ θάμνον ταύτην, ἴωνες μὲν ἢ τὸ ἄλλο ἑλληνικὸν, γαλάται ἢ οἱ ὑπὲρ Φρυγίας φωνῇ τῇ ἐπιχωρίᾳ σφίσιν ὀνομάζουσιν ὗσγην. ἔσι ἢ θάμνος μεγέθει ῥάμνῳ φύλλα μελάντερα μὲν ἢ μαλακώτερα, ἢ ἡ μὲν σχῖνος, τὰ μὲν ἄλλα ἐοικότα τῇ σχίνῳ τῷ καρπῷ τ' σρύχνῳ μεγέθει ὀρόβου. γίνεται ἢ τις ἐν τῷ καρπῷ τ' κόκκυ βραχὺ ζῷον. τοῦτο εἰ ἀφίκοιτο, εἰς τ' ἀέρα πεπανθέντος τ' καρποῦ πέτεται αὐτίκα, καὶ ἐοικὸς κώνωπι φαίνοιτο ἄν, νῦν ἢ πρότερον πρὶν ἢ τὸ ζῷον κινηθῆναι συλλέγουσι τ' κόκκυ τ' καρπὸν κ̀ ἔσι τοῖς ἐρίοις ἡ βαφὴ τ' αἷμα τ' ζῴου. *Fruticem ipsum Iones, reliqui Græci coccum, Galatæ qui super Phrygiam sunt, patria voce hysgen nominant. Crescit eadem magnitudine qua Rhamnus, folio nigriore & molliore quam lentiscus, in reliquis lentisco similis: ejus fructus solani fructui similis, ervi magnitudine. gignitur in cocci fructu pusillum animal; id si maturo fructu in aerem exilierit, statim volucre fit, culici simillimum; verùm priusquam concipiatur animalculum, cocci fructum legunt. Est etiam animalculi sanguis tingendis lanis utilis.* Fruticem cum ait esse rhamni magnitudine, subintellige, si colatur. Nam, ut dixi, non permittunt incolæ grandescere, vel fructum ferre. Nam tunc coccum non fert. Quare incolæ quadriennes urere solent, ut proximo anno novella germina resurgere possint. Illud præter veritatẽ, lentisco similia esse folia. Corruptum esse codicẽ, admonuit Clarissimum Clusiũ nobilissimus Iacobus Susius, Græcę & Latinę linguæ peritissimus; veteres puta codices non habere σχῖνος & σχίνῳ, sed πρῖνος & πρίνῳ hoc est *ilex & ilici, pro lentiscus & lentisco*, Quæ sanè, ut rectè idem testatur Clusius, lectio legitima est. Nam, quæ similitudo cocci infectorii cum lentisco? Facilis autem lapsus πρῖνος in σχῖνος. Quod simile ilici dicat; Historico condonandum. Ignoravit fruticem hunc ilicem ipsam esse; quæ si grandior evadat, glandem ilignum fert, culturaque tantum ab altera differt, & folio spinoso, glandeque minore, amaro, calyce spinoso. Malè tradit esse molliori folio ilici. Nam altera ilex glandifera, non est spinosa, & idcirco mollior. An scribendum μικρότερα. Sunt minora, & nigriora? ideò Poëtæ nigram dicunt ilicem.

Virg.

Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas.

Horat.

Duris ut ilex tonsa bipennibus
Nigræ feraci frondis in algido.

An ἀκανθώτερα legendum? Certè sunt magis spinosa. Alterutrum eligendum. nisi placeat, non visam Pausaniæ plantam, vel malè ipsi de facie ejus relatum. Prius magis arridet: restituendum μικρότερα. Illud etiam notandum, quod fructum solano comparat. Solani baccæ in racemis, aut potius umbellis dependent exiguis, per initia virentes, demum nigricantes, aut rubentes. Ignoro quam similitudinem cum solano habeat coccum tinctile; nisi quod solani instar rotundum sit. Nam quo ad colorem non, rubet. An dicendum, comparasse solano quod tingat colore rubro, qualem habet solani fructus? Sed hæc auctoris mens non videtur. Cum solano comparat ac simile tradit de forma accipi debet, ac rotunditate, non de colore; Nisi placeat, in Galatia, ubi optimum provenit, rubere; contra in Hispania, ubi pessimum nascitur, coccum cinereum esse. Sed de hoc non constat, probandum foret. ὗσγην vocari scribit. Objiciunt, si ὗσγην & κόκκος idem frutex, coccinum & hysginum idem color erit, Quos tamen colores tota distinxit antiquitas. Plinius lib. 9. cap. 41. *Quin & terrena miscere, coccoque tinctum Tyrio tingere, ut fieret hisginum. Coccum Galatiæ rubens granum, ut dicemus in terrestribus, aut circa emeritam Lusitaniæ in maxima laude est.* (Dios. vilissimum Hispanum scribit) Apertè coccum ab hysgino separat. Si cocco tinctum Tyria purpura tingebant, ut fieret hysginũ, color hysginus inter purpureũ & coccinũ fuerit oportet: ut autem ex coccino purpura supertincta fiebat hysginũ: sic purpureus color aliquando parabatur ex creta infecta, rubra radice quam ἐρυθρόδανον vocant, & hysgino. Vitruvius: *Fiunt etiam purpurei colores infecta creta rubra radice & hysgino.* Paulus quoque Iurisconsultus hysginum à coccino distinguit. Quod si ad Græcos provocet Pausanias, domestico etiam testimonio suorum convincetur. Vetus epigramma Myrini nondum editum.

Τὰν κόκκῳ βαφθεῖσαν, καὶ ὑσγίνοιο θέρισραν
Καὶ τοὺς ναρδολιπεῖς ἀλλοτρίους πλοκάμους.

Vestes messorias tinctas ex hysgino & cocco
Alienosque tortos crines nardo pingues.

Cum inter purpureum & coccinum hic color sit, non mirum, alios pro cocco, alios pro purpura hysginum usurpasse. Hesychius, βυσσὸς χρῶμα ἀντὶ τῆς ὕσγης παραλαμβανόμενον. Idem βύσσινα interpretatur πορφυρᾶ. Hysginum magis ad purpuram inclinabat, quam ad coccum. Hactenus viri doctissimi; quorum opinio Suidæ munitur auctoritate, ὕσγινον ῥάμματος εἶδος· τὰ κόκκοις βαφέντα καὶ ὑσγίνοιο θέρισρα. Ita locus iste legendus. Vulgo ὕσινος & ὑσίνοιο. Videtur Myrini carmen esse, quod ἀνέκδοτον viri docti vocant. Saltem propè accedit. Pro Pausania illud tantum dicere possum; Hysginum & coccinum auctores distinxisse, quod vulgare coccum maximè puniceum esset, Galaticum verò hysginum magis ad purpuram Tyriam vergeret: ideo & hysginum pro purpureo usurpasse; coccumque pro loci ratione varios habuisse colores, ut supra dixi. Sed, ut doctissimi probant viri, Plinius, Vitruvius, Suidas, Myrinus de hysgino quasi tinctura nota, ac diversa à coccino loquuntur. Illud tantùm pro Pausania dicendum, non ex sua, sed Galatum sententia illud scripsisse. Sed in totum res diversa, ὕσγη & κόκκος, coloresque diversi hysgius & coccinus, ille purpureus, hic Phœniceus. Erant qui ὑσγινοβαφῆ, hysgino tincta, violacei coloris esse volunt. Nec sanior eorum sententia, qui hyacinthum esse volunt ὕσγην. Constat hysginum purpureum, rubrum, aut cocci fere colorem habere; quod vel ex Hesych. loco supra citato non difficulter probatur. βυσὸς χρῶμα ἀντὶ τῆς ὕσγης παραλαμβανόμενον. βύσινα πορφυρᾶ. *Bystos color qui pro hysgino usurpatur. bystina, purpurea dicuntur.* Vitruvius lib. 7. c. 14. *Fiunt etiam purpurei colores infecta creta rubiæ radice & hysgino, non minùs ex floribus aliis colores.* Nicander in Theriacis de aristolochia herba loquens, ἄνθεα δ' ὑσγίνῳ ἐνερεύθεται. *Floribus hysgino rubris.* Aristolochiæ flores purpureos esse botanici omnes asserunt. Ad hunc locum scholiastes. ὕσγινον φυτὸν ἐσὶ ξανθὸν τῷ χρώματι, ὅθεν καὶ ὑσγινοβαφῆ τὰ ὑπ' αὐτοῦ βεβαμμένα. *Hysginum planta est ruffo colore, unde hysgino tincta dicuntur, quæ hoc colore sunt infecta.* Utrum planta an alia res fuerit ὕσγη, non satis constat. ξανθὸν *exponere ruffum, rubrum, purpureum*, Glossæ rubrum, πυῤῥὸν, ξανθόν. Pollux de sanie conchylii, καὶ τὸ μὲν ξανθίζεται, τὸ ἢ κυαναυγὲς γίνεται. Certum est, conchylii saniem non esse luteum. Vide cap. de nardo. Hesychius. ξανθὸν, πυῤῥόν. Idem Suidas ξανθότριξ *capillus ruber*, Achyllis equum ξανθὸν fuisse tradunt antiqui. Certum est non esse equos luteos. Menelaum ξανθὸν iidem tradunt fuisse. Nemo facilè credet Menelaum luteum colore fuisse. Hoc quasi per transennam. hysginum vel purpureum vel proximè ad purpureum accedere, ex Plinio etiam probatur. Hic lib. 35. cap. 6. scribit, laudari puteolanum purpurissum, potius, quam Tyrium, aut Getulicum. *Causa est*, inquit, *quod hysgino maxime inficitur, cogiturque rubiam sorbere.* Vide locum Plinii supra

supra citatum, ex lib. 4. cap. 42. Errandi occasionem præbuit Plinius lib. 21. cap. 26. *Hysginus*, inquit, *in Gallia optimè provenit. hoc ibi locorum hysginum tingunt.* ita doctiss. legit Salmasius. Hujus lectionis vestigia habentur in antiquo nostro codice. *Hyacinthus in Gallia eximiè provenit. hoc ibi loco hisginum tingitur*. In vulgatis codicibus, *hoc ibi pro cocco hysginum tingitur*. Non difficulter nodus hic solvitur. Confundit Plinius loco citato hyacinthum medicum & Poëtarnm: hyacinthus Poëtarum purpureus; violaceus medicus. Cum inquit, *hysginum tingere hyacinthum*; id de Poëtico intelligendum. Quod de bulbo sequitur, id de medico accipi debet, Nemo non novit, Pliniũ non rarò cõfundere ac perturbare omnia. Vide lib. 6. cap. de hyacintho. Hysginus color purpureus, proximè ad coccinum accedens; in optima enim purpura nitor & austeritas cocci quærebatur. Plinius de buccino; *Pelagio admodum alligatur, nimiæque ejus nigritiæ dat austeritatem illam nitoremque qui quæritur cocci.* Idem lib. 21. cap. 8. ubi narrat tres in vestibus colores esse principales, quibus luxuria eos flores provocavit, qui colore commendantur. *Hos animadverto esse tres principales Unum in cocco, qui in rosis micat. Gratius nihil traditur aspectu, & in purpuras Tyrias, dibaphasque ac Laconicas. Alium in amethysto qui in viola: & ipse in purpureũ quemque ianthinũ* (violaceum) *appellavimus. Genera enim tractamus in species multas sese spargentia.* Tertius est &c. Notat doctiss. Pintianus in veteri codice sic legi, *quia rosis migrante gratia nihil trahitur suspectu*. Scribi, inquit, posset minus fortassis malè *qui rursus migrante gratia trahitur in species*. Doctiss. Salmasius legit melioris libri auctoritate: *Hos animadverto tres esse principales, ut rubentem in cocco, qui à rosis nigrante gratia: hic trahitur suspectu & in Tyrias, dibaphasque ac Laconicas.* Scribo, *unum in cocco, qui in rosis micante gratia.* (id est fulgente, resplendente. — *Micat ignibus Æther* Virg. Æneid. 1. Idẽ lib. 10. *Qualis gemma micat fulvũ quæ dividit aurũ.*) *Hic trahitur in species, in Tyrias purpuras, dibaphasque ac Laconicas &c.* Ita legendum verba hæc Plinii ostendunt: *genera enim tractamus in species multas sese spargentia.* Tyria, purpura, dibaphaque, ac Laconica species erant cocci rubentis. Coccum ergo ὕσγλω vocarunt Galatæ, quod proximè ad purpuram dibapham & Tyriam accederet. Mitto Pausaniam. Meminit Strabo lib. 3. Geographiæ χαμαιζήλε δρυὸς. *parvæ ac humilis quercus.* Quæritur, an intelligat fruticem qui coccum fert tinctile? Non potest, inquiunt, esse alia, præter illum quercini generis fruticem, qui & κόκκον βαφικὴν (ita loquitur Dioscorides) dabat. Verba ipsa Strabonis videamus τρέφεται δὲ βαλανῳ δρυΐνῃ φυομένῃ κατὰ τῆς θαλάσσης, χαμαιζήλῳ τινὶ παντάπασι δρυΐ, ἁδρότατον δ' ἐκφερούσῃ καρπόν. ἥπερ καὶ ἐν τῇ γῇ πολλὴ φύεται, κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ῥίζας μὲν ἔχουσα μεγάλας, ὡς ἂν τελείας δρυὸς, ἐξαιρομένη δὲ ἐκ θάμνου ταπεινῆς ἧττον. τοσοῦτον δ' ἐκφέρει καρπὸν, ὥστε μετὰ τὴν ἀκμὴν πλήρη τὴν παραλίαν εἶναι, τήν τε ἐντὸς, καὶ τὴν ἐκτὸς στηλῶν τὴν ἐκβαλλουσῶν αἱ πλῆμαι. ἡ ἐντὸς στηλῶν ἐλάττων ἀεὶ καὶ μᾶλλον εὑρίσκεται. λέγει δὲ ὁ Πολύβιος καὶ μέχρι τῆς Λατίνης ἐκπίπτειν τὴν βάλανον ταύτην. εἰ μὴ ἄρα φησὶ καὶ ἡ Σαρδὼ φέρει καὶ ἡ πλησιόχωρος ταύτῃ. *Vescuntur glande querna* (Thynni) *quæ ad mare nascitur, humili planè in quercu, fert copiosum fructum.* (prægrandem) *Hæc arbor etiam in terra per Hispaniam frequens nascitur, magna radice, ut quercus perfectæ. A terra minus attollitur, quam humilis aliquis frutex; tantùm autem fert fructus; ut post maturitatem, littus maris intra extraque columnas oppleatur, eo alluvie ejecto: semper tamen minor invenitur, quæ infra columnas nascitur. Polybius tradit, hanc glandem ab Hispanis etiam in Latium usq; mitti, nisi forte Sardia eam generet, & vicina loca.* Casaubonus in M. SS. observavit legi, χαμαιζήλῳ τινὶ παντάπασι δρυΐ: πολὺν δ' ἐκφέρουσι καρπόν. Illud πολὺν ex glossa manasse non temerè suspicatur. Quæ sanè interpretatio melior est, quam interpretis; τὸ πολὺ enim indicare voluit potius quam τὸ μέγα. Scribe etiam ἐξαιρομένη δὲ, θάμνου ταπεινῆς ἧττον deleto ἐκ. Minus altè è terra attolli dicit, quam humilem fruticem quemlibet. ἡ δ' ἐντὸς στηλῶν. Sensus est: glans quæ reperitur inter Herculis columnas, est illa quidem minor, sed majori tamen copia reperitur. Hæc interpretatio placet doctissimo Casaubono, non negat tamen, interpretis versionem verbis Græcis convenire, sed ita vertendum, inquit, quæ sequuntur indicant. Polybii verba, ex qua hæc habet Strabo, sunt apud Athenæum lib. 7. Πολύβιος δ' ὁ Μεγαλοπολίτης ἐν τετάρτῃ καὶ τριακοστῇ τῶν ἱστοριῶν περὶ τῆς ἐν Ἰβηρίᾳ Λυσιτανίας χώρας διαλεγόμενος φησὶν, ὅτι βάλανοί εἰσι κατὰ βάθος ἐν τῇ αὐτόθι θαλάττῃ πεφυτευμέναι, ὧν τὸν καρπὸν σιτουμένοις τοῖς θύννοις πιαίνεσθαι. *Polybius Megalopolitanus lib. 34. hist. de Lusitania Hispaniæ regione tractans, scribit, in profundo maris quo alluitur, glandiferas quercus gigni, quarum fructu Thynni vescuntur & pinguescunt.* Multa sunt quæ hanc plantam non esse ilicem coccigeram evincant. Eodem libro paulo ante egit Strabo de ilice coccigera. Præterea ilex cum humilis est, gerit coccum, grandior facta glandem, neque prægrandem (si vulgatam servemus interpretationem) sed pusillam & amaram, ilex quę coccum fert, neque copiosam (si altera magis arridet versio) sed paucam. Nec tam gratus hujus fructus, ut opus sit in Latium ferre, Certè suaviores in Italia glandes reperiuntur. Humilem hanc quercum, rectiùs dicerent plantam esse, quam C. Clusius roboris septimi nomine describit; *Invenitur*, inquit, *& septimum quoddam roboris genus (nisi quis ad quercum referre malit) inter Rio frio, & Aldea galega, non procul Ulyssipone, arenoso solo frequentissimũ, adeò humile, ut rarò pedem altitudine superet.* Nusquam alibi † à Clusio observatũ. Ejus ramuli tenues & flexibiles vulgaris quercus ramulis simillimi, folia ad quintum genus accedunt, aliquantulum tamen molliora, & majora: hoc fert glandem querna vulgari haud minorem, interdum etiam crassiorem, calice planiore, admodum amaram. Nec hanc quercum Strabonis asserere ausim.

† *Ita habet autographon, verùm, videtur deesse particula, quam.*

Ἴσχει δὲ καὶ ἰξίαν καὶ ὑφέαρ. Hoc Plinius, ut supra notavimus, de buxo. De visco vide cap. 23. lib. 2. de causis. Viscum in nullo ilicis genere observavit diligentiss. Carolus Clusius, nec in Ilice nasci puto.

Τέτταρας ἅμα &c. Illud non omni ex parte verum. De visco & hypheare jam dixi, coccum fert dum recens, ac tenella est; glandem, quando grandior & adulta. Ergo quatuor fructus simul, eodemque tempore non ostendit. Si aliquando quatuor ostenderet fructus simul eodemque tempore, inter miracula referri deberet.

Σμίλακα &c. De vocis σμίλακος multiplici significatione alibi egimus. Smilacem arborem ilici alteræ similem esse ait, at folia ei non esse spinosa, sed molliora, profundioraque βαθύτερα. profundius incisa vult esse folia ilicis glandiferæ. Ego nullum genus ilicis vidi, quod folia habeat altiùs quã coccigera incisa. Quare, vel corruptus codex, vel, malè faciem folii describit Theophrastus. Corrigunt, ἀβαθύτερα, rectiora esse volunt, quam alterius spinosæ folia. quod neque ambitu incisa, neque sinuosa sunt. Ego tale ilicis genus hactenus non vidi, nec nisi à Lugdunensi descriptam audivi. *Folio*, inquit, *lauri nec serrato nec ilignì modo, in ambitu spinoso, superiori parte viridi, inferiore candicante, lanugineque obducto, quæ mollis tangentibus sentitur.* Scribo πλατύτερα latiora. Nam latiora sunt quam coccigeræ folia. In verbis Theophrasti illud consideratione dignum reperio, quod Theodorus legerit ἀλλὰ μαλακὸν, καὶ μανὸν *sed soluta, mollique*, inquit, *in opere.* Videamus quæ Plinius tradit lib. 16. cap. 6. *Ilicis duo genera. Ex iis in Italia folio non multùm ab oleis distant, smilaces à quibusdam Græcis dictæ, in Provinciis aquifoliæ. Ilicis glans utriusque brevior & gracilior, quam Homerus acylon appellat, eoque nomine à glande distinguit &c.* Non multùm, inquit, *folio ab oleis distant.* Hoc de spinosa neutiquam accipi potest, nec debet. A Mathiolo aliisque ilex oleæ folio describitur: sed an ea, quam Theophrastus smilacem vocat, quis ausit asserere? Alteri enim ilici comparat, nisi quod folium mollius latiusq; vel (ut vulgata lectio habet,) profundius habeat: spinisque careat. Atqui smilax oleæ folio, quam quidam phellodryn existimant. Folia fert planè dissimilia, quæque cum alterius foliis, nullo modo comparari possint. Nec utraque ilex smilax dicta, sed ea quæ spinis caret, nec quas smilaces in Italia vocant, in Provinciis aquifolias vocant. Ilex coccigera tantum aquifolia vocata fuit. Plinius cap. 8. lib. 16. *fruticis parvi ceu agrifoliæ ilicis.* Idem cap. 23. lib. 16. *folia aculeata aquifolio, & ilicum generi.* Nota genus ilicum quæ aquifoliæ sunt, id est, aculeis prædita habent folia, separari ab aquifolio sic absolutè nominato. Aquifolia ilex à spinosis nomen accepit. Falluntur, qui putant hanc esse Plinii mentem, quas Græci smilacas vocant, eas in Provinciis appellari aquifolias. Non confundit Plinius aquifoliam ilicem cum smilace, quæ spinas aculeosque non habet. Verba Plinii distinguenda, & scribenda ex antiquis codicibus in hanc sensum: *Ex iis in Italia folio non multum ab oleis distabant, smilaces à quibusdam Græcis dictæ: in Provinciis aquifoliæ sunt ilices, Glans utriusque brevior &c.* Duo vult esse ilicis genera, utrumque describit: alteram ilicem esse in Italia, cui folium oleæ non multùm dissimile, ergo nec aculeatum: alteram verò in Provinciis reperiri, & esse aquifoliam id est aculeatam, spinosam ilicem, sic nuncupatam, à spinosis & aculeatis foliis. Primum genus cui folium molle, neutiquam aculeatum à Gręcis quibusdam

smilacem

smilacem vocari scribit. Rectè, à quibusdam. Nam Arcades hanc ilicem sic vocasse, auctor Theophrastus. οἱ δὲ περὶ Ἀρκαδίαν δένδρον τι σμίλακα καλοῦσιν &c. Hoc genus in Italia nascebatur. Alterum quod aquifoliam ilicem vocat, ab aculeatis foliis, in Provinciis proveniebat. Sequitur *glans utriusq; brevior*, tam smilacũ scilicet, quam aquifoliarum ilicum. Ilex glandifera ad justæ arboris magnitudinem non rarò assurgit, subinde pyro maloque non inferior. Materies huic firma solidaque, (quæ res facit, ut credam, non esse smilacem Theophrasti) densa admodùm ac gravis, in atrum rubescens: ramis est multò frequentioribus brevioribusque quam suber, quos latè, aliarum glandiferarum more, diffundit. Folia perpetua, supernè viridia, infernè albicantia, gustu adstringente, quæ, dum stirps tenella ac humilis est, & glandem non fert, per margines ferè, uti coccigeræ, sunt spinosa & aculeata: cum verò adulta planta est, & glandem fert, folia habet suberis, sed magis orbiculata, minoraque, ambitu quidem non nihil, sed minus quam roboris sinuosa, nullis spinis horrentia, nisi cum primum enatæ sunt, justamque magnitudinem non habent. Multos in extremis ramis mense Majo fert oblongos julos, qui in flavos & muscosos flosculos, polline & tenui pulvere perfusos, explicantur. Malè & præter veritatem ergo Plinius lib. 16. cap. 15. nullo flore exhilarari scribit. Glandes è floribus non oriuntur, (sunt enim inutiles, verùm ex aliis quibusdam separatis pediculis, quernis glandibus similes, calici spinoso inhærentes, nunc majores longioresque, nunc minores & breviores, quæ per maturitatem nonnullis locis nigricant, & gummi quoddam reddunt, gustu calidum, saporis tamen non ingrati. Maturarum cortex sive putamen nigricat, nucleus candidus, firmus, & dulcis est, præsertim majorum. Utræq; tamen à nonnullis, teste Carolo Clusio, expetuntur, nec minus avidè iis vescuntur, quam castaneis aut avellanis. Hanc ob causam in foro Salmanticensi, aliisque Hispaniæ locis, venales mensibus Octobri & Novembri proponuntur. Ut non immeritò dixerit Plinius, glandem per Hispanias secundis mensis inferi. Viscum aut hyphear in nulla observarunt recentiores ilice; sed aliquando granum ex puniceo nigricans, in iis arboribus quæ frequentes nascebantur sylva illa, prope cœnobium *Grammont* vulgò dictum,

Suber angusti folio.



Phellodrys. Ilex oleæ folio Mathioli.

Miompelliano agro, & interdum in Boëtica, quæ habent tenuem & capillaceum muscum cinerei coloris è ramis dependentem. Huc referri debet ilex Londinensis duplex, ab eodem Clusio descripta. *Hac, inquit, vix minorem Londini observavi, multis & frequentibus ramis præditam, admodum fragilibus, in quibus confuso ordine & sparsim nascuntur folia, Hispaniæ foliis similia. Florebat sub finem Maii, paulò serius quam in Hispaniis, & glandes primùm emergentes habebat, quæ an maturitatem consequantur, ipsum fugit. Altera etiam vastæ magnitudinis, sed cum superiore non conferenda, licet adeò crasso esset caudice, ut nemo amplecti posset. Hæc à superiore nonnihil differre visa est. Nam minora & magis orbiculata habebat folia, buxeis interdum non ampliora, nullis aculeis horrentia, alioquin subtus incana, & supernè virentia, ut prioris folia.* Ilex oleæ folio, quam quidam phellodryn existimant, de facie & foliis ilicem quampiam dixeris, ipsum autem lignum mollius & laxius ilice, sed folii incisura serrata castaneæ, non quercus; oblonga etiam, instar oleæ. Reliqua effigies ilicis, minor tamen quernis, major ilignis: non glandibus, sed aculis exilioribus & oblongioribus prædita. Proximè hæc ad smilacem accedere videtur.

Φελλόδρυν. Quod Arcades inquit, phellodryn vocant, natura est inter ilicem & quercum media, atque adeò ilicem fœminam quidam esse putarunt. Hæc Theoph. sententia. Nomen tamen si spectes, factum ex subere & quercu, phellodryn, id est, suberiquercum, naturæ suberis & quercus potius participem esse dixeris. A Doris ἀρχίαν vocari tradit Basil. & Ald. codex: ἀγρίαν scriptum est, quomodo etiam supra cap. 6. legitur. Et hæc vera lectio. Hesychius ἄρια φυτὸν ἡ ἀρία. Infra eodem hoc cap. 16. suberem glandem ferre, ait, ὅμοιον δρυΐ.

Καὶ τὸ χρῶμα &c. Vertunt *colore ligni decorticati, candidior ilice, fulvior quercu*. Typographi non Theodori mendum puto. Scribe. *color ligni decorticati, candidior ilice, vinosior quercu*. Color vinosus qualis, docet Arist. lib. de coloribus cap. 2. οἰνωπὸν τὸ οἰνωπὸν χρῶμα γίνεται ὅταν ἀκράτῳ τῷ μέλανι καὶ στίλβοντι κραθῶσιν αὐγαὶ ἠεροειδεῖς, ὥσπερ αἱ τῶν βοτρύων ῥάγες· καὶ γὰρ τούτων οἰνωπὸν φαίνεται τὸ χρῶμα ἐν τῷ περκάζειν, μελαινομένων δὲ τὸ φοινικοῦν εἰς τὸ ἁλουργὸν μεταβάλλει. *Sicuti cum color vinosus efficitur, si splendor aëreus puro ac minimè diluto nigro eodemque coruscanti temperetur, quales botruorum acini, quorum planè color vinosus agnoscitur, cum maturescunt: nam deinde nigrescentes puniceum habent; quem postmodum in* ἁλουργὲς. *commutant.* Ἁλουργὲς Plato in Timæo ait esse rubrum cum albo nigroque permistum. ἐρυθρὸν μέλανι λευκῷ τε κραθέν. purpureum sive purpurissum vulgò exponunt. ἀπὸ τῆς ἁλὸς καὶ ἔργον quod è concha marina purpura colligatur. Nam arcus cælestis primus color est φοινικοῦς id est Phœniceus; secundus ἁλουργὴς, id est, purpurisseus, & πορφυροῦς, id est, purpureus. Sic Budæus ex Plutarcho de placitis. Hesychius ἁλουργὲς πορφυροῦν. ἁλουργοειδὲς πορφυροειδές. Suidas ἁλουργά. θαλασσοπόρφυρα. Nam ἁλουργὴς splendore dilutior. Vinosus color, ex luce aerea, puroque constat nigro: fulvus verò color est ruffo obscurior, qualis leonum color, vulpisque dorsi.

Τὰ δὲ φύλλα, Folium, inquit, quercum & ilicem referre. Ilicem intellige spinosam; supra enim lib. 1. cap. 16. inter plantas quæ spinosa ferunt folia, numerat phellodryn. Ex hoc loco colligere licet, ilicem oleæ folio non esse phellodryn. Spinis enim hujus folium caret. Hac de causa quæ à Mathiolo & aliis ostenditur phellodryos nomine, non erit Theophrasti phellodrys. Quinque hujus genera observavit Lugdunensis. Prima, inquit, foliis altera parte albicantibus, angustis, longiusculis, crebris admodum & non profundis incisuris crenatis, leviter asperis potiùs, quam spinosis, cortice cinereo, glande, cum matura est, ex fusco flavescente. Hæc videtur esse Mathioli phellodrys picta, sed non descripta. Alteri folia altera parte candicantia, latiora sunt, raris laciniis, sinuosa, molliter aculeata: cortice, maturaque glande, ex atro rufescente. Tertia phellodrys est, cui folia sunt mediocris amplitudinis, nigricantia, sive obscuræ viriditatis, non adeò multis, neque profundis laciniis sinuata, mitius pungentia, calyce glandis lævi; glande ipsa ex fusco flavescente, cortice cinereo. Quarta foliis est latissimis similiter nigricantibus, crassis, frequentioribus incisuris, valde spinosis, glandis calyce levi, cui maturæ & cortici idem qui & superiori color est. Harum omnium glans strigosa est, & tenuis: calyx non spinosus, sed, ut in quercu, tuberculis verrucosus. Postremum phellodryos genus folia superiore minora habet, pallida, multùm laciniata, valde muricata, aquifolii modo, calycem glandis echinatum, glande cæteris similem, corticem cinereum. Hæc genera in collibus Rhodano vicinis, aut non procul ab eo dissitis proveniunt. horum nullum,

quod ſciam, vidi genus, grates maximas agam, ſiquis ramulos fructuſque miſerit.

Κόμαρος dicitur παρὰ τὴν κόμην ἐν τῷ χειμῶνι αἴρειν, *quòd comam ſive cacumen hyeme viride obtineat*. Theoph. lib. 1. cap. 15. δοκεῖ δὲ ἡ ἀδράχνη καὶ ὁ ὄναρος τὰ μὲν κάτω φυλλοβολεῖν, τὰ δὲ ἔσχατα τῶν ἀκρεμόνων ἀείφυλλα ἔχειν. ἐπιφύειν δὲ ἀεὶ τοὺς ἀκρεμόνας. *Adrachnes & arbuti folia inferiora cadunt, ſuperiora verò perpetuò virent, ramoſque ſemper aggenerant.* Quod de arbuto ſcribit, id recentiorum conſtat experientia: Sed cur cacumen tantùm viride ſervet duplex videtur eſſe ratio, Prima, quod ſuccus alimentumque, ad extimas mittatur partes. Et hæc cauſa, cur infima folia primum decidere ſoleant. Altera ratio; quod natura, alimentum, quod in aliis perpetui-foliis plantis inſervit foliorum conſervationi, conſumat, & utatur in novis producendis ramis. Ὄναρον *arbutum* expono, (quod nulli arborum conveniat præter arbuto: alioquin ὄναρον propriè *vitis folium*. Heſychius ὄναρα τὰ τῆς ἀμπέλου φύλλα. Idem Suidas. Ὄναρος dicta hæc arbor videtur, quod vini inſtar, ſi plus juſtò fructus comedatur, vapores emittat, quibus cerebrum lædit. Galenus ἔστι δὲ κακοστόμαχος καὶ κεφαλαλγής. Aſclepiades apud Athenæum περὶ μιμαικύλων, quæ χαμαικέρασα ipſe appellari tradit. ὁ δὲ καρπὸς τοὺς πλείονι χρωμένους καθάπερ οἶνος βαρύνει τε τὴν κεφαλὴν, καὶ ἀλγεῖν τίθησι. Dioſcorides lib. 1. cap. 175. κακοστόμαχον δὲ καὶ κεφαλαλγῆ. (ita legendum, non κεφαλαλγές) ſtomacho adverſatur, capitiſque dolorem excitat. Suidas κόμαρον fœminino genere arbutum, maſculino cotinum, id eſt, oleaſtrum ſignificare docet. κόμαρος θηλυκῶς. ἀρσενικῶς δὲ κότινος, εἴδη δὲ δένδρων ταῦτα. Apud Athenæum lib. 2. in maſcul. gen: legitur, cum ſit fœmin apud Theophraſtum.

Συκάμινος συκάμινα ὁρᾷς φέρει
Ὁ πρῖνος ἀκύλους, ὁ κόμαρος μιμαίκυλα.

Quod vides, morus mora fert
Ilex acylos, arbutus mimæcula.

Θεόφραστος. ἡ κόμαρος ἡ τὸ μιμαίκυλον φέρουσα τὸ ἐδώδιμον *Theoph. arbutus mimæculum, fructum qui edendo eſt, generat.* Tam in maſculino quam in fæminio genere pro arbuti fructu uſurpatur. Latinis arbutus dicitur. Virgilius arbutum prò fructu neutro genere dixit, arborem fœminino, Contra Horatius fructum fœminino.

Virgil. ecl. 7.
—— Dant arbuta ſylvæ,
Et quæ vos rara viridis tegit arbutus umbra.

Horat. oda 17. ad Tyndarum.
Impunè tantùm per nemus arbutos
Quærunt latentes.

Ἢ τὸ μιμαίκυλον φέρουσα &c. Quomodo hæc vox ſcribi debeat, inter doctos diſputari ſolet. Variè admodùm apud antiquos auctores ſcribitur. In nonnullis codicibus μιμαίκυλον legitur, in aliis μιμάκυλον, in quibuſdam μιμήκυλον. Alibi μαιμήκυλον, μιμύκηλον, ἀπομάκυλα, μαιμαίκυλον, μιμύκηλον, μιμαίκυλον, μιμάκυλον. Veram lectionem apud Athenæum & Euſtathium habemus, apud hos μιμαίκυλον. Hæc probatur alphabetica ſerie. Heſych. apud quem tamẽ μιμαίκυλον ſine diphtongo ſcribitur μιμάκυλον (Scribe μιμαίκυλον) ὁ καρπὸς τοῦ κομάρου (& apud hunc in maſculino genere ſcribitur, & exponitur *arbutus*) ἔστι δὲ ὡς μέσπιλον μικρὸν πυῤῥόν. *Mimæculum fructus arbuti, eſt inſtar meſpili parvi ruffus.* Contra apud Pollucem lib. 7. cap. 3. in fœminino genere ſcribitur. ὅτι κέδρος μὲν ὁ τῆς κέδρου καρπὸς, μιμύκηλα (Scribe μιμαίκυλον) δὲ ὁ τῆς κομάρου. Plinius unedonem vocari tradit lib. 15. cap. 24. *Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni, quod ſolum pomum ſimile fructui terræ gignitur.— Pomum inhonorum, ut cui nomen ex argumento ſit, unum tantùm edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comarum & memecylon: quo apparet totidem eſſe genera & apud nos. Alio nomine arbutus vocatur.* Quæritur, utrum arbuti fructus unedo dicatur? Ἐπιμηλίδος fructus ſic vocari tradit Galenus lib. 3. de aliment. facult. cap. 38. ὁ τὰς ἐπιμηλίδας φέρων, καλεῖται δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν οὐνίδων lib. 7. ſimpl. ἐπιμηλὶς ἥτις ὑπὸ οὐνίδων παρὰ τοῖς Ἰταλοῖς ἀγροίκοις καλεῖται, ἔστι δὲ οἷον ἀγρία μηλέα. *Epimelis quæ etiam ab Italis ruſticis vocatur unedo; eſt quaſi malus ſylveſtris.* Idem Ægineta. Galeno addictiores ſunt viri doctiſſ. ac quidem eum horum αὐτόπτην fuiſſe credunt; Plinium verò non adeò curioſum circa has res, ex Græcis tantùm tranſcripſiſſe, & in his velut in aliis multis, rem non eſſe aſſecutum. Sed reſponderi poſſit: Plinium meliùs ſciſſe quid unedonem appellarint Itali ſui, quam Galenum, hominem Græcum. Et unedonem eſſe μιμαίκυλον, hoc eſt arbuti fructum, non difficilè foret probare; ſupra ἐπιμηλίδα diximus genus eſſe meſpili. Nullum ex iis κεφαλαλγὲς, quod de epimelide tradit Galen. ὁ καρπὸς τοῦ θάμνου τούτου κακοστόμαχός τε καὶ κεφαλαλγὴς ὑπάρχων. Ægineta ἧς ὁ καρπὸς στρυφνὸς μὲν ἐστι κακοστόμαχος, καὶ κεφαλαλγής. *Fructus adſtringens quidem eſt, verùm ſtomacho adverſatur, & caput afficit.* Hoc de arbuto Dioſcorides, etiam Galenus, ut verba ſupra citata teſtantur. Ex quibus diverſas arbores ἐπιμηλίδα & κόμαρον eſſe conſtat. Quod de epimelide ſcribit, de meſpilo, quæ & epimelis, intelligi non poteſt. Ergo diverſa planta. Dicendum ἐπιμηλίδα & arbutum eandem arborem, ſed pro ſoli ratione, & magnitudine & fructu differre, Bellonius lib. 1. obſerv. cap. 44. tradit, in vallibus montis Atho (veteribus adeò celebrato) vicinis, arbutos naſci vaſtæ magnitudinis, cum alibi duntaxat fruticem; ut minùs mirum videri debeat, ſi Iuba (referente Plin. loco citato) quinquagenûm cubitorum in Arabia eas eſſe, auctor eſt. In fructu non minorem recentior ætas obſervavit differentiam; Alius enim, teſte Cæſalpino, parvi mali magnitudine, rubore magis nigricante, mollior & ſuavior, in mediterraneis: alius avellanæ magnitudine, flavior, & aſperior, in maritimis tractibus. Primum genus epimelida vocavit, alterum κόμαρον. Veriſimile admodùm, utriuſque fructum unedonem vocatum, quod latuit Galenum. Palladius in Novembri non epimelidem ſed hypomelidem vocare videtur. Locus eſt in Decembri cap. 4. *Hypomelides poma ſunt (ut Martialis aſſerit) ſorbo ſimilia, mediocri arbore naſcuntur, & flore candidulo, dulcedo huic fructui cum acuto ſapore, commiſta eſt. ſeritur menſe Decembri, nucleis in vaſculis poſitis.* In antiquiſſimo codice Regii excuſo anno 1498 legitur. *Ipomelides poma ſunt &c.* Inde conjicio, ſcribendum *ipemelides*. Sic Galenus duobus locis admodùm diverſis, ſic Ægineta. Sorbo, cum inquit, fructum ſimilem eſſe, intellige colore & forma; quanquam frago ſimilior videatur. Illud obſtare videtur, epimelidem vel hypomelidem non eſſe arbutum, quod nucleis ſeri referat; cum Dioſcorides ἀπύρηνον dicat κοκκώδη καρπόν. In arbuti fructu πυρὴν non reperitur, ſed exigua tantummodo ſemina. Dicendum, vel hypomelida diverſam ab arbuto, vel Palladium nucleum pro ſemine, vel minuto grano uſurpaſſe. In acino enim (quem aliquo modo arbuti fructus refert) nucleus minutum granum, vulgo vinaceum vocant. Plinius lib. 23. cap. 1. *Uva paſſa quam aſtaphida vocant, ſtomachum, ventrem, interanea tentaret, niſi pro remedio in ipſis acinis, nuclei eſſent, iis exemptis veſicæ utilis habetur.* Hac ſi nucleus ſignificatione ſumatur, nihil obſtat, quo minus hypomelis ſit arbutus. Athenæus lib. ſecundo, ab Aſclepiade Myrmelano chamæceraſum vocari tradit. ἀσκληπιάδης δὲ ὁ μυρλεανὸς χαμαικέρασόν τινα καλῶν δένδρον, ἔφη οὕτως. ἐν τῇ βιθυνῶν γῇ γίνεται ἡ χαμαικέρασος, ἧς ἡ μὲν ῥίζα ἐστὶν οὐ μεγάλη, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ δένδρον, ἀλλὰ τῇ ῥοδῇ ἴσον. ὁ δὲ καρπὸς τὰ μὲν ἄλλα πάντα ὅμοιος, τοὺς δὲ πλείονι χρωμένους, καθάπερ οἶνος βαρύνει τε τὴν κεφαλὴν καὶ ἀλγεῖν τίθησι. ταῦτα ὁ ἀσκληπιάδης, φησί, μοι δοκεῖ λέγειν περὶ τῶν μιμαικύλων. *Aſclepiades Myrleanus arborem quandam chamæceraſum nominans in agro Bythiniæ chamæceraſus gignitur, inquit, radice non magna, quin nec ipſa arbor magna eſt, ſed roſæ par: cætera fructus omninò ſimilis ceraſo, quo largiore ſiquis utatur, non aliter quam vini potu caput dolet, & grave eſt. Hæc quidem Aſclepiadẽ ſcripſiſſe puto, de mimæculo, id eſt arbuti fructu.* Fallitur, inquiunt, Athenæus tractationis hujus imperitus; falluntur ipſi, cum ſcribunt, hanc chameceraſum à Mathiolo, eo nomine deſcribi. Nam chamæceraſi Mathioli fructus caput non tentet, nec gravat, ſaltem nemo id obſervavit. Scio, raro nec niſi à ruſticis comedi; ſed id non fit, quod caput tentat, verùm, quod plus oſſis quam carnis habeat, quodque cum acerbitate amarus ſentiatur. Ad Plinium redeo. Arbuti fructum unedonem vocari tradit. *Nomen impoſitum*, inquit, *quod unum tantùm pomum edi liceat, alioquin caput tentaret.* Athenæus caput tentare ſcribit, ſi plura quam ſeptem edantur. Codex corruptus admodùm, ſic vulgo legitur. ὅτι γὰρ. φέρει αὐτὰ δένδρον τοιοῦτον, καὶ ὁ πλεῖον τῶν ἑπτὰ τοῦ καρποῦ φαγὼν κεφαλαλγὴς γίνεται. Scribendum videtur, ταῦτα ὁ ἀσκληπιάδης, φησί, μοι δοκεῖ λέγειν. περὶ τῶν μιμαικύλων. τοῦτον γὰρ τὸ δένδρον φέρει καρπὸν τοιοῦτον, καὶ ὁ πλεῖον τῶν ἑπτὰ τοῦ καρποῦ φαγὼν, κεφαλαλγὴς γίνεται. *Hæc quidem Aſclepiadem ſcripſiſſe puto de mimæcylo, id eſt, arbuti fructu. talem enim fructum arbor illa gignit, ut qui plura quam ſeptem ex ea poma comederit, capitis dolore vexetur.* Dioſcorides & Galenus ſtomacho & capiti quidem adverſari

versari scribunt, sed numerum, quantitatemque, qua id præstant, non addunt. Non videtur ergo verisimile, nomen impositum, quod unum tantum liceret commedere fructum. Exiguum enim pomum, & nisi sit deleterium, citra noxam non plusquam unum edi posse, parùm probabile. Nomen unedo à majoris Græciæ incolis translatum in Latium, scribit Clariss. Salmasius. κάρπος οἰνίζων. *illis vocabatur arbuti pomum, à vineo gustu quem habet* (immo facultate & potentia) *Nam & οἴναρον Theophrastus appellat τὸν κόμαρον. Asclepiades apud Athenæum περὶ μιμαικύλων, quæ χαμαικέρασα ipse appellare tradit*, ὁ δ' (verba supra citavi.) πῆπ. *Inde igitur* οἰνίζων, *est unedon; nam & unus similiter ex Græco* οἶνος *qui* μόνος *significat. zeta in delta mutari Latinis tralaticium est.* λαζοὶ *Ladi*, βάζω *vado*, ὄζω, *odo & postea oleo.* Hanc nec probo, nec improbo opinionem, verùm judicio lectoris relinquo. fortè nomen unedonis impositum, quod solius arbuti fructus, inter arbores, noxam capiti inferat, cerebrumque lædat. Hæc, inquiet quis, planè sunt contra Theophrastum; immò sunt, qui aliam κόμαρον à Theophrasto, aliam à Dioscorid. delineari scribunt. Sed de hac quæstione postea. Non scribunt contraria Theophrastus ac Dioscorides. Nihil enim impedit, quoddam esse esui aptum, & tamen caput tentare. Quid vino nobilius? attamen si largius sumatur nocet capiti. De arbuti fructu tradunt Amatus, & Clusius, à multis in Hispania avidius quam par est commedi. *Athæneus*, inquit Clusius, *scribit, ei qui plures septem arbuti fructus ederit, caput dolore vexari, longè tamen plures ab aliis devorari observabam, cum per Boeticam & Lusitaniam, Vlyssiponem profecturus, iter facerem, & ipse multos edi sinu ulla noxa. verum quidem est, non adeò grati saporis esse fraga: attamen à tenuis fortunæ hominibus valde expetitus est, ideoque Vlyssipone & aliis quibusdam locis venalis à rusticanis mulierculis in foro proponitur.* Pergit Plinius. *Duobus tamen nominibus hoc appellant Græci, comarum & memecylon.* Negligenter & inscitè mimæcylon fructum cum comaro sive arbuto arbore sua confundit. Arborem Theophrastus κόμαρον, fructum μιμαίκυλον vocari tradit. Phavorinus, ut supra cap. de ilice notavi, arbuti fructum ἄκυλον vocari tradit, quomodo ilicis propriè vocatur.

Ἔστι μὲν ἐν ἄγαν μέγα &c. Pro regionum, ut dixi, varietate, vel grandior fit, vel humilior manet, In monte enim Atho vastæ magnitudinis arbor est. Bellonius loco citato *Arbuti verò quæ aliis in locis, plerumque duntaxat fruticant, ingentes istic fiunt arbores. Pumila arbor magna ex parte arbutus est, cotoneæ mali* (cui hanc Dioscorides comparat) *magnitudine, plurima parte satis assimilis. Non rarò frutex manet, ut rectè Plinius fruticosam dixerit arborem, frequentibus est etiam ramis, quorum summitates rubescunt.*

Τὸν φλοιὸν &c. Diosc. lib. 1. cap. 157. κόμαρος δένδρον ἐστὶ παρόμοιον κυδωνίᾳ, λεπτόφυλλον. *Arbutus arbor cotoneæ malo assimilis, tenue ferens folium.* Theophrastus non folium, sed corticem tenuem dixit. Sanè, tantum abest, ut tenue sit folium, ut laurino etiam & iligno crassius conspiciatur: Hæc causa, cur quidam arbutum Theophrasti à Dioscoridea differre arbitrentur, cum unam eandemque describat uterque arborem. Alii corruptum codicem scribunt, quorum opinionem non improbamus. Corrigunt, παρόμοιον κυδωνίᾳ λεπτοφύλλῳ: quasi id genus mali cydoniæ intelligat, quod minora & angustiora habet folia. Idem tamen, ut fatentur, sensus è vulgata elicitur: penè similem esse cydoniæ malo, nisi quod non tam lata habeat folia. Et sanè non multùm dissimilia sunt cydoniæ mali folia foliis arbuti; nisi quod illa incisuras per ambitum non habent. Notandum, inquiunt, Dioscoridem παρόμοιον dicere τῇ κυδωνίᾳ non ὅμοιον, *aliquatenus simile*, non *simile*. Multa hic observatione digna. Rectè παρόμοιον, *assimile*, *quadantenus simile* exponunt, παρὰ hic diminutionem denotat. παρόμοιον ergo παρ' ὀλίγον ὅμοιον καὶ παρεμφερής. Sic Theophrastus paulò infra de ἀδράχνη. παρόμοιον δὲ τὸ φύλλον καὶ ἡ ἀδράχνη ἔχει τῷ κομάρῳ. παρόμοιον dixit, quòd serrata sint per ambitum arbuti folia, incisuris carent adrachne; λεπτοφύλλῳ. κυδωνίᾳ legunt, & exponunt, *quod minora & angustiora habet folia*, Ergo λεπτόφυλλον idem quod στενόφυλλον, λεπτόφυλλος δάφνη quæ tenuia, id est, angusta habet folia. Sed nondum vidi cydoniæ genus, cui folia tenuia, angusta, neque hanc cydoniæ differentiam ullus recentiorū, quod sciam, observavit. Sed quæ similitudo cydoniæ cum arbuti folio? Cydoniæ folia subrotunda sunt, veluti vulgaris pomi, sed paulò angustiora, læviora, carnosiora, duriora, superna parte virentia ac glabra, prona verò mollia & albicantia. Arbutus foliis est latis, oblongis, lævibus, serratis per ambitum lauri vel ilicis æmulis, è virenti colore pallidis. Non solet Dioscorides subrotundum, oblongo comparare, nec serratum non serrato; nec latum angusto. Insuper pars prona arbuti omni mollitie, ac canitie, qua cydoniæ præditum folium, caret. Sed forsean Dioscorides andrachnen pro arbuto descripsit, quę & flore & fructu, & foliis, totaque facie adeò cum arbuto convenit, ut vix possit altera ab altera internosci. Andrachne tantùm folia serrata non habet ut arbutus, & cortice est quam hæc leviore. Adrachnes etiam non meminit Dioscorides, quasi illam sub arbuti nomine comprehenderit, Ideoque & fortasse andrachnen apud Theophrastum duobus in locis unedonem vertit Plinius, id est, κόμαρον. Mera, inquam, hæc calumnia est, Dioscoridem botanicorum facilè à Theophrasto principem, non potuisse arbutum ab adrachne distinguere, ejusque vicinitate fuisse deceptum, non fit verisimile. Corruptus est codex. Mathiolus apud Oribasium non λεπτόφυλλον sed λεπτόφλοιον legi scribit, quod de arbuto testatur Theophrastus. Scribe; κόμαρος δένδρον ἐστὶ παρόμοιον κυδωνίᾳ. λεπτόφλοιον &c. *Arbutus cydoniæ aliquatenus similis est arbor, cortice tenui donata.* Assimilis cydoniæ, non forma, sed magnitudine, & quod utriusque ramuli superiores rubent. Non tantùm tenui cortice arbuti caudex ramique majores vestiuntur, verùm etiam satis scabro & aspero.

Τὸ δὲ φύλλον &c. folia nullo ordine, & temerè nascentia ramulos ambiunt, lata, oblonga, lævia, per ambitum serrata, splendentia, lauri vel ilici æmula, è virenti colore pallidula.

Ἀνθεῖ &c. Non tantùm florem, sed tempus etiam quando floret describit. Floret, inquit, mense πυανεψιῶνος. Vertunt, *Iulio.* Suidas. πυανεψιών. ὄνομα μηνὸς καὶ πυανοψία. λοχαγὸς ἐν τῷ κατὰ μοιχείας. καὶ ἡμεῖς πυανοψίαν ταύτην τὴν ἑορτὴν καλοῦμεν. οἱ δὲ ἄλλοι ἑλλήνες πανοψίαν, ὅτι πάντας εἶδον τοὺς καρποὺς τῇ ὄψει. id est, πυανεψιὼν nomen mensis, *dicitur &* πυανοψία. *Lycurgus in Libello* μοιχείας, *id est, aciei interstitione. & nos* πυανοψίαν *illud festum vocamus, quod alii Græci* πανοψίαν, *quia fructus omnes jam maturi & confecti conspiciuntur.* Plutarchus in Theseo. Συγκομιζομένης ὀπώρας πυανεψιῶνος ὀγδόῃ ἱσταμένου. *Dum vindemia comportatur octavò die* πυανεψιῶνος *incipientis.* Hæc satis ostendunt, πυανεψιῶνα non esse mensem Iulium. πυανεψιὼν quintus Atticorum mensis. Primus ipso Solstitii æstivi die incipiebat. quintus ergò 22. Octobris die. Verto *quando sol est in signo Scorpionis.* signis Zodiaci antiquissimorum Atticorum menses respondebant, ut supra ex Galeno Ostendi.

Arbutus castor Durant.



Quibusdam in regionibus serò admodum flores erumpunt. Iulio, Augusto, Septembri mensibus, fortè in Gręcia Octobri. In Boeticæ & Lusitaniæ multis semper ferè aut florens, aut fructu onusta conspicitur, Immò interdum utroq; abundans. Solet enim deciduo flore, novum germen extremis ramis proferre, in sponsione alterius floris,

Quod Theophrastus etiam observavit lib. I. cap. 15. Theophrastus, cum πυανεψιῶνι mense florere scribit, vult opinor, serò admodum florere, etiam tum, quando reliquarum arborum folia cadunt. Vel, sensus esse potest; tum iterum novos emittere flores, quando folia cadere

Arbuti ramus cum flore.



solent, eoque demonstrare, semper flore onustum conspici. Sed hoc affirmare non ausim. Eleganter admodùm & acuratè florem describit ἀπὸ μιᾶς, inquit, κρεμάστρας. Budæus, ut etiam monet doctissimus Constantinus, κρεμάθρας legit. Κρεμάθρα *vas asservandis obsoniorum reliquiis destinatū, quod pensile repositorium rectè dixeris.* Scholiastes τοῦτο τὸ σκεῦος ἐις ὃ τὰ ἀποτιθέμενα ὄψα τιθέμενα ἀποτίθεσθαι, διὰ τὸ μετέωρον εἶναι καὶ κρεμάμενον. κρέμαστρα κρέμαθρα. *Astronomica & Geometrica instrumenta pensilia* sunt, ut docet interpres Aristoph. in illud in Nebulis. πηνίκα γὰρ ἔστ' ἔτι, καὶ τῶν κρεμαθρῶν, ἐ θρίδαν, τῶν ἐνθάδε. Sed apud Theophrastum, ut monet doctiss. Constantinus, significat, multifidum pediculum, quo fructus appenduntur, flores extremis ramis, singulari appendice, racematim cohærent, albi, una parte qua soli obversi sunt, nonnihil purpurascentes, concavi, lilium convallium floribus persimiles. Sunt hi parvi, rotundi, hiantes, per oras denticulati ac reflexi.

Κάρνειος δωρικός. Vertunt vel *carnius Doricus*; quid sit carnius Doricus nescio. Suidas festum quoddam esse scribit. κάρνειος ἀπόλλων, κάρνεια ἀπόλλωνος ἑορτὴ παρὰ λακεδαιμονίοις. hoc nihil ad arbutum. Scribe, κράνιον δωρικὸν, *capitellum Doricum*, vel, κιονόκρανον, vel κράνιον τοῦ δωρικοῦ κίονος, *summitas vel caput columnæ Doricæ.* Epistylium vocat Vitruvius & capitellum, apud Pollucem κιονόκρανα, αἱ κεφαλαὶ τῶν κιόνων. Capitello columnæ non ineptè flos deciduus comparari potest.

Ὁ δὲ καρπὸς: Hæc Plinius in hunc reddidit sensum. *Fructus anno maturescit pariterque floret subnascens, & prior cogitur,* (lego ex antiquo codice *coquitur*, id est, maturescit, ut Botanici loquuntur.) Mas sit an fœmina sterilis, inter auctores non convenit. Miror Theoph. fructum non delineasse. De eo hæc refert Dioscorides καρπὸν ἔχον ὡς κοκκυμήλου μέγεθος, ἀπύρηνον μιμαίκυλον (ita legendum supra docuimus) καλούμενον, πεπανθέντα δὲ ὑπόκιρρον ἢ ἐρυθρὸν, ἐσθιόμενον ἀχυρώδες, κακοστόμαχον δὲ καὶ κεφαλαλγές. (Scribe ἀχυρώδη, si non & hoc verbum corruptum & κεφαλαλγῆ: nam ad κομάρου καρπὸν, hoc est, arbuti fructum verba hæc referenda sunt.) *fructum proferens, pruni magnitudine, nuclei expertem, cui mimaiculo cognomen est, quique ubi maturuit subfulvus, aut rubicundus conspicitur, in esu acerosus, stomacho is adversatur, capitisque dolorem excitat.* Vox ἀχυρώδης *furfureus.* Arist. in problem. τὸ ἀχυρωδέστατον τοῦ ἀλεύρου ἀποκαίεται. *quantum in farina est furfurum, maximè, deuritur.* Nihil furfurei in arbuti fructu. Corrigūt. κεγχρώδης. *Pomum*, inquiunt, *arbuti non levem habet exteriorem cutem, ut cerasum aut prunum, sed multis minutis corpusculis extantibus asperum, ut fraga, hoc Græci κεγχρώδες vocant.* Non loquitur de facie ac forma Dioscorides, sed de sapore. ἐσθιόμενον ἀχυρώδης, inquit, (rectiùs alii ἀχυλώδη legunt,) sic enim scribendum, non κεγχρώδης, ἀχυλώδης; in neutro genere. Ad καρπὸν referri voces hę debent, *gustu est subausterus, alioquin insipidus.* Non ineptè fortasse quis restitueret ἢ ἐρυθρὸν, ἀχυρώδη, ἐσθιόμενον δὲ κακοστόμαχον καὶ κεφαλαλγῆ, ut vox ἀχυρώδη de forma intelligatur, non sapore. Multis enim particulis quasi furfureis ac paleaceis constat, Plinius. *Aliud corpus terrestribus fragis, aliud congeneri earum unedoni: quod solum pomum simile fructui terræ gignit.* Non incidit Plinio, adrachnes fructū, quem mimæculo similem docet Theophrastus, fructui quoque terræ, id est, frago similem esse. Ad fragi arbutique similitudinem, quam habent, respexit poeta Sulmonensis, cum ait. *Arbuteos fœtus montanaq; fraga legebant.* Sunt qui fraga montana arbuti fructum existimant, cum ab arbuto particulà, *que*, disiungat poeta. Fortasse non malè quis apud Plinium leget. *Quod solum pomum simile frutici terræq; gignitur;* quomodo in antiquissimo nostro Veneto codice legitur, *Fruticū & arborum fructus, in alto non humi gignuntur, ut herbarum, quarum fructus in terra fusi, ideo terræ & frutici simile pomū gigni dicit.* Fraga & unedones. ἰσχάδες καρποὺς ἀπὸ τῶν δενδρίτων Græci separant. Pessimè glossarū auctor fraga μιμαίκυλα. Nec melius Apuleius, *Comarū Græci Romani fragum nuncupant, nascitur locis opacis, & mundis & collibus.* Nemo, cui mens sana, κόμαρον fragum dixit; frago comparat arbuti fructum Plinius, & cum eo optimè comparari potest; sed fragum à Græcis κόμαρον vocari, non tradit. Arbor est κόμαρος: humillima herba fragum. Arbuti fructus è tenuibus dependent pediculis; fragis similes, orbiculati, multò majores, & rotundis prunis interdum magnitudine pares, multis minusculis corpusculis paleaceis constantes, initio virides, deinde flavescentes, maturi elegantissimo rubro colore conspicui, (ut non immeritò Poeta Ovid. cecinerit. — *Pomoque onerata rubenti. Arbutus* —) interiore tamen carne pallescentes, nullo intus officulo, sed exiguis tantummodo seminibus, milio non majoribus, tenui mēbrana in meditullio obductis, edules, gustu subaustero, alioquin insipido, à tenuis fortunæ hominibus expetiti, uti, & à turdis, & merulis, qui his per hyemem vescuntur. hyeme enim maturi esse solent, ut scribit Virgilius.

> *Venit Hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis,*
> *Glande sues læti redeunt, dant arbuta sylvæ.*

Frons hædis expetitur, ut idem ait.

> *Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis.*

Hactenus de arbuto.

Παρόμοιον δὲ τὸ φύλλον καὶ ἡ ἀνδράχνη. Supra lib. I. ex auctoritate Plinii dixi scribendum ἀδράχνη. qui lib. 13. cap. 22. hæc tradit; *Adrachnen omnes ferè Græci portulacæ nomine interpretantur, cum sit herba & andrachne vocetur, unius litteræ diversitate.* Doctissimus, & in litteris facilè princeps, legit *Andrachnen omnes fere Græculi sed quid est*, inquit, *quod ait Plinius andrachnen arborem ab andrachne herba quæ portulaca est, unius litteræ diversitate discerni? Eruditi viri adrachnen scribendum ajunt, quum de arbore intelligitur. Primum contra librorum fidem; Deinde & auctorum Græciæ auctoritatem; qui ἀνδράχνην arborem passim indigetant: postea nulla diversitas litteræ inter andrachnen & adrachnen, sed una littera minus est quā in altera dictione. Libri hoc loco scriptū habent andraden omninò pro andraclen, nam ita in sequentib. planè præferunt. Ceterùm andracle est silvestris arbor, neque in planis nascens, similis unedoni, folio tantum minore: Ita enim scribitur in antiquis exemplarib.* Et paulò post: *Similis & apharce bifera æque quā andracle, sed & lib. 16. c. 22. Ita disertim in optimo Thuanæo inveni, inter utraque genera sunt andracile, in Græcia & ubique unedo. quod certum pro andracile, pro andracle vel andrachle. Hæc igitur Plinii sententia est, ἀνδράχνην dici de arbore, ἀνδράχνην de herba portulaca, litteræ unius diversitate.* Sed haud scit, vir in omni studiorum genere exercitatissimus, an ita distincta hæc nomina repererit in exemplaribus Theophrasti, quæ tum extabant. Hodie quę extant, hanc differententiam non agnoscunt, sed ἀνδράχνην utramque vocant, tam arborem quam herbam.

herbam. Certè ἀνδράχλη Atticum erat, pro ἀνδράχνη ut; λίτρον pro νίτρον, ἀλάβαστρον pro ἀλάβαστρον & similia. Helladius in Chrestomia apud Phothium: ὅτι τὸ φυτὸν χάμμα μυελὰ ἐστιν ἀμαρτήματα, ὅτι τὸ ἀντὶ τοῦ ὁ σίκυος, ἀμαρτάνοντες λέγουσι ὁ σίκυος, ἐ ἀντὶ τοῦ ἀνδράχνη, ἔτω γὰρ φασὶν οἱ Ἀττικοί, λέγουσι ἀνδράχνη. Si Atticorum est ἀνδράχλη pro ἀνδράχνη, utique tam in arbore quam in herba habebit locum: Nam utraque communiter ἀνδράχνη. Sic erit vana differentia, quâ Plinius herbam ab arbore distinguit vult. Ad Hellanii locum lib. 7. cap. de portulaca respondetur, non peccant contra librorum fidem qui adrachnen scribunt. In Veneta antiquissima editione constanter adrachne scribitur, nisi quod lib. 16. cap. 22. legatur, inter utraque genera sunt andrachne, pro quo in vulgata editione adrachne. Quomodo etiam locis citatis in antiquissima Parmensi legitur. Apud Græcos auctores fatendum, passim legi ἀνδράχλην, si unum locum exceperis Theophrasti lib. 1. hist. cap. 8. ubi in Lugd. editione ἀδράχνη legitur. Sed Plinii loco citato, mendosa & corrupta reliqua Theoph. loca, ubi ἀνδράχνη legitur, doctissimi asserunt. Quod autem scribit doctiss. vir, nullam diversitatem litteræ esse inter adrachnen & andrachnen, verū in altera dictione litteram esse minus; id fatendum est, si strictè verba Plinii sumantur; sin verò paulò laxius accipiamus, secus res sese habet. Nam ubi littera deest, ibi & litteræ est diversitas: nempe quod una absit quę in altera adest. Atque ea Plinii mens, si antiqua & Veneta & Parmensis lectio vera. Sed in tanta rerum diversitate, & obscuritate quilibet sua fruatur opinione licet. Cæterùm, quod etiam prò altera facit opinione, hodie non ἀδράχνη à Græcis sed ἀδράχλα vocatur, ut refert ex Honorii Belli epistolis Carolus Clusius.

Μικρὸν δὲ οὐκ ἄγαν μέγα. Hoc de folio Plinius. *Cæterùm*, inquit, *adrachne est sylvestris arbor, neque in planis nascens, similis unedoni, folio tantùm minore & nunquam decidente.* Quod de arbore Græcus, id de folio Latinus. Falsum est, folia adrachnes minora esse quam arbuti; majora & latiora sunt.

Τὸν δὲ φλοιὸν λευκὸν &c. Æstivo tempore quando rumpitur cortex, colore est medio inter pallidum, & cineraceum: sed hoc non puto novisse Theoph. Saltem non scripsit λευκὸν, verùm λεῖον. Quod non tantùm ex Plinio, verùm ipso probatur Theopprasto: libro enim 9. cap. 4. ubi de Thure agit, scribit. φλοιὸν δὲ ἔχει λεῖον, ὅμοιον τῇ ἀνδράχνῃ. Quod de myrrha accepit Plinius, *corticem levem*, inquit, *similemque unedoni*, Ἀνδράχλην quandoque interpretatur unedonem, quod adrachne unedoni satis similis sit, & in Latio cœlo magis cognita unedo quam adrachne, quæ arbor est Græco ac Cretensi solo familiaris. Nomen habet apud Latinos. Ideò unedonem pro adrachne substituit. Falluntur enim qui ἀνδράχλην arborem reddunt *portulacam*. Hoc obiter. Legit etiam Plinius λεῖον. *cortice*, inquit, *non scabro quidem sed qui circumgelatus videri possit, tam tristis aspectu.* Colligunt quidam, Plinium legisse φλοιὸν λεῖον ἔχει ὲ ἀποπηγνύμενον. quod non adeò absurdum quibusdam videtur. Immo ita scripsisse Theophrastum sibi planè persuadent. πήγνυσθαι & ἐκπήγνυσθαι arbores dicuntur, quæ gelu læduntur. Unde ἀποπηγνύμενον δένδρον, cuius cortex circumgelatur. Nam cortex rumpitur & finditur gelu. Et hæc causa est ῥιζοφλοίας in multis arboribus. Ita multis placet viris etiam doctissimis. Aliter tamen se res habet. Non rumpitur cortex hyeme, sed æstate; cortex. hyme levis est, neutiquam ruptus, Ideò vulgatam servo lectionem, ac lego. φλοιὸν λευκὸν περιρρηγνύμενον; quod cortex quando æstate rumpitur inter album & cineritium colore sit medio, qui albus dici meretur. Sed perinde utrum λευκὸν an λεῖον legas, si λευκὸν dicas quando ruptus cortex est & cadit, ut scribit lib. 1. cap. 8. Theophrasti Adrachnen describunt Clusius & Alpinus; ac quidem Clusius cap. 31. lib. 1. histor. his verbis. *Portulaca; inquit*, (Honorius Bellus Cretensis Medicus) *seu ἀνδράχνη Theophrasti, frequens provenit in Creta, montibus Leucis, & alibi inter saxa, fruticis potius quam arboris modo; perpetua fronde viret, foliaque habet laurinis adeò similia, ut solo odore dignoscantur. Nam adrachnes folium odore caret: caudicis & ramorum omnium cortex adeò lævis, rubens, & splendens est, ut corallii rami esse videantur. Æstate rumpitur cortex, & in tenuissimas bracteas decidit, quo tempore neque rubens neque splendens cernitur, sed medium quendam inter pallidum & cineraceum colorem acquirit.* (hæc omnia observavit Theoph.) *florem & fructum bis, ut arbutus, profert, & hunc quidem adeò similem, ut alterùm ab altero nullo modo dignoscere queas. Differt tamen arbor ab arbuto, quoniam tantùm provenit in montibus, neque folium serratum habet, neque corticem caudicis scabrum. Ligni materies durissima est, fragilis tamen, quia flecti non potest; rusticis igni struendo servit, & ad verticilla conficienda mulierum fusis appendenda; Theo-*

Adrachne cum flore ex Clusio.



Adrachne sine flore ex alpino.

phrastus recenset hanc arborem, inter ea quæ detracto cortice non intereunt, & perpetua fronde virent, hyeméque in cacumine folia retinent: quod ita se habere à me observatum. Vocatur hæc arbor in Creta, & tota ferè Græcia ἀδράχλα. Hęc ex Belli epistola Clusius. De adrachne egit Theoph. lib. 1. cap. 8. & 15. cap. 4. 6. 16. lib. 4. cap. 18. lib. 4. cap. 8. Describit & Adrachnen Alpinus lib. 1. de plantis exoticis cap. 14. his verbis. *Pro portulaca arbore ramus ad me missus est, sine floribus atque sine fructibus, foliis densis, circumquaque stipatis, oblongis, extremis in acutum desinentibus, perpetuò virentibus, quorum superiùs in germine posita arbuto similia sunt, licet latiora apparent, unde in rotunditatem etiam vertuntur. Hæc interna parte nigrescunt, externa albicant, carnosa sunt, & dura, duris longisque & crassis pediculis inhærentia, sursum acta, non serrata: ramus verò hisce foliis præditus ac undique stipatus, cubito longus est, digiti minoris crassitie, cujus cortex cum lævore rubet, ac splendet perinde, ac corallii quasi ramus esse videatur, perpetuáque fronde est. Lignum verò colore albicat, durum: alicujus coloris obscurissimi non expers, & obscurè calfaciens linguam. Non dubito, arborem esse adrachnen, sive portulacam Theoph (quam arborem Petrus Bellonius in Syria offendit) præsertimque, Cum folia sunt arbuto similia, audierimque fructum ferre arbuti. Carolus Clusius lib. 1. rariorum plantarum. ex Honorio Bello expressit iconem habentem, etiam fructus arbuto similes, At non potui non mirari, in ea imagine ramum fructus habentem, & foliis nimis rarum videri, & folia aliquantum foliis arbuti dissimilia, quæ fortasse in ramis fructus habentibus, ita mutari oportebit. Hanc arborem multis etiam locis in sua peregrinatione observavit Petrus Bellonius, atque lib. 2. observat. cap. 104. scribit, iter facienti Halepo Antiochiam, in tumulis nascentem sibi conspectam, cujus ramos suo fructu onustos, quilibet eorum qui comitabantur, abstulerit; ut in itinere ederet: maturus enim erat, elegantique suo colore singulos ad edendum invitabat; racematim autem cohærebat, magnitudine & colore fructus rubus idæi, quem Galli* framboises *appellant, mollisque erat ut arbuti fructus.*

Όμοιον

Ὅμοιον δ' ἐστὶ τούτοις τὸ φύλλον καὶ κοκκυμηλίας. Vertunt, *prunus his folio ſimilis.* κοκκυμηλία Latinis, *prunus.* Sed pruni fructus in pappos non abit, nec huic arbuti adrachnéque folium, nec arbor procera, ſed magna, ut Theoph. lib. 4. hiſt. ſcribit. Mira corruptela in Græco codice. Corrigunt κοκκυμηλείας. Alii ex Plinio corrigunt κοκκυγέας. Nam lib. 13. cap. 22. de arbuto & adrachne egit, ſubjungit, *Similis & coggygria folio, magnitudine minor.* (non dicit Theoph. minorem arborem adrachne, arbutoque, ſed ſimpliciter arborem parvam) *Proprietatem habet amittendi fructum lanugine, (pappū vocant,) quod nulli alii arborum evenit.* Malè ex Theophraſto viri docti corrigunt Plinium, leguntque, *ſimilis & coccymelea folio.* cum Theoph. ex Plinio corrigi debeat, quod prunus fructum papposum non habeat. In antiquo Veneto legitur, *ſimilis & cogrygia eſt folio &c.* In titulo verò capitis congrygia ſcribitur: quomodo etiam in indice ſcribitur: in indice ſcripto coccyciam vocari aſſerit Doctiſſ. Salmaſius, & pro coccycia legendum ait κοκκύγια. Nec dubitat, quin è Plinio corrigendus Theophraſtus, apud quem reponit, ὅμοιον δ' ἐστὶ τούτοις τὸ φύλλον, καὶ τῆς κοκκυγίας; quod in κοκκυμηλίας mutarunt correctores. Heſychius κόκκυγα vocat hunc fruticem, ſed, more ſuo, βοτάνην eſſe dicit; Sic enim & frutices & arbores ſæpe appellat. κόκκυξ τὸ ζῶον, ἢ τὸ ὄρνεον, καὶ ἡ βοτάνη. *coccyx animal, avis, herba.* Fallitur vir magnus, κόκκυξ herba á coccygia diverſa planta, Recentiores cucli florem vocant, de quo alibi nobis agendum erit. Coccygia fortaſſe frutex cujus meminit Theophraſtus dicitur, quod eo vigeat, floreatve, vel fructum ferat tempore, quo coccyx id eſt, cuculus cantat, vel cantare deſinat. Sic apud eundem Heſych. ventus quidam coccygia dicitur. κοκκυγίαν ἄνεμον οἱ κροτωνιᾶται). *Crotoniatæ ventum quendam coccygiam vocant*, quod eo tempore ſpiret quo cuculus coccyzat. Sed unde nomen acceperit frutex hic, me fugit. Illud falſum ſcio, quod ſcribit Plinius, ſolum hujus fruticis, vel, ſi placet, arboris ſemen in pappos abire: nam conſtat, & ſalicis fructum in pappum evaneſcere. Sunt qui coccygiam putant plantam quam vulgò

Cotinus coccigria Theophraſtri.



cotinum coriatam vocant. haud magnæ altitudinis frutex, virgis nigricantibus, tricubitalibus, quandoque majoribus, raro quinque cubitos excedentibus, digitalis craſſitudinis, qui in numeroſos rotundos ramulos, cortice obſcurè rubente veſtitos, dividuntur. Folia firma, venoſa, lata, denſa, terebinthinis foliis fermè paria, latiora tamen, & orbiculato mucrone, oblongis rubentibus pediculis nitentia, tenuiores ramulos amplectuntur, quæ non ineptè comparari poſſunt cum adrachne foliis, ab Alpino delineatis; Odore quodammodo lentiſcino, guſtuque adſtringente, non injucundo tamen. Folia hæc ſub finem æſtatis rubeſcunt, elegantiſſimoque nitore oculos oblectant. In ſupremis ramis emicat veluti racemus quidam, ex viridi palleſcente, qui paulatim in papposum muſcarium explicatur, & evaneſcit, innumeris tenuiſſimiſque capillamentis fuſcis, tortilibus, involutum, nutantibus in militum galeis plumoſis criſtis non abſimile, papporum lanugini interſparſis; ſeminibus ex nigro ruffeſcentibus minutis, figurâ cor æmulantibus. Radix dura, lignoſa, non altè deſcendens, raris fibris donata, ut terebintho. Copioſè creſcit agro Auriaco, quatuor miliaribus Avione, quâ ad inſulas & aquas ſextias itur. Reperitur etiam circa Viennam, locis montanis. Ac illic quidem floret Majo menſe, calidioribus verò locis maturiùs, fructus matureſcit Iulio, & Auguſto. Non videtur huic frutici nomē impoſitum ἀπὸ τοῦ κόκκυγος *à cuculo.* Sed ἀπὸ τῆς κοσχυλίας, quod folia, ſemen, pediculi floris, cortex, rubeant ac purpureſcant. Heſych. κοσχύλιαι τὰ ὄσπρια καὶ πορφύραι. Fortè non ſcribendum κοκκύγια vel κοκκυγέα; ſed vel κοκκονηλεία, ut Ruellius ait, vel, κοσχονηλεία à rubedine, purpureoque nitore: vel, ſi Plinii videtur lectio præſtare, κοσχύλια, Nam in indice & capitis titulo antiqui codicis congrygia ſcriptum eſt. Hę conjecturæ ſunt, quas affirmare nequeo. Sunt qui fruticem deſcriptum cotinum Plinii exiſtimant, cujus lib. 16. cap. 18. mentionem facit his verbis. *Eſt in Appennino frutex, qui vocatur cotinus, ad liniamenta modo, conchylii colore inſignis.* Ex quibus ſanè nemo facilè colligat, an ei ſtirpi, quæ apud herbarios tale nomen obtinuit cotini appellatio rectè tributa ſit. Radix hujus ſtirpis, ut refert Aloiſius Anguillara, lanas pannoſque rubente ruffoque inficit colore. Ideo fortè Plinius conchilii colore inſignem tradidit, Nempe à radice rubente, roſeoque radicis colore, ſeu potiùs tinctura, in montibus Apenninis *roſolo* vocari ſcribunt. Gratianopolitani ejus foliis ſummiſque ramuſculis ad lineas veſtes nigro colore inficiendas utuntur, quas aliis mulierculæ ſuperimponunt, ne ſubjectæ pulvere & ſordibus inquinentur. Alobroges Sabaudi arbuſculas integras, vel earum grandiores ramos delibatos vendunt, ſuaque lingua *fuſtet* vocant, ad pannos, ut Lugdunenſis refert, luteo colore tingendos. Is enim eſt ligni color. Diænſes Allobroges ſua lingua *Rhu* vocant, corticeque coria ſpiſſant, ac concinnant. Id quod nonnullos movit, ut *rhoem* coriariorum eſſe crederent, alios, ut cotinum coriarium vocarent. Cotini nomen Cluſius inditum putat à foliorum tabeſcentium rubro colore, quo cotinum inficere ſcribit Plinius. Scribunt alii, κοτίνους eſſe circeos floccos, quales in galeis, aut galli gallinacei vertice viſuntur; qua de ſimilitudine floris dictus fuit hic frutex, qui è ſummis virgultis pulcherrimum lanificium tollit, ſericeo vellere & contextu calamiſtratū, quod criſpatur & explicatur in latam cęſariem, crinibus puniceis, fuſcis, & tortilibus. Nuſquam legi hanc κότινον habere ſignificationem. apud Heſych. lego κότικοι αἱ περικεφαλαῖαι, id eſt, *cottici galeas ſignificant.* Apud eundum κόγκυγα περικεφαλαίαν ſignificare reperio. κότινος ei arbor eſt, quam oleaſtrum vocant.

Φελλός. Nomen accepit παρὰ τὸ φελλίζειν à levitate, quod aquis ſemper innatet, nec obruatur. Eadem de cauſa ἴψος dicitur, quod ſemper altum petat. ὀξυτόνως verò hederam ſignificat. Heſychius ἰψὸν τὸν κισσὸν θούριοι, ἶψον δεσμωτήριον. *Ipſon Thurii hederam vocant accentu in ultima, ipſon accentu in penultima, carcerem.* Apud Theop. lib. 3. cap. 6. accentu in penultima ἶψος ſcribitur, exponunt *ſuber.* Vide Annotationes. Latinis ſuber dicitur à Græco σύφαρ, quod, teſte Suida, τὸ δέρμα ſignificat. σύφαρ. τὸ δέρμα ὁ ἀνθρώπινον καὶ μὰ τὸ ῥικνὸν σύφαρ ἐμόν. καὶ τοῦτο τὸ δένδρον αὖον ἐόντερ. καλλίμαχος ἐν ἑκάλῃ· τὸ σύφαρ ἔνδυμα τοῦ ὄφεως καὶ τοῦ τέττιγος παρὰ τὴν λεπίδα. *Syphar corium pelliſque humana. Certè nequaquā mihi pellis rugoſa. Certè hæc arbor ſicca exiſtens. Callimachus in Hecale. Syphar indumentum anguis & cicadæ, ob ſquammas.* Heſychius σύφαρ γῆρας, ὑπέρτατον, οἱ δὲ τὸ τοῦ ὄφεως, καὶ τὸ ἐρρυτιδωμένον σῦκον, καὶ τὸ ἐπὶ γάλακτος προφανές. *Syphar ſenectus ſuprema, exuvium anguis, ficus rugoſa, & quæ in lacte ſupernatat pellicula.* Pellem igitur, & exteriorem corticem ſignificat. σύφαρ, *ſuber*, idem quod φελλός, ὁ ὑπέρτατος φλοιός. Arbor enim aliud nihil quam cortex. Ideo Plin. lib. 16. c. 8. *Suberi minima arbor, glans peſſima, rara,*

rata, cortex tantùm non fructu præcrassus ac renascens, atque etiam in denos pedes undique explanatus. Usus ejus ancboralibus maximè navium, piscantiumque tragulis, & cadorum obturamentis: præterea in hyberno fœminarum calceatu. Quamobrem non infacetè Græci corticis arborem appellant. Sunt & qui fœminam ilicem vocent. atque ubi non nascitur ilex, pro ea subere utantur, in carpentariis præcipuè fabricis, ut circa Elin & Lacedæmonem. Nec in Italia tota nascitur aut in Gallia omninò. Postremum, ut mox dicam, falsum, quod præcedit, de phellodry dixit Græcus auctor, Latinus malè suberi adscribit. Vide Theophrastum de phellodry. *Non infacetè*, inquit, *corticis arborem appellant.* Videtur φελλὸν quasi φλοιὸν dici voluisse. Certè φελλὸς arboris cortex, leveque lignum. Hesychius φελλὸς σκληρὸς τόπος, καὶ δυσεργὸς, καὶ ἐξ ἐπιπολῆς πετρώδης, καὶ φλοιὸς δένδρου, καὶ ξύλον ἐλαφρόν. *Locus siccus, & difficilis, ut plurimùm petrosus, & cortex arboris, lignumque leve.* Suberem etiam simpliciter corticem vocarunt Latini. Quod non difficulter probari potest. Apud Strabonem in adagio legimus, κουφότερον εἶναι φελλοῦ, *subere leviorem esse.* Hoc expressit. Horat.

Lib. 3. od. 4.

Quanquam sydere pulchrior
Ille est, tu levior cortice, & improbo
Iracundior Adria.

Idem satyra 4. lib. 1.

— Simul ac duraverit ætas
Membra animumque tuum, nabis sine cortice. —

Id est, ἄνευ φελλοῦ. Pindarus in Pythiis hymno secundo.

——— ἀβάπτιστός εἰμι φελλὸς ὡς
ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας.

— immersabilis sum ut suber, (sive cortex)
super superficiem maris.

Ad hoc allusit idem Horatius de Ulysse loquens epistol. lib. 1.

Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa
Pertulit, adversis rerum immersabilis undis.

Quia suber mergi nequit, piscatores ea utuntur sustinendis retibus, plumbeis glandibus in profundum dejectis. Hunc usum non tantùm apud Batavos, Gallos, Hispanos, Germanos habet, sed etiam apud Græcos & Latinos. Suidas φελλὸς; ἀβάπτιστόν τε καθ' ὕδωρ φελλὸν ἀεὶ κρυφίων σῆμα λαχόντα βόλων; *Phellos immersabilis aquis, semper occultum rete piscatorium quasi sorte indicans* Plinius, *usus ejus anchoralibus maximè navium* (eundem hodie apud Batavos usum præstat,) *piscantium tragulis, & cadorum obturamentis, præterea in hyberno fœminarum calceatu.* Calceariis expetitam valdè suberem ad crepidas conficiendas quilibet novit. Græciæ Bataviæque puellæ virgines, non valetudinis causa, sed superbiæ gratia hujusmodi calceos gestant, ut majores, grandioresque videantur. Clemens Alexand. 3. pædag. ex Alex. Comico.

Τυγχάνει μικρά τις οὖσα, φελλὸς ἐν ταῖς βλαυτίοις ἐγκέκαττυται.


Parva videtur quædam esse, in calceis insuatur suber.

Ἐν τυῤῥηνίᾳ in Aldino & Basil. codice πυῤῥηνίᾳ. Quam cur rejecerint lectionem causam video nullam. In Pyrrhenæis montibus frequens, etiam in Aquitania Pyrrhenæis adjacente regione. Nec in Tyrrhenia sive Hetruria reperiri nego; sed vulgatam si velis sequi lectionem, non uno loco corruptus erit codex: sin vero Aldinam & Basiliensem serves, nulla opus mutatione. Vides Plinii erratum, qui nec in Gallia, nec in Italia nasci tradit suberem, cum in utraque frequens reperiatur.

Τὸ δὲ δένδρον. Plinius loca citato. *Suberi minima arbor, glans pessima, cortex tantum &c.* Hæc falsa sunt. Scribe, cum Dalecampio. *Suberi non minima arbor, glans pessima:* suber enim mediocris magnitudinis arbor, ilice plerumque major, caudice, ubi adolevit, longè crassiore, ὀλιγόκλαδος sive paucorum ramorum; sed ilignis sunt firmiores.

Τὸν δὲ φλοιὸν παχὺν ἔχει &c. Cortex crassus admodùm ac densus, carnosus, scaber, rimosus, qui, nisi suo tempore detrahatur, sponte dehiscit, ac in fragmenta sese separat, alioque subnascente expellitur, eo sublato, qui subest novellus adeò rubet, ut procul aspicientibus arbores

Suber.



rubrica aut minio pictæ videantur. Quinqueranus, qui de laudibus Provinciæ scripsit, triplicem suberi corticem tribuit. Sed præstat ipsum audire; nam quædam in ejus historia tradit ab aliis hactenus non observata. *Suberis,* ait, *arbor uberrimè in Olbiensi ora provenit, ilicis specie glande majore, & deteriore, trunco ingenti. Hunc vestiunt cortices terni; primus præcrassus, qui in cadorum & omnium penè vasorum obturamenta adsciscitur, piscatorum retia, contra premente plumbo, elevat, ex eo etiam fiunt alvearia. Secundus crepidas munit, & hibernum calceatum. Ex tertio subtili atque admodum delicato, fiunt pateræ, è quibus quicquid becticis propinatur, magna utilitate hauritur. Eo melior hæc arbor, quo vetustior: detrahendis corticibus hæc est ratio: qua stipes telluri committitur, circumscinditur ad lignosam usque materiem, pariterque in summis humeris, antequam in brachia dividat sese: mox à summo ad imum finditur: detrahiturque triplex cortex. Non explanātur aqua, sed igni, nec demuntur, nisi tertio mox anno: quod si paucis diebus à tonsura largi imbres intervenerint, arbor interit, quod rarò accidit, nimirum regione calida & sicca, & temporum observatione rarò fallente.* Hactenus Quinqueranus. *Verùm in Hispaniis,* inquit diligentissimus Carolus Clusius, *primum illum præcrassum corticem duntaxat detrahere solent: quo non modo ad cadorum obturamenta, alvearia, & nonnulla etiam vasa rustici utuntur; sed etiam ad tuguriorum, & murorum prætexta, præsertim in ea Boëticæ parte, quam Estremaduram vocant; ubi interdum totis pagis, ædes magnis suberis fragmentis, imbricum loco, tectas conspicere licet. Idem cortex exteriore illa scabritie derasa, muniendis crepidis & hyberno calceatui idoneus:* Itaque videtur Quinqueranus, præter veterum auctorum sententiam, ex præcrasso illo, externoque cortice binos fecisse; nam scabritia illa exterior ad nullam rem utilis. De cortice suberis vide cap. 8. lib. 1. cap. 18. lib. 4. hist.

Τὸ δὲ φύλλον ὅμοιον ταῖς μελίαις, παχὺ, ἀσύμμετρον. Nihil similitudinis cum fraxini folio habet. Corigunt, ἐλαίαις. Certè suberis genus perpetui folium, à Mathiolo descri-

ptum

ptum, folia fert, quæ non ineptè oleæ comparari possunt: est enim folio angustiore, prolixiore, & acuminatiore, ut pictura ostendit; sed oleæ non est oblongius. Scribo, μηλέας. Mali folium quadantenus refert, sed oblongius malo, & crassum; per marginem nonnihil incisum & aculeatum. Vide utriusque iconem, folium suberi iligno majus, rotundius, mollius, & supernè magis virens, per marginem incisum & aculeatum, quandoque verò longius, & acuminatum, minimè dentatum. Mathioli oleæ folio suber in Pisano agro frequens.

Οὐκ ἀείφυλλον ἀλλὰ φυλλοβολοῦν. Qui vulgatam defendunt lectionem, τυῤῥηνίαν, ii necessariò legere debent οὐκ ἀείφυλλον, ἀλλὰ μὴ φυλλοβολοῦν. In Pireneis montibus & Aquitania foliis hyberno tempore exuitur; ut Diligentiss. observavit Carolus Clusius, cum Aprili in Hispanias proficisceretur: foliis enim viduatæ erant, quotquot suberis arbores circa Bajonam conspexit. Contra verò in Italia & Hispania perpetuò virent. Vulgatam ergo lectionem retinere debent qui πυῤῥηνίαν ex Aldino & Basiliens. legunt, Robertum verò Constantinum sequi debent, qui τυῤῥηνίαν legunt, ut Lugduno-Batavus codex habet.

Καρπὸν δὲ ἀεὶ φέρει βαλανηφόρον, ὅμοιον τῇ ἀρίᾳ. Scribe, καρπὸν δὲ ἀεὶ φέρει βαλανώδη ὅμοιον τῇ ἀρίᾳ, non ut in Ald. & Basiliens. legitur ἀγρίᾳ. Si ἀγρίᾳ legere placet, tum concedendum, ilicem fœminam ἀγρίαν non ἀρίαν vocari. Vertunt, *aquifoliæ similem*. Rectiùs, *aquifoliæ ilici similem*. Nam quam vulgo aquifoliam vocamus, baccifera est; glandem verò fert suber. Glans calici majori, hispido, aspero, magisque echinato insidet, quàm ilici, magna, ubi maturuerit, nigricans, iligna longior, & obtusiore cuspide, adstringens, & exsiccans, & gustu multò quàm iligna ingratior. Magna ex parte conjunctim nascitur, ut avellana, sed crasso, breviq; petiolo, & firmiore quam iligna. Ramis nonnunquam adnascuntur dura & lignosa quędam cinerei coloris tubercula, adeò firmiter inhęrentia, ut nisi fracto ramo, eximi non possint.

Περιαιροῦσι &c. Plinius lib. 17. cap. 24. *Cortice in orbem detracto necantur, excepto subere, quod sic etiam juvatur. Crassescens enim præstringit & strangulat.* Vide cap. 18. lib. 4. hist. Vide cap. 21. & 24. lib. 5. Causar.

ΚΕΦ. ΙΖ.

CAP. XVII.

De colutea, colyteaque, & lauru Alexandrina, ficóque, & viti: déque ea vite, quam vocant phalacras: Quótque rhamnorum genera, Item de æquo, & paliuro.

Ἴδιον δὲ καὶ ἡ " κολυτέα περὶ Λιπάραν. δένδρον μὲν εὐμέγεθες. τὸν δὲ καρπὸν φέρει ἐν λοβοῖς ἡλίκον φακός· ὃς πιαίνει τὰ πρόβατα θαυμαστῶς. φύεται δὲ ἀπὸ σπέρματος καὶ ἐκ τῆς τῶν προβάτων κόπρου μάλιστα. ὥρα δὲ τῆς φυτείας, ἅμα ἀρκτούρῳ δυομένῳ. δεῖ δὲ φυτεύειν προβρέχοντας. ὅταν ἤδη † διαφυσᾶται ἐν τῷ ὕδατι. φύλλον δ᾽ ἔχει παρόμοιον ‡ τύλῃ. βλαστάνει δὲ τὸ πρῶτον μονοφυὲς, ἐπὶ ἔτη μάλιστα τρία. ἐν οἷς καὶ τὰς βακτηρίας τέμνουσι. δοκοῦσι γὰρ εἶναι καλαί. καὶ ἐάν τις κολούσῃ, ἀποθνήσκει. καὶ γὰρ ἀπαράβλαστόν ἐστιν. εἶτα " σχίζεται καὶ ἀποδενδροῦται τῷ τετάρτῳ ἔτει. ἡ δὲ περὶ τὴν Ἴδην, ἣν καλοῦσι κολυτέαν, ἕτερον εἶδός ἐστι. θαμνῶδες δὲ καὶ ὀζῶδες, καὶ πολυμάσχαλον· σπάνιον † δὲ, οὐ πολύ. ἔχει δὲ φύλλον δαφνοειδὲς πλατυφύλλου δάφνης. πλὴν στρογγυλότερον καὶ μεῖζον, ὥσθ᾽ ὅμοιον φαίνεσθαι τῷ ‡ τῆς πτελέας. προμηκέστερον δέ. τὴν χροίαν ἐπιθάτερα χλωρόν· ὄπισθεν δὲ ἐπιλευκαῖον. " καὶ πολύϊνον ἐκ τῶν ὄπισθεν ταῖς λεπταῖς εἰσί· καὶ ταῖς ῥίζαις, καὶ μεταξὺ τῶν πλευροειδῶν ἀπὸ μέσης κατατεινουσῶν. φλοιὸν δ᾽ οὐ λεῖον, ἀλλ᾽ οἷον τὸ τῆς ἀμπέλου. τὸ δὲ ξύλον σκληρὸν καὶ πυκνόν. ῥίζας δὲ ἐπιπολαίους καὶ λεπτὰς καὶ μανάς. οὔλας δὲ ἐνίοτε καὶ ξανθὰς σφόδρα. καρπὸν δὲ οὐκ ἔχειν φασὶν οὐδὲ ἄνθος. τὴν δὲ κορυνώδη κάχρυν καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς περὶ τὰ φύλλα λείους σφόδρα καὶ λιπαροὺς καὶ λευκούς. τῷ σχήματι δὲ καχρυώδεις. ἀποκοπὲν δὲ καὶ ἐπικαυθὲν, παραφύεται καὶ ἀναβλαστάνει. ἴδια δὲ καὶ τάδε περὶ τὴν Ἴδην ἐστίν, οἷον ἥ τε Ἀλεξανδρεία καλουμένη, δάφνη καὶ συκῆ τις καὶ ἄμπελος. τῆς μὲν οὖν δάφνης ἐν τούτῳ τὸ ἴδιον, ὅτι ἐπιφυλλόκαρπόν ἐστιν, ὥσπερ καὶ ἡ κεντρομυρρίνη· ἀμφότεραι γὰρ τὸν καρπὸν ἔχουσιν ἐκ τῆς ῥάχεως τοῦ φύλλου. ἡ δὲ συκῆ, θαμνῶδες μὲν, καὶ οὐχ ὑψηλόν. πάχος δ᾽ ἔχον, ὥστε καὶ πηχυαῖον εἶναι τὴν περίμετρον· τὸ δὲ ξύλον ἐστραμμένον, γλίσχρον. κάτωθεν μὲν λεῖον καὶ ἄοζον, ἄνωθεν δὲ περίκομον. χρῶμα δὲ καὶ φύλλου καὶ φλοιοῦ, † πελιόν· τὸ δὲ σχῆμα τῶν φύλλων ὅμοιον τῷ τῆς φιλύρας, καὶ μαλακὸν δὲ καὶ πλατὺ, καὶ τὸ μέγεθος παραπλήσιον ὡς αὐτὸς με-

" κολοιτία. † διαφυσᾶται Const. διαφύηται Bas. ‡ τύλει Constant. Scribe ἰτέῃ. " σχίζονται Bas. † δὲ, καὶ οὐ Gaza. ‡ μελίας vir doctus Scribe μηλέας. " καὶ πολύϊνον, ἐκ τῶν ὄπισθεν ταῖς λεπταῖς εἰσί μεταξὺ τῶν πλευροειδῶν ἀπὸ μέσης κατατεινουσῶν. † πελιὸν Bas. Const. Lexico.

" Colutea quoque Liparæ propria traditur. Arbos magnitudine præstans, fructum in siliqua ferens, magnitudine lentis, qui oves mirum in modum pinguefacit. Nascitur semine, & fimo præcipuo ovillo. Tempus serendi, cum Arcturus occidit. Serendum semine † præmadefacto, cum jam in aqua ‡ pullulare inceperit. Habet folium non absimile " fœnogræco: germinat primo † unicaulis, triennio maximè. Quo quidem tempore baculos decidunt: tunc enim præstantiores esse videntur: & si ita quis decurtaverit, mox arbor emorietur. ‡ haud enim latere plantigero constat. spargitur deinde in ramos, quartoque anno arborescit. Arbor circa Idam proveniens, quam colyteam vocant, genus aliud est, fruticosum, ramosum, alosum, inventu rarum, non crebrum: folio laurino lauri latifoliæ, sed rotundiori, ampliorique, ut vel ulmeo simile appareat, oblongius tamen: " colore parte altera herbido, tergo autem albido, nervosoque. Tum ibidem nervulis prætenuibus fibrisque, tum inter eas propagines, quæ de medio callo, in costarum speciem adducuntur, cortice non lævi, sed quasi vitis vestitur: ligno duro, spissoque constat: radices per summa graciles, † atque solutas gerit, sed vibratas, flavasque majorem in modum: fructu, floreque carere putatur. ‡ Amentum autem, surculum, gemmasque circa folia, admodum læves, pingues, candidasque, facie amentacea fundit; præcisa, vel igne deusta, ab imis subnascitur, atque resurgit. Illa quoque propria esse circa Idam feruntur, laurus Alexandrina cognominata, & ficus quædam, vitisque. Lauri proprietas, " quod fructum super folia gignit, quemadmodum myrtus sylvestris: quippe fructum ambæ super dorsum folii ferunt. Ficus fruticosa est, nec excelsa sed crassa, ut vel cubitali ambitu sit, ligno contorto, † lento, colore tam folii, quam corticis livido: figura foliis tiliæ similis. Mollia quoque, lataque sunt, magnitudine similia. Flos mespili, & cum mespilo flo-

" coloetea. † ante macerato. ‡ tumere. salici. † singulari caudice. ‡ stolonibus enim non regerminat, spargitur deinde in ramos. " colore altera parte viridi, inferiore & aversa caudicante, tenuibus multis fibris nervosum, inter eas fistis, quæ costarum instar à media protenduntur. Vide commentar. † atque raras gerit, easq; crispas flavasque. ‡ putatur: cachryn autem clavatam, gemmasque. " quod φυλλόκαρπος, id est, fructum

ferat folii tergo quemadmodum ruscus; quippe fructus utrique dorso ipsius folio insidet. Vide cap. 16. lib. 1. circa finem. † lento, parte inferiore minime nodoso, lævi, superiore in orbem comoso, colore. Gaza, lento, inferiùs lævi, nulloque ramo superiùs, gyro comato, color: tam folii quam corticis livido.

ret.

πιλῶδες. καὶ αὐθις ἅμα τῇ μεσπίλῃ. ὁ δὲ καρπὸς, ὃν καλοῦσι σῦκον, ἐρυθρὸς ἡλίκος ἐλαίας· πλὴν στρογγυλώτερος. ἐσθιόμενος δὲ, μεσπιλώδης. ῥίζας δὲ ἔχει παχείας, ὡς αἱ συκῆς ἡμέρου, καὶ γλίσχρας. ἄσαπὲς δέ ἐστι τὸ δένδρον, καὶ καρδίαν ἔχει στερεὰν, οὐκ ἐντεριώνην. ἡ δὲ ἄμπελος φύεται † μὲν τῆς Ἴδης περὶ τὰς Φαλάκρας καλουμένας· ἔστι δὲ θαμνῶδες ῥαβδίοις μικροῖς. τείνονται δὲ οἱ κλῶνες ὡς πυγωνιαῖοι. περὸς οἷς ῥᾶγες εἰσὶν ἐκ πλαγίου μέλαιναι. τὸ μέγεθος ἡλίκος κύαμος, γλυκεῖαι. ἔχει δὲ ἐντὸς γιγαρτῶδές τι μαλακόν· φύλλον στρογγύλον, ἀσχιδὲς, μικρόν. ἔχει δὲ καὶ τ' ἄλλα σχεδὸν ὄρη φύσεις τινὰς ἰδίας. τὰ μὲν δένδρων, τὰ δὲ θάμνων, τὰ δὲ ἄλλων ὑλημάτων. ἀλλὰ γὰρ περὶ μὲν τῆς ἰδιότητος εἴρηται πολλάκις, ὅτι γίνεται καθ' ἑκάστους τόπους. ἡ δὲ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὁμογενέσιν ἡ διαφορὰ, " καθάπερ ἐστὶ καὶ τῶν δένδρων καὶ τῶν θάμνων, ὁμοίως ἐστὶ, καὶ τῶν ἄλλων ὥσπερ εἴρηται τῶν πλείστων. ὥσπερ καὶ ῥάμνου, καὶ παλιούρου, † καὶ ἴζου, καὶ ῥοῦ, καὶ κιττοῦ, καὶ βάτου, καὶ ἑτέρων πολλῶν· ῥάμνος τε γὰρ ἡ μὲν ἐστὶ μέλαινα, ἡ δὲ, λευκή. καὶ ὁ καρπὸς διάφορος. ἀκανθηφορεῖ δὲ ἄμφω. τοῦ τε † ἴσου τὸ μὲν, λευκὸν, τὸ δὲ, μέλαν. καὶ τὸ ἄνθος ἑκατέρου καὶ ὁ καρπὸς κατὰ λόγον. ὁ μὲν, λευκός· ὁ δὲ, μέλας. ἐνίων δὲ καὶ ὥσπερ ἀνὰ μέσον ὂν τὸ ἄνθος ἐπιπορφυρίζει. καὶ οὔτε οἰνωπὸν οὔτε ἔκλευκόν ἐστιν, ὥσπέρ τινων. ἔχει δὲ καὶ τὰ φύλλα λεπτότερα καὶ λειότερα καὶ τὰς ῥάβδους, τὸ λευκὸν ὄ, τε παλίουρος ἔχει διαφοράς, ἅπαντα δὲ ταῦτα καρποφόρα. καὶ ὅγε παλίουρος ἐν λοβῷ τινι τὸν καρπὸν " ἔχει, καὶ ὑπὲρ τῶν φύλλων. ἐν ᾧ τρία ἢ τέτταρα γίνεται. χρῶνται δὲ αὐτοῖς πρὸς τοὺς βῆχας οἱ ἰατροὶ κόπτοντες. ἔχει γάρ τινα γλισχρότητα καὶ λίπος. ὥσπερ τὸ τοῦ λίνου σπέρμα. φύεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς ἐφύδροις. καὶ ἐν τοῖς ξηροῖς, ὥσπερ ὁ βάτος. οὐχ ἧττον δέ ἐστι τὸ δένδρον πάρυδρον. φυλλοβόλον δὲ, καὶ οὐχ ὥσπερ ἡ ῥάμνος ἀείφυλλον.

† μὲν περὶ τῆς Ἴδης περὶ δὲ τὰς *Baſ.*

* καθάπερ καὶ τῶν δένδρων καὶ τῶν θάμνων ὁμοίως ἐστὶ καὶ ἄλλων (ὥσπερ εἴρηται) τῶν πλείστων *Ald. Baſ.* καθάπερ τῶν δένδρων καὶ τῶν θάμνων ὁμοίως ἐστὶ (καὶ τῶν ἄλλων ὥσπερ εἴρηται) τῶν πλείστων *Conſt.*

† οἴσου.

‡ οἴσου.

" ἔχει ὑπὲρ τῶν φύλλων. ἔχει καθάπερ τὸ φύλλον, ἐν ᾧ *Baſ.*

ret. Fructus, quem ficum appellant, rufus, magnitudine olivæ, ſed rotundior, guſtu meſpilaceus: craſſas radices agit ut ficus urbana, lentaſque. Nunquam hæc putret, & cor ſolidum, non mollem medullam continet. Vitis naſcitur ea parte Idæ, quam vocant Phalacras. Eſt fruticoſa, virgis parvulis, & ramulis cubitalibus penè exporrigitur: quibus acini laterales nigri adhærent, magnitudine ‡ fabæ, dulces, qui lignum vinacei modo intus continent: folium rotundum, individuum, parvumque. Cæteris quoque montibus propria quædam natura dederat, aliis arbores, aliis frutices, aliis reliquæ materiæ aliquid. Sed proprietatem ſingulis locis ineſſe, dictum ſæpius eſt. Diſcrimen autem quod in prædictis unigenis, tam arboribus quam fruticibus percipitur, in reliquis quoque plurimis pari modo, ut expoſuimus, intelligi poteſt. Exempli gratia: in rhamno, " paliuro, æquo, oëco, fluida, edera, rubo, multiſque aliis. Rhamnorum enim alia nigra, alia candida, fructuſque diverſus, ambæ verò aculeigeræ, † Æquorum quoque alia candida, alia nigra: & flos fructuſque utrique pro ratione diſcriminis alius candidus, alius niger. Nonnulli etiam medii quodammodo ſunt, quibus ‡ flos in purpuram candicans. nec enim fulvus, nec exalbidus eſt. folia quoque tenuiora, lævioraque candidæ, ut virgæ, ſimiliter graciles, & læves. Paliurus quoque differentias nonnullas habet: omnes autem fructiferæ ſunt. Et paliurus quidem in ſiliqua " fert, in qua terna, aut quaterna ſemina gignit, quibus medici contra tuſſim contuſis utuntur: habent enim lentitiam quandam, atque pinguedinem, ut ſemen lini. Naſcitur locis dilutis, & aridis ſicut rubus, ſed non minus diluta quærit. Foliis deciduis eſt, non perpetuis, quemadmodum rhamnus.

‡ *fabæ Græcæ, dulces.*

" *paliuro, vitice, rhoe vulgo ſumach vocant, hedera.*

† *viticum.*

‡ *flos colore purpureæ violaceæ: nec enim vinoſo, exactéq; albo eſt.*

" *fert, ſupra folia, in qua.*

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἡ δὲ περὶ τὴν Ἴδην, ἣν καλοῦσι κολυτέαν. *Caput hoc, qui cum ſuperiore fecerunt, ut eſſet unum, nominis vicinitate adducti ſunt.*

Ἀπὸ μέσης. *Theodorus florida interpretatione uſus eſt: & addidit,* callum. *Et legit rectè,* φλοιὸν δ' ἐ λεῖον. non autem λίαν.

Οὔλας δ' οὐ σείρας. *Theodorus,* radices vibratas. *ambitioſè. In Codice Ruellii,* fibratas.

Ἴδια δὲ τάδε περὶ τὴν Ἴδην. *Et hoc adjungas ſuperioribus locorum ratione. Idæ enim ſunt peculiares. Feſtivum verò. Nam quomodo Idæ fuerit propria laurus ea, quæ Alexandrina nominatur? Nota* κενταυρομυρρίνη. *& quæ relata ſunt in noſtros Commentarios.*

Ἡ δὲ συκῆ. *Profectò vanos mortales. Nihil ficus obtinet, non colorem, non folium, non fructum. Floret hæc, non floret ficus: poſtremò lignum diſſimile, tum conſtitutione, tum natura.*

Φαλάκρας, calvas. *Quemadmodum nobis multi colles, & montes noti ſunt hoc nomine. Legit Theodorus,* πηχυαῖοι, *non,* πυγωνιαῖοι. *& omiſit,* μαλακόν.

Ἔχει δὲ καὶ τ' ἄλλα. *Materia diverſa hæc. aliud igitur caput. Quæ cuique loco natura conveniret, docuit ſuprà. Nunc differentias tractat à ſpeciebus adeò inconditè: quod & hîc monere decuit: vagatur. Minoris tamen materiæ argumentum eſt, ut fruticum, atque ejuſmodi.*

Ῥάμνου. *Mirificum illud. Inturim, & alia ex Dioſcoride Latina arceſſit ſæpe. multa fingit.* Nunc ſpinam cervalem *ponere noluit. At,* ἴσον, æquum, *vertit. Et* ῥοῦ, fluidam *interpretatur. Cæterùm* ῥοῦς, *nomen eſt Syrum, ſicut & infrà.*

Ὅτι παλίουρος ἔχει διαφοράς. *At eas quare non ponit? Paliurum eſſe ignoratum à recentioribus, docuimus in commentariis.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Κολυτέα. *Colutea notiſſima, vulgò* Baguenaudier.

Λοβοῖς. *Hîc ſiliquis ſi dicas, falſum; non enim ſiliquatur, ſed fert folliculos ſive veſiculas, id eſt,* φύσιγγας *ſive* φυσαλία καὶ θυλάκια, *Quæ* λοβοῦ *voce Theophraſtus etiam complecti ſolet, ut oſtendam exemplis in Supplemento linguæ Græcæ.*

Φακόν. *repone* φακοῦ, *vel* φακός. Διαφύονται. *lego* διαφυσᾶν.

Τύλη. *ſcribendum* τῆλι, *quod eſt fœnum Græcum, ſilicia & ſilicula Varroni & Plinio. ſiliqua etiam Columellæ.* Κολέσηι. *Hinc* τῆς κολυτέας *etymologia.*

Εἶναι. *Hic finis parentheſis, cujus principium poſt* τρία.

Σχίζεται. *ſubſtitue* σχίζεται. Κολυτέαν. *Quæ ſit hæc Colytea quærendum, Non enim eſt ſorbus torminalis, Nam hæc κράταιγος: nec Ornus, quæ fraxinus eſt ſylveſtris Columellæ, cujus caudex lævis. Putant quidam carpinum eſſe vulgarem.*

Πτελέας. *Superius* περὶ μελίας *dicebat,* τὰ δὲ φύλλα τῷ μὲν σχήματι δαφνοειδῆ, πλατύφυλλα δάφνης. *Quibus conſtat, hunc locum depravatum eſſe, legendumque* μελίας. *Nam lauri ut ulmi in foliis, quæ ſimilitudo & convenientia? Supra* ὡς δ'. δὲ *illud vacat.* Καὶ πολύϊνον, ἐκ τῶν ὄπισθεν ταῖς λεπτοῖς εἰσὶ καὶ ῥίζαις, καὶ μεταξὺ τῶν πλευρῶν ἀπὸ μέσης κατατεινουσῶν. *Supra cap.* 10. *non diſſimilis oratio, quam ita caſtigavimus,* Πολύϊνα δὲ, καὶ ἀπὸ τῆς μέσης πλευροειδῶς τῶν ἄλλων οὐδεῖον καὶ μεγάλην κατατεινουσῶν. *Igitur hîc ſic corrigo,* Πολύϊνον ἐκ τῶν ὄπισθεν ταῖς λεπτοῖς εἰσὶ καὶ ῥίζαις μεταξὺ τῶν, &c.

Ἀλεξάνδρεια. *Et Plinius laurum Alexandrinam & Idæam vocari tradit lib.* 15. *cap.* 30. *Sed dicet aliquis, ſi Idæa, quomodo erit Alexandrina? Sic pro Theophraſto & pro ſe reſpondet idem Plinius lib.* 5. *cap.* 30. Aeolis proxima eſt, quondam Myſia appellata, & quæ Helleſponto adjacet Troas. In hoc tractu Ida mons. Ipſáque Troas Antigonia

tigonia dicta, nunc Alexandria, colonia Romana, &c.

Ἐπιφυλλόκαρπος, & Κεντρομυῤῥίνη, de quibus copiosè scribitur in Crispini Lexico. Ἡ δὲ συκῆ. *Arbor ea quæ in monte Equebelletto circa sacellum provenit, ea ficus esse creditur de qua hoc loco. Plinius lib. 15. cap. 18. de ficorum generibus.* Idæa rubet, *inquit*, olivæ magnitudine, rotundior tantùm, sapore mespili. Alexandrinam hanc ibi vocant (*at hoc Theophrastus non de ficu, sed de lauro*) crassitudine cubitali ramosam, materia validam, lentam, sine lacte, (*hoc adjecit de suo*) cortice viridi (*at Theophrast.* χρῶμα τοῦ φλοιοῦ πέλιον *esse ait*) folio tiliæ, sed molli.

Περὶ μήτραν. *Legito* ἀμήτρον. Καρδίαν. *Sic medullam eduram ac solidam appellare consuevit, ut cedri: fungosam verò sambuci* ἐντεριώνην. *De hoc Constantinus in supplemento Linguæ Græcæ.* Ἄμπελος φύεται. *Apud Galenum lib. 7. de comp. med. κατὰ τόπους cap. 4.* ἀρκτοσταφυλὴ *planta, id est, uva ursina, quæ in Ponto nascitur, humilis, fruticosa, folio arbuti; cujus fructus rubet, saporis austeri. Adhuc in Apennino vocatur* vigna dell'Orso, *quam vult esse vitim Idæam Theophrasti vir maximus in cognitione stirpium Anguillara. Quid verò sit vitis Idæa, docetur in Lexico Crispini in voce* ἄμπελος. Πυγωναῖοι. *rectè à* πυγών, *ut à* πῆχυς πηχυαῖοι. Κύαμος. *Nec hoc loco de faba nostrate intelligendum, sed de faba Græciæ, à cujus similitudine etiam κύαμος, de qua bestiola in ea voce copiosè in Crispiniano Lexico dicitur.*

Καθάπερ ἡ, *& cætera quæ sequuntur valde depravata. Ita repono;* καθάπερ τῶν δένδρων, καὶ τῶν θαμνῶν ὁμοίως ἐστὶ (καὶ τῶν ἄλλων, ὥσπερ εἴρηται) τῶν πλείστων. Ἴσα. *hîc & infra corruptè pro* οἴσα. Οἶτος *verò sive* οἰσύα, τῆς ἰτέας, *id est, salicis, species est; ut & Latinis salix Amerina. Sed & οἶτος (ut hoc loco, & apud Eustathium in Homerum, quod adnotavimus in Supple. linguæ Græcæ) est vitex quæ in ambitu nominum est,* λύγος *quæ &* ἄγνος *appellatur; quam & arborescere dixit lib. primo. Atque ex hoc authoris loco, & Dioscoride, viticis duo genera leges apud Plin. lib. 24. c. 9. Dicit autem Theophrastus, ut in arboribus, sic juxta in fruticibus diversas species inveniri: qui appositè arborum tractationi & fruticum in specie varietatem subjungit.* Ἐπιπορφυρίζει. *Purpuræ violaceæ colore* ὑποπορφυρίζειν *intellige. Estque in confinio coloris nigri & albi ipse color: non verò fulvus. Quare hoc loco* οἰνωπὸν *non nisi de colore nigro possis accipere.* Καθάπερ τὸ φύλλον. *Rei falsitas locum corruptum ostendit. Facillima correctio, si* τὸ *articulum expungas. Nam hic folliculus paliuri velut folium est, sicut &* λοβὸς τῆς μιλίας. *Est igitur* καρπὸς φυλλακώδης, *ut dixit Dioscorides de tertia rhamni specie; quæ nihil aliud est quam paliurus hæc Theophrasti. Alii fortasse malunt,* καὶ ὑπὲρ τῶν φύλλων: *vel* καθύπερθε φύλλων: *quia paliuri fructus simul plures super folia in summitate nascuntur. Mihi magis probatur simplicissima correctio. Infra lib. & cap. 4. alia est paliuri species. Alia item apud Athenæum lib. 14. quæ Zizyphi species quædam.* Αὐτῆς. *rectius* αὐτοῖς. Ἀείφυλλον. *supra etiam in enumeratione* τῶν ἀειφύλλων θάμνων *posuit: Et sanè folia non amittit rhamni secunda species, cujus flores lutei & odorati, plures ex longo dependent pediculo.* Βάτον. Κυνόῤῥοδον *est rosa sylvestris Plinio, vulgò* rose sauvage. Κυνόσβατος, sentis canis *Columel. vulgò* Eglantier; *quam* ξυλίνην κύνα *dixit Pythia apud Athen. lib. 2.* Βάτον *verò* κυνόμωρον *vocat Galen. lib. 1. de Composit.* ἡλιόδωρον *Oribas.* Κατὰ τόπους, ῥιζόμενος πάλιν. *Vide apud Plin. lib. 17. cap. 13. ut rubi propaginem docuerint.* Τῷ τῆς ῥόας. *Hîc non τὸ μῆλον intelligit, sed* κύτινον, *quem fructus voce latius sumpta complectitur. Et sanè ita est. Cynosbati enim alabastri balaustiis similes sunt, non verò melogranatis. Vel accipe de pomi rudimento: capitula punicæ dicit Celsus.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

SCribe, ut supra dixi, κολοίτεα. Hesych. κολοίτεα δένδρον τι. Idem Phavorinus. κολοίτεα. Salix quæ decurtata moritur: folia enim habet saligna, & decurtata moritur. ut scribit Theoph. καὶ ἐάν τις κολούσῃ, ἀποθνήσκει.

Δένδρον μὲν εὐμέγεθες. Sunt qui legendum contendunt, δένδρον μὲν οὐ μέγα. Sed hæc lectio nulla munitur auctoritate. Paulò infra ἀντὶ τυλῇ doctiss. Constantinus corrigit, τίλει, quomodo etiam legit Theodorus. Malo ex cap. 14. hujus libri ἰτέᾳ vel ἰτέῃ. A salice enim nomen habere videtur. Si vulgaris coloitea legitima, certè non malè restituitur ἰτέᾳ, Nam hujus particularia forma & facie saligna sunt; verùm colore diversa. Ideo quoque supra dixit ἡ δὲ κολοίτεα ἔχει τὸ μὲν φύλλον ἐγγύθεν τοῦ τῆς ἰτέας.

Coloiteam putant quidam plantam esse quam vulgo coloiteam vocamus, ab aliquibus senna dicta. Non esse sennam haud difficile probatur; quod senna non nisi paucis mensibus vivat, ac herba sit. Coloitea verò arbor est, multis annis durans. Graviùs errant qui sennam coloiteam Theophrasti putant. Nam præterquam quod non sit arbor, pro fructu ostendit folliculum lunatum, in quo semen vinacearum instar includitur, Deinde sennæ fructu non pinguescunt oves; foliis etiam est glycyrrhizæ proximis, crassis, subpinguibus. Nec quam vulgo coloiteam vocant, coloitea est Theophrasti. Coloiteam Theophrastus arborem magnitudine præstantem dicit, coloitea vulgaris ne arboris quidem nomen meretur, fruticosa quippe stirps est, hominis altitudinem superans. Deinde non fert fructum in siliqua, sed in vesicula. Sed λοβοῦ voce vesiculas complecti Theophrastum dicunt. Id licet probari posset, tamen nihil faceret; fatendum enim est, reperiri coloiteam quæ in siliqua corniculata semen fert: sed magnitudine non est φακὸς lentis, multò enim minor est. De siliqua coloiteæ vide c. 18. lib. 1. ubi ἐν λοβῷ non ἐν ὑμένι semen ferre scribit, manifestéq; inter ὑμένα & lobum distinguit. Præterea utraq; semine facilè assurgit, etiamsi non maceretur, id est, nec natura sua simplici assurgit caudice, sed plures stolones emittit. Coloitea alia vesicaria, alia siliquosa. Vesicaria fruticosa stirps est, quæ cultura in arborem haud magnam mutatur, in multos sese ramos diffundens, Sin cultura non accesserit, caudicibus hominis altitudinem quandoque superantibus surgit, lignosis, non admodum crassis, qui in tenues ramos sparguntur. ligno constat sambucino, cortice satis duro, exteriùs cinerio, interius viridi, in cujus medio cavitas parva inest, medullæ loco. Folia oblonga sunt, ex pluribus ad unũ nervum composita, veluti viciæ, sed majora, supernè glabra & viridia, infernè candidiora, & hirsuta, gustu amara, quorum singularia cum particularibus fœnigræci convenire possunt. Flores lutei sunt, genistæ floribus forma similes, ex longis pediculis propendentes. His succedunt vesiculæ, vel folliculi membrano-

Colytea.



si, pellucentes, nonnihil purpurascentes, prætumidi, ac veluti quodam spiritu turgido, qui, si premantur, dissiliunt, crepitumque magnum edunt. In his semina multa,

quæ

quæ nondum matura renis quandam formam ostendunt, colore luteo, gustu pisi, aut fabæ. Maturitatem adepta, lentis forma sunt, dura, nigra, plana. A Majo in multam æstatem floret, interea folliculi maturum semen præbent. Apud Batavos hortensis est, nec, quod sciam, in incultis reperitur. Siliquosæ coloitæ describit genera tria diligentissimus Carolus Clusius. Multas prior ex una radice fert bicubitales, interdum & tricubitales virgas, graciles, satis tamen firmas, in frequentes ramos divisas, folia alata septem, aut novem, uni costæ inhærentia, bina semper ex adverso sita, uno impare extremam alam occupante, coloiteæ foliis similia, sed minora, saturatè virentia, ingrati admodùm & amari saporis: è singulis ramulorum alis prodeunt tenues pediculi, sustinentes plerumque binos nonnunquam ternos flores, coloiteæ similes, forma & colore, sed minores, & nonnihil odoratos: siliquæ teretes, oblongæ, quibusdam veluti articulis distinctæ, oblonga, lævia, fusci coloris, & ingrati saporis semina, singula singulis articulis inclusa habent; radix lignosa est, longè latéque dispersa. Est & altera humilior, humique diffusa; neque foliorum numero, aut situ, aut forma, neque florum forma aut colore à superiore differens: Sed hujus virgæ palmares aut pedales duntaxat, hyeme interdum marcescere solent, & novo vere denuo è radice regerminare: siliquæ & semina paria; radix similiter dura, & lignosa, latè se spargit, & fibris aliquot donata est. Sponte & abundè nascuntur ad **Kalenbergh**, vicinisque Viennæ montibus, tum etiam in nonnullis Pannoniæ montanis locis. Prior in Belgii hortis colitur nasciturque, ut adversariorum auctores scribunt, in Valena Mompellani agri sylva. In hortis alta longè major evadit. Posterior etiam in hortis culta, paulò major fit, & plerumque virgas hyeme retinet: florent Majo. Tertia nititur radice crassa, & lignosa, lenta tamen, & flavescente cortice obducta, multisque fibris prædita: ex qua plures singulis annis, ineunte vere, novas producit virgas pedales, nonnunquam etiam cubitales, lentas, vimineas, læves, virides. Et in his temerè sparsa alata folia, quina, septena, aut novena uni costæ inhærentia, exsiccantis primùm gustus, deinde nonnihil acrimoniæ in summis labris relinquentis. Flores in foliorum oblongis virgulis inhærent copiosi, leguminacei, in orbicularem coronam dispositi, flavi, nullo grato odore commendati, quibus succedunt articulatim distinctæ siliquæ, superioribus breviores, semen in singulis articulis continentes, polygalæ Valentinæ modo. Crescit in montium, qui à Danubio, & **Kalenbergh** illi eminenti ad alpes extenduntur, radicibus, inter vepres, & ad vinetorũ margines. Floret Iunio, nonnunquã etiam Majo, subsequens hyems virgas corrumpit. Non desunt, qui anagyrin vulgò vocatam, coloiteam putant. Sed nec hæc coloitea multis de causis esse potest. Quod non sit arbor magna, nec unistirps, facileque semine surgat, nec decurtata moriatur. De anagyride circumfertur adagium. Suidas, ἀνάγυρος δῆμος τῆς ἀττικῆς, καὶ τὸ ἄνθος, ὃ τριβόμενον ὄζει· καὶ παροιμία ἐντεῦθεν. κινεῖς τὸν ἀνάγυρον, ἐπὶ τῶν ἐπισπωμένων ἑαυτοῖς τὰ κακά. ἔστι δὲ τὸ φυτὸν ὁ ἀνάγυρος, ἀλεξίκακον, καὶ δυσῶδες, καὶ δριμύ. θερμαντικῆς καὶ διαφορητικῆς δυνάμεως. τὸ δὲ σπέρμα λεπτομερέστερόν ἐστι καὶ ἐμετικόν. οἱ δὲ ὀνόγυρον αὐτό φασιν. *Anagyris civitas Attica. Flos, qui tritus odorem emittit, unde proverbium. anagyron commoves, in eos qui sibi ipsis malorum auctores essent, est autem anagyron planta, quæ nocumenta ac diras arcet, & graveolens, & acris: facultatis calidæ & discutientis. Semen tenuium partium est, & vomitus excitandi virtute præditum. à nonnullis ipsa planta onogyris vocatur.* Duas confundit plantas, onogyron, & anagyron. Vide lib. 6. cap. 3. Adagium hoc variè narratur ab auctoribus. Alii ad fruticis referunt naturam, de quo nobis jam sermo est; medicamentis efficacem, verùm odore majorem in modum gravi, maximè, si manu teratur, cujus fructus, si intus assumatur, vehementem vomitum movet. Unde vel ab odoris gravitate, quæ carpentem consequitur, vel à concitandi vomitus efficacia, parœmia deducta videtur. Alii anagyrum genium quendam existimant, qui propter violatum sacellum suum, vicinos omnes funditus everterit: atque hujus proverbii mentionem fieri apud Aristophanem in Lysistrata.

Πόθεν εἰσὶν; ἀπ᾽ ἀναγυροῦντόθεν νὴ τὸν Δία.
Ὁ γοῦν ἀνάγυρός μοι κεκινῆσθαι δοκεῖ.

Vnde advenit? ab Anagyro. Ergo per Iovem
Anagyrus esse motus apparet mihi.

Aliis alia placet sententia, Sufficit duas in medium attulisse. ἀνάγυρος dictum putant à natali solo, ut anagyrum pro frutice non secus sumamus, quam anticyram pro helleboro. Sthephanus περὶ πόλεων. anagyrum locum esse ait in Attica, quæ ad tribum pertineat Erechteidem, ἀναγυροῦς, δῆμος ἐρεχθηΐδος φυλῆς. Describitur à Dioscoride libr. 3. cap. 158. ἀνάγυρις, οἱ δὲ ἀνάγυρον, οἱ δὲ ἄκοπον καλοῦσι, θάμνος ἐπὶ φύλλοις καὶ ταῖς ῥάβδοις προσεμφερὴς ἄγνῳ, δενδρώδης, βαρύοσμος ἰσχυρῶς. ἄνθος κράμβῃ ἐοικός. καρπὸς ἐν κερατίοις μακροῖς τὸ σχῆμα νεφρῶν. ποικίλος, στερεός. σκληρύνεται δὲ περὶ τὸν τῆς σταφυλῆς πεπασμόν. *Anagyrin, sunt qui anagyron, alii acopon vocant. Frutex est arboris instar, foliis & virgis vitici assimilis, perquam gravis odore, flore brassicæ, semine in longis corniculis, renibus figura simili, versicolore, ac solido; quod uva maturescente durescit.* Ἄκοπον vocari tradit apud Oribasium ἔλκοπον; in antiquis Plinii codicibus acorion & acoton. Vera lectio ἄκοπον. Nomen accepisse putant, quod moveri nolit, propter gravitatem odoris. Apud Plautum & Festum nausea dicirur, quod nauseam odore suo viroso moveat. Nausea, inquit Festus, herba gravis, qua coriarii utuntur, à navi quasi nausea dicta. ἄνθος κράμβῃ ἐοικός. Plinius flore oleris vertit. Sic enim brassica κατ᾽ ἐξοχὴν vocatur. in Moreto.

Hic olus, & latè fundentes brachia betæ.

Varro lib. I. de Re Rust. c. 18. *Quod usque eò est contrarium natura, ut arbores non solùm minus ferant, sed etiam fugiant, ut introrsum in fundum se reclinent, ut vitis adsita ad olus facere solet, ut quercus si juglandes,* (in Regio antiquis. codice *jugulandes*) *magnæ crebræ, finitimæ fundi oram faciunt sterilem.* Quem fugit? inter brassicam & vitem maximum esse odium. Plinius lib. 29. cap. 4. de gallinaceo jure. *Efficacius enim cocti cum olere marino, aut cybio, aut, cappari, aut apio, aut herba mercuriali, aut polypodio aut anetho.* In antiquiss. nostro codice *aut cibo, aut cappari* legitur. Scribe *cnico*. Diosc. lib. 2. cap. 53. de eodem gallinaceo jure ἔνιοι δὲ συνέψουσι κράμβην θαλασσίαν, ἢ λινόζωστιν, ἢ κνῆκον ἢ πολυπόδιον. *Sunt qui marinam brassicam, mercurialem, cnicum, aut polypodium simul incoquant.* Constat ergo, olus κατ᾽ ἐξοχὴν brassicam vocari. καρπὸς ἐν κερατίοις μακροῖς. Oribasius μικροῖς. Vulgatam Plinius defendit libro 27. capite 5. Anagyros, quam aliqui acopium vocant, fruticosa est, gravis odoris, semen in corniculis, non brevibus, simile renibus, quod durescit per messes. Dioscorides *maturescente uva*; parvo discrimine. Non multùm refert, an per messes an

Anagyris.



uva maturescente semen durescat. In veteri codice ἀντ᾽ στερεὸς, σπόνδυλος legitur. In alio verò codice, ἢ καὶ ὑποσπόνδυλος. Vulgatam probat Oribasius. Pro anagyri Botanici plantam

plantam cujus imaginem adpingere curavimus, ostendunt. Arbuscula, vel exiguæ arboris instar frutex est, humanam altitudinem non multùm superans, interdum minor, interdum major, calidioribus præsertim regionibus, (nam alibi duorum etiam hominum magnitudinem æquantem conspexit diligentiss. Carolus Clusius) multis ramis à radicibus suis fruticosa assurgit, cortice ex viridi nigricante obductis, è quibus ramuli prosiliunt, onusti foliis trifolii asphaltitis, dilutiùs tamen superiùs virentibus, aversa parte incanis, ut viticis folia, odoris, ut spatulæ fœtidæ vulgaris, adeò gravis, & tetri, ut transeuntibus suo fœtore caput offendat. Ex foliorum sedibus & alis, bini, terni, aut quaterni ad summum flores simul prodeunt oblongi, quinque foliis constantes, genistæ ferè aut cytisi florum modo; sed quorum supremum, quod reliqua integit, brevius est, & minimè, ut in illis, reflexum, coloris intensiùs aurei, reliquis pallescentibus. Siliquæ deinde succedunt digitalis longitudinis, pollicaris verò latitudinis, cartilagineæ; in quibus terna aut quaterna semina nonnunquam plura, satis magna, exiguis phasiolis æqualia, renis forma, quæ initio candicant, deinde purpurescentem colorem contrahunt, tandem cùm plenè matura, ex cæruleo nigricant. Ut aptissime Dioscorides ποικίλον dixerit. Nam in codē fructu non exactè maturo, tres differentes colores subinde conspiciuntur. In plerisque Galliæ Narbonensis, tum & Hispaniæ locis absque cultura gignitur. Floret istis Ianuario & Februario, æstate semen maturescit. Bellonius lib. 1. observ. cap. 17. in Ida monte nasci scribit, antiquumque obtinere nomen. *Anagyridis*, inquit, *arbustum passim secundum regias vias nascitur, tam fœtido odore, ut capitis dolorem inducat, antiquum nomen etiamnum retinens; nam anagyros vulgo dicitur, adeo ingrati est saporis, ut ne famelicæ quidem capræ degustare sustineant.* Honorius Bellus Cretensis Medicus contrarium ferè asserit, epistol. 1. ad Clusium. *Anagyris*, inquit, *passim secus vias provenit, differtque ab ea quam tu lib. primo Hisp. hist. stirp. cap. 43. describis. Nam rotundiora folia profert. vocatur ἀζόγεγ, acciditque interdum, ut capræ, & oves fame vexatæ, folia hujus depascant, licet odoris sit ingratissimi, & postea ex harum lacte caseus conficiatur: quo si fortè ignarus aliquis vescatur, aut lac bibat, statim excitantur, tum vehementissimi vomitus, tum fluxus ventris, ut cum hoc sæpissimè accidat, multi in vitæ discrimen venerint, eam ob causam frutex hic omnibus est exosus.* Ad anagyris classem referri debet *Laburnum* vulgo vocatum, trifolia arbor vocata; quod tria communiter habeat folia, quanquam aliquando quatuor aut quinque, uni pediculo adhærentia, proferat, ut ei qui antea non observavit, diversa ab altera videatur. Hujus tria quatuorque genera coluntur in horto medico Lugdunensi, cui summa cum laude præest Clariss. Adolphus Vorstius Med. & Botanicæ professor insignis. Aliud folio majori, minori aliud, reperitur latiori, invenitur angustiori. Quod latifolium vocant, folia fert terna longa, magna, & lata, solida, atrovirentia, hujus flos cubito major est: laburnum Plinii esse volunt, cujus Plinius lib. 16. cap. 18. meminit. *Aquas odère cupressi, juglandes, castaneæ, laburnum. Alpina hæc est arbor, nec vulgo nota, dura & candida materie: cujus florem cubitalem longitudine apes non attingunt.* Laburni vulgaris materies medullitus nigra est, corticetenus lutea est, in modum guajaci. Apes præterea ejus flores non aspernantur. Verùm, ut Mathiolus scribit, flores ejus attingunt. Quod verò palmi longitudinem florem non excedere scribit, id de omni laburno vulgo dicto verum non est; Reperitur enim in horto medico, cui longè major sit flos, vulgo **goude keten** *aurea catena* vocatur. Aquas vel aquosos tractus aspernare non videtur. Nam insignis, & magnæ altitudinis in Batavia fit arbor, etiam Amstelodami, ubi solum satis aquosum & humidum. Quare, non multùm à vero absunt, qui arborem hanc anagyrum alteram faciunt.

Ἡ δὲ περὶ τὴν Ἴδην. Hæc altera est, à priori longè diversa, ut ex utriusque planè diversa descriptione palam fit. Lege cum doctiss. Gaza σπάνιον δὲ καὶ οὐ πολύ.

Τῷ τῆς πτελέας. Doctiss. Constantin. corrigit μηλέας; quia supra cap. 11. de fraxino scripsit Theoph. τὰ δὲ φύλλα τῷ μὲν σχήματι δαφνοειδῆ, πλατυφύλλου δάφνης. Si ad verba Theophrasti diligenter attendimus, nec hæc nec vulgata lectio sana. Folio, inquit, esse lauri latifoliæ, sed rotundiori, & majori, ut vel ulmeo vel fraxino simile appareat. Verum quidem est, fraxinum foliis esse lauri latifoliæ, sed longioribus, in acutum desinentibus. At Theophrastus inquit, rotundioribus esse, & amplioribus; qualia nec ulmo, nec fraxino sunt, Scribo, μηλέας. Mali folia ampla lataque sunt, rotundis longiora, Sunt quidem, inquit, folia coluteæ similia lauro latifoliæ, sed rotundiora, & ampliora, adeò malo simile apparent, nisi quod paulò etiam oblongiora sunt.

Καὶ πολύινον &c. hæc corruptissima. Corrigit Constantinus. πολύινον ἐκ τῶν ὄπισθεν, ταῖς λεπταῖς ἰσὶ καὶ ῥίζαις μεταξὺ τῆς &c, Quid folio cum radice? Præterea bis de radice ageret Theophrastus; sequitur enim infra, ῥίζας δὲ ἐπιπολαίους ἢ λεπτάς, καὶ μανάς. Legunt alii πολύινον ταῖς λεπταῖς ἰσί, μεταξὺ τῶν πλευροειδῶν ἀπὸ μέσης κατατεινουσῶν, deletis supervacuis his dictionibus ἐκ τῆς ὄπισθεν & καὶ ταῖς ῥίζαις. Certè voces hæ vel supervacuæ, vel corruptæ; Quorsum enim tautologia ista ὄπισθεν ἐπιλεύκαιον, καὶ πολύινον ἐκ τῶν ὄπισθεν &c. Quod si cognita foret planta, facilè quid aliud in locum, ταῖς ῥίζαις, posset substitui; exempli gratia ταῖς λεπταῖς ἰσί, καὶ στρογγύλοις, ῥυσοῖς vel simile quid. Quare cum doctiss. viris lego πολύινον ταῖς λεπταῖς ἰσὶ μεταξὺ τῆς πλευροειδῶν ἀπὸ μέσης κατατεινουσῶν. *Supernè viridi, infernè cano, fibris multis tenuibus nervoso, inter eas positis, quæ à media, costarum instar, ducuntur.*

Τὴν δὲ κορυνώδη κάχρυν. Vertunt. *Amentum autem surculum*, Verte. *Cachryn autem in thyrsum fastigiatam, vel clavatam gerit*. Vide cap. 7. hujus libri κορυνώδης κάχρυς, est cachrys oblonga, in modum clavæ.

Καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς &c. *Gemmasque circum folia.* id est, quæ globum nascentium foliorum in nodum explicatum ac reclusum obvolvunt & operiunt, Sic populi nigræ oculi primùm erumpens germen resinosum vocamus, quando folia nondum expansa sunt, sed conclusa, & convoluta, instar pilulæ oblongæ.

Ἴδια δὲ τὰ δὲ περὶ τὴν Ἴδην ἐστὶ &c. Multi arborem Iudæ vulgo dictam (de qua etiam alibi nobis agendū erit, cap. de ceronia & spina Ægypti.) coluteam esse volunt. Multa tamen prohibent hanc probare opinionem; quod folia ferat circinatæ propemodum rotunditatis, lauri, mali, fraxini, ulmi foliis rotundiora. præterea, quod nec sit arbor nodosa, nec ramosa. Insuper, quod nec clavatam cachryn, vel cachryos quid simile gerat. Cortice etiam constat levi, nec gemmas ostendit, læves, pingues, candidas. Denique, quod fructum floremque fert, cum utroque carere Theophrastus ex aliorum sententia scribat, Arbor Judæ interdum in arborem justæ magnitudinis locis cultis crescit: neglecta verò & sponte nascens, ut plurimùm inter frutices potiùs, quam arbores referri debet, è caudice lignoso rariores fert ramulos, alternatim ex lateribus nascentes, cortice ex purpura nigricante vestitos: qui primo vere antè folia, aut iis germinare incipientibus, inferiore parte ternos, aut quaternos simul junctos ferunt flores, ochri forma, sed colore eleganti, purpureo, rubentes; folia deinde ex intervallis prodeunt asari fere, sed tenuiora, circinatæ propemodùm rotunditatis, nervosa admodùm uti aristolochiarum, & dura: superiore parte dilutiùs quam asari virentia, inferiore verò nonnihil candicantia. Floribus succedunt membranaceæ purpurascentes siliquæ, & quodammodo transparentes, compressæ, digitalis longitudinis & latitudinis, in quibus semen lentis, planum, durum. Aliud genus reperitur per omnia ferè simile, præter florem; qui in hoc candicat, cum in superiore purpureus fit, & corticem virgultorum, qui candicat potiùs, quam purpurascit. Primum in nonnullis Hispaniæ Provinciis in sepibus ac dumis reperitur. Italiæ quoque montes, ac Narbonnensis Galliæ agri hoc non destituuntur frutice. Apud Belgas in hortis colitur, Novella stirps adversus hyemis injurias servari, munirique debet, adulta hyemem fert, etiam satis sævam. Alterum genus flore candido, sponte nascens, non observavit diligentissimus Clusius, sed semine duntaxat natum vidit in quibusdam Belgicis hortis.

Τῆς μὲν ἐν δάφνης. De lauro agit Alexandrina. Lauri forma quædam nomen lauri accepisse extra controversiam est. Sed unde Alexandrinæ ἀλεξανδρείας nomen acceperit non constat. Nonnulli ab Alexandria Troadis, ubi mons est Ida, nomen accepisse scribunt. Circa Idam nasci auctor est Theophrastus. Plin. lib. 15. cap. 30. *Plurima in Ida, & circa Heracleam Ponti, nec nisi in montosis, &c.* Hæc opinio aliis minus probabilis; qui non ab Alexandria urbe nomen impositum volunt, verùm ab Alexandro ipso, à quo & urbi nomen. Unde ἀλεξανδρεία δάφνη, vel, ut apud Hesych. ἀλεξάνδρειον. Ἀλεξάνδρειον, inquit, βοτάνης εἶδος. Sic ἀχίλλειος, χελώνη ab Achille, λυσιμάχιον à Lysimacho, ἡράκλειον φυτὸν & ἡράκλεια ab Hercule. Ab Alexandro hæc nomē invenit, quod ea coronatus fuit Alexander. Stephanus ἔστι & ἀλεξάνδρεια βοτάνη, & φυτὸν παρ' ἄλλοις δὲ ἀλέξανδρος, ἐξ ἧς ἐστέφετο Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς ἀγῶσι. τινὲς δὲ δάφνην

δάφνλω αὐτλὼ καλέσιν, οἱ ἢ χαμαιδάφνλω, οἱ δὲ ἐπιφυλλόκαρπον. ἢ φυλλόκαρπον. In scripto codice habetur, οἱ ἢ ἐπιφυλλακάνθον & φυλλόκαρπον. In Ald. editione legitur, οἱ δὲ ἐπιφυλλάκανθον ἢ φυλλόκαρπον. Vera lectio ἐπιφυλλάκανθον ἢ φυλλόκαρπον, ut doctiores judicant, Vide quæ infra dicuntur. Alexandrea (ita vertere placet, non Alexandrina, ut fecit Plinius, nam ab Alexandro, non Alexandria nomen habet) *Herba & planta, ab aliis Alexandria. Hac in certaminibus coronabatur Alexander, nonnulli Danaen vocant. alii Chamædaphnen humilem laurum, nonnulli epiphillocarpon; vel phillocarpon*; vel, ut in scripto codice legitur, epyphillacanthon Diosc. lib. 4. c. 142. Hac de causa στέφανον Ἀλεξάνδρου vocari tradit. δάφνη ἀλεξάνδρεια, οἱ ἢ ἰδαίαν, οἱ δὲ δανάλω, οἱ ἢ ὑπόγλωσσον οἱ ἢ ζαλείαν, οἱ δὲ στέφανον καλοῦσι, id est, *Laurus Alexādrea, quā aliqui Idæam, aliqui Danaen, alii hypoglottion, alii Zaleam, alii deniq; stephanem vocant*. In optimo codice excellentiss. Salmasius hunc locum legi ait, οἱ δὲ στέφανον ἀλεξάνδρου καλοῦσι. Reliqua mox examinabo. Hec Plin. partim de Lauro Alexandrea, partim de daphnoide. *Est*, inquit, *& Alexandrina, quam aliqui Idæam, alii hyppoglottion, alii daphnitin, alii carpophyllon, alii hypelaten vocant. — Id quoque quod daphnoides vocatur genus, in nominum ambitu est, alii enim Pelasgum, alii eupetalon, alii stephanon Alexandri vocant?* Sic solet Plinius confundere herbarū genera & nomina, ex aliqua similitudine ac vicinitate. Non daphnoides, sed laurus Alexandrea sic vocata fuit, teste Dioscoride & Stephano περὶ πόλεων. Sed quis ille Alexander qui coronatus fuit Aleandrea lauro? Philippine filius Macedo, qui & magnus? Non videtur. Theoph. qui Alexandri Magni ætate vixit ἀλεξάνδρειαν δάφνλω hanc vocat, ut videatur non recens nomē ab Alexandro, Philippi Macedonum Regis filio, sed antiquius ab alio quodā Alexandro impositū nomē ἀλεξανδρείας. Et quis ille Alexander? De Paride Alexandro accipi oportet. Nam Theoph. peculiarē facit fruticē Idæ Troicæ. Græci quoq; cum ad Troiam essent, quod indidē coronarentur, Danaen & Pelasgon cognominarunt. Præter Alexandrū Paridē ἐν τοῖς ἀγῶσι fortissimus, & in Ida educatus, nemo fuit, vel saltem sic inter auctores convenit. Hic Alexander in agonalibus certaminibus, in quibus omnes vincebat, hac lauro coronatus est. Locus etiam fuit in eadē Ida, qui Alexandrea vocabatur, ab hoc Alexandro, quo in loco judex inter Deas sedit. Idem Stephanus; ἔστι καὶ τόπος ἐν ἴδῃ τῇ τρωϊκῇ, Ἀλεξάνδρεια λεγόμενος ἐν ᾧ φασὶ τὸν Πάριν δικάσαι ταῖς θεαῖς. *Est etiam locus in Ida Troico Alexandrea dictus, in quo Parin inter Deas judicasse referunt.* Ἀγῶνες sunt ludrica certamina, in quibus Paris omnes vincebat.

Solus qui Paridem solitus contendere contra.


Immo ipsum Hectora devicit. Servius. *Sanè hic Paris secundum Troica Neronis fortissimus fuit: adeò, ut in Troiæ agonali certamine superaret omnes, ipsum etiā Hectorem: qui cum iratus in eum stringeret gladium, dixit se esse germanū, quod allatis crepundiis probavit, qui habitu rustici adhuc latebat.* Ab hoc Alexandro Alexandrea planta dicta. Eadē laurus Danaa cur vocatā fuerit dixi. Pro Danaa apud Plin. Daphnitis legitur. *Alii Daphnitim*, inquit. In antiquo, *Alii damphnem*, legitur. Scribe ex Stephano, & Dioscoride. *Alii Danaen vocant.* Quomodo in aliis antiquis codicib. quidam scriptū esse observarunt. Idæam ab Ida monte nuncupatā esse, extra controversiā est. ζαλείαν vocari tradit Dioscorid. In altero codice ζαλία legitur Verisimile à natali solo nomē impositū; Hesych. enim ζαλείαν exponit, πόλιν καὶ θάλασσαν. Fortè nomen hujus lauri ζέλεια; quod in ultimis Idæ radicibus nasceretur. Strabo lib. 13. ubi de Troade agit. ἡ μὲν δὴ ζέλεια ἐν τῇ παρωρείᾳ τῇ ὑστάτῃ τῆς ἴδης ἐστιν. ἀπέχουσα κυζίκου μὲν σταδίοις ἑνενήκοντα καὶ ἑκατόν. *Zeleia in ultimis Idæ radicibus à Cyzico abest stadia cxc.* Idem in initio libri, πολλοὺς δ' ἔχουσα πρόποδας ἡ ἴδη καὶ σκολοπενδρώδης οὖσα τὸ σχῆμα, δυσὶ μάλιστα τοῖς ἀφορίζεται τούτοις, τῷ τε περὶ τὴν ζέλειαν ἀκρωτηρίῳ καὶ τῷ καλουμένῳ λεκτῷ. τὸ μὲν τελευτῶν εἰς τὴν μεσόγαιαν μικρὸν ὑπὲρ τῆς κυζικηνῆς· καὶ δὴ καὶ ἔστι νῦν ἡ ζέλεια τῶν κυζικηνῶν. *Cum autē multos pedes habeat Ida prominentes, & scolopendram forma referat. His duobus extremis terminantur promontoriis: uno quod ad Zeleiam pertinet, altero Lecto, prius in mediterranea desinit, haud multū supra cyzicenum agrū: hodie quidē zeleia Cyzicenorum est &c.* In MS. uno ζαλεια malè legitur. Dico corruptè legi. Nam series alphabeti Stephani & Hesychii vulgatam probant lectionē. Stephanus ζέλεια πόλις τρωάδος, οἱ ἢ ζέλειαν ἴτανον. ὅμηρος ἀπὸ ζαλείου ἥρωος. οἱ ἢ ζέλλω αὐτλὼ φασι. Hesych. ζέλεια πόλις τρωΐας. Laurus itaq; Alexandrea, à natali solo non ζαλεία, sed ζέλεια nuncupata est. Οἱ ἢ ὑπόγλωττον. Tria consideranda, an legendum ὑπόγλωττον vel ὑπόγλωσσον quod idē est? An ὑπογλώττιον nomen, lauro Alexandreæ conveniat? An hypoglossum à Diosc. lib. 4. c. 132. descriptum eadē sit planta quam eodē libro cap. 147. lauri Alexandreæ nomine describit & ὑπόγλωττον vocari tradit. Postremum ubi de delineatione plantæ sermo erit examinabimus. Nonnulli ἱππόγλωσσον legendum contendunt. *Rusci*, inquiunt, *folia habere omnes testantur; Sed non adeò grandia sunt: præterea in cuspidem acuminata desinunt, qua ob causam, sive magnitudinē sive equorū linguæ figuram ea voce intelligas, nulla in foliis ratio ejus erit, nec si etiam, ut in Plinio legitur, Græcam præpositionem* ὑπὸ, *conjunctam linguæ à Græcis fuisse credideris, Dioscorid. historiæ respondebit.* ἐπ' ἄκρου enim, id est in summo lingulas exire hic ait, παρὰ τοῖς φύλλοις, *id est*, secus & secundum folia, *quæ hic intelligit, in caule supremo. At caulis desinens non folia profert, sed confertæ lanuginis potius, quam foliosæ comæ in latitudinem se aperiens involucrū, non aliter quam in spicatis seminibus aliquibus, & floribus fit; differt tamen à spica, quod rotundæ, quatuorve plerumque angulis spicæ surgunt: in hoc verò quod ultimum in caule exit, in latitudinē se explicat, & quoniam humanā linguam imitatur, ideò hippoglossum, quasi grandis lingua dicta. Hæc*, inquiunt, *nobis origo nominis & causa est; quæ licet Plinii historiæ adversari videantur*, (ait enim, & in iis ceu linguas, folio parvo exeunte de foliis) *meminerunt omnes*, (inquiunt) *sequi nos Græcos scriptores, præcipuè Dioscoridē; & in vertendis ejus verbis quam debemus illi fidē præstare, qui* ἐπ' ἄκρου παρὰ τοῖς φύλλοις, prodire in hippoglosso dicit, *quod est in summo, & secundum folia, non ex foliis, sed ex summo caule, qua parte desinunt folia: id enim* ἐπ' ἄκρου *apertè significat.* His verbis intelligi volunt, hippoglossum neq; à foliorū, quæ rusco similia habet, magnitudine, neq; ab equinæ linguæ figura dici, neque hypoglossum rectè à Plinio nominari, quod ἐπ' ἄκρου, id est, *in summo caule* proferat, quæ humanā linguā imitantur, inde hippoglossū, id est, grandis lingua nuncupandū. Hi non videntur mihi verum hypoglossum vel, ut legendū contendunt, hippoglossum indicare. Nescio quam spicatam lanuginem inducere conantur, cujus nullus unquā auctor in hac plāta mentionē fecit. Alii perinde scribunt an ὑπόγλωσσον, an ἱππόγλωσσον scribamus; Nihil, inquiunt, ad plantæ cognitionē facit, an ἵππο vel ὑπὸ dicatur; cum utrique nomini eadem planta aptari possit, eademq; erit; ut scilicet hippoglossum, à foliorū magnitudine, magnā linguam referens, dicatur, hypoglossum verò à ligulis foliis hærētibus, ὑπὸ scilicet γλώσσης. alii ὑπόγλωσσον legendum contendunt. His favet & series alphabeti, qua usus in libris simpl. Galenus. hic libr. 8. in littera υ ὑπογλώσσου vires recenset, quē sequuntur Ægineta & Aëtius. Et hanc nominis rationē reddunt Galenus, Ægineta, Ætius. ὑπόγλωσσον ὠνόμασται μὲν οὕτως ὅτι παραφύσεις ἐπ' ἄκροις τοῖς κορύμβοις ποιεῖται γλωσσοειδεῖς. *Hypoglossum ita nominatum est, quia propagines parvarum linguarum sub summis corymbis producit.* Prior lectio Oribasii confirmatur auctoritate, qui in littera ι ἱππόγλωσσον describit. Ex his concludere licet, inter veteres ipsos, non satis constare utrum ἱππόγλωσσον an ὑπόγλωσσον scribendum sit: Vel, quod mitius est, in antiquissimis Dioscoridis codicibus inscriptionem capitis hujus diversam fuisse, ac in nonnullis quidem ἱππόγλωσσον in aliis; ὑπόγλωσσον scriptum fuisse. Galeni interim lectio magis arridet. Alterū enim etymon non convenit hyppoglosso, quod nec magna habet folia, nec linguam humanam referentia, uti, cum descriptionem & hypoglossi, & lauri Alexandreæ examinabo, ostendam. Alterum est, utrum laurus Alexandrea hypoglosson dicta, & an nomen hoc ei conveniat. In vulgatis Dioscoridis codicibus, laurum hanc nomen hoc obtinuisse legitur. In antiquis codicibus vocem hanc non legi, quidam scribunt. In antiquo verò Plinii codice, Venetiis impresso, hippoglotchion legitur. Quod corruptum videtur, ac scriptum fuisse hippoglotton, vel hypoglossum, vel, ut in vulgatis habetur, hippoglottion. Cur hippoglotton vel hippoglottion dicatur non video. Scribo hypoglostum, vel hypoglossum. Nomen illud accepit, quod hypoglosso alteri, sic κατ' ἐξοχλὼ dicto, similia habeat folia. Utraque enim rusci folia habet, & comam spinosam. Quare nomen illi hoc præter rationem impositum, quod, nisi apud Plinium legeretur, apud Dioscoridem expungerem. Postremum, ut dixi, infra examinabo. Cur στέφανον ἀλεξάνδρου dicatur, ex iis quæ supra dicta sunt constare arbitror. Stephanus ἐπιφυλλόκαρπον vocari tradit, pro quo in Aldina edidtione ἐπιφυλλάκανθον scriptum dixi, At verò in scripto codice legi ἐπιφυλλάκανθον. Sic, inquiunt, dicebatur, quod folia pungentia haberet, ut myrta sylvestris. Sed μαλακώτερα molliora inquit Dioscorides esse, id est, non pungentia ut bruscus. Quare haud scio, an nomē illud conveniat. Verum est quod Plin. ait, folio esse myrti acutiore, molliore, & candidiore. Nescio tamen quomodo mollius & acutius, nisi velit extremum folii pungere, reliquum

molle esse. Plinii verba mox considerabimus. Vulgata lectio ἐπιφυλλόκαρπος probabilior videtur; quippe Theophrastus laurum Alexandream ἐπιφυλλόκαρπον scribit. Ἐπιφυλλόκαρπος planta est, quæ folii dorso fert fructum, ἐκ τῆς ῥάχεως τοῦ φύλλου, ut loquitur Theophrastus. De hac voce mox plura. Non potest planta hæc dici ἐπιφυλλάκανθος. Theoph. lib. 6. hist. cap. 1. ἐπιφυλλάκανθα vocat, quæ foliis sunt omni ex parte sic in spinas divisis, & abeuntibus, ut tangenti nihil præter spinas occurrat. φυλλόκαρπον vocari idem scribit Stephanus. Plin. loc. cit. carpophillon vocari scribit, quod idem est: non alia de causa nomen hoc inditum, quam quod fructus ex folio dependeat. χαμαιδάφνην & Plinius & Stephanus vocari scribunt. Dioscorides chamædaphnen quidem laurum Alexandream vocari

Hypoglossum Penæ & Lobelii.



Uvularia mas Brunfestii. Vulgare Hypoglossum.



tradit, verùm laurum Alexandream non refert nuncupari chamædaphnen. Sed tempus est, ut ad descriptionem ipsius plantæ veniamus. Theoph. ἐπιφυλλόκαρπον εἶναι, id est, ut ipse exponit, ἐκ ῥάχεως τοῦ φύλλου, id est, *ex dorsi ipsius folii spina fructum ferat*. Dioscorides ἐν μέσοις φύλλοις. libr. 4. cap. 147. ubi ait, φύλλα ὀξυμυρσίνῃ ὅμοια ἔχει, μείζονα δὲ, καὶ μαλακώτερα, καὶ λευκότερα· καρπὸν δὲ ἐν μέσοις ἐρυθρὸν, ἐρεβίνθου τὸ μέγεθος. κλῶνας ἐπὶ γῆς σπιθαμιαίους ἢ καὶ μείζονας· ῥίζαν παραπλησίαν τῇ ὀξυμυρσίνῃ, μείζονα δὲ, καὶ εὐώδη, καὶ μαλακωτέραν. φύεται ἐν τόποις ὀρεινοῖς. *Foliis est myrti sylvestris, majoribus* (interpres quidam *minoribus* vertit, quasi scriptum foret μείονα) *tamen, mollioribus, & candidioribus: fructu in mediis foliis rubro, ciceris magnitudine; ramos verò per terram spargit dodrantales, interdum etiam majores, radice myrti sylvestris simili, at majore, odorata, mollioreque. Nascitur in montosis.* Ἐν μέσοις inquit, id est, ἐν μέσοις φύλλοις *mediis foliis*. Sic cap. præcedenti de rusco. Τὸν δὲ καρπὸν στρογγύλον, ἐν μέσῳ δὲ τοῦ πετάλου προσφυῆ. *Fructum rotundum medio folio inhærentem.* Eleganter Theoph. lib. 1. cap. 16. ἔνια δὲ τῶν φύλλων καρποφόρα ἐστὶ, μεταξὺ περιειληφότα τὸν καρπὸν, ὥσπερ ἡ ἀλεξάνδρεια δάφνη ἐπιφυλλόκαρπος. *Foliorum quædam fructifera sunt, fructũ mediis foliis amplectentia, ut laurus Alexandrea fructum super folii dorsum gerens.* Quæ igitur ἐπιφυλλόκαρπα sunt, ea μεταξὺ περιειληφότα τὸν καρπὸν dicuntur; quia fructus ex circumplectente folio velut conceptaculo emicat, καὶ κατὰ τὴν πρόσφυσιν τοῦ φύλλου ἐπιπεφυκώς ἐστιν, id est, *folio innatus & adhærens*, qui quidem in rusco & lauro Alexandrea, ἐν μέσῳ, ἢ γοῦν, ἐν μέσῳ τοῦ πετάλου, ut icon addita ostendit. Plin. loc. cit. *Ramos spargit à radice dodrantales, topiarii ac coronarii operis, folio acutiore quam myrti, molliore, candidiore, majore, semine inter folia rubro. Plurima in Ida & circa Heracleam Ponti, nec nisi montosis.* Ita in editis legitur, in antiquo Veneto. *Folio acutiore quam myrti: molliore ac candidiore, majore semine inter folia rubro.* Quasi semen foret majus. Scribe, & distingue, *Folio acutioris myrti* (ita oxymyrsinem vertit) *molliore, candidiore, ac majore. semine inter folio rubro.* Acutiorem myrtum dixit, quod ruscus folia myrto similia habet, sed pungẽtia. Lib. 23. cap. ult. *Castor oxymyrsinem myrti foliis acutis, ex qua fiunt ruri scopæ, ruscum vocavit.* Ideo loc. cit. acutiorem, ut dixi, myrtum vocavit. Minus rectè Plinius. καρπὸν δ' ἐν μέσοις vertit, *semine inter folia*, quod imitati sunt quidam Dioscoridis interpretes. Interpretari oportebat, *Fructu inter folia rubro*. Cæterum malè vir Doctissimus ex depravato & corrupto Plinii codice, Dioscoridis non maculatum corrigit, φύλλα ἔχει ὅμοια μυρσίνῃ. Ex Oribas. constat Diosc. scripsisse. ὀξυμυρσίνῃ. Præterea falsum est, foliis esse laurum Alexandream myrti mollioribus; durioribus est, & magis spinosis. Botanici Dioscoridem hanc ipsam Alexandream laurũ nomine hippoglossi, vel ut alii malunt, hypoglossi describere contendunt, ac bis de una eadémque planta diversis capitibus agere. Describit hippoglossum, sic enim in vulgatis legitur, lib. 4. cap. 132. ἱππόγλωσσον θαμνίσκος ἐστὶ μυρσίνῃ ἀγρίᾳ, καὶ λέπτῃ τὰ φύλλα ὅμοιος, κόμην δὲ ἀκανθώδη ἔχει, καὶ ἐπ' ἄκρου ὥσπερ γλωσσίδια παρὰ τοῖς φύλλοις· δοκεῖ δὲ ἡ κόμη περίαμμα εἶναι χρήσιμον κεφαλαλγοῦσι. *Hippoglosson pusillus est frutex, folia habens tenuis sylvestris myrti figura, comamque spinosam, & in summo ceu ligulas secundum folia exeuntes. coma caput dolentibus amuletum utile creditur.* Plin. lib. 27. cap. 11. *Hypoglossa folia habet figura sylvestris myrti, concava, spinosa, & in his ceu linguas folio parvo exeunte de foliis. Capitis dolorem corona ex his imposita minuit.* Plinium ex Dioscoride corrigunt, cum Dioscorides ex Plinio emendandus sit. Plinium scripsisse asserunt. *Hypoglossa folia habet figura sylvestris myrti, comas spinosas, & in his ceu linguas, folio parvo exeunte de foliis.* Cum nemo unquam viderit spinosam hypoglossi comam. Quod mirum videri non debet; coma enim caret; nisi cum Poëtæ placeat folia comam vocare. Malè idcirco quidam legunt apud Dioscoridẽ ὑπόγλωσσον θαμνίσκος ἐστὶ μυρσίνῃ ἀγρίᾳ ὅμοιος. κοίλην vel πολλὴν δὲ κόμην ἔχει ἀκανθώδη, καὶ ἐν ταύτῃ ὥσπερ γλῶτταις. *Hypoglosson fruticulus est similis sylvestri myrto. comam habet cavam vel multam, & spinosam in qua quasi lingua.* Comam nullam habet, multò minus spinosam; nec tale quid scribunt Dioscorides aut Plin. Scribe, ὑπόγλωσσον θαμνίσκος ἐστὶ μυρσίνῃ ἀγρίᾳ ὅμοιος. τὰ φύλλα λεπτὰ κοῖλα καὶ ἀκανθώδη ἔχει ἐπ' ἄκρου, καὶ ὥσπερ γλωττίδια παρὰ τοῖς φύλλοις (vetus codex addit μικροῖς non ineptè) id est, *Hypoglosson pusillus est frutex, myrto sylvestri similis, foliis tenuibus, concavis, extrema parte spinosis, & juxta folia* (parva) *ligulas*. Folia hypoglossi, concava, tenuia, parva, extrema parte pungentia; medio quasi cavo aliud foliolum lingulæ instar insitum. Certè omnia folia hypoglossi inflexa sunt, seu cava, nõ comosa. Dubitãt quidã, an voces has, *& in his ceu linguas. folio parvo exeũte. Et. Capitis dolorem corona ex his imposita minuit.* Satis rectè fæliciterque expresserit Plinius. Græcè περίαμμα non est corona, sed περίαπτον, quod ex collo, aut brachiis, aut alia parte corporis alligatum suspenditur. Sic de selenite lapide. καὶ ἀντὶ φυλακτηρίου δὲ περιάμματι αὐτοῦ αἱ γυναῖκες χρῶνται. Hesychius περιαμμάτων περιάπτων. Idem περιάπτων περιαμμάτων. περιάμματα & περίαπτα, dicuntur quæcunque

ad

ad arcendas malorum noxas aliqua corporis parte, præsertim collo, alligantur. Diosc. libr. quarto de verbena, καλοῦσι δὲ αὐτὴν ἱερὰν βοτάνην, διὰ τὸ εὔχρηστον ἐν τοῖς καθαρμοῖς εἶναι χρήσιμον κεφαλαλγοῦσι. περίαμμα, propriè quod circumnectitur & circum alligatur alicui; sed peculiariter, τὸ περίαπτον, est amuletum. Porrò non idem est περίαμμα sive περίαπτον, & ἀποτρόπαιον, ut existimant. Ἀποτρόπαια dicuntur, quæ pendent ex superstitiosa vanitate magiæ, περιάμματα sive περίαπτα agunt ex naturæ proprietate, quæ nec Galenus ipse improbat, nec quisquam vituperare potest. Rectè Plinius dixit, *& in his ceu linguas folio parvo exeunte.* Nam autopsia ipsa sic esse ostendit, ut ex figura adpicta videre est. In antiquo Dioscoridis codice scriptum repperit Lacuna. καὶ ἐπ' ἄκρου ὥσπερ ἐπιγλωττίδας παραφύσεις μικρὰς ἐν τοῖς φύλλοις. *In summitate foliorum germina quædam exigua instar ligularum.* Mavult idem Lacuna non ὑπόγλωσσον vel ἱππόγλωσσον legere, verùm ἐπίγλωσσον, quod foliola, quę de foliis exeunt, epiglottida imitentur. Non video, cur ea hypoglossis vocari nequeat. Plinius lib. 11. cap. 37. de lingua loquens, *sub ea minor lingua epiglossis appellata nulli ova generantium.* Si sub lingua, nihil vetat, quo minus hypoglossus dici queat. Addo quod Galenus & Ægineta plantam hanc non ἐπίγλωσσον sed ὑπόγλωσσον vocant. Quomodo etiam testibus Cornario & Cl. Salmasio in antiquis quibusdam legitur codicibus. Doctiss. Botanicus locum hunc de hypoglosso in hunc legit sensum, ὑπόγλωσσον θαμνίσκος ἐστὶ μυρσίνῃ ἀγρίᾳ καὶ λευκῇ τὰ φύλλα ὅμοιος. χόμην δὲ ἀκανθώδη ἔχει ἐπ' ἄκρου καὶ ὥσπερ γλωττίδας παρὰ τοῖς φύλλοις. *Hypoglossum frutex parvus est, myrto sylvestri* (non rusco, ut vertit Ruellius) *candidæ folio similis, comam in summo spinosam habet & propè folia ligulas.* Certè ego non novi sylvestrē myrtum aliam, quam ruscum. Satis clarè Plinius oxymyrsinem sylvestrem myrtum inquit, eandemque oxymyrsinen à Castore ruscum vocari scribit lib. 23. cap. ultimo. Verba Plinii cap. de rusco examinabo. Nusquam tradidit Dioscorides candidam myrtum sylvestrem esse. Lib. 1. cap. 45. hæc scribit; μυρσίνη ἡ ἡμερος, ἀλλὰ μὲν ἡ μέλαινα ... ἡ μέλαινα τῆς λευκῆς ἀρμοδιωτέρα, καὶ ταύτης μᾶλλον ἡ ὀρεινή, τὸν μὲν τοι καρπὸν ἀδρανέστερον ἔχει. *Myrtus sativa nigra medicinæ utilior quam candida, & eo ipso genere accommodatior montana.* Utramque myrtum tam sativam quam sylvestrem, dividit in albam & nigram. Deinde in sativæ genere montanam accommodatiorem inquit. Vide cap. de myrto, & cap. sequens de rusco. Nec albæ myrto comparavit Dioscorides. Apud Oribasium enim, qui fideliter satis Dioscoridis verba exscripsit, λευκῇ, ut in vulgatis, legitur. Cæterùm experientia docet, ὑπόγλωττον vocari quod γλωσσάρια, id est, *ligulas* ferat, quæ non aliud sunt, quam foliola in mediis foliis nascentia. Dixi, laurum Alexandream & hypoglossum eandem quibusdam esse plantam, quod utriusque descriptio propemodum eadem videatur: utraque enim rusci est folio, aliasque similes notas habet. Alii non tantū laurum Alexandream, & hippoglossum vel hypoglossum, sed & chamædaphnen & laurotaxam Plinii eandem volunt esse plantam; ita ut una eademque planta, ter à Dioscoride diverso nomine, & quater à Plinio delineata sit. Sed video plerosque palinodiam canere, ac confiteri, hippoglosson à lauro Alexandræa diversam, at hippoglosson & lauro taxam eandem plantam esse, ut & laurum Alexandream & chamædaphnen. Prius quidem concesserim, alterum non item. Diversas autem esse plantas Alexandream laurum, chamædaphnen & hypoglossum probatur, quod Galenus, & Ægineta de iis diversis locis; tanquam de diversis plantis egerint. Sed forsan dicent, ex Dioscoride illos hæc exscripsisse, eique fidem adhibuisse. *Alter*, inquiunt, *ex altero exaravit.* Aliud addo argumentum, quod tribus istis & notæ, & vires diversæ adsignentur. Et, ut reliquas omittam notas, certum quidem est, hipoglossum baccam gerere inter folium majusculū & minus illud, quod è folii parte altera ceu ligula quædā exire videtur. Laurus verò Alexandrea parva hæc foliola non habet, sed mediis foliis parte aversa flores fructusve, sine pediculo, & ligulato bilinguive foliolo amplectitur. Et hæc causa, cur Dioscorides, qui hanc differentiam non observarat, ligulæ nullam faciat mentionē, sed tantùm scribat, rusci modo, in medio folio fructum ferre; καρπὸν στρογγύλον ἐν μέσῳ δὲ τῷ πετάλῳ, item καρπὸν δὲ ἐν μέσοις, intellige, φύλλοις. Eleganter, ut supra dixi, Theoph. ἐπιφυλλόκαρπος. & hæc quidem jam recepta opinio. Laurum Alexandream vulgò vocant, *laurum Alexandream fructu folio insidente*: alteram verò, *laurum Alexandream fructu pediculo insidente, quæ hypoglosson Dioscoridis.* Laurū Alexandream & chamædaphnen eandem scribunt, quæ nondū evanuit opinio. χαμαιδάφνην delineat Diosc. lib. 4. cap. 49. χαμαιδάφνη οἱ δὲ καὶ ταύτην Ἀλεξάνδρειαν καλοῦσιν, ῥάβδους ἀνίησι μονοκλώνους (hæc vox deest in vulgatis codicibus, addidit eam rectè ex veteribus exemplaribus Saracenus, quæ & apud Oribasium extat) πηχυαίους, ὀρθάς, λεπτάς, καὶ λείας: καὶ ταύτης δὲ τὰ φύλλα ὅμοια δάφνῃ, λειότερα δὲ πολλῷ καὶ λεπτότερα (hanc vocem idem addit ex vetusto Lacunæ codice, & Serapionis interpretis fide; apud Oribasium tamen non extat) καὶ χλωρότερα. καρπὸν δὲ περιφερῆ, ἐρυθρὸν τοῖς φύλλοις ἐπιπεφυκότα. *Chamædaphne, quam & Alexandream laurum aliqui vocant, virgas promit singulari ramulo constantes, cubitales, rectas, tenues ac leves: sed & huic folia sunt lauri similitudine, at læviora multò, tenuiora, ac viridiora, fructus rotūdus, rubens; foliis annexus.* Multa sunt quominus laurus Alexandrea; & chamędaphne eadem dici possit planta. Alexandrea laurus, foliis est rusci majoribus, mollioribus, candidioribus: chamædaphnes sunt lauri similitudine, læviora, ac viridiora. Tam hippoglossum, quam Alexandrea laurus, ut recentiorū constat experientia, foliis est lauro multò asperioribus dilutioribusque: contrarium de chamædaphne scribit Dioscorides, nempe hujus folia esse viridiora & læviora multò. Nec Alexandrea laurus, nec hippoglossum virgam singularē rectam cubitalē emittit, sed dodrantalē & humi quasi procumbentem; saltem quæ nec recta, nec singularis dici queat, nec etiā levis, sed nonnihil aspera. Nunc de Lauro-taxa videamus. De hac Plinius lib. 15. cap. ult. ubi de lauro Alexandrea, chamædaphne & daphnoide agit: *Accedit in topiario opere taxa; excrescente in medio folio parvulo, veluti lacinia folii, & sine ea spadonia, mira opacitatis patientia.* Quin eadē de hypoglosso referat, negare nequeo. Hypoglossū sive laurus Alexādrea folio pediculo insidente cauliculos emittit dodrantales, ex parte erectos, ex parte humi procumbentes, rotundos, veluti sigillū, quod Salmoniacum vocant. Folium habet tenue, parvum, acuminatum, cui medio quasi cavo aliud foliolum, lingulæ instar insitum: aliquando terram versus, quandoq; in cælum suspiciens, in aculeo rigido, infecto, mucronatum utrumque. Foliolum illud medium parvum est, rusci folio minus, alterū vero majus laurino simile, sed minus multò, dilutius virens & asperius. Inter utrumq; foliolū baccula etiam per maturitatem rubra visitur, ex oblongo petiolo dependens, ochri magnitudine, quæ ipso exiguo foliolo quasi tota subinde contegitur: radix albida, longa, suavis odoris, minor, gracilior, brevior, quam rusci. Nascitur montosis, saxosis, asperis & incultis locis, Genuæ, Portus-Lunæ, Savonæ, Nicæ, aliisq; Alpinis sterilibus calidiorum tractuum. Reperitur etiam in Pannoniæ superioris montibus. Bellonius circa Athon montem valdè frequentem esse, scriptum reliquit. A recentioribus uvularia dicitur, quod ex se gignit foliolum lingulæ aut uvulæ appensæ simillimum. A binis foliolis bis lingua dicitur; ab aliis bonifacia, quod in medendis morbis usum insignem præstet. Belgis **Tonghen-bladt** dicitur. Otto Brunfelsius, Tabernæmontanus, & Gerardus marē & fœminā pingunt. Duo ejus genera sunt, inquiunt, unum quod duplici folio constat, masculū nominamus, quoniam inter folia semen habet; aliud quod simplici folio est, fœminam arbitrantur. Ego arbitror tenellum esse hypoglossum, cui nondum bina folia. Sed in re incerta nihil affirmo. Fortè & aliud genus viderunt, quod Alexandream laurum Columna & Lobelius vocant. Laurus Alexandrea fructu, folio insidente adeò similis est hypoglosso, ut eandem plantam primo aspectu quilibet censeret. Sed latiora sunt folia, colore magis diluto, molliora; nec venulis sive nervulis in longum rectis per folia, sed divaricatis, baccis in medio foliorum impressis, nec ulla epiglottide tectis. Romæ conspexit Nobiliss. Fabius Columna in Vaticano cultam. Lauri Alexandreæ ramū describit Lobelius in Adversar. parte altera. *Hæc*, inquit, *ramuli pars non excedebat longitudinem unciarum quinque, septenis foliis alterno situ, non ex adverso, ut habet effigies Mathioli, & Lugdunensis, prædita; nervosis utrimque, rigidis ut hypoglossi: inferioribus ternis aut quaternis, uncias duas longis, & plus una latis, in mucronem rusci modo fastigiatis: medio averso folii crassiore nervo, specimine flosculi pallidi geminato, sine pediculo, & ligulato foliolo* (*fructus enim mediis foliis amplectitur, Theophrast. auctore*) *ubi semē bonifaciæ sive hypoglossi minus ferre dicitur, donatis; ternis verò superioribus minoribus unciā latis, & sesqui unciā longis, mucronatis, utrimq; itē nervosis, sine flosculorū rudimentis.* Utriusq; Lobelii & Columnæ effigiē exhibeo. Planta quæ à Mathiolo lauri Alexandreæ nomine & à Lugdunensi hypoglossi nomine depingitur, si non est polygonatū 4tū. Clusii, inter incognitas locabo. Si verò ea est, nec hypoglossum nec Alexandrea laurus dici potest. Non hypoglossum; quod nec pungentia habet

Hypoglosson. Laurus Alexandrina.



Uvularia fœmina Brunfelsii.



bet folia, nec dura, ſed valde tenella & mollia. Deinde, quia ligulas non producit ſub corymbis, ſed ſingulares baccæ ex ſingulis petiolis ad foliorum exortum dependent: poſtremò, quod frutex non eſt ſemper virens inſtar Alexandreæ lauri, ſed totus caulis ad radicem uſque perit ſingulis annis, perinde ac in reliquis polygonati generibus. Non Alexandrea laurus, quia non eſt frutex, nec in folii dorſo fructum ferat: tum etiam, quod ruſco folia non ſunt ſatis ſimilia. De hypogloſſo illud adhuc addendũ, quod raró in hortis ultra annum tertium, aut quartum, imò, ut alii volunt, unum, alterumve duret, ut pote nimis ſylveſtris ac montana. Nunc de ruſco hac occaſione nobis agendum erit.

Κεντρομυρσίνη; Idem quod ὀξυμυρσίνη, *acuta myrtus*; quod foliis ſit ſpinoſis, alioquin myrto ſimilibus. Unde Poëta *cuſpidatum vertice myrtum.* κέντρον *ſtimulus*, ſpiculum, aculeus. μυρσίνη *myrtus.* Τὸ ὀξὺ *acutum*, vel, *quod in acutum deſinit*, ſignificare extra controverſiam eſt. A Dioſcoride μυρσίνη ἀγρία dicitur. Habet multa ſpuria nomina, ſed quæ huic parum conveniunt. οἱ δὲ, inquit Auctuarii auctor, ἱερόμυρτον, οἱ δὲ ὀξυμυρσίνην, οἱ δὲ μυάκανθαν. Apud Ald. legitur μυρτάκανθα, pro quo in altero codice μυρτάκανθον, οἱ δὲ ἱερόμυρτον. Plinius, chamæ-myrtum vocari tradit; quod etiam teſtatur aucturarii auctor. οἱ δὲ χαμαιμύρτη. A Romanis, ut idem ſcribit, ῥούσκουμ dicitur, id eſt *ruſcum.* Plinius lib. 23. cap. ult. *myrtus ſylveſtris, ſive oxymyrſine, baccis rubentibus, & brevitate à ſativa differt.* Idem paulò infra. *Caſtor oxymyrſinem myrtifoliis acutis, ex qua fiunt ruri ſcopæ, ruſcum vocavit, ad eoſdem uſus.* Satis ignoranter, inquiunt, Plinius ruſcum Latinorum ab oxymyrſine Græcorum diverſum eſſe putat. Myrtus ſylveſtris nunc vera myrtus eſt, ſponte naſcens; nunc ruſcus. Hæc Plinius, inquiunt, non diſtinguit. Sed non vult Plinius diverſam oxymyrſinem Caſtoris, ab oxymyrſine, quam paulò ante myrtum ſylveſtrem vocari tradiderat; ſed Caſtorem eandem oxymyrſinem acutis foliis ruſcum vocare, & ad eoſdem quos alii, & ipſe Plinius, uſus præſcribere: Fatendum tamen, alibi à Plinio confundi myrtum ſylveſtrem cum ruſco. Nam lib. 15. cap. 7. ſcribit. *Simile eſt* (oleum) *è myrto nigra: & hæc latifolia melior. Tunduntur baccæ, aſperſæ calidâ aquâ, mox decoquuntur. Alii foliorum molliſſima decoquunt in oleo & exprimunt. Alii defecta ea in oleum prius ſole maturant. Eadem ratio & in ſativa myrto, ſed præfertur ſylveſtris, minore ſemine, quam quidam oxymyrſinem vocant, alii chamæ myrſinen, alii acaron à ſimilitudine. Eſt enim brevis, fruticoſa.* Scribe, ac interpunge, in hunc modum. *Simile eſt è myrto, nigra, & hæc latifolia melior.* Præmonuit enim de oleo laurino faciendo, optimam eſſe laurum nigram & latifoliam, Adjicit, & myrtum ſimilium accidentium accòmmodatam eſſe oleo myrtino faciendo. Dioſc. lib. 1. cap. 48. μύρσινον δὲ σκευάζεται οὕτω· λαβὼν τὰ ἁπαλὰ φύλλα τῆς μελαίνης μυρσίνης, ἢ ἀγρίας ἢ ἡμέρου κόψας πίεζον. *Myrtei olei præparandi ratio hæc eſt. Myrti nigræ ſeu ſylveſtris, ſeu ſativæ* (ergò non omnis nigra ſylveſtris, ut vult magnæ auctoritatis Botanicus. Vide cap. præcedens) *tenerrima quæque folia tundito, atque exprimito.* Lege ex eodem Dioſcoride *prius ſole macerant*, non ut in editis, maturant. Ἰδίως δὲ τὰ φύλλα τεθέντα, εἰς ἥλιον, ἐν ἐλαίῳ ἀποβρέχειν. *Peculiari quoque modo, ſi expoſita ſoli folia in oleo maceres.* Porro Dioſcorides myrtinum oleum ex foliis; Palladius in Ianuar. c. 21. è baccis fieri docet. Utrumque modum habes apud Plinium; qui rectè feciſſet, ſi myrtum ſylveſtrem arborem, cum ruſco non confudiſſet. Sylveſtris myrtus oxymyrſine aut chamæmyrſine non vocatur, nec ex ruſco oleum paratur. Ruſcus, ut ex Dioſcoride probatur, oxymyrſine & chamemyrſine nuncupatur, plantaque eſt brevis & fruticoſa; qualis non eſt myrtus ſylveſtris, ex qua oleum fit myrtinum. *Alii*, inquit, *chamemyrſinem alii acaron à ſimilitudine.* In antiquo codice Veneto longè aliter. *Alii chamemyrſinem, quia coronæ habet ſimilitudinem; Hæc eſt enim brevis, fruticoſa.* Illud *à coronæ ſimilitudine*, gloſſatoris eſſe puto, qui cum legeret ἄκορον vel ἀκαρὴς dici, ſcripſit in margine *à coronæ ſimilitudine.* Τὸ ἀκαρὴς enim annulum ſignificat, quem in minimo digito geſtabant antiqui. Heſychius, ἀκαρὴς τὸ ἐπὶ τοῦ μικροῦ δακτύλιον. Meliùs in vulgatis codicibus legitur. *Alii chamemyrſinem, alii acaron à ſimilitudine &c.* Nam lib. 25. cap. 13. ubi de acoro agit, ſcribit; *Nec non inveniuntur qui oxymyrſine* (ſcribe ex antiquo *oxymyrſines*) *radicem acaron vocant, ideoque quidam hanc acaron agrion vocare malunt.* Sunt qui ἄκαρον vel ἀκαρὴς à brevitate & exiguitate dici exiſtimant: ἀκαρὴς enim puſillum & exiguũ, adeò ut præ brevitate tonderi nequeat. Heſychius. ἀκαρὴς ἀντὶ τοῦ ἀκαριαῖον. ἔνιοι δὲ τὸ βραχὺ ὃ οὐδὲ κεῖραι. Sed ſi inde nomen, quomodo à ſimilitudine dicit Plinius acaron vel acares vocari? legendum omnino ex lib. 25. *Alii chamemyrſinem alii acoron à ſimilitudine.* Scribe etiam loco citat. *Radicem acoron vocant, Ideoque quidam hanc acoron agrion vocant.* Ruſcum, inquit, quæ aliter oxymyrſine, ad differentiam acori aromaticæ, ἄκορον ἄγριον, id eſt, ſylveſtrem acoron vocarunt, quod locis ſylveſtribus, incultis, & aſperis naſcatur. lib. ergo 15. *Alii acoron à ſimilitudine.* A qua ſimilitudine? Radicis inquam ſimilitudine, quæ acori modo & geniculata eſt & ſerpit. Vide utriuſque iconem. Corrige verò Auctuarii auctorẽ, οἱ δὲ ἄκαρον. lege ἄκορον.

An

An rectiùs Dioscorides gramini compararit, aliorum esto judicium. Officinis, nec tantùm iis, sed ipsis etiam medicis non ruscus sed bruscus una addita littera dicitur; quod habent ex Myrepso. Apud quem sect. 1. de antidotis. cap. 29. ἀσπαράγου σπέρματος πρέσκου. pro quo M S. μυρσίνης. Litteram π. mutarunt in β. officinæ. Ruscum à Dioscoride lib. 4. cap. 141. describitur. μυρσίνη ἀγρία τὸ μὲν φύλλον μυρσίνῃ ἔχει ὅμοιον, πλατύτερον δὲ, λογχοειδὲς, ὀξὺ ἐπ' ἄκρου, τὸν δὲ καρπὸν στρογγύλον, ἐν μέσῳ δὲ τῷ πετάλῳ προσφυῆ, ἐρυθρὸν, ἐν τῷ πεπαίνεσθαι ἔχοντα τὸ ἐντὸς ὀστῶδες. κλωνία λυγοειδῆ, πολλὰ ἐκ τῆς ῥίζης αὐτῆς ὀρθὰ φύονται, ὅσον πήχεως, φύλλων μεστά. ῥίζαν παραπλησίαν ἀγρώστει, γευομένῳ στρυφνὸν, ὑπόπικρον. φύεται ἐν τραχέσι τόποις, καὶ κρημνώδεσι. *Myrtus sylvester folium fert myrti, sed latius, ad formam lanceæ mucronatum, fructum rotundum, medio folio inhærentem, qui per maturitatem rubet, nucleumque ossis instar durum complectitur. Ramuli ab una, eademque radice numerosi exeunt, vitilium modo lenti, fructu contumaces, cubitales, foliosi: radix gramini similis, gustanti acerba & subamara. In asperis & præruptis locis nascitur.* Notat Goupylus in utroque antiquo codice hunc locum sic descriptum haberi μυρσίνη ἀγρία ἢ ὀξυμυρσίνη, ἧς ἀσπάραγος νεοθαλὴς ἐσθίεται διουρητικὸς ὤν, καρπὸν ἔχει προσφυῆ, ἐρυθρὸν ἐν τῷ πεπαίνεσθαι τὸ ἐντὸς ἔχοντα ὀστῶδες, κλώνια λυγοειδῆ. Cætera ut sunt descripta in vulgatis codicibus. *Myrtus agrestis vel oxymyrrhine, id est acuta myrtus, cujus asparagi teneri commeduntur, propter quod urinam ducunt, fructum habet rotundum, rubrum, quum maturescit, atque intus nucleũ ossis duritie, propinquum &c.* Hanc lectionem secutus est Oribasius, quod luculentum inditium, sic scripsisse Dioscoridem, saltem non temerè rejiciendum. Vulgatum codicem corruptum, ex eo facilè colligitur, quod de fructu scribat. στρογγύλον ἐν μέσῳ δὲ τῷ πετάλῳ προσφυῆ. Alterutra vox redundat. Scribe cum Doctiss. Saraceno προσφυῆ. Serapio postquam hunc fructum rotundum scripsit, addit aliquantulum depressum & latum, quod neque apud Diosc. legitur, neque est veritati consentaneum, Sed turpius, ut lib. 9. cap. de cubebis ostendi, fallitur, dum levissimo nixus argumento, cubebas cum myrti sylvestris fructu easdem esse affirmat. Vetus præterea codex addit legitque, τὸ ἐντὸς ὀστῶδες. καρπὸς ἀπονώτερος τῇ ἡμέρᾳ καὶ ἀσπαρακτικώτερος κλωνίῳ. &c. Quæ spuria videntur. Idem στρυφνὴ ὑπόπικρος, quod non est melioris notæ. In eodem etiam legitur φύεται ἐν τραχέσι τόποις, καὶ κρημνώδεσι, καὶ ὑγροῖς. Locis humectis an provemat

Ruscus.



inquirendum. Humilis stirps est, cauliculi aut potius pediculi ejus rotundi, recti, lenti, semipedem aut dodrantem alti, è fusco virentes; folia parva, latiuscula, è viridi nigricantia, perpetua, nulli frigori cedentia, densa, spissa, buxi, aut potiùs myrtinis similia, sed rigentia, pungentia; cacumine mucronata. Unde 2. Georg.

— Nec non etiam aspera rusci
Vimina per sylvam —

Vt Eclog. 7.

Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Horridior rusco, projecta vilior alga.

Flores pusilli, baccæ è mediis dependent foliis, per maturitatem corallii modo rubentes, majores quam asparagi, nucleo intus ossea planè duritie, vixque ulli frangenti ictui cedente, qui sæpè per triennium intra terram delitescens, tandem erumpit. Radices albidæ, longæ, ramosæ, serpentes, geniculatæ parte suprema quà serpunt, mediocris crassitudinis, gustu, dum virides sunt, dulce quiddam recipientes, exsiccatæ amaritudinem non obscuram. ostendunt, primo vere virentes ac teneros admodum turiones promit, asparagi modo, sed breviores, crassiores, hirsutosque, qui aliorum asparagorum modo elixi, manduntur ex oleo, sale, & aceto. Semen autumno perficitur. Planta hæc Hetrusca lingua *pungitopi* dicitur, quod arcendis muribus aptissima sit, si salitis appensis carnibus funiculo circumligatur: qua de causa à veteribus μυάκανθα dicta videtur. Venetiis frutex hic spinosus quotidiano in usu est; solent enim ex eo scopas conficere, quibus conclavia purgant. Quam fortè ob causam, à Marcello empirico medico antiquo, scopa regia vocatur. cap. 26. *oxymyrsines quæ scopa regia vocatur, succi heminam.* Differt natali sole, & indole à myrto: nam apud septentrionales nulla nascitur sponte myrtus, nec frigus fert: contra, ruscum calidis frigidisque provenit regionibus, Hyemem etiam apud nos fert sævissimam; adeò, ut miratus sim sæpius Camerarium, virum doctissimum & optimum, de cujus fide dubitare nefas foret, scribere. *Hyemem nisi clementiorem, apud Norimberg. non ferre, locisque subterraneis asservari debere.* In Italia, Burgundia, aliisq; asperis locis frequens est.

Ἡ δὲ συκῆ, θαμνώδης μὲν &c. Plinius lib. 15. cap. 18. Idææ rubet olivæ magnitudine, rotundior tantum, sapore mespili, Alexandrinam hanc ibi vocant, crassitudine cubitali, ramosam, materie validam, lentam, sine lacte, cortice viridi, folio tiliæ, sed molli. Quod negligenter satis Plinius hæc exscripserit, & plæraque converterit, quilibet satis animadvertere potest. In antiquo non Ideæ sed Iudææ corruptè legitur, nec meliùs in eodem, materia calidam scriptum est. Scribe cum Dalecampio cubitali crassitudine ramosam, materia valida, lenta, sine lacte. Nusquam tradit Theoph. ficum hanc lacte carere, nec usquam scripsit Alexandrinam vocari: sed in eodem monte laurum nasci, quam Alexandream nuncupant. Quare legendum putant, mespili crassitudine, molli, Alexandrinam & ibi natam laurum vocant. &c. Doctiorum esto judicium. Ego Plinium sic scripsisse nego. Theophrastus gustu mespili dixit, non crassitudine, nec fructum mollem ad instar mespili dixit, verùm mollia folia tradidit. πέλιον malè vertit *viride*. Meliùs Gaza *lividum*. verto, *nigrum*. Hesych. πέλιοι μέλανες. ὠχροὶ ἢ χλωροί. ubi χλωρὸν non significat viride sed pallidum. Malè in editis quibusdam legitur πέλιοι. μέλανες ὡς ὠχροὶ ἢ χλωροί. πέλιον φύλλον. quod ex livido ad nigrum vertit. Meminit hujus ficus Athenæus lib. 3. deipnosoph. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ (Θεόφραστος) περὶ τὴν τρωϊκὴν φησι ἴδην γίνεσθαι συκῆν θαμνώδη, φύλλον ὅμοιον ἔχουσαν τῷ τῆς φιλύρας. φέρειν δὲ σῦκα ἐρυθρὰ ἡλίκη ἐλαία τὸ μέγεθος στρογγυλώτερα, εἶναι τὴν γεῦσιν μεσπιλώδη. *Idem lib. 3. hist. auctor est, circa Idam Troiæ ficum provenire fruticosam, folio tiliæ simili, fructu quam ficum appellant rubro, magnitudine olivæ, rotundiore, gustu mespili.* Et hæc parùm fideliter exscripta. Multa enim omisit, quæ ad arboris cognitionem pertinent. Doct. † *chamæcerasum alpinam*, fructu rubro gemino, duob. punctis notato à Clariss. Carolo Clusio periclymenii recti quarti nomine in historia plantarum descripto. Periclymenum hoc cubitalem superat altitudinem, sed quatuor, aut quinque pollicum crassitudinem rarò excedit. Cubitali crassitudine inquit, esse Theophrastus; sed hoc de toto frutice accipiunt: vertunt enim, nec excelsa, sed crassa, sic ut cubiti spatium in orbem fruticantes ramuli occupent. Certè magna ea non est crassitudo. innumeri frutices reperiuntur, quorum ramuli trium cubitorum spatium in ambitu occupant. Sed alius in verbis Theoph. sensus, non altum inquit, fruticem esse, sed crassum, ut vel cubitali ambitu sit, quod de caudicibus, non ramis fruticem cingentibus accipi debet. Quis unquam dixit malum 24. cubitorum spatium excedere? vel, cum cubiti crassitie dicitur, nemo id de ramis cingentibus facilè accipiet qui ambitum plus quam cubitorum 25. non rarò faciunt. Periclymini hujus folia laurinis non sunt minora, per extremum mucronata, supernè virentia, infernè candi-

† Videtur omissi, volunt esse, vel quid simile.

candidiora; cum tilia exiguam habentia similitudinem, etiã duriora, cum molliora dixerit Theophrastus: florem fert gemellum, in longo crassiusculoque petiolo, qui parvam cum mespilo habet similitudinem. Fructus alioquin satis cum Theoph. delineatione convenit.

Ἡ δὲ ἄμπελος φύεται μὲ περὶ τὰς ἴδης. Plin. lib. 14. c. 3. *Alexandrina appellatur vitis, circa Phalacram brevis, ramis cubitalibus, acino nigro, fabæ magnitudine, nucleo molli & minimo, obliquis racemis prædulcibus, folio parvo & rotũdo, sine divisuris.* Alexandrinã vocat, intellige Alexandrinam Troadis, juxta Idam, de suo addit Plin. Alexandrinã vocari vitẽ, circa Phalacram: meliùs Theoph. circa Idæ partem, quã Phalacram vocant. Hesych. φαλάκραι τόπος τῆς ἴδης καὶ νύμφαι, φαλάκραι ἄκραι τῆς Εὐβοίας. φαλάκρον ἀκρωτήριον ἴδης. *Phalacræ locus Idæ, & nymphæ, Phalacræ summitates Euboiæ Phalacrum cacumen Idæ.* Montis hujus quatuor ἀκρωτήρια describũt. Phavorinus φαλάκραιον κλάδον. ξύλον ἐν φαλάκραις· τέσσαρα γὰρ ἀκρωτήρια τῆς ἴδης. πέργαμον, λεκτόν, γάργαρον, φαλάκραι. Vulgo φαλάκραι dicuntur loca nuda, nullis herbis aut plantis vestita, quæ Latini glabreta vocant. ῥᾶγας ἐκ πλαγίου &c. Plinius simpliciter acino nigro, fabæ magnitudine, γιγαρτῶδες τι, nucleo molli & minimo vertit, γίγαρτον quod in uvis est, vulgo acinum vinaceum vocant; aliud nucleus, πυρὴν. *Obliquis*, inquit, *racemis, prædulcibus*. Nescio quid velit Theophrastus, acinos ad latera nigros, dulces, adhærere scribit, plantamque ramulis cubitalibus exporrigi. An corruptus Plinii codex? Certè confusa sunt admodùm Plinii verba: An scripserit in hunc sensum Doctiorum esto judicium. *Ramis cubitalibus acino nigro, prædulci, fabæ magnitudine, obliquè ramis adhærente*, (id est, ex lateribus) *nucleo intus molli, folio parvo, rotundo, sine divisuris.* An dicemus? Theoph. scripsisse περὶ οὗ βότρυες εἰσὶν ἐκ πλαγίου, ῥᾶγας μέλαινας, τὸ μέγεθος, &c. Non fit verisimile, Theophrast. scripsisse περὶ οὗ βότρυες εἰσὶν ἐκ τοῦ πλαγίου, γλυκεῖς, ῥᾶγας μέλαινας, verisimilius, *acinũ dulcem*, quam *racemum dulcem* dixisse. Alterutrum statuendum, vel, Plinii codicem emendandum, quomodo dixi, vel, apud Theoph. scribendum quo jam audivimus modo. Nisi placeat, Plinium verba Theoph. confudisse ac perturbasse. Quodcunque elegeris, mihi perinde est. Multùm à vero absunt, qui uvam ursi, cujus meminit Galenus. lib. 7. κατὰ τόπους cap. 4. titulo. *Quæ ad hæmoptoicos præscripsit Asclepiades*, putant esse vitem Idæam Theophrasti ἡ δὲ λεγομένη ἄρκτου (vulgo ἄκρας) σταφυλὴ ἐν πόντῳ γίνεται, φυτὸν ἐστὶ χθαμαλὸν, καὶ θαμνῶδες. φύλλα δὲ ἔχει ὅμοια μιμαικύλῳ, καρπὸν φέρει ἐρυθρὸν, καὶ στρογγύλον, αὐστηρὸν τῇ γεύσει, τοῦτο καλοῦσιν ἄρκτου σταφυλήν. *Vva ursi, in Ponto nascitur, humilis, fruticosa, folia arbuto similia habet, fructum rubrum, & rotundum, sapore austero, hæc uva ursi vocatur.* Vitis Idææ folia sunt rotunda, qualia non sunt arbuti: fructus vitis Idææ dulcis, hujus austerus. Allata est mihi hujus uvæ plantula ex Norwegia, ubi frequens reperitur, fructum tamen apud me nondum tulit, quamvis plures habeam plantas, terra adhuc patria innascentes. Describitur à Diligentiss. & nobiliss. Watenesii toparcha. *Fruticat*, inquit, *pedalibus ferè ramulis, flexilibus, & lentis, humi diffusis, rubescente cortice tectis, ut teneriores ferè arbuti ramuli. Folia illi frequentia, nullo ordine ramis adhærentia, arbuti foliis minora, carnosa, chameleæ Italicæ foliorum planè æmula, minimè tamen hirsuta, cum adstrictione amaricantia. Extremis ramulis flores profert, ex candido purpurascentes, sive candidos, quibus leviter purpurascens color admixtus sit, cavos, arbuti floribus similes, & in uvæ modum simul congestos: Fructum* (quem non vidit Clusius) *incolæ rubentem, rotundum, exigui cerasi instar, acidum referebant.* (idem de fruticulo ex Norwegia accepto intellexi) *radix parva, sed lignosa, perpetua fronde viret.* Vitem Idæam Theophrasti existimant vaccinium rubrum Dodonæi. Vaccinium hoc quod myrtillum vocant rubrum, neutiquam cum vitis Idææ descriptione convenit, ac quidem minùs quam nigrum; humilis admodùm frutex, qui ad cubitalem nunquam ascendit altitudinem: Loquor de integro frutice. Ergo ramos non emittit cubitales: nec ad latera cauliculorum fructus sive acini exeunt, sed è ramulorum cacuminibus corymborum instar dependent: nec niger, sed dilutè ruber fructus. Folium rotundum dici nequit, sed ex oblongo rotundum; nec nigrum vaccinium sive myrtillus offic. satis cum vite Idæa convenit. Idque, quia frutex vix dodrantalis, foliis buxi, tenuioribus tamen, & ex oblongo rotundis, ambitu leviter serratis, baccæ sapore sunt acido, ac adstringente; in quibus non γιγαρτώδεις sed semina multa, exigua, candida. Quæ vitis Idææ nomine à Clusio describuntur, ut ipse fatetur, cum descriptione non conveniunt, immò dubitat, an duæ priores ad vitis Idææ classem referri possint. Tertiam verò quidam vitem Idæam existimant, *amalanchier* vulgò vocant, cujus mentionem supra capite de cratægo feci. Nec huic folia rotunda, sed ex oblongo rotunda, serrata, nec fructus è lateribus nasci satis rectè dici potest, continentque intus grana dena aut plura. Alioquin proximè ad vitis Idææ historiam accedit.

Rhamni sequitur historia. Hæc confusa, & perturbata admodùm, magnaque obscuritate involuta. Ῥάμνος unde nomen acceperit, non exprimunt Botanici; verisimile admodum ἀπὸ τῆς ῥαμφῆς, quod spinis suis horridis, non secus ac gladius pungat, lædatuè. Hesychius ῥαμφή, κοπίς, μάχαιρα, ἢ τὸ ὀρνίων ῥύγχος. *Rhampe, gladius, culter, aviumque rostrum.* à spinis pungentibus nomen habet. Monet Battum Corydon apud Theocr. eid. 4. ne sine calceis in montibus ambulet, quod in iis aspalathus, & rhamnus nascantur.

> Εἰς ὄρος ὄκχ' ἕρπεις, μὴ ἀνάλιπος ἔρχεο Βάττε
>
> Ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοιτε καὶ ἀσπάλαθοι κομόωντι.

Interpres.

> *In monte cum ambulas, ne discalceatus eas Batte;*
> *In montibus enim rubi, & tribuli virent.*

Scholiastes κομόωντι, ἀντὶ τοῦ κομῶσιν, ἀκάνθας ἔχουσι. κόμαι γὰρ ῥάμνου καὶ ἀσπαλάθου αἱ ἄκανθαι. *Dixit* κομόωντι pro κομῶσι, *id est, spinas habent; nam comæ spinæ aspalathi & rhamni.* Pessimè Interpres ἀσπάλαθον, *tribulum* vertit. Vide cap. 5. lib. 6. hist. nec meliùs ῥάμνον *rubum*. Eodem in errore Flavii Iosephi interpres. βάτος Græcis *rubus*, Vide caput sequens. Alia Phavorini sententia, ῥάμνος, πᾶσαν ἄκανθαν. κυρίως δὲ, ἡ τῶν ῥόδων, id est, *Rhamnus omnem spinam denotat, peculiariter rosæ.* Nescio unde hæc habeat. Nihil tale apud Hesychiũ, nihil apud Suidam. Suidas ῥάμνος, ἀκανθῶδες φυτὸν μέγιστον. πᾶσαν δὲ ἁμαρτίαν, ἄκανθαν καλεῖ γραφή. id est, *Rhamnus planta spinosa maxima, omne peccatum spinam vocat scriptura.* Hinc originem sumpsisse videtur, quod quidam scribunt, spinam servatoris nostri Christi, ex rhamno fuisse contextam, cum verisimilius sit, ex acatia fuisse, arbore Iudeæ familiari, quę ἄκανθα κατ' ἐξοχὴν veteribus dicta fuit. Nec illud verum, μέγιστον φυτὸν, *maximam plantam* rhamnum esse. Hesych. ῥάμνος τὸ φυτὸν, ὅπερ εἰς ἀλεξιφάρμακον παραλαμβάνεται, καὶ δένδρον ἀκανθῶδες. *Rhamnus planta quæ alexipharmaci loco est, arborque spinosa.* Sed hoc Grammatico condonari facilè potest; plantam, quæ alexipharmaci loco est, malè distinguit à spinosa arbore; cum una eademque est planta. Rhamnum, Dioscorides alexipharmaci loco esse. lib. 1. cap. 119. λέγεται δὲ καὶ κλῶνας αὐτῆς θύραις, ἢ θυρίσι προστεθέντας ἀποκρούειν (al. ἀποκρίνειν levi discrimine) τὰς τῶν φαρμάκων κακουργίας. *Feruntur & hujus rami januis fenestrisque appositi veneficiorum maleficia depellere.* Idem Diogenes Laertius in vita Bionis.

> Καὶ κύπει (vulgo σκύπει) βραχίονας πεπεισμένως ἔδησε,
>
> Ῥάμνοντε καὶ κλάδον δάφνης ὑπὲρ θύρην ἔθηκε.

> *Et folliculo lacertas paratas ligavit*
> *Rhamnúmque & lauri ramum super fores posuit.*

Nicander in Theriaca.

> Ἠ καὶ ἀλεξάρης πτόρθυς ἀπαμέργεο ῥάμνου,
>
> Μύνη γὰρ νήστειρα βροτῶν ἀπὸ κῆρας ἐρύκει.

> *Accipe vel ramos arcentis noxia rhamni*
> *Quæ vel sola truci jejunos subtrahit orco.*

Scholiastes τὴν δὲ ῥάμνον ἀλεξίκακον φησίν, οὐ μόνον ὅτι ἀγαθὴ ἐστὶ ἀπαλλάξαι τοὺς ὑπὸ ἑρπετῶν πληγέντας τοῦ πάθους, ἀλλ' ὅτι καὶ εἰς φαντάσματα βοηθεῖ. ὅθεν καὶ περὶ τὰς θύρας ἐν τοῖς ἐναγίσμασι κρεμᾶσιν αὐτήν. μέμνηται δὲ βοτάνης ὁ Εὐφορίων, ἀλεξίκακον φυὲ ῥάμνον. καὶ Σώφρων ὁμοίως, ἀεὶ δὲ πρὸς φύλλοις ῥάμνος κρημνίζομένα. *Rhamnum* ἀλεξίκακον, inquit, *non tantùm, quod demorsis à serpente juvat; sed etiam quod adversus phantasmata opem præstat, unde & pro foribus eam* ἐν τοῖς ἐναγίσμασι *pendent* (ἐναγίσματα exequiæ, parentationes, libamina quæ manibus offeruntur. Plutarch. ποιεῖσθαι ἐναγισμοὺς τεθνηκόσι. *parentare mortuis.* Hesych. ἐναγίσματα, ὁλοκαυτώματα. ἐναγισμοί, τὰ αὐτά.) *Meminit hujus plantæ Euphorion cum inquit*

inquit, *avertens mala nascatur rhamnus; similiter & Sophron. Semper juxta rhamni folia continemur.* Vides rhamnum quæ pellit noxia, eandem esse, cum spinosa arbore, vel potiùs frutice, plantam. Quæ de rhamno Græci, ea de spina alba Latini.

Ovid. sexto Fastorum.

Sic fatus virgam, qua tristes fallere posset
(In altero cod. *qua strigis pellere posit.*)
A foribus noxas, hæc erat alba, dedit.

Idem alio loca.

Virgaque Ianalis de spina sumitur alba,
Qua lucem thalamis parva fenestra dabat.

Ianalis dicitur, quod Ianus eam Granæ Nymphæ (qua potitus erat) contra strigum noxas pro amuleto dederit. Varro è spina alba facem auspicatissimam fieri solitam refert apud Nonnium, De vita Popul. Roman. his ferè verbis. *Quum à nova nupta, ignis in face affertur foco ejus sumptus, quum fax è spina alba esset, ut eam puer ingenuus afferret.* Plinius libr. 16. capite 28. *In eosdem situs comitatur & spina, nuptiarum facibus auspicatissima, quoniam inde fecerint pastores, qui rapuerunt Sabinas, ut auctor est Masurius.* Valdè fit verisimile, spinam albam esse rhamnum; nam eadem de rhamno tradidere Græci. Attamen aliis placet, esse *oxyacantham*, quam vulgò **Haghe-doorn** vocamus, idque, quia Plinius quandoque ὀξυάκανθον vertit *spinam*. Nihil notius, quam Plinium sibi ipsi parùm constare. Alibi *aquifolium* ὀξυάκανθον vertit, alibi κεραῖζινα Græcum ab Italicis aquifolium vocari scribit, alibi aquifolium idem facit cum rhamno, ubi memorat, aquifoliam spinam *in domibus aut villa satam arcere veneficia.* hoc est, τῆς φαρμάκων κακουργίας. Sed hoc de rhamno tradidit Dioscorides. Ex Plinio ergo argumentum, quo spina alba probetur ὀξυάκανθος, peti non potest. Alii paliurum volunt spinam albam esse Latinorum. Servius. *Paliurus herba asperrima, & spinosa, vel, ut quidā volunt, spina alba.* Malè paliurum herbam inquit, cum frutex sit arborescens. paliurum locum habuisse ante fores, tradidit nemo. Spina alba duplex, herba scilicet, & arborescens frutex. De herba vide Diosc. lib. 3. cap. 14. vide cap. 3. & 4. lib. 6. hist. Est, ut dixi, frutex arborescens, quod ex Columella lib. 7. cap. 9. facilè colligere licet. *Nemora sunt convenientissima, quæ vestiuntur quercu, subere, fago, cerris, ilicibus, tamaricibus, corylis, pomiferisque sylvestribus* (vox, *pomiferis*, latè accipienda: nam siliqua in pomorum classe, si strictè sumas locum habere nequit) *ut sunt albæ spinæ, Græcæ siliquæ, juniperus, lotus, pineus,* (in antiquo Regio codice *pampinus.* Fortè *palma, pinus.* nihil muto; palma enim Italiæ non familiaris, nec pinus, quod duro tegatur cortice, pomum est) *cornus, arbutus, prunus, & paliurus, atque achrades pyri.* Hic alba spina non potest esse herba, vel cardui genus, sed vel arbor vel frutex arborescens. Rhamnū spinam albam dictū fuisse, auctor auctuarii testatur. οἱ δὲ περσεφόνιον, οἱ δὲ λευκάκανθον, ῥωμαῖοι σπίναν ἄλβαν, οἱ δὲ σπίναν κερβάλιν. Περσεφόνιον à Proserpina inferno numine; quod prisca gentilitas, per suspensos hujus spinæ ramos, περσεφόνην id est, Proserpinam, adeoque lemures nocturnos arceri crediderit. *Cervalis spina,* ab erectis spinis, cervi cornu ramalia præ se ferentibus. Recentiores μυώπην vocarunt Hesychius μυώπη, ῥάμνος. ἀπὸ τοῦ μύωπος insecti genus, quo boves infestantur. Unde μυωπίζω *stimulo,* διεγείρω, πτερίζω, μυωπίζειν τὸν ἵππον. Xenophon *calcaribus, stimulis urgere equum,* Nicand. φιλέταιρας dicitur; versus Nicandri vide paulò infra. Scholiast. σημειωτέον δὲ ὅτι τὸ ἀκανθῶδες φυτὸν ἡ ῥάμνος, παρὰ μυσοῖς, & λυδοῖς φιλέταιρας ὀνομάζεται). *Sciendum rhamnum esse plantam spinosam, quæ apud Mysos & Lydos philetæris vocatur. Philetæris,* quasi sociorum amans. Rhamni autem genera duo esse ait Theoph. Idem scribit Nicandri Scholiastes. ἔστι δὲ λευκή, καὶ μέλαινα. Eadē Plinii sententia. Dioscorides verò tria rhamni genera esse refert, Verùm, si manuscriptum sequamur codicem, quem habuit Conpylus, duo tantùm describit Rhamni genera. sed vulgatam lectionem defendunt Oribasius & Serapio, quorum auctoritas maxima. Theophrastus has notas rhamnorum tradit, fructum utriusque rhamni diversum esse, utramque spinosam, nec folia hyeme amittere. De rhamnis sic Plinius lib. 24. cap. 14. *Inter genera ruborum rhamnos appellatur à Græcis candidior & fruticosior, is floret, ramos spargens rectis aculeis, non ut cæteri aduncis, foliis majoribus. Alterum genus est sylvestre, nigrius, & quadantenus rubens. Fert veluti folliculos. Hujus radice decocta in aqua, fit medicamentum, quod vocatur Lycium.* Malè inter rubi genera recenset rhamnos; aliud est genus plantæ, & planè à rubo diversum: fortè scripsit Plinius. *Cæterùm, eadem præstat quæ supra dicta genera ruborum: inter spinosas rhamnus appellatur à Græcis candidior alter & fruticosior &c.* Præterea à nemine unquam proditum, ex rhamni radice decocta, fieri medicamentum, quod vocatur Lycium. Dioscorides lib. 1. cap. 119. ῥάμνος θάμνος ἐστὶ περὶ φραγμοὺς (vetus codex ῥάμνος θαμνός ἐστιν ὀξύς. περὶ φραγμούς. Vulgatā probant Serapio & Ægineta.) φυόμενος, ῥάβδους ἔχων ὀρθὰς καὶ ὀξείας ἀκάνθας, ὥσπερ ἡ ὀξυάκανθα. φύλλα δὲ μικρὰ (Corrigunt ex Plinio μακρά. nec Oribasius nec Serapio vocem μικρὰ agnoscunt; nec apud eundem Oribasium legitur. καὶ ὀξείας ἀκάνθας) ὑπομήκη (alter ἐπιμήκη) ὑπολίπαρα, μαλακά. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα παρὰ ταύτην λευκοτέρα, (Gonpylus ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα παρὰ ταύτην λευκοτέρα non reperiri in altero codice scribit, attamen, ut dixi, reperiuntur & apud Oribasium, & apud Serapionem) καὶ τρίτη μελάντερα ἔχουσα τὰ φύλλα, καὶ πλατύτερα σὺν τῷ ἠρέμα ἐρυθραίνοντα. ῥάβδους μακρὰς πηχέων ὡς πέντε, καὶ μᾶλλον ἀκανθώδεις, ἧττον δὲ στερεὰς καὶ ἰσχυρὰς ἔχει τὰς ἀκάνθας. καρπὸς δὲ πλατύς, λευκὸς λεπτός, ὡς θυλακώδης, ἐοικὼς σφονδύλῳ. (fortè ἀσφοδίλῳ, σπονδυλίῳ Oribasus, quomodo etiam Serapio, vel saltem ejus Interpres, legisse videtur, idem etiā legit καὶ τρίτη δὲ ἔχει φύλλα μικρότερα & πλατύτερα.) *Rhamnus frutex est circa sepes nascens, virgas gerens erectas, spinasq; oxiacanthæ modo aculeatas, foliis parvis (magnis) oblongis subpinguibus, ac mollibus. Præter hanc altera est candidior, itemq; tertia nigrioribus, latioribusque foliis, & quadantenus rubentib. virgultis, quinos ferè cubitos longis: spinosioribus, at minus firmos, rigidosque, minusque acutos aculeos habentibus. Fructus est latus, candidus, tenuis folliculi penè figura, verticillo similis.* Folia, inquit esse ὑπολίπαρα *suppinguia.* Hoc indicare voluit Nicander, cum rhamnum ἐερσήεσσαν, hoc est, veluti rore madentem dicit.

Rhamnus Com.



Ἄγρει μὲν, ὀλίγαις μηκωνίσι ῥάμνον εἶσιν
Ἐρσήεσσαν, δὲ ἤπι δ' ἀεὶ περιπέτεροφεν ἄνθει,
Τὴν ἤτοι φιλέταιρον ἐπίκλησιν καλέουσιν
Ἀνέρες, οἳ Τμώλοιο παραὶ γυγαῖόν τε σῆμα
Παρθένιον ναίουσι λέπας, τόθι κλίζος ἀεργοὶ
Ἵπποι χιλεύουσι, καὶ αὖ πολλαὶ εἰσὶ κλαῦεραι.

Præterea accipe minoribus papaveribus similem rhamnum.
Rore conspersam uvidamque, circa quam semper candentes flores crescunt,
Quam alio nomine philetærum homines appellant
Qui juxta Gygæ monumentum, quodest ad Tmolium montem,
Parthenii loca incolunt, quo loci per Cleson montem otiosi
Equi pascua decerpunt, Claistrusque originem trahit.

Vides ἐρσινόεσσαν veluti rore madentem dixisse, pro eo, quod Dioscorides molle & suppingue dixit. Quæret quis, quam similitudinem rhamnus cum papavere habeat? Cum vulgato papavere, etiam cornuto, nullam, planè habet similitudinem, nisi quod utriusque folia sint suppinguia, sed parvo comparat papaveri. Videtur intelligere spumeum papaver, huic caulis dodrantalis, foliaque spumea, suppinguia, struthio similia, id est, oblonga, quadantenus oleam referentia. Vide cap. 13. lib. 4. histor.. Priores rhamni satis cogniti. Rhamnus frutex, sepibus faciendis idoneus, quo utuntur mulieres ad insolandas ficus, si quidem eas ad huc recentes longis hujusce fruticis aculeis perforant, & ad solem appendunt. Virgis est rectis, in multos ramos divisis, candido, lævi cortice vestitis, aculeis validis, ac firmis, spinæ in modum horrentibus: folia plerumque quaterna aut quina ad singularum spinarum exortus nascuntur subpinguia, mollia, oblonga, subalbida, oleæ similia, nisi quod tenera sunt & succulenta autumno, novis succrescentibus, interdum decidua. Flores autumno longiusculi, candicantes, extremis oris in quinq; crenas divisi, quibus decidentibus, seminis quoddam rudimentum, ut in jasmeno relinquitur, quod in baccam rubentem pisi magnitudine mutatur: crassa multiplicique radice firmatur. Istius generis alium penè similem observavit rhamnum Carolus Clusius, sed humiliorem, frequentioribus ramis fruticantem, minoribus foliis, magis carnosis, salsi gustus, superiore candidiorem, floribus ejusdum cum illo formæ, sed purpurei planè coloris. Malunt alii oleastrum Germanicum, quem rhamnum salicis, folio angusto, fructu flavescente vocant, esse rhamnum primum Dioscoridis. Frutex est, vel fruticescens arbor, non admodū procera, trium aut quatuor cubitorum altitudine. Apud nos rarò procerior, alibi tamen ad sex cubitos ascendere audio. Caudice est aliquantulum intorto, ramis, surculis flexibilioribus, quam prunum, jam descriptum genus, cortice vestitis spadiceo, spinarum etiam longarum vallo horrentibus, colore ut plurimum cinericeo. Folia totis ramulis, surculisque adnascuntur oblonga, oleæ similia, angustiora tamen, minora, & tenuiora, minusque carnosa, perpetua, tenuissima lanugine subtus canescentia, superius autem in viridi cineracea, longitudine sesquiunciam, latitudine tertiam digiti partem æquantia, sapore modicè adstringente, odore nullo. Flos oleæ herbaceus, circa ramos frequens. Succedit bacca rotunda, myrti baccæ similis, paulò tamen major, oblongior, multò verò mollior; colore primum viridis, maturitate flavescens succo intus luteo preditus, totaq; hyeme in frutice permanens. Totus frutex pulvere respersus videtur. Illud etiam notandum, novellas plantas spinis, non secus ac in ononide observatur, carere. Frequens est apud Batavos, maritimis præsertim littoribus. Alii rhamnum hanc, pro altera rhamno Dioscoridis habere malunt, quilibet sua fruatur opinione, nec ea de re nobis multum altercandum videtur. Hallucinantur qui hippophaen Dioscoridis putant, quod radix lacte vel succo lacteo careat. Diosc. lib. 4. cap. 162. ῥίζα παχεῖα, καὶ μαλακή, ὀπὸ μεστή, γάλακτι πικρῷ, ὀπιζομένη ὥσπερ τιθύμαλλος. *Radix crassa, mollis, lactei succi plena, gustu amara.* Horum omnium nihil in oleastri Germanici radice, nec flos cum descriptione Dioscoridis convenit. Nam, colore inquit esse candido, ex parte puniceo-rubente, sed de hippophae alibi. Rhamnum alteram adversariorum auctores putant, cujus imaginem adpingere curavimus. *Tota, inquiunt, planta alba, & minoribus floribus* (quam oleaster Germanicus) *sed candidioribus jesamini pubet, at herbacei coloris, cortice ex viridi pallescente, utriusque rarus usus. Monspelienses hanc rhamnum secundam vocant.* De tertio rhamno non est eadem omnibus sententia. verba hæc. καρπὸς δὲ πλατύς, λευκός, λεπτός, ὡς θυλακώδης ἐοικὼς σπονδύλῳ ad paliuri historiam, cujus multa est apud Diosc. descriptio, pertinere putant: *nam Theoph. inquiunt, & Plinius, non videntur inter secundum & tertium, hoc est, inter album & nigrum, aliud quam coloris discrimen agnovisse.* Horum opinionem neutiquam probo, idque, quod verba hæc apud Oribasium & Serapionem reperiuntur:


Rhamnus secunda Diosc. Monspel.



unde colligi facilè potest, in antiquissimis codicibus hanc lectionem reperiri. Falluntur mirum in modum, cum scribunt, Theophrastum inter album & nigrum nullum aliud agnovisse quam coloris discrimen. Non videntur Theophrastum legisse, vel parum ad verba hæc attendisse, καὶ ὁ καρπὸς διάφορος, ἀκανθοφορεῖ δὲ ἄμφω. An non apertè in fructu differentiam esse scribit. Fefellit illos, quod paliurum iu lobo ferre scribit semen. Vide cap. de paliuro. Dioscorides rhamnum tertium ἐοικὼς σπονδύλῳ, vel, ut in aliis legitur, σπονδύλιῳ Nam ἀσφοδέλῳ vox spuria, & corrupta. Oribasius enim & Serapio σπονδύλῳ legerunt; quomodo in M S. antiquo legi testatur Gonpylus. σπόνδυλος herba est, & vertebra dorsi, seu unum ex 24. ossibus ex quibus spina dorsi constructa est. Verticillū etiam significat, quo utuntur in fusis mulieres, instrumentum illud & pondusculum, quod nentes mulieres fusorū imæ parti apponunt, ut illos faciliùs torqueant: horum figuram natura plurium plantarum seminibus dedit. Quod si quis cum Serapione velit interpretari, *Fructum fert in folliculo spondalii semini similem*, per me licet. Aptari enim non ineptè huic semini potest, cui similis rhamni hujus follicularis fructus videtur, orbiculata effigie, medio carnosa, semen enim spondilii latum, & compressum. De foliis hujus rhamni intelligendus Athenæus, cum lotum Africanam rhamno comparat, ἔχει δὲ φύλλον χλωρὸν παραπλήσιον τῇ ῥάμνῳ, μικρὸν, βαθύτερον, καὶ πλατύτερον. *Folium habet pallidum, parvum, rhamno simile, crassius, & latius.* Nullum præter hoc rhamni genus folium latius habet loto Africana. Planta ergo quæ à Doctiss. Clusio, Dodonæo, & cæteris ostenditur, non est rhamnus tertia, quia semen in siliqua non gerit, sed baccas sive fructum nigrum, rotundum, acerbum, parvo pruno sylvestri similem. Rhamnum tertiam, eam plantam, quam paliuri nomine botanici ostendunt, non esse, vel eo argumento probatur, quod foliis non constet aculeatis ac spinosis. Vide cap. de paliuro. Describitur à Mathiolo his ferè verbis. *Tertium rhamni genus, quod nigrius est, ut etiam Diosc. refert, quinum fermè cubitorum altitudine attollitur, cæteris spinosius, infirmioribus aculeis, aliis longis & rectis, aliis ut rubi incurvis, lævi cortice obductis, fulvo colore; foliis latioribus, solidioribus, nervosioribus, nigrioribus, quadantenus ad ruborem vergentibus, per ambitum crenatis; floribus muscosis, subcroceis: fructu tenuii, lato, candido, folliculari specie, rotundo verticillo non absimili, in cujus medio nucleus est durus, ac rotundus, ciceris ferè magnitudine.*

magnitudine, in quo semen concluditur, lentis instar compressum, rubro cortice, ut alba intus medulla, nascitur in maritimis & campestribus & locis incultis. Hanc plantam esse rhamnum, vel eo argumento probatur, quod folia

Rhamnus tertia Mathioli.



sunt loto Africanæ simillima. Vide utriusque iconem. Utraque enim est foliis minoribus, latis, quasi rotundis, acuminatis. Unum tantum obest, quo minus hæc rhamnus dici mereatur, quod folia huic sunt decidua, cum Theophrastus rhamnum perpetuo folio, paliurum deciduo scribat. Dicendum de vulgata rhamno, sive de prioribus hoc tradere Theophrastum, non de tertia; vel, in Græcia (in qua habitavit Theophrastus.) huic non esse folium deciduum, verùm perpetuum, uti suberi loci varietate contingit, Facilè etiam fieri potuit, quod Dioscorides Græcique recentiores rhamnum vocarint quem antiquiores paliurum dixerunt, Vide smyrnii, hipposelinique historiam; item cap. de paliuro.

Ὀξυάκανθος nomen accepit à spinis acutis, ac acuminatis. Nomen ὀξυάκανθα diversis spinæ generibus tribuitur, ut cynosbato, & similibus, quas spinis natura munivit. ὀξυάκανθον Plinius vertit *aquifolium*, quod etiam imitatur Gaza. Vide cap. 4. hujus libri. Theophrastus cap. 6. hujus libri τὰ δ᾽ ἄλλα προβλαστάνει ἢ ἦρος ὄντος ἀκριβοῦς, φιλύρα, ὀξυάκανθος, παλίουρος Plinius lib. 16. cap. 15. de arboribus quæ vere ineunte germinant. *Cæteræ vere capturo aquifolium, terebinthus, paliurus &c.* Theophrastus lib. 3. cap. 4. ubi arbores recenset, quibus folia non decidunt. φελλόδρυς, κήλαστρον, ὀξυάκανθος, πρῖνος, μυρίκη. Plinius lib. 16. cap. 21. *Sylvestrium generi folia non decidunt abieti, larici, pinastro, junipero, cedro, terebintho, buxo, ilici aquifolio, suberi, taxo &c.* Est tamen alia Latinorum aquifolium planta, à Græcorum oxyacantho: aquifolium enim quasi acuifoliam, quod spinosa habeat folia. Plinius lib. 16. cap. 24. *Pungentia pino, piceæ, abieti, larici, cedro, aquifoliis.* Plura igitur aquifolia. Capite de Ilice, dixi, ilicem aquifolium esse: & cratægum, aquifolium à Plinio vocari, tradidi. Oxyacanthum idem aquifolium vertit. Sed nec oxyacantho, nec cratægo folia spinosa. Quæ de cratægo dixi, non repetam. Oxyacanthum folio non esse spinoso, facilè probari potest. Dioscorides lib. 1. cap. 169. de mespilo. ὅμοιον τοῖς φύλλοις ὀξυακάνθῃ. Theophrastus mespilo huic generi folium tribuit πολυσχιδὲς, καὶ ἐν ἄκρῳ σελινοειδὲς. μείζοσι σχήμασι τιτανόν, ἰσάδες, λεπτότερον σελίνου. καὶ περιμηκέστερον, καὶ τὸ ὅλον κατασχισμένον περιεσχισμένον. Oxyacanthus vulgaris folium habet incisuris charaxatum, apio satis simile. Plinius tamen aquifolium dicit habere folium spinosum. *Aculeata*, inquit loco citato, *aquifolio, & ilicum generi.* Aquifolium ergò &c oxyacanthos planta diversa, vel, malè Plinius aquifolium oxyacanthon vertit. Græcis ὀξυάκανθος & ὀξυάκανθα dicitur. Theop. quidem ὀξυάκανθος, quod imitatur Galenus, ut infra dicam, Diosc. verò ὀξυάκανθα. Apud quem hæc de oxyacantha leguntur. ὀξυάκανθα, οἱ δὲ πυρίναν οἱ δὲ πυξυακάνθην καλοῦσι. δένδρον ἐστὶ παραπλήσιον ἀχράδι, μικρότερον δὲ καὶ ἀκανθῶδες ἄγαν. καρπὸν δὲ φέρει μύρτῳ ἐμφερῆ, ἁδρὸν ἐρυθρὸν, εὔθρυπτον, ἔνδοθεν πυρῆνα ἔχοντα, ῥίζαν πολυσχιδῆ καὶ βαθεῖαν. *Oxyacantha, quam pyrinam nonnulli, alii pytyanthen vocant, arbor est pyrastro similis, at minor, & valdè spinosa; fructum profert myrti baccis valde assimilem, plenum, rubrum, fragilem, nucleo intus præditum: radicem multifidam & profundam.* Πυρίνην vocari *tradit*. πυρίνη emplastri nomen ad durities & scirros, cujus descriptio est apud Æginetam lib. 7. cap. 17. Galenus ἐν γλώσσαις πυρίνας vel, ut in aliis codicibus legitur, πυρῆνας exponit grana, & maximè de thure dici ait. πυρίνας τοὺς χόνδρους, εἴρηται δὲ περὶ λιβανωτοῦ. Hipp. lib. 2. περὶ γυναικείων. μετ᾽ ἄλλας ἡμέρας πρωῒ μὲν δίδοσθαι νήστει ἀκτῆς καρπὸν, ὅσον πυρῆνας ἓξ ἐν οἴνῳ ἀκρήτῳ. *Post hos verò dies manè, jejunè sambuci fructus grana sex, hoc est baccas, in vino macerato exhibito.* Idem περὶ ἐπικυήσιος καὶ λιβανωτοῦ πυρίνας (in aliis πυρῆνας) πέντε, & *thuris granula quinque.* πυρίνα & πυρὴν. Idem Hesychius πυρῆνας τὰ ἐντὸς τῶν ἐλαιῶν ὀστᾶ. Nihil notius, quam olivæ os πυρῆνα vocari. Unde ergò arbor hæc πυρίνη vocatur? an quod baccas fert myrti, in qua nucleus πυρὴν? Hoc non fit verisimile. πυρίνη dicitur, quod urentes pungentesque spinas habeat, ἀπὸ τοῦ πυρὸς ab igne. Eadem πυξυάκανθα dicitur, quod est corruptum. Corrigunt πυρράκανθαν. id est, rubra spina, quod ad hunc colorem inclinat lignū oxyacanthæ. Scribo πυρακάνθαν καλοῦσι. Plinius lib. 24. cap. 13. *Pyracanthi baccæ contra serpentium ictus bibuntur.* Ita in antiquo nostro codice legitur. Etiam titulus habet *de appendice spina; & pyracantho.* In indice tamen legitur *pyrachanto*, quod corruptum est. Nec meliùs vulgati codices habent *pyxacanthi baccæ.* Malè etiam in quibusdam *tyrracantha* scribitur, & frustra corrigunt *pyrracanthi.* Pyracantham adversus ictus serpentum aliorumque animalium venenatorū morsus præscribit Nicand. in Ther.

Λάζεο καὶ πυράκανθαν, ἰδὲ φλόμου ἄρρενος ἄνθην &c.

Doctiss. Nicandri Interpres πυράκανθαν, *Scolymon* exponit. *Pyracantha, inquit, herba est, quam alias Græci scolymum, Ægyptii cnus, Romani strobilū, & ut Virgilius Marcellus auctor, carduum dicunt, cujus descriptionem apud Diosc. est cernere.* Auctuarii auctor strobylum pyracantham vocari tradit. οἱ δὲ φέρουσι, (Interpres φέρουλα) οἱ δὲ πυράκανθα, ῥωμαῖοι στροβούλουμ αἰγύπτιοι χνός. Fallitur vir magnus. Non enim intelligit Poëta Scolimum, verùm oxyacantham; cujus baccas ad ictus serpentum utiles tradit Plin. quod de scolymo intelligi nequit. πυράκανθα quasi ignea dicitur spina, id est, valde urens, pungensque. παραπλήσιον ἀχράδι. In quibusdam codicibus τετραπλάσιον quadruplo major, ingēs profectò, magnaq; foret planta. Hanc lectionē corruptā, vox sequens μικρότερον ostendit. Nam pyrastro non potest esse quadruplo major & minor; quantum ad formam attinet, & ligni spinas, Pirastro satis est similis, folio tamen, ut dixi, dissimilis est; Dioscorides enim Aroniæ mespilo simile docet. Placuit antiquioribus botanicis oxyacantham Græcorum eandē esse, quæ officinis *berberis*. Falluntur, licet antiquissima sit hæc opinio, & Græcorum etiam recentiorū, sive barbarorum auctoritate munita: contra quam satis multa faciunt, ut mox dicam, ubi quæ recentiores tradunt Græci in medium attulero. Myrepsus sect. (de antidot. cap. 457. βερβερὶς τὸ τῆς ὀξυακάνθης σπέρματος. *berberis, hoc est, seminis oxyacanthæ.* Idem cap. 27. πικρίτζε οὐρσῖνα, ἤτοι βέρβερις, ita in Græco codice haberi auctor Fuchsius. Corrigit idem, πράντζε οὐρσῖνα. *Vocant*, inquit, *in hodiernum usque diem stirpem acanthum Græcis & Latinis dictam, officinæ brancam ursinam; quare interpretatio Nicolai non videtur esse legitima, quod brancam ursinam esse berberim tradit, cum ipsemet in multis compositionibus, berberim dicat esse eandem cùm Græcorum oxyacantha, & in vocum Nicolai interpretatione manifestè scriptum est*, βέρβερις τὸ τῆς ὀξυακάνθης σπέρμα, *hoc est, berberis semen est oxyacanthæ.* Corruptus Nicolai codex. Nam in codice Græco, quem vidit Clariss. Salmasius, longè aliter habetur, hoc nempe modo: ὠκίμου σπέρματος, πράντζε οὐρσῖνα τούτεστι . . . . . βέρβερις ἤτοι ὀξυακάνθου δικτάμνου, ἀριστολοχίας μακρᾶς. In verbis Myrepsi deest expositio, qua Græcè explicabat nomen brancæ ursinæ, Nec dubitat idem Salmasius, debere suppleri τούτεστιν ἄκανθον βέρβερις ἤτοι ὀξυάκανθον. Totum hunc locum in hunc sensum lego, ac interpungo. ὠκίμου σπέρματος, πράντζε οὐρσῖνα τούτεστιν ἄκανθον. βέρβερις ἤτοι ὀξυάκανθον, δικτάμνου ἀριστολοχίας μακρᾶς. Docet plantam, quam brancam

cam ursinam vocabant; à Græcis acanthon appellari, aliam tamen oxyacanthum, nempe quæ vulgo berberis dicebatur. Hoc quidem vult Nicolaus, sed fallitur. Berberis non est oxyacantha Dioscorid. nec Theophrasti. Berberidis folia sunt parva, oblonga, dilutè virentia, ambitu crenata, nonnihil aspera, sapore acida; qualia non sunt mespili aroniæ. Huic enim folia fissa, majoribus quam apii divisuris, lævia, cum virore splendentia. Insuper berberis parvam cum pyrastro similitudinem habet. Etenim pyraster simplex è solo prosilit, atque unico duntaxat caudice attollitur, ac deinde tam in longum latúmque excrescit, ut ad communis arboris proceritatè assurgat. Berberis nullum ab radice mittit caudicem, sed pluribus ac diversis aculeatis stolonibus fruticat, qui virgarũ modo in altum se attollunt, nec nisi rarissimè arborescunt. Nam qui omnium majores habentur, raró pollicarem excedunt crassitudinem, nisi ætate longa incrementum acceperint. Quin & rara inveniuntur ejus virgulta, quæ hominis longitudinem superant; Longo admodum temporis tractu opus habent, antequam arborescant, quod experientia didici. Habui berberidẽ, quæ ad parvam arboris magnitudinem pervenerat, crassitie tamen brachiali nondum erat. Præterea, pyrastro cortex asper, squamosus, inæqualis, crassus, colore è nigro rufescente; berberis vestitur cortice albo, levi, & admodum tenui; quo fit, ut ne quidem leviter ferro, vel lapide, tangi possit, quin statim cortex frangatur, croceumque lignum appareat. Spinas etiam habet, à pyrastro valde dissimiles. Pyrus enim sylvestris prunorum modo aculeata est, singulis spinis ex eodem loco erumpentibus, licet ramis prædita sit spinis horrentibus, frequentissimis, iisque admodùm duris, nigris, validis, pungentibus, candidi rhamni modo mucronatis. Berberidi trium spinarũ ad singulos nodos perpetua series, simul ex uno eodemque ferè punctulo emanantium, adeò, ut trifurcato quasi ordine prodire videantur, duabus scilicet utrimque se pandentibus, tertia verò mediũ occupante. Albis, planis, non quidem rotundis, fragilibus & admodũ pungentibus. Oxyacantha rotundũ habet fructum, ad instar baccarũ myrti; berberidis verò fructus racematim uvæ in modũ propendet, parvus insuper, teres, & oblongus. Oxyacanthæ præterea fructus εὔθρυπτος, hoc est, fungosus aut friabilis; berberidis fructus, quoniam lenta cute succulentam carnem continet, friabilis aut fungosus esse nequit: friabile enim de re fragili, arida, quæ digitis facilè quasi in pulverem atteri queat, dicitur, non de re quapiam lenta, humida, & succosa. Alii berberidem oxyacanthum Galeni scribunt, distinguuntque inter oxyacantham & oxyacanthum. *Galenus*, inquiunt, *hanc spinam* (berberidem) *ὀξυάκανθαν vocat, & ab ὀξυακάνθῳ differentem in Libris de facult. simpl. Med. facit. sed manifestiùs in Libr. de alimentorum facultatibus, ubi oxyacanthæ asparagos inter edules refert, quales non oxyacanthus,* (**Haghedoren**) *sed oxyacantha sive acida spina* (**Sausedoom**) *profert. Aprili enim folia ei subnascuntur nova, atque eodem tempore ex veteribus caudicibus turiones erumpunt oblongi, molles, myacanthæ asparagis similes, qui esui idonei sunt, nec citò lignosi fiunt, aut durescunt.* Galenus lib. 2. de Alim. fac. cap. 59. ἔστι δὲ γένος ἀσπαράγων ἐπὶ τοῖς θαμνώδεσι φυτοῖς γιγνόμενον, ὀξυμυρσίνης, καὶ χαμαιδάφνης, καὶ ὀξυακάνθης, &c. Immò oyacanthus, vel, si placet Dioscoridem sequi, oxyacantha, quæ **Haghedoren** vocatur talibus asparagis non destituitur. Quare illud non magni ponderis est argumentum. ὀξυάκανθαν Galeni, & Dioscoridis unam eandemq; esse ex lib. 7. simpl. probatur. ὀξυάκανθος. (puto scribendum ὀξυακάνθη, sed utrumque dicitur; nam apud Theoph. ὀξυάκανθος constanter legitur.) *τοῦτο γὰρ τὸ δένδρον ὥσπερ ἀχράδι παραπλήσιόν ἐστι τὴν ἰδέαν, οὕτω καὶ τὴν δύναμιν, καὶ μὴν γε καὶ οἱ καρποί. ὁ μὲν τῆς ἀχράδος, ἁπλῶς στρυφνός, ὁ δὲ τῆς ὀξυακάνθης, καὶ λεπτομερής ἐστι, καὶ τμητικὸν ὀλίγον ἔχει, ὁ δὲ καρπὸς τοῦ δένδρου, τῷ μὲν τῆς ἀχράδος οὐκ ἔοικεν, ὅμοιος δ' ἐστὶ τοῖς μύρτοις, ἐρυθρός τε καὶ ἀραιὸς ὑπάρχων, ἔχει δὲ καὶ πυρῆνας, οὐ μόνον ἐσθιόμενος*, &c. *Oxyacanthus hæc arbor, ut pyro sylvestri similem habet speciem, ita & vires non dissimiles: quin & ipsi fructus.* (intellige eandem vim habent, nec enim de forma intelligi potest, quod infra dicat, non eandem habere figuram: Quin etiam piro planè est dissimilis. nullum oxyacanthes genus cognitum, cui piri fructus.) *Piri quidem sylvestris, prorsum atque absolutè acerbus est, oxyacanthes verò tenuium partium est, & paulum quiddam incisivum obtinet: porrò arboris hujus fructus piri sylvestris quidem fructui similis non est, verùm myrtis, scilicet rubens, & laxus* (Diosc. εὔθρυπτος *friabilis.*) *Habet verò & nucleos, porrò non esus tantùm, &c.* Berberidis fructus, ut dixi, myrto similis non est, nec ἀραιὸς *rarus, fungosus*: plures uno pediculo dependent, succoque scatent. Quocunque modo ἀραιὸν vertas, non cõvenit berberidis fructui. Ὀξυάκανθα ergò Galeni, & Dioscoridis eadem planta. Alii oxyacantham scribunt spinam acutam pyri folio, cujus imaginem exhibemus. Huic facies & folium pyrastri,

Pyracantha.



aspectu squalida; ejus baccæ rubræ esitantur pueris, semina oblonga habent, quasi pyri aut berberidis. In umbella flores racematim candidos, & fructus oxyacanthæ pares edit, quem propter foliorum similitudinem nonnulli pyracantham vocant, valde est spinosis ramis, non foliis; usus ejus hodie nullus, aut neglectus. Hanc non esse oxyacantham ex eo apparet, quod foliis careat mespili, aroniæ, hoc est, apii modo dissectis. Aliter eandem (sic enim existimo, ignosce lector, si diversa) describit Bauhinus. Ex radicibus crassis multis caudicem emittit rectum, firmum, cortice subcinereo tectum, qui in multos ramos longos latè diffusos brachiatur, quos inordinatè cingunt spinæ, validæ, erectæ, atrociter pungentes, quibus superiores rami sæpè destituuntur: foliis est aliquando rotundioribus, arbuti instar, aliquando ad modum pyrastri oblongis, aliquando etiam acuminatis, in ambitu tamen dissectis, venosis. Flosculi ex quatuor, aut quinque foliolis compositi, parvis pediculis insidentes, acervatim congesti, ex luteo subrubent; ex quorum medio brevia aliquot stamina prodeunt: his succedunt fructus forma oxyacanthæ vulgaris, rotundi, umbilicati, densiùs coacervati, ex aureo ad coccineum vergentes, acidi gustus, in quibus grana aliquot continentur. Provenit sponte in sepibus circa Bononiam; in agro item Senensi, propè Alcinum montem, & in Alpinorum gentium Brodunensium saxosis convallibus. In Gallo-Provincia & Italia provenire, Lobelius tradit. Satis constare arbitror, hanc non esse oxyacantham Dioscoridis. Nam, foliis mespili aroniæ caret. Malunt alii, oxyacantham esse, quam vulgo **Haghedoren** vocamus. Unum alterumque obstat; quod ὀξυάκανθον Theophrastus inter arbores sylvestres recenset, cui nunquam decidunt folia; certum autem est oxyacanthæ decidere folia. Sed hoc argumentum multis modis solvitur. Respondent alii, Theoph. lib. 3. cap. 4. ubi inter ἀείφυλλα recenset oxyacantham, alias etiam recensere arbores, quibus folia decidunt, ut tamaricem, terebinthum, tiliam. Alii hæc arborum genera addiditia esse contendunt, quod lib. 1. cap. 15. ubi perpetuifolia recenset, harum non meminerit, Horum opinionem confirmat Plinius libr. 16. cap. 21. ubi arbores, quæ æternum comarum decus possident, enarrat. Vide cap. 4. hujus libri. Arridet aliis responsio supra de rhamno tertia tradita. Multis enim Græciæ calidioribus locis, ut & in Ægypto, multæ arbores, quibus alibi folia decidunt, ibi perpetuam servant frondem, adeò quidem, ut circa Memphim, vites perpetua coma viridescant. Notum est illud ejusdem Theophrasti ἔτι δὲ οὐχ ὥσπερ τῇ φύσει

φύσει, παρὰ τὸν τόπον ἐστὶν ἀείφυλλα. Alii aliam eſſe oxyacantham Dioſcoridis & Theophraſti ὀξυάκανθον ſtatuunt, ac quidem oxyacanthum Theophraſti pyracantham, ab adverſariorum, auctoribus deſcriptam eſſe volunt: oxyacàntham verò Dioſcoridis illam, quam **Haghedooren** vocamus. Quod mirum videri non debet; Nam ſmyrnium Theophraſti hippoſelinū Dioſcorid. & contra, leucoron Theophraſti diverſum planè ab eo, quod ponit Dioſcorides aſſerunt. Idem de rhamno tertia & paliuro ſupra dixi. Aliud addunt argumentum, quod ſpinæ hujus non ſunt malo medicæ ſimiles. Theoph. lib. 4. hiſt. cap. 4. ἀκάνθας δὲ ἔχει οἵας ἄπιος, ἡ ὀξυάκανθος, λείας δὲ καὶ ὀξείας, σφόδρα καὶ ἰσχυράς: Reſponderi ſolet, Sylveſtris pyri ſpinas non plus à mali medicæ aculeis differre, quam oxyacanthæ. Quare Theophraſtum dicere voluiſſe exiſtimant; quod malus medica ſit aculeata ut pyraſter, & oxyacantha. Reſponderi etiam poteſt, non in omnibus ſed tantùm in quibuſdam ſimiles eſſe has ſpinas; ut levitate, acumine, validitate, & ſimilibus: vel dicendum, cultura jam domitum magis malum medicam, ideoque ſpinas gerere mitiores, vel in Græcia, alios quam in Hiſpania gerere aculeos. Nec altera, quam pyracantham vocant, ſi poſtremum valet argumentum, oxyacantha eſt Theophraſti; Nam ſpinas malo medicæ ſimiles non habet. Sunt qui oxyacantham, quam **Hagheedooren** appellamus, ſpinam appendicem Plinii eſſe arbitrantur. De ſpina hac hæc tradit Plinius lib. 24. cap. 13. *Spina eſt appendix appellata, quoniam baccæ puniceo colore in ea appendices vocantur.* In tanta brevitate nihil concludi poteſt, magis appendere videntur berberidis baccæ quam oxyacanthæ. Appendices enim ab appendendo dictæ videntur. Oxyacantha magnus eſt frutex. Non rarò in arborem pyri altitudine excreſcens, præſertim, ſi cultus accedat. Caudices ſunt ei craſſi, duri, rami lignoſi, lenti, duri, aculeis firmis, & maximè noxiis undique armati; cortice ruſeſcente veſtiti: Folia latiuſcula, lævia, cum virore reſplendentia, profundis ternis, quandoque quinis aut pluribus fiſſuris diſſecta. Flores in umbellis ſuave odorati, quivis foliolis candidis conſtantes; in quorum medio multi albi ceu capilli apparent, apices roſeos ſuſtinentes. Baccæ rotundæ, per maturitatem rubentes, in ſuperiore parte nigrum quid obtinentes; in quibus mollis & dulcis pulpa, lanuginoſa, & ſemina aliquot albida continentia. Toto autumno, ad mediam uſque hyemem perdurant, tanto lævore pellucent, ruboreque decorantur, ut globulos è præſtantiore corallo præparatos referant. Ut mirum videri non debeat, in coronis, ut Theophraſt. lib. 6. cap. ult. tradit, locum habuiſſe. Radix altè in terram deſcendit, Gaudet argilloſa terra, in ſylvis, juxta vias agrorum, hortorumque ſepimenta ac limites naſcitur. In hanc meſpilus commodè inſeritur, uti etiam cydonia, ut tradit Geopon. auct. lib. 10. cap. 76. τὰ κυδώνια ἐγκεντρίζεται εἰς ὀξυάκανθον. quod noſtra ætas verum comperit. Huic verò & altera quædam annumeratur oxyacantha, id eſt, acuta ſpina; cujus folia anguſtiora, ſed oblonga ſunt, flores quoque in exiguis muſcariis, candidi & odorati, prioris ſimiles, baccæ forma, & magnitudine pares, ſed luteo croci colore rubentes, humilior autem hæc ſpina eſt, nec ita facilè arboreſcit, rara quoque, & in paucorum quoque hortis apud Belgas reperitur. Utraque menſe Majo floret, folia Aprili menſe erumpunt, baccæ Septembri maturæ, eſca futura turdis, ſturnis, merulis, & aliis per hyemem avibus.

Oxyacanthe.



Ἴσον. Vertunt, *æquum*. Neutrum ſcio quid ſit. Corrigunt alii οἶσον. Hujus meminit lib. 6. cap. 2. Sed quæ planta οἶσος? Euſtathius, clarus Homeri Interpres, magna inconſtantia οἶσον modo ſpinoſam plantam, modo viticem exponit. Suidas ſalicem. οἶσυα, inquit, ἰτέα. Heſychius οἰσυΐνοισι πλέγμασι τοῖς ἀπὸ οἴσων γινομένοις ἢ λύγου. ἔστι δὲ εἶδος σχοινίου, *Caniſtrum factum ex oeſo vel agno, eſt etiam ſpecies funis.* Euſtathius Odyſ. ε. Ἀίλιος δὲ Διονύσιος οἶσον φαίνεται λέγειν τὸ τοιοῦτον φυτόν. γράψας ὅτι ἀπὸ οἴσου κόφινοι ἄρριχοι καλούμενοι, οὓς Ἴωνες μὲν ἀρσενικῶς προφέρουσιν, Ἀττικοὶ δὲ θηλυκῶς. Παυσανίας δὲ ἱστορεῖ, καὶ ὡς τούτοις τοῖς ἀρρίχοις σταφυλαὶ συνεκομίζοντο· ἐξ ὧν δοκεῖ γίνεσθαι, καὶ τὸ ἀναρριχᾶσθαι. ἐν δὲ τῷ ῥητορικῷ λεξικῷ φέρεται, καὶ ὅτι οἴσυα, ἀκανθώδης βοτάνη, ἐξ ἧς πλέκονται σχοίνια. — ἐν δὲ τοῖς σχολιασταῖς γράφεται καὶ ὅτι ῥίπεις οἰσυΐνοις οἱ ἀπὸ τῶν κλάδων ἰτέας, καὶ ὅτι φυτὸν ἱμαντῶδες ἡ οἰσύα. *Ælius Dionyſius* οἶσον *videtur talem vocare plantam, ſcribens, ex oeſo fieri corbes vimineos dictos. quos Iones quidem in maſculino genere, Attici fœminino pronunciant. Pauſanias narrat, quod in hujuſmodi corbibus uvæ adferantur, unde natum proverbium videtur* τὸ ἀναρριχᾶσθαι *manibus pedibuſque ſurſum repere: in lexico vero rhetorico habetur, oeſuam plantam eſſe ſpinoſam, ex qua funes texuntur. Apud Scholiaſtas ſcribitur crates oeſuinas fieri vel ex ramis ſalignis quod flexibilis ſit planta oeſua.* Contra in Iliad. λ. agnum ſcribit οἶσον vocari. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ λύγον φασὶν οὐχ ἁπλῶς τὸν τοῦ τυχόντος δένδρου ἁπαλὸν κλάδον, ἀλλὰ φυτὸν ἱμαντῶδες, καὶ ἁπαλόν, ὃ καὶ οἶσον καλοῦσι, ἐξ οὗ καὶ οἰσόκαρπον τὸ κατά τινας ἀγνόκοκκον. λύγον *non ſimpliciter vocant arboris tenerum ramum, ſed plantam vimineam, & teneram, quæ etiam oeſum vocatur, unde quibuſdam oeſocarpum, id eſt, oeſi fructus, idem quod agnococcon, id eſt, agni viticis granum.* De ſpinoſa planta non videtur loqui Theophraſtus, ſaltem nullam novi, quæ conveniat cum deſcriptitione. Nec de ſalice agit Philoſophus; quod ſalix hanc nec in flore, nec in fructu agnoſcit differentiàm; in agno hæc omnia obſervantur. Quare veriſimilis admodùm eorum opinio, qui οἶσον legunt, & *agnum* exponunt. Accedit, quod eadem de agno ferè tradat Plinius, quæ de oeſo Theophraſtus. Notandum, apud Ætium lib. 3. cap. 37. ἰσίου plantæ mentionem fieri, de qua hæc tradit ἰσίου τὸν φλοιὸν ξηράνας. κόψας, σήσας, δίδου ℥. ε ἢ ς. βρέχων ὡς προείρηται ἐν τῷ γλυκεῖ, καὶ ἀπουρῶν. καθαίρει δὲ φλέγμα. *Iſit corticê ſiccato, tundito, ac cribrato, & ex eo ℥ v. aut ℥ vi. dato, macerans, velut dictum eſt, in paſſo, ac; ipſum exhibens, purgat pituitam.* Iſium idem quod chameleon niger, ut ipſe Atius lib. 12. cap. 46. docet. *Iſii, hoc eſt, chamæleonis nigra* ℥ IIII. Chamæleon non agnoſcit in flore fructuque diverſitatem, quam de ἴσου vel, ut alii legunt, οἴσου, tradit Theophraſtus. Auctuarii auctor chamæleonem nigrum ἰξίαν vocari tradit, pro quo fortè ἴσον legendum, vel contra, apud Ætium ἰξίαν ſcribendum. Nonnulli ἴσον *ribem* volunt, alii uvam criſpam; Sed ribes ſive fructu ſit albo, ſive nigro, ſive rubro; florem fert Majo menſe pallidum, exiguum, ſtellatum, in quo purpurei nihil. Nec uva criſpa eſt. Theophraſtus ἴσῳ ſpinas nullas tribuit. Hanc notam adeo inſignem, & ſingularem diligentiſſimus & acuratiſſimus ſcriptor haud dubiè non prætermiſiſſet. Sed nec in flore, diverſitas ulla hactenus obſervata, omnis enim flos uvæ criſpæ ex herbaceo albidus eſt, aut perquam exiguum purpureus, ſed rectiùs ex herbaceo albidus dicitur. Vix poteſt dici, ad purpuram vergere, adeò exiguum purpureum eſt, quod in eo obſervatur. Fructus per maturitatem flaveſcit, Reperitur tamen ex atro cœruleus, ſed rariùs, rariſſimè acino conſpicitur cœruleo, ſed hæc ſpinis caret, quare alia videtur, à vulgata uva criſpa, planta. Ego, ſalvo meliori judicio, lego οἶσον, & verto *agnum*, quod in agno notæ omnes reperiantur, quas de οἴσῳ vel ἴσῳ tradit Theophraſtus. Ἄγνος teſte Dioſcoride dicitur, quod in Theſmophoriis matronę caſtitatem cuſtodientes eo ad ſtrata uterentur.

rentur. ὀνόμασαι δὲ, inquit, libr. 1. cap. 135. ἄγνος, διὰ τὸ τὰς ἐν τοῖς θεσμοφορίοις ἁγνευούσας γυναῖκας εἰς ὑπόστρωμα χρῆσθαι αὐτῇ, Plin. lib. 24. cap. 19. *Græci lygon vocant, alii agnon, quoniã matronæ in Thesmophoriis Atheniensiũ castitatem custodientes, his foliis cubitus sibi sternunt.* Cur castitatis gratia folia hujus sternebant? quod crederent, Veneris impetum cohiberi, adeóque semen infœcundum non modo reddi, sed ne quidem generari. ἄγνος, ergo quasi ἄγονος sine semine. Optimè Eustath. Odyss. λ. ἐπεὶ ὁ λύγος καὶ ἄγνος καλεῖται οἱονεὶ ἄγονος. ὁ γὰρ αὐτοῦ καρπὸς φασὶν ἐσθιόμενος ἀφανιστής ἐστι τῆς γονῆς. διὸ καὶ οἱ ἱερεῖς χάμαι τοῦ φυτοῦ τούτου ἐπιτήδευτες τῇ στρωμνῇ, ὡς φυσικὴν τινὰ δύναμιν εἰς τὸ ἁγνεύειν ἐχούσας. *Dicitur lygos & agnos quasi agonos, sine semine, ferunt enim ejus fructus esu semen deleri, corrumpi, ac auferri: quamobrem sacerdotes frondes hujus plantæ lectis imponunt, quod naturali quadam vi semen extinguat.* Galenus libr. 16. simpl. ἐπέχει δὲ (ὁ καρπὸς) καὶ τὰς περὶ τὰ ἀφροδίσια ὁρμὰς, ὅτι πεφρυγμένος, καὶ ὁ ἄφρυκτος καρπὸς, καὶ τὰ φύλλα, καὶ τὰ ἄνθη τῆς θάμνου ταυτὸ (dele ταυτὸ) τοῦτο δύναται δρᾶν, ὥστε οὐ μόνον ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα πρὸς ἁγνείαν πεπίστευται συντελεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑποστρωννύμενα. ταῦτα ἄρα καὶ τοῖς θεσμοφορίοις αἱ γυναῖκες Ἀθήνησιν ὑποστρωννύουσιν ἑαυταῖς ὅλον τὴν θάμνον. ἐντεῦθεν δὲ καὶ τοὔνομα αὐτοῦ. *Cohibet porro impetus in Venerẽ (fructus) tum frictionis expers, tum etiã ipsam expertus: folia item floresq; ipsius, id ipsum præstare possunt. itaque non tantùm esa, potaque ad castitatem conferre creduntur, verùm etiam substrata. Hinc est quod Athenis in Thesmophoriis, hoc est, sacris Cereris, mulieres totũ sibi fruticẽ substernunt. Hinc illi quoq; nomen inditũ agni,* hoc est casti. Officinæ *agnũ castum* vocant. Cur λύγος dicatur docet Dioscorides λύγος δὲ διὰ τὸ περὶ τὰς ῥάβδους αὐτῆς εὔτονον. *Lygos verò dictus est, propter virgarum ipsius firmitatem.* Lenti sunt & flexiles, ideóque difficulter franguntur. Τοῦ λύγου nomen fortè accepit, à viminum, vincendique usu. Id enim Græcis λυγίζειν significat. Vox tamen λύγος communis omnibus, quibus in rustico opere ad vincula utimur. In quorum genere vitex etiam numeratur; ideoque etiam communi illa appellatione appellatur. Hom. Odyss. κ. αὐτὰρ ἐγὼ σπασάμην ῥῶπάς τε λύγους τε. *Cæterũ ego avulsi virgulta viminaque.* Viticem à flexibilitate ramorũ λύγον dictam, innuere videtur Suidas. λύγος, inquit, ἱμαντῶδες φυτόν. Viticum duo genera inquit esse Theophrastus, album, & nigrum. Addit tertium inter utrumque medium. Vitex alba dicitur, quod florem fructumque gerat album, nigra quod nigrum; tertia vitex media vocatur, quod flos in purpuram inclinet, ἐπιπορφυρίζει. Hoc loco purpura violacea videtur, hanc enim in confinio albi nigrantisq; sive vinosi coloris constituit. οἰνωπὸς color nigricans, qui constat ex puro nigro, & luce aërea. Vide cap. 5. lib. 9. de cinnamomo. Purpura violacea medium locum obtinet inter album & nigricantem. In foliis etiam & virgis differentiam observavit Theophrastus; candidæ enim viticis virgæ foliaque tenuiora ac læviora sunt. Supra cap. 12. cornum fœminam virgas parvas ad instar viticis habere tradidit; utramque cornum nodos habere similes agno, binos, atq; ex intervallo inter se respondentes. Plin. libr. 24. cap. 9. *Duo genera ejus, major in arborem salicis modo assurgit, minor ramosa, foliis candidioribus, lanuginosis; prima album florem mittit cum purpureo, quæ & vocatur candida, nigra quæ tantùm purpureum. Nascuntur in palustribus campis.* Dioscoridem sequitur, non Theophrastum. De agno hæc tradit Dioscorides ἄγνος ἢ λύγος θάμνος ἐστὶ δενδρώδης περὶ ποταμοὺς καὶ πεδίοις ἐνύδροις, τραχέσι τε τόποις καὶ χαραδρώδεσι φυόμενος, ῥάβδους ἔχων δυσθραύστους, μακράς. φύλλα δὲ ὥσπερ ἐλαίας, ἁπαλώτερα δὲ καὶ μείζονα. τὸ δὲ ἄνθος ἡ μὲν τις λευκὸν σὺν τῷ ὑποπορφυρίζοντι. ἡ δὲ πορφυροῦν φέρει. σπέρμα δὲ ὡς πέπερι. *Vitex sive lygos frutex in arborem assurgens, qui in fluminibus, ripis* (vulg. cod. καὶ πεδίοις ἐνύδροις non habent, ex veteri codice, quem secutus est Serapio, addidit Saracenus.) *campisque palustribus nascitur, nec non & in locis asperis & salebrosis, virgulta gerit fractu contumacia & longa, folia verò olivæ, sed teneriora ac majora.* (μείζονα ex eodẽ cod. idem addidit) *florem est quæ album cum aliquatenus purpureo mittat, altera purpureum profert, semen est piperis instar. Fruticem,* inquit, *esse in arborem assurgentem.* Theophrastus libr. 1. cap. 5. *cultu arborescere* tradit. Natura esse fruticem, recentior ætas, alteramq; arborescere, alteram humilem sive fruticem manere observavit. Arborescens initio recta est, ætate contorquetur. Frutex apud Batavos in hortis colitur. Hyeme si in locos subterraneos non deferatur, vel alio modo adversus frigus defendatur, perit, sed semper, etiamsi sævissima hyems, uti hoc anno 1635 fuit, ab radice repullulat. Locis palustribus nasci tradit idem Plinius; Idem Cassianus Bassus libr. 2. cap. 3. ubi de aquæ investigatione docet, ac præcipit fodiendum ubi vitex nascitur. ἔνθα πεφύκασι λύγοι αἱ ὑπό τινων, λεγόμενοι ἄγνοι, ἢ κόνυζα, ἢ ὄθλεις, ἢ κάλαμοι, ἢ κολυμβάτος καθ' ἑαυτὴν, ἢ ὁ καλούμενος τρίφυλλος ἢ ποταμογείτων, ἢ ἔνθα σχοῖνος καθ' ἑαυτὴν φαίνεται ἐκεῖσε ὀρυσσε. Vertunt. *Ubi vitices quæ & amerinæ ab aliquibus dicuntur, aut conyza aut othlis, aut harundines, aut colymbates per se aut trifolium, aut potamogeton nascuntur, aut ubi juncus per se apparet, illic fodito.* Ἄγνον interpretantur amerinam, Idem fecit Gaza hist. cap. 5. Salicem amarinam à Romanis vocatam esse viticem, tradit Auctuarii auctor. οἱ δὲ ἄγνον, οἱ δὲ λύγον, οἱ δὲ ἀμικρόμιανον, οἱ δὲ τελάδικτον, Προφῆται σπερμόν, οἱ δὲ αἷμα ἴδιος (ἴβεως) Αἰγύπτιοι σοὺμ Ῥωμαῖοι σάλιξ μαρίνα, οἱ δὲ πίπερ ἄγρεστε, οἱ δὲ λεχρίσκουμ inter. λεγύστικουμ. Salicem amerinam vocatam fuisse tradit; Nomen hoc Marcellus ab imperito quodam adjectum putat: longè enim alia est arbor, quam salicem amerinam Columella vocat. Certè Columella lib. 4. cap. 30. & Plinius lib. 24. cap. 9. de vitice & salice amerina tanquam diversa agunt planta. *Amerinæ nigræ,* inquit, *semen cum spuma argenti pari pondere à balneo illitum, psilothrum est. Non multùm à salice vitilium usu distat vitex, foliorum quoque aspectu, nisi odore gratior esset.* Amerina ergo & vitex arbor diversa. *Othlis* quid sit ignoro. Apud doctiss. de voce hac hæc reperio. ὄθλεις *herbæ sunt, quibus in aquarum inventione* καὶ ἐν τῇ ὑδροφαντικῇ, *sive* ὑδρευματικῇ, *aquileges aquam subesse conjiciunt, his locis quibus hæ proveniunt. Constant.* γεωπονικῶν *lib. 2. capite. quod* ὑδρευματικῶν *inscribitur, tertio.* Ergo generale cum speciali miscet Geoponicũn auctor. Vitex, conyra, harundo. speciale, ὄθλεις generale, hoc valde absurdum videtur. Capite sequenti, ubi repetit quæ cap. tertio de aquæ investigatione tradidit, inter herbas quibus in aquarum inventione aquileges aquam subesse conjiciunt, numerat κισσὸν, *hederam* quam ab aliis μαλακόκισσον vocari refert. Recenset inter easdem ἵππουριν. Alterutrum ἀντὶ ὄθλεις scribendum reor. Eodem etiam capite non τρίφυλλον sed πεντάφυλλον *quinquefolium* legitur. Trifolium palustre, locis humectis quidem nascitur, sed hoc an noverit, hæreo. Pentaphyllon, quod loco citato describit, locis humidis ac aquosis provenire extra controversiam, quod palustres loci Batavici, abundè testantur. Quæ κολυμβάτος dicatur planta, mihi ignota est. Capite quarto, ubi eandem repetit artem de aquæ investigatione, κύπειρον καὶ βάτον recenset etiam, βατράχιον. κολυμβάτον sonat *rubum aquaticum.* Sed quis rubus aquaticus? An à vulgaro diversus? Scribo κύπειρον, βάτος καὶ βούτομον, inquit, capite quarto, καὶ βάτος, ἢ κύπειρον, ἣν τινες ζίγνιον καλοῦσι, paulò infra, καὶ ὁμοίως κισσὸν τὸν θάλλοντα, ὃν τινες μαλακόκισσον προσαγορεύουσι ἢ σίκυον ἄγριον καὶ οἰσύαν, καὶ πτέριν νυμφαίαν, (vel πτελέαν νυμφαίαν quod minus arridet.) ἔτι δὲ ἵππουριν, καὶ τὴν λεγομένην πεντάφυλλον, βατράχιόν τε ὃν χρυσάνθεμον καλοῦσι. Ita locus hic legendus. Vulgo legitur καὶ συκῆν ἀγρίαν, καὶ οἰσύαν καὶ πτελέαν ἀγρίαν, ἔτι δὲ ἵππουριν τὴν λεγομένην πεντάφυλλον. Verte, *Similiter & hederam virentem, quam aliqui malocisson, hoc est, mollem hederam cognominant, & cucumerum sylvestrem, viticem, filicem fœminam, equisetũ, & quinque folium appellatum & ranunculum, quem chrysanthemon vocant.* Nemo, quod sciam, πτελέας ἀγρίας mentionem facit. Filicem fœminam locis humectis provenire, norunt botanici. Loci nostri palustres filice fœmina scatent. nusquam repperi οἰσυην. Capite tertio viticem tradit locis provenire, quibus aqua subest. Eandem Eustathius οἰσύαν vocari tradit. Facilis lapsus οἰσυης in οἰσύαν. Vitex ergò locis nascitur palustribus. Virgulta, inquit, esse fractu contumacia, propter flexibilitatem. Theophrastus corno fœminæ comparat, nodosque habere corni tradit. Vitex haud magnus frutex est, arboris exiguæ in modum assurgit, initio recta, postmodum contorta. Caudices habet lignosos, non crassos, ramulos oblongos, lentos, flexiles, frangique contumaces. Folia Dioscorides comparat olivæ, sed teneriora ac majora inquit esse. Plinius salici comparat, sed odore gratiore inquit. Hoc de particularibus intelligi debet: nam uni alioquin pediculo quinque folia adhærent, ac pentaphyllo similis est, si integrum folium consideres, quod non videtur ignorasse Nicandri Scholiastes in Theriaca, ubi ait, λύγος δὲ εἶδος φυτοῦ ἔχον κλάδους πέντε. *Lygos plantæ genus quinque habens ramos.* Falsum hoc est, puto interpretem scripsisse, ἔχον φύλλα πέντε vel λύγος εἶδος φυτοῦ ἐστὶ δὲ πεντάφυλλον. *Lygos planta est, cui folia quinque,* uni scilicet pediculo annexa. Vitici folia ex uno pediculo cohærent quina, oblonga, acuminata, veluti salicis, sed minora molliora que, medio horum majore ac longiore. Reperitur aliud genus cui folium latius, amplius, ambitu serratum *florem vel purpureum,* inquit Dioscorides, *vel albũ cum purpureo mixtum.* totum album, qualem, ut de se scribit Theophrastus, nunquam

Vitex.



quam vidi. Flores fert, vel totos purpureos, vel purpureos albo intermisto, verticillatim ſpicato ordine virgularum faſtigia circumdatos. Hinc Nicander πολυάνθεα dixit.

> Ἢ σύγ' ἀπὸ στορέσαιο λύγον πολυάνθεα κόψας.
>
> *Aut tibi caſta vitex multo quæ flore renidet,*
> *Præbeat inſtrata, ſecurum fronde grabatum.*

Scholiaſtes πολυανθὴς δέ ἐστιν ὁ λύγος τῆς ἄγνου. Scribe, πολυανθὲς δέ ἐστι τὸ φυτὸν τῆς ἄγνου. *Fructum*, inquit, *eſſe piperis*, Ideo agreſte piper à Romanis dictam viticem ſcribit Auctuarii Auctor. Rotundum eſt inſtar piperis; quare fraudulenter in quibuſdam officinis cum pipere divenditur.

Παλίουρος dicitur, quaſi πάλιν οὖρος, *iterum urina*, id eſt, bis mingens. Ad quod facetè alludens Martialis, ridet Paulinum hoc diſticho:

> *Minxiſti Pauline ſemel currente carina,*
> *Meiere vis iterum, jam Palinurus eris.*

Id eſt, *bis meiens*. Non autem, *eris palinurus*; id eſt, cadeſè navi, ut Palinurus. Verũ, quia Poëta ſic id accepturos pleroſq; noverat, ita ſcripſit, ut multos hoc cavillo deciperet. Non ad caſum Palinuri alluſit Martialis; nec auguratur, ſi iterum meiat, futurum ut ſubmergatur: nec ad nomen Palinuri Gubernatoris navis Æneæ, ut doctiſſimorum Grammaticorum ſenatus decernit; ſed ad ſignificationem vocis *palinuri*. Vel παλίουρος dicitur, quaſi πάλλω οὖρον. *urinam moveo*. ἀ πάλλω πάλος. πάλλω *moveo, vibro, ſalio*. Heſychius, πάλλεται, πηδᾷ, σείεται, κραδαίνεται, κινεῖται, σφύζει. Dioſc. lib. I. cap. 121. de paliuro. ὁ δὲ σπερμα... πινόμενον βηχῶν ἀρήγει, καὶ τοὺς ἐν κύστει λίθους θρύπτει, καὶ πρὸς ἑρπετῶν δήγματα ποιεῖ. τὰ δὲ φύλλα, καὶ ἡ ῥίζα στυπτικά. ὧν τὸ ἀφέψημα ποθὲν, κοιλίαν ἵστησιν, οὖρά τε ἄγει, &c. *Quod quidem* (ſemen) *potum tuſſi opitulatur, veſicæ calculos comminuit, & ſerpentium morſibus adverſatur; folia & radix adſtrictoriam vim habent, quorum decoctum potum alvum ſiſtit, urinas trahit*. A recentioribus etiam inter nephritica recenſetur medicamenta, eorumque compoſitionibus additur. Myrepſus. lib. I. de antidot. 188. ἀφθέσου ῥίζης, παλιρίας ῥίζης καὶ τοῦ καρποῦ. Corrigunt παλιούρου. Sed cum conſtanter apud Myrepſum παλιρίας legatur, dubito an recentiores Græci παλιρίαν vocarint, quod antiquiores παλίουρον. Vide antidotum 381. ubi etiam παλιρίας legitur. Ἀφθέσου neſcio quid ſit, fortè ſcribendum. ἀσπαλάθου ῥίζης. Objiciet quis, aſpalathum lignum eſſe. Non eſt hujus loci diſputare, utrum ſit lignum an radix. Illud ſufficit demonſtraſſe, radicis corticem ſæpè ab auctoribus præſcribi. Gal. lib. 16. de Theriac. ad Piſonem, item de Theriaca ad Pamphylum in compoſ. trociſc. hedychr. ἀσπαλάθου ῥίζης φλοιοῦ, καλάμου ἀρωματικοῦ. Aſpalathon urinæ difficultati ſuccurrere ſcribit Dioſcorides; Paliuri unum genus deſcribit. Plura inquit eſſe Theophraſtus, vulgare, & Africanum, de quo libr. 4. cap. 4. agit. quo lectorem ablego? Vulgarem paliurum ἄρραχον dictam legimus, quod ſepibus vehementer congruat. Nicander in Theriac.

> Ἤμυνε καρπὸς καὶ μὴν ἀρρήχου παλιούρου.
>
> *Quin etiam ſurgens foliis paliurus acutus.*

Scholiaſt. ἄρρηχος οὖν ἡ παλίουρος λέγεται, διότι περιφράσσουσι καὶ πρὸς φραγμὸν εὖ πεποιημένη. ἀπὸ τοῦ ἐπιτατικοῦ α, καὶ τοῦ ἕρχος, ὃ σημαίνει τὸν φραγμόν. *Arrhechos itaque dicitur paliurus, quaſi undique circumſeptus. & ad ſepes faciendas benè emptus, ab intenſiva particula α & ἕρχος, quod ſepem ſignificat.* Elegans verſiculus Gemini in Paliurum qui ſepimentum horto præſtat.

> Ἡ Παλίουρος, ἐγὼ τρηχὺ ξύλον, οἷος ἐν ἕρκει.
> Τίς μ' ἄφορον λέξει τῶν φορίμων φύλακα.
>
> *Sum Paliurus ergo quo ſeptum hunc aſpicis hortum.*
> *Frugiferas ſervo, ſed nihil ipſe fero.*

Columella lib. 11. *Locus quem ſepire deſtinaveris, ab æquinoctio autumnali, ſimul atque terra maduerit imbribus, circumvallandus eſt duobus ſulcis, tripedaneo ſpatio inter ſe diſtantibus: modum altitudinis, & latitudinis eorum abundè eſt eſſe bipedaneum, ſed eos vacuos hyemare patiemur præparatis ſeminibus, quibus obſerantur: ea ſint vaſtiſſimarum ſpinarum, maximéque rubi, & paliuri, & ejus quam Græci vocant κυνόσβατον, nos ſentem canis appellamus.* Caſſian. Baſſius lib. 5. cap. 42. εἰ βούλει φραγμὸν ἔχειν ἀσφαλῆ, σκάψας τάφρον πηχυαίαν (vulg. πηχιαίαν) πασσάλους καταπήξον, καὶ ἐκτείνον σχοίνιον κατὰ τῆς τάφρου. πρὸ μιᾶς δὲ ἡμέρας ἕτοιμον σοι ἐν ἑτοίμῳ ἀληλεσμένοι ὄροβοι καὶ καρπὸς βάτου καὶ παλιούρου, καὶ ὀξυακάνθης· τὰ πάντα βεβρεγμένα (MS. ἐμβεβρεγμένα) εἰς πάχος μέλιτος, καὶ τοῦτο (vulgo τούτου) τὸ ἐκτεταμένον σχοίνιον, τρῖψον τῷ καρπῷ τοῦ βάτου καὶ παλιούρου, &c. *Si ſepem habere velis munitam & ſecuram, ſcrobem cubitali effodito altitudine, in eamque palos depangito, & funiculum per ſcrobem extendito, præcedente autem die ervum molitum in promptu habeto, & rubi ſemen, ac paliuri, & oxyacanthæ. Omnia ad mellis craſſitudinem macerato: poſtea verò extenſum funiculum rubi ac palinuri ſemine, &c.* Columella lib. 6. c. 9. *Nemora ſunt convenientiſſima, quæ veſtiuntur quercu, ſubere, fago, pomiferiſque ſylveſtribus, ut ſunt albæ ſpinæ —— & paliurus, atque achrades pyri.* Vides ad ſepem maximè idoneum paliurum. Fructum paliuri Theophraſtus inquit condi in folliculo quodam; ἐν λοβῷ τινὶ, inquit, τὸν καρπὸν ἔχει, καὶ ὑπὲρ τῶν φύλλων. Dele improbum verbum καὶ, alioquin nullus ſenſus; vel lege cum doctiſſ. Robert. Conſtant. καθάπερ φύλλον vel καθάπερ ἐπὶ φύλλων. Quia paliuri fructus ſimul plures ſuper folia in ſummitate naſcuntur. Legunt alii καθάπερ τῷ φύλλῳ, *in ſiliqua folioſa*. Malunt alii τῇ φύσῃ *veſicula*, alii θυλακίῳ *folliculo*, alii καθάπερ σπονδύλιον. Nobis ſimpliciſſima arridet correctio, καθάπερ φύλλον. In Baſilienſi enim legitur, καθάπερ τὸ φύλλον. Vel deleta particula καὶ: ὑπὲρ τῶν φύλλων. Supra lib. I. cap. 16. inter plantas numeratur quib. folia ſpinoſa. Quando germinet, docet lib. 3. cap. 6. & 7. Lib. 6. verò cap. 1. paliurum numerat inter ea, quæ ſpinas gerunt, ut roſa, capparis, pyrus ſylveſtris, &c. Dioſcor. lib. I. cap. 120. παλίουρος γνώριμός ἐστι θάμνος, ἀκανθώδης, στερεός, οὗ τὸ σπέρμα λιπαρὸν καὶ λιγνυῶδες εὑρίσκεται. *Paliurus frutex vulgo cognitus, aculeatus, ſolidus, cujus ſemen pingue, &* λιγνυῶδες, id eſt, *fuſcum*. Interpres *lini ſemine æmulum reperitur*. Legit ergo ex Theoph. λινῶδες, aut λινοειδὲς, aut λίνῳ ὅμοιον. Malunt alii λιγνυῶδες exponere, non tantùm fuſcum colorẽ, ſed cum eo etiam unguem, & oleoſam naturam, qualis infectis ex oleoſo aliquo humore, fuligine digitis deprehenditur. Ut ſit vox ea Dioſcoridi, quaſi alterius illius λιπαρὸν, quæ pinguitudinem ac lentorẽ ſignificat, declaratio quædam. Alii γλισχρῶδες, ſcribunt, *viſcoſum, tenax*. Nobis interpretis lectio placet ac arridet. Sunt qui agrifolium paliurum ſcribunt. Baccas fert hæc arbor, non folliculos, in quibus ſemen, his baccis nulla lentitia aut pinguedo. Agrifolio præterea coma immortalis, decidua paliuro. Placet aliis, paliurum eſſe quam rhamnum tertiam diximus, quam alii non probant ſententiam; idque duabus de cauſis, quarum prior, quod Theophraſtus ſcribit, ἐν λοβῷ proferre ſemen, id eſt, *ſiliqua prælonga*, fabæ inſtar, non autẽ in

fructu

fructu rotundo ac verticillato, qui non verè folliculus est, sed follicularem quandam refert speciem, &, ut propriè inquit Diosc. θυλακώδης est Græcis enim scriptoribus λοβὸς longam vel oblongam siliquam designat in plantis, Suida & Phavorino testibus, ut fabæ folliculi sunt, & terebinthi cornicula; non autem rotundum fructum verticilli faciem referentem. Quod verò paliuri fructus oblongus sit, idem testatur Theoph. libr. 3. cap. 11. de acere scribens, Ubi inquit, περὶ ἄνθους δὲ οὐκ ἤδεσαν. τὸν δὲ καρπὸν οὐ λίαν μὲν προμήκη, παρόμοιον δὲ τῷ παλιούρῳ, πλὴν προμηκέστερον. Altero cur tertium hoc rhamni genus paliurus esse non possit causa, ipsum est semen, quod non ἐν λοβῷ, sed in duro, ac rotundo concluditur ossiculo, ut ipsius verticilli centro latescente, fungosa quadam pulpa exterius obducto, triplici intus cavitate diviso, ubi semen ipsum se continet, ac latitat, lentis instar compressum, rufa ac lævi cuticula contectum, alba dulcique intus medulla; non autem fulginosum ac pingue, aut linum referens, ut de paliuro scribunt Dioscorides & Theophrastus. Ad prius argumentum respondent; λοβὸς, non folliculus tantum longus & carnosus dicitur, sed omnis folliculus, & cujusvis figuræ. Λοβῷ igitur sive folliculo paliuri semen includitur, sed peculiaris naturæ, & ab aliis diversæ, ut quæ foliosa, & membranacea substantia sit, ac lata. Quamobrem evidentiùs exprimere paliuri semen Theophrastus non potuit, quam cum dixit, paliurum fructum habere foliatum, qui folliculo continetur. Alterum est, quod dixit Theophrastus, aceris fructum oblongum esse, & pennatum, paliuro similem. Hujus igitur testimonio paliuri fructus oblongus erit, non rotundus. Quæ ratio æquè facile ac prior refellitur. Magna enim est aceris fructui cum fructu paliuri similitudo; non involucri rotunditate, nec verticillata figura, sed quod duriusculum semen, ut in paliuro, membranaceo tegumento operiatur, oblongo, & aliis grandiorum muscarum simili, sed non tam oblongo in paliuro. Miranda Theophrasti diligentia; qui cum dixisset, aceris τὸν καρπὸν οὐ λίαν μὲν προμήκη, παρόμοιον δὲ παλιούρῳ, id est, *aceris fructum non valde oblongum; paliuro tamen similem*, statim subjicit πλὴν προμηκέστερον, id est, in acere oblongiorem, quam in paliuro, in quo rotundus est. Rotundum paliuri fructum esse nunquam concedam. Id negat ipse Theophrast. lib. 4. cap. 4. ubi paliurum describit Africanum; φύλλον δὲ παρόμοιον ἔχει τῷ ἐνταῦθα, τὸν δὲ καρπὸν διάφορον. οὐ γὰρ πλατὺν, ἀλλὰ στρογγύλον καὶ ἐρυθρόν. *Folio huic nostrati simili, fructu diverso, non enim lato, sed rotundo rubroque.* Absurdum etiam videtur, aceris folliculum, semini paliuri, non siliquæ comparare. Λοβοῦ vocem latè quandoque sumi non nego; attamen ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, *ut plurimùm*, immo ferè semper, oblongam siliquam denotare, plurimis exemplis probari potest. Rhamnum tertium Mathioli non esse paliurū, ex iis quæ dixi constat. Aliud argumentum magni ponderis addam; quod rhamnus hic tertius foliis non sit spinosis, verùm omnino mollibus, nullis spinis aut aculeis præditis. Planta, quæ paliurum refert, ad cognitionem nostram nondum pervenit; quare & inter ignotas reponimus arbores.

ΚΕΦ. ΙΗ. — CAP. XVIII.

Rubi genera quot: ac de canirubo, fluidarúmque generibus, & medicamento osseo, quod fluida dicitur. Item de edera, smilace. Deque arbore appellata Euonymo.

Ἔτι δὲ καὶ τῆς βάτου πλείω γένη, μεγίστην δὲ ἔχοντες διαφοράν. ὅτι ὁ μὲν, ὀρθοφυὴς, καὶ ὕψος ἔχων· ὁ δὲ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ εὐθὺς κάτω " νενευκώς. καὶ ὅταν συνάψῃ τῇ γῇ ῥιζούμενος πάλιν. ὃν δὴ καλοῦσί τινες χαμαίβατον. τὸ δὲ κυνόσβατον τὸν καρπὸν ὑπέρυθρον ἔχει, καὶ παραπλήσιον † τῷ τῆς ῥόας. ἔστι δὲ δένδρου καὶ θάμνου μεταξὺ, καὶ παρόμοιον ταῖς ῥόαις. τὸ δὲ φύλλον ‡ ἀγνῶδες. τῆς δὲ ῥοῦ, τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ καλοῦσι, τῷ τὸ μὲν, ἄκαρπον εἶναι, τὸ δὲ, κάρπιμον. οὐκ ἔχει δὲ οὐδὲ τὰς ῥάβδους ὑψηλὰς, οὐδὲ παχείας. φύλλον δὲ ὅμοιον πτελέᾳ· πλὴν μικρὸν " καὶ παραμηκέστερον καὶ ἐπίδασυ. τῶν δὲ κλωνίων τῶν νέων ἐξ ἴσου τὰ φύλλα εἰς δύο, κατάλληλα δὲ ἐκ τῶν πλαγίων, ὥστε στοιχεῖν. † βάπτουσι δὲ τούτῳ καὶ οἱ σκυτοδέψαι τὰ λευκὰ δέρματα. ἄνθος λευκὸν, βοτρυῶδες. τῷ σχήματι ‡ τὸ ὁλοσχερὲς ὄσλιγγας ἔχον, ὥσπερ καὶ ὁ βότρυς. ἀπανθήσαντος δὲ ὁ καρπὸς ἅμα τῇ σταφυλῇ ἐρυθραίνεται. καὶ γίνονται οἷον φακοὶ " λεπτὸν συγκείμενοι· βοτρυώδεις δὲ τὸ σχῆμα καὶ τούτων. ἔχει δὲ τὸ φαρμακῶδες τοῦτο, ὃ καλεῖται ῥοῦς ἐν αὐτῷ † ὀστώδες. ὃ καὶ τῆς ῥοῦ διηθημένης ‡ ἔχει πολλάκις. ῥίζα δ᾽ ἐπιπόλαιος καὶ μονοφυὴς, ὥστε ἀνασκάπτεσθαι ῥαδίως ὁλόρριζα· τὸ δὲ ξύλον ἐντεριώνην οὐκ ἔχει· ἄφθαρτον δὲ, κοπτόμενον. ἐν πᾶσι δὲ γίνεται τοῖς τόποις. εὐθηνεῖ δὲ μάλιστα ἐν τοῖς ἀργιλώδεσι. πολυειδὴς δὲ ὁ κιττὸς, " καὶ γὰρ ἐπίγειος. ὁ δὲ, εἰς ὕψος αἰρόμενος. καὶ τῶν ἐν ὕψει πλείω γένη. τρία δ᾽ οὖν φαίνεται τὰ μέγιστα· ὅ, τε λευκὸς, καὶ ὁ μέλας, καὶ τρίτον ἡ ἕλιξ. εἴδη δὲ ἑκάστου τούτων πλείω. λευκὸς γὰρ, ὁ μὲν τῷ καρπῷ μόνῳ, ὁ δὲ καὶ τοῖς φύλλοις ἐστί. πάλιν δὲ τῶν λευκοκάρπων † μόνων, ὁ μὲν ἁδρὸν καὶ πυκνὸν καὶ ‡ συνεστηκότα τὸν καρπὸν ἔχει, καθάπερ εἰς σφαῖραν. ὃν δὴ καλοῦσί τινες " κορυμβίαν. οἱ δὲ Ἀθήνησιν ἀχαρνικὸν ἀρδευόμενον. ὁ δὲ, ἐλάττω, διακεχυ-

" νεύων Bas. Al. alter νενευκώς.
† ῥόας κυτίνῳ ἴσι, vide notas Dalec. in Plin. lib 16 cap. 37.
‡ ἀγλῶδες Athenæus ἰχνῶδες Cōst.
" μικρὸν παραμηκέστερον.
† βάπτουσι δὲ τούτῳ Const.
‡ δὲ τὸ Bas. lege δὲ sine τὸ. Bas. ὄσυγγας.
" λεπτοί.
† ὀστώδες τι, ὅ.
‡ ἀπέχει Const.
" ὁ μὲν.
† μόνον!
‡ συνεστηκότα ἢ Al. Germ.
" κορυμβον.

Rubi genera plura, sed maximo inter se discrimine distant: quod quædam erecta excelsaque, quædam prope à terra, protinusque deorsùm " vergens: cumque se terræ conjunxerit, radicans rursus, quem humirubum quidam appellant. † Canirubus autem fructum subrutilum parit, ‡ malo punico similem. Est inter fruticem atque arborem, punicæ non absimilis, " folio amerinæ. Fluidarum, aliam masculam, aliam fœminam dicunt: quod alia sterilis, alia fructifera sit. Nec virgas longas gerit, neque crassas: folium ulmeo simile, nisi quod † parùm oblongius, densumque aliquantulum. Ramulorum novellorum folia paribus internodiis conjugatim condita adhærent, & plane è lateribus ordo versus conspicitur. ‡ Inficiunt his coriarii alba coria. Flos candidus, racematim enascens. Hic ubi defluit, fructus cum labrusca rubescit: fiuntque ceu lentes tenues congestæ. Figura his quoque in modum " uvæ. Medicamentum Fluida dictum, osseum in his continetur. Radix per summa, & simplex, ut facilè avelli possit radicitus: lignum sine medulla, & cæsum quoque incorruptum perdurat. Nascitur omnibus locis, sed in argillaceis potissimum præstat. † Edera quoque multigena est: quædam enim humi repens, quædam se in excelsum attollens: & excelsarum genera plura, sed trina summa patescunt, candida, nigra, tertiaque clavicula. Horum item species plures: ‡ quippe alia fructu tantum candida, alia etiam foliis. Rursus fructum tantum candidum ferentium, alia majusculum, densum, & velut in globum circumactum fructum profert, quam corymbiam quidam vocarunt. Athenienses acharnicam riguam eam appellant. Alia minorem, sparsioremque, modo nigræ. Habet

" versa est.
† canis sentis.
‡ mali punici cytinos.
" splendido rhois vulgo sumach dictæ, aliam.
† oblongius pilosumque aliquantulum.
‡ conficiunt his coriarii alba coria. Flos candidus, racemosus, figura, per universam cincinnis vel villis floris vitis modo capillatus; hic ubi defloruit, fructus cum uva rubescit.
" racemi. Habet & medicamentum, rhus dictum, in eo osseum quid, quod rhoe percolato abscedit sæpius. Radix. † helix. ‡ alia enim fructu solo, alia etiam foliis est candida. Rursus fructum tantum candidum ferentium, quædam grandiorem, densum, & veluti in orbem circumactum fructum producit, quem nonnulli corymbum vocant.

λευκόν, ὥσπερ καὶ ὁ μέλας. ἔχει δὲ καὶ ὁ μέλας διαφοράς· ἀλλ' οὐχ ὁμοίως φανεράς. ἡ δὲ δὴ ἕλιξ ἐν μεγίσταις διαφοραῖς. καὶ γὰρ τοῖς φύλλοις πλεῖστον διαφέρει, τῇ τε μικρότητι, καὶ τῷ γωνιοειδῆ καὶ † εὐρυθμότερα εἶναι. τὰ δὲ τοῦ κιττοῦ περιφερέστερα καὶ ἁπλᾶ. καὶ τῷ μήκει τῶν κλημάτων. καὶ ἔτι τῷ ἄκαρπος εἶναι. ‡ διαλείνονται γάρ τινες ἀποκιττοῦσθαι τῇ φύσει τὴν ἕλικα. ἀλλαγὴ δ' εἰς τὸν κιττὸν τελειωθείσης. εἰ δὲ πᾶς ἀποκιττοῦται, καθάπερ τινές φασιν, ἡλικίας ἂν εἴη καὶ διαθέσεως, οὐκ εἴδους ἡ διαφορά· καθάπερ καὶ τῆς ἀπίου πρὸς τὴν ἀχράδα. πλὴν τό γε φύλλον καὶ ταύτης, πολὺ διαφέρει πρὸς τὸν κιττόν. σπάνιον † δὲ τοῦτο καὶ ἐν ὀλίγοις ἐστίν. ὥστε παλαιούμενον μεταβάλλειν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς λεύκης καὶ τοῦ κρότωνος. εἴδη δ' ἐστὶ πλείω τῆς ἕλικος· ὡς μὲν τὰ προφανέστατα καὶ μέγιστα λαβεῖν τρία· ἥ τε χλωρὰ καὶ ποώδης, ἥπερ καὶ πλείστη· καὶ ἑτέρα ἡ λευκή, καὶ τρίτη, ἡ ποικίλη, ἣν δὴ καλοῦσί τινες Θρᾳκίαν. ἑκάστη δὲ τούτων δοκεῖ διαφέρειν. καὶ γὰρ τῆς χλοώδους, ἡ μὲν λεπτοτέρα καὶ ‡ μακροφυλλοτέρα, καὶ ἔτι πυκνοφυλλοτέρα. ἡ δ' ἧττον πάντα ταῦτ' ἔχουσα. καὶ τῆς ποικίλης, ἡ μὲν μεῖζον, ἡ δ' ἔλαττον τὸ φύλλον, καὶ τὴν ποικιλίαν διαφέρουσα. " ὡσαύτως δὲ καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ χροιᾷ διαφέρουσιν. εὐαυξεστάτη δὲ ἡ ποώδης, καὶ ἐπὶ πλεῖστον προϊοῦσα. φανερὰν δ' εἶναί φασι τὴν ἀποκιττουμένην, οὐ μόνον τοῖς φύλλοις, ὅτι μείζω καὶ πλατύτερα ἔχει, ἀλλὰ καὶ τοῖς βλαστοῖς. εὐθὺς γὰρ ὀρθοὺς ἔχει. † καὶ οὐχ ὥσπερ κατακεκαυμένη καὶ διὰ τὴν λεπτότητα καὶ διὰ τὸ μῆκος. τῆς δὲ κιττώδους, καὶ βραχύτεροι καὶ παχύτεροι. ‡ ὁ δὲ κιττὸς ὅταν ἄρχηται " σπερμουχεῖν, μετέωρόν † ἐστι καὶ ὀρθὸν τὸν βλαστόν. πολύρριζος μὲν οὖν ἅπας κιττὸς καὶ πυκνόρριζος, συνεστραμμένος ταῖς ῥίζαις δὲ ξυλώδεσι, καὶ παχείαις, καὶ οὐκ ἄγαν βαθυρρίζοις· καὶ μάλιστα δ' ὁ μέλας καὶ τοῦ λευκοῦ ὁ τραχύτατος, καὶ ἀγριώτατος. διὸ καὶ χαλεπὸς παραφύεται πᾶσι τοῖς δένδροις. ἀπόλλυσι γὰρ πάντα καὶ ἀφαυαίνει, παραιρούμενος τὴν τροφήν. λαμβάνει δὲ μάλιστα πάχος οὗτος καὶ ἀποδενδροῦται. καὶ γίνεται αὐτὸ καθ' αὑτὸ κιττοῦ δένδρον. ὡς δ' ἐπὶ τὸ ‡ πλεῖον ἀεὶ πρὸς ἑτέρῳ φιλεῖ ζῆν, καὶ ὥσπερ " ἐπαυλόκαυλόν ἐστιν. ἔχει δ' εὐθὺς καὶ τῆς φύσεώς τι τοιοῦτον. καὶ † γὰρ τῶν βλαστῶν ἀφίησιν ἀεὶ ῥίζας ἀνὰ μέσον τῶν φύλλων. αἷς ὥσπερ ἐνδύεται τοῖς δένδροις καὶ τοῖς τειχίοις, οἷον ἐξεπίτηδες πεποιημένας ὑπὸ τῆς φύσεως. διὸ καὶ ἐξαιρούμενος τὴν ὑγρότητα καὶ ἕλκων ἀφαυαίνει· καὶ ἐὰν ὑποκοπῇ κάτωθεν, δύναται ‡ διαμένειν καὶ ζῆν. ἔχει δὲ καὶ ἑτέραν διαφορὰν κατὰ τὸν καρπὸν οὐ μικράν. ὁ μὲν γάρ, ἐπίγλυκύς ἐστιν· ὁ δέ, σφόδρα πικρός, καὶ τοῦ λευκοῦ καὶ τοῦ μέλανος. σημεῖον δ' ὅτι τὸν μὲν ἐσθίουσιν οἱ ὄρνιθες· τὸν δ' οὔ. τὰ μὲν οὖν περὶ τὸν κιττόν, οὕτως ἔχει. " ἡ δὲ σμίλαξ, ἐστὶ μὲν ἐπαυλόκαρπον· ὁ δὲ καυλὸς, ἀκανθώδης, καὶ ὥσπερ † ὀρθάκανθον. τὸ δὲ φύλλον κιττῶδες, μικρόν, ‡ ἀγώνιον, κατὰ τὴν μίσχου πρόσφυσιν " νοτηρόν. ἴδιον δ' ὅτι τήν τε διὰ μέσου † ταύτην ὥσπερ ῥάχιν λεπτὴν ἔχει, καὶ τὰς στημονίους διαλήψεις οὐκ ἀπὸ ταύτης ὥσπερ τὰ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ περὶ αὐτὴν περιφερεῖς ἡγμένας ἀπὸ τῆς ‡ προσφύσεως τοῦ μίσχου τῷ φύλλῳ. παρὰ δὲ τὸν καυλὸν τὸν ἄκρον " τὰ παρὰ τὰς † διαλείψεις τὰς φυλλικάς, ἐκ τῶν αὐτῶν μίσχων τοῖς φύλλοις παραπέφυκεν ἴουλος λε-

‡ πυκνοφύλλῳ. ‡ προσφύσεως. " τόν. † διαλήψεις.

ἐχαρπεῖτλω. ὁ δὲ ἀρδευόμενος, καὶ ἐλάττων, καὶ διακεχυμένος.
† εὐρυθμότερα Ald. Baſ.
‡ καὶ ἔτι τῷ ἄκαρπος εἶναι. διατείνονται γάρ τινες τὸ μὴ ἀποκιττοῦσθαι τῇ φύσει τὴν ἕλικα, ἀλλὰ τῇ ἐκ τοῦ κιττοῦ τελειωθῆ. Al. Baſ.
† δὲ καὶ τοῦτο.
‡ εὐρυθμότερα.
" ὡσαύτως δὲ τῆς λευκῆς καὶ τῇ.
† οὐχ ὥσπερ ἡ ποώδης κεχυμένους, καὶ διὰ Salm.
‡ καὶ γὰρ πᾶς ὁ κιττός.
" alii σπερμαχεῖν. vel χεῖν lege σπερμοφυεῖν.
† ἔχει Conſt.
‡ πλεῖστον.
" ἐπαυλόκαυλον. Baſ. alii. ἐπαλλόκαυλον cujus caulis aliis innititur, forte παραλλόκαυλον.
† γὰρ ἐκ τῶν.
‡ ζῆν καὶ διαμένειν Conſt.
" ἡ δὲ σμίλαξ τραχεῖα ἐστὶ μὲν παραλλόκαυλον· ὁ δὲ καυλὸς vide comment. Baſ. Ald. ὁ δὲ καρπός.
† ὀρθάκανθον Al. Baſ.
‡ ἀγώνιον Conſt.
" ἀγωνιώτερον Conſtāt.

nigra differentias, ſed non hunc in modum conſpicuas. Sed " clavicula differentiis maximis diſcernitur. Etenim foliis plurimum diſtat, cum parvitate, tum quod angulata, concinnioraque ſint, cum edera rotundiora, ſimplicioraque habeat. Diſtant etiam † internodiorum longitudine, atque etiam ſterilitate. quoniam fructum quædam non ferant. ‡ Quod non in ederam transfigurentur, ut quidam volunt: at verò ſi omnes ederefcant, ut aliis placet, ætatis certè, diſpoſitioniſque, non generis erit diſcrimen: quemadmodum piri ad piraſtrum. " Tamen ejus quoque folium multùm ab edera diſtat. Verùm id rarum, & in paucis evenit, ut vetuſtate permutetur, ceu in populo alba, & † crotone. Ergo claviculæ plura genera, ‡ ſed quæ conſpectiora, ſummaque occurrant, tria ſunt: herbacea, ac virens, quæ plurima eſt: ſecunda candida: tertia verſicolor, quam Thraciam quidam appellant: " Et harum quæque diſtare videtur. Quippe herbaceæ quædam folio tenuiori, † oblongiori, atque etiam denſiori: quædam minus hæc omnia habens. Et in verſicoloris genere, alia folio ampliori, alia minori, macularumque habitu diverſa. Pari ‡ modo, & magnitudine, coloreque diſtant. Auctu perfacilis herbacea, plurimumque proficit. " Manifeſtam fieri, quæ ederefcat affirmant, non tantum foliis, quæ majora latioraque habet, verum etiam germinibus: protinus enim erecta gerit, non inflexa gracilitate, & longitudine. Ederacea verò craſſiora, brevioraque. Ac edera, ut ſemen proferre incepit, germen ſublime rectumque edit. Eſt quidem univerſa edera radice numeroſa, denſa, flexuoſa, † ſurculoſa, craſſa, nec nimis alta; ſed præcipue nigra; & inter candidas, quæ aſperrima, immitiſſimaque habetur: ‡ quamobrem ejus amplexus arbores omnes infeſtat, omnes enim necat, & exiccat, ablato alimento. " Craſſatur hæc majorem in modum, atque arboreſcit in tantum, ut per ſe ipſa ederæ arbor fiat. Attamen ex majore parte ſemper ſuper alio vitam degere ſolet, atque (ut ita dixerim) amplexicaulis eſt. † Ita pro ſua natura, vel quiddam ejuſmodi ilico gerit. Nam è germinibus radiculas aſſidue ‡ inter folia mittit: quibus arboribus, muriſque obrepit, quaſi de induſtria à natura exhibitis. Atque ita humorem auferens exhaurienſque arefacit. Et ſi inferius ſuccidatur, nihilo minus vivere durareque poteſt. Habet & aliud diſcrimen non mediocre in fructu. Nam alius dulcis, alius vehementer amarus, tam in candida, quam in nigra. Indicium, quod alium aves mandunt, alium minimè attingunt. Edera ita ſe habet. " Smilax, id eſt, edera cilicia amplexicaulis, ipſa quoque aſſurgit, fructus aculeatus, ut velut præhorridus. Folium ederæ, parvum ſine angulo, juxta pediculi retinaculum humectum. Peculiare, quod medium illum callum, qui inſtar ſpinæ animantium ſecat, prætenuem habet, & intervalla ſtaminea: non ex eo porrecta, ut cætera, ſed circa eum in orbem circumacta, ab annexu pediculi ducit. Ad caulem vero foliorum internodia conſummantem villus ab iiſdem pediculis à quibus folia, tenuis ſeque convolvens depen-

" At helix.
† Sarmentorum, vel flagellorum.
‡ quidā contendūt, helicem natura ſua in hederam degenerare, primoque eſſe helicem, ubi adoleverit hederam fieri: at verò, ſi omnes in hederā mutantur, ut nonnullis placet.
" etiam cum in hederam tranſit, ab ea vulgari diſtat folio proprio.
† ricino. Ergo helicis.
‡ maximè verò nota.
" Et ſingularem quædam differentiæ.
† concinniori.
‡ modo candida folio, &.
" Manifeſtū eſſe ajunt, helicem in hederā tranſituram, non ſolum foliis, quæ majora latioraque gerit; ſed etiam germinibus. Protinus enim erecta gerit, non inflexa & inclinata, tū ob tenuitatem, tùm ob longitudinem. Nam aliis hederis craſſiora brevioraque ſunt germina. Nam hedera cum ſemen parit ſublime, atque erectum germen gerit.

† lignoſa. ‡ quare non ſine damno arboribus adnaſcitur. " craſſeſcit hæc maxime, ipſaque per ſe arboreſcit, in tantum ut per ſe ipſa hederæ arbor fiat, majore autem ex parte. † tale quid ſtatim habens à natura. ‡ per media folia alii. " Smilax aſpera, quam Latini hederam ciliciam vocant, amplexicaulis & ipſa eſt, caulo ſpinoſo ac velut arrectis ſpinis muricato. Folium ederæ parvum ſine angulo, quodque ubi pediculus ſarmento adnectitur, pampinum habet peculiare, quod per medium folii quaſi ſpinam tenuem extenſam habet & inter valla ſtaminea, non porrecta ex eo, ut in cæteris foliis, ſed circa eum coacta in orbem ab annexu pediculi: ad caulis verò extremum, ubi foliorum interſtitia ſunt, ex eiſdem pediculis foliis adnaſcitur tenuis julus & convolutus.

πλὸς καὶ ἑλικτός. ἄνθος δὲ λευκὸν καὶ εὐῶδες, ‡ ἠρεμαῖον. τὸν δὲ καρπὸν ἔχει προσεμφερῆ τῷ στρύχνῳ, καὶ τῷ μηλώθρῳ, καὶ μάλιστα τῇ καλουμένῃ σταφυλῇ ἀγρίᾳ. κατακρέμασαι δ' οἱ βότρυες κιττοῦ τρόπον· παρεγγίζει " δὲ ὡς πρὸς τὴν σταφυλήν. ἀπὸ γὰρ ἑνὸς σημείου † οἱ μίσχοι ῥαγικοί. ὁ δὲ καρπὸς ἐρυθρὸς, ἔχων πυρῆνας, τὸ μὲν ἐπίπαν δύο, ἐν τοῖς μείζοσι δὲ τρεῖς, ἐν δὲ τοῖς μικροῖς ἕνα. σκληρὸς δ' ὁ πυρὴν εὖ μάλα, καὶ τῷ χρώματι μέλας ἔξωθεν. ἴδιον δὲ τῶν βοτρύων, ὅτι ἐκ πλαγίων τε τὸν καυλὸν παραθεγγίζουσι. καὶ κατ' ἄκρον ὁ μέγιστος βότρυς τοῦ καυλοῦ, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ῥάμνου καὶ τῆς βάτου. τοῦτο δὲ δῆλον ὡς καὶ ἀκρόκαρπον, καὶ ‡ πλαγιοκαρπότερον. τὸ δ' εὐώνυμον προσαγορευόμενον δένδρον, φύεται μὲν ἄλλοθί τε, καὶ τῆς Λέσβου ἐν τῷ ὄρει " τῷ Ὀρκυνίῳ, Ὀρδυνῷ καλουμένῳ. ἔστι δὲ ἡλίκον ῥόα. καὶ τὸ φύλλον ἔχει ῥοῶδες. μεῖζον δὲ ἢ χαμαιδάφνη, καὶ μαλακὸν ὥσπερ ἡ ῥόα. ἡ δὲ βλάστησις ἄρχεται μὲν αὐτῆς περὶ τὸν Ποσειδεῶνα· ανθεῖ δὲ τοῦ ἦρος. τὸ δ' ἄνθος ὅμοιον τὴν χρόαν τῷ λευκῷ ἴῳ· ὄζει δὲ δεινὸν ὥσπερ φόνου. ὁ δὲ καρπὸς ἐμφερὴς τὴν μορφὴν μετὰ τοῦ κελύφους τῷ τῆς σησάμης λοβῷ. ἔνδοθεν δὲ στερεὸν, πλὴν διῃρημένον κατὰ τὴν τετραστιχίαν. τοῦτο ἐσθιόμενον ὑπὸ τῶν προβάτων, † ἀποκτιννύει· καὶ τὸ φύλλον καὶ ὁ καρπός. καὶ μάλιστα τὰς αἶγας, ἐὰν μὴ καθάρσεως τύχῃ. καθαιρεῖται δὲ ἀνόχῳ. περὶ μὲν οὖν δένδρων καὶ θάμνων εἴρηται. ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς περὶ τῶν λειπομένων λεκτέον.

‡ λείριον Const.
" δὲ μᾶλλον πρός.
† οἱ μίσχοι οἱ ῥαγικοί Bas. in marg. in Textu ὀρ-γικοί.
‡ πλαγιόκαρπον Const. πλαγιαπολύκαρπον Bas.
" τῷ ὀρδύνῳ.
† ἀποκτείνει.

det. Flos candidus, suaviter olens verno proveniens tempore. Fructus proximus herbæ solano, atque † melothro, & maxime uvæ, labruscæ vocitatæ. Racemi pensiles ut ederæ sunt, verum ad labruscam potius accedunt. Nam de eodem puncto pediculi acinorum exeunt. Colore fructus rutilus est. ‡ Nucleos in universum quidem binos continet, quanquam grandior ternos, & parvulus unum. Nucleus durus admodum est, & colore forinsecus niger. Peculiare racemis; quod per latera caulem sepiunt. Et in postremo caulis, racemus omnium maximus propendet, sicut in rhamno & rubo. Vnde fit, ut extremo fructifera spectetur. Arbor Evonymus dicta, nascitur cum alibi, tum in Lesbo insula in monte Orcynio, cui nomen Ordyno: magnitudine mali punicæ, " atque folio ejusdem majori, quam vincaperuinca: & molli, ut punica. Germinare mense † Septembri incipit, floret in vere. Flos colore albæ violæ similis, ‡ odore infestus, velut cruorem inferens. Fructus cum putamine, siliquæ sesamæ proximus, intus solidus: præterquam quod in versus dividitur quaternos. Hic pecus enecat gustatus. Quin etiam folium idem facit. Et potissimum capras, nisi purgentur, interimit. Purgantur autem " anocho. Et de arboribus quidem atque fruticibus dictum jam est: de reliquis porro dicendum.

† viti albæ.
‡ nucleos ut plurimum duos continet, nam grandior tres, parvulus unum.
" atque folio ejusdem, majore chamaidaphne.
† Decembri.
‡ odore gravis veluti attractylidis.
" præcipiti alvi inanitione.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI

ANIMADVERSIONES.

Ἔστι δὲ τοῦ βάτου πλείω γένη. *Non abscinderem hanc partem à superiore: digerit enim ea, quæ proposuit in materia universali.*

Τῷ σχήματι δὲ ὁλοχερὲς ὀνύχας ἔχων, ὥσπερ ὁ βότρυς. *Theodorus omisit hæc omnia.* ὄσλιγξας. *Suidas interpretatur* τὰς λαμπηδόνας, διαπλημένης. *Lege* διηθημένης; *deest etiam ibi aliquid.* Τὸ δὲ ξύλον ἐντεριώνην. *Theodorus legit* οὐκ ἔχει.

Τῇ σταφυλῇ. Lambrusca, *interpretatur Theodorus. Fortasse non bene. Puto non habere Plinium quem sequatur. Hermolaus prudentius:* uva. *Idem Hermolaus, si non est mendum,* conficiunt, *non* inficiunt.

Πολυειδὴς δὲ καὶ ὁ κιττός. *Pudet, me Ederam cum paliuro commiscere. Aliud fecissem caput, nisi plus posset autoritas sine ratione apud vulgum, quàm ratio sine autoritate apud sapientes. Et ipse, & Dioscorides, & alii ludunt operam, cum partiuntur Ederam in terrestrem, & sublimem, si hanc intelligunt, quam pro terrestri accipimus nos. Ei enim cum Edera prorsus nihil.*

Ἁδρὸν, καὶ συνεστηκότατον. *Theodorus,* majusculum, & velut in globum circumactum: *etiam suprà,* ἁδρὸν, majusculum. *Omisit superlationem; confertissimum, quasi in pilam. Lege* τῶν λευκοκάρπων μόνον: *non autem,* μόνων. & γωνοειδῆ: *non,* γωνοειδεῖ. & εὐρυθμότερα: *non* εὐθυμότερα.

Τῶν κλημάτων. *Theodorus,* Internodiorum. *At Internodia frumentaceorum, & arundinaceorum sunt. Sarmenta sunt, quorum metitur longitudinem. Plinio se tuebitur.*

Καὶ ἔτι τῷ ἄκαρπος εἶναι. *Longè diversa lectio in nostro Codice Græco, & apud Theodorum.* Διαθέσεως, *pro habitudine, sive affectione dixit,* dispositionem, *nihil veritus Ciceronianos.*

Τό γε φύλλον καὶ ταύτης πολὺ διαφέρει πρὸς τὸν κιττόν. *Intellige,* ταύτης, *non,* ἕλικος. *Etenim cum Edera illam comparat. Igitur non dixisset,* καὶ, *tanquam de re alia, sed,* ἀποκιττωμένης. *Etiam cum in Ederam transit, ab ea vulgari distat folio proprio.*

Καὶ ἐπὶ πλεῖστον προΐξει. *Theodorus,* Inque plurimum venit, *Pessima loquutio. Facere plurimum Latinè dicitur. Hæc sic vertes:* & maximos faciens progressus.

Οὐχ ὥσπερ κατακεκαμμένη. *Theodorus, legit,* κατακεκλιμένη. *Sic & Plinius,* mammas erigentis, quæ sunt cæteris inflexæ. βλαστοὺς *enim sic vocat. At,* ὥσπερ, *quid est? Vox ea metaphoris additur duriusculis. In* κεκλιμένη, *non est ulla translatio. Vox usitata, in re non difficili, sed propria. Sarmentorum, & ramorum, &* βλαστῶν *maximè peculiare est flecti, & non flecti. Itaque pòst,* ὥσπερ, *addendum est aliquid, ederas alias quibuscum hæc comparatur, significans.*

Σπερμοῦχει, *scriptum est. Corrigunt* σπέρμα χεῖν. Semen fundere. χεῖν *etiam potes legere.* σπερμοῦχον *est, ut,* σκηπτοῦχον, &, δᾳδοῦχον, & *suprà* πολύχουν.

Αὐτὸ καθ' αὑτὸ κιττοῦ δένδρον. *Festiva loquutio: quia quercus, aut alia quævis, est ederæ arbor: aut loco arboris: murus, at ipsa, cum crassescit, sua sibi arbor est. Legit Theodorus,* φιλεῖ, καὶ ζῇ. *In nostro est* ζητεῖ.

Ἐπαυλόκαυλον. *Excitavit vox hæc corrupta alios ad alias lectiones. Theodorus appellavit,* amplexicaulem. *Corrigunt,* ἐπαλλόκαυλον, in alio agens stipitem. *Tam bonam castigationem alia non bona supposita defraudarunt.* ἐπαυλόκαυλον. *Theodori interpretatio eo tendit potius,* ἀμπεχόκαυλον. *Ancaulem, ut Ansanctum. In septimo exemplum habemus ad emendandum,* περιαλλόκαυλον. *ut non solum in alio, sed etiam, circum aliud. Simili filo infrà de Smilace,* ἐπαλλόκαρπον, *leges.*

Ὀρθόκανθον, ὀρθοάκανθον. *Theodorus,* præhorridus.

Τὸ μὲν ἐπίπαν δύο. *Igitur* τὸ ἐπίπαν, *non est semper, neque ad summum. Nam* ἐν μείζοσι τρεῖς, ἐν μικροῖς ἕνα. *Igitur malè Theodorus,* in universum.

Παραθριγγίζουσι. Sepiunt, *Theodorus rectè. acutius,* stipant. θριγκὸς *apud Homerum:* θρίγκωμα, *apud Plutarchum.* Καὶ κατ' ἄκρον ὁ μέγιστος βότρυς τὸν καυλόν. *repete verbum* τειγγίζει. *Theodorus* propendet. ἀκρόκαρπον. *Natura cum rubo communis, & à vite separata. Non possumus Latinè assequi, & Græcè mutila oratio est: Quippe smilax est ἀκροκαρποφόρος: &* καρπὸς, *est* ἄκρος. *non autem ipsa,* ἀκρόκαρπος. *Illa vox dithyrambica.* πλαγιαπολύκαρπος. *Theodorus*

dorus legit, πλαγιοκαλλίκαρπος. Utraque lectio potest admitti. ἠλιόν. Plinius legit, λειρινόν. In ejusdem libro ita scriptum circumfertur, Complexa acinis majoribus nucleos ternos. Vides numerum longè diversum, & loquutionem minùs probandam, si à recentiore prodiisset. Nam si nucleus idem est, quod acinus: quid complectitur seipsum? Racemis majoribus, scribendum fuit.

Τὸ δ' εὐώνυμον περιπεγνυόμενον δένδρον. Manifestum caput separandum. Tum autem inter ea transferendum, quæ narrant arbores certis locis peculiares. Et sanè δένδρον est, ut eximatur ex hac historia τῶν θαμνῶν.

Ὄζει δεινὸν ὥσπερ φόνου. Theodorus, odore infestus, velut cruorem inferens. Nescio qui odor inferat cruorem. Et loquutio minus sana, cruorem inferre, nisi sit in lances, & sacra. φόνος est ex genere acaleatarum. Vulgus herbariorum vocant sanguinem humanū. De eo suo loco. Incisa humorem sanguineum emittit, non sine odore satis efficaci. Si velis audere, vertas Latinè, cædria, aut cruenta.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Ταῖς ῥόαις. Mendosè, pro ταῖς ῥοδαῖς. ἀχράδες & apud Athenæum ἀγλῶδες. Corruptè in utroque. Nec ἀχνώδης congruit. Vera lectio ἰχνώδης. Nam & Plinius libr. 24. cap. 24. Cynosbaton folium habet vestigio hominis simile. Apud Athenæum est, ἐρυθρὸν & παραπλήσιον τῇ ῥόᾳ. Sed & codex mendis scatet, nec autor ille quæ citat iisdem verbis referre consuevit. Dioscorides Cynosbato tribuit folia πλατύτερα μυρσίνης, καρπὸν ἐπιμήκη, πυρῆνι, ἐλαίας ἐοικότα ἐν τῷ πεπαίνεσθαι πυῤῥόν, τὰ δὲ ἐντὸς ἐριώδη. Ob id quidam amicus legendum censebat, τὰ δὲ φύλλα μυῤῥίνῃ ὅμοια καὶ τοῦ καρποῦ τὰ ἐντὸς ἀχνώδη: Quæ tamen correctio, licet res sit ita, non placet. & ἀχνώδης non diceret Theophrastus, sed χνοώδης, ἢ ἐριώδης.

Καπίδηλα. repone, καπίκηλα.

Βάπτεσθαι τούτῳ. potius τούτοις; nempe ramusculis cum foliis, quibus coriarii coria, ut hædorum caprarumque pelles, lavant, non tingendi, sed inspissandi gratia. Dixitque Dioscorides, τοὺς βυρσοδέψας αὐτῇ χρῆσθαι εἰς τὴν σύψιν τῶν δερμάτων. Quare βάπτειν, hîc mergere, lavareque significat, ut apud Aristophanem, non verò, inficere & tingere. Semen quidem tingit, sed ejus usus in opsoniis condiendi causa. Nec nego foliorum decoctum pilos denigrare: sed de coriis agitur. Cui tamen, propter, λευκά, inficere exponendum esse videbitur. Fruatur ille per me suo sensu; à me stat ratio & authoritas. Ὄνυχας. Legendum, ὀλίγας, ut hunc locum emendavimus in Lexico. Ἔχει πολλάκις. Verbum decurtarunt. fuit enim ἀπέχει, id est, ἀποχωρεῖ, abscedit.

Κορυμβίαν, à corymbis appellatio: nec tamen Plinius ita vertens lib. 16. cap. 34. mihi satisfacit: Aliis densus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi.

Ἀχαρνικὸν ἀεθλόμενον. Hæc distinguenda sunt. Video tamen quid hîc quispiam suo judicio subtilior philosophari possit: quod ἀχάρνης sint ἄνθρακες. Sed hæc carbones & nugæ, & carbonaria subtilitas.

Ἐλάττω διακεχυμένον. Scribendum ἐλάττω, διακεχυμένοι. Plinius, Selenitium vocat, cujus est minor acinus, sparsior racemus, simili modo in nigra. Sic enim legi debet.

Φανερῶς. potius φανερός. Γωνιοειδῆ καὶ εὔρυθμότερα legit Plinius, rectè exponens, angulosa, cocinnioraque. Apud Dioscoridem legendum, γωνιώδη καὶ εὔρυθμα, non ἐρυθρά.

Διατείνοντα. Hic locus quasi studio vitiatus, ita restituendus: Διατείνοντα γάρ τινες ἀποκιτῶσθαι τῇ φύσει τὴν ἕλικα. ἀλλ' ἀγὴ δ' εἰς τὸ κιτὸν πλευμένης. Sic habet Plinius: Distat & longitudine internodiorum (potius flagellorum, vel sarmentorum, id est, κλημάτων) præcipuè tamen sterilitate, quoniam fructum non gignit. Quidam hoc ætatis esse, non generis existimant: primoq; helicem esse, fieri hederam vetustate. Vide cætera.

Τελειουμένης, posteaquam adoleverit: absoluto jam ætatis cursu: quum senuerit. Nam adolescentiam senectus excipit. Et sic hoc loco intelligendum esse ostendit, τὸ παλαιούμενον, quod subjungit. Μακροφυλλοτέρα. Hîc Plinius discedit à Theophrasto: dicit folia in ordinem digesta, quasi legisset, πυκνοφυλλοτέρα. Ἀποκιτούμενος. hæc Plinius malè affixit candidæ.

Τοῖς βλαστοῖς. Mammas non rectè Plinius exposuit, quasi legisset μαστοῖς.

Ὥσπερ καθάπτεκαλυμμένη. Reponendum, ὥσπερ ἄλλαι (nempe herbaceæ species) κατακεκλιμένη. Et ante αὐτὸς, & post μῆκος, totam clausulam include parenthesi. Τῆς δὲ κιτώδους scribendum, & infra, καὶ ὁ κιττός: & pro, ἐπὶ, ἔχει.

Παραφύεται. Necessario legendum, παραφύεται. Φιλεῖ καὶ ζητεῖ. restituo φιλεῖ ζῆν. Talis parasitorum natura.

Τῶν βλαστῶν. deest particula ἐκ.

Διαμένει καὶ ζῇ. Scriptum fuit & numerosè & naturæ ordine, ζῇ καὶ διαμένει. Sic & Plinius, Itaque etiam pluribus locis intercisa (hîc imitatio exemplar sanè superavit) vivit tamen duratque &c. Ὁ μὲ γὰρ. hæc usq; ad, καὶ τοῦ, includenda parenthesi pernecessaria. Quod & ostendit Plinius ita convertens, Est & in fructu differentia albæ nigræque ederæ: &c. Σμίλαξ. hæc est σμίλαξ τραχεῖα Dioscoridis, & edera è Cilicia Plinii libr. 16. cap. 35. Ὁ δὲ καρπός. corruptè pro, καυλὸς, κλήματι ἀκανθώδη, ipsi tribuit etiam Dioscorides.

Μικρὸν ἀγώνιον. In Lexico Crisp. in παραγωνίζω habes censuram. Legendum enim, μικρὸν, ἰγώνιον. Μικρὸν autem dicit, ederæ folio comparando, alioqui satis magnum. Νοτηρόν. mendosè pro ἀγωνιώτερον, ut dixit de sorbi folio. Folium enim smilacis asperæ, velut lunatum est circa pediculum, latiusque ἀπὸ τῆς προσφύσεως utrinque rotundatur. Unde lineæ instar quasi ab umbilico περὶ τὴν ῥάχιν nervi quatuor utrinque exeunt primùm circinati, deinde concurrentes in acutum angulum; ipsa verò ῥάχις lineam rectam efficit.

Ταῖς παρὰ ταῖς διαλείψεις. lego τὰ παρὰ ταῖς διαλήψεσι. Significat spatia & intervalla geniculorum quæ foliorum distantiam constituunt; diceret in calamis μεσογόνια, id est, internodia.

Ἴουλος. Hic idem quod ἕλιξ, id est, clavicula sive capreolus, qui juli speciem repræsentat, quum ita se convoluit.

Ἡδύ. restituo λειρινόν. Plinius, flore candido, olente lilium. Καταπρέμαται. Hæc conclude parenthesi, inchoata post ἀγρία, & finita ante πυρηνώδη. Ἔπειτα ad totam hanc enumerationem extenditur, ἵνα, δύο τρεῖς.

Ἴδιον δὲ. Totus hic locus corrigitur in Crispini Lexico in παραθελγίζω.

Ἀκρόκαρπον. & infra legendum, πλαγιόκαρπον. Vide supra cap. 23. libri primi.

Εὐώνυμον. Habes hunc locum emendatum in Crispiniano Lexico, in vocibus Εὐώνυμον, & Ἀγροῦ. Scio quosdam fusariam vulgarem παραγώνιαν Theophrasti existimasse: εὐώνυμον verò, quam Allobroges vocant des Ourles, Herbarii Chamænerion, sive Rhododendron humile.

Ὀρθύνα. Plinius habet Ordynum. Quod autem & ὀρχιλία ascriptum, videto num irrepserit è margine. Φόνος. hunc locum tractatum invenies in Lexico Crispini in verbo Ὄζω.

Καθαιρεῖται. rectè. Refertur enim ad προβάτων. Potest etiam per syllepsim αἶγας continere.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Βάτος, ut docet Nicandri Scholiastes dicitur, quod indomita sit planta, accessumque propter spinas, quibus valdè pungit, non admittit. Εἴρηται, inquit, βάτος διὰ τὸ ἄβατον εἶναι. A contrario igitur nomen impositum. βάτος à βατέω, vado, aditus accessus, βατὴ γῆ terra facilis accessus: hujus fructus βάτινον vocatur. Galenus lib. 2. de aliment. facult. τὸν τῶν βάτων καρπὸν ὀνομάζουσιν οἱ παρ' ἡμῖν ἄνθρωποι βάτινον, καθάπερ καὶ μόρα τὸ καὶ συκάμινα τὸν τῆς μορέας καὶ συκαμινέας. Ruborum fructus batinon vocatur, uti mora & sycamina, mori & sycamineæ. Corrigendus Hesych. codex. βατία, ὁ τῆς καλάμης καρπός, καλεῖται δὲ καὶ ἀόρυνα μορέα. Scribe βάτινον ὁ τῆς βάτου καρπός, καλεῖται δὲ καὶ ἄορυνα ἡ μορέα. Postrema nomina non rubo, sed moro adscribit, ex auctoritate Parthenii, Athenæus. παρθένιος δὲ ἄορυνα φησὶ συκάμινα. ἃ καλοῦσι ἔνιοι μόρα. Attamen rubi fructum mori vocasse Græcos, ex Cassiano Basso constat. Apud quē lib. 5. c. 42. legitur, ἔνιοι δὲ τοῖς μώροις, τουτέστι τοῖς καρποῖς τῆς βάτου (malè in editis βάθου) πεπαίνονται, &c. aliqui moris, hoc est fructibus rubi maturis. Alii μόρον dixerunt, alii μόρον βατώδες. μόρον τῆς βάτου, μόρον βάτινον &c. quod imitantur officinæ, quibus, morum rubi, mora bati, & quæ magis adhuc barbarè mora Bassi dicitur. Belgis Braumen & Braunen vocatur. Rubus à Latinis vocatur, quod fructus initio ruber sit. Nuncupatur etiam sentis, & vepres. Auctuarii Auctor. ῥωμαῖοι σέντες, οἱ δὲ ῥούβουμ, οἱ δὲ μόρα βατινία. Fortè, βάτινα, legendum. Romani sentes, rubum & mora batina vocant. Rubum sentem dictum fuisse, ex Columellæ libro undecimo probatur; ubi κυνόσβατον sentem

sentem canis vocari tradit. Vide cap. de cynosbato. Sentis, quod à tangentibus quamprimum sentiatur.

Virg. secundo Æneid.

Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens.

Columel. lib. 6. cap. 3. *Liberantur arva sentibus, qui æstivo tempore; per caniculæ ortum recisi, plerumque intereunt radicitus.* Vepres, quod vehementer prehendat. Aculeis enim tenaciter prætereuntium vestibus adhæret.

Ovid. lib. 5. Metamorph.

Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit
Ora canum.

Rubi genera plura. Tria recenset Theophrastus βάτος, χαμαίβατος, κυνόσβατος, totidem Plinius, sed non eadem omnia. *Rubi*, inquit libr. 16. cap. 37. *mora ferunt, & alio genere similitudinem rosæ. qui vocatur cynosbatos, tertium genus Idæum vocant à loco.* Recentiores plura observarunt genera: Rubus vulgaris, sive rubus fructu nigro. 2. rubus repens fructu cæsio. χαμαίβατος. 3. rubus Idæus spinosus. 4. rubus Idæus lævis. 5. rubus Idæus fructu albo. 6. rubus exoticus. 7. chamærubus saxatilis, spinis carens. 8. chamærubus foliis ribes 9. chamærubus foliis ribes Anglica. 10. chamærubus foliis vitis. De vulgari rubo hæc tradit Theophrastus lib. 1. cap. 5: Fruticem esse scribit: cap. 8. spinosam ait: cap. 15. inter perpetuo virentes frutices numerat: 16. inter plantas, quibus folium spinosum, recenset: lib. 6. cap. 1. ramos esse aculeatos: lib. 1. de caus. cap. 21. racematim fructificare, fructumque particulatim maturescere docet. Plinius rubum mora ferre ait, id est, fructum moro similem. Idem lib. 15. cap. 24. *Differunt mora Ostientia, & Tusculana Romæ. Nascuntur & in rubis, multùm differente callo.* In antiquo codice legitur: *Differunt mora Ostientia, Tusculana. Romæ nascuntur, & in rubis, multùm differente callo.* Non tantum Romæ, sed ubique terrarum mora in rubis nascuntur. Scribe ergo, *mora nascuntur & in rubis, &c.*

Ovid. primo Metamorphos.

Cornaque & in duris hærentia mora rubetis.

Rubi fructum eleganter describit Phanias Eresius apud Athenæum lib. 2. Verba Phaniæ valde lacera & corrupta. Sic enim vulgo legitur. Τὸ μόρον τὸ βατῶδες ξηρανθείσης τῆς σφαίρας τὸ συγκαμινώδους, σπερματικὰς ἔχει τὰς συγκαμινώδεις διαγονὰς, καθάπερ ὑφαινούσας, καὶ διαφορὰς ἔχει ψαθυρὰς, καὶ εὐχύμους. Vertunt, *Ruborum pilula cum aruit, angulosa seminis habet conceptacula, instar mori, alimentumque præbet boni succi, sed fluxum, & quod facilè dissipetur.* Scribe, μόρον τὸ βατῶδες πεπανθείσης τῆς σφαίρας, σπερματικὰς τε συκαμινώδεις ἔχει γονὰς τε διαφύσεις, ὥσπερ ὑφαινέσας, ψαδυρὰς καὶ εὐχύμους. *Mori pillula ubi maturavit ad instar mori fructus acinosas eminentias & discriminationes quasdam veluti contextas habet glabras & succulentas* Non potest meliùs delineari rubi fructus. ex multis acinis ad instar mori constat, qui tubercula referunt parva, succulentus est & glaber, ψαδυρὰς expono *glabros*, Talis enim rubi fructus. ψαδυρὸς *glaber.* Hesychius ψαδυρόν. ἀσθενὲς, μαδαρόν, ψαθυρόν. *Infirmum, glabrum, arenulentum.* μαδαρὸς *Depilis, lævis, glaber.* Hesychius μαδαρὸς· αἱρεμόθριξ (vulgò ἀρεσόθριξ) ψιδνός. Vulgaris rubus tenues, oblongos, lentos, ac obsequiosos caules edit, gracilitate & proceritate nimia in terram retractos, duris, minacibus, aduncis, pungentibus, asperis, ac nocentibus spinis communitos. Folia ex pluribus cohærentibus componuntur, quæ aspera, nonnihil spinosa, dura, & per margines incisa sunt, superna parte magis virentia, inferiore magis candicantia, quæ hyeme rarò à virgis suis excutiuntur, quas non facilè deserunt, nisi alia in locum ipsorum renata fuerint: flosculi aliquot singuli, in brevibus pediculis in caulium fastigiis, spicatim ferè digesti, oriuntur albidi, ex quinque foliis commissi; fructus ex compluribus acinis moro similis, sed multò minor est; initio rubens, per maturitatem niger, gustu cum dulcedine quadam subacidus: radix nodosa & fibrosa etiam serpit, subinde nova germina proferens. Reperitur aliud genus, minus, quod χαμαίβατον Theophrasti putant. longè latéque se diffundit, sparsis per terram tenuissimis, & aculeatis virgis, in altum nunquam se attollit, retro in terram vergens, ne nobile genus pereat, se ipsam propagat, Miranda procul dubio & singulari id procurante naturæ providentia. Nam protinus, cum paulò accrevit, retrò vergens in terram defigit capita, radicatur, iterumque ex se nascitur. Flores gerit ex candido roseos, stellatos, fragariæ forma sua similes. Fructus figura moro similes, excussos florib. subsequuntur; primo exortu virides, paulò post rubri, per maturitatem verò cæsii, non jucundi gustus. Utrumq; genus Majo mense floret, fructus Augusto, Septembriq; mensib. maturos reddit. Delineat Idæum rubũ Dioscorid. cujus non meminisse Theophrastũ ubi Idæas recenset plantas, valdè miror. βάτος, inquit Dioscorid. lib. 4. cap. 38. Ἰδαία ἐκλήθη μὲν, διὰ τὸ πολλὴν ἐν τῇ Ἴδῃ γεννᾶσθαι· ἔστι δὲ ἁπαλωτέρα πολλῷ, τῆς πρὸ αὐτῆς, ἀκάνθας μικρὰς ἔχουσα. (εὑρίσκεται) δὲ καὶ χωρὶς ἀκάνθης.) *Idæus rubus appellatus est, quoniam copiosus in Ida nascatur, est autem longè tenerior priore, exiguis spinis præditus, (quanquam & sine spinis inveniatur.* Postremam periodum, quamvis non habeatur in vulgatis codicibus, ex cod. ald. nothis adjecit Saracenus. Plinius lib. 16. c. 37. *Tertium genus Idæum Græci vocant, à loco; tenuius est quam cætera, minoribusque spinis, & minus aduncis.* Idem lib. 24. cap. 14. *Idæus rubus appellatus est, quoniam in Ida, non aliàs, nascitur. Est autem tenerior ac minor, rarioribus calamis, innocentioribusque, sub arborum umbra nascens.* Fallitur Plinius, dum non alibi, quam in Ida nasci tradit; passim occurrit. Rectè Dioscorides Idæum vocari, ait, quod in Ida copiosissimè nascatur. Malè etiam *calamis*, si non mendum, inquit esse *rarioribus.* Corrigunt *ramis*, ex Dioscoride. Certè ramos, non calamos fert. Observavit doctissimus Pintianus in Toletano exemplari scribi, *foliis innocentioribus.* Neutra ipsi arridet lectio. Verior inquit esset; *rarioribus aculeis, innocentioribusque.* Tradit enim Dioscorides, spinas habere breves, quandoque sine spinis reperiri. Hanc ego lectionem alteri, ac

Rubus Idæus.



vulgatæ præfero. Idæa rubus vulgarem non paucis refert; sed caules & folia dilutius virentia, & parte qua terram spectant albicantia sunt, adeò ut farina aspersa videantur, tactu mollia & tenera, non asper, aut alterius; caules etiam spinas habent teneriores, pauciores, & minores, ac inter omnia rubi genera innocentissimas; multò enim clementius pungunt: tenelli verò recentesque enati turiones, spinis quandoque etiam carent. Flosculos promit rotundos, ex albo pallidulos, qui in rotunda, concava, rubra, dulcia, & jucundum odorem, uti ferè viola Martia, spirantia, abeunt mora, rubris ac pilosis pileolis similia. Fructus hic diu consistere nequit. Intra paucos enim dies, vermiculi in eo nascuntur, & tum protinus perit. Et hæc causa, cur Botanici cum dulcedine

insuave quiddam resipere scribunt. Radix valdè serpit, & multis locis erumpens, germina nova profert. Floret Majo & Iunio mensibus. Fructus Augusto mense maturescit.

Κυνόσβατον, ut monet Auctuarii Auctor, etiam rubus, vulgaris vocatur. Idem nomen, ut Plinius innuere videtur, capparis obtinuit. *Alia est*, inquit, lib. 24. cap. 14. *à cappari, quam medici cynosbaton appellaverunt*. Capparim, sic vocatam, testatur Auctuarii Auctor, οἱ δὲ κυνόσβατος, οἱ δὲ καππαρία &c. Capparis Historiam tradit lib. 6. Theophrastus. De rubo jam egimus. Neutrum Theophrastus κυνόσβατον vocat. A rubo enim diversam facit plantã; nec cappari conveniunt quæ de cynosbato tradit. Κυνόσβατος non dicitur, ut quidam putant, quod flos ejus rabidi canis morsibus medeatur, hoc de cynorrhoda tradit

Rubus βατώδης vulgaris
Morus bassus.



Plinius, quam diversam à Cynosbato scribit loco citato. Κυνοσβάτου nomen accepit, à Locro quodam, cui data sors fuit, ibi civitatem conderet, ubi canis lignea morsum ei infixisset; quo nomine quum ad alterum enavigasset maris littus, calcavit hanc plantam; atque inde huic plantæ nomen κυνοσβάτου inditum, quam Pythia ξυλίνην κύνα vocabat. Historiam hanc refert Athenæus ad finem libri secundi, ubi ait. Δίδυμος ὁ γραμματικὸς, ἐξηγούμενος παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ τὸ κύναρος ἄκανθα, μήποτε φησὶ τὸν κυνόσβατον λέγει, διὰ τὸ ἀκανθῶδες καὶ τραχὺ εἶναι τὸ φυτόν. καὶ γὰρ ἡ Πυθία ξυλίνην κύνα αὐτὸ εἶπεν. καὶ ὁ Λοκρὸς χρησμὸν λαβὼν ἐκεῖ πόλιν οἰκίζειν, ὅπου ἂν ὑπὸ ξυλίνης κυνὸς δηχθῇ, καταμυχθεὶς τὴν κνήμην ὑπὸ κυνοσβάτου, ἔκτισε τὴν πόλιν. ἔστι δὲ κυνόσβατος μεταξὺ θάμνου καὶ δένδρου ὥς φησι Θεόφραστος, &c. *Didymus Grammaticus verba Sophoclis citata, nempe* κύναρος *spina, cum exponit, fortassis* inquit, *sic cynosbaton vocat, quoniam aspera & spinosa planta est. Pythia namque ligneum canem appellavit eam: cum enim oraculum jussisset Locrum ibi civitatem condere, ubi ligneus momordisset canis, crure aculeis cynosbati compuncto, urbem ædificavit. Est autem Cynosbatos, ut Theophrastus, inquit, medius inter arborem & fruticem*, &c. Locum hunc non satis intellexisse videtur Hesychius, κύναρος, inquit, φυτόν τι καὶ μήποτε ἡ κυνόσβατος διὰ τὸ τραχὺ καὶ ἀκανθῶδες, κύνα γὰρ ξυλίνην τὴν κυνόσβατον ὁ Θεόφραστος λέγει. Fallitur maximopere Grammaticus. Falsum est à Theophrasto κύνα ξυλίνην, canem ligneum, vocatum κυνόσβατον. Contrariũ testatur Didymus. Pythia in oraculo quodam sic vocarat κυνόσβατον. Auctuarii auctor κυνόξυλον, chamæleontem nigrum vocari, tradit. Sed longè aliud κυνόσβατος, longè aliud etiam κύναρος. Didymi sententiam, qui κύναρον ἄκανθαν apud Sophoclem de cynosbato exponebat, unicè confirmat Hecathæi Milesii locus, qui ab eodem Athenæo his verbis citatur. Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐν Ἀσίας περιηγήσει εἰ γνήσιον τοῦ συγγραφέως τὸ βιβλίον. (Καλλίμαχος γὰρ αὐτὸ ἀναγράφει νησιώτου) ὅστις οὖν ὁ ποιήσας λέγει οὕτω, —— ἐν δὲ τοῖσιν ὄρεσι δένδρεα ἔπ' ἄγρια ἀκάνθα κυνάρα, ἰτέα, μυρίκη. *Hecatæus Milesius in Asiæ descriptione, si ejus revera liber est, (nam Callimachus eum tribuit Nesiotæ,) sed cujuscunque sit, ita scribit —— In montibus sylvestres proveniunt arbores, spina, salix, tamariscus, cynara.* Cynara de carduo quodam herba accipi non potest, sed de cynosbato, quem Theophrastus inter arborem & fruticem medium scribit. Cynosbaton ab Hesychio κύνας vocatur. κύναδα, inquit, κυνόσβατον, ἢ φυτὸν ὅ φασι τὰς αἶγας νέμεσθαι φασίν. *cynas vocatur cynosbatus, aut alia planta, quã capras pasci ferunt.* κυνόσβατον Gaza vertit, *canirubum*. At lib. 9. cap. 9. idem κυνόσβατον interpretatur *caninam sentem*. Columella lib. 11. cap. 3. sentem canis vocat, *Maximeque rubi, & paliuri, & ejus, quam Græci vocant* κυνόσβατον, *nos sentem canis appellamus.* Palladius libr. 1. titul. 35. *Rubum caninum* nuncupat. *Sed melius erit rubi semina, & spinæ quæ rubus caninus vocatur, matura colligere, & cum farina ervi ex aqua macerata miscere, &c.* Theophrasti de cynosbato verba exscripsit Athenæus lib. 2. ubi ait. ἔστι δὲ ὁ κυνόσβατος μεταξὺ θάμνου καὶ δένδρου, ὥς φησι Θεόφραστος. ὁ τὸν καρπὸν ἔχει ἐρυθρὸν, παραπλήσιον τῇ ῥοιᾷ. ἔχει δὲ τὸ φύλλον ἀγνῶδες. Botanici in antiquo Athenæi codice legi, ἔχει δὲ τὸ φύλλον ἀγλαῶδες, observarunt. Alioquin omnia Theophrasti & Athenæi exemplaria, etiam manu exarata, in hac lectione consentiunt, καρπὸν ἔχει παραπλήσιον τῇ ῥοιᾷ. Plinius legit, τῇ ῥοδῇ vel τῷ ῥοδῷ & τὸ φύλλον ἰχνῶδες. Plin. lib. 16. cap. 37. *Rubi mora ferunt, & alio genere similitudinem rosæ, qui vocatur cynosbatos.* Idem libr. 24. cap. 13. & 14. *Alterum genus rubi in quo rosa nascitur, gignit pilulam castaneæ similem, præcipuo remedio calculosis. Alia est cynorrhoda, quam proximo dicemus volumine.* Cap. 14. *Cynosbaton, alii cynospaston, alii neurospaston vocant, folium habet vestigio hominis simile. Fert & uvam nigram, in cujus acino nervum habet, unde neurospastos dicitur. alia est à cappari, quam medici cynosbaton appellaverunt.* Rosæ & punicæ comparat cynosbaton Varinus in suo lexico. κυνόσβατος φυτάριόν ἐστι, ὅμοιον ῥόδῳ ἔχον τὸν καρπόν. ἔστι δὲ μεταξὺ θάμνου καὶ δένδρου, παρόμοιον ταῖς ῥοιαῖς, ἢ ταῖς ῥοδέαις, (fortè ῥόδοις legendum) ἀκανθῶδες. *Cynosbatos planta est, similem rosæ fructum generans, inter arborem & fruticem media, punicis arbusculis aut rosis assimilis, aculeata.* Dioscorides folium myrto latius scribit. Fructum olivæ nucleo similem, oblongum. Sic enim ait lib. 1. cap. 123. κυνόσβατον, οἱ δὲ ὀξυάκανθαν καλοῦσι. θάμνος ἐστὶ βάτου πολλῷ μείζων, δενδρώδης· φύλλα φέρει πολλῷ (vox hæc in antiquo non legitur codice) πλατύτερα μυρσίνης, ἀκάνθας δὲ περὶ τοῖς ῥάβδοις ἰσχυράς· ἄνθος λευκὸν, καρπὸν ἐπιμήκη πυρῆνι ἐλαίας ἐοικότα, ἐν τῷ πεπαίνεσθαι πυρρὸν, τὰ δὲ ἐντὸς ἐριώδη. *Sentem canis, alii oxyacantham appellant, frutex est rubo longè major, ad arboris magnitudinem accedens, folia fert multò latiora, quam myrtus, robustos verò circa virgulta aculeos, florem candidum, fructum oblongum, olivæ nucleo similem: qui quidem dum maturescit ruffus, intus verò lanuginosus conspicitur.* Videmus Theophrastum, Athenæum, Plinium & Dioscoridem in delineatione cynosbati variare. Athenæus Theophrasti auctoritatem in medium adfert, & tamen non eadem Theophasti & Athenæi oratio. Codex ergo vel Athenæi, vel Theophrasti corruptus. Botanici principes corruptum Theophrasti codicem scribunt, & corrigunt ex antiquo Athenæi codice ἀγλαῶδες *splendidum*, asseruntque rosam, quam egelenteriam sive caninam rosam odoratam vocamus, cum delineatione utraque Theophrasti & Dioscoridis convenire. *Nam frutex est*, inquiunt, *rubo major, caudices sive virgas habens crassas, lignosas, uti malus punica, vel alia lignosa vel arborescens quædam stirps, aculeis, spinisque duris munita: folium ejus non quidem integrum, sed unum aliquod singulare, totius folii pars, myrti foliis latius est, superioreque parte læve ac splendens: fructus nucleo olivæ similis, qui maturus colore est rubente, lanosos floccos, & semen intus habens &c.* Huic sententiæ alii apertè refragantur. *Nam si cynosbatos esset aliquod sylvestrium rosarum genus,* inquiunt, *sat erat Diosc. dixisse, canis rubum rosæ similem esse, non autem arboris instar assurgere, rubo longe majorem. Præterea rosæ sylvestris folia à myrto plurimum dissident; ejus etiam fructus, non modò olivarum nucleis, sed ipsis Olivis crassior est. Ad hæc, rosam sylvestrem Plinius, non cynosbaton, sed cynorhodon appellat. Accedit, quod rosæ sylvestris flores, non leviter ex albo purpurescant, cynosbatos verò flos perpetuò sit candidus. Denique memoriæ prodidit Theophrast. libr. & cap. 9. Caninæ sentis fructum averso flatu colligendum esse, alioquin periculum oculis imminere: quod apertè demonstrat, super eo vel tenuem quandam lanuginem, vel quid pulverulenti insidere, quod si à vento ex*

 pellatur

pellatur in colligentium oculos, facilè iis cæcitatem inducat, quod tamen in sylvestrium rosarum floribus nunquam visitur. Hallucinantur omnino, qui spinam **Haghedooren**, de qua supra egi, cynosbaton existimant. Huic folium myrto, viticique planè dissimile, etiam si Plinium sequamur, vestigium humanum non refert. Baccas etiam fert rotundas, fructum rosæ, punicæque minimè referens; nec intus floccos habet, ut scribit Dioscorides. Alii nec ἀγλώδης nec ἀγνώδης, sed ἀκανθώδης legunt. Hi suam stabiliunt sententiam Varini auctoritate. παρόμοιον ταῖς ῥοιαῖς, ἢ ταῖς ῥοδέαις, ἀκανθώδης. Vox ἀκανθώδης, non ad folia refert Varinus, sed ad stipitem virgasque. Ad caudicem referendam, ex Dioscoride probatur, Cynosbaton enim ἀκάνθας ἔχειν scribit, περὶ ταῖς ῥάβδοις ἰσχυράς. Folium idē myrto simile dicit; myrti verò folium neutiquam spinosum. Aliorum opinio est, Theophrastum scripsisse ἰχνώδης; qui etiam legunt, τὸ καρπὸν ὑπέρυθρον ἔχει παραπλήσιον τῷ τῆς ῥόδου. Horum correctioni favet Plinius, qui cynorrhodi, cynosbati, & chamæbati, sive humilis rubi confundit historiam; nisi corruptus fortè codex, ut mox dicam. Sed quomodo vestigio humano comparatur folium? Hominis vestigium si consideres, principio nonnihil latum, medio latius, in augustum, & acutum summo cacumine desinit, quale in calceatis arenæ, lutoque imprimitur; tali præsertim calceo, qualem veteribus in usu fuisse, ex antiquis statuis apparet. Ea figura imaginem foliorum cynosbati repræsentat, si vera lectio, quam Plinius tradit. Idem refert, pillulam gignere castaneæ similē, & uvam ferre nigram, in cujus acino nervus est; unde cynosbato nomen neurospasti impositum ait. Apertè Theophr. rubrum fructum dicit, ruffum; Dioscoridi ruffus ruberq; color non multùm differunt. In veteri codice scriptum referunt, *Cynosbaton vocant, alii cynospaston; folium habet vestigio hominis simile, gignit pilulam castaneæ similem, præcipuo remedio calculosis: alia est cynorrhodos quam proximo dicemus volumine. Fert & chamæbatos uvam nigram.* Lectio hæc paulò correctior, ac melior, quam in editis est. Corrigunt: *Alterum genus rubi in quo rosa nascitur, cynosbaton vocant, folium habet vestigio hominis simile, gignit pilulam castaneæ* (ejus echino) *similem, præcipuo remedio calculosis. Alia est cynorrhodos, quam proximo dicemus volumine, fert & chamæbatos uvam nigram.* Castaneæ similem pilulam cynosbaton ferre, nemo tradidit. Plin. c. 2. lib. proximi, cynorrhodū hujusmodi pilulam ferre ait, vocatq; non pilulam, sed spongiolam. *Alias, inquit, apud auctores cynorrhodi uva medicina erat, spongiolæ, quæ in mediis spinis ejus nascitur.* Quod in cynosbato pilulam vocat castaneæ similem, hoc in cynorrhodo uvam & spongiolam. Sed fortè scripsit Plinius; *Alterum genus rubi est, in quo rosa nascitur; cynosbaton vocant, alii cynospastum, folium habet vestigio hominis simile, alia est cynorrhodos, quam proximo dicemus volumine. Gignit pilulam castaneæ similem, præcipuo remedio calculosis. Fert & chamæbatos, quam neurospaston vocant, uvam nigram, in cujus acino nervum habet, unde neurospastus dicitur.* Hoc modo nisi legamus, confundit Plinius cynosbati, vel, ut in antiquo legitur, *cynobati* historiam, cum cynorrhodo & chamæbato, quanquam negare nolim, & cynorrhodo, & cynosbato hujusmodi pilulam esse posse; maximè si rosa eglenteria, vel euglenteria sit cynosbatos. Nam hæc aliquando talem fert pipulam. Cæterùm si apud Theophrastum, ut jam dictum est, legamus ἰχνώδης, & παραπλήσιον τῷ τῆς ῥόδου; non novi plantam, quæ propius ad historiam cynosbati accedat, quam rosa euglenteria. Huic folium initio latum, mox latius, dein in acumen desinens, ita ut vestigium humanum optimè referat. Hanc rosæ similem fructum ferre nemo facilè inficias ibit, & inter fruticem & arborem plantam esse mediam, negari non potest. Folium huic myrto latius, ejusque modo splendens; alioquin parvam cum ea habens similitudinem, nec flos albus dici potest, quanquam ad albedinem vergat. Hæc duo maximè impediunt, quo minus eglenteria rosa sit cynosbatos: Nam quod de pulvere adferunt, nullius momenti est. Cæterùm Theoph. ἰχνώδης & παραπλήσιον τῷ τῆς ῥόδου scripsisse, valde fit probabile, nec id cum Dioscoridis descriptione pugnat. Nihil enim impedit, folium humano vestigio simile esse, & myrto latius. Utrumque facile fieri potest: quin etiam myrti foliū, si paulò latius foret, cum vestigio humano comparari posset. Rosarum oblongus fructus, cur olivæ nucleo comparari non possit, causam video nullam. Nusquam tradidit Dioscorides, olivæ nucleo esse crassiorem, ut quidam volunt Botanici, & hæc de cynosbato.

Ῥοῦς aliis ῥόος dicitur, Nomen accepit à colore coccineo acinorum. A voce ῥόος Latinorum ruffum manasse contendunt. Eandem hanc plantam ἐρυθρὸν à colore vocarunt. Dioscorid. lib. 1. cap. 147. ῥοῦς ὁ ἐπὶ τὰ ὄψα, ὃν ἔνιοι ἐρυθρὸν καλοῦσι. *Rhus qui obsoniis inspergitur, quemque nonnulli erythron, id est rubrum, appellant.* Gaza *fluidam* vertit, quasi nomen à ῥέω illi impositum foret. Contraria vi pollet, nec à ῥέω *fluo*, sed à colore nomen habet; qua etiam de causa ἐρυθρὸς dicitur. Plinius huic Latinum nomen nullum esse scribit lib. 24. cap. 11. Nec *rhus* Latinum nomen habet, cum in usum pluribus modis veniat. Officinis *Sumach* dicitur, quod vel à Græcis habent recentioribus vel Arabibus; Græci saltem nomē hoc ab Arabibus mutuarunt. Utuntur, ut dixi, hac voce recentiores Græci. Myreps. sect. prima de antidoti compos. 96. σουμάκιν, βέρβερι, &c. Belgis **Smack** dicitur; quod ab Arabico *Sumach* contractum esse, nemo non videt.

Τὸ μὲν ἄῤῥεν, &c. Eandem habes apud Plinium differentiam, sed locus corruptus lib. 13. cap. 6. *Etiam thus Syriæ mascula fert, sterili fœmina, folio ulmi paulò longiore, &c.* De Thure nemo talem tradidit differentiam. Scribe ex antiquo codice; *Etiam rhus Syriæ mascula fert, sterili femina folio &c.* Alibi tria rhois genera facere videtur, lib. 24. cap. 11. *Nam,* inquit, *& herba sylvestris, foliis myrti, cauliculis brevibus, quæ venena & tineas pellit; est & frutex coriarius appellatus,* (in antiquo, *& frutex excoriarius appellatus*) *subrutilus, cubitalis, crassitudine digitali, cujus aridis foliis ut malicorio, coria perficiuntur. — Rhus quæ erythros appellatur, frutex est, ut hujus fruticis semen, vim habet adstringendi refrigerandique.* Antiqua est & valde agitata quæstio, utrum rhus coriaria à culinaria planta diversa sit: an verò una eademque, sed aliæ partes culinariæ, alias coriariis cesserint. Utraq; opinio suos habet fautores, viros etiam doctissimos, ac validissimis etiam confirmatur argumentis. Qui diversas plantas statuunt, his ferè utuntur rationibus, quod Galenus in una eademque compositione utramq; præscribat, ut lib. 6. κατὰ τόπους, cap. secundo, titulo quæ ad Columellam sive Gorgulionem. γενναιότατον δὲ, inquit, καὶ κηκίδων, καὶ ῥοῦ ἐπὶ τὰ ὄψα. καὶ τῆς βυρσοδεψικῆς. *Generosissimum est decoctum gallarum, & rhois culinariæ, & coriariæ.* Magni etiam ponderis argumentum est, quod petunt ex eodem libro cap. 1. titulo de confectione pharmaci ex malis punicis, & malis aliisque stomachicis, μάλιστα δὲ ἐπιτήδειός ἐστι ῥοῦς, εἴτε ἀρσενικῶς ἐθέλοις ὀνομάζειν αὐτὸν, εἴτε θηλυκῶς. ἔστι δὲ διττὸς, ὁ μὲν ἕτερος ἐπιπαττόμενος τοῖς ὄψοις, εὐστόμαχος, ὁ δὲ ἕτερος τοῖς βυρσοδέψαις χρήσιμος. ἑκάτερος δὲ ἑψηθεὶς ἐν τῷ γλεύκει, στομαχικὸν ἐργάζεται φάρμακον, &c. *Maximè verò aptus est rhus, sive masculino, sive fœminino genere ipsum velis nominare. Est autem duplex, alter obsoniis inspergitur, stomacho commodus; alter à præparatoribus coriorum expetitur; uterque verò musto incoctus stomachicum efficit medicamentum.* Respondent; non esse frutices diversos, sed ejusdem fruticis partes diversas, diversis dicatas usibus: Nam fructum rubentem coqui olim pro sale obsoniis aspergebant; & is quidem ῥοὸς μαγειρικοῦ nomen invenit: foliis verò, ac reliquis arbusculæ partibus, coriarii ad concinnanda perficiendaque coria utebantur: unde & frutex ipse ῥοῦς βυρσοδεψική Græcis dictus est. Huic sententiæ favet Ægineta, favet & Dioscorides. Ægineta, qui Galeni scripta in compendium reduxit, lib. 7. ῥοὸς τοῦ βυρσοδεψικοῦ καλουμένου τοῖς ἰατροῖς ὁ καρπὸς μάλιστα καὶ ὁ χυλὸς εἰς χρείαν ἥκουσιν. ἱκανῶς ὄντος στυπτικοῦ μὲν καὶ ξηραντικοῦ ἐκ τῆς τρίτης τάξεως, ῥυπτικοῦ δὲ τῆς δευτέρου. *Rhu coriaræ à medicis dictæ fructus præcipuè & succus magno in usu sunt, cum illa adstringendi siccandique vim ex tertio ordine habeat, detergendi è secundo.* Dioscorides lib. 1. cap. 147. ῥοῦς ὁ ἐπὶ τὰ ὄψα. ὃν ἔνιοι ἐρυθρὸν καλοῦσι, καρπός ἐστι τῆς καλουμένης βυρσοδεψικῆς ῥοὸς, ἥ τις ὀνομάσθη ἐκ τοῦ τοὺς βυρσοδέψας αὐτῇ χρῆσθαι εἰς τὴν σύψιν τῶν δερμάτων. *Rhus qui obsoniis aspergitur, quémque nonnulli erythron, hoc est, rubrum, appellant. fructus est rhois coriariæ, sic vocatæ, quod ea coriarii, ad conficienda coria, utantur.* Constat ergo rhoem coriariam, & culinariam eandem esse plantam, sed partes diversas; ac quidem culinariam fructum, coriariam folia, ramos, & corticem denotare. Errant, qui tria genera rhois scribunt, coriariam, culinariam, Syriacam. Certè coriariam à Syriaca diversam facit Galenus lib. 6. κατὰ τόπους cap. 2. titulo quæ Archigenes ad crusta scripsit. ἢ ῥοὸς βυρσοδεψικῆς ἱκανῶς βραχείσης εἰς τὸ ὕδωρ, μέχρι γλοιώδες γένηται. ἑψήσας μέλιτι μίξον. καὶ χρῶ. καὶ ὁ συριακὸς ποιεῖ κατὰ μέλιτος. *Aut rhois coriarii, quantum satis sit irrigati, aquam donec strigmentosa evadat, ubi coxeris, melli misceto, & utitor. Facit & Syriaca rhus cum melle.* Eodem capite & libro, titulo, quæ Archigenes scripsit ad Gurguliones. καὶ ῥοὸς συριακῆς καὶ βυρσοδεψικῆς ἀποβρέγματι ἑψηθέντι μέχρι συστάσεως μέλι συμμίξας, χρῶ. *Rhois item Syriacæ & coriariæ cremore coctæ ad spissitudinem, cum melle misto utere.*

utere. Idem lib. 9. cap. 5. ὀπίου ῥοὸς συριακοῦ ἢ βυρσοδεψικοῦ, λυκίου ἰνδικοῦ. *opii, rhois Syriacæ, coriariæ, Lycii, Indici.* Satis abundè probatum, rhoem Syriacam diversam à coriaria, sed Syriaca & culinaria una eademque est, Gal. lib. 9. cap. 5. κατὰ τόπους. ad finem capitis, ὀμφακίου, ῥοὸς τοῦ ἐπὶ τὰ ὄψα συριακοῦ ἀνὰ ∫ο γ *omphacii rhois Syriaci culinarii singulorum quadrantem.* Unum itaque genus rhois Græcis cognitum. Plinius, ut supra dixi, tria genera describit, ineptéque rhun erythron differre putat, ac distinguit à rhoe coriariorum. Exscribentis lapsus est, non auctoris. Restitue. *rhus quæ erythros appellatur, fructus est hujus fruticis: semen vim habet adstringendi, refrigerandique, aspergitur pro sale obsoniis, ad alvos solutas.* Hoc si legamus modo, liberabitur Plinius à reprehensione. Emendabimus hac occasione Columellæ codicem. lib. 9. cap. 13. ubi legitur. *Nos magis ne intereant* (apes quæ tithymallo usæ sunt) *quæ deinceps dicturi sumus, ægris examinibus exhibenda censemus; nam vel grana mali punicæ tunsæ, & vino amineo conspersa, vel uvæ passæ, cum rore Syriaco, pari mensura pinsitæ, & austero vino insuccatæ dari debent, &c.* Idem libr. 12. cap. 41. *prius tamen quam de igne medicamentum tollatur, tres heminæ roris Syriaci, contriti, & cribrati, super omnia adjiciuntur, & spatha permiscentur, ut coeant cum cæteris, &c.* Priori loco in antiquissimo regio codice anno, 1482 impresso, legitur, *uvæ passæ, cum rore sutorio, pari mensura.* Quæro quid sit ros Syriacus, vel ros sutorius, ut in antiquo legitur? Absurdus esset, qui vellet mannam intelligere. Contraria vi pollet manna, alvum solvit, laxatque, neutiquam adstringit. Nec facilè conteri, aut cribrari potest: solvitur enim, ac in liquidum mutatur. Scribe; *uvæ passæ, cum rhoe Syriaco, pari mensura.* Item *tres heminæ rhois Syriaci, contriti, & cribrati.* Rhoem adstringendi vi præditum, nemo negabit; eundem posse cribrari ac conteri, notum. Non fit probabile, Columellam scripsisse *cum rhoe sutorio*; nova appellatione efficta, à sutorum sive coriariorum usu. Syriaci appellatio Latinis ac Græcis æquè familiaris ac accepta. Libet porro mihi credere, eundē rhun sive rhoes, à diversis locis, in quibus provenit, varia nomina sortitum esse: à Syria Syriacus, à Ponto Ponticus, ab orientalib. regionibus, orientalis dicitur. Apud Gal. lib. 7. κατὰ τόπους c. 2. Damocrates Eupatoricæ & Pōticæ rhois mentionē facit.

> Αἱμορραγιῶν τε τῶν ἄνω διαφραγμάτων
> Ποιῶν, πατερικῆς, ἢ τὸ κρεῖττον ποντικῆς,
> Ῥοὸς καταμίξεις χυλὸν ὡς δράχμας δύο.
>
> *Eruptióque sanguinis septum supra.*
> *Facere, Patarices, aut tu potius hinc Pontice*
> *Addes rhois succi simul drachmas duas.*

Corrigit doctiss. Cornar. secundum versum in hunc ferè sensum, ποιῶν εὐπατορικῆς. Nescio cur Eupatoricæ corrigat; cum Patara sit Lyciæ urbs ubi responsa dabat Apollo. Eupatria Lydiæ urbs. Cur εὐπατερικὴν vocasset Damocrates rhoem, imaginari nequeo. Verisimilius πατερικὴν à Patara urbe vocasse, quam εὐπατερικὴν ab Eupatria. Marcellus Empiricus cap. 27. de Dysenteria, orientalis meminit rhois. *Rhun marinum sive rhun orientalem, quod est minutum robium, simile lenticulæ, quantum tribus digitis, mittes in mortarium, & teres cum vino.* Ex hoc Marcelli loco alius Columellæ corrigendus, ubi remedia adstringētia præscribit apibus, quę tithymalli usu laborant. lib. 9. cap. 13. *nonnulli rorem marinum aqua mulsa decoctum, cum gelaverit, imbricibus infusum præbent libandum.* Vix hæc de rosmarino dici possunt. Nam hæc non habet adstringendi illam virtutem. Præterea, non potest calorem à tithymallo contractum extinguere, aut mitigare. Scribo, *nonnulli rhoen marinum aqua mulsa decoctum.*

Eleganter satis rhoen describit Theophrastus. Scribe, μικρὸν προμηκέστερον καὶ ἐπίδασυ, quomodo etiam legit doctiss. Gaza. Non sunt minora folia rhoes ulmeis, sed paulùm oblongiora. ἐπίδασυ, *aliquantulum pilosum* verto. quod non sit adeò densum folium rhois, sed pilosum aliquantùm. Hanc etenim significationem, aliquando habet. Vt apud Arist. ἔτι δὲ τῶν ἄλλων ζώων τῶν ἐχόντων τρίχας τὰ πρανῆ δασύτερα· τὰ δὲ ὕπτια λεῖα. Favet huic expositioni & correctioni Plin. lib. 13. cap. 6. *Etiam rhus Syriæ mascula fert, sterili fœmina, folio, ulmi paulò longiore, & piloso, foliorum inter se semper contrariis pediculis, gracili brevique ramo.* Describitur etiam à Diosc. libr. 1. cap. 147. ἔστι δὲ δενδρύφιον φυόμενον ἐν πέτραις, ὡς δίπηχυ. ἐφ' ᾧ φύλλα ἐπιμήκη, ὑπέρυθρα, τὴν περιφέρειαν ἐντετμημένα πριονοειδῶς. καρπὸς δὲ βοτρυδίοις ἐοικώς, πυκνός, κατὰ τὸ μέγεθος τερεβίνθου, ὑπόπλατυς, οὗ τὸ περικείμενον φλοιῶδές ἐστι χρήσιμον. *Est verò arbuscula in petris nascens, binûm verò cubitorum altitudine, in qua folia sunt oblonga, subrubentia, & in ambitu serrata. Fructus*

Sumach.



autē racemulis similis, densus terebinthi magnitudine, quadantenus latus, cujus corticosa tunica acinos ambiens, perquam utilis est. φέρει δὲ καὶ κόμμι ὅπερ ἐντίθεται τοῖς βρώμασι τῶν ὀδόντων πρὸς ἀπονίαν. *Gummi quoq; profert hæc arbuscula, quod erosorum dentium cavis inditur, ad dolores finiendos.*

In vulgatis codicibus πρινοειδῶς, id est, *ilicis modo*, legitur. Hoc verbum, cur quidam interpretes, non vertant, admirantur Botanici. Non videtur iis omittendum, quod non modo apud Oribasium reperiatur, sed quod rhus pulchrè ilicem foliis æmuletur. Ilicem intelligunt Italicam, non spinosam. Malo legere, πριονοειδῶς, *serræ modo incisis.* Talibus incisuris rhois folia prædita. Hanc lectionem Oribasii interpres secutus est; *folia subrubentia, in ambitu ad serræ modum divisa.* Lector quam velit eligat lectionem, Rhus solo sterili ad duos aut tres cubitos tantùm assurgit; solo verò fecundo ac læto, maximè, si cultura accedat, humanam altitudinem multùm superat; in ramulos aut potius virgulas multas diffunditur. Folia 9. aut 11. ab uno pediculo sive costa ῥάχει conjugatim hærent, sibique invicem ex adverso posita sunt, excepto extremo unico. Costa hæc media rubet, singula verò foliola albicant, lata, oblongiora quam ulmi, ambitu serrata, ac aliquantùm pilosa. Flores candidi racematim prodeunt. Flore delapso succedit fructus, latus, & lentibus similis, ad terebinthi magnitudinem accedens, copiosus, confarctus, corymbaceis racemis cohærens, ac cum labrusca rubescens, ad condimenta utilis, quem usum hodiè etiamnum per Hispaniam obtinet. Radix haud altè descendens, per summa cespitum hæret. Floret mense Iulio, semen Autumno cum uva maturescit. Apud Hispanos nonnullis in montibus, ac sylvis frequens: Provenit, & pluribus in Apennino Italiæ monte locis, tum & juxta Pontum, & in Syria, ut scribit Galenus. Notandi qui viburnum vulgò vocatum, pro rhoe ostendunt, ac *Sumach* esse contendunt. Rhoi folia ulmeis oblongiora, huic rotundiora, fructus quoque per maturitatem niger est, immaturus ruber.

Βάπτουσι &c. Plinius. *pelles candidæ conficiuntur iis.* Ad verbum hæc, vir magnus ait, expressa esse ex Theoph. Quod huic βάπτειν, hoc Plinio conficere. Hinc confectores pro tinctoribus, & infectoribus, apud Vopiscū in Aureliano: *missis diligentissimis confectoribus.* & apud veterē Iuvenalis Interpretem, *toga palmata Tyriæ purpura confecta, id est serrana.* Quod à coriis traductū, quæ conficiuntur, id est, tinguntur simul & subiguntur. Hinc σύψις δερμάτων, qua colorantur & domantur pelles. Diosc. de rhoe. ῥοὸς βυρσοδεψικὴ ὀνομάσθη, ἐκ τοῦ τοὺς βυρσοδέψας αὐτῇ χρῆσθαι, εἰς σύψιν τῶν δερμάτων. Malè vertunt, *spissandis corɪis*: vertendū erat, *conficiendis.* Glossæ *infecti*, ἀισυμμένοι. & σύμμα idem quod βάμμα. Diosc. de cocco baphico, πρὸς σύμματα ἀναλέγουσι; *ad tincturam pannorum colligunt.* Harpocration. κηκὶς σύμμα τι, βάμματός γένος. Verbū σύψαι Græcis proprie *adstringere* significat. inde τὰ συπτικά. Hesych. σύψις. κόλλησις. Sed pro tinctura sumitur, quod pleraq; eorū quibus conficiuntur

ficiuntur pelles, aut lanæ inficiuntur, τῇ δυνάμει συπτικαὶ ſunt, vel quod premendo, ac ſubigendo color adfricetur, ac veluti alligetur pellibus. Illud verius; δευσοπικὰ ferè omnia ſunt, quæ conficiendis præcipuè coriis inſerviunt. ut folia τῆς ῥοῦ, alumen, malicorium, galla, & ſimilia. Sententia ac oratio viro maximo digna. Alia tamen Roberti Conſtantini opinio. βάπτειν interpretatur *mergere lavareque*, ut apud Ariſtophan. Suidas, βάπτουσι, πλύνουσιν. Ἀριστοφάνης. πρῶτα μὲν τὰ ἔρια βάπτουσι θερμῷ κατὰ τὸν ἀρχαῖον νόμον. ἀντὶ τοῦ οὐδὲν καινοτομοῦσιν. *Prima mitaria, calida lavant veteri modo, id eſt, nihil innovant.* Aratus.

Τὰ μὲν εἰς κεφαλὴν μάλα πάντα βάπτων ὠκεανοῖο.

Pro quo Cicero.

Hic caput & ſuperas potis eſt demergere partes.

Utraque ſententia vera. Nam & condenſantur coria, & tinguntur rhoe. Poſtquam corium depilarunt, pulverem rhois cum pauco alumine coriis, ſpiſſandi gratia, inſpergunt coriarii. Eodem etiam rhoe tinctores utuntur, inficiuntque lanas, coriaque ſaturato rubro colore. Verùm pulvere non utuntur, ſed ramos foliaque, (ideo lego φύλλοις non τούτῳ) calce aut lixivio macerant, aliiſque modis præparant. Qui igitur apud Dioſcoridem εἰς σύψιν τῶν δερμάτων *ſpiſſandis coriis*, vertit, non peccat. Nec culpandus, qui *conficiendis*, id eſt, *tingendis coriis*, interpretatur. Utrumque rhus præſtat. In Hiſpania magnum rhois proventum Carolus Cluſius tradit, maximè Salmanticenſi agro; iſtiſque quæſtus gratia diligenter coli obſervavit idem. Multi enim agri eo conſeruntur, nec minore cura coluntur, quam vineta, alioquin nec tam lætè aſſurgit, aut ſi cultura abſit, degenerat & ſylveſcit. Immò non deſunt, qui vitibus interſerant, culturæ compendium quærentes, ut eadem opera cum vitibus fodiantur. Cæduntur ſingulis annis enati ſurculi cubitales, ad radicē uſq; aut ſummam tellurē, deinde reſiccantur, in pollinem rediguntur, & in uſum convertuntur, ad paranda coria.

Τῷ σχήματι τὸ ὀλοσχερὲς. ὀσλίγγας ἔχον. in Aldino & Baſilienſ. ſcriptum eſt. τῷ σχήματι δὲ τὸ ὀλοσχερὲς, ὀσυγγας ἔχον. Scribe τῷ σχήματι δὲ ὀλοσχερὲς, ὀσλίγγας ἔχον. Ὀσλίγγας. Suidas λαμπηδόνας ſcintillas exponit. ὀσλίγγες αἱ λαμπηδόνες. Nicander ſepiarum, lolligenumque cirros ὀσλίγγας vocat in Alexiph.

Ὃς δή τοι φυκόεις μὲν ὑπ' ὀσλίγγεσσιν ἀραιαῖς
τευθίδος ἐμφέρεται ——

Ille quidem ſordes tenues lolligenes inter
Defertur pendetque comas.

Scholiaſt. ὀσλίγγας δὲ λέγει τοὺς βοστρύχους. ὅ ἐστι τὰς κόμας τῶν τευθίδων καὶ σηπιῶν. *Oſtlingis vocat cirros ſive comas loligenum & ſepiarum.* Theoph. ὀσλιγξ, quod Dioſcoridi cæteriſque Botanicis ἕλιξ, Dioſc. lib. 4. cap. 124. τὸ κατ' ἄκρον τὸ πέταλον (adde, vel ſubintellige, ἄνθους) ἕλικα φέρει. *Quod in ſummo folio floris claviculam, cirrum, gerat.* Hujuſmodi ὀσλιγξ in vitis, ricini, Iſopyri, reperitur.

Καὶ γίνονται οἷον φακοὶ λεπτὸν συγκείμενοι. Scribe οἷον φακοὶ λεπτοί. Plinius loco citato. *Semen lenti ſimile cum uva rubeſcit, quod vocatur rhus, medicamentis neceſſarium.* Deſcribit etiam fructum Dioſc. loco citato. καρπὸς δὲ βοτρυδίοις ἐοικὼς, πυκνὸς κατὰ τὸ μέγεθος τερεβίνθου, ὑπόπλατυς, οὗ τὸ περικείμενον φλοιῶδές ἐστιν εὔχρηστον. *Fructus autem racemulis ſimilis, denſus, terebinthi magnitudine, quadantenus latus; cujus corticoſa tunica acinos ambiens, perquam utilis eſt.* Eadem Theophraſti mens. Non enim oſſeum illud contentum medicamentum eſt, uti Gaza exponit, ſed quod oſſeum illud ambit. Ideo addit, percolato rhoe facilè abſcedere. Ideoq; non lego ἔχει, ſed cum Doctiſſ. Conſtantino ἀπέχει. Scribo præterea. ἔχει δὲ τὸ φαρμακῶδες τοῦτο, ὃ καλεῖται ῥοῦς, ἐν αὐτῷ ὀστῶδές τι. ὃ καὶ τοῦ ῥοῦ διηθημένης ἀπέχει πολλάκις. *Habet & medicamentum rhus dictum in eo oſſeum quid, quod rhoe percolato abſcedit.* Quod de natali ſolo ſequitur, verum eſt. Solum amat pingue & lætum, ut ſupra dixi.

Πολυειδὴς δὲ ὁ κιττὸς, &c. Unde κιττὸς dicatur, non convenit inter doctos, nec conſtat, utrum κιττὸν, an κισσὸν ſcribendum ſit. Poſtremum maximas peperit difficultates. Confundunt ciſti, vel, ut alii malunt, ciſthi, hederæque hiſtoriam quidam ex Græcis ipſis. Utramque perturbat Plinius, malè vertunt interpretes. Theophraſtus hederam κιττὸν ubique vocat, ut lib. 1. c. 15. & 16. lib. 1. de cauſ. cap. 4. libr. 2. cap. 4. & 9. & 25. aliiſque locis plurimis; ciſtum verò κισσὸν appellat. Contra κισσὸς hederam apud Dioſc. ſignificat. An Theoph. lib. 6. cap. 2. ubi de ciſto agit corruptus? Apud Heſych. legitur κισθὸς θάμνος οὗ ἄρρεν καὶ θῆλύ ἐστιν. *Ciſthus frutex cui mas & fæmina.* κισσὸς εἶδος φυτοῦ, ἢ βλάστημα ἑλισσόμενον. *Ciſtus planta, aut germen, quod ſe volvit.* Favet huic lectioni antiquus Dioſc. codex. Nam in eo libr. 1. cap. 126. ubi de ciſthio agit, κισθὸς legitur, cum in vulgato κίστος ſcribatur. Vulgata lectio melior videtur, ac apud Theophraſtū non κιστὸς accentu in ultima, ſed κίστος accentu in penultima ſcribendum eſt. Infinitæ voces Græcis ſunt, quæ pro accenti diverſitate diverſam habent ſignificationem. καινὴ Cæna *urbs.* καινή, *nova*, καθαίρων *ſubvertens*, καθαίρων *purgans.* Κᾶλον *lignum*, καλὸν *bonum.* ἰδοὺ *ecce*, ἴδου *vide.* ἴον *viola*, ἰὸν *iens.* αἶνος *gloria*, αἰνὸς *gravis.* βίος *vita*, βιὸς *arcus.* Sexcenta licet hujuſmodi proferre. Cæterùm veteres & κίστον & κίσθον ciſthum vocaſſe probari poteſt. Dioſc. libr. 1. κίστος οἱ ἔνιοι κίσθαρον ἢ κίσταρον καλοῦσι. κίσταρον à κίστος; κίσθαρον à κισθὸς diminutivū eſt: Vox etiam ὑποκιστὶς veteres ciſthum κίστον vocaſſe ſatis indicat. Illud tantùm diſcriminis fuiſſe videtur, quod κίστος *ciſtus* accentum in penultima haberet, κιστὸς *hedera* in ultima. Multi tamen nihil ambigendum putant, quin κιστὸν aliqui ſcripſerint, qui aliis erat κισθός. *Profectò*, inquiunt, *Paulus Ægineta non videtur aliter ſcripſiſſe. Cum enim exactè per ſeriem alphabeti ſimplicia medicamenta deſcripſerit, ſervato examuſſim litterarum ordine, poſt mentionē κισσηρεως, ſtatim ſubnectis de ciſtho, quem κιστὸν vocavit; nec enim aliter eo loco ſedem & ordinem habere potuiſſet. Sequitur poſtea* κισσὸς. *quæ eſt hedera.* Fieri tamen potuit, Græcos quoſdam κιστὸν ſcripſiſſe, qui aliis erat κισθός. Dialectus hæc eſt multorum Græciæ populorum & Ionibus familiaris, qui tenui pro aſpirato ſepè utuntur. Scribunt ut στὸς, θεὸς· τύκω, τύχω, δέχομαι, δέκομαι. σίγω, θίγω. Idem fecêre Cretenſes. Heſychius σῖγαι, τῖναι, Κρῆτες. Fortean & Cyprii, qui κιστὸν vocabant. κισθόν. Nec mirū, auctores ex Atticis ſic etiam ſcripſiſſe. Nulla quippe apud eos ex nominum ſimilitudinē confuſio, utpote qui hederam vocabant κιττόν: ciſthum autem κιστόν. Nobis ea magis placet opinio, quæ in accentu peccatum putat. Κιττοῦ vel κισσοῦ nomen impoſitum ab adoleſcente quodam ciſſo. Cujus hiſtoriam citat Caſſianus Baſſus lib. 11. cap. 30. κιττὸς τὸ ἄνθος, νέος ἐτύγχανε πρότερον, χορευτὴς Διονύσου γενόμενος. χορεύων δὲ τῷ θεῷ, πρὸς τὴν γῆν καταφέρεται, καὶ ἡ γῆ τιμῶσα Διόνυσον, ἄνθος ἀνῆκεν ὁμώνυμον βλάστημα, σώζουσα τὰ τοῦ νέου βλαστήματα. πρῶτον μὲν γὰρ ἐκ γῆς, ἄμπελον περιπλέκεσθαι πέφυκεν. οὕτως περιπλεκόμενος, ὡς ὅτε νέος ἐχόρευε. *Hedera flos, id eſt, Ciſſus, adoleſcens antea fuit & Bacchi ſaltator, qui cum coram Deo tripudaret, ad terram prolapſus eſt, & interiit: terra autem in honorem Bacchi, florem produxit adoleſcenti cognominē, & (juvenis) germina in plantæ germine conſervavit, quod ubi ex terra progreſſum eſt, vitem amplecti ſolet, eo modo quo adoleſcens Bacchum in tripudiis amplecti, eique circumplicari conſueverat.* Hæc medici, eorumque filii, vana putant. Κισσὸς vel κιττὸς vocatur, ἀπὸ τοῦ κίος, id eſt, *verme*, ſive *curculione.* Κὶς, ut tradit Theophraſtus lib. 4. de cauſ. cap. 16. vermis qui in frumento, hordeo & tritico maximè naſcitur, cui natura eſt ſemina illa cuſpide potius, quam ore exiguis foraminib. terebrare. Unde κισσηρὶς pumex, ob fiſtuloſas ac poroſas cavitates dicitur. Eodem modo planta hæc κισσὸς vocatur à poroſa textura, & innumeris ſpiraculis pervia, qua vinum tranſmittit, ut antiquiſſimus obſervavit. Cato. cap. 111. *Si voles ſcire, in vinum aqua addita ſit, nec ne, vaſculum facito de materia hederacea.* (ita antiquus noſter codex habet, ultimo editus, *ederacea.*) *vinum id, quod putabis aquam habere, eodem mittito. Si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. Nam non continet vinum vas hederaceum.* Idem obſervavit Coſtæus. Ait enim lib. 2. cap. 5. de univerſali ſtirpium nat. *Sed accedit præterea laxum earū corpus ac cutis. hederam enim tam rara ſubſtantia eſſe conſtat, ut pocula ex ea parentur, è quibus, aqua ſuperſtite, vinum, tum ipſa quoq; demum effluat aqua.* Hedera, teſte Pompeio, dicitur, quod parietibus ac maceriis firmiter adhæreat, ſeſéque affigat. quod non ignoravit Perſius, cum in prologo dicat.

Heliconidáſque pallidam Pirenen
Illis remitto, quorum imagines lambunt
Hederæ ſequaces.

Sequaces, dixit Poeta; quod natura ſint ſequaci, ac ſeſe ſpargendo dilatent, & creſcendo muros ac arbores quas ſemel comprehendendo implicuerint tenaciter perſequantur. Qua ratione à Virgilio ſerpentes & errantes dicuntur in Bucol.

Errantes hederas paſſim cum baccare tellus.

Idem de obitu Mecœnat.

Serpentes hederæ, vix habuêre locum.

Aliis placet, à Latinis ſine aſpiratione *ederam* vocari, quod edita petat, & altè divagetur, altioreſq; aſcendat parietes. Alii ab edendo nomē illud accepiſſe contendunt,

quod

quod vetustiores maceries, arboréſq; radicatis ſuis propaginibus edat ac enecet. Peculiarẽ enim ſortitur naturã. Equidem non ſolum radicibus in terram dimiſſis vivit, ſed & germinibus & arborum caudicibus quas ſcandit, alimentum exugit; & præciſa juxta terram non emoritur, niſi à totis caudicibus avellatur. Nam frequentiſſimas eaſque perbreves per tota germina radiculas, centipedis animalis modo edit, quibus pertinaciſſimè adhærens, arbores exugit, & enecat, ædificiaque, quamvis robuſta, demolitur. Plinius lib. 16. cap. 34. *Inimica arbori, ſatiſque omnibus, ſepulchraque ac muros rumpens, ſerpentium frigori gratiſſima, ut mirum ſit, ullum honorem habitum ei.* Pulchrè Poëta.

Vt hedera ſerpens vires arboreas necat,
Ita me vetuſtas amplexu annorum enecat.
Sepulchris ſimilis, nil niſi nomen retineo.

Expetitur tamen in hortis ac viridariis, quod ſponte, nullo adminiculo, totos parietes, ac maceries circumveſtiat, fronde perpetua exornet, cultura arboreſcat, caudice ſatis craſſo, & ad altitudinem, latitudinemque diſtendatur, niſi fortè deſit, quod amplecti poſſit. Cum ad eam ætatem propè acceſſerit, in qua fructum ferre poſſit, quaſi ex pueritia, in virilem habitum tranſiens, totam faciem, naturamque mutat; per ſe enim erigitur, nullum quærens adminiculum, nixa novis radicibus, in parietum & arborum cava dimiſſis, ut aliquando nullum relinquatur conjunctionis veſtigium, cum repentè hedera, ſed omnino ſeparata à parente, vivat. Foliis quoque longè diverſis veſtitur. Quandiu enim affixa eſt, folia fert in plures angulos deſinentia, ad ſummum quinos; cum autẽ erigitur, folia rotundantur, obliteratis ex toto utrimque angulis omnibus, ſolo eo qui in ſummo eſt relicto.

Πολυειδὴς δὲ ὁ κιττὸς, καὶ γὰρ ὁ μὲν ἐπίγειο, ὁ δὲ εἰς ὕψος, &c. Ita ſcribendum, ipſa ratio, ac ſeries orationis docent. Plura, inquit, eſſe hederæ genera: ſed tria ſumma, album, nigrum, & helix. Idem Dioſc. lib. 2. cap. 210. κισσὸς πολλὰς ἔχει διαφορὰς τὰς κατ' εἶδος, τὰς δὲ γενικωτάτας τρεῖς. λέγεται γὰρ ὁ μέν τις λευκὸς, ὁ δὲ μέλας, ὁ δὲ ἕλιξ. *Hedera multas in ſpecie differentias ſortitur, ſummas autem genere tres. Eſt enim candida quædam, nigra altera, tertia quæ vocatur helix.* Plinius loco citato ciſthum & hederam confundit, *Duo genera*, inquit, *ejus prima, ut reliquarum, mas & fœmina; major traditur mas corpore, & folio duriore etiam, ac pinguiore, & flore ad purpuram accedente, utriuſque autem flos ſimilis eſt roſæ ſylveſtri, niſi quod odore careat.* (Hæc Theophraſt. & Dioſcorid. de ciſtho. falſum eſt hujuſmodi in rerum natura eſſe hederas. vide cap. ſecundum libro 6.) *ſpecies horum generum tres* (Theophr. & Dioſc. tria ſumma genera hederæ eſſe ſcribunt, Plinius vocum vicinitate deceptus duo genera hederæ, in tres ſpecies dividi ſcribit, quod, valde ineptum eſt.) *eſt enim candida & nigra hedera, tertiaque, quæ vocatur helix.* Ἕλιξ ab ἑλίσσειν quod torta, circumvoluta, circumflexa magis ſit hæc hedera, vel, quod cincinnos, ſive capreolos, qui ἕλικες dicuntur, magis conſpicuos habeat.

Εἴδη δὲ ἑκάστου. Harum ſpecierum non meminit Dioſcorides Plinio loco citato, *Etiamnum hæ ſpecies dividuntur in alias, quoniam eſt aliqua, &c.*

Λευκὸς γὰρ, &c. Plinius loco citato. *Quoniam eſt aliqua fructu tantùm candida, alia & folio: fructum quoque candidum ferentium aliis denſus acinus, & grandior, racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi.* Dioſcorides candidum ferre tradit: ὁ μὲν οὖν λευκὸς, φέρει τὸν καρπὸν λευκόν. Ve: ba Theophraſti in hunc verte ſenſum: *Alia enim fructu ſolo, alia etiam foliis candida eſt. Rurſus fructum tantùm candida ferentium, quædam grandiorem, denſum.* (Ald. enim & Baſil. legentem συνεστηκότα τὸν καρπὸν rejicio, vulgatã ſequor, lego etiam cum magno Scaligero μόνον) *& veluti in orbem (pilam) circumactum fructum producit; quem nonnulli corymbum vocant.* Ita legit Plinius. Apud Auctuarii Auctorem habetur, κορυμβήθραν. οἱ δὲ κορυμβήθρα, οἱ δὲ κίσσιον. Vulgatam Theophraſti lectionem probant. Nobis Pliniana non diſplicet, idque quia apud Oppianum κυνηγ. lib. 7. reperio.

Εἰλατίνῃ γηλῷ δῖον γένος ἐγκατέθεντο,
Νεβρίσι δ' ἀμφεβάλοντο, καὶ ἐστέψαντο
Κορύμβοις.

Abiegna in ciſta divinum genus repoſuerunt,
(Bacchum)
Pellibuſque induerunt, & coronarunt
Corymbis, id eſt, hederis albis.

Plinius lib. 21. cap. 9. *Inter hæc nervoſi cauliculi quibuſdam, ut marathro, hippomarathro, myophone utuntur è ferulis & corymbis, & ederæ flore purpureo. Eſt & in alio genere earum ſylveſtribus roſis ſimilis.* Agit de plantis coronariis, locumq; Theophraſti explicat, qui ad finẽ cap. 1. & initium ſecundi lib. 6. hiſt. reperitur. In antiquo codice legitur; *utuntur & ferulis, & corymbis, & hederæ flore purpureo.* Priori capite recenſet loco citato Theoph. φρυγανικὰ & ποώδη, quæ in coronis locum habent; inter ea numerat κίστον, id eſt, *ciſtum;* poſteriori ſive altero eundem deſcribit ciſtum. Κίστον ſuo more Plinius hederam vertit. Hedera alia alba, alia nigra. Alba, ut dixi, corymbus vocatur (malè enim Plinius racemum ſic vocari ait, cum Theophraſtus ipſam plantam ſic appellari referat) *Ergo*, inquit, *utuntur & ferulis, & corymbis, & hedera flore purpureo, & in alio genere earum ſylveſtribus roſis ſimili, &c.* Priori capite *unius* κιστοῦ tantum meminit, ſecundo, *duorum.* Ex *duobus*, quorum mentio cap. ſecundo, & uno, quem cap. primo recenſet inter φρυγανικὰ καὶ ποώδη, tria finxit hederæ genera. Porro, corymbus vocatur, quodvis ſummum, eminens cacumen, ut κόρυμβοι συκῆς: id eſt, κλῶνες. κόρυμβος δάφνης, *lauri ramus.* Nonnus κόρυμβοι κίττου *corymbi hederæ.* κατ' ἐξοχὴν verò denotare videtur, ipſam hederam albam.

Οἱ δὲ Ἀθήνησιν ἀχαρνικὸν &c. Scribe; ἀχαρνείτην. Suidas. ἀχαρνείτης. ἀθήνηθεν κισσός. (Ita lege. In vulgatis codicibus vox κισσὸς deeſt.)

Πολλάκις ἐν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλὼς
Βλαισὸς ἀχαρνείτης κισσὸς ἔρεψε κόμην.

Diſtichon hoc, Dioſcoridis cujuſdam eſt, Reperitur libr. 3. florilegii var. epigram. cap. 25. epigr. 42. ubi emendatius & nitidius in hunc legitur modum.

Πολλάκις ἐν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκανῇσι τεθηλὼς
Βλαισὸς Ἀχαρνείτης κισσὸς ἔρεψε κόμην.

Sæpius in pulpitis & ſcenis florens
Tranſverſa Achornita hedera coronavit comam.

Βλαισὸς κισσὸς, Ovidio *flexipes*, ita ut in MS. legitur, in editis, *flexibilis.* Locus eſt 8. Metamorph.

Vos quoque flexipedes hederæ veniſtis & una.

Flexipes, quod flexuoſis & errabundis flagellis per humum ſerpat, velut pedibus flexis ac curvis erret. ἀχαρνείτης ab ἀχάρνη, τῆς ἀττικῆς, *ab Acharna, loco quodam in Attica.*

Ἀρδευόμενον. ὁ δὲ ἐλάττω, &c. Corruptus codex. Plinius loco citato, *Item ſelenitium, cujus, eſt minor acinus, ſparſior racemus.* In antiquo legitur. *item ſilentium*, in altero cod. *ſilenicicum.* ch. *ſileniticum.* In epigram. σκηνίτου fit mentio κισσοῦ, id eſt, tabernacula integentis, vel topiariæ hederæ.

Lib. 3. cap. 24. epigr. 40.

Αἐί τοι λιπαρῷ ἐπὶ σήματι δῖε Σοφόκλεις
Σκηνίτης μαλακοὺς κισσὸς ἄλοιτο πόδας.

Semper tibi formoſo in ſepulchro Dive Sophocles topiaria
Scenica, hedera molles ſaltet pedes.

An itaque ſcripſit Plinius? *Item ſcenites cujus minor acinus.* Theophraſtus verò? ὁ δὲ σκηνίτης ἐλάττω καὶ διακεχυμένον. *Scenites* proximè accedit ad *ſelenitium*, ut in vulgatis legitur. Qui vulgatam lectionem ſervant, vertunt; *Quam nonnulli corymbian vocant, Athenienſes Achernicam, quæ in riguis naſcitur, quædam minorem, ſparſiorem nigræ modo.* Vox ἀρδευόμενον nobis ſuſpecta admodum, nec ad hederæ hiſtoriam pertinet. Imaginari nequeo, qua ratione, hedera κίττος ἀρδευόμενος, dici poſſit. ἀρδεύω ſignificat *irrigo, rigo.* Hedera nec amat, nec odit rigari, nec riguis gaudet, nec rigua eſt. Plinius, ut dixi, σκηνίτης legit. Quæ vox librariorum negligentia omiſſa & depravata eſt, mutataque in *ſelenitium.*

Ἔχει δὲ ὁ μέλας, &c. Plin. loc. cit. *Simili modo in nigra alicui & ſemen nigrum, alii crocatum, cujus coronis poetæ utuntur, foliis minùs nigris; quam quidẽ Nyſiam, alii Bacchicam vocant, maximis inter nigras corymbis. Quidam apud Græcos etiamnum duo genera faciunt, à colore acinorum,*

rum, erythranum, & chryſocarpum. Hæc partim ex Theophraſto, partim ex Dioſcoride, partim ex alio quodam auctore Græco hauſit Plinius. *Simili,* inquit, *modo in nigra.* Scribe, *ſimili modo nigra,* & intellige, dividitur. Theophraſtus, ἔχει δὲ ὁ μέλας διαφοράς. Quod ſequitur, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως φανεράς, non vertit Plinius; nec ad illud attendit. Græcus auctor ſimiles differentias habere tradit, ſed non ita perſpicuas. Latinus, eodem modo dividi ait; *alicui & ſemen nigrum, alii crocatum;* Hoc ex Dioſc. ſumpſit Plinius. ὁ δὲ μέλας, μέλανα ἢ κροκίζοντα. ὃν δὴ καὶ ἰδιῶται Διονύσιον καλοῦσι. *nigra quam etiam vulgus Dionyſiam, nigram aut croci æmulam.* Coronariam plantam hanc hederam, inquit, & hac coronatos Poetas.

Virg. ecl. 8.

Paſtores hedera naſcentem ornate Poëtam.

Horat. Epiſt. lib. 1.

——— Seu condis amabile carmen,
Prima feres hederæ victricis præmia, &c.

Hedera coronati poetæ, quod hæc ſe victricem ferat vetuſtatis; atque adeo comitem æternitatis ejus, quam ſibi optimi ſcriptores, ut præmium, proponunt; imprimis inſigniores & nobiliſſ. poetæ, quorũ celeberrimus quiſque, ac cæterorum victor hac fronde tempora cinxit. Hac de cauſa Propertius caput docti & poetæ hedera circumiri vult, non item ruſtici alicujus & imperiti.

Ruſticus hæc aliquis tam turpia prælia quærat,
Cujus non hederæ circumiere caput.

Ovidius in exilium in Scytharum terram relegatus, veluti à ſe abdicans omnem nominis ſui ſplendorem, ac immortalitatem, ſuæ imagini hederam demi vult.

Si quis habes noſtris ſimiles in imagine vultus,
Deme meis hederas, Bacchica ſerta, comis.
Iſta decent lætos fælicia ſigna Poëtas.
Temporibus non eſt apta corona meis.

Auctuarii auctor hederam ποιητικὴν vocatam ſcribit; οἱ δὲ, χρυσόκαρπον, οἱ δὲ, ποιητική, οἱ δὲ &c. Hoc nomen non ſoli hederæ nigræ impoſitum, ſed etiam albæ. Nam & alba coronati Poëtæ, non tantùm nigra, ut innuere videtur Plinius. *Quam quidam nyſiam vocant.* Scribe, *quam quidam Dionyſiam, aliam Bacchicam vocant.* Græci διονύσιον κισσὸν vocabant, Latini hederam Bacchicam: Διόνυσος Græcis idem qui Latinis Bacchus. Hederam Baccho gratam fuiſſe, eaque ipſum coronatum multis exemplis probare, non foret difficile. Cur hac coronatus inceſſerit multæ, adferuntur cauſæ.

Ovid. lib. 3. Faſtor.

Cur hedera hæc cincta eſt? hedera hæc gratiſſima Baccho.
Hæc quoque cur ita ſit dicere, nulla mora eſt,
Niſiades Nymphas, puerum quærente noverca,
Hanc frondem cunis appoſuiſſe ferunt.

Videtur id ſumpſiſſe è nono Διονυσιακῶν.

Τὸν μὲν ὑπερκύψαντες θεηγενέος τοκετοῖο
Στέμματι κισσήεντι λεχωΐδες ἔστεφον ὧραι.

Hunc quidem ſuperſtantes divini parentis corona
Hederacea perperæ coronarunt horæ.

Cur Baccho ſacra hedera, variæ ſolent adferri cauſæ. Hanc dat Plutarchus lib. 3. Sympoſ. quæſt. prima, ὁ δὲ Διόνυσος οὐ μόνον τῷ τὸν οἶνον εὑρεῖν ἰσχυρότατον φάρμακον καὶ ἥδιστον, ἰατρὸς ἐνομίσθη μέτριος, ἀλλὰ καὶ τὸ τὸν κιττὸν, ἀντιταττόμενον μάλιστα τῇ δυνάμει πρὸς τὸν οἶνον, εἰς τιμὴν προαγαγεῖν καὶ στεφανοῦσθαι διδάξαι τοὺς βακχεύοντας, ὡς ἧττον ὑπὸ τοῦ οἴνου ἀνιῷντο, τοῦ κιττοῦ κατασβεννύντος τὴν μέθην τῇ ψυχρότητι. *Bacchus porrò non eo tantùm nomine medicus eſt habitus, quod vinum invenit, medicamentum validiſſimum & ſuaviſſimum; ſed quod hederam quoque, facultate ſua vino maximè reſiſtentem, in honore habendam docuit, eaque Bacchantes coronavit, ut minùs à vino læderentur; edera ſuo frigore ebrietati reſiſtente.* Idem fere Tertullianus. *Hederæ,* inquit, *vis atque natura eſt, caput ab helico, hoc eſt, pridiani vini oſcitantia, & ſemiſomnio defendere, vi nimirum diſcuſſoria, atque adſtrictiva, qua etiam à crapula tutos reddere creditur, capiti admota; vel, præſumptis ejus acinis quibuſdam: atque hinc factum crediderim, ut Bacchus foliatis uvis hederæ coronetur, & ob id corymbifer, diceretur.* Mirum aliis videtur, hederam, cujus natura eſt inhibere vim Bacchi, nihilominus eſſe coronamentum hujus numinis. Sed Baccho gratam putant, quod ſpiritum, vel ſubſtantiã quandam habeat, qua mentes in furorem concitet, & loco moveat, adeò, ut poſſit ſine vino ebrietatem inducere. His favet Plutarchus, quæſt. ſecunda ejuſdem libri. ἔστι γὰρ ἔμπυρος καὶ θερμότερος, καὶ ὅ γε καρπὸς αὐτοῦ μιγνύμενος εἰς τὸν οἶνον, μεθυστικὸν ποιεῖ τῇ πυρώσει. *Etenim calida eſt hedera, ejuſque fructus vino admixtus, inflammando vim ejus inebriandi & conturbandi auget.* Certè Dioſcorides etiam tradit, hederam turbare mentem, καὶ ταράσσουσι τὴν διάνοιαν πλεονασθέντες. *Mentemq; turbant largius ſumpti.* (corymbos intelligit.) Eadem etiam mens Plutarchi eadem quæſtione. τὸν δὲ εἰρημένον (ἔφη) τὸ μὲν μεθύσκειν κιττὸν οἴνῳ μιγνύμενον, οὐκ ἀληθές ἐστι. τὸ γὰρ ἐμποιεῖν τοῖς πίνουσι (vulgo ποιοῦσι) οὐ μέθην ἄν τις εἴποι, ταραχὴν δὲ καὶ παραφροσύνην, οἷον ὑοσκύαμος (vulgo κυάμος, vetus ὑοσκύαμος.) ἐμποιεῖ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα, κινοῦντα μανικῶς τὴν διάνοιαν. *Porrò ex iis quæ dicta ſunt, hederam vino admiſtam inebriare, falſum eſt: quam enim bibentibus affectionem infert, non ebrietatem rectè dixeris, ſed perturbationem, & abalienationem mentis; qualem hyoſcyamus etiam, & multa alia inducunt, inſania animum exagitantia.* Cæterùm an frigida, an calida ſit, in notis ad Dioſcoridem dicam. Galenus miſtæ facultatis eſſe ſcribit. Sed de hac quæſtione alibi. Aliam idem Plutarchus adfert cauſam, cur Baccho grata ſit hedera; nemque quod cum vite magnam ſimilitudinem habeat. ἀλλά μοι δοκεῖ καθάπερ οἱ φίλοινοι μὴ παρόντος ἀμπελίνου, κριθίνῳ χρῶνται πόματι, καὶ μηλίτας τινάς, οἱ δὲ φοινικίνους οἴνους ποιοῦσιν. οὕτω καὶ ὁ ποθῶν μιμούμενος (lege χειμερινῆς) ὥρας τὸν ἀπὸ τῆς ἀμπέλου στέφανον, ὡς ἐκείνην ἑώρα γυμνὴν καὶ ἄφυλλον, ἀγαπῆσαι τὴν ὁμοιότητα τοῦ κιττοῦ. καὶ γὰρ τοῦ κλήματος τὸ ἑλικῶδες τοῦτο καὶ σφαλλόμενον ἐν τῇ πορείᾳ, καὶ τὸ πέταλον τὸ ὑγρὸν, καὶ περιεκχυμένον ἀτάκτως, μάλιστα δὲ αὐτὸς ὁ κόρυμβος ὄμφακι πυκνῷ καὶ περκάζοντι προσεοικὼς, ἐκμεμίμηται τὴν τῆς ἀμπέλου διάθεσιν. *Sed mihi videtur, quemadmodum vinoſi veri deſtituti vino, hordeaceo utuntur potu, & è malis aut palmulis quædam ſibi vina conficiunt: ita qui hyemè deſideraret viteam coronam, ubi nudam & foliis vacuam videt vitem, ob ſimilitudinem hederaceam amplexus: namque & palmitis ambages iſtæ, lubriciique in progrediendo ambitus atque lapſus, & foliorum flexilis atque inordinata circumfuſio, & maximè corymbus, ipſe uvæ immaturæ denſæ, nigreſcenti ac varianti ſimilis, vitis formam imitatur.* Apud Indos Machlæos extat lucus, quem ubertas hederæ, vitiumque inibi provenientium, ſua opacitate pulcherrimè inumbrat; quæ utriuſque arbuſti ſocietas talis eſt, ut eam vis venti nulla diſſolvere poſſit. Id quod expreſſit Quintus Calaber his verſibus.

Ὡς δ' ὅτε κισσός τε καὶ ἥμερις ἀμφιβάλλονται
Ἀλλήλοις περὶ πρέμνα· τὰ δ' οὔποτε ἶς ἀνέμοιο
Σφῶν ἀπὸ νόσφι βαλέσθαι ἐπισθένει.

Ac veluti hedera & vitis conſtringunt ſe mutuo
Ramuſculorum nexu, quos nulla unquam vis venti
A ſe divellere poteſt.

Sociantur ergo natura, vitis & hedera propter ſimilitudinem: quanquam veram cauſam putem, quapropter hedera & vitis ſociata efficiunt coronamentum Bacchi, quod utraque ebrietatem inducat. Quod his verbis teſtatur Aurelius Neuceſianus alloquens Bacchum.

Ecl. 3.

Te cano, qui gravibus hederata fronde corymbis
Vitea ſerta plicas; qui comptos palmite tigreis
Ducis odoratis perfuſus colla capillis,
Vera Iovis proles.

Alii ad Hederæ naturam referunt, Bacchoque ſacram dicunt, quod ſemper vireat. Vult enim Deus hic ſemper juvenis videri. Frequentibus hedera eſt articulis nodoſa. quibus indicat ebrioſos ac bacchantes vacillare & titubare, portatuque faciles eſſe; vel, quod ebriorum vox quaſi articulata ſit, & titubans, nec uno contextu intelligibilis. Quare Thyrſus, cujus mucro labente hedera protegebatur, Baccho dicatus. Eo enim, auctore Macrobio libr. 1. cap. 19. Saturnalium, furoris, bellique impetus patientiæ vinculo obligandos eſſe, ſignificabatur. Habet enim hedera vinciendi obligandique naturam. Ebriorum

pedes parum suo funguntur munere. Ebrius nil nisi bella spirat. Verè poëta,

Quid non ebrietas designat? operta recludit;
Spes jubet esse ratas, in prælia trudit inermem.

Vidimus causas, cur Baccho hanc plantam antiquitas dicarit, quæ ab Ægyptiis, ob causas jam allatas, χενόσιρις appellata est, teste Plutarcho lib. de Iside & Osiride. ἔτι δὲ τὸν κιττὸν, ὃν ἕλληνες καθιερῶσι τῷ Διονύσῳ, καὶ παρ' αἰγυπτίοις λέγεται χενόσιρις ὀνομάζεσθαι, σημαίνοντος τοῦ ὀνόματος (ὥς φασι) φυτὸν ὀσίριδος. *Præterea & hederam Græci Baccho consecrarunt, & hæc ab Ægyptiis dicitur nominari Chenosiris, quod significat plantam Osyridis.* Sequitur apud Plinium, *quidam apud Græcos etiamnum duo genera ejus faciunt, à colore acinorum, erythranũ & chrysocarpũ.* A Græcis se hæc habere scribit; nihil tamen apud Diosc. nihil apud Theoph. reperire licet. Aliunde igitur habet. Erythranũ vocari ait; sed Auctuarii auctor ἐρυθρίειον appellat. οἱ δὲ, διόνυσιον, οἱ δὲ, ἐρυθρίειον. Dalecampius legit ἐρυθρόκαρπον, quod fructum ferat ad rubrum vergentẽ. Vide etiam chrysocarpos dicitur. Apuleius c. 119. *à Græcis dicitur cissos & Chrysocanthos. sic appellata, quod grana aurei coloris ferat.* Quomodo Chrysocanthos? quod fructum aureum ferat. Scribe *Chrysocarpos*, ab aurea, croci æmula, bacca. Plin. Med. lib. 3. cap. 12. *Est hedera quæ chrysocarpos appellatur, propterea quod fert grana aurei coloris; cujus grana viginti in vini sextario conteruntur.*

Hedera helix sine flore.



Ἡ δὲ ἕλιξ, &c. *Claviculam* Gaza vertit. Græcam vocẽm servavit Plin. loc. cit. *plurimas autem*, ait, *differentias habet helix.* quæ non est mens Græci auctoris, volentis, helicem multis differentiis ab aliis discerni hederis; quanquam & hoc etiam ex Plinii verbis quis percipere posset. Ἕλιξ dicta, quod secundum sarmentosos funes exerat claviculas, capreolosque viticeos, qui humi panguntur, & propagatione quadam quasi in spicas & anfractus pervolvuntur.

Καὶ γὰρ τοῖς φύλλοις. Plin. loc. cit. *Plurimas autẽ differentias habet helix:* (subintellige à cæteris) *quoniam folio maximè distat; parva sunt & angulosa, concinnioraque, cum reliquorum generum simplicia sint*, (malè in antiquo *genera* legitur) Theoph. folia hedera γωνιοειδῆ καὶ εὐρυθμότερα εἶναι scripsit. Ita vulgatus codex habet. In Aldino & Basil. habetur γωνιοειδῆ καὶ εὐθυμότερα. Primam vocem corruptam concedo, sed an altera corrupta, mox videbimus. Diosc. καὶ τὰ φύλλα λεπτὰ, καὶ γωνιώδη. (in antiquo γωνιοειδῆ, quod idem) καὶ ἐρυθρά. *Folia verò tenuia, angulosa, rubra.* Oribasius φύλλα μικρὰ legit, non λεπτὰ, ut codex vulgatus habet. Oribasii lectionem antiquus probat codex. Eadem confirmatur Theophrasti, Plinii, & Serapionis, (qui hederam cum cistho confundit,) auctoritate. Ἐρυθρά, ita etiam legit Oribasius; aliter tamen Serapio. Quare, vox ἐρυθρὰ meritò suspecta; quoniam helicis folia nunquam rubentia conspiciuntur. Novi adversariorum auctores. Probè constat, doctiss. Cæsalpinum observasse, folia hederæ quandoque, & quibusdam locis rubere. *Interdum*, inquiunt adversar. auctores, *etiam quibusdam locis xerampelino colore nitent folia.* Xerampelinon intensum rubrum, saturatum rubrum, **bruyn-root** vertit Lobelius; sed hæc de fructifera scribunt, non de helice. Fructiferæ hederæ folia rubentia vidi, nunquã helicis hoc colore nitent: Quare Dioscoridis codicem corruptum scribunt. Serapio ἁδρὰ καὶ πικρὰ legit, vel saltem interpres ejus sic vertit. Amara non sunt helicis folia. Corrigunt alii ex vulgato codice εὐρυθμότερα. alii εὔτραφα *succulenta*, iidem apud Theoph. εὐχυμότερα *succulentiora*, legunt. Quam lectionem improbant alii, idque, quia Plinius vertit *concinniora.* In Aldino & Basil. ut dixi, εὐθυμότερα legitur. Corrigunt εὐρυθμότερα, εὐθημονέστερα, εὐσχημονέστερα, quæ omnia, ut Plinius vertit, *concinniora* significare, non negamus; sed non videmus, cur Aldinam rejecerint lectionem, quasi εὔθυμον; non æquè significaret *concinnum*, ac ἔρυθμον, aut εὐθήμον. Hesych. εὔθυμοι ἁπλοῦν εὔπνουν. εὐμενῆ, καλῶς διακείμενον, *benignum, bene spirans, mite, pulchrè constitutum.* Quæ pulchrè constituta & ordinata, an non concinna? Frustra itaque corrigunt. Quid si etiam dicamus concinnum, Plinium posuisse pro læto, nec Plinium illam, quæ vulgo dicitur, concinnitatem intellexisse? Sed non opus eò confugere. Hederę helicis folia læta sunt, aptè composita & sita, ornata; polita. Corrige igitur, & scribe, ἀντὶ ἐρυθρὰ apud Diosc. εὔθυμα, quæ simplicissima est correctio, & ex mente Theophrasti ac Plinii. Antiquam, id est, Aldinam restitue lectionem, dele εὐρυθμότερα, scribe εὐθυμότερα.

Καὶ τῷ μήκει τῶν κλημάτων, &c. Plinius, *distant & longitudine internodiorum.* Internodia, ut rectè Scaliger, frumentaceorum & arundinaceorum sunt. Sarmenta sunt, quorum *metitur longitudinem.* Quare verte, *sarmentorum viticulorum*, aut flagellorum. De sarmentis helicis hæc tradit Diosc. ὁ δὲ ἕλιξ ἄκαρπός τε ἐστὶ, καὶ λευκὰ ἔχει τὰ κλήματα. *Helix fructum non gignit, albas habet viticulas.* Lacuna in antiquo codice λεπτὰ ἔχει legit. Vulgatam defendit Oribasius, alteram Serapio. Autopsia docet, esse sarmentis gratilioribus; quanquã respectu aliarum hederarum albida dici possunt.

Καὶ ἔτι τῷ ἄκαρπος εἶναι. Idem Diosc. & Plinius. *Præcipuè tamen sterilitatis, quoniam fructũ non gignit.* Postrema non temerè addita iis docet Plin. Theophrasto hoc loco ἄκαρπον non esse, quod fructũ fert esui usuique ineptum, sed quod fructu caret. Supra lib. 1. quid ἄκαρπον sit dixi; idem si *sterile* apud Plinium significat, à multis erroribus, quibus accusatur, vindicari possit.

Διατείνονται γὰρ, &c. In Aldino & Basiliensi codice in hunc ferè modũ hæc leguntur. διατείνονται γάρ τινες, τῷ (Ald. τὸ,) μὴ ἀποκιττοῦσθαι τῇ φύσει τὴν ἕλικα. ἀλλὰ τῇ ἐκ τοῦ κιττοῦ τελειουμένου. Quæ corrupta & depravata mirum in modum sunt. Totam hanc periodum in hunc restituo sensum. καὶ τῷ μήκει τῶν κλημάτων· διατείνονται γάρ· καὶ ἔτι τῷ ἄκαρπος εἶναι. φασὶ δέ τινες ἀποκιττοῦσθαι μὲν τῇ φύσει τὴν ἕλικα. ἀλλαγὴ εἰς κιττὸν τελειουμένης. *Differt etiam sarmentorum longitudine, longius enim porriguntur. præterea quod sterilis sit. Quidam helicem natura sua ajunt in hederam degenerare* (hederæ naturam adipisci) *in eamque mutari ubi adoleverit.* Vel potest in hunc sensum legi. καὶ τῷ μήκει τῶν κλημάτων. καὶ ἔτι τῷ ἄκαρπος εἶναι. διατείνονται δέ τινες ἀποκιττοῦσθαι τῇ φύσει. Ubi διατείνομαι, non *extendo* significat, sed *contendo. Contendunt quidam natura sua in hederam degenerare.* Plin. loc. cit. *Quidam hoc ætatis esse non generis existimant, primoque helicem esse, fieri hederam vetustate.* Quod Theoph. ἀποκιττοῦσθαι, ait, Plinius vertit *hederam fieri.* Alii, *hederæ modo folium mutare*; & hanc inter helicem & hederam ponunt differentiam, quod hederæ folium novum, angulosum est, ætate provectum in, rotundum mutetur, ut lib. 1. cap. 16. docet Theophrastus; helicis autem folium, sive novum, sive vetustum, semper angulosum esse. Hoc, ut verum fatear, mihi in totum vix placet, Satis clarè Plinius in hederam mutari scribit, quod fructum tandem ferat: *Præcipuè tamen sterilitate, quoniam fructum non gignit, quidam hoc* (nempe quod fructu careat) *ætatis esse, non generis existimant: primoq; helicem esse, fieri ederam vetustate*, id est, fructum etiam ferre. In hunc sensum si accipiantur verba Theophrasti, vulgata lectio, sive potius restitutio Roberti Constant. servari potest. Non nego, diversum folium helicis & alterius hederæ esse, sed hanc esse mentem Plinii aut Theoph. Imino

mo diversum esse, ipse docet Theophrastus eoque probat, non mutari in hederam.

Εἰ δὲ πᾶς &c. Probat opinionem jam allatam non probabilē esse; Nam, inquit, si omnis helix mutatur in hederam; jam non generis, sed ætatis, & affectus erit differentia. Addit, helicis jam in hederam mutatæ folium, ab hederæ vulgaris folio differre. Quod si in hederam mutaretur vulgarem, folium etiam vulgari simile haberet.

Εἴδη δὲ ἐν πλείω τῆς ἕλικος &c. Helicis genera nulla tradit Dioscorides. Plinius hunc Theoph. locum his ferè verbis exscripsit: *Horum error manifestus intelligitur, quoniam helicis plura genera reperiuntur; sed tria maximè insignia: herbacea ac virens, quæ plurima est; altera candido folio; tertia versicolor, quæ Thracia vocatur. Etiamnum herbaceæ tenuiora folia, in ordinem digesta, densioraque. In alio genere diversa omnia. Et in versicolori alia tenuioribus foliis, & similiter ordinatis, densioribusque est. Alteri generi neglecta hæc omnia. Majora quoq; aut minora sunt folia, macularūmque habitu distant. Et in candidis alia sunt candidiora. Adolescit in longitudinem maximè herbacea.* Legit Plinius, ἡ μὲν λεπτοτέρα καὶ πυκνοφυλλοτέρα, aut ὀρθοτέρα vel εὐθυμοτέρα, ut supra; non μακροτέρα, ut in vulgatis codicibus scriptū est. Scribe etiam, καὶ τῇ ποικιλίᾳ διαφέρουσι, ὡσαύτως δὲ λευκῆς καὶ τῷ μεγέθει, &c. *Et colorum varietatem in eo dissimilē* (fortè *excellentem* vertendum: utrumq; διαφέρειν significat; prius magis placet) *Similiter & candidæ folia magnitudine & colore distant.* Malè hunc Theoph. locum vertit Plinius, aut de suo pleraq; addidit. καθ' ἧττον πάντα ταῦτ' ἔχουσι, καὶ τῆς ποικίλης ἡ μὲν μείζω — διαφέρουσι. id est, *quædam minus hæc omnia habent. Et versicoloris alia majus alia minus folium habet, & colorum varietatem in eo dissimilem.* Plinius in alio *genere diversa hæc omnia.* Theophr. quoddam genus hoc minus habere ait: nempe, quod de herbaceo tradidit.) *& in versicolori* (quæ sequuntur de suo addidit) *alia tenuioribus foliis, & similiter ordinatis densioribusque est. Alteri generi neglecta hæc omnia.* (hæc de suo Plinius.) *Majora quoque aut minora sunt folia, macularumque habitu distant.* Fortè hæc à sciolo quodam addita. Probabile fit, scripsisse Plinium; *Et in versicolori genere, alia majora habet folia. Distant & macularum habitu.* Sed hoc ænigma. Paulo negligentius & hæc verba Theophrasti expressit, ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς λευκῆς τῷ μεγέθει καὶ τῇ χρόᾳ διαφέρουσι. Plinius; *& in candidis alia sunt candidiora.*

Φανερὰ δὲ εἶναι &c. Hanc periodum à Plinio his verbis versam docti scribunt; *Signa ejus folia maxima atque latissima, mammas exigentis, quæ sunt cæteris inflexæ, racemi stantes, ac subrecti.* Apud quos pessimè quidē audit Plin. quod βλάστους *mammas* verterit, Ab omni id, inquiunt, ratione remotissimum est, neque quas mammas hedera habeat se videre; quod non pariat ut animal. Aliis ridicula hæc videntur, negantq; à Plinio locū huncTheoph. ex scriptum. Nam, inquiunt, Theoph. de helice, quæ, ut loquitur Gaza, hederascit: Plin. de candida hedera, quæ ἀποδενδροῦται, id est, *arborescit*, agit. Utramque opinionem examinabimus, dein nostram addemus. Favent iis, qui negant, à Plinio hunc Theophrasti locum ex scriptum, verba quæ præcedunt. *Arbores autem necat candida. omnémq; succum auferendo, tanta crassitudine augetur, ut ipsa arbor fiat. Signa ejus folia &c.* Corrigunt, & emendant Plinii codicē, scribuntque, ac distinguunt, *Signa ejus maxima atq; latissima: mammas erigentis, quæ sunt cæteris inflexæ, racemi stantes ac subrecti.* Dicit eam hederam racemis stantibus & subrectis esse, erigentibus mammas, quæ sunt cæteris inflexæ. Mammas vocat acinos hederæ, quos qui inspexit, scit, mammis similes esse, cum parvo ἀκρεμασίῳ, quod papillam refert. Inde bumastus uva dicta, quod acinos haberet hederæ mammis, id est, acinis similes. Idem Plin. lib. 14. c. 3. *In pergulis verò seruntur escariæ appellatæ: ederæ acinis albæ nigræque bumasti, totidem coloribus.* In vulgatibus codicibus scribitur. *In pergulis verò seruntur escariæ, ederæ acinis, albæ nigræque, & bumasti totidem coloribus.* Bumastum uvam vocat; quæ acinos hederæ habet. Ergo acini hederæ Græcis propriè μαστοί. Virgilius.

—— Et tumidis bumaste racemis.

Atque his altera, quæ negat à Plinio versum hunc locum, opinio utitur argumentis. Prior quæ affirmat hunc locum ab eo ex scriptum, malè ridet Plinium, quod βλάστους, *mammas* verterit; cum id potius Librario, quam Plinio debeatur. Risu ipsi digni, quando, ut suam stabiliant sententiam de hedera, doctiss. Robert. Constant. (cujus ne digni quidem sunt, ut soleas solvant,) asinum scribunt. Sanè asini sunt, qui alios eosq; doctissimos viros asinos scribunt. Cæterùm, ut quid sentiam addam, Plinii hunc locum confusum & perturbatum admodum reor, verba postrema corrupta, priora transposita. Quomodo enim potuit interrupto sermone bis de albæ natura agere. Non ille mos Plinii. Quare scribo; *Adolescit in longitudinē maximè herbacea. Signum in hederam transiturā* (vel hederam futuram) *folia maxima, atq; latissima, rami rigentes, qui in cæteris inflexi, racemi stantes ac subrecti. Arbores autē necat candida, omnémque succum auferendo, tanta crassitudine augetur, ut ipsa arbor fiat. Et quamquam omniū hederarum generi, radicosa brachia, huic tamē maximè, ramosa ac robusta: ab ea nigræ. Sed proprium albæ, quod inter media folia emittit, &c.* Nisi sic legamus, alteram sententiam veriorem dico, nec à Plinio hunc exscriptum locum. Sed ita scribendum, qui cum Theoph. verbis hæc contulerit, facilè animadvertet.

Καὶ οὐκ ὥσπερ κεχυμένη καὶ διὰ τὴν λεπτότητα. Hæc corruptissima. Doctiss. Gaza legit, καὶ οὐκ ὥσπερ ἄλλαι κατακεκλιμέναι. *inflexa*; Malunt alii, κατακεκλιμένη, *demissa dependentia.* Alii κατακεκλιμένους. Nobis Claud. Salmas. placet lectio. οὐχ ὥσπερ ἡ ποώδης κεχυμένους, καὶ διὰ τὴν λεπτότητα, καὶ διὰ τὸ μῆκος. *Non per terram fusa, ut herbaceæ, vel propter tenuitatem, vel propter longitudinem.* Helicem quandam vocat κιττώδη, quæ in hederam evadit, quam & ἀποκιττοῦσθαι dicit: hanc differre ἀπὸ τῆς ποώδους, *herbacea.* Etenim quæ in hæderam mutatur, statim ὀρθοὺς, *recta habere*, τοὺς βλάστους *germina*, non κεχυμένους, ut ποώδης *herbacea*; quæ per terram fusa præ longitudine & gracilitate habet brachia; cum τῇ κιττώδει, quæ hederæ naturam assumit, breviora sint & crassiora. Verisimile autem scripsisse, ὥσπερ ἡ ποώδης, quod herbaceam supra auctu facilem dixit, & facilè proficere.

Τῆς δὲ κιττώδους. Malè Gaza ποώδης legit. Herbacea, longiora, & tenuiora habet germina, quod altè surgat, & facilè augeatur. τῇ δὲ κιττώδει. Verte, quæ in *hederam mutatur.* comparat herbaceæ, quæ hederę naturam adipiscitur.

Ὁ δὲ κιττὸς. Legunt, καὶ πᾶς γὰρ ὁ κιττὸς. Scribe cum Robert. Const. καὶ ὁ κιττός. Malè in Bas. editione ἀντιμοῦχει habetur.

Πολύῤῥιζος. Plinius loco citato, *Et quanquam omnium hederarum generi radicosa brachia, huic* (albæ. Theophrastus nigræ id magis tribuit, dein candidæ asperrimæ) *tamen maximè ramosa ac robusta: ab ea nigræ.*

Ἀπόλλυσι γὰρ, &c. *Arbores autem necat candida: omnemque succū auferendo, tanta crassitudine augetur, ut ipsa arbor fiat.*

Καὶ ὥσπερ ἐπαλλάξ. In Basil. cod. ἐπαλλάσσουσι. Gaza exponit, *amplexicaulis est.* Scribe, ἐπαλλάκαυλος. Ἐπαλλάκαυλα dicuntur, quæ aliarum plantarū fulta sustentaculo caules emittunt; id est, quæ alii insident. Fortè legendum ἀμφαλλάκαυλον; *qui alteri undique insidet.* Hoc verbo utitur Theoph. lib. 7. c. 8. & ita legisse videtur Plinius, *brachia utrinque semper amplectens.*

Ἔχει δὲ ἴδιόν καὶ τῆς φύσεως τι τοιοῦτον, &c. Hæc Plinius de alba tradit. *Sed proprium albæ, quod inter media folia emittit brachia* (Theoph. radices) *utrimque semper amplectens:* (paulò ante dixerat Theoph. ἀμφαλλάκαυλον) *hoc & in muris quamvis ambire non possit. Itaq; etiā pluribus locis intercisa, vivit tamen, duratque: & totidē radicū initia habet, quot brachia; quib. incolumis & solida arbores sugit, ac strangulat.*

Ἔχει δὲ καὶ ἐτέρας, &c. Plinius. *Est & in fructu differentia albæ nigræque hederæ: quoniam aliis tanta amaritudo acini, ut aves non attingant.* Sequitur apud Plin. *Est & rigens hedera, quæ sine adminiculo stat. sola omniū generū ob id vocata cissos, è diverso nunquam nisi humi repens chamæcissos.* Nihil horum (ut rectè monet Dalecam.) apud Theoph. nihil apud Diosc. Aliunde hęc sumpsit Plinius; vel chamæcissi voce deceptus, eam à rigente distinguere tentavit. Theoph. quidē hederę ὀρθὸν & εἰς ὕψος αἰρομένης meminit; sed nusquam chamæcissi, plantæ generis ab hederis diversissimi. Notandum, in quibusdā exemplaribus non *cissos*, sed *orthocissos* legi. Has hederæ recentiores observarunt differentias. Prima hedera arborea. Variat hæc. Cultu enim arborescit, & cum ad eam ætatē pervenit, in qua fructum ferre potest, totā faciē mutat. Nam per se erigitur, nullum adminiculū quærens; unde orthocissum Plin. vocat. Folia etiā mutat, ut quę prius in plures angulos desinebant, angulis obliteratis, excepto eo qui in summo est, rotundentur: maculis albis, aliquando subrubentib. infernè distinguuntur. 2. hedera dionysia, quā Lugd. describit. Hæc chrysocarpos dicitur, à fructus colore aureo; foliū minime angulosum habet. 3. hedera major sterilis. Hæc diversa ne sit ab arborea, Theophrastus ambigit: Plin. concedere videtur: at recentiorum aliqui negant. Fit enim ut alicubi non arborescat, ob imperfectionem quandam individui, non speciei. 4. hedera humi repens.

De vocis Smilacis multiplici significatione, plura lib. 1. cap. 10. hujus libri, dixi. Botanici plantam hanc μίλακα dici contendunt; quod apud Galenum, Æginetam, Ætium, qui seriem alphabeti diligenter observant, legatur, μίλαξ ἡ τραχεῖα, καὶ τραχεῖα ἐν ἀρχῇ τοῦ μῦ στοιχείου. Similiter in optimo, & antiquissimo Dioscoridis codice μίλαξ legitur. Horum tamen opinioni subscribere nequeo, quod

quod apud Hesychium, qui eundem, quem servavit Galenus, ordinem sequitur, scriptū reperio, σμῖλαξ κιτῶδης ἐλισσόμενον. Supra plurib. demonstravi, veteres sine ullo discrimine, modo σμίλακα, modo μίλακα-μίλον scribere, ac significare smilacem asperam, levem, taxum, ilicis quoddam genus, & legumen. Vide quæ supra dixi. Smilacis, de quo nobis sermo, duo genera, lævis & aspera smilax: de lævi lib. 1. egi cap. 21. Smilax aspera, Ovidio si fides adhibeatur, nomen accepit à Smilace puero, in plantam sui nominis converso.

Et Coccum in parvos versum cum Smilace flores.

Latinis, Plinio teste, hedera Cilicia dicitur: credo, quod copiosa, ac frequens in Cilicia reperiatur. Plin. lib. 16. cap. 35. *Similis est hederæ è Cilicia* (ita antiquus codex, vulgo *Cicilia* legitur) *primùm quidem profecta, sed in Græcia frequentior, quam vocant smilacem.* De hac hædera hæc tradit Plinius. *Infausta omnibus sacris & coronis, quoniam sit lugubris, virgine ejus nominis, propter amorem juvenis Croci, mutata in hunc fruticem. Id vulgus ignorans, plerumque festa sua polluit, ederā existimando, sicut in Poëtis, aut Libero patre, aut Sileno, quis omnino nescit quibus coronentur. Smilace fiunt codicilli, propriumq; materiæ est, ut admota auribus lævem sonum reddat. Ederæ mira proditur natura ad experienda vina, si vas fiat ex ligno ejus, vina transfluere, ac remanere aquam, si qua fuerit mista.* Plura consideranda. *Infaustam*, inquit, *smilacem coronis.* Contrarium lib. 21. cap. 9. docet. *Folia in coronamentis, smilacis, & ederæ, corymbique earum obtinent principatum, de quibus in fruticum loco abunde diximus.* In antiquo codice locus hic in hunc sensum legitur. *Folia milacis & hederæ in coronamentum se dedere: coronæque earum obtinent principatum, de quibus in fruticum loco abunde diximus.* Nos antiqui codicis lectionē probamus. Vides Plin. parū memorem eorum, quæ de smilace ante dixerat. Non tantùm apud Romanos principatum in coronis obtinuit smilax, sed etiam apud Græcos. Euripes in Bacch. 1. act. Thebanos smilace & hedera coronari voluit.

ὦ Σεμέλας τροφοὶ Θῆβαι	*ô Semeles altrices Thebæ*
Στεφανοῦσθε κισσῷ	*Coronamini hedera*
Βρύετε, βρύετε χλοηρᾷ	*Florete, florete viridi*
Σμίλακι καλλικάρπῳ	*Smilaci pulchro fructu prædita*
Καὶ καταβακχιοῦσθε δρυὸς	*Et bacchamini quercus.*
Ἢ ἐλάτης κλάδοισι	*Aut abietis frondibus ornatæ.*

Idem eadem Comedia.

— ἐπὶ δ' ἔθεντο κισσίνους	*Imposuerunt sibi hederaceas*
Στεφάνους δρυός τε, σμίλακός τ' ἀνθεσφόρου.	*Coronas & quernas & ex smilace florida.*

Coronamentum è smilace passim vetribus frequentatum, observatur in sacris & orgiis Bacchi. Athenæus. lib. 5. Βασσάραι καὶ λύδαι καθειμέναι τὰς τρίχας, καὶ ἐστεφανωμέναι τινὲς μὲν ὄφεσιν, αἱ δὲ σμίλακι, καὶ ἀμπέλῳ καὶ κισσῷ. *Bassaras & Lydas vocant, passis crinibus, & coronatæ quædam serpentibus, aliæ smilace, vite, hedera.* Illa Insula aurea tota Bacchi, quæ pingitur in imaginibus, repræsentatur κατηρεφὴς κιττῷ τε καὶ σμίλακι, καὶ ἀμπέλοις. *Adumbrata hedera, & smilace & vineis.* Ulysses, ut refert Synesius, Polyphemo suadet, ut Galateā excepturus, adornet coronas ex hedera & smilace. ἔτι δὲ κάλλιον, εἰ καὶ στεφάνους περιαψάμενος κιττοῦ τε καὶ σμίλακος οἷς σαυτόν καὶ τὰ παιδικὰ ἀναδήσαιο. *Etiam pulchrius, si & coronas adornes hederæ & smilacis, quibus te ipsum & amasios redimas.* Hesychius, σμίλαξ· δένδρον οἱ δὲ φυτὸν ἄλλοι σμίλακα ᾗ στεφανοῦνται. Hæc smilax qua coronabantur, ea est ipsa quam coronis infaustam tradit Plinius, vocis πολυωνυμίᾳ deceptus. Nam taxea, quæ & smilax, corona infausta. Statius.

—— En taxea marcet
Sylva comis, hilaresque hederas, plorata cupressus
Excludit ramis.

Fabulosum igitur quod scribit, vulgus præ ignorantia smilacem pro hedera in coronis usurpasse. Sic & figmentum, infaustam coronis smilacem fuisse. Ratio quam adfert frivola est. Certè si hæc ratio valeret: infausta coronis est smilax, quod virgo cognominis in hunc florem versa sit, propter vesanum amorem adolescentis Croci, nulli ferè flores in coronamenta admittendi forent, quia omnes ferè lugubres habent fabulas. Hedera, ut jam retuli, ex lugubri nata historia. Idem de lauro supra memoravi. De pino nihil dicam, de narcisso tacebo, cyparissum myrtum, dendrolibanum, violam aliasq; plures omittam. Profectò; si Plinii quicquam valet ratio, hyacinthus præ cæteris infortunatus, ac maximè infaustus censeri debet, qui lugubres etiamnum notas foliis præfert, ut ex duplici fabula ostenditur. Pollux lib. 6. cap. 17. τὰ δὲ ἐν τοῖς στεφάνοις ἄνθη, ῥόδα, ἴα, κρίνα, κρόκος, ὑάκινθος, νάρκισσος. μέμνηται δὲ τῶν πλείστων Κρατῖνος ἐν μαλθακοῖς, ὥσπερ καὶ κοσμοσανδάλου καὶ μίλου, ὅπερ ἦν τὸ τῆς μίλακος ἄνθος. *Horum flores in coronis locum habent, rosa viola, lilium, cricus, hyacinthus, narcissus. Plurimorum meminit Cratinus in* μαλθακοῖς, *id est, delicatis sicut & cosmosandali &* μίλου, *id est, hederæ Ciliciæ, quæ flos milacis sive smilacis.* Cratini locus, quem citat Pollux, est apud Athenæum lib. 15. Vide cap. 1. lib. 6. ubi de coronariis plantis agit Theophrastus. Pergit Plinius. *propriumq;* inquit, *materiæ est, ut admota auribus levē sonum reddat.* Idem repetit lib. 24. cap. 10. *Illam esse smilacem priorem, cujus lignum ad aures sonare diximus.* Certè levis sit oportet sonitus, qui audiri non potest. *Ederæ*, inquit, *mira proditur natura, ad experienda vina, si vas fiat, &c.* Hoc Cato, ut supra dixi, de vulgari hedera, non de Cilicia, de qua hoc tradere videtur Plinius. Vas hoc Græcis κισσύβιον vocatur. Hujus mentio fit apud Homerū Odys. 1. κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο. Interpres ποτήριον ἐκ κισσίνου ξύλου, *poculum ex ligno hederæ factū.* Pollux lib. 6. cap. 16. τὸ δὲ κισσύβιον, κισσὸς περιείληπτο, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα. Scribe τὸ δὲ κισσύβιον, ὁ κισσὸς περιεῖχεν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα. *Quod hedera ambit, unde & nomen.* Immo quod ex hedera factum est, non quod hedera ambit. Hesych. κισσύβιον. τὸ ἐκ κισσίνου ξύλου ποτήριον. καὶ ὁ σκύφος, *Cissubium ex hederaceo ligno poculum & scyphus.* De poculo cissymbio vide Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 21.

Ἔστι μὲν ἐπαυλόκαρπον. Corruptus codex. Lege cum doctiss. Gaza, ἡ δὲ σμίλαξ ἐστὶ μὲν ἐπαυλόκαυλος. Frustra vir magnus contendit legendū, ἐπαλλόκαρπον. nulli insidet fructus. Ἐπαλλόκαρπα dicuntur, quæ aliarum plantarum fulta sustentaculo quasi fructificant; qualis non est smilax, sed ἐπαυλόκαυλος. Hesych. σμίλαξ, κιττώδης φυτὸν ἑλισσόμενον. ἕρπει δὲ ἀεὶ πρὸς τὸ ὕψος. καὶ λεπτοὺς ἀνίησι κλῶνας, καὶ τῶν ἐγγὺς ἑστηκότων καταδράσσεται φυτῶν, ὡς καταπνίγεσθαι ὑπ' αὐτοῦ. *Smilax hederacea planta, quæ sese volvit, serpitque semper in altum, tenuia emittit virgulta, plantasq; vicinas amplectitur, adeò ut ab ipso suffocentur.* Agineta, Aetius, καὶ ἡ τραχεῖα τοῖς δένδροις περιπλεκομένη, *& aspera quæ arbores amplectitur.* Gal. μίλαξ ἡ τραχεῖα κλήματώδης ἐστὶν ὡς ἑλίττεσθαι περὶ τὰ δένδρα πολυειδῶς ἄνω καὶ κάτω. *Milax aspera claviculis prædita est, variè namque arboribus circumvolvitur sursum, deorsum.* Diosc. libr. 4. cap. 144. ἑλίσσεται τε περὶ τὰ δένδρα ὡς ἄνω καὶ κάτω γινομένη, *& sese arboribus circumvolvit, per eas sursum deorsumque repens.*

Ὁ δὲ καυλὸς ἀκανθώδης, καὶ ὥσπερ ὀρθάκανθος. Ald. & Bas. ὁ δὲ καρπὸς ἀκανθώδης, καὶ ὥσπερ ὀρθάκανθος. Vulgatam serva lectionem, sed lege ὀρθάκανθος, id est, *arrectis spinis muricatus.* Falsum est, ut ex ipso probatur Theophrasto, spinosum fructum habere asperam smilacem, sed spinosis constat cauliculis, Diosc. καὶ κλήματα πολλά, λεπτά, ἀκανθώδη ὡς παλιούρου ἢ βάτου. *Sarmenta multa, tenuia, paliuri aut rubi modo spinosa.* Plinius *Densis geniculata cauliculis spinosis, fruticosa ramis.*

Τὸ δὲ φύλλον κιττῶδες, μικρὸν γωνιῶδες, κατὰ τὴν μίσχον προσφυσιν νωτηρόν. Plin. *Folio hederaceo parvo, non anguloso.* Corrigunt ἀγώνιον, idque quod Theoph. codices lib. 1. cap. 16. habent τὰ δὲ εἰς ὀξὺ προήκοντα, καὶ περιγωνίζοντα, καθάπερ τὰ τῆς σμίλακος. Vulgatam lectionem defendit Plinius, & ipsius herbæ figura. Frustra Plinii codicem corruptū scribunt, cum ipsius Theophr. lib. 1. c. 16. corruptus sit. Ex Plinio constat Theophrastum scripsisse, τὰ δὲ περιγωνίζοντα καθάπερ τὰ τοῦ κιττοῦ. *mucronata*, inquit, libr. 16. cap. 24. malo, *angulosa hederæ.* Folia hederæ angulosa, antequam fructum ferat, ipsa autopsia docet. Quomodo locus lib. 1. restitui debeat, dixi: in hunc scilicet sensum, τὰ δὲ εἰς ὀξὺ προήκοντα, καθάπερ τὰ τῆς σμίλακος· τὰ δὲ περιγωνίζοντα, καθάπερ τὰ τοῦ κιττοῦ. In acutum desinūnt smilacis folia, angulosa sunt hederæ: inspice iconem, vel ipsam plantam & judica. μικρὸν dixit, respectu hederæ, alioquin parva non sunt. Falluntur qui Plin. lib. 24. cap. 11. smilacis hujus folium hederæ comparare existimant. De lævi smilace loquitur. *Smilax quoque*, inquit, *qui & nicephoros appellatur similitudinem hederæ habet, tenuioribus foliis.* Nicephoros smilax lævis dicitur, non aspera. Diosc. periclymeno comparat, φύλλα ἔχει περικλυμένῳ ὅμοια. Periclymeno hederacea folia: cum periclymeno convenit, si spinas demas, lunatamq; circa pediculum partē, magis etiā splendens est. Meliorem, tradit Theoph. descriptionem quam Dioscorides: spinosam tum extremo tum lateribus lib. 1. c. 16. tradidit Theophrastus, quod ipsa comprobat experientia.

Νωτηρὸν. doctiss. Constant. corrigit ἀγωνιώτερον, idque quia circa pediculum lunatum est &c. Vide ejusdem notas. Negant Botanici smilacis folium angulosum; nec quia circa pediculum lunatum, ideo angulosum dici debet. Legunt alii πλατύτερον. Certè latius est circa pediculum; sensim enim in mucronem desinit. Sed non video,

 cur

cur vulgatam rejiciant lectionem. Humectum, circa annexum pediculi, smilacis folium.

Ἴδιον δὲ. usque ad ἕλικτος, non vertit Plinius; tantùm ait, *folio parvo, hederaceo, non angulosso à pediculo emittente pampinos.* Scribe, ἴδιον δ' ὅτι τὴν τε διὰ μέσου τεινομένην ὥσπερ ῥάχιν λεπτὴν ἔχει, καὶ τὰς σημείων (vel σημείους stamineas) διαλήψεις. οὐκ ἀπὸ ταύτης, ὥσπερ τὰ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ περὶ αὐτὴν περιφερεῖς, ἠγμένας ἀπὸ τῆς προσφύσεως τοῦ μίσχου τοῦ φύλλου. παρὰ δὲ τὸν καυλὸν τὸ ἀσθενὲς, καὶ παρὰ τὰς (vel τὸ παρὰ τὰς) διαλήψεις φυλλικάς, ἐκ τοῦ αὐτοῦ μίσχου τοῖς φύλλοις παραπέφυκεν ἴουλος λεπτὸς καὶ ἑλικτός. *Proprium huic, quod medium ipsum nervus, spinæ tenuis modo secat, & staminum divisiones, non ab ipsa spina, ut in aliis foliis, sed circa ipsam in orbē circumactas ducit, ab ipso pediculi annexu: ad caulem verò imbecillum, qua folia velut interstitio quodam ipso sejunguntur: ex eodem pediculo enascitur cum foliis julus (capreolus) gracilis & convolutus.* Non potuit meliùs à quopiam describi smilacis folium: staminum quas dicit divisiones, sunt spinulæ, quæ folium ambiunt. ἴουλος, ut rectè Constantinus observavit hoc loco, ἕλιξ: vel ἀντὶ ἴουλος, ἕλιξ scribi debet. caret enim julo, qualis in arboribus conspicitur.

Ἡλινόν. Corrigunt ex Plinio λειρινόν. *Flore,* inquit, *candido olente lilium.* Non ita scripsit Theophrastus, nec ita legit Plinius, sed liberto legente sic audivit, & in tumultuarias tabellas suas transtulit. λειρινόν dico, pro ἡλινόν. Vulgata lectio vera est, non est lilii odore flos smilacis, nec lilii habet effigiem; verno floret tempore, ut testantur Botanici. Sed dato, non concesso, Theophrastũ scripsisse λειρινόν: non id significat, quod vult Plinius, *olens lilium,* sed lilii effigie, figura, forma. Rectius Theocriti Scholiast. εἰδυλλ. ε. rosæ comparavit, κισσός, inquit, ἐστιν. εἶδος βοτάνης ἀκανθώδης ἐοικυίας ῥόδοις. *Hedera herba spinosa similis rosis.* Nulla hedera, præter smilacem, spinosa. Suspicor Scholiastem confundere cisthum & hederam. Cistho flos rosæ similis. ἐοικυίας ῥόδοις. De odore si accipiamus, non multùm peccavit Scholiastes. Sed, ut dixi, scholiastes inter κισσὸν & κιστὸν distinguere non novit. Id quod persuadere videntur sequentia, ἐν ἑτέροις δὲ ῥοδάκισσος γράφεται ἐν μέρει λόγου. ἔστι δὲ καὶ αὕτη τὸ ἄνθος ἔχουσα γλυκὺ ... περὶ τὰ γόνατα δὲ τοῦ τράγων καὶ τὸ πώγωνα πήσσεται. *In aliis,* inquit, *codicibus uno vocabulo scribitur* ῥοδάκισσος. *Frutex est, florem emittens dulcem. Coagulatur circa genicula & barbas hircorum.* Postremum de cistho ladano tradunt Diosc. Galenus, cæteriq; Græci. Suavissimè spirat smilacis flos, quod non latuit Pherecratem; qui teste, Athenæo, smilacem inter flores oculis & narib. jucundos recenset, his versibus.

Ὑπ' ἀναδενδράδων ἁπαλὰς ἀσφαράγους παλοῦντες,
Ἐν λειμῶνι λωτοφόρῳ, κύπειρόν τι δροσώδη,
Ἀνθρίσκον, μαλακόν τ' ἴον, μίλακα, καὶ τρίφυλλον.

Vite sub arbustiva molles plantarũ asparagos proculcantes,
In prato loti ferace, cyperumque roscidum.
Anthrisci herbosam comã, mollis violæ, milacis & trifolii.

Errat doctiss. Botanicus, cum smilacem suaviter spirantem, cujus mentio fit apud Aristophanem in nubibus, & quam justus, cùm adolescenti, cui persuadere volebat, ut sequeretur justitiam, promittit actu, 3. Scena. 3.

Ἀλλ' εἰς Ἀκαδήμειαν, ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξεις, alii καταθρέξεις
Στεφανωσάμενος καλάμῳ λευκῷ μετὰ σώφρονος ἡλικιώτου
Μίλακος ὄζων καὶ ἀπραγμοσύνης, καὶ λεύκης φυλλοβολούσης
Ἦρος ἐν ὥρᾳ χαίρων ὁπότ' ἂν πλάτανος, πτελέα ψιθυρίζῃ.

Sed eris in Academia, sub moris spaciaberis (interpres ἐλαίαις olivis)
Coronatus calamo albo inter coævos modestos (amittet,
Milacemq; redolebis; tranquillus eris, cũ folia populus alba
Verno tempore gaudens, cùm platanus ulmusq; susurrant.

Iasmino flos quidem odoratus, sed planè ignotus Græcis antiquissimis. Aristophanes nullam aliam intelligit smilacem, quam τραχεῖαν. Hæc in coronis usum habet, &c, teste ipso Theophrasto, suavissimè olet, quod, quilibet, modo obesæ non sit naris, facilè percipere potest. Errat idem Botanicus, cum Iasminum smilacem scribit lævem. Vbi Hederacea ejus folia? ubi sarmenta? nec scandit arbores, iisque sese circumvolvit Iasminum.

Τὸν δὲ καρπὸν &c. De fructu hæc Plinius; *Fert racemos labruscæ modo, colore rubro, complexa acinis majoribus, nucleos ternos, minoribus singulos nigros, durósque.* Hæc, si cum Theophrast. verbis conferantur, negligenter Pliniũ hunc locũ exscripsisse, nemo facilè negabit. In antiquissimo, ut hoc addã, codice *nucleos undenos* legitur. Theophrastus fructũ Labruscæ viti sylvestri similem dicit, Plinius racemum: Sed & racemum viti comparat Theoph. sed rubrum non scribit. Describitur & à Diosc. καρπὸν δὲ φέρει βοτρυώδη ὡς ἐπιφυλλίδα (postremas duas voces in Ald. cod. ad notha referunt, desuntque in contextu) πεπανθέντα δ' ἐρυθρόν, ὑποδάκνοντα ἠρέμα ἐν τῇ γεύσει. *Fructum verò profert racematum, ceu exilem labruscæ ramulum, qui quidem ubi maturuerit, colore est rubro, gustumque leniter quodammodo mordet.* Ἐπιφυλλὶς racemulus, qui magno racemo superiacet, vel racemus per se parvus. Hesychius. ἐπιφυλλὶς βοτρύδιον μικρὸν ἐπὶ τέλει βλαστῶν. Suidas, ἐπιφυλλίδας φαυλολογίαν ἤδη μικρὸν βοτρύδιον, τὰ ἐπὶ τοῖς φύλλοις. Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις. ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα. ἀντὶ τοῦ λάλοι καὶ πιθανολόγοι. ἐπὶ τῶν δοκούντων εἶναι σοφῶν ἢ ποιητῶν. ἐπιφυλλίδες δέ εἰσι, τὰ ἐπικείμενα τοῖς μεγάλοις βότρυσι βοτρύδια. Καλλίστρατος δέ, τὰ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ μικρά. κέκληται δὲ οὕτω, διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς φύλλοις καλύπτεσθαι. *Id est, epiphyllis racematio, vel parvus racemus supra folia. Aristophani in nubibus epiphyllides dicuntur nugæ, pro loquacibus, & persuasoribus, qui volunt videri sapientes & Poetæ: epiphyllis racemulus, qui magno racemo superiacet: Callistrato racemus per se parvus, ita dictus, quod tegatur foliis.* Priori significatu sumitur apud Abdiam Prophetam. εἰ κλέπται εἰσῆλθον πρὸς σέ, ἢ λησταὶ νυκτός, ποῦ ἂν ἀπερρίφης; οὐκ ἂν ἔκλεψαν τὰ ἱκανὰ αὐτοῖς; καὶ εἰ τρυγηταὶ ἦλθον πρὸς σέ, οὐκ ἂν ὑπελίποντο ἐπιφυλλίδα; *Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quomodo conticuisses? nonne furati essent sufficientia sibi? si vindemiatores introissent ad te, nunquid saltem racemationem reliquissent tibi?* In propria significatione usurpavit Dioscorides pro pampino racemario, qui exiles racemos profert, & in cacumine super folia. Columel. lib. 3. cap. 18. *Nec dubium, quin gemmæ cacumini proximæ, quæ sunt infœcundæ, in eo relinquantur, ex quibus pampini pullulant, vel steriles, vel certè minus feraces, quos rustici vocant racemarios.* Quoniam autẽ hujusmodi racemi, parvi pretii sunt, & à vindematoribus solent præteriri, ideo malos Poëtas Aristophanes metaphoricè ἐπιφυλλίδας vocavit.

Μηλώθρον. melothron vitis alba, bryonia dicitur. Diosc. lib. 4. cap. 148. ἄμπελος λευκή, οἱ δὲ βρυωνίαν, οἱ δὲ ὀφιοσταφυλον, οἱ δὲ χελιδόνιον, ἢ μήλωθρον, ἢ ψίλωθρον καλοῦσι. Μήλωθρον dicitur, quod fructu ejus ad concinnanda, densanda tingendaque coria οἱ βυρσοδέψοι coriarii uterentur. Hesychius. μήλωθρα βάμματα καὶ καλλωπίσματα, *infectiones & concinnationes.* Cæterùm apud Theophr. scribe, παραλλάζει δὲ μᾶλλον πρὸς τὴν σμίλακα, ἀπὸ γὰρ ἑνὸς σημείου οἱ μίσχοι οἱ ῥαγικοί. Malè in Bas. & Ald. ὀργικοί. Malè in eisdem ὅτι ἐκ πλαγίων τε τοῦ καυλοῦ. Nec meliùs in Bas. & Ald. ἐκ μίσχου βότρυος τοῦ καυλοῦ. Scribe, βότρυος, non ut in editis, βότρος. In eisdem etiam legitur, ἀκρόκαρπον καὶ πλαγιοπλαγιόκαρπον, pro quo Gaza, πλαγιοπολύκαρπον: Vulgatus codex, πλαγιοκαρπότερον. Lege cum Constant. πλαγιόκαρπον, & vide cap. 23. lib. 1.

Smilax aspera.



Smilacem. asperam sc: quam acuratissimè delineavit diligentiss. ac summus Botanicus Carolus Clusius his ferè verbis: *Asperæ smilacis duo inveniuntur genera, unum frequentibus spinis horridulum, rutilo fructu: alterum paucioribus aculeis armatum, sed folia nullis, nigro fructu. Prima Smilax, longis, frequentibus, valde implicatis sarmentis, nunc in hanc, modo in alteram partem, certa quadam serie*

serie servata, inflexis, lentis, & multis spinis horrentibus nascitur, ex singularum alarum sinu capreolos producens, quibus proximos quosque frutices, & arbores amplectendo, ab imis ad summa repit. Folia ad singulos inflexus, hederæ non angulosa, sed à pediculo latiora, deinde sensim in mucronem desinentia, nunc ampla & viridia, modo angustiora & albis maculis conspersa, spinosa, cute, ut inquit Plinius, (puto mendum, Theophrastus hoc tradit) *hoc est, nervo illo medio eminentiore, & foliorum oris aculeatis, & spinosis. Flores exigui, stellati, sex foliolis constantes, multi, ad singulos extremorum ramorum inflexus (qui multiplices sunt) conjunctim ex eodem tuberculo, sive, ut Theophrastus ait,* ἀπὸ ἑνὸς σημείου, *ex uno eodemque vestigio exeunt, candidi, odorati, racemi in modum propendentes: Fructus deinde exiguis uvis labruscæ æmulis constans, maturitate rutilus; nucleos tres, binos, unicum, pro acinorum magnitudine continens, duros, osseos velut asparagi, foris nigros. Radix longè lateque serpentes sub terra fibras habet, tenues, candidas, & germina summa tellure spargit, minimi interdum digiti crassitudine, nodosa seu articulata, albicantia. Diosc. radicem crassam inquit.* ῥίζαν, *inquit,* σκληρὰν, παχεῖαν *radice dura crassaque. Puto scribendum* καὶ λείαν; *lævis est, non crassa. Altera similibus cum priore sarmentis & claviculis proxima quæque amplectentibus nascitur: non est tamen adeo spinis horrida; folia autem paulò breviora, atriora, molliora, nullis aut certè rarissimis aculeis obsita habet. Flos alteri forma omnino similis, sed colore differens: nam ex albo quasi carneus est, fructusque rudimentum, quod ex medio flore tanquam cimbo prominet, rubescit. Plenus autem, & maturus fructus non est rutilus, ut in priore, sed omninò niger, & succulentior, quantum quidem mihi videtur: ossicula conveniunt.* Hactenus Clusius, qui etiam smilacē serius florere ait, ac autumno etiā ipso cum suo fructu, Octobri & Novembri reperit, At in frigidis regionibus culta & fictilibus adservata, autumno duntaxat floret, nunquam semen perficit. Dodonæus flores vere emittere ait, fructus autumno vel paulò ante maturescere. Unde colligo, pro regionis varietate, & cœli fervore citius, seriusve florere. Non dubium, quin Athenis, ubi egit Theophrast. Aprili, vel Martio floreat mense. Crescit prior variis Hispaniæ locis: & in Narbonnensi Gallia, aspero & arido solo, nascitur; & in aliis calidioribus regionibus, locis, ut inquit Diosc. palustribus, & asperis: φύεται ἐν τόποις ἑλώδεσι καὶ τραχέσι. Plinius verò huic natale locū alium assignat lib. 24. c. 10. nempe *in convallibus opacis.* Alteram plerisq; Lusitaniæ locis, circa sepes & collium convexa & extrema Boeticæ parte, quà Lusitaniæ contermina est, reperit Clusius. Hanc extremæ Boeticæ incolæ *uva de perro*, id est, uvam caninam vocant, Lusitani contermini *recama*, Olysipponenses *allega caon*. Priorē Hispani *çarca-parilla*, hoc est rubiviticulam appellant. Quæri solet, an smilax aspera & zarzaparilla eadem sit planta? Adversariorum auctores hanc inter smilacem & *zarzam parillam* observarunt differentiam: Radices smilacis geniculatæ sunt, articulatis segmentis, candidæ, foris nitentes gramini canini, aut arundinis vallatorii: Parillæ, crebris loris prolixissimis, ab uno trunco radicis magno, produro, strumoso, rugosisque capitibus, hinc inde subtus, ut in asparago, vel rusco, oriuntur numerosi, concolores lori, æquabiles & sine geniculis vel nodis, recti, flexiles, cortice duriusculo, pullo, rugis striato in longitudine, quam vicenum pedum interdum metitus est Lobelius; intus farinacea medulla, non ita ingrata, sed viscida, nonnihil emplastica, amaricante, nec tamen calorem prodente. Ea propter perspicuum est, non magis esse smilacis, rubi, aut clematidis alterius *viorna* dictæ, quam sint cinnamomi, & nonnullar. arborū tum Indię Orientalis, tum Peruvianæ nostræ laurus. Tametsi hæc possit nonnulla eadem quæ illa præstare. Neq; si colutea simillima est senæ, ideo continuo eadem adstruenda. Sed stipites quos habemus salsæ, ex eodem radicis prægrandi & capitato nodo lignoso, intus flavescente, aristolochiæ rotundæ tuberosæ magnitudine, & colore exeuntes, pollicem, aut maximum rubū crassitie superant: sed præduri, lignosique, crebros nodos, admodùm extantes circa articulatas commissuras crebriorum unicaulium, frequentiumque intervallorum, atque aculeos aduncos, deorsum versus nonnihil depressos, rigidos habent, & valdè rubum imitantur aspectu, potius quam smilacem: verùm gustu neutiquam adstringente, sed fermè inspido, nec, ut radicis, emplastico: eoque, ut certo scimus, minus efficaci. Folia tamen, quidam amici, qui viderant, asserebant non valde abesse à smilacis. Optima habetur quæ plenis, medullosisque est flagellis, solida, candida intus, & habitior; quæq; faciliùs in æquas tota sui longitudine partes divellitur. Hujus namq; libram semissem plus virium habere experiuntur, quam alterius strigosæ & gracilioris & nigrioris 10. aut 12. uncias. Hæc adversariorum tradunt auctores. Integram salsæ plantam nunquā vidi; quare nihil de ea certi scribo, & alienis, potius quam meis uti verbis volui. Zarza parilla à similitudine nomen accepit, quam cum smilace aspera habet, quæ Hispanis ut dixi *çarca-parilla* dicitur, quæ rubus viticula dicitur. Zarsa si quidem Hispanis, ut Lacuna scribit, rubum: parra verò, ut tradit Mathiolus, vitem, parilla viticulam. Triplex est, ut Monardus ait. 1. ex Hispania nova, quæ candidior ad pallorem tendens, & gracilior 2. quę multò melior ex provincia Honduras, cinerea, nigrior, crassior. 3. ex provincia Quitto, locis urbi Guayaquil vicinis (unde *zarza parilla Guayaquillana* dicitur) affertur; quæ colore est cinereo, nigricante, majoribus, crassioribus radicibus constans, quæque ex Honduras defertur, iisque interdum tam longis, ut altitudine humana fodiendum sit, antequam erui possit.

Ἐὐώνυμον unde nomē acceperit, quilibet satis judicabit, ubi audierit fructu necari pecus. εὐώνυμος *sinister, infelix.* Arbor hæc luculenter satis à Theoph. describitur, & à Plinio lib. 13. cap. 22.

Φύεται. Plinius. *Nec auspicatior in Lesbo insula arbor quæ vocatur euonymus.* ἐν τῷ ὄρει τῷ ὀρχυνίῳ, ὃ δένδρα καλουμένα; non legit Ὀρχυνίῳ. è margine, vel aliunde in contextum irrepsisse videtur. Orcyni montis mentionē facit Plin. lib. 5. cap. 31. ubi non ordyninū, sed ordynū legitur. Vtra præstet lectio, videant ii, qui in Geographicis sunt exercitati.

Ἔστι δὲ ἡλίκη ῥόα. Plin. loc. cit. *non absimilis punicæ arbori, inter eam & laurum folii magnitudine, figura verò & mollitia punicæ.* Theophrastus; *mali punicæ folio, majori quam chamædaphnes.* Plinius aliter legit; nempe φύλλον μεταξὺ ῥοιᾶς καὶ δάφνης, vel τὸ μῆκος τοῦ φύλλου μεταξὺ ῥόας καὶ δάφνης, σχῆμα δὲ καὶ μαλακότης ὥσπερ ῥόας. vel ad anagnostem legentem non attendit.

Μετὰ τὸν ποσειδεῶνα. Vertunt. *germinare mense Septembri incipit.* Alia Suidæ sententia, ποσιδεὼν ποσιδεῶνος, μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλούμενος δεκέμβριος. *posideon Mensis apud Athenienses sic vocatus December.* Ianuario eundem mensem comparat Plutarchus in Cæsare, ἵππεας δὲ ἔχων λογάδας ἑξακοσίους, ἢ πέντε τάγματα, χειμῶνος ἐν τροπαῖς ὄντος, ἱσταμένου ἰανουαρίου μηνὸς (οὗτος ἂν εἴη ποσειδεὼν ἀθηναίοις) ἀφῆκεν εἰς τὸ πέλαγος. *Equites secum trahens delectos sexcentos & quinque legiones, solstitio hyemali, ineunte mense Ianuario, (qui an Atheniensibus posideon?) in salum demisit se.* Uterque rectè. Nam posideon partē amplectebatur ultimam Decembris, & primā, mediamq; Ianuarii. Suidas igitur cum exponit *Decembrem*, intelligit Decembri mense initium facere. Plutarchus cum Ianuarium interpretatur, intelligit mediam & postremam partem hoc mense contineri. Theophrasti ævo ποσιδεῶνος initium erat 23. Decembris die, ipso solstitio brumali. Aristoteles lib. 5. cap. 9. histor. animal. ἡ δὲ θυννὶς ἅπαξ τίκτει, ἀλλὰ διὰ τὸ τὰ μὲν πρώϊα, τὰ δὲ ὄψια ἀφιέναι, δὶς δοκεῖ τίκτειν. Ἐστὶ δ' ὁ μὲν πρῶτος τόκος, περὶ τὸν ποσιδεῶνα πρὸ τῶν τροπῶν. ὁ δὲ ὕστερος τοῦ ἔαρος. *Thynnus semel parit, sed cum fœtus alios citiùs alios tardiùs edat, bis videtur parere, edit autem priorem partum ante solstitium hyemale, circa Posideonem; posteriorem vere.* Περὶ, inquit, ποσιδεῶνα, quod ipso solstitii die, mensis hic inciperet. Malè ergo interpretantur *Septembri.* Verte, *sole existente in capricorno.* Vide quæ supra lib. 3. cap. 6. dixi. Capricornum ingreditur sol ipso solstitii die.

Τὸ λευκὸν ἴον. Corrigunt λευκόϊον, quod non displicet. Leucoion intellige Theophrasti balbosum, non Dioscoridis. Alterum enim non videtur novisse Theophrastus. Vide lib. 16. cap. 6.

Ὄζει δὲ δεινὸν ὥσπερ φόνου &c. Vertunt, *odore infestus, velut cruorem inferens.* Quid velint nescio: imaginari nequeo, quomodo odor cruorem inferre possit. Nec meliùs interpretatur Plinius. *Flore candidiore statim* (lege ex cod. opt. candido) *pestem denuntians.* Ergo quotannis debet sævire pestis, nam quotannis floret. Legit Idem, τὸ δὲ ἄνθος λευκόν. quod improbamus. Reddunt alii. *Odore gravi, & qualis sentitur trucidato cadavere in tabum putrescente.* Alii: *quasi cæsum animal referat, cadaverosum atque tabidum, fœtens.* ad imitationem Lucani, qui libr. 7. circa finem, ubi de inhumatis cadaveribus & tabe perituris agitur,

Tu, cui dant pœnas inhumato funere gentes,
Quid fugis hanc cladem? quid olentes deseris agros?
—— Funesta ad pabula belli,
Bistonii venere lupi, tabemque cruentæ
Cædis odorati.
—— Et quicquid nare sagaci
Aëra non sanum, motumque cadavera sensit.

Nec hæc nobis placet interpretatio. Verte, *odore gravis, veluti attractylidis.* infra cap. 4. lib. 6. de atractylide. αἱμακτώδη ποιεῖ χυλὸν, διὸ καὶ φόνον ἔνιοι καλοῦσι τὴν ἄκανθαν ταύτην. ἔχει δὲ ὀσμὴν δεινὴν καὶ χυλὸν φονώδη. Vide Theoph. loco citato.

Ὁ δὲ καρπὸς, Plin. loco citato, *fert siliquas sesami similes intus granum quadrangula figura, spissum, lethale animantibus; nec non & in folio eadem vis.* Legit igitur ἀποκτείνει; non, ut vulgo editur, ἀποκτιννύει, vel ut in Ald. legitur; ἀποκτινύει. lege ἀποκτείνει, vel ἀποκτένει, vel ἀποκτίννυσι.

Καθαίρει δὲ ἀνόχῳ Vertunt. *purgantur autem de anocho.* Videntur ignorasse quid sit ἄνοχος. Legunt alii ἀνοχῇ, id est, *inedia, & cibi abstinentia.* alii ἀνόχῳ servant. Vertunt, *vomitionem & per superna purgationem*, ut vox sit ἀπὸ τοῦ ἄνω. Sic interpretatur, inquiunt, Dodonæus, cum scribit, esu foliorum capras interire, nisi supernè & infernè purgentur. Ego Plinium sequar. *Succurrit*, inquit, *aliquando præceps alvi exinanitio.* ἄνοχος diarrhoea, alvi profluvium, quum nimis citata alvus contineri nequit. sic autem dicitur per antiphrasin ἀπὸ τοῦ ἀνέχεσθαι.

Euonymus. Com. fructu nigro.



Euonymus vulgar. fructu rutilo.



Pro euonymo Lugdunensis ostendit plantam, quam Mathiolus Cneori albi nomine describit; ab aliis balsamũ alpinum, nerium alpinũ dictam. Sed fatetur multa objici posse: quod sit folio minori quam chamædaphne, cum majori esse tradat Theoph. Deinde florem ejus non esse colore similem τῷ λευκοΐῳ, cum flos hujus purpureus sit: Denique, non esse florem tam abominandi odoris. Ad primum respondet; quo loco folium majus chamedaphnes folio esse dicitur, mendum subesse asterisco indicatũ, & Gazam non chamædaphnen, sed clematitidẽ legisse videri, quod *vincam-pervincam* vertat. Nullum ego codicem vidi, in quo locus hic asterisco notatur. In neutro Aldino, nec Basiliensi extat. Ex eo, quod Gaza *vincam-pervincam* vertit, non sequitur clematitidem scriptum fuisse, nec hoc asserit Gaza. Plin. folia magnitudine inter laurum & punicam dicit, figura & mollitie punicæ, qualia non sunt hujus ledi alpini aut balsami alpini. Dura sunt, nulla mollitie prædita, chamelææ figura, nec punicæ majora, aut media inter laurum & punicam, minora multum. Ad alterum respondet; legendum esse λευκοΐῳ. Concedimus. Leucoii, inquit, multa genera, Nec illud negamus: sed intelligit Theoph. Leucoion ab ipso Leucoii nomine descriptum, de quo vide lib. 6. cap. 6. Huic flos albus. Flore esse candido euonymon, testatur Plinius. Ad tertium facilè responderi potest; non opus esse odore tam abominando, nec hoc tradidit Theophrastus, ut supra dixi. Sed aliud quid magis obstat; quod huic fructus non est sesamo proximus, in quo acinus in quaternos versus digestus, qualem Theophr. vel granum quadrangula figura, quod Plinius illi tribuit: sed exigua fert capitula, quinq; cellulis constantia, in quibus semen fulvum, minutissimum, scrobis instar. Nec euonymus ea planta, quæ vulgo nomen illud audit, cujus iconem addidimus. Haud procerus frutex est, mali punicę magnitudine, ramulis plurimis diffunditur, veteres caudices corticibus inalbicant: recentiores, ac non ita dudum enati, virent; & quibusdam à cortice eminentiis quadrangulares apparent: ligni materies dura, ex diluto luteo albida: folia oblonga, lata, tenuia, ac mollia sunt: flosculi albidi, quini senive, ex tenui pediculo umbellæ instar cohærent. Fructus quadrangularis, rubens, quatuor continet grana albida, quorum singula luteo conteguntur cortice, qui detractus luteo inficit colore. Aprili mense flores, fructus sub finem Augusti aut Septembri mense maturi apparent. Hujus & alterum genus reperitur, granis nigris. Reperitur & tertium, quod latifolium vocant. Reperitur & latifolium à Clariss. Clusio delineatum. Omnia hæc genera in Germania reperiuntur, locis incultis, circa asperos colles, & aggeres, non rarò & agris pro sepimento sunt. Nec hæc, ut dixi, planta euonymus; quippe quod flosculi pallidi quidem sint, sed non instar leucoii albi. Sunt enim ex viridi albicantes. Alterius verò, cujus fructus niger, purpurascentes. Sed hoc minutum. Alterum majoris ponderis; quod siliquas non ferat, instar sesami, in quibus quadrangula figura granum, sed fructum quadrangularem in quo granum solidum, neutiquam quadrangulum. Denique, quod observavit Clusius, à capris maximè appeti, & ejus foliis avidè & sine noxa vesci. Quare alii τετραγωνίαν Theophrasti esse scribunt, quod fructus quadrangulus, recentioresque ramuli, quibusdam eminentiis quadrangulares, apparent. Apud nos tardè quidem germinat, sed non tardissimè, ut scribit Theophrastus. Quare, certi nihil concludere possum; judicium unicuique liberum relinquo.

LIB. IV.

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARUM LIBER QVARTVS.

ΚΕΦ. Α. — Cap. I.

Quibus locis quæque arbores gaudeant.

Αἱ μὲν οὖν διαφοραὶ τῶν ὁμογενῶν τεθεώρηνται πρότερον. ἅπαντα δ' ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις καλλίω γίνεται, καὶ μᾶλλον εὐθενεῖ. καὶ γὰρ τοῖς ἀγρίοις εἰσὶν ἑκάστοις οἰκεῖοι, καθάπερ τοῖς ἡμέροις. τὰ μὲν γὰρ φιλεῖ τοὺς ἐφύδρους καὶ ἑλώδεις· οἷον αἴγειρος, λεύκη, ἰτέα καὶ ὅλως τὰ παρὰ τοὺς ποταμοὺς φυόμενα. τὰ δὲ, τοὺς " εὐσκεπεῖς καὶ εὐηλίους. τὰ δὲ μᾶλλον τοὺς παλισκίους. πεύκη μὲν γὰρ ἐν τοῖς προσηλίοις καλλίστη καὶ μεγίστη φύεται· ἐν δὲ τοῖς παλισκίοις ὅλως † οὐ φύεται. ἐλάτη δὲ ἀνάπαλιν, ἐν τοῖς παλισκίοις καλλίστη· τοῖς δ' εὐηλίοις οὐχ ὁμοίως. ἐν Ἀρκαδίᾳ γοῦν περὶ τὴν Κρᾶνην καλουμένην, τόπος ἐστί τις κοῖλος καὶ ἄπνους, εἰς ὃν οὐδέποτε ὅλως ἥλιον ἐμβάλλειν φασίν. ἐν τούτῳ δὲ πολὺ διαφέρουσιν αἱ ἐλάται, καὶ τῷ μήκει, καὶ τῷ πάχει. οὐ μὴν ὁμοίως γε πυκναὶ, οὐδ' ὡραῖαι, ἀλλ' ‡ ἥκιστα, καθάπερ αἱ πεῦκαι, αἱ ἐν τοῖς παλισκίοις. διὸ καὶ πρὸς τὰ πολυτελῆ τῶν ἔργων, οἷον θυρώματα, καὶ εἴ τι ἄλλο σπουδαῖον, οὐ χρῶνται τούτοις, ἀλλὰ πρὸς τὰς ναυπηγίας μᾶλλον καὶ τὰς οἰκοδομίας. καὶ γὰρ δοκεῖ ὅτι κάλλισται καὶ τανέαι καὶ κέραιαι αἱ ἐκ τούτων. ἔτι δὲ ἱστοὶ τῷ μήκει διαφέροντες· ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἰσχυροὶ τοῖς ἐκ τῶν προσηλίων, ἀλλὰ τῇ βραχύτητι πυκνότεροί τε ἐκείνων καὶ ἰσχυρότεροι γίνονται· χαίρει δὲ σφόδρα, καὶ " ἡ μίλητος τοῖς παλισκίοις, καὶ ἡ πάδος, καὶ θραύπαλος. περὶ δὲ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων καὶ τοὺς ψυχροὺς τόπους, † θεία μὲν φύεται εἰς ὕψος. ἐλάτη δὲ καὶ ἄρκευθος φύεται μὲν, οὐκ εἰς ὕψος δὲ, καθάπερ καὶ περὶ τὴν ἄκραν Κυλλήνην. φύεται δὲ καὶ ἡ κήλαστρος ἐπὶ τῶν ἄκρων καὶ χειμεριωτάτων. ταῦτα μὲν οὖν ἄν τις θείη φιλόψυχρα. τὰ δ' ἄλλα πάντα, ὡς εἰπεῖν, μᾶλλον χαίρει τοῖς προσηλίοις. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο συμβαίνει κατὰ τὴν χώραν οἰκείαν ἑκάστῳ τῶν δένδρων. ἐν Κρήτῃ γοῦν φασὶν ἐν τοῖς Ἰδαίοις ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς Λευκοῖς καλουμένοις, ἐπὶ τῶν ἄκρων ὅπερ οὐδέποτε ἐπιλείπει χιὼν, κυπάριττον εἶναι. πλεῖστον γὰρ ‡ ταύτης τῆς ὅλης καὶ ὕλης ἐν τῇ νήσῳ καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν. ἔστι δὲ, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται, καὶ τῶν ἀγρίων καὶ τῶν ἡμέρων, τὰ μὲν, ὀρεινὰ, τὰ δὲ, πεδινὰ μᾶλλον. ἀναλογία δὲ " καὶ ἐν αὐτοῖς ὄρεσι, τὰ μὲν ἐν τοῖς ὑποκάτω, τὰ δὲ, περὶ τὰς κορυφάς· ὥστε καὶ καλλίω γίνεται καὶ † εὐθενεῖ. πανταχοῦ δὲ καὶ πάσης τῆς ‡ ὕλης πρὸς βοῤῥᾶν τὰ ξύλα πυκνότερα καὶ καλλίω φέρει, καὶ ἁπλῶς καλλίω. καὶ ὅλως δὲ πλείω ἐν τοῖς προσβορείοις φύεται. αὐξάνεται δὲ καὶ ἐπιδίδωσι τὰ πυκνὰ μὲν ὄντα μᾶλλον

" εὐσκεπεῖς Theod. vide annot.
† οὐ καλὴ φύεται.
‡ μήκιστα. Const.
" μίλος Const.
† θύα alibi & θυία Bas. in marg.
‡ ταύτης τῆς ὕλης καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ ὅλως ἐν τῇ νήσῳ Const.
" αὐτοῖς τοῖς ὄρεσι.
† εὐθενεῖ Ald. Bas.
‡ ὕλης τὰ πρὸς βοῤῥᾶν ξύλα Const.

Expositæ superius sunt differentiæ unigenorum. Omnia vero suis locis meliora proveniunt, magisque vigent. Nec sylvestribus loca propria desunt, sed singula sibi accommodata sortiuntur, quemadmodum urbana. Quædam enim aquosa & palustria adamant: ut " populus, ut salix: denique omnia, quæ secus fluvios nasci solent. Quædam † edita quærunt, atque aprica: alia potius umbrosa. ‡ Pinastrum enim pulcherrimum, amplissimumque apricis provenit; umbrosis autem " nasci omnino nequit: contra abies umbrosis pulcherrima, apricis haud similis sibi assurgit. Itaque in Arcadia circa Cranam vocatam, loco quodam concavo, & silente à ventis, quem nunquam solem attingere ajunt, abietes plurimum tum longitudine, tam crassitudine cæteris præstant: non tamen pariter † frequentes, neque pulchræ cernuntur, ‡ sicut etiam pinastri, quæ locis umbrosis enascuntur. Quamobrem ad lautiora operum, ut fores, cæteraque " magnifacienda hisce minus utuntur, sed ad navigia, domosque duntaxat. Quippe † trabes & antennas ex his optimas faciunt, atque etiam malos ‡ præstantissima longitudine, sed non similiter validas, atque ex iis, quæ soli expositæ starent: sed ex brevitate densiores illis, robustioresque. Taxus quoque, & padus, & thraupalus gaudent vehementer umbrosis. Montium cacuminibus, locisque algentibus thuia enascitur, & excelsa quidem. abies, & juniperus nascuntur quidem, sed non in excelsum, sicut etiam circa Cyllenum promontorium evenit. Celastrus quoque summis, gelidissimisque provenit locis. Igitur hæc frigidorum locorum avida, recte posueris, reliqua vero (ut ita dixerim) omnia apricis potius gaudent. Verùm id quoque pro modo suæ cuique telluris evenit. Itaque in Creta insula montibus Idæis, " Leucisque vocatis, in culminibus, quibus nix nunquam deest, cupressum comperiri affirmant. Nam id genus sylvæ plurimum, & in montibus, & omnino in insula est. Sunt autem, (ut dictum superius est) tam è sylvestribus, quam ex urbanis, † alia campestria, alia potius montana. Inque montibus ipsis pro proportione alia in imis, alia in summis proveniunt, ita ut & pulchriora, & fertiliora exurgant. Vbique autem universæ sylvæ pars ad Septentrionem spectans ligna spissiora, pulchrioraque profert. Et summatim meliora, atque omnino ‡ robustiora in Aquiloniis exeunt. Augentur atque proficiunt densæ in longitudinem potius.

" populus utraq; salix.
† circumsepta quærũt.
‡ pinus.
" pulchra nasci omnino nequit.
† solidæ.
‡ sed longissimæ, sicut pinastri quæ locis Const.
" præcipua, vel sumptuosa.
† quippe trabes, tigna, antennas.
‡ insigni.
" Albisque Plin. li. 16. cap. 33.
† alia montana, alia campestria potius montanæ quoque partes pro situ proportionem habent.
‡ pluresque arbores in.

εἰς μῆκος· διὸ καὶ ἄοζα, καὶ εὐθέα, καὶ ὀρθοφυῆ γίνεται. καὶ κωπεῶνες ἐκ τούτων κάλλιστοι. μᾶλλον δὲ εἰς βάθος καὶ πάχος " ἀραιά. διὸ καὶ σκολιώτερα καὶ ὀζωδέστερα, καὶ τὸ ὅλον στερεώτερα καὶ πυκνότερα φύεται. σχεδὸν δὲ τὰς αὐτὰς ἔχει διαφορὰς τούτοις, † καὶ ἐν τοῖς παλισκίοις, καὶ ἐν τοῖς εὐηλίοις, καὶ ἐν τοῖς εὐπνόοις· ὀζωδέστερα γὰρ καὶ βραχύτερα καὶ ἧττον εὐθέα τὰ ἐν τοῖς εὐηλίοις ἢ τοῖς προσηνέμοις. ὅτι δὲ ἕκαστον ζητεῖ καὶ χώραν οἰκείαν καὶ κρᾶσιν ἀέρος, φανερὸν, τῷ τὰ μὲν φέρειν ἐνίους τόπους, τὰ δὲ μὴ φέρειν, μή τε αὐτὰ γινόμενα μήτε φυτευόμενα ῥαδίως. ἐὰν δὲ καὶ ἀντιλάβηται μὴ καρποφορεῖν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ φοίνικος ἐλέχθη, καὶ τῆς Αἰγυπτίας συκαμίνου, καὶ ἄλλων. εἰσὶ γὰρ πλείω, καὶ ἐν πλείοσι χώραις. τὰ μὲν, ‡ ὅλως φυτευόμενα, οὐκ αὔξει δὲ καὶ ἄκαρπα, καὶ τὸ ὅλον φαῦλα. περὶ ὧν ἴσως λεκτέον ἐφ' ὅσον ἔχομεν ἱστορίας.

" τὰ ἀραιά. Scal.

† καὶ τὰ ἐν Const.

‡ ὅμως Constant.

Ideoque enodes, rectæ, proceræque fiunt, remique ex his optimi " sumuntur. Potius autem in profunditatem, & crassitudinem distenditur. Propterea obliquiores, nodosiores, atque in totum solidiores, spissioresque assurgunt. Has easdem fere differentias habent & quæ † opacis, afflatuque permotis nascuntur: nodosiores enim, breviores, minusque rectæ, quæ apricis, quam quæ flatibus expositis locis exeunt. Quod autem singula terram propriam, cælique accommodatam temperiem quærunt, eo sanè manifestum, quod quædam loca aliqua ferunt, quædam nec sponte ipso nascentia, nec sata facile ferunt: & quamquam apprehenderint, fructum nullatenus pariunt, ut de palma, & moro Ægyptia, aliisque quibusdam retulimus. Sunt enim plura, locisque pluribus, quæ tametsi feruntur, non tamen augeri, fructificareque possunt, sed vitiata in totum assurgunt. de quibus fortasse dicendum est, quantum perspectum habemus.

" fiunt rara potius.

† opacis, apricis, afflatuque prospero expositis.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Αἱ μὲν οὖν διαφοραὶ τῶν ὁμογενῶν. *Confusam habemus, quemadmodum sæpe monui, narrationem, & alienis pleraque locis item repetitam. Quippe suprà cum diceret; alibi melius alia provenire: nunc iterum aggreditur hoc, idque tanto post intervallo. Præterea in Epilogo præcedentis libri sic dicit:* περὶ μὲν οὖν δένδρων, καὶ ἡμέρων εἴρηται. ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς περὶ τῶν λειπομένων λεκτέον. *At enimvero* τὰ λειπόμενα *sunt,* τὰ ποώδη, καὶ τὰ φρυγανώδη, *non autem* τὰ δένδρα. *Hic autem disputat de pinu, & populo.* τῶν ὁμογενῶν, *de iis, quæ differunt specie sub eodem genere proximo. vel aliusmodi specie sub genere communiore. Quin etiam* περὶ τῶν μονοειδῶν, *quæ nihil sub se nisi numero differentes habent.*

Εὐθενεῖ, *sicut albi,* εὐθυνεῖ. *Vtinam verò ne sic esset eloquutus.* καὶ πρὸς τοῖς ἀγρίοις εἰσὶν ἑκάστοις οἰκεῖοι, καθάπερ τοῖς ἡμέροις. Loca, *inquit,* quædam propria, & debita sylvestribus, sicut & mitibus. *Comparationem è contrario factam decuit. Loca esse propria sylvestribus, penè unum ex principiis scientiæ est. Nemo enim non confiteatur, quod sponte provenit, proprio loco provenire: adeò ut locus visus sit nonnullis autor totius generationis illius. Ad hunc igitur modum dicendum fuit. Mitibus arboribus certa ac debita loca sunt judicio comparanda, quemadmodum agrestibus à natura constituuntur. Est enim natura artis regula. Relatio autem imitationis habet terminum id, quod prius est. Sicut in quinto Methaphysices declaratum est. Subveniendum tamen viro optimè de universa philosophia merito. Ita eum posuisse, quia videbatur agrestium natura paucis indigere: & quia sine cultu oriuntur: non multi item facere locorum electiones. Præterea cum à notioribus processit, ac de mitibus verba fecit: non erravit nunc, minus nota nobis, cum illis comparando. Sic instituit viam, quam Peripatetici vocant* ἀπὸ τῶν ὑστέρων.

Εὐσκιεῖς. *Nota duas significationes contrarias ejusdem vocis; propterea quòd radices item contrariæ duæ sunt.* σκεπάζειν, tegere. εὐσκεπής, bene munitum tecto, atque opertum. σκέπτειν & σκέπτεσθαι, contemplari. *Inde* εὐσκεπής, editum atque apertum *hic, ut* εὔσκοπος *apud Poëtas.*

Οὐ δήποτ' ὅλως ἥλιον ἐμβάλλειν φασίν. *Theodorus,* quem nunquam solem attingere ajunt. *Melius,* ἐμβάλλειν, ingredi. *&* ὅλως, *omisit. Attingit sanè locum sol, verùm non admittitur propter arborum crebritatem.*

Οὐ μὴν ὁμοίως γε πυκνάς, ἀλλ' ἀραιάς. *Suprà dicebat,* πεύκην οὐδ' ὅλως φύεσθαι *in umbrosis. Hic ait nasci. Facit enim comparationem cum iis, quæ proveniunt in umbrosis. Notabis & id, in umbrosis* καλλίστην *abietem. Mox in umbrosis eandem,* οὐκ ἀραιάν, *observabis, ut deleas contradictionem. Item id, suprà dicebat: Arbores quæ raræ dispositæ sunt, sequi earum proportionem, que sole gauderent. Igitur apricæ rariores. Quare in umbra infrequentem abietem considerabis: atque ejus naturæ attribues peculiari.* σπουδαῖον, Theodorus, magnifacienda. *Operosum.* πολυτελῆ, sumptuosa. *Sic mulier dicitur à Comicis nostris.*

Ταινίαι, καὶ ἀκίρραι. κέρατα antennæ. *Sic apud Poëtam habes* ἐτύμου *allusionem,* Cornua velatarum antennarum. ταινίαι *tigna sunt à tractu. Sic tractus etiam terrarum. &* ταινίαι.

Τῶν ἡμέρων τὰ μὲν ὀρεινά. τὰ δὲ πεδινὰ μᾶλλον. *Theodorus invertit. nullus tamen error hic, sed ibi cum dicit,* Inq; montibus ipsis ad portionem. *Nihil enim hoc significat: sed sic.* Montanę quoq; partes pro situ proportionē habent. *Græca enim hæc.* ἀναλογία δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς ὄρεσι. *Sensus: quæ verticem versus sunt, ad ejus naturam propius accedunt: quæ in imo, ad campestrem.*

Καὶ καλλίω φέρει. καὶ ἁπλῶς καλλίω. *Vt non solùm ad alios situs comparata, verum etiam ad species ipsas, sint pulcherrima. Dura sanè loquutio,* ἁπλῶς καλλίω. *Simpliciter pulchriora.* τὸ ἁπλῶς *non tollit relationem. quod rarissimum est. Theodorus prudentissimè emollivit arcessita, & explicata æquivocatione. Vt priore loco significet pulchritudinem: altero, bonitatem. Quod autem sequitur,* καὶ πλείω: *ipse,* robustiora.

Μᾶλλον δὲ εἰς βάθος, καὶ πάχος. *Deest tale quid:* τὰ ἀραιά. *Theodorus præterijt. At est adversativa oratio priori, sine ulla causa posita. Idem usus est peregrina loquutione;* Remique ex his optimi sumuntur. *Immò verò fiunt, non sumuntur: at ipsæ sumuntur ad remos conficiendos.*

Σχεδὸν δὲ τὰς αὐτὰς ἔχει διαφοράς. *Theodorus omisit,* εὐηλίοις, *&* εὐηνέμοις *interpretatus est,* afflatu permotis. *Loca intelligimus sedes, & sola terrarum: at ea minime permovetur. Neque assequutus est,* τὸ εὖ. *Multum enim significat, & multa: ut dicimus bene mane, bene magnum. Sic hic, bene afflatum. Item connotat etiam commodam perflationem, non pernitiosam.*

Ὀζωδέστερα. *Ea quæ locis apricis, quam quæ ventosis preveniant. Haudquaquam penitus tanquam contraria hæc distingui possunt. Quo enim sol adit, ab iis locis vix excluduntur venti, adeò, ut secundo sole multi venti spirent. Est enim ventus, aër motus; movet autem aërem sol.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Κάλλιστα. *vide supra lib. 3. cap. 4.* Πυκναί, οὐ δ' ἀραιαί. *Hæc de materie intelligenda, quod & sequens ratio commonstrat. Ante quum* καλλίστη *dicebat, de totius arboris forma loquebatur. Sic repugnantia nulla. Quæ verò ita leguntur,* ἀλλ' ἥκιστα (*scriptum fuit, ut puto,* ἀλλὰ μήκισται) καθάπερ αἱ πεῦκαι, αἱ ἐν τοῖς παλισκίοις, *spuria esse non dubito, & è margine annotatoris inepti in contextum id negantis authoris temere irrepsisse.*

Δοκοῖ. *Hic locus restitutus est in Lexico Crispini in* ταινίαι.

Πάδος, *frutex: quem vocant* Putier *Allabroges. Pades esse creditur, ut Traupalus Sambucus aquatica sive palustris, vulgò* Obier. *Sed hæc conjectura incerta; quum nulla sit descriptio. Sed hæ sine nomine, ita sanè illis incognitis adoptentur, & quæ pro derelictis habentur, sint primi occupantis, ut fit, cum incerta est & vacua possessio. Alia est pades apud Plinium. Supra* μίλτος *corrupte pro* μίλος. Θυία. *Hæc videtur esse Sabina arborescens, de qua copiose vir laboriosus imprimis, & doctus Bellonius. Alia est* θυία, *de qua hic noster libr. 5. cap. 5.* Κυλλήνην *scripsi. Est verò*

Cyllene

Cyllene Plinio Arcadiæ mons, non verò promontorium. Ἰδίοις *lege* Ἰδαίοις. πλείστη &c. *Hæc clausula inversa & corrupta sic legi debet,* πλείστη γὰρ ταύτης τῆς ὕλης, ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ ὅλως ἐν τῇ νήσῳ. Ἀναλογία. *Hæc parenthesi conclusi perspicuitatis gratia.* πρὸς βορρᾶν τά. *Immò* τὰ πρὸς βορρᾶν *legendum.*

Intelligitur enim μέν. φέρει. *Rectè observata punctorum ratione, totam hanc periodum antea corruptum restituimus.*

Καὶ τὰ ἐν τοῖς πεδίοις. *Legendum.* Ἄλλων *correxi.* ἄλλως *enim corruptè legebatur.* Ὅλως. *hic vacat. lego* ὅμως.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Εὔσκιοις. Rectè Theodorus restituit ἀσκίοις, *minimè umbrosa*, sed aperta. Hanc si sequamur lectionem, omnis contradictio sublata est. Vide doctissimas Scaligeri, & Robert. Constant. annotationes.

Πεύκη. Pinum, inquit, in apricis pulcherrimam, & maximam. Notum carmen Maronis.

> *Fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in hortis,*
> *Populus in fluviis, abies in montibus altis.*

Contrarium hic videtur docere Theophrastus. Abietem enim locis umbrosis inquit, pinum apricis.

Loca umbrosa, horti, & sylvæ: aprica sunt montium cacumina. Pulcherrima, spendidissima, nitidissima, & maxima abies locis umbrosis culta, sylvis, & hortis: contra pinus, sylvas quidem amat, sed apertas, incultas. Falsum tamen est quod ait, omnino locis umbrosis non nasci. Immo contrarium eodem hoc capite docet. Corruptus ergo codex. Scribe, ἐν δὲ τοῖς παλισκίοις καλῶς οὐ φύεται. *In umbrosis pulchra non assurgit pinus*, id est, non pulchrè nascitur. καλλίστην cum pinum ait, accipe, ut rectè monet Robert. Constant. de totius arboris forma: infra autem cum οὐ μὴν ὁμοίως γε φύεται, &c. inquit, de materia intellige, & sic contradictio nulla. Scribe etiam, ut idem monet, μήκιστα.

Καὶ γὰρ δοκεῖ. Corruptus codex. Nec meliùs in Aldino & Basiliens. scriptum. καὶ γὰρ δοκεῖ κάλλιστα, καὶ ταινίας, καὶ ἀκίδας αἱ ἐκ τούτων, ἔτι δὲ ἱστοὶ τῷ μήκει διαφέροντες, &c. Scribe; καὶ γὰρ δοκοὺς κάλλιστα, καὶ πιτύας, καὶ κεραίας αἱ ἐκ τούτων, ἔτι δὲ ἱστοὶ τῷ μήκει διαφέροντες. Id est, *trabes pulcherrimas, tigna, antennas ex his faciunt, atque etiam malos insigni longitudine.* Δοκοὶ trabes sunt, πιτύαι porrecta tigna, quæ simpliciter tigna dicuntur, tigna in directum porriguntur sæpius, trabes, ut & transtra in transversum. κεραίαι antennæ. antenna lignum in transversum mali positum, unde pendet velum. Id est, ut inquit Didymus, τὸ ἐπάνω τοῦ ἱστοῦ διδεμένον πλάγιον ξύλον, οὗ ἐξάπτεται ἡ ὀθόνη· ἱστὸς *malum navis*, dictum, παρὰ τὸ ἵστασθαι, ab erigendo.

Χαίρει δὲ σφόδρα, ἡ μίλαξ τοῖς παλισκίοις. Scribe, ἡ μίλαξ. Contrarium divinus Poeta.

> *— Aquilonem & frigora taxi.*

Contrarium experientia didici, sed nec nimis opaca fert.

ΚΕΦ. ΙΒ. — CAP. II.

De moro Ægyptia, & ficu Cypria, & siliqua, & persea, glandéque & cuciofera.

Ἐν Αἰγύπτῳ γάρ ἐστιν ° ἔνια δένδρα πλείω, ἥ, τε συκάμινος, καὶ ἡ περσέα καλουμένη, καὶ ἡ βάλανος, καὶ ἡ ἄκανθα, καὶ ἕτερ' ἄττα. ἔστι δὲ ἡ μὲν συκάμινος παραπλησία πως τῇ ἐνταῦθα συκαμίνῳ. καὶ γὰρ τὸ † φύλλον ἔχει, καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ὅλην πρόσοψιν. τὸν δὲ καρπὸν ἰδίως φέρει παρὰ τὰ ἄλλα, καθάπερ ἐλέχθη καὶ ἐν τοῖς ἐξ ἀρχῆς· οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν βλαστῶν, οὐδ' ἀπὸ τῶν ἀκρεμόνων, ἀλλ' ἐκ τοῦ στελέχους. μέγεθος μὲν, ἡλίκον σῦκον, καὶ τῇ ὄψει δὲ παραπλήσιον. τῷ χυλῷ δὲ καὶ τῇ γλυκύτητι τοῖς ὀλύνθοις. πλὴν γλυκύτερον πολὺ, καὶ κεγχραμίδας ὅλως οὐκ ἔχοντα· πλῆθος δὲ πολύν. καὶ πέττειν οὐ δύναται, ἂν μὴ ἐπικνισθῇ. ‡ ἀλλ' ἔχοντες ὄνυχας σιδηρᾶς, " ἐπικνίζουσιν. ἃ δ' ἂν ἐπικνισθῇ, τεταρταῖα πέττεται. τούτων δ' ἀφαιρεθέντων, πάλιν ἄλλα φύεται, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου, μηδὲν παραλλάσσοντα. καὶ τοῦτο οἱ μὲν, τρὶς, οἱ δὲ πλεονάκις φασὶ γίνεσθαι. πολύοπον δὲ τὸ δένδρον σφόδρα ἐστὶ, καὶ τὸ ξύλον αὐτῆς, εἰς πολλὰ χρήσιμον. ἴδιον δὲ ἔχειν δοκεῖ παρὰ τὰ ἄλλα. † τμηθὲν γὰρ ἔτι χλωρὸν, εὐθὺς καταβάλλει τε εἰς βυθόν. εἰς βόθυνον δὲ ἐμβάλλουσι καὶ εἰς τὰς λίμνας εὐθὺς, καὶ ταριχεύουσι. βρεχόμενον δ' ἐν τῷ βυθῷ, ξηραίνεται. καὶ ὅταν τελέως ξηρὸν, γένηται, τότε ἀναφέρεται καὶ ἐπινεῖ. καὶ δοκεῖ καλῶς τότε τεταριχεῦσθαι. γίνεται γὰρ κοῦφον καὶ μανόν. ἡ μὲν οὖν συκάμινος ἔχει ταύτας τὰς ἰδιότητας. ἔοικε δὲ παραπλησία τις ἡ φύσις εἶναι καὶ τῆς ἐν Κρήτῃ καλουμένης κυπρίας συκῆς. καὶ γὰρ ἐκείνη φέρει τὸν καρπὸν ἐκ τοῦ στελέχους, καὶ ἐκ τῶν παχυτάτων ἀκρεμόνων πλὴν ὅτι βλαστόν τινα ἀφίησι μικρὸν ἄφυλλον ὥσπερ ῥιζίον, πρὸς ᾧ ὁ καρπός. τὸ δὲ στέλεχος μέγα καὶ παρόμοιον τῇ λεύκῃ· φύλλον δὲ τῇ πτελέᾳ· πεπαίνει δὲ τέτταρας καρποὺς, ‡ ὅσαι ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ αἱ βλαστήσεις. οὐδένα † δὴ πεπαίνει, μὴ ἐπιτμηθέντος τοῦ ἐρινοῦ καὶ ἐκρυέντος τοῦ ὀποῦ. ἡ δὲ γλυκύτης, προσεμφερὴς τῷ σύκῳ, καὶ ἔσωθεν τοῖς ἐρινοῖς. μέγε-

° ἴδια.
† φύλλον ὅμοιον ἔχει.
‡ καὶ ἐπαλειφθῇ. " ἐπικνίζουσιν, καὶ ἐπαλείφουσι ἐλαίῳ· ἃ δ' ἂν ἐπικνισθῇ ἢ ἐπαλειφθῇ τεταρταῖα πέττεται.
† καταβαίνει εἰς τὸ βυθόν.
‡ ὅσαι περ αὐτοῦ etiam sic annotat. Salm.
† δέ.

Sunt enim ° pleræque in Ægypto arbores, ut morus, & persea dicta, & glans, & spina, & aliæ quædam, quæ peregrinari omnino nequeunt. † Morus similis quodammodo moro nostrati est. Quippe folio, magnitudine, aspectuque proxima. Fructum præter cæteras peculiariter gignit, ut volumine primo disseruimus. Non enim germinibus, non ramis, sed caudice pomum parit, magnitudine ficus, & visu proximum. Succo, atque sapore ‡ caprificis sanè simile: verum longe dulcius, granisque internis omnino carens, multitudine numerosius. Maturescere nequit, nisi scalptum. " Quod unguibus ferreis † scalpitur. Quæ cum scalpta sint, ad quartum diem maturescunt diversitate nulla. Hisce ablatis, alia & alia ex eodem loco subnascuntur: idque alii ter, alii sæpius factitari affirmant. Rimosa arbor admodum est, & ligno ad multa percommodo. Proprium id præter cætera habere videtur, quod cæsum continuo viride est. ‡ Tum autem profundum petit, ac mergitur. tum enim in profundas fodinas stagnaque protinus conditur, madefactumque in profundo siccatur. Cumque siccum omnino fuerit, superfluitat, atque innatat. Itaque probe tum conditum esse videtur: fit enim læve, atque solutum. Morus proprietates hasce habet. Proxima natura ejus videtur, quæ in Creta ficus cypria nuncupatur. Nam illa quoque fructum caudice, ramisque crassissimis fert, nisi quod germen " quoddam sine ullo folio tanquam radiculam mittit, cui fructus præpilatur. Caudex magnus & populo albæ similis, folium ulmo. In fructus quaternos perficit, totiesque germinat: sed nullum ad maturitatem perducit, nisi pomo ipso immaturo inciso, emissoque lacte, Dulcedo ficubus non absimilis, & interna grossis plane conveniunt: magnitudo autem pruni est. Similis etiam siliqua, quam Iones Ceroniam vocant. Nam & ipsa caudice maximam fructus partem expellit,

° *propria.*
† *morosycos.*
‡ *grossis.*
" *& unctū.*
† *scalpitur ac oleo inungitur; quæ cum scalpta & uncta sūt ad quartum diem.*
‡ *arbor succo multo abūdat, ejusq; lignum ad multa utile est. Propriū id præter cætera habere videtur, quod cæsū, viride etiā-num, ad huc statim fundum petat (protinus autem.*
" *quoddam è caudice nascatur parvum, & sine foliis radicis instar cui fructus adhæret. caudex.*

θος ἡλίκον † κοκκύμηλον. ταύτῃ δὲ παραπλησία καὶ ἣν οἱ Ἴωνες κερωνίαν καλοῦσιν. ἐκ στελέχους γὰρ καὶ αὕτη φέρει τὸν πλεῖστον καρπόν. ἀπὸ δὲ τῶν ἀκρεμόνων ὥσπερ εἴπομεν ὀλίγον. ὁ δὲ καρπὸς ἔλλοβος, ὃν καλοῦσί τινες Αἰγύπτιον σῦκον, διημαρτηκότες. οὐ γίνεται γὰρ ὅλως περὶ Αἴγυπτον, ἀλλὰ περὶ Συρίαν. καὶ ἐν Ἰωνίᾳ † δὲ, περὶ Κνίδον καὶ Ῥόδον. ἀείφυλλον δὲ, καὶ ἄνθος λευκὸν ἔχον καὶ ἔτι βαρύτατον, μὴ " μετεωρίζον δὲ σφόδρα, καὶ ὅλως ἐκ τῶν κάτω † παραβλαστικόν. ἄνωθεν δὲ ὑποξηραινόμενον, ἔχει δὲ ἅμα καὶ τὸν ἔνον καὶ τὸν νέον καρπόν. ἀφαιρουμένου γὰρ θατέρου μετὰ κύνα, καὶ ὁ ἕτερος εὐθὺς φανερὸς κυούμενος. κύει γὰρ ὥσπερ βότρυς ‡ ὁμοσχήμων. εἶτ' αὐξηθεὶς ἀνθεῖ περὶ ἀρκτοῦρον καὶ ἰσημερίαν. ἀπὸ τούτου δὴ διαμένει τὸν χειμῶνα μέχρι κυνός. ἡ μὲν οὖν ὁμοιότης, ὅτι στελεχόκαρπα καὶ ταῦτα. διαφοραὶ δ' αἱ εἰρημέναι πρὸς τὴν συκάμινον. Ἐν Αἰγύπτῳ δ' ἐστὶν ἕτερον, περσέα καλούμενον· τῇ μὲν προσόψει μέγα καὶ καλόν, παραπλήσιον δὲ μάλιστα τῇ ἀπίῳ, καὶ φύλλοις, καὶ ἄνθεσι, καὶ ἀκρέμοσι, καὶ τῷ ὅλῳ σχήματι. πλὴν τὸ μὲν, ἀείφυλλον, τὸ δὲ φυλλοβόλον. καρπὸν δὲ φέρει πολὺν καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν πεπαίνει. περικαταλαμβάνει γὰρ ὁ νέος ἀεὶ τὸν ἔνον. πέττει δὲ ὑπὸ τοὺς ἐτησίας. τὸν δὲ ἄλλον ὠμότερον ἀφαιροῦσι καὶ ἀποτιθέασι. ἔστι δὲ μέγεθος ἡλίκον ἄπιος. τῷ σχήματι δὲ πρόμακρος, ἀμυγδαλώδης, χρῶμα δὲ αὐτοῦ ποῶδες· ἔχει δὲ ἐντὸς κάρυον ὥσπερ τὸ * κοκκύμηλον, πλὴν ἔλαττον πολὺ καὶ μαλακώτερον. τὴν δὲ σάρκα γλυκεῖαν σφόδρα καὶ ἡδεῖαν καὶ εὔπεπτον· οὐδὲν γὰρ ἐνοχλεῖ, πολὺ " προσενεγκαμένων. εὔριζον δὲ τὸ δένδρον καὶ μήκει καὶ πάχει καὶ πλήθει πολύ. ἔχει δὲ καὶ ξύλον ἰσχυρὸν καὶ καλόν· τῇ ὄψει μέλαν, ὥσπερ ὁ λωτός, ἐξ οὗ καὶ τὰ ἀγάλματα, καὶ τὰ κλινίδια, καὶ τραπέζια, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα ποιοῦσιν. ἡ δὲ βάλανος ἔχει μὲν τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ καρποῦ, φύλλον δὲ αὐτῆς παραπλήσιον τῷ τῆς † μυρρίνης, πλὴν προμηκέστερον. ἔστι δὲ τὸ δένδρον ‡ ἀπαθὲς μὲν, καὶ εὐμέγεθες, οὐκ ἀφυὲς δὲ, ἀλλὰ παρεστραμμένον. τοῦ καρποῦ δὲ τοῖς κελύφεσι χρῶνται οἱ μυρεψοὶ, κόπτοντες· εὐῶδες γάρ τι ἔχει. " τὸν δὲ καρπὸν αὐτοῦ ἀχρεῖον. ἔστι δὲ καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ ὄψει † παραπλήσιον τῷ τῆς καππάρεως. ξύλον δὲ ἰσχυρόν. καὶ εἰς ἄλλα τε χρήσιμον, καὶ εἰς τὰς ναυπηγίας. ‡ τὸ δὲ καλούμενον κουκιόφορον, ἐστὶν ὅμοιον τῷ φοίνικι· τὴν δὲ ὁμοιότητα κατὰ τὸ στέλεχος ἔχει καὶ τὰ φύλλα. διαφέρει δὲ, ὅτι ὁ μὲν φοῖνιξ μονοφυὲς καὶ ἁπλοῦν ἐστὶ, τοῦτο δὲ προσαυξηθὲν σχίζεται καὶ γίνεται " ἄκρον. εἶτα πάλιν τούτων ἑκάτερον ὁμοίως. ἔτι δὲ τὰς ῥάβδους βραχείας ἔχει καὶ οὐ πολλάς. † χρῶνται δὲ τῷ φλοιῷ καθάπερ τοῦ φοίνικος φύλλῳ πρὸς τὰ πλέγματα. καρπὸν δὲ ἴδιον ἔχει πολὺ διαφέροντα καὶ μεγέθει, καὶ σχήματι, καὶ χυλῷ. μέγεθος μὲν γὰρ ἔχει σχεδὸν χειροπληθές· στρογγύλον δὲ καὶ οὐ προμήκες. χρῶμα δὲ ὑπόξανθον. χυλὸν δὲ γλυκὺν καὶ εὔστομον. οὐκ ἀθρόον δὲ ὥσπερ ὁ φοῖνιξ, ἀλλὰ κεχωρισμένον καθ' ἕνα. πυρῆνα δὲ μέγαν καὶ σφόδρα σκληρόν. ἐξ οὗ τοὺς κρίκους τορνεύουσι τοὺς εἰς τοὺς στρωματεῖς τοὺς διαποικίλους· διαφέρει δὲ πολὺ τὸ ξύλον τοῦ φοίνικος. τὸ μὲν γὰρ μανὸν καὶ ἰνῶδες καὶ χλωρόν. τὸ δὲ, πυκνὸν, καὶ βαρὺ, καὶ σαρκῶδες. καὶ διαιρεθὲν, οὖλον σφόδρα καὶ σκληρόν ἐστιν. καὶ οἵγε δὴ Πέρσαι πάνυ ἐτίμων αὐτὸ, καὶ ἐκ τούτου τῶν κλινῶν ἐποιοῦντο τοὺς πόδας.

† ὅης μῆλον Conſt. ex vid' κοκκύμηλον.
‡ δὲ καὶ περὶ Conſt.
" μετεωρρίζον Ald. ger.
† παραβλαστητικόν Ald.
‡ ὁμοιοσχήμων Conſt.
* κουκίμηλον Conſt. in Lexico.
" προσενηνεγμένων.
† μυρίκης.
‡ μὲν καὶ εὐμέγεθες, οὐκ εὐφυὲς δὲ.
" ὁ δὲ καρπὸς πρὸς αὐτὸ ἀχρεῖος alii.
† παραπλήσιος Conſt.
‡ καὶ τὸ κουκι διάφορον ὅμοιον.
" δίκρουν.
† χρῶνται δὲ τῷ φλοιῷ καθάπερ τοῦ φοίνικος πρὸς τὰ Ald. Baſ. Lege, χρῶνται δὲ τῷ φύλλῳ καθάπερ τοῦ φοίνικος, πρὸς τὰ.

lit, ramis autem (ut diximus) paucum " fert. Siliqua, quam Ægyptiam ficum quidam appellant, errore ſcilicet (nulla enim omnino in Ægypto, ſed in Syria naſcitur, & † in Ionia circa Cnidum, Rhodumque,) foliis ſemper comantibus, flore candido, & olente ‡ graviſſime, radice leviter ſublimi, atque omnino plantigera imis partibus eſt: ſuperius tamen ſubareſcens, fructum anniculum ſimul, & novum habet. Altero namque detracto poſt Canis ortum, protinus alterum gigni " pateſcit. Gignitur enim uvæ modo † indiſcretus, atque uniformis: tum auctus circa arcturum, & æquinoctium floret: dehinc hyeme exacta durat uſque ad Canis ortum. Ergo ſimilitudo quidem, quoniam hæc etiam fructum caudice fert. Differentiis autem prædictis à moro utique diſtinguuntur. Eſt in Ægypto alia quoque arbor perſea dicta, aſpectu magna, formoſaque: folio, flore, ramo, totaque figura potiſſimum piro vicina: niſi quod altera folio perpetuo, altera deciduo eſt. Fructum abunde parit, ‡ omnique tempore perficit, quippe novus anniculum ſemper occupat. Maturitas anniverſariorum afflatu conficitur: reliquum crudiorem auferunt, atque recondunt. Eſt magnitudine piri figura oblongus, amygdalæ modo, colore herbidus. Nucem intus quemadmodum prunus continet: verum longe minorem, mollioremque: carnem vehementer dulcem, ſuavem, concoctuque facilem: nil enim eos, qui nimium comederint, tentat. Radice arbor exuperat, tum longitudine, tum etiam craſſitudine, multitudineque: materiem robuſtam, & viſu gerit decoram, atram, " ut faba græca. Ex hac etjam ſimulachra, & menſas, & reliqua ſimilia faciunt. Glans à fructu nomen accepit. Folium ei ſimile † atque myrto. Oblongius tamen. Illæſa, magnaque arbor eſt: verum non recta, ſed contorta. Fructus putamine contuſo unguentarii uti ſolent. Eſt enim boni odoris. Sed fructus ipſe inutilis: magnitudine viſuque ‡ inturi proximus. Materies valida, & tam ad alia, quam ad navigia percommoda. " Cruciofera quæ appellatur, palmæ ſimilis eſt. Similitudinem in caudice & foliis repræſentans: ſed differt, quod palma individua ſimplexque aſſurgit. Hæc cum aliquatenus increverit, ſcinditur, fitque bifida, iterumque horum utrumque pari modo dividitur. Item virgas breves nec multas profert. † Cortice ſicuti palmæ ad utenſilium nexus utuntur. Fructum peculiarem parit. nam & magnitudine, & figura, & ſucco ſingularem. Quippe magnitudine ferme, qua manum impleat: rotundum, non oblongum, colore flavicantem, ſucco dulcem, & ori gratiſſimum: non congeſtum, ut palma, ſed per ſingula diſcretum: nucleo magno, vehementerque duro, ex quo annulos verſicolores detornant: quibus in ſtragulariis vinculis utuntur. Materies à palma plurimum diſtat: altera enim rara corpore, nervoſa, viridis: altera ſpiſſa, gravis, carnoſaque: & cæſa, criſpa admodum, atque dura. Perſæ quidem majorem in modum eam æſtimabant, ſed lectorum pedes ea conficiebant.

" *fert, eumque in ſiliqua, quam Ægyptiam.*
† *Ionia, & circa.*
‡ *graviſſime, neque multum attollitur.*
" *manifeſtum eſt.*
† *conformis.*
‡ *omnique anni tempore.*
" *arbor hæc radicum excellit tum lõgitudine, tum etiam multitudine. Materie eſt, aſpectu pulchra, robuſta, nigra, loti modo; ex qua ſimulachra lectulos & menſas, atque alia hujuſmodi conficiunt.*
† *myricæ.*
‡ *cappari.*
" *Couci magno in honore eſt, palmæ ſimilis.*
† *Folio ſicuti palmæ ad &c.*

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

EN αἰγύπτῳ. *Aut hæc in superiores sedes ad Liparensem arborem, & Ideas, atque alias transferto, aut illa huc.* Theodorus addidit, quæ peregrinari omnino nequeunt, & *peregrina translatione, & sententia minus certa.*

Ἴδιως. Non solùm, ἴδιον. *Hoc enim est*; τὸ, ὅ τι: *sed etiam* ἰδίως: *hoc est*, τὸ πῶς. *quia fructum cum stipite emittit.*

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου ἄλλα φύεται. *Theodorus addidit*, Nullo diversa. *mala loquutione.*

Πολύσπορον, Theodorus, *Lactuosa. Lactosa saltem scriptum esset.* τμηθὲν, *lege*: *non*, μηθέν.

Ταριχεύειν. *Theodorus*, condire. *Vox apud salsamentarios nota. Item apud Herodotum in cadaverum condimentis. Hic etiam fusior significatio.*

Ἔοικε δὲ παραπλησία. *Hoc caput cum superiore conjungunt haud temerè; ob similitudinem. Et quia redibit in Ægyptum mox: ut exequatur ea, quæ proposuit*, συκάμινον, περσέαν, βάλανον, ἄκανθαν.

Περσέα δὲ ὁ καρπὸς. *Theodorus*, cui fructus præpilatur. *Nihil præpilatur, quod non sit acutum. hoc enim est Latinè pilum.*

Ἔσωθεν, *pro* ἐντός. *Sic* ἔσω, *apud Aristotelem, & Platonem; contra tamen analogiam.* ἔσω *significat motum introrsum.* ἔσωθεν *alium præterea motum inde: quasi sit* διαυλος.

Ὁ δὲ καρπὸς ἔλλοβος. *Observato diligenter æquivocationem.* Καρπὸν *dicit ferre ab stipite. Intelligit igitur siliquam. Dioscorides, ut diximus*, καρπὸν *etiam ad significandum semen usus est. Hoc modo esto* καρπὸς ἔλλοβος, semen in siliqua. *At enimverò siliqua fructus est. Comeditur enim.*

Καὶ ὁ ἕτερος φανερὸς εὐθὺς κυέμενος. *Theodorus*, protinus alterum gigni patescit. *Patescit, aliud sibi vult.*

Κύει γάρ. *Non erat locus particulæ illi*, γάρ. *Non enim est ratio præcedentis historiæ. Theodorus autem illa verba*, ὥσπερ βότρυς ὁμοσχήμων; *dixit*, uvæ modo indiscretus, atque uniformis. *At sanè* ὁμοσχήμων *non significat*, indiscretum. *Neque verum est, quod acinatim nascitur, esse indiscretum. Est autem uniformis per initia, antequam floreat, ubi crevit, floret: ubi defloruit, alia pars aliam quantitatem accipit. Item quædam curva, quædam directior. tametsi omnium in genere, figura eadem; oblonga, non teres, depressa, curvata.*

Ἐν αἰγύπτῳ δ' ἐστὶν ἕτερον. *Alibi eorum explosimus errorem, qui eandem putarunt Perseam, & Persicum. Persea pyro similis: Persicus amygdalo. Persea sempervirens, Persicus non. Persea πᾶσαν ὥραν καρπεῖ: Persicus autumno tantùm. Perseæ pomum oblongum: Persico rotundum. Illi color viridis: huic aureus, aut flavus. Illi nucleus intus minor pruno, ac mollior: huic major, ac duritia penè invicta. Illius materia valida: hujus mollis, & nullius usus. Illi nigra: huic vulgaris. Alias differentias digessimus in Commentariis.*

Εὔριζον, Theodorus, radice exuperat, *malè. Nusquam enim verbum illud absolutum. Melius*, si radicis modos firmioris, *explices. Idem omisit*, κλινίδια, *Lecticulas grabata.*

Βάλανος, Hæc est μυροβάλανος antiquorum. ἀπαθὲς καὶ ἀμέγεθες. *Theodorus*, Illæsa, magnaque arbor. *Arbor sincera; ac benè magna.* οὐκ ἀφυὴς δέ. *Theodorus legit*, εὐφυής. *Rectè id, aut* ἀφυὴς.

Τὸ δὲ κουκιόφορον. *Proposuerat, quæ dicebamus: nunc hoc interponit: commodius autem inter palmas translatum earum naturæ attribueretur. verùm quia Ægypto est peculiaris; hic posita est. Saltem cùm aliis suprà enumerasset: aut post* ἄκανθαν *distulisset: Recentiores, qui alioqui etiam omnia profitentur, de eo nihil: adeò, ut ex collectaneis multa videantur excepisse: Theophrasti pauca non omisisse.*

Περσουμένη δὲ σχίζεται, καὶ γίνεται ἄκρον. *Mira loquutio.* Finditur, & fit cacumen. *Semper enim erat cacumen. Nescio an auderem scribere*, δίκρον.

Περσαι ἐτίμων αὐτόν. Persæ majorẽ in modum eam præferebant. *Addidit Theodorus*, majorem in modum, & *absolutè posuit*, præferebant. *Malè id*: sed pedes lectorum. *Debuit*, &: *non*, sed. *Simplicissimè sic*: Apud Persas ad lectorum usum, quorum pedes ex ea conficerent; in precio fuit.

Ἡ δὲ ἀ. *Correxêre optimè*, ἡ δὲ ἄκανθος. *Theodorus malè disiunxit. Eorum nanque caput est ultimum, quæ sunt proposita suprà.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

ENια. *Legendum ex Plinio lib. 13. c. 7.* ἴδια. Συκάμινος. *Est Dioscoridis & Galeni* συκόμορος, *quæ & συκομορέα Lucæ Euangel. ficus Ægyptia Plinio; vocant nunc ficum Pharaonis, & Gieumeiz in Syria.*

Γλυκύτητι. *Et libro de Odoribus sic ait*, κακάδη. καθάπερ ἡ ἐν Αἰγύπτῳ καλουμένη σύκον, γλυκὺ ὄν. *Et tamen repugnat Athenæus, qui de Sycomoris, inquit*, ὅτι πίπονα, καὶ οὐδὲ γίνεται.

Ἐπικνίσῃ. *Immò nisi & inungatur oleo, ut dicit de Causis lib. 1. cap. 21.* ἡ δ' αὖ συκάμινος οὐ δὲ πέπειν δύναται, δι' ἀντιφέρειν ὑπὸ πλῆθος ὑγρότητος, μὴ ἐπικνιζόντων καὶ ἐπαλειφόντων ἐλαίῳ τῶν καρπῶν, &c. *Quod Plinius non observavit, ita parum considerate scribens*, Scalpendo tantum ferreis unguibus, &c. Τρὶς, εἰ δὲ πλεονάκις. *At Plinius (& utinam non ex suo fingendo audacius)* Septeno ita numerosa partu, per singulas æstates multo lacte abundante. Subnascitur etjam si non scalpatur fœtus quater æstate, prioremque expellit immaturum. *Sed hoc fortasse alii prodiderunt, quorum scripta non extant, verum tamen esse non credo.*

Πολύσπορον. *Rectè, ut & legit Plinius. Dioscoridis codex mendosè* πολύχυμον. Μηθὲν γάρ. *Hæc depravata sic corrige*, τμηθὲν γὰρ ἔτι χλωρὸν εὐθὺς καταβαίνει εἰς βυθόν. *Plinius*, Materies proprii generis inter utilissimas. Cæsa statim stagnis mergitur. Hoc est ejus siccari. Et primo sidit, postea fluitare incipit, &c.

Ταριχεύουσι. *Sic cannabem mulieres macerant, idque vulgò vocant rouir, quod fluviare quidam à Plinio dici voluerunt, sed nos supra aliud esse docuimus.* Περσέα. *separatè* αὐτὸ.

Ὅσα ὑπὲρ αὐτοῦ. *emendo.* ὅσα. *Hæc omnia vertit Plinius cap. 7. libr. 13.* Οὐδένα δὲ reposui. *Erat* οὐδὲν δὲ *corruptè.*

Κοκκύμηλον. *depravatè pro* οὗς μῆλον: *Cui lectioni Plinii verba suffragantur*: magnitudo sorbi. Κερωνίων. *habes in Crispini Lexico.* Ἰωνία δὲ, περὶ Κνίδον. *Ionia, Caria (in qua Cnidus) & Lycia (in qua Rhodus) sunt regiones minoris Asiæ. Hic igitur deest* καὶ *particula: quod & ostendit Plinius*: In Syria, Ioniaque, & circa Cnidum atq; in Rhodo. Βαρύοσμον: *Plinius*, cum vehementia odoris. *Aliud* εὐώδης, *aliud* βαρύς. Μεταγγίζειν *non*, μεταγγίζειν, *de quo Constant. in Supplemento linguæ Græcæ. Et infra legendũ* παραβλαστικόν, *ut correximus in Lexico in voce* Παραβλαστή. Ὑποξηραινόμενον. *Plinius exposuit*: Plantigera imis partibus; & ideo in superficie flavescens (*consequens hoc siccitatis*) succum auferente sobole. Ubi ἄνωθεν, *id est*, supernè, *rectè de superficie explanavit. Sed mirum quod ibidem pomum de siliqua dixerit.* Ὁμοσχήμων. *potius* ὁμοιοσχήμων; *parenthesin apposui, & punctum post* αὐξηθῇ. *Sic facilem verumque sensum videor ostendisse.*

Περσέα. *Hæc etiam transtulit Plinius lib. 13. cap. 9.* Ubi & Persicam arborem vocat: *Perseam verò lib. 15. cap. 13. & à Persica in totum aliam esse affirmat. Quòd verò dicit ibi*, Perseæ pomum myxis rubentibus simile, *animadversione indiget. non enim sibi constat.* Καρπὸν δὲ φέρει πολύν. *Vide ut hæc Plinius tragicè extulerit*, Fertilitas assidua ei, subnascente crastino fructu. *Hoc & multo plus est quàm* πολύκαρπον, *&* ἀείκαρπον *esse.*

Πᾶσαν ὥραν. *subauditur* κατὰ. Τηροῦσι. *lego* ἀποτιθέασι.

Κοκκύμηλον. *mendosè pro* κουκύμηλον; *vel separatè* κουκὶ μῆλον. *de quo infra. Plinius hîc mihi non satisfacit.*

Βάλανος *quid sit, habes in Crispini Lexico. Ipse lib.* περὶ ὀσμῶν, *dicit balani Ægyptiæ & Syriæ oleum minime pingue esse. Et de amygdalis amaris ita ait*, φασὶ δὲ, καὶ εἰς τὰ σπουδαῖα τῶν μύρων ἁρμόττειν, ὥσπερ καὶ τὸ ἐκ τῆς βαλάνου. καὶ τοῦτο ποιεῖ δὲ (*nempe* εἰς τὰ σπουδαῖα τῶν μύρων ἁρμόττειν) κελύφη αὐτῶν (*subaudi* βαλάνων. *mutavit numerum, quia non est unica compositio*). εὐόσμα, εἰς τὸ ἔλαιον ἐμβαλλόμενα ἐπεὶ καὶ τὰ τῶν πικρῶν. *Intellige*, ἀμυγδάλων κελύφη. *& similiter unguentis congruere, nimirum* διὰ τὴν στύψιν. *Sed præterea balani putamina odoris conciliandi gratia, vel bonitatis potius. Nam, ut ait alibi*, τὸ δὲ βαλάνου τῆς αἰγυπτίας μυρον, αὐτὸ μὲν οὐκ ἄγαν ἀναπτεῖ. μιγνύμενον δὲ ποιεῖ πάλαι βελτίω; *etiam si tempus spectes, quia minime pingue non rancescit. Ex iis collatis constat ex putaminibus balani non extrahi oleum; sed ipsa tusa vel pressa in oleum conjici, quo utuntur unguentarii odoris stymmastisque causa. Ad quæ oleum inodorum quod paratur ex nucleis balani inutile est. Vsurpatur tamen in pretiosis unguentis (ut ait Dioscorides) sed olei loco, ad suscipiendos odores, & ut rancor vitetur. Hoc & utuntur Medici. Plinius libr. 12. cap. 21.*

cap. 21. de myrobalano loquens, quæ hîc βάλανος, Unguentarii autem tantùm cortices premunt: medici nucleos tundunt, affusa eis paulatim calida aqua. *Sic Theophrastus, Dioscorides, Pliniusq́; cum aliis & inter se consentiunt, & nisi fallor ταύτῃ ἐπισκοπῇ nodus expeditur, verusque sensus hujus loci, & lib. de Odorib. à doctißimo omninò interprete minus intellecti, eruitur.*

Φύλλον δ' αὐτῇ παραπλήσιον τῷ τῆς μυῤῥίνης. *Sic autem habet Dioscorides.* βάλανος μυρεψική καρπός ἐστι δένδρου μυρίκῃ ἐοικότος; *sed μυρσίνῃ potius legendum arbitror. Propius accedit Plinius, ita scribens libr. 12. cap. 21. Quo item indicatur, & glandem esse arboris. heliotropio, quam dicemus inter herbas, simili folio.* Εὐώδης. *subandi κέλυφος. mutavit numerum, ne singulis glandibus plura putamina tribueret.*

Ἀγγεῖον *hîc, ut supra ostendi, non ἁπλῶς accipiendum, sed* πρός τι, ἤγουν εἰς τὴν τῶν μύρων εὐωδίαν. *Et* καρπὸν *de interno nucleo intelligendum, qui fructus* παραπλήσιος *(sic enim reposui. legebatur enim* παραπλήσιον, *ut intelligeretur* κέλυφος *repugnante veritate)* τῆς καππάρεως. *Ipsa verò balanus* καρπὸς ἐστι *(ait Dioscorides)* ὅμοιος τῷ λεγομένῳ ποντικῷ καρύῳ. *Plinio, fructus magnitudine avellanæ nucis.*

Κουκιόφορον, *in Lexico Crispiniano quid sit declaratur, & hic locus castigatus. Fallitur vir ille in numerosa simplicium historia exercitatißimus, qui prodidit* κουκιόφορον *Theophrasti eam arborem esse cujus pomum Arienam (sic enim in meo codice) vocat Plinius. Hæc enim ab ipso Cuci vocatur, aliáque in totum arbor est cui nomen palæ, pomo arienæ, quam & adhuc Indi Hairi vocant. Hoc palmæ genus describit pictumque exhibet Thevetus in America, sed quid esset apud veteres non agnovit.* Ῥάβδους, *id est, virgas, sed in palmis (ut est Cuci) palmites proprio suoque nomine appellantur, quod Grammaticorum curiosa observatio non attigit. Plinius lib. 13. cap. 4. de generibus palmarum loquens,* Et pomum est, non inter folia, ut in cæteris, sed suis inter ramos palmitibus racemosum. Idem, Mas in palmite floret, &c. *De palmis loquens ipse Theophrastum* σπάθην *appellavit.*

Τῷ φοίνικι *potius* φοίνικος. Διαπεπλεγμένος. *Addit Plinius ex suo, ut se agnovisse probet,* In eo nucleus dulcis dum recens est; siccatus durescit ad infinitum, ut mandi non possit, nisi pluribus diebus maceratus.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἔστιν ἴδια. Scribe, ἴδια, ut monet Robertus Constantinus. Plinius lib. 13. cap. 7. *Et in Ægypto multa genera, quæ non alibi, ante omnia ficus, ob id Ægyptia cognominata.* Vox ἴδια, non ita strictè sumi debet, ut in sola Ægypto, non autem in adiacentibus etiam regionibus hæ reperiantur arbores. Dioscorides libr. 1. cap. 181. de sycomoro; φύεται δὲ πλεῖστον ἐν Καρίᾳ, καὶ Ῥόδῳ, καὶ ἐν τοῖς οὐ πολυσίτοις τόποις. *Nascitur plurima in Caria Rhodo, aliisque locis non multi tritici feracibus.* Theophrastus hoc eodem capite coronam, quam ficum Ægyptiam vocari ait, lib. 1. cap. 23. in Rhodo, locisque vicinis nasci tradit. In Iudæa inveniri sycomorum constat, & quidem circa Hierosolymam. Euangelista Lucas cap. 19. vers. 4. καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν, ἀνέβη ἐπὶ συκομωραίαν, ἵνα ἴδῃ αὐτόν. Strabo lib. 16. Geograph. in Aromatifera regione inveniri tradit. μετὰ δὲ τὴν Δειρὴν ἡ ἐφεξῆς ἐστιν ἀρωματοφόρος, πρώτη μὲν ἡ τὴν σμύρναν φέρουσα, καὶ αὕτη μὲν ἰχθυοφάγων, καὶ κρεωφάγων· φύει δὲ περσαίαν καὶ συκάμινον Αἰγύπτιον. id est, *Post Diram deinceps est regio Aromatifera, & prima ejus quæ myrrham fert, quæ etiam Ichthyophagorum est, & Creophagorum. Producit etiam perseam & morum Ægyptiacam.* Arbor tamen sycomorus Ægypto peculiaris, ac propria. Idem Strabo. Lib. 17. περὶ μὲν Αἰθιόπων ἀρκέσει ταῦτα· τοῖς δ' Αἰγυπτιακοῖς, καὶ ταῦτα προσθετέον ὅσα ἰδιάζοντα, οἷον ὁ Αἰγύπτιος λεγόμενος κύαμος, ἐξ οὗ τὸ κιβώριον, καὶ ἡ βίβλος. ἐνταῦθα γὰρ, καὶ παρ' Ἰνδοῖς μόνον. ἡ δὲ περσέα ἐνταῦθα μόνον, καὶ παρ' Αἰθίοψι, δένδρον μέγα, καρπὸν ἔχον γλυκὺν καὶ μέγαν, καὶ ἡ συκάμινος ἡ ἐκφέρουσα τὸν λεγόμενον καρπὸν συκόμορον. *Ac De Æthiopicis quidem hactenus, Ægyptiacis verò adjicienda sunt, quæ illorum propria esse dicuntur, ut Ægyptia faba, ex qua ciborium fit; item biblus. Hæc enim ibi solum, & in India; Persea verò ibi, & in Æthiopia: item morum, quæ fructum sycomorum dictum fert.* Ægypto ergo hæ arbores peculiares & propriæ; sed ita propriæ, ut in aliis etiam reperiantur regionibus.

Ἔτι δὲ ἡ μὲν συκάμινος. συκάμινος, Græcis morum & sycomorum significat. Diosc. lib. 1. cap. 180. De moro. μορέα ἢ συκαμινέα. *morus, quæ sycaminos dicitur.* Idem cap. sequenti. de sycomoro. συκόμορον, ἔνιοι δὲ καὶ συκάμινον λέγουσι. *Sycomorum, nonnulli sycaminum vocant.* Gal. libr. 5. κατὰ τόπους. cap. 9. titulo quæ Archigenes ad dentium dolores scripsit. ἢ συκαμίνου, τουτέστι μορέας γάλα εἰς οἶνον ἔγχεας, ὁμοῦ οἰσυπηρὰ ἔρια ἐναπόθλιβε χλιαίνων, καὶ δι' ἐρίων ῥυπαρῶν ἔγχει τῇ μύλῃ. *Vel sycamini, id est, mori arboris lac in vinum infunde, simulque & lanas succidas, in ipsum exprime, tepefac, & per lanas sordidas molæ infunde.* Recentiores Græci, etiam Attici, morum μόρον vocarunt; antiquiores, præsertim Attici, συκάμινον. Gal. libr. 2. de Aliment. facult. τὸ μὲν οὖν τῶν μόρων ὄνομα γνώριμον πᾶσίν ἐστι τοῖς πολλοῖς, εἰ καὶ διὰ μηδὲν ἄλλο, ἀλλὰ γοῦν διὰ τὸ στοματικὸν φάρμακον, ὃ διὰ μόρων ὀνομάζεται. χυλὸν ἔχον αὐτῶν. ἐνίους δὲ τῶν ἐφεξῆς εἰρημένων ὀπωρῶν ἀγνοοῦσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὅπως ὠνόμαζον οἱ πρὸ ἑξακοσίων ἐτῶν Ἀθηναῖοι. τοὺς μὲν γὰρ νῦν ὁρῶσιν οὐδὲν τι διαφορωτέρους τῶν ἄλλων ἑλλήνων ἕκαστον τῶν καρπῶν ὀνομάζοντας, ἀλλὰ καὶ τὰ μόρα συκάμινα καλοῦντας οὐδὲν ἧττον ἢ τὰ μόρα, καὶ τὰ περσικὰ καὶ κάρυα, καὶ τὰ πρεκόκκια, καὶ τὰ ἄλλα ἁπλῶς, ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν. *Mororum igitur nomen vulgo est cognitum: si non alia de causa, saltem ob medicamentum* στοματικὸν, *id est, ori gratum, quod* διὰ μόρων *appellatur, quod eorum succum recipit. Quosdam autem ex fructib. autumnalibus quos deinceps recensebimus, plerique homines ignorant, quo nomine ante annos sexcentos ab Atheniensib fuerint appellati Animadvertunt enim hujus tempestatis Athenienses, fructus omnes non alio nomine appellare, quam quo reliqui Græci appellant, sed & mora ipsa sycamina nihilominus, quam mora nominare. Item persica, nuces, præcocia: ac in summa, reliqua omnia pro aliorum Græcorum consuetudine.* Athenienses seculo uno, alteroque Galeno antiquiores, morum συκάμινον vocarunt, quod probatu non admodum est difficile. Refert Plutarchus Athenienses à Sylla obsessos è muris vocasse.

Συκάμινόν ἐσθ' ὁ Σύλλας ἀλφίτῳ πεπασμένον.

Συκάμινον Doctis. viri sycomorum interpretantur, putantque, ignaviâ illo versiculo objectam Imperatori Syllæ, quia sycomori fructus Diosc. sic dicitur, διὰ τὸ ἄτονον γεύσεως. Est, inquiunt, in hanc sententiam referendum, quod Plutarchus de Sylla, & ab eo obsessis Atheniensibus ait: qui intra urbem clausi, ex muris hominis ignaviæ maledicentes; nunc Metellam quasi mulierem appellabant: nunc deridebant dicentes.

Συκάμινόν ἐσθ' ὁ Σύλλας ἀλφίτῳ πεπασμένον:

Quod est, *Sycomorus Sylla est, polenta maceratus*: ignavo sapori, ignaviore adjecto, hominis ignaviam augentes. Falluntur; non fuit ignavus Sylla, nec ab Atheniensibus pro ignavo habitus. Ridebant Syllam, quod faciem haberet cui asperi rubores candori erant inspersi. Hæc Plutarchi sententia. sed præstat ipsius verba audire. ἐξήνθει γὰρ τὸ ἐρύθημα τραχὺ, καὶ σποράδην καταμεμιγμένον τῇ λευκότητι, πρὸς ὃ καὶ τοὔνομα λέγουσι γενέσθαι, τῆς χρόας ἐπίθετον. καὶ τῶν Ἀθήνησι γεφυριστῶν ἐπισκώψε τις, εἰς τοῦτο ποιήσας, Συκάμινόν ἐσθ' ὁ Σύλλας ἀλφίτῳ πεπασμένον. *Efflorescebat enim aspera rubedo albedine sparsim interfusa; unde fertur nomen traxisse, ex colore appositum, & sannio quidam Athenis obliquè hunc versum in eum jaculatus est. Mora si spargas farina, talis est forma Syllæ.* Constat ergo sycaminum versu citato significare morum: sycomorus enim, nihil rubedinis habet. Verisimile fit, Athenienses Syllam sycaminon, id est, morum vocasse, non quod faciem, qualem jam dixi, haberet, sed quod alba corporis cute, candidóque sub vultu, cruentum ac sanguineum tegeret animum. Poetæ mora cruenta & sanguinea vocare solent.

Virgil. in Bucol.

Sanguineis frontem moris, & tempora pingit:

Idem in Cappa.

Sunt & mora cruenta, & lentis uva racemis.

Neronem ob insignem, summámque crudelitatem, πηλὸν αἵματι πεφυραμένον, non ineleganter dixerunt antiqui. Polentam, id est, ἄλφιτα cibis suis, & carnibus inspersisse veteres, tradit Plinius. Inspargebant etiam moris. Hinc συκάμινον ἀλφίτῳ πεπασμένον, optimè de Imperatore intus cruento & sanguinario, & cute alba ac nitida. Planè etiam convenit moris illitis polenta, cum aspero rubore albedini sparsim interfuso. συκάμινον ergo morum. Idem etiam sycomorum. Sed quando morum denotat, sine epitheto scribitur. Contra cum sycomorum, scribunt veteres συκάμινον Αἰγυπτίαν vel Αἰγύπτιον. συκάμινον ἐν Αἰγύπτῳ, ut libr. 1. cap. 22. συκάμινος Αἰγυπτία arbor hæc vocatur, quod faciem referat mori, & in Ægypto nascatur.

tur. Eadem συκόμορος vocatur, ut Diosc. placet, καλεῖται δὲ καὶ ὁ ἀπ' αὐτῆς καρπὸς συκόμορον, διὰ τὸ ἄβρον τῆς γεύσεως, quod *sit sapore, instar ficus, fatuo.* Huic sententiæ favet Strabo Lib. 17. ubi Ægyptum describit. καὶ ἡ συκάμινος ἡ ἐκφέρουσα τὸν λεγόμενον καρπὸν συκόμορον. σύκῳ γὰρ ἔοικεν. ἄτιμον (fortè ἄτοπον) δ' ἐστὶ κατὰ τὴν γεῦσιν. *Item morus, quæ fructum fert, qui sycomorus dicitur: nam ficui persimilis est, gustatu verò ignobili (insipido.)* Hoc etymon si sit bonũ, scribendum συκόμωρον per ω μέγα, non ο μικρόν. μωρὸν enim Græcis, *fatuũ, insipidum, languidum, iners.* Hesych. μωρὸς, ἄφρων, μάταιος, μωρόν, ὀξὺ μάταιον ἀμβλύ, βαρύ, ἀῦνον, νωθρόν, &c. Ridet hanc opinionem Galenus. Lib. 2. de aliment. facult. γελοῖοι δ' οἱ διὰ τοῦτο φασὶν ὀνομασθῆναι τὸν καρπὸν τοῦτον συκόμορον, διότι σύκοις ἐοίκασι μωροῖς. Ita locus hic legi debet. Vulgo μορεῖς legitur, Interpres μικροῖς legit. *Deridendi sunt, qui fructum hunc sycomorum dictum putant, quod fatuis ficubus similis sit.* Sycomorum idem dictum scribit, à similitudine quam ad utrumque, mori scilicet arborem, & fici fructum, habet, ita ut in medio mororum ac ficuum meritò locari possit. μᾶλλον δ' ἐν τῷ μεταξὺ μορῶν τε καὶ σύκων αὐτὸν εἰκότως ἄν τις θείη, καί μοι δοκεῖ τοὔνομα ἐντεῦθεν αὐτῷ κεῖσθαι. *Quin etiã in medio mororum & ficuũ jure quis ipsum collocarit, indéque ipsi arbitror nomen esse impositũ.* Eadem & nostra est sententia. Addam quæ Alpinus de ortu hujus arboris scribit lib. de plant. Ægypt. cap. 6. *Insitionem, inquit, fici supra morum plures illorum affirmant,* (Ægyptios intelligit, ex quorum relatu hæc tradit) *veluti Musam insitã quoq; fuisse cannæ saccharũ ferenti, supra radicem colocasiæ, aliquibus est persuasum: quod tamen nondum experientia verum esse didici. Sine dubio in hac arbore, truncus, rami, cortex, ipsorum fructus, lac, foliorum asperitas, colorque fici apparet, & foliorum figura, magnitudo, moro respondet. Fructusque tardè neque perfectè maturescere, atque saporem aqueum & jucundum habere: Hinc ajunt mori frigiditatem impedire, quominus fructus perfectam maturitatem consequantur.* Hæc Ægyptiorum opinio nobis planè erronea videtur, immo contrarium verisimilius. Non videtur ex insitione nata; quod nec ficus, nec morus ἀείφυλλος. Sed ponamus ex insitione natam: non ex ficu moro inserta, nata est, sed ex moro ficui. Nam si ex ficu moro inserta; fici folia produceret, non mori. Insere malo pyrum, arbor pyri folia producet, non mali. Contra malũ pyro si inseras, mali foliis ornabitur. Sic si laurum castaneæ inseras, non amplius castaneæ folia proferet, sed laurina. Contra si castaneam lauro inseras, folia castaneæ, non laurina emittet. Idem de aliis dicere arboribus licet, cotonea, oxyacantha, pruno, &c. Objiciet quis: Si nata hæc arbor ex moro insita, cur non mori fructus edit? Ex pyro malo inserta nascitur pyrum, ex cotonea oxyacanthæ, cotoneum, ex pruno castaneæ prunum. Respondeo. Idem & huic arbori eventurum, si quando ad instar reliquarum arborum, in ramis minoribus fructum potulerit. Iam verò cum ex caudice fructus erumpat, qui fici est, necesse est, sint ficus vel ficorum forma. Quæret quis, cur ferat ex caudice, non ramis minoribus, ut cæteræ arbores? Dico hoc fieri propter temperamentum fici & mori. Rami enim, succum quem natura colligit ad fructum, respuunt, atque non admittunt: quærenda igitur alia via, qua expellatur: cum autem nulla commodior quam caudex, per eum foras producit. Vel, id fit, à materiæ, sive ligni diversitate: Fici fungosa ac laxa; mori dura, solida, & compacta: facilius autẽ quid emittitur per substantiam fungosam & laxam, quam durã ac solidam (sed, ut dixi, ex insitione arborem hanc natam, non credo. (Sycomorum Celsus, inverso nomine, morosycum vocat, lib. 3. c. 18.) Vel sycamini lachrymam fronti inducunt. Hoc equidẽ apud medicos reperio. Sed cum Græci morũ Sycaminum appellant, mori nulla lachryma est. Sic verò significatur lachryma arboris in Ægypto nascentis, quam ibi morosycon appellant. Fallitur Celsus, cum morum Lachrymam habere negat. Contrarium Galenus lib. 5. κατὰ τόπους cap. 9. locum supra citavi. Diosc. lib. 1. cap. 18. de moro. ὀπίζεται δὲ περὶ πυραμητόν, τῆς ῥίζης περιορυχθείσης, καὶ ἐγκοπείσης. εὑρίσκεται γὰρ τῇ ὑστεραίᾳ ἐπιπαγείς τις. *Cæterũ radix circa messem circumfossa & incisa dat succum, qui quodammodo concretus postridie reperitur.* Συκόμορον Plinius vertit ficum Ægyptiam. Sycomorum sic vocari testatur Athenæus lib. 2. Συκάμινα. ὅτι πάντες ἁπλῶς οὕτω καλοῦσιν. αὐτοὶ Ἀλεξανδρεῖς μόνοι μόρα ὀνομάζουσι. συκάμινα δὲ οὐ τὰ ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας συκῆς, ὅ τινες συκόμορα λέγουσιν. *Sycamina cum simpliciter omnes appellant mori fructum, Alexandrini soli mora nominant. Sycamina quidẽ non intelligo fructum Ægyptiæ ficus, quem nonnulli Sycomorum vocant.* Theophrastus, cujus apud me auctoritas major quam Plinii aut Athenæi, ceroniam ficum Ægyptiam vocari tradit lib. 1. cap. 18. ἥ τε κερωνία ἥν τινες καλοῦσι συκῆν Αἰγυπτίαν.

Καὶ γὰρ τὸ φύλλον ἔχει. Scribe καὶ γὰρ τὸ φύλλον ὅμοιον ἔχει. *Sycomorum* inquit, *quodammodo similem moro vulgari; quippe folio, magnitudine aspectuque proxima.* Idem Plin. loco citato, *arbor moro similis folio, magnitudine, aspectu.* Dioscorid. loco citato, δένδρον ἐστὶ μέγα, ὅμοιον τῇ συκῇ. πολύχυλον σφόδρα. τοῖς φύλλοις ἐοικὸς μορέᾳ. *Est arbor magna, fico simili, succo abundans, foliis mori.* Fico similis caudice, succo, & fructu. Hanc Dioscoridis delineationem veram utiq; sycomori figuram exprimere, asserit Prosper Alpinus testis oculatus. *Hæc,* inquit, *descriptio veram utique sycomori figuram exprimit;* sed, ubi ait, *foliis mori,* adderem, *crassioribus, candidioribus, atque asperioribus:* quod hæc folia non nisi magnitudine ac forma à mori foliis differant. Tradit insuper, *hanc arborem, proceram, in arenosis, sterilibúsque Ægypti locis naturam sagacissimam produxisse, sub qua homines ab injuria radiorum ardentium solis se tueri possent.* Maxima siquidem arbor, ramósque tam latè spargit, ut magnam umbram viatoribus præbeat, quæ in hujusmodi calidis locis, arenosis, ac ferè solis calore inflammatis, libenter expeti ab omnibus solent. Hæc res facit, ut hæreã, utrum Dioscorides scripserit πολύκομον, *frondosa, ramosa, comosa.* An verò, ut Saracenus πολύχυλον. vel, ut alii malunt, πολύοπον, *succo abundans,* Primam lectionem Alpinus defendit, alteram Theoph. & ipsa quoque experientia, ut mox dicam. Cæterum rectius Dioscorides δένδρον μέγα dixit; id est, *arborem esse magnam,* quam Theophrast. qui mori magnitudine ipsam describit. Moro quippè multò est major. Malè audit Galenus, quod ficui parvæ similem dixit. Quamobrem, inquiunt doctiores, crescentis adhuc, juvenisque sycomori, & non adulti magnitudinem spectasse arbitramur, quod tam grandem arborem omnibus communem, ipse non animadverterit. Sed dicendum; caput de sycomoro libri de aliment. facult, ubi hæc tradi Galenus, non uno laborare mendo. Scribe, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὸ τῶν συκομόρων φυτὸν εἶδον, ἅμα τῷ καρπῷ παραπλησίως συκῷ μακρῷ λευκῷ. *In Alexandria vidi sycomori plantam, simul cum fructu similem ficui magnæ, albæ.* Facilis unius literæ lapsus. Vel possunt verba hæc συκῷ μικρῷ λευκῷ, intelligi de fructu. Et talisquidem sycomori fructus.

Τὸν δὲ καρπὸν ἰδίως φέρει, &c. Plin. loco citato, *pomum fert non ramis, sed caudice ipso. Idipsum ficûs est prædulcis, sine granis interioribus, perquam fœcundo proventu &c.* Codex Toletanus habet, teste Pintiano. *idque ipse ficus est.* Dioscorides, φέρει δὲ καρπὸν τρὶς ἢ καὶ (vetus ἢ) τετράκις τοῦ ἔτους, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀκρεμόνων, ὡς ἐπὶ τῆς συκῆς, ἀπὸ δὲ τοῦ στελέχους. ὅμοιον ἐρινεῷ. γλυκύτερον ὀλύνθων, οὐχ ἔχοντα δὲ κεγχραμίδας, &c. *Fructum ea ter quaterque anno profert, non è summis ramis, ut ficus, sed è caudice ipso, caprifico similem, grossis dulciorem, sine granis interioribus.* Corruptus Galeni codex, ἡ γένεσις δ' αὐτοῦ διαφορωτέρα πῶς ἐστὶ παρὰ τοὺς ἄλλους καρποὺς τῶν δένδρων. οὐδὲ γὰρ ἐκ τῶν ἀκρεμόνων, καὶ βλαστημάτων, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν κλάδων, καὶ τῶν ἀκρεμόνων ἐκφύεται. *Ipsius autem generatio, ab aliis arborum fructibus, quodammodo est diversa. Non enim ex ramis majoribus, ac germinibus, sed ex ipsis ramis minoribus & majoribus enascitur.* Supra lib. 1. docuimus, ἀκρέμονα ramum majorem, κλάδον ramum minorem denotare. Manifestò hunc locum corruptum, nemo inficias ibit. Falsum est, ἐκ τῶν κλάδων fructus sycomori nasci. Sibi ipsi quoque contradicit Galenus. Modo enim negat, ἐκ τῶν ἀκρεμόνων provenire, modo affirmat. Scribe ἡ γένεσις δὲ αὐτοῦ διαφερωτέρα πῶς ἐστὶ παρὰ τοὺς ἄλλους καρποὺς τῶν δένδρων. οὐδὲ γὰρ ἐκ τῶν κλάδων, καὶ βλαστημάτων, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ πρέμνου καὶ τῶν ἀκρεμόνων ἐκφύεται. *Ipsius autem generatio, ab aliis arborum fructibus quodammodo est diversa: non enim ex ramis minoribus, ac surculis; sed ex ipso stipite ramisque majoribus enascitur.* Potest etiam ἀντὶ πρεμνοφύλλων, legi. Quomodo apud Athenæum Lib. 2. φέρει δὲ τὸν καρπὸν τοῦτον ἡ Αἰγυπτία συκάμινος ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν ἐπικαρπίων. Ubi vox ἐπικαρπίων non communi significatione accipi debet, nempe pro fructuum involucros sed pro ramo minore. Sed Athenæi locum potius corruptum puto, ac scribendum. οὐκ ἀπὸ τῶν ἀκρεμόνων, vel κλάδων. Nihil tamen muto. Apud Galenum scribe; ἀλλ' ἐξ αὐτῶν κλάδων, ἐκ τῶν πρέμνων, *ex germine ex stipite erumpente.* Alpinus. *Hæc arbor, ut multi etiam meminerunt, sic est fœcunda, ut nunquam multis fructibus careat, qui caudici adnascuntur, minimeque ramis: neque fructum hæc arbor producit, nisi prius multis verberibus laceretur, sic ut caudicis quoque cortex vulneretur, ex quibus vulneribus lac continuo exit, unde ramus parvuus* (Hoc est quod observavit Galenus) *ficus ferens interim ternos, interim quinos, interim septenos, & plures etiam.* Οὐκ ἔχοντα κεγχραμίδας. Hoc etiam testatur Alpinus.

Hæc

Hæc, inquit, *arbor ex ſeminibus non naſcitur, cum ficus ſeminibus careant, ſed ramis inſertis propagatur: eſtque ex iis, quæ citò creſcunt, diutiſſimè, quod mirum videtur, vivunt.* Quæpiam ſycomorus in Mathera viſitur, quæ, ut ab habitatoribus creditur, adeò eſt antiqua, ut omnes pro certo habeant, in illius trunci cavitate quadam olim Virginem Beatiſſimam, ob iram Herodis Hieroſolymâ fugientem, latuiſſe, ſecumque Chriſtum puerulum Servatorem noſtrum per multos dies occultaſſe: ex quo ea arbor apud multos in multa eſt veneratione, maximeque ejus trunci meatus, qui Chriſtum occultavit, quem ipſi Dei magni ſpiritum fuiſſe fatentur. Hæc, quanquam fabuloſa credo, oſtendunt tamen, ſycomori arborem antiquiſſimam, & ad maximum tempus vivere poſſe.

Καὶ πέπτειν οὐ δύναται, &c. Dioſcorides, *μηδὲ πεπαινόμενον δίχα τοῦ ἐπικνισθῆναι ὄνυχι ἢ σιδήρῳ. Quique non matureſcit, niſi ungue ferroque ſcalpatur.* Theophraſtus ferreis unguibus vult ſcalpi ſycomorum. Idem Plinius; *Perquam fœcundo proventu ſcalpendo tantùm ferreis unguibus, aliter non matureſcit.* An itaque apud Dioſcoridē ſcribendum ὄνυχι σιδηρῷ deleta particula ἢ? An verò apud Theoph. ἔχοντες ὄνυχας ἢ σιδήρους? Theophraſti lectionem defendit Plinius. Dioſcoridis, Oribaſius. Perinde quam ſequamur lectionem. Veteres modo ferreis, modo aliis unguibus, aliove inſtrumennto ferreo uſos fuiſſe credo.


Ἐπικνίζουσι, &c. Idem, ſed paulò aliter, repetit lib. 1. de cauſ. cap. 21. ἡ δὲ αὖ συκάμινος οὐδὲ πέττειν δύναται, δι' ὑπερβολὴν τοῦ πλήθους ὑγρότητος, μὴ ἐπικνισθέντων, καὶ ἐπαλειφθέντων ἐλαίῳ τῶν καρπῶν. An itaque ſcribendum, ἂν μὴ ἐπικνισθῇ καὶ ἐπαλειφθῇ. ἀλλ' ἔχοντες ὄνυχας σιδηροῦς, ἐπικνίζουσι καὶ ἐπαλείφουσι ἐλαίῳ. ἂν δ' ἂν ἐπικνισθῇ καὶ ἐπαλειφθῇ τεταρταῖα πέττεται. *Matureſcere nequit niſi ſcalptum & unctum,* (pomum) *unguibus autem ferreis ſcalpitur, & oleo ungitur; cum autem ſcalptum & unctum eſt, quarto die maturum eſt.* Vulgatam lectionem ſequitur Plinius. Quare, certi nihil concludo; quilibet ſua fruatur opinione. Cur neceſſe ſit ut ſcalpatur hæc arbor, curque oleo inungatur fructus, vide lib. 1. de cauſ. cap. 21. citatum. Ibid. libr. 2. cap. 10. Item lib. 5. cap. 2.

Τεταρταῖα πέττεται. Tertio die matureſcere ſcribit Athenæus. ἃ περ οἱ ἐπιχώριοι ἐπὶ βραχὺ κνίσαντες σιδηρίῳ ἐῶσιν ἐπὶ τοῖς φυτοῖς καὶ ὑπὸ τοῦ ἀνέμου κινούμενα, ἐντὸς ἡμερῶν τριῶν, οὕτω πέπονα καὶ εὐώδη γίνονται, (μάλιστα δὲ ζεφύρου πνεύσαντος) καὶ ἐδώδιμα. *Eum nimirum, quem indigenæ cùm ferro leviter ſcalpſerint, in planta relinquunt, ubi vento jactatus ea cura intra triduum matureſcit, odoruſque fit, & eſu jucundus, præſertim ſi Favonius adſpirarit.* Corrigunt, ἡμερῶν τεττάρων. Quo die matureſcant fructus hi non tradit Alpinus. Quare in medio relinquo utrum τριῶν an τεττάρων ſcribendum. Aliud in verbis Athenæi majoris ponderis conſiderandum. Εὐώδη, inquit, γίνεται; quod multis non arridet, qui falſum ab Athæneo tradi ſcribunt; idque, quia apud Theophr. lib. 1. de Odoribus hæc leguntur; ἔνια δὲ τῶν εὐχύλων, καὶ κακώδη καθάπερ καὶ τὸ Αἰγύπτιον καλούμενον σῦκον γλυκὺ ὄν, καὶ εἰ μὴ πανταχοῦ, ἀλλ' ἐνιαχοῦ. *Sed nonnulla boni saporū, odoris fœditate prædita ſunt, ut ficus Ægyptia, guſtu dulcis, idque ſi non ubique, aliquofariam tamen.* Addunt rationem, cur neceſſario fœteat ſycomori fructus. In eo, inquiunt, ſapor eſt, dulcis quidem ille, ſed ignavus, ut ait Dioſcorides, propter humoris copiam; propter quam & graviter olet in umbroſis & uvidis locis: vix enim concoquitur humor ad ſaporem. Sculpta ficu, aut ungue, aut ferramento; ad odorem generandum, & pauciori humore opus eſſet, & caloris opere prolixiore. Athenæus Lib. 1. (locus eſt Lib. ſecundo) atque Dioſcorides, item Theoph. & Plinius, Sculptura ficum non modo matureſcere, ac dulceſcere tradidere, verùm etiam odoratum fieri. Putamus tamen ſaporem Athenæum inſpexiſſe, addidiſſe etiam odorem ex abundanti; aut illum intellexiſſe ficum, quæ in apricis & ſiccis locis provenit; nam revera gravis odor eſt ſycomori, & dulcedo ſatis inſulſa. &c. Sic illi. Reſpondeo. Doctiſſ. viros locū Theoph. non rectè intellexiſſe. σῦκον Αἰγύπτιον, non vocat ſycomorum, ſed κερωνίαν, ut ſupra contra Athenæum, Pliniumque probavi. Non repetam quæ dixi. Ob humoris, inquiunt, copiam neceſſariò fœtet. Quaſi verò ficus, uva, ceraſus, non conſtent copioſo humore, & tamen odorata, ſaltem neutiquam κακώδη ſunt. Sæpius etiam uvido loco proveniunt, minimè tamen fœtent; Fateor propter humorem copioſum facilè corrumpi, & ex corruptione odorem malum generari. Sed hic quæſtio eſt de nondum corrupta ac recenti ſycomoro: nec de immatura, ſed de probè matura agit. Quod verò vix matureſcat, non impedit, quo minus aliquando concoquatur. Addo Athenæum non omnem ſycomori fructū odoratum ſcribere, ſed illum, qui probè maturus, & à Favonio jactatus eſt, qui ſuperfluum vel conſumpſit, vel diſcuſſit humorem. Non igitur revera gravis odor Sycomoro. Ceroniæ utrū ſit aſſerere nequeo, probabile ſaltem fit, quod florem graveolentem habere tradat Theoph. Deniq; umbroſis ac uvidis locis non provenit Sycomorus; ſed arenoſis ac ſterilibus, ubi magnam, latamque facit umbram, ut Alpinus & Bellonius teſtantur. Falluntur etiam qui tradunt, in Ægypto provenire, maximè in Nili aggeribus, quos radicibus ſuis colligat, & adverſus Nili inundationes munit. Probant ſuam ſententiam, quod Ulpianus, celebris juriſconſultus, tradat, graviter in eos ſolere animadverti, qui in Nili ripis ſycomorū exſcinderent. Contrarium Alpinus, teſtis oculatus, docet, in ſterilibus Ægypti locis naſci. loci verò proximè Nilo conſiti fertiliſſimi, ac pinguiſſimi ſunt. Sed cur tam graviter punirent Ægyptii qui ſycomorum exſcinderet, cur etiam aggeres munirent adverſus Nilum, ſi verum eſt quod traditur, ſolam Ægypti fertilitatem ex Nili inundatione conſiſtere?

Καὶ τοῦτ' οἱ μὲν τρὶς οἱ δὲ πλεονάκις, &c. Idem ferè Dioſcorides, φέρει δὲ καρπὸν τρὶς καὶ τετράκις τοῦ ἔτους, &c. *fructum edit ter quaterque anno profert.* Plinius loco citato. *ſed cum factum eſt, quarto die demetitur, alio ſubnaſcente, ſepteno ita numeroſa partu, per ſingulas æſtates, multo lacte abundante* (ſcribe, multo lacte abundans: arbor lacte copioſo abundat, non fructus, quam & propterea ὀπίζειν tradit Dioſcorides. Vide quæ paulò infra dicuntur) *ſubnaſcitur, etiamſi non ſcalpatur fœtus, quater æſtate; prioremque expellit immaturum.* Septies, inquit, ferre fructum. An verba Dioſcoridis τρὶς καὶ τετράκις junctim pro ſepties accepit? Alios ſequi videtur Plinius. Nam ſepties fœtum fundere dicit, ſi ſcalpatur unguibus ferreis, fructu ſic matureſcente. At quatuor tantùm æſtate ſubnaſci, ſi non ſcalpatur, & priorem immaturum expellere: quæ diſtinctio nec apud Theophraſtum nec Dioſcoridem habetur. Aliunde igitur id accepit Plinius, vel de ſuo, quod nō puto, addidit.

Πολύσπορον. Gaza. *lactuoſa eſt arbor.* Mendum typographicum puta. Scripſit lactoſa. quod cur in rimoſam mutent, non video. An legerunt πολύσχιδον quomodo apud Dioſcoridē, id eſt ramoſam? Facilis unius litteræ fit lapſus. Vulgata lectio Theoph. ſervanda. Plinius ſepteno ita numeroſo partu, multo lacte abundans. Corrigendus ex Theoph. Dioſcorides, apud quem πολύσχιδον legitur pro πολύσπορον; quæ lectio non tantū probatur Theoph. auctoritate, ſed etiā Oribaſii & Serapionis. Idem Dioſcorides propterea ὀπίζεσθαι tradit. ὀπίζεται δὲ τὸ δένδρον πρὸ τοῦ καρποφορεῖν ἔαρος πρώτου, τοῦ φλοιοῦ ἐξ ἐπιπολῆς λίθῳ θλωμένου. βαθύτερον γὰρ θλασθεὶς, οὐδὲν ἀνίησι. συλλέγεται δὲ σπόγγῳ, ἢ ἐρίῳ τὸ δάκρυον, καὶ ξηρανθὲν καὶ ἀναπλασθὲν, ἐν ἀγγείῳ ὀστρακίνῳ ἀποτίθεται). *Liquorem verò fundit arbor primo vere, priuſquam fructū proferat, lapidis ictu ſummo cortice deſquamato, ſi enim frangantur altius, nihil quicquam emittit. Spongia aut vellere lachryma colligitur, quæ ſiccata, & in paſtillos coacta fictili vaſe reponitur.* Ita legit Saracenus. In vulgatis codicib. legitur καρποφορήσει νέαρον τοῦ φλοιοῦ. *Excipitur liquor ex novella arbore, antequam fructus ferat.* In melioribus, ac antiquis codicibus reperiri ἔαρος πρώτου, teſtantur Marcellus Saracenus & interpretes Dioſc. Utramq; ſequitur lectionem Ruellius. *Succus*, inquit, *primo vere, arbore adhuc tenera, antequam fructum ferat eximitur.* Marcelli & Saraceni lectio probabilior. Hanc defendit Tribaſius, tuetur Serapio, confirmat Alpinus, comprobat ratio. Veriſimilius ex adulta, & turgente jam ad fœturā, ac humore plena arbore, quam ex novella adhuc teneráque, tantùm liquoris quotannis emanare, ut facilè ſpongiâ vel vellere excipi poſſit. Novella enim arbor, nec dum adulta, vix plus habet ſucci, quam ad incrementum ſatis eſt. Plinius pro νέαρον. aut ἔαρος πρώτου, aut ἑωθινόν, aut quid ſimile videtur legiſſe, aut νέαρον aliter interpretatus eſt, de matutina ſive hora diei ſecunda mentionem faciens lib. 16. cap. 38. Quo loco, uti rectè obſervavit Saracenus, ipſi moro tribuere videtur, quod de ſycomoro à Dioſcoride traditur. Sic enim ille: *Mirum hic in moro medicis ſuccum quærentibus ferè hora diei ſecunda, lapide incuſſus manat, altius fructus ſiccus videtur.* Νέαρον ad matutinum, ſive horam ſecundam diei retuliſſe videtur Plinius. Hodie non lapidis ictū id amplius fit, ſed verberibus, ut ſcribit Alpinus. Neq; fructum hæc arbor producit, niſi prius multis verberibus ſæpè laceretur, ſic, ut caudicis quoq; cortex vulneretur: Ex quibus vulneribus lac continuo exit, unde ramus parvus, ficus ferens interdū ternas interdum quinas, interdū ſeptenas, & plures etiam. Pauci ſunt, qui ſuccum, ut meminit Dioſcorides, ex trunco vulnerato colligant; affirmant tamen præſentaneum eſſe auxilium ad emollendos ſcirrhoſos tumores, atque ad peſtem non ignobilem uſum habere.

Sycomorus.



Ἴδιον δὲ ἔχειν δοκεῖ παρὰ τὰ ἄλλα. Locus hic in Ald. & Baſil. admodùm corruptus legitur. Ἴδιον δὲ ἔχειν δοκεῖ παρὰ τὰ ἄλλα, μηδὲν γὰρ ἐστιν εὐθὺς χλωρόν. ἀναίνεται δὲ εἰς βυθόν. εἰς βάθυνον, &c. Scribe, ἴδιον δὲ ἔχειν δοκεῖ παρὰ τὰ ἄλλα, τμηθὲν γὰρ ἔτι χλωρὸν, εὐθὺς καταβαίνει εἰς τὸ βυθόν. εἰς βόθυνον, &c. Verte verò. *Proprium id præter cætera habere videtur, quod cæſum etiamnum adhuc viride, fundum petat*, (protinus autem in foveas ac ſtagna injiciunt & condiunt) *madefactúmque in profundo ſiccatur, cúmque ſiccum omnino fuerit, emergit, atque innatat*. Plin. loco citato. *Materies proprii generis inter utiliſſimas. Cæſa ſtatim ſtagnis mergitur, hoc eſt ejus ſiccari. & primo ſedit; poſtea fluitare incipit, certóque ſugit eam alienus humor, qui aliam omnem rigat. Cum innatare cæperit tempeſtivè habet ſignum.* Fortè, inquit doctiſſ. Salmaſius, legendum, *hoc eſt ei exſiccari*. ſcriptū erat: *hoc eſt ei eſſicari*. Sed nihil mutandum; *Hoc eſt ejus ſiccari*, ſic dictum, ut, ſcire tuum nihil eſt, & noſtrum illud vivere. Sequitur apud Plinium, *certoque ſugit eam alienus humor, qui aliam omnem rigat*. Guillaudinus lib. de papyro membro 16. legit. *Certoque ſiccat eam alienus humor*. Siccari *idem* exponit exſaniari, quando ſcilicet res exſudato humore aridiores redduntur. Dalecampius poſtrema Plinii citata verba interpretatur, *ad materiaturam fabrilem aptam reddit*. Cum enim raro ligno ſit, & fungoſo, humore perfuſo lenteſcit, & tractabilem ſe præbet. Nihil tam præter mentem Theophraſti & Plinii, Ratio eſt, lignum hujus nec fungoſum, nec rarum eſt, nam cum in aquam injicitur, ſubſidit, cum in aqua diu deſederit, tum demum arefactum, ac rarefactum innatat. Nec dicit Theoph. natura κοῦφον eſſe καὶ μανὸν, ſed tale fieri poſtquam in aqua diu manſerit: ſiccatur enim humore alieno, & ſugitur. Vide verba Theophraſti, βρεχόμενον δὲ ἐν τῷ — καὶ μανὸν. Fungoſum eſſe ex his Theophraſti verbis malè redditis, accepiſſe videtur. πολύοπον δὲ τὸ δένδρον σφόδρα ἐστί, &c. Vertunt. *Rimoſa admodum arbor eſt*. Quod admodum eſt ineptum, viriſq; in literis exercitatis indignum. Πολύοπον idem quod πολὺν ὀπὸν ἔχει *multo ſcatet lacte*. Atque ſic Plinius. *multo lacte abundans*. Sic etiam Gaza, *lactoſa eſt arbor*. Imaginari nequeo, quin πολύκομον legerint, ac ſcripſerint ramoſa, quod Typographi negligentia mutatum eſt in rimoſa. Πολύοπον retinendum ex Plinio conſtat. ὀπὸς in ficu propriè lac dicitur. Ideo etiam Gaza, *lactoſa eſt arbor*. Cæterùm Proſper Alpinus fabuloſum eſſe ſcribit, quod à Theophraſto traditur, cui tamen non impingit hoc erratum, verùm Mathiolo. *Fabuloſum*, inquit, *quod dicit Mathiolus, truncos ramóſque hujus arboris nunquam ſiccari, ni prius in aquam projiciantur, & morentur aliquantulum*. Verùm non de ſuo hoc tradit Mathiolus ſed ex Theophraſti auctoritate. Sycomori iconem addidi. Ab Ægyptiis, ut idem Alpinus monet, Giumer vocatur, & ficus Pharaonis Syrorum, ut monet Bellonius.

Ἔοικε δὲ παραπλησία τις, &c. Plin. loco citato hanc ficum his verbis delineat. *Huic ſimilis quadantenus, quæ vocatur Cypria ficus in Creta. Nam & illa in caudice ipſo fert pomum, & ramis, cum in craſſitudinem adolevere. Sed hæc germina emittit ſine ullis foliis radicis ſimilia. Caudex arboris ſimilis populo, folium ulmo. Fructus quaternos fundit: toties & germinat. Sed groſſus ejus non matureſcit, niſi inciſura emiſſo lacte. Suavitas & interiora fici, magnitudo ſorbi.* In his Plinii verbis, verba hæc examinanda. *Sed hæc germina emittit ſine ullis foliis radicis ſimilia. caudex arboris ſimilis populo, folium ulmo.* Libri omnes Pliniani locum hunc ſic concipiunt: *Sed hæc germina mittit, ſine ullis foliis radice, ſimilis populo, folium ulmo.* Ita in optimo Rigaltiano; Nec alii diſcedunt. Vulgatum concinnarunt correctores ex Theophraſto cujus mentem nec vigilans, nec in ſomniis vidit Plinius. Locus adſcribendus quem Latinè ad verbum reddere ſtuduit. καὶ γὰρ ἐκεῖνη φέρει — τῇ πτελέᾳ. Verba Plinii ex veteris ſcripturæ ductu ſic reconcinnanda: *Sed hæc germen amittit ſine ullis foliis ut radicem, ſimilis populo, folium ulmo.* Parva mutatione hæc nobis ſtetit emendatio. *Hæc germen amittit*, pro, *germina mittit*, quod in veteri eſt. Hæc, inquit, arbor quæ germen amittit ſine ullis foliis, ut radicem, ſimilis populo eſt, caudice ſcilicet & magnitudine. nam folium ulmo ſimile. Græca hæc, βλαστόν τινα ἀφίησι, Vertit Plinius, *germen amittit*. nec aliter ſolet. Sic de laſerpicio, ἅμα μὲν οὖν τῷ ἦρι τὸ μάσπετον τοῦτο ἀφίησι. Idem hæc ita reddiderat; *folium vere deciduum*. & paulò infra: *poſt folia amiſſa*. Ita ſumpſit verbum ἀφίησι. Perperam. ſed & βλαστὸν παρ' ὃν ὁ καρπὸς in Cypria ficu, putavit idem eſſe germen cum ramis, quos fructum etiam geſtitare tradit Theophraſtus. Nam βλαστὸς Græcis idem quod ramus, germen autem illud, ex quo fructus dependet, certum eſt decidere in Cypria ficu. Quippe ſcribit idem Theophraſtus. πεπαίνει τέτταρας καρπούς, ὅσοι ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ οἱ βλαστήσεις. & ex eo Plinius, *fructus quaternos fundit, toties & germinat*. Ergo toties germen amittit, quoties fructus decerpitur. Nam & novum fructum gignit cum novo germine. Ideo ſic interpretatus eſt, βλαστὸν ἀφίησι, *germen amittit*. Vidimus in quo erravit Plinius. (ita vir magnus, cui parem non fert Batavia.) Vetus adagium, una hirundo, non facit ver. ex particulari, univerſale concludi negat Philoſophus. Plinius cap. de Laſerpicio βλαστὸν ἀφίησι vertit, *germen amittit*, ergo ubique ἀφίησι interpretatus eſt *amittit*. Quod ut falſum ſcias, en tibi alios, duos locos, in quibus verbum ἀφίησι vertit, *emittit*. Plinius. Theophraſtus lib. 6. hiſt. cap. 4. Ἴδιον παρὰ τὰ ἄλλα τὸ φυτόν. ἀφίησι γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς ῥίζης καυλοὺς ἐπιγαίους. Plinius lib. 14. cap. 6. *Suæ proprietatis & ipſa* (loquitur de cacto Siciliæ) *cujus in terra ſerpiunt caules è radice emiſſi*. Theoph. libr. 7. cap. de cœpa aſcalonica. πολὺν δὲ χρόνον ἐαθέντα ἐν τῇ γῇ σήπεται. φυτευθέντα δὲ καυλὸν ἀφίησι εἶτα καὶ σπέρμα, καὶ ἀναίνεται. Plin. lib. 19. cap. 6. *Feſtinandum autem in his eſt, quoniam materiæ putreſcunt, ſi deponantur, & caulem emittunt, & ſemen, ipſæque evaneſcunt.* Conſidera lector, an non meliùs rectiúſve, ex tribus hiſce locis, quartum de laſerpicio corrigendum, dixiſſet, legendúmque, *folium deciduum primo vere renaſcitur*. Tu judica. Alterum argumentum non magni ponderis eſt: Ideo ſcilicet Plinium βλαστὸν ἀφίησι, *germen amittit*, vertiſſe, quia ſequitur πεπαίνει — βλαστήσεις. *germinat — fructus*. Non fuit tantus ſtipes ac fungus Plinius, ut ignoraret, germen primum emitti, dein idem fructu maturo perire, novúmque, in quo novus fructus, enaſci. Vidimus in quibus vir ſummus, quo ſuperiorem agnoſcit Batavia neminem, erraṙit. Cæterum verborum Theoph. hic ſenſus: Tradit ſycomorum, fructum tantum caudice, non ramis producere. Huic aſſimilem & ficum cyprium in Creta: nam & illam fructum ex ſtipite emittere, καὶ ἐκ τῶν παχυτάτων ἀκρεμόνων, ex majoribus & craſſioribus ramis, qui caudicis quodammodo vicem obtinent. Hanc tamen diverſitatem eſſe notat, quod in ſycomoro fructus ipſi ſtipiti adhæret, (quod tamen ex Alpino fabuloſum conſtat) in Cypria ficu germen quoddam è caudice naſcitur, μικρὸν, ἄφυλλον ſine foliis, parvum, radicis inſtar, cui fructus affixus eſt. Hoc idem germen, è craſſioribus erumpit ramis, qui fructum ferunt. Atque hæc ſunt germina βλαστοὶ, quæ fructu maturo, ſimul cum ipſa ficu decidunt, vel decerpuntur, quæq; cum novo fructu rurſus exeunt. Et hic ſenſus verborum Theophraſti. In Antiquo Plinii codice noſtro legitur; *ſed hæc germina emittit ſine ullis foliis radici ſimilia: caudex arboris populo ſimilis: folium ulmo. Radici ſimilis* ὥσπερ ῥιζίον *inſtar radicis, ſive radiculæ*. Scribe apud Theophraſtum, παρ' ὃν vel παρ' ὃ ὁ καρπὸς non παρ' ὃν αὐτὸν, ut in Ald. & Baſſ. legitur.

 Φύλλον

Φύλλον δὲ ἡ πτελέα. ita Plinius, ita Athenæus, qui hunc Theophrasti locum his ferè refert verbis. περὶ δὲ τῆς ἐν Κρήτῃ καλουμένης Κυπρίας συκῆς ὁ αὐτὸς (Theoph.) ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς φυτικῆς ἱστορίας τάδε γράφει. ἡ ἐν Κρήτῃ καλουμένη Κυπρία συκῆ φέρει τὸν καρπὸν ἐκ τοῦ στελέχους, καὶ τῶν παχυτάτων ἀκρεμόνων. βλαστὸν δέ τινα ἀφίησι μικρὸν ἄφυλλον, ὥσπερ ῥίζιον, πρὸς (ſcribe πρὸς ᾧ) ὁ καρπός. τὸ δὲ στέλεχος μέγα καὶ παρόμοιον τῇ λεύκῃ. φύλλον δὲ τῇ πτελέῃ. Interpres, *De ficu quam in Creta Cypriam vocant, idem Theoph. Lib. quarto de hiſtoria plantarū hæc prodit: quam in Creta Cypriam ficum nominant, fructum parit è caudice, ac ramis craßißimis: germen verò quoddam emittit parvum, ſine foliis, veluti radicis exilem fibram, in cujus extremo fructus eſt: caudex magnus eſt, albæ populo ſimilis, folium ulmo.* Paulò aliter Dioſcorides, γίνεται δὲ καὶ ἐν Κύπρῳ εἴδει διαφέρον (fortè εἶδος διάφορον.) πτελέα γὰρ οὖσα, συκαμίνῳ τὰ φύλλα ἔοικε. *Gignitur & in Cypro arbor, ſpecie differens, quippe quæ ulmus cum ſit, folia ſycamini refert.* Corrigunt Theophraſti & Athenæi codicē, cum Dioſcoridis corrigendus ſit, emendant & ſcribunt, ἀντὶ πτελέᾳ, τελείᾳ, eo ſenſu, adultam populo ſimilem eſſe. Hanc lectionem improbant Athenæus & Plinius, emendandus Dioſcoridis codex. Scribe πτελέη γὰρ, συκάμινος οὖσα, τὰ φύλλα ἔοικε. *Etenim ſycomorus cum ſit, ulmo foliis ſimilis eſt.* Ulmi folium Theophraſtus huic aſſignat, ex Theophraſto quin exſcripſerit, non dubito, ſaltem Plinius & Athenæus ex Theophraſti auctoritate ulmi folio eſſe ſcribunt. Inepta inſuper vulgata Dioſcoridis lectio, quomodo ulmus eſſe poteſt, ſi ſpecie tantùm à ſycomoro differt? Cæterùm aliter legit Oribaſius vel ejus interpres, qui vertit. *Gignitur etiam in Cypro arbor, genere ab hac differens: ſiquidem folia non ſycamini, ſed platani gerit.* Quaſi ſcripſiſſet Dioſcorides οὐ γὰρ συκαμίνῳ, ἀλλὰ πλατάνῳ τὰ φύλλα ἔοικε. Hæc corruptū & Oribaſii ævo Dioſcoridis codicē oſtendunt.

Πεπαίνει δὲ καὶ τέτλαρας, &c. Athenæus loco citato πεπαίνει δὲ τέτλαρας καρποὺς ὅσαι παρ' αὐτοῦ βλαστήσεις. Uterque codex corruptus. Scribe πεπαίνει δὲ τέτλαρας καρποὺς ὅσαι περ αὐτοῦ βλαστήσεις. Plin. *Fructus quaternos gignit, toties & germinat.*

Οὐδένα δὴ πεπαίνει. Ald. Baſil. οὐδένι δή. Scribe cum Roberto Conſt. οὐδένα δή. Deſiderantur hæc in Athenæi codice, in quo legitur ὅσαι περ αὐτοῦ βλαστήσεις. ἡ δὲ γλυκύτης προσεμφερὴς τῷ σύκῳ, καὶ ἔσωθεν τοῖς ἐρίνοις, μέγεθος δὲ, ἡλίκον κοκκυμήλων. Poſtrema iiſdem verbis apud Theophraſtum leguntur. Confirmatur hæc Dioſcoridis auctoritate ſententia. τὸν δὲ καρπὸν κατὰ τὸ μέγεθος κοκκυμήλων, καὶ γλυκύτερον. *Fructum verò gignit prunorum magnitudine, & quam pruna ipſa dulciorem.* Conſtantinus tamen legit ὄης μῆλον *ſorbi malum.* quia apud Plinium habetur. *Sed groſſus ejus non matureſcit, niſi inciſura emiſſo lacte. Suavitas & interiora fici, magnitudo ſorbi.* Ego, ſalvo meliori judicio, Plinium non ſatis ad verba anagnoſtæ attendiſſe puto. vel malè κοκκύμηλον vertiſſe, niſi fortè mendoſus Plinii codex ſit, & pro *magnitudine ſorbi*, reſtituendum *magnitudine pruni.* Ex Plinio Theophraſti codicem emendare non audeo, omnes enim Athenæi, omnes Dioſcoridis conſentiunt: in omnibus conſtanter κοκκύμηλον.

Κερωνίαν καλοῦσι. *Nomen à fructu impoſitum, qui cornu,* ſeu vaginæ formam incurvatam inſtar arcus præfert. κερωνία ἀπὸ τοῦ κέρατος unde κερατωνία & contractè κερωνία. ut ὀαρίων ὠρίων, & infinita alia. Plinio ceraunia dicitur. Sed corruptum codicem aſſerunt, quorum & nos probamus opinionem. *Similis*, inquit libr. 3. cap. 3. *his ſiliqua, quam Iones cerauniam vocant: trunco & ipſa fertilis, ſed pomo ſiliquæ. Ob id quidam Ægyptiam ficum dixere, errore manifeſto. Non enim in Ægypto naſcitur, ſed in Syria, Ioniáque, & circa Guidum, atque in Rhodo, ſemper comantibus foliis, flore candido, cum vehementia odoris; plantigera imis partibus, & ideo ſuperficie flaveſcens, ſuccum auferente ſobole, pomo antecedentis anni circa canis ortus detracto, ſtatim alterum parit, poſtea florem, per arcturum hyeme fœtus enutriente. Similis his ſiliqua.* Vox *ſiliqua*, deeſt in utroque codice Salmanticenſi. Scribe, *ſimilis & quam Iones ceroniam vocant.* Lego *ceroniam*, non *cerauniam:* Niſi quis contendat, utroque modo poſſe proferri, ut *olla, aula: coda, cauda: plodo, plaudo.* Sequitur, *ſed pomo ſiliquæ*, Legendum. *Trunco & ipſa fertilis, ſed pomo in ſiliqua.* Sic de ſpina Ægyptia cap. 9. hujus libri aculeus ſpinarum, & in foliis, ſemen in ſiliquis. Poteſt etiam legi, *ſed pomo ſiliquato.* Minima mutatio, ſi ſcribamus, *trunco & ipſa fertilis, ſed pomum ſiliquat*, ἀλλὰ τὸν καρπὸν λοβίζει. Multi libri habent, *ſed pomum ſiliquat.* Pomum ſiliquare dicit, ut grana in leguminibus ſiliquari. Vide cap. de frument. & leguminibus. καὶ ἔτι βαρύτατον vertit, *cum vehementia odoris.* Meliùs Theodorus, *graviſſimè olens.* Βαρὺ enim de gravitate, non vehementia dicitur. μὴ μετεωρίζον non vertit Plinius. Theodorus *radice leviter ſublimi.* Quod non intelligo: Verte. *neque multùm attollitur.* μετεωρίζω *attollo, elevo, in ſublime traho.* ἄνωθεν δὲ ὑποξηραινόμενον. Plinius *plantigera imis partibus, & ideo ſuperficie flaveſcens, ſuccum auferente ſobole.* Corrigunt, *ideo ſuperficie flacceſcens.* Sic enim libr. 15. cap. 22. de myrto. *Patricia multis annis prævaluit, flacceſcente plebeia.* ὑποξηραινομένης τῆς δημοτικῆς. Et paulò poſt: *quæ poſtquam evaluit, flacceſcente patritia.* Vitruvius, *fronde flacceſcente.* Perinde eſt, quam ſequamur lectionem, folia enim quæ ſubareſcunt, flaveſcunt, & flacceſcunt. *Poſtea florem, per arcturum,* corrigunt. *Poſtea floret per arcturum*, Vel, ut in quibuſdam codicibus habetur, *autumnum.* Non video cur vulgatam rejiciant. *Poſtea florem*, ſubintellige, *parit.*

Ceractonia.



Quæri ſolet, utrum ſiliqua, quam carrobiam ſive Ceratoniam vulgo vocant, eadem ſit cum ceronia? quod multis placet. Heſychius κερατωνία; συκῆ Αἰγυπτία. idem κερωνία τὸ δένδρον ἡ συκῆ Αἰγυπτία. Et alio loco, συκῆ Αἰγυπτία κερατία, τὸ δένδρον, ſic κερατία, κερατωνία, & κερωνία, eadem arbor, quæ & Αἰγυπτία συκῆ dicebatur. Falſo quidem, ut Theoph. oſtendit. De ſiliqua hac nonnihil hoc loco dicemus. Vocatur à Latinis ſiliqua Græca. Columella lib. 5. de re ruſt. cap. 9. *Siliquam Græcam, quam quidam κεράτιον vocant, & Perſicam ante brumam, &c.* Idem libr. de arbor cap. 25. *Siliquam Græcam quam quidam κεράτιον vocant, deinde perſicam ante brumam per autumnum ſerito.* Recentiores Græci ξυλοκέρατον vocant. Arabibus *charnub* dicitur, pro quo. Græci χαρούβαν carobam dixerunt. Vox hæc detorta videtur ab antiqua Græca κορύβιον, quæ folliculum vel ſiliquam ſignificat. Hinc charube & charobe, pro quo verbo Arabes inſerta Littera n. *charnub.* Κεράτιον χαρούβα, ſiliqua, propriè ſemen ipſum ſiliquæ arboris, extra corticem ſuum, & ligneam ſiliquam ſervatum & conditum, ſignificare, ex eo cognoſci poteſt, quod in ponderibus locum habet. Nam ut κύαμος Αἰγυπτιακὸς lupinum, lentis hordei, frumentique granum, ſic & κεράτιον, id eſt, ſemen vel granum ſiliquæ arboris, inter pondera locum habet. κεράτιον ponderat ſextam ſcrupuli partem. Noſtri ſæculi Medici Salernitas ſequi malunt, quā Græcos. Græcorum ſcrupulus 24. pendet grana, quot etiam mercatorum. Nicolai verò & Medicorum, tantum 20. librat. Africanus τὸ γραμμάριον θέρμους ἔχει τρεῖς, ὁ δὲ θέρμος κεράτια δύο. *Scrupulus lupinos habet tres, lupinus ſiliquas* (ſic Latini ponderis hoc genus vocant) *duas.* Idem Cleopatra. θέρμος ἔχει κεράτια β'. θέρμος, ſive *lupinus grana ponderat 8.* ut idem refert Cleopatra ὀβολὸς ἔχει θέρμον α ς. *obolus habet lupinū unum & dimidiū.* Obolus ſcrupuli dimidii pondus. ſcrupulus 24. continet grana. Myrepſus de ponderibus. τὸ γράμμα ἔχει κεράτια ἓξ, ἤ τοι ξυλόκοκκα. *Scrupulus habet ſiliquas ſex, quæ & ξυλόκοκκα vocātur.* Falluntur qui apud Nicolaū ℈ j. ſcribunt conſtare ex 20. granis. Quomodo, inquam, ſiliquas ſex continere poteſt ſcrupulus, ſi 20 tantum pendet

pendet grana. Errant etiam qui filiquam, in re nummorum & ponderum, de legumine quodam accipiunt, vel folliculo leguminis. τὰ κεράτια Myrepsus vocat ξυλόκερατα, ut distinguat ἀπὸ τῶν σιλικίων; quæ etiam in ponderibus censentur. Τὸ κεράτιον sexta, ut dixi, scrupuli pars, quod vel ex Myrepsi loco citato constat. Scrupulus 24. grana pendet. Scrupulus 24. pars unciæ; tot namque scrupuli sunt in una uncia. Eam ob causam, ut scribit Faunius, Græci hoc ponderis genus γράμμα vocarunt, quod uncia in tot hujus generis pondera divideretur, quod essent apud Græcos litteræ, quæ illi γράμματα vocant.

Vncia fit Drachmis bis quatuor, unde putandum,
Grammata dicta, quod hæc viginti quatuor in se
Vncia habet: tot enim formis vox Græca notatur,
Horis quot mundus peragit noctémque diémque.

Redeo ad κεράτιον, quod infima Græcia χαρούβιον appellavit. Charito. περὶ ἀποθεγματων. λάβων φύλλων δάφνης οὐγγίαν α, πίπερι τέσσαρας χαρούβας. Idem de trochiscis. ἐ μαστίχην ἀνὰ ἥμισυ νομίσματος, καφουρὸν χαρούβας τέσσαρας. Antiquus Græciæ medicus dixisset τέσσαρα κεράτια. Idem Græci recentiores κεράτιον vocarunt, κόκκιον Anonymus de pond. & mensuris. κεράτιον τὸ ἰδιωτικῶς λεγόμενον κόκκιον. Sæpe id occurrit apud recentiores. Scribitur quoq; κουκκιον pro eodem. Apud Myrepsum antidot. 190. κοκκίου legitur; quod corruptum pro κοκκίου puto. Hodie filiquam Mercatores **een karact** vocant, quod ab Arabum charumb, vel Græcorum Charubam deductum est. Interpres Arabs *Charumb* τὰ κεράτια reddidit, Lucæ capite 15. versu 16. & siliquę arboris fructus intelligit. Vt inde constare queat, errare vulgares omnes interpretes, qui κεράτια illo loco de filiquis leguminum intelligunt. κεράτιον enim filiqua tantum arboris, quæ & κερατωνία, non verò leguminis. Verba Euangelistæ, καὶ ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι, καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ, *& desiderabat implere ventrem suum filiquis, quas edebant porci, & nemo ei dabat, id est, nemo ejus miserebatur.* Non enim vox ὧν ad κεράτια pertinet, (nam erant illi ad manus) sed in causalē particulam resolvi debet. Et sic hunc locum interpretatur Theophylactus. Τὰ κεράτια, idem accipit de filiquis arboris ceratoniæ. Poëtæ has filiquas pro tenui sumunt cibo.

Horat. 2. epist. 1.
— *Vivunt filiquis & pane secundo.*
Pers. Sat. 3.
— *Siliquis & grandi pasta polenta.*

Belgæ **sint Jans broot**, id est, panem sancti Ioannis hujus fructum vocant, quod illo Ioannem Baptistam victitasse credatur, tanquam victu tenuissimo & maximè frugali contentum. Suum pabulum has filiquas fuisse ex Plinio constat, qui lib. 16. cap. de castaneis scribit; *cæteræ suum pabulo gignuntur, scrupulosa corticis intra nucleos quoque ruminatione. haud procul abesse videantur, & prædulces filiquæ, nisi quod in iis cortex ipse manditur.* Hæc non parùm Theophylacti firmant sententiam. Certè vox ipsa κεράτιον, de filiquis leguminum Lucæ locum accipi posse, respuit; propriè enim arboris significat fructum. Possumus tamen & τὰ κεράτια ἃ χοῖροι ἤσθιον de his filiquis accipere, ex quibus expressus fuerat succus. Nam in Syria vinum è filiqua faciebant, ut constat è Plinio lib. 14. cap. de vinis facticiis, & κεράτια sic expressa porcorum pabulo servabantur, ut & vinacia. In officinis quibusdam Xylocaracta hæ filiquæ dicuntur, quod corruptum ex ξυλοκέρατα. Arbor hæc Chia melus & filiqua sylvatica, ab Auctore de finibus vocatur. *Chia melius, hoc est, filiqua silvatica fuerint tres, trifinium demonstrat.* Huic scriptori melus ἡ μηλέα, μῆλον. Chia autem melus, quod in chio frequens proveniret hæc arbor, lignū verò quod erat prędulce, & solum mandebatur, vocarunt ξυλόγλυκον. Glossæ. κεράτιον καὶ κυάμου καὶ φασήλου λοβοί, καὶ ξυλόγλυκον, λοβὸς τῶν χεδρόπων. Plinius lib. 15. cap. 28. *In filiquis verò quod manditur, quid nisi lignum est? Non omittenda seminis earum proprietate: Nam neque corpus nec lignum, nec cartilago dici potest, nec aliud nomen inveniat.* Paulò ante, eodem capite: *Et hactenus sint species, ac genera pomorum: naturas arctius colligi par est. Alia filiquis gignuntur, ipsis dulcibus, seménque complexis amarum: cum in pluribus semina placeant, in filiqua damnentur.* Cap. 24. ejusdem libri. *Haud procul abesse videantur, & prædulces filiquæ, nisi quod in his ipsis manditur cortex.* Nemo non videt, cur ξυλόγλυκον Græci vocarint. Notandus Isidorus. scribit hic. *Xyloglycon, quam Latini corruptè filiquam vocant, ideò à Græcis tale nomen accepit, eo quod ligni ejus fructus dulcis. hujus arboris pomo succus expressus acacia Græcis dicitur.* Quædam absurda, quædam falsa tradit. Falsum, quod inquit, ex pomo filiquæ sive Xyloglici acatiam exprimi: cum constet, ex spina Ægyptia eam elici. Absurdum quod ait corruptè filiquam vocari; cum filiqua Latinis dicatur, quod in filiqua fructum ferat, cujus ligneus cortex dulcis, qui semē includit. Vox filiqua Latinis duas res significat, λοβὸν τῶν χεδρόπων *leguminum integumentum*, & fructum arboris ceratoniæ filiquaceum, quem Græci κεράτιον vocant, quod instar cornu curvatus & falcatus est. Plin. loc. cit. *Digitorum hominis longitudo illis & interim falcata, pollicari latitudo.* Restat examinemus, an filiqua hæc, & ceronia una eademque, an vero diversa sit planta. Sunt qui eandem esse scribunt; quod multa tamen dissuadent. Ceronia fructum ex caudice & ramis majoribus producit: ex minoribus vulgaris filiqua. nemo unquam observavit è caudice fructum tulisse. Ceronia non nascitur in Ægypto: filiqua vulgaris copiosissimè. Ceronia flore albo, gravissimè olente: filiquæ flos nec graviter olet, nec colore est albo, sed ex eleganti rubro purpurascit. Ceronia non multùm attollitur, id est, non admodum fit magna: filiqua in Hispania & Italia nonnunquam fraxini magnitudine conspicitur, longè lateque expansis ramis prædita, quibus solis ardorem arcet, gratamque umbram præbet. Ceronia superioribus partibus arescit, vel, ut Plinius habet, flavescit, vel, ut alii corrigunt, flaccescit: nullum horum in filiqua observatur; nec crescit, nec flavescit, nec flaccescit. Postremò ceronia semper fructu onusta conspicitur; filiqua tantum Æstate & autumno fructum habet; Æstate immaturum, autumno maturum. Siliqua arbor in magnam satis proceritatem attollitur, cortice cinereo, in cæruleum inclinante, ut in loto arbore, ramis in latitudinē potius, quam longitudinem expansis; foliis oblongis, ex aliis pluribus coacervatis, ac eo ordine positis quo fraxini, latioribus tamen, durioribus, rotundioribus, rarioribusque, supernè ex fusco viridibus, infernè dilutæ viriditatis. Floret Hyemis fine, aut vere jam appetente, flore eleganter rubro purpureo. Fructus oblongæ sunt filiquæ, pede non rarò longiores, pollicem latæ, planæ, crassæ, in quibus semina, plana, lata, & nonnihil compressa, castaneæ colore. filiquæ ipsæ sapore dulces sunt, & à pueris, & porcis eduntur, sed non ante quam dudum collectæ, & reficcatæ fuerint: nam virentes adhuc, etiam maturæ, ingrato sapore displicent. Præter semen, melleum etiam intus succum habent, eo potissimū refertæ sunt in Ægypto, Orientalibusque regionibus provenientes, quo Ægyptii, Arabes, Indi myrobalanos, tamarindos, aliosq; fructus, ut scribit Alpinus, condiunt. & hæc de filiqua. Alii casiam nigram, quam fistularem vocant, ceroniam scribunt; quod nomen ante annos recentos arbor hæc habuit. Marinus Sanutus, qui ante id tempus vixit, sic vocat hanc casiam lib. 1. cap. 3. Nascuntur etiam in terris Soldano subjectis, & maximè Ægypto dactyli, & casia fistula in magna quantitate, de quibus per mare nostrum ad plures partes mundi, pars non modica diffunditur. Gręci recentiores κασίαν φίστουλαν vocarunt. Sed sedulo observandum, Græcis non semper κασίαν φίστουλαν significare cassiam purgatricem, sed quandoque etiam aromaticam, ut apud Myrepsum lib. 1. de antidot. cap. 11. in antidoto Athanasia ad dysentericos & cœliacos dicta. κασία φίστουλα, κιννάμωμον ἀνὰ δραγμὰς τρεῖς. Malè vertunt. *cinnamomi, casiæ repurgatæ ana drachmas duas.* Non intelligit medullam casiæ nigræ Myrepsus; nec scriptum est κασία φίστουλα κεκαθαρμένη. Casia fistula sive purgatrix ad dysenteriam inutilis est, alvum lubricam reddit; dysentericis adstringentia conveniunt. Malè in præcedenti antidoto apud eundem Myrepsum legitur. κόστον, ξυλοβαλσάμου κασίας φιστούλης, ξυλοκασίας, &c. Idem κασία φίστουλα & ξυλοκασία. Alterutrum expungendum vel scribendum, κασίας φιστούλας ἢ ξυλοκασίας. Antidotus hæc decima constat ex solis aromatibus & odoratis, ut costo, calamo, myrrha, styrace; inter quæ cassia fistula sive aromatica locū habet, non purgatrix. Myrepsus casiam purgatricem vocare solet κασίαν φίστουλαν κεκαθαρμένην, ut in antidoto 88. διὰ φοινικίων. εἶτα λαβὼν ὀξυφοίνικον οὐγγίαν μίαν, κασία φίστουλα κεκαθαρμένη οὐγγίαν μίαν, μαλάξας μεθ' ὕδατος θερμοῦ, σακκίλισον. *Quo facto accipiatur oxyphoenici, dulcis calami repurgati. singul. unc. 1. & cū aqua altera calida, probè subigantur, & subacta per saccū transfundantur.* Fuchsius notat in Græco exemplari, quo usus est, scriptū fuisse γλυκυκάλαμος. Contra Doctiss. Salmas. in omnibus Græcis, quos vidit, codicibus

 scriptum

scriptum esse testatur κασία φίστουλα. Multæ apud Myrepsum compositiones occurrunt, in quibus κασία φίστουλα κεκαθαρμένη reperitur. Antidoto 24. Italica *lingua Alcancali* cognominatur. Item antidoto 25. diatamaron dicitur. Alibi idem Myrepsus cascam fistulam γλυκυκάλαμον vocat. ut in antidoto 449. γλυκυκαλάμου κεκαθαρισμένου οὐγγίαν μίαν. Rectè monet Fuchsius γλυκυκάλαμον esse casiam purgatricem. Antidotus enim illa purgandi vim obtinet, quam etiam casia fistula habet. Lexicon tamen Græco-Barbarum, quod in scriptis codicibus subjicitur Hippiatricæ Apsyrti, casiam aromaticam sic vocare videtur. κασία ἀσυρία, ἐςὶ κάσια φίστουλα. Γλυκυκάλαμον corrigit doctiss. Salmas. κασία σύριγξ ἐςὶ κάσια φίστουλα. Casiam purgatricem, ut idem monet Salmas. κασίαν σολουλίβαν casiam solitivā vocat. Rectius Fuchsius antidoto jam citata γλυκυκάλαμον casiam solutivam exposuit. Fieri potest casiam purgatricem γλυκυκάλαμον κεκαθαρισμένον fuisse vocatam. Casiam aromaticam, sine epitheto ac simpliciter γλυκυκάλαμον. Charito κάλαμον ἰνδικὸν κεκαθαρισμένον vocat. Vide decoctionem ad febres acutas, in qua legitur, κάλαμον ἰνδικὸν κεκαθαρισμένον ℥ α ὀξυφοινίκων ἄνευ τῶν ὀστέων ℥ α ς'. Idem pulpam casiæ purgatricis μάννα καλάμου ἰνδικοῦ vocat, ut in compositione decocti ad lubricam reddendam alvum. καὶ λύσον ἐν αὐτῷ μάννα καλάμου ἰνδικοῦ < η καὶ ὀξυφοινίκων, καὶ μάννα ἀπλοῦν. Qui de mambu, quod manna Indicæ harundinis quidam credunt, verba Charitonis accipiunt, falluntur. Ex eodem enim Charitone contrarium probatur περὶ ἀποβρεγμάτων. In infusione πρὸς δίψαν καὶ ξηρότητα φάρυγγος καὶ τοῦ στόματος ἀπὸ χολῆς. *Ad sitim siccitatemque asperæ arteriæ orisque ex bile.* Ubi ait. λαβὼν φύλλα ῥόδων ἐρυθρῶν ℥ ε. ὀξυφοινίκα κεκαθαρισμένα ℥ ι. καὶ τὸ μάννα τὸ ἐντὸς τοῦ καλάμου, τοῦ μέλανος τοῦ ἰνδικοῦ ℥ γ. *Accipe folia rosarum rubrarum ℥v. tamarindor. mundat. ℥x. pulpæ calami Indici nigri ℥iij.* Quid clarius, quam mannam Indici calami, non esse saccharum ex arundinibus, sed cassiæ purgatricis, cassia solutiva nigrū fert fructum. Saccharum Indicum nigrum non est, nec in calamo nigro fert saccharum. Ipse Arabum princeps Avicenna casiam aliam Indicam, aliam Ægyptiam ait. *Casia fistula quid est? alia Kebulia est, alia Ægyptia.* Quod & recentiorum constat experimento, ut mox dicam. Kebulia idem ac si Indicam dicas, nomē accepit à Kebul vel Kabul Indiæ urbe, quam quidam Arachosiam dici volunt. Inde ergo Kebulensis casia. Certe saccharum non compescit bilem, sed generat. Actuarius cassiam hanc libr. 5. de methodo medendi cap. 2. κασίαν μέλαιναν vocat, & fructū ejus, hoc est siliquā συριγγώδη καὶ πρόμακρον esse scribit. Unde siliquæ nomen ei impositum esse admodum fit probabile. Sed unde cassia dicatur, non satis constat. An ἀπὸ κασσύματος, quod δέρμα coriū significat Myrepso, quo calcei solent κασσύεσθαι? Certè siliqua sive arboris hujus fructus crasso satis operimento corticoso coriaceo & satis duro constat. Alii κάσιαν ab acacia derivant, putantque esse acaciam alteram, & quidem ἄκανθον, sive spinam Ægyptiam Theophrasti. Hanc opinionem cap. sequenti examinabo, ubi de acacia nobis sermo erit. Casiam, inquiunt, infima ætas dixit, quam acaciam vetus dicebat more tralaticio, posterioris latinitatis, C. in S. vertendo. Nunquam concedam, siliquam purgatricem, sive casiam; solutivam acaciæ speciem esse, vel ad acaciæ classem pertinere. Vide caput sequens. Neutiquam etiam audiendi, qui casiam hanc esse ceroniam Theophrasti scribunt. Multa enim prohibent eandem esse arborem. Ceronia ex caudice fructum omnem fert, non verò ex ramis minoribus: contra cassia ex trunco nullum emittit fructum, sed ex minoribus ramis. Ceronia in Ægypto non nascitur; cassia copiosissimè in eadem provenit. Ceronia flore candido, luteo casia: ceroniæ flos gravissimè olet, suavissimè spirat siliquæ sive nigræ casiæ. Superioribus partibus arescit ceronia nec multum attollitur, quod multa sobole donata sit: casia arbor satis grandis; quæ nec arescit, nec multiplici sobole conspicitur; Malunt alii esse siliquam Indicam Aristobuli. Strabo lib. 15. λέγει δὲ ὁ Ἀριστόβουλος, καὶ ἄλλο δένδρον, οὐ μεγάλους λοβοὺς λιπίσματα καρποὺς ἔχον, ὡς ὁ κύαμος, δεκαδακτύλους τὸ μῆκος πλήρεις μέλιτος. τοὺς δὲ φαγόντας, οὐ ῥᾳδίως σώζεσθαι. Hæc corrupta esse, quivis facilè videt. Legit Dalecampius, καὶ ἄλλο δένδρον οὐ μέγα, μεγάλους λοβοὺς ἔχον ὡς ὁ κύαμος, δεκαδακτύλους τὸ μῆκος, &c. Sublatis vocibus quæ ex glossa irrepserunt, Casaubonus restituit. καὶ ἄλλο δένδρον μέγα, μεγάλους ἔχον λοβοὺς ὡς ὁ κυαμὸς δεκαδακτύλους. Narrat idem Aristobulus, arborem esse non magnam, (ingentem, si Casauboni placeat lectio.) quæ magnas siliquas habeat, fabarum similes, denorum digitorum longitudine, mellis plenas, quas qui ederint, non facilè evadant mortem. Voces, λιπίσματα καρποὺς, omninò tollendæ; corruptæ equidem sunt. Superscripsit quis voci λοβοὺς, λιπίσματα καρποῦ, tanquam ejus interpretamentum, quod cum vitio in contextum irrepsit. Unum impedit, quo minus siliqua hæc sit casia purgatrix, quod scribat, eos qui commederint has siliquas, difficulter servari; cum quotidie innoxiè assumatur casia nigra. Sed id de recentibus accipiendum videtur, ut testatur Alpinus. *Ægyptii, inquit, cassiis non utuntur recentibus, sed saltem post quartum mensem: quandoquidem juniores, recentioresque inutiles, neque à noxa immunes observantur.* Fieri tamen potest, in India recentes magis lethiferas esse: sed illud non constat. Supra dixi, casiam aliam Ægyptiam, aliam Indicam. Hoc ex utraque, quam subjiciam descriptione, palam fiet. Ægyptiam cassiam his fere verbis describit Alpinus.

Cassia Fistula.



Cassia fistula, quam Ægyptii Chaiarxambar *appellant, est arbor nuci, trunco, ramis, foliisque proxima: truncus corticem habet planum, mollem, atque cineritium, qualis omnino in crescenti nuce spectatur. Folia multò plura quam in nuce, aliæ alligata pendent, in aliis folia decem spectantur: totaque ex qualibet ferè ala pendere observantur, utrinque ordinatim quinque posita. Sunt etiam hujusce arboris folia nucis foliis duplo longiora, & in extremo aculeata. Flores fert aureos, multos, leucoiis proximos, sed multò majores, numerosioresque florum anagyridis instar, alæ alligatos, ac pendentes; alæ siquidem omnes innumeris fermè florib. onustæ ac graves, deorsum vergere cernuntur. Sunt etiam hi valde odorati, præsertim oriente sole. Ægyptii diluculo per cassiarum loca deambulare sæpius, odoris causa consueverunt. Quippe aura à cassiis, eximium ac gratissimum odorem spirantibus, ad ipsos delata, oblectantur. Apud illos etiam florentes arbores, aër matutinus, perpetuo eximium, ac suaviorem odorem redolet. Flos quilibet in medium, multa capillamenta, tenuissima, rosarum flosculis similia habet, quæ paulatim crescentia in crassiores fistulas postea mutantur. Spectantur primò ipsa tenuissima, obliqua, ac obtorta, deincepsque magis peraucta, crassiora evadunt, ac magis recta; tandemque justam magnitudinem adepta, rectissima, ut calami, fiunt. Fistulæ majores cannæ crassioris magnitudine spectantur, atque duorum ferè cubitorum longitudine. Arbor florere incipit mense Iunio, floret toto etjam mense Iulio Alexandriæ & Cayri; Pelusii verò, nunc Damiatæ, cassias etiam mense Septembri florere vidi. Cannæ vel fistulæ toto anni spacio maturantur, totóq; anno semper hæ in arbore manent, quas Ægyptii Iunio tantum mense Cayri colligunt. Quo tempore multæ, parvæ, recenter ex primis floribus productæ virides spectantur, phaseolorum siliquis valdè similes: quæ paulò post crescentes, paulatim viridem*

ridem colorem in nigrum commutant. Has recentes & parvas, virides, aqua imprimis ebullitas saccharo illi condiunt; quarum sic conditarũ ingens copia in varias regiones asportatur. Quæ Pelusii in arboribus leguntur, corticem habent crassiorem, & parum intus substantiæ obtinent. Cayrinæ verò, & Alexandrinæ cortice constant tenuiori, multâque substantia intius plenæ, ex quo hæ cæteris omnibus bonitate præferuntur. Quæ, ut alias quoque dictum est, duplicis sunt differentiæ. Etenim aliquæ aliæ subrubræ, quas abes vocant, à colore illiusce gentis, cernuntur: (quæ sunt omnium optimæ) at aliæ nigræ. Quod de castiis aliqui dixêre, optimas cannas manibus concussas sonum non edere, ibi planè falsum observatur; quando omnes recentes motæ sonum edunt, atque etiam in arboribus cannas à ventis motas, seminibus intus motis, multum sonum edere quotidie prope eas habitantes, audiunt; quod etiam dulces siliquæ faciunt. Quæ verò ex cassiis non sonant, ab Ægyptiis vituperantur, opinantibus id ob aqueam humiditatem intus collectam, vitiata pulpa accidere. Neque immaturæ colliguntur, ut aliqui referunt. Emuntur verò sæpius ab advenis mercatoribus senio confectæ; cum ingens copia in ædibus ad eam rem paratis, annos ad usque quadraginta adservetur. Collectas enim ex arbore, continuò in opportuna loca sic si claudunt, ut nullus aër ingrediatur, cum ex minimo aëris contactu cassiæ corrumpantur. Hincque sæpius ad nos vetustate vitiatæ, ac etiam acidæ mitti solent. Quamobrem rogatos esse velim omnes pharmacopolas, ac medicos, ne post hac se decipi sinant, & semper ex illis seligant recentes, quarum substantia subdulcis est, antiquásque acidum, Ponticúmque saporem sapientes effugiant. Hactenus Alpinus. Aliter paulò Garcias. Hic lib. 1. cap. 29. his ferè verbis casiam describit; *Est autem hæc arbor pyri magnitudine, foliis mali persicæ* (*nucis juglandis* Alpinus. Certe folia, quæ à Paludano in re botanica exercitatissimo accepi, & bina illa folia cum ramulo, floribus onusto, quæ nobis Daniel à Beeringen, seplasiarius diligentissimus dono dedit, planè cum delineatione Alpini conveniunt. Si una eadémque facies Indicæ & Ægyptiæ cassiæ; minus rectè Garcias Persicæ comparavit) *angustiorib. tamen* (immo, multò latioribus Ægyptia conspicitur) *aliquantum, & virentibus: floribus genistæ perquam similibus* (id de particularibus intelligendum) *luteis, garyophyllam odore æmulantibus: quibus decidentibus, exiliunt oblongæ siliquæ* (& hoc præter veritatem. Nam dum viget flos, rudimentum fructus exilit, uti pictura ostendit. Hæc de Ægyptia intellige; an idem Indicæ accidat, ignoro) *virentes admodum ante maturitatem, non autem rubentes, ut scripsit Lacuna.* (Immerito Lacunam notat. Verum quidem est, cassiæ fistulas, antequam justam magnitudinẽ assequantur virere: verùm ubi justã acceperunt magnitudinem, & paulo antequã perfectè sunt maturæ subrubescunt; quæ Lacunæ sententia.) *Quæ per maturitatem nigrescunt, longitudine interdum quinque palmorum, nonnnunquam verò infra binos palmos. Nascitur per universas has Provincias. Præstantissima tamen & durabilior locis ad septentrionem magis vergentibus, ut in Cambaya. Invenitur & in Cayro, tum in Malaca, Sofala, Sian, totoque eo tractu.* Similem tradit descriptionem Christophorus à Costa, Sed non pyri, verùm amygdalæ magnitudine hanc arborem esse tradit. Aliter eandem describit Monardus cap. 45. *Est autem folium pyri folio ferè simile: flos verò exiguus, albus, quinque foliis constans; qui etiam resiccatus utcunque suavem spirat odorem. Ex parvo illo flore enascuntur oblongæ illæ casiæ siliquæ, quarum nonnullæ quatuor palmarum longitudinem æquant. — Recens natæ antequam justam magnitudinem consequantur semper virent, & gustu sunt aspero, quemadmodum immatura ceratia; deinde maturari incipientes rubescunt primùm, atque postea nigrescunt, quóque atriores fiunt, eò maturiores & dulciores evadunt. Etenim eæ quæ atrum colorem nondum adeptæ sunt, sed nonnihil adhuc rufescunt, immaturæ sunt: atriores autem, læviores, & graviores reliquis præferuntur.* Florem inquit, esse album, cum cæteri tradant esse luteum. Hoc ipsi condonandum, siquidem non viridia, sed sicca vidit folia, florésve. Falluntur, qui ad singulos pediculos, imparia folia scribunt, cum paria sint, Singulis enim in alis, ut refert Alpinus, decem spectantur, utrimque ordinatim quinque positis. Cassiæ syliquæ tria ad nos adferuntur genera, memphitica sive cayrina, Pelusina sive Damaticensis, & Brasiliana. Memphitica, Pelusina sive Damaticensi præstantior; Brasiliana præstantissima. Una enim hujus uncia plus purgat, quam duæ unciæ memphiticæ. Memphiticæ siliqua rotunda mediocri crassitie, cortice tenuiore, multa substantia intus plena, gravis, quæque frangenti corticem intus ostendit album. Hæ duplicis differentiæ. Aliæ enim subrubræ, quas *Abes* Ægyptii vocant, à colore illius gentis: aliæ nigræ optimæ. Damaticensis cortice est crassiore, non rotunda, sed triangularis vel quadrangularis, pulpæ parum in se continens, eamque spongiosam, ac raram; qua de causa levior est. Brasiliana crassior, brevior, & compressa, cortice etiam crassiore prædita, succi plena, colore nigra. Casiæ pulpam florẽ appellare consueverunt; alii casiam extractam vocare malunt. Eligenda est fistula insignis, plena, gravis & recens, & quæ concussa inclusis seminibus minus strepat, splendens foris, ac etiam in pulpa pinguis.

Persea.



Quæ de persea, persicaque lib. 3. cap. 5. dixi, non repetam. Theophrastus perseam in Ægygto nasci scribit. Idem testatur Dioscorides lib. 1. cap. 187. περσέα δένδρον ἐστὶ ἐν Αἰγύπτῳ, καρπὸν φέρον ἐδώδιμον, εὐστόμαχον. *Persea arbor est in Ægypto, fructum ferens cibo idoneum, stomacho utilẽ.* Galenus lib. 2. κατὰ τόπους. cap. de Cephalæa circa finem, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μόνῃ τὸ τῆς περσαίας δένδρον εἶδον, οὐ μὴν ἐν ἄλλῳ γέ τινι τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους ἐθνῶν. *In Sola Alexandria perseam arborem vidi, ac in alia nulla, quæ sub Romanorum potestate, regione.* Non tantùm in Ægypto, sed aliis locis nascitur hæc arbor. Strabo lib. 17. ubi de Ægypto agit; ἡ δὲ περσέα ἐνταῦθα μόνον, καὶ παρ' Αἰθίοψι δένδρον μέγα, καρπὸν ἔχον γλυκύν. *Persea solùm ibi nascitur, & apud Æthiopas, arbor magna est, fructu dulci.* In Perside etiam nascitur: sed ibi venenatam tradit antiquitas. Diosc. loco citato, τοῦτο δὲ ἱστοροῦσί τινες ἐν Περσίδι ἀναιρετικὸν εἶναι, μετατεθὲν δὲ εἰς Αἴγυπτον, ἀλλοιωθῆναι, καὶ ἐδώδιμον γενέσθαι. *Hanc arborem prodidere nonnulli in Perside quidem exitiosam esse, translatam verò in Ægyptum natura mutata, in cibos receptam.* Idem fermè tradit Nicandri Scholiastes. ἰστέον δὲ, ὅτι Σώστρατος, ἐν τῷ περὶ βλητῶν καὶ δακέτων, τὴν περσαίαν ἣν ῥοδακινίαν καλοῦσι, φασὶν ἀπὸ Αἰθιοπίας εἰς Αἴγυπτον μεταφυτευθῆναι. Ῥῶλος δὲ ὁ Δημοκρίτειος ἐν τῷ περὶ συμπαθῶν, καὶ ἀντιπαθῶν, Πέρσας φησὶν ἔχοντας θανάσιμον φυτὸν, εἰς Αἴγυπτον πέμψαι, ὡς ἐκ τούτου πολλῶν μελλόντων ἀναιρεθήσεσθαι. τὴν δὲ ἀγαθὴν οὖσαν εἰς τοὐναντίον μεταβάλλειν, ποιήσαντες φυτὸν καρπὸν γλυκύτατον, οἷος ὁρᾶται νῦν. *Sciendum Sostratem in commentario de reptilibus ac serpentibus testari, perseam quam rhodacinam vocant* (confundit perseam & persicam, vide cap. 5. lib. 3.) *ex Æthiopia in Ægyptum translatam fuisse. Rholus autem Democriteus de his quæ* ἀντιπαθῆ *&* συμπαθῆ *dicuntur. Persas ait, læthalem quam habent arborem, in Ægyptum misisse; ut per eam, quam plurimi perirent; sed utilem, contrario eventu, illis profuisse, fructumque tulisse dulcißimum, ut hodie videre est.* Galenus libr. 2. κατὰ τόπους· καὶ φασὶν ἐν Πέρσαις ὀλέθριον εἶναι τὸν καρπὸν τοῦ δένδρου

τοῖς. κτ᾽ ἣ τὴν Αἰγυπτίων χώραν ἀβλαβῆς ὑπάρχειν. *Dicuntque apud Persas læthalem esse, apud Ægyptios autem innocuum existere.* Diodorus Siculus ex Æthiopia in Ægyptum translatum scribit, quando Cambyses secundus Persarum Monarcha regnaret. Lib. 1. Biblioth. ἡ ποῦ τῶν αἱ μὲν ὀνομαζόμεναι περσέαι, καρπὸν διάφορον ἔχουσι τῇ γλυκύτητι, μετενεχθέντος ἐξ Αἰθιοπίας ὑπὸ Περσῶν τοῦ φυτοῦ καθ᾽ ὃν καιρὸν Καμβύσης ἐκράτησεν ἐκείνων τῶν τόπων. *Perseæ quæ nominantur eximiam habent dulcedinem. (loquitur de Ægypto) propagata fuit hæc planta ex Æthiopia à Persis, quo tempore Cambyses loca illa in potestate habuit* Quæri solet, utrum persea sit belenion, cujus fit mentio apud auctorem librorum à Plantis falsò Aristoteli attributorum, βελένιον ἢ τὸ ἀνηλητηλεῶδες. τὸ γινόμενον ἐν τῇ περσίδι, μεταφυτευόμενον ἐν Αἰγύπτῳ ἢ ἐν Παλαιστίνῃ γίνεται βρώσιμον. *Belenium verò, quod perniciosum, est in Perside natum. in Ægyptum & Palestinam transplantatum fit edendo.* Certè eadem omnino videtur arbor. sed si illa sit, quam Gal. Lib. De Theriaca ad Pisonem describit, diversa omnino planta erit. Vide cap. 15. lib. 9. ubi plura de belenio dicuntur. βελένιον ἀπὸ τῶν βελῶν à telo nomen accepisse videtur; quod ejus succo tela tingebantur, ac læthalia reddebantur. quod de persea nemo tradit. Fructum hujus læthalem satis apertè docet Galenus Lib. 2. de aliment. facult. ubi ait, εἶδον δὲ καὶ τοῦτο τὸ φυτὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῶν μεγάλων ὃν καὶ αὐτὸ δένδρων· ἱστοροῦσι ἢ τὸν καρπὸν αὐτοῦ μοχθηρὸν οὕτως ὑπάρχειν ἐν Πέρσαις, ὡς ἀναιρεῖν τοὺς φαγόντας, εἰς Αἴγυπτον ἢ κομισθέντα. ἐδώδιμόν τε γενέσθαι παραπλησίως ἐσθιόμενον ἀπίοις τε ἢ μήλοις, ὧν καὶ κτ᾽ τὸ μέγεθος ἐστι. *Vidi & hanc plantam in Alexandria, quæ & ipsa magna arbor existit. Narrant autem quidam, fructum ejus adeo vitiosum ac perniciosum in Persis esse, ut in cibo acceptus interficiat*, Contrarium de belenio narrat Galenus. *in Ægyptum verò translatum, commestilem factum esse, ut qui eodem modo velut pyra & mala edatur, quorum etiam magnitudinem habet.* Vides fructum, non succum arboris læthalem. Plinium persicæ, perseæque historiam confundere supra notavimus, ideoque quæ dixi non repetam.

Τῇ μὲν προσόψει, &c. Arborem hanc aspectu, inquit, magnam & pulchram, pyro proximam, folio, flore, ramo, totaque figura. Plinius lib. 13. cap. 9. *Ægyptus & Persicam* (scribo *perseam*) *arborem sui generis habet, similem pyro, folia retinentem.* Plutarch. Lib. de Iside & Osiride linguæ comparat: τῶν δ᾽ ἐν Αἰγύπτῳ φυτῶν μάλιστα τῇ θεῷ καθιερῶσθαι λέγουσι τὴν περσέαν, ὅτι καρδίᾳ μὲν ὁ καρπὸς αὐτῆς, γλώττῃ ἢ τὸ φύλλον ἔοικεν. *De stirpibus Ægyptiis maximè consecratam Deæ ajunt perseam . quod ejus fructus cordis, folium linguæ speciem refert.* Pyri folium non ineptè cum lingua comparari potest. Idem ergo Plutarchus & Theophrastus de folio tradunt.

Καρπὸν δὲ πολὺν φέρει, ἢ κτ᾽ πᾶσαν ὥραν, &c. Plin. loco citato. *Fertilitas assidua ei, subnascente crastino fructu. maturitas Etesiarum afflatu.* κτ᾽ πᾶσαν ὥραν πεπαίνει. Vertit *crastino subnascente fructu.* Quis credet singulis diebus novum generari & perfici fructum? Hoc tamen videtur velle Plinius. πᾶσαν ὥραν cum inquit, Theophrastus πάντα καιρὸν, *omne tempus*, intelligit. Vult Theophrastus omni anni tempore, vere, æstate autumno hyeme fructus ferre perseam. Addit enim περιλαμβάνει γὰρ ὁ νέος τὸν ἕνον. *novus fructus anniculum semper deprehendit.* Et hoc πᾶσαν ὥραν significat. Hesychius ὥρα. τὸ ἔαρ, ἢ θέρος, ἢ μορφή. ὥρα καιρός. Theophrasti, ut dixi, sententia est, omni anni tempore vernali, autumnali, hyberno, æstivo fructum maturum, & immaturum ostendere. Plinius verò ὥραν putavit vocem Latinam, ideo non de tempore anni, sed diei hora vertit. Quod cum videret experientiæ, & veritati contrarium esse, & impossibile, de diebus saltem accepit, & crastinum fructum subnasci scripsit, qui omnibus diebus novus generaretur. Melius hunc locum interpretatus est lib. 15. cap. 13. circa finem, ubi ait. *Semper autem folia habet, & poma, subnascentibus aliis.*

Πέπτει δὲ ὑπὸ τοὺς ἐτησίας. Plinius *maturitas etesiarum afflatu.* Gaza, *maturitas anniversariorum afflatu conficitur.* Videndum uter rectius vertat Gaza an Plinius. Etesiæ venti sunt qui certo anni tempore flant. Ex Columella colligitur, Etesias esse ventos qui quotannis in vigore æstatis perflant diebus 30. Sic enim libr. 11. cap. 2. ait. *Calendis Augusti ethesiæ* (flare incipiunt) *pridie non. Augusti leo medius exoritur.* — 3. *Calendarum Septembris* (id est trigesimo Augusti mensis die) *humeri virginis exoriuntur, ethesiæ desinunt flare, & interdum hyemat.* Plinius etesias aquilones vocat libr. 2. cap. 47. ubi ait non triginta, ut Columella, sed quadraginta diebus spirare. *Ardentissimo autem æstatis tempore exoritur caniculæ sydus, sole primam partem leonis ingrediente, qui dies 15. ante Augustas calend. est. Hujus exortum diebus octo fermè aquilones antecedunt, quos prodromos appellant. post biduũ autem exortus, iidem aquilones constantius perflant diebus quadraginta, quos etesias vocant.* Circa canis ortum flare hunc ventum etiam Aristoteles docet, sed quandiu, non scribit lib. 2. meteorologic. cap. 5. ubi ait, οἱ ἢ ἐτησίαι πνέουσι μετὰ τροπὰς, ἢ κυνὸς ἐπιτολὴν, καὶ οὔτε τηνικαῦτα ὅτε πλησιάζει μάλιστα ὁ ἥλιος, οὔτε ὅτε πόρρω. καὶ τὰς μὲν ἡμέρας πνέουσι τὰς ἢ νύκτας παύονται. *Etesiæ autem flant post versiones* (æstivales) *& canis ortum, & neque tunc quando maximè prope fuerit sol, neque quando longè & die quidem flant, noctu cessant.* Idem eodem Capite docet ventum hunc Borealem, sive Aquilonarem, cum ait ἀπορήσοι δ᾽ ἄν τις διὰ τί βορέαι μὲν γίνονται οὓς καλοῦμεν ἐτησίας, μετὰ τὰς θερινὰς τροπάς. *dubitant quidam propter quid Boreæ quidem fiunt continui, quos vocamus etesias, post æstivales versiones.* Hæc si vera, quomodo καρπὸν κτ᾽ πᾶσαν ὥραν πεπαίνει, omni anni tempore fructum perficit? & circa etesias maturum reddit? Videntur hæc contraria. Vult Theophrastus omni quidem anni tempore maturum ostendere fructum, sed optimè & perfectè concoctum, quando flant etesiæ. Quæ sequuntur, hanc esse Theophrasti mentem satis exprimunt.

Ἔστι ἢ μέγεθος ἡλίκον ἄπιος, &c. Galenus fructum non tantùm magnitudine pyri, malique tradit, sed eundem obtinere addit saporem. In fructu hoc nasci phalangia cranocolapta tradit Dioscorides καρπὸν φέρει ἐδώδιμον, εὐστόμαχον, ἐφ᾽ ᾧ τὰ λεγόμενα κρανοκολάπτα φαλάγγια, εὑρίσκεται δὲ ἐν Θηβαΐδι. *Fructum ferens cibo idoneum, stomacho utilem: in quo phalangia cranocolapta nomine reperiuntur, præsertim verò in Thebaide.* Nicandri Scholiastes in Theriaca non in fructu, sed folio reperiri tradit. τούτῳ οὖν φησὶ τῷ ζώῳ τῇ φαλαίνῃ ὅμοιος ἐστι ὁ κρανοκολάπτης ὁ καὶ κεφαλοκρούστης καλούμενος, ὃς ἐν τοῖς φύλλοις τῆς περσείας τρέφεται. *Animalculo huic phalænæ similis est cranocolaptes, quæ & cephalocroustes vocatur, quæ in foliis perseæ nutritur.* Videtur hoc habere ex Nicandro, qui in Theriacis

Τῷ ἴκελος περσεῖος ὑποτρέφεται πετάλοισι.

Huic non dissimilis in perseæ foliis educatur.

Quomodo vocetur animal illud quod in foliis nutritur perseæ, non tradit Poëta. Interpres cranocolapten vocari dicit; quam Dioscorides in fructu gigni scribit. In Fructu nasci, mirum non videtur. Quippe dulcis admodum, ut ex Theophrasto Galeno, Strabone, Diodoro Siculo constat; quorum verba supra citavi. Superest, examinemus quid Plinius de fructu perseæ scribat. *Pomum*, inquit, *longius pyro, inclusum amygdalæ putamine & corio, colore herbido: sed ubi nux illi huic pomum, differens brevitate ac mollitie: & quamvis blandiatur prædulcis suavitas, innocuum.* Plurimos commisit errores paucis in hisce verbis. *Pomum*, inquit, *longius pyro.* Theophrastus pyri magnitudine ait, figura oblongum. An scripsit Plinius *pomum oblongius, pyro par?* Quod sequitur absurdum admodum, & præter veritatem. *Inclusum amygdalæ putamine & corio*, &c. Theophrastus perseæ fructum ἀμυγδαλώδη scribit, quod figura constet longiore, ad instar amygdalæ. Vox ἀμυγδαλώδης formam & figurã amygdalæ denotat. Sic θυλακώδης qui vel quę sacci refert figurã, πλατανώδης in modum platani, κισσώδης, qui vel quæ hederæ forma est, συκώδης qui vel quæ ficui similis, & sexcẽta alia. Malè ergo Plinius corio & putamine amygdalæ tradit perseæ fructũ. Ex Theoph. satis probari potest turpiter Plinium errasse. ἔχει δὲ ἐντὸς κάρυον ὥσπερ τὸ κοκκύμηλον. Si fructus perseæ, ut tradit Theophrastus, habet ad instar pruni lignum intus, non habet lignum foris, sed carnem. Prunus carnem foris habet, quæ manditur, intus lignum vel os. Sic enim τὸ κάρυον in perseis exponit Dioscorides Nicand. σκληρ᾽ ἀπὸ περσείας κάρυα. Dioscorides interpretatur τὰ ὀστᾶ τῶν περσικῶν. Vide cap. 5. lib. 3. Ita etiam κάρυον περσείας Theoph. est τὸ ὀστοῦν, quod ignoravit Plinius, eique errandi occasionem præbuit, dum τὸ κάρυον pro vera accipit nuce. Non igitur corio & putamine amygdalæ perseæ fructus. Quod si Theophrastus, ἀμυγδαλόλεπον vel ἀμυγδάλιον dixisset. meliùs & rectius amygdalæ corio & putamine inclusum vertisset. Sic Nicander πισύκια ἀμυγδαλόεντα dixit. quod corio tegantur amygdalino. *Colore*, inquit, *herbido.* Sic etiam Theophrastus. Hoc si verum; quomodo, ut infra cap. 13. lib. 15. scribit, myxiis rubentibus similis est perseæ fructus? De immaturo fructu hoc loco agere Theophrastum videtur, quem virere, maturum vero rubescere dicit. τὸν δὲ ἄλλον, inquit, ὠμότερον ἀφαιροῦσι καὶ ἀποτιθέασι. ἔστι δὲ τὸ μέγεθος ἡλίκον ἄπιος. — ποῶδες. *reliquum pomum immaturius præcarpunt & condunt.*

Est

Est autem magnitudine pyri — colore verò herbido. Pergit Plinius. *Sed ubi nux illi, huic pomum, differens brevitate ac mollitie.* Corruptus codex. In utroque Salmaticensi, ut scribit Pintianus, scriptum est. *Sed ubi nux illi, huic prunum, differens &c.* Scribe ex Theophrasto, *sed ubi nux illi, huic prunum differens.* Amygdalæ putamine, & corio inclusum perseæ fructum inquit. Sed quod in amygdala κάρυον nux est, hoc in persea prunum esse, differens tantùm brevitate & mollitie à vero pruno. Hæc Plinii mens, qua nihil ineptius excogitari potest. Hinc. lib. 15. cap. 28. prunum, vel nucem interiorem, quæ in perseæ fructu amygdalæ putamine & corio tecta est baccam vocat: cum tamen perseæ fructus baccis annumerari non possit, nisi quis velit prunorum, persicorúmque omne genus baccas vocare, quod fecit ipse Plinius. Sed verba ipsa Plinii audiamus. *Alia baccis, quarum intus lignum, & extra caro, ut olivis, cerasis. Aliquorum intus baccæ, foris lignum, ut in his quæ in Ægypto diximus gigni. Quæ baccis natura, eadem & pomis.* Perseam intelligit Plinius, ut doctiores fatentur omnes. Sed, ut jam probavi, foris lignum non habet persea, sed carnem: intus verò os instar persicæ. Quod cum viderent Doctiss. viri, baccæ voce, ad significandum nucleum abuti Plinium tradiderunt. cum carnem baccarum exteriorem intelligat. Hæc enim Plinii est sententia. Caro quæ in aliis baccis foris est, eadem caro, id est, bacca, in persea intus est, baccamque appellat, quod prunum κοκκύμηλον Theophrasti. Existimavit enim Græcum auctorem scribere perseæ arboris pomum amygdalæ putamine & corio cooperiri; intus autẽ eidem esse pruni carnem. Hoc enim verbis citatis docere videtur; aliorum baccas intus esse, hoc est ipsa pruna, quæ baccæ sunt. Non quod pruna ad baccarum classem referre velit: verùm ideò prunum, quod in fructu perseæ inclusum latet, baccam vocavit, quod Theophrastum dicere imaginatus est, pruno id esse brevius, molliusque, cum Theophrastus os intus habere tradat instar pruni, sed brevius & mollius. Corrupta etiam verba Plinii. Scribo ex antiquo codice. *Alia baccis, quarum intus lignum, & extra caro, ut olivis, cerasis. Sed aliquarum intus baccæ, foris lignum.* id est, aliquarum baccarum, non pomorum. Antiqui codicis lectio confirmatur verbis Plinii, quæ sequuntur; *Quæ baccis natura, eadem & pomis.* Quibus verbis significat. aliis pomis extra carnem, foris lignum: aliis verò intus lignum foris carnem esse. Eandem naturam vult habere baccas. *Aliquarum,* inquit, *intus lignum, foris caro, ut olivis, cerasis: Aliquarum intus baccæ foris lignum, ut perseæ.* Quod falsum ex iis quæ diximus constat. Satis apertè Theophrastus perseæ fructũ intus os habere tradit, ossi vel ligno pruni non dissimile; sed tamen brevius esse & mollius quam pruni lignum. Persea hæc arbor dicta videtur, quod persicæ similem fructum ostendat. Persicum enim malum os intus habet, carnem, quæ manditur, foris. Colore quoque herbido inquit esse Theophrastus, & facie amygdalæ. Quod non malè ad vulgaris persicæ fructum referri potest. qui & cordis, ut notat Plutarchus, figuram, ut pingi solet, non ineptè refert.

Οὐδὲν γὰρ ἰσοχλεῖ, &c. Hinc Plin. lib. 15. cap. 13. *Nam persicæ arbores serò, & cum difficultate transiere, ut quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Ægypto earum fuerat hospitium. Falsum est, venenata cum cruciatu in Persis gigni, & pœnarum causa à regibus translata in Ægyptum, terra mitigata. Id enim de persea diligentiores tradunt, quæ in totum alia est, myxis rubentibus similis, nec extra Orientem nasci voluit.* Eam quoque eruditiores negaverunt ex Perside propter supplicia translatã, *sed à Perseo Memphi satam. Et ob id Alexandrum illa coronari victores ibi instituisse, in honorem atavi sui.* Hunc locum examinavi lib. 3. cap. 5. sed qui illi eruditiores, qui negant ex perside propter supplicia translatam Perseam? Theophrastus ex antiquis, qui extant, medicis fabellæ hujus mentionem nullam facit, ac fructum ejus innocuum tradit. Sed nec reliqui fabellæ fidem adhibuisse videntur: Omnes enim addunt φασὶ, λέγουσι vel simile quid. Ad locum Plinii illud addendum in MSS. legi *& ob id Alexandrum coronam victoriæ sibi instituisse in honorem attavi sui.* Quæ lectio non minus quam vulgata arridet.

Ἔχει δὲ ξύλον. Plinius, *Materies bonitate, firmitudine, nigritia quoque nihil differens à loto. Simulachra ex ea factiva vere, non eadem gratia, quam fideli materia, ut ex arbore quam balanon appellavimus, &c.* Malè locus hic interpunctus est. Scribe, *nigritia quoque nihil differens à loto. Simulachra ex ea factitavêre.* (Hæc ad perseam pertinent, quæ sequuntur ad balanon.) *Non eadem gratia, quanquam fideli materia, est arbor quam balanon appellamus, perseæ nomine,* Diligentissimus & Botanicorum facilè princeps dum viveret, Carolus Clusius, arborem quandam lib. 1. cap. 2. (cujus ramum foliis, floribusque onustum in horto hyemali ipsius Clusii reperi) his verbis describit. *Valde rara etiam est hæc arbor, cujus ramum expressum damus* (eundem mihi servo) *Nam solo Valentino regno unicam arborem vidi, monasterio Divæ Virginis,* cui cognomen de Iesu, *primo ab urbe Valentina lapide, ex America, ut ferebatur, eò delatam. Hæc porro arbor pyro similis est, in latum diffusa perpetuoque virente coma, ramulis ex viridi pallescentibus. Folia illi lauri latifolia, superna parte virentia, inferna cinerei coloris, firma, nervis aliquot per obliquum discurrentibus, odore quidem & sapore commendata, cùm adstrictione tamen linguã mordicantia. Flos lauri ferè copiosus, racematim compactus, pallidus, sex foliis constans. Fructus pro initio pruno similis, deinde successu temporis pyri in modum oblongus, nigro colore, jucundoque sapore: nucleum ossis effigie continet, gustu castaneæ, aut dulcis amygdalæ haud absimili. Vere florentem conspexi, autumno maturum fructum ferre intellexi à Claris. viro Domino Ioanne Placa Medico & Professore Valentino, qui mihi illam, quo nunc dixi loco, commonstrabat, incolisque mamay dici asseverabat. tametsi, qui nobis Americam descripserunt Hispani, aliam ab hac diversam arborem hoc nomine designant. sed multis post annis, ab eruditissimo viro Simon de Tovar Medico Hispalensi, qui similem arborem, in cultissimo suo horto, cum aliis exoticis stirpibus alit, non maucay, sed aguacate vocari edoctus sum. An verò hæc arbor veterum persea sit, nec ne, dispiciendum est.* Post hæc quæ Theophrastus, Plinius, & cæteri de persea habent, in mediũ adfert. Inde concludit his verbis. *In eo omnes conveniunt, ut perseæ perpetuam comam attribuant, oblongum fructum, inclusum amygdalæ putamine & corio* (solus Plinius hoc tradit, & quidem, ut jam ostendi, præter veritatem. Sic Doctissimos ac diligentissimos Botanicos, quandoque fallit Plinius) *hæc quam exhibeo arbor perpetua quidem est coma, folio autem & flore magis laurum refert, quam pyrum. fructu etiam oblongo est, sed qui myxis* (qualem illi Plinius loco jam adducto tribuit) *aut oblongis prunis similior sit, quam amygdalis, & colore, ut Placa referebat, nigro, non herbido,* (obstat prætereà, ut hoc addam, quod non omni anni tempore fructũ maturum ostendit.) *Itaque ut verum fatear, tametsi nonnullis cum persea à Theophrasto descripta notis, hæc nostra conveniat: mihi tamen aptius quadrare videtur ei, quam Plinius Libro jam memorato (lib. 13. cap. 9. & lib. 15. cap. 13.) aut quam Plutarchus in Ægypto nasci, testatur Isidi gratissimam, quod fructum ferat figuræ cordis æmulum, folium linguæ. sed aliorum id relinquo judicio: nobis sententiam nostram in medium protulisse satis est. Non possum satis mirari, quosdam, perseæ historiam negligentius perpendentes, non esse veritos ad hanc nostram fructus cuci suo pulvino nudati iconem in suis commentariis pro perseæ fructu adjicere, fructus sanè planè ossei, qui nobis aliquando pro bdelly fructu obtrusus fuit: nisi fortè pyri, vel cordis forma, quam utcunque exprimit, eos ut id facerent impulerit. Verùm cuci integer fructus, etiam per multos annos adservatus, & plane resiccatus, pugno major est, magnumque persicum malum potius æmulatur, quam prunum aut pyrum. Ejus historiam Theophrastus lib. 4. hist. cap. 2. Plinius lib. 13. cap. 9. tradunt, paulò post perseæ descriptionem.* Neuter tamen perseæ fructum pyro similem facit, sed magnitudine æqualem. Doctissimi Clusii sententiam probo quidem, sed in eo tantùm ab eo dissentio, quod perseam hanc cum Plinii delineatione convenire negem. Nam carne, non putamine, (ut ipse monet Clusius) tegitur. nec Plinii Plutarchique perseam à Theophrasti diversam, sed, ut abundè jam probavi, eandem esse puto, veruntamen Plinium contra Græci auctoris mentem, aliquo modo diversam delineationem dedisse, quod vel ex Græcæ linguæ ignorantia profectum est, vel quod libertus locum hunc non satis fideliter legerit, vel, quod Plinius non satis ad verba liberti attenderit.

Βάλανος vox latissimè patet apud Græcos, & plura glandium nomina complectitur. Βάλανος enim nomine, fructus omnes indicantur longiores, quemadmodũ antiqui Romanorum jurisconsulti glandis nomine, arborum ferè omnium fructus intelligi volunt. Quercus fructus βάλανος Græcis, etiam castaneæ, palmæ, nucis Ponticæ, aliorúmve. Vide cap. de palma quercu, castanea, &c. Βάλανος etiam penis pars superior, quæ à Latinis glans vocatur. Pollux ἄκρον βάλανον τὸ τοῦ καυλοῦ ἄκρον. Unde est jocus Martialis. *Pastas glande nates.* Habet & alias significationes

hæc

hæc vox, sed quæ nihil ad medicum usum, nisi fortè quod Plinius libr. 32. cap. ult. animalia aquatilia, ex testaceorum genere, quæ olfactu carent, βαλάνους vocet. βάλανος, de qua hoc capite agit Theophrastus, ad differentiam aliarum, Αἰγυπτία dicitur, & à Dioscoride βαλάνου μυρεψικῆς nomine describitur, quod in pretiosis unguentis infimum non habeat locum. Ætio aliisque infimæ Græciæ Medicis μυροβάλανος dicitur. Ætius lib. 1. βάλανος μυρεψικὴ ἣν μυροβάλανον ὀνομάζουσι. Apud Galenum mentio μυροβαλάνου fit, ut libr. 13. cap. 15. de Method. medend. quo loco μυροβαλάνου πίτυμα addi præcipit medicamentis ad phlegmonem hepatis. Et lib. 11. cap. 16. ejusdem libri, ad scirrhos commendat, μυροβαλάνου λεπυρὰ κεκομμένα καὶ σεσησμένα, *myrobalani corticem cæsum & resectum.* Meminit Dioscorides μυροβαλάνου, lib. 1. cap. de palmis. Vide cap. 8. lib. 2. hist. μυροβάλανος idem quod βάλανος μυρεψική. Notus Martialis versiculus.

Myrobalanon.

Quod nec Virgilius nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex unguento constat & ex balano.

A Tralliano, supra cap. de palma, cum in myrobalani nomen inciderem, probavi, vocari φοινικοβάλανον. Ibidem pluribus probavi, antiquum Tralliani interpretem, à multis malè reprehendi. Non repetã quę dixi, illud addam, Rosinum Panopolitanum capite περὶ ποιήσεως χαλκοῦ ξανθοῦ vulgarem myrobalanum vocare φοινικοβάλανον, his ferè verbis, καὶ λαβὼν φλοιὸν φοινικοβαλάνου τὸ λεγόμενον Ἐλίλεγ ἐν Ἄραψι, *Accipe corticem Phœnicobalani ab Arabibus helileg dictæ.* Serapioni halileg, vel heliler myrobalanus. Omne genus myrobalanorum Scaliger filius docet in Doctiss. ad Garciam notis, vocari halilegi. Flavum myrobalanum, φοινικοβάλανον vocare videtur, quod hæc palmæ fructum aliquo modo mentiri videatur, alioquin, ut non semel dixi, in prunorum classem referri debent vulgares myrobalani.

Φύλλον δὲ αὐτῇ, &c. Theophrastus myrto simile folium tradit. Plinius ἡλιοτροπίου legisse videtur lib. 12. cap. 21. *myrobalanum Troglodytis, & Thebaidi, & Arabiæ, quæ Iudæam ab Ægypto disterminat, commune est, nascens unguẽto, ut ipso nomine apparet. Quo etiam indicatur, & glandem esse arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas, simili folio.* Dioscorides lib. 4. cap. 160. arborem glandis unguentariæ, tamarisco similem scribit βάλανος μυρεψικὴ καρπός ἐστι δένδρου μυρίκῃ ἐοικότος. *Glans unguentaria fructus est arboris myricæ similis.* Dioscoridis lectio ex Oribasio probatur, qui sua quam fidelissimè ex Dioscoride exscripsit. Verisimile admodum, apud Theophrastum restituendum μυρίκης. Facilis unius alteriúsve literæ lapsus; In re tamen dubia nihil asserere audeo, incognita mihi glandis hujus arbor, & ab iis qui in Ægypto praxin exercuerunt, nondum delineata, fortè ab iis non reperta.

Ἔστι δὲ τὸ δένδρον. Plinius lib. 13. cap. 9. *Non eadem gratia quàm fideli materia ut ex arbore quã balanon appellavimus, magna ex parte contorta. Navalis itaque tantùm est.* ἀπαθὴς vertit *fidelis.* propriè *illæsa.* Nescio quid moverit viros Doctiss. quod ἀπαθὴς in εὐπαθὴς, *quod facilè læditur,* mutarint. Fidelem materiam Plinius vocat, quæ non facilè cariem sentit, illæsaque diu manet, & hoc ἀπαθὴς, Hesychius. ἀπαθὴς ἀνάλγητος. ἀβλαβής. ἄτρωτος. σκληρός. Hæc arbor quamquam incorrupta, fidelique materie constat; non tamen habet eandem, quam persea, gratiam, quod contorta sit. Legendum ergo non οὐκ εὐφυὴς, sed οὐκ ὀρθοφυὴς vel, εὐθυφυὴς, vel, quod etiam non displicet, quippe levi admodum constat mutatione, οὐκ εὐφυὴς δέ. Et sic legendum non tantùm ex Plinio, qui hanc lectionem sequitur, sed ex ipso probatur Theophrasto. Sequitur enim, ἀλλὰ περιεστραμμένον. εὐφυὲς φυτὸν, *Arbor virescens, & copiosè succrescens, germinans & coalescens.* Maximè arridet εὐθυφυής. Sic enim sensus legendum postulat.

Τοῦ καρποῦ δὲ τοῖς κελύφεσι. Ita etiam legit Plinius. *Unguentarii autem tantùm cortices premunt; medici nucleos tundentes affusa ejus paulatim calida aqua.* Plinium corrigunt Doctiss. viri ac legunt. *Unguentarii autem exuto cortice premunt, affusa eis paulatim calida aqua. medici nucleis tusis utuntur.* Fefellit, inquiunt, Plinium, corrupta Theophrasti litera. Τοῦ καρποῦ δὲ τοῖς κελύφεσι χρῶνται οἱ μυρεψοὶ κόπτοντες. οὐδὲν γὰρ ἔχει τὸν δὲ καρπὸν αὐτοῦ ἄχρηστον. Pro quibus legunt; τῷ καρπῷ δὲ, οὐ τοῖς κελύφεσι χρῶνται οἱ μυρεψοὶ κόπτοντες· εὐῶδες γὰρ κατέχει. ὁ δὲ καρπὸς ἐδώδιμος ἄχρηστος. *Unguentarii putamine non utuntur, sed tuso fructu. is enim odorum suavitatem retinet, est autem edendo inutilis.* Huic correctioni favere videtur Dioscorides οὗ τὸ ἐντὸς θλιβόμενον, ὥσπερ τὰ πικρὰ ἀμύγδαλα, ἐξίησιν ὑγρὸν, ᾧ εἰς τὰ πολυτελῆ μύρα ἀντ' ἐλαίου χρῶνται. *Cujus nucleus amygdalarum amatarum more tusus, pressusque liquorem reddit, quo in pretiosa unguenta pro oleo utuntur.* Non desunt contra viri etiam Doctissimi, qui Dioscoridis codicem maculatum contendunt, ac ex Theophrasto Pliníoque legunt, οὗ τὸ ἐκτὸς θλιβόμενον ὥσπερ τὰ &c. Huic sententiæ refragatur Oribasius & Galenus. Oribasius quod vulgatam sequatur lectionem. Galenus libr. 6. simpl. βάλανος μυρεψικὴ κομίζεται μὲν ἐκ τῆς βαρβάρου, χρῶνται δ' οἱ μυρεψοὶ τῷ τῆς σαρκὸς αὐτῆς χυλῷ, θερμὴ τὴν δύναμιν οὖσα. *Balanus myrepsica. adfertur ex barbarica regione, utuntur unguentarii carnis ejus succo, qui facultate calidus est.* Nec eorum probamus opinionem, qui Theophrasti codicem corruptum scribunt. Vulgata lectio ipsius Theoph. testimonio probatur, qui lib. de odoribus sic ferè scribit de oleo ex amygdalis amaris. φασὶ δὲ καὶ εἰς τὰ σπουδαῖα τῶν μύρων ἁρμόττειν, ὥσπερ καὶ τὸ ἐκ τοῦ βαλάνου. καὶ τοῦτο ποιεῖ δὲ τὸ κέλυφος αὐτῶν εὔοσμα, εἰς τὸ ἔλαιον ἐμβαλλόμενα. ὅπερ καὶ τὰ τῶν πικρῶν. Vertunt. *Ajunt & nobilibus unguentis idoneum esse, ut & balaninum. nam & hoc glandium putamina in ipsum conjecta odorata reddit, quando & amygdalis amaris expressum idem facit.* Quæ, ut rectè monet Rob. Constantinus, Theophrasti non est mens. Verte. *Ferunt & unguentis pretiosis accommodũ esse, ut etiam balaninum. illud odoratum redditur à putaminibus in oleum injectis: idem putamina amygdalæ præstant.* Ergo nec Theophrasti nec Dioscoridis corruptus codex: An ergo Theophrastus & Dioscorides pugnantia scribunt? Nec illud dicere convenit. Dioscoridis hæc est sententia. Quod interius est in glande unguentaria, tundi, & oleum ex eo exprimi, ut ex amygdalis amaris, hinc oleum è glande Ægyptia, ut & ex amygdalis. Utroque enim in pretiosissimis unguentis præparandis, veteres, non odoris gratia, sed olei loco, ad suscipiendos odores, utebantur. Præterea etiã, ut vitaretur rancor. Alia autem Theophrasti est sententia. Hic vult, non ex putamine & cortice extrahi oleum, sed illud putamen & corticem myrobalani à myrepsis tusum pressúmve in oleum conjici ad unguenta spissanda, vel ad odorem iis conciliandum, quia, εὐῶδές τι ἔχει odoratum quid habet. Idem de palmæ cortice tradit Theoph. Lib. de odoribus, ἐμβάλλουσι γὰρ τὴν ὀνομαζομένην σπάθην ξηράναντες. Ita locum hunc legendũ cap. de palma diximus. Balani ergo putamina odoris conciliandi, vel potius bonitatis, ut Constantinus monet, gratia addebantur. Nam ad finem Lib. de odor. ait, τὸ δὲ βαλάνου τῆς Αἰγυπτίας μύρον, αὐτὸ μὲν οὐκ ἄγαν ἀναπνεῖ. μιγνύμενον δὲ ποιεῖ τἄλλα βελτίω, *Glandis autem Ægyptiæ unguentũ non sanè nimium odoris efflat. Admista tamen aliorum addit bonitati.* Eodem libro oleum balaninum minimè omnium pingue scribit. χρῶνται δὲ μάλιστα τῷ ἐκ τῆς βαλάνου τῆς Αἰγυπτίας καὶ Συρίας. ἥκιστα γὰρ λιπαρόν. *Vtuntur autem frequentissimè oleo è glande Ægyptia, ac Syriaca. minimè enim omnium pingue est.*

Τὸν δὲ καρπὸν, &c. Frustra corrigunt ὁ δὲ καρπὸς ἐδώδιμος ἄχρηστος est edendo inutilis: quæ non est sententia Theophrasti, sed, ut rectè monet Constantinus, ineptus est ad odorem unguentis conciliandum suavem. Corrigunt alii, ὁ δὲ καρπὸς πρὸς αὐτὸ ἄχρηστος, *fructus ipse ad id inutilis est.* Nempe εἰς τὴν τῶν μύρων εὐωδίαν *ad unguenta suavi odore imbuenda.* Horum lectioni nolim adversari.

Ἔστι δὲ καὶ τῷ μεγέθει, &c. Scribe cum doctiss. Constantino καππαρώδης, non, ut vulgo legitur, καππαρίδιον. Internum etiam nucleum cappari similem credo, integrum verò fructum nuci Ponticæ, ut Dioscorides tradit. ὅμοιος τῷ λεγομένῳ ποντικῷ καρύῳ. Sed non impediam si quis utrumque fructum describere contendat cortice suo munitum. Fructus enim capparis & nucis Ponticæ æqualis fermè magnitudine; nec forma dissimilis. Mesues fructum balani majoris avellanæ magnitudine esse ait, minoris verò ciceris instar. Vide infra verba Mesues.


Τῷ τῆς καππάρεως. Theophrastus tantùm formam, magnitudinémque fructus describit, & quantum ex eodem colligi potest, natale solum balani Ægyptiæ ait esse Ægyptum, cum tamen in aliis plurimis etiam proveniat regionibus. Galenus ex Barbaria adferri refert. Dioscorides in Ægypto, Æthiopia, Arabiaque nasci ait, & quæ optima glans sit docet; quod etiam facit Plinius. Dioscorides, γεννᾶται δὲ ἐν Αἰθιοπίᾳ καὶ Αἰγύπτῳ καὶ Ἀραβίᾳ καὶ ἐν τῇ κατὰ Ἰουδαίαν Πέτρᾳ. διαφέρει δὲ αὐτῆς ἡ νέα καὶ πλήρης, λευκή τε καὶ εὐλέπιστος. *Nascitur in Æthiopia, Ægypto, Arabia, & Petra oppido secus Iudæam. Præfertur recens, plena, candida, quæque facilè cortice spoliatur.* Contra Mesues recenti balano vetustã præfert, præfertur à Dioscoride recens, quod plus humoris, quam antiqua reddat. Vetusta Mesuæ probatur, quod minus humiditatis excrementitiæ habeat, adeóque ventriculum minus subvertat. Cæterùm Plinius

pro

pro regionum, in quibus glans hæc provenit, varietate, varios ipsius colores agnoscit. Optimam autem non simpliciter candidam, inquit, sed quæ circa oppidum Petræam nascitur, cortice nigro, nucleo candido. De varietate glandium hæc tradit. *Fructus magnitudine avellanæ nucis*, (an Theophrastus, quem sequi solet Plinius, scripsit περιφερὴς τοῦ τῆς ποντικοῦ καρύου, non, ut editur, καπνίας: videant Doctiores, ita quidem legit Plinius, eadem comparatione utitur Dioscorides. *Ex his in Arabia nascens Syriaca appellatur, & est candida. contra in Thebaide nigra, præfertur illa bonitate olei quod exprimitur: sed copia Thebaica, inter hæc Troglodytica vilissima est. Sunt qui Æthiopicam iis præferant, glandem nigram ac pinguem, nucleóque gracili, sed liquore, qui exprimitur, odoratiori* (hoc vitium esse rectè monet Dalecampius, prorsus enim odoris expertem esse oportet liquorem eum. Theoph. Lib. de odor. ubi de oleis ad unguenta odorata aptis agit, ἔλαιον μὲ οὖν τοιοῦτον, οἰκειότατον. ἀοδέστατον γάρ. vulgò ἀνδέσατον. malè *igitur oleum tale accommodatissimum, ut odoris penitus expers*) *nascentem in campestribus. Ægyptiam pinguiorem esse, & crassiori cortice rubentem: & quamvis in palustribus nascatur breviorem sicciorémque: E diverso Arabicum viridem ac ternuiorem; & quoniam sit montosa spissiorem. Longè autem optimam Petræam, ex quo diximus oppido, nigro cortice, nucleo candido.* Duo, ut dixi, genera Mesues novit: *Ben*, inquit, *duorum generum, majus est nucis avellanæ magnitudine, triangulare, minus verò ciceri simile. Vtrique inest oleosa medulla, lenis, & alba; Præstat majus quod noxa vacat, minus siquidem noxium est. Præfertur in majori genere, quod putamine sit albo, lævi, tenui, nucleo fragili, albo, oleosoque, vetustum recenti melius.* (Contrarium Dioscorides fortè vetustum melius quod oleosæ plus habeat substantiæ. Sic nuces, amygdalæ &c. antiquas magis oleosas, quam recentes observare licet. Recentes enim excrementitio humido abundant, non pingui substantia) in minori autem præcellit, in cinereo albicans, fragilis pariter & pinguis.

Glandis unguentarii nomine describunt siliquam quandam Lobelius & Pona, adversariorum auctores. His ferè verbis, *Effigies triquetra sed rotunda & glandis æmula, huic nomen generis aptavit: oleum verò quod pressu remittit myrepsicæ, sive unguentariæ, nomenclaturam à cæteris distinxit: jam diu Dioscoridi non minùs notæ, quam nostræ ætati, tametsi non ejus siliqua; ut qui palmulas vocatas libro primo phœnicobalano confert. Vnde nomen ben Arabistæ videntur detorsisse, quod illi nuculam hanc unguentariam interpretantur.* (certè quod Mesues *ben* vocat, nihil aliud quam unguentaria glans; ut ex iis quæ dixi apparet, & præterea eo argumento probatur, quod utrumque ventriculum subvertere scribit, visceraque perturbare. Sed quod Serapio, qui etiam Arabs, *beben* nomine describit, longè quid aliud est. *Ieudez*, inquit cap. 113. id est, *behen*; Aben Mesuæi. *species ejus sunt duæ, scilicet rubei & albi, & sunt ambæ venæ in magnitudine radicis pastinacæ parvæ, quarum quædam sunt tortuosæ: deferuntur ab Armenia, odor ejus est bonus, & est in eis viscositas quædam, & ambæ species sunt calidæ & humidæ, & augmentum faciunt in spermate.* Hanc virtutem non habet glans unguentaria, nec hac facultate pollet balanus, μυρεψική. semen minuit potius, quam auget. Imo certum est minuere

Glans unguentaria Lobel.




semen exhaurit enim, & extenuat corpus. Behen Myrepso & Actuario Hermodactylus vocatur. Myrepsus antidot. 38. μπαάλπτ, ρούμπτι τὰ ἐπιλεγόμενα εἶμαι ἑρμοδάκτυλα μακρά. Hæc valde sunt corrupta. Scribe πίν vel πιχὲμ ἄλπι καὶ ῥούπτι, τὰ λεγόμενα. εἶμαι ἑρμοδάκτυλα μακρά. *Behen albæ & rubeæ, quæ nimirum hermodactyli longi dicuntur.* Apud Charctonem πιχὲμ legitur, ideo πίν vel πιχὲμ legendum dixi. Charito in compositione magnæ Tripheræ καὶ πιχὲμ λευκὸν καὶ ἐρυθρὸν, *behen adde rubrum albúmque.* Hæc obiter addere visum fuit. De hermodactylo alibi agam. (Behen ergo Mesues & Myrepsi diversũ) officinis & suffutoribus tum ad valetudinem tum ad voluptatẽ, oleum dat pressu, ut nullo odore jucundum, sic nullo rancore aut fœtore veterascens, nullam labem aut sordem chirothecis aut vestibus illinens, ac quamlibet odoris fragrantiam illibatam & vegetam tueri, omnium oleorum unum aptissimum, non secus ac sesuminum, aut amygdalinum premi solitum: Est namque in siliqua, quam nullus veterum aut recentiorum literis mandavit, admodum eleganti, palmum longa, carinula biberi conflata, tereti rotunda, gracili, binisque loculis ventriosa: nempe ima mediáque sui parte, qua protuberat, glandem singulam singulo claudens; summa verò acuto stylo, quo rostri instar, vel rhododendri vel periplocæ repentis, acutum mucronem protendit; intus subruffo colore, foris pullo cinereóque, & secundum longitudinem striis rugisque exarata: coriacea tota, flexilis & corticosa insipida, subadstringens & sicca. Hæc dono data primum Præceptori Zoudeletio fuit. Deinde Adversariorum auctoribus, qualem exhibemus. Hanc non memini me vidisse siliquam: unguentariam esse glandem dubito, quippe, ut quidam scribunt, insipida, subadstringens & sicca est. Veteres unguentariam glandem, calidam, & amaram, cum adstrictione quadam scribunt. Gal. lib. 6. simpl. χρῶνται δὲ οἱ μυρεψοὶ τῷ τῆς σαρκὸς αὐτῆς χυλῷ, θερμὸν τὴν δύναμιν ὄντι. τὸ δὲ ὑπόλοιπον ἀπόθλιμμα τὸ γεῶδες, καὶ σκληρὸν, ἐπικρατοῦσαν μὲν ἔχει τὴν πικρὰν ποιότητα· μέμικται δέ τι καὶ στύψεως αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτο ῥυπτικήν τε ἅμα καὶ τμητικὴν, συνακτικήν τε καὶ πιλητικὴν ἔχει τὴν ἐνέργειαν, ὥστε καὶ πρὸς ἴονθους, &c. *Vtuntur unguentarii carnis ejus succo, qui calidus est. reliquiæ autem unde expressus est succus, terrestres scilicet & duræ, vincentem habent qualitatem amaram. Sed & admista est quædam adstrictio. Proinde extergentem simul, & incidentem, contrahentémque & stipantem effectum possidet. itaque ad jonthos, &c.* Mesuæ si credimus, major glans calfacit initio ordinis tertii, siccat secundo. humiditatem habet excrementosam & acrem, qua ventriculum subvertit, nauseam excitat, viscera conturbat. Græci, ut cap. de palma ostendi, vomitum movere, visceribúsque inimicam esse scribunt. Parvam glandem ad omnia efficaciorem idem tradit, molestè purgare, vires dejicere, sudorem frigidum movere. Quas utrum notas habeat glans à Lobelio delineata, me fugit. Ex iis, quæ supra capite de palma dixi, constare arbitror, fructus quos vulgo myrobalanos vocant, non esse myrobalanos quorum mentio fit apud Galenum, Ætium, Trallianum. idque quia myrobalanos, ut supra abundè probavi, vomitus excitat, ventroque inimica est. contra vulgaris myrobalanus ventriculum roborat, nec vi vomitoria prædita. Illud inquirendum, an vulgaris myrobalanus, cujus mentio fit apud Auctorem Lib. de plant. lib. 1. cap. 8. τῶν μυροβαλάνων δὲ δένδρων, ἐν τῇ ἀρχῇ, ὅταν φανῶσιν, οἱ καρποί εἰσι γλυκεῖς. κοινῶς δέ εἰσι στρυφνοὶ, καὶ ἐν τῇ κράσει αὐτῶν πικροί. αἰτία δέ ἐστιν, ὅτι τὸ δένδρον αὐτῶν ἐστὶν ἀραιὸν τοῖς κλάδοις. *Myrobalanorum verò arborum fructus cum initio apparuerint, dulces sunt: verùm communi natura acerbi, & concretione amari. causa verò est, quod arbor ipsorum raros habet ramos.* Credat Aristoteles, vel quisquis Libri est auctor. Ficus constat materie rara ac spongiosa. arundo saccharifera rarissima, vitem si videas, lignum satis rarum habere deprehendes. attamen dulce saccharũ, suavis uva, gratus ficus fructus. Non intelligit auctor hic vulgatam myrobalanum, quæ in prunorum, neutiquam glandium, aut palmulorum classem referri debet, sed βάλανον μυρεψικὴν glandem unguentariam. Vulgaris myrobalanus vel nullam vel exiguam admodum amaritudinem habet, difficulter saltem percipitur. Contra in myrobalano cujus apud Aristotelem fit mentio, amaritudo satis evidens & manifesta. Fructibus his myrobalani nomen dedere Græci barbari, quod similitudinem quandam, cum glande unguentaria illis habere viderentur, aptius non videntur potuisse invenire nomen. Falluntur qui ab Interpretibus Avicennæ & Serapionis, myrobalani nomen, fructubus his impositum, scribunt. Græca vox est, Græcum nomen. In errore etiam versantur, qui à Tralliano fructus hos phœnico-balani nomine descriptos putant.

putant. Phœnicobalanus Tralliani, ut ex iis, quæ cap. 8. libr. 2. ubi de palma egi, in medium attuli, videre licet, vomendi facultate prædita est. Dixi insuper, ipsum Trallianum alibi docere, phœnicobalanum nihil aliud quam myrobalanum vel βάλανον μυρεψικὴν esse. Sic enim Libr. & cap. 8. circa finem φοινικοβάλανος ἣν καὶ μυροβάλανον ὀνομάζουσι, εἰ μὴ δι' ὀξυκράτου πίνηται αὐτίκα ἐμέτον ἀναβάλλει. *Phœnicobalanus, quam & myrobalanum appellant, nisi ex posca bibatur mox evomitur.* Myrobalanus vulgaris sive cum posca, sive sine posca bibatur, non evomitur, verùm vomitum compescit, alvumque blandè movet. Avicenna, ut refert Garcias, ab horto myrobalanos delegi vocat, pro qua voce, ut idem ait, apud Serapionem corruptè *halilig* legitur. Garciam quidam notant, ac halilegi myrobalanos vulgares vocari scribunt: Iudicium penes Arabicæ linguæ peritos esto. Myrobalanorum quinque reperiuntur genera; quorum nomina hoc versiculo continentur barbaro.


Myrobalanorum species sunt quinque bonorum,
Citrinus, bebulus, bellericus, emblicus, Indus.

Myrobalanum tam Græci quam Latini auctores antiquiores fœminino genere proferunt, cum ἀπὸ τῆς βαλάνου fœminini generis nomine vox hæc, conflata sit; posteriores verò, & barbari, Grammaticis præceptis non satis instructi, bonosque auctores neque observantes, neque morantes, ad hunc usque diem masculinum genus myrobalani vocabulo tribuunt. Quinque, ut dixi, myrobalanorum genera, quæ à Charitione his ferè verbis recensentur, ξανθὸν μυροβάλανον, χελιλεξὶ, κήβουλι, βελιλὲξ, καὶ ἐμβλὶξ. Quæ voces, ut sunt barbaræ, sic barbarum etiam μυροβάλανον neutro genere proferre, ut Græci barbari solent. Crediderunt è recentibus botanicis aliqui, antiquiores dixisse quinque hæc myrobalanorum genera in una eadémque reperiri arbore. Maluerunt alii tria in una eadémq; nasci arbore; ex quib. Inda seu nigra, cujus acerbus immaturus, & adhuc adolescens fructus est, ideoque nullum in se nucleum habere, sed quoddam cavitatis rudimentum, secuturum nucleum excipiens; relicta in arbore sua inda, quo ad increscat, & maturescere incipiat, in eam quam citrinam nominant, evadit. Chebula appellata myrobalanus fit, cum citrina ad consummatam magnitudinem pervenerit. Utramque opiniorem falsam, fictamque docet Garcias. *Quinque*, inquit, *sunt diversa arborum genera, & quod magis mireris, in regionibus sexaginta aut centum leucis inter se distantibus nascuntur.* Myrobalanus Inda sive nigra Indiæ incolis, ut refert idem Garcias, *reramiale* dicitur. recentioribus Græcis barbaris μέλανον, Μυροβάλανον; in neutro, enim ut dixi, genere proferunt.

Folium glandis unguentariæ.



Glans unguentaria Myrobalanus.



Neophytus μυροβάλανα τὰ λεγόμενα, ξανθὰ, μέλανα, χιστά, τουρπέτ. Postremum illud condonandū Grammatico. Turbith inter myrobalanorum genera recensere, est radicem centaurei, petroselini, & similium, inter poma numerare. Myrobalanus Indica Charitoni χελιλεξὶ dicitur. Myrepso passim ἰνδικὸν dicitur reramiale, sive myrobalanum Indicum. Garcias folia habere salicis similia tradit. Fructus incertæ est magnitudinis. alius enim unciam, alius sesquiunciam longitudine excedit. Exterius colorem habet è viridi fuscum & pallentem, qui tamen non nisi in absterso & loto apparet: Nam cum plurimus adferatur, & sibi invicem confricatur & atteritur, detritoq; fusco pulvere, in nigrum colorem convertitur. Forma constat olivæ, utrumque turbinata. Carnem habet solidam, firmam, compactam, gravem, dum confringitur splendentem, colore nigram, aut fuscam. Sapore est adstringente, aliquantulum subdulci, tenui, salivam provocante. qua de causa sitim arcet, orisque habitum commendat. siccatus inodorus est, vel saltem exiguum spirat. Huic myrobalani generi optimo Mesues has quinq; tribuit proprietates; vult esse nigrum & confractū, substantia constare densa, crassum, grave, osséque carere. Ex Indicis myrobalanis elige neque minimam, neque maximam, sed mediocrem, unciali longitudinine paulò breviorem, aut ad summum uncialem, pondere triobolarem densam, solidam, intus nigerrimam & splendentem; foris in citrino & fusco colore, si abluatur, virescentem, minus rugosam, nulloque aut admodum exili & compresso cavitatis rudimento inanem. Altera myrobalanus Græcis barbaris ξανθὸν, Myrepso passim κίτρινον dicitur. Vulgo apud Indos *arare* vacatur, à Medicis verò, ut refert Garcias, *aretiqui* appellatus; sorbi, ut idem docet Garcius, profert

profert folia. Fructus longitudine sesquiunciali interdum est, crassitudine media & tumente parte digitali, utrimque in acutum desinente; inæqualis est, quinque enim anguli per longitudinem transeunt; rugosus est, tenui cortice præditus, dura, solida, compacta carne, & semine constans. Cortex colorem habet citrinum, sive flavum; caro ex citrino ad ruffum vergit. Intus semen habet album, angulosum, lignosum, valde durum, scabrum, rugosum, figura oblongum, corni semine triplo, interdum quadruplo majus, intus oblongum, album, utrimq; mucronatum, nucleum tenui, pallidáq; cuticula tectum concludens, pineo nucleo forma gustuque non dissimilem. caro sapore Iudæ respondet. Huic etiam Myrobalani generi quinque has adscribit Mesues notas. *In colore*, inquit, *ut sint citrini multæ citrinitatis declinantis ad viriditatem, & sint in pondere graves & densi, & in confractis suis inveniatur sicut gummositas, & ut sint crassi, & ut cortex eorum sit spissus, densus, complectens ossa parva.* Myrobalanos elige majores, quæ maximè flavæ sive citrinæ sunt, minimè autem rugosæ, solidæ, crassæ, densæ, & dum franguntur splendente subruffáque carne, minorique semine prægnantes, pondere drachmas duas & scrupulum æquantes. Chebula Avicennæ *Kebuli* dicitur, ab urbe Indiæ kebul vel kabul. Charitoni, Græcisque recentioribus κήβουλι. Indis *aretca* appellatur. Folia hujus persicæ similia; fructus figura, carne, semine & nucleo citrinæ myrobalano respondet; nisi quod sit major, molliori, crassiore, ac minus fragili carne constans, colore tam foris, quam intus niger, gustu citrinæ aut Indæ myrobalano simili. *Laudaverunt*, inquit Mesues, *chebulos in quatuor proprietatibus; ut sint crassi, & quanto crassiores tanto meliores, & sint subnigri declinantes ad rubedinem, & sint graves in pondere, citæ subversionis in aqua, & sint habentes spissitudinem corticum suorum.* Myrobalanus, quę barbaris bellericus vocatur; Græcis recentioribus βελλιλὶζ, & βελιλὲγ vocatur. Zosimus capite περὶ ποιήσεως χαλκοῦ ξανθοῦ. καὶ σταθμὸν μ' δὲ βελιλὲγ ὁμοίως κεκαθαρμένου, ἀπὸ τῶν ἐντὸς, ἢ τὸν φλοιὸν μόνον. Indi *gotim* vel *guti* vocant. Arbori huic, ut Garcias docet, folia laurina, sed pallidiora, & subcinericia: fructus rotundus, aut modicè oblongus, superficie est fusca, & æquali, in longitudine ut plurimum quinque angulis distinctus, magnitudinem habet majoris gallæ, pondere quatuor aut quinque scrupulos interdum æquans, non rarò superans, tenui carne & magno duróque semine constans, chebuli semine multò majori, drachmæ pondus levante, & intus oblongum, acuminatum, & avellanæ propemodum æqualem nucleum concludente. Saporem caro ejus habet, reliquis myrobalanis similem, sed substantiam illis rariorem. *Præstantiores sunt*, inquit Mesuæ, *crassæ, & spissæ, ponderosæ, densoque cortice præditæ, solidiorique carne constantes.* Myrobalanus, barbaris emblicus vocata, Græcis-barbaris ἰμβλὶζ dicitur. ἴμπλιτζι Actuario de compos. medicam. & libr. I. de method. meden. c. 8. τῆς αὐτῆς δὲ καὶ παραπλησίας δυνάμεως τό τε ἰμπελὶδιτζ τῇ βαρβάρῳ φωνῇ καλούμενον, καὶ τὸ ἔμπλιτζι, *eandem & consimilem facultatem obtinet quod empelitz, barbara voce appellatur, & quod emplitzi vocatur.* Rosimus Αμβλὶγ capite citato nominat. καὶ Αμβλὲγ ὁμοίως κεκαθαρμένου μ' δὲ ἀμβλὲγ quod ἴμπλιτζι. vel ἴμπληκι; Ita enim apud Myrepsum passim dicitur, vel ἰμπλυράκι ut Antidoto 24. Notat doctiss. Salmas. in Lexico Iatrico σχιστὸν vocari μυροβάλανα γενικῷ λόγῳ τὰ λεγόμενα κοινῶς, μέλανα, καὶ ξανθὰ καὶ σχιστὰ τὰ ἢ ἔμπλιτζα λέγονται, *myrobalana generali nomine vulgo vocantur, nigra, flava, scista, quæ & emplitza dicuntur.* Σχιστὸν, quod pulvinatis divisionib. scissa est hæc myrobalanus, ab Indis *Amuale* appellatur, foliis est minutim incisis, palmā longis, fructus magnitudine bellirico cedit; nonnunquam integer defertur, sed in fragmina divisus, ac dilapsus. Caro enim ejus sex in lōgitudine habet commissuras; quibus cum maturuit dehiscens, in totidem partes dilabitur, quæ singulæ adhuc in binas partes digitis findi queunt, crassitudine mediocri, habitu contracto, & aliquantulū rugoso, colore cinereo aut fusco. Totus fructus sub commissuris singulas cavitates habet, quarum vestigia in fragmentis apparent. Semen in medio lignosum, durum, paulò minus quam rotundum; colore subruffum, æquale, minimè rugosum, parvæ rotundæque avellanæ æquale, sex angulis & commissuris compactile, & in toridē partes secundum longitudinem fissile, quibus singuli insunt nuclei, figura oblonga & triquetri, ligneo, tenui duróq; cortice tecti, intus medulla cōstātes. Saporem caro ejus indæ aut chebulæ similem habet. *Meliores*, inquit Mesue, *ex eis sunt habentes frustra crassa & densa & gravia, & qui minus crescūt in ossibus, & plus in carne, rari quoq; non habeat spiritum; elige etiā minus rugō contractos,*

Cum jam sub prælio esset Theoph. ac liber hic imprimeretur quartus, fortè incidi in hortū Farmesianū, librū, apprimè doctū, auctore Tobia Aldino Cresenate, in quo balani myrepsi iconē; quam appingere curavi, inveni. Ipsius plantæ descriptionē luculenter idem Aldinus tradidit, cujus verba subjicere placuit. Nucis, *inquit*, quam Græci βάλανον μυρεψικὴν, seu Balanum Myrepsicam, Latini glandem Vnguentariam dicunt, Plinius verò Myrobalanum; id est, odoratam Glandem, Arabes scriptores Ben, seu granum Almesus, Hispani Avellanam Indicam, Romani Bend, nunc plantam in Farnesiano horto vivere demonstraturi sumus. Ex centenis Glandis unguentariæ usualis, & vulgaris apud nostros Myropolas fructibus, qui satis recentes mihi videbantur Illustriss. & Reverendiss. D. D. meo in maxima copia ablatis, quos experiundi gratia terræ commiseram, unica tantùm enata est planta anno 1618. quæ in hunc usque perdurat annum: cujus fructus quamvis nostris Myropolis & unguentariis ac plebi sint noti & vulgars; planta tamen ignota est & huc usque à nemine ex nostris Botanicis in Italia visa, neque exculta, quod sciam, ullibi in Europa: immo facies, & figura admodum dubia & controversa est inter simplicium scriptores. Ob id ejus ad vivum pictam Iconem & exactam historiam rei Herbariæ studiosis non ingratam futuram spero. Quamvis enim Veronensis Pona montem Baldum peregrinans novellæ arboris pictam figuram è Creta à Bello transmissam viderit, & in lucem ediderit; quia tamen recens, juvenis, ac novella admodum planta pingitur & diversa ab adultiore, & quod magis est, sine ullis notis, ideo nos alacriter historiam, atq; Iconem nostram proponemus. Primo anno exorta planta quatuor, vel quinque à radice surculos emisit, quos uno tantùm relicto Ioannes horti custos admodum diligens abstulit. Relictus surculus octo vel decem tantùm folia emisit ramosa, quibus inerant alia folia Heliotropii foliis similia, ut etiam apud Ponam spectantur, rotundiora quam myrto, nec acuminata, sed subalbida. Adventante hyeme foliola primò deciderunt omnia, & remansere folia ramosa, quæ etiam tota simul postea cecidere. Tandem remansit medius cauliculus semipalmi altitudine, qui deinde hyeme periit. Secundo anno à radice germinavit, & in palmi altitudinem caulis unicus excrevit. Hyeme tamen cecidere eodem modo primo foliola, deinde ramosa folia, postremò etiam cauliculus periit. Hoc tandem anno 1622. in humanam crevit altitudinem, & spero fore ut caulus vivat hac hyeme, Robustus enim ac lignosus videtur. A radice unicus est stolo undique foliis inordinatè ortis septus. Primo autem aspectu plantæ visam diceres esse Genistam: sed præcipuè Autumno. Decidentibus enim foliolis, remanent folia ramosa, ob id quadam Genistæ facie. Quæ quidem folia videntur esse rami ipsius arbusculæ. Et multi fuere apud nos qui induci ne quirent, ut crederent totam illam tenuium virgarum, veluti paucorum congeriem (sursum enim spectant) esse unicum folium; sed totum istius plantæ folium tale est. A parte qua cauli hæret in longitudinē virgulam habet lentam flexibilem, rotundam ac tenuissimam veluti parvum juncum, vel Genistæ ramum, sed dimidio tenuiorem, quæ cubitū superat; & in summo magis tenuis, & acuminata fit. Ab hac prodeunt alati rami, seu aliæ tenues virgæ similes, palmo longiores, valde inter se distantes; binæ tamen semper, & ordinatæ quatuor vel quinq; pro latere, quę pariter desinunt in capillaceam tenuitatē. Hoc totum ramosum est foliū. At ramusculis his plurima insunt foliola mirti forma, sed non acuminata, nec dura, nec Heliotropico dissimilia, raris geniculis orta; sed binario semper numero, magnitudine inæqualia, atque etiam forma. Quò enim magis foliola ad ramusculorū summitates accedūt, eo minora fiunt; ita ut tandem oblonga admodum, & tenuia sint, Poligoni vulgaris magnitudine, & figura. At mirti folia à Poligoni foliis certè valdè distant: talia tamen spectatur foliola. Tandem ista foliola ita minorantur in ultimus foliis, quæ nimirū Decembri mense oriuntur, ut spectare tantùm sit virgosa folia sine ullis foliolis, & ita Decembri mense, genistæ assumuntur. Plantę namque novellæ frondes sine foliolis prodeunt; vetustiora autē folia quibus decidere foliola ipsa ramosa tantùm apparent. Diu multúmque disputavimus cum nostro horti custode, & aliis Botanicis qui ramosum folium, non folium, sed verum plantæ ramum esse volebant. Quibus me primo opposui, Theoph. verbis lib. 3. de hist. plant. cap. 3. ubi de

 Sambuco

sambuco loquitur, quam folia habere dixit, lauro æmula: Deinde subitò defluit id totum simul, & hinc unum folium totum esse ratione putaveris. Pariter enim nos unum folium dicemus totam illam virgosam congeriem foliolis ornatam. Quamvis enim foliola primò per se decidant, ob quod videri possent distincta. tamen deinde etiam cadit totum simul folium ramosum. Quod si verè ramus esset, non decideret ex se. In nulla siquidem planta ramuli ex se cadunt, sed sola folia. Secundò folia ista ramosa omnia inter se sunt similia & superiora sunt majora inferioribus: at verò rami inter se differre solent, & inferiores ac antiquiores esse solent semper copiosiores ac majores. Tertiò ab exortu noscitur. Nam hoc ramosum folium totum simul & semel effformatum à planta oritur, primò rubens, inde virescens, deinde nihil. Priori formæ non additur, nisi magnitudo, quod crescit; sive nullum aliud germen edit, ut solent alii rami, inde foliosa paulatim gignuntur, sed cum totis ramusculis. Ergo non verus ramus, sed folium unicum. Quartò virgularum summitates in capillaceam tenuitatem desinunt, & cacumina clarè demonstrant ultrò non posse germen produci genuinorum ramorum more: statim enim summitates tenuissimæ læduntur, & pereunt. Non ergo ramus, sed folium. Radix crassa est, Napi quodammodo similitudine, ab extra nigra, paucis radiculis. Flores & recentis fructus notas aliàs dabimus, si planta produxerit, nec non si vitam plantæ & nobis omnipotens Deus prorogare dignabitur. Hactenus nostræ veræ plantæ historiam enarravimus; nunc libet Antiquiorum de Glande unguentaria dicta recensere & librare. *Circà natale solum*, scribit Dioscorides; *nascitur in Aethiopia, Aegypto Arabia, & Petrea secus Iudæam* Theoph. libr. 4. cap. 2. *Sunt in Aegypto arbores, ut Glans, & aliæ quædam, quod peregrinari omnino nequeunt.* Plinius verò libr. 12. cap. 21. *Myrobalanum Troglotidis, & Thebaidi & Arabiæ, quod Iudæam ab Aegypto disterminat, commune est.* Deindè ostendit differentias inter Arabicum seu Syriacum, seu ex Petra oppido, & Trogloditicum, seu Aethiopicum, & Thebaicum, seu Aegyptiącum. Quæ si vera sunt, mirari subit, quomodo nunc Balani arbor in Aegypto esse desierit. Nam diligentissimus plantarum Aegyptiarum observator P. Alpinus in Ægypto nec arbores, nec fructus apparet observasse, cum de Ben, seu balano hac nihil scripserit. Fortè ut deperdita Balanus, ita aliæ exortæ, ut cassia purgatrix, Tamarindi, Bobbab: nunc in Ægypto copiosæ, Dioscoridi verò, qui in Ægypto vixit, ignotæ. Sed Petrus Bellonius suarum observati. lib. 2. cap. 61. propè montem Synaï se vidisse testatur. *Rupe deinde conscensa (inquit) Balani myrepsicæ arbores inter saxa provenientes conspeximus Betulæ magnitudine; similibúsque ramis; caudice etiam candido, ut procul intuentes Betulam esse existimaremus. Pharagon incolæ, ejus fructus diligenter legunt, & ex illis multum olei exprimunt. Vt autem istam arborem observaremus, occasionem nobis præbuit ejus semen cum suis siliquis trigonis ab incola Arabe in acervum congestum apud pagum.* Sed fortè Bellonius non vidit plantæ folia perfecta, sed ramosa tantùm. Nam betulæ folia, nec nostra, nec antiquorum Mirobalanus habet. Virgosa autem & flexilis est Betula, corbium sportis apta atque scopis, & fortè non dissimilis faciè balano ob virgulas plurimas dum decidêre foliola. Monardes autem cap. 47. scribit; in insula S. Dominici quoddam genus avellanæ reperiri, quo se Indi familiariter purgant, & esse Ben magnum vulgi. Quod etiam firmat Cesalpinus de plantis libr. 2. cap. 45. Nostra autem arbor cum sit Ben vulgare, fortè erit avellana purgatrix, & Ben magnum ex sententia Monardis. Circa magnitudinem Theophrastus 4. de hist. plant. cap. 2. *Glans (inquit) à fructu nomen accepit, illæsa, magnaque. Arbor est, verùm non recta, sed contorta; materies valida, & tam ad alia quàm ad navigia percommoda. Dioscorides verò fructus (ait) est arboris Miricæ similis.* Hic Mathiolus & alii dissentire sentientes Dioscoridem & Theophrastum, dubitant, aut in Theophrasti aut Dioscoridis codice mendum subesse; siquidem aut in Theophrasto μυρσίνης pro μυρίκης, aut in Dioscoride μυρίκης, pro μυρσίνης legitur. Nam in utroque auctore facilis, lubricusque esse potuit scriptorum lapsus propter vocabulorum propinquitatem. Sed mihi nulla videtur oppositio: Dioscorides comparat arborem hanc Miricæ arbori, id est, ejus magnitudini, & formæ, non ejus foliis. Nam materiis valida dicitur & contorta, ut Tamarici. Sic Ericam Miricæ similem dixit, intelligens quod sit arbor fructicosa eodem modo. Sæpe enim Dioscorides arboream formam uni comparat, alteri verò folia. *Philerida (inquit) arbos est ligustri magnitudine, foliis oleæ: & Sicomorus arbor est magna fico similis, foliis mori, &c.* Sed quæro cum scribit, *Arbutus arbor est cotonæ malo non dissimilis*, ubi est similitudo? in fructu, in foliis? Nequaquam; in sola arboris figura, & magnitudine. Sic igitur glandis unguentariæ arbor Tamarisco magnitudine, & figura, non foliis assimilabitur. Ita Bellonius magnitudinem, & ramos Betulæ tribuit non folia. De foliis alia quæstio est. Nam dissidere videntur auctores. Plinius libr. 12. cap. 21. *Indicatur & glandem esse arboris Heliotropio, quam dicemus inter herbas, simili folio.* Theophrastus verò: *Folium ei simile atque mirto oblongius tamen.* Ego qui modo in manu mea veram, vivamque habeo plantam, quam nec Theophrastus, nec Plinius viderunt, non miror diversis assimilari plantis ab auctoribus, & quandoq; ineptè. In hac tamen planta ab antiquis dicta similitudo spectari, non in toto folio, sed in foliolis debet. Heliotropio quidem Diosc. folium ferè rotundum est, mirto verò oblongius. At ex Theophrasti Balani folium etiam oblongius mirto. Unde dissimilius à rotundo Heliotropii. Nos denique diximus folium adesse peligoni. Quæ igitur diversitas & dissensio est ista? Respondeo nullum adesse absurdum: ramosarum enim frondium priora, ac rotundiora sunt, Heliotropii æmula; posteriora paulatim numerantur, & oblongiora mirto fiunt; ultima denique ipsissima peligoni folia videntur. Nulla igitur dissensio inter antiquos. Sed inter recentiores posset adesse aliqua difficultas. Nam Oviedus in hist. Ind. libr. 10. cap. 4. agens de Indorum Avellana purgatrice, scribit, non excrescere altitudinem duorum hominum & foliis adesse canabis. Ego quidem crederem hunc æquivocasse, & quamvis Avellanam purgatricem suam esse Ben dixerit, apud quosdam Medicos esse forte Ricinum, non Ben verum. Et de hujus usu plura refert legenda. Doctissimus Cesalpinus Balanum Plinii folio Heliotropii censuit fortè esse Castaneas, Equinas dictas ob folia Pentaphilli majora, Ricini magnitudine. Sed per Heliotropium Cesalpinus intellexit Ricinum; Plinius verò herbam Heliotropium voluit. Lilac Matthioli non esse Glandis unguentariæ plantam, satis cuique notum; cum Romæ sit frequentissima planta, ob flores gratos. Dicitur vulgo Siringa cerulea, figura Arboris Ben, quam exhibet A. Marinus in Museum, quam dixit recepisse à P. Antonio Michelio, sine descriptione est. Unde nihil dici potest. Videtur tamen aliquomodo cum nostra convenire, sed à pictore malè fuisse depictam, Horum fructuum usus in Medicina nullus apud nos est, quamvis antiqui purgare per utramque partem tradiderint, & Indis in usu sit ut refert Monardes, Sed affirmare equidem non ausim, an Ricenum voluerit. Nimis enim vehementia sunt: Oleum autem expressum tùm eo quod vetustate rancorem non sentiat communiter unguentariis est in usu, tum etiam quia sine odore, facile alienos suscipit, odorem autem oleo tribuunt nostri Miropolæ, ut Mesues docet de rosaceo conficiendo.

Τὸ δὲ καλούμενον κουκιόφορον, ἐστὶν ὅμοιον τῷ φοίνικι. Corruptus Theoph. codex. Plin. libr. 3. cap. 9. *At è diverso cuci in magno honore palmæ similis.* Malè in antiquis codicibus legitur, *at è diverso cinus in magno honore.* Scribe apud Theophrastum, τὸ δὲ καλούμενον κοῦκι διάφορον, ὅμοιόν ἐστι τῷ φοίνικι, *quod cuci vocatur, magno in honore est, palmæ similis* Supra τὸ διάφορον *excellens, pretiosum, præstans, significare* notavi, Vide infra cap. de cinnamomo costo ab hoc κοῦκι, auctori Peripli maris rubri. κούκινα φύλλα. γλῶσσῃ, inquit, δὲ Ἀραβικῇ χρῶνται, καὶ περιζώμασι φύλλων κουκίνων, *utuntur Arabica lingua, & subligaculo è foliis cucinis.* Frustra corrigunt φύλλων κοϊκίνων. Supra cap. de palma κοῖκα, & κοῦκι arbores diversas, probavi, & à maximo Grammatico utramque confundi.

Διαφέρει δὲ &c. Plinius, *Differt quod in brachia ramorum spargitur &c.* Differt à palma, non à balano, ut quidam volunt. Ex Theoph. verbis satis liquet, hæc de differentia inter palmã & cuci intelligi debere. Scribe apud eundem, διχροῖ. Ita legendũ sensus, ipse postulat. Quomodo enim εἰς ἄκρον σχίζεται, si à palma differt, quæ μονοφυὲς καὶ ἀπλοῦ χρῶνται

Χρῶνται δὲ τῷ φλοιῷ καθάπερ φοίνικος φύλλῳ πρὸς τὰ πλέγματα. Hæc contaminata, & depravata. In Ald. & Baſ. ſcriptum eſt, χρῶνται δὲ τῷ φλοιῷ, καθάπερ φοίνικος πρὸς τὰ πλέγματα. Scribe. *Folio ſicut et am palmæ, ad utenſilium nexus utuntur.* Scripſit Doctiſſ. vir ad oram, ἀντὶ φλοιῷ legendum φύλλῳ, quod non intellexit librarius, qui utramque vocem in textum recepit, ac codicem depravatum, magis corruptum reddidit. Legendum quo dixi modo, ex Plinio probatur. *Quando*, inquit, *& ejus foliis utuntur ad textilia.* πλεγμάτων κουκίνων meminit Strabo lib. 17. καὶ τὰ κούκινα δὲ πλέγματα Αἰγύπτια καὶ ἐκ φυτοῦ τινὸς ὅμοια τοῖς σχοινίνοις ἢ φοινικίνοις. *Item cucina texta Ægyptiaca è ſtirpe quadam conficiuntur junceis & palmaceis ſimilia.* In MS. cod. legitur ineptiſſimè καλοπόκκινα. Corrigunt καὶ τὰ κούκινα; idque quia ita Heſychius, κούκικες ἐξ Αἰθιοπίας φοινίκων εἶδος· καὶ τὰ πεπλεγμένα ἐκ τῶν φύλλων τοῦ δένδρου σκεύη, φορμούς. Supra cap. de palmis Heſych. duas arbores confundere κοῦκι & κοῖκα dixi. κοῖξ Æthiopica arbor palmifera. Vide cap. 8. lib. 2. κοῦκι, ex qua textilia fiunt, Ægyptia arbor, ut hoc cap. docet Theophraſtus.

Καρπὸν δὲ ἴδιον, &c. Plinius. *Pomo magnitudo, quæ manum impleat, color fulvus, commendabilis ſucco ex auſtero dulci.* ἐπίξανθον, *fulvum* vertit. rectiùs *ſubfulvum*, vel, *ad fulvum vergens*, dixiſſet. ξανθὸς propriè color flavus, luteus. Botanicis non rarò ruffus, ut cap. de nardo, aliiſq; locis abundè probatur. Ruffus, fulvúſque colores vicini. Legit quoque Plinius, χυλὸν δὲ σὺν αὐστηρῷ γλυκὺν καὶ εὔστομον. Malè in Ald. cod. legitur, καὶ σχήματι καὶ χυλῷ. Nemo non videt ſcribendum καὶ χυλῷ.

Οὐκ ἀθρόον δὲ ὥσπερ ὁ φοῖνιξ. Plinius aliter legiſſe videtur. *Lignum*, inquit, *intus grande, firmæque duritiæ, ex quo velares detornant annulos. In eo nucleus dulcis, dum recens eſt; ſiccatus dureſcit ad infinitum, ut mandi non poſſit, niſi pluribus diebus maceratus.* Fructum intus habere lignum firmæ duritiæ, non tradit Græcus auctor, ſed arboris lignum denſum, & carnoſum, cæſúmque criſpum admodum eſſe ac durum. Nec Græcus auctor ex ligno annulos tornari ſcribit, ſed ex nucleo fieri uncinos. Lego enim κρίκους; non κέρκους, ut in Ald. & Baſ. habetur codice. κρίκοι στρωμάτων ſtragulorũ uncini vel annuli. κρίκους τοὺς εἰς τοὺς στρώματας τοὺς διαποικίλους, vertit, *velares annulos*. Doctiſſ. viri pro velares legunt verſicolores ex Theophraſto. Utraque lectio admitti poteſt, ſed vulgata veriſimilior. Vox διαποικίλους rectiùs ad στρώματα, meo judicio, refertur, quam ad κρίκους. ut ſit ſenſus, annulos detornari ex nucleo coucino, quibus in verſicoloribus ſtragulis utuntur. Sequitur, *ſuccatus dureſcit* Hæc aliunde quam ex Theoph. hauſit, apud quem tale nihil legere eſt.

Καὶ εἶγε δὴ Πέρσαι. Plinius. *Materies criſpioris elegantiæ, & ob id Perſis gratiſſima.* Imperfectè, ut ſolet, hunc locum reddidit Plinius, & partem omiſit. Ad quod Perſis gratiſſima cucina materies? Debuerat dicere, gratiſſima ad lectorum pedes conficiendos. Falluntur qui couci putant arborem Indicam, quam vulgo coccon vocant. Fructus triplo, quadruplo major, quam tradit Theophraſtus, nec rotundus, congeſtus etiam inſtar palmæ, neutiquam diſcretus. Nec unquam oblitus fuiſſet deſcribere Theophraſtus aquam, quam in ſe continet ſuaviſſimam. μονοφυὴς ad inſtar palmæ, nec εἰς διχόδον σχίζεται. Materie etiam conſtat fungoſa & ferulacea. Indica denique arbor, quæ an in Ægypto, ubi cuci frequens dubito, qui Ægyptum ex recentioribus peragrarunt, mentionem ejus non faciunt. Non deſunt, qui retulerunt, ſe nunquam obſervaſſe in Ægypto conon.

ΚΕΦ. Γ.

CAP. III.

De ſpina, quotquot ejus genera. Item de pruna, & arboris magnitudine circa Memphim.

Ἡ δὲ ἄκανθος, καλεῖται μὲν, διὰ τὸ ἀκανθῶδες ὅλον τὸ δένδρον εἶναι, πλὴν τοῦ στελέχους· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν βλαστῶν καὶ ἐπὶ τῶν φύλλων ἔχει, μεγέθει δὲ μέγα. καὶ γὰρ δωδεκάπηχυς ἐξ αὐτῶν ἐρέψιμος ὕλη τέμνεται· διττὸν δὲ τὸ γένος αὐτῆς. ἡ μὲν γάρ ἐστι λευκή, ἡ δὲ μέλαινα. καὶ ἡ μὲν ἀσθενής τε καὶ εὔσηπτος. ἡ δὲ μέλαινα, ἰσχυροτέρα τε καὶ ἄσηπτος. διὸ καὶ ἐν ταῖς ναυπηγίαις χρῶνται πρὸς τὰ ἐγκοίλια αὐτῇ. τὸ δένδρον δὲ οὐκ ἄγαν ὀρθοφυές. ὁ δὲ καρπὸς ἔλλοβος, καθάπερ τῶν χεδροπῶν, ᾧ χρῶνται οἱ ἐγχώριοι πρὸς τὰ δέρματα ἀντὶ † κικίδος· τὸ δ' ἄνθος καὶ τῇ ὄψει καλόν· ὥστε καὶ στεφάνους ποιεῖν ἐξ αὐτοῦ· καὶ φαρμακῶδες· διὸ καὶ συλλέγουσιν οἱ ἰατροί. γίνεται δὲ ἐκ ταύτης καὶ τὸ κόμμι. καὶ ῥεῖ, καὶ πληγείσης, καὶ αὐτόματον ἄνευ σχάσεως. ‡ ὅταν δὲ κοπῇ, μετὰ τρίτον ἔτος εὐθὺς ἀναβεβλάστηκε. πολὺ δὲ τὸ δένδρον ἐστί· καὶ δρυμὸς μέγας περὶ τὸν Θηβαϊκὸν νομόν. οὗπερ καὶ δρῦς, καὶ ἡ περσέα " πλείστη, καὶ ἡ ἐλαία. καὶ γὰρ ἡ ἐλαία περὶ τοῦτον τὸν τόπον ἐστί, τῷ ποταμῷ μὲν οὐκ ἀρδευομένη, πλείω γὰρ ἢ τριακόσια στάδια ἀπέχει † ναματιαίοις δ' ὕδασιν· εἰσὶ γὰρ κρῆναι πολλαί. τὸ δὲ ἔλαιον οὐδὲν χεῖρον τοῦ ἐνθάδε· πλὴν κακωδέστερον, διὰ τὸ σπανίως τοῖς ἁλσὶ χρῆσθαι τῇ φύσει· τὸ δὲ ξύλον τοῦ δένδρου καὶ σκληρὸν καὶ παραπλήσιον τεμνόμενον τὴν χρόαν τῷ λωτίνῳ. ἄλλο δέ τι δένδρον ‡ ἡ κοκκυμηλέα, μέγα μὲν τῷ μεγέθει καὶ τὴν φύσιν τοῦ καρποῦ ὅμοιον τοῖς μεσπίλοις· καὶ τὸ μέγεθος παραπλήσιον. πλὴν ἔχον τὸν πυρῆνα στρογγύλον. ἄρχεται δὲ ἀνθεῖν μηνὸς πυανεψιῶνος. τὸν δὲ καρπὸν πεπαίνει περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινάς" ἀείφυλλον δέ ἐστιν· οἱ δὲ περὶ τὴν Θηβαΐδα κατοικοῦντες, διὰ τὴν ἀφθονίαν τοῦ δένδρου ξηραίνουσι τὸν καρπόν. καὶ τὸν πυρῆνα ἐξαι-

* αὐτῆς.
† κικίδος.
‡ ὅτε δ' ἐκοπῆ.
" πλείστη Al. Germ.
† ναματιαίοις Al. Germ.
‡ ἡ κοκκυμηλέα, μέγα μὲν τῷ μεγέθει. καὶ τὴν φύσιν τοῦ καρποῦ.
‡ τὴν φύσιν φέρει τὸν καρπόν.
" φύλλων Ald. Germ.

Spina ex eo nomen accepit, quod tota arbos aculeis horret, excepto caudice. Nam & ſuper germina foliáque aculeos gerit: magnitudine excellit. Materies quippe duodenorum cubitorum. Tectis idonea cæditur. Ejus duo genera ſunt. Quædam enim candida, quædam nigra: & altera imbecillis, facileque putreſcens: nigra autem robuſtior, atque incorrupta. Ob id in navium fabrica ad coſtas ventriſque compagines ea utuntur. Erecta non valde aſſurgit. Fructus in ſiliqua, modo leguminum, quo incolæ coria perficiunt, vice gallæ. Flos & pulcher aſpectu, ut coronas ex eo facerent: & medicamentis perutilis, qua de cauſa colligi à medicis ſolet. " Fit & gummi ex ea. quod manat tum arbore percuſſa, tum ſponte, ſine ulla fiſſura. cum autem cæſa fuerit, anno tertio protinus reſurgit. Copia hujus arboris largè habetur, & ſylva ingens circa agrum Thebanum eſt, ubi & robur, & † perſea & olea quoque eo loco emigrat: non aquis fluvii riguo (diſtat enim plus, quam trecentis ſtadiis) ſed ſuis fontibus, qui circa eum tractum permulti exiliunt. Oleum nihilo deterius hoc noſtrate habetur, niſi quod deterius olet, quoniam natura ſale raro utatur. Materies arboris dura: & cæſa, colorem celtis utique repræſentat. Alia quædam arbos prunus habetur, inſignis magnitudine, fructum ferens natura, & magnitudine meſpilis proximum, niſi quod rotundum nucleum habet. Florere incipit menſe ‡ Iulio. Fructum " circa brumam perficit, nec folia dimittit. Qui circa agrum Thebanum colunt propter arboris copiam, fructum ſiccant, lignoque exempto tundunt, † offaſque faciunt. Naſcitur peculiaris quædam materia circa Memphim non foliis, vel ramis, vel to-

" *gignitur etiam ex eo id quod gũmi vocant.*
† *perſea plurima, & olea, hæc enim eo loco etiam reperitur. nec aquis fluvii irrigata naſcitur. Diſtat enim plus quam trecentis ſtadiis, ab aquis manãtibus. Sunt autem circa illũ tractum fõtes plures.*
‡ *Octobri.*

" *circa ſolſtitium hyemale maturum reddit.* † *in maſſas globóſq; dirigunt;* *naſcitur circa memphim frutex quidam peculiaris qui circa folia ac ramos ac totam formam reliquarum inſtar nihil peculiare habet, ſed propria qua-*

 ta forma

ῥοῦντες, κόπτουσι καὶ ποιοῦσι παλάθας. ° ὕλημα δὲ ἴδιόν τι φύεται περὶ Μέμφιν· ὃ καὶ φύλλα καὶ βλαστοὺς καὶ τὴν ὅλην μορφὴν ἔχει † οὐ τὸ ἴδιον, ἀλλ' εἰς τὸ συμβαῖνον περὶ αὐτὸ πάθος. ἡ μὲν γὰρ πρόσοψις ἀκανθώδης ἐστὶν αὐτοῦ καὶ τὸ φύλλον παρόμοιον ταῖς ‡ πτέρυξιν. ὅταν δέ τις ἅψηται τῶν κλωνίων, ὥσπερ ° ἀφαυαινόμενα τὰ φύλλα συμπίπτειν φασίν. εἶτα μετά τινα χρόνον ἀναβιώσκεσθαι πάλιν καὶ θάλλειν. καὶ τὰ μὲν ἴδια τῆς χώρας, † ἴσ' ἂν ἢ δένδρα τις ἢ θάμνους εἴποι. ‡ τὰ γὰρ ἐπιφανέστερα ταῦτ' ἐστι· περὶ γὰρ τῶν ἐν τῷ ποταμῷ καὶ τοῖς ἕλεσιν ὕστερον ἐροῦμεν, ὅταν καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐνύδρων· ἅπαντα δὲ ἐν τῇ χώρᾳ τὰ δένδρα τὰ τοιαῦτα μεγάλα καὶ τοῖς μήκεσι καὶ τοῖς πάχεσιν. ἐν γοῦν Μέμφιδι τηλικοῦτον δένδρον εἶναι λέγεται τὸ πάχος, ὃ τρεῖς ἄνδρες οὐ δύνανται περιλαμβάνειν. ἔστι δὲ καὶ τμηθὲν τὸ ξύλον καλόν· πυκνόν τε γὰρ σφόδρα καὶ τῷ χρώματι λωτῶδες. ἐν Λιβύῃ δὲ ὁ λωτὸς πλεῖστος καὶ κάλλιστος, καὶ ὁ παλίουρος. καὶ ἔν τισι μέρεσι, τῇ τε Νασαμωνικῇ καὶ παρ' Ἄμμωνι ° καὶ ἄλλοις, ὁ φοῖνιξ. ἐν δὲ τῇ Κυρηναίᾳ κυπάριττος, ἐλαῖαί τε κάλλισται, καὶ ἔλαιον πλεῖστον. ἰδιώτατον δὲ πάντων τὸ σίλφιον. ἐπεὶ καὶ † ὀπὸν πολὺν ἡ χώρα φέρει καὶ εὔοσμον.

° οἴδημα Al.
† οὐ τῶν ἰδίων.
‡ πλέξεσιν Gaza.
° ἀφαυλινόμενα codex Ger. Theod. ἀπαμβλυνόμενα.
† ὅσ' ἂν ἢ Const. Ger. cod. ὥσανεί.
‡ τὰ ἐπιφανέστερα.
° καὶ ἐν ἄλλοις.
† Al. Germ. κόπρον πολλὴν Theod. πολύ.

ta forma proprietatem sortita, sed affectione, quæ accidit. Quippe facies ejus spinosa, foliumque filicibus non absimile: sed cum ramulos quisquam tetigerit, folia quasi ‡ hebetata concidere, tum tempore aliquo post reviviscere, rursusque virere affirmant. Atque propria quidem ejus regionis, tanquam si quis arbores, aut frutices dicat, insignia hæc assignantur. Nam de iis, quæ in fluvio, atque paludibus extant, postea disseremus, cum de reliquis etiam aquatilibus verba faciemus. Omnes autem hujusmodi arbores suis locis magnæ, tum longitudine, tum crassitudine assurgunt. Itaque circa Memphim, arborem tanta magnitudine esse ferunt, ut tres homines nequeant ejus amplecti caudicem. Cujus etiam materia cæsa commoda operibus est: admodum enim spissa, coloreque celtis arboris est. In Africa vero celtis plurima, optimaque gignitur, nec non & paliurus: quin & quibusdam partibus, ut Nassamonico agro, & apud Ammonem, ° aliosque existit. In Cyrenensi autem cupressus, oleaque optime prodeunt. Oleumque plurimum fit. Sed omnium maxime peculiare laserpitium est. † Nam id quoque copiosum ea regio profert, odoreque suavissimum.

° dam qualitate natura afficitur.
‡ arefacta.
° apud alios palma existit.
† etiam succi plurimum in ea regione laserpitium fert, eumq; odore suavißimũ.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἡ δὲ ἄ. Correxêre optimè, ἡ δὲ ἄκανθος. Theodorus malè disiunxit. Eorum namque caput est ultimum, quæ sunt proposita supra.

Πρὸς τὰ ἐγκοίλια. *Theod. ad costas, ventrisque compagines. Sic & apud Athenæum in Quinto.*

Γίνεται ἐκ ταύτης καὶ τὸ κόμμι. Theodorus, fit & gumma ex ea. *Subtilius esset assequutus sic.* Gignitur ex ea, etiam id, quod gummi vocant. *Nam tametsi quævis lachryma concreta, gumma est: hujus tamen lacbryma peculiari nomine in multis medicorum libris sic appellatur:* Κόμμι *Plinius optimè quid sit, docet. Arabicum vocant vulgo, quia ex Alexandria Arabicæ merces convehuntur. Lege* σχίσεως: *non autem* σχίσεως. *Festiva oratio.* ὅταν δὲ κοπῇ, τὸ τρίτον ἔτος αὖθις ἀνεβλάστησε. *Tempore indefinitio,* κοινῇ *tempus finitum & certum* ἀνεβλάστησε. *Quæres: tres ne totos annos sileat, nec germinet, an interea germinet? Tertio autem anno reponat pristinam magnitudinem: veluti sylvæ nostræ ceduæ.*

Καὶ ἡ περσέα πλεκτή. *Theodorus omisit,* πλεκτή. *Sicut suprà & malè locutus est.* Olea, *inquit*, eo loco emigrat. *Verùm hoc monuimus alibi.*

Διὰ τὸ σπανίως ἁλσὶ χρῆσθαι. *Pone in codice Theodori,* sale: *& deme* sole. *Oleum fieri ex oliva sale aspersa, jam pervulgatum est apud autores. Sed quid est,* τῇ φύσει? *Apud Ægyptios natura sua rarum esse usum salis, an ob calorem, atque siccitatem? Nam ipsi sunt siticulosi: quare malunt olei tædium, quam salis incommodum.*

Ἄλλο δέ τι δένδρον ἡ κοκκυμηλέα. *Cum initium hujus capitis ita inscribendum curavimus: De Arboribus Ægyptiis; non abscidimus hanc partem à superiore: tametsi non erat inter capita proposita. Verùm ubi dicebat,* ἄκανθος, βάλανος καὶ περσέα. *His postremis vocibus sane comprehendatur. Aliquid contemplabere super Myrabalanis emblicis, aut ejusmodi, cum leges hæc. multa enim conveniunt. Corrige* ἀφυλλον. *non* φύλλον.

Οἴδημα δὲ ἴδιον. *Theodorus,* Nascitur peculiaris quædam materia. *Legit igitur,* ὕλημα, *proba & usitata voce.*

Ὥσπερ ἀφαυλινόμενα. *Theodorus,* hebetata. *legit igitur* ἀπαμβλυνόμενα. *Verùm sensus durior: hebetari enim est aciem amittere. lege* ἀφαυαινόμενα. Obsiccata, obarefacta.

Narrat pro miraculo apud Memphim arborem fuisse, cujus ambitus trium hominum complexum expeleverit. In Rhetis, & Noricis, ad eum modum plurimas vidimus: majores etiam aliquot.

Ἐπεὶ καὶ κόπρον πολλὴν ἡ χώρα φέρει εὔοσμον. *Mirificum librarium; qui* κόπρον εὔοσμον *agnoverit. Theodorus omisit: & legit,* πολύ: *ut sit* σίλφιον. *Nescio an legam,* κύπερον, *unde oleum, quod Cyprinum vocat Dioscorides.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Ἡ δὲ ἄκανθος. Ea est quæ ab ipso vocatur ἀκάνθη Αἰγυπτία *lib. 9. cap. 1. Spina Ægyptia Plin. lib. 13. cap. 9. &* ἀκακία, *& ipsi, ubi superius* ἀκακία, *non verò* κεγχρίς, *est* ἰσχάδος *Dioscoridis, acacia prior quæ adhuc ignota. Altera Cappadociæ jam multis cognita.*

Ἐξ αὐτῶν. *lego* ἐξ αὐτῆς. Τὸ κόμμι. *Additus articulus* τὴν ἐξοχὴν *ostendit. Et hic insignis locus ad probandum* τὸ κόμμι *per antonomasiam positum, gummi acaciæ sive spinæ Ægyptiæ significare. Sed & iste clarior apud ipsum Theophrast. initio lib. 9. ubi* τῆς ἀκάνθης τῆς αἰγυπτίας. καὶ γὰρ αὕτη φέρει κόμμι. *Et infra,* ὅσα δ' ἀλιπῆ, ταῦτα δ' ἄοσμα, καθάπερ τὸ κόμμι, καὶ τὸ τῆς ἀμυγδαλῆς. *Galenus autem* κόμμι *definit 7. lib. simpl.* γενικῶς *in universumque, non* εἰδικῶς. *Hoc verò acaciæ gummi lib. 7.* τῶν κατὰ τόπους, κόμμι θηβαϊκὸν *vocat; quod alii gummi Arabicum, & Babylonicum, Marcellus Empeiricus gummi acanthinum, Plin. lib. 13. cap. 11. gummi ex Ægyptia spina. Quod pro gummi Arabico in officinis venditur, aliarum arborum miscellaneum gummi.*

Ἐχίσεως *malè reposuerunt: planè enim legend.* σχίσεως. *Quomodo manaret sine fissura saltem naturali? Sic: sine scalpello, naturali apertione equis & mulis (ut in quibusdam observavi.) Vere ex collo sanguis effluit.* Ἀνεβλάστησε. *elegantissima phrasis, cujus elegantiam Latinè imitari studui utriusque linguæ exempla in nostris Elegantiarum libris. Sic Plin. vertit. Sed præcipua utilitas, quod cæsa anno tertio resurgit. Hoc adnotavi, ne quis politioris linguæ rudior existimaret,* ὅσαν δ' ἑκόντι *scribendũ.* Πλεκτή. *restitue* πλεκτή. Κοκκυμηλέα, *hæc est prunus Aegyptia Plin, l. 13. c. 10. cujus fructus non est* χρυσοβάλανος *Galeni, qui quorundã Myrobalanus flavus sive citrinus. Sed sanè illud 4. Myrobalanorũ genus, Emblicos vocant. Nota verò quod dicat* ἄλλο δέ τι, *ut mihi inexcusabilis hac in parte Plinius videatur, qui spinæ Aegyptiæ non dissimilẽ facit. Natalib. quidẽ conveniunt, & in qua re præterea?*

Τὴν φύσιν. *Manca oratio: deest* τοῦ καρποῦ. *Vult comparare cum mespili pomo: quod rectè animadvertit Plinius.*

Πυρῆνα. *hæc tragicè Plinius;* lignum, *inquit*, in pomo grande. *At sequetur mespilum habere lignum grande, quod si dixero, meritò rideas elocutionis magisque rei ineptias.*

Πτέρυξιν *reposui ex Plinio. Scriptum erat* πλέγμασιν, *mendosè. Gaza legerat* πλεξίσιν. *Lege Plin. lib. 13. cap. 10.* Ἀφαυλινόμενα. *ego* ἀφαυαινόμενα *admitto, Sed si cui arrideat* ἀπαμβλυνόμενα, *suo sensu fruatur; qui acutior ex hoc loco elicietur, si intelligat folia non in terram cadere, sed suæ plantæ: hærendo tamen concidere velut languida, postea verò reparatis virib. ea quasi emortua reviviscere rursusq; virere. Sic tamẽ vertit Plinius,* Facies enim spinæ folia habet ceu pennas, quę tactis ab homine ramis cadunt protinus *(illud protinus de suo adjicit, nec placet. potest esse aliter)* ac postea renascuntur. *Vterque miraculum conduplicat, si folio deciduo aridóque hoc contingit. Sed hîc aliud intelligitur, quàm dicitur:*

dicitur: nec urgenda verba, sed commodè exponenda. Hoc volunt, lapsis foliis alia renasci ac substitui. Ὥσπερ &c. *Sic emendo,* ὅσ' ἂν ᾖ, & εἴπου τι γάρ, *substituo* εἴπου, τι, *sublata postrema particula* γάρ. Κόπιον. *vera lectio est* ὀπόν. *Sic enim laserpitii liquor dicitur, ut ostenditur in Lexico Crispini in voce* Σίλφιον:

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἡ δὲ ἄκανθα. Malè in Aldino codice legitur, ἡ δὲ ἀ. Ἄκανθα vox generalis admodum; plures eo nomine gaudent plantæ. Omnes quippe quæ spinis munitæ sunt hoc nomen audiunt. Hoc capite Theophrastus de Ægyptia agit spina, quæ à nonnullis cum Arabica spina herba, (quæ etiam ἄκανθα Αἰγυπτία dicitur) confundi solet. Errandi occasionem præbuit Ætius & Plin. Ætius lib. I. ubi ait. Ἄκανθα Αἰγυπτία ἐκ ταύτης ἡ ἀκακία κατασκευάζεται, συσταλτικὴν καὶ ξηραντικὴν τὴν δύναμιν, ὥστε ῥοῦν γυναικεῖον · καὶ τὰ καθ' ἕδραν ἕλκη ἐμφυσώμενα εἰς οὐλὴν ἄγει. *Spina Ægyptia ex qua acacia præparatur, adstringendi & siccandi vim habet, quare & fluxui muliebri prodest, & ulcera sedis inflata ad cicatricem perducit.* Postremum Galenus de spina Arabica, prius de Ægyptia libr. 6. simpl. ubi Arabicam acanthum, etiam Ægyptiam vocari docet. Ἄκανθα Αἰγυπτία· ἔνιοι δὲ Ἀραβικὴν ὀνομάζουσι. ἔοικε δὲ παρ' ἡμῖν ἀκάνθῃ τῇ λευκῇ — καὶ τὰ κατ' ἕδραν ἐμφυσώμενα, καὶ εἰς οὐλὴν ἄγει τὰ ἕλκη, μετρίαν ἔχουσα καὶ οὐκ ἀηδῆ τὴν στύψιν. quæ non parum corrupta sunt. Scribe ex Aetio, καὶ τὰ καθ' ἕδραν ἐμφυσώμενα εἰς οὐλὴν ἄγει τὰ ἕλκη, μετρίαν, &c. *Spina Ægyptia, quidam Arabicam vocant: similis autem est spinæ albæ nostrati, — & ulcera sedis inflata ad cicatricem perducit, mediocrem habens & non molestam adstrictionem.* Acacia ex arbore quæ acanthus colligitur, spina Arabica herba ex carduorũ genere est. Quod vel ex eo apparet, quod spinæ comparet albæ Galenus, quæ cardui species, & inter carduos recensetur à Dioscoride libr. 3. cap. 15. ubi carduorum historiam tractat. Ἄκανθα, inquit, Ἀραβικὴ ἐοικυίας φύσεως δοκεῖ τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ εἶναι, στύφουσα δὲ ξηραίνουσα. *Spina Arabica natura spinæ albæ similis esse creditur, adstringit & exsiccat.* Carduus igitur Arabica spina. Miror magnos medicos scribere, in Doctiss. suis lucubrationibus. ἄκανθα Αἰγυπτία *sive Arabica, frutex est, qui, ut ait Dioscorides, spinæ albæ similis esse creditur, valdè siccat & adstringit, &c.* Nusquam tradidit Dioscorides spinam Arabicam esse fruticem: inter aculeatas herbas, & carduos eam describit. Vnde facile colligere licet, congenerẽ carduis esse statuendam. θάμνον esse scripserunt, quod rhamnus, quæ ἀκάνθη λευκή, spina alba etiam dicitur, frutex sit; cum aliam spinam albam intelligat Dioscorides. Nec immunis, ut dixi, ab errore Plinius. Libro enim 24. cap. 12. hæc tradit; *Spinæ Arabicæ laudes in odorum loco diximus. quæ propriè Arabica dicitur spina inodora.* Præterea lib. 12. 13. 14. & 15. ubi de odoratis exoticisque agit, Ægyptiæ tantùm meminit spinæ, ejusque laudes perstringit. In eodem etiam errore reperio magni nominis Botanicum libr. I. de nat. stirp. cap. 133. ubi de acacia agens, *Spinam, inquit, porro Ægyptiam sunt qui & Arabicam vocarunt, ut Dioscorides, & Galenus.* Certè Galenus quidẽ spinam Arabicam, Ægyptiam vocari tradit; sed ex ea Aegyptia spina, acaciam colligi, nusquam tradidit. Quin etiam ut ab Aegyptia spina diversam doceret, addidit, similem esse spinę albæ nostrati. Nihil facit, quod in lemmate apud Dioscoridem additum est, Ἀραβικῆς ἀκάνθης καὶ Αἰγυπτίας. Arabica spina, quæ inter carduos numerari debet, etiam Aegyptia dici potest, dictaque est, quod tam in Aegypto, quam Arabia nascatur. Puta quod in confinio Arabiæ & Aegypti nasceretur, hinc aliis Arabica, aliis Aegyptia appellata fuit. Ex hac tamen non colligebatur acacia, verùm ex ἀκάνθῃ Αἰγυπτίᾳ arbore, vel arbore fructicosa.

Ἄκανθα καλεῖται διὰ τὸ μὴ. Cur ἄκανθα, id est spina dicatur docet, nempe διὰ τὸ ἀκανθῶδες ὅλον εἶναι, *quod tota arbos aculeis horreat.* ἄκανθα ergo παρὰ τὸ τῇ ἀκῇ (id est τῇ ὀξύτητι ἀνθεῖν, sive potius κεντεῖν, *quod spinis valde pungat.* ἄκανθα Theoph. lib. 9. cap. I. ἀκάνθη dicitur, quomodo & Herodotus in Euterpe eam vocavit. τὰ δὲ δὴ πλοῖα σφι τοῖσι φορτηγέουσι ἐστὶ ἐκ τῆς ἀκάνθης ποιεύμενα, τῆς ἡ μορφὴ μὲν ἐστὶν ὁμοίη τῷ Κυρηναίῳ λωτῷ. τὸ δὲ δάκρυον κόμμι ἐστί. *Naves quibus onera ferunt, factæ sunt ex acantha, quæ forma similis est loto Cyrenæo, cujus lachryma est, quod gummi vocatur.* Similem esse Cyrenæo loto, parùm fit verisimile, ut ex utriusque descriptione palam fiet, nisi fortè placeat, utramque arborem fruticosam, & humilem. Straboni etiam ἀκάνθη dicitur lib. 17. Geograph. καὶ τὸ τῆς ἀκάνθης ἄλσος τῆς Θηβαϊκῆς (Αἰγυπτίας) ἐξ ἧς τὸ κόμμι. *& Acanthæ Thebaicæ (Ægyptiæ) lucus, unde gummi habetur.* Dioscoridi recentioribusque ἀκακία dicitur, ab ἀκάζω acuo; unde acacia quasi *acuta.* Quod nomen succus hodie etiamnum obtinet. Infima Græcia ἀκάνθιν vocavit. Glossæ Græco-barbaræ ἀκανθία ἀκάνθη. ἀκάνθιν recentiores Græci barbari ν ante θ convertunt, in θ sic ἄνθος & ἄνθη pro ἄνθει & ἄνθος. Ægyptiis spina hæc Kachia & saut dicitur, ut monet Alpinus.


Πλὴν τοὺς στελέχους. ἐπὶ γὰρ ἐπὶ τῶν βλαστῶν καὶ ἐπὶ τῶν φύλλων. Hæc fabulosa: (si modo acatia, sit ea, quam Alpinus describit, & ex qua hodie acacia fit) Nam caudex, ut icon ostendit, spinis præditus, contra folia spinis carent; quanquam & hoc scribat Plinius; *aculeus, inquit, spinarum & in foliis.* Pluris apud me valet Alpini autopsia, quã Plinii auctoritas.

Καὶ γὰρ δωδεκάπηχυς ἐξ αὐτῆς ἐρέψιμος, &c. Contrarium tradere videtur Dioscorides libr. I. cap. 133. ἀκακία φύεται ἐν Αἰγύπτῳ. ἄκανθα δέ ἐστι δενδρώδης, θαμνοειδής, οὐκ ὀρθοφυής. *Acatia nascitur in Ægypto, spina est ad arboris magnitudinem accedens, fruticosa, non recta.* Idem cap. de myrrha, myrrhæ arbori similem dicit. lib. I. cap. 78. μύρρα δάκρυόν ἐστι δένδρου γεννωμένου ἐν Ἀραβίᾳ ὅμοιον τῇ Αἰγυπτιακῇ ἀκάνθῃ. *Myrrha lachryma arboris qua in Arabia provenit similis spinæ Ægyptiæ.* Myrrhæ arbor, ut Theoph. libr. 9. cap. 3. docet, non magna: quippe quæ ad quinque cubitorum proceritatẽ non erigatur; contra ex acantho trabes duodecim cubitorum fieri, tradit idem. Videntur ergo acanthus Theophrasti & acacia Dioscoridis arbores diversæ. Quod viris etiam doctissimis placet; qui à Dioscoride acanthum albam, sed nigram à Theophrasto describi contendunt, & quidẽ acanthum nigram Theophrasti casiam esse purgatricem: quorum argumentum mox solvã. Revera unam eandẽmque spinam Dioscorides & Theoph. describunt. Dioscorides cum acaciam δενδρώδη, θαμνοειδῆ dicit, non vult arborem esse fruticis magnitudine, sed arboris magnitudine plantam, forma fruticis, sic δενδρώδης τιθύμαλος, lib. 4. cap. 115. *arboreus tithymalus,* quæ ad arboris magnitudinem assurgit. Sic κυνόσβατος θάμνον δενδρώδη, lib. I. cap. 125. contra ericen lib. I. cap. 117. δένδρον θαμνώδη dixit arborem quæ ad fruticis assurgit tantùm altitudinem. δενδρώδης igitur quod arboream acquirit altitudinem, θαμνοειδής quod formam retinet fruticis, quanquam arboris instar sit magna. Ad illud quod de myrrha inquiunt, respondetur, Dioscoridis codicem corruptum, legendúmque ut in editis legitur, μύρρα δάκρυόν ἐστι δένδρου γεννωμένου ἐν Ἀραβίᾳ ὅμοιον τῇ Αἰγυπτιακῇ ἀκάνθῃ. Non inquit arborẽ myrrhæ similem spinæ; sed lachrymam ejus ferme acaciæ succo comparat; quæ forma & consistentia sunt eadem, colore tamẽ diversa. Legendũ ergo ὅμοιον, ut editi codices habent, & referendum ad lachrymam, non ὁμοίου; nam acaciæ arbori non comparat Diosc. myrrhæ arborem. Malè Hesychius acaciam herbã esse tradit; cum sit arbor. ἀκακία, inquit, βοτάνη. Nisi placeat vocẽ βοτάνην latè accipere, pro eo scilicet, quod Latini plantam vocant.

Δίττον δὲ τὸ γένος, &c. Duo etiam genera acaciæ describit Dioscorides, non colore tantùm, sed tota ferè facie diversa. Audiamus quid de altera tradat. φύεται δὲ καὶ ἑτέρα ἀκακία ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ Πόντῳ παρεμφέρουσα τῇ Αἰγυπτίᾳ, ἐλάττων μέν τοι παραπολὺ καὶ χαμαίζηλος, καὶ τρυφερωτέρα. παραπλησίως (vulg. παραπλήσιως) δὲ ἀκάνθης σκολοπώδους, φύλλα ἔχουσα πηγάνῳ ὅμοια τῷ δὲ φθινοπώρῳ φέρει σπέρμα ἐν θυλάκοις συγκεζυγμένοις, τριχώδεσι · ἢ τετραχώδεσι, ἔλαττον φακοῦ. *Altera quoque acacia in Cappadocia Pontóque provenit, Ægyptiam referens: sed longè minor, humilis, ac tenerior. aculeis vallorum in modum obsita, foliis prædita rutæ similibus. autumno semen profert lenticula minus, in folliculis connexis ternum quaternúmve capacibus.* De viribus hæc tradit. στύφει δὲ καὶ αὐτὴ χυλιζομένη σύμπασα, πλὴν ἧττον τῇ δυνάμει καθέστηκεν, εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ἀνεπιτήδειος ἐστι. *è tota planta succus expressus etiam adstringit, sed viribus inferior, & oculorum medicamentis haud quaquam est idoneus.* Oribasius, qui sua ex Dioscoride exscribere solet, multa omisit, vel multa huic capiti addita sunt superflua. Legit Oribasius φύεται δὲ καὶ ἑτέρα ἀκακία ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ Πόντῳ, παρεμφέρουσα τῇ Αἰγυπτίᾳ, πλὴν ἧττον τῇ δυνάμει καθέστηκεν, εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ἀνεπιτήδειος οὖσα. *Nascitur altera acacia in Cappadocia & Ponto, quæ Ægyptiæ quidem similis est, cæterùm minus efficax, & oculorum medicinæ inutilis.* Hæc lectio probabilior videtur. Verisimile admodum vulgatam lectionem multa superflua habere; quod his probatur rationibus. Ipsa verba Dioscoridis quæ omisit Oribasius ostendunt esse superflua. Sensus enim est, quæ in Ponto & Cappadocia nascitur acacia, Ægyptiæ quidem similis est, aut potius eadem, sed viribus inferior, & tantùm inutilis ocularibus medicamentis. Præterea

illa superflua non cohærent, cum superiori primæ acaciæ descriptione. Si enim ab Alpino descripta, acacia vera est, ut revera est, Pontica sive Cappadocica non potest habere folia rutæ. Quæ enim similitudo foliorum rutæ

Acacia Mathioli ficta.



cum tanaceto, vel scorpioide leguminosa. Botanicorum nemo folia tanaceti, tragacanthæ, aut scorpioidis jam dictæ folia comparabit rutæ. Accedit, quod nec Galenus, nec Ægineta, nec Serapio hujus vilis & abjectæ acaciæ mentionem faciant, quod bonam, & probatam ex Ægypto haberent. Dioscorides verò pro more suo ejus meminit, quod tum temporis talis advehebatur, & forte non sine damno ægrorum exhibebatur. His ita constitutis facilè colligere lector potest, quam alterius acaciæ nomine quidam ostendunt, non esse acaciam Ponticam. Utrum verò sit aspalathus, suo loco videbimus. Sunt qui acanthum alteram, nigram scilicet, casiam purgatricem putant, ac infimum Latinitatis ævum casiam, pro caciam vocasse, ſ scilicet pro c, ut in multis, posuisse. Sed operæ pretium erit examinare quæ scribunt. *Theophrastus*, inquiunt, *acanthum adeò magnam esse arborem, affirmat, ut materies ex ea cædatur tectis idonea, quæ duodenos cubitos sit longa, hoc est pedes viginti quatuor, vel etiam triginta. Hæc altitudo apprimè convenit casiæ arbori, non spinæ Ægyptiæ, quæ verè spina est.* Concedo id totũ, sed ideo casiam purgatricẽ acanthum esse, nego. Instant; *Nigra acanthus* ἰσχυρὰ *&* ἄσηπτος. *ideo navigiorum costis utilissima habebatur, quod in aquis incorrupta duraret; tale hodiéque memorant lignum esse casiæ fistulæ, durum, solidum nigrúmque, gayiaci instar.* Quasi verò non reperirentur in Ægypto aliæ arbores, quarum materies solida, nigra, & dura. *Cæterùm*, inquiunt, *utraque* (alba & nigra) *siliquas fert prælongas nec multùm dissimiles.* Hoc neque Theophrastus, neque Dioscorides, neque Alpinus, oculatus testis, tradidit. *Tempore*, inquiunt, *Theophrasti fructus qui postea ad medelas, succo inde expresso conversus est, coriis perficiendis, gallæ vice, apud indigenas tantùm serviebat. At vice versa, nigræ spinæ Ægyptiæ siliqua, quam casiam nostram putamus, nullo in usu tunc fuit, quem nunc is habet in Medicina plurimum. Fortasse & succo ejus qui niger est & pinguis, perficiendis tingendisque coriis tum utebantur.* Id potuisse fieri non inficias eo, sed probandum, istum habuisse usum. Pergunt. *Nomen ipsum, quo hodie casiam appellamus, satis indicio est, verum esse quod diximus. Hoc quippe nomen ex uno genere, ad alterum translatum est. casiam infima ætas dixit, quam acaciam vetus dicebat, more tralatitio posterioris Latinitatis c in ſ vertendo.* Id parùm fit verisimile, & suspectum nobis admodum est. *Objiciet*, inquiunt, *aliquis, casiæ arborem spinis carere, ea propter non posse sub hoc nomen, ac genus includi. an non & duo acanthi topiariæ herbæ genera faciunt, quorum alterum aculeatum, alterum læve ac sine aculeis.* Plinius de acantho: alterum leve, quod aliqui pæderota vocant, aliqui melamphyllum. atque huic levi, & minimè spinoso nomen acanthi hæsit: *Immo sic propriè & absolutè vocabatur.* Diosc. ἄκανθος ἣν οἱ δὲ παιδέρωτα, οἱ δὲ μελάμφυλλον καλοῦσι. *Sic acanthi Ægyptiæ arboris duo genera fuerunt, alterum nigrum, alterum album. nigrum videtur casia nostra fuisse. album idem fortasse cum acacia veterum.* Respondeo. acanthi illius genera, in eo tantùm differre, quod altera spinosa sit, altera spinis careat, & inde evenisse, quod acanthi nomen obtinuerit, quod commodius non reperiretur. Sic sonchum alium spinosum vocamus, alium levẽ. Sed an acacia & casia in eo tantùm differunt, quod altera spinis prædita, altera orbata? minimè. Forma, facie, ac viribus dissimiles planè sunt. Arborem integram si spectes, acacia haud ita magna, & curva: casia recta, & alta. Casia corticem habet planum, mollem, atque cineritium; acacia nigrum & asperum. Folia casia fert nucis foliis duplo longiora, & in extremo in acumen desinentia: acacia folia habet oblonga, exigua, minutissimè incisa, tanaceti, aut scorpioidis leguminosæ proxima. Cassia flores habet multos, aureos, leucoiis proximos, sed multò majores, numerosioresque, florum anagiridis instar alæ alligatos ac pendentes. Alæ siquidem omnes in numeris fermè floribus onustę, ac graves deorsum vergere cernuntur; súntque hi valde odorati, præsertim oriente sole. Acacia flores fert pallidos, subflavos, atque etiam albos, rotundos, parvos, lanæ floccos imitantes, platani fructibus forma planè similes; his tamen longè minores; & flos hujus arboris videtur, mollis lanugo, parvum, rotundumq; globum efformans, non ingrati odoris: siliquæ acaciæ, lupinorum æmulæ, proferuntur, ipsis verumtamen minores, in primis virides, mox nigræ apparent. Semina dulcium siliquarum seminibus similia, & in siliquarum folliculis conclusa. Casiæ siliquæ duorum cubitorum longitudine, formáque lupinorum planè dissimiles. Lupinus planas habet siliquas digitali longitudine; casia rotundas, sesquipede multo longiores. Casiæ alvum movet & expurgat, acatiæ adstringit, purgationémque alvi compescit & cohibet. Vides planè dissimiles plantas, nullaq; prorsus in re similes, nisi quod utraq; foliis, flore, & fructu donata sit; quod reliquis etiam contingit arboribus. Frustra ergo casiam acanthũ nigram statuunt. Οὐρανὸς ἀπὸ γαίας non tantùm distat; lux à tenebris non tantũ differt, quantùm acacia à casia. Duos ramulos acaciæ quondam à Rodolpho Walburg, pharmacopeo, dum viveret, diligentissimo, accepi, flore fructúque onustos; quorum alter niger, alter pallidus conspiciebatur: niger foliis puniceus erat præditus, multo atrioribus, quam albus. Acaciæ differentiam tradit Alpinus in marẽ & fœminam. Mas spinis horridus fructus non edit; fœmina spinis mollioribus paucioribúsque; eásq; intra ramos nõ habet, sed extra. Quę arbor est fœcundissima, florere incipit Orientibus Pleiadibus, Novembri mense, & rursum iisdem occidentibus, mense Martio, bis in anno fructus fert, atque maturat.

Διὸ καὶ ἐν ναυπηγίαις. Plin. lib. 13. cap. 9. *Nec minus spina celebratur in eadem gente, duntaxat nigra, quoniam incorrupta etiam in aquis durat, ob id utilissima navium costis. Candida facilè putrescit.*

Τὸ δένδρον οὐκ ἄγαν ὀρθοφυές, &c. Idem observavit Dioscorides; ἄκανθα δέ ἐστι δενδροειδής, θαμνοειδὴς οὐκ ὀρθοφυής, &c. *spina ad arboris magnitudinem accedens, fruticosa, in rectum minimè assurgens.* quod & verum esse testatur, Alpinus.

Ὁ δὲ καρπὸς λοβώδης, &c. Plinius, *semen in siliquas, quo coria perficiuntur, gallæ vice.* Meliorem usum ei adscribit Diosc. τὸν δὲ καρπὸν ὥσπερ θέρμου ἐν λοβοῖς κείμενον, ἐξ οὗ καὶ ἐκθλίβεται τὸ ἐγχύλισμα ξηραινόμενον ἐν σκιᾷ, μέλαν μὲν ἐκ τοῦ πεπείρου καρποῦ, ὑπόκιρρον, εὐῶδες, ὡς ἐν ἀκακίᾳ. χυλίζονται δέ τινες καὶ τὰ φύλλα σὺν τῷ καρπῷ. *Fructum verò lupini in modum, siliquis inclusum; ex eo succus exprimitur, qui in umbra siccatur, niger quidem ex maturo fructu, subfulvus autem ex immaturo. Eligito modicè fulvum & odoratum, ut in acacia esse potest. Sunt qui è foliis unà cum ipso fructu succum exprimant.* Idem de succo tradit Alpinus. Ex immaturis siliquis, viridibus succum exprimunt, quem coquunt, ut indurent. Nonnulli etiam ex foliis, floribus imperfectis succum parant, sed eo est hic bonitate inferior. Cayri coriarii ad denigrandas pelles multã copiam illius succi absumunt. Officinæ pro acacia, prunorum sylvestrium succo utuntur; quod Græcos etiam fecisse reperio. Nicodemus, ἀκακία ὁ χυλὸς τῶν προύμνων. Officinæ succum quem ex sylvestribus prunis conficiunt, acaciã etiam vocant; cùm nihil minus sit, sed tantùm ejus vicem suppleat. De acacia vide cap. 1. libr. 9. ubi de gummi & acacia plura traduntur.

Aliam

Aliam fructus delineationem habes apud Athenæum. lib. 15. Δημήτριος δ' ἐν τῷ περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον, περὶ ἄβυλον πόλιν τὰς ἀκάνθας ταύτας εἶναί φησι γράφων οὕτως. ἔχει δὲ καὶ ὁ κάτω τόπος καὶ ἀκανθάν τινα δένδρον, ὃ τὸν καρπὸν φέρει στρογγύλον ἐπί τινων κλωνίων περιφερῶν. ἄνθει δὲ ἔτος, ὅταν ὥρα ᾖ καὶ ἔστι τῷ χρώματι τὸ ἄνθος καλλίφεγγος. *Demetrius in libro rerum Ægyptiarum scribit, ejusmodi spinas circa oppidum Abylon etiam nasci, his verbis. In inferiore loco spina est, nempe quædam arbor, quæ fructum in ramis in orbem flexis rotundum fert. Vere flos exit pulchrè splendens.* Vereor optimum virum hallucinari, & fructus nomine describere florem, qui, ut mox dicam, rotundus, instar platani pillulæ. Κλωνία περιφερῆ huic auctori, *ramuli in orbem flexi*, circa quos fructus rotundus, quem baccam vocat Poëta. Lib. 2 Georg.

Et quid odorato referam sudantia ligno.
Balsamáque, & baccas semper frondentis acanti.

Semper frondens acanthus vix alia esse potest, quam Ægyptia spina. Ut balsami natale solum Iudæa; (quod tamen fabulosum) ita acanthi semper virentis Ægyptus. Servius. *Acanthus arbor est in Ægypto semper frondens, ut oliva, laurus. acanthos dicta, quia spinis plena est.* Hac etiam abundat Cercina insula. De Ægyptia itaque acantho, sive spina agit Poëta. Atque huic Theophrastus tribuit καρπὸν λοβόν. Quæ fructus facies non parùm à bacca differt. Bacca propriè est arborum sylvestrium rotundum ac minutum pomum. Non vocat Poëta baccam, semen rotundum siliquis spinæ inclusum, quod hoc non est rotundum, sed latum & planum instar siliquæ vulgaris. An spina hæc Virgilii & Demetrii diversa ab acacia? An uterque fructum vocat, quod nihil nisi flos est? Notant Doctiss. viri Strabonem Thebaicam spinam ab Ægyptia distinguere. De Thebaica hæc tradit lib. XVII; μετὰ δὲ μέμφιν Ἄκανθος πόλις ὁμοίως ἐν τῇ Λιβύῃ καὶ τὸ τοῦ Ὀσίριδος ἱερὸν, καὶ τὸ τῆς ἀκάνθης ἄλσος τῆς Θηβαικῆς, ἐξ ἧς τὸ κόμμι. *Acanthus similiter, ut Memphis, in latere Lybico est, & Osiridis templum, & acanthæ Thebaicæ lucus, unde gummi habetur.* De acantho circa Abydum hæc eodem refert libro. Περὶ δὲ τὴν διώρυγα ἀκανθῶν τῶν Αἰγυπτίων ἄλσος ἐστὶ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, *circa fossam est spinarum Ægyptiarum lucus, Apollini sacer.* De Abydo loquitur. Spinam Thebaicam & Ægyptiam diversam volunt; ut palma, quæ in Ægypto provenit, diversa est ab ea quæ in Thebaica. In Abydo sylva erat Ægyptiarum spinarum, in Acantho haud longè à Memphi Thebaicarum. Stephanus περὶ πόλεων. Ἄκανθος πόλις Θρᾴκης — ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ Ἄκανθος μέμφιδος ἀπέχουσα σταδίους τριακοσίους εἴκοσι καὶ δύο, ἐν ᾗ τῆς ἀκάνθης Θηβαικῆς ἄλσος ἐστὶν, ἐξ ἧς τὸ κόμμι συνάγεται. *Acanthus urbs Thraciæ — est & alia Acanthus in Ægypti, quæ Memphi distat trecentis viginti duobus stadiis, in qua lucus spinæ Thebaicæ, ex qua gommi colligitur.* Thebaica dicitur spina quod in præfectura Thebaica plurima proveniret, ut ex Theophrasto probatur, πολὺ τὸ δένδρον ἐστὶ καὶ δρυμὸς μέγας περὶ τὸν Θηβαικὸν νομόν. Sed Theophrastus nullam inter Ægyptiam & Thebaicam ponit differentiam, ut nec inter palmam quæ in Thebano nascitur solo, & quę in Ægypto, nisi quod Thebaica magnitudine & forma præstet, alioquin utrique eadem facies & forma. Nihil ad rem facit, quod ex Thebaica Strabo & Stephanus gummi manare scribunt. De Ægyptia idem tradunt Dioscorides & Theophrastus. Ego, salvo meliori judicio, Virgilium florem rotundum baccam vocare puto, quod baccam, vel platani pilulam mentiatur: Demetrium autem omnino florem fructum putasse, & ex aliorum relatu scripsisse, florem pulchrum, nitidumq; esse. Si hæc non arrident, omnino dicendum, Demetrii & Virgilii acanthum à Theophrasti & Dioscoridis diversam esse.

Τὸ δὲ ἄνθος ὄψει καλὸν, ὥστε στεφάνους &c. Demetr. fructum etiam aspectu pulchrum tradidit. καὶ ἔστι τῷ χρώματι τὸ ἄνθος καλλίφεγγές. Dioscorides quali sit colore docet, ἄνθος ἔχουσα λευκόν. *Florem habens candidum.* Male vir magnus, καλλίφεγγὲς τῷ χρώματι exponit, *purpurei vel coccinei coloris florem esse*; quasi dicas pulchri luminis. Postremum admitti potest. Hesychius καλλίφεγγής. λαμπρός. Non absolutè de purpureo aut coccineo colore λαμπρὸς dicitur. Λαμπρὸς, quippe tam de albo quam coccineo dicitur. An non, tam nix suum habet splendorem, quam purpura? Sic καλλίφεγγὴς tam de albo quam coccineo dicitur colore. Utcunque sit, Alpinus florem quandoque album, non rarò pallidum, flavumque scribit. In coronis locum habere tradit Theophrastus. Idem apud Plin. legitur. *Flos & coronis jucundus, & medicamentis utilis.* Coronis locum habuisse acanthum ex Hellanico in Ægyptiacis probatur. Locum Hellanici Lib 15. citat Athenæus. Πόλις ἐπιποταμίη τίνδιον ὄνομα, αὐτὴ θεῶν ὁμήγυρις καὶ ἱερὸν μέγα καὶ ἁγνὸν ἐν μέσῃ τῇ πόλει λίθινον καὶ θύρετρα λίθινα ἔξω τοῦ ἱεροῦ ἄκανθαι πεφύκασι λευκαί τε καὶ μέλαιναι, ἐπ' αὐταῖς δὲ οἱ στέφανοι ἐπιβέβληνται ἄνω τῆς ἀκάνθης τοὺς ἄνθεις καὶ ῥοιῆς ἄνθεις καὶ ἀμπέλου πεπλεγμένοι. καὶ οὕτως ἀεὶ ἀνθέουσι. τοὺς στεφάνους ἀπέθεντο οἱ θεοὶ ἐν Αἰγύπτῳ πυθόμενοι βασιλεύειν τὸν βάβυν, ὅς ἐστι τυφῶν, *Ad fluminis ripā situ est oppidum nomine Tindiū, ubi conventus fiunt ad spectaculorum celebritatem. in ejus medio templum stat è lapide magnum, purum,* (interpres ἄγλαον legit, & vertit, *splendidum*) *cujus vestibula & porticus è lapide quoque sunt ædificatæ. extra templum nigræ ac candidæ spinæ gignuntur, quibus coronas injiciunt textas è floribus acanthi, mali punicæ & vitis, quas ideo semper florere dicunt*; (quod toto ferè anno, & floribus suis, & alienis coronatæ spectantur illæ spinæ) *idem scribit coronas Deos in Ægypto sibi detraxisse, cùm Babyn, qui Typhon est, regnare intellexissent.* Manifestè satis hic auctor, spinam cujus flores ad coronas utebantur, ab Ægyptia spina alba nigráque, quam describit Theophrastus, distinguit. Nigra albaque spina arbor acaciæ est, quæ in urbe Tindio erat Lybyci lateris, ut & in Acantho oppido. Sed quæ acanthus altera? (Græcos sequor, hi ἡ ἄκανθος) hanc putant esse Virgilianam, de qua Ecl. quart.

At tibi prima puer nullo munuscula cultu
Errantes hederas passim cum baccare tellus,
Mistaque ridenti colocasia fundet acantho.

Idem eclog. 3.

Et nobis itidem Alcimedon duo pocula fecit;
Et molli circum est ansas amplexus acantho.

Ad primum locum Servius. *Læto, suavi, jucundo, vel quod hians & patens nascitur, & est herba quæ in Ægypto nascitur.* Duos doctiss. Grammaticus commisit errores: quod versum Poëtæ de acantho exponit Ægyptia, &, quod sic exponens, herbam appellat. Herbam esse putavit, quod colocasiæ jungeretur à Poëta. Colocasia herba Ægypti, ergo & acanthus. Poëtæ sententia hæc est. Inter acanthum, notissimam in hortis plantam, sponte suā passim nascituram colocasiam herbam peregrinam, solo, cœlóque Ægyptio familiarem. Sed cur mollem eandem acantham vocat Poëta? An, uti doctiss. Botanicus docet, quod mollibus sit prædita spinis: qui de branca ursina sic scribit. *Spinosa enim & hæc herba est, sed mollibus duntaxat spinis, ideoque à Virgilio mollis acanthus dicitur.* Nec molles spinas Italica branca ursina habet, nec Poëta mollem idcirco dixit. Rectius dixisset, à Virgilio mollem dici, quod spinis careret: quanquam nec ea de causa mollis dicatur, Verùm quod lenta, & in opere topiario flecti facilis sit, quod ex Theocrito & Vitruvio probatur. Theod. eidyl. 1.

Παντᾷ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος. *Undique circa poculum circumvolat mollis acanthus.* Ad hunc versum Scholiast. Πανταχοῦ δὲ περὶ ποτήριον περιπέπταται καὶ περιέχυται ὑγρός τις ἄκανθος καὶ μαλακός. ὅπερ ἐστὶν εἶδος φυτοῦ ἀκανθῶδες χαμαίζηλον, εἰς μῆκος ἐξανθοῦν λίαν. ἢ ὑγρὸς ἄκανθος ὁ εὔκαμπτος, καὶ εὔτονος. *Undique circa poculum circumvolvitur, & circumfunditur humida, mollisque spina, quæ plantæ genus est spinosum, & humi sparsum, in longitudinem valde efflorescens; vel mollis acanthus, quod facilis sit, & in operib. rigiditatem servat egregiam.* Prior sententia vera, posterior falsa. Acanthus, de qua loquitur Poëta, non est spinosa, nec ullam in operibus servat rigiditatem. Sed in Corinthijs & pretiosis vestibus, columnis, poculis, & similibus rebus exprimi solet, propter miram, quam in opere topiario ostendit, flexibilitatem, quódque diversis flectatur & circumvolvatur modis. Versibus citatis multum luminis præbet Vitruvius lib. 4 Architect. *Virgo civis Corinthia, jam matura nuptiis, implicita morbo decessit. Post sepulturam ejus, quibus ea viva poculis delectabatur, nutrix collecta & composita in calatho pertulit ad monumentum, & in summo collocavit; & uti ea permanerent diutius, sub divo tegula texit. Is calathus fortuitò supra acanthi radicem fuerat collocatus. interim pondere pressa radix acanthi, media folia, & cauliculos circa vernum tempus profudit, cujus cauliculi secundū latera calathi crescentes, & ab angulis tegulæ pōderis necessitate expressi, flexuras in extremas partes volutarū* (volutatas) *facere sunt coacti. Tunc Callimachus, qui propter elegantiam & subtilitatem artis marmoreæ ab Atheniensibus catatechnos fuerat nominatus, præteriens hoc monumentum, animadvertit eum calathum, & circa foliorum nascentem teneritatem, delectatúsque genere, & formæ novitate, ad id exemplar columnas apud Corinthios fecit, symmetriásq; constituit; ex eóque in operum perfectionibus*

Corinthii generis distribuit rationes. Quibus ex verbis discimus acanthum sativam fœcundam foliis & cauliculis, tantæque teneritatis, ut facilè flecti, proximè cuique rei applicari, eique ornamento esse possit. Hac de causa Virgilio ridens dicitur, quod planta sit aspectu læta, ac grata. Ut ergo apud Vitruvium acanthus effigiatur in epistiliis, ita apud Virgilium hujus sculpturæ pocula decorantur. Ovid. lib. 13. Metamorph. ex acantho insignē fingit craterem.

Hactenus antiquo signis fulgentibus ære
Summus inaurato crater erat asper acantho.

Nugantur qui Grecos ἄκανθαν fœminino genere dicere, Latinos verò masculino genere cōtendunt. Latini modo masculino, modo fœminino genere pronunciant acanthum. Virg. 1. Æneid.

Et circumtextum croceo velamen acantho.

Plin. lib. XXII. cap 22. *acanthi topiariæ & urbanæ herbæ* Medici omnes acanthum solent dicere sativam & sylvestrem. Græci autem τὴν ἄκανθαν solent vocare. Hesychius ἄκανθος φυτόν. In antiquiss. etiam codice Regiæ Bibliothecæ literis descripto capitalibus scriptum reperit Doctiss. Salmas. ἄκανθος· οἱ δὲ μελάμφυλλον. Hoc obiter. Mollis igitur acanthus, quod facilè flectatur ac volvatur. Virg. quarto Georg.

nec sero comantem
Narcissum, aut flexi tacuissem vimen acanthi.

Flexi idem ac mollis. Aculeis, ut mox plenius dicam, in totum caret. Acanthus hæc coronaria planta est. quod ex versu antiquiss. Poëtæ Nicandri lib. 2. Georg. probatur, ubi flores plantasque coronis utiles recenset. Versus apud Atheneum lib. 15 reperiuntur.

ἠδ᾽ ὅσα κῆποι
ἀνδράσιν ἐργοπόνοις στεφάνους ἐπιπορσαίνουσιν.
ἢ γὰρ καὶ λεπταὶ πτερίδες, καὶ παιδὸς ἔρωτες.
λεύκη ἶσα μένοιεν, καὶ κρόκος εἴαρι μύων.

Et quotquot horti
Texendis coronis suis cultoribus industriis suppeditant.
Nam & exilis filix & acanthus,
Haud minùs quam populus vivaces sunt, diuturnus etiam crocus vere abditus.

Ita legit Dalecampius Convenientius Causabono videtur, ut de ea accipiatur, quam ἄκανθαν λευκὴν Græci, Latini spinam albam nominant. παιδὸς ἔρωτες dialysi Poëtica, pro παιδέρωτες dixit Nicāder. Παιδέρωτες ἄκανθος vel, ut alii malunt ἄκανθα dicitur. Diosc. lib. 3. cap. XIX. ἄκανθα ἢ ἑρπάκανθα φύεται ἐν παραδείσοις, καὶ ἐν πετρώδεσι, καὶ παρύγροις χωρίοις, ἔχει δὲ πλατύτερα φύλλα πολλῷ καὶ μακρότερα θρίδακος, ἐσχισμένα ὡς τὰ τοῦ εὐζώμου ὑπομέλανα, λιπαρὰ, λεῖα· καυλὸν λεῖον, δίπηχυν, πάχος δακτύλου, ἐκ διαστημάτων πρὸς τῇ κορυφῇ περιειλημμένον φυλλαρίοις τισὶν, οἱονεὶ κιτταρίοις ὑπομήκεσιν, ὑακινθώδεσιν, ἐξ ὧν τὸ ἄνθος προΐεται λευκόν. σπέρμα ὑπόμηκες, μήλινον. θυρσοειδὴς δὲ ἡ κεφαλή. ῥίζαι δ᾽ ὕπεισι γλίσχραι, μυξώδεις, ἔμπυροι, μακραί. *Acātha seu herpacāntha (ceu serpens spina) nascitur in hortis, petrosis ac humentibus locis. Folia habet lactucaceis latiora multò, & longiora, erucæ divisura, nigricantia, pinguia ac lævia: caulē lævem, binūm cubitorū, digitali crassitudine propè verticem ex intervallis foliolis quibusdam, seu alveolis, circundatum oblongis, hyacinthinis, è quibus flos prodit albus, semen oblongum ac luteum, caput verò Thyrsi specie. radices subjacent viscosæ, mucosæ, ferventes, longæ.* Idem Dioscorides cap. sequent. γίνεται δὲ καὶ ἀγρία ἄκανθα, ὁμοία σκολύμῳ, ἀκανθώδης, βραχυτέρα, τῆς ἐν παραδείσοις, καὶ ἡμέρου. *Est & sylvestris acantha, carduo similis, aculeata, brevior sativa, eaq; quæ in hortis provenit.* In verbis Dioscoridis nonnulla consideratione sunt digna. Ac primùm quod in optimo & antiquiss. regio codice legatur ἄκανθος, οἱ δὲ μελάμφυλλον, οἱ δὲ παιδέρωτα καλοῦσι. Φύεται &c. *acanthus quam quidam melamphyllum alii pæderota vocāt.* Quę lectio, Oribasii munitur auctoritate, apud quem planè idem scriptum reperitur. Melamphyllum cur vocetur, neminem latet; quod scilicet folia nigricantia habet. Παιδέρως à fabula, quam supra narravi, dicitur, ab Acantho puero in florem hujus herbæ converso. Est & alia ab hac diversa herba, παιδέρωτος nomine, cujus lib. secundo in descriptione veteris Græciæ meminit Pausanias. De qua nos alibi. Auctuarii auctor acanthum sativam μαρμαλαρίαν vocari scribit. Quam vocem corruptam esse monet doctiss. Fuchsius, ac rectè corrigit μαρμαρείαν. Sic dicta, quod ejus folia columnarum, maximè Corinthiarum capitulis insculperentur, quarùm identidem, tam scapi, quam vertices marmore splendebant. Recentiores brancam ursinam vocant, à similitudine, quam ejus folia cum anterioribus ursorum pedibus habent. In veteri codice ἐρπάκανθα legitur, & in margine οἱ δὲ ἀγκιλαν quod à sciolo scriptū, qui inter acanthū Ægyptiam arborem, & acanthū herbam distinctionē nullam fecit, verum eandem herbam putavit. In eodem codice non παρύγροις sed πυρώδεσι legitur. In Catacur. codice non λιπαρὰ, λεῖα *pinguia ac lævia*, sed λιπαρὰ λίαν *valde pinguia* legitur. Quę sanè veritati contraria, non est lectio. Vulgata tamē præstat, quod eam habet Oribasus ὅμοιον κιτταρίοις. Interpretes vulgares legunt κυτιαρίοις; vel κιτιάροις ἀντὶ κυτιάροις accipiunt. Exponunt enim *nucamenta*. Sed aliud ἁ κύτιαροι, aliud τὰ κιτιάρια. Quid κύτιαροι, abundè lib. 3. cap. VI. & VII. exposui. Τὰ κίτταρα sunt folia hederæ, ut τὰ οἴναρα τῆς ἀμπέλου. An itaque foliola quæ caulem ambiunt summum hederacea? Talia hujus plantæ foliola esse hactenus non observavi. Hesychius κίτταριν, inde κιτάρειον exponit *fasciam* vel *diadema*, κίτταρις; διάδημα ὃ φοροῦσι κύπριοι. οἱ δὲ διαδήματα φοροῦντες κίτταροι λέγονται., Diademati aut fasciæ non valdè similia foliola illa quæ brancæ ursinæ ambiunt caulem. mytræ Phrygiæ aut pileolo incurvo similiora sunt, ut icon ostendit. Hujusmodi pileus etiam κίτταρις dictus. Idem Hesychius κίδαρις· πῖλος βασιλικὸς ὃν καὶ τιάραν, ἔνιοι δὲ κίτταριν διὰ τοῦ τ, ἢ στρόφιον. ὃ οἱ ἱερεῖς φοροῦσιν. ἔστι δὲ ἐκ σμύρνης καὶ λαβύζου, ἡ δὲ λάβυζος, ἔστι πολυτιμοτέρα αὐτὴ τῆς σμύρνης, καὶ ὄζει ἥδιστον, καὶ θυμίαμά ἐστι κάλλιστον παρὰ βασιλεῖ, ἐκ τούτων ἡ κίδαρις πέπλασται, ἢ ἐκ τριχῶν ὕφασμα, ἢ περικράνιον, περίθεμα κεφαλῆς εὔκοσμον καλὸν εἶδος καμηλαυκίου. (vel Χαμηλαυκίου) τινὲς δὲ περικράνιον πῖλον. Id est, *cidaris regius pileus, & tiara. nonnulli cittarim per t. vocāt. vel zona, qualē gestant sacerdotes. Fit ex myrrha & labyzo. Labyzus autē myrrha ipsa pretiosior multò, suavissimeq; spirat, & est optimus apud reges suffitus; ex his cidaris componitur. Aut est textura ex capillis, aut pericanium, id est, pileus qui circum calvariam adhibetur. vel quod capiti circumponitur benè ornatum, pulchrum galeræ genus; nonnulli pericranium pilnum vocant.* Eadem de κίδαρις tradit Suidas. Foliorum, ut dixi, involucra, quæ caulem ambiunt, ad oblongi pileoli figuram sunt obtorta, mitrámque Phrygiam, pileúmque incurvum non ineptè referunt. Sequitur, ὑπομήκεσιν ὑακινθώδεσιν. Sic in omnibus Dioscoridis codicibus, & sic habet Oribasius. Interpretes tamen corrigunt ἀκανθώδεσι, cum Plinius alterum tantùm acanthi genus aculeatum tradat lib. 22. cap. 22. *Acanthos est topiaria & urbana herba, elato (forte lato) longóque folio, crepidines marginum, assurgensque pulvinorum toros vestiens. Duo ejus genera aculeatum & crispum, quod brevius; alterùm leve, quod aliqui pæderota vocant, alii melamphyllum.* Alterum genus, inquit, *leve* est, vel, ut in antiquo legitur, *lene*. Dioscorides quoque alterum tantum genus spinosum, inquit. Si itaque unum tantum genus spinosum, quomodo aculeatum lene genus scribit idem. Sic tamen legere interpretes malunt, quod munita caulis foliola, spinulis armata observentur. Quorum quidem ratione branca ursina officinis dicta, & locum inter aculeatas plantas, & apud Græcos ἀκάνθου nomen, sibi vendicavit. Spinulis donata esse foliola, quæ florem ambiunt, negare nequeo; experientia id probatur. Molles quidem, sed tamen spinolæ sunt & quæ pungere possunt. Non vocat Dioscorides ὑακινθώδη hæc foliola, quod referant florem hyacinthi fabularis. Equidem Medicis scripsit, non Poëtis: nec Poëtas, sed Medicos sequi solet. Fortassis ne quidem novit Dioscorides fabularem Hyacinthum, saltem non descripsit. Fateor & illos errare qui ad colorem referunt hyacinthi. ὑακίνθινον vel ὑακινθίζον dicitur *color hyacinthinus*, ut τὸ μηλίζον & μήλινον *melinum*. At τὸ ὑακινθῶδες ad formam referri debet, ut τὸ βοτρυῶδες, quod instar habet racemi. Hæc forma tamen etiam in colore obtinet, ut ποώδες, κηρώδες. Non malè inquiunt, hyacinthi Ajacii figuram præferunt foliola illa, quæ cauliculum, acanthi cingunt, repandis per oram labris. Floris folia majorem cùm Ajacis hyacinthi floris foliolis similitudinem habent, quam foliola quæ caulem ambiunt. Certè in foliolis, e quibus tanquam ex alveolis aut mitris, pileolis flores prodeunt, nihil est quod vel Poëtarum vel Medicorum hyacinthum figura aut etiam colore referat. Ipse flos hyacinthum quodammodo refert. Quare illorum malo sequi opinionem qui ἀκανθώδεσι legunt, quam ὑακινθώδεσι. Malo equidem veritatem, quam codices sequi. Pluris apud me experientia, & veritas, quam mille exemplaria. Quod Plinius acanthum alteram spinosam alteram, levem inquit; id de foliis


lis intimis lactucæ similibus accipi oportet, quæ spinis carent. Idem vult Dioscorides cum acanthum in sativam ac levem, & sylvestrem ac spinosam distinguit. Quod si quis vulgatam velit sequi lectionem; intelligat foliola illa concavitatem quandam ostendere oblongam, instar flosculorum Hyacinthi Medici qui teretri, oblongi, concavi in latius se pandunt, ac per oras reflexi cernuntur. Addit Dioscorides θυρσοειδῆ τὴν κεφαλήν. Non peccant interpretes, quando ad verbum reddunt, *capitulum Thyrsi figura*. Brancam ursinam Thyrso carere multi scribunt. Thyrsus enim, uti antiquissima quæ Romæ exstant marmora luce meridiana clarius convincunt, diversæ planè figura, quam brancæ ursinæ caulis, spectatur. Siquidem ille summo suo cacumin eglobosum quiddam instar pilæ gestat, floribus hujus in spicatam seriem conformatis, nec ullum in globum collectis. Dioscoridem θυρσοειδῆς, pro σφαιροειδῆς posuisse, apposita mox τῆς κεφαλῆς dictio satis evidenter ostendit. Hac enim rotundum & circulare corpus significari, extra controversiam putant. Non una thyrsi facies, ut Doctiss. viri existimant. Non nego globosos spectari Thyrsos in marmoribus, sed non unum Thyrsorum modum aut faciem fuisse, assero. Τύρσους Eustathius commentariis in Dionisii Alexandrini de situ orbis libellum definit his verbis, κλάδους ἀμπέλου, οὓς ἐν ταῖς τοῦ Διονύσου πλατείαις φέρουσι. Hanc definitionem confirmant classici scriptores duo, Hesychius, & Suidas. Θύρσον ὕλην, inquiunt, ῥάβδον ἢ βακχικὴν βακτηρίαν. Thyrsus itaque virga, ramis quam festis Bacchanalibus gestabant. Eundem Hebræos in festis sacrisve tabernaculorum servasse morem, docet Plutarch. Sympos. IV. probl. V. ἔστι δὲ κραδηφορία τις ἑορτὴ καὶ θυρσοφορία παρ' αὐτοῖς ἐν ᾗ θύρσους ἔχοντες εἰς τὸ ἱερὸν εἰσίασι. *Est etiam solemne apud eos cradephoria & Thyrsophoria, ubi thyrsos gestantes in templum intrant*. Non omnes, ut dixi, thyrsi globosi, sed quidam sunt retusi, quidam in acutum desinunt. Thyrsum in acutum apicem desinere duobus argumentis probo, quorum primum ex Macrobio sumptum est, alterum ex Plinio. Macrobius Saturnal I. cap. XIX. *Colitur etiam apud Lacedæmonios simulachrum Liberi patris hasta insigne, non thyrso. sed cum & thyrsum tenet, quid aliud quam latens telum gerit, cujus mucro hedera lambente protegitur.* Clarius, planiusque nihil dici potest; satis apertè Thyrsi cacumen exacutum ait. Plinius lib. 13. cap. XI. de papyro. *Triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, in gracilitatem fastigiatum, thyrsi modo cacumen includens*. Non hæc figura capitis papyri, quod infra docebo.

Branca ursina Acanthos.



Sed ex his constat, thyrsos in gracilitatem coni instar fuisse fastigiatos. Tale cacumen visitur in branca ursina, & in ea quam sylvestris acanthi nomine ostendit Lobelius. Rectè ergo Dioscorides acanthum θυρσοειδῆ κεφαλὴν proferre dixit, κεφαλὴν pro omni planta summitate, accipiens. Nam non tantum globosum caput, sed umbellam & omne quod in supremo est caule κεφαλὴν vocat. Umbelliferas enim plantas seseli Æthiopicum, anethū, daucū, polium, oreoselinon, aliasq; infinitas plantas κεφάλιον ἢ κεφαλὴν protrudere tradit. θυρσοειδῆς κεφαλή, *caput quod coni instar in gracilitatem fastigiatur*. Denique pro ἐμπυρ-ἐς, quod igneo rubore nitentes quidam vertunt, Saracenus geminatò legit ἐμπύρροι hoc est *rufæ. vel fulvescentes*. Quomodo legit & Oribasius. Branca ursina acanthum veterum, ut sæpius dixi: nec discrepat ab antiquorum acantho, nisi quod topiaribus operibus inepta videatur: Hodie ab omnibus ferè negligitur, ac veluti ignobilis planta, in perpaucis tum hortis, tum viridariis seritur, apud Antiquos tamen celebris, & in magno honore habita fuit, plurimisque laudibus decantata. Topiarium opus Grammatici scribunt quod ex arboribus, aut fruticibus, aut herbis flexilibus, & suo lentore sequacibus, in varias animalium, aliarumque rerum figuras conformatur: Sed hoc non est solum opus topiarium. Nec hoc in mentem unquam venit Plinio, cum acanthum topiariam & urbanam tradidit herbam. Topiariam vult esse plantam; quatenus vel sata, vel sponte nata, nec ullam in figuram detorta crepidines marginum, & adsurgentium pulvinorum toros vestit. Et quanquam necti haud facilè ex se valeat, tamen tum caulis, tum folia ob mollitiem, lentoremque adeo flecti queunt, ut vimineo aliquo nexu topiario operi etiam non incommodè aptari possint. Virgilium autem quando, *aut flexi tacuissem vimen acanthi* cecinit, respexisse arbitror ad historiam ex Vitruvio supra allatam; carminisque hanc non esse sententiam, quod branca ursina vimine exornetur ullo, aut flexilis, tortilisque & sequax, lentaq; in omnem partem magnoperè deprehendatur: sed quod ob impositum radici suæ calathum plurium poculorum pondere aggravatum, inflexa, hoc est depressa, detortaque fit, & magna violentia, injuriáque prohibita, ne recto impetu in sublime ferretur ac erumperet, mox prodeūtia caulis & foliorū germina teneritate sua novella, calathum in modum viminis cinxisse & coronasse. Quo etiam allusit Poëta Doricus, ex quo suum carmen habuit Mantuanus. Brancæ ursinæ folia sunt ampla, lævia, subnigricantia, molli quodam lævore pinguia, lactucæ latiora: profundis ab utroq; margine & frequentibus incisuris, ad instar erucæ sinuosa, ac laciniata. Inter quæ medius erectus assurgit caulis bicubitalis, pollicari crassitudine, per intervalla sub ipsum usque verticem foliolis quibusdam oblongis, leviter pungentibus ad oblongi pileoli figuram obtortis, circumdatus; è quibus flores prodeunt candidi, forma oblongi; sequuntur valvulæ ex oblongo rotundæ; in his semen oblongum, quodammodo latum, luteum. Radices foris ex subrusso nigricant, intus candidæ, lentoque succo plenæ, in plures dividuntur propagines; quæ uti latè serpunt, ita subinde progerminant. Tam pertinacis hæ sunt vitæ, ut quantulacunque earum relicta pars, stirpem non rarò progignat: sed hyemem acriorē non fert, alioquin perdurat, floret, & semen fert. In Monspeliensi agro inter oliveta sponte sua provenit, alibi hortensis est. Hactenus de branca ursina, de qua fortè rectius libr. 6. inter carduos. Ad acanthum arborem sive acaciam, quam coronariam dixi plantam, revertor. De hac Aegyptii, ut refert Athenæus, hanc fabulā narrare solent. λέγεται δέ τις μῦθος ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων, ὅτι οἱ Αἰθίοπες πεμφθέντες εἰς Τροίαν ὑπὸ τοῦ Τιθωνοῦ, ἐπεὶ ἤκουσαν τὸν Μέμνονα τετελευτηκέναι ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ τοὺς στεφάνους ἀνέβαλον ἐπὶ τὰς ἀκάνθας. ἔστι δ' ὅμοια τὰ κλωνία στεφάνοις. ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἄνθος φύεται. *Hanc Aegyptii fabulam narrant. Æthiopas à Tithono missos Troiam* (ut sub Memnone filio suo, qui Priamo auxilium tulerat, militarent) *cum Memnonem audissent mortuum esse, eo loci coronas abjecisse in spinas, ideóque ramos eorum floribus onustos esse coronis similes.* Hæc causa cur acaciæ flores usum in corollis acceperint. Quamquam verior videatur ratio, quod pulchri admodum sint. Florem hunc Theophrastus medicamentis utilem admodum scribit. Hodie fructus succo, acaciadicta, & gummi utuntur, adversus dysenteriam, cœliacam passionem, omnemve alvi fluxum, & choleram. Γίνεται δὲ ἐκ ταύτης τὸ κόμμι. De spinæ arboris gummi lib. 9. cap. I. agit Theophrastus: videat lector quæ capite citato à nobis dicuntur, & annotantur. Plin. loco citato, *Manat & gummi ex ea, sed præcipua utilitas, quod cæsa tertio anno resurgit.* Gummi hoc Marcellus empiricus Acanthinon vocat cap. 14. & 20. Gummis (ita codices habent) *acanthini quod ex vermiculis qui illic sunt verum docetur, denarios sex*. Dioscorides, ut lib 9. dicam, gummi acaciæ

Acacia.



acaciæ vermiculatum docet. Hic ex vermiculis verum cognosci vult, quod est præter Græci auctoris mentem. Galenus Thebaicum vocat lib. κατὰ τόπους. cap. 7. quod circa Thebas, ut supra ex Strabone & Stephano dixi, plures acaciæ reperiantur arbores. Officinæ Arabicum gummi vocant: quod à Serapione aut ejus interprete habent.

πολὺ δὲ τὸ δένδρον. Plin. loco citato, *circa Thebas hæc, ubi & quercus, & persica & oliva* CCC. *a Nilo stadiis sylvestris tractu, & suis fontibus regno.* Scribe ex Theophrast. *ubi & quercus & persea, & oliva.* nisi placeat Plinium perseam & persicam confundere, θηβαϊκὸν νόμον *agrum Thebanum* vertit Theodorus: malò *præfecturam* interpretari. Idque quia Plinius lib. v. cap. IX. *summa pars contermina Æthiopiæ Thebais vocatur. Dividitur in præfecturas oppidorum, quos nomos vocant, Ombiten, Phatniten, Apollopoliten, Hermonithen.* Arborem acaciæ luculenter Alpinus describit his ferè verbis.

„Acacia, quam Sant Ægyptij appellant, in Ægypti „locis à mari remotis nascitur, hujusce arbores copiosissimi in montibus Synai, penè rubrum mare positis „proveniunt. crescuntque ad mori magnitudinem, ramósque sursum latius expandentes. quod etiam Dioscorides admonuit, dicens, arborem non in rectum se attollere. Caudex quanta est pruni magnitudo cernitur, „corticémque habet nigrum, asperum, multis acutissimis spinis munitum, arbores quæ in prædictis montibus spectantur, spinis albis horridissimæ existunt, asperrimóque cortice truncus cernitur, folia oblonga, „parva, minutissimè incisa habet, tanaceti proxima, & „flores parvos, pallidos, subflavos, atque etiam albos, rotundos, parvos, lance floccos imitantes, platani fructibus forma planè similes; his tamen longè minores, & „nihil aliud flos hujusce arboris videtur quam mollis lanugo, parvum rotundumque globulum efformans, non „ingrati est odoris. Quæ Cayri aluntur flores habent „flavos vel pallidos, & quæ sunt in montibus Arabiæ albos: ex floribus siliquæ lupinorum æmulæ proferuntur, „ipsis veruntamen minores, inprimis virides, & mox „nigræ apparent, quæ semina dulcium siliquorum sunt „similia, & in siliquarum folliculis sunt inclusa, folia, „flores, ac fructus gustum asperitate multa & stipitate „ferunt. ex immaturis siliquis, viridibus succum exprimunt, quem coquunt, ut indurent. nonnulli etiam ex „foliis, floribus imperfectis succum parant, sed est hic „bonitate inferior. Cayri coriarii ad denigrandas pelles, multam copiam hujusce succi absumunt. Hujus „arboris mas atque fœmina reperitur: mas quidem spinis est horridus, fructus non edit; fœmina spinis paucioribus, mollioribúsque referta est, eaque intra ramos „non habet, sed tantùm extra. quæ arbor est fœcundissima, florereque orientibus Pleiadibus, Novemb. mense „incipit, & rursum iisdem occidentibus scilicet mense „Martio. Bisque in anno fructum fert, atque maturat.

καὶ ἡ ἐλαία. Hoc loco oleæ Historiam enarrabo. Oleam Græci fabulantur Athenis, terra aquis adhuc obruta, primum emersisse; cùm de loci principatu certarent Pallas & Neptunus, loci illius amœnitate capti. Iupiter controversiam diluens, pronunciavit eum potiturum dominio, qui de civitate melius mereretur, eámque plurimis ditaret opibus. Neptunus hanc portu & navalibus ornat (alii tamen Neptunum tridenti percussa tellure equum creasse scribunt, bello aptum animal. Virg. 1. Georg.

Tuque ô cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti
Neptune.)

Minerva in Acropoli oleam jacta hasta excitavit, fruticosam, fertilem pacis insigne, equo aut nave hominibus utiliorem, qua se coronans omnium calculo victrix est salutata. Virgil. loco citato.

Adsis ô Tegeæe favens, oleæque Minerva
Inventrix.

Euripides Troad. Act. 3.

ἡ τᾶς ἐπικεκλιμένας
ὄχθοις ἱεροῖσιν ἐλαίας,
πρῶτον ἔδειξε κλάδον, γλαυκᾶς, Ἀθάνα
οὐράνιον στέφανον,
λιπαραῖσι κόσμον Ἀθήναις.

Quæ invocata
Sacris littoribus olivæ,
Primum ostendit ramum cæsiæ, Palladi.
Sacram coronam.
Splendidis ornatum Athenis.

Horum versuum interpretatio sumi debet ex antiquissima, à nobis allata fabula, quam non facile alibi integram reperies, quam apud Cassianum Bassum, lib. 4. cap. 1. ubi ait. ἐλαίαν παρῆχθαι φασὶν οὕτως. τῆς γῆς ἁπάσης ἀρχῆθεν ὕδατι κατακλυζομένης, πρῶτον δὲ ἐν Ἀθήναις ἀναφανείσης, Ἀθηνᾶν τε καὶ Ποσειδῶν ἐρασθέντες τοῦ τόπου ἅμιλλαν εἶχον κτίσαι πόλιν ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν ὀνόματι. Ζεὺς δὲ ἀμφοτέρων τὴν ἔριν βουληθεὶς διαλῦσαι, φησὶν, ὃς ἂν κάλλιστον τῇ πόλει κτῆμα ἐπιδοίη, οὗτος ἐχέτω ταύτην. Ποσειδῶν μὲν οὖν λιμέσι καὶ νεωρίοις ταύτην ἐκόσμει. ἡ δὲ Ἀθηνᾶ ἐλαίαν ἐν τῇ ἀκροπόλει ἀνέδωκεν, εὐθαλῆ τε καὶ εὔκαρπον, καὶ ταύτῃ στεφανωσαμένη, καὶ ὑπὸ πάντων ὀφθεῖσα, νενίκηκε, καὶ ἐπ' ὀνόματι ταύτης τὴν πόλιν Ἀθήνας ὠνόμασαν. ἡττηθεὶς οὖν ὁ Ποσειδῶν, ὑπεχώρησεν εἰς τὰ συνήθη. ἀφ' οὗ καὶ τοὺς νικῶντας ἐν ἄθλοις, ἐκ κοτίνου στέφανον ἀναδοῦσιν οἱ τῶν ἀγώνων ἐπόπται. *Oleam hoc modo productam esse ferunt, quum terra tota ab initio aqua cooperta esset, primaque omnium Athenæ apparerent, Minerva & Neptunus loci amore capti contenderunt inter se utrius nomine civitas isthic conderetur. Iupiter autem litem inter ipsos dirimere gestiens, præconio edicere ussit: quod inter ipsorum optimam possessionem urbi præberet, ille ipse hanc obtineret. Neptunus igitur portibus & navalibus ipsam exornabat. Minerva autem oleam in arce produxit floridam & fructuosam, & ex hac coronata, & ab omnibus conspecta, vicit, & de nomine ipsius urbem Athenas nominarunt. Victus itaque Neptunus ad consueta munia secessit. Verum ab hac victoria, etiam certaminum victores ex oleastro facta corona coronant certaminum arbitri & inspectores.* Alii pastorem Aristæum oleam invenisse referunt. Cicero lib. 3. de Nat. Deor. *quid Aristæus, qui inventor olivæ dicitur Apollinis filius.* Diodorus Siculus lib. Biblioth. Mercurium oleam invenisse refert, Aristæum autem ejus cultum hominibus demonstrasse. καὶ τῆς ἐλαίας δὲ τὸ φυτὸν (ἑρμῆν) εὑρεῖν, ἀλλ' οὐκ Ἀθηνᾶν ὥσπερ ἕλληνες φασί. *Ipse (Mercurius) non Minerva ut Græci contendunt, oleæ plantam invenit.* Idem lib. v. Ἀθηνᾶ δὲ προσάπτουσι τήν τε τῶν ἐλαιῶν ἡμέρωσιν, καὶ φυτείαν παραδοῦναι τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὴν τοῦ καρποῦ τούτου κατεργασίαν, πρὸ γὰρ τοῦ γενέσθαι τὴν θεὸν, ταύτην ὑπάρξαι μὲν τὸ γένος τοῦτο τῶν δένδρων μετὰ τῆς ἄλλης ἀγρίας ὕλης, τὴν μέν τοι γ' ἐπιμέλειαν ταύτης οὐκ εἶναι, καὶ τὴν ἐμπειρίαν τὴν, ἔτι καὶ νῦν γινομένην περὶ τούτων. Minerva oli-

varum

varum culturam & plantationem oleive expreßionem tradidit. Nam ante hujus Deæ ortum fuit quidem hoc genus arboris cæteris sylvestribus immixtum, sed cultus quo nunc afficitur & usus nondum erant. Idem lib. IV. ubi de Aristæo loquitur. τούτων δὲ παρὰ τῶν νυμφῶν μαθόντα, (loquitur de Aristæo) τήν τε τοῦ γάλακτος πῆξιν, καὶ τὴν κατασκευὴν τῶν σμηνῶν, ἔτι δὲ τῶν ἐλαιῶν τὴν κατεργασίαν διδάξαι πρῶτον τοὺς ἀνθρώπους. *A Nymphis ergo coagulationem lactis, & alvearum structuram, olivarumque cultus edoctus, primus illa cùm hominibus communicavit.* Refert Herodotus in Terpsichore quibusdam temporibus, apud neminem nisi Athenienses oleam fuisse repertam. Epidaurii enim cùm ex oraculo Apollinis Delphici statuas erigere Damiæ & Auxisiæ juberentur percunctati sunt, æneasnè an lapideas erigerent; cum respondisset Apollo ex olea domestica, ad Athenienses confugerunt. ἐδέοντο οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίων, ἐλαίαν σφι δοῦναι ταμέσθαι, ἱρωτάτας δὲ ἐκείνας νομίζοντες εἶναι. λέγεται δὲ ὡς ἐλαῖαι ἦσαν ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἢ Ἀθήνῃσι. *Rogarunt igitur Athenienses Epidaurii oleam cædere permitterent, cùm maximè sacras illas arbitrarentur, ferunt enim per id tempus nullibi nisi apud Athenienses extitisse oleam.* Athenis antiquissimam extitisse oleam tradit Theoph. lib. v. hist. Variè admodum de oleæ inventione scribunt veteres; in eo conveniunt omnes, Minervę gratam fuisse. Plin. lib. 16. cap. 44. *Athenis quoque olea durare traditur in certamine edito à Minerva.* Tertullian. de corona Milit. *Quin & olea militiam Minerva coronat, non solum artium, sed armorum quoque Dea.* Palladi dicata propter multas causas, & quidem præcipuè, quod uti hæc frons semper viret, ita oleum quod inde exprimitur, præter cæteros liquores, οὐκ ἀνόθευτον ἐστι δι᾽ ἄλλου ὑγροῦ, ἀλλὰ καθαρὸν ἀεὶ μένει, præditum est germana quadam vi, tempestivumque manet ac sincerum; ut Phormit. miner ait. Olea plures, melioresque fructus proferet, virginea si sata fuerit manu. Puritatis enim & castitatis amantissima, labisque nescia. Quam ob causam virgini eam maximè convenire ajunt, ut quæ castitati adhæret. Valer. Flaccus lib. 3.

> *Tempora tum vittis, & supplice castus oliva*
> *Implicat.*

Cassian. Bassus lib. 9. cap. secundo, ubi de oleæ cultura agit. καθαρὰ δὲ οὖσα ἡ ἐλαία, βούλεται καθαροὺς εἶναι καὶ τοὺς δρέποντας (Ms) γεωργοῦντας) αὐτήν, καὶ ὀμνύναι ἀπὸ μόνης τῆς ἑαυτῶν γυναικὸς ἀφικνεῖσθαι, οὐκ ἐπ᾽ ἀλλοτρίας εὐνῆς. οὕτω γὰρ καὶ φασὶ δὲ ἐν ἀζάρβῳ (M.s. ἐν ναζάρβῳ scribe ἐν ἀναζάρβῳ) τῆς κιλικίας παῖδας ἁγνοὺς γεωργεῖν τὴν ἐλαίαν, καὶ διὰ τοῦτο εὐφορωτάτας εἶναι τὰς παρ᾽ αὐτοῖς ἐλαίας (M.s. Palat. καὶ διὰ τοῦτο εὐφορωτάτην εἶναι τὴν παρ᾽ αὐτοῖς ἐλαίαν) *At verè pura cùm sit olea, puros etiam vult suos collectores* (*cultores*, ita *MS.*) *& jurare quod à sola propria uxore veniant, & non ab alieno cubili. Sic enim & in sequenti tempore plurimum fructū exhibebit. Ferunt sanè in Anazarbo Ciliciæ pueros castos oleā colere, & propterea oleam apud ipsos fertilißimam ac fructuosißimam esse.* Palladius lib. I. cap. 6. de re rust. *Græci jubent olivam: cum plantatur & legitur, à mundis* (in antiquo anno 1482. excuso Regii malè *undis* legitur. *Mundis* legendū ex Cassiani loc. cit. apparet) *pueris atq; virginib. operandum; credo recordati, arbori huic esse præsulē castitatē. Eandem ob causam oleæ amicitiā cum myrto, inimicitiā cum vite habere tradidit vetus ætas. Myrtus grata Veneri, sed castæ, puræque; ingrata impudicæ ac impuræ. Vitis Baccho ebrio ac temulento dicata, castitatis omnis inimica.* (rationes Philosophicas cur inimicitia inter vitem & oleam, contra amicitia inter myrtem & oleam, pete ex libr. 3. de caus. plant. cap. 15. vide comment. vide annotat.) *Altera causa cur Palladi dicata olea hæc est, quod oleo & lucernarum lucubrationibus omnes artes ac disciplinæ, quarum Minerva dea, perdiscantur.* Martianus Capella.

> *Hinc jam vernicomæ frondent tibi munera olivæ,*
> *Artes cura vigil per te quod discat oliva.*

Ad omnes artes, disciplinasve olea utilis & laudata. Plato oleum εἰς πόνων ἀρωγήν, *laborum subsidium & adjumentum hominibus datum*, asserit. Oleum foris adhibitum non tantum dolores lenit, sed membris agilitatem, vigoremque præstat; nec solùm eo corpora perfusa nitescunt, sed robur etiam acquirunt, & ad obeundos labores redduntur habiliora. Hoc Regius Propheta Psalm. 104. indicat, ubi Deum opt. max. ob hujus aliarúmve rerum munificentiam in immensum extollit, his ferè verbis. *Ipse est enim qui germinare facit fœnum & gramina jumentis, herbas in usum hominum, panem ut vires augeat & confirmet, vinum ut cor hominis lætificet, oleum ut in eo corpus niteat, ac vires concipiat.*

> *Tu Pater aërios montes campósque jacentes*
> *Nectare cælesti saturas, fœcundaque rerum*
> *Semina vitales in luminis erigis oras:*
> *Unde pecus carpat viridis nova pabula fœni:*
> *Unde olus humanos geniale assurgit in usus:*
> *Quæque novent fessas Cerealia munera vires.*
> *Quæque hilarent mentes jucundi pocula vini,*
> *Quíque hilaret vultus succus viridantis olivi.*

Huc spectat illud Plinii. *Duo liquores humanis corporibus celeberrimi, intus vini, foris olei: sed præstat cum Demosthene plus olei, quam vini consumere. Hic cum significare vellet se sobrium in studiis multas noctes vigiliis absumpsisse, multúmque luminis trivisse, dixit, plus olei, quam vini consumpsi.* Rectè Philo π. ἀφθ. κοσ. dixit κάματον σώματος ἰᾶται, *laborem corporis sanat.* Unguentum ex oliva factum non parvum est viribus additamentum, ipsa olea fortitudinis symbolum; oleum enim, sive olea & oliva olympica robustis robur addere traditur, Theocr. eidyl. 8.

Κορύδων

Οὐκ ἀκούσας· ἄγων νιν ἐπ᾽ Ἀλφεὸν ᾤχετο Μίλων.

An non audivisti? Nilon ipsum ad Alpheū abduxit secum.

Βάττος

Καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὄπωπε.

Et quando ille unquam oleum oculis suis vidit.

Κορύδων.

Φαντί νιν Ἡρακλῆι βίῃ καὶ κάρτος ἐρίσδειν.

Ajunt ipsū vel cum Hercule viribus & robore posse certare.

Et hæc altera ratio cur Palladi grata olea. Tertia peti debet ex Phurantio quod oleum semper in vigore sit, & glaucum præ se ferat colorem, adulterarique alio nequeat liquore. Sed hæc primæ rationi adnecti potest, & ad eam pertinet. Merito itaque à veteribus in pretio habita fuit. Tanti etiam Athenienses oleam fecêre, ut in eorum victoriis solemnibus, ludisque corona ex olea donum & gestamen fuerit, victoriæque insigne. Plinius lib. 15. cap. 4. *Athenis victores olea coronant*, Græci verò oleastro Olympiæ. Olea qua coronantur victores, ἱερὰ ἐλαία, καλλιστέφανος & μορία dicta fuit. Pollux libr. I. εἰσὶ ἐμφυτεύσεις τῶν κηπίων ἡμέρων αἱ τοιαῦται ἐλαῖαι κοτινάδες, ἡ δὲ ἱερὰ μορία, ἡ δὲ ἐν ὀλυμπίᾳ καλλιστέφανος. πάντα δὲ τὰ ἐμφυτευόμενα ἥμερα τοῖς ἀγρίοις ἐμβλήματα καλεῖται. Hesychius μορίαι ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς. Suidas. μορίαι· ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς· ἐξ ὧν τὸ ἔλαιον ἔπαθλον ἐδίδοτο τοῖς νικῶσι τὰ παναθήναια. ἦσαν δὲ πρῶτον ιβ´ τὸν ἀριθμόν, αἱ μεταφυτευθεῖσαι ἐκ τῆς ἀκροπόλεως εἰς Ἀκαδημίαν· ἤτοι ἀπὸ τοῦ μόρου καὶ τοῦ φόνου τοῦ Ἁλιρροθίου ὀνομασθεῖσαι οὕτως, ἢ ὅτι ἐμερίζον τότε καὶ ἐνέμοντο τὸ ἔλαιον τὸ ἐξ αὐτῶν Ἀθηναῖοι ἅπαντες· τῆς δὲ μορίας ἐκείνης ὁ στέλεχος, σηκὸς ἐκαλεῖτο. Moria. *sunt oleæ Minervæ sacræ, hæ in certaminis præmiū dabantur victoribus festi Panathenæi: harū duodecim ex arce urbis in Academiam transplantatæ sunt. Sic dictæ vel à fato seu cæde Alirrhothii, vel quia illis temporibus oleum diviserunt, & partiti sunt Athenienses. morias, id est, partialis hujus ramus seros appellatus est.* παναθήναια festum fuit, quod singulis quinquenniis celebrabatur. Idem Suidas. Παναθήναια Ἀθήνησιν ἑορτὴ ἐπὶ τῷ ὑπὸ Θησέως γενομένῳ συνοικισμῷ. πρῶτον ὑπὸ Ἐριχθονίου τοῦ Ἡφαίστου καὶ τῆς Ἀθηνᾶς. ὕστερον ὑπὸ Θησέως συναγαγόντος, τοὺς δήμους εἰς ἄστυ. ἄγεται δὲ ἀγὼν διὰ πέντε ἐτῶν, καὶ ἀγωνίζεται παῖς ἴσθμια, οὐ πρεσβύτερος, καὶ ἀγένειος καὶ ἀνήρ. τῷ δὲ νικῶντι δίδοται ἆθλον ἔλαιον ἀμφιφορεῦσι, καὶ ὁ νικῶν στεφανοῦται ἐλαίας πλεκτῇ. *Panathenæa est festum habitum à Theseo cum Athenis habitaret. Primum habitum fuit ab Erichthonio Vulcani Palladisque filio* (de Erichthronio vide Servii comment. ad hunc Virgil. versum. 3. Georg. *Primus Erichthonius currus & quattuor ausus.*) *Postremum à Theseo cum populum* (Atticum) *cogeret* (ex vicinis oppidis) *in urbem. anno quolibet quinto hoc festum celebratur, hoc certamen agit, puella Isthmia, imberbis, & vir, senior excluditur. Victori datur præmium olea, eamque circumferunt, victorique ex eadem corona imponitur.* Ad hoc alludit Seneca, in Herc. furent.

> *Te ramus oleæ fronde gentili tegat Theseu.*

Ad

Ad hujus certaminis imitationem Virgil. lib. 5. Æneid. ludum sive certamen curule instituit, in quo tres priores oleaginea corona coronabantur.

tres præmia primi
Accipient, flavâque caput nectetur oliva.

Non tantùm Athenienses victores olea coronatos prodidit antiquitas, sed etiam aliis Heroibus, victoribúsque coronam ex olea factam, eadem tradidit. Refert Dictys Cretensis, Græcos Achilli & Aiaci coronam ex olea ob hostium victoriam, prædámque ab iis reportatam donasse. Idem capitibus Themistoclis & Euribiadis ob insignem à Xerxe acceptam victoriam oleagineam sertum impositum fuisse tradit. Quintus Fabius Rutilianus equites Romanos equis insidentes, oleáque coronatos idibus Quintilibus (qui dies cladis Latinorũ fuit, quo die Polluci & Castori sacra faciebant) ab æde honoris, in capitolium transire & transvehi statuit, ordinis ejus recognoscendi, & probandi gratia. Ex his Plinii locus facile intelligi potest lib. 15. cap. 4. *Oleæ honorem Romana majestas magnum præbuit, turmas equitum idibus Iulii ex ea coronandos. Item minoribus triumphis ovantes. Athenæ quoque victores olea coronant, Græci verò oleastro Olympiæ.* Non tantùm certaminis præmium, victoriæque insigne olea, sed etiam pacis symbolum. Æneam ad pacem impetrandam ob tempestatem olea coronatum describit Virg. 5. Æneid.

Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ
Stans procul in prora, pateram tenet, extáque salsos
Projicit in fluctus, ac vina liquentia fudit.

Idem lib. 7. Æneid.

Centum oratores augusta ad mœnia Regis
Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes,
Donáque ferre viro, pacémque exposcere Teucris.

Idem de legatis Latinis occisos petentibus ad sepulturam. 11. Æneid.

Iámque oratores aderant ex urbe Latina
Velati ramis oleæ, veniámque rogantes
Corpora per campos, ferro quæ fusa jacebant
Redderet, ac tumulo sineret succedere terræ.

Et quidem hanc ob causam Tertullianus de Coron. Mil. olivam vocat, mitem, opimam, necessariam. Hi etenim oleæ rami ferebantur, πρὸς ὑπόμνησιν τῆς γεωργίας φίλειν τὴν χώραν. καὶ φειδώ τινα εἶναι τῶν ἡμερῶν καὶ καρποφόρων φυτῶν, *ut admoneantur homines agricolationis, ejúsque parsimoniæ quæ est circa arbores mites, & frugiferas*; Oleam pacis insigne fuisse primo, ut ita dicã, seculo, docet sacra pagina. Nam Moses Geneseos cap. 8. refert Patriarchæ Noacho desinente defluvio, defluxis ac desinentibus aquis, columbam attulisse olivæ fruticem, mitigatæ iræ divinæ argumentum. Ob hos aliosvè usus olea apud veteres, præcipuè Athenienses tanta fuit in æstimatione, ut si quis aliquam oleæ arborem vel surriperet, vel discinderet, in judicium vocaretur, & pro sacrilego condemnaretur, Lacedæmones de vastatis igne & ferro Atheniensium agris, solas oleas intactas reliquerunt, tam ob plantæ venerationem, quam pœnæ timorem. Athenienses enim, tam amicos quam inimicos qui oleam violassent, persequebantur. In profanis usibus, ut inquit Plinius, oleam pollui fas non erat, ut ne propitiandis quidem numinibus accendi ex ea altaria, aræque debeant. Ἐλαία vel ἐλαῖα non tantùm apud Græcos arborem, sed etiam arboris fructum significat. Suidas ἐλαία τὸ δένδρον. ἐλαία δὲ ὁ καρπός. Sic etiam apud Latinos oliva & olea fructum arborémque denotant. Columel. lib. 11. cap. 2. *Tum & olea distinguenda, ex qua velis viride oleam conficere.* Virg. 2. Georg.

Sed truncis oleæ, melius propagine vites
Respondent.

Columella pro fructu, Virgilius pro arbore posuit, ut plurimùm tamen olea de arbore, oliva de fructu dicitur. ἐλαίαν dictam volunt ἀπὸ τοῦ ἐλέου *misericordia.* Supplicantium enim & pacis symbolum est, Alii ἐλαίαν παρὰ τὸ λεῖον deducunt, quod est læve, lubricum; quod producat id quod maximè læve & lubricum est, oleum videlicet.

germen oleæ Græci θαλλὸν appellant. Vide cap. 3. lib. 2. Pollux lib. 7. ὡς δὲ ὁ τῆς ἀμπέλου κλάδος κλῆμα, καὶ ὁ τῆς ἐλαίας θαλλὸς (ita scriptum reperio) οὕτω καὶ τοῦ φοίνικος σπάδιξ. Ramus vero lana obvolutus, arborum fructibus circumpendentibus, qui ante pinnas ædium suspendi erat solitus, in honorem Apollinis, ad famem arcendam, ex oraculi præcepto, εἰρεσιώνη vocatur. Suidas εἰρεσιώνη κλάδος ἦν ἐλαίας ἐρίοις πεπλεγμένος· ἐξήρτητο δὲ αὐτοῦ τὰ ὡραῖα πάντα· ἐτίθετο δὲ αὐτὰ πρὸ τῆς εἰρεσιώνης πρὸ τῶν θυρῶν κατὰ παλαιὸν γενόμενόν τι μὲν γάρ φασιν ὡς λοιμοῦ πᾶσαν τὴν γῆν καταλαβόντος, ὁ θεὸς εἶπε προηρόσια τῇ Δηοῖ, ὑπὲρ πάντων θῦσαι θυσίαν Ἀθηναίους. Plura de hac voce qui velit, legat ipsum Suidam, & Plutarchum in Theseo. Flos oleæ βρύον dicitur, & olea dum floret βρύειν dicitur. Pollux libr. 1. μάλιστα δὲ τὸ βρύειν ἐπὶ ἐλαίας. Nucleum sive πυρῆνα. Suidas, στιππεῖον vocari tradit. στιππεῖον, στύππιον δὲ, τὸ μὲν σημαίνει τὸ τῆς ἐλαίας ὀστοῦν, τὸ δὲ ὅθεν τὸ λίνον νήθεται, *stippeion vocatur os olivæ, strippion verò unde linum colligitur.* Idem nucleus vocatur etiam κόκκωνος. Hesychius κόκκωνοι οἱ πυρῆνες τῶν ἐλαιῶν, id est, *cocconos vocant olearum nucleos.* Qui oleas colligit legulus appellatur, Constantinus leguleũ nuncapari contendit, cùm tamen apud Catonem cap. 64. & Varron. lib. 4. & 5. de linga Latina constanter legulus legatur, *Pleraque aperta, ut legulus & vindemiator, alter ab oleis, alter ab uvis.* Lib. 5. *item à legendo leguli qui oleas aut uvas legunt.* De olea variis in locis agit Theophrastus quæ suo loco examinata sunt. Hoc loco nonnulla de oleæ generibus adjungemus. Olea omnis in sativam & sylvestrem dividi solet. De sylvestri cap. 14. hujus libri agemus. Olivarum veteribus plura fuerunt genera. Pollux lib. 6. Columella lib. 5. cap. 7. quædam recenset. Pollux libr. 6. cap. 8. δρυπέπεις ἐλαῖαι, ἁλμάδες, καὶ κολυμβάδες, τὰς δὲ κοτινάδας ἐλαίας τραμβήλους ὀνόμασε Φερεκράτης. ἐκαλοῦντο δὲ αὗται καὶ φαυλίαι. ἃς δ' οἱ νῦν θλαστάς, ταύτας πυρῆνας οἱ Κωμικοί. Primo loco, δρυπεπῆ ἐλαίαν recenset. Oliva hæc à Galeno, si non mendum, libr. 2. de Aliment facult. cap. 27. δρυοπέτης vocatur, ὀλίγην μὲν πάνυ καὶ αὗται τροφὴν διδόασι τῷ σώματι καὶ μάλιστα αἱ δρυοπέτεις; *exiguum admodum corpori alimentum præbent, maximè dryopetes.* Contendunt alii, hanc olivam δρυπεπῆ vocatam fuisse, quomodo in scriptis Athenæi codicibus legitur, ut monet magnus Causabonus. Σηπίαι δρυπεπεῖς τ' ἐλαῖαι. Nomen accepere, ut volunt, παρὰ τὸ πίπτειν ἐκ τῆς δρυός quod ex arbore cadant. (δρῦς, ut supra dixi, omnem denotat arborem.) An itaque δρυπετής, oliva illa vitiosa, cujus mentio fit apud Plinium lib. 15. cap. 3. *Tertia est culpa in parsimonia, quoniam propter impendium decerpendi expectatur ut decidat oliva.* Culpam inquit, quod cap. 1. lib. 15. dixerat; *Quanto maturior bacca, tanto pinguior succus minúsque gratus. Optima autem ætas ad decerpendam inter copiam bonitatemque incipiente bacca nigrescere. Nostri vocant drupas, Græci verò drypetas.* Ita Romanis vocatas has olivas fuisse, testatur Athenæus. Σηπίαι, δρυπεπεῖς τ' ἐλαῖαι, ταύτας Ῥωμαῖοι δρύππας λέγουσι. *Sepiæ ac olivæ drupetæ, has Romani drupas nominant.* Idem Athenæus ischadas & gergerimos vocatas fuisse refert. ἔλεγον δὲ τὰς δρυπεπεῖς (ita codices habent) ἐλαίας, καὶ ἰσχάδας καὶ γεργερίμους ὥς φησι Δίδυμος. καὶ χωρὶς δὲ τοῦ φάσκειν ἐλαίας αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἔλεγον μόνον δρυπεπεῖς. *Didymus olivas drupepas asserit vocatas fuisse ischadas, ac gergimos, & insuper drupepas non adjecta voce olivarum.* Si verum quod Plinius ait, δρυπεπεῖς non dicuntur, quod ex arbore cadant crudæ aut nimium maturæ, optima enim inquit ad decerpendum. Si ergo, ut loquitur Plinius, decerpuntur, quomodo dici possunt ex arbore cadere? An itaque δρυπεπεῖς vocantur, ἀπὸ τῆς δρυὸς καὶ πίπτειν, quod in arbore perficiantur, nec decerpantur antequam planè maturæ sint? Ita placet interpreti Athenæi, cum vertit, *Didymus olivas* δρυπεπεῖς, id est, *in arbore sua maturitas asserit, &c.* Huic opinioni favet lectio quæ in MS. reperitur δρυπεπεῖς. Hanc probat Suidas. δρυπέτης (forte δρυπεπὴς legendum) ὁ πέπειρος καρπὸς τῶν δένδρων, ἡ ἐπὶ τῶν δένδρων πεπανθεῖσα ἐλαία. ὡσαύτως καὶ ἡ ἰσχὰς καὶ δρύπεπα. τὴν ἁλίπαστον δρύπεπα. τουτέστιν ἐλαίαν. *Drypeta, fructus arborum maturus, vel oliva in arbore matura reddita, quæ & ischas & drypepa vocatur. sali præsulsa drypepa,* id est, *olea.* Ἰσχάδα maturam & siccatam esse ficum, nemo inficias ibit. Hæc igitur ischas oliva, quod matura. Priorem opinionem, quam improbare Plinium dixi, probat Hesychius, δρυπεπεῖς. ἀπὸ δένδρων πεπτωκυίας. ὠμάς, quæ ex arbore cadunt crudæ. Suidæ sententiam improbat Plinius, cum optimam ait quando incipit nigrescere. Atqui jam nondum matura oliva. Ergo drypeta, non est oliva cocta aut matura. Idem Plin. lib. 12. cap. 27. *Deterius ex druppa: ita vocatur priusquam cibo matura sit, jam tamen colorem mutans.* Contra Palludius, maturas olivas druppas vocat, quod ex Diosc. lib. 1. cap. 49. probatur,

batur, ubi de oleo conficiendo laurino agit. τὸ δὲ δάφνινον σκευάζεται διὰ τῶν δαφνίδων, ὅταν ὦσι δρυοπεπεῖς (ita, ut supra dixi, apud Galenum legitur) ἑψομένων μεθ' ὕδατος. Palladius lib. 2. tit. 20. *Item ex lauri baccis oleum conficietur hoc modo. lauri baccas quamplurimas, & maturitate turgentes, in aqua calida bullire facies.* δρυοπεπεῖς baccas vertit maturitate turgentes. Vidimus varias auctorum opiniones; cui major fides, Plinio ne an Hesychio, an vero Suidæ, an Palladio? Hi quomodo conciliari possint vix video. Quorundam opinio est, antiquissimos pro optimis habuisse, quæ verè erant δρυπεπεῖς, ob maturitatem deciduæ, quod plus pinguedinis haberent, quanquam oleum sapore minus præstaret: cognito autem errore, recentiores nomen retinuisse, ac δρυπεπεῖς vocasse, quæ paulo ante maturitatem decerpuntur, quod & multum pinguedinis habeant, & sapore illud oleum præstet. Gal. loco citato, ὥσπερ δὲ αἱ δρυοπεπεῖς πλεῖστον λιπαρὸν, οὕτως αὗται τὸ στύφον χυμὸν ἔχουσι. *Porro quemadmodum dryopetæ pinguedinis habent plurimum, ita hæ* (colymbades) *succum adstringentem.* Fortassis inter δρυπεπεῖς & δρυπεπεῖς, vel, ut apud Diosc. & Gal. legitur, δρυοπεπεῖς distinxerunt veteres, ac quidem δρυοπεπεῖς vel δρύπεπεῖς vocarunt, quæ maturæ in arbore erant, δρυπεπεῖς quæ immaturæ cadebant, & decerpebantur. Olivas pro ætatis ratione aptas, vel ineptas fuisse his verbis docet Plinius loco citato; *Ex eadem quippe oliva differunt succi. Primum omnium è cruda, atque nondum inchoatæ maturitatis: hoc sapore præstantissimum. quin & ex eo prima unda preli laudatissima, ac deinde per diminutiones, sive (ut nuper inventum est) exiguo regulis pede incluso. Quanto maturior bacca, tanto pinguior succus minusque gratus. Optima autem ætas ad decerpendum inter copiam bonitatemque, incipiente bacca nigrescere.* Cato cap. 65. ubi docet, quomodo oleum viride fiat. *Ex quam acerbissima olea oleum facies, tam oleum optimum erit. Domino de matura olea oleum fieri maximè expediet.* Optimum, inquit, & præstantissimum oleum, quo ad saporem, quod ex immatura colligitur oliva. at vero, domino hoc non expedit, quia paucum illud est, à copia domino maximus proventus ac reditus. Ergo quanquam sapore deterius oleum illud, quod ex matura oliva exprimitur; ideo tamen laudabile, quod inde domino accedet plus emolumenti, ditiorque fiat colonus. At ab olea quę medio maturitatis est tempore, vel propemodum matura, & drupa vocatur, duplici nomine exhilarat colonum, quod multum pinguedinis habeat, oleumque quod ex ea exprimitur sit sapore etiam præstans. Hoc si verum, quomodo Plinius omphacium, sive oleum viride, ut Cato vocat, deterius inquit lib. 12. c. 27. quod ex drupa exprimitur. Respondent. Plinium hoc habere ex Catone malè intellecto. Verba Plinii. *Oleum & omphacium est.* (Doctiss. Dalecamp. legit. *Vnguentis idoneum & oleum omphacinum est.*) *Fit quidem omphacium duobus generibus & totidem modis, ex olea & vite: olea adhuc alba expressa, deterius ex druppa: ita vocatur priusquam matura sit, jam tamen colorem mutans. Differentia, quod hoc viride est, illud candidum.* Non ἁπλῶς Plinius oleum è druppa deterius inquit, sed respectu olei, quod ex alba adhuc exprimitur: hoc enim præstat, quod ex immatura magis colligatur oliva. Idem cap. 6. libr. 15. oleum ex quam acerbissima oliva optimum fieri tradit, tale est quod ex alba adhuc existente oliva exprimitur, talis oliva acerbissima, quippe immatura. Non itaque malè verba Catonis accepit Plinius quę ita habent. *Oleum viride sic facito. oleam quam primum ex terra tollito; si inquinata erit, lavito à foliis.* (ita omnes codices, etiam antiquissimi. Scribe *foriis.* Foria excrementa liquidiora, sic dicta quod facilè ferantur foras) *& stercore purgato. Postridie, aut post diem tertium, quam lecta erit, facito. oleam ubi nigra erit, stringito, quam acerbissima oleum olea facies, tam oleū optimum erit. Domino de matura olea oleum fieri maximè expediet. Si gelicidia erunt, cum oleam coges, triduum aut quatriduum post oleum facito eam oleam, si voles, sale aspergito.* Plinius, *Oleum quam acerbissima oliva optimum fieri. ceterum quam primum è terra colligendam: si inquinata sit, lavandam: siccari triduo satis esse. si gelent frigora, quarto die premendam. Hanc & sale aspergi.* Rectè ergo Plinius verba Catonis accepit, rectè oleū è drupa deterius dixit, si κατά τι, non ἁπλῶς accipias, quæ Plinii opinio. Alioquin oleum quod è drupa, præstantissimum: quod copia & sapore præstat: sapore autem solo, non copia præstat, quod ex alba exprimitur. Et hactenus de drupa. Ἁλμάδες καὶ πηκτρίδες. Ita in vulgatis Pollucis codic. Scribe, ἁλμάδες ἡ πηκτρίδες: unum enim genus. Vocantur hæ olivæ vulgo κολυμβάδες. Hesych. ἁλμάδες κολυμβάδες ἐλαῖαι καὶ αἱ ἐκ σινάπεως γογγυλίδες. *Halmades etiam colymbades olivæ vocantur, & rapæ conditiciæ ex sinapi.* Athenæus libr. 4. ἐχρῶντο γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ τοῖς εἰς ἀναπείνασιν βρώμασιν, ὥσπερ ταῖς ἁλμάσιν ἐλαίαις, ἃς κολυμβάδας καλοῦσιν. *Veteres cibis usi sunt, edendi cupiditatem redintegrantibus, ut muria conditis olivis, quas colymbadas vocant.* Κολυμβάδες dicuntur, παρὰ τὸ κολυμβᾶν, ab innatando, quod conditura suæ innatent. πηκτρίδες ἀπὸ τοῦ νήχεσθαι, quod oleo aut muriæ innatent. Νήχομαι enim idem quod κολυμβάω. Hesych. νηκτὰ, τὰ ἐν ὕδασι διαπνύμενα, τὰ ἐνυδρα, παρὰ τὸ νήχεσθαι, ὅ ἐστι κολυμβᾶν. Unum ergo olivæ genus πηκτρίδες & κολυμβάδες. ἁλμάδες vocantur ἀπὸ ἁλὸς sale. Ἅλς enim Græcis sal, vel ἀπὸ τῆς ἅλμης, quod muria conditæ sint. Cælius Aurelianus chronic. pass. cap. 3. natantes vocat, *Vel olivis fractis vel natantibus, quas colymbadas appellant.* Olivæ quo modo condiantur, docet Cassianus Bassus libr. 9. cap. ult. τὰς κολυμβάδας ἐλαίας τὰς ἁδρὰς ὅταν (in MSS. ὅτ' ἂν) ἀκμάζωσι, καὶ πρὸς τὸ περκάζειν ὦσι, λαβὼν μετὰ τῆς ἐκφύσεως μεθ' ἧς κρέμανται τροφοῦ, ὅπως μὴ θλιβῶσι εἰς μεῖζον ἀγγεῖον ὅταν μετακομίζωνται, θλασθῶσιν. εἶτα πλύνας (cod. MS. palat. πλύνοντες) ὕδατι ψυχρῷ κατ' ὀλίγας ψύξον, (idem ψύχουσι) εἰς ταλάρους ἐν σκιᾷ ἐπὶ μίαν ἡμέραν, καὶ μεταστρέφε (idem μεταστρέφουσι) πρᾴως, ἵνα ὁμαλῶς ξηρανθῶσιν. (ξηραίνωσι idem) εἶτα προσεμβαλὼν (idem προσεμβάλλουσι) εἰς τὸν πυθμένα, πεφρυγμένων ἁλῶν δρᾶκα. ἐκ τῆς δευτέρας ἔγχεον (ἐγχέοντες) χοᾶς δὲ, μετ' ὄξους κοτυλῶν γ'. ἐμβαλὼν (βάλλουσι) ἐλαιῶν χοίνικας κ', καὶ πληρώσας τὸ ἀγγεῖον κίνει. (πληρώσαντες δὲ τὸ ἀγγεῖον κινοῦσι) ὑπερεχέτω (ὑπερέχουσι) δὲ τὸ ὑγρὸν, εἶτα φράξας μαράθρῳ περίκλειε (φράξαντες μαράθρῳ περικλείουσι) διὰ τοῦτο δὲ τὴν ἅλμην προεδίδαξαμεν προεμβληθῆναι (προσεμβληθῆναι) δεῖν, ἵνα μὴ θλῶνται αἱ ἐλαῖαι ἐμβαλλόμεναι. ἄλλοι δὲ μετὰ τῶν ἁπαλωτάτων κλώνων ἀφελόντες, ἐμβάλλουσιν εἰς ἀγγεῖον ἔχον θαλάττιον ὕδωρ, καὶ ἐάσαντες ἡμέρας ε', ἢ καὶ ς', ἀναιροῦνται, καὶ εἰς ἀγγεῖα ἐμβάλλοντες μετὰ ἅλμης, περικλείουσι. γίνεται δὲ ταῦτα περὶ χειμερινὰς τροπάς. *Olivas appellatas colymbadas plenas & perfectas quum in vigore fuerint, una cum exortu ex quo pendent accipito, ac ut, ne frangantur ac contundantur in magnum vas conjectæ cum deferuntur, diligenter prospicito. deinde frigida aqua lotas, paulatim in umbra per diem unum in calathis ac cratibus vimineis siccato, & quo æqualiter siccentur leniter convertito. deinde præimmisso in fundum vasis salis triti pugno, & posteà muriæ congiis quatuor, cum aceti heminis tribus infusis, olivarum chœnices viginti immittito, & ubi expletum est vas, commoveto. liquor autem supereemineat, & obturatione per fœniculi fasciculum facta, vas obturetur. Cæterum muriam ea gratia præinfundi oportere docuimus, ut ne videlicet olivæ dum immittuntur contundantur. alii cum tenerrimis ramulis deceptas olivas, in vas marinam habens aquam immittunt, & ac dies quinque vel sex relictas eximunt; & in vasa conjecta una cum muria, oblinunt ac reponunt. Hæc autem omnia circa solstitium hybernum fieri oportet.* Alios præter hos etiam condiendi modos reperiet Lector apud Pallad. in Novemb. tit. 22. quem adeat, si scire modos istos velit. Tria olivarum colymbadum recenset Dioscorides genera. subfulvum, nigrum & torrefactum, quæ commode in duo dividi possunt, maturum & immaturum. Hodie maturas & immaturas condiri auctor Doctiss. Clusius. *Immaturas,* inquit, *plerumque condiunt per Hispanias & Galliam Narbonensem, interdum etiam maturas & nigras præsertim in Lusitania.* Diosc. lib. 1. cap. 139. ἔστι δὲ ἡ μὲν ὑπόκιρρος καὶ πρόσφατος ἐλαία, δυσκοίλιος, εὐστόμαχος. ἡ δὲ μέλαινα καὶ πέπειρος, εὐδιάφθορος ἢ κακοστόμαχος, ὀφθαλμοῖς τε ἀνεπιτήδειος ἢ κεφαλαλγής. φρυχθεῖσα δὲ καὶ καταπλασθεῖσα νομὰς ἵστησι, καὶ ἄνθρακας περιρρήγνυσι. *Est porro oliva subfulva ac recens alvo incommoda, sed stomacho utilis, nigra vero & matura corruptioni oportuna, stomachoque aversa est, ac tum oculis minimè convenit, tum capitis etiam dolores inducit. torrefacta autem & illita nomas sistit, & carbunculos emarginat.* De olivis quas κολυμβάδας vocant, supra cap. 3. libr. 2. satis abunde egi, ubi fructus vocari φαυλίας dixi, de quibus inferius nonnihil adhuc dicam. Sequuntur θλασταί. Has Pollux πυρῆνας à Poetis vocari tradit, ἃς δὲ οἱ νῦν θλαστὰς, ταύτας πυρῆνας οἱ κωμικοί ἢ θλαστὰς δὲ ἐλαίας, ἐν νήσοις ἂν εὕροις Ἀριστοφάνους. *quas contusas vocant, Comici pyrenas vocant. Olivas contusas in Nesis Aristophanis reperies.* Corruptus Pollucis codex. Aristophanes fabulam scripsit, quam νήσους vocat. Scribendum ergo, ἐν νήσοις ἂν εὕροις, &c. Idem mendum apud eundem Pollucem lib. 7. cap. 24. reperitur. Rectè libro decimo capite undecimo θρανίδια ἐν νήσοις Ἀριστοφάνους legitur, uti etiam lib. 9. ἰγὼ δὲ εὗρον ἐν ταῖς νήσοις Ἀριστοφάνους. Contusæ quomodo præparentur ac serventur olivæ, docet Cass. Bass. libr. 9. capite 32. λαβὼν ἐλαίας πρὸ τοῦ περκάσαι τὰς ὑγιεστέρας θλάσας ἐπὶ ξύλου εἰς ὕδωρ θερμὸν βάλλε, εἶτα εἰς ἀγγεῖα ἀνεῳγμένα καὶ στρογγύλας, ἐπίβαλλε ἅλας μὴ πεφρυγμένους, μετὰ κυμίνου ἢ κλωνίων μαράθρου, εἶτα ἐμβαλὼν χωρὶς τοῦ γλεύκους, πώμαζε. *Olivas antequam maturescentes nigrescere ceperint, saniores accipis,* & in

& in ligno confractas, deinde in sportam transfers, & exprimis, addisque salem non tritum, cum cumino & fœniculi ramulis, deinde mittis in mustū, & operculo addito reponis. Ita in editis; in MS. longè alia lectio reperitur. λαβὼν ἐλαίας — ἄλας μὴ τετριμμένους, καὶ τῇ ἑξῆς πληρώσῃ τὸ ἀγγεῖον, καὶ ἐπιθεὶς ἁλῶν δράκα, φράσσῃ μαράθρου κλωσίν. ἄλλοι θλάσαντες ἐξαιρεῦσι τοὺς πυρῆνας, ἐπιπάσσουσι δὲ ἅλας τετριμμένους μετὰ κυμίνου, καὶ κλωνίων μαράθρου, εἶτα ἐμβάλλουσι γλεῦκος χρηστόν, καὶ πωμάζουσι. In verbis his, καὶ τῇ ἑξῆς πληρώσῃ τὸ ἀγγεῖον, aliquid deesse videtur. Nam non tradit qua re vas impleri velit. Scribe, καὶ ἑξῆς τῷ γλεύκει πληρώσῃ τὸ ἀγγεῖον, &c. *Addisque salem non tritum, deinde vas musto impleto, & impone salis pugnum, ac obtura ramulis fœniculi. alii fracta oliva extrahunt nucleos, & inspargunt salem tritum cum cumino, & ramulis fœniculi, deinde mustum bonum immittunt, & operculo addito reponunt.* Nucleos eximi vult. An itaque θλασταὶ etiam στέμφυλα dicuntur? Hesych. στέμφυλα τὰ πλάσματα (scribe πίσματα vel ἐκπίσματα) τῶν ἐλαιῶν, οἱ δὲ τὰς ἀπυρήνους ἐλαίας, καὶ τῶν σταφυλῶν τὰ ἐκπιέσματα. *recrementum olivarum tusarum.* Nonnulli nucleo carentes olivas sic vocant, & quod ex tusa pressaque uva superest. Geoponicῶn auctor lib. 6. cap. 11. στέμφυλα vinacea uvarum, & nucleos olivæ docet, εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι στέμφυλα οὐχ ὡς τινὲς νομίζουσι τῶν ἐλαιῶν μόνον ἐστὶ (MS. εἰσὶ) πυρῆνες, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν σταφυλῶν γίγαρτα. ἐὰν οὖν ἀκούσῃς στέμφυλα πρὸς τὸ ὑποκείμενον νόει, ποτὲ μὲν γίγαρτα σταφυλῆς, (MS. σταφυλῶν) ποτὲ δὲ ἐλαίας τὴν καλουμένην πυρῖνα (MS. πυρήνην.) *Verum, quod nosse operæ pretium est, stemphyla non solum olivarum nuclei sunt, velut quidam existimant, sed etiam uvarum vinacei. Si igitur stemphylorum vox occurrit, ad rem subjectam adverte, & aliquando uvæ vinaceos, aliquando olivæ nucleum, pyrenas aliàs Græcè dictum, accipe.* Malunt alii τὰ στέμφυλα exponere de uvarum ac olivarum recrementis ac reliquiis. Quorum opinionem non improbo, & idcirco apud Hesychium non πλάσματα, sed πίσματα lego. Gal. 2. de Aliment. facult. καλῶ δὲ στέμφυλα, τὰ στερεὰ λείψανα τῆς σταφυλῆς, ἐπειδὰν ἐν τοῖς ληνοῖς ἐκθλιβῇ, πᾶς ὁ χυλὸς αὐτῶν, ἃ καὶ αὐτὰ συντιθέασιν ἐν πίθοις οἱ ἄνθρωποι, σφίγγοντές τε καὶ πιλοῦντες ἰσχυρῶς, ὀνομάζοντές τε τρύγα αὐτὸ τοῦτο ὅπερ ἐγὼ στέμφυλον ἐκάλεσα. *Voco autem stemphyla solidas uvæ reliquias, cum in torculari succus ipsius omnis prorsus expressus fuerit, quos etiam homines in doliis componunt, stipantes ipsas validè ac constringentes, appellantque id ipsum* τρύγα, *id est fæcem, quod ego* στέμφυλον *appellavi.* Suidas, στέμφυλον τὸ ἔκθλιμμα τῆς σταφυλῆς ἢ τῶν ἐλαιῶν, οἷς ἀντὶ ὄψου ἐχρῶντο. *Excrementum uvæ, olivarumque, quibus in obsoniis utebantur.* Idem Arist. scholiast. in nubibus. στέμφυλα κυρίως λέγεται τὰ ἀποπιέσματα τῶν ἐλαιῶν, ἀποπιέσματα δὲ τὰ ἐκ τῶν σταφυλῶν ἀποπιεζόμενα. ἀγνοοῦσι δὲ καὶ ἀνάπαλιν, τὰ στέμφυλα ἐπὶ σταφυλῶν, καὶ τὰ ἀποπιέσματα ἐπὶ τῶν ἐλαιῶν. Athenæus lib. 2. Deipnosoph. Ἀθηναῖοι δὲ τὰς τετριμμένας ἐλαίας στέμφυλα ἐκάλουν. βρύτια δὲ τὰ ὑφ' ἡμῶν στέμφυλα, τὰ ἐκπιέσματα τῆς σταφυλῆς. *Athenienses olivas tritas* στέμφυλα *vocant, & quæ nos vocamus stemphyla* βρύτια, *nimirum expressæ retrimenta.* Ex hoc Athenæi loco probatur olivas contusas a Græcis στέμφυλα dictas. Objiciet quis, τὰ στέμφυλα esse olivas nigras. Idem enim Athenæus loco citato ait, στεμφυλίδες δὲ αἱ μέλαιναι. Sed idem & θλαστὰς nigras ait. τὰς δὲ θλαστὰς μελαίνας εὐστομαχωτέρας εἶναι. *Contusæ quæ nigræ ventriculo magis conveniunt.* Propriè tamen nigræ olivæ maturæ; virides, quæ immaturæ; albæ, quæ mediæ sunt inter virides, & nigras. Fallitur vir magnus, cum albam olivam diversam olivæ speciem putat. Alba enim est, propter differentiā ætatis baccæ in arbore sua, quæ omnibus speciebus est communis. Hoc probatur ex Catone cap. 117. *Oleæ, inquit, albæ quemadmodum condiantur; antequam nigræ fiant contundantur, & in aquam dejiciantur.* Idem cap. 119. *Epityrum album, nigrum, variumque sic facito; ex oleis albis, nigris, variisque nucleos rejicito.* Columella lib. 12. cap. 47. albedinem tribuit, orchitæ, radiolo, regiæ; *Olivæ, inquit, poseæ (ita antiqui codices) cum jam decolorantur, antequam mitescant, cum petiolo leguntur, & oleo quam optimo servantur. — Oliva pausea vel orchita cum primum ex albo decoloretur, fitque luteola, sereno cælo manu destringitur, & in vannis uno die sub umbra expanditur.* Idem cap. sequenti. *Pauseæ baccæ, vel orchitæ nonnullis regionibus etiam næviæ conviviortum epulis præparantur. Has igitur cum jam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ* (antiquiss. præmaturæ) *fuerint, cælo sereno distringere manu convenit, lectasque cribrare & secernere, quæcunque maculosæ, seu vitiosæ minorisve incrementi videbuntur.* Alba itaque oliva veteribus immatura, nigra matura. Quæ hactenus recensuimus genera quidem sunt olivarum, sed non specie differentes; nunc nobis de generibus specie differentibus sermo fiet. Tria genera recenset Nicander in Alexiph. ubi adversus cerussæ venenum remedium præscribit.

Τῷ καὶ πηρμαδίης, ἢ ὀρχάδος εἶαρ ἐλαίης,
Ἢ ἐπὶ μυρτίνης χαδίλω δεπάεσσιν ὀρέξαις.

Aut præbe subito pinguem quem myrtea succum,
Præmadia aut orchas compressa emittit oliva.


Schol. πηρμαδίη καὶ ὀρχὰς καὶ μυρτίνη ἐλαιῶν εἰσὶν εἴδη. εἶαρ δὲ τὸ αἷμα τὸ λίπος. Tria Virg. scribit olivarum genera libro secundo Georg.

Nec pingues unam in faciem nascuntur olivæ
Orchades & radii & amara pausia bacca.

Columella decem novit genera, lib. 5. de re rust. cap. 6. ubi ita scribit. *Olearum sicut vitium plura genera esse arbitror, sed in meam notitiam decem modo pervenerunt. pausia, algiana, liciniana, sergia, nevia, culminia, orchis, regia, circites, murtea.* Pausiam, ut jam notavi, aliquando poseam vocat, Ita enim omnes libri; etiam sic apud Catonem scriptum reperio. Pausiam antiquus Catonis interpres dictam vult, à patiendo. Servius vero à paviendo, quod non nisi paviendo, id est, tundendo oleum emittat: seu quod antequam molæ subjiciatur, tundatur. Alii à sapore nominatam dicunt, quod fiat pausi. Sunt enim ejus baccæ amarissimi succi, & ob id incommestibiles. Hanc sententiam improbat Columella loco citato. *Ex quibus, inquit, bacca jucundissima est pausiæ — pausiæ oleum saporis egregii dum viride est, vetustate corrumpuntur.* Quare miror Doctiss. virum qui apud Virgilium pro amara bacca viridem exponit, cum amaror pausiæ sit jucunditati cuidam junctus. Sic Plinius lib. 13. cap. ult. de lauro, cerasa laurea non ingratæ amaritudinis esse; Columella *pausiam optimè vapores ferre*, tradit. Quare hæreo utrum pausia sit ea, quæ à Nicandro πηρμαδίη vocatur. Nomen accepisse videtur ἀπὸ τοῦ πνευμαίνειν, *à spirando*, quod ventis, vaporibusque resistant. De pausia hæc tradit Plinius. *Prima ergo ab autumno colligitur, vitio operæ non naturæ, pausia cui plurimum carnis. — purpureæ sunt & in iis, ut uvis in nigrum colorem transeuntibus, pausiæ.* Idem ferè Columella libr. 12. cap. 48. *Pauseæ baccæ vel orchitæ nonnullis etiam regionibus næviæ conviviorum epulis præparantur. has igitur cum jam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint, &c.* Falluntur qui pausias olivas στεμφυλίδας ab Athenæo dictas existimant. Non sola pausia nigra. Στεμφυλίδες olivæ tritæ sunt, ut supra probavi. Pausiam Apuliæ incolæ, ut Itali scribunt, inter quos non ultimum obtinet locum Baptista Porta, *paschlam* vocant cujus *callus* immaturę callus virescit, maturæ ex purpureo punicat, nitidiore cuticula, orbicularis, communi major, virescens amarissima, matura jucundissima, optima oleo, escave. Virgilius ergo cum amaram inquit pausiam, loquitur de immatura & adhuc viridi. Columella vero cum jucundam ait, intelligit maturam. De algiana nihil quod dicam habeo. Hujus nec Macrobius, nec veterum quisquam, quod sciam, mentionem facit. Varro & Cato albiceris, vel, ut apud Macrobium, albigeri meminerunt. An hæc ea, quam Columella algiana, me fugit. Licinianam optimum dare oleum, docet Columella. Cato cap. 6. seri præcipit in agro macriore & frigidiore. *Qui ager, inquit, frigidior & macrior erit, ibi oleam licinianam seri oportet. Sin in loco crasso, aut calido severis, hostus nequam erit, & ferundo arbor peribit, & muscus ruber molestus erit.* Hunc Catonis locum his verbis exponit Romanorum Doctiss. Varro lib. 1. cap. 24. *Qui ager frigidior & macrior sit, ibi oleam lucianam seri oportere.* (præcipit Cato) *si in loco crasso aut calido posueris, hostū nequaquam fieri, & ferendo arborem perire, & muscum rubrū molestum esse. Hostum vocant, quod ex uno facto olei conficitur. Factum dicunt, quod uno tempore conficiunt, quem alii 160. ajunt esse modiorum, alii ita minus magnū ut ad 120. descendat, & exinde, ut vasa olearia quot & quāta habeant, quibus conficiunt illud.* Plin. lib. 15. c. 5. *In frigido autem & macro Licinian. Pingui autem aut ferventi vitiari ejus oleum, arboremque ipsam fertilitate consumi: musto præterea rubro infestari.* Cato non vitiari oleū scribit, ut ex ejus auctoritate tradit Plinius, sed ait, hostum nequaquam fieri. Idem Plin. c. 3. *Contra humorem pugnaces, ob idq; minimæ. licinia, cominia, contia, sergia, quam Sabini regiam vocant, non ante favonii afflatum nigrescentes, hoc est, ad 6. Idus Februarii.* Idem cap. 2. *Principatum in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maximè agro Venafrano, ejusque parte quæ Licinianū fundit oleū, unde & Liciniæ gloria præcipua olivæ. Unguenta hanc palmā dedere accommodato ipsis odore. Dedit & palatum delicatiore sententia, de cætero baccas Liciniæ nulla avis appetit.* Hæc de Licinia veteres; ab Italis *pollione* vocatur. Sic dicta à parvitate, vel corrupto liciniæ vocabulo. Liciniæ nomen ab inventore accepisse,

pisse, vulgata & recepta opinio. Sergiam Plinius à Sabinis regiam vocari tradit; cum alia sit regia de qua paulo infra agam. De hac eadem quae de licinia tradit Cato, & agro calido & crasso seri jubet. *In agro crasso & calido oleam conditivam — sergianam colmianam, albicerem, quam earum in his locis optimam dicent esse, eam maxime serito* Hanc plurimũ olei dare, frigusque ferre ait. *Oleum optimum licinia dat, plurimum sergia — optimè vapores sustinet pausia, frigus sergia.* De hac plura dicenda, non habeo. De nævia idem Columella narrat, quod de pausia. Hujus, quod sciam, apud Varronem, Catonem, Plinium mentio nulla. Culmina Catoni colmiana dicitur; serendam præcipit in agro crasso ac caldo. Plinio & Palladio comina vocatur, ac de ea idem quod de sergia & licinia refert. Apud Macrobium culminea, ut & apud Columellam legitur; qui post liciniam & regiam, ultimo loco culminiam baccã probat. Orchiten Columella li. 12. c. 48. orchitam vocat. Ejus verba ubi de pausia sermo, citavi, *Pausiæ baccæ vel orchitæ nonnullis regionibus &c.* Fortè *orchites* ex lib. 5. cap. 7. quomodo etiam à Catone cap. 7. & Varrone lib. 1. de re rust. cap. 17. vocatur. Nicandro vero & Virgilio orchas dicitur, pro quo apud Columellam lib. 5. in antiquiss. codice *orchos* legitur, in vulgatis *orchis*. Forte *orchas*, rescribendum, & libr. 12. *orchades*. Nihil muto. Nomen orchados impositum existimant, vel à magnitudine, vel quod testiculos referant. ὄρχεις enim Græcis testiculi dicuntur; unde orchis quasi testicularis. Hanc ut & radium, & Columella melius ad escam, quam in liquorem stringi ait. Cato cap. 7. optimè condi refert. *Item alia genera quam plurima serito, aut inserito, oleas orchites, posias. eæ optimè conduntur vel virides in muria, vel in lentisco contusæ. orchites ubi nigræ erunt & siccæ, sale confricato dies 5. postea salem excutito, in solem ponito biduum, vel sine sane in defrutum condito.* Plin. lib. 5. cap. 1. *Genera earum tria dixit Virgilius, orchites & radios & pausias: nec desiderare rastros aut falcem, ullamve curam. Sine dubio & in iis solum maximè cœlumque refert. Verumtamen & tundentur, cum & vites: atque etiam interradi gaudent.* Orchites sunt quæ ex Hispania ad nos mittuntur, portantur & Cajeta; magnitudine sunt juglandis, testiculorum similitudine ovatę, ad escam condiuntur toto orbe insignes; à nonnullis archemora vocatæ. Regia, ut Plinius ait, phaulia etiam vocatur. De phaulia supra lib. 2. cap. 3. nonnulla dixi, quæ non repeto. Plin. lib. 15. cap. 1. *Omninò in vita error est publicus, tumore olivæ crescere oleum existimantium: præsertim cum magnitudine oleum non constare, indicio sunt, quæ regiæ vocantur, ab aliis majorinæ, ab aliis phauliæ, grandissimæ alioquin minimo succo.* Theophrastus lib. 6. de caus. cap. 11. ὧν ἡ σαρξ πολλή, ὁ δὲ πυρὴν μικρός (forte μακρός. Plinius loco citato *Deinde (errant) quod oleum crescere olivæ carne arbitrãtur, cum succus omnis in corpus abeat, lignumque intus grandescat.* Πυρῆνα lignum vocat, & grandescere ait. Lego itaque μακρός) ὀλιγέλαιοι, καθάπερ αἱ φαυλίαι, ὡς συντόμως τῆς φύσεως πεπαμμένης. *quibus caro multa, nucleus parvus (magnus) hæ parcissimè præstant oleum: ceu phauliæ; tanquam vires hac in parte naturæ deficiant.* Columella, *omnisque olea, & major ferè ad escam, minor oleo est aptior. speciosissima est bacca regiæ, quæ potius escæ quam oleo est idonea.* Notandi ergo Grammatici, qui scribunt. φαῦλος λέγεται καὶ ἐπὶ σμικρότητος, ὅθεν καὶ φαυλὴ ἐλαία ἡ μικρόκαρπος, ἢ καὶ φαυλία, γινομένη φασὶν ἐκ κοτίνου κοπέντος καὶ μεταφυτευθέντος. Postremum natam hanc oleam ex cotino cæso & transplantato, verum est. vide libr. 2. cap. 3. At phauliæ fructum parvum esse, omninò falsum est. Contrarium Theophrastus, Plinius, Columella. Melius Hesychius, φαυλία εἶδος ἐλαίας, οἱ δὲ τὰς λευκὰς φαυλίας καλοῦσι τὰ μεγάλα. φαῦλον, ἁδρόν, παχλόν, εὐειδές, μέγα, μοχθηρόν, ἀχρεῖον. Φαυλία itaq; dicitur, vel quod magna, vel quod vilis sit oliva. Phaulia oliva est, quã rotundam vocant Itali: forma rotunda est, magna, & pulcherrima, condita ad escã utimur. Radii olivę plures fuisse videntur. Cato cap. 6. majoris mentionem facit. *in agro caldo & crasso, oleam conditivam, radium majorẽ &c. serito.* Columella minorem lib. 12. cap. 47. in sampsa, vel, ut alii legunt sansa, radiolum vocat. *Albam pauseam, vel orchitem, vel radiolum, vel regiam dum contundes &c.* De radio hæc Columella, *Orchis quoque & radius melius ad escam, quam in liquorẽ stringitur.* Plinius ab autumno post pausiam & orchitẽ colligi tradit, quia tenerrima amurca cogit decidere. Servius radium vocatam scribit à longitudine, quod oblonga sit. Italis *pirrutelle* dicitur, quasi acutiusculam dicas, quod oblonga & utrimque acuta sit. De circite quod dicam scribamve habeo nihil. De Myrtea hoc tantum, quod à Nicandro μυρτίνη dicta videatur, à myrti fortè & magnitudine & figura. quales olivas ex Persia allatas vidi: palato gratę erant, sed parvę admodũ. Meminere Cato & Varro Salentinæ, à Columella omissæ. Iidẽ & albiceræ (quam Macrobius albigeram vocat) mentionẽ faciunt de qua nihil Columella, nihil Plin. In Italia picenam & sidicinam reperiri, Plinius auctor. De picenis Martialis. Si mihi picena turdis polleret oliva. Macrobius sexdecim olivarũ numerat gendra. *olearum*, inquit, *hæc genera numerantur. Africana albigerus, Aquilia, Alexandrina, Ægyptia, culminea, cõditiva, liciniana, orchis, oleaster, pausia, paulia* (scribe *phaulia*) *radius, salentina, sergiana, termutia.* Forte *myrtea* scribendum, ut apud Columellam legitur. *Nec Africanam, nec Ægyptiam, Alexandrinam, Aquiliã me videre memini.* Hactenus de olearum generibus.

Olea Sativa.



Olea mediocris magnitudinis arbor, quandoque procera & prægrandis, ramis compluribus in latum, amplumque diffusis; ligni materies pulchra, solida, venosa, crispa, ardetque viridis perinde ac sicca. Folia saligneis fere similia sunt, nisi quod densiora & firmiora. Sunt enim longa, in acutum desinentia, crassã, pinguia, brevi pediculo ramulis ex adverso ut plurimum inhærentia, supernè virentia, infernè albicantia, sapore amaro & acriusculo. Florẽ copiosum mense Iulio habet, in ramulis racematim compactum, ex herbido candicantem, quaternis foliolis constantem, & fructus rudimentũ amplectentem. Fructus ut plurimum ovali figura, osseo intus nucleo primum viridis, deinde appropinquante maturitate pallescens, tandem purpureæ prius factæ saturate nigrescit. *Lusitanicæ*, inquit Clusius, *oleæ, minores olivas proferunt, sed multum olei, ejusque præstantissimi præbentes* Sic etiam nonnullæ quę in Narbonensi Gallia & Bætica nascũtur oleæ, minorem fructum ferunt, ex quo plus olei exprimitur, alteri, quod de majoribus olivis elicitur, longè præferendũ. Decerpuntur mense Novembri, Decembri, Ianuario & Februario, ut in Graniensi regno. Namque antea non maturescunt. Sternuntur deinde in pavimentis, donec rugosæ fiant: deinde molæ supponuntur, & torculari premuntur, affusa ferventi aqua: ita enim oleum reddunt. Nonnulli olivas perticis decutiunt, quod alii improbant, qui potius admotis scalis manu legere volunt, ne sequentis anni spem decussis germinibus præripiant. Vehementer enim laborant oleæ percussæ, & detrimentum capiunt. Immaturas plerumque condiunt per Hispaniam & Galliam Narbonensem, interdum etiam maturas & nigras, præsertim in Lusitania. Idem Clusius non procul Hispali, viscũ in oleis copiose nascens observavit mense Ianuario, olivetorũ dominos magno damno afficiens. Integros enim olearũ ramos, crebro etiam maximam earũ partem cædere cogũtur, ne latius vitiũ serpat, alioquin totas arbores occupaturum, & steriles redditurum. Habet vero id viscum baccas non albas, quales in aliis arboribus natum, sed

ſed ex rubro purpuraſcentes, cujuſmodi, inquit Cluſius, nuſquam alibi videre memini. Bellonius libr. 2. obſer. cap. 83. ſimile viſcum in oleis Hieroſolymitano agro creſcere ſcribit. *Oleæ*, inquit, *iſtic peculiari nota à reliquis diſcernuntur*, nam viſcum, quod eis innaſcitur, rubris baccis eſt præditum, magno incolarum damno, quoniam ſteriles oleas reddit. Olea ſylveſtris inſtar oleæ adoleſcit, ſed

Oleaſter.



minor eſt, oleæ domeſticæ per omnia ſimilis, cortice tamen læviore, rarioribus & aculeatis ramis, minus frequẽtibus, minoribus auguſtioribuſque foliis, licet eodem modo circa ramos diſpoſitis: Flos, ut in olea ſativa, racematim cohærens; fructus exiguis olivis ſimilis, pauca tamen carne præditus, mucrone recurvo, è longis petiolis racematim dependens, primum viridis, deinde purpureus, poſtremo ubi maturuerit niger, ſucco prægnans purpureo, qui guſtatus cum adſtrictione linguam nonnihil vellicat. Turdi, merulæ, ſturni ſylveſtres olivas avide devorant: naſcitur in quam plurimis Adriatici & Ægei maris inſulis, multis etiam Hetruriæ ac Luſitanię deſertis confragoſiſque locis. Fructus menſe Ianuario aut Decembri maturus; tota arbor inſigniter amara. De ſolo oleis convenienti, & cultura ſparſim agit Theophraſtus. Lector videat, quæ ad loca iſta annotavimus.

Ἢ τετρακόσια ϛάδια, &c. Plinius libr. 15. cap. 1. *oleam Theophraſtus è celeberrimis Græcorum auctoribus urbis Romæ, anno circiter quadringenteſimo quadreſimo, negavit niſi intra 40 mil. paſſuum à mari naſci.* Idem li. 21. cap. 10. *tunc oleam non putabant gigni, niſi intra 300. ſtadia à mari.* Corrigendus Columellæ codex. *Hanc arborem plerique exiſtimant ultra miliarium* (vox hæc in antiquo codice deeſt) *ſexageſimum à mari, aut non vivere, aut non eſſe feracem.* Scribe ex Plinio. *ultra miliarium quadrageſimum à mari.* Trecenta ſtadia, ut alibi Plinius ex Theop. refert, conficiunt 40. miliaria. Recentiorũ experimento conſtat, reperiri oleas locis mari proximis, & longè remotis, quidã marina loca amare ſcribũt. Theoph. locum non intellexit Plinius, mentem ejus percepit Columella; non tradit oleam non naſci niſi intra 300. ſtadia à mari. ſed in Thebana præfectura naſci trecentis ſtadiis ab aquis irriguis manantibuſq;. Hæc Theoph. ſententia.

Κοκκυμηλέα, &c. Arborem Græci vocant κοκκυμηλέαν, fructum κοκκύμηλον, obſervat Iulius Pollux lib. 1. cap. ult. mediæ ætatis comicos arborem, de qua nobis ſermo, appellari κοκκύμηλον in maſculino genere; ἰστέον δὲ ὅτι κοκκύμηλον μὲν οὐδετέρως, ὁ καρπός. ἀρσενικῶς δὲ τὸ δένδρον καλεῖ ἡ μέση κωμῳδία, ὁ κοκκύμηλος. κέχρηται δὲ καὶ ἀρχίλοχος τῷ τῶν κοκκυμήλων ὀνόματι. Idem Athenæus lib. 2. docet Ἀραρὼς τὸν κοκκύμηλον (ita hunc locũ correxit Doctiſſ. Caſaubonus) καλεῖ τὸ δένδρον, τὸ κοκκύμηλον δὲ τὸ ἀκρόδρυον. *Araros in Maſculino genere coccymelum, vocat arborem in neutro vero coccymelum, fructum.* Vox ἀκρόδρυον propriè hic minimè accipi oportet, ſed perquam latè pro omni fructu, ſtricte ſi accipias, falſa tradit Araros, quod ἀκρόδρυον Græcis lib. 2. c. 7. dixi. Coccymelon inter ἀκρόδρυα locum habere nequit, quod duro non tegatur operculo. Malè apud Heſych. legitur κοκκύμειλα ὁ καρπός. Scribe κοκκύμηλον ὁ καρπός. omniũ Græcorum auctoritate conſtat, κοκκυμηλέαν arborem ſignificare τὸ κοκκύμηλον in neutro, fructum. Nicander in Georgicis κόκκυγος μῆλον vocat, μῆλον, inquit, ὃ κόκκυγος καλέουσιν, *malum quod cuculi vocant.* Hinc κοκκυμηλέαν arborem dictam conjiciunt, quod grandeſcentibus pomis cuculiis è ſuis latebris prodeat, & conſpiciatur; cum contra ex Theophraſto probari poſſet, nomen hoc potius inditum, quod floreat, quãdo cuculus ad ſuas latebras redit, nec amplius videatur. Menſe enim πυανεψιῶνος qui incidit in Octobrẽ florere ait, fructũ vero ferre circa hybernum ſolſtitium: ſed prius etymon magis placet, quod Theoph. de non vulgari κοκκυμηλέᾳ agat, ſed Ægyptia. Aliis placet, κοκκυμηλέαν vocatam, quod fructus multa contineat grana; κόκκος enim *granum*, μῆλον *malum.* Ergo malum granatum, κοκκύμηλον erit, ſed nec hiſtoria, nec natura mali granati, coccymelo reſpondet, nec κοκκύμηλον, ſed κοκκόμηλον tum ſcribendum per ο μικρὸν foret. Alii per barbaralexin putant κοκκυμηλέαν factum, ex Latino coquendi vocabulo, ut contigit in armeniacis malis, quæ præcocia Romani vocant. Quam vocem non rectè aſſequentes Græci homines, ut fit in aliena lingua, dixere πρεκόκκια & βερικόκκια, ut κοκκυμηλέα veluti coquimalum, hoc eſt, malum coquens & dirigens, dejiciendi enim alvi vis ei præcipua ineſt. Hoc minimè placet etymon, quod vox κοκκυμηλέα apud antiquiſſimos etiã reperiatur Gręcos, quando Romana lingua Græcis omnino incognita, ut apud Ariſtotelem, Theophraſtum, Nicandrum &c. Κοκκυμηλέαν prunũ vertit Gaza, quod habet ex Plinio lib. 13. cap. 10. *ibi* (circa Memphin) *& prunus Ægyptia &c.* Pruna vulgaria non eſſe pruna à Theophraſto delineata, non difficile probatu. Prunus arbor floret menſe Aprili, aut Majo, κοκκυμηλέα quæ in Ægypto naſcitur, menſe πυανεψιῶνος qui menſis incipiebat Theoph. ſæculo, quando Scorpionis ſignũ ingrederetur Sol. 22. Octob. die. Πυανεψιὼν, ut ſupra de arbuto dixi, menſis quando omnes fructus maturi. Malè Iulium vertunt (Vide quæ ſupra dicta ſunt.) Coccymelea fructus maturos oſtendit circa ſolſtitiũ hybernum; prunus menſe Auguſto & Septembri. Coccymeleæ folia non decidunt, cadunt pruno. Coccymeleæ fructus natura & magnitudine meſpilis proxima: pruna diſſimilem contrariam meſpilis naturam habere, meſpiloq; minores ipſa docet experientia. Adſtringunt meſpila, laxant pruna. Coccymeleæ arbor inſignis magnitudinis; prunus mediocris. Plinius hunc Theophraſti locum, ſatis infeliciter vertiſſe videtur. *ibi*, inquit, *& prunus Ægyptia, non diſſimilis ſpinæ proximè dictæ, pomo meſpili, matureſcens bruma, nec folia dimittens, lignum in pomo grande, ſed corpus ipſum natura copiaque meſſium inſtar incolis. Purgatum enim tundunt, ſervantque in offis.* Nuſquam tradidit Theoph. arborem hanc ſpinæ Ægyptiæ vel acaciæ non diſſimilem eſſe, ſed diſſimilis potius, acacia enim arbor in rectum non aſcendit, inſigni autem magnitudine prunus, pomo meſpili Theoph. ἄλλο δέ τι δένδρον ἡ κοκκυμηλέα, μέγα μὲν τῷ μεγέθει. καὶ τὴν φύσιν τοῦ καρποῦ ὅμοιον τοῖς μεσπίλοις, καὶ τὸ μέγεθος παραπλήσιον. πλὴν ἔχον τὸν πυρῆνα στρογγύλον. voces τοῦ καρποῦ deſunt in Baſilienſi & Ald. codic. legunt alii μέγα μὲν τῷ μεγέθει. καρπὸν δὲ φέρει ὅμοιον τοῖς μεσπίλοις, καὶ τὸ μέγεθος παραπλήσιον, quomodo legiſſe videtur Plinius. Gaza vero, μέγα μὲν τὸ μέγεθει. κατὰ τὴν φύσιν φέρει τὸν καρπὸν, ὅμοιον τοῖς μεσπίλοις, καὶ τὸ μέγεθος παραπλήσιον, &c. *Alia quædam arbos prunus habetur inſignis magnitudine, fructum ferens natura & magnitudine meſpilis proximum, niſi quod rotundum nucleum habeat.* Nobis vulgata placet lectio. Quæ tamen malè interpuncta; Scribe ἡ κοκκυμηλέα, μέγα μὲν τῷ μεγέθει. καὶ τὴν φύσιν τοῦ καρποῦ &c. *Lignum*, inquit Plinius, *in pomo grande.* Græcus auctor nucleum rotundum habere tradit. Sequitur, *purgatum enim tundunt, ſervantque in offas.* Theophraſtus καὶ τὸν πυρῆνα ἐξαιροῦντες κόπτουσι καὶ ποιοῦσι παλάθας. παλάθας *offas* vertunt. παλάθη proprie, *maſſa ficorum & pinguium caricarum*, quas in morem laterum figurantes, ut diu illæſæ permaneant, calcant atque compingunt. Heſychius παλάθη ἡ τῶν σύκων ἐπάλληλος θέσις, καὶ μάζιον. παλάθαι σύκων μάζια. Suidas, παλάθαι σύκων μᾶζαι, καὶ παλαθίον, τῶν πεπατημένων ἰσχάδων. Idem pro qualibet maſſa uſurpat. παλάθαι. τὰ ἐκ τρυγὸς πλάσματα ἢ ἡ ἐπάλληλος θέσις τῶν σύκων. *Maſſa ex fæce, ficuſque aliæ aliis ſuperpoſitæ ſine interſtitio & intercapedine.* Propriè, ut dixi, ficorum maſſa. Hodie ad nos in ſportis ſeu corbibus ſparta confectis conditę in maſſas ac globos ficus adferuntur. In maſſam conditæ ſimiliter olim adferebantur caryotæ Martial. palathon caryotarũ.

Aurea porrigitur, Iani cariota calendis:
Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet.

Cottana

Cottana etiam ac pruna in massas sic componebantur. Idem Martial. loco citato.

Hæc tibi quæ torta venerunt condita meta,
Si majora forent cottana, ficus erant.

Statius.

Nusquam turbine conditus ruenti
Prunorum globus atque cottanorum.

Prunorum globus est massa, παλάθη. Plinius *offas* vertit. Offa idem quod massa. Glossæ. *offa* μᾶζα propriè tamen offa, *farinæ conspersæ globus*. Offa constabat ferè ex carne suilla Lucanica, quam Romanæ mulieres à Lucanis didicere facere ex Mediocri intestino; etiam carnis quodlibet frustum. Præterea cibarium ex frustis panis, in jure pingui, caseo vetere, pipere & cinamomo conditis. Pultem etiam significat, & quicquid in pultis modum redactum. Nec dubium, quin ex aliis rebus facta offa. Varro lib. 3. de re rust. cap. 5. *Cibatui offas positas, eæ maximè glomerantur ex ficis, & farre misto.* Non peccavit Plinius, nihil commisit Gaza, quando παλάθας *offas* vertunt. Offa, ut dixi, idem quod massa, frustra ergo contendunt massam vertendum; offæ & massæ vocabulis promiscuè utitur Columella libr. 12. cap. 38. *Post hæc plures ex eo massulæ fiunt: & ita per latera seriæ in mustum demittuntur, ne altera offa super alteram perveniat.* Offa ergo & massa idem denotat. Prunum Ægyptiam, quam describit Theophrastus, me videre non memini, inter ignotas refero arbores. Hac occasione de vulgatis prunis nonnihil dicendum. Isiodorus nomen accepisse putat à colore, *coccymela*, inquit, *quam Latini ob colorem prunum vocant, alii à multitudine enixi fructus nixam appellant, cujus generis Damascena, melior à Damasco oppido.* Plures hic commisit errores: primus quod prunum nixam vocari tradit, cum mixa fructus, quem mixa vocant. Plinius lib. 13. cap. 5. *Item pruna in Damasco monte nata, & myxa: utramque jam familiarem Italiæ. Ex myxis in Ægypto & vina fiunt:* Ægineta libr. 17. μύξα δένδρου καρπός ἐστι μικρότερος μὲ κοκκυμήλων, δυνάμει δὲ παραπλησίως. *Myxa arboris fructus pruno quidem minor, facultate tamen persimilis.* Malè vir magnus ἀντὶ μικρότερον, ex antiquo codice πικρότερον restituit. Myxa fructus quos sebesten vocant, hi prunis dulcedine non cedunt, sed minores sunt. Insuper si essent amariores, non essent ejusdem facultatis: amara enim & dulcia facultate & viribus differunt. Amara aperiunt, & attenuant, quod nec pruna, nec sebesten præstant. Lexicon Iatricon vetus vocem μικρότερον servandam docet, μύξα ἢ τὰ μυξάρια δένδρου καρπός ἐστι μικρότερον μὲ κοκκυμήλων, δυνάμει δὲ παραπλήσιον. Alter Isiodori error, quod nixam vocari credat, à multitudine fructus enixi. Nixa à myxa dicitur. μύξα, à muccoso & lento succo, quo præditus fructus; nam ex fructibus sebesten viscū conficiunt optimum Ægyptii, quod non possent, nisi succus lentus & muccosus esset. Tertius error, quòd prunum à colore nomen accepisse scribit. Asiatica vox est. Gal. lib. 7. simpl. ὁ δὲ τῶν ἀγρίων καρπὸς στυπτικὸς ἐναργῶς ἐστὶ καὶ σταλτικὸς γαστρός· ὀνομάζεται δὲ τὸ φυτὸν τοῦτο κατὰ τὴν Ἀσίαν προῦμνον. Idem Ægineta, idem Ætius. Reperitur & vox hæc apud Theoph. lib. 9. cap. 1. Sed ibi non προύμνον sed προῦνον legitur, τῶν δὲ καὶ δακρυώδης γίνε) καθάπερ ἐλάτης — κεράσου προύνου. (Scribe προύμνου, quia multis in locis apud Galenum Æginetam, & Ætium sic scriptum reperitur) ἀρκεύθου &c. Corrigendus etiam Tralliani codex lib. 4. cap. 1. ἐν ἀπορίᾳ δὲ τούτων, καὶ ἀχράδων, καὶ μεσπίλων, ἢ βραβύλων, καὶ κρανίων καὶ προύνων. Scribe καὶ κρανίων καὶ οὔων ἢ προύμνων. *Horum* (mororum) *penuria, etiam pyrorum sylvestrium, mespilorum, brabylorum, cornorum, sorborum, & prunorum sylvestrium.* Rectè apud Achmetem cap. 243. legitur, εἰ δὲ προῦμνα· δηλοῖ φόβον, καὶ νόσον, ἢ δυσκολίαν ἐν πᾶσιν. Malè vir magnus ex Tralliani codice corrupto corrigit εἰδὲ προῦνα. Apud Galenum, qui Asiaticam vocem primus tradidit, locis infinitis προῦμνον legitur, apud Græcos vox hæc cognita, anteaquam Latinos novissent. Non igitur à Latinis fructui huic nomen hoc inditum. Vellem doceret Isiodorus, quisnam color qui prunus vocatur. Fructus pruni ut apud Athenæum lib. 2. legitur à Lacedæmonibus ἄδριον & ὀξύμαλον προσικὸν vocatur Ἀριστοφάνης δὲ ὁ γραμματικὸς ἐν λακωνικαῖς γλώσσαις τὰ κοκκύμηλά φησι τοὺς λάκωνας καλεῖν ὀξύμαλα προσικά· ἅτινα ἄδρια, *Aristophanes Grammaticus in glossis Laconicis scribit, à Laconibus pruna vocari oxymala, & à quibusdam adria.* Hesych. ὀξύμαλα τὰ κοκκύμηλα. Sylvestria pruna sic primùm fuisse vocata, fit verisimile. Hæc acida, reliqua dulcia, nisi fortè aciditatē parva & rotunda, quæ Damascena hodie Pharmacopœi vocant, siccata, habere quis contendat, profectò manifesta aciditas in iis percipitur. Idem Hesychius, μόλτυον fructum prunorum vocatum fuisse tradit. μολτύους, τὰ κοκκύμηλα. Suidas βρικόκκια vocari scribit, κοκκύμηλα εἶδος ὀπώρων τὰ παρ' ἡμῖν λεγόμενα βρικόκκια. *Coccymela pomorū species, à nobis bericocca dicta.* Fallitur Grammaticus βρικόκκια, quæ *armeniaca* dicuntur. Cassianus Bassus in Eclogis Geoponicis libr. 10. cap. 37. κοκκύμηλόν ἐστιν ὁ καλοῦμεν δαμασκηνόν. ἀρμενιακὸν ἐστὶ τὸ βερίκοκκον. Idem lib. 3. cap. 1. τῷ αὐτῷ μηνὶ ἐγκεντρίσεις, ὅσα πρῶτα ἀνθεῖ, οἷον ῥοδάκινα (MS. pal. δωράκηνα) δαμασκηνά, βερικόκκια (MS. βερικοκκίδας) ἀμυγδαλέας, κερασέας; &c. *Eodem mense inseres, quæcunque prima florent, veluti rhodacena, Damascena, præcocia, amygdala, & cerasa.* Latinis arbor prunus, fructus prunum dicitur, ut malus arbor, malum fructus. Arboris hujus fructus in coronis locum habuit, ac victoriæ signum fuit. Athenæus lib. 2. ex auctoritate Hipponacti.

Στέφανον εἶχον κοκκυμήλων, καὶ μίνθης. Ἄλεξις.
Καὶ μὴν ἐν ὕπνῳ οἴομαι ὡρακέναι
Νικητήριον (*Casaubonus* νικατρον ἐγώ.) λέγ' αὐτό. Ἀλ. τὴν νεῦν πρόσεχε δή.
Ἐν τῷ σταδίῳ τῶν ἀνταγωνιστῶν μέ τις
Ἐδόκει στεφανοῦν γυμνὸς προσελθών (*Casaubonus hunc versum explet ac legit* προσελθὼν ὡς ἐμέ)
Στεφάνῳ κυλιστῷ (κυλιστῷ *idem*) κοκκυμήλων, Β. Ἡράκλεις
Ἀλ. Πεπόνων.

Coronam habui è prunis atque mentha. Alexis.
Quin & in somnis videre visus sum mihi
Præmium victoriæ (victor) B. quale id erat dicito
A. Adverte jam animum
In stadio concertatorum me quispiam
Nudus accedens coronare visus est
Corona volubili prunorum. B. dii boni A. maturatorum.

Κυλιστῷ στεφάνῳ, interpres vertit. *Corona tortili.* Tortilis corona Græcis πλεκτὸς στέφανος. κυλιστοὺς στεφάνους vocarunt veteres, quæ constabant ex fructibus; qui volvi & rotari poterant, ut malis, piris, ficubus. prunis. Solani fructus, ut Dioscorides lib. 4. cap. 72. docet, nomen acceperunt à rotando, διὰ τὸ οἱονεὶ στεφάνοις εἶναι κυλιστοῖς στρεφομένοις. nempe, ἐκ τοῦ κυλίω *volvo*, quod impulsæ volvebantur, ut Eustat Odys. ι. ait; εἶεν δ' ἂν ἴσως οὗτοι οἱ διὰ μέγεθος ἢ ἁδρότητα οἱονεὶ ὄντες, κυλιστοὶ στρεφόμενοι. Mentionem hujus coronæ facit Pollux libr. 7. cap. 30. Sed locus miserè corruptus. Sic vulgo legitur, στεφανοπῶλαι, στεφανοπώλιδες, στεφανοπωλήτριαι. στεφάνων δὲ εἴδη, ἐκκήλιστος, ὥσπερ Ἀρχίππῳ εἴρηται ἐν ὄρνισι. ἀπέρχεται στέφανον ἔχων ἐκ τῶν κηλίστων καὶ κήλιστον δὲ εἴρηκεν Ἀντιφάνης. Omnino scribendum videtur στεφανοπῶλαι, στεφανοπώλιδες, στεφανοπωλήτριαι. στεφάνων δὲ εἴδη κύλιστος, ὥσπερ Ἀρχίππῳ εἴρηται ἐν ἥρωσι, (Athenæus ῥίνωνι) ἀπέρχεται στέφανον ἔχων ἐκ τῶν κυκλίων. ἢ κύκλιστον δὲ εἴρηκεν Ἀντιφάνης, &c. ἐκ τῶν κυκλίων *è rebus orbicularibus, rotundis.* Videtur enim hæc corona non tantùm fuisse forma circulari, sed & in eam tantùm admissas fuisse res orbiculares, veluti ad volubilitatem rotundatas. Hinc corona fiebat firmior ac solidior, ac proinde, ut idem Constantius scribit, διὰ τὴν ἁδρότητα ἢ μέγεθος; propter magnitudinem & firmitatem volvebatur & rotabatur, eratque volubilis, versatilis, rotatilis. Hanc coronam Apuleius libr. 11. Metamorph. his verbis designat. *Individuo nexu corona totis floribus, totisque adstricta pomis adhærebat.* Plura de hoc coronæ genere apud Athenæum lib. 15. Vide etiam Doctiss. Causaboni in eundem annotationes cap. 7. Prunorum plura genera. Tria recenset Dioscorides, plura Plinius, sed præstātissima quæ Damascena à Damasco Syriæ urbe. Dioscorides libr. 1. cap. 174. τῶν δὲ Συριακῶν καὶ μάλιστα τῶν ἐν Δαμασκῷ γινομένων, ὁ καρπὸς ξηρανθεὶς, εὐστόμαχος, ἢ κοιλίας σταλτικός. *At Syriacarum & earum maximè quæ Damasci nascuntur, fructus exsiccatus stomacho utilis est, alvumque adstringit.* Galenus lib. 2. de Aliment. facult. ἄριστα τῶν ἄλλων εἶναι τὰ κατὰ Συρίαν ἐν Δαμασκῷ γινόμενα, δεύτερα δὲ τούτοις τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τε καὶ Σπανίαν ὀνομαζομένην. *Fama est pruna omnium esse præstantissima, quæ in Damasco urbe Syriæ nascuntur, secunda autem post illa esse, quæ in ea regione, quam Iberiam ac Hispaniam nominant.* Athenæus loco citato, Δαμασκοῦ τῆς πόλεως οὐδὲ ζον οὔσης ἢ μεγάλης πολλοὶ τῶν ἀρχαίων μέμνηνται. ἐπεὶ δὲ πλεῖστον ἐν τῇ τῶν Δαμασκηνῶν ἐστι χώρᾳ τὸ κοκκύμηλον καλούμενον, καὶ κάλλιστα γεωργεῖται, ἰδίως δὲ καλεῖται ἀκρόδρυον, Δαμάσκηνον, ὡς διάφορον τῶν κατὰ τὰς ἄλλας χώρας γινομένων. *Quandoquidem Damasci amplæ civitatis & claræ meminerunt antiquorum multi, ac arbor eorum agro plurima nascitur, ac diligentissimè colitur, quam prunū appellant, Damasc. peculiari nomine ejus fructū* (ita ἀκρόδρυον exponi debet, alioquin si strictè sumamus, erat

rat Athenæus; non tegitur duro cortice ac putamine prunum, verũ molli. (Vide c. 7. l. 2.) *tanquam iis præstantiorē* (Interpres malè, *diversum*, vide Galenum & Dioscoridem, qui præstantissima scribunt, nos quæ alibi de voce διαφέρω diximus) *quæ gignuntur in aliis regionibus.* Geoponicon auctor lib. 10. κοκκύμηλον. ἔστιν ὁ τοῦ καλουμένου Δαμασκηνόν. quia optimum est præstantissimum prunum illud; & hodie Damascena pruna optima judicantur. De quibus hæc tradit Plinius; *In peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, à Syriæ Damasco cognominata, jam pridem in Italia nascentia, grandiore quanquam ligno, & exiliore carne, nec unquam in rugas siccata, quoniam soles ei desunt.* Damascena intelligit Martialis, quando canit.

Poma peregrinæ carie rugosa senectæ
Sume; solent duri solvere ventrū onus.

Audio plures clamitare, Dioscoridem satis apertè scribere, pruna damascena alvum compescere; & inferre ergo Martialis de aliis loquitur prunis. Immo de Damascenis loquitur, & alvum solvere rectè scribit. Găl. lib. 7. simpl. Διοσκουρίδης οὐκ οἶδ' ὅπως τὰ Δαμασκηνὰ κοκκύμηλα ξηρανθέντα φησὶν ἐπέχειν γαστέρα. ὑπάγει μὲν γὰρ καὶ ταῦτα σαφῶς, ἀλλ' ἧττον τῶν ἐκ τῆς Ἰβηρίας· ἔστι δὲ τὰ μὲν Δαμασκηνὰ στυπτικώτερα, τὰ δὲ ἐκ τῆς Ἰβηρίας γλυκύτερα, καὶ δὴ τὰ δένδρα τοῖς καρποῖς ἀνάλογον. ἧττον μὲν στυπτικὰ τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, μᾶλλον δὲ τὰ κατὰ τὴν Δάμασκον. *Cæterùm haud scio cur Dioscorides pruna Damascena siccata ventrem sistere dicat, cum & ipsa palam subducant; minus tamen quam quæ importantur ex Iberia. Siquidem Damascena magis adstringunt, at quæ Iberia fert, dulciora sunt. Quin & ipsæ arbores fructibus proportione respondent; minus enim adstringunt quæ in Iberia nascuntur, magis verò quæ Damasci.* Apertè satis notat Dioscoridem, sed immeritò. Dioscorides adstringere scripsit Damascena, respectu aliorum; vel quod Iberica majori dejiciendi facultate pollent, vel quod adstrictio aliqua in iis prævalet. His addo reperiri quoddam Damascenorum genus in quo nulla, aut perquam exigua solvendi virtus, quale genus Galeno nòn incognitum. Scribit enim lib. 2. de alimentorum facultatibus; Ἄριστα τῶν ἄλλων εἶναι τὰ κατὰ Συρίαν ἐν Δαμασκῷ γενόμενα, δεύτερα δ' ἐπὶ τούτοις τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τε καὶ Σπανίαν ὀνομαζομένην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ ἐμφαίνει τινὸς στύψεως, τὰ Δαμασκηνὰ δὲ καὶ πάνυ πολλῆς ἔνια. κάλλιστα δ' αὐτῶν εἰσὶν ὅσα μετρίως στύφοντα μεγάλα τέ εἰσι καὶ χαῦνα, τὰ δὲ σμικρά, καὶ σκληρά, καὶ στρυφνὰ μοχθηρὰ πρός τε τὴν ἐδωδήν ἐστι, καὶ πρὸς τὴν τῆς γαστρὸς ὑπαγωγήν, ἥτις ἀκολουθεῖ μάλιστα τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰβηρίας. *Fama est, ea pruna omnium esse præstantissima, quæ in Damasco urbe Syriæ nascuntur: secunda autem post illa esse, quæ in ea regione, quam Iberiam, ac Hispaniam nominant, proveniunt; verùm hæc nihil adstrictionis præ se ferunt: nonnulla verò Damascenorum, vel plurimum. Optima autem inter ipsa sunt, quæ cum mediocri adstrictione magna sint, & laxa; quæ autem exigua sunt dura, & acerba, prava sunt, tum si esum spectes tum si alvi dejectionem, quæ maximè sequitur ea, quæ ex Iberia adferuntur.* Ipse ergo Galenus fatetur adstringentē quandam habere facultatem. Damascena pruna nemini incognita; cute sunt nigra, carne suavi, crocea, rotundo intus ligno, in cacuminibus turbinato, exili nucleo, digitis pressum internum os exilit, parva, paucique succi. Botanici Damascena pruna à Theocryto Eidyl. 3. Βράβυλα dici existimant.

Ὄχναι μὲν πὰρ ποσὶ, παρὰ πλευρῇσι δὲ μᾶλα
Δαψιλέως ἄμμιν ἐκυλίνδετο, τὰ δὲ κέχυντο
Ὄρπακες, βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔραζε.

Apud Athenæum ultimus versus paulo aliter legitur;

Ὄρπηκες, βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔραζε.

Pyra pedes circa, circa latera undique mala largiter
Dapsilia obvolvi, nobis fundique supernè.
Depreßi ad terram brabylorum pondere rami.

Βράβυλα quasi βοράβυλα dicuntur. Athenæus lib. 2. ubi & ἦλα, & μάδρυα vocari, tradit. Σέλευκος δὲ ἐν γλώσσαις βράβυλα φησὶ ἦλα, κοκκύμηλα μάδρυα τὰ αὐτὰ εἶναι. τὰ μὲν μάδρυα οἷον μαλόδρυα, τὰ δὲ βράβυλα φησὶ, ὅτι εὐκοίλια, καὶ τὴν βορὰν ἐκβάλλοντα, ἦλα δὲ οἷον μῆλα, ὡς Δημήτριος ὁ Ἰξίων λέγει ἐν ἐτυμολογίᾳ. *Seleucus in linguis eadem esse ait madrya, brabyla, pruna & τὰ ἦλα. Dicta porro sunt* μάδρυα *velut* μαλόδρυα. *brabyla vero quia ducunt alvum, quasi* βορὰν βάλλοντα; id est, *cibos depellentia, &* ἦλα *quasi* μῆλα, id est, *mala, ut Demetrius Ixion prodidit in etymologia.* Brabyla hæc Damascena esse pruna, auctoritate Clearchi constat, Κλέαρχος δ' ὁ περιπατητικὸς φησὶ Ῥοδίους, καὶ Σικελιώτας βράβυλα καλεῖν τὰ κοκκύμηλα. ὡς καὶ Θεόκριτος ὁ Συρακούσιος. *Clearchus peripateticus scribit Rhodiis & Siculis pruna vocari brabyla: ut apud Theocrytum Syracusium.* Eadem sententia Theocriti Scholiastæ βράβυλα τὰ κοινῶς κοκκύμηλα, ἤγουν Δαμασκηνά. Eadem Suidæ, βράβυλα τὰ καλούμενα Δαμασκηνά. His argumentis quidam etiam viri Doctiss. nixi, statuunt brabyla pruna esse Damascena quorum rationes, antiquissimorum medicorum testimoniis, expugnantur. Galenus lib. 2. de aliment. facult. cap. 38. ea inter fructus sylvestres numerat, viliaque esse scribit, ac suum pabulum. κράνια γὰρ, καὶ πρίνα, καὶ βράβυλα — ὅσα τἆλλα τοιαῦτα βραχὺ μέν τι τρόφιμον ἔχει, κακόχυμα δὲ πάντ' ἐστὶ, καί τινα γ' αὐτῶν καὶ κακοστόμαχα καὶ ἀηδῆ, συῶν ὄντα βρώματα. — Idem lib. 6. cap. 1. κατὰ τόπους, inter sylvestres recenset fructus, καὶ ἀπὸ κρανίων δὲ, καὶ βραβύλων, καὶ τῶν παρ' ἡμῖν καλουμένων προυμνῶν, *& vero ex cornis & brabylis, & apud nos appellatis prunis.* Inter fructus sylvestres insuaves, nemo unquam numeravit Damascena. Nos auctores fortè conciliabimus, si dicamus, apud Græcos alios Damascena fuisse vocata βράβυλα, apud alios vero brabyla sylvestres fuisse fructus. Sic Amstelredamenses **ipen** ulmum vocant, contra apud Lugdunenses **ipen** taxus est, arbores dissimillimæ, quo ad faciem, vires, naturam. Brabyli faciem hanc tradit Atheneus. Ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἀκρόδρυον μικρότερον μὲν τῇ περιφορᾷ τῶν κοκκυμήλων, τῇ δ' ἰδωδῇ τὸ αὐτὸ, πλὴν ὀλίγον δριμύτερον. *Est autem brabylon fructus pruno vulgari ambitu minor, eodem sapore, sed paulo acrius.* Sed voce δριμύτερον Athenæum malè pro στρυφνότερον vel ὀξύτερον, usum volunt. Acerbius, inquiunt, prunum sylvestre, acidius Damascenum. Horum sententia non placet, idque duabus rationibus. Prima, quod brabylon quidem sylvestris fructus est, sed non sylvestris pruni pomum. Galenus enim eodem habitu de utroque tanquam diverso agit locis jam citatis. Deinde non fit probabile Atheneū in saporum nominibus errare, & alterum alterius loco ponere: hominis hoc est negligentissimi & ἀφιλοσόφου. Sensit quod res erat, & docebat experientia, in ea prunorum specie, quam ille intellexit appellatione βραβύλων. Quod nam sit pruni genus brabylon affirmare nequeo. Sylvestre fuisse, docet Galenus; optimum ac quidem Damascenum Suidas & Theocriti Scholiastes. Inepte satis prunum Damascenum tamarindum scribit auctor lexici Græco barbari; ὀξυφοίνικα ἐστὶ ταμάρινδι τὸ λεγόμενον προύνια Δαμασκηνά. Iberica pruna dulci succo sunt prædita, carne duriori, gustu suavi, purpureoque splendent colore, parte, qua solem spectant, ex adversa caudicant, pressa digitis os internum dimittunt, oblonga, exili nucleo, ac longo. Aliud genus Hispanicum reperitur, colore gramineo, ingrato, succo melleo præditum, callosum, oblongum, os intus oblongum compressum acutumque. Cerea pruna nomen accepisse existimant à mollitie, ac cerea tanquam mollia vocari, cum à flavescentis ceræ colore nomen inditum Ovidius canat. 13. Metamorph.

Prunaque non solum nigro liventia succo,
Verum etiam generosa, novasque imitantia ceras.

Auctor carminis in Priapum.


Magisque cera luteum nova prunum.

Belgæ **witte ros pruymen** vocant. Fuerunt hæc magno in honore. Plinius, *Sunt & nigra, ac laudatiora cerina atque purpurea.* Cerina ex candido in luteum pallescunt, parvula sunt, dulcore insigni, maturantur Augusto; laudantur in hoc genere quæ magis cereo colore flavent. Prima caudicantia quæ & hordearia dicuntur, vel quod cum hordeo maturescant, vel quod hordei decorticati sint colore. Plinius loco citato, *Ingens postea turba prunorum, versicolor, nigra, caudicans, hordearia appellata, à comitate frugis ejus.* Belgæ **witte pruymen** vocant. De asininis hæc tradit Plinius. *Alia eodem* (quo hordearia) *colore, seriora, majoraque asinina cognominata à vilitate.* Columella onychina vocat, & circa messem, aut paulo post, inquit esse matura, lib. 12. cap. 10. *Eodem tempore corna, & pruna onychina, & pruna sylvestria, nec minus genera pyrorum ac malorum condiuntur.* Onychina dicuntur, quod unguis referant colorem ὄνυξ Græcis unguis. Belgæ **pis pruymen** vocant. Magnitudine reliquis non cedunt, colore flaventia, mollia, insipida, hircorum testiculorum formam imitantia, Augusto & Septembri matura redduntur; quæ **tronskens** & **palle-kens** à Belgis vocantur, à Latinis nana nuncupantur. De-

cumana pruna **tiet pruymen** vocamus. Prunorum infinita sunt genera, & inexplicabiles differentiæ, vario cultu & studio inserendi inventæ. cum nuci & malo, & amygdalo inserantur, quæ faciem parentis, succum adoptionis exhibent. Plinius loco citato. *Peculiaris impudentia est nucibus insitorum, quæ faciem parentis succumque adoptionis exhibent; appellata ab utroque nuci pruna. Et hæc autem & persica, & cerina, ac sylvestria, ut uvæ, autumno cadis condita, usque ad alia nascentia, ætatem sibi prorogant. Reliquorum velocitas cito mitescentium transvolat. Nuper in Bœtica malina appellari cœperunt malis insita, & alia amygdalina amygdalis. His intus in ligno nucleus amygdalæ est: nec aliud pomum ingeniosius gemmatum est.* Cæteras differentias minimè persequi libet, à colore, succi sapore, magnitudine, figura, substantia sumptas. Colore sunt alba, viridia, lutea, cerea, rubra, ex punico rubentia, castanearum coloris, cærulea, ex cærulea nigricantia. Sapore acida, dulcia, medii saporis, austeriora. Magnitudine sunt magna, media, parva. Figura, longa, rotunda, acuminata. Substantia, mollia, dura, mediocria: in quibusdam caro siccior, facile ab osse separabilis, aliis humidior, & pertinacius adhærens. Sunt carne pruni & cute sub viridi, sed nucleo persici, quæ pruno persica, adversariorum vocant auctores. Sylvestrem prunum Belgæ **sleedoorn** vocant, Græci προῦμνον. Gal. libr. 2. de aliment. facult. ὅτι τῶν ἀγρίων κοκκυμήλων ἃ προῦμνα παρ' ἡμῖν καλοῦσι, *& prunus sylvestris quam prunum apud nos etiam vocant.* Idem Ægineta, & Ætius. ὁ δὲ τῶν ἀγρίων κοκκυμήλων καρπὸς — ὀνομάζεται δὲ κατὰ τὴν Ἀσίαν τὸ φυτὸν τοῦτο προῦμνον. Pro sativa pruno an vocẽ hanc usurparint Græci non satis constat. Probabile tamen fit; quia apud Galenum lib. 9. c. 5. κατὰ τόπους legitur. προύμνων ἀγρίων ξ β οὔων ἐφεσινῶν ξ β *prunorum sylvestrium sextarios duos, sorborum Ephesinorum sexturios duos.* Verbum ἀγρίων non solent addere Græci, nisi & sativa planta idem nomen habeat. an προύμνη arbor hæc dicatur à Theophrast. supra lib. 3. cap. 7. examinavimus. Virgilio Spinus dicitur lib. 4. Georg.

Eduramque pyrum & spinos jam pruna ferentes.

Prunus.



Prunus sylvestris Dalecampii.



Notat Servius, prunorum arborem vocari spinum genere masculino. Quod de sylvestri accipe: domestica enim spinis caret. Domestica prunus in omnibus, cogniti orbis regionibus gignitur; terram amat solutam & hortensem, arbor nemini incognita, mediocrem altitudinem & crassitudinem assequitur, leviusculo vestitur cortice, folia fert lata, & quam sint rotunda longiora, circumferentiis serræ modo incisis: flosculi sunt albi. Fructus, ut dixi, facie valde differt. flores emittit Aprili mense, æstate fructus maturi. Sylvestris prunus humilis, ac validis spinis munitus frutex est, sativæ multo brevior ac minor, ramis tenuioribus, durisque, hinc inde spinis aculeatis. Folia habet angustiora, duriora, ac minora; flosculi etiam albidi sunt, quibus deflorescentibus si imber ceciderit: fructus in oblongum & inane corpus convertitur; *turcam* vocant Itali. Sereno si cælo deciderit, fructus sequitur quandoque major, quandoque minor, nonnunquam rotundus, non raro oblongus, è cæruleo virescens, officulo intus parvo, gustu admodum austero adstringens. Succum hujus pro acacia usurpant; unde nomen acaciæ Germanicæ accepit. Primo vere floret, autumno fructus colligitur. Locis incultis reperitur, apud Belgas frequens.

Ὕλημα &c. vertunt. *Nascitur peculiaris quædam materia circa Memphim, non ramis, non foliis, vel tota forma proprietatem sortita, sed affectione quæ accidit.* Verte. *nascitur circa Memphim, frutex quidam peculiaris, qui circa folia ac ramos, ac totam formam, reliquarum instar, nihil peculiare habet, sed propria quadam qualitate naturæ afficitur.* Τὸ ὕλημα, ut supra cap. 9. lib. 1. dixi, *frutex* vel *herba*. Fruticem hoc loco expono, quia paulo inferius legitur, καὶ τὰ μὲν ἴδια τῆς χώρας ὅσ' ἂν ἢ δένδρα τις ἢ θάμνους εἴποι, &c. Hunc locum Plinius parum feliciter vertit, ac cum alia quadam arbore, quam hoc capite describit Theophrastus, confundit. lib. 13. cap. 10. *Sylvestris fuit* (verbum *fuit* in scriptis codicibus non reperitur) *& circa Memphim regio, tam vastis arboribus, ut terni nequirent vel circumplecti.* (Scribe, inverso ordine) *ut vel terni nequirent circumplecti, unius peculiari miraculo, nec pomum propter usumve aliquem, sed eventum, facies enim spinæ* (exemplar Salmanticense, *facies est spinæ.* Toletanum, *facies ejus spinæ.* Fortè, *facies ei est spinæ*, scribendum.) *Folia habet ceu pinnas, quæ tactis ab homine ramis cadunt protinus ac postea renascuntur.* Magnus est error, ex frutice vel herba, arborem facere maximam quam tres homines circumplecti nequeunt, rectius Gaza τὸ ὕλημα *materiem* reddidit. Materies quidem de frutice aliquo modo intelligi potest. Sed ὕλημα, ut supra probavi, frutex humilis vel herba. Idcirco ὕλημα sylvestrem circa Memphim fuisse regionem excogitavit Plinius, quod ὕλη apud Græcos sylvam denotet magnarum, ut plurimum, arborum. Theoc. eid. κβ'.

Παντοίαν ἐν ὄρει θηεύμενοι ἄγριον ὕλαν.

Copiosam autem & sylvestrem (immensam Interpr.) *in monte spectantes sylvam.*

Propriè ὕλη Theophrastus materies, lignum, arbor destinata ædificiis & navibus. Theoph. libr. 5. ὅλως δὲ περὶ ποία τῆς ὕλης ἑκάστη χρησίμη, καὶ ποία ναυπηγήσιμος, καὶ οἰκοδομική, πειρατέον εἰπεῖν, &c. Inter arbores illas, quæ circa Memphim sylvestrem faciunt regionem, ὕλημα folio filicis vel pennæ avis. Ponitur à Plinio veluti illius regionis magna ac sylvestris quędam arbor; quod valdè est ineptum, &


omnino

omnino à veritate alienum. Theophrastus postquam historiam absolvisset arborum quæ in Ægypto nascuntur, & terræ isti propriarũ, ultimo loco recenset, ὕλημα quoddam foliis filicis, quod memorabile esse tradit, propter qualitatem & affectum quendam peculiarem, quem non habent cæteræ plantæ. His omnibus expositis ita subjicit. καὶ τὰ μὲν ἴδια τῆς χώρας ὅσ᾽ ἂν ἢ δένδρα τις ἢ θάμνους εἴποι, &c. Inter plantas Ægyptiæ terræ peculiares, quas hoc capite describit, nullus est frutex vel herba, excepto hoc uno ὑλήματι, quod postremo loco posuit. Cæteræ enim omnes arbores; ergo, ut alibi probavi, ὕλημα, hoc loco frutex vel herba. Hoc ὕλημα postquam delineasset, subjungit, omnes arbores, quæ in Ægypti regione proveniunt, miræ esse crassitudinis & magnitudinis, adeo ut circa Memphim Ægypti urbem arbor reperiatur, quæ à tribus hominibus non potest circumplecti. ἅπαντα δὲ ἐν τῇ χώρᾳ — περιλαμβάνειν. Hæc non potuit distinguere Plinius, sed confudit, & perturbavit, & inter excelsas & crassas arbores, quas terni homines circumplecti non poterant, hoc ὕλημα posuit, & regionem Memphiticam sylvestrem esse voluit, quasi ὕλημα foret sylva.

Καὶ τὴν ὅλην μορφὴν ἔχει οὐ τὸ ἴδιον, ἀλλ᾽ εἰς τὸ συμβαῖνον περὶ αὐτὸ πάθος, &c. Hæc corrupta & depravata, καὶ τὴν ὅλην μορφὴν ἔχει οὐ τῶν ἰδίων, ἀλλ᾽ εἰς τὸ συμβαῖνον περὶ αὐτὸ πάθος. Sententia est, nihil proprium habere hoc ὕλημα circa ramos & folia, totámque formam esse instar reliquarum plantarum, sed peculiari quadam naturæ qualitate affici. Τὸ συμβαῖνον πάθος Plinius *eventum* interpretatur. Eventus quidem est, τὸ σύμβαμα & τὸ συμβαῖνον; sed aliud planè est, τὸ συμβαῖνον πάθος ὑλήματος. Hic est seu qualitas fruticis vel proprietas; vel affectus quidam fruticis vel herbæ, à natura illi contingens, hac voce denotatur.


Πτέρυξιν. In Aldino & Basiliensi πλέρυσιν. Plinius πλέρυξιν, ut in vulgatis codicibus habetur, legit vel πλεριῷσι. Vertit enim, *folia ceu pinnas habet*. Quidam Botanici scribendum contendunt ὅμοιον πλέρισι; quomodo etiã legit Theodorus qui M S^to. usus dicitur codice. Idem est sive πλέρυξι sive πλέρυσι legas. Filix enim πλέρις & πλέριον dicitur, quod folia habeat ἐντετμημένα, καὶ ἀνεπτυγμένα ὡς πλέρυξ. *quod avis pennæ instar folia incisa & expansa habeat.*

Filix Indica osmundæ facie.



Ἀφανιζόμενα. Basiliensis & Aldinus codex: ἀφαυλιζόμενα. Theodorus ἀπαμβλυνόμενα. an Theodori an verò Constantini lectio melior, quis affirmabit? Nunquam mihi videre licuit plantam hanc à Theophrasto delineatam. Qui Ægyptum peragrarunt plantam hanc invenire hactenus non potuerunt. *Ego*, inquit Guillandinus, *istam diu, multúmque in Ægypto circa Memphim, Heliopolim, Tanaim, & Alexandriam quæsitam, nusquam offendere potui.* Nullam hujus mentionem facit Alpinus, nullam Bellonius, adeò, ut deperdita videatur. Ad nos ex India occidentali, ex Virginiis planta quædam allata foliis osmundæ, sive aquaticæ filicis, latioribus tamen, tota alioquin facie filicibus similis. Hæc humanum tactum ferre non potest, non tamen fugit. Qua parte ab homine tacta est, altero aut tertio, nonnunquam quarto die rubiginosa quædam apparet macula, quę, non secus ac gangræna, humanum depascit corpus & sensum totum occupat ac extinguit, sic totum folium percurrit, & exsiccat. Exsiccatum alio subnascente decidit. Spinis nullis munita est hæc planta. Caulem nunquam vidi, an spinosus tempus docebit, non reticendum, quod hac æstate observavi, non tantùm à tactu humano evenire huic plantæ quod dixi, sed & ab aëris siccitate, tota enim propemodum æstate delituit, quæ fuit sicca admodum: periêre folia cuncta mense Iunio, nec ante Septembrem nova prodiêre, cum initio Augusti rudimenta iterum ostendisset, quæ ob siccitatem subsecutam periêre, sine ullo meo damno, nam valde multiplicata radix, plures emisit novas plantas. Plantæ iconem addita tabella exprimit. Mirabilem plantam describit Garcias ab Horto lib. 2. cap. 27. *Nascitur in Malavar planta miræ naturæ; nam si quis manum admoveat, ilico contrahitur. Folia polypodii, flores vero luteos habet. Nullus veterum hujus quod sciam mentionem facit. eam verò intelligere videtur, qui Americam descripsit, quoniam in Peru provincia plantam nasci asserit; cujus folia solo contactu siccantur.* Hactenus Garcias. An planta cujus iconem damus, eadem cum hac Americana sit, affirmare non audeo. Hoc observavi, à tactu, si non ab aëris fiat siccitate, post dies quinq; vel sex folia contabuisse. Doctiss. Carolo Clusio in notis ad Garciam, non admodum absimilis videtur plantæ à Garcia descriptæ æschynomene, cujus Theophrastus hist. plant. 4. cap. 3. meminit: Opinionem hanc cur minus probem, facit, quod Garcias spinarum nullam facit mentionem. Deinde, non dicit Theophrastus contrahi folia, sed exsiccari, vel hebetata concidere. Fallitur & Simon de Tovar Hispanus, cujus mentionem non semel facit Carolus Clusius in suis Doctiss. Lucubrationibus, & plantarum historiis, quod acaciam eam censeat plantam, quam Franciscus Lopez Gomara (hic Americam descripsit, hunc intelligit Garcias) in historia generali, cap. 194. & 205. describit. Non nego acaciam in occidentali India reperiri, Americanam enim à Rodolpho Walburch, dum viveret, Pharmacopœo diligentiss. accepi. Differt hæc ab Ægyptia, quod flos huic admodum flavus, cum Ægyptiæ sit pallidus aut subflavus, Ægyptia spinis pluribus donata, hæc paucioribus: denique folia hujus dilutiora, viridiora Ægyptiæ, hæc Americana acacia non est, planta filicis folio cujus meminit Theophrastus, quod frutex sit plãta à Theophrasto descripta, arbor acacia; sed nec filicis folio, aut pennæ avis, sed tanaceti, vel scorpioidis leguminosæ. Nugatur Nicandri Scholiastes, cum Heliotropium plantam filicis folio putat, quam hoc capite describit Theophrastus. Vide cap. ult. lib. 7. an ab Apollodoro Æschynomene vocata sit, affirmare nequeo. Plin. lib. 24. cap. 17. *Adjecit his Apollodorus assectator ejus herbam æschynomenem, quoniam appropinquante manu folia contraheret.* Contrahi non scribit folia Theophrastus, sed exsiccari, aut hebetata concidere, si Gazam sequamur.

Cardiaca Mulleriana Indica.



Sed & Petrus Mullerius Professor & Botanicus Groningensis celeberrimus, iconem cujusdam plantæ (ab hac

hac tamen multum diversæ) ad me misit, ex Brasilia delatam: cujus ipsamet verba ad me descripta hic addam. "Hanc iconem mihi exhibuit nauclerus quidam, curio-"sus rerum naturalium, quam manu sua depinxit ad vi-"vum, dicit esse fruticem facie buxi vulgaris, altitudinis "cubitalis, quem circum civitatem Olindam in Brasilia "devastatum copiose satis ait nasci, absque floribus aut "fructu. Foliola expensa cordis referre formam, ve-"rum, si modo quis digito ramulum attigerit, mox o-"mnia foliola istius ramuli complicari, reliquis explica-"tis manentibus. Hujus vivas aliquot plantas in reditu "proximo adferet nobis, cum indigenis nominibus. "Quid si Cardiaca arborescens Muleriana? nostra enim "insignia cordis gerunt formam. Hæc ille.

Ὁ τρεῖς ἄνδρας. Bellonius casiam nigram purgatricem Theophrastum his describere putat lib. 2. observat. cap. 37. Itaque nullum in universa Theophrasti historia locum invenientes, quæ casiæ convenit, statuimus nullam ejus mentionem fecisse, nisi forte tertio capite libri quarti, ubi scribit, ipsi relatum, arborem circa Memphim tanta magnitudine esse, ut tres homines nequeant ejus amplecti caudicem; nam cassiæ arbores istic minores non sunt nostris juglandibus, &c. In tanta brevitate nihil affirmare audeo, de cassia supra egi.

Καὶ ὀπὸν πολύν. Malè in Aldino & Basiliensi codice κάρπον forte κύπτον legendum, sed vulgata placet. De silphio, ejusque succo vide cap. 3. lib. 6.

ΚΕΦ. Δ.

CAP. IIII.

De celte, & paliuro, & palmis Africæ sitientis: & Mero monte, ubi Liberum patrem natum fabulantur, deque malo medica, & persica.

Ἔστι δὲ τοῦ λωτοῦ, τὸ μὲν ἴδιον γένος εὐμέγεθες, ἡλίκον ἄπιος ἢ μικρὸν ἔλαττον. φύλλον δὲ, ἐντομὰς ἔχον καὶ * πρινῶδες. τὸ μὲν ξύλον, μέλαν· γένη δὲ αὐτοῦ πλείω διαφορὰς ἔχοντα τοῖς καρποῖς. ὁ δὲ καρπὸς ἡλίκος κύαμος. πεπαίνεται δὲ ὥσπερ οἱ βότρυες, μεταβάλλων τὰς χροιάς· φύεται δὲ καθάπερ τὰ μύρτα παράλληλα. πυκνὸς ἐπὶ τῶν βλαστῶν· ἐσθιόμενος δὲ ἐν τοῖς λωτοφάγοις καλουμένοις· γλυκὺς· ἡδύς· καὶ ἀσινής· καὶ ἔτι πρὸς τὴν κοιλίαν ἀγαθόν. † ἡδίων ὁ ἀπύρηνος. ἔστι γὰρ καὶ τοιοῦτον γένος. ποιοῦσι δὲ καὶ οἶνον ἐξ αὐτοῦ. πολὺ δὲ τὸ δένδρον καὶ πολύκαρπον. τὸ οὖν Ὀφέλλου στρατόπεδον ἡνίκα ἐβάδιζεν εἰς Καρχηδόνα, καὶ τούτῳ φασὶ πλείους ἡμέρας ἀπολειπόντων τῶν ἐπιτηδείων κεχρῆσθαι. ἔστι μὲν ‡ οὖν τῇ νήσῳ τῆς λωτοφαγίας Φάριδι καλουμένῃ, πολύς. αὕτη δὲ ἀπόκειται καὶ ἀπέχει μικρόν· οὐ μὴν ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ πολλῷ πλείων ἐν τῇ ἠπείρῳ. πλεῖστον γὰρ ὅλως ἐν τῇ Λιβύῃ καθάπερ εἴρηται, * τοῦτο καὶ ὁ παλίουρός ἐστιν. ἐν γὰρ Ἑσπερίσι, τούτοις εἰς καῦσιν χρῶνται. διαφέρει δὲ οὗτος ὁ λωτὸς τοῦ παρὰ τοῖς λωτοφάγοις· ὁ δὲ παλίουρος θαμνωδέστερος τοῦ λωτοῦ. φύλλον δὲ παρόμοιον ἔχει τῷ ἐνταῦθα, τὸν δὲ καρπὸν διάφορον· οὐ γὰρ πλατὺν, ἀλλὰ στρογγύλον καὶ ἐρυθρόν· μέγεθος δὲ ἡλίκον † τῆς κέδρου ἢ μικρῷ μεῖζον· πυρῆνα δὲ ἔχει οὐ συνεσθιόμενον καθάπερ ταῖς ῥοαῖς. ἡδὺν δὲ τὸν καρπόν. καὶ ἐάν τις οἶνον ἐπιχέῃ, καὶ αὐτὸν ἡδίω γίνεσθαί φασι, καὶ τὸν οἶνον ἡδίω ποιεῖν. Ἔνιοι δὲ τὸ τοῦ λωτοῦ δένδρον θαμνῶδες εἶναι καὶ πολύκλαδον. τῷ στελέχει δὲ ‡ εὐπαχές· τὸν δὲ καρπὸν * μετὰ τὸ κάρυον ἔχειν. τὰ δὲ ἐκτὸς οὐ σαρκῶδες· ἀλλὰ δερματωδέστερον. ἐσθιόμενον δὲ, οὐχ οὕτω γλυκὺ, ὡς εὔστομον. καὶ τὸν οἶνον, ὃν ἐξ αὐτοῦ ποιοῦσιν, οὐ διαμένειν, ἀλλ᾽ ἢ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας· εἶτ᾽ ὀξύνειν. ἡδίω μὲν οὖν τὸν καρπὸν ἐν τοῖς λωτοφάγοις. ξύλον δὲ κάλλιστον τὸ ἐν Κυρηναίᾳ· θερμοτέραν δὲ εἶναι τὴν χώραν τῶν λωτοφάγων. τοῦ δὲ ξύλου τὴν ῥίζαν εἶναι μελαντέραν μὲν πολύ· πυκνὴν δὲ ἧττον καὶ εἰς ἐλάττω χρησίμην. εἰς γὰρ τὰ ἐγχειρίδια καὶ τὰ ἐπικολλήματα χρῆσθαι. τῷ ξύλῳ δὲ εἴς τε τοὺς † αὐλοὺς καὶ εἰς ἄλλα πλείω. ἐν δὲ τῇ μὴ ὑομένῃ τῆς Λιβύης, ἄλλα τε πλείω φύεσθαι, καὶ φοίνικας μεγάλους καὶ καλούς. οὐ μὴν ἀλλ᾽ ὅπου μὲν φοῖνιξ, ἁλμυρίδα τε εἶναι καὶ ἔφυδρον τὸν τόπον· οὐδὲ ἐν πολλῷ βάθει σφόδρα, καὶ ἡδύ. ἔνθα δὲ ‡ ἁλικῶν πλησίων ὄντων ἀλλήλοις. ὅπου τε τὰ ἄλλα φύεται, καὶ ξηρὸν καὶ ἄνυδρον· ἐνιαχοῦ δὲ καὶ τὰ φρέατα εἶναι ἑκατὸν ὀργυιῶν, ὥστε ὑποζυγίοις ἀπὸ τροχηλιᾶς ἀνι-

* πρινῶδες Const.
† δὲ ὁ πύρηνος Const.
‡ οὖν ἐν τῇ Ald. Bas.
* λωτὸς.
† τῆς κέδρου Al. Germ.
‡ εὔσταχες Al. Germ. εὐσταθὲς Gaza.
* μικρὰ Const.
† αὐτοὺς Al. Germ.
‡ πλησίον ὄντα καὶ ἁλικὸν Const.

Celtis proprium genus, præstat magnitudine, quanta pirus, aut paulo minore. Incisuras folium habet, ac ilicis esse videatur. Materies nigra. Genera ejus plura, fructibus inter se discreta produntur. Fructus magnitudine fabæ, maturescit uvarum modo, varie colores immutans. * Nascitur quemadmodum myrta adversa inter se, densus super germina, editur ab iis quos Lotophagos vocant, prædulcis, suavis, innocuus, atque etiam † bonæ frugis. Ventribus est suavior, qui sine ligno interiori est: nam vel genus hujusmodi redditur, & vinum eo exprimitur. Multa hæc arbor, fructuque copiosa est. Exercitum itaque Ophelli, cum in Carthaginem proficisceretur, vel eo fructu diebus pluribus pastum commeatuum defectu, accepimus. Est igitur in insula Lotophagia Pharide vocata larga copia, ‡ cæterum non minor in continenti, sed longe largior est. Plurima enim hæc omnino in Africa, & paliurus, ut retulimus: quippe apud Hesperides hisce ad urendum utuntur. Sed hæc celtis distat ab ea, quæ Lotophagorum. Paliurus certe fruticosior est, folio huic nostrati simili. Fructu diverso. non enim lato, sed rotundo, rubroque: magnitudine, qua cedri, aut paulo minore. Nucleum non mandendum, modo acinorum punici habet. * Fructum vero jucundum per se. Atque si quis vinum infundat, tum ipsum suaviorem, tum vinum suavius reddi asseverant. Nonnulli † celtim arborem fruticosam, ramosamque tradunt, ‡ caudice firmo, vel fideli, fructu nuce obducto, parte externa minime carnosa, sed potius * pelliculari. Cibo non tam dulci, quam gustatu alias grato, & vinum, quod eo exprimitur, non nisi binos, & ternos dies durare, dein acescere. Suaviorem itaque fructum apud Lotophagos esse: materiem autem optimam in Cyrenæa provincia, tractumque Lotophagorum fervidiorem confirmant. Radicem autem esse quidem multo nigriorem, quam lignum, sed minus spissam, & ad pauciora accommodam. Quippe tantum ad pugiones, † glutinamentaque usui est. Lignum, tibiis, & aliis plerisque expetitur. Parte autem Africæ, qua nunquam pluit, pleraque alia, & palmas magnas, atque optimas provenire ajunt. Cæterum ubi palma, salsilaginem, & riguum esse locum, nec admodum in profundo aquam comperiri, & dulcem, & ibi salsam invicem propinquas. At ubi reliqua oriuntur, solum siccum, & omni aqua orbatum esse: alibi vero puteos etiam esse centum passuum, ut non nisi jumentis per vertiginem haurire possint. Quamobrem mirum quo tandem pacto effossæ sint altitudines tam profundæ.

* *Nascitur myrtorum modo, densus in ramis alterna serie positus.*
† *ventriculo utilis, suavior qui sine nucleo est.*
‡ *ea insula sita nō multum à continenti, non tantum illic multa; sed multo copiosior in epeiro.*
* *jucundum atque.*
† *lotum arborem frutici propiorem.*
‡ *bene crasso, fructus magnitudine & forma nucis Iuglādis. Vulgata si placet lectio, verte, fructū inclusum nuce putamine.*
* *coriacea.*
† *tessellasque.*

ρμαῖν. διὸ καὶ θαυμαστὸν, πῶς ποτὲ ὠρύχθη τηλικαῦτα βάθη. τὸ δ' οὖν τῶν ὑδάτων τῶν ὑπὸ τοὺς φοίνικας, καὶ ἐν Ἄμμωνος εἶναι. διαφορὰν δὲ ἔχον τὴν εἰρημένην. φύεσθαι δὲ ἐν τῇ μὴ ὑομένῃ τὸ " θύμον πολύ. καὶ ἄλλα ἴδιά τε καὶ πλείω γίνεσθαι ἐνταῦθα, καὶ λαγῶ, καὶ δορκάδα, καὶ στρουθὸν καὶ ἕτερα τῶν θηρίων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἄδηλον, εἰ ἐκτοπίζει που πιόμενα. διὰ γὰρ τὸ τάχος δύναται καὶ ταχὺ παραγίνεσθαι. ἄλλως τε καὶ δι' ἡμερῶν τινῶν πίνουσι, καὶ καθάπερ καὶ τὰ ἥμερα παρὰ τρίτην ἢ τετάρτην † ποτίζεται τινά. τὰ δὲ τῶν ζώων, οἷον ὄφεων, σαυρῶν, καὶ τῶν τοιούτων, φανερὸν ὅτι ἄποτα. τοὺς δὲ Λίβυας λέγειν, ὅτι τὸν ὄνον ‡ ἐσθίειν ταῦτα· ὡς καὶ παρ' ἡμῖν γίνεται πολύπουν τι καὶ μέλαν, " συσπειρώμενον εἰς ἑαυτό. τοῦτον δὲ πολὺν γίνεσθαι σφόδρα, καὶ ὑγρὸν τὴν φύσιν εἶναι. δρόσον δὲ ἀεὶ ἐν τῇ μὴ ὑομένῃ πολλήν. ὥστε δῆλον ὅτι τὸν μὲν φοίνικα καὶ εἴ τι ἄλλο φύεται ἐν † ἀνύδροις, τό, τε ἐκ τῆς γῆς ἀνιὸν ἐκτρέφει, καὶ πρὸς τούτοις ἡ δρόσος. ἱκανὴ ‡ γὰρ ὥστε τὰ μεγέθη καὶ τὴν φύσιν αὐτῶν ξηρὰν οὖσαν ἐκ τοιούτων συνεστηκυῖαν. " καὶ δένδρα μὲν πλεῖστα καὶ ἰδιώτατα. περὶ δὲ τοῦ σιλφίου λεκτέον ὕστερον, ποιόν τι τὴν φύσιν· ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ παρ' ἑκάστοις ἴδι' ἄττα τυγχάνει. τὰ μὲν γὰρ φέρουσιν αἱ χῶραι, τὰ δ' οὐ φύουσιν. οἷον κιττὸν καὶ ἐλάτην οὔ φασιν εἶναι τῆς Ἀσίας ἐν τοῖς ἄνω τῆς Συρίας, ἀπὸ θαλάττης πένθ' ἡμερῶν· ἀλλὰ ἐν Ἰνδοῖς φανῆναι, τῷ ὄρει τῷ Μηρῷ καλουμένῳ. ὅθεν δὴ καὶ τὸν Διόνυσον εἶναι μυθολογοῦσι. διὸ καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἐξ Ἰνδίας ποτὲ ἀπιὼν † ἐστεφανωμένος ἤιε καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιά· τῶν δὲ ἄλλων ἐν Μηδίᾳ μόνον. περικλείειν γὰρ αὐτὴ δοκεῖ καὶ συνάπτειν πως τῷ Πόντῳ. καί τοίγε διεφιλοτιμήθη Ἅρπαλος ἐν τοῖς παραδείσοις τοῖς περὶ Βαβυλῶνα φυτεύων πολλάκις καὶ πραγματευόμενος. ἀλλ' οὐδὲν ἐποίει πλέον. οὐ γὰρ ἐδύνατο ζῆν ὥσπερ τ' ἄλλα ‡ τὰ ἐκ τῆς Ἑλλάδος. τοῦτο μὲν οὖν οὐ δέχεται ἡ χώρα διὰ τὴν τοῦ ἀέρος κρᾶσιν. ἀναγκαίως δὲ δέχεται καὶ πύξον καὶ φιλύραν. καὶ γὰρ περὶ ταῦτα πονοῦσιν οἱ ἐν τοῖς παραδείσοις. ἕτερα δὲ ἴδια φέρει καὶ δένδρα καὶ ὑλήματα· καὶ ἔοικεν ὅλως ὁ τόπος ὁ πρὸς ἀνατολὰς, καὶ μεσημβρίαν, ὥσπερ καὶ ζῷα καὶ φυτὰ φέρειν ἴδια παρὰ τοὺς ἄλλους. οἷον ἥ, τε Μηδία χώρα " καὶ Περσὶς, ἄλλα τε ἔχει πλείω, καὶ τὸ † μῆλον τὸ Μηδικὸν καὶ τὸ Περσικὸν καλούμενον. ἔχει δὲ τὸ δένδρον τοῦτο φύλλον μὲν ὅμοιον καὶ σχεδὸν ἴσον τῷ τῆς ἀνδράχνης, ἀκάνθας δὲ, οἵας ἄπιος, ἢ ὀξυάκανθος. λείας δὲ καὶ ὀξείας σφόδρα καὶ ἰσχυράς. τὸ δὲ μῆλον οὐκ ἐσθίεται μὲν, ‡ εὔοσμον δὲ πάνυ. καὶ αὐτὸ τὸ φύλλον τοῦ δένδρου κἂν εἰς ἱμάτια τεθῇ τὸ μῆλον, ἄκοπα διατηρεῖ. " χρήσιμον δὲ, ἐπειδὰν τύχῃ πεπωκώς τις φάρμακον, ἢ πρὸς στόματος εὐωδίαν. ἐὰν γάρ τις ἑψήσας ἐν τῷ ζωμῷ ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ, τὸ ἔσωθεν τοῦ μήλου ἐκπιέσῃ εἰς τὸ στόμα καὶ καταροφήσῃ, ποιεῖ τὴν ὀσμὴν ἡδεῖαν. σπείρεται δὲ † τοῦ ἦρος εἰς πρασιὰς ἐξαιρεθὲν τὸ σπέρμα διειργασμένον ἐπιμελῶς· εἶτα ἀρδεύεται διὰ τετάρτης ἢ πέμπτης ἡμέρας· ὅταν δὲ ἁδρὸν ‡ τι διαφυτεύηται, πάλιν τοῦ ἔαρος εἰς χωρίον μαλακὸν καὶ ἔφυδρον καὶ οὐ λίαν λεπτόν· φιλεῖ γὰρ τοιαῦτα. φέρει δὲ τὰ μῆλα πᾶσαν ὥραν. " τὰ μὲν γὰρ, ἀφῄρηται, τὰ δὲ ἀνθεῖ, τὰ δὲ ἐκπέπτει· τῶν δὲ ἀνθῶν ὅσα ὥσπερ εἴπομεν ἔχει καθάπερ ἠλακάτην ἐκ μέσου τιν' ἐξέχουσαν, ταῦτά ἐστι γόνιμα· ὅσα δὲ μή, ἄγονα. σπείρεται δὲ καὶ εἰς ὄστρακα διατετρημένα, καθάπερ οἱ φοίνικες. τοῦτο μὲν οὖν ὥσπερ εἴρηται περὶ τὴν Περσίδα καὶ τὴν Μηδίαν ἐστίν.

" θύμιον Bas.
† ποτίζεται ταῦτα Ald. Germ. vide an ἐνταῦθα. vulg. placet.
‡ ἐσθίει ταῦτα. ὅσι Constant.
" συσφαιρούμενος Scal.
† ἐνύδροις Theod.
‡ ὡς κατὰ μεγέθη Scal.
" δένδρων μὲν οὐ πλεῖστα Scal.
† εἶτα μὴ εἶναι Ald. Bas. καὶ αὐτὸς, καὶ &c. Scal. λέγεται, καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιὰ εἶτα μὴ εἶναι· τῶν δὲ ἄλλων Scal. Lege ἐστεφανωμένος κιττῷ, καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιὰ τὸν Διόνυσον μιμούμενος· τῶν δ' ἄλλων μὴ εἶναι ἐν Μηδίᾳ μόνον περικλείειν γὰρ αὐτὴν ὄρη δοκεῖ.
‡ τινά.
" καὶ ἡ Περσίς.
† μῆλον τὸ καὶ Περσικὸν ἢ Μηδικὸν καλούμενον. ἔχει δὲ τὸ δένδρον τοῦτο φύλλον μὲν ὅμοιον καὶ σχεδὸν ἴσον τῷ τῆς δάφνης, ἀνδράχνης καὶ κάρυας, ἀκάνθας δὲ οἵας ἄπιος ἢ ὀξυάκανθος.
‡ καὶ deleto puncto.
" χρήσιμον δὲ ἐπειδὰν καὶ τύχῃ τις πεπωκὼς θανάσιμον φάρμακον, δοθὲν γὰρ ἐν οἴνῳ διακόπτει τὴν κοιλίαν, καὶ ἐξάγει τὸ φάρμακον, καὶ πρὸς στόματος εὐωδίαν.
† δὲ τοῦτο τοῦ.
‡ διαφυτεύεται.
" ἀφῄρει Bas.

Igitur aquas subditas palmis vel ad Ammonis delubrum esse ferunt: verum differentiam, quam diximus, obtinet. Thymum quoque, parte pluvia carente, plurimum nasci, & alia peculiaris naturæ complura, atque etiam leporem isthic gigni, & damam, & struthum, & alia ex genere bestiarum. Sed hæc an locum aliquem bibendi gratia petant, incertum ‡ est. Præsertim cum post dies aliquot bibant, ut nonnulla ex urbanis tertio, vel quarto die potum ducuntur. Serpentes autem, lacertæ, & similia quod sine potu vivere possunt, nulli dubium est. Afros hæc " onum mandere affirmare ajunt: qui & apud nos vermis quidam multipes, aterque gignitur, † sese in orbes convolvens. Hunc autem locis illis multum admodum nasci, naturaque esse humidum narrant. Rore vero partem carentem pluvia, semper abundare. Quapropter palmam, & si quid aliud in ‡ humidis proveniat, partim eo, quod de terra ascendit, partim rore constat nutriri. Satis enim humoris est, pro magnitudine, & natura eorum, utpote sicca, & è siccis constante: & pro desiderio arborum, quæ cum plurimæ non sunt, tum peculiares nascuntur. De laserpitio qualem habeat naturam, postea indicandum. In Asia vero apud singulos peculiaria quædam proveniunt. Quædam namque proferunt terræ, quædam nullo modo producunt. Vt in Asia ederam, & abietem parte superiore Syriæ, itinere à mari quinque dierum, enasci negant: sed in India visam in monte, cui Mero nomen, affirmant, quo Liberum patrem ortum fabulæ ajunt. Qua de causa Alexander cum aliquando ex India descenderet, coronatus & ipse, & exercitus ibat. Harpalus vero in Media tantum locare eam contendit, serendo sæpe hortis Babyloniis, & curiose colendo, sed nihil efficere potuit. Hæc enim nullo pacto vivere valebat, sicut " reliqua, quæ è Græcia sunt advecta. Hoc igitur ob cœli conditionem regio recusat. Et buxum vero, & tiliam vix summo conatu recipit. Nam his & cultores hortorum vehementer laborant. Alia vero tum in arborum genere, tum in stirpe humili, peculiaria gignit. Et omnino plaga ad exortum, atque meridiem spectans, ut animalia, ita etiam plantas præter cætera loca peculiares ferre videtur, ut Media provincia, & Persis tam alia plura, quam malum, † quam Medicam, & Persicam vocant. Habet hæc arbor folium simile, & pene æquale, atque portulaca: aculeos quales pirus, aut spina acuta, sed leves, acutosque vehementer, & validos. Pomum ejus non manditur, sed odore præcellit; necnon & folium arboris odoratissimum est. Et si inter vestes pomum ‡ ponatur, inoffensas conservat. Vtile & cum medicinam mortiferam quis biberit, vel ad oris suavem olentiam. Quippe si quis interna pomi in jure, aut aliquo humore concocta in os expresserit, digesseritque, suavem halitum reddet. Semen detractum vere sulcis seritur diligentissime cultis. Rigatur deinde quarto aut quinto die. Cum autem majuscula fuerit, transfertur vere iterum ad molle riguumque solum, nec valde tenue. tale enim desiderat. " Fert poma omnibus horis, aliis decidentibus, aliis subnascentibus, aliis maturescentibus. Floribus his tantum fructus enascitur, qui (ut diximus) veluti colum quandam extantem, in suo medio gerunt: qui enim ea careant, in fœcundi labuntur. Seritur etiam fictilibus in vasis perforatis, quemadmodum palma. Hęc itaque (ut dictum est) Persidi, Medięque familiaris habetur.

‡ est. Tum quod propter celeritatem celerrime ad sunt & aufugiunt, tum quod post.
" porcellionem.
† conglobans sese.
‡ aridis.
" reliqua nonnulla, quæ.
† quam persicam aut medicā vocant. Habet hæc arbor folium simile ac ferè æquale atque adrachne laurus, nux aculeos quales pirus aut spina acuta.
‡ utile & cū medicinam quis mortiferam biberit, quia potum è vino alvum deturbat, & venenū exigit. & ad oris suaveolentiam conducit quippe.
" nullo non anni tempore pomifera est.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἔστι δὲ τοῦ λωτοῦ. *Cùm narravit lotum & Paliurum, ad earum historiam descendit, atque exit ab Ægypto. Ita vides discerptum propositum. Nam primum de arboribus iis agendum fuit, quæ regionibus omnibus communes sunt: deinde de propriis, tum de raris ac mirabilibus, & quæ Aristoteles appellat,* ἄτοπα.

Πρὸς τὴν κοιλίαν ἀγαθόν. Theodorus, atque etiam bonæ frugis. *Sanè laxa interpretatio, & ambitiosa.* ventriculo utilis. *Lege* ἀπέχων, *non autem* πόρρω: *& lege* λωτοφαγίας. *Theodorus omisit.* αὕτη δὲ πρόκειται, ἢ ἀπέχει μικρόν. *Ea insula sita est haud longè à continenti.*

Ὁ δὲ παλίουρος. *Malè interponit historiam Paliuri. Namque Loti mox repetet narrationem.*

Ἡδίω δὲ τὸν καρπόν. Theodorus addidit: per se. *Idem,* τῷ στελέχει εὐσταχεῖ: caudice firmo, *vel fideli, ambitiosissimè.*

Τὸν δὲ καρπὸν ὑπὸ τὸ κάρυον ἔχει. Theodorus, Fructu nuce obducto. *Nux igitur non erit totus fructus, sed putamen. Declarat deinde cujusmodi sit ea nux, quippe coriacea. Talis quoque est castanea: quæ nihilominus in genere nucum numeratur.*

Ἐπικολλήμασι, Theodorus, glutinamenta. *Sanè nondum intelligo, sed tessellas voluit significare, & alia ejusmodi. Lignum enim radicis rarius, admittit gluten. Plinius cum τὰ ἐγχειρίδια, quasi glossemate explicasset:* cultellis, *inquit,* capulos: τὰ ἐπικολλήματα, *latius est interpretatus.* brevésque, *inquit,* alios usus. *Infrà apertius probabis sententiam nostram.*

Ἐν δὲ τῇ μὴ ὑομένῃ. *Nunc arborum genera repetit, quæ tametsi communes sunt, diversarum tamen regionum naturam patiuntur.*

Ἀπὸ τροχηλασιῶν. Theodorus, per vertiginem. *Machinis jumentorum aut hominum opera circumactis.* Καὶ θύμινον πολύ. *Theodorus legit,* θύμον, *& convenit.*

Ὄνοι ἴδιοι τούτων. *Sic lege. Est* ὄνος, *quem etiam medici,* ὀνίσκον, Italia Porcellettam *vocat. Mirum in locis aridis inveniri. Nam apud nos fermè sub hydriis, carinato dorso, & multipes est. Non tam* συναγειρόμενος, *ut scriptum est, quam* συσφαιρούμενος, *id est,* conglobans sese. *Serpentes atque alia oblonga in spiras se colligunt: at ille Asellus, sicut & Erinaceus, in pilam.*

Καὶ εἴπερ ἄλλο φύεται ἐν ἀνύδροις. *Theodorus legit,* ἐνύδροις. *minus aptè. Reddit enim rationem, qua arbores udis assuetæ locis, etiam in aridis provenire queant. Quippe si* ἔνυδρα *sint: haud quaquam opus habeant,* τρέφεσθαι ἐκ τῆς ἀνιούσης ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ πρὸς τούτοις, ἀπὸ τῆς δρόσου.

Ὥστε τὰ μεγάλα. *Theodorus huic parti mutilè, atque obscurè multam afferre lucem conatus est. Sic leges,* ὡς καὶ μεγάλα, *&* δένδρα μὲν οὐ πλείω. *Quæ sequuntur majore cura corrigenda curabamus, quàm fecisset Harpalus, ut aleret Ederam in Asia. Verùm equidem atque ille, operam lusi. Ad hunc modum meditabar.* Διὸ καὶ ὁ ἀλέξανδρος ἐξ ἰνδίας ποτὲ ἀπιὼν ἐστεφανωμένος λέγεται, καὶ αὐτὸς, καὶ ἡ στρατιά. εἶναι μὴ εἶναι. *scilicet* λέγεται *post Merum montem, neque in cæteris Asiæ partibus, præterquam in Media. Iccirco dicas,* τῶν δὲ ἄλλων ἐν μηδίᾳ μόνον. *Propterea quod ad Pontum pertinet: cui Edera sit familiaris. At Plinius id quoque negat. Ait enim in Media Harpalum serendæ Ederæ studium frustra posuisse. Plutarchus pessimè assignat caussam in symposiis: quia calida planta sit, calida loca aspernari. Hoc melius nos ex Aristotele. quædam enim in similibus, quædam in dissimilibus proveniunt. Illæ, quòd conveniant: hæ, quòd resistant. verùm is non est locus. Verbum* διεφιλονείκησε *Theophrasti expressit Plutarchus simili,* φιλονεικοῦντος. *Leges,* τοῦτο μὲν οὐ δέχεται χώρα, *negativè. Et nota,* ἀναγκαίως, *pro eo, quod est,* coacta.

Τὰ μὲν γὰρ ἀφίησι. *Lege,* ἀφίενται, *ex Athenæo. Contra apud Athenæum* ἐκπίπτει, *non autem* ἐκπίπτει. *Item hic ita leges ex eodem:* Φύλλον μὲν ὅμοιον, καὶ σχεδὸν ἴσον τῷ τῆς δάφνης, ἢ ἀνδράχνης, ἢ καρύας. *Et mox,* ἐπειδὰν τύχῃ πεπωκώς τις θανάσιμον φάρμακον. δοθὲν γὰρ ἐν οἴνῳ διακόπτει τὴν κοιλίαν· καὶ ἐξάγει τὸ φάρμακον, *&c. Quam lectionem etiam agnovisse videtur Poëta.* Laurus erat. *Hoc enim deerat,* δάφνης. *Et,* Membris agit atra venena. *Vnum litigant: Sit ne Citrium, an Arancium, quia dicit, Arbor ingens. Sane meminerint Arancii folia non esse Laurina, sed longe diversa. Sunt enim duplicia, sive potius geminata. Quod autem Theophrastus ait,* τὸ δὲ ἄνθος ἴσχει, ὥσπερ ἀπ᾽ ἄλλου. *id fecit in primo libro.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Λωτοῦ. *Lotus hæc, est Celtis Plinii lib. 13. cap. 17. Italorum* perlaro *sive* Bagolaro, *& Bergomatibus* Romiglia, *nobisque* Alisier. πρινώδης. *mendosè pro* πτερινώδης. *Sed hic error etiam irrepserat Plinii tempore. Sic enim vertit;* Incisuræ folio crebriores: alioquin ilicis viderentur.

Τὰ μύρτα παράλληλα, πυκνὸς ἐπὶ τῶν, *&c. Ea germana lectio, cui suffragatur Plinius. Sed non dissimulabo me hanc notam in nostra Loto desiderare. Non sunt enim ut myrti fructus* παράλληλοι, *etiam si gemini pingantur nonnulli.*

Πρὸς τὴν κοιλίαν ἀγαθὸς, *id est,* εὐστόμαχος, *ut in ea voce hunc locum videre poteris expositum in Crispiniano Lexico. Aliud est* εὐκοίλιος. Ἡδίων δὲ ὁ ἀπύρηνος. *& Plinius,* melior fine interiore nucleo. *Hæc Lotus secunda frequens in Sabaudia: fructus vocant* Ambrozelles, *in Provincia* Amalenches, *& arborem* Amalencher. Κεγχρῶδες *reposui in impresso fuit* χρῶδες. *Alia est Lotus Polybii apud Athenæum lib. 14.* Arbor spinosa, foliis rhamni paulò longioribus & latioribus, fructu, cum maturuerit, coloris punicei, intus nucleo parvo, &c. *Quas notas omnes illius loti in Zizypho Cappadociæ, non verò communi & urbana reperies.* Παλίουρος. *Hæc Paliurus Africana, de qua ex Theophrasto Plinius lib. 13. cap. 19. non est agrifolium, sive aquifolia, id est,* ἀγρία *huic authori diversa ἀπὸ τῆς ἀγρίας ex ilicis genere, potius est zizyphus sylvestris: fructus, sylvestres* jujubas *vocant. Veram Africæ Paliurum describit ita Ioann. Leo Africanus cap. de Zarfa,* Spinosæ arbores, quarum fructus *Rabich* vocatur Arabicè, cerasis minores, zizyphis similes ferè sapore, *&c.* Τὰς κέδρους. *lege* τῆς κέδρου. *vel potius* τοῦ τῆς κέδρου: *&* κεδρίδας *intellige. Sic enim fructus cedri.*

Πυρῆνα δὲ ἔχει οὐ συνεσθιόμενον, καθάπερ τοῖς ῥοαῖς. *Ergo edulis est fructus paliuri hujus, sed non agrifolii baccæ. Plinius ex hoc loco,* Cyrenaica regio loton suæ postponit paliuro. Fruticosior hæc fructuque magis rubens *(non malè, licet Theophrastus Loti prioris fructum rubere ante maturitatem tacuerit. rubescit enim. dicebatque idem Plinius totum fructum esse tunc colore croci.)* cujus nucleus non simul manditur: jucundus per se *(id est fructus sine nucleo)* atque suavior è vino, quin & vina succo suo commendans. *Hæc adduxi ut Plinio succurrerem, immeritò hic culpato à viro alioquin eruditissimo; qui etiam fallitur, quum censet in Theophrasti codice mendum subesse, quia scriptum sit* καθάπερ τοῖς ῥοαῖς; *nec enim* τὸν πυρῆνα *tribui punicis. Atqui legat ipsum authorem lib. 2. de Causis cap. 9. ubi disertè ait punicam* καρπὸν ἔχειν πυρηνώδη. *Et in distinctione punicorum lib. 1. cap. 9. ejusdem operis dicit, quod quædam* ἀπύρηνοι, ἢ σκληρόκοκκοι. *Nolo pluribus.*

Εὔσταχες. *Alii* εὐσταθές. *Integra lectio* εὐπαχές, *id est,* bene crassum, five præcrassum, *ut Plinius.* Μετὰ τὸ κάρυον κάρυον ἀντὶ τοῦ πυρῆνα, *alibi sumi observavimus: & hic* μέγα *legend.* Ὀξύνειν *restitui. erat* ὀξύνει. *Vide Plin. lib. 13. cap. 17. de Loti vino.* Εἰς δὲ τοὺς αὐτοὺς *legi prorsus debet,* εἰς δὲ τοὺς αὐλοὺς, *etiam Plinii auctoritate justisque aliis rationibus, quas in Lexico Crispiniano invenies in fine observationis hujus vocis* λωτός.

Ἀλικῶν *&* ὄντων *muta in* ἀλικὸν *&* ὄντα *si videatur. Nam mihi ut scriptum, visa est non modo tolerabilis, sed etiam elegans oratio.* Τροχηλασιῶν. *hic locus exponitur in Lexico Crispini in voce* τροχηλασία. Βάθη *quidem sunt altitudines etiam Ciceroni: sed si ad verbum effossas altitudines convertas, malè salsus & nasutior aliquis rideat, quod in altitudinem excavetur terra, non verò altitudo. Idem mollius exprimere studui sensu authoris servato. Nec enim necesse verba admetiri, & sua cuique linguæ proprietas, cujus observatione interpres astringitur. Hæc simul & semel liceat excusare.* Ἐν τῇ μὴ ὑομένῃ. *Sic passivè compluitus dicitur à Solino.* τὴν μὴ ὑομένην τῆς Λιβύης, perpetuò sitientia Africæ, *dicit Plinius lib. 10. cap. 73. ubi videbis quædam hujus loci, ut,* quòd, in Africa major pars ferarum æstate non bibant, inoxia imbrium, est.

Ἢ τετάρτην. *Exemplo sunt cameli, de quibus Plinius lib. 8. cap. 18. Sitim & quatriduo tolerant, implenturque cum bibendi occasio est, & in præteritum, & in futurum, &c.*

Ταῦτα. *potius* τινὰ. ὄφεων. *videbis Plinius lib. 10. cap. 72.*

Ὄνοι ἴδιοι *reposui. Videbis in Crispiniano Lexico hujus loci expositionem copiosam, & correctionem in voce* ὄνος.

Δῆλον ὅτι *substitui pro* δηλονότι, *necessaria distinctione vocum.* Κιττόν. *Hæc convertit Plinius lib. 16. cap. 34.*

Καὶ τὸ ὄρει *malo legere, ut lateat ante exceptionem negatio,*

tio, quod acutius Plinius intellexit. Εἶδ@ μὴ εἶναι. *Hoc vulnus sic obligabo, donec sanetur inventione melioris codicis.* Ἐστεφανωμένῳ κιττῷ τε αὐτοὺς καὶ ἡ στρατιὰ ἐπορεύετο τὸν Διόνυσον μιμούμενος. τῶν δ᾽ ἄλλων (intellige τῆς Ἀσίας χωρῶν) μὴ εἶναι ἐν Μηδίᾳ μόνον. περιεκλεῖειν γὰρ αὐτῷ ὅ τι δοκεῖ, *est. Hanc lectionem tuetur Plinius. lib. 16. cap. 34. Vbi tamen ipsius errori tribuendum puto, quod dicat Harpalum id tentasse in Modis, quum Theophrastus aliter.*

Τὰ ἐκ. *Potius* πιὰ ἐκ Μῆλον τὸ μηδικόν. *Totus hic locus exponitur, & emendatur in lexico Crispini in voce* Κέδρ@. Ἄπ@ *hic* ἀντὶ τοῦ ἀρχᾶς, *ut apud Plutarchum in Problematibus.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Λωτὸς ab antiquo verbo, λῶ nomen accepit. Λῶ idem quod ἐπιθυμῶ, βλέπω, θέλω. *desidero, video, volo.* Vide cap. ult. libr. 7. Λωτοῦ vocis ὁμωνυμία libro & capite citato explicatur; suffecerit hoc loco dixisse, λωτὸν nonnunquam omnem denotare plantam. Hesychius λωτὸς τράγημά τι, καὶ αὐλὸς, καὶ δένδρον, καὶ πόα. κυρίως τὸ ἐν τοῖς λίβασιν φυόμενον, καὶ πᾶς ἄνθ@, καὶ καρπὸς παρὰ τοῖς λωτοφάγοις. *lotus est tragema aliquod, & tibia, & arbor, & herba, peculiariter planta in locis humidis vel pinguibus* (λίβας, Suidæ τόπ@ ἔνυδρος. Hesych. λίβας τόπ@ λιπαρός.) *omnisque flos & fructus apud lotophagos.* De loto arbore hoc capite agit Theophrastus. Quæri solet, utrum lotos arbor, an vero Ægyptia nata sit ex Lotide Nympha, Priapum fugiente? Fabella est apud Ovid. 9. Metamorph.

Haud procul à stagno Tyrios imitata colores
In spem baccarum florebat aquatica lotos.
Carpserat hinc Dryope, quos oblectamine nato
Porrigeret flores, & idem factura videbar;
(Namque aderam) vidi guttas è flore cruentas
Decidere, & tremulo ramos horrore moveri.
Scilicet, ut referunt tardi nunc denique agrestes,
Lotus in hanc Nymphe fugiens obscœna Priapi
Contulerat versos mutato nomine vultus.

Arborem intelligere Poëtam, multa suadent, quod baccas habere ait colore Tyrio, id est, rubro purpureo, qualis loti arboris baccæ. Ægyptia, ut suo loco dicam, baccas non fert. Deinde, quod ait, ramos horrore moveri. Arbores ramos ferunt, herbæ caules. Maximè autem de arbore loqui Poëtam, quod sequitur, demonstrat;

Non poteram tibi ferre soror; quantunque volebam,
Crescentem truncum, ramosque amplexa morabar.

Nihil impedit esse arborem, quod canat. *Florebat aquatica lotos*, quod lib. 10. salicem & aquaticam jungat lotum. *Amnicolæ salices & aquatica lotus.*

Τοῦ λωτοῦ &c. Lotus hæc à Romanis lotus dicebatur, & faba Græca. In Africa vero celtis vocabatur. Plinius lib. 13. cap. 17. *Eadem Africa, quà vergit ad nos, insignem arborem loton gignit, quam vocant celtim, & ipsam Italiæ familiarem, sed terra mutatam.* Idem lib. 16. c. 31. *Lotos sive faba Græca; quam Romæ à suavitate fructus sylvestris quidem, sed cerasorum penè natura, loton appellant. quod cerasum referat, aut halicacabum solani genus quod cerasum mentitur.* Infima Græcia, fructum hujus arboris ἀλικάκκαβον vocavit. Hesychius, ἀλικάκκαβα ὁ τοῦ λωτοῦ καρπὸς, καὶ πόας εἶδ@. Ipsam arborem ἀλικακκαβέαν vel ἀνακακκαβέαν appellavit Lexicon ἰατρικόν. λωτὸς ἡ πῆλις, λωτὸς ἡ ἀνακακκαβεία. Cur ἀλικακκαβέαν nuncuparint, dixi. Sed cur fabam Græcam vocavit Plinius? A rotunditate fructus, quæ fabam à Græcis delineatam refert. Græcorum enim faba rotunda, ut suo loco dicam. Contendere quosdam video, loton, quæ faba Græca vocatur, diversam esse à Lotophagica, quia Plinius libr. 24. cap. 2. scribit; *Loton herbam, itemque Ægyptiam, eodem nomine alias & Syrticam arborem diximus suis locis. Hæc lotos, quæ faba Græca appellata à nostris, alvum sistit &c.* Non distinguit, à lotophagica lotum, quam fabam Græcam vocat, Plinius. Verborum Plinii hic sensus; Eodem nomine alias, & Syrticam arborem diximus suis locis. Hæc (Syrtica scilicet) lotos quæ faba Græca appellata à nostris, alvum baccis sistit. Idem enim de vulgari loto tradit Dioscorides, εὐστόμαχον, κοιλίας στυπτικόν. τῶν δὲ πρισμάτων τοῦ ξύλου ἀφέψημα πινόμενον καὶ ἐγκλυζόμενον, βοηθεῖ δυσεντερικοῖς τε γυναιξὶ ῥοϊκαῖς. ξανθίζει δὲ καὶ τρίχας τε ἐπέχει χαίτας ῥεούσας. Quæ Plinius in hunc sensum reddidit; *Alvum baccis sistit, ramenta ligni decocta in vino prosunt dysentericis, menstruis, vertigini, comitialibus. cohibent & capillum.* Dioscorides comas ait tingi flavo colore. unde quidam colligunt legendum, ἀντὶ ξανθίζει, στύφει. Confirmat hanc lectionem Galenus, καὶ μὴν καὶ τὰς ῥεούσας τρίχας ἐπέχειν αὐτὸν, ὅτι συμπλεκτικῆς πρὸς ἅμα τῷ μετρίας ξηραίνειν ἐστὶ δυνάμεως οὐ μικρὸν σημεῖον. Quin etiã quod pilos defluentes cohibeat, non mediocre signum est, ipsum adstringentis esse cujusdam, similiter medioctiter desiccantis facultatis. Ἐξανθίζει tamen mutare non ausim, quod apud Serapionẽ legatur, *rubrificat capillos & stringit eorum radices, ne cadant.* Alii verba, χαίτας ῥέουσαν, delent. Malo scribere, ξανθίζει δὲ τρίχας, τε ἐπέχει ῥεούσας, nempe τρίχας. Ruffat capillos, & defluentes cohibet. Ætius τε μὴ ῥεούσας τρίχας ἐπέχει. Lotos ergo lotophagica, eadem quam fabam Græcam vocat Plinius, nec de alia loto quam lotophagica agunt Dioscorides Galenus, & Ætius, neque lotorum historiam confundunt. Sed qui historiam lotorum Græcos medicos confundere scribunt, ipsi hanc perturbant, nec illam satis intelligunt, ut ex iis quæ dicentur palam fiet.

Ἡλίκον ἄπι@, ἢ μικρὸν ἔλαττον, &c. Plinius lib. 13. *Præcipua est circa Syrtes, atque Rhasamonos. magnitudo quæ pyri, quanquam Nepos Cornelius brevem tradat.* Sunt qui duo loti genera à Plinio confundi existimant, lotum scilicet Theophrasti ac Polybii. Nepotis, inquiunt, sententia eadem cum Polybiana de loto. ἔστι δὲ τὸ δένδρον ὁ λωτὸς οὐ μέγα. Hæc Polybii verba. Sed quid sibi vult Cornelium ex Polybio scribere brevem esse? Ipse Theophrastus minorem inquit pyro. Unde colligere satis est, arborem haud magnam, sed brevem esse. Fortassis Plinius ex Theophrasto male intellecto hausit, cujus nomen tacere solet.

Καὶ πελνῶδες. Doctiss. Constantinus. πελωνῶδες, vel πελωνοειδὲς corrigit, ac Plinii ævo codicem corruptum fuisse existimat. Plinius loco citato; *Incisuræ folio crebriores, alioquin ilicis viderentur.* In Antiquo codice legitur, *incisuræ in folio crebriores; alioquin ilicis viderentur.* In Toletano, ut Pintianus monet, *incisura & folia breviora; quæ ilicis viderentur.* Quæ depravata valdè, ut recte scribit. corrigit, *Incisuras habent folia, quæ ilicis videntur.* Verbum illud *breviora* sive *crebriores* otiosum putat, aut si non otiosum, quod substituat, non habet. Scribo ex Theophrasto, *incisuræ folio crebriores, quæ ilicis videntur.* Ilicem referunt, non spinosam, sed oleæ folio, Italicam, à Mathiolo descriptam. Rectè ergo apud Theophrastum legitur πρινῶδες. Tautologus foret, si scripsisset πριονῶδες. Nam incisuras habere, & serratum esse, idem est. ut ægra fœmina, ægrota mulier.

Γένη, &c. Plinius loco citato, *differentiæ plures, eæque maximè fructibus fiunt.*

Ὁ δὲ καρπὸς. Idem Plinius. *Magnitudo huic fabæ, color croci, sed ante maturitatem alius atque alius, sicut uvis, nascitur densus in ramis myrti modo, non, ut in Italia, cerasi.* Dioscorides non fabæ magnitudine, sed pipere majorem inquit, quod idem puto. Lib. 1. cap. 171. λωτὸς τὸ δένδρον, φυτόν ἐστι εὐμέγεθες, καρπὸν δὲ φέρει μείζονα πεπέρεως. Reliqua Plinii verba mox examinabo. Μείζονα πεπέρεως idem quod ἡλίκ@ κυάμου, *magnitudo fabæ.*

Παράλληλ@, Budæus exponit, *mutuus ac inter se compositus atque è regione collocatus, æque distans.* παράλληλοι κύκλοι, *circuli æqualem distantiam omni ex parte habentes.* παράλληλα, in sphæra lineæ rectæ paribus inter se spatiis surgentes. παράλληλ@ καρπὸς, *fructus ex adverso collocatus, adversi inter se.* παράλληλα ἄνθη, Diosc. libr. 1. cap. 1. de iride, *flores paribus inter se spatiis surgentes.* flores è regione in se collocati, ut sibi mutuo respondeant.

Γλυκὺς, &c. Plinius loco citato, *tam dulci ibi cibo, ut nomen etiam genti terræque dederit, nimis hospitali advenarum oblivione patriæ.* Nomen genti dedisse inquit. λωτόφαγοι enim, ut apud Theoph. legitur, dicuntur; insula vero λωτοφόρ@, dicitur. Steph. λωτοφόρ@ χώρα, καὶ λωτοφαγῖτις γυνή. Homer. Odyss. 9.

Οἱ δ᾽ αἶψ᾽ οἰχόμενοι μίγεν ἀνδράσι λωτοφάγοισιν.
Οὐδ᾽ ἄρα λωτόφαγοι μήδονθ᾽ ἑτάροισιν ὄλεθρον
Ἡμετέροις, ἀλλά σφι δόσαν λωτοῖο πάσασθαι.
Τῶν δ᾽ ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν,
Οὐκ ἔτ᾽ ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν ἠδὲ νέεσθαι.
Ἀλλ᾽ αὐτοῦ βούλοντο μετ᾽ ἀνδράσι λωτοφάγοισι
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι.

Hi n. statim digressi venerunt ad viros lotophagos
Neq; vero Lotophagi meditabantur sociis perniciem
Nostris, sed ipsi præbuerunt lotum gustare.
Horum autem quicunque lotum comedissent, æquè ac
mel suavem fructum,
Non amplius renunciare volebant, neque redire.
Sed illic volebant cum viris lotophagis
Lotum edendo manere, reditusque oblivisci.

Virgil. in culice.

——— *Inter quos impia lotos,*
Impia quæ socios Ithaci mœrentis abegit.

Apud Euripidem amores appellantur deliciæ loti; λωτοῦ τε ἔρωτες, ἡλίου ἁγναὶ βόες *loti amores & solis castæ boves.* Apud Lucianum loti vocabulo deliciæ sermonis sæpe significantur. τοσαύτην πάμοι λόγων ἀμβροσίαν κατεσκέδασεν, ὥστε καὶ τὰς σειρῆνας ἐκείνας, εἴ τινες ἄρα ἐγένοντο, καὶ τὰς ἀηδόνας καὶ τὸν ὁμήρου λωτὸν ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι· οὕτω θεσπέσια ἐφθέγξατο. *Tantā verborū ambrosiam mihi affudit, ut mihi plane videretur Seirenas illas, si quæ unquam fuerunt, & luscinias, & lotum illam antiquam Homeri referre: adeo divina quæque loquebatur.*

Πρὸς τὴν κοιλίαν ἀγαθόν. Vertunt, *bonæ frugis.* Rectè magnus Scaliger interpretationem laxam & ambitiosam scribit. πρὸς τὴν κοιλίαν ἀγαθόν, idē quod εὐστόμαχον, *quod stocho, ori ventriculi, utile ac gratum est.* Diosc. loco citato, μεῖζον πεπέρεως, γλυκὺν, βρώσιμον, εὐστόμαχον, κοιλίας σταλτικόν. *pipere majorem* (fert fructum) *dulcem, edulem, stomacho aptum, quique alvum sistit.* Plinius. *Ferunt ventris non sentire morbos, qui eum mandant.* Ita etiam in Antiquo codice. Scribe *mandunt*, id est, *comedunt*. Venter, uti κοιλία ἀντὶ τοῦ στομάχου, pro ventriculo accipi debet. εὐστόμαχα *quæ stomacho utilia vel adstringunt vel roborant.* εὐκοίλια dicuntur, ut Cato & Celsus loquuntur, *quæ bonā faciunt alvum.* εὐκοίλια Medici vocant, quæ leniter, plusquā tamen natura faceret, alvū ducūt. Diosc. l. 1. c. 13. de cerasis, κεράσια καὶ αὐτὰ μὲν χλωρὰ λαμβανόμενα, εὐκοίλια τυγχάνει, ξηρὰ δὲ ἵστησι κοιλίαν, &c.

Ἥδιον δὲ ἀπύρηνον. Male in Aldino & Basiliensi πύρηνος legitur. Plinius loco citato. *Melior sine interiori nucleo, qui in altero genere osseus videtur.*

Καὶ οἶνον. Plin. loc. cit. *Vinum quoque exprimitur illi simile mulso, quod ultra denos dies durare negat idem Nepos.* Hoc de altera loto Theoph. ubi non denos, sed duos durare vix dies scribit. Vide quæ infra dicentur.

Lotus Durant.



Πολὺ δὲ τὸ δένδρον. Quæri solet inter Botanicos, quæ arbor sit, quam loti nomine descripserunt veteres. Botanici fermè omnes, uno alterove excepto, asserunt Italorum *perlaro*, Lotophagorum lotum. Qui id negant hoc utuntur argumento, quod in Italica loto baccæ ab arboris dependent ramis sicut cerasa, non παράλληλα, ut myrta. Hoc argumentum ipse Plinius solvit, si ad verba ejus diligenter attendimus. *Nascitur densus in ramis myrti modo* (circa Syrtes & Nasamonas) *non ut in Italia cerasi* (subintellige *modo.*) Ergo in insulis tantū παράλληλος loti fructus, quanquam aliquando & in ipsa Italia, fructum ferat παράλληλον. Non raro enim alterna serie myrti modo fructū producit. Hoc alibi testatur Plinius lib. 16. cap. 31. *Lotos sive faba Græca: quam Romæ à suavitate fructus sylvestris quidem, sed cerasorum penè natura, loton appellant.* Romæ ergo lotus non myrti facie, sed cerasi. Ideo in principio lib. 13. cap. 17. *Et ipsam Italiæ familiarem, sed terra mutatam*; quod παράλληλον non producat fructum, ut in Insulis facit. Quando ergo scribit loton Africanam fructum ferre myrti modo non cerasi, ut fert Romana, bene sibi constat, & quod experientia observavit, rectè tradit. Cerasorum naturam in Italia habet; myrti in Insulis Lotophagorum. Cerasi naturā habet, quod baccæ dependeant ex longis pediculis, ad instar cerasorum fructus. Magno in errore versantur qui, Italorum *perlaro* & Arudarach Herbariorum eandem existimant plantam. Videant icones, legant descriptiones Botanicorum, Dodonei, Lobelii, Mathioli, sine dubio diversissimas arbores affirmabunt. Qui Zyziphum rutilam lotum Lotophagorum scribunt, similiter falluntur. Loti materies, ut Theoph. lib. & c. 5, docet, nigra, quæque non facile putrescit, validaq; est in operibus; zyziphi sublutea oxyacanthæ aut pyrastro non dissimilis, facile putrescit, ac in operibus admodū infirma. Fallitur & vir magnus, cum myrti modo, alterna serie, densum nasci scribit zyziphi fructum. Inspiciat utriusq; iconē Lector, & ex æquo judicet. Zyziphus ventriculo noxium fert fructū; quē testantur Botanicorū filii substātia seu essētia esse crassiori; si pro edulio assumatur, difficulter concoqui. Iidē asserunt, ægrè ac tardè descendere, ventriculū gravare, ac paucum alimentum corpori præbere. Simon Rethi πολλὰ δύσπεπτά εἰσι καὶ σπληνὸς βλαπτικά, *ni forent difficilis concoctionis, & lieni officerent.* Contra lotos, ut dixi, ventriculo grata & apta. Zyziphus perpetuo viret, lotus contra. Plin. lib. 16. c. 30. *Præcipuè domibus expetitur ramorū petulantia, brevi caudice, latissima exspatiantium umbra, & vicinas domus sæpè transilientiū: nulli opacitas brevior, nec aufert solem hyeme decidentibus foliis. Nulli cortex jucundior, aut oculos excipiens blandius.* Hęc de zyzipho falsa, de loto vera. Cortice enim circumvestitur lævi, atq; è cæruleo colore eleganter virenti: Zyziphus est caudice contorto, cortice scabro ac rimoso, in quo nihil quod oculum delectet. Lotos, cujus imaginem damus, arbor est pyri magnitudine, major altiorque, quādoq; quercum, juglandē, similesq; altas arbores superans. Caudice est crassissimo; ligni materie dura nigricāte; cortice circumvestitur lævi, atq; è cæruleo colore eleganter virente; ramos promit vastos, longos, in latitudinē expansos; foliis viret ilici proximis, marginib. incisis ac serratis, asperis; quæ medio autumno flaccescunt. Baccæ rotundæ pipere majores, è longiorib. dependentes pediculis, instar cerasorum, initio virides, dein ex candido flavescentes, exinde rubentes, (quod tamē negant adversariorū auctores) sed ubi maturuerint nigricantes, intus jujubarum nucleo. Fructus suavis esui: vulgo pueris expetitus: dulcis namq; & leviter adstringens, ita ut εὐστόμαχος recte dicatur. Apud Belgas in hortis colitur, raro floret aut fructū fert. Apud Italos, Gallosq; Narbonnenses frequens. Arborem hanc à Clariss. Petro Mullerio Med. Doct. & Professore Botanico Groeningensi accepimus, cui è semine natæ erant ante annos aliquot plures plantæ.

Τὸ δ' οὖν Ὀψίμου, &c. Plinius loc. cit. *Quin & exercitus pastos eo accepimus, ultro citroq; cōmeantes per Africā.* Notandū Plin. duas cōfundere lotos. Quæ præcedūt de vino, & quæ sequūtur de tibiis Theoph. de altera tradidit loto.

Ἔστι μὲν οὖν ἐν τῇ νήσῳ τῆς λωτοφαγίας. Aldinus & Basileensis, ἔστι μὲν οὖν ἐν τῇ νήσῳ τῇ λωτοφαγίᾳ. Stephanus insulā λωτοφόρον vocari tradit. Strabo λωτοφαγῖτιν, lib. 17, ubi egregie describit Lotophagorū terram, συνεχὴς δ' ἐστὶν ἡ μικρὰ Σύρτις, ἣν καὶ Λωτοφαγῖτιν Σύρτιν λέγουσιν. ἔστι δ' ὁ μὲν κύκλος τοῦ κόλπου τούτου, σταδίων χιλίων ἑξακοσίων. τὸ δὲ πλάτος τοῦ στόματος ἑξακοσίων. καθ' ἑκάτερον τὴν ἄκραν ποιοῦσαν τὸ στόμα, προσεχεῖς εἰσὶ νῆσοι τῇ ἠπείρῳ ἥ τε λεχθεῖσα Κέρκιννα καὶ ἡ μήνιγξ (scribe μῆνιγξ. Stephanus μῆνιγξ νῆσος περὶ τὰς Σύρτεις καὶ πόλις, *Meninx insula prope Syrtes & urbs*) πάρισοι τοῖς μεγέθεσι. τὴν δὲ μήνιγγα (& hic locus docet supra scribendum μῆνιγξ) νομίζουσιν εἶναι τὴν τῶν λωτοφάγων γῆν τὴν ὑφ' Ὁμήρου λεγομένην. καὶ δείκνυταί τινα σύμβολα καὶ βωμὸς Ὀδυσσέως, καὶ αὐτὸς ὁ καρπός. πολὺ γάρ ἐστι τὸ δένδρον ἐν αὐτῇ τὸ καλούμενον λωτὸν, ἔχον ἥδιστον καρπόν. πλείους δ' εἰσὶν ἐν αὐτῇ πολίχναι· μία δ' ὁμώνυμος τῇ νήσῳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Σύρτει πολίχναι τινές εἰσι, &c. *His continua est minor Syrtis, quam Lotophagitim Syrtim etiam dicunt. Hujus sinus ambitus est fere* CIↃ IↃC. *oris latitudo* IↃC. *juxta utrumq; promontoriū, quæ os efficiunt, insulæ adjacent continenti, Kercinna scilicet & Meninx, magnitudine æquales. Meningem Lotophagorum terram putant, cujus Homerus meminit, & signa quædam extant, & Vlyßis ara, & fructus ipse. Nam lotos arbor crebra in ea est, fructu suavißimo. Plura etiam in ea oppida*

sunt, sed unum eodem nomine quo insula; quin & in ipsa Syrti oppidula plura sunt. Ex hoc Strabonis loco lego ἔστι μὲν οὖν ἐν τῇ νήσῳ τῇ λωτοφαγίτιδι. Ceterum insulam, in qua lotus, non φάραν vocat, sed μήνιγγα Strabo. Quod etiam l. 3. tradidit, ubi ait ἄλλοι τὲ πάλιν καλοῦνται λωτοφάγοι τὴν ἑτέραν οἰκοῦντες τῶν πρὸ τῆς μικρᾶς Σύρτεως νήσων, τὴν Μήνιγγα. ἐν δὴ θαυμάζοι τις ἂν ὄντε τοῦ ποιητοῦ τὰ περὶ τὴν ὀδύσσεως πλάνην μυθογραφήσαντος τοῦτον τὸν τρόπον, ὥστε ἔξω στηλῶν ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει τὰ πολλὰ διατίθεσθαι τῶν λεγομένων περὶ αὐτοῦ. *Rursumque alii vocantur Lotophagi, qui Meningem incolunt, alterarum insularum parvæ Syrti præpositarum. Mirùm ergo non est Homerum errores Vlyssis ita fabulæ in morem descripsisse, ut pleraque extra columnas in Atlantico gesta ab eo fingeret.* Plinius vero circa Syrtes & Nasomonas nasci tradit, ac Lotophagorum terram circa Syrtim majorem scribit lib. 5. cap. 4. *Inde Syrtis major, circuitu 705. aditu autem 313. M. passuum. Inde accolit gens Lisipadum. In intimo sinu fuit ora Lotophagôn, quos quidam alachroas dixere, ad Philænorum aras.* Uter rectius Plinius, an Strabo, videant in Geographicis peritiores.

De Paliuro Africana hæc tradit Plinius lib. 13. cap. 19. *Cyrenaica regio loton suæ postponit paliuro, fruticosior hæc, fructuque magis rubens, cujus nucleus non simul manditur, jucundus per se, atque suavior è vino, quin & vina succo commendans.* Theophrastus paliurum hanc latius & fusius quam Plinius describit, qui Græci auctoris verba, non satis fideliter interpretatur. In paliuri Africanæ descriptione nonnulla consideranda; imprimis quod Theophrastus huic tribuat folium, vulgari simile. Vulgare c. 16 lib. 1. folium esse spinosum tradit; ergo & Africanæ. Unde affirmo, paliurum quam lib. 15. describit Athenæus, diversam esse ab Africana Paliuro, quam depingit Theophrastus. Athenæi enim paliurus folia non habet spinosa. De hac vide quæ infra dicuntur. Theophrastus fructum paliuri ἐρυθρὸν scribit: Plinius magis rubere tradit, quam vulgaris fructum. Rectè Theophrastus fructum simpliciter rubrum inquit; malè Plinius magis rubrum scribit. Vulgaris enim paliuri fructus, non rubet. Theophrastus nucleum non mandi ait; Plinius non simul mandi scribit; additque jucundum per se, atque suaviorem è vino, quæ de fructu Theophrast. non de nucleo. Fortassis corruptus codex: videtur enim aliquid deesse ac scripsisse Plinium, *cujus nucleus punico similis, non manditur, jucundus per se* (subaudi fructus; vel verba illa cujus nucleus punico similis non manditur, parenthesi include) *atque suavior è vino.* Sic cum Theophrasto conveniet Plinius. Non fit verisimile Plinium legisse ac in adversaria sua tantum retulisse ὁ συνεσθιόμενος, ἡδὺς δ'. Legit ut in vulgatis exemplaribus habetur, sed exscribentium negligentia verbum *punico* omissum, & *simile* in *simul* mutatum. Illud vix excusari potest, quod διαφέρειν vertit *postponit*. Equidem non ignoro sæpè apud Græcos medicos διαφέρειν poni pro *excellere, præstare, superare, melius esse*, quomodo hoc loco idem hoc verbum accepit Plinius, atque inde concepit Cyrenenses lotum paliuro postponere, quasi paliuri fructus excellentior foret, & longè præstantior loti, fructu. Græci auctoris mens est, Paliuri Cyrenaicæ sive Africanæ folium simile esse Græco paliuro; sed fructu differre, quem rubentem & rotundum profert Lybica, quum in Græca planus sit, & latus. Falluntur qui jujubam existimant paliurum Africanam à Theophrasto delineatam. Caret jujube foliis spinosis, fructus præterea est oblongus: sed hoc non impedit quo minus cum descriptione conveniat; est enim ex oblongo rotundus. Nucleum continet ad mandendum non ineptum, maloque punico dissimilem, verum ut in oliva durum & longum. Alii agrifolium pro Africana paliuro habent, quod planta sit foliis undique aculeata, loto majoribus; fructu cedri rotundo, rubro, nucleum intus habente, jucundo, & gustui non ingrato; sed id certo asserere nolunt. Hanc propriè Africæ esse plantam. Unum impedit quo minus agrifolium pro Africana paliuro habeam; quod agrifolium fructum ferat esui ineptum, nucleum vero producat sapore non ingratum; cum Theophrastus paliuri nucleum ad mandendum ineptum, fructum esui idoneum tradat. Agrifolii multis in locis mentio fit. Alibi diximus, non esse ilicem aquifolium Plinii aut ilicis speciē, & improbavimus illorum opinionem qui cratægon statuunt, damnavimus illos, qui pro similace Theophrasti agnoscunt. Non esse agriani Theophrasti multis argumentis ostendimus. An aquifolium Plinii sit de quo quæ sequuntur tradit, in medio relinquam. Lib. 15. cap. 24 aut baccas sine succo ferre, lib. 16, cap. 18. montes amare cap. 21. folia non decidere, cap. 24 eadem aculeata esse.

Agrifolium, cujus imaginem exhibemus; frutex est, quandoque commodam habeat humum, ac cultura accedat, in arborem justam excrescens, alioquin in crescendo planta tarda, & ad fruticosas referenda. Caudex arbori mediocris crassitudinis; frutici non valdè crassus, quorum ramuli lenti flexibiles, & læves, duplici cortice

Agrifolium an paliurus Africana.



contecti, exteriori viridi ac lævi, interiore pallido, odoris ingrati. Materies ligni dura ac solida, gravis, foris candida, interius nigricans, quæ ligni Indici modo, (quod guiacum vocant,) in aqua sidit, eique non admodum dissimilis est. Folia pulchrè, præsertim hyberno tempore, virent ac splendent, levia, glabra, carnosa, solida, saporis non tam ingrati ac cortex, brevi pediculo pendentia, laurinis fere similia, sed minora, ac pungentibus aculeis per margines angulosa; quos tamen senescente arbore vel pauciores, vel nullos habet, uti nec angulos: sunt enim tum neutiquam fimbriata. Flores albi & odorati, pulchri, parvi, plures simul, brevibus pediculis annexi, ut in lauro, quaternis foliolis & totidem apicibus constantes; in quorum medio baccarum rudimenta apparent. Hæ tandem rotundæ, ochri magnitudine, vel non multo majores, colore rubentes, ad instar asparagorum, umbilicatæ, gustu subdulces, cum tetro quodam sapore, quaternis intus nucleis, triangularibus ac striatis, diutissime ramis adhærent, nec facile decidunt; radix lignosa. Fit ex hujus arboris aut fruticis cortice, qui lævis est, viscum, quo in capiendis avibus aucupes ac rustici utuntur. *Corticem*, inquit, Ruellius, *detrahunt, & facta humi scrobe, locis uliginosis maximè, obruunt, frondibus arborum involventes, & inibi putrescere patiuntur. Quod ferè duodenis diebus perfici solet. Tunc marcidum eruunt, & tantisper pila contundunt, donec in viscum lentescat, demum in profluente, ut adhærentes corticum reliquiæ sordesque fluitent, proluunt, & adjecto olei nucum momento, fictilibus recondunt.* Loca amat inculta ac deserta; tum & quibusdam locis juxta vias ac in sylvis reperitur. Solum molle odit, durum amat, perpetuo viret, baccasque maturas autumno ostendit, quæ non raro hyeme ramulis adhærent. Arborē Belgæ *Hulst* vocant. Utrum paliurus Africana, quam Ioannes Leo cap. de rarsa describit, videant doctiores. *Spinosæ inquit præterea hic arbores sunt. cujus fructum Arabes rabich nominant. aliquanto minor est ceraso, sapore autem titipho non adeo est dissimilis.* Verisimile admodum hanc arborē Africanam paliurum esse. Quæ enim de ea tradit Leo non male cum Theoph. rasti descriptione cōveniunt. Ἔνιοι δ' τὸ τοῦ λωτοῦ δένδρον. Lotū hanc diversam à Lotophagorum loto ipse testatur Theoph. cum ait διαφέρει δ' οὗτος ὁ λωτὸς τοῦ παρὰ τοῖς λωτοφάγοις. Aliam esse a lotophagorū loto, hæc etiā verba Theoph. declarant, τοῖς μὲν οὖν τ' καρπὸν ἐν τοῖς λωτοφάγοις. ξύλον δ' κάλλιστον τὸ ἐν κυρηναίᾳ &c. Λωτὸν hanc

Theo-

Theodorus celtim vocat; cum Lotophagorum celtis dicatur, non autem Lybica, de qua nobis sermo. Lotum quandam Lybicam describit Athenæus libr. 14. quæ an eadem cum ea quam describit Theophr. examinabimus. Τὰ παραπλήσια τοῖς περὶ τὸν Ἡρόδοτον ἱστορεῖ, περὶ τοῦ ἐν Λιβύῃ καλουμένου λωτοῦ, αὐτόπτης γενόμενος ὁ Μεγαλοπολίτης Πολύβιος ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν, λέγων οὕτως. ἔστι δὲ τὸ δένδρον ὁ λωτὸς οὐ μέγα, τραχὺ τε καὶ ἀκανθῶδες, ἔχει δὲ φύλλον χλωρὸν παραπλήσιον τῇ ῥάμνῳ μικρὸν, βαθύτερον καὶ πλατύτερον· ὁ δὲ καρπὸς τὰς μὲν ἀρχὰς ὅμοιός ἐστι καὶ τῇ χρόᾳ, καὶ τῷ μεγέθει ταῖς λευκαῖς μυρτίσι ταῖς τετελειωμέναις· αὐξανόμενος δὲ τῷ μὲν χρώματι γίνεται φοινικοῦς, τῷ δὲ μεγέθει ταῖς στρογγύλαις ἐλαίαις παραπλήσιος, πυρῆνα δὲ ἔχει τελέως μικρόν. ἐπὰν δὲ πεπανθῇ συνάγουσι καὶ τὸν μὲν τοῖς οἰκέταις μετὰ χόνδρου κόψαντες σάττουσιν εἰς ἀγγεῖα. τὸν δὲ τοῖς ἐλευθέροις ἐξελόντες τὸν πυρῆνα συντιθέασιν, ὡσαύτως, καὶ σιτοῦνται τοῦτον. ἔστι δὲ τὸ βρῶμα παραπλήσιον σύκῳ καὶ φοινικοβαλάνῳ, τῇ δὲ εὐωδίᾳ βέλτιον. γίνεται δὲ καὶ οἶνος ἐξ αὐτοῦ βρεχομένου καὶ τριβομένου δι' ὕδατος, κατὰ μὲν τὴν γεῦσιν ἡδὺς, καὶ ἀπολαυστικὸς, οἰνομέλιτι χρηστῷ παραπλήσιος, ᾧ χρῶνται χωρὶς ὕδατος. οὐ δύναται δὲ πλέον δέκα μένειν ἡμερῶν, διὸ καὶ ποιοῦσι κατὰ βραχὺ πρὸς τὴν χρείαν. ποιοῦσι δὲ καὶ ὄξος ἐξ αὐτῶν. *Quæ de Lybica Loto scripsit Herodotus eadem, repetit Polybius Megalopolitanus oculatus testis libro duodecimo Historiarum, his verbis: Est autem lotus arbor non magna, aspera & spinosa,* (Interpres οὐκ ἀκανθῶδες legit, *non spinosa.* Aculeatam esse, ex ipso Herodoto probatur lib. 2. ubi de spina Ægyptia agit. τῆς ἡ μορφὴ μέν ἐστι ὁμοιοτάτη τῷ Κυρηναίῳ λωτῷ, spinam Ægyptiã spinosam, nemo facile negabit.) *folio rhamni viridi* (interpres χλωρὸν non legit) *paulo latiore, & crassiore, fructu per initia colore & magnitudine simili perfectis baccis myrti; dum augescit coloris phœnicæi, oleæ rotundæ magnitudine, nucleo admodum pusillo.* (Herodotus lib. 4. χίνῳ lentisco comparat. Sed de Lotophagorum loto hunc agere doctiores existimant. Lybicam saltem à lotophagorũ diversam docet, quæ & Theophrasti sententia.) *Maturus is colligitur, & cùm alia tusus ad servorum famulorumque cibum in vasa conculcatur, ac stipatur: ingenuorum autem eduliis, detracto nucleo eodem modo reponitur, ac pro cibo est; gustu caricis ac palmulis non dissimili, odore tamen suaviori. Fit & ex eo vinum, in aqua macerato & trito, saporis grati, & jucundi, qualis est optimi mulsi. Merum id sine aqua bibunt, sed ultra decimum diem non perdurat; quamobrem paulatim ad usum conficiunt. Fit & acetum ex eo.* Hanc lotum à Lotophagorum diversam, nemo facile negarit. Illa arbor maxima, hæc frutici propior. Sed an ea sit, quæ a Theophrasto alterius loti nomine describitur, jam indagandũ. Theophrastus frutici propiorem ait: Polybius arborem, non magnam; quod idem est. Fructum Theophrastus juglandi comparat; Polybius magnitudine olivæ rotundæ tradit. Iuglans & oliva rotunda, magnitudine non multum differunt. Polybius fructum gustu caricis ac palmulis non dissimilem tradit: Theophrastus ἡδὺν δὲ οὐκ οὕτω γλυκὺ ὡς εὔστομον. Εὔστομον exponunt, *quod odoris jucunditatem ori conciliat*: medici εὔστομον *quod ori gratum est.* Dioscorides lib. 1. cap. 160. de cotoneis, καὶ σὺν τῷ μέλιτι ἑψόμενα εὐστόμαχα καὶ εὔστομα ἧττον δὲ στυπτικά. *Quæ porro cum melle coquuntur stomacho sunt quidem utilia & ori grata, minus tamen constringunt.* Sed video eosdem qui εὔστομον, *quod odoris jucunditatem ori conciliat*, exponunt, interpretari hæc verbum, quasi dicas, boni stomachi, ac boni odoris. Caro cydoneorum odorem quidem non spirat insuavẽ, sed neq; jucundum; inodora potius est & palato nihil planè odoris communicat, sapore tamen gratissima. Coctione cotoneorum odor perit: dissipatur enim & evaporat tenuis vis, in qua odor. Cur vero palato grata sit, ratio in promptu, quod mel sua dulcedine cotoneorum austeritatem mitiget, saporemque ex dulci, & austero commistum, qui palato admodum placet, reddat. Idem Dioscorides lib. 1. cap. 151. malum punicum acidum δηκτικὸν καὶ ἄστομον ait, Malè quis de odore loqui Dioscoridem existimet. Dulcia punica palato gratiora. Theophrastus lib. 6. cap. 4. ἡδίω εὔστομον inquit; quod de odore intelligi nequit. Uti quod lib. 2. cap. 8. de palmæ quodam genere, στρογγύλοι τε γὰρ ὥσπερ μῆλα καὶ μείζους, καὶ εὐστομώτεροι, ἧττον δὲ γλυκύ. Nimia dulcedine quædam palmæ præditæ; quare ingratæ sunt. Sapore ergo præstant quæ dulcedine nimia non sunt preditę. Sed cõcedamus εὔστομον significare, *quod odore excellat*: inde non sequitur, lotum alteram Theophrasti & Polybibii unam eandemque esse plantam. Fatemur quidem utramque in nonnullis convenire, sed eandem tamen esse negamus. Quod si esset, non dubito, quin spinarum mentionem fecisset Theoph. Malunt alii Polybium paliurum Africanam Theophrasti describere. Sed Lotus Polybii folia habet rhamni, non spinosa; paliurus Theophrasti aculeata. Paliuri fructus cedri magnitudine: Lotus Polybii olivæ rotundæ, quæ cedro quadruplo major. Contendunt alii connarum sive paliurum Agathoclis & Lotum Polybii eundem fruticem esse. Dico connarum sive paliurum tum, quod unius tantum delineatio apud Athenæum, tum quod Hesych. scribat. κόνναρον καρπὸς δένδρου ὁμοίου παλιούρῳ. Certè vicinæ sunt arbores, si non eædem. Connarum, ut dixi, eandem cum Lybica vel Cyrenaica loto contendunt viri gravissi-

Paliurus Athenæi spinosa.



mi ac doctissimi. Athænæus loco citato, ἱστορεῖ δὲ Σώσιβιος περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι καλουμένων κοννάρων, καὶ παλιούρων· μνημονεύει δὲ αὐτῶν Ἀγαθοκλῆς ὁ Κυζικηνὸς ἐν τρίτῃ τῶν περὶ τῆς πατρίδος, λέγων οὕτως· κεραυνοῦ δὲ σκήψαντος εἰς τὸν τάφον, ἀναβλάστησεν ἐκ τοῦ σήματος δενδρίον, ὃ ἐκεῖνοι κόνναρον ἐπονομάζουσι. ἔστι δὲ τὸ δενδρίον τῷ μεγέθει μὲν πτελέης καὶ πλεύκης (fortè ἢ πεύκης, ut interpres, vel λεύκης. Vicinæ magis arbores ulmus & populus) οὐθὲν τι μεῖον, ἀκρέμονας δὲ ἔχει θαμειὰς, καὶ δολιχοὺς, καὶ ἐπ' ὀλίγον ἀκανθώδεας. τὸ δὲ φύλλον τέρεν καὶ χλωρὸν, καὶ τῇ φυῇ περιφερές. καρποφορεῖ δὲ δὶς τοῦ ἔτεος, καὶ ἦρος τε καὶ φθινοπώρου. γλυκὺς τε πάνυ ὁ καρπὸς, μέγεθος κατὰ φαυλίην καὶ ἐλαίην (dele improbam vocem καὶ. Scribe κατὰ φαυλίαν ἐλαίαν. de hoc oleæ genere vide cap. de olea.) καὶ τὴν σάρκα, καὶ τὸ ὀστέον ταύτῃ προσεικέλον. διαλλάσσει δὲ τῇ χυμοῦ ἡδονῇ, καὶ τρώγεται ἔτι χλωρὸς ὁ καρπὸς, καὶ ἐπὴν αὐανθῇ, ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ ἄλευρα, καὶ πατέουσι ταῦτα οὐ μάξαντες, οὐδ' ὕδατι δεύοντες, ἀλλὰ φαύλως ὀκοίαπερ πέφυκεν. καὶ Εὐριπίδης ἐν Κύκλωπι φησὶν παλιούρου κλάδον, &c. *Incipiam ab iis arboribus, quas connaras & paliuros vocant Alexandrini. Harum meminit Agathocles Cirycenus lib. 3. rerum patriarum, his verbis: cum sepulchrum de cœlo tactum esset, arbuscula è tumulo sese tum excruit, quam connarum appellant, magnitudine quidem parva illa est, pino* (populo albæ) *aut ulmo similis est. utraque non humilior, crebris ramis nonnihil spinosis, prælongis, folio viridi, tenero, natura rotundo, fructum bis quotannis parit, vere & autumno, apprimè dulcẽ, magnitudine olivæ phauliæ, carne & ossiculo, ei quam diximus olivæ similibus, eximia saporis jucunditate: recens estur, at cùm exsiccatus fuerit, molitur in farinã, quam pedibus calcant, non manibus pinsunt, aut aqua rigant, quoniã respuit ejus natura, sed cogunt in offas negligentius. Euripides in Cyclope paliuri ramum dixit.* Ἐπ' ἄλλ' ἴθι, inquit, ἀκανθώδεας, cùm arbor quam connari nomine delineat Alpinus, sit spinosa satis, quomodo etiam arbuscula, nobis ex semine Ægyptio nata. χλωρὸν interpres *pallidum* vertit. Malo *viride*, quale est connari folium, Δενδρίον, inquit Athenæus, μεγέθει μὲν πτελέης. Certe ulmus, populus, pinus, δένδρον, id est, arboris nomen merentur. Si magnitudine his par connarus (verba enim hæc de magnitudine accipere oportet, non de facie ac forma) magna est arbor, quæve arbuscula dici nequit, nisi cum nondum adulta est. Fructum carne & osse olivæ phauliæ similem, ait. Olivæ Phauliæ caro multa, nucleus parvus, ut in libris de causis tradit Theophrastus; loto ly-

bicæ fructus juglandis magnitudine, nucleo parvus. Rident Interpretem quod ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ ἀλδευμα interpretatus sit, *molitur in farinam*. ἐξ αὐτοῦ ἀλδευμα, καὶ πατοῦντι πιῶσι, &c. *Quæ verba*, inquiunt, *sic vulgo accipiunt*, *& exponunt, quasi ex siccis hujusmodi fructibus, farina fieret apud Ægyptios; quod ineptum. Qui enim quæso ex siccatis ejusmodi fructibus, & pedibus tantum contusis farina posset fieri? In massas pedibus calcantes hunc fructum redigebant, & doliis condebant, ut servaretur.* ἀλδευμα *vocat massas, quales fiunt ex farina conspersa.* Hæc qui scribunt, non videntur Athenæi, vel potius Agathoclis verba satis intelligere. Non dicit pedibus contundi, ac fieri farinam, nec ea interpretis mens; sed Ægyptios hunc fructum siccare, siccatum in farinam redigere, eámq; farinam (πιῶσι inquit,) conculcare pedibus, ac in massam redigere, non secus ac triticum aut secale molitur in farinam, deinde pedibus conculcatur, ac in massam addito lacte aut aqua redigitur, id quod pistoribus & pueris tenellis notum. Oportet etiam sit fructus siccatus. Recentem enim & humore plenum, qui in farinam molere vult, operam perdet. Utrum hæ arbores ad recentiorum cognitionem pervenerint, mox videbimus.

Τὸν δὲ καρπὸν ἐξ τὸ κάρυον ἔχει. Vertunt, *fructu nuce obducto*; quod perridiculum, & falsum recte ait Doctissimus Salmasius. Nec melius interpretantur, *semine incluso nucleo, vel hanc speciem loti fructum habere nuce inclusum.* Corruptus Theophrasti codex errandi occasionem præbuit. Scribe cum Salmasio, καρπὸν ὡς τὸ κάρυον ἔχει, *fructum habet magnitudine & forma juglandis.*

Guajacum Patavinum.



Ἡδω. Restat videamus an arbores quarum delineationem ex veterum Græcorum sententia examinamus, sint à recentioribus descriptæ. Nonnulli guiacum Patavinum, quod aliis placet esse hebenum, pro loto altera Theophr. habent. Malunt alii guiacum hoc esse lotum lotophagorum alteram, nucleis carentem. Caret hæc arbor foliis ilicis serratis, nec satis cum altera convenit loto, quod vulgari loto magnitudine non multum cedat, nec frutici quam arbori propior sit, fructumque habeat acuminato cacumine, nisi forte ea solo natali res aliter se habeat. Pro cœli namque solique ratione variant admodum plantæ. Arbor est procera quæ pyro magnitudine non cedit, folio alterius loti latiore, sed non serrato, pyri non valde dissimili; baccas fert dulces, rotundas, acuminatis tamen cacuminibus: colore initio viridi, per maturitatem ex cæruleo subnigricante. Baccæ hæ pediculis carent, calycibus tamen ima parte obducuntur, nec secus ac glandes, & myxæ arborum ramis & surculis seriatim adhærent. In horto medico Lugdunensi colitur ex Italia allata, ubi multis in locis reperiri tradit Mathiolus in doctiss. ad Dioscoridem commentariis. Italiæ tamen familiarem negat. Variat hæc arbor fructu. In Italia semina bina, terna, aut plura, plana & spadicei coloris profert. Vicennæ verò & Bononiæ etiam ex semine Italico nata, fructum promit, seminis expertem, sola pulpa constantem. Alii laurocerasum lotum alteram existimant: quorum opinionem Botanicus celeberrimus, & in litteris exercitatissimus ridet. Sed fallitur ipse. Adfert quidem rationem, qua hanc Dalecampii Botanici excellentissimi opinionem refellat. *Dalecampii*, dicens, *opinio non satisfacit, qui hanc stirpem Theophrasti lotum secundam esse censet: nam hujus fructus non nascitur myrti modo alterius, sive, ut Græcus habet,* καθάπερ τὰ μύρτα παράλληλα, *sed racematim uvæ modo:* Sed fallitur optimus ac præstantissimus Clusius. Hæc Theoph. de loto lotophagorum tradidit, quam diversam à Lybica ipse scribit Theophrastus. Luculentissimè hanc arborem idem describit Clusius his ferè verbis. *Lauro-cerasus justæ magnitudinis arbor est* (apud nos arboris magnitudinem non acquirit. Hyemis enim injuria, si adversus eam non muniatur, quandoq; perit) *caudice recto, multis ramis donato, qui cortice atrovirente obducti sunt: novellis tamen omnino virentibus. Folia alternatim ramos ambiunt, non decidua, lauri latifoliæ, sive potius citriæ mali foliorum æmula, per ambitum nonnihil dentata, nervis aliquot ex media costa in latera excurrentibus, supernè splendentia, infernè nequaquam. Color in vetustis ex atrovirescens, in novellis ex viridi pallescens; sapor amarus, nucleorum mali persicæ, aut amygdalarum amararum æmulus. Oblongus in summis vetustis ramis, inter superioris anni folia, fert hastulas, digitalis longitudinis, crassiusculas, in quibus brevi pediculo numerosi, & racemi in modum conferti, nascuntur flores candidi, quinque foliolis constantes, multis in umbilici ambitu staminulis præditi, cerasi, avium vulgo nuncupati, floribus non valde dissimiles, odoris tamen expertes, qui nullum fructus rudimentum præbuerunt, sed caduci admodum fuerunt. Supra hos rami germinant, & novella folia protrudunt.* Fructus, quem in arbore se non vidisse idem Clusius asserit, sed qui Constantinopoli missus fuit, exigui pruni magnitudine, sebesten fructui proximus, foris niger, rugosus, pulpa præditus dulci ac eduli, cerasiorum vel brunnensium in Moravia prunorum pulpæ modo, ossiculum continens sessili parte orbiculare, deinde sensim in oblongum tenuemque cuspidem desinens. Bellonius lib. 1. observat. cap. 44. inter arbores virentes recenset Trapezuntinam quandam, ferentem cerasa: meminit & eo libello, cui de ratione cicurandi sylvestres arbores titulum fecit, c. 20. & laurocerasum appellat. Ejus tamen historiam non describit; nisi quod eodem capite illius ramum mali citriæ ramo æqualem faciat, & ejus prægrandem arborem Genuæ in horto Principis D'Oria postea se vidisse asserit. Cum vero hujus nostræ folia maximam similitudinẽ, cum mali citriæ foliis habeant, nec defluant, & Trapezunte Constantinopolim, ut nomen indicat, primum allatam fuisse verisimile sit, eam esse omnino existimat Clusius, quã Bellonius observavit. *Lauro-cerasi*, inquit, *quantum conjectura assequi possum, nomen illi impositum à foliorum cum laurinis similitudine, & fructu cerasis æquali, tametsi postremo loco, ex Pliniana historia id invenisse affirmet Bellonius.* Verum nusquam apud Plinium laurocerasi vocem me legere memini. Is quidem lib. 15. cap. 25. ubi cerasi genera enumerat, de cerasis lauro insitis agit. *Minus quinquennium est*, inquit, *quod prodiere quæ vocant laurea, non ingratæ amaritudinis insita in lauro.* Sed de hac, quam proponimus, arbore ista intelligenda vix mihi persuadere queo. Lotum hanc esse alteram Theophrasti impedit, quod arbor evadat magna, lotoque aliquando non cedat. Alioquin plures loto peculiares notas habet. ramosior est vulgari loto, (quo nomine fortè λιμνώδης καὶ πολύκλαδος à Theophrasto dicitur) caudice recto assurgit & crasso: fructus forma & magnitudine juglandi non dissimilis; ovali enim forma, pruni magnitudine, sebesten fructui proximus, foris niger, rugosus, coriaceus, pulpa intus præditus dulci, cerasiorũ, vel prunorum pulpæ modo. Lotum Polybii, ziziphum rutilam quidam arbitrantur, quod aliis displicet. De zizyphis pauca hoc loco dicenda. Græcis ζίζυφον arbor & fructus dicitur. Cassianus Bassus libr. 10. cap. 42. τὸ ζίζυφον φυτεύεται ἐξ ὀξυπῶν ἀπὸ μέσου τοῦ δένδρου λαμβανομένων. *Zizyphon plantatur ex ramis è media arbore acceptis.* Apud alios ζίζιφον scribitur. Myrepsus sect. 5. de Bechys antidot. 28. ἀνθύλλις σπέρματος, ζιζίφων, γλυκυῤῥίζης &c. Apud Actuarium ζίζυφον, ζίζυφον, ζίζιφον & ζίτζυφον reperitur. Simon Zethi ζίτζυφον vocat. τὰ ζίτζυφα σύμμετρα ἐν τῇ ὑγρότητι καὶ τῇ θερμότητι. *Zitzinpha commansa mediocriter calida & humida sunt.* Cretensibus, teste Bellonio, zinziphion dicitur, lib. 1. cap. 18. Corrigendum Palladæ carmen de zizyphis, quo se gloriatur usu zizyphorum quartana curatum.

'Oν

Οὐκ ἀλόγως ἐν διζύφοις δύναμίν τινα θείαν
Εἶναι ἔφην, χθὲς γοῦν δίζιφον ἐν χρονίῳ
Ἠπιάλῳ κάμνοντι τεταρταίῳ περιῆψα,
Καὶ γέγονεν ταχέως οἷα κρότων ὑγιής.

Non absurdè in zizyphis potentiam quandam divinam
Esse dixi. Heri igitur zizyphum diurnæ
Febris quartanæ laboranti in paroxysmo applicavi
Et factus est celeriter ut Croton sanus.

Malè editur δίζιφον, omnino scribendum, ζίζυφον. Quartana laboranti prodest, quod humidum & calidum mediocriter. Ἠπίαλον in hoc versu non significat febrem sic vulgo dictam, quotidianæ continuæ speciem quandam, de qua Galenus lib. 6. comment. 1. epidem; sed pro initio, aut rigore febris ponitur; paroxismum vocant Medici. Hesychius ἠπίαλος πρὸ τοῦ πυρετοῦ ῥῖγος. Idem Gal. li. 2. de different. febr. cap. 6. quo loco de epiala febre agit. Sunt qui zizyphon a Galeno σηρικὸν libr. 2. de aliment. facult. cap. 32. vocari asserunt. περὶ τῶν καλουμένων σηρικῶν, οὐδὲ τούτοις ἔχω τι μαρτυρῆσαι, πρὸς ὑγείας φυλακὴν, ἢ νόσων ἴασιν, ἔδεσμα γάρ ἐστι γυναικῶν τε καὶ παιδίων ἀθυρόντων (Ald. ἀθυρεόντων) ὀλιγότροφόν τε καὶ δύσπεπτον ὑπάρχον, ἅμα τῷ μηδ' εὐστόμαχον εἶναι. τροφὴν δηλονότι καὶ αὐτὰ δίδωσιν ὀλίγην τῷ σώματι. *De fructu quem sericum appellant, ne hoc quidem ausim affirmare, quicquam ad sanitatis tutelam, aut morborum profligationem pertinere. Mulierum enim atque infantium effrenatorum* (ad verbum, *qui in plateis ludendo tempus terunt, impuberum*) *est edulium; exigui est alimenti & concoctu difficilis, præterquam quod stomachum non juvet, corporique paucum præstat alimentum.* Nemo facilè negabat hac facultate zizypha prædita, sed serica esse ex his concludi non potest. Majus argumentum, quod in lexico veteri Iatrico legatur, ζίζυφα τὰ σηρικά. Ex quo Galeni codicem corruptum esse non difficile judicatur. *Syricum* legendum, ex Columella probatur, apud quem lib. 5. cap. 10. in omnibus, etiam antiquissimis legitur codicibus. *Præterea malorum genera exquirenda maximè, scandiana, matiana, orbiculata, sextiana, pelusiana, amerina, Syrica, melimela, cydonia: quorum genera tria sunt, &c.* Sed mali genus Syricum, cujus etiam meminit Plinius, li. 15. c. 14. vide cap. de malis. Illud etiam ad rem facit, quod syricū à rutilo dicatur colore: sic accipiendū apud Propertium,

Syrica jam taceo Volsi carpenta nepotis.

Id est, Syrico pigmento miniata. Plinius li. 35. cap. 6. *Inter* (colores) *factitios est Syricum* (ita in antiquo codice legitur; male edunt, *scyricum*) *quo minium sublini diximus Fit autem sinopide & sandice mistis. Sinopis rubricæ genus præstantissimum, quod circa sinopen urbem effoditur, unde & nomen habet.* Species hujus, ut loco citato tradit Plinius, tres, rubens, minus rubens, & media. Sandyx coloris etiam rubri genus, quod fieri solet ex cerussa vehementius adusta, ut docet lib. 9. simpl. Galenus, καιόμενον δὲ ψιμμύθιον, εἰς τὴν καλουμένην σάνδυκα μεταβαλὸν λεπτομερέστερόν γε αὐτοῦ φάρμακον. Plinius parvo discrimine ex sandaracha rubrica adausta fieri docet loco citato, ubi ait. *Hæc si torreatur æqua parte, rubrica admista sandycē facit.* Quanquam animadverto Virgilium existimasse herbam id esse, illo versu.

Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

Virgilium sandicem pro herba posuisse, non persuadebit Plinius, qui mentem Poëtæ non intellexit. Vult Maro, eam fore rerum omnium felicitatem, si sponte sua colores in ovium velleribus nascerentur, & inter pascendum lanæ colorarentur: neque id pastu sandycis fieri optat: sed vult, fore ut sponte lanæ sandycis colorem contrahant, non detonsæ, sed in ipsis agnorum tergoribus, dum pascuntur. Hanc Virgilii mentem, versus qui præcedunt, satis ostendunt.

Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti
Murice, jam croceo mutabit vellera luto.
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

Hæc per transennam, ut dici solet. Syricum, color ergo rutilus rubensque, quod vel ex Ægineta constat. Σάνδυξ, inquit, ἢ σύρικον (malè σίρικον editus codex habet) λεπτομερέστερα μέν ἐστι τῆς ξηραντικῆς δυνάμεως, οὐ μὴ θερμῆς. Fallitur Ægineta. Similes quidem colores, sed res dissimiles. Malè Dioscoridis interpretes putant Syricum, vel, ut apud Galenum legitur, sericum idem esse, quod candidum à colore & candore serici. Hactenus probavimus sericum sive Syricum, zizyphum esse; nunc addenda argumenta quibus Syzipha vel seripha probatur diversa à zizyphis. Plinius lib. 15. cap. 14. *Æquè peregrina sunt zizipha* (antiquissimus codex *zinzipha*) *& tuberes, quæ & ipsa non pridem venere in Italiā, hæc ex Africa, illa ex Syria. Sext. Papinius, quem consulem vidimus, primus utraque attulit, divi Augusti novissimis temporibus, in castrorum aggeribus sata, baccis similiora quam malis, sed aggeribus præcipuè decora; quoniam & in tecta jam sylvæ scandunt. Tuberum duo genera, candidum & à colore sericum dictum.* Apertè satis sericum, pro quo Syricum scribo, propter rationes jam allatas, ait tuberum genus. Botanici Plinii codicem hoc loco depravatum suspicantur, tum quod Columella, nusquam tuberum faciat mentionem, tum quod zizyphorum duo esse genera referat, uti inter Græcos recentiores facit Simon Zethi, inter Arabes Avicenna. Columellam, Simonem Sethi, Avicennam duo zizyphorum tradere genera, extra controversiam statuo: sed Columellam nullam tuberum facere mentionem, nego. Capite secundo libr. 11. hæc leguntur. *Possunt etiam his diebus* (circa Calendas Ianuarii) *cerasi, & tuberes, & armeniacæ, atque amygdalæ, cæteræque arbores, quæ primæ florent, inseri commodè.* Atqui, dicet quis, supra libr. 1. cap. 11. dictum est, tubera foliis, caule, caudice, fructu carere, ac esse quid quod sub terra latitat. tubera in neutro genere non ferunt ramos, caudicem, folia, nec, fructus, sed tuberes in fœminino genere. Plinius libr. 16. cap. 25. *Ab ea proximè florent armeniacæ; deinde tuberes ac præcoces, illæ peregrinæ, hæ coactæ, id est industria, & cultura effectæ, &c.*

Martial. lib. 13.

Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis,
Et vernæ tuberes, quid tibi cum Lybicis?


Idem, ibidem.

Non tibi de Lybicis tuberes & apyrina ramis
De Nomentanis sed damus arboribus.

De tuberibus his alibi. Tuberum igitur mentionem facit Columella. Ergo argumentum nulliusponderis, quo Plinii codicē corruptum esse probatur. Tuberum duo genera cum tradidit, verisimile admodum & zizyphorū & tuberum historiam ab eo confundi. Tuberibus attribuit, quod de zizyphis peritiores tradunt, quod vel ex his cognosci potest. *Baccis*, ait, *similiora quam malis.* Hoc nisi de zizyphis audias, planè fabulosa scribit Plinius. Duo zizyphorum genera docet Columella lib. 9. cap. 5. ubi ait: *Arbores verò sunt probatissimæ, rutila atque alba zizyphus, nec minus amarantus* (nulla arbor hoc nomen habet. in antiquis Codicibus, legitur *nec minus amaricus*, pro quo fortè scribendum *tamarix*, vel, ut vulgo vocant, *tamariscus*. vel, ut Græci, μυρίκη *myrica*) *tum etiam amygdalæ, & persici, atque pyri, denique pomiferarū pleræque ne singulis immorer.* Albam Plinius Cappadociam vocare videtur l. 21. c. 9. ubi de honore coronarū agit: *Florem esse dixerim genistas* (*namque & iis decerpitur luteus,*) *item rhododendrum, item zizypha, quæ & Cappadocia vocantur: his odoratus similis olearum floribus, &c.* Cum gravitate quædam spirat arbor, quam zizyphum vocant albam. Idem zizyphon Græci recentiores, χρυσελαίαν vocant, quod flore sit luteo fructu olivæ non dissimili. Qua de causa recentioribus olea Bohemica dicitur, quod fructum ferat oleæ, & in Bohemia frequens reperiatur. Hanc arborem non esse olæaginum, infra probabo. Zizyphum albam esse, probatur ex Bellonio. Hic libr. 2. observat. cap. 111. *Relicto porro Carbasara, non multum itineris confeceramus, quin agros sepibus inclusos conspiceremus, arbore zizypho albæ Columellæ appellata constantes, cujus fructus rutilis zizyphis similis, excepto colore, & venalis per urbes proponitur. Græci vulgari lingua zιziphia appellant, voce à zizypha deducta.* Rhawolfius tradit, circa Halepum & in Libano monte sponte crescere, & ab incolis zeizifum vocari. Ad rutilæ zizyphi altitudinem non raro alba zizyphus assurgit; ut plurimum tamen fruticosa permanere amat. Facile enim, ubi arboris naturam assumpsit, perit; ramosa esse cupit, & in latitudinem sese pandere. Caudice est satis crasso, cortice levi & candicante; sed veterum ramulorum puniceo colore nitet, à quibus & tenues veluti vulgari zizypho virgulæ exoriuntur albidæ ac molles, spinis carentes, cum rami cæteri aliquando, sed tamen rarius spinosi cernantur. Tenuibus virgulis folia alternatim & sine ordine adnascuntur, oblonga, mollia & similiter albicantia, & aversa parte etiam candidiora, salignis similia, nisi albidiora essent. Ad foliorum exortū, oblongi nascuntur bini ternive flosculi concavi, staminibus aliquot exiguis mediis, sublutei, vel ex argenteo pallescentes, odorem jucundum, non tamen sine gravitate quadam longe lateque spargentes; qui caput aliquando, si minus diu naribus flos admoveatur, ferit; è longinquo vero perquam suaviter spirat. Floribus succedunt baccæ oblongiusculæ, exiguis

olivis, aut ziziphis rutilis similes, albæ, fungosa sed dulci albaque carne præditæ, osseo intus nucleo caniculato. In hortis Belgii ac Germaniæ colitur; frigus utcunque fert: sponte sua multis Hispaniæ & Italiæ locis nascitur, ibique floret æstatis initio; fructus autumno maturescit: frigidis regionibus raro floret, rariusque fert fructum. In horto medico Lugdunensi memini cum flore videre, in horto nostro nunquam floruit. Alteram zizyphum, sive rutilam lotum Polybii alii asserunt; negant alii; idque quod folia non habeat rhamno latiora, nec baccas ferat rotundas puniceasve, sed oblongas, aureasve potius quam rubentes. Accedit, quod zizypha esu ficubus, dactylisve haud persimilia sint, nec eosdem fructus odoris suavitate præcellant. Mirum in modum decipiuntur cum rhamno latiora negant. Non opus omni rhamno latiora sint; sufficit quædam genera rhamni angustiora habere folia. Cedunt latitudine zizyphis rutilis rhamnus primus, secundus Germanicus. Videat lector imagines rhamnorũ, quas exhibent Botanici Mathiolus, Clusius, Dodonæus, Pena, Lobelius, Tabernemontanus & alii. Latiora esse nemo negabit: nec multo sint latiora opus est, sufficit latitudine rhamnos vincant. Nusquam tradidit Polybius lotum baccas ferre rotundas: magnitudine olivarum rotundarum esse scribit. τῷ μεγέθει ταῖς στρογγύλαις ἐλαίαις παραπλήσιος. Aliud est dicere magnitudine μεγέθει, aliud forma, ἰδέᾳ, ὅμοιος ἐλαίαις στρογγύλαις, *similis olivæ rotundæ.* De phœniceo colore supra satis dixi, non repetam dicta. Color est qui spadix dicitur, in equis commendatus; nomen accepit à palmaceo surculo. Vide Gellium lib. 2. cap. 26. Nulla opus est probatione, Zyziphi rutili fructum phœniceo esse colore; qui contrarium defendunt sententiam, hæc de eo tradunt: *E floribus baccæ exoriuntur olivarum instar primum virides, deinde subalbicantes, post hæc aureo colore, & cum ad ultimam ætatem pervenerint rufescentes, in quibus nucleus osseus concluditur, olivæ similis.* Quid opus ulteriore probatione? Confitentem habemus reum. Libanius, οἱ μὲν γὰρ φοίνικες παντοδαποὶ τῷ χρώματι, καὶ τὸ πρῶτον μὲν τῷ τίκτοντι εἰσὶν ἐμφερεῖς, ἔπειτα δὲ προϊόντες ἐρυθραίνονται), ἃ παρ' αὐτῶν φοινισσόμενοι. *Paliuræ primũ enascentis color spadiceus vel phœniceus, deinde rubescit, postea puniceus fit.* Ziziphi fructus ex phœniceo rubescit. Ad ultimum argumentum respondeo; non dixisse Polybium loti fructum simpliciter esu ficubus dactylisve persimilem esse, easque odoris suavitate percellere; sed detracto nucleo, ac cum alica tuso, gustu caricis ac palmulis non esse dissimili, odore suaviore. Odorem suavem acquirit, quod superflua humiditas, quæ ante obtundebat, vel impediebat odorem, sublata sit. Plurima enim reperiuntur, quæ recentia inodora sunt, exsiccata odoratissima evadunt. Non est vulgaris sive lotophagica lotus, zizyphus rutila, quod folia ilici non satis sint similia, pyroq; magnitudine multũ ipsa cedat, nec materiem habeat nigram, sed subluteam, albicantem. Plinius lib. 12. cap. 24. cyprum in Ægypto arborem inquit esse, foliis zizyphi. Quærit Doctissimus vir de quo hoc zizyphi genere intelligi debeat. *Neutiquam*, inquit, *de zizypho vulgari, hoc est, rutila sumi potest; quæ folia habet incisuris striata ut ilex.* Utique de vulgari accipi debet. Nam albæ zizyphi folia, cum cypro exiguam habent similitudinem. Cypri enim folia nec salignis similia sunt, nec incana, sed viridia, ad instar vulgaris zizyphi, à quibus tantum differunt, quod incisuris careant. Rutila zizyphus arbor quæ ad pyri altitudinem raro aut nunquam assurgit, contorto caudice, cortice scabro, vitis viniferæ ferè simili, materie oxyacanthæ proxima: Rami sunt duri, læves ex nigro rufescentes, & ad singula internodia binis aculeis fortibus ac firmis ejusdem armati, altero recto, altero hami modo incurvo, ut in rhamno tertio. Ab istis ramorum internodiis bini terni pluresque dodrantales aut longiores ramuli emittuntur, juncorum instar lenti, flexiles, obsequosi, tenuesque instar virgularum sparti, coloris pallescentis; in quibus alternatim & impari ordine folia nascuntur, oblonga, haud magna, duriuscula ut in vincapervinca, dilutiore tamen viriditate prædita, levissime per ambitum serrata, tribus nervis distincta, rhamno tertio non dissimilia, sed majora. Flores ex foliorum ortu prodeunt, exigui, pallidi, muscosi, quinque foliolis constantes, quales in rhamno tertio nascuntur. Quibus succedunt baccæ ovali figura, olivæ magnitudine, primum virides, deinde subalbicantes, postea aureo colore, & cum ad perfectam maturitatem pervenerint rufescentes sive phœniceæ; in quibus osseus nucleus, olivæ nucleo similis, Pulpa ante maturitatem viret, sapore austeriusculo, post maturitatem dulcis, & gustui non ingrata flavescit. In calidis provenit regionibus, in Italia & Narbonnensi Gallia. Leguntur zizypha ad finem mensis Septembris, una cum junceis ramusculis, & in manipulos colligata, laquearibus suspenduntur, prius diebus aliquot insolata: postremo decerpuntur, & in capsulis asservantur ad medicos usus. Sunt etiam qui decerpta, & cratibus tegetibusque instrata, tam diu insolant, quousque ibidem rugosa fiant. Rutilæ zizyphi genera tria observarunt recentiores; zizyphum fructu rotundo majore, zizyphum fructu rotundo minore, cujus meminit Cordues; & zizyphum sylvestrem, de qua adversariorum auctores hæc tradunt. *Quam vero lib. 4. & capite Theophrastus meminit paliurum, si quis expendat, comperiet esse alteram jujubam sylvestrem; nam fructus rotundus est, ruber, quantus cedro, cui nucleus inest esui non ineptus: vino immersus fructus, an concilies suavitatem, non tam scio, quam credo.* Hactenus adversaria. Quæ jujuba aut zizyphus sylvestris sit à vulgari diversa me ignorare fateor. Pro cannaro sive paliuro Agathoclis Doctiss. viri habent arbusculam quam Ægyptii *nabca* nominant. Cujus duas species recenset Serapio. *Sedar*, inquit, *duæ sunt species; una est affri, & alia est adhal, sed affri non habet spinas acutas: & folia ambarum specierum sunt lata, & rotunda, & nabuch & addel sunt parvi; & melioris ex eis sunt illi, qui sunt ex ea regione, & offeruntur regibus, & sunt dulciores omnibus aliis: & melioris odoris, & aromatizant os comedentis & indumenta, sicut alia aromata. Horum fructuum facultas est frigida & sicca in primo gradu; perfectè maturi aliqualem habent humiditatem; sunt omnes adstringentes ante maturationem, quorum usus frequens est ad stomachi alvique relaxationem firmandam, &c.* Spinosam his ferè verbis describit Alpinus: *Arbor in Ægypto, quam illi nabca dicunt, loti magnitudine spectatur, instar acaciæ spinosa, folia ferens jujubæ proxima, verum tamen latiora; & flores jujubæ floribus planè similes, albos ac parvos; à quibus erumpunt pomula rotunda, odorata, dulcia, gustui valde suavia, cerasorum majorum marosticensium appellatorum æmula; quæ apud primates Ægyptios ac Turcas sunt in magno pretio. Arbor bis vere & autumno floret, fructusque maturat, fœcundissimaque existit; verumtamen vere fructus non perfectè maturant, nec ut in autumno perficiuntur; plerique enim ipsorum prius putrescunt quam maturescant, autumno perfectissima ac optima evadunt.*

Iujube, Zyziphus rutila.




Sine

Sine dubio puto hanc arborem esse cannorum (connarum) sive paliurum eandem, quam Athenæus prodit, etsi fructus ejus non videatur omnino similis nabcæ fructui, ac ossi, quando iis similes pomis sunt, ossaque rotunda, & non oblonga, qualia in olivis cernuntur existant; nusquam tamen in Ægypto ex siccatis illis fructibus, farinam fieri apud eos animadverti. Sed præcipuus usus ipsorum est recentium ac viridium pro cibo, eis siquidem omnibus, atque nostris, cerasa mandere, consuetudo est. Hactenus Alpinus. Non tradit Agathocles fructum similem olivæ esse, sed magnitudine olivæ phauliæ, eique carne & officulo similem; huic quippe olivæ os rotundius quam cæteris. Idem etiã recentem edi tradit. Quod exsiccatus non amplius in farinam redigatur, inde concludi non potest, non esse eundem fructum, siquidem, ut alibi dixi.

Multa renascentur, quæ jam cecidêre, cadentque
Quæ nunc usus habet medicamina, si volet, ille
Et ratio quibus est & vis & norma medendi.

Oenopolia nõn spinosa. | Nabcæ spinosæ ramulus ad vivũ expressus.



Iconem ex Alpino exprimi curavi, quam Clusius arborem negat recte exprimere. Idem Clusius nabecam sive œnopoliã non spinosam quam Venetiis misit Honorius Bellus Cydoniæ Cretæ medicinam faciens, una cum rami suis floribus onusti icone, ipsius manu delineata, describit diligentissimus Carolus Clusius lib. 1. rarior. hist. cap. 19. ubi ait. *Arbor autem est, ipso referente, pyri mediocris altitudine, cujus caudicem & ramos, tegit cortex exalbidus, ad cineraceum tendens: ejus folia paliuri Theophrasti sive zizyphæ rutilæ foliorum sunt æmula, binas uncias longa, unam lata, tribus nervis à petiolo secundum longitudinem excurrentibus prædita, superna parte satura viriditate nitentia, infernè ad cineraceum aliquantum tendentia, quæ ramos alternis inordinata ambiunt. Ad quorum exortum multi nascuntur flosculi albi, flosculorum oleæ instar peculiaribus longis petiolis singuli nitentes: fructus succedit parvo malo valdè similis, magnitudine, ut plurimum, cerasi, interdum tamen, nucem juglandem etiam æquante, suavis gustus, officulum in se continens olivæ instar. Bifera autem est: nam & novo vere & autumno singulis annis fructum profert: vernalis tamen plerumque ad frugem non pervenit, ob imbrium copiam, sed à vermibus corrumpitur. Duo ejus genera; spinosum unum, alterum spinis carens, spinosum ab Alpino describitur, qui connarum Athenæi (& recte) esse censet, licet icon ipsius arborem non recte exprimat. Spinis carens in Ægypto, Syriave provenit; Nascitur & in Creta in urbe Rhetimo, è Syria allatum, quod non noverat Alpinus, quemadmodum neque ego spinosum: Quare diu fui in ea sententia, ut non connarus Athenæi esset hæc arbor, sed potius Polybii lotus Lybica, ab ipso Athenæo eodem libro paulo post descripta: præsertim cum viderem arborem spinis carere, hanc meam sententiam Alpino significavi, à quo œnopoliæ ramum spinosum accepi, qui, demptis spinis, idem erat cum napeca à me descripta.* Bellonius lib. observat. 2. cap. 79. napecam inter arbores perpetua fronde virentes numerat; quod de in Ægypto & Syria nascente verum esse, at in Cretam translatã omnino falsum, docet experientia. A Petro Mullerio spinosam accepi nabecam, quæ hyemem utcunque fert, nonnihil tamen muniri debet. Hæc ad finem autumni, mense Novembri, vel Decembri demum folia amittit, novaque hyeme soluta, Aprili mense, promit. Accepimus & ramulum fructu onustum ex Ægypto, cujus iconem depingi curavimus. Hunc piæ optimæque memoriæ Paludanus, dum viveret, rerum naturalium indagator acerrimus, œnopoliam non spinosam dicebat, quod Doctiss. Augerius Clutius Medicus & Botanicus, dum viveret, non incelebris confirmavit. Huic cortex ex nigro rufescens; folia ad unam ῥάχιν dena duodena & plura, alternatim & pari ordine exeunt, nisi quod in quibusdam pediculis ultimum impar sit, cum in plurimus paria sint. Folia particularia zizyphæ rutilæ latiora, majora, viridiora, tribus tamen nervis carentia, neutiquam incisa aut cremata. Lentisci forent, nisi majora, latiora, & paulum dilutiora essent: in acutum desinunt, non obtusa, ut icon Clusii ostendit. Fructus cerasi magnitudine crasso pediculo adhærens, exiguo malo non dissimilis, ruber; ceraso tamen dilutior.

Καὶ τὸν οἶνον. Hæc Plinius de lotophagica loto. *Vinum quoque exprimitur illi, simile mulso, quod ultra denos dies negat durare idem Nepos.* Doctiores *binos* ex Theophrasto restituunt. Placet aliis, Nepotem hæc non ex Theophrasti, sed ex Polybii verbis desumpsisse, quę apud Athenæum reperiuntur. γίνεται δὲ οἶνος ἐξ αὐτοῦ βρεχομένου καὶ τριβομένου δι' ὕδατος κατὰ τὴν γεῦσιν ἡδὺς, καὶ ἀπολαυστικὸς οἰνομέλιτι χρηστῷ παραπλήσιος, ὃ δύναται δὲ πλέον δέκα μένειν ἡμερῶν. Perinde ex quo ea habeat Nepos, dummodo constet, Pliniũ duas confundere lotos. Probabile tamen, quod Nepos ex Polybio ea desumpserit. Addit enim, *Baccasque contusas cum alica ad cibos doliis condi.* Quæ planè efficta videntur ex Polybianis istis. ἐποιεῖν δὲ πεπαυθῇ συνάγουσι καὶ τὸν τοῖς μὲν οἰκέταις μετὰ χόνδρου κόψαντες, σάττουσιν εἰς ἀγγεῖα. Quæ compendiosè quidem, sed haud satis fideliter reddita à Nepote tradunt doctiores.

Τῷ δὲ ξύλῳ εἰς τε τοὺς αὐλοὺς, &c. Malè in Aldino codice αὐτοὺς expressum est. & hoc Plinius de loto lotophagica. *Ligno*, inquit, *colos niger ad tibiarum cantus expetitur. & radice cultellis capulos brevesque alios usus excogitant.* In antiquo codice, parvo discrimine, *excogitavit.* Tam frequenti usu ad tibias fuit lotus, ut quandoque pro tibia lotos legatur.

Euripid. in Phœniss.

Οὐκ ἐπὶ καλλιχόροις στεφάνοισι νεάνιδος ὥρας
Βόστρυχον ἀμπετάσας λωτοῦ κατὰ πνεύματα μέλπει
Μοῦσαν ἐν αἷ χάριτες χοροποιοί.

Non tibi veris honos vincturi tempora flores,
Tibia non placuit lætis inflanda choræis,
Dulcia Pieridum nec carmina.

Tibiæ hæ ab Alexandrinis φώτιγγες dictæ sunt. Athenæus lib. 4. οἱ δὲ καλούμενοι λώτινοι αὐλοὶ, οὗτοί εἰσιν ὑπὸ Ἀλεξανδρέων καλούμενοι φώτιγγες. Hesychius, φώτιγξ, αὐγὴ, σύριγξ (malè σύριξ edunt) φλόγιος (fortè φλογικὴ) αὐλός. *splendor, fistula, flamma, tibia.*

Καὶ φοίνικας μεγάλους, &c. Quæ de palmæ solo refert, ea verissima esse amplissimus vir Petrus Gravius, qui eas terras peragravit, mihi retulit. Superficies soli palmarum arenosa quidem, sed vix duorum aut ad summum trium pedum altitudinem si foderis, saxa salsuginosa, petrasque è sale constantes reperies.

Ἐνιαχοῦ δὲ τὰ φρέατα, &c. Verte. *alibi putei centum ulnarum profunditatis effodiuntur.* Adeo ut suis jumentis incolæ aquam haurire nequeant, nisi trochlearum adjumento, quamobrem mirum quo tandem pacto putei fossi

sint

ſunt tam profundi. τροχιλία vel τροχηλιά machina tractoria verſatiliſque, qua hominum vel animalium opera verſantur atque aguntur.

Φύεται δὲ ἐν τῇ μὴ ὑομένῃ τὸ θύμον πολύ. Peſſimè in Aldino codice θύμινον legitur. Naſcitur θύμον thymum locis in quibus aut pluvia non cadit, aut ſaltem raro pluit, quod imbribus flos lædatur, ac amittatur, ut Plinius lib. 21. cap. 10. ait vide lib. 16. cap. 2. hiſtor. ubi Thymi hiſtoriam recenſet.

Ἀλλὰ πιεῖν μὲν ἄδηλον. Plinius majorem ferarum partem in Africa non bibere tradit lib. 8. cap. 73. *In Africa major pars ferarum æſtate non bibunt, inopia imbrium: quam ob cauſam capti mures Libyci, ſi biberint, moriuntur.* Mirabitur quis, quî fiat, quod in Africa feræ æſtate non bibant, cum Galenus & Alexander ſitim ex his duabus cauſis fieri aſſerant, ἢ ἐκ πολλῆς θερμότητος, ἢ ἐκ πολλῆς ξηρότητος ἐκβοσκησάσης τὰ ὑγρὰ καθάπερ ἐπὶ τῶν νηστευόντων; *Ex multa caliditate & ſiccitate humidum depaſcente, velut in iis qui jejunarunt.* Dicendum, feras non bibere in Africa, (ſi modo vera narrantur) ob conſuetudinem. Aquæ enim per æſtatem in Africa nullæ, ideoque id in conſuetudinem iviſſe.

Παρὰ τρίτην ἢ τετάρτην, &c. Plinius lib. 8. cap. 28. *Cameli quatriduo ſitim tolerant, implenturque cum bibendi occaſio eſt, & in præteritum & in futurum obturbata proculcatione prius aqua; aliter potu non gaudent.*

Τὰ δὲ τῶν ζώων οἷον ὄφιων, &c. Plinius libr. 8. cap. 72. *Serpentes cum occaſio eſt, vinum præcipuè appetunt, cum alioquin exiguo indigeant potu. Eadem minimo & penè nullo cibo, cum adſervantur incluſæ. Sicuti araneæ quoque, alioqui ſuctu viventes. Ideo nullum interit fame aut ſiti venenatum.*

Ὅτι τὸν ὄνον. lego cum doctiſſ. Conſtantino, ὄνον ἰσθίει ταῦτα. ὃς καὶ παρ' ἡμῖν γίνεται πολύπουν τι καὶ μέλαν συσφαιρούμενον, ut Magnus corrigit Scaliger. Ὄνον cave aſinum, vulgarem vel Indicum hoc loco, ſignificare credas. Ὄνος inſectum exiguum multipes, coloris fuſci & ſubcinericii, cutis è callo compactili, quod contactu ſeſe complicans, rotundatur, ut pilula appareat, locis humidis, uliginoſiſq; generatur. Græcis etiam ὀνίσκος, κουβαρὶς, πολύπους, κύαμος. vel conjunctim ὄνος πολύπους ἢ κατοικίδιος dicitur. Scribonius Largus cap. 39. *Item beſtiolæ multorum pedum (quæ tactæ conduplicant ſe in orbem pilæ rotundiſſimæ ſimilem κατοικιδίους ὄνους aut πολύποδας Græci hoc genus animalium vocant) oleo domeſtico complures infervefactæ vaſe ferreo, benefaciunt. Latinis multipeda, cutio, porcellio.* Cælius Aurelian. tardor. paſſion. lib. 1. cap. 4. *Vel porcelliones ſupra memorati quos ὀνίσκους oniſcos appellant.* Idem eodem capite; *cancri & porcelliones, hoc eſt, animalia quæ humectis & aquoſis locis ſæpè naſcuntur, à Græcis appellata ὀνίσκοι oniſci.* Dixi legendum συσφαιρούμενον, quod vel ex Scribonii loco citato conſtat, cum inquit, *conduplicant in orbem pilæ rotundiſſimæ ſimilem.* Idem ex Galeno lib. 3. κατὰ τόπους cap. 1. ὀνίσκον τῶν κατοικιδίων (Scribo ὀνίσκων τῶν κατοικιδίων) ζῶον δέ ἐστι πολύπουν ἐν τοῖς ὑδρηροῖς ἀγγείοις, καὶ ἐν ταῖς κοπρίαις γεννώμενον, κατὰ δὲ τὰς τῶν δακτύλων ἐπιψαύσεις σφαιρούμενον id eſt, *porcellionis domeſtici. Eſt autem animal multipes, in aquariis vaſis & ſterquiliniis enaſcens, quod ad digitorum contactum in orbem vel pilæ modum ſe contrahit.* Malè vertunt *aſellorum domeſticorum.* Aſellus ſtellæ duæ in ſigno cancri, vel piſcis, vel aſinus parvus, qui in orbem non contrahuntur. Idem Galenus lib. 11. ſimpl. cap. de dracone marino, ubi animalculum, vel potius inſectum de quo agimus, κύαμον vocari tradit. τοῖς καλουμένοις ὀνίσκοις. ἔστι δὲ ζῶα κατὰ τὴν εἰς ἑαυτὸν σύνοδον, ἅπερ ὀνομάζουσί τινες τῶν παρ' ἡμῖν κυάμους· ἐπειδὴ παραπλήσιοι τοῖς ἐδωδίμοις κυάμοις εἰσὶν, ὅταν ἑαυτοὺς σφαιρώσωσι, φαιοὶ κατὰ τὴν χρόαν ὄντες· ἐπὶ δὲ τῆς ἀγροικίας ἐστὶν ἰδεῖν πλείστους τούτους γενναμένους ὑπὸ ταῖς ὑδρίαις, αἷς ἀπὸ τῶν κρηνῶν κομίζουσιν τὸ ὕδωρ οἱ ἄγροικοι, κατατίθενται δ' αὐτὰς πλησίον τῆς ἑστίας. *Et iis quos vocant porcelliones. ea animalia in globum ſeſe contrahunt, vocantque ea apud nos cyamos ſive fabas, quandoquidem eſculentis fabis ſunt perſimilia, ubi ſeſe videlicet in globum convolverint, colore fuſco. Porro in agro complures videre eſt natos ſub ſitulis, quibus à fontibus ruſtici aquam comportant; deponuntque eas juxta focum.* Plura de hoc animali cap. 7. hujus libri. Ex locis jam allatis non ſolum conſtat, malè Gazam ὄνον vermem credere, ſed etiam legendum ἀντὶ συστρεφόμενον, συσφαιρούμενον *conglobans ſeſe*; inſuper animal ſive inſectum eſſe ὄνον quale delineavimus.

Ὅθεν δὲ καὶ τὸν Διόνυσον, &c. Hujus fabellæ meminit Strabo lib. 15. ſed non ortum Dionyſium ſive Bacchum in monte Mero narrat, verum prope Merum urbem Myſſam condidiſſe. ἐκ δὲ τῶν τοιούτων Νυσαίους δή τινας ἔθνος προσωνόμασαν, καὶ πόλιν παρ' αὐτοῖς Νῦσαν Διονύσου κτίσμα, καὶ ὄρος τὸ ὑπὲρ τῆς πόλεως Μηρὸν, αἰτιασάμενοι καὶ τὸν αὐτόθι κισσὸν, καὶ ἄμπελον, οὐδὲ ταύτην τελεσίκαρπον· ἀπορρεῖ γὰρ ὁ βότρυς πρὶν περκάσαι διὰ τοὺς ὄμβρους τοὺς ἄρδην. *Ex his autem Nyſſæos quoſdam nominarunt, & Nyſſam urbem à Baccho conditam, & montem urbi imminentem nomine Merum, id eſt femur, denominaverunt: argumento hederæ ibi naſcentis & vitis, quanquam fructum hæc ad maturitatē ibi non perducit: nam racemus priuſquam matureſcat* (colorem mutet) *defluit propter imbrium abundantiam.* Miror Theophraſtum non tradidiſſe, in monte hoc hæderam fructus maturos non reddere. In ſolo hoc monte apud Indos hederam naſci, auctor Arrianus libr. 5. de expedit. Alexand. Νῦσαν τε οὖν ἐκάλεσε τὴν πόλιν ὁ Διόνυσος ἀπὸ τῆς τροφοῦ τῆς Νύσης, καὶ τὴν χώραν Νυσαίαν. τὸ δ' ὄρος ὅ, τι περ πλησίον ἐστὶ τῆς πόλεως, καὶ τοῦτο Μηρὸν ἐπωνόμασε Διόνυσος, ὅτι δὴ κατὰ τὸν μῦθον, ἐν μηρῷ τῷ τοῦ Διὸς ηὐξήθη. καὶ ἐκ τούτου ἐλευθέραν τε οἰκοῦμεν τὴν Νῦσαν. καὶ αὐτοὶ αὐτόνομοι. καὶ ἐν κόσμῳ πολιτεύοντες. τῆς δὲ ἐκ Διονύσου οἰκίσεως, καὶ τόδε σοι γενέσθω τεκμήριον. κιττὸς γὰρ οὐκ ἄλλῃ τῆς Ἰνδῶν γῆς φυόμενος, παρ' ἡμῖν φύεται. *Nyſam autem vocavit urbem* (Bacchus) *à nutrice Nyſſa, & provinciam Nyſſæam. Montem vero qui urbi imminet Meron* (hoc eſt femur) *vocari voluit, quod ſecundum fabulas, in femore Iovis ſuccreverit. Ex eo tempore liberam Nyſam incolimus, noſtriſque legibus utentes compoſitè vivimus. Quod vero à Libero patre ædificata ſit, hoc etiam tibi* (alloquitur Alexandrum Magnum Aucaphis Indiæ princeps) *documento eſſe poteſt, quod nuſquam alibi apud Indos hedera naſcatur.* Ex his conſtat, apud Indos in ſolo monte Mero hederam provenire, nec ortum Liberum patrem in hoc monte, ſed prope eum urbem extruxiſſe, eamque à nutrice Nyſſam vocaſſe; & huic urbi vicinum montem Merum, cui à Baccho nomen impoſitum, in memoriam, quod in femore Iovis ſuccreverit, ut narrant fabularum auctores. Plinius lib. 6. cap. 21. *Nec non & Nyſam urbem plerique Indiæ adſcribunt montemque Merum, Libero patri ſacrum. Vnde origo fabulæ, Iovis fæmine* (ita antiquus codex malè edunt *ſemine*) *editum* (*forte editi.*) Non eſt editus in femore Iovis, ſed incrementum in eo accepit, ut tradit Arrianus.

Διὸ καὶ ὁ Ἀλέξανδρος. Locus hic in Aldino & Baſilienſi in hunc legitur ſenſum. Διὸ καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἐξ Ἰνδίας ποτὲ ἀπιὼν ἐστεφανωμένος * εἶτα μὴ εἶναι καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιά· τῶν δὲ ἄλλων ἐν Μηδίᾳ μόνον, &c. Corrigit Scaliger Iulius. ἐστεφανωμένος λέγεται, καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιά εἶτα μὴ εἶναι. ſcilicet λέγεται, *poſt merum montem, neque in cæteris Aſiæ partibus, præterquam in Media.* Idcirco dicas τῶν δὲ ἄλλων ἐν Μηδίᾳ μόνον. Vide doctiſſ. annotationes. Conſtantinus lacera hæc in hunc oblinit modum. ἐστεφανωμένος κιττῷ καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιὰ ἐπορεύετο, τὸν Διόνυσον μιμούμενος. τῶν δὲ ἄλλων (intellige τῆς Ἀσίας χωρῶν) μὴ εἶναι ἐν Μηδίᾳ μόνον. περικλείειν γὰρ αὐτὴν ὄρη δοκεῖ. Vide doctiſſimas ejuſdem lucubrationes. Scribo, διὸ καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἐξ Ἰνδίας ποτὲ ἀπιὼν ἐστεφανωμένος κιττῷ ἤιει καὶ αὐτὸς καὶ ἡ στρατιὰ τὸν Διόνυσον ἀνανεούμενος. τῶν δὲ ἄλλων μὴ εἶναι, ἐν Μηδίᾳ μόνον. περικλείειν γὰρ αὐτὴν ὄρη δοκεῖ, καὶ συνάπτειν πως τῷ πόντῳ, id eſt, *qua de cauſa Alexander, cum aliquando ex India deſcenderet, in memoriam Bacchi hedera ipſe & exercitus coronatus ibat. In aliis autem Aſiæ locis non reperiri hederam, Media ſola excepta, quippe in monte Mero quaſi concluſam eſſe, regionemque ac ipſum montem ad Pontum aliquo modo pertinere. Harpalus vero magno, ardentique ſtudio conatus fuit, ſæpiuſque tentavit ſerere eam hortis Babyloniis, diligenterque coluit, ſed nihil unquam efficere potuit. Hæc enim nullo pacto vivere valebat, ſicut reliqua nonnulla, quæ è Græcia ſunt advecta, &c.* Vulgo vertunt. *Qua de cauſa Alexander cum aliquando ex India deſcenderet, coronatus & ipſe & exercitus ibat. Harpalus vero in media tantum locare eam contendit, ſerendo ſæpe hortis Babyloniis & curioſe colendo, ſed nihil efficere potuit. hæc enim nullo pacto vivere valebat, ſicut reliqua quæ è Græcia ſunt advecta.* Malè vertendi occaſionem Theodoro non tantum dedit codex corruptus, ſed etiam Plinius lib. 16. cap. 34. ubi ait, *Hedera jam dicitur in Aſia naſci, Negaverat Theophraſtus nec in India, niſi monte Mero. Quin & Harpalum omni modo laboraſſe, ut ſereret eam in Medis, fruſtra. Alexandrū vero ob raritatem, ita coronato exercitu, victorem ex India rediiſſe, exemplo liberi patris; cujus Dei & nunc adornat thyrſos, galeaſque etiam, & ſcuta, in Thraciæ populis, in ſolemnibus ſacris, &c.* Nec Theophraſti verba ſatis fideliter interpretatur, nec hiſtoriam, ut apud Græcos reperitur, recenſet. Nuſquam dixit Theophraſtus Harpalum tentaſſe in Media ſerere hederam, ſed in Babyloniis hortis. quod teſtatur Plutarchus libr. 3. ſympoſ. quæſt. 2. ubi hunc Theophraſti locum citat. ὁ δὲ μέγιστόν ἐστιν ὑπὸ Θεοφράστου δὲ ἱστορεῖται, Ἀλεξάνδρου κελεύσαντος Ἑλληνικὰ δένδρα τοῖς ἐν Βαβυλῶνι παραδείσοις ἐμβαλεῖν Ἅρπαλον, μάλιστα δὲ τῶν τόπων ἐμπύρων ὄντων, καὶ περιφλεγόντων, τὰ ἀλσώδη καὶ εὐπέταλα καὶ σκιερὰ

καταμίξας

μεμῖξαι τοῖς φυτοῖς, μόνον ἐκ ἐδέξατο τὸν κιττὸν ἡ χώρα, καίτοι πολλὰ τοῦ Ἁρπάλου πραγματευομένου καὶ προσφιλονεικοῦντος· ἀλλ' ἀπώλλυτο καὶ κατεξηραίνετο, τῷ πυρώδης μὲν αὐτὸς εἶναι, πρὸς πυρώδη δὲ μίγνυσθαι γῆν, οὐ λαμβάνειν κρᾶσιν, ἀλλ' ἐξίστασθαι. *Maximum argumentum est, quod Theophrastus narrat, jussum ab Alexandro Harpalum hortis qui erant in Babylone Græcas inserere plantas, solo iis in locis admodū fervido, alsiosas & foliis luxuriantes, umbramque amantes herbas reliquis permiscuisse; solam hederam non fuisse à solo receptam, quanquam magno conatu, magnaque contentione, plantare eam Harpalus eniteretur, sed exsiccatam periisse. Quippe calida ipsa cum tellure calida temperari non potuit, sed periit.* Non male fecisset Plutarchus, si rationem, quam adfert cur herdera illic nasci noluerit, sibi servasset. Frivola enim, quamque merito explodit magnus Scaliger. Vide quæ in libr. de causis. Ipsam nunc videamus historiam. Hanc fuse narrat Arrianus loco supra citato, Ἀλέξανδρον δὲ πόθος ἔλαβεν ἰδεῖν τὸν χῶρον ὅπου τινὰ ὑπομνήματα τοῦ Διονύσου οἱ Νυσαῖοι ἐκόμπαζον, ἐλθεῖν τε ἐς τὸ ὄρος τὸν Μηρὸν ξὺν τοῖς ἑταίροις ἱππεῦσι καὶ τῷ πεζικῷ ἀγήματι, καὶ ἰδεῖν κισσοῦ τε ἀνάπλεων καὶ δάφνης τὸ ὄρος, καὶ ἄλση παντοῖα, καὶ ἰδεῖν σύσκιον, καὶ θήρας ἐν αὐτῷ εἶναι θηρίων παντοδαπῶν. καὶ τοὺς Μακεδόνας ἡδέως τὸν κισσὸν ἰδόντας, οἷα δὴ διὰ μακροῦ ὀφθέντα (οὐ γὰρ εἶναι ἐν τῇ Ἰνδῶν χώρᾳ κισσόν, οὐδὲ ἵναπερ αὐτοῖς ἄμπελοι ἦσαν) στεφάνους σπουδῇ ἀπ' αὐτοῦ ποιεῖσθαι, καὶ στεφανώσασθαι, ὡς εἶχον ἐφυμνοῦντας, τὸν Διόνυσόν τε καὶ τὰς ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ ἀνακαλοῦντας. θῦσαί τε αὐτοῦ Ἀλέξανδρον τῷ Διονύσῳ, καὶ εὐωχηθῆναι ὁμοῦ τοῖς ἑταίροις. οἱ δὲ καὶ τάδε ἀνέγραψαν (εἰ δή τῳ πιστὰ καὶ ταῦτα) πολλοὺς τῶν ἀμφ' αὐτὸν οὐκ ἠμελημένων Μακεδόνων τῷ τε κισσῷ στεφανωσαμένους, καὶ ὑπὸ τῇ κατακλήσει τοῦ θεοῦ κατασχεθῆναί τε πρὸς τοῦ Διονύσου, καὶ ἀνευάσαι τὸν θεόν, καὶ βακχεῦσαι. *Post hæc Alexandrum cupido cepit visendæ illius urbis, in qua Nysæi monumenta quædam Liberi patris esse gloriabantur. adeundi etiam montis Meri cum equitatu equorum, & peditum agmine, ut montem hedera lauroque refertum, lucosque opacos omni ferarum genere abundantes videret. Macedonibus hederæ conspectum jucundum fuisse, quam nimirum à multo tempore non vidissent. (neque enim Indorum regio hederam fert, ne ibi quidem vites sunt.) coronasque ex ea fecisse, & capita redimitos Baccho hymnos cantasse, variis eum appellationibus invocantes: Alexandrum Baccho sacrificium fecisse, & cum amicis epulatum esse. Tradunt etiam nonnulli (si cui hæc credibilia videntur) multos non obscuri nominis Macedones hedera coronatos in eo epulo Dyonisii numine correptos, bacchantes discurrisse.* Non itaq; Alexander ex India rediens hedera coronatus fuit, sed dum ad huc in ipsa esset India in honorem Bacchi montem Merum coronatus adiit, vel in ipso monte coronam ex hedera imposuit.


Ὥσπερ τ' ἄλλα τὰ ἐκ τῆς, &c. Ita legit Theodorus; sensus tamen postulat, ut recte Constantinus monet, legendum, ὥσπερ τ' ἄλλα τινὰ ἐκ τῆς. Sequitur enim, *buxum & tiliam summa adhibita colendi diligentia recepisse.* Contrarium Plinius libr. 6. cap. 21. ubi in India & laurum & buxum & vitem nasci ait. Nullam igitur opus adhibere curam. Verba Plinii; *Item Aspagonas gentem, vitis & lauri & buxi pomorumque omnium in Græcia nascentium fertilem.*

Ἕτερα δὲ ἴδια φέρει, &c. Hoc loco plantas quasdam Indicas describemus, quarum icones, ex India Orientali doctiss. & reverendissimus Pastor ac Medicus Iustus Heurnius, misit fratri Otthoni Heurnio medicinæ Doctori, ejusdemque artis, Anatomiæ, & Chirurgiæ Professori in Academia Lugduno-Batava primario, à quo has describendas accepimus. Istis itaque magni Ioannis Heurnii filiis grates agere de his debent, qui studium botanicum colunt. Prima planta est *ficus sinensis*, de qua capite sequenti 12. *Laurus serrata promontorii bonæ spei.* Hæc à vulgari lauro tenuifolia, tantum foliis serratis differre videtur: nullas addidit notas. *Nux oleosa*,

Laurus Serrata odora, promontorii bonæ spei.



Nucleus cum cortice.



quæ provenit in regno Iacatra. Folia habet saturè viridia, densa, dura, nervosa, in oris æqualia vel undulata, oblonga, mucronata, sapore adstringenti, ex pediculis longis dependentia. Fructus cauliculis insidet, foris lanuginosus, cordis forma. Exterior cortex crassus est, ut in amygdalis; sapore & adstrictione carens; intus nux osseam duritiem habet. Hæc foris obducitur alba carne, quæ gummeo lentore obducta est, cum viret venis distincta: quæ gustu dulcis est, anacardum planè forma refert. Tingunt Iavanæ mulieres hoc fructu capillos. Nucleus valde oleosus est; quem tritū exprimunt, & oleum lampadibus instruendis colligunt. Rami arboris verrucis vel cotylidonibus sunt obsiti, fructus cum cortice Iuglandis nucis nondum excorticatæ magnitudinem æquat.


Langoas. Flos oblongus phœniceus, galericulatus, interiora tria foliola lutea, in extremitatibus saturè phœnicea. quorum unum phœniceo striatum est, alterum stamineum appendiculum habet. Foliis constat octo: tria exteriora obsoleti coloris sunt: semina rotunda, sed quodammodo angularia habet, quorum quatuor continentur capsis triangularibus echinosis, loculis distincta. caulis rotundus; quandoque una parte planus, intus solidus, in tres cubitus & ultra assurgit; caulium propagines è vaginulis oriuntur. Inveni in paludosis & prope ripam fluminis, folia quandoque cubitum longa, spithamum

Langoas.




mum lata habet, nervis evidentibus notata, marginibus æqualia; costa horum media crassa & succulenta est. Succus cum aceto potus potenter abortum movet, & menses ciet.

Folia Tulipæ promontorii bonæ spei.



Tulipa Capensis, sive *promontorii bonæ spei*; bulbum pugno majorem habet, ex squamis crassis confectum, qui nauseabundum odorem emittit. Ante folia flos è bulbo Aprili mense erumpit, qui phœnicei coloris visui gratus est; ferè quinis constans foliis oblongis, latiusculis, crassis, & in summo orbicularis. Floris cavitas staminibus ex rubro albicantibus repletur; quibus insident appendicula crocea: flos cauli spithamum longo, rotundo insistit, qui fundi albi maculis guttisque purpureis variegatus est. Nascitur locis montanis. Folia lata crassaq; habet. Flore defluente, semina in umbella habet, multis acinis purpureis, quæ grana duo vel tria singula continent, ex staminibus eminentibus.

Tulip promaontorii bonæ spei.




Verbena Indica lanuginosa.



Planta


Planta sine nomine. Hanc placet *verbenam lanuginosam Indicam* vocare, quæ his verbis ab Heurnio describitur. Folia habet oblonga, ambitu incisa, in extremo obtusè mucronata, lanuginosa, inodora, propè radicem crebriora; caulem rotundum, semicubitalem; cauli orbiculatim assurgunt flosculi parvuli, coloris obscure phœnicei, quinque foliorum, racematim ex caliculis subluteis protrusi, inodori; radix fibrosa. Floret Aprili, id est, autumni in illis regionibus initio.

Sedum arborescens promontorii bonæ spei.




Sedum arborescens promontorii bonæ spei. Sedum arborescens folia digitum ferè crassa, ex viridi albicantia habet, volæ manus fermè magnitudine.

Frutillaria crassa promontorii bonæ spei.




Fritillaria crassa (dentillariæ species videtur) promontorii bonæ spei vel Soldanica à loco, foliorum loco excrescentias habet digiti longitudine & crassitie succulenta, angulis rupium instar prærupis, circumquaque eminentibus, & in aculeum desinentibus. Folia hæc in summo ad livorem purpureum vergunt, inferius viridia; quibus flos adnascitur quinq; constans foliis tenacibus, in extremitatibus acuminatis; quæ corollam in medio positam cingunt, quaque illum attingunt lata sunt, & orbiculato margine in acumen vergunt. Corolla protuberat, intusque concavum habet, cui alter quasi flosculus insidet, constans quinque mucronatis foliolis in extremitatibus fuscis, cætera luteis, staminibus aliquot in centro phœniceis. Color floris exterius sordidus, purpureus est; intus fundus luteus maculis fuscis undique conspergitur, tam in foliis quam in corolla. Caulis quo flos foliis nectitur, striis purpureis distinguitur, vix semidigiti longitudinem habens, folia parva appendice radici tuberosæ, candidæ cohærent. Planta plane inodora est, nascitur locis montanis arenosis.

Iris uvaria promont. bonæ spei.




Iris uvaria: Florem habet coloris phœnicei, qui utriculis deorsim propendentibus, capitelli vel cunei formam habet. caulis bicubitalis, rotundus fusci coloris; folia longa, digitum lata, utroque latere acuta glandioli forma; flos fœtidi odoris est. nascitur locis paludosis.

Vtricaria.



Vtricaria: Cui folia, quæ bina habet, utribus inflatis similia sunt, & nervosa; radix bulbosa ex duobus bulbulis compacta (icon unum tantum exprimit) ex singulis uno prodeunte folliculo. Nascitur in promont. bonæ spei.

Acetosa bulbosa.




Acetosa bulbosa spithamæ altitudinem habet; folia dilutè viridis coloris duriuscula habet, & complicata, longa & augusta, quæ quinque vel sex vel vario numero, ex summo cauliculi exoriuntur, caule cæterùm foliis orbo; radix bulbosa, externè lutea.

Nummularia mucronata promont. bon. spei.



Nummularia mucronata, folia habet lanuginosa.

Trifolium bulbosum flore albo promont. bonæ spei.



Trifolium bulbosum: folia tria in unoquoque pediculo crassiuscula, saporis aciduli habet: bulbus ejus oblongus est, cortice nigricante; flos albus, quinis, senisve foliis constat. Et hæ sunt plantæ, quas à Clariss. Heurnio accepi.

Καὶ τὸ μῆλον τὸ Μηδικὸν, καὶ τὸ Περσικὸν καλούμενον. Hanc si sequamur lectionem, malus Medica & Persica diversa erunt, cum una eademque sit, si Dioscorides vera refert, lib. cap. 166. τὰ δὲ Μηδικὰ λεγόμενα ἢ Περσικὰ ἢ κεδρόμηλα Ῥωμαιστὶ δὲ κίτρεα, *Medica Persicaque, aut cedromela, quae Latinis citria dicuntur.* Corruptus est Theophrasti codex; quod vel ex Athenaeo constat; apud quem lib. 2. haec leguntur: ἐγὼ δὲ τὸ μὲν ὄνομα οὔ φημι κεῖσθαι τοῦ κιτρίου παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὅτι τὸ δὲ πρᾶγμα ὑπὸ Ἐρεσίου Θεοφράστου οὕτως λεγόμενον ἐν τοῖς περὶ φυτῶν ἱστορίαις, ἀναγκάζει με ἐπὶ τῶν κιτρίων ἀκούειν τὰ σημαινόμενα. φησὶ γὰρ ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ φυτῶν ἱστορίας οὕτως· ἡ δὲ Μηδία χώρα, καὶ ἡ Περσὶς ἄλλα ἔχει πλεῖω, καὶ τὸ μῆλον τὸ Περσικὸν, ἢ Μηδικὸν καλούμενον. *Ego vero pernego citrii nomen exstare apud veteres, ut ipsa res descripta prorsus ab Eresio Theophrasto in plantarum historiis, credere me cogit, citrium esse illud quod oratione sua ille significat. Scribit enim ad hunc modum philosophus libro quarto Historiae; regio vero Mediae atque Persidis, plantas alias plures habet familiares, & quam Medicam aut Persicam, malum nuncupant.* Scripsit ergo Theophrastus μῆλον τὸ Περσικὸν ἢ Μηδικὸν καλούμενον. Sed haec aliis non arridet lectio, qui Athenaei codicem corruptum volunt; cùm Athenaei lectio Dioscoridis muniatur auctoritate. Vera lectio inquiunt, τὸ Μηδικὸν καὶ τὸ Περσικόν. Malum Medicum & Persicum duo diversa admodum sunt malorum genera, licet & Medicum & Persicum dici scribat Dioscorides ex aliorum opinione: ipse Persicum alibi distinguens, dicat ex Oppio in libro de sylvestribus arboribus Macrobius, *generantur autem in Perside omni tempore mala citrea.* Haec facilius mihi dici videntur, quam probari. Cur Medica, cur Persica haec dicatur arbor, facile quilibet ex Theophrasto colligere potest. Nempè quod in Media Persideque frequens reperiatur, atque ex istis regionibus in Graeciam Italiamque translata sit. Plinius lib. 12. Cap. 3. *Sed nisi apud Medos & in Perside, nasci noluit.* Oppius apud Macrobium, *Citrea autem malus & persica altera generatur in Italia, & in Media altera.* Persicam intelligit de qua libro 2. egimus: haec in Italia frequens, altera, nempe citrea, in Media, Virgil.

> *Media fert tristes succus, tardumque saporem*
> *Felicis mali.*

Corrigendus Hesychii codex, κίτρεον τὸ Ἰνδικὸν μῆλον. Non nego apud Indos reperiri pomum hoc, sed Indicum vocatum ab aliquo, nego. Quare scribo, κίτρεον τὸ Μηδικὸν μῆλον. Dioscorides κεδρόμηλον vocari tradit. Corrigunt κιτρόμηλον. *Nihil*, inquiunt, *citro cum cedro. A Romanis citria hac vocari; jam pridem receptum est.* Quin Diosc. κεδρόμηλον scripserit non dubito; quod argumentis satis luculentis probo. Primo quod apud Dioscoridem lib. 6. de Alexipharmacis cap. 1. legatur, ὡς τὰς τε ἰσχάδας μασωμένους μετὰ βασιλικῶν καρύων, καὶ τὰ καλούμενα κεδρόμηλα. *cujusmodi caricae sunt cum juglandibus manducatae, & quae cedromela*, id est, citria mala, *vocantur.* Secundo quod apud Neophytum reperiatur, Μηδικὸν μῆλον καὶ κεδρόμηλον τὸ κίτρεον. Accedit quod Phanias Eresius citrium à cedro ductum scribat. Athenaeus Lib. 3. καί τοι καὶ Φανίου τοῦ Ἐρεσίου ἔννοιαν ἡμῖν διδόντος, μήποτε ἀπὸ τῆς κέδρου τὸ κεδρίον ὠνόμασαι, καὶ γὰρ τὴν κέδρον φησὶν ἐν πέμπτῳ περὶ φυτῶν ἀκάνθας ἔχειν περὶ τὰ φύλλα, ὅτι δὲ τὸ αὐτὸ καὶ περὶ τὸ κίτριον, ἐστὶ πᾶσι δῆλον. *Phanias tamen Eresius injicit nobis suspicionem citrium a cedro nominatum fuisse: cedrus enim, ut ille scribit lib. de Plantis, circa folia spinas exerit; id autem in citria malo videri nemo ignorat.* His quanquam nihil ineptius; tamen ex iis sequitur, citrum κεδρόμηλον vocatam fuisse. Caeterum an Athenaeus Plinii verba intellexerit, an vero malè exscripserit, in medio relinquã; Dalecampii opinione proponam: *Athenaeum*, inquit, *quidam putant, apud Phaniam haec non rectè legisse, ideoque futilem esse ejus conjecturam: meliorem que hanc esse lectionem*, ὥσπερ τὰ φύλλα, *non autem* παρὰ τὰ φύλλα: *ut sensus sit, foliorum loco spinas habere cedrum, quod est de oxycedro verißimum.* Caeterum ἀκάνθας ἔχειν παρὰ τὰ φύλλα, propriè significat, *foliis minimè aculeatis spinas in ramis ac surculis exerere*; quod de cappari ac tribulo dixit Theophrastus. Κεδρόμηλον dictum putat hanc arborem Isidorus, quod pomum ejus ac folia cedri referant odorem. His accedit, quod Itali cedrum citrum vocant. Scribendum ergo, ut in vulgatis habetur codicibus, κεδρόμηλον. Porro duae arbores apud Latinos citri nomine gaudent. Malus Medica, & quam Graeci θύον vocant. de qua Theoph. lib. 5. cap. 5. Martialis lib. 9.

> *Et testudineum mensas quater hexaclinon*
> *Ingemuit citro non satis esse suo.*

Petronius.

> —— *Ecce Afris eruta terris*
> *Citrea mensa.*

Hoc monendum putavi, nequis in errorem incideret. Malus haec, ut dixi, κιτρέα dicitur, fructus vero κίτρεον. Geopon auctor lib. 10. cap. 7. τινὲς δὲ τῶν πλουσίων καὶ τρυφώντων, ὑπὸ στοαῖς πρὸς ἥλιον ὁρώσαις (M. S. ὁρώσας) τὰς κιτρέας (M. S. κιτρίας) φυτεύουσι παρὰ (περὶ) τὸ τεῖχον, ὕδατι δ᾽ ἀφθόνῳ ἀρδεύουσι. καὶ τοῦ μὲν θέρους ἀστέγαστος (ἀστέγους idem) καταλιμπάνουσι τὰς στοὰς τῷ ἡλίῳ θάλπειν παρέχοντες τὰ φυτά. ἐπεισιόντος δὲ τοῦ χειμῶνος στεγάζουσι τὰ φυτά. (postremae voces ex M. S. addi debent.) *Quidam divites & delitiis gaudentes, sub porticus ad solem spectantes, juxta murum arbores citrias plantant, & aqua largè rigant, atque aestate quidem in contectas porticus sinunt, plantas & sole foveri ac calefieri permittentes, hyeme vero accedente plantas tegunt.* Eodem cap. & libro in M. S. quae in editis non habentur, haec leguntur. κίτρεα δὲ εἰ βούλει μέλανα ποιῆσαι, μηλέας κλάδον τῇ κιτρέᾳ ἐγκέντριζε. καὶ τὸ ἀνάπαλιν. μῆλον δὲ ἐγκεντριζομένης κιτρέας, ἢ τὸ ἀνάπαλιν γίνοιτο ἄν. Postrema corrupta videntur scribo; γίνεται μέλαν. *Quod si citria nigra facere velis, mali ramum arbori citriae insere, & vice versa, citriae ramum malo insere. Malum quod citrea insitu malo; vel, malus citreae proferet, nigrum erit.* Apud eundem tamen auctorem eodem capite, κίτρεον non pro fructu, sed arbore ponitur, τὸ κίτρεον φυτευτέον ἀπὸ μεσοπωρινῆς ἰσημερίας ἐαρινῆς, *citrium plantandum ab autumno ad aequinoctium vernum.* Apud Achmetem κίτρεον ὑψηλὸν legitur, *citrium excelsum*; quod vix nisi de arbore intelligi potest. Aetius μηλέα Μηδικὴ, ἢ κίτρεον. Latinis citrus arbor, fructus citrium & citrum dicitur, quod & Graecos fecisse observavit Athenaeus lib. 3. Πάμφιλος δ᾽ ἐν ταῖς γλώσσαις Ῥωμαίους φησὶ αὐτὸ κίτρον καλεῖν. *Pamphylus in glossis citrum a Romanis vocari scribit.* A Galen. lib. 9. cap. 5. κατὰ τόπους, μηλοκίτρεον vocatur. κεφάλαιον ξ. α. μηλοκίτρεα ε. γλυκέος κρητικοῦ ις, &c. Nicandri Scholiastes malum Medicum νεράντζιον vocari tradit in Alexiph. Μηδεῖον ὅτι γράφεται μῆλον. ἔστι δὲ τὸ Μηδικὸν μῆλον, ὅ ἐστι νεράντζιον. Arbor νεραντζέα nuncupatur apud Myrepsum lib. 1. de emplast. cap. 190. σχίνου καρποῦ, νεραντζέας καὶ κιτρέας φύλλων. *Lentisci fructus, aurantiae & citrii foliorum*, &c. Quid νεραντζέα sit, se ignorare fatetur interpres. Aurantium est, non citriũ malum, ut Nicandri docet Scholiastes. Satis aperte Myrepsus νεράντζιον diversum malum à citrio tradit. Νεράντζιον vox barbara, quae ex Italica *Nerancio*, quae apud Italos malum aurantium denotat, nata videtur. Ex voce aurantia nata vox arancia, ex arancia, nerancio, ex nerancio νεράντζιον. Νεράντζιον ergo aurantium, quod frustra malum aureum, vel Hesperidum malum esse contendunt. De quo pauca nobis dicenda. Mali hujus historia ex Higinio in Astronomico ex Phericide peti debet: ubi ait. Iunonem cum Iupiter duceret uxorem, terram invenisse ferentem aurea mala cum ramis, eaque Iunonem admiratam, petiisse à terra, ut in suis hortis sereret, qui erant usque ad Atlantem montem; cujus filiae cum saepius de arboribus mala decerperent, à Iunone serpentem ibi custodem appositum vasto corpore; hunc verò ab Hercule interfectũ à Iunone, inter duas arctos, id est, ursos collocatum esse. Ex connubio Iunonis ac Iovis natum Athenaeus etiam fabulatur. ὅτι ἐς τοὺς Διὸς καὶ Ἥρας λεγομένους γάμους ἀνῆκεν ἡ γῆ Ἀσκληπιάδης εἴρηκε ἐν ἑξηκοστῷ Αἰγυπτιακῶν. *Asclepiades libro sexagesimo rerum Aegyptiarum memoriae prodidit in Iovis & Iunonis nuptiis arborem illam editam à terra fuisse.* Ovid. Atlantem hortos hos moenibus cinxisse refert, cum ei Themis praedixisset, fore ut Iovis filius eò aliquando accederet, ac ab eis poma diriperet aurea.

> *Tempus Atla veniet, tua quo spoliabitur auro*
> *Arbor, & hunc praedae titulum Iove natus habebit.*
> *Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas*
> *Montibus, & vasto dederat servanda Draconi,*
> *Arcebatque suis externos fructibus omnes.*

Vocatur draco hic Ladon, ac est Typhonis & Echidnae filius, ut testatur Apollonius. lib. 14.

> —— Ἷξον δὲ ἱερὸν πέδον, ᾧ ἔνι Λάδων
> Εἰσέτι που χθιζὸν παγχρύσεα ῥύετο μῆλα
> ...

> Ἐισέτι ἐν Ἄτλαντος, χθόνιος ὄφις, ἀμφὶ δὲ νύμφαι
> Ἑσπερίδες ποίπνυον ἐφίμερον ἀείδουσαι.
> Δὴ τότ᾽ ἤδη κεῖνος ὑφ᾽ Ἡρακλῆϊ δαϊχθεὶς
> Μήλειον βέβλητο.

> *Errantesque locum sacrum venêre, ubi Ladon*
> *Aurea servabat flaventia mala decora*
> *Anguis terrigena, hic ubi coelo attollitur Atlas;*
> *Illum curabant Nymphae praedulce canentes*
> *Hesperides. Truncum amplexus sed ab Hercule caesus*
> *is fuit.*

Lucanus Herculem diripuisse aurea mala ac Athenas tulisse memorat,

Abstulit arboribus pretium nemorique laborem
Alcides, passusque inopes sine pondere ramos,
Rettulit Argolico fulgentia mala Tyranno.

Fabulantur etiam Atalantam Schœni filiam tribus malis Hesperidum captam fuisse, quæ Venus dederat Hippomeni, cum nuptiæ ejus victori, at mors victo præponeretur: quare non solum Hercules malis Hesperidum aureis potitus fuit.

Theocrytus eidyl. 3.

Ἱππομένης ὅκα δὴ τὰν παρθένον, ἤθελε γᾶμαι,
Μᾶλ' ἐνὶ χερσὶν ἑλὼν δρόμον ἄνυεν· ἁ δ' Ἀταλάντα
Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἅλατ' ἔρωτα.

Hippomenes cum virginem cuperet ducere,
Poma in manus accipiens, cursum perfecit; verũ Atalanta
Ut vidit, ut insanit, ut in profundum incidit amorem.

Fabulam hanc Scholiastes his narrat verbis, ὁ Ἄρειος Ἱππομένης ὁ Σχοινέως Ἀταλάντης τῆς δρομαίας ἐρασθεὶς, Ἀφροδίτης συνεργούσης ἔδραμεν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα. ἦν γὰρ ἔθος τὸν ἀγωνιζόμενον τῷ δρόμῳ ἡττηθέντα θνήσκειν, ἢ περιγενόμενον δρόμῳ λαμβάνειν τὴν κόρην. εἶχεν οὖν παρὰ τῆς Θεᾶς μῆλα χρυσᾶ τὰ τῶν Ἑσπερίδων κήπου· τῷ δρόμῳ ἔρριπτεν ἕκαστον αὐτῶν. οὕτω δὲ ἀσχολουμένης τῆς κόρης ἐπὶ τῇ τῶν μήλων συλλογῇ, ἐλείφθη. λαβὼν δὲ αὐτὴν γυναῖκα μετεμορφώθη εἰς λέοντα, &c. *Areus Hippomenes Schœnei filius Atalantæ cursoris amore captus, adjuvante Venere certamen cursus init. Mos erat quod inferior in certamine cursorio moreretur, vel si victor foret, amasiam uxorem duceret: Mala itaque aurea, ex horto Hesperidum quæ à Dea acceperat, eorum quandoque unum spargebat in certamine cursorio In hisce colligendis dum amasia occupata est, devincitur. Ille itaque illam uxorem ducens, mutatus est in leonem.* Aureum malum apud veteres amoris fuit tessera, Venerique dicatum. Hac de causa Theocrytus, Virgilius, & cæteri amoris munus fecere.

Theocr. eidyl. 5.

Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα,
Τὰς αἶγας παρελῶντα καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει

Petit & malis caprarium Clearista,
Capras præter agentem, & suave aliquid admurmurat.

Idem eidyl. 6.

Βάλλει τοι Πολύφαμε τὸ ποίμνιον ἁ Γαλάτεια
Μάλοισιν δυσέρωτα τὸν αἰπόλον ἄνδρα καλεῦσα.

Petit tibi Polypheme gregem ovium Galatea
Pomis; amori difficilem caprarium virum vocans.

Scholiast. βάλλει, καὶ μάλοισι πειρᾶταί με εἰς ἔρωτα ὑπάγειν· τὸ γὰρ μήλοις βάλλειν ἐπὶ τούτοις εἰώθεσαν. *petit malis*, id est, *tentat me in amorem pellicere, Mos enim erat illis petere malis.*

Virg.

Malo me Galatea petit lasciva puella.

Fabulatum satis, inquirendum, quale malum fuerit, quod aureum aut Hesperidum vocarunt. Qui citrium existimant, his fere utuntur argumentis. Primum ex Atheneo habent; apud quem hæc lib. 2. reperiuntur, ubi disputat an citriũ antiquis cognitum. Αἰμιλιανὸς δὲ ἔλεγεν Ἰόβαν τὸν Μαυρουσίων βασιλέα, ἄνδρα πολυμαθέστατον ἐν τοῖς περὶ Λιβύης συγγράμμασι, μνημονεύοντα τοῦ κιτρίου, καλεῖσθαι φάσκειν αὐτὸ παρὰ τοῖς Λίβυσι μῆλον Ἑσπερικὸν, ἀφ' ὧν τὸν Ἡρακλέα κομίσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα, τὰ χρύσεα διὰ τὴν ἰδέαν λεγόμενα μῆλα. *Tum Æmilianus Iubam dixit Mauritaniæ regem, virum doctissimum, in suis de Libya commentariis facta citri mentione, scripsisse apud Libyas id vocari Hesperidum malum, inde Herculem in Græciam transtulisse, aureaque vocata fuisse ejus arboris mala, ob coloris speciẽ.* Aliud argumentum ex Antiphane in Boeotio petunt, cujus versus apud eundem reperiuntur Athenæum. Ἀντιφάνης μὲν ἐν Βοιωτίᾳ.

Καὶ περὶ μὲν ὄψου γ' ἠλίθιον τὸ καὶ λέγειν
Ὥσπερ πρὸς ἀπλήστους. ἀλλὰ ταυτὶ λάμβανε
Παρθένε τὰ μῆλα. καλά γε δῆτ' ὦ θεοί.
Νεωστὶ γὰρ τὸ σπέρμα τοῦτ' ἀφιγμένον
Εἰς τὰς Ἀθήνας ἐστὶ παρὰ τοῦ βασιλέως,
Παρ' Ἑσπερίδων ἀμέλει γενῆ τὴν φωσφόρον,
Φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶναι τρία
Μόν. ἔστιν ὀλίγον τὸ καλὸν, ἐστὶ πανταχοῦ
Καὶ τίμιον.

A. de opsonio quidẽ stultũ est quicquam apud vos dicere,
Tanquam ad insatiabiles, sed hæc accipe
O virgo mala. B. pulchra sanè. A. pulchra quidẽ dii boni
Nuper semen hoc pervenit
Athenas à magno Persarum rege.
B. Ab Hesperidibus credidi, sic mihi lucifera propitia sit:
Aurea hæc mala tria esse inquiunt
Tantummodo. A. paucum est quod pulchrum & ubivis
In honore.

Adferunt & alias rationes ex eodem Athenæo, Ἑσπερίδων δὲ μῆλον οὕτως καλεῖσθαί τινά φησι Τιμαχίδας ἐν τῷ τε τετάρτων εἴπων, καὶ ἐν Λακεδαίμονι παρατίθεσθαι τοῖς θεοῖς φησὶ Πάμφιλος ταῦτα. εὔοσμα δὲ εἶναι καὶ ἄβρωτα, καλεῖσθαι δ' Ἑσπερίδων μῆλα. Hæc corrupta esse nemo inficias ibit. Vertunt, *Ac præterea mala quædam Hesperidum nominari, sicut & Timachidas lib. 4. cœnæ testatus, apud Lacedæmonios illa diis apponi: Pamphilus vero suaviter olere tradit, sed in cibos non admitti, vocariq; Hesperidũ mala.* Emendavit Dalecampius ἐν τῷ τετάρτῳ δείπνων, memor laudari l. 7. Timachidam ἐν τῷ ἐνάτῳ τοῦ δείπνου. Hæc non arrident Casaubono, qui verba citata grave vulnus accepisse scribit, ac deesse verba Timachidæ: præterea anacoluthon esse in auctoris oratione. Nam lectum erat: Ἑσπ. μήλων μνημονεύει. Quare hunc locum ita scribit; Ἑσπερίδων δὲ μῆλον οὕτως καλεῖσθαί τινά φησι. Τιμαχίδας ἐν τῷ τετάρτῳ εἰπών...... καὶ ἐν Λακεδαίμονι παρατίθεσθαι τοῖς θεοῖς φησὶ Πάμφιλος ταῦτα &c. Claudius Salmasius vero locum hunc sic restituit, & interpungit. περὶ Ἑσπερίδων δὲ μήλων. οὕτως καλεῖσθαί τινά φησι Τιμαχίδας ἐν τῷ τετάρτῳ, εἰπὼν καὶ ἐν Λακεδαίμονι παρατίθεσθαι τοῖς θεοῖς. φησὶ Πάμφιλος ταῦτα, εὔοσμα δὲ εἶναι καὶ ἄβρωτα, καλεῖσθαι δὲ Ἑσπερίδων μῆλα. *Præterea Hesperidum quædam mala sic nominari dixit Timachidas lib. 4. dicens, apud Lacedæmonios illa diis apponi. Pamphylus vero suaviter olere tradit, sed in cibos non admitti, & vocari Hesperidum mala.* Ex his Pamphili verbis Hesychiũ emendant. Vulgo legitur, Ἑσπερίδων μῆλον ἐν Λακεδαιμονίᾳ βρωτά τινα μῆλα. Nobis placet ex Hesychio Pamphili verba emendare ac scribere, εὔοσμα δὲ εἶναι καὶ βρωτά. Non fit probabile Diis quid apponi odoratum, & pulchrum esui ineptum. Hesperidum malũ veteres gustasse, & commedisse, mox probabo. Hesperidum enim malum cotoneum puto. Legit quispiam apud Plutarchum, aut alium quendam auctorem, citrium in mensis locum non habuisse paulo ante Plutarchi ævum. Idem etiam ex locis Athenæi citatis collegit, citrium esse malum Hesperidum, & inde scripsit pro βρωτά, ἄβρωτα. Hesperidum malum citrium esse, & hisce probant versibus non ante editis.

Septa micat spinis fœlicis munera mali,
Quæ tulit ut circi aureus ora tumor.
Hippomenes vicit tali certamina malo,
Talia poma nemus protulit Hesperidum.

De citro, non de aurantio hæc dici, figura quæ illi tribuitur, ostendit. Ut circi ora vel ambitus est, ita tumor aureus in citro. Circi ambitum ovata, non orbiculata facie fuisse, qualis & citrei forma, norunt eruditi. Aliud epigramma.

Stat similis auro citri mirabilis arbor,
Omnibus autumni anteferenda bonis.
Hæc ornant mensas, hæc præstant poma medelam,
Quum quatit incurvos tussis anhela senes.

Hoc est quod de medicæ arboris pomis cecinit Poëta.

—— Et senibus medicantur anhelis.

Ita ergo & χρυσᾶ μῆλα, & Ἑσπερίδων & citrea, & medica mala idem genus pomi fuerint. Ex versibus à viris doctiss. citatis colligo, apud Hesychium recte legi, βρωτὰ μῆλα; male apud Athenæum ἄβρωτα. Denique citrium esse Hesperidum malum, ex glossis probant cap. de arboribus. *Malum Persicum* περσικὸν, *citreum* Ἑσπερίς. *cotoneum* κυδώνιον. Glossę aliæ hactenus nondum editæ testimonium etiam adscribunt. μηλέα *melum*, Ἑσπερίς, *citrum* κιτρόδενδρον *arbustum*. In aliis glossis scriptum ajunt, Ἑσπερίς *citrum*. Atque hæc sunt argumenta, quibus citrium malum Hesperidum probant. Miror Athenæum de citrio & Hesperidum malo seorsim egisse, si eadem sunt. Primo enim loco de vulgaris malis & pyris agit; hinc ex Pamphylo quasi probare vult, Hesperidũ malũ ac citriũ idem esse: tum persici historiam tractat, & absolvit; demum de citriis agit. Ad singula argumenta respondendum. Iubæ auctoritati oppono Demetrii judicium apud eundem Athenæum loco citato, πρὸς τούτους ἀποβλέψας ὁ Δημόκριτος,

ἔφη,

ἔφη, εἰ μὲν τι τούτων Ἰοῦβας ἱστορεῖ, χαιρέτω Λιβυκαῖσι βίβλοις. ἔτι δὲ τοῖς Ἄννωνος πλάναις. ἐγὼ δὲ τὸ μὲν ὄνομα οὔ φημι κεῖσθαι τῆς κιτρίου παρὰ τοῖς παλαιοῖς τοῦτο, τὸ δὲ πρᾶγμα ὑπὸ τοῦ Ἐρεσίου Θεοφράστου οὕτως λεγόμενον, ἐν τοῖς περὶ φυτῶν ἱστορίαις, &c. *Hos sic loquentes Democritus commodum intuitus, si quid horum, inquit, Iuba narrat, valeto cum libris suis Libycis, praetereaque Hannonis erroribus: ego vero pernego citrii nomen extare apud veteres, at ipsa res descripta prorsus ab Eresio Theophrasto in plantarum historiis.* Iubae igitur auctoritas nulla. Certè, si medicum malum à veteribus vocatum fuisset citrium vel Hesperidum, id prodidisset Theophrastus, qui plura hujus mali nomina recenset. Satis clarè Dioscorides à Romanis citrii nomen impositum ait. Insuper malum medium veterum nemo in Africa nasci vel inde adferri tradidit, sed in Media & Perside, vel Assyria, ut scribit Plinius. Unde arbor Plinio Assyria malus dicitur. Malum Medicum Theophrasti saeculo valde rarum, vile Hesperidum. Quod vel ex lib. 6. de caus. c. 25. apparet; ubi tanquam in transitu, ac vulgaris, omnibusque notae arboris Hesperidum mali meminit. πλὴν εἴ τινων ὀσμαὶ καὶ πεπάνσεις τῆς αἰγείρου σύμμετροι πρὸς τὰς ὀσμὰς (ὥσπερ alii) καὶ ἔστιν ἐπὶ τῆς Ἑσπερίδος καλουμένης, αὕτη γὰρ τῆς νυκτὸς ὄζει μᾶλλον, ἢ καθ' ἡμέραν. *Praeterquam si qua suos odores maturitatesque tempore alio capere solent, aut coeli temperies aliqua ad odores conficiendos accommodata contingat, sicut malus cui nomen Hesperis; haec enim noctu plus redolet quam interdiu.* Ἑσπερίδος, vertunt Plinii auctoritate freti, *herba cui nomen Hesperidi.* Ridiculè: nec enim ἑσπερίδα dictam meminit Theoph. quod noctu magis oleret, ut scribit Plinius, νυκτερίδα vel νυκταλίδα potius dixisset: nec ἑσπέρα nox est, sed noctis ingressus. Ἑσπερίς μηλέα malus hesperis, est quae profert Hesperidû mala. Cum itaq; Theoph. medica mala optimè depingat, nec Hesperidum, nec aureorum mentionem faciat, nec dicat, Graeciae jam olim ab Hercule illata, non possum mihi persuadere quae Iuba post commentus est: praesertim cum ab antiquis Graecis citria vocata scribat, quod falsum ostendimus. Quod si, vel minima suspicione tactus fuisset Theophrastus medica ea esse mala quae Hesperidum & aurea dicuntur, equidem tam nobilem apud Graecos fabulam non transiisset. Quin etiam Virgilius hanc arborem uti Medorum propriam, nec Italiae familiarem describit.

Media fert tristes succos, tardumque saporem
Felicis mali, quo non praestantius ullum &c.

Ad Antiphanis locum respondeo; Poëtam nihil minus quam medicum intelligere malum. Nam medicum malum antiquissimorum Graecorum aevo in Graecia non reperiebatur: contra malum Hesperium frequens. Quod vel ex his Orpheos versibus, qui à Clemente citantur, apparet. Mala aurea hic recenset inter symbola & initia Dionysii mysteriorum.

Κῶνος καὶ ῥόμβος καὶ παίγνια καμπεσίγυια,
Μῆλά τε χρύσεα καλὰ παρ' Ἑσπερίδων λιγυφώνων.

Conus, galeae & turbo lususq; puerilis quae mêbra curvant,
Aureaque mala pulchra ab Hesperidibus canoris.

Vixit Orpheus, ut idem Clemens ait, circa quinquagesimam Olympiadem. Theophrasti aevo malum medicum pretiosissimum; Hesperidum vero malum vile fuit, ut ex Eripho, qui versus Antiphanis repetit, probatur. Ἔριφος, inquit Athenaeus, δ' ἐν Μελιβοίᾳ αὐτὰ ταῦτα τὰ ἰαμβεῖα προθεὶς ὡς ἴδια, τὰ τοῦ Ἀντιφάνους ἐπιφέρει. *Eriphus in Meliboea praepositis jambicis illis versibus, Antiphanis stylo ac elegantiae maximè propriis subdit.*

Παρ' Ἑσπερίδων ὤμην γενὴ τὴν Ἄρτεμιν,
Φησὶ τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶναι τρία
Μόν. ἔστιν ὀλίγον τὸ καλὸν, ἔστι πανταχοῦ
Καὶ τίμιον. τούτων μὲν ὀβολὸν οὐ πολὺ
Τίθημι,

Ab Hesperidibus credidi, sic mihi Arthemis (Diana)
Aurea haec mala tria esse inquiunt,
Tantummodo B. paucum est quod pulchrum & ubivis
In honore. pro his obolum, quod multum non est
Impensum numero.

Haec carmina Eriphus non tam ut sua faceret, suis proposuit, ut vult Athenaeus, quam ut trium malorum donum ab Antiphane inductum rideret. Nec indicare videtur mala Hesperidum à Boeotio amasiae suae donatas quod vix oboli ea faciat; cum pluris ea aetate tria medica mala Athenis fuissent, quam triginta oboli, & fortasse pluris quam triginta drachmae. Insuper liquet ex sequentibus, minimè Antiphanem aut Eriphum de Medicis malis cogitasse. Hesperidum enim malis opponit granata, quae rariora quam Hesperidum ait. De viliore itaque genere quam sint punica mala, agit.

Καὶ τίμιον. τούτων μὲν ὀβολὸν οὐ πολὺ
Τίθημι. λογιοῦμαι γὰρ, αὗται δὲ ῥοιαί.
Ὡς δ' εὐγενεῖς· τὴν γὰρ Ἀφροδίτην ἐν Κύπρῳ
Δένδρον φυτεῦσαι τοῦτό φασιν, ἓν μόνον
Βέρβεια πολυτίμητα· κατὰ τρεῖς μόνας,
Καὶ ταῦτα δὲ κομίσαις. οὐ γὰρ εἶχον πλείονας.

In honore: pro his obolum, quod multum non est;
Impensum numero: rationes post ego supputabo. A. haec vero mala punica.
Quam generosa B. in Cypro nanque Venerem
Arborem hanc sevisse fama est, unicum tantummodo
Magni faciendum praemium: haec porro tria jam accipe
Sola; & asporta: habere plura non potui.

Versus Antiphanis & Eriphi si quis rectè perpenderit, animadvertet, puellam flocci pendere aurea mala, ac nullius pretii aestimare, & ea quae de aureis malis ferebantur, ad punica mala, à Venere in Cypro plantata detorquere. Sed missum faciamus Eriphum cum sua rustica Alexi, quae Dianam à virorum consortio alienam, quam Veneris sidus jurare amat. Omnia enim quae Veneris sunt, contemnit, & vix obolaria censet. Caeterum versuum Antiphanis hic sensus: Commendat Boeotius rusticum & exile suum donum; quod ut magis faciat, non de vulgari cotoneorum genere (haec enim mala aurea, ut mox dicam) mala se adferre inquit, sed omniû longe pulcherrima: quippe semen è Perside allatum. Quod mirum videri non debet, cum hodie etiamnum ea cydoneorû genera praestantissima & maxima habentur, quorum semen ex calidis regionibus Creta, Lusitania adfertur. Quod autem à rege semen missum dicat, falsam, contumeliosam & amarulentam habet in Athenienses accusationem, eos nimirum, qui Regiis pecuniis, quas per mala aurea indicat, se finerent corrumpi. Non ergo de malo medico Antiphanis verba intelligenda sed de auro Persico, quo Graeci se non raro trahi finebant, ut Persarum magis rebus, quam patriae suae studerent; Quod ut amarulenter admodum à Poëta verbis obliquis & aureorum malorum mentione animadversum est: ita parum bene ab Athenaeo notatum, qui putavit ac collegit mala haec medica fuisse, ex eo quod semê è Persico regno fuisset portatum. Quod si Antiphanis jam saeculo arbor haec familiaris apud Graecos fuisset, ut etiam rusticus inde mala sibi compararet, multo ante Virgilii aevû in Italiam allata fuisset; nec Tyrdamus noster verè dixisset, malum medicam suis adhuc temporibus Mediae & Persidi fuisse peculiarem; nec operae pretium putasset, tam diligenter ac studiose eam describere, quae multo ante Persarum cujusdam regis munere in Atticam fuisset translata. Medicum malum neutiquam aureum fuisse, ex hoc Maronis versiculo cognosci potest.

Quod potui, puero, sylvestri ex arbore lecta
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

Quid? citria ne sive mala medica decem, ac altera decem pauper Menalcas mitteret, quae ne in ipsius quidem Augusti Imperatoris, ac totius terrarum Domini, hortis tum temporis crescebant? Claudii Caesaris temporibus citrum in Italia nec dum fuisse cultam ex eo probari potest, quod Columella quomodo serenda ac tractanda sit, memoriae non prodiderit. Pastoris non erat citria decem magnis sumptibus, Perside advecta, aere suo comparare: nec ipse pastor, ut tale quid suspicemur, locum ullum relinquit, dum ait, se aurea mala nec emisse, nec ex culta domesticaque arbore legisse, sed è sylvestri decerpsisse. Quaerendum ergo pomum aureum, vile, & sylvestre. Tale est cydoneum, cujus genus aliquod à Plinio ab aureo colore χρυσόμηλον, id est, *aureum malum* dicitur, lib. 15. cap. 11. Hoc vulgare, ac vile, ex sylvestri etiam arbore colligere licebat pastori, Cydonia arbor Veneri grata, cotoneum eidem dicatum. Ovid. lib. 10. Metamorph. ubi Venerem ipsam loquentem adducit.

Est ager, indigenæ Damascenum nomine dicunt,
Telluris Cypriæ pars optima, quam mihi prisci
Sacravere senes, templisque accedere dotem
Hanc jussere meis: medio nitet arbor in arvo
Fulva comas; fulvo ramis crepitantibus auro:
Hæc tria forte mea veniens decerpta ferebam
Aurea poma manu.

Hæc ait, se Hippomeni dedisse, ut supra narravimus. Salmonensem Poëtam cydoniam describere, ex Palladio cognosci potest, qui fulvam canit esse, id est auream.

Cum præstet cunctis se fulva cydonia pomis
Alterius nullo creditur hospitio.
Roboris externi librum aspernata superbit,
Scit tantum nullo crescere posse decus.

Cydonium ergo pomum aureum. Subjiciam quid Propertius de malis aureis Virgilii senserit. Ejus ad Lynceum, hæc sunt disticha.

Cedite Romani scriptores, cedite Graji;
Nescio quid majus nascitur Iliade:
Tu canis umbrosi subter pineta Galesi
Thyrsin, & attritis Daphnin arundinibus:
Utque decem possint corrumpere mala puellam,
Missus & impressis hædus ab uberibus.
Felix qui viles pomis mercaris amores.

Nemo non videt vilia esse mala, quæ aurea vocavit Virgilius, minime ex Perside, Media, aliave Asiatica regione maximis expensis comparata. Cydonia, esse mala aurea, in elegiaco, quo puellarum sui ævi avaritiam reprehendit, idem Propertius adeo clarè docet, ut nulla dubitandi videatur superesse occasio.

Felix agrestum quondam pacata juventus,
Divitiæ quorum messis & arbor erant.
Illis pompa fuit, decussa cydonia ramo,
Et dare puniceis plena canistra rosis.

Nec illud minimum argumentum, quo malum cydonium, aureum probatur, quod refert Amatus, Romæ statuam Herculis manu tenentis cotonea mala conspici. Cydonea mala Veneri grata fuisse, ex Stesichoro probatur, qui in Helena commemorat, in regium currum inter myrti folia, & rosarum violarumque corollas, multa quoque Cydonia conjecta fuisse. Athenæus libr. 3. Κυδωνίων δὲ μήλων μνημονεύει Στησίχορος ἐν Ἑλένῃ οὕτως. πολλὰ μὲν κυδώνια μᾶλα ποτερρίπτουν ποτὶ δίφρον ἄνακτι, πολλὰ δὲ μύρρινα φύλλα καὶ ῥοδίνους στεφάνους, ἴων τε κορωνίδας οὔλας. *Cydoniorum malorum Stesichorus in Helena sic meminit: multa cydonia tum mala jaciebant in sella regi, multa etiam myrti folia, ac violarum elegantes coronas.* Supra omnia vincunt mala cotonea Veneri grata Antiphili versiculis; libr. 1. epigram. cap. 20. ubi Antiphilus struthion ad Venerem suam missum, his verbis facit loqui.

Μῆλον ἐγὼ στρούθειον ἀφ' ὁπλοτέρης ἔτι ποίης,
Ὥρεον ἐν νεαρῷ χρωτὶ φυλασσόμενον,
Ἄσπιλον, ἀρυτίδωτον, ἰσόχνοον ἀρτιγόνοισιν,
Ἀκμὴν ἀπ' πετάλοις συμφυὲς ἀκρέμοσιν,
Ὥρης χειμερίης σπάνιον γέρας, εἰς σὲ δ' ἄνασσα
Τοίην. χ' ὡ νιφόεις κρυμὸς ὀπωροφορεῖ.

Malum ego struthion maturum gramine molli
Servatum, integrum corpus adhuc retinens.
Haud nævi, haud rugæ, par est lanugo recenti,
Frondoso in ramo me vigor usque tenet.
Rarum hyemis donum, sed tali bruma vel ipsa
Reginæ in gelidis poma ferat nivibus.

Athenæus loco citato, Ἦν δὲ κάνθαρος ἐν τρισί. Κυδωνίοις μήλοισιν εἰς τὰ τιτθία ἔβαλλον. Verbum postremum rectè judicavit Casaubonus deesse. De amante loquitur, qui suam ἐρωμένην, *amasiam* malis in sinum conjectis petebat, Hunc morem & Virgilius testatur fuisse.

Malis me Galatea petit lasciva puella.

Idem apud Theocrytum, ut supra monuimus, legitur. Cur Veneri hoc malum sacrarint veteres, causa videtur, quod sit amoris tessera ac symbolum, uti elegantissimo epigrammate confirmat Arabius.

Ἔδνα γάμων ἔρριπτες ἢ ἀμβολίην ταχυτῆτος
Τοῦτο γέρας κούρῃ χρύσεον Ἱππομένης;
Ἀμφω μῆλον ἄνυσσεν, ἐπεὶ καὶ παρθένον ὁρμῆς
Εἶργεν, καὶ ζυγίης σύμβολον ἦν Παφίης.

Aurea dona jacis, quo sint sponsalia, an ut sint
Pernicis remoræ virginis Hippomenes?
Malum ambo expediit, prohibens hinc impetum, & inde
Se monstrans Veneris tesserulam esse jugæ.

Amoris tesserulam fecerunt hoc malum, ut formæ, coloris, juventutisque mutationem, conversionem & inconstantiam ob oculos ponerent. Quod Platonis carmen docere videtur, ex quo etiam malum aureum ante citrii aut medici inventionem cognitum fuisse, probatur.

Τῷ μήλῳ βάλλω σε. σὺ δ' εἰ μὲν ἑκοῦσα φιλεῖς με
Δεξαμένη, τῆς σῆς παρθενίης μετάδος.
Εἰ δ' ἄρ' ὃ μὴ γίνοιτο νοεῖς, τοῦτ' αὐτὸ λαβοῦσα
Σκέψαι τὴν ὥρην ὡς ὀλιγοχρόνιος.
Μῆλον ἐγώ· βάλλει με φιλῶν σέ τις· ἀλλ' ἐπίνευσον
Ξανθίππη, κἀγὼ καὶ σὺ μαραινόμεθα.

Malo te ferio, tu si me diligis, illud
Suscipe, & imperti virginitate tua.
Hoc fieri si posse negas, hoc suscipe malum, &
Quam pereat parvo tempore forma vide.
Malum ego, me jaculatur, amat qui te, annue quæso
Xanthippe: tibi mox nam & mihi forma perit.

Refert Plutarchus in præceptis conjugalibus Solonem legem tulisse ne sponsa ad maritum ingrederetur, antequam malum cydonium edisset. ὁ Σόλων ἐκέλευσε τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκατακλίνεσθαι μήλου κυδωνίου κατατραγοῦσαν, αἰνιττόμενος (ὡς ἔοικεν) ὅτι δεῖ τὴν ἀπὸ στόματος καὶ φωνῆς χάριν ἐναρμόστον εἶναι πρώτην καὶ ἡδεῖαν. *Solon jubebat sponsam cum sponso concubituram prius manducare malum cydonium; innuens ca re, primam quæ ore & voce initur gratiam concinnam debere esse & suavem.* Cydonia malus quin ab urbe Cretensi sic dicta nomen acceperit, nullus dubitat. Malum sive fructum Græci non tantum cydonium, pro quo cotoneum Latini, sed etiam κοδύμαλον vocarunt; uti apud Athenæum Hermon tradit, qui glossas scripsit, id est obscurarum vocum interpretationes. Ἕρμων δὲ ἐν Κρητικαῖς γλώσσαις κοδύμαλα καλεῖσθαί φησι τὰ κυδώνια μῆλα. *Hermon in glossis Creticis codymala vocari tradit cydonia mala.* Alii struthion cydonii genus sic vocari scripserunt. Athenæus loco citato, Ἀλκμὰν δὲ τὸ στρούθιον μῆλον ὅταν λέγῃ μεῖον ἢ κοδύμαλον Ἀπολλόδωρος δὲ καὶ Σωσίβιος τὸ κυδώνιον μῆλον ἀκούουσιν. *Alcman malum struthium* (vocat κοδύμαλον) *cum inquit, minus quam codymalum. Apollodorus & Sosibius cydonium malum interpretantur.* Hesychius κοδύμαλον τὸ στρουθίον μῆλον, οἱ δὲ κυδώνιον, οἱ δὲ ἄνθους εἶδος, οἱ δὲ κόσμος περιτραχήλιος. Alia Polemonis opinio, ut apud eundem Athenæum legere est. Πολέμων δ' ἐν πέμπτῳ τῶν πρὸς Τίμαιον ἄνθους γένος τὸ κοδύμαλον εἶναί τινας ἱστορεῖν. *Polemon libro quinto sui operis ad Timæum, floris genus esse inquit codymalum.* Bellonius lib. 1. observ. cap. 17. *amalancier* vel *malancier* Gallorum, de qua supra egi, a Cretensibus codomalo vocari, ait. *Fruticem Sabaudis sive Allobrogibus* malancier *dictum, Cretenses* codomalo *appellant.* Quod non parum Polemonis sententiam confirmat. Cydonium etiam λασιόμαλον vocatum fuit. Hesych. λασίμαλον. μῆλον τὸ ἔχον χνοῦν. *lasimalum malum lanuginosum.* Cydonium lanuginosum esse, nemo in dubium vocabit; ipsa id experientia testatur. Ideo Antiphilos in epigrammate supra citato, ἀρτίχνοον τὸ δὲ μῆλον. Nec lanuginem neglexit Philippus, cum in quadam hortulani cujusdam anathemate sic canit.

Μῆλον δ' ἡδύπνοον λεπτῇ πεποκωμένον ἄχνῃ.

Malum & odoriferum, & tenui lanugine tectum.

Virgil.

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.

Omnes interpretes cydonium exponunt. Plinius lib. 15. cap. 14. *Pene peregrina sunt in uno Italiæ agro Veronensi nascentia, quæ lanata appellantur: lanugo ea obducit, strutheis quidem ac Persicisque plurima: his tamen peculiare nomen dedit, nulla alia commendatione insignibus.*

An

An itaque λασιόμηλον, malum lanatum Plinii à struthio diversum? an vero malum lanatum cydonii genus quoddam non vulgare? Cæterum in antiquo codice locus hic aliter, quam in vulgatis legitur. *Sunt & in uno Italiæ agro Veronensi nascentia, quæ lanata appellantur. Lanugo ea obducit, struteis quidem persicisque: plurimis tamen peculiare nomen dedit, nulla alia commendatione insignibus.* Corrigit Hermolaus; *lanugo iis obducta struteis quidem persicisque plurimis*, &c. Ut sit sensus, lanuginem iis obductam peculiare nomen dedisse, ut lanata dicerentur: etiamsi persicis quoque plurimis ac cotoneis obducatur. Latini arborem malum cydoniam & cotoneam, fructum, malum cotoneum & cydoneum vocant. Ne quis vocum vicinitate decipiatur; monendum putavi aliud κοδώνιον vel *codoneum*, aliud κυδώνιον, *cydonium malum* de quo hactenus egimus. Codoneum ficus hyberna, nucisque Persicæ species. Hesychius κοδώνια σῦκα χειμερινά, καὶ καρύων εἶδος Περσικῶν. Corrigendus Athenæi codex, τὰ δὲ χειμερινά, inquit libr. 2. σῦκα, Πάμφιλος καλεῖσθαί φησι κυδώναια ὑπὸ Ἀχαιῶν, τοῦτο λέγων Ἀριστοφάνην εἰρηκέναι ἐν λακωνικαῖς γλώσσαις; &c. *Pamphilus hybernas ficus vocari tradit ab Achivis cydonæa, idque scriptum ab Aristophane in glossis.* Malè legitur κυδώναια, omnino scribendum ut series alphabetæ Hesychii ostendit, κοδώνια vel κοδώναια; quod non animadvertit is qui lexicon doctissimum condidit. Nec recte apud Eustathium κωδώναια, si recte per ο scribendum Hesychius docet. Aliquando κατ' ἐξοχὴν cydonium μῆλον simpliciter ac sine epitheto vocatur, ut apud Galenum lib. 2. κατὰ τόπους cap. 1. οὕτω δὲ καὶ ῥοιᾶς, καὶ μήλου, καὶ μεσπίλου, ubi μῆλον nil aliud quam cydonium. Malum cotoneam non describit Theophrastus: Vulgata quippe, & ab omnibus cognita arbor, Nullas cotoneæ notas eadem de causa tradidit capite de cydonio Dioscorides. Aliquæ tamen cotoneæ notæ ex aliis peti possunt capitibus, ut cap. 175. lib. 1. ubi arbutum arborem malo cotoneæ similem ait. Vide cap. de arbuto capparim libr. 2. cap. 204. φύλλα στρογγύλα, μηλέᾳ κυδωνίᾳ ὅμοια. *Folia rotunda mali cotoneæ similia habere*, inquit. De salviæ foliis hæc tradit lib. 3. cap. 40. φύλλα δὲ μηλέᾳ κυδωνίᾳ ἐοικότα ἐπιμηκέστερα μέν τοι καὶ τραχύτερα, καὶ παχύτερα. *Folia mali cotoneæ effigie, sed longiora, asperiora & crassiora.* Lib. 4. cap. 73. folia solani somnifici pinguia cotoneæq; malo similia docet. φύλλα πλήρεις λιπαρῶν, ἐμφερῶν μήλῳ κυδωνίῳ, &c. Hæc de cydonia Diosc. Plinius unam alteramque notam tradit, quæ ut plurimum, in cydonia

Cotonea struthea communis.



conspicitur. Sic inquit, lib. 15. c. 11. *His (pineis nucibus) proxima amplitudine mala quæ vocamus cotonea, & Græci cydonia ex Creta insula advecta. Incurvatos trahunt ramos, prohibentque crescere parentem.* Malus cotonea non valde magna arbor; ut plurimum humilis; sæpe etiam instar fruticis nascitur. Cortice tegitur asperiusculo, squamas quasdam quandoque dimittente: ramos explicat aliarum arborum modo, sed à fructu, ut observavit Plinius, incurvatos; quin nec ipse caudex rectus esse solet, sed nonnihil incurvus. Folia profert subrotunda, veluti vulgaris pomi, sed angustiora, læviora, carnosiora, duriora, superna parte virentia ac glabra, prona vero mollia ac albicantia. Flores albi vel ex albo rubentes, sylvestris rosæ figura, quinque per ambitum foliolis distincta. Fructus pomo non absimiles, nisi incisuris quibusdam quandoque crispentur. Fgura & magnitudine differunt: quidam enim rotunditatis in orbem circinatæ, minores; alii oblongiores, majores; tertii se medio modo habent; omnes tenui pubescunt lanugine, colore aurei, vel ex aureo lutei, odore suavi & fragranti, caput nonnunquam ferientes. Sapor omnibus austerus: caro interior lutea, semen nigricans in membranis, uti aliorum pomorum, conditur. In hortis colitur, floret mense Majo, fructus autumno maturos reddit, mensibus Octob. & Novemb. Cydoniorum duo novit Dioscorid. genera, tria Columella, Plinius plura. Diosc. loco citato, ἐκλέγεσθαι δὲ δεῖ τὰ ἀληθινὰ (quidem ἀρρενικὰ) μικρὰ δὲ ἐστὶ καὶ περιφερῆ, καὶ εὐώδη πάνυ. τὰ δὲ λεγόμενα στρουθία καὶ μεγάλα ἧττόν ἐστιν εὔχρηστα. *Cæterum cotonea eligi oportet, vera ac germana (mascula) qualia parva rotunda, & odorata sunt: quæ vero struthia & magna dicuntur, minus utilia censentur.* Contrarium videtur docere Theoph. lib. 2. cap. 3. Quomodo concilientur Theophrastus & Dioscorides loco citato diximus. Columella tria genera recenset lib. 5. cap. 10. his verbis; *Amerina, Syrica, melimela, cydonia, quorum genera tria sunt, struthia, chrysomeliana, mustea.* Antiquus codex *chrysomelia*; fortè *chrysomela*, ut apud Plinium loco citato. *Plura eorum genera chrysomela, incisuris distincta, colore ad aurum inclinato. Quæ candidiora, nostratia cognominata, odoris præstantissimi. Est & Neapolitanis suus honos. Minora ex eodem genere struthia, odoratius vibrant, serotino proventu, præcoci vero mustea. Strutheis autem cotonea insita suum genus fecere mulvianum; quæ sola ex his vel cruda manduntur. Omnia jam & virorum salutatoriis cubilibus inclusa, simulachris noctium consciis imposita. Sunt præterea parva sylvestria, à strutheis odoratissima, in sepibus nascentia.* Quæ *nostratia* vocat Plinius ea sunt, quæ ἀληθινὰ vocat Dioscorides. Cum inquit, *minora struthia, & odoratius vibrant*, id omnino de Neapolitanis intelligi debet: struthia enim majora, & viliora inquit Dioscorides. Eadem & Galeni sententia, libr. de sanitate tuenda ad finem capitis ultimi, τῶν κυδωνίων μήλων τὰ μείζω τε καὶ ἡδίω, καὶ ἧττον στρυφνά, ἃ στρουθία καλοῦσιν οἱ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν Ἕλληνες, &c. *Accipies succi malorum cotoneorum quæ dulciora majoraque sunt, ac minus acerba, quæque nostrates Græci in Asia struthia vocant.* Differunt hæc à cydoniis, quæ ἀληθινὰ, id est, *vera germana* vocat Dioscorides, quod sint minus adstringentia, ac dulciora, proinde etiam in roborando ac adstringendo non æquè efficacia. Qua de causa Dioscorides mala struthia viliora dixit, cum alioquin quo ad faciem formamque exteriorem, sint præstantiora. Idem Gal. libr. 2. de aliment. facult. cap. 23. μόνιμος δὲ ὁ τῶν στρουθίων μήλων χυλός ἐστιν, ὅταν καλῶς σκευασθῇ, καθάπερ καὶ ὁ κυδωνίων, ἀλλ' ἧττον οὗτος ἡδὺς ὑπάρχει, καὶ μάλιστα στύφων ὥστε εἴη ἄν ποτε καὶ τούτου χρεία πρὸς ῥῶσιν ἰσχυρῶς ἐκλύτου γαστρός. ἐν Ἰβηρίᾳ δὲ τὸ καλούμενον μηλοπλακοῦντα συντιθέασιν ἔδεσμα μόνιμον οὕτως ὡς Ῥώμην κομίζεσθαι μεστὰς αὐτοῦ λοπάδας καινάς. σύγκειται δὲ ἐκ μέλιτός τε καὶ σαρκὸς λελειωμένης ἑφθῆς ἅμα τῷ μέλιτι. *Permanens est struthiorum malorum succus, quando paratus recte fuerit, quemadmodum & cydoniorum: verum hic minus est suavis, & maximè adstringens, quocirca ad ventriculi admodum exoluti robur uti eo aliquando possumus. In Iberia autem edulium componunt, quod* μηλοπλακοῦντα *appellant, quod adeo durat, ut patinæ recentes ipso refertæ Romam adferantur, Componitur autem ex melle & carne levigata, cocta cum melle.* Veteres μηλοπλακοῦντα; hodie carnem cydoniorum vocant, eodemq; fere modo conficitur; nisi quod delicatiores mellis loco, saccharum accipiant. Caro hæc, sive, ut Latinè loquar, cydoniatum hoc ad multum tempus durare potest; non tamen uno modo conficitur, ut in notis ad Dioscoridē, si Deus opt. max. voluerit, dicā. Cydonia quæ struthia dicebantur olim, magna fuerunt, ut ex locis jam allatis videre est. Ex austeris, seu minoribus cydoniis cydoniatum non parabant veteres, sed ex magnis sive struthiis. Ætius tetrabibl. 2. serm. 1. cap. penult. κυδωνιατῶν σκευασία. σκευάζεται δὲ καὶ διὰ μήλων, καὶ κυδωνίων μεγάλων, περιαιρεθέντων τοῦ φλοιοῦ. καὶ τῆς ἐντεριώνης ἐμπίπτει κοπέντων καὶ κυλιασθέντων τοῦ χυλοῦ διὰ ῥάκκους, id est,

cydoniatū

cydoniati præparatio. Præparatur etiam ex malis, & cydoniis magnis, cortice & internis granis exemptis, deinde contusis & exsiccatis, & succo per panniculum excolato. Rectè itaque ab Athenæo notantur Philemon, & Nicander glossarum auctor, quod cydonium vulgare sive potius omne, crediderint struthium vocatum. Νίκανδρος δ' ὁ Θυατειρηνὸς τὰ κυδώνια μῆλα τὰ στρούθια φησὶ καλεῖσθαι, ἀγνοῶν. Γλαυκίδας γὰρ ἱστορεῖ, ἀρίστα λέγων, τῶν ἀκροδρύων εἶναι μῆλα κυδώνια, φαυλία στρούθια. — καὶ Φιλήμων ἐν Γεωργικῷ τὰ κυδώνια μῆλα στρούθια καλεῖ. *Nicander Thyateirenus cydonia mala struthia vocari tradit, sed ignoranter. refragatur enim, quod Glaucus memorat, dum ait, esse ex fructibus præstantissima cydonia mala, phaulia & struthia — Philemon in opere rustico, cydonia mala struthia vocat.* Τῶν ἀκροδρύων non interpretatus est interpres. Latè vox hæc accipi debet, ut alibi diximus, non strictè, nec vulgari significatu, ut lib. 2. cap. 7. docuimus. Nam nullum cotoneorum genus duro clauditur tegmine, nec inter nuces recenseri potest cotoneũ; quomodo hanc vocem exponit epitomator Athenæi. Κάρυα, inquit, οἱ Ἀττικοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι συγγραφεῖς κοινῶς πάντα τὰ ἀκρόδρυα, κάρυα λέγουσιν. *Attici aliique Historiographi vulgo ἀκρόδρυα, id est omnia duro cortice tecta, κάρυα, id est nuces vocant.* Laxè accipi debet, pro omni fructu. Suidas, ἀκρόδρυα καρποὶ δενδρικοὶ πάντες, οἱ δὲ τῶν δένδρων καρποί. *Fructus arborei omnes, vel ut aliis placet, omnes arborum fructus.* Hoc sensu etiam apud Theophrastum reperitur in characterismo τοῦ βδελυροῦ impuri. καὶ πληθούσης τῆς ἀγορᾶς προσελθὼν, πρὸς τὰ κάρυα καὶ τὰ μῆλα, ἢ τὰ ἀκρόδρυα, ἑστηκὼς τραγηματίζεσθαι ἅμα τῷ πωλοῦντι προσλαλῶν. Vertit hunc locum doctiss. Casaubonus, *ac quando maximè frequens est forum, ad nuces, mala, & reliquos omnis generis fructus accedens ibique stans, de iis comedit, sermones interea cum eorum venditore serens.* Malè verò audit, quod τὰ ἀκρόδρυα interpretatus sit, *& reliquos fructus omnis generis*; quod verũ esse inquiunt, si quidem legeretur, καὶ τὰ λοιπὰ ἀκρόδρυα, ut apud Berosum, φοίνικας, μῆλα, καὶ τὰ λοιπὰ ἀκρόδρυα. Certè qua in re errarit doctissimus interpres, non video. Si enim ἀκρόδρυον omnis generis fructus significet, ut exponit hanc vocem Suidas, cur non licuit Casaubono vertere, τὰ ἀκρόδρυα, *& reliquos omnis generis fructus.* Nullam invenio rationem; nisi forte placebat, vocem *reliquos* omitti posse, ac verti, *ad nuces, mala, & fructus omniũ generis accedens.* Sed videamus, quomodo ipsi, qui Casaubonum redarguunt, hanc vocem exponant. *Vides,* inquiunt, τὰ ἀκρόδρυα, *à nucibus & malis distinguere* (Theophrastum) *mala sive poma, Grammatici à nucibus, sic discernunt, quomodo supra ostendimus.* Ἀκρόδρυα *igitur sunt baccæ, hoc est fructus sylvestres & minores, quos à pomis & nucibus separat, &c.* Quasi vero Theophrastus τὰ μῆλα non pro malo ac omni pomo, uti τὰ κάρυα pro nuce regia, ac omni fructu duro cortice tecto, accipere potuerit; nec alii fructus reperirentur quos ἀκρόδρυον nomine intelligere voluerit, puta cerasa, pistachia, castanea, pruna, amygdala, & similes fructus. Quicquid sit ἀκρόδρυον pro bacca poni, non facile persuadebunt. Cæterum parvum cydonium Belgæ **Quee-appel** vocant, struthium **Quee-peer**, chrysolemon **gout-geele Quee**, musten **vroeghe Quee.** Videor mihi tractare cydoneorum historiam, cum de medicis malis sermo sit apud Theophrastum. Hoc occasione aurei mali contigit; ignosce lector, quod à scopo & methodo aberrarim.

Ἔχει δὲ τὸ δένδρον, &c. Locus hic correctior apud Athenæum reperitur. ἔχει δὲ τὸ δένδρον τοῦτο φύλλον μὲν ὅμοιον καὶ χιδὸν ἴσον τῷ τῆς δάφνης, ἀδράχνης, (malè ἀνδράχνης) καὶ καρύας. *Arboris folium lauro, adrachne, nucis folio simile est, & ferè par.* Lauro simile esse ipsa docet autopsia, testatur Mantuanus Poëta.

> *Ipsa ingens arbor, faciémque simillima lauro,*
> *Et si non alium latè jactaret odorem,*
> *Laurus erat, folia haud ullis labentia ventis.*

Doctiss. interpres ad hunc locum. *Sane etiam hæc probant citrum non esse. Nam citri arbor multum non potest crescere.* Duas confundit arbores, citrum θύον, & citrum, medicam malum. Ingentem dixit Poëta arborem à formæ venustate, non à magnitudine. Potest etiam ingens dici, quasi præcellens, quod odore præstet. Magna enim non usque adeo arbor est. Plinius non ἀδράχνῃ sed unedoni folium comparat, *Folium,* inquit, *ejus est unedonis intercurrentibus spinis.* Ἀδράχνην *unedonem* vertit, vel quod minus nota suo tempore, vel quod in Latia lingua aptius non extaret vel occurreret verbum. Quod etiam de myrrha fecit, ubi Theophrastus dixit, φλοιὸν δὲ ἔχει λεῖον, ὅμοιον ἀδράχνῃ Plinius vertit, *corticem lævem similemq; unedoni.* Nec omnino ineptè; quippe, ut supra diximus, tradit adrachnem similem esse unedoni. Vide caput de arbuto lib. 3. cap. 16. Mathiolus in eorum sententia se perstitisse scribit, qui ἀντὶ ἀνδράχνης, ut in vulgatis legitur codicibus, legerent ἀράχνης *araneorum telæ simile*, usque inde eùm revocarit Plinius. *Quippe cum accuratius,* inquit, *Plinium perlegissem, comperi Theodorum, alioquin virum & Græcum natione, & Latinæ linguæ peritissimum, male Theophrastum hoc in loco fuisse interpretatum, & vocabuli significatum minus rectè accepisse: siquidem, ut apertissime declarat Plinius lib. 13. cap. 22. adrachne est arbor arbuto admodum similis. Inquit enim, adrachnem omnes fere Græci portulacæ nomine interpretantur, cum illa sit herba, & andrachne vocetur, unius literæ diversitate. Cæterum adrachne est sylvestris arbor, similis unedoni, folio tantum minore, & nunquam decidente. Hinc ergo facile colligi potest, huic plantæ, quæ arbuti frondibus perpetuo virescit laurinis similibus, medicæ mali foliis comparasse Theophrastum.* Vidimus Mathioli sententiam. Quid pro Theodoro responderi debeat, ex iis quæ de adrachnes voce exposuimus, facile percipiet lector. Videamus argumentum eorum qui ἀράχνης legendum censent. Hoc autem est, quod mali Medicæ folia sint ubique minutis admodum punctis perforata, ita ut linteoli spissioris modo sint transparentia: ideo inquiunt, facile telis araneis comparari possunt, ac facilis unius alteriusve literæ lapsus. Horum opinio non placet; quippe multa folia punctis transparentibus constant, hyperici folia hujusmodi punctis perforata, undæ perforatæ nomen accepit; quin nec ipse laurus punctis hisce caret: Nemo tamen hujusmodi folia ἀράχνης similia dixit. Vera lectio ἀδράχνῃ; quã Athenæus comprobat, ipsaque experientia docet citri folia, lauri, & adrachnes similia esse, immo adrachnes folia adeo laurinis similia Honorius Bellus tradit, ut solo odore à lauro dignosci queant. Citriæ igitur mali folia cum laurinis similia sint, rectè cum adrachnes foliis comparari possunt.

Ἀκάνθας δὲ οἵας ἄπιος ἢ ὀξυάκανθος, &c. Nemo non videt scribendũ ἀκάνθας, vel οἵας & ἰσχυρὰς λείας & ὀξείας. Sed altera lectio placet, idque quia apud Athenæum habetur. Sunt tamen qui codicem Theophrasti corruptum scribunt, & corrigunt οἵας ἔχει ἄπιος ὀξυάκανθος delecta particula ἢ, & interpretantur, *spinosa pirus.* Rationem hanc adferunt, quod Græci ἄπιον vocant urbanam pyrum, quæ spinis caret, eoq; nomine ἀπὸ τῆς ἀχράδος distinguunt, quæ spinis hispidatur, idque etiam ipse facit Theophrastus. Rectè pyrum sativam spinosam negant; sed ἄπιον pro τῆς ἀχράς aliquando non poni, nego. Apud ipsum Theophr. locus extat in quo pro pyrastro ponitur. Is est, libro primo de causis cap. 17. ὃ καὶ ἐπὶ τῆς ἀπίου συμβαίνει. καὶ γὰρ ἐκεῖνα βλαστάνει πρὸ τῆς ἡμέρου ἐστί. διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. quod in pyra sylvestri perspicere licet: hæc enim facilius quam urbana eisdem prorsus de causis germen emittit.

Τὸ δὲ μῆλον οὐκ ἐσθίεται, Athenæus loco citato, καὶ μηδεὶς ὑμῶν θαυμαζέτω εἰ φησὶ μὴ ἐσθίεσθαι αὐτό. ὅπου γε καὶ μέχρι τῶν κατὰ τοὺς πάππους ἡμῶν χρόνων οὐδεὶς ἤσθιεν· ἀλλ' ὡς τι μέγα κειμήλιον ἀπετίθετο ἐν ταῖς κιβωτοῖς μετὰ τῶν ἱματίων. *Vestrum autem neminem in admirationem trahat quod ille prodidit, pomum non mandi, quandoquidem ad usque memoriam avorum nostrorũ nullus comedit, sed cum vestibus in arcis reponebatur, ut res quædam ingentis pretii & thesauro digna.* Plutarchus, seculo uno antiquor, suis temporibus parum adhuc id fuisse in mores receptum tradit, additque plerosque seniorum, qui tunc superstites erant, insolentes ejus cibi, penitus abstinuisse. πολλὰ γὰρ, inquit, τῶν ἀγεύστων καὶ ἀβρώτων πρότερον, ἥδιστα νῦν γέγονε: *multa quæ nemo antea gustare aut edere voluisset, suavissima sunt facta.* Exempli loco adfert, œnomeli, vulvam, cerebrum, sicyopeponem, piper & hoc ipsum citrium. Eadem Plinius tradit, cum inquit, *pomum ipsum alias non manditur.*

Καὶ αὐτὸ τὸ φύλλον τοῦ δένδρου, &c. Athenæus. τὸ δὲ μῆλον οὐκ ἐσθίεται μὲν, εὔοσμον δὲ πάνυ καὶ αὐτό. καὶ τὰ φύλλα δὲ τοῦ δένδρου. κἂν εἰς ἱμάτια τεθῇ τὸ μῆλον ἄκοπα διατηρεῖ. *Fructus quidem non manditur, sed odorem apprimè jucundum spirat, sicut & folium arboris. malum vestibus interpositum, ne à tineis perforentur servat.* Scribendum ergo apud Theophrastum, καὶ αὐτὸ καὶ τὸ φύλλον τοῦ δένδρου. Plin. loc. cit. *Pomum ipsum alias non manditur, odore præcellit; foliorũ quoque, qui transit in vestes una conditus, arcetque animalium noxia (noxas)* &c. Optime hunc locum expressit Oppius apud Macrobium libr. Saturnal. 2. cap. 15. *Est autem odoratissimum, ex quo interjectum vesti tineas necat.* Pessime Theodorus, *inoffensas servat.* Tinearum proprie κόπτειν, perforare. Unde σητόκοπα ἱμάτια, *vestes tineis pertusæ,* item ἄκοπα, *quæ à tineis illæsæ sunt.*

Χρήσιμον

χρήσιμον δ' ἐπειδὰν τύχῃ. Ex Athenæo constat, hæc mutila esse. Locus hic in hunc sensum apud eundem legitur; χρήσιμον δ' ἐπειδάν καὶ τύχῃ τις πιὼν θανάσιμον φάρμακον. δοθὲν γὰρ ἐν οἴνῳ διακόπτει τὴν κοιλίαν, καὶ ἐξάγει τὸ φάρμακον. καὶ πρὸς εὐωδίαν στόματος. Vertunt. *Est etiam is utilis siquis lethale venenum biberit, quia potus è vino alvum deturbat & venenum exigit, & halitum commendat.* Nullo modo turbat alvum citrium, alvi fluctum temperat & lenit. Vertit Oppius; *Fertur etiam venenis contrarium; quod potum cum vino purgatione virium suarum bibentes servat.* Verte. *è vino exhibitus ventriculum penetrat, ac per poros educit venenum.* Sensus enim est, ventriculum penetrare, ac vires suas per venas ad cor dimittere, ab eoque venenum propulsare, ac per poros foris expellere. Mentem Theophrasti non assecutus videtur Dioscorides. δύναμιν δ' ἔχει πρὸς τὸ ἐν οἴνῳ ἀντιπράττειν θανασίμοις, κοιλίαν ὑπάγειν. *Malum in vino bibitum venenis resistit, alvum subducit.* Non subducit alvum, sed sistit potius. Manifestam enim adstringendi vim habet. Nisi fortè placeat, veneno adeo resistere, ut in uno eodemque corpore, alterum cùm altero durare nequeat, quodque debilius est expelli. Vel quod adstrictis partibus, superioribus inferiora expellantur, quomodo cydonia alvum movent. Venenis resistere non latuit Virgilium.

> *Media fert tristes succus tardumque saporem*
> *Felicis mali quo non præsentius ullum,*
> *Pocula si quando sævæ infecere novercæ,*
> *Miscueruntque herbas, & non innoxia verba,*
> *Auxilium venit, ac membris agit atra venena.*

Extat apud Athenæum lib. 3. cap. 6. facinorosorum ad serpentes damnatorum, qui ab esu citrii mali liberi ac salvi evaserint, historia. ὅτι δὲ καὶ προσλαμβανόμενον τὸ κίτριον πάσης τροφῆς ξηρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς ἀντιφάρμακόν ἐστι παντὸς δηλητηρίου, εὖ οἶδα μαθὼν παρὰ πολίτου ἐμοῦ πιστευθέντος τὴν τῆς Αἰγύπτου ἀρχήν. οὗτος κατεδίκασέν τινας γενέσθαι θηρίων βορὰν κακούργους ἐνεχθέντας, καὶ ἔδει αὐτοὺς ἄποσι τοῖς ζώοις παραβληθῆναι. ἀπιοῦσι δὲ αὐτοῖς εἰς τὸ τοῖς λῃσταῖς εἰς τιμωρίαν ἀποδεδειγμένον θέατρον, κατὰ τὴν ὁδὸν καπηλίς τις κατ' ἔλεον ἔδωκεν, οὗ μετὰ χεῖρας εἶχεν ἐσθίουσα κίτριον, καὶ λαβόντες ἔφαγον, καὶ μετ' οὐ πολὺ παραβληθέντες πελωρίοις καὶ ἀγριωτάτοις ζώοις ταῖς ἀσπίσι δηχθέντες, οὐδὲν ἔπαθον. ἀπορία δὲ κατεῖχε τὸν ἄρχοντα. καὶ τὸ τελευταῖον ἀνακρίνει τὸν αὐτοὺς φυλάττοντα στρατιώτην, εἴ τι ἔφαγον ἢ ἔπιον, ὡς ἔμαθεν κατὰ τὸ αὐτὸ ἐξαπλοῦν τὸ κίτριον δεδόμενον. τῇ ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν, τῷ μὲν πάλιν ἐκέλευσε δοθῆναι κιτρίου, τῷ δ' οὔ. καὶ ὁ μὲν φαγὼν δηχθεὶς οὐδὲν ἔπαθεν. ὁ δὲ παραχρῆμα πληγεὶς ἀπέθανε. δοκιμασθέντος δὲ διὰ πολλῶν τοῦ τοιούτου, εὑρέθη τὸ κίτριον ἀντιφάρμακον παντὸς δηλητηρίου φαρμάκου. ἐὰν δέ τις ἐν μέλιτι Ἀττικῷ ὅλον τὸ κίτριον ὡς ἔχει φύσεως, συνεψήσῃ μετὰ τοῦ σπέρματος, διαλύεται μὲν ἐν τῷ μέλιτι καὶ ὁ ἀπ' αὐτοῦ λαμβάνων ἕωθεν δύο ἢ τρεῖς δακτύλους οὐδὲν ὅπεν ὑπὸ φαρμάκου πείσεται. *Sumptum vero citrium ante quodvis alimentum, siccum pariter ac humidum, omnibus venenis resistere, ego satis novi, à cive meo id edoctus, cui Ægypti mandata fuit administratio. In maleficio deprehensos quosdam ille ad serpentum morsum damnaverat, quos oportebat omnibus hujusmodi bestiis lacerandos obiici: productis illis, & ad Theatrum euntibus destinatum latronum supplicio, in via forte cauponaria quædam misericordia commota, quod in manibus tum habebat, ac rodebat, malum citrium dedit: acceptum vero illi commederunt, & paulo post ingentibus ac ferocissimis anguibus oblati, commorsique ab aspidibus nihil læsi sunt. Hæsitabundo & attonito judice, qui tandem cum illorum custodem militem interrogasset, numquid bibissent, aut edissent: ut id comperit, quod acciderat, nimirum absque dolo illis citrium fuisse traditum, postridie alteri rursum dare jussit, alteri minimè. Percussus hic confestim periit, illæso altero qui citrium commederat. Indeque multis id expertis cognitum est, citrium adversari venenis omnibus. Quod siquis citrium integrum, & quale natura est, cum semine, in Attico melle coquat, donec liquatum tabescat, & ejus liquoris matutino, tres quatuorve sumat, tutus erit, à venenatis omnibus medicamentis.*

ἐὰν γάρ τις ἑψήσῃ. Athenæus hæc verba aliter. ἐὰν γάρ τις ἑψήσῃ ἐν ζωμῷ, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ τὸ εἴσω τοῦ μήλου ἐκπιέσῃ εἰς τὸ στόμα καὶ καταῤῥοφήσῃ ποιεῖ τὴν ὀσμὴν ἡδεῖαν. Corruptus Athenæi codex. Lege ut apud Theophrastum scriptum est. Plinius in loco citato. *Hæc est autem cujus grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis, commendandi halitus gratia.* Virgilius.

> *Flos apprimè tenax, animas & olentia Medi*
> *Ora fovent illo, & senibus medicantur anhelis.*

Senibus medicantur non succo, sed cortice in melle præparato & condito.

Σπείρεται δὲ τοῦ ἦρος. Apud Athenæum & hic locus paulo aliter. Σπείρεται δὲ τοῦτο τοῦ ἦρος εἰς πρασιὰς ἐξαιρεθὲν τὸ σπέρμα διειργασμένον ἐπιμελῶς. εἶτ' ἄρδεται διὰ τετάρτης ἢ πέμπτης ἡμέρας, ὅταν δὲ ἁδρὸν ᾖ διαφυτεύεται πάλιν τοῦ ἔαρος εἰς χωρίον μαλακὸν, καὶ ἔφυδρον, καὶ οὐ λίαν λεπτόν. Malè legitur ἄτ' ἀρδεύεται; rectè ἁδρὸν ᾖ. In Basileensi & Aldino codice, ὅταν δὲ ἁδρὸν γένηται. Omnino scribendum ἁδρὸν ᾖ. Malè in eisdem cod. legitur, καὶ εἰργασμένας. De plantatione citriorum hæc tradit Cass. Bassus lib. 10. cap. 7. τὸ κίτριον φυτεύεται ἀπὸ μετοπώρου ἕως ἰσημερίας ἐαρινῆς· χαίρει δὲ ὕδατι ἀφθόνῳ. μόνον δὲ τοῦτο ἀπὸ ὅλων τῶν δένδρων, ὑπὸ νότου ὠφελεῖται, ὑπὸ βοῤῥᾶ δὲ βλάπτεται. δεῖ δὲ πρὸς τοῖς τείχεσι ταῦτα (αὐτὰ Pal.) φυτεύειν, ἵνα ἔχει ἔρυμα πρὸς τὰ ἀρκτῷα μέρη. περιβάλλεται δὲ διὰ τοῦ χειμῶνα ψιάθοις, μάλιστα δὲ τοῖς κλήμασι τῶν κολοκυνθῶν. ἔχει (M. S. κολοκυντῶν. ἔχουσι.) γάρ τινα φυσικὴν ἀντιπάθειαν, πρὸς τὸ ἀπὸ τοῦ κρύους ἀπαθεῖς αὐτὰς διαφυλάττειν) M. S. φυλάττειν) διὸ τὰ ξυλωδέστερα καὶ παχέα (παχέα) κλήματα τῶν κολοκυνθῶν (κολοκυντῶν) καύσαντες τὴν τούτων τέφραν ταῖς ῥίζαις τῶν κιτρίων περιπάσσειν χρή. εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι τὸ κίτριον ἐνοφθαλμιζόμενον ἄφορον ἔσται διὰ τὸ διὰ σαρκὸς τρόπῳ ἐγκεντρίζεσθαι χρή, ὥσπερ καὶ τὰς ἀμπέλους, &c. *Citrium plantandum est ab autumno usque ad æquinoctium* (Theophraste de plantatione ex semine, hic ex olea agit) *vernum. Gaudet aqua largâ* (idem Theophrastus) *& sola omnium arborum ab austro opem sentit, a borea vero læditur. Cæterùm juxta muros citrium plantandum est, ut munimentum habeat adversus septentrionales partes. Circumdatur per hyemem striis, & maximè cucurbitarum sarmentis. Naturalem enim quandam contrarietatem habent, ut ipsum a frigore læsum tuentur. Qua propter lignosiora & crassa sarmenta cucurbitarum uremus, horumque cinerem radicibus citri spargemus. Verum nosse expedit, quod citrium, si inoculetur, sterile erit; quare juxta modum insitionis per carnem inserere convenit, quemadmodum & vites.* Idem Cap. sequenti τινὲς δὲ τὰ κίτρια οὐ πασσάλους μόνον φυτεύουσιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ κορύνης καμπτομένου τοῦ κλωνίου, οὕτως ἐν τῷ ὀρύγματι καταπηγνύντες τὰς δύο ἀρχὰς τοῦ κλωνίου, καὶ ἐγχωννύουσιν. ἀναθεῖν οὖν ἐκβάλλει τὸν βλαστὸν, ὡς εἰπεῖν, ἀπὸ τῆς καμάρας. οἱ δὲ κατὰ τὰ κυρτὰ πασσάλια τῶν κιτροφύτων, τὰ μὴ δυνάμενα καμφθῆναι κατὰ κεφαλῆς φυτεύουσι, τὸ παχύτερον ἄνω. καὶ τὸ λεπτὸν μέρος εἰς τὴν γῆν πηγνύοντες, καὶ συνεμβάλλουσι τὴν τῶν συκηλάτων (legend. σικυηλάτων) τέφραν. *Quidam citrea non solum à talea plantant, sed etiam à clava, incurvato videlicet ramo, atque ita duo rami principia in scrobem depinguntur, & adobruuntur, ipsumque germen sursum erumpit è fornice, si ita dicere licet. Quidam nodosas citrii plantarum taleas, quæ incurvari non possunt, secundum caput plantant, crassiore parte sursum, tenui in terram defixa, & cinere cucumerariorum simul inecto.*

φέρει δὲ τὰ μῆλα πᾶσαν ὥραν. Idem Athenæus, nisi quod non multo diverso sensu habeat ἐκπίπτει. Hunc locum male vertit Plinius. *Arbor ipsa omnibus horis pomifera est: aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis vero sub nascentibus*: Quod dixit Theophrast. πᾶσαν ὥραν quovis anni tempore; Plinius negligenter, *omnibus horis*, & τὰ δὲ ἐκπίπτει, *aliis maturescentibus*; τὰ μὲν ἀφῄρηται *aliis cadentibus*, Verte, *fructum fert omni anni tempore: alia enim præcarpuntur, alia florescunt, alia coquuntur*, id est *maturescunt*; Hoc enim ἐκπίπτει significat. Non ineleganter Oppius apud Macrobium. *Generantur autem in Perside omni tempore mala citria; alia enim præcarpuntur, alia interim maturescunt.* Optimè interpretatur hunc locum Palladius in Martio. cap. de citreo. *Asserit Martialis apud Assyrios pomis hanc arborem non carere, quod ego in Sardinia & in territorio Neapolitano in fundis meis comperi (quibus solum & cœlum tepidum est, & humor exundans) per gradus quosdam sibi semper poma succedere, cum maturis se acerba substituant, acerborum vero ætatem florentia consequantur, orbem quendam, continuæ fœcunditatis sibi ministrante natura.* Dioscorides φυτὸν γάρ ἐστι καρποφοροῦν δι' ὅλου τοῦ ἔτους ἐπαλλήλως. *Est enim arbor omnibus anni temporibus frugifera, aliis atque aliis vicissitudine perpetua nascentibus.* Malè ergo Plinius, & ex eo Theodorus, *omnibus horis*. Πᾶσαν ὥραν in Græco est, πάντα καιρόν. Hesychius ὥρα, τὸ ἔαρ ἢ θέρος. ὥρα, καιρός. Antiquissimi Græci ὥραν nunquam de diei hora posuerunt, sed de tempore anni. Quod non ignoravit Servius, cum de citrio ait. *Hæc arbor citri omni fere tempore plena est pomis, quæ in ea partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore sunt posita.* Elegànter ex Græcorum sententia πᾶσαν ὥραν vertit: nisi placeat Servium hæc ex Palladio hausisse. Cæterum in eodem, quo Plinius, errore interpretem Herodoti, virum longè doctissimum, reperio lib. 2. ἵνα δὴ ὥραι συμβαίνωσι περιγινόμεναι ἐς τὸ ὁμοῖον, imperitè *horas* reddidit; cum *tempus* dicendum esset.

Ἐκ μέσου τινὰ ἐξέχουσαν. Apud Athenæum ἐκ μέσου ἀνέχουσαν scriptum est, Vulgata Theophrasti lectio non displicet; quanquam & Athenæi tolerari potest.

Citrium.



Fructum eleganter describit Dioscorides αὐτὸ δὲ τὸ μῆλον ἐπιμηκες, ἐρρυτιδωμένον, χρυσίζον τῇ χρόᾳ εὐῶδες μετὰ βάρους, σπέρμα ἔχον ἀπίῳ ἐοικός. *Malum vero ipsum oblongum est, rugosum, aureo colore, cum gravitate odoratum, ac pyri semen habet.* Malus Medica arbor est mediocris, non ita magna, brevi trunco, cujus rami longi, crassi, firmi, lenti, obsequiosi, cortice viridi vestiti, acutis quidem spinis, sed non frequentibus, pluribus tamen quam aurantiæ præditi. Folia oblonga, lata, lævia, viridia & splendentia supernè: infernè pallidiora sunt, nec multum splendentia, odorata, per ambitum serrata, alioquin laurinis non dissimilia, majora tamen & ad juglandis magnitudinem accedentia, junctura quadam pediculo inhærentia: soli si objiciantur, instar foliorum hyperici, foraminibus visum ferè effugientibus undique punctim trajecta. Flores candidi, sæpiuscule forinsecus purpurascentes, calathi effigie, solidi, odorati, staminibus in medio tenuibus ac capillaceis. Fructus magnus est & oblongus, cucumere aut melopepone non raro major, quandoque minor, & limonia mala non multum magnitudine excedens; cortice per maturitatem flavescente, sive diluto aureo colore, tuberculis nonnullis exasperato, odore gratissimo. Subest caro cum gravitate quadam densa, dura, firma, candida, crassa, edulis, aromaticum quid resipiens, sed exiguum, & neque acris, neque acida, sed ferè qualitatis gustabilis expers. Interior medulla, non multa quidem, succo crudo plena turget: quæ semen continet, hordei grano majus ac crassius, cortice duro tectum, substantia interiore albida ac amara. Semper hæc floret, fructuque maturo, & immaturo onusta est. *Sunt* inquit Doctiss. Clusius, *qui fructum nascentem figulinis formis varias figuras exprimentibus includunt, atque ita relinquunt, donec fructus maturitatem consequatur; tum demum formas auferunt, ut malum nativum colorem adsciscat jucundo sine spectaculo.* Res hæc nova non est, quippe Græcis cognita recentioribus. Cassian. Bassus lib. 10. cap. 9. εἰδωλόμορφον τὸν προειρημένον καρπὸν ποιήσεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπου, ἢ ἄλλου ζώου, κατὰ τὸν τρόπον. περιπλάσας τοῦτο γύψῳ ἢ πηλῷ, καὶ ἐάσας ψυγῆναι (pal. M:s. ψογῆναι malè) τέμνε ὀξεῖ τινὶ, διμερὲς, ποιήσας ἐμπρόσθιον καὶ ὀπίσθιον ὥστε συναρμόσαι. ξηράνας οὖν, ὄπτησον εἰς τὰ κεράμεια. ὅταν δὲ ὁ καρπὸς τὸ ἥμισυ τῆς ἰδίας αὐξήσεως ἔχῃ, περιθεὶς τοὺς τύπους, ἀσφαλίζου δεσμοῖς ἐπιμελῶς, ἵνα μὴ διασπασθῶσιν ἀπὸ τῆς αὐξήσεως τοῦ περιειλημμένου, ἐάν τε ἄπιον, ἐάν τε μῆλον, ἐάν τε ῥοιὰ ἢ κίτρεον ὑπάρχῃ. καὶ ἀποδέξαι τοὺς τύπους. συντόμως δὲ τοῦτο εἰπεῖν ζωοειδεῖς τὰς ὀπώρας συμβαίνει γίνεσθαι. διὸ εἰς τύπους γεγλυμμένους ἐνθείς τις, αὐξάνειν ἐάτω. id est, *prædictum citrii fructum simulachri formam reddere facies, vel humanæ faciei, vel alterius animalis, hoc modo gypso aut luto quicquid voles integit, & perfrigeratum in duas partes instrumento quopiam acuto secas, ita ut anterior & posterior pars coaptari ac committi queant, indeque siccatum in figulina torres. Quum vero fructus ad dimidiam partem sui augmenti pervenerit, formas illas circumdatis vinculis diligenter munies, ne ab augmento ejus quod circumdatum est divellatur, sive in pirum, sive malum quodcunque, sive punicum aut citrium fuerit, & suscipit omnino circumdatas, & ut in summa hoc dicatur, fructus omnes pomorum, in animalium formas exprimendas coget, quos in formas exculptas impositos & inclusos augescere permittas.* Fructus, ut dixi magnitudine variant: quædam enim citria in molem excrescunt melopeponibus paria, ita ut ad pondus librarum decem nonnunquam perveniant, ut memoriæ prodiderunt Cardanus & Desinerus; nullo ferè succo sunt, adferuntur ex Liguria, & Adriatici maris insulis. Citria alia limonum reperiuntur magnitudine, alia paulo sunt majora, quæ potissimum cibis expetuntur, & à lacu Lenaco asportantur, & pomcires quasi poma citri vocari Lugdunensis tradit. Forma etiam differunt. nam alia prælonga, alia rotundiora, aliaque forma hominum industria conformata spectantur. Quædam sapore remissiore, quædam vehementiore. In colore etiam differentia observatur; nonnulla dilutiora, alia saturatiora sunt: viribus tamen non multum inter sese differunt. Citria majora hanc agnoscunt differentiam. Quædam sunt pulpa plurima, a Cæsalpino Botanico non incelebri ponrires dicta. Idem ea a citriis melopeponis magnitudine distinguit, & ponrires inter limonia & aurantia ambigere scribit. Gustui non ita placent; sed quia pulpæ multo plus habent, officinis expetuntur, saccaro vel melle asservanda. Mali medicæ genus quoddam fructu ingenti tuberoso reperitur. Fructum citrangulum à recentioribus vocari quidam contendunt, negant alii. Infima, inquiunt, *ætas citranguli facit mentionem.* Avicenna verò & Mesues citranguli meminerunt. Docti dubitant an aurantiæ sint. Certè citrangulus est κιτράγγουρος, quod quidam interpretantur, *citreum malum majusculum, cucumeris facie.* Quod contra rationem compositionis est, quæ potius postulat, ut ἄγγουρος sic appelletur *citri colore*, Græci recentiores ἄγγουρον vocant cucumerem. Inde κιτράγγουρος citrinus cucumus. Nam alii sunt viridiores, alii pallidiores, & citrei coloris, alii nigri. Sic χρυσόμηλον est *aureum malum.* In hujusmodi quippe compositionibus adjectiva præponuntur, substantiva sequuntur. Citrinos cucumeres vocat Plinius, qui sunt κιτράγγουροι vel citranguli. Cucumeres ἀγγούρους vocatos esse concedo: at citrangulum Avicennæ & Mesues cucumeris esse genus nego. Idque his rationibus, quod Mesues duodecima distinct. capit. Oleo de pomis inscripto, eligendum scribat citrangulum antiquum; at ullū cucumeris genus servari potest, statim enim putrescit ac corrumpitur. Tum quod citrangulum pomum dicat; quod de cucumere nemo facile dixerit: pomum enim arboris fructus. Accedit quod adversus artritidem citrangulum præscribit. Cortex citri ad malum hoc præstans, inutilis cucumer. Denique quod eodem capite mentionem faciat citri & citrianguli, tanquam ejusdem facultatis. At contrariis pollent facultatibus citrum & cucumer, nisi quod utriusq; refrigeret succus. Citrum morbis pestilentialibus resistit, eosdem producit cucumer. Ex his citrangulum cucumeris genus esse nego. Sed illud citri genus, (limonia malus) quod facie cucumeris est, ad citriorum classem referri debet. Malum medicam magnitudine refert, virentibus ac spinosis ramis, ac foliis lauri æmulis. Folia tamen sunt limoniæ breviora, spinæ minores ac breviores; flos foris purpurascens, intus candidus. Fructus oblongi & crassi sunt, citriis tamen minores: cortex luteus, amaricans, & suaveolens, sed tenuis; cui caro albida, sed valdè exigua accedit. Copiosam autem hæc mala medullam habent, succo prægnantem & redundantem, qui & acidior est. Semina in hac continentur veluti citrii, sed minus amara, ac frequentia. Facie & facultate fructus hi differunt: quidam oblongiores, quidam asperiores, cortice crassiore cucumeris aut melonis effigie, alii cortice læviore, tenuiore, succo acidiore. Quadriplex Cordo genus, anserini ovi forma & magnitudine. 2 minus globosum utroque capite veluti umbilico insigne. 3. ovi gallinacei figura & quantitate. 4. tertio æquale, globosum, superficie æquale. Sapore etiam differunt. Limonia enim alia dulcia, alia acida, alia inter dulce & acidum media. Dulcia vel majora vel minora sunt. In folio etiam varietas; quippe genus quoddam folio serrato, fructu oblongo, & tenuissimo reperitur, quod est lincas primum Clusii. Invenitur & aliud genus serris carens. In spinis præterea differentia. Nam quædam arbores vel exiguis vel nullis spinis præditæ, aliæ spinosæ


ſpinoſæ. Fructus illius, cui ſpinæ deſunt, rotundus eſt, ſumma parte quaſi corona aut umbilico inſignitus. Vidi limonis genus prægnans aliuni fructum minorem in ſe continere; ita ut verum ſit, quod a Cluſio relatum eſt. Illud autem genus quod Simon de Tovar Hiſpaniæ dum viveret medicus celebris coluit, me videre non memini. Hujus meminit Cluſius; *Vir inquit Simon de Tovar ex fortunatis inſulis delatum* (prægnans genus) *ſcribebat, & aliud genus ſe colere, totum fere carneum, quod varias figuras repræſentat, eam ab cauſam ab Hiſpanis* limones de figuras *appellari*. Aliud etiam genus Cluſius vidit, mihi, quod ſciam, nondum conſpectum, quod omnium maximum, citrii mali magnitudinem æquabat; corticem vero minus denſum, & auri inſtar fulgentem habebat, grumos etiam interiores minus acidos; Succus Limonum puellis gratus quippe, ut canit Poëta.

Admotus foculo limon, ſenſimque recoctus
Inſtillante anima, ac tenuem converſus in amnem,
Ora puellarum maculis lavat, & candorem
Inducit nitidis per colla argentea vittis.

Hodie in calente balneo Mariæ vocato vitreis organis elicitur aqua ex limonum ſucco, quæ præterquam quod mulieribus ſummè expetitur ad faciem fuco expoliendam & erugendam, etiam vitiligines, ubicunque fuerint, ac varos ac totius corporis maculas emendat, etiamſi ex elephantiaſi eſſent. Aurantium citriorum genus nomen ab Aurantia urbe accepiſſe volunt, ac in eandem Herculem mala hæc, cum ab Heſperidibus rediret, tuliſſe. Quod plane falſum; quia nec Auguſti, nec Tiberii, nec Claudii, tempore nota aurantia. Urbem quandam Aurantiam eſſe non nego. Stephanus Ἀράντια πόλις ἣ ὕστερον Φλιοῦς ἀπό τινος Ἄραντος αὐτόχθονος. οἱ πολῖται Ἀραντῖνοι. Ab hac urbe nomen hoc non impoſitum eſt arbori. Vox enim hæc ſub extremis demum Latinitatis temporibus audita, cùm jam nulla urbs Ἀράντια aut Φλιοῦς extaret. Inſuper ſi nomen ab hac inditum urbe, apud Græcos uſitatior vox hæc quam apud Latinos eſſet, vetereſque Græci, vel etiam recentiores alibi ejus meminiſſent. Quare ſanior illorum ſententia, qui a corticis colore aureo nomen impoſitum ſcribunt. Dicitur aurantia & orantia corruptè, ut aguſta pro anguſta. Recentiores Græci νεράντζιον vocarunt, ut ſupra diximus, cum citri ſive mali medici etyma exponeremus. Hermolai opinio νεράντζιον ſive rantium dici ab æris colore, quaſi randium, hoc eſt, fulvum. Placet aliis à Neratio inventore nomen νεράντζιον vel Neratium impoſitum. Nugantur qui aranium quaſi arianum a gente Perſica dictum ſcribunt, *Aria*, inquiunt, *ut Hellanius docet, regio quædam Perſica*. Inde ſi nomen haberet, antiquis Græcis cognitum fuiſſet, cum ne medii quidem ævi, ejus mentionem faciant. Quæ noſtra de voce νεράντζιον ſit opinio, ſupra explicavimus. Arborem hanc inſitione natam ſcribunt. Monardus Hiſpanienſis in libello de aurantiis, natam ex citrea in punicam inſerta tradit, ideoque in rubrum colorem, & diverſam abiiſſe formam. Præter hunc nemo arborem, cui inſerta fuerit, nominat. Hæc opinio nobis neutiquam probabilis. Nimis magna punicæ ab arantia citrioque diverſitas. Tota arboris facies, ſtipes, folia, rami, fructus differunt; nihil eſt quod conveniat. Quin etiam citrus in punica inſerta citrea proferet, non aurantia. Nam ſi in citrum aliud genus mali inſeras, ejus generis quod inſitum erit poma naſcentur, non citria. Si pyra inſeras, pyra proferet; ſi aurantia in citrum, aurantia proferet; & contra ſi citreum in aurantiam citria producet. Major tamen evadet arbor; quia malus aurantia grandior eſt quam citrifera. Et contra ſi aurantiam citreæ inſeras, pumila & parva manebit, quia citrea minor. Major præterea citreæ & aurantiæ differentia, quam ut ex inſitione natam credi poſſit. Citria arbor parva; aurantia magna nec alicui malo cedens. In citrea ſpinæ multæ, acutæ & robuſtæ; in aurantia breves, tenues & paucæ. Folia etiam plane diſſimilia. Citreæ folia laurinis ſimilia, denſiora tamen, multoque majora ad juglandis magnitudinem accedentia, oblonga, utrimque acuminata, per ambitum ſerrata, egregiæ viriditatis, ac ſplendoris, præſertim supernè; infernè enim pallidiora exiſtunt: aurantiæ folia quamquā colore citreis ſimilia ſunt, acuminatiora tamen, anguſtiora, ambituq; minime ſerrata ſpectantur. Præter hæc nota quadā ſingulari, propriaq; diſtinguuntur; quam certe veteres neutiquam retinuiſſent, ſi ipſis cognita aurantia fuiſſent. Quælibet enim poſteriori parte, juxta annexum fere, inciſuram habent, qua ſibi invicem adverſus conſtituitur iſthmus. Quin etiam ſpina per foliorum dorſum tranſiens, in ipſa anguſtia juncturam habet, qua veluti in bina folia ſingula dividuntur: ita ut poſterior eorum pars myrteo æqualis ſit; verum obtuſa, non ut in myrto acuminata, cordis quandam figuram oſtendens: anterior autem laurini majoris, acuminatique figuram ac quantitatem habet. In malo quoque ſive fructus colore & forma differentia. In citro longa & ovata facies; color ex flavo pallidus, in aurantia cum auri obryzi colore forma orbicularis. Hoc etiam accedit: ſi nata aurantia ex citrea in punicum inſerta, non tantum cortex exterior, ſed ſuccus ruberet; multis etiam granis ut punicum ſcateret. Pyrus ſi moro inſeratur, non tantum fructus & cortex, ſed caro etiam interior, ſuccuſq; habent. Citrum inſeri in punicam obſervavit Caſſi. Baſſus; ſed aliam arborem, tota facie à citrea punicaque differentem, inde naſci non tradidit, quod ſine dubio feciſſet. Rubra citria producere ſcribit, εἰ δὲ βούλει (inquit) κίτρια ἐρυθρὰ ποιῆσαι, ἐγκέντρισον ἐξ αὐτῶν εἰς συκάμινον, καὶ τὸ ἀνάπαλιν, καὶ γίνεται ἐρυθρὰ τὰ κίτρια. οἶσθα δὲ καὶ ἰκάτερον τὸν καρπόν (τὸν καρπὸν M. S.) ἐγκεντρίζεται δὲ καὶ τὸ κίτριον, καὶ εἰς ῥοιάν. *Quod ſi rubra citria velis, inſitionem eorum in morum facito, & vice verſa, & citria rubra fient, & utraque arbor fructum feret; poteſt etiam citrium in punicum inſeri.* Conſtat igitur ex inſitione non eſſe nata aurantia. Quæritur porro, an à veteribus deſcripta ſit aurantia: quod certe non videtur; quippe nec Græcis, nec Latinis, niſi infimi ævi, cognita fuit, alioqui nunquam Columella arboris fructuſque tam pulchri, & elegantis, culturam tradere neglexiſſet. Idem de Palladio, Caſſiano Baſſo, cæteriſque agriculturæ ſcriptoribus dico. Malum tamen ceſtianum eſſe volunt, cujus meminit Galenus; & rationem qua ſuam ſtabiliant ſententiam, hanc proferunt; quod cum punicis frequenter conjungatur à Galeno, tanquam non multū viribus ac potentia ab illis deficiens. quod inquiunt experientia etiam hodie cuique cognoſcere licet, quum punicorum penuria, aurantia pleriſq; in locis in uſum veniant, ad corroborandum os ventriculi; in quem ſanè uſum à Galeno lib. 1. κατὰ τόπους approbantur. Miſerum profectò argumentum. Nam & cotonea eiſdem facultatibus quibus punica prædita, & cum punicis frequenter à Galeno conjunguntur. Sed videamus quæ Galenus de his malis tradit lib. 2. κατὰ τόπους cap. 1. titulo, Quæ Apollonius ad capitis dolorem ex ebrietate, & meri potu ſcripſit. καὶ τὰ κεστιανὰ δὲ καλούμενα μῆλα, κατὰ τὴν Ῥωμαίων πόλιν, αὐτὰ μὲν ἑψήσεως ἐστὶν αὐστηρά, κατὰ δὲ τὴν ἕψησιν εὐστόμαχα γίνεται. χρὴ δὲ ἕψειν αὐτὰ κατὰ χύτραν καινὴν, ὕδωρ ἐπιχέοντα θερμὸν (σύμμετρον interp.) εἶτα κρεμάσαντας ἐν τῷ ἀγγείῳ τὸ μῆλον ὑποκαίοντές τε τὴν χύτραν ὅπως ἐκ τοῦ ὕδατος ἀναφερόμενος ἀτμὸς θερμὸς, τὴν ἕψησιν αὐτοῦ ἐργάζηται. *Quin & mala ceſtiana appellata in urbe Romana, citra cocturam quidem ſunt auſtera; poſt cocturam vero ſtomacho commoda fiunt. Coquenda autem ipſa ſunt in ollam novam aqua calida infuſa, deinde malo in olla ſuſpenſa, igneque ſub ollam conjecto, quo vapor ex aqua calidus ſublatus, cocturam ipſi malo præbeat.* Aurantia mala acida ſunt, non auſtera; quanquam iſti ſapores confundi ſoleant. Cruda ſtomacho commoda ſunt, nullamq; gratiam ſi coquantur habent; nec cocta à quopiam exhibentur. Ceſtiana mala temporibus Columellæ familiaria. Horum enim lib. 12. cap. 45. inter malorum genera fit mentio: *Itaque poſſunt alia genera malorum ſicuti orbiculata ceſtiana* (vulgo *ſeſtiana*) *melimela, matiana hoc liquore cuſtodiri. Sed quia videntur in melle dulciora fieri ſic condita, nec proprium ſaporem conſervare, arculæ faginæ, vel etiam tiliaceæ, quales ſunt, in quibus veſtimenta forenſia conduntur, huic rei paulo ampliores præparari debent.* Quod ſi aurantia ceſtiana forent, nunquam prætermiſiſſet Columella, venuſtiſſimi, & aſpectu pulcherrimi, viſuq; delectabilis, ſapore etiam gratiſſimi fructus inſitionem, & propagationem docere; nec eam reticuiſſet Palladius, Columella multum recentior. Mali ceſtiani mentio fit apud Plinius lib. 15. cap. 14. *Ergo habent originem à Matio, Ceſtio qui* (malè *Geſtio* legitur) *& Manlio, itemque Claudio.* Hæc ſatis oſtendunt aurantia, non eſſe ceſtiana, Plinius enim folium arboris hujus peculiare deſcripſiſſet, notaſque arboris fructuſque quaſdam dediſſet. A recentioribus itaque aurantia inventa. Aurantia arbor citreas magnitudine ſuperat, malo vulgari, præſertim fertili ſolo non cedens; quanquam alibi humilis conſpiciatur: firmos habet ramos, lentos, cortice tectos, ex viridi ſubalbicante, cum trunci cortex fuſcæ ſit viriditatis. Spinas breves & paucas habet. Folium, ut dixi, hoc peculiare habet, quod ad petiolorum exortum foliolum præcedat cordis effigie; cui annectitur folium majus quod ſequitur, ita ut geminum habere videatur folium, quod ſaturato viridi colore eſt, citreæ ſimile, ſed acutius & anguſtius, minime per ambitum

tum serratum odoreque citriæ cedens. Flos candidus, medio auro interlitus, per oram vero limbi purpurascens, adeo odoratus, & latè spirans, ut avidissimè ab unguentariis quæratur, ad varia odoramenta paranda. Elicitur

Aurantia.



ex eo aqua, quæ non solum citreæ, limonum florem odore vincit, sed & ad multa valet medicamenta. Fructus triplici colore distinctus. Viridis enim cum primum prodit, frondem colore refert, deinde rutilus evadit: postremum, ubi maturus, fulvo auri colore nitet. Rotundam formam instar globi obtinet, modice tamen compressus; Magnitudo huic mediocris mali, citreo minor, cortice, carne, & semine constat; cortex interiore auri colore fulget, odoratus. Exteriore cute amaricat, nonnihil asper, quasi rugosus, subinde crassior, quandoque tenuior, sed tamen quam limoniorum crassior, corio similis, subditam habens substantiam candidam, mollem & fungosam. Huic subest caro, medulla, pulpa, per longitudinem senis plerumque aut octonis membranis distincta, copioso, vinoso, ac aromatico succo abundans, Semina in carne continentur, minora quam citriorum, forma, colore, sapore alioquin similia. Succus modo dulcis est, alias acidus, non raro medii ac vinosi saporis. Qui dulci succo præditus, fructus superficiem habet glabriorem, læviorem, mollioremque corticem. Acido qui constat succo, asperiorem ac duriorem corticem habet. Qui medii saporis succum habent, corticem habent inter mollem & durum medium. Genera plura ab insitione prodeuntia observarunt recentiores; pleraque cortice amaro crasso, aureo; alia subvirente; alia cortice tenuissimo, subrubente, medulla dulci; aliqua & cortice dulci. Aliqua in uno pomo duo genera botrorum habent; alia absque semine sunt. Succum sive pulpam sapore differre, ut dixi, observavit Clusius. Aurantiam unico grano præditam μονοσπερμόφορον vocant. Aurantia etiam alia, ut dixi, pumila, alia magna. Aurantia, ut hoc addam, liberalior est ferendis floribus & malis etiam in frigidis regionibus, modo rectè curetur. Ad citriorum etiam classem refertur pomum Adami dictum. Nomen accepisse ferunt, quod cortex rimis quibusdam exasperatur, ac si dentibus demorsus esset. Quare pomum, quod Adamus protoplastes in paradiso gustavit, Dei mandatum transgrediens, rude vulgus esse existimat; quod & Iudæos nonnullos credere refert Thevetus; & per me quidam credat qui volet. Arbor quæ poma hæc fert, aliarũ malorũ similitudinem refert, ad aurantiæ magnitudinem accedens; breves habet spinas, ramos malis haud dissimiles; folium paulo quam limoniorum majus. Florem candidum, odoratum medicæ mali æmulum, fructus florem sequitur, è latiore basi in rotundiorem cornum turbinatus, vertice obtuso, & quasi umbone depresso, & inæquali, fissuris quibusdam apparentibus, perinde ac si dentibus demorsus esset. Cortice vestitur crasso, inæquali, denso, rugoso ac asperiusculo, colore è luteo pallidulo. Interior substantia succosa admodum est, brevibus folliculis, ut in aurantia, contenta; sapore acidula, veluti limoniorum, sed palato minus grata. In qua grana continentur subrotunda, alioquin malo citrii non dissimilia. Malo aurantio, limonio, Adamo, medico gaudet Gallia, Hispania, Italiaque præcipuè locis maritimis.

ΚΕΦ. Ε. — CAP. V.

De ficu indica, aliisque multis Indiæ arboribus. Quotque hebeni sint genera. De Terebintho indica. Deque lanigeris arboribus, nec non seminibus, & herbis Indiæ. De oriza. De spina candida, quæ herculacea dicta est.

Ἡ δὲ Ἰνδικὴ χώρα τήν τε καλουμένην ἔχει συκῆν. ἣ καθίησιν ἐκ τῶν κλάδων τὰς ῥίζας ἀν' ἕκαστον ἔτος, ὥσπερ εἴρηται πρότερον. ἀφίησι δὲ οὐκ ἐκ τῶν νέων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔνων καὶ ἔτι παλαιοτέρων. αὗται δὲ συνάπτουσαι τῇ γῇ, ποιοῦσιν ὥσπερ δρύφρακτον κύκλῳ περὶ τὸ δένδρον, ὥστε γίνεσθαι καθάπερ σκηνήν, ὑφ' ᾗς δὴ καὶ εἰώθασι διατρίβειν· εἰσὶ δὲ αἱ ῥίζαι φυόμεναι διάδηλοι πρὸς τοὺς βλαστούς. λευκότεραι γάρ, καὶ δασεῖαι, " καὶ σκολιαὶ δίφυλλοι. ἔχει δὲ τὴν ἄνω κόμην πολλήν. καὶ τὸ ὅλον δένδρον, εὔκυκλον· καὶ τῷ μεγέθει μέγα σφόδρα. καὶ γὰρ ἐπὶ δύο στάδια ποιεῖν φασι τὴν σκιάν. † καὶ τὸ πάχος τοῦ στελέχους ἔνια, πλειόνων ἢ ἑξήκοντα βημάτων, τὰ δὲ πολλὰ τετταράκοντα. τὸ δέγε φύλλον οὐκ ἔλαττον ἔχει πέλτης. καρπὸν δὲ σφόδρα μικρὸν, ἡλίκον ἐρέβινθος· ὅμοιον δὲ σύκῳ. διὸ καὶ ἐκάλουν αὐτὸ οἱ Ἕλληνες συκῆν. ὀλίγον δὲ θαυμαστῶς τὸν καρπὸν, οὐχ ὅτι κατὰ τὸ τοῦ δένδρου μέγεθος, ἀλλὰ

* σκολιαὶ, καὶ δίφυλλοι.
† καὶ τὸ πάχος τοῦ στελέχους ἐνίους πλειόνων ἢ ἑξ βημάτων, τὰ δὲ πολλὰ τεττάρων. τὸ μὲν ὕψος τετράκοντα. τὸ δὲ φύλλον οὐκ ἔλαττον ἔχει πέλτης ἀμαζονικῆς, καρπόν.

Indica autem regio, arborem ficum vocatam habet, quæ è ramis radices dimittit singulis annis, ut primo volumine retulimus. Dimittit autem non ex novellis, sed ex anniculis, atque etiam vetustioribus. Illæ se terræ conjungentes, ceu sepem circum arborem faciunt, ita ut veluti tabernaculum condatur, quo etiam morari homines solent. Radices autem nascentes evidentissime à ramis discernuntur: sunt enim albiores, hirtæ, tortuosæque, binaque fronde foliatæ. Item arbos comam supernam lascivam gerit, totaque fornicato ambitu pulchre orbiculatur, & magnitudine vehementer excellit: quippe umbram ad duo stadia facere fertur: " & crassitudine caudicis, plerasque ultra quam sexaginta gradaum orbem colligere, magna vero ex parte quadraginta. Folium pelta non minus habet: Fructum admodum parvum, magnitudine ciceris, ficui similem. Quamobrem Græci ficum eam arborem appellabant. Parum

* & crassitudine caudicis quasdam ultra quam sex passuum orbem colligere, plerasque quatuor altitudine triginta assurgere. Folium pelta amazonica non minus habet.

‡ καὶ τὸ ὅλον. φύεται δὲ τὸ δένδρον περὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμόν. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον δένδρον, καὶ τῷ μεγέθει μέγα, καὶ ἡδύκαρπον θαυμαστῶς καὶ μεγαλόκαρπον. καὶ χρῶνται τροφῇ τῶν Ἰνδῶν οἱ " σοφοὶ καὶ ἀπεχόμενοι. ἕτερον δὲ, οὗ τὸ φύλλον τὴν μὲν μορφὴν προμήκες τοῖς τῶν στρουθῶν πτεροῖς ὅμοιον. ἃ παρατίθενται παρὰ τὰ κράνη. μῆκος δὲ ὡς διπηχυαῖον. ἄλλο τέ ἐστιν οὗ ὁ καρπὸς μακρὸς καὶ οὐκ εὐθὺς, ἀλλὰ σκολιός. ἐσθιόμενος δὲ, γλυκύς. οὗτος ἐν τῇ κοιλίᾳ δηγμὸν ποιεῖ καὶ δυσεντερίαν: διὸ καὶ ὁ Ἀλέξανδρος, ἀπεκήρυξε μὴ ἐσθίειν. ἔστι δὲ ἕτερον, οὗ ὁ καρπὸς ὅμοιος τοῖς † κρανέοις· καὶ ἕτερα δὲ πλείω καὶ διαφέροντα τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν. ἀλλ' ἀνώνυμα. θαυμαστὸν δ' οὐδὲν τῆς ἰδιότητος· σχεδὸν γὰρ ὥσγε δή τινές φασιν, οὐδὲ ὅλως τῶν δένδρων, οὐδὲ τῶν ὑλημάτων, οὐδὲ τῶν ποωδῶν, ὅμοιόν ἐστι τοῖς ἐν τῇ Ἑλλάδι, πλὴν ὀλίγων. ἴδιον δὲ καὶ ἐβένη τῆς χώρας ταύτης. ταύτης δὲ δύο γένη. τὸ μὲν, εὔξυλον καὶ καλόν, τὸ δὲ φαῦλον. σπάνιον δὲ τὸ καλὸν, θάτερον δὲ πολύ. τὴν δὲ χρόαν οὐ θησαυριζομένη λαμβάνει τὴν εὔχρουν, ἀλλ' εὐθὺς τῇ φύσει. ἔστι δὲ τὸ δένδρον θαμνῶδες, ὥσπερ ὁ κύτισος. φασὶ δ' εἶναι καὶ τέρμινθον. οἱ δ' ὅμοιον τῇ τερμίνθῳ. ὃ τὸ μὲν φύλλον καὶ τοὺς κλῶνας καὶ τ' ἄλλα πάντα ὅμοια ἔχει τῇ τερμίνθῳ. τὸν δὲ καρπὸν διάφορον. ὅμοιον γὰρ ταῖς " ἀμυγδάλαις. εἶναι γὰρ καὶ ἐν Βάκτροις τὴν τέρμινθον ταύτην, καὶ κάρυα φέρειν, † ἡλίκα τὰ ἀμύγδαλα, διὰ τὸ μὴ μεγάλα. καὶ τῇ ὄψει δὲ παρόμοια. καὶ ἡ ἡδονὴ κρείττων τῶν ἀμυγδάλων. διὸ καὶ χρῆσθαι τοὺς ἐκεῖ μᾶλλον. ἐξ ὧν δὲ τὰ ἱμάτια ποιοῦσι· τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον ἔχει τῇ συκαμίνῳ. ‡ τὸ δὲ ὅλον φυτὸν τοῖς κυνοροδοις ὅμοιον· φυτεύουσι δὲ ἐν τοῖς πεδίοις αὐτὸ κατ' ὄρχους· διὸ καὶ πόῤῥωθεν ἀφορῶσιν ἄμπελοι φαίνονται. ἔχει δὲ καὶ φοίνικας ἔνια μέρη πολλούς. καὶ ταῦτα μὲν ἐν δένδρου φύσει. φέρει δὲ καὶ σπέρματα ἴδια, τὰ μὲν τοῖς χεδροποῖς ὅμοια, τὰ δὲ τοῖς πυροῖς καὶ ταῖς κριθαῖς. ἐρέβινθος μὲν γὰρ, " καὶ φακὸς, καὶ τ' ἄλλα τὰ παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν. ἕτερα δέ ἐστιν ὥστε παραπλήσια ποιεῖν τὰ ἑψήματα, καὶ μὴ διαγινώσκειν ὥς φασιν, ἂν μή τις ἀκούσῃ, κριθαὶ δὲ καὶ πυροὶ καὶ ἄλλ' ἐστὶ γένος ἀγρίων κριθῶν, ἐξ ὧν καὶ ἄρτοι ἡδεῖς, καὶ χόνδρος καλός. ταύτας οἱ ἵπποι ἐσθίοντες τὸ πρῶτον διεφθείροντο. κατὰ μικρὸν δὲ οὖν ἐθισθέντες ἐν ἀχύροις οὐδὲν ἔπασχον. μᾶλλον δὲ σπείρουσι τὸ καλούμενον ὄρυζον, ἐξ οὗ τὸ ἕψημα. τοῦτο δὲ ὅμοιον τῇ ζειᾷ καὶ περιπτισθὲν, οἷον χόνδρος. εὔπεπτον δὲ τὴν ὄψιν πεφυκὸς ὅμοιον ταῖς αἴραις καὶ τὸν πολὺν χρόνον ἐν ὕδατι· ἀποχεῖται δὲ οὐκ εἰς στάχυν, ἀλλ' † οἷον φόβην. ὥσπερ ὁ κέγχρος, καὶ ὁ ἔλυμος. ἄλλο δὲ ὃ ἐκάλουν οἱ Ἕλληνες φακόν. τοῦτο δὲ ὅμοιον μὲν τῇ ὄψει καὶ τὸ βούκερας. θερίζεται δὲ καὶ περὶ Πλειάδος δύσιν. διαφέρει δὲ καὶ ‡ αὐτὴ τῇ χώρᾳ, τῷ τὴν μὲν φέρειν ἔνια, τὴν δὲ μὴ φέρειν. ἡ γὰρ ὀρεινὴ καὶ ἄμπελον ἔχει καὶ ἐλαίαν, καὶ τὰ ἄλλα ἀκρόδρυα, πλὴν ἄκαρπον τὴν ἐλαίαν. σχεδὸν καὶ τὴν φύσιν ὥσπερ μεταξὺ κοτίνου καὶ ἐλαίας. ἔστι δὲ τῇ ὅλῃ μορφῇ καὶ τὸ φύλλον τοῦ μὲν πλατύτερον, τοῦ δὲ στενώτερον. ταῦτα μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἰνδικήν. ἐν δὲ τῇ " Ἀρίᾳ χώρᾳ καλουμένῃ ἄκανθά ἐστιν, ἐφ' ἧς γίνεται δάκρυον ὅμοιον † τῇ Ἰλλυρίᾳ καὶ τῇ ὄψει καὶ τῇ ὀσμῇ. τοῦτο δ' ὅταν ἐπιλάμψῃ ὁ ἥλιος, καταῤῥεῖ. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα παρὰ τὰ ἐνταῦθα καὶ ἐν τῇ χώρᾳ καὶ ἐν τοῖς ποταμοῖς γίνεται. ἐν ἑτέροις δὲ τόποις ἐστὶν ἄκανθα λευκὴ τριόζος. ἐξ ἧς καὶ σκυτάλια καὶ βακτηρίας ποιοῦσιν· ὀπώδης δὲ καὶ μανή. ταύτην δὲ καλοῦσιν ‡ ἡρακλέα. ἄλλο δὲ ὕλημα μέγεθος μὲν ἡ-

‡ κρατὸ

" οἱ σοφοὶ οὐκ ἀμπεχόμενοι.

† κρανείοις.

" ἀμυγδάλαις πλὴν ἔλαττον. εἶναι.

† ἡλίκα σχεδὸν τά.

‡ τὸ δὲ κύπρου μᾶλλον τοῖς κυνοροδοις ὅμοιον.

" καὶ φακὸς καὶ κύαμος.

† εἰς φόβην.

‡ αὐτὴ ἡ χώρα.

" ἀρειάνη.

† τῇ γαβιρηΐᾳ σμύρνῃ.

‡ ἡρακλείαν.

rum mirum in modum fructificat : non tantum pro magnitudinis ratione, verum etiam omnibus rebus. Nascitur arbos hæc circa Acesinam amnem. Est & alia arbor, & magnitudine insignis, & suavitate fructus, amplitudineque mirum in modum præcellens. Hoc sapientes Indorum, qui nudi degunt, cibo utuntur. Alia cui folium specie prælongum, simile † pennis struthiorum. quæ super galeis imponuntur, longitudine duorum cubitorum. Alia cui fructus longus, nec rectus, sed contortus : cibo dulcis, sed morsus in aluo, difficultatesque facit intestinorum. Ob id Alexander ne quis manderet, interdixit. Alia cui fructus similis cornis. Sunt & alia plura iis diversa, quæ Græcia gignit, sed nomine carent : nec mirum quicquam ex eorum proprietate putandum. Nam (ut quidam referunt) nulla omnino arbor, nullus frutex, nulla herba similis iis comperitur, quæ in Græcia proveniunt, paucis exceptis. Hebenus quoque ejus regiones vernacula est. Hujus duo genera constant, alterum materie laudatum, pulchrumque; alterum vile, vitiatumque. Rarum, quod præstantius : reliquum permultum habetur. ‡ Colorem commendatum, non re condita, sed statim sua natura capescit. Fruticosa est cytisi modo. Ferunt & terebinthum haberi, ut alii similem terebintho : cui folia, & rami, & reliqua omnia terebintho similia : fructus autem diversus; similis enim " amygdalis. Nam & in Bactris terebinthum hanc esse, ferreque nuces † amygdalarum magnitudine. Quoniam non magnas, sed visu similes, & suavitate amygdalis præstantiores, & ideo loci illius homines his potius uti. Plantæ autem, ex quibus vestes conficiunt, folium moro simile habent, ‡ corpore autem toto rosis caninis proximæ sunt. Seruntur ordinatim : quapropter è longinquo aspicienti, vites apparent. Palmas quoque nonnullę partes plerasque habent. Hęc in arborum genere. Fert & semina propria, alia leguminibus similia, alia tritico, alia ordeo. Cicer enim, " & lens, & reliqua nostrę regionis ibi haudquaquam habentur, sed alia quędam nascuntur, quibus edulia proxima conficiuntur : nec discerni queunt, ut ferunt, nisi quis audiverit. Est & ordeum, & triticum, & genus quoddam aliud ordei sylvestris, quo & panem suavem conficiunt atque alicam bonam. Id Grecorum equi cum principio manderent, interibant : deinde paulatim; cum paleis assueti, nihil penitus lędebantur. Serunt potissimo quod orizam vocant, id semini nuncupato simile est,‡ pistumque tanquam alica, redditur concoctu perfacile, aspectu loliis simile. Statque magna parte temporis in aqua. † Effundit non spicam, sed veluti jubam modo milii, atque panici. Est enim aliud, quod Greci φακόν, id est lentem vocabant. Hoc visu fœno Greco simile est. Metitur circa Vergiliarum occasum. Interest etiam terrę ipsius ratione, quod quędam ‡ omnia ferat, quędam non ferat. Quippe montuosa & vitem, & oleam, & nucum pomorumque universum possidet genus, pręter oleam sterilem. Et natura pene inter oleastrum, atque oleam. Item specie tota distat, & folium latius hoc, angustius illo. Hęc in India. In regione autem Aria dicta, spina est, ex qua lacryma gignitur, " Illyrię similis tam visu, quam olfactu. Hęc ubi sol illuxerit, defluit. Quin & alia multa pręter hęc nostratia tum agris tum amnibus proveniunt. Aliis locis spina candida nascitur ramisternis, ex qua † regulas, atque baculos faciunt. Succosa, humoris lactei, fungosaque est. Herculaceam hanc appellant. Est etiam aliud, stirpis humilis;

† *Plumis strouthocamelorum.*

‡ *bonum quem habet colorem asservando (id est temporis tractu) non acquirit, sed eum statim, quando cæsa est, à natura habet. arbor est fruticis instar, ut cytisus.*

" *amygdalis sed minor. Nam.*

† *amygdalarum ferme magnitudine.*

‡ *cytinis pomi cynorhodis similis est.*

" *& lens & faba, &.*

‡ *decorticatumque.*

† *effunditur nõ in spicã, sed jubam.*

‡ *nonnulla.*

" *gabyreæ myrrhæ similis.*

† *clavas.*

λίκον ῥάφανος. τὸ δὲ φύλλον, ὅμοιον δάφνῃ, καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ μορφῇ· τοῦτο δὲ εἴ τις φάγοι, ἐναποθνήσκει. διὸ καὶ ὅπου ἵπποι, τούτους ἐφύλαττον διὰ χειρῶν. ἐν δὲ τῇ † Γεδρωσίᾳ χώρᾳ πεφυκέναι φασὶν, ἓν μὲν ὅμοιον τῇ δάφνῃ φύλλον ἔχον οὗ τὰ ὑποζύγια καὶ ὁπουοῦν εἰ φάγοι, μικρὸν ἐπισχόντα διεφθείρετο, παραπλησίως διατιθέμενα, καὶ σπώμενα ὁμοίως τοῖς ἐπιλήπτοις. ἕτερον δὲ, ἀκανθῶδές τινα εἶναι. ταύτην φύλλον μὲν οὐδὲν ἔχειν. πεφυκέναι δὲ ἐκ μιᾶς ῥίζης. ἐφ' ἑκάστῳ δὲ τῶν ὄζων ἄκανθαν ἔχειν ὀξεῖαν σφόδρα. καὶ τούτων δὲ καταγνυμένων ἢ περιθλιβομένων, ὀπὸν ἐκρεῖν πολύν. ὃς ἀποτυφλοῖ τὰ ἄλλα ζῶα † πάντα, καὶ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. τις αὐτοῖς· ἐν δὲ τόποις τισὶ πεφυκέναι τινὰ βοτάνην ἐφ' ᾗ † συνεσπειραμένους ὄφεις εἶναι μικροὺς σφόδρα. τούτοις δ' εἴ τις ἐμβὰς πλήξειε, θνήσκειν· ἀποπνίγεσθαι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν φοινίκων τῶν ὠμῶν εἴ τις φάγοι· καὶ τοῦτο ὕστερον καταvοηθῆναι. τοιαῦται μὲν οὖν δυνάμεις καὶ ζώων καὶ φυτῶν ἴσως καὶ παρ' ἄλλοις εἰσί.

lis: magnitudine quidem † raphani, folio vero tam magnitudine, quam forma lauro simili: id qui comederit, protinus moritur. Quocirca ubi equi adessent, nunquam eos à manibus laxabant. In Gedrosia nasci quiddam folio laurino referunt, cujus quantulumcunque jumenta comedissent, mox interibant: similiter affecta distentaque, atque illi, qui morbo comitiali vexantur. Aliam autem esse spinam, folio nullo, radice singulari: aculeum potissimum quoque in nodo gerentem. Quo fracto, aut attrito, succum lacteum multum effluere, qui cæteris omnibus animalibus cæcitatem infert. ‡ Homines autem. Quibusdam item locis herbam quandam exire, sub qua serpentes † minuti admodum, qui cum ea nascuntur, manent. quorum ictu moriendum protinus esset, cum herbam quisquam aggressus fuerit. Quin & à palmis incoctis strangulari, qui comederit: idque postea perspectum. Sed hujusmodi vires, tam animalium quam plantarum, vel apud alios forsitan comperiri possint.

† Κεδρωσία Al. Germ.

‡ πάντα. ἐν δὲ.

† Theodor. συμφυομένους lege συσπειρωμένους Scal.

† brassicæ.

‡ infert quibusdam.

† minuti admodum in orbem convoluti.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἐπὶ δύο σταδίαις. *Theodorus*, bino stadio. *Mala latinitate.*

Ἐξ ὀκτὼ βημάτων. *Multa significat* βῆμα. Sellam, subsellium, pulpitum, suggestum: *hic suo vetere significato,* gradum. *Sic transtulit Theodorus: Plinius*, passum. βηματιστής, *aliud est.*

Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον δένδρον. *Continuanda historia est, quoad exeat ab Indis. Ait eo vesci sapientes. Theodorus addidit:* qui nudi degunt. *Neque Plinius hoc agnoscit, & expedit arboris nomina, ac fructus,* Palam, *atque* Arienam. *Videtur igitur Theodorus legisse:* οἱ μὴ ἀμπεχόμενοι. *In nostro Codice scriptum est,* καὶ ἀπεχόμενοι. *Non possunt vesci & abstinere. Videbis Herodotum in Thalia.*

Ἴδιον δὲ καὶ ἡ ἐβένη. *Nota genus.* ἔβενον *dicunt alii. & observa,* ἴδιον. *Vnde ausus est Poeta dicere: solam Indiam nigrum ferre Ebenum. De hoc alibi. Herodotus in eodem.*

Τὴν δὲ χρόαν οὐκ ἐπιτεχνιζομένην λαμβάνει. *Theodorus*, colorem commendatum non re condita, sed statim sua natura capescit. *Quid est?* re condita? *Vides nihilo diligentiorem historiam. Lignum novimus, arboris faciem non.*

Τὰ τὴν μὲν φέρειν ἔνια, τὴν δὲ μὴ φέρειν. *Theodorus*, Quod quædam omnia ferat. *Verùm* ἔνια, *non significant omnia. Sic* καὶ τὰ ἄλλα ἀκρόδρυα. Nucum, *inquit*, prunorumque universum possidet genus. *Fortasse minus vere exaggeravit.*

Ἐν δὲ τῇ Ἀρίᾳ χώρᾳ. *Dividit ab India. At Indiæ regio est. Quæ sit Illyria lacryma, nondum didici. Plinius in hac historia scriptum aliter reliquit, nisi sit mendosus Codex.* Spina, *inquit*, lacrymarum preciosa: myrrhæ similis. *Sic & illa.* μέγεθος μὲν ἡλίκον ῥάφανος. *Plinius aliter*, Frutex pestilens rhaphani folio, lauri odore. *Hermolaus, ut concinnet, interpungit sic*: Frutex pestilens rhaphani, folio lauri, odore invitans. *Nam mox dicit*: Item laurino folio. *Magna vis referendi in illa conjunctione*, item. *verùm mutila oratio.* Frutex pestilens rhaphani. *Et cum ait*, Cæcitatem infert omnibus animalibus, *auxit loquutionem Theophrasti: qui dicit*, τὰ ἄλλα. *Et leges*, ὕλημα, *non* ὕλη. Frutex, *inquit Plinius.*

Σκυτάλια. *Theodorus*, regulas. *Habes* σκυτάλιον λυκωνικὸν surculum. *Plinius lib.* 17. Scutulam *aliter*: *sicut* scutulata vestis. *Et in pavimentis apud Palladium.* Superioris rationis scutula serpens. *Et in tertio de bello civili*, quod veteres phalas.

Ἄλλο δὲ ὕλημα. *Sic lege, ut suprà.*

Ἐφ' ᾗ συνεσπειραμένους ὄφεις. *Theodorus*, serpentes connatos. *Legit igitur* συμφυομένους. *malò* συσπειρωμένους, in orbem collectos: *ut suprà de asellis. Plinius ab Onesicrito videtur hujusmodi historias descripsisse, non à Theophrasto. Sed & Theophrastum puto ab eodem. Plinius etiam odorem agnoscit herbæ, sed præcipuum. Est locus sub alpibus Rheticis, in agro Brixiensi, cui nomen Cortinæ. Raro moveas lapidem, quin reperias minutos angues subtus, palmi longitudine, cristatos, varios colore luteo, ac cæruleo: neque alio commigrant.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἡ δὲ Ἰνδικὴ, &c. In India ficum nasci ait, cujus etiam mentionem faciunt Srabo, Diodorus, & Plinius. Strabo lib. 5. Geograph. Πολλὰ γὰρ δὴ καὶ δένδρα παράδοξα ἡ Ἰνδικὴ τρέφει, ὧν ἐστι, καὶ τὸ κάτω νεύοντας ἔχειν (ἔχον M. S.) τοὺς κλάδους, τὰ δὲ φύλλα ἀσπίδος οὐκ ἐλάττω. Ὀνησίκριτος δὲ καὶ περιεργότερον τὰ ἐν τῇ Μουσικανοῦ διεξιὼν, ἅ φησι νοτιώτατα εἶναι τῆς Ἰνδικῆς, διηγεῖται μεγάλα δένδρα εἶναι τινὰ, ὧν τοὺς κλάδους αὐξηθέντας, εἰς ἀναδοθέντας, ἐπὶ πήχεις καὶ δώδεκα. ἔπειτα τὴν λοιπὴν αὔξησιν κατωφερῆ λαμβάνειν ὡς ἂν κατακαμπτομένους ὡς ἂν ἅψωνται τῆς γῆς. ἔπειτα κατὰ γῆς διαδοθέντας ῥιζοῦσθαι ὁμοίως ταῖς καταπρυξίν, εἶτ' ἀναδοθέντας στελεχοῦσθαι· ἐξ οὗ πάλιν ὁμοίως τῇ αὐξήσει κατακαμφθέντας, ἄλλην κατώρυγα ποιεῖν, εἶτ' ἄλλην· καὶ οὕτως ἐφεξῆς, ὥστ' ἀφ' ἑνὸς δένδρου σκιάδιον γίνεσθαι μακρὸν, πολυστύλῳ σκηνῇ ὅμοιον· λέγει δὲ καὶ μεγέθη δένδρων ὥστε πέντε ἀνθρώπους δυσπεριλήπτα εἶναι τὰ στελέχη. κατὰ δὲ τὸν Ἀκεσίνην, καὶ τὴν συμβολὴν τὴν πρὸς Ὑαρώτιν, καὶ Ἀριστόβουλος εἴρηκε περὶ τῶν κατακαμπτομένους ἐχόντων τοὺς κλάδους, καὶ περὶ τοῦ μεγέθους· ὥσθ' ὑφ' ἑνὶ δένδρῳ μεσημβρίζειν σκιαζομένους ἱππέας πεντήκοντα· οὗτος δὲ τετρακοσίους. *India multas quidem admirabiles fert arbores, è quibus est cujus rami ad terram propendent: foliis non minoribus clypeo. Onesicritus curiosus ea persequons quæ sunt in Mousicana terra, Indiæ australissima, refert arbores quasdam ingentes esse, quarum rami cum ad duodenos cubitos excreverint, reliquum incrementum pronum faciant, deflexi quousque terram contingant: deinde terram subeant, ac radices agant veluti traduces: mox rursus in truncum exeant; à quo postquam aucti fuerint, eodem modo flectantur, & aliam propaginem efficiant, rursusque aliam, & sic deinceps, ut ab una arbore longum umbraculum fiat, tabernaculo multis columnis innitenti simile. Refert ad hæc miras arborum magnitudines, quarum stipitem vix quinque homines complecti queant. Aristobulus ad Acesinem, ac ubi is Hyarotidi permiscetur, de arboribus dicit, quæ ramos deflexos habent, & de earum magnitudine, ut sub una arbore quinquaginta meridiari equites possint, ille vero quadringentos ait.* Plinius libr. 12. cap. 5. *Nunc eas exponam, quas mirata est Alexandri Magni victoria, orbe eo patefacto. Ficus ibi exilia poma habet. Ipsa se semper serens, vastis defunditur ramis: quorum imi adeò in terram curvantur, ut annuo spatio figantur, novamque sibi propaginem faciant circa parentem in orbem quodam opere topiario. Intra sepem eam æstuant pastores, opacam pariter & munitam vallo arboris, decora specie subter intuenti, proculve fornicato ambitu. Superiores ejus rami in excelsum emicant, sylvosa multitudine, vasto matris corpore, ut LX. p. pleræque orbe colligant, umbræ vero bina stadia operiant. Foliorum latitudo peltæ effigiem amazonicæ habet: ea causa fructus integens, crescere prohibet. Rarusque est, nec fabæ magnitudinem excedens, sed per folia solibus coctus pedulei sapore, dignus miraculo arboris: gignitur, circa Accesinem*

finem maximè amnem. Quæ in Plinii Strabonisque verbis consideratione digna, ad sententias Theophrasti examinabimus. Meminit hujus arboris Curtius libr. 9. rerum ab Alexandro gestarum; ubi refert, Alexandrum Poro rege, & Hydaspe amne superato ad Indiæ interiora processisse: sylvas autem fuisse prope in immensum spatium diffusas, procerisque & in eximiam altitudinem editis arboribus umbrosas, plerosque ramos instar ingentium flexos in humum, rursus qua se curvaverant erectos adeo, ut species esset non rami resurgentis, sed arboris ex sua radice regeneratæ.

Ἀφίησι δὲ &c. Plinius. *Ficus ibi exilia poma habet. Ipsa se semper serens vastis defunditur ramis, &c.* In antiquo codice verbum, *habet*, desideratur: in eodem *ferens* pro *serens*, & *se ipsa* pro *ipsa se*, legitur. Inde colligunt scripsisse Plinium. *Ficus ibi exilia poma, sed ipsa semper ferens, vastis diffunditur ramis.* Nobis vulgata placet lectio. Rationem dat Plinius ex libr. 2. de causis cap. 14. cur ficus exilia ferat poma, quod propagationi semper sit intenta. ἐπεὶ καὶ μικρόκαρπα πανθ᾽ ὡς ἐπιπολὺ μείζω, καὶ τὰ εἰς μέγεθος ἀρμημένα μικροκαρπότερα. καθάπερ καὶ ἡ Ἰνδικὴ συκῆ καλουμένη. θαυμαστὴ γὰρ οὖσα τῷ μεγέθει, μικρὸν ἔχει φύσει σφόδρα τὸν καρπὸν καὶ ὀλίγον. Vide quæ ad locum citatum dicuntur. Corrigunt, *sed ipsa semper ferens.* Atqui non tantum parvum, sed paucum fert fructum hæc ficus, non ergo semper fert.

Αὕται δὲ συνάπλουσι τῇ γῇ. Plinius, & in eo errasse videtur, quod ait superiores ramos ficus Indicæ in altum abire, inferiores vero in terram curvari, annuoque spatio infigi, ac subinde novam quasi sylvam progenerare. Nihil tale Theophrastus, cujus locum interpretatur Plinius; nihil simile Strabo, cæterique, qui hanc delinearunt arborem. Tradidere illi ramos Indicæ ficus in altum primo ascendere, ad duodecim cubitorum altitudinem, tum ad terram inflecti, reliquumve incrementũ deorsum mittere, usque dum ad terram pervenerint, cui insitæ radices novosque truncos producunt; qui similiter primum ascendunt, deinde torquentur, ac in terram curvantur: adeo, ut ipsa denique arbor tabernaculum multis columnis fultum mentiatur. Vide Strabonem & Theophrastum, & singula examina.

Πάχος δὲ στελέχου, &c. Plin. loco citato, *Superiores ejusdem rami in excelsum emicant, sylvosa multitudine, vasto matris corpore, ut LX. p.* (an pedes, an passus legendum, mox examinabo) *pleræque colligant, umbra vero bina stadia operiant, &c.* Duos commisit Plinius errores. Non tradit Græcus auctor, plerasque ficus Indicæ arbores, ea stipitis crassitie intumescere; sed quasdam tantum, ἔνια, plus quam sexaginta βήματα colligere, plerasque autem quadraginta. Plinius aliud agens, aliud cogitans, vocem πλείονα ad arbores, non ad βήματα retulit. Est hic primus error. Alter, quod miscet quæ Theophrastus disjunxit. Theophrastus totam arborem cum cunctis caudicibus, qui parentem ambiunt, umbram ad duo stadia facere inquit; ipsum autem stipitem sexaginta βημάτων spatium occupare. Plinius vero, ut rectè observavit Cl. Salmasius, tam vastũ scribit matris corpus, id est caudicem, ut sexaginta p. orbe colligant, umbræ vero bina stadia operiant. In optimo & antiquiss. codice, ut idem Cl. Salmasius observavit, legitur, *at sexaginta plerique colligant, umbra vero bina stadia operiant.* Hæc de ramis arboris dici possunt; minime de caudice. iidem etenim rami qui sexaginta p. βήματα orbe colligunt, umbra quoque bina stadia operiunt; quod de matris caudice neutiquam intelligi potest. Sed an ita scripserit Plinius, non constat.

Ἢ ἑξήκοντα βημάτων. Sic etiam legit Plinius. *Vasto,* inquit, *matris corpore, ut sexaginta p.* (quod passus Solinus, Theodorus, aliique interpretatur) *pleræque colligunt.* Atqui, inquiunt, Diodorus Siculus maximas illas Indiæ arbores, vix quatuor hominibus complexibiles esse tradit lib. 17. δένδρων γὰρ εἶχε γένη διαλλάττοντα, καὶ τὸ μὲν ὕψος ἔχοντα πηχῶν ἑβδομήκοντα, τὸ δὲ πάχος μόγις ὑπὸ τεττάρων ἀνδρῶν περιλαμβανόμενα. (γραφ. περιλαμβανόμενον) τρίων δὲ πλέθρων σκιὰν ποιοῦντα. *Nam insoliti hic generis arbores erant, ad 70. cubitos in altum editæ, & crassitie tanta, ut difficulter 4. illas viri complecterentur, umbram vero ad tria plethra* (300. pedes) *de se projiciebant.* Primum de crassitudine, mox de altitudine videbimus. Diodorus stipitis crassitiem inquit tantam, ut vix à quatuor viris circumplecti queat, Strabo quinque ait; quæ haud magna differentia. Hæc inquiunt, consistere nequeunt, cum verbis Theophrasti, qui hic sexaginta passus in orbe colligere ait. Atqui sexaginta hominibus opus, ad comprehendendam arborem quæ sexaginta passus in ambitũ caudicis detineat. Quod sic colligent; quinque pedes legitima hominis statura est; tot pedes passum faciunt; idem porro spatium modusq; manibus expansis inter longissimos digitos, quantus est à calcibus ad verticem. Iuxta hanc rationem, non plus homo manibus suis comprehendere possit, quam quinque pedes, aut quod idem est, passum unum in ambitu longitudinis. Sic necesse est arborem, quæ quinque passus ambitu occupet, non nisi ab hominibus quinque comprehendi posse. Perge porro, inquiunt, & computa; oportet eas arbores, quæ sexaginta passus orbe trunci colligunt, à pauciorib. ambiri complexu non posse quam sexaginta. Hæc ajunt ἀναγκαῖα sunt, & oculatissima. Quare vetus mendum in illis Theophrasti verbis hæsisse suspicantur, & numerum fallacem esse, sicque restituendum; καὶ τὸ πάχος δὲ στελέχους ἔνια πλείονα ἢ ἓξ βημάτων, τὰ δὲ πολλὰ τεττάρων. Reponendum inquiunt, ἓξ pro ἑξήκοντα, & τεττάρων pro τετταράκοντα. Caudex in orbe sex passuum, à sex aut etiam quinque longioris staturæ hominibus comprehendi potest, ut contra qui quatuor passus crassus est, quatuor aut tres homines eam circumplecti queant; & sic Theophrastus cum Strabone, Diodoro, aliisque scriptoribus paria dixerit. Nec sanè alia aut diversa scripsisse putandus est, quum eosdem habuerit auctores, Alexandri scilicet magni comites, classiumque ejus præfectos: Quibus consonant, quę Hollandi Hispanique nautæ hodie suis navigationibus compererunt. Hactenus horum sententiam, si τὸ βῆμα tantũ passum significat, probo. Τὸ βῆμα vero plures habet significationes, ac inter cæteras pedem etiam denotat. Quam significationem habet in actis Apostolicis cap. 7. vers. 5. καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν ἐν αὐτῇ, οὐδὲ βῆμα ποδός, *nec dedit ei hæreditatem in ea, ne vestigium quidem pedis;* id est, ne tantillum quidem, ut in solo suo posset figere pedem. Hesychius, βῆμα πλείονα σημαίνει — βηματίζειν, τὸ τοῖς ποσὶ μετρεῖν. ἔστι δὲ πως ἡ λέξις Μακεδονική. *Βῆμα plura significat — βηματίζειν pedibus metiri, Macedones hoc loquendi genere utuntur.* Verisimile admodum, Theophrastum βῆμα pro pede accepisse; quippe à Macedonibus arboris hujus formam, magnitudinem, crassitudinem edoctus, quibus βῆμα pedem denotat. Sexaginta pedes, passus efficiunt duodecim, quadraginta pedes, passus octo. Duodecim itaque aut octo viris ad complectendam hanc miræ crassitudinis arborem opus erat. Quæ sententia cum eâ quæ est Strabonis stare posse videtur; præsertim ea quæ quadraginta pedes crassum esse truncum scribit. Theophrasti codicem mutare non ausim, ob ea quæ apud Plinium reperiuntur. Fieri facile potuit, quosdam retulisse arborem hanc 30. alios 20. nonnullos dixisse 40. nec defuisse, qui sexaginta pedes crassam dicerent; & hinc veterum quosdam tradere à quinque, alios à quatuor, nonnullos ab octo vel duodecim vix comprehendi potuisse viris. Et hæc de crassitie. De altitudine videndum. Theophrastus magnitudine usque adeò excellere scribit, ut duorum stadiorum umbram faciat: Diodorus umbram jacere ad tria usque plethra: Strabo ad duodenos surgere cubitos tradit. Videant Mathematici, utrum duodeni cubiti umbram ad tria plethra, vel duo stadia jacere possint. Nec Diodoro cum Theophrasto satis convenit; stadium, ut inquit Plinius, lib. secundo cap. vigesimotertio, centum viginti quinque nostros efficit passus, hoc est, pedes sexcentos viginti quinque. Duo ergo stadia comprehendunt quinquaginta passus, pedes mille ducentos quinquaginta. Plethrum, ut docet Suidas, mensura est centum pedum, πλέθρον τὸ τοῦ σταδίου ἕκτον μέρος. ὅπερ ἐστὶ πηχῶν ξή, ὅλον γὰρ τὸ στάδιον ἐστὶ τετρακοσίων, ἢ πανταχόθεν ἔχον πόδας λ, ἢ τὸ πλεθριαῖον διάστημα· ἔχει δὲ τὸ πλέθρον πόδας ρ'. *Plethrum sexta stadii pars, cubitis constans sexaginta octo. integrum enim stadium efficiunt quadringenti (& octo) cubitus, plethron, quod omni ex parte triginta octo pedes habet, vocatur. pethriaion idem quod diasthema, spatiũ unus jugeri. Plethrum autem pedibus absolvitur centum.* Pedes intellige Græcos. Herodotus, τὸ πλέθρον ἔχει ἀκαίνας δέκα, πόδας Φιλεταιρείους ἑκατόν, Ἰταλικοὺς δὲ ἑκατὸν εἴκοσι. *Plethrum habet acenas decem (acena sive actus, ut Latini loquuntur, decem est pedum Græcorum, Latinorum duodecim.) pedes Græcos centum, Italicos vero centum viginti.* Ex his concludi potest, maximam, quo ad magnitudinem, esse differentiam inter ficũ Indicam Theophrasti, & miræ magnitudinis ac crassitudinis arborem cujus Diodorus meminit. Ficus enim Indica Theophrasti umbram facit mille ducentorum quinquaginta pedum, Diodori tantum trecentorum; quæ profecto magna differentia. Unde conjicio, immo assero, Theophrasti codicem non esse corruptum, sed veteres ex Macedonum diverso relatu, varia ac diversa de crassitie, & magnitudine arboris hujus scripsisse. Strabonis

bonis codicem potius corruptum puto. Nam ea non est ingens arbor, quæ duodecim cubitorum est altitudine. Vulgaris etiam arbor, altior viginti quatuor pedibus, umbram non facit magnam', neutiquam ad tria usque plethra, ne ad unũ quidem, aut dimidiũ. Hic ergo aliquid deesse videtur; ἐπὶ πήχεις καὶ δώδεκα; fortè; ἐπὶ πήχεις ἑκατὸν καὶ δώδεκα, *cum ad centum duodecim cubitos creverit*. Talis magnitudo umbram trecentorum pedum facere potest. Nisi fortè placeat, cum ad duodecim cubitos excreverint, alterum ramum emittere qui deorsum vergit, alterum qui sursum, ut ita tandem ingens fiat arbor.

Τὸ δὲ φύλλον οὐκ ἔλαττον ἔχει πέλτης. Plinius addit, Ἀμαζονικῆς. Pelta propria Tracum, non Amazonum: Amazonica pelta peculiarem formam habebit. Strabo ἀσπίδι folium hujus fici comparat, τὰ δὲ φύλλα ἀσπίδος οὐκ ἐλάττω. Ἀσπίδα *clypeum* exponunt *rotundum*, cum ἀσπὶς, Hesychio sit *scutum*. ἀσπὶς ὅπλον πολεμικὸν τὸ σκουτάριον, *aspis armatura bellica scutarium*. Lexicon Græco-barbarum σκουτάριον *scutum* exponit. Suidas Θυρεὸς, ὅπλον, τὸ παρ' ἡμῖν σκουτάριον. Inter clypeum & scutum haud exigua differentia. Livius lib. 8. *Clypeis antea Romani usi sunt, deinde postquam facti sunt stipendiarii, scuta pro clypeis fecere*. Scutum fuit formæ oblongæ. unde apud Virgil. lib. 8. Æneid.

— Scutis protecti corpora longis.

Ovid. lib. 6. Fastor.

Iacta super galeas, scutaque longa sonant.

Clypeus rotundam habuit formam, quod vel ex Festo cognoscere licet. *Clypeum quoque*, inquit, *ob rotunditatem etiam corium bovis appellarunt, in quo fœdus Sabinorum cum Romanis fuerat descriptum*. Sed ἀσπὶς non omne scutum, sed rotundum denotat, quod Theophrasto πέλτη dicitur. Idem Hesych. ἀσπιδίσκαι πελτάρια. σκουτάρια, ἢ περιφερὴς κόσμος ὅπλοις ἔοικώς. Aspis ergo armatura rotunda. Aspis etiam promontorium in littore Africæ, à rotunditate sic dictum; campum quoque denotat rotundum. Hesychius, ἀσπίδες πεδίον περιφερές, ἢ ἀσπίδας ἔχον. Pelta Amazonica exiguum scutum, lunæ jam semiplenæ imaginem referens. Virg. prim. Æneid.


Ducet Amazonidum lunatis agmina peltis.

Pelta propriè clypeus, scutum umbone carens. Hesychius, πέλτη, ἀσπὶς ἴτυν οὐκ ἔχουσα. Idem apud Suidam reperitur. Xenophon libr. 5. de Cyri expeditione peltam Amazonidum hederæ folio fuisse similem tradit: hederæ scilicet rotundæ, quando similunari est effigie. Res itaque non multum diversa Amazonum pelta & aspis.

Καρπὸν δὲ σφόδρα μικρὸν ἡλίκον ἐρέβινθος. Plinius κυάμου legit. *rarusque est* (fructus) *nec fabæ magnitudinem excedens*. Vulgarem fabam si intelligit, transformatio est, digna quæ inter Ovidianas reponatur. Græcæ fabæ magnitudine esse vult, quæ rotunda, nec magna.


Nunc quid recentiores de hac arbore tradant, videamus. Nugantur qui ficum Indicam vetitum pomum fuisse scribunt, de quo primi nostri parentes comederunt. Unde hęc hauserũt? Unde verò etiã scire quis potest quale illud pomũ fuerit? Hoc argumento utuntur, quod ficus Allemannis dicatur Fyg, quasi fy, ghy, *tu abominande*. Sed ipsa eorum verba in medium adferã. *Primi*, inquiunt, *nostri parentes cum serpentis fraude seducti, vetitum pomum comedissent, sensissentque quantum inde mortiferi veneni in corpus & animum grassaretur; nomen ei dederunt, quo prorso, ejus abominatio; & verso, venenum indicaretur.* Fyg *enim dicitur per apocopen, à* fy ghy, *id est, tu abominande: eodem modo quo* form *dicimus à* for-maet, *id est, præcedens mensura; à qua voce forma sit Latinis. Vox versa* gyf *nihil aliud notat, quam venenum. Ad rationem nominum Ichnæorum. Hinc Latini ficum acceperunt, Græci corruptè σῦκον nominarunt. Quam vero superba hæc esset ficus, & quam ingenti foliorum tum copia, tum magnitudine luxuriaret, tum etiam quam rarum, quam exiguum, quam dulcem fructum produceret; Indoscythica nostra declararunt. Vt igitur majores nostri monerent, ab hac arboris natura prorsus esse fugiendum, ad conjugii symbolum ejus arboris fructum acceperunt, quæ quam maximè à ficu illa amplissima, & superbissima distaret. Quod si quis scire volet, quam peritè fecerint; cotoneam cum ficu illa Indica conferat, inveniet nimirum ingentem esse ficui magnitudinem: cydoniam vero tam exiguam esse, ut malorum omnium sit infima: illam pomum habere exiguum, hanc omnium malorum maximum: illi esse pomum dulcissimum, huic austerum, & sapore adstringente, &c.* Docet sacra pagina, primos parentes, postquam vetitum pomum gustassent, ac cognovissent se nudos, consuisse folia ficus & fecisse sibi perizomata. Quod si ficus fuisset, pomum vetitum à primis parentibus comestum, sacra pagina, id non reticuisset, vel saltem dixisset ex eadem ficu arbore Adamum folia consuisse & perizoma fecisse. Eadem præterea fructum arboris vetitæ pulchrum & oculis aspectuque delectabilem fuisse tradit. Indicæ ficus fructus, ut omnes tradunt, exiguus, nec pulcher, nec oculos pascens. Figmentum itaque merum quod scribunt. nec vocem ficus ab Alemannica voce Fyg, Romani acceperunt; multo minus Græci σῦκον ab eadem dixere voce, Romana lingua à Græcis profecta, Græca ab Orientali, Cananæa, aut Palestina; Allemannica à Romanis, Latinisque originem habet, ut multis placet; quanquam credibilius, omnes has linguas suam propriam habere originem, initiumque cepisse, à turris Babylonicæ ædificatione. Mitto hæc. Ficum Indicam, ex relatu Fabritii Mordente, viri multis peregrinationibus clari, & qui aliquot annos Goæ vixit, & vicina ibi loca perlustravit, Carolus Clusius describit his fere verbis. *Eam porro arborem, de qua nobis sermo, in magnam altitudinem, unico trunco eoque admodum crasso, assurgere solere asserebat: ramos deinde in omnia circum latera expandere, qui tenues quasdam easque singulares fibras, sive filamenta (qualia in cuscuta nuncupata vulgo conspicimus) cerei sive aurei, dum recentia sunt, coloris, deorsum mitterent, iisque, ubi terram attigissent, firmarentur, novamque quasi prolem generarent, & veluti in novos arborum caudices transirent; qui rursus summa sui parte novos ramos in latera spargentes, novis denuo fibris deorsum missis, sese propagarent. Sic alii deinceps rami in infinitum: ut interdum unica arbor, suis propaginibus, mille passus in ambitu occuparet, essetque difficile, quænam primaria arbor, sive omnium istarum prolium parens, dijudicare; præterquam ex trunci crassitudine, quam nonnunquam in matre tantam esse dicebat, ut trium virorum ulnis vix apprehendi queat. Cæterum non modo inferiores ramos similes fibras spargere; sed etiam in arbore summos, ideoque unicam arborem densissimam sylvam efficere. Sub*

Ficus Indica.



eas vero arbores aditum sibi paraturos incolas, fibras jam in truncos conversas, tenuiores scilicet, rescindere solere, atque ea ratione, veluti concamerationes, & umbracula facere, arcendi æstus gratia: adeo autem densis ramulis reliquos majores luxuriare, ut solis radii nulla ratione penetrare queant; immo concavos istarum fornicum sinus scindere inæqualiter inde resultantem aërem: quæ caussa esset, ut Echo multis in locis ter, atque etiam sæpius, humanas voces reddere affirmaret: vidisse autem (ita Clusio retulit idem Fabricius) *interdum octingentos aut mille viros, quo in numero ipse fuisset, unius hujuscemodi arboris umbra tegi: sed terna etiam hominum millia, sub tali arbore latere posse: Novellos ramos ferre*, ajebat, *folia mali cotoneæ foliis similia, supernè viridia, infernè candicantia, & lanugine, sicut illa, pubescentia, mirum in modum ab elephantis expetita, idcirco in illorum pabulum cedere solere: fructus esse extremi pollicis articuli magnitudine, colore foris & intus sanguineo, granisque plenos uti vulgares ficus, dulces quidem & edules, verum minus grati saporis quam illæ; nasci autem inter folia quemadmodum ficus, hoc est, in novellis ramis, qua parte illis inhærent folia: provenire autem in insula Goa, locisque vicinis.* Hujus arboris iconem, quam concinne fieri potuit, ex ipsius Fabritii narratione adumbrari jussit Clusius, eamque in illorum gratiam, qui hoc studio delectantur, hic subjicimus. — Quum itaque, inquit idem Clusius, *tam multis notis ficus Indica à veteribus descripta, cum admirandæ hujus arboris in Indica nascentis* (*cujus vulgare nomen sibi excidisse serio dolebat Fabricius*) *historia conveniat, eo audacius ei ficus Indiæ nomen imposui; præsertim, cum illam ipsam esse mihi certò persuadeā. Illius etiā meminit Ioannes Hugo Linscotius, qui ante paucos annos Goa, ubi aliquandiu commoratus, rediit, in suo Itinerario, à Lusitanis istic habitantibus arborem* de raiz, *hoc est arborem radicum appellari dicens, ejusque iconem exprimens, sed longè ab hac nostra diversam. Etenim non singulares radices è ramis dependentes, verum innumeras, easque adeo multifidas notat, ut vix ullam arborem aut fruticem tam variè multipliciterq; sectas radices habere putem: hanc ob causam valdè suspecta mihi* (Clusio) *est, & quam ex Fabritii relatione deliniari curavi, verior, & ad veterum descriptionem propius accedens videtur.* Ferdinandus Lopez de Castagueda cap. 3. libr. 7. Historiæ Orientalis Indiæ, meminit cujusdam arboris in provincia Malaca, quam Mangiu appellat, radicem caudicum instar sursum attollentem. An hæc sit quam Fabricius delineavit, dubitat Clusius. Cæterum cum hac arbore quandam cognationem habere videtur ea, quam Ferdinandus Oviedus prima parte generalis & naturalis historiæ occidentalis Indiæ cap. 6. libr. 9. his verbis Latino sermone ex Hispanico & Italico expressis, describit: *Mangle arbor est, inter eas quæ in occidentali India vulgariter nascuntur, selectissima, cum ad ædificiorum fabricas, tum ad reliqua fabrilia. Crescit uliginosis locis, littore maris, salsuginosisque fluminum & torrentium in mare delabentium ripis. Folia habet majoribus pyri foliis similia; crassiora tamen, ac paulo longiora: siliquas binos palmos longas, aut majores, easque crassas, cassiæ solutivæ fructibus pares, fusci coloris, pulpam instar coaguli, sive ossium medullæ similem continentes, qua Indi aliorum eduliorum penuria vescuntur, Etenim licet amara sit, salubrem tamen cibum esse ferunt. Ego nihilominus ab ejus esu in morbum incidi; tametsi adeo delicatulus non sim, nec ab aliis cibis abstinere in penuria soleam, quibus alios vesci video. Quinimo nulla etiam urgente necessitate, degustare non piget, ut commodius describere queam; eaque de causa hunc fructum degustabam: sed brutorum animantium, & sylvestrium hominum potius dicendus cibus videtur. Admiranda autem ejus arboris est natura. Plurimæ enim simul crescunt, multique ejus rami deorsum vergere, & in radices converti videntur. Nam præter multos, quos erectos foliisque onustos, atque ab invicem sejunctos, reliquarum arborum instar, habet, frequentibus etiam aliis crassioribus & tenuioribus* ἀφύλλοις *sese ad aquam demittentibus, & sub terra aut arena radices figentibus, prædita est; qui, ubi apprehenderint, alios ramos sursum vergentes proferunt. Etenim non minus firmiter hærent, quam primarius arboris truncus, sic ut ex multis caudicibus simul connexis constata videatur arbor; egregio sane spectaculo, & singulari hujus arboris natura.* Nec absimilis ea videtur arbor cujus ex relatione Odoardi Lopez Lusitani, Philippus Pigafetta cap. 4. libr. 1. descriptionis regni Congo meminit his verbis, ex Italico sermone ab eodem Clusio conversis. *In Loanda Insula ad ostia fluminis Coanra regni Congo partem perluentis sita, nascitur arbor, euranda ab incolis nuncupata, celsa & semper virens, singulari natura prædita: nam ex ejus ramis in sublime elatis, deorsum demittuntur veluti funiculi, sive fidiculæ, quæ terram subeuntes, agunt radices, è quibus deinde aliæ plantæ exurgunt, & hac ratione multiplicantur. Sub harum externo sive primo cortice invenitur quasi tela quædam, qua contusa, purgata, deinde in longitudinem atque latitudinem expansa, sese tegunt tenuis fortunæ viri & fœminæ.* Ea arbor quam ex Fabricio describit Clusius proximè ad veterum accedit delineationem; verum utrum cotoneæ mali folium magnitudinem peltæ habeat, me fugit. Quæ ab Oviedo describitur, non est ea, cujus in veterum scriptis fit mentio. Fructus enim ficui pomo dissimilis; siliquas quippe fert. Quas cæteri delineant arbores, utrum sint quæ ab Oviedo delineantur, an vero quæ à Fabricio, judicare non ita facile videtur. Dubitat doctissimus Clusius utrumne planta, quam libr. 1. cap. 11. describit, ad ficus Indicæ circa Acesinem amnem nascentis, historiam referri possit, & hæret. Hæc de ea tradit. *Erat autem hic ramulus, cum suo fructu in uvæ modum congesto, resiccatus, durus, crasso cortice tectus, gracilis & digitalis longitudinis, coloris ex fusco cineracei, octo fructus, exiguorum ficuum instar, crasso brevique pediculo subnixos summo fastigio sustinens, fuliginosi coloris, cineraceis maculis conspersos, duros, & satis solidos: ut quandam affinitatem habere mihi viderentur cum sycomori circa Tripolim Syriæ nascentis fructu, descripto à Clarissimo viro Rauwolphio Medico Augustano cap. 4. lib. 1. sui Itinerarii; nisi ipse Paludanus, qui sycomoros, in Ægypto & Syria viderat, me ab ea sententia dimovisset. Quum porro hic fructus ficui vulgari valdè sit similis figura, & nonnunquam adeo pusillus, ut ciceris magnitudinem non multum excedat; an ad ficus Indicæ circa Acesinem amnem nascentis referri non possit, cujus, ut supra dixi, Theophrastus lib. 1. cap. 12. & lib. 4. cap. 5. tum libr. 2. de caus. plant. cap. 14. mentionem facit? Verum is negat copiosum fructum ferre, & ex Fabriciana relatione, singulares, inter folia, vulgarium ficuum instar, nasci deberent. An vero fructus arboris gagneja quam*

Ficus Sinensis.



quam describit Ferdinandus Oviedus cap. 15. libr. 8. primæ partis generalis & particularis historiæ. Hactenus Clusius. Rectè sentit, non esse ficum Indicam veterum. Nascitur in nova Hispania, ut refert Ioannes de Laet, qui de planta ista in hunc scribit modum; *Secundo* ama cortic, *quam alii vocant* texcalancatl, *alii* tepeamatl, *arbor grandis, latis foliis, & instar hæderæ, crassis & sub-purpureis, & pene figura cordis, ut pingitur vulgo, ferens fructus similes exiguis ficubus, colore purpureo, plenos seminibus minutis & rubris.* Pene adducor ut credam, hunc esse fructum illum, aut certè illi similem, quem Clusius in suis exoticis expressit, ideoque iconem quam dedit, hic adjungendam existimavi. Credo itidem eundem virum clarissimum haud frustra suspicatum hunc fructum esse arboris, quam in insulis appellant *gaguey*, & ab Oviedo describitur libr. 8. cap. 15. *Gaguey*, inquit, *est arbor producens fructum instar ficus, verum haud majorem avellana, interius vero planè ad modum ficus candidæ castellanæ, plenum munutissimis granulis & grati saporis.* Aliud Indicæ ficus genus describit doctissimus Iustus Heurnius, cujus supra mentionem fecimus. Ficus Sinensis arbor procera est, folia habet spithamam longa, tres vel quatuor digitos lata, in margine æqualia, dilute viridia, crassa, dura, nervosa: fructus globosus, maturescens flavescit, & dulcem saporem acquirit, ac premitur, ut ficus Hispanica, ac in longum, ut illa, servatur tempus. Saporis, cum immatura est, valde adstringentis, ut viridis mespili. Intus habet ossa plana, semicirculum referentia, dura, foris fusca, intus alba. Iconem in gratiam botanicorum exprimi curavi.

Ἔστι δὲ τὶ ἕτερον δένδρον, &c. Plinius lib. 12. cap. 6. *Major alia, pomo & suavitate præcellentior, quo sapientes Indorum vivunt. Folium alas avium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duûm. Fructum cortice emittit admirabilem succi dulcedine, ut uno quaternos satiet. Arbori nomen palæ, pomo arienæ. Plurima est in Sydracis, expeditionum Alexandri termino.* Theophrastus, ut recte observavit Hermolaus, non unam, sed duas facit arbores; quarum altera Gymnosophistæ Indorum vescuntur, altera τῶν στρουθῶν πτεροῖς comparat. Plinius vertit, *folium alas avium imitatur.* Græcis quidem στρουθὸς avis quælibet dicitur, sed veteres Attici τὴν στρουθὸν struthocamelum appellare solent. Hesychius στρουθὸς ὁ κατωφερὴς, καὶ λάγνος, Ἀττικοὶ δὲ τὴν στρουθοκάμηλον. *Strouthos pronus, & proclivis. Attici strouthocamelum vocant.* Et sic accepisse Theophrastum nota apposita demonstrat, ἃ περιτίθενται περὶ τὰ κράνη. *quæ galeis imponuntur.* Eodem sensu voce hac utitur Pollux libr. 7. Ἄραβες δὲ καὶ στρουθῶν δορὰς ἀντὶ θωράκων καὶ ἀσπίδων ἐφέροντο. *Arabes struthocamelorum pelle pro lorica & clypeo utebantur.* Πτεροῖς vertit *alis.* Πτερὰ ut plurimum, immo ferè semper, alas significare, negari non potest. Hoc tamen loco pennas vel plumas malim interpretari; quia plumæ vel pennæ, quæ galeis imponuntur è cauda, non ex alis struthocamelorum sumi solent. Hodie etiam militum, nobiliumque Germanorum pileos galeasque plumis è struthocamelorum cauda ornari videmus. Nomen arbori illi tradit esse *palæ*, pomo *arienæ.* Arrianus libr. de rebus Indicis meminit arboris, quam *talam* vocari ait. Sed hæc est, quæ lanifera aliis dicitur, & à Theophrasto cap. 9. hujus libri describitur. Aliunde hæc nomina Plinius quam ex Theophrasto hausit. Carolus Clusius palam hanc muzam, sic dictam arborem, esse existimat. Credo, quod apud Garciam libr. secundo cap. 10, legatur; *Nascitur muza* (sic scribendum non *musa* per sigma; Arabes enim muza per z scribunt; quippe quibus mauz & almauz, & muz dicitur. Inepti ergo, ut rectè idem monet Garcias, qui scribunt, appellatum hunc laudabilem fructum, musa, quod dignus sit musis, aut quod earum sit cibus; nugantur etiam, qui fructum hunc esse volunt, quem Protoplastes in paradyso gustavit) *in Canara, Decan, Guraζate, & Bengale, vocaturque illis* quelli. *Nascitur etiam in Malabar, ubi palan; & in Malayo, ubi pisan dicitur.* Provenit etiam plerisque aliis in locis, & in ea Africæ parte, quam Guineam appellant, ubi *Banaias* nuncupatur. Arabes eum fructum muza, aut *amusa vocant* (ita, ut dixi, scribendum, non musa.) Alpinus etiam Ægyptiis Mauz vocari auctor est. Sic & Avicenna & Serapio & Rhases, qui de hoc fructu peculiari capite scripserunt. Balan vocari scribunt, quomodo Plinius arborem vocari tradit. Cogitandum vero omnino fuerat duas à Plinio arbores confundi, turbatoque ordine earum narrari historiam. Fortassis ea arbor cujus fructu Indorum Gymnosophistæ, (qui non vestiuntur, sed nudi agunt, legendum enim τῶν Ἰνδῶν οἱ σοφοὶ οὐκ ἀμπεχόμενοι,) vescuntur. Hanc tradit Theophrastus esse magnam, fructum magnum suavemque ferre. Has omnes notas habet Muza, sed tantum ad punicæ assurgit altitudinem. quam ex recentioribus Garcias, Alpinus, Mathiolus, Lobelius, Pena, Clusius, & Oviedus describunt: nemo tamen melius Alpino & Mathiolo. *Mauζ*, inquit Alpinus, *arbor apud Ægyptios vocata, crescit in multis locis Ægypti, præsertimque Damiatæ, olim Pelusii* (Garcias in India Orientali in Canara, Decan, aliisque regionibus provenire tradit) *ad mali punici magnitudinem, sed ramis caret: nam instar cannæ folia sua spargit; quæ longissima sunt & latissima, adeo, ut sex, septemque cubitorum in quibusdam visa sit longitudo; latitudo vero duorum. Ajunt multi insitam hanc plantam fuisse cannæ saccharinæ, supra culcasiæ radicem, vereque imago utriusque in ea cernitur, longitudinem cannarum, & latitudinem culcasiæ in foliis adepta, perpetuo viret, nunquam folia decidunt.* Hæc de arboris facie Alpinus; de fructu mox agemus. Nunc quid Garzias, & quid Mathiolus tradunt videndum, ut hujus historiam melius cognoscamus. *Hæc planta*, inquit Garcias, *non nisi semel seritur. Nam semel sata, ex trunci pede multos stolones producit, qui in arbusculas evadunt. Truncus ex squamoso foliorum cortice constat. Foliis amplissimis, binorum cubitorum, vel amplius longitudine, cubiti latitudine; ex currente per medium lata, crassaque costa.*

Muza.



Nullis constat ramis, &c. Memorabile quod de hujus arboris foliis refert Mathiolus. *Adolescit hæc, ut referunt, ad quinûm senûmve cubitorum proceritatem, è stolonibus alterius sata: folio est arundineo; quod tamen per quam longo, latoque ambitu se diffundit, adeo ut in longum trium cubitorum mensuram quandoque excedat, in latum vero sesquicubitum spatietur, lata crassaque per medium excurrente costa. Torrescunt folia æstate sui natura, vel etiam fortasse solis ardore; adeo ut mense Septembri eorum costæ prorsus nudæ cernantur, derodente foliorum materie, quod admodum sit tenuis.* Miror hæc non observasse Alpinum: &, si verum est quod à Mathiolo traditur, quomodo Alpinus


pinus tradat, non decidere. Alpinus tamen testis oculatus. An dicemus, Alpinum scribere, folia non cadere, quod brevi temporis spatio, nova folia ad costas veteres renascantur; vel cadere, jam renascentibus aliis? an verò dicemus Mathiolo impositum?) *Caulis squamoso foliorum cortice vestitur, consistit, palmæ vel arundinis modo. Ramos habet nullos, sed caudice tantum consistit. Et hæc de arboris facie. Folia ad nos sæpe adferuntur, quippe gummi, quod elenmi vocant, iis involvitur. Integra quandoque vidi, quæ duorum, trium, quatuorve pedum longitudinem superarent, omnia tamen infernè compressa erant.* De fructu hæc Alpinus. *Hæc planta fructus fert multos, parvis cucumeribus similes, sed racematim multos appensos. Color ipsorum exterius aureus cernitur, corticesque suavissimum odorem, atque aromaticum spirant. Substantiæ ipsorum cucumerum persimilis aliquatenus existit, sed est tamen mollis, pinguis, lenta, dulcis, atque apprimè suavis, eam commedere assuetis: seminum vel nucleorum expers.* Garcias; *Nullis constat ramis, sed è germine flores quosdam conjunctos profert, subrufos, ovi effigie, & palmi longitudine, è quibus circumeminent pediculi, centum, interdum ducentos ficus sustinentes.* Mathiolus: *E vertice germen emergit, materie molli, longitudine ferè cubitali; à quo alia ab origine, ad summum prodeunt germina ternum quaternumve digitorum invicem distantia; è quibus circumeminent fructus, parvi cucumeris magnitudine, qui per maturitatem quadantenus flavescunt, corticè fici, qui eodem modo digitis detrahitur; substantia pulpæ consistit melopeponum modo; nullo intus osse, neque semine. Primum gustantibus fructus insipiditatem quandam præ se ferre videntur, adeo ut primo statim gustu non placeant; verum qui esu assuescunt, iis indies magis delectantur: quippe qui quadam occulta saporis suavitate allecti, quæ nisi tractu temporis cum palato init gratiam, nunquam saturari videantur.* Ex his delineationibus, rectè clariss. Clusium apud Plinium pro *cortice* legere, *caudice*, in hunc sensum, fateri cogimur. Nam summo stipite fructum profert; *fructum caudice*, (non *cortice*, ut vulgati cortices habent. Forte *vertice* eodem sensu non malè scriberetur, propius ad vulgatam accedit lectionem) *emittit* (antiquus codex, *mittit*) *admirabilem succi dulcedine, ut uno quaternos satiet.* Falluntur qui dactylum Cyprium Theophrasti esse existimant. Nec folia, nec arbor, nec fructus, quicquam habent quod palmam refert. Expendat diligens lector, utriusque delineationem, videat icones, sanè contrariũ statuet. Nescio etiam utrum muza hęc in Cypro reperiatur. Addo fructum palmę Cypriæ non esse sapidum, muzæ longè suavissimum. Nec minus falluntur, qui arborem foliis plumæ, aut pennæ struthocamelorum similibus scribunt. Nullam cum pluma hujus animalis similitudinem habet muzæ folium. Pluma, pennave avium incisa ac dissecta est, quale non est hujus arboris folium. Vehementer errant, qui φυξίμηλον existimant esse, cujus apud antiquissimum tragicum Æschylum fit mentio. φυξίμηλον enim arbor, quæ ob altitudinem à pecude tuta est. Hesychius, φυξίμηλα, δένδρα τὰ διὰ ὕψος ἐκπεφευγότα ἰδίως ὑπὸ τῶν βοσκημάτων. Muza arbor ad tantam altitudinem non assurgit, ut ab elephantis, camelis, bobus, aliisq; pecudibus fructus tutus esse possit. Illud addendum, Oviedum hanc platanum nomine improprio appellare libr. 8. hist. Indicæ cap. 1. cujus descriptionem quia cæteris adhuc plenior, hic subjungam. *Invenitur*, inquit, *hic fructus platani nomine, tametsi neque arbor dici possit, neque vera sit platanus; sed planta quædam huic Indiæ haud quaquam peculiaris, & aliunde translata sub platani nomine. Interdum autem hæc impropriè dicta platanus in arboris celsitudinem excrescit, & hominis crassitudinem adquirit; Aliquando vero coxæ humanæ crassitie conspicitur, pro soli natura & ubertate augescens. Ab infimo ad summum folia fert amplissima, interdum duodecim palmos longa, ternos aut quaternos lata, plerumque minora. Hæc ventorum flatibus* (Mathiolus ardori solis adscribit) *facile multifariam dissecantur, & ex costa illa per folii longitudinem excurrente pendere spectantur eum in modum dissecta. Tota planta veluti germen est, aut surculus, in cujus summo enascitur pediculus, aut malleolus brachiali crassitudine, qui uvam producit, vicenos, tricenos, interdum centenos, & plures fructus, palmari longitudine brachialique crassitudine sustinentem*, nonnunquam minores, quandoque etiam ampliores, *pro plantæ ipsius & soli fertilitate. Cortex huic satis crassus, sed qui facile eximatur, continens pulpam sive carnem bubulæ medullæ persimilem. Integra uva ante maturitatem colligenda est, cum videlicet aliquis fructus flavescere incipit; dein in ædibus suspendenda: illic etiam plenam maturitatem consequitur. Hic fructus in duas partes per longitudinem apertus & utrumque incisus, deinde insolatus, gratissimi est saporis, & caricas succi bonitate superat. tegulæ item impositus, & in clibano coctus, cor reficit, & suavissimus est. Sunt qui cum carnibus elixent, cortice exempto ollæ imponentes cum carnes ferè coctæ sunt: diutinam enim concoctionem non fert. Sed neque maturus nimium, neque omnino acerbus deligendus est. Sunt qui crudum edant, at maturum, sine pane aliove aliquo condimento: gratissimi etenim est saporis, nec minus salubris, & facilis concoctionis. Caudex qui uvam profert, annuus est, & semel duntaxat in vita fructus gignit. Verum ad radices consurgunt, quinque sex aut plures surculi, qui parentem renovant, & subsequente anno fructum perficiunt. exempta uva abjicitur planta, utpote inutilis. Adeo vero fœcunda est hæc planta, ut nunquam intercidat, sed subinde novas proles gignat, ut fructus toto anno uberrimos legere liceat. Formicæ huic plantæ admodum infestæ sunt: ideoque plurimæ hic initio perierunt, antequam adversus ea inventa essent remedia. Peregrina enim, ut initio diximus est hæc planta, & huc ex magna Canaria anno Domini 1516. primum translata.* Hæc Oviedus.

Ἕτερον δὲ τὸ φύλλον, &c. Describit Theophrastus ex multorum sententia Lycium Indicum, quod *cate* Garcias vocari tradit. Lycii Dioscorides duo tradit genera, vulgare & Indicum. De utroque hoc capite nobis sermo erit. De priori hæc tradit Diosc. λύκιον ὃ ἔνιοι πυξάκανθαν καλοῦσι, δένδρον ἐστὶν ἀκανθῶδες, ῥάβδους ἔχον τριπήχεις ἢ καὶ μείζονας (vet. τριπήχεις τε καὶ μείζους) περὶ ἃς τὰ φύλλα πύξῳ ὅμοια πυκνά. (quidam addunt, μέσον θερμοῦ καὶ ψυχροῦ), καρπὸν δὲ ἔχει ὡς πέπερι μέλανα, πικρόν, πυκνόν, λεῖον, καὶ τὸν φλοιὸν δὲ ὠχρόν, ὅμοιον τῷ διηθέντι λυκίῳ· ῥίζας δὲ πολλάς, πλαγίας, ξυλώδεις· φύεται δὲ πλεῖστον ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ Λυκίᾳ, καὶ ἐν ἄλλοις τόποις πολλοῖς, τραχία δὲ φιλεῖ χωρία· χυλίζεται δὲ τῶν φύλλων σὺν τοῖς θάμνοις θλασθέντων καὶ βραχέντων, ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας, εἶθ' ἑψηθέντων, καὶ τῶν μὲν ξύλων ῥιπτουμένων, τοῦ δὲ ὑγροῦ πάλιν ἑψομένου μέχρι μελιτώδους συστάσεως. δολοῦται δὲ ἀμόργης ἅμα τῇ ἑψήσει μιγνυμένης, ἢ ἀψινθίου χυλίσματι, ἢ βοείᾳ χολῇ. καὶ τὸ μὲν ἐπινηχόμενον, ἀφρῶδες ἐν τῇ ἑψήσει ἀφελὼν ἀπόθου εἰς τὰ ὀφθαλμικά· τῷ δὲ λοιπῷ εἰς τὰ ἄλλα χρῶ, γίνεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ ὁμοίως χύλισμα ἐκπιεζομένου καὶ ἡλιαζομένου. ἔστι δὲ κάλλιστον τὸ καιόμενον λύκιον, καὶ (particula hæc in veteri non reperitur codice) κατὰ τὴν σβέσιν, τὸν ἀφρὸν (Oribas. καπνὸν) ἐνερευθῆ ἔχον, ἔξωθεν μέλαν, διαιρεθὲν δὲ κιῤῥόν, ἀβρώμον, στῦφον μετὰ πικρίας χρώματι κροκῶδες, οἷόν ἐστι τὸ Ἰνδικὸν διαφέρον τοῦ λοιποῦ, καὶ δυναμικώτερον. *Lycium quod aliqui pyxacantham vocant, arbor est spinosa, virgis trium cubitorum, aut etiam longioribus, circa quas folia sunt buxo similia, densa* (quidam addunt, *medietatem colore in frigore habens*) *fructum habet piperis instar nigrum, amarum, densum, lævem: corticem vero pallidum, lycio diluto similem, & radices numerosas, obliquas, lignosas; nascitur plurimum in Cappadocia, Lycia, pluribusque aliis locis. Aspera loca amat: succus elicitur radicibus, cum frutice ipso tusis, & per dies multos maceratis, deindeque coctis; ac tum ligna quidem abjiciuntur, liquor vero iterum coquitur, donec mellis crassitudo fiat: adulteratur amurca inter coquendum admixta, aut absynthii succo, aut felle bubulo. Quod porro spumosum innatat inter coquendum eximito, & ad oculorum medicamenta reponito: reliquo ad alia utitor. Simili modo & è fructu expresso & insolato succus elicitur. Optimum est lycium, quod igni accenditur, quodque dum restinguitur, rubentem spumam* (*fumum* Oribas.) *edit, extrinsecus nigrum, intus vero dum dissecuerit fulvum, minimè virosum, cum amaritudine astringens, colore croceo, quale est Indicum, reliquo præstantius & efficacius*, &c. De Indico lycio hæc Idem Diosc. tradit. λέγεται δὲ τὸ Ἰνδικὸν λύκιον γίνεσθαι ἐκ θάμνου τῆς λεγομένης λογχίτιδος. ἔστι δὲ εἶδος ἀκάνθης, ῥάβδους ἔχουσα ὀρθάς, τριπήχεις, ἢ καὶ μείζους πολλὰς ἀπὸ τοῦ πυθμένος, παχυτέρας βάτου, φλοιὸς ῥαγεὶς ἐνερευθής. τὰ δὲ φύλλα ὅμοια ἐλαίᾳ, &c. *Fertur & lycium Indicum fieri ex frutice lonchitide appellato. Est ii è spinarum genere, virgas habens rectas, tricubitales, aut etiã majores, à fundo numerosas, & rubo crassiores. ruptus cortex rubescit: folia vero oleæ similia visuntur.* In verbis Dioscoridis hæc consideranda sunt. 1. quod in vulgatis codicibus, ut observavit doctiss. Saracenus, legatur, ῥίζας δὲ πολλάς, πλαγίας, quomodo etiam legit Serapio. In codice tamen Palatino scriptum esse, ῥίζας δὲ πολλὰς πλατείας, hoc est *latas*. Hanc lectionem sequutus est Oribasius, eandemque confirmavit Plinius lib. 12. cap. 7. *radice lata, lignosa, buxei coloris.* 2. ἀντὶ χυλίζεται δὲ τῶν φύλλων σὺν τοῖς θάμνοις. Apud Oribasium habetur, χυλίζεται δὲ τῶν ῥιζῶν vel ῥιζίων. Quam lectionem probat Ruellius, defendit Plinius lib. 24. c. 14. *Coquuntur in aqua tusi rami radicesque.* Suspicatur doctiss. Marcellus extremam partem capitis de Lycio Indico haud legitimã Dioscoridis esse, idq; quia ante semel

 in,


in India naſci ſpinam buxeam dixit. Suſpicionem auget, quod plures illic voces ſunt parum propriæ, & huic ſcriptori inſolitæ; addo apud Oribaſiū iſta deſiderari. Ex diverſo legitimā eſſe, illud adſtruere videtur, quod Alpinus deſcribit plantam, non omnino diverſam à delineatione Dioſcoridis. Sed inde non ſequitur, ab antiquo quodam medico ex alterius hiſtoria partem hanc non accreviſſe. Meminit Plinius Lycii lib. 12. cap. 7. *Tradunt in Indico luco id gigni. Advehitur odoris gratia; fert & in ſpina* (antiquus codex *ſpinis*) *piperis ſimilitudinem, præcipua amaritudine, foliis parvis denſiſque cypri modo, ramis trium cubitorum, cortice pallido, radice lata, lignoſaque, buxei coloris. Hæc* (antiquus codex *hac*) *in aqua cum ſemine excepta in æreo vaſe medicamentum fit, quod vocatur lycion. Ea ſpina & in Pelio monte naſcitur, adulteratque medicamentum. Item aſphodeli radix, aut fel bubulum, aut abſynthium, vel thus, vel amurca. Lycion aptiſſimum medicinæ, quod eſt ſpumoſum. Indi in utribus camelorum aut rhinocerorum id mittunt. Spinam ipſam in Græcia pyxacanthum Chironium vocant.* Idem libr. 24. cap. 14. *Lycium præſtantius è ſpina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chironiam vocant, quales in Indicis arboribus diximus, quoniam longe præſtantiſſimum exiſtimatur Indicum. Coquuntur in aqua tuſi rami, radiceſque, ſummæ amaritudinis, æreo vaſe per triduum, iterumque exempto ligno, donec mellis craſſitudo fiat. Adulteratur amaris ſuccis, etiam amurca & felle bubulo. — Indici differentia glebis extrinſecus nigris, intus rufis, cum fregeris cito nigreſcentibus. adſtringit vehementer, &c.* Prior Plinii locus corruptus, confuſus, perturbatus. *Tradunt*, inquit, *in Indico luco id gigni.* Scribe, *tradunt in India Lycion gigni*. Quod ſequitur, *advehitur odoris gratia*, ante hac putavi; & adhuc puto, ad garyophylli hiſtoriam pertinere. Illud impedit, quod paulo infra legatur, *thure adulterari.* Sed & verba iſta corrupta, ut jamjam dicā. Totam hanc periodum ſcribo; *Eſt etiamnum in India piperis grani ſimile, quod vocatur garyophyllum, grandius fragiliuſve; advehitur odoris gratia. Tradunt in India lycion gigni: ſpina eſt, fert fructum piperis ſimilitudine, præcipua amaritudine.* Dioſc. καρπὸν δὲ ἔχει ὡς πέπερι μέλανα, πικρὸν, πυκνὸν, λεῖον. Vulgata Plinii lectio nullum habet ſenſum. *Fert & in ſpina piperis ſimilitudinem.* Quid fert in ſpina? Folium, radicem, ramum, an fructum? Piperis inſtar nigrum ferre fructum auctor Dioſcorides foliis parvis denſiſque cypri modo. Dioſcorides primum lycii genus foliis inquit eſſe denſis, buxeis; alterum oleaceis. Cypri folia oleæ ſimilia quodammodo ſunt, & nullam cum buxo ſimilitudinem habent. Confundit ergo Plinius utriuſque lycii hiſtoriam. *Ramis trium cubitorum*: Hoc de utroque Dioſcorides. *Hæc in aqua cum ſeminie excepta &c.* Scribe, *Hac in aqua cum frutice expreſſa, in æreo vaſe.* Ni ita ſcripſit Plinius cum Dioſcoride, plane diſſentit, apud quem χυλίζεται δὲ τὰ φύλλα; (diximus ῥίζαι ſcribendum) σὺν τοῖς θάμνοις θλασθέντα, &c. Veteres & recentiores codices omnes *hac* habent, non *hæc*. *Hac*, ſcilicet radice, *cum frutice expreſſa in æreo vaſe fit medicamentum, quod lycion vocatur.* Plin. lib. 4. *Coquuntur in aqua tuſi rami, radiceſque, ſummæ amaritudinis æreo vaſe, &c. Ea ſpina & in Pelio monte naſcitur, adulteratque medicamentum. Item aſphodeli radix, aut fel bubulum, aut abſynthium, vel thus, vel amurca.* De aſphodeli radice nihil Dioſcorides; nec video quomodo medicamentum, id eſt lycion ea adulteretur. Rectius legitur lib. 24. *adulteratur amaris ſuccis, etiam amurca & felle bubulo, &c.* Melius etiam in antiquo codice *rus* legitur, pro quo *rhus* ſcribendum, Adulteratur rhoe; quod adſtringendi vim habet, rhus ſive, ut vulgo vocatur, ſumach. Totam hanc periodum ſcribo; *Ea ſpina & in Pelio monte naſcitur. Adulterat medicamentum lycion aſphodeli radix* (quis audet ſcribere *ſuccus amarus*? violenta nimis correctio) *aut fel bubulum, aut abſinthium, vel rhus, vel amurca.* Cur thure, re apud antiquos pretioſa, adulterarent? odore ſuo thus adulteratum eſſe, proderet. Rhoen ob cauſam quam dixi addebant. *Lycion aptiſſimum medicinæ, quod eſt ſpumoſum.* Dioſcorides quod uri poteſt, & reſtinctum ſpumam rubentem oſtendit, præſtantiſſimum ait. *Spinam ipſam in Græcia quidam pyxacanthum chironium vocant.* Omnino ſcribendum in fœminina terminatione, *pyxacantham chironiam* vocant. Ipſe Plin. libr. 24, *quam & pyxacantham chironiam vocant.* Dioſcorides λύκιον ὅ ἔνιοι πυξάκανθαν καλοῦσι, &c. Nomen accepit, quod planta ſit ſpinoſa foliis buxeis. Ad cap. 14. lib. 24, illud tantum dicendum, quod Dioſcorides optimum lycium, quale Indicum, ait extrinſecus nigrum, intus πυῤῥὸν, quod *rubrum* vertit Plinius; qui Indicum tale ait, cum Dioſcorides optimum iſtis deſcribat notis. Ineptum planè quod eodem capite tradit; *Ex radice rhamni fieri medicamentum, quod lycion vocatur.* Falſum hoc, & à nemine proditum. Forte voluit ſcribere, ex rhamni radice fieri medicamentum, quod pro vero lycio, quando ad manus non eſt, vel comparari nequit, uſurpetur. Cæterum an Plinii locus legendus quomodo diximus, doctiorum eſto judicium. Nobis probabile id quidem admodum videtur: & vulgatam admodum corruptam, quilibet facile animadvertit. Indicum Lycium Myrepſus κερκολύκιον vocare ſolet, quod ignorarunt ejus interpretes. Repoſuerunt, enim Ἰνδικὸν λύκιον. Neophytus, λύκιον Ἰνδικὸν, ὃ παρὰ τοῖς ἰδιώταις λέγεται κερκολύκιον. Sic id vocarunt, quod, ut Dioſcorides ait, ſuccus ejus, χρώματι κροκώδης ſit, *colore croceo.* Notandum ab iiſdem, ut Neophytus ait, Idiotis betonicam vocari κερκολύκιον. βετονίκη, inquit, τὸ παρὰ τοῖς ἰδιώταις λεγόμενον κερκολύκιον. Diligenter ergo medicus ad ſenſum Myrepſi attendere debet, utrum per κερκολύκιον vel κερκολύκιον intelligat betonicam, an Lycium Indicum.

Lycium Italicum.



Plantam, cujus imaginem appingi curavimus, recentiores pro vero exhibent lycio. Spinoſa eſt arbor, ramis tres cubitos longis, aliquando etiam longioribus, cortice pallido, foliis denſis, ſpiſſis, buxeis: fructu inſtar piperis nigro, amaro, glabro, & denſo; radicibus multis, fortibus & lignoſis. Naſcitur in Lucia; unde & nomen habet, & in Cappadocia, multiſq; aliis locis. Solum amat aſperum; reperitur etiam in Italia. Aliam iconem Lycii depingit Matthiolus, quam doctiores fictam ſuſpicantur, nos nunquam vidimus. Quæ Lycii nomine oſtenditur planta, verum non eſt lycium; quippe floribus candidis; ſequuntur baccæ, liguſtri baccis ferè ſimiles, ſapore acerbo & adſtringenti, cum Dioſcorides cum amaritudine adſtringere fructum doceat; & niſi amarorem manifeſtum haberet, non poſſet cum abſinthio aliiſque herbis amaris adulterari ejus ſuccus. Succus qui Lycii nomine vendi ſolet, periclymeni ſuccus eſt; calida & attenuante facultate conſtans, cum lycium vel temperatū ſit, vel cū frigiditate adſtringat: vel ex diverſis qualitibus conſtet. Non eſſe verum lycium, quod Lycii nomine venditur, vel inde colligitur, quod igni flammaque admodum non accendatur, nec intus ruffeſcat, omnique amaritudine careat. Elegantem quandam plantam, cujus effigiem exhibemus, Lycii Cretici nomine deſcribit Proſper Alpinus libr. 1. exot. cap. 11. ubi ait. *Tametſi in libro de plantis Ægypti duas ſtirpes pro Lycio meminerimus, quippe arboris ureg, & ahialid Arabibus vocatas; nihilominus, niſi mea me fallit opinio, hiſce annis proximis mihi aliam lycii plantam ex Creta miſſam, à vero antiquorum lycio non abhorrentem, in montanis illiuſce inſulæ provenientem,*


Lycium Creticum.



venientem, videre licuit. Hæc arbor parva est, hominis altitudine supra terram elata, spinis horrens, foliis buxi, angustioribus tamen, quaternis aut quinis simul ramorum paribus eminentioribus citra pediculos, inhærentibus. Caudex habet utrimque ramos multos, graciles, rotundos, ferè rectos, duros, lignosos, habentes quasdam inæqualitates in ipsorum rectitudine; quippe qui habeant brevi intervallo partes quasdam eminentiores, à quibus singulis tres spinæ acutæ, nigræ, duræ, simul cum foliis buxeis, sed tenuioribus exeunt; in quibus flores duo vel tres à suis pediculis pendent; à quibus deflorescentibus succedunt una, duæ, vel ad summum tres baccæ, oblongæ, nigrescentes, piperis magnitudine, & rotunditate, sapore stipico, primo subdulci, post amarescente. Radices non vidimus; verum an ex iis, ut antiquitus fieri consuevit, succus eliciatur, lycium vocatus, tantopere ad medicinæ usum accommodatus, planè ignoro. De eo succo nos in libris de plantis Ægypti scripsimus, capite de ureg, quod pertinet ad istius plantæ facultates, atque usus medicos. Procul dubio & habebit hæc planta easdem, & vires & usus, quos antiqui de lycio tradiderunt; cum præsertim & hæc stirps notas veri lycii habeat, & folia & fructus cum adstrictione amarescant. Primo enim gustui subdulces apparent, & mox levi ea dulcedine resoluta, amara esse sentiuntur; quæ amaritudo in ipsis remanet modica. Ipsorum essentia mixta est, ex substantia tenui, calida, amara; qua calfacit, siccat, detergit; ex terrea frigida & siccæ, qua adstringit refrigerat, siccat, roborat, meatus claudit. Hactenus Alpinus. Meminit Lycii Cretici Honorius Bellus epistola prima ad Carolum Clusium, in qua hæc tradit; *Lycium hoc Creticum vulgo vocatur λουτζια. Frutex est ad quatuor aut quinque cubitos assurgens, totus spinis horridus, spinasque tres simul (ut in berberi vulgari cernuntur) proferens. Folia habet parva, ad buxi foliorum formam accedentia, leviter serrata; flores copiosos luteos, instar paliuri, sed minores, quibus succedunt aliquantulum longi, ut berberis fructus, coloris autem nigri, saporis inter acidum & dulcem medii: in quibus vel unum vel duo granula continentur. Cortex ligni non levis, ut berberi, sed asper & pallidus est; materies ligni lutea, atque radix ipsius elegantissimo luteo inficit. Oritur in altissimorum montium convallibus. Differt autem à berberi, cujus folia majora sunt, & fructus racematim nascuntur. Legitimum vero lycium non est, quia fructus neque rotundus ut piper, neque amarus est. Propterea potius vocanda erit berberis alpina aut montana, quam lycium, quemadmodum Silverius Todeschini censet, qui hunc fruticem etiam frequentissimum in Libano monte invenit. Cæterum duo alia lycii genera hic* (in Creta insula) *repeririuntur, quorum unum maximè historiæ convenit. Id etiam in Libano monte oritur, cujus ad manus neque semina, neque rami sunt; ideo de ipso in præsentia verba non facio. Alterius vero ramos siccos, simul cum ejus fructu nondum maturo mitto. Vocatur λαζύμει & πετραμύγδαλα, hoc est petræa amygdala; licet cum amygdalis nihil commune habeat. Frutex est ad duorum vel trium cubitorum altitudinem assurgens, densus, folia parva, firmaque ferens, spinis totus plenus est, & fructum rotundum fermè, parvum ut piper habet; cum ad maturitatem pervenit nigricantem: radix lignosa est, maxima, eaque firmissima. Hebræi ex hujus fructu elegantem luteum colorem parant.* Hæc Bellus. Quam primo loco describit ac λουτζιαν vocari scribit, ea (quantum ex Alpini icone conjicere possum) est quam Alpinus Lycium existimat. Duabus de causis negat esse lycium Bellus; quod fructus nec amarus, nec piperis instar rotundus. Utrumque argumentum facile solvitur. Ac primum jam solvit ipse Alpinus; cum ait, amarum gustum demum sentiri, cum primus gustus dulcis ac adstringens jam resolutus sit. Ad alterum dico, ex eodem Alpino; proximè ad piperis rotunditatem accedere, sed piperis modo rotundum esse, nemo tradidit. Quantum ex Dioscoridis verbis colligere possum, nigrum instar piperis ait. καρπὸν δὲ ἔχει ὡς πέπερι μέλανα, πυκνὸν &c. Quæ verba tam de colore, quã de magnitudine vel forma piperis intelligi possunt. Et hæc de vulgari antiquorum lycio; nunc de Indico videamus. Hoc videtur describere Alpinus in libris de plantis Ægyptii cap. 12. *Fortasse arbor illa* agihalid *vocata, pro lycio aspernanda non esset, sed nunc verum lycium Indicum tibi prodam: quem fruticem longè ab Alexandria civitate supra ripas rami Nili Calig vocati, decem millia passuum inveni; quem incolæ ureg appellant; Est igitur frutex multis ramis rectissimis, ab radicibus multis, duris, lignosis, oblique incedentibus, longitudine trium cubitorum, & plus observatis, sursum assurgens, ramisque spinæ acutissimæ, & longæ, multæque insunt, quorum quædam foliolis vestita spectantur. Folia vero hujusce fruticis sunt olivæ similia, iis tamen candidiora, & angustiora, vel minus lata: Flores agihalid planè similes habet; quippe parvos, albos, hyacinthi orientalis forma & magnitudine æmulis, à quibus fructus nigri, parvi producuntur, ebuli fructibus prorsus similes, leves, gustu amari & adstringentes, &c. Quanquam ibi multa copia lycii circumferatur, tamen nescio, an ex hoc frutice conficiant, quando neque hanc plantam copiose in Ægypto provenire cognoverim, neque scio illis esse notam. Siquidem lycium ab illis usitatum falsum ac adulteratum esse arbitror. Hic enim succus qui ex Arabiæ locis asportatur, durus est, nigerque exterius, acaciæ succo valde similis, fractus intus colorem aloes præ se ferre videtur, odore obscuro, non ingrato, sapore subdulci, adstringente, nullius amaritudinis participe: viscosusque est, digitisque contrectatus adhæret. Ex quibus verus lycius à me is non creditur; præsertim cum neque amaritudinem habeat, neque igne succensum, sive ignitum, rubescentem edere spumam, ut multi de vero lycio tradiderunt, observamus.* Sequitur apud Alpinum, quomodo hunc fruticem demum invenerit cum in patriam rediret, eamque causam ait, cur lycium ex ea non præpararit, ac cognoscere potuerit, utrum verum antiquorum lycium ex eo extrahi ac componi possit. Repperit hunc fruticem quando ex urbe Cayri Alexandriam per Nilum flumen navigaret. Stirps hæc omnes notas habet, quas de lycio tradit Dioscorides. Dolendum Alpino tempus defuisse, quo Alexandriæ conficere ex hoc frutice lycium potuerit. Quæ à Garcia Lycii nomine describitur, notas plures habet, quibus lycium antiquorum non esse probatur. Garcias lib. 1. Arom. hist. cap. 10. *Plurimum nascitur in Lambaia, præsertim Baçaim, Manora, & Daman urbibus Lusitaniæ regi parentib.* (tum saltẽ cum scriberet hęc Garcias) *provenit etiam in continenti Goæ, aliisque plurimis locis, sed non tam abundanter ut supra enumeratis, è quibus mercimonii gratia exportatur magna quantitate in Sinarum regionem; in Arabiam vero, Persiam, & Coraçone, medicamenti causa, & pauca quantitate. Magna autem copia in Sinarum regionem, & Malacam deportatur, quia in masticatoriis plurimus illius cum Betre usus. Ejus nomen apud omnes enumeratas nationes est* Cate, *in Malaca* Cato. *Quod vero hoc nomen* Cate, *aut paulum immutatum apud Arabes,*

Persas, reliquasve Asiæ nationes obtinuerit, in causa esse puto, quod maxima pars illius in Malacæ regno absumitur, ubi idem nomen obtinet; Quemadmodum in costi *vocabulo accidit; quod licet* uplot *in provincia, ubi plurimum gignitur, dicatur; ab omnibus tamen ferè Indis* pucho, *lingua provinciæ Malacæ, vocatur; quod istic multus ejus sit usus. Cæterum arbor ex qua hic succus extrahitur, magnitudine est fraxini, folio minuto ericæ, vel tamarici simillimo, perpetuo virente: florere ajunt, sed fructum ferre negant; multis spinis horret. Materies ligni robusta, dura, densa, ponderosa, nec, ut ajunt, putredini obnoxia, sive solibus exponatur, sive aquis immergatur: quam ob causam ab incolis lignum semper vivum nuncupatur. Ex eo propter duritiem, & pondus pistilla fiunt, deglumandæ oryzæ idonea in mortariis ligneis, sex palmas in ambitu continentibus, Incolæ eam arborem* hacchic *vocant. Cur autem ipsum succum* cate *nominent, nulla ratione consequi possum. Porro succi extrahendi ratio hæc est. Ramos hujus arboris minutim concisos in aqua coquunt, deinde contundunt, postmodum cum farina nachani (semen id est nigrum, & minutum sapore secales, conficiendis panibus aptum) & cujusdam nigri ligni, quod istic nascitur, scobe (interdum etiam sine eo) pastilli aut tabellæ formantur, quas in umbra siccant, ne solis ardore earum facultas evaporet. Optimum est medicamentum non modo ad confirmandas gingivas, & desiccandū & constringendum; verum etiam ad alvi profluvia curanda, oculorumque dolores tollendos, in quibus plerumque optimo cum successu usus sum. Nunc superest, fueritne* cate *veteribus cognitum, examinemus. Ego si mihi dicere licet, quod sentio, omnino existimo nostrum hoc* cate, *nihil aliud esse, quam Græcorum & Latinorum lycium. Nam ejus extrahendi ratio, ab omnibus eadem describitur, iisdemque facultatibus pollere censetur, quibus nostrum cate. Huc adde quod lycium Indicum profertur, tum à Dioscoride, tum à Plinio.* Hæc Garcias. Non facile quis persuadebit hanc plantam Lycium antiquorum esse. Lycium utrumque veterum planta spinosa est: spinarum mentionem non facit Garcias. Vulgare virgas emittit trium aut quatuor cubitorum. Indicum frutex est: planta à Garcia descripta, fraxini magnitudine spectatur; arbor ergo magna. Lycium vulgare foliis buxi, Indicum foliis oleæ: cate foliis tanaceti, aut ericæ minutis est. Nullius valoris argumentum est; Ex cate eodem modo succus, quo ex lycio detrahitur: ergo lycium est. Possum ex mespilo, malo punica eodem modo succum extrahere. *Iisdem*, inquit, *facultatibus pollet; adstringit enim & corroborat.* Idem præstabit & Mespili, & punicæ succus. Hæc satis ostendunt cate non esse lycium. Cate à Garcia descriptam plantam eam contendunt, quam Theophrastus folia ferre ait στρουθῶν πτερύγις ὅμοια. Pro quo Plinius, *alas avium imitatur*; quasi ὀρνίθων scriptum fuisset. Folia hæc Theophrastus duorū cubitorum longitudine inquit, quod de particularibus foliolis accipi non debet, sed de integra costa, sive, ut Theophrastus loqui solet, ῥάχει. Cate Garcias foliis inquit esse minutis, ericæ aut tamarici similibus, quæ nullam cum pluma pennave struthocamelorum similitudinem habent. Nos, salvo meliori judicio, arborem Theophrasti delineare putamus, quam Arecam Indi vocant, & fausel. Nihil impedit, quod Plinius pomū sic vocari tradat. Nam duas, ut dixi, confundit arbores, & ex duabus historiis unam conflavit. Cum ergo legisset, vel apud Sestium, vocari arborem Indicam pale; apud alium, puta Aristobulum vel similem arecam nuncupari; alterum nomen plantæ attribuit, alterum pomo; cum diversis arboribus diversa hæc nomina adscribere debuisset. Hæc omni dubitatione carent. *Fausel*, ut dixi, & hodie *areca* ab Indis vocatur, foliaque fert binûm trinûmve cubitorum longitudine, pennis struthocamelorum non dissimilia, quorum partem posteriorem galeis imposuerunt veteres. Hanc arborem Garcias libr. 1. arom. Historia cap. 25. describit. Dicitur Arabibus *Fausel* (tametsi corruptè Avicenna *filsel*, & *fusel*) tum etiam in Dofar, & Xaël portubus Arabicis: in Malavar *pac* à vulgo, à nobilioribus vero *areca*; quo nomine utuntur Lusitani qui in Indiis habitant, quoniam primum ea regio illis fuit cognita, in Gurarate, & Decan, *Cupari*: in Zeilan *poar*, in Malaca *pinan*, in Couchin *chacani*. Nascitur plurimum in Malavar, in Gurarate, & Decan pauca quantitate, idque duntaxat in maritimis; sed laudatum, præsertim in Chaul, quod defertur in Ormus. Optimum item provenit in Mombaim insula, quam Garciæ rex Lusitaniæ dono dedit, excepta emphyteusi, ut ait. Laudatur etiam, quod in regione Bacaim provenit, atque id defertur in Decan, cum hoc quod in Gauchin nascitur nigrum & pusillum, durum admodum, postquam siccatum fuerit. Nascitur etiam in Malaca, sed tam parva quantitate, ut vix incolis sufficiat. Item in Zeilan magna copia, sed candidum, quod in eam partem regionis Decan defertur quę Cotamaluco paret, tum etiam in Bisuaga. Refertur etiam ex Zeilan in Ormur, Cambaya, & in insulas Maldivas, sive Naledivas, & tametsi Serapio libr. simpl. 345. Arabiam non alere arecam; (de mediterraneis locis & magna ex parte intelligendum id est) nascitur tamen laudata, sed exigua in Dofar, & Xaël locis maritimis. Amat enim hæc arbor loca maritima, & mediterranea respuit; alioquin magna cum diligentia sereretur, quoniam singulis diebus eam edunt cum Mauritani tum Moalis (genus hominum id est, qui Ali, ut dixi, generum Machometis sectantur) etiam in suis jejuniis cum à betre abstinent. Masticant enim


Fausel Areca.



arecam cum cardamomo, purgandi ventriculi & cerebri gratia. Est autem ipsa arbor recta, fungosa materie, foliis palmæ, fructu nucis Moschatæ, minore tamen, aut juglandibus exiguis simili, intus duro, & candidis rubentibusque venis resperso, non plane rotundo, sed altera parte sessili; quæ tamen notæ non omnibus Arecæ generibus conveniunt. Integitur hic fructus involucro admodum lanuginoso, & foris subflavo, perquam simili dactylis, cum maturuit, & antequam siccatus sit; immaturus vero stupefacit, & inebriat. Editur autem immaturus à nonnullis, ut, veluti temulenti, dolorum cruciatus non sentiant, siccatum vero fructum sic parant: Contusam nucem Fausel in tenuissimas partes cum lycio, & folio betre, cui exemptus sit nervus, masticant, veluti in betre diximus; & priorem salivam, quæ cruenta est, expuunt, eaque ratione cerebrum & ventriculum expurgant, gingivas & dentes stabiliunt. Potentiores, ex fausel, lycio, caphura, ligno aloes, & ambari momento, formas orbiculares sive pastillos componunt, quos masticant. Arboris hujus fructum describit Avisenas. *Fausel fructus plantæ in India similis nuci moschatæ; nisi quod fausel est rubro colore, frangi contumax, & in particulas frangitur, ex fractione fragranti odore. Indi autem assumunt illud ad emendandum halitum, & inficit dentes rubore. Facultas ejus proximè accedit ad facultatem sandali.* Meminit arecæ Lud. Roman. lib. navigat. 5. cap. 7. in hunc modum: *Edere suerunt* (de rege & magnatibus urbis Calecut loquitur) *fructum quendam*

quendam cui chofolo (*fausel* intelligit) *nomen est. Hunc mittit arbor arecæ nomine, palmæ non absimilis, quæ caryotas gignit, consimiles producens fructus; miscent insuper contritas ostrearum conchas, calcis instar. Hæc ille.* At ridiculum esset, inquit Doctiss. Carolus Clusius, quod idem lib. 4. cap. 2. scribit (*quoniam quæ sanitatis tuendæ causa eduntur præsentissimum esse venenum*, ait) nisi causam postea subiiceret. *At Sultanus*, inquit, *letho traditurus e Satrapis quempiam, ad se accersitum cui mors imminet, nudum sibi assistere compellit, moxque edit nonnullos fructus, (cholesos vocitant) instar nucis aromatitis; mandit etiam quædam herbarum folia, modo mali Assyrii*, tambul (*nominant*) *addit etiam attritarum concharum ostreæ calcem; simulque cuncta mandendo conterit, tandem in eum, quem cupit occidi, expuit, aspersoque eo, continuo mors subsequitur, præsentaneo veneno vitam perimente. Nam ubi in hominem, ut præmisimus, expuerit contrita venena, intra medium horæ spatium perfusus veneno, in terram corruens efflat animam.* Hæc ille de Sultano Cambaiæ, quem pater ab incunabulis veneno aluerat, quique singulis diebus vesci veneno solebat, non tamen ad satietatem; sed ad certam quandam quantitatem. Arecæ porro arboris iconem hic subjecimus, ex doctiss. Clusii in Garciam notis expressam: addidimus folium sive integram ῥάχιν pennæ similem, unde cognosci possit, eam esse arborem, quam delineavit Theophrastus. *Ea*, inquit Clusius, *arbor, teste Fabricio* (cujus supra mentionem fecimus) *in magnam altitudinem assurgit, trunco æquali propemodum ubique crassitudine, cortice tecto, adeo lævi, ut nullum ascensum præbeat, nisi aptatis ad pedes laqueis, aut vinculis; vel cincto per intervalla caudice fune ex sparto, aliave materie confecto: quemadmodum Garcias in arbore Indicas nuces ferente refert. Hujus autem rami deorsum, teste Fabricio, non inflectuntur, ut procul intuentibus orbem quodammodo conficere videantur. Folia pectinatim ramos utrimque vestiunt, alioqui palmæ foliis similia: fructus deni aut duodeni suis involucris villosis tecta dependent ex crassis & oblongis pediculis; qui in inferiorum ramorum alis nascuntur.* Hæc ex Fabricio Clusius. Integram arboris costam cum suis foliis vidimus: tota ῥάχις ad instar palmæ, sed particularia folia pino similiora quam palmæ, tenuia, viridia, angusta, longa sunt, qualia pini, pino tamen duplo crassiora, latioraque, ac plana. Arboris iconi adjecimus ipsius nu-

Fructus Fausel.



cem Fausel dictam, cum suo integumento, qualem olim à Petro Condebergo, pharmacopola, viro erudito, & herbariæ rei perito accepit, doctiss. Clusius, & nos sæpè vidimus. Forma nucem amoraticam, Moschatam vulgo dictam refert, sed nigrior, & altera parte sessilis: crassior & substantia durior lignosa enim, sed molli & villoso involucro putamineve clauditur. Gustu sub adstringente, & non nihil aromatico nux ipsa prædita.

Plinius lib. 12. cap. 6. *Est & alia similis huic, dulcior pomo, sed interaneorum valetudini infesta. Edixerat Alexander; nequis agminis sui pomum id attingeret. Similem huic* inquit, id est, ei quæ folia fert alis avium, vel, ut Theoph. habet, τοῖς τῶν στρουθῶν πτεροῖς ὅμοια, quod de suo addit Plinius. Tale nihil apud Græcum auctorem. Idem Græcus auctor plantam hanc tradit ferre fructum longum, non rectum, sed contortum; in cibo suavem. Plinius dulciorem inquit fructum hujus plantæ, quam illi cui folium pennæ struthocameli simile. Ἐν τῇ κοιλίᾳ δηγμὸν ποιεῖ καὶ δυσεντερίαν; id est, *in alvo sive ventriculo fructus morsum facit, & dysenteriam excitat.* Hoc Plinius ipsi plantæ, non fructui, ut Græcus auctor, adscribit; cum ait, *sed interaneorum valetudini infesta.* Verum facilis unius litteræ lapsus. Scripsit Plinius; *Sed interaneorum valetudini infesto*, scilicet pomo. Sequitur enim, *edixerat Alexander nequis pomum attingeret.* Male tamen ἐν τῇ κοιλίᾳ δηγμὸν ποιεῖ καὶ δυσεντερίαν, vertit, *interaneorum valetudini.* Interanea sunt cor, pulmo, hepar, lien, stomachus, renes, vesica, intestina, pancreas. Theophrastus ἐν κοιλίᾳ id est, *ventriculo*: vel, si quis mavult, *alvo morsus facere*, inquit, *& dysenteriam excitare.* Perperam sentiunt qui tamarindorum arborem à Theophrasto delineari hic existimant. Fructus tamarindi arboris, nec dysenteriam, nec tormina facit; verum alvi immoderatum fluxum compescit, ulcera vulneraque sanat, dolores ex calida causa lenit.

Ἔστι δὲ ἕτερον, οὗ ὁ. Hujus plantæ non meminit Plinius, nec pleniorem apud alios descriptionem reperio. Ex paucis quæ tradit Theophrastus vix ea cognosci potest;

Καὶ ἕτερα δὲ πλείω. Plinius, *Genera arborum Macedones narravere, majore ex parte sine nominibus.*

Ἴδιον δὲ καὶ ἡ ἐβένη. Planta hæc Græcis ἐβένη, ἔβενος & ἔβελος dicitur. Suidas, ἔβενος τὸ μέλαν ξύλον καὶ ἔβελος ὁμοίως. Apud Theoph. ἐβένη legitur, cum reliqui solent ἐβένον dicere; quomodo apud eundem Theophrast. scribitur lib. 1 cap. 9. κυτίσου ἐβένου, λωτοῦ lib. 5. cap. 4. ubi de materie arborum agit. δοκεῖ καὶ βαρύτατα πύξος εἶναι καὶ ἔβενος —— τῆς δὲ ἐβένου ἡ μήτρα. Eodem libro cap. sequent. κέδρος, ἔβενος, λωτὸς, πύξος. Ex quibus locis Theophrasti codicem corruptum colligo, ac ἀντὶ ἡ ἐβένη legendum ἔβενος. Belgis **Ebben-hout** dicitur. Latini hebenum & ebenum sine aspiratione scribunt.

Ἴδιον δὲ καὶ ἡ ἐβένη. Plinius lib. 12. cap. 4. *Item Indiæ arborum magnitudinem. Unam è peculiaribus Indiæ Virgilius celebravit ebenum, nusquam alibi nasci professus, Herodotus eam Æthiopiæ intelligi maluit, in tributi vicem regibus Persidis è materie ejus centenas phalangas tertio quoque anno pensitasse Æthiopas cum auro & ebore, prodendo.* Rectè τὸ ἴδιον vertit. Locus Virgilii extat Libr. secundo Georgικῶν, ubi

—— Sola India nigrum
Fert ebenum: solis est thurea virga Sabæis.

Malè Poëta, solam Indiam, ebenum nigrum ferre, cecinit, ut annotavit Plinius, sententiam suam autoritate Herodoti confirmans: qui Musa tertia de Æthiopia, αὕτη δὲ χρυσὸν φέρει πολλὸν, καὶ δένδρεα ἄγρια πολλὰ, καὶ ἔβενον. Consentit Dioscorides lib. 1. cap. 129. ubi Æthiopicam ebenũ, videl. nigram, optimam esse docet, ἔβενος κρατίστη ἡ Αἰθιοπικὴ, καὶ μέλαινα. Male, repeto, ergo Poëta solam Indiam ferre hebenum scribit. Pro Virgilio dici potest, Indię nomen ab eo latè accipi, ut omnem Æthiopiæ plagam eodẽ comprehendat. Onesicriti sententia τὴν Ἰνδικὴν τὸ τρίτον εἶναι μέρος τῆς οἰκουμένης. Quod vertit Solinus. *India diu etiam credita est tertia pars esse terrarum.* Æthiopicam hebenum Lucanus lib. 10. Meroiticam ebenum vocat.

—— Ebenus quamvis Meroëtica vastos
Non operit postes. ——

In vulgatis codicibus, ut rectè observavit Salmasius, male *Mareotica* legitur. Nec enim in Mareotide, aut Ægypto nascitur ebenus, sed in Meroe Æthiopiæ. Quod à maximis viris non observatum video. Servius ad locum Virgilii citatum, *Atqui & in Ægypto nascitur, sed Indiam omnem plagam Æthiopiæ accipimus.* Satis apertè scribit, ebenum in Ægypto nasci. Credo, quod in Ægypto prope Alexandriam celebretur Mareotis palus. Strabo lib. 17. ubi de Ægypti Alexandria agit. ἡ δ' εὐκαιρία πολύτροπος. ἀμφίκλυστόν γάρ ἐστι τὸ χωρίον δυσὶ πελάγεσι, τὸ μὲν ἀπὸ τῶν ἄρκτων τῷ Αἰγυπτίῳ λεγομένῳ, τῷ δὲ ἀπὸ μεσημβρίας τῷ τῆς λίμνης τῆς Μαρείας, ἣ καὶ Μαρεῶτις λέγεται. *Certe commoditates urbs habet non unius modo generis, duo maria locum undique alluunt, alterũ à septentrione, quod Ægyptium dicitur; alterũ a meridie, quod Mareiæ lacus & Mareotis appellatur.* Nulla ebenus in Ægypto; saltẽ hactenus non inventa. Non minus hariolatur Isidorus, cum Mareoticam palum in India esse scribit, & inde hebenum adferri. *Est autem Mareotica palus in India, unde ebenus venit.* Lucanus: *ebenus Mareotica.* Nulla palus in India, quæ nomen hoc obtinet. Mareotis in Ægypto palus est, Meroe Æthiopiæ urbs.

urbs. Stephanus περὶ πόλεων. Μερόη πόλις Αἰθιόπων. In hac Meroa, cujus gentile Μεροΐτης, unde Meroetica ebenus, nascitur planta de qua nobis Sermo. Idem Lucanus eodem libro.

——— Nigris Meroe fœcunda colonis
Læta comis ebeni.

Plin. loc. citato, *Æthiopiæ forma, ut diximus, nuper allata Neroni principi, raram arborem ebenum Meroen, usque a Syene fine imperii per nongenta xcvj. M. passuum, nullamque aliam quam palmarum esse generis docuit. Ideo fortassis in tributorum autoritate tertia res fuit ebenus. Romæ eam Magnus Pompejus in triumpho Mitridatico ostendit.* Constat ergo scripsisse Lucanum.

——— Ebenus quamvis Meroetica vastos.

Corruptus Plinii locus. In antiquo codice legitur, *Aut sibi cognitum Æthiopiæ forma, ut diximus. Meroen usque nuper alat. Neroni principi raram arborem Hebenum. A Meroe usque ad Syenem finem imperii per nongenta nonaginta sex mil. pass. nullamque aliam nisi palmarum generis esse docuit. Ideo fortassis in tributorum auctoritate tertia res fuerit hebenus. Romæ eam magnus Pompejus in triumpho Mitridatico ostendit.* Hæc feliciter satis corrigunt doctiores, *raram arborem a Syene fine imperii per nongenta M. passuum, nullamque nisi palmarum generis.* De passibus mox videbimus. Ita, inquam, scribunt viri doctiss. Si eo spatio nulla nascitur arbor præter palmam, non ibi rara ebenus, sed nulla: & certum, a Syene ad Meroen nihil ebeni provenire. In utroque exemplari Salmant. ut monet Pintianus, legitur, *raram arborem Meroen usque.* Scribunt quidem, nihil ebeni provenire a Syene ad Meroen, sed non probant. Si non provenit, cur laudat Lucanus Meroeticam ebenum? quomodo in tributis auctoritate tertia res esse potest? Scribo; *Æthiopiæ forma, ut diximus, nuper allata Neroni Principi. Raram arborem ebenum, Meroen usque à Syene fine imperii per nongenta M. passuum, nullamque aliam nisi è palmarum genere esse docuit. Ideo fortassis in tributis auctoritate res tertia fuerit ebenus.* Ut sit sensus; raram esse ebenum arborem, verum non fruticosam cytisi modo esse, ut vulgata habet opinio, (quæ tamē rationi ac experientiæ non adversatur) sed è palmarū genere, eamq; in tributis auctoritate rem esse tertiam, quod non copiosa, ac frequens, sed rara ibi proveniat, ac ab omnibus propter præstantiā expetatur. In tributis quæ pensitabant Æthiopes regibus Persicis, tertius ebeno locus fuit. Nam aurum, ebur, & centenas phalangas ebeni, tertio quoque anno pensitabant, ut supra dixit. Apud Herod. in Thalia ducentenas phalanges legitur, cap. 97. οὗτοι, συναμφότεροι διὰ τρίτου ἔτεος ἀγίνεον, ἀγινέουσι δὲ καὶ τὸ μέχρι ἐμεῦ δύο χοίνικας ἀπύρου χρυσίου καὶ διακοσίας φάλαγγας ἐβένου, καὶ πέντε παῖδας Αἰθίοπας. καὶ ἐλέφαντος ὀδόντας μεγάλους εἴκοσι. *Horum utrique tertio quoque anno munera portabant, portantque ad meam usque memoriam vinos chœnices auri ignem non experti, & ducenos phalanges ebeni, & quinos Æthiopicos pueros, & vicenos grandes elephantorum dentes.* In epistola Candaces Æthiopiæ reginæ ad Alexandrum mentio fit trecentarum ebeni phalangarum, quas illa dono mittit Pelleo juveni. Φαλάγγαι non sunt trunci ebeni magni, sed bacilli sive fustes teretes modici. Hesychius, φαλάγγια στρογγύλα ξύλα καὶ σύμμετρα. Ἀττικοὶ δὲ κόρακας, ligna sunt rotunda, fustesque teretes quibus suppositis in mare deducuntur, aut ad littus subducuntur. Pollux lib. 7. τὰ δὲ τῶν νεῶν ξύλα, οἷς ὑποβληθεῖσιν ἐφέλκονται αἱ νῆες, φάλαγγες ἢ φαλάγγαι (vel ut aliis placet) φαλάγγια. Varro phalangas vocavit, ut Nonius citat. *Quum Foenus in fretum obviam venisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissimè pro phalangis carinis subjecerat, quo metu debilitaret nostros.* Idem Nonius. *Phalangæ dicuntur fustes teretes, qui navibus subjiciuntur, quum adtrahuntur ad pelagus, vel cum ad littora subducuntur. Unde etiam nunc phalangiarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt.* Apud Auctorem Peripli de phalangis ebeni satis illustris locus reperitur. ἀπὸ μὲν Βαρυγάζων εἰς ἀμφότερα ταῦτα τῆς Περσίδος ἐμπόρια, πλοῖα μεγάλα χαλκοῦ καὶ ξύλων Σαγαλίνων καὶ δοκῶν, καὶ κεράτων καὶ φαλάγγων Σησαμίνων καὶ Ἐβενίνων. Vides, inquiunt, δοκοὺς, id est, *trabes*, a phalangis sive fustibus discerni, istas magnas a parvis, qualis ebenus? Video, sed nego ebenum esse arborem parvam. Vulgaris ebeni fustes mediocres adferuntur; tamen inde non sequitur mediocrem esse arborem, Immo magnam esse intelligo, cujus materies in hujusmodi fustes cæditur. Sic sandali fragmenta quæ adferuntur, parva; arbor tamen magna. Rectè quidem docent, & probant ex auctore Peripli, δοκοὺς sive trabes φαλάγγαις *fustibus* discerni; sed malè concludunt, φαλάγγας idcirco non æque ac δοκοὺς posse cædi ex arbore magna.

Ταύτης δὲ δύο γένη. Plinius quoque duo genera esse testatur. Idem facit Dioscorides; sed duo hæc genera in India reperiri non docet: nec duo Indicæ ebeni genera tradit, Sed alterum Æthiopicum, alterum Indicum; ac de Æthiopum ebeno, cujus non meminit Theophrastus, hæc tradit; Ἔβενος κρατίστη ἡ Αἰθιοπικὴ καὶ μέλαινα, καὶ μὴ ἔχουσα κτηδόνας ἐμφερὴς κέρατι εἰργασμένῳ τῇ λειότητι, θλασθεῖσα δὲ πυκνὴ, δηκτικὴ ἐν τῇ γεύσει καὶ ὑποστύφουσα. τεθεῖσα τε ἐπ' ἀνθράκων μετ' εὐωδίας καὶ δίχα καπνοῦ ἐκθυμιωμένη. ἡ δὲ πρόσφατος διὰ τὴν λιπαρίαν ἀνάπτεται, πυρὶ προσαφθεῖσα. τριφθεῖσα δὲ ἐπ' ἀκόνης, ὑπόκιρρος γίνεται. *Ebenus optima censetur Æthiopica, nigra, venarū pectinumve expers, cornu elaborato lævore similis, quæque fracta densa apparet, mordet autē gustu ac leniter adstringit; prunis imposita cum odore jucundo & citra fumum uritur. Recens vero igni admota ob pinguitudinem accenditur, & ad cotem trita subfulva redditur.* Κτηδόνας maculas exponere videtur Isiodorus, cum ait, *Æthiopicum vero quod præstantius accipitur, in nullo est maculatum, sed est nigrum, læve & corneum.* κτηδόνες non sunt maculæ, sed venarum in arboribus & eorum materia cursus, pectines, per longitudinem rectæ pectinum modo lineæ & intervalla, venæ lineatim discurrentes pectinum modo. Suidas, κτηδόνες τελόδοντες ἴχνεις· καὶ φλέβια, ἃ ἐπ' ἀξίας τῷ ξύλων ἐκφύονται. Plinius venarum cursus vertit libr. 16. cap. 38. *Communia his pinoque, ut quadripartitos venarum cursus bifidosque habeant.* Hæc ex Theoph. lib. 5. cap. 2. quem locum adeat lector, ubi plura de voce κτηδόνες. Malè, ut dixi, maculas vertit Isiodorus; maculæ sunt σπίλοι· κτηδόνες venæ lineatim discurrentes; quæ & διαφύσεις. Dioscorides enim de hæmatidide lapide loquens κτηδόνας, & διαφύσεις tanquam synonyma usurpat. Vulgare ebenum non esse Æthiopicum Dioscoridis vel his argumentis probatur; quod gustu non fit mordax, nullam dum manducatur ostendit acrimoniam, nullum igni injectum emittit odorem, nec ullam pinguedinem, si accendatur, fundit. Malunt alii Guiacum ebenum Æthiopicum esse, quod igni injectum odorem spirat bonum & jucundum, multa pinguedine scatet, eamque prunis injectum exsudat. Sed cum non sit nigra materie, nec venas discurrentes pectinum modo habeat, nomen ebeni non meretur.

Τὸ μὲν ἄξυλον, &c. Plin. loco citato. *Duo genera ejus: rarum id quod melius, arboreum trunco enodi, materie nigri splendoris, ac vel sine arte protinus jucundi: alterum fruticosum cytisi modo, & tota India dispersum.* Græcus auctor utrumque Indicæ ebeni genus, inquit, θαμνῶδες; Latinus alterum tantum genus fruticosum ait. Non disputabo, quomomodo τὸ θαμνῶδες exponi debeat, alibi hoc feci. Error Plinii natus videtur ex mala vocis εὔξυλον interpretatione. Εὔξυλον vertit, *arborem enodi trunco*; & collegit; si hac sola distinctione genera ebeni distinxit Theophrastus; ergo genus postremum minime in arborum, sed in fruticum censu reponi debet. Hanc versionem ipsius Græci auctoris verba respuunt, & refutat ipsius vocis εὐξύλου significatio. τὸ ξύλον nusquam Theophrastus pro arbore, aut arboris facie, proceritate, crassitiéve posuit, sed semper pro qualitate materiei & ligni accepit. quod mille exemplis probari potest. Videat lector caput de cedro, junipero, fraxino, ceraso, ulmo, pino, picea, abiete. Arborem ipsam, εὐαυξῆ, εὐμεγέθη, τὸ μέγεθος μεγάλην, μικρὸν, μακρὰν scribit. Lignum vero ἰσχυρὸν, καλὸν πυκνὸν, μαλακὸν, κοῦφον, στερεὸν tradit. Vide cap. de subere, ilice, corno, sambuco, salice, tilia, populo, alno, betula. Hoc loco τὸ εὔξυλον de materiæ præstantia accipiendum esse, vox sequens docet, τὸ μὲν εὔξυλον καὶ καλόν. Verbum καλὸν de crassitudine, ac proceritate accipi non potest; Verum de præstantia & qualitate. Εὔξυλον ergo cujus materies probata & laudata est. Theophrasti hæc est sententia, utrumque ebeni genus δένδρον θαμνῶδες esse, sed alterum longè præstare soliditate, bonitate, pulchritudine materiei, alterum vile, ignobile, ac vitiatum esse, τὸ μὲν εὔξυλον & καλὸν, τὸ μὲν φαῦλον. Sola igitur pulchritudine, bonitateque ebeni Indicæ discrevit species, non magnitudine arborea aut fruticea, ut fecit Plinius. τὸ δένδρον θαμνῶδες malè etiam vertit, *fruticosum*: sed de vocis hujus significatione alibi egimus.

Τὴν μὲν χρόαν εὐ. Plinius, *vel sine arte protinus jucundi.* Nulla artis in verbis Græci auctoris mentio. Scribit Theophrastus ebenum condendam non esse, ut temporis tractu nigrum splendorem acquirat; sed enim protinus ipsam à natura habere recens cæsam, secus ac in aliis accidit arboribus, quarum materies ætate colorem, nitoremque

temque contrahit, quo recens cæsa caruit. De mori materie scribit Theoph. lib. 1. & cap. 5. hist. καὶ ἰσχυρὸν ἅμα καὶ εὔεργον τὸ ξύλον, καὶ παλαιούμενον μέλαν ὥσπερ ὁ λωτὸς, &c. θησαυριζόμενον & παλαιούμενον idem. Παλαιωμένη ἰσὶν est *inveterata*, θησαυριζομένη *in vetustatem recondita, ac servata*. Theoph. libr. 6. cap. 4. de cacti caulibus, καὶ θησαυρίζουσι αὐτοὺς ἐν ἅλμῃ, Plinius libr. 21. cap. 16. *Nec fastidiunt in cibis inveteratos*. Cæterum ligna alia vetustate splendorem coloremque acquirunt, ut morus, alia arte colorem ac splendorem contrahunt, ut nucina, & quæ ex vulgari ebeno parantur mensæ, capsæ, aliaque intestina opera. Oleo enim unguntur & linteis cara inunctis fricantur, ut splendeant. Non raro etiam scoparum quodam genere fricantur nullo addito oleo ceraque, tamen splendorem nitoremque insignem contrahunt, quod mulierculis nostris notissimum, quæ toto Majo mense & sequentibus nihil præter opera intestina, inter septa lignea, pavimenta, mensas, capsas, aliasque res ligneas fricare norunt, ut splendeant. Alia denique natura ac protinus cæsa splendorem acquirunt, ut ebenus; de qua Theophrastus. Ebeni hujus lignum, seu potius medullam Theoprastus nigram spissam & gravem esse ait; vide cap. 4. libr. 5. eleganter satis describit Dioscorides; Ἔστι δέ τις καὶ Ἰνδικὴ ἔχουσα διαφύσεις λευκὰς καὶ κιῤῥὰς καὶ σπίλους ὁμοίως πυκνούς. βελτίων ἡ προτέρα. ἔνιοι δὲ τὰ σησάμινα ἢ ἀκάνθινα ξύλα ἐμφερῆ ὄντα ἀντὶ ἐβένου πωλοῦσι. διαγινώσκεται δὲ ἐκ τοῦ χαῦνά τε εἶναι, καὶ κατὰ σχίδακας μικρὰς ἀπολύεσθαι ἐμπορφυροῦς τῷ χρώματι, μηδὲν δὲ δηκτικὸν ἐχούσας ἐν τῇ γεύσει, ἢ ἐν τῇ θυμιάσει εὐῶδες. *Est & altera Indica intercurrentibus lineis prædita candidis & fulvis, itemque maculis frequentibus; cæterum prior* (Æthiopica) *bonitate antecedit. Nonnulli porro sesamini aut acanthi ligna, quod consimilia sint, pro ebeno vendunt: ex eo autem internoscuntur, quod fungosa sint, & in assulas ad purpuram vergentes resolvantur, nihil mordacitatis in gustu, nec suavis odoris in suffitu præ se ferentia*. Ἔχουσα διαφύσεις λευκὰς, &c. Vertit Isiodorus: *Sed Indicum maculosum est in parvis distinctionibus albis ac fulvis*. διαφύσεις Dioscorides vocat quod supra κτηδόνας. In longum discurrunt, suntque distinctiones venarum oblongæ. Idem Dioscorides libr. 5. cap. 142. de lapide asio; καὶ διαφύσεις μηλίνας ἔχοντα διὰ βάθους. Διάφυσις ibi, *vena oblonga intercurrens*. Idem lib. 5. cap. 144. de hæmatitide, ἀπελέγχεται δὲ ὁ κατασκευασμένος, πρῶτον μὲν τῇ διαφύσει. ὁ μὲν γὰρ εἰς κτηδόνας ἐπ' εὐθείας ἀποκλᾶται. *Discernitur autem adulteratus primum venis in rectum excurrentibus; quippe per venarum ductus in rectum diffunditur*. Κτηδὼν ergo & διάφυσις res eadem. Addit Dioscorides, καὶ σπίλους ὁμοίως πυκνοὺς &c. Σπίλοι, sunt maculæ sive notæ, quæ in vestibus hærentes eas discolorant, quarum similitudine aliquando in humano vultu, & reliquo corpore maculæ oriuntur, nullo aut exiguo vitio summam tantum cutem variantes; materiem autem ligneam lapidesq; pulchriores & gratiores reddere solent. ἔνιοι δὲ τὰ σησάμινα, &c. Vetus codex. ἔνιοι δὲ τὰ σησάμινα ἢ καὶ ἀκάνθινα ξύλα κτλ. ὄντα. Alter cod. ἔνιοι δὲ καὶ ἀκάνθινα ἢ καὶ σησάμινα καλοῦσι ξύλα. ἃ καὶ ἐμφερῆ ὄντα ἀντὶ ἐβένου πωλοῦσι. Ergo acanthina & sesamina ligna, eadem forent. Nemo, quod sciam, prodidit, lignum acanthinum nomen illud obtinere. Vulgatam sequitur Oribasius, defendit Serapio; apud quem cap. 152. *Adulteratur autem cum quadam specie spinarum, & cum quodam ligno, quod dicitur saphsamphe, propter similitudinem quam habet cum eo*. Quidam sic corrigunt, ἔνιοι δὲ τὰ συκάμινα ἢ ἀκάνθινα, &c. quod in vetustissimo codice (ut tradit Lacuna) sic legatur. Accedit quod Theophr. lib 5. cap. 4. tradat, mori materiem validam, & in operibus facilem, vetustate nigram fieri, quale est ebeni lignum. Sed hæc non placet correctio. Ait enim Dioscorides, ligna sesamina, & acanthina fungosa esse, eaq; nota dignosci posse à vero ebeno. Mori materies neutiquam fungosa est; durare enim non posset. Accedit alia etiam ratio, cur mutare nihil ausim, quod Oribasius & Serapio legerint, σησάμινα, ut vulgati codices habent. Tertia ratio est, quod apud auctorem Peripli, hæc leguntur, Ἀπὸ δὲ Βαρυγάζων εἰς ἀμφότερα ταῦτα τῆς Περσίδος ἐμπόρια, πλοῖα μεγάλα χαλκοῦ καὶ ξύλων σαγαλίνων καὶ δοκῶν καὶ κεράτων καὶ φαλάγγων σησαμίνων καὶ ἐβενίνων. Sesaminum ergo lignum pro ebeno venum ibant. Herodotus apud Assyrios milium & sesamum, arborescere scribit, ut suo loco dicam. Ricinus Hebræis Cici arboreus frutex, Dioscoridi δένδρον μικρὸν συκῆς μέγεθος ἔχον, Plinio arbor oleæ magnitudine. In Creta hodie arborescit, adeo, ut ad carpendos fructus scalis opus sit. Idem Plinius in indice, *Sesamum cici arboreum, sive croto, sive ricinus, sive sili, sive sesamum*. An ab hoc sesamo, sive potius ricino, ligna sesamina? Sed ricini caudex ramique concavi; nisi forte in Creta, aliisque Orientis ac calidioribus locis, ubi arbor oleæ magnitudine evadit, aliter sese res habeat. Quicquid sit, ab hac planta sesaminum lignum, vel ad ignota referendum. Ἀκάνθινα ξύλα volunt spinæ Ægyptiæ materiem esse, de qua supra plura diximus. Falluntur verò; spinæ enim Ægyptiç materies robusta & incorrupta: acanthi lignum fungosum ait Dioscorides. Fungosa verò non solent esse incorrupta. Aliorum sententia est, ἀκάνθινα ξύλα, quæ ebenum referebant, & pro ea vendebantur, ex Indica quadam spina esse, quam Plinius similem ebeno narrat. *Alterum*, inquit, *fruticosum cytisi modo, & tota India dispersum. Est ibi & spina similis, sed deprehensa vel lucernis igni protinus transiliente*. Sic legendum, minime interrupta verborum serie, quæ vulgo distincta sunt capitis sectione, docet clariss. Salmasius. Plura de ebeni materie habes apud Theoph. libr. 5. cap. 4. ubi cytisi materiem proxime ad hebenum accedere docet. Vulgare ebenum non esse veterum, facile probatur, quod coloris nitorem, splendoremque statim cæsa non habeat; sed arte & labore adhibito acquirat; alioquin cum Theophrasti ebeno non male conveniret. Sed & Dioscoridis esse nequit. Caret enim lineis candidis & fulvis intercurrentibus, nec maculis est frequentibus, nec ullam mordacitatem in gustu ostendit, nec in suffitu ullum emittit odorem. An Dioscoridis ebenum guiacum primum Manardi, quod densius, gravius, crassius, interiore parte nigricantibus exteriore subpallidum & veluti lineis quibusdam, ad fuscum inclinantibus æque distantibus, per longū dissecta? Hujusmodi fragmentū guiaci sæpe vidi quidē, sed ebenum esse non ausim affirmare. De ebeno vulgari hæc tradit Thevetus; Indiam eam alere, sed præcipuè in insula, quam palmebotre appellant, præstantissimam & nigram colligi. Cæterum nullius momenti responsio est; odorem ebeni vulgaris tempore, & longo per maria itinere evanescere & perire. Quasi verò itinera ad Indiam Orientalem longiora nunc sint, quam fuerint temporibus Dioscoridis, Theophrasti & Plinii. Breviori temporis spatio hodie absolvuntur, Indiæque magis Batavis ac Hispanis apertæ, quam olim Græcis, Romanisque fuere. Et hæc de ebeno.

Οἱ δὲ ὅμοιον τῇ τερμίνθῳ, &c. Plinius lib. 12. cap. 6. *Est & terebintho similis cætera, pomo amygdalis, minore tantum magnitudine, præcipuæ suavitatis. In Bactris utique hanc aliqui terebinthum esse proprii generis potius, quam similem ei putaverunt*. Ὅμοιον γὰρ ἀμυγδάλοις, vertit, *pomo amygdalis minore tantum magnitudine*. An scripsit Theophrastus; Ὅμοιον γὰρ τοῖς ἀμυγδάλοις πλὴν ἔλαττον; An legendum apud Plinium, *pomo amygdalæ magnitudine*, deletis tanquam superfluis vocibus, *minore tantum*? An vero Plinio erroris notam inuremus, quod verba Theophrasti διὰ τὸ μὴ μεγάλα, malè interpretatus sit, *minore tantum magnitudine*? Nam Theophrastus non minora amygdala, sed pari cum amygdala magnitudine poma ferri ab ea arbore, prodidit. Arborem hanc pistaciam esse volunt. Cui opinioni favet quod apud Athenæum legitur lib. 14. οἵ γε τὰ γεωργικὰ συγγεγραφότες ἀδελφοὶ ἐν τῷ τρίτῳ γράφουσιν οὕτως, καὶ τὴν μελίαν καὶ τὴν τέρμινθον· ἃ δὴ νῦν πιστάκια οἱ Σύροι καλοῦσιν. καὶ οὗτοι μὲν διὰ τοῦ π πιστάκια ταῦτα ὀνομάζουσιν, ὁ δὲ Νίκανδρος διὰ τοῦ φ φιστάκια, Ποσειδώνιος δὲ βιστάκια. *Autores Georgicorum fratres scribunt, libro tertio, & fraxinum & terebinthū. Syri nunc vocant pistacia. Ita profecto Syri nominaverunt cum littera p π Nicander vero cum aspirato φ ph; Posidonius autem cum littera b bistacium*. Plura hic in considerationem veniunt. Primum, quod terminthus Syriaca, sive potius Indica à Syris pistacia dicta sit. Unde facile colligi potest, eam quam delineat Theophrasti esse. Quo tempore ex Syria in Italiam delata sit, docet Plinius lib. 13. cap. 5. *Syria præter hanc peculiares habet arbores, in nucum genere pistacia nota*, & libr. 15. cap. 22. *De pistaciis & ipsi retulimus. Et hæc autem idem Vitellius in Italiam primus intulit eodem tempore: simulque in Hispaniam Flaccus Pompejus eques Romanus, qui cum eo militabat. Eodem*, inquit, *tempore*. Quæret quis, quodnam illud tempus? Id Plinius libr. 15. cap. 19. scribit, fuisse novissimis Tiberii Cæsaris temporibus. *Omnia hæc*, inquit, (ficuum caricarumque genera) *in Albense rus è Syria intulit L. Vitellius, qui postea censor fuit, cum legatus in ea provincia esset, novissimis Tiberii Cæsaris temporibus*. Alterum quod in Athenæi verbis considerandum, est quod ait à Syris pistaciæ, vel pistacii (arbor enim pistacia, fructus pistacium dicitur) nomen inditum. Malè ergo Isiodorus pistacia dicta refert, quod cortex ejus pomi odorem pisticæ nardi referat. Falluntur etiam, qui nomen accepisse scribunt, quod fructus nucis pineæ nucleos sive strobylos imitetur. Syriaca vox est, si fratribus

tribus fidem adhibeamus. A Syris quidem pronunciari sine aspiratione, ait Athenæus, contra à Nicandro cum aspiratione. Corrigendus ergo & Nicandri & Athenæi codex. Apud Nicandrum πιστάκια legitur, apud Athenæum vero ψιττάκια scriptum est. Νίκανδρος μὲν ὁ Κολοφώνιος ἐν τοῖς Θηριακοῖς μνημονεύων αὐτῶν φησὶ, ψιττάκι (scribe φιττάκι) ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλίσιν ὅμοια. Ita versus hic apud ipsum legitur Nicandrum. Mentem Poëtæ mox examinabo. Depravatus & Cassiani Bassi codex libr. 10. cap. 12. περὶ φυτείας ψιττακίων. Δαμογέρων. ψιττάκια σπείρεται. Scribe, πιστάκια, ut cap. præcedenti legitur, vel φιστάκια. ψιττάκιον Suidas & Hesychius calceamenti muliebris genus esse scribunt, ψιττάκια ὑπόδημά τι γυναικεῖον εἶδος. A Posidonio cum littera β dici ait. Verba Posidonii idem Athenæus citat, καὶ Ποσειδώνιος δὲ ὁ ἀπὸ τῆς στοᾶς, ἐν τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν γράφει οὕτως. φέρει δὲ τὸ πέρσιον (malè scribitur πέρσιον) ἡ Ἀραβία, καὶ ἡ Συρία, καὶ τὸ καλούμενον βιστάκιον. *Posidonius Stoicus libro tertio historiarum, tam Arabia, quam Syria fert perseam, & vocatum bistacium.* Ita hunc locum interpretor, & hic sensus esse videtur. Vulgo vertunt, *gignit Arabia persion, Syria quod bistacium.* Sic quidem vocatum fuisse hunc fructum. Suidas testatur, βιστάκια τὰ παρ' ἡμῖν πιστάκια λεγόμενα. Denique corrigenda verba fratrum Georgicorum. καὶ τὴν τερμίνθον, ἣν δὴ νῦν πιστάκιον Σύροι καλοῦσιν. Malè edunt ἃ δή. Cæterum fructum hujus arboris fisticum & fisticorum granum vocant, quod ab aspirata voce φιστάκιον dimanavit. Apud eundem Athenæum loco citato, si mendum non est, legitur, ἀστάκιον fuisse vocatum. γράφεται δὲ καὶ ἀστάκια ἀμύγδαλα ὄντα πέφανται. Scribitur & alio loco, *astacia videntur esse amygdala;* sed puto scribendum, πιστάκια ἀμύγδαλα ὄντα πέφανται; quomodo legit interpres.

Εἴη γὰρ καὶ ἐν βάκτροις. Idem Plinius, idem ferè Nicander.

Ὅσσα θ' ὑπ' Ἰνδὸν χεῦμα πολυφλοίσβοιο χοάσπου.

Adjicias etiam quæcunque ad Indum fluxum non parum murmurantis Choaspi. Choaspus Indiæ flumen. Contra Posydonius, Georgicorum fratres, in Syria nasci scribunt. Quæ etiam sententia Galeni & Dioscoridis. Gal. libr. 2. de Aliment. facult. cap. 30. γίνεται μὲν κατὰ τὴν μεγάλην Ἀλεξάνδρειαν ταῦτα. πολὺ δὲ πλείω δ' ἐν Βεῤῥοίᾳ τῆς Συρίας. *Hæc quidem ad magnam Alexandriam proveniunt, sed multo uberiora in Berræa urbe Syriæ.* Dioscorides libr. 1. cap. 177. πιστάκια τὰ μὲν γινόμενα ἐν Συρίᾳ, *pistacia quæ quidem in Syria nascuntur.* Sed Diosc. codicem aliqui corruptum asserunt; quorum opinionem non improbamus. Hic enim dicendi modus alterū sibi membrum, & pistaciorū genus exigebat, quandoquidem ut Græcorum Grammatici docent, semper τῷ μὲν reddendum τὸ δὲ est; non aliter quam si Latinè dicas, *hic quidem, ille autem,* semperque proposita altera, exspectanda & quærenda altera pars est, quæ aliud quid aut diversum à priore illa ostendat: quod nullibi in hoc capite inveniri poterat; fuitque ut videre licuit, vera & antiqua hujus capitis lectio. πιστάκια τὰ μὲν ἐν Συρίᾳ γινόμενα. Facilis in una syllaba ad vitium lapsus. Idem Plinius lib. 13. indicat dicens. *Syria habet peculiares arbores, in nucum genere pistacia nota.* Quasi & ipse diceret, *pistacea scimus in Syria nasci.* Malunt alii hunc locum Diosc. ex Nicandri versu citato emendare ac restaurare, τὰ δὲ παρ' Ἰνδὸν χόασπον ἀμυγδάλοις ὅμοια, *quæ vero in India apud Choaspum proveniunt, amygdalis sunt similia.* Quasi duo pistaciorum genera describeret Dioscorides, alterum nucleis pineis simile, alterum amygdalis. Ex Palladio & Cassiano Basso constat, duo esse pistaciorū genera, marem & fœmininā: sed cum nulla lectionis postremæ extent in codicibus MSS. vestigia; nec ea apud Oribasium, aut Plinium, qui sua ex Diosc. exscribere solent, reperiatur, probare eam nequeo. Alteram libentius amplector, quod eam secutus sit Plinius, ac muniatur veteris codicis auctoritate; tum quod non magna sit mutatio.

Καὶ κάρυα φέρειν, &c. Nicander.

Πιστάκι' ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλόεντα πέφανται, Καυκαλίδας.

Paulo aliter versus hic apud Athenæum legitur, φιττάκι' (ita enim supra legendum admonui) ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλίσιν ὅμοια. γράφεται δὲ καὶ ἀστάκια ἀμύγδαλα ὄντα πέφανται, *phistacia ramis amygdalis similia. Scribitur & alio loco, astacia (lege pistacia) esse videntur amygdalæ.* Falsum est, ullam similitudinem pistaciæ ramos habere cum amygdalis. Persicam amygdalus refert lentiscum, vel, ut optime Theophrastus, terebinthum refert pistaciorum arbor. Scholiastes πιστάκια ἀμυγδαλόεντα φαίνεται ἐν τοῖς ἀκρέμοσι. καυκαλίδας δὲ τὰ λέπη τῶν πιστακίων λέγει, ἢ ἄλλο εἶδός βοτάνης, *pistacia amygdala esse videntur, dum in ramis pendent. caucalidas vocavit cortices pistaciorum, vel est alia quædam herba.* Qui corticem pistaciorum caucalidem vocari tradat, hactenus reperi neminem, nec qui eundem ad venena præscribat. Ægineta libr. 6. odoratum operimentum pistaciorum jecur laxare scribit; sed nec caucalidem vocari tradit, nec adversus venenum sive venenatos ictus præscribit, πιστάκιον ὁ καρπὸς ἐσθιόμενος εὐστόμαχός ἐστι μετρίως καὶ τὸ ἧπαρ ἐκφρακτικῶς· καὶ μάλιστα τῶν λεπτῶν (scribe λεπῶν, ut interpres rectè monet.) αὐτοῦ τῶν ἀρωματιζόντων τὸ ἀφέψημα ἐν οἴνῳ. *Pistaciorum fructus ejus stomacho mediocriter conducit, jecur obstructum laxat, præcipue summi & odorati eorum operimenti ex vino decoctum.* Certè, si caucalidos nomen cortex obtinuisset, non λεπτῶν, sed καυκαλίδων dixisset Ægineta. Emenda Hesychii & Phavorini codicem. Apud utrumque legitur, καυκιάλης βοτάνη τις ὅμοια κωνείῳ. καὶ ὄρνις. Scribe, καύκαλις βοτάνη τις ὅμοια κωνείῳ, καὶ ὄρνις, *caucalis herba cicutæ similis, & avis.* Καύκαλις ergo herba quædam. Quæ, si interpreti tam nota fuisset, quam ignota, non ita palam confessus fuisset suam ignorantiam. Dioscorides, qui sua adversus venena remedia ex Nicandro exscripsit, ipsum fructum adversus serpentum morsus commendat. Vide lib. 2. εὐπορίστων. cap. 15. Præterea vox καυκαλίδας ad τὰ πιστάκια referri minime potest. Debuisset enim scribere Poëta, καυκαλίδας τῶν πιστακίων. in generandi casu. Cum itaque persimiles conjungit Poëta, an non digito quasi monstrat, vocem καυκαλίδας de alia quadam planta accipiendam esse, de qua nobis sermo libr. 7. Ipse Nicander paulo ante plantam jam memoratam, inter eas quæ ad venenatos ictus valent, numerat.

Σὺν δ' ἄρα καυκαλίδας τε, καὶ ἐκ σταφυλίνου ἀμήσαις Σπέρματα.

Explicatione etiam eget, ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλόεντα. Athenæus accepit, quasi rami sive frondes pistaciorū arboris similes forent, ramis amygdali, & vocem ἀκρεμόνεσσιν video ab omnibus referri ad ramos. Atqui arbor pistaciorū nullatenus similis amygdalo. Quomodo ergo eo referri potest? An ergo ad fructus pertinet? Nec hoc audent; quia destituuntur auctoritate. Proponunt tamē considerandū, propter duas causas; quia fructus vere sunt ἐν ἄκρῳ; hinc putant deduci τὸ ἀκρέμων; quod non negat summus in hoc negotio vir H. Stephanus. Secundo quod Theophrastus dicat fructum pistaciorum non dissimilem amygdalo. Utraque ratio bona; verus tamen hujus loci sensus; pistacia dum in ramis pendent, similia esse amygdalis. Poëtica scilicet licentia præpositionem ἐν omisit Nicander. Quod optimè observavit interpres, cum inquit, πιστάκια ἀμυγδαλόεντα φαίνεται ἐν τοῖς ἀκρέμοσι. Huic interpretationi favet lectio altera Nicandri quæ ab Athenæo citatur, πιστάκι' ἀκρεμόνεσσ' ἀμύγδαλα ὄντα πέφανται. *Pistacia cum in ramis pendent, videntur esse amygdala.* A Nicandro ad Posidonium venio, qui de pistaciis loco supra citato hæc tradit. ὃ δὴ καὶ βοτρυώδη τὸν καρπὸν ἀφίησι λευκόφλοιον ὄντα καὶ μακρὸν παραπλήσιον τοῖς δακρύοις. ἃ δὴ ῥαγῶν τρόπον. ἀλλήλοις ἐπιβάλλει. τὰ δὲ ἔνδον ἔγχλωρα, καὶ τῶν κωνείων τῶν στροβίλων ἧττον μὲν εὔχυμα. εὐώδη δὲ μᾶλλον. Vertunt. *Racemoso fructu, albo cortice vestito, oblongo, glandibus simili, acinorum instar sic coacervato, ut alium incumbens alius contingat; quæ intus abduntur sapore quam in nucis pineæ strobilis & nucleis sunt minus grato, sed odoratiora.* Λευκόφλοιον ὄντα; Ad hunc locum Dalecampius; *legendum si rem ipsam consideres, albo putamine (quasi λευκολέπυρον) quandoquidem aspectus ipse esse candidum putamen indicat; rufum vero corticem.* Ita Dalecampius. Omnium extimus cortex viridis est, ut etiam amygdali; sed fine hoc quondam, sicut & hodie solet adferri pistacium. Nec de intima tunica verba Posidonii accipi possunt: putamen enim ipsum quod nucleum ambit rubrum, dura & lignosa testa (ita alibi Theophr.) quæ respondet duriori avellanarum, amygdalarum, juglandium cortici, non dissimilis colore pistacio. Καὶ μακρὸν παραπλήσιον τοῖς δακρύοις. Hoc monstrum informè & ingens. Quomodo longum lachrymis simillimum? Quod cum videret interpres, legit βαλάνοις glandibus. Glandi oblongæ comparari potest. Maluerunt tamen alii ἀκρόδρυσι. Ἀκρόδρυα, ut supra lib. 2. cap. 7. docuimus, quæ foris duro lignosoque putamine clauduntur, nuces Latini vocant. Hæc lectio non satis commoda videtur. Quippe, ut jam dixi, vox ἀκρόδρυον, non certum denotat fructum; non ergo potest ad certum fructum adstringi. Audio alios legere δακτύλοις, quasi pistacia dactylis, sive palmulis

palmulis similia forent, maximè isti generi, quod prælonga gracilitate curvatum humanis digitis simile est. Ait enim Posidonius expressè, ἐν τῷ μακρότητι, *in longitudine esse similem*. Locum, quem adferunt ex Plinio, quæ dactylum prælonga gracilitate curvatum dicat, supra libro secundo cap. 8. corruptum esse demonstravi. Non repetam dicta, sufficit inde concludi nihil posse. Eodem capite probavi, palmam ab antiquis Græcis non fuisse vocatam δάκτυλον. Plinii ævo dactyli inauditi hac notione, vulgus autem recentioris Græciæ hoc nomen usurpavit de palmæ balanis. Posydonius verò etiam non videtur Plinio recentior. Nec enim recentiorum solet Athenæus adferre testimonia. Ex antiquis hunc fuisse ex Suida probatur; Ποσειδώνιος Ἀλεξανδρεὺς φιλόσοφος στωϊκὸς μαθητὴς Ζήνωνος τοῦ κιτιέως. Zenon hic fuit Discipulus Zenonis Musæi qui Magistrum habuit Diodorum cognomento Cronon. Hi ex antiquis fuerunt philosophis. Non fit ergo verisimile, sic scripsisse Posidonium. Puto ergo philosophum scripsisse ἀμυγδάλοις, tum quod autopsia ipsa doceat pistacia non dissimilia amygdalis, tum quod Theophrastus & Colophonius Poeta, pistacia amygdalis comparent. τὸ δὲ ἔνδον ἔγχλωρον, *cujus interior nucleus* (adempto exteriori cortice rubro) *virescit*; quod similiter ipsa experientia comprobat. Hoc cur neglexerit interpres, causam video nullam; præsertim, cum ita se res habeat. Dempto enim cortice rubro, nucleus foris virescit, intus albet. καὶ τῶν κωνείων τῶν στροβίλων. Rectè interpres, ἀντὶ κωνείου κώνου reposuit, κώνειον *cicuta*; venenum, quo periit Socrates. ἥδιον μὲν ἄχυμον. Vertunt, *sapore minus grato*. Optimè Dalecampius in marginalib. ad Athenæum notis. ἥττον ἄχυμον. χυμὸς, χυλὸς, *sapor*. ἄχυμα tamen à Medicis vocantur, *quæ bonum succum alendo corpori præbent*. Vide cap. 19. lib. 1. ubi voces χυλὸς, χυμὸς exponuntur. Potior illa sententia, quæ ad substantiam vocem ἄχυμοι ducit, ut significet, quale alimentum dent pistacia. Nunc quæ Dioscorides habet, videamus. πιστάκια ὅμοια στροβίλοις. εὐστόμαχα. *pineis nucleis similia, stomachoque amica*. Dioscorides cum inquit, στροβίλοις ὅμοια, nucleum putamini exemptum strobilo comparat; Theophrastus vero suo putamine corticeque contentum fructum, amygdalo comparat. Cæterum apud Theophrastum legendum puto, ἐλάττω σχεδὸν τῶν ἀμυγδάλων, quod pistacia magnitudine cedant amygdalis. Arbor pistacia ferens tota facie tere-

Pistacium.



bintho similis est; Folia hujus quam lentisci majora, terebinthi ac lentisci modo è ramusculis utrimque emergentia, colore è viridi in luteum inclinante; flores fert racemosos, terebinthi instar purpurascentes; succedunt fructus racematim è ramorum extremitatibus, ex suis pediculis pendentes, ita ut non malè Colophonius Poeta, πιστάκι' ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλίοισιν ἐοικότα. Nuces amygdalinis fructibus minores sunt, pineis vero nucleis paulò majores, duplici cortice munitæ, nucleum intus habentes, figura oblongæ, superius in acumen desinentes, inferius pediculi, cui adhæserunt, vestigium retinentes, ab una parte tumidiore & in angulum desinente ventre protuberantes, una commissura, per mediam anguli longitudinē transeunte, cum maturuerint dehiscentes. Exterior cortex carnosus ac odoratus modicè rugosus, summo amygdalæ putamini substantia, & colore non dissimilis, qui facile à maturo fructu recedit. Interior cortex sive putamen colore albidum, superficie lævè ac glabrum, substantia durum, lentum, fractu contumax, ac quasi osseum, intus russæ ponticæque nuci similem & æqualem nucleum continens, substantia tenerum, pinguem, rubenti corio & odorato obductum, foris colore è flavo virescentem, intus candicantem, gustu dulcem, valdè suavem, tenuem, orisque halitum commendantem. Nuces eligito ponderosissimas, majores, sponte suâ modicè dehiscente commissura plenum, recentem, neque rancidum, neque rugosum, neque situ obsitum nucleum ostendentes. In Persia, Arabia, Syria, & apud Indos arbor hæc reperitur, fructumque fert; invenitur & in Narbonnensi Gallia, & Hispania, sed fructus raro reddit maturos. Apud Batavos è semine sive fructu nascitur, sed nec florem, nec fructum fert, & ni adversus frigora muniatur, hyberno gelu læditur & perit.

Ἐξ ὧν δὲ τὰ ἱμάτια, &c. Indos veste linea vestitos quondam fuisse Arrianus in Indicis docet. ἐσθῆτι δὲ Ἰνδοὶ λινέῃ χρέονται, καθάπερ λέγει Νέαρχος, λίνου τοῦ ἀπὸ τῶν δενδρέων ὑπὲρ ὅτευ μοι ἤδη λέλεκται, τὸ δὲ λίνον τοῦτο ἢ λαμπρότερον τὴν χροιὴν ἐστὶ ἄλλου λίνου παντὸς ἢ μέλανες αὐτοὶ ἐόντες λαμπρότερον τὸ λίνον φαίνεσθαι ποιέουσιν. *Linea veste utuntur Indi, ut ait Nearchus, lino ex arboribus facto: qua de re mihi jam dictum est: hoc quidem linum aut reliquis linis candidius est, aut nigri ipsi cum sint, faciunt, ut candidius id quam est, esse videatur*. Supra arborem descripsit quę lanam fert, & quæ à Theophrasto cap. 9. hujus libri delineatur. An igitur planta ex qua linum & lana eadem? Ita certe ex Arriani loco citato magni viri colligunt. De utraque tamen Theophrastus tanquā diversa egit. Nam capite quo foliis vitigeneis describit laniferam ex qua Indorum vestes fiunt, folia inquit esse similia mori foliis. Ex India hodie ad nos & lineæ & laneæ adferuntur vestes, sed de arbore an una eademque sit, certi nihil intelligere potui. Cæterum vereor Theophrastum deceptum, arboremque moro similem ipsam morum esse, nec esse linum, sed sericum quod ex hac colligunt arbore; sericum autem in moro generatur beneficio bombycum qui foliis mori vescuntur.

Τὸ δὲ ὅλον φυτὸν. Si tota planta similis cynorhodo, id est, caninæ rosæ, quomodo foliis potest dici mori? Corruptus ergo codex. Plinius libr. 12. cap. 6. *Sed unde vestes lineas faciunt, foliis moro similis, calyce pomi cynorhodo. Serunt eam in campis; nec est gratior ullarum prospectus*. In antiquo codice scriptum, *foliis moro similis, calyce bombicino rhodo*; in aliis autem posterior vox desideratur. Primus mendum in verbis Plinii citatis olfecit Hermolaus, qui ex Theophrasto corrigit, *similis, calyce pomi cynorhodo*. Notat etiam in vetustissimis codicibus *cynorhodo*, non *rhodo* legi. Et pessimè quidem hac de causa audit Hermolaus: *Planè*, inquiunt, *videtur imposturam facere voluisse lectoribus. Et verba Theophrasti subtexunt, ut omnibus palam fiat, quam vera Hermolaus tradiderit*. Planta, inquit is, ex quibus vestes conficiunt, folium moro simile habet, totam autem stirpem cynorhodo. *Hæc ad verbum Theophrastus, in quibus verbis similem esse laniferam arborem calyce pomi cynorhodo, dixit; & nec scimus*, ajūt, *unde Hermolaus collegerit valere argumentationem à similitudine totius ad totum, ad similitudinem partis ad partem. Ut si sic argumenteris. Tota simia toti homini similis est: ergo simiæ nasus naso hominis. Ita & si tota arbor lanigera similis est cynorhodo, non consequetur*, (putant) *ut calyx pomi arboris lanigeræ similis sit calyci pomi cynorhodi*. Publica ante Hermolaum lectio impressorum codicum erat: *calyce bombycino rhodo*. Ex qua, si Theophrastum & Plinium convenire volumus, hanc eliciemus lectionem, *corpore toto cynorhodo*. Hoc est, stirpis universitate. At durior, (quis inferet) correctio. Non negant; sed multo duriores ajunt præcessisse aliæ; quas tamē fateamur necesse sit, veriores esse Sybillę foliis, puta tā eximiis scriptorū testimoniis obvellatas. Ita porro argumētantur. Sed si arbor toto habitu cynorhodi est, ut volunt, unde folia moro similia? Quare

 Theophrasti

Theophrasti codicem corruptum puto. An legit Plinius, τὸ δὲ μῆλον φυτοῦ τοῖς κυνοσβάτοις, *calyce pomi cynorrhodi*. Omnino legit, τὸν δὲ κύτινον τοῖς κυνοσβάτοις ὅμοιον, vel τὸν δὲ κύτινον τοῦ μήλου τοῖς κυνοσβάτοις ὅμοιον. *Cytinus, sive calyx pomi similis cynorrhodi cytino*. Calycem vocat quo linum continetur. *Serunt*, inquit Plinius, *eam in campis*; addit Theophrastus, *per ordines*. Quare procul aspiciẽti vites esse apparent, pro quibus apud Plinium, *nec gratior ullarum prospectus*. Vetus codex habet, *nec est gratior villorum aspectu*. Scribe ex Theophrasto, *nec alius est quam vinearum aspectus*. Id est, quod Theophrastus ait, διὸ καὶ πόῤῥωθεν ἀφορῶσιν ἄμπελοι φαίνονται. Meminit laniferarum arborum Herodotus in Thalia cap. 106. ubi de India agit. τὰ δὲ δένδρεα τὰ ἄγρια αὐτόθι φέρει καρπὸν εἴρια καλλονῇ τε προφέροντα, καὶ ἀρετῇ τῶν ἀπὸ τῶν οἴων. καὶ ἐσθῆτι οἱ Ἰνδοὶ ἀπὸ τούτων τῶν δενδρέων χρέωνται. *Præterea agrestes arbores pro fructu lanam ferentes, ovillæ tum pulchritudine, tum bonitate præcellentem, qua in vestiarium Indi utuntur*. Utrum Herodotus, quam Theophrastus cap. 9. an vero quam hoc capite 5. describit, intelligat, me fugit. Certe, si non eadem est quæ cap. 9. describitur, me ignorare fateor, qualis sit arbor.

Ἐρέβινθος μὲν, &c. Apollonius in admirabilibus, ubi hunc Theophrasti locum recitat, addit fabam in India non reperiri. Θεόφραστος δὲ περὶ φυτῶν ἐν Ἰνδοῖς μὴ γίνεσθαι μήτε ἐρέβινθον, μήτε φακὸν, μήτε κύαμον. An ergo mancus Theophr. codex? An Apollonius de suo κύαμον *fabam* addidit, quod apud Theophrastum legatur, καὶ τ' ἄλλα τὰ παρ' ἡμῖν ἐστὶ [illegible]. De hordeo triticoque Indico vide cap. 4. lib. 8. historiarum. Aliud genus inquit esse hordei sylvestris, quo panem suavem, atque alicam bonam conficiunt. An genus illud describit, quod à Diodoro βόσπορον, vel, ut apud Strabonem legitur, βόσμορον, vocatur? Πολὺ δὲ σπέρμα καὶ ἄλφιτον, ἔτι δὲ ὄρυζα καὶ τὸ προσαγορευόμενον βόσπορον, καὶ μὴ πολλὰ ἄλλα πλείω τῶν πρὸς διατροφὴν χρησίμων. *Magna leguminum in India copia & varietas. Adde Oryzam & quod vocatur bosporum; aliaque complura ad vitæ sustentationem commoda*. Idem Diodorus paulo infra, τὸ δ' ἕτερον καὶ τὴν θερινὴν τροπὴν κατ' ἣν συμβαίνει τὴν ὄρυζαν καὶ τὸν βόσπορον, ἔτι δὲ σήσαμον καὶ κέγχρον. *Iterum fructus colligunt circa solstitium æstivum, in quod orizæ, bospori, sesami, & milii satio incidit*. Strabo libr. 15. περὶ δὲ τοῦ βοσμόρου, ὥς φησιν Ὀνησίκριτος: ὅτι σιτὸς ἐστὶ μικρότερος τοῦ πυροῦ· γίνεται δὲ ἐν ταῖς μεσοποταμίαις· φρύγεται δ' ἐπὰν ἀλοηθῇ, προομνύντων μὴ ἀποίσειν ἄπυρον ἐκ τῆς ἄλω, τοῦ μὴ ἐξάγεσθαι σπέρμα. *Bosmorum Onesicritus ait frumenti genus esse minus tritico, & inter amnes nasci: torreri autem, cum in area excutitur, sed jurare istos non prius ex area se allaturos, quam igni frixerint: ideo faciunt ne semen exportetur*. Recte meo judicio interpres, ἀντὶ σιπτὸς, legit σῖτος. In antiquis codicibus lectionem hanc reperiri, auctor nobis Casaubonus. Idem etiam interpretis lectionem probat, vocemque hanc sibi incognitam refert. Quod benignè accipi oportet. Nempe q. d. hoc loco nullum aptum, idoneumve sensum præstare; alioquin σεπτὸς & σιπτὸς, eandem habet apud Græcos significationem, quam *pretiosum, colendum, venerandum, sanctum*, apud Latinos. Hesychius σεπτὸς, ἔντιμον, ἅγιον, σεβάσμιον, τίμιον. Cæterum utrum, βόσμορος an βόσπορος legendum, hæreo. Βόσμορον hordeum esse sylvestre, cujus mentionem noster facit Theophrastus, asserere non ausim.

Μάλιστα δὲ σπείρουσι τὸ καλούμενον, &c. Batavis oryza truncato nomine **rijs** dicitur. Ex ea edulii genus parant, pueris & mulierculis (de senioribus nihil dico) valde expetitum, præsertim si saccaro & cinamomo super asperso exhibeatur. Coquitur in lacte bubulo, aut amygdalarum cremore, aut carniũ pingui jure. Boni saporis est edulium, ori gratum, benè nutriens, concoctu haud difficile, stomacho conveniens; mediocriter quia alvum adstringit, & ventriculum roborat. Hispani Belgæque ex oryzæ farina, & gallinarum pectoribus elixis & incisis, cum saccaro & lacte lento igne coctis, ligneoque instrumento valide subactis, suavissimum ac gratissimum cibum, quem album, nostri **witte pap** vocant, parare solent; plurimi quidem alimenti, sed paulo crassioris, saporis tamen præstantissimi, & virginibus expetiti. Oryzam recentiores Græci ἐλειογενὴς vocarunt. Hesychius ἐλειογενὴς ὄρυζα. Nomen illud inditum, quod in palustribus nascatur locis, eaque amet. Busbequius, Cæsareus legatus ad Othomannum Turcarum imperatorem, epistola prima. *Fuimus Philippopolis, vidimus in locis palustribus & aquosis oryzam instar tritici crescentem*. Idem Strabo libr. 15. de solo natali & cultura orizæ. τὴν δὲ ὄρυζάν φησιν ὁ Ἀριστόβουλος ἑστάναι ἐν ὕδατι κλειστῷ, πρασιαὶ δ' εἶναι τὰς ἐχούσας αὐτήν. *Aristobulus dicit, orizam in aquis eluvionis stare, factis areolis quibusdam, eam continentibus*. Eadem Megilli sententia. Idem Strabo, Μέγιλλος δὲ τὴν ὄρυζαν σπείρεσθαι μὲν πρὸ τῶν ὄμβρων φησίν. ἀρδείας δὲ καὶ φυτείας δεῖσθαι ἀπὸ τῶν κλειστῶν ποτιζομένην (in M. S. non dissimili sensu ἀρδευομένην) ὑδάτων. *Megillus scribit, oryzam ante pluvias seri, cultu tamen & irrigatione indigere, & clausis aquis irrigari*. Dioscorides etiam plantam hanc in palustribus & uliginosis nasci tradit libr. 2. cap. 117. ὄρυζα τῶν σιτηρῶν ἐστὶ εἶδος, φυομένη ἐν ἑλώδεσι τόποις καὶ ὑγροῖς. His in verbis animadvertendum, quod ait, σιτηρῶν ἐστὶν εἶδος. Galenus non inter σιτηρὰ, sed inter ὄσπρια legumina recenset, cum contra inter frumentacea à Dioscoride referatur. Galenus lib. 1. de aliment. facultat. cap. 16. & 17. ὄσπρια καλοῦσιν ἐκεῖνα τῶν δημητρίων σπερμάτων ἐξ ὧν ἄρτος οὐ γίνεται, κυάμους, πισοὺς, ἐρεβίνθους, φακοὺς, θέρμους, ὄρυζαν, ὀρόβους. *Legumina appellant ea Cerealia semina, ex quibus panis non fit, ut puta fabas, pisa, cicera, lentes, lupinos, oryzam, ervum*. Nobis probatur Dioscoridis sententia, non tantũ, quod certum sit, ex oryza fieri panem; sed quod tota facie & habitu planta hæc frumento quam legumini sit similior. Immo cum leguminibus nullam, cum frumento summam habet similitudinem. Aspice caulem, folium, semen, reliquamque faciem ac ideam plantæ. Mendi suspicio nulla: statim enim capite sequenti 17. de oryza, ac si leguminum præcipuum esset, agit.

Τοῦτο τὸ ὅμοιον, — Faciem oryzæ, Plinius lib. 18. cap. 7. his ferè verbis inter frugum genera, hanc esse tradit. *Hordeum Indis sativum & sylvestre, ex quo panis apud eos præcipuus. Italica maximè quidem oryza gaudent; ex qua ptisanam conficiunt, quam reliqui mortales ex hordeo. Oryza quidem folia carnosa, porro similia, sed latiora, altitudo cubitalis, flos purpureus, radix gemmeæ rotunditatis*. Nugatur Plinius. Milii hordeique folia fert oryza etiam in Italia, Mediolanensi agro; & ea quidem non instar porri carnosa, nec latiora, sed quæ nullã vel perquamexiguam cum porro habent similitudinem, & multo porraceis angustiora. Quare, si pro *porro*, *hordeo* substitui non debet, mala utitur comparatione Plinius. Hordeo sunt similia, sed paulo latiora. Florem nunquam observavi; & nescio quæ sit gemmea radicis rotunditas, cujus apud Plinium fit mentio. Dubitant adversariorum auctores, utrum gemmeæ rotunditatis radice oryza sit bosmorum, quod Romanis ac Græcis invidebat India, Syriaque barbara, jurejurando adigere solita messores & institores, ne, prius quam excoxissent, ulli venderent; veriti, ne semen in alias regiones communicaretur.

Oryza.



Ἀλλ' οἷον φοῖνιξ, &c. Malè in Aldino codice φοίνιξ legitur. Quid φοῖνιξ sit, ad finem cap. 3. libr. 8. docetur, quem locum adeat diligens lector. Oryzæ radix triticea est; culmus hordeaceus cubitalis, non raro major, interdum bicubitalis, sæpe sesquicubitalis, geniculatus, tritico

tico craffior, firmiorque; folium milio aut hordeo non diffimile, fed latius, in culmi fummitate fpicam prodit, rigidulam in ramulis, qualis milii, φόβη, *juba*, divulfam. In his fpicatim alterno fitu ineft granum, cortice fubflavo, afpero, tenuibus, acutis feu angulofis ftriis in longitudinem donato, ovi ferè figura, fuperne ariftæ five ramulis adhærens. Granum deglubitum, five gluma feu cortice expoliatum lacteo ferè fpectatur colore, pellucidum, durum, pultibus gratius atque candidius, quovis præftantiffimo tritico. Oryzam hanc ex India originem traxiffe, & per univerfum orbem diffeminatam effe extra omnem poni debet controverfiam. Hæc precipua omnium Indiæ orientalis locorum annona eft. Hinc Indis loco panis eft, ex ea placentas parantibus. Ex eadem in China potum faciunt, quem in Peru *acuam* vocant; in Iaponia vinum, quod Iavenfes *aracle* nominant; in Pegu aquam extrahunt, quæ cum aqua vitæ certat. Diftinguunt in Oryzam optimam, quam *girafol*, & in viliorem, quam *chambafal* Indi vocant, ut recentiores, qui Indiam defcripferunt orientalem, teftantur. Quibus in locis apud Indos nafcatur, fupra dixi. In Mediolanenfi agro locis depreffis, & patente planitie udis feritur, & non difficulter provenit; folum tamen in quo provenit euripis & illicibus, à flumine è lacu *major* vocato, ductis, crebrius, quoties opus judicant, ac neceffitas urget, rigant, alioquin nullum aut inane granum laturum; ut admiratione non careat, tam ficcum & exuccum granum tam paluftri & humenti delectari folo, bonum alimentum, & delicatulum fuppeditare, etiamque valetudini prodeffe poffe. Hujus mefsis ferotina eft, circa æquinoctium autumni, vel circa finem menfis Septembris, vel paulo ante. Maturefcit enim æftivis folibus multis. Hæc caufa eft, cur apud Batavos, quamvis ipfis folum fatis humectum & udum, granum non proferat; quippe tellus cœlumve nimis ipfis frigidum. Granum verò non fua gluma tectum, fed decorticatum, & repurgatum adferri folet.

Ἄλλο δὲ ὃ καλοῦσιν, &c. An illud femen eft quod Herodotus in Thalia cap. 100. milii facie defcribit? Καὶ αὐτοῖσί ἐστι ὅσον κέγχρος τὸ μέγεθος ἐν κάλυκι αὐτόματον ἐκ τῆς γῆς γινόμενον· τὸ συλλέγοντες, αὐτῇ τῇ κάλυκι ἕψουσί τε καὶ σιτέονται. *Eft eis femen quoddam milii inftar, fua fponte nafcens è terra, fuo in calyce: quod cùm ipfo calyce lectum coquunt, eduntque.* Quondam putavi ob Herodoto oryzam defcribi; fed hæc feritur, nec milio fatis fimilis. Milii femen vifu fœno græco non difsimile; uno enim eodemque colore, magnitudine non multum difsimili, fed facie diverfa eft.

Ὥσπερ μεταξὺ κοτίνου. Hæc fatis negligenter reddidit Plinius. *Oliva Indiæ fterilis præterquam oleaftri fructu.* Addit Theophraftus. *Et natura penè inter oleum & oleaftrum; folio latiore quam oleaftri, anguftiore quam oleæ.*

Ταῦτα μὲν οὖν κατὰ Ἰνδικήν. Multo plura nafcuntur in India, quæ infra libr. 9. recenfet, cinamomum, cafia, nardum, aliaque aromata. De India Strabo libr. 15. ex auctoritate Ariftobuli, cujus codices deperditi funt, quod maximopere dolendum; Καὶ πολυφάρμακον δέ, καὶ πολύρριζον πάντων σωτηρίων, καὶ τῶν ἐναντίων, ὥσπερ καὶ πολυχρώματον. ὁ αὐτὸς εἴρηκε, καὶ ἄλλοις· προστίθησι δ' οὗτος, ὅτι καὶ νόμος εἴη τὸν ἀνευρόντα τι τῶν ὀλεθρίων, ἐὰν μὴ προσανεύρῃ καὶ τὸ ἄκος αὐτοῦ, θανατοῦσθαι· ἀνευρόντα δὲ τιμῆς τυγχάνειν παρὰ τοῖς βασιλεῦσιν. *Item Indiam multa medicamenta habere, & multas herbarum radices, tum falutares, tum noxias, quemadmodum & multos colores, & hic & alii dixerunt. Addit legem effe, fi quis exitiale aliquid invenerit, nifi & remedium ejus reperiat morte plecti; fed fi adinvenerit, honorem ei à regibus haberi.* De lacca, quæ etiam in India provenit. cap. de anchufa egi. Et hæc quidem in India orientali, Ex occidentali, maximè ex infulis Canadenfibus, & Virginianis, Novaque Belgica quædam accepimus, quorum icones nemo tradidit; defcripta autem funt à Cafparo Bauhino, botanico, anatomico, practico, dum viveret celeberrimo. Et clariff. D. Ioannes Brofterhufius, vir in omni ftudiorum genere excellens, dedit nobis ramulum cum foliis fructibufque. Fructus hos Clariff. & fummus & Botanicus Carolus Clufius exoticorū lib. 2. c. 16. defcribit. *In decimo fexto fructu, qui pruni fylveftris in fpina nafcentis erat magnitudine, quandam differentiā obfervabam initio. Nam alii apicem illum five criftam fummo fructui inhærentem, & à pediculo pendentem planam habebant; aliis in illo apice bina tubercula incidebant; ab una parte pediculi unum; ut eminentes oculi, totufque apex, aviculæ capitellum furfum elato roftro referre viderentur. Spadicei ex fufco coloris erat hic fructus, (qualis & nofter) atque rugofum foris corticem habebat, interna parte ex fpadiceo flavefcentem, tenellum nucleum continens, five verius officulum, fphæricæ*

Globuli faponarii fructus XVI. à Iacobo Gareto Clufio donatus.



prorfus formæ, coloris atri, adeo folidum, ut ne lima quidem offendere, aut abradere quippiam poffem, nedum cultello aperire. Infima pars nonnihil candicabat, quæ tamen adfricata candorem illum amittebat. Binos alios ejufdem generis feptennio poft ab eodem Iacobo Gareto accipiebam, non fingulari bacca conftantes, fed gemina eaque majore, ut etiam cerafum æquarent, abrupto pediculo, cujus veftigium adhuc appareret. Sic ut magna ex parte geminus fructus ex uno pediculo nafci videatur, quemadmodum in periclymeno recto. Longe recentiores autem erant poftremæ illæ baccæ. Nam tenaci admodum & glutinofo fucco adhuc abundabant; fufcæ quidem illæ, fed quæ luci oppofitæ, ex rubro flavefcentis coloris apparerent. Altera illarum per medium fecta, officulum reperiebam jam prædicto fimile, durum, & adeo nigrum, ut ex ebeno quifpiam tornatum exiftimare potuiffet. Quum porro Garetus ab Anglis ex Guyana diceret relatum, ejufque pulpa manibus confricatis, deinde aqua elotis, fpumam excitatam, & ejus rei caufa fope berriees, id eft, faponarias baccas ab illis effe appellatas; non dubium effe judicabam, quin effet fructus, ille quem Oviedus parte prima generalis & naturalis hiftoriæ libr. 9. cap. 5. & Nicolaus Monardus libr. de fimplicibus Medicamentis ex occidentali India delatis fphærulæ faponariæ nomine donarunt. Hæc Clufius. Experientia docuit, non effe eafdem fphærulas, quas Monardus delineat cap. 65. ubi ait. *Capfula mihi miffa fuit fubere contexta, plena fphærulis valde rotundis ac nigris, atque fplendentibus, fic ut ex ebeno confectæ viderentur.* (Hoc de interiori accipiendum foret nucleo, fi idem foret fructus:) *Eæ vero conftabant, ex fructu in pumila arbore nafcente magis contorta quam recta, veluti rufcus, cujus folia filici funt fimilia.* (planè difsimilia funt, quæ nos à Clariff. Brofterhufio accepimus.) *Ferunt ii frutices rotundum fructum nucis magnitudine; lenta quadam pulpa tectum, qua fublata, relinquitur fphæra quædam maximè rotunda, coloris nigri, adeo dura, ut nifi malleo aut alia quapiam re folida & dura confringi nequeant. Saponis vicem præbent hi fructus, quoniam fi binis aut ternis, cum calida aqua veftes eluantur, multo nitidiores redduntur, quam fi faponis librali pondere elotæ forent. Plurimam etenim fpumam excitant, eofdemque effectus præbent quos fapo, paulatim liquefcentes, donec folæ fphærulæ fuperfint, quæ officulum funt hujus fructus: perorantur deinde hæ fphærulæ, fiuntque ex iis coronæ ad numerandas preces idoneæ, adeo elegantes, ut ex ebeno*


no confectas dicas, tum diutini usus, quoniam difficulter confringuntur. Est vero is fructus adeo amarus, ut nulla quadrupes aut avis eam degustet. aliquot ex iis terræ creditæ, mihi natæ sunt, folia gestantes admodum elegantia, & viridia; parvulas adhuc plantas fructum suo tempore prolaturas existimo. Quam vellem ne dixisset folia filici esse similia? Vel mala comparatione utitur, aut sphærulæ quas describit Clusius, sunt diversæ ab iis, quas Monardus delineat. Sed mala non videtur uti comparatione Monardus. Quippe Oviedus libr. 4. ait. *Sunt in his insulis,* (Hispanicis videlicet) *& continenti, quædam arbores, quæ à sphærulis ad preces ad numerum recitandas necessariis, & à sapone cognomen acceperunt; quarum folia filicis folia nonnihil referunt, licet minora sint, celsæ sunt & formosæ, fructum ferentes, avellanæ aut cerasi magnitudine, corolla insignitum, minimè edulem, qui sole exsiccatus subflavum colorem retinet: Is ossiculum intus continet, globulo bombardorio æquale, rotundum, nigrum, &, si solis radiis opponatur, subrufum, quod semen exiguum & amarum habet. Ex his ossiculis perforatis fiunt supra dictæ corollæ, non inelegantiores, quam si ex ebeno confectæ essent; immò iis præstant, quod leviores sint & minus fragiles. Fructu integro cum aqua calida panni expurgantur, perinde atque sapone; at si quis frequentius eo utatur, pannos urit & corrumpit; semel duntaxat necessitatis causa eluisse sufficiat. Pulpa ossiculum ambiens ea est quæ saponis vicem præbet.* Ramulus (cujus imaginem appingi curavimus) spithami ferme est magnitudine, nodis frequentibus præditus, colore cineritio; folia demptis appendicibus colore & forma aurantiis sunt simillima; minora tamen & angustiora, ac in acutum magis desinentia. Fructus satis luculenter descripsit Clusius, adeò, ut supervacuum sit plura de iis dicere. Aliam ex insulis Cannadensibus accepimus plantam, quam nescio cur Epimedium virginianum vocent. Virgas ex radice fibrosa emittit lignosas, duras, flexibiles, partim erectas, partim humi repentes, nisi cultura accedat; tum enim fruticulus fit non inelegans. Folia fert in uno pediculo tria, instar foliorum trifolii disposita, quorum particularia sunt latiuscula, lævia, dilutè viridia & splendentia, crassa, apocino latifolio

Apocinum trifoliatum, Indicum vulgo Epimedium.



non dissimilia, eodemque etiam modo decerpta aut læsa, lac emittentia acre ac fervens. Quare apocinum trifoliatum appellare placuit. nec floruit, nec fru-

Vitis Hederacea Indica.



ctum unquam tulit. Vitis hederacea, vitis hederæque instar altè scandit, sarmentaque emittit vitigenea, sed claviculis ad instar polyporum cirris prædita; quibus lignis, lapidibus, chartæ omnique aliæ materiæ propinqua adeo firmiter adhæret, ut avelli nequeat. Foliis constat ex uno pediculo quinis, quorum singularia vitalbæ nonnihil similia sunt, sed multo latiora, rotundiora ac tenuiora, autumnali tempore, antequam cadunt, rubentia. Florem fert muscosum, vitigineum, fructum audio hederaceis corymbis non dissimilē. Aristolochiam Indicam cap. de aristolochia descripsimus. Utriusque sigilli cap. de sigillo Salamonis habes descriptionē & icones. Allii sive molyos virginiani delineationem ex cap. de phalangio pete. Vocatur enim phalangium verginianum.

Persicaria Virginiana.

Aliam stirpem accepimus, quam persicariam Indicam vocant, quod flos persicariam referat, alioquin tota planta betæ similior est. Ex radice crassa, magna, betæ albæ non dissimili stolones verno tempore emittit multos, altitudine tricubitales, aut altiores, mediocriter crassos, carnosos, virides, nonnihil striatos, in ramulos effusos; folia magna, lata, lævia, resplendentia, carnosa, dilutè

Persicaria Virginiana.



sa, dilute viridia; quo ad formam, persicariæ non dissimilia, sed decuplo, ut ita dicam, majora, ac multo latiora: flos persicariæ julo similis; sed multo minor, colore albicans, nec æquè rubescens. Cannabila Virginiana ex

Cannabila Indica.



radice lignosa, fibrosa, dura, multos emittit verno tempore caules, ad humanam altitudinem nonnunquam accedentes, duros ac nonnihil lignosos, purpureos, maculis sive lineis quibusdam nigrantibus præditos; folia dura, aspera, rugosa, nigricantia, longitudine sex, septem unciarum; duarum aut trium latitudine, ex longo pediculo dependentia. Florem habet in summo caulis aliquo modo umbelliferum, colore dilute rubente ad instar cannabini, qui nunquam sese expandit, sed quasi conclusus manet, ac in floccum evanescit. Floret mense Septembri octobrique. Virgæ aureæ mexicanæ, ex una radice cau-

Virga aurea Virginiana.



les plures, nonnihil tamen reclinati assurgunt; circa quos folia palmaria, sesquiunciam lata, crassiuscula, splendentia, in summitate breviora. Ex foliorum alis rami prodeunt, quibus flores saturate lutei, sursum spectantes, facie chrysocomi, unam tantum caulis partem occupantes insident. Huic altera similis, foliis tantum magis rugosis, & nonnihil incisis. Lysimachia Virginiana (quam Alpinus Hyoscyamum, Bauhinius Lysimachiam corniculatam vocat) planta est ramosa, duorum aut trium cubitorum altitudine, forma ad Lysimachiam latifoliam purpuream accedens. Ex radice oblonga, alba, digitalem crassitudinem superante, paucis fibris, capillata, caulis exsurgit initio rotundus; at supra medium ob plurimos ramos angulosus, subcinereus, lævis, statim à radice in breviores, mox majores ramos, hique in alios late expansos, brachiatus; qui rotundi, paucissimis pilis donati, hinc inde maculis parvis rubentibus variegati; ex quibus, tanquam ex poris, pilus prodit. Folia statim ad radicem plura oblonga, palmum superantia, latitudine unciam vix accedentia; crassa, pallide virentia, lævia, in acutum desinentia; quorum inferiora quandoque laciniata, reliqua vero obscurè sinuata; per horum medium costa alba, ut in Lysimachia, chamenerion dicta, excurrit. Ex alarum sinubus pediculus articulatus & rotundus prodit; cujus pars supra articulum triuncialis, fistulosa, florem magnum, flavum, quadrifolium, extra folia effert; qui cum primo florere incipit quadrangulus est; eo aperto, verum sole tantum lucente; in ejus medio stilus conspicitur, qui viridis ad articulum usque descendit, & apicibus quatuor sulphurei coloris, crucis in modum dispositis, donatus est, quem stamina octo circumstant,

Lysymachia Virginiana.




Corthusa Indica, vel hedera terrestris.



Viola Virginiana foliis hyberno tempore exuitur, quæ novo vere iterum promit. Sunt hæc quam vulgaris violæ multo majora, è diluto viridi splendentia, rotunda quidem instar violæ, sed in acutum desinentia, nec per ambitum serrata. Bis terve floret, vere, æstate, & autumno. Flosculos fert violæ tricolori satis similes, sed colore ex cæruleo subpurpureos, dilutiores quam vulgaris violæ flores. semen vulgari violæ simile. Odore caret, hyeme foliis exuitur.

Viola Virginiana.



quorum quatuor singulis foliis alia quatuor interjecta sunt: hisque singulis capitulum oblongum albicans insidet: ipsi vero flori, calycis in modum, folia quatuor oblonga, angusta, pallida, subjiciuntur. Flos odoratus est, nonnihil ad heiri, vel potius ad lilyasphodeli lutei odorē accedens, ultra diem non persistens; cum is qui sub vesperam aperitur ad sequentis diei vesperam flaccescat, unde ephemerum dici meretur. Flore cum pedicello ad articulum delapso, altera pediculi pars sesquiuncialis, sensim ad uncias binas, etiā ternas oblongatur, & in siliquam sive corniculū abit, & propter semen copiosum, nigrum, parvumque quod continet, intumescit; quod ubi maturuit, ipsa cornicula, quæ utrimque ad caulis latera numerosa sunt, in quatuor partes dividuntur. Vere satum, tota æstate & hyeme sine caule remanet, at sequenti anno, circa veris finem caulescere & Junio florere incipit. dein semen maturescit, & ex deciduo semine (annua enim est planta) autumno delabente singulis annis copiose & usque ad autumnum floret. Alpinus credidit esse hyoscyamum nigrum Virginiæ familiarem, quod folia, siliquæ, & semina ad hyoscyamum Ægyptium ab ipso descriptum accedant; ad quem quidem semina magnitudine & colore maxime accedunt. Ex sapore insipido sub dulci conjicitur esse frigidioris temperamenti, cujusmodi est Italicus hyosciamus.

Corthusa Indica, vel hedera terrestris Indica vulgo vocata ex radicibus capillaceis cauliculos promit repentes, subrubros, folia corthusæ à Matthiolo descriptæ similia. Majo mense cauliculum promit exiguum, digiti majoris longitudine, in quibus flosculi pallidi antequam pandantur, figura hyacinthi Medici, postea stellares ac candidi, intus multis staminibus prædit. Eam à professore Groningano Petro Mullerio, hederæ nomine, accepi.

Ἐν δὲ τῇ Ἀρίᾳ χώρᾳ, &c. Dividit ab India, inquit magnus Scaliger; at Indiæ regio est. Immo, si Straboni, Ptolomæo, cæterisque Geographis fidem adhibemus, Indiæ regio non est. Parthiæ regionem inquit esse Strabo lib. II. ἡ δ᾽ Ἀρία καὶ ἡ Μαργιανὴ κράτισται χωρία ἐστὶ ταύτης, τῇ μὲν ὑπὸ τῶν ὀρῶν ἐγκλειόμενα, τῇ δ᾽ ἐν τοῖς πεδίοις, τὰς οἰκήσεις ἔχοντα. *Aria & Margiana provinciæ sunt præstantissimæ istius regionis* (de Parthia loquitur) *partim montibus inclusæ, partim domicilia locis planis habentes, excellentes.* Ἀρία, θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως Περσικὴ χώρα ὡς Ἑλλάνικος. *Aria dicitur fæminini vel neutrius generis, est regio Persica, ut Hellanicus scribit.*

Corruptus

Corruptus videtur Theophrasti codex. Plin. lib. 12. cap. 8. *Contermina Indis gens Arriana appellatur, cujus spina lachrymarum pretiosa myrrhæ similis, &c.* Scripsit ergo Theophr. ἐν δὲ τῇ Ἀρειάνῃ χώρᾳ. Arianam rectè Plinius conterminam dixit Indiæ; Nam regio Indiæ non est. Strabo lib. 15. μετὰ δὲ τὴν Ἰνδικὴν ἐστὶν ἡ Ἀρειάνη μερὶς πρώτη τῆς ὑπὸ Πέρσαις, τοῖς κατ' τὸν Ἰνδὸν ποταμόν. καὶ τῶν ἄνω Σατραπειῶν, τῶν ἐκτὸς τοῦ Ταύρου. *Post Indiam est Ariana prima regionis pars, quæ post Indum Persis obtemperat, & superiorum Satrapiarum, quæ extra Taurum sunt.* Nonnulli Arianam & Ariam eandem volunt esse regionem; alii diversam. Nostrum non est ea de re disputare, Geographi videant utrum eadem an diversa sit regio. Interim certū est, utramq; à Strabone extra Indiam poni. Rectè ergo Theophrastus Ariam, vel, ut Plinius legit, Arianam ab India divisit, ac præter rationem à Magno Scaligero notatur.

Ὅμοιοι τῇ Ἰλλυρίᾳ, &c. Hæc corrupta. Quæ sit Illyrica spina ignoro. Plinius legit σμύρνῃ, loco citato. *Contermina Indis gens Arriana appellatur, cujus spina lachrymarum pretiosa, myrrhæ similis, accessu propter aculeos anxio.* An apud Theophrastum scribendum, τῇ χαλεπῇ σμύρνῃ, vel sine epitetho, τῇ σμύρνῃ? donec plantam videro, hæreo. *Accessu*, inquit Plinius, *propter aculeos anxio*; quod aliunde quam ex Theophrasto habet. Hic enim lachrymam myrrhæ similem accessu solis defluere ait. An scripsit Plinius, *accessu solis propter radios anxio*; quod radiis solaribus liquefiat lachryma, ac ita defluat? Cæterum sæpius dubitavi, an hæc ἄκανθα non sit qua adulterari tradunt veteres hebenum, sed certi quid in hac brevitate statuere nequeo.

Σκυτάλιον. Vertunt *regulis.* σκυτάλιον, herba est, quæ umbilicus Veneris à Dioscoride lib. 4. cap. 92. vocatur. κοτυληδὼν οἱ δὲ σκυτάλιον, οἱ δὲ κυμβάλιον. Hoc loco vectem, clavam, vel tale quippiam significat.

Ἄλλο δὲ ὕλημα. Malè Aldinus codex ὅλη. Plin. loco citato. *Ibi & frutex pestilens raphani, folio lauri, odore equos invitante, qui pene equitatu orbavit Alexandrum primo introitu; quod & in Gedrosis accidit.* Sæpius diximus, à Plinio rhaphanum & brassicam confundi, quod ignoraverit, antiquis Græcis ῥάφανον brassicā significare, recentioribus & medii ævi, raphanum. Malè in antiquo codice legitur, *frutex pestilens rhaphani folio lauri odore: equos invitante.* Rectè Hermolaus, *frutex pestilens rhaphani, (magnitudine) folio lauri, odore equos invitante.*

Ἐν μὲν ὅμοιον τῇ δάφνῃ. Hujus plantæ meminit libr. 15. Strabo. ἦν δὲ τὸ ὅμοιον τῇ δάφνῃ φυτὸν οὗ τὸ γευσάμενον τῶν ὑποζυγίων ἀπέθνησκε μετὰ ἐπιληψίας καὶ ἀφροῦ. *Erat planta lauro similis, qua gustata jumenta spumantia & comitiali correpta morbo emoriebantur.*

Ἐπέρχεσθαι δὲ ἄκανθάν τινα, &c. Hanc plantam paulo aliter describit Strabo loco citato, ἄκανθα δὲ τοὺς καρποὺς ἐπὶ τῆς γῆς ἐστρωμένη (M. S. κεχυμένη) καθάπερ οἱ σίκυοι πλήρης ἦν ὀποῦ. τούτου δὲ ῥανίδες εἰς ὀφθαλμὸν ἐμπεσοῦσαι, πᾶν ἀπετύφλου ζῶον. *Spina quædam, fructibus in terram fusis, quemadmodum cucumeres jacent, erat succo plena, cujus stillæ si in oculos alicujus animalis incidissent, excæcabatur.* Fructum humi jacere & cucumeri similem esse, tacet Theophrastus. Plinius loco citatò. *Item laurino folio, & ibi spina tradita est, cujus liquor aspersus oculis, cæcitatem infert omnibus animalibus.* Spina non est laurino folio; sed sine folio. Confundit duas plantas Plinius; unam folio lauri, quam epilepticum morbum facere tradit Theophrastus; & spinam sine foliis, cujus è nodis aculeatis fractis tritisque lacteus emanat liquor, qui cæcitatem infert.

Καὶ περὶ τοὺς ἀνθρώπους — τις αὐτοῖς. Verba hæc delenda. Nihil de hominibus Strabo, nihil Plinius, qui has Indicas etiam describunt plantas. Scilicet ex margine in textum irrepserunt. Scripsit quis fortè ad oram, ἢ ἐ ἀνθρώπους ἀποτυφλοῖ, *etiam & hominibus visum adimit.* Quod alii cum vitio in textum assumpserunt. Secus si res sese habet, tota historia desideratur quæ de hominibus agit; nisi ex Strabone placeat legere, καρποὺς δὲ ἐπὶ τῆς γῆς ἔχει ἐστρωμένους ὡς σικύους.

Ἐν δὲ τόποις τισὶ, &c. Theodorus ἀντὶ συνεστραμμένους ὄφεις, legit συμφομένους ὄφεις. Scaligeri lectionem, συνεστραμμένους ὄφεις, non improbo. Vide annot. ejusdem. Meminit & harum serpentum Strabo loco citato, ἦν δὲ κίνδυνος, καὶ ἀπὸ τῶν ὄφεων. ἐν γὰρ τοῖς θισὶν ἐπεφύκει βοτάνη ὑπὸ ταύτην δὲ ὑποδεδυκότες ἐλάνθανον, τοὺς δὲ πληγέντας ἀπέκτεινον. *A serpentibus etiam periculum aderat. Nam in arenæ cumulis herba quædam innata, serpentes occultabat, à quibus icti illico moriebantur.* Plinius loco citato. *Nec non herba præcipui odoris referta minutis serpentibus, quarum ictu protinus moriendum esset.* Nihil de odore Theophrastus, nihil Strabo.

Ἀπὸ τῶν φοινίκων. Strabo loco citato. οἵ τε ὠμοὶ φοίνικες ἔκτεινον πολλούς, *crudæ palmulæ multos enecabant.* Harum palmarum non meminit Plinius.

ΚΕΦ. ϛ'. — CAP. VI.

Arbores odoratæ ubi nascuntur, & quæ sint. Quid ferat septentrio. Item quid quoque loco proveniat. Quid in Creta, Rhodo, Lycia, Ponto, Propontide. Quid Tmolus, Olympus, Ida, quidque multi alii montes ferant. Quæ in toto orbe loca ad navalem materiam.

Περιττότητα δὲ τῶν φυομένων καὶ πλεῖστον ἐξηλλαγμένα πρὸς τὰ ἄλλα τὰ εὔοσμα τὰ περὶ Ἀραβίαν, καὶ Συρίαν, καὶ Ἰνδούς ἐστιν. οἷον ὅ τε λιβανωτὸς καὶ ἡ σμύρνα καὶ κασία, καὶ τὸ ὀποβάλσαμον, καὶ τὸ κινάμωμον, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. περὶ † ὧν ἄλλοις εἴρηται διὰ πλειόνων. ἐν μὲν οὖν τοῖς πρὸς ἕω καὶ μεσημβρίαν, καὶ ταῦτ' ἴδια, καὶ ἕτερα δὲ πλείω τούτων ἐστίν. ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἄρκτον οὐχ ὁμοίως. οὐθὲν γὰρ ἄξιον λόγου λέγεται, πλὴν τὰ κοινὰ τῶν δένδρων, ἃ καὶ φιλόψυχρα τυγχάνει, καὶ ἔστι καὶ παρ' ἡμῖν οἷον πεύκη, δρῦς, ἐλάτη, πύξος, διὸς βάλανος, φίλυρα, καὶ τ' ἄλλα δὲ τὰ τοιαῦτα. σχεδὸν γὰρ οὐθὲν ἕτερον παρὰ ταῦτά ἐστιν. ἀλλὰ μᾶλλον τῶν ἀλλαχυλημάτων ἔνια ζητοῦσι ψυχροὺς ἐπιζητεῖ τόπους, καθάπερ κενταύριον, ἀψίνθιον. ἔτι δὲ φαρμακώδη ταῖς ῥίζαις καὶ τοῖς ὀποῖς (οἷον ὁ ἐλλέβορος, ἐλατήριον, σκαμμωνία) σχεδὸν πάντα τὰ ῥιζοτομούμενα. τὰ μὲν γὰρ ἐν τῷ Πόντῳ καὶ τῇ Θρᾴκῃ γίνεται. τὰ δὲ περὶ τὴν Οἴτην, καὶ τὸν Παρνασὸν, καὶ τὸ Πήλιον, καὶ τὴν Ὄσσαν, καὶ τὸ Παρθένιον. καὶ ἐν τούτοις δέ τινες φασι † πλεῖστα. πολλὰ δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀρκαδίᾳ καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ. φαρμακώδεις γὰρ αὗται. τῶν δὲ εὐωδῶν οὐθὲν ἐν ταύταις, πλὴν ἴρις ἐν τῇ Ἰλ-

Ald. Baſ. καὶ τὸ ὀποκινάμωμον, *Conſt.* καὶ ὁ ὀπὸς καὶ τὸ κινάμωμον.
† ἂν ἐν ἄλλοις.
† ἐλλέβορος ὁ ἄγριος· ἐξ οὗ ἐλατήριον. *Conſtant.*
καὶ σχεδὸν, *Conſtant.*
† φασιν.

INter plantas autem omnium maxime superfluunt, plurimumque à reliquis distant, quæ in Arabia, Syria, Indiaque odoratæ nascuntur: ut thus, mirrha, † casia, laser, cinnamomum: quotquot alia hujusmodi, de quibus alio volumine plene retulimus. Ergo plagis ad exortum, meridiemque vergentibus, & hæc ipsa peculiaria, & alia his plura proveniunt. At vero septentrionem versus non ita est: nihil enim commemoratione dignum narratur, præter communes has arbores, quæ & loca frigida amant, & apud nos quoque reperiuntur: ut pinus, robur, abies, buxus, castanea, tilia, reliquæ similes. Et fortasse nihil præter hæc aliud habetur, sed potius ex humilibus quædam loca algentia quærunt, ut febrifuga, absinthium. Item quæ radice succoue medentur, † ut veratrum, agitatorium, scammonia: cuncta fere, quorum radix expetitur. Quædam enim in Ponto, ac Thracia gignuntur: quædam circa Oetam, Parnasum, Pelium, Ossam, Parthenium. Multa etiam in Arcadia & agro Laconico nascuntur: nam ea quoque regio † medicaminibus scatet. At odoratorum nihil in his penitus, consecratice excepta, quæ in Illyride, & circa Adriam provenit: & laudata quidem, cæterisque longe præstantior. Ve-

* raras admodū plātas & à reliquis plurimum distantes.
† casia, opobalsamum, laser, cinnamomum.
† veratrum, cucumer agrestis, ex quo elaterium.
* Parthenium inter hos quidam numerant phæstum (Cretæ montem) Multa.
† herbis medicatis.

λυρίδι καὶ περὶ τὸν Ἀδρίαν. αὕτη δὲ χρηστὴ καὶ πολὺ διαφέρουσα τῶν ἄλλων. ἀλλ' ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς καὶ τοῖς πρὸς μεσημβρίαν, ὥσπερ * ἀντικείμενα τὰ εὐώδη ἔχουσι· καὶ τὴν κυπάριττον οἱ ἀλεεινοὶ μᾶλλον· ὥσπερ Κρήτη, Λυκία, Ῥόδος. κέδρον δὲ, καὶ τὰ Θρᾴκια ὄρη, καὶ τὰ Φρύγια. τῶν δὲ ἡμερουμένων ἥκιστά φασιν ἐν τοῖς ψυχροῖς ὑπομένειν δάφνην καὶ μυῤῥίνην. καὶ τούτων ἧττον † ἐπὶ τῶν μυῤῥίνων. σημεῖον δὲ λέγουσιν, ὅτι ἐν τῷ Ὀλύμπῳ δάφνη μὲν πολλὴ, μυῤῥίνος δὲ ὅλως οὐκ ἔστιν· ἐν τῷ Πόντῳ ‡ περὶ παντὶ, καὶ ποῖον, οὐδ' ἕτερον καίπερ σπουδαζόντων καὶ πάντα μηχανωμένων πρὸς τὰς ἱερωσύνας. συκᾶς δὲ πολλὰς ἔχει καὶ εὐμεγέθεις * καὶ ῥοιαὶ δὲ περισκεπαζόμεναι. ἄπιοι δὲ καὶ μηλέαι, καὶ παντοδαπώταται καὶ χρησταί † ἐαριναί, πλὴν εἰ ἄρα ὄψιαι. τῆς δὲ ἀγρίας ὕλης, ἔστι δρῦς, πτελέα, μελία, καὶ ὅσα τοιαῦτα. πεύκη δὲ, καὶ ἐλάτη, καὶ πίτυς, οὐκ ἔστιν, οὐδ' ὅλως οὐδὲν ἔνδαδον. ὑγρὰ δὲ αὕτη καὶ χείρων πολὺ τῆς Σινωπικῆς. ὥστ' οὐδὲ πολὺ χρῶνται αὐτῇ, πλὴν πρὸς τὰ ὑπαίθρια. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τὸν Πόντον, ἢ ἔν τισί γε τόποις αὐτοῦ. ἐν δὲ τῇ Προποντίδι γίνεται καὶ μυῤῥίνος. καὶ δάφνη πολλαχοῦ ἐν τοῖς ὄρεσιν. ἴσως δὲ ἔνια καὶ τῶν τόπων ἴδια θετέον. ἕκαστα γὰρ ἔχουσι τὰ διαφέροντα, ὥσπερ εἴρηται, κατὰ τὰς ὕλας. οὐ μόνον τῷ βελτίω καὶ χείρω τὴν αὐτὴν ἔχειν, ἀλλὰ ‡ καὶ τῷ φέρειν. οἷον, ὁ μὲν Τμῶλος ἔχει καὶ ὁ Μύσιος Ὄλυμπος πολὺ τὸ κάρυον καὶ τὴν Διὸς βάλανον. ἔτι δὲ καὶ ἄμπελον, καὶ μηλέαν, καὶ ῥόαν. ἡ δὲ Ἴδη τὰ μὲν οὐκ ἔχει τούτων, τὰ δὲ, σπάνια. περὶ δὲ Μακεδονίαν καὶ τὸν Πιερικὸν Ὄλυμπον, τὰ μέν ἐστι, τὰ δ' οὐκ ἔστι τούτων. ἐν δὲ τῇ Εὐβοίᾳ καὶ περὶ τὴν Μαγνησίαν, τὰ μὲν Εὐβοϊκὰ πολλά, τῶν δὲ ἄλλων οὐθέν. οὐδὲ δὴ περὶ τὸ Πήλιον, οὐδὲ τὰ ἄλλα τὰ ἐνταῦθα ὄρη. βραχὺς δ' ἐστὶ τόπος ἐκεῖ, καὶ ὅλως πρὸς τὴν ναυπηγήσιμον ὕλην. τῆς μὲν γὰρ Εὐρώπης δοκεῖ τὰ περὶ τὴν Μακεδονίαν, καὶ ὅσα τῆς Θρᾴκης, καὶ περὶ * Ἰταλίαν. τῆς δὲ Ἀσίας, τά τε ἐν Κιλικίᾳ καὶ τὰ ἐν Σινώπῃ καὶ Ἀμισῷ. ἔτι δὲ ὁ Μύσιος Ὄλυμπος, καὶ ἡ Ἴδη, πλὴν οὐ πολύ. ἡ γὰρ Συρία κέδρον ἔχει, καὶ ταύτῃ χρῶνται πρὸς τὰς τριήρεις. ἀλλὰ καὶ τὰ φίλυδρα καὶ τὰ παραποτάμια ταῦθ' ὁμοίως.

* ἀντικειμένοις Const.
† ἔτι τὴν μυῤῥίνην.
‡ περὶ πονταπαῖον Cōst. vide Plin. lib. 16. cap. 33.
* ῥόαι.
† αἱ δ' ἐαριναί Ald. Bas.
‡ φέρειν, ἢ μὴ φέρειν. οἷον Const.
* Ἰταλίαν μόνον ἔχει. τῆς Const.

rum in feruidis meridianisque locis, velut ex opposito, copia odoratorum habetur. Cupressum quoque loca feruida magis habent, ut Creta, Lycia, * Rhodus. At ex iis, quæ mansuescere possunt, laurum, myrtum, minime in frigidis durare affirmant, minusque myrtum. Argumentoque utuntur, quod in Olympio laurus multa, myrtus nulla omnino: in Ponto autem toto neutra est: quanquam summo studio, omnique solertia serere conantur ad usus religionis. Fici tamen multę, magnęque, & punicę, amplę opacitatis habentur: quin & piri, & mali permultę, † ac varii generis, majorem in modum: bonęque frugis, & vernę, preterquam si quę serotinę. Ex sylvestribus vero robur, ulmus, ‡ malus, & similes: sed pinastrum, abies, atque picea desunt, & omnino quę tędam in sese gerunt. Humida hęc autem, & multo deterior Sinopensi: quapropter non multus est ejus usus, nisi ad ea, quę sub dio. Hęc circa Pontum, aut certe locis ejus quibusdam, haberi novimus. In Propontide vero, & myrtus, & laurus, in montibus, multis locis provenit. Sed fortasse sunt etiam, quę locorum propria poni debeant. Quippe cum singula (uti retulimus) diversa secundum materiam habeant: non solum quod eandem meliorem, deterioremve possideant, verumetiam quod ferant, vel non. Ut Tmolus, Olympusque Mysius, * nucem & castaneam plurimam ferunt: item vitem, malum, punicam. At Ida, quibusdam earum caret: quędam perrara habet. Et circa Macedoniam, & Olympum Piericum, quędam earum comperiuntur, quędam minime. In Euboea vero, & circa Magnesiam, † Euboicę multę quidem habentur, è reliquis autem nulla: nec circa Pelium, nec reliquis montibus tractus istius. Quin & ad navalem materiem locus ibidem exiguus est, & omnino in universo terrarum orbe. Quippe cum Europe, Macedonia, & Thracia, & Italia tantum habere videntur: Asia vero, Cilicia, Sinope, Amysus, adhęc Olympus & Ida, verum non multum. Cedrum enim Syria gignit, eaque ad triremes utuntur. Et ea vero, quę aquas adamant, ac secus fluvios degunt, pari modo se habent.

* Rhodus; Cedrum autem mōtes Traciæ & Phrygiæ. At ex.
† valdemultiplices, & fructuosæ.
‡ fraxinus.
* Juglandem.
† castaneas.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Περιττότερα. Nunc de odoratis, tam Arabiæ, quam Indiæ. Sed transit ad alias quoque regiones: & sanè loca examinat à calore, & frigore. Περιττότερα. *Theodorus,* maximè superfluunt. *Non; immò è contrario, raræ sunt. At rarum non superfluit. Alibi monuimus,* περιττὸν impar *significat. Impar est extra divisionem: quæ rara, extra naturam ordinariam.*

Ὀποβαλσαμον. *Theodorus aliud habuit,* Laser. *Et sequitur,* ὀποκινάμωμον. *Si succus educi potest è cinnamomo, rem perquam divinam esse oportet. Theodorus simpliciter legit,* κινάμωμον.

Τῶν δ' εὐωδῶν οὐδὲν ἐν τούτοις. *Si intelligit ea tantum, odorata, quæ Aromata appellantur, malè facit. Multa nanque odoratiora sunt apud nos, quàm piper, aut zinziber. Præterea non potest: eximit enim Iridem. Sanè inter aromata Athenæus quoque Iridem connumerat. Verum Nardus Celtica est, quàm Iris, odoratior. Omitto Getyam nigram, Inulam, Valerianam, Caryophyllatam. At Calamus aromaticus, vulgò ita dictus, in Scythis nascitur gelidissimis locis. Nam quod attribuit cupressum calidis: nesciebat in agro Burdegalensi ad Septentrionem cupressetum esse: in Narbonensi ad austrum non esse.*

Κέδρον δὲ καὶ τὰ Θρᾴκια ὄρη, καὶ τὰ Φρύγια. *Theodorus hæc omnia omisit. Cæterùm Cedrus multa, & optima in Syria. Item quod ait Myrtum in frigidis non durare: non audierat inter Aremoricos eos, qui nunc Britones nominantur, multam esse Myrtum, multum esse gelu. Falluntur autem, quemadmodum alibi dicebamus, isti, qui omnia ab elementorum qualitatib. metiuntur. Itaq; mox pinū, & Piceam in Ponto negat esse propter frigora: at sunt in Arvernis locis gelidissima.*

Ἡ δὲ Ἴδη τὰ μὲν οὐκ ἔχει τούτων, τὰ δὲ σπάνια. *Theodorus,* At Ida quibusdam earum caret: quibusdam perraras habet. *Multa eget interpolatione hæc loquutio, nisi corrigas facilius:* quasdam perraras.

Εὐβοϊκὰ πολλά. *Peculiaris arbor, unde & cognomen. Hunc locum excussimus in primo libro.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Ὀποβάλσαμον, καὶ τὸ ὀποκινάμωμον. Restitue βάλσαμον, καὶ ὁ ὀπὸς, καὶ τὸ κινάμωμον. Et infra. φιλόψυχρα *emendavi, Legebatur manifesto errore* φυλόψυχρα.

Ζητεῖται. *lege:* ἐκζητεῖ *vel* ζητεῖ, *id est,* φιλεῖ, *hoc loco, ut &* quærere *usurpat Plinius, quod &* exposcere *dici possit.*

Ἐλατήριον, *esse debuit, ὁ σίκυος ὁ ἄγριος, ἐξ οὗ τὸ ἐλατήριον. intellige* σύνθετον, *ut infra dicet lib. 9. cap. 15. Nam quid succus in herbarum censu? Et infra ante* σχεδὸν, *deest,* καὶ. *Ac* ῥιζοτομούμενα *non solum de radicibus accipiendum puto, sed latius de herbis in genere quæ leguntur ad usus medicos. Sic* τὰς *βοτάνας ῥιζοτομεῖν Hippocrat. ut & latius patet* ῥιζοτόμος, *&* ῥιζοτομία, *id est,* herbarius & herbaria, *nempe ars. In summa*

ma ipse verborum contextus ostendit, non ita arctis finibus vocem restringendam esse. Φαρμακώδεις βοτάναι, dicuntur herbæ medicatæ Plinio, sive medicamentosæ Catoni: & φαρμακώδεις χώραι, ut dicit Cicero, medicamentorum salubrium plenissimæ terræ. Ἀντιπάλοις, legito.

Μᾶλλον. Cautè & consideratè adversus reprehensorum pruriginem. Hic enim loquitur ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, & de odoribus, non de odoratis simpliciter, aut de iis quæ peculiariter ἀρώματα appellantur. ἐν δὲ τῷ πόντῳ περὶ παντὶ, καὶ ποῖον, ἐν δ' ἕτεροι. Certissima lectio, ἐν δὲ τῷ πόντῳ περὶ παντικαπαῖον. Et sic planè infra cap. 17. ubi solùm pro παντι, scriptum παντο. De Panticapæo habes apud Plinium bis in cap. 12. libr. 4. Et rursus sic inter cætera lib. 16. cap. 32. Circa Bosphorum Cimmerium in Panticapæo urbe, &c. Quæ sunt hujus loci, satis mihi locum adnotasse: ito in rem præsentem.

Τὸ φέρει. subauditur aliud membrum, ἢ μὴ φέρει. Sic ipse sæpissimè. Τὰ ἀδόκιμα. intelligitur κάρυα. Vide in dict. κάρυον in Crispini Lexico. Μακεδονίας. deest μόνον ἴχει.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Περιττότερα δὲ τῶν φυομένων. Odoratas plantas in Arabia, Syria & India nasci, quotidiana comprobat experientia. Hæ enim nardum, casiam, thus, myrrham, balsamum, cinnamomum, zinziber, aspalatum, costum, piper, charyophyllum, nucem myristicam, aliaque infinita ferunt aromata. Adeo ut felicissimæ hæ dicantur terræ, & abomnibus celebrentur.

Καὶ τὸ κινάμωμον. Ald. Bas. καὶ τὸ ὀποβάλσαμον, καὶ τὸ ὀποκινάμωμον. Nemo veterum succi, sive potius lactei succi cinnamomi mentionem fecit, quod nec in rerum natura esse puto: sed codicem corruptum. Quid enim ὀπός, *succus*, in Herbarum censu? Lego cum Doctiss. Roberto Constant. καὶ τὸ βάλσαμον, καὶ ὁ ὀπὸς, καὶ τὸ κινάμωμον & *balsamum & laserpitium, & cinnamomon*. Laserpitium κατ' ἐξοχὴν vocari ὀπὸν lib. 6. c. 3. abunde probatur. Lego cum eodem ὁ σίκυος ἄγριος ἐξ οὗ τὸ ἐλατήριον Vide cap. 15. lib. 9.

Ῥιζοτομούμενα. Non solum de radicibus accipi debet, ut rectè monet Constantinus, sed latius de herbis in genere, quæ leguntur ad usus medicos. Ῥιζοτόμος enim non est is ὁ περὶ τομὰς ῥιζῶν ἐμπειρίαν ἔχων. *Qui de radicibus secandis expetientiam habet*, aut qui radices extirpare novit: sed ῥιζοτόμος dicebatur qui simplicia tantum medicamina vendebat, herbarum scilicet ac radicum quas ipse colligebat & conquirebat. Qui vero simplicium herbarum potestates tantum olim descripserunt, libros suos τῶν ῥιζοτομουμένων inscripserunt, ut Micius apud Plinium. Firmicius Herbarios vocat, (quod nomen & hodie obtinent) τοὺς ῥιζοτόμους Græcorum vel βοτανολόγους. De hac voce plura libro 4. ubi, quæ differentia, inter pharmacopolam, seplasiarium, ῥιζοτόμον sive herbarium, & πημιντάλιον, quem hodie pharmacopœum, vocant, ex antiquorum scriptis ac placitis docetur.

Καὶ ἐν τούτοις δὲ τινὲς φασὶ πλείους. Hæc omisit Theodorus. Et certè quæ regio, quis locus πλεῖος dicatur, ignoro. Omnino videtur legendum, φαιστὸν. Recenset enim loca quædam Græciæ, vel huic vicina respectu Arabiæ, Indiæ frigidiora. Phæstos enim Cretæ urbs. Est & Phæstus quæ vocatur Listes. Lissa insula maris Adriatici, fluvius Thraciæ, oppidum in finibus Dalmatiæ, Macedoniæ contiguum, non procul a Nymphæo promontorio, teste Plinio libr. 3. cap. 22. & Ptolomæo libr. 1. cap. ult. Lucan. lib. 1.

> *Prætereunt frustra tentati littora Lissi*
> *Nympheumque tenent.*

Phæstos etiam Achaiæ locus. Stephanus περὶ πόλεων. Φαιστὸς πόλις Κρήτης. ὀξυτόνως, ἐκτίσθη ὑπὸ Φαίστου τοῦ Ροπάλου Ἡρακλέους παιδὸς. ἔστι δὲ Θεσσαλίας καὶ ὁ καλούμενος Διοσῆς. Ἔστι δὲ καὶ Ἀχαΐας ὡς Παυσανίας ἐν Ἀχαϊκῶν τρίτῳ. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Φαιστὸς Πελοποννήσου, ἡ πρότερον Φρίξα καλουμένη. Utrum intelligat Phæstum Peloponnesi, an Achaiæ, an Dalmatum, quis affirmabit? Probabile, si φαιστὸν vel φαῖσον legendum, Achaiæ vel Dalmatiæ locum intelligere, quippe loca Dalmatiæ, Achaiæque vicina plura recenset.

Τῶν δὲ ἰνδῶν. Hoc meritò reprehendit Scaliger. In Scythia, Dalmatia, Batavia acorus nascitur, radix aromatica & odorata. Phu etiam inter aromatica & odorata recenset Dioscorides, locis tamen frigidioribus provenit. Gallia Narbonnensis, & Hispaniæ pars huic conterminà, incognita Magistro. In his aromatica, odorataque plurima, ut rosmarinus, stœchas, oxycedrus, nardus, aliaque infinita. Sed hæc loca antiquissimis Græcis fuere incognita.

Ἔχουσι δὲ καὶ κυπάριττον. Hoc loco cupressi nobis exponenda Historia. Arbor hæc apud Græcos duplici nomine censetur. Cupressi enim charites, Gratiæ vocantur, & κυπάρισσοι, pro quo Latini cupressi. Utroque nomine cur cupressus gaudeat, docet Cassianus Bassus libr. undecimo, cap. 5. διττὸν αἱ κυπάρισσοι ὄνομα ἔχουσι, χάριτες μὲν διὰ τὴν τέρψιν. κυπάρισσοι δὲ διὰ τὸ κύειν καὶ φύειν παρίσους τουτέστι κλάδους καὶ τοὺς καρπούς. Ἐτεοκλέους δὲ αὗται θυγατέρες ἦσαν παῖδες. ὑποχορεύουσαι δὲ ταῖς θεαῖς, εἰς φρέαρ ἐξέπεσον. ἡ γῆ δὲ ἐλεοῦσα τὸ πάθος φυτὰ ἀνέδωκε ὅμοια ταῖς κόραις ἀνθηρὰ, τέρψιν ἀνθρώποις καὶ μνήμην ἐπ' αὐταῖς ἐμποιοῦσα. *Cupressi duplex nomen habent, & charites hoc est Gratiæ appellantur ad delectationem, cyparissi vero, quod ferè pariles gestent & producant, tum ramos, tum fructus. Eteoclis filiæ hæ fuere: saltantes autem ad æmulationem dearum, in puteum extra choream evolutæ, delapsæ sunt. Verùm terra cladem ipsarum miserata, plantas virides, puellis similes produxit, jucunditatem hominibus, & memoriam ipsarum inducens.* Κυπάρισσος ergo dicitur, ἀπὸ τοῦ κύειν παρίσους τοὺς ἀκρέμονας, *à partu parilium ramorum.* Poëtæ tamen cupressum à Cyparisso puero in hanc arborem converso dictam putant. Ovid. 10. Metamorph.

> *Iamque per immensos egesto sanguine fletus*
> *In viridem verti cœperunt membra colorem,*
> *Et modo qui nivea pendebant fronde capilli,*
> *Horrida cæsaries fieri, sumptoque rigore*
> *Sydereum gracili spectare cacumine cœlum;*
> *Ingemuit, tristisque Deus lugebere nobis,*
> *Lugebisque alios, aderisque lugentibus inquit.*

Fuit Cyparissus Amiclei filius ex insula Cea. Hunc Apollo dilexit, & propter cervum patientem, quem per imprudentiam sagitta transfixum interemerat, manus afferentem sibi, periculis eripuit, & protinus in arborem sui nominis vertit, ut Ovid. loco citato cecinit. Aliter fabulā hanc narrat Servius ex Auctoritate Maronis. *Fama*, inquit, *Cyparissum puerum fuisse a Sylvano amatum, cujus cervum inscius occiderat, ideoque præ dolore postea puerum contabuisse, & ab amatore Deo in arborem sui nominis conversum, ejusque ramum pro solatio gestare Deum.* Virg. 1. Georg.

> *Et teneram ab radice ferens Sylvane cupressum.*

Cupressos χάριτας vocatas Cassianus ait, quod delectant. Certè ipse Cupido filius Veneris, ac Deus amator, Psychem, (ut Apulejus Metamorph. lib. 5.) alloquuturus, involavit hanc arborem, deque ejus alto cacumine eam est affatus. Virgilio quod jucunditatem hominibus præbeat, læta dicitur in culice.

> *Ilias & nigræ species & læta cupressus.*

Lætam dixit, quod paribus suis ramis, altitudine insigni, amœna viriditate, oculos pascat. Quanquam & læta dici potest, quomodo Virgilio læta dicitur seges, gemma, & gramen lætum lib. 1. Georg.

> *Quid faciat lætas segetes,*
> *Pinguesque in gramine læto.*
> *Iam lætæ turgent in palmite gemmæ.*

Frustra corrigunt, *lenta cupressus*: Adulta & procera, (de qua Maro) cupressus, non ita facile ducentis manum sequitur, ut ipsi epitethon illud convenire possit. Læta ergo dicitur a vivido, claroque colore foliorum, quo oculos exhilarat. Læta etiam ab altitudine insigni dici potest. Arbores enim altę lętæ dicuntur, quod, ut Macrobius ait, sola crescendi facultate vivere dicantur arbores, ab insigni altitudine. Theocryto ῥαδινὴ dicitur Eidyl. 1. ἐντὶ δάφναι τηνεὶ, ἐντὶ ῥαδιναὶ κυπάρισσοι, *ibi sunt lauri, sunt proceræ cupressi*. Scholia. ῥαδινὸν τὸ ἐπίμηκες καὶ λεπτὸν, τὸ ῥᾳδίως ἤγουν εὐκόλως δονούμενον *procerū, gracile, & quod facile quatitur & cōmovetur*; cujusmodi est cupressus, cū vento agitatur. Sed dicet quis, non video, cur non scripserit Poëta. *& lenta cupressus*. Lenta enim est, quod multo tēporis spacio ad insignē, quam habet magnitudinē acquirendā indigeat, ac in crescendo sit tarda ac lenta. Hinc Artemiodorus tradit lib. 2. cap. 25. cupressum visam in somnis esse symbolum μακροθυμίας καὶ παρολκῆς διὰ τὸ μῆκος, *magnanimitatis & moræ propter longitudinem*. Hęc licet ita sint, non temere tamen, nec sine magnis rationibus a vulgara recedere licet lectione, quę habet, *& læta cupressus*. Sed quomodo læta,

læta, quæ lugubris, & Diti dicata? Plinius lib. 16. c. 33. *Cupressus advena, & difficillimè nascentium fuit, ut de qua verbosius sæpiusque, quam de omnibus aliis prodiderit Cato. Natu morosa, fructu supervacua, baccis torva, folio amara, ut pene fruticosi generis, Diti sacra, & ideo funebri signo ad domos posita.* Videt lector, multa tradi à Plinio, quæ prohibent lætam dici posse cupressum. Et contra non pauca, quæ docent lentam dicendam esse. Læta enim dici vix possunt quæ morosa, fructu supervacua, baccis torva, folio amara, Diti sacra, quæque funebri signo ad domos ponuntur. Lenta dicuntur, quæ difficillime assurgunt, natuque morosa sunt. Diti sive Plutoni arbor hæc sacra ob multas variasque causas; quæ præcipuæ petuntur ex arboris hujus natura, ut illa, quod excisa (sicut alibi plenius dixi & dicam) & decacuminata ad radicem usque, non renascitur. Hic antiquitus credebatur, hominem excisum sive mortuum non renasci, & ex cupresso excisa idem quod ex homine mortuo sperabant. Objiciet quis, Theophr. lib. & cap. secundo tradere, in Creta cæsam cupressum regerminare, & ab Herodoto solam piceam, quod minimè repullulet. πανώλεθρον vocari lib. 6. cap. 37. ὅτι πίτυς μούνη δενδρέων πάντων ἐκκοπτεῖσα βλαστὸν οὐδένα μετιεῖ, ἀλλὰ πανώλεθρος ἐξαπόλλυται. *Piceam solam ex omnibus arboribus esse, quæ excisa, nullam sobolem remittat, sed prorsus emoriatur.* Respondeo in sola Creta cupressum repullulare, in aliis locis non renasci, eaque de causa inter ea posse numerari quæ cæsa non renascuntur. Dantur & aliæ causæ, cur Diti sacra, quod veteres (qui mortuorum animas, ad inferos descendere credebant) aditum ad Ditem patere non existimabant, nisi cupresseus ramus sepulchro affixus foret, & hanc quidem solam animas sequi putabant. Horat. lib. 2. od. 14.

> *Linquenda tellus, & domus, & placens*
> *Uxor, neque harum quas colis arborum*
> *Te præter invisas cupressos*
> *Ulla brevem dominum sequetur.*

Potest & alia, & melior à Christianis causa excogitari, quod lignum cupressinum nec cariem nec vetustatem sentiat, resque omnes ab erosione & vermibus servet; Hinc puta merito cupressum, & sepulchro, & funeribus dicatam fuisse, ut homines discerent, quos mortuos putarent, ad æternam & cupressinam durationem transiisse, jam apice cœlum contingentes. Nec tantùm mortis quæ jam advenit, sed instantis index ac prænuncia cupressus. *Æthiops quidam* (inquit Spartianus in Alexandro Severo) *è numero militari, claræ inter scurras famæ, & celebratorum semper jocorum, cum corona e cupresso facta eidem occurrit; quem cum ille* (Alexander Severus) *iratus ab oculo removeri præcepisset, & coloris ejus tactus omine, & coronæ, dixisse illi dicitur, joci causa, totum fuisti, totum vicisti, jam Deus, esto victor.* id est, jam relinque hæc humana, quorum omnium jam potitus es, ac transi ad Deos. Addit Plinius, *& ideo funebri signo ad domos positas.* Alii januis aut portis affigebant, ne quisquam per ignorantiam domum ingrediens pollueretur, sed non ad omnis ac cujuscunque generis hominum, sed tantùm ad nobilium ac divitum ædes ponebatur, Lucanus,

> *Et non plebeios luctus testata cupressus.*

Varro rogis cupressum adhibitam ait, propter gravem ustrinæ nidorem. Fœtorem enim cadaveris, odoris sui jucunditate leniebat. Virgil. 6 Æneid.

> *Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris*
> *Intexunt latera, & ferales ante cupressos*
> *Constituunt.*

Aræ quoque & tumuli, qui pro absentibus erigebantur defunctis, cupressis (quæ arbor erat funebris) & vittis nigris, aut cæruleis ornabantur: mulieres adesse his exequiis non solebant, nisi solutis capillis. Cujusmodi exequiæ illæ sunt apud Virgil. lib. 3. Æneid.

> *Ergo instauramus Polydoro funus, & ingens*
> *Aggeritur tumulo tellus, stant manibus aræ*
> *Cæruleis mæstæ vittis, atraque cupresso,*
> *Et circum Iliades crinem de more solutæ.*
> *Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,*
> *Sanguinis & sacri pateras, animamque sepulchro*
> *Condimus, & magna supremum voce ciemus.*

Quæ sparsim de cupresso tradit Theophrastus, ea suo loco a nobis examinantur; nunc examinabimus quæ hoc capite tradit. In Creta insula nasci tradit, Lycia ac Rhodo, aliisque locis fervidis, ut in Assyria. Arrianus lib. 7 de expedit. Alexand. λέγει δὲ ὅτι καὶ ἄλλος αὐτῷ ἐναυπηγεῖτο στόλος, τέμνοντι τὰς κυπαρίσσους τὰς ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ. τούτων γὰρ μόνων τῶν δένδρων εὐπορίαν εἶναι ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀσσυρίων, τῶν δὲ ἄλλων ὅσα ἐς ναυπηγίαν, ἀπόρως ἔχειν τὴν γῆν ταύτην. Dicit idem, *Alexandrum aliam quoque classem construxisse, cæsis cupressis in Babylonia. Harum enim arborum in Assyria tantùm copiam esse, sed reliquarum quæ conficiendis navibus aptæ sint inopia laborare.* Creticã cupressum coronamentum fuisse in agone quodam gymnico ex Plutarcho primo Sympos. Probl. secundo colligunt doctiores. οὐδὲ ὁ ναυπηγὸς προτάττει τὴν Ἰσθμικὴν πίτυν, ἢ τὴν Κρητικὴν κυπάριττον. ἀλλ' ὡς ἂν ἀλλήλοις ἔχοντα συντεθέντα καὶ συναρμοσθέντα μέλλῃ τὸ κοινὸν ἔργον ἰσχυρὸν καὶ καλὸν καὶ χρήσιμον παρέχειν, οὕτω κατανέμουσι. *Neque navium fabricator Isthmicã piceam* (male vertunt, *abietẽ*) *aut Creticã cupressum reliquis priorem lignis ponit; sed ut inter se composita ac concinnata, totum sint opus factura validum, pulchrum, utile, sic ea disponunt.* Non video, qua ratione, ullo modo ex his verbis probari possit, Creticam cupressum coronamentum fuisse in agone quodam gymnico; quod Isthmicam dicat ac conjungat piceam, & Creticam cupressum. Apud Isthmios quidem pinus coronamentum fuit, sed non sequitur, cupressum idem apud Cretenses certaminis fuisse præmium. De natura Cretensis cupressi cap. & lib. 2. plura dixi, quæ non repeto. Hoc loco quæ Plinius lib. 16. cap. 33. tradit examinabimus. *Huic patria insula Creta, quanquam Cato Tarentinam eam appellat; credo quod primum eo venerit. Et in Ænaria succisa regerminat. Sed in Creta quocunque loco terram moverit quispiam, nisi seratur alia, hæc gignitur, protinusque emicat. Illa vero etiam non appellato solo, ac sponte, maximeque in Idæis montibus, & quos Albos vocant, summisque jugis, unde nives nunquam absunt, plurima: quod miremur alibi non nisi in tepore proveniens, & nutricem magnopere fastidiens. Nec terræ tantum natura circa has refert, aut perpetua cœli, verum & quædam temporaria vis. Imbres aliqui plerunque semina afferunt, & certo fluunt genere, aliquando etiam incognito: quod accidit Cyrenaicæ regioni, cum primum ibi laserpitium natum est.* Plinius natale solum cupressi inquit esse Cretam. Cato vero ex agro Tarentino semen cupressi petere jubet c. 151. Codex Plinii corruptus est, quodà doctissimis viris jam animadversum video: verum ulceri non medentur, saniori parti medicamentum adhibent. Quomodo locus hic ab illis legatur, videbimus; deinde quomodo legi ac corrigi debeat, dicemus. Illorum hæc est emendatio. *Huic patria insula Creta, quum Cato Tarentinam eam appellet, credo quod primum eo venerit, & in Ænaria succisa regerminet. Sed in Tarento quocunque in loco terram moverit quispiam, si naturalis hæc gignitur, protinusque emigrat. In illa vero etiam non appellato solo, e sponso, maximeque in Idæis montibus, & quos albos vocant, summisque jugis, unde nives nunquam absunt, plurima: quod miremur alibi, non nisi in tepore proveniens, & nutricem magnopere fastidiens. Nec terræ tantum naturæ circa has refert, aut perpetua cœli, verum & temporaria quædam vis, imbre aliquo plerumque semina adferente. Certe fluunt genere aliquando etiam incognito: quod accidit Cyrenaicæ regioni.* Nihil, inquiunt, aut parum recessimus ab antiqua scriptura, nisi quod *in Tarento*, pro *in Creta* rescripsimus, ita necessario flagit ante sententia. Plinius cupresso Cretam dat patriam, Cato Tarentinum agrum assignabat. Differentiam ostendit Plinius. *In Tarento*, inquit, *quocunque in loco terram moverit quispiam*, serendo scilicet cupressum, *si naturalis hæc terra ei fuerit, gignitur, & protinus è solo in aërem migrat.* Naturalis terra est οἰκεία, ut vocat Theophrastus, de eadem re loquens. Nam, ut & ibidem scribit Plinius, natura circa has plurimum refert. Sic naturalia saxa Solinus vocavit supra, in quibus nascitur coralium. *naturalibus saxis derogatis.* τοῖς οἰκείοις τόποις. Ergo non ubique in Tarentino agro optime proveniebant cupressi, sed in ea tantum parte ubi occurreret naturalis cupresso terra. In illa vero, hoc est in Creta, provenire etiam non appellato solo e sponso. Ita egregiè, inquiunt, emendavimus insinceram editionum scripturã, *non appellato solo ac sponte.* In Thuanæo vetustissimo codice scriptum est. *non appellato solo ac sponso*, e quo fecerunt, *ac sponte*, nos, *e sponso.* Dicit cupressum in Creta provenire, etiam non appellato solo e sponso, id est, requisita naturali terra, sed quocunque in loco ejus insulæ solum gignendæ cupresse bonæ esse fidei, nec e sponso appellandum. Quod vulgo dicimus, *appeller à garant.* Non omnis tellus omnia fert. Ea demum naturalis alicui frugi terra dicitur, quæ illi gignendæ apta est. Virgilius *& patrios cultusque habitusque locorum. Patrios* naturales exponit

ponit Servius. Naturalis terra *è sponso* appellanda est, nisi reddat bona fide semina, quæ sibi convenientia acceperit. Hoc enim quasi spondere videtur soli natura, ut ea optimè ferat, quibus ferendis naturaliter idonea est. At cupressus in Creta ubique felicissime provenit, etiam in non sua ac minimè naturali terra: qualis è sponso appellari non potest. Nec enim id promittit feliciter reddere, cui gignendo minus apta est. Cupressus autem cum alibi non nisi in tepore & calidis locis proveniat, apud Cretam insulam summis montium jugis nascitur, à quibus nunquam nives absunt; quod mirandum merito ait Plinius. Hoc est igitur quod dicit, *non appellato solo è sponso in Creta provenire*, id est, in solo etiam minimè naturali, quod *ex sponso* appellari non possit. E sponso appellatur, qui pro alio spopondit. Terra & sponsoris & debitoris vicem obtinet: unde & semina reddere cum fœnore dicitur; & respondere & audire, ut bona nomina solent. *Phædrus avarus nomen dum locat sponso improbo.* Ita viri doctiss. & in omni studiorum genere exercitatissimi hunc locum exponunt. Sed non attenderunt, quod pace illorum dixerim, Plinium hæc ex duobus tribusve Theophrasti locis malè compilasse, ac in unum redegisse, ut ex sequentibus patebit. Tarentinam quidem laudat Cato cupressum cap. 151. ubi ait. *Quo pacto cupresseta seri oporteat, Manius Percenninus Nolanus ad huncmodum monstravit. Semen cupressi Tarentinæ per ver legi oportet: maturum ubi hordeum flavescit.* In antiquissimo nostro codice, principium hujus capitis desideratur, in quo legitur. *Memius Percenius Nolanus, ad hunc modum monstravit, Semen cupressi Tarentinæ per ver legi oportet materiem ubi ordeum flavescit.* Ac utrum recte in vulgatis *Manius*, an, ut in antiquissimo, *Memius* legatur, non laboro; sed pessime in antiquo pro *maturum*, *materiem* scriptum est. Recte in editione Coloniensi *maturum* legitur. Sed falsum omnino est, in Ænaria succisam cupressum regerminare. Nemo unquam tradidit in Ænaria nasci. *Ænaria*, inquit Plinius, *insula est in sinu Puteolano*, libr. 3. cap. 6. ubi Corsicam describit. Theophr. lib. & cap. secundo in Tarrha Cretæ oppido succisam regerminare scribit. Tarrha Cretæ oppidum. Stephanus Τάῤῥα πόλις Λυδίας.—Ἑτέρα, Κρήτης ἐν ᾗ Ταῤῥαῖος Ἀπόλλων τιμᾶται. *Tarrha urbs Lydiæ.—Est alia tharrha Cretæ urbs, in qua Tarrhæus colitur Apollo.* In hoc Tarrhæo agro succisam cupressum regerminare docet Theophrastus, κυπάριττος δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀπὸ σπέρματος, ἐν Κρήτῃ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ στελέχους, οἷον ἡ καὶ ἀπὸ τῆς κουρεᾶς ἐν Τάῤῥᾳ· περὶ τούτοις γάρ ἐστιν ἡ κουρευομένη κυπάριττος· αὕτη δὲ ἀπὸ τῆς τομῆς βλαστάνει παντὶ τρόπῳ τεμνομένη, καὶ ἀπὸ γῆς καὶ ἀπὸ τοῦ μέσου, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνωτέρω. Scripsit ergo Plin. *Huic patria insula Creta*, quum Cato Tarentinam eam appellet. Credo, quod primum eo venerit, & in Tharra succisa regerminet. Cato ergo Tarentinam vocat, quod primum Tarentum è Creta advenerit, sed in Tarrha, ut Theophrastus, succisa regerminat, non in Ænaria. Quæ sequuntur, ostendunt differentiam, quæ est inter Tarrhinam vel Tarrhæam, & inter cupressum quæ in reliqua parte Cretæ reperitur. Parte priore non de Tarentina; sed Cretensi agit cupresso; de qua Theophrastus libr. 3. cap. 2. ait, ἐναχοῦ δ' ἂν μόνον ὑπεργάσωνται καὶ κινήσωσιν, εὐθὺς ἀναβλαστάνει τὰ οἰκεῖα τῆς χώρας. ὥσπερ ἐν Κρήτῃ κυπάριττοι, &c. Frustra ergo viri magni pro, *sed in Creta*, legunt, *sed in Tarento.* De Cretensi solo hæc tradidit Theophrastus, ex quo sua habet Plinius. Rectè ergo, *sed in Creta*, ut vulgati habent codices, quæ lectio etiam in antiquissimis reperitur. *sed in Creta, quocunque loco terram moverit quispiam, nisi seratur alia, hæc gignitur, protinusque emicat.* Rectè corrigunt. *quocunque in loco terram moverit quispiam, si naturalis hæc gignitur, protinusque emigrat* (ut antiquus noster codex habet) vel quod propius ad Theoph. sententiam accedit, *emergit.* Ἀναβλαστάνει, *si naturalis*, hoc est, quod Theophrastus, τὰ οἰκεῖα τῆς χώρας: si conveniens, proprius, & accommodatus ad naturam locus est. Notat doctiss. Dalecamp. in codice MS. legi, *vi naturali hæc.* Inde conjicio, Plinium scripsisse, *quocunque in loco terram moverit quispiam, vi quadam naturali hæc gignitur, protinusque emergit.* Sequitur apud eundem. *Illa vero non appellato solo ac sponte.* Corrigunt, *in illa vero etiam non appellato solo, è sponso.* Quid sit, *solo è sponso.* satis doctè exponunt. Dalecampius pro *appellato* legit *aperto solo.* Omnino scribendum, *in illa* (Tarrha) *vero etiam non aperto solo, ac sponte*, id est, terra non præparata, mota, soluta, fracta, fossa: quæ pastinationem non passa est. In Tarrha enim nascitur, ex trunco, cæsura, virga, nulla adhibita cura & sponte. Vel, potest legi cum doctissimis viris, *in illa vero etiam non appellato solo è sponso.* Verum non debet exponi de solo totius insulæ Cretensis, sed de terra, quæ juxta Tarrham. Ut sit sensus, in Creta quidem quocunque loco, si naturalis sit, moveris solum, cupressus gignitur, sed in ea insulæ parte, quæ Tarrha dicitur, etiam in non sua terra, ac minimè naturali provenit, qualis *è sponso*, appellari non potest. Verba hæc, *maximeque Idæis montibus, & quos Albos vocant, summisque jugis, unde nives nunquam absunt, plurima.* hæc, inquam, habet; ex cap. 1. lib. 4. historiarum. Ἐν Κρήτῃ γοῦν φασὶν ἐν τοῖς Ἰδαίοις ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς λευκοῖς (Plinius *albos*) καλουμένοις ἐπὶ τῶν ἄκρων ὅθεν οὐδέποτε ἐπιλείπει χιὼν κυπάριττον εἶναι. πλεῖστον γὰρ ταύτης καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ὅλως ἐν τῇ νήσῳ. Pergit Plinius; *Quod miremur alibi non nisi in tepore proveniens, & nutricem magnopere fastidiens.* Tacitè hic reprehendit Theophrastum, qui hoc capite sexto cupressum fervidis locis reperiri scribit; quod tamen verissimum est. Frigida enim odit, & nihilominus in summis montium jugis, ubi nix non deest, reperitur. Sed id soli lociq; proprietate fit. Non enim cœlum tantum, sed & solum maximè conducit plantis. Laurus in Zelandia summum fert frigus; in Batavia Brabantiaq; ne hyemẽ quidem mediocrẽ fert, quamvis Zelandia frigore non cedat Bataviæ Brabantiæque. Quod ergo laurus fert in Zelandia hyemem; causa est, terra calidior, densa, compacta, ex pingui tenacique gleba constans, adeo, ut ob telluris soliditatem frigus per gelicidia ad radicem penetrare nequeat: contra Batavicum, Brabantiumque solum apertum, inane, quodque frigus facile admittat. Idem de cupresso & Cretensi tellure dicere liceat. Ex his quæ diximus constat, à Plinio orationem citatam esse ex tribus quatuorve locis Theophrasti compilatam. Hac occasione ex eodẽ capite unum alterumve locum Plinii examinabimus. *Cupressus*, inquit, *advena & difficillime nascentium fuit, ut de qua verbosius sæpiusve, quam de omnibus aliis prodiderit Cato. Natu morosa, fructu supervacua, baccis torva, folio amara, odore violenta, ac ne umbra quidem gratiosa, materie rara, ut penè fruticosi generis; Diti sacra, & ideo funebri signo ad domos posita. Fœmina sterilis diu. Metæ demum aspectu, non repudiata distinguendis tantum pinorum ordinibus, nunc vero tonsilis facta in densitate parietum, coercitaque gracilitate perpetuo tenera. Trahitur etiam in picturas opere historiali, venatus classesque & imagines rerum tenui folio, brevique & virenti supervestiens. Duo genera earum: meta in fastigium convoluta, quæ & fœmina appellatur: mas spargit extra se ramos deputaturque & accipit vitem. Vtraque autem immittitur in perticas asseresque amputatione ramorum, qui 13 anno denariis singulis veneunt. Quæstuosissima in satus ratione sylva: vulgoque dotem filiarum antiqui, plantaria appellabant.* Hæc Plinius. Recte cupressum, *advenam*, inquit; quippe ex Creta in Italiã delatam. Rectè etiam è *difficillime hinc nascentium esse.* Minus enim diligentem curam aspernatur, nec tamen sine cultura extra Cretam, vivere potest. *Verbosius & sæpius Catonem de cyparisso agere*, inquit; quod hic de cupresso agat cap. 28. cap. 48. & 151. *Natu*, inquit *morosam.* De satione & cultura cupressi agit Cato locis citatis, & quomodo Manius Percenninus, Nolanus, eam, mõstraverit, his verbis docet. *Semen cupressi Tarentinæ, per ver legi oportet: maturum ubi hordeum flavescit, id ubi legeris in sole ponito;* (vetus Codex, *in solem ponito*; quod magis Catonem sapit. Docet enim Aulus Gellius lib. 1. cap. 8. ita veteres maluisse efferre.) *semen purgato* (idem codex, *id purgato*) *id aridum condito; uti aridum, expositum fiet, per ver serito, in loco, ubi terra tenerrima erit, quam pullam vocant, ubi aqua propter fiet. Eum locum stercorato primum bene, stercore caprino aut ovillo. tum vertito bipalio, terram cum stercore bene permisceto, depurgato ab herba graminibusque. Bene terram comminuito, areas facito pedes latas quaternos, subcavas facito, uti aquam contineri possit.* (Hoc loco vetus codex corruptus. *Subcavai facito, uti cavæ aquam continere possint*, vox *cavæ* delenda, vel legendum, *uti areæ aquam continere possint.*) *Inter eas succos facito, qua herbas de areis purgare possis. Vbi areæ factæ erunt, semen serito crebrum, ita uti linum seri solet: Eo cribro terram incernito, dimidiatum digitum terram altam succernito; id bene tabula, aut manibus, aut pedibus complanato.* Apud Gellium locus hic lib. 3. cap. 14. reperitur. *Marcus Cato in lib. quem de agricultura conscripsit: Semen cupressi serito crebrum, ita uti linum seri solet, eo cribro terram insternito dimidiatum digitum: jam id bene tabula, aut pedibus, aut manibus complanato. Dimidiatum, inquit, digitum, non dimidium. Nam digiti quidem dimidium, digitum autem ipsum dimidiatum dici oportet.* Et Gellii & Catonis codex corruptus. Scribe. *Semen cupressi serito crebrum, ita uti linum seri solet, eo cribro terram incernito, dimidiatum*

midiatum digitum, jam id bene tabula aut manibus, aut pedibus complanato. Reliqua ſpuria ſunt, & præter ordinem irrepſerunt. Pergit Cato. *Si quando non pluet, uti terra ſitiat, aquam irrigato leviter in areas. ſi non habebis unde irriges, gerito, inditoque leviter, quotieſcunque opus erit facito uti aquam addas. ſi herbæ enatæ erunt, facito uti ab herbis purges, quam tenerrimis herbis* (vox poſtrema ſpuria, & ſupervacua, omnino delenda) *& quoties opus erit purges per æſtatem; ita uti dictum eſt, fieri oportet, & ubi ſemen ſatum ſiet, ſtramentis operiri oportet, ubi germen naſcere ceperit, tum demi.* In veteri codice, *germen naſci*, ita ſcribe, vel lege *germinaſcere*. Hæc Cato. Eadem de cupreſſi tradit ſatione cap. 48. Illud notandum, quod ſcribat, rigari debere cupreſſum, fimumque addi. Contra Theophraſtus lib. 2. cap. 8. hiſtor. οἷον ἡ κυπάριττος, ὥσπερ οὐ φιλόκοπρος, οὐδὲ φίλυδρος ἀλλὰ καὶ ἀπόλλυσθαί φασι, ἐάν γε νέον ὄντα ἐφυδρεύωσι πολλῷ. *Sicut cupreſſus quæ nullo pacto fimum, nec aquam concupiſcit, ſed etiam emori dicitur, ſi copioſe novella adaquetur.* Theophraſti ſententiam probat ipſa experientia; & hortuli noſtri damno didici; cupreſſum è ſemine natam crebra rigatione perire, modica lædi, pluvia etiam terraque humida nimis nocet. Catonis tamen ſententiam probat Caſſianus Baſſus lib. 12. cap. 6. χαίρει δὲ μᾶλλον καθύδροις καὶ σκεπινοῖς τόποις. (M. S. καθύγροις καὶ σκεπινοῖς, vulgata placet) *gaudet autem humidis magis & opacis ac protectis locis.* Apertos amare colles, teſtatur Bellonius, ubi de Cretenſi cupreſſo hæc tradit; *Cupreſſi in ſylvis* (id eſt, locis opacis) *non creſcunt, ut plerique exiſtimaverunt, ſed ſparſim variis montium locis, licet iſtic ſatæ non fuerint. Meridiano tamen ſole gaudent, ejuſque ſunt naturæ, ut infima parte reciſæ, ex parte tamen radicibus proxima multis ramis repullulent. At eo loco in altum non attolluntur, ſed in craſſitudinem excreſcunt; propterea capſæ reperiuntur ex cupreſſo in Candiæ urbe paratæ. Natu*, inquit Plinius, *moroſam* eſſe. Theophr. lib. 1. de cauſ. c. 9. difficulter naſci tradit. φοῖνιξ δὲ καὶ κυπάριττος καὶ δάφνη καὶ πεύκη, καὶ ἐλαία, δυστυχῆ. καί τοι τὸ δυσπορεῖν ὑπάρχει περὶ τούτων, ἀλλ' ἤτοι πυκνότης, ἢ ξηρότης, ἢ ἄμφω κωλύει, καὶ γὰρ ἡ ξηρότης ἀναυξής. Vide commentarium Magni Scaligeri. *Fructu*, inquit, *eſſe ſupervacuam.* Ceſſit ea res in proverbium, κυπαρίττου καρπός, de re pulchra quidem & ſpecioſa viſu, ſed prorſus inutili. Quare Phocion, quum Leoſthenes Athenienſes in bellum impuliſſet, illius verba dicebat cupreſſis eſſe ſimilia, quæ cum ſpecioſæ eſſent, fructum tamen ferrent inutilem. Plutarchus in Phocione, Οἱ λόγοι σου (εἶπεν Phocion) ὦ μειράκιον ἐοίκασι κυπαρίττοις, μεγάλοι γὰρ ὄντες καὶ ὑψηλοὶ καρποὺς οὐ φέρουσι, *Oratio tua* (inquit Phocion) *adoleſcens cupreſſorum ſimilis eſt: hæ enim grandes ſunt & excelſæ, ſed non ferunt fructum:* ſubintellige χρησίμους, *utilem.* Ipſe enim Plutarchus in ſympoſ. lib. 2. quæſt. 6. fructum ferre ſcribit, ſed ignobilem. πεύκην δὲ καὶ κυπάριττον καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα γλίσχρα καὶ ἀγεννῆ τοὺς καρποὺς ὁρῶμεν. ὥσπερ γὰρ οἱ πολυσαρκίᾳ κεχρημένοι καὶ ὄγκῳ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἄτεκνοι. (τὴν γὰρ τροφὴν εἰς τὸ σῶμα καταναλίσκοντες οὐ ποιοῦσι ἐξ αὐτῆς περίττωμα σπερματικόν) οὕτω τὰ τοιαῦτα δένδρα τῆς τροφῆς ἀπολαύοντα πάσης εἰς αὐτὰ δαπανωμένης, εὐσωματεῖ τοῖς μεγέθεσι καὶ αὐξάνεται, καρπὸν δὲ τὰ μὲν οὐ φέρει, τὰ δὲ φέρει μικρὸν καὶ συντελούμενον βραδέως. *Pinum autem & cupreſſum & alias id genus arbores cernimus omnino parcè ac malignè fructum ferre. Sicut enim qui mole carnis graves ſunt, ii plerumque prolem non procreant, conſumpto in ipſum corpus alimento, ita ut nihil genitalis excrementi relinquatur; ita iſtiuſmodi arbores nutrimentum omne in ſe abſumentes, in magnitudinem excreſcunt amplam: fructum autem non ferunt, vel exiguum; & qui tardè perficiatur.* Tardè quidem matureſcit cupreſſi fructus, ſed inter minimos non eſt, niſi ratione arboris id quiſpiam dicere velit. Certe Pini reperitur genus, cujus fructus cupreſſino non major, arbor tamen magnitudine cupreſſo non cedit. Nihil de platano, ulmo, aliiſque dicam arboribus maximis. In medico etiã uſu non eſt inutilis cupreſſi fructus. Qua ergo ratione parvus, ſupervacuus, aut ignobilis dici poſſit, non video. Fructum hunc Plinius torvum dicit, vocatque baccam. Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 40. *galbulum* vocat. Ubi ait, *Quædam enim ad oriendum ſunt uſque adeo parva, ut ſint obſcura* (ita codex antiquus; ita Colonienſis apud Ioannem Gymnicum excuſus; in recentioribus vero ſcriptum eſt, *quædam ad gerendum propterea uſque adeo ſunt parva, ut ſint obſcura*, quæ ipſa valde ſunt obſcura) *ut cupreſſi: non enim galbuli qui naſcuntur, tanquam pilæ parvæ corticiæ id ſemen, ſed in his intus primigenia ſemina dedit natura.* Habet hæc Varro ex Theophraſto libr. 1. de cauſ. cap. 5. καθάπερ καὶ τῆς κυπαρίττου. ταύτης γὰρ ὁ καρπὸς ὁ σφαιροειδής ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἐγκείμενον ἐν τούτῳ λεπτὸν, καὶ ὥσπερ πιτυρῶδες, καὶ ἀμαυρόν. *ceu cupreſſi: hujus enim fructus non id totum eſt, quod pilæ ſpeciem gerit, ſed quod galbula innaſcitur tenue, exile, furfuroſum.* Vide ipſum locum & commentarium. Fructum pilulam appellat Plinius libr. 16. cap. 10. galbulum vocat Varro. Turnebus *globulis* pro *galbulis* legendum contendit. Negat id Cl. Scaliger junior, qui & *galgulis* vel *galbulis*, ut vulgati codices habent, veram aſſerit lectionẽ; quod ſi globulos dixiſſet Varro, jam uſurpaſſet vocem etiam vulgo notiſſimam, & quæ non indigeret explicatione; quid enim globulus ſit, id & pueris notum fuiſſe. Sed cum ἐξηγήσει, poſtea utatur Varro, & galbulos interpretetur, tanquam pilas corticeas, vult Scaliger ipſum manifeſtè indicaſſe vocem non omnibus notam ſe uſurpaſſe, ſed quæ opus habuerit interpretatione. Præterea in gloſſariis antiquis, quæ penes Scaligerum ſunt, ita ut ait legitur, *galgulus baca*, σφαίρα. Turnebius utitur Theophraſti auctoritate, *qui* σφαῖρα, inquit, *appellat, ut ſine controverſia globulos Varronem ſcripſiſſe nobis conſtet.* Hæc ille libr. 20. cap. 16. adverſariorum. Cl. Scaligeri ratio nobis major videtur. Galbulum hunc Plinius torvum dicit: An quia guſtanti torvam faciem reddit? An quod ipſe fructus maturus in rimas fiſſus torvus videtur? An quod aſper & indomitus? Quippe torva vina dicũtur, quæ aſpera, & indomita, & immitia ſunt. Non valdè amarum folium, ut Plinius ait, nec odor adeo violentus, ingratus tamen, ideoque umbram haud gratam faciens. *Materie*, porro inquit, *eſſe rara, ut penè fruticoſi generis videatur.* Hoc de Cretica accipe cupreſſo, quæ ſuccidi ſolet; alioquin (ut Theophraſtus lib. 1. cap. 8. docet) procero & longo caudice, ſed tamen macilento conſtat, nullamque (ut capite ſequenti docet) ſobolem profert' caudexque in longitudinẽ aſſurgit. Quæ ſanè arborem non fruticem eſſe coarguunt. *Fœmina*, ait Plinius, *ſterilis eſt.* Supra cap. 16. hujus libri, mares ferre fructum negat. *Fit differentia & ex ſexu, in iiſque mares non ferunt.* Aliqui hoc permutantes, mares eſſe quæ ferunt tradunt. Theoph. lib. 3. cap. 6. ſatis aperte mares ſteriles tradit; quo modo ergo Plinius fœminam ſterilem ait? An ex iis eſt qui permutarunt receptam ſententiam, ac feminas ſteriles dicunt? Caſſianus Baſſus libr. ſupra citato, ſatis clare marem ſterilem, inquit, κυπάρισσος δὲ ὁ ἄρρην (ἄρρην) ἄγονός ἐστι. *Cypariſſus mas ſterilis eſt.* Eadem Plinii ſententia libr. 17. cap. 10. *Ergo è cupreſſo fœmina, (mas enim ut diximus non gignit) pilulæ collectæ.* Corruptus Plinii codex. Rectè Pintianus corrigit, *Fœmina ſpreta diu.* Ita legendum quæ ſequuntur docent. *Metæ demum aſpectu non repudiata, diſtinguendis tantum pinorum ordinibus.* Diu, inquit, ſpreta fuit, tandem autem cum aſpicerent metæ in modum pulchre & affabre ſatis aſſurgere; recepta fuit in hortis, nec amplius repudiata. Sed quomodo diſtinguebant ordinibus pinorum? Id fieri (ut Dalecampius monet) duobus modis ſolebat. Aut cum in ſingulis ordinibus duabus pinis cupreſſum unam interponebant: aut cum duobus pinorum ordinibus, cupreſſorum ordinem unum interſerebant, venuſtatis gratia, elegantiſque & jucundi aſpectus. Sed vult Pintianus pro *pinorum*, *vinearum*, legendum eſſe. Idque auctoritate Varronis qui libr. 1. de re ruſtica cap. 26. ait. *In omni vinea diligenter obſerva, ut ridica vitis ad ſeptentrionem verſus figatur, & ſi cupreſſos vivas, pro ridicis inſerunt, alternos ordines imponunt,* (*imponunt* pro *interponunt*, compoſita, ad imitationem Græcorum,) *neque eas creſcere altius quam ridicas patiuntur; neque propter eas aſſerunt vites, quod inter ſe hæc inimica.* Omnino ſcribendum, ex veteri codice, *neque eos creſcere altius*, Intelligit enim ordines cupreſſorum. Non vult autem eas creſcere ultra modum ridicarum: Ridicæ pedamenta ſunt vinearum, quæ fieri ſolent, ex quercu, junipero, ulmo. Vidê cap. 8. libr. 1. Varr. Columel. lib. & cap. 2. Legendum etiam, ut rectè monet Cl. Ioſephus Scaliger, *Neq; propter eos ut adſerunt, vites. Neque*, inquit, propter eos ordines. Ita adſeruntur arbores, ut adſeruntur vites ulmis maritandis, quæ dicuntur propterea adſitæ vites. Compendioſe ergo ſuo more dixit, pro, *neque propter eos ordines cupreſſorum ita ponuntur vites, ut adſeri ſolent ulmis.* Hoc eſt, non maritandæ ſunt cupreſſi illis vitibus, ſed interjiciendi ordines vitium, ut vites non adſitæ ad cupreſſos videantur, quemadmodum ad ulmos ſolent, ſed iſti cupreſſos ſcandant, ut in rumpis & traducibus fieri ſolet. Ad hunc morem videtur reſpexiſſe Plinius. *Nunc vero tonſilis facta in denſitate parietum*, id eſt, veſtiendis parietibus. Domocritus ad jucunditatem & munimentum totius ædificii naſci vult. Δημόκριτος δέ φησιν, ὡς ἔνδοθεν τοῦ θριγκοῦ τὴν κυπάριττον δεῖ φυτεύεσθαι, ἵνα κατ' ἀμφότερα εἰς τέρψιν καὶ ἀσφάλειαν γένηται. *Democritus inter ſepem ac muros plantari debere cupreſſum tradit, ut ad delectationem, & ſepimentum*

mentum totius ædificii, ac quasi munimentum nascatur. Pergit Plinius. *coercitaq; gracilitate perpetuo tenera.* (Liber optimus pro *tenera* habet *tere*. Legendum, *coercitaq; gracilitate teres*, id est, ex longo & rotundo, cujusmodi est figura cylindri assurgit, adeo, ut rami circumquaque quasi torno videantur esse detriti.) *trahitur etiam in picturas opere historiali, venatus, classesque, & imagines rerum, tenui folio & virente supervestiens.* Illud *opere historiali* mirificum est monstrū. In M. S. (ut notat Dalecampius) *peri historiarum* habetur, quod æquè monstrosum. Legit Pintianus, *trahitur etiam in picturas operis topiarii, venatus classesque, & imagines rerum tenui folio breviq; & virente semper vestiens.* Quomodo apud nos juniperus, buxusque facere solent, in principum, & divitum hortis, quandoque cygnum, aquilam, navem, aliasque res tegere solent, adeo, ut navis è buxo juniperoque videatur. *Duo*, inquit, porro post Plinium, *cupressi esse genera*; marem, & fœminam eamque metam vocari tradit, quod in metam attollatur. Ovid. 10. Metamorph.

Adfuit huic turba metas imitata cupressus,
Nunc arbor, puer ante deo dilectus ab illo
Qui citharam nervis, & nervis temperat arcum.


Meta dicitur quod è lato in acutum desinit; metæ fœni vocatur, quæ ita congesta est, ut inferiore parte latior sit, superne in angustum desinens. Columella lib. 2. cap. 19. *Certè quicquid ad eum modum, quo debet, siccatū erit, in metas extrui conveniet, easque ipsas in angustissimas vertices exacui*; Meta ergo congeries, inferiore parte latior, desinens in acutum. quod Latinis meta, id Græcis Κῶνος.

Virgil. 3. Æneid.

— quales cum vertice celso
Aereæ quercus, aut coniferæ cyparissi
Constiterant, sylva alta Iovis lucusque Dianæ.

Coniferas non dixit cupressos, quod fructus sit coni effigie, ut video quosdam interpretari; sed, quod arbor κώνου metæque instar conspiciatur, quippe rami inferiores latè expanduntur, sensimq; in acutum desinunt; adeo ut Κῶνος ipsa videatur arbor, vel coni referat ideam. Hinc eidyl. 27. Theocr. αἴγειροι, πλάτανοί τε, καὶ ἀκρόκομοι κυπάρισσοι, *populique, platanique & coma in acutum desinente præditæ cupressi.* Pergit Plinius, *utraque autem mittitur in perticas assere sq; amputatione ramorum; qui 13. anno denariis singulis veniunt, quæstuosissima in satus ratione sylva; vulgoq; dotem filiarum antiqui plantaria appellabant.* Hic rectè doctiss. Salmasius plantaria appellasse antiquos dotem filiarū, mirum esse ait, nec usquam lectum; monetque, *alios libros sic scribere, vulgoque dotem filiæ, antiqui plantarie appellabant.* Scribendum potius ita esset, *vulgoq; dotem filiæ antiqui plantari (vel plantare) appellabant. Utriusque notā incertus ac dubitans adscripsit librarius, quod erat quæstuosissima illa ratio cupressuum plantandarum ad perticas & asseres, cum eas pangebant, vulgo dictitabant antiqui, dotē filiæ plantare se.* Sic Salmasius. Procera est arbor cupressus, caudice longo, surrecto, glabro fastigio acuminato, ramis compluribus in orbem cingitur, qui non in amplitudinem diffunduntur, sed secundum caudicem assurgunt, cacumen tamen non attingentes, coni similitudinem effingunt: ligni materies odorata, firma, solida, dura, compacta, sublutea, ferè sandalorum luteorum, sed paulo dilutiore colore, nec cariem nec vetustatem sentit, nec odorem amittit, nec fissuram sponte capit; quare capsæ, mensæ, arculæ ex hac confici solent. Narrat Thevetus, se, cum in Ægypto esset, vidisse Damiatæ capsam quandam ex cupressi ligno fabricatam, in terra, uliginoso loco, decem pedibus altius defossam, & prorsus incorruptam & integerrimam inde extractā, cum sepulta fuisset, ex quo Sultanus Selinus Ægyptum subjugavit. Folia oblonga, teretia, sabinæ bacciferæ viridiora, carnosiora tamaricis, perpetuo virentia. Fructus ad ramulos dependent larignis conis ferè assimiles, sed tamen crassiores & cōpactiores, duriores, speciosiores, ovi columbini magnitudine, qui per maturitatem sponte in ramis fatiscunt, semenque deinde elabitur, ac vento impellente excutitur, parvum, planum, compressum, furfurosum, prætenue, obsoleti coloris, quod formicis gratum, ciboque ab ipsis expetitum. Plinius lib. 17. cap. 10. *Ergo è cupresso fœminina (mas enim, ut diximus, non gignit) pilulæ collectæ, quibus docui mensibus, siccantur sole, ruptæque mittunt semen, formicis mirè expetitum, ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum.* Fructus ter anno colligi possunt ut Plin. lib. 16. cap. 17. docet. *Trifera est & cupressus; Namq; baccæ ejus colliguntur mense Ianuario, & Majo & Septembri, ternasque earum gerit magnitudines.* Caudex resinam etiā fundit modicè liquidam, larignæ consistentiæ similem, sed sapore acerrimam, odore haud ingrato. Plin. lib. 14. cap. 20. *In oriente optimam resinā tenuissimamque terebinthi fundunt*, deinde lentisci, *quam & mastichem vocant; postea cupressi acerrimam sapore. Liquidam omnes, & tantam resinam.* De cupressi materie, ejusque diuturnitate vide libr. & cap. 5. histor.

Cupressus.



A cupresso venio ad sabinam, arbusculam magnitudine multum cedentem, foliis tamē haud multum dissimilem. Vulgata est & recepta jam sententia, sabinam a Romanis esse vocatam à Sabinorum regione, quod in ea frequens & copiosa nasceretur. Græcis βράθυς, βράθυ & βράθυξ dicitur. Absyrt. βοτάνης σαβίνης ἤτοι βράθυος. βράθυς, dicitur quod βραδὺ tardè in altitudinem crescat. Eadem βάραθρον vocatur. Dioscorides lib. 1. c. 104. ubi arborem hanc ejusque genera describit. βράθυς ἔνιοι βάραθρον καλοῦσι. ἔστι δὲ τούτου εἴδη δύο. τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ ἐστὶ τοῖς φύλλοις ὅμοιον κυπαρίσσῳ ἀκανθωδέστερον δὲ, βαρύοσμον, δριμὺ, πυρωτικὸν, κολοβὸν δὲ τὸ δένδρον, καὶ εἰς πλάτος μᾶλλον χεόμενον. χρῶνται δέ τινες τοῖς φύλλοις ἀντὶ θυμιάματος. τὸ δ᾽ ἕτερον μυρίκῃ τοῖς φύλλοις ὅμοιον, &c. *Sabinam nonnulli barathrum appellant: cujus duo sunt genera. Vnum quidem est cupresso simile, at spinosius, graveolens, acre ac ferventis naturæ, curta est arbor, ac sese magis in latitudinem fundit: Foliis quidam ad suffitus utuntur. alterum genus est folio tamarici simile.* Plin. lib. 24. cap. 11. *Herba sabina brathy appellata à Græcis, duorum est generū; Altera tamarici similis folio, altera cupresso. quare quidam Creticam cupressum dixerunt, à multis in suffitus pro thure assumitur*, Dioscorides βάραθρον vocari tradit. Apud Diodorum vocem hanc reperiri asserunt. Locus quem citant, in vulgatis codicibus his verbis lib. 2. ubi de Arabia agit, scribitur; ἐν δὲ τοῖς ὄρεσιν οὐ μόνον ἐλάτη καὶ πεύκη, ἀλλὰ καὶ κέδρος καὶ ἀρκευθὸς ἄπλετος, καὶ τὸ καλούμενον ἄγρεον. Vertunt. *Montes non tantum abietes & tædas* (tæda, ut supra dixi, morbus arboris. Verte *pinos*) *sed etiam cedros & juniperos, & quod agyreum* (alias gyraton; notat enim interpres in quibusdā codicibus M S. legi γύρατον) & boraton) *vocant, affatim producunt.* Videtur legisse interpres, καὶ κέδρος καὶ ἀρκευθος ἄπλετος, καὶ τὸ καλούμενον βόρατον. Vtrum sic in M S. & antiquo legatur codice me latet. Hanc lectionem doctiss. probat Salmas. qui à Dioscoride βόραθον sabinam dici refert, cum in vulgatis βάραθρον legatur. Auctuarii auctor ab aliis baryton, ab aliis baron vocari tradit, οἱ δὲ βάρυτον, οἱ δὲ βάρον, Ῥωμαῖοι ἕρβα σαβῖνα. Utrum, βόραθον legi debeat, contendere nolo; facilis unius litteræ lapsus, vidi enim & alios ita legisse; Illud tantum quæro, utrū Diodoro βόραθον sit sabina? Quippe quod, quantum mihi constat, nemo prodidit sabinam nasci. Negare tamen nolim, in eadem reperiri quoddam sabinæ genus. Neophytus in glossis iatricis βόραθον, inquit, cedrum esse magnam, & à brathy sabina distinguit. βρά-

ἡ κυπάρισσος Κρητική. βόραθυς κέδρος μεγάλη, ἡ ἀγριοκυπάρισσος, *brathy cupressus Cretica, boratus cedrus magna, quae & sylvestris cyparissus.* Cupressus Cretica sabina ut Plinius & Apulejus docent. Apulejus de virtutib. herbarum cap. 85. de sabina. *Graeci eam nerion dicunt* (hoc ineptum & falsum, alia est arbor, quam rhododendron vocant, de qua vide quae libro primo) *alii Brathy, alii barython, Itali herbam sabinam, atque savinam, alii sabinum cupressum, cupresso similis.* Borathon Neophytus inquit cedrum magnam. Diodoro si borathos cedrus magna, necesse est κέδρον, ab eodem dictam, non aliam esse quam minorem, quam oxycedrum vocant, à Theophrasto cedri nomine descriptam. & haec de sabinae, sive, ut alii vocant, savinae appellationibus. Duo inquit esse genera Dioscorides, idem Plinius. τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ ἐστι τοῖς φύλλοις ὅμοιον κυπαρίσσῳ. Vox αὐτοῦ, in veteri codice desideratur. Nescio etiam, cur quidam Botanici ἀντὶ κυπαρίσσῳ, μυρίκῃ legendum suspicentur; cum apud Oribasium, Plin. & Apulejum ejus folia cyparisso similia esse legantur. Malè ἀκανθωδέστερον quidam interpretantur, *spinis horridiorē.* Verte, *spinosius;* Quippe non ipsa arbor spinosa, sed folia quam cupressina spinosiora. Apud Oribasium βαρυοσμότερον, *gravius olens,* ἀντὶ βαρύοσμον, non valde magno discrimine legitur: sed Galenus (ut Latinus codex habet) sabinam aromaticam & odoratiorem inquit. In Graeco codice scriptum est. βράθυ τῶν ἰσχυρῶς ξηραινόντων ἐστὶ κατὰ γε τὰς τρεῖς ποιότητας, ὡς καὶ τὸ γευστὸν διαφαίνει παραπλησίως κυπαρίσσῳ, πλὴν ὅτι δριμύτερον αὐτῆς ἐστι. ἢ ὡς ἄν εἴποι τις, ἀρωματικώτερον. *Sabina ex numero est fortiter exsiccantium, idque secundum tres qualitates, quas in gustu prae se fert, similiter cupresso, nisi quod eo & acrior est, &, ut sic dixerim, magis aromatica.* Odoratiorem esse de suo addidit interpres. aromaticis plantis non opus est ut adsit sapor gratus, odor suavis & jucūdus. Phy sive valerianae radicem aromaticam scribunt veteres, cum odor sit maximè ingratus & foetens. Galenus lib. 8. simpl. φοῦ ἀρωματώδης πῶς ἐστιν. Dioscorides libr. 1. cap. 10. εὐώδη, ναρδίζοντα τῇ ὀσμῇ μετά τινος βάρους βρομώδους, *odorata, atque adeo odore nardum aemulantia, cum virosa quadam gravitate.* Qua certe adeo non delector, ut ab ea horream; vel potest ἀρωματικώτερον dici sabina, quod in thymiamate magis quam cypressus praestet. Aromata enim ex eo nomen invenisse dicuntur, quod prisci his solis, antequam pecudes immolari consuetudo esset, in re divina uterentur, ab ἀρῶμαι, quod Ionum lingua idem est quod precor. Certe sabinam locum in thymiamate non ultimum habuisse ipse Dioscorides testatur. Sed hanc fateor non esse mentem Galeni. prius magis placet responsum; vel, responderi potest, gustu magis aromaticam esse sabinam, quam est cupressus, odore magis aromatica quam sabina. Alia enim gustu, alia odore aromatica. Galenus libr. 2. de aliment. facultat. cap. 37. ubi de citrio agit. Τοῦτο μὲν εὐῶδές τι ἐστι καὶ ἀρωματίζον, οὐ κατὰ τὴν ὀσμὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν. *Hoc suaveolens est & aromaticum, non modo odore, verum etiam gustu.* Si ad verba Galeni de sabina citata attendamus, reperiemus, ipsum non odore sabinam dicere magis aromaticam sed gustu, Praecessit enim καὶ τὸ γεύεσθαι. De aromate ejusque natura vide quae lib. 9. dicuntur. κολοβὸν δὲ τὸ δένδρον. Malè in veteri codice ἰσχυρὸν legitur. Vulgata lectio nititur auctoritate Oribasii, & experientia comprobatur. Non est robusta sed curta arbor, vel, ut Ruellius vertit, coactae brevitatis, vitiata. Plinius herbam esse ait, eadem Pelagonii cap. 22. sententia. βοτάνης βράθυος ἣν Ῥωμαῖοι σαβίναν καλοῦσι. Herbam vocat Apulejus; βοτάνην, Hesych. Pessimè audit Plinius, quod herbam sabinam dixerit, multo rectius Dioscorides arborem, inquit, Plinius velit nolit, ad arboris potius quam herbę delineationem accedere, fateri debet. Quin ipse eorum, quae scripsit parum memor lib. 16. cap. 20. inter arbores perpetuo virentes eam recenset; *Harum generi folia non decidunt: oleae, lauro, palmae, myrto cupresso, pinis, ederae rhododendro, Et quamvis herba dicatur sabina, rhododendron, ut nomine apparet, à Graecis venit.* Hic locus errandi occasionem praebuit Apulejo, qui sabinam nerion vocari tradit. Puto scripsisse Plinium: *rhododendro; &, quamvis herba dicatur, sabinae. (non decidunt folia) rhododendron, ut nomine apparet, à Graecis venit. Alii nerion, &c.* Apud Romanos ergo, licet arbor esset. Herba dicebatur sabina. Herbae fortassis nomen ei inditum, quod respectu procerarum arborum, cupressi, cedri, pumila admodum sit, ac herba videatur. Arbor enim est; sed, ut rectè Ruellius, coactae brevitatis. Nugantur strenue satis, qui mysterium quoddam Poëtis Grammaticisq; incognitum, in eo latere putant, quod herba dicatur, cum sit frutex, vel arbor pumila, nec simplex tantum mysterium scribunt, sed divinum, & quod ipsi effari nequeunt. Fateor me ignorare, nec videre posse me, aliquod mysterium latitare vel minimum, nedum, ut scribunt, divinum; benè fecissent, si mysterium illud prodidissent. χρῶνται δέ τινες τοῖς φύλλοις, &c. In veteri codice ἀντὶ τινὲς τοῦτο malè legitur. In suffitibus folia usum habuisse scribuntur, Plinius thuris vicem obtinuisse tradit. diis sacrificatam hanc fuisse Hesychius testatur. βράθυ πόα τις θεοῖς θυομένη, *sabina herba quaedam, quae in deorum sacrificiis locum habet.*

Virgil. in Cerri.

Herbaque thuris opes priscis imitata sabina.

In sacris thuris loco adhiberi praecipue solebat, à primis illis patribus, qui existimabant, deum sumptuosa sacrificia, & Arabicos odores, non pluris facere, quam tenuem & frugalem cultum è proximis locis paratu facilem. Huc spectat illud 1. fastorum.

Ovid.

Ante Deos homini quod conciliare valeret
Far erat, & puri lucida mica salis.
Nondum pertulerat lachrymatas cortice myrrhas
Acta per aequoreas hospita navis aquas.
Thura nec Euphrates, nec miserat India costum,
Nec fuerant rubri cognita fila croci.
Ara dabat fumos herbis contenta sabinis,
Et non exiguo laurus adusta sono.

Sic & Propertius.

Flore sacella tego, verbenis compita velo,
Et crepat ad veteres herba sabina focos.

De altera sabina nihil memorabile, nec plus, quam apud Plin. & Dioscoridem legitur, tradunt antiqui. Recentiores sabinam cupressi folio & brutam Plinii eandem arborem, & veram lectionem, non *brutam* sed *bratum* vel *brathum* esse volunt. In vulgatis Plinii codicibus lib. 12. cap. 17. legitur. *Petunt igitur in Helimaeos arborem brutam, cupresso fusae similem, ex albidis ramis, jucundi odoris accensam, & cum miraculo historiis Claudii Caesaris praedicatam. Folia ejus inspergere potionibus Parthos tradit. Odorem esse proximum cedro, fumumque ejus contra ligna alia* (alii codices exitialia, quę noxium, & venenatum vel gravem & injucundum accensa odorem mittunt) *remedio. Nascitur ultra Pasitigrim, in finibus oppidi Sittacae, monte Zagro.* Haec Plinius. Recentiores hanc arborem Paradisi esse volunt, quod qui velit, per me licet, credat. Videamus quibus argumentis probant brutam, vel, ut contendunt, bratum, esse sabinam. *Quae,* inquiunt, *in illo indice bratus arbor dicitur.* (In indice, ut ajunt, correctiore legitur, *de strobolo, enhaemo,* bratus arbor, strobrum arbor. in edito vero habetur, *de mastiche, ladano, bruta, enhaemo, & strobo, & styrace*) *editiones eam vocant brutam arborem, ut hoc etiam obiter addamus, quam arborem brutam, bruti quidem herbarii arborem paradisi esse volunt.* Atque bratus vera lectio vel brathus. Verba Plinii sic legenda; *Petunt igitur in Elymaeos arborem brathyn, cupresso fusae similem, exalbidis ramis, jucundi odoris accensam, & cum miraculo historiis Claudii Caesaris praedicatam.* Brathus illa sive brathys, est Graecorum βράθυς, quam Diosc. describit, quam Plinius ipse libr. 24. cap. 11. Latinis herbam sabinam dictam memorat. Sed hoc habet perpetuum Plinius, quod rem eandem, ex diversis auctoribus sumptam, diversam quoque putare soleat. ut sexcentis locis observavimus. Ex Claudio Caesare arborem brathyn rettulit libro octavo, quam Arabes in Elymaeos petebant ad suffitus faciendos: Quia apud Elymaeos nascitur, & eam inde petebant Arabes, putavit esse diversam ab ea brathy, quam caeteri auctores Graeci memorarunt, quae Latinis herbae sabinae nomine veniebat, quanquam pumila arbor esset, non herba. Duo ejus genera, altera tamarici folium simile habebat, altera cupresso, haec erat quae in Elymeis proveniebat, quem fusae cupresso similem ex Claudio Caesare narrat Plinius. Dioscorides de hoc genere, τὸ μὲν γὰρ — χτόμενον. non in altitudinem assurgit, ut cupressus, sed funditur, ideo fusae cupresso similem dicit. Creticam cupressum quibusdam appellatam idem Plinius asserit, & in suffitus pro thure assumptam. Sed de herba sabina ibi loquitur, quae eadem prorsus est, cum brathy arbore Claudii Caesaris. Savinarium hodie vocant, ab antiquo nomine. In multis Europae hortis conspicitur, instar pumilae cupressi, & in latitudinem potius fusae, quam in altitudinem elatae. Haec de bruta viri doctiss. & celeberrimi, qui non facile persuadebunt, brutam, vel, ut legendum contendunt, brathyn & sabinam eandem esse plantam. Sabina accensa, odorem emittit valdè ingratum & horrendum; nec est exalbidis ramis, sed ramis interius rubentibus, exterius cortice tectis ruffo: nemo, nisi sanitatis gratia, facile sabinae folia insper-

get

get potionibus. Hæc verò sunt quæ impediunt sabinam & brutam eandem esse plantam. Fortassis etiam frustra contēdunt pro bruta: brathys, brathus, vel bratus scribendum. Qui juniperū majorē Clusii pro sabina cupressi folio agnoscunt, falluntur, quippe hujus juniperi folia obtusa neutiquam pungentia; sabina alia tamaricis folio, alia cupressi. Sabina tamaricis folio, arbor est, quæ in altitudinem efferri non solet, sed humilis, ac brevis arbuscula in latitudinem potius, quam longitudinem se diffundens;

Sabina.



ramos edit flexiles & contumaces, cortice subruffo tectos, circa quos verno tempore, squamosum quid ac fungosum undique cingitur, colore ex pallido rubente vel subluteo rubro, facie auriculæ Iudæ, sive fungi qui ad sambucum nascitur. Folia cum oriuntur cupresso similia sunt, deinde in foliorum tamaricis figuram abeunt, sed duriora sunt & aliquantulum spinosa, non tamen æque ac ea quæ cupressum referunt, graviter & valide olentia, acuto fervidoque gustu, perpetuo virentia, flosculos medio ferè Maij promit exiguos, quadrangulos, ex herbido luteos. Flosculorum rudimenta exigua jam Martio Aprilique ostendit. Cum in arborem grandiusculam excreverit, si non surculo sata fuerit, fructum fert; quippe quæ surculo propagatur sterilis manet, quæ è semine provenit fructifera est. Novella etiam sterilis; antiqua fructum fert, quod ignoravit Plinius, ut mox dicam. Fructus juniperinis baccis similis colore & figura, sed paulo major & gustu multo acrior, & resinosus. Altera, quæ cupressum refert, paulo procerior evadit; folia recentia & adhuc tenella tamaricis foliis proxima sunt, cum adoleverint cupressi foliorum figura spectantur, sed acutiora sunt, magisque quam alterius pungentia ac spinosa, sed non æquè gravi ac altera odore. Falluntur, qui hanc Thyam esse existimant, de qua Theophrastus lib. & cap. 5. Fructu enim caret cupresso simili. sed de Thya alibi. Non desunt viri etiam celeberrimi, qui sabinam cupressi folio negant Dioscoridis cupressum, quod fructum ferat, cum Dioscorides fructus non meminerit. Majoris ponderis argumentum ex Plinio haurire possunt hic lib. 17. cap. 13. *Sabina herba propagine seritur & avulsione. Tradunt fece vini, aut è parietibus latere tuso mirè ali, iisdem modis rosmarinum serunt & ramo, quoniam neutri semen, rhododendrum propagine & semine.* Ergo rhododendrum & sabina non eadem planta. Rectè ergo Plinium correximus. Cæterum utraque & sabina & rosmarinus semen ferunt. Ignoravit Plinius ex avulsione natas sabinas steriles; decepit eundem, quod eæ quæ fructum ferunt, sint provectioris ætatis. Quod ex Dioscoride adferunt nullius assis est. Nam in describendis plantis, plures sæpius notas, easque præcipuas omisit, quas verisimile est, non tradidisse; vel quod plantæ vulgo essent satis cognitæ, vel quod omnes earum partes non satis exploratas haberet, vel alias quasdam ob causas; præterquam quod brevitati studens necessarias tantum descripserit, quarum omnium aliqua facile esse potuit, cur sabinę baccas non adnotatas reliquerit. Gentianam amatore prædiram nusquam tradidit, huic tamen amaror insignis; nusquam fraxini siliquas linguis avium similes delineavit. Quot denique plantæ, quorum floris fructusque mentionem non facit, quæ tamen pro legitimis habentur? Fructus sabinæ meminit Avicenna, eumque ad aurium surditatem & menses ducendas commendat. Descripsit Bellonius quandam sabinam his fere verbis. *Arbor est procera, amygdali altitudinem petens, & ad cupressi sativi similitudinē accedens. caudice sinuoso, crasso, & tantæ quandoque amplitudinis, ut hominis ulna comprehendi nequeat. Ligni materies ut juniperi, & oxycedri intus rubet, cortex haud valde crassus, rufus; folia elegantissimo virore nitent, cupressinis similia; frequentiora. tamen sapore amara, aroma olent, & resinaceum quiddam præ se ferunt, rami latiores multis adnatis appendicibus alarum instar expansi, veluti piceæ & taxi, in quibus baccæ frequentes, admodum rotundæ, cedridibus similes, quæ initio virent, maturitatem vero consecutæ, ex cyaneo sive cæruleo nigricant.* Sed negant botanici hanc esse sabinam, his moti rationibus; quod sit arbor magna, cum sabina brevis esse debeat, quod foliis omnino cupresso sit similibus, cum Dioscorides spinosiora esse referat, quod aroma oleat: nam Bellonio aroma est quod suave & jucundum spirat. Dioscorides graveolentem dixit sabinam.

Καὶ μυῤῥίνην. Planta quæ Theoph. & Gal. μυῤῥίνη, Diosc. μυρσίνη dicitur. Solent Græcorum nonnulli alterum ρ in σ commutare, ἄῤῥην ἄρσην vir. θαῤῥεῖν θαρσεῖν. arbor μυῤῥίνη, μυρσίνη, μύρτος vocatur; fructus, τὸ μύρτον Hesych. μύρτος ἡ μυρσίνη, καὶ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, idem μύρτα καρπὸς μυρσίνης. Nicandri Scholiastes, τὰ δὲ μύρτα, ἤγουν τὸν καρπὸν τῆς μυῤῥίνης. Latini murtam arborem dicunt, murtum fructum, ut apud Poëtam, cruentaque murta. μυῤῥίνης vel μυρσίνης, nomen accepit propter æmulam quandam myrrhæ odoris gratiam, in ejus baccis recentibus. Vulgata est opinio, à myrsine Atheniensi puella pulcherrima nomen accepisse. Hanc fabellam narrat Cassianus Bassus libr. 11. cap. 7. ubi ait, Μυρσίνη παῖς ἦν Ἀττικὴ ὑπερβάλλουσα μὲν τῷ κάλλει πάσας τὰς κόρας, τῇ δὲ ῥώμῃ πάντας τοὺς νέους. τῇ δὲ Θεᾷ Ἀθηνᾷ προσφιλὴς ἦν, παλαίστραις καὶ σταδίοις ἐνδιατρίβουσα, καὶ τοὺς ἀγωνιζομένους καὶ νικῶντας τῶν νέων ἐπιστεφανοῦσα. τινὲς δὲ τῶν ἡττωμένων ἐπὶ τῇ κόρῃ ἀγανακτοῦντες, ταύτην φθόνῳ ἀνεῖλον. οὐ μὴν τὸν πόθον Ἀθηνᾶς ἀφείλοντο, ἀλλὰ προσμένει τῇ Θεῷ προσφιλής, καθάπερ καὶ ἡ ἐλαία· καὶ μεταθεῖσα τὸν βίον, ἀντ᾽ ἐλαιῶν τὰ μύρτα καρποφορεῖ. *Myrsine puella erat Attica, pulchritudine omnes puellas antecedens, fortitudine omnes juvenes, Minervæ autem Deæ grata erat, diversabaturque in palæstris & stadiis, & juvenes certantes ac vincentes coronabat. Quidam vero victi ac superati, puellæ indignati, ipsam ex invidia occiderunt; nec tamen Minervæ amorem erga puellam extinxerunt, sed adhuc deæ dilecta manet Myrsine, hoc est, myrtus, quemadmodum etiam olea, & permutata vita pro olivis suis baccas sive murta fructificat.* Veneri grata hæc arbor.

Virg.

Populus Alcidæ gratissima, vitis Iacho,
Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.

Ovidius. Ipsam Venerem myrto redimitam scribit, lib. 3. Amor.

Dixerat, ac myrti (myrto nam vincta capillos
Constiterat) folium, granaque pauca dedit.

Virgilius Æneam Veneris filium lib. 5. Æneid. myrto coronatum canit.

Sic fatus velat materno tempora myrto.

Plinius lib. 12. cap. 1. *Arborum genera numinibus suis dicata perpetuo servantur.* Iovi esculus, Apollini laurus, Veneri myrtus. Usq; eo est myrtus Veneris, ut prisci μύρτον πεποικιλμένον, myrtum variatum sumpserint pro pudendo muliebri. Hesychius, μύρτος ἡ μυρσίνη, καὶ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. οἱ δὲ σχῆμα τῆς γυναικός. Suidas μύρτον τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Ἀριστοφ.—μύρτον τὸ σχῆμα τοῦ γυναικείου αἰδοίου, οὗ τὸ μεταξὺ κλειτορίς. Plura qui velit ipsum adeat Suidam. Narrat Plinius aram quandam fuisse myrteam libr. 15. cap. 29. *Quin ara fuit vetus Veneri myrteæ, quam nunc Murciam vocant.* Sed cur myrtus sacra Veneri? An quod insigni pulchritudine myrtus? Certè inter cæteras frondes, eximia pulchritudine myrtus. Ideo Catullus in epithal. Iul. & Mall. myrtum floridis ramulis enitere canit.

Namque Iulia Mallio
Qualis Idalium colens
Venit ad Phrygium Venus
Iudicem, bona cum bona
Nubit alite Virgo;
Floridis velut enitens
Myrtus Asia ramulis
Quos Hamadryades Deæ
Ludicrum sibi roscido
Nutriunt in honore.

Asia myrtus est Lydia, vel, quod idem est, Mœnia. Sic autem regio ad Sardis Tmolum & Caystrum vocatur, uvida & uliginosa, & myrteis aptissima. Athenæus libr. 3. tradit apud Eleos certamen de pulchritudine institutum fuisse, victoremque à: Minerva myrto coronatum. Θεόφραστος δὲ ἀγῶνα κάλλους φησὶ γίνεσθαι παρ' Ἠλείοις, καὶ τὴν κρίσιν ἐπιτελεῖσθαι μετὰ σπουδῆς, λαμβάνειν τε τοὺς νικήσαντας ἆθλα ὅπλα, ἅπερ ἀνατίθεσθαι. φησὶ Διονύσιος ὁ λευκτρικὸς τῇ Ἀθηνᾷ. τὸν δὲ νικήσαντα ταινιούμενον ὑπὸ τῶν φίλων, καὶ πομπεύοντα ἕως τοῦ ἱεροῦ παραγίνεσθαι. τὸν δὲ στέφανον αὐτοῖς δίδοσθαι μυρσίνης ἱστορεῖ Μυρσίλος ἐν ἱστορικοῖς παραδόξοις. *Certari quoque de pulchritudine apud Eleos, Theophrastus prodidit, idque fieri cum libationibus;* (μετὰ σπονδῆς, legit Interp. μετὰ σπουδῆς *cum studio*) *esse vero præmium victori armaturam, quæ, ut ait Dionysius Leuctricus, Minervæ dicatur: eum porro qui vicit, ab amicis redimitum vittis ac tæniis, coronatumque myrto, ad deæ templum accedere. Scribit Myrsilus in historiis minus credibilibus.* Ipsam Venerem cum à judicio de forma rediret cum deabus, atque de Iunone victoriam reportasset, redimitam myrto canit Nicander in Alex. circa finem.

Πρὸς δέ τι σοὶ Δίκτυννα πὰς ἐχθήρατο κλῶνας,
Ἥρης τ' Ἰμβρασίης μούνης στέφος οὐκ ὑπέδεκτο,
Κάλλεος οὕνεκα Κύπριν ὅτ' εἰς ἔριν ἠρέθησαν
Ἀθάνατοι κόσμησαν ἐν Ἰδαίοισιν ὄρεσιν.

His invisa etiam Dictynnæ proderit arbor,
Quæ nunquam Imbrasiæ Iunoni facta corona est,
Namque sub umbrosæ quando olim collibus Idæ
Suscepere suæ Divæ certamina formæ,
Victricis Veneris cinxerunt tempora myrto.

Vulgo vertunt.

Præterea moneo ramos quos invida Pallas
Odit, Iunoni nec concessere coronam,
Sed Venerem cum essent formæ certamina Divis
Victricem ornarunt frondosæ in collibus Idæ.

Non est invidæ Palladi invisa myrtus. Sed grata, ut supra dictum. Dictynna est Diana. Scholiast. Δικτύννα δὲ καὶ ἡ Ἄρτεμις λέγεται. Myrtum intelligere Poëtam uterque testatur Scholiastes. περὶ δὲ τούτοις φησὶ βοηθεῖ, καὶ ἧς τινὸς τοὺς κλῶνας ἐμίσησεν ἡ Δίκτυννα, λέγει γὰρ περὶ τῆς μυρσίνης. φησὶ γὰρ αὐτὴν ἡ Δίκτυννα μισεῖ, καὶ μόνη αὕτη ἡ μυρσίνη τῆς Ἰμβρασίας Ἥρας οὐκ ὑπεδέξατο τὸ στέφος, τουτ' ἔστιν, οὐκ ἐγένετο στέφος τῆς Ἰμβρασίας Ἥρας, διότι κάλλους ἕνεκεν εἰς ἔριν διηγέρθησαν οἱ ἀθάνατοι θεαί. ἐν τοῖς τῆς Ἴδης, ἐν τοῖς κατὰ Τροίαν ὄρεσιν. Ἄλλως. καὶ ἡ μυρσίνη φησὶ βοηθεῖ, ἧς τοὺς κλῶνας ἐμίσησεν ἡ Δικτύννα, &c. Vides utrumque Scholiastem testari myrtum à Poëta describi, quæ, ut dixi, grata Veneri propter pulchritudinem. grata etiam Veneri quod littoribus gaudeat, in quibus nata dicitur Venus.

Martial.

Nec plus lotus aquas, littora myrtus amat.

Virg. 4. Georg.

Pallentesque hederas & amantes littora myrtos.

Potest etiam Veneri dicata esse ob insignem odorem, quem Horatius lib. 2. carm. Oda. 15. describit.

—— Tum violaria &
Myrtus, & omnis copia varium
Spargent olivetis odorem
Fertilibus domino priori.

Inter delicias hortorum numerabant φαλιστοὺς μυρρινῶνας, *tonsilia myrteta*, ut ait Hierocles; idque propter pulchritudinem & odorem, quo delectatur Venus. Certè odor arboris nonnullis Venereum quid suadere creditur. Compositum etiam ex myrto fiebat, quod libidinem excitabat, ut ex Poëta Furio probatur, ubi Digonem meretricem inducit dicentem. Myrrhinum mihi adfers, quod Veneris armis occursent fastidiuncula.

Accedit quod myrtus sit efficax provocando risui, qui plerumque comes est Veneris. Clemens Alexand. lib. 3. pædag. cap. 2.

Ἂν δὲ μὴ χαίρῃ γελῶσα διατελεῖ τὴν ἡμέραν ξυλή-
Μυρρίνης ἔχουσα λεπτὸν ἐν τοῖς χείλεσιν. (φιον,
Ὥστε τῷ χρόνῳ σέσηρεν, ἄν τε βούλετ', ἄν δὲ μή.

Et quamvis non sit læta, toto tamen die ridet,
In labris tenuem habens myrti tabellam.
Adeo ut tempore hiet, velit nolit.

Aliam etiam causam addit Ovidius libr. 4. Fastorum ubi matronas alloquitur,

Vos quoque subviridi myrto jubet illa (Venus) *lavari,*
Causaque cur jubeat, discite, certa subest.
Littore siccabant rorantes rore capillos.
Viderunt Satyri, turba proterva, Deam.
Sensit & apposita texit sua tempora myrto.
Tuta fuit facto, vósque referre jubet.

Plinius sanè lib. 23. cap. 9. haud fabulosam, sed naturalem hujus rei causam dat hanc, inguen ne intumescat ex hulcere, satis ait esse surculum tantum myrti habere, secum non ferro, nec terra contactam. Servii sententia est non alia de causa Veneri dicatam, quam quod mulierum, Venerearumque partium morbis medeatur. Apud Aristophanem Hercules memorans plausus & choreas mulierum, quæ sunt in ipso aditu inferorum, dicit esse apud myrtea, id est, loca voluptuaria & Venerea. Locus est in Ranis.

Καὶ μυρρινῶνας, καὶ θιάσους εὐδαίμονας,
Ἀνδρῶν, γυναικῶν, καὶ κρότον χειρῶν πολύν.

Et myrtea & choreas felices
Virorum, mulierum, & multum plausum manuum.

Hunc locum imitatus est Virgil. 6. Æneid. ubi myrteam fingit sylvam in qua essent, qui amorib. affliguntur.

Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem
Lugentes campi, sic illos nomine dicunt,
Hîc quos durus amor crudeli tabe peredit
Secreti celant calles, & myrtea circum
Sylva tegit.

Cæterum myrtus adeo grata fuisse fingitur Veneri, ut omnes qui Veneri celebrandæ operam impenderunt, redimiti fuerint myrtea corona.

Ovid. lib. 2. de amor. circa finem.

Finis adest operi palmam date grata juventus;
Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ.

Idem libr. 4. Fastorum.

Venimus ad quartum, quo tu celeberrima, mensem
Et vatem & mensem scis Venus esse tuos.
Mota Cythereæ leviter mea tempora myrto
Contigit, & cœptum perfice, dixit opus.

Puellę quoque & virgines, quæ Veneris sacris initiari cupiunt, se myrteis foliis delectari referunt. Et hæc sunt illa παρθένια μύρτα, virginales myrti apud Arist. in Avibus.

Ἡμεῖς τε βοσκόμεσθα παρθένια
λευκότροφα μύρτα χαρί-
των τε κηπεύματα.

Et vernis fruimur virgineis
Candidisque myrtis, grati-
arumque hortensibus.

Castæ autem & Venerem aspernantes virgines, myrtum pariter aspernantur. Quærit Plutarchus in quæstionibus Romanis cur Matronæ Bonæ Deæ templum intrantes, myrtum non inferant, διὰ τί τῇ γυναικείᾳ θεῷ ἣν ἀγαθὴν καλοῦσι κοσμοῦσι σηκὸν αἱ γυναῖκες, οἴκοι μυρσίνας οὐκ εἰσφέρουσι καί τοι πᾶσι φιλοτιμούμεναι χρῆσθαι τοῖς βλαστάνουσι καὶ ἀνθοῦσι· πότερον (ὡς οἱ μυθολογοῦντες ἱστοροῦσι) Φαυλίου μὲν ἦν γυνὴ τοῦ μάντεως, οἴνῳ δὲ χρησαμένη κρύφα, καὶ μὴ λαθοῦσα, ῥάβδοις ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐκολάσθη μυρσίνης. ὅθεν μυρσίνην μὲν οὐκ εἰσφέρουσιν, οἶνον δὲ αὐτῇ σπένδουσι, γάλα προσαγορεύουσαι. ἢ πολλῶν μὲν ἁγναὶ, μάλιστα δὲ ἀφροδισίων, τὴν ἱερουργίαν ἐκείνην ἐπιτελοῦσιν; οὐ γὰρ μόνον ἐξοικίζουσι τοὺς ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ πᾶν ἄῤῥεν ἐξελαύνουσι τῆς οἰκίας, ὅταν τὰ νενομισμένα τῇ θεῷ ποιῶσι. τὴν οὖν μυρσίνην ὡς ἱερὰν ἀφροδίτῃ ἀφοσιοῦνται. ἣν γὰρ νῦν Μουρκίαν Ἀφροδίτην καλοῦσιν, Μυρτίαν τὸ παλαιὸν (ὡς ἔοικεν) ὠνόμαζον. *Cur matronæ domi suæ sacellum muliebris Deæ, quam Bonam vocant, ornantes, myrtum non inferunt: quanquam omnibus germinantibus & florentibus studiose ad eam rem utantur? an credendum est fabulæ, quæ perhibet Phaulii cujusdam aruspicis uxorem, cum clam poto vino non fefellisset, à marito virgis myrteis fuisse castigatam:*

castigatum: ideoque mulieres myrtum non inferre, sed vinum ei sub lactis appellatione libare. an vero, quod cum ab aliis rebus paræ, tum maximè à re Venereâ, sacra ista peragunt? non enim solùm maritos, sed omnes in universum mares domo exterminant, cum Deæ sacræ operantur ritibus. Itaque myrtum, ut Veneri sacram abominantur. Nam quæ hodie Murcia Venus dicitur, ea scilicet olim Myrtia fuit dicta. Historiam de Fauni uxore Lactantius de falsa Rel. libr. 1. cap. 22. tradit, quæ & apud alios reperitur. Sed alia fortè de causa, à myrto abstinuerunt, quod Baccho temulentiæ & ebrietatis Deo esset sacra.

Aristoph. optimè in Ranis.

Ἴακχ' ὦ Ἴακχε,
Ἐλθὲ τόνδ' ἀνὰ λειμῶνα χορεύσων,
Ὁσίους ἐς θιασώτας,
Πολύκαρπον μὲν τινάσσων
Ἀμφὶ κρατὶ σῷ βρύοντα
Στέφανον μύρτων.

Iacche, Iacchè
Veni per hoc pratum tripudians,
Sacros ad initiantes;
Fructiferam concutiens
Circa caput tuum virentem
Coronam myrtorum.

Baccho cur sacra sit, docet Athenæus libr. 15. quia vini exhalationes arcet & adstringit, ἐντεῦθεν δὲ εἰς ἡδονὴν τραπέντες, τὸ μὲν εἰς συμφέρον, καὶ τοῖς ἐκ μέθης παραβοηθῶν ἐλαττώματος ὁ στέφανος, τὸ πρὸς ὄψιν, ἢ πρὸς ὀσμὴν ἐπιτερποὺς ἐφεῦρον. διὸ μυρσίνης μὲν στέφανον στύφοντα, καὶ τὴν οἴνου ἀναθυμίασιν ἀποκρουόμενον, ἔτι δὲ ῥόδινον ἔχοντά τι καὶ παρηγορικὸν σὺν τῷ κατὰ πονον ψύχειν. *At jam inde voluptatibus dediti homines, præter eam vim qua ebrietatis incommodis medetur, & confert hujusmodi corona, oculorum quoque & narium delectationem expetiverunt, ac tum myrteam coronam, quæ adstringit, & vini exhalationes arcet, tum è rosis quæ & gravitatem capitis nonnihil sedat, & æstuantes potione refrigerat, usurparunt.* Idem eodem libro. καὶ ὁ Φιλωνίδης δ' εἴρηκεν ὡς ὁ τῆς μυρρίνης στέφανος τὴν ἐκ τῶν οἴνων ἀναθυμίασιν ἀποκρούεται, καὶ ὁ τῶν ῥόδων ἔχει τι κεφαλαλγίας παρηγορικὸν πρὸς τὸ καὶ ἐμψύχειν. *Verumque id prorsus arbitror à Philonide proditum, è myrto coronam meri vapores prohibere, è rosis autem refrigerare & gravitatem capitis lenire. In conviviis myrtus pro lyra circumferebatur.* Hesychius. μυρρίνης κλάδον ἢ δάφνης παρὰ πότον μυρρίνης ἦν συνηθὲς διδόναι τοῖς κατακειμένοις, ἐκ διαδοχῆς ὑπὲρ τοῦ ᾆσαι ἀντὶ βαρβίτου. Vide quæ capite de lauro dixi. Naucratites quoque corona ex myrto fiebat. Athenæus libr. 15. ὁ μὲν οὖν Πολύχαρμος ταῦτα, οἷς κἀγὼ πείθομαι, ἡγούμενος οὐκ ἄλλον τινὰ εἶναι ναυκρατίτην στέφανον, ἢ τὸν ἐκ τῆς μυρρίνης, τῷ καὶ μετὰ τῶν ῥόδων ὑπὸ τοῦ Ἀνακρέοντος φορεῖσθαι. *Hæc Polycharmus quibus fidem adhibeo, nec ullam aliam puto naucratitem coronam, quam myrteam, adjectis rosis ab Anacreonte gestatam.* Naucratitem coronam alii ex myrto, alii ex lampsucho, alii ex papyro factam contendebant: De naucratite corona vide cap. de sampsucho. & papyro. Lesbios myrti ramulis implexis se coronasse quos hypothymidas vocarunt, auctor Athenæus, Φιλήτας δὲ ἐν τοῖς Ἀτάκτοις ὑποθυμιάδας Λεσβίους φησὶ καλεῖν μυρσίνης κλῶνα, περὶ ὃν πλέκειν ἴα καὶ ἄλλα ἄνθη. *Phyletes in Atactis scribit hypothymiades à Lesbiis vocari myrti ramum, cui violas & flores alios circumplicant.* Idē Athenæus, ὑποθυμὶς δὲ καὶ ὑποθυμιάδες στέφανοι παρ' Αἰολεῦσι καὶ Ἴωσιν οὓς καὶ τοὺς τραχήλους περιετίθεντο: *Apud Æolas & Iones hypothymides & hypothymiades coronæ sunt quibus collum ornatur.* Nomen hoc acceperunt, quod cerebrum sua fragrantia quasi suffiant & refocillent. Mortuorum busta ac exequias myrto solvisse antiquissimos, auctor est Euripides. In Electra.

Ἀγαμέμνονος δὲ τύμβος ἠτιμασμένος
Οὔπω ποτ' οὐ χοὰς οὐδὲ κλῶνα μυρσίνης
Ἔλαβε, πυρὰ δὲ χέρσος ἀγλαϊσμάτων.

Agamemnonis tumulus neglectus
Neque bustum neque ramos myrti
Cepit. honorum rogus terra inculta.

Respondet apud eundem Electræ Senex.

Ἦλθον γὰρ αὐτοῦ πρὸς τάφον πάρεργ' ὁδοῦ
Καὶ προσπεσὼν ἔκλαυσ' ἐρημίας τυχών.
Σπονδάς τε λύσας ἀσκὸν ὃν φέρω ξένοις
Ἔστεψα, τύμβῳ δ' ἀμφέθηκα μυρσίνας.

Veni ad Agamemnonis sepulchrum obiter
Ac procidens luxi solitudinem nactus
Lybanumque soluto utre quem hospitibus fero
Fudi, sepulchro circumposui myrti ramos.

Plura de myrto dici possunt, & debent, quæ ubi ad Plinium deventum erit adferemus, primum quæ de myrto hoc capite Theophrastus (nam illa quæ sparsim de ea tradit, suo loco expendemus) deinde quæ Dioscorides & quæ Plinius de hac tradit examinabimus. Theophrastus ait Myrtum mimimè in frigidis durare posse, quod nec in Olympo sit, nec in Ponto; & quidem in Ponto religionis causa serere conatos esse, sed frustra. cujus religionis gratia, & quam utilitatem præstet myrtus, ex iis quæ dicta sunt facile percipiet lector. Frigus perferre posse negat Theophrastus quod ipsa experientia comprobat. Ideo Ovidius.

Sustineamque coma metuentem frigora myrtum.

Contra tamen Virgilius amare frigora scribit.

— amantes frigora myrtos.

Utrumque Poëtam conciliare student, ac Ovidium de tenellis Virgilium de adultis, loqui ajunt, quia ecloga 7. canit.

— dum teneras defendo à frigore myrtos.

Non nego adultas plantas magis frigus perferre, quam tenellas, sed dico, nec tenella, nec adulta myrtus fert frigora. Pro Virgilio dici potest, quod sit corruptus codex, & scribendum.

——— amantes littora myrtos.

Ut idem libr. 4. Georg.

Pallentesque hederas & amantes littora myrtos.

Ovidio littorea dicitur eleg. lib. 1.

Cingere littorea flaventia tempora myrto.

Supra dixi, hanc esse causam cur Veneri sit grata. De myrto aliis in locis plura scribit Theophrastus. Exempli gratia, cur in Ægypto, odorata? cur rorem ferat? aliaque plura de quibus quæ annotata sunt, videat lector. Ad Dioscoridem venio. Hic myrtum dividit in sylvestrem & sativam & in utroque genere albam & nigram dari ait, libr. 1. cap. 133. μυρσίνη ἡ ἥμερος πρὸς μὲν τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν ἡ μέλαινα τῆς λευκῆς ἁρμοδιωτέρα, καὶ ταύτης μᾶλλον ἡ ὀρεινή, τὸν μὲν τοι καρπὸν ἀτονώτερον ἔχει. *Myrtus sativa nigra medicinæ utilior, quam candida, & in eo ipso genere accommodatior montana, fructum tamen inefficaciorem habet.* Myrtus reperitur folio & fructu candidiore & nigriore. Quæri solet, utrum ab arbore, id est ramis, foliisque, an vero à fructu myrtus alba & nigra dicatur? Ovidius de Baccis intelligit.

Myrtea sylva subest bicoloribus obsita baccis.

Horat. libr. 1. Oda 25. ubi virgines similes facit hederæ & myrto, fruticibus semper virentibus: anus extinctis floribus mulieres exuccis foliis ac decidentibus, quæ ex arboribus ripæ suæ adsitis decidentia, hyeme ingruente volvit Hebrus.

Læta quod pubes hedera virenti
Gaudeat, pulla magis atque myrto,
Aridas frondes hyemis sodali
dedicet Hebro.

Dioscorides ubi myrtum albam vel nigram scribit, id de tota arbore intelligi oportere existimo, idq;, quia ait, τὸν μέντοι καρπὸν ἀτονώτερον ἔχει. quod necesse non esset, si de fructu precedentia intelligi oporteret. Quærit Aristoteles in problematibus sect. 20. quæst. ultima. Cur myrtus nigra folio frequentiore quam alba. διὰ τί αἱ μέλαιναι μύρριναι πυκνοφυλλότεραί εἰσι τῶν λευκῶν μυρρίνων. ἢ ὅτι ἀγριώτεραι τὸ γένος; σημεῖον δέ, ὅτι γίνονται ἐν τοῖς ἀγροῖς, καὶ ἥκιστα μεταβάλλουσιν ὑπὸ τῆς ἐπιμελείας. τὰ δὲ ὑγρὰ πάντα πυκνοφυλλότερα. διὰ γὰρ τὸ ἧττον πέττειν τὸν καρπόν, εἰς τὰ φύλλα ἡ τροφὴ τρέπεται. *Cur nigræ myrti fronde sunt frequentiore quam albæ, an quod nigræ generis sunt magis sylvestris, cujus inditium, quod in agris proveniant (incultis) minimeque ex cultu mutantur. humida autem omnia fronde crebriore conduntur. quod enim minus suos fructus decoquere possunt, idcirco ad frondem alimentum se vertit.* Videndum an verum quod scribit Aristoteles. Myrtus Boëtica domestica secunda Clusii folia habet myrti domesticæ similia, id est, lauri tenuifoliæ ad arbuti foliorum magnitudinem ferè accedentia, dilutius paulo virentis coloris, sed adeo confertim nascentia, ut pene mutuo sese contingant petioli, duplici interdum serie, sæpius triplici, cum quintum genus saturatius præ cæteris virens, neutiquā tam densis

ac frequentibus sit foliis, iisque angustis & minimis. Si ergo à foliis alba nigraque dicitur myrtus, verum non est quod scribit Aristoteles. Sed myrtum cum vocat albam vel nigram, de fructu intelligit. Myrtus quinta paucis & minimis foliis fructum fert album, cum altera sive secunda foliis frequentibus, fructu constet nigro. Et hæc in gratiam Aristotelis dicta sunto. Verior causa, videtur cur alba foliis paucioribus, nigra vero pluribus, sit prædita, humor multus, crassus, nec non in ea tenuis conclusus, qui à solis calore non ita facilè dissipari potest. Color enim albus, ut Philosophus ait, fit in sicco, quod ipsa experientia probatur, ut ex cineribus, saxis & arenis sole exustis palam fit. Contra niger color fit ex humido crasso, & tenui aërio, ex cœruleo nimirum & viridi inspissato; quod manifestum ex nubibus, quando minantur pluvias. Quæritur cur myrtus foliis atro virentibus fructu sit albo. Causa videtur, quod humidum quod habet tenue & crassum, abeat in folia, quo destitutus fructus siccus evadit, & per consequens albus manet. Vel quod per foliorum paucitatem quod habet humidum facile à sole extrahatur ac dissipetur, ideoque albus reddatur. Porro, cur eadem myrtus, foliis nigrioribus, fructu albo, cum habeat humidum tenue ac crassum, foliis non est plurimis, ut reliquæ? Dicendum humidum non tanta habere copia, ut reliquæ. Videamus Aristotelis rationes. An inquit, quod nigræ magis sint sylvestres? Atqui Botanicorum observatione constat, sylvestrem myrtum non esse foliis frequentioribus. Nam rarius duplici serie circa ramos conspiciuntur folia, nec nigriora sunt, quam sativæ, immo candidiora. Et ratio quidem in promptu. Etenim (ut non uno in loco docet Theophrastus) sylvestria loca sunt -ficciora, minusque in se humoris habent, quam culta; quod notius, quam ut probari debeat. Sed cur sylvestres baccas ferunt nigras, cum humido nutriatur pauciore? Respondendum sylvestres illas brevi intervallo provenire ac nasci, ita ut se contectu operiant mutuo, atque sic impedire, quo solis nimius æstus, humidum quod habent, minus extrahere possit, ac sic conservari quod in ipsis est humidum tenue ac crassum. Quod Arist. dicit, minus albam myrtam, suum concoquere fructum ideo ad frondem verti alimentum, haud scio an verum sit. Nam tam sylvestris quam domestica, tam nigra, quam alba; & contra, tam alba quam nigra, tam domestica, quam sylvestris fructum maturum, & optimè concoctum reddit, & in eo tantum domestica à sylvestri differt, quod domesticæ fructus, propter humorem copiosiorem major sit, sylvestris minor. A Dioscoride ad Plinium devenio. Hic libr. 15. cap. 29. plura de myrto tradit, quæ examinare libet. *Succorum*, inquit, *natura præcipuam admirationem in myrto habet, quando ex una omnium olei vinique bina genera fiunt.* Antiquissimus Cato unum vini myrtei genus describit, unum Palladius, nec plura Dioscorides, Columella vero duo ex myrto præparari vini genera docet; nempe album & nigrum. Unum quoque Palladius olei myrtei genus docet, duo Dioscorides. Rectè ergo Plinius bina olei vinique genera ex myrto fieri dixit. De oleo, vinoque hoc in annotatis ad Dioscor. agam. Pergit Plin. *Item Myrtidanum, ut diximus. Et alius usus baccæ fuit apud antiquos, antequam piper reperiretur, illius* (quidam codices male *libæ* legunt) *obtinens vicẽ, quodam etiã generosi obsonii nomine inde tracto, quod etiam nunc myrtatum vocatur.* Galeno myrtidanum μυρτὸς dicitur. Æginetæ μυρτὶς, pro quo μυρτὶς ex Galeno scribendum, non dubito. De myrtidano hæc Dioscorides lib. 1. cap. 155. Τὸ δὲ μυρτίδανον λεγόμενον, ἐπίφυσίς ἐστιν ἀνώμαλος καὶ ὀχθώδης καὶ ὁμόχροους· οἱονεὶ χεῖρες περὶ τὸ τῆς μυρσίνης πρέμνον. στύφει δὲ μᾶλλον τῆς μυρσίνης. *Quod myrtidanum dicitur, id est, quod myrto adnascitur, inæquabile verrucosum, intumescensque & concolor, quod perinde quasi manus myrti caudicem amplectitur. magis quam myrtus adstringit.* Gal. lib. 7. simpl. non tantũ caudici, sed & ramis adnasci scribit, ἡ μέν τοι τῷ στελέχει τε καὶ τοῖς κλάδοις αὐτοῖς ἐπίφυσις ὀχθώδης, ἣν ἔνιοι μυρτίδανα ὀνομάζουσιν. *Porro quod ramis ac truncis adnascitur tuberosum; quod quidam myrtada appellant.* Idem Ægineta: sed, ut dixi, ἀντὶ μυρτάδα, μυρτίδα legitur. Ineptum, & à vero longè abest quod Plinius ait, *Et alius usus baccæ fuit apud antiquos, antequam piper reperiretur, illius obtinens vicem.* Diversæ enim facultates sunt piperis & myrti fructus. Piper calidum satis, frigida myrti bacca. Ignoravit Plinius, duplex esse myrtidanum. unum antiquorum, alterum medii ævi Græcorum. Myrtidanum Hippocratis sive antiquorum piperis vicem præstabat; sed diversissimum hoc myrtidanon à Dioscoridis myrtidano. Hippocraticum fructus est; Dioscoridis excrementum arboris myrti. Galenus in Glossis, μυρτίδανον, οἱ πολλοὶ μὲν τὸ πέπερι. Διοσκουρίδης ὁ Ἀναζαρβεὺς ἐν τῷ περὶ ὕλης ἐπίφυσιν ἀνώμαλον καὶ ὀχθώδη, περὶ τὸ τῆς μυρσίνης πρέμνον. ὅτι μὲν Ἱπποκράτης τὸν καρπὸν οὕτως ὀνομάζει ἐκ τοῦ φυτοῦ, ὅπερ αὐτὸς φησιν ὑπὸ ἑτέρων ὀνομάζεσθαι πέπερι. De altero myrtidano, quod piperis vicem explebat, vide lib. 9. de cubebis. Myrtatum vocari ait. Ita & apud Varronẽ legitur lib. 4. de lingua Latina. Myrtatũ à myrto (ita editi codices, cum scripti, *à murta*, quomodo apud Catonem legitur. Murta enim fæminino genere antiquis dicebatur) quod eo largè fartum intestinum crassum. Plin. *Eademq; origine aprorum sapor commendatur, plerumque ad intinctus additis myrtis.* Intinctus ἔμβαμμα, fiebat ut plurimum, vel ex aceto, vel ex oleo, interdum alio liquore vel liquamine, quo aut panem aut carnẽ intingebant ad saporis gratiam, & gulę irritamentum, ut rectè monet Dalecampius. Vel intinctus ἄρτυμα, odoratum & aromaticum, quod liquori addebatur, ut eum condiret. Plinius. *Arbor ipsa in Europæ citeriore cœlo, quod à Cerauniis montibus incipit, primum Circeiis in Elpenoris tumulo visa traditur, Græcumque ei nomen remanet, quo peregrinam esse apparet.* Corruptus codex. In antiquo codice, *tetriore cœlo.* Corrigit doctiss. Pintianus ex Toletano codice; *Arbor ipsa in Europa tetriciore cœlo*, id est, severiore & asperiore. Non placet viri magni correctio. Cœlum amat lætum ac serenum myrtus, ut docet Theophrastus, ex quo hæc habet Plinius. Vide cap. 9. lib. 5. ubi ait, in Circæo promontorio provenire. Scribe ex eodem; *Arbor ipsa in Europæ territorio Circæo, quod à Cerauniis montibus incipit, primum à Circe in Elpenoris tumulo visa traditur. Græcumque ei nomen manet, quo peregrinam esse appareat.* Vide Theophrastum capite citato. Illud tantum addo, in antiquo codice legi; *Arbor ipsa in Europa tetriore cœlo, quod è Cerauniis montibus incipit, primum Celcei in Elpenoris tumulo visa traditur.* Quæ corruptissima sunt. Pergit Plinius. *Fuit ubi nunc Roma est, jam tum cum conderetur. Quippe ita traditur; Myrtea verbena Romanos Sabinosque, cum propter raptas virgines dimicare voluissẽt, depositis armis purgatos in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant. Et in ea quoque arbore suffimenti genus habetur; Ideo tum electa, quoniam conjunctioni, & huic arbori Venus præest. Haud scio etiam an prima etiam omnium in locis publicis Romæ sata sit, fatidico quidem & memorabili augurio. Inter antiquissima, namque delubra habetur Quirini, hoc est, ipsius Romuli. In eo sacræ fuere Myrti duæ, ante ædem ipsam per longum tempus, altera patritia appellata, altera plebeia, exuberans ac læta, quamdiu quoque Senatus floruit, illa vigens, plebeia retorrida ac squalida, quæ postea quam evaluit, flaccescente patritia Marsico bello, languida auctoritas patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit majestas. Quin & ara fuit Veneris myrteæ, quam nunc Murtiam vocant.* De pugna Romanorum & Sabinorum propter raptas à Romanis virgines, vide Livium lib. 1. In antiquo codice legitur, *qui nunc signa Veneris cluacinæ habet. Cluere enim antiqui pugnare dicebant.* Quæ non est exigua differentia. *Luere*, inquit Dalecampius, *purgare. Lua mater, Dea, qua luebat, id est, purgabat: ei nonnunquam ad lustrandum hostium cædem arma & spolia incendebantur. Cluacina Venus, quasi luacina vel colluacina à purgatione est dicta, quanquam Tertullianus à cloaca Cloacinam dictam contendat.* Profectò Cloacinæ meminit Varro libr. 4. de lingua Latina. Sed verisimile cluacinam quasi cuacinam à purgatione dictam. Nisi placeat, nomen accepisse à dirempto prælio à mulieribus Sabinis, & earum filiabus Romanis. Sequitur. *Ideoque tum electa, quoniam conjunctioni, & huic arbori præest Venus.* Venerem & matrimonio præesse, ac hanc arborem esse ei dicatam, nemo ignorat. Inter antiquissima namque delubra habetur. Ad hunc locum Dalecampius. *Semper id clausum fuit, nec aperire licebat, quasi arcanum haberã vellent an humo tectus, an inter Deos Romulus relatus fuisset, tametsi Varro post rostra Romuli sepulchrum fuisse scribat.* Ante cujus ædem, testante Plinio, duæ myrti fuere: una patricia, altera plebeia, quæ pro augmento vel damno senatorii ordinis vel plebei, modo fœcunde redundabant, nunc detrimento languebant. In codice Toletano, ut monet Pintianus, legitur, *patritia multis annis prævaluit exuberans ac læta, quandiu Senatus quoque floruit.* Deletis verbis, *flaccescente plebeia.* Idem etiam verba, *illa vigens*, falso adjecta putat. In antiquo codice scriptum, *illa ingens*, quod corruptum videtur. Idem in utroque codice notat legi, *quæ postquam evaluit flavescente patritia.* Utraque lectio admitti potest. Solent enim quando flaccescunt folia languescere. De ara quam Murtiam vocari scribit supra egi. Pergit Plinius. *Cato tria genera myrti prodidit: nigram*

nigram, candidam, conjugulam, fortaßis à conjugiis, ex illo Cluacinæ genere. Nunc est alia distinctio, sativæ aut sylvestris, & in utraque latifoliæ. In sylvestri propria oxymyrsine. Sativarum genera topiarii faciunt Tarentinam *folio minuto; nostratem patulo, exoticam dentissimo, senis foliorum versibus. Hæc non est in usu, ramosa utraque alia. Conjugulam nunc existimo nostratem dici; Myrtus odoratissima est in Ægypto.* In antiquo codice scriptum reperio; *Cato tria myrti genera prodidit, candidam, nigram, conjugalem.* Tria genera esse myrti Cato capite octavo prodidit, ubi tam in antiquissimo, quam recentissimè edito codice legitur, *myrtum conjugulum & album, & nigrum.* Ex quibus illud constare arbitror, lectionẽ quæ in vulgatis codicibus Plinii reperitur, esse veram ac legitimam. Sed utrum Cato scripserit, *myrtum nigrum* in masculino genere, videant Grammatici. Conjugulam, inquit, Plinius vocari hoc myrti genus à conjugiis, ex illo Cluacinæ genere. Malunt alii conjugulam dici, quod opere topiario cum pergulis, & parietibus hortorum elegantissimo spectaculo aptissimè conjugatur. *Nunc est alia distinctio sativæ aut sylvestris, & in utraque latifoliæ.* A recentioribus plura describuntur myrti genera. I. Myrtus communis Italica, alia est nigra, colore tantum fructus differens. II. Myrtus latifolia Romana; hanc sterilem & fructiferam Bellonius notat. III. Myrtus latifolia Boetica; variat: hæc enim est foliis minoribus, & paulo densioribus: alia majoribus & paulo tenuioribus. IV. Myrtus latifolia Boëtica secunda, vel foliis latis confertim nascentibus. V. Myrtus latifolia Belgica, Varietates hujus sex proponit Lobelius. 1. Omnium maxima, laurea dicta, à folio laurino, lauro tino sive regiæ simili, sed minori & magis acuto, atrovirente, nigraque bacca. Hæc ea quam Romanam latifoliam vocant. 2. Folia habet paulo minora, superne item mucronata, & in acutum fastigiata. Et hæc videtur latifolia Boetica prima. 3. Folio est oblongo, supernè latiusculo, cum superiore ferè pari, bacca alba. 4. Exotica myrtus Plinii pluribus foliorum versibus, sive myrtus Mauritanica amatoria Venerique sacra, *Arayhan Morisco major* Hispanicè vocata; foliis non disparibus, sed canulatis, & confertim jucundissimo spectaculo stipatis. (Hæc videtur myrtus angusti folio Boëtica. vide Phytopinacem Bauhini.) 5. Vulgaris folia promit paulo minora in angustum desinentia. 6. Inter majores minima est folio oleæ sylvestris, sive oleastri. VI. Myrtus angusti-folio Boëtica. VII. Myrtus sylvestris, foliis acutissimis. VIII. Myrtus foliis minimis & mucronatis. Hujus & altera species, folio per omnia teneriore, exiliore & angustiore. IX. Myrtus minor vulgaris, quam Tarentinam vocant, à Tarento Apuliæ urbe. de qua mox plura. *In sylvestri*, inquit Plinius, *proprie oxymyrrhine est.* Hoc excusari non potest. Plane dissimilis oxymyrsine, nec ad myrtum referri debet, aut potest, tota facie diversa planta, nisi quod folia nonnihil myrtum referant. Vide libr. 3. cap. de rusco. *Sativorum genera topiarii faciunt, Tarentinam, folio minutò, nostratem patulo, exoticam densissimo, senis foliorum versibus.* Hæc corrupta. Quomodo exotica, si nostras, id est, in Italia reperiatur? Omnino scribendum ex codice Salmantic. ut testatur Pintianus, *hexasticham*, id est, sex ordinum; quam lectionẽ quod sequitur, *senis foliorum versibus*, probat. *Hexastícham* non *exoticam*, in antiquis archivis reperiri, testis præter Pintianum doctiss. Turnebus. De Ægypti myrto libr. 6. de caus. plant. agit Theophrastus, Plinius; *Cato docuit vinum fieri è nigra, siccata usque in ariditatem in umbra, atque ita mulso indita: si non siccentur, baccæ oleum gigni. Postea compertum & ex alba vinum fieri album, duobus sextariis myrti tusæ, in vini tribus heminis maceratæ expressæque.* In Salmanticensi codice scriptum est, *atque ita in musto indita*, quæ lectio Catonis auctoritate munitur, cap. 125. *Vinum murteum sic facito. Murteam nigram* (vetus codex *myrtum nigram*) *arfacito* (vetus codex *arefacito*, perinde quam sequamur lectionem; nam *arfacere* & *arefacere* dicitur, sicut calfacere & calefacere. Vide cap. 69. ubi Cato, *postea amurcam eximito, & arfacito.* ubi itidem in antiquissimo codice legitur *arefacito*) *in umbra. Ubi jam passa erit, servato ad vindemiā, in urnam musti contundito murtæ semiodium, id oblinito. ubi desiverit fervere mustum, murtam eximito.* Ex alba myrto vinum fieri, docet Columella lib. 12. cap. 38. sed de vino hoc in notis ad Dioscoridem. Plinius, *Folia & per se siccantur in farina ad hulcerum remedia in corpore humano, leniter mordaci pulvere, ac refrigerandis sudoribus. Quin imo oleo quoque (mirum dictu) inest quidam vini sapor, simulque pinguis liquor, præcipua vi ad corrigenda vina, faccis ante perfusis. Retinet quippe fæcem, nec præter purum liquorem transire patitur, datque se comitem præcipua commendatione liquato.* Hæc facilia sunt, quæ sequuntur paulo difficiliora. *Virgæ quoque ejus gestatæ manu, viatori prosunt in longo itinere pediti. Quin & virgei anuli expertes ferri inguinum tumori medentur.* Doctiss. Turnebus in antiquissimus sanctuariis reperit, *quin & virgæ jaculi.* Portasse quod è myrto jacula interdum fiebant, quorum hastile virgam vocat, virgæ autem illæ, quæ nondum spiculatæ ferro fuerant, tumentibus mederi censebantur inguinibus. Virgil. 3. Æneid. ubi tela quibus confixus est Polydorus facit myrtea. Nam primum dicit.

Forte fuit juxta tumulus, quo cornea summo,
Virgulta, & densis hastilibus horrida myrtus.

Paulo post addit.

— Hic confixum ferrea texit,
Telorum seges, & jaculis increvit acutis.

Quibus verbis liquido constat tela fuisse myrtea. Alibi valida hastilia myrto tribuit. Lib. 2. Georgicῶν.

Viminibus salices fœcundæ, frondibus ulmi,
At myrtus validis hastilibus.

Cassianus Bassus libr. 11. cap. 8. disertè tradit, myrtum conficiendis sagittis aptam esse. χαίρει δὲ τῷ συνεχῶς κλαδεύεσθαι (περικλαδεύεσθαι MS. & interpres) καὶ ἐστὶν οὕτως ὀρθὸν εἰς ὕψος ἐγειρόμενον, ὥστε τὰ πλεκτὰ σκεύη, καὶ τὰ ἀκόντια ἐπιτηδείως ἔχει. *Gaudet autem assidua circumputatione, & evadit ita rectum in altum excitatum ac exurgens, & tum ad textilia vasa, tum ad jacula ac spicula aptitudinem habet.* E Virgilio colligere licet, baculum pastoralem fuisse myrteum, quod fuit inter bellica gestamina Camillæ. 7. Æneid.

Et pastoralem præfixa cuspide myrtum.

Pergit Plinius. *Bellicis quoque se rebus inseruit: triumphansque de Sabinis Posthumius Tubertus in consulatu (qui primus omnium ovans urbem ingressus est, quoniam rem leviter sine cruore gesserat) myrto Veneris victricis coronatus incessit, optabilemque etiam arborem hostibus fecit. Hæc postea ovantium fuit corona, excepto M. Crasso, qui de fugitivis & Spartaco laurea coronatus incessit. Massurius auctor est, curru quoque triumphantes myrtea corona usos. L. Piso tradit, Papyrium Massonem, qui primus in monte Albano triumphavit de Corsis, myrto coronatum ludos Circenses spectare solitum. Avus maternus, Africani sequentis hic fuit. Marcus Valerius duabus coronis utebatur, laurea & myrtea, qui hoc voverat.* Hæc Plinius. Apud Pindarum antiquissimum Poëtam victores Alcathoeis myrto coronatos canit.

ἀ-	*Coæ-*
λίκων τῷ τις ἁβρὸν (δρῳ	*taneorũ itaq; aliquis splendidā*
ἀμφὶ παγκρατίου Κλεάν-	*ob pancratium Cleandro*
πλεκέτω μυρσίνας	*nectat myrti*
στέφανον. ἐπεί νιν Ἀλ-	*coronam. siquidem eum Al-*
καθόου τ' ἀγὼν σὺν τύχᾳ	*cathoi; certamen cū felicitate,*
ἐν Ἐπιδαύρῳ τε νεό-	*inque Epidauro juven-*
τας πρὶν ἔδεκτο· τὸν αἰνεῖν	*tus antea excepit; quẽ laudādū*
ἀγαθῷ παρέχει.	*strenuo præbet.*

Ob has aliasque causas roboris symbolum fingitur myrtus. Ipse Hercules, ob robur & fortitudinem inter Deos relatus, incedit coronatus ramis myrti.

Eurip. Alcest. act. 4.

Στέφει δὲ κρᾶτα μυρσίνοις κλάδοις
Ἄμουσ' ὑλακτῶν.

Evincitque caput ramis myrteis
Absurda latrans.

Ad imitationem Herculis, alii viri fortes, caput myrto cinxerunt.

Eurip. Elect. act. 4.

Ἔνθ' ἰὼν ὁ κλεινὸς τῶν Μυκηναίων ἄναξ·
Κυρεῖ δὲ κήποις ἐν καταρρύτοις βεβὼς,
Δρέπων τερείνης μυρσίνης κάρα πλόκους.

Illic superbis Mycenorum rex
Forte autem irriguis hortis inambulans,
Carpit teneræ myrti serta capiti.

Myrtus.



Frutex myrtus est haud magnus; cultura in exiguæ arboris speciem quandoque adolescens, cujus ramuli sive virgæ lentæ, flexibiles ac obsequiosæ, subrubente cortice convestiuntur: Folia circa hos lævia ac resplendentia lata aliquantulum & acuminata: uni quidem minuta, alteri vero majora, & vincæpervincæ vulgaris æmula, tertiæ autem mediæ magnitudinis: Sunt eadem nonnullis rariora, quibusdam frequentia, cauliculos densius stipantia: Flores candidi sunt, staminibus aliquot concoloribus mediis: fructus baccæ sunt oblongæ, colore aut nigræ, aut subalbidæ, in quibus copiosa, munita candidaque semina. Foliis & floribus jucunde myrtus odorata est, qui etiam ex his, & præsertim floribus, stillatitius elicitur liquor, gratum ac suave olet. Circa autem myrti ramulos ac caudices inæquale quoddam eminensque subinde nascitur, ejusdem coloris, ramos ipsos veluti manus aliqua amplectens ac ambiens: quod myrtidanum vocatur.

Ἐν δὲ τῷ πόντῳ περὶ παντὶ, καὶ ποῖον, &c. Hoc quid sit ignoro. Plinius lib. 16. cap. 32. *Illud proximè mirum mutari naturam in iisdem locis* (ut æstuosa plantas edant frigidis locis familiares, & frigida plantas gignant in æstuosis nasci solitas.) *atque pro in diviso valere. Cedrum æstuosis partibus dederat* (hoc de cupresso Theophrast.) *at in Lyciis Phrygiisque montibus nascitur. Frigus inimicum lauro fecerat; sed in Olympo copiosior nulla est. Circa Bosphorum Cimmerium in Panticapæo urbe, omnimodo laboravit rex Mithridates, & cæteri incolæ, sacrorum certe causa laurum myrtumque habere: non contigit, cum teporis arbores abundent ibi, punicæ, ficique, jam mali & pyri laudatissimæ,* &c. Legit ergo, περὶ Παντικαπαῖον, urbemque, inquit esse, circa Bosphorum Cimmerium. Παντικαπαίου, mentio fit infra cap. 18. ἐν δὲ τῷ πόντῳ, περὶ παντικαπαῖον αἱ μὲν ἐκπλήξεις γίνονται διχῶς, &c. Stephanus. Παντικάπαιον (ita legitur, cum apud Theophrastum circumflectatur) πόλις μεγίστη τῶν κατὰ Βόσπορον (Plinius Βόσφορον) μητρόπολις. Legendum ergo, Παντικάπαιον vel Παντικαπαῖον non περὶ παντὶ καὶ ποῖον, vel παντοκαπαῖον, ut infra legitur.

Συκᾶς δὲ πολλὰς ἔχει, &c. Ficus historiam aggredior. De hac veteres tam multa ac varia, eaque tam luculenta ac splendida tradiderunt, ut unde exordiar, vix sciam. Attamen, ut quodammodo de hac distinctè agam; quæ de ficu tradiderunt in plures sectiones dividam, ac primo de ficus inventione ac dignitate, tum in quam fructuum debeat referri classem, deinde de nomine, postea de descriptione, demum de generibus agam. & si detur occasio problemata quædam ex Aristotele & Plutarcho examinabo. Pausanias tradit, in Attica ficum primum inventam, ac editam prope Cephyssum, ubi Phytalus Cererem (ut fama est) hospitio suscepit, Dea beneficii non immemor ficum arborem dono dedit, quod in ejus monumentis his versibus proditum est, qui apud Pausaniam lib. 1. reperiuntur.

Ἐνθάδ' ἄναξ ἥρως Φύταλός ποτε δέξατο σεμνὴν,
Δήμητραν, ὅτε πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν,
Ἣν ἱερὰν συκῆν θνητὸν γένος ἐξονομάζει,
Ἐξ οὗ δὴ τιμὰς Φυτάλου γένος ἔσχεν ἀγήρως.

Hic Cererem tectis Phytalus susceperat heros.
Cui primum sacri largita est semina pomi,
Quam mortale genus ficum vocat; illius ergo
Muneris, æterno Phytali gens floret honore.

Alia tamen Athenæi opinio; qui Dyonysum inventorem ex Sosibio Lacedæmonio esse probat. Σωσίβιος δ' ὁ Λάκων ἀποδεικνὺς εὕρημα Διονύσου τὴν συκῆν, διὰ τοῦτο φησὶ καὶ Λακεδαιμονίους Συκίτην Διόνυσον τιμᾶν. Νάξιοι δὲ ὡς Ἀνδρίσκος, ἔτι δ' Ἀγαθένης, ἱστοροῦσι, Μειλίχιον καλεῖσθαι τὸν Διόνυσον, διὰ τὴν τοῦ συκίνου καρποῦ παράδοσιν. διὸ δὲ καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ θεοῦ παρὰ τοῖς Ναξίοις, τὸ μὲν τοῦ Βακχίου Διονύσου καλουμένου εἶναι ἀμπέλινον, τὸ δὲ τοῦ Μειλιχίου σύκινον· τὰ γὰρ σῦκα Μείλιχα καλεῖσθαι· *Sosibius Lacedæmonius cum ficus inventorem Dionysum* (interpres *Bacchum*, cum Auduscus & Agasthenes Dionysum Bacchicum a Dionyso Meilichio diversum faciant) *fuisse ostendisset, subjunxit ea de causa Lacedæmonios Dionysum syciten id est ficulneum venerari. Idem Andriscus & Agasthenes referunt. Naxiis Dionysus Meilichius appellatur, quod mortalibus ficum dederat. Ob eamque rationem apud Naxios Dei Dionysi Bacchici vitiginea facies est, illius vero Dionysi, quem Meilichiũ vocant, è ficulna, ficus enim Meilichia Naxii vocant.* Interpres vertit, *ob eandemque rationem apud Naxios Dei Bacchi, quem Dionysum vocant, e ligno vitis facies est, illius vero quem Meilichium nuncupant e ficu;* quasi duo essent Bacchi; cum Græcus auctor duos Dionysos dicat. Nec Dionysi epitheton Meilichius ut apud Athenæum legitur, sed Μόρυχος. Suidas, qui alphabetæ seriem servat. Μόρυχος — ἐπίθετον δὲ ἐστι τοῦ Διονύσου. ἀπὸ τοῦ μορύξαι, ὅ ἐστι μολῦναι. ἐπειδὰν τρυγῶσι τῶν βοτρύων τῷ γλεύκει καὶ τοῖς χλωροῖς σύκοις Corruptus videtur Suidæ codex paulo enim aliter hæc & nitidiora, ac clariora in Zenobii collectaneis leguntur Μόρυχος δὲ Διονύσου ἐπίθετον ἀπὸ τοῦ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ μολύνεσθαι, ἐπειδὰν τρυγῶσι, τῷ ἀπὸ τῶν βοτρύων γλεύκει, καὶ τοῖς χλωροῖς σύκοις. *Morychus epitheton est Dionysi, ab inquinando videlicet propriam faciem, inquinare namque eam solet Dionysus in vindemiis musto & viridibus ficis.* Hæc satis ostendunt, & Athenæi & Suidæ codices corruptos. Scripsit Suidas τρυγῶσι τῷ ἀπὸ τῶν βοτρύων γλεύκει, non ut Aldina & Milanensis habet editio τρυγῶσι τῶν βοτρύων γλεύκει. Apud Atheneũ vero legi debet non μειλίχιον, μειλιχίου, & μείλιχα. sed μόρυχον, μορύχου & μόρυχα. In adagiis Erasmi extat proverbium Μωρότερος εἶ Μορύχου *stultior es Morycho*; in eos qui ridiculè & stulte quid faciunt: huic adagio peculiariter obnoxii, qui domesticorum negotiorum negligentes, foris aliena curant. Dionysus ubique temulentus, ridiculus ac parum cordatus inducitur à Poëtis. Dignitas ficusque præstantia tanta apud veteres fuit, ut Poëta Ananius jambicus canere non erubuerit.

Εἴ τις καθείρξε χρυσὸν ἐν δόμοις πολλὸν
Καὶ σῦκα βαιὰ καὶ δύ' ἢ τρεῖς ἀνθρώπους
Γνοίη χ' ὅσῳ τὰ σῦκα τοῦ χρυσοῦ κρέσσω.

In ædibus auri multum siquis concluserit
Et paucas ficus duoque vel tres homines,
Quanto ficus auro sunt præstantiores intelliget.

Certe vel vile iis temporibus aurum fuit, vel homines auri minimè cupidi, vel ficus admodũ grata acceptaque. Batavus, Gallus, Germanus, Britannus, Hispanus Italus aurum eligeret: unico alterove aureo equite plus centum libras ficuum emere licet. Sed non dubiũ, quin Hyperbolικῶς hæc dixerit Poëta, Herodotus tamen in historiis introducit virum regi persuadentem, non debere contra viros expeditionem facere, qui inter alia neque vino uterentur, neque ficus quibus vescantur haberent: en verba Herodoti ut ab Atheneo lib. 3. citantur. ὁ δὲ θαυμασιώτατος καὶ μελίγηρυς Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν, καὶ μέγα ἀγαθὸν φησὶν εἶναι τὰ σῦκα, οὑτωσί λέγων, ὦ βασιλεῦ, σὺ δ' ἐπ' ἄνδρας τοιούτους παρασκευάζῃ στρατεύεσθαι, οἳ σκυτίνας μὲν ἀναξυρίδας, σκυτίνην δὲ τὴν ἄλλην ἐσθῆτα φορέουσι. σιτέονται δ' οὐχ ὅσα ἐθέλουσιν, ἀλλ' ὅσα ἔχουσι, χώρην ἔχοντες τρηχέην. πρὸς δὲ τῇ Δὲ οὐκ οἴνῳ χρέονται, ἀλλὰ ὑδροποτέουσιν. οὐ σῦκα ἔχουσι τρώγειν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἀγαθόν. *Herodotus imprimis admirandus, & mellifluus, libro primo Historiarum, ingens bonum mortalitati ficus esse, ad hunc modum scribit: Adversus illos homines, ô rex, exercitum comparas, qui anaxyride, id est, femorali, &*

reliquo vestitu coriaceo utuntur; cibantur vero non iis quæ cupiunt, sed iis quæ suppetunt; regionem asperam incolunt: vinum, per Iovem, non bibunt. Nec ficis nec aliis cibis lautis vescuntur. Nec negligendum quod tradit ex Polybio Athenæus Πολύβιος δὲ ὁ Μεγαλοπολίτης ἐν τῇ δυοδεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν Φίλιππον φησὶ ὁ Περσέως πατέρα, ὅτε τὴν Ἀσίαν κατέτρεχε, σπανίζοντα τροφῶν τοῖς στρατιώταις παρὰ Μαγνήτων, ἐπεὶ σῖτον οὐκ εἶχον σῦκα λαβεῖν. διὸ καὶ Μυοῦντος κυριεύσας, τοῖς Μάγνησιν ἐχαρίσατο τὸ χωρίον ἀντὶ τῶν σύκων. *Polybius Megalopolites libro duodecimo narrat. Philippum Persei patrem, cum incursionibus Asiam vastaret, commeatus inopia, quia frumentum deesset, in cibaria militum, à Magnesiis ficus accepisse, ideoque potitum Myunte, pro datis ficis eum locum tribuisse Magnesiis.* Artaxerxes Mnemon junioris Cyri frater, in fuga apparatu ejus direpto, cũ caricis vesceretur exclamavit, dicens *Cujusmodi voluptatis expertem me regalis fecerat affluentia!* Calendis Ianuarijs caricas, cariotidas, & mella, tum Deo, tum amicis veteres elargiri solebant, ut dulces anni dies à dulcibus auspicarentur. Fuit ficus excidii Carthaginis causa, uti refert lib. xv. Cap. xviij. Plinius. *Sed à Catone appellata jam tum Africana, admonet & Africæ, ad ingens documentum uso eo pomo. Namque perniciali odio Carthaginis flagrans, nepotumque securitatis anxius, cum clamaret omnis senatus* (ita antiquus Codex) *Carthaginem delendam,* (Contra Scipio Nasica servandam Carthaginem defendebat, ne urbis æmulæ metu deleto luxuriari Romana fortitudo inciperet: Lacedæmonii aliquando cum vi urbem munitam invasissent, Ephori qui nossent, quantum militaris disciplina periculo illius & pugnis continuis custodita, nusquam esset dilapsa, non quidem victoria inflari ceperunt, ut fieri solet, sed dicere identidem non erubuerunt, οἴχεται τὸ πάλαισμα τῶν νέων *deperdita est juventutis lucta*, ratione addita quod hostes non haberet, rursum, jurante rege urbem quandam, quæ multas molestias Lacedæmonis dederat, se solo equaturum, nullo modo concesserunt ijdem Ephori, quod metuebant subversam iri τὴν ἀκόνην τῶν νέων *juventutis cotem*, id est, robur & fortitudinem. Cæterũ senatus Romanus nec Catonis, nec Scipionis sententiam probavit, mediam quippe, ut refert Florus, tenuit, ut urbs tantum loco moveretur; quod nihil æquè magnificum ac splendidum videretur, quam superesse Carthaginem, sed non formidabilem) Pergit Plin. *attulit quodam die in curiam præcocem ex ea Provincia ficum, ostendensque patribus, interrogo vos, inquit, quando hoc pomum demptum* (fortè *decerptum* scribendum) *putetis ex arbore? Cum inter omnes recentem esse constaret, atqui tertium inquit ante diem scitote decerptum Carthagine; tam prope a muris habemus hostem; Statimque sumptum est Punicum bellum tertium quo Carthago deleta est; quanquam Catone anno sequente rapto. Quid primum in eo miremur; curam ingenii: an occasionem fortuitam celeritatemque cursus, an vehementiam viri* (doctissimi hæc alio ordine & aliter scribenda existimant. *Quid primum in eo miremur; curam geruli, celeritatemque cursus? an occasionem fortuitam? an vehementiam viri?* hæc quanquam satis probata & idonea lectio, tamen, cum nulla detur ratio, cur vulgata reijciatur, causam habeo nulsam cur potiorem hanc habeã) *Supra omnia quiddam est*, (vox quiddã vide an deleas, in neutro manuscripto, ut monet, Pintianus, habetur) *quo nihil equidẽ duco mirabilius, tantã illã urbem, & de terrarũ orbe per Cxx annos æmulam, unius pomi argumento eversam, quod non Trebia, aut Trasymenus, non Cannæ busto insignes Romani nominis perficere potuere: non castra Punica ad tertium lapidem vallata, portæque collinæ adequitans ipse Annibal. Tanto propius Carthaginem pomo Cato admovit.* Fuit ficus symbolum vitæ purioris. Athenæus lib. 3. ἡ συκῆ ἄνδρες φίλοι ἡγεμὼν τοῦ καθαρίου (forte καθαροῦ vel καθαρείου ut aliis placet legendum.) βίου τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο. δῆλον δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ καλεῖν τοὺς Ἀθηναίους ἱερὰν συκῆν τὸν τόπον, ἐν ᾧ πρῶτον εὑρέθη. τὸ δὲ ἀπ' αὐτῆς καρπὸν ἡγητορίαν, διὰ τὸ πρῶτον εὑρεθῆναι τῆς ἡμέρου τροφῆς. *Ficus, amici viri, mortalibus purioris vitæ magistra fuit, vel hoc argumento, quod locum ubi primum arbor hæc reperta est, sacram ficum Athenienses vocaverũt, ipsiusque fructũ* ἡγητορίαν, *id est, unctioris, & cultioris vitæ ducẽ, quod ante mitiores cibos omnes inventus fuerit.* In excusis Athenæi codicibus non ἡγητορίαν sed ἡγητηρίαν, scriptum est, cum apud Suidam ἡγητορία legatur ἡγήτορες, ἡγεμόνες, καὶ ἡγητορία. ἡ ἡγεμονία. λέγει δὲ καὶ ὁ ψίαθος ἡγητορία τῶν συκῶν ἡ παλάθη. παλάθη δὲ λέγεται ἡ μάζα τῶν συκῶν. In Hesychii quibusdam codicibus ἡγητορία in aliis ἡγητηρία scriptum reperio. Doctiss. viri ἡγητορίαν scribendum docent. Apud Atticos idcirco vetitum erat ficus sive caricas exportare, & qui ficus furto abstulissẽt, συκοφάνται dicebantur. Ἴστρος ἐν τοῖς Ἀττικοῖς, οὐδ' ἐξάγεσθαί φησι τῆς Ἀττικῆς τὰς ἀπ' αὐτῶν γινομένας ἰσχάδας ἵνα μόνοι ἀπολαύοιεν οἱ κατοικοῦντες· καὶ ἐπεὶ πολλοὶ ἐνεφανίζοντο διαλανθάνοντες, οἱ τούτους μηνύοντες τοῖς δικασταῖς, ἐκλήθησαν τότε πρῶτον συκοφάνται. *Ister in Atticis prodidit, vetitum fuisse caricas exportare in Attica nascentes, his indigenæ ut soli fruerentur; cum vero multi furtim avehere deprehenderentur, delatores qui apud judices illos accusarent vocatos fuisse principio sycophantas.* Alia tamen videtur Alexidis Poëtæ de sycophantis sententia.

Ὁ συκοφάντης οὐ δικαίως τοὔνομα
Ἐν τοῖσι μοχθηροῖσίν ἐστι κείμενον.
Ἔδει γὰρ ὅστις χρηστὸς ἦν, ἡδύς τ' ἀνὴρ,
Τὰ σῦκα παρατεθέντα δηλοῦν τὸν τρόπον.
Νυνὶ δὲ πρὸς μοχθηρὸν ἡδὺ προστεθὲν
Ἀπορεῖν πεποίηκε, διὰ τί τοῦθ' οὕτως ἔχει.

Sycophantæ nomen immerito
Viris improbis est tributum;
Nam qui foret bonus, & urbanus, is debuit
Indicatis ficubus, † mores approbare ‡ suos.
Nunc autem flagitiosos, cum sic nominent,
Dubitare id cogit, cur id factum sit.

† quæ contra legum auctoritatẽ clanculum asportabantur.
‡ suam fidẽ, probitatẽ, integritatẽ.

Quo respexerit Alexis, ex Philomnesto, facile cognosci potest. Φιλόμνηστος δ' ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ Σμινθείων φησίν, ἐπεὶ καὶ ὁ συκοφάντης ἐντεῦθεν προσηγορεύθη, διὰ τὸ εἶναι τότε τὰ ἐπιζήμια, καὶ τὰς εἰσφορὰς, σῦκα, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον, ἀφ' ὧν τὰ κοινὰ, διῴκουν καὶ τοὺς ταῦτα πράττοντας, καὶ εἰσφαίνοντας ἐκάλουν, ὡς ἔοικε, συκοφάντας, αἱρούμενοι τοὺς ἀξιοπιστοτάτους τῶν πολιτῶν. *Philomnestus libro de Sminthiis Rhodiis scribit, sycophantam inde nuncupatum fuisse, quod illis temporibus è ficuum mercatura, vini, olei, tributa colligerentur ac portoria, & mulctarentur, qui ea non solvissent, è quibus in administratione reipublicæ sumptus fieret: itaque coactores qui exigerent, & eorum proventum suis rationibus ostenderent, ut credibile est, appellatos fuisse sycophantas, ad idque munus delectos fuisse cives spectatissimos, atque optimæ fidei.* Alexis ergo cum ait, immerito sycophantę nomen improbis tributum; eo respicit, quod sycophantæ ab antiquis dicebantur viri spectatissimi, atque integerrimi, qui portorium, quod pro ficubus solvebatur, exirent, cum recentiores qui ficum furtim auferret sycophantam vocarent. Hæc de inventione & dignitate. etymon expendamus. Apud Athenæum legitur Græcis συκῆν, dici a Sycea uno ex Titanibus, περὶ δὲ τῆς προσηγορίας τῶν συκῶν λέγων Τρύφων ἐν δευτέρῳ φυτῶν ἱστορίας, Δωρίωνά φησιν ἐν γεωργικῷ ἱστορεῖν, Συκέαν ἕνα τινὰ τῶν Τιτάνων διωκόμενον ὑπὸ Διὸς τὴν μητέρα γῆν ὑποδέξασθαι, καὶ ἀνεῖναι τὸ φυτὸν εἰς διατριβὴν τῷ παιδὶ, ἀφ' οὗ καὶ Συκέαν πόλιν εἶναι ἐν Κιλικίᾳ. *Tripho secundo libro historiæ plantarum, de* συκῶν, *id est, ficuum appellatione differens, inquit, Dorionem in Georgico narrare, Syceam unum ex Titanibus terræ filium, insequente Iove exceptum à matre fuisse, eamque gnato arborem emisisse, cujus fructu oblectaretur, & aleretur, præterea ab illo Titane nominatam Siceam fuisse Ciciliæ quandam civitatem.* Φερένικος δὲ ὁ Ἐποποιὸς, Ἡρακλεώτης, δὲ γένος, ἀπὸ Συκῆς τῆς ὀξύλου θυγατρὸς προσαγορευθῆναι. ὄξυλον γὰρ τὸν Ὀρείου Ἁμαδρυάδι τῇ ἀδελφῇ μιγέντα μετ' ἄλλων γεννῆσαι Καρύαν, Βάλανον, Κράνειον, Ὀρέαν, Αἴγειρον, Πτελέαν, Ἄμπελον, Συκῆν καὶ ταύτας Ἁμαδρυάδας νύμφας καλεῖσθαι, καὶ ἀπ' αὐτῶν πολλὰ τὰ δένδρα προσαγορεύεσθαι ὅθεν καὶ τὸν Ἱππώνακτα φάναι. συκῆν μέλαιναν ἀμπέλου κασιγνήτην. *At Pherenicus Epicus*, (Hexametrorum carminum scriptor) *Poëta, Heracleotes genere, appellatam fuisse tradit à Syce Oxyli filia. Oxylum enim Oriæ filium concubitu Hamadriadis sororis genuisse Nucem, Glandẽ* (interpres Διὸς βάλανον, legisse videtur; vertit enim, *juglandem*. At κάρυον Latinis *juglans*, Διὸς βάλανος *castanea*, vel *avellana*, vide quæ cap. de juglande, avellana & castanea dicta sunt) *Cornum, Oxyam* (Græcus codex ὀρέαν quod corruptum non nego; oxya βαλάνου genus, scribo ῥοιὰν, *punicam*, quod proxime ad vulgatam accedit lectionem, de punicæ ortu quæ fabulantur Poëtæ, vide cap. de malo granati) *Ægiron* (verte *populum nigram*) *Vlmum, Vitem, Ficum, quas Hamadryadas omnes vocarunt, illarumque nomine multas arbores vocatas fuisse, ac ideo Hipponactem dixisse. Nigram ficum vitis sororem.* Medicorum filii ex auctoritate Demetrii cujus verba citantur ab Athenæo libr. 3. σύκην, dictam esse scribunt, παρὰ τὸ σεύεσθαι καὶ κύειν, cum Athenæus non σῦκον sed σικυὸν inde nomen accepisse tradat, ut ii norunt, qui Athenæi scripta legerunt: Verba Athenæi: ὠνομάσθαι δὲ σικυούς φησι Δημήτριος ὁ Ἰξίων ἐν πρώτῃ ἐτυμολογουμένων, ἀπὸ τοῦ σεύεσθαι καὶ κύειν, ὁρμητικὸν γὰρ ὑπάρχειν. *Demetrius Ixion libro primo etymologiarum scribit,* σικυοὺς, *id est, cucumeres dictos fuisse à verbo* σεύεσθαι, *quod concitari significat, &* κύειν, *quod est vel osculari, vel*

utero

utero gerere, quoniam eo cibo Venus accenditur. De cucumeribus agere Athenæum probatione non indiget; quippe quæ præcedunt, & sequuntur ad cucumeres pertinent, nec de alia planta, quam cucumere intelligi possunt. Objiciet quis, cucumeres, ut docet Dalenus multis in locis, Venerem inhibere, quod ipse Athenæus ex auctoritate Diphili Siphnii testatur, Δίφιλος δέ φησιν, ὁ σικυὸς ψυκτικὸς ὑπάρχων — ἀφροδισιῶντι ἐφεκτικός· *Diphilus tradit cucumerem vi quidem refrigerandi præditum Venerem cohibere.* Quomodo igitur quod Venerem concitet cucumer dici potest σικυὸν? An dicendum, per antiphrasim nomen hoc impositum, quod minimè Venerem stimulet, sed adversetur? An vero codex Athenæi corruptus? Postremum omnino verum, scribendum σικυὸς ἀπὸ τοῦ σεύεσθαι καὶ κίειν, *a movendo & progrediendo*, quod cucumeres facere, nemo botanicorum ignorat. Hanc lectionem probat Eustathius lib. 5. Iliad. ἐκ τοῦ σεύεσθαι ἤγουν ὁρμᾶν. καὶ τοῦ κίειν ἡ συκῆ. καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ ὁ σικυὸς κατὰ μετάθεσιν ἢ τροπὴν διχρόνων. Ficum συκῆν & cucumerem σικυὸν dictum tradit a movendo & progrediendo, quod fico non satis convenit: hæc enim tarde crescit & movetur. An vero nomen hoc impositum, quod ὀλύνθους, sive fructus rudimentum, cum impetu quodam repente expellat? An vero quod, antequam folia medio vere promit, novum germē prius vi quadam celeriter emittat? Certè cum impetu quodam hoc expellitur, brevique suum incrementum capit. Arbor Græcis σύκεα & συκῆ, fructus σῦκον. Suidas σύκεα τὸ δένδρον ἡ καὶ συκῆ, σῦκον δὲ ὁ καρπός. συκῆς vox plura apud Græcos denotat; arborem notissimam ficum; per contractionem συκῆν morum significare capite de moro dicam; ut Latinis ficus fructus est & morbus, ita Græcis σῦκον morbum vocant & fructum. Sed alius morbus a Latinis ficus, alius à Græcis σῦκον dictus. Galenus in linguis σῦκα ἐπαναστάσεις σαρκώδεις ἐν τοῖς τῶν βλεφάρων τόποις γινομένας. *carnosas quasdam eminentias in palpebrarum locis obortas.* Hunc morbum exactius describit Ægineta lib. & cap. 3. σῦκα ὀνομάζουσι βλαστήματα ἑλκώδη, στρογγύλα, ὑπόσκληρα, ἐνερευθῆ, οἷς ἀπακολουθεῖ καὶ ὀδύνη. φύεται δὲ ταῦτα τὸ μὲν πλεῖστον ἐν κεφαλῇ κἀν τῷ ἄλλῳ σώματι. *Ficus nominant eruptiones ulcerum modo rotundas, cum duritie quadam rubentes, quas dolor etiam comitatur. Fit vero hoc malum plurima ex parte in capite, nascitur tamen & in reliquo corpore.* Contrarium docet Scholiastes Aristophanis, Pollucis, & Hesychii, σῦκον, inquit, εἶδος παθήματος ἀεὶ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ τινὶ μέρει τοῦ σώματος φυόμενον ὅ φασιν ἰδιωτικῶς συκάμινον *Affectus genus est, quod semper in oculis, neque in alia corporis parte nascitur, quod vulgo* συκάμινον *vocant.* Eadem Pollucis sententia, idem Hesychius apud quem σῦκα non σῦκον legitur. σῦκα τὸ ἐπὶ τοῖς βλεφάροις νόσημα ὅ τινες σύκωσιν. An apud Hesychium scribendū σῦκον τὸ ἐπὶ τοῖς videant Grammatici. Aristophanis Scholiastis, Hesychii & Pollucis judicium de morbo σύκῳ probare videtur Galenus, verbis supra citatis. Ficus Latinis tria hæc significat, fructum notissimum, arborem, & ulcus quoddam in pilosis nascens locis. Pro hac significationum varietate diversa habet genera, & declinationes. quod ridere videtur lepidissimus Martialis.

Cum dixi ficus, rides quasi barbara verba,
Et dici ficos Cæciliane jubes.
Dicemus ficus quas scimus in arbore nasci,
Dicemus ficos Cæciliane tuos.

Cæterum tanta apud veteres fuit ficus in æstimatione, ut omnibus ejus partibus peculiare quoddam nomen dederint. Immatura ficus Græcis ὄλυνθος & ἐρινεός dicitur, de quibus vocibus supra libr. 2. & tertio abunde egimus. Dicitur etiam κόκκυξ. Scholiastes Nicandri in Theriacis. κόκκυγας δὲ τοὺς ὀλύνθους διὰ τὸ φαίνεσθαι κατ' ἔαρ ἅμα τοῖς κόκκυξι. *Coccygas grossos vocat, quod simul cum ave coccyge verno tempore appareant.* Latini immaturam ficum grossum vocant. Ficos maturitatis falsam speciē præferentes φήληκα vocarunt Græci, comment. Aristophanis ad hunc versum in pace. τὸν δὲ φήληχ' ὁρῶν οἰδάνοντ' εἶθ' ὁπόταν ᾖ πέπων, ἐσθίω κἀπέχω. Ad hunc locum Scholiastes. ὁ ἤδη σκληρὸς καὶ πέπειρος ὁ ὄψιν μὲν πεπάνσεως ἔχων, ἄωρος δὲ ὤν, Pollux libr. 6. cap. 11. non tantum immaturas ficus φήληκας sed οἰνάδες vocari tradit. τὰ δὲ οὔπω πέπειρα τῶν σύκων, οἰνάδες καλοῦνται παρὰ Λάκωσι, καὶ φήληκες παρὰ Ἀθηναίοις· φήληκες dicuntur quę maturitatem mentiuntur, à φηλοῦν decipere, quod immaturæ existentes, oculis imponant, præbita maturitatis specie. Suidas φήληξ ὁ ἀπατεών. καὶ ἡ ὠμὴ συκῆ. *impostor ficusque immatura.* Ficus quæ maturitatem adepta est, κόλυτρον, Eustathio & Athenæo libr. 3. dicitur. Φιλήμων δ' ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι καλεῖσθαί φησί τινα σῦκα βασίλεια, ἀφ' ὧν καλεῖσθαι καὶ τὰς βασιλίδας ἰσχάδας, προστιθεὶς ὅτι κόλυτρα καλεῖται τὰ πέπονα σῦκα. *Philemon in Atticis vocabulis, quasdam ficus regias vocari tradit, & ab illis regias caricas nominatas fuisse; huic idem narrationi addidit maturas ficus vocari colytra.* Dalecampius in annotationibus dubitat an κόλυφρα, id est, *leves*, legendum sit, sunt enim maturæ ficus immaturis se ipsis leviores. Siccatus ficus leviores concedo, at recentes, & adhuc in arbore immaturas leviores esse nego, in promptu ratio, quod succo scateant optimè concocto. apud Suidam legitur, κόλυθρον εἶδος φυτοῦ, quod de matura ficu intelligi nequit. Siccata ficus ἰσχὰς dicitur. De hoc etymo videamus. ἰσχὰς dicitur, quasi ἴσχνας ab ἰσχναίνεσθαι, *arefactum, siccatum esse.* Aristophani Scholiastes, φιβάλις γένος συκῆς ἐπιτήδειον εἰς ξηρασίαν ἰσχάδων, ἐπεὶ ἀπὸ τοῦ ἰσχναίνεσθαι ἰσχὰς καλεῖται. (idem Suidas, sed apud eundem, ἀντὶ ἰσχναίνεσθαι ἰσχαίνεσθαι legitur.) *Phibalis fici genus aptum ad exsiccandum, etenim ischas ab* ἰσχναίνεσθαι *exsiccari dicitur.* Ἰσχὰς, igitur ficus sicca. Malunt alii, ἰσχάδα παρὰ τὸ ἴσχειν dici, quod ulterius fici autumnali tempore prohibeatur augmentum, hi ita distinguunt, ut primum sit ὄλυνθος, mox φήληξ, deinde σῦκον, postremo ἰσχάς. Hæc opinio Suidæ nititur auctoritate. ἰσχάς. ἰσχνάς τις οὖσα. ἐπειδὴ πρὶν ἢ δοθῆναι τὴν κρεωφαγίαν τοῖς Ἀθηναίοις, ἔχρωντο τῇ ἰσχάδι. ἢ ἐπειδὴ μέχρι τούτου προβαίνει, πρῶτον γὰρ ὄλυνθος, εἶτα φήληξ (malè φίληξ scriptum habetur) εἶτα σῦκον, (ita legendum, male σῦκα) εἶτα ἰσχάς. ἴσχειν ποιοῦσα τὴν αὔξησιν. πάντα δὲ τὰ τρωγήματα ἰσχάδας ἐκάλουν. Ἰσχὰς ergo ficus siccas & quæcunque bellaria denotat, quod satis apertè geoponicῶν docet auctor libr. 10. cap. 54. ὥστε τῶν ξηρῶν καρπῶν σύκων τὰς καλουμένας ἰσχάδας ἀσήπτους διαμένειν. *ut aridi fici fructus qui ischades Græcè vocantur imputridi permaneant.* Pollux non tantum ἰσχάδα, sed κόπτην vocari tradit à Poëtis. ἰσχὰς παλάθη, ἰσχὰς νέα, χλωρά. ἰσχὰς ἀρχαία καὶ ξηρά, τεταριχευμένη, οἱ δὲ Κωμῳδοὶ καὶ ἰσχάδα κόπτην λέγουσι. Ischas massa ficuum (massam ficuum in modum laterum figurabant, & ut diu illæsa permaneret calcabatur & compingebatur) *ischas, id est, ficus novella viridis* (an ergo ἰσχὰς ficus perquam matura, & siccata.) *Vetus sicca, sale condita, Comici copten vocant.* Significat præterea ischas ἄπιον herbam de qua lib. 4. Theophrast. ficus siccata Latinis carica dicitur. Glossæ ἰσχὰς carica. Plinio tamen carica fici genus, libr. 15. cap. 19. *Ex hoc genere sunt, ut diximus cottana & caricæ &c.* Vide quæ inferius, ubi de generibus nobis sermo, dicuntur. Dicebatur eadem ficca. Plin. libr. 23. cap. 7. *siccæ fici stomachum lædunt, &c.* Recentes vero pingues vocabantur. Idem Plin. loco citato, *Carcinomati, si sine ulcere est, quam pinguissimā ficum imponi pene singulare remediū est.*

Horat. libr. 2. cap. 8.

Pinguibus & ficis pastum jecur anseris albi.

Iecur anseris ficis pasti, quod συκωτὸν à Græcis, *ficatum* à Latinis vocatur, olim in deliciis fuit. Novella ficus συκὰς vocatur, quanquam alii novellam ficum sic appellare maluerunt Pollux libr. 1. αἱ μέν τοι νέαι συκαῖ συκάδες ἐκαλοῦντο, ἔνιοι καὶ τὰς τελείας οὕτως ἐκάλουν. Fici umbilicum Attici ὀμφαλὸν vocant, Pollux lib. 2. οἱ δὲ Ἀττικοὶ καὶ τὸν τῶν σύκων πυθμένα ὀμφαλὸν ὀνομάζουσι. Examinandum Nicandri carmen.

Τῶν καὶ ἀκρεμόνας τερπνῆς ἐν νέκταρι μίξας
Σύκων αὐανθεισῶν ἅλις πόσιν ὀμφαλόεσσαν.

Quæri solet, cur πόσιν ὀμφαλόεσσαν dixerit Poeta. non audiendi qui umbilicosam vel umbilico similem potionem interpretantur. An itaque, ὀμφαλόεσσαν πόσιν, dixit potionem quæ ex ficubus fit umbilico præditis. Rimas enim ficus inferne habet (loquor de exsiccatis) instar umbilici, per quas liquor ipsorum effluxit. an ὀμφαλόεσσαν dixit, *nutricantem, alentem*, quia omnes in utero materno infantes per umbilicum alimentum accipiunt atque respirant? Utramque sententiam defendit uterque Nicandri Scholiastes, sed primus priorem, posteriorem alter. ὀμφαλόεσσαν δὲ ἢ τὴν τῷ ὀμφαλῷ προσεικάζουσαν, ἢ τὴν ἐκ σύκων τῶν ὀμφαλοὺς ἐχόντων, τὰ γὰρ σῦκα κάτω ὀπὰς ἔχουσι, δίκην ὀμφαλοῦ δι' οὗ ὁ ὀπὸς αὐτῶν ῥεῖ, hæc prior Scholiastes, alter. ἢ ὀμφαλόεσσαν τὴν τροφώδη παρὰ τὸ ὀμφαλόν. βρῶσις γάρ ὁ ὀμφαλός, ἐπεὶ δι' αὐτοῦ τὰ ἔμβρυα πάντα τὴν τροφὴν δέχεται, καὶ ἀναπνεῖ, τοῦ στόματος μεμυκότος διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὑγρῶν, ἵνα μὴ ἀπόληται. Quæri etiam potest, cur τερπνῇ dixerit? Refert Scholiastes duplicem circumferri lectionem τερπνῇ & τερετρῇ. Si priorem, sive vulgatam sequamur lectionem, versus citati, in hunc interpretandi sensum. *Cape ficuum arefactarum ac umbilicum referentium* (nutricantium) *cui tria folia sunt, summos coliculos, ac vino misce ac pro potione assume.* (de voce κράδη alibi abunde egi) Altera si magis arrideat lectio; Verte, *bonæ ficus arefactæ umbilicum referentiū,*

referentis, vel bene alentis potionem vino trium annorum misce. Scholiastes. τελπετῆ οἰονεὶ τελπέταλον, τὴν ἐκ σύκων σχιζομένην εἰς τρία πέταλα· τὰ γὰρ σῦκα ξηραινόμενα, εἰς τρία σχίζον. ἢ ὅτι τὰ φύλλα τῆς συκῆς εἰς τρία ἔσχισται. *Tripete quasi trifoliatum, ex ficubus scissum in tria folia. ficus enim arefacta in tres partes scinditur, vel quia fici folia in tres partes scissa.* Posteriorem sententiam etiam alter probat Scholiastes. τελπετῆ δὲ τρίσχιστον ὅτι τὰ φύλλα τῆς συκῆς εἰς τρία ἔσχισται. An ergo Nicander Antiochicam intelligit ficum, quam τρίφυλλον vocari tradit Strabo libr. 15. πλείστην δὲ φέρει τὴν καλουμένην Ἀντιοχικὴν ἰσχάδα. τὴν δὲ αὐτὴν καὶ τρίφυλλον ὀνομάζουσι. Grana fici κεγχραμίδας dicunt. Hesychius, κεγχραμὶς τὸ ἐντὸς τοῦ σύκου σπέρμάτιον. *Cenchramis semen parvum intus in fico contentum.* Κεγχραμὶς à milii quadam similitudine, quod refert fici granum. Plinius frumentum vocat libr. 15. cap. 19. *Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus, succus maturescentibus lactis, percoctis mellis.* libr. 13. cap. 7. grana interiora vocat. *id ipsum ficus est prædulcis sine granis interioribus.* Grana hæc à Belgis **luysen**, hoc est, pediculi vocantur, à sonitu pediculos, dum necantur, imitante. Lac fici ὀπὸς dicitur de hac voce lib. 6. hist. c. 3. plura dicenda. Apud auctorem anonymum de vita Alexandri, fici lac, γακτὴ συκῆς dicitur. Folliculos glumas vocant à glubendo. Fici folium Græcis θρῖον dicitur. Hesychius, θρῖα φύλλα συκῆς, ἢ ἀμπέλου, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς δεσμούμενα βρώματα. *Thria, fici vitisque folia, ciboſque in ipsis contentos, significat.* θρῖον appellatur, uti auctor etymologiæ docet, διὰ τὸ τριμερὲς εἶναι. *quod in tres dividatur partes.* Malunt alii à scabritie nomen hoc impositum, quam sententiam probat libr. 5. sympos. quæst. 8. Plutarchus, τὸ γὰρ συκῆς καὶ τὸ φύλλον διὰ τὴν τραχύτητα θρῖον ὠνόμασθαι, sed θρῖον non tantum fici, vitisque folium denotat, sed quodvis folium. Apud Nicandrum in Alex. legitur.

Πολλάκι δ' ἡμιδαὲς χειρὸς βάρος αἴνυσο θρίων
Παύρῳ χαμαιπίτυος.

Scholiastes, θρία δὲ ἰδίως μὲν τὰ φύλλα τῆς συκῆς ὥσπερ οἴναρα τὰ τῆς ἀμπέλου. νῦν δὲ τῆς χαμαιπίτυος φησίν, &c. Habet & alias significationes vox θρῖον. significat enim libi genus, aliaque edulia è ficubus confecta. Sed propriè, ut dixi, fici folium sic vocatur ab asperitate. Hinc adagium, τῷ θρίῳ τὴν ἔγχελυν, *ficulneo folio anguillam tenes.* Anguilla enim piscis lubrica in fici folio propter asperitatem contineri potest. Adagium de eo dicitur qui fugax & lubricus, arctiore modo tenetur, quam possit elabi. Scholiasti Theocryti alterum tamen etymon placet. θρῖον κυρίως τὸ τῆς συκῆς φύλλον. παρὰ τὸ εἰς τρία διεσχισμένον εἶναι τρίον καὶ θρῖον. Et hæc de nominibus ficus, & quomodo singulæ ejus partes vocantur. Quæ de ficu sparsim tradit Theophrastus hoc capite non examinabuntur, cum id suo loco, ubi de ficu loquitur Theophrastus, factum sit. Ficuum genera Theophrastus, Dioscorides, Galenus, & veteres omnes fecere duo, urbanum & sylvestre. Ficus sylvestris ἀγρία συκῆ dicitur Dioscoridi. Athenæus lib. 3. Fici immaturæ arborem ἐρινὸν, accentu in ultima, vocari scribit, fructum ἔρινον accentu in antepenultima. τὸ δένδρον ἡ ἀγρία συκῆ ἐξ ἧς τὰ ἔρινα, ἐρινὸς κατὰ τὸ ἄρρεν λέγεται, *agrestis ficus arbor masculino genere* ἐρινὸς *vocatur, ejus vero fructus in neutro* ἔρινον. Quod tamen, ut idem scribit Athenæus, non observavit Sophocles. Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἑλένης γάμῳ τρεπτικῶς τῷ τοῦ δένδρου ὀνόματι τὸν καρπὸν ἐκάλεσεν εἰπών.

Πέπων δὲ ἐρινὸς (ita scribendum non ἔρινος)
ἀχρεῖος ὤν
Ἐς βρῶσιν, ἄλλους ἐξερινάσεις λόγῳ.

Πέπων δὲ ἐρινὸς εἴρηκεν· ἀντὶ τοῦ πέπων ἔρινον. Vertunt. *Sophocles in nuptiis Helenes fructum arboris è nomine, figurate sic dixit.*

Immaturus erinus, id est, immatura caprificus, cum sis, nec idonea
Cibo, alios oratione tua caprificas. F

Οὐ πέπων ἐρινὸς, id est, immatura caprificus nimirum ille dixit, pro οὐ πέπον ἔρινον, id est, *immaturus caprifici fructus.* Ad hunc locum Dalecampius in doctiss. marg. annot. *Sic Plinius lib. 15. cap. 19. caprificum dixit, pro caprifici fructu. Iunius adagio, grossus maturus esui ineptus. malè vertit grossum. Est enim grossus ficus sativæ immaturus fructus.* ἐρινάζειν *de caprificatione vide Theophr. libr. 2. cap. 12. de caus.* Plinius *lib.* 15. *cap.* 19. *convenit hoc adagium temerariis adolescentibus, qui senes peritiores docere conantur.* Hæc Dalecampius. Alia Casauboni sententia. *Sopocleum hoc proverbium simile est illi, lepus tute es, & pulpamentum quæris. Sed scribendum* πέπων ἐρινὸς, *cum accentu in ultima. Arboris nomen est* ἐρινὸς & ἐρινεὸς: *fructus* ἔρινος, *inquit Eustathius, vel potius* ἔρινον *ut* σῦκον; *quod clarum ex sequentibus Athenæi (locum jam citavi) qui observat dixisse Sophoclem* πέπων ἐρινὸς, *quod arboris nomen est, pro* πέπον ἔρινον, *quomodo fructus appellatur*, inquit. *Cæterum* τρεπτικῶς, *id dictum admonet Athenæus. Ita autem vertendum*, tu cum sis grossus nihili, & insipidus, ad commedendum inutilis, alios verbis increpas tanquam ignavos & insipidos. πέπων *accipio hic ut apud Homerum, quando probri loco aliquis dicitur* πέπων, *mollis & ignavus. Adrianus Iunius, magni judicii vir, aliter interpretatur: cui non assentior. Dalecampio multo minus, emendanti* οὐ πέπων (quomodo etiam legit interpres) Reclamant *libri, reclamat Eustathius, reclamat sententia; quam opinor, primi nunc indicamus verè* ἐξερινάζεις λόγῳ, *valet oratione tua* ἐρινοὺς *vocas. Non enim usitata significatione verbum hoc usurpatur, sed nova & insolente, ut multa apud Tragicos & Comicos, quando præsertim loquuntur homines irati. aut, si mavis, interpretare* ἐξερινάζεις λόγῳ, verbis lacessis, & ad contentionem provocas: *ut sit allusum ad originem vocabuli, quod ab* ἔρις *deducunt Grammatici. Etiam apud Latinos caprificus in significatione vitii usurpatur:*

——— & quæ semel intus
Innata est, rupto jecore exierit caprificus.

Priorem versum integrare sic possumus, πέπων ἐρινὸς αὐτὸς ὢν ἀχρεῖος. Hæc Casaubonus. Assentior scribendum ἐρινὸν, non ἔρινον, ut in vulgatis habetur. Non tantum ἐρινὸς, sed & ἐρινεὸς vocatur, προσβάντας ἐρινεῷ μεγάλῳ, *ascendentem excelsam ficum agrestem*, apud Plutarchum in Camillo legitur. De his vocibus plura libr. 3. cap. 7. dixi. Ficus hæc sylvestris, ut Herodotus & Pausanias scribunt τράγος vocatur. Credo, quod instar caprorum lasciviat. Pausan. libr. 4. Messen. τοῖς δὲ ἄρα ὁ Δαίμων προεσήμαινε τοιόνδε. τὸ δένδρον τὸ ἐρινεὸν εἰσὶν Ἕλληνες οἳ καλοῦσιν ὄλυνθον· Μεσσήνιοι δὲ αὐτὸν τράγον. *Aliud vero longe innuerat deus, quod fuit hujusmodi. Caprifici stirpem è Græcis plerique olynthum; Messenii ipsi caprum (τράγον) nominant.* Nicander, ut ait Scholiastes, κράδην vocat.

Πολλάκι δ' ἀγρόεντα κράδην, σπέρμα δός τε σελίνου.

Scholiastes. κράδην τὴν ἀγρίαν συκῆν. de κράδη, Plura lib. secundo dixi. Latinis caprificus dicitur à carpendo, quod parietes & maceries, atque adeo saxa ipsa sibi obstantia discerpat Martial.

Marmora Messale scindit caprificatus.

Sylvestris ficus à sativa differt, quod succum & lac ad omnia valentius habeat, ut docet Galenus lib. 8. simpl. ὁ δὲ τῆς ἀγρίας συκῆς ἣν ἐρινεὸν ὀνομάζουσιν ὀπός τε καὶ χυλὸς ἰσχυρότερος εἰς ἅπαντα τῆς ἡμέρου. & hæc de sylvestri ficu. Urbanarum ficuum 29. genera recenset Plinius; sed inter illa recenset Ideam, Indicam, Alexandrinam; de quibus libro præcedenti egimus. *E reliquo*, inquit, libr. 15. cap. 18. *genere pomorum ficus amplissima est, quædamque & pyris magnitudine æmula, de Ægyptiæ Cypriæque miraculis retulimus inter externas. Pomorum*, inquit, *amplissimam*, sed, an ad pomorum classem referri debeat, disputari solet, quid pomum, quid nux alibi abunde docuimus. Quæstionis hujus auctor Macrobius libr. 2. saturnal. cap. 16. *Quid? quod ficum tanquam non pomum secerni à pomis apud idoneos reperimus? Afranius in Sella.* pomum, holus, ficum, uvam. *Sed & Cicero Oeconomicon libro tertio.* Neque serit vitem, neque quæ sata est diligenter colit, oleum, ficus, poma, non habet. Hæc Macrobius. Quem miror non adduxisse Columellæ auctoritatē, apud quem in præfatione legere est. *Tot pomorum, oletumque cultus exercere, tot generibus ficorum sicut rosariis impendere curam.* Iurisconsultus. *Qui fundum vendidit pomum recepit, nuces & ficus, & uvas duntaxat duracinas, & purpureas & quæ ejusdem generis essent, quas non vini causa haberemus, quas Græci τρωξίμους appellant, receptas videri.* Ex his locis ficum inter pomorum genera non referendam, probatur. Non attendit Macrobius, pomi vocem propriè & late, impropriè & strictè quandoque sumi. Propriè quidem de omni fructu arboreo, molli cortice tecto. impropriè vero de certa quadam specie, nempe de malo. Sic Virgilius lib. secundo Georgicῶν poma distinguit ab olivis & pyris.

Nec pingues unam in faciem nascuntur olivæ.
Orchites & radii, & amara pausia bacca :
Pomaque, & Alcinoi sylvæ nec surculus idem
Castaneis Syriisque pyris, gravibusque volenis.

Uti his in versibus pomum malum denotat, ita apud Ciceronem, Columellam, Afranium Iurisconsultum pomi vox, pro malo, non quolibet fructu sumitur. Speciale pomi nomen apud auctores citatos, non generale, & hæc in gratiam Plinii. Ficuum plura genera, forma & colore differentia. Nonnulli enim fructus sunt longiores, alii breviores, quidam pyri forma, non pauci sessiles, ac inter hos medii. Colore fici sunt albæ, pallidæ, virides, luteæ, purpureæ, subrufæ, ex cæruleo saturatè purpureæ, nigræ, aliæ denique vario spectantur colore : sunt & albæ quo ad pulpam interiorem. Apud Batavos ficus non reperitur, nisi apud diligentiores, qui raro plus quam unum genus habent, fructum si æstas paulo calidior, fert maturum. Caricarum sive ἰχάδων siccatarum ficuum tria solent adferri genera: primum in sporteis magnisq; corbibus, secundum in cistis, & similibus sportis lauri foliis immixtis; tertium in magnis & turbinatis corbibus, è sparto contextis, Massiliensium cognomento, cæteris quidem magnitudine inferiores, saporis vero generositate superiores. Olim porro servabantur in capsis, arcis, ac cadis, ut refert Plinius libr. 15. cap. 19. *Honos laudatas servat* (aptius legetur, ut rectè monet Pintianus, *mos laudatas servat*) *in capsis Ebuso insula præstantissimas, amplissimasque, mox in Marrucinis. At ubi copia abundat, implentur orcæ* (vetus *arcæ*) *in Asia, cadi autem in Ruspina Africæ urbe, panisque simul & obsonii vicem siccatæ implent.* Nunc quæ de singulis ficorum generibus tradant veteres videamus. Præcoces Græci προδρόμους vocant. Plinius lib. 6. cap. 26. *Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos vocant.* Harum mentionem facit Theophrastus in libris de causis. Athenæus libr. 3. τῶν δὲ προδρόμων καλουμένων σύκων ὁ αὐτὸς Θεόφραστος μνημονεύει ἐν τρίτῃ φυτικῶν αἰτιῶν οὕτως. τῇ συκῇ ὅταν ἀὴρ ἐπιγένηται μαλακὸς ἢ ὑγρὸς, ἢ θερμὸς ἐξεκαλέσατο τὴν βλάστησιν ὅθεν καὶ οἱ πρόδρομοι. *Idem Theophrast. libr. 3. de causis plantarum ad hunc modum scribit : Ficus, humidus aër & clemens cum fuerit, elicitur germinatio, & ea de causa πρόδρομος præcox, præcursor ficus.* In his nota, μνημονικὸν ἁμάρτημα Athænei; Nam quæ citat ex Theophrasto solum leguntur libr. 5. de caus. plantar. cap. 1. Dicebantur etiam πρωτερικαὶ ut apud Athenæum lib. 3. habetur. Σέλευκος δ' ἐν γλώσσαις προτερικὴν φησι καλεῖσθαι, γένος τι συκῆς, ἥτις φέρει πρώιον τὸν καρπόν. *Seleucus in glossis ficus speciem quandam vocari* προτερικὴν, *ait, id est primarium* (malo, *primum maturam.* Primaria eminentiam quandam præ se fert) *quia præcocem fructum pariat ante cæteras.* Ex Eustathio probatur scribendum πρωτερικὴν per ω μέγα, Dictam enim, inquit, πρωτερικὴν ἐκ τοῦ πρωΐ facta syncope & subscripto ι. Alii tamen malunt scribere προτερικὴν per ο μικρὸν; quoniam nimirum, προτερεῖ τῇ πεπάνσει, ut præcoces vites, quæ ante tempus consuetum maturant fructus suos. Series Alphabetæ Hesych. scribendum docet πρωτερικὴν per ω μέγα. Hesych. πρωτερική εἶδος τι συκῆς πρώιμον καὶ παιδίον τι οὕτω καλεῖται, ita hunc locū exscripsit Phavorinus. In Hesychii codice legitur παιδίον τι habetur. Apud Geoponikῶν auctorem mentio fit præcocis ficus quam θηριακὸν vocat, libr. 10. cap. 51. Φλωρεντῖνος ἐν τοῖς γεωργικοῖς αὐτοῦ πρώιμον καὶ θηριακὸν λέγει γίνεσθαι σῦκον τῇ θηριακῇ ἀντιδότῳ τοῦ καρποῦ χριομένου. *Florentinus in Georgicis suis præcocem & Theriacam ficum fieri ait, fructu ex Theriaca antidoto illito.* Differentia videtur inter prodromon, ptotericen & theriacam, quod prodromos dicatur de biferis, (quod non valde alienum est à mente Theophrasti,) proterice, de præcoci quæ natura præcox. Theriaca quæ arte maturitatem cito consequitur. Cur citius hæc quam illa maturescat ficus, docet Theophrastus libr. 5. de caus. cap. 1. Ex præcoquium genere biferæ sunt. Hæ primæ omnium Neapoli maturantur, fructificantque ex annotino germine, prioris scilicet anni surculo, Martio enim prima ficus rudimenta generantur, maturanturque in Iunio cum messe, inde ex novo germine aliæ ficus producuntur, Augusto & Septembri maturescentes cum vindemia, ita ut ex annotino & novello fructificet germine ficus. De biferis hæc Plinius. *Sunt præterea eædem serotinæ & præcoces, biferæ alba & nigra, cum messe vindemiaque maturescentes.* Ex biferarum genere Laconica & leucomphalia idest umbilicalba videtur. Laconicæ meminit Theophr. lib. 2. cap. ult. hist. ἔτι δ' αὐτῶν τῶν δένδρων ἡ φύσις τὰ πρῶτα γὰρ ἀποβάλλει τὰ δ' ὄψια οὐκ ἐκβάλλει καθάπερ ἡ Λακωνικὴ καὶ αἱ ἄλλαι. *Item natura ipsarum arborum refert, præcoces enim amittunt, serotinæ haudquaquam amittunt ut Laconica & aliæ quædam.* Utriusque λευκομφαλίου & λακωνικῆς mentionem facit lib. 5. de caus. cap. primo πάλιν δὲ τὰ προδρόμους αἱ μὲν φέρουσιν οἷον ἥτε λακωνικὴ καὶ λευκόμφαλος, καὶ ἕτεραι πλείους. *Item quædam præcoces gignunt, ceu Laconica & leucomphalia, aliæque multæ, aliæ vero non ferunt.* Vulgo vertunt, *quædam præcoces gignunt ceu Laconica & leucomphaliæ, quæ quam minimæ.* Quæ versio virum summum decepit, qui magno studio Theophrastum & Plinium conciliare conatur, cum inter eos contradictio sit nulla. Plinius lib. 16. cap. 26. *Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos vocant, In Laconico genere maximæ sunt.* Apud Aristophanem de Laconica ficu hi versus habentur, Λακωνικοῦ inquit Athenæus lib. 3. δὲ σύκου μνημονεύει ἐν γεωργοῖς Ἀριστοφάνης τάδε λέγων,

Συκᾶς φυτεύω πάντα πλὴν λακωνικῆς,
Τοῦτο γὰρ τὸ σῦκον ἐχθρόν ἐστι καὶ τυραννικὸν,
Οὐ γὰρ ἦν ἂν μικρὸν εἰ μὴ μισόδημον ἦν σφόδρα.

Μικρὸν δὲ εἶπε διὰ τὸ μὴ μέγα εἶναι τὸ φυτόν. *Laconicæ ficus meminit Aristophanes in Agricolis his verbis.*

Omnes sero ficus, procul Laconica †
Sit, hæc mihi est invisa quod tyrannica,
Non esset illa parva ni plebem oderit. ‡

† Lacedæmoniorum hostilem animum erga Athenienses ostendit Poëta, ac eorum dominatus crudelitatem, & summū popularis abolendæ potestatis studium.

‡ Vel, nisi plebi odiosa foret ea ficus, id est, dominandi ratio.

Ficum scilicet eam pusillam vocat Poëta, quod exigua & humilis planta sit. Laconicam alioquin Athenæus fructuosam inquit & utilem. ἔχει γάρ τι χρήσιμον ἕκαστον τὸ γένος, ἐπὶ δὲ τὸ πλεῖστον αἱ χελιδόνιαι, καὶ φορμύνιοι, καὶ δίφοροι καὶ Μεγαρικαὶ, καὶ Λακωνικαὶ συμφέρουσιν ἐὰν ἔχουσιν ὕδωρ, *Horum enim generum cuique sua est utilitas, maximè vero coluris & phormyniis. Fructuosæ sunt & imprimis utiles, biferæ, Laconicæ Megaricæ, si rigentur.* De leucomphalia plura quæ dicam non occurrunt, nisi forte sit λευκόφαια cujus lib. 3. meminit Athenæus, pro qua voce Casaubon λευκόφαια, *albo pulla*, scribendum existimat, ita ut ficus hæc esset colore pullo ad album accedens. Plinius inter præcoces numerat Tiburtinam, de qua nihil quod dicam habeo. De porphyritide hæc scribit. *Primo autem provenit porphyritis longissimo pediculo.* Hanc Italus *fico molengano* vocat. Est enim ex præcocibus colore inter nigrum & ruffum, vel instar lapidis porphyritidis purpurascente. Sequitur apud Plinium. *Comitatur eam è minimis & vilissimis popularis dicta.* Hanc Baptista Porta Neapolitanus ab Italis, ficum *migliarolam* vocari tradit, nomenque illud accepisse, quod grano sit miliaceo intus frequenti; hæc dum manditur, sub dentibus crepitat, corpore est exiguo, sapore vili. hujus corium adhæret palato, & manibus, adeo firmiter, ut vix avelli queat; nihil boni habet, nisi quod præceps sit. Et hæc sunt ficus genera, quæ præcocia à veteribus dicta. Sequuntur chelidoniæ, de his primum ago, quod earum caricæ ad nos adferri solent. Harum mentio fit apud Athenæum libr. 3. χελιδονίων δὲ σύκων μνημονεύει Ἐπιγένης ἐν βραγχίᾳ εἶτ' ἔρχεται χελιδονίων μετ' ὀλίγον σκληρῶν ἀθρὸος πινακίσκος. *Chelidoniarm ficuum meminit Epigenes in Branchia* (raucedinoso) *deinde paulo post advenit chelidoniis, ficubus onusta confertim quadra.* Chelidoniæ sive hirundinariæ dicuntur, propter aliquā coloris similitudinem. Sunt enim ut Athenæus libr. 14. scribit, ἐρυθρομέλανες. χελιδονίας καλεῖσθαι τὰς ἐρυθρομελαίνας ἰσχάδας. Chelidonias autem vocari è nigro rubescentes Columella in Hortulo.

Purpureæque chelidoniæ, pinguesque mariscæ.

Harum etiam apud Dioscoridem lib. 5. cap. 41. fit mentio, ubi nigras esse ait. ἰσχάδες δὲ λαμβάνονται αἱ χελιδόνιοι καλούμεναι, ἢ φοινικαῖ· μέλαιναι δὲ εἰσι, &c. *Sumuntur in hunc usum caricæ nigræ, quæ chelidoniæ puniceæ seu purpureæ appellantur.* Hoc genus fici quia optime servari & exsiccari potest, solet ἰσχάδος nomine nuncupari. Hesychius χελιδόνιας. εἶδος ἰσχάδων. Scribendum. χελιδόνιος. Pollux lib. 6. cap. 11. ἰσχάδες χελιδόνιοι οἱ Ἀττικαὶ, αἱ δὲ χελιδόνιες καλοῦνται. Nostrates **blauwe vijghen** vocant. Hoc genus in campestribus & planis seri jubet Athenæus. ἐν μὲν τῷ πεδίῳ φυτεύειν χρὴ χελιδονίαν. Plinius loco citato hyberno tempore maturari ait. Contra novissima sub hyeme maturatur chelidonia. Hæc Italis fico asprina vocatur Aspera enim corio & sapore est, & asperrima contra hyemis sævitiam. Hyeme maturescit, multo tempore post foliorum casum. Duplex genus habetur, alterum è cæruleo, cum nonnulla rubedine nigrum, alterum vero album. Doctiores dubitant, utrum malè apud Macrobium Harundinaria,

rundinaria, pro hirundinaria scriptum sit, quòd hirundinariæ sive chelidoniæ non ibi fiat mentio; sed non fit verisimile tam nobile fici genus nõ describi à Macrobio. Italus autem harundineam ficũ aliud genus putat, de quo mox. Quæ Callistruthia vocatur, & callistruthis, ut apud Columellam in Hortulo, Latinis passaria dicitur. Nam στρουθὸς passer. Spartianus in Albino: quingentas ficus passarias, quas Græci callistruthias vocant, jejunum comedisse dicit. De hoc ficus genere hæc Athenæus. τῶν δὲ ἐν τῇ καλῇ Ῥώμῃ καλλιστρουθίων καλουμένων σύκων, εἰ ὁ Λυγκεὺς ἐγεύσατο ὥσπερ ἐγὼ, ὀξυωπέστερος ἂν ἐγεγόνει παρὰ πολὺ τοῦ ὁμωνύμου. τοσαύτην ὑπεροχὴν ἔχει ταῦτα τὰ σῦκα πάντων τῶν ἐν τῇ πάσῃ οἰκουμένῃ γινομένων. *At quas in pulchra Roma callistruthias nominant, si quemadmodum ego, Lynceus gustasset, bestia ejusdem nominis longe fuisset perspicatior, in hujus contentionis judicio, adeo ficus illæ antecellunt omnes, quæ in universo orbe terrarum generantur.* Quare mirum videri non debet, quod Spartianus referat, Clodium quingentes ficus passarinas jejunum comedisse. Ex hisce constare satis arbitror, Plinii codicem esse corruptum. Vulgata lectio habet, *& callistruthiæ parum sapore præstantiores, ficorum omnium frigidißimæ.* Lege cum doctiss. Dalecampio, *callistruthiæ haud parum sapore præstantiores.* Lydiis scilicet & calchidicis, semine, ut ait Columella, sunt roseo.

Et callistruthis roseo quæ semine ridet.

Italis *Digitelle* dicitur, præstantissimo inter cæteras sapore, roseo semine ridentes hiant, oblongo pediculo, unde nomen *digitelle*. Chias ficus maximopere laudatas fuisse scribit Athenæus, ἐπαινεῖται δὲ καὶ ἄλλα σύκων γένη κατὰ τὴν Ῥώμην γινομένων, τά τε καλούμενα Χῖα, καὶ τὰ Λιβιανά, ἔτι δὲ καὶ χαλκιδικὰ ὀνομαζόμενα, καὶ τὰ Ἀφρικανά, ὡς καὶ Ἡρόδοτος ὁ Λύκιος μαρτυρεῖ ἐν τῷ περὶ σύκων συγγράμματι. *In pretio sunt & alia ficuum genera Romæ nascentium, nempè Chiæ, Livianæ, eæ quas Chalcidicas vocant, & Africanæ, ut testatur Herodotus Lycius in opere de ficubus.* Marcus tamen Varro inter transmarina ficuum genera, quæ in Italiam perlata, has numerat lib. 1. de rust. cap. 41. *Sic genera ficorum Chiæ ac Chacildicæ & Lydiæ, & Africanæ, item cætera transmarina in Italiam perlata.* Ergo non in Romano agro sponte nascebantur, nec Romanum solum natale harum ficuum; sed Romam delatæ fuere, & ibi ob præstantiam diligenter cultæ. Certè Plinius Chiam & Chalcidicam ex aliis gentibus ad Romanos transiisse auctor. *Ad nos ex aliis transiere gentibus, Chalcide, Chio, &c.* Ficus Chia Setino in agro colebatur; palatum grato quodam sapore pungit, vini veteris salisque saporem præferens. Martial.

Chia seni similis Baccho, quam Setia misit.
Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.

Idem alibi.

Nam mihi quæ novit pungere Chia sapit.

Quæ de Chalcidica veteres tradunt, jam retulimus, nec de ea plus est quod dicã, nisi quod apud Macrobium non *Chalcidica*, sed *Calcida* legatur, dicatque Chiam & Calcidam albam nigramq; reperiri. *Calcida alba nigra, Chia alba nigra.* sed non dubium quin Macrobii codex corruptus sit, Scribo *Chalcidia alba nigra, &c.* vel *Chalcitis alba nigra*, ex Columella. Lybianam ficum, Athenæus inter eas quæ Romæ nascuntur laudat. Doctiss. vir dubitat, utrum Λιβία an Λιυία scribendum sit; utramque inquit laudat Plinius. *Sunt & auctorum nomina iis Liviæ, Pompeiæ; siccandis hæc sole in annuos usus aptißima, cum mariscis; & quas arundinum folii macula variat.* Hæc corruptissima. Apud Macrobium Pompeiana & Liviana legitur, quomodo etiam apud Columellam habetur lib. 5. cap. 9. *Serendæ autem sunt præcipuè Livianæ, Africanæ, &c.* Corrigendus ergo Plinii codex ex Athenæo, non Athenæi ex Plinio. Scribe, *Sunt & auctorum nomina iis Livianæ, Pompeianæ. Siccandæ hæ sole, in annuos usus aptissimæ, cum mariscis, &c.* Sed potest etiam Plinii vulgata lectio *Liviæ*, servari; Nam apud Columellam in hortulo reperio,

At gravis arcturi sub sydere parturit arbos
Liviæ, Chalcitis, & Caunis æmula Chiis.

De Lybica, quam video viros doctos confundere cum Liviana, hæc tradit Plinius, *Nam de Africanis, quas multi præferunt cunctis, magna quæstio est. Cum id genus in Africam nuper transierit, patriæ nomen obtinent.* Meliori sensu in Salmanticensi codice, ut Pintianus monet, legitur, *patriæ nomen obtinens.* Quæstio hic moveri debet, utrum Africana & Libyca eadem ficus? Hæc res prima fronte nullam videtur habere difficultatem. Geographorum enim unanimi consensu constat Libyam & Africam eandem terræ partem. Columella tamen lib. 5. cap. 9. diversam facit Libycam & Africanam ficum. *Serendæ sunt autem præcipuè Livianæ, Africanæ, Chalcidicæ, Salcæ, Lydiæ, callistruthiæ, topiæ, Rhodiæ, Libycæ, hybernæ, omnes etiam bifera & trifera flosculi.* Sic in omnibus, quos vidi, codicibus, habetur. An dicemus, alteram vocem esse glossatoris, ac è margine in textum irrepsisse? An vero dicemus, Africanæ ficus genera plura habuisse veteres. Certè à Porta Neapolitanus ficũ Libycã & Africanã, distinguit ac quidem inter præcoces hæc de Africana tradit. *Tot generum*, inquit, *præstantißimum est, quod vulgo* fico gentile *dicimus, quasi nobilitate cætera antecedat, tamque vilia, rusticaque cum eo minime conferenda, principemque locum omnium sibi vendicat; albedine est decora, sapore insigni, pinguedine, suavitate, jucunditate, ac dulcedine. cum hiascit candidißima demonstrat viscera, videturque ex hoc fructu nostra Campania felix. Siculi ficazzane vocant, vel Africanas, & adhuc pristinum Africanæ nomen retinent, ac animus inclinat has esse dicere Africanas ficus Carthaginis excidio celebratas, &c.* Libycam autem pagina sequenti inter serotinas numerat; ac ait, *Libyanam Athenæus è Romæ nascentibus laudatissimam dicit.* Idem ait, *Columella & Libycam vocat, in hortulo etiam. Scissa Libyssa simul:* Hæc à Porta. Nobis valde probabile, alterutram vocem spuriam, & glossatoris esse, ac ex margine in textum irrepsisse. Malè idem à Porta Libianam Athenæi Libycam Columellæ existimat. Λιβιανὰ non alia ficus quam Livia, vel Liviana; nec apud Athenæum per υ in secunda scribitur syllaba, sed β. Indagandum, cur scissam Libyssam dixerit Columella. An quia finditur & scinditur in arbore? Hoc de Africana videtur tradere Neapolitanus, cùm ait, cum hiascit candidißima demonstrat viscera. An vero scissam ait Libyssam, quod arundine & digitis in duas scindebatur partes, ac ita exsiccabatur. Veteres enim, ut docet Columella, hoc modo findebant, ac siccabant ficus. Columella libr. 12. cap. 15. *Alii pinguißimam quanque viridem ficorum eligunt, & arundine, vel digitis divisam dilatant, atque ita in sole arescere patiuntur, quas deinde bene siccatas meridianis temporibus, cum calore solis bene emollitæ sunt, colligunt, &, ut est mos Afris atque Hispanis, inter se compositas comprimunt, in figuram stellarum, flosculorumque, vel in formam panis redigentes: tum rursus in sole aßiccant, & ita in vasis recondunt.* Ad hunc modum fortassis respexit Columella, cum scissam inquit Libyssam. Movet Aristoteles quæstionẽ sect. 22. probl. 7. cur caricæ bipartitæ, non autem undique fissæ, ac omnino infissæ dulcissimæ. διὰ τί τῶν ἰσχάδων γλυκύτεραι αἱ δίχα ἐσχισμέναι, οὔτε δὲ αἱ πολυσχιδεῖς, οὔτε αἱ ἀσχιδεῖς. ἢ διότι ἐκ μὲν τῶν πολυσχιδῶν διαπέπνευκε καὶ ἐξίκμακε μετὰ τοῦ ὑγροῦ τὸ πλεῖστον τοῦ γλυκέος; ἐν δὲ ταῖς μεμυκυίαις, πολὺ τὸ ὑδατῶδές ἐστι, διὰ τὸ μὴ ἐξικμάσαι. αἱ δὲ ἐσχισμέναι μὲν, μὴ εἰς πολλὰ δὲ, ἀμφοτέρων τούτων ἐκτὸς εἰσὶ τῶν παθημάτων. An quod ex multifidis expiravit, evaporavitque cum humore pars dulcedinis plurima; in iis autem quæ infissæ coierint humoris diluti copia est, quod nihil ferè inde extractum fuerit? At quæ fissæ quidem, sed tamen fissura multiplici sunt, immunes utroque isto sunt incommodo. Quæritur, utrum scissa ficus ab Horatio duplex vocetur lib. 2. sat. 2?

At nux ornabat mensas, cum duplice ficu.

Vegetius libr. artis veterinariæ primo. *Addisne novem duplices ficus.* Idem alio loco. *ficus duplices viginti, rutæ fasciculum.* Meminit & duplicis ficus Plinius lib. 20. cap. 6. *Diocles hydropicis cum centaureo aut fico duplici ait evacuandam alvum.* Multorum sententia est, duplicem esse ficum, quam mariscam vocant, & hanc quidem esse Horatianorum verborum mentem, secundam mensam bellariis vilioribus fuisse explicatam; Cum eo loco potius agere videatur Poëta de bellariis fructibusq; ruris præstantioribus. Sic enim ait,

Ac mihi cum longum post tempus venerat hospes,
Sive operum vacuo gratas conviva per imbrem
Vicinus; bene erat, non piscibus urbe petitis,
Sed pullo atque hœdo; tum pensilis uva secundas,
Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu,
Post hoc ludus erat culpa potare magistra.

Marisca, ut suo loco dicam, vilis; contra duplex præstans. Horatii sentẽtia est, ruri non reperiri lautiores illos ac pretiosos cibos, attamen fructus urbanis illis deliciis non cedere. Cibus qui prima mensa apponebatur, non erat tam splendidus, delicatus, magnificus, ac in urbibus

regumque palatiis haberi solet, sed secunda mensa, quæ ex horariis constabat fructibus, regiæ, urbanæque mensæ non erat inferior; quanquam minus pretiosa foret, id est, non haberet bellaria multis ac pretiosis aromatis aliisque rebus præparata. Marisca ficus dicitur, quæ major est & mascula. Sic Scortiscum nominamus scortum majus, meretricem magnam; sic Mariscum, virum vocamus majorem. Hinc mariscus juncus pro majore, idem qui & musculus, Syriscus, Paniscus, Pan & Syrus major. Græcis βοόσυκ@ dicitur. Hesychius βοόσυκα τὰ μεγάλα σῦκα. Has ficus Senecio libenter comedebat, ideoque etiam grandis nomen accepit. Fici hoc genus Macrobius Asininũ vocare videtur, vel, ut in aliis codicibus, *asinastrum*. Asinina poma appellamus, quæ majora & vilia. De marisca ficu hæc tradunt veteres. Plinius loco citato; *Ficos mariscas in loco cretoso aut aperto serito, in loco autem crassiore aut stercorato Africanas & Herculanas, Saguntinas, Hybernas, Tellanas, atras pediculo longo*. Hæc Cato cap. 8. diverso refert ordine. *Ficus*, inquit, *mariscas in loco cretoso aut aperto serito: Africanas & Herculanas, Saguntinas, Hybernas, telanas, atras pediculo longo, eas in loco crasso aut stercorato serito*. Plin. lib. 16. cap. 27. *Est vero & in ipsis arboribus etiam onustis peculiaris differentia. Summa sui parte fertilior est arbutus, quercus inferiore, juglandes, fici, mariscæ. Omnes quo magis senescunt, hoc maturius ferunt, & in apricis locis, nec pingui terra.* Habet hæc Plinius, partim ex Theophrasti libr. 1. cap. 23. partim ex Varrone. Apud quem libr. 1. de re rust. cap. 6. reperitur. *Quædam in montanis prolixiora nascuntur ac firmiora propter frigus, ut abietes ac sappini. Hic, quod tepidiora, populi ac salices: sursum fertiliora, ut arbutus ac quercus, deorsum: ut nuces Græcæ ac mariscæ fici.* Nux Græca, ut suo loco monstravimus, non alia arbor quam amygdalus. Plinius tamen juglandem deorsum fertiliorẽ ait; quod falsum est. Delendum etiam comma apud Plinium ac legendum, *juglandes fici marisca*. Nam ficus fructificat in ramis superioribus, id est, summa sui parte fertilior est. Mariscas excipit Varro. Apta hæc ad siccandum, ut idem Plin. lib. 15. cap. 18. scribit. Locus iste ut legi debeat, jam dixi, alia tamen Itali sententia. Mariscas pingues scribit Columella.

Purpureæque Chelidonia, pinguesque mariscæ.

Quæ nimia etiam pinguedine rumpuntur, ac dum maturescunt, semina ostendunt, saporeque sunt insipido.

Martialis.

Infanti melimela dato, fatuasque mariscas.

Idem.

Non boletis hiare, non mariscæ ridere.

De mariscis hæc Italus. *Nos hanc Neapoli fico pallaria dicimus, vel si mavis, fico lardare. Sapore insipido, magnitudine stolida, ac multa pinguedine, ut laridi nomen sibi vendicarit: soles passa ad servandum aptior, quam viridis ad escam.* Græcis βοόσυκ@ Festo & Macrobio auctoribus. Nam Græci amplis rebus βου syllabam præponunt. Subdit Plinius, *& quas arundinum foliis macula variat*. Ego potius legerem sine conjunctione, *&*, sed mariscis ficubus subjungerem, *quas arundinum foliis macula variat*. Nam hujusmodi ficorum fructus colore sunt similes arundinum foliis; vel, si mavis separatam esse ficum, apud nos est fico stella vulgo dicta, à pediculo ad umbilicum striis, veluti teniolis, depicta, ut stella videatur. striæ albæ sunt, corporis color arundinum folii. Apud nos ob picturæ præstantiam potius, quam ob saporem seritur. Macrobius hanc vel illam arundineam vocat. Cauneas ficus Parmeno Byzantinus laudat. Athenæus libr. 3. Παρμένων ὁ Βυζάντιος ἐν τοῖς ἰάμβοις τὰ ἀπὸ Καύνου τῆς Αἰολικῆς πόλεως σῦκα ἐπαινῶν φησιν.

Ἤλθεν μακρὴν θάλασσαν σῦκ' ἄγων σῦκα
Καύνεα φόρτον.

Ὅτι δὲ καὶ τὰ ἀπὸ Καύνου τῆς Καρίας ἐπαινεῖται, κοινόν. *Parmeno Byzantinus in Iambis, è Cauno, quod oppidum Æolicum est, laudans, ut excellentes, ait:*

Per longa maris spatia ego accessi, nec tamen ficuum Caunearum fascem (φόρτον bajuli onus. fici olim, ut dixi, ferabantur in capsis, orcis cadis, uti nunc in sportis junceis) *advexi.*

Cauneas è Caria ficus celebrari per vulgatum est. Cauneam etiam in Hortulo laudat Columella; *& Caunis æmula Chiis.* De hac Plin. lib. 15. cap. 19. Integrum locum adscribam; est enim corruptissimus. *At ubi copia abundat, implentur orcæ in Asia, cadi autem in Ruspina Africæ urbe, panisque simul & obsonii vicem siccatæ implent: utpote cum Cato cibaria ruris operariis justa ceu lege sanciens, minui jubeat persici maturitatem. Cum recenti fico salitis vice casei vesci, nuper excogitatum est. Ex hoc genere sunt, ut diximus, cottanna, & caricæ, quæque conscendenti navim adversus Parthos omen fecere M. Crasso, venales prædicantis voce Cauneæ; Omnia hæc in Albense rus è Syria intulit L. Vitellius, qui postea censor fuit, cum legatus in ea provincia esset, novissimis Tiberii Cæsaris temporibus.* Non unum in his verbis mendum. *Minui*, inquit, *jubeat persici maturitatem.* In antiquo codice *persici*, lege, *per fici maturitatem.* Sequitur, *cum recenti fico salitis vice casei vesci, nuper excogitatum est.* In antiquo legitur, *jubet perfici maturitatem: cum & obsonii vicem habeant recentes ficus. salis siccatis, & casei loco vesci nuper excogitatum est.* In aliis legitur, *sale siccatis & casei loco, &c.* Alii habent *maturitatem, cum obsonii vice recenti ficu* (aliis *vice casei*) *vesci nuper excogitatum.* In Toletano codice, ut monet Pintianus, legitur. *Cum recenti fico, salis vice caseo vesci, nuper excogitatum est.* Quam lectionem probat Salmasius. Caseo vesci cum recenti fico salis vice dicit excogitatum, ut scilicet ficus recens vice salis esset, cum caseo comesa. Sanè aliquid salsi habere ficum, & salsum succum facere, tradunt veteres medici apud Athenæum. Χυμὸν δὲ ἁλυκὸν ἀναδιδόναι, διότι τὸ μὲν τεθεῖσθαι ἀποδείξειν τὰ σῦκα ἴσχοντα, ἁλυκότητα δὲ ποιεῖν ὁ δεικνὺς ἐκ τῶν ἰατρικῶν. *Salsum quidem succum à ficis procreari, & in corpus induci nos indicavimus, quoniam, ut demonstratum est, nitrosæ sunt.* Verum salsior ille vel acer evadit, ob ea quæ interveniunt. Majorem difficultatem sequentia verba habere videntur; *Ex hoc genere sunt ut diximus cottana & caricæ, quæque conscendenti navim adversus Parthos omen fecere M. Crasso, venales prædicantis voce Cauneæ.* Caricas facit certum ficorum genus, ut Cottana cum carica non sit fici genus, sed siccata ficus. Apud Ciceronem libr. 2. de divinatione, ubi idem de M. Crasso refert, *Caunea carica* legitur, quod carica generale nomen sit, de omnibus ficis siccatis. Verba Ciceronis sunt; *Cum Marcus Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, Cauneas clamitabat.* Caricæ Cauneæ sunt Καύνιαι ἰσχάδες. Malè ergo Cauneas à Caricis distinguit Plinius. Corruptus codex, quod viros maximos nondum animadvertisse miror. Scribe, *Ex hoc genere sunt, ut diximus Cottona, & Cariæ, quæ conscendenti navim adversus Parthos omen fecere Marco Crasso, venales prædicantis voce Caunea.* Athenæus, ὅτι δὲ καὶ τὰ ἀπὸ Καύνου τῆς Καρίας ἐπαινεῖται, κοινόν. Cauneas è Caria ficus celebrari, pervulgatum est. Ficus ergo hæ à regione Cariæ, & ab urbe Cauneæ nuncupabantur. Caunum cariæ oppidum maritimum, è regione Rhodi, non procul ab ostiis Calbis fluvii, æstate & autumno ad habitandum grave, ob calorem & pomorum copiam, docet lib. 14. Strabo. Hæc faciunt ut hæream, utrum Cicero scripserit, *Carias Cauno advectas vendens*; an vero, ut editum est, *caricas Cauno advectas*. Idem mendum in aliis Plinii locis reperitur, uti lib. 15. cap. 28. ubi de succorum differentiis agit. *Quædam in Ægypto placent, cute, ut caria.* (scribæ Cariæ) *Detrahitur hac ficis virentibus ut putamen, eadem in siccis maxime placet.* Ut dactyli carne placent, crusta Thebaicæ, succo uvæ & caryotæ; ita cute Carias (non caricas, ut editi codices habent) in Ægypto placere ait: hanc autem solere detrahi ficis virentibus, in siccis maximè gratam haberi. Non separat ficus siccas à caricis. Nec n. fuit tam stupidus ac in Latina lingua rudis, ut ignoraret, quod Græci ἰσχάδα vocant, id Romanis caricam denotare. Sed, ut dixi, codex corruptus. Idem mendum reperitur lib. 13. cap. 5. *Syria præter hanc peculiares habet arbores: in nucum genere pistacia nota: in ficorum autem Carias* (non caricas, ut in editis est) *& minoris generis quæ Cottana vocant; Item pruna in Damasco monte nata.* Sed quid illa verba; *Omen fecere Marco Crasso, venales prædicantis voce Cauneæ?* Hoc vult Plinius; puerum vel bajulum quendam, cum Marcus Crassus navim conscenderet, inclamasse, quis vult emere Cauneas ficus; hac verò voce monuisse Crassum, caveret ne iret adversus Parthos, negotium enim infeliciter successurum. *Cauneas* enim idem, ac si dixisset, *cave ne eas.* Romani enim olim, ut aruncare, pro verruncare, dortium pro divortium dixerunt, sic & Cauneas, pro cave ne eas. Cauneæ hæ in ebuso insulæ optimæ nascebantur, & perfectæ, maturæ, ut Statius refert.

Quidquid nobile Ponticis nucetis
Fœcundis cadit, aut jugis Idumes,
Quod ramis pia germinat Damascus,
Et quas percoquit Ebosea Cannas.

Ita hos versus legit doctiss. Salmasius. Ebuso Insula, quæ, ut idem Salmas. scribit, aliis Ebusus. Præstantissimæ & amplissimæ Romam adportabantur. Plin. lib. 15. cap. 19. *Siccas bonos laudatas* (supra dixi scribendum, *mos laudatas*) *servat in capsis, Ebuso insula præstantissimas, amplissimasque mox, in Marmurcinis.* Est & aliud genus ficus cui albiceratæ nomen, quod, ut Columella canit, ex albo cerino fit colore.

Albaque quæ servat flavæ cognomina ceræ.

Ab Italis *fico ottana* vocatur: maturescens colore albo flavescenti insignitur, ut, si eam perspexeris, ceream dicas. Hæc ficus, id habet proprium, quod præ cæteris prodromos ostendat hyeme, qui cum biferis Iunio maturantur, ut bifera dici possit. Albula Macrobii quod albescenti colore prædita sit, nomen accepit; ab Athenæo λευκερινεὸν dicitur. Falluntur qui erinei speciem existimant, fructus quippe fert maturos, qui siccari possunt. λευκερινεὸς δέ τι εἶδός ἐστι συκῆς, ἢ ἴσως αὐτή ἐστιν ἡ τὰ λευκὰ σῦκα φέρουσα, μνημονεύει δ' αὐτῆς Ἕρμιππος ἐν ἰάμβοις οὕτως.

Τὰς λευκερινεὼς δὲ χωρὶς ἰσχάδας.

Leucerineos ficus species est, illa fortaßis cujus albus est fructus, hujus sic meminit Hermippus in Iambis.

Seorsim vero è leucerineo caricas.

Baptista Porta pristino adhuc nomine potiri scribit, & *bianchettam* vel *biancholettam* vocari, ait & ex albo pallescere, mitescereque Augusto tradit. De oporobasilica, sycobasilica, ac regia hæc Athenæus. ὀπωροβασιλίδας πανταχοῦ, *quovis loco oporobasilicæ nascuntur.* Φιλήμων δὲ ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι καλεῖσθαί φησί τινα σῦκα βασίλεια, ἀφ' ὧν καλεῖσθαι καὶ τὰς βασιλίδας ἰσχάδας, προσιστορῶν ὅτι κόλυτρα καλεῖται τὰ πέπονα σῦκα. *Philemon in Atticis vocabulis quasdam ficus regias vocari tradit, & ab illis regias caricas nominatas fuisse. Huic idem narrationi addidit maturas ficus vocari colytra.* Hesychius, βασίλεια γένος ἰσχάδων. Inter ficorum genera numerat συκοβασίλεια; verum cum nullas addat notas, utrum idem genus an diversum, quis affirmabit? Dalecampius à Monpessulanis regias vocari scribit ficus. Neapolitanus *fico Imperiale* dictas refert, aitque extima superficie esse albas, Augusto maturescere, sapore, specie, & magnitudine singulari, adeo ut rectè regiæ nomen acceperint. Athenæus Hermippum κορώνεια σῦκα, id est, conturnicinas ficus commendare scribit; κορακίων δὲ σύκων εἶδος Ἕρμιππος ἐν στρατιώταις παραδίδωσι διὰ τούτων.

Ἢ τῶν φιβαλέων, μάλιστ' ἄν, ἢ τῶν κορακέων.

Hermippus in militibus coraceas ficus, earum quandam speciem vocat, his verbis, phibalearum potißimum, aut coturnicum. Hæc corvina etiam dicitur, quod coturnicis corvique instar nigra sit. Suidas, κορώνεως ὡς φιάλεως (lege φιβάλεως) ἔστι δὲ εἶδος συκῆς. ταύτην δὲ καὶ κοράκιον λέγουσιν, ὁ γὰρ καρπὸς αὐτῆς κόρακι ἔοικε κατὰ τὸ χρῶμα. *Coroneos, id est, corvina, sive phibaleos species ficus, hanc & coracium, id est, coturnicum, quòd fructus ejus coturnicis est colore nigro.* Hesychius, κορωναῖος (ita scribendum, non tantum Phavorini docet auctoritas, sed ipsa series alphabetæ in editis Ald. & Bas. κορωνιαῖος) ἀμπέλου καὶ συκῆς εἶδος. Antiquum etiam hodie nomen obtinet, Italis ab insigni nigredine *fico corbo* dicitur, mense Augusto maturescit. Hujus ischas sive carica à barbaris χύτρα tanquam olla dicitur, quod nigra instar ollæ sit; à fuligine enim & fumo olla nigra. Athen. lib. 14.

Οὐκ ἰσχάδας οἴσεις τῶν μελαινῶν; μανθάνεις
Ἐν τοῖς Μαριανδυνοῖς ἐκείνοις βαρβάροις
Χύτρας καλοῦσι τὰς μελαίνας ἰσχάδας.

Nigras caricas nonne mihi affers? intellextin'?
Apud Maryandunos illos Barbaros
Χύτρας vocantur nigræ caricæ.

A Macrobio & à Poëta pulla ficus dicitur.

Suamque pulla ficus ornat arborem.

Phibalea ficus, inter præstantes recensetur ab Athenæo, æstate vero hanc vescendam ait. τῶν δὲ καλουμένων φιβαλέων σύκων πολλοὶ μὲν μέμνηνται τῶν κωμῳδοποιῶν· ἀτὰρ καὶ Φερεκράτης ἐν κραπατάλλοις.

Ὦ δαιμόνιε, πύρεττε μηδὲν φροντίσας,
Καὶ τῶν φιβαλέων τρῶγε σύκων τοῦ θέρους,
Καμπιμπλάμενος καθεῦδε τὰς μεσημβρίας,
Κᾆτα σφακέλιζε, καὶ πέπρησο καὶ βόα,

Τηλεκλείδης δ' ἐν Ἀμφικτύοσιν, ὡς καλοὶ οἱ φιβάλεῳ. καὶ τὰς μυρρίνας δὲ φιβαλέας λέγουσιν, ὡς Ἀντιφάνης ἐν Κρησί.

πρώτιστα δὲ
Τῶν μυρρινῶν ἐπὶ τὴν τράπεζαν βούλομαι, ἃς
Διαμασῶμ' ὅταν τι βουλεύειν δέῃ·
Τας δὴ φιβάλεως πάνυ καλὰς στεφανωτρίδας.

Phibalearum ficuum meminere Comici multi, quin & Pherecrates in cratapallis (κραπατάλλοι, ut scribit Dalecampius, pisciculi sunt minuti, Pollux libr. 9. nummi genus quoddam ait, Hesychius pisciculos sic vocari quosdam tradit: de voce hac non laboro, nihil facit ad presens institutum.)

Febricita ô miser; nulla de re sollicitus,
Et nunc per æstatem phibaleas ficus comede,
Illisque satur meridiator,
Deinde sphacelum exspectato, ardeto, vociferator.

Teleclides in Amphyctionibus, quam pulchræ ficus phibaleæ. *myrrhinas etiam Phibaleas dicunt, ut Antiphanes in Cretensibus,*

Omnium vero primum
Adesse mensæ volo myrrhinas, quas
Si quid erit consultandum ego mandam,
Et illas quidam phibaleas, speciosas, coronarias.

Meminit & harum ficuum Hippocrates. Galenus in lex. φιβάλεος εἶδος συκῆς. Hesych. φιβάλεα εἶδος σύκων, καὶ ἡ συκῆ ὁμωνύμως· τινὲς δὲ ἰσχάδας. *Phibalea ficuum species, ipsaque ficus arbor, nonnulli caricas exponunt.* Nempe ita Aristoph. commentator, καὶ φίβαλις, γένος δὲ συκῆς, ἐπιτήδειον εἰς ξηροτέραν ἰσχάδων. Phibalis & Atticæ regionis oppidum. Athenæus ficum hanc, ut supra notavimus, in planis & campestribus seri vult. De Alexandria ficu hæc Plinius. *Nam & Alexandrina è nigris est, candicante rima, cognomine delicata.* Ab Italo *albibera* vocatur, quod nigro corio sit, & cum hiet, albet, saporis nimium delicati, apud plerosque præstantissima, ut idem tradit, habetur. Fortassis eadem est, quam Cato & Macrobius atram scribunt, pediculo longo. Hæc crasso & stercorato solo seri expetit. Nigra ea & oblongo pediculo est, & præ cæteris humidis crassisque locis seri avet. Lydia à Varrone inter transmarina numeratur; laudatur à Columella in hortulo.

Et picto quoque Lydia tergo.

Plinius purpureas, inquit his similes, si non eædem. In Pharo insula, ut apud Athenæum habetur, nascuntur, & ab Incolis αἱμώνια σῦκα dicuntur. τῶν δὲ ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ (διάφορα γὰρ κἀνταῦθα γίνεται σῦκα, τὰ καλούμενα παρὰ τοῖς Παρίοις Αἱμώνια, ταὐτὰ ὄντα τοῖς Λυδίοις καλουμένοις, ἃ διὰ τὸ ἐρυθρῶδες, καὶ τῆς προσηγορίας ταύτης ἔτυχε) Ἀρχίλοχος μνημονεύει λέγων.

Ἔα Πάρον καὶ σῦκα κεῖνα καὶ θαλάσσιον
Βίον.

Τὰ δὲ σῦκα ταῦτα τοσαύτην ἔχει τὴν παραλλαγὴν, πρὸς τὰ πανταχοῦ γινόμενα, ὡς τὸ τοῦ ἀγρίου συὸς κρέας πρὸς τὰ ἄλλα, τὰ μὴ τῶν ἀγρίων χοίρων κρέα. *In insula Pharo eximiæ gignuntur ficus, hæmonias incolæ nominant, congeneres Lydiis, quas ob rubrum colorem* (Lydias Plinius purpureas inquit; sed datur purpurea, quæ rubra dici solet, quod ad rubedinem vergat) *eodem quoque nomine vocant. Earum sic meminit Archilochus.*

Pharon missam facito, & ficus illas, & marinam
Vitam, id est, aßiduas navigationes.

Hæ certè ficus tantum à Vulgaribus discrepant, quantum apri caro ab altili porci & villatici carne. Hæc à Neapolitanis vocatur *fico pente*: nigra est, vel, si mavis, sanguineo colore infecta, maturescentib. finditur putamen, adeo ut affabrè picta videatur. Hinc Columella, *Picta quoq; Lydia tergo.*

tergo. Phrygiam quandam ficum fuisse refert Athenæus, Ἄλεξις δ᾽ ἐν Ὀλύνθῳ, Φρυγίων σύκων μνημονεύων φησί. τὸ τε θεοφαγὲς μητρῷον ἐμοὶ μελέδημ᾽ ἰσχάς, Φρυγίας εὕρημα συκῆς. *Alexis in Olyntho cum Phrygiæ ficus mentionem facit, ait, divinus cibus, à matre datæ mihi deliciæ, carica, ficus Phrygiæ munus.* Habuerunt etiam veteres toxaliam ficum. Τοξαλίων (inquit Athenæus) δὲ σύκων οὕτως καλουμένων μνημονεύει Ἡρακλέων ὁ Ἐφέσιος, καὶ Νίκανδρος ὁ Θυατειρηνὸς, παρατιθέμενοι Ἀπολλοδώρου τοῦ Καρυστίου ἐκ δράματος προσποιζομένης ἱματιοπώλιδος τάδε,

Πλὴν τὸ οἰνάριον πάνυ
Ἦν ὀξὺ καὶ πονηρὸν, ὡς ἐσχυνόμην.
Τὰ λοιπὰ μὲν γὰρ τοξαλίους χωρία
Συκᾶς φέρει. τοὐμὸν δὲ καὶ τὰς ἀμπέλους.

Toxaliarum ficuum meminerunt Heracleon Ephesius, & Nicander Theateirinus citatis versibus, ex fabula Apollodori Carystii, cujus est titulus. quæ gratis se prostituit vestiaria, vel, ut alii, mendica vestiaria.

Cæterum villum admodum fuit
Et acidum & improbum, adeo ut me puderet.
Aliæ quidem regiones toxalidas ferunt
Ficus, mea vero etiam vites.

Ex his Apollodori versibus satis apparet, ficum hanc palato admodum ingratam, ac inamœnam fuisse. Dicta toxalia ficus, quod sagittæ instar palatum vulneraret. Sic crucium vinum dicitur, quod ingratum bibentibus, ut crux. Sunt & serotinæ, ut Plinius ait, ficus: *Serotinæ*, inquit, *& à corio appellatæ duro.* Sunt qui non *serotinæ*, sed *scrotinæ* legendum asserunt, à scroto, quod pellem & corium significat. Hermolao vulgata placet lectio, sensumque ait, serotinas esse ficus, quæ à corio duro duricoriæ vocantur. Easdem & Macrobius & Plautus duricorias appellant.

Ficus nobis attulit duricorias.

Hæ etiam codoneæ vocantur ab Athenæo. Vulgo legitur κυδωνέα quod corruptum; apud Eustathium κωδωνέα. Scribendum κωδωνέα, vel κωδώνεα, quod ex serie lexici Hesychiani probatur. κωδώνεα, σῦκα χειμερινά, καὶ καρύων εἶδος Περσικῶν. Athenæus loco citato, τὰ δὲ χειμερινὰ σῦκα Πάμφιλος καλεῖσθαί φησι κωδωνέα (vel κωδώνεα) ὑπὸ Ἀχαιῶν, τοῦτο λέγων Ἀριστοφάνην εἰρηκέναι ἐν Λακωνικαῖς γλώσσαις. *Pamphylus hybernas ficus ab Achivis codoneas vocari ait, idque scriptū ab Aristophane in Laconicis glossis.* Neapolitani *cotinorarole* vocant, Serotinæ sunt, & duro vestiuntur corio, quod Itali *cotina* vocant. *Nigra*, inquit Plinius, *& Rhodia est.* De Rhodiis hæc apud Athenæum reperio. τῶν δὲ ἐν Ῥόδῳ γινομένων συκῶν, μνημονεύει Λυγκεὺς ἐν ἐπιστολαῖς, σύγκρισιν ποιούμενος τῶν Ἀθήνησι γινομένων καλλίστων πρὸς τὰ Ῥοδιακά. γράφει δὲ οὕτως, τὰ δὲ ἐρινεὰ τοῖς Λακωνικοῖς ὥστε συκάμινα σύκοις δοκεῖν ἐρίζειν (deest verbum ἀντιβάλλουσιν, aut simile, ut monet Casaubonus. Sensus est, si ficus Rhodiacæ erineæ nomine, iis comparentur, quæ Athenis Laconicæ dicuntur, tam impar fore certamen, quam si ficubus contendantur sycamina, id est mora. Si cui aliter interpretandum videtur, non ero pertinax: modo intelligatur similis aliqua comparatio) καὶ ταῦτ᾽ οὐκ ἀπὸ δείπνου, καθάπερ ἐκεῖ διεφθαρμένης ἤδη διὰ τὴν πλησμονὴν τῆς γεύσεως, ἀλλ᾽ ἀθίκτου τῆς ἐπιθυμίας οὔσης, πρὸ δείπνου παρατέθεικα. *Rhodiorum meminit Lynceus in epistolis, ea comparans quæ proveniunt Athenis præstantissima cum Rhodiacis. Ejus hæc est oratio: Atheniensium erinea certare de bonitate sic videntur cum Laconicis Rhodiacis, ut mora Sycomora cum ficubus. Id ego, non cœnatus, ut Athenis fit, perverso jam gustu ob satietatem, sed ante cœnam, cum appetentia intacta, & nondum occupata est, comparatione facta perspexi.* Cottanæ ficus, quæ vulgo coctana, malè, ut mox dicam, vocatur, mentionem facit

Martialis.

Hæc tibi quæ torta venerunt condita meta,
Si majora forent, cottana ficus erat.

Iuvenal. Satyra tertia.

—— *Quo pruna & cottana vento.*

Statius. *Prunorum globus atque cottanorum.* Apud hos omnes *coctana* legitur, cum *cottana* scribendum. Plinius libr. 13. cap. quinto, ubi de Syriæ agit arboribus; *In ficorum autem Caricas, & minores ejus generis quæ cottana vocant.* Hesychius, κόττανα εἶδος συκῶν μικρῶν. καὶ ἡ παρθένος παρὰ Κρησὶ κοττανά. Martialis *metam tortam* dicit, è tortis juncis textam sportam, metæ modo in acuminatum fastigium desinentem, qualibus, ut dixi, turbinatis corbibus seu canistris Massilienses caricas suas recondunt, ac ad nos mittunt, & cabas vocant. Omas ficus, Plinius loco citato Tarenti nasci prædulces ait. Alia quædam recenset Macrobius ficorum nomina. *Ficus Palusia, Augusta, Calpurniana alba, nigra, cucurbitiva* (fortè à forma nomen hoc impositum, ut malum cucurbitivum) *ludia, leptoludia, Marsica, Numidica* (hæc non est Africana, quia paulo ante Africanæ fecit mentionem) *tellana atra.* De quibus nihil memorabile, nec de earū forma, & idea quicquam tradidere veteres. Mamillanam quandam similitudinem cum Lydiis habere, auctor Plinius. Pompejam, vel, ut apud Macrobium legitur, Pompejanam, sole siccandam & in omnes usus aptissimam, idem asserit. Syllam præcipue serendam præcipit Columella; Herculanam, Saguntinam, tellanam Cato in loco crasso, & stercorato seri jubet. Nullum harum genus se nosse fatetur Italus, nec nos ullum novimus. Memorantur ab Athenæo κιρρονειλάδια flavæ & tanquam excavatæ, ὑλάδια sylvestres, σαρκελάφια carne cuti cervorum similes, λακώνεια, πικρίδια amariusculæ, δρακόντια obtortæ draconum more, μελανόφια, vel, ut Casaubono placet, μελανόφαια natura nigræ, pullæ, κρηναῖα fontanæ, μυλαικὰ molæ instar rotundæ, ἀσκαλωνικὰ ascaloniis similes, ἀμάδια & νικύλια, quibus adjungit κολούρους & μορμυρίους, & Megarenses, quibus rigationem prodesse scribit. Ex Hesychio ficus quasdam fuisse φυλίας & κικίρδεις dictas discimus φυλίης, φυλία, ἔστι εἶδος ἀγριελαίας, ἄλλοι συκῆς, οἱ δὲ εἶδος δένδρου ὅμοιον πρίνῳ. *Oleastri vel ficus species, vel, ut aliis placet, arbor Ilicis facie.* Idem Hesychius, κικιρδὴς, συκῆ. Harum omnium notæ & descriptiones, formæ, ac figuræ cum vetustate periere. Athenæus ex auctoritate Theophrasti ficum quandam χαρίτιον Ἀράτιον dictam scribit, his verbis, Θεόφραστος δ᾽ ἐν δευτέρῳ φυτῶν ἱστορίας, συκῶν φησὶν γένος τοιοῦτόν τι εἶναι, οἷον ἡ χαρίτιος Ἀράτιος καλουμένη, *Theophrastus libr. 2. Historiarum scribit, ficus arboris tale quoddam genus esse, quod charitiam, sive Arateam nuncupant.* In editis Theophrasti codicibus nihil tale legere est. Mutila præterea, ut rectè observavit Dalecampius, oratio. Forte aliunde quam ex Theophrasto hæc hausit Athenæus. Albæ Aratiæ meminit Plinius, loco citato. *Et Aratia alba, pediculo minimo, latissima.* Apud Hesychium reperio, Κάραι σῦκαι; nihil muto. Apud Athenæum lib. 14. caricæ quoddam genus, αἰγιλίδα dictum legimus. Φιλήμων δ᾽ ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων Αἰγιλίδας φησὶν εἶναι τὰς καλλίστας ἰσχάδας. Αἴγιλα δ᾽ εἶναι δῆμον τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ Αἰγίλου τινὸς ἥρωος ὀνομασμένον. *Philemon de Atticis nominibus libro Ægilidas inquit amplissimas caricas dici, ab Ægilis pago Atticæ, quem ab Ægilo heroe sic nominarunt.* Fuit aliud genus, quod barbaro nomine bringindaridas appellarunt. Apud eundem Athenæum lib. 14. hæc leguntur, ἡ δὲ γῆ ταῖς μὲν χελιδονίοις ἰσχάσιν ἀντιπαρατίθησι τὰς βριγινδαρίδας καλουμένας τῷ μὲν ὀνόματι βαρβαριζούσας, ταῖς δὲ ἡδοναῖς οὐδὲν ἧττον ἐκείνων ἀττικιζούσας. *Hæc autem regio chelidoniis caricis opponit contra, quas barbaro nomine bringindaridas appellant, suavitate & voluptate nihil inferiores Atticis.* De reliquis ficorum generibus, uti de ficu Indica, generosa, Alexandrina & similibus, abundè nobis dictum. De ficu ruminali apud ipsos veteres miram reperio varietatem. Videat lector doctiss. Salmasii in Solinum, & Dalecampii in Plinium annotationes, & commentaria. Ad historicos, non medicos, Philosophosque ea pertinet disputatio. Plutarchus lib. 5. symp. quæstione 9. proponit, cur ficus arbor succo acri, ac amaro proferat fructum dulcissimum; & hanc quidem adfert rationem, quod arboris dulcedo, quantacunq; sit, in fructum secernatur, ac proinde quicquid reliquum fuit, in ligno succi in amaritudinē degeneret. ὑπολαβὼν οὖν ὁ πρεσβύτης, ἔφη, τῷ καρπῷ γλυκύτητος ἅπαν τοῦ συνθλιβόμενον, εἰκότως δριμὺ ποιεῖ καὶ ἄκρατον τὸ λειπόμενον, ὥσπερ γὰρ τὸ ἧπαρ, εἰς ἕνα τόπον τῆς χολάδους ἀποκριθέντος, αὐτὸ γίνεται γλυκύτατον, οὕτω τὴν συκῆν εἰς τὸ σῦκον ἅπαν τὸ λιπαρὸν καὶ πότιμον ἀφιεῖσαν, αὐτὴν ἄμοιρον εἶναι γλυκύτητος. ἐπεὶ ὅτι γε μετέχει τινὸς εὐχυμίας τὸ ξύλον ἐκεῖνο, (ἔφην) ποιοῦμαι σημεῖον, ὃ λέγουσι, τῶν πηγάνου τὸ φυόμενον ὑπ᾽ αὐτῇ καὶ περιφυόμενον ἥδιον εἶναι, καὶ τῷ χυμῷ μαλακώτερον, ὡς ἐναπολαῦον τινὸς γλυκύτητος, ἢ καθιστάντος τὸ ἄγαν βαρὺ καὶ κατακορές. εἰ μὴ, νὴ Δία, τοὐναντίον ἡ συκῆ περισπῶσα τὴν τροφὴν ἐξαίρει τὸ τῆς δριμύτητος. *Excipiens hunc sermonem senex dicebat, dulcedine stirpis illius compressa elisaque in usum fructum, non injuria reliquum succum acrem & incommodum relinquere; sicut enim jecur bile in unum locum secreta fit dulcissimum: ita ficum dum in fructum suum dulcedinem ac pinguedinem omnem dimittit, ipsa expers fit dulcedinis. nam*

quodam bono succo arborem istam esse præditam, ex hoc signo colligerem, quod rutam ajunt sub ficu, aut propè nascentem, suaviorem fieri, & sapore mitiore; quod quasi participet quandam dulcedinem, qua restinguatur nimis virosa qualitas: nisi, me hercule, contra ficus alimentum ad se rapiens acrimoniam rutæ subtrahat. Pulchra quidem & speciosa utitur comparatione, sed an ea causa cur ficus arbor amara, fructum proferat dulcem; non ausim asserere. Nam tum grossum oporteret esset dulcem; attamen in eo acrimonia, & amaritudo percipitur manifesta. Quam ob causam Galenus libr. 8. simplic. de grossis scribit. ὅλως δὲ θερμαίνει πῶς καὶ διαφορητικῆς δυνάμεως, *acris ac digerentis facultatis*, ait. Causam adfert, διὰ τὸ ἐμφερόμενον αὐτοῖς ἔτι τοῦ πολλοῦ τοῦ δένδρου χυμοῦ. vel, ut alibi loquitur, μετέχουσι γὰρ ἔτι τοῦ τῆς συκῆς ὀποῦ. *Inest enim iis non parum succi ex ficu arbore.* Vera videtur causa, quod fructus succus & alimentum melius ac perfectius concoquatur à natura & calore solari, ac in concoctione hac utile ab inutili secernatur, simulque expellatur. Non enim, ut alibi demonstrabo, amaror in fructibus immaturis per concoctionem transit in dulcedinem, sed per separationem à proprio fructus humore. Alioquin fructus immaturus foret perfectior & calidior, quam maturus, quod est præter omnem Philosophiam. Succedit alia quæstio; cur ficus in vomitu post alios exeant cibos? Jubet Hippocrates libr. de interius affectionibus, eo usque vomere, dum ficus exeant. ἐξεμείτω δὲ ἕως ἂν τὰ σῦκα ἐξεμέσῃ· ὕστατα γὰρ ταῦτα ἐξεμεῖται, *evomat autem donec ficus evomuerit; hæ enim postremum evomuntur.* Hujus rei hanc adferre videtur rationem Aristoteles probl. sect. 22. quæstione prima, ubi disputat, quam ob causam poma non ita prius, ut postea esitata, in repletionis mole respondeant. ἢ, inquit, ὅτι βαρύτερον ἐστι ὀπώρα πολὺ τῶν σιτίων, δηλοῖ δὲ καὶ τὰ σῦκα, ἃ ἐπ' ὕστατα βρωθῇ, πελάγια γὰρ ἐμεῖται. *An quia cæteris esculentis genus pomorum longe gravius est; quod argumento ficuum constat, quæ novissime esitatæ, ultimæ tamen evomuntur.* Ergo, ut vult Aristoteles, propter pondus ultimò evomuntur. Quæ certè ratio non placet. Nam ficus carne bubula, cydoniis, pyris, placentis (quas tamen Hippocrates una cum ficubus edere præcipit) non est gravior. Ficus quod postremo evomatur, causa videtur tenacitas, visciditas, lentor. Tenacitate enim sua, firmius reliquis cibis, agglutinatur, & adhæret ventriculi tunicis, adeo, ut difficulter expelli queat. Hæc causa, cur non modo non præcedat, sed post alios demum evomatur cibos. Eadem hæc tenacitas causa, cur, licet ficus mollis dulcisque sit, dentes offendat. Quam rationem probat Aristoteles probl. sect. 22. quæst. ultima, ubi aliam præter hanc etiam adfert rationem. ἢ διὰ τὴν γλισχρότητα, inquit, προσίσχεται τοῖς οὔλοις καὶ παρεμπίπτει διὰ τὸ ὁδοῦσιν εἰς τὰ διὰ μέσου, διὰ τὸ μαλακὰ εἶναι, καὶ σῆψιν ποιεῖ ταχέως. ἢ ὅτι θερμὰ ὄντα, ταχὺ δὲ [ἴσως] καὶ διὰ τὴν σκληρότητα τῶν κεγχραμίδων, ἐν τῇ τούτων κατεργασίᾳ πονοῦσι ταχέως οἱ ὀδόντες. *An quia gingivis sua lentitate adhærent, seque præmolles inter dentes insinuant, & putredinem per suum calorem cito conficiunt. Forsitan & ob granorum suorum duritiem dentes celeriter effatigant, cum manducantur, conficiunturque.* Quæritur etiam, cur à fulmine non lædatur ficus? Rectè hanc quæstionem proponit; εἰ δ' ὥς φασιν οὐ κεραυνοῦται. Rectè, inquam, addit φασί, Observavit enim à fulmine tactam ficum laurumque Brodinus lib. 3. Ratio etiam in promptu cur facile lædatur; puta quod lignum habeat, spongiosum & fungosum, minusque solida constet substantia. Sed quas Plutarchus adfert rationes, cur à fulmine non feriantur? καὶ τοῦτο ἄν τις ἀναθείη πικρότητι καὶ τραχύτητι τοῦ ξύλου. τὰ γὰρ τοιαῦτα οὐ δοκοῦσιν ἐπιτυγχάνειν οἱ κεραυνοί, καθάπερ οὐδὲ τῆς φώκης τὸ δέρματος, οὐδὲ τῆς ὑαίνης. *Id utique vel amaritudini, malæque ejus materiæ habitui acceptum ferre oportet, id genus quippe non attingunt fulmina, quod vitulus comprobat marinus & hyena.* Omnia si amara à fulmine tuta, tum & juniperus; sed hanc fulminis ictu perire, observatum est à neotericis. Victimas cæsorumque animalium carnes perquam celeriter tenerescere, fragilesque effici quæ in ficu pependerunt, docet Plutarchus, Jugulatas quoque aves, prædurascarnes habentes quæ pensiles adhæsere ficui, teneritatem contrahere, idem scribit, & hanc addit rationem lib. 6. symp. quæs. ult. Θερμὸν μὲν οὖν πνεῦμα, καὶ δριμὺ καὶ τμητικὸν ἀφίησιν ἡ συκῆ, καὶ τοῦτο θρύπτει, καὶ πεπαίνει τὴν σάρκα τοῦ ὄρνιθος. *Spiritum igitur calidum, acrem, incidendique vi præditum ficus emittit, isque incidit, & concoquit carnem avis.* Idem de ficu tradit Galenus, καὶ αἱ κράδαι δ' αὐτῶν οὕτως εἰσὶ θερμαὶ καὶ λεπτομερεῖς τὴν κρᾶσιν, ὥστε καὶ τοῖς βοείοις κρέασι τοῖς σκληροῖς ἑψομένοις ἐμβαλλόμεναι ταχέως ποιοῦσιν αὐτά. *Sed & rami teneriores earum adeo sunt calidi & tenuium partium, ut carnes bubulas duras si coquendis adjiciantur, friabiles ac teneras efficiant.* Porro halitus hic fici tanta pollet, ut idem Plutarchus tradit, facultate, ut tauros etiam ferocissimos domet. ὅτι μὲν δὴ πνεῦμα τῆς συκῆς ἄπεισιν ἰσχυρὸν καὶ σφοδρόν, ἥτε ὄψις ἐκμαρτυρεῖ, καὶ τὸ περὶ τῶν ταύρων λεγόμενον, ὡς ἄρα συκῇ προσδεθεὶς ὁ χαλεπώτατος, ἡσυχίαν ἄγει καὶ ψαύσεως ἀνέχεται, καὶ ὅλως ἀφίησι τὸ θυμόν, ὥσπερ ἀπομαραινόμενον. τὴν δὲ πλείστην αἰτίαν καὶ δύναμιν ἡ δριμύτης ἔχει. τὸ γὰρ φυτὸν ἁπάντων ὀπωδέστατον, ὥστε τὸ σῦκον αὐτὸ καὶ ξύλον καὶ τὸ ἔργον διαπεπλῆσθαι. *Equidem spiritum validum ac vehementem à ficu exhalari, cum visus planè testatur, tum id quod de tauris fertur, scilicet ficui alligatum taurum etiam ferocissimum, quiescere, tactumque admittere, & omnino ferociam quasi elanguescentem deponere. in acrimonia tamen major pars arboris collata est. Est enim arbor hæc omnium plantarum succi plenissima, quo & ficus ipsa, & lignum & cortex plenus est.* Ficus arbor ne-

Ficus.



mini incognita, non omnino recto assurgit stipite, sed sæpius contorto ac brevi, nec omnino levi cortice, sed asperiusculo ac albicante vestitur. ligni materies alba, fungosa, infirma, tenax tamen, & ad scuta facienda apta. Ramos plurimos emittit, geniculatos, medulla plenos, ramulorum sambuci modo, lævi ex albo viridi cortice contectos: folia vitiginea, ampla, in quinque partes eminentibus totidem angulis dissecta, nigricantia, dura, aspera, firma, rotundis ac robustis pediculis nixa; Fructus particulatim nullo apparente prius flore aut julo, juxta pediculorum, quibus folia adhærent, annexum erumpunt, extremis tantum ramis, & fructus hi initio parvuli, successu temporis majores, forma ut plurimum turbinata, ut pyri; nonnulli tamen longiores, alii breviores, & magis sessiles; colore, ut dixi, varii. Sunt enim vel albidi, vel subrubentes, vel ex cœruleo saturato purpurei, vel alio quodam colore; pulpam intus habent mollem, suavem, prædulcem, granis compluribus refertam. Florem, ut dixi, nemo hactenus observavit; fructus tamen intra se flores concipit, figura confertis staminibus similes, colore in candido purpurascentes, undique è carne exeuntes, atque ad mediam fructus cævitatem se dirigentes, quibus semina singula, minuta, colore flava, quodammodo leniter compressa, milioque similia. Radices habet multas, firmas, longas, lentas, evulsu distractuque contumaces, multis capillamentis fibratas, summa tellure vagantes (quam ob causam frigoris impatiens arbor) colore flavas. stipes, ramuli, fructus immaturus lacteo copiosoque humore scatent, gustu adstringenti, amaro, acri, ita ut ulcerare possit, odore ac sapore ad rutam accedente. In Græcia, Hispania, Italia aliisque regionibus ferventibus, ac solis radiis patentibus, frequentes ficus sunt. In Belgio crescunt quidem, sed nisi æstas calidior, raro ad maturi-

tatem perveniunt, & adversus hyemis injurias muniri debent. Germana cum foliis Majo mense apud nos erumpunt, atque his in longitudinem proficientibus, multiplicantur & folia ficuum rudimenta, quorum priores Septembri ad maturitatem perveniunt, si æstas fuerit calidior. In Italia vero ac Hispania etiam citius ac prius. Posterius vero enatæ ficus, si per hyemem non deciderint, altero anno mox adveniente æstate perficiuntur. Sylvestris ficus domesticæ per omnia similis, incultior tamen duriorque, grossos fert quales urbana, sed nunquam ad maturitatem perveniunt, liquorem continet quam sativa acriorem, tam gustu quam odore; In calidis regionibus sponte provenit; gaudet montanis, aut alioquin editis locis, ac vetustis muris, quos insinuatis radicibus etiam disrumpit, ideoque magnus ejus Romæ in antiquis ædificiorum ruinis proventus. Folia ac virgæ equis in pabulum cedunt non ingratum.

Καὶ ῥοαὶ δὲ πέπτουσι ζόμεναι, &c. Supra libr. 1. dixi Atticos quidem sine ἰῶτα pronunciare ῥοάν, Iones vero addito ἰῶτα ῥοιὰν efferre. Suidas ῥοιά, τὸ ῥοΐδιον λέγεται & ῥοά. Galenus lib. 2. de aliment. facult. cap. 24. οἱ δ' Ἀττικοὶ μὲν ἄνευ τοῦ ἰῶτα τὴν πρώτην τῶν ῥοιῶν ἔχουσι συλλαβὴν μᾶλλον· οἱ Ἴωνες δὲ μετὰ τοῦ ἰῶτα. ῥοὰ Græcis, uti φοῖνιξ arborem & fructum significat. ῥοὰν sive ῥοιὰν dictum volunt, quod ex Africa, ac præcipue Carthagine, hoc genus pomi primum acceperint Græci; Penes auctores fides. ego ῥοὰν à ῥέω fluo nomen accepisse contendo, quod omnes sistat fluxiones, vel, quod flos fructusque facile cadant ex arbore. Quanquam à Syriaco verbo, Græcis usurpato, ῥοῦς dicto, nomen accepisse potuit. Acinorum quippe, uti & floris color, tam sylvestris quam sativæ satis respondet, rhoi, præterea pediculi, quibus folia ramis nectuntur, non sunt dissimili multum colore. tum quod similitudinem quandam cum rhoe habeat, usumque eundem in culinis præstet, tum quod cortex ad densanda coria sit utilis, ad quod rhus etiam usurpatur. Hippocrati Nicandroque σίδη fructus dicitur, Theophrasto tamen σίδη planta punicæ similis, de qua vide cap. 11. hujus libri. Plutarchus quoque 5. sympos. probl. 8. Sidam vocari testatur, ubi verba Empedoclis, qui ὀψίγονοι dixit σίδαι.

——— Τοῦ δὲ Ἐμπεδοκλέους εἰρηκότος
Οὕνεκεν ὀψίγονοί τε σίδαι, καὶ ὑπέρφλοια μῆλα.

Τὸ μὲν τῶν σιδῶν ἐπίθετον νοεῖν, ὅτι τοῦ φθινοπώρου λήγοντος ἤδη, καὶ τῶν καυμάτων μαραινομένων ἐκπέπτουσι τὸν καρπόν, ἀσθενὴ γὰρ αὐτῶν τὴν ὑγρότητα καὶ γλίσχραν οὖσαν, οὐκ ἐᾷ λαβεῖν σύστασιν ὁ ἥλιος, ἂν μὴ μεταβάλλειν, διὸ καὶ μόνον τοῦτό φησι Θεόφραστος τὸ δένδρον ἐν τῇ σκιᾷ βέλτιον ἐκπέττειν τὸν καρπὸν καὶ τάχιον.

——— *Sed cum Empedocles scripserit.*
Οὕνεκεν ὀψίγονοί τε σίδαι, καὶ ὑπέρφλοια μῆλα.

Punicorum pomorum appellationem intelligo, quia scilicet sub autumni exitu & calore isto enervato ista arbor fructum suum excoquit, imbecillum enim & tenuem eorum humorem sol non sinit coire, nisi aer incipiat frigidior fieri. Itaque Theophrastus hanc solam arborem ait in umbra rectius & celerius fructum suum maturare. Locus Theophrasti, quem citat, extat libr. 2. de caus. cap. 9. Athenæus, σίδας à Boeotis ῥοιὰς vocari ex Agatharcide refert, σίδας δὲ ὅτι τὰς ῥοιὰς καλοῦσι Βοιωτοί Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τῶν Εὐρωπικῶν οὕτως γράφει. ἀμφισβητούντων Ἀθηναίων πρὸς Βοιωτοὺς περὶ τῆς χώρας, ἣν καλοῦσι σίδαν, Ἐπαμινώνδας δικαιολογούμενος ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἀριστερᾶς μεταλαβὼν κεκρυμμένην ῥοιὰν καὶ δείξας ἤρετο αὐτούς, τί καλοῦσι τοῦτο, τῶν δὲ εἰπόντων ῥοιάν, ἀλλ' ἡμεῖς εἶπε σίδαν. ὁ δὲ τόπος τοῦτ' ἔχει τὸ φυτὸν ἐν αὐτῷ πλεῖστον, ἀφ' οὗ τῆς ἐξ ἀρχῆς εἴληφε προσηγορίας καὶ ἐκίνησε. *Sidan à Boeotis ῥοιὰν nominari scribit Agatharcides libr. 19. Europicorum his verbis. Athenienses cum Boeoticis de regionis finibus litigabant, quam sidas nominabant. Epaminondas in ea controversia partes suas defendens, allegansque jura sua, statim è sinistra manu, quod occultum gerebat punicum dextra cepit, & Athenienses rogavit, quo nomine vocarent, responderunt illi sese ῥοιὰν nominare, at nos, inquit, sidam appellamus. In hoc tractu de quo fuit contentio, plurimæ sunt mali punicæ, indeque principio nomen inditum.* Erotianis σίδιον non ipsum pomum sic vocari, sed corticem ait, σίδης τοῦ τῆς ῥοιᾶς λέμματος. Sed propriè σίδιον cortex vocatur, ut mox dicam, fructus vero σίδη & ῥοιὰ sive ῥοά, quomodo etiam arbor vocatur. Hic notandum, aliud ῥοὰ accentu in ultima, aliud ῥόα, accentu in penultima, significare. Nam Galenus in exegesi ῥόα exponit, τὰ ἐκ συκαμίνου τὰ μόρα, ἅπινα ἄωρα ξηρανθέντα καὶ κοπέντα τοῖς ὄψοις ἐπιπάττεται, κυρίως καὶ ὁ κυρίως ὀνομαζόμενος ῥοῦς, ὡς καὶ ὁ Διοσκουρίδης ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕλης λέγει. *Rhoa sunt arboris mori poma, quæ immatura siccata & tusa obsoniis insparguntur, non secus ac is, qui propriè rhus nominatur. Velut etiam Dioscorides dicit libr. 1. de materia, (medica.)* Credo Galenum dormitasse cum hæc scriberet. Dioscorides tradit lib. 1. cap. 108. mora immatura siccata ac tusa rhois vice obsoniis admisceri, sed nusquam tradit mora hæc immatura ῥόα vocari. τὰ δὲ ἄωρα μόρα ξηρὰ κοπέντα, ἀντὶ ῥοὸς τοῖς ὄψοις μίγνυνται, *immatura mori poma sicca, acinorum rhois vice obsoniis miscentur.* Galeni tamen sententia ex Phavorino & Varino probatur. ῥόα τὰ ἐκ τῆς συκαμίνου τὰ μόρα, ἅπινα ἄωρα (ita lege; male ἄορα edunt) ξηρανθέντα, καὶ κοπέντα τοῖς ὄψοις ἐπιπάττεται (male ἐπιπάτεται) κυρίως ὁ κυρίως ὀνομαζόμενος ῥοῦς, παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Ubi tale quiddam tradiderit Hippocrates, vel ubi morum immaturum, siccatum, sic vocarit, ignoro. Latini arborem hanc, punicam, fructum, malum punicum vocant. nomen hoc impositum ait Plinius, libr. 13. cap. 29. quod plurimæ punicæ circa Carthaginem reperiantur: *sed circa Carthaginem punicum malum cognomine sibi vendicat, aliqui granatum vocant.* Malunt alii non à Pœnis, sed à colore puniceo, quo fructus & flos præditus, punicam vocari. Columella in hortulo.

Mox ubi sanguineis se floribus induit arbor
Punica, quæ rutilo mitescit tegmine grani.

Granatum vocari tradit Plinius, quod nomen hodieque servat. Falluntur, qui à granata, Hispaniæ regione, nomen habere putant, quod in ea copiosè proveniat. Ab interiorum granorum multitudine, nomen granati impositum. Antiquitas mali punicæ fructum Mercurio dicavit, quod plurimæ huic latebræ essent, ut est in oratione Mercurio adscripta, cujus mentionem facit Clemens Alexandrinus. Apollonius Tyaneus malum punicam in honorem Palladis plantari, memoriæ prodidit. Narrant tamen Græci, primo satam fuisse in Cypro à Venere. Punicam, credo, quod flos & fructus eleganti spectetur colore. ut apud Athenæum legitur, Ἔριφος δ' ἐν Μελιβοίᾳ αὐτὰ ταῦτα τὰ ἰαμβεῖα προθεὶς ὡς ἴδια, τὰ τοῦ Ἀντιφάνους ἐπιφέρει.

——— Αὗται δὲ ῥοιαί
Ὡς εὐγενεῖς· τὴν γὰρ Ἀφροδίτην ἐν Κύπρῳ
Δένδρον φυτεῦσαι, τοῦτο φασιν, ἓν μόνον,
Βέρβεια πολυτίμητα.

Eriphus in Meliboea præpositis iambicis illis versibus, Antiphanis stylo ac elegantiæ maximè propriis, subdit.

——— *Hæc vero mala punica*
Quam generosa! in Cypro namque Venerem
Arborem hanc sævisse fama est, unicam tantummodo,
Magni faciundum præmium.

Fabulantur in Hereo templo Eubeæ memorabile fuisse Palladis simulachrum, ex ebore & auro factum, opera Polycleti, quod altera manu punicum gestabat malum, altera sceptrum. Cur malum punicum teneret, Pausanius secretius esse ait, quam ut aliquo sermone eloqui possit, ideoque prætermittendum. An mane punicum habebat ut doceret, rem publicam concordia ac unanimitate constare? an vero malo punico castitatem denotabat? Vero pudori, castitati, ac probitati rubicundum attribui colorem, cuivis cognitum. Mali punici cortex puniceus, id est, intensè ruber, & interiora grana, fragrantissimo rubore sunt prædita. Punicum castitatem in sacris litteris denotat. ut 4. cant. legere est, sicut fragmen mali punicæ, ita genæ tuæ absque eo quod intrinsecus latet. Quare in sacris Hebræorum ritibus locum habuit. Sacerdos enim, ut exodi cap. 28. scriptum est, tabernaculum ingressurus, veste induebatur, à cujus ambitu alternatim mala punica, & tintinabula spectabantur, non sine mystica ratione, ut sacrarum litterarum interpretes docent. Malo punico non tantum concordia, & castitas denotatur, sed, uti extimus cortex plurima continet grana, sic unam fidem innumeros populos sacræ ecclesiæ conservare. utque sub duriori cortice succus latet gratissimus, ita sub duriore lege latere succum suavissimum, quem nobis largitus est Salvator mundi Dominus noster Iesus Christus, Darius Hystaspis Xerxis parens, cum malum punicum haberet in manibus, à quodam interrogatus, cujusnam rei tantum numerum desideraret, quanta granorum illorum esset multitudo, respondisse fertur. tot Zopyros. Zopyrus vir probus, & nobilis

bilis Persa, ut refert Herodotus, qui, cum Darius Babyloniam diu & frustra oppugnaret, ipse sibi nasum, aures, & labia amputavit, & ita ad Babylonios, quasi transfuga se contulit, conquerens de regis sui crudelitate, receptus à Babyloniis, & dux belli constitutus, urbem Dario tradidit. Unde Darius solebat dicere, se Zopyrum malle integrum, quã viginti capere Babylonas. Narrant Poëtæ, à Cerere Proserpinã, à Plutone raptam, diu quæsitam, postquam verò à Plutone raptam intellexisset, à Iove impetrasse, ut sibi communis filia restitueretur; hac lege, si nihil apud inferos degustasset; sed inventũ fuisse, tria grana mali punici comedisse, ut Ovid. in Fastis canit.

Rapta tribus, dixit, solvit jejunia granis
Punica, quæ lento cortice poma legant.

In Metamorph. libris septem grana fuisse ait.

—— Et cultis simplex dum errat in hortis,
Puniceum curva decerpserat arbore pomum,
Sumptaque pallenti septem de cortice grana
Presserat ore suo.

Sed post longas matris querelas indultum est, ut sex menses apud illam maneret, totidemque cum Plutone, sed id non sine mystagogica ratione. Proserpina enim luna est, quæ sex mensibus crescit, ac totidem decrescit, videlicet, ut per menses 15. diebus crescens apud superos, quindecim aliis deficiens apud inferos videretur. De punicæ ortu lepidissima fabula apud Arnobium extat. In Phrygiæ finibus ingens saxum fuit, Agdus dictum, ex quo Deucalion & Pyrrha, ex Themidis præcepto, ad humanum genus renovandum, post diluvium, lapides sumpserunt, ex quorum jactu mater Deum effecta fuit, quam in Agdo obdormientem Iupiter incestis cupiditatibus appetiit: & diu luctatus, cum quod optaverat obtinere nequisset, sperma in lapidem fudit, ex quo Agdestis natus fuit, qui sua immani efferitate, cum nec Deos, nec homines timeret, à Diis, de ejus temeritate imminuenda, constitutum est, ut Liber in eum animadverteret, cui cum merum potui Liber apposuisset, gravissimoq; somno oppressus esset, Liber setis complicatis, laqueo plantas nexuit ex una parte, ex alia testes cum pene, ille somno solutus extensis pedibus, membrum virile sibi amputavit, cujus cruore mali punici arbor, cum suis pomis nata est. Singulæ partes mali punici nomen habent peculiare. Parvum punicum, ut Athenæus libr. 14. refert, ῥοΐδιον vocatur, ῥοΐδιον μὲν τοι ὡς βοΐδιον τὸ ὑποκοριστικόν. *Rhoidion exiguum punicum, diminutionem significat, ut βοΐδιον, bucula.* Suidas tamen ῥοΐδιον & ῥοιὰν idem scribit; ῥοιὰ τὸ ῥοΐδιον λέγεται καὶ ῥοά. Majus ῥίμβα dicitur. Hesychius ῥίμβαι ῥοιαὶ μεγάλαι, quamvis δὲ διὰ τοῦ ξ. ξίμβαι legit, Vulgata tamen præstat. Quippe ea apud Phavorinum reperitur. Utrum autem rectius ῥίμβαι per ῥ an vero ξίμβαι per ξ scribatur, asserere non ausim; uti nec utrum ῥίμβα fuerit genus quoddam peculiare punici, an vero punicum quodvis grande. Flos mali punicæ domesticæ βαλαύστιον vocatur. Diosc. libr. I. cap. 154. βαλαύστιον, ἔστιν ἄνθος ἀγρίας ῥοιᾶς. Latinis etiam balaustium mali punicæ sylvestris flos nuncupatur, & à Columella balaustum.

Sicubi odoratas prætexit amaricus umbras,
Carpite, narcissique comas, sterilesque balausti.

Plinius balaustium tam domesticæ quam sylvestris florem vocat lib. 23. cap. 6. *In hoc ipso cytino* (loquitur de domesticis punicis, nam circa finem capitis ait, *est & sylvestre punicum à similitudine appellatum, &c.*) *flosculi sunt, antequam scilicet malum ipsum prodeat, erumpentes, quos balaustium vocari diximus.* Cytinum vocat calycem quo flos continetur. De cytino mox plura: Balaustium Plinio loco citato, & libr. 13. cap. 19. flos domesticæ punicæ, flos inquit balaustium vocatur; quod contra probatissimorum est auctoritatem. Dioscorides, Galenus, ceterique medici, balaustium scribunt sylvestris punicæ florem. Galenus lib. 6. simpl. βαλαύστιον ἄνθος ἀγρίας ῥοιᾶς. Officinæ Plinium sequuntur, quibus balaustium sylvestris domesticæq; flos indifferenter significat. Majus Hesychii ἁμάρτημα, hic balaustium punicæ speciem scribit, cujus flos in medicina utilis est. Βαλαύστιον, inquit, εἶδος ῥοιᾶς φέρον ἄνθος ἁρμόζον πρὸς θεραπείαν. Domesticæ florem Dioscorides κύτινον appellat. τὰ δὲ ἄνθη αὐτῆς, ἃ καὶ κύτινοι καλοῦνται, *hujus* (domesticæ) *flores, qui etiam cytini vocantur, &c.* Galenus lib. 6. simpl. βαλαύστιον ἄνθος ἀγρίας ῥοιᾶς, οἷον περ τῆς ἡμέρας ὁ κύτινος. *Balaustium sylvestris punicæ flos, uti sativæ cytinus.* Idem lib. 7. asserit. Eidem tamen Galeno κύτινος primò genitum punicum libr. 6. κατὰ τόπους cap. I. καὶ τοὺς κυτίνους ἐμβάλλειν ξηροὺς, κόψαντα καὶ διασήσαντα. ὀνομάζονται δὲ οὕτως κύτινοι αἱ πρωτόγονοι ῥοιαί, καθ' ὃν γὰρ χρόνον ἀνθοῦν παύεται τὸ δένδρον, ὁ καρπὸς αὐτοῦ φαίνεται σχηματιζόμενος εἰς ἰδέαν ῥοιᾶς. *In quos conjiciat cytinos aridos, contusos, ac cribratos. Nominantur autem sic primogenita punica, quo tempore enim arbor florere desinit, ejus fructus figuratus apparet in speciem punici mali.* Eadem videtur Nicandri sententia.

Πολλάκι σίδης
Πρωτόγονον κυτίνοιο πόροις ἀνθήμενα καρπόν.

Puniceique novos granati collige fructus.

Auctores hos gravissimos conciliare quis poterit, si dicat cum Nicandri Scholiaste, κύτινον esse florem mali punicæ, sed demum tum vocari κύτινον, cum florere desiit ac fructus rudimentum apparere incipit. κύτινον δὲ τὸ ἄνθος τῆς ῥοιᾶς ὅταν αὐξηθὲν ῥοιὰ γίγνεται, *cytinus flos punicæ adultus, quando pomum nascitur.* Hesychius ἐξάνθημα πρῶτον vocat. κύτινοι τῆς ῥοιᾶς τὰ πρῶτα ἐξανθήματα, *cytinus prima punici mali levis eruptio.* ἐξάνθημα proprie *efflorescentia*, vel *papulæ*, id est, leves eruptiones humorum per cutem. Ad harum imitationem κυτίνους ἐξανθήματα vocavit Plinius lib. 23. cap. 6. *Primus pomi hujus partus florere incipientis, cytinus vocatur.* Plinii codicem corruptum asserunt, corrigunt, *florere desinentis, cytinus vocatur.* Hanc, inquiunt, lectionem probant Galenus & Nicander. Nobis tamen hæc non arridet lectio, idq; quia paulo infra idem Plinius ait, *In hoc ipso cytino flosculi sunt, antequam scilicet malum ipsum prodeat, erumpentes.* Atqui malum non prodit, nisi cum jam florere desinit, sive paulo anteaquam flos cadit. Plinio cytinus calyx, quod etiam ipsi Theophrasto significat, calycem Botanici vocant involucrum, quo dehiscente, flos in sua folia se pandit. Suidas & Hesychius calycem exponunt rosæ florem nondum expansum, rosam tumentem, foliis nondum expansis. Suidas; κάλυξ. ἄνθος ῥόδου μεμυκός. idem κάλυκας, συστροφάς, ῥόδα κεκαλυμμένα, Hesychius, κάλυξ τὸ ἄνθος τοῦ ῥόδου, τὸ μὴ ἐκπεπταμένον ἄνθος ἢ νύμφη, καὶ τὸ ἔλυτρον. Botanicis, ut dixi, calyx, quo flos primum continetur, deinde mox fœtus clauditur. Idem apud Theophrastum, κύτινος lib. I. de caus. cap. II. ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ἀνθῶν ὅσα μετὰ τῶν σωματικῶν ὄγκων ὀψιαίτερα γίνεται, καθάπερ τὸ τῆς ῥοᾶς, ἐν γὰρ τῷ κυτίνῳ ἄνθος. *Quin etiam florum ipsorum, qui mole aliqua corporis emergunt, serius se ostendunt, ut punicæ flos, in cytino enim flos, flos à cytino continetur.* Idem libr. 2. cap. II. ubi cytini florem proclivem ait esse ad lapsum, quod infirma ejus sit connexio, rationem addit, ὅπως οἱ κύτινοι μὴ ὀρθοὶ γινόμενοι δέχωνται τὸ ὑγρόν. Ex quibus locis cytinum aliud quid quam florem aut fructus esse rudimentum constat. Vide cap. 23. lib. I. hist. & quæ ibidem annotavimus. Cytinus sive calyx punicæ oblongus est, anteriore parte latior, in septem rimulas, (totidem videlicet quod flori foliola) fatiscens, asari floribus major, cujus inferior pars in fructum, ac amplum transit pomum, superior denticulata una cum staminibus, ipsi medio insidet pomo. Non ineptè à Cælio Aureliano Chronic. libr. 4. cap. 3. ampullagium vocatur. *Aut decoctio mali punici, vel ejus caduci* (sic vocat cytinum, quod, ut Theophrastus ait, facile cadat) *quod Græci κύτινον ῥοᾶς vocant, nos ampullagium.* Idem libr. 5. cap. 2. *Aut mali punici foliis viridibus, vel ejus caduco, quod Latini ambulacium vocant.* Scribe *ampullagium vocant.* Ampullagium, quod inflatum ac turgidum sit, instar ampullæ, vasis est genus, ex vitro aut alia materia conflatum. Sic Plinius lib. & cap. 15. ampullacea pyra vocat, quæ formam ampullæ habent. Nicander in Theriacis hos calyces à cervicali forma ὁλόσχους αὐχενίους vocat.

Σίδης δ' ὑσγινόεντας ἐπημύοντας ὁλόσχους
Αὐχενίους, ἵνα λευκὰ πέριξ ἐρευθεῖται ἄνθη.

Punicæ item sumas hyacinthina germina mali
Conniventia adhuc, clausasque foventia gemmas
Donec quondam albo nunc undique flore rubescant.

Germina hyacinthina conniventia, calyces vocat clausos, floribus jam delapsis. Scholiastes. ὑσγινόεντας μὲν οὖν, ἤγουν πυρρούς, καὶ τῷ ὑσγίνῳ τῇ βοτάνῃ ὁμοίους κατὰ τὸ χρῶμα, ἐπειδὰν τὸ κύτινον ἀποβάλλωσιν· ἐπημύοντας δὲ τοὺς μύοντας καὶ οἱονεὶ ἐσφιγμένους. ὁλόσχους δὲ τοὺς τῶν ῥοιῶν τραχήλους, πρότερον μὲν κεχηνότας, ὕστερον δὲ μύοντας, πρότερον γὰρ ἀνεῳγμένοι ὄντες, κατ' ὀλίγον μύουσι, τοὺς κυτίνους ἀποβάλλοντες. νῦν δὲ ἀπὸ μέρους τὰς ἐξανθήσεις τῶν ῥοιῶν ὁλόσχους εἶπεν. αὐχενίους δὲ ἤγουν τραχηλώδεις οἱονεὶ τραχή-

λους

λεως ἔχοντας Ὑσγινόεντας, *id est ruffos, vel similes herbæ hysgino quo ad colorem* (alibi de hysgino plura dixi) *postquam flores deciderunt*(κυτίνους scholiastes *flores* vocat) *cæcutientes, id est clausi veluti conniventes, calices mali punici cervicem habentes primum quidem aperti, postea clausi. primum enim aperti sunt, sed paulo post abjectis floribus clausi, nunc autem ex parte quod continet flores mali punicæ* ὀλόχους *calyces dicit, cervicales, id est collares quasi cervicem habentes.* Vox ὄλοχοι, à grammaticis pediculi tenaces quibus pendent poma, exponitur; sed hoc loco calyx est, quo fructus & flos continetur. Dicitur ὄλοχος ab ὅλος & ἔχω, quod totum vel omnia id est præcipuum tenet, florem scilicet & fructum. Cortex pomi Græcis λέπος ῥοιᾶς & σίδιον dicitur. Dioscorides lib. 1. cap. 153. καὶ τὰ λέπη δὲ τῆς ῥοιᾶς, ἅ τινες σίδια καλοῦσι, *& punici mali cortices, qui à nonnullis sidia vocantur.* Suidas σίδια τὰ λέπυρα τῶν ῥοιῶν. Emendandus Hesychius. Vulgata lectio habet, σίδια τὰ τῶν ῥοιῶν λεπτά. σίδαι γὰρ αἱ ῥοιαί. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ πάντων χλωρῶν. σίδια κόκκοι ῥοιᾶς. Scribe, σίδια τὰ τῶν ῥοιῶν λέπη, vel, λέπυρα· σίδαι γὰρ, &c. *Sidia cortices granatorum, sida enim granatum, ponitur & pro omni virore, sidion coccos.* Galenus cap. de malo punica, τούτων δὲ ἔτι τὰ λέμματα, καλεῖται δὲ σίδια. Erotianus corticem, putamen mali punicæ σίδην vocari scribit, σίδης τὸ τῆς ῥοιᾶς λέμματος, *sida corium mali punicæ.* Vel fallitur magnus vir, vel codex corruptus. Nullus Hippocratis extat locus in quo σίδη pro putamine mali punicæ ponitur; plures in quibus σίδιον pro cortice usurpat divinus senex. Erotiani codicem corruptum ex eo probatur, quod reperiantur codices, in quibus σίδαι legitur. Facilis lapsus σίδια in σίδας. Nicander in Alexiph. mali hujus corticem καρπίου κάλυμμα vocat.

Ἠ καί που σιδόεντος ἀποβρέξαιο κάλυμμα,
Καρπίου.

Hisque ex puniceis extrema putamina malis
Adjice.


Falluntur qui καρπίον corticem exponunt, καρπίον ipse fructus, κάλυμμα καρπίου, quod fructus tegit, cortex, putamen. Latinis malicorium dicitur. Plinius lib. 23. cap. 6. *Vulgus coria maxime illo* (cortice) *perficere novit, ob id malicorium appellant Medici.* Idem lib. 24. cap. 11. *Hujus aridis foliis; ut malicorio coria perficiuntur.* Alii malicorium dictum malunt, quod mali putamen & tanquam corium sit cortice durius, nucis involucro tenerius. Grana interiora solent vocari κόκκωνες. Hesychius, κόκκωνες οἱ κόκκοι τῆς ῥοιᾶς, καὶ ὅθεν ἰξός, *grana mali punici, & unde viscum fit.* Vocantur etiam κόκκοι. Pollux libr. 6. cap. 13. κόκκοι ῥοιᾶς καὶ οὕτω μὲν τὸ καρπὸς (σπέρμα πυρῆνα, intus contentum acinum καρπὸν vocat) τὸ δένδρον δὲ ῥοιά· εἴποις δ᾽ ἂν κοκκίσαι ῥοιὰν κατ᾽ Ἀριστοφάνην· ὀξυγλυκείαν τ᾽ ἄρα κοκκιεῖς ῥοιάν. *grana mali punici; sic enim semen vocatur; arbor enim* ῥοιὰ *punica dicitur. Unde apud Aristophanem malum punicum suis granis spoliare, eximis ne ex acido dulci punico grana?* Dioscorides lib. 4. κόκκοι τῆς ῥοιᾶς. Hippocrates tamen κόκκωνα vocem sæpe ponit pro grano Thymeleæ, Galenus in exegesi. κόκκωνα, κόκκον τὸν κοινῶς ὀνομαζόμενον, οὐ τὸν κνίδιον ὃν καὶ αὐτὸν ἔστιν ὅτε κόκκον ἄνευ προσθήκης ὀνομάζει. *Coccona granum aut acinum communiter dictum, non granum cnidium, quod etiam ipsum interdum sine adjunctione κόκκωνα vocat Hippocrates.* Uti lib. 1. γυναικ. ubi malè legitur ἀντὶ κόκκωνα per ω μέγα, κόκκονα per ὀ μικρὸν, συμμίσγειν σκόροδα καὶ κράμβην κόκκωνάς τε; Vertunt, *allium & brassicam granaque mali punici admiscere.* Agit loco citato Hippocrates de suppressa lochiorum purgatione, quam non promovent mali punici grana, sed impediunt; adstringendi enim vi pollent. Granum cnidium egregie lochia promovet. Verte ergo, *allium, & brassicam, granaque cnidia admiscere.* Quæri solet, an malum punicum inter, ὀπώρας numerari debeat, an vero inter ἀκρόδρυα? Quæ ὀπώρα, quæ ἀκρόδρυα dicantur supra lib. 2. cap. 7. docuimus. Geoponicῶν auctor inter ἀκρόδρυα, id est *nuces* recenset. Ἀκρόδρυα δὲ καλεῖται, ὅσα ἔξωθεν κέλυφος ἔχει, οἷον ῥοιὰ, πιστάκια, &c. Contra Plinius lib. 23. cap. 6. inter opora, id est, poma, recenset. cum ait, *punici mali novem genera, primus pomi hujus partus.* Varro ex malo punico cibum apes capere cum scribit, inter ὀπώρας ponit. Nos inter ὀπώρας punicæ ultimum locum damus, primum inter ἀκρόδρυα, ita ut medium quasi sit genus inter ὀπώρας & ἀκρόδρυα. Malus punica (de arbore loquor) alia domestica, alia sylvestris. Domesticæ, quo ad fructum has agnoscit differentias Theophrastus; punicum nucleo carens, nucleo præditum, acidum, dulce & vinosum. Acidi meminit libr. 1. cap. 19. αἱ δὲ ὀξεῖς ὥσπερ ῥοαί: dulcis & acidi mentionem facit lib. 5. de caus. cap. 11. διὸ καὶ αἱ μῆλεαι καὶ αἱ ῥοιαὶ μᾶλλον αἱ γλυκεῖαι τῶν ὀξειῶν. *Idcirco mala & punica dulcia magis* (σήπεται putrescunt) *quam acida.* Rationem addit, εὐμετάβλητος γὰρ ὁ χυμὸς ἀσθενέστερος ὤν. *quia dulcium succus mutationem facile recipit, quoniam imbecillior.* De vinoso & nucleo carentis agit lib. 2. hist. cap. 3. ὥστε ἐκ τοῦ σπέρματος ὀξείου ποιεῖν ἥμερον, ἢ σκληρὸν ἀπλῶς ποιεῖν βέλτιον. τοῦτο γὰρ ἐπὶ ῥοιᾶς ἀκηκόαμεν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν Κιλικίᾳ συμβαίνειν. ἐν Αἰγύπτῳ μὲν γὰρ τὴν ὀξεῖαν καὶ σπαρεῖσαν καὶ φυτευθεῖσαν, γλυκεῖαν γίνεσθαι πως ἢ οἰνώδη. περὶ δὲ Σόλους τῆς Κιλικίας παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν λεγόμενον Πίναρον, οὗ ἡ μάχη Ἀλεξάνδρου πρὸς Δαρεῖον ἐγένετο, αἱ ῥοιαὶ γίνονται ἀπύρηνοι, δι᾽ ὅλου δὲ τοῦ βίου κόκκοι τὸ οἰνῶδες ἔχουσι. Vide Comment. Quæret quis, quomodo ἀπύρηνοι dicantur ῥοιαί, cum grana per omne ævum vinum referant. Nucleo carens punicum duobus modis dicitur, cui mollis & cui nullus nucleus. Magnus Iulius Scaliger exerc. 181. scribit, punica in agro Babylonico nucleo carentia duorum esse generum: unum reperiri, cui ligneus nucleus adeo tener & mollis, ut mansus pro nihilo habeatur; alterum, nullum plane nucleum ostendere, sed succo tantum constare. Theophrastus cum nucleo carere scribit, intelligit nucleum habere tenerum & mollem, quod ex initio capitis citati probatur, καὶ ἐκ τοῦ τῆς ῥοιᾶς κόκκων τῶν γλυκειῶν ἀγλευκῆ, καὶ ἐκ τῶν ἀπυρήνων σκληρά. πολλάκις δὲ καὶ ὀξεῖα, *ex acinis mali punici dulcibus, vilis, ex enucleatis dura & plerumque acida.* Unde Athenæus libr. 14. ῥοιὰς in σκληροκόκκους καὶ ἀπυρήνους distinguit in nucleo prædita duro, & carentia, id est, molli donata nucleo. Plinius lib. 13. cap. 19. *Divisit & in genera, apyrenon vocando, cui lignosus nucleus abest. Sed candidior ei natura, & blandiores sunt acini, minusque amaris distincti membranis.* Antiquus codex habet, *sed candidior ei natura: & blandiores acini; minusque amari; distincti membranis.* In utroque exemplari Salmanticensi, ut Pintianus monet *apyrenum* legitur. Apyrinon per i in tertia nulla ratione defendi potest. Totam hanc periodum scribe, *Divisit & in genera apyrenon vocando, cui lignosus nucleus abest. Sed candidiores natura, & blandiores sunt acini, minusque acidi, distincti membranis.* Theophrastus, ut jam audivimus, apyrenon vocat, cui mollis & tener acinus; huic nucleum esse sapore vinoso ait, contra cui nucleus durus, ut plurimum nucleum esse acidũ. Nullum punicum datur cui amarus nucleus, nullum cui membrana amara. Non scripsit ergo Plinius, *amari*, sed *acidi*, nisi placet, Plinium amarum pro acido posuisse. Dioscorides punicam dividit, in urbanam & Sylvestrem. Sylvestrem ait triplicem in flore agnoscere differentiam lib. 1. cap. 54. βαλαύστιον ἐστὶν ἄνθος ἀγρίας ῥοιᾶς. εἴδη δέ ἐστιν αὐτοῦ πλείονα· εὑρίσκεται γὰρ καὶ λευκὸν καὶ πυῤῥὸν καὶ ῥοδόχρουν, ἔοικε δὲ κυτίνῳ ῥοιᾶς. *balaustium sylvestris punicæ flos est, cujus complura sunt genera: reperitur enim candidum, rutilum, & rosaceo colore. Domesticæ mali punicæ flori similis est.* Primo notandum, hanc florum diversitatem non esse in forma, sed colore: deinde, quod apud Oribasium, ἀντὶ πυῤῥὸν legatur πορφυροῦν. Quæ lectio alterius antiqui codicis auctoritate confirmatur, in quo inverso ordine ῥοδόχρουν καὶ πορφυροῦν scriptum est. Ad nos quotidie purpureo eleganti colore, etiam roseo & candido balaustia adferuntur. Domesticæ mali punicæ fructus, ut idem cap. 151. libr. 1. tradit, vel dulcis, vel acidus, vel vinosus. πασῶν μὲν τοι ἡ γλυκεῖα εὐστομαχωτέρα. Doctiss. Cornarius legit, ἧττον εὐστόμαχος vel κακοστομαχωτέρα, *stomacho minus utilia vel inimica.* Prior certe lectio non rejicienda. Hæc Plinii fulcitur auctoritate, qui libr. 23. cap. 6. ait; *Ex his dulcia quæ apyrena alio nomine appellavimus, stomacho inutilia habentur, inflationes pariunt.* Quæ inflationes pariunt, ea stomacho non valde amica esse solent; quod de dulci punico scribit Dioscorides, θερμασίαν ποσὴν γεννῶσα περὶ στόμαχον καὶ πνευματοῦσα, *circa stomachum calorem aliquantulum gignunt, inflationesque pariunt.* De acidis hæc apud Dioscoridẽ habentur. ἡ δὲ ὀξεῖα καυσουμένῳ στομάχῳ βοηθεῖ. καί ἐστι σταλτικωτέρα, καὶ οὐρητικωτέρα, ἄστομος δὲ καὶ στυπτική. *acida vero æstuanti stomacho auxiliantur, magisque contrahunt, ac felicius urinam cient, sed ori ingrata sunt, & adstringendi vi prædita.* Codex corruptus, & malè quidam vertunt ἄστομον, *gingivas qui lædunt.* Antiquus codex etiam Catacur. habet, εὔστομος δὲ καὶ στυπτική. *ori gratum & adstringens.* In aliis codicibus εὐστομαχώδης καὶ στυπτική habetur. Utra lectio præstet, dubito. Acida stomacho utilia, æstuanti quippe stomacho auxiliantur, debilem confortant. Acida ori non ingrata, nisi forte iis qui nil nisi dulcia amant, & insipida. Eo nomine codex præferendus in quo εὔστομος legitur, quod ad vulgatam lectionem proximè accedat. Ἡ δὲ οἰνώδης μέσην ἔχει δύναμιν. *vinosa medias vires obtinent.* Nicander quoq; tria genera punicorum in Alexipharmacis tradit, vinosum, Promenium & Æginense.

Βρύχοι δ' ἄλλοτε καρπὸν ἅλις φοινώδεα σίδης
Χρησίδος, οἰνωπῆς τε, καὶ ἣν πρωμήνειον ἔπουσι,
Σιὼ δὲ καὶ αἰγινῆτιν, ὅσαι τε σκληρέα κάρφη,
Φοίνι' ἀραχνήεντι διαφραίσσουσι καλύπτρῃ.

Punici crebro, cui Creta est patria, mali
Formosum poterit potu æger sumere fructum,
Oenopesque, & quod promeneum nomine dicunt
Quodque Ægina tulit, tenuii quæcunque rubentes
Ac duras cute habent, mollique putamine crustas.

Scholiastes. οἰνωπῆς, εἶδος ῥοιᾶς καὶ οἰνάδος, καὶ πρωμένειον δὲ εἶδος ῥοιᾶς, ὠνόμαζε δὲ αὐτὴν ἀπό τινος Πρωμένου Κρητός· καὶ τὴν αἰγινῆτιν δὲ καὶ ὅσαι τὰ σκληρὰ κάρφη τὰ λεπτὰ τοὺς φλοιούς. Ex Nicandri versibus colligere licet, eos errare, qui ῥοιὰν Punicamque dictam hanc arborem volunt, à Carthagine; cum Creta, ut Nicander canit, ei patria sit. Vinosum quale Punicum satis constat; sed quodnam πρωμήνειον, quodnam αἰγινῆτις? An promeneum dulce, æginetis acidum? Apud Hesychium πρωμένειοι ῥοιαί τινές. Rectè fecisset, si quodnam esset Punici genus memoriæ prodidisset. An Nicander licentia Poëtica πρωμήνειον pro πρωμένειον dixit? an verò contra Hesychii codex corruptus? Apud Phavorinum, qui plura ex Hesychio mutuatus est, πρωμένειον legitur. Verisimile ergo, Nicandrum licentia poëtica πρωμήνειον scripsisse. Promeneion, ut Nicandri scholiastes docet, nomen habet à Promeno quodam Cretensi; æginetes ab Aigina urbe. Suidas, Αἴγινα πόλις, καὶ αἰγιναία ναῦς. καὶ αἰγινήτης, ὁ ἀπὸ τῆς αἰγίνης. Venio ad Plinium. Hic libr. 23. cap. 5. novem, ait esse punici mali genera. *Punici mali novem genera, nunc iterare supervacuum.* Sed quæ hæc novem genera? Ea recensere videtur libr. 13. cap. 19. *Divisit & in genera, apyrinon vocando, cui lignosus nucleus abest, sed candidior ei natura* (ita legendum supra dixi) *& blandiores sunt acini, minusque amaris distincti membranis. Alia structura eorũ, ut in favis, communis. Nucleos habentium quinque species, dulcia, acria, mista, acida, vinosa. Samia & Ægyptia, distinguuntur erythrocomis & leucocomis.* Hæc diligentius examinanda. Inter species nucleos habentium, dulcia numerat, cum dulcia apyrena, id est nucleo carentia. Idem Plin. libr. 23. cap. 6. *Ex his dulcia, quæ apyrena* (ita scribe, non *apyrina*) *alio nomine appellavi.* Dicendum pro Plinio, dulce esse punicum, quod apyrenon est, sed inter nucleos habentia, sive σκληρόκοκκα itidem reperiri dulce genus. Ergo duo Punica dulcia, apyrenon & sclerococcon. Acre punicum hactenus non vidi. Galenus austeri facit mentionem; ἔνιαι μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσιν ὀξεῖαι, τινὲς δὲ γλυκεῖαι, πλεῖον ἢ αὐστηραί, &c. *Sunt enim inter ea quædã acida, quædam plus dulcia quam austera.* Quæ Galenus plus dulcia quam austera vocat, ea vinosa sunt. Sed austerum genus reperitur, acre non datur. An ergo alterum pro altero posuit? Hoc profectò non insolens Plinio. Mistum quoque genus esse ait. Atqui mistum, ut ex Dioscoride colligere licet, ipsum vinosum est. ἡ δὲ οἰνώδης μέσην ἔχει δύναμιν. Ex uno scilicet genere duo conflavit Plinius, quod & alibi observavimus. *Samia*, inquit, *& Ægyptia distinguuntur erycomis & leucocomis.* Hermolaus pro *leucocomis* legit *glaucocomis*, idque, quia apud Theophrastum lib. 2. hist. cap. 3. in Aldino & Basileensi codice legitur, καὶ ἐκ τῆς ῥοᾶς κόκκων τῶν γλαυκίνων (vulgo γλυκέων, quæ lectio præstat) αἰγίνης. Locus hic parum pro Hermolao facit, quod eo loco de granis interioribus agit Theophr. cum apud Plinium de fronde sermo fit. Nam non vocatur glaucocome vel leucocome à grano, sed fronde comaque alba, aut glauca. Sed forte scripsit Plinius, *Samia & Ægyptia distinguuntur erycoccis & leucoccis.* Iam locus Theophrasti juvaret, scribendumque *glaucoccis* probari posset. Sed, ut dixi, vulgata lectio Theophrasti verior. Malus punica humilis & haud magna arbor, vel potius frutex est, magnitudine, cortice, ligni duritia, radicibus euonymo, quæ & anonymus vocatur, non dissimilis. Ramulos promit tenues, exiguis, paucis, oblongis, ac subrectis aculeis, spinosos. Folia parva sunt, longitudine sextantem, latitudine vero digitum raro excedentia, oleæ aut myrti æmula, nitidi viroris, pediculis annexa rubentibus, rubrisque intercursantibus venulis prædita, graviter cum fœtore aliquo odorata, atque canum halitum, feliumque urinæ graveolentiam aliquo modo referentia. Calyx qualis jam descripsi, oblongus, calathi modo patulus, ore stellatim dissectus, è quo floris folia emergunt tenuia, colore coccineo, agrestis papaveris æmula cum granulis quibusdam mediis capillamentis appensis, ut in rosa. Florum capita, hoc est fructuum rudimenta, quæ à Theophrasto cytini vocantur, quandoque decidunt. Plurimis enim fœtibus, onusta arbor, alimentum omnibus præbere nequit (alia etiam causa à Theophrasto datur, quam suo loco examinabo.) sed firmioribus & validioribus tantum, imbecil-

Malus Granata.



liores autem prærepto à validioribus succo orbati, à pediculo resoluti cadunt, qui magnam medicis, propter adstringendi facultatem, præstare possunt utilitatem. Qui in arbore manent, pugni magnitudine adolescunt, fiuntque poma globosa, brevi pediculo ramis annexa, umbilico in summo lato, amplo, ac dolii plerumq; instar concavo ac profundo. Coriacea membrana teguntur dura, subscabra, foris in obscura purpura subrussa, intus flavescente, substantia, gustu, denigrandi facultate gallis non dissimili. Intus continentur oblongi, confracti acini, tenui carne, vinoso succo & officulo constantes. Grana hæc intercursantibus flavis, tenuibusque membranis, ad favorum aliquam similitudinem disposita, miroq; naturæ artificio distincta. Differunt inter se acini colore ac sapore. Nonnulli enim russi, alii in purpura sunt candicantes, quidam etiam candicant tantum: sapore nonnulli dulces, alii acidi, quidam vinosi, sive potius mixti. Nam omnib. vinosus & præcipuę suavitatis sapor. Semina acinis singula carthamo figura & colore satis similia, minora tamen, foris ligneo cortice tecta, intus nucleo prædita. Reperitur etiam, ut observavit doctiss. Valerius Cordus, singulare quoddam hujus mali genus, nullum in acinis semen continens; quale tantum semel vidi, illud fortasse quod ἀπύρηνον Græci vocarunt. Quanquam verisimilius illud genus dici possit, quod semen habet molle & tenerum. ligni sive stipitis materies flava est, cortice cinereo vestita. Sylvestris punica, domesticæ ac cultæ per omnia similis, asperior tamen, spinisque incultior; florem quoq; fert, sed qui nullo succedente fructu perit, exiguo calyce, plano tamen, & aperto, atq; in quatuor aut quinq; partes dissecto exit, densis frequentibusque foliis stipatus, colore ut plurimum rutilo, ac inter sanguineum roseumque medio aspectu jucundissimo, nonnunquã candido spectatur colore; aliquando mixtus videtur ex rutilo & albo. Qui rubentis coloris est, majorem in medicina usum habet, multitudine etiã foliorum differt; quippe tam multiplici cernitur quandoq; folio, colore saturato, ut rosam mentiatur centifoliam. Reperitur flore pleno minore, foliis atro virentibus, calice crassiore, flore minore, tristiore, saturata purpura punicante, à priore differt. Balanstia elige densis, rutilis, roseoque colore conferta, sanguineo decore aquam inter macerandum coquendumque tingenta, gustu vehementer adstringentia. Quæ pallidiora fuerit è medicina excludenda.

Sativa

Sativa punica malus, provenit in calidis meridiem versus regionibus, veluti in Gallia Narbonensi, Balearibus insulis, Italia, Hispania, ac præcipuè in regno nunc appellato Granatæ, quod à frequentia malorum punicarum (quæ vulgo granatæ) nomen accepisse creditur. Gignitur autem passim etiam sine cultura; ea tamen addita melius proficit. In vinetis enim, viridariis, hortis, aliisque perinde excultis lætior ac vegetior conspicitur. Sylvestris in Africa nascitur, in Syria circa Alepum, ac in ea Hispaniæ parte, quæ Herculeo freto vicina est, ac Granata vocatur. Apud nos in hortis quandoque visitur; sed magno studio, curaque coli debet, & adversus hyemem valdè muniri; nec florem nec fructum ob aëris frigiditatem apud nos profert. In Anglicano horto regio Westmestri quotannis floret, sed fructus sequitur nullus. Acini terræ si mandantur, feliciter satis proveniunt; verum nisi hyemali tempore quam diligentissime adversus frigus muniantur, facillimè pereunt. Mirandum ergo scribere Theophrastum, quod in Ponto punica etiam locum vicinum opacans ramorum luxuria reperiatur. Sed fortè ea Ponti pars Batavia calidior, vel solum punicis aptius. Sic laurus quotannis in Zelandia floret, cum nec in Flandria, regione calidiore, nec Batavia, Zelandiæ vicina, floreat, ac in eadem adversus hyemem muniri debeat; quod etiam in Flandria fieri audeo, cum in Zelandia aëri etiam frigidissimo committatur.

Ἄπιοι δὲ, &c. Inter fructus horarios non ultimum locum obtinet pyrus. Antequam pyri aggrediar historiam, exponendum, qui fructus horarii sive ὡραῖοι vocentur, quod sæpius de talibus fructibus fiat mentio. Ὡραίους fructus describit Galenus lib. 2. de aliment. facult. cap. secundo, ubi ait, ὥραν ἔτους ὀνομάζουσι οἱ Ἕλληνες ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ μεσοῦντι τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν γίγνεσθαι συμβαίνει. Χρόνος δ' ἐστὶν οὗτος ἡμέρων τεσσαράκοντα. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν χρόνον ἅπαντες εἰσὶν οἱ ὡραῖοι καλούμενοι καρποὶ, τινὲς μὲν ἤδη παρακμάζοντες, ἔνιοι δὲ ἀρχόμενοι, τινὲς δὲ ἀκμάζοντες, ἢ μετὰ τὴν ἀκμὴν, ἢ πρὸ αὐτῆς. ὡραίους δ' αὐτοὺς ὀνομάζουσιν οὐχ ὅτι μόνον κατὰ τὸν εἰρημένον γίγνονται χρόνον, ἀλλ', ὡς οἶμαι, διορίζειν βουλόμενοι τῶν εἰς ἀπόθεσιν ἐπιτηδείων, id est, ὥραν, anni Græci id tempus appellant, in cujus medio caniculam exoriri contingit. Tempus autem id dierum est quadraginta, quo tempore omnes ὡραῖοι horarii, quos vocant, fructus constant: nonnulli jam declinantes, alii incipientes, alii in suo vigore, aut ultra vigorem, aut citra consistentes; Vocant autem ipsos ὡραίους horarios, non quod id temporis solum sint; sed (ut mea fert opinio) quo ipsos ab iis qui ad reponendum sunt idonei, distinguant. Rectè ὡραίους nonnulli fugaces vocant fructus, quod non diu durare possint, vel per integrum annum servari, uti triticum, hordeum, pisum, aliaque frumenta, leguminaque, de quibus Galenus præcedenti egit libro. Contra horarii sive fugaces sunt, mala, pyra, pepones, cucumeres, aliique fructus qui per totum annum haberi nequeunt, postquam perfectè maturi fuerint. Inter fugaces rectè numerantur pyra; quippe brevi temporis spatio gratiam, quam habent, amittunt, putrescunt & pereunt. Quod autem pyri unum aut alterum, aut ad summum tertium genus reperiatur, quod ad ver durare possit, nihil impedit, quo minus inter ὡραίους, horarios, fugaces fructus pyra numerari debeant. Galenus enim eos tantum eximit fructus, qui quovis anni tempore, ac hora, haberi possint; ut legumina, & frumenta omnia. Pyrus Latinis arbor, fructus pyrum dicitur. Græcis arbor fructusque ἄπιος vocatur; peculiariter tamen fructum, τὸ ἄπιον vocant, ut Latini hoc pyrum. Vocis ἀπίου tria etyma habemus apud Phavorinum ἄπιος ἡ ὄχνη καλουμένη γενικῶς. ὅτι πρῶτον ἐν Ἀπίᾳ γέγονεν. ἢ παρὰ τὸ ἐν διψηροῖς τόποις φύεσθαι. ἢ παρὰ τὴν ποιότητα τοῦ χυλοῦ αὐτῆς. *Apios generaliter ὄχνη appellatur. nomen impositum, vel quod in Apia regione primum nata pyrus, vel quod in locis siticulosis aridisque proveniat, vel propter succi ipsius qualitatem.* Prius etymon probat Theocriti Scholiastes, ad finem eydyl. primi. ἀπίους δὲ ὅτι πρῶτον ἐν Πελοποννήσῳ ὤφθησαν φῦναι, ἣ ἐλέγετο Ἀπία. *pyra, apios vocant, quod primum in Peloponneso, quæ Apia dicitur, videtur nata.* Eandem hanc opinionem defendit Stephanus, qui de urbibus dictionarium posteris reliquit. φησὶ δὲ ὅτι τὰς ἀχράδας τὰς ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ (ἀπίας) γενομένας ἀπίας (scribe ἀπίους) ἀπὸ ταύτης ὑπὸ τῶν ἔξωθεν λεχθῆναι. *Ister pyrastrum in Apia regione nascentem ἄπιον ab eadem, ab exterioribus dici ait.* Contrarium tamen verum esse idem Ister apud Athenæum libr. 14. docet. Peloponesum scilicet, Apiam dictam, quod pyri plures in ea regione reperiantur. Ἀπίων ἐπεὶ ἀπ' αὐτῶν ἡ Πελοπόννησος Ἀπία ἐκλήθη; διὰ τὸ ἐπιπολάζειν ἐν αὐτῇ τὸ φυτὸν, φησὶν Ἴστρος ἐν τοῖς Ἀργολικοῖς. *De pyris τῶν ἀπίων agam deinceps, quandoquidem ab illis Peloponnesum Apiam cognominarunt, quoniam ut scribit Ister in Argolicis, in ea regione frequentissima est illa planta.* Et hæc quæ super prius etymon dicenda sunt; illud tantum addo, postremam sententiam videri probabiliorem. Alterum etymon παρὰ τὸ ἐν διψηροῖς τόποις, *quod locis sitientibus nascatur.* Hoc mirabitur quispiam, quippe omnis pyrus locis frigidis & lætis gaudet. Cassianus Bassus libr. 10. cap. 23. τὸ γένος δὲ ἀπίων (MS. ἀπιδίων) ψυχεινοῖς καὶ ἐνύδροις (MS. eodem sensu εὐύδροις) καὶ εὐθηλέσι χαίρει χωρίοις. Palladius in Februario tit. 15. *Plantas pyrorum mense Februario locis frigidis ponemus, calidis vero Novembri: sed mense Novembri pyra locis tepidis conserenda, ut solo juventur irriguo; ita & florem plurimum proferent, & magnitudinem pomi turgentis acquirent, nasci tamen tali solo maximè diligunt, quale vinetis diximus convenire, sed læto solo & validas arbores, & fructus plurimos consequemur.* Unde ergo nomen impositum? Phavorinus ait, quod siccis gaudeat. An a contrario? Non ea viri doctissimi opinio. Movit illum, quod vox ἄπιος idem sonat ac μὴ πῖος. Τὸ α enim in compositionibus privationem denotat. ἄπιος ergo quasi μὴ πῖος, *non pingue.* Loca non pinguia, sicca & sitientia; pinguia enim non tam humorem, fimumque desiderant, quam sicca & arenosa. Hinc pyrum ἄπιον vocatam tradit, quod διψηροῖς gaudeat. Etymon illud ingeniosum quidē fatemur, sed verū negamus. Tertium est, παρὰ τὴν ποιότητα τοῦ χυλοῦ αὐτῆς, *propter succi ipsius qualitatem.* Quæ illa qualitas? Quod minime sit pinguis. Puto scribendum, πιότητα. Eustathius enim pyrum ἄπιον appellari scribit, quasi μὴ ἔχον πιότητα. *Quod pingui careat succo.* Certe Theophr. pyrum aquoso succo præditum lib. 1. cap. 19. hist. tradit. ἄλλο δ' ὑδαρής οἷον ἀμπέλου, ἀπίου, μηλέας. Nullo pingui succo præditum pyrum extra controversiam. Verisimile ergo ἄπιον dictam pyrū, quod pinguedine careat. Cæterum ἄπιον, quandoque pyrastrum, non domesticam significare cap. 4. hujus libri, cum de medica malo esset sermo, probavi. Significat præterea herbam quam Theophr. libr. 9. describit cap. 10. vide commentaria. Latinis pyrus dicitur, quod fructus ad pyramidis similitudinem è lato in acutum spectet, & in mucronem turbinetur. Supra lib. 2. cap. 7. notavimus pyrum domesticam à Poëtis ὄχνην vocari, propriè tamen significare sylvestrem. Eodem etiam loco quæ differentia sit inter ἀχράδα & ὄχνην demonstravimus. Diximus præterea ἀχράδα proprie pyrum esse sylvestrem. Caput illud adeat lector, videat annotata, supervacuum equidē censeo, quæ ibi dicta repetere. Hic tantum notamus, quandoque scribi ὄγχνη cum γ ut apud Homerum, quandoq; sine γ ὄχνη, ut apud Theophrastum loco citato. Priorem lectionem Hesychii probat alphabetæ series, ὄγχναι αἱ ἄπιοι. ὄγχνης, etymon idem Phavorinus tradit. ὄγχναι, κυρίως αἱ ἀχράδες, ἤγουν δένδρα γεννῶντα τοὺς ἀγρίους ἀπίους. γίνεται δὲ παρὰ τὸ ἄγχειν, ἄγχουσι γάρ πως οἱ ἐκείνων καρποί, διὰ τὸ ἄγαν στρυφόν. *ὄγχναι proprie pyrastrum, vel ex pyrastro pyrus nata. nomen à suffocando accepit, fructus enim acerbitate sua penè suffocant homines.* ἀχρὰς deducitur ab α privativa, & χρεία usus, quod fructus hujus usus nullus esse solet, nec inter alimenta numerari, aut usum habere, nisi extrema urgente necessitate. In Græcia hoc ævo non ἀχράδες pyri sylvestres vocantur, sed ἀχλάδες, ut scribit Bellonius, quod ante sæculum unum alterumq; nomen habuerunt. Theocriti enim Scholiast. eidyl. primo scribit. ὄχνας, ἀπίους, ἢ ἀχράδας, ἀχλάδας. ἀχλάδας μὲν διὰ τὸ ἐν τῇ ἰδιώτιδι ὀχλεῖν οἴονται ἐμποιεῖν ὀχλάδας τινὰς οὔσας. *Achlades vocantur, quod dum manduntur, strepitum quendam aut molestiam faciunt, ac sint quasi molestia quædam.* Pyri sylvestris quædam genera esse tradit Dioscorides, sed quæ ea sint, & quomodo vocentur, non tradit. Urbana pyrus magnam in fructu diversitatem habet, multa quippe genera, immo infinita in Europa inveniuntur. Differunt enim magnitudine, colore, odore, sapore, forma, tempore. Alia quippe tempestive, alia sero matura, alia subito pereunt, alia ad tempus servari possunt; nomina à primis inventoribus, regionibus, aliisque notis invenerunt; quæ sigillatim explicari non possunt, cum quælibet regio sua habeat, & quælibet urbs peculiaria nomina ipsis tribuat. De pyrorum generibus hæc Plinius libr. & cap. 15. *Eadem causa in pyris taxatur superbiæ cognomine. Parva hæc, sed ocyssima.* Antiquus codex habet, *Eadem causa in pyris taxatur superba cognomine: parva hæc; sed ocyssima.* Scribe, *Eadem causa in pyris taxantur, superba cognomine.* Pyrum hoc Columella libr. 5. cap. 10. superbum vocat. Ex quo constat, lectionem antiqui codicis meliorē esse quam vulgati. Duo pyrorum genera, parva admodum, & cito admodum matura. Unum Galli *poires muscadelles* vocant; rarū apud nos: nam non puto in tota Batavia regionibusque circumjacentib. tres reperiri arbores. Bura hoc anno 1635. à Consule quodam, cujus nomen excidit, pyra

hæc

hæc accepimus, promisit arbusculam. Moschum odore referunt, sapore delicato, inter dulcem & acidum medio, adeoque parva sunt, ut pollicis articuli magnitudinē non superent; sed succulenta, ori naribusque grata. Hoc genus non puto describi à Plinio; nihil enim habent, quo taxari possint, quam quod parva sint. Alterum genus apud Belgas familiare satis, mudder-peer vocant; Parvum hoc, & cum pyro jam descripto maturum, nihil boni habet, nisi quod sit præcox, & in eo superbiat, quod omnium pyrorum, præter jam dictum, primum sit, ac gaudeat eo nomine possessor; ocyssime cadit, (quod alterum genus non facit) diutius si in arbore manserit, farinę modo mandendo friatur. Doctiss. viri superbum Plinii putant præcox esse Catonis; quorum sententiam probare nequeo; quod Columella, *superbum & præcox*, tanquam diversa numerat. *Cunctis*, inquit Plinius, *gratissima Crustumina.* Nomen acceperunt à Crustumio, Italiæ oppido, ubi optima & copiosa erant. Hęc, ut Servius, ait, ex parte rubent. Eorundem mentionem facit Virgil. 3. Georg.

Nec surculus idem.
— Crustumiis.

Crustumia Celsus fragilia ait. *Ex pomis*, inquit, *cerasium, morum, sorbum, pyrum fragile, quale crustumium vel nævianum.* Dalecampius à Gallis *poire perle* vocari tradit. Neapolitanus *pere giacciole di Roma* vocari tradit. *Roma*, inquit, *ad nos primitus exportata fuere, ibique è Thuscia. Tenera sunt, succosa, dulcia, alba* (unde *perle* credo nomen) *ex parte rubentia.* A Belgis Sint Jacobs peer vocatur. Plinius. *Proxima iis falerna, à potu, quoniam vis tanta lucci abundat. Lactea hæc vocantur, in iisque alia colore nigro donantur Syriæ.* Primum verba Plinii examinabimus, dein quænam pyri genera describat, videbimus. Codex antiquus habet. *proxima iis falerna à potu; quoniam tanta vis succi abundat: Lactea hæc vocantur in his: quæ alis colore nigro donant Syriæ.* Scribe, *proxima iis falerna à potu, quoniam magna vis succi abundat. Lactea à candore, alia à colore nigro Syria vocantur.* Tria pyrorum genera describit, falernum, lacteum, Syrium. Falernum inquit nomen accepisse à potu; rationem addit, quoniam magna succi copia scatet. Salernum ergo vocatur à succo, qui instar vini falerni dulcis & gratus est. Quali humore turgent, pyra, quæ à dulcis sacchari sapore suycker-peeren appellantur. Hæc non alium habent saporem, quam vinum optimum cui saccharum mistum. Pyri hoc genus nemini incognitum. Nonnulli falernum pyrum existimant, quod fransche hangemeele vocamus. Horum opinionem non probo, quod pyri illud genus, quod hodie eo nomine insignitum est, non sit succulentum, nec gratum sapore: sed pro ratione locorum, urbiumque, in hac ipsa nostra patria pyrorum nomina admodum variant. Quod n. Amstelodami vocatur Kepserut, id alibi vocatur suycherep-peer. Facile fieri potest, ut quod vulgo suycker-peer vocant, alibi fransche hangemeele nuncupent. Sed librarium in culpa puto, virosque magnos scripsisse fransche hanged-peer. Hoc n. vinoso, dulci, aromatico succo abundat. Sed lacteum hoc à Plinio vocari puto: succo enim præ cæteris est albido, & cortice ex albo virescente vestitum. Tertium genus, inquit, à colore nigro Syrium. Hoc mirabitur quispiam, & tamen Syria pyra sunt nigra, ut recte ad hunc Virgilii versum Servius.

Crustumiis Syriisque pyris, gravibusque volemis.

Vides Plinium pyri quoddam genus appellare Syrium. Recte ergo emendavimus, *alia à colore Syria vocantur.* Sed Helychio συρία pinguis crassaque toga. συρία ἡ παχεῖα χλαῖνα· ἤτοι ἀπὸ τῆς σισύρνης, ἢ ὅτι ἐν Καππαδοκίᾳ γίνεται. *pinguis crassaque læna, sic dicta à sisyrna* (indumentum est è villosis pellibus consitum) *aut quod in Cappadocia fiat.* Ergo à crassitie potius, aut pinguedine nomen Syrii impositum est. Respondeo, antiquissimos Græcos σύρον quod nigrum est vocasse. Theocryt. eidyl.

Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέοντί τυ πάντες
Ἰσχνὰν, ἁλιόκαυστον.

O Bombyce venusta, omnes te Syram vocant
Tenuem, sole adustam.

Scholiastes, συρίαν σε ὀνομάζουσι πάντες, λεπτὴν καὶ μέλαιναν ὑπὸ τοῦ ἡλίου. ἁλιόκαυστον τὸ ὑπὸ ἡλίου κεκαυμένον. *Syriam omnes te vocant, quod tenuis & nigra à sole sis reddita.* Ἁλιόκαυστον significat, à sole ustam. Columella Syrium pyrum ab aliis Tarentinum vocari tradit. *Ea*, inquit, *sunt Crustumina, regia, siguina, Tarentina, quæ Syria dicuntur, purpurea superba.* Plinius tamen Tarentinum diversum facit à Syrio. Nam inter Græca, inquit, esse Tarentina. *Græca*, inquit, *& in iis Tarentina.* Pergit. *Quod nam pyri genus Syrium fuerit, ignoro.* Baptista Porta genus quoddam vocari ait, *pera caravelle*, quod rubiginoso colore infectum ait. Sequitur apud Plinium. *Reliquorum nomina aliter in aliis atque aliis locis appellantur, sed confessis urbis vocabulis autores suos nobilitavere, Decimiana, & ex eo tractum, quod pseudodecimianum vocant.* Antiquus codex *decumana, & ex eo tractum quod pseudodecumanum vocant.* Apud Macrobium *decimanum* legitur, Columella lib. 12. cap. 10. decumanum vocat, ac inter ea quæ servari possunt numerat. In antiquissimo vero codice anno 1482. excuso decimiana legitur, ut in vulgatis habetur. *Dolabelliana longissimi pediculi.* Male in antiquo codice *dolobelliana.* Vulgatam probat Columella. Dolabellianum, quod Engelsen maedt-peer vocamus. *Pompeiana* (in altero codice, *Pomponiana*) *cognomine mammosa?* A rotunditate nomen habere, & orbiculatum Macrobii, videtur esse, quod tafel-peer vocant. *Lyceriana, Severiana & quæ ex iis nata sunt, Tyranniana longitudine pediculi distantia.* In vetusto utroque codice Salmanticensi, *licerniana* & *seviana.* Dalecampius, quia Marcellus cap. 20. facit mentionem scaurianorum, aut illic legendum ait, *severiana*, aut hic *scauriana.* Apud Columellam. *veniana* habet Commelini editio, Stephani, *neviana*; quo modo & in antiquo scriptum est, & lib. 5. & libr. 12. Macrobii codex *nævianum* vocat. Hæc omnia ostendunt, quam difficulter judicari possit, quæ sit vera lectio. Pro *tyranniana* apud Columellam *turranianum*, apud Macrobium *turrinianum* legitur. Vera scriptura videtur *turraniana*, quod à Plinio citetur auctor, cui nomen Turanius Gracula, in indice libr. 3. ex auctoribus, *Turannio Gracculâ, Cor. Nepote, T. Livio. Catone Censorio, &c.* Sequitur: *Favoniana rubra, paulo superbis majora.* Legunt, *Favoniana, rubra paulo superbis majora*; ut sit rubra genus per se, quod Macrobius videtur appellare *rubile.* Nobis vulgata non displicet. Favoniana dicta videntur, quod favonio flante statim formentur. Belgis tijt-peerkens / Dirckgen. *Lateriana, Anitiana post autumnalia acidulo sapore jucunda.* Antiquus codex valdè corruptus. *Et quæ ex iis nata sunt, Tyranniana. post autumnalia acciduo sapore jucunda.* Macrobius hoc pyri genus vocat *lateresianum*, Columella, *lateritanum.* A laterum colore nomen habere videtur. *Poire prevost* Galli vocant. Anitianum Columella *anicianum* vocat, vel, ut in antiquo codice habetur, *anitanum.* Scribe *anitiana, Post autumnalia acidulo sapore jucunda.* Post autumnalia Belgis ijs-boute. *Tiberiana appellantur, quæ maximè Tiberio principi placuere, colorantur magis sole, grandescuntque; alioquin eadem essent quæ Liceriana.* Tyberianum pyrum Galli *poire forest* vocant. *Patriæ nomen habent, serissima omnium, Amerina, Picentina, Numantia, Alexandrina, Numidia, Græca, & in iis Tarentina.* Et hoc loco corruptus antiquus codex. *Tiberiana appellantur, quæ maximè Tiberio principi placuere, colorantur magis sole, grandescuntque; alioquin eadem essent quæ liceriana, longitudine pediculi distantia. Favoniana rubra. paulo superbis majora, lateriana, anitiana. prime nomina serissima omnium Ameriana, Picentina, Alexandrina, Numidiana, Græca, & in iis Tarentina.* Vides omnia inverso & perturbato ordine scripta esse? In utroque Salmant. *Picentina minuta* habetur. Amerinum putant doctissimi viri, quod S. Thomas peer Belgarum populus vocat; ego vero pyrum istud puto, quod Plinius Græcum vocat, Græculum Macrobius. Plinius ad cap. finem. *In iis serotina ad hyemem usque ad matrem pendent gelu maturescentia, Græca, ampullacea, laurea, sicut in malis ameriana, scantiana.* Pyrum, quod Sancti Thomæ vocant, Novembri demum mense maturum est, & per totam hyemem usq; in mensem Aprilem, servari potest. Signina, quæ alii à colore testacea appellant, sicut onychina purpurea. Signinum vulgo rijt-peer vocant; à colore testæ testaceum, à colore arundinis siccatæ riet-peer. Onychina (ut docet Dalecampius) Plinius purpurea interpretari videtur, quod onyx tegmentum conchilii sit; ut ait Dioscorides purpuratum operculo simile. *Prima onychina Columellæ cap. 10. libr. 12. sic purpurea exponunt. Ego vero, (quia alabastrites lapis, onyx dictus est, unde Propertius onychem murrheum pro poculo dixit:*

Et cronino nares murrheus ungat onyx;

Quoniam ex alabastro pocula fierent, & Horat. onychem pro alabastro,

Nardi parvus onyx;)

Onychinum

Onychinum, hic interpretor pyrum, alabastro colore simile, vulgo poire cuisse madame : *purpureumque hic genus ab onychino diversum esse reor, non autem onichyni vel epitheton vel interpretationem, eodemque modo apud Columellam onychinum exponendum arbitror.* Hæc Dalecampius, cujus non improbo sententiam, & quid vero impedit dicere, onychinum dictum, quod unguis instar candicet? Ab odore myrapea, laurea, nardina. μυρέψιον ab odoris fragrantia, quasi unguentum redolentia. μύρον enim Græcis unguentum est, & persæpe moschi odorem unguentum dicunt. Veteres μύρον vocabant unguentum pretiosum & aromaticum. In antiquis Macrobii codicibus pessime *marapium* legitur, & apud Columellam libr. 12. mirappium. Myrapium pyri genus de quo supra mentionem fecimus, ac à moschi odore *poires Moschadelles* vocari. Parva hæc admodum sunt, sed quina, sena pluraque uno pediculo exeunt, ita ut natura, damnum, quod in magnitudine patitur colonus, retribuat copia. Præstantissima esse odore & sapore, supra dixi. Laureum Plinius tarde maturescere scribit : pendet enim in arbore usque in hyemem. Pristinum in Italia nomen adhuc obtinet: nam ab Italis, ut Baptista Porta scribit, *pera laure* vocatur. Cum enim voratur, fauces lauri odore replet, & serotinum est. Nardinum puto, quod vulgo saffaraen-peer vocatur, Odorem spirat inter nardum & crocum medium : à croci enim odore nomen habet. Ad finem Septembris mensis maturescit, magnum est, succiq; plenum. *A tempore hordearia, collo ampullacea & coriolana. Brutæ gentilitatis cucurbitina, acidula succi.* Antiquus codex; *à tempore hordearia; à collo ampullacea & coriolana. Brutæ gentilitatis cucurbitina, acidula succi.* Luxatus est verborum ordo. Scribe, *à tempore hordearia; à collo ampullacea, cucurbitina* (apud Macrol. *cucurbitivum*, sed in antiquiori codice, *cucurbitinum*, quomodo in utroque Salmanticensi legitur.) *Gentilitatis Corialana, Brutia, acidula succi.* Pyrum hordearium Sint Jacobs-peer appellamus, quod circa festum Iacobi, quando hordei messis, maturum sit; ampullaceum, quod instar ampullæ tumet, quale quod tafel-peer vocant. Cucurbitinum ab oblonga cucurbitæ figura, lanck-hals nominant. *Incerta nominum causa est barbaricis, Venereisque, quæ colorata dicunt.* Venereum Venus-peer vocant, Galli *acciole*. *Regiis quæ minimo pediculo sessilia : patriciis, voconiis, viridibusque oblongis.* Antiquus codex, *viridibus oblongisque.* Regium pyrū, quod soppede groenken à colore viridi & succo copioso dicunt, vel bergemotten à Bergamo, Italiæ oppido. Colore est herbido, minimo omnium pediculo, & compressæ rotunditatis ; adeò ut sessile videatur, serotinum est, sapore præstantissimo, succi pleno. Merito ergo ab antiquis regium nomen accepit. *Præterea dixit, volema Virgilius à Catone sumpta: qui & sementina & mustea nominat.* Virgilii versum supra citavi. Non ait Cato volema pyra mustea & sementina vocari, ut verba Plinii sonare videntur, & doctos accipere video; sed volemum, sementinum, musteum diversum pyri genus. Cato cap. 7. *Pyra volema, aniciana, & sementina, hæc conditiva in sapa bona erunt, Tarentina, mustea, & cucurbitina.* Sensus ergo verborum Plinii, volemum nominari a Catone; eundem mustei, & sementini mentionem facere. Volemum pyrum, quod volam manus impleat χειροπληθής, Vlaemsche pond-peer Belgis. In errore versatur, qui lexicon illud condidit, in quo legitur, volema pyra, quæ à Marone secundo Gorg. celebrantur, esse κολοκυνθίδας ἀπίους, *cucurbitina pyra.* Omnes qui de Agricultura & plantis scripserunt, cucurbitinum & volemum diversum pyri genus docent. Falluntur item, qui cucurbitinum à magnitudine & amplitudine dictum putant. A Forma nomen impositum. Sementinum à sementinis, ut Dalecampius docet, feriis, (utitur hoc vocabulo Varro libr. 1. de re rust. statim in initio cap. secundi. *Sementitinis* (alii *sementivis*) *feriis in ædem Telluris veneram*) quæ inclinante æstate sationis causa celebrabantur. Meminit alterius pyri generis Plinius lib. 15. cap. 11. *Nec non è pyris quædam libralia appellata, amplitudinem sibi ponderis nomine asserunt.* Librale pyrum Græcis πηλαιοπαῖον ἄπιον, Belgis anguisse-peer, Gallis *poire de bon Chrestien*, omnium pyrorum maximum & gratissimum. Nomen impositum à Gallis, non solum quod in eximia suavitate libræ pondus æquet, sed quod tanta teneritudine sit, ut à gustatu, vel in ipso ore statim eliquescat, & perennet, gustatumque toleret; ad Neapolim usque delatum Carolo octavo ibi res gerente, & à felici illa Campania iis dotibus adoptatum. Hyeme crudum coctumque manditur, utique esui peroptimum : ægris innoxie (ut Baptista Porta ait) præbetur ; omnium postremum, nec prius, quam hyemem experiatur, indomita acerbitate mitescat. Apud Batavos rara arbor est, rarius floret, rarissimè fructum fert. unum alterumque intra decem annorum spatium fructum tulit. Musteum pyrum à celeritate mitescendi dicitur. Male in vulgatis codicibus Macrobii *murteum* scriptum est, rectè in antiquioribus *musteum*. Apud eundem Macrobium hæc pyrorum recensentur genera, quorum apud Plinium non fit mentio; cirritum, cervisca, calculosum, lollianum, lanuvinum, milesium, orbiculatum, præcianum, fullianum, titianum, rimosum, præcox, mespillum serum, sextilianum serum, valerianum serum; de quibus quod dicam scribamque habeo nihil. Redeo ad cap. Plinii citatum. *Pars hæc vitæ jam pridem pervenit ad culmen expertis cunctis hominibus. Quippe cum Virgilius insitam nucibus arbutum, malis platanum, cerasis ulmum dicat. Nec quicquam amplius excogitari potest. Nullum certe pomum novum jam diu invenitur. Neque omnia insita misceri fas est, sicut nec spinas inseri quando fulgura expiari non queunt facile : quodque genera insita fuerint, tot fulgura uno ictu pronunciantur.* Si Plinii ævo quicquam amplius excogitari non potuit, quid de sæculo nostro dicemus, in quo infinita alia excogitata sunt. Duo pyra recentiores describunt, quorum primum, ut Dalecampius scriptum reliquit, in villa Iacobi Regii, pagi quam *Fontaines* vocant, haud procul à Luduno siti, natum est. E medio hujus corpore folium exoritur. Unde non ineptè quis pyrifoliū ἀπιόφυλλον nominarit. Dalecampio placet pyrophyllon, quia melophyllon apud Plinium reperitur, ubi de malorum agit generibus: nobis eadem de causa ἀπιόφυλλον vel pyrifolium placet. Alterum genus ex pyro moro insita natum est. Fructus eleganti rubore carnis sive pulpæ interioris placet, sed paucos fert fructus arbor; copia non exhilarat colonum, raritate tantum gaudet possessor. Aliud genus pyri sapore gratum colunt Batavi ex pyro malo insertâ natum, *pomapora* barbara voce appellant. Forma malum refert, pyrum sapore, succo plenum dulci-aqueo. Verba Plinii examinanda. *Insitam nucibus arbutum, malis platanum, cerasis ulmum dicat.* Apud Virgilium, unde hæc habet Plinius, *ulmis ilicibus insertum* legitur. Virg. libr. 2. Georg.

> *Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida,*
> *Et steriles platani malos gessere valentes,*
> *Castaneæque fagos, ornusque incanuit albo*
> *Flore pyri, glandemque sues fregere sub ulmis.*

Qui pro *ilicibus* scripsit *cerasis*, deceptus forte est illo versiculo ejusdem Maronis.

> *Pullulat ab radice aliis densissima sylva,*
> *Ut cerasis ulmisque.*

De alia re loco citato agit Poëta, nempe, quot modis arbores provenire possint. Miserè & illi labuntur, qui ex versibus primò citatis, malè intellectis, scribunt, ornum esse flore pyri. Non de formis arborum sermonem habet Virgilius, sed de insitione nonnullarum in alias dissimiles, ac natura differentes, veluti mali in platanum, nucis in arbutum, pyri in ornum ; atque hoc modo platanum scribit poma ferre, fagos castaneas, nucem arbuti fructum, ulmum glandem, ornum incanescere flore pyri. Plinius, *nec spinas inseri, quando fulgura expiari non queant facile.* Simile quid reperitur lib. & cap. 17. de moro, ubi Plinius ait. *Morus talea tantum, quoniam ramo eam seri religio fulgurum prohibet.* Rectius legetur, *neque omnia insitu misceri fas est.* Quod sequitur, *facile ; quotque genera insita fuerunt, quando tot fulgura uno ictu pronunciantur* ; (ita legi debet.) mysterium quoddam antiquitatis reconditum habet. Tria à Festo fulgurum esse genera traditur, postulare, pestiferum, peremptale. Postulare votorum aut sacrificiorum spretam religionem desiderat. Pestiferum denunciat mortem, aut exilium. Peremptale superiorum fulgurum portentorumque significationem abolet aut perimit. Urbanæ pyri arbor nemini incognita, mali est magnitudine, eamque non raro superat, simplici, crassoque stipite assurgit, materies caudicis sublurea crispaque, admodum tractabilis, ad typos ex ea sculpendos satis idonea, ramis brachiatur plurimis, qui non tam in latitudinem effunduntur, quam altum petunt. Folia ambitu leniter circinata, orbiculata, latiuscula, supernè lævia, splendida, & satis viridia, infernè albicantia : flores foliati, candidi; fructus magnitudine, colore, figura, specie, sapore admodum diversus; magna tamen ex parte oblongus & turbinatus, cute contegitur ut plurimum partim ex luteo virenti, interdum rubente, non

Pyrus.



non raro sordente; Caro omnibus alba, unum, aut ad summum, alterum genus si exceperis. Nam quæ à croco nomen habet odore est croci, carne ex albo sublutea. Semen in membranaceis loculis medium occupat, foris nigrum, intus album. Radix in rectum, non obliquum fertur. Floret Aprili, Majoque mensibus; quæ à croco nomen habet, quandoque Martio floret mense, foliaque nova promit, reliqua genera Aprili Majoque. Fructus non uno maturatur tempore, quidã Iunio, alii Iulio, nonnulli Augusto, plurimi Septembri, non pauci Octobri, qui demum Novembri maturi primum sunt non multi reperiuntur. Pyraster urbanam satis refert pyrum, sed brevior est, spinasque secundum ramos habet duras ac pungentes, fructus esui ineptos, austeros quippe & duros fert. Sylvestris pyrus in sylvis, circa agrorum margines, secusque vias, nulla adhibita cura aut cultura, reperitur. Urbana in hortis & viridariis colitur.

Καὶ μηλέαι. Ad malorum præstantiam facit, quod disputat Plutarchus, διὰ τί τὴν μηλέαν ἀγλαόκαρπον ὁ Ποιητὴς εἶπεν, Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὑπέρφλοια τὰ μῆλα. *Cur malum Homerus splendidum fructum vocarit, Empedocles mala* ὑπέρφλοια *dixerit.* Hanc disputationem movet Plutarchus Sympos. libr. 5. cap. 8. ubi ait, ἑστιωμένων ἡμῶν ποτὲ ἐν Χαιρωνείᾳ, καὶ παρατεθείσης παντοδαπῆς ὀπώρας, ἐπῆλθέ τινι τῶν κατακειμένων ἀναφθέγξασθαι τὸν στίχον ἐκεῖνον, Συκαῖ τε γλυκεραὶ (Turnebus, Vulcobius, ὄγχναι, καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι. Apud Homerum Odyss. η hic versus reperitur,

Ὄχναι καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,

Quod ostendit vel Plutarchi codicem corruptũ, vel Homeri, vel Plutarchum versum hunc malè citare. Plutarchi codicem corruptum, ex eo luce meridiana clarius apparet, quod apud Homerum loco citato legatur,

Ὄχναι καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,
Συκαῖ τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι.

Ex duobus versibus unum carmen exscribentium negligentia, vel nimia scioli diligentia conflatum videtur.) καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι. ζήτησις οὖν ἦν, διὰ τί τὰς μηλέας ὁ Ποιητὴς ἀγλαοκάρπους ἐξαιρέτως προσεῖπεν. καὶ Τρύφων μὲν ὁ ἰατρὸς ἔλεγε κατὰ τὴν πρὸς τὸ δένδρον εἰρῆσθαι σύγκρισιν, ὅτι μικρὸν ὂν κομιδῆ καὶ τὴν ὄψιν εὐτελὲς, καλὸν καὶ μέγαν ἐκφέρει τὸν καρπόν. ἄλλος δέ τις ἔφη, τὸ καλὸν ἐκ πάντων συντεθέντων (Turnebus, συντεθὲν) μόνῳ τούτῳ τῶν ἀκροδρύων ὁρᾶν ὑπάρχον. καὶ γὰρ τὴν ψαῦσιν ἔχει καθαρὰν ὡς ἴον, ὥστε μὴ μολύνειν, ἀλλ' εὐωδίας ἀναπιμπλάναι τὸν ἁπτόμενον. καὶ τὴν γεῦσιν ἡδεῖαν, ὀσφραίνεσθαί τε καὶ ἰδεῖν ἐπιτερπέστατόν ἐστι. διὸ καὶ πάσας ὁμοῦ τε τὰς αἰσθήσεις προσαγόμενον, εἰκότως ἐπαινεῖσθαι. ταῦτα μὲν οὖν ἔφαμεν ἡμεῖς μετρίως λέγεσθαι. τὸ δὲ Ἐμπεδοκλέους —— καὶ ὑπέρφλοια μῆλα (vide cap. de punica) usq; καὶ τοῦτο. τὰ δὲ μῆλα καθ' ἣν τινα διάνοιαν ὁ σοφὸς ὑπέρφλοια προσείρηκε, διαπορεῖν, καὶ μάλιστα τοῦ ἀνδρὸς οὐ καλλιγραφίας ἕνεκα ταῖς εὐπροσωποτάταις τῶν ἐπιθέτων, ὥσπερ ἀνθηροῖς χρώμασι τὰ πράγματα γανοῦν εἰωθότος, ἀλλ' ἕκαστον οὐσίας τινὸς ἢ δυνάμεως δήλωμα ποιοῦντος· οἷον ἀμφιβρότην χθόνα, τὸ τὴν ψυχὴν (τῇ ψυχῇ Turn. Vulc.) περικείμενον σῶμα· καὶ νεφεληγερέτην τὸν ἀέρα, καὶ πολυαίματον τὸ ἧπαρ. εἰπόντος οὖν ἐμοῦ ταῦτα, γραμματικοί τινες ἔφασαν ὑπέρφλοια λελέχθαι τὰ μῆλα διὰ τὴν ἀκμήν. τὸ γὰρ ἄγαν ἀκμάζειν καὶ τεθηλέναι, φλοίειν (cod. Al. τεθηλέναι φλοίειν sine commate) ὑπὸ τῶν ποιητῶν λέγεσθαι. καὶ τὸν Ἀντίμαχον οὕτω πως φλοίουσαν ὀπώραις εἰρηκέναι τὴν τῶν Καδμείων πόλιν· ἡμοίως τὸν Ἄρατον ἐπὶ τοῦ σειρίου λέγοντα· καὶ τὰ μὲν ἔρρωσεν, τῶν δὲ φλόον ὤλεσε πάντα· (corrigunt καὶ τὰ μὲν οὖν ἔρρωσε, sed tum versus non constat, nisi legant, καὶ τὰ μὲν οὖν ἔρρωσε; φλόον δὲ τὸν ὤλεσε πάντα. de versu isto judicium ferant Poëtæ) τὴν χλωρότητα καὶ τὸ ἄνθος τῶν καρπῶν, φλόον προσαγορεύων· εἶναι δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων τινὰς οἳ φλοιῷ Διονύσῳ θύουσιν· ἐπεὶ οὖν μάλιστα τῶν καρπῶν ἡ χλωρότης, καὶ τὸ τεθηλέναι τῷ μήλῳ παραμένει, ὑπέρφλοιον αὐτὸ τὸν φιλόσοφον προσαγορεῦσαι· Λαμπρίας δὲ ὁ πάππος ἡμῶν ἔφη τὴν ὑπὲρ φωνὴν, οὐ μόνον τὸ ἄγαν καὶ τὸ σφοδρὸν δηλοῦν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔξωθεν, καὶ τὸ ἄνωθεν. οὕτω γὰρ ὑπέρθυρον καὶ ὑπερῷον καλεῖν ἡμᾶς, τὸν δὲ ποιητὴν καὶ κρέα ὑπέρτερα τὰ ἔξω τοῦ ἱερείου, ὥσπερ ἔγκατα, τὰ ἐντός. ὅρα τοίνυν (ἔφη) μὴ πρὸς τοῦτο μᾶλλον ὁ Ἐμπεδοκλῆς πεποίηκε τὸ ἐπίθετον, ὅτι τῶν ἄλλων καρπῶν τὸ ἔξωθεν ὑπὸ τοῦ φλοιοῦ περιεχομένων, καὶ τὰ καλούμενα λεπύχανα καὶ κελύφη, καὶ ὑμένας, καὶ λοβοὺς ἐπιπολῆς ἐχόντων, ὁ τοῦ μήλου φλοιὸς ἐντός ἐστι κολλώδης χιτὼν καὶ λιπαρὸς, ᾧ προσίσχεται τὸ σπέρμα· τὸ δὲ ἐδώδιμον ἔξωθεν αὐτῷ περικείμενον, εἰκότως ὑπὲρ φλοιὸν ὠνομάσθαι Turn. Vol. ὥστε, vel εἰκός ἐστιν ὑπέρφλοιον ὀνόμασται vel ὠνόμασε. Id est, *Chæroneæ quodam in convivio cum omn's generis apposita essent poma, quidam accumbentium subiit versum Homeri pronunciare.*

Egregii mali fructus, ficusque suaves,
(Vel, ut apud Homerum legi diximus,
Pyri, punicæ, & pulchri mali poma,
Ficus dulces, oleæque valdè virentes.)

Heic quæsitum fuit, cur malum Poëta peculiariter, dignatus fuisset hoc nomine, ut præstantem fructu diceret. Id Trypho Medicus ajebat factum comparatione fructus cum arbore, quem parva admodum & visu aspectu fert pulchrum atque magnum. Alius quidam dicebat, in solo hoc arbore fructu pulchritudinem ex omnibus compositam formis conspici. Nam & contactu est instar violæ, ut non inquinet, sed fragrantia oppleat tangentem: & saporem habeat suavem, estque olfactu & visu jucundissimum malum: ut merito laudetur, quod omnes una sensus alliciat. Hæc nos mediocriter nobis probari diximus. Sed cum Empedocles scripserit, &c. —— ὑπέρφλοια μῆλα. —— (Vide cap. de punica) —— *usque maturare. Quo autem sensu sapiens mala dixerit hyperphlæa, dubito; maximè cum non elegantiæ carmini parandæ gratia nitidissimis adjectivis tanquam floridis coloribus exornare suas res Empedocles soleat: sed singulis naturam aliquam aut vim exprimat; ut cum corpus animæ circundatum vocat tellurem amphibroten, quasi undiquaque mortalem, & aërem nephelegeretam, tanquam nubes colligentem; & polyamaton jecur, id est, multo sanguine præditum. Hæc ego cum dixissem, grammatici quidam dixerant, mala dici hyperphlœa ob vigorem; nam à Poëtis* φλοίειν, *sumi pro eo quod est majorem in modum vigere & germinare, & Antimachum hoc sensu dixisse, Cadmæorum urbem frugibus vegetam, itemque Aratum de Seyrio.*

Καὶ τὰ μὲν ἔρρωσεν, τὸν δὲ φλόον ὤλεσε πάντα.

Viriditatem & florem fructuum phloi voce affecisse: esse etiam quosdam de Græcis, qui phloo Baccho sacrificent: quoniam itaque de omnibus fructibus in malo maximè vigor & viror permanent, hyperphlæum fuisse à philosopho nominatum. Lamprias autem, avus noster, ajebat, vocem hyper, non modo nimii & vehementis habere significationem, sed etiam ejus quod extra est aut supra. Sic enim à nobis hyperthyron dici superiorem januæ postem & hyperoum sublimius cænaculum, & Homerum (Odyss. γ) *carnes victimæ exteriores vocasse hypertera; ut interiores encata. Videamus an non huc Empedocles respexerit, quod cum alii fructus foris cortice* (is enim φλοιὸς est) *ambiantur, iique putamina quæ vocant, involucra, membranas, tegmina in superficie habeant: solus mali cortex intus est glutinosa & pinguis tunica, qua semen continetur. id vero quod esui, est foris, circa eam circumpositum, hyperphlæum* (quasi situm extra corticem) *rectè appelletur.* Mali inventorem Athenæus ex auctoritate Theocriti Bacchum scribit, ὅτι δὲ καὶ τῶν μήλων εὑρετής ἐστι Διόνυσος μαρτυρεῖ Θεόκριτος ὁ Συρακούσιος οὕτω πως λέγων.

Μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων.
Κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος.

Νεοπτόλεμος δ' ὁ Παριανὸς ἐν τῇ Διονυσιάδι καὶ αὐτὸς ἱστορεῖ, ὡς ὑπὸ Διονύσου εὑρεθέντων τῶν μήλων, καθάπερ καὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων. *Mala Bacchum reperisse his verbis Theocritus Syracusius affirmat.*

In sinu Bacchi quidem mala custodiens,
In capite gestans album populum, sacrum ramum Herculis.

Neoptolemus Parianus in Dionysiade refert, & à Baccho inventa fuisse mala, & alios omnes fructus duro cortice tectos. Sed non omnia mala invenit Bacchus, verum cydonia Veneri grata, ut supra probavimus. Μῆλον Theocrito malum cydonium, ut Eidyl.5. βάλλει καὶ μάλοισι. vide cap. de cydoniis. Arbor cujus Historiam hoc capite proponimus Latinis malus dicitur, fructus malum similiter, Græcis μηλέα arbor, μῆλον fructus. Sed apud Græcos vox μῆλον latius patet, quam malum apud Latinos; latius etiam sumitur quam pomum apud Romanos. Pomum supra diximus denotare omnem fructum molli cortice tectum, ὀπώραν Græci vocant; specialiter autem malum de quo nobis sermo significat. Bonum, ut hoc obiter addam, a potu quasi potonum dictum esse. Varro scribit lib. de re rust. cap. 31. *In poma quæ insita erunt, siccitatibus aquam addi quotidie, à quo quod indigent potu, poma dicta esse possunt.* Dixi μῆλον vocem latius patere, quam pomi. Hoc negant viri in re botanica celeberrimi, *Etsi*, inquiunt, *pomi nomen apud Latinos latius patet quam μῆλον apud Græcos, tamen usus obtinuit, ut pomus pro malo arbore, pomum pro mali fructu capiatur.* Hæc viri Doctissimi. Notant alii quandoque pomum non pro fructu, sed arbore neutro genere poni apud Plinium, ubi poma putanda esse docet, sicut vites. Idem Plinius quoque pomum dicit, quod alii nucem lib. 15. cap. 22. ubi de nucum generibus agit. *Solum hoc pomum compactili operimento clausit.* Idem apud Ovid. de nuce legitur.

Annua cultori poma referre suo.

Sed non minus latè patet vox μῆλον. Græci enim omnes arboris fructus μῆλον vocant, aliquando ad certam quandam speciem restringuunt. Hesychius, μῆλον πᾶς καρπός. Idem, μῆλα κυρίως μὲν πάντα τὰ τετράποδα, ὅθεν καὶ πᾶσα βύρσα, ὃ ἐστι... ἰδίως δὲ τὰ πρόβατα καὶ αἶγες, καὶ παντὸς δένδρου καρπός, ἐξαιρέτως δὲ τῆς μηλέας, καὶ πάντα τὰ δένδρα. *Melum omnem denotat fructum mela vulgo significat omnes quadrupedes, unde omnis bursa, hoc est omne corium melote dicitur, peculiariter autem oves & capras* (Gal. com. in lex.: μῆλα πάντα πρόβατα) *omniumque arborum fructus, imprimis vero mali, & omnes arbores.* Exemplum ex Homero peti potest, apud quem μῆλον pro quavis ponitur arbore. Iliad.

Πολλὰ δ' ὅγε προθέλυμνα χαμαὶ βάλε δένδρεα μακρὰ
Αὐτῇσιν ῥίζῃσι καὶ αὐτοῖς ἄνθεσι μήλων.

Multas hic funditus humi prostravit arbores altas
Cum ipsis radicibus, & ipsis arborum floribus.

Alia tamen Scholiastis Theocr. Eidyl. 5. sententia. Hic vult μῆλον versu citato accipi pro summitate arborum, μῆλα δὲ inquit, πάντα τὰ ἄκρα τῶν δένδρων. Ὅμηρος. αὐτῇσιν ῥίζῃσι καὶ αὐτοῖς ἄνθεσι μήλων. Vides μῆλον vocem latius, vel saltem æque late sumi apud Græcos, quam pomum apud Latinos. μῆλον derivatur a verbo μήλω, quod idem atque φροντίζω curo, sollicitus sum; quod Prisci de malis admodum essent solliciti, easque omni cum diligentia & studio colerent. Latinis eadem de causa malus à malo, desidero, expeto dicitur, propter insignem usum alimentarium, cibariumque. Malorum tam multæ sunt differentiæ, ut nulla regio, nulla urbs, nullum oppidum, nullum castellum sit, quod non privatam quandam suam aut originem, aut insitionem ostendat. Infiniti foret operis omnia malorum genera describere.

Non mihi si linguæ centum essent, oraque centum,
Ferrea vox omnes malûm comprendere formas,
Omnia pomorum percurrere nomina possem.

Quis posset in tanta malorum varietate, nominumque pro cujuslibet regionis, urbis, oppidi, hortulani, ac rustici placito ac diversitate, præsertim cum quotidie novo insitionis ingenio velut nova prodeant, omnia sine errore recensere. In genere tamen hanc malorum damus differentiam. Alia sunt magna, quædam parva, nonnulla oblonga, plura rotunda: quædam candida, nonnulla lutea, viridia alia, maxima pars lutea; non pauca rubedinis aliquid habent, contra alia multum, & in totum rubicunda: quædam foris tantum rubra, alia pulpa rubenti prædita, nonnulla rubris maculis, quædam oblongis rubris aspersa. Differunt gustu, quippe plurima pars aqueo, non pauca acido, multa dulci, quædam austero, alia ex dulcisubacido vel vinoso, contra alia ex vinoso subacido, quædam inter dulcem & acescentem medio sunt sapore. Sunt denique præcocia, serotina, media. Videamus quæ veteres de malorum generibus tradiderunt. De malis armeniacis, persicis, citriis, & id genus aliis, superioribus capitibus abunde actum; de malis tantum agemus, quæ hoc nomine κατ' ἐξοχὴν gaudent. Theophrastus lib. 6. de caus. cap. 24. Malum inquit urbanum & sylvestre: vernorum meminit & serotinorum hoc cap. 6. Cap. 23. l. 3 de caus. malum vernum culturа mitescere ait, & aliquando sine nucleo reddi. Dioscorides malorum vernorum mentionem facit, ac ait sylvestria vernis esse similia. Credo quod natura sua vernum sylvestre, ut ex Theoph. loco citato constat. Hic tria malorum genera describit cap. 161, 162, 163. Plinius plura pomorum genera novit, cujus caput de malis, libri puta 14, examinandum. *Malorum plura sunt genera, de citreis cum sua arbore diximus. Medica autem Græci nominant patriæ nomine. Æque peregrina sunt zizipha & tuberes, quæ & ipsa non pridem venère in Italiam. Hæc ex Africa, illa ex Syria, Sext. Papinius, quem consulem vidimus, primus utraque attulit, divi Augusti novissimis temporibus in castrorum aggeribus sata, baccis similiora quam malis, sed aggeribus præcipue decora, quoniam & in tecta jam sylvæ scandunt. Tuberum duo genera, candidum & a colore sericum dictum.* Hæc omnia cap. 4. hujus libri examinavimus. Quas describat Plinius tuberes, me ignorare fateor, ad nostram nondum pervenere cognitionem. Pergit, *pene peregrina sunt in uno Italiæ agro Veronensi nascentia, quæ lanata appellantur, lanugo ea obducit struthiis quidem persicisque plurima* (de struthiis & persicis satis abunde actum:) *His tamen peculiare nomen dedit, nulla alia commendatione insignibus.* Nec hoc genus mali, si non sit coroneum, habemus. *Reliqua cur pigeat nominatim indicare, cum conditoribus suis æternam propagarint memoriam, tanquam ob egregium aliquod in vita factum. Nisi fallor apparebit in eo ingenium inserendi, nihilque tam parvum esse, quod non gloriam parere possit. Ergo habent originem a Matio, Gestioque, & Manlio, item Claudio* Doctissimi viri pro *Claudio* legunt *Scandio*, tum ex Macrobio tertio Saturnalium, & Varrone lib. 1. cap. 59. Item lib. 1. cap. 59. & Columella lib. 5. scandiana poma celebrante; tum ex vetere utroque exemplari. Nam scantiana, de quibus infra, diversi sunt generis eidem Macrobio & Columellæ. Et statim ante verba, *a Matio Gestioque*, videtur scribendum *Sextio*, non *Gestio* ex Columella; qui volumine quinto Sextiana poma memorat. Macrobius etiam sextilianorum pyrorum meminit. Apud Macrobium Satur. lib. 2. cap. 15. (ubi locus hic in vulgatis editionibus habetur) inter malorum genera Cloatius enumerat scantiana & scandiana. *Rubrum, inquit, scandianum, sylvestre, Vrithium, scantianum, tibur.* — In antiquissimo Varronis codice anno 1482 Regii expresso lib. 1. cap. 58. scantianum & scandianum numeratur pomum. *Conditiva mala struthea, cotonia, scantiana, scandiana, orbiculata.* Eadem etiam lectio in editione anni 1498 reperitur. In vulgatis, sive post annum 1535 expressis, habetur, *conditiva mala struthea, cotonea, scantiana, quiriniana, orbiculata.* Pro *scandiana* reposuerunt *quiriniana*. Petrus Victorius in doctiss. ad Varronem annotationibus *scandiana* in antiquis codicibus se repperisse testatur quidem; sed id culpa Librarii factum putat; qui idem verbum una immutata littera, aut ne immutata quidem iteravit, cùm aut *quiriana* scribendum esset, aut statim ad orbiculata transeundum. Fieri enim potest, ut *quiriana* ab emendatore aliquo hic inculcatum sit. Hæc Victorii sententia. Ego Victorii viri Doctiss. probarem opinionem, nisi impediret Cloatius, qui utrumque genus recenset. Accedit, quod Doctiss. Pintianus in utroque Pliniano Ms. exemplari pro *Claudio, Scandio* scriptum esse testatur. Plinius. *Item Claudio, quibus cotoneo insito ab Appio e Claudia gente, Appiana sunt cognominata, odor his cotoneorum, magnitudo quæ Claudianis, color rubens.* Antiquus noster codex hæc longè alio sensu legit. *Item Claudio a quibus cotoneo insito. Ab Appio e Claudia gente Appiana sunt cognominata: odor est his cotoneorum magnitudoque: sed Claudianis color rubens.* In Archetypo Toletano restituit Pintianus, *Itē scandio, quibus* (lege *quin & coloneo*) *cotoneo insito ab Appio e Claudia gente Appiana sunt cognomi nata: odor est his cotoneorum magnitudoque: sed*

sed scandianis color rubeus. Utrum *scandianis* an *Claudianis* legi debeat, non contendam; quilibet sua fruatur opinione. Quæ Claudiana, aut Scandiana vocat Plinius. Belgæ **jooptiens** & **knoopsteerttiens** vocant. Roseo colore perfusa sunt, sapore non ingrato. Baptista Porta Neapoli mali quoddam genus ait, Augusto maturescere mense, quod odorem cotoneorum servat, colore rubro, tenerum ac rotundum Plinius. *Ac nequis id ambitu valuisse claritatis & familiaritatis putet, sunt & sceptiana, ab inventore Libertino, insignita rotunditate.* Codex uterque Salmat. & Toletanus, *ac nequis ambitum valuisse.* Salmanticens. *claritatis è familia.* Antiquus noster codex, *sunt & sectiana.* Fortè *sextiana* vel *sestiana*, ut apud Columellam libr. 12. habetur. Scribendum, *& insigni rotunditate*, pro, *insignia rotunditate.* Maxime rotundum quod **kerlappel** vocamus. Plinius, *Cato adjicit quiriana, & quæ tradit in doliis condi scantiana.* Apud Catonem cap. 7. scriptum est, *quiriniana. Poma*, inquit, *mala struthea, cotonea, Scantiana, quiriniana, item alia conditiva mala mustea & punica.* Antiquissimus codex, *structea* habet; quod corruptum. Alioquin in eodem & *quiriniana* legitur. Apud Macrobium vero *quirianum* legitur. In vulgatis Varronis codicibus *quiriniarum* reperio. Scantiana Cato in doliis servari vult; cap. 143. *mala scantiana in doliis, &c.* Legendum ergo apud Plinium. *Cato adjicit quiriana: & quæ tradit in doliis condi scantiana.* Scantiana **winter-guldelingen** Hadrianus Iunius esse scribit, ac pendere ait ad matrem usque hyemem. Pergit Plinius, *Omnium autem nuperrime adoptata sunt parva, gratissimi saporis quæ petisia nominantur.* Columella pelusiana ait esse mala. Quæ an eadem quæ petisia asserere non ausim; quippe Plinius nuper adoptata petisia inquit. Petisia Belgæ **puppelinghen** vocant. gratissimi saporis malum, & brumali tempore expetitum. *Patrias nobilitavere camerina & Græcula.* Apud Macrobium, & Columellam *amerina* legitur; quomodo etiam scripsit Plinius. Amerina, cave dicta credas ab America novo orbe. Ab Ameria urbe Italiæ nomen habent. Amerina hæc maxime durare scribit Plin. libr. 15. cap. 16. Maximè durant quæ **paradijs-appelen** vocant, rubra sunt, & ad mensem Majum incorrupta manent. Quæ ab Agatha **aeghens-appelen** vocant, ea etiam non facile corrumpuntur. Sed diutius paradysi poma servantur. *Cætera è causis traxere nomina, germanitatis cohærentia, & gemella nunquam singula in fœtu; coloris serica, cognationis melappia.* Antiquus codex. *à colore serica, cognatione melappia.* Apud Columellam *Syrica* legitur. Scripsit Plinius, *à colore Syrica, cognatione melapia.* Syrius color rutilus rubensque. Vide caput de zizyphis, Rutili coloris sunt, quæ **kannekens-appelen** vocamus; quod canthari (vulgo *cannam* vocant) sint effigie. *Melapia* lego. Nomen non accepit è gente aut familia, sed à cognatione ipsa quam mala hæc cum pyris habent. Non dubito, quin pomapora sint, sive, ut Galli dicunt, *pomme poire*, de quibus capite de pyro sermonem habuimus. *Mustea à celeritate mitescendi, quæ nunc melimela dicuntur, à sapore melleo.* Varro libr. 1. de re rust. cap. 59. *& quæ antea mustea vocabantur, nunc melimela appellant.* Plinium scripsisse contendunt, *mustea, à celeritate maturescendi*, ac quæ **Sint Jans appelen** vocamus, quod circa festum Divi Ioannis matura sint, *mustea scribunt.* Horum sententia non placet; quod poma hæc non sint sapore mellea; celeriter mitescunt, & sapore sunt melleo, quæ à sapore dulci **goe-soeten** vocantur. Diosc. lib. 1. cap. 161. γλυκύμηλα vocari tradit. καλεῖται δὲ ὑπό τινων γλυκύμηλα, *id est, dulcia mala*, **goe-soeten**. *Orbicula à figura orbis in rotunditatem circumacti. Hæc in Epiro primum provenisse, argumento sunt Græci, qui Epirotica vocant.* Dioscorides lib. 1. cap. 162. τὰ δὲ ἠπειρωτικὰ λεγόμενα Ῥωμαϊστὶ δὲ ὀρβικουλάτα, εὐστόμαχα, κοιλίας σταλτικά, &c. *epirotica mala, quæ Latinè orbiculata vocantur, stomacho utilia sunt, sed alvum sistunt.* Andromachus apud Galenum lib. 9. κατὰ τόπους cap. 15. titulo quæ Andromachus ad dysenteriam scripsit, ad malum jam memoratum commendat. ῥοιαὶ, κυδώνια καὶ μῆλα ὀρβικουλάτα ἐν οἴνῳ, &c. in margine scriptum est, ἠπειρωτικά. à Belgis **ront-appel schijvert**, & **schijvelingh** vocatur. *Mammarum effigie orthomastica.* In altero codice, *orthomastia.* Belgæ **rabauwen**, vel, quod raporum sint effigie, **rapauwen** vocant. *A conditione castrati seminis, quæ spadonia appellant Belgæ. Melofoliis folium unum, à liquando & geminum erumpit è latere medio.* Hæc corrupta & valdè depravata. In antiqui nostro codice legitur, *à conditione castrati seminis: quæ spadonia appellant. Belgemella à foliis.* Folium enim unum, aliquando & geminum erumpit è latere medio. Corrigunt, *à conditione castrali seminis, quæ spadonia appellant Belgæ.* Sequitur, *Melophyllis folium unum aliquando & geminum erumpit è latere medio.* Quæ æquè ac priora corrupta. Rectius μονόφυλλα vocarent, quod unum erumpat folium, certe inde melophyllon dici non credo. Scribe, *à contritione castrati seminis, quæ spadonia appellant, vel gemella à foliis, unum aliquando & geminum erumpit è latere medio.* Lego *contritione*, quod castrati non præfectis sed contritis sint testibus. Idcirco enim à Græcis θλαδίαι vel, ut Suidas ait, θλαδίαι, & θλιβίαι dicuntur. Supra diximus, pyra reperiri, è quorum corpore medio folium erumpit. Quod si tale daretur malum, jam scirem quod Latini gemellum vocassent. Spadonia Dalecampius vocari ait *passe pomme* & *pommes grillottes* à Sabaudis & Allobrogibus. *Celerrimè in rugas marcescunt pannucea*, quasi in pannos fatiscentia & rugarum plicas, quod celerrime rugosa sint, velut in pannos multos marcescant. Unde & panniceã quispiam rugosam interpretaretur. Græci ῥυτιδώδη μῆλον vocant, quod celeriter rugis crispetur. **Gesschrumpelde appel** à Belgis nominatur. *Stolide tument pulmonea.* **bobbers** & **pot-appelen** quasi ollaria Belgæ vocant. *Sunt quibus sanguineus est color, origine ex moro insita tracta.* Rubelliana hæc ruellio dicuntur, rubella Budæo, Belgæ **somer-guldelinghen** vocant, ut vult Hadrianus Iunius. Sed ut pyra moro insita succo pulpaque constant rubra; ita mala moro insita rubra carne constare puto, qualem non habent jam nominata mala. Apud Macrobium hæc etiamnum malorum genera numerantur, *Prosmum* (quod forte *pelusinum* Columellæ, *petisium* Plinii) *tibur, verianum, & ogranum*, vel, ut in ultima habetur editione, *ogratianum.* Pro *tibur*, lege *tiburtium* ex Horatio.

Picenis cedunt pomis tiburtia succo.
Nam facie præstant.

Matii malum à Macrobio mattianum vocatur, quomodo & apud Athenæum legitur, libr. 13. ἐγὼ δὲ ἄνδρες φίλοι πάντων μάλιστα τεθαύμακα τὰ ἐν Ῥώμῃ πιπρασκόμενα μῆλα, τὰ Ματτιανὰ καλούμενα, ἅπερ κομίζεσθαι λέγεται ἀπό τινος κώμης ἱδρυμένης ἐπὶ τῶν περὶ Ἀκυληΐαν Ἄλπεων. *Ego vero, amici viri, omnium maxime sum admiratus mala Romæ venalia nomine Mattiana, quæ advehi ferunt quodam pago, sito in Alpibus propè Aquileiam.* Fuerunt quædam mordiana setania & platania dicta. Τὰ δὲ σητάνια (inquit Athenæus) λεγόμενα προσέτι δὲ πλατάνια εὔχυλα μὲν ὡς εὐέκκριτα, οὐκ εὐστόμαχα δέ. τὰ δὲ Μορδιανὰ καλούμενα γίνεται μὲν κάλλιστα ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ Μορδίῳ λεγομένῃ, ἀναλογεῖ δὲ τοῖς ὀρβικουλάτοις. Scribo ὀρβικουλάτοις, vide quæ supra dixi. *Setania & platanaria quæ nominant, succi bonitate commendari, propterea quod excernuntur facile, sed ventriculum nihil juvare; qua Mordiana vocant, & optima & speciosissimaque nascuntur Apolloniæ, quam Mordiam nominant, proportione respondere orbiculatis.* Nostrates **houdert-merct** vocant. Sunt similia orbiculatis, quæ **schijbelinghen** vocari diximus. Redeo ad Plinium; *Cunctis vero quæ fuerunt à sole partes rubent.* Hoc an verum nescio, multa tota lutea, in quibus rubedinis nihil. Plinius, *Sunt & parva gratia saporis, atque etiam acutiora odore sylvestria. Id peculiare improbitatis & acerbitatis convicium* (archetypum Toletanum, *peculiare improbitatis acerbitatis convivium.*) *sed vis tanta, ut aciem perstringat. Dacis ferme vilissimis* (Dalecamp. *vilissimum*) *nomen quanquam primis adventu, decerpique properantibus.* Diversa lectio exemplaris Salmanticensis, nec dissimulanda, ut optimè Pintianus monet. *Dat & farina vilissimis nomen.* Talia pauco & exiguo constant succo; nomen non incidit. Malus arbor est mediocris, quæ tractu temporis in altam etiam excrescit arborem, caudice simplici, mediocriter crasso, cortice non valdè scabro, sed mediocriter æquali, colore foris cinereo, intus luteo, mediocriter crasso: ramos ex stipite statim mittit inconditos, in latum, longumque sese expandentes: folia viridia, rotundis longiora, mucronata, ut ait Plinius, carnosa, per ambitum leniter serrata, instante hyeme decidua, Majo mense renascentia. Flores quinque folii, non parvi, colore candicantes, sed frequentius ex albido & diluto purpureo rubentes. vere hos emittit. Fructus, ut dixi, colore, sapore, magnitudine, forma differt. Hujus superior pars floris specimen retinet, inferiore, qua sinuosus est, pediculus adhæret brevis, cum quo arbori annectitur. Constat fructus exteriore cute, carne & semine interiore, quod in membranaceis duriusculis loculis inclusum in medio residet, & cortice quidem nigricat, medulla vero candicat. Radicibus nititur paucis, non in profundũ actis, sed summa tellure vagantibus. Sylvestris

malus forma non differt, sed minor, fructusque fert acerbos, austeros, & adstringentes. Et hæc de malo.

Mori historiam subjungemus. Græcis antiquissimis συκάμινος dicitur. Nomen accepisse videtur, παρὰ τὸ σύειν sive σύειν καὶ κάμινον, *& movendo, expellendo & robore*; quod, ligno cum sit validissimo & firmissimo, una nocte, magno cum impetu expellat germina, florem fructumque, adeò ut sonitum etiam excitet. Vide cap. 20. libr. 1. de causis, ὅθεν αἱ τε βλαστήσεις ἀθρόαι καὶ μετὰ φορᾶς γίνονται νυκτὸς, ὥστε καὶ ψόφον ποιεῖν, *unde & germina congesta magno cum impetu prorumpunt, adeo ut vel sonitum edant*. Mori lignum durum, validum, firmum, docet Theoph. lib. 4. cap. 4. & 5. Κάμινος Græcis *firmus, solidus, robustus*. Hesych. Κάμινοι, εὐπλευροι βόες ἰσχυροὶ καὶ εὐίσχιοι. Aliud etymon à particula σὺ & κάμινος; quasi dicerent, tu nigra es morus, vel ἀπὸ τοῦ σύειν, καὶ κάμινος, quod cum impetu expellatur; ac nigrum sit morum. Fructus enim nigerrimus, totaque facies arboris ad nigredinem vergit, adeo, ut fumo quasi exsucca videatur. Apud Homerū γρηῒ καμινοῖ καμινοῖ καμινοῖ, anus foco assidens ob nigrorem, quasi fuligine oppleta. Odyss. 6. Γρηῒ καμινοῖ ἶσος. Συκάμινος, non tantum morum significat, sed sycomorum; verum quando sycomorum denotat, tum solet addi epitheton. Αἰγυπτίαν vel ἐν Αἰγύπτῳ. Theophrastus lib. 1. cap. 1. ἴνια δὲ ἐκ τοῦ στελέχους οἷον ἡ Αἰγυπτία συκάμινος. Idem c. 23. ἰδιωτάτη δὲ ἡ ἐκ τοῦ στελέχους ἔκφυσις ὥσπερ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ συκαμίνου. Sine adjecto quando ponitur, morum significat. Idem Theophrastus lib. 5. cap. 5. τῶν δὲ ἄλλων ἀσαπέστατον, μετὰ τὰ κυπαρίττινα, καὶ τὰ θυώδη, τὴν συκάμινον εἶναί φασι· καὶ ἰσχυρὸν ἅμα καὶ εὔεργον ξύλον, καὶ παλαιούμενον μέλαν, ὥσπερ λωτός. Hæc de sycomoro intelligi nec possunt, nec debent. συκάμινον ergo sine epitheto morus est. Viris tamen magnis aliter placet, cum συκάμινον, apud Euangelistam Lucam exponunt morum. Locus est cap. 17. vers. 6. εἰ εἴχετε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, ἐλέγετε ἂν τῇ συκαμίνῳ ταύτῃ, ἐκριζώθητι, καὶ φυτεύθητι ἐν τῇ θαλάσσῃ· καὶ ὑπήκουσεν ἂν ὑμῖν. *Si haberitis fidem quantulum est granum sinapis, diceretis huic sycamino, (moro) eradicator, & plantator in mari, & obediret vobis.* Magnum Batavię lumen, quod per totum terrarum orbem splendet, συκάμινοι *sycomorum* exponit. Sed fallitur vir maximus, optimeque de orbe Christiana meritus. Sycomorum Divus Lucas, συκομωραίαν vocat, cap. 19. vers. 4. καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν, ἀνέβη εἰς συκομωραίαν ἵνα ἴδῃ αὐτόν, *præcurrens igitur ascendit in sycomorum; ut eum videret*. Semper συκάμινον, quando sycomorum significat, cum epitheto scribitur. Strabo lib. 16. Geogr. ἀπὸ δὲ τῆς Δειρῆς ἡ ἐφεξῆς ἐστιν Ἀρωματοφόρος, πρώτη μὲν ἡ τὴν σμύρναν φέρουσα, φύει δὲ καὶ περσέαν, καὶ συκάμινον Αἰγύπτιον. *Post Diram deinceps est aromatifera regio, & prima ejus quæ myrrham fert; producit etiam perseam & morum Ægyptiam*, id est, sycomorum. Morus arbor ab Hippocrate συκῆ per contractionem pro συκέη, vel συκέα significat. Galenus in exegesi; συκῆς, ἐν πρώτῳ τῶν γυναικείων καὶ πυελίαν συκῆς (scribe πυελίῳ συκῆς) ἀπὸ ῥίζης, ἐν ἴσῳ, τῇ συκέας (scribe συκέας, vel συκῆς) τουτέστι συκαμίνου, ὅπερ ἑτέρωθι ὥσπερ ἐξηγούμενός φησι μορέας ῥίζης. id est, συκῆς, *in primo de morbis mulierum, & fomentum ex mori radice, adhibeto*: συκῆς, n. idem quod συκέας, *hoc est*, συκαμίνου, *valet, quod alias tanquam exponens ait mori radicis*. Ad finem libri primi de morbis mulierum locus hic reperitur ubi Hipp. agit de uteri aut pudendi mulieris ulceribus. καὶ ἀποκλύζειν ὑδ ῥυπαρὰ ᾖ, καὶ πυελίῳ συκῆς ἀπὸ ῥίζης, *& si sordida fuerit, eluito, & ex mori radice fomentum exhibeto*. Interpretes, ut rectè Fœsius observavit, male fici radicem exponunt. Fici radix, propter succum acrem exulcerat citius, quam ulcera sanet. Falluntur etiam, qui sycomorum interpretantur, auctoritate Diosc. nitentes qui ait, sycomorum συκάμινον vocari. Nam idem & morum sic vocari tradit, præterquam quod συκάμινος sine adjecto semper morum denotet. Ipse Galenus συκῆς μορέου ῥίζης exponit; quod de sycomoro intelligi non potest. Accedit, quod sycomorus in Græcia non habebatur tempore Hippocratis, ut nec Theophrasti Hippocrate recentioris. Insuper sycomorus è trunco succum emittit emolliendi vi præditum. Mori è radice manat humor siccandi & mundificādi vi præstans. Συκῆ ergo apud Hippocratem morus vulgaris, & συκάμινος sine epitheto morus. Dioscorides lib. 1. cap. 180. μορέα ἢ συκάμινα. Rectè Saracenus pro articulo fœminino ἡ disjunctivam particulam ἢ vel ἠδὲ reponit. Μορέα enim & συκαμινέα verba synonima, teste Athenæo libr. 2. deipnosophis. συκάμινα. ὅτι πάντων ἁπλῶς οὕτω καλούντων αὐτὰ, Ἀλεξανδρεῖς μόνοι μόρα ὀνομάζουσι. συκάμινα δὲ οὐ τὰ ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας συκῆς ἅπερ τινες συκόμορα λέγουσιν. *Sycamina cum simpliciter omnes appellant mori fructū, Alexandrini soli mora appellant. Sycamina non intelligo fructum Ægyptiæ ficus, quem nonnulli sycomorum appellant.* Postremam partem alibi examinavimus. Solos inquit Alexandrinos sycamini fructum mora vocare, quod præter veritatem est; omnes Græci recentiores sic vocarunt mori fructum. Nicander, ut apud ipsum Athenæum legere est, arborem μορέαν vocavit, καὶ Νίκανδρος δὲ ἐν Γεωργικοῖς ἐμφανίζει. καὶ ὅτι πρότερον τῶν ἄλλων ἀκροδρύων φαίνεται, μορέαν τὸ καλῶν τὸ δένδρον ἀεὶ ὡς καὶ οἱ Ἀλεξανδρεῖς.

> Καὶ μορέης ἣ παισὶ πέλει μείλιγμα νέοισι
> Πρώτην ἀπαγγέλλουσα βροτοῖς ἡδεῖαν ὀπώρην.

Nicander in Georgicis tum arborem ipsam semper vocat μορέαν, *ut & Alexandrini, tum etiam declarat, ejus fructum priusquam reliquarum omnium (vox* ἀκροδρύων *latè accipi debet, morus enim non inter* ἀκρόδρυα, *sed* ὀπώρας *numerari debet) conspici.*

> *Ac morea pueris oblectamenta tenellis,*
> *Quæ primum fructum suavem mortalibus offert.*

Satis clarè Galenus Græcos omnes mori fructum morum vocasse tradit, immo suo sæculo ipsos Athenienses fructum hunc non συκάμινον, ut antiquissimi solebant, sed μόρον vocasse. Locus est satis memorabilis; reperitur Lib. de aliment. facult. cap. 11. τὸ μὲν οὖν τῶν μόρων ὄνομα γνώριμον πᾶσίν ἐστι τοῖς πολλοῖς, εἰ καὶ διὰ μηδὲν ἄλλο, ἀλλὰ γοῦν διὰ τὸ στοματικὸν φάρμακον, ὃ διὰ μόρων ὀνομάζεται, χυλὸν ἔχον αὐτῶν. ἐνίους δὲ τῶν ἐφεξῆς εἰρησομένων ὀπωρῶν ἀγνοοῦσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὅπως ὀνομάζουσιν οἱ πρὸ ἑξακοσίων ἐτῶν Ἀθηναῖοι· τοὺς μὲν γὰρ νῦν ὁρῶσιν, οὐδέν τι διαφέροντας τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἕκαστον τῶν καρπῶν ὀνομάζοντας, ἀλλὰ καὶ τὰ μόρα συκάμινα καλοῦντας οὐδὲν ἧττον ἢ τὰ μόρα, καὶ τὰ περσικά, καὶ κάρυα, καὶ τὰ πρεκόκκια, καὶ τὰ ἄλλα ἁπλῶς, ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι. *Mororum itaque nomen, vulgo est cognitum, si non alia de causa, saltem ob medicamentum* στοματικὸν, *id est, ori gratum, quod* διὰ μόρων *appellant, quod eorum succum recipit, quosdam autem ex fructibus autumnalibus, quos deinceps recensebimus, plerique homines ignorant, quo nomine ante annos sexcentos, ab Atheniensibus fuerint appellati. Animadvertunt enim hujus tempestatis Athenienses, fructus, omnes non alio nomine appellare, quam quo reliqui Græci appellant, sed & μόρα ipsa*, συκάμινα *nihil ominus quam μόρα nominare, item persica, nuces, præcocia, in summa reliqua omnia, pro aliorum Græcorum consuetudine.* Archigenis jam ævo vox συκάμινον abolita erat, ac ea raro utebatur. Quod ex eo colligi potest quod συκαμίνου voce cum utitur, exponat per μορέας vocem, tanquam notiorem & magis cognitam. Vide Gal. libr. 5. κατὰ τόπους, cap. 9. titulo quæ Archigenes ad dentium scripsit dolorem. ἢ συκαμίνου, τουτέστι μορέας γάλα εἰς οἶνον ἐγχέας, *aut sycamini, hoc est, mori arboris lac in vinum infunde*. Lac mori vocat succum seu lachrymam, quæ ex radice arboris mori circumfossa & incisa colligitur. Supra lib. 3. cap. 18. rubum μόρον etiam vocari, ait; sed cum rubum designare volunt Græci, μόρα βάτινα, scribere solent vel βατώδη. Galenus lib. 6. κατὰ τόπους cap. primo titulo de confect. Pharmaci ex malis punicis, &c. μίγνυμεν δὲ καὶ τὸν τῆς βάτου τὸν καρπὸν, ὃν ἔνιοι μὲν ἀπὸ τοῦ φυτοῦ παρονομάζουσι, βάτινα προσαγορεύοντες. ἔνιοι δὲ συνθέτῳ προσηγορίᾳ μόρα καλοῦσι, προστιθέντες τὰ ἀπὸ τῶν βάτων. *Miscemus autem & ruborum fructus, quos aliqui quidem à planta denominant, batina, hoc est rubina appellantes: aliqui autem composita appellatione (id est, cum epitheto, ut loqui solent) mora appellant, apponentes* τὰ ἀπὸ τῶν βάτων, *quæ à rubis producuntur*. Ægineta lib. 7. cap. 18. ubi Syrupum vel confectionem de moro arboris fructu describit, præponit titulum ἡ διὰ μόρων. At vero, ubi mori rubi fructum intelligit, περὶ βατίνων μόρων scribit, ad distinctionem alterius μόρου arboris fructus, quem simpliciter μόρον vocat. Athenæus lib. 2. Φανίας δὲ Ἐρέσιος ὁ Ἀριστοτέλους μαθητής, τὸν τῆς ἀγρίας συκαμίνου καρπὸν μόρον καλεῖ συκάμινον, γράφει δὲ οὕτως, τὸ μόρον τὸ βατῶδες, &c. vide cap. de rubo. Rubum hic morum vocat sylvestrem, ejusque fructum morum batodes, quod idem est, ac si ἀπὸ τῆς βάτου diceres. Officinæ morum βάτινον morum rubi, morum arboris fructum, morum celsi barbarè vocant. Primum nomen ex Ovidii versibus, cum canit.

> *Hærentia mora rubentis.*

Alterum ex Cælii Aureliani scriptis habent, sed mori fructum non morum Celsi vocat, sed mora celsa. Vide cap. 7. lib. 4. tardarum passionum, ubi Cælius ait, *Faciunt præterea mora cibo data, quæ vulgo celsa Latini vocaverunt, Græci vero sycamina*. A Celso, ut Pharmacopœi existimant, nomen non habent, sed quod arbor respectu fruticis celsa altaque fit. Magno in errore versatur Pollux cum libr. 6. cap. 9. scribit συκάμινα· ταῦτα δὲ καὶ μόρα Αἰσχύλος ὠνόμασεν, οὕτως εἰπὼν τὰ ἐκ τῆς βάτου. Nolo negare, Æschylum mora vocasse, μόρα βάτινα vel ἐκ τῆς βάτου; sed συκάμινον rubi fructum ab aliquo vocatum

catum nego. Æschylus sycaminon dixit mori fructum esse, sed non rubi; quæ etiam morus dicitur, à mora sive morando; quod arborum postrema frondes germinaque producat, Plinius libr. 18. cap. 27. *Cum germinare videris morum, injuriam postea frigoris timere nolito, eadem de causa sapientissima fertur.* Idem Plin. lib. 16. cap. 25. *morus novissima urbanarum germinat, nec nisi novissima, ob id sapientissima arborum.* Pontianus.

Mox ubi jam sapiens cœpit frondescere morus,
Ante quidem sapiens, nunc ambitiosa, nec ullum
Quæ pariat pomum, sed serica pensa ministrat.

Mori folia bombycum alimentum esse nemo ignorat. Malunt alii morum non à mora, sed à Græca voce μαυρὸν *nigrum* nomen accepisse. Sed à Græcis mori vox ad Latinos non venit; verum contra à Romanis ad Græcos. Belgis Moerbesie dicitur, id est, Lutosa bacca, quod mox quasi in palustre quoddam lutum solvatur, quod Græcis μαυρὸν *nigrum*; quippe paludosa & uliginosa nigra sunt. Palus nigra est, Belgæ moeras vocant. Non opus ergo excutiant Romani, excutiant Græci omnia sua scrinia, nihil opus volvant ac revolvant omnes suas antiquarias merces; facile invenire possunt, quo mori vocabulum referri debeat. Belgæ à Romana voce, Moerbesie habent, Latini morum à Græco vocabulo μαυρὸν. Et hæc causa cur μόρον apud Grecos breve apud Latinos longum,

—— Hærentia mora rubetis

A Græco μαυρὸν contractū maur & moer, adde besie, id est, baccum, habes unde Moerbesie Belgis dicatur, puta à nigredine. Quod ille ignorare voluit qui omnia à Belgis & Alemannis originē habere satis strenuè, ingeniosè tamen contendit. Immaturus mori fructus cum adhuc rubet, ῥόον dicitur. Credo quod eodem colore præditus, quo mali punici succus. Tres colores ante maturitatem habet morus; primus viridis est, secundus albus, tertius ruber, quartus niger. Viridem sive primum colorem non solent recensere antiqui. Plinius libr. 15. cap. 24. *Moris succus in carne vinosus, trini colores, candidus primo, mox rubens, maturis niger. In novissimis florent, inter prima maturescunt. Tingunt manus succo matura, eluunt acerba.* Postremum ipsa experientia verum docet. Delent immatura mora, cū adhuc viridia & cādida sunt, maculas, non tantum manus, sed linteorum, pannorumque à maturis contractas; quæ nullo smegmate, nulla sapone deleri possunt. Hoc mulierculis cognitum, quæ non amplius tam studiose collaria lintea, mappasque defendere solent, ne à moris tingantur maturis; facili labore extinguere norunt labem quam morum illud dedit. Notatu dignum, mori succo rubro & sanguinolento exasperari elephantes, atque in hostem atrociores fieri, majorique impetu in prælium ferri; ut docet sacra pagina Machabæorum primo cap. 6. vers. 34. καὶ τοῖς ἐλεφάντοις ἔδειξαν αἷμα σταφυλῆς καὶ μόρων τοῦ παραστῆσαι αὐτοὺς εἰς πόλεμον.

Pani pastores dedicarunt morum. Id inde colligitur, quod Pana numen suum precibus ac votis nunquam invocare soleant, nisi sanguineo hujus pomi succo corpus ante tinxerint. Mori fructum trinos, inquit, habere colores Plinius; idem ante ipsum Αἰσχύλος cecinit;

Λευκοῖς τε γὰρ μόροισι καὶ μελαγχύμοις,
Καὶ μιλτοπρέπεσι βρίθεται ταυτοῦ χρόνου.

Candidis enim moris ac succum nigrum fundentibus,
Venustoque rubricæ colore tinctis, onustæ sunt ejus regionis arbores.

Sensus est, pendere in eadem arbore mora alia alba, alia rubra, alia nigra, id est, quædam omnino matura; quædam immatura quidem, sed quæ cito maturescent, quædam planè esse immatura. Sophocles.

Πρῶτον μὲν ὄψει λευκὸν ἀνθοῦντα στάχυν,
Ἔπειτα φοινίξαντα γογγύλον μόρον.

Primum quidem cernes candidam quæ floret spicam,
Deinde teres atque puniceum morum.

Ἀνθοῦντα στάχυν vocat fructus arboris mori rudimentum, spicæ similis. ῥόον dictum immaturum morum, vel quod rubrum instar succi punici sit mali, vel à ῥέω fluo, quod fluxiones adstringendi sua vi prohibeat. Immaturum morum ῥόον dictum, docet Galenus in exegesi; ῥόα τὰ ἐκ τῆς συκαμίνου τὰ μόρα, ἅπερ ἄωρα ξηρανθέντα καὶ κοπέντα τοῖς ὄψοις ἐπιπάττεται, καθάπερ καὶ ὁ κυρίως ὀνομαζόμενος ῥοῦς, ὡς καὶ ὁ Διοσκουρίδης ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕλης λέγει. *Rhoa, id est, mori arboris fructus, qui immaturi, siccati & tusi obsoniis insperguntur; non secus ac is, qui propriè rhus nominatur. Velut etiam Dioscorides dicit libr. 1. de materia.* Quibus sanè verbis Galenus Dioscoridis verba ex cap. 181. libr. 1. referre videtur. τὰ δὲ ἄωρα μόρα ξηρὰ κοπέντα ἀντὶ ῥοὸς τοῖς ὄψοις μίγνυται. *immatura mora poma, sicca tusa, acinorum rhois vice obsoniis miscentur.* Hic locus docere videtur ῥόον dictum immaturum morum, non à fluo, vel mali punici succo, sed ἀπὸ ῥοὸς, rhoe sumach in offinis dicta. Sed nec dicit Dioscorides ῥόον vocari immaturam morum (ut videntur innuere verba Galeni) sed ἀντὶ ῥοὸς *rhois vice* obsoniis inspergi. Veteres unum tantum mori noverunt genus, nigrum; quod magnitudine differre tradit Plinius loco citato. *Minimum in hac arbore ingenia profecerunt, nec nominibus, nec insitis, nec alio modo, quam pomi magnitudine. Differunt mora Ostientia, & Tusculana Rhomæ. Nascuntur & in rubis multum differente callo.* Non sunt vera mora, nec ad mori arboris historiam referre possunt mora, quæ in rubo nascuntur. Planta enim planè diversa. Utrum mora Ostientia majora, Tusculana minora fuerint, non tradit Plinius, nec ego facile dicam. Recentiores morum aliam albo fructu, aliam nigro dicunt, utramque in hortis colunt. Sed audio Ovidium mora novisse alba. Ita viris magnis placet; cùm tamen illa non videatur sententia Ovidii. Poëtarum more finxit alba mora, quod primum viridia, inde alba, tum rubra, demum nigra sint mora. Hinc, ut suam historiam de Pyramo & Thysbe illustriorem faceret, finxit, ex sanguine amantium poma, quę ante alba erant, tincta esse, indeque nigra reddita. cum tamen semper matura nigra essent & fuissent.


Conveniat ad busta Nini, lateantque sub umbra
Arboris, arbor ubi niveis uberrima pomis
Ardua morus erat, gelido contermina fonti.

Mox sequitur.

Arborei fœtus aspergine cædis in atram
Vertuntur faciem, madefactaque sanguine radix
Purpureo tingit pendentia mora colore.

Quod si Ovidii ævo vel ante extitissent, vel saltem nota fuissent mora alba, veterum aliquis eorum mentionem fecisset. Nihil de moris albis apud Theophr. Dioscoridem, Catonem, Varronē, Columellam, qui genera fructuum, eorumq; insitionem studiose describere ac observare solet: nunquam Plinius scripsisset, *minimum in hac arbore ingenia profecisse, & ex insitione nulla nisi in magnitudine observatam diversitatem.* Primus mororum alborum mentionem fecit Cassianus Bassus, undeque nata sint tradidit, nempe ex moro insita populo albæ. Locus est libr. 10. cap. 69. λευκῇ ἐγκεντρισθεῖσα ἢ ὀφθαλμισθεῖσα (scribe ὀφθαλμισθεῖσα) ἀπὸ συκαμίνου, συκάμινα λευκὰ φέρει male interpretantur. *si populus alba inseratur aut inoculetur in morum, alba mora facit.* Non tradit hoc Græcus auctor; falsum præterea est. Castanea insita pyro folia & fructum castaneo forma similem fert, sic punica aurantiæ, si inseratur. Fructum forma punicæ similem, foliaque iidem similia feret. Idem de aliis dicere licet Fagus insita malo, non mala producet, sed fagi fructum: contra si malus fago inseratur, non fagos sed mala proferet. Verte, *morus, si populo albæ inseratur aut inoculetur, alba mora feret.* Propius accedit ad Græcam litteram, si reddas, *populus cui inserta aut inoculata est morus, mora alba feret.* Morus nigra arbor est, quæ tardè crescit, diu vivit, ac procera temporis tractu evadit, ramos crassos in latum ac longū protendens. Caudex ejus non raro crassus, contortus, gibber, ac nodosus, cortice vestitur scabro, lento, flexili ac crasso, cui materia subest robusta, firma, solida, dura, & medullitus flavescens, qui color temporis tractu, in nigrum mutatur. Folia lata, rotunda forent, nisi in summo essent acuminata; duriuscula sunt, & crassiuscula, ex viridi nigricantia, scabra, & secundum margines serrata, nonnulla vitiginea aliquando, rarius tamen spectantur; flos parvus, lanuginosus, virens. Forma julo similis; succedit fructus oblongus veluti ex granulis congestus ac coacervatus, moro in rubo nascenti similis, sed crassior, longior, & multo major initio virens, deinde ex luteo candidus; postea rubens, ubi maturitatem assecutus est; è rubro niger; succo tamen quo scatet, rubens. Radicibus nititur magnis ac firmis, sed non altè descendentibus, verum summo cespite longissimè divagantibus, ac in multas propagines sese spargentibus. Radices hæ, præsertim cortices, flavescunt, qui & gustu sunt amaro. In hortis seritur, ac plantatur. calida & sicca loca desiderat, lætumq; amat solum. in humido deterior redditur, & pauciora gignit mora. Omnes uno ore asserunt, mora sanitati admodū adversari, morbos parere pestilentiales ac gravissimos. Magni nominis Amstelodamensis Medicus, efferre solebat, toti

Morus.



Bataviæ unam mori sufficere arborem; Memorabile tamen quod Hegesander apud Athenæum tradit; Πύθερμος δὲ ἱστορεῖ, ὥς φησιν Ἡγήσανδρος, κατ' αὐτὸν τὰς συκαμίνους, οὐκ ἐνεγκεῖν καρπὸν ἐτῶν εἴκοσι, καὶ γενέσθαι ἐπιδημίαν ποδαγρικῶν. τοσούτων, ὥστε μὴ μόνον ἄνδρας τῷ πάθει συσχεθῆναι, ἀλλὰ καὶ παῖδας, καὶ κόρας, καὶ εὐνούχους, ἔτι δὲ γυναῖκας. *Pythermus, ut inquit Hegesander, memoriæ tradidit, ævo suo moros annis viginti, fructum non edidisse, & popularem morbum podagram ita fuisse grassatum, ut non solum viros, sed etiã pueros, virgines, eunuchos, mulieres etiam is morbus corripuerit.* Folia morus medio Maji mense nova promit, Octobri Novembriq; cadunt. Floret ad finem Maji mensis; fructus maturos Augusto ostendit. Alba morus ad eam qua nigra non assurgit proceritatem, nec ramos æquè latè expandit. Folia quoque minora, imbecilliora, tenuiora, sinuata, albæ populi, aut sambuci montanæ albida flaccida, & dum adhuc humilis ac tenella est, laciniata, & altius insecta quam nigræ folia. Fructus minores, ante maturitatem subvirides, austeriusculo sapore, perfectè maturi mellea prorsus sunt dulcedine, ad nauseam potius, quam ad alendum nati. Hanc tamen arborem coloni pluris quam nigræ faciunt, propter velleris serici opus. Bombyces enim hujus foliis nutriuntur ac sustinentur; gratiora non tantum his sunt, sed melius proficiunt, & ad justam magnitudinem citius perveniunt. Bombyces vocantur vermes, qui sericum nent, ac præbent. Ex erucarum sunt hi genere, serico confecto in aurelias (nostrates **poppelkens** vocant, transeunt) inde in papiliones (**Vie** vocant) mutantur, veluti & aliæ omnes erucæ. Papiliones isti corpore graves, exiguas pro ratione corporis habent alas, proinde non avolant, sed generationi intenti cito pereunt; mas quidem coitu, fœmina ubi ova excluserit.

Τῆς δὲ ἀγρίας ὕλης, ἐστὶ δρῦς, πτελέα μηλέα; Vertunt, *ex sylvestribus vero robur, ulmus, malus.* Rectè δρῦν *robur* interpretantur. Quercum sylvestrẽ robur vocari, supra diximus. μηλέαν cum malum reddunt, pessimè agunt. Nec inter sylvestres numerari solet, nec μηλέα malum significat, verum fraxinum, quæ arbor sylvestris.

Ἀλλὰ καὶ τῷ φέρειν. Theod. ἀλλὰ καὶ τῷ φέρειν, ἢ μὴ φέρειν. Ita legendum sensus expostulat.

Ἐν δὲ τῇ Εὐβοίᾳ — τὰ μὲν εὐβοϊκὰ πολλά, &c. Τὸ εὐβοϊκὸν castanea est, ut supra libr. 3. ubi castaneæ historiam examinavimus, abunde probatum est. Hesychius εὐβοϊκά, τὰ κάστανα. Eadẽ & castanea διὸς βάλανος dicta est, ut eodem loco demonstravimus. Sensus est, in quibusdam locis arbores has frequentes esse, in aliis non reperiri, in nonnullis raras esse: castaneam in Tmolo & Olympo Mysio frequentem esse; in Ida non reperiri circa Macedoniam & Olympum Piericum raram esse; at vero in Euboea multas inveniri.

Καὶ περὶ Ἰταλίαν. Theodorus addit μόνον ἔχειν. Quæ necessario addenda sunt, ut sensus sit perfectus.

Ἡ δὲ Συρία κέδρον ἔχει. Intellige majorem coniferam; minorem Gallia Narbonnensis habet.

ΚΕΦ. Ζ.

CAP. VII.

De platano, & algarum generibus, ac bryo: item de marinis, quercu, & abiete, & vite, & ficu, & palma.

ἘΝ μὲν γὰρ τῷ Ἀδρίᾳ πλάτανον οὔ φασιν εἶναι πλὴν περὶ τὸ Διομήδους ἱερόν. σπανίαν δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ· καίτοι * πολλοὶ μεγάλοι ποταμοὶ παρ' ἀμφοῖν. ἀλλ' οὐκ ἔοικε φέρειν ὁ τόπος. † ἐν ῥητῷ γοῦν, ἃς Διονύσιος πρεσβύτερος ὁ τύραννος ἐφύτευσεν ἐν τῷ παραδείσῳ, αἳ εἰσι νῦν ἐν τῷ γυμνασίῳ; ‡ φιλοτιμηθείς, οὐδὲ δύνανται λαβεῖν μέγεθος. ἔνιοι δὲ πλείστην ἔχουσι πλάτανον, οἱ δὲ πτελέαν, καὶ ἰτέαν· οἱ δὲ μυρίκην· ὥσπερ ὁ Αἷμος. ὥστε τὰ μὲν τοιαῦτα καθάπερ ἐλέχθη τῶν τόπων ἴδια θετέον, ὁμοίως ἔν τε τοῖς ἀγρίοις καὶ τοῖς ἡμέροις. οὐ μὴν ἀλλὰ τάχα ἂν εἴη καὶ τούτων ἐπί τινων ὥστε διακοσμηθέντων δύνασθαι τὴν χώραν φέρειν. ὃ καὶ νῦν ξυμβαῖνον ὁρῶμεν καὶ ἐπὶ ζώων ἐνίων καὶ φυτῶν. μεγίστην δὲ διαφορὰν αὐτῆς τῆς φύσεως τῶν δένδρων καὶ ἁπλῶς τῶν ὑλημάτων ὑποληπτέον, ἣ καὶ πρότερόν γε εἴπομεν ὅτι τὰ μὲν, ἔγγεια· τὰ δ' ἔνυδρα τυγχάνει, καθάπερ τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν. οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς λίμναις καὶ τοῖς ποταμοῖς, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ φύεται ὑλήματα * ἔνια, ἐν τῇ ἔξω καὶ τῇ περὶ ἡμᾶς, καὶ δένδρα. ἐν μὲν γὰρ τῇ περὶ ἡμᾶς μικρὰ πάντα φυόμενα, καὶ οὐδὲν ὑπερέχον ὡς εἰπεῖν τῆς † ἐλάτης. ἐν ἐκείνῃ δὲ καὶ τὰ

* πολλοὶ καὶ μεγάλοι.
† ῥηγίῳ.
‡ φιλοτιμηθεῖσαι.
* ἔνια τῇ περὶ ἡμᾶς. ἐν δὲ τῇ ἔξω καὶ δένδρα Theod.
† θαλάττης Scal.

PLatanum enim esse in Adria negant, præterquam circa Diomedis delubrum: inque universa Italia raram esse affirmant, quanquam multi, magnique fluvii utrobique diluunt. Sed locus plane recusare videtur. * Dionysius tyrannus major, ambitiosius contendens, in Rhegio consevit in hortis eas, quæ nunc in gymnasio stant, nec ullam magnitudinem capere possunt. Contra, alia loca platanum habent plurimam, alia ulmo & salice scatent, alia tamarice, ut Hæmus. Hæc igitur, quemadmodum diximus, locorum propria poni debent pariter in sylvestribus, atque urbanis. Cæterum in quibusdam fieri forsitan potest, ut ager cultu diligentissimo adhibito ferre queat. Quod vel nunc, & animalium, & plantarum quibusdam evenire videmus. Summam vero differentiam naturæ arborum, & ad summam plantarum existimandum, ut inter prima retulimus; quod alia terrena, alia aquatilia ex plantis quoque, ut ex animalibus constant. Etenim non solum in paludibus, lacubus, fluviisque, verumetiam in mari materiæ quædam proveniunt humiles, & in extero etiam arbores. Quippe in hoc nostro exigua omnia nascuntur, & nihil fere super mare emicat. † At in illo, & hæc eadem excedunt, & alia

* *Dionysius tirãnus major in Rhegio consevit in hortis eas quæ magno studio in gymnasio cultæ nunc sunt, nec tamen ullum incrementũ capere possunt.*

† *At in illo, & hæc talia, & quæ etiã*

‡ τὰ μὲν οὖν περὶ ἡμᾶς ἐστι, τάδε φανερώτατα, καὶ κοινότατα. ἔπειτα τὰ ἰδιώτατα κατὰ τοὺς τόπους. Scal.
‡ τὸ φῦκος.
" Ald. germ. ταινιοειδὲς. alii ταινοειδὲς alii ταινυειδὲς.
† ῥίζαν δὲ ἔχει δασεῖαν, ἔξωθεν δὲ πυῤῥάν alii. lege δασεῖαν ἔξωθεν, ἔσωθεν δὲ λεπυρώδη.
‡ αὐτῷ Scal.

τοιαῦτα καὶ ὑπερέχοντα, καὶ ἕτερα δὲ μείζω δένδρα. † τὰ μὲν οὖν περὶ ἡμᾶς ἐστὶ τάδε. Φανερώτατα μὲν καὶ κοινότατα καὶ ἰδιώτατα κατὰ τόπους, ἐλάτη, συκῆ, δρῦς, ἄμπελος, φοῖνιξ. τούτων δὲ τὰ μὲν πρόσγεια, τὰ δὲ, πόντια, τὰ δ' ἀμφοτέρων τῶν τόπων κοινά. καὶ τὰ μὲν πολυειδῆ, καθάπερ ‡ ὁ φῦκος· τὰ δὲ, μίαν ἰδέαν ἔχοντα. τοῦ γὰρ φύκους, τὸ μέν ἐστι πλατύφυλλον " τι ταινιοειδὲς χρῶμα ποῶδες ἔχον, ὃ δὴ καὶ πράσον καλοῦσί τινες· † οἱ δὲ ζωστῆρα. ῥίζαν δὲ ἔχει δασεῖαν ἔξωθεν· ἄνωθεν δὲ [illegible]επύρια. μακρὰν δὲ ἐπιεικῶς καὶ εὐπαχῆ, παρομοίαν τοῖς κρομμυογηθείοις. τὸ δὲ τριχόφυλλον, ὥσπερ τὸ μάραθρον, οὐ ποῶδες, οὐδὲ ἔξωχρον, οὐδὲ ἔχον καυλὸν, ἀλλ' ὀρθόν πως ἐν ‡ αὐτῷ. φύεται δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν ὀστράκων καὶ ἐπὶ τῶν λίθων, οὐχ ὥσπερ θάτερον πρὸς τῇ γῇ. πρόσγεια δὲ ἄμφω. καὶ τὸ μὲν τριχόφυλλον πρὸς αὐτῇ γῇ. πολλάκις δὲ ὥσπερ ἐπικλύζεσθαι μόνον ὑπὸ τῆς θαλάττης. θάτερον δὲ ἀνωτέρω. γίνεται δὲ ἐν μὲν τῇ ἔξω τῇ περὶ Ἡρακλείας στήλας θαυμαστόν τι τὸ μέγεθος ὥς φασι, καὶ τὸ πλάτος μεῖζον, ὡς παλαιστιαῖον. φέρεται δὲ τοῦτο εἰς τὴν ἔσω θάλατταν τῷ ῥῷ τῷ ἔξωθεν. καλοῦσι δὲ αὐτὸ πράσον. " ἐν ταύτῃ δὲ ἔν τισι τόποις τοσοῦτον αὐξάνεσθαι ὥστ' ἐπάνω τοῦ ὀμφαλοῦ· λέγεται δὲ ἐπέτειον εἶναι. καὶ φύεσθαι μὲν τοῦ ἦρος λήγοντος, ἀκμάζειν δὲ τοῦ θέρους, τοῦ μετοπώρου δὲ φθίνειν, κατὰ δὲ τὸν χειμῶνα ἀπόλλυσθαι καὶ ἐκπίπτειν. ἅπαντα δὲ καὶ ἄλλα τὰ φυόμενα χείρω καὶ ἀμαυρότερα γίνεσθαι τοῦ χειμῶνος. ταῦτα μὲν οὖν οἷον πρόσγεια περί γε τὴν θάλατταν. τὸ δὲ πόντιον φῦκος, ὃ οἱ σπογγεῖς ἀνακολυμβῶσι, πελάγιον. καὶ ἐν Κρήτῃ δὲ φύεται πρὸς τῇ γῇ ἐπὶ τῶν πετρῶν πλεῖστον καὶ κάλλιστον, ᾧ βάπτουσιν οὐ μόνον τὰς ταινίας, ἀλλὰ καὶ ἔρια, καὶ ἱμάτια. † καὶ ἕως ἂν ᾖ πρόσφατος ἡ βαφὴ, πολὺ ‡ κάλλιον ἡ χρόα τῆς πορφύρας. γίνεται δὲ καὶ ἐν τῇ προσβόρρῳ καὶ πλεῖον καὶ καλόν. ὥσπερ αἱ σπογγιαὶ καὶ ἄλλα τοιαῦτα. " ἄλλα γάρ ἐστιν ὅμοια τῇ ἀγρώστει. καὶ γὰρ τὸ φύλλον παραπλήσιον ἔχει, καὶ τὴν ῥίζαν γονατώδη καὶ πεφυκυῖαν πλαγίαν, ὥσπερ τῇ τῆς ἀγρώστιδος. ἔχει δὲ καὶ καυλὸν καλαμώδη, καθάπερ ἡ ἄγρωστις· μεγέθει δὲ ἐλάττω πολὺ τοῦ φύκους. ἄλλο δὲ † βότρυον, ὃ φύλλον ἔχει ποῶδες τῇ χρόᾳ. πλατὺ δὲ καὶ οὐκ ἀνόμοιον ταῖς θριδακίναις· πλὴν χρυσιωδέστερον, καὶ ὥσπερ συνεσπασμένον. καυλὸν δὲ οὐκ ἔχει, ἀλλ' ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς πλείω τὰ τοιαῦτα, καὶ πάλιν ἀπ' ἄλλης. φύεται δὲ ἐπὶ τῶν λίθων τὰ τοιαῦτα πρὸς τῇ γῇ καὶ τῶν ὀστράκων. καὶ τὰ μὲν ἐλάττω σχεδὸν ταῦτ' ἐστίν. ἡ δὲ δρῦς καὶ ἡ ἐλάτη, πρόσγειοι μὲν ἄμφω φύονται δ' ἐπὶ λίθοις καὶ ὀστράκοις· ῥίζας μὲν οὐκ ἔχουσαι, προσπεφυκυῖαι δὲ ὥσπερ αἱ λεπάδες. ἀμφότεραι μὲν οὖν οἷον σαρκόφυλλα. προμηκέστερον δὲ τὸ φύλλον παχὺ, καὶ παχύτερον τῆς ἐλάτης. πολὺ δὲ καὶ οὐκ ἀνόμοιον ταῖς τῶν ὀσπρίων ‡ λοβοῖς δὲ κοῖλον, ἔνδοθεν, καὶ οὐδὲν ἔχον ἐν αὐτοῖς. τὸ δὲ τῆς δρυὸς, λεπτὸν καὶ μυρικωδέστερον. χρῶμα δ' ἐπιπόρφυρον ἀμφοῖν. ἡ δ' ὅλη μορφὴ τῆς μὲν ἐλάτης ὀρθὴ καὶ αὐτῆς καὶ τῶν ἀκρεμόνων. τῆς δὲ δρυὸς σκολιωτέρα καὶ μᾶλλον ἔχουσα πλάτος. γίνεται δὲ ἄμφω καὶ πολύκαυλα, καὶ μονοκαυλότερον δὲ ἡ ἐλάτη. τὰς δὲ ἀκρεμονικὰς ἀποφύσεις, ἐλάτη μὲν μακρὰς ἔχει καὶ εὐθείας καὶ μανάς· ἡ δὲ δρῦς βραχυτέρας καὶ σκολιωτέρας καὶ πυκνοτέρας· τὸ δὲ ὅλον μέγεθος ἀμφοτέρων ὡς πυγωνιαῖον ἢ μικρὸν ὑπεραῖρον. μεῖζον δὲ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν τὸ τῆς ἐλάτης. χρήσιμος δὲ ἡ δρῦς εἰς βαφὴν ἐρίων ταῖς γυ-

" ἐνταῦθα.
† ἕως ἂν ᾖ.
‡ κάλλιον.
" ἄλλο γάρ ἐστιν ὅμοιον.
† φυλλωδέστερον Theod.
‡ λοβοῖς. κοῖλον δὲ ἔνδοθεν vide Comment.

lia de arboribus majora longe assurgunt. Nostri itaque tractus evidentissima communissimaque algarum genera sunt: ignotiora vero, & maxime propria ratione locorum, abies, ficus, quercus, vitis, palma. Horum alia juxta terram, alia pelagica, alia ambobus locis communia: & quædam multigena, ut alga; quædam unicum genus sortita. Nam algæ quoddam genus, folio ‡ lato, colore herbido est, quod porrum quidam appellant, alii cingulum: " radice hirta extrinsecus, squamata intrinsecus, longa admodum, crassaque plene, cepigethio non absimili. † Aliud folio crinito, terræ ipsi adhærens, sæpeque à mari tantum alluitur. Alterum altius degit. Nascitur quidem in mari extero circa Herculis columnas, mira magnitudine: " latitudineque, ut ferunt, amplius, quam ut manu apprehendi possit. ‡ Fertur hoc ad mare internum fluxu extrinsecus, porrumque id appellant. " Annuum esse ajunt, & nasci vere desinente, vigere æstate, minui autumno, interire atque decidere hyeme. Quin & reliqua omnia nascentia deteriora † obscurioraque hyeme fieri. ‡ Hæc itaque ceu terrena circa mare deprehenduntur: alga vero proveniens in alto, quam spongiarii pelagicam deferunt, in Creta insula juxta terram, super saxa plurima, optimaque provenit: qua non solum vittas, sed etiam lanas, vestesque inficiunt, & quandiu recens infectio sit, color " longe purpuram præstat. Gignitur parte aquilonia tum copiosius, tum melius, ut etiam spongiæ, reliquaque similia. † Sunt alia graminibus proxima, quippe folio simili, & radice geniculata, longa, oblique adhærente, modo graminis, & caule calamaceo, ut gramen, magnitudine alga multo minora. Est aliud bryum dictum, folio coloris herbidi, amplo, nec lactucis dissimile: rugosiori tamen, & veluti contracto; caret caule. Sed ab uno initio plura folia hujusmodi exeunt, & rursus ab alio. Nascitur super lapides " fictiliaque juxta terram. Et minora quidem hæc ferme traduntur. Quercus autem & † abies terrenæ quidem ambæ spectantur: nascuntur vero super lapides atque ‡ fictilia: carent radicibus, sed modo patellarum adhærent. Folium ambabus velut carnosum, oblongius: crassumque: & abieti crassius, frequens, nec leguminum siliquis absimile: concavum intus, nec quicquam intra se continens: quercui tenue, ac potius tamaricis: color ambobus accedens ad purpuram: forma tota " abietis erecta, quercus flexuosior, atque in latitudinem magis ampliata: ambæ vel multicaules fiunt, sed simplicior abies: rami abieti longi, recti, solutique: quercui breviores, contortiores, spissioresque: magnitudo tota ambabus cubitalis, parumve altior, verum major, (ut simpliciter dicam) abieti. Quercus vel ad lanas inficiendas utilis mulieribus: ramis adnexa pendent pleraque † animalium testigerorum. Subter alia quædam cauli ipsi adhærent: ad quædam tota obesa ingrediuntur millipedæ, & aliæ quædam generis ejusdem bestiolæ, quodque polypi specimen gerit. Hæc itaque terrena, contemplatuque

extent: tum autem aliæ quæ arboris æquent magnitudinē, quæ apud nos sunt manifestissima, & maximè communia: quæ in aliis sūt propria, ut abies.
‡ lato & longiore, colore.
" radice hirta, foris rufa, longa.
† Aliud genus folio capillaceo, ut fœniculum, neque viride, nequeintense pallidum, caule carens, sed per se erigitur. nascitur in testis & saxis, non quemadmodū alterum è terra. utrūque genus prope oras terrarum nascitur, ac ipsum quidē capillaceum hæret terræ, sæpe etiam à mari alluitur tantum, illud autem profūdiori mari provenit. nascitur. vel sic, *Aliud folio capillaceo fœniculi modo, colore nec herbaceo, nec valde pallido, caule caret, sed per se ipsū quodāmodo subrigitur: ostreorum testis innascitur & saxis. non quēadmodum alterū, zoster scilicet, in terra ipsa defixum. terræ quidē sive littori vicinum utrumq;, sed capillaceum terræ sive littori ita propinquum*

est, ut à mari alluatur tantum, alterum à littore longius distat. nascitur quidem, fœniculaceus. Vide utra magis arrideat. " *latitudine uti ferunt, ampliore quam ut palmo æquari possit.* ‡ *Fertur hoc ad mare* (cum videlicet refluum est) *introrsum, cum fluxu foras.* Vel sic, *ad internum vero sive mediterraneum mare externi, sive Oceani in fluxu defertur.* vide utram eligas. " *appellantque id porrum. Illic locis quibusdam tantum crescit tanquam supra umbilicum. Annuum.* † *imbecilliora, flaccidiora.* ‡ *Hæc igitur non longe à terra circa mare deprehenduntur. marinus autem phycos quem spongiarii urinando expiscantur in alto mari nascitur.* " *longe quam purpura præstantior.* † *est alius fucus gramini similis, quippe folio simili, radice.* *testasque ostraceas.* † *& abies non longe à terra quidem.* ‡ *testacea.* " *abietis ramorumque erecta.* † *animalium testigerorum (subterjouli quidam cauli ipsi adnascuntur) in ipsis testis hospitantur multipedes, & aliæ quædam generis ejusdem bestiolæ, quodque polypi specimen gerit. Hæc itaque non longe à terra.*

ναιζίν. ἐπὶ μὲν τῶν ἀκρεμόνων προσηρτημένα τῶν ὀστρακοδέρμων ζώων ἔνια. καὶ κάτω δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ καυλῷ περιπεφυκότων τινῶν ἰούλων † ἐν τούτοις δεδυκότες οἱ ὀνίσκοι καὶ ἄλλ' ἄττα, καὶ τὸ ὅμοιον πολύποδι. ταῦτα μὲν οὖν πρόσγεια καὶ ῥάδια θεωρηθῆναι. φασὶ δέ τινες καὶ ἄλλην δρῦν εἶναι ποντίαν, ἣ καὶ καρπὸν φέρει· καὶ ἡ βάλανος αὐτῆς χρησίμη. ‡ τοὺς δὲ σκινθοὺς, καὶ κολυμβητὰς λέγειν, ὅτι καὶ ἕτεραι μεγάλαι τινὲς τοῖς μεγέθεσιν εἴησαν. ἡ δὲ ἄμπελος ἀμφοτέρωσε γίνεται. καὶ γὰρ πρὸς τῇ γῇ, καὶ πόντιαι. μείζω δ' ἔχει καὶ τὰ φύλλα, καὶ τὰ κλήματα, καὶ τὸν καρπὸν ἡ ποντία. ἡ δὲ συκῆ ἄφυλλος μὲν, τῷ μεγέθει δ' οὐ μεγάλη. χρῶμα δὲ τοῦ φλοιοῦ φοινικοῦν. ὁ δὲ φοῖνιξ ἐστὶ μὲν πόντιον, βραχυστέλεχες σφόδρα. καὶ σχεδὸν εὐθεῖαι αἱ ἐκφύσεις τῶν ῥαβδων, κάτωθεν, οὐ κύκλωθεν αὗται, καθάπερ τῶν ῥάβδων οἱ ἀκρέμονες, ἀλλ' ὡς ἂν ἐν πλάτει κατὰ μίαν συνεχεῖς. ἐνιαχοῦ δὲ καὶ " ἐπαλλάττουσαι. τῶν δὲ ῥάβδων ἡ τῶν ἀποφύσεων τούτων, ὁμοία τρόπον τινὰ ἡ φύσις, τοῖς τῶν ἀκανθῶν φύλλοις τῶν † ἀκανικῶν. οἷον σόγκοις, καὶ τοῖς τοιούτοις ‡ πλὴν ὀρθὰ, οὐκ ὥσπερ ἐκεῖνα. καὶ περικεκλασμέναι, καὶ τὸ φύλλον ἔχουσαι διαβεβρωμένον ὑπὸ τῆς ἅλμης. " ἐπεὶ τῷ γε διόλου ἥκειν τὸν μέσον γε καυλὸν, καὶ ἡ ἄλλη ὄψις παραπλησία. τὸ δὲ χρῶμα τούτων καὶ † τῶν κλάδων καὶ ὅλου τοῦ φυτοῦ ἐξέρυθρόν τι σφόδρα καὶ φοινικοῦν. καὶ τὰ μὲν ἐν τῇδε τῇ θαλάττῃ, τοσαῦτά ἐστιν. ἡ γὰρ σπογγιὰ, καὶ αἱ ἀπλυσίαι καλούμεναι, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, ἑτέραν ἔχει φύσιν· ἐν δὲ τῇ ἔξω τῇ περὶ Ἡρακλέους στήλας, τό, τε πράσον ὥσπερ εἴρηται φύεται, καὶ τὰ ἀπολιθούμενα ταῦτα. οἷον θύμα. καὶ τὰ δαφνοειδῆ καὶ τὰ ἄλλα.

† ἐν τούτοις δεδυκότες οἱ ὄνισκοι Bas. Item. τινῶν ὅλων. Scal. τινῶν ἄλλων. Cōst. legit ζώων ἔνια. (καὶ κάτω δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ καυλῷ περιπεφυκότων τινῶν ἰούλων) καὶ ἐν τούτοις ἐστραμμένοις ἐνδεδυκότες.
‡ ἀσπογγεῖς.
" ἐπαλλάττουσαι Ald. Bas.
† ἀκανωδῶν.
‡ ὀρθαί, οὐκ ὥσπερ ἐκεῖνα περικεκλασμέναι.
" ἐπεὶ ὁ φοῖνιξ ὅμοια τοῖς σόγκοις τῷ γε διόλου τῷ φύλλων ἥκειν, Const.
† καυλῶν Bas. & Ald.

constant facilia. Quidam autem vel alteram quercum nascentem in alto referunt, quæ etiam fructum fert, & glans ejus ‡ commoda est. Quin & alias magnitudine insignes quasdam compertas † homines nantes, seque summergentes referre, traditur. Vitis utroque nascitur loco. Nam & terræ proxima, & pelagica est, & majora fert folia, sarmenta, fructumque. Ficus folio caret, nec magnitudine præstat. Color cortici puniceus. Palma pelagica est caudice admodum brevi, virgis rectis fere, quæ subtus exeunt. Nec in ambitu, sicut rami virgarum, sed velut in latitudinem sigillatim continuatæ, nonnunquam etiam inter sese differentes. Virgarum autem seu surculorum ipsorum similis natura quodammodo est, foliis spinarum " acanicarum ut soncis, atque similibus. Hi tamen erecti, nec quemadmodum illa, circumflexi, & foliis à mari corrosi. Nam eo, quod medius caulis transmeat per totum, reliquum quoque aspectus proximum est. Color his & caulibus, atque universæ plantæ ruber intense, atque puniceus. Et ea quidem, quæ hoc in mari proveniunt, tot esse videntur. Spongia namque, & quæ aplysiæ vocantur, & quicquid ejusmodi, naturam alteram plane sortiuntur. In extero autem circa Gaditanum fretum, porrum (ut retulimus) nascitur, & ea quæ in lapidem transfigurantur, ut thymum: & quæ lauriformia sunt, & reliqua.

‡ *utilis est.*
† *spongiarios ac urinatores.*
" *acanacearũ; præterquam quod (surculi) erecti, nec quemadmodũ illa (sonchi folia) circumflexi, & foliis à mari corrosi. Ut autem sonchi caulis è foliorũ orbe medio exurgit; sic palmæ marinæ stipes. Reliqua aspectu sonchi similia, color his (virgis & surculis) & ramis.*

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

EN μὲν γὰρ τῇ ἀδρίᾳ. *Distinguit Adriam ab Italia.* Id quod *tunc fieri decuit, ut intelligat Adriam, Galliam cis Alpes. Romæ platanus est, & in Sicilia etiam nunc, quam vidimus.*

Φιλοτιμηθεῖς. *Sic etiam supra de Harpalo διεφιλοτιμήθη.* οὐδὲ δύνανται λαβεῖν μέγεθος. *Theodorus*, nec ullam magnitudinem capere possunt. *Licuit Theophrasto: at non potuit Theodoro. Quid enim est, nullam capere magnitudinem?* Nullum incrementum *dicere debuit: aut nullam insignem magnitudinem.*

Καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ φύεται ὑλήματα ἔνια, ἔν τε τῇ ἔξω. καὶ τῇ περὶ ἡμᾶς, καὶ δένδρα. *Theodorus, aliter legit:* Neque enim arbores, *ut hic, attribuit nostro mari, sed oceano. Sic igitur agnovit.* Καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ φύεται ὑλήματα ἔνια τῇ περὶ ἡμᾶς: ἐν δὲ τῇ ἔξω καὶ δένδρα. *Nam mox,* μικρὰ δὲ πάντα περὶ ἡμᾶς. *ut nequeant esse arbores, sed* ὑλήματα. *ubi lege* θαλάττης, *non autem* ἐλάττης. *Pusilla enim quæ sunt, haud extant. Incipias autem caput novum ibi,* μεγίστη δὲ διαφορά. *Inscriptio.* Naturæ plantarum secundum terram & aquam.

Ἐν ἐκείνῃ δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ τὰ ὑπερέχοντα, καὶ ἕτερα δὲ μείζω δένδρα. *Theodorus*, ut in illo & hæc eadem excedunt: & alia de arboribus majora longe assurgunt. *Confudit* καὶ τὰ τοιαῦτα, *cùm* καὶ ὑπερέχοντα. *& injucunda loquutio, item ambigua, quasi quædam assurgant de arboribus, ut viscum. Simplicissimè sic.* At in illo & hæc talia, & quæ etiam extent: tum autem alia quæ arboris æquent magnitudinem. *Plinius*, arborésque minores in nostro.

Τὰ μὲν οὖν περὶ ἡμᾶς. *Locus valdè corruptus. Videtur hoc velle. Apud nos aquaticæ plantæ sunt minores, in Oceani partibus quibusdam etiam arbores: iccirco quæ apud nos sunt, sunt manifestissima, & maximè communia: quæ in aliis sunt, propria. Sic igitur scribes,* Τὰ μὲν οὖν περὶ ἡμᾶς, ἐστὶ τάδε φανερώτατα, καὶ κοινότατα. ἐκεῖνα δὲ ἰδιώτατα κατὰ τοὺς τόπους. ἐλάτη, &c. *Theodorus cùm non posset sese expedire, contraxit orationem ab imo: ac statim ab alga incepit.*

Omisit Theodorus πρασοειδὲς, *& tamen necessariam vocem. Porri namque folium habet: etiam, si cinguli meretur nomen, convenit.*

Ῥίζαν δασεῖαν, *Theodorus* hirtam. *Plinius præterit negligentius.* ἄνωθεν δὲ λεπύρια. *Theodorus legit,* ἴσωθεν. Squammatam *idem transfert;* nos luminosam: *quippe ad ceparum modum, quibus scamma nulla. Si squammæ* ἔτυμον *intellexisset, neutiquam cum lamina confudisset. Minimè prætermitti decet, quod Plinius ausus est.* Non habet, *inquit, alia lingua nomen, quod Græci vocant Phycos: quoniam alga herbarum vocabulum magis intelligitur. Qui non animadverteret apud ipsos quoque Græcos* φῦκος *illud, quod metuit algæ nomine attingere, esse nomen herbæ. Quippe sic ait,* οὐδὲ ἔχον καυλόν. *Non est igitur semper frutex.*

Τὸ δὲ τριχόφυλλον, ὥσπερ τὸ μάραθρον, οὐ ποῶδες, οὐδὲ ἔξωχρον, οὐδὲ ἔχον καυλόν. ἀλλ' ὀρθόν πως ἐν αὑτῷ. φύεται δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν ὀστράκων, καὶ ἐπὶ τῶν λίθων. οὐχ ὥσπερ θάτερον πρὸς τῇ γῇ. πρόσγεια δ' ἄμφω. καὶ τὸ μὲν τριχόφυλλον πρὸς αὐτῇ γῇ. πολλάκις δὲ ὥσπερ ἐπικλύζεται μόνον ὑπὸ τῆς θαλάττης. θάτερον δ' ἀνωτέρω. *Theodorus multum hujus historiæ omisit.* Alterum, *inquit*, folio crinito terræ ipsi adhærens: sæpeque à mari tantum alluitur. Alterum altius degit. *Quæ desunt, sunt hæc.* Aliud genus folio capillaceo, ut fœniculum, neque viride, neque pallidum, sine caule, & tamen in seipso surrectum. Oritur super testis, & saxis: non quemadmodum alterum è terra. Utrunque genus prope oras terrarum nascitur, ac ipsum quidem capillaceum hæret terræ. Sepè etiam à mari alluitur tantum. Illud autem profundiore mari provenit. *Ita agnoscis non esse pelagia. Et cum oras terrarum ament, alterum tantùm è terra prodit: alterum est in saxis, & ostreorum testis. Et illius natura tametsi maritima est, tamen à mari non operitur, sed tantummodo alluitur; idque sæpè. Alterum non solum alluitur, sed etiam tegitur: id est,* ἀνωτέρω. *Theodorus,* altius degit: *Non queo intelligere. Declarat* ἀνωτέρω; *quia etiam in Oceano ita habemus & historiam, & historiæ explicationem, tum per communem naturam, tum per proprias differentias. Scribes aspiratè,* ἐν αὑτῷ.

Καὶ τὸ πλάτος μεῖζον, ὡς παλαιστιαῖον. *Theodorus*, latitudine amplius, quàm ut manu apprehendi possit: latitudine ampliore, quam ut palmo æquari possit. *Neque vox illa,* manu, *dat intelligere τὸ* παλαιστιαῖον, *pro* mensura.

Κατὰ δὲ τὸν χειμῶνα ἀπόλλυται, καὶ ἐκπίπτει. *Mira vox,* ἐκπίπτειν, *de herba quæ sit in profundo maris, cadere. intellige ab radice. Non mirum herbas aquaticas hyeme lædi: Additur enim gelu frigori. Sed mirum in lacus nostri Benaci fundo imo herbas per æstum marcescere: cum tamen & illæ sub aqua sint, & ipsa aqua eo in loco frigida.* ἅπαντα δὲ καὶ ἄλλα τὰ φυόμενα χείρω, καὶ ἀμαυρότερα γίνεται τοῦ χειμῶνος. *Quin sunt flores quidam hyemales. Hyeme prodit Mandragora. Elleborum quoque nigrum sæviente etiam hyeme adeò nitidum mirati sumus, ut ne à verna quidem ulla herba superetur.*

Οἷον

Οἷον προσγεια. *Theodorus*, ceu terrena, *malè.* τὸ ἔγγειον, *terrenum est. At τὸ τελχόφυλλον φῦκος, non est terrenum, non est ἔγγειον, sed ἐνάλιον, ut ita dicam : & tamen est πρόσγειον.*

Οἱ οἱ σπογγεῖς ἀνακολυμβῶσι. *Est igitur hic hoc verbum transitivum, cujus usus absolutus est apud alios. Theodorus non expressit illis verbis,* Spongiarii deferunt. *Melius* urinando eximunt.

Πολὺ καλλίων τῆς πορφύρας. *Nota*, ἡ χρόα καλλίων, *pro eo quod alius dixisset*, καλλίων. *Theodorus* , color longè purpuram præstat. *Immo est, quàm purpura præstantior. Mirum vero purpuræ genus alga nutritum minoris æstimari , si ex algæ succo sit color commendatissimus ; sane si hoc genere algæ alatur illa purpura.*

Ἄλλο δὲ βότρυον. *Lege* βρύον. πλὴν χρυσωδέστερον. *Theodorus legit*, ῥυπωδέστερον. *Quoniam sit* συνεσπασμένον , *contractum in rugas.*

Ἐπὶ τῶν ὀστράκων. *Theodorus*, super fictilibus. *Fortasse* super testis ostreaceis.

Ἡ δὲ δρῦς. *Explevit plantas minores marinas. Nunc ad majores transit. Itaque commodè potes hinc partiri caput.*

Καὶ αὐτῆς καὶ τῶν ἀκρεμόνων. *Theodorus omisit*, Ramorum.

Μικρὰς ἔχει, καὶ ἀδήλους. *Theodorus legit*, μακράς: *quia subdit*, βραχυτέρας. πυγωνιαῖον. *Legunt* , πυχωνιαῖον.

Καὶ κάτω δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ καυλῷ προσπεφυκότων τινῶν ὅλων , ἐν τούτοις δεδυκότες οἱ ὄνισκοι, καὶ ἄλλα ἄττα, καὶ τὸ ὅμοιον πολύποδι. *Theodorus*, subter, alia quædam cauli ipsi adhærent: ad quædam tota obesa ingrediuntur millepedæ: & aliæ quædam generis ejusdem bestiolæ: quodque polypi speciem gerit. *Ego sic lego*, καὶ τινῶν ἄλλων. *In quorum testis hospitantur* ὄνισκοι, aselli multipedes. *Theodorus aliter legit , quam* προσπεφυκότων.

Βάλανος χρησίμη. *Theodorus*, glans commoda, utilis *potius. Multa sunt commoda, & inutilia, ut sedere saturum patremfamilias, cujus uxor, aut villicus nihili sit. Nesciebat ille illam latinitatem, jucundum, gratum, commodum, utile, necessarium; frugi : itaque sæpe, & hic, & alibi confundit, ut variet.*

Σκινθοὺς καὶ κολυμβητάς. *Theodorus*, homines nantes, atque se summergentes. *Sanè* σκινθίζειν *significat, crura movere, & calcitrare.* Natantes & vinatores.

Πλὴν ὀρθαί, καὶ οὐχ' ὥσπερ ἐκεῖνα καὶ περικεκλασμένα. *Dele* καί.

Ἡ γὰρ σπογγιά, καὶ αἱ πλύσιαι καλούμεναι. *Theodorus*, Spongiæ namque quæ physiæ vocantur. *Non, sed sic* Spongia, namque, & quæ physiæ. *Spongiæ species physia est, ex Aristotele.*

Ἀπολιθούμενα ταῦτα. *Non nominavit : Sed* ταῦτα *significat vulgata , ut corallus , de qua nihil. Sed Thuma lapidescere dixit. Fortasse est muscus ille, qui super corallo. Præterea si non est , error esto illius qui non descripsit : non noster, qui non descripta ne agnoscere quidem dignamur. Videntur enim posuisse operam, ut somniemus.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Προσπεφυκῆαι δὲ ὥσπερ λεπάδες. *Sic & coralliorum frutex provenit, item salix marina, quarum & hic figura. Plinius lib.25. cap. ult. ex hoc decerpsit, sed censura eget, quum indistinctè tradit in alto nasci quercum & abietem, quas Theophrastus προσγείους dixerat.* Πυγωνιαῖον. *Rectè, sic & supra pro* πηχυαῖον. Ζῶον ἔνια (καὶ κάτω δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ καυλῷ προσπεφυκότων τινῶν ἰσ̈λων) καὶ ἐν τούτοις (*subaudi* ὀστράκοις) δεδυκότες οἱ ὄνισκοι, *&c. Sic depravatus locus sanari potest.* Ἀπαλλάττουσι. *legendū* ἐπαλλάττουσαι, *id est, variantes & alternantes.* ἀκανικαί, *vide* ἄκανος *in nostro lexico.* Ὀρθαί *nempe* ἀποφύσεις ; *&* ἐκεῖνα , *numerum* φύλλα τῶν σύκων , *quæ ad terram inflectuntur per orbem , ut quis putet ex parte esse fracta.* ἐπὶ τῇ γῇ. *Mira brevitas quæ mihi diu tenebras offudit. Ergo sic plenius & lucidius :* ἐπεὶ ὁ φοῖνιξ ὅμοια τοῖς σύγκοις τῇ γῇ διόλε τῶν φύλλων ἥκειν τὸ μέσον γε καυλόν. ut sonci tyrsus è foliorum orbe medio exurgit , sic palmæ marinæ stipes.

Τούτων (*nempe* ῥάβδων ἢ τῶν ἀποφύσεων) καὶ τῶν καυλῶν. *Repone* κλάδων. *Quomodo* καυλὸς *de palma?* Στέλεχος *certe. Nam* Βραχυστέλεχες *ipse esse asseruit.* Πλυσίαι. *In Crispini lexico* ἀπλυσίαι, *legendum ostenditur ; quasi illotanæ , ut finxit interpres apud Aristot.* Ἀπολιθούμενα, *Plin. lib.* 13. *cap. ult.* Extra Herculis columnas porri fronde nascitur frutex, & alius lauri & thymi , qui ambo ejecti in puniceum transfigurantur.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἐν μὲν γὰρ τῷ Ἀδρίᾳ πλάτανον. Nemo ignorat platano a latè diffusis ramis, foliisque latis, nomen impositum. Πλατύνω enim Græcis *dilato ac speciosum reddo.* Propter hanc speciosam gratamque latitudinem magno in honore habita semper fuit platanus. Plin. lib. 12. cap. 1. *Sed quis non jure miretur arborem umbræ gratiâ tantum ex alieno petitam orbe? Platanus hæc est, per mare Ionium in Diomedis insulam ejusdem insulæ tumuli gratiâ primum invecta , inde in Siciliam transgressa , atque inter primas donata Italiæ; & jam ad Morinos usque pervecta, ad tributarium etiam pertinens solum, ut gentes vectigal & pro umbra pendant.* Ex alieno orbe platanum advectam in Italiam ait. Hoc carpunt viri magni, & critici summi. *Nostra*, inquiunt, *hæc regio* (Hetruria) *Romanis hominibus ob asperitatem montium, sylvarumque densitatem, non valdè nota frequentataque erat. Quod multis modis intelligi ac certo perspici potest : In aliis enim hujus rei argumentis stirpes quoque nonnullæ hic gignuntur, quæ veteres peregrina Italiæ esse crediderunt. Platanum certe Plinius huc importatam ex alieno orbe dicit ; ac de illa , ut externa arbore , loquitur, & quæ animi caussa expetita sit, studioséque hic consita : cujus tamen sylva sponte sua nata in agro nostro est. Nam cura hominum platani illæ satæ credi non debent; cum semper novæ aliquæ illic exoriantur: locusque ubi nascuntur remotus ab urbe, & cultura omni delicatiore sit. Quod si loca hæc celebrata quondam fuissent, nunquam latuisset tam grata arbor ; & magno studio ex longinquis usque terris petita. Saltus autem, ubi existunt ingenio ejus terræ platani est, prope confluentem Sævæ & Arni. qui nunc possidetur à Sacris virginibus à Rosano vocatis: indeque sumunt multi, qui nobilibus stirpibus delectantur: amœnamque hanc, ac tantopere probatam veteribus umbram quærunt. Theophrastus sane in Italia illam inveniri non negat : quamvis raram hic esse commemorat. Vereor tamen ne de importatis aliunde locutus sit , cum addat, non videri hanc sedem nostram, terramque eam gignere.* Ficulneo planè & nullius valoris argumento utuntur. Ideóne cura hominum in Hetruria plantatæ non sunt platani, quod semper novæ aliquæ illic oriantur? Ultimus dux Cliviæ ab annis 30. loco Emmerica remotiore inculto arido ac sterili jussit seri sylvam pineam : An ergo quia quotannis ex semine deciduo in eadem sylva nascuntur novæ pini, dicemus, sylvam istam cura humana istic non esse satam? Ad studiosos Botanicæ artis novellæ quotannis istinc adferri solent : neque enim longe à patria nostra abest Clivia. Ipsa in Batavia in agro Zypiano , qui ante 50. annos lacus satis fuit ingens, quercus sylvæ satæ sunt, quæ quotannis multas novellas proferunt quercus. In horto medico Lugdunensi una tantum platanus à Clariss. & celeberrimo Botanico, anatomico, ac medico P. M. Petro Pavio, viro facundissimo, plantata est, quæ plures è radice emisit novas platanos ; an ideo negabit quis. cura Pavii istic non esse plantatam , sed sponte prosiliisse , ut sylva Laserpitii , de qua apud Theophrastum legere est. Illud negare nolim, si locus sive sylva in Hetruria celebrata fuisset , futurū, ut nunquam Plinium latuissettam gratam arborem istic reperiri; sed inde satum non esse eo loco , quis probabit? Plus mille intercedunt anni , interea quid non fieri potuit? Quin multis in locis sata sit platanus, non sit dubium, & ex eo certò concludi potest, quod Plinii ævo ad tributarium pertinebat solum, adeo ut gentes vectigal pro umbra penderent. Sed in exemplo Toletano habetur ; *ac tributarium etiam detinens solum.* Harmenopulus suo seculo non tantum pro solo, sed etiam pro cœlo & aëre vectigal exactum fuisse à Michaele Paphlagone imperatore scribit, qui, ut ait, πραγματευτὸς ὢν πρὸς ἣν ἄν τις εἴπη κακίαν, πᾶσαν ἔφυγεν ὁδὸν ἀδικίας, προσθεὶς ἐπέκεινα τῶν τελεσμάτων διδόναι ἕκαστον τῶν χωρίων ὑπὲρ ἀερικοῦ, κατὰ τὴν ποιότητα καὶ ἰσχὺν αὐτοῦ. An non pro aëre & vento apud nos solvit molitor cum pro pistrino quotannis quinquaginta pendet florenos. Redeo ad Plinium; *Dionysius prior Siciliæ Tyrannus Rhegium in urbem transtulit eas domus suæ miraculum, ubi postea factum gymnasium: nec potuisse in amplitudinem adolescere , & alias fuisse in Italia ac nominatim Hispania, apud auctores invenitur. Hoc actum circa captæ urbis ætatem.* Præceptoris mentem non satis

sequitur

sequitur Plinius. Ἐν μὲν γὰρ τῇ Ἀδρίᾳ usque ἔχουσι πλάτανον. Id est, *Platanum enim negant esse in Adria, præterquam circa Diomedis delubrum, inque universa Italia raram esse affirmant, quanquam multi, magnique fluvii utrobique diluunt. Sed locus planè recusare videtur. Dionysius Tyrannus major, ambitiosius contendens, in Rhegio conseruit in hortis eas, quæ nunc in gymnasio stant, nec ullam insignem magnitudinem capere possunt. Contra alia loca platanum habent plurimam.* Apud Theophrastum male legitur ῥητῷ. Scribe Ῥηγίῳ. Rhegium Italiæ urbs in ditione Veneta, vel huic vicina, ut apud Strabonem libr. 5. Geogr. legitur. In hac, ut apud eundem legitur, Dionysius Siciliæ Tyrannus vixit. Πλήσιον δὲ καὶ Βηρών, καὶ αὕτη πόλις μεγάλη, ἐλάττους δὲ τούτων Βρίξια, καὶ Μάντουα καὶ Ῥήγιον, καὶ Κῶμον. Paulo ante, καὶ Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας τύραννος ἐντεῦθεν τὸ ἱπποτροφεῖον συνεστήσατο τῶν ἀθλητῶν ἵππων. *Dionysius quoque tyrannus Siciliæ, inde equorum ad certamina educatorum armenta instituit.* Non fuit Dionysius hic postquam ejectus est regno ludimagister, qui pueros instituit, ut quidam tradunt, nec gymnasium, quod extruxit, fuit schola, in qua bonas artes, linguasque discebant adolescentes, sed fuit palæstra, ubi athletæ nudabantur, & exercebantur, ac certabant. In antiquis Plinii codicibus perperam scriptum est, *regiam in urbem translulit.* Ignorabant Librarii Rhegium Italiæ urbem fuisse. *Domus suæ miraculum.* In Toletano codice non *domus*, sed *domui* habetur, ut forte legi debeat, *domui umbraculum.* Quæ valde probabilis videtur lectio. Οὐδὲ δύναται λαβεῖν μέγεθος. Vertunt, *nec ullam capere magnitudinem possunt.* Quod falsum est, & à Græci auctoris mente alienum. Melius Plinius, *Nec potuisse in amplitudinem adolescere.* Interpretare; *nec ullam insignem capere magnitudinem possunt. Et alias fuisse in Italia, ac nominatim Hispania, apud auctores invenitur.* Hæc corrupta sunt. Nihil de Hispania apud Theophrastum, qui ex aliorum sententia in Adria esse negat platanum, nisi apud Diomedis delubrum, ac in universa Italia raram esse tradit. In antiquo codice habetur. *Haud alia fuisse in Italia, ac nominatim Hispania apud auctores invenitur.* Scribe, *Haud alias fuisse in Italia ac nominatim Adria apud auctores invenitur.* Vult in Adria nullas fuisse platanos, quam quæ circa delubrum Diomedis reperiebantur; nec in Italia alias repertas, quam quæ Rhegii Dionysius severat. Fortasse non male legeretur, *& raras fuisse in Italia, ac nominatim Adria apud auctores invenitur.* σπανίως δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ. Non puto Plinium adeo amentem fuisse, ut σπανίας pro Ἱσπανίας acceperit. In omnibus profecto codicibus, quos vidi, *Hispania* habetur. *Hispaniam* si scripserit Plinius, non satis diligenter attendit ad verba liberti. Sequitur. *Hoc actum circa captæ urbis ætatem.* Et hoc sine sensu. Melius in M. S. legitur, *hoc actum circa Capuæ urbis ætatem.* Id est, cum conderetur Capua, urbs illa nobilis Italiæ. Pergit Plinius. *tantumque postea honoris increvit, ut mero infuso enutriantur; compertum id maximè prodesse radicibus; docuimusque etiam arbores vina potare.* Martialis lib. 9. epigram. lib. 11.

Atque oluere Lares commissatore Lyæo,
Crevit & effuso latior umbra mero.

Narrant Xerxen potentissimum Persarum regem, umbra platani adeo delectatum fuisse, ut diem integrum sub ea, cum maximo exercitu consumpserit, floccipendens tam brevi voluptate tot copias remorari. Addunt, ob pulchritudinem monili aureo donasse, custodemque præfecisse. Sed Æliani ipsa præstat adferre verba, apud quem libr. 2. variæ historiæ cap. 14. legere est. Γελοῖος ἐκεῖνος ὁ Ξέρξης, εἴγε θαλάσσης μὲν καὶ γῆς κατεφρόνει τῶν τοῦ Διὸς τεχνῶν, ἑαυτῷ δὲ εἰργάζετο καινὰς ὁδοὺς καὶ πλοῦν ἀήθη. δεδούλωτο δὲ πλατάνῳ καὶ ἐθαύμαζε τὸ δένδρον. ἐν Λυδίᾳ γοῦν φασὶν, ἰδὼν φυτὸν μεγέθους πλατάνου, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην καταμείνας οὐδέν τι δεόμενος, καὶ ἐχρήσατο σταθμῷ τῇ ἐρημίᾳ, τῇ περὶ τὴν πλάτανον. ἀλλὰ καὶ ἐξῆψεν αὐτῆς κόσμον πολυτελῆ, στρεπτοῖς καὶ ψελλίοις τιμῶν τοὺς κλάδους. καὶ μελεδωνὸν αὐτῇ κατέλιπεν, ὥσπερ ἐρωμένῃ φύλακα, καὶ φρουρόν. ἐκ δὲ τούτων, τί τὸ δένδρον καλὸν ἀπήντησεν; ὁ μὲν γὰρ κόσμος, ὁ ἐπίκτητος, καὶ μηδὲν αὐτῷ προσήκων, ἄλλως ἐκρέματο καὶ συνεμάχετο εἰς ὥραν οὐδέν. ἐπεὶ τοῦ φυτοῦ κάλλος ἐκεῖνό ἐστιν, εὐγενεῖς οἱ κλάδοι, καὶ ἡ κόμη πολλὴ, στερεὸν τὸ πρέμνον, καὶ αἱ ῥίζαι ἐν βάθει, καὶ διασείοντες οἱ ἄνεμοι, καὶ ἀμφιλαφὴς ἡ ἐξ αὐτῆς σκιά. καὶ ἀντιστρέφουσαι αἱ ὧραι, καὶ ὕδωρ τὸ μὲν διὰ τῶν ὀχετῶν ἐκτρέφον, τὸ δὲ ἐξ οὐρανοῦ ἐπιῤῥέον. χλαμύδες δὲ αἱ Ξέρξου καὶ χρυσὸς ὁ τοῦ βαρβάρου, καὶ τὰ ἄλλα δῶρα, οὔτε πρὸς τὸν πλάτανον, οὔτε πρὸς ἄλλο δένδρον εὐγενὲς ἦν. *Ridendus profectò Xerxes ille est, quod cum mari terrisque Iovis operibus posthabitis, nova itinera, & insolitam navigationem sibi parasset, servivit platano, & arborem coluit. In Lydia igitur, ut rumor fert, cum vidisset proceram platanum, integrum diem ibi commoratus est, nulla postulante necessitate, & castra posuit in solitudine juxtà platanum. Sed & multiplicem & pretiosum ornatum in ea suspendit, torquibus, armillisque ramos veneratus: & curatorem ei reliquit, quasi custodem & propugnatorem amasiæ. Sed quid tandem ex his ad arborem emolumenti rediit? Nam ornatus appositivus, & nihil ad ipsam pertinens, frustra pependit, neque ullum emolumentum ad arboris pulchritudinem attulit. In arboribus commendantur generosi rami, coma densa, stirps firma ac stabilis, radices in profundum actæ, ventorum agitatio, umbræ ex iis procedentis amplitudo, cedentes invicem anni partes: aqua partim alveis inducta ad alendum, partim de cœlo missa ad irrigandum. At chlamydes Xerxis, & aurum barbari, reliquaque munera, neque ad platani, neque alterius arboris generositatem quicquam faciunt.* Quæret quis, & meritò, utrum platanum Xerxes majore honore affecerit, an Hortensius? Is enim est de quo Plinius, hic, qui mero nutrivit platanum. Macrob. libr. 2. Satur. cap. 9. *Is hortensius platanos suas vino irrigare consuevit; adeò ut in actione quadam, quam habuit cum Cicerone susceptam, precario postulasset, ut locum dicendi permutaret secum: abire enim in villam necessario se velle, ut vinum platano, quam in Tusculano posuerat, ipse suffunderet.* Neutri, salvo meliori judicio, sinciput sanum fuit. Pessimè Persis consuluit Xerxes. A Græcis enim tanto regi imparibus, devictus fuit; quod negligentiæ, aliisque rebus futilibus, magis intenso Xerxi veteres adscribunt. Ab Hortensio respublica magnum damnum non perpessa. Plinius. *Celebratæ sunt primum in ambulatione academiæ Athenis cubitorum 36. unius radice ramos antecedente. Nunc est clara in Lycia gelidi fortis socia amœnitate, itineri apposita, domicilii modo cava 80. atque unius pedum specu, numeroso vertice, & se vastis protegens ramis, arborum instar, agros longis obtinens umbris: ac ne quid desit speluncæ imagini, saxea intus crepidinis corona muscosos cõplexa pumices: tam digna miraculo, ut Lucius Mutianus ter. Cos. & nuper provinciæ ejus Legatus, prodendum etiam posteris putarit, epulatum intra eam se cum duodevicesimo comite larga ipsa toros præbente fronde, ab omni afflatu securum, optantem imbrium per folia crepitus, lætiorem quam marmorum nitore picturæ varietate, laquearium auro cubuisse in eadem.* Hæc examinanda. Magna & latis diffusis ramis fuit platanus, quę cubitorum triginta sex umbram fecit, vel ramos expansos habuit. Non immerito de platano Poeta.

Namque ministrantem platanum potantibus umbram.

Cicero libr. de Orat. 2. platanus quæ ad opacandum locum patulis sit diffusa ramis.

Nobilis æstivas platanus diffuderat umbras.

Exempla quæ adfert Plinius, satis ostendunt πλάτανον à πλάτους, ut dixi, nomen accepisse. Scripsisse videtur Plinius, ut ex Ursino optimè animadvertit Dalecampius; *Cubitorum 36. unius radice ramos agente. Nunc clara est in Lycia, &c.* Putavi quondam legi oportere, *Nunc clara est in Lydia;* Quia Xerxes in Lydia reperit, quam ob pulchritudinem, ut jam dixi, monili aureo donavit. Sed nullam video rationẽ, cur rejiciatur vulgata. Quippe in Lycia gymnasium quoddam fuit; & verisimile fit, Athletas sese in Lydia sub platani umbra exercuisse. In antiquo codice male legitur, *& se vastis protegens ramorum arboribus instar agros longis obtinens umbris:* Sequitur. *Epulatum intra eam se cum duodevicesimo comite largè ipsa thoros præbente fronde.* In aliis codicibus, *largè ipsa thoris præbente frondes.* Utraque lectio ex Scholiaste Nicandri auctoritate defendi potest, qui ad hunc in Theriacis versum.

Σφαίρηντι θερειλεχέος πλατάνοιο,

scribit; θερειλεχέος δὲ, ἤγουν σκιώδους. ἐπεὶ πλατέα ἔχει τὰ φύλλα ὥστε δύνασθαι ὑπ' αὐτῶν σκεπάζεσθαι, θέρους ὄντος. ἢ διὰ τὸ ἐν θέρει δύνασθαι ποιεῖν λέχος ἐκ τῶν φύλλων αὐτῆς. Id est, θερειλεχέος dixit, *quasi umbrosæ, quod lata habeat folia, adeò, ut sub eorum umbra æstate cubari tegique quis possit. vel, quod ex ejus foliis æstate lectus sternitur.* Facile videt lector, utramque lectionem suum habere fautorem. Plinius, *optantem imbrium per folia crepitus.* Honestior, inquit, Pintianus, quorundam codicum lectio. *captantem imbrium per folia crepitus. lætiorem quam marmorum nitore.* Codex antiquus hoc loco valde corruptus. *Lætioremque marinorum nitore, picturæ varietate laquearium auro cubuisse in eadem. Aliud exemplum Caji principis in Veliterno rure mirati unius tabulata, laxisque ramorum trabibus scamna patula, & in ea epulati, cum ipse pars esset umbræ, 15. convivarum, ac ministeriis*

ministerii capace triclinio, quem cœnam ille appellavit nidum. Et hæc in antiquo corrupta. *Laxeque ramorum trabibus, scamna patula, & in ea epulanti cum ipse pars esset umbræ, quindecim convivarum ac ministerii capacem triclinio: quam cœnam appellavit ille nidum.* Sed quomodo ille, qui unà epulabatur pars potuit esse umbræ. Corrigunt, *cum impar ii esset umbræ.* Malo cum Dalecampio legere, *circum sparsa umbra.* Totum hunc locum in hunc scribe sensum: *Aliud exemplum Caji principis in Veliterno rure mirati unius tabulata, laxisque ramorum trabibus scamna patula, & in ea epulati, circum sparsa umbra 15 convivarum ac ministerii capace triclinio, quam* (pessime vulgati codices *quem*) *cænam appellavit ille nidum.* Hæc non sunt miraculi loco habenda. Amersfurti sæpe in tilia quæ istic ad multos annos culta est, accubui mensæ, non ego solus, sed plus quam 20. convivæ alii mecum, quos omnes una tilia excipiebat, ac tegebat, adversus ventorum vim, ipsiusque solis ardorem; tam densis patulisque ramis, foliisque est, ut ad mensam ne radii quidem solares pervenire queant. Cæsaris platanum Martialis poëta lepidissimus libr. 9. epigr. 61. laudat.

In Tartessiacis domus est notissima terris,
Qua dives placidum Corduba Bætin amat:
Vellera nativo pallent ubi flava metallo,
Et linit Hesperium Bractea viva pecus.
Ædibus in mediis totos amplexa penates:
Stat platanus densis Cæsariana comis:
Hospitis invicti posuit quam dextera felix,
Cæpit & ex illa crescere virga manu.
Auctorem, dominumque nemus sentire videtur:
Sic viret, & ramis sydera celsa petit.
Sæpe sub hac madidi luserunt arbore Fauni;
Sæpe sub hac latuit rustica fronde Dryas,
Dumque fugit solos nocturnum Pana per agros,
Terruit & tacitam fistula læta domum,
Atque oluere Lares commissatore Lyæo,
Crevit & effuso lætior umbra mero:
Hesternisque rubens dejecta est herba coronis,
Atque suas potuit dicere nemo rosas.
O Dilecta Deis, ô magni Cæsaris arbos,
Ne metuas ferrum, sacrilegosque focos.
Perpetuos sperare licet tibi frondis honores,
Non Pompeianæ te posuere manus.

Quæ de Cretensi sequuntur platano lib. 1. hist. c. 15. examinavimus. Poëtæ arborem hanc non πλάτανον, sed πλατάνιστον vocare consueverunt. Phavorinus. πλάτανον, ἤτοι κατὰ παραγωγὴν πλατάνιστον καλὴν λέγει Ὅμηρος, ὡς ἂν εἴπῃ τις εὐειδῆ. τοιοῦτον γὰρ τὸ φυτὸν ἄκαρπον μὲν, καλὸν δὲ τοῖς σκιατραφουμένοις. διὸ καὶ τὸν Ξέρξην πλάτανος εἶχεν ἐρασὴν ἣν καὶ κοσμήσας νυμφικῶς, ἐνεγλαΐζετο ὑπὸ ταύτης σκιατραφούμενος. ὅτε ἦγεν ἐκεχειρίαν. Platanum, *quam per paragogem sive transgressionem Homerus pulchram platanisson vocat, ac si quis dixerit aspectu formosam. Planta hæc licet sterilis, pulchra tamen iis qui umbra delectantur. Quare platanus à Xerxe amabatur, quā & nuptiali modo ornabat; delectabatur enim ejus umbra quoties inducias haberet.* Ælianus magno exercitus damno id à Xerxe factum ait; cujus, quod antiquior, magis probabilis sententia. Carmen Homeri, quod Phavorinus intelligit, reperitur Iliad. β.

Καλῇ ὑπὸ πλατανίστῳ ὅθεν ῥέεν ἀγλαὸν ὕδωρ:
Pulchra sub platano unde fluebat limpida aqua.

Theocrytus Eidyl. ιη.

Πρᾶται τοι στέφανον λωτῶ χαμαὶ αὐξομένοιο
Πλέξασαι, σκιερὰν καταθήσομεν ἐς πλατάνιστον.
Πρᾶται δ' ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος ὑγρὸν ἄλειφαρ
Λαζόμεναι, σταξεῦμες ὑπὸ σκιερὰν πλατάνιστον.

Primæ tibi coronam ex humi nascente loto
Nectentes in umbrosa suspendemus platano:
Et primæ tibi ex argentea pyxide liquidū unguentum
Accipientes, stillabimus sub umbrosam platanum.

Duo platani genera Plinio: major, quæ platanus & πλατάνιστος: minor, quæ chamæplatanus. Plin. lib. 12. cap. 2. *Namque & chamæplatani vocantur coacta brevitatis.* Falluntur qui tiliam vel acerem vulgarem platanum existimant. Neutri pilula aspera. Nicandri Scholiastes, ὁ δὲ καρπὸς αὐτῆς σφαιρία τινὰ τραχέα ἐστι, ὃν δὴ καὶ σφαίριον εἶπε. Sed nec tilia habet folia ricino, aut spondilio similia. Dioscorides lib. 3. cap. 90. σπονδύλιον φύλλα μὲν ἔχει, κατὰ ποσὸν ὅμοια πλατάνῳ, ἐγγὺς τῷ τοῦ πάνακος. *Spondylium folia quidem habet platano quadantenus similia, ad panacis folibrum figuram accedentia.* Lib. 4. cap. 164. φύλλα δὲ ὅμοια πλατάνῳ, μείζονα δὲ καὶ λειότερα, καὶ μελάντερα. *ricinus foliis est platani, at majoribus, lævioribus, ac nigrioribus.* Ex his tiliam non esse platanum satis probatur. Magna & procera admodum arbor platanus, multis longisque radicibus nixa; ramis prælongis, patulis & amplissimè luxuriantibus patet, cortice crasso vestitur, umbram efficiens admodum spatiosam, cujus gratia olim Romanis gratissima, expetita & commendabilis fuit; Folia habet lata, ampla, ricini modo angulosa, vitigineis majora, ex longo & rubenti pediculo pendentia. Flosculos edit ex luteo albos, congestos, parvos. Fructus pilularum instar rotundus, scaber, nonnihil lanuginosus, fere nucis ponticæ latitudine; in Asia tamen major est & hirsutior, ad juglandis nucis quantitatem accedens. Fontes amat & fluvios. Apud nos peregrina est, & in hortis quorundam colitur; in Asia frequens est; in Hetrusia sylva platanorum est, in Cretæ convallibus juxta Athon montem sponte, teste Bellonio, provenit. Apud nos procera admodum fit platanus; sed ramos non usque adeò latè expandit; respectu arboris rami parvi. Folia autumno amittit, novo vere recipit. Hyemem non extimescit, sed gelidissimam fert. Ex crassis platani truncis, naviculas confici ab Athon montis incolis auctor Bellonius. Plinius libr. 24. cap. 8. platani folia adversari vespertilionibus ait. Ælianus νυκτερίδας fugere folia platani scribit, Νυκτερὶς aliis noctua, aliis vespertilio; sic dicta, quod noctu volet. De vespertilione, sive, ut aliis placet, noctua, hæc Ælianus libr. 1. hist. animal. cap. 37. οἱ πελαργοὶ λυμαινομένας αὐτῶν τὰ ᾠὰ τὰς νυκτερίδας, ἀμύνονται πάνυ σοφῶς. αἱ μὲν γὰρ προσαψάμεναι μόνον, ἀμφιμαῖα ἐργάζονται καὶ ἄγονα αὐτά· οὐκοῦν τὸ ἐπὶ τούτοις φάρμακον ἐκεῖνό ἐστι, πλατάνου φύλλα ἐπιφέρουσι ταῖς καλιαῖς, αἱ δὲ νυκτερίδες, ὅταν αὐτοῖς γειτνιάσωσι, ναρκῶσι τὸ γίνονται λυπεῖν ἀδύνατοι. *Ciconiæ avis suis perniciem molientes vespertiliones sapientissimè vindicant. Quum hæ itaque solo suo contactu ova ipsa sterilia efficiant, hoc remedio utuntur ciconiæ; platani folia in nidos suos inferunt, ad quæ accedentes, vespertiliones, corpore comprehensæ, perniciem afferre non queunt.* Et hæc de platano.

Platanus.



Οἱ δὲ μυρίκην. Μυρίκης, ut Phavorinus tradit, nomen accepit, quod juxta aquas nascatur. Μυρίκη. βοτάνη ἀγρία, δυσώδης, κυπαρισσοειδής, παρὰ τὸ πεφυκυῖα ἐν ποταμοῖς. ἢ κατὰ παντὸς φυτὸν ἐστι, αὐτομάτως ἐν πεδίῳ φυόμενον. Scribe παρὰ τὸ πεφυκυῖα, vel παρὰ τὸ πεφυκέναι ἐν. *Myrica herba agrestis, graveolens,*

lens, forma cyparissina, nomen accepit, quod in fluviis (juxta fluvios) *nascatur. Vel planta est in campestribus sponte proveniens.* Qui μυρίκην herbam agrestem, vel sponte in campis nascentem tradiderit, repperi neminem. Arbor est, non herba; graveolentiam quandam habere dum viret non inficias eo, formamque aliquam cyparissimam habere folia, non nego, sed unde μυρίκης nomen acceperit, quod juxta fluvios assurgat, imaginari nequeo. Minus longe petitum, ἀπὸ τοῦ μύρειν, quod stillo & fluo denotat. Μυρίκη nomen impositum, quod fluviorum origo sit ex aquis è montibus fluentibus, ac stillantibus. Becano, ingenio sagacissimo, si quis fidem adhibere velit, ac credere omnia vocabula ab Allemannis ac Belgis originem trahere, facile etymon inveniet. μυρίκη tum sonabit meer-rijck, quod divitias aquarum Belgis denotat. Certe ad ripas aquarum lubenter nascitur, præsertim iis in locis ad quæ torrentes & flumina nonnunquam restagnant, ut ad Rhenum, ad Tagum, Istrum, aliaque magna flumina. Cum igitur restagnantis aquæ calvitiis frutex hic gaudeat, merito apud Græcos unius vocalis mutatione, myrice nomen accepit. Quæ de natali solo myricæ scribit, verissima sunt. Dioscorides lib. 1. cap. 116. μυρίκη δένδρον ἐστὶ γνώριμον, παρὰ λίμναις καὶ τοῖς στασίμοις ὕδασι φυόμενον. *Myrica nota arbor est, apud paludes ac resides stagnantesque aquas nascens.* Hæc Botanicis Doctissimis minime placent. In Italia, inquiunt, oppositum evenit. Nam reperitur in fluminum ripis non in stagnis paludibusque. Quare admirari satis nequeunt, quod apud paludes nasci dixit Dioscorides. Itaque Dioscoridis codicem hoc loco depravatum credunt, aut in Græcia, secus quam in Italia myricam proximè stagna ac paludes oriri. Apud Amstelodamum mirum in modū crescit tamarix, sed adversus hyemis injurias defendi debet; per quam fœcundè alioquin crescit, ac proficit. Amstelodamensium vero terram paludosam esse, nemo negabit, nisi Amstelodamum non viderit. Sed vox λίμνη apud auctores latè sumitur; interdum pro ipso mari. Hesychius, λίμνη ἡ θάλασσα, καὶ ὁ ὠκεανός. Hac significatione apud Homerum Iliad. 5. ponitur.

——Ἔνθα δέ οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης
Χρύσεα, μαρμαίροντα τετεύχαται ἄφθιτα αἰεί.

Aliquando fluvium denotat. Suidas, λίμνη ἡ θάλασσα παρ' Ὁμήρῳ, καὶ ὁ ὠκεανός, καὶ οἱ ποταμοί. ὥστε τὸ γενικὸν ὄνομά ἐστι. *Idem* λίμνη *mare apud Homerum significat; aliquando pro Oceano ponitur, nonnunquam fluvium denotat; itaque generale videtur esse nomen.* Dioscorides itaque cum παρὰ ταῖς λίμναις nasci tradit, intelligit juxta fluvios maximè provenire. Immo, nisi dicamus Dioscoridem ταυτόλογον, vox λίμνας fluvios exponi debet. Στάσιμα enim ὕδατα *resides stagnantesque aquæ*, a paludibus, vel nihil, vel parum differunt. Hæc licet ita se habeant, non tamen facile quis persuadebit, Græcos vocem μυρίκην, à Belgica vel Allemannica voce meerrijc, habere. Græca lingua Belgica Allemannicaque multo antiquior. Sed de hac re qui velit pluribus disputet: alia Hesychio sententia de voce μυρίκη, qui aliud etymon verius in medium adfert. Μυρίκη εἶδος δένδρου, ὀνομασθὲν ἀπὸ τοῦ μύρεσθαι, τὴν εἰς αὐτὸ μεταβαλοῦσαν· κατὰ τοὺς μύθους Κινύρου θυγατέρα. *Myrica arboris genus, cui nomen* ἀπὸ μύρεσθαι, *hoc est lugendo, quod, ut fabulæ tradunt, Cinyri filia in hanc conversa sit.* Cinyras hic, ut Suidas tradit, Cypri rex fuit. Sed & aliæ causæ cur ἀπὸ τοῦ μύρεσθαι nomen huic arbori impositum. Ac primo, quod improborum esset corona. In legibus Charondæ altero loco hæc fuit, ut qui calumniæ, dolique mali crimine convicti essent, per urbem circumvectarentur, coronati myrica, ut omnibus innotescerent, sicuti singulari improbitate insignes. Diodorus Siculus libr. 12. Biblioth. τοὺς δ' ἐπὶ συκοφαντίᾳ καταγνωσθέντας προσέταξε περιπατεῖν ἐστεφανωμένους μυρίκῃ, ὅπως ἐν πᾶσι τοῖς πολίταις φαίνωνται τὸ πρωτεῖον τῆς πονηρίας περιπεποιημένοι. διὸ καί τινας ἐπὶ τούτῳ τῷ ἐγκλήματι καταδικασθέντας, τὸ μέγεθος τῆς ὕβρεως οὐκ ἐνεγκόντας, ἑκουσίως ἑαυτοὺς ἐκ τοῦ ζῆν μεταστῆσαι. *Calumniæ seu falsæ criminatione convictis hanc pœnam irrogavit, ut myrica coronati per urbem circumducerentur, quo manifestè ad summum nequitiæ gradum illos pervenisse, civibus appareret. nonnullos ergo ob hoc flagitium condemnatos, quod tantæ ignominiæ decus perferre non possent, violentis sibi manibus, sponte vitam abripuisse tradunt.* Ergo myrica fuit conveniens & dirū coronamentum illorum, qui essent valde improbi. Strabo lib. 15. Persarum tradit sacerdotes, quoties illas diuturnas diras alicui imprecantur, tenere fasciculum virgarum myricarū tenuium. Τὰς δὲ ἐπῳδὰς ποιοῦνται πολὺν χρόνον ῥάβδων μυρικίνων λεπτῶν δέσμην κατέχοντες. *Imprecationes diu faciunt fasciculum myricinarum tenuium tenentes.* Non solum inter ἀκάρπους steriles numeratur plantas, sed infausta habetur. Plinius libr. 13. cap. 21. *In Syria & Ægypto copiosa hæc est,* (myrica Ægyptia) *cujus infelicia ligna appellamus,* (scribe *appellat vulgus*, vide libr. 23. cap. 9. *Vulgus infelicem eam arborem appellat, ut diximus, quoniam nihil ferat, nec seratur unquam,*) *quæ tamen infeliciora sunt Græciæ.* Eo spectat, quod antiquissimus Cato, arborem infelicem vocat quæ nullum fert fructum; contra felicem, quæ fructifera est. At vero Ægyptia myrica fructum fert; quo nomine ergo infelix Ægyptiæ & infecilior Græca. Hoc docet libr. 16. cap. 26. cum ait, *Infelices autem existimantur, damnatæque religione, quæ neque seruntur unquam, neque fructum ferunt.* Utraque myrica damnata, sed myrica Italica sive vulgaris etiam sterilis. ergo infelicior, quam Ægyptia. Duplici enim nomine infelix; quippe damnata & sterilis, cum Ægyptia tantum damnata sit, non autem sterilis. Infelicem arborem Macrobius lib. 2. cap. 16. ex auctoritate Tarquinii prisci vocari ait, quæ fructum fert nigrum, atque in inferiorum deorum tutela est. *Arbores,* inquit, *quæ inferum deorum avertentiumque in tutela sunt, eas infelices nominant. alternum sanguinem felicem, ficum atram, quæque baccam nigram, nigrosque fructus ferunt, &c.* Appellarunt & infelicem, ad quam capitis reus laqueo vitam finiret obtecto velatoque capite, quod ex illo diro & antiquo carmine constat,

Caput obnuito arbori infelici suspendito.

recitato à Cicerone in Orat. pro Cajo Rabirio. Fortasse quis opinabitur, non fuisse morem apud veteres suplicium id ad aliam sumere arborem, quam quæ ex infelicium esset genere. Myrica neutra de causa fuit infelix, ac infausta: verisimilius quod in inferorum deorum tutela esset. In funere Achillis cum propositum fuisset certamen cursus, Teucer, qui ibi erat, ut metam attingeret, myrica implicitus cum cecidisset, victoriā Aiaci tradidit.

Calab. libr. 4.

——Τὸν γάρ ῥα θεὸς βάλεν, ἠέ τις ἄτη
Ὄζον ἐς ἀλγινόεντα βαθυρρίζοιο μυρίκης,
Τῷ δ' ἄρ' ἐγγελφθεὶς χαμάδις πέσε.

Hunc Deus aut sors noxia impegit
In tristem ramum myricæ, altæ radice hærentis.
Huic implicitus humi cadit.

Infausta ergo, & infelix arbor μυρίκη, & recte ei ἀπὸ τοῦ μύρεσθαι, à lugendo nomen inditum. Sed quid impedit dicamus, à contrario μυρίκης ἀπὸ τοῦ μύρεσθαι, nomen inditum, quod melancholicis prosit, tristitiemque & luctum omnem, quæ melancholiam comitari solent, pellat? Omnes quippe myricam adversum jam memoratum morbum commendant, ac extollunt. Nemo ignorat, adferri dolia è tamarice ad Rhenum nascentis concinnata, ad sextarium dimidium capacia, aut paulo majora, quibus contentus liquor, sive cerevisia, sive vinum fuerit, prodest spleneticis, melancholicisque. Hujusmodi vascula, antiquis etiam temporibus facta adversus idem malum legimus. Dioscorides libr. 1. cap. 116. κατασκευάζουσι δὲ ἔνιοι καὶ κύλικας ἐκ τοῦ πρέμνου, αἷς ἐπὶ τῶν σπληνικῶν χρῶνται ἀντὶ ποτηρίων, ὡς τοῦ δι' αὐτῶν πόματος ὠφελοῦντος. *Sunt & qui è caudice calices parent, quibus poculorum vice splenetici utantur, ceu datus in hujusmodi vasis potius lieni conferat.* Corrigendus hac occasione Columellæ codex. libr. 7. cap. 10. de medicina suum. Ubi scribit, *Solet etiam vitiosi splenis dolor, eas infestare, quod accidit, cum siccitas magna provenit, &, ut Bucolicon loquitur poëma,*

Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma.

Nam pecus insatiabile est: sues enim, dum dulcedinem pabuli consectantur, supra modum æstate splenis incremento laborant. cui succurrit, si fabricentur canales ex tamaricibus & rusco, repleanturque aqua, & deinde sitientibus admoveantur. Ita in cunctis codicibus. scribe cum Doctiss. Harmolao, *si fabricentur canales tamaricis è trunco, repleanturque, &c.* E rusco canales fieri nequeunt, inepta ad illud planta. Vide Dioscoridem; vaticinia quoque in Lesbo per Myreces ramum fieri tradit Nicander in Theriac.

Καὶ

Καὶ μυρίκης λάζοιο νέον παναχαρπία θάμνον
Μάντιν ἐνὶ ζώοισι γεράσμιον. ᾗ ἐν Απόλλων
Μαντοσύνας χορυπαῖος ἐθήκατο καὶ θέμιν ἀνδρῶν.

Protinus & sterilis myricæ virgulta legantur
Fatidicum vatum numen. quo reddere sortes
Et responsa dedit fari Coryphæus Apollo.

Cur παναχαρπία dixit, postea examinabo. Ad hos versus Scholiastes, καὶ ζωῇ ἐνομοθέτησεν ὁ Ἀπόλλων τοὺς μάντεις μαντεύεσθαι. διὸ καὶ ἐπίσημον τὸν θάμνον τῆς μυρίκης μάντιν φησίν. ἀλλὰ καὶ Μάγοι καὶ Σκύθαι μυρικίνῳ μαντεύονται ξύλῳ. καὶ γὰρ ἐν πολλοῖς τόποις ῥάβδοις μαντεύονται. Δίων δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τῆς τρίτης συντάξεως, καὶ τοὺς μάντεις φησὶ Μήδους ῥάβδοις μαντεύειν. Ἡρόδοτος δὲ ἐν τῇ τετάρτῃ, καὶ ἐν ἄλλαις, ἐν πολλοῖς παρήγαγε τόποις, καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ τινὰς διὰ μυρίκης μαντευομένους. καὶ ἐν Λέσβῳ ὁ Ἀπόλλων μυρίκης κλάδους ἔχει. ὅθεν καὶ Μυρικαῖος καλεῖται. καὶ Ἀρχαῖος φησὶν ἐν τοῖς περὶ Ἀρχιανακτίδην, καὶ τὸν περὶ Ἐρυθραῖον πόλεμον, φανῆναι τὸν Ἀπόλλωνα καθ' ὕπνον, ἔχοντα μυρίκης κλῶνα. καὶ Μητρόδωρος ἐν τῷ περὶ συνηθείας ἀρχιότατον εἶναι φησὶ φυτὸν τὴν μυρίκην. καὶ τοὺς Αἰγυπτίους ἐν τῇ τοῦ Διὸς πομπῇ ἐστεφανῶσθαι μυρίκῃ, καὶ παρὰ Μήδοις τοὺς Μάγους. Κορυπαῖος) τις Θεσσαλικός· κορύπη γὰρ πόλις Θεσσαλίας. γράφεται καὶ Ὀρόπιος. Ὀρόπια γὰρ πόλις Βοιωτίας, ὅπου διασημότατον ἱερὸν Ἀπόλλωνος. *Apollo legem tulit, qua myrica ad vaticinia sua vates uterentur. Ideo insigne aliquod dumetum myricinum vocabant* μάντιν, *vatem. Magi ac Scythæ ad vaticinia sua myricæ virgis utebantur, & multis in locis ad virgas arborum vaticinia fiebant. Dion in primo tertiæ syntaxeos* (compositionis) *Medos vates ad virgas vaticinari dixit. Herodotus in quarto & multis aliis locis tradit in Europa quosdam ad myricam vaticinari. & in Lesbo Apollinem ramos myrices tenere, unde Myricæus dictus est. Archeus, in iis quæ memoriæ prodidit, de archianactide, & bello Erythræo,* (Arabico, vel rubri maris) *tradit Apollinem insomno apparuisse,* (Archagati summo ejus expeditionis imperatori) *habentem myricæ ramum. Metrodorus lib. de consuetudine ait, myricam plantam esse antiquissimam, Ægyptiosque in pompa Iovis myrica coronari; sicuti apud Medos, Magos. Corypheus, id est, Thessalicus. Corype urbs Thessaliæ, scribitur & Orypæus. Oropia civitas Boeotiæ, ubi nobilissimum fuit templum Apollini dicatum.* Myricam ab Hippocrate πρόμαλον vocari doctissimi viri contendunt. Bis vox hæc reperitur lib. 2. de morbis mulierum. ἢν δέ τι φέρεται ὁ ῥόος. πρόμαλον φώξας καὶ τρίψας ἐν οἴνῳ δίδου, ἢ πράσου χυλόν. *Quod si adhuc fluxus feratur, pro malum torrefactum & tritum ex vino, aut porri succum exhibeto,* κριθὰς ξὺν τοῖς κυρηβίοισι, καὶ πρόμαλον ἐλάφου κέρας οἴνῳ δεύσας, ὑποθυμιῶν. *Hordeum cum repurgaveris promalum, & cornu cervinum ex vino subactum ad suffitum exhibeto.* Hunc locum merito doctiss. Foesius suspectum habet. Regia, inquit, manuscripta προγέμαλον legunt. Quam lectionem etiam secutus videtur Calvus. Cornarius πρόμαλον myricam dixit. Verùm mihi lectio corrupta videtur, & πρόμαλον legi pro πρόσβαλλε, aut προσβαλών. Sic enim legitur libr. de natura muliebri eadem in re, κρίθας πτίσας λείας ξὺν τοῖς ἀχύροις πρόσβαλλε. Hæc mitto. Indagandum, quæ πρόμαλον planta sit. Viri magni myricam esse contendunt, & hoc quidem argumento, quod Dioscorides myricam ad muliebria profluvia, præscribat, mulieribusq; vulvæ fluxione laborantibus in desessionibus prodesse tradat; καὶ κοιλιακοῖς καὶ ῥοικοῖς γυναιξίν. — ἐγκάθισμα τε ῥοικοῖς. *Quin & insessu mulieribus vulvæ fluxioni opportunus auxiliatur.* Qui contrariam probant sententiam hoc argumento utuntur; quod apud Plutarchum probl. 1. libr. 4. symp. πρόμαλον ponatur in cibo caprarum apud Eupolum, cum μυρίκην ibidem apponat Plutarchus. οὐδέτερον γὰρ ἀληθές ἐστι ἀλλὰ τῷ μὲν αἱ παρ' Εὐπόλιδος αἶγες ἀντιμαρτυροῦσιν, ὑμνοῦσαι τὴν τροφὴν ὡς παμμιγῆ καὶ ποικίλην οὖσαν, οὕτω πως λέγουσαι· βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλάτης, πρίνου, κομάρου τε πτόρθους ἁπαλοὺς, ἀποτρώγουσαι· καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτ' XXX κυτίσον τ' ἠδὲ φα XXV εὐώδη, καὶ σμίλακα πολύφυλλον, κότινον, σχῖνον, μελίαν, δρυῦ κιττὸν μυρίκην, πρόμαλον, ῥάμνον, φλόμον, ἀνθέρικον, κισθὸν, φηγὸν, θύμβραν. Hæc corruptissima, & maximopere lacera, nemo facile negabit: sed damnum haud magnum perpessus hoc loco Plutarchi codex, facile restitui ac resarciri potest. Quippe apud Macrobium, ut ante nos doctiss. Henricus Stephanus observavit, Eupolidis Poëtæ elegantissimi versus, apud Plutarchum deperditi, reperiuntur. Macrobius itaque libr. 7. Saturnal cap. 5. scribit. *Notus*, inquit, *omnibus Eupolis inter elegantes habendus veteris comœdiæ Poëtas. Is in fabula quæ inscribitur Æges, inducit capras de Cibi sui copia in hæc se verba jactantes.*

Βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλάτης,
Πρίνου, κομάρου τε, πτόρθους ἁπαλοὺς ἀποτρώγουσαι.
Καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτ' ἄλλ' οἷον κυτίσον τ' ἠδὲ
Φάσκον εὐώδη, καὶ σμίλακα τὴν πολύφυλλον.
Κότινον, σχῖνον, μελίαν, πεύκην, ἁλίαν, δρῦν, κιττὸν, ἐρείκην.
Πρόμαλον, ῥάμνον, φλόμον, ἀνθέρικον κισσὸν
Φηγὸν, θύμα, θύμβραν.

Ἀλία quid sit, ignoro. Ita versus hi habentur in editione ultima anni 1628. In Basileensi codice primum versum paulo aliter scriptum reperio,

Βοσκόμεθα ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς ἐλάτης,

Altera præstat. quintus vero versus planè alio sensu, in eodem legitur.

Κότινον, σχῖνον, μελίαν, συκῆν, δρῦν κιττὸν μυρίκην. In marg. al. ἐρίκην habetur.

In sequenti versu κισθὸν cum aspirata scribitur, Θ, eodem in versu φλώμον legitur. in Plutarchi variis lectionibus annotatum est in codice Turn. & Vulcob. legere μυρίκην ἄπιον μᾶλλον, ἢ κύπερον, ῥάμνον. Multa in his versibus observanda, quæ, data meliori occasione, examinabimus. Versus vero ipsos in hunc scribe sensum.

Βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς ἐλάτης.
Πρίνε, κομάρου τε πτόρθους ἁπαλὰς ἀποτρώγουσαι.
Καὶ πρὸς τούτοισιν ἔτ' ἄλλ' οἷον κυτίσον τ' ἠδὲ,
Σφακὸν εὐώδη, καὶ σμίλακα τὴν πολύφυλλον
Κότινον σχῖνον, μελίαν, συκῆν, ἄπιον, δρῦν, κιττὸν ἐρείκην,
Πρόμαλον, ῥάμνον, φλόμον, ἀνθέρικον, κισθὸν,
Φηγὸν, θύμον, θύμβραν.

Neutrum (ait Plutarchus) *verū est. alterum refellunt Eupolidis capræ, alimentū suum prædicantes, & à varietate omnibusq; generis materia laudantes. Sic enim loquentes facit. Omnigena nos materia pascit. abietis, ilicis, arbuti; surculos molles ac teneros decerpimus. tum præter hæc cytisus, ac boni odoris salvia,* (vide caput de salvia,) *& smilax multifolia, oleaster, lentuscus, fraxinus, ficus, pyrus, quercus, hedera, erica, myrica, rhamnus, verbascum, asphodelus, cistus, fagus, thymum, Thymbra, nos opibus alunt largè suis.* Πρόμαλον igitur & μυρίκη non sunt diversæ plantæ. Quod si quis acriter contendere velit μυρίκην, non ἐρείκην legendum, is πρόμαλον exponat agnum, id est, viticem. Utrumque enim πρόμαλον significat. Hesychius πρόμαλος. μυρίκη, ἢ ἄγνος. Apud Hippocratem myricam significat. Nam ad idem malum & viticem & promalum præscribit, ἢν αἷμα ῥέῃ λάβρον ἐξ ὑστέρων, ἄγνου φύλλα σὺν οἴνῳ μέλανι. *Si sanguis copiosius ex utero fluat, viticis folia ex vino nigro exhibeto.* Πρόμαλον ergo μυρίκη. Latinis tamarix dicitur. Plinius lib. 13. cap. 21. *Myricen & Italia, quam alii tamaricē, Achaia autem bryan sylvestrem.* Restituit ex optimis libris Salmasius, *Myricen Italia, quam tamaricem vocant.* Idem lib. 24. cap. 9. *Myricen, quam & tamaricem vocat, Lenæus similem scopis amerinis dicit. Sanari ea carcinomata in vino decocta, tritaque cum melle illita. Arbitrantur quidam hanc esse tamaricem, sed ad lienem præcipua est.* Hæc corrupta esse nemo non videt. Antiquus codex; *myricem quam & tamaricem vocat. Lenæus similem scopis amerinis. sanari dicit ea carcinomata in vino decocta tritaque cum melle illita. Arbitrantur quidam hanc esse tamaricam. sed ad lienem præcipua est.* In Toletano codice, ut Pintianus ait, legitur. *Myricen camericen vocat Lenæus, similem scopis amerinis dicit. sanari ea carcinomata in vino decocta, tritaque cum melle illita. eandem esse arbitrantur quidam tamaricem. sed ad lienem præcipua est.* Doctissimus Pintianus legit. *Myricen chamericen vocat Lenæus, similem scopis amarinis dicit. &c.* Et cur chamericen vocat Lenæus? quod erica fruticosa arbor, tamarici similis, multo tamen brevior, auctore Dioscoride libr. 1. cap. de erice. Vocabat igitur myricem Lenæus, propter hanc similitudinem cum erice, & alludens ad ipsum myrices nomen, non myricen, sed chamericen, hoc est, secundariam ericen & imitatricem erices. Vox χαμαὶ nunquam in compositionibus similitudinem significat, sed diminutionē, & exiguitatem. Sic χαμαίδρυς, χαμαίβατος. χαμαιδάφνη χαμαικέρασος. χαμαίκισσος. χαμαίπιτυς, *humilis vel humi repēs quercus, rubus, laurus, cerasus, hedera, picea,* aliaq; infinita, χαμαὶ additum habent, quod minora sint, vel humi repant. Quomodo ergo myricen Lenæus vocavit chamericen? Rectius legeretur, *myricen, quam ericen vocat Lenæus,* ut pro similitudine, quæ inter myricen

& ericen habetur, hujus nomine illam vocaverit Lenæus. In indice MS. ut monet Salmasius, legitur, *myrice quæ & amarica, sive amarix.* Forte scribendum, quæ & *tamarica sive tamarix.* Totum hunc locum sic scribe. *Myricem tamericam vocat Lenæus, similem scopis amerinis: sanari dicit ea carcinomata in vino decocta tritaq; cum melle illita. arbitrantur hanc quidem esse tamaricem, sed ad lienem præcipua est.* Magis arridet, *myricem tamaricem vocat Lenæus, similem scopis amarinis; sanari dicit ea carcinomata in vino decocta, tritaque cum melle illita, sed ad lienem præcipua est.* Deletis, *arbitrantur hanc quidam esse tamaricen.* Quod Glossatoris puto, vel negligentia exscribentium, qui idem bis scripserunt, in codicem irrepsisse. Officinæ non *tamaricem* aut *amaricem* vocant, sed *tamariscum*, quomodo à probatis etiam vocatur auctoribus. Palladius in Novembri, titul. 8. de apibus. *Hujus mensis initio apes ex tamarisci floribus reliquisque sylvestribus mella conficiunt.* Emendandus Columellæ codex. lib. 9. cap. 4. ubi de apum pastione agit. *Arbores vero sunt probatissimæ rutila atq; alba ziziphus, nec minus amaranthus, tum etiam amygdalæ & persicæ atque pyri.* Et paulo infra, *Mediocris deinde gustus amaranthini, ac ziziphi flores. In herbarum censu uti verbascum, symphytum, lupinus, similiaque referendus amaranthus. neutiquam in arborum. annua planta est, quæ vere novo seritur, vel ex semine deciduo renascitur.* Antiquissimus noster codex habet; *Arbores vero probatissimæ rutila atque alba ziziphus, nec minus amaricus.* Scribe, *arbores probatissimæ rutila atque alba ziziphus, nec minus tamarica* (vel *tamarix*) *tum etiam amygdalæ.* Altero loco lege, *mediocris deinde gustus tamaricini, ac ziziphi flores.* Non confundit tamaricen cum erica Palladius, nec *tamaricem* pro *erica* ponit, ut magni quidam volunt viri. Auctorem habet Columellam, qui inter arboreos apum pastus numerat tamaricem. Tamaricem, vel tamaricam ex Græco factũ volunt à μυρίκη, præposita syllaba τα, & υ littera mutata in α tamarica. Hoc Becano nostro non placet, cui Belgæ & Alemanni nomen huic dederunt arbori. *Latini*, inquit, *dum tamaricem nominant, non aliud dicere videntur, quam adstrictas & minimè luxuriantes aquarum divitias; quasi è* tam - mer - rijc *voce nostrati ducerent appellationem*: vel, si mavis, domiti stagni *divitias dicas; quia eo loco crescit, quem aqua restagnans reliquit, jam alveo rursus domito ac restricto.* Quare ad fluviorũ, & fluminum ripas tamarix libenter crescat, supra satis probavimus. Ideo verò etiam fluminibus nectebatur corona ex tamarice, ut inquit, Dios. Chrysostomus orat. de reg. κατακειμένους γυμνούς, τὸ πλέον. γένειον καθεικότας μυρίκῃ ἢ καλάμῳ ἐστεφανωμένους. *ut fluvios jacentes, nudos, cana barba, multumque promissa, myrica aut arundine coronatos.* Placet prius etymon. De Tamarice pauca Theophrastus quæ à nobis jam examinata sunt. De myrica hæc Diosc. lib. 1. cap. 116. Μυρίκη δένδρον ἐστὶ γνώριμον, παρὰ λίμναις. καὶ τοῖς στασίμοις ὕδασι φυόμενον, καρπὸν ὥσπερ ἄνθος φέρουσα βρυώδες κατὰ τὴν σύστασιν. γεννᾶται δέ τις ἐν Αἰγύπτῳ ἥμερος, κατὰ τὰ ἄλλα ὅμοια τῇ ἀγρίᾳ, καρπὸν φέρουσα ἐμφερῆ κηκίδι, ἀνωμάλως στύφοντα κατὰ τὴν γεῦσιν. *Myrica nota arbor est apud fluvios ac resides, stagnantesque aquas nascens, fructum veluti florem ferens compage muscosum. gignitur & in Ægypto Syriaque sativa quædam, cætera sylvestri similis at fructum ferens gallæ proximum inæqualiter adstringentem.* Duo describit Dioscorides genera, unum sylvestre, alterum domesticum. Duo genera agnoscit Plinius libr. 24. cap. 9. *Corinthus & quæ circa est regio bryoniam vocat, ejusque duo genera facit. Sylvestrem plane sterilem, alteram mitiorem. Hæc fert in Ægypto, Syriaque etiam abundanter lignosum fructum, majorem galla, asperum gustu, quo medici utuntur vice gallæ, & in compositionibus, quas antheras vocant.* Sterilem inquit esse tamaricem, non simpliciter, sed *plane sterilem.* Quippe quod nihil ferat; Ita enim quæ præcedunt sonant, *Vulgus infelicem arborem eam appellat, ut diximus, quoniam nihil ferat, nec feratur unquam.* Idem repetit lib. 16. cap. 26. *fructum arborum solæ nullum ferunt, hoc est, ne semen quidem, tamarix scopis tantum nascens.* Eadem de causa Nicandro tamarix παναγκαρπής dicitur.

Καὶ μυρίκης λάζοιο νέον παναγκαρπέα θάμνον.

Protinus & sterilis myrices virgulta legantur.

Quidam viri doctissimi, ut excusent Nicandrum, παναγκαρπέα exponunt fructum compage muscosum, quod est contra Græci auctoris mentem, ipsiusque vocis significatum. Scholiastes, παναγκαρπέα. ἤγουν ἀειθαλῆ πάνυ, ἢ τὸ ἀπαλὸν ἔτι ἐστὶ νέον καὶ πάντῃ ἄκαρπον. οὐδέπω γὰρ ὁ τοιοῦτός ἐστι καρποφόρος. ἢ πάντη ἄκαρπον, ἐπειδὴ ἄκαρπός ἐστι, μυρίκη. Scholiastes puta satis clarè παναγκαρπέα Poëtam dixisse scribit, quod nullo unquam tempore fructum tulit. quæ & cur ἄκαρπα dicantur, supra lib. 1. docuimus. sed quam parum sibi constet Plinius, facile animadvertere poteris, si caput 9. lib. 24. diligenter perlegeris. Eodem quasi spiritu & semen ferre negat, & semen adversus phalangia præscribit. *Semen*, inquit, *drachmæ pondere adversus phalangia & araneos bibitur, &c.* Certum est, muscosum ferre florem, ut ait Dioscorides, ea de causa, ut supra, ex Plinio diximus, sylvestris brya dicitur; quod arbor sit sylvestris, ac fructum ferat, βρύῳ, id est, musco non dissimile. Plin. li. & cap. jam citato. *Corinthus & quæ circa est regio bryan vocat* (ita legendũ ex loco supra citato, non *bryonia*) *ejus duo genera facit.* Corinthus urbs non ignobilis Achaiæ, quam libr. 13. myricam vocari dixit. Ægyptium myricam fructum gallæ proximum ferre, ait Dioscorides. Idem Plin. lib. 13. *Insigne in ea, quod sativa tantum ferat, gallæ similem fructum. In Syria & Ægypto copiosa hæc est.*

Tamariscus.



Recentiores myricam agnoscunt Germanicam, Narbonnensem & Ægyptiam. Tamarix Germanica arbor haud magna est, humanam superans altitudinem, caudices lignosos habet, sed nequaquam crassos, ramulos verò ab his complures ex viridi rubente cortice vestitos, folia vero circa hos frequentia, parva, oblonga, teretia ac tenuia, quasi lineolis transversis, ac obliquis, sine incisuris superficietenus exasperata, indivisa tamen. Colore ex viridi in cinereum tendentia. Flores tenuium surculorum fastigia occupant, numerosi, papposi, tomentosi, purpurei; quibus succedit semen papposum, quod per maturitatem dehiscentibus conceptaculis, in quibus continetur, effluit; & à vento abripitur non minus quam salicis. radix lignosa, in diversa tendens. Duplex genus, ut Valerius Cordus scriptum reliquit, in Germania reperitur; alterum solidiore ligno, medullaque admodum exili, & foliis tenuioribus, copiosè ad Rhenum circa Argentoratum nascens: alterum ampliore medulla, foliis latiusculis, lignoque non usq; adeo solido, quod frequens in Danubii & Uvertachii ripis, in Vindelica provenit, præsertim juxta Augustam. Minoris autem myricæ folia, & cortices pharmacopolæ ad medicinæ usus servant; fiunt etiam hodie non minus apud nos quam olim ex ligno ejus pocula doliorum modo circulis circumdata. Quæ in Gallia Narbonnensi in riguis & maritimis provenit locis, facie est ericæ tenuifoliæ, caudex autem in cotonei magnitudinem excrescit, è qua ad splenem detornantur pocula; in Hispania vero in arborem excrescit magnã & crassam, ut hominis ulna vix complecti possit. Caudicis cortex scaber, ramuli vero punicante cortice vestiuntur. Folio est, quam Germanica tenuiore, forma cupressi, aut ericæ tenuifoliæ, colore ex viridi ad cinereum vergente. Flores promit in extremis ramis. in oblongis pediculis confertos & racematim compactos, quinque foliis constantes, exiguos, non papposos sed rotundos, ad instar oleæ, foris purpurascentes, cum expansi sunt candidos,

candidos, vel ex albo puniceos; qui deinde in exiguum semen tomento involutum efformantur, exiguis veluti valvulis inclusum, quibus maturitate dehiscentibus, effluit, ut in salice, populo & similibus. Referunt adversariorum auctores, se observasse per triduum acinulos soli objectos subsilientes & tripudiantes, vermiculo intus orto agitante, qui pertusis, aut desilientibus tandem granis, foras prodit. Ter plerumque in anno floret, (quod in nostro non semel vidimus horto) vere, æstate, autumno, recentibus floribus, semen jam evanescens, semper subsequentibus. Folia mense Februario cadunt, Martio, vel initio Aprilis novis succedentibus. Germanica mense Majo ac Iunio florere incipit, ac deinceps tota ferè æstate flores & semen ferre non desinit. De sativa hæc Bellonius, lib. 2. cap. 26. *Postridie à rivo illo digressi, per arenosa loca iter fecimus, in quibus multæ arbores crescunt, præter myricas, quæ in ingentem magnitudinem attolluntur, gallasque ferunt, ab Arabibus* Chermasel *proprio nomine appellatas; magni olim in medicina usus, & non pœnitendum mercimonium.* Prosper Alpinus sativam hanc myricam cap. 9. de plantis Ægypti describit, vocarique ait atle; negatque vulgarem in Ægypto reperiri. *De hoc* (vulgato genere) *non loquimur, quando ipso Ægyptus planè careat, alterum vero tamarici domesticum in Ægypto spectatur, proceritate figuraque admodum à sylvestri diversum, quod ad magnæ olivæ magnitudinem crescat; audioque etiam supra Ægyptum in loco Sahit ab iis populis vocato, crescere ad magnæ quercus magnitudinem, cujus ex lignis carbones faciunt, quibus tota Ægyptus & Arabia utitur, ex eoque ligno multa vasa conficiunt, ad multorum ægrotantium usum. Folia fert sylvestris tamarici foliis proxima, tamen longiora, & graciliora, apparentque multa capillamenta viridia, qualia in aliquibus equisetis visuntur, ramo appensa, semper virentia; Fructus fert paucos, raros, virides, nucum magnitudine, duros, lignosos, sine nucleo, & videntur ejusdem substantiæ esse cum gallis: omnes vero figura inter se differunt, quanquam in omnibus aspera & inæqualis observetur, quando alii longi, alii breves, alii rotundi, alii lati, alii crassi, alii graciles existant. Vsus tamarici tum in Ægypto, tum magis supra Ægyptum, ubi harum arborum copiosus est proventus, est ad ignem major, quando nulla ferè alia ligna ad comburendum habeant.* Flammam myricæ Plutarchus ad vitrum efformandum & emolliendum maximè idoneam esse ad finem libr. 3. symp. scribit. ὡς δὲ τὴν τοῦ ὑάλου μάλαξιν καὶ τύπωσιν ἁρμόδιον εἶναι δοκεῖ τὸ μυρίκινον. *Flammam è myrica ad emolliendum & formandum vitrum ajunt esse accommodatissimam.*

Καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ, Theodorus ὑλήματα *materias humiles* exponit, & legit ἔνια, τὰ περὶ ἡμᾶς, ἐν δὲ καὶ ἔξω καὶ δένδρα. Quid ὕλημα, supra exposui, & herbam vel fruticem significare probavi. Verte ergo, *etiam in mari apud nos herbæ quædam proveniunt, apud exteros etiam arbores;* ut in mari Indico.

Ὡς αἰτία τῆς ἐλάτης. Omnino scribendum, ut monuit Scaliger, τῆς θαλάττης. Plinius hunc locum paulo negligentius exscripsit. *Nascuntur,* (inquit libr. 13. cap. 25.) *& mari frutices, arboresque minores in nostro.* ἐν μὲν γὰρ τῇ περὶ ἡμᾶς μικρὰ πάντα. Vertit, *arbores minores*, cum debuisset dicere, *quæ in nostro nascuntur mari humiles sunt plantæ, sive herbæ.* Non enim δένδρα, sed ὑλήματα subintelligendū. Quod an rectè *frutices* verterit, dubitatione non caret. Quippe musci, phuci marini, ad herbarum potius, quam fruticum classem referri debent, quanquam, ut verum fatear, eo etiam referri possunt. Quæ sequuntur, lege uti apud Scaligerum, τὰ μὲν οὖν περὶ ἡμᾶς, ἔστι πᾶσι φανερώτατα, καὶ κοινότατα· ἐκεῖνα δὲ ἰδιώτατα κατὰ τοὺς τόπους. *Quæ apud nos reperiuntur, manifestissima sunt, & vulgatissima, quæ apud alios sunt pro loci ratione propria sunt.* In Basileensi codice, locum nunc corruptum asterisco indicatur, καὶ ἰδιώτατα τοὺς τόπους, ἐλάτη, συκῆ, δρῦς. Asteriscum, cur sustulerit corrector, non video.

Καθάπερ τὸ φῦκος. Ita scribendum, sed primum videbimus utrum βρύον θαλάσσιον & φῦκος res eadem, an vero diversa sit. Aristoteles libr. 8. hist. Animal. tanquam diversas ponit, cum scribit, καὶ φῦκος καὶ τὸ βρύον; Etiam περὶ φύκου καὶ βρύου diversis capitibus agunt Dioscorides, & Galenus. Apulejus in Apologia. *Denique muscum & algam* (βρύον muscum, φῦκος algam vocat, ut mox dicam) *& cætera maris ejectamenta, quæ ubique littorum expelluntur, salo expuuntur, tempestate reciprocantur, tranquillo deseruntur.* Si unum idemque genus βρύον & φῦκος, Apulejus scripsisset, *muscum, quem & algam vocant.* Particula & facit disiunctionem & diversitatem. Contrarium tamen, nempe idem esse, ex ipsius Theophr. auctoritate probatur. Nam cum secundum phyci genus describens ait; ἄλλο δὲ βρύον ὁ φύκιον, &c. Ætius lib. 1. φῦκος, βρύον ἐπὶ τῆς θαλάσσης. Neophytus. φῦκος βρύον ὑγρὸν θαλάσσιον. Hesych. φύκια θαλάττια βρύα. Puto Græcos quosdam indifferenter βρύον & φῦκος muscos vocasse marinos, idque secundum Ætium; alios vero βρύον dixisse, quod quidem in mari provenit, sed petris, scopulis aliisque rebus adnascitur, quodque tenuius est & minus. Hesychius. βρύα ἃ γίνεται ἐπὶ πετρῶν, λέγεται δὲ φῦκος ἢ φύκιον. *Bryon quod supra petras nascitur, dicitur & phycus & phycion.* Certè Dioscorides βρύον vocat, quod saxis, ostreis, scopulis adnascitur capillaceum & gracile; *ad herbarum genus accedens*; phycos vero quod longum & latum, & ad fruticum genus accedit, & in littus ejicitur. Ideo Græci φῦκος dicunt, τὸ τῆς θαλάσσης χορτῶδες ἀπόβλημα καὶ ἐκβρασμα. *marinam herbam atque ejectamentum quod maris æstu in littus effunditur.* βρύον θαλάσσιον Latinis *muscus marinus.* φῦκος *alga* dicitur. Quod tamen negat Plinius loco citato. *Non habet lingua alia nomen, quod Græci vocant phycos, quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur, hic autem est frutex.* Algam videtur vocare quod Dioscorides βρύον θαλάσσιον. Vult enim Plinius, id quod Græci φῦκος appellant, Latino nomine carere; nam algam herbam potius esse, φῦκος autem fruticem. Dioscorides, βρύον, ut dixi, quod tenuius & minus, quod verò majus & crassius φῦκος vocat. Theophrastus vero φύκους alterum genus herbacea planta, ut & Plinio. Cum ait, *Alterum genus ejusdem folio capillaceo, simili fœniculo, in saxis nascitur.* Quin & ipse Plinius φῦκος algam vocat libr. 32. cap. 6. ubi hunc versum Nicandri exponit.

Ἠὲ σὺ δὴ καὶ φοίνισσον καταβάλλεο φῦκος.

Ubi Plinius. *Et algam maris Theriacem esse Nicander tradit. Plura ejus genera uti diximus, longo folio & latiore rubente.* Glossæ, *Alga* φῦκος.

Τὸ μὲν ἐστι πλατύφυλλόν τι ταινιῶδες, &c. Codex corruptus. Basileensis & Aldinus habent, πλατύφυλλον, πλευσιωδές; quod magis corruptum; corrigunt πλατύφυλλον ταινιῶδες, id est, *teniæ modo exporrectum.* Alii πλατύφυλλόν τι καὶ ταινιῶδες, &c. vel ταινίας *folium latum, & in longum extensum.* Nihil impedit eandem herbam folium & longius & latius habere. Lectio hæc Plinii munitur auctoritate, cum libr. 32. cap. 6. scribat, *Plura ejus genera, ut diximus, longo folio & latiore & rubente: aliave crispo laudatissima; quæ in Creta insula juxta terram in petris nascitur.* Sed Dioscoridem sequitur hoc loco Plinius, non Theophrastum. Quare eorum opinionem non rejicio qui ταινιῶδες legunt. Vide descriptionem.

Ὃ δὴ πράσον καλοῦσι. Plinius lib. 13. cap. 25. *Frutex est folia lata colore viridi gignit, quidam prason vocant, alii zostera.* In altero codice, ut monet Pintianus, *folio luto, colore viridi, gignit quod quidam*, &c. Hæc si vera lectio, Plinius verba Theophr. malè intellexit. Neque enim alga hæc gignit, quod alii prason, alii zostera vocant, sed ipsum algæ genus sic appellant. Relativum enim ὃ non folium, sed algæ genus refert. Theodorus πράσον *porrum* vertit: præstat cum Plinio Græcam servare vocem, ne quis decipiatur, ac porrum, allii genus, putet esse fucum. Cæterum non omnis muscus, algaque Πράσον dicitur, sed genus tantum primum Theophrasti. Malè ergo Hesychius, πράσα τὰ βρύα καὶ τὰ φύκια. πράσον dicitur quod viridis sit, instar porri, dum adhuc in aquis est, nec dum in littus ejectum.

Οἱ δὲ ζωστῆρα. Putavi quondam, quia de coloribus agitur, legendum ἰξώχρουν, sed cum viderem vocem *zosteras* apud Plinium reperiri, sententiam mutavi. Doctissimus Gaza vertit, *cingulum.* Plinius Græcam servavit, quod magis placet; ζωστῆρος nomen sine dubio accepit, quod cingulum referret.

Ῥίζαν δὲ ἔχει δασεῖαν ἔξωθεν, δὲ λεπίδεια. Hæc corrupta esse nemo negabit, ἄνωθεν δὲ λεπίδεια Græcum non est. Doctiores Gazam legisse ajunt, ἐντὸς vel ἔσωθεν δὲ λεπυρίαν. Male vertunt; *squamata intrinsecus.* Nullas squamas habet fuci radix, sed tunicas; quæ velut in lamellas disparantur. Scribunt alii, ῥίζαν δὲ ἔχει δασεῖαν, ἔξωθεν δὲ πυρρὰν. Sic legunt, quod Dioscorides φῦκος ὑποφοίνισσον dicat: sed hoc de tota planta Dioscorides, non de radice. Lego, ῥίζαν δὲ ἔχει δασεῖαν, ἔξωθεν δὲ λεπυρώδη. *radicem habet foris hirtam, intus multis tunicis constantem.* Hesychius, λέπος, λέπος, φλοιός. Suidas. λεπυρόν, ὀξύτιμος. σημαίνει δὲ καὶ τὸ τοῦ ῥοιᾶς ἐπικάλυμμα.

Παρόμοιον τοῖς, &c. Quæritur utrum φῦκος Theophrasti primum, sit etiam primum Dioscoridis libr. 4. cap. 100. φῦκος θαλάσσιον, γίνεται τὸ μὲν τι αὐτοῦ πλατύ, τὸ δὲ ὑπόμηκες καὶ φοινισσον, τὸ δὲ ἄλλο, φυόμενον δὲ ἐν Κρήτῃ πρὸς τῇ γῇ, ἀνθηρὸν ἄγαν,

ἄχροα, καὶ ἄσηπτον. *E fuci marini generibus quoddam latum, alterum longum & quodammodo puniceum, tertium candidum, quod in Creta nascitur, juxta terram, pulchrè floridum, neque corruptioni obnoxium.* Ita in vulgatis legitur codicibus. Tria φύκους genera agnoscit, quod etiam facit Theophrastus, sed plane videntur tota facie diversa. πρόσγεια, hoc est, *juxta terram nascentia* duo inquit esse genera, unum πλατύφυλλον, quod πράσον vocari ait; alterum τριχόφυλλον, folio capillaceo; tertium πόντιον sive πελάγιον, hoc est, *in alto mari proveniens*; quanquam & hoc ipsum in Creta πρὸς τῇ γῇ φύεσθαι fateatur. In optimo Dioscoridis codice doctissimi non φοινικοῦν, sed ὑποφοίνικον scriptum ajunt. Lacuna in antiquo codice ἀντὶ λευκὸν, οὖλον legi testatur. Quæ lectio stabilitur auctoritate Oribasii, qui οὖλον legit: etiam Plinii, qui lib. 26. cap. 10. de fuco marino ait; *Præcipuè vero liberat eo malo phycos thalassion, id est, fucus marinus. Post tria autem genera ejus: latum, & alterum longius, quadantenus rubens, Tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur.* Idem lib. 32. cap. 6. *Plura ejus genera, ut diximus, longo folio & latiore rubente, aliave crispo.* Scripsit ergo Dioscorides, ὑποφοίνικον, *quadantenus rubens*, ut Plinius ait; & οὖλον, *crispum*, non λευκὸν *album*, ut in vulgatis habetur codicibus. Sed inquirendum, utrum primum φῦκος Dioscoridis ac Theophrasti idem. Uterque latum esse scribit: sed in tanta brevitate nihil concludi potest. Mirum, inquiunt viri docti, duo genera facere Dioscoridē τοῦ πλατέος, καὶ τοῦ ὑπομήκους, quod unicum est Theophrasti. Nam ταινιοειδὲς idem illi est quod Dioscoridi ὑπομηκές. An igitur, inquiunt, scribendum in Dioscoride, τὸ μὲν αὐτοῦ ἐστὶ πλατὺ, καὶ ὑπομηκές; an potius apud Theophrastum Diosc. legit, τὸ μὲν ἐστι πλατύφυλλον, τὸ δὲ ταινιοειδὲς? Non putamus, inquiunt; alia non conveniunt. Nam Theophrastus, ποῶδες χρῶμα ἔχει, Dioscorides ὑποφοίνικον. Plinius in Dioscoride videtur ita legisse, ut hodie legimus. Idem planè esse existimant, quod à Theophrasto priori loco recensetur. Dioscorides, ajunt, perperam de duobus accepit, quod unum est. Nec obstat quod Dioscorides φῦκος illud dicit esse ὑποφοίνικον, Theophrastus ποώδες φύλλον ἔχον. Viride quidem & herbaceum habet folium, sed radicem rubentem summa parte. Theophrastus de illo genere, ῥίζαν δὲ ἔχει δασεῖαν, ἔξωθεν πυῤῥάν. Ab eo radicis rubore puniceo ὑποφοίνικον Dioscoridi dicitur, qui de illa specie id intelligit. Plinius alio loco vertit locum illum Dioscoridis, quasi legisset, τὸ μὲν αὐτοῦ πλατὺ καὶ ὑπομηκές. Libr. 32. cap. 6. *Plura ejus genera, ut diximus, longo folio & latiore, rubente aliave crispo laudatissima*; ita distinguendum. Hæc Doctissimorum opinio. Notat Dalecampius in veteri codice scriptum esse, *alia longo folio: alia latiore rubente, aliacrispo, &c.* Quæ lectio ex libr. 6. Plinii jam citato, probatur. Frustra volunt Dioscoridem duo fuci confundere genera. Nec n. cum ὑποφοίνικον dicit, radicem intelligit, sed totam plantam, præcipuè ramulos & folia. Melius conciliantur Dioscorides & Theophrastus (quod tamen non probo) si dicamus, Dioscoridem jam exsiccatum & in littus rejectum φῦκος describere, Theophrastum vero quod in mari adhuc degit, & submersum est, vel mari innatat. Docet experientia, norunt Botanici, sciunt qui littora incolunt, fuci quædam genera, dum in mari sunt, alia porraceo sordido colore, alia luteo sordido virere; mox in littus rejectum, aquaque destitutum primum puniceum, dein admodum nigrum fieri, vel ex puniceo nigrum. Ita quidem conciliari possent Dioscorides & Theophrastus; sed uterque diversum genus describit, nec Dioscorides, ex uno duo fecit genera. Facilius hoc dicitur quam probatur. Interea primum genus, quod πλατὺ dicit Dioscorides, & quod πλατύφυλλον dicit Theophrastus; idem esse, nec negare velim, nec contrarium defendere. Ex illa brevitate, qua utitur Dioscorides, certi nihil concludi potest. Videtur φῦκος à Theophrasto descriptum esse quod Belgæ nestelen, id est, ligulas adstrictorias vocant. Toto tractu Mediterraneo ad aquas Maricinas, Adriatici & Occidui maris universi pene littoribus nihil vilius & frequentius fluctuante alga. Graminea, aut arundinea dici potest, quod folio sit è spicatis torulis unciam crassis, graminis & arundinis minore, sed æqualiter lato ac molliore, flaccido nec mucronato vel acuto, quale est gramineum, pollicari latitudine, ulnæ longitudine, undis innatante, figura ligulæ, unde & roster forte dicta, aut teniæ vittatæ. Ideo Theophrastus ταινιοειδὲς dixit; colore est atrovirenti. Hanc algam rustici littoribus ejectam, & æstate dispersam, ut fœnisecес rastellis accumulant, & in campo expositam furcillis versant, quoad probe siccata fuerit; deinde probè arefactam fœni instar in metas construunt, aut in fœnilia vel palearia inferunt; eaque sunt quæ tum præparant pecorum, boumve hybernæ stabulationi stramenta; Ex eo qui hinc conficitur fimo, agros nimia defrugatione emaciatos & exhaustos stercorant, læto segetum proventu. Veneti iis vitrea vasa quæ procul asportare volunt, involvere ac circumtegere solent, ne mutuo collisu frangantur. Hac probe siccata agricolæ, & qui littora incolunt, tomenti plumarum ac floccorum loco culcitras suas fulciunt, quem usum apud antiquos ad fulciendos centones in castris habuit. Vitruvius lib. 10. c. 2. ubi de testudinis constructione agit. *Circum tabulata collocentur crates ex tenuibus virgis creberrime textis, maximeque recentibus, percrudis, coriis duplicibus consutis, farctis algæ aut paleis in aceto maceratis circum tegatur machina tota.* Cæterum alga dicitur ab algore aquæ, sive quod pedes alliget; quia crassa est foliis ex parte supernatantibus. Φῦκος, ut Phavorinus docet, παρὰ τὸ φύεσθαι nomen habet. φῦκος τὸ χορτῶδες τῆς θαλάσσης ἀπόβλημα, οἱ δὲ φυκία φασὶ, βοτάνην τὴν ἐν τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης γινομένην. παρὰ τὸ φύεσθαι· φυτὸν γάρ ἐστι θαλάσσιον. φυκία δὲ θαλάσσια ζῶα, ἢ ὁ ἀφρὸς παρὰ τὸ φύω. λέγεται δὲ καὶ τὰ βρύα φυκία, καὶ φυκίς. *Phycos maris herbaceum rejectamentum, nonnulli* φυκία *dicunt, herbam in fundo maris genitam, à* φύεσθαι *generando nomen habet; est enim planta marina. Phycia, marina sunt animalia, aut spuma maris. à* φύω *quod nascor significat. vocatur & bryon, phycion & phycis.*


Τὸ δὲ τριχόφυλλον usque ad καὶ τὸ μὲν τριχόφυλλον πρὸς τῇ γῇ, cur non interpretentur causam video nullā, An quia Græca corrupta? Jam docuerat Doctiss. Scaliger, pro ἐν αὐτῷ cum aspiratione scribendum, ἐν αὑτῷ. Aliud videtur præterea mendum esse: Nempe θάτερον πρὸς τῇ γῇ mendose, pro ἐπὶ τῆς γῆς legi. Verte, *Aliud genus folio capillaceo fœniculi modo, colore nec viridi, nec intense pallido, caule caret, sed per se ipsum quodammodo subrigitur; nascitur super ostrearum testis & saxis, non quemadmodum alterum* (roster) *in terra ipsa defixum. Terræ quidem sive littori tam propinquum est, ut à mari alluatur tantum, alterum à littore longius distat.* Hoc φύκους genus Dioscorides βρύου θαλασσίου nomine describit libr. 4. cap. 99. βρύον θαλάσσιον φύεται ἐπὶ λίθων καὶ ὀστράκων παρὰ θαλάσσῃ, τριχῶδες, ἰσχνὸν, ἄκαυλον, ἱκανῶς στυπτικόν. *Muscus marinus in saxis, testisque ad mare nascitur, capillaceus, gracilis, sine caule, valde adstringentis gustus.* Ita caput hoc in editis codicibus legitur. Idem apud Oribasium habetur; eandemq; scripturam in MS. omnibus reperire licet; uno tantum excepto, in quo, ut Lacuna refert, ἀντὶ τοῦ τριχῶδες, θριδακῶδες *lactucæ folio* legitur. Hanc lectionem propter has causas præferunt viri doctissimi; tum quod ipse Theophrastus musco marino folia tribuit herbacei coloris, lactucis non dissimilia, &c. ἄλλο δὲ βρύον ὃ φύλλον ἔχει ποῶδες, &c. tum quod Plinius (inferius Plinii loci examinantur) pluribus in locis tradat bryon folio lactucæ. His ita positis concludunt, corallinam vulgo dictam non esse βρύον θαλάσσιον Dioscoridis. Postremum & nos concedimus, sed probari debet, ἀντὶ τριχῶδες, θριδακῶδες scribendum. Vulgatam lectionem defendit Oribasius. Ex Theophrasto Dioscoridis codex corrigi hoc loco an debeat, inquirendum. Non describit Dioscorides βρύον θριδακῶδες Theophrasti, sed φῦκος τριχῶδες, *algam capillaceam.* Quod ex eo apparet, quod ea omnia de bryo referat Dioscorides, quæ de hoc fuco

Muscus Marinus vulgatiss.



fuco capillaceo Theophrastus. Uterq; folio inquit esse capillaceo, gracile Dioscorides βρύον ait. Φῦκ☉ Theophrasti ἄκαυλον, & alga & bryon: quod de lactucæ simili bryo tacet Theophrastus, quod tamen sine caule esse fatemur. Accedit, quod corallina (quam algam statuunt capillaceam, quamque bryon negant) validius adstringat, quam quod lactucam refert. Capillaceæ algæ, quæ testis innascuntur infinitæ. Vulgatissima, cujus imaginem damus, ex multis tenuibus mollibus capillamentis spicatim congestis cohæret, colore subalbidus; humilis autem hic est, & duorum digitorum altitudinem, ut plurimum, vix excedit. Corallinam vulgo dictam asserunt φῦκ☉ capillaceum. Horum cur improbem opinionem causam habeo nullam. In scopulis & testaceis marinis nascitur, gracile est, caule caret, & quodammodo erigitur, colore est neque viridi, neque intensè pallido, sed cinereo, sive subalbicante, subinde non nihil rubente: substantia admodum dura, ad lapideam accedente; unde corallinæ nomen accepit. Et hæc durities obstat quo minus possit esse φῦκ☉ capillaceum Theophrasti. Talem saltem huic adesse non tradit Theophrastus: sed ut dixi, infinitæ algæ folio capillaceo; nec omnes cauliculo carent, uti genus quod algam abrotani folio vocant, cujus addidimus imaginem. Foliis est laciniatis, fimbriatis, altioribus di-

Fucus marinus folio abrotani maris.



visuris, absinthii, arthemisiæ, & abrotani maris foliculis non dissimilibus, sed nonnunquam triplo minoribus, radicem asphodeli æquantibus, colore quadantenus rubentibus & ferrugineis. De alga hac Plinius lib. 13. cap. ultimo hæc tradit: *Alterum genus ejusdem capillaceo folio simile fœniculo in saxis nascitur, superius in vadis, haud procul littore, verno utrumque, & interit autumno.* Θάτερον ἀνωτέρω exponit, *superius* (rostter scilicet. eadem & Theophrasti sententia) *in vadis haud procul littore.* Vadum est locus in mari, flumine, lacuque tam parvæ profunditatis, ut pedibus transire possis; quale mare littori vicinum solet esse. Atqui Theophrastus profundiori mari rostera nasci scribit. Non igitur, ut Plinius ait, in vadis nascitur. In terra quidẽ defixum φῦκ☉ hoc, sed tamen profundiore mari provenit. Quæ sequuntur nec integra nec sincera sunt, videntur multa desiderari verba; confer cum Theophrasto. Nec capillaceum extremo verè nasci, autumno interire scribit Theophr. sed de eo genere, quod ad Herculis nascitur columnas; ut magnis placet viris.

Ὡς παλαιστιαῖον, &c. Παλαιστιαῖ☉ dicitur qui est magnitudine palmi, hoc est quatuor digitorum, & dodrantali mensura. Παλαιστὴ mensura quæ *palmus* dicitur. Duplex esse traditur minor digitorum quatuor. Græcis παλαιστὴς & ut Pollux lib. 2. scriptum reliquit, δοχμὴ & δακτυλοδόχμη, *cohærentes quatuor digiti.* δοχμὴ δὲ συγκλεισθέντες οἱ τέσσαρες δάκτυλοι, καὶ δακτυλοδόχμη. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ παλαιστὴς θηλυκῶς, καὶ παλαιστὴς ἀρσενικῶς. Major duodecim digitorum à Græcis σπιθαμὴ vocatur. Plinius lib. 7. cap. 2. dodrantem interpretatur, id est, quantum est spatii inter expansum summum pollicem & extremum minimum digitum. Sed de hac re egi lib. 2.

Φέρεται δὲ τοῦτο. Male Aldinus codex φαίρεται. Possunt hæc melius & fidelius in hunc verti sensum. *Nascitur quidem φῦκ☉ circa columnas Herculis in externo Oceano, mira proceritate, latitudine ampliore, quam ut palmo æquari possit. Fertur hoc ad mare internum fluxu extrinsecus, ad internum vero sive mediterraneum mare defertur Oceani vel maris externi influxu.* Vel, si Gazæ versionem velimus servare, *fertur hoc ad mare* (cum videlicet refluum est) *introrsum, cum fluxu foras.* Prima versio præ cęteris arridet, deinde secunda.

Ἐν ταύτῃ, &c. Hanc periodum non verterunt. Scribe, αὐξάνεται. Interpretare. *Istic quibusdam in locis tam alte surgit, ut hominum umbilicum magnitudine superet.* Potest etiam verti; *Istic quibusdam in locis hactenus crescit, usque superiore parte formam umbilici acceperit.* Sed an id verum sit, ignoro: nunquam enim vidi hoc φύκους genus. Prior interpretatio præstat. De magnitudine, non de forma agit Theophrastus.

Τοῦ μετοπώρου δὲ φθίνειν. Vertunt, *minui autumno.* Non puto decrescere, sed languescere vel flaccescere, quod τὸ φθίνειν significat.

Ἀμαυρότερα γίνεσθαι. Vertunt, *obscuriora.* Sed magis arridet, *imbecilliora* vel *flaccidiora* hyemi fieri.

Ταῦτα μὲν οὖν πρόσγεια. Verte, *hi igitur fuci circa mare prope littus seu terram crescunt. marinus vero fucus, quem spongiarii urinando expiscātur, in alto mari nascitur.* Σπογγεῖς, sive σπογγοθῆραι *urinatores, spongiarii, & spongiatores*, teste Cælio Rhodigino lib. 8. cap. 11. Ut qui purpuras captant, vocant Latini purpurarios & purpuratores; murilegulos Iuris consultus vocat. Vide Iustinianum Codicis libr. 11. titulo de monetariis & murilegulis. Πελάγιον est, quod in alto nascitur mari, procul a littoribus. Vult igitur Theophrastus marinum fucum & Cretensem qui in alto mari colligitur, non in littore, ut alia algarum genera reperiri.

Καὶ ἐν Κρήτῃ δὲ, &c. Plinius libr. 13. *Circa Cretam insulam nato in petris purpuras quoque inficiunt, laudatissimo à parte Aquilonis, aut cum spongiis.* Cretensem fucũ Dioscorides folio inquit esse crispo. Verba Dioscoridis supra examinavimus. Plinius lib. 26. cap. 10. *Tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur.* Idem lib. 32. *Alia vero crispo. Laudatissima* (alga) *quæ in Creta insula juxta terram in petris nascitur, tingendis etiã lanis ita colorem alligans, ut elui postea non possit.* Postremum plane videtur fabulosum. Contrarium quippe Theophr. καὶ ἕως ἂν ᾖ πρόσφατ☉ ἡ βαφὴ, πολὺ καλλίων ἡ χρόα τῆς πορφύρας. Ita scribendum, malè edunt, κάλλιον & ἕως ἣ ἄν. *Et quandiu tinctura recens est, color longe est præstantior & pulchrior purpura.* Ergo colorem remittunt lanæ nec retinent. Qua ergo auctoritate scribit Plinius, *algæ Creticæ colorem adeo alligari, ut postea elui non possit.* Id ex verbis Dioscoridis malè intellectis habet. Dioscorides φῦκ☉ Creticũ ἀνθηρὸν σφόδρα, καὶ ἄσηπτον ait. Ἄσηπτον, hoc est, corruptioni non obnoxiam ipsam algę plantã vult Dioscor. Plinius ad colorem quem tingit alga retulit, cum de colore sermo non sit auctori Græco. Nec verba jam citata de herbæ ipsius colore & substantia intelligi debent; nam alterius φύκους præcedit descriptio. Algam hanc sive φῦκ☉ illud ait esse ὑπόμηκες & ὑπόφοινικον, id est, *paulo longiorem, coloremque habere quadantenus puniceum.* Mox de Cretica alga verba, ἀνθηρὸς σφόδρα καὶ ἄσηπτον subjicit. Algæ priori color ὑποφοίνικον *subpuniceus*, tertiæ sive Creticæ ἀνθηρὸς *color ad plenum puniceus & floridus.* De herbis ipsis, ut dixi, sermo est, eoq; colore, quo ab ipsa natura sunt præditæ, neutiquam de tinctura qua lanas, vittas, aliasq; res tingunt. Vocem ἄσηπτον de colore permanente ac pertinaci nunquam usurpant Græci, sed dicunt χρῶμα δυσαπόνιπτον, ἀνεξίτηλον, μόνιμον ἔμμονον, ἀνέκπλυτον, βέβαιον, ἀνεξάλειπτον, ἐγκρατὲς, ἀνέκνιπτον, ἀνέκλυτον, ἀνέκτριπτον, ἀμετάτριπτον. Idem Plinius verba Theophrasti, καλλίων ἡ χρόα τῆς πορφύρας, malè accepit. Ait enim lib. 3. *alga Cretensi purpuras infici. Purpuras infici*, est, ut rectè monet Clariss. Salmasius, lanas vestimenta aliasve res purpureo imbuere colore, tingere purpureum colorem. Sic tyria ac conchylia herbis tingi refert, quæ tyrium & conchiliatum colorem tingendo imitātur. *Transalpina*, inquit, *Gallia herbis tyria & conchylia tingit, & omnes alios colores.* Theoph. nõ scribit, Cretica alga tænias, vittas, lanas, vestimẽta tingi colore purpureo; sed jam dictam algam vestimenta inficere colore quam purpuræ præstantiore, ac pulchriore, quamdiu recens est.

Hoc genus φύκους Nicander φοινικοῦ vocat; eodem, ut Theophrastus testatur, infectores utuntur. φύκους nomine etiam radicula quædam prædita, qua mulieres exalbidæ genarum colorem puniceum roseumque ementiuntur. Dioscorides lib. 4. cap. 100. eos reprehendit, qui φῦκος, quod radicula est, putabant algam, Νίκανδρος δέ φησι καὶ θαλασσίως εἶναι τὸ φοινικοῦν. ὅπερ ἔδοξαν ἔνιοι εἶναι ᾧ αἱ γυναῖκες χρῶνται, ὄντος ἐκείνου ῥιζίου. ὁμονύμως δὲ καλουμένου φύκους. *Nicander puniceum* (Plinius *rubens* vertit libr. 27. cap. 7. *alga rubra & scorpionum ictibus,*) *asserit adversus serpentes valere: Id ipsumque est quo existimavere nonnulli colorem suum mentiri mulieres: cum tamen radicula sit ejusdem nominis, qua sese fucant.* Negat Dioscorides alga ad fucandum mulieres uti. Anguillara tamē, fuci Cretensis folia à Cretensibus fœminis commanducari, & ad fucum adhiberi, tradit. Ergo usum habet alga Cretensis in fucis. Doctiores quidam ῥίζιον radiculam, qua colorē suum mentiuntur mulieres, anchusæ radicem existimant. Celeberrimus Botanicus Dodonæus anchusam à nonnullis fucum vocari scribit; sed unde hoc habeat, me ignorare fateor, nullum novi Græcum auctorem, apud quem radix ea φύκους nomine significetur. Certe Pollux libr. 5. cap. 16. ubi de ornamentis & fucis mulierum agit; & anchusæ & φύκους mentionem facit; ἴσως δ' ἂν τοῖς κόσμοισι προσήκει, καὶ τὸ ἔντριμμα, ψιμμύθιον, ἄγχουσα (ἔγχας vulgo) φῦκος. Paulo infra; φύκει πυρσαίνει, ψιμμυθίῳ λευκαίνει, *fuco faciem igneo colore aut puniceo fucat, cerussa albo.* φῦκος ergo & anchusa in fucis res diversa. Anchusæ quoque radice colorem etiam nativum olim solitas mentiri mulieres, extra omnem est controversiam. Hesychius; ἄγχουσα ῥίζα ᾗ φυκοῦνται αἱ γυναῖκες. Male ediderunt, φυκοῦνται τὰ γόνατα. Eleganti purpurisso malas commendat anchusa, sed de hac alibi. Sed φύκει etiam fucabant mulieres. Hesychius, φύκη (male φύκει legitur) εἶδος κομμωτικὸν γυναικεῖον. Dioscorides fucum hunc vult esse radiculam; Galenus inter metallica ponit, vel inter res è cerussa compositas, libr. 19. simpl. cap. penultimo. Τὸ δέ γε φῦκος τὴν ψύξιν τοῦ ψιμμυθίου φυλάττον λεπτομέρειαν προσείληφε, ὡς δύνασθαι δι' αὐτὴν εἰς τὸ βάθος καταδύναι τῶν ὁμιλούντων σωμάτων τὴν δύναμιν αὐτοῦ. *Phycos autem servata cerussæ frigiditate tenuitatem assumsit, ut per eam in profundum corporum quibus admovetur, vis ejus penetrare valeat.* Φῦκος ex recentioribus quidam metallum, aut rem factitiam ex cerussa aliisque, negant; Galenumque valdè errare; & eodem in errore Ætium esse quoque scribunt; alii factitium medicamentum esse probant, radiculamque esse negant. Placet aliis, Dioscoridis codicem corruptum, & quidem ἀντὶ ῥίζιον, ψιμμύθιον, scribendum; cum nihil sit aliud φῦκος, quam cerussa ipsa, varie lotura ad mulierum fucos præparata. Sed cerussa album tingit colorem, rubrum vel puniceum phycos, Alioquin enim, si φῦκος albo inficeret colore, nemo φοινικοῦν φῦκος Nicandri, & quo faciem fucabant mulieres, idem putasset. Certe rubrum indidisse colorem φῦκος, sacra testatur pagina. Nam in sapientia Salomonis cap. 13. ita scriptum, ubi agit de idolis quæ artifices minio & phyco rubefaciunt, καταχρίσας μίλτῳ, καὶ φύκει ἐρυθήνας χρόα αὐτοῦ, &c. Hanc difficultatem quomodo solvam, non video. Ego, salvo meliori judicio, lapsum puto Dioscoridem, mulieresque & fuco Cretensi, & anchusæ radice fucasse, & has quidem fuco, alias anchusæ radice; coloremque purpureum, quem & φῦκος & anchusa dabat, fucum à Latinis vocatum. Fucum apud Latinos accipi pro omni medicamine, quo faciem tingunt mulieres, ex Plauto probatur in Capt. *Vetulæ edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant; ubi sese sudor cum unguentis consociavit, illico itidem olent, quasi cum unà multa jura confundit coquus.* Tibullus.

Quid fuco splendente comas ornare? quid ungues
Artificis docta subsecuisse manu?

Dioscoridem ignorasse puto vocem fucum, apud Latinos adeo latè accipi, & pro quacunque re qua fucabant, poni. Corrigendus præterea Plinii codex. Malè edunt, *A parte aquilonis aut cum spongiis;* Antiquus noster codex habet, *aut spongiis;* Scribendum, *laudatissimo à parte aquilonis, ut spongiæ,* ex Theophrasto, ὥσπερ αἱ σπογγίαι. Φύκους quoddam genus, musci vel βρύου canarii nomine, accepi, urseł vulgo vocant, ceruleum tingit colorem, crispis non est foliis; ergo non est Cretica alga Theophrasti; de qua hoc unum dicere restat, quod penè exciderat, viros doctiss. contendere legendum, πλεῖον καὶ καλλίον & subintelligendum, ἡ χρόα, non καλὸν, ut in excusis habetur. Non video, cur vulgatam rejiciant. Si volunt subintelligendum ἡ χρόα, nescio utrum verū scripserit Theophrastus. Spongiæ enim, quod sciam, non tingunt. De tota planta ejusque substantia loquitur Theophrastus. Plinius libr. 31. cap. 11. *Quin & ejus quæ ab Aquilone sunt genitæ,* (spongiæ) *præferunt cæteris, nec usquam durare spiritum medici affirmant.*

Ἄλλα γὰρ ἐστιν ὅμοια τῇ ἀγρώστει, &c. Corruptus codex, sed facile emendari hoc loco potest. Qui enim linguam Græcam de limite salutavit, videt legendum, ἄλλο γάρ ἐστιν ὅμοιον. Idem paulo infra scribet, ἡ τῆς ἀγρώστιδος, non τῇ τῆς. Plinius libr. 13. *Tertium est gramini simile, radice geniculata & caule, qualiter calami.* Nec hæc Plinius satis ad mentem Græci auctoris reddidit. Fucum hunc Theophrastus gramini inquit esse similem; rationem addit, quod folium habeat gramini similem, radicem geniculatam, longam, obliquè adhærentem, ad instar graminis Caulem ait esse arundinaceū modo graminis; Plinius simpliciter inquit gramini similem radicem esse, geniculatam, & caulem qualiter calami. Nusquā tradidit Theophrastus, radicem hujus fuci geniculatam esse instar calami. Alio modo calami radix geniculata, alio graminis; quanquam arundinis genus reperiatur geniculatum instar graminis. Nec caulem instar arundinis geniculatum scribit Theophrastus, sed simpliciter ait esse arundini similem, qualis est graminis. Sed in his facilè excusari potest Plinius; nempe, quod præter Græci auctoris mentem nihil referat. Falluntur qui fucum folio gramineo putant corallinam. Nullam cum foliis corallinæ similitudinem habent folia graminis. Major error illorum, qui contendunt, corallinam eam esse algam, quam Dioscorides φῦκος λεπτὸν, aut foliis crispis tortisque, aut etiam mollibus οὖλον nominat. Corallinæ folia non sunt mollia; eadem ad tincturam inepta, nec in Creta, sed aliis locis maritimis reperitur, Galliæ, Hispaniæ, Belgii.

Ἄλλο δὲ βρύον, &c. Plinius lib. 13. *Aliud genus fruticum Bryon vocatur, folio lactucæ, rugosiore tantum, jam hoc interius nascens.* Hæc Plinii verba consideratione non parva indigent. Non commisit tot errores Plinius, ut multi existimant. *Grande peccatum,* inquiunt, *quod ait, aliud genus fruticum; Non ex fruticum genere illud* βρύον, *sed herbarum: Omnia illa quæ præ cessere,* φύκων *genera apud Theophrastum,* & ἐλάττω esse *dicuntur.* καὶ τὰ μὲ, inquit, paulo inferius, ἐλάττω χωρὶς ταῦτ' ἐστι, ἡ δὲ δρῦς, &c. *Inter majora maris virgulta quercus & abies, quæ tamen cubitalem magnitudinem non excedebant. Cæteræ de quibus ante tractavit muscorum vel algorum species longè minores, & herbis potius, quam fructibus adnumerandæ, quarū quædam nec caulem habent, sed solis constant foliis.* Hæc virorum illorum doctissimorum sententia. Certe, si ita scripsit Plinius, rectè à viris magnis condemnatur. Sed videndum, utrum Plinius scripserit, *aliud genus fruticum bryon vocatur;* an vero, *aliud genus fucorum bryon vocatur.* Supra diximus, quosdam nullam inter φῦκος & βρύον ponere differentiam. Vide quæ dicta sunt. Facilis lapsus, *fucorum,* in *fruticum.* Plinius libr. 26. cap. 10. *Præcipuè liberat eo malo phycos thassalion, id est, fucus marinus, lactucæ similis, qui conchiliis substernitur* (fortè legendum, *conchis insternitur*) *non modo podagræ, sed omnibus articulorum morbis impositus præterquam exarefiat.* Satis aperte inquit, vocari algam, fucum. Ergo non præter rationem colligere licet, Pliniū *fucorum,* non *fruticum* scripsisse. Est aliud, inquit, *genus fucorum, bryon vocatur.* In Theophrasti codicibus, ἄλλο δὲ βότρυον, legitur. Corruptus codex. Nihil in hoc fuco quod uvam vel racemum referat. Idem Plinius lib. 27. cap. 8. *Bryon marina herba* (ergo non frutex, ut male lib. 13. scriptum est) *sine dubitatione est lactucæ foliis similis.* Aliud mendum in verbis Theophrasti. Πλὴν χρυσωδέστερον. id est, *nisi quod aureo magis sit colore;* quod vel ipsa experientia falsum esse docet. Eadem ῥυσσωδέστερον restituendum docet. Omnes Botanici norunt, folio esse eleganti, viridis coloris, sed rugosiore quam lactuca. Ita ex Plinii locis duobus legendum probatur. Lib. 13. ait, *folio lactucæ, rugosiore tantum;* Malo legere, *tamen;* πλὴν Theophrastus libr. 27. cap. 8. Bryon marina herba sine dubitatione est lactucæ foliis similis, rugosa, veluti contracta, sine caule, ab ima radice exeuntibus foliis. Scribendū ergo ῥυσσωδέστερον. Doctiss. viri Plin. arguunt, quod ait, *bryon marina herba sine dubitatione est.* Βρύον inquiunt, *Theophrasto nulla herba marina privatim traditur, sed inter genera* τοῦ βρύου θαλαττίου *sive* τοῦ φύκους *lactuceum id describit.* Non videtur ea verborum Plinii mens, quam tradunt, siquidem jam ante dixit, bryon inter fucorum genera referendum. Non vult ergo privatim herbam esse marinam, sed κατ' ἐξοχὴν βρύον vocari. Et auctorem quidem habet Theophrastum. Gravissimè ergo illi errant,

tant, qui muscum cum fuco confundi à Plinio tradunt. Idem Plinius, ἀντὶ ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς, legit, ἀπὸ μιᾶς ῥίζης. Vertit enim, *ab una radice*, & ita scribendum, non ut edunt, *ab ima radice*. Utrum Theophrastus ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς, an ἀπὸ μιᾶς ῥίζης scripserit, videndum. Experientiam si consulamus, vulgata lectio præstat. Quippe nulla huic fuco radix conspicua. Ἀρχὴν vocat id in quo nascitur, sive cui adhæret hic fucus, sive lapis, sive testa, sive aliud quid fuerit. Quod sequitur apud Plinium, libr. 13. corruptum est, *rugosiore tantum; jam hoc interius nascens, in alto vero abies & quercus*. Antiquus codex habet, *rugosiore tantum. jam hoc nascens; in alto vero abies & quercus. Abietem & quercum in alto nasci perperam asserit*, inquiunt viri Doctissimi. *Theophrastus* προσγείους ἀμφω, *esse tradit, id est, interius nasci, & non longe à terra. Aliud genus quercus, ibidem scribit Theophrastus in alto nasci.* φασὶ δὲ τινες ἄλλην δρῦν εἶναι ποντίαν, ἣ καὶ καρπὸν φέρει καὶ ἡ βάλανος αὐτῆς χρησίμη. *Has duas quercus species ille confundit*, τὴν πρόσγειον καὶ ποντίαν, *littoralem & in alto nascentem.* Hæc illi. Notat verò Hermolaus in manuscripto legi, *jam hoc in terra nascens.* Antiquus, ut dixi, codex habet, *jam hoc nascens*; quæ codicem corruptum ostendunt. Dalecampii opinio non omnino videtur improbanda. Legit is, *jam hoc (bryon) in alto nascens. terris vero abies vicina & quercus.* Commodius fortè ex Theophrasto quis restituet; *Hoc in testis nascitur. terris vero abies vicina & quercus.* Latis ac tenuibus foliis hic fucus aliquantum crispis ac rugosis, eleganter virentibus; caule ac radicibus caret. Oceano Belgico inter saxosos scopulos satis hic familiaris est, ipsis adhærens, unde simul cum mitulis, conchis, ostreisque subinde ad vicina defertur loca. Placet Botanicis algam hanc eam esse, cujus fit apud Aristotelem mentio lib. 6. hist. animal. ubi hanc purgamentum esse ait maris, fierique initio æstatis, eaque ostreas, & pisciculos ali. Locus Aristotelis est loco citato, cap. 13. si Gazæ capitum divisionem sequamur; sin vero Scaligeri 12. ὅταν δὲ πόντου καθαιρομένου ἐπιφέρεταί τι, κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον, ὃ καλοῦσι φῦκος, ἔστι δὲ ὠχρὸν τοῦτο, οἱ δὲ φασι τοῦτο ἄνθος εἶναι τοῦ φύκους, ἀφ' οὗ τὸ φύκιον εἶναι, ἀρχομένου τοῦ θέρους. τοῦτο τρέφεται, καὶ τὰ ὄστρεα, καὶ τὰ ἰχθύδια τὰ ἐν τοῖς τόποις τούτοις· φασὶ δέ τινες τῶν θαλαττίων καὶ τὴν πορφύραν ἔχειν ἀπὸ τούτου τὸ ἄνθος. *Cum purgatur pontus, fluitat secundo mari ad Hellespontum id quod appellant Græci* φῦκος, Latini algum. *Color huic pallidus. nonnulli* φύκους (male φύκου in Græco codice scribitur. φῦκος, φύκιος, φύκους, ut τεῖχος, τείχεος, τείχους) *ex quo etiam* φύκιον *fiat. Ineunte æstate fit hoc, quo & ostrea & pisciculi ea loca qui colunt, aluntur. Maris accolæ, nonnulli etiam purpuram suum ab hoc florem habere tradunt.* Declarat his verbis Aristoteles, ortum, tempus, colorem, naturam & usus fuci. Ortum inquit esse, quando purgatur pontus, & fluitat secundo mari ad Hellespontum. Plutarchus libr. de ira cohibenda, mare purgari tradit, quando ventis exagitatum muscum algamque ejicit. τὴν μὲν γὰρ θάλασσαν, ὅταν ἐκταραχθεῖσα τοῖς πνεύμασι, τὰ βρύα καὶ τὸ φῦκος ἀναβάλλῃ καθαίρεσθαι λέγουσι. Ideo Græci, ut supra notavimus, φῦκος scribunt τὸ τῆς θαλάσσης ἐκβρασμα, καὶ ἀπόβλημα. Colorem inquit ὠχρόν; ὠχρὸς vel pallidus, vel luteus color. Lactucæ foliis fucus colore viridi: ergo non est φῦκος de qua Aristoteles, ut arbitrantur nonnulli Botanici. Probabile fit, capillaceum fucum describi à Philosopho. Hinc noster inquit, οὐ ποώδης, οὐ δὲ ἔξωχρος, *nec viride, nec intense pallidum.* Tempus ait æstatem esse; (æstivo enim tempore generatur) usum ut pisciculos & ostreas nutriat. Addit alias duas opiniones; florem esse algæ non algam; & purpuram hinc haurire suum florem. Sed quid florem purpuræ vocat? ἄνθος πορφύρας. Ἄνθος, *colorem, nitorem, splendorem*, vocat. Ἄνθος non raro pro colore sumitur, Philost. τὸ τῆς ἰδέας ἄνθος φαίνεται, Sophocles, οὐ γάρ σε μὴ γνῶσιν ἀδ' ἠνθισμένον. In eodē significatu dixit Euripedes, ἀνθοκρόκωτοι πέπλοι, *chordula filo colore crocea contexta. textum colore croceum.* Solinus cap. 30. de colore & nitore hyacinthi lapidis. *Sed ex utroque temperamento lucis & purpuræ fucatum suaviter florem trahat.* Tertullianus, & idem Solinus. *Lusitanum littus floret gemma, ceraunio plurimum.* Dubitabit, aliquis quomodo flos sive color purpuræ ab alga, cum diversi utrumque coloris. Dicendum, concoctione alium in ipsa purpura acquirere colorem. Purpuram musco algaque vesci, auctor Plutarchus, libr. de solertia animalium. τὰ δὲ ἰδίωμα τῶν βρύων καὶ τῶν φυκίων ἀναλαμβάνουσαι περισχόμενα τοῖς ὀστράκοις, οἷον ἐν περιόδῳ κυκλουμένην ἑστίασιν ἀλλήλαις παρέχουσιν, ἑτέραν ἑτέρας ἐξ ἀρχῆς ἐπινεμομένης. *Musci & algæ quicquid est esui ita in suas testas recipiunt, ut iis in orbem exsertis, quasi circularem convivationem præbeant, una alterius alimentum depascente.* Nidum ex alga componunt phycides, ut idem eodem libro scribit. ἰδίως δὲ αἱ φυκίδες ἐν τῷ φυκίων οἷον νεοττιὰν ἀγαπαστάμεναι περιαμπέχουσι τὸν γόνον, καὶ σκέπουσι ἀπὸ τοῦ κλύδωνος. Paulus Petavius, consiliarius Parisiensis regius, legit, ἰδίως δὲ αἱ φυκίδες ἐκ τῶν φυκίδων; sed vulgata lectio præstat; quia phycidis piscis apud Aristotelem & Athenæum fit mentio. Verba Plutarchi Latinè sonant. *Peculiariter phycides ex alga veluti nidum quendam constituentes, eo suum fœtum ab undis defendunt.*


Ἡ δὲ δρῦς, &c. De quercu & abiete algæ genere hæc Plinius lib. 13. cap. ult. *In alto abies & quercus* (supra dixi legendum, *terris vicina*) *cubitali altitudine. Ramis earum adhærent conchæ. Quercu etiam tingi lanas tradunt. Glandem etiam quasdam ferre in alto naufragis hæc deprahensa urinantibusque, & aliæ traduntur prægrandes circa Sycionem.* Non describit hic Plinius unum querci genus, ut volunt, sed duo. De priori agit usque verba hæc, *glandem etiam, &c.* quæ de altero debent accipi quercus genere. In eo tamen errasse videtur Plinius, quod ait, *quasdam glandes ferre in alto*; cum non ejusdem illud cum priore fit generis, sed diversum. Pro eo quod in antiquo codice scriptum est, *ramis earum adhærent conchæ*, restitue, *rami earum adhærent conchis.*

Πλατυφυλλότερον — usque ad τὸ δὲ τῆς δρυὸς λεπτὸν καὶ μυελωδέστερον. Hæc videntur corruptissima; & planè contra omnem rationem. Si utriusque arboris faciem spectemus, quercus folia habet multo latiora, crassiora & longiora, quam sunt abietis; cujus folium multo propius ad myrices accedit, quam quercinum, quod planè tota facie ac habitu dissimile est myricæ folio. Non major inter ignem & aquam, cœlum & terram est diversitas, quam quæ in myricæ & quercus spectatur folio. Tota folii facies, forma, diversa; alius habitus, color, posito, latitudo, crassitudo, magnitudo. Omnia, ut verbo dicam, quam maximè differunt. Verisimile autem valdè fit, quercum hanc marinam nomen accepisse, quod faciē habeat quercinam; contra abietem nominari, quod forma fit abiegna. Hoc si verum, necessario sequitur, codicem depravatum, vel Theophrastum quercus & abietis historiam confudisse, multasque notas quercui tribuisse, quæ abieti aut ejus generis marinæ arbori conveniunt. Non dubito, quin in hunc sensum locus hic restitui debeat. πλατυφυλλότερον δὲ τὸ φύλλον, πλατύτερον, καὶ παχύτερον τῆς δρυός. πολὺ δὲ καὶ οὐκ ἀνόμοιον τοῖς τῶν ὀσπρίων λοβοῖς κοῖλον δὲ ἔσωθεν (ita etiam in Aldino legitur codice) καὶ οὐδὲν ἔχον ἐν αὐτοῖς. τὸ δὲ τῆς ἐλάτης λεπτὸν καὶ μυελωδέστερον. *Folium vero quercui oblongius, crassius, latius, frequens, nec leguminum siliquis absimile, concavum intus, nec quicquam in se continens: abieti tenue ac potius tamaricis.*

Ἡ δὲ ὅλη μορφὴ τῆς ἐλάτης. Nemini ignotum, abietis arborem rectam esse, stipitem scilicet & ramos in rectum magis quam alterius cujusdam arboris ferri: in latitudinem vero magis diffundi quercum, & respectu abietis flexuosam esse. Omnia quæ sequuntur, abieti quercuique optimè conveniunt, nisi quod ait, multicaulem esse. Abies unum tantum habet caudicem: ad hujus imitationem marina hæc planta debebat unicaulis esse, sed in eo abietem aliquo modo refert, quod simpliciore est caule, quam quercus. Theodorus τὰς δὲ ἀκρεμονικὰς ἀποφύσεις vertit, *ramos*. Verte, *ramorum processus abieti longi*, &c. μακρὰς enim legendū, non μικράς, ut in Aldino & Basiliensi legitur. In utroque dele improbam vocem καὶ, & lege τὰς δὲ ἀκρεμονικὰς ἀφύσεις, ut in vulgatis habetur codicibus. Cæterum plantam quandam marinam, quercus marinæ nomine describit C. Clusius libr. 6. cap. 4. his verbis.

Marinæ quercus Theophrasti descriptionē ad calcem cap. 13. libr. 1. meæ rariorum plantarum Historiæ ex ipsius auctoris cap. 7. lib. 4. Historiæ plantarum descriptam, adjiciebam, innuens, me aliquot ejus plātas in meis peregrinationibus observasse, & plurimas, easque variæ magnitudinis, & diversi coloris apud Imperatorem Maximilianum, ejus nominis secundum, conspexisse, quæ ad Theophrasti descriptionem proximè accederent. Verum cum illius iconem tum exhibere non licuerit, & nunc unam plantam nactus fuerim à doctissimo & modestissimo juvene Ioanne de Laet, Ioannis F. in Occidentali Oceano erutam, quam mihi mutuo dabat ut describere possem, eâdem operâ illam exprimendam in tabellâ curabam, ut in hoc capite 4. libr. 6. exoticorum locum obtineret. Pedalis autē illa erat longitudinis, in multos eosq; planos ramos expansa, quemadmodū in pelagiis plantis magna ex parte observare memini, & illos deinde in plures alios minores divisos, multisque tuberculis quaquaversum obsitos, ut Muricæ sive cupressi verius foliorum formam & exactius referrent, quam alterius alicujus plantæ; coloris purpurei saturi, qualis ferè conspicitur in vini rubri fæcibus, salsi prorsus saporis. Ipsa fruticis materia dura &

Quercus Marina cum sua basi *vel potius* palma marina.



lignosa erat, imo quasi cornea & saxea. Contracta porro infima parte hæc planta, ut saxo ne an ostraceæ testæ innata fuerit, nihil affirmare possim: plurimi etiam rami, in inferiore fruticis parte, abrupti erant. Hæc Clusius.

Καὶ κάτω δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ καυλοῦ. Corruptus codex Aldinus & Basil. in iis legitur. καὶ κάτω δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ καυλοῦ περιεμπεφυκότων τινῶν ὅλων ἐν τούτοις δεδυκότες οἱ ὀνίσκοι, καὶ ἀλλ' ἄττα, καὶ τῷ ὅμοιον πολύποδι. Hunc locum quomodo correxerit Scaliger, quomodo Rob. Constant. ex annotationibus Constantini & Scaligeri videat lector. Quale insectum ὄνος sive ὀνίσκος, supra cap. quarto abunde docuimus. πολύπους aliis dicitur. Marcello empirico cutio. *Cutiones,* inquit, *bestiolæ sunt multipedes, cute dura ac solida, quæ tactæ complicant se in orbem pilulæ rotundissimæ, πολύποδας Græci appellant.* Botanicis quid sit ἴουλος lib. 3. diximus; ἴουλον & ὀνίσκον confundere solent Lexicographi, ut doctè his verbis in Lexico docet Constantinus in voce ὄνος. *Hesychius in voce* ἴουλος, ἐ ζῶον, inquit, πολύπουν, ὅπερ ἡμεῖς λεγόμενον ὄνον, τινὲς δὲ καὶ τὸ ἐπὶ ταῖς ὑδρίαις γινόμενον ὄνον πολύποδα καὶ συστρεφόμενον ἴουλον καλοῦσιν. *Quem sequitur Suidas, cui tamen ex alio auctore* ἴουλος *etiam, ut mox dicemus, vitium vermis. Plinius libr. 30. cap. ult. his verbis multis errandi occasionem attulit.* Millepeda, *inquit*, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal est è vermibus terræ, pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque (*legebatur etiam* tractuque) contrahens se, oniscon Græci vocant, alii tilon. *Et paulo post*; Illam autem quæ non arcuatur, sepa Græci vocant, alii scolopendram, minorem, perniciosamque. *Quæ verba multa egent animadversione: nam sepa & scolopendram diversa esse animalia suo loco probavimus. Iam vero oniscon, sive tilon* (*quod nomen à callo & cutis duritia*) *vermem pilosum non esse arcuatim repentem ex rei natura dictisque* (vide cap. 4. lib. 4.) *satis liquet: atque aliud est millepeda sive centipeda, aliudque multipeda, id est,* ὄνος *sive* ὀνίσκος. *Millepeda enim sive Centipeda vermis terræ pilosus, multis pedibus arcuatim repens, estque animal ex erucarum genere, vites corrodens atque olera, quam cives mei vocant* chate peline. *Hæc est hirsuta dicta à Columella, &* ἴουλος *Græcorum. Nam & Suidæ* ἴουλος ὁ ἐν ταῖς ἀμπέλοις σκώληξ, πολύπουν δέ τι ζῶον. *Atque ab hirsutia, ut Solini vocem usurpem, etiam* ἴουλοι *dicti sunt pilosi vermes, nigri, terrestrium lumbricorum genus, quod maris littoribus effoditur ad piscium escam; hoc hirsutam sive millepedam villis repræsentat.* Numenius Poëta.

> Καὶ δὲ σύγε μνήσαιο δελείατος ὅττι παρ' ἄκρας
> Δήεις αἰγιαλοῖο γεώλοφά σοι μὲν ἴουλοι,
> Κέκλωνται μέλανες γαιηφάγοι ἔντερα γαίης.

Rursus ἴουλον, *id est, hirsutam confundunt aliquando cum scolopendra; quæ* σκολόπενδρος *&* σκολόπενδρα *dicitur. Quæ duo sunt diversa animalia specie, utrumque tamen venenatum, & multipes. Hæc differentia, quod utrimque scolopendra decurrat sine tractu & flexu celerrimè propter pedum numerosam seriem; unde propriè centipeda sive millepeda vocatur, & quod lævis sit & non pilosa. Itaque scolopendras intellige apud Lycophronis interpretem, cum ait,* ἰούλους μυριόποδας; *Vnde & naves remis instructas,* ἰουλόπεζας *dixit ipse Poëta, à similitudine ordinis pedum utriusque scolopendræ.* Nicander ἴουλον & σκολόπενδραν ita secrevit in Theriacis.

> Οἶδα γε μὲν καὶ ἴουλος ἃ μήδεται, ἠδ' ὁ λοὸς σφὴξ,
> Πεμφρηδών ὀλίγη τε, καὶ ἀμφικαρὴς σκολόπενδρα.
> Η' τε καὶ ἀμφοτέρωθεν ὀπάζεται ἀνδράσι κῆρα.
> Νήϊα δ' ὡς σπέρχονται ὑπὸ πτερὰ θηλὶ κιούσῃ.

> *Compertumque mihi est sævus quid patret Iulus,*
> *Perniciemque ferens vespa & quid parvula possit*
> *Pemphredon, quid item dissecta caput scolopendra*
> *Quæ sua sic, quando prorepit, brachia profert,*
> *Vt properans, navis pellentes æquora remos.*

Ubi interpres, ἴουλος εἶδος σκώληκος τοῦ καλουμένου μυριόποδος. *Quare constat, quam indistincte, atque promiscue, illo saltem loco, his vocibus usus sit Plinius. Quod Gazæ, Ruellio multisque aliis indiscriminatim nomina usurpantibus fraudi fuit.* Hactenus Constantinus. Theophrasti verba in hunc verte sensum. *Ramis annexa pendent pleraque animalium testigerorum* (*super juli, id est, millepedæ quædam cauli ipsi adnascuntur*) *in ipsis testis hospitantur onisci sive multipedæ, & aliæ quædam ejusdem generis bestiolæ.*

Τοὺς δὲ σκινθοὺς, καὶ κολυμβητὰς, &c. Quales sint σκινθοὶ ignoro. Vertunt, *nantes seseque submergentes.* Plinius lib. 13. *in alto naufragis hæc deprehensa urinantibusque.* Quam vellem doceret, quo pacto naufragi sciant, quid in fundo gignatur ipsius maris. Quando reversi è fundo maris vivi? Post mortem, vel jam moribundi fundum petunt, nec inde nisi fato functi revertuntur, & si forte aliquãdo contingat, ut vivi supernatent iterum, ac salventur. Certè animus ipsis non fuit explorare, quid in ipso maris reperiatur fundo. Aliud habent quod cogitent? Unde igitur Plinius à naufragis hæc deprehensa scribit? Verisimile sit Theophrastum τοὺς δὲ δύτας, vel τοὺς δὲ σπογγεῖς καὶ κολυμβητὰς scripsisse. Σπογγεῖς dicuntur, qui spongias venantur. Hi vivi se mergunt & emergunt, & marium profunda scrutantur, ut quod in maris fundo pretiosum est urinando eximant. Ad morem quidem naufragorum fundum petunt, sed non eodẽ animo, & adversus aquæ injurias muniti sunt, os clausum retinere norunt, & ad temporis spatium novum non trahere aërem, spiritumque exhalare norunt, ac didicerunt. Nempe pecuniæ & divitiarũ gratia tantos subeunt labores. Contrarium naufragis evenit, qui nec aquis resistere queunt, nec lucrum inde aliquod ad ipsos pervenire potest; de vita tantum cogitant salvanda, regiumque diadema nactos se putant, si vel undæ marinæ beneficio in littus pellantur, vel superveniente alia navi serventur. Iidem Græci δύτας dicunt naves quæ submerguntur & pereunt. Hinc fortè δύτας pro naufragis accepit. Sed prior opinio magis arridet, & proximè ad vulgatam accedit lectionem.

Ὅτι καὶ ἕτεραι μεγάλαι τινὲς τοῖς μεγέθεσιν εἰσιν. Plinius, *& aliæ traduntur prægrandes circa Sycionem.* Docti duo postrema verba superflua existimant, quod de sycione non fiat apud Theophr. mentio. Iidem legunt, *naufragis urinantibusque, & aliæ traduntur prægrandes.* Si vera lectio Plinii, scripsit Theophr. μεγέθεσι κατὰ συκιῶνα εἰσιν.

Ἡ δὲ ἄμπελος. Plinius loco citato; *Vitis enim* (antiquus codex malè, *vilis*) *passim nascitur.* ἀμφοτέρωσε pessimè vertit passim. Rectius Gaza utroque loco, *terræ scilicet vicino, & in alto mari.* Scribe apud Theophr. καὶ γὰρ περὶ τὴν γῆν & ποντία. Verte, *nam & terræ proxima & in alto nascitur mari; pelagia majora fert folia.*

Ἡ δὲ

Ἡ δὲ συκῆ. Plin. loco citato, *Sed ficus sine spoliis, rubro cortice.* Antiquus codex, *Sed Phycos sine foliis cortice rubro.* Scribe *sed ficus sine foliis, cortice rubro.* Φοινικοῦν id est puniceus. Malunt alii ἀντὶ ἄφυλλον legere ἔνφυλλον *foliis comosa.* sed vulgatam defendit Plinius.

ὁ δὲ φοῖνιξ. Plin. loco citato, *Fit & palma fruticum generis.* Mira brevitate in his describendis usus est Plinius. De palma certè quædam tradit, quæ cum vulgata palma arbore nullam habent similitudinem, quæ negligere Plinius non debuerat. In antiquo codice scriptum reperio. *Est & ibi palma fruticum generis.* Quæ lectio vulgata præstat.

Τῶν δὲ ῥάβδων usque ad παραπλήσια. In Aldino & Basileensi ad hunc modum hæc habentur. τῶν δὲ ῥάβδων ἢ τῶν ἀποφύσεων τούτων, ὁμοία τρόπον τινὰ ἡ φύσις τοῖς τῶν ἀκανθῶν φύλλοις τῶν ἀκανικῶν, οἷον σόγκοις καὶ τοῖς τοιούτοις, πλὴν ὀρθαὶ, οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνα, καὶ περικεκλασμέναι, καὶ τὸ φύλλον ἔχουσαι διαβεβρωμένον ὑπὸ τῆς ἅλμης. ἐπεὶ τοῦ γε διόλου ἥκειν, τὸν μέσον γε καυλὸν, καὶ ἡ ἄλλη ὄψις παραπλησία. Vide Doct. Scaliger. & Constant. annotat. Scribe. Τῶν δὲ ῥάβδων ἢ τῶν ἀποφύσεων τούτων, ὁμοία τρόπον τινὰ ἡ φύσις τοῖς τῶν ἀκανθῶν φύλλον τῶν ἀκανωδῶν. οἷον σόγκοις καὶ τοῖς τοιούτοις. πλὴν ὀρθαὶ καὶ οὐχ, ὥσπερ ἐκεῖνα, περικεκλασμέναι, καὶ τὸ φύλλον ἔχουσαι διαβεβρωμένον ὑπὸ τῆς ἅλμης. ἐπεὶ ὁ φοῖνιξ ὁμοία τοῖς σόγκοις τῷ γε διόλου τῶν φύλλων ἥκειν τὸν μέσον γε καυλὸν, καὶ ἡ ἄλλη ὄψις παραπλησία. *Ramulorum autem eorumque processuum similis quodammodo natura est, foliis spinarū acanacearum, ut sonchis atque similibus; Hi* (scilicet ramorum processus, ipsique rami) *tamen erecti, nec quemadmodum illa* (acanacearum spinarum folia) *circumflexi, ut circumfracti videantur.* (sonchi enim folia ad terram inflectuntur per orbem, ut quis putet ex parte esse fracta) *& foliis a mari corrosis. Ut autem sonchi caulis e foliorum orbe medio exurgit, sic palmæ marinæ stipes. Reliqua aspectu sonchô similia.*

τὸ δὲ χρῶμα τούτων καὶ τῶν κλάδων. In Aldino & Basileensi καυλῶν, ἀντὶ κλάδων legitur. Potuisset vox hæc servari, nisi superius βραχυστελεχῆ σφόδρα dixisset. Vox καυλῶν tamen magis arridet, quam κλάδων. Nam cum inquit τούτων, intelligit ῥάβδων, καὶ ἀποφύσεων. Atqui ῥάβδος & κλάδος sæpè idem. An non licet in fruticum genere stipitem καυλὸν vocare? Ex fruticum enim genere palma hæc: de arbore non liceret καυλῶν dicere, sed de palma maritima; quæ ex humili genere est. Non video, cur καυλῶν scribere non liceat. Quod si non arrideat, scribe πρέμνων vel στελεχῶν.

καὶ αἱ ἀπλύσιαι Male in Ald. & Basileensi πλυσίας scriptum est. Plinius lib. 9. cap. 45. *Pessimum omnium* (loquitur de spargiis) *genus est earum, quæ aplysiæ vocantur, quia elui non possunt, in quibus magnæ sunt fistulæ, & reliqua densitas spissa.* Cur aplusiæ dicantur, docet Plinius. Sed cur elui non possint causa, quod præter modum valde sordidæ & inquinatæ sunt.

Ἐν δὲ τῇ ἔξω. Plin. lib. 13. *Extra Herculis columnas porri fronde* (non *fronte*, ut ediderunt) *nascitur frutex, & alius lauri & hymi; qui ambo ejecti in pumicem transfigurantur.* In aliis codicibus, *porri fronde nascitur frutex & alius lauro & Thymo similis.* Forte scribendum. *Extra Herculis columnas porri fronde nascitur frutex, & thymum & alius lauro similis; qui ambo ejecti in pumicem transfigurantur.*

ΚΕΦ. Η.

CAP. VIII.

Apud mare rubrum in Arabia nullam arborem provenire præter spinam sitientem: idemque mare belluis plenum, plurimasque habere caniculas. De plantis, & arbusculis miræ naturæ: deque magnis arboribus in insulis, quas æstus operit. Item circa Persidem magnas esse arbores.

Τῆς δὲ ἐρυθρᾶς καλουμένης ἐν Ἀραβίᾳ μικρὸν ἐπάνω Κόπτου, ἐν μὲν τῇ γῇ δένδρον οὐδὲν φύεται, πλὴν τῆς ἀκάνθης τῆς διψάδος καλουμένης. σπανία δὲ καὶ αὕτη διὰ τὰ καύματα καὶ διὰ τὴν ἀνυδρίαν. οὐχ ὕει γὰρ, ἀλλ' ἢ δι' ἐτῶν τεττάρων ἢ πέντε· καὶ τότε λάβρως καὶ ἐπ' ὀλίγον χρόνον † ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ ἐρυθρᾷ δένδρα τινα φύεται· καὶ καλοῦσιν αὐτὰ δάφνην καὶ ἐλαίαν. ἔστι δὲ ἡ μὲν δάφνη ὁμοία τῇ ἐρείκῃ· ἡ δὲ ἐλαία τῷ ‡ φύλλῳ. καρπὸν δὲ ἔχει ἡ ἐλαία παραπλήσιον δὲ ταῖς ἐλαίαις. ἀφίησι δὲ καὶ δάκρυον, ἐξ οὗ οἱ ἰατροὶ φάρμακον ἔναιμον συντιθέασιν· ὃ γίνεται σφόδρα ἀγαθόν· ὅταν δὲ ὕδατα πλείω γένηται, μύκητες φύονται πρὸς τῇ θαλάττῃ κατά τινα τόπον· οὗτοι δὲ ἀπολιθοῦνται ὑπὸ τοῦ ἡλίου. ἡ δὲ θάλαττα θηριώδης. πλείους δὲ ἔχει τοὺς καρχαρίας, ὥστε μὴ εἶναι κολυμβῆσαι. ἐν δὲ τῷ καλουμένῳ Ἡρώῳ ἐφ' ὃν καταβαίνουσιν οἱ ἐξ Αἰγύπτου, φύεται μὲν δάφνη τε καὶ ἐλαία καὶ θύμον, οὐ μὴν χλωρά γε ἀλλὰ λιθοειδῆ τὰ ὑπερέχοντα τῆς θαλάττης. ὅμοια δὲ καὶ τοῖς φύλλοις καὶ τοῖς βλαστοῖς τοῖς χλωροῖς. ἐν δὲ τῷ θύμῳ καὶ τὸ τοῦ ἄνθους χρῶμα διάδηλον, ὡς ἂν μήποτε λίαν ἐξηνθηκός. μήκει δὲ τῶν δενδρυφίων, ὅσον εἰς τρεῖς πήχεις. οἱ δὲ, ὅτε ἀνάπλους ἦν τῶν ἐξ Ἰνδῶν ἀποσταλέντων ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ φυόμενα μέχρις οὗ ἂν ᾖ ἐν τῷ ὑγρῷ, χρῶμά φασιν ἔχειν ὅμοιον τοῖς φυκίοις. ὁπόταν δ' † ἐξενεχθέντα τεθῇ πρὸς τὸν ἥλιον, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἐξομοιοῦσθαι τῷ ἁλί. φύεσθαι δὲ καὶ σχοίνους λιθίνους παρ' αὐτὴν τὴν θάλατταν. οὓς οὐδεὶς ἂν διαγνοίη τῇ ὄψει πρὸς τοὺς ἀληθινούς. θαυμασιώτερον δὲ τούτου λέγουσι. φύεσθαι γὰρ δενδρύφια ἄττα, τὰ μὲν χρῶμα ἔχοντα ὅμοιον κέρατι βοός· τοῖς δὲ ὄζοις τραχέα, καὶ ἀπ' ἄκρου πυρρά. ταῦτα δὲ θραύεσθαι μὲν, ‡ εἰ συγκλάοι τις· ἐκ δὲ τούτων, πυρὶ ἐμβαλλόμενα καθάπερ τὸν σίδηρον, διάπυρα γενόμενα. πάλιν ὅταν ἀποψύχοιτο, καθίστασθαι καὶ τὴν αὐτὴν χρόαν λαμβάνειν. ἐν δὲ ταῖς νήσοις ταῖς ὑπὸ τῆς πλημμυρίδος καταλαμβανομέναις, δένδρα μεγάλα πεφυκέναι ἡλίκα † πλάτανοι συμβαίνειν δὲ ὅθ' ἡ-

ἐρυθρᾶς θαλάττης καλουμένης. *Καλῶν Ald. Bas. † θαλάττῃ ἐρυθρᾷ καλουμένη δένδρα Const. ‡ φύλλῳ Con. μήκει. † συγκρούοντι. πρὸς δὲ τούτων ἐκ πυρὸς ἐμβαλλόμενα. Const. ‡ κεῖσθαι Const. † πλάτανοι, καὶ λευκαί, καὶ αἰγειροι μέγισται. συμβαίνειν.

Mari autem rubro vocato in Arabia paulo a Copto superius, arbos nulla in terra provenit, præter spinam, quæ dipsas vocatur, & hæc rara propter fervores, & aquæ penuriam: quippe non nisi quarto quintoque anno pluit, & tunc impetuose, & brevi tempore. "At in mari nimirum exeunt, easque laurum & oleam appellant. † Laurus ariæ similis ex toto est; olea folio tantum. Fructum olea proximum his nostris olivis parit, & lachrymam emittit, ex qua medici sistendo sanguini medicamentum componunt, ‡ quod fieri laudatissimum solet. Cum autem aquæ plures incesserint, fungi juxta mare quodam in loco erumpunt, " qui sole tacti in lapidem commutantur. Mare hoc belluis refertum, plurimasque caniculas habet: in tantum, ut nare tutum non sit. In sinu autem Heroo cognominato, ad quem descendunt Ægyptii, laurus est, & olea, & thymum: verum non viridia, sed lapidis specie parte a mari eminente, similia tamen viridibus tam foliis, quam germinibus. Colos quoque floris in thymo, tanquam nondum perfecte floruerit, liquido deprehenditur. Longitudo arbuscularum, cubitorum ternorum est. Qui vero ex India missi ab Alexandro navigarunt, plantas marinas, quoad in aqua sint, colorem algæ minutæ habere: cum vero exemptæ, ad solem ponuntur, mox sali similes fieri narraverunt. Iuncos quoque lapides apud mare id provenire, quos nemo visu a veris potuit discernere. Eo mirabilius referunt, nasci arbusculas quasdam, colore cornu bubuli, ramis asperas, & cacuminibus rubentes, quas cum † compressius tractantur, frangi, & igni injectas, ut ferrum ‡ exardescere: restinctas tamen " tranquillari, ac eundem

" At in mari rubro exeunt. † laurus ilici fœminæ similis ex toto est, olea suberi. ‡ quod valde bonum est. " Solis vi lapidescunt. † concutiuntur. ‡ ignescere. " deponere ignem.

πλημμυρὶς ἐπίλθοι, τὰ μὲν ἄλλα καλακρύπτεσθ' ὅλα, τῶν δὲ μεγίσων ὑπερέχειν τοὺς κλάδους, ἐξ ὧν τὰ πρυμνήσια ἀνάπ͂θειν. εἶθ' ὅτι πάλιν ἀμπώτις γίνοιτο, ἐκ τῶν ῥιζῶν. ἔχειν δὲ τὰ δένδρα φύλλον μὲν ὅμοιον τῇ δάφνῃ, ἄνθος δὲ τοῖς † οἴζοις, καὶ τῷ χρώματι καὶ τῇ ὀσμῇ· καρπὸν δ' ἡλίκον ἐλαία. καὶ τοῦτον εὐώδη σφόδρα. καὶ τὰ μὲν φύλλα οὐκ ἀποβάλλειν, τὸ δὲ ἄνθος καὶ τὸν καρπὸν ἅμα τῷ φθινοπώρῳ γίνεσθ'. τὸ δὲ ἔαρος ἀπορρεῖν. ἀλλὰ δὲ ἐν αὐτῇ τῇ θαλάττῃ πεφυκέναι, ἀείφυλλα μὲν, τὸν δὲ καρπὸν ὅμοιον ἔχειν τοῖς θέρμοις. περὶ δὲ τὴν Περσίδα τὴν κατὰ Καρμανίαν, καθ' ἣν ἡ πλημμυρὶς γίνεται, δένδρα ἐστὶν εὐμεγέθη, ὅμοια τῇ " ἀνδράχνῃ, καὶ τῇ μορφῇ καὶ τοῖς φύλλοις. καρπὸν δὲ ἔχει πολὺν, ὅμοιον τῷ χρώματι ταῖς ἀμυγδάλαις ἔξωθεν. τὸ δὲ † ἐντὸς συνελίττεται καθάπερ † συνηρημένον πᾶσιν. ὑποβέβρωται δὲ ταῦτα τὰ δένδρα πάντα κατὰ μέσον ὑπὸ τῆς θαλάττης· καὶ ἕστηκεν " ὑπὸ τῶν ῥιζῶν, ὥσπερ πολύπους. ὅταν γὰρ ἡ ἀμπώτις γένηται, θεωρεῖν ἐστιν. ὕδωρ * δὲ ὅλως ἐν τῷ τόπῳ. καταλείπονται γάρ τινες διώρυχες δι' ὧν διαπλέουσιν. αὗται δ' εἰσὶ θαλάττης. ὃ καὶ δῆλον οἴονταί τινες, ὡς τρέφονται † ταύτῃ καὶ οὐ τῷ ὕδατι πλὴν εἴ τι ταῖς ῥίζαις ἐκ τῆς γῆς ἕλκονται. εὔλογον δὲ καὶ τοῦθ' ἁλμυρὸν εἶναι. καὶ γὰρ οὐδὲ κατὰ βάθους αἱ ῥίζαι. τὸ δ' ὅλον ἓν τὸ γένος εἶναι, τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ φυομένων, καὶ τῶν ἐν τῇ γῇ ὑπὸ τῆς πλημμυρίδος καταλαμβανομένων. καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ θαλάττῃ μικρὰ καὶ † φυκώδη. τὰ φυόμενα δ' ἐν τῇ γῇ, μεγάλα καὶ χλωρὰ, καὶ " ἀνθοδμον ἔχοντα καρπὸν, δ' οἷον θέρμος.

Marginal notes: † λευκοΐοις. " ἀνδράχνῃ. † ἐκτὸς Baſ. † συνηρτημένον Baſ. " ἐπὶ. * δὲ οὐδὲν ὅλως. † θαλάττῃ in annot. Sal. † συκώδη. " ἄνθος εὐοδμον.

dem colorem ſervare. Inſulis autem quas operit æſtus, arbores naſci ingentes, magnitudine platanorum, populorumque altiſſimarum: & contingere, ut † cum æſtus invaſit, reliquæ omnes totæ integantur, maximarum vero cacumina extent, ad quæ ‡ naves religentur: cumque æſtus receſſerit, ad radices æquo modo annecti poſſunt. Folia arboribus laurea dicunt: florem violæ, & colore, & odore: fructum magnitudine olivæ, & hunc odoris admodum boni: folia nunquam decidere, florem & fructum primo autumno naſci, vere defluere. Alias quoque viſas in eodem mari ſemper folia retinentes, & fructum lupino ſimilem ferentes, retulerunt. Circa Perſidem Carmaniæ conterminam, qua " maris æſtus fieri ſolet, arbores magnæ ſimiles portulacæ, tam forma quam foliis ſpectantur, fructum plurimum ferentes: amygdalis ſimilem extrinſecus: interna vero ſingulis quaſi † connexa involutantur. Subroduntur iſtæ arbores omnes à mari parte media, ſtantque radicibus polyporum modo: cum enim æſtus receſſerit, omnia inſpici poſſunt. Aqua vero nulla omnino eo in loco eſt. Rivi namque aliqui relinquuntur, quibus navigant, qui & ipſi maris particulæ ſunt. Quamobrem conſtare quidam exiſtimant, quod ipſo mari aluntur, non ‡ aqua: præterquam ſi quid è terra " ſtirpibus attrahant. Quod tamen & ipſum falſũ eſſe haud dubie intelligi poteſt, quippe cum ne in profundum quidẽ radices deſcendant. † In totum, genus idem mari atque terra naſcentium eſſe volunt: & marina quidem puſilla, & ficus ſpecie provenire: terrena vero magna, atque viridia, floreque odorato, & fructu modo lupini.

Marginal notes: † affluentis maris æſtus invaſit. ‡ rudentes. " maris inundatio fieri. † contorta. ‡ aqua pluviali. " radicibus. † idem genus quod naſcitur in mari atque terra marĩ inundatione conteclũ eſſe volunt.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Τῆς δὲ ἐρυθρᾶς. *Abſcinde caput novum, tanquam Erythreum ſinum à toto Oceano. Etiam peſſimè conſuluit nobis, qui Rubrum mare navigavit: neque de his ſcripſit quicquam. lege* τὸ ὑπὲρ κόπτου, *non*, κόλπου.

Ἀπολιθοῦσθαι ὑπὸ ἡλίου, *ſolis vi lapideſcunt.*

Διάπυρα γινόμενα. *Theodorus*, ut ferrum exardeſcere. *Ferrum potius igneſcit, quam ardet.* Καθίστασθ. *Theodorus*, Tranquillari, *Reſtitui,* deſtitui ab igne, deponere ignem, conſtitui in priſtina natura.

Ἡλίκαι πλάτανοι. *Theodorus addit,* populorum altiſſimorum. Πρυμνήσια. *Theodorus*, Naves, *Funes ſunt. Haud memini, an nautæ Itali*, proveſe. ἐκ τῶν ῥιζῶν. *Theodorus* addidit, æquo modo: *non neceſſario.* & *conſiderabis loquutionem*, Naves annectere & radices. *Præterea* πλήμμυρις, *eſt cum replentur vada;* ἀμπώτις *cum reſorbetur immiſſum mare. Vtrunque æſtum interpretatus eſt. At æſtus eſt*, ἄμπωτις, *non autem* πλήμμυρις. *Theodorus legit*, λευ: *non* οἴζοις. *In ſexto* οἶζος. Iuncus eſt; *deque eo ibi.*

Καρπὸν ὅμοιον τῷ χρώματι ταῖς ἀμυγδάλαις ἔξωθεν. τὸ δ' ἐκτὸς συνελίττεσθ' καθάπερ συνηρτημένον πᾶσιν. *Theodorus legit* ἐντὸς. *Recte: quia eſt* ἔξωθεν. *Malè tamen expreſſit*, τὸ συνηρτημένον, connexa.

Εὔλογον δὲ καὶ τοῦθ' ἁλμυρὸν εἶναι. *Lege apud Theodorum,* ſalſum, *non* falſum. *Hic cum* ὕδωρ *ſignificet*, τὸ ὑόμενον ὑγρὸν: *non licuit Latinè loquenti ſeparare aquæ ſignificatum à mari: quod fecit Theodorus. Græci poſſunt.* Ὕδωρ *enim* παρὰ τὸ ὕειν. *Sic & apud Ariſtotelem. Propterea addunt veteres adjectiva, aqua marina, aqua fluvia, aqua pluvia. Verùm pauci pure ſciunt loqui. Theodorus legit*, συκώδη, *non autem*, φυκώδη: *quia mox*, ἡλίκον συκῆ.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Ἐπάνω κόπτου. *Lege Plin. lib.* 13. *cap. ultimo. & expunge* τῆς δὲ ἐρυθρᾶς καλουμένης, ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ. *Locus mutilatus, & ſic reſtituendus*, ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ ἐρυθρᾷ καλουμένῃ δένδρα τινὰ φύεται. *Vide Plinium.* Τῷ φύλλῳ. *legendum* τοῦ φύλλου. Δυσθρύψια. *habes hic corallinum, nomen tantum deeſt. Lege Plinium, & attende quod ait*, ignibus diu repugnat.

Συγκλάν *repone* συγκρίν.

Ἐκ δὲ τούτων. *poteſt intelligi* θερμάσματων; *Sed melius ſi pro* ἐκ *legas* πρὸς. & *ante* πῦρ *deeſt* εἰς. *rurſuſque pro* γινόμενα *ſcribendum*, γινεσθ. ut ferrum mardeſcentes, *impropriè vertit Plinius*, candet ferrum & igneſcit *potius quam* ardet. Συμβαίνει, *ſcribendum* συμβαίνειν. Καρπὸν δ' ἡλίκον ἐλαία. Plin. baccæ ut oleis. *Perículoſa mutatio.* Περσίδα. *Hæc convertit Plinius lib.* 12. *cap.* 9. *ubi incipit*, Gentes ſupradictas, &c. Συνηρτημένον, *Vera lectio* συνηρημένον, *id ex Suida* συνειρημένον. Et Plinius, pomum amygdalis extra, intus contortis nucleis.


IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Τῆς δὲ ἐρυθρᾶς καλουμένης ἐν Ἀραβίᾳ. Plinius lib. 13. cap. ult. *At in oriente mirum eſt, ſtatim à capto per ſolitudines gigni, præter ſpinam, quæ ſitiens vocatur, & hanc raram admodum.* Et Plinii & Theophraſti codex corruptus. Plinii ex antiquo codice facile corrigi poteſt. In eo enim legitur. *At in Oriente mirum eſt ſtatim à Copto per ſolitudines nihil gigni præter ſpinam; quæ ſitiens vocatur, & hanc raram admodum.* Verba illa τῆς δὲ ἐρυθρᾶς καλουμένης ἐν Ἀραβίᾳ, corrupta. Legunt alii, τῆς δὲ ἐρυθρᾶς καλουμένης Ἀραβίᾳ. Sed hæc non minus quam priora corrupta. Alii, τῆς δὲ τῆς ἐρυθρᾶς καλουμένης expungunt. Plinius videtur legiſſe, ἐν δὲ τῇ ἑῴᾳ καλουμένῃ Ἀραβίᾳ. An Arabia orientalis ſit pars ea quæ paulo ſupra Copto eſt, videant in Geographia exercitati, quibus hoc committo. Scribe, πρὸς δὲ τῇ ἐρυθρᾷ καλουμένῃ (θαλάσσῃ) ἐν Ἀραβίᾳ μικρὸν ὑπὲρ κόπτου. *Prope mare, rubrum vocatum, in Arabia, paulo ſupra coptum arbos nulla in terra provenit.* Dicit ſupra Coptum (male in Ald. & Baſ. κόλπου habetur.) *In Arabia prope mare rubrum*; quia Coptus Urbs Arabibus & Ægyptiis communis, non procul à mari rubro. Strabo libr. 17. εἶναι

Τυφώνειοι

τὰ φάρετα καλούμενα, καὶ ἡ εἰς Κοπτὸν διῶρυξ, πόλιν κοινὴν Αἰγυπτίων καὶ Ἀράβων. ἐντεῦθεν ἐστὶν ὁ ἰσθμὸς εἰς τὴν ἐρυθρὰν κατὰ πόλιν Βερενίκην. *Deinceps sunt ea quæ Typhonia vocantur, & fossa quæ Coptum defert communem Ægyptiorum & Arabum urbem. Deinceps est Isthinus in rubrum mare porrectus, juxta Berenicem urbem.* Plinius lib. 6. cap. 33. *Inde Berenice oppidum, ubi portus rubri maris à Copto* CCLVIII. M. *passuum.* Rectè ergo emendavimus πρὸς δὲ τῇ ἐρυθρᾷ, &c. κοπτοῦ. Sequitur, πλὴν τῆς ἀκάνθης τῆς δίψαδος καλουμένης. Scribe, πλὴν τῆς ἀκάνθης δίψαδος καλουμένης. De peculiari quadam ejus loci spina agit, non de spina quæ alibi etiam crescit. Ideo Plinius, *nihil gigni præter spinam quæ sitiens vocatur.* Δίψας vel *sitiens* vocatur, quod in locis admodum siccis, & humore carentibus, in quibus raro admodum pluit, reperiatur. Viri tamen Doctissimi non putant peculiare genus spinæ fuisse, nec propterea δίψακος nomen habuisse, quod in locis sitientibus ac siccis nasceretur; & merito, inquiunt, suspicamur τὴν ἄκανθαν τὴν δίψακα καλουμένην esse eam spinam vel carduum, quem δίψακον alii Græci unica voce appellant. Quod si diceret Theophrastus πλὴν τῆς ἀκάνθης δίψαδος καλουμένης de peculiari quadam spina, locorum illorum sitientium, loqui videretur, sed cum dicat, τὴν ἄκανθαν τὴν δίψαδα καλουμένην, eam intelligit spinæ speciem, quæ hoc cognomen in aliis locis ac regionib. habuerit. Sciunt nos vera loqui linguæ Græcæ periti. Postremam sententiæ partem fatemur, & jam diximus ex Plinio improbam vocem τῆς delendam, quæ scioli cujusdam diligentia, aut potius ignorantia irrepsit. Non esse dipsacon sive labrum Veneris, de quo Theophrastus agit, vel ex eo probatur, quod hæc lætis & cultis gaudeat locis. In Belgio certe humidis limitibus, juxta fluentia, & scrobes aquas habentes reperitur. In Italia ac Gallia idem amat solum, iisque in regionibus humidos ac madentes tractus sequitur ac diligit, sponteque nascens, juxta fluviorum & scrobium margines reperitur. De Dipsaco hæc tradit Dioscorides libr. 3. cap. 13. δίψακος τῶν ἀκανθωδῶν ἐστὶ καὶ αὕτη, καυλὸν δὲ ἔχει ὑψηλὸν, ἀκανθώδη καὶ φύλλα περιειληφότα τὸν καυλὸν, ἐμφερῆ θρίδακι, δύο καθ' ἕκαστον γόνυ, περιμήκη, ἀκανθώδη καὶ αὐτὰ ὥσπερ τινὰς πομφόλυγας, ἐπὶ μέσης τῆς ῥάχεως, ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν ἔχοντα ἀκανθώδεις; κοιλίδας δὲ (in altero est κοῖλα δὲ, alii κοιλίας) περὶ τὰ δύο μέρη τῶν φύλλων (vetus addit τὰ περὶ τὸ γόνυ, quod glossatoris puto) ὥστε ὕδατα ἀπὸ τῆς δρόσου καὶ τῶν ὄμβρων συλλέγειν (vetus φυλάττειν ἐπιτήδεια) ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα εἵλκυσεν. ἐπ' ἄκρου δὲ τοῦ καυλοῦ καθ' ἑκάστην ἀπόφυσιν, κεφαλὴ μία ἐοικυῖα ἐχίνῳ, ἐπιμήκης, ἀκανθώδης. ξηρανθεῖσα δὲ λευκὴ φαίνεται. ἔχει δὲ καὶ σκωλήκια κατὰ μέσον τὴν ἐντεριώνην διαιρεθεῖσα ἡ κεφαλή. *Dipsacus quoque aculeatarum stirpium generi adscribitur, caulem habet altum, spinis horridum, & folia caulem amplectentia, lactucæ foliorum æmula, bina in singulis geniculis, prælonga, quæ & ipsa aculeata sunt, ac ceu quasdam bullas in dorsi medio intus forisque spinosas habent, concavos autem sinus, qua parte bina illa folia ad geniculum copulantur, quibus aquas ex rore & imbribus in se colligunt, unde nomen traxit. At in cacumine caulis, singulis surculis singula insunt capitula, echino similia, oblonga & aculeata: quæ quidem arefacta candida spectantur, divisa vero per longitudinem in media medulla vermiculos ostendunt.* Plinius lib. 27. cap. 9. *Dipsacos folia habet lactucæ, bullasque spinosas in dorsi medio, caulem duûm cubitorum, iisdem spinis horridum, genicula ejus binis foliis amplectentibus, concavo alarum sinu, in quo subsistit ros salsus, in cacumine capitula sunt echinata spina. Nascitur in aquosis.* Non tradidit Dioscorides rorem salsum esse. Caret salsedine; qui velit experiatur, rem ita se habere comperiet. Unde ergo Plinius habet salsum esse rorem qui continetur in concavo sinu? Dipsacus idem est, ac si dicas sitibundus; quæ sitim excitant ut plurimum salsa esse solent. Hinc Plinius levi admodum conjectura, humorem in sinu foliorum dipsaci contentum salsum esse opinatus est. Dipsaci sive sitibundi nomen à contrario accepit; quoniam, ut inquit Dioscorides, concavo alarum sinu rorem vel imbrem recipiat, quo velut ad abigendas sitis injurias abutitur. Medicorum filii labrum Veneris vocare solent, quod nomen ab antiquis impositū est. Auctuarii Auctor, Ῥωμαῖοι λάβρουμ Βένερις, οἱ δὲ κάρδουμ Βένερις. *Romani labrum Veneris, vel carduum Veneris vocant.* Labri vel cardui Veneris nomen a carinato foliorum positu contraxit, quæ se anfractuosa sinuantia ambage pelvis vel lavacri speciem constituunt, & intra se humorē retinent. Dicitur & pastoris virga; credo ob longas virgas, quas detractis carduis pastores sumunt, & ea parte qua possit manu capi, aculeis nudant, reliqua autem aculeata gregem ducant. Vocatur præterea carduus fullonius, vel fullonum, quod eo rudes pannos velut echino quodam poliant, detractisque floccis carminent. Dipsacus alius sativus, alius sylvestris. Vulgata & recepta est opinio, non nisi culturæ mangonio utrumque differre dipsacum; lætiorem esse cultum, & humanis usibus utiliorem, contra qui locis sylvestribus & incultis reperitur, minus aptum. Hanc opinionem his verbis improbant adversariorum auctores.

Dipsacus de rijs.



Nec enim, inquiunt, videtur solo cultu evenisse, ut fullonum dipsacus aculeis aduncis, recurvis & rigidioribus, à labro veneris, sponte prodeunte tantum cultu distet; nam pleraque omnia culta molliora & teneriora, minusque spinosa evadere solent. At hic sativus capitibus est reductioribus, oblongis spinis, crebribus, aduncis, terram versus reflexis, adeo rigidis, ut stamina carpendo & vellendo filamenta non facile effringantur. Sed alter mollioribus, minoribus, surrectis, nec aduncis, longioribus multo, imbecillioribus: foliis item mollioribus, minoribus, haud dissimilibus, capitula crebribus, & bituminosis trifolio similibus. Illud fieri arbitror non ratione culturæ, sed quod in terram deferatur magis siccam & duram; nam in aquosis & mollibus tractibus nascitur. Hortense & cultum solum durius, firmius, sed pinguius. Dipsacus caulem edit rectum, præaltum, geniculatum, qui spinis undique præditus, è singulis articulis folia emittit duo, non modo invicem opposita, sed & caulem amplectentia, simulque coalita, atque ita cohærentia, ut exigui labri modo rorem imbremque imbrium retineant, quem etiam sole maximè splendente servant; longa autem hæc sunt, dilatè virentia, ac lactucæ similia, sed marginibus spinosa; dorso vero eminente durioribus etiam spinis rigentiora. Scaporum fastigia oblonga occupant capitula, mordacibus spinis echinata, mucronibus hamulorum instar reflexis, è quibus flosculi candidi, frequentius quidem sativo, sed dilutè purpurei sylvestri; semen succedit velut fœniculi, gustu amaricans: inalbicant per vetustatem capitula, ac in ipsis per medium sectis subinde quidā vermiculi reperiuntur: radix candida, mediocris longitudinis. Præter duo ista & tertium hujus generis ostenditur, prioribus foliis cauleque aculeato simile, sed procerius ac altius, capitulis vero brevioribus & rotundioribus, magnitudine videlicet tantummodo nucis. Humidis in locis apud Belgas invenitur. Botanici tertium hoc Dipsaci genus existimant esse galedragon cujus libr. 27. cap. 10. meminit Plinius. *Galedragon vocat Xenocrates leucantho similem, palustrem ac spinosam, caule ferulaceo, alto, cui summo capite inhæret simile ovo. In hoc crescente ætate vermiculos nasci tradunt, quos pyxide conditos adalligari cum pane brachio ad eam partem, qua dens doleat, mireque illico dolorem tolli:*

tolli: valere non diutius anno, & ita si terram non attigerit. Dipsacus tertius capitulum habet spinosum, quod quomodo ovo simile dici possit, non video. Dipsacus fullonibus inservit; ἐργάλεια κναφικὰ nempe instrumenta ex iis conficiunt, tractandis rudioribus pannis, excitandisque lanarum villis. Et hæc de dipsaco. Alia planta διψὰς. διψάδα & Arabicam spinam Dioscoridis eandem volunt. quam Ægyptiam etiam vocatam scribunt, quod in confinio Arabiæ & Ægypti nasceretur. Galenus lib. 6. simpl. ἄκανθα Αἰγυπτία. ἔνιοι δὲ Ἀραβικὴν ὀνομάζουσιν, ἔοικε δὲ καὶ τῇ παρ᾽ ἡμῖν ἀκάνθῃ τῇ λευκῇ. Dioscorides ἀκάνθη Ἀραβικὴ ἐοικυῖα τὴν φύσιν εἶναι δοκεῖ τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ, στύφουσα. *Spina Arabica natura spinæ albæ similis esse creditur, siquidem adstringit.* Certè utrum spina hæc Arabica sit dipsas à Theophrasto descripta, nec probare, nec negare possum. Facit ad illorum sententiam qui eandem credunt, quod in quibusdam codicibus ad capitis addatur finem, φύεται ἐν τραχώδεσι τόποις. *nascitur in locis asperis.* Dissuadet eandem esse, quod videatur stirps fuisse cognita satis & nota. Corrigendus Galeni codex de Arabica spina, loquentis. Ad finem capitis scriptum est, οὗτος δὲ καὶ τὰ φῦμα καὶ τὰ κατ᾽ ἕδραν ἐμφυσώμενα, καὶ εἰς οὐλὴν ἄγει τὰ ἕλκη. Hunc locum Ætius his verbis exscripsit. καὶ τὰ καθ᾽ ἕδραν ἕλκη ἐμφυσωμένη εἰς οὐλὴν ἄγει. Scripsit ergo Galenus, καὶ τὰ καθ᾽ ἕδραν ἐμφυσώμενα εἰς οὐλὴν ἄγει τὰ ἕλκη. *& ulcera sedis insufflata ad cicatricem perducit.* Alibi dixi, ex ipsis antiquis quosdam acaciam arborem & hanc spinam confundere. Cæterum non necesse est credamus spinam διψάδα esse arborem; quod dicat Theophrastus οὐδὲν δένδρον in illo tractu gigni, præter hoc genus spinæ. Non sequitur inquam ex eo arborem esse. Nihil arboris nasci ait in illa solitudine, sed διψάδα ibi tantum provenire, eamque admodum raram propter æstus.

οὐχ ὕει γάρ. Strabo lib. 17. raras istic pluvias ait; ex quo facile concludi potest, non esse tam raras ac Theophrastus ait. πρότερον μὲν οὖν ἐνυκτοπόρουν πρὸς τὰ ἄστρα βλέποντες οἱ καμηλέμποροι, καὶ καθάπερ οἱ πλέοντες ὥδευον, κομίζοντες καὶ ὕδωρ. νυνὶ δὲ καὶ ὑδρεῖα κατεσκευάκασιν, ὀρύξαντες πολὺ βάθος, καὶ ἐκ τῶν ὀμβρίων καίπερ ὄντων σπανίων ὅμως δεξαμενὰς πεποίηνται. *Initio camelis vecti per noctem iter agebant, astra observantes, quemadmodum nautæ, & aquam secum portabant: nunc terra in profundum effossa aquarum copiam paraverunt, & pluviis quanquam raræ sunt, cisternas fecerunt.* Frustra cisternas facerent, si quinto vel quarto tantum plueret anno. Quantum ex iis intelligere potui, qui loca supra Ægyptum Arabiam versus peragrarunt, quinto, sextoque mense tantum cadit imber. An ergo ἀντὶ ἐτῶν, μηνῶν scribendum? Ego quidem mutare non audeo.

Ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ ἐρυθρᾷ. Vox postrema in Aldina & Basileensi editione desideratur; quæ causa est cur Gaza, *at in mari* reddiderit, quod Doctiss. Heinsius non observavit. Verte, *at in mari rubro, &c.* Nascuntur arbores, non in ipso mari, sed in insulis in mari rubro sitis nasci has arbores, docet Strabo. προσκεῖνται δὲ νῆσοι τρεῖς, δύο μὲν ἐλαῶν κατασκίους, μίαν δὲ ἧττον κατάσκιον, μελεαγρίδων μεστήν. *Huic tres adjacent insulæ, duas ob olearum frequentiam opacas, alteram minus opacam, quæ meleagrides aves plures habet.*

Καὶ καλοῦσι αὐτά, &c. Plinius lib. 13. cap. ult. *In mari vero rubro sylvas vivere, laurum maximè & olivam ferentem baccas.* Dolendum quod foliorum formam non adscripserit Plinius.

Ἀρίᾳ. Vertit *ilici fœminæ.* Vide cap. 16. lib. 30.

Ἡ δὲ ἐλαία τῷ φύλλῳ. Vertunt, *laurus ariæ similis ex toto est, olea folio tantum.* Utrum laurus ariæ, pro qua *ilici fæminæ* oportebat dicere, ex toto, an ex parte similis sit, non tradit Theophrastus nec oleam folio tantum similem in Græco habetur codice. Placet Constantini conjectura, pro φύλλῳ scribentis φελλῷ. *Laurus ilici fœminæ similis, olea suberi.*

Ἐξ οὗ οἱ ἰατροὶ φάρμακον ἔναιμον, &c. Plinius libr. 12. cap. 17. *In Arabia & olea dotatur lachryma, qua medicamentum conficitur, Græcis inhæmon dictum singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus; In maritimis eæ fructibus, æstuque operiuntur. Nec baccæ nocetur, cum constet & foliis salem relinqui.* Postremam orationis partem aliunde quam ex Theophrasto hausit Plinius. Nec in maritimis Arabiæ arbores operiri inquit, sed in Indicis insulis, vel Indiæ vicinis; nec usquam tradidit, oleas esse arbores quæ æstu operiũtur. Scribe *enhæmon*, non *inhæmon*. Græcus auctor ἔναιμον. Quæritur, an rectius Gaza fecerit, quod interpretatus sit? *Ex quo medici sistendo sanguine medicamentum componunt:* An vero Plinius, quod Græcam servarit vocem. Gazæ versionem præferunt, quod proprie ἔναιμον indicet id quod dixit Gaza. Apud Dioscoridem libr. 1. ἐναίμων κολλητικόν, *sanguinolenta conglutinans* exponunt. Apud eundem libr. 4. τὸ ἔναιμον *quod cruentis injicitur vulneribus.* Celsus libr. 5. cap. 19. *Ex emplastris autem nulla majorem usum præstant, quam quæ cruentis protinus vulneribus injiciuntur.* Ἔναιμα vocant. Vide Gal. 1. de fracturis commentario tertio. Quæri solet, utrum oleæ hujus lachryma à recentioribus cognita sit, & quod improprie elemi gummi vocant, hujus oleæ lachryma sit? Quæ inter lachrymam & gummi sit differentia cap. 1. lib. 9. ostenditur. Elemi dictum putant quasi enhæmi, quod apud Græcos ἔναιμον sonat. Nomen ergo non male convenit, uti nec natale solum. Elemi ex Arabia Persiaque adfertur; vires utrique eædem. Sanandis cruentis vulneribus elemi præstantissimum, sanguinem fluentem sistit, inflammationes arcet ac reprimit. Nihil ergo impedit quo minus credamus, esse eandem lachrymã. Quæritur verò etiam, utrum sit oleæ Æthiopicæ lachryma? Occasionem errandi Strabo lib. 16. Geograph. præbuisse videtur. εἶτ᾽ ἔρημοι τρεῖς νῆσοι πλήρεις ἐλαιῶν οὐ τῶν παρ᾽ ἡμῖν, ἀλλὰ τῶν ἐντοπίων ἃς καλοῦμεν Αἰθιοπικάς. ὧν τὸ δάκρυον, καὶ ἰατρικῆς δυνάμεώς ἐστι. *Inde* (loquitur de Arabia) *sunt insulæ tres desertæ, oleis obsitæ, non nostratibus, sed indigenis, quas Æthiopicas vocamus, quarum lachryma medicam vim habet.* Non facile affirmari potest, utrum lachrymam a Dioscoride descriptam, an vero à Theophrasto intelligat. Æthiopicæ oleæ lachrymam Dioscorides lib. 1. cap. 141 describit, & duplicem esse tradit. τὸ δὲ δάκρυον τῆς Αἰθιοπικῆς ἐλαίας ἔοικέ πως σκαμμωνίᾳ ἔγκιρρον, ἐκ μικρῶν σταγόνων συγκείμενον, δηκτικόν. τὸ δὲ ὅμοιον κόμμι, καὶ ἀμμωνιακῷ μελανίζον, καὶ οὐ δηκτικὸν ἀχρεῖον, φέρει δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ ἡ παρ᾽ ἡμῖν ἐλαία καὶ ἡ ἀγριελαία. — καλεῖται δὲ Αἰθιοπικὴ ἐλαία, ἡ ἀγριελαία. *Æthiopicæ oleæ lachryma, quodammodo scammonio similis est, fulva, stillis constans exilibus, atque mordax. Quæ vero gummi & ammoniaci similitudinẽ refert, colore nigricans, nec gustu mordens, inutilis censetur. Nostrates oleæ oleastrique talem lacrymam ferunt.— appellatur autem Æthiopica olea, etiam olea sylvestris.* Primum genus inquit, stillis esse exilibus, scammonio similibus. Aliter legit Ægineta, ac ait, ammoniaco simile esse lib. 7. ἐλαίας Αἰθιοπικῆς τὸ δάκρυον προσεοικὸς ἀμμωνιακῷ λεπτῷ, ῥυπτικῆς ἐστι δυνάμεως. *Oleæ Æthiopiæ lachryma similis est ammoniaco tenui, extergenti facultate prædita.* An ergo ἀντὶ σκαμμωνίᾳ, ἀμμωνιακῷ λεπτῷ scribendum. Ea quidem interpretum Dioscoridis est opinio. *Neque vero,* inquiunt, *obstat, quod paulo post subjungit auctor, lachrymam ammoniaco similem inutilem & inefficacem esse: Nam de ea lachryma, quæ ammoniacum vulgare nimirum crassius, sordidius, impuriusve referat, hoc accipiendum existimaverimus.* Ego, salvo meliori judicio, vulgatam lectionem mutare non audeo; quod ea nitatur auctoritate Oribasii & Serapionis, qui sua ex Dioscoride transcribere solent, cum Ægineta Galenum sequi soleat. Sed conciliari possunt Dioscorides & Æginæta, si dicamus, ipsum scammonium aliquam habere cum ammoniaco similitudinem, Dioscoridem dixisse, ἔοικέ πως σκαμμωνίᾳ, *quodammodo scammonio similis.* Lachrymam oleæ Æthiopicæ Dioscorides δηκτικὸν inquit, ῥυπτικὸν Ægineta. Quæ uti nec plane sunt similia, ita nec omnino sunt dissimilia. Extergentia vim habent siccandi cum partium tenuitate, nec refert calida an frigida sint. Illud constat, calida quæ linguam etiam pungunt, esse extergentia, uti aloes, centaureum minus, elemi resina, quam gummi male dicunt. Dico male, quod igni exposita statim liquescat hæc lachryma, ac diffundatur, non aliter ac resina pini, piceæ, abietis, laricis, aliarumque resinam fundentium plantarum. Nullum autem gummi genus, igni liquatur, nisi addito aceto, aut vino, liquoreve alio; quæ nisi addantur, uritur. Elemi resina nec mordax est, nec linguam ullo vellicat modo. Alterum elemi genus ammoniaco simile ait. Sed non reticendum, verba hæc, καὶ ἀμμωνιακῷ, in Oribasii codicibus desiderari, & ἀντὶ μελανίζον, scriptum esse, τὸ δὲ ὅμοιον κόμμι μέγα, καὶ λεῖον οὐ δηκτικόν. τὸ δὲ μελανίζον δηκτικὸν καὶ ἀχρεῖον. φέρει δὲ καὶ τὸ τοιοῦτον ἡ παρ᾽ ἡμῖν ἀγριελαία. *Quæ vero similis est gummi magna & lævis, non erodit; at quæ nigricat erodens est atque utilis. talem vero apud nos oleastri ferunt.* In veteri codice, voces, καὶ ἀμμωνιακῷ, non haberi, testis Saracenus doctissimus Dioscoridis interpres. In eodem ἀντὶ μελανίζον, scriptum esse μέγα καὶ λεῖον, idem testatur, Mathiolus in codice quo usus est, ait se repperisse μέγα καὶ λεῖον. Serapio cap. 5. *Sed illud quod assimilatur gummi in magnitudine lanæ sine punctione, est malum sine juvamento ullo. & olivæ domesticæ & sylvestres quæ sunt in terra nostra, sunt ex quibus colligitur gummi in supra dictum modum.* Quid sit *in magnitudine lanæ,* ignoro, nec quid istis verbis velit interpres, percipere queo. Cæterum tam Dioscoridis, quam Oribasii lectionem corruptam puto; Veram scripturam, τὸ δὲ ὅμοιον κόμμι, μέγα

μέγα ἢ λεῖον, ἢ οὐ δηκτικὸν, ἄχρεῖον. *quæ gummi similis lachryma, magna & lævis, nec gustu mordens, inutilis habetur.* Elemi resina est densa & sicca, in grumos castanearum magnitudine concreta, foris in flavo sordida, intus flava, maculis modice candicantibus distincta, & thuris modo pinguis; saporem habet neutiquam mordentem, sed medium inter thus & colophoniam; odorem vero quam colophonia habet vehementiorem & cum suavitate quadam graviorem. Eligito syncerام, pinguem & translucidiorem. Duo quippe genera reperiuntur; vulgatissimum cum ammoniaco aliqualem habet similitudinem; alterum gummi magis refert, & hoc magis quam prius nigricat, magisq; translucidum est; attamen nec nigrum, nec transslucidum dici potest, lævius quoque quam prius. Huic simillimam resinam oleastri oleæque fundunt; ex quibus non malè fortassis quis conjiciet, esse lachrymam gummi Æthiopicæ deteriorem, sive secundo loco à Dioscoride descriptam. Cum autem duo elemi sint genera, Oribasiusque alterius lachrymæ Æthiopicæ duo quoque describat genera, cum quibus utrumq; elemi comparari posset, si postremum non tradidisset esse mordax, non malè fortasse quis opinaretur & Dioscoridem & Oribasium scripsisse, τὸ δὲ ὅμοιον κόμμι καὶ λεῖον οὐ δηκτικόν. τὸ δὲ μελανίζον οὐδὲ δηκτικὸν οὐδὲ ἄχρεῖον. In re incerta certi quid statuere nequeo: conjectura hic mera.

Ὅταν δὲ ὕδωρ, &c. Plinius loco citato. *Et cum pluat fungos qui sole tacti mutantur in pumicem.* Nihil de pluvia Theophrastus, cujus hæc sententia; cum æstus præter morem invasit, in littore generari fungos. Pergit Plinius; *Fruticum ipsorum magnitudo ternorum est cubitorum, caniculis referta, ut vix prospicere è navi tutum sit, remos plerumque ipsos invadentibus.* Hæc si cum Theophrasti verbis conferat Lector, admodum confusa reperiet. Hic in mari rubro, ubi laurus & olea, de quibus supra sermo, fruticum magnitudinem ternûm cubitorum esse, non dicit. Caniculos quidem in Erythræo mari reperiri docet; sed è navi non tutum prospicere, nusquam prodit, nec remos caniculos invadere scribit; verum frutices quæ in sinu Heroum inveniuntur ternûm cubitorum refert, ac in mari rubro non tum nare tradit, quod belluis refertum sit, plurimasque caniculas καρχαρίας habeat, sive, ut vertit Plinius, caniculas. Hesychius καρχαρίας ὁ θαλάσσιος κύων, ἢ ἰχθὺς εἶδος. Cæterum videndum utrum negligentia ac incuria librarii vox *marinis* omissa sit, scripseritve Plinius, *caniculis marinis referta.* In M S. codicibus, *ternûm est cubitorum*, pro *ternorũ est cubitorũ*, legitur.

Οἱ δὲ, ὅτι ἀνάπλους ἦν Plin. loco citato. *Qui navigare in Indos Alexandri milites, frondem marinarum arborum tradidere in aqua viridem fuisse, exemptam protinus in salem arescentem; juncos quoque lapideos perquam similes veris per littora, &c.* Scribe ex Theophrasto, *qui navigarunt ex Indis vel ab Indis*; Frondem inquit marinarum arborum in aqua viridem esse, Theophrastus algæ minutæ colorem habere tradit. Capillacea alga, quæ inter minores numerari debet, colore est neque viridi, neque intense pallido, qualis cinereus; alcyonia quæ ex mare Indico ad nos feruntur, colore sunt cinereo, dum in aquis sunt, ut ii, qui Indias peragrarunt, non semel retulerunt. nec sali vel duritia, vel colore similia sunt, antequam soli exposita sint. *Iuncos* inquit, *lapideos.* Apud mare Indicum, lapideos juncos, vulgaribus simillimos provenire scribit. Hippurim videtur describere, quam Clarissimus Carolus Clusius libr. 6. exoticorum cap. 8. saxeam vocat, qualem olim à Petro Dommero seplasiario diligentissimo accepimus. *Tota,* inquit Clusius, *planta in unam partem inclinabat, ut pleræque pelagicæ plantæ solent, & prorsus saxea apparebat, in imo mari scopulo aliquo, ut videbatur, adnata, cujus fragmentum infima parte adhuc retinebat. Ex Orientali Oceano allata ferebatur* (ex imo mari decerptam & ex Orientali India allatam constare sibi, dixit Domerus,) *eratque viginti uncias longa* (noster ramulus decem non superat uncias) *& in multos graciles ramos divisa, ac frequentibus nodis ac articulis distincta. Candicabat porro tota,* (noster ramulus inter viridè & candidum mediũ obtinet colorem, sive è viridi candidus est) *singulique articuli striati & veluti canaliculati erant, ad singula vero genicula sive nodos, graciliores & fusci splendentis tamen coloris, ut etiam singuli articuli* (qui interdum uncialis longitudinis, magna vero ex parte semiunciales, aut breviores erant) *fusco aliquo glutine connexi viderentur, interior autem plantæ pars lignosa erat, quemadmodum ex quibusdã abruptis articulis conspicere licebat.*

Φύεται γὰρ δενδρύφια, Corallum à Theophrasto describi putat doctiss. Constantinus. Locũ hunc Theophrasti primum examinabimus, deinde an corallum ab ipso describatur indagabimus. Græci auctoris mentem expressit Plin. lib. 13. cap. ultimo. *Et in alto* (mari) *quasdam arbusculas colore bubuli cornus ramosas, & cacuminibus rubentes: cum tractarentur, viridi modo fragiles, in igne autem ut ferrum inardescentes, restinctis colore suo redeunte.* Cornu bovini vel bubuli color nemini ignotus; talis non est corallo color. *Cacuminibus*, inquit Plinius, *rubentes.* Græcus codex corruptus, καὶ ἀπ' ἄκρου πυρά. Scribe, ἢ ἀπ' ἄκρου ἐρυθρά, quomodo etiam legit Theodorus. Utrum coralli extremitates tantum rubescant, norunt illi, qui vel coralli ramulos conspexerunt. *Cum tractantur viridi modo fragiles.* Scribo ex antiquo codice, *vitri modo fragiles.* Doctissimus Constantinus ἀντὶ συγκλᾶν scribit συγκρούῃ. Proprius ad vulgatam lectionem accedit συγκλονῆ. Συγκλονεῖν idem quod συγκρούω, *concutio, quatio, valide commoveo. Dum* ait Plinius, *tractantur*; intellige durius tractantur. Pauca tam fragilia, ut nullum ferant tactum. *In igne autem ut ferrum inardescentes*; in aliis, *exardescentes*; quod imitatus est Theodorus. *Ferrum*, inquit Scaliger, *potius ignescit & candet, quam ardet.* Fateor, sed habet Plinii auctoritatem Gaza. Malè in Aldino & Basiliensi scriptum est πῦρ, scribe περὶ vel εἰς πῦρ. *Restinctis colore suo redeunte*; Theodorus. *restinctas tamen tranquillari, ac eundem colorem servare.* Rectius, ut monet Scaliger, *deponere ignem* dixisset. Scribe ἀντὶ γινόμενα. γίνεσθαι, ut ante nos docuit Constantinus. Nunc videamus an corallum hic describat Theophrastus. Non tantum nobis hæc opinio ob causas jam allatas improbatur, sed etiam, quod Græcis optimè cognitum corallum, saltem Theophrasti ævo. Nam lib. de lapidibus, satis luculenter describit, ejus historiam. Græcis antiquis κουράλιον dicitur, uti Theophrasto loco citato. Dionisius libr. de orb. situ.

> Πάντη γὰρ λίθος ἐστὶν ἐρυθροῦ κουραλίοιο.
>
> *Passim autem lapis est rubri curalii.*

Antiqui Latini curalium dixerunt. Ovidius,

> *Sic & curalium, quo primum contigit auras.*

Recentiores Græci κοράλλιον dixerunt. Dioscorides lib. 5. cap. 139. περὶ κοραλλίου. τὸ δὲ κοράλλιον. Hesychius, κοράλλιον λίθος θαλάσσιος ἐρυθραῖος. *Coralliũ lapis marinus ruber.*

> Avienus.
>
> *— Fulvo tamen invenere corallo.*
>
> *Quærere vivendi commercia.*

Apud eundem Hesychium etiam per ω μέγα scribi κωράλλιον reperio. κωράλλιον παιδάριον. κόριον. Κωράλλεῖς οἱ ἀναλέγοντες τὸ κουράλιον παρὰ Σικελοῖς. *Corallium puella. coralleis qui apud Siculos corallum legunt.* Recepta jam sententia, κοράλλιον vel κουράλιον dici ἀπὸ τῆς κουρᾶς· ὅτι ἐν ἁλὶ κουρεῖται, *à tonsura, & præsectione, quod in mari veluti tondeatur. ac ferramento præcidatur.* Hujus etymi inventor Plinius lib. 32. cap. 2. *Itaque occupari, evellique retibus, aut acri ferramento præcidi. Hac de causa curalium vocitatum interpretantur.* Ergo ὅτι τῷ κείρεσθαι ἐν τῇ ἁλί. Experientia constat urinando expiscari solitos, non secus ac supra spongias & fucos eximi diximus. Sed hæc interpretatio non convenit, voci κοράλλιον, ut recentiores appellarunt Græci. magis arridet Eustathii etymon, qui ad versum Dionysii supra citatum, ex sanguine Gorgonis natum docet & corallium, quasi κόρης ἁλὸς, *pupilla maris dici.* τὸ δὲ κουράλιον ἐκ τοῦ Γοργόνος αἵματος ἀποστάξαι μυθεύεται, ἀφ' ἧς οἷα κόρης οὔσης, ἡ κλῆσις τῷ λίθῳ συνεκύρησεν. *Curalium ex sanguine Gorgonis distillare fabulantur, unde quasi pupilla existens, nomen curalii impositum.* Apud Theocrytum eidyl. 6. κώρα Doricè per ω μέγα pro κόρη legitur.

> Καὶ καλὰ μὲν τὰ γένεια καλὰ δ' ἔμιν ἁ μία κώρα.
>
> *Et pulchra mihi quidẽ barba, purchra vero hæc una pupula.*

Et ideo, ut notat Hesychius, ab aliquibus κωράλλιον per ω magnum scribitur. Sed quid impedit dicamus nomen impositum, ἀπὸ τοῦ κορεῖν, καὶ τῆς ἁλός, quod sit ornamentum & pulchritudo maris. De corallii nominis etymo hæc clarissimus tradit Salmasius. *Curalium ille* (Plinius) *hoc est,* κουράλιον ἀπὸ τῆς κουρᾶς *quod ferramento præcidatur, ac veluti tondeatur in mari; quæ interpretatio nullo modo possit convenire voci,* κοράλλιον, *ut recentiores id appellarunt:* κοράλλιον *& κουράλιον Græci vocant parvam κόρην. pupæ maximè, & imagunculæ quibus ludit puellaris ætas, ita vocantur.* Hesychius δαγὺς, κουράλλιον νύμφη λευκόκορος. Κουράλια *quoque dicuntur Luciano, ut olim observavimus. Dion Chrysostomus in Rhodiaco,* κόρας ὁμοίως, διὸ τοὺς ἀνδριάντας, ὥσπερ οἱ τὰς κόρας ταύτας ὠνούμενοι τοῖς παισίν. Hesychius γάγια κουράλια; *vitiosè, pro* γάγια *(apud Phavorinum eadẽ invenitur*

tur lectioquæ in vulgatis Hesichii codicibus. Si γάλγια mēdũ, *corrige & Phavorini codicē)* *Idē alio loco,* γέλγια, πήνη, σπάθαι, κουράλια· *(apud Hesychum & Phavorinum* κουλάρια *legitur; antiquum videtur esse mendum.) Græci propriè* γέλγη *vocant minutas merces, omne genus, quas* παντοπῶλαι *circumferunt.* Κουράλλιον *igitur &* κοράλλιον idem. *Parva nempe puella. Nec alia ratione moti recentiores, quod veteribus erat* κουράλιον, *dixere* κοράλλιον. *Nam* κούρη *&* κόρη *idē. Grammatici,* τὸ δὲ κουράλιον τὸ τοῦ γοργόνος αἵματος ἀποστάξαι μυθεύεται, ἀφ' ἧς ὡς κόρης οὔσης, ἡ κλῆσις τῷ λίθῳ ἐνεκράθησαν. Corallium etiam Gorgian vocatum lego. Solinus cap. secundo. *Curalium alias dicunt. Nam Metrodotus gorgian nominat.* Cur gorgian vocet, ex Eustathii loco jam bis citato, cognoscere licet. Plinio gorgonia dicitur lib. 37. cap. 10. *Gorgonia nihil aliud est quam curalium. Nominis causa, quod in duritiem lapidis mutatur. Emollit maria. Fulminibus & Typhoni resistere affirmant.* Antiquus codex. *nominis causa, quod in duritiem lapidis mutatur. Emollit marina, fulminibus & Typhoni resistere affirmant.* Hunc locum emendavit Salmasius in hunc sensum. *Nominis causa, quod in duriciem lapidis mutatur e molli marina.* Gorgonia inquit, ideo sic vocatur, quod è molli marina dura fit, & lapidea extra mare posita. Dioscorides ἐξ ἐναλίου μαλακοῦ ἔξαλον γενόμενον ἀπολιθοῦται. Plinii codicem corruptum ex eo probatur, quod mare illud, in quo corallium generatur, semper esset molle & placatum; quod falsum est. Nec, ut Plinius ait, Gorgonia dicitur, quod è molli marina dura fit & lapidea, sed quod ex stillis Gorgonii sanguinis nascatur, ut refert Eustathius. Plinius autem Gorgonias appellari tradit, quod e molli in duram convertantur substantiam, quod Gorgonas Poëtæ in lapides versas fingant. Ovid. lib. 5. Metamorphos.

Hi tamen ex merito pœnas subiere, sed unus
Miles erat Persei, pro quo, dum pugnat Aconteus,
Gorgone conspecta saxo concrevit oborto.
Quem ratus Astiages etiam dum vivere, longo
Ense ferit: sonnit tinnitibus ensis acutis.
Dum stupet Astiages naturam traxit eandem,
Marmoreoque manet vultus mirantis in ore.

Reliqua apud ipsum vide Poëtam. Corallium Diosc. lib. 5. cap. 139. describit. τὸ δὲ κοράλλιον, ὅπερ ἔνιοι λιθόδενδρον ἐκάλεσαν, δοκεῖ μὲν εἶναι φυτὸν ἐνάλιον, στερροποιεῖσθαι δὲ ὅταν ἐκ τοῦ βυθοῦ ἑλκυσθῇ, ἔξαλον γενόμενον, καὶ βαπτόμενον ὥσπερ ὑπὸ τοῦ περικεχυμένου ἡμῖν ἀέρος. εὑρίσκεται δὲ πλεῖστον ἐν τῷ κατὰ Συρακούσας ἀκρωτηρίῳ τῷ καλουμένῳ παχύνῳ. ἄριστον δέ ἐστι τὸ πυῤῥὸν τῇ χρόᾳ καὶ ἐμφερὲς ἀνθερικῷ χρώματι, ἢ σάνδυκι κατακορεῖ, εὐτελβὲς τε ἀσαύτως, καὶ ὁμαλὸν δι' ὅλης τῆς συγκρίσεως, ἔτι δὲ ὀσμὴν (vetus addit, γναδικὴν) βρυώδη καὶ φυκίοις ἐμφερῆ ἔχον. πρὸς δὲ τούτοις πολύοζον καὶ κινναμωμίζον τῷ τόπῳ τῶν θαμνίσκων. τὸ δὲ λιθῶδες τῇ συγκρίσει καὶ τῇ χρόᾳ ψαφαρὸν, σποργγῶμενον τι καὶ χαῦνον, φαῦλον εἶναι ὑπεῖναι. Hæc in hunc sensum vertit Ruellius. *Corallium, quod aliqui lithodendrum appellarunt, marinum esse fruticem constat, qui alto extractus, duratur statim atque emergit, tanquam offuso aëre protinus concrescit. Plurimum invenitur ad Syracusas, in promontorio, cui pachyno nomen est. laudatissimum rubens, colore antherici, aut sandicis saturatæ, nec secus terenti facile cedens, æquabili usque quaque concremento, rursus algæ aut fuci marini odore, quam ramosissimum, forma fruticis, cinnamomi æmulum. Quod autem in lapidis duritiem coit, scrupulosum, inane, & lacunosum vitiosum existimatur.* De corallio hæc Plinius lib. 32. cap. 2. *Quantum apud nos Indicis margaritis pretium est, de quibus suo loco satis diximus, tantum apud Indos in curalio. Namque ista persuasione gentium constant. Gignitur quidem & in rubro mari, sed nigrius. Item & in Persico, vocatur jace, laudatissimum in Gallico sinu circa Stœchadas insulas, & in Siculo circa Heliam ac Drepanum. Nascitur & apud Graviscas, & ante Neapolim Campaniæ: maximeque rubens, sed molle, & ideo vilissimum Erythris. Forma est ei fruticis, color viridis. Bacæ ejus candidæ, sub aqua ac molles: exemptæ confestim durantur, & rubescunt, quasi corna sativa specie, atque magnitudine. Ajunt tactu protinus lapidescere si vivat. itaque occupari, evellique retibus, aut acri ferramento præcidi. Hac de causa curalium vocitatum interpretantur. Probatissimum quam maximè rubens, & quam ramosissimum, nec scabrosum aut lapideum, vel rursus inane, aut concavum. Auctoritas baccarum ejus non minus Iudæorũ viris quoque pretiosa est, quam fœminis nostris uniones Indici. Aruspices eorum vatesque imprimis religiosum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur. Itaque & decore & religione gaudent. Priusquam hoc innotesceret, Galli gladios, scuta, galeas adornabant eo; nunc tanta penuria est vendibili merce, ut perquam raro cernatur in orbe suo.* Hæc Plinius. Nunc quæ & in Plinii & Dioscoridis verbis observanda videamus. Apud Indos in magno pretio & æstimatione esse, ait Plinius. Scribe, *tantum apud Indos curalio,* deleta improba voce *in*. Dioscorides λιθόδενδρον ab aliquibus vocatum scribit; credo quod substantia sit lapidea, ramusculosque ac radices instar arboris vel fruticis habeat. Verba hæc Dioscoridis, δοκεῖ μὲν εἶναι φυτὸν ἐνάλιον, *usque ad* ἡμῖν ἀέρος, corrupta esse inter auctores convenit. Duas voces deesse putat Doct. Janus Cornarius, ut sit legendum, δοκεῖ μὲν εἶναι φυτὸν ἐνάλιον. στερροποιεῖσθαι δὲ ὅταν ἐκ τοῦ βυθοῦ ἑλκυσθῇ (ἑλκυσθῇ) ἔξαλον γενόμενον. καὶ βαπτόμενον, ἤτοι πηγνύμενον ὥσπερ ὕδατι σίδηρος ὑπὸ τοῦ περικεχυμένου ἡμῖν ἀέρος. Quæ sic convertit, *Marinam plantam esse constat, quæ quidem alto mari exempta, & extra mare posita, ut quæ a circumfuso nobis aëre, velut ferrum ab aqua tingitur, sive compingitur.* Hujus emendationis occasionem non dubio dedisse vocem, βαπτόμενον, quæ a Ruellio omissa est. Βάπτειν autem *tingere, immergere* significat; unde suspicatus est, doctissimus Cornazens hunc esse verborum Dioscorides sensum: Quemadmodum ferrum candens, vel igni emollitum, aqua temperatum, mersumve statim durescit & solidatur. Ita & corallium in aquis molle, mari exemptum, quam primum ab offuso sive ambiente aere tactum est, durari & concrescere. Hæc lectio quæ nulla veterum auctoritate confirmata est, non probatur Saraceno, cujus sententiam cur improbem, causam habeo nullam. Idem Saracenus probabili ductus conjectura, tum & vetustum Dioscoridis interpretem imitatus, pro βαπτόμενον legere mavult λιθούμενον, seu πετρούμενον, ut hic sit sensus. *Marinam esse plantam constat quæ quidem alto mari exempta, duratur statim atque emergit, quasi a circumfuso nobis aëre lapidescat, concrescatve.* Et hæc quidē lectio habet auctorem Oribasiũ. Sic enim vertit interpres. *marina esse planta videtur, quæ profundo extracta mari duratur, tanquam offuso nobis aëre concrescat.* Hac de causa quod sub aquis molle sit, extractum lapidescat, non omnino lapidem esse ait Theophrastus, sed ὥσπερ λίθος. Verba Theophrasti habentur in libello de lapidibus. τὸ γὰρ κουράλιον, καὶ γὰρ τοῦτο ὥσπερ λίθος, τῇ χρόᾳ μὲν ἐρυθρὸν περιφερὲς δ' ὡς ἂν ῥίζα. *Curalium enim: nam hoc veluti lapis est, colore quide rubrum est, teres autem tanquam radix.* Satis apertè Ovidius lib. 5. Metamorph. cecinit curalium dum in aquis est, molle esse; mox ubi aeris sentit aflatum, durescere.

Nunc quoque curaliis eadem natura remansit,
Duritiem capto capiant ut ab aëre, quodque
Vimen in æquore erat, fiat super æquora saxum:
Rursum lib. 15.
Sic & curalium quo primum contigit auras
Tempore durescit, mollis fuit herba sub undis.

Eadem Solini sententia cap. 2. *Ligusticum mare frutices procreat, qui quantisper fuerunt in aquarum profundis fluxi sunt, tactu quoque carnulento: deinde ubi in supera attolluntur, naturalibus saxis derogati lapides fiunt: nec qualitas illis tantum, sed & color vertitur. derogatos naturalibus saxis lapides vocat, genitali vel natali solo detractos & exeptos.* Naturalia saxa vocat, saxa in fundo maris, sub quibus, aut inter quæ nascitur curalium. Naturalis humor, genitalis materia eidem Solino eodem cap. *Quod si naturalis humor hæserit, decimus à conceptu dies dolore gravidas admonebit. Laudatissimum* inquit esse Plinius, *in Gallico sinu circa Stœchades insulas, & in Siculo circa Heliam ac Drepanum. Nasci & ait apud Graviscas & ante Neapolim Campaniæ.* Dioscorides plurimum inveniri ait in Promontorio Syracusis imminente, cui Pachino nomen est. In Toletano exemplari habetur, *in Siculo circa culias & Drepanum.* Vulgata præstat lectio. vide cap. 5 lib. 3. ubi Siciliæ oppidum Heliam dicit. Eodem libro cap. 8. ait Drepanum esse Siciliæ promuntorium. Eodem & capite Pachynũ ejusdem insulæ promuntorium scribit. Antiquus noster codex corruptus admodum, in eo scriptum est, *in Gallico sinu, circa Orchadas insulas.* Orchades insulæ Scotiæ vicinæ, Galliæ Stœchades. Probatissimum corallium Dioscorides inquit. τὸ πυῤῥὸν τῇ χρόᾳ καὶ ἐμφερὲς ἀνθερικῷ χρώματι, ἢ σάνδυκι κατακορεῖ. Doctissimus Cornarius. ἀντὶ ἀνθερικῷ, scribit, σανδαράχῃ. Placet hęc conjectura Saraceno, idque quod Serapio ita legit. Rubentem enim, sive è puniceo rubescentem colorem exprimere voluit Dioscorides, qualis nusquam in asphodeli flore conspicitur, quē ἀνθερικὸν vocat, quique è contrario candidus. Cogitavi quandoque, utrum vulgata lectionon possit servari, ac vox ἀνθερικῷ, quæ & apud Oribasium reperitur, non possit intelligi de candido corallo; præsertim cùm apud Syracusas sive Siciliam corallũ reperiatur

niveι

nivei coloris, quod non, ut rubrum, compactum ponderosumque sit, sed levius ac rarius, ac spongiarum modo inane. Attamen, quia recepta jam est opinio, rubrosũ longe magis refrigerare, ac proinde eo uti Medicos, ubi majore refrigeratione opus est; facile in animum induxi, albi coralli colorem, asphodeli floris colori comparari à Dioscoride. Quippe non fit verisimile, Dioscoridem candidum non vidisse corallum, cum in eodem reperiatur pelago. De coralli colore hæc Plinius. *Nascitur & apud Graviscas, & ante Neapolim Campaniæ: maximeque rubens, sed molle, & ideo utilissimum erythris.* In antiquo nostro codice, *& ideo vilissimum erythris.* Scribe, *& ideo vilissimum erythræum.* Hoc vilissimum quod nigrius. Sic enim paulo ante; *Gignitur quidem & in rubro mari, sed nigrius, item in Persico vocatur Iace.* An illud nigrius maris Erithræi, quod Dioscorides antipathes vocat. ac cap. 140. lib. 5. describit? καὶ τὸ καλούμενον δὲ ἀντιπαθὲς κοράλλιον φυτέον ὑπολαμβάνειν, εἰδικὴν ἔχον διαφοράν. ἔστι δὲ τῇ μὲν χρόᾳ μέλαν, δενδροειδὲς δὲ καὶ αὐτὸ, καὶ ὀζῶδες μᾶλλον. *Quod antipathes vocatur, corallium quoque esse censendum est, sed specie tantummodo distans. est autem colore nigro, arboris & ipsum figura, at magis ramosum.* Ἀντιπαθὲς dicitur, quod adversus effascinationes, incantationes & amoris faciendi artes magicas potenter est efficax. Hesych. ἀντίτομον φάρμακον ἀντιπαθὲς, ὅπερ ὁ ποιῶν οὐ βλάπτεται ὑπό τινος ἀλεξιφάρμακον. Lælius in apologia Apulei.


Antipathes illud quærito,
Philtra omnia undique irruunt.

Plinius lib. 37. cap. 10. *Antipathes nigra non translucet. Experimentum ejus si coquatur in lacte: facit enim hoc myrrhæ simile immissa. eamque contra effascinationes auxiliari Magi volunt.* Nigram & non translucidam inquit; ideo ab Agricola hælmatites niger dicitur. Antipathes cum non in mari nascatur, sed in montibus, non potest esse nigrum corallũ maris rubri. Ctesias apud Stobæum, ὄρος ἐστὶ τῆς Μυσίης ἔρυθρας καλούμενον. γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος ἀντιπαθὴς προσονομαζόμενος, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς ἀλφούς, καὶ λέπρας δι' οἴνου τριβόμενος, καὶ τοῖς πάσχουσιν ἐπιτιθέμενος. *Mons est Mysiæ qui Erythras vocatur, in hoc lapis generatur, qui antipathes dicitur. Hic in vino tritus & impositus potenter valet adversus vitiliginem, lepramque.* Recentiores corallium nigrum vocant, quod Dioscorides antipathes. *Nigrum,* inquit Matheolus, *corallium, quod Dioscorides antipathes vocari ait, primum vidi ego Neapoli ebenum colore referens, atque post hac pulcherrimam ejus plantam dono mihi dedit Anzianus quidam, qui quotannis mihi è Gardano Apuliæ monte afferre solet. Ea enim prope radices brachii ferè crassitudinem æquat, & à medio trunco in ramos sese diffundit: Res quidem visu digna & rara. Massiliæ quoque inter corallia occurrit, insigni livore, perpolitum, colore nigerrimo.* Ad nos corallum nigrum ferri solet, sed in grana jam tornatum. Quorundam opinio est, duo esse ἀντιπαθοῦς genera: unum quidem corallii speciem: alterum gemmam, de qua Ctesias. Antipathes ergo coralli genus corallum nigrum erythræum Plinii. Pergit Plinius; *Forma est ei fruticis, color viridis:* puta dum adhuc in mari est, & nondum politum ac purgatum. Sequitur; *baccæ ejus candidæ sunt sub aqua, ac molles: exemptæ repentè durantur, & rubescunt, quasi corna sativa; specie atque magnitudine.* Doctiss. Cornarius legit, *qua corna sativa*, quomodo Plinius loqui solet. Hallucinatur, quod scribit, rotunda grana illa, quę vulgo etiã hodie tornantur ex corallio, baccas esse fruticis ipsius, ita nascentes. Nemo unquam in ipso frutice baccam vidit, aut observavit. Grana quæ ex ipso frutice tornantur, quandoq; cornum referunt, quandoq; alium fructum rubrum rotundiorẽ, quam *ribem* vocant: grana quę in coralliorum monilibus cornis, cerasis similia visuntur, ex ipsorũ truncis torno & lima prius parantur, mox smyridis lapidis pulvere, & terra quadã, quæ è Tripoli Africæ adfertur, expoliuntur, & lucidum lævorem contrahunt, si iis diutius fricantur. Adhæc corallia è mari circumquaq; muscosa eximuntur, nec tunc ulla ex parte rubescunt, verum artificibus tradita, deraso cortice rubent, & perpolita nitescunt. Καὶ τῇ χρόᾳ ψωρόν. ψωρὸν χρῶμα in rerum non est natura. Cornarius legit, τῇ χρόᾳ ὠχρόν. *colore pallidum.* Coralliũ reperiri pallidum flavescens, quod ὠχρὸν significat, certum est. Saracenus vero voces illas τῇ χρόᾳ, ceu redundantes expungit, contentusq; est, ψωρὸν, ex Plinio, *scabrosum* interpretari. Sic enim Plinius, *Probatissimum rubens, & quam ramosissimum, nec scabrosum, aut lapideum, vel rursus inane, aut concavum.* Antiquus noster codex habet, *probatissimum quam maximè rubet: & quam ramosissimum, nec scabiosum: aut lapideũ; vel rursus inane, aut concavum.* In Toletano codice etiam *scabiosum* scriptum esse, testatur Pintianus. ψωρὸν apud Græcos, quod Latini scabiosum vocant, significat. Antiqui ergo codicis lectio præferenda. *Aruspices eorum, vatesque, in primis religiosum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur.* Idem Solinus; *Excuduntur ex iis multa gestamina: habet enim, ut Zoroaster ait, materia hæc quandam potestatem, ac propterea quicquid inde fit, ducitur inter salutaria, &c.* Gestamina dicuntur omnia quæ gestantur ad ornatum


Coralli primum rudimentum.



Iuncus, hippuris saxei.



Corallum.



aut indutum. *Prius quam hoc notesceret Galli gladios, &c.* Antiquus codex; *Prius quam hæc notescerent.* Doctiss. viris alterius codicis placet lectio. *Priusquam hoc nos deceret Galli gladios, scuta, galeas adornabant eo, nunc tanta penuria est vendibili merce, ut perquam raro visatur in suo orbe.* Apud nos corallii penuria nulla; usque adeo abundat Batavia, ut ferè nulli reperiantur infantuli, nullæque puellæ (iis exceptis quæ auro & margaritis, unionibusque ornatæ sunt) quibus non gestentur corallii monilia, aut collo, aut brachiis suspensa. Ex Siculo mari extrahitur, atque inde ad nos defertur. Coralliũ fruticis forma, colore rubiæ radicis æmulum, universæ Europæ pervulgatum maximique usus & commodi. colore nonnihil variat, quandoq; intenso, nonnunquam diluto colore cernitur rubro; interdũ fuscũ spectatur, rarius subflavescit, & hoc vilissimũ; contra quod intense rubrũ prestantissimũ.

De nigro corallio satis dixi. Sub undis Tyrrheni pelagi, ubi & rubrum reperitur, corallium candidum extrahitur, similibus crebris, surculosis, anfractibus & flagellis, sed acetabulis insculptum polypi piscis æmulatione. Quandoque est stipite longe crassiore, brachium æquante, & materia magis fungosa, multis acetabulis insculpta aut inscripta. Universa planta pedem unum longa est, vixque cubitum proceritate superat. Variat etiam; quod quandoque asperum & striatum sit, quandoque non; non raro verrucosum est, punctis notatum; interdum stellatum est. Coralli truncum exhibeo crassum, quale ab omnibus observatum. Alterum corallium est recens natum. ramulos adeo tenues hæc habet, ut acus vulgaris crassitiem non superent. Truncus colore candidissimus est, ac pueri digiti minoris crassitie; ramulus ex eo qui nascitur tenuissimus, colore non est candido, sed pallido subfulvescente. An omnia coralli tenuissima, ac recenter nata virgulta tali colore, mihi non constat. Et hæc de corallo.

Ἐν δὲ ταῖς νήσοις - usque ad ἡλίκα πλάτανοι. Non Theodorus de suo addidit vocem populorum, sed ipse Theophrastus scripsit, ἡλίκα πλάτανοι λεῦκαι. Plinius lib. 13. cap. ult. *Eodem tractu insularum sylvas operit æstus, quanquam altiores platanis populisque altissimis.* Librariorum negligentia vox λεῦκαι deperdita. Græcus auctor, *magnitudine platani*; Latinus, *altiores platani*.

Τὰ πρυμνήσια. τὸ πρυμνήσιον non est ipsa navis, ut recte monet Scaliger, sed funis quo navis ad terram vel oram à puppi religatur; rudentem vocat Plinius. Hesychius πρυμνήσια ἀπόγεια σχοινία· id est, *funes nautici, quibus naves alligantur littori.* ἀπόγεια, *navium retinacula.* Unde apud Lucianum, τὰ ἀπόγεια λύεσθαι, *oram solvere.* τὰ ἀπόγεια λύε, *à ripa vel littore solve*; Supple τὰ σχοινία, *funes.* Theodoro (si modo peccavit) errandi occasionem dedit Plinius. Loco enim citato ait: *Eodem tractu insularum sylvas operit æstus, quanquam altiores platanis, populisque altissimis. Folia iis lauri, flos violæ & odore & colore, baccæ ut oleis, & ipsæ odoris jucundi, autumno nascentes foliis nunquam deciduis. Harum minores totas integit mare; maximarum cacumina extant, ad quæ naves religantur, & cum recessit æstus ad radicem.* τὰ πρυμνήσια, vertit, *naves*: Latinis loquendi hic modus satis familiaris. Ex eodem Plinio ἀντὶ οἴσυς legit Theodorus ἴοις. Vera lectio, ut statim dicam, λευκοΐοις. Theophrastus non tantum baccas autumno nasci ait, sed flores fructusque primo autumno nasci, vere defluere; quod de solo fructu accipiendum existimo. Non solent flores tam diu vigere. Fructum hunc Plinius olivæ similem facit, cum olivæ magnitudine eum tradat Theophrastus. Dixi legendum λευκοΐοις, quod ex Arriano probo, lib. 6. de expeditione Alexandri. ubi ex Aristobuli auctoritate, in Gadrosorũ regione arborem hanc foliis lauri flore leucoy, nasci tradit, his verbis. Εἶναι δὲ καὶ ἄλλα δένδρα ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὸ μὲν τι δάφνῃ ἐοικὸς τὸ φύλλον· καὶ τοῦτο ἐν τοῖς προσκλυζομένοις τῇ θαλάττῃ χωρίοις πεφυκέναι· καὶ ἀπολείπεσθαι μὲν τὰ δένδρα πρὸς τὴν ἄμπωτιν ἐπὶ ξηροῦ· ἐπελθόντος δὲ τοῦ ὕδατος, ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐπικλύζεσθαι, ὅσα ἐν κοίλοις χωρίοις ἐπεφύκει. ἔνθεν δὲ οὐχ ὑπενόστει τὸ ὕδωρ, καὶ ὅμως οὐ διαφθείρεσθαι τὸ δένδρον πρὸς τῆς θαλάσσης. εἶναι δὲ τὰ δένδρα ταύτῃ πήχεων τριάκοντα ἔστιν ἃ αὐτῶν. τυχεῖν τε ἀνθοῦντα ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ. καὶ τὸ ἄνθος εἶναι τῷ λευκῷ μάλιστα ἴῳ προσφερές. τὴν δὲ ὀδμὴν δὲ πολύ τι ὑπερφέρειν. καὶ ἄλλον εἶναι καυλὸν, ἐκ τῆς ἀκάνθης πεφυκότα, καὶ τοῦτον εἶναι ἰσχυρὴν τὴν ἄκανθαν, ὥστε ἤδη τινῶν καὶ παρελαυνόντων ἐμπλακεῖσαν τὴν ἐσθῆτα, κατασπάσαι ἀπὸ τοῦ ἵππου μᾶλλον τι τὸν ἱππέα ἢ αὐτὴν ἀποσπασθῆναι ἀπὸ τοῦ καυλοῦ. καὶ τῶν λαγωῶν λέγεται, ὅτι παραθεόντων ἔχεσθαι ἐν ταῖς θριξὶν αἱ ἄκανθαι. καὶ ὅτι οὕτως ἡλίσκοντο οἱ λαγωοὶ καθάπερ ὑπὸ ἰξοῦ αἱ ὄρνιθες, ἢ τοῖς ἀγκίστροις οἱ ἰχθύες. σιδήρῳ δὲ ὅτι διακοπῆναι οὐ χαλεπὴν εἶναι. καὶ ὀπὸν ὅτι ἀνίησι πολὺν ὁ καυλὸς τῆς ἀκάνθης τεμνομένης, ἔτι πλείονα ἢ αἱ συκαῖ τοῦ ἦρος, καὶ δριμύτερον. *Alia præterea ibi nasci arborum genera, quarum folia lauri foliis sunt similia, atque eas quidem iis locis quas mare alluit nasci, & recedente æstu in sicco destitui; accedente vero æstu inundari eas, quæ in concavis atque sinuosis locis nascuntur. Ubi vero mare non recedit, ne iis quidem locis natas arbores à mare corrumpi. Harum arborum altitudinem esse triginta cubitorum; ac tum quidem temporis floruisse: florem albæ violæ persimilem esse, odoris tamen suavitate longe superare. Caulem quoque esse ex spina ortum, eique adeo validam spinam adnasci, ut si cujus adequitantis vesti implicata fuerit, eques citius equo detrahatur, quam ipsa à caule avellatur. Leporum etiam prætercurrentium pilis ita adhærescere spinæ dicuntur, ut perinde ac visco aves, aut hamis pisces, ita lepores spinis istis capiantur. ferro tamen non difficulter incidi, spinaque dissecta multum succi emitti, multoque uberiorem quam ex ficubus verno tempore, ac magis acrem.* Duas videtur describere plantas; unam folio laurino, flore leucoii, de qua Theophrastus; alteram caulem vocari, & ex ea spinam nasci valde mirabilem. An spinam describit, de qua Theophrastus lib. 4. cap. 4. cujus succum cæcitatem inferre dicit? Acrimonia illa sua videtur visum lædere ac necare.

Ὅμοιον ἔχειν τοῖς θέρμοις. Plinius libr. 13. cap. 25. *Alias quoque arbores in alto ab eisdem accepimus, eodem in mari visas, semper folia retinentes, fructu earum lupino simili.* Non ait Theophrastus in alto nasci hanc arborem, sed ad idem mare, ad quod arbor folio lauri, flos leucoii. An hæc arbor quam Arrianus καυλὸν vocat? Non fit probabile. Equidem Theophrastus mentionem spinæ istius mirabilis fecisset.

Περὶ δὲ τὴν Περσίδα τὴν, &c. Plinius libr. 12. cap. 9. *Gentes supra dictas Persis attingit, rubro mari (quod ibi Persicum vocavimus.) longè in terra æstus agente, mira arborum natura. Namque erosæ sale, invectis derelictisque similes, sicco littore radicibus nudis polyporum modo amplexæ steriles harenas spectantur. Eædem mari adveniente fluctibus pulsatæ, resistunt immobiles. Quin & pleno æstu aperiuntur totæ: apparetque rerum argumentis asperitate aquarum illas ali. Magnitudo miranda est, species similis unedoni, pomum amygdalis extra, intus contortis nucleis.* Adrachnem vertit, *unedonem.* Vide quæ libr. 3. dicta sunt. καρπὸν δὲ ἔχει πολὺν, usque ad, πάσιν. Vertit, *pomum amygdalis extra, intus contortis nucleis.* Male ergo in Aldino & Basiliensi codice, τὸ δὲ ἐντὸς συνελίττεται καθάπερ συνηρτημένον. συνηρμένον, *contortum, convolutũ.* Suidas, συνηρμένον· συνεσφιγμένον. Lege apud eundem Theophrastum, ὡς τρέφονται τῇ θαλάσσῃ καὶ οὐ τῷ ὕδατι. Depravata vulgata lectio, τρέφονται πάντῃ, *apparetque*, ait Plinius, *rerum argumentis asperitate aquarum illas ali. Marinam aquam asperam vocat,* credo ob salsedinem. Male etiam paulo ante, ὕδωρ δὲ ὅλως ἐν τῷ τόπῳ, legitur. Deest οὐδέν. ὕδωρ δὲ ὅλως οὐδὲν ἐν τῷ τόπῳ.

Καὶ φυκώδη. Theodorus, συκώδη. Vulgata non displicet lectio; quippe quæ in mari nascuntur alto, fuci quandam speciem ostendunt.

ΚΕΦ. Θ.

CAP. IX.

De arboribus, quæ in Tylo insula, quarum nonnullæ lanigeræ sunt. De plantis, quæ in amnibus, paludibus, stagnisque proveniunt: deque Papyro, Sari, Mnasio.

Ἐν Τύλῳ δὲ τῇ νήσῳ (κεῖται δ' αὐτὴ ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ) τὰ μὲν πρὸς ἕω τοσοῦτον πλῆθός εἶναί φασι † δένδρων, ὅτ' ἐκβαίνει ἡ πλημμυρὶς, ὥστ' ἀποχυρῶσθαι. πάντα δὲ ταῦτα μεγέθη μὲν ἔχειν, ἡλίκα συκῆ. τὸ δὲ ἄνθος ὑπερβάλλον τῇ εὐωδίᾳ. καρπὸν δὲ † ἄβρωτον, ὅμοιον τῇ ὄψει τῷ θέρμῳ. φέρειν δὲ τὴν νῆσον καὶ τὰ δένδρα καὶ τὰ ἐριοφόρα πολλά. ταῦτα δὲ φύλλον μὲν ἔχειν ὅμοιον τῇ ἀμπέλῳ, πλὴν † μικρὸν. καρπὸν δὲ οὐδένα φέρειν. ἐν ᾧ δὲ τὸ ἔριον, ἡλίκον μῆλον ἐαρινὸν συμμεμυκός. ὅταν δὲ ὡραῖον ᾖ,

"τῇ Const.
† ἀποχυρῶσθαι· πάντα Ald. Bas.
δένδρων. ὥστ' ἐκβαίνει ἡ πλημμυρὶς ἀποχωροῦσα, πάντα Scal.
‡ ἄβρωτον διὰ τραχύτητα, ὅμοιον.
† μικρότερον.

In Tylo autem insula, quæ in sinu Arabico est, parte ad Orientem spectante, tantam arborum multitudinem esse affirmant "ubi æstus recesserit, ut locus frequentissimo vallo munitus relinquatur: atque his omnibus magnitudo, quæ fico: flos odore excellens, † fructus ingustabilis, & visu lupino similis. Lanigeras quoque arbores multas eandem insulam ferre proditum est: has folia vitigena gerere, verum minora, fructum nullum. Id in quo lana continetur ‡ mali amplitudine cerni, vere nasci compressum, cum tempestivæ maturitatis autẽ maturius est & hiscere, & expandi incipit, lanam incolæ extrahunt.

" etenim ubi fervor recedit, resorbetur.
† fructus ingustabilis, propter asperitatem, & visu.
‡ magnitudine mali verni, quandiu comprimitur ac conivet, cum

ἐκπετάννυσθαι καὶ ἐξαιρεῖν τὸ ἔριον, ἐξ οὗ τὰς σινδόνας ὑφαίνουσι, τὰς μὲν εὐτελεῖς, τὰς δὲ πολυτελεστάτας. γίνεται δὲ τοῦτο καὶ ἐν Ἰνδοῖς ὥσπερ ἐλέχθη καὶ ἐν Ἀραβίᾳ. εἶναι δὲ καὶ ἄλλα δένδρα τὸ ἄνθος ἔχοντα ὅμοιον τῷ * λευκοΐῳ, πλὴν ἄοδμον, τῷ μεγέθει, τετραπλάσιον τῶν ἴων. καὶ ἕτερόν " τι δένδρον πολύφυλλον, ὥσπερ τὸ ῥόδον. τοῦτο δὲ τὴν μὲν νύκτα συμμύειν, ἅμα δὲ τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι διοίγνυσθαι· μεσημβρίας δὲ τελέως † διεπτύχθαι· πάλιν δὲ τῆς δείλης συνάγεσθαι, καὶ κατὰ μικρὸν τὴν νύκτα ‡ σημαίνειν. λέγειν δὲ καὶ τοὺς ἐγχωρίους, ὅτι καθεύδει. γίνεσθαι δὲ καὶ τοὺς φοίνικας ἐν τῇ νήσῳ, καὶ " ἀμπέλους, καὶ τἄλλα ἀκρόδρυα, † καὶ συκᾶς, αἳ φυλλοροοῦσιν. ὕδωρ δὲ οὐράνιον γίνεσθαι μὲν, οὐ μὴν χρῆσθαί γε πρὸς τοὺς καρπούς. ἀλλ' εἶναι κρήνας μὲν ἐν τῇ νήσῳ πολλὰς, ἀφ' ὧν πάντα βρέχειν ‡ ὃ καὶ συμφέρει μᾶλλον τῷ σίτῳ καὶ τοῖς δένδρεσι. διὸ καὶ ὅταν ὕσῃ, τοῦτο ἐπαφιέναι καθαπερεὶ καταπλύνοντες ἐκεῖνο. καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ ἔξω θαλάσσῃ δένδρα τάγε νῦν θεωρούμενα, σχεδὸν τοσαῦτά ἐστιν· ὑπὲρ δὲ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς λίμναις, μετὰ ταῦτα λεκτέον.

τρία δέ ἐστιν εἴδη τῶν ἐν τούτοις· τὰ μὲν δένδρα, τὰ δ' ὥσπερ ποώδη, τὰ δὲ, λοχμώδη. λέγω δὲ ποώδη μὲν οἷον τὸ σέλινον, τὸ ἔλειον, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. λοχμώδη δὲ, κάλαμον, κύπειρον, φλεῶ, σχοῖνον, βούτομον. ἅπερ σχεδὸν κοινὰ πάντων τῶν ποταμῶν καὶ τῶν τοιούτων τόπων ἐστίν. ἐνιαχοῦ δὲ καὶ βάτοι, καὶ παλίουροι, καὶ τὰ ἄλλα. δένδρα δὲ, καθάπερ ἰτέα, λεύκη, πλάτανος. τὰ μὲν, ὥστε ὑπὸ τοῦ ὕδατος κατακρύπτεσθαι, τὰ δὲ, ὥστε μικρὸν ὑπερέχειν· τῶν δὲ, αἱ μὲν ῥίζαι καὶ μικρὸν τοῦ στελέχους ἐν τῷ ὑγρῷ, τὸ δὲ ἄλλο πᾶν σῶμα ἔξω. τοῦτο γὰρ καὶ ἰτέα, καὶ κλήθρα, καὶ πλατάνῳ, καὶ φιλύρα, καὶ πᾶσι τοῖς φιλύδροις συμβαίνει· σχεδὸν δὲ καὶ ταῦτα κοινὰ πάντων τῶν ποταμῶν ἐστιν. ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ Νείλῳ πέφυκεν· οὐ μὴν πολλήγε ἡ πλάτανος, ἀλλὰ σπανιωτέρα, ἔτι ταύτης καὶ ἡ λεύκη. πλείστη δὲ μελία, καὶ " βουμέλιος. τῶν γοῦν ἐν Αἰγύπτῳ φυομένων, τὸ μὲν ὅλον πολὺ πλῆθός ἐστιν εἰς τὸ ἀριθμήσασθαι καθ' ἕκαστον. οὐ μὴν ἀλλ' ὥστε ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπαντα ἐδώδιμα, καὶ χυλοὺς ἔχοντα γλυκεῖς. διαφέρειν δὲ δοκεῖ τῇ γλυκύτητι, καὶ τῷ τρόφιμα μάλιστα εἶναι, τρία ταῦτα· ὅ, τε πάπυρος, καὶ τὸ καλούμενον, σάρι, καὶ τρίτον ὃ μνάσιον καλοῦσι. φύεται δὲ ὁ πάπυρος οὐκ ἐν βάθει τοῦ ὕδατος, ἀλλ' ὅσον ἐν δύο πήχεσιν. ἐνιαχοῦ δὲ καὶ ἐλάττονι. πάχος μὲν οὖν τῆς ῥίζης καρπὸς, ἀνδρὸς εὐρώστου· μῆκος δὲ, ὑπὲρ δέκα πήχεις. † φύεται δὲ ὑπὲρ τῆς γῆς αὐτῆς, πλαγίας ῥίζας εἰς τὸν πηλὸν καθιεῖσα, λεπτὰς, καὶ πυκνάς. ἄνω δὲ, τοὺς παπύρους καλουμένους, τριγώνους, μέγεθος ὡς τετραπήχεις, κόμην ἔχοντας ‡ ἀχρείαν, ἀσθενῆ· καρπὸν δὲ ὅλως οὐδένα. τούτους δ' ἀναδίδωσι κατὰ πολλὰ μέρη. χρῶνται δὲ ταῖς μὲν ῥίζαις ἀντὶ ξύλων, οὐ μόνον τῷ καίειν, ἀλλὰ καὶ τῷ σκεύη ἄλλα ποιεῖν ἐξ " αὐτοῦ παντοδαπά. πολὺ γὰρ † ἔχει τὸ ξύλον καὶ καλόν. αὐτὸς δὲ ὁ πάπυρος πρὸς πλεῖστα χρήσιμος. καὶ γὰρ πλοῖα ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῆς βίβλου ἱστία τε πλέκουσι καὶ ψιάθους, καὶ ἐσθῆτάς τινας, καὶ στρωμνὰς, καὶ σχοινία τε καὶ ἕτερα πλείω. καὶ ἐμφανέστατα δὴ τοῖς ἔξω τὰ βιβλία· μάλιστα δὲ καὶ πλείστη βοήθεια πρὸς τὴν τροφὴν ἀπ' αὐτοῦ γίνεται· μασῶνται γὰρ ἅπαντες οἱ ἐν τῇ χώρᾳ πάπυρον, καὶ ὠμὸν, καὶ ἑφθὸν, καὶ ὀπτόν. καὶ τὸν μὲν χυλὸν καταπίνουσι, τὸ δὲ μάσημα ἐκβάλλουσιν. ὁ μὲν οὖν πάπυρος τοιοῦτός τε καὶ τοιαύτας παρέχεται τὰς χρείας. ‡ γίνεται δὲ ἐν Συρίᾳ περὶ τὴν λίμνην, ἐν ῇ

* λευκοΐῳ, πλεῖστα ὄδμον Bas.
" δένδρον Const.
† διεπτύχθαι Bas. Scribe διαπτύσσεσθαι.
‡ συμβαίνειν Al. Theod. σημαίνειν.
" καὶ ἀμπέλους, καὶ ἐλαίας, καὶ
† & rursus αἱ μὲν Const.
† συκᾶς, τὰ μὲν ἐνθάδε πάντα οὐ φυλλορροοῦσιν Bas. in marg. οὐδέποτε φυλλορροοῦσιν.
‡ ὃ καὶ Const.
" βουμέλιος.
† φύεται δὲ ὑπὸ τῆς γῆς αὐτῆ, Salmas.
‡ Scribe ἀχρείαν θυρσίνην.
" αὐτῶν.
† ἔχουσι Const.
‡ δὲ καὶ ἐν. ἔξω μάλιστα.

turitatis sit, aperiri: & lanam excipi, qua telas texunt, alias viles, alias pretiosas. Hoc idem & in India (sicut dictum est) & in Arabia fieri asseverant. Esse etiam alias arbores flore violæ matronalis affirmant, verum sine odore, magnitudine vel quadruplo viola majore. Est & alia quædam arbor foliosa rosæ modo, florisque rosei: hunc noctu comprimi, solis exortu aperiri, meridie in plenum expandi, " vesperi iterum colligi paulatim, † noctuque concludi: incolæ eum dormire tunc dicere assolent. Quin & palmas, ‡ & vites, & genera nucum, pomorumque, & ficos, quibus folia nunquam decidunt, nasci eadem in insula affirmant. Aquam cœlestem fieri quidem, sed non ad fructus usui esse, sed fontes in insula esse permultos, † quibus omnia rigentur: & eam aquam frumentis, arboribusque magis prodesse: qua de causa, post pluviam protinus hanc perfundunt, quasi illam abluere atque abstergere velint. Et arbores quidem maris exteri, quæ hactenus exploratæ habentur, tot fere esse constat. De iis autem, quæ in amnibus, paludibus, stagnisque proveniunt, deinceps dicendum est. Quæ autem locis hujuscemodi proveniunt, tribus generibus consummari omnino videntur. Sunt enim alia arbores, alia veluti herbacea, alia † fruticia. Harundinem, gladiolum, fleum, juncum, butomum, quæ omnibus fere fluviis, locisque ejusmodi communia sunt. Nonnusquam & rubi, ‡ & paliuri: & arbores, ut salix, populus, platanus: quædam usque adeo, ut aqua occultentur. quædam ut parum excedant. Quorundam radicis & caudicis aliquid tantum in aqua, reliquum totum corpus extra patescit. Hoc enim salici, alno, platano, tiliæ, " denique omnibus aquarum avidis evenit: quæ & ipsæ omnibus fere fluviis communes certo intelliguntur. Nam & in Nilo platanus provenit, non tamen multa. Atque etiam † populus est rarior. At fraxinus, & quæ ‡ bubula fraxinus cognominatur, plurima est. Quæ itaque in Ægypto nascuntur, in totum quidem numerosiora utique sunt, quam ut membratim enumerari queant. Cæterum (ut simplici ac absoluta ratione agamus) omnia cibo idonea, succosque dulces habere percipiuntur: sed præstare dulcedine copiaque alimoniæ tria illa videntur, papyrus, & quod vocatur sari, & tertium, quod mnasium appellant. Nascitur papyrus non in altitudine gurgitum, sed prope intra duo cubita, nonnusquam etiam minus: crassitudine radicis " qua vola viri robusti, longitudine super dena cubita provenit. Super † terram ipsam radices obliquas, tenues, densasque in limum demittens sursum, quos papyros dixere, profert, triquetros, angulatos, magnitudine quaternorum ferme cubitorum, coma inutili exilique fastigiatos: fructus nullius fœcundos. Hosque ex multis partibus mittit. Radicibus pro ligno utuntur, non tantum ignis gratia, sed ad vasa quoque plurifariam facienda. Quippe materiem amplam probamque præstant. Papyrus ipsa ad plurima utilis. Etenim ex eo navigia faciunt, ‡ & è libro vela, tegetesque texunt: & vestem quandam, atque stragula, ac funes, aliaque plura. Et quidem externis hominibus chartæ evidentissimæ habentur: sed summam frequentissimamque opem & in re cibaria præstat. Omnes enim incolæ, & crudum, & elixum, & assum manducant, succum devorant: id autem quod manducarunt, expuunt. Talis papyrus est, talesque usus præbet. Nascitur & in Syria circa lacum, quo & calamus odoratus: unde & Antigonus in re navali funes

" rursum vesperi.
† pauloque post noctem sequi.
‡ & vites & oleas &.
† nulli arborum folia ibi decidunt Const.
† fruticia. Herbacea dico, ceu apium palustre, aliaque hujusmodi. fruticia ceu harundinē, cyperum, fleum.
‡ paliuri, aliaque hujusmodi. arbores, ut salix, populus alba, platanus.
" denique omnibus humidū aquisque gaudētibus evenit.
† populus alba est.
‡ magna fraxinus.
" qua prima palmæ pars viri robusti.
† provenit. Emittit in limum hæc radix sub terra alias obliquas, tenues ac spissas. supra terram caules ipsos, qui papyri vocātur, triquetros, magnitudine quaternorū fere cubitorū, comam habentes in summitate Thyrsi modo fruftum omnino nullum illos (scilicet papyros) ex multis partibus mittit.
‡ biblo alii.

 fecisse

καὶ ὁ κάλαμος ὁ Σιώδης· ὅθεν ἡ Ἀντίγονος εἰς τὰς ναῦς ἐποίει τὰ σχοινία. τὸ δὲ σάρι, φύεται μὲν ἐν τῷ ὕδατι περὶ τὰ ἕλη καὶ τὰ πεδία ἐπειδὰν ὁ ποταμὸς ἀπέλθῃ· ῥίζαν δὲ ἔχει σκληρὰν καὶ συνεστραμμένην καὶ ἐξ αὐτῆς φύεται τὰ σαρία καλούμενα. ταῦτα δὲ, μῆκος μὲν εἰς δύο πήχεις· πάχος δὲ ἡλίκον ὁ δάκτυλος ὁ μέγας τῆς χειρός· τρίγωνον δὲ καὶ τοῦτο, καθάπερ ὁ πάπυρος, καὶ κόμην ἔχον παραπλήσιον. μασώμενοι δὲ ἐκβάλλουσι καὶ τοῦτο τὸ μάσημα. τῇ ῥίζῃ δὲ οἱ σιδηρουργοὶ χρῶνται. τὸν γὰρ ἄνθρακα ποιεῖ χρηστὸν, διὰ τὸ σκληρὸν εἶναι τὸ ξύλον. τὸ δὲ μνάσιον ποῶδές ἐστιν, ὥστε οὐδεμίαν παρέχεται χρείαν, πλὴν εἰς τροφήν. καὶ τὰ μὲν γλυκύτητι διαφέροντα, ταῦτά ἐστι. φύεται δὲ καὶ ἕτερον ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς λίμναις, ὃ οὐ συνάπτει τῇ γῇ. τὴν μὲν φύσιν ὅμοιον τοῖς κρίνοις· πολυφυλλότερον δὲ, καὶ παράλληλα τὰ φύλλα καθάπερ ἐν διστιχίᾳ. χρῶμα δὲ χλωρὸν ἔχει σφόδρα· χρῶνται δὲ οἱ ἰατροὶ πρὸς τὰ γυναικεῖα αὐτῷ, καὶ πρὸς τὰ κατάγματα. σημαίνει δὲ ὥσπερ καὶ "ἀποφέρεσθαι ἕτερα † δὲ ἀπ' αὐτῶν ‡ τὰ πλεῖα. ταῦτα δὲ "γίνεται ἐν τῷ ποταμῷ, εἰ μὴ ὁ ῥοῦς ἐξέφερεν.

fecisse proditur. Sari in aqua provenit, circa paludes planaque, ubi amnis recesserit. Habet radicem præduram, flexuosamque: ex qua ea quæ saria vocant, exeunt. His longitudo duûm cubitorum, crassitudo pollicaris. Triangulum id quoque papyri modo, & comam similem gerit. Qui manducant, ejus quoque manducamentum exspuunt. Radice fabri ferrarii utuntur: carbonem enim optimum facit, propter ligni duritiam. Mnasium herbaceis annumerandum, itaque usum nullum exhibet, præterquam in re cibaria. Et dulcedine quidem præstare tradita hæc sunt. Nascitur etiam aliud in paludibus stagnisque, quod terram minime attingit: natura liliis simile, sed pluribus foliis, & folia inter sese quasi uno condita versu. Color viridis admodum: usus ejus medicis ad mulierum † profluvia.

" ἀποφαίρεσθαι Al. Germ. ἀποφέρεσθαι Const.

† ἐπ' αὐτῶν Const.

‡ τὰ πλεῖα Const.

" καὶ ἐν τῷ ποταμῷ Scal.

† profluvia, & ad fracturas rupta se utilem ostendit, quod velut abrupta aquis defertur, subsuntque alia plura folia, quæ ita super extant aliis, ut minime videatur rupta. Nascitur in fluvio, si aquarũ cursus non extulerit.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἀπηχυρῶσαι. Theodorus, ut locus munitissimo vallo munitus relinquitur. ἀχυροῦν est statuminare. ἀποχωννύειν, aggerare. Et oratio inversa est. Sic debuit, ὥσθ' ὅτ' ἐκβαίνει ἡ πλημμυρίς, ἀποχωννῦσαι. Est autem ἐξήγησις τῆς ἀμπώτεως: ἐκβαίνει ἡ πλημμυρίς. Etenim cum recedit tumor, resorbetur. id est, ἄμπωτις. ἀχυρῶσαι τις, infra in capite de Colocasia.

Ἡλίκον μῆλον ἐαρινὸν συμμεμυκός. Theodor. mali amplitudine cerni: vernum nascens, compressum. Brevissima igitur oratio: si subticuit, nascens: & minus latinè dicas: vernum nascens: & malè συμμεμυκὸς compressum. Placenta fuit globus, postea ex compressione accepit planitiem. Pilam rotundam ceream, utrinque paululum compressam. Galenus aliter dixit: ἐκπιεσθὲν ἀτρέμα πεπιλημένον. συμμεμυκὸς autem significat clausum, aut contractum in sinum. De venis, sive vasis Hippocrates; Aristoteles de matrice. συμμύει rosa primore mucrone, cum turget: deinde ἐκπετάννυται. Sic de flore hic. Illud attentius animadvertas. Minimè arbitror, ἐαρινὸν, significare hic tempus quo nascatur fructus ille: sed esse differentiam speciei in genere malorum. Sunt enim mala quædam verna, de quorum natura Theophrastus etiam in hoc libro. ἀβλαβέστατα ἡ μηλία ἡ ἐαρινή. In libris novarum navigationum, lanigeras arbores legimus, quæ lanam ferant in folliculis.

Τῷ λαυκαίῳ, non autem λευκείῳ. & πλεῖον ἄοδμον, non autem πλείονα ὀσμόν.

Διαπλοῦσθαι. Theodorus, expandi, διαπλοῦσθαι igitur explicari, erugari. Observabis pulcherrima verba, progressiones, apertiones, conclusiones indicantia. συμμύειν: deinde διοίγνυσθαι, est in motu apertionis: διαπλοῦσθαι, motus absolutus: συνάγεσθαι, motus contractionis. Colligi, Theodorus, rectè, contrahi. Postremò συμβαίνειν. Theodorus, concludi coire: quia est κατὰ μικρόν. paulatim sicuti συμμύειν.

Αἱ φυλλοβολοῦσι. Theodorus legit negativè. Rectè: neque enim posuisset verbum hoc. Quid enim mirum? Sed illud ἴδιον, non amittere folia.

Ὑπὲρ δὲ τῶν ἐν τοῖς ποταμοῖς. Nemo non videt, hanc partem esse à superioribus separandam. Ipse enim met dividit. Hoc negligenter Theodorus. Theophrastus autem illud: cum hanc illi postposuit. Quippe hæc communior, & notior.

Λοχμώδη, Theodorus, frutetitia. Sanè insuavis vox. λοχμὸς videtur pro genere ad θάμνον, & φρύγανον, virgultacea. Præterea attendas, δένδρα dixit, non δενδρώδη. Quia genus arborum simplicius. At τῶν ποῶν, καὶ τῶν λοχμῶν, πολυειδὲς καὶ πολύχουν. Etiam aliud observabis: non observatam à Theodoro analogiam. Neque enim in genere fruticum quicquam esse potest frutetitium. Sed terra apta ad frutetum sic queat dici. A frutete frutex nullus dici debet. Sed à frutice ea, quæ fruticis naturam sapiunt. Fruticea & melius, & suavius.

Τὸ μὲν ὅλον, πολὺ πλῆθος ἐστὶν εἰς τὸ ἐξαριθμεῖσθαι καθ' ἕκαστον. Theodorus, numerosiora utiq; sunt, quàm ut membratim enumerari queant. Verùm neque ea est sententia Theophrasti, neque suavis oratio: numerosa numerari. & membratim, durum est: quodque non significet τὸ καθ' ἕκαστον. Simplicissimè sic. Si, quæ in Ægypto nascuntur, omnia contemplere: magnam invenias multitudinem ad singula numeranda.

Καρπὸς ἀνδρὸς εὐρώστου. Theodorus, vola viri robusti. At vola cava manus pars: unde volema, & volares lapides. καρπὸς autem est brachii pars propè manum. De Ptolemæo Euergete Possidonius Stoicus in septimo Historiarum sic scribit: χιτωνίσκον ἐνδεδυκὼς ποδήρη μέχρι τῶν καρπῶν χειρίδας ἔχοντα. Idem apud Anatomicos interpretes, & Pollux in secundo. Itaque Plinium sequi debuit: qui, brachiali, inquit, radicis crassitudine. Rascetha apud Arabes dicitur. Hermolaus utrunque posuit volari, & brachiali.

Τριγώνους. Theodorus cum vertit triquetros, quare addidit angulatos? Illud majoris operæ in Codice Theophrasti, καρπὸν δὲ ὅλως οὐδένα. τούτους δ' ἀναδίδωσι κατὰ πολλὰ μέρη. Quomodo nullum fructum fert: si fert ex multis partibus? Theodorus emolliuit. Fructus, inquit, nullius fœcundos. Plinius, semine nullo, aut usu ejus alio, quàm ad Deos coronandos. Et hic est quod dubites. Aliud est, semine nullo: aliud, nullo usu ejus. Herodotus de fructu nihil. Strabo quoque in xvij. perpauxilla de Byblo: de ejus coma tantum. Profectò Theodorus caussa atque auctor fuit erroris nostri, qui καρποὺς fructus in plurali posuit. Et subdidit: bosque ex multis partibus mittit. Verùm haud ita est, sed fructum nullum gerit. τούτους δ' ἀναδίδωσι, scilicet papyros.

Καὶ ἐμφανίζεται δὴ τοῖς ἔξω τὰ βιβλία. Theodorus, Chartæ evidentissimè habentur. Nescio, quid sit, evidentissimæ. Dicam, notissimæ. Nam papyri usus reliquus Ægypto tantùm notus, chartæ autem etiam τοῖς ἔξω. Nota loquutionem ex adverbio, & nomine. μάλιστα δὲ καὶ πλείστη βοήθεια.

Τὸ δὲ μάσημα. Theodorus aptissimo vocabulo, manducamentum.

Ὃ οὐ συνάπτει τῇ γῇ. Sic etiam de folio Malobrathro fabulantur. Si hæc ita vera sunt: hæ veræ aquaticæ plantæ dici mereantur, quibus cum terra nihil.

Theodorus omisit tota illa verba, καὶ πρὸς τὰ κατάγματα. σημαίνει δὲ ὥσπερ καὶ ἀποφαίρεσθαι. ἕτερα δὲ ἀπ' αὐτῶν τὰ πλεῖα. ταῦτα δὲ γίνεται ἐν τῷ ποταμῷ εἰ μὴ ὁ ῥοῦς ἐξέφερεν. Lego τὰ πλεῖα. & ῥοῦς. Nisi, quod ejus impetu auferantur. σημαίνει, Ostentat foliorum superiorum abjectionem. Subsunt igitur plura folia, quàm quæ ita superextant aliis, ut videantur velle tolli. Hoc est, τὰ πλεῖα. Et lege, καὶ ἐν τῷ ποταμῷ. Quia suprà dixerat: nasci in paludibus. Icciro addit, εἰ μὴ ὁ ῥοῦς ἐξέφερεν: quia stagna amat.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Τὰ μὲν περὶ τῶν. Pro τὰ scribendũ τῷ. Leges Plinius lib. 12. cap. 10. τῷ λαυκαίῳ, πλεῖον ἄοδμον. Sic & Plinius lib. 12. cap. 11. Δένδρα. repone. δένδρον. Hic mihi quispiam philosophetur naturam ejus stirpis excutiens, quæ rosa Hierico appellatur. Διαπλοῦσθαι. lego διαπλύνεσθαι: & infra pro συμβαίνειν, scribo συμμύειν, non συμμύειν. Item pro ἐκχυμείους ἐγχυμείους. Αἱ φυλλοβολοῦσι. Locus mancus sic legi debet: τὰ μὲν ἐνταῦθα πάντα οὐ φυλλοβολοῦσιν. Plinius, Nulli arborum folia ibi decidunt. ἃ οὐ. potius ὅ οὐ.

Λοχμώδη. De his in Crispiniano Lexico adnotatum est copiose

-piosè. Πάπυρος. Dicitur etiam ἡ βύβλος, de qua Herodotus in Euterpe. Lege Plinium lib. 13. cap. 11. Ex scapis papyri fiunt elegantissimi baculi, trigoni, incredibilis levitatis. extrema argento includunt. Folium quod vidi palmo latum erat, non multum carnosum, sed fungosum: cum complicarem, ἡ ῥάχις sive spina dorsi lata & robustior mihi visa, & exiguorum unciorum asperitate armata. In ambitu folii tamen nulli aculei: nec utrinque acuta acies qualis est caricis & butoni: & his alioquin in cæteris non admodum dissimile est.

Ὑπὲρ δέκα πήχεις. Ergo non rectè Plinius, decem non amplius cubitorum longitudine.

Ταύτους δ' ἀναδίδωσι κατὰ πολλὰ μέρη. Ait illos papyri scapos sive thyrsos (quos πωνύρους vocavit) multifariam distribui. Nam præparabantur ex iis chartæ, divisis acu in prætenues, sed quàm latissimas philuras, ut testatur Plinius.

... Αὐτὸ & ἴχει mutabis in αὐτῶν & ἴχουσι: hîc enim de ligno radicum. Γίνεται δὲ ἐν Συρίᾳ. deest καί. Plinius. Καὶ τοῦτο τὸ μάσημα legendū. Φύεται δὲ καὶ ἕτερον. Hæc planta nulla alia esse videtur quā στρατιώτης Dioscoridis, & stratiotes Plinii lib. 24. cap. 18. Alia est tamen illa aquatica planta viridissima & maxime filiosa, quæ pro illa ostenditur. Circa finem sic lego (σημαίνει δ' ὥσπερ ἀπὸ φέρεσθ. nempe se ruptis utilem: quia velut abrupta aquis defertur) ἴσχει δ' ἐπ' αὐτοῖς: vel αὐτοῖς, τὰ πλεῖα.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

EN Τύλῳ, &c. Plinius libr. 12. cap. 10. Tylus insula in eodem sinu est, repleta sylvis, qua spectat Orientem, quaque & ipsa æstu maris perfunditur. Magnitudo singulis arboribus fici, flos suavitate enarrabili, pomum lupino simile, propter asperitatem intactum omnibus animalibus. Rectè Scaliger orationem hanc, ὅτι ἐκδύεται ἡ πλημμυρὶς, αἰεὶ ἀποχωσθὲν, inversam dixit. Sic enim debuit, ὅτι ἐκδύεται ἡ πλημμυρὶς, ἀποχωννῦσα. Est autem exegesis τῆς ἀμπώτεως, ἐκδύεται ἡ πλημμυρίς. Etenim cum recedit tumor, resorbetur, id est ἄμπωτις. Virgilius libr. 1. Æneid.

Nunc rapidus retro, atque æstu resoluta resorbens
Saxa, fugit, littusque vado labente relinquit.

Optime naturam ἀμπώτεως expressit. Fit enim quando post exundationem aqua ad mare revertitur, ac reciprocando subsidit, recessus æstus littora destituentis, opponiturque πλημμυρίδι. ἀποχωννύω seu ἀποχώννυμι proprie, *terra aggesta averto*. Legit quoque Plinius, καρπὸν δὲ ἄβρωτον διὰ τραχύτητα. *propter asperitatem intactum.* Tylos, inquit Plinius, *insula in eodem sinu est*. Quis idem ille sinus? Ex capite præcedenti colligo illum intelligere sinum quem Persicum vocant, ad mare rubrum. *Gentes*, inquit, *supra dictas attingit, rubro mari, (quod ibi Persicum vocavimus) longe in terra æstus agente, &c.* Theophrastus autem Tylum in sinu inquit esse Arabico. Stephanus Τύλος νῆσος πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάττῃ, ὡς Ἀρτεμίδωρος· Τύλον διὰ τὸ λ. καλεῖ.

Xylon Gossypium.



Καὶ τὰ ἐριοφόρα, &c. Videtur describere plantam, quam recentiores gossypium vocant. Plinius libr. 19. cap. 1. *Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant, plures Xylon, & ideo lina inde facta, xylina. Parvus est, similemq; barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur, nec ulla sunt eis candore mollitiave præferenda.* Gossypium Ægyptii vocant. Gotne Msegiar. An ab Ægyptio gotne gottipium dicta hæc planta, pro quo gossypion scribi solet, vel gossypium? Xylon vox Græca videtur. Negant tamen Botanici vocem hanc apud Græcos ea significatione reperiri. Qua certe in re mirum in modum falluntur. Pollux lib. 7. cap. 17. ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλου τι ἔριον γίνεται (vulgo corruptè ἀπὸ ὕλου, sed in melioribus codicibus ξύλου) ἐξ οὗ τὴν ἐσθῆτα, λινῷ ἂν τις μᾶλλον φαίη προσεοικέναι, πλὴν τοῦ πάχους, ἐστὶ γὰρ παχύτερον, &c. Græci ergo ξύλου mentionem fecerunt. Negant Galeno ac Diosc. hanc plantam cognitam fuisse. A neutro sanè ξύλου vel gossypii nomine describi, omnino fatendum est. Galeno si fuerit nota, lanam ipsam vocat Tarsense elychnium. libr. Method. meden. 13. ad finem cap. 5. καὶ μᾶλλον ὁ ἐκ τῶν μαλακῶν ἐλλυχνίων, οἷάπερ ἐστὶ τὰ Ταρσικά. Idem lib. 14. cap. 3. ubi Oedematis curandi rationem tradens, spongiam posca madidam probat, eaque deficiente ellychnium Tarsense substituendum monet. καὶ σπόγγον καινὸν προσθετέον, εἰ δ' οὐκ ἔχοις καινὸν, ἄμεινον χρῆσθαι τούτῳ δὴ τῷ καλουμένῳ πρὸς τῶν πολλῶν ἐλλυχνίῳ. μαλακὸν δ' ἐστω παρὰ πάντων ὁποῖον τὸ ταρσικόν. εἰ δ' ἐκείνου τις εὐποροίη, θαρρῶν χρήσθω βέλτιον γὰρ ἐνεργήσει τοῦ σπόγγου. *Et novam spongiam admovebis: si novæ copia non fit, melius est eo, quod vulgus vocat elychnion, utare. Id vero ante omnia molle esto, quod genus Tharsicum est, cujus si facultas est audacter utitor. utilius nimirū experiere quam spongiam.* Hoc elychnion Tarsicon Galeno ξύλον significasse, tribus rationibus uti credant, impelluntur. Una est quod Galenus nullibi gossipii mentionem facit. Unde, nisi his locis illud designet, ipsi ignorum extitisse dicendum: quod tamen non admodum verisimile videtur, quando Plinii tempore, Romæ præsertim, cuique abunde suppetebat, & ad varios medicinæ usus inservire poterat. Altera ratio, quod Galenus ellychniis illis mollitiem præ ceteris attribuit. De gossypio scribit Plinius, *nulla ipsi in candore mollitiave præferenda.* Tertia est, quod loco spongiarum (ut Galenus monet de elychnio Tarsico) Xylinum linum, sive gossypium aptissime in usum medicum revocatur. Sed duo, inquiunt, huic opinioni obstare fortasse alicui videantur. Alterum est, Galenum ellychnio Tarsico carnem excrescentem deprimendi potestatem tribuisse; quę in gossypio minime reperitur, ἔξωθεν δ' ἀρκεῖ μοτὸς ἢ τοι ξηρὸς, ἢ ἐξ οἴνου. καὶ μᾶλλον ὁ ἐκ τῶν μαλακῶν ἐλλυχνίων οἷάπερ ἐστὶ τὰ ταρσικά, ὃ γὰρ αὐτὰ ἔχει τὸ καθαιρετικὸν τῶν ἐπιτρεφομένων ἐλκῶν. *Foris autem suffecerit medicamentum vel siccum, vel ex vino madens, ac potissimum quod ex mollibus fit elychniis: cujusmodi Tharsentia sunt, quoniam quoque ad ulcera quæ supercrescunt submittenda.* Alterum, quod impedit, quo minus Tarsense elychnium fit Xylon, est, quod nullus ex Tarso Ciliciæ urbe Xylinum linum invectum scribit; quod Plinius in superiori Ægypti parte in Arabiam vergente oriri memorat. Hæc dubia, inquiunt, facile dissolvi possunt; si dicamus gossypium in fila redactum, quemadmodum pro elychniis fiebat, atque etiam hodie passim fieri conspicitur, eandem penè operam in compescenda carnis luxurie præstare, quam & fila linea: Præterea tempore Plini in Ægypto illa fila fieri consuesse, tempore vero Galeni, optima in Tarso fieri cœpta, sicuti temporibus nostris in Cypro, in Italia, & in aliis regionibus. Nec sane mirum videbitur, si cogitemus, facile ob tractus viciniam ab Ægyptiis Cilices, & ab his Cyprios, deinde alias nationes tale genus lini accipere potuisse. Hæc doctiss. virorum sunt argumenta, quibus Tarsense ellychniū, Xylon probāt. Nos in tanta brevitate nihil certi statuere possumus, ac proinde liberam unicuiq; opinionem relinquimus. Interiorem Gossypii lanuginem bombycem

bombycem vocat Plinius. Græci bambacem vocarunt, & pambacem. Suidas βάμβαξ. ἢ πάμβαξ, καὶ παμβακὶς τὸ παρὰ πολλοῖς λεγόμενον βαμβάκιον. id est *bambax, pambax & pambacis à multis bambacion vocatur.* Apud Myrepsum sect. 1. de antidotis 426. βαμπάκιον legitur, ab aliis βαμπάτζι & βάμβυξ vocatur. Corona pretiosa. βαμπάτζι bombyx. βάμβυξ. Bombycem hodie vocant vermem, qui sericum net. Pollux lib. 7. cap. 17. τὰ δὲ ἐκ βομβύκων. σκώληκές εἰσιν οἱ βόμβυκες ἀφ' ὧν τὰ νήματα ἀνίενται, ὥσπερ ὁ ἀράχνης· ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς σῆρας ἀπὸ τοιούτων ἑτέρων ζώων ἀθροίζειν φασὶ τὰ ὑφάσματα. *Aliud ex bombycibus fit. sunt autem bombyces qui telas ad modum aranearum texunt. Nonnulli Seres ab hujusmodi animalculo, colligere telas volunt.* Servius apud Seres vermiculos esse prodit, qui bombyces dicuntur. Suidas, Σῆρες ἔθνος ἔνθα ἡ μέταξα ξαίνεται ἐξ οὗ τὰ σηρικὰ τὰ ἐκ μετάξης ὑφασμένα λέγονται. καὶ σὴρ σηρὸς ὁ σκώληξ. Alia Strabonis de serico sententia. lib. 15. τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ σηρικὰ ἔκ τινων φλοιῶν ξαινομένης βύσσου. *Serica etiam ejusdem generis esse, bysso scilicet ex corticibus quibusdam excarminata.* Doctiss. viri Strabonis codicem corruptũ scribunt; & legunt, ἀντὶ φλοιῶν, φύλλων. *foliis.* Huic lectioni favet admodum Virgil. Lib. 2. Georg.

Velleraque ut foliis depectent tenuia Seres.

Plinius Libr. 6. cap. 17. *Seres lanicio sylvarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium caniciem, unde geminus feminis nostris labor, redordiendi fila, rursumque texendi. Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona transluceat.* Mendum si sit in verbis Strabonis, antiquum admodum sit oportet. Ad Dyonisii versum 116. οἳ δ' ἱστοὺς ὑφόωσι λινεργέας, hæc Eustathius; φασὶ δὲ καὶ σηρικὰ παρ' Ἰνδοῖς γίνεσθαι ἔκ τινων φλοιῶν ξαινομένης βύσσου. Quæ vel ex Strabone habet, vel ex ipso auctore, ex quo Strabo: vel, ut dixi, in Strabone mendum admodum antiquum. Plinius ubi de arboribus miræ naturæ agit, *Ne quis jam sericarum arborum lanata folia miretur.* Maluerunt alii sericum in ultimis ramis confici. Seneca Poëta.

Qui fila ramis ultimis Seres legunt.

In ramis vero ultimis plurima sunt folia. Ex ipso stipite colligi Claudianus canit.

Stamine quod molli tondent de stipite Seres.

Cæterum quod vulgo sericum vocamus, ab animalculo bombyce dicto generatur in mori arboribus; quod ignorasse videntur veteres. Vidimus ex Persia allata mori candidæ folia convoluta, vellere sericeo undiq; obducta, quod bombyx intus occultatus neverat. Ita ut ea sim in opinione, Theophrastum, cum liniferam describit arborem, ac mori ei folia tribuit, nihil nisi candidum describere morum, nec satis fideliter rem ipsi ab Alexandri Magni comitibus narratam, vel ab ipsis negligentius observata esse, quæ ad serici pertinerent historiam. Quæ diximus de serici generatione, ea verissima illi norunt, qui ex India revertuntur Orientali. In regno amplissimo & ditissimo Chinæ, usque adeo copiose fit sericum, ut ignobilis quisque sericeis induatur vestimentis; nec miles quidem gregarius revertitur ex India, qui sericeo vestimento indutus non sit; exiguo pretio emunt tale vestimentum. Byssum apud Indos lini genus ait Pollux libr. 7. cap. 17. καὶ μὴν καὶ τὰ βύσσινα, καὶ ἡ βύσσος λίνου τι εἶδος παρ' Ἰνδοῖς. Byssum Pausanias & Philostratus ex arbore colligi tradit; coloreque esse flavo aureoque Pausanias lib. 5. Θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐν τῇ γῇ Ἠλείᾳ τήν τε βύσσον, ὅτι ἐνταῦθα μόνον, ἑτέρωθι δὲ οὐδαμοῦ τῆς Ἑλλάδος φύεται — ἡ δὲ βύσσος ἡ Ἠλεία λεπτότητος μὲν εἵνεκα οὐκ ἀποδεῖ τῆς Ἑβραίων, ἔστι δὲ οὐχ ὁμοίως ξανθή. *Mirabitur quispiam quod in terra tantum elea, nec alibi in Græcia nascatur byssum. — Eleia byssus tenuitate nihil ab Hebrææ differt, sed non est æque flave.* Philostratus Indicam quæ in Ægyptum fertur comparat pallio fusco ἐπειδὴ ἔοικε φαιῷ τρίβωνι. Variat ergo color byssi pro ratione soli in quo nascitur. Donavit quondam Bernardus Paludanus, dum viveret rerum naturalium indagator accerrimus, nobis plantam folio & facie adianti nigri, cauliculis tamen crassiorib. & vegetioribus. Ad hujus radices muscus quidam excrescebat mollis, colore ex rubro flavescente, byssum veterum asserebat. Ad Theophrastum redeo. Hic laniferam describit arborem. Supra cap. quarto liniferam delineavit; ubi notabamus, aliam laniferam esse, aliam liniferam, cum plures eandem arborem putarent. Diversam probatur, quod diversis de utraque agat Theophrastus capitibus, tum quod alteram mori folio, alteram vitis tradat. Laniferæ arboris Arrianus mentionem facit in Indicis. στιλεῖσθαι δὲ τῶν δενδρέων τὸν φλοιόν. καλέεσθαι δὲ τὰ δένδρα ταῦτα τῇ Ἰνδῶν φωνῇ τάλα. καὶ φύεσθαι ἐπ' αὐτῶν, καθάπερ τῶν φοινίκων ἐπὶ τῇσι κορυφῇσιν, οἷά περ τολύπας. *Arborum corticibus vescuntur; vocantur autem eorum arbores tala. Innascitur iis quemadmodum in summitatibus palmarum, glomera; id est, pila lanigera.* Τολύπη *lanæ glomus sive globus.* Glossæ τολύπη, κατάγμα στὰν ἔριον. Cum ait Arrianus, καθάπερ τῶν φοινίκων ἐπὶ τῇσι κορυφῇσι, noluit dicere tanquam in summitatibus palmarum, ita in laniferarum arborum vertice τολύπας istas gigni; aut, quod magis absurdum, summitates palmæ arboris, tales laneas ferre pilas, aut illas arbores summas nescio quid simile palmarum fructui producere: sed voluit Græcus auctor, τολύπας illas sive lanæ globos, summo vertici earum arborum lanigerarum sic vulgo innasci, ut dactyli proveniunt in summitate palmarum arborum. Neminem botanicorum latet, palmam arborem ἀκρέμονα esse, fructumque tantum ferre in summitate. Sed & palmarum fructus non nihil similitudinis habet cum nucleo, sive nuce lanigeræ arboris. Nam spatha tectus est, quæ connivet & clausa habetur priusquam maturescat dactylus, deinde expanditur maturitate & dehiscit. Ita etiam arborum laniferarum nux, sive calix in quo lana continetur, ante maturitatem clausus est; demum ubi maturitatem nactus est, panditur, dehiscit, ac rumpitur. Theophrasti codicem corruptum esse, doctissimi viri asserunt. Hunc locum sit Plinius lib. 12. cap. 10. *Ejusdẽ insulæ excelsiore suggestu lanigeræ arbores alio modo, quam Serum. His folia infœcunda, quæ ni minora essent, vitium poterant videri. Ferunt cotonei mali amplitudine cucurbitas, quæ maturitate ruptæ, ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt, &c. Ejusdem insulæ.* Addit Theophrastus, γίνεται δὲ τοῦτο καὶ ἐν Ἰνδοῖς ὥσπερ ἐλέχθη καὶ ἐν Ἀραβίᾳ. Apud Indos & Arabes ait: etiã provenire hanc arborem, quod recentiorum observatione verissimum repertum est. Quod ipse Plinius fatetur lib. 19. cap. 1. *Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem.* Alpinus libr. de plant. Ægypt. cap. 18. *Gossypium Ægyptii ad ipsorum usum aliunde adferunt. Neque enim apud ipsos herbacea illa planta, ex qua Syri vel Cypri gossypium colligunt, adnascitur. Sed tantum quæ arboreus frutex est, quæque tantum in quibusdam provenit viridariis.* Ergo in ipsa Ægypto non nascitur, sed in Ægyptum adfertur, ex Arabia scilicet. Cyprus & Syria gossypii plantis scatent; sed ab Arabico differt Xylo, quod Arabicum arboreus frutex, herbaceum vero Cyprium & Syriacum. *Alio modo, quam Serum.* Hæc ostendunt Plinii sæculo sericum à bombycino distinctum fuisse. Bombycinum vocabatur, quod ex bombice contexebatur, vestes ex bombycino paratæ promiscuæ erant viris & mulieribus. Sericum dicebatur, quod à Seribus invehebatur, eratque in multo majore pretio. Viros vestes Sericeas gestare non licebat, solis id fœminis concessum. Dion. lib. νζ. Τιβέριος ἀπεῖπε ἐσθῆτι σηρικῇ μηδένα ἄνδρα χρῆσθαι. *Tiberius Cæsar edicto promulgavit, ne quis vir seracio vestimento indutus foras prodiret.* Plinius lib. 6. *Tam multiplici opere, tam longinquo orbe, petitur, ut in publico matrona transluceat.* Seneca epistola 123. *Nonne videntur tibi contra naturam vivere, qui commutant cum fœminis vestem?* Tacitus Annal. libr. 3. *Tiberius accusat promiscuas virorum & fœminarum vestes.* Quod si diligenter ad Bombycis Coæ & sericei fili à Seribus invecti historiam attendamus, quæ Plinius de utroque tradit, animadvertemus & Coam bombycem, & sericeum filum à Seribus invectum eandem rem fuisse. Probat hanc sententiam, quod ætate Solini & Marciani Capellæ sericum à bombycino non discernebatur. Nam sericum è bombyce fieri omnibus tunc persuasum fuit; nec bombycini alterius usus. Hinc Solinus & Marcianus Sericum dixere pro veste è bombyce, ut Plinius dixit: cum tamen ejus tempore magna esset bombycini & serici differentia. Bombycem non solum vocavere, quæ ex vermibus bombycibus dictis texebatur, sed molliorem omnem lanæ linique luniginem, ut supra ex Plinio notavimus, cujus ex interiore bombyce lana netur. Interiorem gossipii lanam bombycem vocat. Redeo ad Theophrastum. Folia inquit vitiginea ferre Xylon, sed esse minora. Scribendum enim μικρότερα, non μικρὸν, ut edderunt. Plinius. *Folia his infœcunda, quæ ni minora essent, vitium poterant videri.* Sed cur folia lanigeræ arboris infœcunda? Propterea quod apud Seres, quorum in tractu arbores perveniunt, quæ sericum producunt: folia sunt sericea lanugine undique obducta, cum in lanigera arbore tale nihil appareat. Sed non videtur Plinius Græci auctoris mentem recte percepisse. Nam verba illa καρπὸν δὲ οὐδένα φέρειν, ad folia retulit; quasi folia arborum lanigerarum nullum fructum producere scripsisset Græcus auctor. Foliorum autẽ fructum vocat lanuginem quam dixi. Et hæc causa cur scripserit,

ferit, alio modo lanigeras esse illas Indorum arbores, quam Serum. Nam Serum arbores lanugine sive serico obducta habent folia, cum lanigeræ arbores lanam habeant in cucurbitis, aut malis. Plerique Botanici Theophrasti codicem corruptum esse contendunt. In Græco, inquiunt, codice, ubi legitur καρπὸν δὲ οὐδὲν, &c. superflua dictio οὐδὲν. Si enim fert fructum magnitudine mali, in quo lana; quo tandem modo nullum ferre affirmari poterit? Eandem quandoque fovi sententiam, cum ex Plinio legendum putarem, τὰ μὲν δὲ φύλλον μὲν ἔχειν ὅμοιον τῇ ἀμπέλῳ, πλὴν μικρότερον, ἄφορον, vel ἄκαρπον. σίνουσι δὲ φέρει ἐν ᾧ τὸ ἔριον, ἡλίκον μῆλον κυδώνιον συμμεμυκός. Sed aliam postea animadverti esse Theophr. sententiam. Vult puta nullum quidem ferre fructum, sed aliud quid ferre, in quo lana continetur, quod fructus non est. Sed hac in re mirum in modum deceptus est. Verè fructus est, in quo lana nascitur. Nam semen nigrum, oblongum, sub ipsa lana continetur, quod terræ etiam apud nos commissum pullulat, novamque producit plantam. Fructum hunc eleganter Pollux loco citato describit. τῷ δένδρῳ καρπὸς ἐπιφύεται, καρύῳ μάλιστα ἐοικώς, τρίλοβος τὴν διάφυσιν, ἧς διαστάσης ἐπειδὰν πεπανθῇ τὸ κάρυον, ἐνδοθεν ἐξαίρεται τι ὥσπερ ἔριον, ἀφ' οὗ κρόκη γίγνεται, τὸν δὲ στήμονα ὑφιστᾶσιν αὐτῷ λινοῦν. *Arbori fructus adnascitur nuci valdè similis, nisi quod trifariam divisa sit, & trifariam habeat putaminis carinam, maturescente nuce, ac dehiscentibus dissepimentis apparet lana intus, quæ extrahitur. Ex hac fila fiunt, stamen autem ipsi lineum substituunt.* Τρίλοβος ἐστὶ τὴν διάφυσιν; male vertunt, *triplici munitum cortice*; Falsum est triplici vel duplici munitum cortice lanam arboreã. Plinius libr. 19. cap. 1. non juglandi, sed barbatæ nuci comparat. *Parvus est, similemque barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur, nec ulla sunt eis candore mollitiave præferenda.* De quibus verbis hæc Salmasius; *In Plinianis exemplaribus verba illa desunt, similemq; barbatæ nucis defert fructum:* Sed tantum habent: *parvus est, cujus ex interiore bombyce lanucetur*: Fortè, *lana netur*, (*quod valde probabile videtur.*) *Pro illis autem; nec ulla sunt eis candore mollitiave præferenda, sic iidem exhibent libri; nec, nulla sunt cum candore molliore pixifora. Quæ depravatissima esse, omnes vident. Ego sic emendanda esse video: nec ulla sint cũ candore molliora, & spissiora. Quæ indubitatissima correctio est. Non solum mollitie & candore præcipua lana xylina, sed etiam spissa est.* τὸ παχὺ eidem quoque tribuit Pollux, ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις — πλὴν τοῦ πάχους, ἐστὶ γὰρ παχύτερα. *Ita legendum & distinguendum.* Hactenus Salmasius. Verba Pollucis supra citavimus. Placet Doctiss. viri correctio; sed verba illa, *similemque barbatæ nucis fructũ defert*, non sunt negligenda. Nuci quippe fructum hunc comparavit Pollux. Exterius sanè coriũ nucis Byzantinæ, quam barbatam putant, non malè convenit cum corio sive tegmine gossypii. Semen contineri sub lana ipsa, docet experientia; nucleum videtur vocare Strabo. καὶ τῶν ἐριοφόρων δένδρων φησὶν οὗτος τὸ ἄνθος ἔχειν πυρῆνα· ἐξαιρεθέντος δὲ τούτου, ξαίνεσθαι τὸ λοιπὸν ὁμοίως τοῖς ἐρίοις. Idem tradit lanigerarum arborum florem nucleum habere, quo exempto, reliquum lanæ in morem carminetur. Flos non solet habere intus nucleum, sed fructus. An ergo scribendum, ὁ καρπὸς? An vero florem vocavit ipsam lanam, quæ sub corio nuci barbatæ simili continetur? Theophrastum illud in quo continetur lana, dum adhuc connivet, ac necdum expansum est, dicit esse magnitudine malo verno. ἐν ᾧ δὲ τὸ ἔριον, ἡλίκον μῆλον ἐαρινὸν συμμεμυκός, &c. Vertunt; *id in quo lana continetur, mali amplitudine cerni, vere nasci compressum*; quod planè à Græci auctoris mente alienum, qui hic mali verni magnitudine esse scribit, quamdiu comprimitur & connivet; sed ubi maturitatem adeptum est, hiscere atque expandi, ac tum formam eam perire. Nec melius vertit Plinius, *Ferunt mali cotonei amplitudine cucurbitas, quæ maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt.* Græcus auctor cucurbitarum mentionẽ non facit; nec cum cucurbitis ullã similitudinem habent mala verna; magnitudine quidem quam maximè differunt. Magnus satis fructus cucurbita, malum vernum parvus. De cydoneo nihil Theophrastus, nec idem pomum, κυδώνιον & ἐαρινὸν μῆλον. Fructus sapore, odore, colore, magnitudine, & forma diversus. Sed libro hoc duodecimo res duas dissimiles jungit, ac unam eandemque facit, quæ lib. 19. cap. 1. distinxit ac diversas fecit. Æthiopes, inquit, *Indique è malis, Arabes cucurbitis in arboribus, ut diximus, genitis.* Vides, distinguere Plinium mala Indorum lanifera à cucurbitis Arabum liniferis, vel laniferis? Malè ergo Tyli insulæ arbores ait ferre cotonei mali amplitudine cucurbitas. Duas res diversas, ut dixi, conjunxit. Recentiorum experientia constat, lanam reperiri in fructu nucis barbatæ corio, ac in fructu, qui cucurbitam quodammodo refert. Aliunde ergo Plinius cucurbitas illas laniferas Indicarum arborum expiscatus est. Neque enim videtur id ipsius Plinii figmentum. Clusius exoticorum lib. 1. cap. 14. *Circa Bantam Iavæ insulæ urbem celebrem (referente Franco Rodiguez è Bengala oriundo, qui anno nonagesimo octavo supra millesimum & quingentesimum Amstelodamo cum Batavis in Bantam profectus, insequente anno cum iisdem rediit) nascitur arbor procera, multis ramis prædita, quos sepiunt numerosa folia, ut conspicere est in salice, sed illis longè angustiora, & libanotidis coronariæ folijs similia, longiora tamen. Eam ferre dicebat fructus siliquarum penè instar* (quorum uno quem retulerat, Clusium donabat.) *sex uncias longos, quinque in ambitu crassos, à pediculo sensim augescentes, cute verius quam cortice præditos, cinericei coloris, rugosos, extima parte mucronatos, in quinque partes dehiscentes, plenos tenuissimo mollissimoque & candidissimo tomento, in quo latebant semina multa nigra, legitimi xyli semine minora, tomento sive lanæ non adhærentia, ut in xylo, & circum quinque veluti assulas longas mediam siliquam occupantes, nascentia.* Ea lana negabat *Franciscus incolas uti ad stamina ducenda, quemadmodum alio xylo; nimis enim brevis est, sed pulvinaria impleri asserebat*; Ad quam sane rem commodissima esse videbantur Clusio, ut quæ vulgari tomento, immo vel ipsa etiam pluma mollior sit. Cæterum anno 1601 septem illis navibus ex Molluccis & Iava insulis, alium fructum huic similem, sed majorem & magis integrum, adquirebat idem Clusius, suum pediculum durum ac lignosum, binas uncias longum adhuc retinentem. Eum autem fructum observabat, non ab imo mucrone in quinque partes dehiscere, ut putarat, sed à summo, videlicet pediculo, à quo procedunt quinque illæ, quarum meminit, assulæ, circa quas semina nascuntur. Intelligebat præterea ab Isbrando, Hieronymi filio, chirurgio, qui nave, pro insignie sive symbolo solem habente, vectus fuerat, incolas eo uti non modo ad implenda cervicalia, sed illud etiam ab ipsis in stamina torqueri (alia tamen ratione, quam vulgo linum, lana, aut xylum) iisque staminibus suas vestes farcire. Dubitat verò doctiss. Clusius, an sit arbor ex qua teste Philostrato, Byssum nasci ferunt, basi quidem populo persimilẽ albæ, foliis autem salici. τὴν δὲ βύσσον φύεσθαι δένδρου φασὶν ὅμοιον μὲν τῇ λεύκῃ τὴν βάσιν. παραπλήσια δὲ τῇ ἰτέᾳ τὰ πέταλα. *Basi similis quidem populo albæ, folia vero ferè saligna.* Porro quæ Ferdinandus Oviedus tradit de fructu Ceybæ arboris cap. 11. lib. 9. primæ partis historiæ generalis, plurimum cum hoc fructu convenire videntur. Nam suæ ceyle fructum tribuit similem siliquæ, sive lobo, digitalis longitudinis, & binorum digitorum crassitudinis, rotundum, plenum tenui quadam lana, qui maturus solis calore aperitur, lanamque effundit, quæ à vento in aërem spargitur, relicto semine rotundo, xyli semini non dissimili. De hoc igitur aut simili intellexit Plinius. Nam ἐριόφορος hic fructus à forma cucurbitæ non multum differt. Ex hac lana pretiosas vestes fieri, ait Plinius: Theophrastus verò non tantum pretiosas, sed etiam viles. Strabo libr. 15. ἐκ τούτου δὲ Νέαρχός φησι τὰς εὐητρίους ὑφαίνεσθαι σινδόνας. τοὺς δὲ Μακεδόνας ἀντὶ κναφάλων αὐτοῖς χρῆσθαι, καὶ τῆς σαγματοσάγης, vel καὶ τοῖς σάγμασι σαγῆς, ut emendavit doctiss. Salmasius. *Ex qua Nearchus ait sindonas subtilis & reticulati operis texi. & Macedonas ea pro tomento usos ac clitellas eo farsisse.* Plinius, *Vestes inde sacerdotibus Ægypti gratissimæ.* Apulejus Apologia prima, de lineo textu, *Purissimum est rebus divinis velamentum; quippe lana segnissimi corporis excrementum pecori detracta, jam inde Orphei & Pythagoræ scitis, profanus vestibus est, sed etiam mundissima lini seges, inter optimas fruges terræ exorta, non modo indutui & amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque inde rebus sacris usurpatur.* Ex lino fieri hic ait vestimenta sacerdotum; ex bysso Philostratus, καὶ ἐσθῆτας τῆς βύσσου φησὶν ὁ Ἀπολλώνιος, ἐπειδὴ ἔοικε φαιῷ τρίβωνι. καὶ ἐς Αἴγυπτον δὲ ἐξ Ἰνδῶν ἐς πολλὰ τῶν ἱερῶν φοιτᾷ ἡ βύσσος. *Vestes fieri è bysso tradit Apollonius: Similis enim est pallio fusco; ex India in Ægyptum adfertur, ad usum sacerdotum, ut vestes ex ea fierent, & sacra operirentur.* Gossypii hæc genera referunt recentiores. Gossypium frutescens semine albo, gossypium arboreũ caule lævi, gossypium arboreum caule spinoso. In Brasilia hoc genus reperitur. semina hujus nigra sunt, in dena vel duodena grana uvæ modo congesta: cum Asiaticum singula grana separata habeat. Gossypium Iavense salicis folio, de quo abunde egi; vulgare gossypium pro soli cœlique ratione arborescit, vel humile manet. In Ægypto arboreus frutex est, ut scribit Alpinus, pluribus annis vivens, dissimilis

dissimilis ab herbacea tantum proceritate caudicis, ramorum, atque foliorum figura. Crescit autem ad decem cubitorum altitudinem, stipite, ramisque duris, lignosis. Contra in Syria, & Creta herbacea est planta, & annua, uti Honorius Bellus epist. quarta. Nam lanigeræ Theophrasti nihil aliud sunt, quam gossipium, quod in Arabia & Ægypto arborescit, & multos annos durat, sed in Creta hyeme perit. Herbaceum gossypium, ad cubiti altitudinem, fruticis instar, attollitur, ramulisque brachiatur; folia triangula sunt, incisa vitis, aut alceæ similia, sed minora, molliora, incana, ad tomenta etiam utilia. Flores fert incanos, luteos, in medio nonnihil purpureos, per oras crenatos. Fructus succedunt, nucibus Ponticis compressis & latis fere similes, aut malis exiguis, aristolochiæ rotundę unius fructui haud absimiles, qui & maturescentes sponte finduntur. In his mollissima ac candidissima lanugo ex ipsis hiantibus fructuũ rimis non raro dependens, quæ ad vestes ex ea conficiendas netur. Sub lanugine hac occulitur semen oblongum, copiosum, medulla plenum, alba, oleaginosa, non insuavi gustu, pineæ aut amygdalarum, præsertim cum recens est. radix exigua, fibrosa.

Εἶναι ϧ καὶ ἄλλα δένδρα, &c. Plinius libr. 12. cap. 11. *In Tylis autem alia arbor floret, albæ violæ specie, sed magnitudine quadruplici, sine odore, quod miremur in eo tractu.* Male ergo in Aldino & Basileensi habetur pro λευκοΐῳ, λευκείῳ, & ἀντὶ, πλὴν ἄοδμον, πλείονα ὀδμον. Τὸ λευκόϊον male vertunt, *violam matronalem.* Omnium Botanicorum consensu constat τὸ λευκόϊον esse florem, quem vulgo **stock-violieren** vocant, Arabes *Keiri.* Violam matronalem Belgæ **damas-bloemen**; *violettes des dames*, vocant Galli. Hunc leucoium esse nemo unquam somniavit. Quod violæ genus λευκόϊον vocet Theophrastus, libro sexto docetur.

Καὶ ἕτερόν τι, &c. Plin. lib. 12. cap. 11: *Est & alia similis, foliosior tamen, roseique floris, quē noctu comprimens, aperire incipit solis exortu, meridie expandit;* Incolæ dormire eum dicunt. Non dicit Theophrastus rosei esse floris, τὸ ἄνθος ἔχειν ὅμοιον ῥόδῳ, sed simile esse arbori, quæ rosam fert, folio scilicet, & frutice. Τὸ ῥόδον *frutex* est, non *flos.* Doctiss. Constantinus, ἀντὶ δένδρον, legit δένδρου in generandi casu. Idem pro διαπλέκεϑ legit διαπλύχεϑαι. Nobis placet, διαπλύσσεϑ, *expandi, explicari, aperiri.* Idem pro συμβαίνει quod, ut Aldino & Basileensi codice legitur, scribit σημαίνει. Theodorus συμμύειν legit. Theodori lectio minus placet, quod ante jam dixit Theophrastus, *noctu comprimi ac concludi.* Vult noctem brevi sequi quando sese claudere vespertino tempore incipit hujus plantæ flos. Fallitur Constantinus, cum rosam Hierichuntinam existimat à Theophrasto delineari. Nec πολύφυλλος rosa hæc, id est multis foliis prædita, nec folia fert rosæ similia, nec noctu clausum habet florem, qui manè aperitur; meridie expansus est, vesperi clauditur. Fabellam de hac rosa narrant mulierculæ, quod pariendi indicet horam; quandoquidem in aqua dimissa, non prius fatiscit, quam fœtus nasci incipiat. Fabulantur item noctu, quando festum natale Servatoris nostri Iesu Christi celebramus, sponte sua aperiri, ramulosque exporrigere, nec ante festum Paschale claudi; cum qualibet hora, si aquæ calidæ imponatur, sese pandat.

Γίνεϑ δὲ καὶ τοὺς, &c. Corruptus codex. Scribe γίνεϑ δὲ καὶ τοὺς φοίνικας ἐν τῇ νήσῳ, καὶ ἀμπέλους, καὶ ἐλαίας, καὶ τὰ ἄλλα ἀκρόδρυα, καὶ συκᾶς, αἳ μὴ φυλλορροῦσι. *Quin & palmas & vites & oleas, aliaque nucum genera, & ficos quibus folia nunquam decidunt, nasci eadem in insula affirmant.* Plin. lib. 12. cap. 11. *Fert eadem in insula, & palmas, oleasque, ac vites, & cum reliquo pomorum genere ficos. nulli arborum ibi folia decidunt.* Τὸ ἀκρόδρυον pessime *pomum* vertit. vide quæ supra de hac voce diximus. Præterea mentem Græci auctoris non percepit. Theophrastus ficus tantum in ea insula folia non demittere dixit. Plinius ita accepit, ac si de omni pomorum genere dixisset. Quod decepit doctiss. Constantinum, qui hunc locum sic corrigit, τὰ μὲν ἐκεῖ δὲ πάντα οὐ φυλλορροῦσιν. Solam ficum non amittere folia tradit Theophrastus; quod de iis accipe arboribus, quibus folia hyeme cadere solent. Mirum est ficum ibi folia retinere; tenerrima enim arbor est, & foliis apprimè caducis.

Ὕδωρ μὲν οὐράνιον. Hæc satis negligenter Plinius lib. 12. cap. 11. *Rigaturque gelidis fontibus, & imbres accipit.* Theophrastus imbres pluviasve in insula Tylo cadere quidem refert, sed ad fructus non esse usui: verum fontes esse, quibus omnes rigantur plantæ, eamque aquam, quæ è fontibus hauritur utiliorem & præstantiorem esse, quam pluvialem, eaque de causa incolas postquam cecidit imber, fontana aqua agros quasi abluere.

Τὰ δὲ λοχμώδη. Vertunt, *Alia fruticia.* cum Plinius *fruticosus* dixerit. Theophrastus cap. 12. hujus libri arundinem donacem λοχμωδέστερον εἶναι dixit. Plinius libr. 16. cap. 36. *Fruticosissimus est qui vocatur donax.* Cæterum λοχμώδης planta non dicitur, nisi ex suo corpore fruticescat, quamvis sit similium multitudine conferta & stipata. Ait enim ipsemet Græcus auctor de calamis ἐπηγίοις, vel, ut Plinius legit, *elegiis.* φύονται δ' ἐξ ἑνὸς πυθμένος πολλοί, καὶ οὐ λοχμώδεις.

Τῶν δὲ αἱ μὲν ῥίζαι καὶ μικρόν, &c. Illud notandum, quod pars illa, alni, salicisque quæ extra aquam est, non diu incorrupta manent; quæ vero sub aquis est, illæsa sit. Alni materies sub aquis æterna & immortalis permanet, ædificiorum fundamentum est, immaniaque structurarum pondera sustinet. Multa ædificia ex alno palos subditos habent. Et hæc causa cur à Venetis expetatur, ad jacienda Palatiorum ædiumque fundamenta, quod crebro fixa, non modo ad æternitatem permaneat immortalis, sed quod ingentes admodum ferat moles. Cur incorrupta sub aquis, in libris de causis, ratio redditur.

Φύεται δὲ ὁ πάπυρος. Papyri aggredior historiam. De papyro integrum libellum scripsit Guillandinus, in quo multa & satis docta de papyro scribit. Adversus Guillandinum scripsit Iosephus Scaliger. Quæ ad papyri historiam pertinent, breviter examinabimus. Papyrus duplex est; Ægyptia, & aliis in locis nascens. De Ægyptia agit Theophrastus; alterius meminit Strabo libr. 5. Καὶ γὰρ πλεῖται καὶ τρέφουσιν ὄψον πολύ. καὶ τῶν πτηνῶν τῶν λιμναίων τίφοιτε, καὶ πάπυρος, ἀνθήλη τε πολλὴ κατακομίζεται ποταμοῖς εἰς τὴν Ῥώμην, οὓς ἐκδιδόασιν αἱ λίμναι μέχρι τοῦ Τιβέρεως. Vertunt, *Quippe & navigantur, & multum piscium ac palustrium avium producunt, tum typhi, & panniculæ lucernariæ copia fluminibus Romam devehitur, quos lacus isti in Tiberim demittunt.* Ἀνθήλην exponunt, *panniculam lucernariam.* Credo quod apud Pollucem lib. 10. legatur, ἡ μὲν τοι καλουμένη λυχνὶς ἀνθήλη ἐκαλεῖτο. Sed tale nihil hoc loco ἀνθήλη significat; plantam vel florem, lanuginem plantæ denotat. Ἀνθήλην paniculam vocant Botanici, ac ajunt, esse in frugibus aliquibus, ut in panico & milio, & in plantis quibusdam lanosum florem, qualis in summa arundine per autumnum. Dioscorides libr. 1. cap. de arundine. ἡ δὲ ἀνθήλη τῶν καλάμων ἐμπίπτουσα εἰς τὰς ἀκοὰς κώφωσιν ἐργάζεται. Ἀνθήλην Hermolaus, *paniculæ florem*, Ruellius, *paniculæ lanuginem* vertit. Uter rectius, ex Plinio cognoscet lector hic lib. 23. c. 18. *Paniculæ flos si aurem intraverit exsurdat.* Κατ' ἐξοχὴν Typhæ florem significat. Dioscorides libr. 3. cap. 133. ubi de Typha agit, ἄνθος πυκνὸν καὶ ἐκπαππούμενον; ὃ καλοῦσί τινες ἀνθήλην. *Flos densus, quique in pappos solvitur; eum aliqui anthelam, id est, paniculam nominant.* Phlei etiam fructus ἀνθήλη dicitur. τὸ δὲ φλέως τὴν καλουμένην ἀνθήλην. Utrum Typha Dioscoridis & φλέως Theophrasti eadem planta, infra cap. 11. examinabimus. Apud Strabonem typhæ florem non significat, quippe typhæ paulo ante mentionem fecit. An igitur floris paniculam significat; an corruptus Strabonis codex, legendumq; τύφη τε καὶ παπύρου ἀνθήλη πολλὴ κατακομίζεται. Papyrum hanc alterum, qui sari putant, falluntur. Sari, ut Theophrastus paulo infra docet, planta Ægypto peculiaris. papyrus altera extra Ægyptum. Vide quæ cap. de sari dicuntur. Videtur φλεὼς esse Theophrasti. Galenus in Glossis φλέων, φλογμώδης πόα τοῦτο καὶ παπυρώδης φυτόν; vide caput de phleo. Papyraceum inquit fruticem; hoc de Ægyptia non potest intelligi, sed de papyro, quæ in Italia nascebatur. Ægyptia papyrus nomen accepit, παρὰ τὸ πάειν τὸν πυρόν, quod triticum in se contineat, id est, in re cibaria usum præstet, non secus ac triticum. Theophrastus, διαφέρειν ϧ δοκεῖ τῇ γλυκύτητι, καὶ τὸ τρόφιμα μάλιστα εἶναι τελα ποῦζα, ὅ, τι πάπυρος (forte ἧτις scribendũ, apud reliquos Græcos fæminini generis est. Suidas πάπυρος θηλυκῶς, ἡ πάπυρος. vide Dioscoridem, Galenum, Alexand. Aphrodisæũ, omnes fœminini generis articulum addunt.) καὶ τὸ καλούμενον σάρι, &c. Idem paulo infra, μάλιστα καὶ πλείστη βοήθεια εἰς τὴν τροφὴν ἀπ' αὐτοῦ γίνεται. μασῶνται γὰρ ἅπαντες οἱ ἐν τῇ χώρᾳ πάπυρον, καὶ ὠμὸν, καὶ ἑφθὸν, καὶ ὀπτόν, &c. Vel papyrus dicitur, παρὰ τὸ πάειν τὸ πῦρ quod foco ignique accommodum habeat radicem, sed prius magis placet.

Οὐκ ἐν βάθει τοῦ ὕδατος, &c. Plinius libr. 13. cap. 11. *Papyrum ergo nascitur in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagatæ stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum.*

Πάχος μὲν οὖν τῆς ῥίζης καρπός, &c. Vertunt, *crassitudine radicis qua vola viri robusti. vola pars manus cava.* Aliud καρπὸς Græcis; pars manus quæ cubito per articulũ jungitur. Arist. libr. 1. hist. animal. cap. 14. Aphoris. 134. carpum his verbis definit. ἄκρα δὲ χειρὸς καὶ βραχίονος καρπός.

Brachii

Brachii manusque articulatio manus dicitur. Celsus primam palmæ partem dicit, quam ex multis minutis offibus conftare tradit, quorum numerus, ut ille refert, est incertus; cum Anatomici doceant, ex octo officulis conftare duris, parvis, & fine medulla, differentibus magnitudine, figura, fitu & ufu. Magnus Scaliger καρπὸν *capulum* vertit, à multarum, ut ait, rerum fimilitudine, Plinius *Brachiale* interpretatur; *Brachiali radicis obliquæ crassitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine, &c.* Ofcitanter admodum Plinius verba Theophrafti interpretatur. quod hic de radice refert, ille de caule dicit, hiftoriamque mirificè turbat & confundit. Utrum rectè καρπὸν *brachiale* verterit, non curiofe admodum inquiram; fufficit monere, aliam effe brachii craffitudinem qua parte cubito humeroque jungitur, aliam qua manui committitur. Falfum eft quod ait, *brachiali radicis obliquæ crassitudine.* Hac craffitudine non funt radices quæ per fuperficiem repunt; fed illa tantum quæ in altum demittitur. Eadem radices alias emittit tenues & denfas, quæ per limum divagantur. Doctiff. Guillandinus in Plinio duo verba fede non fua jacere fcribit, & alio reponi debere; quippe cum in Ægypto peregrinaretur, & magna cura in ejus regionis ftirpes inquireret, nunquam potuit in papyrum incidere, cujus Thyrfi, feu virgæ ad fummum fepte cubita excederent: quare cogitare fecum cœpit, vel non intellexiffe Plinium, quæ à Theophrafto dicuntur (cujus criminis tantum virum reum agere pudet) vel ei certe tranfcribentium incuria vel infcitia, vim effe factam. Hos enim longitudinem decem cubitorum radicibus attributam ad fcapos haftili ave, feu caules imperite nimis tranftuliffe, fibi perfuadet Guillandinus. Corrigit ergo, *brachiali radicis obliquæ crassitudine, decem non amplius cubitorum longitudine, triangulis, &c.* Adverfus quam correctionem nihil Iofephus Scaliger. Alia Salmafii opinio; qui nullam in verbis Plinii tranfpofitionẽ, fed ipfius auctoris allucinationẽ agnofcit, qui radicis longitudinẽ, papyro ipfi, id eft cauli, tribuit, cum Theophraftus radicem decem cubita longam faciat, papyros ipfos, μῆκος ὡς τετράπηχυς, *quatuor cubitorum longitudine.* Malè porro Plinius, papyri radicem obliquam, brachiali craffitudine, ait effe. Non una radix obliqua in papyro, fed plures è majore radice prodeuntes eæque tenues & parvæ. Scribitur in veteri libro, *brachiali radices obliquæ crassitudine.* πλαγίας ῥίζας quidem dixit Theophraftus, fed conftructio Pliniana legendum poftulat, *radicis.* Præterea nec radices illæ obliquæ ea funt craffitudine, fed magiftra radix. πάχος μὲν οὖν τῆς ῥίζης καρπὸς ἀνδρὸς εὐρώστου, μῆκος δὲ ὑπὲρ δέκα πήχεις. φύεται δὲ ὑπὲρ τῆς γῆς αὐτῆς πλαγίας ῥίζας εἰς τὸν πηλὸν καθιεῖσα, λεπτὰς καὶ πυκνάς, ἄνω δὲ τοὺς παπύρους καλουμένους τριγώνους. Græcus auctor radicem magiftram craffitudine ait effe manus internodii, eamque ait excedere decem cubitorum longitudinem, ὑπὲρ δέκα, inquit, πήχεις. Hanc alias emittere fub terra in limum obliquas, parvas, tenues. Verba Theophrafti corrupta admodum funt, nec rectè verti folent. Vertunt quoque. *Super terram ipsam radices obliquas, tenues, densasque in limum demittens sursum, quos papyros dixere, profert, triquetros, &c.* Quæ planè funt abfurda. Nam fi radices demittit in limum, quomodo fuper terram? Oppofita funt, terra, & limus; fuperficies terræ & profunditas. Theophrafti codicẽ corruptum effe plures viderunt. Corrigit Iofephus Scaliger exactiffimi judicii vir; φύεται δὲ ὑπὲρ τῆς γῆς αὕτη πλαγίας ῥίζας εἰς τὸν πηλὸν καθιεῖσα. λεπτοὺς δὲ καὶ πυκνοὺς ἄνω τοὺς παπύρους καλουμένους τριγώνους, &c. *Nascitur hæc ipsa (magistra radix) supra terram, obliquas radiculas in limum demittens. Superius tenues & spissas papyros vocatos triquetros. Voces* λεπτοὺς καὶ πυκνοὺς *de radicibus intelligi, (inquit magnus Scaliger) nequeunt.* Rationem adfert, *quod* πολὺ ξύλον ἔχειν *dixerit Theophrastus; ita ut ex illis fabrilia multa fiant, & carbones. Sed fabrilia hæc non fiebant ex obliquis radicibus è præcipua radice exeuntibus, sed ex ipsa radice magistra, quæ est internodii manus crassitudine, longitudine decem cubitos excedens, ad quod non attendit, Plinius cum dixit, decem non amplius cubitorũ longitudine.* ὑπὲρ δέκα dixit Theophraftus. Corruptus videtur codex, lege, *decem & amplius.* Cæterũ nec Scaligeri emendatio Salmafio, viro in omni ftudiorum genere exercitato, arridet, quodq; quæ deorfum; radices demittunt, rectè καθιέναι τὰς ῥίζας dicantur; at radix, καθιεῖσα ἄνω τοὺς παπύρους, neutiquam dici queat, nifi fumma vertantur imis, & omnia fiant retro. Nam καθιέναι eft, *deorsum mittere,* ἀνιέναι *sursum.* Hinc apud Diofcoridem φυτὰ dicuntur τὰ καυλὸν, τὰ φύλλα ἀνιέντα, quia furfum emittunt. Deinde, quomodo φύεται ὑπὲρ τῆς γῆς dici poteft? Quomodo fieri poteft ut radix fupra terram fit? Radix non eft radix, nifi terra tegatur. Corrigit ergo Salmafius, φύει δ' ὑπὸ τῆς γῆς αὐτὴ πλαγίας ῥίζας εἰς τὸν πηλὸν καθιεῖσα λεπτὰς καὶ πυκνάς, ἄνω δὲ τοὺς παπύρους καλουμένους τριγώνους, μέγεθος ὡς τετραπήχεις, &c. *Emittit in limum hæc radix sub terra alias obliquas, tenues ac spissas. supra terram caules ipsos qui papyri vocantur, triquetros, magnitudine quaternorum fere cubitorum.* Radix illa quæ craffitudinem habet τοῦ καρποῦ, longitudinem decem cubitorum, fub terra quidem alias radiculas emittit in limum obliquas, tenues ac fpiffas; fupra terram vero, ἄνω δὲ, φύει fcilicet & *emittit* τοὺς παπύρους, καλουμένους, *caules, nimirum ipsos qui papyri vocantur.* Iftud ἄνω apertè arguit, fcriptum fuiffe ὑπὸ τῆς γῆς, non ὑπὲρ. Radix illa magna ὑπὸ τῆς γῆς multas parvas ac tenues radiculas obliquas fundit, fupra terram ftirpes ipfas & caules, qui vocantur papyri. Scripfiffe etiam Theophraftum, φύει δὲ, non φύεται, quod fequitur oftendit, ἄνω δὲ τοὺς παπύρους καλουμένους. Nam quo hæc referas non haberes? nec enim cum καθιεῖσα poffunt conftrui.

Τοὺς παπύρους καλουμένους, &c. Πάπυρος vox multas habet fignificationes. Nam non folum totam ftirpem omnibus fuis partibus conftantem fignificat, fed κατ' ἐξοχὴν ejufdem fcapum five caulem, ut docet Theophraftus. Plinius lib. 13. cap. 11. *Præparantur ex eo* (papyro) *chartæ, diviso acu. in prætenues, sed quam latissimas phyluras.* Ibidem; *Ex ipso quidem papyro navigia texunt.* Quibus in locis papyrum vocat, non radices, non folia, quæ ambo tum ad textum, tum ad chartam faciendam inutilia funt, fed fcapum, qui folus utrique ei ufui defervit. Altera papyri fignificatio eft, qua Latinis extimus, fummufque fcapus papyri cortex inftar fcirpi lenis glaberq; venit. Plinius lib. 13. cap. 12. *Post hanc papyrum est, extremumque ejus scirpo simile, ac ne ad funes quidem, nisi in humore utile.* Tertio denotat papyrus fimplicem phyluram, quam etiam tæniam, bracteam, laminamque nuncupamus, quæ ab interiore fcapi parte detracta, & glutine duplicata, præftabat dictam proprie chartam. Quarto accipitur papyrus, à Latinis, pro charta perfecta, & omnibus fuis numeris abfoluta. Martialis lib. 3. ad librum fuum.

Cordylas madida tegas papyro.

Idem Xeniorum principio.

Perdite Niliacas Musæ mea damna papyros.

Apulejus in exordio Afini aurei. *At ego tibi in sermone isto Milesio varias fabulas conseram, aureśque tuas benevolas lepido susurro permulceam, modo si papyrum Ægyptiam argutia Nilotici calami inscriptam, non spreveris inspicere.* Quinto fignificat, ut refert Guillandinus, radicem papyri, qua Ægypti etiamnum pro ligno ignis gratia utuntur; quemadmodũ quondam feciffe teftantur Theophraftus, Diofcorides, Plinius. Proinde Martialis libr. 8. ad Titullum, innuens veteres ufos effe papyro ad rogum, denotavit non fuperficiem ejus ftirpis, fed radices.

Farctus papyro dum tibi torus crescit.

Quæ caufa eft, cur Iuris confultus proximè citato cap. 53. papyrum contineri ligni appellatione cenfeat. *Lignorum,* inquit, *appellatione in quibusdam regionibus, ut in Ægypto, ubi arundine pro ligno utuntur, & arundines, & papyrum comburitur, & herbulæ quædam vel vepres continebuntur.* Hæc Guillandinus; quæ improbat Clariff. Iofephus Scaliger, his verbis; *At quod in testimonium adducit Martialis locum, ut ostendat, papyrum etiam significare radicem, idq; ita interpretandum in versiculo Martialis,*

Farctus papyro dum tibi torus crescit,

non possum satis mirari, qui hoc illi in mentem venerit. Nam papyrus quidem eo versiculo est verum fari, quo tunicatus popellus Romæ toros farciebat; & quia in Circo venibat, tomentum Circense vocabatur. Nam beatiores ex lingonicorum sagorum villis derasis farciebant culcitas: pauperes ex fari Thusco cujus meminit Strabo, at papyrum vocat. Ait igitur Martialis Titulli lectum funebrẽ papyro farctum, propterea pauperrimum hominem fuisse oportet. Falleris Guillandine, qui putas hic innui, ex radicibus papyri Romæ, rogum accendi solitum. Quid, tanta ne penuria ligni Romæ erat, ut opus esset peregrini papyri radicibus ad ignem accendendum? Contra tantum Ægypto illarum superfuit, ut etiam exteris nationibus venderent? & tamen Iuris consultus ait, eos penuria ligni coactos arundinem, herbas, spinas, vepres urere. Uterque errat. Rectè Scaliger reprehendit Guillandinum, quod ex Niliaca papyro toros accenfos fuiffe

fuisse tradiderit, cum ex papyro altera tori implerentur. Papyro enim faciebant lectos mortuorum, cum quibus rogo inferebantur ac comburebantur, alimentum ignibus ex papyro illa quærebant ad cremanda cadavera. Plinius lib. 16. cap. 37. *Nec in fruticum, nec in veprium cauliumve, nec in herbarum aut ullo alio quam suo genere numerentur jure scirpi* (ita in antiquo habetur codice; malè in vulgatis, *scripsi*) *fragiles palustresque ad tegillum tegetesque; è quibus detracto cortice, candelæ luminibus & funeribus serviunt.* Scirpus φλεὼς & φλοῦς. Glossæ, *Scirpus*, φλοῦς, πάπυρος. Malè ergo Scaliger, πάπυρον, de qua Martialis, scribit esse Sari. Planta hæc Ægypto peculiaris, ut hoc eodem capite docet Theophrastus. vide cap. de Sari. Italiæ vero familiaris papyrus altera, de qua Strabo & Martialis. Ubicunque auctores pro charta papyrum ponunt, ibi de Ægyptia papyro capi debet, at vero ubi papyrus ad lychnos & funera usui esse narratur, de altera papyro Italiæ familiari, hoc est, scirpo intelligi oportet, ut in versu Martialis jam citato. Nec enim ad hos usus ex Ægypto vehebatur papyrus, sed ex Italica vel indigena papyro candelæ fiebant, uti satis apertè ac dilucidè docet Plinius. Idem hoc epigrammate docet Antipater.

Λαμπάδα κηροχίτωνα Κρόνου τυφήρεα λύχνον,
Σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγόμενον παπύρῳ
Ἀντίπατρος Πείσωνι φέρει γέρας ——

Facem ceream tunicam habentē Saturni ardentē lychnū,
Iunco & tenui constrictam papyro,
Antipater Pisoni fert munus ——

Τὸν φλοῦν intelligit παπύρου nomine. Paulinus,

Lumina ceratis adolentur odora papyris.

Id est, candelæ è phleo sive altera papyro factæ. Redeo ad papyri significationes. Sexto papyrus vocatur vinculum ex byblo Ægyptia contortum. Columel. lib. & cap. 6. *Atque ita sub cauda sanguis emittitur, qui cum satis profluxit, inhibetur papyri ligamine.* Anacreon,

Ὁ δ' ἔρως χιτῶνα δήσας
Ὑπὲρ αὐχένος παπύρῳ,
Μέθυ μοι διακονείτω.

Religatus at papyro
Tunicam cupido collo,
Mihi poculum ministret.

Denique papyrus vocatur ab omnibus chartæ genus, ex linteis confectum, quo vulgo utimur, ut literarum elementa depingamus.

Τριγώνους. Aristotelem reprehendunt, quod sect. 16. problem. 9. scripserit, ullius plantæ caules, truncosve, forma triangulari, aut multiangulari constare. Et autopsia quidem hanc sententiam redargui negari, non potest. Papyri enim & cyperi aliarumque infinitarum plantarum caules contrarium docent. Sed videndum, utrum Aristoteles, de caulibus plantarum tale quid scripserit? Scribit Aristoteles loco citato, διὰ τί τὰ μόρια τῶν φυτῶν καὶ τῶν ζώων, ὅσα μὴ ὀργανικὰ πάντα περιφερῆ; τῶν μὲν φυτῶν τὸ στέλεχος, καὶ οἱ πτόρθοι. τῶν δὲ ζώων, κνῆμαι, μηροὶ, βραχίονες, θώραξ. τρίγωνον δὲ οὐδὲν πολύγωνον, οὐδὲ ὅλον οὐδὲ μόριόν ἐστι. *Cur partes tam stirpium quam animantium, quæ nullis instrumentariis officiis deputatæ sunt, in orbem sese omnes colligant? Stirpium quidem caudex & rami formari in orbem solent. & animantium crura, femora, pectus, lacerti, ad hanc eandem speciem enituntur, triangulum vero nullum, aut multiangulum nullum, neque ex toto, neque ex parte est.* Videtur intelligere Aristoteles φυτῶν nomine plantas majores, quales arbores. Hoc indicant voces στέλεχος, καὶ πτόρθοι. Arborum caudicem rotundum esse, saltem nec triangularem, aut multiangulum, ipsa autopsia docet, nec memini me arborem videre caudice ramisque angularibus; in herbarum censu maxima ferè pars caule angulari.

Κόμην ἔχοντας ἀχρεῖαν ἀσθενῆ. Plinius. *In gracilitatem fastigiatum, Thyrsi modo cacumen includens. semine nullo, aut usu ejus alio quam floris, ad Deos coronandos.* Reprehenditur Plinius à Doctissimis Botanicis, quod quatuor verba Theophrasti κόμην ἔχοντας ἀχρεῖαν ἀσθενῆ, id est, *comam inutilem debilemque sustinentes,* Latinè reddiderit, *Thyrsi modo cacumen includens;* quod neque dictis à Theophrasto quadrat; qui papyrum gestare comam, non vero globum, aut spicam tradit, quibus thyrsus includitur; neque veritati respondet, quæ Theophrasti sententiam palam defendit. Pro qua etiam stat Strabo Geographicorum ultimo, papyro χαίτην, id est, *setam jubamque* tribuens. At quantum sit discrimen inter comam sive jubam, & globum, spicamve, etiam utroque lumine orbi noverunt. Certe Thyrso modo globum, modo spicam imponi moris fuisse, præterquam quod antiqua marmora ostendunt, multa quoque auctorum loca fidem facere possunt. Ad hæc Scaliger Plinio irascitur, quod κόμην ἔχοντας ἀχρεῖαν ἀσθενῆ verterit, *thyrsi modo cacumen includens.* Sane non immerito carpi Plinium concesserim; sed sustinenda castigatio, donec consideremus, causane fuerit Plinio cur ita verterit. Manifestò enim legit, κόμης ἔχοντας κάχρυν ἀσθενῆ. Κάχρυς, ut sciunt qui Theophrastum legerunt, est quasi rudimentum quoddam floris, aut germinis paniculæ modo compactum, quale visitur in facilibus, corylis, nucibus, & aliis. Papyrus habet χαίτην, quia ἡ πάπυρος jam sumitur pro scapo adultiore, cui agnascentia virgulta, quos παπύρους vocat Theophrastus, pro coma rudimentum paniculæ potius habent. In eo potius reprehendendus Plinius, quod descriptionem τῶν καλουμένων παπύρων, cum descriptione τῆς παπύρου confundit. Hoc pertinebat ad peritum rei herbariæ considerare; præsertim qui & in Ægypto papyrum viderit, & commentarium de papyro ex professo instituerit. Igitur scapis adultioribus papyri χαίτην attribuit Strabo: agnatis autem papyris pro coma κόμης κάχρυν Theophrastus, hoc est, rudimentum. Nam κάχρυς est rudimentum futuri germinis, aut floris, aut fructus. A forma Thyrsum vocavit. Nam Thyrsus in comam desinit, propterea κωνοφόροι Bacchæ pro θυρσοφόροι dicuntur, & nomen fastigiatum ostendit acutum cacumen virgulti. Rectè ergo Plinius; modo non confudisset τοὺς παπύρους cum majori scapo. Quid κάχρυς, quid Thyrsus, ad nauseam usq; inculcavimus; quid χαίτη videndum. De papyro Strabo lib. ult. hæc tradit. ἡ μὲν βίβλος ψιλὴ ῥάβδος ἐστὶν ἐπ' ἄκρου ἔχουσα χαίτην, *biblos sive papyrus nuda virga est in vertice* χαίτην *habens.* χαίτη in equo juba est, in homine coma sive cæsaries. Ruffus. χαῖται αἱ ὄπισθεν κατὰ τὸ ἰνίον ἀφειμέναι τρίχες. id est, χαῖται *pili qui à posteriore parte secundum occiput prominent.* In plantis quid χαίτη sit, docet Theocriti Scholiastes ad hunc eidyll. sexti versum.

Ἁ δὲ καὶ αὐτόθι τοι διαθρύπτεται, ὡς ἀπ' ἀκάνθας,
Ταὶ καπυραὶ χαῖται, τὸ καλὸν θέρος ἀνίκα φρύγει.

Illa vero ibi deliciatur, sicut ab acantho,
Arida folia, quando pulchra æstas torret.

Ad hos versus Scholiastes. ὡς ἀπ' ἀκάνθας. Ταὶ καπυραὶ χαῖται] ὡς ἀπὸ τῆς κινάρας οἱ πάπποι χαῖται γὰρ οἱ πάπποι τῆς κινάρας. λέγονται δὲ οἶμαι χαῖται, διὰ τὸ κόμαις ἐοικέναι. *Ut ab acantha aridi pappi,* χαῖται *enim pappi cinariæ, dicuntur &* οἶμαι (id est *circuli, orbes, virgæ.* Hesych. οἶμοι, οἶμος, ὁδὸς, κύκλος, τέλος. Suidas οἶμοι καὶ ῥάβδοι.) quod comæ similes sunt. Vidimus quid χαίτη, vidimus quæ sit Guillandini, vidimus quæ Scaligeri sententia de Plinii & Theophrasti verbis. Mentem Theophrasti & Plinii rectius Salmasius percepit. Verba Plinii, *in gracilitatem fastigiatum, Thyrsi modo cacumen includens,* his verbis exponit; hoc est, *cacumen in gracilitatem thyrsi modo fastigiatum includens.* Ita enim distinguendum. Non hæc figura est capitis papyri, sed ex his constat, thyrsos in gracilitatem coni instar fuisse fastigiatos. Hinc θυρσοειδὴς κεφαλὴ acanthi hoc loco Dioscoridis, quod in gracilitatem fastigiatur. Tale cacumen visitur in branca ursina, & in ea quæ est sylvestris acanthus. Græca Theophrasti, κόμην ἔχοντας ἀχρεῖαν ἀσθενῆ. Nihil in his quod mireris de cacumine thyrsi modo in gracilitatem fastigiato, & tamen certum est, Theophrastea illa Plinium in historia papyri reddidisse. Corrigebat itaque vir magnus, κόμης ἔχοντας κάχρυν ἀσθενῆ. Sed nihil κάχρυος ad hunc locum. Rectius emendaveris, Plinio ipso auctore, κόμην ἔχοντας ἀκρείαν θυρσοειδῆ. hoc est, quod Plinius ad verbum reddidit, *in gracilitatem fastigiatum, thyrsi modo cacumen includens.* Pro ἀχρεῖαν correctores reposuerunt ἀχρείαν, quia alterum ignorabant. ἄκριος pro ἄκρος, & ἄκριοι pro ἄκροι, quo veteres Græci passim usi sunt, Hippocrates, aliique. Dioscorides etiam & Galenus sic loquuntur. Habemus tres Doctiss. virorum sententias, quarum postrema maximè probabilis. Papyrus enim fert χαίτην; id est, cæsariem ex multis capillamentis constantem, quæque comam ostendit Thyrsi modo fastigiatam, ut dixit Theophrastus; non tamen verum fert thyrsum. Vide descriptionem paulo infra, vide iconem,

nem,


iconem, & ex æquo judicabis, nihil cum cachry similitudinis habere, quod eadem ostendit imago.

Καρπὸν δὲ ὅλως, &c. Hujus loci sensum Gazam non satis assecutum, ante nos magnus Scaliger, & Robertus Constantinus docuere. Vox, *τούτους*, non ad fructum referri debet, sed ad papyros. Verte; *Fructum fert nullum; papyros vero ex multis mittit partibus.* Plinius loco citato, *Thyrsi modo cacumen includens, semine nullo, aut usu ejus alio, quam floris ad deos coronandos.* Doctiss. viri legunt ac distinguunt, *Thyrsi modo cacumen includens semine nullo, aut usu ejus alio floris ad deos coronandos.* Deleto τὸ *quam*, quasi nullum florem ferret ad coronandos deos, ut nec ullum fructum. Omnino scribendum, *in gracilitatem fastigiatum, Thyrsi modo cacumen includens, nullo semine, haud alio quam floris usu ad deos coronandos.* Levissima mutatio, *aut*, in *haud*. Coma papyri ex multis capillamentis confarctis, thyrsi modo constat, nullum fert semen; coma hæc nullum usum habet, nisi quod Dii ea coronantur. Plutarchus in Agesilao scribit, eum papyro coronaria delectatum fuisse, ob coronarum simplicitatem, eamque discedentem à rege petiisse, & accepisse. τῇ μὲν τοι στεφανωτίδι βίβλῳ φησὶν αὐτὸν ἡσθέντα Θεόφραστος, διὰ τὴν λιτότητα τῶν στεφάνων, αἰτῆσαι καὶ λαβεῖν ὅτε ἀπέπλει παρὰ τοῦ βασιλέως. Hæc ubi scripserit Theophrastus, ignoro. deperditus forte liber iste, ex quo hæc à Plutarcho referuntur. Puto scribendum, Θεόπομπος.

Athenæus libr. 15. ubi ridet eos qui corona papyracea delectantur, Theopompum de Agesilao illud scribere tradit. Γελοῖοι οὖν εἰσὶ καὶ οἱ λέγοντες, Ναυκρατίτην εἶναι στέφανον τὸν ἐκ τῆς βίβλου τῆς στεφανωτίδος (malè edunt, στεφανοτείδος) καλουμένης παρ' Αἰγυπτίοις στεφέλωρον, παρατιθέμενοι Θεόπομπον ἐκ τῆς τρίτης τῶν Ἑλληνικῶν, ὅς φησιν Ἀγησιλάῳ τῷ Λάκωνι παραγενομένῳ εἰς Αἴγυπτον δῶρα πέμψαι τοὺς Αἰγυπτίους ἄλλα τέ τινα, καὶ δὴ καὶ τὴν στεφανωτίδα (iterum στεφανοτείδα) βίβλον. Ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα, τινὰ ὠφέλειαν ἢ ἡδονὴν ἔχει τὸ βίβλῳ στεφανοῦσθαι μετὰ ῥόδων, πλὴν εἰ μὴ οἱ τούτοις χαίροντες στέφονται ὁμοῦ σκορόδοις καὶ ῥόδοις. *Ridiculi & igitur inepti, qui Naucratitin coronam opinentur plexam ex papyro coronaria, adducentes Theopompum libro tertio rerum Græciæ, qui scripsit Agesilao Lacedæmonio, cum trajecisset in Aegyptum dono misisse & alia multa Aegyptios, & coronariam papyrum. Ego vero quam voluptatem utilitatemque percipiat aliquis è corona papyracea, rosis additis, non video, nisi qui ea gaudent, rosas simul cum allio nectant.* Ex hoc Athenæi loco conjicere licet, papyri comam thyrsi modo compactam, cœnosum, injucundum, ingratum, ac putrem quendam spirare odorem. Valeant ergo & delectentur dii Pliniani, grato hoc papyri odore.


Χρῶνται. Antequam de usu papyri sermonem instituam, expedire videtur, ut descriptionem ac delineationem papyri præmittam, quam dederunt recentiores. Describit papyrum Prosper Alpinus, describunt eandem Pena

Papyrus.



& Lobelius. Alpinus libr. de plantis Aegypti cap. 36. *Papyrus, quem* Bert *Aegyptii nominant, est planta fluminis Nili, binis aut pluribus caulibus rectissimus, supra aquam sex, septemque cubitibus assurgens, cauliumve in fastigiis, scapus innumeris capillamentis, longis rectisque contextus, cernitur. Foliis quoque constat multis rectis, ensiformibus, tiphæ aliquatenus similibus, triangularibus ac mollibus. Chirurgi foliorum medulla utuntur ad ulcerum ora dilatanda. Adversariorum auctores, in horto Pisano papyrum Niloticam florentem se legisse scribunt; quam cypero congenerem faciunt, verum multo elegantiorem, junceo harundinaceove triquetro caule, medulla farcta tormentacea, stipitibus multis proceris, lævis, nitidis surrectis, senûm septenûmve interdum cubitorum, quibus nuspiam nisi ad imum folia insunt cyperi aut sparganii, repanda; radicibus arundinaceis, fibrosis, quas in Aegypto erutas asserebant, non illic ortas; propterea quia semine caret, floribus tamen perquam speciosis, & luculentam in ambitu cæsariem effigiantibus: numerosis gracilibus thyrsulis, denso & æquabili comarum stipatu, & apicibus prominentibus, ferulæ in modum collectis, non ut cyperi, sparsis, quos circa ortum ambiunt radiatim scita folia multo minora illis quæ sunt ad imum, uti in cypero.* Idcirco verisimile fit, hanc veram Theophrasti esse, & papyri descriptionem apud Plinium geminam esse, sed mutilam, æquè duabus diversi generis papyris confusam, nempe ex Aegyptia hac; & Babylonia, cujus etiam alii scriptores meminerunt.

Papyrus ex Ægypto Salmasio missa.



Caulis papiri Ægytiæ Salmasio missæ.



Accepimus à Clariss. Salmasio iconem papyri ex Ægypto ipsi missam, quam & depingi curavimus. Caulis huic è rubro purpureus, viridi quandoque mixto, crassus, nec ut Alpini ac Lobelii icon ostendit, foliis nudus ac glaber, sed multis, latis, arundinaceis præditus. In altera tamen figura, caulis foliis orbus pingebatur. Folia habet admodum tenuia, viridia ac splendentia, ac, quantum ex pictura colligere possum, particularia; Sparto Hispanico non dissimilia sunt; sed instar trifolii in trina dividuntur. Utramque iconem exhibeo; lectori liberum relinquo judicium. Rara planta, sed an papyrus me fugit: plantam ipsam nunquam vidi, eam Clariss. Salmasius exspectat.

Οὐ μόνον τὸ καίειν, &c. Plinius loco citato. *Radicibus incolæ pro igne utuntur, nec ignis tantum gratia, sed ad alia quoque utensilia vasorum.*

Ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ, &c. Doctiss. Constantinus legit, ποιοῦσιν ἐξ αὐτῶν παντοδαπά· πολὺ γὰρ ἔχουσι τὸ ξύλον καὶ καλόν. De ligno enim radicum agitur.

Αὐτὸς γὰρ πάπυρος. Plinius loco citato; *Ex ipso quidem papyro navigia texunt, & è libro vela, tegetesque, nec non & vestem etiam stragulam & funes.* Naves ex papyro factas fuisse, notissimũ. Herodotus in Euterpe tradit, Ægyptios fabricare suas naves è sua acantha, compages introrsum in biblo facere ex amputato papyri vertice. Τὰ δὲ δὴ πλοῖά σφι τοῖσι φορτηγέουσι, ἔστι ἐκ τῆς ἀκάνθης ποιεύμενα· τῆς ἡ μορφὴ μέν ἐστι ὁμοίη τῷ κυρηναίῳ λωτῷ· τὸ δὲ δάκρυον κόμμι ἐστί. ἐκ ταύτης ὦν τῆς ἀκάνθης κοψάμενοι ξύλα ὅσον διπήχεα, πλινθηδὸν συντιθεῖσι, ναυπηγεύμενοι τρόπον τοιόνδε. περὶ γόμφους πυκνοὺς καὶ μακροὺς περιείρουσι τὰ διπήχεα ξύλα· ἐπεὰν δὲ τρόπῳ τούτῳ ναυπηγήσωνται, ζυγὰ ἐπιπολῆς τείνουσι αὐτῶν. νομεῦσι δὲ οὐδὲν χρέωνται. ἔσωθεν δὲ τὰς ἁρμονίας ἐν ὦν ἐπάκτωσαν τῇ βύβλῳ. πηδάλιον δὲ ἓν ποιεῦνται, καὶ τοῦτο διὰ τῆς τρόπιος διαβύνεται. ἱστῷ δὲ ἀκανθίνῳ χρέωνται, ἱστίοισι δὲ βυβλίνοισι. ταῦτα τὰ πλοῖα ἀνὰ μὲν τὸν ποταμὸν οὐ δύναται πλέειν, ἢν μὴ λαμπρὸς ἄνεμος ἐπέχῃ. ἐκ γῆς δὲ παρέλκεται. κατὰ ῥόον δὲ κομίζεται ὧδε. *Naves eorum onerariæ sunt factæ è spina, cujus figura similis est loto Cyrenæo; & cujus lachryma gummi est. Ex hac spina ligna concidunt, quæ magnitudine bicubitali, in formam lateris componunt hunc in modum; cuneis frequentibus & longis circumnectunt bicubitalia ligna; ubi hunc in modum compegerunt, desuper frequentia transtra extendunt. curvatis autem in gyrum lignis non utuntur, sed introrsum compages byblo innectunt; gubernaculum unum faciunt* (interpres, ἓν, legit, *scitè faciunt*) *& hoc per carinam transit. malo quoque è spina, & velis ex byblo utuntur. hæc navigia contra flumen meare non possunt, nisi luculentus ingruat ventus, verum à terra protrahuntur; secundum decursum hoc pacto feruntur.* Plura de his navigiis cap. de arundine. Contra Theophrastus non ex byblo naves texi scribit, sed ex ipso papyro, id est, ex tota & solida ejus substantia, vela autem ex biblo facta fuisse. Ex solida papyro factas naves, probatur ex iis quæ de Moysi refert sacra pagina. Sed Lucani versum prius examinabimus.

Conseritur bibula memphitis cymba papyro.

Doctissimi viri pro, *conseritur*, legunt, *conficitur*; quod conserere naves, pro conglutinare; compingere naves, non convenire Latiali sermoni existiment. item quod idem Lucanus libr. 5. de bello civili *puppes consertes* cecinerit, quemadmodum & pugnam conserere eleganter dicimus,

——— Latumque per æquor
Ut terrestre coit consertis puppibus agmen.

Consertis, ibi denotat, *vicinis*, *connexisque*, non autem *compactis atque consertis.* Vulgata tamen lectio, *conseritur bibula*, defenditur, & munitur auctoritate Festi, quem Pacuvii spartea serilla declarantem, reperio Latinè dicere, *navigia funesque conserere.* Illustravit etiam naves papyraceas Moysis adhuc infantis in aquam abjectio, quem ἐν θίβῃ παπύρου, id est, *fiscella papyracea* ad Nilum, Ægypti fluvium, expositum fuisse, sacra pagina docet. Θίβην Suidas exponit κιβώτιον ἐκ βύβλου λεπτὸν ὡς κοφινῶδες, *arcula tenuis* (parva, exilis) *ad instar calathi, vel calathi forma.* Hesychius, πλεκτόν τι κιβωτοειδὲς ὡς γλωσσόκομον. *Textum quoddã arcæ forma quale, est* γλωσσόκομον, *scrinium in quo pecuniæ recondebantur, tibicinesq; lingulas reponebant*; dictũ à lingua, ut scribit Erasmus, quod linguæ formam haberet. Apud Athenæum libr. 3. ὥς τινας πίνακας ἐν θίβῃ κατακειμένους ἀργυρᾶς, vas significat sive thecã, quę amplexabatur

batur discum vitreum, ne frangerentur in ferculis ferendis. Latinis *repositorium* dicitur, quod super veterum mensas reponebatur, ad fercula collocanda, quæ subinde cum ipso repositorio & afferebantur & auferebantur. Plinius libr. 28. cap. 2. *Bibente conviva mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum judicatur.* Idem libr. 9. cap. 11. *Testudinum putamina secare in laminas, lectosque, & repositoria his vestire, Carbilius Pollio instituit, prodigi & sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenii.* Θιβὼν τὴν τῷ in qua Moyses repositus fuit, describit Iosephus libr. 2. de antiquitate Iudaica, & vocat πλέγμα βίβλινον, ἐμφερὲς τῷ σχήματι κοιτίδι, *texturam papyraceam similem compagi cunarum.* Clemens Alexand. lib. 1. Stromatum. ἐκ βίβλου τῆς ἐπιχωρίου σκεῦος ποιησάμενοι, τὸν Μωϋσῆν ἐντιθέμενοι, *ex papyro Ægyptia vas confecerunt, in quo Moysem reposuerunt.* Usi sunt & veteres arundinum coma ad navium structuram; quomodo & papyro commissuris interjicientes, ad textus ferruminandos, ut quæ glutine sit tenacior, & explendis rimis tenerior. Et hæc de navigiis, quæ ex papyro texebantur. *Et è libro*, inquit Plinius, *vela*, *&c.* Hac de causa pessimè audit à quibusdã. Ajunt enim Plinium & Gazam, & alios errare, quod ἐκ βίβλου verterint, *ex libro*; quod, inquiunt, liber sit cortex exterior. Hæc multis ambagibus probare conantur, explicare tamen nequeunt. Naviculas ex toto & solido papyro texebant Ægyptii: unde papyraceæ Nili naves Plinio: at ex cortice interiore sive libro, funes, vestes, vela, & cætera texebantur. Rectè ergo Plinius, & Gaza verterunt apud Theophrastum, ἐκ τῆς βίβλου, *ex libro*. Nam & βιβλία inde vocata, id est, *chartæ*, vel *libri*, quod ex interioris corticis philyris conficerentur. Arborum corticem dupliciter considerari, extra scilicet & intra, quis ignorat? Foris cortex est, intus liber. Isiodorus ex antiquis criticis: *Liber est interior tunica corticis, quæ ligno cohæret, in qua antiqui scribebant.* Ita papyrus dupliciter consideratur, quod est extra, papyrum vocat Plinius & Theophrastus; quod intra, biblus dicitur.

Καὶ ἐμφανέστατα δὴ τοῖς ἔξω τὰ βιβλία. Acriter nimis in Plinium invehitur Guillandinus, quod hæc non verterit. *Verum*, inquit, *si vox βίβλος in illo Theophrasti loco cum Plinio interpretanda est liber: jam Theophrastus cum ibidem etiam subjungens scribit, parari è biblo βιβλία externis hominibus evidentissima; affirmat, ex cortice fieri chartam materiam voluminum, & omnis generis codicum. Hæc vero δὶς διὰ πασῶν secum pugnare, quis non videt? Quod enim Plinius satis manifestè negat, id Theophrastus juxta Plinii interpretationem constantissimè affirmat. Sed Plinius videtur hæc verba pro inserticiis habuisse, ideoque etiam omnino neglexisse, ubi hunc Theophrasti locum Latina moneta percussum, in suum opus transtulit. Quasi vero Plinius hac ratione satis excusatus sit in eo, quod credidit, spuria esse ea verba, quæ tamen potissimum usum plantæ illius, de quo agit Theophrastus, ibidẽ expediant. Decuitne Plinium, tanto auctori, cujus verba propemodũ singula in suum opus translata, suo operi decori esse existimavit, hujusmodi notam inurere: quod nempe potissimum quiddam omiserit? An vero etiam is non fuit istius plantæ usus potissimus, quod ex ea confecta est charta? Quibus igitur verbis Theophrastus hunc ipsum exposuit: si hæc verba sunt insertitia, & aliena, & non ipsius Theophrasti. Veniam sanè, quam Aristoteles censuit dandam esse Phryni, & Timotheo, libenter etiam damus Plinio, & agnoscimus, quod nimis somnolentus fuerit, dum hunc locum Theophrasti interpretatus est.* Quæ sequuntur scommata sunt, ideò à nobis omittuntur. Ad hæc his ferè verbis, respondet Scaliger. *Sed pagina 121. inclementer in Plinium invehitur, quod verba Theophrasti,* καὶ ἕτερα πλεῖω καὶ ἐμφανέστατα δὴ τοῖς ἔξω τὰ βιβλία, *omiserit. Atqui hæc præteritio illum potius quasi manu ducere debebat, ad suspicandum id quod est, nempe, verba illa,* τὰ βιβλία *esse addita ab illis, qui sincerum vas incrustare volunt. Nam sane Theophrastus cum extrema narratione dixit,* καὶ ἕτερα πλεῖω, *illis verbis significat, se nihil aliud dicere, sed quia nota erant & Græcis, ideo non nominat. Scripsit igitur,* καὶ ἕτερα πλεῖω, καὶ ἐμφανέστατα δὴ τοῖς ἔξω. *Et alia quæque, inquit, ex papyro faciunt Ægyptii, quæ etiam in notitiam exterarum nationum pervenerunt, institoriis mercatorum. At* τὰ βιβλία *est glossema illius studiosi, qui sciebat etiam chartam ad libros ex ea fieri. Hanc veram esse lectionem Thephrasti quovis pignore contenderim, tum quod eam Plinius non vertit, tum quod de barbarismo suspecta est vulgata lectio. Alioquin quid opus est Theophrastum monuisse chartam fieri ex papyro, cum & pueris ipsis in Græcia id constaret; sed cum dicit,* πλεῖω ἕτερα, *ostendit hactenus nihil aliud recensere velle, quia palam omnia nota essent. Præterea si eam lectionem retinemus,* βιβλία *referendum ad* πλοῖα, *atqui χάρτης non πλέκεται.* Quæ de chartæ generibus, ejusq; præparatione apud Plinium leguntur, ea satis diligenter à Guillandino & Scaligero examinata sunt: cum autem hodie papyracea charta usum nullum habeat, nec de ea agat Theophrastus, nec hujus sit loci, de ea agere non fert animus. Attamen, verba Plinii, ut in vulgatis habentur codicibus, de chartæ præparatione subjungam, addamque & Guillandini, & Scaligeri emendationem. Plinius lib. 13. cap. 12. *Texuntur omnes tabulæ madentes Nili aqua.* (Toletanus codex. *texitur omnis madente tabula Nili aqua.*) *Turbidus liquor vim glutini præbet, cum primo supina* (utrumque Toletanum & Salment. exemplar, *in re cum primo supina.* Forte legendum, *inde cum primo*) *tabula scheda adlinitur, longitudine papyri, quæ potuit esse segminibus* (exemp. Toletan. *resegminibus*) *utrimque amputatis. Transversa postea crates peragitur. Premitur deinde prælis, & siccantur sole plagulæ, atque inter se junguntur, proximarum semper bonitatis diminutione ad deterrimas.* Corrigit Guillandinus; *Texuntur omnes tabulæ madentes Nili aqua: turbidus liquor vicem glutinis præbet, cum prima supina tabula scheda adlinitur (longitudine papyri, quæ potuit esse segminibus utrimque amputatis) transversa postea cute peragitur; premuntur deinde prælis, & siccantur sutæ plagulæ, &c.* Scaliger veram lectionem ex vestigiis Cujaciani codicis eruit, *Texuntur omnes madente tabula Nili aqua. turbidus liquor glutinis præbet vicem. primo supina tabula schedis adlinitur longitudine papyri, quæ potuit esse resigminibus utrimque amputatis. transversa postea crates peragitur. premitur deinde prælis, & siccantur sole plagulæ atque inter se junguntur.* Ex his veteres ad hunc fere modum confecisse chartam constat. capiebant schedam sive philyram, ea longitudine, quam papyri scapus dederat. extendebant deinde in tabula sive assere ligneo madida turbidis Nili aquis, cujus liquor glutinis vim præstabit, & hæc prima philyra stamen erat chartæ. Huic deinde alias schedas imponebant transversas ad angulos rectos, in modum cratis, puta sex vel septem schedis tabulam primum sternebant; totidem transversas supersternebant. Ad hunc modum stratus schedarum, cum transversos posuissent, cratem eam postea prælo premebant, ut exugeretur aquæ Niloticæ humor, qua litarant tabulam. Denique suspenso prælo crates illas exprimebant & destruebant, ut solæ ac separatæ plagulæ per se, vel etiam solis vi siccari possent. Latitudo chartæ optimæ tredecim digitorum, cæteris paulatim minor, scripturam ea parte excipiebat, qua segmenta, quæ subteminis locum habent, sunt agglutinata. & raro altera parte scribebatur. Est igitur quod nobis gratulemur, qui infinito meliorem chartam, quam fuerit papyracea, è tritis lineis & gossipio paramus: quæ tam firma est, ut tam à tergo quam à fronte litteras æque possit sustinere, & singulis foliis binas paginas continere, alteram anticam, alteram posticam; adeo, ut nihil vetet, quo minus statim post primam paginam in opistographo ejus scribamus. Vulgaris charta quando reperta sit, ignoro; papyracea temporibus Alexandri Magni reperta. Plinius lib. 13. cap. 11. *Et hanc* (chartam) *Alexandri magni victoria repertam, auctor est M. Varro, condita in Ægypto Alexandria, antea non fuisse chartarum usum: in palmarum foliis primo scriptitatum, deinde quarundam arborum libris.* Hanc Varronis sententiam destruere & evertere conatur Guillandinus, quod apud Anacreontem, aliosque Alexandro multo antiquiores, πάπυρος vox reperiatur. Anacreontis carmen supra citavi. *Antiquiores*, inquit, *Alexandro Alcæus, Plato Comicus.* Maximopere errat, cum Alcæi carmen esse dicit quod est Antipatri. Nam in eo est Piso, gentis Romanæ nomen, & cereus Saturnalibus missus est ritus Romani; ut contra eum disputat Clarissimus Iosephus Scaliger, ad rem ipsã porro respondens; non sequi chartæ usum ante Alexandri ævũ fuisse, quod papyri nomen ante notũ fuerit; *Non magis, me hercule*, inquit, *quam vinum fieri cœptũ statim postquã vitis nota fuit. Nam quot sæculis vitis nota fuit antequã vinũ ex ea fieri cœptum? Hodie pars novi orbis, quam Floridam vocant, multa vite passim sine ullo usu humano consita est. Ex ea incolæ nunquam vinum fecerunt.* (nec apta ad vinum uva; mediũ inter uvæ & hederæ genus est.) *An Hispani qui eam partem hodie colunt* (puta cum viveret Scaliger; hodie sub Batavorũ imperio erat) *adhuc fecerint, nescio.* (necdum Batavi fecerunt, non tentarunt Hispani) *Ita vitis prius cognita, quam vinum ex ea factum. Sic papyrus, quæ prius apud Græcos vinculorum usum tantum præbebat, prius nota fuit, quam scribi in ea cœptum.* Respondeo pro Guillandino, usum chartæ ex papyro ante Alexandrum notam fuisse. Nam apud Platonẽ Comicum

legitur τὰ γραμματεῖα τοῖς τε χάρτας ἐκφέρειν, codices chartasque exportans. Varroni oppono Galenum. Hic commentario secundo in libr. 6. Hipp. Epid. aphor. 13. scribit. Τὰ γὰρ ἐν διαφοραῖς ἢ χάρταις ἢ δέλτοις ὑφ' Ἱπποκράτει γεγραμμένα, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεσσαλὸν ἀθροίσαντά φασι ποιῆσαι τὰ δύο βιβλία συνθεῖναι, τότε δεύτερον, καὶ τὸ ἕκτον, ἔνιοι δὲ καὶ τὸ τέταρτόν φασι. *Scripta namque ab Hippocrate in diversis, vel chartis, vel tabulis ejus filium Thessalum collegisse ajunt, duosque hos libros, secundum videlicet atque sextum, integrasse; nonnulli quartum addunt.* Ex hoc Galeni loco probatur, Imperatoris Commodi ævo præstantissimis medicis non constitisse, an Hippocratis ævo papyro, sive charta Niliaca, an tabulis è ligno confectis uterentur. Plato Comicus vixit circa Olympiadẽ octuagesimam primam, ut enumerat Eusebius. Suidas vero Platonem Comicum fuisse ait, per tempora Aristophanis. Πλάτων ἀθηναῖος κωμικὸς γεγονὼς τοῖς χρόνοις κτ' Ἀριστοφάνην. Post centesimã Olympiada vixisse Alexandrum Magnum Historici testantur. Ante chartæ inventionem, in palmarum foliis scriptitatum, auctor Plinius. Guillandinus pro, *palmarum*, *malvarum*, legendum contendit, ac probat ex Cinnæ epigrammate:

Hæc tibi Areteïs multum invigilata lucernis
Carmina, queîs ignes novimus aërios,
Lævis in aridulo malvæ descripta libello,
Prusiaca vexi munera navicula.

Omnino fatendum, in MSS. exempl. quæ apud clariss. virum Gerardum Vossium Historiarum & Politices professorem vidi, constanter in versibus citatis scribi, *malvæ*. Attamen Plinii locum corruptum esse, nego. Vera lectio, *palmarum*. Isiodorus lib. 6. cap. 12. *At vero historiæ majore modulo scribebantur, & non solum in charta, vel membranis; sed etiam & in omentis elephantinis, textilibusque malvarum foliis, atque palmarum.* In quibus verbis, ut rectè observavit Iosephus Scaliger, non solum veteres in palmarum foliis scriptitasse apparet, sed & illa folia texta & conglutinata fuisse; quin palmarum folia malvaceis longè præstantiora. Nam malvacea inepta ad mucrones calamorum tolerandos. Sed huic malo remedium erat gluten, & similia alia. Palmarum folia ad scribendum inidonea esse, scribit Guillandinus, quod duriora & asperiora sint; cum tamen experientia doceat, aptissima esse scribendo, si primum cultri dossello lævigaveris. Vidi litteras palmæ foliis inscriptas. Talem epistolam nobis dono dedit cognatus noster Wessel Bacher. Palmarum in foliis scripsisse veteres, ex Suida probatur. Φοινικήια γράμματα. Λυδοὶ καὶ Ἴωνες τὰ γράμματα ἀπὸ Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος εὑρόντος ἔλαβον· τούτοις δὲ ἀντιλέγουσι Κρῆτες ὡς εὑρέθησαν ἀπὸ τοῦ γράφειν ἐν φοινίκων πετάλοις. *Phœnicæ litteræ. Lydi & Iones litteras acceperunt à fortissimo Phœnice inventore. illis contradicunt Cretenses, propterea quod in palmæ foliis inscriberetur.* Rectè Epimenides.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Cretenses semper mendaces, malæ feræ, ventres pigri.

Φοινικήια γράμματα, litteræ dictæ sunt, vel quod à Phœnicibus repertæ sunt; vel, quod Cadmus Phœnix eas in Græciam attulerit. Theophylus extremo lib. 3. ad Autolycum de gentibus tradit, litteras vel à Chaldæis, vel ab Ægyptiis, vel Phœnicib. repertas. φάσκουσι τὰ γράμματα εὑρηκέναι, οἱ μὲν παρὰ Χαλδαίων, οἱ δὲ παρ' Αἰγυπτίων, ἄλλοι δὲ αὖ ἀπὸ Φοινίκων. Lucanus. à Phœnicibus inventas tradit.

Phœnices primi, famæ si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Plinius lib. 5. cap. 12. *Ipsa gens Phœnicum in gloria magna litterarum inventionis, & siderum, navaliumque, ac bellicarum artium.* Cadmum Græcos litterarum figuram docuisse, confirmant verba Clementis Alexandrini lib. 15. Στρωμ. Κάδμος δὲ Φοίνιξ ἦν, ὁ τῶν γραμμάτων Ἕλλησιν εὑρετὴς ὥς φησιν Ἔφορος (ita scribenbum docet Lipsius ad 11. annal. Taciti. εὔφορος in editis legitur) ὅθεν Φοινικήια τὰ γράμματα Ἡρόδοτος κεκλῆσθαι γράφει. *Cadmus autem erat Phœnix, qui fuit Græcis litterarum inventor, ut ait Ephorus. unde etiam Herodotus scribit, litteras vocatas fuisse Phœnicias.* Locus quem citat Herodoti, reperitur in Terpsichore, ubi ait; Ἴωνες παραλαβόντες διδαχῇ παρὰ τῶν Φοινίκων τὰ γράμματα, μεταῤῥυθμίσαντες σφέων ὀλίγα, ἐχρέωντο· χρεώμενοι δὲ, ἐφάτισαν, ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἔφερε, ἐσαγαγόντων Φοινίκων ἐς τὴν Ἑλλάδα, Φοινικήια κεκλῆσθαι. *Iones cum litteras à Phœnicibus didicissent, immutata quarundam forma utebantur, & utentes famam sparserunt, (quemadmodum & æquitas postulabat) quia Phœnices eas in Græciam invexerant, Phœnicias vocandas esse.* Idem Herodotus eodem libro, εἶδον δὲ καὶ αὐτὸς Καδμήια γράμματα ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἰσμηνίου ἐν Θήβῃσι τῇσι Βοιωτῶν, ἐπὶ τρίποσι τισὶ ἐγκεκολαμμένα, τὰ πολλὰ ὅμοια ἐόντα τοῖσι Ἰωνικοῖσι. *Quin ipse vidi apud Thebas Boeotias in Ismenii Apollinis templo, litteras Cadmeas in tripodibus quibusdam incisas, magna ex parte similes Ionicis.* Plutarchus lib. 11. probl. 3. τὰ δὲ δὴ πρῶτα καὶ φοινικικὰ διὰ Κάδμον ὀνομασθέντα, τετράκις ἡ τετρὰς γενομένη παρέσχε. *Primas autem* (hoc est, sexdecim litteras primo inventas) *quæ Phœniciæ propter Cadmum appellantur, quaternio quater sumptus exhibet.* Plinius libr. 7. cap. 6. *Utique volunt in Græciam intulisse è Phœnice Cadmum 16. numero: quibus Trojano bello Palemedem adjecisse quatuor hac, figura, Θ. Ξ. Φ. Χ. Totidem post eum Simonidem Melichum, Ζ, Η, Ψ, Ω.* De litterarum inventione satis; plura qui velit adeat artem Grammaticam Gerardi Vossii, legat & revolvat cap. 8. 9. 10. & 11. lib. 1. Non male forte agam, si Taciti locum, de Græcarum litterarum inventione, ex Annalium lib. 12. adscripsero. Hic Palamedem non quatuor, sed sexdecim litteras adjecisse Cadmæis scribit his fere verbis; *Quippe fama est, Cadmum classe Phœnicum vectum rudibus adhuc Græcorum populis artis ejus auctorem fuisse. quidam Cecropem Atheniensem, vel Linũ Thebanũ, & temporibus Trojanis Palamedem Argivum memorant, sexdecim litterarum formas, mox alios, ac præcipuè Simonidem, cæteras reperisse.* Hunc locum corruptũ scribit Iustus Lipsius, legitque, *Cecropẽ Atheniensem, vel Linum Thebanum sedecim litterarum formas, & temporibus Trojanis, Palamedem Argivum quatuor, memorant; mox alios, ac præcipuum Simonidem, cæteras reperisse.* Emendationis hanc adfert rationem, quod veterum, quos quidem legerit, nemo hoc de Palamede tradiderit, quod apud Tacitum legitur vulgo. Correctio Lipsiana non arridet Gerardo Vossio; quod antiquissimus Rhetor Gorgias, inter cætera Palamedis inventa reponat, γράμματα, μνήμης ὄργανον, *litteras, memoriæ instrumentum. Quo pacto,* inquit Vossius, *neutiquam loqueretur, si putasset, eum solum tres vel quatuor litteras, ac tales quidem, ut carere iis possimus, Cadmeis litteris addidisse. Præterea apud Hyginum in fabulis cap. 277. undecim dicitur invenisse litteras. Ubi,* inquit Vossius, *si pro* undecim, sexdecim *reponam, propius à vulgata lectione recedam, quam qui pro communiori opinione quatuor substituat. Est quoque pro hac sententia Scholiastes Euripidis in Orestem: ut qui à Palamede referat repertas litteras septendecim; quod Taciti numerum leviter admodum excedit. Sed facile à Librario potuit 15. sexdecim in 13. septemdecim commutari; ut planè mihi persuadeam, 15. scripsisse Scholiastem. Eo magis, quia videam, quod de Palamede traditum est à Tacito, similiter legi apud Eusebii, sive Georgii Syncelli exscriptorem, Georgium Cedrenum, qui ante annos quingentos & quinquaginta vixit.* Plura qui velit, adeat Vossium. Nobis tantum propositum fuerat Suidæ refellere sententiam. Utrum à Cecrope, an à Cadmo Græci litterarum figuras acceperint, nolo admodum diligenter inquirere. Nam ista de Cadmo, & illa de Cecrope sententia, non magno adeo distant intervallo. Cecrops enim imperium tenebat, iis temporibus quando Moses apud Iethronem socerum in terra Madian habitaret. Cadmus autem, ut Hieronymus in Chronico Eusebiano tradit, temporibus Iosue, una cum fratre Phœnice Thebis Aegyptiorum in Syriam profectus fuit. Ut probabile admodum fit, Othonielis tempore è Phœnicia in Græciam venisse, atque ibi in memoriam Thebarum Aegyptiarum Thebas Boeotias condidisse. Hebræos autem ante litteras novisse, nemo facile in dubium vocabit. Addit Plinius, *cum scripsisset in palmarum foliis scriptitatum, postea scripsisse veteres, in quarundam arborum libris.* Liber vocatur, teste Isiodoro, corticis pars interior, estque medium quoddam inter corticem & lignum. Sed in quarum arborum libris scriptum? In tiliæ corticæ interiore veteres scripsisse, extra controversiam est. Suidas φιλύρα εἶδος δένδρου ἔχον φλοιὸν βύβλῳ παπύρῳ ὅμοιον. *Tilia est arboris genus, quod librum habet similem byblo papyri.* In libro hoc scripsisse veteres, ex Herodian. libr. 1. ubi de Commodo agit, probatur. λαβὼν γραμματεῖον τούτων δὴ τῶν ἐκ φιλύρας εἰς λεπτότητα ἠσκημένων, ἐπαλλήλως ἀνακλάσει ἀμφοτέρωθεν πτυγμένων γράφει, ὅσους χρὴ τῆς νυκτὸς φονευθῆναι. *Sumpto in manus libello, quales ex tilia tenuissimi & utrimque plicatiles fiunt, conscribit in eo, quoscunque illa nocte interficere statuisset.* Xilinus in Domitiano, τὰ ὀνόματα ἐσγράψας εἰς φιλύρινον δίθυρον ἐγγράψας. *cum eorũ nomina scripsisset in duplicibus tabulis tileaceis.* Ulpianus, *Librorum appellatione continentur*

continentur omnia volumina, sive in charta, sive in membrana sint, sive in quavis alia materia. Sed & si in philura, aut in tilia, ut nonnulli conficiunt, aut in quo alio corio; idem erit dicendum. Pergit Plinius. *Postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici cœpta, aut ceris. Volumina,* improprie dixit pro laminis plumbeis: quæ non volvuntur, unde voluminis nomen; Laminarum plumbarũ mentio fit apud Iobum cap. 19. *Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro, & stylo ferreo in plumbi lamina, vel certè sculpantur in petra?* Suetonius in Nerone cap. 20. *plumbeam chartam* vocat. *Sed & plumbeam chartam supinus pectore sustinere, & clystere, vomituque purgari, & abstinere pomis, &c.* Guillandinus damnat Suetonium, quod *chartam,* non papyrũ dixerit *plumbeam;* cum papyrus nomen materiæ sit, quæ planta est, non plumbum: charta vero dicitur ab usu: eoque & ex papyro & aliunde fit charta. Rectè ergo Tranquillus chartam dixit plumbeam. Quomodo & locutus Lysimachus Alexandrinus; cujus apud Flavium Iosephum lib. 1. adversus Appionem fit mentio. Hic inter cætera recenset, quomodo Bocchoris, rex Ægyptius, Iudæos lepra affectos mandarit εἰς μολυβδίνους χάρτας ἐνδήσαντες, hoc est, *plumbeis chartis involutos,* in mari dari præcipites. Mox & *privat linteis, &c.* Librorum linteorum meminit Livius decad. 1. libr. 4. *Nihil enim constat, nisi in libros linteos utroque anno relatum inter magistratus præfecti nomen.* Paulo infra. *In tam discrepanti editione, & Tubero & Macer libros linteos auctores profitentur: neuter tribunos militum eo anno fuisse, traditum à scriptoribus antiquis dissimulat. Licinio libros haud dubie sequi linteos placet.* Erant autem veterum lintei libri, non quales nostri, qui & lintei dici possunt, & fortè debent, sed in telam lineam descripti; non aliter quam hodie pictores varias rerũ imagines ac formas in linteis depingunt. Denique in cera veteres scripsisse, Plinius ait. Sed in antiquis codicibus, ut optimè observavit Hermolaus, *schedis* legitur. Quæ lectio Scaligero arridet. Aliud autem est scribere in ceris, aliud in schedis. Nam ceræ deletiles erant, schedæ non item; quæ nihil aliud erant, quam pagellæ ligneæ. Cassiodorus libr. 11. *Erat indecorum, fateor, doctos sermones committere tabulis impolitis, & in veternosis ramalibus imprimere, quod sensualis poterat elegantia reperire.* Schedæ autem erãt asseres sive tabellæ sectiles, non absimiles scandulis, quibus tecta, tegularum vice, in quibusdam locis teguntur, dictæ ἀπὸ τοῦ σχίζειν, id est, à diffindendo, sive dissecando. Sed fortassis Plinius per *ceram* intelligit, ceratam tabulam. Prudentius Hymno nono de Cassiano martyre.

Inde alii stimulos, & acumina ferrea vibrant,
Qua parte aratis sera sulcis scribitur.
Et qua secti apices abolentur, & æquoris hirti
Rursus nitescens invenitur area.

Primo in versu docet, stylum quo in cera usi, mucronem habuisse ad literas formandas; in secundo vero versu tradit, eundem stylum in summo planum fuisse ad aliquid delendum. In tabulis his primum ferreo stylo scripserunt, deinde ossea cuspide, cum vetitum esset, ne quis è ferro graphium haberet. Plautus in Bacchide.

Chry. *Nunc tu abi intro Pistoclere ad Bacchidem, atque effer cito.*
Pist. *Quid? stylum, ceram, tabellas & linum.*

Atta in Satyra, *Vertamus vomerem in ceram, mucroneq; aremus. Osseo.* Isidorus lib. 6. c. 9. *Græci & Thusci primum ferro in ceris scripserunt; cum autem graphiis ferreis abuti inciperent ad vulnerandos alios, graphii usus ferrei interdictus fuit, cujus tamen postea rediit usus.* Martial. lib. 14. epigram. 21.

Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro.
Si puero dones, non leve munus erit.

Reperio veteres in aliis rebus scripsisse, quam iis, quæ hactenus recensuimus ex Plinio. Syracusani oleagino folio nomen ejus inscribebant, qui nimia valebat auctoritate, ac ob potestatem erat suspectior. Quinquenniũ exulare debebat cujus nomen sæpissime omnium in foliis olivarum legeretur. Diodorus Siculus libr. 11. παρὰ μὲν γὰρ Ἀθηναίοις ἕκαστον τῶν πολιτῶν ἔδει γράφειν εἰς ὄστρακον τοὔνομα τοῦ δοκοῦντος μάλιστα δύνασθαι τυραννεῖν τῶν πολιτῶν· παρὰ δὲ τοῖς Συρακουσίοις εἰς πέταλον ἐλαίας γράφεσθαι τὸν δυνατώτατον τῶν πολιτῶν· διαριθμηθέντων δὲ τῶν πετάλων τὸν πλεῖστα πέταλα λαβόντα, φεύγειν πενταετῆ χρόνον. *Nam apud Athenienses in testam unumquemque civium inscribere oportebat, ejus nomen qui ad tyrannidem occupandam maximè potens videretur. Sic apud Syracusanos in olivæ folium qui potentia maximè valeret referendus erat. Recensitis ergo foliis, qui numero illorum, superabat, quinquennium exulare cogebatur.* Hoc vocatum ait, πεταλισμόν. οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι τοῦτο τὸ γένος τῆς νομοθεσίας ὠνόμασαν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ὀστρακισμόν, οἱ δὲ Συρακούσιοι πεταλισμόν. *Quod Athenienses igitur ab ipsius rei causa ostracismum dixere, id Syracusani pro sua reipublicæ ratione petalismum nuncuparunt.* His ita præmissis, videndum, quid velit Hesychius cum ait, πεταλισμὸς ὁ διὰ φύλλων ὀστρακισμὸς γινόμενος, *petalismus, est ostracismus qui fit per folia.* Hoc non intellexit vir magnus, cum πεταλισμὸν dici scribit, quod nomina in laminis signarentur; imaginari non potuit; quod in arborum foliis scriberent veteres. In ære præterea scripserunt. Suetonius in Iulio acta publica æri incisa tradit. Ad quod respexit 1. Metamorph. Ovid.

——— *Nec verba minantia fixo*
Ære ligabantur.

Nihil vulgatius, quam lapidibus, saxis, marmoribus litteras incidisse veteres. Nemo ignorat decalogum lapideis tabulis à Mose inscriptum fuisse. De Sethi duabus columnis nihil dicam. Ægyptios ante papyri usum; notas suas Hieroglyphicas saxis insculpsisse, canit Lucanus lib. 3.

Nondum flumineas Memphis contexere byblos
Noverat: & saxis tantum volucresque feræque
Sculptaque servabant magicas animalia linguas.

Refert Plinius lib. 7. cap. 56. Babylonios ac Phœnices leges atque instituta sua inscripsisse coctis laterculis. Columnæ & monumenta, quæ hodie supersunt, docent apud Græcos & Romanis morem fuisse, saxis inscribere. Horat. libr. 4. od. 8.

——— *Incisis nota marmora publicis.*

Sed ad papyrum revertamur. Illud in quo scribebant veteres ex papyro confectum χάρτην, nominabant veteres. Nomen hoc inditum, ἀπὸ τοῦ χαίρειν, id est, *salutando,* quod in frontibus epistolarum apponerent antiqui χαίρειν. χάρτη igitur, *salutator.* Inde Martialis lib. 9. epigr. cap. 1. epistolam sic ἐκφράζει.

Marcus amat nostras, Antonius Attice Musas;
Charta salutatrix si modo vera refert.

Primus Cleon in epistolis χαίρειν usurpavit; primus eo rejecto, εὖ πράττειν, *bene agere,* prætulit Plato. Materies autem ex qua charta fiebat, papyrus dicebatur & βίβλος; vel, ut aliis placet, βύβλος per υ. Βίβλος dicta est, διὰ τὸ τοὺς βίους ἐν αὐτῇ βάλλεσθαι, *quod vita in ea perscriberetur:* vel διὰ τὸ τοὺς βιοὺς ἐν αὐτῇ βάλλεσθαι, quomodo Eustathium scripsisse puto, quod papyri tunicas dispesci solebant in tenues philuras, iis acu à se invicem separatis, ita ut suo quæque ordine detraherentur. Plinius loco citato. *Præparantur ex eo chartæ, diviso acu in prætenues, sed latissimas philuras.* Miror admodum, id non cepisse Guillandinum; qui ad hoc, non acus, sed cultri, aut alterius ferri operam requiri contendit. Certè, si ferro alio opus fuit, æquè rectè quadrabit etymon. Βιὸς Græcis acus, nervus, sagitta; arcus. Cæterum μετωνυμικῶς tam papyrus, quam biblos pro papyri philuris in quibus scribebatur, sumitur.

Μασῶνται, &c. Hac de causa nomen accepit πάπυρον, ἀπὸ τοῦ πάειν τὸν πυρόν, quod triticum, id est alimentum in se contineat, ac possideat; vel quod saporem præbeat tritici. Πάειν enim aliquando γεύειν significat. Hunc locum his verbis exscripsit Plinius. *Mandunt quoque crudum decoctumque, succum tantum devorantes.* Dioscorides lib. 1. cap. 116. non ipsi cauli, sed radici alimentum inesse scribit. Ἔχει δέ τι ἡ ῥίζα αὐτῆς καὶ τρόφιμον (alt. γλυκυτρόφιμον) διαμασώμενοι γοῦν αὐτὴν οἱ ἐν Αἰγύπτῳ, ἀποχυλίζουσιν ἐκπτύοντες τὸ διαμάσημα. *Habet autem radix alimenti nonnihil: quo fit, ut eam commanducantes Ægypti, succum exugant, commansum reliquum expuant.* Dioscoridẽ & Theophrastũ Herodotus, utroque antiquior, conciliare videtur in Euterpe. τὴν δὲ βύβλον τὴν ἐπέτειον γινομένην, ἐπεὰν ἀνασπάσωσι ἐκ τῶν ἑλέων, τὰ μὲν ἄνω αὐτῆς ἀποτάμνοντες, ἐς ἄλλο τι τράπουσι· τὸ δὲ κάτω λελειμμένον ὅσον τε ἐπὶ πῆχυν, τρώγουσι, καὶ πωλέουσι. οἱ δὲ ἂν καὶ κάρτα βούλωνται χρηστῇ τῇ βύβλῳ χρᾶσθαι, ἐν κλιβάνῳ διαφανέϊ πνίξαντες οὕτω τρώγουσι. *Iam vero byblum annuum ubi è paludibus excerpserunt, supe-*

riorem

riorem ejus partem amputant, quam in aliud quid convertunt: quod relictum est inferius, longitudine cubitali, id edunt pariter, ac venundant. Eo siquidem admodum suavi uti cupiunt, in luculento furno torrefactum ita commedunt. Quod Herodotus ait superius amputari, ac, quod relictum est cubitali longitudine edi, inde Dioscorides collegit partem radici proximam edi; & pro parte radici proxima, radicem posuit.

Ὁ μὲν γὰρ πάπυρος, &c. Hic notandum, Theophrasto & Plinio papyrum esse masculini generis, cum Dioscoridi ac reliquis Græcis ac Latinis sit fœminini. Virg. in Ceiri.

Docta Palæphatia testatur voce papyrus.

Contra Plinius, *Ex ipso papyro navigia texunt.* — *Præparantur ex eo chartæ.* Eidem Plinio & *papyrum* dicitur. Papyrum nascitur in palustribus Ægypti.


Γίνεται δὲ ἐν Συρίᾳ scribe, γίνεται δὲ καὶ ἐν Συρίᾳ, Plinius loco citato, *Nascitur & in Syria, circa quem odoratus ille calamus lacum. Neque alius usus est, quam inde funibus rex Antigonus in navalibus rebus, nondum sparto communicato.* (In antiquo codice legitur. *Neque ad alios usus illis, quam in funibus. Rex Antigonus in navalibus usus est rebus, nondum sparto communicato.*) *Nuper & in Euphrate nascens, circa Babylonem papyrum intellectum est, eundem usum habere chartæ. Et tamen adhuc malunt Parthi vestibus literas intexere.*

Τὸ δὲ σάρι, &c. Τὸ σάρι. Theophrastus Ægypto peculiare tradit. Idem docet Hesych. σάριον σάρι φυτὸν τι γινόμενον ἐν τοῖς περὶ Αἴγυπτον ἕλεσι. Sarion & sari planta in Ægyptiis nata paludibus. Plin. lib. 13. cap. 23. *Fruticosi* (corrigunt, *frutectosi*) *est generis & sari, circa Nilum nascens, duorum ferme cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similique manditur modo: radice ferrariis officinis præcipua carbonis usu propter duritiam.* Sari ergo non est papyrus altera Italiæ familiaris, qua toros & stramina farciebant pauperes, quod sari, ut Theophrastus, Plinius & Hesychius docent, sit Ægypto peculiaris. Quæ planta sari sit ignoro, nec à recentioribus, quod sciam, descripta. Caulem hujus σκέλος vocari, tradit Theophrastus, eumq; triangulum esse, comamque papyraceam habere. Plinius simili modo ac papyrum mandi, tradit. Theophrastus mansum & exsuccum expui, quod etiam de papyro tradidit.

Τὸ δὲ μνάσιον, &c. Aldinus & Basileensis codex μναύσιον. De mnasio vel de mnausio plura quæ dicam, non habeo.

Φύεται δὲ καὶ ἕτερον. Doctiss. Robertus Constantinus à Theophrasto describi existimat Stratiotem. Dioscorides lib. 4. cap. 102. Στρατιώτης ὁ ἐπὶ τῶν ὑδάτων φυόμενος, οἱ δὲ ποτάμιον στρατιώτην καλοῦσιν· ὠνόμασται δὲ διὰ τὸ ἐπινήχεσθαι τοῖς ὕδασι καὶ χωρὶς ῥίζης ζῆν. φύλλον δὲ ἔχει ἀειζώου ὅμοιον, μεῖζον μέντοι, καὶ ψυκτικὴν ἔχον δύναμιν. ἱστᾷ δὲ τὰς ἐκ νεφρῶν αἱμορραγίας, πινόμενον. τραύματά τε ἀφλέγμαντα τηρεῖ, καὶ ἐρυσιπέλατα καὶ οἰδήματα, σὺν ὄξει καταπλασσόμενον. *Stratiotes in aquis nascens, quem alii stratiotem fluviatilem appellant, ex eo cognomentum traxit, quod aquis supernatat, & sine radice vivit. Folium habet aeizoo simile, at majus, idemque refrigerandi vi præditum. sanguinem qui defluit à renibus potum sistit, ex aceto autem illitum, vulnera & erysipelata, nec non & œdemata ab inflammatione vindicat.* Est & alter stratiotes millefolius, de quo verba Theophr. intelligi nequeunt. Meminit prioris stratiotis Plinius lib. 24. cap. 18. *Celebratur autem & à Græcis stratiotis; sed ea in Ægypto tantum, & inundatione Nili nascitur, aeizoo* (id est *sempervivo*) *similis, ni majora haberet folia; refrigerat mirè & vulnera sanat ex aceto illita.* Aeizoo folia comparat Plinius. malè ergo viri docti Diosc. non ἀειζώου, sed ἀστέρου scripsisse contendunt. Idem Dioscorides in Ægypto inundatione Nili nasci stratioten tacet. De Mnasio hoc Theophrastus: aliunde ergo hoc Plinius, quam ex Dioscoride habet. Quod autem Dioscorides radicem habere negat, factum videtur, quod folia sessili sua basi, radices ita occultant, vix ut illæ conspici possint. Planè radice carere non fit verisimile: fibras enim plantæ, quæ radice carere dicuntur, radicum loco habent, quibus velut ore alimentum suscipiunt, quo quidem dum vivunt, carere nullo modo possunt. Stratiotem Ægyptium describit Prosper Alpinus libr. de plantis Ægypti cap. 25. *Pelusium, inquit, nunc Damiata vocata, civitas in Ægypti humiliori solo posita est. quo fit, ut Nilo flumine ad eam perlabente largius ejus solum inundetur, & ad libitũ irrigetur. Hincque multa lætiora, atque amœnissima, quam in toto Ægypto, reperiuntur prope hanc urbem viridaria, cassiis, limonibus, vitibus consita, atque inter se more Italico fossis (quæ alibi in toto Ægypto nusquam reperiuntur.) aqua fluminis decurrente plenis, distincta spectantur. In illis itaque fossis quæpiam herba copiosè provenit, aquæ lenticulæ palustris modo super natans, sine caule, foliis cynoglossi, brevioribus, densioribus, latioribus, durioribus, hirsutioribusque ac albidioribus, à quibus pro radicibus exigua ac rara quædam lanugo pendet. Quæ planta majori sedo, vel sempervivo est similis, quam appellant* Hayalem elmaovi, *quasi dixerint aquosum sedum. Nullo odore est referta; eo excepto, quem ab aqua accipit. Sapore tamẽ adstringenti ac sicco linguam ferit, non secus quã acacia faciat. Ad eadem ipsa mala ii utuntur, quibus plantaginem conducere compertum est. Ex quo mulieres rusticæ, quas* Bedovi *vocant, ad sistendam sanguinis eruptionem ex utero, atque aliis partibus, ejus decoctum, vel succum, vel pulverem per os quotidie ad drachmæ pondus sumunt. Rustici quoque ad vulnera sananda foliis contusis superpositis utuntur, mirificeque ea sanant.* Hæc planta Mnasion Theophrasti esse nequit, quod in re cibaria nullum exhibeat usum. Inepta enim ad alendum videtur. Cæterum in Batavicis fossis aliud stratiotis sive sempervivi aquatici genus reperitur.

Stratiotes aquaticus Belgicus.



Hoc folia aloes (id est, sedi maximi) herbæ habet similia; sed breviora & minora, per ambitus duris quibusdam brevibus aculeis spinosa; inter quæ vaginæ quædam erumpunt, cancrorum forniculis persimiles, quibus dehiscentibus, flores exeunt candidi, trium foliorum, ranæ morsus persimiles, luteola exigua stamina in medio gerentes. Pro radicibus fibræ longæ sunt, rotundæ, candidæ, crassioribus fibrarum fibris, aut longis lumbricis persimiles; quæ ab ipso folio exeuntes, & brevi capite descendentes, aquæ fundum petunt, quem tamen rarius assequuntur. Exeunt ab eodem & aliæ obliquæ fibræ, quibus uti ranæ morsus multiplicatur. Apud Batavos in stagnantium aquarum lacubus & fossis frequens admodum. Maxima foliorum pars unà cum floribus aquas superat, reliqua ipsius stirpis sub aquis condentes; Iunio, Iulio & Augusto floret. Sedum appellari potest aquatile, ab aloes videlicet similitudine, quod Latinè quoque sedum appellatur. Nam aquis innascitur, iisdemque supernatat; &, si fibræ illæ quas ad aquarum fundum demittit, radices non sunt, absque radice etiam vivit; jam & sempervivo orbiculato foliorum ambitu similis est, foliisque quam illud majoribus & longioribus, nec non refrigerantis naturæ. Quod si hic stratiotes in Ægypto nasceretur, magnam cum delineata à Theophrasto planta haberet similitudinem. Stratiotes ab Alpino descriptus, non est ea planta quam hic describit Theophrastus; quod folia ejus non sunt valde viridia, sed albidiora quam cynoglossi, quæ nec admodũ viridia. Sed inquirendum, utrum stratiotẽ Dioscoridis describat Theophrastus. Folia sedi majoris vulgati parvã cum liliaceis habent similitudinẽ. Lilio folia sunt magna, oblonga, lata, carnosa lævia, in herbaceo ac diluto colore virentia. Sempervivi vero parva, pollicis lati longitudine, linguis similia, pinguia, carnosa, succi plena, cauliculorum fastigia

gia ambientia, oculi effigiem æmulantia. Quæ ostendunt diversam admodum figuram foliorum lilii & sempervivi. Ergo planta quæ describitur à Theophrasto, non potest esse stratiores, nisi quis velit, ἀντὶ τοῖς κρίνοις τῷ ἀειζώῳ scribere. Sed hæc lectio probati alicujus auctoris fide muniri debet, vel firmis probari rationibus. Certè stratiotis Batavicæ folia, majorem habent cum liliaceis similitudinem, quam sedi. Nam stratiotis Batavici à liliaceis tantum differunt, quod duriora & crassiora sint, & per ambitum aculeis prædita; alioquin πολύφυλλον dici potest, foliaque sunt, παράλληλα καθάπερ ἐν διστιχίᾳ velut, *bina serie sibi ex adverso respondentia.*

Πρός τε τὰ γυναικεῖα, &c. Quæ sequuntur, usque ad capitis finẽ, non vertit Gaza. credo quod corrupta. Scribe, καὶ πρὸς τὰ κατάγματα. σημαίνει δὲ ὥσπερ ἀποφέρεσθαι. ἕτερα δ' ἐπ' αὐτῶν τὰ πλείω· ταῦτα δ' γίνεται καὶ ἐν τῷ ποταμῷ, εἰ μὴ ὁ ῥοῦς ἐξέφερεν. *Et ad fracturas. Ruptis se utilem ostendit, quod velut abrupta aquis defertur, subsuntque alia plura folia; quæ ita super extant aliis, ut minimè videantur rupta. Nascitur in fluvio si aquarum cursus non extulerit.*

ΚΕΦ. Ι. — CAP. X.

De faba, loto, & corsio loti radice, & malinathalla.

Ὁ δὲ " κύαμος φύεται μὲν ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς λίμναις· καυλὸς δ' αὐτοῦ μῆκος μὲν ὁ μακρότατος εἰς τέτταρας πήχεις, πάχος δὲ δακτυλιαῖος· ὅμοιος δὲ καλάμῳ † μαλακῷ ἀγονάτῳ. ‡ διαφύσεις δ' ἔνδοθεν ἔχει δι' ὅλου διειλημμένας ὁμοίως τοῖς " κηρίοις· ἐπὶ τούτῳ δ' ἡ κωδία παρομοία † σφηκίῳ περιφερεῖ. καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν ‡ κυττάρων κύαμος μικρὸν ὑπεραίρων " αὐτοῦ. πλῆθος δὲ οἱ πλεῖστοι τριάκοντα. τὸ δ' ἄνθος διπλάσιον ἢ μήκωνος· χρῶμα δὲ ὅμοιον ῥόδῳ κατακορές. ἐπάνω δὲ τοῦ ὕδατος ἡ κωδία. παραφύεται δὲ φύλλα μεγάλα παρ' ἕκαστον τῶν κυάμων· ὧν καὶ τὰ μεγέθη πίλῳ † θετταλικῷ τὸν αὐτὸν ἔχοντα καυλὸν τῷ τῶν κυάμων. συντρίψαντι δ' ἕκαστον τῶν κυάμων, φανερόν ‡ ἐστι τὸ συνεστραμμένον ἐξ οὗ γίνεται ὁ πῖλος. τὰ μὲν οὖν περὶ τὸν " καρπὸν, τοιαῦτα. ἡ δὲ ῥίζα παχυτέρα τοῦ καλάμου τοῦ παχυτάτου, καὶ διαφύσεις ὁμοίως ἔχουσα τῷ καυλῷ. ἐσθίουσι δ' αὐτὴν καὶ ὠμὴν, καὶ ἑφθὴν, καὶ ὀπτήν. καὶ οἱ περὶ τὰ ἕλη, τούτῳ σίτῳ χρῶνται. φύεται μὲν οὖν καὶ πολὺς αὐτόματος. οὐ μὴν ἀλλὰ καταβάλλουσιν ἐν πηλῷ, † ἀχυρώσαντες εὖ μάλα πρὸς τὸ κατενεχθῆναί τε καὶ μεῖναι ‡ καὶ διαφθαρῆναι. καὶ οὕτω κατασκευάζουσι τοὺς κυάμωνας. ἂν δ' ἅπαξ ἀντιλάβηται, μένει διὰ τέλους. ἰσχυρὰ γὰρ ἡ ῥίζα καὶ οὐ πόρρω τῆς τῶν καλάμων, " πλὴν ἐπακανθίζουσα. διὸ καὶ ὁ κροκόδειλος φεύγει, μὴ προσκόψῃ τῷ ὀφθαλμῷ, τῷ μὴ ὀξὺ καθορᾶν. γίνεται δ' οὗτος καὶ ἐν Συρίᾳ καὶ κατὰ Κιλικίαν· ἀλλ' οὐκ ἐκπέττουσιν αἱ χῶραι. καὶ περὶ Τορώνην τῆς Χαλκιδικῆς ἐν λίμνῃ τινὶ μετρίᾳ τῷ μεγέθει, καὶ αὕτη πέττει καὶ τελειοῖ καὶ τελεοκαρπεῖ. ὁ δὲ λωτὸς καλούμενος, φύεται μὲν ὁ πλεῖστος ἐν τοῖς πεδίοις, ὅταν ἡ χώρα κατακλυσθῇ. τούτου δὲ ἡ μὲν τοῦ καυλοῦ φύσις ὁμοία τῇ τοῦ κυάμου. καὶ † οἱ πέτασοι δὲ ὡσαύτως, πλὴν ἐλάττους καὶ λεπτότεροι. ἐπιφύεται δ' ὁμοίως ὁ λωτὸς τῷ τοῦ κυάμου. τὸ ἄνθος αὐτοῦ λευκὸν ἐμφερὲς τῇ στενότητι τῶν φύλλων τοῖς τῶν κρίνων· πολλὰ δὲ καὶ πυκνὰ ‡ ἐπαλλήλους φύεται. ταῦτα δ' ὅταν μὲν " ὁ ἥλιος συμμύῃ, συγκαλύπτει τὴν κωδίαν. ἅμα δὲ τῇ ἀνατολῇ διοίγεται, καὶ ὑπὲρ τοῦ ὕδατος γίνεται. τοῦτο δὲ ποιεῖ, μέχρις ἂν ἡ κωδία ἐκτελεωθῇ, καὶ τὰ ἄνθη περιρρυῇ. τῆς δὲ κωδίας τὸ μέγεθος ἡλίκον μήκωνος τῆς μεγίστης· καὶ † διέζωσται ταῖς κατατομαῖς τὸν αὐτὸν τρόπον τῇ μήκωνι. πλὴν πυκνότερος ἐν ταύταις ὁ καρπός. ἔστι δὲ παρόμοιος τῇ κέγχρῳ. ἐν δὲ τῷ Εὐφράτῃ τὴν κωδίαν φασὶ καὶ τὰ ἄνθη δύνειν, καὶ ὑποκαταβαίνειν τῆς ὥρας δειλινῆς ‡ μέχρι μεσονυκτίων, καὶ τῷ βάθει πόρρω· οὐδὲ γὰρ καθέντα τὴν χεῖρα λαβεῖν εἶναι· μετὰ δὲ ταῦτα ὅταν ὄρθρος ᾖ, πάλιν ἐπανιέναι. καὶ πρὸς ἡμέραν ἔτι μᾶλλον ἅμα τῷ ἡλίῳ φανερὸν ὑπὲρ τοῦ ὕδατος, καὶ ἀνοίγειν τὸ ἄνθος. ἀνοιχθέντος δὲ ἔτι ἀναβαίνειν. συχνὸν δὲ τὸ ὑπεραῖρον εἶναι τὸ ὕδωρ. τὰς δὲ κωδίας ταύτας οἱ Αἰγύπτιοι συνθέντες εἰς τὸ αὐτὸ, σήπουσιν· ἐπὰν δὲ σαπῇ τὸ κέλυφος, ἐν τῷ ποταμῷ κλύζοντες, ἐξαιροῦσι τὸν καρπόν· ξηράναντες δὲ καὶ " ὀπτήσαντες, ἀρ-

" κύαμος ἐν Αἰγύπτῳ φύεται. † *μακρῷ* Athenæus. ‡ *διασχίσεις* Scal. " *κηρίοις* Ald. Bas. † *σφηκίῳ* Bas. ‡ *κηπίρων* Bas. " *αὐτῆς* Bas. scribe *ἐξ αὐτῶν.* † *θετταλικῇ ἔοικε τόν.* ‡ Ald. Bas. *τὸ πικρὸν συνεστραμμένον.* Scribe *φανερόν ἐστι τὸ μικρὸν καὶ συνεστραμμένον.* " *τὸ φύλλον* † *φυράσαντες.* ‡ *καὶ οὐ διαφθαρῆναι* Theodor. " *καυλὸς δ' ἐπακανθίζων.* † *πέτασοι* Ald. Bas. ‡ *ἐπαλλήλως.* " *ὁ ἥλιος δύεται, συμμύει καὶ συγκαλύπτει.* † *διέζωσθαι.* ‡ Ald. & Bas. *τῆς ὥρας μέχρι μέσων νυκτῶν*, lege *μεσονυκτίου* " *πλίσαντες* Plinius.

" Faba in paludibus stagnisque exit. Caulis ejus, qui longissimus, quaterna cubita perficit: crassitudo digitalis est, similis calamo † molli, non geniculato: ‡ rimas intrinsecus habet tendentes per totum, lilii modo: caput super hunc favo orbiculato vesparum non absimile. Inque singulis cellis singulæ fabæ continentur " paululo super id eminentes: multitudine plurimum terdenæ. † Flos duplex quam papaveris: color roseus in plenum. Super aquam folia ad singulas fabas amplexa exeunt: fabam quamque conterenti amarum illud, ex quo pilula fit, inflexum patescit. Fructus ita se habet. Radix crassissima, harundine plenior, ‡ rimas similiter atque caules habens: manditur & cruda, & elixa, & assa: coque cibo, qui incolunt paludes, utuntur. Nascitur itaque sponte vel plurima: cæterum, & seritur † in limo, paleis large admistis, ut descendat, incorruptaque maneat, sicque fabeta faciunt. Sin autem semel apprehenderit, perpetuo manet. Radix enim valida est, nec procul harundinum stirpibus, verum spinis subhorrens. Quamobrem crocodilus eam refugit, ne occurrens oculo offendatur: quoniam acute non videt. Nascitur hæc etiam in Syria Ciliciaque, " sed tractus ipsi non plene conficiunt. Et circa Toranam agri Chalcidici quodam in lacu exit, † magnitudine mediocri, ubi & percoquitur, & perficitur, & in plenum fructificat. Qui lotus vocitatur, ‡ planis parte maxima provenit, cum rura inundantur: huic natura caulis similis fabæ, & " fructus eodem modo, verum minores, gracilioresque. Nascitur fructus in capite, modo quo in faba; flos candidus, liliis foliorum angustia proximus: multi, ac densi † promiscui exeunt. Sole occidente se comprimunt, caputque integunt, ad ortum aperiuntur, & super aquam assurgunt: idque facit dum caput perficiatur, floresque defluant. Capitis magnitudo quanta papaveris maximi, & percingitur incisuris non alio modo, quam papaver: nisi quod in his fructus frequentior habetur; qui milio non absimilis est. In Euphrate caput floresque mergi referunt, ‡ atque descendere usque in medias noctes: tantumque abire in altum, ut ne demissa quidem manu capere sit: diluculo deinde redire, & ad diem magis. Sole oriente jam extra undas emergere, floremque patefacere: quo patefacto amplius insurgere, " ut plane ab aqua absit alte. Ægyptii capita ipsa acervis putrefaciunt. Cumque tegumenta putruerint, in flumine lavando separant

" Faba Ægyptia in paludibus. *† longo,* Athenæus. *‡ fibras velut dissepimenta.* *" paululum è cellulis eminentes.* *† Flos duplo major quam papaveris, rosei coloris, saturi, caput extra aquã attollitur, Plantæ hujus caulibus adnascuntur folia, magnitudine paria pileis Thessalicis; eorum pediculus cauli similis est qui fabas profert; si verò contriveris singulas, apparet quid parvũ & contortũ, quod germinis loco ex quo primum caulis, dein illo gliscente per ambitum folia nascuntur,* Vide Salmas. 469. *‡ fila.* *† limò humecto ac bene subacto.* *" verum illis in locis non maturescũt.* *† mediocriter magno, ubi & coquitur, & ad incremẽti finem, & summã fructus perfectionem ducitur.* *‡ nascitur plurima in agris, ubi* Nilo *mundante cooperti fuerint.* *" folia minora & tenuiora.* *† continua serie ac sine intermissione exeunt.* *‡ atque vespertino tempore descendere usque in mediam noctem.* *" multosque conspici ab aqua extantes.*

rant

τοὺς ποιοῦσι, καὶ τούτῳ χρῶνται σιτίῳ. ἡ δὲ ῥίζα τοῦ λωτοῦ καλεῖται μὲν κόρσιον. ἔστι δὲ στρογγύλη τὸ μέγεθος, ἡλίκον μῆλον κυδώνιον. φλοιὸς δὲ περίκειται περὶ αὐτὴν μέλας, ἐμφερὴς τῷ καστανεαϊκῷ καρύῳ. τὸ δὲ ἐντὸς λευκόν. ἑψόμενον δὲ καὶ ὀπλώμενον γίνεται † λεκυθώδες. ἡδὺ δὲ ἐν τῇ προσφορᾷ. ἐσθίεται δὲ καὶ ὠμόν. ἀρίστη ‡ δὲ ἐν τῷ ὕδατι αὐτὴ ὠμή. καὶ τὰ μὲν ἐν τοῖς ὕδασι σχεδὸν ταῦτά ἐστιν. ἐν δὲ τοῖς ἀμμώδεσι χωρίοις, ἃ ἐστιν οὐ πόῤῥω τοῦ ποταμοῦ, φύεται κατὰ γῆς ὃ καλεῖται μαλιναθάλλη· στρογγύλον τῷ σχήματι, μέγεθος δὲ ἡλίκον μέσπιλον, ἀπύρηνον " δὲ, ἄφλοιον· φύλλα δὲ ἀφίησιν ἀπ᾽ αὐτοῦ ὅμοια κυπείρῳ· ταῦτα † συνάγοντες οἱ κατὰ τὴν χώραν, ἕψουσιν ἐν βρυτῷ τῷ ἀπὸ τῶν κριθῶν, καὶ γίνεται ‡ γλυκέα σφόδρα. χρῶνται δὲ πάντες ὥσπερ τραγήμασι. τοῖς δὲ βουσὶ καὶ τοῖς προβάτοις ἅπαντα μὲν τὰ φυόμενα ἐδώδιμά ἐστιν. ἓν δέ τι γένος ἐν ταῖς λίμναις καὶ τοῖς ἕλεσι φύεται διαφέρον· ὃ καὶ χλωρὸν νέμονται. καὶ ξηραίνοντες παρέχουσι κατὰ χειμῶνα τοῖς βουσὶν, ὅταν ἐργάζωνται. καὶ τὰ σώματα ἔχουσιν εὐσαρκοῦντα, λαμβάνοντες οὐθέν· ἔστι καὶ ἄλλο παραφυόμενον αὐτόματον ἐν τῷ σίτῳ· τοῦτο δὲ ὅταν ὁ σῖτος ᾖ καθαρὸς, † ὑποπτίσαντες καταβάλλουσι τοῦ χειμῶνος ὑγρὰν τὴν γῆν· βλαστήσαντος δὲ, τεμόντες καὶ ξηράναντες παρέχουσι καὶ τοῦτο βουσὶ καὶ ἵπποις καὶ τοῖς ὑποζυγίοις, σὺν τῷ καρπῷ " τοῦ ἐπιγινομένου. ὁ δὲ καρπὸς, μέγεθος μὲν ἡλίκον σήσαμον· στρογγύλος δὲ καὶ τῷ χρώματι χλωρός. ἀγαθὸς δὲ διαφερόντως. ἐν Αἰγύπτῳ μὲν οὖν † τὰ πάντα σχεδὸν ταῦτα αὐτὶς λάβοι.

rant fructum, & ſiccantes, pinſenteſque panem faciunt, eoque cibo utuntur. Radix loti corſium appellata, rotunda eſt, cotonei mali amplitudine; cortice nigro, quali nux caſtanea tegitur: corpus internum candidum. † Elixum, aſſumque in ſpecimen albuminis vertitur, gratum cibis. Manditur etiam crudum, ſed gratius decoctum, ‡ ſeu aqua, ſeu pruna. Quæ non niſi in aquis comperiri queant, tot fere explorata habentur. Locis autem arenoſis, haud procul à fluvio naſcitur " terrenum, quod malinathallam appellant. figura rotundum, magnitudine meſpili, ſine nucleo, ſine cortice. Folia † ut gladiolus emittit. Hæc incolæ legentes in ‡ bruto ordeaceo decoquunt, quæ dulcia admodum efficiuntur, hiſque pro bellariis utuntur. Omnia naſcentia inibi bobus, pecorique cibo idonea ſunt. Sed inter omnia genus quoddam præſtantius ſtagnis, paludibuſque exoritur, quod & viride paſcit, & ſiccatum bobus hyeme " præbetur. Eſt etiam aliud frumentis ſponte internaſcens, † quod cum ſyncerum à frumento ſecreverint, leviter pinſentes, hyeme, ſolo humeſcente ferunt: editum metunt, & ſiccant, atque ita bobus, equis, jumentiſque, id quoque cum fructu ſubnaſcente, pabulo præbent. Fructus magnitudine ſeſamæ, rotundus, colore viridis, ‡ bonæ frugis majorem in modum. Hæc fere ſupervacua in Ægypto notari poſſunt.

Marginal notes (Greek): † λεκυθῶδες Ald. & Baſ. ‡ ἐν τοῖς ὕδασιν ἑφθὴ καὶ ὀπτὴ ἐπ᾽ ἀνθρακίαις. " δὲ καὶ ἄφλοιον. † ταῦτα. ‡ γλυκύ. † ὑποπτίσαντες Theod. " τοῦ ἐπιγινομένου Baſ. † περιττὰ Theod.

Marginal notes (Latin): † vitello ovi qualitate reſpondet. gratum vero cum in cibo aſſumitur. ‡ in aquis coctæ vel ſuper prunas aſſatur. " in terra. † cyperus. ‡ bryto. " præbetur, cum laborant, exque eo corpora bene habita efficiuntur, tametſi nullum alium capiunt cibum. Eſt etiam.

† quod excretum à frumento purgato, ac decorticato. ‡ mirum in modum utilis. Hæc ferè inſignia in.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ὁ δὲ κύαμος. *Adhuc ſumus in Ægypto. Qui abſcindet hanc partem, è ſuperioribus multa quoque faciat capita.*

Διαφύσεις. *Tam hic, quam infra de radice Theodorus legit* διαχίσεις*; item Hermolaus:* Rimas, *inquit,* tilii modo. *Fabam hanc etiam Colocaſiam nominant. Herodotus de loto, cum dixit, ſine nomine de faba ſcribit.* ἔστι δὲ καὶ ἄλλα κρίνεα ῥόδοισι ἐμφερέα ἐν τῷ ποταμῷ γινόμενα καὶ ταῦτα. *Et quæ ſequuntur.*

Ἄνθος διπλάσιον. *Theodorus*, duplex. *Peſſimè. Aliud eſt duplum.* Κατακορής, *Theodorus*, in plenum. *Plinius, quoque ita loquitur. Saturum colorem divinus poëta dixit in quarto Georgicon.*

Παραφύεται δὲ καὶ φύλλα μεγάλα παρ᾽ ἕκαστον τῶν κυάμων. ὧν καὶ τὸ μέγεθος πίλῳ θετταλικῷ, τὸν αὐτὸν ἔχοντα καυλὸν τοῖς τῶν κυάμων. συντρίψαντι δ᾽ ἕκαστον τῶν κυάμων, φανερόν ἐστι τὸ πικρὸν συνεστραμμένον, ἐξ οὗ γίνεται ὁ πῖλος. *Theodorus.* Folia ad ſingulas fabas amplexa exeunt. Fabam quanque conterenti amarum illud, ex quo pilula fit, inflexum pateſcit. *Sic habes noſtrum codicem, ſanè mutilum. Errores autem hi. Non amplectuntur fabas folia, neque id ſignificat* παραφύεται, *neque Latinè dicas*, amplexa ad fabas. *Et omiſit,* μεγάλα. *Et lego,* μικρὸν, *non* πικρόν. *Eſt autem Latinè*, hilum, *quo adhæreſcunt, ita ſtipatæ, ut ſua frequentia pilam efficiant. Eſt autem* συνεστραμμένον, *cum fabæ eximuntur. Et attendes æquivocationem. Nanque totum* κώδιον, *ſive caput illud favaceum, appellat* κύαμον. *Cum tamen intus* κύαμον *dicat multam. Patet id ubi inquit: agnaſci propè fabas ſingulas folia magna. Neque enim iis fabis, quæ in favo ſunt, agnaſci queunt magna ſingulis folia: quippe ad tricenas narrat. Plinius præteriit negligenter hanc diligentiam.*

Καὶ διαφθαρῆναι. *Theodorus addit,* οὐ. incorrupta maneat.

Ἀλλ᾽ οὐκ ἐκπέττουσιν αἱ χῶραι. *Theodorus*, ſed tractus ipſi non plenè conficiunt. *Sanè ea verba nunquam intellexiſſem. Simpliciſſimè ſic.* Verum illis in locis non matureſcunt. *Nam*, conficiunt, *verbum eſt, & fuſi ſignificati, & contrariorum. Et, quid eſt hic, tractus? Præterea* τὸ, αἱ, *articulus eſt*, illi: *non autem*, ipſi.

Ἐν λίμνῃ τινὶ μετρίᾳ τῷ μεγέθει. *Theodorus, magnitudinis mediocritatem non attribuit lacui, ſed plantæ.* Quodam, *inquit*, in lacu exit, magnitudine mediocri. *Obſervato verba,* πέττει, τελειοῖ, τελειοκαρπεῖ, πέττει, *ſignificat præviam* διάθεσιν, *motum ad perfectionem. Quare Theodorus malè*, percoquitur. *Neque enim quod coquitur, percoquitur. Hæc enim additio præpoſitionis: quemadmodum in libris de cauſſis dictum eſt, tantæ eſt efficaciæ, ut præteriti temporis ſignificatum tantùm admittat. Etenim rem factam ſignificat. Peregi reum, dicam: perago, non dicam; neque, perpolio, ſed, perpolivi: cùm jam amplius dolabræ operam non deſiderat. Pauci enim perfectè ſciunt loqui.* Τελειοῖ *ad incrementi finem ducit.* τελειοκαρπεῖ, *ad ſummam fructus perfectionem. Theodorus malè*, in plenum fructificat. *Fructificavit enim etiam ea arbos, quæ non perfecit.*

Καὶ οἱ πέπονες δὲ ὡσαύτως. *Theodorus*, Fructus. *malè. ſed*, folia. *Nam de fructu ibidem.* ἐπιφύεται δ᾽ ὁμοίως ὁ λωτὸς τῷ τοῦ κυάμου.

Ὁ ἥλιος συμμύει. *Rara, & audax, & ſine proportione tranſlatio.*

Συχνὸν δὲ ὑπεραίρειν εἶναι τὸ ὕδωρ. *Theodorus*, ut planè ab aqua abſit alte. *Dic tu*, multoſque conſpici ab aqua extantes.

Ἀρίστη δ᾽ ἐν τοῖς ὕδασιν αὐτὴ ὠμή. *Theodorus legit,* καὶ ὀπτωμένη ἐν τοῖς ὕδασιν, elixa, ὀπτωμένη, aſſa. *Hermolaus notavit,* λεκυθῶδες *malè eſſe verſum à* Theodoro, pro albumine.

Ἐν δὲ τοῖς ἀμμώδεσι χωρίοις. *Si non ſepares caput: admittes ſecundum proportionem eorum, quæ tractavimus ſuprà. Quia quædam alga alluebatur tantùm mari: non in aqua radices agebat. Sic hæc ſunt,* παραποτάμια.

Ἐν βρυτῷ. *Theodorus uſitata voce vetere vertit: nec mutavit. Pæonium fuiſſe potum ex hordeo ſcripſit Athenæus ex priſcis. Sicut* παραβίην *ex Milio. Idem* βρύτια *apud Athenienſes τὰ στέμφυλα.*

Παρέχουσι κατὰ χειμῶνα τοῖς βουσὶν, ὅταν ἐργάζονται. Καὶ τὰ σώματα ἔχουσιν εὐσωματοῦντα λαμβάνοντες οὐθέν. *Theodorus omiſit ea omnia.* Cum laborant, exque eo corpora bene habita efficiuntur, tametſi nullum alium capiunt cibum.

Ὅταν δ᾽ ὁ σῖτος ᾖ καθαρός *Theodorus*, quod cum ſincerum à frumento ſecreverint. *Male attribuit excrementis ſinceritatem. Sic potius*, excretum à frumento purgato, ὑποπτίσαντες. *Theodorus legit,* ὑποπτίσαντες, leviter pingentes. *At enimvero piſtum neutiquam naſceretur, ſed*, leviter torrentes.

Ἐν Αἰγύπτῳ μὲν οὖν τὰ πάντα. *Theodorus legit,* τὰ περιττά. *& fatali infelicitate*, ſupervacua, *transfert. Nam ex illis porro conficiunt panes: non ſolum naves, & alia. Non igitur ſupervacua intelligas.*

IOANNIS

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ὁ δὲ κύαμος, &c. Athenæus ſtatim in initio libri tertii. Θεόφραστος δ' ἐν τῷ περὶ φυτῶν οὕτω γράφει. ὁ κύαμος ὁ Αἰγύπτιος φύεται μὲν ἐν ἕλεσι καὶ λίμναις, *Theophraſtus in opere de plantis ita ſcribit, in Ægypti lacubus & ſtagnantibus aquis faba naſcitur.* Plinius lib. 21. cap. 15. *In Ægypto nobiliſſima eſt colocaſia, quam cyamon aliqui vocant.* Colocaſiæ vocem paulo infra, ubi de radice ſermo erit, examinabo. Athenæus & Plinius legiſſe videntur, ὁ δὲ κύαμος ἐν Αἰγύπτῳ φύεται. Vulgata tamen lectio placet; quod de Ægypti plantis agat Theophraſtus. Verba illa, ἐν Αἰγύπτῳ, ſubintelliguntur, ne ſuperflua forent. Dioſcorides lib. 2. cap. 128. κύαμον, ſive fabam hanc Ποντικὸν vocari ſcribit. Addit & in Aſia, & Cilicia paluſtribus locis reperiri. Ὁ δὲ Αἰγύπτιος κύαμος, ὃν ἔνιοι Ποντικὸν καλοῦσι, πλεῖστος μὲν γίνεται ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν Ἀσίᾳ δὲ, ἐν Κιλικίᾳ ἐν ταῖς λίμναις εὑρίσκεται. *Ægyptia faba, quam nonnulli Ponticam vocant, in Ægypto quidem magna copia provenit, ſed & in Aſia quoque & Ciliciapaluſtribus locis invenitur.* Κυάμου nomen accepit, quod fabæ Græcæ figuram, fructus imitaretur. Strabo lib. 17. Καὶ καρπὸν ὅμοιον τῷ παρ' ἡμῖν κυάμῳ, μεγέθει μόνον καὶ γεύσει διαλλάττοντα. *Et fructum fabæ noſtræ perſimilem, magnitudine ſolum, & guſtu differentem.* Dixi fabæ Græcæ, quod Græcorum faba, & vulgata admodum diſſimiles ſint. Vide lib. 7. cap. de faba. Ægyptia dicebatur, quod in Ægypto frequens reperiretur. Sed non in ſola Ægypto. aliis enim in terris reperiri, auctor Dioſcorides, Aſia, Cilicia. Nos illa ex India Orientali, quæ ſub Batavorum poteſtate, accepimus. Aviſena cap. 455. lib. 2. lupinum fabam Ægyptiacam eſſe dicit. Vulgaris Lupinus non poteſt dici Ægyptia faba. Similior eſt vulgatę fabæ lupinus, quam Græcæ. Interpretis fortè erratum.

Καυλὸς δὲ αὐτοῦ, &c. Athenæus loco citato, καυλὸς δὲ αὐτοῦ μῆκος μὲν ὁ μακρότατος εἰς τέσσαρας πήχεις, πάχος δὲ δακτυλιαῖος, ὅμοιος καλάμῳ μαλακῷ ἀγονάτῳ. *Caulis ejus qui longiſſimus, quaterna cubita perficit, craſſitudo digitalis eſt, ſimilis calamo longo non geniculato.* Pro μαλακῷ legit μακρῷ. Vulgata Theophraſti lectio Plinii auctoritate fulcitur. Hic libr. 18. cap. 22. *Longitudo ſcapo quatuor cubitorum eſt, ampliſſima craſſitudo, nec genicula habet molli calamo ſimile caput papaveri.* Hæc corruptiſſima eſſe, vel cocles videat. Antiquus codex, *Longitudo ſcapo quattuor cubitorum eſt, eſt ampliſsima craſsitudo. Octona genicula habet. molli calmo ſimile caput papaveris.* Sed & hæc validè contaminata, vel cæcus judicabit, modo linguam intelligat Latinam. Illud conſtat, Plinium μαλακῷ legiſſe; In omnibus enim legitur codicibus, *molli calamo.* Illud, *octava genicula habet*, valdè ineptū. Theophraſtus, & ex eo Athenæus, καλάμῳ ἀγονάτῳ, *calamo non geniculato*, ſcribunt. Iidem caulem digitali craſſitudine deſcribunt; quod confirmat Dioſcorides, καυλὸν δὲ πηχυαῖον· περὶ δακτυλον τὸ πάχος· *caulem cubitalem digiti craſsitudine.* Ergo, *octavo genicula*, valdè corruptum. Corrigit Turnebus; *longitudo ſcapo quatuor cubitorum eſt, ampliſsima craſsitudo digiti, in*(puto mendum eſſe Typographi, ſcripſit Turnebus, *ni*) *genicula abeſſent molli calamo ſimilis, caput papaveris, &c.* Scribe ac interpunge; *Longitudo ſcapo quatuor eſt cubitorum ampliſsima, craſsitudo digiti, ni genicula abeſſent, molli calamo ſimilis, caput papaveri, &c.* Non ait Theophraſtus, ampliſſimam craſſitudinem eſſe digiti, ut corrigunt, ſed caulis maximi longitudinem perficere quaterna cubita. μῆκος μὲν ὁ μακρότατος εἰς τέσσαρας πήχεις. Vocem, *ampliſsimam*, ad craſſitudinem magis pertinere, quod amplum rectius de craſſitudine dicatur, quam de longitudine, notum eſt: ſed nihil impedit, ampliſſimam dicamus longitudinem, id eſt maximam. Hoc ſi non placet, erravit Plinius, qui vocem μακρότατος vertit *ampliſsimam*, & craſſitudinem adſcripſit. Strabo, qui ſe perluſtraſſe ſcribit Ægyptum, caulem fabæ hujus decem inquit pedum. ἕξει τι ἰσοϋψὲς ῥάβδον ὅσον δέκα ποδῶν. *Horum virgæ altitudine ferè æquales, decē pedes altæ ſunt.* Supra diximus, cubitos eſſe majores vel minores: majores duos habere pedes, minores eſſe ſeſquipedes. Si majores capias cubitos, altitudine erit ſcapus fabæ Ægyptiæ quinque cubitorum: ſin minores intelligas, ſex cubitos ſuperabit: erit etenim ſex cubitorum & pedis unius longitudine. Ergo maxima longitudo quatuor excedit cubitos.

Διαφύσεις δὲ, &c. Magnus Scaliger Theodorum διασχίσεις legiſſe ſcribit. Vertit enim, *rimas intrinſecus habet, tendentes per totum.* Si peccavit Theodorus, erravit & Athenæi interpres, ſummique alii, qui τὰς διαφύσεις vertunt, *rimas.* Capite de ebeno expoſuimus, διαφύσεις λευκὰς ἔχει, *candidas habet venas*, lineas, ſegmenta intervalla, pectines, pectinum modo venas & diviſiones. Διαφύσεις quandoque, *rimam vel fiſſuram* ſignificare, negari non poteſt. Dioſcorides libr. 4. cap. 84. διαφύσιν μέσην ἔχει ὁ βύβλος, *byblus fiſſuram, diviſionem, rimam habet mediam.* Sed eo loco fortè, διάσχισιν, legendum. Nam antiquiſſimi codices διάσχισιν habent. διαφύσεις hoc loco interpretor, *fibras quaſi diſſepimenta intus habet, per totum tendentes.* Propter has διαφύσεις, quæ veluti fibræ ac fila, totam interiorem occupant ſubſtantiam, caulis in mandendo araneoſus & lanoſus eſt; ideoque morſa trahendus fuit, quod lane inſtar ſequacis eſſet. Ad illud reſpexit Martialis ſub lemmate colocaſiæ.

> *Niliacum ridebis olus, lanaſque ſequaces,*
> *Improba cum morſu fila manuque trahes.*

Sed hi verſus de aro videntur Ægyptio intelligendi; Arum hoc colocaſia dictum. Vide quæ infra dicuntur. Plinius lib. 21. cap. 15. *Hanc è Nilo metunt, caule cum coctus eſt, araneoſo, in mandendo, Thyrſo autem, &c.* Araneoſo, id eſt, fibris, filiſque nervoſo. Ob hanc cauſam radicem præferebant antiqui, quod minime lanoſa, filoſa, fibroſa, araneoſa foret. Eadem Claudii Iulii ſententia, cujus verba infra citantur. Uterque confundit ari Ægyptii & fabæ hiſtoriam.

Ὁμοίως τοῖς κρίνοις, &c. Sic in vulgatis habetur Athenæi codicibus, niſi quod pro ὁμοίως, ὁμοίας, parvo legatur diſcrimine. In Aldino & Baſileenſi codice, χείλεσι habetur; quomodo antiquus Athenæi legit interpres. Lilii caulem fibroſum ac filoſum eſſe, nemo facile negabit.

Ἐπὶ δὲ τούτῳ ἡ κωδία. Κωδία caput papaveris. A papaverini capitis ſimilitudine, caput fabę Ægyptię in quo ſemē continetur, κωδία, vel, quod magis arridet, κωδεία dicitur. Plinius lib. 13. c. 17. ubi Theophraſti hæc verba de loto Ægyptia, Ἐπιφύεται δ' ὁμοίως ὁ λωτὸς τῷ τοῦ κυάμου, exponēs, vertit *caput paveris*, his verbis; *Cui fructus in capite papaveri ſimilis.* Idem libr. 18. cap. 12. *Simile caput papaveri.* Heſychius, Κωδία ἡ τῆς μήκωνος (vulgo μύκωνος) κεφαλή. Κωδία κώδις. κεφαλὴ χωρὶς σώματος, *Caput ſine corpore.* Caput fabæ Ægyptiæ Theophraſtus ſimile facit σφηκίῳ. *veſparū cellulis*, παρόμοια σφηκίῳ. Falluntur, qui ipſum fructum à Theophraſto σφήκιον vocari arbitrantur. Dioſcorides φυσκίον, id eſt, *utriculum* vocat, quod utriculo ſive ſacculo ſit ſimilis. Nicander in Georgicis; ut apud Athenæum libr. 3. legitur, κιβώριον vocat, quo faba continetur. Verſus Nicandri, ut ab Athenæo citantur;

> Σπείρειας κύαμον Αἰγύπτιον ὄφρα θερείης,
> Ἄνθεα μὲν στεφάνους ἀνύῃς. τὰ δὲ πεπτηῶτα,
> Ἀκμαίου καρποῖο κιβώρια δαινυμένοισιν,
> Ἐς χέρας ἠιθέοισι πάλαι ποθέουσιν ὀρέξῃς.
> Ῥίζας δ' ἐν θοίνῃσιν ἀφεψήσας προτίθημι.

> *Ægyptiam tu fabam ſerito, ut poſt metas,*
> *E floribus coronam texas. delapſo*
> *Maturo fructu, ciboria pranſuris*
> *Pueris, & jam pridem cupientibus in manum des,*
> *Ego quidem radicem elixam in epulis promo.*

Κιβώριον vocatur à ſimilitudine poculi, ea forma appellati, quod ab ambitu latiore ſenſim decreſceret uſque ad imum pediculum, uti pulchrè pictura fabæ, quam Iuſtus Heurnius ex India miſit, oſtendit. Niſi placeat, ipſum potius poculum à vaſculo fabæ Ægyptiæ quo ſemen ſive fructus continetur, nomen ciborii accepiſſe. Athenæus lib. 11. Δίδυμος δέ φησι, ποτηρίου εἶδος εἶναι, καὶ τάχα ἂν εἴη τὰ λεγόμενα σκύφια, διὰ τὸ κάτωθεν εἰς στενὸν συνῆχθαι, ὡς τὰ Αἰγύπτια κιβώρια. *Didymus ait, poculi genus eſſe, quod fortaſsis vocatur ſcyphium, ita nominatum quod infernè AEgyptii ciborii modo in anguſtum contrahatur.* Certe & ipſum ciborium, ſive vaſculum, in quo fructus fabæ continetur, granis excuſſis & membraceis diſſepimentis ejectis; poculi uſum & vicem præbet; Et hoc voluit Nicander, cum in verſibus jam citatis, flores in corollis uſum habere refert, ac τὰ κιβώρια in manus adoleſcentum tradi, ut pocula inde fiant, quando ſcilicet fructus maturus inde extractus fuerit, aut deciderit; radicem autem in menſa coctam adponi. Κιβώριον propriè, ut dixi, vaſculum, ſacculus, calix, quo ſemen continetur. Nam κίβα apud Æolos, *pera vel ſacculus*; unde & κίβισις pro eodem cæteris Græcis.

Inde

Inde κιβωτὸς arca, qua aliquid includitur. Aliud Etymon tradit Dioscorides, ac fabam ipsam videtur vocare, κιβώριον & κιβώτιον, quod luto, velut arcula, condita seri soleret, Ὁ δὲ ἀπανθήσας φέρει φυσκία παραπλήσια φυλακίσκοις, ἐν οἷς κύαμος μικρὸς ὑπερέχων τὸ πῶμα ὡς πομφόλυξ. καλεῖται δὲ κιβώριον ἢ κιβώτιον, διὰ τὸ τὴν φυτείαν τοῦ κυάμου γίνεσθαι αὐτοῦ ἐν πηλῷ ἐμβαλλόμενον ἐν ἐκβώλῳ, οὕτω τε εἰς τὸ ὕδωρ ἀφιεμένου. *At ubi defloruit, utriculos gerit, folliculis similes, in quibus faba paulum supra operculum instar bullæ prominet: ciborium aut cibotium adeo nominatur, quasi loculamentum, quod seratur ejusmodi faba, ipsa humenti glebæ indita, atque ita in aquam dimissa.* Sed pro, αὐτοῦ, legendum videtur, ἐν αὐτῷ, *in ipso*, scilicet vasculo ciborio. alioquin frigidissima originatio. Κιβώριον sive κιβώτιον, ut dixi, vasculi sive poculi genus est. In qua significatione usus est Horatius lib. 2. carm. od. 7.

> *Oblivioso levia Massico*
> *Ciboria exple.*

Ipsi quoque fabæ κιβωτίου nomen tribuit Gal. libr. de Theriaca ad Pamphilianum. Δίδοται δὲ ἐπὶ τούτων διὰ γλυκέος, ἢ μελικράτου προαφεψημένου δικτάμνου, ἢ πηγάνου, κυάμου Αἰγυπτίου τὸ μέγεθος, ὅ τινες ἐπιχωρίως κίβη καὶ κιβώριον καλοῦσι. Scribe, ὅ τινες ἐπιχωρίως κιβώτιον ἢ κιβώριον καλοῦσι. *Datur hæc ex passo, aut aqua mulsa, in qua dictamnum, aut ruta incocta sit, fabæ Ægyptiæ magnitudine, quam quidam vernacula lingua cibotium vel ciborium appellant.* Dioscorides hic, κιβώτιον, & κιβώριον, ipsam fabam vocari scribit. Κίβη qui scribat appellari, nondum repperi. Ætius Dioscoridem & Galenum sequitur, ac ipsam fabam sive fructum κιβώριον vocat. τὸν καρπὸν τοῦ Αἰγυπτίου κυάμου καλοῦσι κιβώριον; *Fructum Ægyptiæ fabæ vocant ciborium.* Κύαμον ipsam vocat plantam, quod etiam alii fecerunt. Magis placet eorum sententia, qui ipsum vasculum ciborium vocant, & à similitudine poculi nomen impositum esse scribunt. Diphilus apud Athenæum, οἱ δὲ γινόμενοι κύαμοι ἐκ τῶν κιβωρίων χλωροὶ μὲν εἰσὶ δύσπεπτοι, *Fabæ quæ in ciborio nascuntur, recentes sunt difficilis concoctionis.* Claudius Iulus, κιβώριον, vocare videtur ipsum caulem, & quicquid ex radice surgit, & supereminet aquis, Κολοκασίαν μὲν καλοῦσι τὴν ῥίζαν, τὸ δὲ ὑπερεπιφυκὸς κιβώριον ὄψιν ἰδίαν (scribo ἡδεῖαν) ἐνδιδόμενος τὰς φλέβας παρέχων Αἰγυπτίοις. *Colocasiam vocant radicem, quod supernascitur ciborium edules præbens Ægyptiis venas ac fila.* Dixi legendum, ἡδεῖαν ὄψιν, *jucundum spectaculum.* Hoc explicat Strabo. Libro 17. οἱ οὖν κυαμῶνες ἡδεῖαν ὄψιν παρέχουσι καὶ τέρψιν τοῖς εὐωχεῖσθαι (scriptū εὐωχεῖσθαι) βουλομένοις· εὐωχοῦνται δ' ἐν σκάφαις θαλαμηγοῖς, ἐνδύνοντες (scriptū ἐνδύνονται δ' εἰς) εἰς τὸ πύκνωμα τῶν κυάμων· καὶ σκιαζόμενοι τοῖς φύλλοις. *Fabeta jucundum quendam aspectum ac delectationem præbent convivia agitantibus; id faciunt in scaphis thalamiferis, densissima fabeta subeuntes, & eorum foliis obumbrati.* Ἡδεῖαν ergo ὄψιν, quod per Nilū navigantes in Thalmegis & in densissima fabeta insinuati, foliisq; eorum inumbrati jucundissime epularentur. Alii ipsam fabæ plantam κιβώριον vocant. Diosc. lib. 3. cap. 148. de nymphæa. φύλλα δὲ ἔχει ὅμοια κιβωρίῳ, μικρότερα, *folia habet similia ciborio, sed minora.* Diodorus lib. 1. τό τε καλούμενον κιβώριον δαψιλέστατον ὑπάρχον, φέρει τὸν καλούμενον Αἰγύπτιον κύαμον. *tum ciborium hic uberrimum, unde Ægyptia faba.* Vulgata & recepta sententia est, τὸ κιβώριον plantam vocari à Diodoro, ut sit sententia, ciborium, id est, planta ipsa fert fabam; id est semen ipsum, sive granum. Sed nihil obstat, quo minus dicamus τὸ κιβώριον apud Diodorum esse vasculum, quo fructus continetur; quod de loco citato Dioscoridis dici non potest.

Παρόμοια σφηκίᾳ. Eodem modo vasculum cum fructu suo describit Dioscorides, ὁ δὲ ἀπανθήσας φέρει φυσκία παραπλήσια φυλακίσκοις, ἐν οἷς κύαμος μικρὸς ὑπερέχων τὸ πῶμα ὡς πομφόλυξ. *at ubi defloruit, utriculos gerit, folliculis similes, in quibus faba paululum supra operculum instar bullæ prominet.* Videt lector, me ἀντὶ μικρὸς, μικρὸν adverbium reponere. Nam faba hæc, si cum vulgari Græca comparetur, magna potius quam parva dici debet. Satis clare Strabo majorem Græca ait. καὶ καρπὸν ὅμοιον παρ' ἡμῖν κυάμῳ, μεγέθει μόνον καὶ γεύσει διαλλάττοντα, *& fructum fabæ nostræ persimilem (id est, Græcæ) magnitudine solum & gustu differentem.* Præterea ipse Theophrastus, μικρὸν ὑπεραίρων αὐτοῦ, *paulo amplius supereminent.* Doctissimi viri legunt, ἀντὶ φυσκία, σφηκία, quæ cellæ sunt vesparum, verbis fortè Theophrasti nimium addicti. Sed nulla est ratio, quo minus vulgatam retineamus. Nam φυσκία sunt folliculi; quales certe fabæ hujus sunt capita. Hesychius, φύσκη, κοιλία, καὶ τὸ παχὺ ἔντερον. *Venter, aut crassum intestinum.* Inde diminutivū, φύσκιον. Herodotus fructum ipsamque plantam his verbis describit. libr. 2. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα κρίνεα ῥόδοισι ἐμφερέα, ἐν τῷ ποταμῷ γινόμενα καὶ ταῦτα. ἐξ ὧν ὁ καρπὸς ἐν ἄλλῃ κάλυκι παραφυομένη ἐκ τῆς ῥίζης γίνεται, κηρίῳ σφηκῶν ἰδέαν ὁμοιότατον. ἐν τούτῳ τρωκτὰ ὅσον τε πυρὴν ἐλαίης ἐγγίνεται συχνά. τρώγεται δὲ καὶ ἁπαλὰ ταῦτα καὶ αὖα. *Sunt & alia lilia rosis similia, & ipsa in flumine nascentia. Quorum fructus in alio calyce adnascente è radice, simillimus specie est favo vesparum. In eo esculenta quædam instar nuclei olivæ coagmentata innascuntur, quæ & tenera commeduntur & arefacta.* Ipsi plantæ lilii nomen tribuit, quod in multis loto, quam κρίνον *lilium* vocat, similis sit. Caule, floris forma, & constitutione. Nam rosis colore rubenti similis est: illud in quo fructus continetur loto simile. Theophrastus enim utriusq; κώδιον simile, ait; sed fructus qui intus continetur diversus, uti & radix. Fructum contineri à radice adnascente, inquit Herodotus, ac specie simillima vesparum favis. Fructus Herodoti seculo, nomē aliquod proprium non videtur habuisse; saltem fabæ nomen obtinuisse, non fit verisimile. Optimè comparat ubi olivæ nucleo. Vide utriusque iconem & judicium fer. Nec recedit ab eo Theophrastus, cum fabæ similem ait. Græcorum faba rotunda, non plana, uti nostra, sive vulgaris. Vide caput de faba. Quod Herodotus & fabam Ægyptiam, & lotum κρίνου nomine descripsit, errandi occasionem præbuit Athenæo, qui utrumque confundit, ac eandem facit plantam libr. 3. & lib. 15. Γίνεται δὲ οὕτως ἐκ τῶν κιβωρίων καὶ ἄνθος στεφανωτικὸν. καλοῦσι δ' Αἰγύπτιοι μὲν αὐτὸ λωτόν. Ναυκρατῖται δὲ οἱ ἐμοὶ, λέγει οὗτος ὁ Ἀθήναιος, μελίλωτον, ἀφ' οὗ οἱ μελιλώτινοι στέφανοι, πάνυ εὐώδεις καὶ καύματος ὥρᾳ ψυχικώτατοι. *Ex ciboriis flos emicat coronis aptus, inquit, quem Ægyptii lotum vocant. Naucratitæ vero mei cives, inquit Athenæus, meliloton, à quo dicuntur melilotinæ coronæ, odoris suavissimi & magnis æstibus valdè refrigerantis.* Hæc sunt absurda. Nemo loton vocari unquam dixit, florem qui ex ciboriis emicat. Utrum lotus Ægyptia melilotus dicta, aliis judicandum relinquo. Certe non facile quis probaverit utrum sic vocarint lotum Naucratitæ. Nullum epitomes auctor commisit peccatum. Ipsius Athenæi error est. Quod ex lib. 15. probatur, ubi ait, Οἶδα πιὰ ἐν τῇ καλῇ ταύτῃ πόλει καλούμενον στέφανον Ἀντινόειον γινόμενον ἐκ τοῦ αὐτόθι καλουμένου λωτοῦ. φύεται δὲ οὗτος ἐν λίμναις θέρους ὥρᾳ, καὶ εἰσὶν αὐτοῦ χροιαὶ δύο, ἡ μὲν τῷ ῥόδῳ ἐοικυῖα. ἐκ τούτου δὲ ὁ πλεκόμενος στέφανος Ἀντινόειος καλεῖται, ὁ δὲ ἕτερος λώτινος ὀνομάζεται κυανέαν ἔχων τὴν χροιάν. *Scio in ea pulchra (Alexandria) civitate coronam quandam textam è loto ibi nascente vocari Antinoiam. In paludibus lotus gignitur æstatis tempore. Floris duplex color: alter similis rosæ, ex hoc nectuntur coronæ, quas propriè vocant Antinoias: alterius cyaneus color est, E quo lotina fit corona.* Cur Antinoia corona vocata sit, hic non referam: puta ab Antinoo Adriani puero delicatulo nomen impositum, cujus historiam refert Athenæus. Alia majoris momenti examinanda sunt. Fabulosum est quod scribit in paludibus lotum nasci. Theophrastus in campestribus provenire tradit, quæ Nilo flumine quotannis inundante cooperiuntur. Idem Dioscorides. Habet hæc Athenæus ex Herodoto malè intellecto. De hac loto paulo infra plura. Loti duo genera tradit, coloribus inter se discreta, roseum unum, cæruleum alterum. Herodotus duo genera lilii esse tradit, alterum roseo, alterum albo colore, Certe omnes lotum Ægyptiam candido colore scribunt. Vide Theophrastum, vide Dioscoridem. Non sit dubium, quin scripserit Athenæus χιονέαν, niveo, albo colore. De hac loto infra. Lotus roseo flore Athenæi, est faba Ægyptia. vide Herodotum, Theophrastum & Dioscoridem, Floris fabæ Ægyptiæ descriptionem mox examinabo.

Περιφερεῖ, &c. Rectè hanc addidit vocem. Nam vesparum favi angulares, & ut plurimum sexanguli. Hujus fabæ fructus rotundus, ac in eo a favo differt. Significanter ergo vox hæc addita.

Τὰς κυττάρους. Loculos capitis, in quibus fructus continetur, sic vocat. Favi cellulæ Aristoteli libr. 2. περὶ ζώων γεν. κυττάρια dicuntur. καὶ τοῖς τοῦ κηρίου κυτταρίοις; Forte scribendum, τοῖς κυττάροις. Sed nihil muto. ὁ κύτταρος, cavitas in favis. Hesychius, κύτταροι, οὕτω τὰς τρήμας τῶν κηρίων ἔφη Ἀχαιὸς. τινὲς δὲ σφῆκας. ipsos favos ait vocari à nonnullis κυττάρους. Achæum vero sic vocare favorum loculamenta & cavitates. Ab harum similitudine fabarum loculi vocantur κύτταροι. Male legi in Aldino & Basileensi codice, κυπάρων, omnibus constare arbitror.

Κύαμος, &c. Ita vocatur planta, & fructus in loculis contentus. quod vel ex hoc ipso capite Theophrasti patet, ὁ δὲ κύαμος φύεται, &c, καὶ ἐν ἑκάστῳ κυττάρῳ κύαμος. Dioscorides, ὁ δὲ Αἰγύπτιος κύαμος, ὃν ἔνιοι Ποντικὸν καλοῦσι πλεῖστος μὲν γίνεται — ἐν οἷς κύαμος μικρὸν ὑπεραίρων, &c. Strabo ipsam plantam κύαμον vocat. Ὁ δὲ κύαμος καὶ πολλὰ μέρη φύλλα καὶ αὐτὴ ἐκφέρει. Idem, ὁ δὲ Αἰγύπτιος κύαμος ἐξ οὗ τὸ κιβώριον.

Hesychius

Hesychius fructum ipsum κύαμον vocat. κύαμος, τὸ λεγόμενον Αἰγύπτιον κιβώριον. Ipsa planta κύαμος vocata, vel, quod fructum ferret Græcæ fabæ similem, vel, ἀπὸ τοῦ κύειν, quod granis intus prægnans esset, vel quod facie prætumida viseretur. Falluntur qui κύαμον loti vel fabæ Ægyptiæ vasculum existimant. Nemo unquam vasculum prætumidum, quod summa continet, κύαμον dixit. Faba hæc in cibum recipiebatur, uti Dioscorides scriptum reliquit, ac exsiccatam nigram esse ait. Ὁ δὲ κύαμος βιβρώσκεται μὲν καὶ χλωρός. ξηρανθεὶς δὲ γίνεται μέλας, καὶ μείζων τοῦ Ἑλληνικοῦ. *Faba ipsa quoque cum recens est comeditur, siccata nigrescit, majorque est Græca.* Fructus, quem nos ab Huernio accepimus, fabas intus continet nigras, in cœruleum vergentes, & vulgari faba Græca majores & oblongiores. Vide verba Herodoti supra citata.

Μικρὸν ὑπεραίρων αὐτοῦ. Aldinus codex & Basileensis, αὐτῆς. Scribe, ἐξ αὐτῶν, nempe, κυττάρων. E cellulis paululum eminere, ipsa docet autopsia, & fateri cogebuntur, qui ipsum viderunt fructum.

Πλῆθος δὲ, &c. Plinius libr. 18. cap. 12. *Caput papaveri, colore roseo: in eo fabæ supra tricenas.* Nemo non videt scribendum, *supra triginta*; τριάκοντα, Theophrastus.

Τὸ δὲ ἄνθος, &c. Herodotus. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα κρίνεα ῥόδοισιν ἐμφερέα, &c. Athenæus, εἰσὶ αὐτοῦ χροιαὶ δύο, ἡ μὲν τῷ ῥόδῳ ἐοικυῖα. Vide quæ supra dixi. Dioscorides, ἄνθος δὲ ῥοδόχρουν, διπλάσιον μήκωνος, *florem roseum dupla papaverini floris amplitudine.* Hunc florem inter coronarios recenset Nicander.

> Σπείρειας κύαμον Αἰγύπτιον, ὄφρα θερείης,
> Ἄνθεα μὲν στεφάνους ἀνύης.
>
> *Ægyptiam tu fabam serito, ut post metas,*
> *E floribus coronam texas.*

Antinoiam coronam ex hac fieri supra diximus. De Antinoia corona hæc Athenæus libr. 15. Καὶ Παγκράτης τις τῶν ἐπιχωρίων Ποιητής, ὃν καὶ ἡμεῖς ἐγνώκαμεν, Ἀδριανῷ τῷ αὐτοκράτορι ἐπιδημήσαντι τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, μετὰ πολλῆς τερατείας ἐπέδειξε τὸν ῥοδίζοντα λωτὸν, φάσκων αὐτὸν δεῖν καλεῖν Ἀντινόειον, ἀναπεμφθέντα ὑπὸ τῆς γῆς, ὅτε τὸ αἷμα ἐδέξατο τοῦ Μαυρουσίου λέοντος, ὃν κατὰ τὸν πλησίον τῇ Ἀλεξανδρείᾳ Λιβύην ἐν κυνηγίῳ καταβεβλήκει ὁ Ἀδριανὸς, μέγα χρῆμα ὄντα, καὶ πολλῷ χρόνῳ καταλυμηνάμενον πᾶσαν τὴν Λιβύην, ἧς καὶ πολλὰ ἀοίκητα ἐπεποιήκει οὗτος ὁ λέων. ἡσθεὶς οὖν ἐπὶ τῇ τῆς ἐπινοίας εὑρέσει καὶ νεότητι, τὴν ἐν μουσῶν αὐτῷ σίτησιν ἔχειν ἐχαρίσατο. *Pancrates quispiam indigena Poëta, nobis etiam cognitus, Adriano Imperatori, cum esset Alexandriæ, velut ostentum ingens ac miraculum, spectandum præbuit lotum roseum, & Antinoium vocandum esse dixit, illumque terra procreatum, perfusa cruore Mauri Leonis, quem in Libya Alexandriæ finitima, dum venaretur, Adrianus prostraverat; belluam ingentem, quæ diu Libyam ita vastaverat, ut ejus magna pars esset deserta. Delectatus Imperator hominis inventione, quam novam excogitarat, annonam ex musarum reditibus ei largitus est.* Ad postrema, *de musarum reditibus*, Dalecampius, quos vel civitas, vel Imperator, musarum cultoribus, & humanioris litteraturæ professoribus assignabat. τὴν ἐν μουσῶν σίτησιν, fortassis, ἐν μουσείου. Nam quod ait Philostratus, μουσεῖον ἦν τράπεζα Αἰγυπτία συγκαλοῦσα τοὺς ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐλλογίμους, *Museion erat Ægyptia mensa, qua excipiebantur viri toto terrarũ orbe elegantes, præclari & eloquentes;* verba digna sunt quę considerentur. Ἡσθεὶς οὖν ἐπὶ ἐχαρίσατο, nisi est mendũ librariorũ, figurate dixit, ἐπινοίας εὑρέσει καὶ νεότητι, pro, ἐπινοίας εὑρέσει αὐτοῦ νέου ὄντος, ut; *patera libamus & auro.* Omnino ἀντὶ ἐν μουσῶν, legendũ, ἐν μουσείῳ. sed νεότης non hic significat νέος ὤν, *juventus*; nec eo dictum est, quod juvenis esset Poëta: sed ea significatione vocem νεότητι posuit, qua Latini novitatem; quod optimè animadvertit Interpres.

Παραφύεται τὰ φύλλα μεγάλα. Plinius lib. 18. cap. 12. *folia ampla.* Idem lib. 21. cap. 15. *Thyrso autem, qui inter folia emicat spectabili, foliis latissimis, etiamsi arboreis comparentur, ad similitudinem eorum quæ personata in nostris amnibus vocamus. Adeoque Nili sui dotibus gaudent, ut implexis colocasiæ foliis, in variam speciẽ vasorũ, potare gratissimum habeant. Seritur hæc jam in Italia.* Thyrsum vocat, quem scaphum dixit in faba Ægyptia, cujus radix colocasia dicebatur. Duæ plantæ in Ægypto colocasiæ dictæ, quam arum nominamus Ægyptium, & fabam eodem cognomento. Utriusque hic historiam confundit Plinius. Colocasia, quæ faba Aegyptia, nunquam sata in Italia. De hac quæstione mox. Caulem hujus Thyrsum vocat, Theophrastus κύαμον, Strabo ῥάβδον. Theophrastus παραφύεται δὲ φύλλα μεγάλα παρ' ἕκαστον τῶν κυάμων. Verba Theophrasti quomodo verti debeant, mox dicam. Pessime hic, κυάμων, grana fabæ vertunt; cum caules deberent dicere *fabarum. Folia,* inquit, *amplissima, etiamsi arboreis comparentur.* Illud non est magnum miraculum. infinitæ sunt herbæ, quæ omnes folio arbores, perpaucis exceptis, superant: quod arborib. natura non dedit amplissima folia. Solent esse vel mediocria, vel parva & angusta, qualia maxima pars. Corrigunt, *foliis latissimis, sed jam si arboreis comparentur.* Latissima esse dicit folia colocasiæ; sed si arboreis comparentur: quamplurimæ enim sunt herbæ quarum foliis si conferantur folia colocasiæ, non possit dici ea habere latissima; *Utraque colocasia tam ampla habet folia, ut paucæ sint herbæ, quarum folia harum excedunt magnitudinem. Ari enim genus, quod colocasiæ nomen præfert; foliis est nemipharis longioribus, ari proximis, &c.* Ita Prosper Alpinus, qui in natali solo vidit hanc colocasiam. Si habet folia nympheæ longiora, magna sint oportet; perpaucæ admodum herbæ foliorum magnitudine vincunt nemipharem: nec latissima folia tantum huic, si arboreis comparentur, sed etiam si herbaceis. immo respectu magnitudinis foliorum nemipharis, arbores folia quasi nulla habent. id est, plures arbores adeo exigua habent folia, ut comparari, quo ad magnitudinem, cum nymphææ foliis nequeant. Idem de faba Aegyptia dico, cujus & iconem & descriptionem, ante non exhibitam, mox exhibebo. Scribo. *Folia amplissima, etiamsi herbaceis comparentur.* In herbaceorum genere, nymphææ folia ex latissimis esse nemo inficias ibit: ampliora non puto dari personatæ, si exceperis. Subjungit Plinius, *ad similitudinem eorum quæ personata in nostris amnibus vocamus.* Hæc vel corruptissima, vel multis erroribus involuta. Romani, *personatum*, de herba non dicunt, *sed personatam.* Deinde de foliis tantum agit Plinius, quæ personati, vel personatæ nomen non habent. Insuper colocasię folia nymphææ comparat Dioscorides: arum etiam Aegyptium, quod colocasiam vocari dixi, folia nemiphari fert similia. postremo personata in amnibus non nascitur. Ne concitatior videar in Plinium, lego, *ad eorum similitudinem, quæ prælata in nostris amnibus notamus.* Hujus lectionis vestigia quædam in antiquo nostro codice habentur: *Ad similitudinem eorum quæ persarta in nostris manibus vocamus.* Ex, *persarta*, fecerunt, *personatæ*, ex codice Romano, in quo *personatiæ*, cum *prælata* restituere deberent. Recte autem, *manibus*, in, *amnibus* mutarunt. Dicit Plinius latissima folia colocasiæ, ad eorum similitudinem esse quæ prælata spectantur in amnibus. Folia prælata quæ in amnibus nascuntur, non alia sunt quam nympheæ. Doctiss. Salmasius scribit, *ad similitudinem eorum, quæ per se nata in nostris amnibus notamus.* Vide quæ præstet lectio.

Πίλῳ θετταλικῷ. Scribe πίλῳ θετταλικῷ, vel θετταλικῷ ἐοικέ. πῖλος enim apud cæteros Græcos auctores masculini est generis. Xenophon de Cyaxe loquens, ἐπεὶ τὸ δένδρον περικαλύψῃ πίλῳ στεγνῷ, λάσιῳ. vide caput de Malo Medica. Dioscorides πετάσῳ comparat. ἔχει δὲ φύλλον μέγα ὡς πέτασον, *folium habet amplum instar Petasi, sive galeri.* In antiquo codice πιλίῳ habetur. quam lectionem sequitur Ruellius; nobis vulgata arridet, quod πέτασος & πῖλος eandem rem quandoque significent. Tam πῖλος, quam πέτασος capitis integumentũ, rotundum in modum galeæ factum significat: unde utraque vox, *galerus* exponitur; Qua πέτασος forma fuerit, πετασίτης docet; quæ πετασίτης quasi πετασώδης dicta est, quod petasi figuram referat folium. Πέτασος & πῖλος res non valdè dissimiles, quod vel ex hoc ipso Theophrasti capite probatur, ubi eandem facere videtur. Loti enim folium fabæ Aegyptio folio comparat, ac πετάσοι vocat. Τούτου δὲ μὲν τοῦ καυλοῦ φύσις ὁμοία τῇ τοῦ καλάμου, καὶ οἱ πέτασοι δὲ ὡσαύτως. Fabæ hujus folia poculi vicem præstare, auctor est Strabo libr. 17. Ἔστι γὰρ σφόδρα μεγάλη ὡς (scriptũ ὥστε) καὶ ἀντὶ ποτηρίων καὶ τρυβλίων χρῆσθαι· ἔχει γάρ τινα καὶ κοιλότητα ἐπιτηδείαν πρὸς τοῦτο. καὶ δὴ ἡ Ἀλεξάνδρεια μεστὴ τούτων ἐστὶ κατὰ τὰ ἐργαστήρια, ὡς σκεύεσι χρωμένων. καὶ οἱ ἀγροὶ μίαν τινὰ τῶν προσόδων καὶ ταύτην ἔχουσι τὴν ἀπὸ τῶν φύλλων, ὁ μὲν δὴ κύαμος τοιοῦτος. *Quæ* (folia) *adeo magna sunt, ut poculorum & catinorum usus præbeant (habent enim concavitatem quandam ad id idoneam) unde Alexandrinæ officinæ iis plenæ sunt, & pro vasis utuntur. agri quoque ex his fabis reditum habent; ac faba quidem talis.* Agrine ex foliis reditum habent? at in iis non provenit faba, sed in amnibus & paludibus. Deinde ab agris redit ad supremum magistratum tributum: agri vero nullum accipiunt, sed patrono porrigunt. Scribe, καὶ οἱ ἄρχοντες μίαν τινὰ, id est, *Magistratus, inter cætera reditum genera, habet & tributum à faba Aegyptia.* Plinius quoque ex foliis colocasiæ implexis Aegyptios vasa factitasse ad potandum, scribit libr. 21. cap. 15. *Adeoque Nili sui dotibus gaudent* (Aegyptii) *ut implexis colocasiæ foliis in varias species vasorum*

sorum potare gratissimum habeant. In eo à Strabone dissidet, quod Strabo sponte sua ac natura cavitatem quandam habere tradit poculis ac vasis idoneam, qualem habent Nymphææ folia, quando non sunt in totum supra aquas expansæ. Non raro enim oris per ambitū replicatis reperiuntur, nec tum malè catinorum & scyphorum figuram ostendunt. Non igitur, ut Plinius ait, iis implexis opus, quæ natura concava, ita ut catini scyphique instar usum præbere possint.

Τὸν αὐτὸν ἔχοντα καυλὸν τῷ κυάμῳ, &c. Καυλὸς, hic idem quod pediculus. Vult folia fabæ eundem habere caulem cum fabæ ipsius Thyrso; quod non prodeant è caule cum longis pediculis, ut in aliis solent, sed pressius adhærent, & nullo pediculo enascuntur. Locum hunc negligenter admodum interpretatur. Verte, *Flos duplo major quam papaveris, saturati rosei coloris; caput extra aquam attollitur. Ad singulos fabarum caules folia adnascuntur, magnitudine paria, Pileis Thessalicis; quorum pediculus & caulis qui caput profert idem.*

Συντρίψαντι δ᾽ ἕκαστον, &c. In Aldino & Basileensi habetur; συντρίψαντι δ᾽ ἕκαστον τῶν κυάμων φανερὸν ἐστὶ τὸ πικρὸν συνεστραμμένον ἐξ οὗ ὁ πίλος. Vertunt, *fabam quamque conterenti, amarum illud ex quo pilula fit, inflexum patescit.* Quid velint, nescio. Amari quid fabam habere, extra controversiam est. Dioscorides, & πρὸς ὠταλγίαν δὲ ποιεῖ τὸ ἐν μέσῳ χλωρὸν αὐτοῦ, πικρὸν δὲ κατὰ τὴν γεῦσιν, λεῖον σὺν ῥοδίνῳ συνεψόμενον & ἐνσταζόμενον. Cæterum, ad aurium dolores facit, quod in earum medio viride spectatur, gustu amarum, si cum rosaceo coctum instilletur. Sed hæc nihil ad præsens institutum. Nemo, quod sciam, amarū inflexum esse dixit. Imaginari nequeo, quomodo sapor aliquis dici possit inflexus, nec scio, quomodo ex eodem pilula nasci possit. Corruptus ergo Theophrasti codex. Scribe, φανερὸν ἐστί τι μικρὸν καὶ συνεστραμμένον, &c. Verte, *si vero singulos fabarum caules contriveris, apparet quid parvum & contortum intus, unde fit pileus sive petasus*, id est, *folium*. Docet, quod paulo ante dixi, folia fabæ Ægyptiæ eundem habere caulem cum fabæ ipsius capite. Id probat hoc argumento; quod non prodeant è caule cum longis pediculis, ut in aliis solet fieri plantis, sed pressius adhæreant, & nullo nascantur pediculo. Si quis autem scire velit foliorum exortum, & ubi cauli adhæreant, ipsum caulem necesse esse terat, conspici intus poterit quid parvum & contortum, quod quasi ortus & rudimentum est ipsius folii. ὁ πίλος, *folium*, quod Dioscorides πέτασον vocat. Vide quæ supra dixi.

Τὰ μὲν σὺν περὶ τὸν καρπὸν, &c. Librarii cum ignorarent, τὸν πίλον folium esse, nec imaginari possint folium pilei formam posse referre, vel τὸν πίλον imaginarentur esse pilulam, quæ figura folio non convenit; pro, περὶ τὸ φύλλον, reposuerunt, περὶ τὸν καρπόν. cum de fructu non agat Theophrastus, sed de folio, quod pileo lato ac rotundo simile. Cæterum, qui epitomen concinnavit Athenæi, quæ de folio tradit Theophrastus negligenter omisit; ita habet. παραφύεται δὲ φύλλα μεγάλα. ἡδὲ ῥίζα.

Ἡ δὲ ῥίζα. Radicem hanc Dioscorides, κολοκασίαν vocari ait. ῥίζα δὲ ὑπέστι παχυτέρα καλάμου. βιβρωσκομένη ἑφθή τε καὶ ὠμή, κολοκασία καλουμένη. *Radix subjacet harundinis radice crassior: quæ cocta crudaque estur, & colocasia nominatur.* Diligenter attendendum ad ea quæ dicturi sumus. Duæ plantæ colocasiæ nomine gaudent. Faba hæc Ægyptia, & alia quædam, de qua mox agemus. Hæc cum ex antiquioribus nonnulli nescirent, duas plantas confuderunt. Ipsa planta, faba Ægyptia, raro vel nunquam vocabatur κολοκασία, sed radix nomen illud habebat. Claudius Iolaus, qui utramque colocasiam confundit, apud Stephanum in voce, Ἀκη. κολοκάσιον μέν τοι καλοῦσι τὴν ῥίζαν. τὸ δὲ ἐπιπεφυκὸς κιβώριον. Hæc de nulla alia planta possunt intelligi, quam Ægyptia faba. utrumque dixerunt veteres κολοκάσια & κολοκάσιον. Dixi Claudium Iolaum confundere utriusque colocasiæ historiam: verba hæc quæ, subjiciuntur, de faba Ægyptia intelligi nequeunt, περὶ δὲ τὸν ποταμὸν. & τὸ μαντεῖον ποὰν, ἧς ὁ καυλὸς ἥτε ῥίζα πάντως ἐστὶν ὀφιώδης τῷ ποικίλῳ, & ταῖς κεφαλαῖς, ὁπόσας ἄν τις ἀποκείρῃ, φύονται αὖθις ἑτέραι. *invenit amnem & fatidicam herbam, cujus caulis & radix serpentum maculis similis conspicitur. capita quotiescunque amputaveris, de novo semper renascuntur alia.* Hæc, inquam, in faba Ægyptia non reperiuntur, sed in dracunculo, de quo vide cap. 9. Hujus caulis versicolor est, unde serpentaria dicta; dracunculus arum dicebatur. Confundit ergo, & miscet trium plantarum historiam Iolaus; fabæ Ægyptiæ, ari Ægyptii vulgo vocati, (quod colocasia dictum fuit, ut mox ostendam) & dracunculi. de quo vide cap. 9. Confundit etiam Plinius utramque colocasiam lib. 21. cap. 15. *In Ægypto*, inquit, *nobilissima etiā colocasia quam cyamon aliqui vocant.* (Radicem fabæ colocasiam vocabant, non ipsam plantam; quod mitto.) *Hanc in Nilo metunt.* (hoc de Ægyptia faba.) *caule cum coctus est araneoso.* Hæc quanquam de Ægyptiæ fabæ caule, ut supra ostendimus, dici possunt; tamen verisimilius fit de aro Ægyptio dicto, Italiæ jam familiari, intelligi debere. Certè de eo intelligendus versus Martialis supra citatus.


Niliacum ridebis olus lanasque sequaces,
Improba cum morsu fila manumque trahes.

Loquitur de colocasia Italiæ jam familiari. Ægyptia faba in Ægypti fluminibus, & paludibus nascitur, nec ad Romanos delata sationis causa. Quod de latitudine foliorum ait, de utraque intelligi potest, sed poculum mentiebantur tantum Ægyptiæ fabæ. Pergit Plinius, *Seritur jam hæc in Italia.* Hoc fabulosum est: altera tantum colocasia in Italia serebatur, quæ Ægyptiis *calcas* dicitur. De qua versus Virgilii intelligendus,

Mistáque ridenti colocasia fundit acantho.

Ubi notat Servius, herbam esse colocasiam, quæ post devictam ab Augusto Ægyptum innotuerit, & Poëtam dicendo, *fundit*, abundantiam floris ostendisse. De hac Palladius in Februario titulo 24. *Hoc mense colocasiæ bulbos ponemus, amant humidum locum, pinguem, maxime irriguum. Circa fontes lætantur & rivos, nec de soli qualitate curant: si perpetuo foveantur humore, frondere propè semper possunt: si tanquam citreta tegumentis defendantur à frigore. Media rursus terrenæ pars esse debet, ut colocasiis conseratur, aliisque familiaribus aquæ viridibus, quæ inopacant avium receptacula.* Hæc de nulla alia, quam aro Ægyptio, quæ calcas dicitur, intelligi possunt, quod tali solo teste Alpino gaudeat. Hęc radicē habet bulbaceam, cum fabæ Aegyptiæ, auctore Theophrasto, arundinaceæ sint. Certè radix quæ hodie culcas dicitur, ab antiquo nomine colocasium, bulbacea est, totaque facie divertit ab Aegyptiæ fabæ radice, quæ, quantum ex descriptione Theophrasti colligere licet, nymphææ similis est. His accedit, quod Plinius, ubi de colocasia agit, nec floris, nec capitis, sive calycis, in quo continebatur fructus, aliquantum supereminens operculi instar, mentionem faciat. quod optimè congruit cum iis, quæ Alpinus lib. de plantis Aegypti cap. 33. tradit. *Ego ex innumeris illis viventibus, à me sæpe inspectis, nullum unquam florentem videre* (vide quæ infra dicuntur) *aut cum aliquo fructu, vel aliquo caule, potui.* Non dubium, quin Plinius partem descriptionis colocasiæ habeat ex auctore qui hodie non extat. Duæ ergo plantæ colocasiæ nomen audiunt. Sed videntur veteres arum, Aegyptium vulgo dictū, non κολοκασίαν, sed κολοκάσιον vocasse. Ab Iolao & Aetio, κολοκάσιον vocatur. Aetius fabam vocat κιβώριον, & ejus virtutes seorsim explicat. At ubi de colocasia tractat, non meminit eam radicem esse κιβωρίου, vel fabæ Aegyptiæ. Κολοκάσιον, παραπλησία ταύτης τῆς ῥίζης ἐστὶν ἡ δύναμις τῇ τῶν γογγυλίδων καὶ κρομμύων (in editis βορμμύων) γλίσχρον δὲ αὐτῆς τὸ σῶμά ἐστι. ὅθεν καὶ ῥυπτικῆς μετέχει δυνάμεως. ἐστὶ δὲ καὶ εὐκοίλιον. *Colocasiæ radicis similis vis est rapis ac cepis, viscosum autem corpus ipsius est, unde extersoriæ facultatis particeps est, & ventri in cibo sumpta accommodat.* Idem Ætius colocasium manzizanium vocari tradit. Κολοκάσιον, ἢ μαζιζάνιον. Apud Simeonem Sethi, μαζιζάνιον legitur. Τὸ λεγόμενον μαζιζάνιον θερμόν ἐστι καὶ ξηρὸν κατὰ τὴν β. ἀπόστασιν. Diximus, colocasium arum Aegyptium esse. Hoc describit Plinius libr. 19. ad finem cap. quinti. *Est inter genera bulborum & quod in Aegypto aron vocant, scillæ proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto, duum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturæ, quæ edatur cruda.* Radix calcas sive colocasii, scillæ nec magnitudine nec crassitudine, nec amplitudine cedit; de ea loquor, quam describit Alpinus. *Foliis lapathi*; latifolii maximi, intellige, *caule recto duum cubitorum baculi crassitudine.* Hoc unicum, inquiunt, obstat, ne colocasium hodiernum posset esse Aegyptium. Nam qui colocasium Aegypti describunt, caulem habere negant; quod fatemur, sed tandem recentiorem maxime prosperi Alpini, diligentia repertum, & caulem & florem ferre. Vide descriptionem; sed duum cubitorum baculi, non est crassitudine. In antiquo codice legitur. *Caule recto: duum cubitorum baculi crassitudine.* Magna hæc herbacei caulis crassitudo; paucæ arbores duum cubitorum crassitudine; Quod cum doctissimi animadverterent, maluerunt scribere, *caule recto duum cubitorum, baculi crassitudine.* Sed quæ baculi crassitudo? Quis baculos non novit crassitie admodum differre? Præterea

Culcas cum flore.



Culcas vulgaris fine flore.



terea non eſt duûm cubitorum longitudine caulis colocaſiæ, ſed palmæ tantum unius. Corruptum puto codicem ac ſcribendum, *caule recto, duum digitorum baculi craſſitudine*. Nec tamen eam craſsitudinem caulis habet. Quocunque modo ſcripſerit Plinius, ex foliorum magnitudine collegit, caulem tantæ magnitudinis & craſsitudinis eſſe. Hoc arum, ut Plinius ait libr. 21. quidam dracontion eſſe dixernnt. *Ægyptus hanc maximè gignit, quæ & arum, de qua inter bulbos diximus, magnæ cum dracontio litis. Quidam enim eandem eſſe dixerunt; Glaucias ſatu diſcrevit, dracontium ſylveſtrem eſſe pronunciando; aliqui radicem arum appellaverunt, caulem vero dracontium.* Inter eos qui arum cum dracontio confundunt, eſt Iolaus, ut ſupra oſtendimus, & fortaſsis ipſe Plinius; ſaltem auctor ille ex quo habet, caulem duorum eſſe cubitorum, craſsitie baculi. Hæc pulchrè dracontio vel dracunculo conveniunt. Hoc arum etiam à quibuſdam vocabatur. Vide cap. de dracontio & aro. Malunt alii caulis nomine intelligi foliorum longiſsimos pediculos; ſed tantam magnitudinem neutiquam habent. *Arum Ægyptium mollioris*, inquit Plinius, *naturæ habet radicem, quæ edatur & cruda.* Vulgare arum radicem habet valde acrem, ac ferventem. mitior hæc qualitas in Ægyptio aro. Ideoque Plinius mollioris inquit eſſe naturæ, adeo ut videatur ejuſdem naturæ cum aro Cyrenaico Galeni. Vide cap. de aro. Arum il.ud Ægyptium, colocaſion eſſe vocatum reſtat oſtendamus. Ita à Cypris vocatum Auctuarii Auctor oſtendit. ἄγριον τὸ κολοκύμβιον παρὰ Σύροις λοῦφα, οἱ μὲν ἄλιμον, οἱ δὲ Θύμον, οἱ δὲ δρακοντίαν, ὃ οἱ Κύπριοι καὶ κολοκάσιον λέγουσι. Hoc de nullo aro intelligi poteſt, quam de Aegyptio. Nomen colocaſii impoſitum, à foliis latiſsimis. Colocaſia enim quaſi κολόβιον, κολὸν, κάσιον. κάσιον diminutivum à κασῆς. κολοκάσιον ergo quaſi μικρὸς κασῆς, vel κάσος. quod idem eſt. ſignificat κασῆς vel κασῆς tapes vel amphitapes. Heſychius κασῆς, ἀμφιτάπης καὶ πιλωτόν. Arcad. Grammat. κασῆς τὸ πιλωτὸν, ἱμάτιον περιστατικόν. Idem, τὸ δὲ κάσος ἀπὸ τοῦ κάσος γίνεται κατὰ τὸν πλεονασμὸν τοῦ σ. ὄνομα δὲ εἶδος πρὸς ἱματίου οὕτω καλουμένου. Heſichius, κάσος ἱμάτιον παχὺ καὶ τραχὺ περιβόλαιον. Elegantiſsime ergo medii ævi Græci, arum Aegyptium culcas vulgo dictum κολυκάσιον vocarunt, quod folia ejus ſint τῶν κολοκασίων, id eſt parvorum tapetium, vel curtarum lacernarum, ab amplitudine ſcilicet. Quaterna aut quina habet folia, carnoſa, nymphææ foliorum modo, ſed nervoſa admodum, & pluribus venis ſive fibris eminentioribus, exteriore parte contexta, incavaque, ampliſsima, ut plerumque perſonatiæ folia ſuperent, nunquam madentia, etiamſi aquis immergantur; longis, craſsis, firmiſque pediculis ſubnixa. radice craſſa, magna, duplici ut plurimum, & lagenulæ inſtar efformata (quales eruit Cluſius ad monaſterium pera longa) quæ aliis ad latera adnatis ſe propagat, & fibris aliquot nititur. Recepta opinio, hanc eſſe fabam Aegyptiam quã Theophraſtus deſcribit; & omnibus perſuaſum nunquam florere. Ignorarunt Botanici duas plantas colocaſiæ nomen habuiſſe. arum Aegyptium, quod proprie colocaſium dicebatur, ex qua vox Aegyptia culcas, & Boëtica alcoleaz deducta, & faba Aegypti, cujus radix, teſte Dioſcoride, colocaſia. Multa impediunt quo minus culcas ſit faba Aegyptia. Radix nullam cum arundinis aut nymphææ radice ſimilitudinem habet; flos, fructus, & caulis planè diſsimiles. Atqui recepta jam opinio, non florere. Alpini auctoritatem ſupra adduximus; hic ſcribit ſe nunquam in Aegypto florentem vel fructum ferentem culcas vidiſſe. Idem refert Bellonius libr. 2. cap. 28. *Agri*, inquit, *plurimis locis, oryza, papyro, muza erant arbore conſiti, interdum etiam colocaſia. Quia vero hujus colocaſiæ, quæ etiam lotus & faba Aegyptia appellatur* (id jam falſum oſtendimus) *fructum magna diligentia perquiſivimus, illiuſque inquiſitione Cairi incolis ridendos nos præbuimus, occaſionem ſumpſimus inquirendi, cur veteres eam fabam Aegyptiam nominarint*, (nunquam calcas ſic vocarunt) *cum fabas non ferat. Tandem hanc erroris originem eſſe deprehendimus.* (vera profecto erroris ipſius Bellonii origo) *Herodotus, auctor vetuſtiſſimus, duarum ſtirpium in Nilo naſcentium meminit, quarum altera ſit rotunda radice, quæ colocaſia eſt* (vide quæ ſupra dixi, item caput de loto, ubi luce meridiana clarius probatur graviſsime errore Bellonium, qui heredoti verba neglligenter legit) *altera quidpiam olivarum nucleis ſimile, quodam capite ferat. Re-*

liqui post eum auctores, alter alterius verba sequuti, ad arbitrium descripserunt. (mera calumnia, Theophrasti scripta contrarium docent) *Nam quod Theophrastus spinosam ei raditem tribuit,* (hoc paulo infra examinabitur) *rem aliter se habere ipsa experientia docet. Dioscorides de faba Ægyptia agens, Theophrasti verba ferè expressit, & utrumque interpretatus est Plinius.* Hæc Bellonius. Tandem diligentia Alpini observatum, florem ferre, lib.2. de Plantis exoticis cap. 18. ubi radices forma quoque differre observavit; nec tantum radices, sed folia; ac alteram quidem μακρόρριζαν, macrorhizam, alteram Strogylorizam, scribe στρογγυλορίζαν, vel strongylorizam vocat. Id est longam & rotunda radice præditam. Μακρορίζης folia longè minora cernuntur, tenuiora, & magis in acutum desinentia colorisque virentis dilutioris; pediculi itidem sunt longè subtiliores, gustus multò acrioris acutiorisque Radix vero longè gracilior, exterius obscurior, intus non ita alba, ut altera visitur; saporis itidem acrioris; per rectum autem in terra manere videtur (id est in altum descendere) seu jacet ut betæ radix. Hanc colocasiam non admodum frequentem esse tradit, nec florem hujus sibi conspectum. De rotunda hæc tradit idem Alpinus his verbis. Præsenti hoc anno *M. DC. XII.* ex Ægypto varias radices colocassiarum accepimus viventes; quasdam longas, quasdam rotundas, in quibus duas differentias observavimus, sc. quasdam illarũ magnum malum cotoneum rotundum æmulantes, quales accepi ab Antonio Antonini, qui multos annos & chirurgiam, & pharmacopoliam in Ægypto fecerat, quique proximè Venetias ex Alexandria Ægypti venerat. Hæ radices germinant, ut omnes aliæ bulbosæ faciunt in apicis radicis medio: exterius rubescunt, intus candicant, gustu acres cum adstrictione observantur. Post aliquot menses alias, & longas & rotundas accepimus ex Cairo Ægypti a Mattheo Carbono Philosopho, & Medico illustri abhinc multos annos, ut superius quoque dictum est, in Ægypto Medicinæ faciendæ causa, morato, amico plurimũ observando. De longis satis superque diximus. Rotundæ a prioribus differre visæ sunt, quod prioribus longæ majores in latitudine quadantenus fuerunt, & veluti compressæ, & latæ, quæ id proprii habent, ut non omnes in apicis radicis medio germinent, at circũ circa in apice nihil germinis in apicis medio producentes. In colore, gustuq; aliis similes visæ sunt, Sed age dicamus, quæ de his scitu digna existimavimus; & primo quod quædam illarum in hortulo nostro floruerint; atque postea, an hæc colocassia Aron Ægyptium sit æstimanda: de qua re tametsi sciam me abunde satis disputasse in nostra historia Ægyptiaca, in presentia majori veritatis argumento (quod hanc plantam floruisse viderimus) rursus accurationem sermonem habere instituimus, & in hoc sensu non dubitavimus septies etiam repetita fastidium studiosis nullum allatura, quod id a nobis fiat veritatis duntaxat indagandæ studio. Neque immerito sane, cum haud nondũ earum stirpium Aegyptiarum cognitio planè nobis innotuerit, Sed ad rem venio. Hoc anno inquam 1612. circa medium Iulii mensis radix colocassiæ rotunda, ex iis, quæ germinant in apicis medio, quam præterito anno acceperam ab Alexandria Aegypti ab Antonio Antonino, quæ erat amplitudine mali cotonei, in secretiori meo hortulo terræ, mense Aprili consita; non sine maxima, & mei, & aliorum multorum admiratione unicum florem produxit, ex cauliculo rotundo per pediculi unius folii majoris fissuram exeuntem, figura & magnitudine Ari flori quam simillimum, palmarem longitudinem cauliculo, cum flore non excedente. Primum cauliculus exiit rectus, rotundus, asparagi crassitie, cum foliis istiusce plantis concolor, in cujus apice vagina seu involucum longum, ari involucris simillimum cernebatur, minus quam in Aro, admodum in subtile desinens, undique clausum, coloris aurei, cui viride sit permixtum. Quod biduo sese per longum explicuit, floremque exclusit digiti minoris longitudine, macropiperis crassitie, colore candido, ac veluti serpentis caudam, quasi serpentis linguam foris ex ore exertam simulantem, & post triduum involucrum cum flore, fere totum emarcuit, (quod non sine molestia tuli) forsitan ab immodica irrigatione. Hoc igitur inquam, anno in nostro hortulo colocassia rotunda floruit, & non sine multa studiosorum, & admiratione, ac fere non parvo stupore, quos prius non latuerat, ullam colocassiarum, vel in Ægypto, vel in Creta vel in Cypro, cum flore visam unquam fuisse. In Ægypto (ut alias quoque dixi) mihi conscius sum, nunquam colocassiarum aliquam, caulem vel florem prompsisse, Ægyptiorũ universorum testimonio longa experientia deprehensum esse constare; Jacobus Mannus medicus Salodiensis, qui ante me multos annos in ea Provincia magna cum laude ad Venetum nationem Illustrissimam sanandam, medicinam fecit, amicus mihi familiaris, sæpius quam sanctè juravit se nunquam, etsi magno studio perquisierit, potuisse aliquem florem in colocassiis videre, & multo unius aliquem Ægyptium audire, qui forte florentem quampiam ex colocassiis viderit. Petrus Bellonius Cenomanus, olim simplicium medicamentorum indagator solertissimus, expressit in suis itinerariis observationibus, pluries ex Ægyptiis cum rogasset, ut ipsi ostenderent colocassiarum flores & fructus, fuisse maximè derisum, quasi rem ridiculam petiisset, qui ingenue faterentur in eo solo nunquam vidisse flores in illis plantis, neque ab aliquo intellexisse eas plantas flores prompsisse, neque ullos fructus. His vero testimoniis persuasus, nunquam ante hanc diem mihi potui persuadere, multo minus in aliis locis colocassiis alienigenis, unquam in ipsis plantis flores conspectos fuisse, neque in alieno solo floruisse. Quis quæso me de hac re fortiter deprehendet? Quippe quod mordicus negaverim in Italia colocassias quosdam flores aliquando promere potuisse, si verum sit in Ægypto, solo illis patrio, nunquam floruisse. Nunc vero ingenuè fateor, me falso id credidisse, cum in meo horto uno, ut dixi, ex colocassiis macrorizis hoc anno vivens unicum florem protulerit. Quem florem viderunt plures rei Botanicæ studiosi, cum Patavini, tum aliarum nationum. Primi fuerunt Germani tres, scilicet Henricus de Plettenberch Livonus, Iacobus Wolfangus, Pomerus Norimbergensis, & Ioannes Henricus Kirchbergerus Norimbergensis, unus ex doctissimis meis auditoribus. Ex Patavinis verò qui multa cum voluptate hunc florem diligenter conspexerunt, fuit Paulus Gualdus Vincentinus Patavinæ Diœcesis Episcopi Vicarius admodum illustris, generisque nobilitate, & propriis virtutibus inter nobiles præsides plurimi æstimatus; simul cum admodum Reverendo Presbytero Laurentio Pignoria, morum suavitate, & reconditarum litterarum studiis editisque doctissimis scriptis apud Gymnasii Patavini, & professores, & studiosos maxime celebris, cũ multum itidem Reverendo presbytero Martino Sandelli, D. Martini Patavii præside, viro in bonarum litterarum studiis exercitatissimo. Quid amplius dicam? Nonne fere innumeri medicinæ studiosi ipsum sæpius, & videre & revidere voluerunt? Supposita vero hac veritate, scilicet, quod aliquando visum sit, colocassiarum quasdam floruisse (quod & Ferrandus Imperatus, & Fabius Columna, viri in naturæ cognitione eminentissimi, annis proximis me per litteras certum fecerunt; quippe non semel Neapoli aliquas ex colocassiis flores prompsisse) duo nunc cognoscenda proponimus: Unum, quamobrem quædam colocassiarum in Italia aliquando floruerint, & in Ægypto, Creta Insula, & Cypro locis iis plantis patriis, nunquam. Alterum, an Colocassia rotunda quæ florem fert, quod multis viris de plantarum studio bene meritis visum est, Aron dici debeat, aut possit. Quod ad primum pertinet scilicet cur fit, quod stirpes in Italia ipsis peregrina aliquando floruerint, nunquam vero in Ægypto, solo nativo ac proprio; hoc aliquibus referendum placuit, in earum radicum stirpium pro fertili satu deffectionem. Ægyptii enim quotannis, ut eas multiplicent in parva frustula radices antiquas secant, & iis radicum frustulis, veluti parvis terra consitis bulbis, eas stirpes conserunt, & hoc satu colocassiarum, abundantiam sibi incolæ quotannis comparant. Quo fit, ut radices colocassiarum quotannis culturæ causa in partes recidantur, atque ex iis nulla perenniter vivat, atque idcirco ab ipsis florum & fructuum omnem fœcunditatem tolli. Quod tamen ob eam causum fieri multi haud injuria negant, cum multæ ex iis stirpibus sint, quarum radices satus causa non secantur; quippe sylvestres perenniter viventes, quas tamen omnes steriles fuisse in eo solo constat. Nos vero istiusce varii eventus causam referendam putamus in Ægyptium solum, in quo eæ stirpes vivunt pinguissimũ

aqua

“aqua Nili fluminis, omnium aquarum optima abunde irriguum, atque humens. In quo solo maximè hæ stirpes luxuriant, plurimumque & in foliis & in radicibus augentur, indeque radices maxime multiplicant, ut ob hanc causam & floribus & fructibus steriles reddantur: non secus quam fiat in omnibus plantis bulbosis, maximeque in narcysis, hyacinthis, bulbis eryophoris, bulbosisque iridibus, & aliis similibus. De quibus è topiariis quotannis observatur, quæ ex iis plurium in radicibus augentur, atque eas multiplicant in terra, minus florum, vel nullos ferre. Unde fit, quod qui ex bulbosis plantis plures flores videre cupiunt, bulbos singulo triennio (quo tempore plurimum in radicibus multiplicant) à terra eruunt, quos denuo in terra macra, cretosa, & mala conferentes, florum abundantiam sibi comparant; quoniam in macro & sicco solo neque in radicibus multum augentur, neque eas multum multiplicant; unde stirpium humor prolificus sursum in caules abundantius ex radicibus fertur, ad flores producendos. Idem etiam evenire colocassiam bulbosis radicibus credendum videtur, quia in Ægyptio solo nativo pinguissimo, optimo, maxime Nili aqua irrigato (quod Ægyptii ita procurant ad augendas calocassiarũ radices, & ad easdem, quæstus causa, multiplicandas) consiti ipsarum bulbi, plurimum aucti, plura eademq; amplissima folia cum maximis suis pediculis suppetunt, atque ab ipsis radices fiunt maximæ, crassissimæque & in numero plurimum multiplicantes. In quibus (quod in ipsis nutriendis, augẽdis, & multiplicandis fere ex toto humor alimentalis absumatur) mirum non est, si floribus fructibusque sterilescant. In solo vero Italiæ illis peregrino, minusque congruo, & pingui, cum eæ stirpes nedum in foliis, & radicibus multum non augeantur, at quinimo plurimum decrescunt, minoresque radices, numeroque pauciores ex ea incongrua terra reddantur; mirum non est si humido alimentali partes superiores petẽte, aliquando flores progenuerunt. Itaque in radicibus colocassiarum amplis, crassis, & multum ab eo fœcundissimo solo enutritis, quæ ad nos ex Ægypti, aut ex Cretæ, aut Cypri aquis stagnantibus erutæ, deferuntur, oppositum fieri observamus. Scilicet, ut dictum etiam est, easdem radices magnas, crassissimasque in Italico solo consitas, viventesque multum decrescere, parumque vel nihil hasce radices multiplicari. Quo mirari merito non oporteat, si aliqua ipsarum fœcundior in partibus supra radices positis effecta, visa sit aliquando florem aut fructum protulisse. Radix autem quæ in meo horto hoc anno unicum florem tulit, proximo anno ad me delata, erat magna, rotunda, ut maximum malum cotoneum cernebatur. Hæc cum multis aliis radicibus in horto posita, cito germinavit, multaque folia & ampla produxit; hyeme vero ineunte, ex terra eruta, perlota, à terraque detersa, & sole per dies aliquot probe siccata, per totam hyemem in meo cubiculo lignea pyxide clausa, conservata est, quæ è terra eruta longe minor quam fuerat posita evaserat, nihilumque multiplicaverat. Hæc vero, incipiente scilicet mense Aprili, anni præsentis, in eadem terra posita, tardius, quam fecerat anno præterito, germinavit, vixque folia tria neque ampla prompsit, tardiusque etiam aucta. Ex fissura vero unius pediculi foliorum inferius, cauliculum exclusit semipalmũ altum, rotundum, crassitie calami gallinacei, atque cum foliis concolorem, cumque cæteris notis nuper expressis. Aliæ colocassiarum radices eodem tempore, quo ea, terræ consitæ, folia longe plura, atque ampliora produxerunt; unde nullum forsitan ob id florem itidem produxerunt. Nos digna relatione certi facti sumus, ex colocassiis tantummodo strogylorizis, quasdam in Italia flores edidisse, aliquando unum, interdum duos, & nonnunquam etiam tres, ex ipsis vero fructus, ut fit in Aro in pistillo rotundo productos nunquam perfectam maturitatem accepisse. Hactenus Alpinus; Utrum culcas, de qua hactenus sermo, petasites libr. 7. cap. de aro disputatur.


Ἡ δὲ ῥίζα παχυτέρα, &c. Supra dixi, radicem hanc vocari κολοκασίαν, qua occasione de aro Ægyptio, sive culcas egimus. Cur culcas colocasium dicatur, exposuimus. cur fabæ hujus radix hoc nomine gaudeat, non video: nulla enim in ea tapetium, vel curtarum lacernarum figura. Folia talem mentiuntur formam, quibus nomen illud melius conveniret. An igitur radici, tanquam parti præcipuæ, nomen hoc datum, cum folio propriè deberetur? Ita quidem magnis viris videtur: Nempe folia fabæ Ægyptiæ κολοκάσια dicta sunt, quod exiguas lacernas amplitudine sua imitarentur, indeque colocasia stirps tota appellata fuit. Alii radicem ita nuncuparunt, quasi partem præcipuam plantæ. Sic σίλφιον Græci radicem laserpitii propriè dixerunt, quum tamen tota planta eo gaudeat nomine. Radicem Theophrastus crassiorem inquit, calami crassissimi radice. Idem Dioscorides, ῥίζα δὲ ὕπεστι παχυτέρα καλάμου, βιβρωσκομένη ἑφθή τε καὶ ὠμή, &c. *radix autem subjacet harundinis radice crassior: quæ cocta crudaque estur.* Plinius, *Sed radix perquam lauta incolarum cibis, cruda & omnino decocta, harundinum radicibus similis.* Immo crassior, quam crassissima harundinis radix. Malè corrigunt, *sed radix perquam lata.* Radicem enim tantum edulem ac lautam inquit, ex Theophrasto.

Ἐν πηλῷ, ἀχυρώσαντες, &c. Vertunt; *Et seritur in limo paleis large admistis, ut descendat.* Sed paleæ impediunt quo minus descendere possit. Palearum natura est supernatare. Scribo, ἐν πηλῷ φυράσαντες. In luto humecto & benesubacto fabæ granum operiebant, & in flumen dejiciebant. Et sic legendum ante nos observavit Doctiss. Salmasius: quod ex Dioscoride probatur, cum fabam ipsam κιβώριον; veluti κιβώτιον dictam argutatur, quod luto humecto velut arcula seri soleat. καλεῖται δὲ κιβώριον ἢ κιβώτιον, διὰ τὸ τὴν φυτείαν τοῦ κυάμου γίνεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ἐντιθεμένου ἐν ἰκμοβώλῳ, οὕτω τε εἰς τὸ ὕδωρ ἀφιεμένου. Sic legendum supra probavimus, φυράω & φυράομαι, *fermento subigo, macero, pinso, mollio, in massam ago.* Dioscorides libr. 2. cap. 43. φυραθεὶς ἐν τῷ ὄξει, *aceto maceratus.* Hesychius, φυρᾶν, ζυμοῦν, τρίβειν τὰ ἄλευρα.

Καὶ διαφθαρῆναι. Theodorus legit, καὶ μὴ διαφθαρῆναι. Quod miror magnos viros probare. Si enim incorrupta grana maneant, non possunt novas producere plantas: semen omne corrumpi necessario debet, si germen ex eo erumpet.

Πηλῷ ἐπακανθίζουσι, &c. Cur fugit radicem crocodilus? quomodo oculis obesse potest terra undique tecta? Nec fit verisimile, radicem hanc aquis superfluitare; sed instar nymphææ, arundinis & similium palustrium plantarum modo, in ipso aquarum fundo terra tectam esse. Crocodilus in aquis, & sub aquis degit quidem, sed fundum nec perforat, nec infodit, nec foramen aliquod facit. Ἀμφίβιον animal est, in terra & aqua vivens, quod non solet perforare fundum. Caulis vero supra terram existit, à cujus spinis lædi potest. Scribo ergo, καυλὸς δὲ ἐπακανθίζων. Hanc lectionem probat Plinius, libr. 18. cap. 15. *Nascitur & in Ægypto spinoso caule; qua de causa crocodili oculis timentes refugiunt.* Ἐπακανθίζων, hoc loco, *leviter aculeatum, asprum*, uti sonchus asper, quod ipsa comprobat experientia. Hactenus viri doctissimi crediderunt vel vulgarem nympheam, vel culcas jam descriptum veterũ fabam Aegyptiam esse: sed colocasium, sive culcas satis probavi non esse fabam Aegyptiam, quod nec radix, nec caulis, nec flos, nec fructus, nec ejus receptaculum, ullam cum faba Aegyptia habeant similitudinem, sed omnia, ut uno verbo dicam, sint dissimilia. Cælũ & terra non magis differunt, quã faba Aegyptia & culcas. Nymphææ semen in ciborio, in quo favorum instar cellulæ sunt, nec fabæ Græcæ simile, extra omnem controversiam; nec tamen, ut recentiores tradunt, decepti in fabæ historia veteres fuere, nec fabulosa, ut existimant, prodiderunt. Inventa hæc faba Aegyptia nuper à Doctiss. Iusto Huernio, verbi divini in India Orientali ministro fidelissimo, & medicinæ Doctore celeberrimo. Hic inter plantarum icones & descriptiones, quas misit Clarissimo fratri Othoni Heurnio, magni Ioannis Heurnii filio, in Academia Leidensi summa cum laude Medicinæ Professori primario, Theatri Anatomici præsidi, præceptori nostro nunquam satis laudando, descripsit fabam Aegyptiam nymphææ glandiferæ regni Iavæ nomine, his fere verbis; *Nymphæa glandifera Batavica Iavorum. Ejus fungosus, rugosus calix est, globum dimidium referens, viridis coloris, qui 12. vel 17. loculis distinctus est, loculorum quivis glandi similem fructum continet, ex violaceo nigricantem, intus albissimum, corculo viridi, adstringentis saporis & subamari, ut glandium; siccatum, ut avellanarum. Caulis bicubitalis sæpè, rotundus, asper, fungosus. Nascitur in paludosis, & ad ripas fluviorum. Folia ingentia Batavicæ nymphææ plane similia. Flos etiam nostratium similis, odoris validi, ut olei anisi.* Hæc Heurnius. Nemo negare ausit hanc esse fabam Ægyptiam, hunc scrupulum, si tollas, quod ait florẽ nymphææ nostræ similem. Huic enim flos vel luteus, vel albus: Theophrastus intenso roseo colore florem ait fabæ. Sed quis nescit florum colores, pro cœli solique ratione, admodum variare? Et fortassis cum vulgari nymphææ similem, ait Heurnius, vult positu ac forma simi-

lem esse. Cæterum ante Heurnium Clarissimus Carolus Clusius calicem cum suo fructu descripsit; sed an arboris, an herbæ fructus esset, ignorare videtur. Describit hunc calicem libr. 2. exot. cap. 13. *Primus sanè ad-*



mirabilis erat formæ: nam prægrande papaveris caput, cujus summum fastigium transversim fuisset præcisum, referebat: membranacea enim & rugosa constabat substantia, subfusci coloris, (id de exsiccato intellige, quali etiam colore, quem Heurnius fratri misit, qui nobis describendum, ad & vivum pingendum dedit) *levi admodum, licet ejus circumferentia suprema parte novem esset unciarum; sensim tamen decrescens usque ad pediculum, qui florem, cui fructus successerat, sustinuisse videbatur, Apparebant enim quædam, ubi flos hæsisset, vestigia. Superior porro fructus pars prorsus erat plana, quatuor & viginti lacunis sive cellulis, serie quadam dispositis, prædita, instar favi vesparum; in quarum singulis singularia semina sive parvæ nuces, instar primularum glandium continebantur, pæne unciam longæ,* (tanta longitudine non sunt, quæ in Heurnii fructu continentur) *unciam in ambitu crassæ,* (nec tantæ crassitudinis) *quarum suprema pars fusca erat, & in mucronem desinebat, illi similem qui extimam partem glandis occupat. Infima pars exiguam lacunam habebat, vestigium videlicet; cui pediculus, illam in cellula retinens, inhæsisse videbatur: nucleum autem obtinebat rancidum & situ obductum. Sitne fructus alicujus arboris, an alterius plantæ, incertus sum; quia, qui mihi mutuo dabat, & apud quem deinde videbam, nihil affirmare poterat. Mea tamen opinio in eam partem inclinat, ut plantæ alicujus esse existimem, & forsitan in aqua nascentis, ut nymphæa. Quæ si vera sit, Dioscoridis Ægyptiam esse fabam asserere non verear, tametsi inter neotericos magna sit de ea planta controversia. Nam papaveris caput habet, nisi quod summa parte magis planum, & patens; cellulas insuper vesparum favis similes habet, in quibus fabæ, quas supra tricenas* (docuimus legendum, *triginta*) *non ferre, Plinius auctor est. Si eos qui legerunt convenire mihi licuisset, magis fortè explorata prodere possem: nihilominus Lectorem boni consulturum arbitror qualemcunque hanc descriptionem.* Hæc Clusius. Ex iis quæ ex Heurnio constare existimo, extra controversiam, esse fabam Ægyptiam.

Τελεῖοι ἐ πλεονκρατεῖ. In Athenæi quibusdam codicibus, admodum laceris & corruptis, in historia fabæ Ægyptiæ malè legitur, πλεονκρατεῖ. item, γίνεται δὲ ἐ ἐν συρίᾳ κ῀ Κιλικίαν, Scribe, καὶ κ῀ Κιλικίαν.

Ὁ δὲ λωτὸς καλούμενος, &c. Λωτοῦ vocis ὁμωνυμίαν alibi explicavimus. Cur λωτὸς dicta, capite de loto arbore exposuimus; puta quod valdè expeteretur, quodq; odore, sapore, & colore placeret, ab antiquo λῶ, quod *desidero, cupio, volo* significat, nomine λωτοῦ imposito. Sed Herodotum docere video, Ægyptiam esse vocem. ergo ab antiquo λῶ nomen non accepit. Herodotus libr. 2. ἐπεὰν πλήρης γένηται ὁ ποταμὸς, καὶ τὰ πεδία πελαγίσῃ, φύεται ἐν τῷ ὕδατι κρίνεα πολλὰ, τὰ Αἰγύπτιοι καλέουσι λωτόν. *Si quidem quum fluvius plenus campos inundavit, in ipsa aqua exoritur ingens vis liliorum, quæ loton Ægyptii vocant.* Ægyptia ergo vox; nisi placeat, à Græcis in Ægypto agentibus nomen illud impositum. Athenæus melilotum vocari Naucratitis scribit. καλοῦσι δ' Αἰγύπτιοι αὐτὸ λωτὸν, Ναυκρατῖται δὲ οἱ ἐμοὶ, λέγει οὕτως ὁ Ἀθηναῖος, μελίλωτον. ἀφ' οὗ καὶ μελιλώτινοι στέφανοι πάνυ εὐώδεις, ἐ καύσωνος ὥρᾳ ψυκτικώτατοι. id est, *Ægyptii lotum appellant. Naucratitæ vero mei cives, inquit Athenæus, meliloton, à quo dicuntur melilotinæ coronæ, odoris suavissimi, & magnis æstibus valde refrigerantes.* Naucratitæ videntur meliloton vocasse, quod cæteri Ægyptii lotum. Melilotum vocarunt propter melleum saporem, qui ex caule ejus & radice deprehenditur, dum comeduntur. Herodotus de loto hac, ἡ δὲ ῥίζα ἐγλυκέα. Lotum Ægyptiam meliloton vocatam, ex auctore Peripli probatur, qui inter merces quas Ægyptii Mercatores in Indiam vehebant, ut Indicas reveherent, melilotum recenset. Προχωρεῖ δὲ εἰς τὸ ἐμπόριον οἶνος προηγουμένως Ἰταλικὸς, ἐ Λαοδικηνὸς, καὶ Ἀραβικὸς — πολύμιτοι ζῶναι πηχυαῖαι, στύραξ· μελίλωτον, ὕελος, σίμμι, Σανδαράκη, δηνάριον χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν, ἔχον ἀλλαγὴν καὶ ἐπικέρδειαν πρὸς τὸ ἐντόπιον νόμισμα. Hæ merces ex Ægypto in Indiam portabantur. Caules & radices Loti Ægyptiæ edules mercatores in longinquas etiam regiones venales ferebant. Sic culcas sive colocasia Romam venalem mittebant Agyptii. Unde Martialis, *Niliacum ridebis olus, lanasque sequaces.* Vulgarem melilotum sive sertulam non intelligit Peripli auctor, sed lotū Ægyptiam, quam Naucratitæ melilotum vocabant. Melilotus Ægyptia diversa valde à Græcanica, quæ Sertula vocatur Campana. Hæc calefaciendi, illa refrigerandi potestate pollet. Plinius Ægyptiam lotum lotometram vocare videtur. libr. 22. cap. 21. *Est & lotometra, quæ fit ex loto sata, ex cujus semine simili milio, fiunt panes a pastoribus in Ægypto, maximè aqua vel lacte subacto.* In antiquo codice legitur, *semine simillimo porri fiunt panes*; quæ certe haud parva est differentia. Sed monstro simile est, quod scribit, lotometram ex loto satam fieri. Lotos sata est λωτὸς ἥμερος Dioscoridis. Ex hac qui credit aliam provenire posse quam ἥμερον sativam, planè ineptus ac stolidus est. Proximè præcedit apud Plinium mentio loti herbæ. *Lotum, ait, qui arborem putant tantum esse, vel Homero auctore argui possunt. Is enim inter herbas subnascentes deorum voluptati lotum primam nominavit.* Hæc lotus, quæ αὐτομάτως, id est, *sponte* nascitur, est sylvestris. Sequitur statim; *Est & lotometra quæ fit ex loto sata.* Ergo lotus sata Plinii, non alia quam ἥμερος, sive sativa Dioscoridis. Confundit itaque lotum sativam cum loto Ægyptia palustri, nec auctoris sui mentem ex quo hæc hausit, satis sequitur. Egit ille de loto Aegyptia, quæ passim sponte sua provenit in Aegypti locis palustribus & amnibus. Ex palustri hac sata nasci tradit lotometram, quam κατ' ἐξοχὴν, sic nominavit, quasi præstantissimam & amplissimam lotum. Nulla enim est planta, quæ satione & cultura, non melior, & major reddatur. Et hæc differentia inter lotometram, & lotum Aegyptiam, quod αὐτομάτως Aegyptia nascatur, & sit agrestis; lotometra vero è semine loti Aegyptiæ palustris proveniat, & cultura melior reddita sit. Utraque ergo Aegyptia, & multum à loto ἡμέρῳ & ἀγρίῳ *agresti & sativa* diversa. λωτομήτρα ἐκ τοῦ λωτοῦ σπαρέντος γίνεται. Quod Plinius de vulgari loto, cum Græcus auctor Aegyptiam intelligeret. Λωτομήτραν vocavit, quasi lotorum omnium matrem, hoc est, præcipuam, maximam, optimam lotum. quod inter ceteras lotos, magnitudine, dignitate, usu, & sapore excelleret. Sic echinometræ majores sunt echini, sic ὀρτυγομήτρα Hesychio ὄρτυξ ὑπερμεγέθης exponitur.

Ἐν τοῖς πεδίοις, &c. Theophrastus in plurimis agris nasci tradit, qui Nilo inundante cooperti fuerint. In ipsis aquis provenire narrat Herodotus. ἐπεὰν πλήρης γίνεται ὁ ποταμὸς, καὶ τὰ πεδία πελαγίσῃ, φύεται ἐν τῷ ὕδατι. *Siquidem cum fluvius plenus campos inundavit, in ipsa aqua exoritur.* Dioscorides lib. 4. cap. 114. λωτὸς ὁ ἐν Αἰγύπτῳ γεννώμενος ἐν τῷ ὕδατι τῶν ἐπικλυσθέντων πεδίων. *Lotus quæ in Aegypti campis flumine inundatis provenit.* Plinius libr. 13. cap. 17. *Est autem eodem nomine & herba & in Aegypto caulis in palustrium genere. recedentibus enim aquis Nili riguis provenit.* Malè recedentibus Nili aquis provenire tradit. Vide Herodotum, Theophrastum, Dioscoridem. Corruptus Plinii codex; Scribe cum Doctiss. Salmasio, *residentibus enim Nili riguis provenit.* Pro *residentibus* librarii scripserunt, *resedentibus*; unde illud vulgatū *recedentibus.* De solo natali hæc Alpinus lib. 2. de Plantis exoticis cap. 14. *Tandem Niloticam lotum haud procul à civitate Cayri, in quibusdam locis aqua Nili fluminis, æstate de more solito aucti, inundatis, ac veluti lacunis effectis* (*quos lacus birchas Ægyptii vocant*) *offendit & nactus est, usque adeo copiosam, ut folia aquæ super natantia istiusce plantæ undique aquam lacuum occultarent; audivit propè Rossetum in similibus lacunis aquæ, copiosè lotum provenire.* Non malè ergo Athenæus φύεται δὲ ὁ λωτὸς ἐν λίμναις θέρους ὥρᾳ, *in paludibus ergo lotus gignitur æstivo tempore.*

Τούτου - κυάμου, &c. Dioscorides loco cit. καυλὸς ἐστι τῷ τοῦ κυάμου ἐμφερής. *Caule est fabæ simili.* Plinius, *Similis fabæ, caule*

caule foliisque densa congerie stipatis; brevioribus tamen gracilioribusque. Κυάμου fabæ caulem non vulgaris oportet intelligere, sed Ægyptiæ; quod ex Theophrasto palam fit. Nam postquam Ægyptiam descripsit fabam, illico post loti hujus partes omnes, nempe caulem, folia, flores, caput, & radicem quoque ipsam luculenter describit.

Καὶ οἱ πίπλασι. Rectè Ald. & Bas. πίπτει. Malè vertunt. *fructum.* De fructu paulo post agit Theophrastus Plinius, *Foliisque densa congerie stipatis, brevioribus tamen, gracilioribusque.* Floris & caulis folia confundit Plinius; Theophrastus caulis folia fabæ Ægyptiæ foliis comparat, sed minora & tenuiora ait. Floris vero foliola tenuitate proxima ait liliaceis, multa ac densa congerie stipata, continuaque serie, ac fine intermissione exire. Vides quod Græcus auctor floris foliis tribuit, Latinum caulis adscribere.

Τὸ ἄνθος αὐτοῦ λευκόν, &c. Dioscorides, ἔχων ἄνθος μικρόν, λευκόν, ἐοικὸς κρίνῳ, *flore parvo, candido, liliaceo simili, &c.* Malè in Aldino codice, ἔοικε κρίνῳ, legitur. Vox μικρὸν in vetustis codicibus non reperitur auctore Salmasio, & superflua est; qua flos loti Ægyptiæ parvus non est. Possis legere μακρόν; mediocris enim est magnitudinis. Sed præstat deleatur vox μικρόν. Ex his probatur, nos rectè Athenæi emendasse codicem, Vulgo legitur, ὁ δὲ ἕτερος λωτινὸς ὀνομάζεται, χιονέαν ἔχων τὴν χροιάν. id est, *niveum colorem.* Hesychius χιονέαν, λευκὴν ἢ φωτεινήν. *niveum, album, lucidum.*

Πολλὰ δὲ καὶ πυκνὰ ἐπαλλήλους. Scribe, ἐπαλλήλως. Plinius, *densa congerie stipatis.*

Ταῦτα δὲ ὅταν μὲν ὁ ἥλιος συμμύῃ, &c. Corruptus codex. Scribe, ταῦτα δὲ ὅταν ὁ ἥλιος δύνηται συμμύει, καὶ συγκαλύπτει τὴν κωδίαν. ἅμα δὲ τῇ ἀνατολῇ, Plinius loco citato. *Mirum est, quod præter hæc traditur: sole occidente papavera ea comprimi, & integi foliis, ad ortum autem aperiri, donec maturescant, flosq; qui est candidus, decidat.* Papavera vocat capita, quæ florem continent. Papavera dixit, quod flore cadente, fructus apparet papaveri non dissimilis. Dioscorides, ὅ φασι κατὰ τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου ἀναπλοῦσθαι, δύνοντος δὲ μύειν. *Quem tradunt ad ortum solis aperiri & expandi; eodem occidente comprimi occludique:* Theophrastus florem comprimi ait sole occidente, caput integi. Plinius vero papavera comprimi ait, & integi foliis.

Τῆς δὲ κωδίας τὸ μέγεθος, Dioscorides, ἔοικε δὲ ἡ κωδία μήκωνι μεγίστῃ ἐν ᾗ κέγχρος ὡς κέγχρος, *Refert vero caput calycem papaveris maximum, in eo grana sunt ceu milii.* Plinius. *Cui fructus in capite papaveri similis incisuris, omnique alio modo, intus grana ceu milium.*

Ἐν δὲ τῷ Εὐφράτῃ, &c. Scribe, Εὐφράτῃ, & μικρὰ μεσονυκτίου, vel μέσων νυκτῶν, ut lib. 2. de caus. cap. 26. Vox δύεσθαι desideratur in Aldino & Basileensi codicibus, addendam esse, docet Plinius. lib. 16. cap. 18. *Hoc amplius in Euphrate tradunt, & scapum* (Theophrastus, κωδίαν, caput) *& florem vesperi mergi usque in medias noctes, totumque abire in altum, ut ne demissa quidem manu possit inveniri, verti, (scribe reverti) deinde, paulatimque subrigi, & ad exortum solis emergere extra aquam, & florem patefacere, atque etiamnum exurgere, ut planè ab aqua absit altè.* Dioscorides idem refert, sed Euphratis non facit mentionem. Καὶ ὅλην τὴν κωδίαν κρύπτεσθαι ἐν τῷ ὕδατι, πάλιν τε πρὸς τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἡλίου ὑπερεκφύεσθαι, *Hocque amplius caput ipsum vespera mergi, aquisque condi, rursumque ad exortum solis emergere extra aquas.* Hujus rei rationem reddit Theophrastus lib. 2. de causis cap. 26. ubi non κωδίαν, sed ut Plinius habet, καυλὸν, *scapum*, alias ascendere, ait alias occidere & demergere à solis occasu ad mediam noctè. Aliud mirandum de loto hac observarunt recentiores. Vide Prosperum Alpinum lib. 2. de plantis exoticis cap. 16. Id proprii hæc planta habere videtur, quod pertinet ad ipsius magnitudinem, ut Carbonus oculata fide vidit; quippe ipsam crescere in aqua lacustri, usque ad aquæ superficiem, adeò, ut quanta sit in lacuna altitudo aquæ, tanta itidem istiusce plantæ esse videatur. Namque si aqua (exempli gratia) sit hominis altitudinis, eadem magnitudine lotus itidem deprehendetur. Unde constat, hanc stirpem ubique locorum æqualem altitudinem non habere; proprietasque est, ut in aqua solummodo vivat, ad ejus solummodo superficiem ascendens, floresq; nunquam intra aquam aperiens, sed supra superficiem aquæ; neque deprehensum est ab ipso, atque ab iis quos secum habuit Mauris; ut flos & caput supra aquæ superficiem multum ascendat, ut Theophrastus & Plinius locuti de mirabili istius plantæ ad solis conversione affirmarunt. Vide infra ubi descriptio ex Alpino traditur.

Τῆς δὲ κωδίας, Plinius lib. 22. cap. 21. *Ex cujus semine, simili milio, fiunt panes in Ægypto à pastoribus, maximè aqua vel lacte subacto. Negatur quicquam illo pane salubrius esse, aut levius, dum caleat: refrigeratus difficilius concoquitur, fitque ponderosus. constat, eos qui illo vivant, nec dysenteria, nec tenesmo, neque aliis morbis ventris infestari. Itaque inter remedia eorum habetur.*

Ξηράναντες δὲ καὶ ὀπλίσαντες ἄρτους, &c. Plinius lib. 13. cap. 17. *Incolæ capita in acervis putrefaciunt: Mox separant lavando, & siccata tundunt, eoque pane utuntur. Siccata* inquit, *tundunt.* An scripsit Plinius, *siccata torrent*? An vero Theophrasti codex corruptus? Legisse videtur Plin. ξηράναντες τε καὶ πτίσαντες, *siccata tundunt & pinsunt.* Sic quidem legit Gaza, Indiciū non parvū in MSS. quibus usus est Gaza, ita scriptū fuisse. Probabile magis, veteres siccatum fructum pinsasse ac contudisse, quam torruisse, ut panes ex eo conficerent. Sed vulgatam lectionem defendit Herodotus. Ταῦτ' ἐπεὰν δρέψωνται αὐαίνουσι πρὸς ἥλιον, καὶ ἔπειτα τὸ ἐκ μέσου τοῦ λωτοῦ τῇ μήκωνι ἐὸν ἐμφερὲς, ὀπτήσαντες, ποιεῦνται ἐξ αὐτοῦ ἄρτους ὀπτοὺς πυρί, &c. Vertunt, *Ea ubi demessuerunt, ad solem exsiccant, deinde, quod medium loti est, papaveri assimile, postquam coxerunt, ex eo faciunt panes assos.* Quod valdè absurdum, ut rectè monet Clariss. Salmasius; prius est enim facere, quam coquere: nec locum heic habet mos torrendi farris priusquam ex eo panis fieret. Corrigit Salmasius, πτίσαντες ποιεῦνται ἐξ αὐτοῦ ἄρτους ὀπτοὺς πυρί. *Quod in medio loti est papaveri simile, ubi pinserunt, panes ex eo faciunt & coquunt.* Lectionē hanc confirmat Dioscoridis antiquus codex, in quo legitur, ὃν ξηράναντες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ἀλοῦσι εἰς ἀρτοποιίαν, *siccatum Ægyptii pinsunt ad panem faciendum.* In vulgatis codicibus habetur, οἱ ἐν Αἰγύπτῳ βάλλουσιν εἰς ἀρτοποιίαν, &c. *quæ Ægyptii siccant, & in panes cogunt.*

Ἡ δὲ ῥίζα λωτοῦ καλεῖται μὲν κόρσιον. Radicem loti corsium vocari scribit. Apud Hesychium, κορσίνιον legitur, quod corruptum puto. Scribo κόρσιον (vel κορσεῖον) ῥίζα τις ἢ νόμισμα παρ' Αἰγυπτίοις τὸ κορσαῖον λεγόμενον. *Corsion radix quædam, vel numisma apud Aegyptios corsæum dictum.* Nomen illud impositum, quod capitis quandam ideam referat. Hesychius, κορσὴ κεφαλὴ, ἔπαλξις, κλίμαξ, κρόταφος; *corsè caput, propugnaculum, scala qua in gyrum ascenditur, tempus.* Κόρσιον vel κορσεῖον, diminutivum ἀπὸ τῆς κόρσης. Diodorus Siculus lotum Ægyptiam à corseio aperte separat lib. 1. biblioth. ubi de herbis Ægypti edulibus agit. Τήν τε γὰρ τοῦ καλάμου ῥίζαν, καὶ τὸν λωτὸν, ἔτι δὲ τὸν Αἰγύπτιον κύαμον, καὶ τὸ καλούμενον κόρσιον, καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦθ' ἕτοιμα τροφὴν ἱκανὴν παρέχεσθαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων. *Nam radicem calami & lotum, fabamque, & quod corseon vocatur, ac multa id genus alia, ad promptum humani generis victum suppeditat.* Manifestè satis diversam facit plantam. Puto corruptū codicem, ac scribendum, περσεῖον, quod codē loco, ubi plura de plantis Ægypti edulibus agit, corsei nullam faciat mentionem, sed persei. Hæc conjectura. Audacter eam assererem lectionem, ni Strabo traderet, fructum esse piperi paulo majorem. γίνεται δὲ τὸ κόρσιον, ὅμοιον τῷ πιπέρει τραγήματι, μικρῷ αὐτοῦ μεῖζον.

Ἔστι δὲ στρογγύλη, &c. Ἔστι δὲ ἡ ῥίζα τοῦ λωτοῦ τούτου ἐδωδίμη καὶ γλυκεῖα ἐπιεικῶς ἐὸν στρογγύλον, μέγεθος κατὰ μῆλον. Scribe, γλυκεῖα, quod idem ac γλυκάζει. Hesychius, γλυκάζει, γλυκαίνει. interpretatur. *Est autem hujus loti radix quoque esculenta, etiam suavitate præstanti, orbiculata, mali magnitudine.* Hæc versio viris doctis errandi præbuit occasionem: non est orbiculata, sed potius teres loti radix, quod στρογγύλη proprie significat. Verte, *Radix edulis est, & dulcem habet saporem, rotunda, mali magnitudine.* De voce, στρογγύλη, alibi egimus. Dioscorides loco citato, ῥίζαν δὲ ἔχει ὁμοίαν μήλῳ Κυδωνίῳ, ἥτις καὶ αὐτὴ ἐσθίεται ὠμή τε καὶ ἑφθή. *Radicem hæc lotus habet mali cotonei similitudine, quæ ipsa cruda coctaque manditur;* Plinius loco citato. *Radicem lotos hæc habet mali cotonei magnitudine, opertam nigro cortice, qualis & castaneas tegit, interius candidum corpus, gratum cibis, sed crudo gratius decoctum, sive aqua, sive pruna, nec aliunde magis, quam purgamentis ejus sues crassescunt.*

Λεκιθώδης. Ald. & Basil. λεκιθώδεις. Appellatur edulium ex leguminibus fresis & fractis ἔτνος, sicut ex eorum farina pulmentarium, λέκιθος. Gal. lib. de boni & mali succi cibo cap. 5. ἔτνος μὲν ὀνομάζεται τὸ ἐκ τῶν ἐρεχθέντων ὀσπρίων καὶ χεδρόπων σκευαζόμενον λέκιθος δὲ τὸ ἐκ τῶν ἀλεσθέντων ἀλεύρων ἑψόμενον, ἐν ὕδατι προσεμβαλλομένου τοῦ λίπους. *Etnos à nobis appellatur, quod ex fresis leguminibus chedropisque* (alterutrum redundare puto. quod tamē inter ὄσπρια & χέδροπα, sit discrimē lib. 8. ostenditur) *conficitur. Lecythos cum hæc ipsa moluntur, eorundemque farinam adipe aliquo admisso in aqua decoxeris,* λέκιθος *luteum ovi, vitellum* denotat. Galenus ad Glauconem. τὰ δίδυμα τῶν ὠῶν δύο ἔχει λεκίθους, ὧν τὰ μὲν διεῖργει τοῦ μὴ εἰς ἄλληλα συγχεῖσθαι

χυλὸς τῷ ὠχρῷ τοῦ λεκίθου λεπτὴ διάφυσις. τὰ δὲ οὐκ ἔχει διάφυσιν. *Ova gemella binis constant vitellis, qui, ne invicem confundantur, facit nonnullis prætenue quoddam septum, albuminis medium : Alia sunt sine discrimine medio.* Aldinam lectionem probat Dioscorides, ἀναλογεῖ δὲ ἑψηθεῖσα τῇ ποιότητι λεκίθῳ ὠοῦ, *cocta sanè qualitate vitello ovi respondet.* Hesychius, λίκιθοι τὸ ξ ὠοῦ λεπίδιον. Malè edunt, λικυθῳ ὠοῦ. quanquam apud Trallianum λίκυθοι τῶν ὠῶν per y psilon alibi legatur. Sed istum locum corruptum puto. Vult Theophrastus, assum elixumque vitello ovi qualitate respondere. Malè interpretantur, *elixum assumque in speciem albuminis vertitur.* Naturam, substantiam, qualitatē, efficaciam acquirit, quam vitellus ovi habet. Quanquam de colore intelligi vox hæc, λεκιθώδης, posset. Vide descriptionem Alpini.

Ἀρίστη δ' ἐν τῷ ὕδατι αὐτὴ ὠμή. Hæc corrupta nemo negabit. Theodorus legit, καὶ ἀμμένη ἐν τοῖς ὕδασι. Scribe, Ἀρίστη δὲ ἐν τοῖς ὕδασι ἑφθὴ ἢ ὀπτὴ ἐπ' ἀνθρακιᾶς. *Optima in aquis cocta, vel super prunas assata.* Plinius, *Sed crudo gratius decoctum, sive aqua sive pruna.*

Vulgata & recepta sententia est, veteres fabulosa vanaque de loto scripsisse, & quæ passim exploduntur; quod loto tribuant, quæ vulgari debentur nympheæ albæ. *Nihil certius*, inquiunt viri etiam maximi, *aut exploratius, quam fabam Ægyptiam, nymphææ secundā esse speciem; lotum Aegyptiam, alteram. unde etiam utraque loti nomine censentur Athenæo. Græci plerasque plantas in Ægypto nascentes, licet in Græcia nascentibus congeneres, propter quandam virtutem cœli solique Ægyptii propriam, & quod aliis nominibus apud Ægyptios vocarentur, diversi etiam generis eas constituerunt, & seorsim de his tractarunt; sicut manifeste in hoc loto Ægyptia, & faba Ægyptia ostenditur, quæ cum sint plantæ ὁμόφυλοι duabus nymphææ speciebus in Græcia crescentibus, in alium tamen sensum eas retulerunt.* Graviter falluntur viri magni, quibus tamen ignosci merito debet, quod non animo in veteres infenso ac concitato, sed scriptis Prosperi Alpini nimium addicti in eum inciderunt. Ait enim Alpinus libr. de Plantis Ægypti cap. 34. *Proximo de colocasia cognito errore, hic alius à nobis de faba Ægyptia animadvertitur, quando hæc planta planè eadem sit, quam nostri nymphæam appellant. In toto quidem flumine Nilo, Ægyptia loca lambente, nulla alia planta est inventa, quæ notas loti præ se ferat, quam nymphæa ipsa, quæ profectò planta similis est, ut de loto affirmat Dioscorides, colocasiæ seu fabæ Ægyptiæ, florem que fert album (loquor de majori nymphæa) lilio valde similem, quam clarius expressit Theophrastus, qui dixit, & flos candidus, liliisque foliorum angustia proximus. Vere enim hic majoris nymphææ flos est, qui sole occidente clauditur, atque sub aqua occultatur, atque oriente supra aquam assurgit, & foras exit, aperiturque. Quod non modo in Ægypto, verum in multis Italiæ locis in hac planta observatur, maximeque in locis omnibus circa Venetias lacunosis vel palustribus. Valles siquidem Margeræ ac Mestri plurimas has plantas ferunt, in quibus quisque quod à Theophrasto, Dioscoride atq; aliis multis de loto dicitur, planè observare potest. Et quid? Nonne etiam ex flore caput producitur, papaverorum capitibus valdè simile; in quo semina multa minuta, qualia verè milii existunt, continentur, radixque crassa est? Non possum non vehementer admirari Theophrastum, Dioscoridemque, atque alios, qui omnes à nymphæa distinctissimis capitibus lotum Aegyptiam sejunxerunt, quando utraque unum atque idem planè sit, & mirandæ ad solem conversiones de loto celebratæ eædem sint, quæ in communi nymphæa ab omnibus animadvertitur. Ipsa enim occidente sole florem claudit, deinde tota cum foliis sub aqua occultatur, eoque oriente, florem primum extra aquam demittit, aperit, atque paulo post cum omnibus foliis supra ipsam assurgit. Aegyptii caules crudos cum suis capitibus per æstatis calores mandunt: subdulces enim sunt, atque humidi, admodum refrigerant ac humectant, quos appellant Raveluil, &c.*

Atq; hæc illa sunt, quæ omnibus persuaserunt, veteres turpiter loto adscripsisse, quæ nympheæ debebantur, & quod majus est aliud nomē eidē plantæ dedisse ac ex una duas fecisse. Sed is candor est Alpini, eaque summi viri integritas, ut reperta vera loto à Carbono, non dubitarit, in lib. de plantis exoticis, palinodiam canere, erroremque suum ingenuè fateri. Quæ ergo de loto Aegyptia tradit, ad verbum ad scribere placuit. Sed antequam orationem Alpini recenseam, duo quæ movet argumenta sunt solvenda, quæ scrupulum non parvum, ac dubitationem injiciunt, veteres in describenda loti Aegyptiæ radice errasse. *Vnum*, inquit Alpinus, *notatu dignum esse videtur, apud Theophrastum legi de radice, amplitudine mali cotonei eam fuisse. Dioscorides ex Theophrasto dixit, similitudine mali cotonei. Neutrum verum esse deprehensum est, siquidem radix potius est pyriformis, & magnitudine ovum gallinaceum magnum non excedit. Libenter crediderim, Theophrastum pro loti corsio radice, colocasiæ rotundæ radicem cognovisse, quæ verè & amplitudine, & figura rotunda malum cotoneum æmulatur. Accedit etiam, quod addidit, intus esse candidam, cum loti radix exterius sit nigra, & intus flavi coloris: unde merito decocta colore ovi luteum æmulari, vel etiam Dioscorides expressit. Immo clarius Theophrastus, quam Dioscorides.* Ad primum argumentum respondeo: mala cydonia alia esse magna, alia parva: figura etiam differre, alia quippe orbiculata, alia pyriformia, id est, pyri modo oblonga. Supra diximus στρογγύλον, quod ex oblongo rotundū est, sive teres, significare, & malè ab interprete Herodoti versum, *orbiculatum*. Theophrastus ergo cydonii inquit esse magnitudine; figura vero similem ait radicem loti Dioscorides; intellige pyriforme, parvum. Ad alterum respondeo; veteres album quid dicere, quod respectu alterius album apparet. sic violam albam & nigram dicunt, thymum albam & nigram: cum nec albedo nec nigredo quædam insignis in iis appareat. Radix loti ex pallore intus flavescit. cur non respectu corii sive corticis exterioris alba dici mereatur? Non fit verisimile, veteres culcas radicem descripsisse: ea enim nec cruda nec decocta, ovi luteum æmulatur, quod de loti radice observarunt veteres. Unde argumentari licet, cum albam inquiunt radicem, intellexisse ex pallido flavescentem. Existimavi quandoque, Theophrastum non λευκὸν, sed ὠχρὸν scripsisse; Sed hanc improbat opinionem Plinius, cum ait, *interius candidum corpus.* Quanquam idem alibi, τὸ ὠχρόν, *pallidum* vertat. Lotum Aegyptiam his verbis describit Alpinus.

Tametsi in nostra historia Aegyptiaca satis superque & de loto Aegyptia seu Nilotica, & de colocassia egerimus, nihilominus placuit nobis, ut denuo de eadem planta ea occasione ageretur, quod Matthæus Carbonus (multos ab hinc annos in Aegypto moratus, Medicus Venetæ nationis percelebris, quoque in ea Provincia medicinam apud Turcas proceres, & apud alias gentes faciendo, præsertimque ad persanandam nationem Venetam, magnam & laudem, & famam assecutus est) à me rogatus, magna inibi usus diligentia, nullis laboribus, periculisque parcens, tandem Niloticam lotum haud procul à civitate Cayri, in quibusdam locis aqua Nili fluminis, æstate de more solito, aucti, inundatis, ac veluti lacunis effectis (quos lacus Birchas Aegyptii vocant) offendit, ac nactus est, usque adeo copiosam, ut folia aquæ supernatantia istiusce plantæ undique aquam lacuum occultarent, audivitque prope Rossetum (Aegyptii *Rasit* appellant) in similibus lacunis aquæ copiosæ lotum provenire. Hujus plantæ florē cum suo caule vocant, *Araïs el Nil*. Folium cum itidem caule sine pediculo, *beseluil*, atque radicem *Biarum*; quo nomine etiam magnus Abinbetar suo ævo radicem ab indigenis vocatam fuisse in libro de plantis in cap. de Bisaim Aegyptiis, scriptum reliquit. Hac inquam occasione (quod ad me Medicus ille perillustris, & plantas loti cum floribus, fructibus, caulibus, foliis atq; radicibus miserit, & descriptionem totius hujus stirpis, & singularum omnium partium accuratissime inibi cum aliis, quos secum duxerat Mauris factā, mihi per litteras significaverit) iterum hic de hac eadem planta summa voluptate agendum non immerito institui, ut ipsius veritas mortalibus tandem certa, claraque eluceat; atque etiam non minus, ut studiosi rei botanicæ cessent amplius de Nilotica loto quidquam dubitare. Id proprii hæc planta habere videtur, quod pertinet ad ipsius magnitudinē, ut Carbonus oculata fide vidit; quippe ipsam crescere in aqua lacustri, usque ad aquæ superficiem; adeò, ut quanta sit in lacuna altitudo aquæ, tanta itidem istiusce plantæ esse videatur. Namque si aqua (exempli gratia) sit hominis altitudine, eadem magnitudine lotus ibidem deprehendatur. Unde constat, hanc stirpem ubiq; locorum æqualem altitudinem non habere; proprietasque est, ut in aqua solummodo vivat, ad ejus solummodo superficiem ascendens, floresque nunquam intra aquas aperiens, sed supra superficiem aquæ. Neque deprehensum est ab ipso, atque ab iis quos secum habuit Mauris, ut flos & caput supra aquæ superficiem multum ascendat, ut Theophrastus & Plinius, locuti de mirabili istiusce plantæ ad solem conversione, affirmarunt. Atque de hac loti proprietate paulo post aliquid dicemus, sed ad plantæ descriptionem redeo. Primum diximus, tantam esse

istius

istius plantæ altitudinem, quanta est aquæ à fundo usque in superficiem; at necesse est tamen, plantæ florem & capita supra aquæ superficiem aliquantum emergere, si vera est ejus solaris conversio, magnopere ab antiquis concelebrata. Foliis vero hæc planta constat multis, numerosis, colore atque figura albæ nymphææ floribus proximis. Unde nos cum Ægypti loca perlustraremus, hanc plantam in lacubus sæpius visam pro nymphea mirum haud est, si ea similitudine decepti acceperimus, negligenterque, ut nunc fatemur, eam neglexerimus. Habent singula hæc folia suos caules, aut pediculos ab radice exeuntes, ut in Nymphea alba. At nedum folia nymphææ similia habet, sed quin etiam capita, & radicem, eique nymphææ habenti radicem rotundam. Quam radicem loti corsiam in nostra historia Aegyptiaca vocavimus, quam ab hinc plures annos in Margeræ lacunis, prope Venetias positis invenimus, & eruimus, erutamque depinximus. Itaque loti flores similes sunt albis nymphææ floribus, & magnitudine & figura, & foliorum colore, atque etiam, quod singuli singulos caules virides rotundos habeant, in quorum cacumine positi sunt flores quam simillimi albis nymphææ floribus, magni, candidi, aliquantum odoris levissimi ad violæ odorem inclinantis, respirantes.

Loti Ægyptiæ quatuor prima folia, florem totum claudentia.






Loti Ægyptiæ caput in quo semina continentur.


Flos vero, ut particularia attringam, quatuor primum foliis oblongis, latis, magnitudine florum lilii, & figura, exterius circumclauditur, quæ exterius viridi colore in nigrum inclinante spectantur, habentque exterius signa sive lineas quinque, vel septem, ad plus per longum discurrentes; intus vero hæc folia levia sunt, candidaque, ut lac, absque ullo signo, vel macula. Quæ quatuor folia hæc quidem, & magnitudine, & figura exterius cernuntur.

His quatuor foliis apertis, alia folia numero fere duodecim, sed paulo minora succedunt, quæ, ut in nymphææ flore, excluduntur exterius, intusque ex toto candida, absque ullo signo vel macula; atque hic est secundus foliorum ordo. Tertio succedunt alia folia

Flos loti Ægyptiæ, foliis expansis, ad naturalem fere magnitudinem.




Loti Ægyptiæ radix.





Flos loti Ægyptiæ mediis foliolis arcuum modo inflexis.



Loti Ægyptiæ folium integrum.

numero fere viginti quinque ad quadragena, quæ longa & acuta in trianguli modum, scilicet quæ principio usque ad medietatem candicant, & a medietate in extremitatem usque luteo colore cernuntur, per longum tenui linea recta discurrente. Sunt & alia in flore folia, oblonga, tenuia, in obtusum angulum desinentia, colore luteo; quorum quædam majora quartum ordinem, & quædam minora quintum in flore ordinem facientia observantur; atque in medio quædam alia folia parvissima, ac veluti capillamenta crassa, sursum quodam tempore intorta, veluti intro arcus modo inflexa, & incurvata, cumq; flores prope sunt ut folia abjicere, incipiant; quippe flore declinare incipiente in medio tanquam centrū positum, adnascitur parvus globulus, durus, piperis nigri magnitudine & colore; ex quo augescente fit magnum caput, semina continens. Hujusmodi est loto flos, in quo post aliquot temporis intervallum, folia primum lutea defluunt, reliquis flaccescentibus, atque paulo post itidem decidentibus. Inter folia vero omnia sola quatuor exteriora persistūt usque ad fructus seu capitis perfectionem. Flos vero quando habet interna foliola sursum arcuum modo incurvata, inflexa, est istiusmodi figuræ.

Flos vero & magnitudine, & figura naturalem imitatus cum omnibus foliis cujusque ordinis apertis expansisque erit, cujusmodi hic pictum damus.


Floribus succedunt capita rotunda, mespilo magno magnoque frustui albæ nymphææ similia, cortice viridi contecta, intus veluti longos parvosque folliculos habentia; quæ semen continent minutum, brassicæ semini simile; caules seu pediculi tum florum, tum foliorum sunt longi, crassi, ut minimus digitus rotundi cavi, ut in alba nymphea cernuntur, pediculi florum ferè decem numero ab radice exeunt, totidemque & foliorum.

Folia vero magnitudine, & figura nymphææ albæ folia æmulari videntur, undique crenata sunt, atque etiam loto folia pluribus lineis vario modo per folii superficiem,

perficiem, veluti nervulis discurrentibus insecta observantur. Colore virescunt in obscurum inclinante, non dissimili à nymphææ foliorum colore. Ita enim abundant lacus quidam (seu potius loca quædam campestria, quæ ut lacunæ per æstatem ab aqua Nili fluminis aucti inundata aliquamdiu manent) loti plantis, ut tota aquæ superficies, foliis contecta occultetur, viroreque eo amœnissimo undique aquæ gaudeant. Plantaque hæc vivens supra terram cernitur, quoad totam aquam terra fuerit absorpta, atque siccata, quod fieri solet Novembri mense, quo tempore loti plantæ sub terra occultantur, marcescentibus tum foliis, tum floribus, tum fructibus, cum totis suis plantis, quo constat, lotum esse annuam plantam. Hic damus folium ex majoribus affabre ex vivo delineatum.

Radix vero quâ tota hæc planta nititur, rotunda in oblongum, magnitudine atq; figura ut pyrus parva, exterius nigra, intus flavescens, pulpa sane carnosa & dura, gustu adstringens & subdulcis. Prorsus vero aucta non superat magnitudinem magni ovi gallinacei. Indigenæ ex jure coctam libenter comedunt; videtur coctu intus colore, ovi rubrum imitari. Ab hac radice crassa & carnosa innumeræ fere fibrosæ, tenues, colore albicantes procedunt. Atque hæc est, *Arais el Nil* à Mateo Carbono descripta. Quam plantam esse lotum Dioscoridis & Theophrasti non videtur dubitandum, cum omnes notas hæc stirps habere videatur, quas Theophrastus loto Niloticæ tribuisse visus est, cum de ea ita scripserit; Lotus Ægyptia in planis maxima parte provenit, cum rura inundantur. Huic plantæ caulis similis fabæ, & fructus eodem modo, verum minores gracilioresque. Nascitur fructus in capite modo quo in faba. Flores candidis liliis foliorum angustia proximi multi ac densi promiscue exeunt, sole occidente se comprimunt, caputque integunt, ad ortum aperiuntur, & super aquam assurgunt, idque faciunt dum caput perficiatur, floresque defluant. Capitis magnitudo quanta papaveris maximi, & percingitur incisuris, non alio modo quam papaver, nisi quod in his fructus frequentior habetur, qui milio non absimilis est. In Euphrate caput, floresque, mergi referunt, atque descendere usque in medias noctes, tantumque abire in altum, ut ne demissa quidem manu capere sit; diluculo deinde redire, & ad diem magis: sole oriente jam extra undas emergere, floremque patescere, quo patefacto, amplius insurgere, ut plane ab aqua absit altè. Aegyptii capita ipsa acervis putrefaciunt; cumq; tegumenta putruerunt, in flumine lavando separant fructum, & siccantes pinsentesque panem faciunt, eoque cibo utuntur. Radix loti, corsium appellata, rotunda est, cotonei mali amplitudine, cortice nigro, quali nux castanea tegitur; corpus internum candidū, elixum assumque in specimen albuminis vertitur, gratum cibis; manditur etiam crudum, sed gratius decoctum seu aqua. Atque hæc Theophrastus de loto Aegyptia. Quibus constat, lotum plantam nasci in planis Aegypti, aqua per æstatem inundatis, hujusmodique plantam flores ferre albos liliis proximos, à quibus fiunt capita ut papaveris capita magna, plena seminibus, milio haud absimilibus; & radix est rotunda, exterius nigra intus candida, cotonei mali amplitudine. Quod hæc planta sit illa (quam hac nostra ætate vocant *Arias el Nil* omnes Aegyptii, quo nomine proprè magis loquendo intelligunt florem cum suo pediculo, veluti folium vocant itidem *Biselnil*, & *ab el Nil* caput, & radicem *Biarum*) nullus profecto dubitare debebit; cum flores ferat candidos, liliis similes, à quibus capita producuntur, quanta sunt papaveris, magna, quæ semen continent milio simile; cum hæc planta habeat radicem rotundam, cortice nigro, & intus colore flavescat, sitque & cruda & cocta edulis, & præsertim cum Abimbetar medicus Aegyptius in capite de loto (quam plantam vocat *Bisnim*) dixerit radicem esculentam *Biarum* ab Aegyptiis fuisse nominatam: quo nomine hujus temporis Aegyptii itidem hanc radicem intelligunt. Unum est quod notatu dignum esse videtur: apud Theophrastum legi de radice, amplitudine mali cotonei contanti eam fuisse, Dioscorides ex Theophrasto dixit, similitudine mali cotonei. Neutrum verum esse deprehensum est; siquidem radix potius est pyriformis, & magnitudine ovum gallinaceum non excedit. Libenter crediderim, Theophrastum, pro Loti corsia radice, colocassiæ rotundæ radicem cognovisse, quæ verè & amplitudine, & figura rotunda malum cotoneum æmulatur. Accedit etiam, quod addidit, intus

Lotus Ægyptia.



esse candidam; cum loti radix exterius sit nigra, & intus flavi coloris; unde merito decocta colore ovi luteum æmulari, vel etiam Dioscorides expressit. Quibus quidem colligo *Arais el Nil* Aegyptiorum esse legitimum lotum Niliacum Theophrasti & Dioscoridis. Nos vero priusquā hanc plantam vidissemus, suspicati fuimus, esse Nymphææ speciem, ex ea etiam famosa illiusce plantæ conversione ad solē, de qua abunde scripsimus in nostra historia Aegyptiaca, cum in Margheræ lacunis in Nymphea alba eam conversionē fieri sedulò observaverimus; & etiam inibi invenimus, nympheam albam radice rotunda, quam ejusdem ferè gustus esse deprehendimus, cujus est *Arais el Nil*, quæ est lotus Nilotica. Mirum certe est, cur veteres lotū nymphææ similem non fecerint, & foliis, & caulibus, & floribus, & capitibus, ac vel etiam radice rotundæ nymphææ, cum folia similia & figura & magnitudine sint, licet aliquantum minora sunt, & undique serrata, & habentia longe plures nervos parvos per longum & latum folii discurrentes. Quid de floribus? annon ex toto similes sunt? annon habent etiam in medio foliola, longa, tenuia, sursum oblique inversa? quæ Dioscorides de nymphea locutus, Crocum appellavit. Caules iidem prorsus longi, rotundi, cavi & colore viridi, in nigrum inclinante; Quid de capitibus? annon & figura, & magnitudine, & colore, ea quæ in nymphea sunt, æmulantur? In semine aliquantum differunt. quoniam nymphææ capita habent semina longe majora; non tamē nigra, ut Dioscorides meminit. Radix vero nymphææ albæ in Margheræ lacunis effossa rotunda haud absimilis à loto Corsia nobis visa est. Cujus imaginem & totius plantæ dedimus in historia Aegyptiaca. Addo radicem nymphææ loti corsiæ habere eundem gustum, quem *Arias el Nil* habere me observasse scio. Unde mirum non est, si Theophrastus, in lib. 9. de Hist. plant. scripserit; Nymphææ radix dulcis est, quæ nasci in lacustribus solet, ut Orchomeniensi agro, & Marathone, & in Creta insula. Boeoti Madoniam hanc appellant, fructumq; mandunt. Gerit folia super aquam ampla: trita imposita plagæ, sanguinem sistere traditur. Utilis & ad difficultates intestinorum pota. Non dissimile traditum fuit à Plinio de lotometra, quæ fit ex loto sata, ex cujus semine, simili milio, fiunt panes in Aegypto, à pastoribus, maximè aqua vel lacte subacto. Negatur quicquam illo pane salubrius esse, aut lenius

dum

" dum caleat; refrigeratus difficilius coquitur, fitq; pon-
" derosus. Hunc panem usu ad medicinam cum nymphea
" convenire, vel etiam hisce verbis nobis tradidit, dicens;
" *Constat eos, qui illo vivunt, nec dysenteria, nec tenesmo,*
" *neque aliis morbis ventris infestari.* Quare ex iis nos
" haud male fecisse putamus, cum *Arais el Nil*, esse lotum
" Niloticum Theophrasti, & Dioscoridis affirmaverimus,
" atque non minus hanc plantam inter nympheas albas
" esse comprehendendam, & hic, & alibi demonstravemus. Hactenus Alpinus. Lotus hæc quoad caules, folia, flores, semen, in nymphæarum classem referri potest: Radix à nymphææ radice nimium variat. Nymphææ quippe arundinacea; loti vero bulbacea.

Φύεται κ᾽ γῆς ὃ καλοῦσι μαλιναθάλλη. Interpretantur; *nascitur terrenum quod malinathallam appellant.* Verte, *nascitur in terra quod malinathallam vocant.* Plinius libr. 21. cap. 15. vel *anthalium* vertit, vel sic legit; *anthalium quod Græcè ἀνθάλιον sonat.* Ex ἀνὰ & θαλέω vel θάλλω conflatum est; quod Latinis *regermino* significat. Eandem significationem habet μαλιναθάλλη. Composita enim vox hæc ex μάλα adverbium, & ἀναθάλλω, denotatque, *valde regermino.* Quod etymon huic plantæ optimè quadrat; sata enim unica radix innumeras producit, & quasi flos solis Peruanus, radice tuberosa, & glans terræ, sese propagat, & multiplicat, ut probe iis constat, qui plantam hanc colunt.

Ἄπεστιν οὐ πόῤῥω, &c. Plinius loco citato, *Anthalium à flumine nascitur.* Ita in vulgatis codicibus, etiam anno proximo 1635. edito habetur. At vero in antiquo Veneto & Parmensi, *Anthalium longius à flumine.* An itaque apud Theophrastum, deleta particula negativa, legendū, ἄπεστι πόῤῥω? An scripsit Plinius, *Anthalium haud longè* (vel ex Dalecampii sententia) *procul à flumine nascitur?* Hæreo quæ præstet lectio; utraque rationibus subnixa. In amœnissimo Veronensium agro non procul ab urbe sponte oritur; ibidem colitur pingui riguoque arvo. provenit præterea in Siciliæ extremis, arenosisque oris, austro expositis. Alexander Benedictus in fluminis Athesis sabulosis seri, auctor est. Hæc sunt quæ animum suspensum tenent. Illud statuere ausim: arenosa, austrinaque, non sicca nimis malinathallen adamare. Utrum arenosa loca prope Nilum, an procul à Nilo reperiantur, qui Ægyptum peragrarunt affirmabunt. De Nili fœcunditate Alpinus lib. de med. Ægypt. cap. 8. *Nilus vero, ut ad ipsum nunc redeam, terram Aegypti arenosam, ac omnino sterilem limo pinguissimo aquæ larga inundatione obtegit, fœcundissimamque ac cultui aptissimam reddit.* Probabile, loca Nilo proxima ab inundatione pinguiora, ac magis limosa reddi, remotiora vero magis arenosa relinqui. Unde colligo, Theophrastum scripsisse, ἄπεστι πόῤῥω τοῦ ποταμοῦ. Sed in re incerta nihil certi statuo.

Στρογγύλον δὲ τῷ, &c. Plinius, *Mespili magnitudine & rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi. mandunt igni paratum.* φύλλα ὅμοια κυπείρῳ, rectè vertit, *folio cyperi.* Malè Gaza, *Folia ut gladiolus emittit.* κύπειρον interpretatur *gladiolum.* Alibi hunc errorem castigavimus.

Ταῦτα, &c. Videtur delineare plantam, quam vulgo Trasi vocamus, à radicum sapore. grata quippe hæc palato, nec minus utilis; & dicitur Trasi quod tragum sapore referat. Cyperum planta hæc rotundum æmulatur: Folia enim ejus sunt arundinacea oblonga, dorso eminente, triangula, in mucronem exeuntia, cyperinis similia. Caules bicubitales, & angulosi, in quorum cacumine foliola exiliora stellarum modo radiant. inter ea flores exeunt spicati, subfulvescentesque, cyperi jubis satis similes. a tenuibus radicum fibris dependent globuli avellanæ fere conformes; sed tamen aliquanto longiores, ex aliqua parte magis extuberantes, extremum divisum habentes, ut mali punicæ fructus, mespili coronam nonnihil æmulantes, paucis lineis per obliquum circumductis, ac si pluribus partibus simul conjuncti constarent, signati: colore sunt exterius rufescente, ad instar mespili cortice admodum tenui, aspero, & adstringenti, qui pertinaciter admodum adhæret, ut avelli nequeat. ideo cortice carere recte globuli hi dicuntur. Cortex enim, qui exui potest, inutilis, nihilque interiori parti vel fructui obest. Carnem intus continent solidam, candidam sine nucleo aliquo, sapore grato dulcique & castaneis proximo. locis, quibus dixi, sponte nascitur; colitur in hortis. Humenti Belgico solo complures capillares radices emittit. Autumno globuli leguntur, vere seruntur in plures multiplicandi. à grato dulcique sapore à nonnullis dulcichinum vocatur. Unum alterumve obstat, quo minus anthalium veterum affirmetur; quod globuli non sunt mespili magnitudine. Resp. non esse quidem majoris mespili magnitudine, sed ad mespili minoris ex genere Setaneæ accedere, quod Itali, quia molles & esui habet nucleos aptos, *exosse* nominant. Satis est, si magnitudinem alicujus mespili habeat, nec opus est, maximum genus excedat. Vel dico, in Ægypto propter soli opportunitatem, vel quod quotannis non legantur, globulos esse majores.

Malinathalle.



Alterum, quo probatur, non esse malinathallam, argumentum sumitur ex ipso Theophrasto, qui folia ab incolis decoqui, ac dulcia evadere dicit. Sed corruptus videtur codex. Malè legitur ταῦτα. scribe τοῦτο; scilicet στρογγύλον, ἄφλοιον, γίνεται γλυκὺ σφόδρα. Parum verisimile, incolas folia decoquere: globulos, quos tam luculenter delineat Theophrastus, decoquunt. Hi esui apti, inepta folia. Plinius lib. 21. cap. 22. *Anthalii quod Aegyptii edunt, nullum alium repperi usum.* Anthalium vocat, quod rotundum, mespili magnitudine, sine nucleo, sine cortice est. Globulum vocavimus. Botanici trasi existimant cyperum, cujus mentionem Theoprastus facit lib. 6. de causis cap. 16. ὧν αἱ μὲν ῥίζαι γλυκεῖαι, τὰ δὲ ὑπὲρ γῆς οὐχ ὅμοια, λέγω δὲ οἷον ἀγρώστιδος, κυπείρου, τευτλίου, σελίνου, ἱπποσελίνου, &c. *Quorum radices sunt dulces, reliqua vero minime respondent radicibus, exempli gratia, graminis, cyperi, betæ, apii, hipposelini.* Qui negant cypero tribui, loco citato, radices dulces, Theoph. oscitanter legerunt: vulgarem enim cyperum intelligit Theophrastus, nec de alio loquitur. Hujus radix humida, & recens dulcis, siccata amara; quod ad capitis jam citati finem ipse docet Theophrastus. Ἔχουσι δὲ καὶ αἱ ῥίζαι τὴν γλυκύτητα μέχρις οὗ ἂν ξηρανθῶσιν, ἀναξηρανθεῖσαι δὲ οὐκ ἔτι. *radices suam dulcedinem servant, usque quo resiccentur, siccatæ eam statim amittunt.* Humidam & recentem cyperi vulgaris radicem dulcem esse, ex Dioscoride probatur libr. 4. cap. de chrysocomo; ubi scribit, γευομένῳ οὐκ ἀηδῆ, κυπείρῳ ἴσην οὖσαν, ἐν τῷ γλυκεῖ ὑπαύστηρον. *Gustanti non injucundam, cypero similem existentem, ex dulci subausteram.* Trasi globulus nec siccatus amarus, nec ullam recens austeritatem habet. non potest ergo esse cyperus, cujus amara radix. Dioscorides lib. 1. cap. 4. ῥίζαι δὲ ὑπεισι — ἐμπικροι. vide cap. de cypero. Probatur porro non esse cyperum Theophrasti capite sequenti 17. ubi odoratam inquit cyperi radicem, ἐπεὶ καὶ τὸ κύπειρον καίπερ ὂν ὀσμῶδες ὂν καὶ ξηρόν, ἧττον ὄζει σφόδρα. *Nam & cyperus quamvis odoratus & siccus sua natura sit, tamen minus redolet*

dolet recens. Parum verisimile, tam brevi intervallo, alium cyperum, nulla facta differentiæ mentione, describi. Nec placet opinio, quæ ἀντὶ κυπείρου, κυπίρου pro ει sine diphthongo, ι reponit; & exponit *gladiolum.* Hujus radix siccata, nec odorata, nec amara. Qui trasi jam descriptum sisynrichium esse putant, falluntur. Horum sententiam refello lib. 7. cap. de sisynrichio. Explodenda & eorum opinio, qui trasi holoconitidem Hippocratis scribunt, Hippocrates libr. 1. de morbis mulier. ὕστερον δύναται ἐκβάλλειν ὁλοκωνῖτιδ☉ τῆς γλυκείης ῥίζα: ἔστι δὲ ὡς βολβὸς, σμικρὸν δὲ ὡς ἐλαίη. πιὼν τὴν τελέσειν ἐν οἴνῳ δίδοται πίνειν. ἢν μὲν ἡ σμικρὸν δύο. ἢν δὲ μείζω μία ἀρκεῖ. *Secundas expellere valet holoconitidos dulcis radix, quæ bulbum refert, & parva est veluti oliva: hanc ex vino tritam potui exhibeto, quæ si exigua quidem fuerit, duæ exhibendæ; sin majuscula, una satis est.* Duæ videntur Hippocrati notæ fuisse radices holoconitides, altera dulcis, altera amara vel alterius saporis; alioquin non opus fuisset addere, dulcis, nisi differentiæ causa. Trasi hactenus, præter dulce genus, nullum repertum. Facit ad rem, quod ait, ῥίζα ὁλοκωνίτιδ☉ γλυκείης. *radicem dulcis holoconitidos secundas expellere.* Ergo non ipsa radix, sed planta dulcis. Radix dulcis esse nequit; nec dulcia habent tam vehementem expellendi & movendi vim, amara & acria hac facultate prædita sunt. Trasi planta dulcis non est; verum radix tantum, quæ nusquam alio, quam dulci habetur sapore. Præterea trasi inter bulbos numerari non meretur: globuli non sunt substantia bulbosa, nec bulborum modo ullis velaminibus circumtecti, sed cortice quodam tenui, aspero & adstringente, qui pertinaciter admodum adhæret, adeo, ut nucleos potius referat, quam bulbos. Hæc causa cur nec bulbum, nec radicem dixit malinathallem Theophrastus, sed simpliciter esse rotundum quid, magnitudine mespili, sine cortice. Denique cum jubeat divinus senex ad pellendas secundas unam tantum exhiberi holoconitidis radicem, vel duas ad summum, si exigua fuerit una; maximè quidem hoc ipso indicare videtur, radicem hanc vehemens satis esse medicamentum acre ac calidum, fortaissis etiam amarum, quo indigemus ad secundas educendas. Hoc etiam procul dubio confirmat, holocitidem non esse trasi, quod primum caliditatis ordinem non excedit, omnique provocandi facultate caret, & adeo clemens existit, ut sine ulla noxa edatur à Veronensibus mulieribus prægnantibus, ad satietatem usque. Postremo, hoc quoque addã, vox ὁλοκωνῖτις à Galeno in glossis exponitur, βοτάνη τις ἀγρία λαχανώδης. (malè in editis, ὁλοκωνίτης.) *herba quædam sylvestris oleracea.* Nihil oleracei in Trasi percipitur. Alii mamiram vel mameram trasi existimant. Mamera apud Rhasen cap. 11. de peste legitur, ἀχόρου ῥίζα. ἐ ἰξίνου τμῆμα. μαμηρὰ τουτία, αἱματίτης ἰάσαι, σάκχαρ κεκαυμένον. Mamira Nicolaus habet. μαμιρᾶς < ς. ἀμώμου < η. χοιράδους, &c. Aegineta libr. 7. μαμιρᾶς. οἷον ῥίζιόν τι ποιᾶς ἐστιν, ἔχον ὥσπερ κονδύλους, πυκνοὺς, ὥσπερ οὖλας καὶ λευκώματα λεπτύνειν πεπίστευται, δηλονότι ῥυπτικῆς ὑπάρχον δυνάμεως. *Mamiras veluti radicula herbæ cujusdam est, ceu geniculis frequentibus nodosis, quæ cicatrices & albugines extenuare creditur, extergendi nimirum facultate prædita.* Apud Trallianum libr. 2. cap. 5. μαμιρᾶς reperio, καὶ τοῦτο λαμβάνον μαμείρας καὶ ἀμμωνιακοῦ θυμιάματ☉. σμύρνης τρωγλίτιδ☉, &c. *quod recipit mameira, suffuminis ammoniaci, myrrhæ troglodyticæ, &c.* In editione Roberti Stephani legitur, τοῦτο λαμβάνον χ καὶ ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος, σμύρνης, τρωγλίτιδ☉, &c. Copula καὶ aliquid hic deesse significat: restituit ex Aegineta Goupylus, τοῦτο λαμβάνον μαμείρας, ἐ ἀμμωνιακοῦ. Aegineta libr. 3. cap. 22. μαμιρᾶ ἀμμωνιακοῦ θυμιάματ☉, σμύρνης τρωγλίτιδ☉. Scribe μαμιρᾶς, ἀμμωνιακοῦ θυμιάματ☉, σμύρνης τρωγλωδυτικῆς, Vide cap. de myrrha. Sunt qui μαμιρᾶ putant manna Thuris esse; quod Scribonius, Galenus, Aetius ad oculorũ cicatrices manna commendent: verũ cum Aegineta satis aperte doceat, radiculam esse extergendi facultate præditam, tradatq; ad extenuandas albugines & cicatrices utilem; cur horum probem opinionem, non video; maximè, cum auctorem nullum habeam, qui μαμηρᾶν vel μαμιρᾶν exponat manna thuris. Non esse manna, ex Aetio libr. 12. cap. 44. probatur, ubi ait; *Aliud mirabile pro divitibus. mammeram aqua macerato, deinde tritam illinito, & miraberis.* Manna thuris aqua nec solvitur, nec mollius redditur; nec res tam pretiosa, quæ solis divitibus præscribatur. Utrum mamira doronicum sit, capite de aconito inquiremus. Thrasi nec abstergendi, nec extenuandi cicatrices, albuginesque, ullam vim habet; plane ad illud inutile. Longius à mamira Avicennæ, recedit trasi. Avicenna libr. 2. cap. 487. *Est lignum sicut nodi* (an interpres malè vertit? an ipsius auctoris peccatum? an Aegineta erravit?) *declinans ad nigredinem, in quo est reflectio parva, & est acutius, quam venæ tinctorum, calidum & siccum in fine secundi gradus, abstergit & purgat excrementa cerebri. radix ejus dolori dentium medetur; purgat albuginem oculi, & acuit visum, fit cum eo alcohol, & abstergit humiditatem crassam proprie succus ejus. radix etiam utilis est ictericis, dolori ventris pungenti medetur, & est in ea provocatio.* Hæc Avicenna. Planè dispares vires habet trasi. Vena tinctoria, id est chelidonium, satis acris & calida, neutrum trasi. nisi fortè quis ad primum caloris gradum accedere contendat. Nec mundat, nec attrahit, nec provocat è capite pituitam trasi, nec visum acuit, nec reliqua præstat, quæ Avicenna tribuit mamiræ. Frustra ergo mamiram esse trasi contendunt. Non desunt qui Trasi Habalrelin sive granum relin esse constanter existimant; quod tamen veritati non est consentaneũ. Nam habalrelin Arabes inter fructus sive grana connumerant, nequaquam inter radiculas. Serapio siquidem cap. 337. sic habet; *Habalzelin granum est pingue, ciceris magnitudine, citrinum exterius, & album interius, & habet bonum saporem, & defertur ex terris Barbariæ.* Idem affirmat Avicenna cap. 303. his verbis. *Granum alzelin quid est? granum ejus est boni saporis, & oritur in partibus Herzur.* Ex quibus quod inter hæc discrimen, palam fit. Alii deniq; margaritas esse Aegyptias ex Auctore librorum de plantis, qui editi sunt nomine Aristotelis, contendunt. Hic lib. 1. cap. 4. καὶ πάλιν τῶν φυτῶν τινὰ ἀναδίδωσι καρποὺς — τινῶν δὲ ἀπὸ τῆς ῥίζης, ὡς τὰ ἐν Αἰγύπτῳ φυτὰ τὰ λεγόμενα μαργαρῖται. *& plantarum aliæ producunt fructus suos — aliæ è radice, velut plantæ* (Interpres, *arbores*, quod absurdum) *quas dicunt margaritas.* Hanc sententiam, nec probo, nec improbo; nihil in tanta brevitate concludo.

Ἕψουσι ἐν βρύτῳ, Plinius loco citato, *Mandunt igni paratum;* Quod negligentiam summam arguit. Fortè scripsit, *mandunt bryto paratum.* Alterius esto judicium; nihil muto. Bryton potionis genus ex hordeo. Athenæus lib. 10. Τὸν δὲ κρίθινον οἶνον καὶ βρῦτον τινὲς καλοῦσι — Ἑλλάνικος δ' ἐν Κτίσεσι· καὶ ἐκ ῥιζῶν φησὶ κατασκευάζεσθαι τὸ βρῦτον. γράφων ὧδε, πίνουσι δὲ βρῦτον ἐκ τῶν ῥιζῶν, καθάπερ οἱ Θρᾷκες ἐκ τῶν κριθῶν, &c. *Vinum ex hordeo confectum brytum quidam vocant. — Hellanius in Aedificiis* (fortè ἐν ταῖς Κτίσεσι *Prædiis*) *brytum etiam ex radicibus parari tradit, ad hunc modum. Brytum ex radicibus confectum bibunt, quemadmodũ Thraces ex hordeo* (*frugibus* Interpres.) Ex hordeo bryton factum, antiqui testantur omnes. An radices ex quibus bryton parari tradit Hellanius, globuli trasi?

Ἔτι δέ τι γέν☉. Quale illud genus, ignoro. Theodorus omnia omisit ab, ὅταν ἐργάζωνται, usq; οὐδέν. *Hyeme præbetur cum laborant, exque eo corpora robur acquirunt, licet nullum aliud alimentum accipiant.*

Καὶ ἄλλο παραφυόμενον. Nec ista planta ad nostram pervenit cognitionem.

Ὑποπτήσαντες. Theodorus, ὑποπτίσαντες, *leviter pinsentes.* At enimvero, inquit magnus Scaliger, neutiquam nasceretur, sed, *leviter torrentes.* Et tum ad Calendas Græcas prodibit. Fortè ὑποβρέξαντες legendum, *leviter macerantes.* Multa semina adeo dura, ut non nisi macerata nascantur ac proveniant. Placet Theodori lectio, displicet versio. Verte, *postquam decorticarunt vel perpurgarunt,* ut fit in oryza auferendo corticem. Vide cap. 5. libr. 2. vide cap. de oryza. Aristophanis Scholiastes. χυλίας πτίσσειν. τὸ κριθὰς, ἢ ἄλλο τι λεπίζειν, καὶ καθαρὸν ποιεῖν.

Οὐ τὰ πάντα. Theodorus, περιττά. Rectè, sed malè reddidit, *supervacua.* Verte, *insignia.* Malè idem, ἀγαθὸς δὲ ὑπερφερόντως, *bonæ frugis majorem in modum.* Scribe, *mirum in modum utilis.*

ΚΕΦ. ΙΑ.

CAP. XI.

Fluviorum singuli quid privatim ferant. De tribulo, ac plantis lacus Orchomenii, quæ sunt salix, oleagnus, sida, harundo tibialis, gladiolus, phleum, tipha, mentiflora, icma, ipnum.

Ἕκαστοι δὲ τῶν ποταμῶν ἐοίκασιν ἴδιόν τι φέρειν, ὥσπερ καὶ τῶν χερσαίων. ἐπεὶ οὐδὲ ὁ τρίβολ☉.

Fluviorum singuli privatim aliquid ferre videntur, ut & loca terrena. Nec enim tribulus in omnibus,

ἐν ἅπασιν, οὐδὲ πανταχοῦ φύεται, ἀλλ' ἐν τοῖς ἑλώδεσι τῶν ποταμῶν· ἐν μεγίστῳ δὲ βάθει πενταπήχει ἢ μικρῷ μείζονι, καθάπερ οἱ περὶ τὸν Στρύμονα. σχεδὸν δ' ἐν τοσούτῳ καὶ ὁ κάλαμος καὶ τὰ ἄλλα. ὑπερέχει δὲ οὐθὲν αὐτοῦ, πλὴν αὐτὰ τὰ φύλλα, ὥσπερ * ἐπινέοντα καὶ κρύπτοντα τὸν τρίβολον. ὁ δὲ τρίβολος αὐτὸς ἐν τῷ ὕδατι νεύει εἰς βυθόν. τὸ δὲ φύλλον ἐστὶ πλατὺ, προσεμφερὲς τῷ τῆς πτελέας· μίσχον δὲ ἔχει σφόδρα μακρόν. ὁ δὲ καυλὸς ἐξ ἄκρου † παχύτατος. ὅθεν τὰ φύλλα καὶ ὁ καρπός. τὰ δὲ κάτω λεπτότερος ἀεὶ μέχρι τῆς ῥίζης. ἔχει δὲ ἀποπεφυκότα ἀπ' αὐτοῦ τριχώδη· τὰ μὲν πλεῖστα παράλληλα· τὰ δὲ, καὶ παραλλάττοντα κάτωθεν ἀπὸ τῆς ῥίζης μεγάλα· τὰ δὲ ἄνω ἀεὶ ἐλάττω προϊοῦσιν· ὥστε τὰ τελευταῖα μικρὰ πάμπαν εἶναι, καὶ τὴν διαφορὰν μεγάλην τὴν ἀπὸ τῆς ῥίζης πρὸς τὸν ‡ καρπόν. καὶ παραβλαστήματα πλείω· καὶ γὰρ τρία καὶ τέτταρα. μέγιστον δ' ἀεὶ τὸ πλησιέστερον τῆς ῥίζης· εἶτα τὸ μετὰ τοῦτο, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ λόγον. τὸ δὲ παραβλάστημά ἐστιν ὥσπερ καυλὸς ἄλλος, λεπτότερος μὲν τοῦ πρώτου· τὰ δὲ φύλλα καὶ τὸν καρπὸν ἔχων ὁμοίως· ὁ δὲ καρπὸς μέλας, καὶ σκληρὸς σφόδρα· ῥίζαν δὲ ἡλίκην καὶ ποίαν ἔχει, σκεπτέον. ἡ μὲν οὖν φύσις, τοιαύτη. φύεται μέντοι ἀπὸ τοῦ καρποῦ πίπτοντος, καὶ ἀφίησι βλαστὸν τοῦ ἦρος. φασὶ δ' οἱ μὲν εἶναι ἐπέτειον· οἱ δὲ διαμένειν τὴν μὲν ῥίζαν εἰς χρόνον. ἐξ ἧς καὶ τὴν βλάστησιν εἶναι τοῦ καυλοῦ. τοῦτο μὲν οὖν σκεπτέον· ἴδιον δὲ παρὰ τῶν ἄλλων, τὸ τῶν παραφυομένων ἐκ τοῦ καυλοῦ τριχωδῶν· οὔτε γὰρ φύλλα ταῦτα, οὔτε καυλός. ἐπεὶ τό γε τῆς παραβλαστήσεως, κοινὸν καλάμου καὶ ἄλλου· τὰ μὲν οὖν ἴδια θεωρητέον ἰδίως δηλονότι· τὰ δὲ, κοινῶς· διαιρεῖν δὲ χρὴ καὶ κατὰ τόπους· οἷον εἰ τὰ μὲν ἕλεια, τὰ δὲ, λιμναῖα, τὰ δὲ ποτάμια μᾶλλον, ἢ καὶ κοινὰ πάντων τῶν τόπων. διαιρεῖν δὲ, ποῖα ταῦτα ἐν τῷ ὑγρῷ καὶ τῷ ξηρῷ φύεται, καὶ ποῖα ἐν τῷ ὑγρῷ μόνον. ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, κοινότητα προσειρημένα πρότερον. ἐν οὖν τῇ λίμνῃ τῇ περὶ Ὀρχομενὸν τὰ δ' ἐστὶ τὰ φυόμενα. δένδρα καὶ ὑλήματα, ἰτέα, " ἐλαίαγνος, σίδη, κάλαμος, ὅ, τε αὐλητικὸς καὶ ὁ ἕτερος, κύπειρος, φλεώς, τύφη. ἔτι δὲ μηλὸν † μήνανθος, καὶ τὸ καλούμενον ἴπνον. ὃ γὰρ προσαγορεύουσι λέμνα, τοῦτο πλεῖον τὸ καθ' ὕδατός ἐστι. τούτων δὲ τὰ μὲν ἄλλα γνώριμα· ἡ δὲ ἐλαίαγνος, καὶ ἡ σίδη, καὶ ἡ ‡ μνήανθος, καὶ ἡ ἴκμη, καὶ τὸ ἴπνον, ἴσως μὲν φύεται καὶ ἑτέρωθι, προσαγορεύεται δὲ ἄλλοις ὀνόμασι. λεκτέον δὲ περὶ αὐτῶν. ἔστι δὲ ἡ μὲν " ἐλαίαγνος, φυτὸν θαμνῶδες, καὶ παρόμοιον † τοῖς ἄλλοις. φύλλον δὲ ἔχει τῷ μὲν σχήματι παραπλήσιον· μαλακὸν δὲ, ὥσπερ ‡ αἱ μηλέαι, καὶ χνοῶδες· ἄνθος δὲ, τῷ τῆς λεύκης ὅμοιον, ἔλαττον δέ. καρπὸν δὲ οὐδένα φέρει. φύεται δὲ ὁ πλεῖστος μὲν ἐπὶ τῶν πλοάδων νήσων. εἰσὶ γάρ τινες καὶ ἐνταῦθα πλοάδες, ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ περὶ τὰ ἕλη, καὶ ἐν Θεσπρωτίδι, καὶ ἐν ἄλλαις λίμναις. ἐλάττω δὲ καθ' ὕδατος. ἡ μὲν οὖν " ἐλαίαγνος τοιοῦτον. ἡ δὲ † σίδη τὴν μὲν μορφήν ἐστιν ὅμοια τῇ μήκωνι. καὶ γὰρ τὸ ἄνω κωδιῶδες τοιοῦτον ἔχει, πλὴν μεῖζον ὡς κατὰ λόγον· μεγέθει δὲ ὅλος ὁ ὄγκος, ἡλίκον μῆλον. ἔστι δ' οὐ γυμνόν, ἀλλὰ ὑμένες περὶ αὐτὴν λευκοί· καὶ ἐπὶ τούτοις ἔξωθεν φύλλα ποώδη, παραπλήσια τοῖς ‡ τῶν ῥόδων, ὅταν ἐν κάλυξιν ὦσι, τέτταρα τὸν ἀριθμόν· ἀνοιχθεῖσα δὲ, ἐντὸς κόκκους ἐρυθροὺς μὲν ἔχει, τῷ σχήματι δ' οὐχ ὁμοίους ταῖς " ῥόαις, ἀλλὰ περιφερεῖς· μικροὺς δὲ καὶ οὐ πολλῷ μείζους † κέγχρου· τὸν δὲ χυλὸν ὑδατώδη τινά, καθάπερ ὁ τῶν ‡ πυρῶν. ἁδρύνεται δὲ τοῦ θέρους. μίσχον δὲ ἔχει μικρόν. τὸ δὲ ἄνθος ὅμοιον ῥόδου κά-

* ἐπινέοντα Theod.
† βαθύτατος Baſ.
‡ καυλὸν Theod.
" ἐλαία, ἄγνος alii, Scal.
† μηνανθές.
‡ Ald. Baſ. μήνανθος. μηνιανθὲς alii & τὸ καλούμενον ἴκμον. Scribe μήνανθες, ἴκμη καὶ τὸ καλούμενον ἴπνον.
" Ald. Baſ. ἴκμη. Scribe, μηνανθὲς, ἡ ἴκμη.
" ἐλαίαγνος.
† τοῖς ἄγνοις, vel τοῖς ἄγνοις.
‡ αἱ μηλέαι. χνοώδης δὲ ἄνθος τοῦ... vide commēt.
" ἐλαίαγνος.
† κωνοάδης. Ald. Baſ.
‡ ῥόδων.
* Theodor. ῥοάδι. Scal. ῥοαῖς.
† κέγχρου Ald. Baſ.
‡ ῥοῶν.

omnibus, nec ubique erumpit, ſed paluſtribus fluminum tantum: altitudine cum profundiſſima quinorum cubitorum, aut paulo profundiore, ut in Strymone fluvio. * Tanta pene & harundo, & reliqua prodeunt. Nihil autem ejus excedit, præterquam ipſa folia ‡ inflexa quodammodo, & occultantia tribulum. Tribulus ipſe merſus in aquam, pronus ad imum vergit: folio amplo ad effigiem ulmei, pediculo admodum longo. Caule parte ſumma quidem craſſiori. Vnde folia fructuſque dependent. Inferna autem graciliori. Continua uſque ad radicem capillamenta quædam invicem exorta gerente: quæ maxima ex parte adverſa inter ſe congruunt. Nonnulla etiam diſcrepant. Subtus ab radice ampla exeunt. Superiora aſſidue ad minus minuſque procedunt: ut poſtrema omnino exigua ſint, & differentia magna ab radice ad caulem ſit: & pleraque lateralia germina inſurgant. Quippe terna, quaternaque: quorum maximum aſſidue, quod ab radice propius abſit, tum quod poſt id ſequitur: & reliqua deinceps pro ratione. Germen ipſum, quod latere promitur, velut caulis alter eſt. Primo quidem gracilior, ſed folio, fructuque ſimilis. Fructus niger, duruſque vehementer: radicem quantam, qualemque habeat, quærendum. Talis natura tribuli eſt. Naſcitur ſemine decidente, germenque in vere ſuum emittit: radicem alii annuam, alii diuturniorem affirmant, & caulem ex ea oriri. † Hoc igitur quærendum proprium, præter ea, quæ reliquis inſunt. Capillamenta illa cauli adnaſcentia intelliguntur: hæc enim nec folia, nec caules eſſe videntur: nam lateralis quidem ipſa germinatio, communis arundini aliiſque habetur. Propria itaque private, communia publice contemplari congruum eſt. Quin & ſecundum loca dividendum: ut ſi alia paluſtria, alia lacuſtria, alia fluvialia potius ſint, aut etiam omnium locorum communia: & quænam in humido tantum. Vtque ſimpliciter agam, ad ea quæ volumine primo expoſuimus maxime communiter digerendum eſt. Lacu itaque Orchomenio arbores materiæque humiles illæ proveniunt, ſalix, oleagnus, ſida, arundo tibialis, & altera, ‡ gladiolus, phleum, " tipha. Ad hæc † menſiflora, icma, & quod ipnum appellant. Quod enim lemna vocatur, altius mergitur in aqua. Horum reliqua quidem explorata habentur. De oleagno, ſida, ‡ menſiflora, icma, ipnoque, quæ aliis quoque locis forſitan proveniunt aliis appellata nominibus, referre debemus. " Eſt oleagnus natura fruticoſa, nec cæteris amerinis abſimilis folio, figura quidem proxima cæteris, ſed molli, ut malus, lanuginoſoque: flore populi albæ, verum minori, fructu nullo. Naſcitur plurima ſuper inſulas fluitantes. Sunt enim & in eo quædam fluitantes, ut in Ægypto circa paludes, & in Theſprotide, aliiſque ſtagnis. Sed illæ † minus aqua implentur. Talis eſt ‡ oleagnus. Sida ſpecie papaveri ſimilis eſt: tale etenim caput gerit, niſi quod amplius. Ad portionem magnitudine mali tota amplitudo; nec nudum, ſed candidis membranis intectum. Hiſque forinſecus folia herbeſcentia proxima roſis adhuc in calice contentis quaterna ſe applicant. Apertum grana rubra oſtendit; figura non modo " papaveris, ſed orbiculata, exigua, nec multo milio majora. † Saporem dilutum quendam, ut triticum, reddit. Craſſatur æſtate, pediculo parvo annectitur. Flos calici roſæ ſimilis, ſed major, & fere duplex magnitudine. Hunc itaque, & folium ſupra undas emicare affirmant: mox cum defloruerit, ‡ fructuque compilatus ſit, magis in aquam declinari.

* Similibus in locis fere harundo reliquaque (paluſtria quæ in fluvio naſcuntur) prodeunt.
‡ innatantia.
† quærendum. propria, præter ea, quæ reliquis inſunt, capillamēta, illa quæ cauli adnaſcūtur, habere videtur: hæc.
‡ cyperus.
" typha.
† trifolium.
‡ trifolio.
" Eſt heleagnus ſtirps frutici pro prior, non abſimilis vitici, folium figura ſimile, ſed mali inſtar molle, flos lanuginoſus, albæ populi ſimilis, ſed minor fructum fert nullum.
† minores pro aquæ magnitudine, Scal.
‡ Heleagnus.
" punicæ.
† ſucum quendam ut malum punicū reddit.
‡ ac omne quod fructū cingit collectum ſit.

λυκι· μεῖζον δὲ καὶ σχεδὸν διπλάσιον τῷ μεγέθει. "τούτου μὲν οὖν καὶ τὸ φύλλον ἐπὶ τοῦ ὕδατος. κάτω δὲ ταῦτα ὅταν ἀπανθήσῃ καὶ συστῇ τὸ κατακάρπιον, κατακλίνεσθαί φασιν εἰς τὸ ὕδωρ μᾶλλον· τέλος δὲ συνάπτειν ἐπὶ τῇ γῇ, καὶ τὸν καρπὸν ἐκχεῖν. καρποφορεῖν δὲ τῶν ἐν † τῇ λίμνῃ τοῦτο, καὶ τὸ βούτομον, καὶ τὸ φλεώς. εἶναι δὲ τοῦ βουτόμου μέλανα. τῷ δὲ μεγέθει παραπλήσιον τοῦ τῆς σίδης· τοῦ δὲ φλεὼ τὴν καλουμένην ‡ ἀνθήλην, ᾗ χρῶνται πρὸς τὰς κονίας. τοῦτο δ' ἐστὶν, οἷον "πλακουντῶδές τι μαλακὸν, ἐπίπυρον. ἔτι δὲ καὶ τοῦ φλεὼ καὶ τοῦ βουτόμου, τὸ μὲν θῆλυ ἄκαρπον· χρήσιμον δὲ πρὸς τὰ † πλόκαμα· τὸ δὲ ἄῤῥεν ἀχρεῖον. περὶ δὲ τῆς ἴκμης καὶ τοῦ μηνάνθους καὶ τοῦ ἴπνου σκεπτέον. ἰδιώτατον δὲ τούτων ἐστὶν ‡ ἡ τίφη, καὶ τῷ ἄφυλλον εἶναι, καὶ τῷ μὴ πολύῤῥιζον τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. ἐπεὶ τ' ἄλλα οὐχ ἧττον εἰς τὰ κάτω τὴν ὁρμὴν ἔχει καὶ τὴν δύναμιν· μάλιστα δὲ τὸ κύπειρον, ὥσπερ καὶ ἡ ἄγρωστις. διὸ καὶ δυσώλεθρα καὶ ταῦτα, καὶ ὅλον ἅπαν τὸ γένος τὸ τοιοῦτον. ἡ δὲ ῥίζα τοῦ κυπείρου πολύ τι τῶν ἄλλων παραλλάττει τῇ ἀνωμαλίᾳ. τῷ, τὸ μὲν, εἶναι παχύ τι καὶ σαρκῶδες αὐτῆς· τὸ δὲ λεπτὸν καὶ ξυλῶδες, καὶ τῇ βλαστήσει καὶ τῇ γενέσει. φύεται γὰρ ἀπὸ τοῦ πρεμνώδους ἑτέρα λεπτὴ κατὰ τὸ πλάγιον. εἶτ' ἐν ταύτῃ συνίσταται πάλιν τὸ σαρκῶδες, "ἀφ' οὗ ὁ καυλός· ἐν ᾧ καὶ ὁ βλαστός. ἀφίησι δὲ καὶ εἰς βάθος τὸν αὐτὸν τρόπον ῥίζας. διὸ καὶ πάντων μάλιστα δυσώλεθρον, καὶ ἔργον ἐξελεῖν. σχεδὸν δὲ παραπλησίως φύεται ἡ ἄγρωστις ἐκ τῶν γονάτων. αἱ γὰρ ῥίζαι γονατώδεις. ἐξ ἑκάστου δὲ ἀφίησιν † ἀνάβλαστον, καὶ καθάπερ ῥίζαν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ἄκανθα ἡ κεάνωθος. ἀλλ' οὐ καλαμώδης, οὐδὲ γονατώδης ἡ ῥίζα ταύτης. ταῦτα μὲν οὖν διὰ τὴν ὁμοιότητα πλείω εἴρηται. φύεται δὲ ἐν ἀμφοῖν καὶ ἐν τῇ γῇ, καὶ ἐν τῷ ὕδατι, ἰτέα, κάλαμος ὁ αὐλητικός, κύπειρον, τύφη, φλεώς, βούτομος· ἐν δὲ τῷ ὕδατι μόνον σίδη· περὶ γὰρ τῆς τύφης ἀμφισβητοῦσιν. καλλίω δὲ καὶ μείζω τῶν ἐν ἀμφοῖν φυομένων αἰεὶ τὰ ἐν τῷ ὕδατι γίνεσθαί φασι. φύεσθαι δ' ἔνια τούτων καὶ ἐπὶ τῶν πλοάδων· οἷον, τὸ κύπειρον, καὶ τὸ βούτομον, καὶ τὸ φλεώς. ὥστε πάντα τὰ μέρη ταῦτα κατέχειν. ἐδώδιμα δ' ἐστὶ τῶν ἐν τῇ λίμνῃ τάδε. ἡ μὲν σίδη, καὶ αὐτὴ, καὶ τὰ φύλλα, τοῖς προβάτοις. ὁ δὲ βλαστὸς, τοῖς ὑσίν· ὁ δὲ καρπὸς, τοῖς ἀνθρώποις. τοῦ δὲ φλεὼ, καὶ τῆς τύφης, καὶ τοῦ βουτόμου τὸ πρὸς ταῖς ῥίζαις ἁπαλόν. ὃ μάλιστα ἐσθίει τὰ παιδία. ῥίζα δ' ἐδώδιμος ἡ τοῦ φλεὼ μόνη τοῖς βοσκήμασιν. ὅταν δὲ αὐχμὸς ᾖ, καὶ μὴ γένηται τὸ κατὰ κεφαλὴν ὕδωρ, ἅπαντα αὐχμεῖ τὰ ἐν τῇ λίμνῃ· μάλιστα δὲ ὁ κάλαμος. ὑπὲρ οὗ καὶ λοιπὸν εἰπεῖν. ὑπὲρ γὰρ τῶν ἄλλων σχεδὸν εἴρηται.

" τοῦτο Scal.
† λίμνῃ τρία τοῦτο μὲν, καὶ Theod. Vide comment.
‡ ἀνθήλην ᾗ χρῶνται πρὸς τὰς κονιάσεις.
" πλακουντῶδες Ald. Ger.
† πλόκανα Al. Germ.
‡ τύφη καὶ τῷ ἀφυλλανθὲς εἶναι.
" ἀφ' οὗ ὁ βλαστὸς, ἐν ᾧ καὶ ὁ καυλός.
† Ald. Bas. καὶ κάτωθεν. Scribe, ἀνάβλαστον καὶ κατὰ ῥίζαν.

declinari. demum terram attingere, fructumque "fundere. Fructificare autem in lacu tria, hoc & butomum, & phleum, proditum est. Fructum butomi nigrum dicunt, magnitudine sidæ priximum. Phlei anthelam vocatam, quo ad † lixivium utuntur. Id placentaceum quoddam est, molle, rubidum. Et phlei vero, & butomi fœmina sterilis est, ad nexus utilis, mas inutilis. De icma & ‡ mensiflora & ipno, quærendum. Peculiare inter hæc maxime "tipha est; partim quia folio caret, partim quia non, ut reliqua, radice numerosa adhæret. Nam illa deorsum versus † non minus turgent, viresque intendunt: potissimum ‡ gladiolus, sicut etiam gramen. Qua de causa difficile hæc intereunt, & omnino genus ejusmodi universum diuturnius est. Radix "gladioli plurimum inæqualitate à cæteris distat, quod pars quædam crassa carnosaque sit, quædam gracilis, atque lignosa. Quin & germinatione, generationeque refert. Nascitur † enim de ramaceo illo radix altera tenuis, juxta latus: deinde carnosum illud rursus in eo conglobatur, ‡ ex quo sese caulis promit, in quo positum germen est. In profundum quoq; radices † eodem demittit: quamobrem omnium maxime mori contumax, evellique difficilis est. ‡ Proxime fere gramen è geniculis oritur: radices enim geniculatæ. Atque è singulis germen sursum, radix subtus erumpit. Pari modo, & spina quæ ceanothos appellatur germinat. Verum hujus radix non arundinosa, neque geniculata est. Hæc prolixius propter suam affinitatem placuit explicari. Vtroque autem loco, id est & terra & aqua, salix, arundo (tibialis) "gladiolus, tupha, phleum, butomum exeunt. Sida in aqua tantum: de tupha ambigitur. Majora autem melioraque semper inter utroque loco nascentia, quæ in aqua nascuntur, esse affirmant. Insulis quoque fluitantibus nonnulla eorum provenire, ut † gladiolum, butomum, phleum; ita ut partes easdem omnino servent. Cibo idonea ex nascentibus lacu, sida; & ipsa, & folia ovibus, germen suibus, fructus hominibus: phlei, tiphæ, butomique pars tenera ab radicibus proxima: ut quam pueri parvuli potissimum mandunt. Radix sola phlei pecudibus pabulo est. Cum autem siccitas viget, nec humor, qui perlueret cacumina, incessit, omnia squalent, quæ stagnis degunt: sed præcipue arundo. De qua utique indicandum restat. Nam de cæteris fere omnibus satis jam dictum est.

" *amittere.*
† *sectoria.*
‡ *trifolio.*
" *typha est: partim quod flos non est foliis reliquorum more stipatus, partim.*
† *non minorem propensionē naturalem habent, viresque.*
‡ *cyperus.*
" *cyperi.*
† *enim ex ea radicis parte quæ inter radiculas, quasi inter brachia, vicem ac vini stipitis obtinet. Scal.*
‡ *ex quo sese germen promit, in quo positus caulis est.*
† *eodem modo demittit.*
‡ *ad eundē fere modum oritur gramen è geniculis.*
" *cyperus.*
† *cyperum.*

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἐπινέοντα. *Theodorus legit*, ἐπινεύοντα. Inflexa; *dicam*, innatantia.

Ὁ δὲ καυλός. *Nota naturam aliis diversam. Ab imo enim tribuli caulis tenuior.*

Διαφέρει δὲ χρὴ καὶ κατὰ τόπους. *Hinc ordiare aliud caput. Repetit quod supra dixerat: ut ad certa procedat loca: atque incipit ab Orchomeno.*

Ἐλαίαγνος. *Alii separatim legêre*, ἐλαία, ἄγνος.

Καὶ πεφυκότα τοῖς ἄλλοις. *Theodorus addit*, ἄγνοις.

Ἐλάττω δὲ καθ' ὕδατος. *Theodorus*, Sed illæ minus aqua implentur. *Quid est? insulas minus aqua impleri? Dicam*, minores pro aquæ magnitudine.

Κυτινώδης. *Theodorus*, tale enim caput gerit. *Non expressit similitudinem, qua ad papaver referri possit. Quia Cytinus nonnihil habet cum Papavere conjunctionis in figura. Habet enim & alveolum, & lacinas utrunque.*

Τῷ σχήματι δὲ οὐχ ὅμοιος ταῖς ῥίζαις. Figura non modo papaveris. *Legit igitur* ῥοάδιον. *At grana illa non refero ad papaveris ruborem. Præterea si non sunt ad modum papaveris, quomodo adversativam subdit*, sed orbiculata? *Itaque legendum*, ταῖς ῥόαις, malis punicis. *Nam iccirco, sida, dicta communi cum punici mali nomine. Et non frustra*, κύτινον, *nominavit. Itaque cum rubra dixit grana, distinxit figura: propterea quòd in punica sunt pyramidalia. Lege* κέγχρον, *non* κόγχρον. *&*, τοῦτο μὲν οὖν: *non autem*, τοῦτο.

Καὶ συστῇ τὸ κατακάρπιον. *Theodorus*, & fructus compilatus fuerit. *Compilare est ex multis alienis unum suum facere. Et sanè probrosum verbum. Nam à pila non admittimus, præsertim cum* τὸ κατακάρπιον, *ταύτην τὴν ἀφαίρεσιν τοῦ καρποῦ significet*: τὸν καρπὸν ἐκχεῖν. amittere. *Theodorus*, fundere. *At fundere est, cùm fructus editur.*

Καρποφορεῖν. *Theodorus addit*, τρία. *Et legit*, ἀνθήλην: *non*, ἀνθήλην. *Nota in fœmina Butomi*, ἄκαρπον. *Corrigunt*, πλόκαμα, *pro eo quod erat scriptum*, πλόκανα. *Memini tamen ita legere alibi.*

Περὶ δὲ τῆς ἴκμης. *Suprà erat scriptum.* μηνάνθους. *Theodorus legit*, μηνάνθους, *& interpretatur*, mensiflora. *Et potest*

test nos fallere. Quis enim scit, an menstruatim floreat? cum ne ipse quidem dixerit Theophrastus.

'Οχ' ἦλον εἰς τὰ χεῖτα τὴν ὁρμὴν ἰχεῖ. Theodorus, Non minus turgent, ὀργᾷ alibi *ipse ad hunc significatum, ut idem sit,* ὀργᾷν, & ὁρμᾷν. *Verum hic inutilis ille significatus: propensionem naturalem dices, & accommodabis.*

'Απὸ τ̃ πρεμνώδους. *Theodorus*, è ramaceo. *Immo vero, ex* ea radicis parte, quę inter radiculas quasi inter brachia, vicem ac vim stipitis obtinet.

Σχεδὸν ἢ παραπλησίως φύεται ἡ ἄγρωστις. Pene ad eundē modū oritur gramē. *Theodorus infelicissimè,* Proximè ferè gramen è geniculis oritur. *Nam intelliget Latinus prope cipirū oriri gramē è geniculis. Hæc autē graminis historia est* ἐκ τ̃ παρέργου.

Τὸ κ̃ τὴν κεφαλὴν ὕλην, *lege* ὕδωρ.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἔκαστοι δὲ τῶν ποταμῶν. Utrum fluviorum singuli privatim aliquid ferant, sicut loca terrestria, omni controversia non caret. Nihil in Mosa reperire est, quod non datur in Rheno, Danubioque. In terrestribus contra locis, Mosæ vicinis, alia reperiuntur, quam Rheno, Istroq; proximis; alia Gallica, alia Batavica, alia Hispana fert tellus. Oleam non habet Batavia, caret ea & Germania, caret Gallia, nisi parte Hispaniæ vicina, ubi frequens reperitur. Nonnullos tamen fluvios peculiare quid ferre, negari non debet. Fert Nilus papyrum, fabam, lotum quæ frustra in Rheno, Mosa, Danubio quæras.

Ἐπεὶ οὐδὲ ὁ τρίβολος ἐν ἅπασιν, &c. Plin. lib. 21. c. 16. *Tribulus non nisi in palustrib. nascitur, dira res alibi, juxta Nilum & Strymonem amnes excipitur in cibis, &c.* Tribulum intellige cognomento palustrem; datur enim terrestris, de quo lib. 6. agendum. *Dira res alibi.* Hoc utrum de terrestri tribulo intelligi debeat, hæreo: quamquā non damnanda sententia quæ vult, nusquam alibi nasci, quam in Nilo & Strymone amnib. tribulū. De Nilo nihil hic Theophrastus; præcedenti capite de Niliacis egit plantis. Eandem historiam continuare existimavit quidam Plinius, sed Niloticarum narratio jam absoluta. Diram rem dixit, quod tribulus valde pungat. τρίβολος ἀπὸ τ̃ τρίβειν dicitur, *à terendo, tundendo,* quod attritum, tactumq; non admittat; lædit enim ac pertundit. Vel τρίβολος παρὰ τὸ πείρειν nomen accepit, quod, molestus ac infestus sit; affligit enim & vulnerat tangentem. Magis arridet, τρίβολον, quasi τρὶς βολῶν *à triplici cuspide,* ad similitudinē ferreorum muricum, qui forma trigona sunt. Murices hos à triquetra cuspide tribulos vocat Vegetius. In quamcunque partem volvantur, semper mucronem spiculumq; infestum protendunt. Contra subitā equitatus irreptionē sparguntur à militib. circa præsidia, &, ut lateant, defodiuntur in terram. Recte quidem tradit Plinius, tantum in aquis nasci tribulum; in Nilo vero aut Strymone amnibus solum nasci, falsum. Apud Batavos locis palustribus frequens. Nusquam tradidit Theophrastus in cibis excipi juxta Strymonē amnē: nec juxta, sed in Strymone nascitur amne: sed in amne Strymone nascitur locis ad summū quinq; cubitos altis. In antiquo codice scriptum est, *amnes recipitur in cibos.* Scribo, *in Nilo & Strymone reperitur quinq; cubitorū altitudine.* Scriptum fuit, *rep. v. cub. alt.* quod librarii mutarunt, *amnes recipitur in cibos.* Cum viderent in ipso fluvio nō recipi in cibos, pro *juxta* scripserunt, *in.* atq; inde depravata lectio nata. Imaginari non poterat, locis nasci quinq; cubitos altis. Ita quondam legendū putavi, nunc vulgata placet. Idem Plin. lib. 22. c. 10. *Thraces qui ad Strymona habitant, foliis tribuli equos saginant; ipsi nucleo vivunt, panem facientes prædulcem, & qui contrahat ventrem.*

Σχεδὸν ἐν ποσότητι. Vertunt, *Tanta pene & harundo & reliqua prodeunt.* Quid velint nescio. Interpretor, *similibus in locis ferè harundo, reliquaque* (palustria quæ in fluvio nascuntur) *prodeunt.*

Ἐπινεύοντα. Theodorus, ἐπινεύοντα. Utrumque verum: & inflexa sunt, & innatant aquis, quanquam & ipsa folia non raro sub aquis latitent.

Ὁ δὲ τρίβολος, &c. Τρίβολος hoc loco fructū significat. Idem Diosc. lib. 4. cap. 15. ἔστι δὲ τις καὶ ἕνυδρος, παρὰ ποταμοῖς φυόμενος, ὑπερέχων τὴν κόμην, τὴν δ' ἀκίδα κρύπτων. *Est & alter aquaticus in fluminibus nascens, qui quidē comam supra aquas attollit, aculeis vero cōdit, & ipsis aquis occulit.* Ἀκανθώδη fructū vocat, quod sit spinosus. Plinius *inclinatus in vadū,* dixit.


Τὸ δὲ φύλλον, &c. De folii forma nihil Dioscorides, de latitudine nihil Plinius. *Folio,* inquit, *ad effigiem ulmi, pediculo longo.* Malè hinc audit Plinius. notandum inquiunt viri magni, Diosc. scripsisse hanc plantam esse lato folio, non ulmi: ut Plinius, πτελέας legisse videatur, pro πλατέας. Ita Dioscoridem scripsisse fatemur. φύλλα πλατέα, μίσχον ἔχοντα μακρόν, *foliis latis è pediculo longo prodeuntibus,* Dioscoridem non sequitur Plinius, sed Theophrastū. ὁμοιόμορφος τῷ πτελέας.

Ὁ δὲ καυλὸς, &c. Idem Dioscorides, καυλὸς δὲ ἐξ ἄκρου παχὺς μᾶλλον τοῦ ἐν βάθει. παρ' ᾧ δὲ τριχώδη τινὰ ἀποφύονται σταχυώδη. *caule summa parte quam ima crassiore. Adsunt & ei ad nata quædam capillamenta spicacea.* Malè ergo in Basileensi, & Aldino, ἐξ ἄκρου βαθύτερος.

Τὴν ἀπὸ τῆς ῥίζης πρὸς τ̃ καρπὸν, &c. Recte Theodorus, καυλόν. Intelligit crebra illa capillamenta sub aquis, quibus & fundo affigitur. Capillamēta hæc non fructui, sed cauli adnascūtur; nec in superiore caulis parte cernuntur, sed in inferiore. Hæc capillamenta radicē repræsentant; ac per ea nutrimentum accipit ipsa planta.

Ὁ δὲ καρπὸς, &c. Diosc. καρπὸς σκληρὸς ὡς καὶ ὁ ἕτερος, &c. *Fructus vero durus, ut alterius memorati.* Aquatilis tribulus caules habet longos inferiore, & qua sub aquis est parte

Tribulus Aquatilis.



graciliores, sed in summitate juxta aquæ superficiē longè vegetiores & crassiores. Adhærent sub aquis crebra capillamenta spicacea, albicantia, prolixa, fibrata, continenter in aquis partim natātia, partim in fundo reptātia & mersa, eiq; affixa. Folia promit lata, crassa, pinguia, nervosa, aversa parte maculosa, per marginē crenata, populneis aut ulmeis propemodum similia, semirotunda, rhombi quodammodo forma, umbilici aut soldonellæ non dissimilia, prælongis & crassis pediculis nitentia. Inter folia flosculi exeunt parvi, candidi, & sub aqua mersi; his succedunt fructus avellanis nucibus paulo majores, cortice membranoso & nigricante cincti, triplici, interdum quadruplici aculeo, modicè duro ac recurvo, armati. iisdem aculeis, ceu cornibus taurini capitis formam exprimunt. Medullam intus continent candidam; cum recens est mollem, & lacteo succo, si exprimatur manantem, gustu dulcem, castaneę haud absimilem, quo plebecula libenter victitat, castaneamque aquaticam appellat. Cum aruerit, omni succo, tam aqueo, quā lacteo caret, durus evadit, atque substantia ad frumentaceorum feminum naturam accedit, adeo ut etiam panis ex eo pinsi queat. Reperitur in lutosis lacubus & urbium fossis, quibus linosus subest fundus; in stagnantibus, putis, & fontanis aquis non raro reperitur. Mathiolus non modo in dulcium aquarū lacubus, sed & in marinis quibusdā juxta Venetias provenire, auctor est. Belgæ **water-noten** vocant, & à similitudine aculeorum ferreorum, **minck-psers.**

Ἴδιον δὲ, &c. Verte, *Hoc igitur, quærendum. proprium* (*præter ea quæ reliquis insunt*) *capillamenta illa quæ cauli adnascuntur habere videtur.*

Μηνανθὲς. Vertunt, *mensifloram.* Quæ est illa herba mensiflora, singulis mensibus florens? De calendula hoc narratur: nemo verò hanc μηνάνθη vocavit. In cultis & hortis hæc nascitur; in palustribus mensiflora. Corruptus Theophrasti codex.

codex; fcribe μινυανθὶς, & expone *trifolium*. Trifolium aliud bituminofum, aliud vulgatum, quod in campis & locis humidis nafcitur. Vulgatum hic intelligit Theophraftus. Alterū enim cōfragofis, id eft afperis & duris nafcitur locis. Hoc tamē Diofcorides reliquiq; botanici μινυανθὶς vocant. Fieri poteft, ut utrumq; trifoliū idem habuerit nomē. De trifolio agere Theophraftum, probabile fit, quod nufquam trifolii meminerit, cum vulgaris fit planta, & nufquam non obvia. Trifolii nomine plures gaudent plantæ; medica fcilicet & lotus, de quibus alibi. Vulgare, Diofcorides λωτὸν τρίφυλλον vocat. cap. 112. lib. 3. φύλλα ὅμοια λωτῷ τῷ τριφύλλῳ, τῷ ἐν χορτοκοπείοις γενομένῳ, *foliis loti trifoliæ pratenfis*. Idem cap. fequenti de cytifo, περὶ οὗ τὰ φύλλα ὅμοια τήλιδι, ἢ λωτῷ τῷ τριφύλλῳ, *in quibus folia fœnigræci, aut loti trifoliæ*. Utrumq; trifoliū μινυανθὶς dictum. Hefychius, μινυανθὶς πόα ἀσφάλτιον καὶ τρίφυλλον, *minyanthes herba bituminofa, & trifolii*. In Bafileenfi codice corruptè, πόα ἀσφόδελος, habetur, uti apud Phavorin. πόα ἀσφαλος. Trifoliū vulgare notiffimū eft: quilibet novit, figura multum variare. De eo plura non dicam. Trifoliū bituminofum defcribit Diofc. lib. 3. c. 123. Τρίφυλλον· οἱ δὲ ὀξύφυλλον, οἱ δὲ μηνυανθὲς, οἱ δὲ ἀσφάλτιον, οἱ δὲ κνίκιον καλοῦσι, θάμνος ἐστὶ πήχεως μείζων, (vetus codex, πήχεως ἢ καὶ μείζων, quomodo etiam legit Oribafius) ῥάβδους ἔχων λεπτὰς (vetus inferit, μεστὰς) μελαίνας σχινώδεις, παραφυάδας ἐχούσας, ἐφ' ὧν φύλλα ὅμοια λωτῷ τῷ δένδρῳ, τρία καθ' ἑκάστην βλάστησιν. ὀσμὴ δὲ αὐτῶν ἄρτι μὲν φυομένων, πηγάνου· αὐξηθέντων δὲ, ἀσφάλτου. ἄνθος δὲ ἀνίησι πορφυροῦν. σπέρμα δὲ ὑπόπλατυ καὶ ὑπόδασυ, ἐκ δὲ ἑτέρου πέρατος ὥσπερ κεράτιον ἔχον. ῥίζα δὲ λεπτὴ, μακρὰ, ἰσχυρά. (vetus στερεά.) *Trifoliū Græci Triphyllon, alii oxyphyllon, alii menyanthes, alii afphaltiū, alii deniq; cnicium vocant. Frutex eft fupra cubiti altitudinē affurgens* (frutex eft cubiti altitudine, aut etiam majore) *ac virgas habet tenues* (plenas) *nigras, junceas, non fine ramulorum appendiculis, in quibus folia exeunt loti arboris foliorum fimilitudine, eaq; terna in fingulis germinibus. Color illorum, ubi recens nata funt, rutæ; pofteaquā vero adoleverunt, bitumini proximus. Florem vero edit purpureum, ac femē quadantenus latum ac fubhirfutū, ab altera extremitate velut corniculum gerens. Radix autē tenuis, longa, firma validaque eft.* Diverfa nomina plantæ huic ut tribuit Diofc. fic idem facit Galenus lib. 8. fimpl. Τρίφυλλον, οἱ δὲ ἀσφάλτιον, οἱ δὲ ὀξύφυλλον, ἔνιοι δὲ μινυανθὲς. εἰσὶ δ' οἳ κνίκιον ὀνομάζουσι. ἀπὸ μὲν τῶν συμβεβηκότων τῷ θάμνῳ, τὰ πρῶτα τρία· τὰ δὲ ὑπόλοιπα δύο οὐκ οἶδ' ὁπόθεν. *Trifolium quidā afphaltium feu bituminofum, quidam oxyphyllum nominant, nonnulli minyanthes; funt & qui cnicium vocitent. Tria quidem prima nomina ab iis quæ frutici accidunt: reliqua duo haud fcio qua ex caufa.* Unde nomina hæc indita, mox dicam. Recte apud Galenum μινυανθὶς legitur. Emenda ergo Diofcoridē, & lege μινυανθὶς, non μηνυανθὶς, ut ediderunt. Μινυανθὶς fcribendum, non tantum ex Hefychio & Galeno probatur, fed Nicandro, apud quem μινυανθὶς fcribendum ratio carminis dictitat.

> Ναὶ μὴν καὶ τελόφυλλον (*fcribe* τρίσφυλλον) ὀπάζεο κνώπων ἀρωγὴν,
> Ἠέ που ἐν τρηχοντι πατάγῳ (πάγῳ) ἢ ἀποσφάγι βήσσῃ
> Τὴν ἤτοι μινυανθὲς, ὁ δὲ τριπέτηλον ἐνίσπει.

Ita verfus hi legi debent.

> *Nec minus has contra peftes decerpe triphyllon,*
> *Seu juga celfa tenet, feu per declivia furgit,*
> *Hic minyanthes, at ille vocat tripetelon.*

Scholiaftes; τὸ τρίσφυλλον. Διονύσιος μὲν ἐν ῥιζοτομικοῖς μινυανθὲς καλεῖ. Καλλίμαχος δὲ τριπέτηλον. Scribendum ergo, μινυανθὶς. Ex tribus epithetis trifolii herbæ, tria genera facit Plinius, contra omnium fcriptorum, tum Græcorum, tum Latinorum auctoritatem, libr. 21. cap. 9. *Folio coronat & trifolium. Tria ejus genera minyanthes vocant Græci, alii afphaltion, majore folio, quo utuntur* (Dalecamp. quo non utuntur) *coronarii. Alterum acuto, oxytriphyllon. Tertium ex omnibus minutiffimum.* Perperam: nam idē genus quod μινυανθὶς, ὀξυτρίφυλλον ἀσφάλτιον & κνίκιον dicitur. Trifolium à tribus ad fingulos pediculos exeuntibus foliis dici, nemo ignorat. Ὀξύφυλλον, ab acutis dicitur foliis. Apud Æginetam, & Galeno antiquiorem Scriboniū Largum cap. 163. legitur ὀξυτρίφυλλον fenfu eodē. Parum ergo intereft, utrum oxytriphyllon, an oxyphyllon legas. Idem inquit Scribonius: *Præftat & hierabotane* (veronica) *& trifolium acutum, quod* ὀξυτρίφυλλον *Græci appellāt. Nafcitur & hoc Siciliæ plurimum. Nam in Italiæ regionibus nufquam eam vidi herbam, nifi in Lunæ portu cum Britanniā peteremus, cum Deo noftro Cæfare, plurimum fuper circumdatos montes. Eft autem foliis & fpecie, & numero fimilis communi trifolio, nifi quod huic ea pleniora funt, & quafi lanuginem quandam fuper fe habent, & in extrema parte velut aculeum eminentem. Sed hujus frutex, duorum pedum interdū, aut etiam amplior confpicitur, & odorem gravem emittit, quorum nihil circa pratenfe trifolium invenitur.* Non tantū docet, in quibus à pratenfi vulgare oxytriphyllon five bituminofum differat, fed etiā cur oxytriphyllon dicatur. Verū unde μινυανθὶς nomē accepit? Sunt qui μινυανθὶς millefoliū exponunt, & Theophraftum μυανθὶς fcripfiffe opinantur. Μυία enim fignificare μύρια, ait Hefych. μυία μύρια καὶ τὰ μικρὰ σῦκα. *mina mille & parvi fici.* Μινυανθὶς legendum, jam abundè probavimus, nec μινυανθὶς millefolium, fed millefofculum notat. Qui vulgatam lectionem Diofcoridis fervant, μηνυανθὲς dici putant ἀπὸ τοῦ μηνύειν, τὸ δεικνύειν ἤτοι δηλοῦν; quod vel flore fuo fe prodat, vel ipfum ftatim initio veris oftendat. Neutrū de trifolio bituminofo dici poteft; præterquam quod feries alphabetæ Hefychii, & carmē Nicandri contrariū doceant. An ergo μινυανθὶς a colore phœniceo vel purpureo floris appellatum eft? Ἄνθος πορφυροῦν ei tribuit Diofcorides, μίνιον, unde Latinorum minium. Hefychius, Κιννάβαρι. μίνυον, τὸ βλίτον λάχανον, ἢ κιννάβαρι. *minyon blitū olus vel cinnabari.* Sed, ut rectè monet Salmafius, nomen illud Hifpanum, nec Græcis veteribus cognitum. Non admodum vetufta minii inventio apud Græcos. Addo florem non effe minii colore, fed purpureo, ex cyaneo & nigro conflato. Verius ergo, μινυανθὶς dictum, quod etiam probat Saracenus, ἀπὸ τοῦ μινύουθ' ὅ ἐστι, μικροῦ ἢ βραχέος, καὶ ἄνθους, *quod vel exiguus huic trifolio fit flos, vel brevis durationis.* Μινυανθὶς, ut μινυώριον, τὸ ὀλιγοχρόνιον, ab antiquo μίνυον, unde & μινύθω & μινύω, Latinè minuo. Hefychius, μινύθει ἐλαττοῦται, μειοῦται. ἐπ' ὀλίγον χρόνον. ὀλιγοχρόνιον. μινύθουσι, φθείρουσι, ἐλαττοῦσι, μειοῦσι, ἀφανίζουσι. μινυανθὶς, ut ὀψιανθὶς, πρωϊανθὶς, & fimilia. Cur ἀσφάλτιον vocetur, quilibet ex Diofcoridis verbis percipere poteft; quod cum adultum fit, bitumen redoleat. Idem Nicander.

> Χαίτην μὲν λωτῷ, ῥυτῇ γε μὲν εἴκελον ὀδμήν.
> Ἤτοι ὅτ' ἄνθεα πάντα καὶ ἐκπίλα πίκιλα τεύχῃ,
> Οἷόν τ' ἀσφάλτου ἀπερεύγεται.

> *Crine refert lotum, rutæque effundit odorem,*
> *Cum vero totos florefque comafque decoras*
> *Extulit, afphalto flagrat gravis.*

Columella libr. 6. cap. 17. ubi adverfus ictus ferpentis remedia præfcribit. *Vel fym onianum trifolium, quod invenitur confragofis locis, efficaciffimū traditur, odoris gravis, neq; abfimilis bitumini, & idcirco Græci eam ἀσφάλτιον appellant, noftri autem propter figuram vocant acutum trifolium* (ὀξυτρίφυλλον:) *nam longis & hirfutis foliis viret, caulemq; robuftiorē facit quā pratenfe.* In antiquiffimo codice *fimonianum*, cum i fcriptum reperio. Hadrianus Iunius corrigit, *filer montanum, trifolium &c.* Simonianū appellat trifoliū Columella, ducto cognomine à Simo medico, cujus meminit Plinius libr. 21. cap. 21. ubi de trifolio hoc agit. *Præterea celebratū auctoribus, contra omnia venena fufficere 25. grana ejus, quod minyanthes ex eo appellavimus, tradi. Multa alia præterea in remediis ejus adfcribi. Sed me contra fententias eorum graviffimi viri auctoritas movet. Sophocles enim, venenatum id dicit. Simus quoq; medicus decocti aut contriti fuccum infufum corpori, eafdem uredines facere, quas fi percuffis à ferpente imponatur. Ergo non aliter utendum eo, quam contra venena cēfuerim.* Corruptus codex. antiquus nofter codex habet, *quafi percuffis à ferpente imponatur.* Scribe, *eafdem uredines, fi imponatur facere, quas fentiunt percuffi à ferpente. vel quæ fiunt percuffis à ferpente.* Simi fententiam ex parte probat Galenus lib. de Theriaca ad Pifonem. Τὸ τρίφυλλον ὅταν τις ἀφεψήσῃ πάνυ, εἶτα τὸ δήγματι τοῦ φαλαγγίου, ἢ καὶ τοῦ ἔχεως τῷ ὕδατι ἐπαντλήσῃ, ἰᾶται αὐτὸ καὶ ἀδίνως ἀνώδυνον ἐργάζεται. εἰ δέ τις ἐπ' ἄλλου μὴ δεδηγμένου τὸν ὑγιῆ τόπον τῷ αὐτῷ ἐπαντλήσει ἀφεψήματι, τὴν αὐτὴν αἴσθησιν καὶ τὰς αὐτὰς ὀδύνας ὁμοίας τῷ δεδηγμένῳ πάσχει ἀπέφηνε. *Trifoliū fi quis plurimū difcoxerit, dein locum à Phalangio aut vipera commorfum ejus decocto foverit, malo remedium afferet, atq; illico dolorem finiet. Si vero in alio quopiam minime demorfo locum fanum eodem illo decocto foverit, parem doloris fenfum, pariaque omnia excitabit in eo fymptomate, atq; folent effe quibus demorfis infeftatur.* Simum & Galenum conciliabimus, fi dicamus fuccum trifolii intelligere, qui venenato ictui morfuiq; prius adhibitus fuit, indeq; parem veneni labem contraxit. Sed de hac quæftione in commentariis ad Diofc. Simonianum ergo vocat Columella, à Simo Medico. Afphaltion dicitur ab odore bituminofo, ut dixi. Notandum; plantam ex femine ex Italia allato, terræq; mandato, natam, odorem fervare bituminofum, faporemq; præbere eundem, viresq; vel nihil vel parum habere inferiores, quam quæ in ipfa provenit Italia: quæ vero ex femine nafcitur in Germania, aut Belgio collecto, fapore & odore multum ab Italica deficit. Κνίκιον, vel ut aliis placet κνήκιον cur dicatur, fe nefcire

se nescire fatetur Galenus lib. 8. symp. τὰ δ' ὑπόλοιπα δύο, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν, quod valde miror, præsertim cum libro de Theriaca ad Pisonem semē figuram sylvestris cnici habere tradat; ut dubium non sit, quin à semine cnico simile nomen impositum sit. Τὸ γοῦν τρίφυλλον ἡ βοτάνη, ἥτις ὑακίνθῳ ὁμοιοῦται, ὁπόθεν τοῦ ἔαρος ἐγκύμων γίνηται, καὶ τὸ σπέρμα ὅμοιον ἔχει τῇ ἀγρίᾳ κνίκῳ. *Trifoliū itaq; herba quæ hyacintho assimilatur cum verè parturit; & semē agresti cnico simile obtinet.* Nullā, inquiunt viri magni, cum hyacintho similitudinē habet, nisi forte in floribus, & tamē hyacintho simile esse eo loco scribitur à Galeno, cum verno tempore semine prægnat. Quam ob rem conjiciunt, apud Galenum potius legendum ἀσφάλτῳ ὁμοιοῦται, hoc est, *bitumen præ se fert*; nempe odore. Nam & ipsum innuit Dios. ac Nicander, cum adoleverit bitumē redolere. Hanc quondam & nos probavimus lectionem: sed postquam observavimus, vulgatam ab Ægineta probari, sententiam mutavimus. Fallitur tamen Ægineta, cum de satyrio triphyllo Galenū loqui scribit. Omnes auctores adversus serpentes præscribunt trifolium bituminosum, eiq; vim adscribunt, quam tradit Galenus. Sed de iis in notis ad Dioscoridem. Ait Ægineta libr. 7. cap. de satyrio. Σατύριον ἢ τρίφυλλον. ὑγρόν ἐστιν καὶ θερμὸν τὴν κρᾶσιν, καὶ φυσῶδες, ὅθεν εἰς ἀφροδίσια παρορμᾷ. τινὲς δὲ καὶ ὀφιοδήκτους αὐτό φασιν ἰᾶσθαι, μετ' οἴνου αὐστηροῦ πινόμενον· ἐν δὲ τῷ περὶ τῆς θηριακῆς ὁ Γαληνός φησι τὴν τρίφυλλον τὴν (scribe τὸ τρίφυλλον τὸ) ὁ τῷ ὑακίνθῳ ὅμοιον, (vulgo ὁμοίως) ὁπόταν τοῦ ἀέρος ἐγκύμων γενομένη τὸ σπέρμα ὅμοιον ἔχει τῇ ἀγρίᾳ κνίκῳ. *Satyrion aut triphyllon humidi est temperamēti & calidi, item flatuosum, unde Veneris appetentiā facit, nonnulli à serpente demorsis cum vino austero potū, salutare esse tradunt. Galenus in commentario de Theriaca, trifoliū ait hyacintho simile esse, quum aëre inturgescens semen sylvestri cnico æquale habet.* Æginetam satyrion trifolium, cum bituminoso trifolio confundere, nemo inficias ibit. Galenus trifolium bituminosum calidum & siccum ait tertio ordine. Ἔστι δὲ ἡ δύναμις τοῦ φυτοῦ θερμή, καὶ ξηρὰ κατὰ τὴν ἄσφαλτον, ἣ παραπλήσιον ἐστι κατὰ τὴν ὀσμὴν, τῆς τρίτης τάξεως κατ' ἄμφω. Talia flatuosa non sunt, nec ea ratione Veneris appetentiam faciunt. hoc mitto. Falluntur, qui Librum de Theriaca ad Pisonem Galeni negant. contrarium satis apertè Ægineta docet. Frustra corrigunt pro ὑακίνθῳ ἀσφάλτῳ; rectius ἀντὶ ἔαρος ἀέρος ex Ægineta substituissent. Verno enim tempore nec cum asphalto, nec cum hyacintho ullam habet similitudinem. Sententia Galeni, quando semen maturum cnico simile ostendit, aëre plurimo turgere, illudque, quo semen continetur, quasi inflatum esse. Scripsit ergo Galenus ὁπόταν τοῦ ἀέρος ἐγκύμων γενομένη τὸ σπέρμα ὅμοιον ἔχει τῇ ἀγρίᾳ κνίκῳ. Sed quam similitudinē habet cum hyacintho? Flosculi, qui umbellam conficiunt, coloris cærulei sunt, sive hyacinthini, id est, ejus quem hyacinthus refert cæruleus. Atqui Diosc. ἄνθος δὲ αὐτοῦ πορφυροῦν. Fatemur. Ipse Dioscorides florē hyacinthi, unde hiacinthinus color, purpureum testatur lib. 4. cap. 63. ἄνθους πλήρη πορφυροειδοῦς. *color purpureis vel ex rubro admisto nigro, vel ex cæruleo, cui nigrum additum.* Vide cap. de Iride, hyacinthinus color purpureus, ex cæruleo nigro. Quam latè color purpureus apud veteres accipiatur, capite jam citato demonstratur. Dioscorides trifolii folia inquit esse similia loto arbori. Docti carpunt Nicandri Scholiasten, quod loto arbori cōpararit folia trifolii, cum tale quid ne somniarit quidem. Noster codex habet, ἔχει δὲ τὸ φύλλον ἐμφερὲς τοῦ λωτοῦ, τὴν δὲ ὀσμὴν τοῦ πηγάνου. Dioscorides tradit, similia esse loto arbori, simpliciter λωτοῦ trifolii hujus folia adæquat Nicander; idē facit Scholiastes, quod aliis dubitandi non mediocrē præbuit ansam. Quidam ἀντὶ τοῦ λωτοῦ τοῦ δένδρου restituunt λωτοῦ τοῦ ἡμέρου. Folia quæ in cacumine spectantur, non malè suo acumine, ac reliqua figura loti arboris folia referunt: at non item ternorum foliorum consociatione, quod vel minime voluisse Dioscoridem liquido satis constat. Idcirco Scribonus Largus, trifolium acutum foliis & specie, & numero simile ait communi trifolio, nisi quod hujus pleniora sunt, & quasi lanuginem quandam super se habent, & in extrema parte velut aculeum emittunt. Qui Galenum folia hujus trifolii hyacintho comparasse tradunt, nugantur. Errant etiam, qui aliud trifoliū ipsum delineare existimant, quam bituminosum. Nullum trifolii genus adversus serpentum morsus utile, quam bituminosum, saltem de nullo alio tradidit hoc antiquitas. Semen, ait Dioscorides, ὥσπερ κεραίαν ἔχων. Hunc apicem sive aculeū non semini sed foliis tribuere Scribonium Largum auctor Saracenus, interpres Dioscoridis longè doctissimus. Folia autem cum æquè ac semen in aculeum desinant, cur ejus probē opinionem causam habeo nullam. Trifolium bituminosum fruticosa stirps est, sesquicubitalibus vel

Trifolium Bituminosum, aut odoratum.




duûm cubitorum altitudine, virgis tenuibus, junceis, magna ex parte erectis, præduris ac rigidis, è viridi nigricantibus, unde longiores enascuntur pediculi, tenues, velut ramuli viticei, in quibus terna folia nec plura, in imo & antequā caules prodeunt circinatæ rotunditatis (quod magni non observarunt Botanici) cum vero caulescit & adulta est planta, acuminata redduntur, in mucronem desinentia, lanugine horridiuscula, hirta, nigricantia, interdum tamen albicantia. E foliorum finibus rursus alii prodeunt cauliculi, umbellas referentes scabiosæ umbellis sive σκιαδίοις minores, plenas florum in oblongam glomerationem, villosa textura, colore è cæruleo purpureo, sive hyacinthino. Semen sequitur quadantenus latum, oblongum, hirsutum, asperum, pullum, extrema parte altera exertum, antennæ modo corniculatum. Radix tenuis est, oblonga, & valida. Universa planta adulta tetro est odore, quam qui legitimum bitumen (quale à Clariss. viro Petro Gravio amplissimi Iacobi Gravii Amst. consulis, fratre è Iudæa reduce accepimus) non norint, si odorētur, vix unquam olfacient, postea bitumen, quin illico nondum visam etiā agnoscant. Apud Batavos non nisi in hortis cultum provenit, peritq; ineunte hyeme. Primum vidimus in horto Francisci Pennæi pharmacopœi diligentissimi, magni Pennæi, cujus apud Lobelium mentio, nepote. In regno Neapolitano montibus adeo frequens, ut mons Neapoli imminens, ab ejusmodi trifolio, trifolinus, teste Baptista Porta Neopolitano, dictus sit. Recte ergo Nicander Columella & Scribonius locis confragosis & tenuibus nasci scripserunt. Coronidis vice addā, trifolium ab Hesych. vocari βούπλευρον. Quod an de vulgari an alio trifolio intelligi debeat, non satis constat. βούπλευρον βοτάνη λεγομένη τρίφυλλον. An cytisum sic nominarunt, quod eo nutrietur pecus.

Ἴκμη. Cur sic dicatur, quilibet facile conjicere potest, puta, quod in aquis ac locis nascatur humidis. Hesychius ἰκμαίνει, ὑγραίνει, μαλάσσει. ἰκμάς, νοτίς, ὑγρασία, ὑγρότης, &c. Qua facie aut figura sit, non tradit Theophrastus, de ea etiam nihil apud Plinium, nihil apud Dioscoridem. Hesychius plantam ait lacus Orchomenii. ἴκμη φυτόν τι γενόμενον περὶ τὸν Ὀρχομενόν. In tanta brevitate certi quid statuere quis poterit?

Καὶ ἡ μινύανθος, &c. Scribe καὶ τὸ μινυανθὲς, καὶ ἡ ἴκμη, καὶ τὸ καλούμενον ἵππον. Nisi ἵππον ea planta sit, quam vulgo hippurim vocamus, & equisetum. Ignorare libenter me fateor, quam veteres ἵππον vocarint: non ausim tamen hippurim dicere. Unum est & satis invalidum quo hæc opinio firmatur, quod palustris planta sit equisetum, præcipuè quod fœminam vocant: illud vel maximè impedit, quod non ἵππον sed ἵππον legatur. Equiseti historiam hoc

capite examinare liceat. Cur ἵππουρις, equisetum, equiseta, equiselis, equinalis, cauda equina dicatur, vel pharmacopœis notum. à foliorum nempe similitudine, quæ caudam referunt equinam. Plinius libr. 8. cap. 28. *Invisa* (campo) *& equiseln est, à similitudine equinæ setæ.* Codex anno 1635. impressus *equisetis* habet. littera t facile in l mutatur ut *Thetis* Thelis. Idem lib. 26. cap. 13. *Equisetum hippuris à Græcis dicta, & pratis vituperata nobis, est autē pilus terræ equinæ setæ similis, lienē cursorum extinguit decocta fictili novo ad tertias, quantum vas capiat, & per triduum heminis pota. Vnctis esculentis ante diem unum interdicitur. Græcorum varia circa hanc opinio. Alii pini foliis similem, nigricantem, eodem nomine appellant, vim ejus admirabilem tradentes, quod etiam sanguinis profluvia vel tactu ea tantum homine sistat. Alii hippurim, alii ephedron, alii anabasin vocant. Traduntque juxta arbores nasci, & scandentem eas dependere comis junceis multis nigris, ut est equorum cauda, geniculatis ramulis, folia habere pauca, tenuia, exigua. Semen rotundum, simile coriandro, radice lignosa: nasci in arbustis maximè.* Et paulo post. *Faciunt & aliam hippurin, brevioribus & mollioribus comis, candidioribusque, perquam utilem ischiadicis.* In ultima editione Elseviriana scriptum est. *Hippuris à Græcis dicta & pratis vituperata nobis (est autem pilus terræ, equinæ setæ similis) lienem cursorum.* Antiqui codices Venetus, & Parmensis. *Equisetum à Græcis dicta, & in pratis nascens vituperata à nobis, est autem pulvis terræ; equinæ setæ similis; lienis cursorum extinguit decocta, &c.* In Romano codice scriptum tradit Hermolaus, *pilus terræ non omni quidem capillo, sed equinæ setæ similis.* Ex Parmensi Venetoque restituit *pullulus terræ.* ex Romano, *capillus terræ.* Aliis voces, *pilus terræ*, admodum suspectæ sunt. Pulluli dicuntur stolones ex arborum radicibus enascentes. Plinius libr. 17. cap. 10. *Nullis vero tales pulluli proveniunt, nisi quarum radices amore solis atque imbris in summa tellure spatiantur.* Utrum satis commodè pullulus dici possit, vident satis doctiores. Lego, *hippuris à Græcis dicta, pratis vituperata à nobis. Est autem capillus asper, equinæ setæ similis, dolorem lienis cursorum extinguit.* Equisetum capillos, quales cauda fert equina, satis refert; ab asperitate & scabritie sua asprella à quibusdam vocatur. hoc fabros materiarios sive scriniarios non latet. Hujus plantæ beneficio, multorum ligneorum minutorum operum veluti manubriorum, pluteorum, pectinum scabritiem in nitorem expoliunt. Nota & mulierculis, quæ stanneam suam suppellectilem hac elegantissime extergunt, unde **Haune-kraut** à Germanis vocatur. Doctores qui librorum nitores plus curant quam studium, sordes membranarum sive involucrorum hujus ope delent, semperque nitidissimos, ac splendentes ostendunt codices. Rectè ergo Plinius asperum dixit capillum. Non ipsum lienem extinguit, sed dolorem. Alii *pini foliis similem.* Non rejicienda vetus lectio *pino foliis similem.* pino folia caudæ equinæ satis rectè comparantur. Alii *ephedron.* scribendum *ephydron.* Auctuarii auctor, οἱ δὲ ἀναβάσιον, οἱ δὲ ἔφυδρον καλοῦσι. Ἔφυδρον, quasi *præmadidum*; Est tamen siccissimum, sed nomen hoc impositum, quod udis & madentibus locis gaudeat. *Anabasium*, vel, ut Plinius ait, *anabasis*, quod arbores scandat. Fortassis Auctuarii auctoris codex emendandus. Nam equisetum, quod anabasis, non in riguis, sed arbustivis nascitur, id est, ut Plinius docet, juxta arbores. An ephedron dicitur, quod arboribus insideat. Vel, quod iisdem insidias struat. An vero ἔφεδρον vocatur quod pratis arboribusque adversetur, noceatve. Certe ἔφεδρος generaliter adversarium apud Græcos significat. Euripides in Phœnis. ἐφέδρους Ἀργείου δορός, *adversantes Argivo exercitui.* Equisetum illud arboribus, ut veteres tradunt, insidet, pratis omne equisetum inimicum, noxium, adversum, arboribus insidiatur anabasion, earumq; subtrahit alimentum. nulla rusticis equiseto magis invisa planta. Describit equiseti hoc genus Dioscorides, sed Botanicorum opinio est, eundem dul confundere cum equiseto. Duas, inquiunt, has stirpes, equisetum majus videlicet (vulgare) & ephedrum, quarum utraque Hippuris, una descriptione complexus est Dioscorides; hippurim ait riguis & scrobibus nasci, quod proprium primo equiseto; (vulgari.) deinde addit in sublime attolli, in vicinos arborum ramos conscendere, quod ephedro convenit, quæ non in riguis, sed arbustivis, Plinio teste, nascitur. Certè, ut hoc addam, parum verisimile videtur, in riguis & scrobibus nasci, quod arbores plures tale non amant solum, scio tamen, alnum & alias in riguis quandoque reperiri. De equiseto scansili Dioscorides lib. 4. cap. 46. hæc tradit. ἵππουρις φύεται ἐν τόποις ἐφύδροις καὶ τάφροις. (vetus codex addit, καὶ τραχεῖς καυλοὺς ἔχουσα) καυλία ἔχει κενά, ὑπέρυθρα, ὑποτράχεα, στερεά, γόνασι διειλημμένα ἐμπεφυκόσιν εἰς ἄλληλα· περὶ δὲ αὐτὰ σχοινώδη φύλλα πυκνά, λεπτά. αὔξεται δὲ εἰς ὕψος ἀναβαίνουσα ἐπὶ τὰ παρακείμενα στελέχη, καὶ κατακρημνᾶται περικεχυμένη κόμαις πολλαῖς μελαίναις, καθάπερ ἵππου οὐρά. ῥίζα ξυλώδης, σκληρά. *Equisetum in riguis & scrobibus nascitur, cauliculos edit inanes, rubentes, subasperos, solidos, geniculis in sese fractis interseptos: ac circum ipsos folia juncea, crebra, tenuiaque. in sublime autem attollitur, vicinos scandens arborum caudices, ex iisque dependet, circumfusum comis multis, nigris, ut est equi cauda. radix lignosa est ac dura.* Plinius lib. 26. cap. 7. arborescens equi-

Hippuris Minor.



seti genus describit & caucon vocat. *Caucon quæ & ephedra, ab aliis anabasis vocata, nascitur, ventoso fere tractu, scandens arborem, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosa, qui sunt junci geniculati, radice pallida.* Differt à Diosc. Plinius, quod foliis carere ephedrā scribit, juncea illi tribuat Dioscor. Ephedrā è recentioribus observavit Bellonius, ac scribit, in convallib. nonnullis Olimpi mōtis, & haud procul Rhagusio in Illyrico repertam sibi. Lib. 3. observ. c. 41. ubi ait. *Per hanc planitiem ad meridiē usq; iter fecimus, ad cujus extremum per fauces quasdam in valles pervenimus, ubi denuo spinam cerisolam observavimus, & ephedram rubro semine, uti Androsace refertam, ingentis altitudinis. Hujus natura smilaci lævi in Atho nascenti persimilis. Nam si juxta arbusculam primum adolescentem nascatur; pro ut illa crescit, etiam attollitur, comesque in crescendo illi fiet, etiamsi in immensam altitudinem arbor attollatur. Vidimus enim platanos celsos non minus celsas abietibus in Hæmo monte nascentibus, quæ ephedram* (observa, quam rigua hæc amet, ut tradit Dioscorides) *ad summum usque fastigium deduxerant. sine clavicularum (quas ut smilax Lævis, quibus se implicare possit, non habet) adminiculo ramis incumbentem: si vero juxta fruticem aut arbusculam nascatur, humilis manet, nec supra eam attollitur, jam antea in Illyrico inter Castello novo & veterem Epidaurum observaveramus;* Aliud genus equiseti idem Dioscorides describit cap. 42. libr. 4. ἵππουρις ἑτέρα, καυλός ἐστιν ὀρθός, ἴσος, μείζων δὲ πήχεως, ὑπόκενος. κόμας ἐκ διαστημάτων ἔχουσα βραχυτέρας καὶ μαλακωτέρας. Verba illa, καυλὸς usq; ad ὑπόκενος à Ruellio expressa ex cod. Ald. nothis adjecit Saracenus. *Equisetum alterū caule est recto, æquali, cubito majore, quodammodo inani, comis per intervalla brevioribus, candidioribusq; & mollioribus.* Cæterū inserta illa ex Ald. cod. nothis, idem Saracenus mavult legere. ἱππουροειδὴς ἑτέρας καυλός ἐστιν ὀρθὸς, ἴσος, μείζων δὲ πήχεως ὑπόκενος. aut ἵππουρις ἑτέρα καυλὸν ἔχει ὀρθὸν, ἴσον, μείζονα δὲ πήχεως ὑπόκενον, κόμας ἐκ διαστημάτων βραχυτέρας, &c. Mirari satis nequeo, Doctiss. virum tradere, equisetum alterum Dioscoridis


coridis à Pliniano diversum esse, quum idem de eo tradat Plinius. *Faciunt & aliam*, inquit, *hippurim*, *brevioribus*, *& mollioribus comis*, *candidioribusque*. Idem tradit Dioscorides; nisi quod ischiadicis utilem esse omiserit. Inde verò certo concludi non potest, diversa esse genera. Lugdunenses, ut tradit Daleeampius, *chara* vocant, quasi χαραδραῖον, ἀπὸ τῶν χαραδρῶν; à fossis in quibus nascitur. Hoc nomen equisetum quondam habuisse, Auctuarii testatur auctor. Vulgare equisetum luculenter describit Cassianus Bassus lib. 2. cap. 5. Ἡ (editi cod. ἡ) ἵππουρις ἐκ τοῦ ἰσώμου τὸ ὄνομα ἔσπασεν. ἔστι γὰρ ὁμοία τῇ τοῦ ἵππου οὐρᾷ, ἔχουσα τὰ φύλλα ταῖς θριξὶν ὅμοια, καὶ αὐτὸν τὸν καυλὸν ἀγόμενον ἀπὸ τῆς ῥίζης, ὡς ἐπὶ τὸ ἄκρον λεπτότερον. αὐτὸς δὲ ὁ καυλός ἐστι (vulgo ἐστιν) κενὸς, ὡς ὁ κάλαμος, ἔχων τὰ ἄρθρα διῃρημένα, ἐξ ὧν ἄρθρων αἱ τριχώδεις φυλλάδες πεφύκασιν, (MS. πεφύκασι) ἐκ τοῦ δὲ εἶναι, αὐτὸ σαλπίγγιον προσαγορεύεται. *Hippuris ex rei similitudine nomen traxit. Est enim similis equinæ caudæ, folia habens pilis similia, & ipsum caulem prodeuntem à radice usque ad summum tenuiorem, verum ipse caulis vacuus; est velut harundo, articulos habens distinctos, ex quibus articulis capillacea folia* (vertunt, *pilosa folia*, ne fiat error. Malo, *capillacea*; nam pilosa dicuntur hirsuta) *exoriuntur. At vero ex re ipsa salpingion*, hoc est, *parva tuba appellatur*, Puta quod vacuus & inanis, tubamque mentiatur. Major si-

Equisetum Majus.



ve vulgaris hippuris caule tereti, ac culmi modo inani assurgit, cubito altiore, subinde rubente, aspero, & geniculis pyxidatim cohærentibus articulato, junceis ac tenuibus ad genicula foliolis, aut potius genicularis cirris, sed tamen scabris. Reperitur vero & absque his, culmis tantummodo genicularis, stryatis & asperis. Pro floribus, velut Iuli aut asparagi ejus, qui myacantha dicitur, cacumina in similibus eminent cauliculis. Radix subest geniculata & serpens, minor; & cauliculis in se farctis, cirrisque junceis ac tenuibus priorem satis refert; sed humilior, ac non raro comosior, minusque scabra: juli minus compacti flosculos promunt candidos, radix nigricans latè serpit, geniculis quoque articulata. Notatu dignum, radicem altiorem esse sive profundiorem longitudine duorum hominum, nodosque habere, instar tuberculæ, oblongis parvisque dactylis similes, in superficie cinericeos, intus albos, sapore dulces. Ad equiseti classem plurimi referunt polygonum fœminam, ac vocant equisetum palustre brevioribus foliis. Mari polygono quidem haud quaquam simile est; at equiseto non dissimile, rectos & inanes promit cauliculos, pedem circiter altos, veluti equiseti; sed læves, glabros neque striis asperis rectos, geniculis quoque frequentibus in se farctis articulatos; folia angusta, veluti piceæ, orbiculariter digesta, mollia ac virentia genicula ambiunt, radix articulata albida serpit. Communiter quidem sine semine reperitur; aliquando ad singulas articulorum commissuras dena & plura semina adnascuntur. Hinc polyspermon vocatur. Nomen polygoni accepit propter crebras geniculorum commissuras. Apud Batavos frequens, nascitur in locis riguis, juxta rivulos ac fluviorum ripas; quandoque in ipsis rivulis reperitur. Polygonon fœminam describit Dioscorides libr. 4. cap. 5. πολύγονον θῆλυ θαμνίον ἐστὶ μονόκλωνον, τρυφερὸν, καλαμοειδὲς. γόνατα συνεχῆ ἔχον ἐγκείμενα ἀλλήλοις ὥσπερ σάλπιγγος. καὶ περὶ τοῖς γόνασιν ἐν κύκλῳ ἐξοχὰς πίτυος φυλλαρίοις ἐοικυίας, ῥίζα ἀχρεῖα. φύεται παρὰ τοῖς ὑδατώδεσι. *Poligonon fœmina frutex est exiguus uno caule*

Polyganum fœmina.



præditus, tener & harundini similis, geniculis densus, quorum alia aliis tubarum modo inseruntur infarciunturque. Ipsos vero articulorum geniculos cingunt in orbem apices, foliolis pini similes; radix supervacua, nascitur in aquosis. Omnes plantæ, polygonon fæmina dictæ, notas describit, nisi quod pluribus assurgat cauliculis. Ad quod respondeo; è radice quidem plures emitti stolones, sed eosdem in plures non dividi; ut in aliis multicaulibus fit. Rectè ergo Dioscoridem dixisse statuo, μονόκλωνον, *unicaulem* esse. Datur & altera responsio, Oribasium, vel interpretem saltem legisse θαμνίον ἐστὶ πολύκλωνον οὗ τὸ καυλὸς τρυφερὸς καλαμοειδὴς, pro quo in altero codice μαλακοειδὴς, *mollis* scilicet *caulis*. Vertit Oribasii interpres; *Polygonon fœmina parvus frutex est, multos ramos ferens, cujus caulis est tener, & inter se tubarum modo insitus, &c.* Vulgatam lectionem defendit Plinius, cui polygonum jam descriptum tertium est. Lib. 27. cap. 12. *Tertium genus* (polygoni) *oreon vocatur, in montibus nascens, harundine tenui simile, uno caule, densis geniculis, & in se fractis, foliis autem piceæ, radicis supervacuæ. In riguis provenit hoc polygoni genus.* Legunt alii, ὡραῖον, *pulchrum*, alii, οὐραῖον, vel, *ureum* legunt, à caudæ figura, quam suo caule minutis foliis vestito perinde refert, ut & hippuris. Vulgatam lectionem non rejicio. Oreon dixit, quod in montibus nascatur. Nolo contendere Plinium auctoris sui mentem secutum, vel non satis ad verba auctoris attendisse. Forte auctor ex quo *oreon* habet, scripsit οὐραῖον. Utcunque se res habeat, peccavit Plinius, quod in montibus nasci tradiderit. Cæterum, salvo meliori judicio, planta vulgo polygonon dicta, propius ad hippuris accedit ideam, quã polygoni maris. Rectius fecissent veteres, si hippurim fœminã nuncupassent. Ad ἵππον revertor. Nisi

hippurim delineat Theophrastus, qualem describat plantam ingenue confessus sum me ignorare. Placet aliis ἰπνὸν esse, quam lenticulam vocamus palustrem, sic dictam à Theophrasto vel à Bœotis, quod favillis è camino furnoque evolantibus similis sit. Hesychius ἰπνὸς. κάμινος, φοῦρνος, φαρὸς, κλίβανος, &c. Ἰπνὸς ergo *caminum*, *furnum*, vel *clibanum* significat. Favet doctissimorum virorum conjecturæ, quod nusquam alibi hujus lenticulæ herbæ frequentissimæ notissimæque meminerit Theophrastus. Lenticulæ palustris meminit Diosc. lib. 4. cap. 88. φακὸς ὁ ἐπὶ τῶν τελμάτων εὑρισκόμενος ἐπὶ τῶν στασίμων ὑδάτων βρύον ὂν ὅμοιον φακῷ. *Lens palustris in aquis pigris stagnantibusque reperitur, muscus scilicet lenticulæ similis.* Plinius


Lens Palustris.



libr. 22. cap. 25. *Est & palustris lens per se nascens in aqua non fluente refrigeratoriæ naturæ, &c.* Lacustris lenticula nemini ignota, muscus quidam viridis est, minimis foliolis, circinata rotunditate, lentis magnitudine, è quorum medio inferiore parte tenuissimæ fibræ capillorum instar descendunt, quæ ipsis radicum loco sunt. Memorabile quod de ea viri magni referunt. Hæc si (quod nonnunquam accidit) aquarum inundationibus à pigris aquis in fluentes transferatur, cum littoribus inhæserit, mirum in modum propagatur. Nam subnatis quibusdam capillamentis, quæ radicum vice esse videntur, sese terræ alligat, atque ita adolescens, tandem crescit in plantam, aquatico sisymbrio haud absimilem, id quod naturæ operum indagatores non sine admiratione observarunt.

Ὁ γὰρ περιπεφυκὸς λίμμα, &c. Λίμμα dictũ videtur, quasi λεπὶς, *squama, cortex, membrana*, à verbo λέπειν, quod significat λεπίζειν, *desquamare*. Hesych. λέμμα, φλοιὸς, λέπισμα: vel λίμμα vocatur, quod ostreis & conchis minoribus adhæreat, quæ λεπάδες Græcis dicũtur: vel ab utroq; nomẽ habet, quod nihil nisi membranosum ferat folliculum, & super ostrea, & conchas minores vacuas nascatur, ut pictura affabrè ostendit. Androsacen videtur vocare Dioscorides, pro quo apud Hesychium, ἀνδρογκάδης πόα τις, legitur, quod corruptum puto. Libenter legerem ἀνδρόσακες; prohibet Phavorinus, qui vulgatam sequitur lectionem. Nec tantum in omnibus Dioscoridis codicibus ἀνδρόσακες legitur, sed etiam eâdem voce Oribasius, Plinius, & Galenus utuntur. Etymon si spectemus, Dioscoridis lectio, ἀνδρόσακες, probari debet. Sed facile fieri potest, ab antiquioribus ἀνδρόσακες, à recentioribus ἀνδρογκάδης vocatam fuisse. Ἀνδρόσακες dicitur, quasi ἀνδρὶ ἄκος φέρουσα, quod viris remedia suo nomine polliceatur. vel ἀνδρὸς σάκος; quod folliculi membranacei scutum exiguum referant coriaceum, quo veteres ad corpus defendendum utebantur. Inspice iconem, & fer judicium, utrumne folliculi referant exiguam scutulam. Alii ἀνδρόσακες, quasi ὑδρόσακες dici existimant; quod ducendo urinam hydropicis prosit. Quod etymon non arbitror rejiciendum. Dioscorides libr. 3. cap. 150. Ἀνδρόσακες γίνεται μὲν ἐν Συρίᾳ ἐν παραθαλασσίοις τόποις. πόα δὲ ἐστι λεπτὴ, λεπτόκαρφος, πικρὰ, ἄφυλλος, (male in altero codice, ἔμφυλλος) θυλάκιον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσα περιεκτικὸν σπέρματος. δύναμιν δὲ ἔχει ποθεῖσα σὺν οἴνῳ < β πλῆθος, οὖρα πολλὰ ἐπὶ ὑδρωπικῶν ἄγειν. *Androsaces in maritimis Syriæ nascitur, herba vero est tenuis,*

Lemnia Androsaces.



tenuibus festucis, amara, sine foliis, folliculum habens in cacumine, quo semen continetur, ea drachmis duabus in vino pota, copiosam hydropicis urinam ciet. Omnino ἀντὶ λεπτὴ, λεῖα restituendum. Oribasius, enim & Plinius ita legerunt. Plinius 27. cap. 5. *Androsaces herba est alba, amara, sine foliis, folliculos in cirris habens, & in his semen; nascitur in martimis Syriæ maximè. Datur hydropicis drachmis duabus tusa, aut decocta, in aqua, vel aceto vel vino; vehementer enim urinas ciet.* In antiquis codicibus pro, *Syria*, male *Istria* legitur. Videtur quoque Plinius pro, θυλάκιον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, legisse, θυλάκιον ἀντὶ τῆς κεφαλῆς, id est, *folliculum* pro *capitulo*. Vulgata lectio magis arridet. Quippe θυλάκιον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, non significat folliculos in capitulis habens, sed ἐπὶ κεφαλῆς, idem quod ἐπ' ἄκρου *in summitate, cacumine*. Androsaces, cujus imaginem exhibemus, in chamæconchæ dorso innascitur, & reperitur propè Brielam, ubi Mosa fluvius mari jungitur. Perpusilla & elegans est plantula, umbilicata, unde à quibusdam umbilicus vocatur marinus, in fundo in ipsa aqua, non in aëre crescens, & vivens, ut quidam pingunt, ut plurimum chamæconchæ, quæ humi obvoluta est, dorso innascens, pediculis cirrisque glabris, nitidis, parvis, crebris, rectis, pollicem vel binos pollices altis, singulis singulos clypeolos membranaceos medio centro sustinentibus, circinatum umbilicum urachis appensis referentibus. Viret primum in aqua ex squalido cinereoque, postea ab undis in littus ejectum albescit, gustu subsalso & amaro. Semen nunquam vidimus; illo tamen carere concludi non potest. Dixi, ut plurimum chamæconchæ innasci; propterea quod & in petris quandoque reperiatur, ut Bauhinus scriptum reliquit. Ex Istria habuit, & à vulgato cirris longioribus, folliculis sive clypeolis (sed semine carentibus) in cacumine minoribus differt: & vulgarem Instagius circa Magilonam & Frontignanam observavit. Hæc animum induxerunt, in Antiquis Plinii codicibus rectè Istria scribi. Quam androsacen alteram vocat Mathiolus, pro vera habere nequeo, quod in hortis è semine pulchrè proveniat, & foliola sunt plantaginis æmula, sed minora, humi expansa. copiosè inter segetes circa Badenses thermas nascitur, locisque aliis Viennensi urbi vicinis.

Ἐλαίαγνος, &c. Alii plantam hanc sic dictam volunt, quod folia agni, fructum vero oleæ ferat: alii contra quod folia oleæ habeat, fructum agni, vel quod reliqua facie agno sive vitici similis sit. Ego imaginari nequeo, unde ἐλαίαγνος nomen acceperit. nec facie, nec folio, nec flore, nec fructu ullam cum olea similitudinem habere tradit Theophrastus. Lege & relege quæ scribit, nihil quod oleam sapit reperies. Agno sive vitici multis in rebus

bus similis. Frutex est ad instar viticis & folia viticem referunt. Corruptus Theophrasti codex. Scribe ἐλέαγνος. id est, *agnus palustris*, ut ἐλεοσέλινον *apium palustre*, ἐλεότρεπτος ἐν ἕλει τεθραμμένος, ὅ ἐστι φυόμενον, *quod nascitur & alitur in paludibus & locis humidis.* Sic ἐλίαγνος agnus in fluvio Orchomenio proveniens. Hanc veram scripturam esse, docet Hesychii series alphabetæ. ἐλίαγνος· φυτὸν θαμνῶδες; Idem Phavorinus. Vera igitur, quam dixi, lectio.

Καὶ παρόμοιον τοῖς ἄλλοις. Theodorus addidit ἄγνοις. Ipsa ratio legendum dictitat, καὶ παρόμοιον τοῖς ἄγνοις, vel τῷ ἄγνῳ. *agno simile.*

Μαλακὸν δὲ ὥσπερ αἱ μηλέαι, καὶ χνοῶδες. ἄνθος δὲ τῷ τῆς λεύκης ὅμοιον, &c. Hæc corruptissima. mali folium non est lanuginosum; flos populi albæ lanugine obductus. Scribe ergo. μαλακὸν δὲ ὥσπερ τῆς μηλέας. χνοῶδες δὲ τὸ ἄνθος, τῷ τῆς λεύκης ὅμοιον. *Verum mali instar molle, flos lanuginosus, similis populi albæ.* Doctissimi Botanici oleam Bohemicam, quam zizyphum albam supra diximus, heleagnum sive viticem palustrem putant, quod folio & virgis agnum, fructu oleam referat. Theophrastus non ἄκαρπον hanc dixit plantam, sed καρπὸν οὐδένα φέρειν, *fructum, omnino nullum ferre.* Nec fructus cum oleo satis convenit, nec folium cum vitice. Vide utriusque descriptionem, & & fer judicium, nec in palustribus provenit, sed locis siccioribus & cultis. Flos populo albæ nullam similitudinem cum zizypho hac habet. Populus alba julos profert initio purpurascentes: olea Bohemica flosculos oblongos, secundum folia binos ternosque concavos, odoratissimos, in medio exiguis aliquot staminibus donatos, colore ex argenteo pallescentes vel subluteo. Alii myrtum Brabanticam, gagel Belgæ vocant, heleagnum asserunt. Folium hæc fert durum, myrto quam agno multo similius; florem fert spicatum, exiguum, luteolum, neutiquam lanuginosum & papposum. Qui semen fructumque ferre negat, è Botanicorum schola ejiciatur. Agnum magnitudine multum cedit: quippe cubiti vel sesqui cubiti altitudinem non superat. Ego salicis quoddam genus describere Theophrastū existimo, ad lacum Orchomenium nascens, necdum satis cognitum. Salicem fructum ferre, negant antiqui, nec conspicuum ostendit semen: flos est lanuginosus, populo albæ non dissimilis, sed minor: folia habet agni foliis particularibus non dissimilia, sed molliora. Et fortassis salicis illud genus folia habet in totum agno similia, id est quinque ex uno pediculo pendentia. Dalecampius, salicem folio longissimo, angustissimo, utrinque albido, docet heleagnum. Hanc sententiam probat Anguillara, & Patavinus reginolo dici scribit. Qui salicem Syriacam, Alpino Calef dictam, heleagnum putant, falluntur. Scio à Zawolphio tenuioribus depingi foliis. Calef vel calaf, ut ipse testatur Alpinus, foliis donata est crassioribus, durioribus, viridioribus euonymo. Semen ferre, idem docet. Apud Batavos in insulis fluitantibus, quas Weenen vocant, salicis quoddam genus reperitur, magnitudine agnum non excedens, ramulis & virgis non dissimilibus, foliis optime foliè agni referentibus sed mollioribus; julum fert reliquarum salicum modo, sed minorem lanuginosum, cito in albidos & lanosos pappos abeuntem, qui, antequam semen maturum, vento abripiuntur; ita ut semen non ferre rectè statui possit. An hæc heleagnus, doctiorum esto judicium.

Σίδη τὴν μὲν μορφὴν ἐστιν ὅμοια τῇ μήκωνι, &c. Sidæ historia confusa & perturbata admodum, quod viri maximi jam animadverterunt. Mercurialis libr. 2. variarum lectionum cap. 4. *Quarto libro de historia plant. cap. II. Theophrastus narrans, in Orchomenio lacu multas arbores nasci, velut oleagnum, sidam, & similia, de sida in hunc modum loquitur:* ἡ δὲ σίδη τὴν μὲν μορφὴν ἐστιν ὅμοια τῇ μήκωνι, καὶ γὰρ τὸ ἄνω κυτινῶδες τοιοῦτον ἔχει. (*ita Ald. & Bas. codex legunt*) *quæ verba transferens Gaza, ut similitudinem papaveris servaret, vocem illam* κυτινῶδες *omisit, sicque errorem errori addidit. Quis autem non videat, sidam arborem, nullam cum papavere similitudinem habere posse? itaque textum Theophrasti corruptum esse faciliter quivis intelliget: comagis, quod Athenæus libr. 14. deipnos. citans hunc Theophrasti locum, sidam ex ipsius sententia non papaveri, sed punicæ malo similem facit: ut rationi magnopere consentiat, ita fuisse appellatam ob similitudinem punicæ, quam veteres sidam nominasse præter Athenæum, Plutarchus quoque (vide cap. de punica) testatus est.* Hæc Mercurialis, medicus satis doctus & expertus. Utrum arbor, an alterius generis plantæ, sida, non exprimit Theophrastus. Malum punicam sidam vocari supra satis probavimus. Hanc plantam sidam vocari à punicæ mali similitudine, satis, clarè docet Athenæus. λέγεται δέ τι καὶ φυτὸν ἐν αὐτῷ σίδη ὅμοιον ῥοιᾷ, γινόμενον ἐν τῇ περὶ Ὀρχομενὸν λίμνῃ ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι, οὗ τὰ φύλλα τὰ πρόβατα ἐσθίει, τὸν δὲ βλαστὸν αἱ ὗες, ὡς ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τετάρτῳ περὶ φυτῶν. Corruptus Athenæi codex. Illud ἐν τῷ αὐτῷ σίδη, nemo facilè recte exponet. Scribe, λέγεται δέ τι καὶ φυτὸν ἄλλο σίδη, ὅμοιον ῥοιᾷ. *Fertur & aliā plantam esse, cui nomen sida, similis hæc punicæ malo, nascitur in aquis Orchomenii lacus, cujus foliò vescuntur greges, germinibus sues, ut inquit Theophrastus lib. quarto de plantis.* Si punicæ malo simile, qua ratione potest Theophrastus probare, formam habere papaveris? nec loquitur Theophrastus, σίδη τὴν μὲν μορφὴν ἐστιν ὅμοια τῇ μήκωνι. nec Græcum videtur. Nicandri Scholiastes, ad hos in Theriaca versus, Sidam ait esse radiculam similem papaveri.

——— Ἠὲ σίδας ψαμαθηΐδας, ἃς τρέφει αἶα,
Κωπαΐδα τε λιμναῖον ἐπεθρέψαντο παρ᾽ ὕδωρ,
ἧχί τε Σχοινῆος τε ῥόος Κνώποιό τε βάλλει.

Omnicolasque sidas, quas fert Psamathia tellus,
Copæumque solum viridantibus educat undis
Qua cita Sconæi, Cnopique fluenta feruntur.

Ad hos versus Scholiastes. Ἡ δὲ σίδη φυτόν ἐστιν, ὃ κατὰ Θεόφραστον ἐν Ὀρχομενῷ φύεται ἐν ὕδατι, ῥίζαν τηλίκην δὲ ἡλίκην μήκων —— παρόμοιον δὲ φυτόν ἐστι ῥοιᾷ. καὶ βρωσίμους δὲ τὰς σίδας φασὶν εἶναι. *Sida*, inquit, *Planta est, quæ secundum Theophrastum juxta Orchomenum nascitur in aqua, radicem papaveris similem ferens — est autem persimilis malo punicæ, ajuntque, sidas non inidoneas cibo.* Hesychius σίδη; Θεόφραστος φυτὸν ἕτερον τῆς ῥοιᾶς φησὶν εἶναι τὴν σίδην. φύεσθαι δὲ ἐν τῷ Νείλῳ. *Side; Theophrastus plantam, dixit esse, à punica diversam, sidam, nasci in Nilo.* In Orchomeno dixit non Nilo. Omnes asserunt, esse punicæ malo similem, Nicandri Scholiastes radicem comparari à Theophrasto scribit papaveri: inde conjicio scribendum, τῆς μὲν σίδης ἡ ῥίζα ὁμοία ἐστὶ τῇ μήκωνι, τὸ δὲ φυτὸν (vel δένδρον) μορφὴν ἔχει τῆς ῥοιᾶς, καὶ γὰρ τὸ ἄνω κυτινῶδες τοιοῦτον ἔχει, πλὴν μεῖζον ὡς κατὰ λόγον, μεγέθει δὲ ὅλος ὁ ὄγκος, ἡλίκον μῆλον; *Sida radicem habet papaveri similem, planta* (arbor) *punicæ forma est, ac talem cytinum superne habet, nisi quod quo ad proportionem major sit, totaque magnitudo, ad mali accedit amplitudinem, nec nudus, sed candidis membranis intectus.* Hæc conjectura quidem, sed quæ auctoritate sine Nicandri Scholiastæ Athenæi, & Hesychii munitur. Ex Hesychio arborē esse sidam, fit probabile. Quidam φυτὸν, inquit, ἕτερον τῆς ῥοιᾶς, quod de herbacea planta dici non potest. Quidam pro κυτινῶδες, ut in Basileensi & Aldino codice habetur, κωδιῶδες, scripserunt, quod caput papaverinum, cui vulgata lectio comparat, quod in supremo sida est, κώδιον vocetur. Sed abunde jam probavimus, non papaveri, sed punicæ malo similem sidam.

Τοῖς τῶν ῥόδων. Probabile admodum, scribendum ῥοῶν, quod totam plantam comparat punicæ, hisque foris folia herbacei coloris, similia punicis, quæ adhuc sunt in calice, quaterna se applicant. Quod si quis vulgatam velit, servare per me licet.

Ὁμοίους ταῖς ῥίζαις. Hęc inepta esse, nemo negabit. Theodorum ῥοώδεις legisse, ait Scaliger. Ῥοώδεις vites dicuntur quæ non continent fructum. Sed papaveris quoque genus ῥοιὰς dictum; quare vel ῥοιάδι, vel τῇ μήκωνι legit. credo quod papaveri comparavit sidam Theophrastus, ut in vulgatis habetur codicibus. Vera lectio, ῥοιαῖς. Nicandri Scholiastes ex auctoritate Theophrasti, ἔχει δὲ κόκκους ἐρυθρούς, ὁμοίας ῥοιᾶς, στρογγυλωτέρους δέ. *Grana rubra similia punicis, sed rotundiora.* Semen papaveris erratici ῥοιάδος nigricat; mali punici rubet, sed oblongum est, non rotundum. In Aldino, ἀντὶ κέγχρου, κάγχρου legitur dele quoque verba, οὐχ σχήματι δὲ ὁμοίους ταῖς ῥοιαῖς.

Τὸν δὲ χυλὸν ὑδατώδη τινὰ, καθάπερ ὁ τῶν πυρῶν. Male vertunt, *saporem dilutum quendam, ut triticum reddit;* Quis sapor dilutus, quando ὑδατώδη χυλὸν accepit triticū? χυλὸν quandoque *succum*, quandoque *saporem* significare, alibi probavimus, nec succum, nec saporem aqueum habet triticum. Scribe, τὸν δὲ χυλὸν ὑδατώδη τινὰ, καθάπερ ὁ τῶν ῥοῶν. *Succum quendam aqueum, quemadmodum punicum malum, reddit.* Lippis & tonsoribus notum, punicum malum succum continere rubrum, aqueum. χυλὸν ὑδατώδη vertendum esse, *succum aqueum*, quod sequitur, παχύνεται δὲ τοῦ θέρους, *crassatur æstate*, satis docet. Bilutus sapor nec æstate, nec hyeme crassescit. Succi crassiores redduntur non sapores.

Ταύτην μὲν, &c. Recte Scaliger, τοῦτο μὲν οὖν, &c. τοῦτο, scilicet ἄνθος.

Καὶ ὅταν ἢ τὸ κατακάρπιον, &c. Interpretantur, *fructuque compilatus sit*. Verte, *cum omne, quod fructum cingit, collectum sit*. *καὶ τὸν καρπὸν ἐκχέει* reddunt; *fructumque fundere*. Dic tu, *amittere*; *Fundere*, ut recte Scaliger, cum fructus editur.

Τίλ@ δὲ. Qui sidam existimant esse nymphæam luteam, falluntur. Caret radice papaveri simili; nymphæa etiam folia habet plane rosæ, vel punicæ dissimilia; & caput membranis albis non cingitur, nec granum rubrum, sed nigricans semē continet; præterquam quod ex herbaccorum genere sit nymphæa; Sed hoc invalidū argumentū. Quippe non constat, utrum ex arborū, an herbarum genere sit sida. Nec minus à vero absunt, qui althæam paluſtrem, vel seni peregrinam Dodonæi Sidam scribunt. Nomen huic plantæ non est impositum à flore balaustio concolori, nec absimili, qualem venustum inprimis, altheæ palustris cytini flore, utriculis aristolochię, ostendit. Folia huic altheæ non rosæ aut punicæ similia, nec herbacei coloris, sed albicantia. Fructum haud quaquam planum habet, sed tuberosum, rotunda ac globosa, quinquangulari tamen forma: nec cytinum, sive caput habet majus punica malo. Errandi occasionem videtur præbuisse Bellonius, lib. 1. observ. cap. 57. Istic althea flavum fert florem, quemadmodum ea quam Theophrastus apud Athenas Orchomeno lacu nasci refert. Nescio, ubi in Orchomeno lacu nasci althæam, scripserit Theophrastus. Apud Arcades nasci libro 9. capite 15. tradit. Inter ignotas igitur sidam repono plantas.


Καρποφορεῖν, Theodorus. *καρποφορεῖν δὲ τῶν ἐν τῇ λίμνῃ τρία, τοῦτο, καὶ τὸ βούτομον, καὶ τὸ φλεώς*. Illud, *τοῦτο*, valde suspectum, nec quo referam video. Malo scribere; *καρποφορεῖν δὲ τῶν ἐν τῇ λίμνῃ τρία, ἡ σίδη, καὶ τὸ βούτομον, καὶ τὸ φλεώς*. *Tria ex iis quæ in lacu nascuntur fructum ferunt; sida, butomon & phleos.*

Εἶναι δὲ τοῦ βουτόμου μέλανα, καρπὸν, id est, *fructum*. *Βούτομος* dicitur, quia à bove dum manducatur in multas particulas secatur, vel, quod in boum alimentum tondetur ac demetitur, *ἀπὸ τοῦ βό@, καὶ τέμνω*. Hesychius, *βούτομον. φυτὸν βουσὶ διδόμενον τροφὴ οἷον χόρτον*. Vel, *βούτομος* vocatur, quod *ἀφύλλω* valde scissam habeat, vel quod acutam habeat aciem valde secantem. *à βου* particula intensiva, & *τέμνω, scindo, seco*. Butomum Theophrastus libr. 1. cap. 8. numerat inter palustria, quorum caulis peculiarem quandam æqualitatem sortitus est. Eodem libro cap. 16. recenset inter *γωνιόφυλλα*, *quæ arundinacea*, &, ut Gaza loquitur, *angularia habent folia*. Hinc apud Suidam, *βούτομον. φυτάριον παραπλήσιον καλάμῳ, ὅπερ ἐσθίουσιν αἱ βόες*; *planta parva, arundini similis, qua pascuntur boves*. Cap. 9. lib. 4. Omnibus in fluviis locisque palustribus reperiri tradit: hoc vero capite, fructum ferre nigrum, magnitudine sidæ proximum docet; addit fœminam sterilem esse. Meminit butomi Cassianus Bassus libr. 2. cap. 5. *βούτομον γίνεται ἐν τοῖς ἕλεσι, φύλλα δὲ ὅμοια φέρει αἰγείροις, οἱ βόες αὐτὰ ἡδέως βόσκονται. καὶ ἐκβλαστοῦσιν ἐκ μιᾶς ῥίζης πολλὰ ἀναφέρει κλωνία*, &c. *Butomon in paludibus nascitur, folia similia populneis nigris habet, grata boū pabulo ex una autem produntur duæ*. Legit ergo, *αἰγείροις*. Dodonæus *κυπειρίνοις* restituit; qualia sunt folia butomi vulgaris. MS. codex *λειρίοις* habet. *λείριον lilium*. An legendum, *λειρίοις*? Cum liliaceis comparari possunt, sed cupero similiora sunt. Quæ sequuntur haud leviter corrupta sunt. MS. codex, *ἐκβλαστοῦσι δὲ οὐ καθ' ἓν, ἀλλ' ὡς θάμνοι, πεντάφυλλον ἐκ μιᾶς ῥίζης πολλὰ ἀναφέρει κλωνία*, &c. Scribe, & *ἐκβλαστοῦσι οὐ καθ' ἓν, ἀλλ' ὡς ἀφ' ἑνὸς θάμνου πολλὰ καὶ διεσπαρμένα. πεντάφυλλον ἐκ μιᾶς ῥίζης ἀναφέρει κλωνία*. *Folia autem non singulatim ab imo cespite emittuntur, sed plura & dispersa. pentaphyllum ex una radice emittit ramulos*. Butomon putant, cujus effigiem damus. Vulgo platanariam vocant, à fructuum cum platani pilulis similitudine. Platanaria angu-

Butomos dissecta pannicula.



Butonum alterum.



sta habet folia, viridia, junci & cyperi similis, dorso eminentiore quodammodo triangula, acie sua utrimque manus arripientis sauciantia: caules læves, rotundos, bicubitales, aut altiores, in ramulos quosdam & alas divisos: circa hos complures pilulæ prominent, exiguis & candidis fibris, vel paniculis florentes. Hæ ubi defloruerint, in echinata quædam capitula, rotunda, nucis myristicæ magnitudine, platani pilulis non dissimilia, colore saturate virentia mutantur, quæ sunt quasi multorum seminum aculeatorum compactio. Radices subsunt fibrosæ, quæ serpendo longe lateque se diffundunt, floret mense Iunio, asperas pilulas Iulio & Augusto mensibus perficit. Floret etiam particulatim, ac ab imo incipit, ita ut infima in parte fructus, suprema flos spectetur. Locis exit palustribus, perennes aquas habentibus: reperitur & juxta rivulorum quorundamque fluviorum margines. Est autem & hujus generis alia quædam, pilulas & circa caulem & in summo ferens; utramque butomon vocant. Dubitari potest, utrum caulem habeat, adeo æqualem, ut de ea Theophrastus scribat, peculiarem quandam æqualitatem sortiri. Nisi in lacu Orchomeno majora habeat capitula, butumon Theophrasti esse nequit. Butomon, inquit, ferre fructum magnitudine sidæ, atqui sidæ fructus magnitudine est mali. Vel dicendum, in Græcia mala non multum excedere nucis myristicæ magnitudinem. Alii sparganion esse volunt. Dioscorides lib. 4. cap. 21.

cap. 21. σπαργάνιον φύλλα ἔχει ἐοικότα ξιφιδίῳ, στενότερα δὲ καὶ ἐπικλινέστερα, ἐπ' ἄκρου δὲ τοῦ καυλοῦ ἐστὶ σφαιρία, ἐν οἷς ὁ καρπός. *Sparganium folia habet gladioli, sed arctiora & inclinatiora, ac in summo caule veluti pilulas, in quibus semen.* Negant viri etiam Doctissimi butumon descriptum esse, sparganium, quod quantum, inquiunt, ab ejus descriptione absit, vel solus pilularum situs ostendit, quæ non ἐπ' ἄκρου τοῦ καυλοῦ, sive in summo caulis modo, sed & multo infra ejus fastigium, & alibi quoque exoriuntur. Alterum majorem cum sparganio similitudinem habet, quod circa caulem & ἐπ' ἄκρου fructum ferat. Addit alterum argumentum Mathiolus, quod folia gladiola ferat latiora & sursum spectantia, cum contrarium de sparganio tradat Dioscorides. *Vaga, inquit Pena, illa latioris & certioris nota, sæpe non certa, sæpe in contrarium accipienda, & ubi dicit ἐπικλινέστερα, magis quam gladioli inclinata, aperte indicat, magis esse disparata, & sparsa,* (ut sane sunt) *quam sint gladioli, quæ plurimum recta, & proxime caulem parallela assurgunt.* Plantas pro cœli solique ratione, latiora, majora, minora, angustiora ferre folia non negamus: sed, cum butomon, sive potius platanaria, ubique terrarum, omnibus in locis palustribus, latiora ferat folia quam gladiolus, nihil facit effugium Penæ. Auctorem adducat probatum, qui ἐπικλινέστερα pro *sparso* ac *disparato* accipiat, alioquin fidem non damus. Firmum ergo maneat Mathioli argumentum. Errant & illi, qui tribulum palustrem pro butomo habent, ubi folia ejus angularia, & harundinacea? ubi fructus magnitudine Sidæ? eadem de causa nec pseudo iris palustris butomon esse potest.

Τοῦ δὲ φλέως, &c. Doctissimi quidam viri φλέως & φέως confundunt. Errandi occasionem dedit, quod pluribus apud Theophrastum in locis φλέως legatur, ubi φέως scribi oportebat. uti libr. 6. cap. 1. ubi στοιβὴν vocari tradit. Scribe φέως non φλέως, deleta littera λ. Vide cap. 1. & 5. lib. 6. ubi multis rationibus demonstratur, στοιβὴν plantam spinosam non vocari φλέως, sed φέως. Φλέως est papyrus altera, cujus meminit Strabo lib. 5. τύφη τε καὶ πάπυρος ἀνθήλη τε κατακομίζεται ποταμοῖς εἰς τὴν Ῥώμην. Vide cap de papyro. Ex hac Indi vestimenta antiquissimis temporibus conficiebant. Herod. libr. 3. cap. 98. Οὗτοι μὲν δὴ τῶν Ἰνδῶν φορέουσι ἐσθῆτα δὲ φλοΐνην, ἐπεὰν ἐκ τοῦ ποταμοῦ φλοῦν ἀμήσωσι, καὶ κόψωσι τὸ ἐνθεῦτεν φορμοῦ τρόπον καταπλέξαντες. *Isti Indorum vestem gerunt & pleo, quem ibi è flumine demessuerunt & contuderunt, in modum sportæ texunt, & velut thoracem induunt.* Pollux lib. 10. cap. 45. ubi ab Atticis φλέως vocari docet, Ionibus vero φλοῦς· φλοΐνην, inquit, δὲ ἐσθῆτα Ἡροδότου εἰπόντος, οὐ τοῦτο ὑπάρχει λέγειν· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πλεγμάτων· οἷον φλοΐνην σπυρίδα ἢ ψίαθον ἢ ὅτι δήποτε. — ἡ δὲ ὕλη ὅθεν ἐπλέκετο, φλοῦς μὲν κατὰ τοὺς Ἴωνας, φλέως δὲ κατὰ τοὺς Ἀττικούς. φλοΐνη ergo vestis Herodoto ex phleo herba palustri, & fluviatili flexa, quæ texendis sportis erat idonea. Hanc herbam Attici φλέω. Iones φλοῦν nominabant. Eadem papyrus altera, de qua supra cap. de papyro quædam diximus. Galenus in glossis φλέου (lege φλέω) φλογμῶδές τι ἐστι τοῦτο καὶ παπυρῶδες φυτὸν, ὅπερ καὶ πλεκόμενον περιτίθεται τοῖς ἐλαιηροῖς κεραμίοις. Vertunt. *Verbasco similis & papyracea quædam planta, quæ etiam oleariis vasis circumponitur.* Scriptio, ajunt viri magni, nobis valdè suspecta est, & φλεῖος aut φλόμος pro φλέου fortè legendum videtur, & φλομῶδες pro φλογμῶδες. Est enim φλόμος, idem quod φλόμος verbascum, & planta quædam folia habens crassa, pinguia, lanuginosa, quæ & φλόμος & θρυαλλὶς dicitur, quibusdam lucernaria. Et, si conjectura valet, existimamus, locum subindicari à Galeno libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. *de internis affectionibus*, καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ ὑπὸ τὰς τρίχας οἷον φλοῦς ὕπεστι. *Et in capite sub pilis velut cortex subest.* Sic enim scribitur, ut φλοῦς idem quod φλεῖος aut φλοιὸς significet, hoc est, *corticem* aut *cutem desquamatam*; velut de serpentis exuvio dicitur. Unde *squamilas* dixit Calvus; & φλοῦς Hesychio φλοιὸς, λεπύχανον, & λεπυρὸν exponitur. Verum, ex Galeni lectione φλεῖος aut φλόμος scribendum videtur; ut indicetur in capite sub pilis, lanuginem quandam crassam & albam, qualis in verbasco videtur, subesse, quæ cutis desquamationi, aut squamulis similis est. Hæc multis erroribus sunt involuta. Omnino assentior, scribendum ἀντὶ φλογμῶδες, φλομῶδες. Verbasco facie non est similis; sed verbasci instar tomentum præbet, ex quo vestes aliasque res conficiebant veteres. Omnino scribendum φλέως vel φλοῦς. Vide Pollucem, qui papyrum intelligit alteram, de qua Strabo, Martialis, cæteri, vide cap. de papyro. Neutiquam ergo φλόμος aut φλεῖος quod *verbascum* significat, scribendum. Fieri potest, Galenum subindicasse locum quem citant libro de internis affectionibus. Sed malè vertunt, *nullus cortex subest, sed mollities quædam, tomenti instar, qualis ex papyro altera, quæ φλέως & φλοῦς dicitur, paratur.* Non vult lanuginem quandam subesse crassam & candidam, qualis in verbasco cernitur; sed lanuginem tomentosam, qualis è papyro fiebat altera, vide cap. de papyro, item quæ paulo infra dicuntur, ubi probatur, φλέως Latinis scirpum significare. Tomentū illud papyraceum non dissimile lanugini, quæ in verbasco cernitur; Ideo Galenus, φλομῶδές τι ἐστι τοῦτο, καὶ παπυρῶδες φυτόν. *planta est papyracea, ex qua lanugo mollis, qualis in verbasco.* Vult ergo Galenus, verbasco similem mollitiem, & papyri naturam habere, idemque φλέω textum fictilibus circulariis circumponi, ut hodie buticulæ vitreæ circumtecto vimine muniuntur. Postrema suggerunt, Galenum subindicare locum, qui libr. 1. de natura muliebri reperitur, ubi Hippocrates ait, ἀπ' ἀμφορέως ἐλαιηροῦ τὸ ἐπίθημα τὴν στοιβὴν ὑποκαίειν. Corrigunt, ἐπ' ἐλαιηροῦ ἀμφορέως. Vertunt. *super olearia amphoræ operculo stoeben succendito.* Tu pro ἐπίθημα, scribe περιτίθημα, & reliqua lege, ut in codicibus extant. docet eam stoeben accendendam esse, quæ oleareis amphoris circumponitur. Clarè in glossis, ὅπερ καὶ πλεκόμενον περιτίθεται τοῖς ἐλαιηροῖς κεραμίοις, *quæ oleartis vasis circumponitur.* Stoebe alia spinosa, quæ φέως; alia non spinosa quæ φλέως & palustris. Tiberius mulo medicus lib. 1. cap. 55. στοιβὴ, ἔστι δὲ φλοιὸς ᾧ χρῶνται εἰς τὰ σάγματα, ἰσάθειν καὶ ἐπιτιθέμενα τοῖς νωτοφόροις ζώοις. Vertunt; *Stoeben quæ cortex est, quo clitellariis animalibus ad interna stragula utuntur.* Corruptus codex. Rectè emendant viri docti στοιβὴ, ἔστι δὲ φλέως. *Stoebe est phleos* (id est altera papyrus) *quo utuntur, ad saginata* (id est *thecas*) *infarcienda tomenti loco, quæ animalibus dossuariis* (dromedariisve, ut vocant Belgæ) *imponuntur.* Quondā existimavi legendum φέως; putabam enim solum φέω vocari Stoeben, sed tandem contrarium repperi. Certè spinosa planta amphoras adversus injurias servare nequit. Apollonius Alexandrinus de conjunctionibus, quas Græci παραπληρωματικὰς vocant, ὃν γάρ φησι τρόπον εἰς τὰς συνθέσεις τῶν ἀμφορέων συντείνει ἡ τῶν στοιβῶν παρένθεσις ὑπὲρ τοῦ μὴ καταθραῦσαι τοὺς ἀμφορέας; *Stoeben sive φλέων ad componendas amphoras usum præbuisse, extra omnem est dubitationem.* Utraque planta φλέως & φέως appellatur στοιβὴ, sed Theophrasto solum φέω στοιβὴ dicta, quæ spina est vel spinosa herba. De stœbe plura libro sexto. ubi docetur, ἱπποφέως στοιβὴν vocari, ac carnosa habere folia, quæ ad farciendū non videntur inepta. Hæreo itaque, utrum Hippocrates στοιβὴν non vocarit ἱπποφέως. Probabilior autem altera opinio, φλέω intelligere. Στοιβὴ dicitur παρὰ τὸ στοιβάζειν *instipando, cogendo.* vel ἀπὸ τοῦ στείβειν, quod idem significat. Στιβὰς *lectus ex paleis, foliis & gramine.* Aristophanes in Pluto, ἀντὶ δὲ κλίνης ἔχειν στιβάδα σχοίνων, *pro lecto torum habet junceum.* Placet aliis, στιβάδας esse herbas aptas ad discumbendum. ἐκάθευδον οἱ νέοι, ὁμοῦ ἐπὶ στιβάδων, ἃς αὐτοὶ συνεφόρουν ἐκ τοῦ παρὰ τὸν Εὐρώταν πεφυκότος καλάμου. Hæc diverso modo interpretantur viri docti. nonnulli sic, *dormiebant in toris quis congerebant ex arundinibus apud Eurotam natis.* Malunt alii, *dormiebant simul juvenes in herbis, quas congerebant ex arundinibus apud Eurotam natis.* Latè sumitur vox στιβὰς, pro qualibet scilicet herba tomentitia, qua infarciuntur culcitræ, & id genus alia. Eandem significationem habet apud Divum Marcum cap. 11. ἄλλοι δὲ στιβάδας ἔκοπτον ἐκ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον εἰς τὴν ὁδόν. *Alii autem frondes cædebant ex arboribus & sternebant in via.* Apud Divum Ioannem cap. 12. vers. 13. ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων. Τὰ βαΐα supra diximus ramulos esse florentes palmarum. vide quæ cap. de palma retulimus. Latè ergo admodum vox στιβὰς sumitur, de qua plura lib. 6. cap. 5. Verisimile ergo admodum, φλέω cognominatum esse στοιβὴν, quod στοιβῆς usum præberet. φλέως dicitur παρὰ τὸ φλέω τουτέστι φλύω, quod significat, *plenus sum, abundo, impleo, vigeo, scateo; frondeo.* Et frondet egregiè φλέως, & culcitras, aliasque res implet. Latinis φλέως scirpus vocatur. Glossæ. *Scirpus* φλοῦς, πάπυρος. Plinius libr. 16. cap. 37. *Nec in fruticum nec in veprium cauliumve, neque in herbarum, aut alio ullo, quam suo genere, numerentur jure scirpi* (in altera editione *scripsi*) *fragiles palustresque, ad tegulum tegetesque, è quibus detracto cortice candelæ luminibus, & funeribus serviunt. Firmior quibusdam in locis eorum rigor. Namque iis velificant non in Pado tantum nautici, verum & in mari piscator Africus, præpostero more vela intra malos suspendens: & mapalia sua Mauri tegunt; proximeque æstuanti hoc videantur esse, quo inferiore Nili parte papyri sunt usu.* Hæc examinanda. *Ad tegulum, tegetesque* Doctissimus Salmasius legit *ad tegillum tegetesque.* Tegella cuculli vel petasi ex scirpo facti. Festus *tegillum cuculli unculus*

culus ex scirpo factus. Ovidius ex scirpo tegetes, seu storeas quas mattas vocant fieri tradit. 6. Fastor.

At Dominus discedite, ait, plaustroque morantes
Sustulit, in plaustro scirpea matta fuit.

E quibus detracto cortice candelæ, &c. Candelis ad lumina usum præbuit scirpus, ut papyrus. Antipater.

Λαμπάδα κηροχίτωνα κρόνου τυφήρεα λύχνον
Σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγόμενον παπύρῳ
Ἀντίπατρος Πείσωνι φέρει γέρας.

Facem ceream tunicam habentem Saturni ardentem lychnum
Iunco & tenui constructum papyro
Antipater Pisoni fert munus.

Τὸν φλοιῶ, ut supra dixi, intelligit φλέως. Latinis *scirpus*. Paulinus.

Lumina, ceratis adolentur odora papyris.

Id est, candelæ è scirpo, phleo, vel altera papyro factæ. Quod ait, *& funeribus*, vulgo malè accipiunt (ut recte monet Salmasius.) docti de luminibus quæ accendebantur, juxta mortui cadaver, quandiu supra terram esset. Papyro & scirpo, qui naturam habet papyraceam, farciebant lectos mortuorum, cum quibus rogo inferebantur, ac comburebantur. Martialis.

Fartus papyro cum tibi torus crescit.

Alimenta igitur ignibus ex papyro illo & scirpo quærebant, ad cremanda cadavera. Quæ sequuntur longe sunt corruptissima. In antiquo nostro habetur. *Et mapalia sua Mauri tegunt proximeque æstimanti hoc videatur esse, quod interior munda parte pari sunt papyri usui. Sed fruticosi generis sunt. inter.* — In optimo & antiquissimo Thuanæo hæc ad hunc modum. *Proximæque æstimati hoc videatur esse, quod in interiore parte mundum papyrum usui, sed frutectosi generis.* Ita plane & Rigaltianus, nisi quod habet *mundi* pro *mundum*. Totum hunc locum sic restituit, & distinguit Salmasius. *Et mapalia sua Mauri tegunt. pro maximoque æstimanti hoc videatur esse, quod in interiore parte mundum papyrum usui det. Fruteciosi generis sunt inter aquaticas, &c.* Æstimanti, inquit, virtutes papyri hoc pro maximo videatur esse, quod interior ejus pars mundum papyrum usui det, hoc est mundi papyri usum præstet. Mapalia Punica lingua agrestres casæ dicuntur; sunt quasi rotundæ ut Cato ait. Virg. libr. 1. Georg.

— Et raris habitata mapalia tectis.

Necdum à recentioribus inventa planta quæ phleum satis referat. Qui sagittalem pro phleo habent falluntur. Caret ἀνθήλη pannicula; nec quod panniculæ loco habet, ruber.

Ἀνθήλῃ. Vox hæc varias habet significationes. Ἀνθήλην in arundinibus Theoph. vocat *lanuginem, comam, & panniculam*. Ἀνθήλη ergo lanosus flos, qualis in summa arundine per autumnum floret. Strabo plantam quandam sic vocare videtur. Libr. 5. τύφη τε καὶ πάπυρος ἀνθήλητε πολλὴ κατακομίζεται ποταμοῖς εἰς τὴν Ῥώμην. Dioscorides τύφης florem ἀνθήλην vocari tradit. Theophrastus vero papyri alterius florem sic vocari ait. Quia autem ex hac candelæ fiebant, lychnos ἀνθήλας vocari tradit Pollux lib. 10. ἡ μὲν τοι καλουμένη λυχνὶς, ἀνθήλη ἐκαλεῖτο.


ᾯ χρῶνται πρὸς τὰς κονίας. vertunt, *quo ad lixivium utuntur.* Quod falsum pariter & absurdum. nisi quis lixiviis utilem contendat, quod ejus caulibus subasperis sordida lintea fricarentur ac detergerentur. sed probandum, caulem habere asperum φλέω. dein, utrum ea quæ asperitate quid poliunt, vim lixivii habeant: quare maximi viri corrigunt, πρὸς τὸ κονιᾶν, id est, *ad muros calce illinendos*, sive *tectorio opere inducendos*. Convolutis enim phlei ramis, fructu non detracto, muri calce diluta facile possunt illini. Scribunt alii, ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς κονιάσεις. *quo utuntur ad tectoria.* Miscentes (inquiunt) videlicet (uti verisimile est) pappos sive lanuginem luteo aut calce, sicuti nunc iisdem, pilus aliquis, fœnum aut consimile quidpiam; ab his qui in operibus versantur tectoriis adjicitur admisceturque, quo aut tenacius parietibus adhæreant, aut minus findantur disrumpanturque, ex luteo illiti, cratitii parietes.

Τοῦτο δέ ἐστιν οἷον πλακουντῶδες. Male in Aldino & Basiliensi πλακωντῶδες. Scribe τοῦτο δ' ἐστὶν οἷον πλακουντῶδές τι μαλακὸν, ὑπόπυρρον.

Πλόκαμα. Male in Aldino. πλόκανα. πλόκαμον, textum. quod & πλέγμα dicitur. Suidas πλόκαμον. τὸ πλέγμα ἐν τοῖς ἑλῶν. Theophrast. libr. 4. cap. 13. πρὸς γὰρ τὰ πλέγματα χρησιμώτερος ὁ ὁλόσχοινος, Plin. lib. 21. cap. 18. *utilissimus ad vitilia holoschœnus*.

Τίφη, &c. Scribe τύφη. Tipha enim frumenti genus. De tipha agit libr. 8. cap. 1. supra. Lib. 1. cap. 9. τύφην πολύρριζον dixit. Τύφην hoc capite negat πολύρριζον. Hesychius, τίφαι αἱ ὀλύραι. τύφαι αἱ ἐν τοῖς ἕλεσι. Ita locus iste legi debet. Omnes Græci aquaticam plantam τύφην per υ frumentaceam per ι scribunt. Tipha, id est *avena*. (alii *far* exponunt, vide cap. 1. libr. 8.) typha quod in aquis nascitur. τύφα dicitur à cylindri forma turbinataque florum effigie, quasi Typhonis sese gyrantis turbinem, aut gigantis minacem staturam signaret. Vel τύφη παρὰ τὸ τύφεσθαι dicitur, quod pannicula sive ἀνθήλη arida, exucca, torrida, adusta videatur. Hesychius, τύφεται, μαραίνεται, ἡσυχῆ ἐκκαίεται, χωρὶς φλογὸς καπνὸν ἔχει. Idem τύφεται, καίεται, καπνίζεται, φλέγεται. Dioscorides typhā lib. 3. cap. 133. his fere verbis describit. τύφη φύλλον ἀνίησι κυπερίδι ὅμοιον· καυλὸν λεῖον (Ald. in noth. λόγον; quam vocem reddidit Ruellius, spuria est, quæque deleri debet. nullus codex in quo reperitur, nec Oribasius aliam quam vulgatam secutus est lectionem; sed typhæ caulis albus non est, sed viridis) ὁμαλὸν, ἐπ' ἄκρῳ περικείμενον ἄνθος πυκνὸν ἐκπαππούμενον (pro περικείμενον alter codex habet περιφερὲς) ὃ καλοῦσι τινὲς ἀνθήλην. (alt. ἀνθήλην) φύεται δὲ ἐν ἕλεσι καὶ ὑδροστασίμοις τόποις. *Typha folium profert cyperidi simile, caulem levem & æquabilem, quem in cacumine flos ambit densus, quique in pappos solvitur, eum aliqui ἀνθήλην, hoc est, panniculā nominant. gignitur autem in paludibus & aquis stagnantibus.* Si folium cyperidi simile, qua ratione tradit Theophrastus huic folium nullum esse? An dicendum, aliam typham Theophrastum; aliam describere Dioscoridem. parum hoc verisimile. Typham foliis carere falsum est, sed corruptus Theophrasti codex. Male legitur ἄφυλλον, recte Clariss. Dalecampius ἀφυλλανθὴς legendum censet. Ἀφυλλανθὴς quod flos teres, & tornatæ clavæ similis conspiciatur, nullis foliis reliquorum modo stipatus. Ὁμαλοῦ voce, æquabilem simul & enodem caulem significavit Dioscorides. Nam & Theophrastus libr. 1. cap. 8. scribit, ἡ δὲ τύφη καὶ ἔνια τῶν ἑλείων, ἢ λιμναίων; ὁμοίως διαφέρει καὶ ὁμαλῆ καὶ ἄγονα, ὥσπερ σχοῖνος. *Typha & quædam palustria aut lacustria, similiter nullo intercedente nodo æqualia sunt veluti juncus.* Palustri typhæ folia ab imo prodeunt alterno situ cari-

Typha.



nata, mucronata, oblonga, angusta dorso eminentiore triangula, cyperidi satis similia; caulis inter ea exit rectus, altus, interdum homine procero procerior, teres, glaber

glaber, lævisque & enodis, non inanis, cui summo cacumine primum tenuis gignitur spica, muscosos flores proferens, qua marcescente ac decidēte pannicula relinquitur, densa compactaque lanugine stipata, pollicis crassitudine, palmo non raro longior, clavæ rotundæ similitudine, nigricantis punicei ac obscuri coloris, in pappos tandem evanescens: radices crassæ, geniculatæ, candidæ, sapore dulces. Locis palustribus, in stagnantibus aquis, & juxta laxorum fluviorum ripas exit. Julio & Augusto panniculæ vigent, flosculorū spica jam arida ac evanida. Restant subinde panniculæ ad alterius anni æstatem, atq; tunc non raro ped.culi in ipsa panniculárum lanugine nati reperiuntur, quod admiratione haud caret. (ut rectè monet Dodonæus) Cum enim caulis tunc omnino sit aridus, & lanugo adeo sicca, ut vento abripiatur, animalcula hujuscemodi sub lanugine ista gigni ac vivere posse, mirum est. Ventis abrepta lanugo colligitur à mulierculis tomaclariis, & renibus, æstuantibusque lumbis haud parum commodi adferunt pulvilli torìq; eadem farcti. Caulem cum spica Belgæ listijdodden/ donsen vocant, quod lanugo ejus in aures incidens, surdos efficiat. Eadem de causa Italis *marra sorda* dicitur. Galli *masses* appellitant, & apposite quidem, ut inquit Ruellius. Galliæ rura massas dixerunt, quod sceptra regum, massas vulgo dictas, perpolitus caulis lanosa floccorum densitate summatim fastigiatus æmuletur. Typham, quam Dioscorides delineavit, negant à Theophrasto descriptam, idque quod folia ferat. Codex corruptus erroris est causa. Nam non ἄφυλλον, sed, ut dictum, ἀφυλλανθὲς scribendum. Φύειν esse contendunt. Nigricans, non subrubra huic pannicula. Folia typhæ quando caulē non promit, ad tegetes & storeas, quas *mattas* vulgo vocant, contexendas utilia fore tradunt; ubi vero caulem promit, inutilia. Describitur aliud Typhę genus ab Adversariorum auctoribus, quod magnitudine à vulgari differt; multo enim typha illa minor est quam vulgaris; aliam clava gracili observavit Clusius.

Η' δὲ ῥίζα τοῦ κυπείρου, &c. Vetustissimi Græci κύπειρον semper dicunt, Theophrastus, Theocritus, aliique: medii vero ævi Græci, κύπερον maluerunt scribere. Sic ubique apud Dioscoridem in antiquis codicib. & Galenum legitur, infima vero Græcia antiquissimos sequitur. Cassianus Bassus lib. 2. cap. 5. κύπειρον ἣν τινες ζέϊραν, &c. Hesychius. Κύπειρον αἶθ᾽ ἵπποις ἰδίδομεν. κύπειρ@ (utrumque dixerunt Græci antiquiss.) φυτὸν ὃ καὶ ἐρυσίσκηπτρον; quod mox examinabo. Idē πλακὸς, κύπειρος, παρὰ τῷ Σιμμίᾳ ἡ πόα, διὰ τὸ χαμαλὴ εἶναι. *stratum dejectumque cyperum dixit Summia, quod herba sit humilis.* Utrumque imitantur Latini. Marcellus κύπερον secunda brevi extulit.

Cyprum, ladanum, sagapenumque & tragachantum,
Scammoniam, cyperon, malabathron & ammoniacum.

Poëta κύπειρον, ait secunda longa.

— Et molle cyperum.

Apud Varronem in neutro genere libr. 3. cap. 16. legitur. *Si pabulum naturale non est, ea oportet dominum serere, quæ maximè sequuntur apes, ea sunt rosa, serpyllum, apiastrum, papaver, faba, lens, pisum, cyperum, medica, & maxime cythisum.* In antiquiss. codice paulo aliter hæc leguntur, & melius distincta & interpuncta, & pro cypero ocymum scriptum est. *Si pabulum naturale non est: ea oportet dominum serere, quæ maximè sequuntur apes: ea sunt rosa, serpillum, apiastrum, papaver, faba, lens, pisum, ocymum, medica, maximè cytisum.* In editione anni 1623. cui Scaligeri & aliarum additæ sunt annotationes, ut r amque habetur, *serpyllu n apiastrum, papaver, faba lens, pisum, ocymum, ciperum (ita scriptum est) medica, maximè cytisus.* Neutrum à Columella commendatur. hic origanum laudat, cujus apud Varronē non fit mentio. Origanum apibus gratior, quam ocymum vel cyperus. Latini, ut dixi, & κύπειρον & κύπερον legerunt, & pro eadem acceperunt herba. Contra Plinius diversas putavit herbas, in quo, ut supra lib. 1. cap. 10. dixi, fallitur. Lib. 21. cap. 18. *Quidam etiamnum unum genus faciunt junci trianguli, cyperon vocant; Multi vero non secernunt à cypiro vicinitate nominis. Nos distinguemus utrumque. Cypirus est gladiolus, ut diximus, radice bulbosa, laudatissimus in insulis Creta, dein Naxo, & postea in Phœnice. Cretico candor, odorque vicinus nardo; Naxio acrior; Phœnicio exiguum spirans, nullus Ægyptio. nam & ibi nascitur, &c. Vnum,* inquit, *genus faciunt junci triangularis*; quod junco similem, sed triangulum gerat caulem; quanquam non raro quadrangulum ostendat. *Ideo* Celsus lib. 3. cap. 16. *costum, junci quadrati & rotundi semen, illud cyperum, σχοῖνον hoc Græci vocant.* Κύπειρον vero, vel κύπερον dicitur à radicis effigie, quæ pyxidulam, poculum aut vasculum pusillum refert. Κυπέρους, inquit Hesychius, vocabant τὰ κοῖλα ἀγγεῖα καὶ χωρητικὰ *vasa, concava & capacia.* Doris κύπαιρ@ planta hæc dicitur: pro κύπαιρος reliqui κύπερος, κύπειρος κύπειρ@ dixerunt. Supra ulmi folliculum κύπελλον vocari diximus, quod poculum, vasculumve referat. Geoponicōn auctor ζέϊραν vocari tradit, καὶ βάθυς, καὶ κύπειρον, ἣν τινες ζέϊραν καλοῦσι. ζέϊραν contractum videtur ex ζέρεθρον. τὰ ζέρεθρα, Hesychius, βάραθρα, κοῖλοι τόποι. Loca, concava, & paludosa amat cyperus. qui de causa ἑλειόβριζον dictus fuit. Idem Hesychius, ἑλειόβριζον κύπειρ@. Dioscoridis codex non corruptus ἐρυσίσκηπτρον vocari auctor est. Κύπειρ@ οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτρον ὡς τὴν ἀσπάλαθον καλοῦσι. Antiquus codex κύπειρ@ (ita omnes MS. habere Doctiores tradunt) οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτρον, οἱ δὲ ἰούμηνον. Certè capite de aspalatho ἐρυσίσκηπτρον legitur. Hesychius, κύπειρ@ φυτὸν ὃ καὶ ἐρυσίσκηπτρον. Ἐρυσίσκηπτρον dicitur (si modo antiquum & verum illud nomen hujus plantæ) ob lentorem & flexibilitatem: texendis enim fiscellis apta est junci materies, ab ἔρυθρον, id est *calathus*, σκῆπτρον *virga, vimen.* Hesychius, σκῆπτρον κυρίως μὲν πᾶσα ῥάβδος, ἀπὸ τοῦ σκηρίπτεσθαι ἐπ᾽ αὐτῇ, ὅ ἐστιν ἐπερείδεσθαι. καὶ τὸ βασιλικὸν δὲ σύμβολον. *sceptrū proprie omnis virga cui inniti quis potest, & regiæ majestatis signum.* Idem ἔρυσ@ σπυρὶς· κόλαθ@. Cyperum in vitilibus locum habuisse, ex Hesychio probatur, κύπειρα χοίνια ἐκ κυπείρου πεπλεγμένα, *funiculi ex cypero texti.* Vox σκῆπτρον non lentam vimineamque denotat virgam, sed solidam, duram, quæ non facile cedit. Ergo non dicitur ἐρυσίσκηπτρον, quasi ἑλίκτρον, id est, *viminum lentori accommoda planta.* Accedit, quod plantæ quibus ἐρυσισκήπτρου nomen, rectè assurgant, sceptrique aliquam ostendant effigiem. Herbæ capitatæ, quæque rectè attolluntur nomen illud audiunt. vide cap. de aspalatho. Uti utriusque chamæleonis caput sceptri imaginem imitatur; ita cyperus in erectorum caulium summitate diffusam gerit comam, sceptri figuram aliquo modo repræsentantem. sed ἐρυσισκήπτρου non est huic nomen, saltem non aspalatho. Nugæ sunt quæ de sceptri idea, quā cyperus mentitur, dicunt. Ego nullam cum regio sceptro cyperum habere similitudinem audacter assero, uti nec aspalathum. De chamæleone nihil dico. Vide lib. 9. Rectè viri magni emendant, κύπειρ@, οἱ δὲ ἰρίσκηπτον ὡς τὴν ἀσπάλαθον καλοῦσι. Ἰρίσκηπτα vocantur loca & frutices, quæ, quando arcus cœlestis incumbit ac innititur, odoratiora existunt. Κύπειρ@ ergo ἰρίσκηπτρον, ἀπὸ τοῦ ἴριδ@, καὶ σκήπτω appellatur; quod in eum iris, hoc est arcus cœlestis incumbens odoratiorem reddat. Vide cap. 25. libr. 6. de caus. Scribunt Græci & ἰρίσκηπτον, pro ἰρίσκηπτον; unde illud ἐρυσίσκηπτον. Hesychius, ἰρίσκηπτον ἱερὰ βοτάνη εἰς ἣν ἂν ἶρις ἐπισκήψῃ. Malè edunt ἰρίσκηπτα; non tantum ἶριν, sed εἶριν & εἴρην dixerunt. Idem, εἴρη ἡ τοῦ ἡλίου ἐν ταῖς νεφέλαις χρόα, τὸ λεγόμενον τόξον. Sed alia herba quam Hesychius ἰρίσκηπτον vocat, in qua livor contentioque incumbit. Nemo cyperum sacram herbam vocavit. Sacram herbam verbenacam supinam vocamus, quanquam & ipsa verbena nomen illud habeat: nec ἶριν pro ἶριν legere memini. Cyperus ἰρίσκηπτον dictam, quod odoratior ab incubitu iridis fiat, concedimus. Pergit Plinius, reprehenditque eos qui cyperūm & cypirum eandem putant plantam. Hanc certè multi hodie probant sententiam, ipsumque Plinium errare scribunt, non sine magnis rationibus, quas supra libr. 1. cap. 10. attulimus, ubi horum probavimus sententiam Duo certè gladioli genera hoc nomen tulere apud Græcos, quorum alterum Romanis gladiolus tantum dicebatur, si Auctuarii auctori fidem adhibemus; alterum ξίφιον, quod & φασγάνιον & μαχαιρώνα dictū fuit, quod folia in mucronem desinant; vide lib. 6. & 7. Τὸ ξίφιον, si Latine reddas ad verbum, erit gladiolus. Alterum genus, quod propriè apud Romanos gladioli obtinebat nomen, ξυρίδα vocat Dioscorides. Auctuarii auctor ξύρις, οἱ δὲ ξυρίδα, οἱ δὲ ἶριν ἀγρίαν, Ῥωμαῖοι δὲ γλαδίολον. Hoc tamen genus nec gladiolum, nec cypirum vocat Plinius, sed alterum quod ξίφιον Dioscorides appellat, à Magone cypirum vocari tradit. Ξύρις enim radicem habet geniculatam, non bulbosam. Dioscorides libr. 4. cap. 22. ξύρις τὰ μὲν φύλλα — ῥίζα δὲ πολυγόνατ@, μακρὰ (Pena μικρὰ) πυῤῥά. Id est, *Xyris folia habet — radix crebris cincta geniculis, longa* (parva) *ac ruffa.* Xiphion vero radicem bulbosam habere eodem libro cap. 20. tradit. Ξίφιον οἱ δὲ φασγάνιον, οἱ δὲ μαχαιρώνιον, vel, ut aliis placet, μαχαιρώνα καλοῦσι. διὰ τὸ τοῦ φύλλου σχῆμα — ῥίζας β᾽ τὴν μὲν μίαν ἐπὶ τῆς ἑτέρας καθημένην· ὥσπερ βολβία μικρὰ τοῦτων, ἡ μὲν κάτω, ἰσχνή ἐστιν ἡδὲ ἄνωθεν ἁδροτέρα. φύεται δὲ μάλιστα ἐν ἀρούραις. conclusa deleri possunt, nihil ad sensum faciunt. *Xiphion alii phasganon alii*

machæronion

machæronion (machærionem) *à folii figura vocant — radices habet geminas, quarum una alteri insidet, pusillorum bulborum figura. Ex his inferior gracilis est, superna plenior & uberior in arvis maximè nascitur.* Xiphion illud à Magone cypirum vocari, tradit Plinius. *Cypirus*, inquit, *est gladiolus, ut diximus radice bulbosa, &c.* Quid de gladiolo hoc, sive cypiro ante dixit? Idem quod Dioscorides. Hæc capite præcedenti. *Bulborum generi quidam ad numerant & cypiri, hoc est gladioli radicem. Dulcis ea est, & quæ decocta panem etiam gratiorem faciat, ponderosioremque simul subacta.* Eodem capite. *Idem* (Mago) *& gladiolum alterū, quem cypirum vocant, & ipsum palustrem Iulio mense toto secari jubet ad radicem, tertioque die in solo siccari, donec candidor fiat.* Τὸ ξίφιον, quod bulbosas habet radices, in palustribus non nascitur, sed in arvis: cyperus Græcorum locis humidis reperitur. Illud quoq; notandum quod ait, *gladiolum alterum, quem cypirum vocant.* Duo, ut dixi gladioli, quorum alter ξυρὶς, alter ξίφιον dicitur. Plinius, ut Xiphium à Xyride, gladiolo propriè dicto distinguat, ait *gladiolum alterum, quem cypirum vocant.* Sed iste, ut dixi, gladiolus in palustrib. non provenit, uti nec Xyris. Neuterum ergo cypirus Magonis. Vulgaris cyperus palustris. Hinc cypirum Magonis, & cyperum κύπειρον Græcorum eandem statuunt plantam. Ipsum siquidem cyperum radices habet bulbosas, quas olivæ comparat Dioscorides, ut mox dicam; Quo ad vires, easdem Dioscorides κυπέρῳ sive κυπείρῳ assignavit, quas Apollodorus cypiro, quem Plinius gladiolum vocat. *Quod ad cypirum*, inquit, attinet, *Apollodorum quidem sequar, qui negabat bibendum, quamvis professus efficacissimum esse adversus calculos; os eo fovet, fœminis quidem abortus facere non dubitat.* Diosc. lib. 1. de cypero, δύναμις δέ ἐστιν αὐτῇ θερμαντική, ἀναστομωτική, διουρητική, λιθιῶσι καὶ ὑδρωπικοῖς πινομένη βοηθεῖ, καὶ σκορπιοδήκτοις, καὶ ταῖς περὶ μήτραν δὲ καταψύξεσι καὶ μύσεσι πυριωμένη ἁρμόζει, ἄγουσα ἔμμηνα· ποιεῖ δὲ καὶ τοῖς ἐν στόματι ἕλκεσι, καὶ νεμομένοις ξηρὰ λεῖα; *Vis ei excalfaciendi, vasorum oscula recludendi* (unde Plinius abortum facere dixit) *& urinas movendi. calculosis & hydropicis pota auxilio est, ut & à scorpione ictis. quin & vulvæ perfrigerationibus & obstructionibus fotu accommodatur, mensesque evocat. sicca & ad lævorē trita facit ad oris ulcera, etiam depascentia.* Magonis ergo cypirus, & Græcorum κύπειρος vel κύπερος, eadem planta. Sunt alia quæ impediunt Xiphion Xyridaque esse cypirum; quod neutrum os fovendi facultate polleat; saltem nemo memoriæ prodidit. Hactenus abunde probavimus cypirum Magonis esse cyperum Græcorum; ostendimus præterea nec esse Xiphion, nec Xyrida. Si Xiphion foret; mirabilem quam de eo tradit Dioscorides efficaciam non reticuisset Mago, tradidisset Apollodorus. Xyris radicem, ut dixi, planè dissimilem habet. Adversus ea quæ hactenus diximus, unum hoc objici potest, quod Scribonius Largus cypirum à Latinis gladiolum vocari tradat cap. 72. *Ebisci radicis aridæ primo quadrantem, cypiri radicis, quem nos gladiolum appellamus, primo sextantē, ferulæ pond. trientem.* Aut igitur uno eodemq; nomine κυπείρου duæ diversæ plantæ vocatæ sunt, quod non mirum est; aut certe κύπειρον illum eundem Græcorum Latini gladiolum vocitarunt, quod folia gladiolo similia haberet. Longa sanè sunt, & acuta, nec male parvi gladii imaginem referunt. Sed Latinos κύπειρον cypirū vocasse, ex ipso Scribonio probatur, cap. 61. *Croci primo ii. Cyperi, id est junci radicis po. 11. Gallæ, &c.* Cypirum juncū vocat, juncum quadrangularē, vel triangularem. Malè ergo Plinius cypirum diversum à cypero docet. Non culpandus Gaza, quod κύπειρον *gladiolum* interpretatus sit, quamvis præstet, ut errandi evitetur occasio, vel *juncum triangularem*, vel *cyperum* vertere. Hactenus nomen; nunc faciem examinemus. Radicem hoc capite describit Theophrastus, de quā mox plura. lib. 1. cap. 8. caulem valde æqualem tradit, cap. 10. quædam de radice tradit cap. 13. caulem enodem ait. cap. 16. folia angularia esse & arundinacea. libr. 9. cap. 7. inter odorata recenset. lib. 6. de caus. cap. 16. & 17. de odore plura refert. Cyperū eleganter describit Diosc. lib. 1. cap. 4. φύλλα δὲ ἔχει ὅμοια πράσῳ, μακρότερα δὲ καὶ ἰσχνότερα. καυλὸν δὲ πηχυαῖον, ἢ καὶ μείζονα, γωνιώδη, ὅμοιον σχοίνῳ, οὗ κατὰ κορυφὴν φυλλάρια ἐστὶν ἔκφυσις μικρῶν, καὶ σπέρματος. ῥίζαι δὲ ὕπεισιν, ὧν καὶ ἡ χρῆσις, ἐπιμήκεις ὥσπερ ἐλαίας συναφεῖς ἑαυταῖς, ἢ καὶ στρογγύλαι, μέλαιναι, εὐώδεις, ὑπόπικροι. φύεται δὲ ἐν τόποις ἐργασίμοις, καὶ τελματώδεσιν. ἀρίστη δέ ἐστιν ἡ βαρυτάτη καὶ πυκνὴ καὶ ἀδρὰ, δυσθραυστὸς, τραχεῖα, εὐώδης μετά τινος δριμύτητος. τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ Κιλίκισσα, καὶ ἡ Συριακὴ καὶ ἡ ἀπὸ τῶν Κυκλάδων νήσων. *Folia fert porro similia, sed longiora & exiliora* (vetus addit καὶ σκληρότερα Catacur. καὶ σκληρότερα, καὶ στενότερα, *sicciora, & augustiora*) *caulem vero cubitalem, aut etiam majorem, angulosum, junco similem: cujus in cacumine minuta folia sese proferunt, inter quæ est semen. Radices subjacent, quarum etiam usus est, oblongæ, instar olivarum inter se cohærentes, aut etiam* (hæc in antiquo codice desiderantur, in quo pro ἐλαίας συναφεῖς ἑαυταῖς, ἐλαίαις συνάπλουσι αὐταῖς) *rotundæ, nigræ, odoratæ, amarulentæ. Nascitur in locis cultis atque palustribus. Optima radix quæ gravissima est, densa, plena, ægrè fragilis, aspera & odorata cum quadam acrimonia. Hujusmodi vero censetur Cilicia, itemque Syriaca, & quæ à Cycladibus insulis petitur.* Describit hanc plantam Cassianus Bassus libr. 2. cap. 5. κύπειρον, ἣν τινες ζέρναν καλοῦσι, φύλλα ἔχει ὅμοια κάρτῳ, ἀρτιφυῆ ἰσχνὰ, καὶ καυλίον ὥσπερ σχοινίου ἰσχνοτέρου (MS. duo ἰσχνοτέρου) ἐπ' ἄκρου δὲ σπέρμα ὡς κέγχρου. ῥίζαι ὡς ὀστᾶ ἐλαίας μέλανα, ἀρωματίζοντα τὴν γεῦσιν. *Cyperus, quam quidam zernam appellant, folia habet similia carto, ubi recens sunt enata, gracilia, cauliculum velut juncus, graciliorem tamen* (MS. *instar junci gracilioris*) *in cujus cacumine semen est, velut milium. Radices nigræ sunt, velut olea* (interpres ὀστᾶ non legit, *velut ossicula olivarum*) *aromaticum saporem habentes.* Plinius loco citato. *Cyperus juncus est, qualiter diximus angulosus, juxta terram candidus, cacumine niger pinguisque. Folia ima porraceis exiliora, in cacumine minuta, inter quæ est semen. Radix olivæ nigræ similis, quam cum oblonga est, cyperida vocant, magni in medecina usus. Laus cypero prima Hammoniaco, secunda Rhodio, tertia Thracio, novissima Ægyptio; quod & confundit intellectum, quoniam & cypiros ibi nascitur, sed cyperos durissima, vixque spirans. Cæteris odor & ipsis nardum imitans.* Πράσῳ similia, inquit Dioscorides folia; quod de imis intelligere oportet, ut fecit Plinius. Addit, μακρότερα, ἰσχνότερα, *glaciliora & majora, cum* Plinius *exiliora* dicat. *Folia ima porraceis exiliora. Exile*, non pro *minuta*, sed pro *tenui*, λεπτῷ, capi debet. In Catacureni codice, longe optimo, non tantum, *graciliora & minora* legitur, sed additur, *sicciora & angustiora esse.* Probant hanc lectionem barbari ævi scriptores. Pandectarius: *Habet folia similia porri foliis, nisi quod sint longiora eis, subtiliora, & duriora.* Theophrastus angulosa tradit; quod ipsa probat experientia. Cassianus Bassus κάρτῳ similia ait. Hanc vocem viri doctissimi Græcam negant, fatentur se nescire quid Latinis κάρτον significet, & corrigunt Galeni codicem libr. 12. Method. cap. 1. κρόμμυα τὰ κάρτα καλούμενα, μετ' ἄρτου ἐδίδουν ἐσθίειν. pro κάρτα κεῖδια vel κρητικὰ scribunt. Frustra; vox hæc apud alios occurrit Græcos, Athenæum, Dioscoridem, Æginetam, Cassianum Bassum. Vide cap. de cepa & porro. Si vulgatam servare lectionem Galeni velis, expone, *cæpas capitatas dictas ad edendum cum pane exhibe.* τὸ κάρτον Grammatici πάνυ· λίαν μεγάλως exponunt, *cæpæ capitatæ magnæ.* Galenum scripsisse puto κρόμμυα ἢ τὰ κάρτα καλούμενα, id est, *cæpas & quæ carta dicuntur.* Τὸ κάρτον *porrum sectile.* Porri genera duo, capitatum & sectile. Isiodorus; *duo genera porri, capitatum & sectile.* Iuvenalis.

— Quis sectile porrum,

Quis tecum elixi vervecis labra comedit.


Κάρτον *porrum sectile, sectivum*, ἀπὸ τοῦ κείρειν, eadem analogia, qua σπάρτον, ἀπὸ τοῦ σπείρειν. Plura de hac voce capitibus citatis. Caulem Dioscorides angulosum recte ait. Modo enim quadrangularis est, modo triāgularis; unde à quibusdam cyperus, juncus triangularis, ab aliis quadrangularis dicitur; Hanc cum observasset Dioscorides differentiam, dixit simpliciter angularem esse. Cassianus Bassus cauliculum hunc junci caule graciliorem inquit, vel, ut in MS. altero legitur, *similem junci gracilioris.* Sane junci cauliculo gracilior cyperus. Eodem planè modo Dioscorides faciem radicis describit quo Theophrastus. ἡ δὲ ῥίζα τοῦ κυπείρου πολύ π — ἀφ' οὗ ὁ βλαστὸς, ἐν ᾧ ὁ καυλός. Ita hæc legenda; pessime edunt, ἀφ' οὗ ὁ καυλὸς ἐν ᾧ ὁ βλαστός. Vertunt; *In quo sese caulis promit in quo germen positum est.* sed caulis in germine, non germen in caule continetur. Verte ergo; *ex quo germen sese promit, in quo positus caulis est.* Id est occultatur, continetur. Duplex σαρκῶδες in radice cyperi constituit, ex quo germen quod in superfice telluris est, crassum, ac globosum, & invicem sibi connexū, quod Dioscor. ὥσπερ ἐλαίας συναφεῖς ἢ καὶ στρογγύλας dixit, *mutuo contactu sibi cohærentes.* Plinius simpliciter radicem cyperi olivæ nigræ similem esse docet, quæ cum oblonga est cyperos vocatur, magni in medicina usus. Cassianus Bassus non ipsi olivæ, sed ossi comparare maluit. Attamen majora sunt & crassiora quam ossa, minora & tenuira quam ipsæ olivæ. Cyperi radix non tantum duabus carnosis partibus constat, sed etiam tenuibus lignosis,

lignosis, de quibus egit libro primo cap. 10. ubi ari radicem lævem & carnosam tradit. cyperi tenuẽ, nervosam. Hoc, inquam, de tenuioribus & lignosis, quas hoc capite undecimo describit, partibus intelligi debet. πρεμνώδους vertunt; *nascitur de ramaceo illo*. cum, ut recte monet Scaliger, vertendum sit, *ex ea radicis parte, quæ inter radiculas, quasi inter brachia, vicem ac vim stipitis obtinet*. τὸ πρεμνῶδες *caudicosum*, vel, ut Plautus loquitur, *caudicale*, quod stipitis, vel caudicis rationem obtinet. Dioscorides radicem inquit esse amarulentam. Theophrastus libr. 6. cap. 16. dulcem inquit esse, cibo idoneam. ὧν αἱ μὲν ῥίζαι γλυκεῖαι· τὰ δὲ ὑπὲρ γῆς οὐκ ὅμοια, λέγω οἷον ἀχρώδους, κυπείρου, &c. Respondeo, Dioscoridem agere de radice siccata, Theophrastum vero de viridi ac recenti. Dulcem esse recentem, ex ipso probatur Dioscoride lib. 4. c. 55. de Chrysocoma. ῥίζαν δασεῖαν, λεπτὴν, ὡς ἐλλεβόρου μέλανος, γευομένῳ οὐκ ἀπηνῆ, κυπείρῳ ἴσην οὖσαν, ἐν τῷ γλυκεῖ ὑποστύφουσαν, *radice densâ &, ceu veratri nigri, tenui, gustû minimè aspero, cyperum æquante, ex subdulci austero*. Sunt qui cum ignorarent radices cyperi recentes dulces, siccatas vero, amaras esse, noluerunt quæ de sapore tradit Dioscorides, ad cyperum referre. Quippe, inquiunt, Dioscorides cyperum dixit amaram, atqui palam hic asserit Dioscorides chrysomes radicem esse ἐν τῷ γλυκεῖ ὑποστύφουσαν, *ex dulci quodammodo austeram*. Verisimilius ergo, figuræ tantum quantitatisque ratione hanc illi comparari. Nullam cum cyperi radice similitudinem habet chrysocome; sed saporem habet, qualem recens viridisque cyperus. Verba illa ἐν τῷ γλυκεῖ ὑποστύφουσαν ad saporem cypero similem referenda, quæ præcedit vox γευομένῳ satis ostendit. Dioscorides cyperum optimum reperiri tradit in Cilicia, Syria & Cycladibus insulis. Plinius primam laudem tribuit Hammoniaco, secundam Rhodio, tertiam Thracio, cum nullum cyperum veterum quisquam laudarit in Thracia.


Cyperus longus.



Radices cyperi rotundi Ægyptii.



Radices cyperi rotundi vulgaris.



Doctiss. Salmasius scribit, *tertia Theræo*. Veteres libri, inquit, scribunt *Thercon*, in Rigaltiano *Thecreon*. Lege *Theræo*, à Thera insula Cycladum una, vel, ut alii, Sporadum. Cyperus vel rotundus vel longus, id est, radice longa, vel rotunda. odoratus inodorus, vulgaris, orientalis, Indica. utrumque vulgarem cyperum his fere verbis describit Dodonæus. utrique cypero tam rotundioris quam longioris radicis, folia sunt longa, gracilia, arundinacea, porraceis exiliora, duriora, longiora, dorso eminente cultellata. caulis rectus, enodis, glaber, triangularis, rarissimè quadrangulus, in cacumine cujus folia minuta, & juba lata, laxaque, panniculæ ex qua dependent semina exigua recondentes. Radices unius prælongæ, geniculatæ, graminis modo serpentes, sibique implicitæ, foris è puniceo colore nigricantes, interiore vero carne in subluteo caudicantes, odore suavi, gustu subamaro. Alterius vero nodosæ sunt, è fibris aliquot cohærentes, oblongioribus olivis, ac non raro rotundioribus similes, odore & colore prioris; Sunt hujus folia minora, & caules paulo breviores: illius vero majora folia, & caules altiores. Amat cyperus loca palustria ac rigua. In Italia locis quibusdam sponte nascitur, & in aliis quoque calidioribus meridiem versus regionibus, uti in Syria, ubi & odoratior ac præstantior. In Germania tam superiore quam inferiore, non nisi satus reperitur, & quidem longus præcipue, nam rotundus perrarus est. Orientalis radices sunt nigræ, rotundæ, magnæ, olivæ crassitie spectantur, multæque uni radicis capillamento appensæ, simul cohærentes (quod in nostro non observatur) odoratæ, atque acuti saporis. Indicum delineat Diosc. loco citato, ἱστορεῖται δὲ καὶ ἕτερον εἶδος κυπείρου ἐν Ἰνδίᾳ γενόμενον σκοτωδὲς (quidam addunt ῥίζα *radice*. Frustra, nec folio nec radice dissimilis) ζιγγίβερι ὃ διαμασσηθὲν, κροκῶδες καὶ πικρὸν (pal. κροκῶδες πικρὸν, alii cod. carent) ἀφελέσκεται, καταχρισθὲν παραχρῆμα ψιλοῖ τὰς τρίχας. *Memoratur & altera cyperi species, quæ in India nascitur zingiberis effigie: quæ commanducata croci vim reddere & amarore prædita esse animadvertitur, illita quoque quam primum depilat*. Plinius loco citato, *Est & per se Indica herba, quæ cyperis vocatur, zingiberis effigie: commanducata croci vim reddit. Cypero vis in medicina psilothri, illinitur pterygiis, &c.* Mirum profecto, cur cyperi speciem faciat Dioscorides, cum zingibero proprior sit, quam cypero. Sed quæ de Indico cypero tradit, ab aliis audita accepit, & apud alium cyperi esse speciem legit; quod vox ἱστορεῖται satis probat. Plinius, quod Dioscorides de Indico tradit cypero, vulgari adscribit cypero. Nemo tradidit, vulgare cyperum depilare; de Indico hoc scripsit Dioscorides. Quod cyperum Indicum antiquiores vocant, id hodie curcumam vocant. Curcuma vel curcuba apud infimos Latinitatis scriptores lorum vel funem denotat. Isiodorus Orig. lib. 19. *spiræ, funes, quibus in tempestatibus utuntur, quas nautici suo more curcubas vocant*. Glossarium Arabico-Latinum. *curcuba lorum*. Perperam ibi hodie est *lorcum*. Supra κύπειρα quoque σχοινία id est, *funes* Hesychio ex cypero torto esse notavimus. Vincula & funes ex cypero in Græcia fieri prodidit Plinius. sed inde cyperum Indicum non vocavit curcumam infima ætas, Curcuma inepta ad funes; nomen inditum ab inæqualitate, quam habet, lupatis equorum simili; Lupata multis nodis ferreis sibi cohærentibus olivarum instar quondam fiebant, hodieque etiam fiunt. Pollux libr. 1. cap. 11. τοῦ χαλινοῦ τὰ σιδήρια.

 ὑποστόμια,

ὑποστόμια, καὶ τῶν μὲν ὑποστομίων τὰ μὲν κοῖλα ἐχῖνοι, τὰ δὲ περιφερῆ καὶ περιονωτὰ τροχοί, tales curcumæ radices. Curcumam ergo vocarunt, quod fræno vel lupato similis sit. Hesych. ἐν κημῷ, ἐν κουρκούμῳ. Achines cap. 271. εἰ δὲ ἄνευ δεσμῶν σιδηρῶν, ἤτοι κουρκούμων, οἱ εἰρημένοι μάγεσοι ὑποταγέντες ἐλεύσονται ἐν αὐτῷ. Vegetius artis Veterinariæ lib. 2. cap. 33. *Curcumam constrictam oportet imponi, ne depravet dentes & labia.* In L. unicâ C. nulli lic. in fræn. *Nulli prorsus liceat in frænis, & equestribus sellis, vel in baltheis suis margaritas, & smaragdos, & hyacinthos aptare post hac, vel inserere. Aliis autem gemmis frena, & equestres sellas, & baltheos suos privatos exornare permittimus. de curcumis autem omnem prorsus qualiumcunque gemmarum habitum præcipimus submoveri.* Curcumam sive Indicum cyperum Garcias croci Indici nomine libr. 1. cap. 39. describere videtur. Est autem hæc radix recens, intus crocea, foris zingiberi persimilis, foliis milii majoribus, caule foliaceo. Vehementi amaritudine & acrimonia dum recens est caret, ob multam humiditatem; siccata vero acris est, sed non adeo ut zingiber. putoque sine noxa sumi posse. Christ. à Costa cap. 30. *Foliis orchis serapias dictæ, colore foliorum scillæ, caule è foliis simul implicatis, & sese mutuo amplexantibus constante radice foris zingiberis simili, intus crocea.* Notas has omnes habet curcuma. Duplex hujus genus; unum rotundum, alterum oblongum. experientia docet, partes esse diversas unius ejusdemque radicis, ut in Zedoaria observare licet. Curcumæ longæ radices ut plurimum sextante longiores, minimo digito crassitudine æquales, zingiberi, & longi cyperi radicibus similes, teretes, utroque latere radicibus aliis minoribus, quarum aliquæ breves, & oculaceis bulbis similes sunt brachiatæ, & obscuris foliorum vestigiis præcinctæ, foris pallidæ & modicè scabræ, intus autem ex croceo colore in puniceum aliquantulum declinantes, ponderosæ, densæ & veluti densato atque exsiccato humore constantes: gustu subamaræ, & cum aromatica tenuitate acres & odoratæ, quæ vino aut aqua maceratę, croceo colore tingunt. eligito densiorem, ponderosiorem nullis foraminibus perviam, gustu fervidissimam, atque odoratissimam. rotunda curcuma substantia, pondere, soliditate, colore, odore, sapore longæ curcumæ omnino respondet: figuram vero rotundam habet, aut modicè oblongam & ovatam, qualem oliva aut radix ari. quibus etiam magnitudine æqualis est ut plurimum, eadem fibris quoque ut longa nititur. Odore ac sapore priorem imitatur, multo tamen acrior, fervidior, & tenuior existit, præsertim quæ substantia constat rariori ut zingiber. Eligito gustu fervidissimam, tenuissimam, aromatum modo odoratam, diu acrimoniam in gustantis palato relinquentem, orisq; halitum odoris gratia commendantem, & quæ nondum teredinem senserit. Curcuma hæc Gallis *terra merita* malè dicitur. Radix enim est. Si libet, ait Ruellius, libr. 2. cap. 4. *Invenies partes pilosas ea perunctas confestim glabescere, tam aperte pilos detrahit. pictoribus maxime utilis, auri loco ea utuntur ad exornandas æneas laminas, utiles etiam iis est, qui pro phaleris equorum æra polluunt, siquidem inducta veram auri fulgorem mentitur.* Monendus lector, aliam Arabum esse curcumam, Chelidonium curcumæ nomine describunt. Serapio cap. 296. *Cauroch*, id est, *curcuma, cujus duæ sunt species, major & minor. Dioscorides. chelidon monthoma dicūt quidam, quod nominetur hoc nomine, eo quod incipiat apparere quando apparent hirundines, & desiccatur quando recedunt.* Hæc satis ostendunt, Arabiam curcumam, Græcorum chelidonium esse.

Ἐξ ἑκάστου δὲ ἀφίησιν ἀνάβλαστον ἢ καθ᾽ ὅπως ῥίζαν, &c. Hæc corrupta. In Aldino & Basileensi, κάτωθεν ῥίζαν. scribe, ἐξ ἑκάστου δὲ ἀφίησιν ἄνω βλαστὸν καὶ κάτω ῥίζαν. *Atque è singulis germen sursum, radicem subtus emittit.*

Ἡ ἄκανθα ἡ κνάκωδος. Quæ sit hæc spina non facile quis dicet. Nonnulli brancam ursinam putant. Sed hæc nec geniculatam, nec arundinosam habet radicem. In tanta brevitate nihil certi statui potest.

Ἐν δὲ τῷ ὕδατι. De plantis aquaticis hactenus memoratis hæc Geoponicῶν Auctor. τούτων δὲ τῶν καρφίων ἢ βοτανῶν πάντων τῶν προειρημένων σημείοις καταφρονοῦντες, οὕτως χρησόμεθα ἐν τοῖς τόποις τοῖς (primum τοῖς dele) μὴ ἔχουσιν ὕδωρ μήτε ἐπίρρυτον, μήτε πηγαῖον, μήτε φρεάτιον. ὅπου γὰρ ἂν (in pal. MS. non habetur ἂν) αὗται αἱ βοτάναι φαίνονται, (vulgo φαίνωνται) ὕδωρ ὑπόγαιον εἶναι σημαίνουσι. καὶ ἐν τῇ θεωρίᾳ ὅσαι ἂν μᾶλλον μεμαρασμένα φαίνονται ἔγγιον τοῦ ἐδάφους, τὰ ὕδατα σημαίνουσιν ἀδύνατα, ἢ μὴ παραμόνιμα· ὅσαι (pal. 1. ὅσοις. 2. ἴσω scribe ὅσω) δὲ μᾶλλον βρίθοντα καὶ χλωρότερα, ὑποκεῖσθαι τὰ ὕδατα βαθύτατα καὶ παραμόνιμα δηλοῦσιν αἰεί. *Harum porro festucarum & herbarum omnium prædictarum signa si non contempserimus, nunquam fodiemus in locis, qui neque influentem, neque fontanam, neque puteanam aquam habent. ubi enim herbæ illæ apparent, ibi aquam sub terra esse significant, quin & ubi aspectus illarum marcidus apparuerit, propius pavimento aquas indicant invalidas, & non permanentes. quæ vero luxuriantis aspectus & viridiores fuerint, aquas subesse altissimas, & durabiles semper protendunt.*

Κύπειρον, τύφη, φλέω, &c. Græci fere semper cyperum cum phleo jungunt, Arist. in Ranis.

> Ἡλάμεσθα διὰ κυπείρου
> Καὶ τοῦ φλέω ᾠδῆς
> Πολυκολύμβου μέλεσι.

Ranas inter sese loquentes adducit, admodum lætantes, quod totum diem consumpsissent inter cyperum & phleum saltantes. Scylax Caryandæus. περὶ δὲ τὴν λίμνην πέφυκε κάλαμος, ἢ κύπερος, ἢ φλοιὸν ἢ ὄρυον. scribe καὶ κύπειρος, καὶ φλέως, καὶ βρύον. Plutarchus typham, phleum, & bryon sive algam jungit libr. quæst. natur. quæst. 1. ὅτι ἢ τὰ λιμναῖα τύφη καὶ φλέων καὶ βρύον ἀναύξη καὶ ἀναβλαστῆ μένει μὴ γενομένων ὄμβρων καθ᾽ ὥραν, *quod etiam palustres stirpes ut sunt typha* (male τίφη scribunt) *phleum & ulva, neque germinant neque augescant, ubi imbres suo tempore non decidunt.*

ΚΕΦ. ΙΒ. — CAP. XII.

De arundinibus, quarum genera duo, deque sagittaria, quæ appellatur à quibusdam Cretica.

ΤΟΥ δὴ καλάμου δύο φασὶν εἶναι γένη· τόν τε αὐλητικὸν, καὶ τὸν ἕτερον. ἓν γὰρ εἶναι τὸ γένος τοῦ ἑτέρου. διαφέρειν * δὲ ἀλλήλων ἰσχύϊ, καὶ λεπτότητι, καὶ ἀσθενείᾳ. καλοῦσι δὲ τὸν μὲν ἰσχυρὸν καὶ παχὺν, χαρακίαν· τὸν δ᾽ ἕτερον, πλόκιμον. φύεσθαι δὲ, τὸν μὲν † πλόκιμον ἐπὶ τῶν πλοάδων· τὸν δὲ χαρακίαν, ἐπὶ τοῖς κώμυσι· κώμυθας δὲ καλοῦσι, οὗ ἂν ᾖ συνηθροισμένος κάλαμος καὶ συμπεπλεγμένος ταῖς ῥίζαις· τοῦτο δὲ γίνεται καθ᾽ οὓς ἂν τόπους τῆς λίμνης εὔγειον ᾖ χωρίον. γίνεσθαι δέ ποτε τὸν χαρακίαν καὶ οὗ αὐλητικός· μακρότερον τὴν τοῦ ἄλλου χαρακίου, σκωληκόβρωτον δέ. τούτου μὲν οὖν ταύτας λέγουσι τὰς διαφοράς. περὶ δὲ τοῦ αὐλητικοῦ, τὸ μὲν, φύεσθαι δι᾽ ἐνναετηρίδος, ὥσπερ τινές φασι καὶ ταύτην εἶναι τὴν τάξιν. οὐκ ἀληθές δέ. ἀλλὰ τὸ μὲν ὅλον αὐξηθείσης γίνεται τῆς

* ἀλλήλων παχύτητι, καὶ λεπτότητι, καὶ ἰσχύϊ καὶ ἀσθενείᾳ.
† πλώϊμον Plinius.

ARundinis duo genera tradunt, tibialem & reliquam. Quippe unum genus alterius deprehendi: sed inter sese firmitate, crassitate, tenuitate & exilitate differre. Crassam, & validam, * vallatoriam vocant: alteram autem, texilem. Nasci texilem super insulas fluitantes. † Vallatoriam in comythibus. Comythes vocant, ubi acervata arundo, implexaque mutua radicum conjunctione est: quod fit locis stagnorum, ubi tellus pinguis, lætaque est. Nonnunquam etiam ubi tibialis, vallatoriam gigni: longiorem quidem, quam reliqua vallatoria, sed vermibus erodendam. Hujus quidem eas differentias tradunt. Tibialium quandam nono anno provenire nonnulli volunt. Hunc quoque ordinem generandi statuunt. Quod error est. In totum enim auctu lacu enascitur. Sed quoniam id superiori tempore nono anno potissimum

* characiam.
† characiam.

λίμνης. ὅτι δὲ τοῦτο † δοκεῖ συμβαίνειν ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις μάλιστα δι' ἐννεατηρίδος, καὶ τὴν γένεσιν τοῦ καλάμου ταύτην ἐποίουν, τὸ συμβεβηκὸς ὡς τάξιν λαμβάνοντες. γίνεται δ' ὅταν ἐπομβρίας γενομένης διεμμείνῃ τὸ ὕδωρ " διετῆ τοὐλάχιστον, ἂν πλείω καὶ κάλλιον. τοῦτο δὲ μάλιστα μνημονεύουσι γεγονὸς τὸ ὕστερον χρόνον, ὅτε συνέβη τὰ περὶ Χαιρώνειαν. πρὸ τούτων γὰρ ἔφασαν † ἐπὶ πλεῖον βαθυνθῆναι τὴν λίμνην. μετὰ δὲ ταῦτα ὕστερον, ὡς ὁ λοιμὸς ἐγένετο σφοδρὸς, πληθῆναι μὲν αὐτὴν, οὐ μείναντος δὲ τοῦ ὕδατος, ἀλλ' ἐκλελοιπότος χειμῶνος, οὐ γενέσθαι τὸν κάλαμον. φασὶ γὰρ καὶ δοκεῖ βαθυνομένης τῆς λίμνης † μείναντα τὸν ἐπιόντα ἐνιαυτὸν, ἁδρύνεσθαι· καὶ γίνεσθαι τὸν μὲν ἁδρυνθέντα ζευγίτην· " οὗ δ' ἂν μὴ συμπαραμείνῃ τὸ ὕδωρ, βομβυκίαν. τὴν μὲν οὖν γένεσιν, τοιαύτην. † διαφέρει δὲ τῶν ἄλλων καλάμων, ὡς καθόλου λαβεῖν, ‡ εὐτροφίᾳ τινὶ τῆς φύσεως. ἀπληθέστερον γὰρ εἶναι καὶ ἀσαρκότερον, καὶ ὅλως δὲ θῆλυν τῇ προσόψει. καὶ γὰρ τὸ φύλλον πλατύτερον " ἔχει καὶ λευκότερον· τὴν δὲ αὐθήλην ἐλάττω τῶν ἄλλων. τινὰς δὲ ὅλως οὐκ ἔχειν, οὓς καὶ προσαγορεύουσιν εὐνουχίας. ἐξ ὧν ἄριστα μὲν φασί τινες γίνεσθαι τὰ ζεύγη· κατορθοῦν δὲ ὀλίγα παρὰ τὴν ἐργασίαν. τὴν δὲ τομὴν ὡραίαν, πρὸ † Ἀντιγενίδου μὲν ἡνίκ' ηὔλουν ἀπλάστως ὑπ' Ἀρκτοῦρον, Βοηδρομιῶνος μηνός· τὸν γὰρ οὕτω τμηθέντα συχνοῖς μὲν ἔτεσιν ὕστερον γίνεσθαι χρήσιμον· καὶ προκαταυλήσεως δεῖσθαι πολλῆς· συμμύειν δὲ τὸ στόμα τῶν γλωττῶν, ὃ πρὸς ‡ τὴν διακτηρίαν εἶναι χρήσιμον. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν πλάσιν μετέβησαν, ἡ τομὴ μετεκινήθη. " τέμνουσι γὰρ δὴ νῦν τοῦ Σκιρροφοριῶνος καὶ Ἑκατομβαιῶνος, ὥσπερεὶ πρὸ τροπῶν μικρὸν ἢ ὑπὸ τροπάς. γίνεσθαι δέ φασιν † τριενόν τε χρήσιμον, καὶ καταυλήσεως βραχείας δεῖσθαι. καὶ κατασπάσματα τὰς γλώττας ἴσχειν. τοῦτο δὲ ἀναγκαῖον τοῖς μετὰ πλάσματος αὐλοῦσι. ἡ μὲν οὖν ζευγίτου ταύτας εἶναι τὰς ὥρας τῆς τομῆς. ἡ δ' ἐργασία γίνεται ‡ τὸν αὐτὸν τρόπον. ὅταν συλλέξωσι, τιθέασιν ὑπαίθριον τοῦ χειμῶνος ἐν τῷ λέμματι· τοῦ δ' ἦρος περικαθάραντες καὶ ἐκτρίψαντες, εἰς τὸν ἥλιον ἔθεσαν· τοῦ θέρους δὲ, μετὰ ταῦτα συντεμόντες εἰς τὰ μεσογόνια, πάλιν ὑπαίθριον τιθέασι χρόνον τινά. προσλείπουσι δὲ τῷ μεσογονατίῳ τὸ πρὸς τὴν βλαστὸν γόνυ, τὰ δὲ μήκη τὰ τούτων " οὐ γίνεται διπαλαιστῶν ἐλάττω· βέλτιστα μὲν οὖν εἶναι τῶν μεσογονίων πρὸς τὴν ζευγοποιίαν ὅλου τοῦ καλάμου τὰ μέσα. μαλακώτατα δὲ ἔχει ζεύγη τὰ πρὸς τὴν βλαστόν· σκληρότατα δὲ τὰ πρὸς τῇ ῥίζῃ. συμφωνεῖν δὲ τὰς γλώττας τὰς ἐκ τοῦ αὐτοῦ μεσογονατίου, † τὰ δ' ἄλλα οὐ συμφωνεῖν. καὶ τὴν μὲν πρὸς τῇ ῥίζῃ ἀριστερὰν εἶναι. τὴν δὲ πρὸς τὴν βλαστὸν δεξιάν. τμηθέντος δὲ δίχα τοῦ μεσογονίου, τὸ στόμα τῆς γλώττης ἑκατέρας γίνεται κατὰ τὴν τοῦ καλάμου τομήν. ἐὰν δὲ ἄλλον τινὰ τρόπον ἐργασθῶσιν αἱ γλῶτται, ταύτας οὐ πάνυ συμφωνεῖν. ἡ μὲν οὖν ἐργασία, τοιαύτη. φύεται δὲ πλεῖστος μὲν μεταξὺ τοῦ Κηφισοῦ καὶ τοῦ Μέλανος, οὗτος δὲ ὁ τόπος προσαγορεύεται † Πελεκανία· τούτου εἰσὶν ἄττα χύτροι καλούμενοι βαθύσματα τῆς λίμνης, ἐν οἷς κάλλιστόν φασι. γίνεσθαι δὲ καθ' ὃν ἡ Προβατία καλουμένη καταφέρεται. οὗτος δ' ἐστὶ ποταμὸς ῥέων ἐκ Λεβαδίας. κάλλιστος δὲ δοκεῖ γίνεσθαι πάντων περὶ τὴν Ὀξεῖαν καλουμένην Καμπήν. ὁ δὲ τόπος οὗτός ἐστιν ἐμβολὴ τοῦ Κηφισοῦ· γειτνιᾷ δ' αὐτῷ πεδίον εὔγειον, ὃ προσαγορεύουσιν Ἱππίαν. πρόσβορρος δὲ τόπος ἀλ-

† ἐννεα Constantinus. " διετῆ, vel διετίας Const. † πλεῖον ἔτη Theodorus. † καὶ μείναντος Const. * Ald. Basil. οὗ δ' ἂν Const. ὅτ' ἂν. † διαφέρειν Const. ‡ εὐτροφίᾳ Ald. & Bas. & rectè. " ἴσχειν Const. † Ἀντιγενίδου. ‡ διακτηρίαν. " τέμνουσι γὰρ δὴ νῦν Bas. † τριενόν τε. ‡ τοῦτον τὸν τρόπον Scal. " γόνατος Const. † τὰς δ' ἄλλας Const. † Πελεκανία. τούτου εἰσὶν ἄττα χυτρείους καλοῦσι, βαθύσματα vide Comment.

simum evenire videretur, ortum quoque arundinis talem esse credidere; eventum fortuitum pro ordine certo capientes. ‡ Gignitur vero copiosior meliorque, cum post imbres frequentes biennio minimum aqua permansit: ut quod maxime posteriori tempore factum meminere, cum infaustum illud Cheroniæ accidit. Quippe ante hoc annis pluribus lacum altitudinem extendisse: post, ubi vehemens pestis invasit, impletum quidem affirmant: sed cum inundatio non permansisset, sed hyeme decrevisset, • sic & arundinem provenisse. Fertur enim, videturque aucta altitudine lacus, duranteque inundatione, crassari arundinem. Et fieri crassatam quidem armamentariam, Bombyciam vero, cum non aqua permanserit. Generationem itaque talem tradidêre. † Distare autem à reliquis arundinibus armamentarium (ut generalius loquamur) præstantia quadam nutricationis naturalis confirmant. Quippe pleniorem, carnosiorem, in totumque facie fœminæ lasciviorem spectari. Etenim folium ‡ amplius, candidiusque habere & minus lanuginis, quam cæteræ: quasdam etiam omnino nihil habere, quas & nomine spadonum appellant. " Hinc paria optima fieri quidem affirmant: sed pauca tamen in opere bene succedere. Cædi tempestive solitas, usq; ad Antigenidem, cum adhuc simplicibus tibia uterentur sub Arcturo, mense Septembri. Quippe sic cæsas † plerisque quidem post annis utiles esse incipere: multaque interim exercitatione sonandi indigere. Sed ora linguarum comprimi, ‡ quod erat illis theatrorum moribus utilius: sed postquam varietas fictioque accessit, cæsura mutata est. Cædunt enim nostra ætate, mense Majó, & Iunio, quasi paulo ante solstitium, vel sub ipso solstitio. Et fieri utiles " in trimatu referunt, & brevi exercitatione egere, linguasque disjectu deflecti. Quod his necessarium est, qui sonos fingunt, & multifariam flectunt. Hæc armentariæ cædendæ tempora tradunt. Præparatio vero, & confectio hunc in modum fieri solet. Cum collegerint, hyeme sub divo exponunt suis vestitam tunicis, vere autem dispoliatam, attrituque expurgatam, soli expandunt. Æstate posthac concisam in internodia, rursum sub divo, ad tempus quoddam exponunt, † relicto internodiis superiori geniculo. His longitudo palma nunquam minor. Optima ex internodiis ad parium constructionem, media totius harundinis mollissima paria gerunt, quæ ‡ adversum germina exeunt: durissima, quæ proxima radici habentur. Linguas eodem internodio exemptas congruere, cæteras esse discordes: proximam ab radice levam poni, dexteramque germina versus, inciso duas in partes internodio. Os linguæ utriusque secundum calami incisuram faciunt. Quod si alio modo linguæ conficiantur, non satis eas congruere. Talis præparatio atque confectio est. Nascitur plurima inter Cephisum, & Melana. " Pelecania locus hic nominatur. Hujus quædam partes Chytri vocati, lacus altitudines sunt, quibus arundinem laudatissimam provenire affirmant. Quin & quo Probatia dicta defertur. Is autem amnis est ex Lebadia perfluens. Sed omnium optima nasci creditur circa Oxeam Campen vocitatam. Locus hic Cephisi ostium est: vicinus ei campus pinguis, &

‡ Gignitur cum post imbres biennio saltem aqua permāsit. quod plus permāsit, eo melior est; ut quod maxime posteriori tempore factum meminere, cum illud Cheroniæ accidit. quippe ante hoc annis pluribus lacum contractum fuisse. • arundinē nō provenisse. Fertur enim, videturq; retracto ac demisso lacu aqua eatenus, ut effundi nequeat, aquaq; manente in alterum annum crassari arundinē, & fieri crassatum quidē zeugitem, " bombyciam. † Distat à reliquis arundinibus nutrimenti nativi penuria; inanior enim ac gracilior est, in totūque fœminæ aspectu similis spectatur. ‡ latius. " Ex his optima paria tibiarū fieri affirmant, sed pauca in opere. † multis simul annis continuatū. ‡ quod erat illis ad clarā concinnamque pronunciationē utilius. sed postquā varietas & figuratio accessit, cædendi tempus mutatum est: cædunt enim nostra ætate sole vel geminos exeunte, vel cancros intrante. " trimatu referunt & brevi inflatu egere, lingulasque facile distrahi, quod his necessarium qui flexamino sono cantant. Hæc zeugites cædendæ tempora tradunt. opera autem ad eas apparandas sic impenditur, cum. † relinquuntque internodiis geniculum quod est ad germen. His longitudo duabus palmis nunquam minor. ‡ ad. " locus hic Pelicania nominatur, ad hæc Chitrinos vocant lacus profunda, quibus.

λος τῆς τε Ὀξείας Καμπῆς ἐστιν, ὃν καλοῦσι Βοηδρίαν. φύεσθαι δέ φασι καὶ κατὰ ταύτην εὐγενῆ τὸν κάλαμον. τὸ δ᾽ ὅλον οὖν ἂν ᾖ βαθύγειον καὶ εὔγειον χωρίον καὶ ἰλυῶδες, καὶ ὁ ‡ Κηφισὸς ἀναμίγνυται, καὶ πρὸς τούτοις βάθυσμα τῆς λίμνης, κάλλιστον γίνεσθαι κάλαμον· περὶ γὰρ τὴν Βοηδρίαν, ταῦτα πάντα ὑπάρχει. ὅτι δὲ ὁ Κηφισὸς μεγάλην ἔχει ῥοπὴν εἰς τὸ ποιεῖν καλὸν κάλαμον, σημεῖον ἔχουσι. καθ᾽ ὃν γὰρ τόπον ὁ Μέλας καλούμενος ἐμβάλλει, βαθείας οὔσης τῆς λίμνης καὶ τοῦ ἐδάφους εὐγείου καὶ ὑλώδους, ἢ ὅλως μὴ φύεσθαι ἢ φαῦλον. ἡ μὲν οὖν γένεσις καὶ φύσις τοῦ αὐλητικοῦ, καὶ ἡ κατεργασία, καὶ τίνας ἔχει διαφορὰς πρὸς τοὺς ἄλλους, ἱκανῶς εἰρήσθω. γένη δ᾽ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ πλείω τοῦ καλάμου τυγχάνει, φανερὰς ἔχοντα τῇ αἰσθήσει διαφοράς. ὁ μὲν γὰρ πυκνὸς καὶ τῇ σαρκὶ καὶ τοῖς γόνασιν· ὁ δὲ, μανὸς καὶ ὀλιγογόνατος. καὶ ὁ μὲν κοῖλος, ὃν καλοῦσί τινες ″ σύριγγα· οὐδὲν γὰρ ὡς εἰπεῖν ἔχει ξύλου καὶ σαρκός. ὁ δὲ, στερεὸς καὶ συμπλήρης † μικροῦ. καὶ ὁ μὲν, βραχύς· ὁ δὲ, εὐαυξὴς καὶ ὑψηλὸς καὶ παχύς. ὁ δὲ, λεπτὸς καὶ πολύφυλλος. ὁ δὲ, ὀλιγόφυλλος καὶ μονόφυλλος. ὅλως δὲ πολλαί τινές εἰσι διαφοραὶ κατὰ τὰς φύσεις καὶ τὰς χρείας. ἕκαστος γὰρ πρὸς ἕκαστα χρήσιμος. ὀνόμασι ‡ δὲ ἄλλοις προσαγορεύουσι· κοινότατον δέ πως ὁ δόναξ· ὃν καὶ λοχμωδέστατόν γέ φασιν εἶναι, καὶ μάλιστα φύεσθαι παρὰ τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰς λίμνας. διαφέρειν δ᾽ ὅμως παντὸς καλάμου πολὺ, τόν τε ἐν τῷ ξηρῷ, καὶ τὸν ἐν τοῖς ὕδασι φυόμενον. ἴδιος δὲ καὶ ὁ τοξικὸς, ὃν δὴ Κρητικόν τινες καλοῦσιν. ὀλιγογόνατος ″ δὲ σαρκωδέστερος δὲ πάντων, καὶ μάλιστα κάμψιν δεχόμενος, καὶ ὅλως ἄγεσθαι δυνάμενος, ὡς ἂν θέλῃ τις θερμαινόμενος. ἔχουσι δὲ ὥσπερ ἐλέχθη καὶ κατὰ τὰ φύλλα μεγάλας διαφορὰς, οὐ πλήθει καὶ μεγέθει μόνον, ἀλλὰ καὶ χροιᾷ· ποικίλος γὰρ ὁ Λακωνικὸς καλούμενος. ἔτι δ᾽ αὐτῇ τῇ θέσει καὶ προσφύσει. κάτωθεν γὰρ ἔνιοι πλεῖστα φέρουσι τῶν φύλλων· † αὐτὸς δὲ ὥσπερ ἐκ θάμνου πέφυκε. σχεδὸν δὲ τινές φασι καὶ τῶν λιμναίων ταύτην εἶναι τὴν διαφορὰν, πολύφυλλον καὶ ὀλιγόφυλλον καὶ παρόμοιον ἔχειν τρόπον τινὰ τὸ φύλλον τῷ τοῦ κυπείρου καὶ φλεὼ, καὶ ‡ βρύου καὶ βουτόμου. ″ δεῖν σκέψασθαι δὲ τοῦτο· γένος δέ τι καλάμου φύεται καὶ ἐπίγειον, ὃ οὐκ εἰς ὀρθὸν ἀλλ᾽ ἐπὶ γῆς ἀφίησι τὸν καυλὸν, ὥσπερ ἡ ἄγρωστις. καὶ οὕτω ποιεῖται τὴν αὔξησιν. ἔστι δὲ ὁ μὲν ἄρρην στερεός· ὁ δὲ θῆλυς, κοῖλος. διαιροῦσι γὰρ καὶ τοῦτον τῷ ἄρρενι καὶ θήλει. φύονται δ᾽ ἐξ ἑνὸς πυθμένος πολλοὶ, καὶ οὐ λοχμώδεις. τὸ δὲ φύλλον οὐ μακρὸν, ἀλλ᾽ ὅμοιον τῇ ἰτέᾳ. τῷ μεγέθει μεγάλοι καὶ εὐπαχεῖς, ὥστε † ἀκοντίας χρῆσθαι· φύονται δὲ οὗτοι περὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμόν. ἅπας δὲ κάλαμος εὔζωος· καὶ τεμνόμενος καὶ ἐπικαιόμενος καλλίων βλαστάνει. ἔτι δὲ παχύρριζος· καὶ πολύρριζος. διὸ καὶ δυσώλεθρος· ἡ δὲ ῥίζα γονατώδης, ὥσπερ ἡ τῆς ἀγρώστιδος πλὴν ‡ οὐ παντὸς ὁμοίως. ἀλλὰ περὶ μὲν καλάμων ἱκανῶς εἰρήσθω.

‡ κιφισὸς Al. Bas. *″ συριγγίαν Diosc.* *† μικροῦ δεῖ. καί.* *‡ δὲ ἄλλοι ἄλλοις.* *″ μὲν.* *‡ καυλὸς δὲ Const.* *‡ φύκου.* *″ σκέψασθαι δὲ δεῖ τοῦτο, vel καί, Const.* *‡ ἀκοντίοις.* *‡ πάντων Const.*

hilaris, quem Hippiam vocant. Est etiam alius locus Aquilonius Oxeæ Campæ Boëdrias nomine, quo etiam ipso nobilem arundinem nasci asseverant. In totumque ubi crassum, lætum, fœcosumque solum sit, Cephisusque se permisceat, atque etiam altitudo lacus amplietur, arundinem optimam oriri. Nam circa Oxeam Campen, & Boëdriam hæc omnia comperiuntur. Quod autem Cephisus vim magnam ad faciendam harundinem laudabilem sortiatur, argumento capiunt; quod eo loco, ad quem Melas, qui vocatur, influit. quanquam locus profundus, solumque crassum, atque fœcosum est, tamen aut omnino nulla, aut vitiosa exurgit. Generationem harundinis tibialis, naturam, confectionem, quibusque differentiis à reliquis distet, satis dixisse arbitramur. Genera non hæc solum, sed plura harundinis etiam intelliguntur, quæ differentiis vel sensui manifestis discernuntur: quædam enim densa, tam carne, quam geniculis: quædam rara, paucisque geniculis: & alia cava tota, quam fistulariam quidam appellant (nihil enim fere ligni, carnisve habet) alia solida, & tota pene intus † repleta. Item alia gracilia foliosaque, alia paucis foliis omnino. Ac multæ omnino differentiæ pro natura usuque intelliguntur. Singulæ namque ad singula utiles. Nominibus alii aliis appellant, ‡ sed canna communissima quodammodo est, quam & ″ fruteticiam maxime omnium ferunt, & apud flumina lacusque potissimum nasci. Plurimum tamen in quoque genere distare inter sese aquaticas, & sicco nascentes perhibetur. Sagittaria quoque, quam Creticam quidam appellant, sui generis est, nodis paucis geniculata, carnosior omnibus, maxime flexum recipiens: atque omnino obsequens, quo libeat flecti calefacta. Magnas & folia differentias reddunt, quemadmodum diximus: non multitudine magnitudineque tantum, sed etiam colore. Quippe quæ Laconica cognominatur, versicolor est. Item positu ipso, atque annexu. Quædam enim ab ima parte foliorum plurima ferunt, † ipsæque perinde atque è frutice se attollunt. Quidam hoc discrimen lacustrium esse volunt: scilicet multa habere folia, & gladioli, phlei, algæ, butomique foliis similia. Verum hoc amplius scrutari oportet. Genus autem quoddam harundinis ‡ vel terrenum nascitur, quod ″ non erigit caulem, sed super terram spargitur graminis modo, atque ita se ampliat. Mascula solida est, fœmina inanis. Quippe & hanc mare fœminaque distinguunt. Proveniunt ex eodem fundo plusculæ, non tamen fruticant; folio non longo, sed salici simili: magnitudine præstantes, atque robustæ, ut vicem † hastarum præbeant. Hæ circa Acesinam amnem oriuntur. Omnis autem arundo vivax est, ‡ atque adusta melius resurgit. Itemque stirpe crassa, numerosaque est, & ″ ob id mori pervicax. Radix ipsa geniculata, quemadmodum graminis: verum non omnes simili modo informantur. Sed de arundinibus hactenus.

† repleta; item alia brevis, alia procera, excelsa, crassaque; & alia gracilis, foliosaque. *‡ donax.* *″ fruticosam.* *† caulisque perinde atque è frutice se attollit. Quidam hoc discrimen lacustrium esse volunt. scilicet, multa vel pauca folia habere, similemque quandã figuram habere cum cypero, phleo, alga, butomoque.* *‡ ἐπίγειον, hoc est, terrenum.* *″ per terram caulem emittit graminis modo.* *† navigiorum.* *‡ est cæsa ac adusta.* *″ ægrè moritur.*

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Μάλιστα δ' ἐνιαυτιαῖος. *Theodorus*, nono anno. *Dicam*, nono quoque anno. *Illud enim semel significat: hoc, recursum. Etiam Plinius melius addidisset. De Characia & Phragmite, an idem sit, apud Plinium ostendimus in commentariis.*

Γίνεται δ' ὅλων ἐπομβρίας. *Vt fiat judicium de totius rei summa: oportet hic explicare universum sententiam. Cum lacus subsidit imbrium inopia: calamum tibialem non generari: cum exuberant aquæ ita, ut exeat lacus è ripis, non generari: sed duo hæc opus esse, & aquæ copiam, & eam intus biennio saltem contineri. Quare quo tempore Timagenes edidit ad Cheroneam insignem pugnam illam: fuit proventus calamorum, ex iis, quibus diximus, rationibus. Ante id tempus, utrunque evenerat incommodum, prius ut subsideret lacus: deinde ut impleretur; sed ita, ut exiret. Nunc, cum habes sensum Philosophi, videbis errorem Theodori, qui legit*, οὕτω γίνεσθαι τὸν κάλαμον. *Nam supra gigni, si* διαμμένη. *Nunc igitur* γίνεσθαι οὐ μείναντος; *quomodo fieri potest? Nos iccirco sequimur vulgatam lectionem* ὁ γίνεσθαι. *Exivit enim aqua.* διετῆ τελειοῦσθαι ἄν. *Theodorus*, biennio cum minimum. Biennio saltem. *Et addidit de suo* (infaustum) *Plinium sequutus.* ἔτι πλέον βαθυνθῆναι. *Theodorus legit*, ἔτι πλείω, *Rectè. Sed cætera interpretatio infœlix.* Altitudinem, *inquit*, extendisse. *Sic intelligas*, exisse: atque inundasse agrum. *At contra*, βαθύνεσθαι *est*, contrahi, & profundum petere. Quod autem ita sit: vide disiunctivam ἔτι πλείω βαθυνθῆναι. *Et mox*, πληθῦναι ἢ οὐδιαμμένης. *Profectò sunt contraria. Igitur cum* πληθῦναι καὶ μὴ διαμμένειν, *sit* augeri, & effundi: βαθυνθῆναι, *non erit* augeri. *Quare iterum impingit*, βαθυνομένης τῆς λίμνης. Aucta, *inquit*, lacus altitudine. *Immò demissa, & retracta aqua eatenus, unde effundi nequiret. Decepit hominem doctissimum significatus.* Βαθὺς lacus *dicitur*, cujus fundus multum abest ab summa aquæ superficie. *Verùm ratio significandi latuit eum. Est enim profundus propter locum aquas ipsas capientem. Itaque cum abit aqua in profundum, æquè profundus lacus est, quia aqua ab summis labris distat multum. Et malè dixit*, μείναντος, durante inundatione. *Inundatio enim est, cum exit, & operit agrum. Iccirco dicebat*, ὅλων μὴ συμπεριληφθῇ τὸ ὕδωρ. *Notat societatem abeuntis aquæ, &* συ, *unionem. Igitur cùm exundat lacus, bombyciam eo anno gigni, cùm non exundat, sequente anno adolescere.* ζευγίτην. *Et Plinius malè putavit inundatione proficere: subsidentia graciles fieri. Sic enim scribit* (reciproco) *id est*, subsidente. *Cùm tamen*, μὴ συμπεριληφθῇ, *significet abitum, atque excessum exuberantis aquæ.* ζευγίτην armamentariam *vocat* arundinem *Theodorus. Plinius dicit*, in aucupatoriam proficere crassitudinem. *At* ζευγίτης *est* αὐλητικός; *ex quo* ζεῦγη *faciebant ad canendum. Plinius* τὰ ζεῦγη *cum vocat* armamenta, *facit ut quæram.*

Διαφέρει δ' ἢ ἄλλων καλάμων. Scilicet ὁ βομβυκίας. *quia minus nutriatur: propterea quod annua aqua illa non manet. Et ratio subest. Quæ enim manet, manendo crassescit aqua. Non manens & effluens tenuis est, neque alit. Itaque fœmineum sexum huic attribuunt, utpote invalidæ. At Theodorus totum contrarium descripsit sensum.* εὐτροφία. εὐπληθέστερον. δυσαρκότερον. *Deinde cum pervenit ad vocem illam* θῆλυν, *concinnavit sententiam suam, addendo*, lasciviorem. *Idque addito etiam ac præposito vocabulo*, Armamentariæ. *At* ζευγίτης *hic nullus in nostris codicibus. Puto ita legit, quia mox*, ἐξ ὧν ἄρρενα μὲν φασιν εἶναι γίνεσθαι τὰ ζεῦγη. *Notabis autem contra eum illud quoque infrà. Genus* τῶν ἐπιγείων. *Masculam solidam, fœminam cavam. Non igitur fœminæ convenit* εὐπληθέστερον, *ut ipse depravabat pro eo, quod erat*, ἀπληθέστερον, inanior.

Συμμύειν δ' τὸ στόμα τῶν γλωττίδων, ὃ πρὸς τὴν διακτορίαν χρήσιμον. *Theodorus*, sed ora linguarum comprimi: quod erat illis theatrum moribus utilius. *Plinium postremis his verbis sequutus est. Verùm* διακτορία *aliud est, quam Theatrorum mores. Significat enim* ingressum nunciorum. *Contentiore namque tum concentu opus est: ita ligulæ tibiarum sese comprimunt. Nota loquutionem minus candidam.* συχνοῖς μὲν ἔτεσι ὕστερον εἶναι χρήσιμον. *Nam* πολλοῖς *si dixisset, intelligerem quod docebat. Plinius perspicuè*, aliquot post annos utiles esse incipiebant. *Verùm* συχνοῖς *cum dicis, videaris velle, multis simul annis continuatis utiles esse, postquàm primùm apparatæ sunt.*

Εἰς τὴν πλάσιν μετέβησαν. *Plinius*, postquàm varietas accessit. *Theodorus*, varietas & fictio. *Non fictio: neque enim quicquam fingunt, sed figuratio: quia ductus simplex cantionum lineæ assimilatur: at variatus, figuræ præstat rationem. Ac tametsi* πλάττειν *est* fingere: *non continuo* πλάσις, *est* fictio. *Quia Fingo verbum, duo habet significata, unum est in figura, alterum in eo quod est, præ se ferre aliter, quàm sit: at fictio alterum tantùm.*

Ἡ τομὴ μετεκινήθη. *Cædendi tempus mutatum est. Theodorus*, cæsura mutata est. *Non est mutata cæsura, quia eodem modo cædebantur, sed non eodem tempore: at eæ voces non sunt ita institutæ ad tempus, sed ad opus significandum.* Cursura, scriptura, cæsura.

Τέμνουσι γὰρ δὴ νῦν. *Theodorus*, cædunt nostrâ ætate. *Legit*, δὴ νῦν.

Τελειοῦται χρήσιμον. *Theodorus*, *ex Plinio*, trimatu. *Sic alibi* δίετον. κατωκλήσεις, *supra dicebat*, προκατακλήσεις. præexercitatione, & domatione, *Theodorus. Ad verbum dicerem* præcentione, præcentores.

Κατασπάσματα τὰς γλώσσας ἔχειν. Lingulas apertiores esse, ad flectendos sonos. *Ita Plinius. Theodorus*, linguasque disiectu deflecti. *Nec sic*, Contrahique facile lingulas ad sonos variandos. κατασπάσματα *interpretor*, vibrationes. κατακλάσματα *acutiùs legas, ad infractiones modulorum lingulas accommodari. Sic* ὀκλάζειν.

Ἡ δ' ἐργασία. *Theodorus*, præparatio, & confectio. *Mallem*, Opera autem ad eas apparandas, sic imperiditur. *Nec potes legere, ut scriptum est*, τὸν αὐτὸν τρόπον. *Sed* τοῦτον τὸν τρόπον. *Quippe nullum alium modum statuit: nisi intelligas sic*: tametsi mutatum est cædendi tempus, tamen apparandi modus idem. *Videbatur enim mutato illo, hunc quoque alia ratione fieri debere. Cæterum tametsi solstitio cædunt; tamen hyeme durant sub gelu eodem instituto, quo qui cædebant autumno. Ita magis placet, ut scriptum est, quàm quemadmodum legit Theodorus.*

Περιλείπουσι δὲ τὸ τῆς μεσογονατίου τὸ πρὸς τοὺς βλαστοὺς γόνυ. *Theodorus*, Relicto internodiis superiori geniculo. *At nulli dubium est, quin è geniculo inferiore prodeant germina. Et subest ratio naturalis. habent enim radicis proportionem. Itaque cum relinquunt geniculum, quod est* πρὸς τοὺς βλαστοὺς, *relinquunt illud, quod inferius est. Ac sanè non est sine consilio. Nam relinquunt ibi munimentum ejus partis, quæ ori applicanda est.*

Χύτραι. *Ac si dicas, Ollæ. Sane propter altitudinem.*

Δόναξ. *Theodorus interpretatur*, canna. *At canna est grandissima, & quæ in sicco proveniat: unde & canales à Græco*, χάνειν. *ob amplitudinem. Nescio an id nomen apud Plinium sit. nondum enim memini. De hac idem dixit*, non nisi in aquaticis nasci: *tametsi Theophrastus*, μάλιστα, *tantùm.*

Καὶ τὴν λιμναίαν ταύτην εἶναι διαφορὰν. *Theodorus*, Quidam vel discernendum pene lacustrium esse volunt. *Mirabilis oratio. Posuit*, discernendum, *pro substantivo: quasi diceret*, discretionem. *Et agnoscis ejus* (penè) *pro* ferè: *ut monuimus. Nam pene est differentia. Vult dicere: aliquantum abest, quo minus sit vera differentia. & significat non deberi naturæ lacustrium: sed absistere, neque convenire.* Penè feci. *non feci. At* ferè feci: *è contrario, vix aliud, præter hoc, feci. Ita* pene, *non statuit.* fere, *statuit, & aliud quid permittit.*

Εὐπαγεῖς. *Theodorus*, robustæ. *rectæ.* compactæ. Ἀκόντια. *Theodorus*, hastas *interpretatur*: *melius* jacula.

Καὶ ἐπιπεριφερόμενος, καὶ καυλόμενος. *Theodorus, omisit*, περιφερόμενος.

Δυσώλεθρος. *Theodorus*, mori pervicax. *Loquutio implexa ex morte & vita: neque à Latino admittenda, sonat enim peregrinum.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Πλόκιμον. *Plinius legit* πλώιμον: *Sic enim libr.* 16. *cap.* 36. Characiam vocabant crassiorem firmioremque, plotiam vero subtiliorem, hanc in insulis fluitantibus natam, illam in ripis expatiantis lacus.

Συμπεπλεγμένος τοῖς ῥίζαις. *Hunc radicum implicitarum nexum alibi* πλοῦν *vocat, ut ostenditur in Crispini Lexico. Et Columella volens illa duo Theophrasti verba* χαρακοῦσθαι *&* πυρόω.. *exprimere, sic dixit lib.* 4. *cap.* 2. *de vitis radicibus,*

dicibus, Hæc autem, quæ toto prostrata corpore cum inferius solum quasi cancellavit (*quod à cancellis, id est,* καρκινίοις) atque irretivit, cratem facit, & pluribus radicibus inter se connexis, angitur. *Et supra,* cratem facere, *id est,* ταῤῥοῦσθαι.

Δοκεῖ. *melius* ἰδίως. *Et infra* δυτοῖ, *malim* δυτεῖ, *vel* δύσις. Μείναντα. *leges* καὶ μείναντος, *subaudi* ὕδατος.

Ζευγίτης. *De hoc habentur multa in Crispini Lexico.*

ᾧ δ' ἂν. *repones* ὅτ' ἂν. Διαφέρει, *& infra* ἔχει *mutabis in* διαφέρειν *&* ἔχειν. *hæc enim adhuc ex præcedenti aliorũ narratione pendent. Et hic notabis Bombyciam esse eam, de qua sic scribit Dioscorides,* ὁ δέ τις τῆλυς, ἐξ οὗ αἱ γλῶτται τοῖς αὐλοῖς κατασκευάζονται. Ζεύγη. *Vide in Lexico* Ζευγίτης. Ἀντιγενίδου. *Plinius hæc convertit, &* Antigenem *vocat. sed est culpa librarii. De hoc tibicine permulti, ut Cicero, Valer. Max. Gellius, Suidas.* Καταπάσματα *rectè dicitur in eodem Lexico. Attende verò* ζευγίτην *&* αὐλητικὸν *nomine complecti.* Συμφωνεῖν δὲ τὰς γλώττας τὰς ἐκ τοῦ αὐτοῦ μεσογονατίου, τὰς δ' ἄλλας (*sic enim legendum.*) οὐ συμφωνεῖν. *Quæ mihi sanè non videtur assecutus esse Plinius, ita convertens:* Sed tum ex sua quanque tantum harundine congruere persuasum erat. *Sed esto, intellexerit: at parum est elocutus. Nisi Græca legeris, hoc nec possis divinare.* Γίνεται *muta in* γίνεσθαι. *adhuc aliorum est narratio, non ex authoris persona. Interpreti diligens adhibenda cautio, ne narrationem permutet in sententiam, id est, sæpe, in contrarium.*

Κηφισοῦ καὶ τοῦ μέλανος. *Leges Plin. lib. 2. cap.* 103. Ubi, in Bæotia amnis Melas oves nigras, Cephisus ex eodem lacu profluens, albas, &c.

Χύτροι. *Sic vocantur hæ voragines à forma ollarum. Talis locus occurrit primo die Geneua Lugdunum proficiscentibus: vocant vulgò* le pont aux oulles, *id est, pontem ollarum, de quo ni vacillat memoria, etiam Cæsar.*

Σύριγξ. *Plinius, calamum vocat, & syringiam, utilissimum fistulis,* quoniam, *inquit,* nihil est ei cartilaginis (*sic enim hic* ξύλον *exposuit*) atque carnis. *Dicitur à Dioscoride* συριγγίας; *sed ejus mendosus codex. Nam ubi* πολύσαρκος, *debet esse* ὀλιγόσαρκος, *quod Interpretes ex Theophrasto & Plinio observare potuissent.*

Ὁ δὲ στερεὸς, καὶ συμπληρὴς μικροῦ δεῖν. *Sic enim legendum. Est verò hæc arundo, sive calamus etiam sagittalis. Vocatur* ναστὸς *à Dioscoride. Basileæ internodium vidi in ædibus Doctoris Theodori medici & Philosophi eruditissimi. Observavi medulla plurima repleri, minimum fungosa: totamque compactam & solidam esse. Ictus ejus ut lignei baculi. Ejus generis fuisse credo, qua Servatoris caput feriebant. Sic enim Matth. Euangelii cap.* 27. ἔλαβον τὸν κάλαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. *Typhæ perquam levior percussio: sed sceptri instar paniculæ. Vtram voles, nihil impedit religio. Ex hoc loco dixit Plinius,* Est alius crassiore ligno, & tenui foramine (*debuit intus apponere* τῆς σαφηνείας ἕνεκα) Hunc totum fungosa replet medulla. *Ergo noster Plinius,* μανὸς *erit; qui igitur* ναστὸς ἢ στερεὸς καὶ μικροῦ δεῖν συμπληρής.

Δόναξ. Donax, & arundo Cypria *Plinius.* Est Latinorũ canna, quę est arundo degener graciliorq; si comparetur, *Columella*, palustrem, longam, crassam, tremulamque vocavit Ovidius, apud quem fistula septem cannis compacta. *Nos vocamus vulgò* canne, *&* cane. *Ex ea mulierum colus. Habes de cannetis apud Palladium, ut de arundinetis apud alios.*

Διαφέρειν. *Plinius*, Quoniam & hæc differentia est, multum prælata arundine quæ in siccis proveniat. *In quo diversus abit à Theophrasti sensu verbi ambiguitate deceptus, non perpenso contextu verborum. Nec enim scriptum,* τοῦ ἐν τοῖς ὕδασι φυομένου.

Αὐτὸς δέ. *lego* καυλὸς δέ. *Infra leges,* σκέψασθαι δὲ χρὴ τοῦτο. Ἐπίγειον. *Hæc est arundo obliqua Plinii; quam (nisi mendosus codex) Elegiam vocari tradit.* Οὐ λοχμώδης. *In Crispini Lexico hic locus exponitur. Vide* Λοχμός.

Ἀκαρπίαν. *Examines Plinium ubi de Indicis loquitur. metuo ne quid ex hoc loco illis affixerit. non levis suspitio, si conferas singula. Et notabis eas arundines Indicas, non illas esse de quibus lib.* 24. *cap.* 11. *ut ostendam quum de calamo aromatico dicetur.*

Παντὸς. *melius* πάντων, *quàm* παντός.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Τοῦ δὲ καλάμου. Κάλαμος dicitur παρὰ τὸ καλῶς ἀμᾶσθαι, *quod pulchrè demetatur arundo*, ut Isiodorus lib. 12. originum scriptum reliquit, quod cito arescat. corticem calami, περικαλαμίτην, Galenus vocari tradit libr. 1. κατὰ τόπους cap. 1. circa finem. ἐν δὲ τῷ παρόντι, τὸ μὲν περικαλαμίτιδος φλοιὸν καλάμου νομίζομεν εἰρῆσθαι — πιθανὸν οὖν ἐστιν, ἐπειδὴ περίκειται τῷ καλάμῳ ὁ φλοιὸς περικαλαμίτην αὐτὸν εἰρῆσθαι. *In præsens autem pericalamitidem, calami corticem dici putamus — quapropter credibile est, quoniam cortex calamo circumadhæret pericalamitin ipsum appellari.* Magnas olim præstitit utilitates arundo, vel, ut alii scribunt, harundo. Plinius idcirco inter aquaticas principatum tribuit arundini in lib. 16. cap. 36. *Interea quæ frigidis gaudent, & aquaticos frutices dixisse conveniat. Principatum in his tenebunt harundines, belli pacisque experimentis necessariæ, atque etiam deliciis gratæ. tegulo earum domus suas septentrionales populi operiunt, durantq; ævis tecta alta. & in reliquo vero orbe cameras levissimè suspendunt; chartisque serviunt calami, Ægyptii maximè, cognatione quadã papiri; probatiores tamen Gnidii, & qui in Asia, circa Anaiticum lacum nascuntur, &c. Belli,* inquit, *pacisque experimentis necessariæ, &c.* Belli scilicet ad jacula, de quibus infra plura. Pacis, ad scribendum, in deliciis tibiarium præstabat usum. De fistulis ex calamo factis plura infra dicuntur. hodie etiamnum rustici tegunt domus suas arundine, &, ut Plinius ait, tecta illa ævis durant. Arundo idcirco Plauto in Milite dicitur pannicula tectoria.

Cujus tu legiones difflavisti spiritu?
Quasi ventus folia aut panniculam tectoriam.

Idem in Rudente.

Quin tu in paludem is, exigisque harundines,
Qui pertegamus villam, dum sudum est.

Pannicula ergo tectoria harundo levissima, qua integuntur villaticæ domus. Eodem capite Plinius, *Cæterum gracilitas nodis distincta, levi fastigio tenuatur in cacumine crassiore paniculæ coma, neq; hæc supervacua.* Non tantum septentrionales populi domus arundine tegebant, sed etiam Lydię id faciebant incolæ. Herodotus in Terpsichore sive libr. 5. Τὸ δὲ μὴ λεηλατῆσαι ἑλόντας σφέας τὴν πόλιν, ἔσχε τόδε. ἦσαν ἐν τῇσι Σάρδισι οἰκίαι, αἱ μὲν πλεῦνες καλάμιναι, ὅσαι δ' αὐτέων, καὶ πλίνθιναι ἦσαν καλάμου εἶχον τὰς ὀροφάς· τουτέων δὴ μίαν τῶν τις στρατιωτέων ὡς ἐνέπρησε, αὐτίκα ἀπ' οἰκίης ἐς οἰκίην ἰὸν τὸ πῦρ, ἐπενέμετο τὸ ἄστυ ἅπαν. *Ne autem urbem hanc à se* (Ionibus) *captam deriperet hoc obstitit. Erant Sardibus domus pleræque arundinaceæ: quæ autem lateritiæ, tamen ex arundinibus lacunaria habebant. Harum unam quidam è militibus quum incendisset, repente ignis è domo in domum elapsus totam urbem absumpsit.* Camera à Latinis fornix, & testudo appellatur; arcus ædificium sustinens, tectumque devexum & incurvatum. Ex arundine cameræ fornicesque pergularum quam levissimi & minimè onerosi fiebant. Sequitur, *chartisque serviunt calami*, id est, calamis scribebant veteres. Horat. lib. 2. epist.

Et prius orto
Sole, vigil calamum, & chartas, & scrinia posco.

Persius Satius 3.

Iam liber, & bicolor positis membrana capillis
Inque manus chartæ nodosaque venit arundo.
Tunc querimur, crassus calamo quod pendeat humor,
Nigra quod infusa vanescat sepia lympha:
Dilutas querimur geminet quod fistula guttas.

Iuvenilis socordiæ effecta describit; nempe alienus à studiis litterarum animus, cujus varios prætextus, & accusationes ex adjunctis calami, chartæ & atramenti exquirit; atramentum nimis spissum esse, calamum non bene politum, aptum ac ornatum, id est, ut vulgo loquimur, pennam non bene taliatam esse; atramentum nimis dilutũ, &c. Non omnem ad scribendũ calamum laudabant veteres, sed, ut Plinius ait, Ægyptiacum & Gnidium, quique circa Anaiticum lacum nascitur. Gnidia urbs insignis in extremo cornu peninsulæ Cariæ adhærentis sita, Veneris templo & simulachro à Praxitele sculpto in primis nobilis. Anaiticus lacus vicinus Anoeæ urbi Cariæ. Anaitidis Dianæ apud Lydios, ut Pausanias refert, templum est. Miloticum tamen calamum præ cæteris laudabant veteres. Mart. lib. 14. epig. 36.

Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus:
Texantur reliqua tecta palude tibi.

Miloticus calamus celebratur Apuleio. libr. 1. Met. *Papyrum Ægyptiam argutia Nilotici, calami inscriptum.*

Nec

Nec omne calami genus ad scribendum æque aptum. συριγγίαν fistulosam laudat Diosc. lib. 1. cap. 114. εἰς βιβλιογραφίαν ἐπιτήδειος. Calami quibus scribebant veteres in medio fissi erant, & duos apices ostendebant; ut pennæ quibus scribimus. Rectè ergo tradit Plin. inter aquaticas plantas principatū obtinere arundinē. Hac fluvios fluminaq; coronabant veteres. Dion Chrysostomus. Orat. de reg. Οἷον ποταμοὺς κατακειμένους γυμνοὺς, τὸ πλέον, γένειον καθειμένους μεγάλῳ ἢ καλάμῳ ἐστεφανωμένους. *Vt fluvios jacētes nudos, cana barba, multumq; promissa myrica aut arundine coronatos.* Hac ipsa corona Virgil. lib. 10. Æneid. donat Mincium.

Quos patre Benaco velatus arundine glauca
Mincius infesta ducebat in æquora pinu.

Hylan lacum Bithyniæ Valerius Flaccus redimit calamo lib. 1. Argon.

— Subita cur pulcher arundine crineis
Velat Hylas? unde urna humeris, niveosque per artus
Cærulea vestes?

Idem Poëta Peucon gestare coronam ex arundine lib. 6. Argon scribit.

Labitur in tortos per tempora cærula crineis
Tunc quoque materna velatus tempora Peucon.

Salmonensis Poëta libr. 9. Metamorph. Calydonium amnem, arundinea cingit corona;

— Cum sic Calydonius amnis
Cœpit inornatos redimitus arundine crineis.

Virgilius Tybrim hac ipsa coronat.

— Cum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crineis umbrosa tegebat arundo.

Non tantum fluvios, sed ipsos homines arundine coronatos legimus. Tradit Athenæus ex Sosibii auctoritate, Lacedæmonios festis promachiorum diebus calamo redimiri solitos. Athen. lib. 15. ἐν ταύτῃ συμβαίνει τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς χώρας καλάμῳ στεφανοῦσθαι, *in hoc festo de more alii coronantur arundine vernacula.* Doctiss. philologi vernaculam arundinem illam dici putant, quæ non est odorata, aut dulcis. Nam arundinis odoratæ, meminit Cæsar Constantinus (libro sexto, cap. sept.) & dulcis ejus quæ in Ægypto nascitur locis palustribus Theophrastus. Vulgaris arundo, ut infra docebo, à dulci neutiquam diversa. An vernaculam, sive ἀπὸ τῆς χώρας arundinem vocat Sosybius, quam Theophr. versicolorem? An vulgatam intelligit toti Græciæ familiarem? Atticam juventutē quæ Academiam frequentabat, arundine coronatam tradit Aristophanes in Nubibus, ἀλλ' εἰς Ἀκαδήμειαν κατιὼν, ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξεις. *Sed in Academiam ubi descenderis, sub oleis spaciaberis,* στεφανωσάμενος καλάμῳ λευκῷ μετὰ σώφρονος ἡλικιώτου, *redimitus arundine alba cum æquali temperato.* Apollini quoque grata perhibetur arundinacea corona. Aristophanes, in Ranis.

Προσεπιτέρπεται δ' ὁ φορμικτὰς Ἀπόλλων
Ἕνεκα δόνακος, ὃν ὑπολύριον
Ἔνυδρον ἐν λίμναις τρέφω.

Delectatur autem Lyristes Apollo
Propter arundinem quam ego lyræ aptam
Alo in paludibus.

Δύο φασὶν εἶναι γένη, &c. Arundinem dividit in duo summa genera, tibialem & alteram, quam in plures deinde subdividit species. Dioscorides lib. 1. cap. 114. quinque arundinum recenset genera. Plura Plinius lib. 16. c. 36. libr. 26. cap. 11. viginti novem genera se monstrasse monet. Inter hæc recenset aromaticum calamum, de quo lib. 9. Theophrastus. Ad recentiorum cognitionem tot genera non pervenerunt.

Διαφέρειν ἀλλήλων ἰσχύϊ καὶ λεπτότητι, &c. Vertit Gaza; *sed inter sese firmitate, crassitate, tenuitate & exilitate differunt.* Ex qua versione, tum ex ipso contextu perspicere licet, emendatius hæc sic legi posse, διαφέρειν δὲ ἀλλήλων παχύτητι καὶ λεπτότητι, καὶ ἰσχύϊ καὶ ἀσθενείᾳ. Id est, *differre inter sese crassitudine, tenuitate, robore, & debilitate.*

Πλόκιμον. Plotiam Plinius lib. 16. cap. 36. *Characiam vocabant crassiorem firmioremque, plotiam vero subtiliorem. Hanc in insulis fluitantibus natam, illam in ripis expatiantis lacus.* Locus hic aut corruptus, aut vocum vicinitate deceptus Plinius, cum hanc arundinem nasci apud Theophrastum legisset, ἐπὶ τῶν πλοάδων, id est, *in insulis fluitantibus.* Πλωτιὰν vocavit quasi *fluitantem,* pro πλόκιμον. Πλόκιμος quod ex ejus foliis storeæ, tegetes, spiræ atque id genus alia fierent. Frustra ergo vir magnus πλόκιμον, vel πλωτίαν emendat. Fluitantem quandam arundinem in Bali insula nascentem describit auctor historiæ Indiæ Orientalis parte tertia cap. 2. & 4. & parte quarta figura 10. pingitur.

Τὸν δὲ χαρακίαν. Verto *characiam,* Græca voce servata, duabus de causis. Prima, quod Plinius eam servavit; altera, quod Gaza χαρακίαν, *vallatoriā* verterit, cum Ruellius φραγμίτην sic interpretatus sit. Ne igitur fiat error, præstat Græcam servare vocem. Sed video alios tradere φραγμίτην Dioscoridis, & χαρακίαν Theophrasti eandem arundinem esse. Tantum etymon potest. Nam χαρακίας idem quod φραγμίτης. Characias autem appellatur quod χάρακας præbeat vineis, & pali perticæque ex eo fiant, τόρευσι & παχὺν eam facit Theophrastus, è contra Dioscorides λευκὸν καὶ ὑπόλεπτον, quæ non concordant; & tamen idem φραγμίτης & χαρακίας. Quin tam χαρακίας, quā φραγμίτης *vallatoria* verti oporteat, nolo negare. Χάραξ peculiariter *vallum, quo castra muniri solent,* vel *sulcus terræ aratorio, aut fossorio instrumento excavatæ.* Hesychius χαράκια ὑποστηρίγματα, *fustentaculū, pedamentum, vallum.* χάραξ τάφρος καὶ ἀκανθῶδη φυτὰ καὶ οἱ κάλαμοι. *vallum, spinosa planta, & calamus.* Pollux lib. 1. cap. 10. περὶ φυλακτηρίων ὅτι οἱ μὲν περὶ τὰς στρατοπέδοις, χάρακες, ἀρσενικῶς λέγονται· αἱ δὲ πρὸς ταῖς ἀμπέλοις, θηλυκῶς. *Observandum quod* χάραξ *in masculino genere, vallum in castris, & bello significet, in fæminino vero genere ponatur pro firmiore palo, cui vitis alligatur.* Pedamentum dicunt Latini, & statumen, φραγμὸς *sepimentum, septum, maceria, vallum, agger, dentium ordo ac series.* Pollux libr. 2. καὶ σύμπας μὲν ὁ τῶν ὀδόντων στίχος, φραγμός. Hesychius, φραγμὸς, θριγκὸς, ἢ καὶ ὁ νόμος. φραγμὸς, itaque & χάραξ, eandem fere habent significationem. De phragmite hæc Dioscorides. Καὶ ἕτερος φραγμίτης, λευκὸς, ὑπόλευκος, πᾶσι γνώριμος (alter codex, ὑπόλεπτος καὶ λευκὸς.) *Est alia phragmites gracilior, candicans, vulgo nota.* Cæterum φραγμίτην, hanc vocavit Dioscorides, non quod castris muniendis idonea sit, vel quod firmioris pali vicem obtineat; sed quod ad sepimenta apta sit, & ad operiendas domos utilis. Contra χαρακίας dicta, quod

Phragmites.



pali vicem præstaret. Hæc crassa & valida sit oportet, illa tenuis & debilis, quæque facile flecti potest. Phragmitem tenuem esse arundinem, non tantum ex Dioscoride, sed ex antiquissimo probatur Hippocrate. Hic libro de Hæmorrhoidibus, ad fluxum compescendum hæmorrhoidū scribit, καυστῆρα χρὴ ποιέεσθαι οἷον καλαμίσκον φραγμίτην, σιδήρεον δὲ ἐναρμόσαι καλῶς ἁρμόζον. Ἔπειτα τὸν αὐλίσκον ἐνθεὶς ἐς τὴν

ἐς τὴν ἕδρην. διαφαίνει ἢ ἐσδέχεται κυθήναι. καὶ πυκνὰ ἐξαιρέειν, ἵνα μᾶλλον ἀνέχηται θερμαινόμενος. καὶ οὕτω ἕλκος ἕξει ὑπὸ τῆς θερμασίης. ὑγιέα τε ξηρανθέντα τὰ φλέβια. *Cauterium parare oportet in modum parvæ arundinis vallatoriæ (phragmitem vocant) & in ipsum ferramentum probe congruens accommodare, deinde immissa in sedem fistula, candens ferramentum in eam demittere, crebroque eximere, quo magis colorem toleret, neque ulcus ex calore contrahat & venulæ exsiccatæ consanescant.* καυστῆρα legi in omnibus exemplaribus publicatis, ut & Italica manuscripta ex Calvi versione probat Doctiss. Fœsius. Idem notat, in quibusdã regiis (Gallicis) καυστῆρα scribi, ut apud Galenũ in exegesi; qui καυστῆρα exponit χάλκεον καλαμίσκον τινὰ τετρημένον κατὰ τὸν πυθμένα, δι' οὗ καίειν ἐσὶ καυτηρίδιον διαφανὲς καθιεῖν. Sic legendum existimat idem Fœsius; ut indicet Galenus, æneum quendam parvum calamum in fundo perforatum, per quem immisso candenti ferramento ustio fit. Malè ergo vir magnus legit, κλυστῆρα: malè in omnibus codicibus pro φραγμίτην legitur φαρμακίτην. Arundo ergo phragmites tenuis & cava. Hanc Græci barbari βουλλεγεν vocarunt. Neophytus, κάλαμος φραγμίτης ὁ βούλλεγις. Phragmites arundo ea cujus imaginem apposuimus; vulgaris & cognita multos profert culmos, crassiores quidem quam ullius vulgaris frumenti, sed tenuiores, quam multarum aliarum arundinum; inanes geniculatos, candicantes, præsertim cum aruerunt, interiore parte membrana tenui subcinctos. Folia longa, lata, aspera; ex summo caulis effusa exit juba, mollis ac veluti lanuginosa; radices subsunt longæ, numerosæ, geniculatæ, late serpentes. Ad domos hæc arundo operiendas utilis, sepimentis perquam idonea. Instrumentum per quod ferrum candens in anũ mitti vult Hippocrates, hac arundine crassior nec tenuior esse debet.

Κώμυθας, &c. Quid κώμυς sit ipse Theophrastus hic docet. *Comys*, inquit *vocant, ubi acervata arundo implexaque mutua radicum conjunctione est.* Κώμυς Theocrito fasciculum eidyl. 8.

Καὶ μαλακῶ χόρτοιο καλὰν κώμυθα δίδωμι.

Et mollis fœni pulchrum fasciculum prabeo.

Scholiast. κώμυς ἡ δέσμη, ἤτοι τὸ δεσμάτιον ἢ κώμυς, δέσμη χόρτου ἱκανὴ εἰς τροφήν. Κώμυθα, Plinius in ripis exspatiantis lacus interpretatus est. Characiam vocabant crassiorem firmioremque, plotiam vero subtiliorem; hanc in insulis fluitantibus natam, illam in ripis exspatiantis lacus. Ignoravit Plinius quid significaret vox κώμυς. Porro non tantum arundinis genus χαρακίας dicitur, sed etiam tithymali quoddam genus sic nuncupatur. Idem & κωμύθης vocatur. Dioscorides libr. 4. τιθυμάλλου εἴδη ζ' ὧν ὁ μὲν ἄῤῥην χαρακίας καλεῖται, ὑπὸ δέ τινων κωμύθης. Lego corruptè κωμήτης legitur. An κωμύθης, quod instar arundinis implexa mutua radicum conjunctione nascitur? an quod ad fasciculos apta? Vide libr. 9.

Γίνεται δὲ ὅλως ἐπομβρίας, &c. Hunc locum non satis feliciter vertit Gaza, (vide Doctiss. Scaligeri annotationes) nec mentem Theophrasti satis percepit Plinius, cum lib. 16. c. 36. scribit, *Tertia arundo est tibialis calami, quem auleticon dicebant. Nono hic anno nascebatur. Nam & lacus incrementa hoc temporis spatio servabat, prodigiosus si quando amplitudinem biennio extendisset: quod notatum apud Cheroniam infausto Atheniensi prælio, & apud Labadiã sæpe notatur influente Cepisso. Cum igitur anno permansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem, vocabantur zeugitæ. Contra Bombyciæ maturius reciproco, graciles fœminarum latiore folio atque candidiore, modica lanugine aut omnino nulla, spadonum nomine insignibus.* Hæc nec satis sana, nec ex mente Theophrasti. In antiquo codice legitur. *Tertia harundo est tibialis calami — quod notatum apud Cheroniam infausto Atheniensium prælio, & apud Lebaida sæpè notatur influente Cephiso.* In optimo Thuanæ Bibliothecæ libro, à quo cæteri parum dissentiunt & *læbaida* legebat quondam Clarissimus Salmasius: *quod notatum apud Cheroniam infausto Atheniensium exitu, & sæpe, Copaida vocatur influente Cephisso.* Ut dicat Orchomenium illum lacum Copaidem vocari, in quem influit Cephisus. *Et verum quidem*, inquit vir Clarissimus, κωπαΐδα λίμνην *appellari.* Strabo, δηλοῖ δὲ καὶ ὁ κηφισὸς τοῦτο μάλιστα, τὴν κωπαΐδα λίμνην πληρῶν. *Et alibi dicit, Cephisum per Orchomenium agrum & coroniacum in Copaidem paludem influere. Olim quidem hic lacus qui maximus est eodem teste Strabone ab adsitis urbibus varia cognomina sortiebatur, & Haliartius, & Orchomenius dicebatur; postea in nomen Copaidis totus concessit. Copaida autem est* Κωπαΐς, *ut Elida* Ἦλις, *Persida* Περσίς *& similia. Sed cum cogito Plinium ex Theophrasto totum illud fermè de Harundinibus caput transscripsisse, magis inducor ut censeam scribendum ex eodem Theophrasto:* Quod notatum apud Cheroniam infausto Atheniensium exitu. Pelecania vocatur, influente Cephiso. *Ut sit sensus, eam partem lacus, ubi optimi nascuntur auletici calami, Pelicaniam vocari, qua parte etiam influit in paludem Cephisus.* Theophrastus. φύεται δὲ πλεῖστος — τῆς λίμνης &c. Hactenus Salmasius. Falsum est quod ait Plinius, nono anno renasci. Theophrastus eos errare scribit, qui tradunt, nono anno nasci, quoniam eo temporis intervallo lacus augebatur. Reprehendit idem Theophrastus eos qui lacum incrementa hoc temporis spatio servare scribunt: nec prodigiosum dicit, sed circa id tempus contigisse: nec utrum prælium faustum, an infaustum fuerit, refert. Pergit Plinius; *Cum igitur anno permansit inundatio proficiunt in aucupatoriam, &c.* Nec Plinius, nec Gaza, aliique magni viri mentem perceperunt Theophrasti; nec enim si anno, sed si biennio permansit inundatio, in eam amplitudinẽ, quæ requiritur proficere dicit. φασὶ γὰρ καὶ δεῖν — ἀδρύνεσθαι, *si in annum alterum permanserit inundatio.* ἐπιὼν ἐνιαυτὸς, *annus est secundus qui proximũ sequitur.* Sic apud Hippocratem in Coacis cap. de facie, ἐπιούσῃ ἡμέρῃ, *dies quæ proximum sequitur.* πρόσωπον ἐκ μετεώρου ταπεινούμενον, καὶ φωνὴ λειοτέρη καὶ ἀσθενεστέρη γινομένη, καὶ πνεῦμα μανότερον, καὶ λειότερον ἄνευ ἐς τὴν ἐπιοῦσαν σημαίνει. *Facies è tumescente residens, vox idem blandior atque mollior, tum spiritus rarior, atque facilior remissionem postridianam fere denuntiant.* Idem libr. 5. epidemiωδ. τῇ δ' ἐπιούσῃ νυκτὶ ἡ νοῦσος ἐπέλαβε, *proximè sequenti nocte*, id est, *altera secunda morbus invasit.* Galenus libr. 7. κατὰ τόπους cap. 5. ταῦτα δὲ βαλὼν εἰς ἀγγεῖον ὑέλινον βρέχεσθαι ἔα νυκτὰ καὶ ἡμέραν. τῇ δ' ἐπιούσῃ μάλασσε τὸ φάρμακον. *Hæc in vas vitreum conjecta per diem & noctem macerari sinito, sequenti die, id est postridie, pharmacum mollito.*

Euripides.

Εἰ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ,
Θανεῖ.

Quod Poëta Latinus vetus ita reddidit.

Si te secundo lumine heic offendero,
Moriere.

Male ergo ἐπιόντι ἐνιαυτῷ δικάζειν, apud Platonem lib. de legibus exponunt, *anno sequenti judicare.* Immo *anno altero secundo judicare.* Cæterum Theophrastus paulo ante scripserat, inundantem aquam biennium minimo residere debere, ut esset utilis calamus auleticus, si vero plus permansisset, eo meliorem esse docet. Quæ sequuntur, καὶ γίνεσθαι τὸν μὴ ἀδρυνθέντα ζευγίτην, pessimè vertit Plinius. *Proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem, vocabantur zeugitæ. contra bombyciæ maturius reciproco.* Græcus auctor refert arundinem non bonam fieri τοῖς ζεύγεσι, *tibiarum paribus*, ubi non biennio integro aqua permansisset, sed maturius recessisset. additque, tantum βόμβυξι utilem tum esse. Plinius κάλαμον ζευγίτην, *aucupatorium*, hoc loco, vertit. Quod mirari satis nequeo, cum alibi τὰ ζεύγη rectè reddiderit, de tibia utraque dextra & sinistra, deque armamentis tibiarum. In aucupio quod arundine perficiebatur, calamus calamo jungebatur & componebatur, ut sensim cresceret, donec alitis ejus quæ captabatur, alas viscum tangeret. Bion eidyll. 2.

—— Ὡς δ' ἐσίδασε,
Χαίρων ὥνεκα δὴ μέγα φαίνετο ὄρνεον αὐτῷ
Τὼς καλάμως ἅμα πάντας ἐπ' ἀλλάλοισι συνάπτων.
Τᾷ καὶ τᾷ τὸν Ἔρωτα μετάλμενον ἀμφεδόκευε.

Ut igitur animadvertit
Gaudens (quoniam avis ei permagna videbatur)
Calamos simul omnes inter se conjungens,
Huc illuc transilientem observabat amorem.

Petronius, *textis arundinibus aves captabamus.* Hoc genus aucupii arundo crescens vocabatur. Martialis sub lemmate aucupatorii calami.

Non tantum calamis, sed cantu vincitur ales
Callida, dum tacita crescit harundo manu.

Ζευγίτην, &c. Gaza *armamentariam* vertit. Zeugites non omnibus armamentis aptus, sed solis ζεύγεσι tibiarum paribus.

paribus. ζεῦγος tibiarum par dextra & sinistra simul juncta, simul inflatæ. ζευγίτης dicebatur, quod ex uno internodio binæ tibiæ dextra & sinistra, quod est tibiarum, ζεῦγος, compingerentur. Ζευγίτην enim dicebant eam, quæ crassitie & longitudine ad compingenda duarum tibiarum paria & conjugia, τὰ ζεύγη, idonea & apta foret. Ideo τὴν ζευγίτην jugalem interpretandum esse, docet Dalecampius. Idem ob alias rationes jugalem potius Latinè nominandam censet. Vel, quod ea vites in jugum alligarentur; quam nectendæ vitis rationem docet Columella lib. 4. cap. 17. *Perticæ jugum firmius faciunt, minusque operosum, arundines pluribus operis jungantur, quoniam & pluribus locis nectuntur.* Hæc aliter in antiquo leguntur codice. Extremis verbis capitis scriptum est. *Cujus unus palmes atque idem paucorum oculorum erit relinquendus.* Sequitur, *Perticæ jugum fortius, minusq; onerosum est.* Item sequitur cap. 18. cujus titulus; *quomodo ex arundinibus jugum faciendũ*, & initium capitis, *Arundines pluribus operis jungantur: quoniam & pluribus locis nectuntur.* Vulgata præstat. Ad hunc usum etiam arundineta in Italia potissimum culta fuisse, scribit Plinius, lib. 16. c. 36. *Harundinis Italicæ usus ad vineas maximè. Cato seri eam jubet humidis agris.* Vide Varronem, cap. 8. libr. 1. de re rust. Vel ζευγίτης dicitur, ut eidem placet Dalecampio, quod ex ejus internodiis conjugatis compingeretur septenis, ut ait Ovid. fistula cannis. Ζεύγη namque vocabant antiqui conjuncta arundinum paria, & μαγαδίδια fabricandis musicis instrumentis idonea. Vel, ζευγίτης vocabatur, quod ad nuptiales sive conjugales tibias esset accommodata. Apulejus libr. 4. asini, nuptiales tibias vocat zygias; quasi jugales, sicut Junonem zygiam jugam, sive jugalem vocant,

Cui vincla jugalia curæ,

Ut loquitur Poëta. Illud tamen scire oportet, veteres ζεύγη sive ζεύγους appellasse τοὺς ὀρνίθων βρόχους, id est, *laqueos ad capiendas aviculas destinatos*; eosdemque, ut supra dixi, calamis & amite in aucupiis usos fuisse, versiculo illo Martialis indicante,

Galbula decipitur calamis, & retibus ales.

Βομβυκίαν, &c. Bombyciam vocabant arundinem, vel quod ex eo bombyces, genus quoddam tibiæ, fierent; vel; quod ob strigosam maciem tibia dignum sonum non ederet, sed bombum tantum, vel quod bombyciis insectis corporis exilitate, & strigosa habitu arundo hæc similis sit. Postremum non satis arridet, quod auctor Libelli περὶ ἀκουστῶν tradat, longissimum tibiæ genus esse βόμβυκα. ἡ δὲ ἀρτηρία μακρὰ μὲν ὅταν ᾖ καὶ στενὴ, χαλεπῶς ἐκπέμπουσιν ἔξω τὴν φωνὴν καὶ μετὰ βίας πολλῆς, διὰ τὸ μῆκος τῆς τοῦ πνεύματος φορᾶς. φανερὸν δ' ἐστί. πάντα γὰρ τὰ τοὺς τραχήλους ἔχοντα μακροὺς, φθέγγεται βιαίως· οἷον οἱ χῆνες καὶ γέρανοι καὶ ἀλεκτρυόνες. μᾶλλον δὲ τοῦτο καταφανὲς ἐστὶν ἐπὶ τῶν αὐλῶν. πάντες γὰρ χαλεπῶς πληροῦσι τοὺς βόμβυκας, καὶ μετὰ συντονίας πολλῆς διὰ τὸ μῆκος τῆς διαστάσεως. *Arteria vero si longa fuerit & arcta, difficulter emittunt extra vocem, & vi multa, ob longitudinem lationis ipsius spiritus. manifestum vero est. Omnia enim quæ longa habent colla, sonant violenter, veluti anates, grues & galli. magis vero id perspicuum in ipsis. omnes enim difficulter implent bombyces, & cum distentione multa, ob longitudinem substantiæ.* Bombyciam arundinẽ putant, quam fœminam vocat Dioscorides. Nobis contra videtur, alteram arundinem, quam fœminam vocat Dioscorides, esse eandem quam & Theophrastus fœminam vocat.

Εὐτροφία. Corruptus codex; Doctiss. Gaza legit ac corrigit, τῇ εὐτροφίᾳ τινὶ τῆς φύσεως. εὐπληθέστερον γὰρ εἶναι καὶ ἀσαρκότερον, καὶ ὅλως. Sed male. Scribe, ut in Aldino & Basileensi codicibus, ἀτροφίᾳ τινὶ τῆς φύσεως· ἀπληθέστερον γὰρ εἶναι καὶ ἀσαρκότερον, καὶ ὅλως. Nihil vulgatâ lectione ineptius. *Alimenti copia, nec inane quid nec gracile reddit, sed plenum & carnosum.* Plinium ita legisse palam est; *Graciles fœminarum; latiore folio, atque candidiore, modica lanugine: atque omnino nulla spadonum nomine insignibus.* Corruptus Plinii codex; scribe ac distingue; *Gracilibus fœminarum, latiore folio atque candidiore, modica lanugine: aut omnino nulla, spadonum nomine insignibus. Spadonum nomine insignibus*; puta quæ omni carent lanugine; fœminarũ vero nomine, quæ graciles sunt, & modicam habent lanæ mollitiẽ ac hirsutiam. Hæc paulo aliter Theophrastus. Arundinem hic dividit in marem & fœminam. Ubi ad species & differentias venit, tibialem à cæteris differre docet nutrimenti cujusdam nativi penuria; inanior enim & gracilior, facieque simillima fœminæ harundini; latius quippe foliũ habet & candidius, minus etiam quam cæteræ lanuginis: aliam insuper reperiri arundinem, cui nulla plane lanugo, quam εὐνουχίαν vocant. Aldinam lectionem non tantum Plinius probat, sed ipse Theophrastus. Ad finem enim capitis, ἔστι δὲ ὁ μὲν ἄῤῥην στερεὸς, ὁ δὲ θῆλυς κοῖλος. *Mascula solida, fœmina inanis.* Non convenit ergo fœminæ εὐπληθέστερον, sed ἀπληθέστερον, *inanior.* Scribe etiam πλατύτερον ἔχει, non ἔχει; ut ediderunt.

Ἐξ ὧν ἀρίστω μὲν φασί τινες, &c. Hæc felicius Gaza vertit, quam Plinius. *Hinc erant armamenta ad inclusos cantus, non silendo & reliquo curæ miraculo, ut venia sit argento jam potius cani.* Græcus auctor ex specie speciem optimè fieri scribit, Latinus ex genere fieri genus; ex tibiali nempe arundine tibias confici; cum Theophrastus ex certa specie quam spadonem vocat Plinius, optima fingi tibiarum paria doceat. Aliud ζεῦγος in tibiis, aliud βόμβυκες, quæ & ipsæ tibiæ longiores. Armamenta ad inclusos cantus sunt tibiæ, inclusi cantus sunt tibiales, inclusi scilicet tibiis, ad discrimen aptæ vocis, quã cantus statim in aërem effundit, non instrumentis inclusis continet. Plinius Theophrastum non reddidit, cum *armamenta tibiarum*, τὰ ζεύγη vertit. Nam βόμβυκες non sunt tibiarum paria, & tamen armamenta quoque sunt, ad inclusos cantus: sed Græcos interpretatur, qui ἔντεα αὐλῶν dixerunt de tibiis. Pindarus, ἁδυπνόων ἐν ἔντεσιν αὐλῶν. ad quem locum Scholiastes, διὰ τὸ τοὺς αὐλοὺς ἔντος ἔχειν τὴν φωνήν· Ἔντεα sunt ὅπλα, σκεύη. sic ad verbum ἔντεα αὐλῶν, sunt armamenta, ad inclusos cantus. alii inclusos cantus dici volunt, qui in Theatris ac templis muro circumseptis, vel etiam in privatis ædibus personarent, non autem in aperto ederentur, veluti tubis & cornibus. Alii *inclutos* scriptum fuisse putant, pro *inclytos*; unde factum sit *inclusos.* Ennius de Coclite, *Hic datus est occasus, Horatius inclutu saltu.* Nolo de voce ista multum contendere. Licenter Plinius, vel, quod mitius est, μεταφορικῶς τὰ ζεύγη, quæ erant in paribus geminisque tibiis compacta internodia, armamenta ad inclusos vel inclutos cantus dixit; quod Gazæ, ut supra notavimus, errandi præbuit occasionem. Plura de tibiis qui velit, legat Doctiss. Salmasii exercitationes Plinianas. Verba Theophrasti in hunc verte sensum; *Ex his optima tibiarum paria fieri affirmant, sed pauca in opere bene succedere.*

Περὶ τοῦ Ἀντιγενίδου, &c. De Antigenide hoc multa scribunt Plutarchus, Gellius, Cicero, Suidas, Apulejus. Quantus fuerit tibicen ex his Apulei verbis facile judicabit lector. *Tibicen quidã fuit Antigenidas, omnis voculæ melleus modulator, & idem omnis modi peritus modificator. seu tu velles Æolium simplex, seu Fastium varium, seu Lydium querulum, seu Phygium religiosum, seu Dorium bellicosum.* Suidas, Ἀντιγενίδης. οὗτος Θηβαῖος μουσικὸς, αὐλῳδὸς Φιλοξένου. οὗτος ὑποδήμασι Μιλησίοις πρῶτος ἐχρήσατο, καὶ κροκωτὸν ἐν τῷ κωμάσαι βεβλῆσθαι ἱμάτιον. *Thebanus Musicus, Philoxeni tibicen, qui primus calceamentis Milesiis usus est, fimbriatasq; vestes, κροκωτὸν, in commessationes attulit.* Plura leges de hoc tibicine apud Plutarch. in Theseo.

Βοηδρομιῶνος. Hic locus probat, βοηδρομιῶνα mensem apud Atticos tertium fuisse, qui incipiebat 22. Augusti, & desinebat 21. Septembris. Rectè Gaza Septembrem vertit: quippe maxima pars mensis βοηδρομιῶνος in Septembrem incidit. Accedit, quod Arcturus Septembri oriatur mense. Columella lib. 21. cap. 2. *Nonis Septembris Arcturus oritur.* Galenus libr. 4. de sanitat. tuenda. ἔστι μὲν ὡραιότατον τῆς ἐλάτης τὸ σπέρμα, περὶ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ Ἀρκτούρου. ὅστις καιρὸς ἐν Ῥώμῃ ὁ καλούμενος μὴν Σεπτέμβριός ἐστιν. ἐν Περγάμῳ δὲ παρ' ἡμῖν ὑπερβερεταῖος, Ἀθήνησι δὲ μυστήρια. *Bene maturum abietis semen circiter Arcturi ortum, quod tempus Romæ Septembrem vocant: Pergami vero apud nos mensis Hyperberetæus: Athenis vero mysteria.* Aqui mensem, quo Arcturis oritur βοηδρομιῶνα vocari, ait Theophrastus. Non vult Galenus mensem Atticis dici μυστήρια, sed eo tempore festum quoddam Athenis celebrari. Plutarchus in Demetrio. Ἀλλὰ τὰ μικρὰ μυστήρια τοῦ Ἀνθεστηριῶνος ἐτελοῦντο. τὰ δὲ μεγάλα τοῦ Βοηδρομιῶνος. *Parva mysteria Anthesterione: magna Boedromione celebrantur.* Idem in Theseo. ἡ μὲν οὖν μάχη Βοηδρομιῶνος ἐγένετο μηνὸς, ἐφ' ᾗ τὰ βοηδρόμια μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι θύουσι. *Pugnatum est mense Boedromione, quo die Boedromia hactenus celebrabant Athenienses.* De festo isto vide plura apud Suidam. Notandus Suidas, quod mensem Hyperberetæum scribat Octobrem Ὑπερβερεταῖος ὁ μὴν κατὰ Μακεδόνας. ὁ Ὀκτώβριος. Falsum etiam quod sequitur, παρὰ γὰρ Μακεδόσιν ὁ τελευταῖος μὴν τοῦ ἐνιαυτοῦ. *Ultimus apud Macedones mensis.* Ignoravit Suidas Macedonum mensium rationem & modum, nec cum Romanis mensibus comparare potuit. quod vel ex mense Macedonum Lo dicto probabo; reliqua mittam. Suidas, λῶος ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσι. ὁ Αὔγουστος. Id falsissimum est. Galenus lib. in comment. 1. libr. aphoris. 1. εἰσὶ δὲ αὐτοῖς ...

χειν, ἐὰν καταμάθῃς τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ Δίου μηνὸς ἐπὶ φθινοπώρου γινομένης ἰσημερίας. εἴσεται τὴν μὲν χειμερινὴν τροπὴν ὡς μετὰ τρεῖς μῆνας ἐσομένην, ἐν ἀρχῇ τοῦ καθ' ἑαυτὸν περιτίου μηνὸς, τοῦτο γὰρ σημαίνει κατὰ Μακεδόνας, τὴν δὲ ἐαρινὴν ἰσημερίαν ἀρτεμισίου, καθάπερ γε καὶ τὴν θερινὴν τοῦ λώου. κατὰ γὰρ τὰς ἀρχὰς τῶν εἰρημένων μηνῶν, αἵ τ' ἰσημερίαι καὶ αἱ τροπαὶ γίνονται κατὰ Μακεδόνας, ἀριθμούντων τε καὶ ὀνομαζόντων τοὺς μῆνας. *Vt* (verbi gratia) *si jam cognoscas in principium mensis dii autumnale incidere æquinoctium, videbis solstitium brumale fore abhinc menses fere tres, initio mensis* καθ' ἑαυτὸν περίτιος *appellati. Nam hoc nomine denotatur apud Macedones. Vernum æquinoctium principio Artemisii. Sic æstivum solstitium initio Loi. Nam in principiis mensium, quorum meminimus, æquinoctia & solstitia fiunt apud Macedones, qui isto pacto & numerant, & appellant menses.* Videamus Suidæ peccata, primum de mense Loo constat. Vide paulo infra § τέμνουσι Augusto mense non fit solstitium, quod extra omnem est controversiam; initio mensis dii, autumnale æquinoctium incidere, docet Galenus. Suidas, Δῖος ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσι ὁ Νέος ἢ ὁ ἴνδεξος. Quæ falsissima sunt: solstitium enim brumale Galenus mense καθ' ἑαυτὸν περίτιος esse ait. Corruptus codex; scribe, εἴσεται τὴν μὲν χειμερινὴν τροπὴν ὡς μετὰ τρεῖς μῆνας ἐσομένην ἐν ἀρχῇ τοῦ καθ' ἑαυτοὺς (τοὺς Μακεδόνας, subintellige) περιτίου μηνός. τοῦτο, &c. *Sciet hyemale solstitium fieri quasi post tres menses in principio mensis secundum ipsos Peritii.* Nempe hoc nomine à Macedonibus exprimitur. Suidas, Περίτιος μὴν κατὰ Μακεδόνας ὁ Φεβρουάριος. Lippis & tonsoribus notum, solstitium hybernum mense Decembri esse. Vernum æquinoctium docet idem Galenus, incurrere in mensem Artemesium. Suidas Majum exponit. Ἀρτεμίσιος παρὰ Μακεδόσιν ὁ Μάϊος. Nec pueros latet, æquinoctium vernum mense Martio esse. Hæc Suidæ peccata viris doctissimis errandi occasionem præbuerunt. Apud Ætium enim Δῖον Novembrem exponunt, uti Ἀρτεμίσιον Majum, Suidæ auctoritate seducti. Galeno hac in re fides adhibenda; Pergamæ natus est, in Macedonia educatus, Romæ diu vixit, Medicus & Mathematicus insignis; nulli æquè cognita hæc quam Galeno, nemini magis perspecta. Notandus & Euagrius, cum in Decret. can. dist. 27. tradit, *Secundum vero consilium Idibus Octobris habeatur, qui dies apud Græcos Hyperberetæi mensis decimus invenitur.* In editis *Hyperbiti* habetur; quod corruptum. Mensis Hyperberetæus, ut supra demonstravi, September. Arcturum mense Septembri oriri, supra ex Columella probavimus. Idem loco citato Galenus. ὁ τοίνυν ταῦτα μαθὼν, εἰ προσεπιμάθῃ, τὸν μὲν Ἀρκτοῦρον ἐπιτέλλοντα πρὸ ἡμερῶν ὡς ιβ' τῆς φθινοπωρινῆς ἰσημερίας. *Hæc si perceperis, ac insuper ante autumnale æquinoctium duodecim fere diebus oriri Arcturum didiceris.* Ætius lib. 3. c. 164. μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ιζ' Ἀρκτοῦρος ἐπιτέλλει, καὶ ἀλλοιοῖ τῇ ἑξῆς τὸν ἀέρα. *Decima septima Arcturus oritur, & alterat sequenti die aërem.* Notandum, Ætii ævo æquinoctiū incidisse in vigesimum quintum Septembris. μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κε' ἰσημερία φθινοπωρινή. Mensis itaque βοηδρομιὼν incepit 22. die Augusti, desinebat 21. Septembris. De his prolixius quam proposueram, egi. vide libr. 3. cap. 8. item cap. 6. libr. 2. hist.

Μηνός. Hæc Plinius ita reddidit. *Cædi solebant tempestivè, usque ad Antigenem tibicinem, cum adhuc simplici musica uterentur, sub arcturo. Simplici musica*, id est, tibia. Theophrastus loquitur, ἀπλάστως αὐλεῖν. Olim cum simplici musica veteres uterentur, tibia ita erat comparata & facta, ut singulis paribus, unus tantum ac singularis caneretur modus; postea ab Antigenide variæ tibiæ, pro varietate modorum fuerunt excogitatæ. vide quæ supra ex Apulejo de Antigenide dixi.

Τὸν γὰρ οὕτω τμηθέντα — διαγγελίαν. Plinius loco citato, *Sic præparatæ aliquot post annos utiles esse incipiebant. tunc quoque multa domandæ exercitatione, & canere tibiæ ipsæ docendæ, comprimentibus se ligulis* (rectè in antiquo nostro codice, *lingulis*, legitur) *quod erat illis theatrorum moribus utilius.* Τὴν διαγγελίαν non interpretatus est Plinius. utrum διαγγελίαν, an vero διατορίαν scribendum sit, videant doctiores. διακτορίαν Poëtæ scribunt, versus gratia. Homerus Iliad. β. Ζεὺς δῶκε διακτόρῳ ἀργειφόντῃ. ubi interpres. διακτόρῳ διάγοντι τὰς ἀγγελίας τὰς τῶν θεῶν, ἢ διακτόρῳ ἢ σαφεῖ, κατὰ τὸ λέγειν, ἢ τῷ διαγγέλλοντι τὰς ἐργασίας. Oratores διάτορον scribunt. Suidas, διάτορον, ἐξάκουστον, ὀξύτερον, μεγαλόφωνον. *Vox quæ aures penetrat tono suo acuto, firma ac vehemens, magnum in voce.* τὸ διάτορον, παρὰ τὸ τορὸν, τὸ σαφηνίζειν. διάτορόν τι καὶ γεγωνὸς ἀναβοήσας. *penetrabile quiddam & clamosum resonans.* διατορία, *clara, concinna, elata, simplex pronunciatio.* vel, *functio perferendi mandata*, ut faciunt internuncii, quos Græci διαγγέλους vocant. Horum mos erat, referre facta non tantum aperte & simpliciter, ut gesta erant, sed clara etiam, concinna, & elata voce. Quare διατορίαν, vel, ut scriptum est, διακτορίαν, interpretor *claram, concinnam, elatam pronuntiationem, vel cantum.* Sic vocem διατορίαν, exponendam docet quod sequitur, ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν πλάσιν, &c. Διατορία & πλάσις opponuntur. In tibiarum & assæ vocis cantu, qui καμπὰς flexus affectunt, & minutiones, vocem submittere coguntur, ut eam cum spiritu possint per varios sonorū flexus distribuere: ex adverso qui concinna, clara, διατόρῳ voce canere volunt, effuso largius habitu, nec tot flexibus lascivire, nec varie voce ludere ac luxuriari possunt, ut illi qui submissius canunt.

Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν πλάσιν, &c. Plinius: *Postquam varietas accessit, & cantus quoque luxuria, cædi ante solstitia cœpta.* Malè Gaza, *Sed postquam varietas fictioque accessit, cæsura mutata.* Objiciet quis, τὸ πλάττειν *fingere* significat, ergo πλάσις *fictio.* Vox πλάττειν duo habet significata. unam quà notat rem præferre aliter quam est; altera figuram respicit; quo in significatu non sumitur fictio, sed formatio, sive figuratio. Etenim propter flexus varios emittunt sonos. Qui πλάσεις sive καμπὰς, in tibiarum assoque cantu, μινυρίσματα *minurationes*, ut Cicero lib. de oratore exponit, affectare volūt, ii vocē submittere coguntur: contra, qui elatè, clareq; canunt, non possunt effuso largius spiritu tot lascivire flexibus, tamq; variè voce ludere, ac luxuriari, ut illi qui submisse canunt. Hic primus Gazæ error. Alter, quod ἡ τομὴ μετεκινήθη, verterit, *cæsura mutata est.* Non est cæsura mutata, sed cædendi tempus. eodem enim modo quo ante cædebatur arundo.

Τέμνουσι γὰρ δὴ νῦν. vertunt. *Cadunt enim nostra ætate mense Majo & Iunio, quasi paulo ante solstitium*, vel, *sub ipso solstitio.* Supra libr. 3. cap. 7. probavimus Atticos à solstitii die anni initiū facere. Hic locus ostendit, primum anni mensem vocari Ἑκατομβαιῶνα. Idem ex Demosthene probatur Olynth. 3. τότε τοίνυν μὴν ἦν Μαιμακτηριών. & paucis interjectis verbis, καὶ μετὰ ταῦτα διελθόντος τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου Ἑκατομβαιὼν, Μεταγειτνιὼν, Βοηδρομιών. τούτου τοῦ μηνὸς μόλις μετὰ τὰ μυστήρια δέκα ναῦς ἀπεστείλατε ἔχοντα Χαρίδημον κενὰς καὶ πέντε τάλαντα ἀργυρίου. *Tunc ergo mensis erat Mæmacterion — deinde vero eo anno elapso, præteriere, Hecatombæon, Metageitnion, Boedromion. hoc demum mense vix post mysteria Charidemum decem naves habentem vacuas ablegastis & argenti decem talenta.* Mensem primum anni Hecatombæon statuit Orator, secundū Metageitnion, tertiū Boedromion. Hecatombæona mensem solstitio proximum esse, docet Aristoteles lib. 5. de nat. animal. c. 2. χειμῶνος καὶ λάβραξ καὶ κεστρεὺς, θέρους δὲ περὶ τὸν Ἑκατομβαιῶνα θυννίδες περὶ τροπὰς θερινάς. *Hyeme quidem lupus & mugilis. æstate circa Hecatombæona, atque adeo circa solstitium æstivum, Thynnum.* Mensis hic Macedonibus λῷος dicebatur. Vide quæ paulo ante ex Galeno attulimus, βοηδρομιῶνος, Plutarch. in Alexand. ἐγεννήθη δ' οὖν Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, ὃν Μακεδόνες Λῷον καλοῦσιν. *Natus Alexander est in initio mensis Hecatombæi, quem Loon vocant Macedones.* Malè ergo Suidas, ut supra notavimus, Augustum exponit. nec primo Augusti obiit Iustinus, ut scribit Euagrius hist. Eccles. cap. 9. libr. 4. *Iustinus supremum vitæ diem obiit primo die mensis Loi, id est, Augusti.* Primus Loi dies 22. Iunii, quo solstitium est. Σκιρροφοριὼν mensis anni ultimus. Solstitio æstivo quippe proximus, præceditque Hecatombeonem, annumque terminat. Hæc ex Theophrasto patent. Suidas Σκιρροφοριὼν μὴν Ἀθηναίων δωδέκατος. Scirrhophorion incipiebat 22. Maji, desinebat 21. Iunii. Hunc igitur Theophrasti locum sic verte, *Cædunt enim nostra ætate sole vel geminos exeunte, vel cancros intrante, paulo ante solstitium, vel sub ipso solstitio.*

Γίνεται δέ φασι, &c. Plinius loco citato. *Et fieri utiles in trimatu apertiorib. earū ligulis* (antiquus noster codex, *ungulis*, scribe ex Theoph. *lingulis* τὰς γλώττας ἔχειν) ad flectendum sonos: quæ inde sunt & hodie, &c. Theodorus vertit; *Et fieri utiles in trimatu referunt. & brevi exercitatione egere, linguasq; disiectu diffleti. Quod his necessarium est, qui sonos fingunt, & multifariam flectunt. Et fieri utiles in trimatu referunt, brevique inflatu egere, lingulasque facile distrahi, quod his necessariū, qui flexanimo sono cantant.* Ita loquitur Apulejus. πλάσμα in arte tibicinum φωνῆς ἀθόρυβον, sonus vocis, & conformatio placida, sedata, tractabilis, ac facilis vox, quæ per omnes intentionum remissionumque numeros duci flectique potest. Huic ἄπλαστον opponitur, quod rigidum & monotonon, quæq; variari ac versari nequit, vocem denotat. Plutarchus in Cicerone, ἡ φωνὴ πολλὴ καὶ ἀγαθὴ σκληρὰ δὲ καὶ ἄπλαστος. *Vox ejus canora quidem erat & bona, sed dura, quæq; flecti non poterat.* Vide & πλάσις φωνῆς. & φωνὴ λαμβάνουσα πλάσιν. Sic

Theophrasto

Theophrasto μῦ πλάσματος αὐλεῖν est πολυκάμπτως αὐλεῖν & πολυτρόπως, cui contrarium ἀπλάστως αὐλεῖν, *sine ullo sonorum varietate & flexu*. Pollux lib. 2. cap. 9. πολύκαμπτον αὔλημα flexanimum, opponit τῷ μονοτρόπῳ & μονοκώλῳ. quale fuit veteris, ut Plinius ait, musicæ. Αὔλημα δὲ ὄρθιον, ἀφ' οὗ καὶ νόμος ὄρθιος. στερεὸν, πλῆρες, ἐμμελὲς, μονόκλονον, μονόκωλον, πολύτροπον, περιστρεφὲς, εὔκαμπτες πολύκαμπτον, θρηνητικὸν, ῥυθμὸς, ὀξὺ, &c. Apud Persium Satyr. prima πλάσμα pro voce sic eliquata & molli ponitur, ut per omnes sonos intentionesque variari posset. Versus ita legit, & distinguit Doctiss. Salmasius.

> *Scilicet hæc populo, pexusque togaque recenti,*
> *Et natalitia tandem cum sardonyche albus*
> *Sede legens celsa liquido cum plasmate guttur*
> *Mobile collueris, patranti fractus ocello,*
> *Heic neque more probo videas, neque voce serena*
> *Ingentes trepidare Titos.*

Hæc sede legens celsa, cum liquida voce & bene flexibili pronunciaveris, patrantibus oculis, heic videas ingentes trepidare Titos. Quod liquido plasmate guttur colluere heic dicit, hoc eadem satyra, eliquare & tenero palato verba supplantare dixit.

> *Vatum & plorabile siquid,*
> *Eliquat, & tenero supplantat verba palato.*

Πλάσμα viri magni sic exponunt. à πλάττω fingo, quod illo potu vox fingeretur, quod erat liquida potio, quæ bibebatur, ad suavitatem vocis, qua recreabantur fauces, clamore sauciatę. Sic medici solent facere arteriacas, quæ potiones lubricant arteriam, & ablata scabritie, vocem efficiunt lepidam, & liquidam. Hoc ipsum Quintilianus notat, & reprehendit, cum ait. non sit vox in canticum dissoluta, nec plasmate, ut nunc à plerisque fit, effœminata. Hinc Cæsar ad quendam: *si cantas, malè cantas: si legis, cantas*: Tali plasmate etiam Nero usus est. Sanior Turnebi sententia libr. 28. cap. 26.

> *— Liquido cum plasmate guttur.*
> *Mobile collueris.*

Cum molli & tenera fictaque vocula poëma eliquaverit udo gutture, est enim plasma, ut alio loco docui, cum vox est tenera & mollis. Plutarchus de voce Ciceronis, ἡ δὲ φωνὴ πολλὴ μὲν καὶ ἀγαθὴ, σκληρὰ δὲ καὶ ἄπλαστος. Iterum ἤδη φωνὴ λαμβάνουσα πλάσιν. Cum enim dulcis & suavis vox effunditur, guttur liquida, cum exeat, colluere videtur. Malè viri magni id pro medicamenti quodam genere accipiunt, leniendis faucibus facto. πλάσμα, ut jam abunde probavi, vox quæ per omnes sonos intentionesque variari flectique potest. nullum arteriarum medicamentum hoc præstare potest. Ad cantus non præscribunt medici medicamenta, sed ad exasperatas arterias humectandas, & emolliendas. Sequitur apud Plinium; *quæ inde sunt & hodie.* Vult Plinius, antiquitus lingulas factas compressiores, cum soni non flectebantur; nunc vero apertiores fieri, quia compertum, ad id aptiores. Constat ex Theophrasto, non solum numerum foraminum, sed etiam lingulas ad flectendos in tibiis sonos facere.

Ἡ δὲ ἐργασία. Vide doctiss. Scaligeri animadversiones.

Συμφωνεῖν δὲ τὰς γλώττας, &c. vide doctiss. Constantini notas. Item celeberrimi Dalecampii observationes in Plinium. vide Rhodig. cap. 7. libr. 19. Victor. cap. 8. libr. 31. obser. Item Salmasium & alios qui de musica, tibia, aliisque veterum cantibus & tibiis, fistulis, aliisque ejusdem generis instrumentis scripserunt.

Οὗτος δὲ ὁ τόπος — τῆς λίμνης. Scribe, περιστρεφόμενοι Πελεκᾶνα. ζῶτ' ἐστὶν ἄττα χύτρους καλοῦσι, βαθύσματα. τῆς λίμνης. Πελικὰν est genus vasis, aut pelvis, ligneæ vel æneæ, sic nominatum, διὰ τὸ πεπελεκῆσθαι, quod securi dolatū & confectum sit. Alii volunt esse ξυλίνην λεκάνην *catinum ligneum*. Hesychius, πελίκη εἶδος ἐστὶ ποτηρίου ξυλίνου, ἀπὸ τοῦ πεπελεκῆσθαι. ἄλλοι ξυλίνη λεκάνη. vide Athenæum libr. 11. inde Πελικᾶνα appellata loca profundiora paludis, à pelvis profunditate, quæ & χύτρους antiqui, recentiores χυτρίνους vocarunt, ab eadem ratione. Hesychius, χυτρῖνοι τὰ κοῖλα τῆς γῆς, δι' ὧν αἱ πηγαὶ ἐξίενται. id est, *Chytrini sunt loca terræ concava, in quæ fontes immittuntur.* χυτρῖνοι, *fossæ & canales ad aquam ducendam.* Hesychius, λίθων χοαί, αἱ διὰ λίθων ἐγχύσεις καὶ χυτρῖνοι· χοὰς δὲ ἐκ λίθων, ὑπονόμους καὶ χυτρίνους, καὶ διώρυχας. Auctori Periplumaris Erythræ, id est rubri, χυτρῖνοι dicuntur loca fluminis magis profunda & cava. Ἀρχομένης μὲν πλήμμης αἴροντες. ἱσταμένης δὲ διορμίζοντες κατά τινας ὅρμους καὶ χυτρίνους. αἱ δὲ χυτρῖνοι τόποι εἰσὶν τοῦ ποταμοῦ βαθύτεροι μέχρι βαρυγάζων. χυτρῖνοι Ionicum est pro χυτρῖνοι. Antiquissimi χύτρους dixerunt. Herodotus in Polyhymnia sive lib. 7. Τὸ δὲ πρὸς τὴν ἠῶ τῆς ὁδοῦ, θάλασσα ὑποδέκεται καὶ τενάγεα. ἐστὶ δὲ ἐν τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ θερμὰ λουτρὰ, τὰ χύτρους καλέουσι. *Quod autem viæ vergit ad auroram, id à mari accipitur ac vadosis. in hoc autem ingressu sunt* θερμὰ λουτρὰ, id est, *calida lavacra, quæ* χύτρους *quod instar ollæ cava sunt, indigenæ vocant.* Ammianus Marcellinus lib. 22. de Ægyptiis. *Sunt therma lutra, quæ cythras* (fortè χύτρους *chytros*) *indigenæ vocant.* Χύτροι ergo loca fluminum concava, quæ à cavitate, quod ollam referant, nomen acceperunt.

Ἐμβολὴ τοῦ κηφισοῦ Plinius loco citato. *Immensum quantum prælatis, quas ipse Cephissus abluisset*: Addit Græcus auctor, si lætum, profundum, cœnosum solum sit. Cæterum genus calami, ex quo lingulas composuerunt veteres, fœminam vocasse videtur Dioscorides, ὁ δέ τις θῆλυς, ἐξ οὗ αἱ γλῶτται τοῖς αὐλοῖς κατασκευάζονται, *altera fœmina ex qua tibiis lingulæ conficiuntur.*

Γένη δὲ οὐ ζῶντα μόνον; Plinius loco citato. *Plura autem genera. alia spissior densiorque geniculis, brevibus internodiis: alia rarior majoribus, tenuiorque & ipsa.*

Καὶ ὁ μὲν κοῖλος, ὃν καλοῦσί τινες σύριγξ. Corruptus codex; scribe, ὃν καλοῦσί τινες συριγγίαν. Sic Dioscoridem scripsisse, Sic & Plinium legisse constat loco citato. *Calamus vero totus concavus, quem vocant syringiam, utilissimus fistulis quoniam nihil ei cartilaginis atque carnis.* Putavit Plinius, συριγγίαν dictum, quod fistulæ ex eo fierent; hinc in indice fistulatorium appellat. De sagittariis & scriptoriis, & fistulatoriis calamis, antiquissimis Græcis si fidem adhibemus, fabulosa scribit Plinius. Theophrastus συριγγίαν vocatum fuisse scribit, non quod fistulis utilis sit, sed quod inanis sit, & totus concavus, ad fistulæ instar; minimumque habeat carnis & ligni. Constat tamen, fistulas ex calamis compingi solitas. unde & καλαμίνη σύριγξ apud Aristophanem & σύριγξ ἐκ καλάμων apud Pollucem. Sed idem calamus, qui tibiis erat aptus, idem & fistulis est utilis. Σύριγγα. Poëtæ Nympharum Naiadum, quæ circa montes Arcadiæ vagabantur speciosissimā produnt fuisse, quam cum Pan Mercurii filius adamasset, & eam persequeretur, ac ad amnem Ladonæ Arcadiæ compulisset, ne vi castitatem deponere cogeretur, sororum auxilio in arundinem conversam canunt, ex qua fistula composita, quæ nomine ejus Syrinx nuncupatur. Ovid. 1. Metamorph. Fab. 13.

> *Panaque, cum prensam sibi jam Syringa putaret*
> *Corpore pro Nymphæ calamos tenuisse palustres,*
> *Dumque ibi suspirat, motos in arundine ventos*
> *Effecisse sonum tenuem, similemque querenti,*
> *Arte nova, vocisque deum dulcedine captum,*
> *Hoc mihi † condylium tecum dixisse manebit,*
> *Atque ita disparibus calamis compagine ceræ*
> *Inter se junctis nomen tenuisse puellæ.*

† colloquiū, alii consilium.

Metrodorus apud Athenæum libr. 4. Marsyam fistulam invenisse tradit. Μητρόδωρος δ' ὁ Χῖος ἐν Τρωικοῖς, σύριγγα μέν φησιν εὑρεῖν Μαρσύαν καὶ αὐλὸν ἐν Κελαιναῖς, τῶν προτέρων ἑνὶ καλάμῳ συριζόντων. Εὐφορίων δ' ὁ ἐποποιὸς ἐν τῷ περὶ μελοποιῶν, τὴν μονοκάλαμον σύριγγα Ἑρμῆν εὑρεῖν. τινὰς δ' ἱστορεῖν Σεύθην καὶ Ῥωνάκην τοὺς Μήδους. τὴν δὲ πολυκάλαμον Σιληνὸν Μαρσύαν δὲ τὴν κηρόδετον. *Metrodorus Chius in Troicis scribit, Marsyam fistulam & tibiam Celænis invenisse, cum uno calamo superiores caneret. Euphorion, hexametrorum scriptor, libro de Poëtis lyricis tradit, fistulæ, cui unicus & simplex calamus est, inventorem Mercurium fuisse, vel, ut aliqui memoriæ mandarunt. Seuthen & Rhonacen Medos. ejus vero quæ multis est compacta calamis, Silenum. illius autē quæ cera glutinatur Marsyam.* Diodorus Siculus libr. 3. Bibliothecæ. πολυκάλαμον σύριγξ. Cybelem invenisse tradit, Marsyamque hujus sonum imitatū esse. Τήν τε γὰρ πολυκάλαμον σύριγγα πρῶτον ἐπινοῆσαι καὶ πρὸς τὰς παιδιὰς καὶ χορείας εὑρεῖν κύμβαλα καὶ τύμπανα. *Nam fistulam multis contextam calamis excogitavit, cymbalaque & tympana ad lusum choreasque invenit.* Paulo post. Συναστρέφεσθαι δ' αὐτῇ φιλίαν ἔχει ἐπὶ πλεῖον φασὶ Μαρσύαν τὸν Φρύγα, θαυμαζόμενον ἐπὶ συνέσει καὶ σωφροσύνῃ. καὶ τῆς μὲν συνέσεως τεκμήριον λαμβάνουσι τὸ μιμήσασθαι τοὺς φθόγγους τῆς πολυκαλάμου σύριγγος καὶ μετενεγκεῖν ἐπὶ τοὺς αὐλοὺς τὴν ὅλην ἁρμονίαν, τῆς δὲ σωφροσύνης σημεῖον εἶναι φασὶ τὸ μέχρι τῆς τελευτῆς ἀπείρατον γενέσθαι τῶν ἀφροδισίων. *Frequens circa illam Phryx ille Marsyas, primusque inter necessarios erat. mira in homine illo solertia & castitas. de solertia inde conjecturam faciunt, quod fistulæ multis instructæ calamis sonos imitatus; totam ad tibias harmoniā traduxit, pro castitate habent argumentum, quod ad vitæ usque finem à re Venerea se integrum conservarit.* Illud in verbis Athenæi

næi admirandum, quod κηρόδετον σύριγγα ἁ πολυκάλαμος diversam faciat. Ex Ovidii versibus citatis satis liquido apparet, veteres cera calamos in fistula pluribus compacta arundinibus conjunxisse.

Atque ita disparibus calamis compagine ceræ
Inter se junctis, nomen tenuisse puellæ.

Idem Theocrytus docet Eidyl. 8.

Σύριγγ' ἂν ἐποίησα καλὰν ἐγὼ ἐννεάφωνον,
Λευκὸν, καρὸν ἔχουσαν, ἴσον κάτω, ἶσον ἄνωθεν.

Fistulam quam feci, pulchram novem vocibus
Alba cera compactam, æqualiter infra, æqualiter supra.

Virgilius.

Pan Primus calamos cera conjungere plures Instituit.

Tibullus.

Fistula cui semper decrescit arundinis ordo,
Cum calamus cera jungitur usque minor.

Græcus Poëta apud Plutarchum, περὶ ἀοργησίας de cohibenda ira κηρόπλαστον vocat, ὥσπερ ὁ τῶν βουκόλων κηρόπλαστος ὀτοβεῖ δόναξ ὑπνοδότην νόμον, *ut pastoralis cera juncta fistula, quando sopori feros sonitu ciet modos.* Sed ad Athenæum revertamur. non dubito, quin Euphorion scripserit, τὴν δὲ πολυκάλαμον Σιληνὸν Μαρσύαν τὴν κηρόδετον. *Fistulam ex pluribus calamis conjunctam. Silenus invenit Marsyas.* Herodotus Silenum Marsyam quendam fuisse Celænis, Asiæ oppido, ubi fistulam repertam scribit Metrodorus, ἐν τῇ καὶ ὁ τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλι ἀνακρέμαται. *In qua urbe* (Celænarum) *& in quo foro visitur suspensa Seleni Marsyæ pellis in utrem formata.* De fistulis satis. Arundinem, quam συριγγίαν vocant, inanem & vacuam ait Theophrastus. contra Dioscorides carne plenam ait; ἄλλος δὲ συριγγίας πολύσαρκος, εἰς βιβλιογραφίαν ἐπιτήδειος. *Alia syringias*, id est, *fistulosa, multa carne prædita, geniculis densior, ad librorum scriptionem accommodata.* In antiquo codice παχύσαρκος scriptum est, id est, *carne crassa.* neutrum cum Theophrasto convenit. restituunt ὀλιγόσαρκος, quod parum carnis contineat. Dioscorides multo recentiores calamum συριγγίαν cavam asserunt. Cassianus Bassus libr. 2. cap. 6. Καλάμους τε τοὺς καλουμένους Ἰνδικοὺς, ὑπό τινων δὲ μεσοκαλάμους, ὑπ' ἐνίων βελίτας, καὶ συριγγίας (vulgo βαλίτας καὶ σύριγγας) δασεῖς καὶ ἁπαλοὺς σημαίνειν φασὶν, ὡς ὕδωρ ἔχοντος τοῦ τόπου. *Calamosque appellatos Indicos, ab aliquibus vero mestocalamos, hoc est, plenas arundines, ab aliis etiam belitas, id est, ad sagittas utiles.* Itemque syringias hirsutas & teneras signa esse ajunt loci aquam habentis. Hæc omnia ὀλιγόσαρκον legendum ostendunt. Huic lectioni favet ipsum nomen συριγγίας, quod *concavum* significat, ut est σύριγξ. Vox hæc plures habet significationes, omnes à cavitate. Homerus σύριγγα receptaculum, vaginamque hastæ vocat, Iliad. 7.

Ἐκ δ' ἄρα σύριγγος πατρώϊον ἐσπάσατ' ἔγχος.

Ex vagina patriam extrahit hastam.

Aristoteles lib. de Mundo concavos terræ meatus σύριγγας τῆς γῆς vocat. Πνεῦμα παρεισωθὲν εἰς μυχίους σύριγγας γῆς, *Spiritus qui aberrans insinuarit in abstrusos quosdam terræ & cæcos meatus*; id est, in latentes cavernas. σύριγξ ἥπατος, *cavitas in hepate.* συριγγοῦσθαι Medicis, *in fistulam excavari, in fistulam abire.* Unum impedit, quo minus apud Dioscoridem legam ὀλιγόσαρκον, quod arundinem donacem dicat cavam & inanem. Nihil impedit, utramque fuisse cavam: sed nescio quomodo calamus plenus, multaque carne refarctus, ad scribendum utilis dici possit? firmi & cavi ad hoc optimi. non puto σύριγγος nomine Dioscoridem intelligere qui fistulis faciendis optimus est.


Ὁ δὲ στερεὸς, &c. Plinius loco citato. *Est alius crassiore ligno, & tenui foramine, hunc totum fungosa replet medulla: alius brevior, alius procerior, exilior, crassiorque; &c.*

Ὁ δόναξ, &c. Theodorus vertit, cannam. canna gracilis & tenuis. donax crassa & fruticosa. Columella lib. 4. cap. 32. *Sed cultus arundinetis primo triennio non alius est quam cæteris: cum deinde consenuit, repastinandum est: ea est autem senectus, cum vel exaruit situ, & inertia plurium annorum, vel ita densatum est, ut gracilis, & cannæ similis arundo prodeat.* Vides cannam tenuem & gracilem. rectius fortasse quis piscatorium verteret. Suidas. δόνακες. κάλαμοι ἁλιευτικοὶ, ἢ αὐλοὶ, ἢ εὐθεῖα δόναξ. *calami piscatorii, tibiæ, recta arundo donax.* Et hoc tempore arundine ad piscandum appenso hamo utuntur. Plinius Græcam servavit vocem. δόναξ dicitur ἀπὸ τοῦ ῥᾳον δονεῖσθαι, *quod facile à vento moveatur.* Hesychius, δόνακα κάλαμον Κρῆτες τὸ βοτὸ δονεῖσθαι. Idem δονακία, διάστιχον καλαμῶνα. Græce δονεῖν, περισείειν, κινεῖν, διασείειν. Lapillus quoque qui in lapide ætitide movetur, eadem de causa δόναξ vocatur. De donace hæc Plinius; *Fruticosissimus qui vocatur donax, non nisi in aquaticis natus*, Theophrastus apud lacus & flumina nasci tradit. Idem dicit Dioscorides, aliud juxta flumina nasci, aliud in ipsis aquis. Dioscorides loco citato, ὁ δέ τις παχὺς καὶ κοῖλος παρὰ ποταμοῖς φυόμενος, ὃς καὶ δόναξ καλεῖται, ὑπό τινων καὶ Κύπριος. *Alia denique crassa & concava circum amnes nascens, quæ etiam donax, à quibusdam Cypria vocatur.* Cypriam vocari testis Plinius lib. 24. c. 11. *Harundo Cypria quæ donax vocatur, corticis cinere alopecias emendat.* An itaque Hesychius scripsit δόνακα κάλαμον Κύπριον. an, ut editum est, δόνακα κάλαμον Κρῆτες, quasi à Cretensibus etymon inventum? Cavam esse hanc arundinem vel hoc Theocryti epigrammate probatur.

Δάφνις ὁ λευκόχρως ὁ καλᾷ σύριγγι μελίσδων
Βουκολικοὺς ὕμνους, ἄνθετο Πανὶ τάδε·
Τὼς τρητὼς δόνακας, τὸ λαγωβόλον, ὀξὺν ἄκοντα,
Νεβρίδα, τὰν πήραν ᾇ ποκ' ἐμαλοφόρει.


Daphnis ille candidus, ille qui pulchra fistula modulabatur
Bucolicos hymnos, hæc dedicavit Pani.
Pertusas donaces, pedum acutum, jaculum,
Pellem cervinam, & peram qua olim poma ferebat.

Nastos sive farcta sive toxica gracilis & plicabilis.



Vulgo τοὺς τελείους δόνακας legitur; malè vertunt *tres tibias.* Intelligit fistulam ex pertusis ac perforatis harundinibus compactam. Hanc arundinem Dodonæus, & adversariorum auctores describunt. Non parũ frequens hæc hortis & satis Gallo-Provinciæ & Norbonæ, ubi colos ad nendum, & clatras fenestris rustici mulierculis factitant, flectuntque ad fornices topiarias, aliaque viretorum ornamenta, adque fulciendas vites humi depangunt. ad decem cubitorum altitudinem assurgit, militaris hastæ crassitudine, robusta ac firma materie, inanis tamen

Nastos. Farcta toxica Theophrasti.



ramen intus, compactis per intervalla geniculis, è quorum acetabulis vel cavernulis basis latioris prodit nervus, medio tenus fero ambiens calami spatium. Folia illi sunt longa, milii Indici æmula, sed latiora & longiora, aspera ubique superficie, & acuta circumferentia. Radix illi est alba, foris intusque dura, tuberosa, contortaque, informis ac geniculata, ut in iride ac acoro, sed longè major ac robustior, latè huc, & illuc subtus porrecta, gustanti dulcis; ex qua usta Arabum spodiū paratur Pharmacopœis quamplurimis, tametsi ut non necessario, ita non magno commodo: quando melius ac facilius ex myrto oleave (ut in antispodio monet Dioscorides) conficerent. Gravius peccant, qui loco palmæ foliorum teneriorum harundinis hujusce subdunt radices. Sed de his in commentariis ad Dioscoridem. Scriptoria arundo eadem cum donace est, ut cernere licet in Gallo-Provinciæ, & Corsicæ, udis & pinguibus prope urbes locis: compactiore est carne, minore & pollicem vel indicem digitum æquante crassitie, octonum denumve pedum, intus cava etiam & inanis, ut donax, radices & folia non disparia, pueris etiam quæsiti calami, ad majuscula characterum crura delinianda.

Διαφέρει δ᾽ ὅμως πανὸς, &c. Plinius legit, τόν τε ἐν τῷ ξηρῷ, τὸ ἐν τοῖς ὕδασι φυομένου. *Non nisi in aquaticis natus* (calamus donax) *quoniam & hæc differentia est, multum prælata harundine quæ in sicco proveniat.* Theophrastus plurimum in quoq; genere differre tradit inter se aquaticas & in sicco degentes. Ad verborum seriem contextumque non attendit, ut solet, Plinius.

Ἴδιον δ᾽ ὁ τοξικὸς, ὃν δὴ Κρητικόν τινες καλοῦσιν, &c. Hoc genus, ναστὸν vocat Dioscorides μεσογκάλαμον & βελίτην. Ita hic, καλάμου ὁ μέν τις καλεῖται ναστός· ἐξ οὗ τὰ βέλη γίνεται. *In harundinum genere quædam nastos appellatur, ex qua sagittæ factitari solent.* Ναστὸς dicitur, quod plena, farcta, solida sit. Hesychius ναστὸν μεστὸν, πυκνὸν, πλῆρες, μὴ ἔχον ὑπόκουφόν τι, *quod plenum est, ac solidum cui nihil subest, inane aut leve.* Philo κόσμον, *mundum* dixit esse, πλήρη καὶ ναστὸν, καὶ τῶν ὄντων βαρύτατον. *Plenum, farctum, & omnium existentium gravissimum.* Cassianus Bassus lib. 2. cap. 6. καλάμους τε τοὺς καλουμένους Ἰνδικοὺς. ὑπὸ τινων δὲ μεσογκαλάμους. ὑπ᾽ ἐνίων βαλίτας. Omnes MSS. codices habent, ὑπ᾽ ἐνίων δὲ βαλίτας. Indicum calamum vocari scribit. Longe alius calamus ex quo liquor dulcis colligebatur. ex isto sagittæ non fiebant, quia ad sagittas ineptus. De hoc calamo infra. Sagittariam intelligit harundinem. Putavi quondam scribendum ναστοκαλάμους, sed postquam ex Hesychio μεσογκάλαμον & ναστοκάλαμον eandem didicissem harundinem, sententiam mutavi. Ναστὸν idem quod μεστόν. Sic dicitur, quod farcta sit & plena. Scribe, βελίτας vel βελονίτας, eos calamos intelligit, ex quibus sagittæ fiunt. Non alius ad hoc idoneus, quam qui est plenus intus ac solidus. Hesychius βίλιμα· βέλη, τόξα. Theophrastus Creticum calamum à quibusdā vocari ait, & rationem videtur reddere Plinius: *Calamis Orientis populi bella conficiunt: calamis spicula addunt, irrevocabili hamo noxia. mortem accelerant pinnæ addita calamis. fitque ex ipso telum aliud fracto in vulneribus. His armis solem ipsum obumbrant, propter hoc maximè serenos dies optant: odere ventos & imbres, qui inter illos pacem esse cogunt. ac si quis Æthiopas, Ægyptum, Arabas, Indos, Scythas, Bactros, Sarmatharum tot gentes, & Orientis, omniaque Parthorum regna diligentius computet, æqua ferè pars hominum in toto mundo calamis superata degit. Præcipuus hic usus in Creta bellatores suos præcipitavit; sed in hoc quoque, ut in cæteris rebus, vicit Italia: quando nullus sagittis aptior calamus, quam in Rheno Bononiensi amne, cui plurima inest medulla, pondusque volucre, contra flatus quoque pervicax libra. quippe non eadem gratia Belgicis. Hac & Creticis commendationibus: quanquam præferantur Indi, quorum alia quibusdam videtur natura, quando & hastarum vicem præbent additis cuspidibus.* Primo quem usum Orientis populis præbuit calamus, docet: deinde usum istum præcipuè in Creta habuisse, postea ait, Italicis calamis pondus inesse volatile, & contra flatus valere quoq; pertendit. subjungit, libram quidem & pondus habere Belgicos, ut Italicos, sed elegantia ea destitutos esse, qua maxime laudantur Cretici: in eo superare Italicos, quod utrumque habeant & pondus, ut Belgici; & formæ gratiam, ut Cretici. Ideo τοξικὸς κάλαμος κατ᾽ ἐξοχὴν ὁ Κρητικὸς à quibusdam, ut monet Theophrastus, dictus est. Hic verborum Plinii sensus. Scribe ergo, *pondusque volucre, & contra flatus quoque pervicax. Libra quippe, non eadem gratia Belgicis; hac & Creticis commendationibus. Hac,* scilicet gratia, elegantia. Notat Dalecampius, in Chiffletiano codice M.S. scriptum esse, *præcipuus hic visus in Creta Bellatores suos præcipitavit;* quomodo scripsisse Plinium ex iis, quæ diximus constat. *Calamis,* inquit Plinius, *Orientes populi bella conficiunt.* id est, sagittis è calamo sagittario confectis. Hodie etiamnum apud Indos, aliosque Orientis populos, idem usus obtinet. *Præcipuus hic visus in Creta bellatores suos præcipitavit.* id est paratiores, audacioresque fecit, & ad bellum temerè suscipiendum cum Romanis impulit, quo profligati sunt. *Pondusque volucre;* Findendo aëri oportunum in jaculatione expetitur. *Quanquam præferantur Indi.* Antiquum exemplar, *indigi.* Scribe, *Indici.* Sed de Indicis sagittis infra. Creticas laudarunt antiqui.

Silius libr. 10.

Ecce Cydoneæ violatus arundine plantam.

Idem libr. 13.

— Dictæa per auras
Tranat, & in medium perlabitur urbis arundo.

Statius libr. 4. Theb.

Terga Cydonæa corythos arundine pulsat.

Cydonæas, Cydoniacas, Dictæas dixit, ab urbibus Cretæ, Dicte & Cydone. Idem Silius Cretam primam potuisse mari ac sagittis tradit: sic enim de navi quæ remigibus & sagittariis valebat.

Iamque super rutila super & Garamantide pinu
Ibat ovans melior remo, meliorqu. sagitta.

Solinus cap. 11. *Quorum principatus est penes Gortynam, Cydoneam, Gnoson, Therapnas, Cylissos. Dosiades eam à Crete nympha Hesperidos filia, Anaximander à Crete rege Curetum, Crates Aëriam prius dictam, mox Curetin, nonnulli etiam à temperie cœli* Μακάρων νῆσον *appellatam prodiderunt. Prima mari potuit remis & sagittis, prima literis jure junxit.* Plinius lib. 4. cap. 12. *Ipsa Creta altero latere ad Austrum, altero ad Septentrionem versa, inter Ortum Occasumque porrigitur, centum urbium clara fama. Dosiades eam à Creta nympha, Hesperis filia; Anaximander à rege Curetum, Philistides Mallotes, Crates primum Aëriam dictam, deinde postea Curetim, & Macaron* (insulam, subintellige, vel adde) *nonnulli à cœli temperie appellatam existimavere.* Philistides Mallotes non legit Solinus, vel incuria librariorum omissum.

Ὀλιγόνατος δὲ, &c. Plinius. *Suum genus sagittario calamo, ut diximus, sed Cretico longissimis internodiis, obsequentique quo libeat flecti calefacto.* Scribe ex antiquo nostro codice; *obsequiumque quo libeat flecti calefacto.* Arundinis ναστὸ sive farctę genera tria. Arundine farcta maxima, atro rubente imbecilles principes, atque Hierarchæ, aliique viri graves ac divites ad ægram senectutem fulciendam pro scipione utuntur, materiem auro aut argento cingentes. Scipiones vel arundines hæ apud Amstelodamenses satis frequentes, nec magno, ut quondã pretio venduntur, quod earum ingens copia quotannis ex Indiis adferatur. Arundines hæ leves, elegantes, & robustæ & flexiles. Exiliores stolones Scythę & Asiatici & Syri aptãt ad jacula; sunt exiles, leves, politi, farcti, medulla pleni, prorsus enodes, recti, solidi, nec graves, colore cæsio pullo & purpurascente nitentes. Reperitur & alia nastos crebris cincta geniculis, farcta, plena, dura, levis, glabra, colore ruffo atro rubente ac pullo variegato. Tertia nastos admodum lævis & glabra, farcta, dura, robusta, flexilis, crassitie calami aromatici, aut arundinis scriptoriæ geniculis paucissimis 10 aut 12 pollicum spatio invicem dissitis, colore flavo variegato. Arundinis nasti infinita reperiuntur genera, varietate coloris & crassitie differentia.

Arundo Laconica à Petro Mullerio.



Κατὰ τὰ φύλλα μεγάλας διαφορὰς, &c. Plinius. *Differentias faciunt & folia, non multitudine, verum robore & colore, valida Laconicis, & ab una parte densiora, quales in totum circa stagna gigni putant, dissimiles amnicis longisque vestiri tunicis, spatiosius à nodo scandente complexu.* Totus hic locus corruptus, in antiquo codice habetur, *longisque vestiri foliis, spaciosius à nodo scandente complexu.* Nec validam Laconicam dixit Theophrastus, sed colore foliorũ variam. In veteri codice & Chiffletiano, *& ab ima parte densiora*, legitur. Scribe. *Differentias faciunt & folia non multitudine, & robore tantum, verum & colore varia Laconicis, & ab ima parte densiora, quales in totum circa stagna gigni putant, dissimiles amnicis, longisque vestiri foliis, spatiosius à nodo scandente complexu.* Confundit Laconicam harundinem, cum aliarum differentiis Plinius. Theophrastus folia differre ait non magnitudine & multitudine, sed etiam colore, quoniam arundo Laconica versicolori est folio. Subjungit, aliam etiam in foliis arundinis observari differentiam; quasdam ab ima parte folia plura ferre; κάτωθεν γὰρ ἔνιαι πλείω φέρουσι τὰ φύλλα. Vertit Plinius, *& ab ima parte densiora*, id est, plura ferunt folia, & Laconicæ harundini adscribit, cum de alio genere tradat hoc Theophrastus. Corruptus Theophrasti codex. Scribe cum Doctiss. Constantino, καυλὸς δὲ ὥσπερ ἐκ θάμνου, &c. *caulisque perinde ac è frutice se attollit.* Laconicam arundinem vidi Groningæ in horto Petri Mullerii Academiæ ejusdem professoris Botanices. Hæc facie à vulgari arundine non differt, nisi quod folia striata & variegata habeat, instar graminis Hispanici. Folia graminia sunt, viridia, lineis albis exornata per totum discurrentibus.

Καὶ ἐπίγειον. Plinius loco citato. *Est & obliqua harundo non in celsitatem nascens, sed juxta terram fruticis modo se spargens, suavissima in teneritate animalibus. Vocatur à quibusdam elegia.* Scribe, *vocatur quibusdam epigea.* Plinius aliud agens, aliud cogitans, imaginatus est calami illius proprium nomen esse, ἐπίγειον, quod falsissimum. Theophrastus, è quo hæc hausit, ἐπίγειον scribit hunc calamum, quod per humum repat, nec subrectus in aërem attollatur. *Iuxta terram fruticis modo se spargens*, ait Plinius, quod à Græci auctoris mente planè diversum; apud quem ἐπὶ γῆς ἀφίησι τὸν καυλὸν, ὥσπερ ἄγρωστις habetur. id est, *per terram caulem emittit, graminis modo.* Ἄγρωστις sive *gramen* in herbarum censu est, non fruticum; nec juxta terram spargitur, sed in ipso solo ac per humum se fundit. Persuasit sibi Plinius, harundinem hanc non in altum crescere, sed humilem manere, ad instar fruticis, qui non altè ex humo attollitur, sed juxta eam in plures stolones se dividit: hoc enim ἴδιον θαμνώδους, *fruticosi generis proprium.* Arundo ergo hæc per terram fusa est, & sic incrementum capit. Idem de gramine legitur apud Dioscoridem κλήματα γονατώδη ἕρποντα ἐπὶ τῆς γῆς. Nemo Grecorum usquam tradidit; calamum hunc animalibus esse in suavissima teneritate. Ipsum gramen hac vi pollere vulgo, notum. Verba Theophrasti ὥσπερ ἡ ἄγρωστις, non quo deberet modo intellexit Plinius; sed existimavit scribere Theophrastum, caulem hujus calami æquè dulcem esse animalibus, ut est gramen. Ἀφίησι καυλὸν ὥσπερ ἄγρωστις; *caulem emittit graminis modo dulcem animalibus*; cum Theophrastus id dixerit de calami crescendi natura, quæ per terram reperet graminis modo.

Διαφέρουσι γὰρ ἐν τούτων, &c. Plinius. *Harundini quidem Indicæ arborea amplitudo: qualis vulgo in templis videmus. Differre mares & fœminas in his quoque Indi tradunt. Spissius mari corpus, fœminæ capacius. Navigiorumque etiam vicem præstant. (si credimus) singula internodia. Circa Acesinem amnem maximè nascitur.* Neutiquam arborea amplitudo harundini, quam circa Acesinem amnem nasci, scribit Theophrastus. Negat eam in rectum assurgere, verum per terram ad instar graminis repere ait, atque ita magnitudinem suam acquirere. Has arundines Strabo χαμαικλινεῖς vocat. sed de earum longitudine & crassitudine miranda prędicat, quæ non habentur apud Theophrastum. libr. 15. καλάμους δὲ, μῆκος μὲ τριάκοντα ὀργυιῶν τοὺς ὀρθίους, τοὺς δὲ χαμαικλινεῖς τετταράκοντα. πάχει δὲ, ὥστε τὴν διάμετρον τοῖς μὲν εἶναι τριπήχη, τοῖς δὲ διπλασίαν. Manuscr. διπλασίαν. *Ex arundinibus erectas esse 30. ulnarum longitudine humiles ad quinquaginta, tanta crassitudine; ut quibusdam diameter sit trium cubitorum, quibusdã quadrupla (dupla.)* De longitudine, & crassitudine nihil Theophrastus; crassas & longas esse ipsa ratio dictitat: equidem non possent alioquin ex iis navigia confici. De navigiis infra. Objiciet quis, Varronem tradere, Indicam harundinem non valde magnam esse. Versus Varronis apud Isiodorum libr. 17. cap. 7. citantur, & vulgò sic leguntur.

Indica non magna nimis arbore crescit harundo:
Illius è lentis premitur radicibus humor,
Dulcia cui nequeant succo contendere mella.

Et hanc magnam esse disertè scribit Strabo libro citato. Τοὺς δὲ ξυλίνους καρποὺς γενᾶσθ πολλὰς, ἐ τὰς ῥίζας τῶν φυτῶν, καὶ μάλιστα τῶν μεγάλων καλάμων γλυκείας καὶ φύσει καὶ ἑψήσει χλιαινομένας τοῦ ὕδατος τοῖς ἡλίοις, τοῦ τε ἐπιπίπτοντος ἐκ Διὸς, καὶ τοῦ ποταμίου: *Fructus autem arboreos multos gigni, radices stirpium, præsertim magnarum harundinum, & natura & decoctione dulces esse, aqua à solibus tepefacta, tam cœlesti, quam pluviali.* Non dubito quin Varro scripserit.

Indica nam magna nimis arbore crescit arundo.

Et sic versus hic in Isiodori antiquissimo & optimo codice M S. Clariss. viri Gerardi Ioannis Vossii politices & historices Professoris celeberrimi, legitur; In altero vero codice.

Indica non magnum nimis arbore crescit arundo.

Quod

Quod corruptum nemo inficias ibit. Meminit hujus arundinis Lucanus.

Quique bibunt tenera dulces ab arundine ſuccos.

De hoc calamo etiam verſus Dionyſii Afri,

Ἄλλοθι μὲν γὰρ κέγχρος ἀέξεται, ἄλλοθι δ' αὖτε
Ὕλαι τηλεθόωσιν Ἐρυθραίου καλάμοιο.

Alibi itidem milium creſcit, alibi inſuper
Sylvæ vireſcunt Erythræi calami.

Duas res ſimul conjunxit in India naſcentes: quibus ad cibum & ad potum utebantur Indi: milium, quo veſcebantur, & calamos, quorum ſuccum expreſſum bibebant. Ἐρυθραῖος κάλαμος, idem & κάλαμος Ἰνδικός. Nam Poëta ille paſſim Ἐρυθραῖον pro Indico uſurpat, ut Ἐρυθραῖον πόντον, Ἐρυθραίαν θάλασσαν Ἐρυθραίους αἰγιαλούς. Vulgatus interpres, Ἐρυθραίου καλάμοιο *rubræ* vertit *cannæ*, Græci Ἐρυθραῖον nuſquam pro rubro poſuere. Ἐθνικὸν eſt Ἐρυθρὰ θάλασσα; hinc erythræus lapis, concha. Ἐρυθρὰν θάλασσαν paſſim à Dionyſio pro mari Indico poni, merito nego. quod vel ex his verſibus Dionyſii, qui ſtatim in initio libelli de orbe reperiuntur, probatur.

Αὐτὰρ ὅθι πρώτιστα φαείνεται ἀνθρώποισιν
Ἠῷον καλέουσι καὶ Ἰνδικὸν οἶδμα θαλάσσης,
Ἄγχι δ' Ἐρυθραῖόν τε καὶ Αἰθιόπιον καλέουσι,
Πρὸς νότον.

At ubi primum radiat hominibus,
Eoum vocant, atque Indicum fretum maris.
Prope autem Erythræum ac Æthiopicum appellant
Ad auſtrum.

Ergo Dionyſio non ſemper Ἐρυθραῖος Indicum ſignificat mare. Utrum vero Ἐρυθρὰ θάλασση à colore, an à rege Erythra nomen trahat, nolo diſputare. Varronis ſententia eſt, Erythræum ab Erythra rege, non à colore appellatum. Reprehenduntur à Curtio lib. 8. qui à colore nomen habere tradunt. Ab Erythra rege inditum eſt nomen, cujus ignari rubere aquas dicunt. Idem libr. 10. *Inter quæ rubrum mare, non à colore undarum, ut plerique credunt, ſed ab Erythra rege appellatum.* Malè ergo Latini rubrum mare dicunt; Erythræum dicendum eſt. Ad Græcam ſi attendamus vocem, aliter ſe res habet. Principale nomẽ eſt Ἐρυθρὰ, quod mille locis Theophraſti probari poteſt. Vide cap. 8. hujus libri. ἐν δὲ τῇ θαλάσσῃ Ἐρυθρᾷ καλουμένῃ. Semper apud antiquos legitur ἐρυθρά. Ab Erythra rege ἐρυθρὰ dici nequit. τὸ ἐθνικὸν ſive τοπικὸν τῆς ἐρυθρᾶς eſt ἐρυθραῖος, ut & urbium omnium, ut Ἰμεραῖος ποταμὸς. Ἱμέρας. urbs Romana pro Roma, ſic Ἐρυθραῖος ὠκεανὸς, *Erythræũ mare*, quod ἐρυθρὰ antiquis. ἐρυθραῖος λίθος, pro ὁ ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης λίθος. Certum eſt, aquam maris Erythræi, non alio eſſe colore, quam ipſius Oceani. Non igitur ab aquæ aut undarum colore nomen impoſitum. Solet tamen mare illud, quando tempeſtas ingruit, magnam vim arenæ rubræ ejicere, quæ & maximas, niſi portum opportunum nactæ ſint, naves obruit. Hoc Batavorum navigationibus & experimento conſtat, qui per mare hoc in Arabiam navigarunt. Ab arenæ ergo rubræ colore nomen hoc ipſi impoſitum videtur, quam ejicit, tempeſtate ſæviente. Inquirendum jam, an calamus, ex cujus radice, humor melleus exprimitur, idem ſit cum eo, ex quo navigia fiunt. Ea Solini eſt ſententia, cap. lib. 11. *Quæ paluſtria ſunt, arundinem creant ita craſſam, ut ſiſſis internodiis, lembi vice vectitet navigantes. E radicibus ejus exprimitur humor dulcis ad melleam ſuavitatem.* Quanquam veterum nemo hoc tradat, recentiorum tamen experimento probatur. Garcias lib. 1. cap. 12. *Cæterum ut ad rem redeamus, tabaxir vocabulum eſt Perſicum ab Avicenna libr. 2. cap. 609. & aliis Arabibus è lingua Perſica deſumptum, nihilque aliud ſonat, quam lacteus humor, aut, ſuccus liquorque alicubi concretus: quo nomine etiam Arabibus & Turcis hoc medicamentum cognitum eſt. Vocatur autem ab Indigenis Sacar Mambu, quaſi dicas ſaccharum de mambu, quoniam Indi arundines, ſive ramos arboris illud proferentes Mambu vocant. Arbor in qua gignitur, interdum magna eſt, & inſtar populi procera, interdum minor, ramis ut plurimum erectis (niſi quod pulcherrimos quoſque interdum incurvant, ad pergulas & deambulacra, apud Indos frequentia, conficienda) nodis palmi longitudine ab invicem diſſitis, diſtinctos habens; folium oleæ longius; (Theophraſtus ſalici comparat, oleæ & ſalicis non valde diſſimile) inter ſingula internodia liquor quidam dulcis generatur, craſſus, veluti amylum congenitum, & ſimili candore, interdum multus, nonnunquam vero perpaucus, ſed non omnes arundines, ſive rami eum humorem continent; at ii duntaxat, quos biſnagar, batecala, & pars provinciæ Malabar profert. Hic autem liquor concretus, interdum nigricans & cinerius reperitur, ſed non ideo improbatur. Nam ob nimiam humiditatem, aut, quod diutius ligno incluſus permanſerit, hunc ſibi colorem conciliat: non autem ob arborum incendium, veluti nonnulli putarunt, ſiquidem multis ramis, quos non contigit ignis, niger etiam invenitur.* Chriſtophorus à Coſta, *Inveniuntur interdũ hæ arbores ſive arundines vocatæ Mambu, in quibus naſcitur tabaxir, tantæ amplitudinis & craſſitudinis, ut ex ea cymbas faciant, quæ binos viros capere poſſint; non quidem illas excavantes, ſed relictis ſolum duobus internodiis per medium ſecantes. Conſcendere vero ſolent ſimiles cymbas bini Indi, iique nudi. (nam nudos incedere in illis regionibus moris eſt) ſedereque ſinguli in ejus extremitatibus, junctis cruribus, tenenteſque ſingulis manibus remos trium aut quatuor palmorum longitudinis, quibus eas cymbas impellunt tanta dexteritate, ut etiam adverſo rapido flumine ſumma celeritate navigare poſſint.* Carolus Cluſius lib. 1. exoticorum cap. 18. *Admirandæ magnitudinis fuerat illa harundo cujus fragmentum Octobri anno nonageſimo quinto ſupra milleſimum & quingenteſimum, Iacobus Garetus, ad me Londino uſque mittebat, fratris Petri Amſtelredami commorantis opera, ut conſpicerem. Nam fragmentum illud ſex nodis conſtabat, quorum ſinguli pedem Romanum & quatuor uncias inter ſe diſtabant. Octo igitur pedes Romanos longum; ejus diameter infima parte quinque unciarum, circumferentia decem & ſex, internodii longitudini reſpondens: ipſius vero ligni ſive materiæ ſpiſſitudo paulo major unciæ triente: ſuperna autem parte diameter penè unciarum quinque; circumferentia quaſi æqualis infimæ parti; ligni ſpiſſitudo triens unciæ, ex quibus notis quilibet æſtimare poteſt, quanta fuerit totius harundinis longitudo. Erat porro totum fragmentum, bacca rubra, qua obſignari ſolent epiſtolæ, foris obductum, quemadmodum magna ex parte moris eſt apud Sinenſes, vaſcula, caniſtra, ligneas lances, atque etiam ipſas haſtas inducere, ut ab imbre alioque humore non corrumpantur. Cæterum harundinis illud fragmentum inventum fuerat in magna prætoria navi, qua vehebatur Prorex Indiæ domum repetens, quum ab Anglis quibuſdam naucleris interceptus eſt, anno redemptionis humanæ M. D. XCIII. & illud quidem (ut qui mittebat, ad me ſcribebat) plenum Anil ſive Indico, quo cæruleo colore inficere ſolent, cujus indicium interior fragmenti pars adhuc conſervabat. Verum enimvero multo longiora referebant, qui anno ſexenteſimo primo ſupra milleſimum à nativitate Chriſti noſtri ſalvatoris ex Orientali India revertebantur nautæ: quorum bina in Academici horti porticu apud Lugdunum Batavorum ſuſpenſa conſpiciebam, illaque utrimque mutila: horum minus, viginti ſex pedes Romanos longum erat, ac decem & novem internodiis conſtabat, craſſitudo infima parte decem & ſeptem uncias ambitu comprehendebat, ſuperna quatuordecim. Majus illud ſeſquipede longitudine ſuperabat, & tribus unciis craſſitudine: ſingulorum internodiorum longitudo in utroque, circumferentiæ partis inferioris ut plurimum reſpondebat, nonnunquam longior aut brevior erat: Materiæ ſpiſſitas fere par cum ea quæ primo deſcripta, hoc eſt triens unciæ. Eas harundines donabant ſocietatis mercatorum præfecti Cl. V. Doctori Petro Pauwio profeſſori publico, Academici horti præfecto illo anno Rectori magnifico. Quam vero proceræ fuerint integræ illæ harundines, ex mutilis licet conjecturam facere. Cæterum harundinis illud genus, toto Malabarenſi marino tractu naſci, præſertim autem circa Choromandel, teſtis eſt Hugo Linſcotius, qui ab incolis Mambu appellari ſcribit, & adhuc tenellum & viride inflecti ſolitum, ut magis aptum reddatur ad geſtandum pendentes ex eo lectulos, ipſis Pallankins dictos, quibus inſident cum viri tum mulieres, cum aliquo transferri cupiunt. Domos quoque ſuos Indi ex iis ædificant, ut in Teremte, funduntque eas & ſingulari induſtria torquent. In Civitate Bantam cuncta ædiũ ſublicia ex his arundinibus aſſulatim diſſectis conſtant. Naviculas duobus viris aptas conficiunt. vide Indiæ Orientalis hiſtoriographos.* Rectè ergo Solinus ex una eademque arundine & navigia confici & ſuccum dulcem colligi ſcripſit. Sed ſuccum ſive liquorem mambu concretum Garcias, ait. Ergo non ea eſt arundo ex qua dulcem ſuccum veteres colligebãt. Hic liquidus, & potui inſerviebat.

Quique bibunt tenera dulces ab harundine ſuccos.

Quorundam opinio eſt à Varrone confundi harundinem ſacchariferã, cum harundine mambu. Saccharũ enim veterum colligebatur in ipſa harundine concretum, deinde ſaccharũ mambu, quod veterũ ſaccharũ, in ipſa reperitur

arundine

arundine non exprimitur ex radice. Calami ex quib. dulcis ille liquor, potui accommodatus, exprimebatur, iidem plane sunt cum illis, qui nobis hodie saccharũ, sic vocatum generāt. Expressione enim ex calamis succus iste elicitur, deinde coctione concrescit & saccharum fit. In ipsis harundinibus sua sponte vulgare saccharum non densatur. nec liquor, qui primum exprimitur, ad nos adfertur; solũ coctum & densatum mittunt & reportant saccharum. Varro ergo & Lucanus primum saccnariferæ harundinis succum nondum coctum ac densatum noverunt. Hoc si ita est, servanda est vulgata Varronis apud Isiodorum lectio.

Indica non magna nimis arbore crescit arundo.

Quam tamen improbat Strabo, τῶν μεγάλων, inquit, καλάμων. Sed nihil impedit veteres ex harundine etiam mambu succum addita aqua expressisse, potui aptum; utcunque est, ex India Orientali sive veteribus cognita India vulgare non adfertur saccharum. novus orbis sive occidentalis India, maximè regnum Brasiliæ, mittit. Ex hac mundi parte armis & virtute Batavorum Hispano erepta adfertur Amstelodamum. Quod vero veteres saccharum vocarunt, aliud quid est, & à vulgato diversum saccharo. Dioscorides lib. 2. cap. 104. καλεῖται δέ τι καὶ σάκχαρον εἶδος ὂν μέλιτος ἐν Ἰνδίᾳ πεπηγότος καὶ τῇ εὐδαίμονι Ἀραβίᾳ εὑρισκόμενον ἐπὶ τῶν καλάμων, ὅμοιον τῇ συστάσει ἁλσί, καὶ θραυόμενον ὑπὸ τοῖς ὀδοῦσι καθάπερ οἱ ἅλες. ἔστι δὲ εὐκοίλιον, εὐστόμαχον, διεθὲν ὕδατι καὶ ποθέν. ὠφελοῦν κύστιν κεκακωμένην καὶ νεφρούς. καθαίρει δὲ καὶ τὰ ταῖς κόραις ἐπισκοτοῦντα ἐπιχριόμενον. *Est & quoddam mellis concreti genus, quod saccharum nominatur, quodque in India & felici Arabia in arundinibus reperitur, consistentia sali simile, ac dentibus etiam salis modo fragile. Est illud alvo idoneum & stomacho utile, si aqua dilutum bibatur: vexatæ vero vesicæ renibusque auxiliatur: quin & illitum ea discutit, quæ pupillis tenebras offundunt.* Galenus lib. 7. simpl. καὶ τὸ σάκχαρ καλούμενον ὅπερ ἐξ Ἰνδίας τε καὶ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας κομίζεται. συμπήγνυται μὲν τοῖς καλάμοις, ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ μέλιτος εἶδος. ἧττον μὲν οὖν ἐστὶν ἢ τὸ παρ' ἡμῖν γλυκύ. τὴν δύναμιν δὲ παραπλήσιον αὐτῷ, καθ' ὅσον ἀπορρύπτει καὶ ξηραίνει, καὶ διαφορεῖ. καθ' ὅσον δέ (ita scribit) οὔτε κακοστόμαχόν ἐστιν ὡς τὸ παρ' ἡμῖν, οὔτε διψῶδες ἀποκεχώρηκε τῆς οὐσίας αὐτοῦ. *Sed & Sacchar, ut vocant, quod ex India atque felici Arabia convehitur in calamis, ut ajunt, concrescit, & ipsum mellis est species: minus certe nostrate dulcius, sed assimiles ei vires obtinens. quod ad abstergendum, desiccandum, & digerendum obtinet. porro quatenus nec inimicum stomacho est ceu nostras, nec sitim afferens, eatenus ab illo substantia differt.* Plinius lib. 12. cap. 8. *Saccaron & Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in arundinibus collectum* (*concretum* scribe ex Dioscoride) *gummium modo, candidum,* (ita distinguendum, non ut vulgo, *gummium modo candidum*) *dentibus fragile est, amplissimum nucis avellanæ magnitudine ad medicinæ tantum usum.* Apud Dioscoridē σάκχαρον per χ in penultima legitur. Apud Plinium vero sine aspiratione per κ scribitur. Apud Hesych. vero per τ σάκταρον; τοῦτο ἐμφερές ἐστι κόμμι γινόμενον ἐν τῇ Ἰνδικῇ, διαλυτικόν. Hæc corrupta esse, nemo facile negabit. Apud Phavorinum, qui sua ex Hesychio & aliis concinnare solet, habetur, σάκχαρον ἐμφερές ἐστι κόμμι, γινόμενον ἐν τῇ Ἰνδικῇ, διαλυτικόν; quæ quanquam veteris lectionis vestigia ostendant, corrupta tamen. Nullam dissolvendi potestatem habet saccharum. Corrigit Clarissimus Salmasius. σάκταρον, τοῦτο ἐμφερές ἐστι κόμμει γινόμενον ἐν τῇ Ἰνδικῇ. κοιλίας λυτικόν. Alvum solvere tradunt Arabes. Aboali saccharum solvit alvum, privatum vero illud quod sicuti sal invenitur super arundine. Græci antiquiores hanc potestatem non adscribunt saccharo, sed siccandi, digerendi, & abstergendi vim habere trradunt; quæ si alvum solvunt, adstrictionem qua roborant relinquunt. Scribo. σάκχαρον, τοῦτο ἐμφερές ἐστι κόμμει, γινόμενον ἐν τῇ Ἰνδικῇ, εὐκοίλιον. Ita Dioscorides, sic Galenus. *Saccharum simile est gummium nascitur in India; alvo utile est.* Hoc de saccharo antiqui tradunt. Alii σάχαρ ut μέλι scribunt; quod declinarunt, σαχάριτος, ut μέλιτος. Myrepsus in Drosato, δι' ἰσότητος ἀντὶ σαχάριτος, χάρτος apud Achmetem. εἰ δέ τις ἴδῃ ὅτι οἶνον ἔπιεν ἐκ τοῦ σαχαρίτου. Peripli auctor, καὶ μέλι τὸ καλάμινον, τὸ λεγόμενον σάχαρ. Mel calaminum vocat, quod in calamis gignatur. Dioscorides mellis, inquit, esse genus concretum. Idem Galenus. Tertullianus lib. de judicio Dei. *Mella viridanti confragrant pinguia canna.* Hac de causa, quod manna quasi mel sit condensatum, & in guttas redactum, huic saccharo non valdè dissimile, placuit recentioribus Græcis, manna Indici calami vocare. Charito in compositione ἑψήματος ventri solvendo, ac hepati juvando. καὶ λύσον ἐν αὐτῷ μάννα καλάμου Ἰνδικοῦ ἤ, καὶ ὀξυφοίνικον οὐγγία α΄ ς΄ καὶ μάννα ἀπλοῦ. Manna ἁπλοῦ vulgare, Calabrinum. manna Indici calami, saccharum veterum. Manna calaminum additur, quod roborandi vim & abstergendi habeat, ne hepatis tonus, cadat. Plures ex recentioribus, etiam botanici celeberrimi, credidere, saccharum antiquorũ concrescere, ad hunc usque diem, in arundinum quodam genere, roris cælestis benificio, uti illud, quod vulgo manna vocamus. Sed Botanici Itali respondent, planè hallucinari doctissimos illos viros, quod nullo, ut putant, probatorum auctorum testimonio sententia ista stabiliatur. Quorum objectioni facile satisfieri potest. Vetus auctor, qui περιήγησιν orbis scripsit sub Constantino, mella calamina de cœlo originem habere tradit, & mannam plane putavit. De Seribus, & vicinis aliis gentibus ita loquitur: *Prædictæ gentes vivunt pomis, & pipere & melle calamino: panem enim cælestem quotidianum accipiunt.* Calamina mella pro mannæ genere accepit. ideo ait, populos istos apud quos mella ista reperiuntur, panem quotidianum cælestem accipere, quod de manna accipiendum cœlo decidua. Quod si hic non satis idoneus videatur auctor, alium dabo majoris auctoritatis; Alexandrum nempe Aphrosidæum, hic libr. 2. problem. 79. scribit, *Quod autem sacchar Indi appellant, mellis coagulum est, sole cogente rores, convertenteque ad mellis dulcedinem, quod idem monte Libano fieri certum. Fit sacchar id proximum salis glebulis, candidum, fragile; vim quoque detergendi, purgandique melli similem habet, & coctum mellis ritu nostratis, non æquè ac incoctum purgare potest, cibo tamen ita assumptum aptius ad alendum est.* Probatissimorum ergo auctorum testimonio constat, esse rorem cœli, solis vi concretum. Mel calaminum sive saccharum non esse cœlo, deciduum, sed humorē ex ipsa arbore pinguiorem & coagulatum Nearchus apud Strabonem lib. 15. docet. εἴρηκε δὲ καὶ περὶ τῶν καλάμων ὅτι ποιοῦσι μέλι μελισσῶν μὴ οὐσῶν. οὐ γὰρ δένδρον εἶναι καρποφόρον. ἐκ δὲ τοῦ καρποῦ μεθύειν. *Tradit idem arundinem mel sine apibus gignere, & cum non sit arbor fructifera, ex fructu tamen ebrium facere.* Casaubono locus hic merito suspectus. Si non est fructifera, quomodo fructus inebriare potest, qui in rerum non est natura? Aliter hic locus ab Eustathio citatur, ubi de melle arundineo agit. Ita is legit, κάλαμοι ποιοῦσι μέλι μελισσῶν μὴ οὐσῶν, τοὺς δὲ φαγόντας ὠμοῦ τούτου μεθύειν. *calami mel faciunt, sine ope apum, qui crudo hoc melle vescuntur, ebrii redduntur.* Ea certè lectio vulgatā multum præstat. Porro non tantum Nearchi auctoritate probatur, de cœlo non cadere mel calaminum, vel veterum saccharum, sed ipsa experientia. Contrarium compertum est, ex ipsa harundine generari id genus mellis, & à manna aliud esse. Ratio etiam docet diversum à manna vulgari: vulgare liquescit & lentescit sub dentibus. Saccharum vel mel arundineum fragile est; sic ex hammoniaco aliud θραῦσμα, aliud φύραμα, illud fragile & siccum, hoc pingue, resinosum & lentescens. manna φυρατή, non θραυστή. Seneca, an ros cælestis concretus, an ipsius arundinis vi genitum, dubitatum suo ævo scriptum reliquit epistola 85. *Ajunt inveniri apud Indos mel in arundinum foliis, quod aut ros illius cæli, aut ipsius harundinis humor dulcis, aut pinguior gignat. In nostros quoque herbis vim eandem, sed minus manifestam, & notabilem poni, quem persequatur & contrahat animal huic rei genitum.* Pro comperto & certo habetur, non esse rorem cœli. Satis aperte Nearchus ποιοῦσι μέλι. Verbum ποιεῖν satis clare docet, in ipso calamo mel illud gigni. Hanc sententiam probant Diosc. & Plinius, qui, ut ipse etiam Galenus, in calamis concrescere ajunt. Sequitur apud Dioscoridem. ὅμοιον τῇ συστάσει ἁλσί. *consistentia sali simile;* & dentibus salis modo fragile. Hac de causa ab Ægineta ἅλς Ἰνδικὸς dicitur; quod etiam sequuntur Arabes, vel eorum Interpretes. Ægineta lib. 2. cap. 53. de linguæ asperitate. Ἀρχιγένης δέ φησι καὶ ὁ ἅλς ὁ Ἰνδικός. χρόᾳ μὲν καὶ συστάσει ὅμοιος τῷ κοινῷ ἁλί. γεύσει δὲ μελιτώδης. *Archigenes autem tradit, etiam salem Indicum colore quidem & substantia communi similem, gustu vero melleo.* Sequitur. φακοῦ δὲ μέγεθος, ἢ τὸ πλεῖστον κυάμου διατρωχθεὶς, σφόδρα καθυγραίνειν δύναται. *Lenticulæ instar vel plurimum ad fabæ magnitudinem devoratum vehementer posse humectare.* Videndum nunc, utrum vulgare saccharum, & veterum sit unum idemque. Veterum saccharum in ipso arundine concretum & condensatum colligebatur: nostrum primo exprimitur liquidum, deinde ignis vi densatur. Veterum saccharum dentibus salis modo fragile: nostrum statim liquescit, & in succũ mutatur, nullaq; ratione fragile imaginari potest. Vulgare saccharum & stomacho, & intestinis, & hepati inimicũ: contra veterũ saccharum amicum, εὐκοίλιον, εὐστόμαχον. ad roborandum hepar additur medicamentis alvum solventibus à Charitane.

ritane. Antiquorum saccharum sitim sedabat, vulgare excitat. Sed aliter magni viri verba Galeni interpretantur, ac saccharū vulgare & veterum unum idemq; esse volunt. Sic nempe scribunt. *Quod objiciunt isti, sacchară sitim facere, fatemur. quod addunt, è sententia Galeni, negamus. sed ille, unde & desumpsit Aboali, sensit ita: non perinde esse atque mel siticulosum. Lege illius verba; comparationem invenies in oratione, non sententiam absolutam, etiam apud Dioscoridem frustra quærunt. Galeni verba è septimo.* οὔτε κακοςόμαχόν ἐστιν, ὡς τὸ παρ' ἡμῖν, οὔτε διψῶδες; *quæ sic Aboali. In ipso est virtus faciens sitim, minorem tamen sitim quam facit mel.* Falluntur, Nulla in Galeni verbis comparatio; absoluta oratione utitur. Vulgare mel stomacho nocet, prodest saccharus, quod, ut docet Dioscorid. εὐκοίλιον, εὐστόμαχον. Mel commune sitim excitat, saccharum sitim compescit, & nullo modo διψῶδες est. Sic verba Galeni accipienda & explicanda: vel omnino ex placitis Galeni statuendum, saccharum non æque stomacho adversari ac inimicum esse, ac mel commune, aliquatenus tamen nocuum esse. Quod planè contra Dioscoridem, & mentem Galeni. Sedat ergo potius sitim, quam excitat. Vulgata & recepta opinio est, hanc solam esse differentiam inter saccharum veterum & hodiernū, quod illud ex harundine sponte manabat; nostrum exprimitur, & coquitur ad candorem & spissitudinem. Respondetur vero, eandem naturam & facultatem illius esse debere quod sponte in harundine concrescebat, & hujus factitii, quod hodie premi solet, & excoqui; hoc si est, tum etiam illud erit. Verū non satis valida hęc responsio est, constat aloen succum sempervivi majoris esse, succus tamen sempervivi recens expressus frigidus, calida tamen aloe. Neutiquam concedendum, illam solam esse inter saccharum commune & veterum differentiam. Hoc concedi potest, ut supra docuimus, succum arundinis, cujus mentio apud Lucanum & Varronem, vulgare saccharum esse, vel sponte manans ex calamo, vel recens expressum, nondumque coctione densatum. quanquam fortassis rectius diceretur, versus citatos intelligendos de sacchаro aqua diluto. Dioscorides ἁρμόζει ὕδατι δὲ ποθὲν, *si aqua dilutum bibatur.* Versus citatos de succo aqua diluto capiendos nobis valdè probabile. Dixi, non concedendum, solam illam differentiam esse inter saccharum veterum & commune. recens expressum, vel ex arundine manans, liquidū, concretum veterum. Hoc cum Botanici quidam animadverterent, hanc de sacchаro veterum sententiam tulerunt; esse nostratis sacchari arundinum lachrymam, seu liquorem, qui succi copia, aperto in latere calamo, perinde ac gummi, exterius concreverit. Respondeo, succum hunc quidem concretum, sed viscidum, lentum, tenacem, neutiquam dentibus salis modo friabilem. Aliud igitur antiquorum saccharum, aliud commune, quamvis nomē sacchari, quo utimur, ex antiquorū compositum fit. Supra dixi, saccharum veterum esse, quod Mambu Indi vocant. Hoc vulgo ab Indis saccharum vocatur. Garcias libr. 1. Arom. hist. cap. 12. *Vocatur autem ab Indigenis sacar mambu, quasi dicas saccharum de mambu, quoniam Indi arundines sive ramos arboris illud proferentes mambu vocant.* Supra mambu historiam tradidi ex Garcia, à Costa, aliisque, qui Indiam peragrarunt, & dixi saccharum mambu, in ipsa harundine concretum reperiri, candidum esse gummi modo condensatum, ac dentibus ad instar salis fragile, dulce præterea, ac ad medicinę tantum usum sumi. Saccharum vulgare artę paratur. priscum illud quod est tabaxir vel mambu, arti nihil debet. Inquirendum nunc, an ullus veterum aliquam saltem ac rudem sacchari communis cognitionem habuerit. Iuba certè habuisse videtur. Plinius libr. 6. cap. 32. *Iuba de fortunatis (insulis) ita inquisivit: sub meridiem positas esse, prope occasum à purpurariis 1225. mill. passuum, sicut ut 250. supra occasum navigetur. deinde per 75. mill. passuum ortus petatur. primam vocari Ombrion, nullis ædificiorum vestigiis, habere in montibus stagnum, arbores similes ferulæ, ex quibus aquæ exprimantur, ex nigris amara, ex candidioribus potui jucunda.* Ferulas, quas ad arboris magnitudinem, ait assurgere candidas, quibus exprimitur liquor, potui jucundus, non aliæ sunt, quam arundines sacchariferæ, quas hodie in illis insulis copiose nasci certum est. Fatendum tamen, cum ferula vix ullam similitudinem habere. Illud quoque extra omnem controversiam, ad arboris altitudinem calamos qui saccharum ferunt non assurgere. Non dubito, quin Iuba aliter de calamis his tradiderit, quod Plinius, more solito, cum alia quadam arbore confudit. Iuba, ut dixi, cognitionem quandam calamorum, qui saccharum ferunt, habuit. succum ex his exprimi solitum, & potui accommodatum novit. Sed

Arundo Saccharifera.



modus hujusmodi dulcis ac mellei succi, qui ex calamis premebatur, & coagulandi, & mox in panes cogendi, planè cunctis veteribus incognitus fuit. Arundo Saccharifera, vel, ut aliis placet, saccharina mediam inter miliaceas & arundinaceas plantas obtinet naturam, septenum octonūmve pedum altitudine calamos profert, pollice crassiores, densis cinctos geniculis, fungosa, succulenta, valde dulci, albida medulla farctos. Folia duorum cubitorum fert longitudine, angustiora tamen quam arundinis donacis, numerosa, scabra & per longitudinem striata, stolones ejusdem cum cæteris calamis coloris, amplectentia, angustiora iis quibus sacchari metæ involutæ passim apud institutores visuntur. Flos in summo comosus, quadantenus melicę sive sorgio. Radix ad calami accedit radicem, sed dulcior, succulentior, minusque lignosa, unde germina oriuntur, quæ resecta sationi sunt accommodata. Propagantur etiam talea imæ radici abscissa, & satis feliciter crescunt ac proficiunt in Belgio, sed hyemis injuria pereunt, Calamus hic gaudet humenti solo, aëre calidiore, & tepidiore aura; copiosè sponte provenit in locis quibusdam Hispaniæ, Lusitaniæ, Siciliæ, in Madera atque Canariæ insulis frequentissima. Reperitur in amœnissimis Olbiæ in Gallo-provincia viretis, non procul & ex adverso stoechadibus insulis: at nullibi in toto orbe terrarum plures reperiuntur hi calami, quam in India Occidentali, Brasilia, Hispaniola, aliisque locis finitimis: Liquorem fundit, cujus celebrari ac laudari satis nequit lautitia & utilitas, non tantum in pharmacopœorum officinis, sed etiam culinis. Omni ætati, ac regioni, nulli non rei ac conditioni convenit, valetudini adversæ ac prosperæ conducit, omnem cibum palato gratum reddit, multa è sacchаro conflantur, loricantur, conduntur, convolvuntur, tragemata, bellaria, & alia gulæ blandimenta. Tali ferè arte saccharum parari à Porta tradit. Evulsi è radicibus calami ad trapetum deferuntur, mundantur à frondibus, inciduntur que ad palmares taleolas, & sub prælo elicitur liquor, quem in cortinam seu ahenum conjectum per diem naturalem effervere sinunt, aquam addendo ebullitioni suffecturam, ac vicissim despumando: si vero solum fuerit imbecille, per diem & quadrantem tantum; ubi vero jam aqua in vaporem expiravit, excoctum saccharum instar salis coalescit; & in nolas sive figulina vasa in metæ formam effigiata infunditur; quibus in angustiori loco foraminulum est, suis paleis obturatū, ita quadraginta dierum spatio relinquitur; reserato foraminulo, quo sordidius crassamentū facilius exeat, eodē dierum intervallo quiescere

sinunt,

finunt, inde luto ex figlina terra, & aqua subacta dilutiore, metæ latam basim inducunt, & loricam latam, duorum triumve digitorum faciunt, quæ crusta ubi aruerit, demum & nova superinducitur, bis terve repetunt, quousque probe coopertum cognoverint. Modum quo purius redditur, tradunt adversariorum auctores hunc, in cortinam seu ahenum, sacchari Thomæi; vel alterius, quantum volunt immittunt. lixivii fortis sola ex calce viva parati, justum modum, & quod ebullitioni, & despumationi suffecturum sit, affundunt, tum agitatione, scopulisque spumas tumidas multorum albuminum ovorum sensim affundunt, vicissim despumando, & rursum instillando, donec situlam plenam mellea & sordidiore pinguedine, despumando exemerint. Tunc probè limpidum & fulvum factum syrupum, lixivio nondum absumpto transmittunt per cilicium, colum, vel stamen, quo inibi festucas quisquiliasq; relinquant. tum ferveat denuo, donec expirarit in vaporem lixivium. quod si (ut fere fit) fervens sacchari impetu, artifice invito, labrum effusione, & ebullitione superet; non aquam; (nam sic, ut illi loquuntur, decoqueretur, recrudesceretve) sed butyri momentum illico addunt, atque actu tum residet undantes spumæ. jam è syrupo ad duritiem excoctum saccharum in nolas, infundibulave figlina vasa (Veneti ænea) quibus subtus in angustiore loco inest foraminulum, prius fontana imbutas, saccharo adhuc calente, opplent, eodem obturato foraminulo, recondúntque primo cella, aut hypocausto sicciore, tepidioreque cum induruerit, metæ ordine dispositæ latiorem basim inducunt, luto ex figlina fusca aut pulla terra & aqua calida subacto dilutiore, loricam latam duorum triumve digitorum; quæ crusta ubi partim loci, partim sacchari tepore sicco & bibaci aruerit, demetitur, nova apponitur: id bis terve repetunt: sed singula in mutatione fusi mucronem in foraminulum immittunt, ut facilius effluat crassamentum pinguius & sordidius, quod syrupum vulgo vocant. postremo bis aut ter ex metis exutum fontana liquefaciunt, rursumque in metas infuso, referant subtus foramen, superneque lutum addunt cujusmodi diximus. Saccharum dividimus in concretum & molle, concretum in pyramidale, miscellaneum, cantum, & penidium. Pyramidale in Maderense, Canarium, finale, Melissium, & Thomæum. Maderense nomen accepit ab insula Madera, in qua plurimum reperitur, & ex Lusitania in alias regiones affertur in metis, id præ cæteris laudatur, & ad confectiones propter insignem suavitatem expetitur. Canarium vocatur à Canaria, inter Americam sive novum orbem & Africam sita, insula etiã in hac copiosissimè cogitur; candore, soliditate, puritate Thomæum & Melissium superans. Laudatur in hoc genere albissimum, siccissimum, minimè lentum, sed quod percussum malleo, in solidissima dissilit fragmenta, quodq; liquidum redditum, & despumatum, aqueam habet limpitudinẽ ac puritatem. portatur in metas conglobatum. Finali nomen impositum, quod finem consecutum sit, extremamque ac summam puritatem habeat. Arte enim nulla albidius puriusve reddi potest. Conficitur è Canario, præstantissimum est, quod inter cætera albedine, puritate, limpitudine, splendore, siccitate emicat. Canarium vincit, quod ad confectiones præstet & præ cæteris præferatur. Mellissium saccharum à Melita insula maris mediterranei, alii à Meli Indiæ occidentalis portari contendunt; quorum opinio probabilior. Simile quidem est Canario, sed huic candore cedit; finali ab aliquibus tamen præfertur, in cibis expetitur, unde cibalis sacchari nomen obtinuit. elige quod tam foris quam intus album est, quod si intus subruffum fuerit, pro certo habeto, spuma sua intus commixta adulteratum esse. Thomæum ab insula Divi Thomæ, ubi plurimum præparatur, nomen sortitur, Practici rubrum appellant saccharum, & ignobilissimum est, foris quidem albidum, vel in fluvium vergens; in mediis vero metis, præsertim autẽ in summitate, subruffum cernitur, quod in eo albũ, facile friatur. contra ruffum propter lentorem, pinguemque densitatem friari nequit: cum resolvitur ruffescit, & plurimam spumam excernit, cum rursus ad soliditatem coquitur, diu retinere illam non potest; sed propter pinguem mellivicinum humorem semper humidum observatur; idcirco eo mellis loco utuntur. ex eoque conficiuntur serapia, conservæ, antidota; clysteribus non malè additur, quippe majori abstergendi vi præditum. præfertur pinguè albidius ac densum, ipso finali salubrius est; adulteratur etiam spuma propria admista intus pyramidalibus, fraudem fusca rubedo detegit. quandoque hoc saccharum lixivio eo modo quo Canarium depuratur. Candidius quidem fit, sed nunquam satis siccum, solidumque redditur aut durescit. quodque albidius est, plus amyli continet, quod impostores in depurando admiscent, parvis metis infundunt, cæruleaque involvunt papyro. Miscellaneum saccharum quod vocatur, prædictorum generum sunt fragmenta, quæ simul collecta in doliis advehuntur, hoc ut plurimum ad syruporum confectionem, quandoque in cibis utuntur. Saccharaceum vel saccharinum mel, liquido mollique syrupo vel melli non dissimile est, quale semper remanet, nihilque aliud est quam spuma sacchari in concoctione congregata, quod ex regionibus in quibus saccharũ præparatur in doliis adfertur. minorique pretio emitur. Hoc, nisi aliquando adulteratum foret, mellis vicẽ præstaret, ex insula Madera in Lusitaniam, non raro etiam Amstelodamum defertur, ex hac placentulæ, popularibus hominibus gratæ, parantur. Cantum vel cantium, sic enim apud Myrepsum sect. I. antidot. 35. & 94. legitur, ῥόδων, σάκχαρι κάντιον. Frustra interpres κάνδιον restituit. est enim corruptus Nicolai codex. Barbari sunt qui saccharum candi vel candidum vocant, à candore non habet nomen, ut nec ab insula Creta quam Candiam vocant. Κάντι vel κάντιον, ut apud Myrepsum legitur, Græci Barbari vocarunt, quod angulosum sit, &, cum frangitur, in partes semper dissiliat angulatas, id Ęreci recentiores καντὸν & καντουνωτὸν vocant. Glossæ Græco-Barbaræ συμβλαστὸς λίθος, ἢ γωνιὰ στρογγυλωτὴ πέτρα, ἢ καντουνωτὴ. ἤτοι ξυραφωτὴ, ὅπου ἔχει τὰς ἄκρας ἀκιδωτὰς καὶ κοντισμένας. Ad eundum modum cyperum quod cauliculos ferat angulatos καντοκάλαμον vocarunt. Demetrius Constantinopolitanus hieracosophii libr. I. cap. 3. γλῶσσαν μέλαιναν, τὰς ἐν τῇ ῥινὶ ἐλαίας μελαίνας, εἰς τὴν οὐρὰν πτερὰ δεκατρία ἢ ἕνδεκα, τοῖς ποσὶ καντοκάλαμον, *lingua nigra in naribus elæas* (quid sit nescio, videtur tubercula quædam significare, quæ in naribus reperiuntur; examinent illi, qui accipitres colunt.) *in cauda tredecim aut undecim pennæ, pedes angulares, sive angulato calamo similes.* Belgis Candijs vel Cantiis vocatur, quod ex multis partibus angulatis ac crystallinis glaciem mentientibus constet. Frustra ergo pro Κάντιον, κάνδιον restituunt. Semper & constanter Græci-Barbari κάντιον scribunt. Auctor qui de avibus libellum scripsit, cui titulus, ὀρνεοσόφιον κελευσθὲν παρὰ τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυρίου Μιχαήλ. Hic capite, περὶ ἀποστήματος *de apostemate.* καὶ μετὰ ὥραν ἱκανὴν χαβίασον. πάλιν αὐτὸ καὶ βάλε κάντιον, ἰσόποσον τοῦ ἅλατος. *Post tempus aliquot iterum cape ipsum, & exhibe cantium simile sali,* (concreto ac in massam redacto) Idem cap. περὶ βλάβης ὀρνέου, *de læsa ave.* Κάθισον αὐτὸ ἵνα πίῃ νερὸν, καὶ ἔπειτα χαβίασον αὐτὸ καὶ βάλε κάντιον κομμάτια δύο, τὸ καθ᾽ ἓν ἕκαστον ὅσον φάβατος μέγεθος, καὶ πάλιν κάθισον εἰς τὸ νερόν. *Depone ipsum, ut bibat aquam, deinceps cape ipsum & exhibe cantii particulas duas, singulæ sint fabæ magnitudine, postea depone ad aquam.* Νερὸν Græcis Barbaris aqua. Glossæ ὕδωρ ἀθροιστὸν καὶ συλλεκτὸν, νερὸν σωρευμένον, καὶ συναγόμενον. Sæpè hac voce utitur Nicolaus lib. de drosatis cap. 52. νεροκάρδαμα νεροσέλινα. Ad hunc locum Doctiss. interpres; *Græce est* νεροκάρδαμα. κάρδαμον, *Græcis nasturtiũ significat; cur adjecerit* νερο *divinare nequeo. Paulò post etiam* νεροσέλινα *dixit. Forte pro radice* νερο *dictionem usurpavit, quum* νέρτερος *Græcis idem quod inferior sit.* Νεροσέλινον, *itaque videtur idem quod inferiorem partem, hoc est, radicem apii significare. vel certè,* νεὸς *pro* νεαρὸς *dixit, ut* νεροκάρδαμα *illi sint recentia nasturtia. Et hæc sententia magis mihi arridet, tamen in re nobis non planè comperta, nihil affirmare volumus.* Hactenus interpres. Omnino fatendum, νέρτερον Græcis partem inferiorem significare. Hesychius, νέρτερον ὑποκάτωθεν, ἢ νεκρὸς ὑπὸ γῆν, κατώτερος καταχθόνιος. Νερὸν pro νεαρὸν poni, non memini me observare. Neutrum apud orneosophii auctorem locum habere potest, ἵνα πίῃ νερὸν liquidum quoddam sit oportet, solidum enim [illegible] bibi nequit. Νερὸν, ut dixi, aquam significat. Νεροκάρδαμα, νεροσέλινον ergo expone *nasturtium aquaticum & apium aquaticum.* Idem Myrepsus sect. I. antidoto quingentesimo. Ἀντίδοτος ἡ λεγομένη λατινιστὶ ἄγουα βίτα, γραικιστὶ νερὸν τῆς ζωῆς. *antidotus Latinis aqua vitæ dicta, Græcis neron zoes.* Ad hunc locum idem Interpres. *Nicolai codex habet,* λεγομένη λατινιστὶ ἀλούγα βίτα. *Hac vero loquendi formula etiam in aliis compositionibus utitur: ita tamen, ut pro* ἀλούγα *scribatur* ἄγα, *interdum* ἰούγα. *Quid vero per hanc vocem depravatam sit intelligendum, nemo facile divinabit: suspitio tamen est, hanc compositionem Latine dictam esse fugem vitam, propter mirificam in conservanda sanitate, adeoque vita, efficaciam; ut* ἰούγα *sit vox corruptè scripta, pro* ἰούγε. *Quod si Græcam vocem* νερὸν *intellexisset. extra omnem controversiam scribendum dixisset,* λατινιστὶ ἄγουα βίτα, Latinè aqua vita, *hoc enim Græca verba*

νερὸν

νιτρίζοις *sonant*. Auctor Hippiatrices cap. 64. καὶ ποτίζομενος τὸ νίτρον σὺν τῷ νίτρῳ, *exhibe bibendum nitrum cum aqua.* Alii νηρὸν dixerunt. Suidas, νηρίτης θαλάσσιος κόχλος (scribe κόγχος) ἐκ τοῦ νάω τῶ, νήσω τὸ κολύμβω, νηρὸς ἰχθὺς, καὶ νηρὸς μυχὸς παρὰ Λυκόφρονι ὁ κοῖλος ἢ κάθυγρος. ex eodem νάω, quod nato designat, νερὸν & νηρὸν, pro quo & ναρὸν dixerunt. Hesychius ναρὸν, στερὸν, κρήνημα, πλησμονὴν ὑγρόν. Idem νάπη (sic scribe, vulgo ναπη) ὑλώδης, σύμφυτος τόπος καὶ κοῖλος, καὶ ὑδατώδης, καὶ ὀρεινὸς (scribe ταπεινὸς) τόπος *sylvestris, frondosus, cavus, aqueus, humilis locus.* Νηρὸν igitur *aqua.* Corrige & alium ejusdem Nicolai locum. sect. 1. antid. d. v. μετὰ νηρου χαμπιούζας, scribe, μετὰ νηροῦ σκαμπιούζας. *cum aqua tussilaginis.* Interpres; *Quid autem illi vox νίρου, quæ haud dubie corrupta est, significet, scire non possum. pro* χαμπιούζα *vero legendum erit* σκαμπιούζας. *Ita enim appellat tussilaginem, vel, ut hodie officinæ vocant, ungulam caballinam.* Ignorat quid νηρὸν; Sed de hac voce satis, redeo ad κάντιον. quod malè saccharum candum vel candidum vocant; rectius κανθὸν vel κάνθιον restituissent, quod oculi angulum repræsentet. κανθὸς *oculi angulus, hirquus.* Aristoteles οἷς ἂν ὦσιν οἱ κανθοὶ μακροὶ, κακοήθους σημεῖον, *quibus oculorum anguli longi, eos malè moratos esse significat.* Κανθὸν Hesychius orbem oculi exponit. κανθὸς ὁ τοῦ ὀφθαλμοῦ κύκλος, *oculi orbis cristallinus.* Angulatæ & crystallinæ partes sacchari cantri oculi orbem non malè referunt: sed inde non puto habere nomen. Ab albedine saltem non habet: nec enim omne saccharum cantum album, nec quod album est, cætera candore vincit. Falluntur quoque, qui saccharum cantum tabaxir vel tabarreth (de barbara voce non disputo) Arabum putant; cantum arte tantum paratur. Tabaxir arti nihil debet. in ipsa enim harundine concretum colligitur, ut supra diximus. Cantum hoc ferè modo conficitur: optimæ notæ sive finalis sacchari accipiunt viginti vel triginta libras, pauca aqua fontana addita, ut liquescat, nam in aqua multa si bulliat, flavesceret, & quia parum aquæ inest, illico in crassum abit syrupum: tunc arundinaceos bacillos, aut ridicas pusillas, quas prius cancellatim, decussatimque ad ollæ imum, & latera aptarint, mersa saccharo syrupove calente, & vas paulo superius quam medio tenus, opplente, multum involutum bombace densa, vascula, aut officina calefacta reponunt super assere, post semimensem, aut viginti dies aperiunt os, & nondum concretum syrupum prius effundunt, repente affusa calida, ad syrupi eluendam pinguedinem: qua denuo & illico effusa, reponunt calidiore, aut quovis alio loco: effractoque eodem die aut biduo vase, pellucidi candoris crystallinas bacillis aggestas habent glebas, multo durissimas, quas citius ures, quam liquefacies igni, nisi liquore addito. Cantum duplex est; aliud crystallo simile, ideoque crystallinum dictum, quod ex finali, ut dixi, saccharo paratur, cum tamen rectius ex Maderensi, vel Canario conficiatur. Finale enim à lixivio ex calce parato, decoctione aliam acquirit qualitatem, quare id quod ex Maderensi vel Canario fit, dulcius & candidius est. Alterum subruffum, quod nunquam clarum redditur, & ex Thomæo conficitur. Unde fit, ut album præferatur, quod colore, substantia, & viribus nativo respondeat. Tertium genus datur, purpureum violaceum, pulcherrimum quidem, æquè ac album pellucidum, nec minus utile. Quod sic paratur; Accipe finalis sacchari libras 6. liquescant & bulliant quam fieri potest paucissima aqua, donec ad tabellati crassitiem deducatur. tunc affusis unciis 24. expressionis coactæ, compendiosæ & recens eductæ ex violis contusis, aut potius violacea stillaticia (ne vires colorque deleatur) decoquatur, ut accedat ad syrupi simplicis ac albi candi crassitiem. Et eodem loco, & modo paretur elegantissimum violaceum, dum saccharo percocto miscetur violarum dilutum, vel expressio purpurea, qualem diximus; addendo aliquot guttas succi limonum, vividiore colore, & lampidiore diaphano placebit. Saccharum penidium ex pyramidali, vel Thomæo conficitur, quandoque & ex miscellaneo. elige candidissimum, rarissimum, lucidissimum, quodque temperate calidum est.

"Ὥστ᾽ ἀκοντίοις χρῆσθαι. Nec ἀκοντίοις legit Plinius nec *hastas* vertit: Verba hæc Plinii non ad arundinem, de qua Theophrastus agit, quamque ἐπίγειον dicit, pertinent, sed ad nastum calamum, quam Cassianus Bassus Indicum vocat. Sic ait; *Quanquam præferuntur Indici, quorum alia quibusdam videtur natura, quando & hastarum vicem præbent, additis cuspidibus.* Hæc inquam intelligi nequeunt de arundine, quæ circa Acasinem amnem; sed de calamo, quo principes & seniores pro scipione utuntur. Hic Indicus dicitur, quod in India reperiatur, & hastæ vicem præbere potest. Quæ sequuntur, de Indica harundine circa Acesinem amnem intelligi debent. *Harundini quidem Indicæ arborea amplitudo, &c.* De crassitudine & amplitudine supra satis dixi, quæ si rectè perpendantur, absurda omnino vulgata lectio. Quomodo enim tantæ magnitudinis & crassitudinis calamus jaculi vel hastæ vicem præbere posit non video. Iacula ex minoribus fiebant, Creticis, Belgicis, Italicis. Legit Plinius, ὥστ᾽ ἀκατίοις χρῆσθαι, *ut navigiorũ etiam vicem præstent.* Sic credimus, singula internodia. Supra diximus, arundinem mambri adeo proceram & crassam, ut ex eo lembi ac navigia fiant, quibus in navigando Gange utuntur Indi. Talis navicula in horto medico Lugduno Batavo conspicitur. Hunc verò usum ab arundine præstari, non tantum Plinius, sed Diodorus Siculus, Solinus & Mela testantur. Diodorus libr. 2. ubi de Indorum agit rege. Καὶ πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ καλάμου κατεσκεύασε πλοῖα ποτάμια τετρακισχίλια. ἡ γὰρ Ἰνδικὴ παρὰ τοὺς ποταμοὺς, καὶ τοὺς ἑλώδεις τόπους φέρει καλάμου πλῆθος, οὗ τὸ πάχος οὐκ ἂν ῥᾳδίως ἄνθρωπος περιλάβοι, λέγεται δὲ καὶ τὰς ἐκ τούτων κατασκευαζομένας ναῦς διαφόρους κατὰ τὴν χρείαν ὑπάρχειν, οὔσης ἀσήπτου ταύτης τῆς ὕλης. *Et primùm ex arundinibus 4. millia navigiorum construxit. nam India circa fluvios & paludes magnam arundinis copiã fert; cujus crassitiem homo non facile complectatur; ex hac materia naves concinnatas eximium habere usum dicitur, quod carie scilicet non infestentur.* Mela, *arundinum fissa internodia, velut lembi navitas binos, & quædam etiam ternos vehunt.* Solinus. *Quæ palustria sunt, arundinem creant ita crassam, ut fissis internodiis, lembi vice vectitet navitas tres.* Plinius lib. 7. cap. 2. *Arundines vero tantæ proceritatem, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant.*

"Ἅπας δ᾽ ὁ κάλαμος. Plinius loco citato. *Harundo omnis ex una stirpe, atque etiam recisa fœcundius surgit, radix natura vivax, geniculata & ipsa. Folia Indicis tantum brevia, omnibus vero à nodo orsa,* (vulgo *nodosa orsa*) *complexu tenues per ambitum inducunt tunicas, atque à medio internodio cum plurimum desinunt vestire, procumbuntque latera harundini calamoque in rotunditatem bina, super nodos alterno semper inguine, ut alterum ad dextera fiat, alterum superiore geniculo ad læva per vices: inde exeunt aliquando rami, qui sunt calami tenues.* De arundinum cultura vide Columellam libr. 4. cap. 32.

ΚΕΦ. ΙΓ. — CAP. XIII.

De junco, & insulis fluitantibus in lacu Orchonio.

ΚΑπαλοιπὸν δ᾽ εἰπεῖν, ὡς ἂν ἐκ τοῦ γένους τούτου περὶ σχοίνου. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῶν ἐνύδρων ἐστίν. ἔστι δ᾽ αὐτῆς τρία εἴδη, καθάπερ τινὲς διαιροῦσιν· ὀξὺς καὶ ἄκαρπος, ὃν δὴ καλοῦσιν ἄῤῥενα· καὶ ὁ κάρπιμος, "ὃν μελαγκρανισμὸν καλοῦμεν, διὰ τὸ μέλανα τὸν καρπὸν ἔχειν· παχύτερος δὲ † οὗτος καὶ σαρκωδέστερος. ‡ τρίτος τῷ μεγέθει καὶ τῇ παχύτητι καὶ εὐσαρκίᾳ διαφέρων, ὁ καλούμενος ὁλόσχοινος. ἡ μὲν οὖν μελαγκρανὶς, αὐτὸς τις καθ᾽ αὑτήν. ὁ δ᾽ ὀξὺς καὶ ὁλόσχοινος,

" μελάγκρανιν Scal.
† Ald. Ger. τούτου, τούτων Const.
‡ καὶ τρίτος Ald. Bas.

REstat ut de junco dicamus, utpote generi eidem annumerando: nam hic etiam inter aquatica poni debet. Tria hujus genera sunt, ut nonnulli distinguunt: acutus, & sterilis, quem marem appellant; frugifer, " quem atriferum vocitamus, quoniam semen nigrum ferat (crassior hic, atque carnosior) tertius, magnitudine, crassitate carnositateque insignis: † qui mariscus vocatus est. Ex his ‡ atrifer per se suo genere provenit: acutus atque " mariscus eodem cespite exeunt.

" melancranim quem atricipitem vocitamus.
† holoschoenos, id est, væjuncus vocatus est.
‡ atriceps.
" holoschoenos.

ἐκ τοῦ " αὐτοῦ φύονται. ὃ καὶ ἄτοπον † φαίνεται καὶ θαυμαστὸν ἐνιδεῖν ὅλης ‡ κοσμηθείσης τῆς σχοινίας. οἱ πολλοὶ γὰρ ἦσαν ἄκαρποι πεφυκότες ἐκ τοῦ αὐτοῦ· κάρπιμοι δὲ ὀλίγοι. τοῦτο μὲν οὖν ἐπισκεπτέον. ἐλάττους γὰρ ὅλως οἱ " καρποί. πρὸς γὰρ τὰ πλέγματα χρησιμώτερος ὁ ὁλόσχοινος, διὰ τὸ σαρκῶδες καὶ μαλακόν. κορυνᾷ δ' † ὅλως ὁ κάρπιμος, ἐξ αὐτοῦ τοῦ γραμμώδους ἐξοιδήσας. κἄπειτα ἐντίκτει καθάπερ ᾠά. πρὸς μιᾷ γὰρ ἀρχῇ ‡ γραμμώδεις ἔχει σὺν περισταχυώδεις μίσχους. ἐφ' ὧν ἄκρων παραπλαγίους τὰς τῶν ἀγγείων ἔχει στρογγυλότητας, " ἐπισχαζούσας. ἐν τούτοις δὲ τὸ σπερμάτιον ἀκιδῶδές ἐστι μέλαν ἑκάστῳ, προσεμφερὲς τῷ τοῦ † ἀστερίσκου. πλὴν ἀμενηνότερον· ῥίζαν δὲ ἔχει ‡ μακρὰν καὶ παχυτέραν πολὺ τοῦ σχοίνου. αὕτη δὲ αὐαίνεται καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. εἶθ' ἑτέρα πάλιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ σχοίνου καθίεται. τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῇ ὄψει φανερὸν ἰδεῖν· τὰς μὲν, αὔας, τὰς δὲ, χλωρὰς καθιεμένας. ἡ δὲ κεφαλὴ ὁμοία τῇ τῶν κρομμύων καὶ τῇ τῶν γητείων, συμπεφυκυῖά πως ἐκ πλειόνων εἰς ταὐτό. καὶ πλατεῖα κάτωθεν, ἔχουσα κελύφη ὑπέρυθρα· συμβαίνει δ' αὖ ἴδιον ἐπὶ τῶν ῥιζῶν " εἶναι· αὐαίνονται κατ' ἐνιαυτόν. καὶ ἡ τοῦ ἄνωθεν πάλιν ἡ γένεσις. τῶν μὲν οὖν σχοίνων τοιαύτη τις φύσις. † ἤδη δὲ καὶ ὁ βάτος καὶ ὁ παλίουρος, ἔνυδρά πώς ἐστιν ἢ πάρυδρα, καθάπερ ἐλέχθη. φανεραὶ δὲ σχεδὸν καὶ αἱ τούτων διαφοραί, περὶ ἀμφοῖν γὰρ εἴρηται πρότερον. τῶν δὲ νήσων τῶν πλοάδων τῶν ἐν Ὀρχομενῷ, τὰ μὲν μεγέθη παντοδαπὰ τυγχάνει· τὸ δὲ μέγιστον αὐτῶν ἐστιν ὅσον τριῶν σταδίων τὴν περίμετρον. ἐν Αἰγύπτῳ δὲ μεγάλας σφόδρα συνίστασθαι, ὥστε καὶ ὗς ἐν αὐταῖς ἐγγίνεσθαι πολλούς. οὓς καὶ κυνηγετοῦσι διαβαίνοντες. καὶ περὶ μὲν ἐνύδρων ταῦτ' εἰρήσθω.

" αὐτοῦ ἐκχυσώματος φύονται.
† ἐφαίνετο.
‡ κομισθείσης Theod.
" κάρπιμοι Const.
† ὅλος Const.
‡ γραμμώδεις Const.
" ἐπιχασμώσας Theod.
† ἀστερίκου Const.
‡ μακρὰν, παχυτέραν δὲ πολὺ ὁ ὀξύσχοινος, αὕτη δὲ.
" εἶναι. ὅτι αὐαίνονται.
† εἰδὴ Theod.

Quod absurdum apparet, visuque mirabile fuit, toto cespite junci deportato. Quippe pars major steriles erant eodem exorti: frugiferi autem pauci. Igitur de hoc cogitandum. † Fructus omnino minor habetur: commodior autem ad texendum ‡ mariscus, quia mollis carnosusque est. " Omnino frugifer in callum de regulari surculo ipso tumescens, mox veluti ova parit. Circundantes enim spicatim pediculos junco lineari affixos initio gerit: quorum summitatibus paululo laterales orbes vasculorum leviter hiscentes inducit. His semen exiguum effigie cuspidis sagittarum ingerit. Nigrum non absimile semini herbæ inguinalis, verum exilius, † radice longa adhæret, multoque crassiore, quam acutus. Hæc omnibus annis moritur: dein altera rursus à junci cacumine defigitur. Quod vel visu percipi facile potest: quippe aliæ siccæ, aliæ virides demissæ cernuntur. Caput cæpis, & gethyis simile, utpote quod in unum ex pluribus conglobatum prælatumque inferius, tegumentisque subrubris intectum constet. Ergo proprium hoc radicibus evenit, ‡ siquidem per annos exarescant, ac desuper denuo generentur. Talis juncorum natura intelligitur. Sin autem, & rubus, & paliurus in aquis vivere possint, aut prope, ut quibusdam in locis percipitur, eorum quoque differentiæ jam exploratæ habentur: quippe cum de ambobus volumine superiori dixerimus. Insulis autem fluitantibus, quæ in Orchomeno sunt, magnitudo utique multifaria, sed quæ amplissima ad ternorum ambitum stadiorum spectatur. At in Ægypto magnæ admodum coagmentantur, ut & sues permulti in eis nascantur, " quos incolæ transeuntes venari consuevere. Atque de aquaticis hactenus.

† *Frugiferi pauci omnino habentur.*
‡ *holoschoenos.*
" *omnino frugifer è directo surculo exiens, extumescit in caput. vide Scal.*
† *radicē habet longam, sed multo crassiorem quā acutus.*
‡ *quod singulis annis.*
" *in quas accolæ trajicientes.*

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Μελαγκρανισμὸν, *alibi* μελάγκρανιν. *Sic & Plinius. Theodorus* atriferum, *quasi* μελάγκαρπον, *sed* κράνις *potius quam* καρπός. Atriceps *ad verbum.*

Ὀλίσχοινος. *Theodorus* Mariscum. *Plinius Mariscum toto genere distinguit à Mariso: cujus fecit hæc tria genera.* Ὀλίσχοινον *autem semper Græca voce nominat. Soliuncum dicam, ut soliferream: etiam væjuncum, si mavis. Mariscum etiamnum lacunas vocat Gallia à juncis. & Gallorum imitatores Ligures Taurini.*

Ὅλης κοσμηθείσης τῆς σχοινίας. *Theodorus* toto allato cespite, *quia sequitur:* οἱ πολλοὶ γὰρ ἦσαν ἄκαρποι. *legit igitur,* κομισθείσης.

Κορυνᾷ δ' ὅλως ὁ κάρπιμος ἐξ αὐτοῦ τοῦ γραμμώδους ἐξοιδήσας. *Theodorus*, omnia frugifer in callum de regulari surculo ipso extumescens. *Sic nos:* frugifer ex directo surculo exiens extumescit in caput. *Hoc enim est* κόρυνα. *Clava, botulus. Cætera ille ad unguem expressit. & legit* ἐπιχασμώσας *non autem* ἐπισχαζούσας.

Πλατεῖα κάτωθεν. *Theodorus*, prælatum inferius: *nunquam Latinus intelligat*, prælatum, πλατύ. *Sed*, antelatum: *Verum* τὰ περὶ τὰ σχήματα ἀσχημονοῦσι.

Κατ' ἐνιαυτόν. *Theodorus*, per annos. *pessime. annuo interitu absumptæ, à cacumine renovantur.*

Ἤδη δὲ καὶ ὁ βάτος, καὶ ὁ παλίουρος. *Theodorus legit,* εἰδὴ. *sed male Latine dicit, sin autem.*

In Ægyptiis insulis fluitantibus sues ait esse Theophrastus, easque prædam esse accolis venatoribus. Mirum si tum sue vescebantur Ægyptii. οὓς κυνηγετοῦσι διαβαίνοντες. *Theodorus*, quos incolæ transeuntes venari consuevere. *Non sunt incolæ, si* διαβαίνουσι, *sed* accolæ. *&* transeuntes, *absolutè positum, intelligas,* prætereuntes. *Sed Latinè.* in quas accolæ transeuntes trajicientes.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Σχοῖνος. *Vide Crispinianum Lexicon.* Τούτου. *Dioscorides sic habet,* παχύτεροι δὲ ταύτης οἱ κάλαμοι, καὶ σαρκωδέστεροι. *Plinius libr. 21. cap. 17. ex hoc authore dixit*, Crassior hic & fruticosior. *Sed* σαρκώδης *aliud quàm fruticosus, id est,* θαμνώδης. *Lego autem* τούτων. Φαίνεται *mutabis in* ἐφαίνετο. Οἱ καρποί. *non, sed* οἱ κάρπιμοι. Κορυνᾷ. *ita castigatur exponiturque in eodem lexico in voce* Κορύνη. *Et pro* ὅλως *malim* ὅλος. *Nam & de holoschoeno tradit Plinius, quòd fructum ferat ovorum cohærentium modo. & infra* γραμμώδεις *legendum non* γραμμώδεις.

† Ἀστερίσκου. *corruptè pro* ἀστερικοῦ. *De Asterico herba sive perdicio & herba urceolari habes apud Plinium lib. 22. cap. 17. & infra* σχοίνου, *leges* ὀξυσχοίνου.

Ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ σχοίνου καθίεται. *Hæc verba non percepta à Plinio, ipsum in gravissimum errorem pertraxerunt. Sic enim accepit, quasi juncus demisso cacumine seipsum propagaret: quod & alioqui falsum est. Hæc ejus verba:* Nascitur autem is, quem marem appellamus, ex semetipso, cacumine in terram defixo. *Non intellexit radicis partem bulbosam (si hoc & radicis nomine vocandum)* κεφαλὴν *appellari, ut in cæpis omnibusque quæ κεφαλόρριζα, & κεφαλοβαρῆ vocat Theophrastus, ut libr. 1. cap. 10. & quod* ἄνωθεν *infra ponitur, ad junci cacumen referri non potest aut debet, sed ad radicis partem supernam bulbosam & capitalem.*

IOANNIS

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Σχοῖνος. Theophraſto maſculini generis eſt, Dioſcoridi fœminini, quod & in aliis obſervavimus. Σχοῖνον à loribus ac funibus dictum volunt, quod omnia contineant funes & lora, σχοῖνος εἶδος φυτοῦ μεθ' οὗ πλέκουσι τὰς σπυρίδας. Σχοῖνος ergo ἀπὸ τοῦ σχέω, σχῶ, τοῦτ' ἐστὶ κρατῶ. *Habeo, teneo, detineo.* Vinciendo enim & ligando omnia continet. Latinis juncus à jungendo dicitur, vel, quod junctis hæreat radicibus. Excuſari nequeunt, qui ſcribunt, σχοῖνον οὐ μόνον τὸ θαμνῶδες φυτὸν, ἀλλὰ καὶ εἶδός τι σκίλλης. εἰ μὴ ἄρα καὶ πάσης σκίλλης τὸν βολβόν. παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. σχοῖνόν φησιν Ἀριστοφάνης ἐν τῷ πλούτῳ τὴν σκίλλαν. δηκτικὴ γὰρ πάντα βούλεται εἶναι. ἀλλὰ ἕτερόν τι ἡ σκίλλα ἐκ τῶν Θεοφράστου, nugæ. Non aliam ſcillam Theophraſtus novit, quam cujus & Ariſtophanes & Hippocrates meminerunt. nuſquam Hippocrates, nuſquam Ariſtophanes ſcillam σχοῖνον vocarunt. Σχῖνος *lentiſcum* & *ſcillum* ſignificat. Apud Ariſtophanem & Hippocratem σχῖνον legitur. vide cap. de ſcilla. Vocum vicinitas, vel maximis viris errandi non raro præbet occaſionem.


Ἔστι δὲ αὐτοῦ τρία εἴδη, &c. Plinius lib. 21. cap. 18. *Similia præcipit & de junco, quem mariſcum appellant, ad texendas tegetes, & ipſum Iunio menſe eximi, ad Iulium medium præcipiens. Cætera de ſiccando eadem quæ de ulva ſuo loco diximus. Alterum genus juncorum facit, quod marinum, & Græcis oxyſchoenon vocari invenio. Tria ejus genera, acuti, ſterilis, quem marem & oxyn Græci vocant: reliqua fœminini, ferentis ſemen nigrum quem melancranin vocant. Craſsior hic & fruticoſior, magiſque etiamnum tertius qui vocatur holoſchoenus.* Duo Plinius junci prima facit genera. unum mariſcum, alterum marinum, oxyſchoenon dictum; cujus tria rurſum facit genera; marem, fœminam, & holoſchoenum. Docti perperam apud Plinium ſcribi exiſtimant, *tria*. ſcribunt, *bina*; ut ſenſus ſit, junci duo genera prima; mariſcum unum, marinum alterum: hujus duo rurſum genera, mas & fœmina: tertium vero, quem ſubjungit holoſchœnum eundem putant cum mariſco primo loco memorato. Vulgatam lectionem probo; quod apud Plinium libr. 1. in indice legatur; *de junco genera ſex, & de cypero, & de medicamentis earum, & de cypiro, & odorato junco.* Alteram ſi quis probarit lectionem, quatuor ad ſumma tantum reperiet genera. Vulgata ergo lectio ſervanda. Primus juncus mariſcus, ſecundus marinus, tertius mas, quartus fœmina, quintus holoſchoenus, ſextus triangularis, cyperum vulgo vocant; quem ineptè Plinius junci generibus adnumerat. Plinius primo Magonem ſequitur, poſtea ex Theophraſto tria genera junci docet, atque ita omnia turbat, commiſcet & confundit. De junci generibus hæc Dioſcorides libr. 4. cap. 52. Σχοῖνος, τούτου διττὸν εἶδος. τὸ μὲν τοι αὐτοῦ καλεῖται σχοῖνος λεία, τὸ δὲ ὀξύσχοινος ἄποξυς ἐπ' ἄκρου. διττὸν δὲ καὶ ταύτης εἶδος. ἡ μὲν γὰρ ἄκαρπος, ἡ δὲ καρπὸν μέλανα ἔχει, ἀδελφόν· παχύτεροι δὲ ταύτης οἱ κάλαμοι καὶ σαρκωδέστεροι. ἔστι δὲ καὶ τρίτη πολλῷ σαρκωδεστέρα καὶ τραχυτέρα τῶν δυοῖν, ὁλόσχοινος λεγομένη. ἔχει δὲ καὶ αὕτη καρπὸν ἐπ' ἄκρου ὅμοιον τῷ περὶ αὐτῆς. *Iunci duo ſunt genera: unum lævis nominati, alterum oxyſchoeni dicti, qui quidem in mucronem faſtigiatur. Hujus rurſum duo aſſignantur genera: unum quidem ſterile, alterum ſemen profert nigrum, rotundũ culmis craſſioribus, carnoſioribuſque. Eſt & tertius juncus, qui vocatur holoſchoenus, prioribus illis multo carnoſior atque aſperior, is & ſemen in cacumine gerit, antedicto ſimile.* Corruptus codex Dioſcoridis, aliter hæc apud Galenum. Σχοίνου λείας ἡ μὲν ὀξύσχοινος, ἡ δὲ ὀλιγόσχοινος (inter omnes convenit ſcribendum, ὁλόσχοινος) ὀνομάζεται. ἰσχνοτέρα μὲν καὶ σκληροτέρα ἡ ὀξύσχοινος, παχυτέρα δὲ καὶ χαυνοτέρα ἡ ὁλόσχοινος. (vulgo ὀλιγόσχοινος) ὁ καρπὸς δὲ τῆς ὁλοσχοίνου (ὀλιγοσχοίνου in editis) μὲν ὑπνωτικός· τῆς δὲ ὀξυσχοίνου δύο εἰσὶν εἴδη, τὸ μὲν ἄκαρπον, οὗ χρῆσις οὐδεμία πρὸς τὰς ἰάσεις. τὸ δὲ ἕτερον καρποφόρον, ὑπνώδης καὶ ταύτης ὁ καρπὸς, ἀλλ' ἧττον ἢ τῆς ὁλοσχοίνου (ὀλιγοσχοίνου.) *Iuncus alius lævis, alius holoſchoenus nuncupatur. gracilior, durior oxyſchoenus, craſſior, laxiorque quam holoſchoenus. Fructus holoſchœni ſomnum adfert at oxyſchoeni, id eſt, acuti junci duæ ſunt ſpecies; altera ſterilis cujus quidem in medicina nullus uſus eſt; altera vero ſemen fert: conciliat vero & hujus ſemen ſomnum, ſed minus quam holoſchoeni.* Monendus lector, quod Ægineta, non ut editum eſt, σχοίνου λείας, legerit, ſed σχοίνου ἑλείας *junci paluſtris.* Σχοῖνος ἑλεία διττή ἐστι· ἀλλὰ τῆς μὲν ὀξυσχοίνου καλουμένης ὁ καρπὸς ὑπνωτικός ἐστι· τῆς δὲ ὁλοσχοίνου ἧττον, &c. *Paluſtris juncus duplex eſt, ſed ejus qui vocatur oxyſchoenus, id eſt, acutus, ſemen eſt ſomnificum, holoſchoeni autem dicti minus.* Æginetæ lectionem præferendam ex iis quæ infra dicam, patebit. Dixi Dioſcoridis codicem corruptum; diſtribuit enim juncum in lævem & acutum: acutum, in ſterilem, ſemen ferentem, & tertium holoſchoenum. atque ita tertiam junci ſpeciem ſtatuit holoſchoenem. cum diviſionis totius alteram partem faciat. In Aldina editione habetur, σχοῖνος λεία. τὸ μὲν τοι αὐτοῦ καλεῖται σχοῖνος λεῖα, &c. Emendant ex Galeno. σχοῖνος λεῖα ἄποξυς ἐπ' ἄκρου. ταύτης διττὸν εἶδος. τὸ μὲν δὴ αὐτοῦ ὀξύσχοινος, τὸ δὲ ὁλόσχοινος, τῆς δὲ ὀξυσχοίνου δύο εἰσὶν εἴδη, ἡ μὲν γὰρ ἄκαρπος, ἡ δὲ καρπὸν, &c. *Iunci lævis in acutum faſtigiati duo ſunt genera, unum oxyſchoenos, alterum holoſchoenos. Rurſum oxyſchoeni duo aſſignantur genera, unum ſterile, alterum ſemen*, &c. Ita viri magni legunt & dividunt, vel inquiunt, ut Theophraſtus & Plinius dividunt, tria intelligamus junci lævis & acuti genera à Dioſcoride conſtitui, ſitque idem σχοῖνος ὀξὺς Theophraſti, qui ὀξύσχοινος Dioſcoridis. Igitur junci acuti, ſive oxyſchoeni duo ſunt genera, alterum ſterile, alterum frugiferum: tertium genus eſt holoſchoenos ex τῶν ἀποξέων ἐπ' ἄκρου genere, cui generi à Theophraſto ètiam & Plinio ſubjicitur. Hæc ſi quis cum Theophraſto conferat, maximè conſentire percipiet. Hanc diviſionem Aldinum exemplar, diverſum ab aliis quæ ſecuti ſunt interpretes, videtur exprimere: ſic enim habet. σχοῖνος λεῖα. τὸ μὲν τοι αὐτοῦ καλεῖται σχοῖνος λεῖα, τὸ δὲ ὀξυσχοῖνος ἄποξυς ἐπ' ἄκρου, διττὸν δὲ ταύτης εἶδος, &c. Id eſt, *juncus lævis; unus quidem juncus lævis vocatur, alter oxyſchoenus in ſummo acutus, duplex autem eſt ejus genus.* Eadem plane eſt, quæ apud Theophraſtum diviſio; hoc excepto, quod juncum lævem & oxyſchoenum veluti duo genera illic fiant, cum unicum ſit teſte Galeno. Arridet lectio nobiliſſ. & Cl. Salmaſii ex libro vetuſtiſſimo, in quo legitur. Σχοῖνον ἑλείας τὸ μέν τι ὀξύσχοινος, ἄποξυς ἐπ' ἄκρου. διττὸν δὲ καὶ ταύτης εἶδος, ἡ μὲν γὰρ ἄκαρπος, ἡ δὲ καρπὸν μέλανα ἔχει ἀδελφόν. *Iunci paluſtris genus quoddam* ὀξύσχοινος, *id eſt, acutus juncus dictum, in ſummo acutum. Hujus rurſum duo genera, unum ſterile, alterum fert fructum nigrum, rotundum.* Hæc lectio cum Theopraſto optimè convenit, cui tria genera, acutus qui & ſterilis, melancranis ſive atriceps, vel, ut Gaza vertit, *atifer*; & holoſchoenus. Σχοῖνον ἑλείαν, *juncum paluſtrem*, Dioſcorides dicit, quem Theophraſtus abſolutè σχοῖνον vocat, & τοῖς ἐνύδροις, καὶ λιμνώδεσιν, *aquaticis & paluſtribus* aſſignat. Hunc Galenus, ἑλεῖον σχοῖνον vocat, Romani *juncum marinũ*, pro quo Dalecampius *aquaticum* legit, quam non improbo lectionem. Malè ergo Plinius alterum juncorum genus aquaticum vel marinum ſcribit; nec eam Magonis ſententiam fuiſſe credo: Fruſtra Strabonis codicem emendant, cujus vulgata lectio lib. 3. habet. χώραν δὲ τὴν τὸ μεσόγαιαν ἔχουσι, τὴν μὲν ἀγαθὴν, τὴν δὲ σπαρτοφόρον τῆς ἀχρηστοτέρας καὶ ἑλείας σχοίνου, καλοῦσι δὲ Ἰουγκάριον πεδίον. *Mediterranea habent partim bona, partim ſparti feracia, & junci paluſtris ac minus utilis.* Corrigunt, τῆς εὐχρηστοτέρας καὶ λείας σχοίνου. Vide quæ ſupra cap. de ſparto dixi. De junco vulgari agit Strabo, campumque, in quo provenit, ab incolis ἰουγκάριον vocari ſcribit, & manifeſtè juncarium campum à ſportario diſtinguit. Sed de ſparto & hac quæſtione ſupra egi. Vulgata lectio ſervanda. Ἑλεία dicitur σχοῖνος, quod ἐν τοῖς ἐνύδροις, ut ait Theophraſtus, reperiatur. Iam probavimus, apud Dioſcoridem legendum ἑλείας, pro λείας. εὐχρηστοτέρας reponi pro ἀχρηστοτέρας poſſe, non omnino improbarim. Nam ad plurima utilis juncus, & funes & lora ex eo conficiuntur.

Ὅτι ὀξὺς καὶ ἄκαρπος. Plinius, *Acuti, ſterilis, quem marem & oxyn Græci vocant.* An ſcripſit Theophraſtus, ὅτι ὀξὺς ὁ ἄκαρπος ὃν δὴ καλοῦσι ἄῤῥενα; An vero Plinius, *acuti & ſterilis, quem marem & oxyn Græci vocant*? Poſtremum probabilius videtur.

Καὶ ὁ κάρπιμος ὃν μελαγκρανίσμον καλοῦσιν. Plinius loco citato, *Reliqua fœminini ſemen ferentis nigrum, quem melancranin vocant. Reliqua*, inquit, *fœminini ferentis*, &c. Duo poſtrema intelligit genera melancranin & holoſchoenum, utrumque fert ſemen nigrum. Dioſcorides de holoſchoeno, Ἔχει δὲ καὶ αὕτη καρπὸν ὅμοιον τῆς περὶ αὐτῆς. *Is & ſemen gerit ante dicto ſimile.* Sed hic μελαγκρανὶς non fuit dictus, ut videtur docere Plinius. Duo ſumma genera junci ἑλείου, *marini* vel *aquatici*, unum ὀξύσχοινος *acutus juncus.* alterum ὁλόσχοινος, *holoſchoenus.* Acuti junci duæ ſpecies; altera ſterilis ἄκαρπος. is eſt, quem ὀξὺν, acutum propriè vocant, & marem; altera in cacumine ſemen habet nigrum. Hæc ſpecies ſola melancranis dicta fuit, quod in ſummo nigra foret, propter ſemen. Sequitur *quem melancranin* vocant. Corrige Theophraſti

codicem

Juncus acutus vulgaris.



Juncus Melancranis, vulgo lævem vocant.



codicem ὃν μελαγκρανὶν καλοῦσι. Hesychius, μελαγκρανὶς ὀξύσχοινος, ἧς τὰ ἄκρα μελανίζουσι. Ita scribe, *juncus acutus cujus summum nigrum est.* scilicet propter semen. Vulgo legitur, μελάγκρανις ὀξύσχοινος, ἢ τὰ ἄκρα μελανίζουσι. Malunt alii Theophrastum scripsisse, ὃν μελαγκρανίαν καλοῦμεν; Nobis altera magis placet lectio, quod eam sequutus sit Plinius, & apud Hesychium μελαγκρανὶς legatur, maximè quod paulo infra hac voce utatur Theophrastus. Sed notant viri magni, in scriptis libris quibusdam scribi, *quem melanchraniam appellant*, pro quo, *quem melancraniam appellant*, restituunt. Ceterum, melancranin putamus, quem vulgo lævem vocant juncum. In pratis humentibus deterioribus nulla tam frequens ac familiaris est planta, quam juncus lævis & acutus. Mucrone enim hi tantum distant; nisi quod juncus mucrone acuto rarius semen ferat, ut plurimum enim ἄκαρπος. Utrique culmi recti, læves, virentes nitentesque, alteri mucronatis cuspidibus, alteri obtusis & semine nigro in pusillis ac erosis plumis conspicuis, medulla copiosa candida & fungosa; asperiori medulla etiam candida, sed exigua, ut plurimum inanibus visitur culmis cauliculisve. Uterque cauliculos fert cubitum aut sesquicubitum altos, uterque ad vinciendum nectendumque idoneus.

Παχύτερος δὲ οὗτος, &c. In Aldino & Basiliensi τούτου. Constant. τούτων. Vulgatam serva. Plinius, *crassior hic & fruticosior.* An ergo scripsit Theophrastus παχύτερος δὲ καὶ θαμνωδέστερος οὗτος. Aliud profecto σαρκώδης, aliud θαμνώδης. Vulgatam defendit Dioscorides, παχύτεροι δὲ τούτης οἱ κάλαμοι καὶ σαρκωδέστεροι. *culmis crassioribus, carnosioribusque.*

Τρίτος Aldinus & Basileensis, καὶ τρίτος. Plinius. *Magisque etiamnum tertius, qui vocatur holoschoenos.* id est, magis adhuc crassus & fruticosus, quam melancranis. Dioscorides, ἔτι δὲ καὶ τρίτη πολλῷ σαρκωδεστέρα καὶ τραχυτέρα τοῖν δυοῖν ὁλόσχοινος λεγομένη. *& tertius juncus, qui vocatur holoschoenus, prioribus illis multo carnosior atq; asperior.* Corruptus Dioscoridis codex; scribe, σαρκωδεστέρα καὶ παχυτέρα τοῖν δυοῖν ὁλόσχοινος καλουμένη· ἔχει δὲ καὶ αὐτὴ καρπὸν ἐπ' ἄκρου ὅμοιον τῷ πρὸς αὐτῆς. *prioribus est multo carnosior atque crassior, is, & semen in cacumine gerit ante dicto simile.* παχυτέρα pro τραχυτέρα legendum, ratio ipsa docet. τραχυτέρα enim quo referas, non est. Alterum enim genus καλάμους παχυτέρους καὶ σαρκωδεστέρους, habere tradidit Dioscorides; Theophrastus etiam holoschoenum carnosiorem & crassiorem cæteris dixit. Holoschoenus foliorum loco rectos, rotundos, longos, enodes, ceteris crassiores & carnosiores promit veluti stylos, in cacumen fastigiatos; medulla fungosa, candida elychnum referente & usu supplente refertos. Fructum, uti etiam lævis, paulo infra cacumen fert; ab uno latere se findente junco, in parvis brevibusque pediculis, cohærentium uvarum modo, è quibus semen exiguum, cuspidis effigie, nigrum; radix tenuis, fibrosa. Ad teteges & vitilia omnia utilissimus hic juncus, locis aquosis & humidis nascitur.

Ὁ καλούμενος ὁλόσχοινος. Theodorus, *qui mariscus vocatur.* At *Plinius*, inquit Magnus Scaliger, *mariscum toto genere distinguit à marino, cujus fecit hæc tria genera, ὁλόσχοινον semper Græca voce nominat. Soliuncum dicam, ut soliferream, vel etiam væjuncum, si mavis.* Rectè tamen Theodorus, *mariscum*, reddidit. Supra probavimus, malè Plinium, holoschoenum à marisco distinguere. Idem planè juncus mariscus & holoschoenus. Mariscus juncus, major juncus: marisca ficus, major; scortiscum scortum, majus. vide cap. de ficu. Holoschœnum omnium maximum & crassissimum juncum, nemo facile negabit. Cæterum ὁλόσχοινος aliquando proverbialiter usurpatur de duro & procaci sermone, quo veluti os alicui percellimus. Ἀποῤῥάπτειν τὸ στόμα ὁλοσχοίνῳ ἀβρόχῳ. *sicco marisco os quasi consuere atque obtutare*; Id est, alicui minimo negotio os obstruere atque obturare, ipsi silentium imponere. Hoc adagium, magnum Batavorum lumen Erasmus, in Chiliadibus adagiorum propter obscuritatem, non satis dulcidè ac clare exposuit. Sic ait. *Iunco sicco; proverbii speciem habet, quod est apud Æschinem*, περὶ τῆς παραπρεσβείας ὁλοσχοίνῳ ἀβρόχῳ, *id est, junco, sive fune sicco:* πηγὰς δὲ δὴ λόγων ἀφθόνους ἔχειν ἐπηγγέλλετο, καὶ περὶ τῶν δικαίων τῶν ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως. καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πολέμου τοιαῦτα ἐρεῖν ἔφη, ὥστε ἀποῤῥάψειν τῷ Φιλίππῳ στόμα ὁλοσχοίνῳ ἀβρόχῳ. Id est. *Iam vero & rationum copiosos fontes habere se jactabat, atque de jure amphipolis, deque belli origine talia dicturum, ut Philippi os sicco fune obvincturus esset.* Ἄβροχος *dici potest, vel siccum, quodque non rigatur, vel, quod laqueum non habeat. Nam junci gaudent humido, & ex his interdum texuntur funes. Hesychius indicat* ὁλόσχοινον, *idem esse quod* ὀξύσχοινον; *id est, juncum marinum: ad hæc* ὁλότροχον *versatilem, denique &* περιφερῆ λίθον, *id est, rotundum ac volubile saxum. Itaque perpendat eruditus lector, an* ὁλόσχοινον ἄβροχον, *intelligat orationem salsam, non aqua marina, sed acribus ac pungentibus rationibus. Quin & in illis verbis,* πηγὰς λόγων, *subest proverbium. quum ingentem copiam significabant: frequens est apud Chrysostomum.* Hactenus Erasmus, erroris fons. Hesychius, ὁλόσχοινος & ὀξύσχοινος juncus diversus, alter mollis, alter acutus, ὁλόσχοινος σαρκώδης, καὶ παχὺς, Non dixit ὀξυσχοίνῳ, quia juncus acutus est, pungitque acus instar, cum viridis, sed ὁλοσχοίνῳ (qui mollis est juncus) ipsoque sicco nec madente, aut adhuc viridi, ut rei facilitas ostendatur.

Verba

Verba Æschinis in hunc verte sensum; *Fontes sanè quidem rationum uberes se habere pollicebatur, tum de jure Amphipolis, tum de belli origine, talia dicturum esse ajebat, ut vel sicco marisco posset os Philippi consuere.*

Ἡ μὲν οὖν μελαγκραῒς — φύονται. Corruptus codex, scribe, ὁ μὲν οὖν μελαγκρανὶς — ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐγχυρώματος φύονται, *eadem cespite exeunt*. Plinius, *Ex his melancranis sine aliis generibus nascitur, oxys autem & holoschoenos eodem cespite.*

Ὁ καὶ ἄτοπος φαίνεται — σχοίνιας. Scribe cum Roberto Constant. ἐφαίνετο. lege cum Theodoro, κομιδεῖσης.

Ἐλάττους γὰρ ὅλως οἱ καρποί. Nemo non videt, ut monuit Constantinus, legendum οἱ καρπιμοί.

Πρὸς γὰρ τὰ πλέγματα χρησιμώτερος ὁ ὁλόσχοινος. Ita scribe. Plinius. *utilissimus ad vitilia holaschoenus, quia mollis & carnosus.*

Κορυνᾷ. Male in aliis codicibus κόρυνα. Omnino scribendum κορυνᾷ. Κορυνᾶν, idem ac κορυνοφορεῖν, ἤ τι κορυνῶδες φέρειν. Κορυνᾷ, *clavæ instar fastigium edit.* vel, *fastigiat se & velut thyrsum profert.* Gaza vertit. *omnino frugifer in callum de circulo ipso tumescens.* Constantin. ὅλος mavult pro ὅλως legere, quod de holoschoeno prodat hæc Plinius. Malo κορυνᾷ δὲ ὁ ὁλόσχοινος. vel delere voces ὁ κάρπιμος. nisi placeat; vocem desiderari in Plinii codice, ac legendum, *melancranis fert fructum, ovorum cohærentium modo.* Vel Plinius holoschoeno adscribit, quod melancrani adscribendum erat. Vulgatam ergo servo lectionem. Frustra corrigunt Plinium, & malè scribunt, *sorborum cohærentium modo.* Theophrastus καθάπερ ὠά. Malè antiquus codex, *uvarum cohærentium modo.*

Ἐν ἀρχῇ γραμμώδης. Robertus Constantinus γραμμώδη. Theodorus, *circumdantes enim spicatim pediculos junco li neari affixos initio gerit.* Paulo infra pro ἐπιχαζόνας, Theodorus ἐπισχασμώδεις legit. Alii ἐπιχανούσας. Totam hanc Periodum in hunc sensum redde. *Fœcundus juncus virgato lineis fastigio intumescens, velut clavam in summo profert, deinde quasi ova parit. Etenim ex uno initio lineari pediculorum virgas, spicarum modo congestas, gignit, & in earum vertice paulum à latere biantia vascula rotunda, in quibus semen cuspidis figura.*

Ἀστερίσκον. Corrigit Constantinus ἀστερίσκον. Plinius libr. 22. cap. 17. *Perdicium sive parthenium* (nam sideritis alia est) *à nostris herba urceolaris vocatur, ab aliis astericum.* Hæc alibi examinabo, vulgatam servo lectionem. Auctuarii auctor, ἀστὴρ Ἀττικός. οἱ δὲ ἀστερίσκος, οἱ δὲ ἀστέριον, οἱ δὲ βουβώνιον, οἱ δὲ ὑόφθαλμον. Ῥωμαῖοι ἰγγυϊνάλιν. *Aster atticus, ab aliis dicitur asteriscus, asterium, bubonium, hyophthalmum, id est oculus suis, Romani inguinalem vocant.*

Πολὺ τοῦ σχοίνου. Theodorus, ὀξυσχοίνου, rectè. Plinius; *Nascitur autem is quem marem appellamus ex semet ipso, cacumine in terram defixo: melancranis autem suo semine, alioquin omnium radices quotannis intermoriuntur.* Rectè ergo Theodorus ὀξυσχοίνου; pro quo & ratio stat. Nam cum acutus juncus fructum non ferat, ex radicis bulboso capite; is quotannis ut renasceretur, natura constituit. Hanc periodum nec satis feliciter Plinius, nec ex mente Theophrasti reddidit Gaza. Plinius enim reddidit, quasi demisso cacumine seipsum propagaret juncus, quod & alioqui, ut rectè Constantinus monet, falsum est. Vide Constantini annotationes, & sic verba Theophrasti verte. *Radicem longam habet mariscus, & multo crassiorem junco acuto, quæ singulis annis perit. deinde altera rursum ex junci capite renascitur; id quod cuivis intuenti perspicuum est, alias nimirum radicum fibras siccas, alias virides esse, caput cæpis & gethyis simile, & pluribus coagmentatum, inferne latum, rubris tunicis opertum. Ergo his radicibus id peculiare est, quod singulis annis pereant, & rursus superne ex radicis capite pullulent.* Hæc prava Plinii & Theodori versio, summis Botanicis errandi occasionem præbuit, cum scribunt; *Plinius, & eo prior Theophrastus, junci radices omnibus annis emori, renasci autem eundem ex semine, marem vero sterilem ex semet ipso cacumine in terram defixo affirmant.* Tale tamen nihil à nobis observari potuit, nec Theophrastus tale quid scripsit.

Καὶ τῶν γηθείων. alii γηθύων. Vide cap. 4. libr. 7. histor. Scribe paulo infra, συμβαίνει δὲ ἂν ἴδιον ἐπὶ τῶν ῥιζῶν εἶναι, ὅτι ἀναβλαστάνει κατ' ἐνιαυτόν. Paulo infra pro ἤδη, scribe cum Theodoro, εἰδῇ.

ΚΕΦ. ΙΔ.

CAP. XIV.

Vitam plantarum aquatilium, quam terrestrium breviorem, sicut & in animalium genere. In quibusdam tum urbanis, tum sylvestribus vitæ longitudinem famæ à fabularum autoribus traditæ testimonio patere, ut oleæ Athenis, in Delo palmæ, oleastri in Olympia, fagorum in Troia super tumulum Ili, platani in Delphis, atque alterius in Caphyis Arcadiæ, quas sevisse dicunt Agamemnonem. Quæstio pulcherrima, an arbor eadem maneat cum caudex paulatim præciditur, mutaturque universus.

Περὶ δὲ βραχυβιότητος φυτῶν καὶ δένδρων, τῶν μὲν ἐνύδρων ἐπὶ τοσοῦτον ἔχομεν, ὡς ἂν καθόλου λέγοντες· ὅτι βραχυβιώτερα τῶν χερσαίων ἐστὶ, καθάπερ καὶ τὰ ζῶα. τῶν δὲ καθ' ἕκαστα βίους ἱστορῆσαι δεῖ τῶν χερσαίων. τὰ μὲν οὖν ἄγρια φασὶν οὐδεμίαν ἔχειν ὡς ἂν εἴποιεν οἱ ὀρεοτύποι διαφοράν· ἀλλὰ πάντα εἶναι μακρόβια, καὶ οὐθὲν βραχύβιον. αὐτὸ μὲν τοῦτο ἴσως ἀληθὲς λέγοντες· ἅπαντα γὰρ ὑπερβάλλει πολὺ τὴν τῶν ἄλλων ζωὴν· οὐ μὴν ἀλλ' ὅμως ἐστὶ τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ' ἧττον μακρόβια, καθάπερ ἐν τοῖς ἡμέροις. ποῖα δὲ ταῦτα, σκεπτέον. τὰ δὲ ἥμερα, φανερῶς διαφέρει. τῷ τὰ μὲν, εἶναι μακρόβια· τὰ δὲ βραχύβια. ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων μακροβιώτερα. καὶ ὅλως τῷ γένει τὰ ἀντιδιῃρημένα καθ' ἕκαστον. οἷον κότινος, ἐλαίας, καὶ ἀχρὰς, ἀπίου, ἐρινεὸς, συκῆς. ἰσχυρότερα γὰρ καὶ πυκνότερα καὶ ἀγονώτερα τοῖς περικαρπίοις. τὴν δὲ μακροβιότητα μαρτυροῦσιν ἐπί γε τινῶν καὶ ἡμέρων καὶ ἀγρίων, καὶ αἱ παραδεδομέναι φῆμαι παρὰ τῶν μυθολόγων. ἐλαίαν μὲν γὰρ λέγουσι τὴν Ἀθήνησι· φοίνικα δὲ τὸν ἐν Δήλῳ· κότινον δὲ τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ, ἀφ' οὗ ὁ στέφανος· φηγοὺς δὲ τὰς ἐν Ἰλίῳ τὰς ἐπὶ τοῦ Ἴλου μνήματος. τινὲς δέ φασι καὶ τὴν ἐν Δελφοῖς πλάτανον Ἀγαμέμνονα φυτεῦσαι, καὶ τὴν

De brevitate vitæ plantarum aquatalium in tantum usque dicendum habemus: videlicet, quoad aliquatenus in universum possimus exprimere. Vita aquatilibus brevior, quam terrestribus est: sicut etiam in animalium genere manifesto sentimus. Sed singulatim terrestrium enarrare vitas, nimirum decet. Ergo sylvestres nullam habere differentiam rustici putant: sed omnes longævas, nullamque esse brevem volunt. Sed hoc quidem ipsum vere forsitan putant (omnes enim vitam reliquarum longe superant) veruntamen inter se distant. Quædam enim magis, quædam minus longævæ, ut in genere urbanarum etiam deprehenditur: sed quænam sint istæ quærendum. Vrbanæ aperte differunt, eo quod aliæ longæ vitæ, aliæ brevis sunt. Sed quoad simpliciter dici potest, vita sylvestribus longior, quam urbanis: atque omnino iis, quæ genere opponi possunt, ut oleastro, quam oleæ: & pirastro, quam piro: & caprifico, quam fico. Quippe robustiores, spissiores, * fructuque infœcundiores sunt. Vitæ autem longitudo in quibusdam tum urbanis, tum sylvestribus, vel famæ, à fabularum autoribus traditæ, testimonio patet. Nam oleam Athenis referunt, palmam in Delo, oleastrum † Olympiæ, fagos Troiæ super tumulum Ili. Sunt qui & Delphicam

* ac in producendo pericarpio, hoc est pomi carne, infœcundiores.

† Olympiæ è quo corona. fagus.

ἐν Καφύαις τῆς Ἀρκαδίας. ταῦτα μὲν οὖν ὅπως ἂν ἔχῃ, τάχ᾽ ἂν ἕτερος εἴη λόγος. ὅτι δέ ἐστι μεγάλη διαφορὰ τῶν δένδρων, φανερόν. μακρόβια μὲν γὰρ τά τε προειρημένα καὶ ἕτερα πλείω· βραχύβια δὲ τὰ τοιαῦτα ὁμολογουμένως· οἷον, ῥοιά, συκῆ, μηλέα. καὶ τούτων ἡ ἠρινὴ μᾶλλον καὶ ἡ γλυκεῖα τῆς ὀξείας, ὥσπερ τῶν ῥοῶν ἡ ἀπύρηνος. βραχύβια δὲ καὶ ἀμπέλων ἔνια γένη καὶ μάλιστα τὰ πολύκαρπα. δοκεῖ δὲ τὰ πάρυδρα βραχυβιώτερα τῶν ἐν τοῖς ξηροῖς εἶναι. οἷον, ἰτέα, λεύκη, ἀκτή, αἴγειρος. ἔνια δὲ γηράσκει μὲν καὶ σήπεται ταχέως· παραβλαστάνει δὲ πάλιν ἐκ τῶν αὐτῶν, ὥσπερ καὶ αἱ δάφναι, καὶ μηλέαι, καὶ † ῥοιαί, καὶ τῶν φιλύδρων τὰ πολλά· περὶ ὧν καὶ σκέψαιτ᾽ ἄν τις, πότερα ταὐτὰ δεῖ λέγειν ἢ ἕτερα. καὶ καθάπερ εἴ τις τὸ στέλεχος ἀποκόψας, ὥσπερ ποιοῦσιν οἱ γεωργοί, πάλιν ἀναθεραπεύει ‡ παραβλαστούς. καὶ εἰ καλῶς ἐκκόψειεν ἄχρι τῶν ῥιζῶν, καὶ ἐπικαύσειεν· καὶ γάρ τοι ταῦτα ποιοῦσιν· ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ αὐτομάτου συμβαίνει· πότερα δὴ τοῦτο ταὐτὸ δεῖ λέγειν, ἢ ἕτερον. ʺἡ μὲν γὰρ ἀεὶ τὰ † μέρη τὰς αὐξήσεις καὶ φθίσεις φαίνεται ‡ παραλλάττουσα καὶ ἔτι τὰς διακαθάρσεις τὰς ὑπ᾽ αὐτῶν, ταύτῃ μὲν ἂν δόξειεν ταὐτὸν εἶναι. τί γὰρ ἂν ἐπὶ τούτων ἢ ἐκείνων διαφέροι. ἣν δ᾽ ὥσπερ οὐσία καὶ φύσις τοῦ δένδρου μάλιστ᾽ ἂν φαίνοιτο τὸ στέλεχος, ὅταν μεταλλάττῃ τοῦτο, κἂν τὸ ὅλον ἕτερον ὑπολάβῃ τις. εἰ μὴ ἄρα διὰ τὸ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀρχῶν εἶναι, αὐτὸ θείη. καί τοι πολλάκις συμβαίνει, καὶ τὰς ῥίζας ἑτέρας εἶναι καὶ μεταβάλλειν, τῶν μὲν σηπομένων, τῶν δ᾽ ἐξ ἀρχῆς βλαστανουσῶν· ἐπεὶ ὥς γέ τινες φασὶ τὰς ἀμπέλους μακροβιωτάτους εἶναι, τῷ μὴ φύειν ἑτέρας, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῶν ἀεὶ συναναπληροῦσθαι, γελοῖον ἂν ἴσως ʺ δικαιότατα ἡ σύγκρισις, † ἐὰν μὲν ᾖ τὸ στέλεχος. αὕτη γὰρ οἷον ὑπόθεσις καὶ φύσις δένδρων. τοῦτο μὲν οὖν ὁποτέρως ποτὲ λεκτέον, οὐδὲν ἂν διενέγκῃ πρὸς τὰ νῦν.

Marginalia: ʺ ῥόα. — † ῥόαι. — ‡ τοὺς Ald. Germ. — ʺ εἰ Theod. — † κατὰ τὰς Scal. — ‡ παραλάττοντα Scal. — ʺ δικαιότατα Ald. Bas. δικαιοτάτη, δικαιοτάτως Scal. — † ἐὰν μὴ μένῃ Theodor.

phicam platanum, & alteram in Caphyis Arcadiæ stantem, satas Agamemnonis manu dicant. Sed hæc quo pacto se habeant, indagationis alterius forsitan interest explorare. Quod autem summa arborum differentia sit, plene intelligi potest. Vivunt enim prędictę, alięque complures longo tempore. ‡ Brevi profecto punica, ficus, malus, pręcipue verna: & dulcis minus, quam acida, ut inter punicas, quę nucleo caret interiori. Genera quoque vitium nonnulla vitę brevis habentur: potissimum, quæ fœcundissima sunt. Videntur & quę aquis propinquę proveniunt, minus durare, quam quę in siccis: ut salix, ʺ populus, sambucus. Quędam senescunt quidem, putrescuntque velocius, sed ex eisdem rursus latere suo germinant: ut lauri, mali, punicę, & † avidarum aquę pars major. De quibus etiam cum ratione quispiam quęrat, eędem ne dici debeant, an diversę: & quemadmodum si pręciso caudice, ut agricolę faciunt, ‡ rursus germina assidue, rectèque colendo invites: aut si in radicem usque decideris, vel deusseris (nam hoc etiam facere solent, nonnunquam & sponte accidunt) utrum, inquam, ita arborem eandem dici oporteat, an alteram? Etenim si partes incrementis, & minutionibus, atque etiam purgamentis naturalibus distare assidue videantur, sic arborem eandem esse appareat: cur enim in his potius, quam in illis referat? Sin autem caudex potissimum veluti essentia, naturaque arboris esse credatur, cum hic permutatur, totam quoque arborem alteram esse recte putaveris. Nisi forte quia eadem utrique initia sunt, idem esse posueris. Atqui sepenumero evenit, ut & radices alterę sint permutenturque primis putrefactis, aliis denuo enascentibus. Nam eo modo quo vites omnium maxime longęvas putant, quoniam non alias creent, sed ex se repleantur, irridenda comparatio fortassis appareat: modo caudex non perduret. Hic enim sicut fundamentum naturaque arborum constat. Sed hęc utro tandem modo dici debeant, nihil ad pręsens referat opus.

Marginalia: ‡ Brevi sine controversia punica. — ʺ populus alba ac nigra. — † & earum quæ aquis gaudent pars. — ‡ rursus colis propter germina, & si funditus ad radicem usque. — quatenus partes per incrementa, & decrementa, atq; etiā purgamenta naturalia mutari videantur, eatenus.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Περὶ δὲ βραχυβιότητος φυτῶν. *Hæc pars adeò distincta est suapte natura à superiore narratione, ut meruerit jus voluminis separati. Quinetiam post omnium plantarum species enumeratas debuit hæc reponi: etiam post eam historiam, qua morborum species digeruntur. Vltimam verò contemplationem decuit statui de usu lignorum. Sed de his alibi.*

Τῷ γένει τὰ ἀντιδιῃρημένα καθ᾽ ἕκαστον. Theodorus, Quæ in oppositum generatim distingui possunt. *Immo verò* quæ sub eodem genere per contrarias differentias distinguuntur. *Hic enim* καθ᾽ ἕκαστον, *notat*, species: *ut alibi sæpè. Igitur non generatim, sed speciatim distinguuntur. Præterea non percipio quid loquutionis sit, in oppositum distingui. Dices, mutua oppositione.*

Ἀγονώτερα τοῖς περικαρπίοις. Infœcundiores. *Hoc tamen falsum est. Plura enim ferunt agrestes, idque supra dictum est.*

Κόπτονται δὲ ἐγγὺς ἐν Ὀλυμπίᾳ. *Theodorus omisit*, ἀφ᾽ οὗ ὁ στέφανος.

ἡ μὲν γὰρ ἀεὶ τὰ μέρη τὰς αὐξήσεις καὶ φθίσεις φαίνεται παραλλάττουσα. Theodorus, Si partes incrementis, atque minutionibus assiduis distare videantur. *Legit*, εἰ. *In nostra est*, ἡ. Quatenus partes per incrementa, & decrementa mutari assiduè videantur. *Non autem distare.* Et, παραλλάττουσα, *legas: scilicet*, τὰ μέρη. *Et aut pone* τὸ [illegible], *aut subintellige: aut dic* παραλλάττειν τὰς αὐξήσεις. *Neque verò est hic hæc disputandi locus: sed in libris de causis. Theodorus legit*, ἐὰν μὴ τὸ στέλεχος. *In nostro codice deest negatio. Nota locutionem*, [illegible]

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Περὶ δὲ βραχυβιότητος φυτῶν. De vita plantarum, ejusque brevitate & longitudine, vide cap. 15. libr. 2. de causis.

Ὅτι βραχυβιώτερα τῶν χερσαίων. Inter aquaticas numeratur populus nigra, apud Amstelodamenses in coemiterio veteri, vulgo dicto antiquo, conspicitur populus, hæc centum est annorum, fortè ducentorum, quod quando plantata nemo facile dixerit. Sed una hirundo non facit ver.

Καθάπερ τὰ ζῷα. Cygnus animal aquaticum, canis terrestre. ad majorem tamen ætatem pervenit cygnus. Sed Theophrastus cum aquatilia brevioris vitæ scribit, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, id accidere intelligit.

Καὶ ἀγονώτερα τοῖς περικαρπίοις, &c. Vertunt, *fructuque infœcundiores*; quod plane falsum, & à veritate alienum. Ipse Theophrastus tertio, cap. 3. Fructum copiosiorem ferre sylvestrem arborem docuit. & id ipsum libr. 1. de caus. cap. 17. confirmat; ubi inter causas, cur sylvestris arbor fructum non reddat maturum, docet esse copiam fructuum. Μεγάλη δή τις αἰτία τὸ πλῆθος τῶν καρπῶν. Corruptus ne ergo codex? an contraria scribit Theophrastus? Interpretis est culpa. περικάρπιον, ut alibi dixi, fructus pars, quæ semen ambit & protegit, adversus cœli, animaliumque injurias, ut in castaneis, ruber purpureus cortex, in frumentis gluma, in nucibus testa, in pomis pulpa & caro. Sylvestres eo nomine dicuntur minus fœcundæ, quod fructus copiosos quidem ferant, sed quibus carnis pulpæque parum, & id quidem crudum, non concoctum, quæ causæ, cur non expetantur fructus sylvestres. Verte ergo, *ac in producendo pericarpio*, hoc est, carne & pulpa, *infœcundiores*.

Ἐλαίας

Ἐλαίαν μὲν γὰρ λέγουσι. Plinius libr. 16. cap. 44. *Athenis quoque olea durare traditur, in certamine edita à Minerva.* Vide caput de olea.

Φοίνικα δὲ τὸν. Plinius loco citato, *Nec non palma Deli, ab ejusdem Dei ætate conspicitur.*

Κότινον δὲ τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ. Plinius, *Olympiæ oleaster, ex quo primum Hercules coronatus est, & nunc custoditur religiose.* Ἀφ' οὗ ὁ στέφανος, cur non verterit Gaza, causam video nullam: nam cotino victores coronatos fuisse, multis testimoniis probari potest. Hesychius κότινος ἀγριέλαιος. ἢ ὁ ἐξ ἀγριελαίας στέφανος ὀλυμπιακός. φασὶ γὰρ αὐτὸν κότινον εἶναι. *Cotinus oleaster, vel olympiaca corona ex oleastro. dicunt enim cotinum esse, ex qua corona hæc.* Herodotus in Urania, Ἀχθέντες δὲ τούτους ἐς ὄψιν τὴν βασιλῆος, ἐπυνθάνοντο οἱ Πέρσαι περὶ τῶν Ἑλλήνων τί (scribitur & τι) ποιοῖεν. εἷς δέ τις πρὸ πάντων ἦν ὁ εἰρωτῶν αὐτοὺς ταῦτα. οἱ δέ σφι ἔλεγον. ὡς Ὀλύμπια ἄγουσι, καὶ θεωρέοιεν ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικόν. ὁ δὲ ἐπείρετο ὅτι τὸ ἄεθλον εἴη σφι προκείμενον, περὶ ὅτευ ἀγωνίζονται. οἱ δὲ εἶπον, τῆς ἐλαίης τὸν διδόμενον στέφανον. Ἐνταῦθα εἴπας γνώμην γενναιοτάτην Τιγράνης ὁ Ἀρταβάνου, δειλίην ὦφλε πρὸς βασιλῆος. πυθόμενος γὰρ τὸ ἄεθλον ἐὸν στέφανον, ἀλλ' οὐ χρήματα, οὔτε ἠνέσχετο σιγῶν, εἶπέ τε πρὸς πάντας τάδε. Παπαί Μαρδόνιε κοίους ἐπ' ἄνδρας ἤγαγες μαχησομένους ἡμέας, οἳ οὐ περὶ χρημάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς. τούτῳ μὲν δὴ ταῦτα εἴρητο. *Qui in conspectum regis adducti, interrogatique tum ab aliis Persis, tum vero à quodam præcipuè, de Græcis, quid nam illi agerent, responderunt eos agere olympia, & spectare certamen gymnicu atque equestre. Rursus eodem percunctante quodnam illis esset præmium propositum propter quod certarent, oleaginem* (ἐλαίαν vocat, quod cæteri ἀγριελαίαν) *coronam inquiunt esse qua donarentur. Ibi Tigranes Artabani filius generosissimam dixit sententiam, propter quam à rege pro timido est habitus. audiens enim coronam illis præmium esse, non pecuniam, silentium tenere non potuit, quin coram omnibus diceret, Papæ Mardoni, in quos viros induxisti nos ad pugnandum, qui non pecuniarum certamen agitant, sed virtutis. hoc ille dixit.* Ridet Iovem Aristophanes in Plutone, ac exprobat ei paupertatem, quod certaminis Olympici præmium oleastrum constituisset.

> Ὁ Ζεὺς δήπου πένεται. καὶ τοῦτό γε δὴ φανερῶς σε
> διδάξω.
> Εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ποιῶν αὐτὸς τὸν ὀλυμπιακὸν
> ἀγῶνα,
> Ἵνα τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας ἀεὶ δι' ἔτους πέμπτου
> συναγείρει,
> Ἀνεκήρυττεν τῶν ἀθλητῶν, τοὺς νικῶντας, στεφανώσας
> Κοτίνου στεφάνῳ. καίτοι χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν, εἴ-
> περ ἐπλούτει.
>
> *Iupiter sane ipse pauper est, quod te palam docebo.*
> *Nam si dives esset, quonam pacto faciens certamina o-*
> *lympi,*
> *Vbi Græcos omnes semper quoq; quinto anno congregat,*
> *Renunciavit Athletarum victores coronatos*
> *Oleastri corona. nam magis auro decuit, si dives esset.*

Hunc oleastrum describit, & καλλιστέφανον vocat auctor Libelli de admir. audit. Ἐν τῷ Πανθείῳ ἐστὶν ἐλαία, καλεῖται δὲ καλλιστέφανος. ταύτης δὲ πάντα τὰ φύλλα ταῖς λοιπαῖς ἐλαίαις ἐναντία πέφυκεν. ἔξω γὰρ [ἀλλ'] οὐκ ἐντὸς ἔχει τὰ χλωρά· ἀφίησι δὲ τοὺς πτόρθους ὥσπερ ἡ μύρτος εἰς τοὺς στεφάνους συμμέτρους. ἀπὸ ταύτης δὲ φυτὸν λαβὼν Ὁ Ἡρακλῆς ἐφύτευσεν Ὀλυμπίασιν, ἀφ' ἧς οἱ στέφανοι τοῖς ἀθληταῖς δίδονται. ἔστι δὲ αὕτη παρὰ τὸν Ἰλισσὸν ποταμόν. σταδίους ἑξήκοντα τοῦ ποταμοῦ ἀπέχουσα. περιῳκοδόμηται δὲ, καὶ ζημία μεγάλη τῷ θίγοντι αὐτῆς ἐστιν. ἀπὸ ταύτης δὲ τὸ φυτὸν λαβόντες ἐφύτευσαν Ἠλεῖοι ἐν Ὀλυμπίᾳ. καὶ τοὺς στεφάνους ἀπ' αὐτῆς ἔδωκαν. *In Pantheo olea est, quam callistephanon vocant, omnia folia reliquis olivis contraria forma producens; quippe quæ inferiorem, non superiorem partem habet viridiorem: ramos mittit quemadmodum myrtus, unde & sumpta plantula Hercules in Olympiis oleam plantavit, Athletis coronam suppeditantem. Distat ab Ilisso fluvio stadiis sexaginta, muro circumjecto munita, ac ne quis tangat grandi pœna cavetur. Hinc & Elei decerptum surculum, in Olympio campo plantarunt, ut victores inde coronis donarentur.* Nemo non videt, hæc depravata, ἔξω γὰρ [ἀλλ'] οὐκ ἐντὸς ἔχει τὰ χλωρά. Hanc si servemus lectionem, nihil à vulgata olea differet callistephanus. atqui contrario modo se folia habere; disertè ait. Scribe ergo, ἔξω γὰρ οὐκ, ἀλλ' ἐντὸς ἔχει τὰ χλωρά; *quippe foliorum pars superior non est viridis, sed inferior.* Suidas ἀντὶ χλωρά, λευκά legisse videtur. Sic enim ait; κοτίνῳ στεφάνῳ. ᾧ κοτίνῳ οἱ νικῶντες ἐστέφοντο, ἀλλὰ καλλιστεφάνῳ. ταύτης δὲ τὰ φύλλα ἔμπαλιν ταῖς λοιπαῖς ἐλαίαις, ἔξω γὰρ, ἀλλ' οὐκ ἐντὸς ἔχει τὰ λευκά. καὶ Ἀριστοτέλης κατὰ λέξιν, οὕτω φησὶ περὶ αὐτῆς. ἐν τῷ Πανθείῳ ἐστὶν ἐλαία, καλεῖται δὲ καλλιστέφανος· ταύτης δὲ ἔμπαλιν τὰ φύλλα ταῖς λοιπαῖς ἐλαίαις πέφυκεν, ἔξω γὰρ ἀλλ' οὐκ ἐντὸς ἔχει τὰ λευκά, ἀφίησι δὲ τοὺς πτόρθους, &c. Vides à Suida Aristotelē Libelli citati auctorem fieri. Vides eundem legisse ἀντὶ χλωρά, λευκά. Vel ita scripsit Aristoteles, vel uti supra correxi. Meminit & hujus oleastri Pausanias. lib. 6. κατὰ δὲ τὸ ὀπισθόδομον μάλιστα ἐστὶν ἐν δεξιᾷ πεφυκὼς κότινος. καλεῖται δὲ ἐλαία καλλιστέφανος. καὶ τοῖς νικῶσι τὰ ὀλύμπια καθέστηκεν ἀπ' αὐτῆς δίδοσθαι τοὺς στεφάνους. τούτου πλησίον τοῦ κοτίνου πεποίηται Νύμφαις βωμός, καλλιστεφάνους ὀνομάζουσι καὶ ταύτας. *Post posticum maximè est in dextra natus oleaster. vocatur autem olea* καλλιστέφανος, *& victoribus olympiorum constitutum est ab ipsa dari coronas. prope hunc oleastrum facta est nymphis ara, καλλιστεφάνους nominant & has.* Hoc oleæ genus Pindarus Olymp. γ' ἐλαίαν γλαυκόχροαν vocavit: quod epitheton vulgati non competit oleastro.

> Ὧ τινι κραίνων ἐφετμὰς
> Ἡρακλέος προτέρας
> Ἀτρεκὴς Ἑλλανοδίκας βλεφάρων
> Αἰτωλὸς ἀνὴρ ὑψόθεν
> Ἀμφὶ κόμαισι βάλοι γλαυ-
> κόχροα κόσμον ἐλαίας. τάν ποτε
> Ἴστρου ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν ἔνεικεν
> Ἀμφιτρυωνιάδας
> Μνᾶμα τῶν Ὀλυμπίᾳ κάλλιστον ἄθλων.
>
> *Cuicunque perficiens instituta*
> *Herculis antiqua,*
> *Iustus certaminum-Græciæ-judex palpebras*
> *Ætolus vir supra*
> *Circumposuerit comis glau-*
> *cicoloris decus olivæ, quam quondam*
> *Istri ab umbrosis fontibus asportavit*
> *Amphitryoniades,*
> *Monumentum futurū Olympiæ pulcherrimum certaminum.*

Doctissimi quidam viri oleastrum Apollini sacrū scribunt; quam opinionem versibus Theocriti, qui edyll. 23. reperiuntur, probant.

> Χλωρὴ τ' ἀγριέλαιος, Ἀπόλλωνος νομίοιο
> Ἱερὸν ἁγνὸν, ξεῖνε τελειοτάτοιο θεοῖο.
>
> *Viridisque oleaster, & Apollinis à pastoribus culti*
> *Sacellum inviolabile, ô hospes, perfectissimi Dei.*
>
> Vertunt alii.
>
> *Atque virens oleaster Apollinis, ipse sacratus*
> *Ac purus, coma sacra Deo frondescat adulto.*

Ego ex his Theocriti versibus Apollini sacrum colligere nequeo. Contrarium fermè Poëta canit; quod paulo diligentius hunc locum examinanti apparebit. Describit locum quendam vates, in quo platanum perennem ait, & oleastrum & templum Apollini dicatum, quod vel versus præcedens ostendit.

> Κείνῃ ὅθι πλατάνιστοι ἐπηετανοὶ πεφύασι,
> Χλωρή τ' ἀγριέλαιος ———
>
> *Illic ubi platani perennes natæ sunt,*
> *Viridisque oleaster —*

Duas adferunt rationes, quibus Apollini sacrum probant: prima est, quod solem oleaster amet: frigidis enim non nascitur locis. Altera, quod circa oleam & palmam natus Apollo. Utraq; frivola. Infinitæ n. arbores quæ solem amant, frigida oderunt, Apollini tamen non dicatæ. Solem expetunt, frigida fugiunt, acatia, cinnamomum, myrtus, cassia; sed Apollini sacrata nemo prodidit. Plutarchus in vita Pelopid. Phæbum juxta palmam ac oleam natum, & inter fontes, sic dictos, vitalem auram primum traxisse, commemorat. Ὄπισθεν δὲ τοῦ ναοῦ δύο ῥήγνυνται πηγαὶ, γλυκύτητι, καὶ πλήθει, καὶ ψυχρότητι θαυμαστοῦ νάματος, ὧν τὸ μὲν φοίνικα τὸ δὲ ἐλαίαν ἄχρι νῦν ὀνομάζομεν, οὐ φυτῶν μεταξὺ δυεῖν ἀλλὰ ῥείθρων τῆς θεοῦ λοχευθείσης. *Pone fanum duo scaturiunt fontes, qui dulcedine, copia, & frigore singularem laticem effundunt; quorum unum palmam, oleam alterum etiam nunc vocant, ut non inter arbores duas, sed fluenta videatur Latona peperisse filium Apollinem.* Aliam de oleastri natali refert fabellam Ovid. lib. 14. Metamorph. Laviniæ regionis locum arboribus obumbratum Pan Mercurii filius tenuit, quem postea Nymphæ coluerunt; has pastor Apulus, cum procacibus dictis terruisset, ne amplius linguam in propatulo haberet, numine earum in arborem oleastrum extabuit: cujus fructus suo amarore linguæ pastoris asperitatem refert.

Improbat has pastor, saltuque imitatus agresti
Addidit obscœnis convitia rustica dictis.
Nec prius obticuit, quam guttura condidit arbor:
Arbor enim est, succoque licet cognoscere mores.
Quippe notam linguæ baccis oleaster amaris
Exhibet, asperitas verborum cessat in illis.

Φηγοὺς δὲ τὰς ἐν Ἰλίῳ. Plinius loco citato. *Sunt hodie ex adverso Iliensium urbis juxta Hellespontum, in Protesilai sepulchro arbores, quæ omnibus Ephebiis ejus cum in tantum accrevere, ut Ilium aspiciant, inarescunt rursusq; adolescunt. juxta urbem autẽ quercus; in Ili tumulo tunc satæ dicuntur, cum cœpit Ilium vocari. Argis olea nunc etiam durare dicitur, ad quam Io in vaccam mutatam Argus alligaverit. in Ponto circa Heracleam aræ sunt Iovis Stratii cognomine, ibique quercus duæ ab Hercule satæ, &c.* Primo indagandum quid verba illa, *omnibus ephebiis ejus cum in tantum accrevere* velint. Ad hunc locum Dalecampius; Ἐφηβεῖον *locus in quo* ἔφηβοι *exercebantur: epheborum palestra. In iis Protesilai ædificiis multas fuisse ejusmodi arboribus consitas probabile, quæ, ut inquit autor, arescebant & rursum adolescebant.* Hæc Dalecampii sententia. Alia Clariss. Salmasii opinio. *In his*, inquit, *prodigiosa illa deformata sunt; quæ omnibus Ephebiis ejus, nihil quippe quod rectum sit significare possunt. Codex Rigaltianus, non multo melior editus, in quo legitur,* omnibus efebis. *Inde ephebiis saltem fecisse correctores constat. At in optimo ac vetustissimo Thuanæo sic,* cum omnibus ex foæbis cum in tantum accrevere ut Ilium adspiciant, increscunt, rursusque adolescunt. *F. pro E. sæpè in antiquis libris scriptum deprehenditur sic Venus frutis, quæ Erutis est. Absque illo codice, æternum in mendo jacuisset Plinii ille locus.* Dicit omnibus ævis ex eo quo satæ fuerant illæ arbores, id iis accidere, ævo quippe opus est arboribus, priusquam in eam altitudinem increscant. quum Ilium adspexerant, statim funditus inarescebant ac peribant; rursus à solo crescere incipiebant. ævumque iterũ intercedebat, priusquam in priorem altitudinem attollerentur. Ideo scripsit, *omnibus ex eo ævis, cum in tantum accreverant, ut Ilium adspicerent.* Quod ad rem ipsam attinet, Græco Epigrammate Philippi nondum edito, testatam repperi, cujus lemma sic habet: Εἰς Πρωτεσίλαον τὸν ἐν Τροίᾳ πρῶτον τελευτήσαντα, ὅτι ἐν τῷ τούτου τάφῳ ὅσα φυτὰ βλέπει τὴν Ἴλιον ξηραίνονται, καὶ τῶν φύλλων τὰς κόμας ἀποβάλλουσι, *in tumulo Protesilai qui primus ad Troiam obiit, quæcunque plantæ Ilium vident siccantur, foliorumq; comas,* id est decus, *abjiciunt.*

Ἥρως Πρωτεσίλαε, σὺ γὰρ πρώτην ἐμυήσας
Ἴλιον Ἑλλαδικοῦ θυμὸν ἰδεῖν δόρατος.
Καὶ περὶ σοῖς τύμβοις ὅσα δένδρεα μακρὰ τέθηλε
Πάντα τὸν εἰς Τροίην ἐκκεκύηκε χόλον,
Ἴλιον ἣν ἐσίδῃ γὰρ, ἀπ᾽ ἀκρεμόνων κορυφαίων
Καρφοῦται, πετάλων κόσμον ἀναινόμενα
Θυμὸν ἐπὶ Τροίῃ πόσον ἔζεσας, ἡνίκα τὴν σὴν
Σώζει καὶ στελέχη μῆνιν ἐπ᾽ ἀντιπάλους.

Non totas arbores interire dicit, sed summum duntaxat earum cacumen, & quantacunque pars Ilium aspexerit inarescere, decussis foliis. ἀπ᾽ ἀκρεμόνων κορυφαίων καρφοῦται. posita tamen aliter distinctio, eum sensum efficiet, quem voluit Plinius.

Ἴλιον ἣν ἐσίδῃ γὰρ ἀπ᾽ ἀκρεμόνων κορυφαίων,
Καρφοῦται πετάλων κόσμον ἀναινόμενα.

Si enim vel summis ramis Ilium prospexerint, tum marcescunt arefacta, & decus foliorum perdunt. Alias id naturale est omnium arborum, præcipuè grandium & glandiferarum, ut post unum aut alterum ævum, quum in senectutem abeunt, summo cacumine mori incipiant, & uno alteroque ævo sic durent, summitate arida & intermortua. Alterum notandum in verbis Plinii est, quod ait, *juxta urbem autem quercus in Ili tumulo.* Theophrastus φηγὸν ait, quæ propriè quercus non est. Vide libr. 3. cap. 9. & 10. Sequitur *aræ sunt Iovis Stratii.* Antiquus codex, *Iovis Stativi.* Sed vulgata servanda lectio. Quippe, ut rectè monet Hermolaus, appellatio Græca sit oportet, non Latina. Διὸς Στρατίου, Iovis Stratii meminit Herodotus in Terpsichore. ἐνθεῦτεν δὲ οἱ διαφυγόντες αὐτῶν κατειλήθησαν ἐς Λάβρανδα, ἐς Διὸς Στρατίου ἱρὸν, μέγα τε καὶ ἅγιον ἄλσος πλατανίστων. μοῦνοι δὲ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Κᾶρές εἰσι οἱ Διὶ Στρατίῳ θυσίας ἀνάγουσι. *Ex quibus qui effugerunt ad Labranda in Iovis Militaris templum se receperunt, in magnum atq; sacrum lucum platanorum. Soli autem ex iis quos novimus, Cares sunt, qui Iovi Stratio, id est, Militari hostias offerant.* Hæc cum librarii ignorarent, *Stratii*, vel, ut in MS. quibusdam habetur, *Stratini*, mutarunt in *Stativi.* Iovis enim Statoris mentio sæpe apud Ciceronem.

Ἐν Δελφοῖς πλάτανον. Plinius loco citato. *Sunt auctores & Delphicam platanum Agamemnonis manu satam: & alteram in Caphyis Arcadiæ luco, &c.* Caphyæ urbs Arcadiæ, patris Anchisæ nomen habens, qui Capys appellabatur.

Βραχύβια δὲ τὰ τοιαῦτα, &c. Plinius loco citato, *E diverso brevissima est vita punicis, fico, malis, & ex his præcocibus brevior, quam serotinis, dulcibus quam acutis, & dulciori in punicis. item in vitibus, præcipuè fertilioribus. Græcinus auctor est sexagenis annis durasse vites.* Corruptus codex. Notat Hermolaus in aliis codicibus legi, *dilutiori*; quæ lectio nullum commodum habet sensum. Vox *acutis* suspecta. Acutum enim non opponitur dulci; immo non raro contingit aliquid esse simul dulce & acutum, ut de melle libr. 11. cap. 15. retulit Plinius, & Dioscorides libr. 2. Theophrastus, τῆς ὀξείας, dulcis minus quam acidæ. Idem ὥσπερ τῶν ῥοῶν ἡ ἀπύρηνος, *& inter punicas quæ nucleo caret.* Scribe, *dulcibus quam acidis & dulciori in punicis.* Malunt alii, *dulcibus quam acidis & apyrenis*, quod Theophrastus τῶν ῥοῶν ἡ ἀπύρηνος. Plinium punici quoddam genus ita vocare negari non potest, lib. 13. cap. 19. *Divisit & in genera, apyrenon vocando, cui lignosus nucleus abest.* Vulgatam tamen servo, quod idem Plinius lib. 23. cap. 6. scribat. *Ex his dulcia quæ apyrena alio nomine appellavimus.* Dulce ergo punicum ἀπύρηνον; quod falsum, ut supra capite de punica ostendi.

Δοκεῖ δὲ καὶ πάρυδρα, &c. Plinius loco citato. *Videntur & aquaticæ celerius interire.*

Ἔνια δὲ γηράσκει, &c. Idem. *Senescunt quidem velociter, sed è radicibus repullulant, laurus & mali, & punicæ, &c.* Sed è radicibus repullulant. Theophrastus παραβλαστάνει. Frustra inde colligunt viri magni, Pliniũ scripsisse, *sed è lateribus repullulant.* παραβλαστάνειν, Plinius sæpe vertit, *ab radice germinare.* Nec laurus vel punica cujus caudices senectute, aut putredine pereunt, è latere, sed è radice novum mittit germen; nec παραβλαστάνειν aliud, *adnata emittere*, quod quandoque è latere, non raro è radice fit. Theophrastus libr. 2. cap. 8. καὶ κοπέντες ἀπὸ τῶν ῥιζῶν παραβλαστάνουσι. Plinius libr. 13. cap. 4. *germinantes rursus ab radice succisæ.* Vide cap. 4. lib. 1. hist.

Πάλιν ἀναθεραπεύειν διὰ βλαστοὺς, &c. Aldinus & Basileensis ἀναθεραπεύει τοὺς βλαστοὺς, Theodorus vertit. *rursus germina assiduè recteque colendo invites.* Interpretare. *rursus colis propter germina, & si funditus ad radicem usque decideris, &c.*

Πότερα δὴ τοῦτο. Certe eadem arbor, sed novi caudices & rami.

ἢ μὴ γὰρ ἀεί. Vide animadversiones Scaligeri.

Δικαιότατα. Aldinus, Basileensis δικαιοτάτη. Fortè δικαιοτάτως, ut monet Scaliger.

Ἐὰν μόνη. Theodorus, ἐὰν μὴ μόνη.

ΚΕΦ. ΙΕ.

Τάχα δ᾽ ἂν εἴη μακροβιώτατον, τὸ πάντως δυνάμενον αὐταρκεῖν, ὥσπερ ἡ ἐλαία, καὶ τῷ στελέχει καὶ τῇ παραβλαστήσει, καὶ τῷ δυσωλέθρους ἔχειν τὰς ῥίζας. δοκεῖ δὲ ὁ βίος τῆς γε μιᾶς εἶναι, καθ᾽ ὃν στέλεχος ἤδη τὴν ἀρχὴν τιθέντα μέτρον, ἀναμετρεῖν τὸν χρόνον μάλιστα περὶ ἔτη διακόσια. εἰ δ᾽ ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀμπέλων λέγουσί τινες, ὡς περιαιρουμένων τῶν ῥιζῶν κατὰ μέρος, δυνάσθαι διαμένειν τὸ στέλεχος καὶ ἡ ὅλη

CAP. XV.

De vita oleæ, ac vitium. Quoque modo colendæ vites.

ILlud autem diuturnissimum forsitan sit, quod omnibus rebus durare queat, ut olea, & caudice, " & germine laterali, nepotumque procreatione, atque etiam stirpe incorrupta. Vitam vero unius in qua posito caudice, pro principio temporis agi mensura debeat, annis maxime ducentis consummari videmus. Sin autem credimus (quod quidam de vitibus referunt,) quod radicibus particulatim

" *& sobole quodque radicem quæ ægrè moriatur habet. si metiamur vitæ tractũ à diuturnitate stipitis, tanquã principii ipsius plantæ, inibitur ejus vitæ ratio ad ducentos annos.*

φύσις ὁμοία καὶ ὁμοιοφόρος ὁποσονοῦν χρόνον, μακροβιώτατον ἂν εἴη πάντων. Φασὶ δὲ δεῖν οὕτω " ποιεῖν, ὅταν ἤδη δοκῇ καταφέρεσθαι, κλήματα τε ἐπιβάλλειν, καὶ καρποῦσθαι ἐνιαυτόν. μετὰ δὲ ταῦτα κατασκάψαντα ἐπὶ θάτερα τῆς ἀμπέλου, περικαθᾶραι πάσας τὰς ῥίζας· εἶτ' ἐμπλῆσαι φρυγάνων καὶ ἐπαμήσασθαι τὴν γῆν· τούτῳ μὲν οὖν τῷ ἔτει κακῶς φέρειν σφόδρα. τῷ δ' ὑστέρῳ βέλτιον. τῷ δὲ τρίτῳ καὶ τετάρτῳ, καθίστασθαι καὶ φέρειν πολλὰς καὶ καλούς· ὥστε μηδὲν διαφέρειν, ἢ ὅτε ἤκμαζεν· ἐπειδὰν πάλιν ἀποπληγῇ, θάτερον μέρος κατασκάπτειν καὶ θεραπεύειν ὁμοίως, καὶ οὕτως αἰεὶ διαμένειν. ποιεῖν δὲ τοῦτο μάλιστα δι' ἐτῶν δέκα. διὸ καὶ οὐ κόπτειν οὐδέ ποτε τοὺς τοῦτο ποιοῦντας, ἀλλ' ἐπὶ γενεὰς πολλὰς ταῦτα τὰ στελέχη διαμένειν ὥστε μηδὲ μεμνῆσθαι τοὺς φυτεύσαντας. τοῦτο μὲν οὖν ἴσως τῶν πεπειραμένων ἀκούοντα δεῖ πιστεύειν. τὰ δὲ μακρόβια καὶ βραχύβια, διὰ τῶν εἰρημένων θεωρητέον.

" ποιεῖν Ald. Germ.

latim detractis caudex; † naturaque tota similis, ac similifera quantumvis temporis permanere queat, hæc prorsus longæva omnium præcipue constat. Colendam autem hunc in modum censent. Cum vitis jam ‡ delabi videtur, palmites admittendum, fructumque anno capiendum. Deinde altera ex parte vitis suffodiendo radices omnes purgandum, post festucis implendum, terramque accumulandum: ista itaque anno male admodum ferre ajunt, postero melius: tertio & quarto stabiliri: ferreque multas bonasque uvas, ut non alio modo se habeat, quam cum vigebat. Cum iterum languescere incipit, partem alteram suffodiendum, colendumque simili ablaqueationis ratione, atque ita semper durare posse affirmant. Id autem anno maxime decimo fieri. Qua de causa, " nec præcidere unquam eos debere, qui ita faciunt; sed per multas ætates caudices eosdem durare: ut ne meminisse quidem sit, qui severint. Hoc igitur ab expertis accipientes credere fortasse debemus. Quæ autem vitæ longæ brevisve sint, iis quæ retulimus contemplari oportet.

† tota naturæ tum facies, tum germinatio similis.
‡ declinare.
" qui ita colunt eos non adduci ut vites cedant.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Τάχα δ' ἂν εἴη μακροβιώτατον. *Demonstratio à tribus caussis. Sic; Diutissimè vivit, quod plurimas habet caussas, vel permanendi, vel renovandi. Prima caussa. Constitutio corporis resistit corruptioni. Quia densum: quia oleosum. Secunda. Radicis pervicacia, est caussa instaurationis. Quartus modus est Iuncorum, qui consumptis ab imo radicibus, à summo novas reponunt. Præter hæc videas vivacitatem, ut in Sempervivo, & Cuscuta cum apponitur uvæ. Item sunt quædam plantæ quæ sibi fabricant terram: ut Iris. E foliis enim putridis fit solum novum, unde succum repetant.*

Τῇ παραβλαστήσει. Theodorus, Germine laterali, nepotumque procreatione. *Soboles, simplex & signata dictio à subolendo: sicut adolescens. Et proles ejusdem tum originis, tum significati.*

Καὶ τὰς δυσωλέθρους ἔχειν τὰς ῥίζας. *Theodorus.* Atque etiam stirpe incorrupta. *Non semel animadverti à Theodoro stirpem pro radice positam. Et* δυσώλεθρον, plus est, quam incorruptum. Significat enim potestatem adversantem caussis intereundi.

Δοκεῖ δ' ὁ βίος τῆς γε μιᾶς εἶναι, καθ' ὃν στέλεχος ἤδη τὴν ἀρχὴν παρέχει μέτρον ἀναμετρεῖν τὸν χρόνον, μάλιστα περὶ ἔτη διακόσια. *Dura loquutio. Sensus est,* Si metiamur vitæ tractum à diuturnitate stipitis tanquam principii ipsius plantæ, inibitur ejus vitæ ratio ad ducenos annos. *Vbi,* μάλιστα, *significat* ultimum terminum. *Et,* περὶ *significat* plus minus.

Ὁμοιοφόρος. *Theodorus,* similifera. *Insuavis audacia Simplicissimè sic,* Tota naturæ tum facies, tum germinatio similis.

Φασὶ δὲ δεῖν οὕτω ποιεῖν, ὅταν ἤδη δοκῇ καταφέρεσθαι. *Oportet ita colere: cum vitis declinare videatur, non corpore ipso: nanque stipes aut erectus, aut pronus est: prout amputatis brachiis in unam potius, quam in alteram inclinat partem. Sed* καταφέρεσθαι, deterior fieri, *mutationem dicit stipitis vetuli. Sic infra,* ἀποπληγῇ.

Διὸ καὶ οὐ κόπτειν οὐδέποτε τοὺς τοῦτο ποιοῦντας. *Theodorus,* Qua de caussa nec præcidere debere eos, qui ita faciunt. *Debere, est verbum præceptionis. At hic non præcipitur, sed narratur sic.* Qui ita colunt: eos non adduci, ut vites cedant. *Scilicet qui ad hunc modum non agunt: cum vitis vetula est, coguntur totam præcidere: & alterius sarmentum ad eam partem submittere.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ὥσπερ ἡ ἐλαία. Plinius libr. 16. cap. 44. *Firmissimæ ergo ad vivendum oleæ, ut quas durare annis CC. inter auctores conveniat.* Vide Scaligeri animadversiones de voce παραβλαστήσει, lib. 1. plura dixi. Vide cap. præcedens.

Τῶν ἀμπέλων λέγουσι, &c. Plinius loco citato. *Græcinus auctor est, sexagenis annis durasse vites.*

Φασὶ δὲ δεῖν οὕτω ποιεῖν. In Aldino & Basileensi ποιεῖν vulgata magis arridet. de vitium cultura. vide libr. 2. de caus. cap. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

ΚΕΦ. ΙϚ'. — CAP. XVI.

De morbis arborum. Quique communes, & qui privati sint. Quid sideratio, verminatio, radicatio, fungus, olla, scabies, cochleæ, cradatio, cerasta. Quid in vite hirculatio. Quid roratio.

Νοσήματα δὲ τοῖς μὲν " ἀγρίοις οὔ φασι συμβαίνειν, ὑφ' ὧν ἀναιρεῖται. φαύλως δὲ διατίθεσθαι, καὶ μάλιστα ἐπιδήλως, ὅταν χαλαζοκοπηθῇ, ἢ βλαστάνειν μέλλοντα, ἢ ἀρχόμενα, ἢ ἀνθοῦντα. καὶ ὅταν ἢ πνεῦμα ψυχρὸν ἢ θερμὸν ἐπιγένηται κατὰ τούτους τοὺς καιρούς. † ὑπὸ δὲ τῶν ὡραίων χειμώνων οὐδὲ ἂν ὑπερβάλλοντες ὦσιν, οὐδὲν πάσχειν. ἀλλὰ καὶ συμφέρειν πᾶσι χειμασθῆναι. μὴ χειμασθέντα γὰρ κακοβλαστότερα γίνεσθαι. † ταῖς δὲ ἡμέραις, ἐστὶ πλείω νοσήματα. καὶ τὰ μὲν, ὥσπερ κοινὰ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις· τὰ δ' ἴδια, καὶ κατὰ γένη κοινά. οἷον, τό, τε, σκωληκοῦσθαι, καὶ ἀστροβολεῖσθαι, καὶ ὁ σφακελισμός. ἅπαντα γὰρ ὡς εἰπεῖν καὶ σκώληκας ἔχει πλὴν τὰ μὲν ἐλάττους, τὰ δὲ πλείους· καθάπερ συκῆ, μηλέα, καὶ ἄπιος. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἥκι-

" ἀγελαίοις φασὶ Ald. Germ.
† τοῖς δὲ ἡμέροις Ald. Bas.

Morbos sylvestribus accidere negant, quibus intereant, tamen eas quoque male affici dicunt: ac præcipue, " cum vel paulo post germinaturæ, vel germinare incipientes, vel florentes, grandine vexantur: cumque flatus frigidus fervidusve his eisdem temporibus successerit. † Tempestivis autem hyemibus, nec si excedant, quicquam offendi. Quinimo omnibus algorem prodesse volunt. Quippe nisi alserint, deterius germinare. Vrbanis morbi plures eveniunt. Alii omnibus quasi communes, aut pluribus: alii privati per genera. Communes, vermiculatio, syderatio, ‡ radicatio: omnes enim ferè vermes etiam gignunt, sed quædam pauciores, quædam plures; ut ficus, malus, pirus. Minime autem, (ut simplici ratione dicam) acres, & " succo humentes lacteo vermiculantur, eodemque modo syderantur.

" cum germinationem vel meditantur vel inchoant, ac florent, grandine pulsantur.
† nec lædi tempestiva hyeme tametsi fuerit violenta, quin imo omnibus hyemis gelu prodesse volūt, quippe nisi gelu affectæ sint, deterius
‡ mortificatio.
" et odorata

‡ ὀπώδη Ald. Baſ.

ται σκωληκοῦται τὰ δριμέα, καὶ ‡ εὐώδη, καὶ ἀστροβολεῖται ὡσαύτως· μᾶλλον δὲ τοῖς ἐν ἀκμῇ τοῦτο συμβαίνει. πάντων δὲ μάλιστα τῇ τε συκῇ καὶ τῇ ἀμπέλῳ. ἡ δ' ἐλαία πρὸς τὸ τοὺς σκώληκας ἔχειν (οἳ δὲ καὶ τὴν συκῆν διαφθείρουσιν " ἐντίκτοντες) φύει καὶ ἧλον. οἱ δὲ, μύκητα καλοῦσιν. ἔνιοι δὲ λοπάδα. τοῦτο δ' ἐστὶν οἷον ἡλίου † καῦσις. διαφθείρονται δ' ἐνίοτε καὶ ‡ αἱ νέαι ἐλαῖαι διὰ τὴν " ὑπερβολὴν τῆς πολυκαρπίας. ἡ δὲ ψώρα καὶ οἱ προσφυόμενοι κοχλίαι, συκῆς εἰσίν. οὐ πανταχοῦ δὲ τοῦτο συμβαίνει ταῖς συκαῖς· ἀλλ' ἔοικε καὶ τὰ νοσήματα γίνεσθαι κατὰ τοὺς τόπους, ὥσπερ τοῖς ζώοις. ἐπεὶ παρ' ἐνίοις οὐ ψωριῶσι. καθάπερ οὐδὲ περὶ τὴν Αἰνείαν ἁλίσκεται συκῆ μάλιστα καὶ σφακελισμῷ καὶ κράδῳ· καλεῖται δὲ σφακελισμὸς μὲν, ὅταν αἱ ῥίζαι μελανθῶσι· κράδος δ' ὅταν οἱ κλάδοι. καὶ γὰρ καλοῦσί τινες τοὺς τῆς συκῆς κλάδους † κράδους· ὅθεν καὶ τοὔνομα τῇ νόσῳ. ὁ δὲ ἐρινεὸς, οὔτε κραδᾷ, οὔτε σφακελίζει, οὔτε ψωριᾷ, οὔτε σκωληκοῦται ταῖς ῥίζαις ὁμοίως. οὐδὲ δὴ τὰ ‡ ἐρινά τινες ἀποβάλλουσιν, οὐδὲ ἐὰν ἔνια φυτευθῶσιν εἰς συκῆν· ἡ δὲ ψώρα μάλιστα γίνεται, ὅταν ὕδωρ ἐπὶ Πλειάδι μένηται μὴ πολύ· ἐὰν δὲ πολὺ, ἀποκλύζεται. συμβαίνει δὲ τότε καὶ τὰ " ἐρινὰ ἀποῤῥεῖν καὶ τοὺς ὀλύνθους. τῶν δὲ σκωλήκων τῶν ἐν ταῖς συκαῖς, οἱ μὲν, ἐξ αὐτῆς γίνονται, οἱ δὲ ἐντίκτονται ὑπὸ τοῦ καλουμένου κεράστου. πάντες δὲ εἰς κεράστην ἀποκαθίστανται. φθέγγονται δὲ οἷον τρισμόν. νοσεῖ δὲ συκῆ· καὶ ἐὰν ἐπομβρία γένηται, τά γε πρὸς τὴν ῥίζαν ὥσπερ † μαδᾷ. τοῦτο δὲ καλοῦσι ‡ λοπάδα. ἡ δ' ἄμπελος τραγᾷ. τοῦτο δὲ μάλιστα αὐτῆς ἐστὶ πρὸς τῷ ἀστροβολεῖσθαι, ἢ ὅταν ὑπὸ πνευμάτων βλαστοκοπηθῇ ἢ ὅταν τῇ ἐργασίᾳ συμπάθῃ, ἢ τρίτον ὑπτία τμηθῇ· ῥοὰς δὲ γίνεται, ὃ καλοῦσί τινες ψίνεσθαι, ὅταν ἐπινιφθῇ κατὰ τὴν ἀπάνθησιν, ἢ ὅταν " κρατιλωθῇ. τὸ δὲ πάθος ἐστὶν ὥστε ἀποῤῥεῖν τὰς ῥᾶγας, καὶ τὰς ἐπιμενούσας εἶναι μικράς. ἔνια δὲ καὶ ῥιγώσαντα νοσεῖ, καθάπερ ἡ ἄμπελος· ἀμβλοῦνται γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς πρωτοτόμου. καὶ πάλιν ὑποθερμανθέντα. ζητεῖ γὰρ καὶ τούτων τὴν συμμετρίαν, ὥσπερ καὶ τῆς τροφῆς. ὅλως δὲ πᾶν τὸ παρὰ φύσιν ἐπικίνδυνον· μεγάλα δὲ ξυμβάλλεται καὶ τὰ τραύματα καὶ αἱ πληγαὶ τῶν περισκαπτόντων, εἰς τὸ μὴ φέρειν τὰς μεταβολὰς ἢ καυμάτων ἢ χειμώνων. ἀσθενὲς γὰρ ὂν διὰ τὴν ἕλκωσιν καὶ τὸν πόνον, εὐχειρότατόν ἐστι ταῖς ὑπερβολαῖς· σχεδὸν δὲ ὥς τινες οἴονται τὰ πλεῖστα τῶν νοσημάτων, ἀπὸ πληγῆς γίνεται. καὶ γὰρ τὰ ἀστρόβολητα καλούμενα, καὶ τὰ σφακελίζοντα, διὰ τὸ ἀπὸ ταύτης εἶναι τῶν ῥιζῶν τὸν πόνον. οἴονται δὲ καὶ δύο ταύτας εἶναι μόνας νόσους· οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦτό γ' οὐκ ἄγαν ὁμολογούμενόν ἐστι. πάντων δ' † εὐασθενέστατον ἡ μηλέα ἡ ἠρινή. καὶ τούτων ἡ γλυκεῖα. ἔνιαι δὲ πηρώσεις οὐκ εἰς φθορὰν γίνονταί τινων, ἀλλ' εἰς ἀκαρπίαν. οἷον ἐάν τις τῆς πίτυος ἀφέλῃ τὸ ἄκρον, ἢ τοῦ φοίνικος, ἄκαρπα γίνεσθαι ἄμφω δοκεῖ, καὶ οὐχ ὅλως ἀναιρεῖσθαι. γίνονται δὲ νόσοι καὶ τῶν καρπῶν αὐτῶν, ἐὰν μὴ κατὰ καιρὸν τὰ πνεύματα, καὶ τὰ οὐράνια γένηται. συμβαίνει γὰρ ὁτὲ μὲν ἀποβάλλειν, γενομένων ἢ μὴ γενομένων ὑδάτων· οἷον τὰς συκᾶς ὁτὲ χείρους γίνεσθαι σηπομένας καὶ καταπνιγομένας, ἢ πάλιν ἀναξηραινομένας ‡ παρὰ τὸ δέον. χείριστον δὲ ἐὰν ἐπανθοῦσί τισιν ἐφύσῃ, καθάπερ ἐλαίᾳ, καὶ ἀμπέλῳ· συναποῤῥέει γὰρ ὁ καρπὸς δι' ἀσθένειαν. ἐν Μιλήτῳ δὲ τὰς ἐλαίας, ὅταν ὦσι περὶ τὸ ἀνθεῖν, κάμπαι κατεσθίου-

" ἐκπιπτόμενοι Scal.

† ἧλοι αὐτοῖς Ald.

‡ αἱ ἄμπελοι Plin.

" ὑποβολὴν Baſ.

† κράδας.

‡ ἐρινεά.

" ἐρινεά.

† μυδᾷ.

‡ λιπᾷν.

" πηλωθῇ Plinius. Scribe, κρυωθῇ.

† ἀσθενέστατον

‡ κατὰ Ald.

tur. Magis autem novellis, quam vigentibus id accidere ſolet: & omnium maxime fico & viti. Olea præter vermes, qui & ficum interimunt † fœtificantes in ea, clavum patitur. Quidam fungum appellant, alii ‡ ollam, hoc eſt veluti ſolis exuſtio. Nonnunquam etiam " novellæ propter nimiam fertilitatem intereunt. Scabies, & cochleæ adnaſci ſolitæ, ficorum peculiaria ſunt. Non tamen id accidit eis ubique, ſed morbi his quoque ratione locorum evenire videntur, quemadmodum animalibus. Nam apud aliquos ſcabies nullo modo infeſtat, ut nec circa Æneam, † ficus maxime radicationem cradationemque ſentit. Vocant autem radicationem, cum radices inareſcunt, marceſcuntque; cradationem, cum rami: crados enim ramos ficulneos quidam appellant, unde & morbo nomen. Caprificus neque radicatione, neque cradatione, vel ſcabie infeſtatur, neque radicibus vermiculatur. ‡ Quædam nec ſuos groſſos amittunt, etiam ſi fico inſerantur. Scabies potiſſimum gignitur, cum aquæ parum poſt Vergilias inceſſerit. Nam ſi multum fuerit, cauſa contrahendæ ſcabei omnis abluitur. Et accidit tunc, ut & caprificus & groſſi decidant. Vermium autem qui ficorum proprii ſunt, alii ex ipſis naſcuntur † arboribus: alios parit, qui ceraſta vocatur: omnes tamen in ceraſtam figurantur. ‡ Sonum edunt parvuli ſtridoris inſtar. Ficus laborat, & ſi imbres nimii fuere. Sic enim ad radicem quaſi " glabratur. Quod quidem vitium † aulam appellant. Vitis hirculatur. quod ejus præter ſyderationem potiſſimum eſt. aut cum germina à flatibus fuerint abſciſa, aut cum imperitia culturæ fuerint læſa. aut tertio cum in ſupinum fuerint exciſa. ‡ Roratio, quod quidam ψινᾶς dicunt, cum vitis defloreſcens irrorat, aut cum fieri ſolet genus affectionis, hoc eſt, ut acini defluant, & remanentes parvuli conſtent. Quædam & cum alſere ægrotant, ut vitis: oculi namque primo putatæ hebetantur. Rurſuſque ex calore nimio idem evenit: etenim eorum quoque temperamentum poſcunt, ſicut etiam alimenti omnino. Denique omne quod præter naturam fit, periculoſum eſt. Vulnera quoque ictuſque circumfodientium magnopere faciunt, ut mutationes æſtuum, aut frigorum non tolerentur. Cum " enim per luxationem laboremque debile ſit, facillime † à teporis exceſſu devincitur. Porro, ut quidam exiſtimant, maxima fere pars morborum ictu injurioſo contrahitur. ‡ Quippe, quę ſiderata appellant, quæque radice inareſcunt, hac eadem de cauſa laborant. Credunt & hos duos eſſe morbos duntaxat. Sed id quidem haud confeſſum ſatis habetur. Ex omnibus vero infirmiſſima eſt verna malus, & earum potiſſimum dulcis. Quibuſdam læſiones nonnullæ ſterilitatem, non necem, inferunt. Vt ſi quis " larici cacumen auferat vel palmę, ſterileſque ambę videntur, nec penitus interire. Ægrotant aliquando & fructus ipſi, cum afflatus imbreſque tempeſtivi non fuerint. Accidit enim arboribus, ut alias fructus amittant, cum fiunt, aut non fiunt pluvię: ut fici alias deteriores redduntur, putrefactę, ſtrangulatęque humoris nimietate, aut contra exiccatę penuria ultra modum. Peſſimum cum defloreſcentibus quibuſdam, imber inceſſit; ut oleę, utique. Simul enim defluit fructus propter † exilitatem. In Mileto, oleas cum florent, erucę erodunt: alię frondem, alię florem: genere diverſę. Itaque arbores diſpoliant. Naſcuntur tempore auſtrino: & ‡ vento ſi ſol acrior inſecutus fuerit, rumpuntur. Circa Tarentum fructum uberem oleę ſemper prę-monſtrant,

† in lucem eduntur ex ea.

‡ patellam.

" vites & oleæ.

† maximè ſphaceliſmū, id eſt, radicis, & cradon, id eſt ramorum mortificationem; vocatur autem ſphaceliſmus, cum radices nigreſcunt, cradon quādo rami.

cradas.

† fructū immaturum amittunt.

† ficubus alios parit qui ceraſtes vocatur; hi omnes tamen in ceraſtem.

‡ arroſione enim ſtridula ſonant.

" humectatur.

† pingueſcere.

‡ ψίνεσθαι dicunt, cum defloreſcens vitis eluitur nivali nive, aut quando alget. acini morbus etiā eſt cum acini defluunt, &c.

" enim propter ulcus.

† ab exceſſu frigoris caloriſque devincitur.

‡ nam & eorum quæ appellant ſiderata, & quæ ſphacelo tentantur radices eadem de cauſa laborant.

" piceæ.

† debilitatem.

‡ Lento Plinius.

σιν αἱ μὲν γὰρ τὰ φύλλα, αἱ δὲ, τὰ ἄνθη, ἕτεραι τὸ γένει. καὶ ψιλοῦσι τὰ δένδρα· γίνονται δὲ, ὅταν ἡ νότια καὶ τὰ ἔνδιεινά· ἐὰν δὲ ἐπιλάβῃ καύματα, ῥηγνῦνται· περὶ δὲ Τάραντα προφαίνουσι μὲν πολὺν καρπὸν ἀεὶ· ὑπὸ δὲ τὴν ἄνθησιν τὰ πολλὰ ἀπόλλυται. τὰ μὲν οὖν πάντα τῶν ἐπιχωρίων.

monstrant, sed sub flore pars magna perditur. Hęc ergo propria locorum.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

NOσήματα δὲ τοῖς μὲν ἀγρίοις φασὶ συμβαίνειν. Theodorus, legit negative. His igitur dicunt sylvestres arbores senio, non morbo interire. Ex iisdem sententiis, cum non paucas perire videamus: illorum sententiam falsam esse palam est.

Ἢ βλαστάνειν μέλλοντα, ἢ ἀρχόμενα, ἢ ἀνθοῦντα. Theodorus. Cum vel paulo post germinaturas, vel germinare incipientes. Addidit paulo post non inscitè. Sic rotundè dicas, sub germinandi tempus. Floridius ad hunc modum, cum germinationem vel meditantur, vel incohant.

Χαλαζοκοπηθῆ. Mirificum verbum. Etiamnum Vascones dicunt, peirabatus. Theodorus, grandine vexatæ. Non moventur grandine, non igitur vexantur, sed pulsantur.

Ὑπὸ ἡ ἀγαθῶν χειμώνων οὐδ᾽ ἂν ὑπερβάλλοντες ὦσι. Theodorus, tempestivis hyemibus, nec si excedant, offendi. Neglexit judicium Ciceronis, cum dixit: hyemibus. Quæ neque speciebus ausus est. Et illa: nec si excedant, obscura sunt, melius sic, Nec lædi tempestiva hyeme: tametsi fuerit violenta.

Μὴ χειμασθέντα δὲ, κακοβλαστεῖν. Theodorus Plinii verbis, nisi alserint. Ducti in hanc audaciam ex aliis quoque verbis Theophrasti ῥιγώσαντα. Non tamen algent arbores: ut loquuntur Latini, de rebus sensu præditis. laxiore verbo & commodiore, hyemis gelu affecta. & ῥιγώσαντα, rigore astricta.

Σφακελισμός. Theodorus radicatio, pessimè. Nam tametsi is est radicis affectus: tamen quia nomen hoc à Latinis receptum est pro commodis radicis: idem pro incommodo si accipiatur, fiat plusquam æquivocatio, à qua Philosophus, quoad fieri potest, maximè debet esse alienus. Σφάκελος medicis est, cùm membrum omittit naturam suam. Epicharmi catenata quædam sententia est, ἐκ δὲ καταδίκης, πέδαι τε, καὶ σφάκελος, καὶ ζημία. Præterea subest ratio, qua nequeat interpretari radicationem: neque enim radici soli, sed & foliis, & stipiti evenire solet: tum autem omni naturæ viventi. Plinius etiam Græcum subticuit nomen. Sed nimis lascivo conatu appellavit ægritudinem in arboribus, membrorum dolorem, idque non semel.

Ἧλοι. Clavum & fungum. Ita etiam Plinius est interpretatus. Λοπάδα. Theodorus, olla. Plinius, patella. ubi id animadvertas. Cum Plinius cæteras voces Græcas præterivit ita, ut ne poneret quidem, nedum interpretaretur: nunc quam posuit, puto fuisse receptam Latinis. Hoc debuit observare Theodorus, & servare. Non quod λοπὰς hoc significet: sed quod patellæ similius sit. Fidus interpres sic scriberet, quemadmodum scripsit: at ipse fidus non est. Τοῦτο δ᾽ ἐστὶν οἷον ἧλοι αὐτῶν. Plinius ἡλίου καῦμα, aut ἡλίωσιν legit. Sic enim interpretatur, solis exustio. Lege ὑπερβολὴν, non ὑποβολήν.

Ὅταν αἱ ῥίζαι μελανθῶσι. Sanè sic & in animalibus ubi membrum nigrescit, atque corrumpitur, est σφάκελος. Plinius aut legit, αὐανθῶσι, aut addit. Nam de nigrore nihil: nihil item Theodorus, sed, inarescunt, marcescuntque.

Κράδος. Ne hoc quidem nomen ponere voluit Plinius. Sed habent, inquit, Græci sua nomina: Theodorus, cradationem. Quare non, Ramationem: sicuti supra, Radicationem, σφακελισμόν: quia radici obveniebat. Equidem neutrum probo.

Οἱ μὲν ἐξ αὐτῆς γίνονται, οἱ δ᾽ ἐντίκτονται ὑπὸ τοῦ καλουμένου κεράστου. Itaque supra, σκώληκες, οἱ δ᾽ καὶ τὴν συκῆν διαφθείρουσιν ἐντίκτοντες. Melius ἐντικτόμενοι quippe quos ὁ κεράστης τίκτει. Sic in quinto, de vermibus: οἱ μὲν εἰσὶν ἐκ τῆς οἰκείας σήψεως. οἱ δ᾽ ἐντικτόμενοι ὑπ᾽ ἄλλων. Itaque non debet tolli, αὐτῆς, & poni, αὐτῶν: quia ἐξ αὐτῆς συκῆς gignuntur: neque numerus debuit illis facessere negotium, quoniam συκαῖς, dixerit. Infinitum, ut ita dicam, locis hoc fit & Aristoteli, & Theophrasto, ut numerus diversus subdatur. Et valde ambiguum esset, αὐτῶν, vermésne, an ficus referret.

Φθέγγονται δ᾽ ἴδιον τριγμόν. Theodorus ex Plinio. Sonum edunt parvuli stridoris. φθέγγονται abusus est. arrosione enim stridula sonant, non voce. At præceptor jam distinxerat, φωνὴν, φωνῶν, διάλεκτον.

Τοὺς δὲ καλοῦσι λοπάδας. Supra λοπὰς, erat ἡλίου καῦσις. Hic autem, ἐκ τῆς ὑπομβρίας. Vides igitur contradictionem: si Plinium sequare. Et ἧλοι αὐτῶν, malis supra legere. Observabis etiam Græcam inconstantiam, qui cum tria nomina clavo attribuerint: transtulerunt unum ad longè diversam materiam. Theodorus Plautinissat. Aula, magis arrisit, nomen maximè obsoletum: & commune ad id significandum, quod malum Deorum immortalium benignitate arbores vitarunt.

Ὥσπερ μαδᾶ. Plinius, Ficus laborat radicibus madidis. μαδᾶν caluescere est. μαδηγένειος, apud Pollucem.

Τραγᾶ, Articulatio, Plinius. Corrigunt, hirculatio. τραγίζειν est luxuriare, at hic contrarium.

Ῥὼς δὲ γίνεται. Theodorus, roratio. Quasi ros, ῥοῦς, rectè, ῥοὰς est capillorum affectus, profluvium dicunt. ψίνεσθαι, est ejusdem significatus. Vnde & ψιλόν. Sicut nitrum, λίτρον. Affectum hunc tanquam siderationis speciem posuit Plinius, quem rorationem nominavit. Verum interpretatus est, τὸ ἐπινιφῆ. Theodorus, Cum vitis deflorescens irrorat. absolutè. Videbis an ex usu sit Latinitatis, sed ἐπινιφῆ est, aut abluatur, νίπτω, unde Neptunus: non, ut putavit Cicero: etiam indignantibus factiosis, aut παρὰ τὸ νίφειν.

Ἢ ὅταν κεχυλωθῇ. Theodorus, effugit hunc scopulum. Ex Plinio emendare queas. τυλωθῇ. Sic enim ait: aut cum acini, priusquam maturescant, decoquuntur in callum.

Τῆς περιτομῆς. Plinius omisit.

Ἕλκωσις. Theodorus, Luxationem. παρὰ τὸ ἕλκειν. At est ulcus hic. Dixit enim τραχύμαλα. δυσχερέστεροι ταῖς ὑπερβολαῖς. Theophrastus duas facit ὑπερβολάς. & καυμάτων, & χειμώνων. Theodorus astrinxit suo arbitratu ad calorem tantùm, Et abusus est Latinitate. Sic enim scribit, A teporis excessu devincitur. Idem est, ac si dicas, A Modesti viri insolentia.

Διὰ τὸ ἀπὸ ταύτης οἶμαι τῶν ῥιζῶν τὸν τόπον. Theodorus, Hac ea de caussa laborant. Vides quantum differant.

Πάντων δ᾽ εὐσθενέστατα. legè, ἀσθενέστατον.

Τὰ οὐράνια. Theodorus astrinxit universam sententiam ad imbres. At ea voce, & frigus & æstus comprehenditur. Hæ enim sunt species siderationis. Nam quod subdit: γινομένων ὑδάτων. Est exemplum unius tantum eventus. Frigus enim, & æstus, etiam præter ventos, etiam sine pluviis evenire potest.

Συναπορρεῖ γὰρ ὁ καρπὸς δι᾽ ἀσθένειαν. Theodorus malè, propter exilitatem. multa exilia valida, sed nulla ἀσθενῆ. Si exilitas profluvii causa esset, etiam sine pluvia dilaberentur. Verum id contingit, propterea quod facti sunt acini à pluvia imbecilles, suffocato calore naturali, quo retinentur. Sic ipse supra, καθυπνιγομένας.

Γίνονται ὅταν ἢ νότια, καὶ τὰ εὔδιεινά. ἐὰν δ᾽ ἐπιλάβῃ καύματα ῥήγνυνται. Theodorus, nascitur tempore austrino, & vento. Sic mollem tempestatem, εὔδιεινόν. dicerem. Nascuntur austrinis teporibus: æstu superveniente deprehensæ rumpuntur.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

OΥ φασὶ συμβαίνειν. Rectè particulam negativam addiderunt. quod ex libr. 5. de cauf. cap. 10. probatur. νοσήματα δὲ τῶν ἀγρίων οὐ λέγεται· τῶν δὲ ἡμέρων λέγεται πολλά, Plinius libr. 17. cap. 24. Infestantur namque & arbores morbis. Quid enim gentium caret his malis? Et sylvestrium quidem pernitiosos negant esse, vexarique tantum grandine in germinatione aut flore. Aduri quoque fervore aut flatu, frigidiore præpostero die: quoniam sua frigora etiam prosunt, ut diximus. Quid ergo? nonne & vites algore intereunt? Hoc quidem est quo deprehendatur soli vitium, quoniam non evenit nisi in frigido. itaque per hyemes cæli rigorem probamus, non soli. Nec infirmissimæ arbores gelu periclitantur, sed maximæ: vexatisque ita cacumina prima inarescunt, quoniã præstrictus gelu eo non potuit pervenire humor, &c. Aduri quoq; fervore, aut flatu frigidiore. Theophr. ἢ ὅλως ἢ πνεῦμα ψυχρὸν ἢ θερμὸν ἐπιγένηται. Inde conjicio, Pliniũ scripsisse, aduri quoq; fervidiore flatu aut frigidiore. Paulo infra. Itaq; per hyemes cæli rigorem probamus, non soli. nec infirmissimæ, &c. Antiquus noster codex. Itaq; per hyemes cœli rigorẽ probamus, non n. solũ infirmissimæ arbores

arbores periclitantur. Dalecampius legit. *Non autem solum infirmissimæ*, &c. Lector ex duabus antiqui codicis & Dalecampii eligat quam velit lectionem. *Quoniam perstrictus gelu*, &c. Immo potius quoniam frigore suffocata, licet nutrimentum suggeratur, extincto calido nativo, eo frui non possunt.

Ταῖς δὲ ἡμέραις, Aldinus & Basileensis, τοῖς δὲ ἡμέροις, scilicet φυτοῖς, δένδρεσι. Plinius loco citato. *Arborum quidam communes morbi, quidam privati generum. Communis verminulatio est, sideratio, & dolor membrorum. unde partium debilitas, societate nominum quoque cum hominum miseriis.* Σφακελισμὸν vertit, *dolorem membrorum*; vel, ut aliis placet, *dolorem nervorum*; quod infra scribat. *verum, ut homini nervorum cruciatus, sic & arbori, ac duobus æquè modis.* Utro modo legas, ineptum est. vegetativam, non sensitivam animam habent plantæ. unde igitur plantis dolor? Theodorus *radicationem* vertit, quod paulo infra scribat Theophrastus, καλεῖται δὲ σφακελισμὸς, ὅταν αἱ ῥίζαι μελανθῶσι. Attamen cum lib. 5. de caus. cap. 11. folia, ipsumque stipitem hunc pati morbum scribat, οἴονται δέ τινες καὶ τὸν σφακελισμὸν ἀπὸ τῶν πληγῶν καὶ τῶν ἔξωθεν γίνεσθαι τραυμάτων, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ζώων. μετενηνέχθαι γὰρ τοὔνομα καὶ τὴν ὁμοιότητα τοῦ πάθους. οὐ μὴν ἔοικεν ἀληθὲς, οὐδὲ ποτ' ἐπὶ πάντων, εἴπερ ὁ ἐρέβινθος ἀπόλλυται σφακελίας, ὅταν αὐθοῦσιν ὕδωρ ἐπιγινόμενον ἐπικλύζῃ τὴν ἅλμην. τὸ γὰρ ἀφαλμᾶ οἷον σφακελίζειν καλοῦσι. Radicatio morbus hic dici nequit; vide cap. citatum & sequens 12. ejusdem libri. Cæterum, sphacelismus de arboribus dicitur, cum radices, stipites, folia nigrescunt atque emoriuntur. cum vero cœli injuria tabescunt, quod sideribus causa imputetur, syderatio nominatur. Est igitur σφακελισμὸς mortificatio, amissio animæ vegetativæ, propter caloris nativi & insiti extinctionem. vide lib. de caus. 5. cap. 11. & 12.

Ἅπαντα γὰρ ὡς εἰπεῖν καὶ σκώληκας ἴσχει, &c. Plinius loco citato; *vermiculantur magis minusve quædam, omnes tamen fere. Idque aves cavi corticis sono experiuntur. Iam quidem & in hoc luxuria esse cepit: prægrandesve roborum delicatiore sunt in cibo, cossos vocant, atque etiam farina saginati hi quoque altiles fiunt, &c.* Fere inquit, *omnes.* Theophrastus, ἅπαντα ὡς εἰπεῖν, *omnes, ut sic dicam. Idque aves cavi corticis, &c.* Præ cæteris hoc experiuntur pici Martii. *Prægrandes roborum delicatiore sunt in cibo.* Alii codices, *delicatiores sunt in cibo; cossos vocant.* Idem Plinius libr. 11. cap. 33. *Sic quædam ex imbre generantur in terra, quædam & in ligno: nec enim cossi tantum in eo, sed etiam tabani ex eo nascitur, & alia ubicunque humor est nimius, &c.* A similitudine horum vermium homines rugosi corporis, ab antiquis cossi dicti sunt, unde & Cossutiorũ familia apud Romanos dicta est, ex qua fuit Cossutia Cæsaris uxor, cujus meminit Suetonius in vita ejus. Cossum Hieronymus contra Iovianum ξυλοφάγον vocare videtur. Est vermiculus Phrygiæ & Ponti in deliciis, albus, obesus, nigello capite, nascens in carie lignorum.

Τὰ δὲ πλεῖους. καθάπερ συκῆ, &c. Plinius loco citato, *maximè autem arborum hoc sentiunt pyri, mali, fici.*

Τὰ δριμέα καὶ ὀπώδη, &c. Plinius, *minus quæ amaræ sunt & odoratæ.* Theodorus, *acies & succo humentes lacteo.* Uterque peccavit, sed magis Theodorus. τὰ δριμέα, *acres sunt, quæ acri sunt sapore, gustum habentes pungentem.* Hesychius, δριμὺς ὀξὺς, συντικής, σφοδρὸς, θερμός. πικρὰ Theophrastum non scripsisse, ex libr. 5. cauf. cap. 11. probatur. ἥκιστα δὲ σκωληκοῦται τὰ δριμέα. Negari tamen non potest, amara minus quam dulcia vermibus infestari. Theodorus, ἀντὶ ὀπώδη, ὀπώδη legit. Vulgatam lectionem Plinius defendit. *Præterea ficus succo scatet lacteo. attamen inter eas refertur arbores, quæ facile à vermibus læduntur.* Atqui ficus etiam acris. Respondeo succum acrem esse, sed non ipsum lignum, in quo vermis.

Ἡ δὲ ἐλαία, &c. Plinius loco citato. *Olea præter verminulationem, quam æque ac ficus sentit, clavum etiam patitur, sive fungum placet dicere, sive patellam. Hæc est solis exustio.* ἧλον, *clavum*, vertit, & hoc ἧλος denotat. Est etiam oculi vitium; clavo persimilis albus rotundus callus. Pollux libr. 4. cap. 11. ἧλος συνεχὴς τυλώδης, ἀσεφιεὶς, ὕπωχρος, ἡλοειδὴς (malè ὑλοειδὴς edunt) ὅτι ἀνωθεν μὲν ἀσεφιεῖς. περὶ δὲ τὴν σάρκα ἀποτείνουται μάλιστα περὶ τὰ ἴχνη. Celsus libr. 1. *Clavi autem vocantur callosa in albo oculi tubercula, quibus nomen à figuræ similitudine.* ἡλοειδὴς ergo, non ὑλοειδὴς legendum. Μύκης metaphoricos pro morbo oleæ, qui & Latinis *fungus* dicitur. λοπάδα Plinius *patellam* interpretatur, Gaza *ollam.* patellæ similius est, quam ollæ.

Τοῦτο δὲ ἐστὶν οἷον ἡλίου καῦσις. Malè in Ald. & Bas. scriptum est, ἡλοι αὐτῶν. Plinius legit, τοῦτο δ' ἐστὶ ἡλίου καῦσις. *Hæc est solis exustio.* Perinde est quam sequaris lectionem, vulgarem, an Plinianam.

Διαφθείρονται δὲ καὶ ἄλλοι, Plinius legit, διαφθείρονται δ' ἐνίοτε καὶ αἱ ἄμπελοι, καὶ αἱ ἐλαῖαι διὰ τὴν ὑπερβολὴν (malè Ald. & Bas. ὑποβολὴν) τῆς πολυκαρπίας. Plinius. *Nocet plerumque viribus atq; oleis nimia & fertilitas.* Probabile Theophrastum scripsisse, καὶ αἱ ἄμπελοι, quod in νέαι mutatum est. Theodorus αἱ νέαι ἐλαῖαι *novellas* vertit.

Ἡ δὲ ψώρα. Plinius loco citato. *Scabies communis omnium est. Impetigo & quæ adnasci solent, cochleæ peculiaria ficorum vitia; nec ubique. Sunt enim quædam ægritudines & locorum.* Theophrastus, scabiem & cochleas ficorum vitium tradit. Plinius impetiginem ficorum facit, scabiem communem morbum. Scabies alioquin & impetigo res fere eadem, nec multum diversa.

Καλεῖται δὲ σφακελισμὸς, Plinius. *Verùm ut homini nervorum cruciatus, sic & arbori, ac duobus æquè modis. Aut enim in pedes, hoc est, radices erumpit vis morbi; aut in articulos, hoc est, cacuminum digitos, qui longissimè à toto corpore exeunt. Inarescunt ergo, & sunt apud Græcos sua nomina utrique vitio. Undique primo dolor, mox & macies earum partium fragilis, postremo tabes, morbusque* (codex Tolet. *mors.*) *non intrante succo, aut non perveniente. maximeque id fici sentiunt.* Quæ de dolore à Plinio referuntur, ea inepta & stolida, ac planè tanto viro indigna. nemo non novit, plantas insensiles. unde ergo dolor. Male etiam pro μελανθῶσι, αὐανθῶσι legit. Arescunt quidem prius quam nigrescunt, sed σφακελισμὸς non antequam nigræ factæ sunt. Ut in animali membrum non dicitur sphacelo laborare priusquam mortuum, exuccum, & nigrum sit; ita nec radix sphacelismo laborat, antequam exucca & nigra. Malè ergo Theodorus μελανθῶσι vertit, *inarescunt, marcescuntque.* pessimè σφακελισμὸν reddidit *radicationem.* Vide animadversiones Scaligeri.

Κράδος. Scribo κράδας. De hac voce plura dixi libr. 1. cap. 13. non pauca capite de ficu. Nemo unquam fici ramum κράδον vocavit. Ipse Theophrastus libr. 2. cap. 7. κράδην nominat. Galenus in Lexico. κράδαι συκῆς οἱ ἀκρέμονες. Grotianus, κράδαι οἱ μὲν τὰ τῆς συκῆς φύλλα, οἱ δὲ τοὺς κλάδους, vide locos citatos. Κράδη lib. primo verrucosa extuberatio, quæ præcipuè arborum divisuras occupat, quibus caudex primum velut in ramorum brachia distinguitur. Κράδος vero morbus maxime in ficu, cum in articulos & cacuminum, ut Plinius loquitur, digitos vis morbi erupit, ramique denigrantur.

Ὁ δὲ ἐρινεὸς. Plinius, loco citato, *Caprificus omnibus immunis est, quæ adhuc diximus.*

Ἡ δὲ ψώρα, &c. Plinius. *Scabies gignitur roribus lentis post Vergilias. Nam si rariores fuere, perfundunt arborem, non scalpunt scabie. Cæterum si cadunt, sive imbres nimii fuere.* Hæc corruptissima. Scribit Pintianus ex Theophrasto; *Nam si rariores fuere, perfundunt arborem, non scalpunt scabie. Cæterum si cadunt imbres nimii, eluunt rorem aut scalpunt.* Nobis simplicissima placet correctio. *Nam si largiores fuere, perfundunt arborem, non scalpunt scabie. Cæterum grossi cadunt, si imbres nimii fuerunt.* Hæc lectio Theophrasti auctoritate fulcitur. *Post Vergilias*: intellige, post Vergiliarum ortum. Oriebantur autem Varronis ævo libr. 1. cap. 28. quadragesimo quarto die post æquinoctium vernum; id est, si novum calculum sequamur, quarto Maij die: sin vero antiquum teneamus, 24. Aprilis die. Scribo, *nam si largiores fuere.* Theophrastus ἐὰν δὲ πολὺ ἀποκλύζεται. Plinius, *perfundunt arborem*, id est, eluunt causam scabiei, non vitiant. Emendavimus præterea, *grossi cadunt.* Theophrastus, συμβαίνει δὲ τότε καὶ τὰ ἐρινεὰ ἀπορρεῖν, καὶ τοὺς ὀλύνθους. *& accidit tunc, ut & caprificus & grossi decidant.* nimirum si copiosus cadit imber.

Ἐρινεὰ καὶ τοὺς ὀλύνθους. Scribe ἐρινεά. De his vocibus supra cap. 6. lib. 3. & libr. 4. cap. de ficu multa dixi. Hic locus ostendit ἐρινεὸν & ὄλυνθον diversum esse. Ἐρινεὸν hoc loco fici sylvestris immaturus fructus, ὄλυνθος domesticæ immaturus. Galenus lib. 8. simpl. τὰ δὲ τῶν ἐρινεῶν οὖν καὶ δριμείας ἐστὶ καὶ διαφορητικῆς δυνάμεως, οὕτως δὲ καὶ τῶν ἡμέρων ὄλυνθοι μετέχουσι γὰρ ἔτι καὶ τοῦ συκῆς ὀποῦ. *Porro sylvestris fici fructus immaturus acris ac digerentis est facultatis. Sicut etiã domesticæ immaturus. inest enim iis nonnihil succi ex ficu arbore.* Idem cap. sequenti, ὁ δὲ τῆς ἀγρίας συκῆς ἦν ἐρινεὸν ὀνομάζουσι ὀπὸς τε καὶ χυλὸς, &c. Plura qui velit, legat loca citata.

Τῶν δὲ σκωλήκων, &c. Idem repetit libr. 5. de caus. cap. 14. nisi quod tradat in olea creari, in fico parere cerasten. Plinius loco citato. *Eorum (vermium) qui in ficis existunt, alii nascuntur ex ipsis, alios parit* (vulgo *pariter*) *qui vocatur cerastes. Omnes tamen in cerasten figurantur, sonumque edunt parvuli strideris.* Plinium non sequitur Theodorus. Vermem enim hanc cerastam vocat, cum cerasten dicere deberet, sed hoc nullius momenti; videant

deant Grammatici, uter rectius, Plinius, an Theodorus.

Ὥσπερ μαδᾷ, τοῦτο δὲ καλοῦσι λοπάδα. Corruptus codex; omnino scribendum, ὥσπερ μυδᾷ τοῦτο δὲ καλοῦσι λιπᾶν vel λιπᾶν. Plinius loco citato, *alio modo* (scribe, *alio morbo*, vel, *malo*.) *ficus laborat radicibus madidis*. Idem Plin. eodem capite; *Et cum radices quoque pinguescere cœperunt, intereunt, sicut animalia nimio adipe*. Theophrast. libr. 5. de causi. cap. 12. τῇ δὲ συκῇ ἐ νόσημα τι συμβαίνει περὶ τὰς ῥίζας ὁ καλοῦσι λοπᾶς (Ald. codex λοπᾶν, Gaza λιπᾶν legit, quam lectionem probamus. τοῦτο δὲ οἷον μύδησίς τις τῶν ῥιζῶν. Videt lector scribendum λιπᾷ & μυδᾷ, quod etiam ipsa probat ratio. Cur enim Theophrastus uno eodemque capite diceret, oleam laborare morbo qui lopas dicitur, morbique causam esse ἡλίου καῦσιν, *solis ardorem*? Paulo infra, ficum morbum sentire, qui etiam lopas vocatur, eumque ortum habere ἐκ τῆς ἐπομβρίας, *imbrium copia*. Manifesta contradictio esset. Sed nec imber potest esse corticis defluxionis causa. Extra omnem controversiam est, si cortex à ligno abscedat, causam illius separationis esse, humoris, quo cortex & ipse sibi & ligno arctè conjungebatur, absumptionem, atque adeo ariditatem: imbrium autem copia ariditatem facere nequit. Ex accidenti tamen corticis casum fieri posse ex nimio humore, non nego; puta quando ab inutili copia humoris succus utilis diluitur, ac ad alendū ineptus redditur. Memini me observare ficum opaciori atque humidiori consitam loco, prius situm circa partes radici proximas contraxisse, post vero putredinem, & corticis lapsum consecutum. Casus hic non in humorē referendus, sed in putredinem. Neque putredo ab solo humore, multo minus imbribus, sed ex humore, & defectu caloris solaris, & flatuum penetratione. Neuter enim inutilem extraneumque humorem absumere potuit: in opaco quod ubi nec solis radii, nec venti pervenire queunt posita hæc ficus esset. Ex hac putredine absumptio est & defectus, quo nativi humoris veluti glutine conjungebatur cortex & lignum. Ergo à sola siccitate corticum lapsus, quanquam ex accidente ab humore fiat. Cæterum λιπᾶν Theophrastus vocat, nimio turgere humore; nimirum cum eæ largioris humoris copia distentæ putrescunt, & arborem necant, vel extincto calore suffocantur.

Πρὸς τὸ ἀστροβολεῖσθ. Vitem quandoque hoc malum pati, docet Cassianus Bassus, lib. 5. cap. 34. cui titulus περὶ ἀστροπλήκτων ἀμπέλων Βασσιανοῦ. M S. codex Κασιανοῦ. Utrum præstet, videat lector, nobis perinde est. De syderatis vitibus hæc tradit. Τὰς ἀστροπλήκτους γινομένας ἀμπέλους, γνωρίσεις μὲν ἐκ τοῦ τὰ φύλλα πάνυ ὑπέρυθρα εἶναι. (alt. codex. ἔχειν) θεραπεύσεις δὲ τρύπανῳ πάνυ (alter, λίαν) διακόψας τὸ στέλεχος, καὶ διὰ τοῦ τρυπήματος δρύϊνον πάσσαλον ἐμβαλὼν ἢ ἀποσυξας βραχὺ τῆς ῥίζης καὶ ἐμβαλὼν ὁμοίως πάσσαλον περιχώσας τε τῇ γῇ (MS. περιχώσεις τῇ γῇ) καὶ οὕτως θεραπεύσεις τὴν ἄμπελον οἱ δὲ ἄρδουσι τὰς τοιαύτας θαλαττίῳ ὕδατι. ἄλλοι δὲ καὶ ταύτας καὶ τὰς ἀφ' οἱουδήποτε ἐργαλείου πληγείσας, ἔλαιον μετ' ἀσφάλτου περιχρίουσιν. (MS. codex ἔλαιον μετ' ἀσφάλτου περιχρίσαντες θεραπεύουσι. ἑψήσαντες δηλονότι τὰ τοιαῦτα εἴδη. Scribendum ad hunc vel similem sensum, ἔλαιον μετ' ἀσφάλτου περιχρίσαντες θεραπεύουσι, ἑψήσαντες δηλονότι εἰς χρίσματος vel μύρου εἴδη.) ἄλλοι ὡς ἐν Βιθυνίᾳ διὰ πείρας ἔλαβον τὰς ἀστροπλήκτους θεραπεύειν, ἥλῳ διαπείραντες τὰ στελέχη· οἱ δὲ οὖρον ἀνθρώπινον τῷ στελέχει καὶ ταῖς ῥίζαις καταχέουσι. *Syderatas vites cognosces quidem ex eo, quod folia valde subrubra habent; curabis autem si terebro tunicam valde perforaveris, & per foramen quernum paxillum indideris, aut si parum de radice abruperis, similiterque palum intruseris, & terram circumaggesseris. atque sic sanè, vitem curabis. alii autē hujusmodi vites marina aqua rigant: alii & has, & quæ à quocunque instrumento percussæ sunt oleo cum bitumine in unguenti formam cocto oblinunt. alii velut in Bithynia experimento deprehenderunt, quomodo syderatis sit subveniendum, clavo nimirum truncos penetrantes. alii vero urinam humanam trunco & radicibus affundunt.*

Ἡ δὲ ἄμπελος τραγᾷ. Plinius loco citato, *Vitibus præter vermiculationem & siderationem morbus peculiaris articulatio*. Tribus de causis: una vi tempestatum germinibus ablatis: altera, ut notavit Theophrastus, in supinum excisis, tertia, culturæ imperitia læsis. Omnes enim earum injuriæ in articulis sentiuntur. τὸ τραγᾷν, Plinius, *articulationem* vocat. In altero codice *hirculatio* habetur; quod τὸ τραγᾷν significat. Vulgatam tamen rejicere non ausim; quod sequatur, *Omnes enim earum injuriæ in articulis sentiuntur*. Τὸ τραγᾷν de vitibus dicitur, quæ fructum non ferunt, sed foliis ramisque luxuriant, & paupertatem fœtuum compensant foliorum & ramorū multitudine. Palladius libr. in Novembri cap. 9. *Locis calidis & apricis vites, quæ fructu carent, fronde luxuriant, & pauperiem fœtuum compensant ubertate foliorum, nunc putare pressius conveniet, frigidis vero mense Februario, si permanebit hoc vitium, circumfossas arena fluviali, vel cinere debebimus aggregare; quidam lapides inserunt inter flexuosa radicum*. Hunc morbum Cassianus Bassus lib. 5. cap. 38. ὑλομανεῖν vocat, cujus codicem à mendis hac occasione repurgabo. Vulgo legitur; τὰς ὑλομανούσας μακρότερον δεῖ. ἐκκληματούμεναι γὰρ λοφῶσιν. ἐὰν δὲ ἐπιμείνουσι γηράσαντες, ἄμμον ποτάμιον ἐπιφορεῖν ἢ σποδὸν, καὶ ὀλίγον τέφρας. οἱ δὲ περὶ τὰς ῥίζας λίθους τιθέασιν, ἵνα αναψύχωσι τὴν ἄμπελον. Vertunt; *Effundentes se in multā materiē vites brevius præsecare oportet, exsarmentatæ enim quiescunt. si vero adhuc non cessent, facta pastinatione, harenam fluvialem aggeremus & modicum cinerem: alii circa radicem lapides ponunt, quo vitem perfricent*. ἐκκληματούμεναι γὰρ λοφῶσιν, Vertunt; *exsarmentatæ enim quiescunt*. Quæro primum, qua in re quiescant, &c. Folia tantū ferunt & ramos. Sed remediū adversus morbum istum præscribit Cassianus. Deinde quæro, utrum λοφῶσιν significet, *quiescent*? Certe λόφος, unde λοφιὰ, apud Latinos idem est quod *tumulus, collis, apex, crista, galerus, collum, vertex capitis, fastigium*. Hesychius, λόφος ὑψηλὸς τόπος. γῆς ἐπανάστημα, καὶ ἄκρα περικεφαλαίας, ἢ τράχηλος; Idem, λόφουρος, ἐπίσημος, λόφος ἐπὶ τοῦ αὐχένος τῶν τετραπόδων. ἢ ὑπερήφανος καὶ ὑψαύχην. *crista insignis, quæ cervicem erigit & cristam surrigit. λοφιὰ seta, juba.* unde λόφουρα, jumenta quæ caudam & jubam habent, ut supra libr. 3. cap. de taxo dixi. inde λοφιῶ, *cristas habeo, cristatus sum*. Scribe ergo, λοχῶσιν, *fructum parient, generabunt*. Hesychius, λοχεύει, τίκτει, γεννᾷ. Idem, λοχίαν τὴν ἐκτρέφουσαν γῆν, καὶ ἀδρούς στάχυας ἢ καρποὺς φέρουσα, *terra fœcunda, quæ multas spicas fructusque profert*. Ex hoc primum mendum. λοφῶσι enim scriptum non fuit, nec pro *quiesco* memini me observare, sed inde non sequitur, alibi hac significatione non reperiri. Ἐὰν δὲ ἐπιμείνωσι γηράσαντες. Γηράω *senesco, sentio senectutem*. Idem quod γηράσκω. Hesychius, γηράσκει φθίνει, λήγει. *tabescit, decrescit*. Quæ locum hic habere nequeunt. MS. codex γηράσαντες. Scribe, γυρώσαντες. Palladius, *Si permanebit hoc vitium, circumfossas arena fluviali vel cinere debemus aggregare*. Suidas, γυρῶσαι, φιλῶσαι, περιθρέψαι, περὶ τὰ γύρου ποιεῖν. ἐν τῷ περιθρέψασθαι. Aratus. καὶ φυτὰ γυρῶσαι. Interpres, φυτεῦσαι, ἢ βόθρον ὀρύξαι. ἢ περισκάψαι. Nicander in Alexiphar.

Ἠὲ σὺ γυρώσαιο καθαλμέα βώλακα χαίης.

Ad hunc versum commentator, γυρώσαιο, ἀντὶ τοῦ σκάψειας, ὀρύξειας. Vera ergo lectio, γυρώσαντες, *scrobem fodientes, pastinantes*. Et hoc alterum mendum. Tertium ἐπιφορεῖν ἢ σποδὸν καὶ ὀλίγον. Hæc corrupta nemo non videt. Scribe ἐπιφορεῖν σποδὸν ἢ ὀλίγον. Porro Græci vites quæ se nimis profundunt, & sine fructu luxuriant, τραγώσας ἀμπέλους appellant; sumpta metaphora ab hirci more ac natura. Nam hirci, qui τράγοι dicuntur, quando Veneris stimulantur incendio, ac coëunt; quod τραγίζειν, *hirquitallire* vocatur. Quando macriores sunt, semine scatent uberiore ac fœcundiore. Obesiores ac pinguiores facti, ad Venerem exercendam tardiores, minusque fœcundi fiunt. ita nimia soli fœcunditas, vitibus sterilitatis causa est. Aristoteles libr. 1. de generat. Animal. cap. 18. ὅμοιον δὲ καὶ περὶ τὰς τραγώσας ἀμπέλους πάθος, αἱ διὰ τὴν τροφὴν ἐξυβρίζουσιν. ἐπεὶ ἐ οἱ τράγοι πίονες ὄντες ἧττον ὀχεύουσι. (σπέρμα) διὸ καὶ προλεπτύνουσιν αὐτούς, καὶ τὰς ἀμπέλους τραγᾷν (ἀπὸ τοῦ πάθους τῶν τράγων) καλοῦσι. *Similis & vitibus affectio incidit, quæ nimia alimenti copia luxuriant, & hirquire tantisper dicuntur: nam hirci pinguescentes minus seminis habent. Quam ob rem eos solent ante extenuare, & vites hirquire, ab ea ipsa hircorum affectione dixerunt*. Hoc malum vitibus tribus de causis accidere Plinius refert ex Theophrasto; quarum prima, quando tempestas germina abrupit; altera, cum in supinum excisæ sunt vites. Codex Toletanus non legit *excisis*, sed *recisis*: vulgata præstat. Cave intelligas germinibus excisis, sed ipsis vitibus, ut ex Theophrasto colligere licet. Tertia causa, quando culturæ imperitia sunt læsæ vites. Vide lib. 5. de caus. cap. 13.

Ῥοὰς δὲ, &c. Plin. loco citato. *Siderationis genus est in his deflorescentibus roratio, aut cum acini priusquam crescant, decoquuntur in callum*. id est, si non defluunt, vel si remanent, strigosi ac exiles sunt uvæ. Idem eodem capite, *Pessimum inter omnia, quum deflorescentem vitem percusserit imber, quoniam simul defluit fructum*. Ex Plinio constat, Theophrastum non κρεμασθῇ scripsisse, sed πιλωθῇ. lib. 5. de causis, ubi idem locus repetitur, κυρωθῇ legitur; sed in Aldinis & Basileensib. codd. κρεμασθῇ. Scribe, χιονωθῇ, & verte, *Roratio, quod quidam ψιλοῦσθ, id est, acinos defluere vocant, fit vel cum deflorescens vitis nive obruitur, vel, quando algor lædit*. ἐπιψεκάς non significat *irrorare*, ut

vertunt,

vertunt, sed *nive obrui* Hesychius, νίφει, χιονίζει. νιφόεν χιονώδες, νιφόεντα χειμέρια χιονώδη, χιονιζόμενα. Male ergo vertunt, *irrorat*. Plinius, percusserit imber, τὸ κρύος algere. Hesychius, κρυερά, φρικτά, μισητά, τραχέα. κρύος ρίγος, ψύχος. *rigor. frigus.* Cassianus Bassus lib. 5. cap. 37. Vites non continentes; ῥυάδας, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν. à defluendo vocat. τὰς ῥυάδας ἐκ τῶν φύλλων δοκιμάσεις (vulgo δοκιμάσης) λευκαινομένων καὶ ὑποξήρων γενομένων. τό τε κλῆμα πλατὺ καὶ ἱμαντῶδες, καὶ ἁπαλὸν ἔχουσιν. θεραπεύσεις οὖν τέφρᾳ πεφυρμένῃ ὄξει δριμυτάτῳ καταχρίων τὰ στελέχη, καὶ καταρραίνων τὰ κύκλῳ μάλιστα τοῦ στελέχους. καὶ αὐτὰς δὲ τὰς ἀμπέλους τῇ τέφρᾳ ὑγρᾷ γενομένῃ, καταψεκαστέον. τινὲς δὲ θαλάττιον ὕδωρ ταῖς ῥίζαις ἐπιχέουσιν. ἄλλοι δὲ τῶν βοτρύων τὰ ἄκρα ἀφαιρεῖν, καὶ κωλύειν σπουδάζουσι. ἐκλήθησαν δὲ ῥυάδες, αἱ μὴ συνέχουσαι τὸν καρπὸν, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν. *Vites rhyadas* Græcis appel*latas*, (quæ Latinis defluæ sive fluxæ vocari possunt) *ex foliis cognosces subalbidis & subarefactis, sed & sarmentum latum, & instar lori tractile, ac molle habent. Medeberis igitur cinere aceto acerrimo subacto illinens stirpes, & irrorans, quæ in ambitu sunt trunci. ipsæ etiam vites cinere liquido facto respergendæ sunt. quidam vero marinam aquam radicibus affundunt: alii racemarum summas partes auferre & impedire studio habent. vocatæ autem sunt rhyades fructum non continentes, à defluxu.*

Ἔνια δὲ ῥιγώσαντα, &c. Plinius. *Ægrotant & cum alsere, læsis uredine attonsarum oculis. Et calore hoc evenit tempestivo: quoniam omnino modo constant. certoque temperamento fiunt.*

Μεγάλα δὲ ξυμβαίνει, &c. Plinius loco citato, *& culpa vinitorum colentium, cum præstringuntur, ut dictũ est. Aut circumfossor injurioso ictu verberavit. Vel etiam subarator imprudens laxavit radices, corpusque desquamavit. Est quædam contusio falcis hebetioris. Quibus omnibus causis difficilius tolerant frigora aut æstus: quoniam in ulcus penetrat è foris injuria.*

Πάντων δ' ἀσθενέστατον. Scribe, ἀσθενέστερον. Plinius loco citato. *Infirmissima malus maximeq; quæ dulcis est.* Theophrastus, *infirmissimam malum*, ἐαρινὴν vernam ait, & in hoc genere, quæ maxime dulcis est.

Ἐνίαις δὲ πηρώσεις, &c. Plinius. *Quibusdam debilitas sterilitatem non necem adfert, ut si quis pino cacumen auferat, vel palmæ. Sterilescunt enim, nec moriuntur.* πηρώσεις. Vertit. *lentitates* Theodorus *læsionem*, multo rectius Hesychius πήρωσις, βλάβη, λύπη, τύφλωσις. Vide cap. 24. & 25. lib. de caus. πίτυος Theodorus *laricem*, Plinius *pinum* vertit. Neuter recte. Vide cap. 10. lib. 3. Vide libr. 5. de caus. cap. 24. Cæterum hic locus est Theophrasti, quem vertit verbis citatis Plinius, & errant viri gravissimi, qui scribunt, Plinium hæc Theophrasti verba transtulisse. Hæc quæ reperiuntur, lib. 5. de caus. cap. ultimo. Ἴδια δὲ τὰ περὶ τὸν φοίνικα καὶ τὴν πίτυν. ὅταν γάρ τι κολουθῇ, τούτοις οὐκ ἀπόλλυται μὲν, ἄκαρπα δὲ γίνεται. Verum istis verbis non dicit Theophrastus si cacumen palmæ auferatur sterilescere, verum si quid ex eo mutiletur & amputetur. Hic sensus istorum verborum Theophrasti, sed aliud hoc capite docet. Ἀφέλῃ τὸ ἄκρον nihil aliud, quam, *si quis cacumen auferat*. Hesychius ἄκρον, μετέωρον, ὑψηλόν, *cacumen*. Cæterum posteriori loco Theophrastus de ea tantum palma loquitur, quæ in Græcia nascitur. Quia enim ibi tardos & raros fructus fert, ideo vel modica mutilatione ne fructificet impediri posse, vult puta, quoniam in solo non suo vivit. at in illis locis ubi nasci amat id non fieri, nec ramorum mutilatione sterilescere ibidem asserit. ἐν δὲ ταῖς οἰκείαις χώραις ἴσως οὐκ ἄκαρπα. οὐδὲ θαυμαστὸν εἰ μὴ ἀκαρπεῖ ζῶσα ἐκεῖ κολουθεῖσα. *In natali solo non sterilescit recisa ac diminuta.* De cacuminatione palmam mori cap. 24. lib. 5. de causis docet.

Γίνονται δὲ νόσοι, &c. Plinius. *Ægrotant aliquando & poma ipsa per se sine arbore, si necessariis temporibus imbres aut tepores vel afflatus defuere, aut contra abundavere. Decidunt enim vel deteriora fiunt.*

Κάμπαι, &c. Plinius. *Sunt ex eadem causa (imbre) nascentes & erucæ dirum animal, erodunt que frondem, aliæ florem, olivarum quoque, ut in Mileto, ac depastam arborē turpi facie relinquunt. Nascitur hoc animal tepore humido ac lento.* Aliis animalculis infestari oleam, ex Cassiano Basso colligere licet, qui lib. 9. cap. 10. ita scribit, τὰ περὶ θεραπείαν δὲ τῶν λυμαινομένων θηρίων καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος βλάβην, ἐν τῷ περὶ ἀμπέλων λόγῳ καθολικῶς ἐδιδάξαμεν. In omnibus MS. cod. legitur, περὶ δὲ τὰ λυμαινόμενα θηρία θεραπείαν, καὶ τὴν ἀπὸ, &c. Ita MS. C. nisi quod in uno pro θεραπείαν θεραπεύειν legatur. *at vero, curam contra infestantes bestias, & læsionem ex ambiente accedentem, in tractatu de vitibus universaliter documus.* capite scilicet 44. libr. 5. ubi ait, Διαφθείρονται σκώληκες οἱ ταῖς ἀμπέλοις ἐνοχλοῦντες, ἢ ἐνοσοῦντες τοῦ μέρους, τοῦ ἀμπελῶνος, βολβίτων καπνιζομένων κατὰ ἄνεμον. οἱ δὲ χαλβάνην, ἢ κέρας ἐλάφειον, ἢ ὄνυχας αἰγείους, ἢ ἐλέφαντος πρίσμα. ἢ κρίνου (κρόκου) ῥίζαν ἐν τῷ ἀμπελῶνι θυμιάσαντες. ἀπήλασαν αὐτόθεν (ἀπήλασαν αὐτόθι MS.) τὰ θηρία. ἀπελάσεις δὲ ὁμοίως τὰ θηρία, καὶ γυναικὸς τρίχας θυμιάσας, καὶ τὰς δυστοκούσας γυναῖκας θεραπεύσεις, καὶ ὧν ἡ μήτρα ἄνω τρέχει. καὶ γὰρ αὗται ταῦτα τὰ πάθη διὰ τῆς τῶν τριχῶν θυμιάσεως θεραπεύονται. ἄλλοι ποιοῦσι βοτάνην, ἄλλοι δὲ ὡσαύτως τὴν προσωπίδα καλουμένην θυμιάσαντες, ἢ παραφυτεύσαντες ταῖς ἀμπέλοις, ἀποδιώκουσι τὰ θηρία. τινὲς ὀπὸν καὶ ἔλαιον ἑψήσαντες, χρίουσι τὰ πρέμνα τῶν ἀμπέλων, ἀπὸ τοῦ πυθμένος ὀλίγον (MS. ὀλίγω) ἐπάνω ἀρξάμενοι. ἵνα δὲ κάμπαι ἀμπέλους μὴ ἀδικῶσιν, σκόροδα λειώσας, χρῖε τὰ δρέπανα. *Necabuntur vermes vites infestantes, aut partem aliquam vineæ inhabitatione sua ægrotam reddentes, fimo bubulo secundum ventum suffito. quidam galbanum, aut cornu cervi, aut ungues caprinos, aut eboris scobem, aut lilii* (croci) *radicem in vinea suffientes, bestiolas & serpentes inde abegerunt. exiges similiter bestias tales, muliebris pili suffitu, atque inde etiā mulieribus difficulter & periculose parientibus, & ob id crudum partum ac abortum expetentibus opitulaberis & eis quarum uterus sursum repit. Nam & hæ omnes affectiones per pilorum suffitum curant. Alii herbam pæoniam, aut personatiam, id est, lappam majorem appellatam suffientes, aut juxta vites plantantes, ejumodi bestias fugant, quidam succum Cyrenaicum, ut oleum coquunt, & truncos vitium illinunt, à fundo paulo superiùs initio facto, quo vero neque erucæ injuriam inferant, allio trito arbores illine.*

ΚΕΦ. ΙΖ.

CAP. XVII.

De Arachinio morbo oleæ, deque tabe, uredine. Quæque morbis præcipue infestentur.

Γίνεται δὲ καὶ ἄλλο νόσημα περὶ τὰς ἐλαίας * ἀραχνίον καλούμενον. † φύεται γὰρ τοῦτο καὶ διαφθείρει τὸν καρπόν. ‡ ἐπικαύει δὲ καὶ καύματά τινα, καὶ ἐλαίαν καὶ βότρυν καὶ ἄλλους καρπούς. οἱ δὲ καρποὶ σκωληκοῦνται τινῶν οἷον ἐλαίας, ἀπίου, μηλέας, μεσπίλης, ῥοᾶς. καὶ ὅγε τῆς ἐλαίας σκώληξ, ἐὰν μὲν ὑπὸ τὸ δέρμα γένηται, διαφθείρει τὸν καρπόν· ἐὰν δὲ τὸν πυρῆνα διαφάγῃ, ὠφελεῖ. * καὶ λύεται δὲ ὑπὸ τῷ δέρματι εἶναι ὕδατος ἀπ' ἀρκτούρου γενομένου. γίνονται δὲ καὶ ἐν τοῖς δρυπεπέσι σκώληκες. αἵπερ χείρους εἰς τὴν ῥύσιν. ὅλως δὲ καὶ δοκοῦσιν εἶναι † σαπροί. διὸ καὶ γίνονται τοῖς νοτίοις, καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς ἐφύδροις. ἐγγίνονται δὲ καὶ κνῖπες ἔν τισι τῶν δένδρων· ὥσπερ ἐν τῇ δρυῒ καὶ τῇ συκῇ. καὶ δοκοῦσιν ἐκ τῆς ὑγρότητος συνί-

* καὶ ἀμπέλους ἀράχνιον Plinius.
† ἐμφύεται Plinius.
‡ ἐπικαίει Aldin. Bas.
* κωλύεται δὲ Plin. Scal.
† σαπραί Plinius.

ORitur * & alius morbus oleis, qui Arachinium appellatur. Nascitur enim hoc, & fructum absumit. Adurunt & æstus quidam & olivas, & uvas, & alios fructus. Sentiunt & vermiculationem fructus quorundam, ut oleæ, piri, mali, mespili, punicæ. Vermis oleæ natus sub cute fructum adimit: at si in ipso † nucleo erodat, prodest. Sub cute gigni prohibentur pluviis, quæ post arcturum sequuntur. Et in drupis quoque oleis vermes nascuntur: ‡ qui ad jacturam pejores certe deprehenduntur, & * marcidi putresque omnino videntur. Hinc & austrinis nascuntur, & riguis magis. Gignuntur & culices in aliquibus arborum; ut in † robore, & fico: & consistere ex humore videntur, ‡ corticibus subdito gustu dulci. Gignuntur iidem, & in quibusdam oleribus.

* *Alio malo oleæ laborant, quodaraneum vocant: innascitur enim hoc. Vide comment.*
† *nucleo eū erodat.*
‡ *quæ.*
* *marcidæ.*
† *quercu.*
‡ *congesti sub cortice dulcisq; humor iste concretus, est gignitur. Vide comment.*

σαπῆναι τῆς ὑπὸ τὸν φλοιὸν συνισταμένης. αὕτη δέ ἐστι γλυκεῖα γενομένοις. γίνονται δὲ καὶ ἐν λαχάνοις τισίν. ἔνθα δὲ κάμπαι, διαφερούσης δηλονότι τῆς ἀρχῆς. καὶ τὰ μὲν νοσήματα σχεδὸν ταῦτα καὶ ἐν τούτοις ἐστίν· ἔνια δὲ πάλιν τῶν κατὰ τὰς ὥρας καὶ τῶν καθ' αὑτὰ γινομένων ἀναιρεῖν πέφυκεν, ἃ οὐκ ἄν τις ‡ εἴποι νόσους. οἷον λέγω τὴν † ἔκπληξιν, καὶ ὃ καλοῦσί τινες " καυθμὸν, ἄλλα δὲ παρ' ἑκάστοις πέφυκε πνεύματα ἀπολλύναι καὶ ἀποκάειν. οἷον ἐν Χαλκίδι τῆς Εὐβοίας, Ὀλυμπίας ὅταν πνεύσῃ μικρὸν πρὸ τροπῶν ἢ μετὰ τροπὰς χειμερινὰς, ψυχρός· ἀποκάει γὰρ τὰ δένδρα. καὶ οὕτως αὖα ποιεῖ καὶ ξηρὰ, ὡς οὐδ' ἂν ὑφ' ἡλίου καὶ χρόνου πολλοῦ γένοιτ' ἄν. διὸ καὶ καλοῦσι καυθμόν. ἐγίνετο δὲ πρότερόν τι πολλάκις ἤδη καὶ ἐπ' ‡ Ἀρχίππου δι' ἐτῶν τετταράκοντα, σφοδρός. πονοῦσι δὲ μάλιστα τῶν τόπων οἱ κοῖλοι καὶ οἱ " αὐλῶνες, καὶ ὅσοι περὶ τοὺς ποταμοὺς, καὶ ἁπλῶς οἱ ἀπνευστότατοι. τῶν δένδρων δὲ μάλιστα συκῆ. δεύτερον † δὲ ἐλαίας μᾶλλον ὁ κότινες ἐπόνησεν, ἰσχυρότερος ὤν· ὃ καὶ θαυμαστὸν ἦν. ‡ ἀμυγδάλαι δὲ τὸ πάμπαν ἀπαθεῖς, καὶ αἱ μηλέαι, καὶ αἱ ῥοαὶ ἐγένοντο. διὸ καὶ τοῦτο ἦν θαυμαστόν. ἀποκαίεται δὲ εὐθὺς ἐκ τοῦ στελέχους. καὶ ὅλως δὲ μᾶλλον καὶ πρότερον " ὡς εἰπεῖν ἅπτεται τῶν κάτω. φανερὸν δὲ γίνεται, τὰ μὲν ἅμα περὶ τὴν βλάστησιν· ἡ δὲ ἐλαία διὰ τὸ ἀείφυλλον, ὕστερον. ὅσαι μὲν οὖν ἂν φυλλοβολήσωσιν, † ἀναβιώσκονται πάλιν· ὅσαι δ' ἂν μὴ τελέως, ἀπόλλυνται. παρ' ἐνίοις δέ τινες ἀποκαυθεῖσαι, καὶ τῶν φύλλων αὐανθέντων, ἀνεβλάστησαν πάλιν ἄνευ τοῦ ἀποβάλλειν. καὶ τὰ φύλλα ἀνεβίωσεν. ἐνιαχοῦ δὲ καὶ πολλάκις τοῦτο συμβαίνει, καθάπερ καὶ ἐν Φιλίπποις. τὰ δ' ἐκπληγέντα, ὅταν μὴ τελέως ἀπόλλυται, τάχιστα ἀναβλαστάνει. ὥστε εὐθὺς τὴν ἄμπελον καρποφορεῖν, ὥσπερ ἐν Θετταλίᾳ. ἐν δὲ τῷ Πόντῳ, περὶ ‡ Παντικάπαιον, αἱ μὲν ἐκπλήξεις γίνονται διχῶς· ὁτὲ μὲν ὑπὸ ψύχους, ἐὰν χειμέριον ᾖ τὸ ἔτος· ὁτὲ δὲ ὑπὸ πάγων, ἐὰν πολὺν χρόνον διαμένωσι γε. ἀμφότερα δὲ μάλιστα γίνεται μετὰ τροπὰς, μετὰ τετταράκοντα ἡμέρας. γίνονται δὲ, οἱ μὲν πάγοι ταῖς αἰθρίαις· τὰ δὲ ψύχη μάλιστα ὑφ' ὧν ἡ ἔκπληξις, ὅταν αἰθρίας οὔσης αἱ " λεπίδες καταφέρονται. ταῦτα δ' ἐστὶν ὥσπερ τὰ ξύσματα: πλὴν πλατύτερα καὶ φερόμενα φανερά. πεσόντα δὲ οὐ διαμένει. περὶ δὲ τὴν Θρᾴκην, ἐκπήγνυνται. ἀλλὰ γὰρ αἱ μὲν νόσοι, πόσαι τε καὶ ποῖαι καί τινες γίνονται, καὶ πάλιν αἱ διὰ ὑπερβολὴν χειμῶνος ἢ καυμάτων φθοραὶ, καὶ αἱ διὰ πνευμάτων ψυχρότητα ἢ θερμότητα, διὰ τούτων θεωρείσθωσαν· ὡς ἐνίας οὐδὲν ἂν κωλύοι καὶ τοῖς ἀγρίοις εἶναι κοινάς. καὶ κατὰ τὴν ὅλην τῶν δένδρων φθορὰν, καὶ ἔτι μᾶλλον κατὰ τὴν τῶν καρπῶν. ὃ καὶ συμβαῖνον ὁρῶμεν. οὐκ εὐκαρπεῖ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνα πολλάκις. ἀλλ' οὐχ ὁμοίως οἶμαι παρατετήρηται.

‡ εἴποι. εἴποι Ald. Germ. εἶποι. † ἴκτηξιν Theodor. " κλαυθμὸν Ald. Bas. † δὲ ἐλαίας, ἐλαίας δὲ μᾶλλον. ‡ αἱ δὲ ἀμύγδαλαι. Ald. Bas. " εἰπεῖν. † ἀναβιβρώσκονται Ald. Bas. ‡ παντικαπαῖον. " ῥινίδες Al. Bas.

bus. Alibi vero erucæ, diverso scilicet ortus principio. Et morbi quidem ii fere, atque in his sunt. Affectiones autem quædam " temporiæ, aut alias per se evenientes, necare assolent, quas nullus dixerit morbos: ut tabes, & quod uredinem quidam appellant. Alii vero apud alios flatus aut interimunt, aut exurunt. Vt in Chalcide Eubœæ Olympias cum flaverit frigidus † ante solstitia, aut post solstitia hyberna. Arbores enim exurit, atque adeo aridas siccasque facit, ut ne sol quidem tempusque longum reddere ita possint. Quocirca uredinem vocant. Hæc sæpe alias, ‡ & Archippo Athenis magistratu anno quadragesimo facta vehementissima proditur. Laborant maxime loca concava, & " inter valles, & vicina fluminibus, atque in summam, quæ ab omni afflatu penitus silent. Ex arboribus vero ficus præcipue † infestatur, secundo loco olea, oleaster magis laboravit, quanquam robustior, quod mirum fuit. Amygdala penitus, mali, piri, punicæ sine noxa extiterunt. Quamobrem id quoque mirum. Exuruntur statim à caudice, atque in totum magis, priusquam (ut ita dixerim) sentiunt partes inferiores. Deprehenduntur quædam statim in germinatione. Olea vero quoniam semper vireat tardius. Quæ itaque frondes amiserint, reviviscunt: quæ minus, penitus pereunt. Nonnunquam quædam exustæ, foliisque arefactis regerminarunt ‡ sine ulla jactura, foliaque revixere. Id quibusdam in locis sæpenumero evenit, ut in Philippis. Quæ autem " tabuere, modo non penitus perierint, citissime possunt regerminare, ita ut vitis statim fructificet: sicut in Thessalia fit. Ponto autem circa Pantocapæum ‡ tabes bifariam invadit. Aliquando frigore, cum annus frigidus est: aliquando gelu, si diu duravit. Ambo post brumam, diebus maxime quadraginta peractis, fieri solent. Fit gelu sereno tempore: † frigus, quo tabes, præcipue cum in sereno squamulæ quædam deferuntur, patent: cassa vero non durant, quanquam circa Thraciam concrescant. Sed enim morbi, quot, qualesque sint, ac rursum interitus, qui excessu hyemis aut æstus eveniant, quique ab afflatuum frigore caloreve proficiscantur ex his contemplandi. Quando nil prohibet nonnullos etiam cum sylvestribus communes haberi, tum universa arborum nece, tum etiam magis fructuum lue. Quod aperte evenire videmus. Quippe cum sæpe nec illæ probe fructificent. Sed credo haud æque id observatum haberi.

" *quædã circa anni tempus ὥρας dictum, è quo fructus maturescere feraces solent, aut alias per se evenientes.* † *ante brumã, vel post brumam.* ‡ *Archippo Athenis imperante annis quadraginta facta.* " *convalles.* † *infestata fuit.* ‡ *tametsi non amisere; foliaque.* " *consternata sunt.* ‡ *consternatio.* † *frigus, sub quo maximè consternatio fit, cum aëre sereno squamulæ quædam deferũtur. hæc sunt quasi ramenta, ceterum latiora, quæ visuntur fieri per aërẽ, ubi cecidere solvuntur, quanquam.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Γίνεται δ' ἄλλο νόσημα. *Non est igitur separanda pars hæc tanquàm diversum caput. Fefellit istos sectores epilogus ille.* τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα τῶν τόπων ἴδια. *Verum ea ad Mileti, & Tarenti interpositam spectant historiam. At verò & ante eam narrabat* τὴν ῥοάδα, *communem locis omnibus morbum: & nunc ad priora redit: qui hæc abscindat, abscindat & Miletum, & Tarentum à superioribus. Arachnium autem morbum illum nominat tantùm, non etiam describit. Quinetiam verbum,* φύεται, *magnum facessit negotium. Non igitur* ἀραχνίον, *ut legit Theodorus: neque* ἀράχνιον. *Et Theodorus rectius fecisset, si hîc Plinium esset sequutus: Qui, Araneum, olearum morbum narrat, cùm telæ obductæ fructibus, eos corrumpunt.*

Ἐὰν δὲ τὸ πυρῆνα διαφάγη, ὠφελεῖ. *Theodorus.* At si in ipso nucleo erodens, prodest. *diceret ut Theophrastus:* Nucleū erodens. *aut adderet:* eum: *quod Plinius fecit. Si enim non indices quemadmodum erodat nucleum, statim putes erodere fructum: non igitur prodest. Lege* κωλύεται: *non autem,* καὶ λύεται *ex Plinio.*

Αἴπερ χείρους εἰς τὴν ῥύσιν. *Theodorus,* Qui ad jacturam pejores deprehenduntur. *Verùm,* αἴπερ, *refertur* πρὸς τὰς ἐλαίας: *Sic Plinius.* Quæ maturescentes tunc sunt præcipuè caducæ. *Theodorus legit,* οἵπερ, *& refert ad vermes. Sic,* σκνιπες. *At Plinius ad olivas. legit enim* δρύπεπαι. Etiā, *inquit,* si non ceciderint, fastidiendæ. *Et caducæ, verbum aptum olivis: non autem,* jactura. *Cadivas etiam veteres dicebant.*

Ἐκ τῆς ὑγρότητος, τῆς ὑπὸ τὸ φλοιὸν συνισταμένης. *Theodorus,* corticibus subdito gustu dulci ὑγρότητα gustum *est interpretatus, & neglexit illud:* γινομένοις. *&* συνισταμένης, subdito congestum, & concretum *significat. Addidit,* dulcem. *propterea quòd dulcedo facit ad generationem.*

Ἔνια δὲ πάλιν ἐκ τῶν κατὰ τὰς ὥρας. *Hactenus morbos percensuit. Nunc quædam tractat, quæ negat esse morbos. & tamen ait, interficere. Noluissem tantum Philosophum tam otiosè loqui: Quis negeti* ἔκπληξιν, *esse morbum? Item* καυθμὸν *τὸ* καυθμὸν vredinem *Theodorus; valde bene. Plinius vredinem, rubiginem, carbunculum, idem ait. Theodorus legit,* ἔκπληξις, *non* ἀπόπληξις. *Sic etiam Plinius,* macies, tabes. *Hoc incommodum subitaneum ingruit: quale à vento Olympia. Momento enim urit.* ἔκπληξις *autē erit, ut* ἀπόπληξις. *Sic mox infra,* ἐκπληγέντα. *quod distinguit ab vredine. Theodorus tamen etiam ibi tabem interpretatur, malè. nanque* τὰ ἐκπληγέντα ἀναβλαστάνει: *tabefacta, nunquam.*

Κατὰ τὰς ὥρας. *Theodorus nimis amplo verbo usus est,* Temporiæ. *Omnia enim fiunt in tempore. At hîc* ὥρα *certā anni partem dicit, & monstrosam vocem alibi rejecimus.*

Ἡ μετὰ τροπὰς χειμερινάς. *Theodorus,* post solstitia hyberna. *Alibi meminimus apud Latinos, qui castè integréque in eloquendo sunt versati, non dici solstitium, nisi de æstivo. Nam tametsi motus eadem proportio cum hyberno: tamen id Romani nunquàm dixere, sed Brumam. Rationem suo loco posuimus.*

Δι' ἐτῶν τεσσαράκοντα. *Theodorus,* anno quadragesimo. *Non implevit Græcæ orationis vim.* τὸ διὰ, *significat tractum temporis.* Αὐλῶνες. *Plinius,* conualles. *Penè dicam, in ejus contumeliam Theodorus,* interualles.

Narrat incommodum, quod evenit: atque iccirco dixit, ἐπόνησε. *Quare Theodorus malè,* infestatur. *Lege,* ὡς εἰπεῖν: *non autem* εἶπον. *nihil enim dixit.*

Ἀναβιβρώσκονται. *lege,* ἀναβιώσονται.

Ἄνευ τοῦ ἀποβάλλειν. *Theodorus,* Sine ulla jactura. **Id est,** tametsi antea folia non amiserint.

Αἱ λεπίδες. *Theodorus* squammulas *interpretatur. Legit igitur* λεπίδες. *Plinius subticuit. Hîc Theodori codex valde mutilus. Observabis quæ desint.* Hæc sunt quasi ramenta, cæterùm latiora, quæ visuntur ferri per aërem. Ubi cecidere, solauuntur. ποιοῦσι δὲ διαμένειν. *Theodorus,* cassa non durant. *magno vitio latinitatis: quasi cassum sit à cado. est enim à carendo. Cassum lumine, & cassa nux, non quæ cecidit: sed quæ inanis intus est. Idem etymon Casæ diximus in originibus, excavatis rupibus: nisi eadem origo quæ & cavi,* χαός, χαίνειν.

Ἀλλ' οὐχ ὁμοίως παρατετήρηται. *Theodorus affirmativè, sed credo æquè id observatum habetur. immò è contrario. Nam cum suprà negari scriberet morbos agrestibus attribuendos: hîc destruit eam sententiam. Quinetiam, inquit, haud ita semper* ἀγρίοις πω. *Si, fructum ferre, obtinet proportionem operis in plantis: sanè id erit morbus. Ea enim est morbi definitio. Verùm id ita jactatum temerè fuisse, propterea quod agrestes minus, quàm urbanæ observatæ sunt.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἀράχνιον. Aldinus & Basiliensis codex, ἀράχνιον. scribe ἀράχνιον. Plinius lib. 17. cap. 24. Est *etiam peculiare olivis & vitibus (araneum vocant) cum veluti telæ involvunt fructum & absumunt.* Legit ergo Plinius γίνεται δὲ ἄλλο νόσημα περὶ τὰς ἐλαίας καὶ ἀράχνιον καλούμενον, ἐμφύεται δὲ τοῦτο. Ita scribendum. Vide cap. 13. lib. 5. caus. ubi ait. τῇ δ' ἐν ἐλαίᾳ (adde ex Plinio καὶ ἀμπέλῳ) τὸ ἀράχνιον ἐμφύεται δι' ὑγρασίαν τινὰ τοῦ ἀέρος τοῦ περὶ αὐτάς. ὃ καὶ διαφθείρει τὸν καρπόν. Pessime vertunt; *Oritur & alius morbus oleis, qui arachniuium appellatur, nascitur enim hoc & fructum absumit* Interpretare; *Alio malo oleæ & vites laborant, quod araneum vocatur; innascitur enim hoc, & fructum absumit.* Araneum, textum est. Rectè Plinius (si non ita scripsit Theophrastus) addidit καὶ ἀμπέλοις. Vitibus enim, (saltem apud nos) tela araneæ maximè innascitur.

Ἐπικάει. Aldinus & Basiliensis ἐπικάει quod melius, vel ἐπικάει. Plin. loco citato, *Adurunt & flatus quidam eas maximè, sed & alios fructus.* Legit ergo ἐπικάει δὲ καὶ πνεύματά τινα. Plinianam præferrem lectionem nisi libro 5. de caus. cap. 14 legeretur ἐκκάει καὶ καύματα ἔνια καὶ βότρυν καὶ ἐλαίαν, ἀποκάει δὲ καὶ ἄλλους καρπούς. Eodem capite & ventos urere docet. Mutare ergo nihil ausim.

Οἱ δὲ καρποὶ σκωληκοῦνται. Vermiculationem & poma ipsa per se quibusdam annis sentiunt, mala, pyra, mespila, punica. Vide cap. 13. lib. v. de caus.

Ἡ δ' ὅγε τῆς ἐλαίας σκώληξ. Plinius, *In oliva ancipiti eventu, quando subeunt nati, fructum adimunt: augent si in ipso nucleo fuere erodentes eum. Gigni illos prohibent pluviæ, quæ fiunt post arcturum. Eædem si austrinæ fuerint generant, in drupis quæ maturescentes tunc sunt præcipuè caducæ. id riguis magis evenit, etiam si non cecidere, fastidiendis.* Hæc examinanda, *quando,* inquit, *subeunt nati.* Hæc sensum nullum habent. Scribe, *quando cutem subeunt;* vel *quando sub cutem nati fructum adimunt. Sequitur gigni illos prohibent.* Legit ergo apud Theophr. κωλύεται, non, ut edunt καὶ λύεται, quod absurdum. *Quæ fiunt post arcturum.* Intellige, quæ post arcturi ortum fiunt. Oritur Nonis Septemb. *In drupis quæ maturescentes.* Scribe ex antiquo codice, *In drupis quoque, quæ maturescentes, tunc sunt præcipuè caducæ.* Legit ergo σκνῖπες, non, ut scriptum est σκνιπες. (contra Theodorus οἵπερ & σκνιπες refert ad vermes, quod Plinius ad fructus. Sic enim ait; *& in drupis quoque oleis vermes nascuntur, qui ad jacturam pejores certè deprehenduntur, & marcidi, putresque omnino videntur.* Tu verte, *& in drupis quoque oleis vermes nascuntur, quæ ad jacturam pejores certè deprehenduntur, & marcidæ, putresque omnino videntur.*

Ἐγγίνονται δὲ καὶ κνῖπες. Plinius loco citato, *Sunt & culicum genera aliquibus molesta, ut glandibus, fico, qui videntur ex humore nasci, tunc dulci subito corticibus. & ægrotatio fere in his est.* Postrema corrupta sunt, scribe *qui videntur ex humore nasci tunc dulci, subdito corticibus.* Malè ad fructum refert, quod Græcus auctor ad arborem. ἐν τῇ δρυῒ καὶ τῇ συκῇ Plinius βαλάνῳ legit, vel libertum hic legisse imaginatus est. Verba Theophrast. in hunc verte sensum. *Gignuntur & culices in quibusdam arboribus, ut in quercu & ficu,* Constare videntur ex humore sub corticibus concreto. Humor hic culicibus natis dulcis existit. corrigemus hac occasione insignem Galeni locum lib. 9. simpl. ubi de ampelitide terra agit, ὀνομάζεται δ' ἀμπελῖτις οὐχ ὅτι φυτεύειν ἀμπέλους ἐν ταύτῃ βέλτιον, ἀλλ' ὅτι περιχριομένη ταῖς ἀμπέλοις φθείρει τοὺς γινομένους ἐπ' αὐτῶν σκώληκας, οὓς σκνῖπας (scribe ἶπας vel ἶκας) ὀνομάζουσι οἱ παρ' ἡμῖν ἀμπελουργοί. γινῶνται δὲ οὗτοι τοῦ ἦρος εἰσβάλλοντος, ἡνίκα βλαστάνουσιν αἱ ἄμπελοι, ἐς τό γ' ἐσοιδισκόμενον αὐτῶν μέρος, ὅθεν ὁ βλαστὸς φύεται ὃ καλοῦσιν ὀφθαλμόν. τούτοις (scribe τούτους) οὖν τοὺς ὀφθαλμοὺς διεσθίοντες οἱ σκνῖπες (lego ἶπες vel ἶκες) οὐ σμικρὰ βλάπτουσι τὰς ἀμπέλους· διὸ καὶ τὰς ῥίζας τῶν ὀφθαλμῶν τούτων περιχρίουσι οἱ περὶ ταῦτα δεινοί. κατὰ τοῦτο μὲν οὖν ἀμπελῖτις τι καὶ φαρμακῖτις ἡ τοιαύτη γῆ προσαγορεύεται δηλοῦσα κἀκ τούτῳ φθείρειν τοὺς σκνῖπας. lege ἶπας vel ἶκας. *Nominatur autem ampelites, non quod vitem in ea serere præstat; sed quod viti circumlita interimat nascentes in ea vermes, quos scnipas* (lege ipas vel icas) *apud nos vinitores cognominant. Nascuntur porro hi ineunte vere, cum germinare vites turgereque*

reque earum part, unde germen exit (quem oculum nominant) incipiunt. Hos igitur oculos scnipes (ipes vel ices) depascentes, non levem viti noxam afferunt : ac proinde oculorum istorum radices, qui hæc sapiunt, inungunt ac illinunt. Hac itaque ratione ampelites & pharmacites id genus terræ appellata est, quod scnipes (ipas vel icas) perdat. Dixi legendum ἶπας vel ἶκας, non σκνῖπας. Id probat, quod præcedit, ἐπ' αὐτῶν σκώληκας οὓς σκνῖπας. Κνὶψ vel, ut alii scribunt, σκνὶψ vermis non est, sed insectum pennatum. præterea κνὶψ proprie vites non rodit, sed ἶψ convolvulus & volvox à Plinio dictus. κνῖπας alatos esse supra cap. ultimo lib. secundo probavi. culices alis præditos docet Plinius lib. 11. cap. 2. ubi naturæ artificium in culice admirans, scribit. *Ubi tot sensus collocavit in culice, sunt & alia dictu minora, sed ubi visum in eo prætendit? ubi gustatum applicavit? ubi odoratum inseruit? ubi vero truculentam illam & portione maximam vocem ingeneravit? qua subtilitate pennas adnexuit? prælongavit pedum crura? disposuit jejunam caveam uti alvum? avidam sanguinis & potissimum humani sitim accendit? telum vero perfodiendo tergori, quo spiculavit ingenio? atque ut in capaci, cum cerni non possit exilitas, ita reciproca geminavit arte, ut fodiendo accuminatum pariter, sorbendoque fistulosum esset.* Sed quis ignorat, culicem alatum? ἶψ vero vermis est cornu corrodens. Homerus Odys. φ ubi de Ulysse sermonem habet, arcum inspectante. πάντη ἀναστρωφῶν πειρώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα. μὴ κέρα ἶπες ἔδοιεν. Ad hunc locum commentator. ἶπες θηρία ἐσθίοντα τὰ κέρατα παραπλήσια κάνωψι. *ipes sunt animalcula quæ cornua edunt, similia sunt pulicibus.* Hesychius ἶψ εἶδος σκώληκος κερατοφάγον. Ita lege, male in editis κρεατόφαγον, non carnem, sed cornua est ips. Scripsit ergo Galenus ἶπας. Idem fermè mendum apud Ætium reperitur, ubi de ampelitide terra agit; ἐκ δὲ τοῦ φθείρειν τοὺς κνῖφας, δηλοῖ ὅσην μετέχει δυνάμεως φαρμακώδους αὐτῆς pro κνῖφας scribo ἶπας. *Ex eo vero quod ipes perimat, satis indicat, quantum medicamentariæ facultatis possideat.* Ἶψ porro ἀπὸ τοῦ ἴπτειν à nocendo dicitur. Plinius, ut dixi, volvocem vocat lib. 17. cap. ult. Alii volvocem appellant animal prærodens pubescentes uvas. quod ne accidat, falces, cum sint exacutæ, fibrina pelle detergent, atque ita putant. aut sanguine ursino liniri volunt post putationem easdem. Columella, si non mendum, volucrum vocat. Lib. de arbor. cap. 15. *Genus est animalis, volucra appellatur, id fere prærodit teneros adhuc pampinos & uvas.* Cato cap. 95. convolvulum vocat. *Convolvulus in vinea ne fiat, amurcam condito puram, &c.* Cæterum culices plantas lædere non tantum Theophrastus & Plinius tradunt, sed & Columella ad finem lib. 11. *Qui æstate ista seret, caveat ne propter siccitates culex adhuc tenera folia prorepentia consumat. Id quoque ut vitetur pulvis, etiam qui supra cameram invenitur, vel etiam fuligo, quæ supra focos tectis inhæret, colligi debet, &c.* Plinius lib. 19. cap. 11. *Infestant & culices hortos riguos, præcipuè si sunt arbusculæ aliquæ, hi galbano accenso fugantur.* Non tantum ergo arbores, sed & plantas humiles lædit culex.

Ἔνια δὲ κάμπαι, &c. Plinius loco citato. *Sunt & ex eadem causa (imbre) nascentes & erucæ, dirum animal, eroduntque frondem, aliæ florem.* Columell. lib. 11. circa finem. *Ubi vero apricis regionibus post pluvias noxia incesserunt animalia, Græce autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint, non amplius in superiorem prorepunt, id tamen supervacuum est facere, si ante sationem semina, uti jam prædixi, succo herbæ sedi macerata sunt, nihil enim sic medicatis nocent erucæ.* In antiquissimo codice. *nihil enim si (scribe sic) maceratis nocent erucæ;* quam cur rejiciant non video. Κάμπαι ἀπὸ τοῦ κάμπτειν, à flectendo dicuntur, quod in arcum repando curvetur. Eruca vero ab erodendo vocatur. Supra lib. 2. cap. 6. plura de eruca dixi.

Ἔνιοι δὲ πάλιν τῶν κατὰ τὰς ὥρας, &c. Plinius loco citato. *Quædam temporum causæ aut locorum non propriè dicuntur morbi, quoniam protinus necant.* Vide notas Scaligeri. Ὀπώρα illud enim tempus, in quo fructus fugaces maturescere solent, & in cujus medio canicula exoritur, quod tempus quadraginta est dierum, & media æstate contingit. Gal. lib. de aliment. facult. cap. 2. Ὀπώρας τοὺς ἰσομάζουσιν οἱ Ἕλληνες ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ μεσούντι τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν γίγνεσθαι συμβαίνει. χρόνος δ' ἐστὶ τοῦτο ἡμερῶν τεσσαράκοντα. τούτου οὖν τοῦ χρόνου ἅπαντες ὅσοι οἱ ὡραίους καλοῦμεν καρπούς. id est ὀπώρα, *anni partem vocant Græci, in cujus medio caniculæ exortus contingit, quodque est quadraginta dierum. hoc itaque tempore, fructus omnes fugaces, quos Græci ὡραίους vocant proveniunt.* Idem comment. 4. in libr. 6. epid. κατ' ἐξοχὴν δὲ τοῦτο μόνον τὸν καιρὸν ὀπώραν ὀνομάζουσιν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν ᾧ τοὺς ὡραίους ὀνομαζομένους καρποὺς πλεονάζουσι συμβαίνει. per excellentiam autem interdum ὥραν vocant anni tempus illud in quo fructus ὡραίους dictos maturescere contingit.

Οἷον λέγω τὴν ἔκπληξιν; Ἔκπληξις auctori defin. Med. est, ἀλογίας ἔκστασις διά τινα περιχαρῆ ἀφνίδιον ἐξαφθῆ; *mentis excessus ex aliqua repentina perturbatione perveniens.* Theodorus tabem vertit. Idem fecit Plinius loco citato. *Sicut tabes cum invasit arborem, aut uredo.* An igitur Theophrastus scripsit ἐκτήξιν. Sed tabes non necat, nec fit repente, sed temporis tractu: At ἔκπληξις subito. Ἐκπληξιν verte vel *syderationem*, vel *stuporem*. Male in Ald. & Bas. codice κλαυθμὸν *fletum* legitur. καυθμὸν Plinius, *uredinem.*

Πνεύματι ἰδίῳ τόπων; Plinius loco citato. *Vel flatus alicujus regionis proprius, ut est in Apulia Atabalus, in Euboea Olympias. Hic enim si flavit circa brumam, frigore exurit arefaciens, ut nullis postea solibus recreari queant.* De Apulia nihil Theophrastus, Atabulus ventus Apuliæ peculiaris, unde etiam ab Horatio 1. serm. sat. 5. Apulus peculiari epitheto nuncupatur.

> *Incipit ex illo monteis Apulia notos*
> *Ostentare mihi, quos torret Atabulus, & quos*
> *Nunquam erepsemus.*

Ad hunc versum Porphyrion. Atabulus παρὰ τὴν ἄτην βάλλειν dicitur, hoc est, à noxa detrimentoque inferendo nomen accepit. Venti hujus meminit Seneca lib. 5. natural. quæst. *Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron. Pamphyliam Catægis. Galliam Circius.* Catægis in illis Senecæ verbis corruptum. turbinis enim aut procellæ, non peculiaris aut localis venti nomen est. Scribe, *Pamphyliam Gauris.* Aristoteles in Libello de ventis; ἐν δὲ Ὀλβίᾳ τῇ κατὰ Μυκάλην Παμφυλίας ἄνεμος Γαύρος ὅτι πνεῖ ἀπὸ τῆς Νήσου, ἣ καλεῖται Γαυλείς. In editis μέγαλον. Vide Plinium libr. 5. cap. 31. Illud Γαυλείς valde etiam suspectum est. Plinius libr. 5. cap. 7. insulæ mentionem facit, quam Gaulon vocat. ubi insulas circa Africam & ex adverso Africæ recenset. *Mox, inquit, Gaulos & Gaulata cujus terra Scorpionem dirum animal Africæ necat.* Stephanus Γαῦλος, νῆσος ἀπὸ τῇ Καρχηδόνι ἐκαλεῖτο ἀποικία. an ergo scripsit Aristoteles Γαῦλος. Seneca *Gaules*? Plinius lib. 3. cap. 8. *Insulæ sunt in Africam versæ Gaulos, Melita.* Agit cap. citato de Sicilia. Hæc probabile faciunt Senecam ac Aristotelem scripsisse Γαῦλος & *Gaules*. Utcunque est, Senecæ codex corruptus Catægis ventus, qualis dixi. Aristoteles, vel quisquis auctor est libelli de mundo, τῶν γε μὴν βιαίων πνευμάτων καταιγὶς μὲν ἐστι πνεῦμα ἄνωθεν τύπτον ἐξαίφνης. *Cæterum è genere violentorum flatuum, catægis, nomen est flatus ingruentis supernè repenteque everberantis.* Idem Hesychius, καταιγὶς ἐπιφορὰ ἀνέμου σφοδροῦ καὶ ἡ τῶν ὑδάτων ζάλη. *Impetus vehementis venti, & aquarum tumultus.* Hæc occasione Atabuli, de vento Olympia pauca dicenda. Ventus hic, ut docet Theophrastus libr. 5. de caus. cap. 16. in Græcia flat, ab occasu. πνεῖ δὲ τὰ πνεύματα, ἀποκλίνοντα ἀεὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους ἀπὸ δυσμῶν. ὥσπερ ὁ Ὀλυμπίας, &c. Vide ipsum Theophrasti locum. Idem libro de ventis docet. Βορέαν δὲ καὶ Ἀργέστην ἀνάπαλιν, ἀπὸ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολάς. *Contra vero Argesten & Boream ad ortum ab occidente spirare.* Ἀργέστης non alius quam Ὀλυμπίας. Idem Theophrastus πάρεισιν δὲ κ. οἱ μὲν οὖν Ὀλυμπίαν, οἱ δὲ Σκίρωνα καλοῦσιν. Hæc corrupta, scribe ἀργέστην δὲ οἱ μὲν οὖν Ὀλυμπίαν, οἱ δὲ Σκίρωνα καλοῦσι. Ita scribendum ex auctore libri de mundo probatur, qui cap. 4. scribit. καὶ τὸν ἐναντίον ζέφυρον, Ἀργέστης μὲν, ὁ ἀπὸ τῆς θερινῆς δύσεως, ὅν τινες καλοῦσιν ὀλυμπίαν, οἱ δὲ Ἰάπυγα. *At eorum qui ex obversa parte prodeunt, quos Favonios vocamus, Argestes ab occasu æstivo, qui etiam olympias ab aliquibus dictus est, & ab aliis Iapyx.* Aristoteles lib. 2. Meteorologicon cap. 6. ἐναντίος δὲ τούτῳ οὐχ ὁ ἀπὸ τοῦ γ λίψ ἀλλ' ὁ ἀπὸ τοῦ ε (id est, δυσμὴ θερινή) ὃν καλοῦσιν οἱ μὲν Ἀργέστην, οἱ δὲ Ὀλυμπίαν, οἱ δὲ Σκίρωνα· οὗτος γὰρ ἀπὸ δυσμῶν θερινῶν πνεῖ. *Contrarius autè huic est, non qui à g. (id est δυσμὴ χειμερινὴ occidenti hyemali) libr. 6. sed qui ab ê, id est occidente æstivo. (vide initium capitis) quem vocant quidam Argestem, nonnulli Olympiam, Scironem, iste enim ab occidente æstivo flat.* Ergo Iapyx, Olympias, Argestes & Sciron idem ventus. Certè Ἰάπυγα & ἀργέστην eundem ventum docet loco citato idem Aristoteles. Ἰάπυξ οὗτος ἐν Τάραντι Σκυλλήτινος, ἀπὸ χωρίου Σκυλλητίου, παρὰ πολλοῖς δὲ Ἀργέστης. *Iapyx in Tarante Scylletinus à regione Scylletio vocatur, à multis vero Argestes dicitur.* Alia tamen recentiorum sententia. Phavorinus Apud Gellium libr. 2. cap. 22. ubi hæc ex sententia Phavorini reperiuntur. *His oppositi & contrarii sunt alii tres, occidui Caurus, quem solent Græci Ἀργέστην vocare, is adversus Aquilonem flat. item alter Favonius, qui Græcè vocatur ζέφυρος. is adversus*

adversus Eurum flat. tertius Africus, qui vocatur λίψ: is adversus vulturnum flat. — *Ἰάπυγα ex ipsius Apuliæ ore proficiscentem quasi finibus, Appuli eodem quo ipsi nomine Iapygem dicunt, eum esse propemodum Chaurum existimo, nam & occidentalis, & videtur adversus Eurum flare. Itaque Virgilius Cleopatram, è navali prælio in Ægyptū fugientem, vento Iapyge ferri ait. equum quoque Appulum eodem quo ventum vocabulo Iapygem appellavit.* Hæc Phavorini sententia, iis vel maximè repugnans, quæ ex antiquissimis produximus Græcis. Hi enim asserunt Iapygem & argesten eundem ventum. Quod si verum; malè Phavorinus diversum facit ventum. Illud extra omnem controversiam poni debet; si Argestes sit Latinorum Chaurus, uti est, omnino statuendum, Iapygem Chaurum esse. Frustra ergo hæret, an Chaurus sit Iapyx; cum Græci id doceant antiquiores. Iapyx ergo, si idem ventus cum Chauro; adversus aquilonem flabit, non Eurum. Insuper eidem Phavorino Eurus idem cum Apeliote, qui æquinoctialis ortus mansionem obtinet; contra Vulturnus, quem cæteri pro Euro habent, ipsi euronotus est. Sic enim scribit. *Qui ventus igitur ab oriente verno, id est æquinoctiali venit, nominatur Eurus, ficto vocabulo, ut isti ἐτυμολογικοὶ ajunt, ἀπὸ τῆς ἠῶ ῥέων, in alio quoque à Græcis nomine Ἀπηλιώτης, à Romanis nauticis Subsolanus cognominatur.* — *Tertium ventum qui ab Oriente hyberno spirat, Vulturnum Romani vocant: eum plerique Græci misto nomine, quod inter Notum & Eurum sit, Εὐρόνοτον appellant.* Hanc si opinionem & sententiam servarit, in iis quæ de Chauro vel Iapyge scripsit, non erit ventus is Euro contrarius, sed Euronoto, quem Vulturnum vocant Romani. Extra tamen controversiam est, Chaurum vel Iapygem, adversus Eurum flare, si modo per Eurum intelligamus Latinorum Vulturnum, qui inter ortum æquinoctialem, & meridiem stationem tenet. Plinius libr. 2. cap. 27. *Ab Orienti æquinoctiali Subsolanus, ab oriente brumali Vulturnus; illum Apelioten, hunc Græci Eurum appellant.* Columella libr. & cap. 5. *Quum plerumque sideris caniculæ tempore, quædam partes ejus regionis sic infestantur Euro, quem incolæ Vulturnum appellant, ut nisi tegminibus vites opacentur, velut halitu flammeo fructus urantur.* Ovidius primo Metamorph.

> *Eurus ad auroram Nabathæaque regna recessit,*
> *Persidaque & radiis juga subdita matutinis.*

Hæc ostendunt, Phavorinum ventorū genera, eorumque nomina confudisse; adeoque rudem & exiguam eorundem cognitionem habuisse. Sed & argumenta, quibus utitur, examinemus. *Iapyga ex ipsius Apuliæ ore proficiscentem quasi finibus, Appuli eodem quo ipsi nomine Iapygem dicunt.* Hæc nisi corrupta sint, absurda admodum. Sensus est: Apuli sunt & vocantur Iapyges, flatum ex sua terra provenientem eodem quo ipsi sunt nomine Iapygem appellarunt; hoc est, Apulum. Ergo flatus Iapyx ex Phavorini sententia est Apulus. Eodem modo Apulum equum à Virgilio dici Iapygem scribit, à quo expiscatur Iapygis venti mentionem, nec ulterius inquirit, ac credit, Poetam hujus nominis primum fuisse auctorem. Quæ inepta ac absona. Neminem latet, argestem ventum Athenienses Σκίρωνα vel Σκείρωνα vocasse, quod spiret à saxis, quæ Sciro latro (de quo Plutarchus in Theseo) incoluit, quem Theseus interemit. Strabo libr. 1. Καθάπερ καὶ τῇ Ἀττικῇ ἐκ τῶν Σκιρωνίδων πετρῶν ἀφ᾽ ὧν, καὶ Σκείρωνες καλοῦνται οἱ Ζέφυροι. καὶ μάλιστα οἱ Ἀργέσται. *Quemadmodum & Atticæ à Scironiis scopulis à quibus & scirones vocantur Zephyri, maximè Argestæ.* Emenda Hesychii codicem; ubi malè legitur, Σκείρων ἄνεμ τὶς λέγεται. δοκεῖ, &c. Scribe, Σκείρων Ἀργέστης λέγεται. δοκεῖ δὲ ἀπὸ τῶν σκειρωνίδων πετρῶν καταπνεῖν. Vel scribe, Σκείρων ἄνεμός τις (vel πνοὴ) λέγεται. Prius magis placet. Verte, *Sciron Argestes dicitur (vel, ventus quidam) videtur à Scironiis saxis spirare.* Phavorinus, qui lexicon condidit Græcum, Σκείρων ἄνεμος ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν καταπνέων. Vides Hesychium, Σκείρων ἄνεμός τις λέγεται, scripsisse; vel, Σκείρων ἀργέστης λέγεται. Eodem modo Cirsium Hispani Gallicum ventum vocant, quem ex Gallia venientem patiuntur Hispani. Isidorus. *Circius dictus eo quod choro, id est, Chauro junctus. Hunc Hispani Gallicum vocant, quod eis à parte Galliæ flat.* Errat ergo Phavorinus, cum scribit; *Nostri namque Galli, ventum ex sua terra flantem, quem sævissimum patiuntur, Circium appellant.* Hæc quam longissimè à veritate recedunt. Galli quippe ventum è sua regione proficiscentem, non patiuntur, sed proximæ Galliæ regiones, quas ex Gallia infestat: nec Gallicus ventus ab ipsis Galliæ incolis, nec in regno Galliæ dicebatur; sed ab illis populis qui eo ex Gallia veniente divexabantur, quibusque molestus erat.

Ex Seneca constat Gallos pati ventum Cirsium, sed hic aliunde proficiscitur, neutiquam in Gallia gignitur. Senecæ verba supra citavi. Melius Apulejus. *Ut Galli Cirsium appellant, à turbine ejus & vortice.* Ergo nomen non habet, quod ex terra flaret Gallica. Fortè scripsit Phavorinus, *Nostri namque Galli, ventum in suam terram flantem, quem sævissimum patiuntur, Cirsium appellant. In suam terram flantem*, id est, quæ aliunde ad Gallos venit: vel scribe, *in sua terra flantem.* id est, qui alibi ortum ducens, in ipsa Gallia spirat. Sed asserere non ausim, Phavorinum sic scripsisse: illud scio, vulgatam lectionem esse falsissimam. Ad rem iterum. Narbonnenses Galli Aquilonem ex Burgundia ipsis flantem, quo infestantur, Burgundicum nuncupant, quem Burgundi ipsi sic non nominant. Belgæ ventum Borealem sive septentrionalem vocant, qui ad ipsos ex Boreali vel septentrionali orbis plaga venit. Sic meridionalem dicunt, qui ex meridie: occidentalem, qui ex occidente; orientalem, qui ex oriente. Hæc apud omnes nationes locum habent. Non fit ergo probabile, ipsos Apulos vento, ex sua terra nascenti, hoc nomen fecisse: sed credibilius, populos Apulis proximos, ad quos ex Apulia veniebat ille ventus, nomen hoc ei dedisse. Cæterum corruptum codicem Gellii, sive Phavorini locum hunc existimo. Etenim Apuleius in Libro de mundo, quem ex Græco Latinum reddidit, totam hanc Phavorini disputationem de ventis suo operi inseruit, nominatim laudato Phavorino, præterito Gellio, qui litteris eam mandavit. Is locum de Iapyge ita retulit: *Ut Galli Cirsium appellant à turbine ejus, & vortice, Apuli Iapygem vero ex Iapyge sinu, id est, ex ipso Gargano venientem.* In vulgatis codicibus locus hic quomodo retulimus extat, quem corruptum jam diximus. Quid enim est *os Apuliæ*? & qui sunt illi, qui Iapygem dicunt? Optimus liber (ut monet nobiliss. simul ac doctissimus Claudius Salmas.) *Iapygiæ ipsius ore proficiscentē quasi finibus Apuliæ, eodem quo ipsi sunt nomine Iapygem dicunt.* Planè legendum, ut idem docet, ex Apulei loco citato. *Iapygiæ sinus ore proficiscentem, qui est Garganus, Apuli eodem quo ipsi sunt nomine Iapygem dicunt.* Scribendum etiam in Apulei verbis supra citatis; *Apuli, Iapygem eum ex Iapigiæ sinu provenientē*; ex vestigiis veteris lectionis. *Perperam*, inquit, Salmasius, *idem Apulejus, Iapygem eundem cum Circio fieri putavit a Favonio. Iapyx idē & Argestes, sed Circius vel Cersius alius, inter Argesten & Thrasciam positus; alii eundem cum Thrascia volunt. Male etiam Phavorinus, vel Gellius sinum Iapygiæ, ex quo Iapyx in Calabros flabat, de Gargano sinu intelligunt. Melius fortasse acciperetur de eo sinu, in quo Iapygia prominentia. Ἰαπυγίαν ἄκραν Græci dicunt, & promontoriis sinus nomina ferè semper accipiunt, ut & ipse Garganus sinus a Gargano promontorio appellatus, qui Garganus tamen etiam Iapyx Virgilio dicitur.*

> — *Gargani condebat Iapygis arvis.*

Iapygia acra in ipso ore sinus Tarenti, qui etiam Iapygiæ sinus ea parte vocatus est. Strabo lib. 6. de promontorio Iapygiæ, τοῦτο μὲν οὖν στόμα λέγουσι τοῦ Ταραντίνου κόλπου. Plinius Iapygium promontorium, distinguit a Gargano. ergo & Iapygiæ sinus a Gargano sinu differt. Tarentini ipsi dicti Iapyges, teste Antiocho. apud Strabonem, libr. 6. Ab eo Iapygiæ sinus ore, ventus Argestes recta in Calabriam ferebatur, quem Calabri Iapyga propterea nuncupabant. Iapyx igitur peculiaris & localis appellatio venti Argestæ, non ipse ventus peculiaris. Ἀργέστης autem generale illius venti nomen; Romani Chaurum vocitant. Hactenus Salmasius, qui tamen ad finem disputationis de ventis fatetur Latinos Chaurum & Argesten facere ventos diversos. Seneca loco citato. *Chaurus venit, qui apud quosdam Argestes dicitur. mihi non videtur, quia Chauri violenta vis est, & in unam partem rapax. Argestes fere mollis est, & tam euntibus communis quā redeuntibus.* Vitruvius quoq; distinguit. *Circa Favonium Argestes & certis temporibus Etesiæ. ad latera Chauri, Cercias & Chorus. Argestes Favonio propior. Chaurus septentrioni; indidem tamen veniunt modica tantū inclinatione diversi.* Supra ex magnis auctoribus probavimus Sciron & Argesten & olympiam eundem ventum. Quod Plinio non placet; qui lib. 2. cap. 47. *Ab occasu æquinoctiali Favonius, ab occasu solstitiali Corus. Zephyrum & Argesten vocant.* — *Sunt etiam quidam peculiares, quibusque gentibus venti, non ultra certum procedentes tractum, ut Atheniensibus Sciron, paulum ab Argestæ deflexus, reliquæ Græciæ ignotus. Alibi elatior idem Olympias vocatur. Consuetudo omnibus his nominibus Argesten intelligit.* Fallitur Plinius. Sciron non est ventus

tus Atticæ terræ peculiaris, sed peculiare hoc nomen Argestæ, sive Chauri, quo illum appellabant Attici, quod ex Scironiis saxis ipsos infestaret. Nec hoc nomē alibi quam Athenis audiebat, ut nec Iapyx hic idem ventus alibi dictus quam apud Calabros, quibus ex Iapygia flabat; alia in regione Olympias dicebatur. Falsum supra probavimus quod refert Plinius, de Argeste, qui & Olympias & Sciron & Iapyx localiter vocabatur; *alibi elatior*, &c. intelligi. Non consuetudo hoc efficiebat, sed terrarum situs ac positus, quæ apud se ventis, ex aliquo loco proficiscentibus nomen dederunt, ex eo ipso loco unde flatum eorum accipiunt. at consuetudo sæpe ex locali & peculiari venti alicujus appellatione nomen fecit generale, ut Iapyx apud Virgilium pro Argeste.

Fecerat ignipotens flammis & Iapyge ferri.

Καὶ οἱ αὐλῶνες. Plinius lib. 17. cap. 24. *Hoc genere convalles & apposita fluminibus laborant, præcipueque vitis, olea, ficus. quod cum evenerit, detegitur statim in germinatione. in oliva tardius. sed in omnibus signum est reviviscendi, si folia amisere, alioquin quas putes prævaluisse, emoriuntur.* Hæc multo nitidiora & puriora apud Theophrastum habentur. Hic ficum infestari, deinde oleam, quanquam oleaster magis affectus fuerit, cum tamen robustior sit. In Basileensi & Aldino pro ἀμυγδάλαι δὲ, legitur αἱ δὲ ἀμυγδάλαι. Quæ de amygdala pyro, punica malo tradit Theophrastus, neglexit Plinius. Etiam ea ἀπεικάζεται usque ad κάτω, omisit idem Plinius. *In oliva*, inquit *tardius*; intellige *detegitur*, causam dat Theophrastus, quod semper vireat.

Ἀναβιώσκονται. Malè Aldino & Basileensi ἀναβιβρώσκονται, *exesi sunt.* vulgatam serva. Plinius loco citato. *Nonnunquam marcescunt folia eademq; reviviscunt. Sed in omnibus signum est reviviscendi, si amisere; alioquin quas putes prævaluisse, emoriuntur.* Tam paucis totam hanc periodum complectitur.

Παντηκαπαίῳ. Scribe, παντικαπαίῳ. Vide quæ supra dixi, cap. de lauro. Plin. lib. 16. cap. 32. *Circa Bosphorum Cymerium in Panticapto urbe, &c.*

Αἱ μὲν ἐκπλήξεις. Male Theodorus ἐκτήξεις, uti paulo ante demonstravi.

Ὁ τι δὲ ὑπὸ πάγων, &c. Plinius libr. 17. cap. citato. *Aliæ in septentrionalibus, ut Ponto, Phrygia, frigore, aut gelu laborant, si post brumam continuavere 40. diebus, & ibi autem, & in reliquis partibus, si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta est, etiam paucis diebus necat.* Notat Dalecampius in MS. legi, *magna vel abundantia magna consecuta.* Corrigit, *vel aquarum abundantiam magna, &c* Mentem Theophrasti non expressit Plinius. Græcus auctor consternationem, ἔκπληξιν, fieri ait duabus de causis, frigore & gelu. Latinus laborare arbores scribit, frigore aut gelu.

Φανερά. Hæc neglexit, Theodorus. Vide Scaligeri animadversiones. Puto scribendum pro φανερά, id est *palam. δι' ἀέρος, per aerem.*

Ἀλλ' οὐχ ὁμοίως. Hic rectè à D. Heynsio, negatio addita, quam neglexit Theodorus. Vide Scaligeri animadversiones.

ΚΕΦ. ΙΗ. / CAP. XVIII.

Quæ arbores, quibus detractis partibus aut ægrescant, aut interimantur.

ΛΟιπὸν δ' εἰπεῖν ὅσα περιαιρουμένων τινῶν μορίων ἀπόλλυται. κοινὴ μὲν δὴ πᾶσι φθορὰ τοῦ φλοιοῦ περιαιρεθέντος κύκλῳ. πᾶν γὰρ ὡς εἰπεῖν οὕτως ἀπολλύναι δοκεῖ, πλὴν " ἀνδράχνη. καὶ αὕτη δὲ ἐάν τις † τὴν σάρκα πιέσῃ, καὶ τὸν μέλλοντα καρπὸν διακόψῃ, πλὴν εἰ ἄρα φελλοῦ. τοῦτον γάρ φασι καὶ εὐσθενεῖν μᾶλλον περιαιρουμένου δηλονότι τοῦ ἔξω καὶ κάτω πρὸς τῇ σαρκί. καθάπερ καὶ τῆς ‡ ἀνδράχνης. ἐπεὶ καὶ τοῦ κεράσου περιαιρεῖται καὶ τῆς ἀμπέλου, καὶ τῆς φιλύρας, ἐξ οὗ τὰ σχοινία, καὶ μαλάχης τῶν ἐλαττόνων. ἀλλ' οὐχ ὁ κύριος οὐδ' ὁ πρῶτος, ἀλλ' ὁ ἐπιπολῆς· ὃς καὶ αὐτόματος ἐνίοτε ἀποπίπτει, διὰ τὴν " ὑπόφυσιν θατέρου. καὶ γὰρ † φυλλορραγία μία τῶν δένδρων ἐστίν. ὥσπερ ‡ καὶ ὁ ἄνδραχνος καὶ ἡ πλάτανος: ὡς δέ τινες οἴονται, πάλιν ὑποφυομένου νέου. ὁ δὲ ἔξωθεν, ἀποξηραίνεται καὶ ῥήγνυται καὶ αὐτόματος ἀποπίπτει πολλῶν· ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἐπίδηλος. φθείρονται μὲν οὖν ὡς οἴονται πάντα περιαιρουμένου. διαφέρει δὲ τῷ θᾶττον καὶ βραδύτερον, καὶ μᾶλλον καὶ ἧττον. ἔνια γὰρ πλείω χρόνον διαμένει, καθάπερ συκαῖ, καὶ φιλύρα, καὶ δρῦς. οἱ δὲ καὶ ζῆν φασί ποτε ταῦτα, καὶ οὐκ " ἀπολλύναι τὸν φλοιόν, ἀλλ' οἷον πωροῦσθαι καὶ ἰδίαν τινὰ φύσιν ἔχειν. βοηθεῖν δὲ πειρῶνται, διαπλάττοντες πηλῷ, καὶ περιδοῦντες φλοιοῖς καὶ καλάμοις, καὶ τοιούτοις, ὅπως μὴ ψύχηται μηδ' ἀποξηραίνηται. καὶ ἤδη φασί που † φῦναι, καθάπερ καὶ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Τραχιανῇ τὰς συκᾶς. Δεῖ δὲ ἅμα τῇ τῆς ‡ χώρας ἀρετῇ καὶ τῇ τοῦ ἀέρος κράσει τὰ ἐπιγενόμενα τοιαῦτα εἶναι. χειμώνων γὰρ ἢ καυμάτων ἐπιγινομένων σφοδρῶν, εὐθὺς ἀπόλλυνται. διαφέρουσι δὲ καὶ αἱ ὧραι. περὶ γὰρ τὴν βλάστησιν ἐλάτης καὶ πεύκης, ὅτι καὶ " λιπῶσι, τοῦ Θαργηλιῶνος ἢ Σκιροφοριῶνος, ἄν τις περιέλῃ, παραχρῆμα ἀπόλλυται· τοῦ δὲ χειμῶνος πλείω χρόνον ἀντέχει. καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ ἰσχυρότατα· καθάπερ πρῖνος, καὶ δρῦς. χρονιωτέρα γὰρ ἡ τούτων φθορά. δεῖ δὲ καὶ τὴν περιαίρεσιν ἔχειν τι πλάτος· πάντων μέν, μάλιστα δὲ τῶν

" ἀδράχνη.
† τὴν σάρκα σφόδρα πιέσῃ καὶ τὸν μέλλοντα βλαστὸν διακόψῃ, ἀπόλλυται, πλήν.
‡ ἀδράχνης.
" ἀπόφυσιν Al. Germ.
† φυλλορρυγία Bas. φλοιορραγία Theodor.
‡ καὶ τ' ἀδράχνης, καὶ τῆς πλατάνου.
" ἀπόλλυσθαι, ἀλλὰ τὸν φλοιὸν οἷον πωροῦσθαι.
† ἀναφῦναι.
‡ χωρίοις Al. Bas.
" λοπῶσι Al. Bas.

REstat, ut exponamus, quæ partibus quibusdam ablatis, enecentur. Communis itaque omnibus mors, cortice circumcirca detracto. Omnes enim fere hoc modo necari videntur, excepta portulaca: " quæ tamen & ipsa, si quis carnem vehementer presserit, germenque futurum luxaverit, morietur. Itaque verius forte, excepta subere dixerim. Hanc enim & juvari potius cortice detracto, affirmant, scilicet tam extero quam interno carni propinquo, sicut etiam portulacam. Nam & ceraso detrahitur, & viti & tiliæ, ex quo funes, & ex minoribus maluæ. † Sed non vitalis, neque princeps, sed summus, qui plerumque subnascente alio decidit. Corticis enim disruptio ‡ communis arborum est, ut portulacæ, ut platani. Vt nonnulli vero arbitrantur, novo iterum subnascente, exterum inarescere, disrumpique, multisque decidere sponte, sed non æque in omnibus rem esse conspicuam. Ergo omnes (ut creditur) cortice detracto intereunt: sed refert, quod celerius tardiusve, & magis minusve. Quippe aliquæ plus temporis permanent, sicut ficus, tilia, robur. Quidam eas, & vivere interdum, nec interire affirmant, " & corticem veluti pumicis specie concalescere, atq; naturam peculiarem quandam haurire. His itaque mederi conantur, luto foventes obstruentesque: & arundinibus, † atque id genus stramentis opertas, illigantes ne frigeant, vel subarescant. Etiam nonnusquam restitui, regerminareq; potuisse proditum est, ut apud Heracliam Trachianam ficus. Sed præter virtutem soli, temperamentumq; cæli reliqua quoque respondeant opus est. Frigora enim, aut etiam calores nimii si superveniant, statim intereunt. Refert tempus anni. Quippe in germinatione abietis pinique, cum etiam cortice turgido sunt, mense " Februario, vel Martio, si quis detraxerit, statim moriuntur. Hyeme diutius tolerant, & magis quæ robustissimæ sunt, ut ilex, robur. Harum enim interitus diuturnior est. Latitudinem quoque aliquam decorticatio habeat oportet; omnium quidem, sed maxime robustissimarum. Nam si angustam admo-

" *quæ tamen ipsa si quis in carne magnam fecerit ferro impressionem, germenq; futurum contuderit, morietur.*
† *sed non qui vitæ custos ac dominus est.*
‡ *nonnullis arboribus contingit.*
" *sed corticē in modū tophi callescere.*
† *atque aliis hujusmodi rebus.*
" *sole taurū vel geminos transeunte.*

ἰσχυροτάτων. ἐπεὶ αὐτῆς παντελῶς † ποιήσῃ, οὐθὲν ἄτοπον τὸ μὴ ἀπόλλυσθαι, καίτοι φασί γέ τινες ἐὰν ὁπωσοῦν ‡ ἀφαιρεθῇ, συμφθείρεσθαι πάντως. ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀσθενεστέρων τοῦτ' εἰκός. ἔνια γὰρ κἂν μὴ κύκλῳ περιαιρεθῇ, φθείρεσθαί φασιν. ἃ δὲ λυπρὸν ἔχει χώραν καὶ ἄτροφον. αὕτη μὲν δὴ καθάπερ εἴρηται, κοινὴ φθορὰ πάντων.

† ποιήσῃ λεπτὸν. οὐθὲν Theod.
‡ desideratur ἀφαιρεθῇ in Aldino.

dum feceris, † nihil absurdum, si non interierint. Quanquam sint, qui etiam si quamtumlibet auferatur, necari penitus dicant. Sed hoc de infirmioribus quidem consentaneum dixerint. Quasdam enim, & si in orbem non excorticentur, interire affirmant, quæ vel solum tenue ‡ jejunumque tenent. Igitur hæc, ut dijudicavimus, mors commnnis omnium est.

† non mirũ est.
‡ macrumque.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Λοιπὸν δ' ἐπεὶ. *Hactenus quæ cæli injuria evenire possunt. Nunc ea commodorum, quæ ab hominibus proficisci consuevere, Plinius item sic*, Quæ injuria hominum constant, secundas habent causas.

Τὴν σάρκα σφόδρα πιέσῃ. *Theodorus*, carmen vehementer presserit. *Plinius*, Si non simul incidatur, & corpus. *Nam eximendo corticem non fit compressio. Itaq;* πίεσῃ ferro. *scilicet* fecerit impressionem, *Non autem simpliciter*, presserit. καὶ τὸν μέλλοντα καρπὸν διακόψῃ *Theodorus*, germen futurum luxaverit; *ut* καρπὸν germen *fit interpretatus. Quin luxari germen non potest. Luxatio est, ubi transfertur os è sede sua.* λύει. *sed* διακόψῃ, confuderit.

Πλὴν εἰ ἄρα φελλοῦ. *Theodorus*, itaque verius fortè excepta subere, dixerim: *Vides calamistros.*

Ἀλλ' ἐχ' ὁ κύριος. *Theodorus*, non vitalis. *Sic infra Theophrastus.* Κυριώτατος τοῦ ζῆν. *Circumscribas ad hunc modum.* Eum corticem, qui vitæ custos ac dominus est. *alibi vocem eam exactius.*

Φυλλορραγία. *Corrigunt*, φυλλορραγία. *utrunque malè.* φλοιορραγία. *reponendum est.* corticis ruptio. *ut suprà quoque dicebamus.* ῥηγνύμενον τὸν φλοιόν. *Et vox*, μία, *non convenit huic loco. Theodorus interpretatur*, communis. *dele*, ἀνδράχλη. *pone* ἀδράχνη. *Quidam mutarunt in casum genitivum. Sanè prudenter: verùm hic autor, ut sæpè monuimus, nihil pensi habet.*

Lege, καὶ οὐκ ἀπόλλυσθαι. ἀλλὰ τὸν φλοιὸν, οἷον πωροῦσθαι, καὶ ἰδίαν, &c. Πῶρον, *hic* pumicem *interpretatur Theodorus. At in historia animalium*, tofum. *Sanè ita videtur ex libro Theophrasti de lapidibus.* πῶρος *enim* densus, *pumex* rarus.

Καὶ τοῖς ἱστίοις. *Theodorus addidit*, stramentis. καὶ ἤδη φασὶ... ἀναφῦναι. *mutila vox.* ἀναφῦναι *melius. Itaque Theodorus*, etiam nonnusquam restitui, regerminareque.

Δεῖ δὲ ἅμα τῇ τῆς χώρας ἀρετῇ, καὶ τῇ τοῦ ἀέρος κράσει, τὰ ἐπιγινόμενα τοιαῦτα εἶναι. *Si cui arbori, postquam cortice spoliata est*, evenit, *ut restituatur: necesse est & terram, & aërem favere. Sanè ratio est. Nanque si nullo existente arboris corpore, arbores nascuntur, atque constituuntur: tanto commodius postquam quippiam subest principii, restitui queunt. Natura igitur arborum est, interire cortice ablato. Natura soli, & cæli favere, ne intereant. Theodorus*, Sed præter virtutem soli, temperamentumque cæli, supervenientes quoque respondeant, opus est. *Non dicit*, præter: *sed* ἅμα. *Ita ut* τὸ ἅμα *constituat* τὸ συναίτιον. *Et non potest reddere rationem, qua ausus sit ponere pro substantivo.* (supervenientes) *Videndum quid sit*, χωρίας. *& an mutandum, & in quid.* χώρας *fortasse.*

Λοποῦσι. *Theodorus*, Cortice turgido sint: *quia* λέπος, cortex. *idem verbum in principio quinti.*

Χρονιωτέρα ἡ τούτων διαφθορά. *Hic* χρονιώτερον, *est*, serius: *non*, diuturnus. *ut sit terminus, non tractus. & tamen Latinè Theodorus ita statuit.* Interitus, *inquit*, diuturnior. *Pessimè. Interitus enim est momentum inter vivere, & non vivere. ut* νῦν *dicatur. Scio enim quid litigent calculatores. Si* διαφθορὰ *est affectus ille ad interitum*, χρονιώτερον, *non significabit* serum, *sed* diuturnum.

Ἐπεὶ αὐτῆς παντελῶς ποιήσῃ, οὐθὲν ἄτοπον τὸ μὴ ἀπόλλυσθαι. *Theodorus*, Nam si angustam admodum feceris; nihil absurdum, si non interierint. *Deest* μικρὰν. *neque dicerem*, ἄτοπον, *absurdum. Nunquam enim absurdum est, arborem non interire. Sed*, non mirũ est. *Si mavis* λεπτὴν, *quã* μικρὰν; *licet.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Λοιπὸν, &c. Plinius libr. 17. cap. 24. *Quæ injuria hominum constant, secundas habent causas — cortice in orbem detracto necantur, excepto subere, quod etiam juvatur. Crassescens enim perstringit ac strangulat. nec adrachne offenditur, si non simul incidatur & corpus.* Ἀδράχνη scribendum, supra abunde probavi. Theodorus legit, τὴν σάρκα σφόδρα πιέσῃ, καὶ τὸν μέλλοντα βλαστὸν διακόψῃ, ἀπόλλυνται. Rectè pro καρπὸν, βλαστὸν posuit. Fructu læso non perit arbor, sed germine futuro ac nondum satis foras producto læso, quandoque necatur. Futurum germen læditur, cum cacumen illud è quo germen erumpit, detruncatur. Πιέσῃ malè vertit *presserit*. Dic, *magnã ferro fecerit impressionem, & carnem ferro vehementer læserit.* Pessimè διακόψῃ *luxaverit*. Rectè Scaliger. *Futurum germen luxari non potest. luxatio ubi transfertur os è sede sua.* Διακόπτω *pertundo, disrumpo, frangi, dirimo, contundo.*

Καὶ τοῦ κεράσου, &c. Plinius loco citato. *Alioquin & cerasus, & tilia, & vitis corticem mittunt, sed non vitalem, nec proximum corpori, verum eum qui subnascente alio expellitur.* Κύριον, *vitalem*, vertit Plinius, quod imitatur Theodorus. Culpari ergo non potest. Κύριος cortex præcipuus, qui vitam custodit & servat, quo ablato perit arbor. Rectè, Ἀπόφυσιν, ut in Aldino habetur codice, mutarunt in ὑπόφυσιν, ὑποφύω, *subnascor*. Theophrastus lib. 3. cap. 21. χιτὼν ὑποφυόμενος, *tunica subnascititur*.

Φυλλορραγία. Non melius Aldinus codex, φυλλορραγία. Scribe, ut legit Theodorus, φλοιορραγία. Per geminum ρ scribitur apud Theophrastum lib. 3. de causis, per simplex ρ apud Diosc. libr. 4. cap. 279. φλοιορραγοῦντι κλήματι, *rami disrupto, rimoso cortice.* Plinius loco citato. *Quarundam natura rimosus cortex, ut platanis. Tiliæ renascitur paulo minus quam totus. Ergo his quarum corpus cicatricem trahit, medentur luto fimoque, & aliquando hæc prosunt, si non vehementior frigorum aut calorum vis secuta est.* De tilia nihil Theophrastus; suspicor Plinium non satis ad Liberti verba attendisse, & pro ἀδράχνῃ intellexisse φιλύραν. Adrachnes corticem rimosum esse libr. 3. & 1. docuit Theophrastus. Malè edunt ἀνδράχλος, nec melius in Aldino legitur codice ἀνδράχλη. Scribe ὥσπερ καὶ τῆς ἀδράχνης, καὶ τῆς πλατάνου.

Πλείω χρόνον διαμένει. Plinius. *Quædam tardius ita moriuntur, ut robora & quercus.* Theophrastus, *ut ficus, tilia, quercus.*

Ἀπόλλυσθαι. Aldinus & Basileensis habent. Καὶ ἐκ ἀπόλλυσθαι τὸν φλοιὸν, οἷον πωροῦσθαι, καὶ ἰδίαν τινὰ, &c. Scribe, ut docet Magnus Scaliger, καὶ οὐκ ἀπόλλυσθαι, ἀλλὰ τὸν φλοιὸν οἷον πωροῦσθαι, καὶ ἰδίαν τινὰ &c. verte, *nec interire affirmant, sed corticem in modum tophi callescere atque naturam quandam peculiarem acquirere.* Πῶρος *callosa concretio, durities tophi instar*, præsertim in articulis, artritin vulgo vocant. πῶροι ποδαγρῶν, *durities tophi instar in podagris.*

Φῦναι, Scribe ἀναφῦναι. & χώρας serva. Malè in Aldino codice χωρίας. Malè in eodem, λοχῶσι. Vide cap. 16. hujus Libri.

Τοῦ θαργηλιῶνος. Eleganter Plinius. *Refert & tempus anni. Abieti enim & pino, si quis detraxerit sole geminos transeunte cum germinant, statim moriuntur. eandem injuriam hyeme passæ tolerant.* Vide quæ supra cap. 11. dixi. Ingreditur sol taurum 22. vel 21. Aprilis, geminos 21. vel 22. May die: exit 20. Iunii. Cancrum enim 21. ingreditur, tempore solstitii æstivi. Illud etiam inter omnes constat, Σκιρροφοριῶνα, ultimum anni mensem esse. Suidas, Σκιρροφοριὼν μὴν Ἀθηναίων δωδέκατος. Hæc si ita sunt, malè Dionysius Halicarnassæus scribit à Græcis victam Troiam sub finem veris, diebus 17. ante solstitium æstivum octavo die desinentis θαργηλιῶνος. Τὸν Ἴλιον ἥλω τελευτῶντος τοῦ ἔαρος ὀγδόῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος ἑπτὰ καὶ δέκα ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς. Hæc planè corrupta. Neutiquam fieri potest, ut ὀγδόῃ φθίνοντος θαργηλιῶνος, sit dies decimus septimus ante solstitium: immmo trigesimus septimus vel octavus est dies ante solstitium. An ergo scribendum, ἑπτὰ καὶ τριάκοντα pro ἑπτακαίδεκα? Hanc scripturam impedit τελευτῶντος τοῦ ἔαρος; mediũ enim tum ver, non desinens. Inter omnes convenit, σκιρροφοριῶνα mensẽ esse qui æstivũ solstitium præcedit. Theophr. lib. 4. cap. 9. Τέμνουσι γὰρ δὴ νῦν φησὶ τοῦ σκιρροφοριῶνος, καὶ ἑκατομβαιῶνος ἀπαιρεῖ ἀπὸ τεμνομένων μικρὸν

μικρὸν ἢ ὑπὸ τροπάς. Vide cap. citatum. Solstitio ergo proximus mensis. Sub ipso solstitio incipit ἑκατομβαιών. Hæc ostendunt vel negligentiam auctoris, vel codicem admodum corruptum. Tria illa verba, ὀγδόη φθίνοντος θαργηλιῶνος, sunt corrupta. Scribendum forte, ut priora cum posterioribus conveniant, τετάρτη μεσοῦντος Σκιρροφοριῶνος. Verum nihil mutare audeo: vel scribendum, ὀγδόη φθίνοντος Σκιρροφοριῶνος ἐνίας ἡμέρας τῆς, &c. *Capta est Troia ad finem veris 22. die mensis Scirrophorionis, nono ante solstitium die.* Ita nisi legamus, culpa penes auctorem est. Facile equidem est in mensium nominibus hallucinari, & nomen unius pro nomine alterius usurpare; præsertim authori res alias agenti, aut alias properanti, ut ut etiā scriba in transcribendo fidelis nihil mutarit, aut vero calchographus fidelis fuerit.

Καθάπερ πρῖνος καὶ δρῦς. Plinius. *Similiter ilex & robur & quercus.* Alterutrum, *robur*, vel *quercus*, redundat. Dele *robur*. Nam de robore nihil Theophrastus.

Παντελῶς ποιήσῃ. Theodorus, παντελῶς λεπτὴν ποιήσῃ. *Nam si angustam admodum feceris.* Plinius; *Quod si angusta decorticatio fuit, nihil nocetur supradictis. Inferiores quidem & in solo gracili, vel ab una tantum parte detractus interimit.* In Aldino vox ἀφαιρεθῇ desideratum; sed ipsa ratio docet addendam esse.

Ἄτροφοι. *Iejunum*, vertunt; malo, *macrum, sterile*.

ΚΕΦ. ΙΘ.

CAP. XIX.

De decacuminatione, deque salice, platano, populo, quæ resurrexerunt.

ΗΝ " δὴ καλοῦσιν ἐπικοπὴν τῶν δένδρων, μόνου πεύκης, ἐλάτης, πίτυος, φοίνικος, οἱ δὲ καὶ, κέδρου καὶ κυπαρίττου φασί. ταῦτα γὰρ ἐὰν περιαιρεθῇ τὴν κόμην, καὶ ἄνωθεν ἐπικοπῇ τὸ ἄκρον, φθείρεται πάντα καὶ οὐ βλαστάνει. καθάπερ οὐδ' ἐπικαυθέντα ἢ πάντα ἢ ἔνια. τὰ δ' ἄλλα πάντα καὶ περικοπέντα βλαστάνει. καὶ ἔνια καὶ καλλίω γίνεται. καθάπερ ἡ ἐλαία. διαφθείρεται δὲ τὰ πολλὰ, κἂν σχισθῇ τὸ στέλεχος. οὐδὲν γὰρ ὑπομένειν δοκεῖ, πλὴν ἀμπέλου, καὶ συκῆς, καὶ ῥοᾶς, καὶ μηλέας. Ἔνια δὲ κἂν ἑλκωθῇ, καὶ μεῖζον καὶ βαθύτερον ἀπόλλυται· τὰ δ' οὐδὲν πάσχει. καθάπερ ἡ πεύκη δαδουργουμένη. καὶ ἐξ ὧν δὴ τὰς ῥητίνας συλλέγουσιν. οἷον, ἐλάτας, τερμίνθους. καὶ γὰρ δὴ τούτων εἰς βάθος ἡ τρῶσις καὶ ἕλκωσις. καὶ γὰρ ἐξ ἀφόρων φορίδες γίνονται, καὶ ἐξ ὀλιγοφόρων πολύφοροι. τὰ δὲ καὶ πελέκησιν ὑπομένει, καὶ ὀρθὰ, καὶ πεσόντα ὑπὸ πνεύματος· ὥστε πάλιν ἀνίστασθαι, καὶ ζῆν καὶ βλαστάνειν. οἷον ἰτέα, καὶ πλάτανος. ὅπερ συνέβη καὶ ἐν Ἀντάνδρῳ, καὶ ἐν Φιλίπποις. ἐκπεσούσης γὰρ, ὡς ἀπέκοψαν τοὺς ἀκρέμονας καὶ ἐπελέκησαν, ἀνέφυη νύκτωρ πλάτανος κουφισθεῖσα τοῦ βάρους, καὶ ἀνεβίω. καὶ ὁ φλοιὸς περιέφυ πάλιν. περιαπεπελεκημένη δ' ἐτύγχανεν ἐν τῶν δύο μερῶν. ἦν δὲ τὸ δένδρον μέγα· μῆκος μὲν μεῖζον ἢ δεκάπηχυ· πάχος, ὥστε μὴ ῥᾳδίως ἂν περιλαβεῖν τέτταρας ἄνδρας· ἡ δὲ ἐν Φιλίπποις ἰτέα, περιεκόπη μὲν τοὺς ἀκρέμονας, οὐ μὴν παρεπελεκήθη. μάντις δέ τις ἔπεισεν αὐτοὺς, θυσίαν τι ποιεῖσθαι, καὶ τηρεῖν τὸ δένδρον ὡς σημεῖον ἀγαθὸν γεγονός· ἀνέστη δὲ καὶ ἐν Σταγείροις ἐν τῷ μουσείῳ λεύκη τις ἐκπεσοῦσα. τῆς δὲ μήτρας ἐξαιρουμένης, οὐθὲν ὡς εἰπεῖν φθείρεται δένδρον. σημεῖον δὲ ὅτι πολλὰ κοῖλα τῶν μέγεθος ἐχόντων δένδρων ἐστίν. οἱ δὲ περὶ Ἀρκαδίαν φασὶ μέχρι τινὸς ἐὰν ἐξῃρέθη τοῦ δένδρου, ζῆν. τελέως δ' ἐξ ἅπαντος ἐξαιρεθείσης, καὶ πεύκην φθείρεσθαι, καὶ ἐλάτην, καὶ ἄλλο πᾶν.

QVam vero decacuminationem appellant, tantum inter arbores, pino, abieti, piceæ, palmæque assignatur: quidam & cedro, & cupresso ferunt. Hæc enim detracta coma, decisoque cacumine, tota intereunt, nec quicquam germinant: sicut nec si adusta, aut tota, aut parte aliqua fuerint. Reliqua autem omnia & " præcisa germinant, & nonnulla meliora redduntur, ut oleæ. Intereunt maxima ex parte vel fisso caudice. Nulla enim tolerare videtur, præterquam vitis, ficus, punica, malus. Quædam vel ab ulcere ampliori altiorique intereunt. Aliæ nihil offenduntur: ut pinus, cum teda descinditur: & omnia ex quibus resina colligi potest, ut abies, terebinthus. Harum enim vulneratio ulceratioque in profundo. Quippe ex infœcundis, fœcundæ; & ex pauciferis, multiferæ redduntur. Quædam etiam securim ita tolerant tam stantes, quam à flatu prostratæ, ut resurgant, vivant, germinentque: ut salix & platanus. Quod & in Antandro & Philippis evenerat. Cum enim platanus procidisset ramis amputatis, truncoque securi luxato, resurrexit noctu levata onere, atque revixit, & cortex iterum eam circundedit. Erat duobus lateribus † circumdolata, longitudine decem cubitis majori: crassitudine, ut quatuor viri non facile amplecterentur. Salix autem, qui in Philippis resurrexit, fuit quidem detruncata, sed non circumdolata. Aruspex tunc quidam persuasit, ut sacrificaret, custodirentque arborem, utpote factam ostento fausto. Resurrexit & Stagiris in museo populus alba procidua. Medulla exempta nulla fere arbos moritur. Argumentum, quod multæ arbores magnitudine excellentes cavantur, inanesque fiunt. Arcades quadantenus si eximatur, vivere dicunt: tota vero ex universa arbore exempta, & pinum, & abietem, & reliquas omnes interire.

" *præcisa à cacumine, germinant.*

† *circumdolata. arbor erat magna, longitudine.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

EΠικοπέντα. *Theodorus* præcisa. *addere debuit*, à cacumine.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

HN" δὴ καλοῦσι ἐπικοπὴν, &c. Scribe, ἣν δὴ, &c. Quid sit, ἐπικοπὴ docet, libr. 5. de caus. cap. 24. καλοῦσι δ' ἐπικοπὴν, ὅταν ἀφαιρεθείσης τῆς κόμης ἐπικοψῃ τὸ ἄκρον. *Vocant decacuminationem, cum detracta coma, arboris extremitas præcipitur.*

Ὁ δὲ καὶ κέδρον, &c. Plinius libr. 17. cap. 24. *Similem & decacuminatio rationem habet, cupressi, pini, cedri: hæ enim detracto cacumine, aut ignibus adusto, intereunt.*

Καὶ σχισθῇ. Plinius loco citato. *Intereunt pleraque & fissa stirpe, exceptis vite, malo, fico, punica.*

Κἂν ἑλκωθῇ, &c. *Quædam vel ab ulcere tantum, ficus hanc injuriam spernit. & omnia quæ resinam gignunt.* Corruptus codex. Scribe, *pinus hanc injuriam.* Theophrastus, πεύκη δαδουργουμένη, *pinus quum tæda discinditur.*

Ἀντάνδρῳ. Plinius lib. 16. cap. 32. *Sed maximè mirum Antandri: platanus etiam circumdolatis lateribus restibilis, sponte facta vitæque reddita longitudine quindecim cubitorum, crassitudine quatuor ulnarum.*

Φιλίπποις, &c. Plinius loco citato. *Memoratur hoc idem factum in Philippis, salice procidua atque detruncata.*

Σταγείροις, &c. *Et Stagyris in Musæo populo alba omnia*

fausti ominis. Sed quid memoratur de populo alba? quid de salice? Idem quod de ulmo; de qua hæc Plinius. *Est in exemplis, & sine tempestate, ullave causa alia quam prodigii cecidisse multas, (arbores) ac sua sponte resurrexisse. Factum hoc populo Romano Quiritibus ostentum Cimbricis bellis Neuceriæ in Luco Iunonis, ulmo, postquam etiam cacumen amputatum erat, quoniam in aram ipsa procumbebat, restituta sponte, ita ut protinus floreret: à quo deinde tempore majestas populi Romani resurrexit, quæ antea vastata cladibus fuerat.*

ΚΕΦ. ΚΑ.

CAP. XX.

Quæ mors communis omnibus, oleumque necare omnia. Item de cytiso, & edera, atque aurone pernitiosis. Quodque brassica temulentiam propulset.

Κοινὴ δὲ φθορὰ πάντων, κἂν αἱ ῥίζαι περικοπῶσιν, ἢ πᾶσαι ἢ αἱ πλεῖσται ἢ μέγισται ἢ κυριώταται τῷ ζῆν. αὗται μὲν οὖν ἐξ ἀφαιρέσεως· ἡ δ' ὑπὸ τοῦ ἐλαίου, προσθέσει τινὶ μᾶλλον ἢ ἀφαιρέσει. πολέμιον γὰρ δὴ καὶ τοῦτο. πᾶσιν δὲ ἔλαιον ἐπιχέουσι τοῖς ὑπολείμμασι τῶν ῥιζῶν. ἰσχύει δὲ μᾶλλον τὸ ἔλαιον ἐν τοῖς νέοις καὶ ἄρτι φυομένοις· ἀσθενέστερα γάρ· διὸ καὶ ἅπτεσθαι κωλύουσι. φθοραὶ δὲ καὶ ὑπ' ἀλλήλων εἰσί, τῷ παραιρεῖσθαι τὰς τροφάς, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐμποδίζειν. χαλεπὸς δὲ καὶ ὁ κιττὸς παραφυόμενος· χαλεπὸς δὲ καὶ ὁ κύτισος. ἀπόλλυσι γὰρ πάνθ' ὡς εἰπεῖν. ἰσχυρότερον δὲ τούτου τὸ ἅλιμον· ἀπόλλυσι γὰρ τὸν κύτισον. ἔνια δὲ, οὐ φθείρει μὲν, χείρω δὲ ποιεῖ ταῖς δυνάμεσι τῶν χυλῶν καὶ τῶν ὀσμῶν. οἷον, ἡ ῥάφανος καὶ ἡ δάφνη τὴν ἄμπελον. ὀσφραίνεσθαι γάρ φασι καὶ ἕλκειν. διὸ καὶ ὅταν ὁ πλησίον βλαστὸς γένηται, πάλιν ἀναστρέφειν καὶ ἀφορᾶν, ὡς πολεμίας οὔσης τῆς ὀσμῆς. Ἀνδροκύδης γὰρ καὶ παραδείγματι τούτῳ κατεχρήσατο πρὸς τὴν βοήθειαν τὴν ἀπὸ τῆς ῥαφάνου γινομένην πρὸς τὸν οἶνον, ὡς ἐξελαύνουσαν τὴν μέθην. φεύγειν γὰρ δὴ καὶ ζῶσαν τὴν ἄμπελον τὴν ὀσμήν. αἱ μὲν οὖν φθοραί, πῶς τε γίνονται καὶ πόσαι, καὶ ποσαχῶς, φανερὸν ἐκ τῶν προειρημένων.

[margin: * ἅλιμον. † πλησίον ὁ.]

Communis omnibus mors, & si radices amputentur, vel omnes, vel plurimæ, & quæ maximæ sint, * vitalesque inprimis. Igitur hos interitus ex demptione dicendum. Qui autem oleo consequitur, adjectione verius quadam quam demptione intervenit. Quippe oleum omnia necat. Qua de causa radicum extirpandarum reliquiis oleum infundunt. Valet oleum magis in novellis, † & in præsens nascentibus: sunt namque debiliores. Quapropter & tangi eas agricolæ prohibent. Necantur & invicem inter sese alimenti ‡ rapina, & cæteris in rebus impedimento. Molesta & edera adnascens, ac vinciens, Molestus & cytisus: nam omnia ferme necat. Sed eo valentior " Auro est. Hic enim vel cytisum ipsum interimit. Quædam non necant, sed succi odorisque viribus reddunt deteriora: ut brassica, & laurus vitem offendunt. Olfacere quippe eam, & attrahere dicunt. Quamobrem germen cum illis propinquum fuerit, recedere, † atque averti, utpote inimicum fugiens odorem. Androcydes exemplo hoc usus est, de medela contra vinum confecta: ex brassica videlicet, temulentiam posse propulsari. Quippe cum vitis etiam viva, odorem brassicæ fugiat. Interitus itaque, quo pacto fiant, quot sint, quotque modis eveniant, ex iis quæ hactenus à nobis sunt dicta, patet.

[margin: * *imprimis quæ vitæ custodes.* † *& recens natis.* ‡ *ablatione.* " *Halimus.* † *amittere vim frutificandi.*]

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Κοινὴ δὲ φθορὰ, κἂν αἱ ῥίζαι. *Tres ablationes sunt. prima corticis. Secunda cacuminis. Tertia ab radicibus. Ita aut tria capita sunt; aut unum ex tribus partibus: separatum autem caput.*

Αὗται μὲν οὖν ἐξ ἀφαιρέσεως. *Morbi sunt, aut ὑπερβολῇ, aut ἀφαιρέσει. unde Medicinæ definitio. nunc περὶ προσθέσεως.*

Olei vim narrat. Plinius addit, pice & adipe. *Aliud caput hoc iterum esse debet, aut altera pars superioris. Nam prima pars tribus constabat membris* ἀπὸ ἀφαιρέσεως.

Ἄρτι φυομένοις, *Theodorus,* in præsens nascentibus. Recens natis. Ἅπτεσθαι κωλύουσι. *Theodorus addidit* Agricolæ. *Etiam non agricolæ.*

Παραιρεῖσθαι. *Theodorus,* alimenti rapina. *Durum.* Καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐμποδίζειν. *ut, spatio radicationis, & natura diversa, & umbra.*

Ὀσφραίνεσθαι, καὶ ἕλκειν. *Plinius iccirco appellavit* olfactricem. καὶ ἕλκειν, *odorem.* Καὶ ἀφορᾶν, averti, *Theodorus.* Amittere vim fructificandi. *Male fecit cum Plinium secutus est; Maluit etiam* saporem *dicere, quam* odorem: *cum tamen sit,* Ὀσφραντική.

Idem Plinius. Rhaphanum. *in 17. non* brassicam, *τὴν ῥάφανον, est interpretatus. at in 20.* Brassicam. *Vide Galenum in Brassica.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Κοινὴ δὲ φθορά, &c. Plinius libr. 27. cap. 24. *Radicibus amputatis mori, minimè mirum est pleræque tamen non omnibus, sed maximis, aut quæ sunt inter illas vitales abscissis moriuntur.*

Πᾶσιν δὲ ἔλαιον, &c. Plinius loco citato. *Pix, oleum, adeps inimica, præsertim novellis.*

Χαλεπὸς δὲ ὁ κιττός, &c. Plinius loco citato. *Necant invicem inter sese umbra, vel densitate atque alimenti rapina, necat hedera vinciens, nec viscum prodest & cytisus, nec auro quod alimon Græci vocant.* Ita hodie in codicibus expressis legitur. Antiquus codex habet, *nec viscū prodest & cytisus: nec aureo quod alimodo Græci vocant.* Quæ magis quam vulgata corrupta. Ex hac qui indicem in libros Plinii fecerunt, proscripsere alimon auro inimicum, quod planè falsum. Pro *aureo*, ut in antiquo habetur, Doctiss. Gaza, & alii legerunt, *nec aurio, quod alimon vocant.* Inde Gaza ἅλιμον interpretatur, lib. 5. de caus. *aurionem* & lib. 4. hist. *Sed eo valentior auro est.* Depravatus Plinii codex maximos decipit viros. Scribe ex emendati. Clarissione Salmasii, *nec viscum prodest, & cytisus necat viro, & quod halimon Græci vocant, vel, nec viscum prodest, nec cytisus: necat viro quod halimon vocant.* Vide lib. 5. de caus. cap. 2?. Græcus auctor tradit, cytisum & halimon necare, τῇ πολυτροφίᾳ καὶ τῇ ἁλμυρίδι τῇ περὶ αὐτήν, additque, ideo cytisum valentius esse halimon. διὰ τὸ πλείω ἔχειν, subaudi ἁλμυρίδα. *Salem*, Plinius reddidit, *virus.* Succum salsum nimirū halimi, qui virus est cæteris plantis halimo adnatis. Sed & virus pro salsugine dixit Lucretius in hoc versu.

Ionium glaucis aspergit virus ab undis.

Necant inter se plantæ sese densitate & umbra, & alimenti rapina; necat hedera amplexu & vinciendo; necat cytisus & halimon, τῇ ἁλμυρίδι & succi virtute, quod *virus* Plinius appellavit. Sed & virus idem Lucretius posuit pro herbarum succo, & virtute naturali.

Concoctosque suo contactos perdere viro.

Quod & huic loco Plinii convenit: nam illis de halimo subjicit Theophrastus. ἔνια δὲ οὐ φθείρει μὲν — ὀσμῶν. Plinius *quorundam natura non necat quidem, sed lædit, odore aut succi mistura.* ἡ τοῦ χυλοῦ δύναμις, est *virus.* Sic halimon adstras

stas plantas verè necat, τῇ ἐξ ἀλμυρᾶς χολῆς δυνάμει. Malum & bonum virus dixisse veteres, adnotat Servius.

Καὶ ὁ κύτισος, &c. Κύτισον Græcis Latinisque virile scribunt viri magni, cum tamen apud Latinos fæmininum reperiatur. Columella lib. 9. cap. 4. *Post hæc frequens sit incrementi majoris surculus, ut rosmarinus, & utraque cythisus. Est enim sativa, & altera suæ spontis est.* Frequentius tamen masculinum est; ut ex iis quæ infra ex Columella, Plinio cæterisque citantur, palam fiet. Apud Galenum tamen fæmininum est. Verba infra ex libr. 1. de antidotis citantur. Illud tamen notandum, quod in vulgatis Columellæ codicibus cythisus per θ scribatur, cum in antiquissimo per τ. ut apud reliquos Latinos, omnesq; Græcos legitur, si unum in Geoponicis locum exceperis. Nam lib. 3. cap. 1. habetur, κύθισον θερίσαι χλωρόν. *& viridem cythisum demetere.* Cytisum à Cythno insula, in qua inventus est, dictum volunt. Plinius libr. 13. cap. 24. inquit. *Inventus hic frutex in Cythno insula, inde translatus est in omnes Cycladas, mox in urbes Græcas magno casei proventu: propter quod maximè miror rarum esse in Italia. Non æstuum, non grandinum, aut nivis injuriam expavescit. Adjicit Hyginus, ne hostium quidem, propter nullam gratiam ligni.* Malunt alii à Cynthysa insula, quæ à Cycladibus est, nomen accepisse. *Trifolius*, inquiunt, *iste frutex lotusve gentilem cognominis insulæ Cynthysæ, quæ una è Cycladibus est appellationem fatetur. Unde reliquæ Græciæ Latioque factus communis fuit. & mirum quanti putatus ad pecoris pastiones, lactis & prolis proventum.* Quare qui κύθηλον ex Poëtis legunt, possunt aptè interpretari *fœcundum fænum*, quod multū sanguinis, virium, & seminis, absq; quo friget Venus, suggerit. Certè & nos aliquando κύτισον, quasi κύτηλον, quod lotus esset fœcundus, putavimus dictū: nunc magis arridet nomen impositum παρὰ τὸ ἴσως τιθοὺς κοιεῖν, *quod mamillas æqualiter lacte distentas faciat.* τιθὸς, *mamilla.* Suidas, τιθοὶ οἱ μαζοί. Alii τιτθοὺς scribunt. Hesychius τιτθὶ. τιτθὸς, μαστός. τροφεύς. Lac copiosum generare cytisum, docet Columella lib. 5. cap. ult. *Cytisum in agro esse quam plurimum maximè referet, quod gallinis, apibus, capris, bubus quoque, & omni generi pecudum utilissimus sit. quod ex eo cito pinguescit, & lactis plurimum præbet ovibus. tum etiam, quod octo mensibus viridi eo pabulo uti, & postea arido possis. Mulieres quidem, si lactis inopia premuntur, cytisum aridum in aquam macerari oportet, & cum tota nocte permaduerit, postero die expressi succi ternas heminas permisceri modico vino, atque ita potandum dari; sic & ipsæ valebunt, & pueri abundantia lactis confirmabuntur.* Plinius loco citato. *Non ex alio pabulo lactis major copia, aut melior, super omnium pecorum medicina à morbis omni usu, præstante; quin & nutricibus in defectu lactis aridum atque in aqua decoctum potui, cum vino dari jubet (juvat, scribe) firmiores celsioresque infantes fore.* A lactis igitur generatione nomen accepit; sed gaudet & aliis nomenclaturis. Auctuarii auctor, οἱ δὲ τηλίνην, οἱ δὲ λωτὸν μέγαν. οἱ δὲ τρίφυλλον, Ῥωμαῖοι τριφόλιουμ μαιόυς. Quæ nomina à tribus simul junctis foliis accepit; quanquam τηλίνη dici possit, quod semen in siliqua, fœnugræco non dissimili, ferat. Alia nomina apud Græcos habuisse, docet Columella, vel alius quis de arboribus cap. 28. *Cythisum (quem Græci, aut ζίαν, aut καρίκην, aut τροφερὰν vocant) quam plurimum habere expedit, quod gallinis, apibus, ovibus, & omni generi pecudum utilissimus est, quod & ex eo cito pinguescit, & lactis plurimum præbet ovibus, &c.* Legunt alii, *cytisum (quem Græci, aut ζία, aut καρίκην, aut τροφερὰν vocant) quam plurimum habere, &c.* Unde ζίος nomen acceperit, imaginari nequeo: puto scriptum fuisse ζίαν. Ζίας nomen accepit quod, ut ζεία vel ζία (hordei genus, speltam vocant) homini alimentum bonū præstat, ita cytisus pecori, παρὰ τὸ ζῆν, quod vivere significat, Plinius, *Utilitas quæ ervo, sed ocior satietas perquam modico pinguescente quadrupede, ita ut jumenta hordeum spernant.* Vel nomē illud accepit, quod ζίαν spreverit pejus, ut ait Plinius. vel ζία dicitur, quod avide magnoque cum ardore expetatur à pecore, ἀπὸ τοῦ ζεῖν, vel ζέω, quod *fervere*, *ardere* significat. Hesychius, ζεῖα φλέγει. καρίκη, quasi κάρου νίκη, id est, *victoria pecoris*, quod eo invento exultarit, ac quasi victoriam cecinerit pecus. Κάρος enim pecus, Hesychius, κάρους θρέμματα, πρόβατα. Eadem de causa ab aliis ἀρνόφυλλος dicitur. Hesychius, ἀρνόφυλλον, κύτισον, οἱ δὲ ποιὰ θαμνώδης. *arnophyllus cytisus fruticosa planta.* Ἀρνόφυλλος vocatur, quod oves & capræ libenter folia cytisi comedant Virgil.

> *Torva leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam*
> *Florentem cytisum sequitur lasciva capella.*

Τροφερὰ dicitur, quod delicatus sit ac mollis; vel, si quis mavult τροφερὸν vocare, dicat, nomen hoc impositum à tribus quibus cytisus præditus foliis. De cytisi facie pauca Theophrastus, nisi quod lib. 5. cap. 4. scribat, cytisi materiem nigram, ac ad ebenum proximè accedere. Describitur à Dioscoride libr. 4. cap. 113. κύτισος θάμνος ἐστὶ λευκὸς ὅλος ὡς ῥάμνος, κλάδους ἀνιεὶς πηχυαίους καὶ μείζονας, ἀφ᾽ ὧν τὰ φύλλα ὅμοια τήλει, ἢ λωτῷ τριφύλλῳ, μικρότερα δὲ, καὶ ῥάχιν ἔχοντα μείζονα. Ἐν τῇ τῶν δακτύλων τρίψει εὔζωμον ὄζει, ... (Lacuna in veteri codice legit, λωτοῦ) ἐν δὲ τῇ γεύσει ὅμοια ἐρεβίνθοις χλωροῖς. *Cytisus frutex est albus in totum, uti rhamnus, ramos spargens cubitales ac etiamnum majores, in quibus folia fænugræci aut loti trifoliæ, nisi quod minora sunt, dorsoque medio prominentiore. ea digitis trita erucam (Lacuna, lotum) olent, gustataque cicer viride sapiunt.* Galenus lib. 1. de antidot. cap. 4. Cytisum, ad myrti altitudinem crescere scribit, quod vel ipsa experientia verum compertum. καὶ γὰρ οὖν καὶ τοῖς γεγράφασι περὶ τῆς κυτίσου τοῦτο ὁμολογεῖται πᾶσιν, ὡς πλεῖστον μέλιτος ἐκ τῶν ἀνθῶν αὐτῆς αἱ μέλιτται δρέπονται. Θαμνῶδες δ᾽ ἐστὶ φυτὸν ἡ κύτισος εἰς ὕψος αὐξηθὲν ὅσον αἱ μυρρίναι. *Hoc siquidem de cytiso scriptores omnes tradunt, apes ex cytisi floribus plurimum mellis excerpere. Fruticosa vero planta cytisus, eam altitudinem attingens ad quam myrtus crescit.* Hæc certe experientia magis confirmantur, quā Dioscoridis sententia. Folia Plinius ait lib. 16. cap. 24. ramulosa esse; melius Dioscorides loto comparavit. Præterea non capio quid velit Plinius, cum scribit, *ramulosa ulmo & cytiso*: quasi omnium arborum, fruticumve non essent ramulosa. Oleæ enim & populi folium æque ramulosum ac ulmi; sic genistæ, cisti, aliorumque fruticum tam ramulosum ac cytisi. Et hæc de cytiso veteres, nisi quod Strabo lib. 16. Geographiæ scribat, balsamum arborem esse odoratam & fruticosam, cytiso similem. Pro cytiso vero habetur cujus imaginem exhibemus,

Cytisus Maranthæ.



quem primus Bartholomæus Marantha invenit. Frutex est temporis tractu arborescens myrtæ modo, humanam altitudinem superans. in multos ramulos sese explicans, totus candidus, præsertim solo natali; transplantatus candidum illum colorem magna ex parte amittit, ita ut virentem potius, quam candicantem diceres. Folia singulis pediculis terna, incana & albicantia, quæ trita erucam nonnihil redolent. Circa Neapolim vero in colle quodam qua ad Nesidem itur, si digitis terantur erucæ proximum odorem emittunt; gestata legumen sapiunt, maximè cicer. Flores fert in summis virgultis elegantes, aspectu pulcherrimos, luteo saturato auri colore relucentes, quemadmodum palustris planta quæ pro caltha ostendi solet, forma genistæ, sed minores, & amplius colorati. Succedunt

valvulæ, sive siliquæ, planæ, recurvæ, falcitæ, crescentis lunæ formam referentes, in quibus semen parvum, vix ineunte æstate maturescens. Caudex nigrum cor retinet & ebeni æmulum: ex quo horarias preces Neapoli magno quæstu conficiunt, atque apud artifices *vastaccietta* lignum hoc nuncupatur. Sed cave de quacunque hæc intelligas: quippe non nisi in inveteratis, caudicemque crassissimam habentibus partem nigram mediam reperies; in adolescente & tenerrimo adhuc frutice frustra hanc nigredinem quæsieris. Aliam cytisi nomine plan-

Cytisus Penæ.



tam Pena & Lobelius describunt, *Diu*, inquiunt, *nos anxios & ambiguos animi habuit cytisi veri historia & expensio; verum suladoris hinc inde rationum momentis, & collatis variis plantis, quas respuebamus, speramus tandem probatam iri candidis arbitris. Qua Roma regia via Florentiam adit, oppidulo cui nomen Aqua pendulæ (ni perperam in Palinxestis Herbario notavimus) declivi & depressa etiam planitie feracissima, cytisum fruticem quinque, sexve cubitis proceriorem genistæ sarmentis pluribus, gracilibus, praduris, striatis vidimus; statim ab imo aut paulo superius lignosa radice e cauliculus pediculis folia terna; non ita numerosa, similia fœnigræco, angustiora, habitiora, rutacea, genistæ vel sparti, aut pisi; flores lutei, sed minores: siliqua genistæ par, cinericia, gracilior, compressior, intus loculis sunt discepta, semina nitentia ex atro genistæ. Est cana universa planta, uti rhamnus Monspel. aut halimus. Sapor ciceris, aut similis leguminum: odoris sanè jam non succurrit. aridam enim & inodoram duntaxat habemus vulsam: Narbone præsertim, & radices montis Calcaris propè Veganium: minus procera tamen, sed tenerior, pabuloque aptior est. forte quia dum in montes abigunt pecus, ut quotannis faciunt, pastionis lætioris, atque æstus convallium declinandi causa, ineunte Majo & Iunio, sole in Arietem ingresso, teneriusculos germinationem fœtus, florum siliquarumque sponte ligurriunt oves, & capellæ. Eoque Poeta venisse ex Theocrito canit: Florentem cytisum & salices carperit amaras. Hæc, ut si quæ alia, apprimè quadrant Dioscoridis Galenique cytiso. Nam etquid eadem sit, Theophrasti haud magnopere sollicitos facit nos; quando ille in describenda minus sollicitus fuit; qui de locis alicubi monuit* (hæc mera calumnia) *plerumque usu venire, ut eadem voce plurimum diversæ plantæ, effigie tradantur. Quapropter uti antiqui cytisum vocarunt fœnugræcum, lotum magnum, & trifolium, propter figuræ aut naturæ conjunctionem: sic ex variis consimilibus fruticibus anagyridi, laburno, coluteæ incertum vagumve vocabulum remansit* (figmentum est, & vix ausim dicere, majus quid) *notior & frequentior, quæ Italiæ Gallo provinciæ, squallidis, saxeisque collibus inter cocciferas ilices & majores ericas viret, florumque amœnissima fœtura oculos caprasque pascit æstatis initio: sesquicubitales spargit fruticosas, lignosas virgas, tenues ac ramosas. Folia terna virgultis oriuntur, & quam prioris cytisi majora, rotundiora, viridantia ex atra: genistæ flores in summis cauliculis luxuriant, lutei pusilli, sed stipatu longe plures, quàm pro magnitudine plantæ, quo advolant mellificatum apum examina læta: odor gratus illi, sapor alterius, siliqua & semen minora.* Hactenus adversariorum auctores. Neutram plantam verum cytisum esse, facile probari potest. Altera folia non habet incana, loto trifolia similia. Prior materiem nigram non habet, nec odorem erucæ. Aliam quandam plantam cytisi nomine describit Bellus, epist. 1. ad Clusium. *Cytisus*, inquit, *Creticus, frutex est totus obliquus ad quatuor aut quinque cubitorum altitudinem assurgens; folia profert terna simul juncta, argentea, trifolii æmula, dorso aliquantulum prominente: flores trifolii majoris, adhuc tamen majores, in quibus intermixti sunt albi quidam villi, qui struthiocameli pennas, easque in minutissimmas partes divisas æmulantur. Ea ratione flos elegantissimus apparet: videtur enim ex purpura & argento quodammodo à natura formatus. Succedunt semina milio majora: materies ligni nigra durissimaque, cortex cinerius, & totus profundis fissuris plenus. Oritur ubique in asperrimis collium locis, & præcipitiis, vocaturque vulgo ἀρχοντόξυλον, quod ignobile lignum sonat. Hunc fruticem cytisum, & fortasse legitimum judico.* Idem epistola quarta. *Et me quoque errasse nunc deprehendo, quando cytisum Creticum ἀρχοντόξυλον vocatam, cujus semina tibi misi, & iterum cum ramo sub floribus onusto mitto, legitimum fuisse putavi. Nam differt ab hoc foliis quæ longiora & angustiora sunt; neque semper uno pediculo terna simul profert, sed quaterna & quina, ut nuper observavi, semenque non in siliquis, sed trifolii modo; quod significare neglexeram profert. Hanc ob causam non amplius cytisum, sed ebenum Creticam vocandam esse hanc stirpem censeo. Materies enim ligni, plurimum ab ebenum accedit, colore nigro, splendore & duritie, ut ex fragmento adjecto judicare poteris.* De pseudocytisis vide Carolum Clusium. Alium Cytisum Marcellus empiricus describit à Græcorum & Latinorum diversum; quem non jumentorum pabulo laudat, aut ad lactis copiam augendam commendat, sed mirum esse remedium tradit adversus ischiadem & arthritim. Cytisum hunc cap. 25. describit, remedium mirum adversus isciadem vel arthritem. Herba est, vel frutectum, quod maxime circa sepes vinearum nascitur, Latine cytisus dicitur: virgultis est subortis vel curvis, foliis oblongis bene virentibus, floribus conclusis, oblongis, albis, vel etiam galbineis, bene olentibus, id est mellito odore; frutectum ipsum semper virens, æstate atque hyeme.

Ἄλιμον. Diligenter distinguendum inter ἄλιμον & ἅλιμον, ne in turpem cum Plinio lib. 22. cap. 22. & auctore Auctuarii impingamus errorem. *Asphodelon*, inquit Plinius, *ab Hesiodo quidam alimon appellari existimavere, quod falsum arbitror. Est enim suo nomine alimon, non parvi & ipsum erroris inter auctores*, τὸ ἄλιμον planta de qua Theophrastus; ἡ ἄλιμος, sine aspiratione, planta quæ sitim famemque degustata arcet. Hæc ab α privativa, & λιμὸς, fames, nomen accepit. Hesychius, ἀσφόδελος ἢ ἄλιμος [illegible]. Corruptus codex; scribe, [illegible], sine aspiratione, planta, de qua Theophrasto sermo. Huic nomen impositum scribunt, [illegible], *quod in maritimis & sepibus proveniat.* (Hesychii [illegible]. *Halistia & halimia plantæ arborescentes quæ in maritimis aut siccis reperiuntur locis. Halimon proxime mare natum.* Hoc etymon non valde probo, quod aliis in locis τὸ ἅλιμον proveniat. Rectius, quod olus, sit salsum. Plinius, *Alii olus maritimum esse dixerunt, salsum; unde nomen.* Gal. lib. 6. simpl. [illegible], *gustu salsum & subadstringens.* Hac de causa ab Ætio ἅλιμος dicitur, à recentioribus [illegible]. Glossæ Benedicti, [illegible]. Holus marinum. Apud Dioscoridem ὁ ἅλιμος virile est, cum apud Theophrastum, Suidam, cæterosque neutrum sit. Suidas, ἅλιμον βοτάνη [illegible]. *Halimum arborescens herba maritima. copiose nutrit, lac & semen generat.* Utrum masculini an nutrius generis, videant Grammaticorum filii, nobis nec seritur, nec metitur. Describitur à Diosc. libr. 1. cap. 120. his verbis. ἅλιμος θάμνος ἐστὶ φραγμίτης ὅμοιος ῥάμνῳ, [illegible]. φύλλα δὲ ἔχει [illegible]

[illegible] τῆς ἁλικάκαβος· φύεται ἐν τοῖς φραγμοῖς καὶ ἐπιθαλαττίοις τόποις. τὰ φύλλα, ἑψόμενα εἰς βρῶσιν. τῆς δὲ ῥίζης [illegible] [illegible] [illegible] γάλα κινητικά. *Halimus frutex est circa sepimenta nascens, similis rhamno, subalbidus, sine spinis, foliis oleæ proximis, sed latioribus ac mollioribus. Nascitur in maritimis ac sepibus. Ejus folia ciborum gratia olerum modo decoquuntur, radix vero drachmæ pondere in aqua mulsa pota, convulsa, rupta, tormina mitigat, & lactis ubertatem præstat.* Οὐκ ἔχων ἀκάνθας; Contra Serapio cap. 85. *Quæ ex hac planta nascitur in campis, assimilatur acinis, id est ausegi, nisi quia habet plures spinas.* Quid acinus sit, ignoro. Typographi mendum est. Scribe *rhamnus*. Serapio vel interiores cap. 226. *Hausig, id est rhamnus.* Illud magnos viros, torquet, quod ait, *habet plures spinas.* Videndum, inquiunt, in hac planta erit, quomodo concilientur Dioscorides, & Serapio. Ille enim ait rhamno similem esse halimum, sed spinas non habere. Hic autem plures illi quam rhamno spinas tribuit. Verba Serapionis vel interpretis si rectè capiantur, nullam omnino habent contradictionem. Sic ait Serapio; *quæ ex hac planta nascitur in campis* (melius *sepibus* dixisset) *assimulantur rhamno*, id est, *nausegi, nisi quia plures habet spinas, & folia ejus, &c.* Ex quibus nihil aliud colligo, quam Halimum similem esse nausegi, id est rhamno, nisi rhamnus multas spinas haberet. Quo sensu Serapio, aut ejus interpres, Halimo quem melochiam vocat, spinas non tribuit. Quamobrem eum cum Dioscoride conciliare, nihil opus est. Καὶ [illegible]; Non probo eorum opinionem, qui pro [illegible] scribunt [illegible] quæ vox quanquam in ultima addita editione, in reliquis non extat codicibus. Nec eam agnoscit Oribasius, hec exscripsit Serapio; & folia ejus sunt similia foliis olivarum, nisi quia sunt latiora, & nascitur in ripa maris. Vulgata tamen probatur ex Neophyto. Sic apud eum; πλατύτερα δὲ τοῦ τε καὶ ἁπαλώτερα. Sed tantæ auctoritatis apud me non est Neophytus, ac Oribasius & Serapio: Hos constat fideliter exscripsisse Dioscoridem, quod de Neophyto dici nequit. Sed hoc in medio relinquam. Καὶ φραγμοῖς. Oribasius addit, κρημνοῖς, *præruptis*. Unum Halimi genus describit Dioscorides, plura Plinius libr. &

Halimus.



cap. 22. *Alii enim fruticem esse dicunt, densum, candidum, sine spina, foliis oleæ, sed mollioribus. Coquitur autem hoc* (scribe ex Dioscor. *coqui autem hac*) *ciborum gratia. Radix tormina discutit, drachmæ pondere in aqua mulsa pota: item convulsa ac rupta. Alii olus marinum esse dixerunt salsum, & inde nomen foliis in rotunditate longis* (fortè rotunditatem) *laudatum in cibis. Duorum præterea generum, sylvestre & sativum. Utrumque prodesse dysentericis, etiam exulceratis cum pane, stomacho vero ex aceto. Hulceribus vetustis collini exudum, & vulnerum recentium impetus lenire, & luxatorum pedum ac vesicæ dolores. Sylvestri tenuiora folia, sed in ejusdem remediis effectus majores, & in sanandis hominum ac pecudum scabie. Præterea nitorem corpori fieri, dentibusque candorem, si fricentur radice ea, (ejus) semine linguæ subdito sitim non sentiri*; (hoc de alimo traditur ab aliis) *hoc quoque mandi, & utraque etiam condiri. Crateras tertium quoque genus tradidit, longioribus foliis & hirsutioribus, odore cupressi, nasci sub hedera, maximè prodesse opisthonicis, contractionibus nervorum, tribus obolis in sextarium aquæ.* Inter Botanicos convenit, eam plantam halimum, cujus picturam exhibemus. Cujus tria describit Genera Clariss. Carolus Clusius lib. 1. Rarior. plant. cap. 3. his verbis. *Halimus ergo Dioscoridis, quem & majorem & latifolium appellare licet, frutex est omnino candidus, rhamno similis, ipso etiam candidior, eademque altitudine assurgens, multis ramis ex una radice prodeuntibus, crassis, lignosis, & fragilibus, nullis rigens spinis. Folia oleæ, seu potius rhamni, breviora tamen & latiora, interdum rhomboide figura, alba, carnosa, quodammodo splendentia, saporis acidi circa ramos; nullo servato ordine temere nascuntur: flos oleæ muscosus, purpurascens, racematim in summis ramis cohæret: deinde semen latum atriplicis, aut portulacæ, quam marinam vulgo vocant, copiosum. Radix dura est, lignosa, & in multos ramos sparsa, floret æstate, semen autumno maturescit. Inveni etiam Decembri florentem, & maturo semine onustum. Plurimus sponte provenit. Ulyssipone vicinisque locis ad Tagum, aut ejus ostia, & æstuaria mari proxima in sepibus mixtim cum rhamno, aut solus. Hispali item in sepibus. Natus etiam nobis semine quod Ulyssipone attuleram, quem etiamnum apud quosdam rei Herbariæ studiosos ali existimo:* (immo & hodie colitur; adversus tamen frigora non nihil muniendus) *verum minus albus erat, quam natali solo, & ampliora nactus folia, atriplicis sylvestris ferè magnitudine, & forma carnosa; tamen & non nihil salsedinis retinentia.* (puto hoc alterum genus Plinii, quod foliis in rotunditatem longis est.) *Frustra hunc, verbis Amati Lusitani inductus, Salmanticæ ad ædem D. Virginis, cui cognomen* de la Verga, *fluvio Thormi vicinam, sæpe requisivi; sed rhamnum istic frequentem, quemadmodum et extra suburbiorum parietes, inveni: nisi atriplicem sylvestrem illic, ut plerisque aliis in locis, satis abunde nascentem, pro halimi frutice fortassis sumpserit. Halimi genus aliud supra cubitalem aut sesquicubitalem non assurgit altitudinem, flagellis potius quam ramis, adeo infirmis, ut plerumque procumbant, & humi fundantur, candidis quidem illis, sed minus superioris ramis. Hujus folia oblonga, angusta, pinguia & carnosa, cinerei & albicantis coloris: flos summis flagellis racematim cohærens innascitur, herbacei potius quam purpurascentis coloris: deinde semen superiori fermè simile, paulo tamen minus: floret quo superior tempore, in maritimis regni Valentini nascitur. Videre & legere etiam memini in aggeribus illius insulæ, quam duo Rhodani cornua faciunt, inter fanum D. Ægidii & Arelaten, cum Monspelio Arelaten, & inde Massiliam proficiscerer. Alitur etiam a nostratibus in hortis: alebant etiam Viennæ in suo horto cultissimo Cl. vir Doctor Ioannes Aichholtzius, insignis Medicus, & dum vixit amicus carissimus, adeo prolifico semine, ut plurimæ illi plantulæ singulis annis sponte nascerentur. Ad halimi etiam genera referri potest alia planta, non modo in maritimis mediterranei maris, sed etiam ad Oceanum sitis; ut in aggeribus Flandriæ, Zelandiæ, & Hollandiæ nascens, pedalibus ramis, humi procumbentibus, ex cinereo colore purpurascentibus, foliis prioris similibus pinguioribus, at magis carnosis, minus tamen incanis, & ex viridi potius canescentibus: flos etiam extremos ramulos ambit racematim, ex herbaceo purpurascens, deinde semen secundo simile. Cl. vir Iacobus Dalecampius* (ipsum enim magnæ illius plantarum Historiæ, quæ proximis his annis Lugduni apud Rovilium expressa est, auctorem esse judico) *verum Dioscoridis halimum Tholosæ in hortis coli ait; sed illum fructum ribes vulgari similem ei adpingat, dubia mihi est ejus fides. Dioscorides enim nullius fructus in ejus historia meminit: nec ipse etiam Plinius. Ego vero primum, quod descripsi, legitimum Dioscoridis ἅλιμον esse censeo, & minus genus Plinii. Lusitani* Salgnedeiras *a salsugine, Hispalenses,* marisma, *quod maritimum crescat, appellant. Alterum sylvestre genus Plinii videtur; cui teneriora folia, et hujus illius vulgare nomen mihi ignotum. Tertium vulgo portulaca marina dicitur. Omnes autem, perpetua fronde sunt, & aliquid affine cum atriplice sylvestri (cujus varia reperiuntur genera, foliorum amplitudine & exilitate inter se differentia) habere videntur, & forte etiam facultates non dissimiles. Lusitani tenellas prioris, atque etiam rhamni cymas in cibos recipiunt.* Hactenus Clusius, cui Botanici omnes subscribunt. Cretenses halimum jam descriptum halimatiam appellant. Bellonius lib. 1. obs. cap. 18. *Ha-*

limi frutex, nunc halimatia appellatur, tota insula adeo frequens est, ut maxima ex parte sepes eo constent, hujus cymæ edules sunt. Idem cap. 60. *Iter fecimus per planitiem valde herbosam cytiso, halimo, & rhamno (qui à grossularia differt) tectam. licet autem halimus natura sua in fruticem ramosum, sine spinis attollatur, uti in Creta; in hoc tamen prato, capparis spinosæ instar, humi diffunditur.* Recepta hæc sententia Botanicorum non placet viris in omni studiorum genere exercitatis. Halimum volunt esse Chali, & vulgo Soldam vocant. Hoc omnino displicet. quippe nec fruticis modo (nisi forte in Arabia) nec ultra cubitum assurgit. Non igitur ad myrti magnitudinem attollitur. Folia fert angusta, crassa, acuminata, non raro acumine pungentia: halimus folia fert oleæ similia, sed latiora, & ut neophytus addit molliora. Chali folia oleagineis multo augustiora, immo olea duplo vel triplo latiora. Quod maximum est, succo turget Chali salso, ac mordaci adeo, ut ex hoc fiat lixivium acerrimum ac mordacissimũ. intra corpus exiguæ herbæ quantitas assumpta, non modo urinas, sed & menses potenter evocat, fœtum tam vivum quam mortuum ejicit, aquosos humores per alvum ducit, & hydropicos ipso elaterio vehementius purgat. major quantitas perniciosa & exitialis. Aqua & ignis, facultate non magis diversa, quam virtute & δυνάμει chali & halimus. Videat lector quid de hac tradant veteres. Halimos in cibos receperunt veteres, recipiunt recentiores, tormina sedat, ruptis convulsisque prodest. Convulsiones excitat chali. Quis herbam adeo mordacẽ validẽq; minima etiam quantitate purgantem in cibos reciperet? quis inter olera recenseret? Videamus quibus utantur argumentis. *Quod ad nomen*, inquiunt, *attinet, id apprimè respondet. Plinius de halimo.* Alii olus marinum esse dixerunt, salsum & inde nomen. *Herba Chali sapore salso est, unde & salsolam vocat Pandectarius. Hoc etiam Græcè sonat ἄλιμον.* Postremum verum; sed inter olera numerari posse, nego. Non omnia quæ salsum habent saporem, halimus; alioquin omnes fermè marinæ plantæ, saltem plures, halimi nomine insigniri debent. *Chali frutex est enim, halimum quoq; frutex.* Fruticem Chali nego. Ponamus fruticem; nusquam ad myrti altitudinem excrescit. Pergunt. *In maritimis & juxta ripas aquarum salsarum nascitur; æque & halimus, unde & ἄλιμον παραθαλάσσιον, interpretantur Græci.* Concedo totũ, nec inde quicquam concludi potest: absynthium marinum in maritimis nascitur, nec idcirco halimus dici meretur. Folium habet pingue, spissum ac leve, oblongumque. tale est & halimo, quod foliis oleæ esse, sed mollioribus scribit Plinius; Dioscorides de halimo: φύλλα ἐλαίας παραπλήσια, πλατύτερα μὲν τοι. Fortè ἁπαλώτερα ἰδὲ τοι. Ita sane legit Plinius. Sed recte apud Plinium, πλατύτερα μὲν δὲ καὶ ἁπαλώτερα. Et sane folia Chali latiora sunt foliis oleæ. Testes voco omnes Botanicos; uno ore fatebuntur, Chali folia multo angustiora, duplo vel triplo latiora esse foliis oleæ. Hæc qui vidit oleam & Chali, agnoscet. nullam vel perquam exiguam cum oleæ foliis folia Chali habent similitudinẽ. Pena & Lobel. *Foliis item densis angustis, fimbriosis, sedi medii vel sempervivi minoris teretifolii duplo longioribus, acutioribus Omne Chali genus foliis est angustis sempervivo minori similioribus, quam oleæ.* Nec illud concedo, pro πλατύτερα, ἁπαλώτερα legendum, quod Oribasius & Serapio ἁπαλώτερα legerint. utrum legatur non multum contradicam, quippe & halimo molliora, & latiora quam oleæ folia. Fruticem Chali abstergentem vim habere, & pannos eo lavari, saponemque etiam præbere optimum, quin etiam mulieres eo uti ad fucandam faciem, & nitorem corpori conciliandum, Neoterici tradunt. Plinius inter halimi virtutes & hanc recenset; per eum nitorem corpori fieri, dentibusque candorem si fricentur radice ejus. Una, ut dici solet, hirundo non facit ver. licet utraq; hanc facultatem habeat, inde tamen concludi nequit, eandem esse plantam. Aliæ dantur etiam plantæ quæ hac facultate pollent. Hesychius, τὰ ἄλιμα dicit esse βοτάνας λυόμενα ἐπὶ θαλάσσῃ ἢ ξηροῖς τόποις nascentes. Arabes Axan vel Usnen vocant fruticem Chali, & in Armenia in justam arborem assurgere, refert Serapio; arenosis & siccis locis gaudere, etiam memorant recentiores. Utrum Arabes sic vocent Chali, ignoro, quippe in Arabum scriptis minus exercitatus, partim quod malè translati, partim quod Arabicam non intelligo linguam. Illud assero hactenus, Chali genus non repertũ, quod in justam assurgit arborem; & si reperiretur? tamen multa impedirent, quo minus halimus esset. Ex omnibus herbis, vel fruticib. qui saporem habent salsum, nullum invenire est, cujus descriptio ad designandum fruticem Chali magis conveniat, quam halimum; immo nullum reperitur quod minus halimum repræsentet. Nec obstat fortasse quod halimum spinis carere, dicit Dioscorides, quæ sunt in herba Chali. Nam plura halimi genera; sed nullum spinosum, & si spinosum daretur, halimus non esset. Id etiam liquido apparet ex variis cognominibus, quibus halimum donatum fuisse, docent Græci recentiores. Neophytus de halimo. Προφῆται βασιλικόν, ὁμοίως Ἑρμοῦ βάσις, οἱ δὲ ἴασις, οἱ δὲ Ὀσίριδος, οἱ δὲ ἡλίου σίφων, Πυθαγόρας ἱερὸς κλάδος. *Hæc magnifica & illustria cognomina abunde confirmant eam esse herbam, de qua fit sal ille, quem vocant salem Chali, item alumen catinæ; quod idem est cum solda Narbonnensium. Nam salem illum hodieque magni faciunt Chymistæ nostri, quos cum vulgo sic appellamus, & frequenter eo utuntur. Græcis quoque χημείας artificibus plurimum commendatur, & miris laudibus effertur ad eos effectus præcipuè in quibus ἡ πῆξις requiritur. Hinc* Ἑρμοῦ βάσιν *Prophetæ vocarunt, quod eo fixum suum Mercurium redderent, Sol illis aurum est. inde halimum.* Ἡλίου σίφων, *quod eo etiam uterentur ad argentum commutandum in aurum. Stephanus Philosophus, vetus auctor χημείας, qui vixit sub Heraclio, de Talco & Chali mixtis,* καὶ ἐπίβαλε ἀπὸ τοῦ συνθήματος ἐκ ἴδης τὴν σελήνην εἰς ἥλιον μεταποιηθεῖσαν, καὶ θαυμάσεις. *Osyris in lexico hujus artis exponitur, plumbum & sulphur.* Ὄσιρίς ἐστι μόλυβδος καὶ θεῖον. *A Pythagora Halimum cognominatur,* ἱερὸς κλάδος, *quod scilicet ad sacram artem conduceret. Sic enim χημείας indigetant egregii flatores ἱερὰν τέχνην, cujus & Pythagoram scientem fuisse volunt. Lexicon hujus artis inscribitur in antiquis libris,* λέξικον τῆς ἱερᾶς καὶ θείας τέχνης; *& alibi,* ἱερὰν τέχνην *interpretantur,* τὴν χρυσοῦ ποίησιν, &c. Etyma hæc ingeniosa & acuta esse nemo facile inficias ibit. Sed nomina illustria ac diversa non faciunt plura genera tota facie differẽtia. Iris multa & magnifica nomina habet; sed inde non sequitur, plura genera ejus esse in totũ diversa. Idẽ de helenio, rhamno, aliisque infinitis dicam, quibus nomina speciosa, sancta. nec inde vel halimum esse vel diversas species halimi reperiri sequitur. Supra dixi, Auctuarii auctorem confundere alimum & halimum, quod vel ex his liquet Ῥωμαῖοι ἀλβούκιουμ, οἱ δὲ ἀμπελούκιουμ. *Albucum Latini aut ampeluciã vocant.* Ἄλιμον sine aspiratione, albucum seu asphodelũ vocasse Latinos, ex Plinio constat. Apud Neophytum vero legitur, Ῥωμαῖοι ἀσφοδελικοῦμ, οἱ δὲ ἀμπουλάκια. Pro Ἀμπελουκίαν, quod Latinum non est, scribo cum viris doctis, ἀμπουλάκια: sed non concedo, sic vocatum halimũ, quod ampullæ vitreæ ex eo fierent, vel, quod ampullæ fractæ solidarentur & malthatentur; sed quod instar ampullę inflaret, ac Venerem sua salsedine excitaret. Pro ἀσφοδελικοῦμ, quod Romanum non est, scribo, ἀλβούκιουμ. Ceterum magnifica illa nomina, de quibus supra egimus, indita huic plantæ puto, quod lactis; seminisque copiam generet, non à χημείας studiosis. Pythagoris ævo ars hæc incognita fuit, recentiorum inventum est.

Οἷον ἡ ῥάφανος, &c. Plinius libr. 17. cap. 24. *Quorundam natura non necat quidem, sed lædit odore, aut succi mistura, ut raphanus & laurus vitem. Olfactrix (vulgo, olfactatrix) enim intelligitur, & tangi odore mirũ in modum: ideo cum juxta sit, averti & recidere, saporemque inimicum fugere. Hinc sumpsit Androcydes medicinam contra ebrietates, raphanum mandi præcipiens, &c.* Nulla inimicitia raphano cum vite. Confundit semper, ῥάφανον & ῥαφανῖδα, Plinius. Antiquissimi Græci ῥάφανον *Brassicam* vocarunt. Vide cap. de Brassica. Lib. 1. Experientia docet, Brassicam parum, vel nihil vini vim propulsare. novi plures qui experimentũ fecerunt. Odiũ tamẽ aliquod inter brassicã & vinũ videtur, quod facile vomant, qui inter bibendum brassicã assumunt, vel ante usi sunt. Vide lib. 5. de caus.

Ὁ πλήσιον βλαστεῖ. Scribe, πλήσιον ὁ βλαστεῖ.

Ἀναστρέφει. Cassianus Bassus lib. 5. cap. 11. παράδειγμα δὲ μάλιστα κράμβην ὡς φύσει ξηράν, καὶ ἀντιπάθειαν ἔχουσαν (MS. ἀντιπάθειαν φυσικὴν ἔχουσαν) φυσικὰς πρὸς τὴν ἄμπελον. Ἀμέλει ἐάν τις ἑψομένης κράμβης οἶνον ἐλάχιστον ἐπιψεκάσῃ (ἐπιψεκάσειεν MS.) οὐχ ἑψηθήσεται, καὶ ἡ χροιὰ διαφθαρήσεται. καὶ οἱ βουλόμενοι πολὺν οἶνον πίνειν, καὶ μὴ μεθύσκεσθαι προεσθίουσιν ὠμὴν κράμβην. εἰ δὲ συμβῇ συμπεφυτεῦσθαι (MS. συμφυτεῦσαι) ἐκ τοῦ πλησίον ἄμπελον καὶ κράμβην αὐξανομένη ἡ ἄμπελος, ἐπειδὰν πλησιάζειν μέλλει (μέλλῃ MS.) τῇ κράμβῃ, οὐκ ἔτι ἐπ' εὐθείας χωρεῖ, ἀλλ' ὑποστρέφει ἀντιπάθειαν ἔχουσα πρὸς τὴν κράμβην. *Maximè autem brassicam recusare oportet, velut natura siccam, & naturaliter contrariam affectionem adversus vitem habentem. Profectò si quis dum coquitur brassica, vinum vel paucissimum instillet, neq; coquetur, neq; color ejus corrumpetur: & qui multo vini potu se largius invitare volunt, & non inebriari, crudã brassicam prius edunt. Si autem contingat complantata esse ex vicino vitem & brassicam, vitis ipsa augescens ubi brassicæ appropinquat, non amplius directè procedit, sed retrovertitur contrariã affectionẽ ac brassica habens.* Vide c. de brassica.

THEOPHRASTI
DE
HISTORIA PLANTARUM
LIBER QVINTVS.

ΚΕΦ. Α. — Cap. I.

De cædenda materie, tum rotunda, tum quadrata: & quando cædendum robur.

Περὶ δὲ τῆς ὕλης ποία τέ ἐστιν ἑκάστη, πόθ' ὡραία τέμνεσθαι, καὶ πρὸς ποῖα τῶν ἔργων χρησίμη, καὶ ποία δύσεργος ἢ εὔεργος, καὶ εἴ τι ἄλλο τῆς τοιαύτης ἱστορίας ἔχεται, πειρατέον ὁμοίως εἰπεῖν. ὡραῖα δὴ τέμνεσθαι ξύλα, τὰ μὲν στρογγύλα, καὶ ὅσα πρὸς φλοισμὸν, ὅταν βλαστάνῃ. τότε γὰρ εὐπεριαίρετος ὁ φλοιός· ὃ δὴ καλοῦσι " λιπᾶν, διὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ὑπογινομένην αὐτῷ. μετὰ δὲ ταῦτα δυσπεριαίρετος, καὶ τὸ ξύλον μέλαν γίνεται καὶ δυσειδές. τὰ δὲ τετράγωνα μετὰ τὸν † λιπητόν· ἀφαιρεῖται γὰρ ἡ πελέκησις τὴν δυσειδίαν. ὅλως δὲ πᾶν πρὸς ἰσχὺν ὡραιότατον, οὐ μόνον πεπαυμένον τῆς βλαστήσεως, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐκπεπαῖνον τὸν καρπόν. ἀλλὰ διὰ τὸν φλοισμὸν ἀώροις οὖσιν, ὡραίοις συμβαίνει γίνεσθαι τοῖς στρογγύλοις. ὥστε ἐναντίαι αἱ ὧραι κατὰ συμβεβηκός. εὐχρούστερα δὲ τὰ ἐλάτινα γίνεται κατὰ τὸν πρῶτον ‡ κοπητόν. ἐπεὶ δὲ μάλιστα μόνον περιαιροῦσι τὸν φλοιὸν, " ἐλάτης, πίτυος, ταῦτα μὲν τέμνεται τοῦ ἦρος· τότε γὰρ ἡ βλάστησις. τὰ δ' ἄλλα, ὁτὲ μὲν μετὰ πυροτομίαν, ὁτὲ δὲ μετὰ τρυγητὸν καὶ Ἀρκτοῦρον· οἷον, ἀρία, πτελέα, σφένδαμνος, μελία, ζυγία, ὀξύα, φιλύρα † φηγός τε καὶ ὅλως ὅσα ὀρύττεται. δρυὸς δὲ, ὀψιαίτατα κατὰ χειμῶνα, μετὰ τὸ μετόπωρον. ἐὰν δὲ ὑπὸ τὸν λιπητὸν τμηθῇ, σήπεται τάχιστα ὡς εἰπεῖν, ἐάν τε ἔμφλοιος, ἐάν τε ἄφλοιος· καὶ μάλιστα μὲν τὰ ἐν τῷ πρώτῳ λιπητῷ. δεύτερα δὲ, τὰ ἐν τῷ δευτέρῳ. τρίτα δὲ, τὰ ἐν τῷ τρίτῳ. τὰ δὲ μετὰ τὴν πέπανσιν τῶν καρπῶν, ἄβρωτα διαμένει, κἂν ‡ ἀλόπιστα ᾖ. πλὴν ὑπὸ τὸν φλοιὸν ὑποδυόμενοι σκώληκες, ἐπιπολῆς ἐγγράφουσι τὸ στέλεχος. οἷς καὶ σφραγῖσι χρῶνταί τινες. ὡραῖον δὲ τμηθὲν τὸ δρύϊνον, ἄσαπές τε καὶ ἀθριπήδεστον γίνεται, σκληρὸν καὶ πυκνὸν ὥσπερ κέρας. πᾶν γὰρ ὅμοιόν ἐστιν ἐγκαρδίῳ. πλὴν τό γε τῆς ἁλιφλοίου, καὶ τοῦτο φαῦλον. συμβαίνει δὲ καὶ τοῦτο ὑπεναντίως, ὅταν τε κατὰ τὴν βλάστησιν τέμνωνται, καὶ ὅταν μετὰ τοὺς καρπούς. τότε μὲν ἀναξηραίνεται τὰ στελέχη καὶ οὐ παραβλαστάνει τὰ δένδρα. μετὰ δὲ τοὺς καρποὺς, παραβλαστάνει. δυστομώτερα δὲ διὰ τὴν σκληρότητα καὶ ταύτην τὴν ὥραν. κελεύουσι δὲ καὶ δεδυκυίας τῆς σελήνης τέμνειν, ὡς σκληροτέρων καὶ ἀσαπεστέρων γινομένων. ἐπεὶ δὲ αἱ πέψεις τῶν καρπῶν παραλλάττουσι, δηλονότι καὶ αἱ ἀκμαὶ πρὸς τὴν τομὴν παραλλάττουσιν· ἀεὶ γὰρ ὀψιαίτεραι τῶν ὀψικαρποτέρων. δι' ὧν καὶ πειρῶνται

" λοπᾶν Al. λοπίαν Bas.
† τὸν λοπητὸν Al. Bas. alii κοπητὸν malunt.
‡ λιπητόν.
" ἐλάτης, πεύκης, πίτυος.
† φηγός τε Al. Bas. φιλύρα φηγός τι.
‡ ἀλόπιστα.

De materie, cujusmodi unaquæque sit, & quo tempore tempestive cædatur, & quib. commoda operibus constet, & quæ tractatu difficilis facilisve, & quicquid huc spectat, æque atque superiora, explicare tentandum nunc est. Cædi itaque tempestivum, rotundam quidem materiem, & omnem quæ decorticanda accipitur, cum germinare incepit. Tunc enim " cortex extricatu perfacilis est, quod turgere appellant: scilicet ratione humoris, qui sub eo cortice fieri solet. Postea † inextricabilis redditur, materiesque nigrescit, informisque fit. ‡ Quadrandam autem post turgorem. Securis autem deformitatem aufert. Denique omne, quod validum esse debet, & robore præstans, tempestivius cæditur, non solum cum germinare desierit, sed etiam cum fructum percoxerit. Verum decorticationis causa fit, ut rotunda, quanquam intempestiva, pro tempestivis ad usum veniant. Quamobrem tempora per eventum dici contraria debent. Abietis materies primo turgore meliori colore redditur. Nam & corticem abietis tantum, & pini, " & laricis potissimum detrahunt. Igitur istæ vere cæduntur, tunc enim germinant: reliquæ aliquando post messem, aliquando post vindemiam & arcturum; † ut aria, ulmus, acer, fraxinus, carpinus, scissima, ‡ tilia. Ad summam, quæ aptæ sunt ad defodiendum. Robur serissimè cædendum: videlicet hyeme post autumnum. Quod si sub turgore cædatur, citissime omnium fere computrescit, seu cortice, seu sine cortice capiatur. Potissimum, quæ primo turgore: proxima, quæ secundo: tertia, quæ tertio. Quæ autem post fructuum maturitatem cæduntur, quamvis non turgida sint, incorrupta perdurant. Præterquam quod sub cortice vermiculi quidam nascentes, caudicem per summa inscribunt. Quibus signis pro sigillis nonnulli utuntur. Robur profecto cæsum tempestive, neque putredinem † sentit, & præduṙum spissumque, ad similitudinem cornu, perdurat: totum enim cordis specimen gerit. ‡ Salsicortex tamen vel eo tempore cæsa non valet. Quin & illud è contrario evenit, cum in germinatione cæduntur, cumque post fructus editos. Tunc enim exiccantur caudices, & arbores radicitus regerminare minime possunt, sed post fructus regerminant. Quanquam eo tempore cædi difficilius possint, duritiæ causa. Cædi etiam " post lunæ occasum præcipiunt, quasi duriora & computrescere pervicaciora forent. Sed cum maturitates fructuum inter se differant, constat, etiam vigores arborum ad cædendum esse referendos.

" *arbor facile deglubitur Scal.*
† *difficile deglubitur.*
‡ *Quæ vero materia petitur, ut quadretur, postquã turgere desierit cædenda est. dolatio autem.*
" *piceæ.*
† *ilex fæmina.*
‡ *tilia fagusque.*
† *sentit, neo vermibus eroditur, & cornu instar durum spissumque manet.*
‡ *crassicortex.*
" *luna decrescente.*

τινες ὁρίζειν καθ' ἕκαστον· οἷον '' λεύκην μὲν καὶ ἐλάτην, ὅταν † ὑπολιπῶσιν· ἔτι δὲ ὀξύαν, καὶ φιλύραν, καὶ σφένδαμνον, καὶ ζυγίαν, τῆς ὀπώρας· δρῦν δὲ, ὥσπερ εἴρηται, μετὰ τὸ φθινόπωρον. Φασὶ δέ τινες καὶ τὴν ὡραίαν εἶναι τοῦ ἦρος, ὅταν γε ἔχῃ τὴν καλυμμίδαν κάχρυν. καὶ τὴν πίτυν, ὅταν ‡ ὁ βότρυς αὐθῇ. πῖα μὲν οὖν ὡραῖα καθ' ἕκαστον χρόνον, οὕτω διαιροῦνται. πάντων δὲ δηλονότι βελτίω τὰ τῶν ἀκμαζόντων δένδρων, ἢ τῶν νέων κομιδῇ καὶ γεγηρακότων. τὰ μὲν γὰρ ὑδατώδη, τὰ δὲ γεώδη. πλείστας δὲ χρείας καὶ μεγίστας ἡ ἐλάτη καὶ ἡ πεύκη παρέχονται. καὶ αὐτὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν ξύλων ἐστί.

'' πρόκλω Scal.
† ὑπολιπῶσι Ald. Bas.
‡ βότρυς αὐτῆς αὐθῇ.

dos. Semper enim earum quæ serotinæ magis, cæsura serior. Qua de causa particulatim quidam definire conantur. Vt pinum, & abietem cædi oportere cum germinare incipiunt: scissimam, tiliam, acerem, carpinum † autumno: robur (ut diximus) post autumnum. Sunt tamen, qui etiam id tempestivum in vere existimant, cum ‡ amentum, quod vocant, gerit. Et piceam, cum uva ejus florere incipit. Quæ igitur tempestiva '' omnibus annis cæsio sit, hunc ferme in modum denotatur. Certo autem constat, quod vigentium arborum melior, quam novellarum, vel annosarum materies est. Quippe cum earum alteræ plus terræ, alteræ plus aquæ contineant. Vsus vero plurimos maximosque pinus atque abies præstant: harumque materies amplissima & pulcherrima constat.

† ὀπώρας tempore.
‡ cachryn;
'' omni tempore.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Λοπᾶν. *Theodorus*, turgere, *ut in superiore. & mox μετὰ τὸν λοπητόν. Corrige, τὸν λοπητόν, Nam malè dixere, κοπητόν. Theodorus*, λοπητὸν, turgorem. *Vascones* λοπᾶν, estre en sava.

Εὐπεριαίρετα. *Theodorus*, extricatu facilis. *At extricantur ea, quæ perplexa sunt, ut fila. A capillo sumptis primordiis significationis, & aspiratione dempta Æolum consuetudine, quos sequimur.* τρίχες. *Plinium tamen autorem habet. Dicam.* Arbor facilè deglubitur.

Τὰ δὲ τετράγωνα. *Theodorus*, Quadrandam autem post turgorem. *Mollius dicas.* Quæ verò materia petitur, ut quadretur: postquam turgere desierit, cædenda est.

Ὥστε ἐναντίαι αἱ ὧραι κατὰ συμβεβηκός. *Quare temporibus accidit, ut sint contraria. Non enim tempus, quo germinant, est contrarium tempori, quo fructus percoctus est καθ' αὐτό. Non enim empus tempori contrarium: quippe quantitas non habet contrarium; neque temporum illorum qualitates omnes inter se contrariæ, sed propter opus sunt contraria. Propterea quod in uno quæritur facilitas decorticationis, & color decorus: in altero firmitas operis. Quæ fuit caussa, ut contraria quoque nomina instituerit.* ὡραῖον, καὶ ἄωρον. *& addidit accidentia.* ἄωρον, πρὸς τὸ στερεόν. ὡραῖον, πρὸς τὸ φλοιισμὸν, καὶ τὴν εὐείδειαν.

Εὐχερούστερα δὲ τὰ ἐλατίνα. *Nunc sigillatim digerit narrationem per genera. In codice est:* Κατὰ τὸν ὡραῖον κοπητόν. *Cædendi tempus significat.*

Πηγόστητα. *Theodorus omisit. Supra erat in quarto capite tertii;* πυγός. *Adnotavimus an esset* φηγός.

Ὅσα ἐρύτλεται. *Theodorus.* Quæ apta obrui sunt. *Non intelligebam. Omnia enim sunt apta obrui. sed sic.* Quarum usus est ad partes ædificiorum, quæ terra conduntur. *ut infra cap. 8.* δρῦς πρὸς οἰκοδομίαν, καὶ ναυπηγίαν. ἔτι δὲ πρὸς τὰ κατὰ γῆς κατορυττόμενα. *Et postea de Iunipero.* διὸ τὰ ὀροφὰς. *Theodorus*, ὀψιαίτατα, serissime. *hoc est plus quam ditare linguam Latinam.*

Ἀλιφλοιὸς καὶ τότε φαῦλος. *Theodorus*, vincitur. *Mendum est librarii*, vitiatur. *Quod hic de Haliphlæo, Plinius de Subere.*

Ὑπολιπῶσιν. *Theodorus*, germinare incipiunt. *Sententiam agnosco; unde eam deducam, non video. Ignoro enim verbum* ὑπολιπῶσιν. *Scio & alia quædam; hoc nescio. Et* λεύκην *scriptum est*, πεύκην *corrigunt.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Εὐπεριαίρετος, &c. Plinius. *Cædi tempestivum quæ decorticentur, ut teretes*, (scribe, *& teretes*) *ad templa cæteraque usus rotundi, cum germinant, alias cortice inextricabili, & carie subnascente ei, materiaque nigrescente.* Εὐπεριαίρετος, Theodorus *extricatu perfacilis.* Rectius, *facile detrahitur.* vide notas Scaligeri.

Λιπᾶν. Malè in Aldino λοπᾶν. Pejus Basileensis, λοπίαν. Quid λοπᾶν, quid λιπᾶν, superiori libro cap. 16. docuimus. Λιπᾶν *turgere* significat, id est, ex copia humoris naturalis intumescere. λοπᾶν *decorticare* significat. Sed de his supra egi. Λιπᾶν in arboribus dicitur, cum pinguescunt, atque unguinosiores fiunt; quod maximè germinationis tempore accidit. Quæ enim talis materiæ naturalis inest pinguitudo & succus, per id tempus augetur atque turgescit: aperto quidem augmento; quia, si tum ad imum castrentur, per torulum effluet ille liquor, atque humor pinguis, quasique salivarius lentor emanabit. Ergo, cum arbores ita sunt affectæ, λιπῶντα δένδρα dicuntur.

Λιπητόν. Malè in Aldino & Basileensi λιπητῶν; malè item corrigunt λοπητὸν, nec melius κοπητόν. Λιπητὸν anni tempus, quo humore pingui naturali turgent, prægnantesque fiunt arbores. Supra arbores has πιτυλίνους vocari dixit, quod singulis annis verno tempore tali succo turgeant. vide cap. 6. libr. 3.

Ἀφαιρεῖται, &c. Plinius loco citato. *Tigna & quibus aufert securis corticem à bruma ad Favonium. aut si prævenire cogamur Arcturi occasu, & ante eum fidiculæ. novissima ratione solstitio.* Τετράγωνα, vertit *tigna*, & μετὰ τὸν λιπητὸν, ut supra, λιπᾶν neglexit. Τετράγωνον *quadratum, quadrangulum*; materia quæ petitur ut quadretur, & quadratam accipiat figurã, seu quadrangula fiat. Non omnes tigni quadrati. Tignus vel tignum trabs, qua varie disposita domus extruitur: & proprie cui super ponitur tectum, à tegendo nomine ducto. Nec melius δυσειδίαν corticem reddidit; deformitatem dicere debebat, δυσειδὴς *fœdus, deformis, turpis.* Chrysostomus, ἡ αἰσχρὰ καὶ δυσειδὴς τῶν πραγμάτων ὄψις, &c. Hesychius, δυσειδὴς, κακὸν εἶδος ἔχων. Nec fidelius τροπὴν θερινὴν, *solstitium*, interpretatus est, & negligenter, ὅλως δὲ πᾶν, usque τὰ δὲ ἄλλα omisit. De ortu & occasu Arcturi alibi egi, etiam quando flare incipiat Favonius. Vide lib. 3. cap. 6. & 7. Oritur Arcturus pridie idus Septembris, occidit pridie idus Martii, ante quod tempus occidit filicula, nempe, pridie nonas Februarii. Flat Favonius circiter sextum idus Februarii. Vide quæ supra dicta sunt. Item Plinium libr. 15. cap. 2. & 16. cap. 15. & 18. Columella lib. 2. cap. 2. ubi septimo idus Februarii flare scribit Favonium. Vitruvius lib. 2. cap. 9. *Materies cædenda à primo autumno, ad id tempus, quod erit antequam flare incipit Favonius. Vere enim omnes arbores fiunt prægnantes, & omnes suæ proprietatis virtutes efferunt in frondes, anniversariosque fructus. Cum ergo inanes & humidæ temporum necessitate fuerunt, vanæ fiunt & raritatibus imbecillæ. uti etiam corpora muliebria cum conceperint, à fætu ad partum non judicantur integra, neque in venalibus, ea cum sint prægnantia, præstantur sana. Ideo quod in corpore præseminatio crescens, ex omnibus cibis potestatibus detrahit alimentum in se, & quo firmior efficitur ad maturitatem partus, eo minus patitur esse solidum id ipsum, ex quo procreatur. Itaque edito fætu, quod prius in aliud generis incrementi detrahebatur, cum ad disparationem procreationis est liberatum, inanibus & patentibus venis in se recipit, & lambendo succo etiam solidescit, & redit in pristinam naturæ firmitatem. Eadem ratione autumnali tempore maturitate fructuum flaccescente fronde, ex terra recipientes radices arborum in se succum, recuperantur & restituuntur in antiquam soliditatem. at vero aëris hyberni vis comprimit & consolidat eas per id tempus, &c.* Ergo si ea ratione & eo tempore, quo supra scriptum est cædatur materies, erit tempestiva.

Δρυὸς. Plinius loco citato. *Vulgo satis putant observare, ne quæ dolandæ arbores sternantur ante editos suos fructus: robur vero cæsum teredinem sentit, bruma autem neque viatur* (MS. *vitiatur*) *neque pandatur, alias obnoxium etiam ut torqueat sese fundatque.* Negligenter satis hunc Theophrasti locum versum à Plinio, nemo non, nisi cæcus, videt. Illud addo ex Pintiano, antiquum exemplar habere, *nequa dedolanda sternatur.*

Ἀλιφλοιὸς, &c. Plinius. *Quod in subere tempestivè quoque*

que cæso evenit. Quod Theophrastus de crassicortice, hoc Plinius de subere; Male. Non satis ad verba Liberti attendit, quem φιλλοῦ pro ἀλιφλοίου, legere existimavit.

Τῆς σελήνης, &c. Plinius loco citato. *Infinitum refert & lunaris ratio, nec nisi à vicesima ad tricisemam cædi volunt. Inter omnes vero convenit, utilissimè in coitu ejus sterni; quem diem alii interlunium, alii silentis lunæ appellant. Sic certe Tiberius Cæsar concremato ponte naumachiario, larices ad restituendum cædi ex Rhætia præfinivit. Quidam dicunt & in coitu & sub terra sit luna : quod fieri non potest nisi noctu.* (quod solis sydus, cum quo luna coit, non nisi noctu sub terra sit) *At si competant coitus in novissimum diem brumæ, illa sit æterna materies proximè cum supra dictis sideribus. Quidam & canis ortum addunt, & sic cæsas materias in forum Augustum. nec novellæ autem ad materiem, nec veteres utilissimæ. circumcisas, quoque ad medullam aliqui non inutiliter relinquunt, ut omnis humor stantibus defluat.* Idem fere Cassianus Bassus lib. 3. cap. primo, ubi docet, quæ Agricola mense Ianuario agere oporteat. τῷ αὐτῷ μὴν χρὴ (scribe ex MSS. μηνὶ χρὴ) τὰ πρὸς οἰκοδομὴν καὶ ἐργασίαν ξύλα τέμνειν, σελήνης ἐν συνόδῳ οὔσης, καὶ ὑπὸ γῆν. τὸ γὰρ τῆς σελήνης φῶς μαλακώτερα τὰ ξύλα ποιεῖ. τὰ δὲ τότε τεμνόμενα ξύλα ἄσηπτα διαμένει. (MS. μένει) *Eodem mense ligna ad ædificandum & operas cædenda sunt, luna in coitu existente, & sub terra : lunæ enim lumen molliora facit ligna : quæ vero tunc cæsa sunt ligna, à putredine innoxia servantur.* Idem cap. ult. ejusdem libri scribit, ubi mensis Decembris opera recenset ; καὶ πρὸς οἰκοδομὴν ξύλα τέμνειν, ληγούσης καὶ ὑπὸ γῆν οὔσης τῆς σελήνης. *Ligna etiam ad ædificationem cædere, desinente & sub terra existente luna.* Eadem Palladii sententia : sed mense Novembri cædi vult ligna. Sic enim Titulo 15. in Novembri scribit. *Nunc materies ad fabricam cædenda est, cum luna decrescit, sed arbores quæ cæduntur usque ad medullam securibus recisas aliquandiu stare patieris, ut per eas partes humor, si quis in venis continetur, excurrat.*

Οἷον λεύκην, &c. Pessima Aldina & Basileensis lectio, οἷον λεύκην μὲν καὶ ἐλάτην ὅταν ὑπολιπῶσιν. Scribe, οἷον πεύκην μὲν καὶ ἐλάτην ὅταν ὑπολιπῶσιν, *cũ turgescere, germinare inceperint.*

Ὀπώρας, Theodorus *autumnum* vertit. De voce hac libr. 2. cap. 3. 7. & 8. epi, supervacuum videtur repetere. Anni illa pars est, quæ est à canis ortu ad arcturi exortum. Notandus hic locus, quod inter ὀπώραν & φθινόπωρον distinguit. ἔτι δὲ ὀξύαν καὶ ζυγίαν, τῆς ὀπώρας. δρῦν δὲ ὥσπερ εἴρηται μετὰ τὸ φθινόπωρον. Malè ergo, ὀπώρας autumno vertunt. Paulo inferius scribe, ὁ βότρυς αὐτῆς ἀνθῇ.

ΚΕΦ. Β.

Cap. II.

De differentia, quæ inter abietem atque pinum. Tum quæ quadripartitæ, bipartitæque, ac simplices dicantur. Quæ fabri lignarii brevia appellent.

Διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων ἐν πολλοῖς· ἡ μὲν γὰρ πεύκη, σαρκωδεστέρα τε καὶ ὀλιγόϊνος· ἡ δὲ ἐλάτη, καὶ πολύϊνος καὶ ἄσαρκος. ὥστε ἐναντίως ἑκάτερον ἔχει τῶν μερῶν. τὰς μὲν γὰρ ἶνας, ἰσχυράς· τὴν δὲ σάρκα μαλακὴν καὶ μανήν. διὸ τὸ μὲν βαρὺ, τὸ δὲ κοῦφον· ἔνδαδον γάρ. τὸ δὲ ἄδαδον, ἢ καὶ λευκότερον. ἔχει δὲ καὶ ὄζους πλείους μὲν ἡ πεύκη, σκληροτέρους δὲ ἡ ἐλάτη· πολλῷ μᾶλλον δὲ καὶ σκληροτάτους πάντων. ἄμφω δὲ πυκνοὺς καὶ κερατώδεις καὶ τῷ χρώματι ξανθοὺς, καὶ δαδώδεις. ὅταν δὲ τμηθῶσι, ῥεῖ καὶ ἐκ τῶν τῆς ἐλάτης καὶ ἐκ τῶν τῆς πεύκης. ἐπὶ πολὺν χρόνον ὑγρότης· καὶ μᾶλλον ἐκ τῶν τῆς ἐλάτης. ἔστι δὲ καὶ πολύλοπος ἡ ἐλάτη, καθάπερ τὸ κρόμμυον. ἀεὶ γὰρ ἔχει τινὰ ὑποκάτω τοῦ φαινομένου, καὶ ἐκ τοιούτων ἡ ὅλη. διὸ καὶ οἱ τὰς κώπας ξύοντες, ἀφαιρεῖν πειρῶνται καθ' ἕνα καὶ ὁμαλῶς. ἐὰν γὰρ οὕτως ἀφαιρῶσιν, ἰσχυρὸς ὁ κωπεών. ἐὰν δὲ παραλλάξωσι καὶ μὴ κατὰ πάντα ὁμοίως, "ἀσθενής· πληγὴ γὰρ οὕτως· ἐκείνως δὲ, ἀφαίρεσις. ἔστι δὲ καὶ μακρότατον ἡ ἐλάτη καὶ ὀρθοφυέστατον. διὸ καὶ τὰς κεραίας καὶ τοὺς ἱστοὺς ἐκ ταύτης ποιοῦσιν. ἔχει δὲ καὶ τὰς φλέβας καὶ τὰς ἶνας εὐγενεστάτας πάντων· αὐξάνεται πρῶτον εἰς μῆκος, ἄχρις οὗ ἀφίκηται τοῦ ἡλίου. καὶ ὄζος οὐδεὶς, οὔτε παραβλάστησις οὔτε πάχος γίνεται. μετὰ δὲ ταῦτα εἰς βάθος, καὶ πάχος. οὕτως αἱ τῶν ὄζων ἐκφύσεις καὶ παραβλαστήσεις. ταῦτα μὲν οὖν ἴδια τῆς ἐλάτης· τὰ δὲ, κοινὰ καὶ πεύκης καὶ ἐλάτης, καὶ τῶν ἐλάτων καὶ ἄλλων. ἔστι γὰρ ἡ μὲν † τετράξοος, ἡ δὲ ‡ δίξοος· καλοῦσι δὲ "τετραξόους μὲν, ὅσαις ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐντεριώνης δύο κτηδόνες εἰσὶν, ἐναντίαν ἔχουσαι τὴν φύσιν. ἔπειτα καθ' † ἑτέραν τὴν κτηδόνα ποιοῦνται τὴν πελέκησιν. ἐναντίας τὰς πληγὰς κατὰ κτηδόνα φέροντες, ὅταν ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐντεριώνης ἡ πελέκησις ἀναστρέφῃ. τοῦτο γὰρ ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τὴν φύσιν τῶν κτηδόνων. τὰς δὲ τοιαύτας ἐλάτας καὶ πεύκας ‡ τετραξόους καλοῦσιν. εἰσὶ δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐργασίας αὗται κάλλισται. πυκνότατα γὰρ ἔχουσι τὰ ξύλα, καὶ τὰς αἰγίδας αὗται φύουσι. αἱ "δίξοοι δὲ κτηδόνα μὲν ἔχουσι μίαν ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐντεριώνης, ταύτας δὲ ἐναντίας ἀλλήλαις· ὥστε καὶ τὴν πελέκησιν εἶναι διπλῆν·

" ἀσθενής.

† πετράζοος Ald. Bas.
‡ δίρροος.
" πετραζόους Plinius τετραφόρος τετραρρόους.
† ἑκατέραν.

‡ τετραζόους τετραρρόους.

" δίζοοι. Ald. Bas. δίρροοι.

Distant istæ inter se multifariam. Pinus enim carnosior, nervisque paucis est. Abies nervosior, atque " rigidior. Ita ut utrumque è contrario habeat nervos validos, carnem mollem & raram. Qua de causa altera gravis, altera levis est. Altera enim teda referta est, altera nullam ingerit tedam : atque ob id etiam est albior. Ad hæc pino rami plures, abieti longe duriores, vel potius & omnium ramorum durissimi. Ambabus spissi, & cornu similes, colore flavi, & tedæ haud absimiles. Qui cum abscissi fuerint tam pino quam abieti, humor defluit, sed abieti largior. Præterea tunica multiplici abies cingitur, modo cepæ. Assiduo namque tunicæ conspectæ subditam aliam gerit, atque ex his tota constat. Quapropter qui remos dolant, singulatim † pleneque auferre conantur. Nam si ita auferantur, remus validus relinquetur : sin autem permutaverint, nec pariter dempserint, infirmus reddetur. ‡ Hunc enim in modum ictus, illo demptio fit. Est etiam excelsior atque procerior abies. Ideoque antennas malosque ex ea facere assolent. Habet & venas nervosque omnium nobilissimos. Crescit primum in excelsum, quod libere solem accipiat. Neque ramus ullus, neque germinatio lateris, neque crassitudo interim factitatur. Post in profundum latumque incrementa capessit : atque ita ramorum exortus & laterales germinationes sequuntur. Hæc abietis propria : illa vero & pino, & abieti, & aliis communia constant : alia enim quadripartia, alia bipartita, alia simplex. " Quadripartitas appellant, quibus in utramque partem medullæ, bini venarum cursus, naturæ contrariæ pertendunt: atque per utrumque cursum adigunt ictus, cursibus contrarios inferentes, dum in utramque partem medullæ securis remeat. Ita enim eveniat necesse est, naturæ venarum ratione. Ergo tales abietes pinosque quadripartitas appellant, & easdem ad opera vehementer probant. Materiem enim spississimam præstant, & ægidem gignere istæ solent. † Bipartitæ illæ cursum venarum unum tantum in utramque partem medullæ gerunt, eosdemque invicem contrarios habent, ‡ ut & securis duplex adigi debeat, simplex per utrumque cursum ictu contrario. Mollem hanc materiem refert, sed in opere

" *gracilior.*

† *planéque.*

‡ *hoc enim modo tundi; illo decorticari.*

" *Quadrifluvias appellant, cum ex utroque latere medullæ contrariũ ex partibus bini venarũ cursus prodeunt: atq; per utrumq; cursum dolatio fit. contrarios inferens ictus utriq; cursui dum in utramq; partem medullæ dolatio fit.*

† *bifluviæ.*

‡ *ut dolatio gemina fieri debeat. una per.*

μίαν δὲ καθ' ἑκατέραν κηδόνα ταῖς πληγαῖς ἐναντίας. ἁπλούστατα μὲν οὖν ταῦτά φασιν ἔχειν τὰ ξύλα, χείριστα δὲ πρὸς τὰς ἐργασίας· διαστρέφεται γὰρ μάλιστα. † μονοζόους δὲ καλοῦσι, ὅσα ἔχουσι μίαν μόνον κτηδόνα· τὴν δὲ πελέκησιν αὐτῶν γίνεσθαι τὴν αὐτὴν ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἐντεριώνης. φασὶ δὲ μανότητα μὲν ἔχειν τῇ φύσει τὰ ξύλα· ταῦτα δὲ πρὸς τὰς διαστροφὰς ἀσφαλέστατα. διαφορὰς δὲ ἔχουσι τοῖς φλοιοῖς, καθ' ἃς γνωρίζουσιν ἰδόντες εὐθὺς τὸ δένδρον πεφυκὸς ποῖόν τί ἐστι. τῶν μὲν γὰρ εὐκτηδόνων καὶ ἀστραβῶν, καὶ ὁ φλοιὸς λεῖος καὶ ὀρθός. τῶν δ' ἐναντίων τραχύς τε καὶ διεστραμμένος. ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν. ἀλλ' ἔστι ‡ τετράζοα μὲν ὀλίγα. '' μονόζοα δὲ πλείω τῶν ἄλλων. ἅπασα δὲ ἡ ὕλη, μείζων, καὶ ὀρθοτέρα, καὶ ἀστραβεστέρα, καὶ στρυφνοτέρα, καὶ ὅλως καλλίων καὶ πλείων ἡ ἐν τοῖς προσβορείοις, ὥσπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη. καὶ αὐτοῦ τοῦ δένδρου δὴ τὰ πρὸς βορρᾶν, πυκνότερα καὶ νεανικώτερα. ὅσα δὲ ὑπὸ παραβόρρα ἢ ἐν περίπνῳ, ταῦτα στρέφει καὶ παραλλάττει παρὰ μικρὸν ὁ Βορέας. ὥστε εἶναι παρεστραμμένην αὐτῶν τὴν μήτραν, καὶ οὐ κατ' ὀρθόν. ἔστι δ' ὅλα μὲν τὰ τοιαῦτα, ἰσχυρά. τμηθέντα δὲ ἀσθενῆ, διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν παραλλαγάς. καλοῦσι δὲ οἱ τέκτονες † ἐπίτομα ταῦτα. διὰ τὸ πρὸς τὴν χρείαν οὕτω τέμνειν.

† Ald. Bas. μονοζόους μονορρόους.
‡ τετράζοα, τετράρρα.
'' μονόζοα μονόρρα.
† περίτομα περίτιμα.

opere pessimam, quoniam majorem in modum † pervertitur. Simplices vocant, quæ unum dumtaxat venarum habent cursum. ‡ His itidem securis utraque ex parte medullæ adigitur. Laxiorem natura materiem hanc esse affirmant, sed à † perversione tutissimam. Discrimen arbores suis corticibus ostendunt. Quamobrem ubi primum arborem viderunt, cujusmodi sit, discernere queunt. Quibus enim venæ egregiæ '' perfluunt, quæque in opere obediunt, his cortex lævis rectusque est: quibus autem è contrario, his scaber contortusque. Atque de reliquis eadem ratio est. Sed † quadripartitæ paucæ: simplices, plures quam reliquæ ‡ comperiuntur. Omnis autem materies amplior, procerior, ‡ obedientior, solidior, atque in totum melior, & copiosior, quæ partibus Aquiloniis exit, ut etiam prius retulimus. Et ipsius arboris partes, quæ aquilonem aspiciunt, spissiores, '' adulescentioresque constant. Quæ vero ab latere aut in orbe perflantur, hæ vertuntur contorquenturque Aquilone, ut medulla earum contorta sit, nec in rectum porrecta. Hæc integra quidem valida esse creduntur, cæsa autem imbecilla, quod plerasque habent diversitates. † Brevia hæc fabri lignarii, vocant, quoniam ita pro usu cædere consueverunt.

† *contorquetur.*
‡ *hæ itidem ex utraque parte medullæ dolantur.*
† *contorsione.*
'' *constent, quæque non detorta sunt, his.*
† *quadrifluviæ.*
‡ *minus detorta, densior.*
'' *valentioresque constant. quas aquilo præterradit, aut in gyrum perflat.*
† *præcisa.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἄσαρκος. Theodorus, rigidior. *Non bene. Est enim pinus rigidior, quemadmodum mox ostendit in comparatione.* Σάρκα, *inquit,* μαλακὴν, καὶ μανήν. *Icçirco levis, quoniam albidior, quia tedam non gerit. Sanè de Abiete hæc omnia. Et profectò Abietis caro rara admodum, ita natura compensavit, ut cui esset rara caro, ea constaret nervis, tum multis, tum robustis. Pinus autem rigida caro est: quippe quæ paucioribus fulciretur nervis.*

Καθ' ἕνα ὁμαλῶς. Theodorus singulatim, plenéque. *Puto scriptum reliquisse, planè. Lege* ἀσθενής. Πληγὴ γὰρ ἔτως, ἐκείνως δ' ἀφαίρεσις. *Theodorus*, hunc enim in modum ictus, illo demptio fit. *Nunquam percepissem. Simplicissimè & candidissimè: hoc enim modo tundi: illo decorticari. Observabis, quæ de Abiete dicit hic, debita fuisse narrationibus libri superioris.*

Δύο κτηδόνες εἰσί. *Attende verbum proprium arborum, cum ramos edunt, eos* κτηδόνας *vocant.* Theodorus ex Plinio, venarum cursus. *Unde mox* εὐκτηδόνες. *Est tamen* κτηδὼν, *omnis* ἔκφυσις, *non solùm venarum. Neque bene Theodorus*, Naturæ contrariæ. *Non enim hic* φύσις, natura, *sed id, quod* ἔκφυσις. *& aliis verbis excipienda. Sic pote, aut melius. Cum ex utroque latere medullæ contrariis ex partibus enascuntur calli.*

Πελέκησιν εἶναι διπλῆν. *Theodorus*, securis duplex. *Non est* securis, πελέκησις. *Neque securis esse potest duplex.* Πελέκησις *una tantum est, & bis adigi potest: non autem duplex.*

Διαστρέφεται. Pervertitur. *Theodorus*, contorquetur.

Τῶν γὰρ εὐκτηδόνων, καὶ ἀστραβῶν. *Theodorus*, Quibus venæ egregiæ perfluunt: quæque in opere obediant. *Quid perfluit in ligno? melius*, constent. *Et sanè Theodorus verbi hujus est amantissimus.* Ἀστραβὲς *resistentiam, constantiam, firmitatem. Est pertinacia quæ opponitur* τῷ διαστρέφεσθαι. *Lege* μονόζοα, *& alia similiter.*

Νεανικώτερα. *Theodorus*, Adolescentiores. *Minime. sed*, valentiores. *Aristoteles quoque* νεανικὸν, pro, *robusto*.

Παραβόρρα, ἢ ἐν περίπνῳ. *Theodorus*, Quæ uno ab latere, aut in orbe perflantur. *Cum arbores neque frontē habeant, neque latera eis ascribi debeant: semper à fronte expositæ erunt vento. Neque est à latere τὸ παραβόρρειον. Sed sic dices.* Quas abietes Aquilo præterradit, aut in gyrum perflat. *Utrumque horum evenit objectu, aut reflexu rupium, aut ejusmodi.*

Ἐπίτομα, *lege* ἐπίτιμα. *Theodorus*, brevia. *Quia eorum usus ad opera breviora comparatus sit. Propterea quod directiones interpellantur.* Præcisa, *Plinius in 16. cap. 39.* Nodisque concisa.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Τμηθῶσι, &c. Plinius libr. 16. cap. 39. *Larici & magis abieti succisis, humor diu defluit: Hæ omnium arborum altissimæ, ac rectissimæ.* Quod Græcus auctor de pino; hoc de larice Latinus.

Εὐσθενής. ἀσθενὴς scribendum, præcedentia docent. ἐὰν γὰρ οὕτως ἀφαιρῶσιν· ἰσχυρὸς ὁ κοπτών.

Κεδρίας. Plinius loco citato. *Hæ omnium arborum altissimæ, ac rectissimæ; navium malis antennisque propter levitatem præfertur abies.*

Τετράζοος. In Aldino τετράζοος, τετραζόους, δίζοοι· διζόους, μονοζόους, &c. alibi τετραζώους per ω. Vertunt, *quadripartita simplicia.* malunt alii, quamvis non Latinè sed expresse, & ad verbum convertere, *univiva, biviva, quadriviva.* Τετράζοος quid sit, ignoro. Aldina lectio si vera, malo interpretari; *quæ quadrifidas venarum habent præcinctiones. quæ bifidas venarum habent præcinctiones. quæ simplicem habent venarum præcinctionem.* Nam antiquum verbum ζόω, idem quod *cingo*; unde ζώννυμι & ζώσκω, *cingo, cingere*, & ζῶμα pro *cingulo*. Hinc apud Hesychium, λευκόζωστος τῆς γῆς, ἡ μὲν καλεῖται λευκόζωστος, ἡ δὲ μελάνζωστος. Pro quibus scribo, λευκόζωστος ἡ γῆ καλεῖται ἡ μὲν λευκόζωστος, ἡ δὲ μελάνζωστος. *quæ nigris & albis venis distinguitur terra.*

Apud Dioscoridem, κτηδόνες, διαφύσεις, & διαζώματα, res eadem. Plinius videtur legisse τετράρροος, δίρροος. μονόρροος. loco citato: *Communia his pinoque, ut quadripartitos venarum cursus bifidosque habeant, vel omnino simplices.* Hujusmodi venarum cursus in arborib. fluvios etiam Latini vocarunt. & fluviari arborem, quæ venis distingueretur. Plinius loco citato. *Abietis quæ pars à terra fuit enodis est. Hac qua diximus ratione fluviata decorticatur, atque ita sappinus vocatur. Fluviatam abietem*, expono, quadrifluviam, quadripartitos venarum cursus habentem. Vitruvius, ex quo hunc locum adumbravit Plinius, libr. 2. cap. 9. ubi de abiete agit; *Ima autem cum excisa quadrifluvius disparatur, ejecto torulo ex eadem arbore, ad intestina opera comparatur & sapinea vocatur.*

Ἡ δὲ δίζοος, Theodorus legit, ἡ δὲ δίζοος ἡ δὲ μονόζοος. scribe ἡ δὲ δίρροος, ἡ δὲ μονόρροος.

Κτηδόνες. De hac voce, si rectè memini, cap. de ebeno egi. κτηδὼν, rectè vertit Theodorus, *venarum cursum*: quod vel ex Dioscoride probatur; qui libr. 3. cap. 1. de agarico scribit, ἔνδον ἔχει κτηδόνας εὐθείας ἐντὸς, *venas rectas discurrentes intus habet.* Plinius modo *pectinem*, ut lib. 16. cap. 38. modo *venarum cursum* vertit. *Sunt autem*

tem in arboribus & earum materie pectines, per longitudinem rectæ, pectinum modo lineæ & intervalla, Græcè κτηδόνες appellantur. Non tantum in arboribus κτηδόνες, sed etiam in membranis, tunicis, corporeque humano. Hippocrates lib. de corde. κτηδόνες ἐκβάλλουσιν εἰς τὴν στερεὴν καρδίαν. Interpres *stria* & *segmenta* transtulit. Ruffus lib. 2. cap. 3. scribit, oculi χιτῶνα τὸν κερατοειδῆ, ex eo sic appellatum, quod κέρατι παραπλησίως εἰς κτηδόνας ἀναλύεται. Interpres, *fibras* & *filamenta* vertit.

Ἐργασίας, &c. Plinius loco citato: *Ad fabrorum intestina opera medulla sectilis. Optima quadripartitis materies, & mollior quam ceteræ.* Corruptus codex. ex iis quæ jam dixi, quomodo legendum sit facile collige potest. Scribe, *Ad fabrorum intestina opera medulla pectilis optima quadripartitis materiis, & mollior quam ceteræ.* Antiquus codex habet, *fabrorum insestina operaria medulla sectilis optima quadripartitis materiis, & mollior quam ceteræ.* Vides nos nihil aliud mutasse quam *sectilis*, in *pectilis*; & *operaria*, in, *opera*, ut in vulgatis habetur codicibus.

Προσβορείοις. Plinius loco citato: *Et in ipsis autem arboribus robustiores Aquiloniæ partes. Et in totum deteriores ex humidis opacisque: spissiores ex apricis ac diuturnæ. Ideo Romæ infernas abies supernati præfertur.* Ad quæ Dalecamp. *Infernas abies, cæsa in Apennini parte mari Thusco proxima: supernas, cæsa in ea parte quæ Adriatico vicina est.* Vide cap. 14. libr. 1. hist.

ΚΕΦ. Γ.

Ὅλως δὲ χείρω τὰ ἐκ τῶν ἐφύδρων καὶ εὐδιεινῶν καὶ παλισκίων καὶ τῶν συνηρεφῶν, καὶ πρὸς τὴν τεκτονικὴν χρείαν καὶ πρὸς τὴν πυρευτικήν. αἱ μὲν οὖν τοιαῦται διαφοραὶ πρὸς τοὺς τόπους αὐτῶν τῶν ὁμογενῶν, ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν· διαιροῦσι γάρ τινες κατὰ τὰς χώρας, καί φασιν ἀρίστην μὲν εἶναι τῆς ὕλης πρὸς τὴν τεκτονικὴν χρείαν, τὴν εἰς τὴν Ἑλλάδα παραγινομένην. τὴν Μακεδονικήν· λεία τε γάρ ἐστι καὶ ἀστραβής, καὶ ἔχουσα τύλον. δευτέραν δὲ τὴν Ποντικήν. τρίτην δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ Ῥυνδάκου. τετάρτην δὲ τὴν Αἰανικήν. χειρίστην δὲ, τήν τε Παρνασιακὴν καὶ τὴν Εὐβοϊκήν· καὶ γὰρ ὀζώδεις καὶ τραχείας, καὶ ταχὺ σήπεσθαι. περὶ δὲ τῆς Ἀρκαδικῆς σκεπτέον. ἰσχυρότατα δὲ τῶν ξύλων ἐστὶ, τὰ ἄοζα καὶ λεῖα· καὶ τῇ ὄψει δὲ † κάλλιστα· καὶ μάλιστα ὀζώδη γίνεται τὰ κακοτροφηθέντα. καὶ ἤτοι χειμῶνι πιεσθέντα, ἢ καὶ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ. τὸ γὰρ ὅλον τὴν πολυοζίαν εἶναι ἔνδειαν εὐτροφίας. ὅταν δὲ κακοτροφήσαντα ἀναλάβῃ πάλιν καὶ εὐσθενήσῃ, συμβαίνει καταπίνεσθαι τοὺς ὄζους ὑπὸ τῆς περιφύσεως· εὐτροφοῦν γὰρ καὶ αὐξανόμενον ἀναλαμβάνει καὶ πολλάκις ἔξωθεν μὲν λεῖον τὸ ξύλον, διαιρούμενον δὲ ὀζῶδες ἐφάνη. διὸ καὶ σκοποῦνται τῶν σχιστῶν τὰς μήτρας· ἐὰν γὰρ αὗται ἔχωσιν ὄζους, ὀζώδη καὶ τὰ ἐκτὸς καὶ φανερῶς. γίνονται δὲ καὶ αἱ σπεῖραι διὰ χειμῶνάς τε καὶ κακοτροφίαν. σπείρας δὲ καλοῦσιν ὅταν ‡ ἡ συστροφή τις ἐν αὐτῇ μείζων, καὶ κύκλοις περιεχομένη οὐλότης ἢ πλείοσιν· οὔθ᾽ ὥσπερ ὁ ὄζος ἁπλῶς, οὔθ᾽ ὡς ἡ ἐν αὐτῷ τῷ ξύλῳ. δι᾽ ὅλου γάρ πως αὕτη καὶ ὁμαλίζουσα. χαλεπώτερον δὲ τοῦτο πολὺ καὶ δυσεργότερον τῶν " ὄζων. ἔοικε δὲ παραπλησίως καὶ ὡς ἐν τοῖς λίθοις ἐγγίνεσθαι τὰ καλούμενα κέντρα. ἔτι δὲ περίφυσις, καταλαμβάνει τοὺς ὄζους, φανερώτατον ἐξ αὐτῆς τῆς αἰσθήσεως. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοίων, πολλάκις γὰρ αὐτοῦ τοῦ δένδρου μέρος τι συνελήφθη ὑπὸ θατέρου συμφυοῦς γενομένου. καὶ ἐάν τις ἐκλιθάσῃ λίθον εἰς τὸ δένδρον, ἢ καὶ ἄλλο τι τοιοῦτο, † καταχρύπτεται περιληφθὲν ὑπὸ τῆς περιφύσεως, ὥσπερ καὶ περὶ τὸν κότινον συνέβη τὸν ἐν Μεγάροις τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ. οὗ καὶ ἐκκοπέντος, λόγιον ἦν ἁλῶναι καὶ διαρπασθῆναι τὴν πόλιν, ὥσπερ ‡ ἐγένετο Δημήτριος. ἐν τούτῳ γὰρ διασχιζομένῳ κνημῖδες εὑρέθησαν, καὶ ἄλλ᾽ " ἄττα τοῦ ἀττικῆς κερμησί. ὅ ἐστιν ἐν κοτίνῳ. οὗ ἀνετέθη τὸ πρῶτον ἐγκοιλασθέντος. τούτου δὲ ἔτι μικρὸν τὸ λοιπόν. πολλαχοῦ δὲ καὶ ἄλλοθι γίνεται πλείονα τοιαῦτα. καὶ ταῦτα μὲν ἅπερ εἴρηται, κοινὰ πλειόνων.

* τύλον.

† κάλλιστα. ὀζώδη γίνεται τὰ κακοτροφηθέντα.

‡ συστροφὴ Ald. Baſ.

" ἄοζον Ald. Baſ.

† καταχρύπτεται

‡ ἐγένετο χ Δημήτριος Baſ. Alii ἐγένετο ὑπὸ Δημητρίου.

" ἄττα τῆς ἀθλικῆς ἱερουργίας. ἅ ἐστιν ἐν.

CAP. III.

Quæ neque ad fabrilem, neque ad ignarium commoda. Quæ fabrili usu materia, quibusque in terris præstantissima sit. Tum quid orbes in ligno. Deque stimulo in lapide, & oleastro: in quo præscisso inventæ dicuntur ocreæ.

AD summam, quæ humidis, tranquillis, umbrosis, contectisque locis assurgunt, deteriora tam ad fabrilem, quam ad ignarium usum veniunt. Ergo hujusmodi differentiæ, pro locis (ut simpliciter loquar) unigenorum ipsorum adnotantur. Quidam enim per tractus dividunt, ajuntque materiem optimam omnium quæ in Græciam advehuntur, Macedonicam ad usum ædificatorium esse. Lævis enim est, " obediens, & tyium nimirum continens. Secundam Ponticam tradunt. Tertiam Rhyndacicam. Quartam Æanicam. Deterrimam Parnasicam, atque Euboicam. Nodosa enim & aspera, & cito putrescens. De Arcadica est videndum. Robustissima quæ enodis lævisque, eademque visu pulcherrima est. Nodosa certe aut male † adulta, aut hyeme oppressa, aut aliqua simili ratione efficitur. In totum enim nodositas probæ nutritionis indigentia est. Sed postquam nutrita improbe fuit, si commodo nutrimento potita se recreet, atque ita proficiat, fit ut nodi absorbeantur incremento obducto. Probe etenim coalescens gliscensque superne obducitur, & sæpe quæ foris lævis cerneretur, scissa nodatissima extitit. Qua de causa medullas conspicari scissilium solent. Nam si nodis istæ transfixæ sint, extra quoque habeant nodos necesse est. Fiunt & ‡ orbes, hyemis improbæque nutritionis causa. " Orbes auem vocant, cum facta convolutatio quædam ampla, circulis pluribus circumacta sit, quam neque nodum omnino dixerim, neq; ipsius crispitudinem ligni: hæc enim per totum fere atque æqualiter ampliatur. Longe id iniquius, tractatuque difficilius, quam nodus artifici obstat. Similiter atq; in lapide, qui † stimulus vocitatur, nasci omnino videtur. Nodos autem obducto incremento occupari, atque in plenum integi, sensus ipse percipere evidentissime potest. Cæterum vel ex aliis perquam similibus rebus, id ita fieri constat. Sæpe enim pars arboris comprehensa ab altera proxima est, atque in ejusdem corporis magnitudinem coagmentata: & si lapidem, " aut aliquid simile ‡ arboris alæ inculcaveris, demum insinuabitur, atque occultabitur amplexu auctionis obductæ. Quod etiam in oleastro, qui Megaris in foro stabat, evenisse accepimus. Quo succiso, urbem capi ac diripi oraculum erat, sicuti " actum est. In hoc enim perscisso, repertæ ocreæ sunt, & alia quædam attici ritus. † Parte qua primū affixa fuere, ad ramorum ambitum concavata. Hujus oleastri, quod adhuc super est, parum admodum extat. Aliis quoq; locis permultis complura ejusmodi facta produntur. Sed hæc, ut dictum est pluribus, publica habentur.

" *lævis enim est, & in operibus firmam rigiditatem habet, naturamq; Thyæ.*

† *nutrita.*

‡ *spiræ, spiras.*

† *centra.*

‡ *arbori.*

" *factum est à Demetrio.*

† *Quæ extant in oleastro ea parte, qua sunt appensa primum, atque in cavitatē impressa.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

KAὶ ἴχοντα τύλον. *Notabis vocem, de qua nemo. neque eis fraudi sit, qui post illum fuere. Sed ejus negligentiæ ascribamus, quod neque scimus: neque nescire maximi dispendii est.* Ὀζώδη. *Hîc Plinius*, ramosam; *Theodorus*, nodosam. *Idem legit*, κάλλιστα: *non* μάλιστα. *&* κατασρεφθέντα. *Verùm interpretatio hujus eum fallit. Malè* adulta, *inquit*, malè nutrita, *potius. Antè enim, quam adulta sint, nodosa fiunt.*

Ὅταν ᾗ ἀντροφή τις. *lege*, συστροφή, καὶ κύκλους; orbes, *Theodorus. Plinius*, spiras. *Idem est*, sinus. δυστρεπτότεροι τῶν ὀζῶν. *lege*, τῶν ὄζων.

Κέντρον. Theodorus, stimulus, *malè. Si punctum non vis, aliud quæres. Mirum Græciam tam opulentam, idem verbum assignasse agenti, & patienti: idque eodem flexu.* Κέντρον *est* stimulus, qui pungit; κέντρον *est*, punctum, sive nota, quæ à stimulo, stimulive analogo facta est. *In ligno, & alia materia*, clavum *rectè dicas, aut* verrucam. *Hæc etiam lapidum vitia sunt. Plinius*, in marmore centra, duritia clavo similis.

Ἐκλιθωθῇ λίθον εἰς τὸ δένδρον. *Theodorus addidit*, alam. ἀπολιθίζειν *est proprium funditorum. Theodorus*, inculcaveris. *passivo flexu maluit uti.*

Λόγιον ἦν ἁλῶναι. *Theodorus græcissat.* Quo succiso urbem capi, ac diripi, oraculum erat.

Δημήτριος. *Mancus admodum Codex. & sanè Plinius non pessimè explicat quantum satis est.*

Καὶ ἄλλα ἄττα τῆς ἀττικῆς κερμασὶ, ὅ ἐστιν ἐν κοτίνῳ, ᾗ ἀνετέθη τὸ πρῶτον ἐγκοιλιωθέντα. *Theodorus.* Et alia quædam Attici ritus, parte qua primum affixa fuere, ad ramorum ambitum concavata. Καὶ ἄλλα ἄττα τῆς ἀττικῆς, *scilicet* σκευασίας, *non* ritus, apparatus. *Quod autem sequitur*, κερμασὶ, *sic dicas*, alia quædam frustulatim. *Et lege*, ἅ ἐστι, quæ extant: *sive inventa sunt in oleastro ea parte, qua sunt appensa primum, atque in cavitatem impressa. Appensa ocrea corticem premit: itaque* ἐγκοιλαίζει: *deinde lateribus circumaccrescentibus*, ἐγκοιλαίζεται. *Ita statuas; si* κερμασὶ *non sit mendosa vox.* Nam Theodorus *omisit. Omnia verò hæc sunto exercendi ingenii caussa.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

KΑτὰ τὰς χώρας. Plinius lib. 16. cap. 39. *Est per gentium quoque regiones in iis differentia. Alpibus Apenninoque laudatissimæ: in Galliæ Iura, ac monte Vogeso: in Corsica, Bithynia, Ponto, Macedonia: deteriores Æneatica & Arcadica: pessimæ Parnassia & Euboica, quoniam ramosæ ibi & contortæ, putrescentesque facile. At cedrus in Creta, Africa, Syria laudatissima, &c.* Theodorus, pro ἀστραβὴς quod significat, *non contortus*, quasi μὴ στρέβος, *non conversus, erectus, ad depravandum difficilis*, quantum conjectura assequi possum, legit εὐστραβὴς, & vertit, *obediens*. Εὐστραβὴς materia quę facile flectitur, quæque τῷ ἀστραβεῖ opponitur. Ego vulgatam servo. Malè Plinius Arcadicam deteriorem inquit, cum de Arcadica cogitandum amplius doceat Theophrastus. Ὀζώδης Plinius vertit *ramosus*, Theodorus *nodosus*. Utrumque vox ὀζώδης significat. Placet Theodori versio, quod materies improbetur propter nodorum multitudinem. Ramorum multitudo ab Architectis non vituperatur.

Τύιον. Corruptus codex. Scribo θύιον, *Thyæ arboris materiem similitudine referens.* Materies hujus arbores præstantissima ac pretiosissima, lævis nec contorta. Non satis ad mentem Theophrasti hunc locum Theodorus reddidit; Verte, *lævis est, & in operibus firmam rigiditatem habet, naturamque thyæ.*

Καὶ τῇ ὄψει δ᾽ αὕτη. καὶ μάλιστα ὀζώδη γίνεται τὰ κατασρεφθέντα. Corruptus codex. Scribe, καὶ τῇ ὄψει δ᾽ αὕτη καλλίστη. ὀζώδη γίνεται τὰ κατασρεφθέντα, id est, *eademque visu pulcherrima est. nodosa fiunt, male nutrita, aut hyeme, aut aliqua simili ratione oppressa.*

Σπεῖραι, &c. Nimis laxè *orbem* vertunt. distinguit Ovid. de serpente loquens Metamorph. 3.

> *Immensum spiris facientibus orbem.*

Spira flexuosa linea orbesque inter sese non recurrentes; quales in spiris serpentum, & in se complicatis convolutisque rudentibus. A qua figura vox spira apud Græcos Latinosque multis rebus assignata est; ac inter cæteras de arborum materia dicitur, ubi convolutio quædam fit in plures orbes inter sese non recurrentes, quam nec nodum nec crispitudinem jure vocaveris, fabris molestissima tractatuque nodis difficilior. Plinius lib. 16. cap. 39. *Publicum omnium vitium vocant spiras ubi convolvêre se venæ atque nodi, &c.* Idem cap. præcedenti tubera vocare videtur, *Quibusdam sunt tubera, sicut sunt in carne glandia, in iis nec vena nec pulpa, quodam callo carnis in se convoluto. Hoc pretiosissimum in cedro* (MS. *citro*) *& acere.* Ad hunc locum Doctiss. Dalecampius, Σπεῖρας *vocat Theophrastus cap. 3. lib. 5. hist. quo loco spiram nec nodum* ὄζον *esse, nec crispam materiem* οὐλότητα *ait, quemadmodum in acere & citro interpretatur Plinius. tubera dixit, quod foris promineant veluti gibbi.* Ex his malè ἀντροφὴ scriptum esse in Aldino editione, nemo non videt. Συστροφὴ *convolutio*: vitium, ut dixi, in arboribus cum se convolvêre venæ, velutque nodum effecit collecta & contorta materia. Has συστροφὰς σπείρας vocant Græci, & Latini *spiras*, Theophrastus lib. 5. cap. 6. δύστρεπτα ligna esse ait, οὐλὰς ἔχοντα συστροφάς.

Κέντρα. Theodorus *stimulum* vertit: *nodationis duritiem* Vitruvius lib. 2. cap. 9. *Quæ vero superior, vehementia caloris eductis in aëra per nodos ramis, præcisa altè circiter pedes* 20. *& perdolata propter nodationis duritiem dicitur esse fusterna.* Plinius Græcam servavit vocem. *Inveniuntur in quibusdam sicut marmore, centra, id est, durities clavo similis inimica ferris.* Centra in marmore sunt quidam veluti duriores nodi ad clavi similitudinem, qui intima etiam lignorum parte inveniuntur. Vitium hoc lapidibus frequens. Plinius lib. 37. cap. 2. *Infestantur crystalli plurimis vitiis, scabro, ferrugine, maculosa nube, male occulta aliquādo vomica, præduro, fragilique centro, & sale appellato.* Idem de Iaspide eodem libro. *Præterea inutiles scalpturæ intervenientibus crystallinis centris.*

Ἐκλιθωθῇ. *Et quædam fortè accidunt lapide* (MS. codex *accidunt in lapide*: scribe *accidunt, ut lapide.*) *comprehenso aut recepto in corpus, aut alterius arboris ramo.* Hæc multo nitidiora & clariora apud Theophrastum habentur; sed pessimè pro, καταχρύπτεται, reposuerunt, καταχρύπτεται.

Μεγάροις. locus corruptus. Ex Plinio restitui non potest: sic ille loco citato: *Megaris diu stetit oleaster in foro, cui viri fortes affixerant arma, quæ cortice ambiente ætas longa occultaverat. Fuitque arbor illa fatalis excidio urbis præmonita oraculo, cum arbor arma peperisset, quod succisa accidit ocreis* (malè *otteis*) *galeisque intus repertis.* Hæc nihil juvare possunt. Basileensis codex asteriscum addit, ὥσπερ ἐγένετο * Δημήτριος. Cur asteriscum sustulerint, causam non video. Legunt viri magni, spuriis ac superfluis resectis. ὥσπερ καὶ περὶ τὸν κότινον συνέβη τὸν ἐν Μεγάροις, τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ· οὗ καὶ ἐκκοπέντος λόγιον ἦν ἁλῶναι καὶ διαρπαθῆναι τὴν πόλιν, ὥσπερ ἐγένετο. ἐν τούτῳ γὰρ διασχιζομένῳ κνημῖδες εὑρέθησαν καὶ ἄλλα ἄττα οὗ ἀνετέθη τὸ πρῶτον ἐγκοιλιωθέντα. Nimis multa omissa. Scribe, ὥσπερ καὶ περὶ τὸν κότινον συνέβη τὸν ἐν Μεγάροις, τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ· οὗ καὶ ἐκκοπέντος, λόγιον ἦν ἁλῶναι καὶ διαρπαθῆναι τὴν πόλιν, ὥσπερ ἐγένετο κατὰ Δημήτριον. ἐν τούτῳ γὰρ διασχιζομένῳ κνημῖδες εὑρέθησαν, καὶ ἄλλ᾽ ἄττα τῆς Ἀττικῆς κατασκευῆς· ἅ ἐστιν ἐν τῷ κοτίνῳ. οὗ ἀνετέθη τὸ πρῶτον ἐγκοιλιωθέντος. Id est, *quod etiam in oleastro, qui Megaris in foro stabat, evenisse accepimus, quo succiso urbem capi ac diripi oraculum erat, sicuti factum à Demetrio. In hoc enim perscisso repertæ sunt ocreæ, & alia quædam Attici ritus, quæ extant in oleastro, ea parte qua sunt appensa primum, atq; in cavitatem impressa.* Ad hunc Græcorum morem, qui ante fana affigebant & suspendebant dona in oleastro, allusit Virgilius, Græcorum imitator sedulus, libr. 12. Æneid.

> *Fortè sacer Fauni foliis oleaster amaris*
> *Hic steterat, nautis olim venerabile lignum,*
> *Servati ex undis, ubi figere dona solebant,*
> *Laurenti Divo & votas suspendere vestes.*

Oleastri vivacitas tanta fertur, ut si plurimis clavis configatur, nihil tamen lædatur. Aristophanes in Pluto, ὥσπερ κοτίνῳ προσπατταλεύσω τουτῳί, *seu oleastro affigam isti.* Ut ad Theophrastum redeam; hic vult oraculum completum fuisse, regnante Demetrio qui Megarin expugnavit. Pro κερμασί, quod Græcum non est, κατασκευῆς ex Gazæ versione restitui. Cur scribendum, ἅ ἐστιν ἐν κοτίνῳ, docet Scaliger. Cæterum Megarim urbem non tam expugnavit, quam libertati restituit Demetrius. Diodorus Siculus libr. 20. ὁ δὴ Δημήτριος φρουρουμένης τῆς Μεγαρέων πόλεως, ἐκπολιορκήσας αὐτὴν ἀπέδωκε τὴν αὐτονομίαν τῷ δήμῳ καὶ τιμῶν ἀξιολόγων ἔτυχεν ὑπὸ τῶν εὖ πεπονθότων, *Præsidio adhuc tenebatur urbs Megarensium; hanc expugnat Demetrius, liberamque populo jurisdictionem reddidit. amplos igitur honores & beneficia à civibus reportat.* Hæc suggerunt, vocem Δημήτριος

-σειεν à sciolo quodã insertã textui è margine. Notavit quis ad oram, Megarenses libertati restitutos à Demetrio; sic vox postrema in textũ cum vitio recepta. Pericles vero is est qui devastavit Megaridem. Diodorus Siculus lib. 12. Ἀθηναῖοι δὲ Περικλέα μετὰ δυνάμεως ἐξέπεμψαν πολεμήσοντα τοῖς Μεγαρεῦσιν. οὗτος δὲ πορθήσας τὴν χώραν, καὶ τὰς κτήσεις αὐτῶν λυμηνάμενος μετὰ πολλῆς ὠφελείας ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας. *Athenienses Periclem cum exercitu, ad bellum Megarensibus inferendum emiserunt. is agro pervastato, & possessionibus illorum direptis aut corruptis, cum magnis opibus Athenas inde rediit.* Postea à Demosthene & Hippocrate Atheniensium ducibus capta Megaris, iterumque liberata à Brasida. Idem Diodorus eodem libro duodecimo. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις οἱ Μεγαρεῖς θλιβόμενοι τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, καὶ τῷ πρὸς τοὺς ἰδίους τοὺς φυγάδας. διαπρεσβευομένων δὲ πρὸς ἀλλήλους περὶ τούτων τῶν πολιτῶν, τινὲς ἀλλοτρίως ἔχοντες πρὸς τοὺς φυγάδας, ἐπηγγείλαντο πρὸς τοὺς Ἀθηναίων στρατηγοὺς προδώσειν τὴν πόλιν. οἱ δὲ στρατηγοὶ Ἱπποκράτης μὲν καὶ Δημοσθένης συνθέμενοι περὶ τῆς προδοσίας, ἐξέπεμψαν νυκτὸς στρατιώτας ἑξακοσίους εἰς τὴν πόλιν, καὶ οἱ συνθέμενοι παρεδέξαντο τοὺς Ἀθηναίους ἐντὸς τειχῶν. καταφανοῦς δὲ τῆς προδοσίας γενομένης κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τοῦ πλήθους σχιζομένου κατὰ τὴν αἵρεσιν, καὶ τῶν μὲν συμμαχούντων τοῖς Ἀθηναίοις, τῶν δὲ βοηθούντων τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἐκήρυξέ τις ἀφ' ἑαυτοῦ, τοὺς βουλομένους τίθεσθαι τὰ ὅπλα μετ' Ἀθηναίων καὶ Μεγαρέων· διόπερ τῶν Λακεδαιμονίων ἐγκαταλείπεσθαι μελλόντων ὑπὸ τῶν Μεγαρέων, συνέβη τοὺς φρουροῦντας τὰ μακρὰ τείχη καταλιπεῖν, εἰς δὲ τὴν καλουμένην Νισαίαν (ἥπερ ἐστὶν ἐπίνειον τῶν Μεγαρέων) καταφυγεῖν. περιταφρεύσαντες δὲ αὐτὴν οἱ Ἀθηναῖοι ἐπολιόρκουν. μετὰ δὲ ταῦτα ἐκ τῶν Ἀθηνῶν τεχνίτας προσλαβόμενοι, περιετείχισαν τὴν Νισαίαν. οἱ δὲ Πελοποννήσιοι φοβούμενοι μὴ κατὰ κράτος ἁλόντες ἀναιρεθῶσι παρέδωσαν τὴν Νισαίαν τοῖς Ἀθηναίοις κατὰ ὁμολογίαν. καὶ τὰ μὲν κατὰ τοὺς Μεγαρεῖς ἐν τούτοις ἦν. *Cum hæc geruntur Megarenses belli, quod & cum Athenensibus & cum exulibus gerendum erat, mole fatiscebant; cumque legati inter cives ultro citroq; missitarentur, nonnulli cives exulibus infensi, Atheniensium ducibus urbem se prodituros pollicentur. Hippocrates ergo & Demosthenes, Atheniensiũ imperatores, proditionem cum Megarensibus pacti, sexcentos noctu milites ad urbem mittunt, quos proditores intra mœnia recipiunt. Detecta autem fraude in duas plebs factiones scinditur. nam aliis Atheniensium societatem amplexari, aliis Lacedæmoniorum partes tueri placet. Interim sua sponte quidam præconis vicem subiens, proclamat, ut arma cum Atheniensibus & Megarensibus quicunq; velit conjungat. Desertu igitur à Megarensibus hoc modo Lacedæmoniis, præsidium quod pro longis mœnibus excubabat, relicta statione in Nisæam quam vocant (Megarensium hoc navale est) confugit. Sed fossa Athenienses circumducta, castellum obsident. nec multo post, exercitis ex urbe fabris, muro Nisæam includunt. Veriti ergo Peloponesii, ne per vim expugnati trucidarentur, certa Nisæam conditione Atheniensibus dedidere. & in hoc tum statu res Megarensium erant.* Ad hanc, si respexerit, expeditionem Theophrastus, omnino pro, Δημήτριος, scribendum, ὥσπερ ἐγένετο ὑπὸ Δημοσθένους. Probabilius certe ad hanc respexisse expeditionem, quam Demetrii liberationem. Accedit, quod non constet, utrum Theophrastus cum illa exequeretur Demetrius vixerit, nec fato suo functus fuerit.

ΚΕΦ. Δ. — CAP. IV.

De arborum qualitatibus, & quæ spissisſima, ac durissima, mollissimave. Quæque calidissima, frigidissimave. Necnon quæ lenta & rigida sint materie.

Κατὰ δὲ τὰς ἰδίας ἑκάστου φύσεις αἱ τοιαῦταί εἰσι διαφοραί· οἷον, πυκνότης, μανότης, βαρύτης, κουφότης, σκληρότης, μαλακότης· ὡσαύτως δὲ, καὶ εἴ τις ἄλλη τοιαύτη. κοιναὶ δὲ ὁμοίως αὗται καὶ τῶν ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων. ὥστε περὶ πάντων λεκτέον. πυκνότατα μὲν οὖν δοκεῖ καὶ βαρύτατα πύξος εἶναι καὶ ἔβενος· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐπὶ τοῦ ὕδατος, ταῦτ' ἐπινεῖ. καὶ ἡ μὲν πύξος, '' ὅλη· τῆς δὲ ἐβένου, ἡ μήτρα, ἐν ᾗ καὶ ἡ τοῦ χρώματός ἐστι μελανία. τῶν δ' ἄλλων ὁ λωτός. πυκνὸν δὲ καὶ ἡ τῆς δρυὸς μήτρα, ἣν καλοῦσι μελάνδρυον. καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ τοῦ κυτίσου· παρομοία γὰρ αὕτη δοκεῖ τῇ ἐβένῳ εἶναι. μέλαν δὲ σφόδρα καὶ πυκνὸν τὸ τῆς τερμίνθου· περὶ γοῦν Συρίαν μελάντερόν φασιν εἶναι τῆς ἐβένου. ἐκ τούτου γὰρ καὶ τὰς λαβὰς τῶν ἐγχειριδίων ποιεῖσθαι. τορνεύεσθαι δὲ † ἐξ αὐτῶν καὶ κύλικας θηρικλείους. ὥστε μὴ δ' ἂν ἕνα διαγνῶναι πρὸς τὰς † κεραμέας. λαμβάνειν δὲ τὸ ἐγκάρδιον δεῖν καὶ ἀλείφειν τὸ ξύλον. οὕτω γὰρ γίνεσθαι καὶ κάλλιον καὶ μελάντερον. εἶναι δὲ καὶ ἄλλο τι δένδρον, ὃ ἅμα τῇ μελανίᾳ καὶ ποικιλίαν τινὰ ἔχειν ὑπέρυθρον, ὥστε εἶναι τὴν ὄψιν ὡς '' ἐβένου ποικίλης· ποιεῖσθαι δ' ἐξ αὐτῶν καὶ κλίνας καὶ δίφρους, καὶ τὰ ἄλλα τὰ σπουδαζόμενα. τὸ δένδρον δὲ μέγα σφόδρα καὶ καλλόφυλλον εἶναι, ὅμοιον ταῖς ἀπίοις. ταῦτα μὲν οὖν ἅμα τῇ μελανίᾳ καὶ πυκνότητα ἔχει. πυκνὸν δὲ καὶ ἡ σφένδαμνος καὶ ἡ ζυγία, καὶ ὅλως πάντα τὰ οὖλα· καὶ ἡ ἐλαία δὲ καὶ ὁ κότινος· ἀλλὰ καὶ † καῦρα. μανὰ δὲ, τῶν μὲν ἀγρίων καὶ ἐρεψίμων, τὰ ἐλάτινα μάλιστα. τῶν δ' ἄλλων τὰ ἄκτινα, καὶ τὰ σύκινα. καὶ τὰ τῆς μηλέας, καὶ τὰ τῆς δάφνης. σκληρότατα δὲ, τὰ δρύϊνα, καὶ τὰ ζύγια, καὶ τὰ τῆς ἀρίας. καὶ γὰρ † ἀποβρέχουσι ταῦτα πρὸς τὴν τρύπησιν μαλάξεως χάριν. μαλακὰ δὲ καθόλου μὲν τὰ μανὰ καὶ τὰ χαῦνα. τῶν δὲ σαρκωδῶν μάλιστα φιλύρα. δοκεῖ δὲ καὶ θερμό-

'' ὅλη ἐν ἐπι τῶ τῆς.
† αὐτῆς.
† κεραμίας.
'' αὐτοῦ.
† Al. κέδρα Bas. κῦρα.
† ἀποβρέχουσι Theod.

PRo natura autem singularum arborum propria discrimina assignantur; spissitas, raritas, gravitas, levitas, duritia, mollitia, & si quid ejusmodi aliud perspici potest. Quæ cum omnium urbanarum pariter & sylvestrium communia sint, de omnibus verba faciamus oportet. '' Ergo spississima, gravissimaque buxus tota, ebenus sua tantum medulla, in qua & coloris nigredo constat. Ex reliquis celti primatus indubie datur. Spissa & roboris medulla, † quod atrum cognominant, atque etiam magis cytisi. Quippe cum hæc proxime ad ebenum accedere videatur. Nigra admodum spissaque terebinthus est. Et quidem circa Syriam vel ebeno nigriorem ipsam esse affirmant. Et capulos quoque pugionum ex ea fieri, & pocula thericlea tornari, quæ à fictilibus secerni non possint. Verum cor tantum accipi, & perungi materiem oportere volunt. Sic enim & meliorem, & nigriorem effici posse. Quin & aliam arborem reddunt, quæ cum nigredine varietatem quandam præ se fert subrutilam, ut aspectus ebeni versicoloris appareat. Fieri ex hac lectos, & subsellia, & reliqua lautiora opera narrant. Amplam majorem in modum, & frondibus conditam pulchris, similemque piris eam assignant. Sed hæc spissitatem quoque una cum nigrore habent. Spissæ autem, acer, & carpinus, atque in totum omnes crispæ. ‡ Ad hæc olea, & oleaster. Raræ corpore inter sylvestres, tectisque idoneæ, abies maxime. Inter reliquas autem sambucus, ficus, malus, laurus. Durissima roboris, carpini, '' arieque materies. Hanc enim antequam terebrent, madefaciunt, quo scilicet molliorem reddant. Molles in universum, quæ raræ corpore ac solutæ constent. Tilia inter carnosas præcipue mollis, necnon & calidissima eadem esse videtur. † Indicium, quod aciem ferri maxime habeat. Tincturam enim visui caloris perlaxat. Edera quoque calida est, & laurus, atque in totum omnes, quibus facere ignaria solent. Menestor, & morum addidit. Frigidissimæ,

'' Ergo spississima, gravissimaque videtur buxus ac hebenus: in aquis enim non supernatãt, ac quidẽ buxus tota fũdum petit; hebeni vero medulla, in qua & coloris nigredo constat.
† quod μελάνδρυον, id est querquatrum cognominant.
‡ oleaster, Sed hæ etiã siccæ raræ.
'' ilicisque fœminæ.
† Indicium quod ferrũ maxime hebetat: aciem enim ejus calore suo obtundit.

τέτιν εἶναι τοῦτο. σημεῖον δὲ, ὅτι μάλιστα ἀμβλύνει τὰ σιδήρια. τὴν γὰρ βαφὴν ἀνίησι διὰ τὴν θερμότητα. θερμὸν δὲ καὶ κιττὸς, καὶ δάφνη, καὶ ὅλως ἐξ ὧν τὰ † πυρεῖα γίνεται. Μενέστωρ δέ φησι καὶ συκάμινος. ψυχρότατα δὲ τὰ ἔνυδρα καὶ ὑδατώδη. καὶ γλίσχρα δὲ, τά τε ἰτέϊνα καὶ ἀμπέλινα. διὸ καὶ τὰς ἀσπίδας ἐκ τούτων ποιοῦσι. συμμύει γὰρ πληγέντα. κουφότερον δὲ τὸ τῆς ἰτέας. μανότερον γάρ. διὸ καὶ τούτῳ μᾶλλον χρῶνται. τὸ δὲ τῆς πλατάνου γλισχρότητα μὲν ἔχει. φύσει δὲ ὑγρότερον τοῦτο, καὶ τὸ τῆς πτελέας. σημεῖον δέ ἐστι μετὰ τὴν τομὴν, ὅταν ὀρθὰ σταθῇ, πολὺ ὕδωρ ἀφίησι. τὸ δὲ τῆς συκαμίνου, πυκνὸν ἅμα καὶ γλίσχρον. ἔστι δὲ καὶ ἀστραβέστατον τὸ τῆς πτελέας. διὸ καὶ τοὺς στροφεῖς τῶν θυρῶν ποιοῦσι πτελείνους. ἐὰν γὰρ οὗτοι μένωσι, καὶ αἱ θύραι μένουσιν ἀστραβεῖς· εἰ δὲ μὴ, διαστρέφονται. ποιοῦσι δὲ αὐτοὺς, ἔμπαλιν τιθέντες τὰ ξύλα, τὸ, τε ἀπὸ τῆς ῥίζης καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ φύλλου τὸ ἄνω. ἐναρμοσθέντα γὰρ ἀλλήλοις, ἑκάτερον κωλύει πρὸς τὴν ὁρμὴν ἐναντίως ἔχον. εἰ δὲ ἐκεῖνο κατὰ φύσιν, ᾗπερ ἡ ῥοπὴ, ἐνταῦθα πάντως ἂν ἡ φορά. τὰς δὲ θύρας οὐκ εὐθὺς συντελοῦσιν, ἀλλὰ πήξαντες ἀφεστᾶσι κἄπειτα ὕστερον. † οἱ δὲ, τῷ τρίτῳ ἔτει συνετέλεσαν, ἐὰν μᾶλλον σπουδάζωσι. τοῦ μὲν γὰρ θέρους ἀναξηραινόμεναι διΐστανται. τοῦ δὲ χειμῶνος συμμύουσιν· αἴτιον δ' ὅτι τῆς ἐλάτης τὰ μανὰ καὶ σαρκώδη ἕλκει τὸν ἀέρα ἔνικμον ὄντα. ὁ δὲ φοῖνιξ, κοῦφος καὶ εὔεργος, καὶ μαλακὸς, ὥσπερ ὁ φελλός· βελτίων δὲ τοῦ φελλοῦ, ὅτι γλίσχρος. ἐκεῖνο δὲ θραυστόν. διὰ τοῦτο τὰ εἴδωλα νῦν ἐκ τοῦ τῶν φοινίκων ποιοῦσι. τοῦτο δ' ὡς φαῦλον παρήκασι. τὰς ἶνας δὲ οὐ δι' ὅλου ἔχει, οὐδ' ἐπὶ πολὺ καὶ μακρὰς, οὐδ' ὡσαύτως τῇ θέσει ἐγκειμένας πάσας, ἀλλὰ παντοδαπῶς. ἀναξηραίνεται δὲ καὶ λεαινόμενον καὶ πριόμενον τὸ ξύλον.

† πυρεῖα Ald. Bas.

† οἱ μὲν τῷ τετάρτῳ, τινὲς τῷ, οἱ δὲ ἔτει vide commen.

† τὰς θύρας.

gidissimæ, quæ aquatiles aquosæque sunt. Lenta † salix, vitisque. Qua de causa scuta ex his facere solent. Icta enim protinus plagam contrahunt. Sed levior salix: rarior enim, & ob id ea magis utuntur. Platanus lentiore non caret. Sed hæc natura humidior, sicut etiam ulmus. Indicium, quod post cæsuram, erecta materies multum humoris emittit. Morus spissa, simulque lenta est: † rigorem quoque fortissime ulmus servat. Ob id ulmeos cardines valvarum facere solent. Nam si ipsi firmi permaneant, valvæ quoque stare intortæ possunt: alioquin torqueantur necesse est. ‡ Faciunt eos ligna permutantes, quod radicem versus, quodque in cacumine fuit. Sic enim inter se coarctata, utrumque impetum alterius prohibet, cum suapte natura adversetur. " Nam si alterum per naturam eodem tendat, quo momentum est, ruina utique eodem sequi facile possit. Valvas autem non statim apponunt, sed compactas statuunt. Nonnulli anno tertio confecere, lautioris operis desiderio. Namque æstatis calore exsiccatæ dehiscunt: hyemis vero humore oppletæ cohærent. † Ratio quod rara, carnosaque, facile aerem attrahant humectum. Palma levis, tractatu facilis, mollisque est, quemadmodum suber: sed melior subere, quia lenta. Suber enim rigidum est. Quapropter simulachra nunc ex palmis facere cœperunt, spreta suberis materie, ut incommoda. Nervos non per totum corpus expandit, neque prolixos extendit, neque eodem positure modo cunctos porrigit, sed multifario. Siccari hæc materies potest, & cum dolatur, & serratur.

† *minime tortuosa ulmus.*

‡ *Sic eos faciunt, ligna contrario disponunt situ, ut unius pars quæ versus cacumen spectabat, alterius respondeat parti, quæ vergebat ad radicem.*

" *Nã si illud lignũ, quod inversũ situ cõtrario est, secundũ naturam constitutũ fuisset, qua parte impetus cœpisset, lignum ad flectendum, ex utriusque concordia eã in partẽ tota contortio incubuisset.*

Valvas autẽ non statim perficiũt, sed compactas relinquunt. Tũ repetunt opus atque absolvunt: nõnulli triennio, alii quadriennio confecere.

† *Ratio quod abietis rara.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Τῆς δὲ ἰτέας ἡ μήτρα. *Non igitur tota Ebenus nigra.* Μελάνδρυον. *Theodorus,* atrum, *Mirum quare non aliquid finxerit: poterat enim commodius, quam alia multa:* Roboratum. *Sane,* albumen *Latinum est:* Atrumen, *aut* nigrumen *fert analogia. Item* Querquatrum, *ut* Quinquatrum.

Ἀλλὰ καὶ αὐγῇ. *Theodorus omisit. Et paulò post* ἀποδέχεσθαι *legit: non* ἀποδέχονται.

Τὴν γὰρ βαφὴν ἀνίησι διὰ τὴν θερμότητα. *Theodorus,* Tincturam enim vi sui caloris perlaxat. *Nunquam intellexissem.* Βαφὴν, *accipe, ferri cadentis in aquam. Quid autem sit, perlaxare tincturam?* ἀνίησι, *est* remittere.

Ἰτέϊνα. *Theodorus poëtatur.* Lenta salix.

Τοὺς στροφεῖς τῶν θυρῶν πτελείνους. *Theodorus,* ulmeos cardines valvarum adjungunt. Valvis *dixisset: postquam maluit,* adjungunt: *quàm* faciunt. *Plinius simplicissimè:* Ob id cardinibus assamentisque portarum utilissima.

Ἔμπαλιν τιθέντες τὰ ξύλα. *Theodorus,* Faciunt eos ligna permutantes, Quod radicem versus, quodq; in cacumine fuit. *Ratio verbi,* permuto, *non admisit eam sententiam. Permutare ligna, est cum ferro, aut alia re quapiam: tamen Plinius ita loquutus est. Verùm ille nihilo fælicius hanc est exequutus partem. Inquit enim,* permutanda tantum sic: ut cacumen ab inferiore sit cardine, radix superior. *Neque enim sic est: sed,* bina assamenta ad cardines cum coassant, contrario disponunt situ, ut unius pars quæ versus cacumen spectabat, alterius respondeat parti, quæ vergebat ad radicem.

Εἰ δὲ ἐκεῖνο κατὰ φύσιν, ᾗπερ ἡ ῥοπὴ, ἐνταῦθα πάντως ἂν ἡ φορά. *Vides orationem mutilam: ex qua nihilo faciliorem aspicias à Theodoro. Nam si alterum per naturam eodem tendat, quo momentum est: ruina utique eodem sequi facile possit. Sic explices:* καὶ ἐκεῖνο. Illud *scilicet* lignum quod inversum situ contrario est: κατὰ φύσιν, *intellige* ἐστάθη, secundum naturam constitutum fuisset (*quippe contra naturam fixum est, deorsum spectante cacumine*) ᾗπερ ἡ ῥοπὴ, qua parte impetus cœpisset lignum ad flectendum, ex utriusque concordia, πάντως ἂν ἡ φορά: eam in partem tota contortio incubuisset. *Non loquimur igitur de ruina: ut vult Theodorus, sed de contortione. Dicebat enim* ἀστραβέστατον. *Illud præterea contemplabere, cum ulmum* ἀστραβέστατον *diceret: hoc ostendit esse falsum, qui tantum ponat curæ & operæ, & artis, ne contorqueatur.*

Τὰς δὲ θύρας οὐκ εὐθὺς συντελοῦσιν. *Theodorus,* valvas non statim apponunt. Perficiunt, *potius.* ἀλλὰ πήξαντες ἀφεστᾶσι *Theodorus,* sed compactas statuunt. *Immò* relinquunt, *postquam compegerunt, absistunt. Et omisit* κἄπειτα ὕστερον. Tum repetunt opus, atque absolvunt. *Atticissima brevitas. Vt apud Aristophanem Nubibus.* [illegible] *Item omisit,* τῆς ἐλάτης. *Sed suppresso Abietis nomine, dixit: quod* rara, carnosaque. *Valvæ ex Abiete. Cardines ulmei. Corrige in codice Theodori.* Facilè aërem attrahunt humectum. *Est enim scriptum,* ἔνικμον.

IOAN

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Πυκνότατα. Plinius libr. 16. cap. 40. *Spississima ex omni materie, & ideo gravissima judicatur ebenus & buxus, graciles natura: neutra in aquis fluitat, nec suber, si dematur cortex, nec larix.* Hæc partim ex Theophrasto, partim ex Vitruvio. *Neutram*, inquit, *in aquis fluitare.* Corruptus ergo codex Theophrasti; Καὶ ἡ μὲν πύξος ὅλη τῆς δὲ. Scribe, καὶ ἡ μὲν πύξος ὅλη οὐκ ἐπινεῖ. Periodum hanc nec Plinius, nec Gaza satis feliciter interpretati sunt. Verte; *Ergo spissisima gravissimaque videtur buxus ac ebenus; in aquis enim non supernatant, ac quidem buxus tota fundum petit; hebeni vero medulla, in qua & coloris nigredo stat.* Plinius *gravissimam* ait, quod sit *spissisima*, Sequitur Theophrasti locum libr. 1. hist. cap. 8. Vide quæ ad locum istum annotata sunt. Cur fundum petat ebenus, docet auctor Libelli de plantis libr. 2. cap. 2. Ἔβενος δὲ καὶ τὰ αὐτῷ παραπλήσια βυθίζεται, ὅτι μικρὰ ἐστι τούτοις ἡ ἀραιότης, καὶ οὐδὲ ἐστιν ἐν αὐτοῖς ἀὴρ ὁ δυνάμενος ταῦτα κουφίσαι, καταδύονται δὲ, ὅτι τὰ μέρη αὐτῶν λίαν εἰσὶ πυκνὰ καὶ στερεά. *Hebenus vero & quæ illi sunt vicina, fundum petunt, quia in illis pauca est raritas, neque aër in illis est qui ea attollere possit. Merguntur autem fundumque petunt, quia partes eorum multum densæ sunt, & solidæ.* Idem fermè Aristoteles libr. 4. Meteorologic. cap. 7. Τὰ δὲ ξύλα ἐστὶ γῆς καὶ ἀέρος. διὸ καυστὰ καὶ οὐ τηκτὰ, οὐδὲ μαλακτά. καὶ ἐπὶ τῷ ὕδατι ἐπιπολάζει πλὴν ἐβένου. αὕτη δὲ οὔ. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἀέρος ἔχει πλεῖον. ἐκ δὲ τῆς ἐβένου τῆς μελαίνης διαπέπνευκεν ὁ ἀήρ. καὶ ἐστι πλεῖον ἐν αὐτῇ γῆς. *Ligna autem sunt terræ & aeris, qua propter ustibilia, & non liquabilia, nec mollificabilia, & in aqua supernatant, præter ebenum. Hæc autem non. Alia enim aeris habent plus, ex ebeno autem nigra evaporavit aer, & plus in ipsa terræ.* Falsum, & quod Plinius ait, suber decorticatum fundum petere. Lignum suberis fungosum, neutiquam solidum ac densum. Ebeni materiem, id est ebenum decorticatum, fundum petere, scribit Theophrastus, buxum vero cum ipso cortice. Somniabat Plinius cum hæc recitaret Libertus, & somnium illi repente pro ebeno suber substituit: aeriis enim intentus, de aerio maxime cogitabat. Vitruvius lib. 2. cap. 9. *Cerrus, suber, fagus, quod parvam habent mixtionem & ignis & terreni, aeris plurimum, pervia raritate humores penitus recipiendo, celeriter marcescunt.* Ex eodem Vitruvio cap. & lib. citato, habes laricem fundum petere, non supernatare: *Humore autem & terrena est materia spisse solidata, & non habens spatia foraminum, qua possit ignis penetrare, rejicitque ejus vim, nec patitur ab eo sibi cito noceri, propterque pondus ab aqua non sustinetur, sed cum portatur, aut in navibus, aut supra abiegnas rates collocatur.*

Ὁ λωτὸς, &c. Plinius loco citato. *Ex reliquis siccissima lotos, quæ Romæ ita appellatur.* Antiquus codex, *sicissima*: scribe ex Theophrasto, *ex reliquis spissisima.* Ex omnibus arboribus gravissimam & spissisimam refert esse ebenum & buxum; ex reliquis loton & medullam roboris.

Πυκνὸν δὲ καὶ ἡ τῆς δρυὸς μήτρα, &c. Plinius loco citato. *Deinde robur exalburnatum: & huic nigricans color magisque etiam cytiso, quæ proximè ebenum accedere videtur.* Rectè μελάνδρυον, sive δρυὸς μήτρα, robur exalburnatum dicit. Idem lib. eodem cap. 38. *Humor & cortici arborum est, qui sanguis earum intelligi debet.* Paulo post. *Atque in totum corpore arborum, ut reliquorum animalium cutis, sanguis, caro, nervi, venæ, ossa, medullæ. Pro cute cortex.* Pergit. *Proximi plerisque adipes, ii vocantur a colore alburnum, mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facile putrescens, teredini obnoxia; quare semper amputabitur.* Hinc, *exalburno*, quod est, *albernum detraho.*

Κυτίσου. Cave de omni intelligas; quippe non nisi antiquis, caudicemque crassum habentibus partem nigram invenies.

Τερμίνθου, Plinius. *Quanquam non desint, qui Syriacas terebinthos nigriores affirment.*

Τορνεύεσθαι. Scribe, ἐξ αὐτῆς; & pro, κεραμίας. κεραμεῖς. Plinius. *Celebratur & Thericles nomine, calices ex terebintho solitus facere torno, per quem probatur materies, omniũ hæc sola ungi vult meliorque oleo fit.* Corruptus codex; Scribunt alii ex optimo codice, in quo perquam probatos scriptum est; *calices ex terebintho solitus facere torno, perquam probatos. Materies omnium hæc sola ungi vult.* Valde probatos calices, ex terebintho tornare solitũ, dicit hunc Thericlem, qui ab eo Thericlei sunt nominati. Legunt alii, *perquam probatur*, ut de ipso intelligatur artifice. Plinius libr. 34. cap. 8. de artificibus æris: *Fuere longè quidem infra prædictos, probati tamen, Antæus, Callistratus, Polyclis.* Placet aliis; *calices è terebintho solitus facere torno, cujus cor probatur, materies omnium hæc sola,* &c. Sic certè Theophrastus, λαμβάνει δὲ τὸ ἐγκάρδιον, usque ad, κάλλιον καὶ μελάντερον, &c. Theophrastus postquam de ebeni egisset materie, & aliarum arborum, quibus color vel niger vel nigricans, adjicit & terebinthi Syriacæ materiem nigram esse ac spissam, adeo ut vel ipsum ebenum vincat nigredine: ex ea cultellis manubria fieri, & pocula Thericlea tornari, quæ à fictilib. dignosci non queant. Plinius vero Thericlem è ligno terebinthino pocula tornasse tradit, indeque nomen accepisse; quod falsum est. Satis apertè Theophrastus Thericlem figilina vasa torno confecisse declarat. Figulus fuit Corinthius ætate Theophrasto paulo antiquior; utpote qui vixerit temporibus Aristophanis. Athenæus libr. 11. deipnosoph. ubi multa de Thericle, vasisq; figulinis ab eo confectis profert. ὅτι δὲ ἡ κύλιξ ἐστὶν ἡ Θηρίκλειος, σαφῶς παρίστησι Θεόφραστος ἐν τῇ περὶ φυτῶν ἱστορίᾳ. διηγούμενος γὰρ περὶ τῆς τερμίνθου, φησὶ τορνεύεσθαι καὶ ἐξ αὐτῆς κύλικας Θηρικλείους· ὥστε μηδένα διαγνῶναι πρὸς τὰς κεραμέας. κατασκευάσαι δὲ λέγεται τὴν κύλικα ταύτην Θηρικλῆς ὁ Κορίνθιος κεραμεὺς, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα ἔχει, γεγονὼς τοῖς χρόνοις κατὰ τὸν κωμικὸν Ἀριστοφάνη. *Calices Thericlea pocula fuisse apertè declarat Theophrastus in libris de historia plantarum, quo loco de terebintho verba facit, aitq; ex ejus ligno calices tornari Thericleos, quos à fictilibus nemo discernat. Eos calices fama est, à Corinthio figulo Thericle factos, unde & impositũ nomen Aristophanis comici sæculo.* Aperte Ararus sive Ebulus in campylione fictorem figulinorum facit. Fuisse hunc Ararum scribunt supparem, aut æqualem Thericlis.

> Ὦ γαῖα κεραμῖτις σ' ἐν Θηρικλῆς ποτε,
> Ἔτευξε κοίλης λαγόνος εὐρύνας βάθος,
> Ἦ που κατειδὼς τὴν γυναικείαν φύσιν,
> Ὡς οὐχὶ μικροῖς ἥδεται ποτηρίοις.
>
> *O figlina terra, olim Thericles*
> *Te fabricatus est cavi lateris dilatato fundo,*
> *Cognita Ædepol mulierum natura,*
> *Quæ poculis exiguis non delectantur.*

Hesychius, Θηρίκλειος. κύλικος εἶδος ἀπὸ Θηρικλέους κεραμέως. id est *Thericleus, calicis genus à figulo Thericle factũ.* Omnium comicorum testimonia, quicunq; Thericlis, vel Thericleorum poculorum meminerunt, figulum illum fuisse evincunt. Concludo ergo veros Thericleos calices fictiles fuisse: ad quorum similitudinem & imitationem, Theophrasti ævo, è terebintho tornari solebant adeò similes, ut à fictilibus, quos ipse tornasset Thericles, vix dignosci possent. Unde colligo, è nigra terra, & summi splendoris nitorisve calices suos tornasse Thericlem: terebinthi quippe materies nigra, splendens, nitens. Monendus tamen lector, ne credat Thericlem inventorem calicum fictilium, aut primum figlinam exercuisse artem; sed primum ea forma docuisse è terra nigra ac nitente calices tornare, qui ab ipso nomen acceperunt. Thericleorum formam loco citato describit Athenæus. Θηρίκλειος ἡ κύλιξ αὕτη ἐγκάθηται περὶ τὰς λαγόνας, ἱκανῶς βαθυνομένη, ὦτα δὲ ἔχει βραχέα ὡς ἂν κύλιξ οὖσα. *Thericleum poculum ad latera depressum est, satis profundum, auribus hinc illinc prominentibus, ut in vulgari calice.*

Καὶ σφένδαμνος, &c. Plinius eodem cap. 40. *Omnibus quæ diximus spissa firmitas. Ab his proxima est cornus, quanquam non poterit videri materies propter exilitatem, sed lignum non alio penè, quam ad radios rotarum utile: aut si quid cuneandum sit in ligno, clavisve figendum ceu ferreis. Ilex item & oleaster, & olea atque castanea, carpinus, populus, hæc & crispa aceris modo, si ulla materies idonea esset ramis sæpe deputatis, castratio illa est, adimitque vires.* De corno, quod admodum miror, nihil Theophrastus. Talem vero habere materiem, ipse Theophrastus lib. 3. cap. 12. docuit. Apud eundem nihil de ilice, nihil de castanea; tantum de acere, carpino, olea & oleastro; quorum materiem spissam ait. De populo nihil apud eundem, ac utrum huic spissa & crispa materies, ego affirmare non ausim. Plinius tamen ait. Credat qui velit. Vide infra hoc ipso capite.

Ἀλλὰ καὶ χαῦρα. Non legit Theodorus; corruptus quippe codex. Aldinus αὖρα pro χαῦρα habet. utrumq; corruptum. χαυρὸς malus. Hesychius, χαυρὸς κακός. Suidas χαῦρος, ὁ καῦφος τοῖς φρεσὶν· οἷονεὶ αὖρός τις ὢν. καὶ πλεονασμῷ τοῦ κ καῦρος, *mente surdus, stolidus.* Scribe, αὖα, vel, quod propius accedit, ξηρὰ, utrumque *siccum* significat; Hesychius, ξηρότερος, ξηρότερον. Oleam siccam ex lib. 1. cap. 8. probatur. ἀθραυστον δὲ ἡ ἐλαία διὰ τὸ σκολιὸν καὶ σκληρόν. voce ξηρὰ utitur cap. sequenti Theophrastus.

Δρῦιτα. Negligenter satis hæc Plinius. *De cætero plerisque eorum, sed utique robori tanta est durities, ut terebrari, nisi madefactum non queat, & ne sic quidem adactus avelli clavus: è diverso clavum non tenet cedrus.* Rectè ergo Theodorus pro ἀποβρίθουσι, quod significat *degravant, præ pondere & gravitate devergunt*, legit ἀποβρέχουσι, *madefaciunt, macerant.*

Φίλυρα. Plinius loco citato; *Mollissima tilia, eadem videtur & calidissima, argumentum afferunt, quod citissimè ascias retundat.* Rationem hujus rei adfert Theophrastus libr. 1. de cauf. cap. ult. Ascia instrumentum, quo fabricæ materiæ dolantur.

Βαφὴν σιδήρου. Interpres Plutarchi in Pyrrho exponit *temperaturam ferri.* Malo *aciem*; illa enim obtunditur; temperatura non item; nisi quis fortè temperaturam pro ipsa acie accipiat.

Πυρεῖα. Ita lege: malè πυρὰ in Aldino Basileensi; vide cap. ult. hujus libri, ubi plura de πυρείοις. Calida & morus, & laurus, & hedera, & omnes è quibus lignaria fiunt. Vide cap. citatum.

Ψυχρότατα. Plinius loco citato. *Frigidissima quæcunque aquatica: lentissima autem & ideo scutis faciendis aptissima, quorum plaga contrahit se protinus, cluditque suum vulnus, & ob id contumacius transmittit ferrum. In quo sunt genere fici, salix, tilia betulla, sambucus, populus utraque. Levissima ex his ficus & salix, ideoque utilissimæ. Omnes autem etiam ad cistas, quæque flecti crate, constant. Habent & candorem rigoremque & in sculpturis facilitatem.* Hæc oscitanter Plinius. Theophrastus salicem & vitem lentas ait, sed laxiorem sive leviorem salicem, ideoque eo magis uti fabros. De ficu nihil Theophrastus, de vite nihil Plinius. An igitur pro *fici* & *ficus*, *vites* & *vitis* scribendum? Hoc videant alii. Populum utramque cum inter lentissima numerat, parum eorum quæ paula ante tradidit se memorem ostendit; quippe jam populi materiem spissam firmamque, dixerit. vid. supra hic.

Πλατάνου. Plinius loco citato: *Est lentitia platano, sed madida, sicut alno.* Scribe ex Theophrasto, *sicut ulmo.* Platani materiem lentam inquit, sed naturam humidiorem, ut & ulmis.

Συκαμίνου. Plinius loco citato: *Siccior eadem ulmo (fortè, alno) fraxino, moro, ceraso; sed ponderosior.* Horum omnium nihil Theophrastus. De alno Vitruvius loco citato: *Alnus autem, quæ proxima fluminum ripis procreatur, & minimè materies utilis videtur, habet in se egregias rationes. Etenim aëre est & igni plurimo temperata, non multum terreno, humore pauco. Itaque quia non nimis habet in corpore humoris, in palustribus locis intra fundamenta ædificiorum palationibus crebre fixa recipiens in se quod minus habet in corpore liquoris, permanet immortalis, & sustinet immania pondera structuræ, & sine vitiis conservat. Itaque quæ non potest extra terram paulum tempus durare, ea in humore obruta permanet ad diuturnitatem.*

Πυκνὸν ἅμα καὶ γλίσχρον. Supra mori materiem, σκληρὸν & πυκνὸν dixit. Respondeo libr. 1. cap. 9. præceptorem agere de medulla sola; hoc vero capite de ligno, sive materie. Nihil impedit lignum esse spissum, solidum, lentum; medullam solidam, spissam, duram sive siccam. Nec omnino duram dixit habere medullam, sed duriorem quam vitem & sambucum. Cæterum vox γλίσχρον aliter de solidis, aliter de liquidis interpretanda est. Galenus libr. 11. Method. Medend. cap. 13. Ὥσπερ ἀμέλει καὶ κατὰ τοὺς γλίσχρους καὶ παχεῖς χυμοὺς πεποίηκασι. ὁ μὲν γὰρ παχὺς χυμὸς ἀντικείμενον ἔχει τὸν λεπτὸν, ὁ δὲ γλίσχρος, ὡς μὲν ἐγὼ ὠνόμασα, τὸν ῥυπτικόν. ὡς δὲ ἄν τις ἴσως ἀπὸ στερεῶν σωμάτων ὀρμώμενος φαίη τὸν κραῦρον. οὕτω γὰρ φαίνεται καὶ Ἀριστοτέλης ἀεὶ ποιούμενος τὴν ἀντίθεσιν. οὐκ ἐπὶ τῶν χυμῶν ὡς ἔφην, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν στερεῶν σωμάτων. *Quemadmodum profectò in glutinosis & crassis succis faciunt. quippe crassus succus ex opposito habet tenuem, glutinosus vero, sicut ipse Græcè nominavi,* τὸ ῥυπτικόν; *quasi diversivum dicas; sicuti aliquis dixerit, qui à solidis corporibus nominandi occasionem accipiet* τὸν κραῦρον, *friabilo. Siquidem hoc pacto semper videtur Aristoteles oppositionem facere; verum non in succis sed solidis ipsis corporibus.* In solidis igitur τὸ γλίσχρον fractu contumax, humore videlicet multo, & qui tensioni cedit, terrenas partes glutinante: sicut in salice & coriis. Huic τὸ κραῦρον, *friabile* oppositum. In humoribus Hippocrates τὸ γλίσχρον definit, in quo ἕπεται τὸ ἕτερον ἀλλὰ τῷ ἑτέρῳ. *Una pars aliam per aliam sequitur.* Id est, quod si trahatur, suam quam longissime servabit contumaciam, nec rumpetur facile, ut mel, adeps. Mori lignum lentum & spissum. Potest etiam exponi fractu contumax: lenta enim fractu contumacia. Sed lentum vero, quia libr. 6. cap. 8. ἀσχήμων δὲ ὡς μὲν ὅλως εἰπεῖν.

Ἀστράβηλον. Plinius; *Rigorem fortissimè fert.* (cave credas febrilem: duritiem intellige & inflexibilitatem: Vult enim durissimam, quæque flecti nequeat ulmi materiem. Virg. primo Georg.

Tum ferri rigor, atque argutæ lamina serræ.

Supra dixi ἀστραβῆ, non *detortum*, quasi ὁ μὴ στραβὸς, *sed ad depravandum difficile significare.* ὕλη ὀρθοτέρα καὶ ἀστραβεστέρα *materies rectior, quæque minus depravatur & contorquetur) ulmus, ob id cardinibus, assamentisque portarū utilissima, quoniam minimè torquetur: permutanda tantum sic, ut cacumen ab inferiore sit cardine, radix superior.* Ulmum rigiditatem habere negat Vitruvius. lib. 2. cap. 9. *Ulmus vero & fraxinus maximos habent humores, minimumque aëris & ignis, terreni temperata mixtione comparatæ: sunt in operibus cum fabricantur lentæ, & sub pondere, propter humoris abundantiam, non habent rigorem, sed celeriter pandunt; simul autem vetustate sunt aridæ factæ, aut in agro perfectæ; qui eis inest liquor stantibus emoritur, fiuntque duriores, & in commissuris, & in coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes.* Catenatio est conjunctio & arctatio stricta trabium vel aliarum inter se. Pro, *perfectæ in agro*, scribe, *perfectæ in agro.* Sensus apertior, quam ut declaratione indigeat. Negat Vitruvius rigorem ferre; affirmat Plinius ex Theophrasto, qui alio modo quā Plinius id tradit. Certè Vitruvii sententia probabilior. Ipse Theophrastus, ut animadvertit Scaliger, ulmum ἀστράβηλον esse destruit, cum tantum ponat curæ & operæ, & artis, ne contorqueatur. A natura ergo non est τὸ ἀστράβηλον, sed arte. Vide Scaligeri animadversiones, & attende ad Theodori versionem.

Οἱ δὲ τοῦ τέλους: Locus mutilus; scribe, ἀλλὰ πήξαντες ἀφιᾶσιν, ἐνίοτε ὕστερον οἱ μὲν τοῦ τέλους, οἱ δὲ τετάρτῳ ἔτει συντελοῦσιν. Vult valvas compactas non statim affigi solere, sed multos eas ubi compegerunt, sic finere per triennium, alios per quadriennium, priusquam eas foribus adaptent; per æstatem quippe humore siccato dehiscere, per hyemem arctius connivere.

Τῆς ἐλάτης omisit Theodorus, nobis vox hæc valdè suspecta; de valvis quippe in genere agit, ac in specie de abiete reddit rationem; quod absurdum videtur. Putarem scriptum fuisse τῆς θύρας, Rationem quippe reddit, cur valvæ hyeme conniveant, atque quod in valvis rarum, carnosumq; id facile attrahit aërem humectum, eaque de causa hyeme connivent. Si non placet τῆς θύρας scribere, dele τῆς ἐλάτης.

Ὁ δὲ φοῖνιξ. Plinius: *Palmæ est mollis & suberis: spissæ & malus pyrusque, nec non acer, sed fragilis & quæcunque crispa.* Si suberis materies mollis, quomodo inter gravissimas & spissimas, quæ fundum petunt, numerari potest. Vide quæ ad initium cap. dixi. Certe antiquus codex suberem spissam scribit. Ita enim scriptum: *Palma est mollis, & suberis materies spissa. & malus pyrusque, nec non acer: sed fragilis & quæcunque crispa.* Hæc Theodoro errandi ausam præbuerunt. Θραυστὸν enim *rigidum* vertit, qualis non est suberis materies, sed fragilis. Nullum relinquitur dubium, quin scripserit Plinius, *Palmæ & suberis materies mollis, sed fragilis suberis. Spissæ malus pyrusque, nec non acer, & quæcunque crispa.*

ΚΕΦ. Ε.

ΚΕΦ. Ε.

CAP. V.

Tuium, quod & Thuia dicitur, nasci apud fanum Ammonis. Ex quibus item simulachra deorum fieri solita. Quæ ponderosa simul ac dura, quæque discordent. De nuce Euboica, iisque quæ perpetua sunt natura: tum quæ cariem, ac tineam sentiant, aut non sentiant, deque teredine, tinea: & vermibus, qui in materie nascuntur.

ΤΟ " δὲ θύον, οἱ δὲ θυίαν καλοῦσι, παρ' Ἄμμωνί τε γίνεται καὶ ἐν τῇ Κυρηναίᾳ· τὴν μὲν μορφὴν ὅμοιον κυπαρίττῳ καὶ τοῖς κλάδοις, καὶ τοῖς φύλλοις, καὶ τῷ στελέχει, καὶ τῷ καρπῷ· μᾶλλον δ' ὥσπερ κυπάριττος ἀγρία. πολὺ μὲν· καὶ ὅπου νῦν ἡ πόλις ἐστὶ, καὶ ἔτι διαμνημονεύουσιν ὀροφάς τινας τῶν ἀρχαίων ἐκ † θυίας οὔσας. ἀσαπὲς γὰρ ὅλως τὸ ξύλον. οὐλότατον δὲ τὴν ῥίζαν ἐστὶ, καὶ ἐκ ταύτης τὰ σπουδαιότατα ποιεῖται τῶν ἔργων. τὰ δὲ ἀγάλματα γλύφουσιν, ἐκ τῶν κέδρων, κυπαρίττου, λωτοῦ, πύξου· τὰ δὲ ἐλάττω καὶ ἐκ τῶν ἐλαΐνων ῥιζῶν· ἀρραγεῖς γὰρ αὗται, καὶ ὁμαλῶς πως σαρκώδεις. ταῦτα μὲν οὖν ἰδιότητά τινα τόπων καὶ φύσεως καὶ χρείας ἀποδηλοῖ. βαρέα δὲ καὶ κοῦφα, δῆλον ὡς τῇ πυκνότητι, καὶ μανότητι, καὶ ὑγρότητι, ‡ καὶ ξηρότητι, καὶ τῷ γλοιώδει, καὶ σκληρότητι, καὶ μαλακότητι, ληπτέον. ἔνια μὲν οὖν ἅμα καὶ σκληρὰ καὶ βαρέα, καθάπερ πύξος καὶ δρῦς. ὅσα δὲ κραῦρα, καὶ τῇ σκληρότητι σκληρότατα, ταῦτ' οὐκ ἔχει βάρος· ἅπαντα δὲ τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων, καὶ τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν πυκνότερά τε καὶ σκληρότερα, καὶ βαρύτερα, καὶ τὸ ὅλον ἰσχυρότερα, καθάπερ καὶ πρότερον εἴπομεν. ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πᾶν, καὶ τὰ ἀκαρπότερα τῶν καρπίμων, καὶ τὰ χείρω τῶν καλλικαρποτέρων· εἰ μή που καρπιμώτερον τὸ ἄρρεν, ὥσπερ ἄλλα τέ φασι, καὶ τὴν κυπάριττον, καὶ τὴν κρανίαν. ἀλλὰ τῶν γε ἀμπέλων φανερῶς αἱ ὀλιγοκαρπότεραι, καὶ πυκνοφθαλμότεραι, καὶ στερεώτεραι· καὶ μηλέων δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἡμέρων. ἀσαπῆ δὲ φύσει, κυπάριττος, κέδρος, ἔβενος, λωτὸς, " πύξος, ἐλαία, κότινος, πεύκη ἔνδαδος, ἀρία, δρῦς, καρύα Εὐβοϊκή. τούτων δὲ χρονιώτατα δοκεῖ τὰ κυπαρίττινα εἶναι. τὸ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ ἐξ ὧν αἱ θύραι † τοῦ νεὼ τεθησαυρισμέναι, τέτταρας ἔκειντο γενεάς. μόνα δὲ καὶ στιλβηδόνα δέχεται. διὸ καὶ τὰ σπουδαζόμενα τῶν ἔργων ἐκ τούτων ποιοῦσι. τῶν δὲ ἄλλων ἀσαπέστατον μετὰ τὰ κυπαρίττινα καὶ τὰ θυώδη, τὴν συκάμινον εἶναί φασι· καὶ ἰσχυρὸν ἅμα καὶ εὔεργον τὸ ξύλον, καὶ παλαιούμενον, μέλαν, ὥσπερ λωτός. ἔτι δὲ ἄλλο πρὸς ἄλλο καὶ ἐν ἄλλῳ ἀσαπές. οἷον πτελέα μὲν ἐν τῷ ἀέρι, δρῦς δὲ κατορυττομένη, καὶ ἐν ὕδατι καταβρεχομένη. δοκεῖ γὰρ ὅλως ἀσαπὲς εἶναι. διὸ καὶ εἰς τοὺς ποταμοὺς καὶ εἰς τὰς λίμνας ἐκ τούτων ναυπηγοῦσιν· ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ σήπεται. τὰ δὲ ἄλλα διαμένει μᾶλλον, ὥσπερ καὶ εὔλογον ταριχευόμενα τῇ ἅλμῃ. δοκεῖ δὲ " καὶ ἡ ὀξύη πρὸς τὸ ὕδωρ ἀσαπὴς εἶναι, καὶ βελτίων γίνεσθαι βρεχομένη. καὶ ἡ καρύα δὲ ἡ Εὐβοϊκὴ, ἀσαπής. φασὶ δὲ καὶ τὴν πεύκην ἐλάτης μᾶλλον ὑπὸ τερηδόνος ἐσθίεσθαι· τὴν μὲν γὰρ εἶναι † πικρὰν· τὴν δὲ πεύκην ἔχειν γλυκύτητα καὶ ἔσω ἐνδαδωτέραν, μᾶλλον. " πάντα δ' ἐσθίεσθαι τερηδόνι, πλεὸ κοτίνου, ὑπὸ τερηδόνος. ἐσθίεσθαι δὲ τὰ μὲν ἐν τῇ θαλάττῃ σηπόμενα ὑπὸ τερηδόνος· τὰ δ' ἐν τῇ γῇ ὑπὸ σκωλήκων καὶ θριπῶν. οὐ γὰρ γίνεται τερηδὼν, ‡ ἀλλ' ἢ ἐν τῇ θαλάττῃ. ἔστι δὲ ἡ τερηδὼν τῷ μὲν μεγέθει, μικρόν. κεφαλὴν δ' ἔχει μεγάλην καὶ ὀδόντας. οἱ δὲ θρῖπες ὅμοιοι τοῖς σκώληξιν, ὑφ' ὧν † περαίνεται κατὰ μικρὸν τὰ ξύλα, καὶ

" θύον, οἱ δὲ θύαν.
† θύας.
‡ ξηρότητι, καὶ ἰσχυρότητι, καὶ τῷ γλοιώδει.
" πύξος, μίλος, ἄρκευθος, ἐλαία.
† τοῦ καινοῦ νεώ.
" καὶ ἡ φηγὸς, καὶ ἡ ὀξύη.
† ξηράν.
" Ald. Bas. πλὴν κοτίνου καὶ ἐλαίας, τὰ δ' οὐ διὰ τὴν πικρότητα τερηδὼν καὶ θρίπες χ' ἐσθίεσθαι, ἀλλ' πλὴν κοτίνου καὶ ἐλαίας. Scribe ταῦτα γὰρ οὐκ ἐσθίεσθαι διὰ πικρότητα ὑπὸ τερηδόνος καὶ θριπός. ἐσθίεσθαι.
‡ ἄλλοθι.
† πιπαίνεται Ald. τετραίνεται, aut πιτραίνεται. Scal.

THuium " quod thuia ab aliis appellatur, nascitur apud Ammonis fanum, atque in Cyrenensi agro. Forma cupresso similis, cum ramis, tum foliis, caudice, fructuque: vel potius ceu cupressus sylvestris. Copiosam vel ubi urbs hoc tempore est, comperiri affirmant: atque etiam memorant contignationes quasdam vetustissimas † thuiæ. Perdurat enim materies hæc incorrupta omnino. Radice hujus arboris nihil crispius, eáque preciosa opera conficiunt. Simulachra ex his sculpere solent; cedró, cupresso, loto, buxo; minora etiam ex olearum radicibus: rimas enim istæ non capiunt, & carnis æqualitate quodammodo constare videntur. Hæc igitur proprietatem quandam locorum naturæ usúsque ostendunt. Ponderosa autem, leviaque ex spissitate, raritate, humiditate, lentitate, siccitate, rigiditate, duritate, mollitudineque accepisse oportet. Quædam itaque simul, & dura & ponderosa sunt: ut buxus, ut robur. Quæ autem rigidæ, atque durisimæ sunt, hæ pondere carent. Omnes sylvestres urbanis, & masculæ fœminis spissiores, duriores, ponderosiores, in totumque robustiores, quod etiam ante retulimus. Quin & minus fœcundæ fœcundioribus, & deterius fructificantes, probius fructificantibus, tota quasi ex parte firmiores, nisi usquam mas fructuosior esse soleat, ut alias quasdam affirmant, & cupressum cornumque. Verum inter vites quidem, quæ minus fructificant, gemmis crebrioribus constant, solidioresque sunt. Idem etiam in malorum, reliquarumque urbanarum genere patet. Natura perpetua, cupressus, cedrus, ebenus, celtis, † buxus, olea, oleaster, pinus, quæ tædam gerit, ‡ aria, robur, nux Euboica. Sed diuturnior inter has cupressus " videtur. Itaque in Epheso cupresina materies, ex qua valuæ templi Dianæ, quatuor ætates reservata duravit. Sola hæc nitorem etiam recipit, ideoque ex hac condere operum lautiora consuevere. Ex reliquis post cupressum ac thuiam, morum æternam potissimum esse arbitrantur: simulque validam, & in operibus facilem: atque vetustate nigrescere modo celtis. ‡ Item alia in aliud & in alio perpetua. Exempli gratia, ulmus in aëre, robur defossum, atque in aquis demersum. Putredinis quippe immune hoc omnino videtur. Ob id in fluviis lacubusque naves hac etiam materie condunt. Sed in mari putrescit; quanquam reliquæ magis durare valeant. Quod quidem & ratio vult; utpote cum sale maceratæ conditæque sint. " Fagus quoque, sive scissima, in aqua permanere posse incorrupta videtur, madefactaque melior reddi. Quin & † nux Euboica nequaquam putrescit. Dicunt & pinum plus quam abietem corrodi à teredine posse: Hanc enim esse ‡ amaram: Pinum vero dulcedinis non nihil habere, eoque magis, quo fuerit teda refertior. Omnes teredinem sentire affirmant, præterquam oleastrum atque oleam; quas amaritudinis causa neque teredo, neque tinea rodit. Quæ mari putrescere aptæ sunt, erodi & teredine solent: quæ autem terra, vermiculis, tineisque. Teredo enim non nisi in mari enasci potest. Est autem ipsa teredo corpore parva, capite magno, & dentibus. Tineæ vermiculis similes constant,

" Thyon quod Thya ab aliis appellatur.
† Thyæ.
† buxus, taxus, juniperus, olea.
‡ ilex fœmina.
" videtur. nam in Epheso cupressina ligna, ex quibus valvæ noviter novi templi Dianæ factæ sunt, reservatæ per quatuor ætates jacuere. Sola.
‡ & quædã tamen in aliis diuturniora sunt usibus, quam alia. Exemplo.
" Fagus quoque & oxua in aqua.
† castanea.
‡ siccam.

ἐστι τοῦ τε ἐνίατ͂α. " Θελποκοπηθέντα γὰρ, ὅταν εἰς τὴν θάλατταν ἑλκυσθῇ, στέγει. τὰ δὲ ὑπὸ τῶν τερηδόνων ἀνίατα. τῶν δὲ σκωλήκων τῶν ἐν τοῖς ξύλοις, οἱ μὲν εἰσὶν ἐκ τῆς οἰκείας σήψεως, οἱ δ' ἐκ τικτόντων ἑτέρων. ἐντίκτει γὰρ ὥσπερ καὶ τοῖς δένδροις ὁ κεράστης καλούμενος. ὅταν τετράνῃ καὶ κοιλάνῃ περιστραφεὶς ὥσπερ † οἱ μυόχοδοι. Φεύγει δὲ τά τε ὀσμώδη καὶ πικρὰ καὶ σκληρὰ, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τετραίνειν· καθάπερ τὴν πύξον. Φασὶ δὲ καὶ τὴν ἐλάτην φλοισθεῖσαν ὑπὸ τὴν βλάστησιν ἄσηπτον διαμένειν ἐν τῷ ὕδατι. Φανερὸν δὲ γίνεσθαι ἐν Φενεῷ τῆς Ἀρκαδίας, ὅτε αὐτοῖς ἐλιμνώθη τὸ πεδίον βραχέντος τοῦ βερέθρου. τότε γὰρ τὰς γεφύρας ποιοῦντες ἐλατίνας, καὶ ὅταν ἐπαναβαίνῃ τὸ ὕδωρ ἄλλην καὶ ἄλλην ἐφιστάντες, ὡς ἐῤῥάγη καὶ ἀπῆλθε, πάντα εὑρεθῆναι τὰ ξύλα ἄσηπτα. τοῦτο μὲν οὖν ἐκ συμπτώματος.

* πιτlοκοπηθέντα Ald. Bas. θελπτοκοπηθέντα Scal.

† μυοδόχοι.

ſtant, quibus paulatim materies perforatur. Sed hæc curari facile poſſunt. Nam ſi offenſa materies trahatur in mare, " durabit. Quæ vero teredinem ſenſerit, curari non poteſt. Vermium autem, qui naſci in materie ſolent, alii putreſcente ipſa materie generantur, alii parientibus aliis vermibus. Pariunt enim vel in cæſa materie vermes, quemadmodum in arboribus, qui ceraſtæ vocantur: cum ſcilicet tam eroſerint atque excavaverint, † ut ſe circumagere poſſint. Fugiunt ligna colorata amara, duraque: quoniam hæc erodere nequeant; ceu buxum. Tradunt etiam abietis cum germinat decorticatam materiam aquis inoffenſam durare poſſe. Patuit id apud Pheneum Arcadiæ, ‡ cum obſtruſis faucibus campus in lacum redundavit. Tum enim ductis pontibus ex abiete, cum amplius extumeſceret aqua, aliis ſuper aliis fabricatis, poſteaquam " extruſis obturamentis unda erupit diſceſſitque, univerſa materies incorrupta comperta. Sed forte hoc caſuque evenit.

* coaleſcet.

† quemadmodum latebras ſuas mures conſuevere. fugiunt ligna odorata, amara.

‡ cum ab imo erumpentibus ſcaturiginibus lacus in campum redundavit.

" diſruptis objicibus unda.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Τὸ δὲ θύον. Ponere debuit inter Ægyptias.

Ταῦτα μὲν οὖν ἰδιότητά τινα τόπων. Hinc alia materia, aliud exigit caput. Declarat enim affectiones elementares. Grave, leve, denſum, rarum & ejuſmodi.

Ἀγαπητῇ δὲ φύσει. Diverſum caput, in quo affectus perdurandi, aut putrefaciendi.

Ἐξ ὧν αἱ θύραι τοῦ νεωστὶ νεὼ τεθησαυρισμέναι τέτταρας ἔμειναν γενεάς. Ligna cypariſsina è quibus valvæ Templi Dianæ novi factæ ſunt, cum repoſita fuiſſent, per quatuor ætates duravere. τοῦ νεωστί, Theodorus omiſit. Vetus templum incenderat Xerxes.

Ait robur in fluviis non putreſcere, in mari putreſcere: cætera è contrario. Condiri enim quodammodo ſalſugine. Quæras porro quare, ut alia, robur non condiatur. An quia ſalſuginem in ſe habet? Dicebamus enim in libro tertio, nitroſum eſſe ejus cinerem. Verùm in libris de cauſſis ſatis diximus.

Τὴν μὲν γὰρ ξηράν. Theodorus legit πικράν. quia ſubdit γλυκύτητα. Et ſupra dicebat vermes ex humore dulci oriri. Dubitamus tamen nos. Neque enim amara abies, ſed ſiccior, quam pinus. Itaque ξηράν, lego: ut γλυκύτης non tam dulcedinem ſignificet pro cauſſa, quam humorem primo ſignificatu, ut opponatur τῷ ξηρῷ, & conſignificet dulcorem, pro concauſſa. Præterea tædam ſcimus nos amaram eſſe. Ad hæc in mari naſcitur τερηδών. Salſum autem & amarum, affinia. Tineam τερηδόνα videtur Plinius interpretari. Teredinem etiam dicit.

Ὑφ' ὧν τιτραίνεται κατὰ μικρὸν τὰ ξύλα. Lego τετραίνεται. aut τετραίνεται, ſicut mox τετράνῃ.

Πιτlοκοπηθέντα στέγει. θελπτοκοπηθέντα, lego. Ἐύλατον autem ut ſit, docet. mari enim curari. Hoc eſt στέγει, non tranſitivè, ſed abſolutè poſitum: quod neutraliter rudes dicunt. Significat autem, coire, coaleſcere, operire hiatum: *quemadmodum infrà de Abiete.* Si hiat, madefiat: *tunc συμμύει, inquit, καὶ στέγει. Plinius hunc tractans locum omiſit. Theodorus diverſus abiit.* Durare, *inquit*, nimirum valet.

Ὥσπερ οἱ μυοδόχοι. Sic lege. Theodorus aliter accepit. Tu ſic. Cum ita excavaverint, quemadmodum latebras ſuas mures conſuevere. *Corrige in Codice Theod.* colorata: *& pone* odorata. ὀσμώδη.

Ἐλιμνώθη τὸ πεδίον βραχέντος τοῦ βερέθρου. Theodorus, Cum obſtruſis faucibus lacus in campū redundavit. *At βραχέντος τοῦ βερέθρου, non eſt,* obſtruſis faucibus, *ſed*, ab imo erumpentibus ſcaturiginibus. *Hoc enim βράσσειν*, Ebullire, ferveſcere cum ſonitu. Unde *βράχεα in mari. Item ὡς ἐῤῥάγη καὶ ἀπῆλθε.* Extruſis obturamentis: *potius*, diſruptis objicibus, diſiectis.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Τὸ δὲ θύϊον. Scribe, τὸ δὲ θύον, οἱ δὲ θύαν. Sic in Aldino & Baſileenſi habetur codice. Quæ lectio auctorem habet Plinium lib. 13. cap. 16. *Nota etiam Homero fuit.* Θύον, (vulgo θεῖον, malè: & pejor antiqui codicis lectio. trogete, τρωγῆτι ſcripſerunt pro θύον, per antiphraſin; quod mandi non poſſet citrium: atque ita ignorantia rei Botanices duas confuderunt arbores: ſupra cap. de malo medica, diximus, antiquiſſimos non comediſſe citria, ſed inter veſtes odoris gratia repoſuiſſe) *Græcè vocatur, ab aliis Thya.* Heſychius; θύον ὄνομα δένδρου. Odoramenti etiam quoddam genus θύον vocatur. Heſychius; θύα ἀρώματα Κύπριοι, ἔνιοι τὰ ἀρώματα. Elegans locus apud Dionyſium Periegeten, in quo θύον pro odoramenti quodam genere, & arbore citro ponitur. Agit Poëta de felicitate Arabiæ.

> Ἄλλο δέ τοι καὶ θαῦμα μέγ' ἔξοχον ἔλαχ' ἐκείνη.
> Ἀεὶ κηώεσσα θύοις ὑπὸ λαρὸν ὀδώδει,
> Ἢ θύου ἢ σμύρνης εὐώδεος ἢ καλάμοιο,
> Ἢ καὶ θεσπεσίοιο πεπαινομένου λιβάνοιο,
> Ἢ κασίης.

> *Quin etiam aliud mirum ingens ſortita eſt illa*
> *Semper odorata aromatibus ſuaviter ſpirat,*
> *Vel citro, vel myrrha, vel fragranti canna,*
> *Vel etiam divino ad maturitatem perducto thure,*
> *Vel caſia.*

Priori in verſu θύον *odoramentum, aroma,* poſteriori *citrum* ſignificat; in priori generale eſt, ſpeciale in poſteriore. Euſtathius. θύον, ὅπερ φασὶν εἶδος δένδρου εὐώδους. Negat vir Cl. Salmaſius (ex quo hæc notamus) de Africanis citris accipi poſſe; *Nec enim arbor*, inquit *odorata, nec inter aromata numeratur. Præterea in Arabia eam naſci, nemo dixit.* Pergit, *Avienus de ladano accepit. Sic enim reddidit illos verſus.*

> *— Tellus hic ſemper fragrat odore*
> *Ceſpite, prorumpit lachrymoſo ſtipite myrrha,*
> *Myrrha quondam furor Cinyreus: heic ladani vim*
> *Vellera defendunt, calami coma pullulat almi,*
> *Gignit humus caſiam, concreſcunt thura per agros.*

Qui ladanum θύον vocari ſcripſerit, hactenus repperi neminem; nec eſt arbor, quod tamen de θύῳ teſtatur Theophraſtus, ſcribit Euſtathius. Ad alia argumenta mox reſpondebo, ubi ad Homerum pervenero. θύον Latinis citrus dicitur. atqui citrum & θύον plantæ diverſæ, Plinius enim de utraq; ſeorſim diverſis egit capitibus. *Impoſuit*, inquit Cl. Salmaſius, *viris magnis, vulgaris capitum ſectio, qua totum opus Plinii diviſum eſt, quæ in antiquiſſimis libris, nulla eſt, nec agnoſcit Plinium auctorem, ſicut multis locis oſtendimus, & ex hoc uno clariſſime patebit. Caſtigata citrearum menſarum inſania, in quibus deſcribendis pluſculum immoratus eſt, tandem ita ſit ſcribit, de ipſa arbore, unde menſæ illæ fiebant:* Inter pauca nitidioris vitæ inſtrumenta hæc arbor eſt, qua propter inſiſtendum ei videtur, nota etiam Homero fuit: θύον Græcè vocatur, ab aliis Thya. *Ita legenda hæc & continuanda quæ perperam in vulgatis diducta ac divulſa ſectione capitis habentur.* quod ſic incipit; nota etiam Homero fuit, θύον Græcè

Græcè vocatur. *Cui capiti titulum imposuerunt*, Thya arbor quæ. *In indice manuscripti libri primi nihil tale, sed hæc tantum*, Atlantica arbor, de citri arbore, de citreis mensis, quæ probentur, aut vituperentur in his, malum citrenum. *Quibus verbis tituli vice omnia complexus est, quæ duobus illis capitibus 15. & 16. vulgarium librorum tractantur. Sub nomine citri etiam τὸ θύον vel τὴν θύαν comprehendit.* Hactenus Salmasius. Duas arbores hoc nomen obtinuisse, ex ipso probatur Plinio ad finē capitis, ubi ait: *Alia est arbor eodem nomine, malum ferens execratum aliquibus odore & amaritudine, aliis expetitum.* Τὸ μηδικὸν intelligit; malus medica & Thya, citrus Latinis dicta. Sed quid ex Homero de citro vel Thya tradit Plinius? *Nota*, inquit, *fuit Homero; θύον Græcè vocatur, ab aliis Thya. Hanc igitur inter odores uri tradit in deliciis Circes; quam deam volebant intelligi, magno errore eorum, qui odoramenta in eo vocabulo accipiunt, cum præsertim eodem versu cedrum laricemque una tradat.* In quo manifestum est de arboribus tantum locutum. *In deliciis. Sensus*, inquit, Clariss. Salmasius postulat, *in ædibus Circes, & fortean scripserit*: in ædibus illius Circes. *Quam ἔμφασιν habeat illius, satis norunt Latinè eruditi. Emendabam aliquando*, uri tradit in ædiciliis Circæ. *cujus conjecturæ neque nunc me pœnitet.* Ædicilium, *ut*, domicilium. *Cum hoc dicatur, quin ni & illud possit dici, non video. Composita vox ex domo & colo*, domicolium; *pro quo* domicilium *sermo corruptus induxit, ita &* ædicilium. *Facile fuit ex ignorato vocabulo* in ædiciliis *notius ac tritius fecisse* in deliciis. Sed quid impedit legamus, *uri tradit in ædificiis Circes*? Certè hæc non magna mutatio. Ex mutilo *deficiis*, quod librarii negligentia facilè fieri potuit, conflatum *deliciis*, *f*, in *l*, mutato. Insignis memoriæ lapsus. Nam inter odores Circe non urebat citrum cedrumque, sed Calypso, cujus antrum, ut canit Homerus 5. Odyss. Mercurius Iovis mandato cum petiisset, factum ut thyæ seu citri, cedrique odorem longè persentiret.

Πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα καίετο, τηλόθι δ' ὀδμὴ,
Κέδρου τ' εὐκεάτοιο, θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει
Δαιομένων.

Ignis quidem ingens ad focum ardebat, procul odor
Cedri fractu facilis thyæque per insulam redolebant
Ardentium.

In eundem errorem incursavit Divinus Poëta, cum 7. Æneid. canit.

Proxima Circeæ raduntur littora terræ.
Dives inaccessos ubi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu, tectisque superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.

Sequitur apud Plinium; *cum præsertim eodem versu cedrum laricemque unà tradat.* Deest verbum, omnino; scribendum, *una tradat uri.* Laricis ne mentio quidem in versibus Homeri incognitæ Homero; nec tantum huic, sed etiam multo recentioribus. Unde ergo Plinius scribit Laricem à Circe vel Calypsone ustam? Non satis attendit ad Liberti legentis verba. Pro κέδρου τ' εὐκεάτοιο, θύου, intellexit κέδρου δὲ πεύκης τε θύου. Nihil æquè notum, ac Plinium πεύκην quandoque *pinum*, non raro *laricem* vertere. Vidimus Plinii sententiam, qui citrum & θύον Homeri eandem facit arborem. Id hoc probat argumento: quod cedro & larice tradit Poëta uri θύον: ergo & θύον ibi genus ligni. Nullum hoc nomine Græcè appellatur præter citrum. Itaq; citrum est. Aliis hæc non placet sententia: idque quod citrum nemo tradiderit odoratum. *Cedrus*, inquiunt, *in foco Calypsus uritur tanquam odoramentum, ac θυμίαμα; bene quippe olet dum accenditur.* Virgilius.

Disce & odoratam stabulis accendere cedrum.
Et de Circe.
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.

An θύον, vel citrus arbor vice θυμιάματος incendi solita, aut ulla odoris gratia commendata fuerit, nescimus. Nec sanè auctores id prodidere, nec verò id tacuisset Theophrastus, si scivisset. Nihil de odore, quum cupresso similem memoraret, foliatura, ramis, caudice, & fructu. Præterea frequentem in Græcia tempore Homeri fuisse, non fit verisimile; quod apud Hammonis fanum, & in Cyrenensi agro tantum nasci tradat Theophrastus. Aliud argumentum: citrum Libycam Homeri temporibus cognitā Grecis fuisse, verisimile non est, quod eo tempore nondum nota erat Mauritania, nec ferè pars ulla Africæ; citrus verò nullibi præterquam in Africa nascebatur, nec uspiam in Grecia reperiebatur. Romanis etiā sero admodum citrus nota fuit, quibus tamen ex vicinitate Africæ, Eam prius & fuisse notam oportuit. Mensæ citreæ antè Ciceronē nullam extitisse memoriam, Plinius confitetur. Quæ de Thya, hoc est citro memoravit Theophrastus, ea videtur ex auditu accepisse eorum qui cum Alexandro Cyrenaicam & Hammoniacam Libyam lustravere, vel ab his Græcis qui res Cyrenaicas composuerant, vel commercia in illis locis exercebant. Citri in Mauritania nascētis non meminit, quia eam nescivit; quod Romanorū tempore non amplius id genus arboris reperiretur in Cyrenaica regione, utpote jam exhausta. Et hæc ferè sunt argumenta, quibus Plinii argumenta impugnantur. Primum est, odore carere citrum sive θύον Theophrasti. Contrarium ex versibus jam citatis Dionysii patet. Sed nec illi θύον citrum. Certè arborem odoratam θύον satis expressè ait Eustathius. Disertè Plinius lib. 13. cap. 1. ubi de unguentis agit. *Iliacis temporibus non erant; nec thure supplicabatur. Cedri tantum & citri suorum fruticum in sacris fumo convolutum nidorem, verius quam odorem noverant, jam rosæ succo reperti.* Utriusque ligni accensi nidorem in sacris tum Græcos tantum novisse ait, non alterius thymiamatis aut aromatis odorem. Θύον odoratam vel etymon ipsum docet. Θύον enim παρὰ τὸ θύειν dicitur, quod est, *odores accendere*; hinc θυώδης *odoratum*. Idem Plinius libr. 5. cap. 1. *Suetonius Paulinus (quem consulem vidimus) primus Romanorum ducum transgressus quoque Atlantem aliquot millium spatio, prodidit quidē de excelsitate ejus quæ cæteri: imas radices densis altisque repletas sylvis incognito genere arborum, proceritatem spectabilem, enodi nitore, frondes cupressis similes, præterque gravitatem odoris, tenui eas obduci lanugine: quibus addita arte, posse, quales è bombyce, vestes confici.* Arbor cupressi fronde citrus, hanc gravem habere odorem disertè tradit Suetonius Paulinus consul Romanus. Frustra ergo inodoram tradunt. Fortassis scripsit Theophrastus, καὶ τῷ καρπῷ καὶ τῇ ὀδμῇ. In re incerta nihil assero. Vide quæ paulo infra dicuntur. Ad alterum argumentum; tantum nasci apud Hammonis fanū & in Cyrenensi agro; respondeo, in ipsa Græcia provenisse. Quod ex ipso probatur Theophrasto, qui libr. 4. cap. 1. tradit in montium cacuminibus locisque algidis nasci. φιλεῖ δὲ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρῶν, καὶ τοὺς ψυχροὺς τόπους θύα μὲν φύεται εἰς ὕψος ἐλάτη δὲ καὶ ἀρκευθὶς φύεται μὲν, οὐκ εἰς ὕψος δὲ, &c. Agit eo capite de arboribus Græciæ familiaribus, eorumque solum natale describit; & quia Theophrastus in Arabia nasci non tradit, vel alius quis Græcorum, cujus libri hodie extant; propterea non sequitur, in Arabia non nasci. Africam Græcis Homeri sæculo ignotam fuisse, affirmare, non ausim; maxime cum Sacra pagina doceat, Salamonem regem sapientissimum misisse in Ophir, id est Africam, ut omnes fatentur interpretes, indeque recepisse ligna אלמו, quod θύον septuaginta interpretatur. Si Salomon novit ex Africa petere aurum & lignum Thymum, non fit probabile id neglexisse Ægyptios & Phœnices, Africæ quam Iudæi viciniores. Ex Ægyptiis vel Phœnicibus Homerus cognoscere quin potuerit, non dubito. Antiqui quippe Græci in Ægyptum & Phœniciam proficiscebantur doctrinæ & studiorum gratia. Et quomodo Africa fugere potuit Homerum, qui Ulyssem suum fingit in Lotophagorum insulam, apud Syrtes, quam nemo Africæ negaverit, appulisse, eaque in insula socios Ulyssis loti dulcedine captos, diutius mansisse? vide cap. de loto. Potuit ergo Homero Thymum constare lignum. Θύον Homeri Sabinam esse, ne imaginari quidem possum, fœtet igne injecta: quod si hæc θύα foret, non neglexissent Græci, præcipuè auctuarii auctor, & Apulejus, nomen hoc recensere. De βοράθυ arbore vide quæ cap. de sabina dixi, & examina diligenter utrum sabina in Arabia nascatur, ut de βοράθυ tradit Diodorus. Insuper sabinæ materies satis inepta. Nimis parva & coactæ brevitatis arbor, quam ut ex eo fulcra domus Domini, aut regiæ fieri possent. Alia Macrobii opinio; quæ itidem examinanda. Hic libr. 2. Saturn. cap. 15. *Sic*, inquit, *vides hic & citreum nominari, & omnia signa poni, quæ de eo Virgilius dixit, licet nomen citrei ille non dixerit. Nam & Homerus, qui citreum θύον appellat, ostendit esse odoratum pomum.*

Θύον ἀπὸ καλὸν ὀδώδει.

Et quod ait Oppius inter vestem poni citreum, idem significat Homerus, cum dicit.

Εἵματα δ' ἀμφιέσασα θυώδεα σιγαλόεντα.

Hinc

Hinc & Nævius Poëta in bello Punico ait citrosam vestem. Homero malum medicam incognitam, ex eo liquet, quod sero admodum ad Græcos hujus cognitio pervenerit; quod nec dum Romæ culta Augusti, Tiberii, Claudiique temporibus, uti supra probavimus. Ignoravit Macrobius duas arbores citri nomen obtinuisse; nec de fructu θύου agit Homerus, sed ligno. Utrum rectius in vulgatis Homeri codicibus, θυόδ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει, & θυώδει ἐν λαόντεσσι, legatur; an vero, uti apud Macrobium, θύου δ' ἀνὰ κηλὸν (pro quo κηλὸν scribendum esset: prima enim syllaba in κηλὸν brevis) ὀδώδει, & θυώδεα σιγαλόεντα, non disputabo; aliis hoc negotium quibus otium suppetit, committo. Θύον non est malus medica, sed citrus Atlantica; utramque confundit Macrobius; quo modo & aliarum arborum historiam perturbat. Vide quæ cap. de nuce, medica malo dicta sunt.

Ἄμμωνι, Plinius loco citato: *Præcipuam autem esse eam arborem circa Hammonis delubrum, nasci & interiore Cyrenaicæ parte.* Nihil tale, inquiunt, maximi viri, Theophrastus, sed simpliciter in iis locis arborem nasci, scribit. Id omnino fatemur: sed dixit Plinius *præcipuam*; quod aliis etiam in locis nasci traderetur à Veteribus; in montium puta cacuminibus, ut supra dixi. Alia accedit caussa, quod ex Mauritania etiam adferretur. Rectè ergo dixit, præcipuè juxta Hammonis nasci delubrum.

Κυπαρίττῳ. Plinius cap. 15. *Sunt autem cupresso fœminæ etiamnum sylvestres, similes folio, odore, caudice.* Videtur ergo legisse, καὶ τοῖς κλάδοις, καὶ τοῖς φύλλοις, ἐν τῷ στελέχει, καὶ τῇ ὀδμῇ. nisi placeat Theophrastum scripsisse, ἐν τῇ ὀδμῇ, καὶ τῷ κλέφει. A Vitruvio citrum, cedrumque confundi scribunt; quod is lib. 2. cap. 9. tradiderit, *Arbores* (scribe, *arboris*) *autem ejus sunt similes cupresseæ foliaturæ, materies vena directa. — Nascuntur autem hæ arbores maximè Cretæ, & Africæ, & Syriæ nonnullis regionibus.* Nemo, inquiunt, est Herbariorum qui non fateatur cedrum & juniperum adeo indiscreta esse facie, ut internosci non queant, nisi fructus differentia. Cedrus igitur similem habet junipero foliaturam, non cupresso; at citrus cupresso gerit folia similia. Ait paulo post, Cedri arbores nasci maximè in Creta, Africa, & nonnullis Syriæ regionibus. Sanè & citrum in Africa nascitur, non in Creta, nec in Syria, ubi cedri proveniunt. Ita illi. Fateor illam tradi tantum differentiam inter cedrum & juniperum à Theophrasto, sed videndum de qua agat cedro; majore, an minore. Major quoad folia nullam omnino cum junipero similitudinem habet. Oxycedrus junipero similis, quam intelligit Theophrastus, & describit lib. 3. cap. 12. Vitruvius de Majore agit, ex qua cedrium colligitur, quod frustra quis exspectabit ex minore. Majori folia, capillata quidem, neutiquam aculeata, pino non dissimilia, sed breviora, quæque cum cupresso quodammodo comparari possunt. parvam enim cum cupresso similitudinem habent. Idem de natali cedri tradit Plinius lib. 16. cap. 39. *Cedrus*, ait *in Creta, Aphrica, Syria laudatissima.* Si peccavit Vitruvius, erravit & Plinius. Notant præterea Vitruvium, quod *citrum* verterit, ubi *cedrus* poni debuit. Aristoteles περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, *de Mirabil. auscult.* περὶ δὲ τοῦτον τὸν τόπον κρήνην ἐλαίου φασὶν εἶναι, τὴν δὲ ὀσμὴν ἔχειν τῷ κέδρου ῥινήμασιν ὁμοίαν. *Juxta autem* (agit de monte quodam in Carthaginensi ditione) *eum fontem oleo fluentem esse, ac odore cedri guttis non absimilem*: Vitruvius lib. 8. cap. 3. *Item Carthagini fons est, in quo natat insuper oleum, odore uti scobe citreo, quo oleo etiam pecora solent ungi.* Sic citrum appellant, qui κέδρος Aristoteli. Nec enim putandum est scripsisse Aristotelem τοῦ κίτρου. Liber autem vetustissimus Vitruvii, *citreo* planè profert. Aristotelem auctorem libelli citati negant doctiores, multisque conjecturis demonstrant. Nec ego Aristotelem autorem istius libelli credo, propter nugas quasdam, & phrasin. Recentioris cujusdam potius scriptum videtur, qui vixit cum malus medica citrus dicta est. Facile itaque fieri potest, ἀντὶ τοῦ κέδρου, τοῦ κίτρου scriptum fuisse: vel contra apud Vitruvium, pro *citreo, cedrino.* Corruptus codex Vitruvii; corrigunt alii: *Odoris uti scobis citreæ*, aut *citreorum*, id est odore ramentorum, sive scobis citreorum, quibus odor acerrimus, auctore Plinio. Arridet aliis, *odore, ut è scobe citreo.* Nobis placet, *odore, ut è scobe cedrino.* Imaginari nequeo tam spissum commissum errorem à Vitruvio. De citrio malo verba Vitruvii intelligi vix possunt. Augusti temporibus, sub quo vixit Vitruvius, non nascebatur in Italia, ut nec Claudii. Contra apud plurimos auctores malè pro *citro, cedrum* scriptum est. Uti apud Plinium loco citato: *Confines ei mauri, quibus plurima arbor cedri & mensarum insania.* Citri scribendum, ex iis quæ de mensis citreis dicentur, patebit.

Ὀροφάς τινας. Plinius loco citato: *Theophrastus, qui primus ab Alexandri magni ætate scribit, quæ circa urbis Romæ quadringentesimum quadragesimum gesta sunt annum, magnum jam huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum veterum contignationes, quandamque immortalitatem materiæ in tectis contra omnia vitia incorruptæ.* Hæc Plinius; sed malè audit, quod non adjecerit, ubinam extarent illæ contignationes veterum templorum è citro factæ. Atqui notum est ex Theophrasto, in Cyrenaica civitate fuisse, circa quam plurima citrus nascebatur. Hoc dissimilavit Plinius, qui vult citrum nativam & indigenam Græciæ extitisse arborem. Verborum Theophrasti hic sensus: Plurima citrus arbor iis in locis ubi nunc Cyrene sita est. Hoc refert, quod Theræi coloni alium locum exstruxerant & incoluerant, quum primum in Africam adventarent, antequam Cyrenen conderent. Hujus Cyrenes incolæ, ut scribit Theophrastus, referebant superesse adhuc & conservari contignationes templorum e citro fabricatas à primo oppidi sui extructi tempore durantes, vel à primi oppidi quod in Africa extruxere. Cyrene vero extructa, ut docet ipse Theophrastus, trecentis circiter annis antequam libros de plantarum historia divulgaret. Nec vero tantum templorum contignationes ex hac factæ, sed etiam res aliæ. De lecto Helenæ, hæc Homerus Odyss.

> Ἐκ δ' Ἑλένη θαλάμοιο θυώδεος ὑψορόφοιο
> Ἤλυθεν.

> *Helena ex Thalamo citrato excelso*
> *Egressa est.*

Persius.

> *— Quicquid denique lectis*
> *Scribitur in citreis,*

Negant tamen viri magni Helenę lectum ex citro fructum fuisse. Θυίνου inquiunt dixisset Poëta, non θυώδη. Atqui Theophrastus hoc eodem capite θυώδη ξύλα dixit, *ligna citrea*, ἀντὶ τοῦ θυΐνου. Mirantur maximi viri, ac hac ratione dici posse θυώδη θάλαμον, fatentur. Aliud tamen, ajunt, θυώδης lignum, aliud opus θυώδες; quam phrasin non agnoscunt; puta quod nec πυξώδης ἔργον Græci dicant, *quod ex buxo factum est*, sed πύξινον, id est *buxum*, non *buxosum*. Nam buxosus est πυξώδης. Igitur θάλαμος θυώδης est *odoratus & bonis repletus odoribus*, & ἑανὸν τεθυωμένον, non *citrata vestis*, quod esset absurdum, sed *unguentis & odoribus perfusa.* Et sane nihil *aliud* vox θύον apud Homerum significat, quam *odoramentum*; unde omnis posterior Græcia θυώδης, & θύϊνον pro odorato usurpavit. Hæc, ut verũ fatear, negari nequeunt. Supra dixi mensas ex citro pretiosissimas factas: id vero vel ex Petronio constat.

> *— Ecce Afris eruta terris*
> *Citrea mensa.*

Strabo lib. 4. ubi de arboribus loquitur quæ in Liguria reperiuntur; πολλὰ δὲ ἐν τῇ ποικιλίᾳ τῶν θυΐνων οὐκ ἐστὶ χείρω αὐτῆς τοῖς τραπεζοποιοῖς. *Sunt & aliæ arbores ob varietatẽ ad mensas conficiendas, citro nihil deteriores.* Θυΐνων τραπεζῶν meminit etiam Plutarchus. Plinius loco citato: *Atlas mons peculiari proditur sylva, de qua diximus. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor cedri* (jam constat legendum *citri*) *& mensarum insania, quas fœminæ contra Margaritas regerunt. Extat hodie M. Ciceronis in illa paupertate, &, quod magis mirum est, empta illo ævo H S.* ✱ *x. Memoratur & Galli Asinii H.S.XI. Verundatæ sunt & duæ Iuba rege vendente, quarum alteri pretium fuit H. S. XV. alteri paulo minus.* Antiquus noster codex habet. *Extant hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum est illo ævo emptæ libris XI. cum his memorantur & Galli Asinii, quæ libris XI. venundatæ sunt. & duæ à Iuba rege vendente. quarum alteri præcium fuit libris XV. alteri paulo minus.* Budæus libr. 3. de asse, non procul à principio, hunc in modum legit: *Extant hodie M. Ciceronis in illa paupertate, & quod magis mirum est, illo ævo emptæ H. S. XI. memorantur & Galli Asinii H.S. II. venundatæ. Sunt & duæ à Iuba rege pendentes: quarum alteri pretiũ fuit H. S. XII. alteri paulo minus.* Scribo, *Extant hodie M. Ciceronis in illa paupertate, &, quod magis mirum est, illo ævo emptæ H. S. XI.* (id est libris XI.) *cum his memorantur & Galli Asinii H. S. II. venundatæ. Sunt & duæ à Iuba rege pendentes: quarum alteri pretium fuit H. S. XII. alteri paulo minus.* Ita scripta postrema in codice & Salmant. &

Tolet.

Toletano. Pergit Plinius; *Interiit nuper incendio à Cetegis descendens H. S. XIV. permutata, latifundii taxione, si quis prædia tanti mercari malit.* Et hic locus magnis viris suspectus. Legit idem Budæus; *Interiit nuper incendio attegiis descendens H. S. XIIII. permutata latifundii taxatione, &c.* Ad hanc lectionem Dalecampius; *ubi attegias, mapalia, tuguria intellige.* Qui locus mihi tamen suspectus, ostendit mensam eam ex attegiis pastorum, qui radicem Atlantis, citris frequentem incolunt, petitam & advectam fuisse. Sanior antiqui codicis lectio. *Interiit nuper incendio quam Cethegus decedens libris XLIII. permutaverat latifundii taxatione, si quis prædia tanti mercari malit.* Scribe; *Interiit nuper incendio, quam Cethegus decedens libris XLIV. permutaverat latifundii taxatione, si quis prædia tanti mercari velit.* Quod si latifundia tanti non fuerint pretii, poterit scribi *librũ XIV.* ut in vulgato codice. Plura qui de mensis velit, ipsum adeat Plinium. Pretiosissimas fuisse vel ex hoc Martialis disticho cognoscere licet.

> *Accipe felicis, Attlantica munera, mensas.*
> *Aurea qui dederit dona, minora dabit.*

Varro libr. 3. de rust. cap. 2. *Nunc ubi hic vides citrum, aut aurum?* Fores quoq; ex tabulis citreis factas, produnt antiqui. Diodorus Siculus libr. 5. Biblioth. τὰ δὲ θυρώματα τοῦ ναοῦ θαυμαστὰς ἔχει τὰς κατασκευὰς ἐξ ἀργύρου, καὶ χρυσοῦ, καὶ ἐλέφαντος, ἔτι δὲ θύου (malè θύοις edunt) δεδημιουργημένα. *Ianua templi mirando artificio sunt constructæ, argentoque & auro, nec non ebore & citro* (interpres *thure*; pessimè) *concinnatæ.* Athenæus libr. 5. αἱ δὲ τῆς ἀκροπόλεως θύραι τὸν ἀριθμὸν εἴκοσι οὖσαι θυΐναις κατεσκευάσθησαν σανίσιν, ἐλεφαντίνους ἔχουσαι τοὺς κόσμους, *fores per ambitum numero viginti, ex talibus citreis* (interpres *Thya*) *coagmentatæ fuere, cum eburneis ornamentis.* Varro.

> *En quibus Libyssa citrus fasciis cingit fores.*

Οὐλότητι. Quæritur utrum θύα recentioribus cognita: Qui cedrum majorem & θύαν eandem scribunt arborem, Theophrasti scripta non satis attentè per legerunt. Eodem enim hoc libro quinto de cedro & Thya, tanquam diversa plane agit arbore, disertéque scribit in Syria cedrum reperiri. vide cap. 7. hujus libri. Accedit quod inter cedrum & cupressum tanta non sit similitudo, ut tota forma similes dici queant. Fructus, caudex, rami, foliaque similiora sunt pino, quam cupresso. Easdem ob causas nec sabina θύα dici potest, ubi cupresso similis fructus, ite caudex longus, & rectus instar cupressi. baccam fert sabina & coactæ brevitatis est. Alii arborem vitæ pro thya habent. Nec horum probo sententiam; idque quod hic folia, non satis cupressinis respondeant. Nam licet squamatim ex foliolis cupressi modo compacta sint, omnino tamen plana sunt; non rotunda, uti cupresso. Sed hoc exigui ponderis argumentum. Equidẽ cum cupressinis comparari possunt; utpote compositione eis & forma, nisi quod plana sint, similia. Fructus cum cupresso non convenit. Cupressi larignis conis assimilis crassior tamen, & compactior, quique per maturitatem sponte in rimas fatiscit: arbori vitæ exiguus, nuclei pinei magnitudine, è tenellis squamulis compactus; quo dehiscente, paleacea quædam semina exigua excidunt. Cupressus ramos sursum attollit; arbor vitæ in planas veluti alas expensos in latitudinem diffundit. Arbor vitæ vocatur, vel ob immortalem comam, quam tamen cum aliis communem habet, quæque nec immortalis dici potest: vel ob odoris vehementiam. Dixi comam non posse dici immortalem, idque quod hyberno tempore elegantem amittat virorem. Folia enim & rami è sordido viridi subluteo nigricant. vulgo *feiljemort* vocant. Pristinum nitorem viroremque vere novo recuperat. Causa videtur, quod humidum crassum sensim solis calore & vi, æstate extrahatur; quo extracto viror perit; nigredo, qualem dixi, sequitur. Humidum vero crassum quod solis vi amisit, hybernis pluviis recipit; sed non statim ad folia defertur, quod frigus corticem & lignum conclusa teneat; quæ cum verno tempore aperiuntur, fit ut humor ad folia iterũ deferatur, atque ita pristinum acquirant virorem. Viridis quippe color, ut ait, philosophus, ex humido crasso, nigricans ab humore extracto. Ab odoris ergo vehementia nomen impositum. Odoratissima est arbor, quæque ceteras hujus generis odoris vehementia vincit. Foliorum contritorum odor ita digitis adhæret, ut difficulter ablui queat. Nec hunc tantum odorem dum virent, habent ramuli ac folia, sed recisa, & siccata diutissimè servant. Hujus rei causa videtur; quod aërea substantia copiosa, in qua odor, conclusa sit ac hæreat in materia viscida ac lenta, quę illũ non tam cito remittit, sed diu conservat & retinet. Arborem hanc Galli ex Canada, septentrionalis Americæ parte, primum attulerunt in Europam. Facillimè semine nascitur, & surculis propagatur: seri debet in vasis terra optima & cribrata plenis, ut semẽ quarta parte digiti tegatur. Cum vero rigare oportet, terra linteo imposito irriganda, alioquin semina sursum ascendunt, & nudantur; quod in aliis etiam est observandum. Novellæ plantulæ à sole meridiano, per æstus majores, defendendæ; hyemes fert acerbissimas. Ut ad Thyam revertar; utrum *ab hel*, fructus cujus meminit Guillandinus membro 24. probl. 18. sit thyæ nec asserere, nec negare audeo. De fructu abhel hæc Guillandinus. *Verum enimvero, ut tandem finem huic disquisitioni imponam, cum superioribus annis orientem lustrarem, observavi, quod etiam Andreas Alpagus Bellunensis litteris commendavit, vocari Arabice* abhel *fructum, quendam pilarum cupressi magnitudine, colore ex rufo in nigrum declivi, qui ex arbore sui generis, sed cupresso adeo simili, ut non nisi cupressus sylvestris esse videatur, decerpitur. Eam arborem quemadmodum olim thyam esse pronunciavi, &c.*

Τὰ δὲ ἀγάλματα. Pausanias in Arcadicis, ubi materias recenset, ex quibus ab antiquis fieri solebant idola, principe loco enumerat ebenum, deinde cupressum, mox cedrum, &c. τοῖς δὲ ἀνθρώποις τὸ ἀρχαῖον, ὁπόσα ἐς ἡμεῖς ἀγάλματα ἐδυνήθημεν, τίσι δὲ ἦν ἀφ' ὧν τὰ ξόανα ἐποιοῦντο, ἔβενος, κυπάρισσος, αἱ κέδροι, αἱ δρύινα, ἡ σμῖλαξ, ὁ λωτός, τὸ θύον.

Καὶ τῷ γλισχρότητι. Theodorus legit, καὶ ξηρότητι, καὶ ἰσχνότητι καὶ τῷ γλοιώδει. Aldinus codex, γλοιώδει. γλοιώδες, Theodorus vertit, *lentitate*, cum *sorditatem, imbecillitatem*, vel *tarditatem* significet. Hesychius, γλοιός, ῥυπαρός, ἀσθενής, ῥυπαρός.

Ἀκαρπότερα. Plinius lib. 16. cap. 40. *In omnibus sylvestria & mascula differentias cujusque generis augent, & infœcunda firmiora fertilibus, nisi quo in genere mares ferunt, sicut cupressus & cornus.*

Ἄσαπτα. Plinius loco citato; *Cariem vetustatemque non sentiunt, cupressus, cedrus, ebenus, lotus, buxum, taxus, juniperus, oleaster, & olea. Ex reliquis tardissimè larix, robur, suber, castanea, juglans. Rimam fissuramque non capit sponte cedrus, cupressus, olea.* De junipero & taxo nihil Theophrastus: verisimile, negligentia librorum deperditas has voces, ac scripsisse Theophrastum, λωτός, πύξος, μίλος, ἄρκευθος, ἔλαια, κότινος, πεύκη ἐνδαδος, *laricem*, interpretatus est Plinius. & φελλὸν *suberem* vertit. Utrumque male. Suberis materies inter æternas numerari nequit; spongiosa est, quæque facile teredine interit. Ἀρίαν *ilicem fœminam* significare, supra libr. 3. cap. 16. probavimus. Rectè καρύαι Εὐβοϊκὴν, *castaneam* reddidit. Vide cap. de castanea.

Τῶν δὲ χρονιώτατα. Plinius loco citato: *Buxum maximè æternam putant, hebenum & cupressum, cedrumque, claro de omnibus materiis judicio in templo Ephesiæ Dianæ.* Corruptus codex. vult probare, ligni materies omnes æternas esse ex quibus Ephesinum extructum templum. Atqui inter materias ex quibus fabricatum, buxum non recenset. Scribe ac distingue, *Rimam fissuramque non capit sponte cedrus, cupressus, olea, buxum. Maximè æterna putant hebenum, cupressum & cedrum, claro de omnibus materiis iudicio in templo Ephesiæ Dianæ.*

Τὸ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ, &c. Corruptus codex. Scribe ex Aldino & Basileensi, τὸ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ ἐξ ὧν αἱ θύραι τοῦ νεὼ τοῦ νῦν πεποιημέναι. Verte; *nam in Epheso cupressina ligna, ex quibus valvæ noviter, novi templi Dianæ factæ sunt, reservatæ per quatuor ætates jacuêre.* Sensus verborum hic, docet cupressinam materiẽ reliquis lignis diuturniorem, & probat, quod fores templi Ephesinæ Dianæ, ex cupresso fabricatæ, per quatuor γενεὰς reconditæ ac reservatæ jacuerint, antequam templum à Xerxe vel, ut aliis placet, Herostrato accensum fuit. Vult Philosophus; antiquas templi valvas, postquam earum diu incorruptus fuit usus, novis demum cedentes, inter alia antiqua & chara repositas in ipso templo & custoditas fuisse per quatuor ætates, atque sic reconditas jacuisse cum templum deflagraret. Probabile admodum, multo tempore operam usumque eas præstitisse, priusquam rejicerentur, ac aliæ in locum earum substitutæ fuere. Vetustate quippe inutiles factæ sunt, & idcirco rejectæ, atque ita cum denuo accensum à Xerxe vel Herostrato templũ restauraretur, ad novum templũ, novæ valvę, ex nova materia fabricatę, fuere & adhibitæ. Ex his concludit Theophrastus, ad multum tempus incorruptam manere cupressinam materiem. Et hic quidem sensus Philosophi, ἔκειντο, inquit, non κεῖνται. Ergo ante

ante templi incendium reservatæ jacebant valvæ istæ in Ephesinæ Dianæ æde, & eadem, qua templum, flamma combustæ. Ab Alexandro magno restauratum templum, cum libros hos ederet Theophrastus, qui Aristoteli in schola successit; eodē puta anno cū fato suo functus Alexander, Olympiade centesima & decima quarta. Referunt Theophrastum omnia sua opera post eam Olympiadem edidisse; sed hac de re non laboro. Θύραι, id est, *valvæ, fores*, quæ πηκτωνευσμέναι & κεῖσθαι dicuntur, aliæ nequeunt intelligi, quam illæ quæ rejectæ erant, ac reconditæ custodiebantur. Hæc aliter explicari non possunt. Nemo valvas, quæ adhuc serviunt aperiendo & claudendo templo, quæque appositæ sunt postibus πηκτωνευσμέναι, nec κειμέναι rectè dixerit. Sed aliter hæc interpretatur Plinius, libr. 16. cap. 40. *Maximè æterna putant hebenum, cedrum, & cupressum, claro de omnibus materiis indicio in templo Ephesinæ Dianæ, utpote cum tota Asia extruente quadringentis annis peractum sit. Convenit tectum ejus esse è cedrinis trabibus. De ipso simulachro Deæ ambigitur. Ceteri ex hebeno esse tradunt. Mutianus ter consul, ex his qui proximè viso eo scripsere vitigineum, & nunquam mutatum septies restituto templo. Hanc materiem elegisse eandem, Canetiam nomen artificis nuncupans, quod equidem miror, cum antiquiorem Minerva quoq; non modo Libero parte vetustatem ei tribuat. Adjicit multis foraminibus nardo rigari, ut medicatus humor alat, teneatque juncturas, quas & ipsas esse modico admodum miror. Valvas esse è cupresso, & jam quadringentis prope annis durare materiem omnem novæ similem. Id quoque notandum, valvas in glutinis compage quadriennio fuisse. Cupresus in eas electa, quoniā præter cætera uno in genere materiæ nitor maxime valeat æternus. Nonne simulacrum Vejovis, in arce è cupreso durat, à condita urbe quingentesimo quinquagesimo primo anno dicatum? Memorabile & Vticæ templum Apollinis, ubi Numicidarum cedrorum trabes durant, ita ut positæ fuere prima ejus urbis origine, annis mille centum octoginta octo. & in Hispania Sagunti ajunt templum Dianæ à Zacyntho advectæ cum conditoribus annis ducentis ante exidium Troiæ, ut auctor est Bochus, infraque oppidum ipsum id haberi. Cui pepercit religione inductus Hannibal, juniperi trabibus adhuc durantibus Super omnia memoratur ædes in Aulide ejusdem Deæ, seculis aliquot ante Trojanum bellum ex ædificatæ: quoniam genera materiæ scientia obliterata in plenum dici potest, utique quæ odore præcellant, ea æternitate præstare.* Hæc Plinius; *Vtpote cum tota Asia extruente quadringentis annis peractum est.* Ne Salomon quidem tantum temporis divino extruendo templo impendit, nec credo unum fabrum fabricæ est præfuisse. Probabilius scripsisse Plinium, *quadragintis annis peractum.* Nunquam fidem adhibebo quadragintorum annorū spatio opus fuisse ad unum fabricandum templum. Loqui videtur de templo Alexandri magni jussu reædificato, & ipsius Plinii etiamnum tempore extante. Sed illud templum ante mortem Alexandri perfectum erat. Ergo nec *quadragintis annis* scripsit Plinius: sed malè cepit verba Mutiani vel alterius, ex quo hæc hausit. Scripsit ille, suo ævo circiter quadringētos annos elapsos fuisse ab ea restauratione templi Ephesinæ Dianæ quæ sub Alexandro & incepta & absoluta est. Mutianus is Claudio regnante Asiam lustravit, idem Vespasiano capiente imperium extitit. Magnitudinem templi libr. 36. cap. 14. describit, ubi ducentos annos exiisse, antequam id opus absolveretur tradit. *Magnificentiæ vera admiratio extat, templum Ephesiæ Dianæ ducentis viginti annis factum à tota Asia. Id solo in palustri fecere, ne terræ motus sentiret, aut hiatus timeret; rursus ne in lubrico atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur, calcatis ea substravere carbonibus, dein velleribus lanæ. Vniverso templo longitudo est 425. pedum, latitudo ducentorum viginti, columnæ centrum viginti septem, à singulis regibus factæ 40. pedum altitudine: Ex iis 36. cælatæ à Scopa. Operi præfuit Chersiphron architectus.* Hæc à Clariss. examinantur Salmasio in Exercitationibus Plinianis pagina 813. Illud magis ad nostrum pertinet institutum, quod ait simulacrum fuisse vitigineum, id est è vite factum. Nescio quomodo ex vitiginea materia sculpi potuerit Dianæ idolum, ad durandum quoque inepta. Libenter restituerem *viticineum*; quod impedit Plinius cum libr. 14. cap. 1. scribit; *Vites jure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabant. Iovis simulachrum in urbe Populonia ex una conspicimus tot ævis incorruptum. item Masiliæ pateram. Metaponti templum Iunonis vitigineis columnis stetit. Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ, scanditur una è vite Cypria, ut ferunt, quoniam ibi ad præcipuam amplitudinem exeunt.* Aliud vitis genus oportet locis crescat citatis; apud nos vitis materies non incorrupta manet, sed facile læditur. Quod sequitur omnem fidem superat, nec est ligno ulli æternior natura; immo nullum magis putredini obnoxium, quam vitis lignum. Cæterum Vitruvius lib. 2. cap. 19. *idolum Dianæ ex cupresso factum docet. Arboris autem ejus sunt similes cupresseæ foliaturæ, materies vena directa, Ephesi in æde simulacrum Dianæ ex ea, & ibi & in cæteris nobilibus fanis propter æternitatem sunt facta.* Contra Xenophon non cupressinum, non cedrinum, non hebinum, nec vitigineum fuisse refert lib. quinto. Κύρου ἀναβάσ. ubi sic, scribit de fano Dianæ Scilluntiæ. ὁ δὲ ναὸς ὡς μικρὸς μεγάλῳ τῷ ἐν Ἐφέσῳ εἴκασται, καὶ τὸ ξόανον ἔοικεν ὡς κυπαρίσσινον χρυσῷ ὄντι τῷ ἐν Ἐφέσῳ. *Ædes ipsæ, operis forma pro rata quidem portione Epkesinæ Dianæ templo simillima. Deæ etiam simulachrum quod cupressinum est, ab aurei illius similitudine, sola recedit materia.* Ex his cognoscere licet primum Idolum antequam templum incenderat Xerxes, vel, ut alii malunt Herostratus, fuisse ex auro, alterum vero, postquam restaurarat Alexander templum, ligneum. Utrum autem illud cupressinum, cedrinum, vitigineum, an hebinum, non constat; ex auro fuisse non putarem. Nihil enim facilius, quam aurum à ligno discernere. Sequitur apud Plinium; *& nunquam mutatum septies restituto templo.* Hoc jure miretur aliquis; ego satis nequeo. Præter omnem fidem est, quando templum deflagravit, non simul eodem igne consumptum fuisse idolum. Tantum potuit ethnicorum superstitio. Certe si ante incendium templi aureum fuit, probabile admodum, post restauratum templum, cupresinum idolum, ad ideam formamque Dianæ simulachri in Scillunte repositum fuisse. Sequitur; *hanc materiam elegisse eandem Canetiam nomen artificis nuncupans.* Corruptus codex: Nomen *Canetia* fictum nec Græcum est. In Chiffletiano manuscripto codice, *come* nomen artificis, legitur. Liber Thuanæus antiquissimus, ut monet Clariss. Salmasius, ita scriptum præfert: *Hanc materiam elegisse eandem con etiam nomen artificis nuncupans.* Ita etiam habet vetus Rigaltianus. Sub illis verbis, *eandem con* latet nomen artificis. nec enim ibi *eandem*, sensus tolerare potest, aut mens auctoris. Quippe si eandem hanc materiam elegisset ille artifex simulachro Dianæ faciendo, sequeretur aliquando mutatum simulachrum, quod negabat Mutianus; at nunquam mutatum septies restituto templo. Scribit ergo Doctiss. Salmasius: *Hanc materiem elegisse Demonicon, etiam nomen artificis nuncupans.* Quod equidem miror, cum antiquiorem Minerva quoque, nce modo Libero parte vetustatem ei tribuat. Aut Demonicon, aut aliud nomen elegendum quod propius accedat ad veterem scripturam. Certè mihi perinde quod nomen huic fuerit artifici. Sed cur miratur Plinius nomen artificis, qui sculpsit idolum Dianæ Ephesinæ, proditum à Mutiano? Causa videtur, quod antiquius proderet, quam Minervæ aut Bacchi, quorum simulachra è cælo delapsa antiquitas credebat, nec ab ullo artifice dolata. Dianæ quoque Ephesinæ Idolum è cælo missum vulgo persuasum. Quod vel ex actis Apostolicis liquet, cum Beatus Lucas ca. 19. versu 34. τίς γάρ ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης Ἀρτέμιδος, καὶ τοῦ διοπετοῦς. *quisnam est hominum qui nesciat Ephesiorum urbem æditam esse magnæ Deæ Dianæ, & è cælo delapsi simulacri.* Olim sacerdotes, & opifices simulachrorum, quo major esset superstitio vulgi, fingebant cælitus delapsa idola, hoc est, esse διοπετῆ. Herodianus lib. 1. αὐτὸ μὲν ἄγαλμα διοπετὲς ὥς λέγουσι. Iure ergo Plinius miratur auctorem à Mutiano τοῦ διοπετοῦς τῆς Ἀρτέμιδος nominari; maxime cum tam antiquum illud idolum fingeret, & ipsius Bacchi & Minervæ simulachro antiquius, scripserit. Pergit Plinius; *valvas esse è cupresso, & jam quadringentis annis durare.* Si hæc ex Theophrasto, ut reliqua quæ de præstantia splendoreque cupresini ligni & valvarum compage habet, immane quantum peccaverit. Quis Theophrasti verborū sensus, supra diximus. Plinius hunc imaginatus est; valvas illas per quadringentos annos fabricatas ac reservatas durasse, usque dum templum perfectum fuerit, cujus foribus valvæ erant apponendę. Sed verba Theophrasti malè accepit, qui valvas veteris templi per quatuor ætates incorruptas ac reservatas jacuisse scribit. Inde collegit Plinius, non nisi post quatuor γενῶν spatium extructum ac perfectum fuisse templum. Quod vel ex ipso probatur Plinio, qui libr. 36. cap. 14. tradit, 120 annis factam hanc ædem; hoc vero capite quadringentis annis fabricatum tradit. Hæc tam diversa non aliunde quam ex varia vocis, γενὰ, interpretatione habet. Quidam enim γενεὰν absolvi triginta annorum spatio scribunt, alii centum.

tum, Suidas septem. Sed ista non est recepta sententia, quanquam argumentis quibusdam probari possit, idque vel ex hoc Medicorum axiomate, τῶν δύο χιλιάδων μὴ δεῖ φλεβοτομεῖν: duæ tamen priores magis receptæ. Ex priori sententia quatuor ætates, id est, τέτταρες γενεαὶ annos faciunt centum viginti, ex posteriori quadringentos. Utramque sententiam secutus est Plinius, verum locis diversis. Sed verba citata hausit ex Muciano; quare cum superioribus connectenda, in hunc sensum: *Adjicit Mucianus multis foraminibus nardo rigari, ut medicatus humor alat, teneatve juncturas: valvas esse è cupresso & jam quadringentis prope annis durare.* Alium hæc sensum habent, quam Theophrastea illa, quibus tradit fores reconditas jacuisse in templo per quatuor ætates. De antiqui templi valvis agit Græcus auctor, quod à Xerxe vel Herostrato incensum fuit, & Alexandri jussu reædificatum. Mucianus vero consul templi fores intelligit, quæ tum supererant, quæque ab illo tempore per quadringintos annos ad huc durabant: & quum septies restauratum sit illud templum, fores semper è cupressi ligno fabricatas, asserit Mucianus. Porro verba illa ex Muciani scriptis producta esse potius, quam Plinii, his rationibus probatur. Primò quod Mucianus de templi restauratione agat, quæ contigit regnante Alexandro: Plinius vero præter antiquam cui præfuit architectus Chresiphon nullam agnoscat fabricationem. Alterum argumentum; nunquam tradidisset Plinius prope annis quadringentis durare fores istas, quia plus quam quadringenti sunt anni ab ultima templi fabrica, ad eum annum, quo scribebat Plinius. Scripsit enim circa Olympiadem ducentesimam decimam quartam, id est circa annum à condita Roma octingentesimum trigesimum; templum verò Dianæ restauratum & perfectum, ut sæpe dixi, ante obitum Alexandri, qui mortuus est Olympiade centesima decima quarta. Verba ergo sunt Muciani, qui vixit ante annum quadringentesimum à restauratione templi Ephesii, quæ regnante Alexandro incepta & perfecta est; puta sub Claudio & Vespasiano Imperatoribus. Pergit Plinius; *Id quoque notandum, valvas in glutinis compage quadriennio fuisse, &c.* Hæc ex capite præcedenti habet. τὰς δὲ θύρας οὐκ εὐθὺς — σπουδάζουσι. Quod in genere de omni lautiore opere Græcus auctor, id Latinus in specie de cupresi materia. Scribit enim Theophrastus valvas compactas non statim affigi solvere; sed quosdam, ubi eas compegerunt, sic finere per triennium, alios quadriennium, antequam eas foribus adaptent: nusquam tradit valvas Ephesini templi quadriēnio fuisse in glutinis compage; Plinii illud figmentum. *Quoniam præter cætera in genere materiæ nitor æternus.* Hæc ex capite v. hausit, & rectè exscripsit, μόνα δὲ καὶ σιλβῆ δῖνα δέχεται. Cupresi materiem æternam luculento demonstrat argumento; quod simulachrum Vejovis ex cupresso factum sit. Sed qualis ille Deus? Veteribus dicebatur Deus, cui dempta ac detracta esset juvandi facultas. Gellius libr. 5. cap. 12. *Cum Iovem igitur, & Dyovem à juvando nominassent, eum quoque contra Deum, qui non juvandi potestatem, sed vim nocendi haberet (nam Deos quosdam, ut prodessent, celebrabant, quosdam, ne obessent, placabant) Vejovem appellaverunt, dempta atque detracta juvandi facultate. — Simulachrum igitur Dei Vejovis, quod in æde est, de qua supra dixi, sagittas tenet, quæ sunt videlicet paratæ ad nocendum. Quapropter eum Deum plerique Apollinem esse dixerunt; immolaturque ei ritu humano capra. ejusque animalis figmentum juxta simulachrum stat.* Simili argumento cedri materiem æternam docet: sed vereor scriptum fuisse, *citrorum*. Citrus enim in Africa, cedrus in Syria nascitur. *Numidicarum*, inquit, *cedrorum trabes durant.* Numidiam Africæ partem, nemo ignorat. Sed alibi, ut supra dixi, cedrum in Africa nasci tradidit; quod Vitruvii confirmatur auctoritate, quem citri cedrique historiam confudisse, gravissimi scribunt viri, non aliis moti rationibus, quam quod cedrum foliis cupresi, & in Africa nasci scribat. Quod si Plinius, *Numidicarum citrorum*, scripserit, omnino paulo antè restituendum; *maximè æternum putant hebenum, cupressum, citrum, claro de omnibus, &c.* Vulgatam non ausim rejicere, ob causam quam dixi. Utrum omnia quæ odore præcellunt maximè æterna, hæreo; ut plurimum id verum esse, concedo.

Ἀσαπέστατον. Plinius loco citato. *A prædictis morus maximè laudatur, quæ vetustate etiam nigrescit.*

Ἄλλα πρὸς ἄλλο. Plinius loco citato. *Et quædam tamen in aliis diuturniora sunt usibus, quam aliæ. ulmus in perflatu firma, robur defossum, at in aquis, quercus obruta. Eadem supra terrā rimosa facit opera torquendo sese: larix in humore præcipua, & alnus nigra; robur marina aqua corrumpitur.* Κατορυττομένη. Vitruvius libr. 2. cap. 9. *Contra vero quercus terrenis principiorum satietatibus abundans, parumque habens humoris & aëris & ignis, cum in terrenis operibus obruitur, infinitam habet æternitatem; ex eo quod cum tangitur humore, non habens foraminum raritates, propter spissitatem, non potest in corpore recipere humorem, sed fugiens ab humore resistit, & torquetur, & efficit in quibus est operibus, ea rimosa.*

Ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ. Mirabitur quispiam, cur quercus marina corrumpatur aqua, contra pinus servetur. Causa videtur erodens vis salis, quę non tam cito in pinguem penetrat pinum, ac siccam quercum: pinguibus enim rebus aqua non hæret. Quercus præterea à sale læditur, quod salsedinē habeat admistam. Salsedo enim si salsedini addatur, corroditur atque aërem admittit, unde putredo. In dulcibus vero propter suam adstrictionem materiæq; densitatem, qua aëris resistit injuriis, sub aquis humoris externi penetrationem non recipiens, calorique suo suum transpirationis modum conservans, putredinis causas non admittit, caloremque naturalem diutissimè servat. Sed cur pinus in dulcibus læditur? Id temperamenti fortassis adscribendum similitudini, propter quam calida arbor pinus, dulcis aquæ frigiditatem non ferat, qua quercus, frigidioris temperamenti arbor, conservatur.

Δοκεῖ δὲ καὶ ὀξύη, Theodorus legit, δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ὀξύη, καὶ ἡ φηγὸς φθείρειν τὸ ὕδωρ. Plinius, ὀξύη vel vertit *fagum*, vel φηγὸς pro ὀξύη legit. Non improbatur fagus in aqua & juglans: equidem hæ in iis quæ defodiuntur vel principales, item juniperus: eadem & subdivalibus aptissima. Fagus & cerrus celeriter marcescunt. Alia Palladii sententia in Novemb. tit. xv. *Fagus in sicco utilis, humore corrumpitur.* Eadem fermè Vitruvii opinio; *Cerrus, suber, fagus, quod parvam habent mixtionem humoris & ignis terreni, aëris plurimum, pervia raritate humores penitus recipiendo, celeriter marcescunt, &c.* Eandem ob perviam raritatem poros occludendo ab aquis non læditur. Veteres ex fago naves struxisse, Poëtarum testimonio constat. Claudianus.

> *Sic qui vecturus longinqua per æquora merces*
> *Objectare parat, fagos metitur & alnos.*

Dicendum aliam Latinorum fagum, aliam Græcorum. Græcos sequitur Plinius. Vel dicendum, fagum ab humore lædi, quando nulla causa adest quæ ejus penetrationem impedit; sub aquis vero adesse causam, quæ prohibet penetrationem: contra in subdivalibus fieri; humorem extraneum, qualis aqua pluvialis & nivalis, propter perviam raritatē, quæ occlusa non est, penetrare. Quam exoptarem defendere quod de juglande tradit? Celerrimè sub aquis putrescit. Causa, quod densiores huic meatus, humoreque turgeat pingui. humore addito humori, densatisque ab humore extraneo meatibus transpiratio intercipitur; unde putredo. Pergit Plinius; *Esculus quoque humoris impatiens, cerasus firma, ulmus & fraxinus lentæ; sed facile pandantur, flexiles tamen, stantesque à circumcisura siccatæ fideliores.* Scribe ex antiquo codice, & nuper edito, *Esculus quoque humoris impatiens, è contra adacta in terram in palustribus alnus æterna, onerisque quantilibet patiens, cerasus firma, &c.* De alno vide cap. 14. lib. 3. item cap. 17. lib. 3. de causis.

Τὴν πεύκην, Plinius. *Laricem in maritimis navibus, obnoxiam teredini tradunt.* Negligenter satis Theophrastum exponit. In Aldino & Basileensi, αὐτὴ πικρὰν, ἐνεργὸν scriptum est. Vide Scaligeri animadversiones; & quæ supra de pino dixi.

Πλὴν κοτίνου ὑπὸ τερηδόν⊗. Corruptus codex: Aldinus & Basileensis habent, πάντα δὲ ἐσθίεται τερηδόνι, πλὴν κοτίνου καὶ ἐλαίας, τὰ δὲ οὐ διὰ τὴν πικρότητα τερηδόνων, θρίπες * ἐσθίεσθαι δὲ τὰ μὲ ἐν τῇ θαλάττῃ σηπόμενα, ὑπὸ τερηδόν⊗, &c. Cur asteriscum sustulerint, ac reliqua expunxerint, ignoro, ut quo sublato, ista hiulca sint. Scribe, πάντα δὲ ἐσθίεσθαι τερηδόνι πλὴν κοτίνου καὶ ἐλαίας. ταῦτα γὰρ οὐκ ἐσθίεσθαι διὰ πικρότητα ὑπὸ τερηδόνος καὶ θριπός. ἐσθίεσθαι δὲ τὰ μὲ ἐν τῇ θαλάττῃ σηπόμενα ὑπὸ τερηδόνα. Ita legit Theodorus; negligenter vertit Plinius, *Laricem in maritimis navibus obnoxiam teredini tradunt, omniaque præterquam oleastrum & oleam: quædam enim in mari, quædam in terra vitiis oportuniora, &c.*

Ὑπὸ σκωλήκων καὶ θριπῶν, &c. Plinius lib. 16. cap. 41. *Infestantium genera quatuor, teredines capite ad portionem gravissimo* (scribe, *grandissimo*, μεγάλην Theophrastus) *rodunt dentibus. Hæ tantum in mari sentiuntur, nec aliam putant teredinem proprie dici; terrestres tineas vocant, culicibus vero similes thripas. Quartum est & è vermiculorum genere, quorum quidem alii è putrescente succo ipsa materie, alii ex aliis pariuntur, sicut in arborib.* (vox, *quidem* in archetypo Toletano desideratur, fortè delenda, uti etiam

vox *succo.* Legit Doctiss. Dalecampius, *Quorum quidem alii è putrescente materia, alii ex aliis pariuntur, sicut in arboribus qui cerastes vocatur) ex eo qui cerastes vocatur.* Theophrasto tria lignorum materie infesta sunt, τερηδὼν teredo, θρῖπες ὅμοιοι σκώληξι, *tineæ vermibus similes*, & vermes qui nunc ex putrescente materia gignuntur, nunc ex aliis vermibus. Chrysostomo vermis lignum rodens θρὶξ dicitur, Ἕκαστον τῶν πραγμάτων ἓν ἔχει τῶν λυμαινομένων, ὁ σίδηρος, τὸν ἰόν, τὸν σῆτα, τὸ ἔριον. θρὶξ εἶδος σκώληκος ἐγγινομένου ἔνδον τῶν ξύλων, ἴψ σκώληξ ἐστὶ κεράτων. ἲξ ἀμπέλων, σὴς ἱματίων, τρὼξ ὀσπρίων: ψὴν σύκων. *Vnaquæque res unum habet, quo læditur ac infestatur, ferrum ærugo vitiat, lanam*, σὴς, id est, *tinea; dex vermis genus intus in ligno natum; ips vermis est rodens cornu, ix vitem perforat*, σὴς *vestes, trox leguminibus inimica, seps ficis.*

Θελποκοπηθέντα. Aldinus & Basileensis, πιλοκοπηθέντα. Emendat Maximus Scaliger, θριποκοπηθέντα: sic lege, vel scribe, σητοκοπηθέντα. *à tineis pertusus & derosus.*

Ὥσπερ μυέχοδοι: Scribe μυόδοχοι vel μυόδοχοι. Plinius, *Cum tantum eroserit, ut circumagat se, generat alium.* Vide Scaligeri animadversiones.

Φιύμαι. Plinius loco citato: *Hæc nasci prohibet in aliis amaritudo, ut cupresso; aliis durities, ut buxo.*

Ἐλάτην. Plinius, *Tradunt & abietem circa germinationes decorticatam, qua diximus luna aquis non corrumpi.*

ΚΕΦ. Ζ.

CAP. VI.

In Tylo insula Arabiæ materiem esse, ex qua fabricatæ naues incorruptæ pene in mari perdurent: tum de materijs condiendis inueterandisque: & quæ materiæ faciles in opere, & quæ difficiles: & cur cerdones ex piro sylvestri tabulas faciant, ac quomodo circi intorti permaneant.

ἘΝ Τύλῳ δὲ τῇ νήσῳ τῇ περὶ τὴν Ἀραβίαν, εἶναί τί φασι ξύλον, ἐξ οὗ τὰ πλοῖα ναυπηγοῦνται. τοῦτο δὲ ἐν μὲν τῇ θαλάττῃ σχεδὸν ἄσηπτον εἶναι. διαμένει γὰρ ἔτη πλείω ἢ διακόσια καταβυθιζόμενον. ἐὰν δὲ ἔξω, χρόνον μὲν, θᾶττον δὲ σήπεται. θαυμαστὸν δὲ καὶ ἕτερον λέγουσιν καὶ περὶ οὐδὲν πρὸς τὴν σῆψιν· εἶναι γάρ τι δένδρον, ἐξ οὗ τὰς βακτηρίας τέμνεσθαι καὶ γίγνεσθαι καλὰς σφόδρα ποικιλίαν δέ τινα ἐχούσας ὅμοιον τῷ τοῦ τίγρεως δέρματι. βαρὺ δὲ σφόδρα τὸ ξύλον τοῦτο. ὅταν δέ τις ῥίψῃ πρὸς στερεώτερον τόπον, " καταγίνεσθαι, καθάπερ τὰ κεράμια. καὶ τὸ τῆς μυρίκης δὲ ξύλον, οὐχ ὥσπερ ἐνταῦθα ἀσθενὲς, ἀλλὰ ἰσχυρὸν ὥσπερ πρίνινον, ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν ἰσχυρῶν. τοῦτο μὲν οὖν ἅμα μηνύει χώρας τε καὶ ἀέρος διαφορὰς καὶ δυνάμεις· τῶν δὲ ὁμογενῶν ξύλων, οἷον δρυΐνων, πευκίνων, ὅταν ταριχεύωνται· ταριχεύουσι γὰρ οὐκ ἐν ἴσῳ βάθει πάντα δύοντες τῆς θαλάττης, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς αὐτῇ τῇ γῇ, τὰ δὲ μικρὸν ἀνωτέρω, τὰ δ' ἐν πλείονι βάθει· πάντων δὲ τὰ πρὸς τὴν ῥίζαν θᾶττον δύεται καθ' ὕδατος, καὶ † ἐπινεῖ μᾶλλον. ἔστι δὲ καὶ τὰ μὲν εὔεργα τῶν ξύλων, τὰ δὲ, δύσεργα. εὔεργα μὲν, τὰ μαλακά. καὶ πάντων μάλιστα φιλύρα· δύσεργα δὲ καὶ τὰ σκληρὰ, καὶ τὰ ὀζώδη, καὶ οὔλας ἔχοντα συστροφάς· δυσεργότατα δὲ ἀρία καὶ δρῦς. ὡς δὲ κατὰ μέρος, ὁ τῆς πεύκης ὄζος καὶ τῆς ἐλάτης. ἀεὶ δὲ τῶν ὁμογενῶν τὸ μαλακώτερον τοῦ σκληροτέρου κρεῖττον· σαρκωδέστερον γάρ. καὶ εὐθὺ σκοποῦνται τὰς σανίδας οἱ τέκτονες οὕτως. τὰ δὲ μοχθηρὰ, σιδήρια δύναται τέμνειν μᾶλλον τὰ σκληρὰ τῶν μαλακῶν· ἀνίησι γὰρ ἐν τοῖς μαλακοῖς, ὥσπερ ἐλέχθη περὶ τῆς φιλύρας. παρακονᾷ δὲ μάλιστα ταῦτα· διὸ καὶ οἱ σκυτοτόμοι ποιοῦνται σοῦ ‡ πίνακας ἀχράδος. μήτραν δὲ πάντα μὲν ἔχει, ἥ φασιν οἱ τέκτονες· φανερὰν δ' εἶναι μάλιστα ἐν τῇ ἐλάτῃ. φαίνεσθαι γὰρ οἷον φλοιώδη τινὰ τὴν σύνθεσιν αὐτῆς τῶν κύκλων. ἐν ἐλαίᾳ δὲ καὶ πύξῳ καὶ τοῖς τοιούτοις οὐχ ὁμοίως· διὸ καὶ οὔ φασί τινες ἔχειν τῇ δυνάμει πύξον " καὶ ἐλάτην. μάλιστα γὰρ ἕλκεσθαι ταῦτα τῶν ξύλων. ἔστι δὲ τὸ ἕλκεσθαι, τὸ συμπεριίστασθαι κινουμένης τῆς μήτρας. ζῇ γὰρ ὡς ἔοικεν ἐπὶ χρόνον πολύν. διὸ πανταχόθεν μὲν ἅμα· μάλιστα δ' ἐκ τῶν γυρωμάτων ἐξαιροῦσιν, ὅπως ἀστραβὴς διαμένῃ, καὶ διὰ τοῦτο σχίζουσιν. ἄτοπον δ' ἂν δόξειεν, ὅτι ἐν μὲν τοῖς ξύλοις τοῖς στρογγύλοις, ἄλυπος ἡ μήτρα καὶ ἀκίνητος· ἐν δὲ τοῖς παρακινηθεῖσιν, ἐὰν μὴ ὅλως ἐξαιρεθῇ, κινεῖ καὶ διαστρέφει· μᾶλλον γὰρ εἰκὸς γυμνωθεῖσαν ἀποθνήσκειν. ὅμως δὲ οἵ γε ἱστοὶ καὶ αἱ κεραῖαι ἐξαιρε-

" Codex Bas. in marg. καταγίνεσθαι. Scribe, καταγνύσθαι.

† ἐπινεύει.

‡ πίνακας ἐξ ἀχράδος.

" καὶ ἐλαίαν. ἥκιστα γάρ.

IN Tylo autem Arabiæ insula materiem esse affirmant, ex qua naves ædificant, quæ mari incorrupta pene perduret. Quippe cum annos plusquam ducentos demersa immunis ab omni offensa servetur: extra aquam diuturna quidem eadem est, sed non tantundem. Ocyus enim putrere incipit. Quin & illud tractus ejusdem mirandum referunt, quanquam id quidem nil ad putredinem spectet. Arborem enim constare ex qua baculos cædunt, pulchrosque admodum faciunt, nec sine varietate quadam coloris, pellibus tigrium proxima. Ponderosam unice materiam hanc affirmant, cumque in solidiora quisquam projecerit, modo fictilium fragilem. Adsunt etiam tamaricis lignum, non ut apud nos, imbecillum, sed validum, sicut iligneum, aut aliquid ferme materiæ hujusmodi, ibidem comperiri. Id igitur loci cœlique discrimina viresque indicat. Materiem autem unigenam, ceu roboream pineamque, cum condiunt (condire namque consueverunt, non pari altitudine maris universam aut demittere, sed aliam juxta terram, aliam paulo superius, aliam altitudine ampliore) quæ radici propria sunt, citius descendunt: vel si fluitent, plus deorsum versus sane inclinantur. Materiarum item aliæ in opere faciles, aliæ difficiles. Faciles, quæ molles; & omnium præcipue tilia: difficiles, quæ duræ, nodosæ, crispæ, convolutionibusque perplexæ. " Aria, roburque omnium difficillimæ. Sed quoad particulatim reddidere liceat, pini, & abietis nodus difficillimus constat. Semper autem inter unigenas mollior duriore præstantior: carnosior enim. Et quidem fabri hac de judicandis asserib. ratione utuntur. † Ferrum vitiatam duramq; materiã ‡ magis, quam mollem cædere valet. Etenim in molli obtunditur, ut de tilia dictum est: contra in dura acuitur. Qua de causa cerdones ex piro sylvestri suas tabulas faciũt. Medullam (ut fabri ajunt,) omnis habet materies, sed conspicua potissimum in abiete. Ejus namq; orbiculorũ compositio corticea inspectatur, quod non æque in olea, buxo, atq; similib. Quamobrẽ quidam " buxum, atq; oleam, medulla omnino carere existimant: has enim minime omniũ distrahi posse. Est autẽ distrahi, ut mota medulla, contorqueatur materies: vivere enim diu videtur. Quamobrẽ quidam undiq; simul demere solent, sed præcipue ex † circis, quo intorti permaneant, ideoq; scindunt. At vero absurdũ putaveris, rotundæ materiei medullam illæsam atq; immotam posse edurare Immutatæ vero nisi tota extrahatur, commovere materiem, atq; pervertere. Dispoliatam enim mori facilius posse, consentaneũ potius dixeris. Mali tamẽ atq; antennæ medulla exempta incommode relinquuntur. Sed hoc per accidens. Quoniam plerisq; vestitur tunicis, sed fortissima, tenuissimaque postrema

" ilex famina.

† ita ut etiã obtusũ ferrum magis valeat.

‡ materiam durã, quam mollem cedere.

" buxum, oleamve potentia habere medullam existimant.

† ex torulis.

θείσης ἀχρεῖοι. τοῦτο δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ὅτι χιτῶνας ἔχει ἄλλους· ἰσχυρότατον δὲ καὶ λεπτότατον, τὸν ἔσχατον· ξηρότατον γὰρ καὶ τοὺς ἄλλους ἀνάλογον. ὅταν οὖν σχισθῇ, περιαιρεῖται τὰ ξηρότατα. εἰ δὲ ἡ μήτρα διὰ τὸ ξηρὸν, σκεπτέον. διαστρέφει δὲ ἑλκομένη τὰ ξύλα, καὶ ἐν τοῖς σχιστοῖς καὶ πριστοῖς, ὅταν μὴ ὡς δεῖ πρίωσι. δεῖ γὰρ ὀρθὴν τὴν πρίσιν εἶναι καὶ μὴ πλαγίαν. οἷον οὔσης τῆς μήτρας ἐφ' ἣν τὸ Α, μὴ παρὰ τὴν Β Γ τέμνειν, ἀλλὰ παρὰ τὴν Β Δ. φθείρεσθαι γὰρ οὕτω φασίν· ἐκείνως δὲ ζῆν. ὅτι δὲ πᾶν ξύλον ἔχει μήτραν, ἐκ τούτων οἴονται.

strema est: ficcifsima enim. Atque ita ex reliquis, quæque ad portionem existimari utique debet. Ergo scissa materie, siccifsimis illis tunicis medulla dispoliatur. An vero sicci ratione medulla constet, quærendum. Materiam autem dum trahitur, tam fissam quam sectam pervertet, si id non, ut oporteat, secetur: rectam enim fieri sectionem oportet, nec ullo pacto obliquam. Exempli gratia, Si medulla per A lineam constet, haud quaquam per B C secandum, sed per B D. Hoc enim modo medullam perire, illo vivere posse arbitrantur. Sed nullam materiem medulla carere hac existimant ratione.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἐν Τύλῳ δέ. *Hæc quoque reponenda fuere inter historiam arborum peregrinarum. Lege* κατάγνυσθαι, frangi: *non* κα-ταγίνεσθαι.

Θᾶττον δύνται καθ' ὕδατος· καὶ ἐπινεύει μᾶλλον. *Theodorus.* Citius descendunt; vel si fluitant, plus deorsum versus sanè inclinantur. *Legit igitur,* ἐπινεύειν.

Ἔστι δὲ τὰ μὲν εὔεργα τῶν ξύλων. *Hinc aliud caput de affectibus, quorum finis ars est.*

Τὰ δὲ μοχθηρὰ σιδήρια δύναται· τέμνειν σκληρὰ τῶν μαλακῶν. *Deest* μᾶλλον: *aut subintelligitur. Theodorus non refert* μοχθηρὰ *ad* σιδήρια: *sed ad materiam.* vitiatam, *inquit,* duramque materiam. *Tamen duritiam esse unam ex causis, quæ vitiis obsistunt, supra dicebamus. Melius est referri ad ferrum: ita ut etiam obtusum ferrum plus valeat ad dura, quam ad mollia.*

Μάλιστα γὰρ ἕλκεσθαι. *Theodorus legit,* ἥκιστα, minime; *& sane recte. Nam si* ἕλκεσθαι *est* συμβεβηκὸς κινουμένης τῆς μήτρας, *& negant eis medullam esse: necesse est, ut etiam negent* τὸ ἕλκεσθαι. *Theodorus omisit,* δυνάμει. *Sed est vox Peripatetica, & huic conveniens loco. Namque in abiete manifesta est, in buxo non est, sed* δυνάμει. *At illi hoc quoque negant. Dele improbam vocem,* ἐλάτην, *& repone* ἐλαίαν; *&* ζῇ γὰρ, *ne interpretere in singulari, quemadmodum Theodorus, sed in plurali, tam de olea quam de buxo. Hæc verba sunt à Philosopho posita ad antipophoram. Tollit namque tacitam obobjectionem. Ablatis enim iis partibus quæ circa medullam sunt, etiam diu queunt vivere. Eas partes appellat* γυρώματα, *quia in orbem circumstant medullam.* Circos *vocat Theodorus novo usu.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Ἐν Τύλῳ, &c. Plinius lib. 16. cap. 41. *Alexandri magni comites prodiderunt, in Tylo rubri maris insula arbores esse, ex quibus naves fierent, quas 200 annis durantes inventas: & si mergerentur, incorruptas.* Verbum *durantes* valde suspectum; supervacaneum forte. Doctissimus Dalecampius in hunc sensum exponit, *quas* (arbores, cave ad naves referas) *ducentis annis durantes inventas, si mergerentur* (mari) *& incorruptas.*

Βακτηρίας. βακτηρία, *baculus fulciens quo quis innititur.* Plinius. *In eadem esse fruticem baculis tantum idoneæ crassitudinis, varium tigrium maculis, ponderosum, & cum in spissiora decidat, vitri modò fragilem.* Paulo aliter Theophrastus, *& cum in solidiora incutitur, fictilium modo fragilem;* κατάγνυσθαι τὰ κεράμια. Pro κατεγίνεσθαι, ut in vulgato habetur codice, scribe κατάγνυσθαι. Putavi quandoq; baculos tigrium modo varios, arundines variegatas esse, quæ ex India adferuntur, de quibus cap. de calamo; sed fictilium modo nec fragiles sunt, nec ponderosæ.

Καὶ ἐπινεῖ, Theodorus, ἐὰν δὲ ἐπινεῖ μᾶλλον ἐπινεύει. Verior & simplicissima lectio, πίπτει δὲ τὰ πρὸς τὴν ῥίζαν θᾶττον δύνται καθ' ὕδατος, καὶ ἐπινεύει μᾶλλον, *quæ radici propria sunt citius in aquis demerguntur, ac plus deorsum versus inclinantur.* Hæc non satis fideliter Plinius lib. 16. cap. 38. *Lignum in longitudinem fluctuatur,* (melius, *fluitat*) *ut quæ pars fuit ab radice, validius sidit.* Hoc observari tradit Græcus auctor in lignis quæ mari condiuntur.

Πίνακας ἀχράδος; scribe, πίνακας ἐξ ἀχράδος.

Διὸ καὶ οὔ φασί τινες. Rectè Theodorus legit, διὸ καὶ οὔ φασί τινες ἔχειν τῇ δυνάμει πύξον καὶ ἐλαίαν, ἥκιστα γὰρ ἕλκεσθαι. Vide animadversiones Scaligeri. Plinius li. 16. c. 38. *Neutrum habet* (adipem & carnem) *cornus, olea, nec medullam minimumque etiam sanguinis.*

Γυρωμάτων. Vertunt *ex circis;* malè. Γυρώματα sunt veluti gyri & flexus medullam ambientes; torulos vocat Vitruvius lib. 2. cap. 8. & 2. *Cædi autem ita oportet, ut incidatur arboris crassitudo ad mediam medullam, & relinquatur, uti per eam exsiccescat stillando succus. ita qui inest in his inutilis liquor, effluens per torulum, non patietur emori in eo saniem, nec corrumpi materiæ qualitatem.* Idem de abiete loquens: *Ima autem cum excisa quadrifluviis disparatur, ejecto torulo ex eadem arbore, ad intestina opera comparatur, & sapinea vocatur.*

ΚΕΦ. Η.

CAP. VII.

In omni ligno suam inesse medullam: at lignorum alia esse fissilia, alia dolatilia, alia rotunda. Quæque ponderi cedant, quæ non.

Φανερὸν γάρ ἐστι καὶ τὰ ‡ μὴ δοκοῦντα πάντ' ἔχειν, οἷον πύξον, λωτὸν, πρῖνον. σημεῖον δέ. τοὺς γὰρ στρόφιγγας τῶν θυρῶν τῶν πολυτελῶν, ποιοῦσι μὲν ἐκ τούτων· συγγράφονται δὲ οἱ ἀρχιτέκτονες οὕτως ἐκ μήτρας, αὐτὸ δὲ τοῦτο σημεῖον, καὶ ὅτι πᾶσα μήτρα ἕλκεται, καὶ αἱ τῶν σκληροτάτων, ἃς δή τινες καρδίας καλοῦσι. παντὸς δὲ ὡς εἰπεῖν ξύλου † σκληροτάτου, μανοτάτη ἡ μήτρα, καὶ αὐτῆς τῆς ἐλάτης. μανοτάτη μὲν οὖν, ὅτι τὰς ἶνας ‡ ἐκεῖ καὶ διὰ πολλοῦ καὶ, τὸ σαρκῶδες τὸ ἀνὰ μέσον, πολύ. σκληροτάτη δὲ, ὅτι καὶ αἱ ἶνες σκληρόταται καὶ τὸ σαρκῶδες. διὸ καὶ οἱ ἀρχιτέκτονες συγγράφονται περιαιρεῖν τὰ πρὸς τὴν μήτραν, ὅπως λάβωσι τοῦ ξύλου τὸ πυκνότατον καὶ μαλακώτατον. τῶν δὲ

‡ τὸ μὴ deest in Ald. & Bas.

† σκληροτάτη καὶ μανοτάτη.

‡ ἔχει.

Constat enim vel eas medullam habere, quas carere putaveris, ut buxum, celtim, ilicem. Argumentum quod valvarum sumptuosarum cardines facere ex his artifices solent, cumq; architecti faciundos ex medulla præcipiant. Quod item, vel omnem medullam distrahi posse, etiam durissimarum materierũ, quas nonnulli corda appellant, argumento sane accipi potest. Materiei autem (ut sic loquar) universæ quæ durissima, rarissima medulla est, atque etiam ipsius abietis. Rarissima quidem, quoniam nervis amplo inter se distantibus intervallo, carneq; media copiosiore constat. Durissima vero, quod & nervi durissimi, & caro durissima est. Qua de causa architecti partes medullæ proximiores auferendas præcipiunt, ut quod spissisimum, mollissimumq; materiei sit,

ξύλων, τὰ μὲν χιστὰ, τὰ δὲ πελεκητὰ, τὰ δὲ στρογγύλα. χιστὰ μὲν, ὅσα διαιροῦντες κατὰ τὸ μέσον πρίζουσι. πελεκητὰ δὲ, ὅσων ἀποπελεκῶσι τὰ ἔξω. στρογγύλα δὲ, δηλονότι τὰ ὅλως ἄψαυστα. τούτων δὲ, τὰ σχιστὰ μὲν, ὅλως ἄρραγῆ, διὰ τὸ γυμνωθεῖσαν τὴν μήτραν ξηραίνεσθαι καὶ ἀποθνήσκειν. τὰ δὲ πελεκητὰ καὶ τὰ στρογγύλα, διὰ τὸ ἐναπειλῆφθαι τὴν μήτραν. οὐδὲν γὰρ ὅτι τῶν ἀπάντων οὐ ῥήγνυται. τοῖς δὲ λωτίνοις καὶ τοῖς ἄλλοις οἷς εἰς τὰς στρόφιγγας χρῶνται, πρὸς τὸ μὴ ῥήγνυσθαι, βόλβιτον περιπλάττουσιν, ὅπως ἀναξηρανθῇ καὶ διαπνευσθῇ κατὰ μικρὸν ἡ ἐκ τῆς μήτρας ὑγρότης. ἡ μὲν οὖν μήτρα τοιαύτην ἔχει δύναμιν. Βάρος δὲ ἐνεγκεῖν, ἰσχυρὰ, καὶ ἡ ἐλάτη καὶ ἡ πεύκη, ἀπιλαὶ τιθέμεναι. οὐδὲν γὰρ ἐνδιδόασιν ὥσπερ ἡ δρῦς καὶ τὰ γεώδη, ἀλλ᾽ ἀντωθοῦσι. σημεῖον δὲ ὅτι οὐδέποτε ῥήγνυνται, καθάπερ ἐλαία καὶ δρῦς, ἀλλὰ πρότερον σήπονται, καὶ ἄλλως ἀπαυδῶσιν. ἰσχυρὸν δὲ καὶ ὁ φοῖνιξ. ἀνάπαλιν γὰρ καὶ ἡ κάμψις ἢ τοῖς ἄλλοις γίνεται. τὰ μὲν γὰρ εἰς τὰ κάτω κάμπτεται, ὁ δὲ φοῖνιξ εἰς τὰ ἄνω. Φασὶ δὲ καὶ τὴν πεύκην καὶ τὴν ἐλάτην ἀντωθεῖν. τὸ δὲ τῆς Εὐβοϊκῆς † καρύας γίνεται γὰρ μέγα καὶ χρῶνται πρὸς τὴν ἐρεψιν ὅταν ‡ μέλη ῥήγνυσθαι ψοφεῖ, ὥστε προαισθάνεσθαι πρότερον. ὅπερ καὶ ἐν Ἀντάνδρῳ συνέπεσεν ἐν τῷ βαλανείῳ, καὶ πάντες ἐξεπήδησαν. ἰσχυρὸν δέ τὸ τῆς συκῆς, πλὴν εἰς ὀρθόν. ἡ δὲ ἐλάτη μάλιστα ὡς εἰπεῖν ἰσχυρόν. πρὸς δὲ τὰς τῶν τεκτόνων χρείας, " ἐχέκαλλον μάλιστα ἡ πεύκη, διὰ τὴν μανότητα καὶ τὴν εὐθυπορίαν. οὐδὲ γὰρ ὅλως οὐδὲ ῥήγνυσθαί φασιν, ἐὰν κολληθῇ. † εὐπονώτατον δὲ φιλύκη. καὶ ἡ λευκότης ὥσπερ ἡ τοῦ κηλάστρου. τῶν δὲ ἄλλων ἡ φιλύρα. τὸ γὰρ ὅλον εὔεργον ὥσπερ ἐλέχθη διὰ μαλακότητα. εὔκαμπτα δὲ, ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅσα γλίσχρα. διαφέρειν δὲ δοκεῖ συκάμινος καὶ ἐρινεός. διὸ καὶ τὰ ἴκρια καὶ τὰς στεφάνας, καὶ ὅλως ὅσα περὶ τὸν κόσμον, ἐκ τούτων ποιοῦσιν.

" ἀποπελεκοῦσι Ald. Bas. & in margine ἀποπελικοῦσι.

† καρύας κυρτεῖται γίνεται.

‡ μέλη.

" ἐλάτη διὰ τὴν Al. Bas. Scribe, ἐχέκολλον μάλιστα, διὰ τὴν.

† ἀτονώτατον, Gaza. Vide Lex. const. in voce εὔπονος.

sit, tantum relinquatur. Lignorum alia fissilia, alia dolatilia, alia rotunda. Fissilia, quæ dividentes per medium secant. Dolatalia, quorũ partes exteras circumdolant. Rotunda, quæ scilicet intacta omnino relinquunt. Ex his fissilia nullã penitus rimam patiuntur, quoniam enudata medulla exiccatur, atque emoritur: dolatilia, & rotunda rimas admittunt, longeq; magis rotunda, quod medulla in his lateribus plenioribus circumdatur. Haud enim quicquam ex cunctis est, quod fissura immune possit evadere. Itaq; loteis, reliquisque, quorũm usus ad cardines, ne findantur, fimum illinunt bubulum, ut siccetur, sensimque difflettur atque evaporetur humor medullæ. Vis medullæ hujusmodi est. Pondus sustinere abietem valide, & " pinum (nil enim ponderi cædunt, ut robur, & reliquæ terrenæ, sed renituntur) argumentũ, quod nunquam rumpuntur, sicut olea, & robur: † sed prius, quam viribus, carie, aliasve deficiunt. Palma quoque prævalida est, & in diversum quam cæteræ incurvatur. Quippe cum reliquæ omnes in inferiora flectantur, palma è contrario fornicatim se flectit. Quin & pinum atque abietem reniti affirmant. ‡ Iuglans frangi se sonitu prænunciat: est enim vel ejus materies ampla, ususque ad opus tectorium, ita ut presentire homines possint: quod & in Antandro accidisse, omnesque è balneis terrefactos profugisse traditum est. Valida etiam ficus, sed in rectum pertendens. " Pinus omnium fere maxime viribus valet, & ad usum ædificatorium † spectabilis eadem potissimum est, laxitatis rectitudinisque meatuum causa. Hanc enim ne findi quidem ullo pacto posse affirmant, si glutine muniatur. ‡ Obedientissima philyca est, candorque ei celastri modo. Tilia inter reliquas præcipue talis est. In totum enim præfacilis operibus est, præ sua mollitia, ut retulimus. Flecti facile possunt (quoad simplicem reddere rationem licet) omnes, quæ lentæ sunt: sed moro atq; caprifico primatus indubie datur. Quamobrem " furculas, circos, denique ornamenta quæcunque fieri solent, hisce conficiunt.

" *pinum in transversũ positæ.*

† *prius putrescunt, ac aliter deficiunt.*

‡ *nucis vero euboicæ, id est, castaneæ materies pãdatur, incurvatur: vel ejus materies ampla, usus que ad tecta frangi se sonitu prænũciat: ita ut præsentire possint.*

" *abies.*

† *maxime tenax instar glutinis est.*

‡ *rigidissima.*

" *primariæ carinæ trabes cui affiguntur costæ, & circulos, denique quæcunque concinne componi solent.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Φαινεὸν γάρ ἐστι. *Non debuit à superioribus separari. De medulla enim etiamnum agit.*

Πάντων δὲ, ὡς εἰπεῖν, ξύλα σκληρότατα μανοτάτη ἡ μήτρα. *Theodorus legit,* σκληροτάτη & μανοτάτη. *Quasi non agat de lignis durissimis, sed de omni ligno. Nam mox utranque partem de medulla exequitur;* μανοτάτη μὲν, σκληροτάτη δέ. *Et dixit,* ὡς εἰπεῖν. *Quia quarundam arborum densissima, ut Gaiaci. Plurimæ tamen eget animadversionis, an τὸ μανότατον sit σκληρότατον. Videtur enim hæ duæ naturæ conjungi non posse.*

Τῶν δὲ ξύλων τὰ μὲν χιστὰ, τὰ δὲ πελεκητὰ, τὰ δὲ στρογγύλα. *Miscuit actum Naturæ, cum potentia ad artem. Dico miscuit; quia ex æquo fecit ex his differentias in speciebus. Abusus igitur est. Nam* στρογγύλον, *est actu,* χιστὸν, *est aptitudine, &* πελεκητόν. *At hoc ipsum* χισὸν, *&* πελεκητὸν, *non est nisi ἐκ τοῦ στρογγύλου, καὶ ἐπ᾽ αὐτοῦ. Præterea πελέκεως usus, tam ad decorticandum, ut relinquatur* στρογγύλον, *quam ad dolandum in angulos.* Στρογγυλωτὰ *debuit dicere. Verum quia teretes sunt, & teretes relinquuntur, non autem tales fiunt; iccirco usus est voce primogenia. Melius infrà,* ἄψαυστα. *Adde quod* πελέκησις *etiam ad rotunditatem exercetur. Multæ enim columnæ rotundæ, non solo ablato cortice, sed etiam ad veram & regularem circinationem. Atque hinc caput aliud instituito.*

Διὰ τὸ ἐναπειλῆφθαι τὴν μήτραν. *Theodorus,* Quod medulla nulla in his, lateribus plenioribus circumdetur. *In nostre Codice nulla sunt latera illa.*

Βάρος δέ. *Diversa materia, atque à superiore segreganda. Est enim à potestate activa. Theodorus omisit,* ἀπιλαὶ τιθέμεναι. *Et sane infra.* Τεκτονικῇ μὲν οὖν ἡ παλαιοτάτη κεχρῆσθαι. *Etiam vulgò architecti id observant; sublicas & columnas abiegnas ineptas esse oneri ferendo; roboreas præstare lapideam firmitatem; longuriis & laquearibus, roboreas findi; Abietis usum eligendum.*

Ἀλλὰ πρότερον σήπονται καὶ ἄλλως ἀπαυδῶσι. *Theodorus,* Sed prius, quam viribus, carie, aliasve deficiunt. *Malus auctor, cum Plinio, latinitatis. Deficiunt carie, non deficiuntur; deficiuntur viribus, non deficiunt eo modo, quo deficiunt carie. Itaque quas vires addidit de suo, eæ de sententiæ viribus puritatem sustulere. Notabis etiam* σῆψιν *pro carie;* σαπρίαν *etiam Dioscorides dicit; Plinius quoque* cariem *interpretatur. Alibi* σήπεσθαι *est putrescere, longè diversa à carie ratione. Putredo ex accessione humoris peregrini, caries ex utriusque defectu. Quod autem dicit Philosophus,* οὐδὲν γὰρ ἐνδιδόασιν, *intellige sanè. Falsum enim est, si exactius accipias. Immo vero adeo cedunt oneri, ut inambulantibus subcutiantur, & fluctuent. Sed ita cedunt oneri, ne succumbant. Ablato enim onere, ad directionem redeunt.*

Τὸ δὲ τῆς Εὐβοϊκῆς καρύας. *Theodorus Plinium sequutus, omisit cognomen,* Εὐβοϊκῆς. *Male. Nanque si non addas, non erunt necessaria verba illa;* γίνεται γὰρ μέγα. *Vulgaris juglandis nostratis non erat opus magnitudinem indicare. Lego* ψοφεῖ. *Plinius etiam aliter scribit,* τὸ γίνεται μέγα. *Fiunt ex ea trabes.* πρὸς τὴν ἔρεψιν. *Quod alibi* ἐρέψιμον. *Theodorus,* ad opus tectorium. *Male. Vides apud Vitruvium, quid sit tectorium opus, quid trullissatio. Plinius simplicissime,* firmissima in tectum.

Ἐχέκαλλον μάλιστα ἡ ἐλάτη. *Theodorus legit* πεύκη. *Male. Neque suum ducem Plinium animadvertit, quod laudibus abietem extulerit. Et verba hæc illis respondebant;* πρὸς δὲ τὰς τεκτόνων χρείας: *& mox,* ἐὰν δὲ κολληθῇ. *Et Plinius,* fabricæ artis genere spectabilis, & glutino sociabilis. *Puto multos errores hoc in loco esse apud utrunque autorem.*

Εὐπονώτατον ἡ φιλύκη. *Theodorus,* obedientissima. *Immo vero rigidissima. Plinius obedientissimam quocunque in opere fraxinum dicit, qua ducitur ab arte ad omnia opera.*

Τὰς στεφάνας. *Theodorus,* circos. *Non intelligam flaminium, aut maximum, sed orbes. Qua ratione lentam materiam ad furculas præ aliis eligerent, considerandum est.*

IOAN-

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Φλοιὸν γάρ ἐστι. Rectè addiderunt particulam μὴ, quæ in Basileensi & Aldino desideratur. Plinius cornum, lotum, ilicem, buxum inter ea numerat quibus ossea medulla. Lib. 16. cap. 38. *Tota ossea est ilex, cornus, robur, cytisus, morus, ebenus, lotos, & quæ sine medulla diximus, &c.* Ea sunt olea, buxus, cornus.

Πιλυπιλῶν, scribe πολυπιλῶν; Typographi mendum est.

Σκληρότατον. Theodorus, σκληρότατη καὶ μανοτάτη. Vide Scaligerum. Qua ratione, μανὴ καὶ σκληρὴ dicatur medulla, ipse docet Theophrastus. Quæritur verum utrũ conjungi queant hæ duæ naturæ. In spongia, fungo glomeratæ rotunditatis, Bo-vijst vulgo vocato, summa siccitas, summa raritas; sed durities, quod τὸ ξηρὸν etiam significat, & raritas conjungi in una eademque parte non possunt. In una tamen medulla, diversis in particulis, τὸ ξηρὸν καὶ μανὸν, cur reperiri nequeat, non video. Contrariũ docet Theophrastus. Μανὴ dicitur medulla, quod nervis longo inter se distinctibus intervallo, carneq; media copiosiore constet: ξηρὴ vero, quod nervi durissimi & caro durissima sit. Pro ἴκει paulo infra scribe ἔχει.

Τὰ περὶ τὴν μήτραν, id est, ἃ ἱδρύεται τῇ καρδίᾳ, *quæ medullum cingunt.* Supra cap. præcedenti partes medullæ viciniores, eæq; quæ ipsam cingunt γυρώματα & φλοιώδεις κύκλους vocavit; Vitruvius torulos. περιαιρεῖν τὰ περὶ μήτραν, Vitruvius vertit, *ejicere torulum ex arbore*, capite jam sæpe citato. Ita qui inest in his inutilis liquor, effluens per torulos, non patietur emori in eo saniem, nec corrumpi materiei sanitatem.

Βολβιτον. Plinius libr. 16. cap. 42. *Apud nos materiæ finduntur aliquæ sponte: ob id architecti eas fimo illitas siccari jubent, ut afflatus non noceat.* Malè hæc Plinius, Theophrastus, lotum & alias è quibus cardines fabricantur, fimo bubulo illini dicit, ne findantur, ut exsiccetur & diffletur paulatim medullæ humor.

Βάρος, &c. Idem loco citato; *Pondus sustinere validæ, abies, larix, etiam in transversum positæ.* Malè πύκλω laricem reddidit. Rectè Theodorus *pinum.* Deest præterea vox *possunt. Pondus validæ sustinere possunt abies.* vel ἀπλανισμὸς est. βάρος δὲ ἐνεγκεῖν ἰσχυρά.

Ἡ δρῦς. Idem loco citato: *Pondus sustinere validæ, abies, larix, etiam transversum positæ. Robur, olea, incurvantur ceduntque ponderi; illæ renituntur, nec temere rumpuntur, priusq; carie quam viribus deficiunt.* Vitruvius lib. 2. ca. 8. de abiete. *Et primum abies aëris habens plurimum & ignis, minimumque humoris & terreni, levioribus rerum naturæ potestatibus comparata, non est ponderosa. Itaque rigore naturali contenta, non cito flectitur ab onere, sed directa permanet in contignatione: sed ea quod habet in se plus caloris, procreat & alit ternutem, ab eoque vitiatur.* Vide Scaligeri animadversiones. Malè Theodorus, ἀπαλαὶ πλήμαι, *in transversum positæ*, neglexit. Columnæ enim & sublicæ abiegnæ oneri faciendo inutiles, quercinæ aptissimæ. contra longurii & laquearia è quercu finduntur, ex abiete renituntur nec rumpuntur. Vitruvius libr. 7. cap. 3. ubi de camerarum dispositione agit: *Cum ergo camerarum postulabitur ratio, sic erunt faciendæ. Asseres directi disponantur inter se, ne plus spatium habentes binos pedes, & hi maximè cupressini, quod abiegni ab carie & ab vetustate celeriter vitiantur. Hique asseres cum ad formam circinationis fuerint distributi; catenis dispositis, ad contignationes (sive tecta erunt) crebriter clavis ferreis fixi, religentur: eæque catenæ ex ea materia comparentur, cui nec caries, nec vetustas, nec humor possit nocere, id est buxo, junipero, olea, robore, cupresso, cæterisq; similibus, præter quercum, quod ea se torquendo rimas facit quibus inest operibus.* Robur inter ea quæ ad cameras faciendas apta, numerat. Camera, arcus ædificium sustinens, tectumq; devexum & curvatum. Camera ergo ex lignis in transversũ positis. Malè etiam scribunt laquearia ex robore findi. Laquear dicitur camera, hoc est pars superior cubiculi & cœnationis connexu, quæ variis adornari solet sculpturis & coloribus. Ipsa experientia Vitruvium reprobat. Nam tam roboris, quam quercus infinditur materies, ut Architecti observarunt.

Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ὁ φοῖνιξ. Plin. loc. cit. *Et palmæ arbor invalida: in diversum enim curvatur, at populus contra omnia inferiora pandatur, palma è contrario fornicatur.* Corruptus codex. Theophrastus validã inquit arborem. Scribe; *Et palmæ arbor valida: in diversum enim curvatur: nam cum omnes in inferiora pandatur, palma è contrario fornicatur.* Pandare & fornicare quadantenus contraria. Fornicare dicũtur ligna quæ sursum incurvantur; fornicis enim cornua deorsum solent inclinari. Pandare vero dicuntur, quando ponderi cedunt nec renitent, sed deorsum versus incurvantur. Quod palma oneri imposito fornicatur, à Plutarchos lib. 8. sympos. quæst. 4. Athletis comparatur. ἴδιον δὲ παρὰ ταῦτα πάντα, καὶ μηδενὶ συμβέβηκος ἑτέρῳ τὸ μέλλον λέγεσθ. φοίνικος γὰρ ξύλον ἂν ἄνωθεν ἐπιθῇς βαρὺ πιέζης, οὐ κάτω θλιβόμενον ὑφίσταται, ἀλλὰ κυρτοῦται πρὸς τοὐναντίον, ὥσπερ ἀντιτεῖνον τῷ βιαζομένῳ. τοῦτο δὴ καὶ περὶ τοὺς ἀθλητικοὺς ἀγῶνάς ἐστι. τοὺς μὲν γὰρ ὑπὸ ἀσθενείας καὶ μαλακίας εἴκοντας αὐτοῖς πιέζουσι κάμπτοντες, οἱ δὲ ἐρρωμένως ὑπομένοντες τὴν ἄσκησιν οὐ μόνον τοῖς σώμασιν ἀλλὰ καὶ τοῖς φρονήμασιν ἐπαίρονται καὶ αὔξονται. *Peculiare autem præter hæc omnia est quod dicam, & cum nulla alia planta commune. Palmæ lignum si superne onere imposito premas, non deorsum affligitur aut concedit, sed contra incurvatur, quasi vi renitens prementi. Eodem modo res habet in Athleticis certaminibus: qui enim ob imbecillitatẽ & molliciem concedunt, ii flectuntur, atque deprimuntur: qui exercitationem fortiter sustinent, eorum non corpora modo, sed animi quoque eriguntur & augentur.* Ob has aliasve causas victoriæ Olympiacæ symbolum fuit,

Ecquis Olympicæ miretur gloria palmæ.

Sed cur fornicatur palmæ lignum? An quod ignea & spiritualis vis, quia maximè pollet, cum tentatur & irritatur, sese exercens, magis ac magis erigit? An quoniam pondus ramos subito urgens, aërem omnem qui in his est, oppressum cedere retrò cogat, qui deinde resumptis paulo viribus adversus onus acrius rursus instat? An molles & teneræ virgæ impetum non sustinentes, cum onus quiescit, paulatim se erigunt, & speciem quasi contra illud assurgant, exhibent?

Τὸ δὲ τῆς εὐβοϊκῆς. Vertunt, *juglans frangi se sonitu prænunciat.* Errandi occasionem, dedit Plinius, qui vocem εὐβοϊκῆς neglexit; *Facile*, inquit, *pandatur juglans; fiunt enim & ex ea trabes, frangiq; se prænunciat strepitu; quod in Antandro accidit, cũ è balneis territi sono profugerunt.* Supra probavi, καρύαν εὐβοϊκὴν castaneam esse; vide cap. de castanea. Iuglans καρύα, κατ' ἐξοχὴν, sine epitheto vocatur. Utrum castaneæ materies pandatur, non tradit Theophrastus. Probabile scripsisse Græcum auctorem. Τὸ δὲ τῆς εὐβοϊκῆς καρύας κυρτοῦται; γίνεται γὰρ μέγα καὶ χρῆται πρὸς τὴν ἐρέψιν. ὅταν μέλλῃ ῥήγνυσθ. ψοφεῖ ὥστε προαισθάνεσθ. πρότερον. Verte; *nucis vero Euboicæ, id est castaneæ materies pandatur; est enim ampla, utunturque ad tecta. frangi se sonitu prænunciat, ita ut præsentire homines possunt.* Πρὸς τὴν ἐρέψιν vertit Plinius, *ad trabes*, quasi scriptum fuisset, πρὸς τοὺς δοκούς. nec melius Gaza, *opus tectorium*, id est albarum. Quod si quis neget pandari castaneæ lignum, dicatve de suo addidisse Pliniũ, scribat; τὸ δὲ τῆς Εὐβοϊκῆς καρύας (γίνεται γὰρ μέγα καὶ χρῶνται πρὸς τὴν ἐρέψιν) ὅταν μέλλῃ ῥήγνυσθ. &c. Sed alterum magis placet. Non est validũ lignũ castaneæ, quamvis durum. Corruptus & Plinii codex; pro, *strepitu*, scribe ex Theoph. *crepitu.*

Τῶν πηκτῶν. Plinius: *Firmissima ad tectum abies; eadem valvarum repagulis, & ad quæcunque libeat intestina opera aptissima sive Græco, sive Campano, sive Siculo fabricæ artis genere spectabilis, ramentorum crinibus, pampinato semper orbe se volvens, ad incitatos runcinarum raptus. Eadem & curribus maxime sociabilis glutino, in tantum ut findatur ante, qua solida est.* Maximi viri testantur MSS. *firmissima in rectum* legi. Et verissimam hanc inquiunt lectionẽ, & firmissimam à Plinio dici abietem in operibus, cum recta statuitur: *In rectũ*, εἰς ὀρθὸν eum habere ex Theophrasto, ἰσχυρὸν δὲ καὶ τῆς συκῆς, τὴν εἰς ὀρθόν. ἡδὲ ἐλάτης μάλιστα ὡς εἰπεῖν ἰσχυρόν. *Firmam ab eodem esse ficum, si modo in rectum collocetur; at firmissimam longe abietem hoc modo positam.* Non nego scripsisse Plinium, in rectum, & id ex Theophrasto habere; sed malè intellecto. Non est hæc ista mens autoris; qui alias uno, ut sic dicam, halitu contraria perferret, quod ab eo alienum. Paulo ante scripsit abietis lignum in transversum positum pondus sustinere: quomodo, ergo, quasi sui oblitus, tam cito pronunciabit lignum abiegnum in longum positum esse validissimũ? Hæc contraria sunt. Verba ὡς εἰπεῖν non debent referri ad εἰς ὀρθὸν, quod de ficu tradit, sed ad id quod supra scripsit, ἀπαλαὶ πλήμαι, *in transversum positæ*, vide quæ supra dixi. *Eadem valvarum repagulis*: Chriffletianus codex; *paginis valvarum*. Sic vocat, τὰ συνθέματα τῶν θυρῶν, καὶ τὰ πήγματα. Sed paginæ propriè in valvis, ut rectè monet Salmasius; quia duplices sunt, & complicantur replicanturque, ut librorum paginæ. *Et ad quæcunque opera intestina libeat aptissima.* Opus intestinũ vocant, quicquid materie, id est, ligno constat. Nimis laxè; non omne quod ex ligno constat intestinum dicitur opus, sed illud ita propriè vocatur, quod ex ligno pretiosiore & præstantiore ad ornatum ædiũ, elegantiore fabrica, & ea arte quam minutiariã scriniariam

ariam & capsiariam, schrijn-werck / kistemaeckers-werck/ Batavi vocant. Varro libr. 3. de re rustica cap. 1. *Cum enim villam haberes opere tectorio & intestino, ac pavimentis nobilibus lithostrotis spectandam, parum putasses esse ni tuis quoque litteris exornati parietes essent.* Intestinum dicitur opus, quod intra domum tantum locum habeat, & in ædium parte interiore situm sit. Ad opus illud veteres mediale ligni sumebant, quod & hodie etiam observatur. Græci artem hanc λεπτουργίαν vocarunt. Diodorus libr. 17. Bibliothecæ, ubi sumptuosissimum funus Hephæstionis describit; Αὐτὸς δὲ ἀρχιτέκτονας ἀθροίσας καὶ λεπτουργῶν πλῆθος. *Ipse ascitis undique architectis & intestinorum operum artificibus* (scriniariis) *magno numero.* Plutarchus, Εὐφυὴς ἐν τῇ τορνείᾳ καὶ λεπτουργίᾳ. Eusebius li. 10. τοῖς ἀπὸ ξύλου περιφερέσι δικτύοις εἰς ἄκρον εὐτέχνου λεπτουργίας ἐξησκημένοις. Pergit Plinius; *Sive Græco, sive campano fabricæ artis genere spectabilis.* Hæc addit, quoniam plurimi artificii intestina hæc opera. Excelluerunt hac in arte Callicrates & Myrmecides, de quibus Plinius libr. 7. cap. 21. & Varro libr. 6. de lingua Latina. *Ad incitatos ruminarum raptus:* In scriptis codicibus, *runcinam raptus.* Corrigit Clariss. Salmasius, *ad incitandos runcinarum actus.* In intestinis operibus locum habent, asciæ, runcinæ & planæ; in aliis dolabræ. Sequitur apud eundem. *Eadem & curribus maximè sociabilis glutino.* Liber Thuanæus, *Eadem è turris.* Corrigit idem, *Eadem & fabris maximè sociabilis glutino:* πρὸς τὰς τεκτόνων χρείας Theophrastus. Sequitur, *in tantum ut findatur ante, qua solida est.* Scribe ex Theophrasto; *in tantum ut findatur antequam sociata est*, subintellige glutine. οὐδὲ γὰρ ὅλως οὐδὲ ῥήγνυσθαί φασιν ἐὰν κολληθῇ, *Hanc enim ne fundi quidem ullo pacto posse affirmant, si glutine muniatur.* Vult Plinius findi antequam glutine munita sit, non findi postquam munita est.

Ἐχίκολλον. Corruptus locus. Alter, quem ad nos misit Clarissimus Menelaus Winsemius, in quo pauca quædam à viro Doctissimo Arcerio ad oram ad scripta sunt, habet. Ἐχίκολλον, *glutino sociabilis.* Hanc lectionem probat excellentiss. Salmasius, nixam auctoritate Plinii; *eadem & fabris maxime sociabilis glutino.*

Ἡ πεύκη. Aldinus & Basileensis, ἡ ἐλάτη. De abiete hæc Plinius, non de pino, ut ea quæ ex eo de abiete recitavimus, docent. Scribe, ἡ δὲ ἐλάτη μάλιστα ὡς εἰπεῖν ἰσχυρὰ πρὸς δὲ τὰς τῶν τεκτόνων χρείας ἐχίκολλον μάλιστα διὰ τὴν μανότητα, &c. omissis illis ἡ πεύκη, vel, ut in Aldino habetur, ἡ ἐλάτη. Continuat enim abiegni ligni historiam. P. margine in codicem ista irrepsere.

Εὐπειθέστατον, Theodorus, *obedientissima* legit, ἀβιαστότατον *rigidissima.* Placet Theodori lectio. Sequitur enim τῶν δὲ ἄλλων φιλύρα, τὸ γὰρ ὅλον εὔεργον ὥσπερ ἐλέχθη διὰ μαλακότητα. Tiliam obedientissimam supra dixit. Quæ planta philyram repræsentet, non satis constat. Variis in locis φιλύκης meminit Theophrastus, formam nullibi describit, sed alibi maturè germinare & serò fructum reddere, alibi Philycæ honorem in alendo pecore, & semper fronde abundare tradit; hoc capite vel obedientissimam esse, si interpretem, vel rigidissimam, si Græcum sequamur codicem quem corruptum putamus, candoremque celastro similem ait. Nonnulli alaternum Plinii volunt; cujus libr. 16. cap. 26. meminit. *Fructum arborum solæ nullum ferunt, hoc est ne semen quidem, tamarix — alaternus, cui folia inter ilicem & olivam, &c.* Locum hunc Plinii alibi examinavi. Alaternum & philycam eandem arborem, asserit Bellonius libr. 1. observat. cap. 42. *Nemo est in toto monte* (Athon) *cui arbor quam Plinius alaternum appellavit, veteri legitimo nomine, quo ipse Theophrastus usus est, philycæ, nota non sit.* Corcyrensibus vero & Cretensibus ἐλαίπρινος dicitur; quoniam, ut Plinius scribit, folia habet inter ilicem & oleam media. Recentiores duas arbores alaterni nomine describunt, quarum altera elatior, altera humilior vocatur; utraque describitur à Clusio libr. 1. histor. cap. 33. *Hujus fruticis perpetuo virentis duo genera, in mea peregrinatione Hispanica observare memini. unum arborescens interdum, longis ramis, non admodum crassis, neque in multas alas divisis, flexilibus deinde virgultis, quæ externo cortice è candido virescente integuntur, latente sub eo membrana quadam flavescente quæ lignum ambit. Ramos ambiunt incondito ordine disposita folia, media inter oleæ atque ilicis folia magnitudine, crassiuscula, leviter per ambitum serrata, ex viridi nigricantia, & cum amaritudine paululum mordicantia. Ad singulorum foliorum qui in ramulis nascuntur, exortus, flores oleæ similes, coloris ex herbido pallescentis, racematim ex oblongis pedicellis dependent vere, interdum etiam media hyeme. nullum in hoc fructum vidi. Alterum multo humilius est, ramis brevioribus, cortice qui eos ambit ex albo, viridi, & purpurascente coloribus simul permixtis infecto. Folia illi superiore minora, magis circinatæ rotunditatis, in ambitu etiam serrata. Ex foliorum alis flores è longiusculis pediculis dependent, ut in superiore, illis tamen majores, & coloris magis herbacei; Quibus succedit fructus racematim cohærens, lentiscini magnitudine, initio viridis, deinde non nihil rubescens, qui tribus nucleis constare videtur, pleniorem, & nigri coloris, maturitate fieri arbitror: nam immaturo, fructu colligebam Aprili, & floribus onustum Februario & Martii initio. Primum genus Ulyssiponnensi agro, locisque vicinis in Lusitania observabam; alterum etiam iisdem locis; præterea multis Boeticæ, tum Granatensi regno & Valentino. Nullum illius usum medicum novi. Sed Lusitani asserebant; ejus cortice in aqua decocto piscatores sua retia subrutilo colore inficere, & tinctores è fragmentorum ligni, quod pallet, decoctione, nigrescentem è cæruleo colorem conciliare.* Alaternus in horto Lugdunensi Batavo colitur: in nostro periit hyemis injuria.

Εὐκαμπῆ. Plinius lib. 16. cap. 43. *Cuicunque operi facilia, flexilia omnia, quæ lenta diximus, præterque morsus & caprificus.* Διαφέρειν Theophrastus; quod non *differre*, ut Plinius vertit, sed *excellere* denotat.

Ἰκρία. *Furculas* vertit Gaza. Certè vox hæc eam habet significationem. Sed mori materies inepta ad furculas. Facile flecti potest, sed flexilis esse non debet, ex qua furculæ. Varias habet ἰκρία significationes. Hesychius, ἰκρία ἡ καθέδρα τοῦ κυβερνήτου, οἱ δὲ τὰ πλάγια καὶ τὰ μακρὰ σανιδώματα τῆς νεώς, ἢ τὰ ἐπὶ τοῖς ξύλοις κατασκευαζόμενα θεωρεῖα, καὶ τὰ ὀρθὰ ξύλα, τὰ ἐπὶ τῆς πρύμνης καὶ πρώρας, καὶ τὰ καταστρώματα αὐτῆς, καὶ τὰ ξύλινα οὕτως ἐλέγετο Ἀθήνησιν, ἐφ' ὧν ἦσαν πρὸ τοῦ τὸ ἐν Διονύσου θέατρον γενέσθαι. ἴκριον, σανίδωμα ἢ ξύλον ἐν ᾧ οἱ κακοῦργοι ξέοντο. *Icria alii cathedram navis gubernatoris exponunt, alii vero latera, longaque tabulata navis, ex lignis facta hippodroma, lignaque recta quæ sunt in puppi & prora: ipsius tabulata navis sic vocabant Athenis, super quæ currebant antequam bacchi ludus fierent. icrion tabellatum, vel lignum in quo malefici cruciabantur.* Suidas, ἰκρία Ἰουδαῖοι τὸν Σωτῆρα προσήλωσαν. *Tabulæ erectæ Servatorum Iudæi affecerunt.* Verte, *quamobrem primarias carinæ trabes cui affiguntur costæ, & circulos, denique quæcunque concinnè componi solent, hisce conficiunt.* Vide cap. sequens.

ΚΕΦ. Θ. — CAP. VIII.

Quæ facile difficileque secentur terebrenturque. Quæque torno sculpturæque conveniant: quæ humidissimæ, quæ navibus aptissimæ sint: quæ tectis, & plerisque aliis commodissimæ, ut abies, pinus, cedrus, picea, robur, tilia, acer, carpinus, taxus, ilex, scissima, ulmus, buxus, portulaca, juglans, terebinthus, philyce, apharca, celastrus, laurus, salix.

Ἐντέμνεται δὲ καὶ εὐσχίστα τὰ ἐνικμότερα τῶν πάμπαν ξηρῶν. τὰ μὲν γὰρ παύονται, τὰ δὲ ἵστανται. τὰ δὲ χλωρὰ λίαν συμμύει, καὶ ἐνδέχεται ἐν τοῖς ὀδοῦσι τὰ πρίσματα, καὶ "ἐμπλήθει· διὸ καὶ παραλλάττουσιν ἀλλήλων τοὺς ὀδόντας, ἵνα ἐξάγηται. ἔστι δὲ καὶ δυστρυπητότερα λίαν χλωρά. βραδέως γὰρ ἀναφέρεται τὰ ἐκτρυπήματα, διὰ τὸ βαρέα εἶναι. τῶν δὲ

" ἐμπλάττει Ald. Bas.

Secantur finduntur que facilius, quæ humidiora capiuntur, quam ut siccissima sint: altera enim cessant, altera constant. Quæ vero nimis viridia sunt, " hæc admodum coeunt, segmentaque inter dentes serrarum admittunt, implentque. Qua de causa dentes alterna inclinatione fabri permutant, ut sponte educi possint. Sunt & terebratu difficiliora, quæ nimis viridia. Terebramenta † enim,

" *inter dentes scrobem retinent, & crenas obstruunt secturamque morantur.*

† *ramenta*

† ξηρῶν Scal.

† δρυῶν ταχέως. καὶ αὖθις ὁ ἀὴρ ἀναθερμαινόμενος ἀναδίδωσι. πάλιν τὰ λεῖα καὶ ξηρὰ διὰ τὴν σκληρότητα δύσπρισα· καθάπερ γὰρ ὄστρακον συμβαίνει πρίειν. διὸ καὶ τρυπῶντες ἐπιβρέχουσιν. εὐπελεκητότερα δὲ καὶ εὐτορνότερα καὶ εὐξοώτερα, τὰ χλωρά. προσκάθηται γὰρ τὸ τορνευτήριον μᾶλλον, καὶ οὐκ ἀποπηδᾷ. καὶ ἡ πελέκησις διὰ τῶν μαλακωτέρων ῥάων, καὶ ἡ ξέσις ὁμοίως· καὶ ἔτι λειοτέρα. ἰσχυρότατον δὲ καὶ ἡ κρανία. τῶν δὲ ἄλλων οὐχ ἥκιστα ἡ πτελέα. διὸ καὶ τοὺς στροφέας, ὥσπερ ἐλέχθη, ταῖς θύραις πτελείνους ποιοῦσιν. ὑγρότατον δὲ μελία, καὶ ὀξύη· καὶ γὰρ τὰ κλινάρια τὰ ἐνδιδόντα, ἐκ τούτων. ὅλως δὲ πρὸς ποῖα τῆς ὕλης ἑκάστη χρήσιμη, καὶ ποία ναυπηγήσιμος, καὶ οἰκοδομική (πλείστη γὰρ αὐτῆς χρεία καὶ ἐν μεγίστοις) πειρατέον εἰπεῖν, ἀφορίζοντα καθ' ἕκαστον τὸ χρήσιμον. ἐλάτη μὲν καὶ πεύκη καὶ κέδρος ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ναυπηγήσιμα. τὰς μὲν γὰρ τριήρεις καὶ τὰ μακρὰ πλοῖα, ἐλάτινα ποιοῦσι διὰ κουφότητα. τὰ δὲ στρογγύλα, πεύκινα διὰ τὸ ἀσαπές. ἔνιοι δὲ καὶ τὰς τριήρεις, διὰ τὸ μὴ εὐπορεῖν ἐλάτης. οἱ δὲ κατὰ Συρίαν καὶ Φοινίκην, ἐκ κέδρου. σπανίζουσι γὰρ πεύκης. οἱ δ' ἐν Κύπρῳ πίτυος. ταύτην γὰρ ἡ νῆσος ἔχει, καὶ δοκεῖ κρείττων εἶναι τῆς πεύκης. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐκ τούτων. τὴν δὲ τρόπιν, τριήρεσι μὲν δρυΐνην, ἵνα ἀντέχῃ πρὸς τὰς νεωλκίας· ταῖς δὲ ὁλκάσι, πευκίνην. ὑποτιθέασι δὲ ἔτι καὶ δρυΐνον, ἐπὰν νεωλκῶσι. τοῖς μὲν ἐλάττοσι ὀξύην. καὶ ὅλως ἐκ τούτου τὸ χέλυσμα. οὐχ ἅπτεται δὲ οὐδὲ κατὰ τὴν κόλλησιν ὁμοίως τὸ δρυΐνον τῶν πευκίνων καὶ ἐλατίνων· τὰ μὲν γὰρ πυκνά, τὰ δὲ μανά. καὶ τὰ μὲν ὅμοια, τὰ δὲ οὔ. δεῖ δὲ ὁμοιοπαθῆ εἶναι τὰ μέλλοντα συμφύεσθαι, καὶ μὴ ἐναντία, καθάπερ εἰ λίθον καὶ ξύλον. ἡ δὲ τορνεία τοῖς πλοίοις γίνεται συκαμίνου, μελίας, πτελέας, πλατάνου. γλισχρότητα γὰρ ἔχειν δεῖ καὶ ἰσχύν. χειρίστη δὲ ἡ τῆς πλατάνου· ταχὺ γὰρ σήπεται. ταῖς δὲ τριήρεσιν ἔνιοι ‡ πιτυΐνας ποιοῦσι, διὰ τὸ ἐλαφρόν, τὰ δὲ στέρωμα πρὸς ὃ. τὸ δὲ σχέλομα, καὶ τὰς ἐπωτίδας, μελίας· καὶ συκαμίνου, καὶ πτελέας. ἰσχυρὰ γὰρ δεῖ ταῦτ' εἶναι. ναυπηγήσιμος μὲν οὖν ὕλη σχεδὸν αὕτη. οἰκοδομικὴ δὲ πολλῷ πλείων. ἐλάτη, καὶ πεύκη, καὶ κέδρος, καὶ ἄρκευθος. ἁπλῶς δὲ ὡς εἰπεῖν πᾶσα χρήσιμη. πλὴν εἴ τις ἀσθενὴς παντάπασιν. οὐκ εἰς ταυτὰ γὰρ πᾶσαι. καθάπερ οὐδ' ἐπὶ τῆς ναυπηγίας. αἱ δ' ἄλλαι πρὸς τὰ ἴδια τῶν τεχνῶν, οἷον, σκεύη καὶ ὄργανα, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον. πρὸς πλεῖστα δὲ σχεδὸν ἡ ἐλάτη παρέχεται χρείαν· καὶ γὰρ πρὸς τοὺς πίνακας τοὺς γραφομένους. πικτονική μὲν οὖν ἡ παλαιοτάτη ἡ κρατίστη, ἐὰν ᾖ ἀσαπής. εὔθετεῖ γὰρ ὡς εἰπεῖν πᾶσι χρῆσθαι. ναυπηγικὴ δὲ ἐνικμοτέρα διὰ τὴν κάμψιν ἀναγκαία. ἐπεὶ πρός γε τὴν κόλλησιν ἡ ξηροτέρα συμφέρει. ἵσταται γὰρ καὶ νῦν τὰ ναυπηγούμενα, καὶ ὅταν συμπίῃ καθελκυσθέντα, συμμύει καὶ στέγει. πλὴν ἐάν γε παντάπασιν ἐξικμασθῇ. τότε δ' οὐ δέχεται κόλλησιν, ἢ οὐχ ὁμοίως. δεῖ δὲ καθ' ἕκαστον λαμβάνειν εἰς ποῖα χρήσιμός ἐστιν. ἐλάτη μὲν οὖν καὶ πεύκη, καθάπερ εἴρηται, καὶ πρὸς ναυπηγίαν καὶ πρὸς οἰκοδομίαν, καὶ ἔτι πρὸς ἄλλα τῶν ἔργων· εἰς πλείω δὲ ἡ ἐλάτη. πίτυϊ δὲ χρῶνται μὲν εἰς ἄμφω, καὶ οὐχ ἧττον εἰς ναυπηγίαν. οὐ μὴν ἀλλὰ ταχὺ διασήπεται. δρῦς δὲ πρὸς οἰκοδομίαν καὶ πρὸς ναυπηγίαν, ἔτι δὲ πρὸς τὰ κατὰ γῆς κατορυττόμενα. φιλύρα δὲ πρὸς τὰ σανιδώματα τῶν μακρῶν πλοίων, καὶ πρὸς κιβώτια, καὶ πρὸς τὴν τῶν μέτρων κατασκευήν. ἔχει δὲ " καὶ τὸν φλοιὸν χρήσιμον· πρός τε τὰς κίστας (ποιοῦσι

‡ Alii καὶ πιτυΐνας ποιοῦσι, διὰ τὸ ἐλαφρόν, τὸ δὲ στέρωμα πρόσω. τὸ δὲ χέλομα, καὶ τὰς ἐπωτίδας μελίας. Scribe, καὶ πιτυΐνας ποιοῦσι, τὸ στέρωμα ἐκφέροντες ποιοῦσι διὰ τὸ ἐλαφρόν. τὸ δὲ χέλυσμα καὶ τὰς ἐπωτίδας μελίνας καὶ συκαμινίνας καὶ πτελείνας.

" φλοιὸν χρήσιμον πρός τε δὲ

nim, ut ponderosa expui, haud quaquam celeriter possunt: siccorum è diverso celeriter. Aër enim fervefactus confestim expuit. Rursus difficile levia, & sicca secantur: evenit namque ut veluti fictili sectio inferatur. Quamobrem lignis perforandis aquam infundunt. Securi, torno, sculpturæque faciliora, quæ viridia: quippe cum † ferrum magis insidat, hæreatque, nec quicquam resiliat. "Securi quoque molliora, sculpturaque expeditius, leniusque franguntur. Quin & cornus validissima est. Reliquas ulmus viribus suis facile vincit. Qua de causa cardines (ut dictum est) foribus ulmeos addunt. Humidissima fraxinus, † scissimaque: lectulos enim cedere aptos ex his conficiunt. Ad summam, quibus quæque materies commoda, & quæ navibus, ædibusve idonea (nam hujusmodi usus plurimus, summisque operibus adhibendus est) explicare tentabimus quantumque commoditatis singula sortiantur, pro viribus aperiemus. Abies, pinus, cedrus (ut summatim contingam) sunt aptissimæ navibus: triremes enim, atque longa navigia ex abiete, levitatis gratia faciunt. Rotunda vero ex pino, quoniam non putrescat. Nonnulli etiam triremes ex eadem condunt, quod abiete carent. Qui Syriam Phœnicemque incolunt, cedro utuntur, quia pino etiam egent. Cyprii picea. Hanc enim illa insula habet. Videturque pino præstantior. Et cætera quidem ex his. Carinam vero triremibus quernam subjiciunt, ut cum in terram ‡ attrahitur, resistere possit. Navibus onerariis pineam, atque etiam quernam subjungunt, cum extrahendas ædificient: minoribus vero " scissima deputata est. Atque in totum ex hac testudinem condere assolent. † Nec pino, atque abieti quercus conglutinari valet. Altera enim spissa, altera rara: & altera similis, altera minus. Affectus autem similis ea esse oportet, quæ sociari, conflarique debeant, non contrarii; ut si ligno lapidem conjungere velis. Tornatus navibus rotundus ex moro, fraxino, vlmo, platano: lentitiam enim firmitatemque adesse oportet. Sed deterrimus, qui platano fuerit: celeriter enim putrescit. " Sunt qui triremibus vel ex picea levitatis causa tornandum statuunt firmamentum. Testudinem & auriculas ex fraxino, moro, ulmoque fabricant: valida enim hæc esse oportet. Hæc fere navalis annotatur materies. Sed tectis commoda, copiosior est. Abies enim, pinus, cedrus, juniperus, utque in plenum referam, commoda unaquæque materies est, præterquam si qua † firmissima penitus constet. Non enim quæque operi eidem accommodatur, quemadmodum nec in navium fabrica. Reliqua materies artium propriis redditur. Exempli gratia, vasis, ac instrumentis, & si quid aliud ejusmodi habeant. Sed ad plurima pene usum abies præstat. quippe quæ ad tabellas etiam accommodari pictorias possit. Ædificiis itaque optima, quæ vetustissima, modo immunis carie sit. Operibus enim (ut ita dixerim) omnibus ædificatoriis aptissima est. Sed navibus propter flexum humidior capiatur necesse est. Nam ad conglutinationem siccior aptior est. Navis enim compacta, ut extra mare firmior est, ita in mare protracta, humore inhibito, se undique protinus comprimit, atque rimis conjunctis omnibus continuat. Nisi penitus exaruerit. Tunc enim gluten aut omnino aspernatur, aut non æque recipit. Sed jam particulatim materiem quæ commoda sit, videamus oportet. Abies & pinus (ut proposuimus,) & domibus, & navibus, & aliis plerisque commodissimæ sunt, sed plura abies expedit. Piceæ usus quidem ad utrunque opus, & maxime ad navale, sed putrere celeriter incipit. ‡ Robur tam navibus quam domibus commodum: necnon & in terra obrutum durat. Tilia foris navium

nim difficile egeruntur, quia ponderosa sunt.

† *tornus.*

" *molliora facilius securi percutiuntur, ac sculpuntur.*

† *oxya.*

‡ *subducitur.*

" *oxya.*

† *pino & abieti quercus æquè nō agglutinatur: altera enim (pinus) spissa, rara altera (abies) & altera (pinus) similior, altera (abies) minus similis: simili vero natura esse oportet quæ coalescere & compingi debent.*

" *Sunt qui triremibus carinā promq; ex picea levitatis causa tornādā statuunt: statumina & auriculas ex fraxino.*

† *infirmissima penitus existat.*

‡ *Quercus.*

γὰρ ἐξ αὐτοῦ) σφενδαμνός τε, καὶ ζυγία, πρός τε κλινοπηγίαν, καὶ πρὸς τὰ ζυγὰ τῶν λοφούρων· καὶ ὅλως πρὸς τὰ πολυτελῆ τῶν ἔργων. μίλος δὲ εἰς περικολλήματα κιβωτοῖς καὶ ὑποβάθροις, καὶ ὅλως τοῖς τοιούτοις. πρῖνος δὲ πρὸς ἄξονάς τε, καὶ μονοστρόφους ἁμάξας, " καὶ πρὸς ζυγὰ λύραις καὶ ψαλτηρίοις. ὀξύα δὲ πρὸς ἁμαξοπηγίαν καὶ διφροπηγίαν τὴν εὐτελῆ· πτελέα δὲ πρὸς θυροπηγίαν καὶ † γαλεάγρας· χρῶνται δὲ καὶ εἰς τὰ ἁμαξικὰ μετρίως. πύξος δὲ, εἰς ἄξονάς τε ταῖς ἁμάξαις καὶ εἰς ‡ ἔλκηθρα τοῖς ἀρότροις. " ἀνδράχνη δὲ ταῖς γυναιξὶν εἰς τὰ περὶ τὸν ἱστόν. ἄρκευθος δὲ εἰς τικτονίας, καὶ εἰς τὰ ὑπαίθρια, καὶ εἰς τὰ κατορυττόμενα κατὰ γῆς. διὰ τὸ ἄσαπές. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ Εὐβοϊκὴ καρύα. καὶ πρός γε τὴν κατόρυξιν ἔτι μᾶλλον ἁπάσης. πύξῳ δὲ χρῶνται μὲν πρὸς ἔνια. οὐ μὴν ἀλλ' ἥγε ἐν τῷ Ὀλύμπῳ γινομένη, διὰ τὸ βραχεῖά τε εἶναι καὶ ὀζώδης, ἀχρεῖος. τερμίνθῳ δὲ οὐδὲν χρῶνται, πλὴν τῷ καρπῷ καὶ τῇ ῥητίνῃ· οὐδὲ φιλύκῃ, πλὴν τοῖς προβάτοις. ἀεὶ γάρ ἐστι δασεῖα. τῇ δὲ ἀφάρκῃ, εἰς χάρακάς τε καὶ τὸ καίειν. κηλάστρῳ † δὲ καὶ μύᾳ, πρὸς βακτηρίας. ἔνιοι δὲ καὶ δάφνῃ. τὰς γὰρ γεροντικὰς καὶ κούφας ταύτης ποιοῦσιν. ἰτέα δὲ, πρός τε τὰς ἀσπίδας καὶ τὰς κίστας τε κανᾶ. καὶ τ' ἄλλα περαναλαβεῖν δέ ἐστι καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ὁμοίως.

τὰ χοίνικα καὶ τὰς κίστας. ποιοῦσι γὰρ ἐξ αὐτοῦ. σφένδαμνος δὲ καὶ.

" καὶ τὰ ζυγὰ λύραις Ald. Bas. Scribe, καὶ πρὸς ζυγὰ τὰ ἐν λύραις.

† γαλιάγρας Ald.

‡ ἕλυμα.

" ἀδράχνη.

† ἡ πρὸς μυάγρας καὶ πρός.

longarum & arcarum mensurarumque fabricæ expetenda est. " Habet etiam corticem funibus cujusque percommodum. Acer, & carpinus, lectis jugisque jumentorum, atque in totum operum sumptuosioribus cæditur. Taxus tenuisectilia conglutinamenta capsis, scriniis, subselliis, atque in totum similibus præstat. Ilici honos † ad axes plaustrorum verticis simplicis, & juga lyrarum, psalteriorumque. " Scissima ad plaustrorum vectabulorumque vilem fabricam. Vtilis ulmus ad fores, † præla & torcularia. Quin & ad carpentarium opus, sed mediocriter. Buxus ad axem plaustrorum, & ad burem aratrorum. Portulaca mulieribus ad opus textorium. Iuniperus ad rem ædificatoriam, tum subdivalem, tum obruendam sub terram. Durat enim immunis putredine. Pari modo ‡ & juglans. Quinimo omnium præcipue operi subterraneo " expetitur. Est & buxi usus ad nonnulla. Quæ tamen monte Olympo provenit, ob brevitatem nodositatemque, est inutilis. Terebinthus non nisi fructu resinaque utilis. Neque philycæ honor, præterquam in alendo pecore. Semper enim fronde abundat. Apharca vallis expetitur, & ad urendum commoda est. † Celastri usus ad baculos. Quidam etiam laurum addunt. Seniles enim, & pulchros, & præleves baculos ex hac faciunt. Salicis ad scuta, cistellas, canistra, & ejusmodi reliqua. Reliquas quoque arbores singulatim persequi pari modo possumus.

" *Habet enim corticē, funibus, arculisque per commodum: ex eo enim illas faciūt, Acer.*

† *ad axes & vehicula quæ unica tantū aguntur rota.*

" *bigarū vel sellarum.*

† *oxya.*

† *cancellata vel clathros.*

‡ *& castanea.*

" *expetitur, incorruptaque manet. Est.*

† *Celastri usus ad muscipulas & baculos.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

TA' πρίσματα. Theodorus, segmenta. *Rectè: ut ramenta, & strigmenta. Veteres segmenta, pro lamellis ferè. Pulverem illum vulgus sarraturam.* ἐμπλάττει. Theodorus, implet. *recte. Sed non implet Græcam vocem. Plinius,* replent. *vide Galenum.*

Ἀναφέρεται. *Theodorus*, expui: *nimis ambitiosè. neque verum est quod ait Theophrastus*, ob pondus. *Quantillum enim est illud? Sed quemadmodum dicebat de sarraturis?* ἐμπλάττει. *lenta enim sunt & hærent. Et notabis*, ἐκ τὰ ἐκτρυπήματα; exterebramenta. *lege* τῶν δὲ ξηρῶν; *non autem* δρυῶν.

Τὸ τρυπάνιον. *Theodorus*, ferrum, *nimis communis vox. Est dubitatio. Ait enim*, καὶ ἡ πλέκησις διὰ τῶν μαλακωτέρων ῥᾴων. *At supra dicebat*, μᾶλλον τέμνειν τὰ σκληρὰ τῶν μαλακῶν. *Si ferrum acutum sit, melius secet molliora: Si non sit acutum, efficatius agat in ea, quæ duriora sunt. Propterea quod acies in molle agit. At hebete durum rumpitur: molle non recipit, sed cedit.*

Ὅλως δὲ πρὸς πλοῖα. *Hinc aliud caput. Namque hactenus de affectionibus.* εὔπριστα, εὔσχιστα, εὐπελεκητά, εὔξοα. *deinceps de usu, ac fine.*

Ἵνα ἀντέχει πρὸς τὰς νεωλκίας, *Theodorus*, ut cum in terram attrahitur, resistere possit: *Verbo Latino abstinuit.* subducitur.

Καὶ ὅλως ἐκ τούτου τὸ χέλυσμα. *Pollux in primo declarat quid sit.* τὸ ὑπὸ τὴν τρόπιν προσηλούμενον, πρὸς τὸ μὴ τρίβεσθαι τὴν τρόπιν. *Vides duplicem carinæ spinam.*

Οὐχ ἅπτεται δὲ οὐδὲ κατὰ τὴν κόλλησιν ὁμοίως τὸ δρύϊνον τῶν πευκίνων, καὶ ἐλατίνων. τὰ μὲν γὰρ πυκνά, τὰ δὲ μανά· καὶ τὰ μὲν ὅμοια, τὰ δ' οὔ. *Si non æquè glutino jungitur quercus cum pino, & cum abiete, erit quia alterutrum similius est quercui. scilicet pinus. Ratio similitudinis est*, τὸ πυκνόν. *Hæc est sententia. Plinius eam nimis laxè exequutus est.* Glutinum abdicant quædam, & inter se, & cum aliis insociabili glutino, ut robur. *Non est verum, quod ait: in omni genere esse, quæ inter se non glutinantur. Nanque Abies ubi glutinatas partes habet, ibi difficilius dissilit, quam ubi solida est. Præterea exemplum vanum est roboris, vel auctoritate hoc loco Theophrasti: vel subsequenti narratione sua: Similia enim inter se glutino jungi. Quippe lapidi lapidem, & quercui quercum componimus. Vt tueare Plinium, exemplum roboris sit alterius tantum partis: cum dicit* & cum aliis. *Tametsi id quoque falsum est: cum pino enim hic affirmat.* Συμφύεσθαι, *Theodorus*, sociari, & conflari. *Verum sociari, est minus, quam* συμφύεσθαι. *Et conflari, est metallorum, non glutinationis:* coire, *etiam mollius est*, componi *est intra significationem:* coalescere, *est propemodum quod dicas.*

Ἡ δὲ τορνεία. *Theodorus*, tornatus. *Neque propterea scio quid sit. An significat omne opus tornatile? Verum nescio quare in Trochleis γλιχέσθαι velint, cum etiam æreas instituamus. Posset aliquis suspicari esse instrumentum, quod* Arganam *vocant Itali, quasi organon, aut ergata, quod est etiam apud Vitruvium. Verum puto Pollucem hujus fuisse facturum mentionem.*

Τὸ δὲ στείρωμα πρόσω τὸ χέλυσμα. *Sic lege.* στείρωμα *videtur appellare τὴν προεμβολίδα. Aduncitatem desinentis in proram spinæ, ante rostra.* Ἔμβολος. *Intelligo spinam, primariam carinæ trabem, cui costæ affiguntur; puto columbam à nautis appellari.* Ἐπωτίδες *sunt, quæ eminent utrinque partes. inter quas etiam oculi: ibi quoque navis nomen inscribebatur. In summo medio statuebant, aut Delphinum, aut Pristin, aut Sirenem, aut Harpiam, aut Centaurum, aut aliud tale. id pro naso habebatur. Quare etiam apud Homerum licuit poni*, παρεία. *Theodorus addidit*, Navibus rotundis. *Et legit*, πιτύϊνον ποιοῦσι τὸ στείρωμα· διὰ τὸ ἐλαφρόν· τὸ δὲ χέλυσμα, καὶ τὰς ἀσπίδας. *Nunc è pinu facit id nullus: sed olim, ut apud Catullum, & Virgilium, atque alios legimus.*

Ἀσθενὴς πάμπαν. *Corrige apud Theodorum*, infirmissima. *Verum infeliciter addidit verbum*, constet. *non enim cum ea infirmitate convenit significatus constantiæ, & roboris.*

Theodorus. Τὸ στεγ, Rimis conjunctis omnibus continuat. *Posuit verbum hoc, absolutè sine casu. Nescio an dicam, rimam conjungere. Est enim rima hiatus, & canalis in montibus, qua aqua fluit: ibi fuit origo significationis. Rimarum diducta labia conjungere quis possit: hiatum non possit.* Πλὴν ἐάν τι παντάπασιν ἐξικμασθῇ. *Theodorus*, nisi quicquam penitus exaruerit. τι quicquam, *non est hic necessarium. De Abiete enim loquitur.*

Πρός τε τὰς κίστας. *Theodorus addit*, funibus. *Et corrige, quia scriptum est*, cujusque.

Μίλος εἰς περικολλήματα. *Theodorus addit vocem felicissimam*, tenuisectilia.

Μονοστρόφους ἁμάξας. *Pollux non docet hanc differentiam. Nescio an sint plaustra birota. Præterea nescio quo consilio dixit idem Pollux*, ἄξονας στρεφομένους. *Axes enim neutiquam vertuntur. Theodorus*, ad axes simplicis verticis. *Rara hæc verticis significatio sic. Putabam aliquando hic τὸ μονόστροφον esse pro rota, solidum quippiam ad modum phalangis: quia dixit*, πρὸς ἄξονας. *& addit*, καὶ ἁμάξας, *scilicet*, pro rotis solidis sine radiis. *Theodorus mendum sic detersit*, καὶ ζυγὰ λυρῶν, καὶ ψαλτηρίων. διφροπηγίαν, *interpretatus est*, vectabula. *Carpentum est*, δίφρος. Currus cum sella duos capiente, δύο φορεῖν.

Καὶ γαλιάγρας. *Theodorus*, Præla, & torcularia. γαλεάγρα *est* cavea, & carcer. *Si ita sit, ad clathros utilem dicas.*

Ἔλυμα. Theodorus, burim. Ne hujus quidem meminit vocis Pollux. Apud Hesiodum non est: sed ἔλυμα. burim interpretantur. Alii stivam; malè. Nanque est, ἐν ᾧ ὁ γόμφος ... ὁ ζυγός. At stiva est manicula aratri.

Εὐσοίνη χαρμία. Theodorus omisit, ...

Οὐδὲ φιλύκη. Hic abdicat à fabrica philicæ usu. At supra, ... φιλύκη. Puto iccirco legendum, φιλύρα. φιλυρία.

Κιλλάστροι ἢ, καὶ μύα. Corrigunt, μία. Neutrum agnoscit Theodorus.

Καὶ τὰς κίστας, καὶ τὰ κανᾶ. Ubique κίστας hactenus, cunnas est interpretatus Theodorus. Nunc ubi sunt κανᾶ, id est, cistæ, & canistra? poterat commodius cunnas dicere. & cistas maluit.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Εὔπελεκυ. Totam hanc periodum in hunc sensum vertit Plinius libr. 16. cap. 43: *Cuicunque operi facilia, flexibilia omnia quæ lenta diximus præterque morus & caprificus. Durabilia ac sectilia, quæ modice humida: arida enim latius quam veridia ferris cedunt, præterque robur & buxum, quæ pertinacius resistunt, ferrarumque dentes replent æqualitate inerti; qua de causa alterna inclinatione egerunt scobem. Durabilia,* inquit, *ac sectilia* (quæ præcedunt capite proximo examinata sunt.) Corrigunt *dolabilia*; malunt alii *fissilia*; ex Theophrasto, εὔπελεκυ δὲ ... τὰ ... Nobis alterum placet. Non vertit verba citata Plinius, sed quæ paulo infra leguntur, ἔτι δὲ καὶ δυσπριστότερα τῶν χλωρῶν; vel, δυσπλεκτότερα δὲ καὶ εὐξεστότερα, ἢ εὐξοώτερα τὰ χλωρά. Totam hanc Theophrasti periodum confundit ac perturbat. *Arida enim latius, &c.* Scribe: *arida enim lentius ferris cedunt, viridia præter robur & buxū, pertinacius resistunt & committuntur, ferrarumque dentes replent æqualitate inerti.* Id est, ut ait Theophrastus, inefficaci dentium occursu, cum eorum inæquales projecturas æquavit scobs impacta.

Ἐμπλήθει, &c. Ita legit Theodorus, in Aldino & Basileensi, ἐμπλάττει. Verte, *quæ nimis viridia sunt, inter dentes ferræ scobem retinent, & crenas obstruunt, secturamque morantur.* Gal. libr. 8. Therapeut. τὰ γὰρ ἐμπλάττοντα τοὺς πόρους, ἐπέχει τὰς διαπνοάς, *quæ poros obstruunt, impediunt transpirationem.* Vulgata, sive Theodori non displicet lectio.

Ἐκτρυπήματα, &c. Gaza novo fictoque vocabulo, *terebramentum* vertit. ramenta sunt quæ terebra educit. Interpretare; *tardè scobs egeritur.* Scobem enim sumpsit Columella pro his quæ exterebrando educuntur, cum lib. 4. cap. 29. ait; *Nam antiqua terebra, quam solam veteres agricolæ noverant, scobem faciebat, perurebatque eam partem quam perforaverat, &c.* In lignorum ergo terebratione, ut idem loquitur, scobs est ἐκτρύπημα, quod Gaza novo vocabulo *terebramentum* reddidit. Verum & πρίσμα, Plinius *scobem* vertit. Theophrastus hoc eodem capite, ἐν τοῖς ὀδοῦσι τὰ πρίσματα, Plinius lib. 16. cap. 43. *Qua de causa alterna inclinatione egerunt scobem.* Πρίσματα ἀπὸ τοῦ πρίειν, quasi à serra dicas serramentum. Est enim scobs eorum quæ serra secantur, ut ἐκτρυπήματα quæ terebra educuntur, ῥινήματα, quæ lima deteruntur, quæ & ῥινίσματα dicuntur; ut & πελεκήματα quæ securi dolando decidunt resecta; τορνεύματα vero torno fiunt. Ἐκτρυπήματα παρὰ τὸ ἐκτρυπᾶν, quod terebrando egerantur, vel veluti terebrando erumpunt. Paulo inferius lege, cum Theodoro & Scaligero, αὐτὴ δρύινον ξηρόν.

Καὶ εὐξοώτερα vertunt, *sculpturæque faciliora*; præstat, *politura faciliora.* εὔξοος enim *politus.* Homerus Iliad. β. ἵππος εὔξοον ἅρμα πτοίων, id est, τὸ καλῶς κατεσκευασμένον, *equus politum currum trahens.*

Τορνευτικώτερον. Verte, *insidet magis & resilit tornus. molliora quoque facilius securi percutiuntur ac sculpuntur.*

Ἰσχυρότατον δὲ ἢ κράνεια, &c. Plinius libr. 16. cap. 43. *Cornum maxime audit sorbus, carpinus, buxus, postea tilia.* Hæc corruptissima. Vetus codex, *Cornum maxime odit sorbus*; quod æquè ineptum. Nihil de odio sorbi cornique legitur, nec res inanimata audit. Scribo, *Cornus maximè valida, postea ulmus, buxus, carpinus, minimè tilia.* Hæc enim mollissima. Theophrastus validissimam cornum ait, deinde ulmum: Fortè scripsit Plinius, *carpinus, ilex*, hæc dura & valida.

Νεωλκίας, &c. Νεωλκία, *attractio navis vel vento deficiente, Subductio* Cæsari lib. 5. de bello Gallico. Hinc νεωλκὸς *qui navem subducit in pulvinarium*, ut legere est apud Plautum in Casina: cujus instrumenta pulvini (sic enim Isidorus Hispalensis lib. 19. vocat machinas, quibus naves in portum deducuntur, aut subducuntur) & subductarii funes, scutula & phalanges, ut vocat Cæsar.

Τὸ χέλυσμα, *testudinem*, vertit Gaza. Cæsar lib. 1. de bello civili, *statumina* vocat. *Carinæ primum, hinc statumina ex levi materie fiebant.* Quid sit χέλυσμα, docet Iulius Pollux lib. 1. cap. 9. Τὸ δὲ ὑπὸ τὴν τρόπιν, τελευταῖον προσηλοῦσθαι τοῦ μὴ τρίβεσθαι τὴν τρόπιν, χέλυσμα καλεῖται; assamenta quæ postrema clavis affiguntur & substernuntur carinæ, ne frangatur cum navis subducitur.

Καὶ τὰ μὴ ὅμοια. Hanc periodum sic verte; *pino & abieti, quercus æquè non adglutinatur: altera enim* (pinus) *spissa, rara altera* (abies) *& altera* (pinus) *similior, altera* (abies) *minus similis; simili vero natura esse oportet quæ coalescere & coire debent, non contraria, ut si ligno lapidem conjungere velis.* Sensum, mentemque Græci auctoris non percepit Plinius. In omni genere & glutinum abdicant quædam & inter se, & cum aliis insociabilia glutino, sicut robur; sed nec ferè cohærent, nisi similia natura, ut si quis lapidem lignumque conjungat. Vide animadversiones Scaligeri.

Καὶ πιτίνας ποιοῦσι. Corruptus codex; legit Theodorus, πιτίνην ποιοῦσι τὸ στείρωμα, ἀλλὰ τὸ ἐλαφρόν. τὸ δὲ χέλυσμα. καὶ τὰς ἐπωτίδας μελίας, &c. Placet aliis, τὸ δὲ στείρωμα ... τὸ χέλυσμα. Τὸ στείρωμα, Gaza *firmamentum* vertit: alii τὴν ... exponunt, aduncitatem desinentis in proram spinæ ante rostra; & intelligunt spinam, primariam carinæ trabem cui costæ affiguntur, putantque à nautis columbam vocari. Postrema lectio non arridet. Scribo, ἔνιοι δὲ τριήρεσιν ἔνιοι ἢ πιτίνην ποιοῦσι τὸ στείρωμα καὶ τὴν πρῴραν, ἀλλὰ τὸ ἐλαφρόν. τὸ δὲ χέλυσμα καὶ τὰς ἐπωτίδας μελίνας, καὶ συκαμίνας, καὶ πτελείνας. *Sunt qui triremibus carinam proramque ex picea levitatis causa tornandum statuunt, statumen vero & auriculas ex fraxino, moro, ulmoque.* Στείρωμα, *carina.* Hanc ex levi materia veteres fabricasse, auctor Iulius Cæsar lib. 1. de bello civili; *Carinæ primum, hinc statumina ex levi fiebant materia.* Supra dixi, *statumen* esse, quod Græcis χέλυσμα: ex valida & firma hæc fiebat materia, uti docet hoc loco Theophrastus & Pollux. Στείρωμα, ut dixi, *carina.* Hesychius, στείρωμα τρόπις. idem στεῖρα ὁ ἄξων, κατ' ἐξοχὴν (ita scribe; vulgo, καὶ τὸ ἰσχὺν) τῆς πρῴρας ξύλον κατὰ τὴν τρόπιν, *steira sterilis, per excellentiam vero proræ lignum significat, quod ad carinum tendit.*

Ἀθῷος. Theodorus ἀθῷως legit. sed mendum, ut Scaliger ait, Typographi.

Ἡ ἐλάτη παρέχεται χρείαν, &c. Moscovitæ & Rusci domus & templa, ex solo abietis extruunt ligno, nullis additis lapidibus. iidem pro candelis utuntur longis, siccis, tenuiter fissis ex abiete assulis, super fornacem penitus arefactis, *lucinen* vocant. Hastas antiqui ex abiete fecisse constat. Hesiodus in Aspyde, ἔγχεσιν ἠδ' ἐλάτῃσιν αὐτοσχεδὸν ἐλκυστῆσι, *hastis ex abiete cominus certabant.*

Virgilius.

— cujus apertum
Adversi longum transverberat abiete pectus.

Naves ex eadem facta, materia testantur poetæ.

Ovidius.

Est casus abies visura marinos.

Claudianus.

Apta fretis abiet, bellis accommoda cornus.

Canit Ennius navem, qua Iason cum Græcis Heroibus in Colchidem vectus, abiegnam fuisse.

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes,
Neque inde navis inchoandæ exordium
Cœpisset, quæ nunc nominatur nomine
Argo.

Στέγει: Supra capite quinto, ὅταν εἰς τὴν θάλατταν ἐλαυνῇ, στέγει, vertit; *nam si offensa in mari materies trahatur, in mari durabit*: cum μεταβατικῶς non sit positum, sed absolutè, quod neutraliter dicunt: id est, *tegit, operitve*, nempe foramina atque hiatum. Eandem significationem hoc loco habet, quod verbum consequens τοῦ συμμένειν, *coire, coalescere*, docet. Vide Scaligeri animadversiones.

Καὶ πεύκη, &c. Hodie naves ex pino non fabricantur, nisi fortè mali ac antennæ ex hac fiant materia. olim id factum testatur.

Virgilius.

Virgilius.

Dat utile lignum
Navigiis pinus.

Idem Ecloga 4.

Cedet & ipse mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces.

Pini materies in aqua, præsertim salsa, diutissime durat; ideo domus, templa, totaque Amstelodamensis urbs, super malis arboris pini in imo fundo subagitatis, sive fistucatis condita. Quod elegantissimis hisce versibus lepidissimè nostri sæculi facilè princeps exprimit Poëta.

Invertas, fit tota nemus, quo condita fundo
Hic boreo nuper pinus in orbe fuit.

Vel, ut in ultima editione.

Nuper Hyperboreo pinus in orbe fuit.

Accedit altera causa, cur eligatur pinus, quod non rumpatur, pondusque sustinere possit, ut capite præcedente docuit Theophrastus.

Πιτυΐ, &c. Ex piceâ naves fabricatas, docet Plutarchus 5. symp. quæst. tertia, ubi quærit cur picea coronarentur Isthmii certaminis victores; Ἀλλὰ inquit, διὰ τὰς ναυπηγίας μάλιστα, *Sed ob navium potissimum constructiones.*

Homerus Iliad. 5.

Ἤριπε δ' ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωΐς,
Ἠὲ πίτυς βλωθρή, τήν τ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες
Ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι νήϊον εἶναι.

Cecidit sicut quando quercus cecidit, vel populus alba,
Vel picea alta, quam in montibus opifices viri
Amputarunt, securibus recenter acutis, navale lignum ut sit.

Non tantum arboris resiniferæ lignum navibus struendis utile, sed & resina quam fundunt, & ex qua pix, sine qua naves fabricari nequeunt.

Πρὸς τὰς κίστας; Corruptus codex. Scribe, ac distingue; ἔχει δὲ καὶ τὸν φλοιὸν χρήσιμον πρὸς τὰ σχοινία καὶ τὰς κίστας ποιοῦσι γὰρ ἐξ αὐτοῦ. σφένδαμνος δὲ καὶ ζυγία; id est, *habet etiam corticem funibus arculisque percommodum; ex eo enim illas faciunt. acer & carpinus.* Funes ex tiliæ cortice fieri lib. 3. cap. 18. docuit. Κιβωτίων φιλυρίνων meminit Dioscorides in præfatione libri primi. Frustra ergo negant Dioscoridem novisse φιλύραν. Tiliæ materiei naturam describit Vitruvius lib. 2. cap. 9. *Populus alba & nigra, item salix, tilia vitex, ignis & aëris satietate, atque humoris temperate, parum terreni habentes, leviori temperaturæ comparatæ, egregiam videntur habere in usu rigiditatem. Ergo cum non sint duræ, terreni mixtione propter raritatem sunt candidæ, & in sculpturis commodam præstant tractabilitatem.* Ita locus hic legi debet, qui in editis corruptus sic habetur; *ignis & aëris habendo satietæ atque humoris temperatæ, parum terreni habentes.*

Καὶ ζυγία. De carpini materia hæc Vitruvius loco citato: *Item carpinus, quod est minima ignis & terreni mixtione, aëris autem & humoris summa continetur temperatura, non est fragilis, sed utilissimam habet tractabilitatem. Itaque Græci ex ea materia juga jumentis comparant, quæ apud eos juga* ζυγὰ *vocitantur, item & eam* ζυγίαν *appellant, &c.* Hodie etiamnum ex carpino juga, quibus boves junguntur confici, auctor Benedictus Curtius Symphorianus.

Ὑποβάθρας, *subselliis* vertunt; rectius; *scabellis.* Xenophon, Ἀπομνημ. 2. οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰ ὑποβάθρα ταῖς κλίναις παρασκευάζεις; *mollia stragula, & lectuli molles, & ea quæ lectulis supponuntur, ut mollia sint curas.*

Περὶ δὲ πρὸς ἄξονας, &c. Ἄξων axis, id est, τὸ διὰ τῶν τροχῶν διῆκον ξύλον, περὶ ὃ στρέφονται, &c. *lignum illud teres circa quod rota currus vertitur;* ita dictum παρὰ τὸ ἄγειν, *ab agendo*, quod rota circa illud agatur, hoc est moveatur. In cœlo item axem vocant mundi diametron, hoc est lineam quandam imaginariam, qui ab uno mundi cardine in alterum tendit. Proclus, ἄξων καλεῖται τοῦ κόσμου ἡ διάμετρος αὐτοῦ, περὶ ἣν στρέφεται; *axis mundi vocatur diameter ipsius circa quam volvitur.* Apud Athenienses ἄξονες erant axes ligneæ, in quibus leges Solonis erant incisæ. Plutarchus in Numa. ἐν τῷ περὶ τῶν ἀξόνων τῶν Σόλωνος ἀναγραφῇ, *in commentario tabularum Solonis.* Idem in Solone. ὁ δὲ τεσσαρεσκαιδέκατος ἄξων τῶν Σόλωνος τὸν ὄγδοον ἔχει νόμον οὕτως γεγραμμένον, *in tertia decima vero Solonis tabula, lex octava ita scripta est.* Ibidem, ἰσχὺν δὲ τοῖς νόμοις πᾶσιν εἰς ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς ἔδωκε, καὶ κατεγράφησαν εἰς ξυλίνους ἄξονας ἐν πλαισίοις περιέχουσι στρεφομένους, *statuit autem in centum annos leges omnes ratas haberi, quæ ligneis in tabulis descriptæ sunt, quas axonas appellant.* Gellius lib. 2. cap. 12. *In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt, quasque latas ab eo Athenienses, ut sempiternæ manerent, pœnis & religionibus sanxerunt, &c.* Ἄξων item, tabula in qua antiqui delinquentiū pœnas scribebant. Unde Athenienses legum suarum tabulam (ut est apud Demosthenem) sic appellabant. Theodorus maluit *axes plaustrorum* vertere, quam tabulas in quib. pœnæ inscribebantur. Theodori non displicet versio. Apud Hesiodum legitur dentale aratri ex Ilice confecisse veteres. Versus paulo infra citabo.

Μονοτρόφους ἁμάξας, &c. Sunt carri sive vehicula, quibus in evehenda terra ejectitia, herbis evulsis, lapidibus, &c. utimur. Μονοτρόφους ἁμάξας dixit, non quod hujusmodi carri biroti reperiantur, sed ad discrimen aliorum curruum, qui vel biroti, vel quadriroti. Lucianus ὅλην τὴν ἅμαξαν ἐπισπάσῃ, *totum currum attrahas.* Verte, *ad axes & vehicula quæ aguntur unica tantum rota.* Plin. lib. 16. cap. 43. *Secatur in laminas prætenues ilex, colore quoque non ingrata: sed maximè fida iis quæ teruntur, ut rotarum axibus: ad quos lentore fraxinus utilis, sicut duritia ilex, & utroque legitur ulmus.* Ilicem laudat Theophrastus, ad axes & vehicula, quæ unica tantum aguntur rota, item juga lyrarum & psalteriorum.

Καὶ πρὸς ζυγὰ λύρας. Corruptus codex. Basileensis, habet, καὶ χοζυγαλύρας καὶ, scribe, καὶ πρὸς ζυγὰ τὰ ἐν λύραις καὶ ψαλτηρίοις. vel πρὸς ζυγὰ λύραν καὶ ψαλτήριον. Prius magis placet.

Καὶ διφροπηγίαν τὴν ἁπλῆν, &c. Supra, διφρουργίαν, Theodorus, *subsellia.* Hoc vero capite, *vectabulorum vilem fabricam.* δίφρος, *biga, sedes, subsellium.* Eustathius, δίφρος δὲ εἴρηται ὅτι διφόρος ἐστί. δύο γὰρ φέρει τὴν ὁπλίτην καὶ τὴν ἡνίοχον, *diphros dicitur quasi duos ferens; duos enim fert aurigam & pugnatorem.* Pro sella sumitur apud Platonem libr. 1. de republ. καθῆστο ἐπὶ δίφρου, *sedebat in sella.* Verte ergo, *bigarum vel sellarum vilem fabricam.*

Θυροπηγίαν καὶ χαλεάγρας. Aldinus corruptè, χαλιαγρας. Theodorus vertit, *ad fores, præla & torcularia.* Γαλεάγρα carceris genus. Athenæus libr. 14. Ὁ Λυσίμαχος ἀκούσας ἐμβληθῆναι αὐτὸν ἐκέλευσεν εἰς γαλεάγραν, καὶ δίκην θηρίου περιφερόμενον καὶ τρεφόμενον κολαζόμενος, οὕτως ἐποίησεν ἀποθανεῖν. σὺ δὲ ὦ Οὐλπιανὲ εἰ τὴν γαλεάγραν ζητεῖς, ἔχεις παρὰ Ὑπερείδῃ τῷ ῥήτορι. ὅπου δὲ, σὺ ζήτει. *Hoc cum audisset Lysimachus, jussit illum in carcerem conjicere, feraeque modo circumagi, nutriri, puniri, & sic fecit illum mori. tu o Vlpiane, si quæris ubinam vox exstat* γαλεάγρα, *apud Hyperidem oratorem habes, ubi perquire.* Pollux libr. 10. inter σκεύη, *vasa*, recenset: sed quale instrumentum seu vas sit, non explicat. Si quis pro carceris genere accipiat, exponat, *utuntur ad cancellata vel clathros.* Sunt autem clathri vel clathra quibus trasversim aliquid munimus, sepimusve, ut fenestræ quæ vulgo ferratæ dicuntur. Horatius.

Objectos caveæ voluit si frangere clathros.

Cancelli autem ligna, modicis intervallis transversim, instar retis invicē annexa, quib. carceres, scenæ, tribunalia, ac fenestræ muniri solent, aditusque præcludi. Si placet, esse instrumentum vel vas aliquod; verte, *felicipulam*, qua feles capiuntur, vel *mustecipulam* qua mustelæ decipiuntur. γαλέα sive γαλῆ utrumque significat, *mustelam*, & *felem*, ἄγρα vero *capturam.*

Ἁμαξικὰ, &c. Ad alia præstat præterea ulmus. Virgæ, quibus servi percutiebantur, ex ulmo fiebant: Unde apud Plautum servus ulmi turba vocatur, & ulmorum acervus. ad stivas aratri etiam serviebat. Hesyodus 2. Ἔργ. καὶ ἡμερ.

Δάφνης δ' ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἱστοβοῆες.
Δρυὸς ἔλυμα, πρίνου γύην.

E lauro autē, vel almo cariei maxime expertes stivæ sūt,
E quercu burim, ex ilice dentale.

Contra Virgilius stivam ex fago, temonem ex ulmo fieri tradit.

Continuo in sylvis magna vi flexa domatur
In burim, & curvi formam accipit ulmus aratri.
Huic à stirpe pedes, temo protentus in octo,
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso,
Cæditur & tilia ante jugo levis, altaque fagus,
Stivaque quæ curvis à tergo torqueat imos,
Et suspensa foris exploret robora fumus.

De

De ulmi, fraxinique materia hæc Vitruvius; *Ulmus vero & fraxinus maximos habent humores, minimumque aëris & ignis, terreni temperata mixtione comparatæ. Sunt in operibus cum fabricantur lentæ, & sub pondere propter humoris abundantiam, non habent rigorem, sed celeriter pandant; simul autem vetustate sunt aridæ factæ, aut in agro perfectæ, qui inest eis liquor stantibus emoritur, fiuntque duriores & in commissuris & in coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes.*

Καὶ εἰς ἔλυμα. Quid sit, ignoro: apud Hesiodum versu jam citato ἔλυμα legitur. Ad hunc versum Proclus; ἔλυμα μέρος τι τοῦ ἀρότρου, ἐν τῷ μέσῳ ὄν, ἔνθα συμβάλλεται ὁ γύης τῷ ἱστοβοεῖ. Ἔλυμα παρὰ τὸ ἐλύειν, ὅ ἐστι περικαλύπτειν; *medium aratri ubi clavus crassior dentale connectit cum temone. Elyma dicta ab* ἐλύειν *quod significat tego.*

Φιλύκη. Scaliger legendum putat φίλυρα. Atqui φίλυρα semper fronde non abundat. Rectius φιλλυρέα, si mendo non caret codex.

Κηλάστρῳ δὲ καὶ μυΐᾳ. Corrigunt μίᾳ; Neutrum agnoscit Theodorus. Scribe, κηλάστρῳ δὲ πρὸς μυάγρας καὶ πρὸς βακτηρίας, *celastri usus ad muscipulas & baculos.* Muscipula, id est, decipula ad captandos mures. De celastro hæc Clusius in Curis posterioribus; Apud veteres nullum facere mentionem reperio Celastri arboris, præter unum Theophrastum. Nam neque Dioscorides, neque Plinius (qui tamen ex Theophrasto plurima mutuari solet) ejus meminerunt; quemadmodum nec aliarum quarundam ab ipso memoratarũ. Theophrastus vero, licet plenam ejus historiam non tradat, quod etiam trarò fecit in aliis plantis, aliquas tamen illius notas dat plerisque Historiæ suæ plantarum locis, è quibus Celastri arboris notitiam acquirere possumus. Ut non sit dubitandum, quin illam adhuc in rerum natura exstare, demonstrari possit. Primum enim Celastri (quod modo neutro genere effert, τὸ κήλαστρον, modo fæminino, ἡ κήλαστρος,) meminit libr. I. Hist. plant. cap. 15. atque inter arbores perenni folio proditas recenset (nonnullarum nomina duntaxat subjiciam: non enim omnium necesse est) τῶν μὲν ἡμέρων ἀείφυλλα· ἐλαία, φοῖνιξ, δάφνη, τῶν δὲ ἀγρίων, ἐλάτη, πεύκη, πύξος, πρῖνος, ἀγρία, κήλαστρον, φιλύκη, ὀξυάκανθος, ἀφάρκη. Item lib. III. cap. 4. perpetuam comam illi tribuit: Ἀείφυλλα μὲν, inquit, ἐν ἐστι τῶν ἀγρίων, ἃ καὶ πρότερον ἐλέχθη, πεύκη, πίτυς, ἀγρία, πύξος, ἀνδράχνη, φιλύκη, ἀφάρκη, δάφνη, κήλαστρον. Capite autem, libr. 14. summis gelidissimisque locis Celastrum prove jure scribit: φύεται δὲ καὶ ἡ κήλαστρος ἐπὶ τῶν ἄκρων καὶ χειμεριωτάτων; descendere tamen etiam in plana ait cap. 4. lib. III. καὶ ἐν τοῖς πεδίοις μυρίκη, λακάθη, δρύα, κήλαστρον. Cap. vero 4. lib. III. inter tardissime florentes & fructum perficientes enumerat. Πάντων δὲ πλείστην ἡ ἄρκευθος καὶ ἡ κήλαστρος, καὶ πρῖνος. Et paulo post: φασὶ δὲ καὶ τὴν κήλαστρον ὑπὸ τοῦ χειμῶνος ἀποβάλλειν. Cap. item 7. libr. 5. hist. plant. Εὐτορνότατον δὲ φιλύκη, καὶ ἡ λευκότης ὥσπερ ἡ τοῦ κηλάστρου; & cap. 8. ejusdem libri. Κηλάστρῳ δὲ καὶ μίᾳ πρὸς βακτηρίας. Hi sunt loci apud Theophrastum de Planturum historia, in quibus Celastri arboris fit mentio, & è quibus colligere licet perpetuo virere, summis frigidisque montibus provenire; transferri tamen in plana nitioraque loca posse: tardè admodum florere: & fructum, propter jam ingruentem hiemem perficere non posse, adeoque inutilem esse, præterquam ad baculos pro senibus. Dispiciamus nunc, an pronunciare non liceat, illam arborem perpetuò virentem, quæ in Academico horto apud Lugdunum Batavorum colitur, Celastrum esse. Tinus certe, pro qua hactenus habita est, esse nequit. Differunt enim inter se & floris forma coloreque & situ, atque etiam foliis, licet utrique plantæ ea sint perennia. Quoniam autem à Neotericis, qui libros de plantis ediderunt, nec ejus historiam descriptam, nec illius iconem propositam invenio, in rei herbariæ studiosorum gratiam, illius arboris ramum cum floris rudimento in tabellâ appositâ exprimi curavimus, cui ipsius arboris historiam subjecimus. Arbor igitur illa Academici horti, quæ meâ opinione, Theophrasti Celastrus nuncupari potest, humanam superat altitudinem: firmoque & duro caudice constat, atque in frequentes ramos diviso, qui dum novelli sunt, viridi cortice integuntur, annotini vero fusco. Numerosa habet folia, ex adversa semper nascentia, densaque serie congesta, supirâ parte saturâ viriditate prædita, pronâ autem dilutiora, perennia, hoc est, quæ non defluunt, nisi novis & recentibus jam natis, ut in arboribus perpetuò virentibus plerumque accidere solet: splendent vero præ livore ea folia, nec Alaterni foliorum magnitudinem superant, imo pleraque sunt illis minora, præsertim annotina, quæ ramulorum infimam partem occupant sive vestiunt, nec in ambitu sunt crenata, præterquam novella, quæ crenarum quandam formam extrema parte habere videntur; attamen verè crenata dici nequeunt; amariusculi sunt saporis. In no-

Celastrus.



vellorum ramusculorum extimâ parte inter folia nascuntur uncialis longitudinis petioli, sustinentes quinque aut sex parvos flosculos, quatuor plerumque aut quinque foliolis ex flavo virescentibus constantes, suaviter odoratos, racematim lentisci flosculorum modo dispositos, non, ut tini aut sambuci, umbellæ instar expansos; qui sero admodum aperiuntur, & nisi extremo Autumno, aut hiemis initio, imo etiam (quando mitior aura) veris initio: ut anno Christi 1606 ex ramis florentibus à Cl. V. D. P. Pauwio, mense Martio ad me missis, observare potui. Eam ob causam fructus maturari non potest: imo si æstas humida & frigida fuerit, qualis hoc anno Christi millesimo sexcentesimo septimo, vix flores aperientur: etenim flosculorum gemmas duntaxat ostendebat Octobri mense. Qualem autem fructum proferat, dicere nequeo; quia nullum unquam observare potui, imo ne fructus quidem rudimentum: facile porro ramis pangi posse, certum est. Hactenus Clusius. Pergit Typographus, Post mortem Clarissimi Clusii idem Cl. V. D. P. Pauwius fructus rudimentum in horto Medico observavit, imo & fructum ipsum, qualem sequentibus hisce verbis descripsit: quæ addenda esse judicavimus, utpote ad absolutam hujus arboris descreptionem necessaria. Verba autem Pavii hæc adscribit. Anno 1610 mense Iunio fructus rudimentum ostendere cœpit, producens brevem pediculum, cui adherebat bacca myrti baccis magnitudine similis. Hæc quamdiu in accretione erat, viridem: justam adepta magnitudinem, rubrum exhibebat colorem; qui paulatim ex puniceo corallinus reddebatur, adeò ut asparagi maturam baccam (de minoribus loquor) te videre dixisses. Arridebat gratissimo hoc colore, ad Augusti usque initium, bacca: tunc etenim paulatim corrugari incepit cutis sive exterior superficies, simulque colorem mutare: fuscedinem namque contrahebat, tandemque adustam nigredinem. Simul etiam ipse fructus figuram suam mutare,

ac

" ac ex rotundo oblongus fieri cœpit. Postquam decidisset, repertum intus semen unicum, oblongum, quodammodo triangulare, uvarum vinaceis admodum simile; cujus cortice (durior is erat & quodammodo osseus) diffracto, prodiit granum quoque unicum, tectum membranulâ crocei coloris, eâque ablatâ, medulla sive caro durior, albicans, ei similis quam nux avellana ostendere solet. Hæc Cl. vir Petrus Pauwius. "

ΚΕΦ. Ι. — CAP. IX.

Quæ quibus instrumentis conveniant. Cedrosque in Syrta præstantissimas, ac tredecim passuum longitudinem fuisse unam earum, quæ ad undeciremem Demetrii regis cæsæ. In Corsica arbores amplissimas, magnoque discrimine cæteras excedentes. Romanos in Corsicam profectos condendi oppidi gratia, & destitisse ob vastarum arborum multitudinem, ex iisque ratem ædificasse quinquaginta velis ducendam. Item de Latino agro, & monte Circæo.

Διῄρηται δὲ καὶ πρὸς τὰ τεκτονικὰ τῶν ὀργάνων ἑκάστῳ κατὰ τὴν χρείαν· οἷον, σφῦρα μὲν καὶ τερέτριον, ἄριστα μὲν γίνεται κοτίνου. χρῶνται δὲ καὶ πυξίνοις καὶ μελείνοις καὶ πτελείνοις. τὰς δὲ μεγάλας σφύρας πιτυΐνας ποιοῦσιν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἔχει τινὰ τάξιν. καὶ ταῦτα μὲν αἱ χρεῖαι διαιροῦσιν. ἑκάστη δὲ τῆς ὕλης, ὥσπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη, διαφέρει κατὰ τοὺς τόπους. ἔνθα μὲν γὰρ λωτὸς, ἔνθα δὲ κέδρος γίνεται θαυμαστὴ, καθάπερ καὶ περὶ " Συρίαν· Συρίᾳ γὰρ ἔν τε τοῖς ὄρεσι διαφέροντα γίνεται τὰ δένδρα τῆς κέδρου καὶ τῷ ὕψει καὶ τῷ πάχει. τηλικαῦτα γάρ ἐστιν, ὥστ' ἔνια μὲν μὴ δύνασθαι τρεῖς ἄνδρας περιλαμβάνειν. τοῖς δὲ παραδείσοις ἔτι καὶ μείζω καὶ καλλίω. φαίνεται δὲ, ἐάν τις ἐᾷ καὶ μὴ τέμνῃ, τὸν οἰκεῖον ἕκαστον ἔχον γίνεσθαι θαυμαστὸν τῷ μήκει καὶ πάχει. ἐν Κύπρῳ γοῦν οὐκ ἔτεμνον οἱ βασιλεῖς· ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ δυσκόμιστον εἶναι. μῆκος μὲν τῶν εἰς τὴν ἑνδεκήρη τὴν Δημητρίου τμηθέντων, τρεῖς καὶ δέκα ὀργυιῶν. αὐτὰ δὲ τὰ ξύλα τῷ μήκει θαυμαστὰ καὶ ἄοζα καὶ λεῖα. μέγιστα δὲ καὶ παραπολὺ τὰ ἐν τῇ † Κύρνῳ φασὶν εἶναι. τῶν γὰρ ἐν τῇ Λατίνῃ καλῶν γινομένων ὑπερβολῇ, καὶ τῶν ἐλατίνων καὶ τῶν πευκίνων, μείζω ταῦτα καὶ καλλίω τῶν Ἰταλικῶν. οὐδὲν γὰρ εἶναι πρὸς τὰ ἐν τῇ † Κύρνῳ. πλεῦσαι γάρ ποτε τοὺς Ῥωμαίους βουλομένους κατασκευάσασθαι " πόλιον ἐν τῇ νήσῳ πέντε καὶ εἴκοσι ναυσὶ, καὶ τηλικοῦτον εἶναι τὸ μέγεθος τῶν δένδρων, ὥστε τοὺς πλέοντας εἰς κόλπους τινὰς καὶ † λιμένας * διασχίζεσθαι τοῖς ἱστοῖς ἐπὶ τὸ πυκνόν. καὶ ὅλως πᾶσαν τὴν νῆσον δασεῖαν καὶ ὥσπερ ἠγριωμένην τῇ ὕλῃ. διὸ καὶ ἀποστῆναι τὴν πόλιν οἰκίζειν. διαβάντας δέ τινας ἀποτεμέσθαι πάμπολυ πλῆθος ἐκ τόπου βραχέος ὥστε τηλικαύτην ποιῆσαι σχεδίαν, ‡ ἣ ἐχρήσαντο οἱ πεντήκοντα ἱστίοις. οὐ μὴν ἀλλὰ διαπεσεῖν αὐτὴν ἐν τῷ πελάγει. " Κύρνος μὲν οὖν εἴτε διὰ τὴν ἄνεσιν, εἴτε καὶ τὸ ἔδαφος καὶ τὸν ἀέρα, πολὺ διαφέρει τῶν ἄλλων. ἡ δὲ τῶν Λατίνων ἔφυδρος πᾶσα. καὶ ἡ μὲν πεδινὴ δάφνην ἔχει καὶ μυρρίνην καὶ ὀξύην θαυμαστήν. τηλικαῦτα γὰρ τὰ μήκη τέμνουσι, ὥστ' εἶναι διανεκῶς τῶν Τυρρηνίδων ὑπὸ τὴν τρόπιν. ἡ δὲ ὀρεινὴ, πεύκην καὶ ἐλάτην. τὸ δὲ Κιρκαῖον καλούμενον, εἶναι μὲν ἄκραν ὑψηλὴν· δασεῖαν δὲ σφόδρα. καὶ ἔχειν δρῦν καὶ δάφνην πολλὴν καὶ μυρρίνην. λέγειν δὲ τοὺς † ἐγχωρίους, ὡς ἐνταῦθα ἡ Κίρκη κατῴκει, καὶ δεικνύναι τὸν τοῦ Ἐλπήνορος τάφον. ἐξ οὗ φύονται μυρρίναι, καθάπερ αἱ στεφανώτιδες τῶν ἄλλων ὄντων μεγάλων μυρρίνων. ‡ τὸν δὲ τόπον εἶναι τοῦτον εἰς ἀνδρὸς θέσιν. καὶ πρότερον μὲν οὖν νῆσον εἶναι τὸ Κιρκαῖον. νῦν δὲ ὑπὸ ποταμῶν τινων προσκεχῶσθαι, καὶ εἶναι ἠϊόνα. τῆς δὲ νήσου τὸ μέγεθος περὶ ὀγδοήκοντα σταδίους. καὶ κατὰ μὲν τῶν τόπων ἴδια πολλὴν εἶναι διαφορὰν, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις.

" Συρίαν· ἐν Συρίᾳ.
† κορσίκῃ.
† κορσίκῃ.
" πόλιν.
† λιμένας διασχίζεσθαι τοὺς ἐπὶ τόν.
‡ ἣν ἤλαυνον πεντήκοντα ἱστίοις Scal.
" κόρσις.
† ἐγχωρίους.
‡ τὸν δὲ τόπον εἶναι τοῦτον εἰς ἀνδρὸς θέσιν Bas. Scribe, τὸν δὲ τόπον τοῦτον εἶναι κατεσκευασμένον εἰς ἀνδρὸς θέσιν.

Necnon ad instrumenta fabrilia digestio singulis fieri potest. Ut malleolus & terebra ex oleastro optime fiunt: quamquam & buxeis, ulmeis, fraxineisque utuntur. Malleos magnos ex picea faciunt. Simili modo & reliquarum cuique opus quoddam tribuitur. Sed hæc pro usu discerni desiderant. Materies autem unaquæque pro loci natura (ut etiam prius retulimus) suam obtinet differentiam. Nam alibi celtis, alibi cedrus miranda assurgit, ut videre in Syria licet. Illic enim cedri in montibus, cum longitudine, tum crassitudine præstantissimæ nascuntur. Quippe adeò crassescunt, ut sint, quas ulnæ hominum " quatuor nequeant amplecti. Addunt his ampliores pulchrioresq; comperiri in hortis. Quod si quis sinat, nec cædat, mirum in modum quodque arborum genus, modo si proprium habeat solum, excrescere posse videtur. † Itaque quod in Cypro reges cum ex imperitia, tum ex transvehendi difficultate, nunquam materiem ceciderint, longitudo iis, quæ ad undeciremem Demetrii reges cæsæ sunt, passuum tredecim. Ligna autem mirifice procera enodia, levia, sed amplissima magnitudine arbores, manoque discrimine cæteras excedentes nasci in Corsica produnt. Quamvis enim in Latino agro, pini, & abietes tum magnitudine, tum pulchritudine, inter omnes Italicas præstent; ‡ tamen ad earum rationem, quas Corsica gignit, pro nullo certe habentur. Romanos enim aliquando condēdi causa oppidi in eam insulam navibus quinque & viginti profectos, tam vastis arboribus locus dicitur excepisse, ut navigantes per sinus quosdam, " & portus, nexus, * densaque malos perscinderent; & omnino insula tota confertissima, † & quasi efferata immani arborum turba spectaretur. Quamobrem Romanos à condendo oppido destitisse ajunt. Sed nonnullos ingressos, brevi ex loco tam largam cecidisse materiem, ut ratem conderent quinquaginta velis ducendam, quam in pelago periisse addunt. Corsica igitur seu ‡ ratione laxationis, seu etiam telluris, cœlique virtute, locis plurimum cæteris præcellit. Latinus autem ager aquis totus abundat, & plana laurum myrtumque habent " scissimamque mirabilem: tanta enim longitudine cæditur, ut pro carina Etruscis navibus possit sufficere. † Montuosa pinum, & abietem ferunt. Circæum vero, quod vocant, excelsum quoddam promontorium, tradunt frequentissimum arboribus: & robore, lauro, myrtoque majore ex parte scatens. Circen in eo habitasse, incolæ referunt, & tumulum Elpenoris monstrant, apud quem myrti proveniunt modo coronarii generis, cum cæteræ ampla exeant ‡ magnitudine. Insulam antea Circæum istud fuisse notatur. Nunc enim à fluviis quibusdam exaggeratum factumque littus est. Magnitudo insulæ circiter octoginta stadia. Sed pro locorum proprietatibus, permulta magnaque oriuntur discrimina, ut sæpius diximus.

" tres.
† Hac de causa, tum etiam propter transvehendi difficultatem, in cypro reges cedri materiē nunquā ciciderunt.
‡ nihil tamen ad eas quas corsica gignit, habent.
" portus, propter densitatem malos perscinderent: & omnino.
† magna arborum multitudine spectaretur.
‡ seu ob temperiem, seu.
" oxyan.
† montanā.
‡ magnitudine locum hunc à Circe adornatum ad viri (Elpenoris) monumentum. Insulam.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Διῄρηται δὲ πρὸς τὰ πεζευτικά. *Non debuit hæc pars à superiore disjungi. Adhuc enim perstat in materiarum usibus, ad instrumenta.*

Διαφέρει δὲ κατὰ τοὺς πόδας. *Nec est dubium quin statuat à locis differentias. Sed pedem pro loco nusquam positum memini.*

Τρεῖς ἄνδρας, *Theodorus unum addidit. Plinius, nullum.*

Οὐκ ἔμπειροι οἱ βασιλεῖς. Theodorus addidit, imperitia. *Quæ ea imperitia sit? cædendi, an transvehendi? Quis nescit Cedrum, aut aliam arborem cædere? Quid separet vehendi imperitiam à difficultate? Nam tametsi duo sunt: tamen δυσκόμιστον utrumque capit. Neque Plinius quicquam, neque Athenæus: qui tamen ingentium navium structuras narrat.*

Τὰ ἐν τῇ κύρνῳ. *Correxerunt*, κορσίκῃ. κόρσις *&* κορσίκη *apud Stephanum. Nunc ibi non sunt ea miracula arborum, quæ jactat* Theophrastus.

Οὐδὲν γὰρ εἶναι πρὸς τὰς ἐν τῇ κύρνῳ. *Theodorus*, quas Corsica gignit, pro nullo certo habentur. *Verbis Ciceronis Græcam sententiam purius expressisset. Ille enim;* Sed nihil ad Lælium.

Βουλομένους κατασκευάσαι πόλιν. *Sic lege, non* πλοῖον. *Nam mox,* ἀποσῆναι τὴν πόλιν οἰκίζειν. *Item lege,* διασχίζεσθαι τοὺς ἱστοὺς ἐπὶ τὸ πυκνόν. *Theodorus*, Nexus, densaque malos perscinderent. *Nescio quid sit hic, nexus. & mox,* τῇ ὕλῃ. Immani arborum turba: *Nunquam dicam turbam lapidum, aut arborum. Et Romanos fatuos, qui à litore non abstinerent prius, quam arborum proceritate, atque frequentia, quas procul liceret (ut mos est navigantibus) conspicari, vela scinderentur.*

Ἢ ἐχρήσαντο οἱ πεντήκοντα ἱστίοις. *lege,* ὧν ἐλαύνεσθαι πεντήκοντα ἱστίοις.

Διὰ τὴν ἄνεσιν. *Theodorus,* ratione laxationis. *Non intelligo.* Sed ob temperiem. *Est enim* ἄνεσις ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς.

Τὸν δὲ τόπον εἶναι τοιοῦτον εἰς ἀνδρὸς θῆσιν. *Theodorus omisit. videtur deesse quippiam ad hanc sententiam.* Locum hunc à Circe adornatum, aut consitum ad viri, *scilicet Elpenoris,* monumentum.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Τὸ οἷον σφυρίον. Plinius libr. 16. cap. 43. *Sunt vero & parvi usus fabrilium ministeriorum insignes; Ideoque proditum terebris vaginas ex oleastro, buxo, ilice, ulmo, fraxino utilissimas fieri; ex eisdem malleolos, majores quoque è pinu & ilice.* Theophrastus malleos & terebella ex oleastro optima fieri prodidit, quanquam & buxeis, ulmeis, fraxineisve utantur, malleos vero magnos ex picea facerent. Dubitavit Plinius, utrū libertus πιτυΐνας, an πευκίνας legisset; utrumque ponere placuit, quod ignoraret, utrum πευκίνας an πιτυΐνας pronunciasset. Malè πιτυΐνας vertit *è pinu; è picea*, dicendum erat. In coniferarum plantarum historia multos committere Plinium errores, passim notavi.

Συρίᾳ γάρ. Scribe, ἐν Συρίᾳ. Ex hoc loco cognoscimus cedrum majorem notum fuisse Theophrasto. De cedro libr. 3. cap. 12. egi. τρεῖς ἄνδρας περιλαμβάνειν. Malè vertunt, *quas ulnæ hominum quatuor nequeant amplecti*, quasi τέτταρες scriptum fuisset. Cedri hujus materiem Plinius libr. 16. cap. 40. tradidit, nec cariem, nec vetustatem sentire, nec rimas fissuramque sponte capere. Hæc causa, cur domus Altissimi & Arca fœderis ex cedro fabricatæ fuerint. Ex hac trabes templi Ephesinæ Dianæ factas, tradit Plinius. Idem libr. 3. statuas Deorum ex hac materia confectas, docet. Sed de statuis cap. sequenti.

Ἐν κύπρῳ, Plinius lib. 16. cap. 40. *At in Ægypto & Syria reges inopia abietis, cedro ad classes feruntur usi. Maxima ea in Cypro traditur ad undecìremem Demetrii succisa, centum triginta pedum, crassitudinis vero ad trium hominum complexum.* Τρεῖς καὶ δέκα ὀργυιῶν vertit, *centum triginta pedum.* Ergo unaquæque ὀργυιὰ decem valet pedes. Vide quæ cap. de palma dixi. In Cypro cedros trium hominum crassitudine nusquam tradidit Theophrastus; sed in Syria tales reperiri, idem docet. Confundit ergo Plinius Syriacas & Cyprias cedros.

Διὰ τὸ δυσκόμιστον. Verte, *Hac de causa, tum etiam propter transvehendi difficultatem, in Cypro reges cedri materiem nunquam ceciderunt.* Duplici de causa non cædebant cedrum; quarum prima, quod delectabantur mira ejus altitudine & crassitudine: mirum enim in modum excrescebant, si non cæderentur, pulchrioresque fiebant: altera, quod difficulter transvehi poterant.

Ει τῇ κύρνῳ, lege κορσίκῃ, & verte; *nihil tamen ad eas, quas Corsica gignit, habent;* Vide Scaligeri animadversiones. Paulo infra ex emendatione ejusdem scribe, κατασκευάσασθαι πόλιν, quomodo etiam legit Theodorus.

Καὶ λιμένας * διασχίσαι τοῖς ἱστοῖς; Asteriscum addiderunt, quem tollere ubique solent. Poterant ex Scaligero emendare. Hic legit διασχίζεσθαι τοὺς ἱστοὺς ἐπὶ τὸ πυκνόν. Verte, *& navigantes per sinus quosdam & portus, propter arborum densitatem mali perrumperentur.* Paulo infra pro ἢ ἐχρήσαντο. Idem legit, ὧν ἐλαύνεσθαι πεντήκοντα ἱστίοις.

Λέγειν δὲ τοὺς ἐγχωρίους. Scribe, λέγειν δὲ τοὺς ἐγχωρίους.

Τὸν τοῦ Ἐλπήνορος, &c. Plinius lib. 15. cap. 19. *Arbor ipsa in Europæ territorio Circæo, quod à Cerauniis montibus incipit, primum Circæis in Elpenoris tumulo visa traditur, Græcumque ei nomen remanet, quo peregrinam esse apparet.* Sic legendum lib. 4. cap. de myrto docui. Theophrastus ad Elpenoris tumulum myrtum quidem provenire tradit; sed non primum illic visam.

Τὸν δὲ τόπον εἶναι. Basileensis codex. μυρρίνας * τὸν δὲ τόπον τοῦτον εἶναι εἰς ἀνδρὸς θῆσιν. Deest verbum. Scribe μυρρίνας. κατασκευάσαι δὲ τὸν τόπον τοῦτον εἶναι εἰς ἀνδρὸς θῆσιν. *Locum hunc à Circe adornatum ad viri (Elpenoris) monumentum.*

Καὶ πρότερον. Verte, *Circæum vero istud, in quo Circos habitavit, insula primum fuit, nunc vero continenti adjunctum est: fluviorum enim eluvie sabuloque terra exaggerata & accumulata est.* Πρόσχωμα, locus in quem aqua confluit & eluvie sabuloque terram exaggerat atque accumulat, molesque ipsa nova accessione terreni quotidie auctior & cumulatior.

Ὀγδοήκοντα, &c. Plinius lib. 3. cap. 5. *Circæi quondam insula, immenso quidem mari circumdata (ut creditur Homero) at nunc planitie. Mirum est, quod hac de re tradere hominum notitiæ possumus. Theophrastus, qui prius externorū aliqua de Romanis diligentius scripsit, (nam Theopompus, ante quem nemo mentionē habuit, urbem duntaxat à Gallis captam dicit: Clitarchus ab eo proximus, legationem tantum ad Alexandrum missam) hic jam plusquam & fama,* (id est certius, quā si tantū auditione & fama comperisset) *Circeiorum insulæ mensuram posuit stadia octoginta, in eo volumine quod scripsit Nicodoro Athenienfium magistratui, qui fuit urbis nostræ quadringentesimo sexagesimo anno. Quicquid est ergo terrarum, præter decem millia passuum prope ambitus, adnexum insulæ.* In M. S. codice *quadringentesimo quadragesimo anno.* Quæ lectio confirmatur ex libr. 15. cap. 1. circa initium, ubi ait; *Oleam Theophrastus è celeberrimis Græcorum auctoribus, urbis Romæ anno circiter quadringentesimo quadragesimo, negavit, &c.*

ΚΕΦ. ΙΑ.

CAP. X.

Quæ ad usum ignarium, adque carbones conficiendos commodæ: quæque fumosæ sint, & quarum fumus acerbissimus: Item quo modo fumo immunes evadant flammamque mollissimam faciant. De atragena, & cur statuæ è cedro sudent. Materiem item oleagineam vel sæpe laboratam germinare.

Τὸ δὲ πρὸς τὴν πύρωσιν πῶς ἑκάστη τῆς ὕλης ἔχει, λεκτέον ὁμοίως, καὶ πειρατέον λαβεῖν. ἄνθρακες μὲν οὖν ἄριστοι γίνονται τῶν πυκνοτάτων· οἷον, πρίνου, δρυός, κομάρου. στερεώτατοι γάρ, ὥστε πλεῖστον χρόνον ἀντέχουσι, καὶ μάλιστα ἰσχύουσι. διὸ καὶ ἐν τοῖς

Quo autem pacto sese ad usum ignarium quæque materies habeat, dicendum nunc est, explorandumque habere conandum. Ergo carbones optimos spisissimæ materies faciunt, "ut aria," robur, arbutus: solidissimos enim, ita, ut diuturniores, efficacioresque sint. Qua de causa in metallis argenteis

ilex fœmina,

ἀργυρείοις, τούτοις χρῶνται πρὸς τὴν πρώτην τούτων ἕψησιν· χείριστοι δὲ τούτων οἱ δρύϊνοι· γεωδέστεροι γάρ· χείρους δὲ καὶ οἱ τῶν πρεσβυτέρων τῶν νέων, καὶ μάλιστα οἱ τῶν γεράνδρυων, διὰ τὸ αὐτό. ξηρότατοι γάρ· διὸ καὶ πηδῶσι καιόμενοι. δεῖ δὲ ἔνικμον εἶναι. βέλτιστοι δὲ οἱ τῶν ἐν ἀκμῇ, τῶν μάλιστα οἱ τῶν " κολάβων. συμμέτρως γὰρ τῷ πυκνῷ καὶ γεώδει καὶ τῷ ὑγρῷ. βελτίους δὲ οἱ τῶν εὐηλίων καὶ ξηρῶν καὶ προσβορείων, ἢ οἱ ἐκ τῶν παλισκίων καὶ ὑγρῶν καὶ πρὸς νότον. καὶ οἱ † ἐνικμοτέρας ὕλης, πυκνῆς. ὑγροτέρα γὰρ ἡ πυκνή· καὶ ὅλως ὅσα ἢ φύσει ἢ διὰ τὸν τόπον πυκνότερα, καὶ ξηρότερα, ἐξ ἁπάντων βέλτιον διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. χρεία δὲ ἄλλων ἄλλη. πρὸς ἔνια γὰρ ζητοῦσι τοὺς μαλακούς. ‡ οἷον ἐν τοῖς σιδηρείοις τοὺς τῆς καρύας τῆς Εὐβοϊκῆς, ὅταν ἤδη κεκαυμένος ᾖ. καὶ ἐν τοῖς ἀργυρείοις τοὺς πιτυΐνους. χρῶνται δὲ καὶ αἱ τέχναι τούτοις. ζητοῦσι δὲ καὶ οἱ χαλκεῖς τοὺς πευκίνους μᾶλλον ἢ δρυΐνους, καίτοι " εὐσθενέστεροι. ἀλλ' εἰς τὴν φύσησιν ἀμείνους, ὡς ἧσσον καταμαραινόμενοι. ἔστι δὲ ἡ φλὸξ ὀξυτέρα τούτων. τὸ δὲ ὅλον ὀξυτέρα φλὸξ καὶ ἡ τούτων, καὶ τῶν ξύλων ἡ τῶν μανῶν καὶ κούφων, καὶ ἡ τῶν αὔων. ἡ δὲ ἐκ τῶν πυκνῶν καὶ χλωρῶν, νωθροτέρα καὶ παχυτέρα. πασῶν δὲ ὀξυτάτη ἐκ τῶν ὑλημάτων. ἄνθρακες δὲ οὐ γίνονται, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸ σωματῶδες. τέμνουσι δὲ καὶ ἐκζητοῦσιν εἰς τὰς ἀνθρακιὰς τὰ εὐθέα καὶ τὰ † νέα. δεῖ γὰρ ὡς πυκνότατα θεῖναι πρὸς τὴν ‡ κατάπηξιν. ὅταν δὲ " περιαλείψωσι τὴν κάμινον, ἐξάπτουσι, παρακεντοῦντες ὀβελίσκοις. εἰς μὲν τὴν ἀνθρακιὰν τὰ τοιαῦτα ζητοῦσι. δύσκαπνα δὲ τῷ γένει μὲν ὅλως τὰ ὑγρά, καὶ τὰ χλωρὰ διὰ τοῦτο δύσκαπνα. λέγω δὲ ὑγρὰ τὰ ἕλεια. οἷον πλάτανον, ἰτέαν, λεύκην, αἴγειρον. ἐπεὶ καὶ ἡ ἄμπελος ὅτι ὑγρά, δύσκαπνος. ἐκ δὲ τῆς ἰδίας φύσεως, ὁ φοῖνιξ. ὃν δὴ καὶ μάλιστά † τινες ὑπειλήφασι δύσκαπνον. ὅθεν καὶ Χαιρήμων ἐποίησε, τοῦ τε δυσκαπνοτάτου φοίνικος ἐκ γῆς ῥιζοφοιτήτους φλέβας. δριμύτατος δὲ ὁ καπνὸς συκῆς καὶ ἐρινεοῦ, καὶ εἴ τι ἄλλο ὀπῶδες· αἰτία δὲ ὑγρότης. ‡ φλοιωθέντα δὲ καὶ ἀποβρεχθέντα ἐν ὕδατι ἐπιρρύτῳ, καὶ μετὰ ταῦτα ξηρανθέντα, πάντων ἀκαπνότατα. καὶ φλόγα μαλακωτάτην ἀφίησιν· ἅτε καὶ τῆς οἰκείας ὑγρότητος ἐξῃρημένης. δριμεῖα δὲ καὶ ἡ τέφρα καὶ ἡ κονία ἡ ἀπ' αὐτῶν. μάλιστα δέ φασι τὴν ἀπὸ τῆς ἀμυγδάλης· πρὸς δὲ τὰς καμινίας καὶ τὰς ἄλλας " τέχνας ἄλλοις ἐστὶ χρησίμη. ἐμπορεύεται δὲ ἀρίστη συκῆ καὶ ἐλαία. συκῆ μὲν ὅτι γλίσχρον τε καὶ μανόν· ὥστε ἕλκει τε καὶ οὐ δίησιν. ἐλαία δέ, ὅτι πυκνὸν καὶ λιπαρόν· † πυρεῖα μὲν γίνεται δὲ ἐκ πολλῶν, ἄριστα δέ, ὥς φησι Μενέστωρ, ἐκ καρύου. τάχιστα γὰρ καὶ πλεῖστον ἀναπνεῖ. ‡ πυρεῖον δέ φασιν, ἄριστον μὲν ἐκ τῆς ἀθραγένης καλουμένης ὑπό τινων. τοῦτο δέ ἐστι τὸ δένδρον ὅμοιον τῇ " ἀμπέλῳ καὶ τῇ οἰνάνθῃ τῇ ἀγρίᾳ· ὥσπερ ἐκεῖνα καὶ τοῦτο ἀναβαίνει πρὸς τὰ δένδρα. δεῖ δὲ τὴν ἐσχάραν ἐκ † τούτων ποιεῖν· τὸ δὲ ‡ τρύπανον ἐκ δάφνης. οὐ γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὸ ποιοῦν καὶ πάσχον, ἀλλ' ἕτερον " διεστεῖ κατὰ φύσιν· καὶ τὸ μὲν δεῖ παθητικὸν εἶναι, τὸ δέ, ποιητικόν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐγγίνεται. καὶ ὥς γέ τινες ὑπολαμβάνουσιν, οὐδὲν διαφέρει. ἀγαθὴ δὲ καὶ ἐκ ῥάμνου. ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ τὴν ἐσχάραν χρηστήν. πρὸς γὰρ τῷ ξηρὰν καὶ ἄχυμον εἶναι, δεῖ καὶ μανωτέραν, ἵν' ἡ τρῖψις ἰσχύῃ. τὸ δὲ τρύπανον ἀπαθέστερον. διὸ τὸ τῆς δάφνης ἀπαθέστερον ἐργάζεται τῇ δριμύτητι· γίνεται γὰρ ἐκ ῥάμνου, καὶ πρίνου, καὶ φιλύρας· καὶ σχεδὸν ἐκ τῶν πλείστων, πλὴν ἐλαίας. ὃ καὶ δοκεῖ ἄτοπον εἶναι· καὶ γὰρ σκληρότερον καὶ λιπαρὸν ἡ ἐλαία. τοῦτο μὲν οὖν ἀσύμμετρον ἔχει δηλο-

" κολοβῶν Scal.
† ἰνάκμοτέρας Ald. Bas. ἀνικμοτέρας Theod.
‡ οἷς Al. Bas.
" ἀσθενέστεροι.
† λεῖα Theod.
‡ κατάκαυσιν Scal.
" περιαλείψωσι Theod.
† τινες.
‡ φλοιωθέντα Bas.
" τέχνας ἐστὶ χρησίμη, ἐμπορεύεται δὲ ἀρίστη. Scal.
† πυρεῖα.
‡ πυρεῖον.
" τῇ ἀμπέλῳ καὶ τῇ οἰνάνθῃ τῇ ἀγρίᾳ, ὥσπερ ἐκεῖνα καὶ τοῦτο.
† τούτου.
‡ τρύπανον.
" εὐθὺ δεῖ Ald. Bas. εἶναι δεῖ Scal.

argenteis hisce ad decoctionem primam utuntur. Sed deterrimi inter eos roboris, quod terrestriores. Vetustioris arboris, & potissimum annosæ, deteriores quam novellæ eadem de causa sunt: summa etenim siccitate constant. Ideoq; cum ardent, dissiliunt: humoris namq; aliquid habeant oportet. Optimi quos ætate vigens materies † fecerit. Sunt enim spissæ, terrenæ, humidæq; naturæ temperatiores: commodiores etiam, qui ex apricis, siccis aquiloniisque, quam qui ex umbrosis, humectis, austrinisque. ‡ Generis item siccioris, quo spissius est, carbonē præstat commodiorem: quo spissius enim humidius est. Atque in totum, ordinis vel natura, vel loco siccioris pars spissior, commodior eadem de causa est. Vsus vero diversorum diversus. Quibusdam enim operibus molliores expeti solent: ceu ferreis metallis, " juglās, cum jam exarserit: & argenteis, qui confecti ex picea sunt. Quin etiam artes carbones suos desiderant. Et quidē excusores pineos potius quærunt, quam quernos, quanquam infirmiores sint. Ad flatum enim respondent commodius, quoniam minus marcescant extinguanturque. Est autem flamma eorum † celerior. Denique rarorum, & levium & aridorum, tam carbonum, quam lignorum acutior est: contra spissorum, & humidorum, lentior atque crassior. Omnium acutissimam humilis reddit materia, sed carbones nullos relinquit, eo quod corpulentia caret. Cædunt componuntq; ad carbonem conficiendum, quæ recta & levia sunt: enimvero quam densissime componi ad concremationem oportet. ‡ Cum vero fornacem circum accenderint ignem, veribus interpungentes transmittunt, flammamque penitus excitant omnibus corripiendis. Hæc quærere ad carbones solent. " Fumosa genere quidem universo, quæ humida sunt. Et viridia quoque † fumosa eadem de causa experimur. Humida inquam, quæ palustria; ut platanus, salix, ‡ populus: nam & vitis " fumosa, dum humida est. † Palma suapte natura fumosa est. Ex quo illud Chæremonis carmen, Palmæque venas usq; fumosissimæ radice natas. Fumus acerbissimus, fici, caprifici, & cujusq; lacteo succo humentis. Causa humor est. Hæc tamen decorticata, & aqua super infusa madefacta, deinde siccata, omnium maxime immunia fumo evadunt, flammamq; mollissimam faciunt: utpote cum proprius quoque, innatusq; humor exemptus sit. Quinetiam cinerem eorum lixiviamq; acrem sentimus, ac præcipue amygdalæ. Quanquam ad fornaces artesq; reliquas commoda percipiatur. Ad ignem excipiendum aptissima ficus, oleaque. Ficus quia lenta & rara corpore: fit enim exinde ut facile attrahat, nec quicquam dimittat. Olea quia spissa, & pinguis. Fomites tametsi ex multis fieri possint, tamen optimi, qui ex nuce, ut Menestor est autor. celerrime namque largissimeque respirant. Ignaria commodissime capi ex atragena vocata existimant. Arbor hæc vitis & labruscæ similis surgit: modo enim illarum arbores scandere solita est. ‡ Sed conceptaculum ex hac, terebrum vero ex lauro faciundum censent. Non enim ut ex eodem quod agit, quodque patitur, " sed è diversis accipiantur; & alterum efficiendi, alterum patiendi vim obtineat, natura protinus exigit. Cæterum vel ex eodem nonnunquam conficiunt, nec desunt, qui nihil referre arbitrentur. Commoda etiam ex rhamno, quæ quidem vel conceptaculum præbere idoneum potest. Non enim tantum humore exinanitum arefactumque, sed etiam rarum esse oportet, ut attritus efficacior esse possit. Terebrū ad patiendum pertinacius esse debet: qua de causa laureum faciunt. Id enim pro sua acrimonia valentius resistens, opus commodius expedit. Quin & ex rhamno, ilice, tilia, & fere plurimis id fieri solet, præterquam ex olea: quod certe absurdum putaveris. Oleam enim duriorem

† fecerit, maxime si decurtata fuerit. Sunt
‡ Generis itaque humidioris, quo spissius est carbonem præstat commodiorem.
" castanea.
† acutior.
‡ Cum vero fornacē oblinierint, ignem accendunt, ac contis à latere pungunt. Hæc.
" fumo molesta.
† fumo molesta.
‡ populus utraque.
" fumo molesta.
† Palma suapte natura: quam potissimum fumo molestam arbitrantur.
‡ Sed materiam aridi fonitus ex hac, id quod terit ex lauro facere oportet.
" sed alterū componit secundum naturam, & alterum.

νότι τὴν ὑγρότητα πρὸς τὴν πύρωσιν. πάντα δὲ † τὰ πυρεῖα, βορείοις μὲν θᾶττον καὶ μᾶλλον ἐξάπτεται· νοτίοις δὲ ἧττον. καὶ ἐν μὲν τοῖς μετεώροις μᾶλλον, ἐν δὲ τοῖς κοίλοις ἧττον. ‡ ἀνίει δὲ τῶν ξύλων τὰ κέδρινα, καὶ ἁπλῶς ὧν ἐλαιώδης ὑγρότης. διὸ καὶ τὰ ἀγάλματά φασιν " ἰδίειν ἐνίοτε. ποιοῦσι γὰρ ἐκ τούτων. ὃ δὲ καλοῦσιν ἰλεῖαν τῆς εἰληθυίας ἔφυδρον, ὑπὲρ οὗ καὶ ἐκθύονται πρὸς τοὺς Ἑκατίνους, γίνεται συνισταμένης τῆς ὑγρότητος, τῷ σχήματι μὲν στρογγύλη, μέγεθος δὲ ἡλίκον ἄπιος, ἢ καὶ μικρῷ μεῖζον ἢ ἔλαττον. ἐκβλαστάνει δὲ μάλιστα τὰ ἐλάϊνα, καὶ ἀργὰ κείμενα καὶ εἰργασμένα πολλάκις, ἐὰν ἰκμάδα λαμβάνῃ καὶ ἔχῃ τόπον † νοτερόν. ὥσπερ ἤδη τις στροφεὺς τῆς θύρας ἐβλάστησε, καὶ εἰς κυλίκιον πλίνθινον τεθεὶς τῇ κώπῃ πηλός.

† πυρεῖα.
‡ ἀνίει Ald.
" ἰδρίειν Scal. pro quo fortè ἱδρῶειν scribendum.
† νότερον Ald. Bas.

rem pinguioremque esse constat. Sed hæc, ob immodicum scilicet humorem, inepta redditur ad ignitionem. Quodque autem genus ignariorum aquiloniis flatibus ignem ocyus magisq; concipit, austrinis minus: & locis editis atq; sublimibus magis, quam concavis. Cedri materies nata est humorem emittere, & in plenum omnes quibus oleosus est humor. Quamobrem deorum statuæ visæ sunt aliquando sudasse: ex his enim condere eas consuevere. † Quod autem Lucinam appellant, & sacrificiis observandum aruspices jubent, concreto quodam humore, extuberat, magnitudine piri, aut paulo majus, minusve. Germen potissimũ producit materies oleaginea, cũ rudis, tum sæpe laborata in opus, si quem humorẽ sentiat, locumque habeat humectum. Vt jam cardo quidam valvæ prodatur germinasse, & poculum limo injectum.

† Quod autẽ ἰλεῖαν, id est, collectionem & retentionem lucinæ appellant, humidũ sacrificiis Hecates servãdum aruspices jubent.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

KAὶ μάλιστα αἱ τῶν κολάβων. Theodorus omisit. Habes alia & diversa inter se significata apud Athenæum, & Pollucem. Nescio an tempestivè admitteremus, κολοβῶν. Homerus etiam, κόλον, pro, κολοβόν.

Καὶ αἱ ἐν ἀκμοτέρας ὕλης. Lege, ἐνικμοτέρας. Ex materia humidiore, & spissiore. Reddit rationem. ὑγροτέρα γὰρ ἡ πυκνή. Et jam dixit, Carbonem ex spissiore meliorem. ergo ex humidiuscula. Et sanè dicebat, ἔνικμον. Medius terminus syllogismi est, humiditas. Minor propositio, humida spissior. Igitur erravit Theodorus, qui dicebat: generis siccioris. Legerat ἀνικμοτέρας. Neque putes contradictionem, cum petit ex apricis, mox ex humidis. Quippe ὑγρὸν significat humoris copiam; ἔνικμον autem mediocritatem. Itaque dixit, συμμέτρως. Et paulò inferius seipsum interpretatur; λέγω δὲ ὑγρὰ τὰ ἴλεια. Ponit deinde etiã alia ex caussa præstantiorem. Inter ea quæ densa sunt, sicciuscula maximè eligenda: quia ex densitate ἀντέχουσι; ex siccitate acutum edunt ignem.

Οἷς ἐν τοῖς σιδηρείοις. Lege, οἷον. Theodorus omisit, ἀβδοϊκῶς, sicut sæpè hactenus. Lego ἀσθενέστεροι. Nam hoc tractat, quem ad usum οἱ μαλακώτεροι expetuntur.

Τὰ ἀρθρία, καὶ νέα. Theodorus legit, λεῖα: lævia. Quia ex novellis minus probus carbo declarabatur. Item ex vetustis. Et ratio est τοῦ λείου: propterea quod ligna ipsa maximè contigua esse oportet. Idem legit, περιάψωσι: non autem περιαλείψωσι. Oblinendo struem, obducunt fornacem. oblinunt ergo luto pyram ipsam. Sic Plinius, Acervi confertis paleis recentibus luto caminantur. Hoc est, περιαλείψωσι: accensáque strue, hoc est, ἐξάψωσι. παρακεντοῦντες ὀβελίσκοις. hoc est, contis pungitur. πρὸς τὴν κατάπληξιν, lego κατάκαυσιν.

Omisit Theodorus λόγχην; ut toties alibi monuimus.

Chæremonis. Carmen est jambicum senarium cum hemistichio præcedente, ad hunc modum.

Τοῦτε δυσκαπνωτάτου
Φοίνικος ἐκ γῆς ῥιζοφοιτήτους φλέβας.

Theodorus aptè interpretatus est; & anteposuit integrum. Observabis verbum ἐποίησεν, quia erat ποιητής. Sic Aristoteles ferè semper.

Φλογισθέντα. Theodorus, φλοισθέντα, decorticata. rectè.

Οἰκείας ὑγρότητος ἐξῃρημένης. Proprio humore exempto. Sanè propterea fumum non facient. rectè. At enimverò quomodo μαλακωτάτην φλόγα? Hoc est superioribus contrarium. ὀξυτέρα φλὸξ ἡ τῶν μανῶν, καὶ κούφων, καὶ αὔων.

Καὶ τὰς ἄλλας τέχνας ἀλλήλοις ἐστὶ χρήσιμον. Non videtur vox ἀλλήλοις hic quicquam facere. Quare Theodorus omisit. Lege ἐμπυρευτικῶς. ἐμπύρευμα apud Aristotelem.

Καὶ οὐ δίεισιν: Theodorus, dimittit. Non: sed, transmittit: quia μανὸν ἕλκει. τὸ δὲ γλίσχρον χεῖ: & non δίεισιν.

Πυρία μὲν οὖν. Videntur veteres etiam alia ratione, quàm silicis, concepisse ignem. Terebrum faciebant ex ligno solidiore: deinde ei tabellam supponebant ex ea materia, quæ ignem concipere ex attritu posset. Tabellam hanc ea de caussa ἐσχάραν appellabant, tanquam focum. Theodorus ob officio, conceptaculum.

Εὐθὺ δεῖ κατὰ φύσιν. Theodorus omisit. lego, εἶναι δεῖ.

Ἀνίει δὲ τῶν ξύλων. Hoc esse decet separatum caput. Est enim præter materiam ignariorum. Et affectus naturæ triplex declaratur, ut humorem edant, ut extumescant, ut regerminent. Lege ἰδρίειν, sudare.

Ὃ δὲ καλοῦσιν ἰλεῖαν τῆς εἰληθυίας, ἔφυδρον. ὑπὲρ οὗ καὶ ἐκθύονται πρὸς τοὺς Ἑκατίνους. Theodorus, simpliciter. Quod vocant Lucinam: & sacrificiis observandum aruspices jubent. Omisit, ἰλεῖαν, & ἔφυδρον, & Ἑκατίνους. Extat igitur in lignis tumor aliquando humorem continens. Iccirco non Lucinam vocant, id quod vult Theodorus; sed εἰλεῖαν Lucinæ. Et est ἔφυδρον. Est autem ἰλεία sive εἰλεία, collectio, ac retentio. Nomen inusitatum, sicut & rara res. Et quia videbatur prodigium arborem prægnantem esse, Deæ attribuerunt. Ἑκατῖνοι Hecates sacerdotes, quæ & partui præest, & interitui. Tergemina enim est.

Τόπον ἔχῃ νοτερόν. Lego, νοτερόν. Ἀργά. rudes Theodorus, rectè. Vacua, & otiosa ab opere. Sic in libro sequenti de Silphio; Otiosa ab usu. Divus Paulus non semel usurpavit pro eo, quod est privare officio. Origo verbi ab opere & privatione, ἀεργός. Vnde æger Latinis, & sane talis est morbi definitio, Læsio, aut ablatio officiorum. Hominem ejusmodi nullius operæ Thusci mira voce notant Scioperonem: quasi sine opera. Ad Græca vergit ligurum Taurinorum appellatio, Gargus. Herodotus in Thalia, Dariũ, ἀργόν, vocat: Cunctantẽ.

Hic animi atque eruditionis gratia monendum censui, usum arborum atque herbarum, præter eos omnes qui positi sunt, esse etiam in viventibus, quasi pro materia. Qualem videmus in salicibus ad opus topiarium: in ulmis ad vites. In spinis, Sambuco, Malogranato, Rubo, Cydonio, Aparina, ad sepes. A Iureconsultis proditum est in criminibus extraordinariis puniri apud Ægyptios eum, qui Sycomorum succiderit: propterea quod iis arboribus colligentur aggeres Nilotici, quibus aquarum incrementa retinentur.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Δρύς, &c. Ob hos & similes usus, sunt qui quercum dictã contendunt, quasi weer-koud/quod Belgis est averto & prohibeo frigus: quod præcipua quercuum utilitas sit, casas & domos adversus frigus munire; ipsos etiam muros & pavimenta soleant, ne frigore lædantur, ista materia tegere; tum ignem ex ea, contra frigora hiberna accendere, qui ex nulla arbore corporibus humanis est salubrior. Quod nec ignorasse volunt Theocritum; utpote apud quem sit, ἐν πυρὶ δὲ δρύϊνα χορίαζει ἐν πυρὶ δ' αὖα φαγοὶ χειμαίνοντος. Sic nullam esse arborem volunt quæ vel in ædificiis, vel in foco plus adferat adjumenti ad homines à frigore tuendos. Addunt his, nihil esse præstantius ad algores depellendos, quam corpus habere valido alimento bene fartum, & succi plenum; id vero quercum maxime præstare, solidam porcorum carnem hibernis mensibus subinministrantem; à qua, si experimentis, rationi, & Galeno credimus, plurimũ sanguinis & validi nutrimenti humanis membris accrescat; eoq; posito nihil sit præsentius & firmius adversus rigidas frigoris injurias. Sed hæc inepta sunt. Nugantur qui hæc vel scribunt, vel credunt. Iuniperi lignum, item cedri, cupressi, domib. focoq; præstantius, ac nihil salubrius igne ex juniperi ligno: idem domibus aptissimũ: nemo tamẽ à frigore arcendo ei nomẽ impositũ scripsit. Falsissimũ præterea, Latinam linguã è Belgica vel Allemannica originẽ traxisse; immo Allemannica, Belgicaq; partim ex Latina, partim ex Græca cõflata, uti ipsa Græca ex Phœnicea.

Τῶν νέων. Plinius lib. 16. cap. 6. Item è novellis melior. Id quod in querno carbone quotidie experimur. Nam qui ex trunci aut crassiorũ ramorũ taleis fit, in igne crepitat, subsilit,

subsilit, nec nisi continuo flatu accenditur; quo cessante, vel si non lignis facile flagrantibus assiduè foveatur, conceptus ignis statim extinguitur: qui vero ex gracilioribus fit ramis, vel ignem facile concipit, vel exiguo raroque flatu accensum constantissime alit, quousque in cinerem redigatur.

Τοὺς μαλακούς. Molles vocat carbones, quæ non adeò vehementem emittunt flammam. Nostri fabri ferrarii durissimo utuntur carbone, qui flatu accensus satis vehementer flagrat. Vide quæ paulo infra dicentur.

Καὶ ἐν τοῖς ἀργυρείοις. Apud nos argentarii fabri molliori utuntur carbone. Lycus apud Galenum, in libro quem contra illius errores scribit, aurifabros palearum flamma aurum elaborare tradit, quod imbecilli igne opus illis sit, quia aurum vehementiore liquatur, & effluit. Οὐδὲ γὰρ τὸ πῦρ τοῦ πυρὸς ᾗ πῦρ ἐστιν, ἀλλ' ᾗ κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, διαφέρει, ἰσχυρὸν γὰρ εἶναι τι, καὶ ἀσθενὲς πῦρ ἐγχωρεῖ, καὶ τό γε τῶν ἀχύρων ἀσθενέστατον εἶναι νομίζων, συμφέρειν εἶναι φησὶ πρὸς τὴν ἐργασίαν τοῦ χρυσοῦ. *Nam tametsi ab igne ignis duntaxat qua ignis est nihil differat, majoris tamen ac minoris ratione differt. Cum fieri posit, ut alius alio vehementior infirmiorque ignis sit, & eum quidem cum fit, esse invalidißimū arbitratur, ad aurumq; conflandum compositum ait.* Διατήκεσθαι γὰρ αὐτὸν καὶ διαρρεῖν ἰσχυροτέρᾳ πλησιαζόντα φλογί. *liquifieri enim ac diffluere, si vehementiorem experiatur flammam.* Molli etiam utuntur igne Pharmacopœi, quod olim Medicos observasse, ex Theophrasti libro de igne probatur, ubi ait, Ἀπὸ μὲν μαλακῶν καὶ χαύνων μαλακώτερον τὸ θερμόν. ἀπὸ δὲ τῶν σκληρῶν καὶ πυκνῶν, σφοδρότερον. διὸ καὶ οἱ ἰατροὶ τοὺς ἥλους καίουσι τῇ οἴσῳ. μαλακωτάτη γὰρ ἡ ἀπὸ τούτων θερμότης. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ταῖς πυριάσεσι, καὶ τοῖς ἀλείμμασιν. ἀπὸ τοιούτων γὰρ ζητοῦσι τὰς θερμότητας σχεδόν. *Nam à laxis & mollibus mollior quoque oritur calor; à duris & densis vehementior. itaque Medici vitice (vide libr. 3. cap. 17.) clavos adurunt, cujus calor mollissimus est, itidem in fomentis & unctionibus ab hujusmodi materiis vaporem fere flagitant.*

Χαλκεῖς, &c. Theophrastus libro de igne; Ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλαι τέχναι κατὰ λόγον. αἷς μὲν ὥσπερ βιαιοτέρας τις χρῆσις, ὥσπερ τῇ χαλκευτικῇ τὴν σφοδροτάτην, διὸ καὶ τοὺς ἄνθρακας τοὺς γεωδεστάτους καὶ πυκνοτάτους λαμβάνουσι, καὶ ἐνίους γε σιπτοὺς ποιοῦσι ἕνεκα τῆς ἰσχύος. καὶ ἔτι τοῖς φύσαις χρῶνται· σφοδροτέρα γὰρ οὕτως ἡ θερμότης καὶ ἀθροωτέρα, συνεκκαίοντος τοῦ πνεύματος. *Sic aliæ artes pro rata portione. quarum enim administratio vehementioris est operis, velut fabrorum ærariorum ars, vaporem acerrimum desiderat. Proinde carbones omnium densissimos terrenosque maximè sumunt, ac nonnullos quoque* σιπτοὺς, *id est, strictivos reddunt, quo major vis fit, follesque adhibent. Sic enim acrior calor est & plenior, præterea flatu accidente.* Τῇ χαλκευτικῇ vertunt, *ferrariorum ars.* idque, quod fabri ferrarii, ut dixi, durissimo utantur carbone. Nec nego, ita posse exponi: satis clarè Pollux lib. 7. cap. 24. καὶ χαλκέας τοὺς τὸν σίδηρον ἐργαζομένους. Malo ærarios, interpretari. Nam paulo ante dixit, ferrarios molli uti carbone, quod falsum dixi, Vox σιδηρείοις idcirco valdè suspecta. An scripsit ἰατρικοῖς vel ἰατρείοις, ut in Libro de igne, loco jam citato? Sed tum scribendum, ὅταν ἥλους καίουσι. Sed potest & vulgata servari, & χαλκεῖς exponi, *ferrarios.* Nempe uti fabros durissimo carbone, quando nondum arserit ferrum; molliori, cum jam ferè exarserit. Sed nec hoc placet. Sequitur enim, καὶ τοὶ εὐσθενέστεροι, pro quo Scaliger, ἀσθενέστεροι. At certè pinei molliores, quam querni. Tractat præterea, quem ad usum molliores expetantur, quod ad flatum commodius respondeant, minusque marcescant & extinguantur. Hæc si vera lectio, planè sibi contradicit Theophrastus. In libro enim de igne, ferrarios duro carbone uti tradit. Falsum etiam duriores citius marcescere. De suo addidit Gaza, *minus marcescant, extinguanturque.* Καταμαραίνω hoc loco, *marcesco*, id est, *in cineres mutor.* Et hoc de durioribus ipsa probat experientia: diu enim durant; cum molliores accedente flatu cito in cineres vertantur, nec folles majores, vehementesq; flatus, quibus utuntur ferrarii fabri, ferre possint. Scribo ergo, Πρὸς ἔνια γὰρ ζητοῦσι τοὺς μαλακούς. οἷον ἐν τοῖς ἰατρικοῖς τοὺς τῆς καρύας τῆς εὐβοικῆς. ὅταν ἥλους καίουσι, ἰατροί. (vel ἥλοι καίοντος, prius magis placet) καὶ ἐν τοῖς — ζητοῦσι δὲ καὶ οἱ χαλκεῖς τοὺς πρινίνους (vel λιθίνους, quibus nostri utuntur) μᾶλλον ἢ δρυίνους. καί τοι εὐσθενέστεροι, καὶ εἰς τὴν φύσιν ἀμείνους, ὡς ἧττον καταμαραινόμενοι. *Quibusdam enim operibus molliores expeti solent, ceu in medicina, castanea, quando callos adurunt Medici — & quidem ferrarii fabri ilignos (saxeos) potius quærunt quam quernos: firmiores enim sunt, & ad flatum etiam respondent commodius, quoniam tardius in cineres mutantur; diutius enim durant.* Hanc ipsa experientia probat lectionem. Quæ etiam convenit, cum eo, quod lib. de igne, scriptum reperitur. Carbones ilignos duros esse, docet Aristophanes in Acharnens. Actu 1. Scen. 5. Ubi duros & agrestes homines vocat ilignes.

> Ἀχαρνικοὶ, σιπτοὶ γέροντες, πρίνινοι,
> Ἀπεράμονες, μαραθωνομάχαι, σφενδάμνινοι.
>
> *Acharnici, duri senes, iligneí,*
> *Præfracti, præliatores marathonii, acerni.*

Interpres, ἀχαρνεῖς οἱ ἄνθρακες. Acharnenses deridet Aristophanes, ut carbonarios; ideoque inter eos fingit πρινίνους, μαραθωνομάχας, σιπτοὺς, σφενδαμνίνους. Verior illorum sententia, qui duros intelligunt homines, quales agrestes sunt quos ad durum genus, & duro robore natos Poëtæ vocant: nec probabile fit à carbonibus potius, quam à lignis sic vocatos ab Aristophane fuisse. Quod si apud Græcos communi adagio dicitur συκίνη ἐπικουρία, hoc est, *ficulnea diligentia*, de negligentioribus atque desidibus, ut scribit Suidas; non video, cur duri & agrestes aptissimè, & iligni, & querni, & acerni non potuerint à lepidissimo Poëta vocari. Nec σιπτὸς vox propriè epithetū carbonum, sed cujusvis rei duræ, confarctæ, constipatæ, & densæ. Cæterum Theophrastus σιπτοὺς vocat carbones densos, sumpta, ut ait Suidas, à vestibus metaphora, quæ contextæ densiores evadunt: aut duros, ac veluti constipatos, ἀπὸ τοῦ σείειν, quod est πατεῖν, ut idem tradit Suidas. Σιπτοί. ἀντὶ τοῦ πυκνοί. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν ἐσθήτων, αἵτινες ὑφανθεῖσαι, εἰς πυκνότητα συνάπτονται. ἢ στερεοί, καὶ πεπιλημένοι, ἀπὸ τοῦ σείειν, ὅ ἐστι πατεῖν.

Περιαλείψωσι. Vide animadversiones Scaligeri. Theodorus legit περιαλείψωσι. Plinius libr. 16. cap. 6. *Acervi confertis taleis recentibus luto caminantur: accensaque strue contis pungitur durescens calix, atque ita sudorem emittit.* *Luto caminantur*, id est, in camini modum oblinuntur; περιαλείψωσι. *Ascensaque strue*, hoc est, ἐξάπτουσι. *Contis pungitur*, hoc est, περικεντοῦντες ὀβελίσκοις; *Durescens calix*, hoc est, corium, seu tegumentum, lutosa crusta; *Sudorem emittit*; hoc fieri Theophrastus vult, ut excitata flamma omnia corripiat.

Φοῖνιξ. Theophrastus lib. de igne. Δύσκαπνα δὲ τῶν ξύλων τά τε χλωρὰ, καὶ τὰ σκολιὰ, καὶ τὰ ταινιώδη, καθάπερ ὁ φοῖνιξ· εὔτονον γὰρ ἀεὶ καὶ δυσδιαίρετον εἶναι τῇ φλογί. id est, *fumum excitant molestum ligna viridia, tortuosa, tænias habentia, qualis est palma: robusta (nervosa) enim est, quare à flamma non facilè carpitur.* Interpres legit, ἄτονον καὶ εὐδιαίρετον. Esse enim infirmissimam oportet, & quam flamma facile carpat. Lege, φοῖνιξ. διὰ τὸ εὔτονον ἀεὶ καὶ δυσαίρετον εἶναι τῇ φλογί. vel, εὔτονον γὰρ ἀεὶ καὶ δυσαίρετον τῇ φλογί. Vel delenda vox εἶναι, vel addendum διὰ τὸ, & delendum γάρ. Rationem reddit cur palma difficile ardeat, quod lignum validum & haud facile partibile. Nam facile finditur, quod nervosum est. nervos antiqui τόνους vocarunt. Quod Cheræmon φλέβας *venas* vocat, hoc Theophrastus ταινίας, *tenias.* Intelligit crassiores illas fibras in longum porrectas, quæ in palmæ ligno videntur. Rectius ἶνας dixisset, id est *nervos*, Cheræmon. Sed cur propter nervos, tænias, vel venas fumosam dicit. Causa videtur, quod humor non exsiccetur, sed contumaciter inhæreat fibris: humida vero fumosa, sive fumo molesta. Alia accedit ratio, quod ignis difficulter penetret, propter nervorum in palma contumaciam, unde fumus, qui plurimus fit, usque dum flamma evicerit, extiteritque, subjungit tortuosam materiem fumosam, quod fit propter partium inæqualitatem. Nodosa enim talis materies, & tuberosa, quæ ligni inæqualitas, partim facile, partim difficile ardens, fumum plurimum excitat.

Ὁ Καπνὸς συκῆς, &c. Idem Aristoph. in Vespis.

> Καπνὸς ἔγωγ' ἐξέρχομαι.
> Καπνός; φέρ' ἴδω τινὸς ξύλου σύ. συκίνου,
> Νὴ τὸν Δί' ὅσπερ γ' ἐστὶ δριμύτατος καπνῶν.
>
> *Fumus egressum aucupo*
> *Fumusne? ligni cujus est? ficulnei.*
> *Sane omnium qui fumus est acerrimus.*

Theophrastus libr. de igne. Ἡ δὲ δριμύτης τοῦ καπνοῦ κατὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ἑκάστου. διὸ καὶ ἀπὸ τῶν συκῶν δριμύς. ὀπωδέστατον γάρ. Ita lege. Male edunt σικύων. *Iam acrimonia fumi provenit ex cujusque humore, proinde è ficu acris est: lacte enim plurimo abundat.* Hoc nemo negabit, nisi velit, contra experientiam statuere, fumum ex humore ligni non exhalare. Plutarchus lib. 6. Sympos. quæst. ult. ubi quærit, quæ causa sit, quod mactatæ carnes, si de ficu suspendantur, mox tenerescant; ibidem docens quod taurus ficui alligatus

alligatus ferocitatem deponit, quod ipsum etiam libr. 2. quæst. sept. scribit. ὅτι μὲν δὴ πνεῦμα τῆς συκῆς ἄπεισιν ἰσχυρὸν καὶ σφοδρὸν, ἥτε ὄψις ἐκμαρτυρεῖ· καὶ τὸ περὶ τῶν ταύρων λεγόμενον, ὡς ἄρα συκῇ προσδεθεὶς ὁ χαλεπώτατος, ἡσυχίαν ἄγει καὶ ψαύεσθαι ἀνέχεται, καὶ ὅλως ἀφίησι τὸν θυμὸν, ὥσπερ ἀπομαραινόμενον. τὴν δὲ πλείστην αἰτίαν καὶ δύναμιν ἡ δριμύτης ἔχει. τὸ γὰρ φυτὸν ἁπάντων ὀπωδέστατον, ὥστε καὶ τὸ σῦκον αὐτὸ καὶ τὸ ξύλον καὶ τὸ ἔρνος ἀναπεπλῆσθαι. διὸ καιόμενόν τε τῷ καπνῷ δάκνει μάλιστα, καὶ κατακαυθέντος ἡ τέφρα ῥυπτικωτάτην παρέχει κόνιν. *Equidem spiritum validum & vehementem à ficu exhalare, cum visus planè testatur, tum id quod de tauris fertur: scilicet ficui alligatum taurum, etiam ferocissimum, quiescere, tactumque admittere, & omnino ferociam, quasi elanguescentem deponere. In acrimoniam tamen arboris pars major causæ collata est. Est enim hæc arbor omnium plantarum succi plenissima, quo & ficus ipsa, & lignum, & cortex plenus est. Itaque ficulnum lignum crematum fumo maximè mordet, & combusti cinis lixivium præbet, summa tergendi vi præditum.* Hæc vero omnia sunt caloris.

Οἰκίας ὑγρότητος. Hoc, inquiunt, superioribus contrarium, ὀξυτέρα φλὸξ ἡ τῶν μανῶν καὶ κούφων καὶ αὔων. Nulla contradictio. Supra egit de carbonibus lignisque quæ natura habent temperamentum siccius & humidius: nunc autem de lignis non natura siccis, sed arte exsiccatis. Hæc respectu humidorum mollissimam flammam exhibebant. Præterea cum dicit flammam mollissimam facere, vult non tam copiosum fumũ sibi adjunctũ habere, uti viridia; quæ idcirco sunt molestissima; cum hæc minime molesta sit.

Πύρα. Scribe, πυρεῖα, & paulo infra, πυρεῖον, ex cap. 4. hujus libri. Πυρεῖα vocant ligna illa ex quibus ignis concipiebatur. Id hoc fere modo præstabant: lignum altero ligno tam diu terebrabatur, donec ignem conciperet: terebrum faciebant ex ligno solidiore, cui supposita tabella ex leviore materia, attritione ignem eliciebant. Plato lib. 14. de Repub. Τάχα ἂν παρ' ἄλληλα σκοποῦντες, καὶ τρίβοντες, ὥσπερ ἐκ πυρείων ἐκλάμψαι ποιήσαιμεν τὴν δικαιοσύνην. Simplicius in Aristot. libr. 3. de cælis. ἀπὸ ξύλων δὲ ἐκβάλλουσι πῦρ, θάτερον τῶν ξύλων, ὡς τρύπανον ἐν θατέρῳ περιστρέφοντες. *à lignis ignem eliciunt, alterum ex lignis, ut terebrum in altero circumvertendo.* Scholiastes Apollonii ad hunc versum,

—— Τοὶ δ' ἀμφὶ πυρήϊα δινεύεσκον.

Ἀντὶ τοῦ ἔστρεφον, περιέτριβον. τὰ γὰρ ξύλα περιέτριβον, καὶ ἀπ' αὐτῶν πῦρ ἔβαλλον. πυρεῖα γὰρ ζωπυρά φησι τὰ περιτριβόμενα ἀλλήλοις πρὸς ἄλληλα τὸ πῦρ ἐκγεννᾷν. *Ligna enim invicẽ conterunt, usque in ignem emittant, pureia hæc vocant; ligna lignis teruntur usque ignis ex iis generetur.* Latini τὸ πυρεῖον, igniarium vocant. Isiodorus, *Igniarium ignem concipiens,* τὸ πυρεῖον. Videntur autem, monstrante natura, id imitatione invenisse, qui modum hunc concipiendi ignis, primi in vitæ commoda retulerunt: quandoquidem Lucretius ignis inventionem, arborum attritioni tribuit, quinto de rerum Natura libro.

Et ramosa tamen, cum ventis pulsa vacillans
Æstuat in ramos incumbens arboris arbos,
Exprimitur validis extritus viribus ignis,
Et micat interdum flammai fervidus ardor,
Mutua dum inter se rami stirpesque teruntur.

Plinius, τὸ πυρεῖον ex lignis, pastores invenisse docet lib. 16. cap. 40. *Calidæ morus & laurus, edera, & omnes è quibus lignaria fiunt. Exploratorũ hoc usus in castris, pastorumque reperit, quoniam ad excudendum ignem non semper lapidis occasio est. Teritur ergo lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis, fungi vel foliorum, facillimi conceptus, & hedera nihil præstantius, quæ teratur, lauro quæ terat.* Ferro etiam usi veteres, & hoc igniarii genus inventum Mercurio canit Homerus in ejus Hymno.

Σαῦ δ' ἔφορει ξύλα πολλὰ, πυρὸς δ' ἐπεμαίετο τέχνην.
Δάφνης ἀγλαὸν ὄζον ἑλὼν, ἐπέλειψε σιδήρῳ
Ἄρμενον ἐν παλάμῃ· ἀνὰ δ' ἄμπνυτο βαιὸς ἀϋτμήν.
(θερμὸς ἀϋτμήν.)
Ἑρμῆς τοι πρώτιστα πυρήϊα πῦρ ἀνέδωκε.

Vestales quoque non ligni ad lignum attritu æternum reparabant ignem, si quando extinctus esset, quod contigit Bello Mithridatico atque Romanorum civili, (teste Plutarcho in Numa, περὶ δὲ τὰ Μιθριδατικὰ καὶ τὸν ἐμφύλιον Ῥωμαίων πόλεμον, ἅμα τῷ βωμῷ τὸ πῦρ ἠφανίσθη, *Belloq; Mithridatico atq; Romanorũ civili unà cum ara fuit deletus ignis;*) sed materia ligni felicis, quam ferro terebrabant. Festus, *His mos erat, tabulam felicis materiæ tamdiu terebrare, quousque exceptum ignem cavo ævo* (vulgo *cribro igneo*) *virgo in ædem ferret.* Ita legit Clariss. Salmasius ex Plutarcho, qui paulo aliter narrat ignis vestalis resuscitandi modum. Plutarchus, ὅ φασι μὲν δεῖν ἀπὸ ἑτέρου πυρὸς ἐναύεσθαι, καινὸν δὲ ποιεῖν καὶ νέον ἀνάπτοντας ἀπὸ τοῦ ἡλίου φλόγα καθαρὰν καὶ ἀμίαντον. ἐξάπτουσι δὲ μάλιστα τοῖς σκαφείοις, ἃ κατασκευάζεται μὲν ἀπὸ πλευρᾶς ἰσοσκελοῦς ὀρθογωνίου τριγώνου κοιλαινόμενα, συννεύει δὲ εἰς ἓν ἐκ τῆς περιφερείας κέντρον. ὅταν οὖν θέσιν ἐναντίαν λάβῃ πρὸς τὸν ἥλιον, ὥστε τὰς αὐγὰς πανταχόθεν ἀνακλωμένας ἀθροίζεσθαι καὶ συμπλέκεσθαι περὶ τὸ κέντρον, αὐτόν τε διακρίνει τὸν ἀέρα λεπτυνόμενον, καὶ τὰ κουφότατα καὶ ξηρότατα τῶν προστιθεμένων ὀξέως ἀνάπτει κατὰ τὴν ἀντέρεισιν, σῶμα καὶ πληγὴν πυρώδη τῆς αὐγῆς λαμβανούσης. *Negant eum fas esse alio succendi igne, sed novum & recentem parandum, eliciendumque puram ac liquidam è sole flammam. Succedunt eam scaphiis cavatis in æqualia latera orthogonia, trigonalia, quæ ex circumferentia in unum centrum sunt devexa. His soli obversi radiis, undique flagrantes coguntur & contrabuntur ad centrum, ita cum ipsum aërem dividunt attenuatum, tum levissimum quodque, atque aridissimum appositum fomentum inflammant extemplo, quod accipiant reflexione radii corpus & ictum igneum.* Καὶ μάλιστα τοῖς σκαφείοις. Hunc locum interpres Xylander vertit, *Eam ad rem instrumentis utuntur quæ* σκαφεῖα *nominant; sunt autem excavata in modum turbinis rectanguli.* Atq; annotat porro, *Meminit Vitruvius libr. & cap. 9. Horologii scaphii, quod est Hemisphærium excavatum; quod genus etiam hodie usurpatur. Idem cap. 1. libr. 4. Scapheion pro vase aliquo rotundo & cavo posuit. Cæterum turbinis sive coni rectanguli, quæ est apud Euclidem lib. 11, definitio occasionem mihi dedit hunc locum ita vertendi. Nam Lapus neque perspicuè, neque verè extulerat.* Τὸ σκαφεῖον, vel, ut apud Halicarnassæum legitur, σκάφιον, vas concavum vestalibus à Numa traditum, quo ignis sacer extinctus accendebatur. Hoc ita excavatum erat, ut radiis solaribus hinc inde conjectis in centrum, aridaq; materia apposita ignis emicaret. Alioquin fossarum instrumentum, quo terram proruunt, ἀπὸ τοῦ σκάπτειν, *fodio*: Iuven. Satyra 6.

Et ritè scaphium positis cum sumitur armis.

Interpres ridiculè pro vase vel matella, in quam mulieres meiere solent, poni scribit. τὸ σκαφεῖον Latini *rutrum* vocant. Rutrũ quo quid eruitur, à *ruendo*. Cato cap. 11. *Oportet habere villicum palas sex, rutra quatuor, rastros quadridentes duos.* Plinius lib. 36. c. 23. *Experimentum marmorati est in subigendo, donec rutro non cohæreat.* Hoc ipso verbo utitur Festus; *Rutrum tenentis juvenis effigies in Capitolio Ephebi fuit, more Græcorum arenam ruentis, exercitationis gratia, quod signum deportavit ex Bithynia Romam Pompejus Bithynicus.* Elegans carmen Pomponii apud Noniũ de homine ἀσελγεῖ, & cui res retro currunt.

Sarculum hinc illò profectus, illinc rediisti rutrum.

Cum hinc abiisti, segetes tuæ jam in herba erant, & sarculum spectabant, postquam reversus es, ad rutrum tibi res rediit, & ad carceres revocatus es, cum prope metam jam esses. Primum enim est, rutro terram vertere, tum semen terræ committere, dein glebas confringere, sataque operire, postea sarrire. Ex his aliisque locis, ut tandem unde digressi revertamur, conjicio Festum scripsisse, *quousque exceptum ignem rutro aneo virgo in ædem ferret.* Facilis lapsus *rutro*, in *cribro*. Hæc si minus arrideat lectio, alterã Clarissimi Salmasii sequere. Σκαφεῖον χαλκοῦν apud Plutarchum, *æneum rutrum*. Cribrum, ad excipiendum ignem, ineptum; rutrum aptum. Quærit Theophrastus lib. de igne, cur è lignis fiant igniaria; cum tamen nulla saliat scintilla ex lignorum attritione; qui modus concipiendi ignis longè videtur expeditior, ut in silice usu venit. Negat id verum esse, docetque ex multis aliis rebus, & facilius & citius, quam ex silice concipi ignem; ex lignis autem attritis facilius, quod illa naturam ad ignẽ accipiendam habeant aptissimam, ac in sese ipsum flammarum contineant fomitem: cum secus in silice sit. Siccissimus enim est; ex quo salienti scintillæ, si non statim adponatur fomes, non concipitur. Διὰ τί δ' ἐκ μὲν ξύλων γίνεται πυρεῖα, καίπερ οὐκ ἐκπηδῶντος ἧττον γίνεται. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἀληθές. ἐκ πολλῶν γίνεται μᾶλλον καὶ θᾶττον, εἰ μὴν ἀλλ' εἴπερ ἐκείνην ὑποληπτέον τὴν αἰτίαν· ὅτι τὸ μὲν ξύλον εὐθὺς ὑπέκκαυσιν ἔχει, συγγενῶν ἐνόντων τῷ πυρί. κἂν μὴ γὰρ πρὸς ἑδὼν θᾶττον πυροῦται, δι' ἀδύνατον· ὁ δὲ λίθος (οὐκ) ἔχει, κατεξηρὸς ὤν. διὸ καὶ τὸ ἐκπηδῶν εὐθὺ πεπυρωμένον προσάγουσι. Corrigit Doctis. Furlanus, διὸ καὶ τὸ ἐκπηδῶν εὐθὺς ὑπέκκαυμα πεπυρωμένον προσάγουσιν. id est: *Quid est quamobrem igniaria ex ligno conficiunt, quanquam cum ex eo ignis non prosiliat, malignius gignitur. Immo vero istud verũ non est, cũ præsertim ex plurimis materiis & melius & celerius concipiantur. Sed tamẽ si ita se res habet, hæc existimanda causa est, statim in materia, inesse fo-*

 mites

mites quoſdam igni cognates : ac ſi nulla alia de cauſa, certe celerius accenditur propter infirmitatem; at lapis nullum fomitem habet, quod aret, exſiccatiſsimuſque eſt. proinde quod proſilit ignitum caudenſque, ſtatim fomiti admovent.

Ἐκ κερύου, &c. Puto ſcribendum κιττοῦ, quod ex ipſo Theophraſto lib. de igne, ubi de igniariis agit, probatur, ἄριστα δὲ οἱ μὲν ἐκ κιττοῦ φασίν. Plinius loco citato: *Sed nihil hedera præſtantius, quæ teratur lauro, laurumque terat. probatur & vitis ſylveſtris, &c.* Iuglandis nec apud Plinium, nec apud Theophraſtum fit mentio.

Ἀτραγένης. Emenda Theophraſtum libro de igne, ubi malè legitur, οἱ δὲ ἐκ τῆς καλουμένης ἀνδράχνης τὴν ἐσχάραν. τὸ δὲ τρύπανον δάφνης, & ſcribe ex hoc capite, οἱ δὲ ἐκ τῆς καλουμένης ἀθραγένης τὴν, &c. Plinius lib. 16. cap. 40. *Probatur & vitis ſylveſtris, alia quam labruſca, & ipſa hederæ modo arbores ſcandens.* Nugatur Plinius, cum vitem ſylveſtrem eſſe ſcribit; nuſquam tradit Theophraſtus vitem eſſe, ſed viti aut labruſcæ ſimilem eſſe docet, & pariter arbores ſcandere. Doctiſſ. viri vitalbam, athragenam eſſe ſcribunt; quorum cur vel probem, vel improbem opinionem, cauſam habeo nullam. Vitalba caules ſarmentoſos, multos, craſſos, ramoſos, geniculatos, nonnihil rubentes, ac ſubinde lentos & obſequioſos emittit, ſepibus, dumiſq; ſe implicans atq; irretiens, vicina omnia appetens ac ſuperans. Folia ad unum nervum è quinis ferè coaleſcunt, eorum eminente uno; quæ lata ſunt, hederaceis ſimilia; nequaquam tamen anguloſa, verum per circumferentiam nonnihil crenata. Flores in racemi aut umbellæ formam digeruntur. candidi & odorati, florum myrti æmuli; ſemen ſubnaſcitur exiguũ triangulari ſpecie, capillaceum, tenuiſq; plumæ inſtar incanam veluti criſtam gerens, guſtu acre.

Ὅμοιον τῇ ἀμπέλῳ, &c. Corruptus codex. Οἰνάνθην Græci florem labruſcæ vocant, non ipſam plantam. Proprie fructus rudimentum cum adhuc floret. Dioſcorides libr. 5. cap. 3. & 5. οἰνάνθη καλεῖται ὁ τῆς ἀγρίας ἀμπέλου καρπὸς ὁπότε ἀνθῇ, *oenanthe vitis ſilveſtris fructus cum floret.* Idem interpres Ariſtophanis. Gal. libr. 8. κατὰ τόπους cap. 1. οἰνάνθη τὸ τῶν ἀγρίων ἀμπέλων ἐκβλάστημα, σὺν τοῖς ἄνθεσιν, ἐξ οὗ ταῖς ἡμέραις ἡ σταφυλὴ γίνεται. *oenanthe vitium ſylveſtrium germen* (fructus rudimentum intelligit) *unà cum floribus, ex quo ſuccedentibus diebus uva fit.* Eſt & humilis quædam planta quæ οἰνάνθη vocatur, de qua libro ſequenti. Heſychius, οἰνάνθη ἡ ἔκφυσις ἀμπέλου. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον φυτὸν οὕτω καλούμενον, *primum vitis germen. alia item planta idem nomen habet.* Malè ἡ ἔκφυσις ἀμπέλου; fortè, ἡ ἔκφυσις τῆς ἀμπέλου καρποῦ ἔστι &c. vel vox καρποῦ, ſubintelligenda. Quandoq; ipſam vitem ſignificat, ut apud Euripidem in Phœniſſis. Ἃ καθημέριον στάζεις τὸν πολύκαρπον οἰνάνθας ἱεῖσα βότρυν, *Quæ quotidie exſtillas* (potum) *fœcundũ vitis producens botryn.* Ariſtophanes, οἰνάνθη φέρει τὸν ἱερὸν βότρυν, *oenanthe fert ſacrã uvam.* Priori ſignificatione ſi ſumatur, abſurda Theophraſti cõparatio: ſi vero poſteriori, ipſe tautologus. Scribe, ὅμοιον τῇ ἀμπέλῳ τῇ ἀγρίᾳ. Illud οἰνάνθη gloſſatoris eſt, qui ad orã adſcripſit; Vel ſcribe, τῇ οἰνάνθῃ & dic, τῇ ἀμπέλῳ τῇ ἀγρίᾳ eſſe gloſſatoris. alterutrum delendum. Paulo infra ſcribe, ὥσπερ ἐκείνη καὶ τοῦτο ἀναβαίνει; non, ὥσπερ ἐκεῖνα καὶ τοῦτο.

Τὴν δὲ ἐσχάραν, &c. Duæ in igniariis partes, una quæ atterit, altera quæ atteritur. Hæc ἐσχάρα vocatur, eadem στορεύς, quia alteri ſubjicitur ac ſubſternitur. Apollonii Scholiaſtes. πυρεῖα γὰρ ταῦτά φησι τὰ παρατριβόμενα ἀλλήλοις πρὸς ἄλληλα τὸ πῦρ ἐκγεννᾷν. ὧν τὸ μὲν ἐστιν ὕπτιον, ὃ καλεῖται στορεύς. θάτερον δὲ παραπλήσιον τρυπάνῳ, ὅπερ ἐπιτρίβοντες τῷ στορεῖ στρέφουσι, id eſt, *πυρεῖα vocant cum ligna lignis teruntur, uſq; ignis ex iis generetur. Horum pars altera ſupina, quæ vocatur ſtoreus, altera terebro ſimilis, quod cum terere volunt στορεῖ intorquent, ac imponunt.*

Τὸ τρύπανον, &c. *Lignum* ſive *pars quæ terit.* Idem in libro de igne legitur, οἱ δὲ ἐκ τῆς καλουμένης ἀθραγένης τὴν ἐσχάραν· τὸ δὲ τρύπανον, δάφνης. Doctiſsimus tamen Conſtantinus in Lexico pro τρύπανον reſtituit τρίβανον, ἀπὸ τοῦ τρίβειν, id eſt, *terere.* Rationem dat his verbis. *Nam ex hoc loco dixit Plinius :* Teritur lignum ligno, ignemque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis facillime conceptum. Nihilque hedera præſtantius quæ teratur lauro, laurumque terat. *Nobis vero,* pergit, *non eſt ignota ratio, qua Indi ignem excitant, duobus lignis circa capita arctiſsimè inter ſe commiſsis, & conſtrictis, tertio vero tereti & ſtyli forma per medium adacto, quod utraque manu terebræ modo verſant & circumagunt, donec ignis eliciatur colliſu & tritu, ſeu potius terebratione illa, aridamq; materiam circumpoſitam corripiat. Alia tamen Theophraſti traditio, ut differt τὸ τρίβειν, ἀπὸ τοῦ τρυπᾶν. Nec item moventur his Cardani verbis, quorum anſam Philoſophi dicta præbuerunt.* Porro, *inquit libro de rerum varietate.* Igniaria fiunt è tabula atragenis (hederæ hæc ſpecies eſt) & ſtylo lauri arboris in terebræ morem, dum concitato motu circumagitur adjecto ſulphure. *Eſt autem,* pergit Conſtantinus, τρίβανον (*licet & τρύπανον legatur in opuſculo περὶ πυρός*) *terebello,* id eſt, τερέτρῳ ſive τρυπάνῳ *ſimile.* Hactenus Conſtantinus. Certè ſi exſiccatæ lauri ramus ramo confricetur, ac teratur ſuperaſpero ſulfuris pulvere, ignis ſtatim exiliet. Utroq; modo, & terebrando & terendo, quin ignis elici poſſit, nullũ eſt dubium. Sed artagenam hederæ ſpeciem eſſe, nec Theophraſtus, nec Plinius tradidere, & falſũ eſt.

Τὸ ποιοῦν καὶ πάσχον. Idem libro de igne. Οὐ γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ποιοῦν καὶ πάσχον, ἀλλ᾽ ἕτερον εὐθὺς κατὰ φύσιν. In Ald. & Baſ. codice, ἰθυνδεῖ κατὰ φύσιν. Corrigunt, εἶναι δεῖ: malunt alii, εὐθὺς δεῖ: nobis vulgata placet, εὐθετεῖ. *Sed aliud ſecundum naturam ordinetur, collocetur, accipiatur.* vel, ut Theodorus, *ſed è diverſis pro naturæ ratione accipiantur.*

Ἀγαθὰ δὲ καὶ ἐκ ῥάμνου. Idem loco citato. Ἀγαθὰ δὲ καὶ ἐκ ῥάμνου, καὶ μᾶλλον εἰς τὴν ἐσχάραν. πρὸς δὲ τὸ ξηρὸν καὶ ἄχυμον (male antiquiores codices, πρὸς δὲ τῷ ξηρῷ καὶ χυμὸν) εἶναι καὶ μανότητά τινα ἔχειν δεῖ, καὶ τοῦτ᾽ ὑπάρχειν, ἵνα ἡ τρῖψις ἰσχύῃ. Vertunt; *Optima ſunt & è rhamno, potius tamen ad focum, ſed præter ſiccitatem ſuccum aliquem & laxitatem ineſſe oportet, ut attritus valeat.* Dic, *optima fiunt è rhamno, ſed ad eam partẽ, quæ ſubſternitur utilior. Præterquam enim quod arida eſt & ſine ſucco, raritatem etiam habere neceſſe eſt, ut attritus efficacior eſſe poſsit.* Rhamnus inquit, ad eam partem quæ atteritur utilior, quia præterquam quod arida & exſucca ſit, rariori etiam conſtat ſubſtantia.

Τὸ δὲ τρύπανον ἀπαθέστερον, &c. Locus hic paulo melius, attamen corruptè lib. de igne legitur, Τὸ δὲ τρύπανον ἀθενέστερον (rectius εὐθενέστερον Interpres) εἶναι. διὸ τὸ τῆς δάφνης ἄριστον, ἅμα γὰρ ἀπαθὲς ὄν, ἐργάζεται τῇ δριμύτητι. Scribe, τὸ δὲ τρύπανον ἀπαθέστερον εἶναι. διὸ τὸ τῆς δάφνης ἄριστον. ἅμα γὰρ ἀπαθὲς ὄν, ἐργάζεται τῇ δριμύτητι. *Terebrum, ſive id quod perforaculi vicem obtinet, ad patiendum pertinacius eſſe debet. proinde ex lauro optimum eſt. nam ſalvum ſine noxa ſua etiam acrimonia agit.*

Πάντα δὲ τὰ πυρεῖα. Ita ſcribe. Idem libro de igne. ἅπτεται δὲ βέλτιον ἐν βορείοις ἢ νοτίοις τὰ πυρεῖα. διότι ξηρότερα ὄντα, θᾶττον καὶ δι᾽ ἐλάττονος τρίψεως ἐκθερμαίνεται. Διὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲ τῶν τυχόντων, ἀλλ᾽ ἐξ ὡρισμένων τινῶν γίνεται. δεῖ γὰρ ἔχειν τινὰ συμμετρίαν. *Accendunt ignaria facilius aquilone quam auſtro, propterea quod tum ſicciora, facilius & minore attritu incaleſcunt : quo etiam nomine nec ex qualibet, ſed ex certa materia comparãtur, quod ſubeſſe quandã moderationẽ oporteat.*

Ἀγάλματα. Plinius libr. 16. cap. 43. Dianæ Epheſiæ templum è cedrinis trabibus fuiſſe teſtatur. Idem lib. 13. cap. 5. ſcribit. *Materiæ vero ipſi æternitas. itaque & ſimulachra deorum ex ea factitaverunt. Cedrinus eſt Romæ in delubro Apollo Soſianus, Seleucia advectus.* Theocr. epigr. v. Καὶ τὸ δ᾽ ἀπ᾽ εὐώδους γλύψατ᾽ ἄγαλμα κέδρου, *& iſtud ex odorata ſimulachrum ſculpſit cedro.* Virgilius Laurenti regiam deſcibens, in ejus veſtibulo effigies avorum Latini regis è cedro fuiſſe canit.

> *Quin etiam veterum effigies ex ordine avorum*
> *Antiqua ex cedro, Italuſque, paterque Sabinus,*
> *Vitiſator, curvam ſervans ſub imagine falcem,*
> *Saturnuſque ſenex, Iani Bifrontis imago*
> *Veſtibulo adſtabant.*

Quæritur cur cedrus coniferæque arbores, nec cariem nec vetuſtatem ſentiant? Cauſa videtur, quod omnia inſecta pinguedo ſuffocat; cavitates lignorum, quaſi bitumine conglutinat, quo minus aër meatus ſubire & interiora corrumpere poſſit.

Ἰδέαν. Scribe cum magno Scaligero, ἱδρῶν. non ἰδέαν, ut ediderunt; Nec enim iſta vox, quod ſciam, Græca eſt.

Ἰλεῖαν, &c. Quid id ſit ignoro. Scaliger εἰλεῖαν ſive ἰλεῖαν, *Nomen,* inquit, *inuſitatum, ſicut res rara,* & ſignificare ait, *collectionem & retentionem.* Apud Heſychium legitur. εἴλεα, ἄθλια, χαλινοί, δεσμοί, φιμοί, δέρεα. Suſpicor ſcriptum fuiſſe, ὃ δὲ καλοῦσι εἴλεον τῆς εἰληθυίας ἴφυδρον. id eſt, *quod retentionem vel carcerem Lucinæ humidum vocant,* ſacrificiis Hecates ſervandum Aruſpices juvant. Idem Heſychius, εἰληθυίας ἐκάλουν πρὸ τὰς θεάς, ἐκάλουν δὲ τὰς ὠδῖνας. Idem. εἰλήθυιαι αἱ μὲν τῶν τικτουσῶν θεαί, *parientium Deæ.* Εἴλεον ἴφυδρον, *tumor humidus & mollis, qualis in gravidis cernitur;* Ad harum enim exemplar, εἴλεον dictus videtur.

Ἐκβλαστάνει δὲ μάλιστα ἐλαΐνα. Vertunt; *germen potiſsimum producit materies oleaginea.* dic; *maximè tumorem hunc, quem εἴλεον ἴφυδρον τῆς εἰληθυίας vocant, producit, genera abiegna materies.* Ἀντὶ ἐλαΐνα, ἐλάτινα. In abietis concretus hic humor conſpicitur materia, ceteriſque reſiniferis. Atque hæc in Librum quintum dicenda habui. μόνῳ τῷ Θεῷ δόξα καὶ ἔπαινος.

LIB. VI.

THEOPHRASTI

DE

HISTORIA PLANTARUM

LIBER SEXTVS.

ΚΕΦ. Α. | CAP. I.

De suffruticibus, herbisque, ac frugibus: tum quæ maxima omnium generum differentia: deque aculeatis herbis, & quod tribuli proprium: item quibus desit aculeus.

ΠΕρὶ μὲν οὖν δένδρων καὶ θάμνων εἴρηται πρότερον· ἐπόμενον δὲ εἰπεῖν περί τε τῶν φρυγανικῶν καὶ ποωδῶν, καὶ εἴ τινες ἐν τούτοις ἕτεραι συμπεριλαμβάνονται φύσεις· οἷον ἥ γε σιτηρὰ ποώδης ἐστί. πρῶτον δὲ λέγωμεν περὶ τῆς φρυγανικῆς. αὕτη γὰρ ἐγγυτέρω τῶν προειρημένων διὰ τὸ ξυλώδης εἶναι. πανταχοῦ μὲν ἴσως αἰεὶ τὸ ἄγριον τοῦ ἡμέρου πλεῖον· εἰ δὲ μή, περί τε τὴν φρυγανικὴν οὐσίαν. ὀλίγον γὰρ τὸ ἥμερον αὐτῆς. ὥσπερ σχεδὸν ἐν τοῖς στεφανωτικοῖς ἐστίν. οἷον ῥοδωνιὰ, ἰωνιὰ, Διὸς ἄνθος, ἀμάρακος, ἡμεροκαλές. ἔτι δὲ ἕρπυλλος, σισύμβριον, ἑλένιον, ἀβρότονον. ἅπαντα γὰρ ταῦτα ξυλώδη καὶ μικρόφυλλα. διὸ καὶ φρυγανικά. καὶ ἐπὶ τῶν λαχανηρῶν δ' ὁμοίως. οἷοις, " ῥάφανος, πήγανον, καὶ ὅσα παραπλήσια τούτοις ἐστίν. ὑπὲρ ὧν οὐχ ἧττον ἴσως ἁρμόττει κατὰ τὴν οἰκείαν προσηγορίαν εἰπεῖν, ὅταν περὶ στεφανωμάτων καὶ λαχάνων ποιώμεθα μνείαν. νῦν δὲ πρῶτον περὶ τῶν ἀγρίων λέγωμεν. ἔστιν αὐτῶν εἴδη καὶ μέρη πλείω, καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον γένος καὶ τοῖς ὅλοις εἴδεσιν, ἃ δεῖ διαιρεῖν. μεγίστην δ' ἄντις λάβοι διαφορὰν τῶν ὅλων γενῶν, ὅτι τὰ μὲν, ἀνάκανθα, τὰ δὲ ἀκανθώδη τυγχάνει. πάλιν δ' ἐν ἑκατέρῳ τούτων πολλαὶ διαφοραὶ γενῶν καὶ εἰδῶν. ὑπὲρ ὧν καθ' ἑκάτερα πειρατέον εἰπεῖν. τῶν ἀκανθικῶν δὴ, τὰ μὲν ἁπλῶς εἰσιν ἄκανθαι, καθάπερ † ἀσπάραγος καὶ σκορπίος· οὐδὲ γὰρ ἔχουσι φύλλον οὐδὲν παρὰ τὴν ἄκανθαν· τὰ δὲ, φυλλάκανθα· καθάπερ ἄκανος, ἠρύγγιον, κνῆκος. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ τῶν φύλλων ἔχει τὴν ἄκανθαν· διὸ ‡ καὶ φυλλάκανθα καλεῖται. τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἕτερον ἔχει φύλλον· ὥσπερ ἡ ὄνωνις, καὶ ὁ τρίβολος, καὶ ὁ " φλεώς. ὃ δή τινες καλοῦσι στοίβην. ὁ δὲ τρίβολος καὶ τῷ περικαρπίῳ. διὸ καὶ τοῦτο ἴδιον πρὸς ἅπαντα ὡς εἰπεῖν. ἐπεὶ ὀρθάκανθά γε πολλὰ τῶν δένδρων καὶ τῶν θαμνωδῶν ἐστιν. οἷον, ἀχράς, ῥόα, παλίουρος, βάτος, ῥοδωνία, κάππαρις. ἐν μὲν τοῖς ἀκανθικοῖς ταύτας ἄντις ὡς εἰπεῖν τύπῳ λάβοι τὰς διαφοράς. ἐν δὲ τοῖς ἀνακάνθοις οὐκ ἔστιν ὅλως διαλαβεῖν τοῖς γένεσιν· ἡ γὰρ τῶν φύλλων ἀνωμαλία, μεγέθει καὶ μικρότητι καὶ σχήμασιν, ἄπειρος, καὶ ἀσαφής. ἀλλὰ δεῖ πειρᾶσθαι κατ' ἄλλον τρόπον διαιρεῖν. πλείω δέ ἐστι τὰ γένη τὰ τούτων καὶ διαφορὰς ἔχοντα μεγάλας· οἷον κιστὸς, μήλωθρον, ἐρυθρόδανον, † σμη-

" ῥάφανος, πήγανον.

† ἀσφάραγος.

‡ Codex Bas. & Ald. καὶ ὁ τρίβολος, καὶ ἡ περικαρπία φυλλάκανθόν ἐστι. ἔχει γὰρ ἀκάνθας ἐν τῇ περικαρπίᾳ. Scribe, τὰ δὲ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἕτερον ἔχει φύλλον, ὥσπερ ὁ ὄνωνις καὶ τὸ φέως, ὃ δή τινες καλοῦσι στοίβην, τὰ δὲ παρὰ τὸ φύλλον ἐπακανθίζον καυλὸν ἔχει ἀκανθώδη, ὥσπερ ὁ τρίβολος ἕτερος, καὶ ἡ κάππαρις, ὁ δὲ τρίβολος πρῶτος ἀκανθόκαρπόν ἐστι. ἔχει γὰρ ἀκάνθας ἐν τῇ περικαρπίᾳ.

" φέως.

† [illegible]

DE Arboribus atque fructibus dictum jam est. Nunc ut de suffruticibus, & herbis doceamus, consequitur: & si qua in hisce alia genera comprehenduntur, illa quoque adnotemus oportet; ut fruges. Nam hæ quoque inter herbas deputari desiderant. Sed primum verba de suffruticibus faciamus: id enim genus propius ad prædicta accedit: quod nimirum " surculosum assurgat. In omnib. forte plantarum generibus, sylvestre semper urbano copiosius est, vel si id minus cæteris constet. In natura quidem suffruticum ita proculdubio esse, fateri convenit. Pars enim exigua hoc in genere urbana notatur, quæ coronariis pene consumetur: † ut rosa, viola, Iovis flos, ‡ sampsucum, elium: item serpyllum, sisymbrium, helenium, abrotanum. Hæc enim omnia " surculosa, minutisque condita foliis constant, † fruticesque proinde redduntur. Item etiam in olerum genere simili ratione sentitur. Exempli gratia, ‡ radix, ruta, quæque similia. De quibus haud minus forte secundum propriam appellationem dixisse conveniet, cum mentionem coronamentorum atque olerum faciemus. Nunc de sylvestribus primum dicendum est. Horum igitur species partesque plures, cum singulis generibus, tum totis speciebus existunt; quas utique discernamus oportet. " Sed maximam cunctorum generum acceperis differentiam, quod alia sine aculeo, alia aculeata. Et rursum in eorum utroq; permulta generum specierumque discrimina constant, " de quibus jam referre tentandum est. Ergo aculeatorum alia ex toto aculei sunt; † ceu corruda, & nepa: hæc enim nullum juxta aculeum folium gerunt. Alia foliis constant aculeatis, ut acanum, eringium, cnecum: hæc enim atque similia in foliis aculeum gerunt, quamobrem foliis aculeigera dixeris. ‡ Quædam etiam juxta folium aculeatum, altero quoque folio conduntur: ut ononis, tribulus, phleus, quam nonnulli stœbam appellant. Tribulus vel semine aculeigerum est: " habet enim in semine aculeum. Qua de causa, id quoque proprium ei (ut sic loquar) præ omnibus licet utiq; adnotare. Nam in ramis quidem quæ aculeum gerant, vel inter arbores fruticesque multa reperire possis: ut pirum sylvestrem, malum punicam, paliurum, rubum, † rosam, capparim. Hæc in aculeatorum genere discrimina invenies: quatenus ea obiter dici potuerunt. At eorum, quibus aculeus deest, digestio nulla penitus generatim fieri potest. Quippe cum foliorum diversitas, amplitudine, parvitate, figuraque,

" lignosum.

† rodonia.

‡ sampsychū hemerocales.

" lignosa.

† suffrutices.

‡ brassica.

" de quorum utrisque dicendum est.

† asparagus & scorpio.

‡ præter spinam aliud habēt foliū, ut ononis, & pheos, quod nonnulli stoeben appellāt, quædam præter foliū hispidum, caulem habent aculeatū, ut tribulus alter & capparis: tribulus autem prior involucro spinoso est.

" habet enim spinas in pericarpio.

† rodoniam.

ῥία, κνέωρον, ὠκίμανον, θύμβρας. " σφάκελος, ἐλελίσφακος, πράσιον, κόνυζα, μελισσόφυλλον ἐπεὶ τοιαῦτα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. ἔτι τὰ ναρθηκώδη καὶ νευρόκαυλα. καθάπερ μάραθρον, ἱππομάραθρον, ναρθηκία, νάρθηξ, καὶ τὸ καλούμενον † ὑπό τινων μυόφωνον, καὶ ὅσα ὅμοια τούτοις. ἅπαντα γὰρ ἄν τις καὶ ταῦτα καὶ ὅλως ἐπὶ ναρθηκῶδές ἐστι, τῆς φρυγανικῆς φύσεως θείη. εἴδη δὲ καὶ διαφοραὶ καθ' ἕκαστον τῶν εἰρημένων εἰσί· τῶν μὲν φανερώτεραι, τῶν δὲ, ἀφανέστεραι.

" σφακὸς Ald. Bas.

† μυόφωνον Codex Bas. in marg. Scal.

immensa incertaque sit. Quamobrem alio modo dividere illa tentandum profecto est. Sunt autem genera eorum complura, summisque differentiis discreta: " ut edera, melothrum, rubeia, † smerea, casia, origanum, satureia, ‡ lens, salvia, " marrubium, pulicaria, apiastrum, cæteraque similia. Atque etiam quæ minus similia sunt, scilicet quæ ferulacea, & nervicaulia sunt: ceu fœniculum, ferulago, ferulaque, herba muralis, sive muricida à quibusdam vocata, cæteraque similia. Hæc enim omnia, atque in totum si quid ferulaceum, suffruticum naturæ recte addideris. Genera vero atque discrimina, ex singulis hisce indicatis habentur, aliis evidentia, aliis occultiora.

" cistus. † spiræa. ‡ sphacelus. " prasium.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Δἰὰ τὸ ξυλῶδες εἶναι. *Est proportio fruticum ad arbores in natura lignea, quæ utrique communis est. Iccirco de his prius, quam de herbis. Hoc ex Theodori interpretatione non potes agnoscere, qui interpretatur* surculosum. *At non pauci surculi non sunt lignosi. Omne quod è terra surgit surrectum, surculus est, etiam in herbaceis: quare milium quoque nigrum, surgum est dictum.*

Rhaphanon *hic interpretatus est*, radicem. ῥαφανὶς *tamen frequentius dicitur à Theophrasto.* ῥάφανος *autem* Brassica. *Utrunque à Plinio, ut supra ostendimus.*

Καθ' ἑκάτερα. De quorum utrisque dicendum est. *Theodorus omisit.*

Τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἕτερον ἔχει φύλλον. Theodorus; Alia justa, folium aculeatum, altero quoque conduntur folio. *Quia dixit,* ἕτερον ἔχει φύλλον. *Si alterum folium, ergo duo. Cæterum hoc nequaquam verum est. Ononis enim à sarmentis edit aculeos satis longos, ac teretes, qui foliolis vestiuntur, neque aliusmodi folium habet. Quare* παρὰ τὴν ἄκανθαν, *non debuit interpretari,* folium aculeatum. *Quid autem hic agat* ἕτερον, *videndum.*

Ὁ δὲ τρίβολος, καὶ ἡ πεντακαρπία φυλλάκανθα ἐστι. ἔχει γὰρ ἀκάνθας ἐν τῷ περικαρπίῳ. Theodorus, Tribulus vel semine aculeigera constat. Habet enim in semine aculeum. *Quæ nugatio?* Semine aculeigera: *quia semine aculeum gerit. puerile. Et Theophrasti oratio morosa est.* Ὁ δὲ τρίβολος, καὶ ἡ πεντακαρπία, *quomodo subdit,* φυλλάκανθον. *Quo pacto* πεντακαρπία φυλλάκανθος, *si* περικάρπιον est, non φύλλον? ἀκανθόκαρπος *potius.*

Πτερυγάκανθα. *Vox rarior, Atticis* ramum *significans.*

Τύπα. *Theodorus,* notatim: *inepte.* κνέωρον, *Casiam, Plinius Higini autoritate: aliud à Cneoro Thymelæa.*

Σφακός. *Nescio quamobrẽ immiscuerit his lentem? Lego,* σφάκελος, *prudentius divideret in majora genera. Quæ lac habent, quæ serpunt, quæ scandunt, aut ab aliis habitibus.* χιζόφυλλα, *& ejusmodi. Aculeum cultu cum multa deponant, non videtur omnibus esse differentia essentialis. Asparagus quoque è spina fit surculus.*

Μυοφόνον; *lege, non* μυοφώνον. *Theodorus à mure,* muralem; *pessimè. Nam à muro hoc, & non implevit,* φόνον.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἀμάρακος.] Theodorus sampsuchum interpretatur, quod Plinius lib. 21. cap. 11. scribat. *Amaricum Diocles Medicus & Sicula gens appellavere quod Ægyptus & Syria Sampsuchum.* Nicandri Scholiastes ad hunc in Theriaca versum.

——— Μάλα δ' ἂν καὶ ἀμάρακος εἴη.

Πάνυ δὲ καὶ ἀμάρακος ἤτοι σάμψυχος. Dioscorides lib. III. cap. 47. σάμψυχον —— καλεῖται δὲ ὑπὸ Κυζικηνῶν, καὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ἀμάρακον. *Vocatur autem à Cyzicenis & Siculis amaracum.* Galenus tamen differentes facit stirpes, amaracum & sampsuchum, & de utroque locis separatis, tanquam diversis egit. Amaracum Galeni παρθένιον sive matricaria est Dioscoridis libr. III. cap. 155. παρθένιον, οἱ δὲ ἀμάρακον, &c. De hac quæstione plura cap. ult. hujus libri, ubi amaraci tracto historiam.

Ἡμεροκαλλὶς.] Nescio qua auctoritate Theodorus, elium interpretetur. Nemo quod sciam, prodidit ἡμεροκαλλὶς, vel, ut apud Dioscoridem legitur, ἡμεροκαλλὲς, elium significare. Plinius Græcam servavit vocem. libr. 21. cap. 10. *Et tantum folio coronant Iovis, flos, amaracus, hemerocalles.* Ἡμεροκαλλὶς vocatur, ab unius diei pulchritudine. Hesych. ἡμεροκαλλὶς τῶν ἀνθέμων ἄνθος ἢ στεφάνωμα. οἱ δὲ ἐρίου βάμμα φοινικοῦν. οἱ δὲ ἄνθος πρὸς μίαν ἡμέραν ἀκμάζον. οἱ δὲ τάχιστον βοτάνιον. Ignoravit Grammaticus qualis sit flos: sed quid vult, cum ait ἐρίου βάμμα φοινικοῦν? Vellus intelligit, aut lemniscum puniceum & versicolorem, cujus usus in sacris, ut auctor est antiquus Grammaticus Theodorus Panagenes. Aliud etymon apud Athenæum libr. 15. reperitur. ἔστι δὲ ἡμεροκάλλους καλουμένου ἄνθους ὃ τὴν μὲν νύκτα μαραίνεται. ἅμα δὲ τῷ ἡλίῳ ἀνατέλλοντι θάλλει. *Heremocalis flos noctu tabescit, sole oriente aperitur.* Quod sic intelligi debet; florem hunc noctu in sese quasi collabi contrahique, interdiu vero pandere sese, ac quasi reviviscere. quod plurimis contingit floribus, anemoidibus, tulipis, & aliis. Vide quod etymon magis arrideat. Hemerocallidem describit Dioscorides lib. III. cap. 137. Ἡμεροκαλλὶς (ita omnes codices) φύλλα ἔχει καὶ καυλὸν ὅμοια κρίνῳ, χλωρὰ δὲ ὥσπερ πράσου. ἄνθη δὲ ἐν αὐτῷ καθ' ἑκάστην ἀποφυσιν γ' ἢ δ'. τὴν σχίσιν τοῦ κρίνου ἐοικότα, ὅταν ἄρχηται χαίνειν, (alt. χάσκειν) τὴν δὲ χρόαν ἰσχυρῶς ὠχρά. ῥίζαν ὁμοίαν βολβῷ εὐμεγέθει, &c. *Hemerocallis caulem foliaque habet lilii, sed porri modo virentia. Flores in singulis scapi propaginibus, terni quaternive erumpunt, lilii divisura; cum dehiscere cæperunt, saturatiore vero ochræ* (perquam luteo) *colore, radix prægrandi bulbo similis est*: Plinius lib. & cap. 21. *Hemerocalles pallidum è viridi & molle folium habet, radice odorata: atque bulbosa. Pallidum è viridi;* Dioscorides, *viride instar porri*, ait. Πράσινον χρῶμα conflari inquit Plato in Timæo, πυρροῦ κεραννυμένου μέλανι, *ex fulvo & nigro.* Πράσινον ergo χρῶμα, color, ad plenum & saturè viridis ac meracè. Malè ergo Plinius, pallidum è viridi folium habere tradit, cum summi viroris folium dixerit Dioscorides. χλωρὰ δὲ ὥσπερ πράσου, *viride quale est porraceum.* Τὸ χλωρὸν vertit *pallidum*, τὸ πράσον *viride*; quod est ineptum. χλωρὸν idem quod χλοερὸν, *herbaceæ viriditatis.* Τὸ χλωρὸν aliquando pallidum significare, non nego; sed cum additur ὥσπερ πράσου, vel ὁποῖον πράσου, non potest verti, *pallidum.* Ridiculus esset, qui verteret, *pallidũ quale est porraceum.* Vel solus smaragdus docet, porraceum colorem non esse pallidum. Græci Σμάραγδος λίθος πράσινος, χλωρίζων καὶ πρὸς φύσιν κατὰ τὴν χρόαν ὑπερβάλλων. Plinius lib. 37. cap. 5. *Herbas quoque virentes, frondesque avidè spectamus. Smaragdos vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius, comparatum illis viret.* Theophrastus Chrysocollam, & smaragdum ejusdem coloris esse tradit: καὶ γὰρ τὴν χρόαν παρόμοιοι τυγχάνουσιν. Dioscorides χρυσοκόλλαν optimam ait, τὴν κατακόρως πρασίζουσαν, id est, *saturate prasinam.* Plinius vero chrysocollam probat, quæ colorem herbæ segetis lætè virenti quam simillimum reddat. Color ergo prasinus, sive porraceus est, qui intense viret. Et hic primus error. Sequitur alter. *odorata* ait *esse radice.* Libertum εὐώδη legere existimavit, cum εὐμεγέθη dixisset. Alia hemerocalles Dioscorides, alia Theophrasti est. Theophrastus hemerocallidem folia ait habere parva, caulem lignosum, ἅπαντα δὲ ταῦτα ξυλώδη καὶ μικρόφυλλα. Dioscorides folia lilii habere tradit: folia verò lilii parva dici nequeunt, nec caulis lignosus. Theophrastus infra cap. 6. ἡμεροκαλλὶς καὶ αὐτῆς αἱ ῥίζαι ξυλώδεις. Omnis bulbus carnosus, nullus est lignosus. Alia ergo hemerocallis Theophrasti, alia est Dioscoridis. Quæ hemerocallis Theophrasti sit, ignorare me fateor. Dioscoridis hemerocallim Botanici asserunt, liliasphodelum, vel lilium non bulbosum. Radix quidem huic magna, non tamen bulbosa; sed plures asphodelo similes, nec folia caulisque

porri

porri modo viridia, verum è pallido virentia, verius tamen è luteo viridia. Proximè accedit ad hemerocallidis delineationem, quod lilium purpurocroceum vocant, vulgo Martagon. Caules huic sunt proceri, longi, subinde altiores quam lilii albi; folia tamen nigriora & angustiora, circa caulem multa, sed ante ejus exortum è radicibus nulla. Flores in summo caule copiosi x. xii. aut plures, ad usque xviii. xx. ac ultra, supra invicem incerto ordine digesti; lilii alterius forma & magnitudine, colore vero rubro, ad croceum inclinante, multis, exiguis, nigris quasi punctulis, litterarum quarundam veluti rudimentis, respersi. Radices bulbi magni sunt, ex multis quoque nucleis, ut lilii candidi, sed majores. Floret cum rosis, paulo ante lilium candidum. Nascitur in Italia, in arvis inter segetes, in montibus etiam ac convallibus. Apud nos hortensis est. Hanc plantam negant alii hemerocallida esse. Hemerocallis, inquiunt, in singulis apophysibus, tres aut quatuor flores profert, colorem habentes ἰσχυρῶς ὠχρὸν, id est, *valde luteum*. Ἀποφύσεις autem, sive ἀποφύαι, *ramulares adnascentiæ*, sive *appendices* dicuntur. Ochræ color melino similis & citrino, à malo citrio nomen habens. Lilium autem istud ramulares adnascentias nullas habet, & flores in caule non modo tres aut quatuor, sed non raro xviii, xx, aut plures; subinde ad l. vel lx. usq;, coloris non lutei, sed purpurei, crocei. Quibus de causis non quidē hemerocallidem, sed liliū esse apparet. Quod capite de lilio, πόρφυρον sive purpureum reperiri, ex relatu Diosc. scribit, rubens Plinius lib. 21. c. 5. & Græci eo auctore peregrinum vocant. *Florem vero cynorrhodon, & laudatissimum in Antiochia, & Laodicea Syriæ, mox in Phaselide, quartum locum obtinet in Italia nascens.* Nisi fortassis duæ hemerocallidis flores sint: una quidem apophyses habens, & ea quidem purpurea; ita enim & lilium istud hemerocallis fuerit, & præsertim πορφυρανθής: qua appellatione hemerocallida etiam dictam, inter nothas voces reperitur. Sed verisimile est, hemerocallida non esse. Est enim hemerocallis quædā flore purpureo, cui πορφυρανθής nomen propriè convenit. Hæc virorum maximorum sententia, qua Mathioli, jam quasi receptam, impugnant sententiam. Ἀποφύσεις vocat Dioscorides non ramulares adnascentias, quæ è radice pullulant, sed alas in summo caule, quarum singulæ tres vel quatuor lilii forma & constitutione prodeunt. Ad eundem modum Theophrastus libr. 4. cap. 7. dixit ἀκρεμονικὰς ἀποφύσεις. Ad alterum de colore, respondetur, ἰσχυρῶς ὠχρὸν dixisse Dioscoridem, quod rubro croceo sit colore; talis vero color intense est luteus. Confirmat hanc opinionem, quod Auctuarii auctor scribit, οἱ δὲ ἡμεροκαλάκτον, οἱ δὲ κρίνον ἄγριον, οἱ δὲ πορφυρανθής, οἱ δὲ βολβὸς αἱματικός; *aliqui hemerocatalacton, alii crinon agrion, quasi lilium sylvestre, alii porphyranthes, alii bulbum sanguineum.* Cur bulbum sanguineum, cur porphyranthes, nisi à croceo rubro, purpureoque floris colore? Τὸ ὠχρὸν, quandoque pro luteo rubro accipi docet. Τὸ ὠχρὸν τοῦ ᾠοῦ, *portellum luteum ovi*, quod non raro, immo sæpius ex rubro luteo constat. Hemerocallidis jam descriptæ varia reperiuntur genera. Datur flore candido, reperitur flore pleno: describit Dodonæus genus, quod minus vocat, caule minore constans, cubitali videlicet, foliis & floribus brevioribus. Hoc variat: communiter flore puniceo & quasi rubente, numero paucioribus, aliquando xx. & plures observantur. Invenitur & pleno flore, duodecim, viginti, aut plurium foliorū textura constans. Aliud genus phœniceum dicitur, quod sexaginta uno caule flores protulit.

Διὸ καὶ φρυγανικά.] Hic habemus definitionem suffruticis, quæ libro primo cap. v. omissa.

Τήγανον.] Scribe πήγανον, *ruta*. ῥάφανος quidem vulgo radix, radijs dicitur, ut vertit Gaza; sed Theophrasto & antiquioribus Græcis *brassicam* designat. contra ῥαφανὶς, quod vulgo *rhaphanum*, sive *radicem* vocamus. Theodorus ῥαφανὶς legisse videtur. Utrumque inter olerum recensetur genera.

Ἀσφάραγος Cap. iii. probabo scribendū ἀσφάραγος per φ.

Φυλλάκανθα.] Plantæ ita dicuntur, quæ spinas in foliis & pro foliis habent, ac spinoso constant folio, seu quæ folia ferunt omni ex parte sic in spinas divisa, & abeuntia, ut tangenti præter spinas nihil occurrat; ut acorna, eryngium, & similia.

Τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἕτερον ἔχει φύλλον, &c.] Corruptus codex. Ald. & Bas. eandem servant lectionem, nisi quod in iis pro, ὁ δὲ τρίβολος καὶ τῇ περικαρπίῳ, legatur, ὁ δὲ τρίβολος ἐν περικαρπίῳ φυλλάκανθά ἐστιν. ἔχει γὰρ ἀκάνθας ἐν τῷ περικαρπίῳ. Exscripsit hunc locum Plinius libr. 21. cap. 15. *Ergo quædam herbarum spinosæ sunt, quædam sine spinis. Spinosarum multæ species. In totum spina est asparagus, scorpio: nullum enim folium habent. Quædam spinosa foliata sunt, ut carduus, eryngium, glycyrrhizon, urtica. In enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas. Aliqua & secundum spinam habent folium, ut tribulus & ononis. Quædam in folio habent & in caule, ut phleos, quod aliqui stoeben appellavere: Hippophaes spinis geniculatum: tributa proprietas, quod & fructum spinosum habet.* Hæc partim corrupta, partim falsa. In antiquo codice; *quædam spinoso folio, ut carduus.* In altero; *quædam spinosa foliata.* Puto scripsisse Plinium, ac distinxisse, *quædam spinosa, foliata sunt.* Falsum est glycyrrhizon, vel, ut aliis dicitur, glycyrrhizan pungens habere folium. Echinatum fructum fert altera glycyrrhiza, spinosum folium neutra. mordet, & ardet urtica, sed non pungit; nec spinas fert, ut tradit Plinius; nec urticam, nec glycyrrhizam mortalium ullus inter plantas quibus vel caulis, vel folium spinosum, retulit. Sequitur, *aliqua & secundum spinam habent folium:* Emendant, *aliqua & secundum spinosum habent folium.* Est autem illud *secundum*, non præpositio, sed numerale nomen. Hanc lectionem Theophrasti probant auctoritate: *quædam etiam juxta folium acaleatum, alterum quoque folium habent.* τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἕτερον ἔχει φύλλον. Rectius, *præter folium aculeatum* dixissent, quam *juxta.* Sed nec hoc Theophrastus. tantum præter spinam quæ asparago pro folio, alterum folium habere tradit. Eadem fermè lectio capite tertio reperitur. His subjungunt. At si mavis, ut illud *secundum* præpositio sit; necesse erit addere *alterum*, verbum, ut legatur, *aliqua & secundum spinam habent folium alterum:* Sequitur; *quædam in folio habent & in caule.* Vetus codex, *quædam in folio non habent, sed in caule.* Utrocunque modo, inquiunt, hæc legantur, adulterina nobis, & ab aliquo argutatore falso adjecta videntur. Nam & Theophrastus, nihilo plus tribuit Phleo (pheo) quam ononi & tribulo, ut constat ex cap. 1. lib. 6. Legatur nostro periculo; *aliqua & secundum spinam habent folium alterum, ut tribulus, ononis, & pheos;* (phleos) *quam aliqui stoeben appellavere.* Cætera delenda. Probant alii, antiqui codicis lectionem. *Quædam in folio non habent & in caule, ut pheos, quod aliqui stoeben appellavere.* Nobis hæc maximè arridet. *Aliqua & secundū spinam habent folium, ut ononis & Pheos, quod aliqui stoeben appellavere; quædam in folio habent & in caule, ut capparis.* Vide cap. v. hujus libri. Ex eodem capite emendo hunc Theophrasti locum, ac scribo. Τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἕτερον ἔχει φύλλον, ὥσπερ ὁ ὄνωνις καὶ ὁ φέως, ὃ δή τινες καλοῦσι στοιβήν. τὰ δὲ παρὰ τὸ φύλλον ἀκανθίζον καυλὸν ἔχει ἀκανθώδη, ὥσπερ ὁ τρίβολος ἕτερος, καὶ ἡ κάππαρις. ὁ δὲ τρίβολος ὁ πρότερος ἀκανθοκαρπός ἐστι, ἔχει γὰρ ἀκάνθας ἐν τῷ περικαρπίῳ, id est, *Quædam etiam præter spinam, aliud habent folium, ut ononis, pheos, quod nonnulli stoeben vocant; quædam præter folium hispidum, caulem habent aculeatum, ut tribulus alter, & capparis: tribulus vero prior fructu spinoso est; Spinas enim habet in pericarpio*, id est, ambiente fructus involucro. Vide cap. v. citatū, & judica. Attende ad Aldinam lectionem, & fer judicium; ἡ περικαρπία φυλλάκανθά ἐστιν, ἔχει γὰρ ἀκάνθας ἐν περικαρπίῳ. Hęc corruptissima, nemo negabit, nec alia quam dedi lectio ex his colligi potest. Vide cap. tertium hujus libri. Agit de aculeatis plantis, & quot modis spinosæ dicantur, docet. παρὰ τὴν ἄκανθαν, malè vertunt, *secundum folium*, vel, *juxta folium.* Cum παρὰ non sit, *juxta*, vel, *secundum*, sed, *præter.* παραφυλλάκανθα sunt, *quæ spinas habent pro foliis.* τὰ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἔχοντα φύλλον. *quæ præter spinam folium etiam habent minimè spinosum.* Pergit Plinius, *Hippophaes spinis geniculatum.* Scribe, *hippopheos spinis est angulatis.* γωνιώδεις ἀκάνθας Dioscorides. Pro, *tributa proprietas*, scribe, *tribuli proprietas.*

Φλεώς.] Scribe, φεώς. Φλεὼς aquatica est planta, de qua supra libri 4. cap. 11. egi. Φεώς, scribendum ex cap. v. hujus libri probatur, ubi inquit, καὶ τὸ φύλλον ἀκανθίζον ἔχει καὶ τὸν καυλὸν, οὐχ ὥσπερ ὁ φεὼς καὶ ἱππόφεως ἀνάκανθα τοῖς φύλλοις, &c. Composita vox ἱππόφεως, satis declarat φεὼς legendum esse. Cæterum Galenus in exegesi στοιβὴν non φεὼς, sed ἱππόφεως vocari tradit. Στοιβῆς καρπὸς τὸ ἱππόφεως σπέρμα. Ibidem ἱππόφεως (ita lege, non ἱπποφαὲς) τοῦτο οὐ μόνον ἱπποφαὲς ὀνομάζεται, ἀλλὰ ἐκ κνάφον καὶ στοιβὴν (vulgo στοιβεν.) series alpha betæ alteram præfert lectionem) Uter rectè, Theophrastus, an Galenus, nemo facile judicabit. Probabilior Theophrasti sententia. vide c. v. hujus libri.

Πτερυγάκανθα, &c.] Suidas, πλῆκτρα ἐκ τῶν ὄνυχας τὰς ἐκφύσεις τῶν δένδρων. οἱ δὲ Ἀττικοὶ πτόρθους ἐκ κλάδους καλοῦσι; πτορθάκανθον ergo, *ramos habens spinosos.*

Σπειρία.] Scribe ex lib. 1. cap. 23. σπειραία. Plinius libr. 21. cap. 9. *Ergo in coronamenta folio venere melothron, spireon, trigonon* (scribe *origanum*) *cneoron, quod casiam Hyginus vocat: & quod cunilaginem, qua conyza, melissophyllon*

phyllon, quod apiastrum, melilotum, quod fertulam campanam vocamus. Σπειραία, nomen invenit ἀπὸ τῆς σπείρας, quod frutex sit lentus & vitilis, ita ut in spiram torqueri possit. Theophrastus inter plantas, quæ ἐκ τῶν θαμνωδῶν ἀκρόκαρπα sunt, recenset lib. 1. cap. 23. Spinæam plantam esse asserunt, quam Mathiolus pro viburno pictura expressit. Inter humiles recensetur frutices, virgas promit lignosas, sive tenues, caudices bicubitales, interdum altiores, nonnunquam humana altitudine majores, pro soli cœlique ratione, digitales, aut pollicaris crassitudinis, lentos, flecti faciles, frangique contumaces, cortice albicantes. Folia vero magna, lata, crassa, ambitu seu marginibus crenata, ulmeis magnitudine & formâ ferè similia, sed pilosa, & dum vigent incana, rubentia cum cito cæsura emarcescunt, quæ paribus internodiis, adversis pediculis conjugatim adhærent. Flores racematim in umbella enascuntur albidi. Acini succedunt in uvam congesti, lentis magnitudine ac similitudine, utrimque leviter compressi, qui initio virent, inde rubent, per maturitatem nigricant. Radix per summa cespitum huc ac illuc divagatur. In montibus & sylvis, locis asperis, & petrosis reperitur. Italiæ, Germaniæ, utrique Galliæ nota. Vere novo promit folia, floret æstate, autumno fructus maturi. Viburnum Virgilii esse volunt.

Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter Viberna Cypresii.

Viburnum volunt esse, id quod Ruellius Gallis *viorno* dictum scribit; verum cum tota Calabria, & magnus Apuliæ tractus Vavornam appellet genistam, quæ non minus lenta, flexilis, ac obsequiosa quam Lantana vel Viburnum vulgo vocatum, nihil certi statuere possum.

Μάραθρον.] Sic antiquioribus Græcis; recentioribus vero, uti Simoni Sethi, Actuario, aliisque μάλαθρον dicitur. Apud Actuarium tamen libr. de spir. anim. scribitur, μάραθρον. σίλινα καὶ μάραθρα θερμά, καὶ ξηρά. Μάλαθρον recentiores vocarunt quod foliis teneris mollibusque sit, vel quod molliendi vim habeat. Μάραθρον antiqui dixerunt ἀπὸ τοῦ μαρμαίρειν τοῦτ' ἐστὶ λάμπειν καὶ ἀθρεῖν, quod est *videre, lucere*; quia visus aciem excitat. Plinius lib. 8. cap. 11. & lib. 20. cap. 23. *Fœniculum nobilitavere serpentes gustatu, ut diximus senectam exuendo, oculorumque aciem succo ejus reficiendo: unde intellectum est hominum quoque caliginem præcipuè eo levari.* Hæc partim ex Aristotele lib. 9. hist. anim. & de Mirab. ausc. Nicandro & Dioscoride habet. Nicander statim in initio Theriaces describit hanc historiam.

Καί τε παρὲξ λισρωτὸν, ἄλω δρόμον, ἦδ' ἵνα ποίη,
Πρῶτα κυϊσκομένη σκιάει χλοάοντας ἰάμνες.
Τῆμος, ὅτ' ἀυαλέων φολίδων ἀπεδύσατο γῆρας
Μῶλυς ἐπιστείχων, ὅτε φωλεὸν εἴαρι φεύγων
Ὄμμασιν ἀμβλώσσει. μαράθου δὲ ἐνήχυλος ὄρπηξ
Βοσκηθεὶς ὠκύντι καὶ αὐγήεντα τίθησι.

Aut aquas non planities & densa vipreta
Quæ primum surgens herbarum fœtus inumbrat;
Transieris, siccam tunc dorsi exuta senectam
Bestia, segne trahit molli cervice volumen,
Cum tepido sub vere suum modo liquerit antrum;
Et caliganti malè cernit lumine, sed cui
Arrosus mox, fœniculi sua robora caulis,
Atque novum reddit qualis fuit ante vigorem.

Idem repetit Nicander cum de Scytali agit.

Dioscorides libr. 3. cap. 81. Ὁ δὲ χυλὸς ἐκθλιβέντων τῶν καυλῶν καὶ τῶν φύλλων ἐν ἡλίῳ ξηρανθεὶς, εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ὅσα πρὸς ὀξυδορκίαν σκευάζεται χρησίμως. *Succus caulibus & foliis expressus, & in sole siccatus, oculorum medicamentis utiliter additur, quæ ad aciem visus excitandam reficiendamq; præparatur.* Alii tamen μάραθρον dictum contendunt, ἀπὸ τοῦ μαραίνεσθαι, *à marcescendo*, quod ejus usus multus cum inaruerit ac marcidus fuerit, ad condienda plurima. Fœniculum idem nomen putant, quod quasi fœnum in hyemes arefactum ac marcidum reponatur. Plinius lib. 19. ca. 9. *Reliqua sunt ferulacei generis, ceu fœniculum* (quidam tamen malunt inter σύμφυλα, quæ in quotidianum vitæ veniunt usum, quam φαρμακώδη, recensere. Plinium sequitur Theophrastus) *anguibus, ut diximus, gratissimum ad condienda plurima, cum inaruerit.* Fœniculum alii tamen dictum putant, quod satum magno cum fœnore semen reddat. Quæri posset, an μάραθρον, idem sit quod fœniculum; siquidem Plinius libr. 8. cap. 27. marathrum tanquã à fœniculo diversum ponit. *Anguis hyberno situ membrana corporis obducta, fœniculi succo impedimentum illud exuit, nitidusque vernat. Exuit autem à capite.* Paulo post. *Idem hyberna latebra visu obscurato marathro herba sese fricans, oculos inungit ac refovet. si vero squammæ obtorpuere, spinis juniperi se scabit.* Dicendum eandem esse plantam: Plinium verò modo Græcum, modo Latinum nomen posuisse. Quod ut pateat, versus Nicandri alios addam ex Theriaca, ubi idem de μαράθρῳ, quod Plinius de fœniculo refert.

Οὐ γὰρ ὅτ' αὖ χαραδρεια λίπῃ καὶ ῥωγάδα πέτρης
Ἦρος ἀεξομένου, ὁπόθ' ἑρπετὰ γαῖα φαείνει,
Ἀκρέμονος μαράθοιο χυτὸν περιβόσκεται ἔρνος,
Εὖτ' αὖ ἀπ' ἠελίοιο περίφλοον ἄψεα βάλλῃ.

Ne postquam juvenis venienti tempore veris,
Magna Deum quando profert serpentia mater,
Liquerit obscuram consueta cubilia petram,
Et nitidos tepido sub sole exuerit artus,
Pandentes se fœniculi teneram exedit herbam.

Plutarchus, De solertia animi. Ὁ δὲ δράκων ὁ τῷ μαράθρῳ τὸν ὀφθαλμὸν ἀμβλυώττοντα λεπτύνων καὶ διαχαράττων. *Draco oculum obtuse videntem, fœniculo compunctum acuit.* Recentiores νάρθηκα vocarunt. Hesychius νάρθηκα μαράθρου θάμνος, à pluribus forte foliolis. Idem enim πεντάφυλλον, πολύφυλλον exponit. Theophrastus has fœniculi notas tradidit lib. 1. cap. 18. semen nudum ferre nullo tegumento obductum. cap. 19. ejusdem libri suaveolentiam quandam præstare; quod libr. 6. de caus. cap. 13. repetit. Locum adeat lector. Lib. 6. cap. 1. inter ferulacea recenset; ac capite sequenti inter nervicaulia. lib. 9. cap. 10. Thapsiam folium fœniculi habere scribit. Dioscorides ejus notas sparsim quoque tradidit, capite citato, ubi de viribus ejus agit; & quia nota satis, descriptionem non addit. Ac lib. 3. cap. 60. de seseli Massiliensi, φύλλα ἔχει ἐοικότα μαράθρῳ, παχύτερα δὲ, καὶ τὸν καυλὸν εὐερνέστερον. *folia habet fœniculi, at crassiora, caulemque vegetiorem.* Eodem lib. cap. 83. de Dauco, ὁ μὲν τίς ἐστι κρητικὸς, μαράθρῳ ἔχων τὰ φύλλα ὅμοια, μικρότερα δὲ καὶ λεπτότερα. *at creticum quidem foliis est fœniculi similitudine, at minoribus tenuioribusque.* Eodem lib. cap. 80. de elaphobosco, καυλὸς ἐστι λιβανωτίδι, ἢ μαράθρῳ ἐμφερὴς, γεγονατωμένος. *caulis est libanotidi, aut fœniculo similis, geniculatus.* Cap. 58. de ligustico. ἐφ' οὗ καὶ τὸ σπέρμα μέλαν, ναστὸν, ὑπομηκὲς πρὸς τὸ τοῦ μαράθρου. *è qua semen dependet nigrum, solidum, oblongum, fœniculo proprium.* Has omnes notas in vulgari fœniculo reperiri, nemo in dubium vocavit.

Illud notandum, quod caulem fœniculi in Iberide, gummi emittere scribat Dioscorides. Ἐν δὲ τῇ πρὸς ἑσπέραν Ἰβηρίᾳ καὶ ὀπὸν ἀνίησιν ὅμοιον κόμμει ἀποτεμνόντων ἐν τῇ ἀνθήσει μέσον τὸν καυλὸν τῶν ἐπιχωρίων, καὶ πυρὶ παρατιθέντων, ἵνα ὑπὸ τῆς θερμασίας οἱονεὶ ἀφιδρῶσαν ἐκβάλλῃ τὸ κόμμι. *Porro in Iberia, quæ ad Occidentẽ spectat, liquorem etiam reddit fœniculum, gummi similem. caulem vero medium; dum floret herba, demetunt indigenæ, ignique admovent, quo facilius vi caloris, velut exudans, gummi emittat.* Genera Theophrastus novit duo; vulgare, de quo hactenus, &, ἱππομάραθρον, vel, ut Simeon Sethi, ἱππομάραθρον. Gaza *equifolium* vertit; cum, ut jam sæpe dictum, vox ἵππος magnitudinem significet in compositionibus. Galenus lib. 7. de simpl. med. facult. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον μάραθρον ἄγριον, ὃ καλοῦσι διὰ τὸ μέγεθος ἱππομάραθρον. *Est & aliud sylvestre fœniculum, quod à magnitudine hippomarathrum vocant.* Simon Sethi idem refert. Nicandri Scoliastes, ni codex depravatus, hippomarathrũ, hipposelinum Theophrasto vocari dixit, quod pejus est. vide cap. de hipposelino. Fœniculi vulgaris genera nonnulla observarunt recentiores. Foliorum colore variat; aliud est virentioribus, aliud subnigricantibus, rubentibus. Est & aliud quod vulgare Italicum vocant, semine oblongo, gustu acuto. Est & dulce, quod sapore tantum distinguitur. Et in semine hæc differentia reperitur; rotundius est, quod Romanum vel Florentinum dicitur, vel in rotunditate oblongum est, quod omnium gratissimum & dulcissimũ est, & Bononiâ adfertur. Fœniculum omnibus notum; hippomarathrum non describit Theophrastus: facit id Dioscorides, qui duo, ut & Galenus & Plinius, ejus agnovit genera. Ἱππομάραθρον, μάραθρόν ἐστιν ἄγριον μέγα. φέρει δὲ σπέρμα κάγχρυϊ ὅμοιον, ῥίζα δὲ ὕπεστιν εὐώδης, ἥτις πινομένη στραγγουρίας ἰᾶται — καλεῖται καὶ ἕτερον ἱππομάραθρον, φύλλα ἔχον στενὰ, μικρὰ, προμήκη. καρπὸν δὲ στρογγύλον πρὸς τὸν τοῦ κορίου (nota lector; magni nominis litterator, negat hac voce unquam usum Dioscoridem) δριμὺν,

δ'αὐτ

Gal. περὶ ἁπλῶν. *Hippomarathrum fœniculum est sylvestre, procerum; quod semen profert cachryi simile* (idem Gal. lib. cit. τὸ σπέρμα κάχρυϊ παραπλήσιον ἱππομάραθον, *semen cachryi assimile est*) *Radix subest odorata, quæ bibita stranguriæ medetur.* Plinius lib. 20. cap. 23. *Est & in hoc genere sylvestre, quod alii hippomarathrum, alii myrsineum vocant (myrrhyneum,* quod myrrham forte oleat: & hinc Nicandri Scholiastes hipposelinum à Theophrasto vocari scripsit, quod is hipposelini radicem, lachrymam myrrho similem ferre tradit) *foliis majoribus, gustu acriore, proceris, brachiali crassitudine, radice candida; nascitur in calidis, sed saxosis.* Et hæc de priori hippomarathro. Ejusdem nominis plantam quandam describit in prodromo Cl. Bauhinus, quam nunquam vidi, nec semen ejus habui, quod terræ mandarem. Traditur & alterum hippomarathri genus, foliis angustis, exilibus, & oblongis, semine rotundo ceu coriandri, acri, odorato, & excalfaciendi vi prædito. Hujus etiam Galenus loco citato meminit. Ἕτερον δέ ἐστιν ἱππομάραθρον, οὗ τὸ σπέρμα στρογγύλον ἐστὶν, ὡς δριμὺ, καὶ τῷ κοριάννου παραπλήσιον. *Est etiam aliud hippomarathrum, cujus semen rotundum, acre, coriandri simile.* Plinius loco citato; *Diocles & aliud hippomarathri genus tradit, longo & angusto folio, semine coriandri.* Nec hoc genus novi, neque semen ejus ad nos adfertur. Ad ferulaceorum classem referri debent peucedamum, ligusticum, seseli. De quibus lib. 9. Cæterum fœniculum tam copiosè in Iberia provenit, ut incolæ campos nonnullos à fœniculo fœnicularios vocarint. Strabo Geograph. lib. 3. Φέρεται ἐπὶ Ταρράκωνα ἀπὸ τῶν ἀναθημάτων τοῦ Πομπηίου, διὰ τοῦ Ἰουγκαρίου πεδίου καὶ Βετέρων, καὶ τοῦ Μαραθῶνος καλουμένου πεδίου τῇ Λατίνῃ γλώττῃ, φύοντος πολὺ τὸ μάραθον ἐκ δὲ Ταρράκωνος ἐπὶ τὸν πόρον τοῦ Ἴβηρος κατὰ Δέρτωσσαν πόλιν. *Tendit ad Tarraconem à trophæis Pompeii per Iungarium campum, & Vetteres, & campum fœnicularium, Latine, à fœniculi ibi nascentis copia, dictum. à Tarracone ad transitum Iberi ad urbem Dertossam.* Addimus, pro confirmatione ejus quod dictū, μάραθον, idem esse quod fœniculum, ad hunc locū notata à Cl. Casaubono: Τοῦ Μαραθῶνος καλουμένου τῇ Λατίνῃ γλώττῃ.] *Hæc sunt*, inquit, *commoda interpretatione juvanda: alioqui videbitur Marathonē vocē esse Latinam: verum ille hoc potius ait, appellari locum Romanā voce, quæ respondeat Græcæ μαραθών. Sic autem exprimit fœnicularium campum Latinis dictum.* Post pauca. *Quod autem putat doctissimus Lipsius scribendum Μαραθώνιον, prorsus ratione caret. An ignorabat vir eruditus cum illa scriberet* μάραθον *dici &* μάραθρον *pro eodem.* Nempe & hoc observavimus ex Nicandri versibus modo citatis; & Μάραθον singenere Masculino herbam eandē vocari cum μάραθρον genere neutro dicatur, ex Athenæi libr. 13. notat. Item Steph. Καὶ τὸ μάραθον ἰθιγενὲς πυκνὸς ὁ ὁ καλα, citans versum Ovid. *Profuit & marathos bene olentibus addere myrrhis*: ubi addit Stephanus, Μαραθοῦσα, locū Atticæ, etiam videri posse dictum παρὰ τὸν μάραθον, quod magna ibi marathi seu fœniculi esset copia. Quod ipsum affirmat Casaubonus dicto loco. Quomodo eadem voce in textu citato Strabo utatur, Lector observabit.

Νάρθηξ. Hunc locum vertit Plinius lib. 21. cap. 9. ubi de coronariis agit floribus. *Inter hæc nervosi cauliculi quibusdam, ut marathro, hippomarathro, inyophono: utuntur è ferulis & corynibus, & hederæ flore purpureo. Est & in alio genere earum sylvestribus rosis similis.* Tractat hoc libro Theophrastus de suffruticibus & herbaceis; & primo quidem de suffruticibus; quo in genere tam in coronariis, quam olerum generibus pauca tradit esse domestica. Et in coronariis, rosæ, violæ, sampsuchum, serpyllum, &c. In olerum genere similiter, ut ruta, brassica, & similia. Postea utriusq; generis differentias & species sylvestriū, tam coronariorum, quam oleaceorum explicat, totumque genus sylvestriū dividit in spinosa & spinis carentia. Inter non spinosa recenset cistum, fœniculum, myophonum, ferulam. Malè ergo viri magni corrigunt, *utuntur è sphærulis & corynibus hederæ flore purpureo. Sphærulis & corynibus*, res est eadem; ad eandē vero rem significandam duas synonymas voces non usurpat Plinius. Scribe pro, *utuntur è ferulis; utuntur & ferulis, & corynibis hederæ.* Duos tamen commisit errores Plinius; quod κισσὸν *hederam* vertit; & quod inter coronamenta refert, quæ nihil minus quam στεφανωματικὰ sunt. Immo nullum eorum suffruticum quæ ad finem citantur capitis, inter coronarias recensetur plantas. Quod vel ex cap. 6. hujus libri patet, ubi de coronariis agit plantis, nec horū facit mentionē. De altero errore lib. tertio egi. Vide cap. sequens.

Μυόφωνον. Μυόφονον scribunt per ὁ μικρὸν, quomodo capite sequenti legitur. Nobis tamen vulgata placet; idque quod apud Hesychium reperiatur, μυόφωνον πόα ἡ καὶ ἀκονιτίας. Frustra corrigunt ἀκόνιτον. Qualis ἀκονιτὰς herba sit, docet idem Hesychius, ἀκονιτὰς βοτάνη πεζοῦντας καλουμένη, τοὺς κύνας θεραπευομένη ἀπὸ τῆς δήξεως τῶν ὄφεων, *herba quæ canes curat à serpentibus demorsos.* Hanc vim aconitum non habet.

ΚΕΦ. Β. / CAP. II.

Ederæ, & casiæ duo esse genera. De origano, thymo, sphacelo, salvia, marrubio, pulicaria, ferula, ferulagine, mandragora, cicuta, elleboro, albuco, fœniculo, muricida.

ΚΑὶ γὰρ κιττοῦ δύο γένη διαιροῦσι, τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ· τῷ τὸ μὲν μεῖζον καὶ σκληρότερον "καὶ λιπαρώτερον φύλλον ἔχειν, καὶ τὸ ἄνθος ὑποπορφυρίζον. ἄμφω δ' ὅμοια ταῖς † ἀγρίαις πλὴν ἐλάττω καὶ ἄοσμα. δύο δὲ εἴδη καὶ τοῦ κνεώρου. ὁ μὲν γὰρ λευκός, ὁ δὲ μέλας. ἔχει δ' ὁ μὲν λευκὸς τὸ φύλλον δερματῶδες, προμήκες, ὁμοιόσχημον τρόπον τινὰ τῇ ἐλαίᾳ. ὁ δὲ μέλας, οἷον ἡ μυρίκη, σαρκῶδες. ἐπίγειος δὲ μᾶλλον ὁ λευκός. ἔστι δὲ ὀσμώδης. ὁ δὲ μέλας † ἄοσμος. τὴν δὲ ῥίζαν τὴν εἰς βάθος, ἄμφω μεγάλην ἔχουσι καὶ τοὺς ἀκρεμόνας πολλοὺς καὶ παχεῖς. καὶ ξυλώδεις ἀπ' αὐτῆς τῆς γῆς ἢ μικρὸν ἀνω "σχιζομένους. ξυλωδέστατοι δὲ καὶ γλίσχροι σφόδρα. διὸ καὶ χρῶνται πρὸς τὰ καταδεῖν καὶ † περιλαμβάνειν, ὥσπερ τῷ οἰσύῳ. βλαστάνει δὲ καὶ ἀνθεῖ μετ' ἰσημερίαν μετοπωρινὴν καὶ ἀνθεῖ πολὺν χρόνον. καὶ τῆς ὀριγάνου τὴν μὲν μέλαιναν ἄκαρπον, τὴν δὲ λευκὴν, κάρπιμον. καὶ θύμον τὸ μὲν λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν. ἀνθεῖ δὲ † σφόδρα, περὶ τροπὰς (καὶ γὰρ ἀνθεῖ) θερινάς. ἀφ' οὗ καὶ ἡ μέλιττα λαμβάνει τὸ μέλι. καὶ τοῦτό φασιν οἱ μελιττουργοὶ δῆλον εἶναι, εἴπερ ὦ μελιττώσιν ἢ οὔ. "ἄλλως γὰρ ἀπανθήσαντες οὐκ εὐμελιτεῖ. βλάπτει δὲ καὶ ἀπόλλυσι τὴν ἄνθησιν, ἐὰν ὕδωρ ἐπιγένηται. σπέρμα δὲ κάρπιμον, ἡ μὲν θύμβρα, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ ὀρίγανος ἔχει φανερόν. τοῦ θύμου δ' οὐκ ἔστι λαβεῖν. ἀλλ' ἐν τῷ ἄνθει πως ἀναμέμικται. σπείρουσι

" λιπαρώτερον Bas.
† ἀγρίαις ῥόδοις. πλὴν.
† ἄοσμος Bas.
" Ald. Bas. ξυλωδέστατοι. Scribe, σχιζομένους. ξυλωδέστατον μὲν ἔχουσι ὕλην, γλίσχρον δὲ σφόδρα.
† περιλαμβάνειν.
† σφόδρα καλῶς περὶ τροπὰς ἀνθεῖ.
" καλῶς γὰρ ἀπανθήσαντες εὐμελιτεῖ, κακῶς δὲ οὐκ.

EDeræ namque duo genera, mas, & fœmina. Quoniam altera majus, durius, pinguiusque folium habet, floremque ad purpuram inclinatum: ambabus tamen flores rosis sylvestribus proximi, verum minores & sine odore. Casiæ quoque duo genera: alia enim candida, alia nigra. Candidæ folium † modo cutis oblongum, figura quodammodo oleagineo simile. Nigræ, quale tamarici, carnosum. Candida magis se humi spargit, † odorataque est: nigra odore caret. Radix ambabus, quæ alte descendit, grandis. Ramique permulti, crassi, "surculosique, ab ipsa protinus tellure, aut paulo superius sparsi, lenti admodum sunt. Quamobrem hisce ad colligandum modo junci utuntur. Germinant, florentque post æquinoctium autumni: & multum denique temporis florent. Et origani vero genus nigrum, sterile, candidum, fructuosum est. Quin & thymum candidum nigrumque reddunt. † Sero id admodum floret: nam circa æstivum solstitium incipit. Mel apes hinc capiunt, & hoc augurio apiarii constare affirmant, an probe melletur, nec ne. † Etenim si aliter defloruerit, mellatio minus probe succedet. Destruitur, peritque flos, si imber incessit. Semen fœcundum satureiæ: atque etiam magis origani manifesto sentitur. Thymi nullum ostendi potest, sed floribus quodam permiscetur modo. Flores etenim serunt, itaque oritur thymum.

" cisti duo genera esse dicunt, marem & fœminam.
† cutis modo tenue, oblongum.
† odoreque est gravi, nigra, odorata. vide com.
" lignosi, qui à terra, vel paulo supra dividuntur. materia quidem constant admodū lignosa, sed valde lenta, quamobrem ea ad colligandum & comprehendum vitilium modo utuntur agni, vide ca. 17. libr. 3.
† pulchris admodū floribus circa æstivun solstitiū onustum conspicitur.
† Etenim si pulchre defloruerit, mellitio probe succedet; sin vero non pulchrè, secus.

γὰρ τοῦτο καὶ ἀναβλαστάνει· ζητοῦσι δὲ καὶ λαμβάνουσιν οἱ ἐξάγειν Ἀθήνησι βουλόμενοι τὸ γένος. ἴδιον δὲ ἔχει καὶ πρὸς ταῦτα καὶ σχεδὸν πρὸς τὰ ἄλλα, καὶ κατὰ τοὺς τόπους. οὐ γάρ φασι δύνασθαι φύεσθαι καὶ λαμβάνειν, ὅπου μὴ ἀναπνοὴ ἀφικνεῖται ἡ ἀπὸ τῆς θαλάσσης. διὸ οὐδὲν ἐν Ἀρκαδίᾳ † γίνεται θύμβρα τε καὶ ὀρίγανον. καίτοι τοιαῦτα πολλὰ καὶ πολλαχοῦ. παραπλήσιον οὖν τὸ συμβαῖνον τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ἐλαίας. οὐδ᾽ ‡ ἐκεῖνο δοκεῖ τριακοσίων σταδίων ἀπὸ θαλάσσης ἐπάνω φύεσθαι. " σφάκελος δὲ καὶ ἐλελίσφακος διαφέρουσιν, ὡς ἂν τὸ μὲν ἥμερον, τὸ δὲ, ἄγριον. λειότερον γὰρ τὸ φύλλον τοῦ † σφακέλου καὶ ἔλαττον καὶ ἧττον ‡ αὐχμηρότερον· τὸ δὲ τοῦ ἐλελισφάκου " βαρύτερον. δύο γένη καὶ τοῦ πρασίου. τὸ μὲν γὰρ ἔχει ποῶδες τὸ φύλλον καὶ μᾶλλον ἐπικεχαραγμένον. ἔτι δὲ τὰς † ἐντομὰς ἐντόμους ἐνδήλους σφόδρα καὶ βαθείας. ᾧ καὶ οἱ φαρμακοπῶλαι χρῶνται πρὸς ἔνια· τὸ δὲ ἕτερον στρογγυλότερον καὶ αὐχμῶδες σφόδρα, καθάπερ τοῦ ‡ σφακέλου, καὶ τὰς ἐντομὰς ἀμαυροτέρας ἔχον καὶ ἐπικεχαραγμένον ἧττον. " κονύζης δὲ τὸ μὲν ἄρρεν, τὸ δὲ θῆλυ. διαφορὰς δὲ ἔχει, καθάπερ τὰ ἄλλα τὰ οὕτω διῃρημένα. τὸ μὲν γὰρ θῆλυ λεπτοφυλλότερον, καὶ ξυνεστηκὸς μᾶλλον. καὶ τὸ ὅλον ἔλαττον. τὸ δὲ ἄρρεν, μεῖζόν τε καὶ παχυκαυλότερον, καὶ πολυκλωνότερον, καὶ τὸ φύλλον μεῖζον καὶ λιπαρώτερον ἔχον. ἔτι δὲ τὸ ἄνθος λαμπρότερον. καρποφόρα δὲ ἄμφω· τὸ δ᾽ ὅλον ὀψιβλαστεῖ καὶ ὀψιανθεῖ περὶ ἀρκτοῦρον, καὶ μετ᾽ ἀρκτοῦρον † λαμβάνει. βαρεῖα δὲ ἡ ὀσμὴ τοῦ ἄρρενος. ἡ δὲ τῆς θηλείας δριμυτέρα. διὸ καὶ πρὸς τὰ θηρία χρησίμη. ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα ὥσπερ διαφέρονται. πάλιν δὲ ἄλλα μονοειδῆ τυγχάνοντα καὶ τῶν πρότερον εἰρημένων καὶ ἕτερα παρὰ ταῦτα. πλείω γάρ ἐστι. τὸ δὲ ναρθηκῶδες (γένος γὰρ καὶ τοῦτο τῶν φρυγανικῶν) πολλὰς περιείληφεν ἰδέας. ἐν οἷς πρῶτον ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ πᾶσι λεκτέον, ὑπὲρ νάρθηκός τε καὶ ναρθηκίας εἴτε τὸ αὐτὸ γένος ἐστὶν ἀμφοῖν, διαφέρον δὲ κατὰ μέγεθος, εἴτε καὶ ἕτερον ὥσπερ τινές φασιν· ἡ δ᾽ οὖν φανερὰ φύσις ἀμφοῖν ὁμοία, πλὴν κατὰ τὸ μέγεθος. ὁ μὲν γὰρ νάρθηξ γίνεται μέγας σφόδρα. ἡ δὲ ναρθηκία μικρά. μονόκαυλα δ᾽ ἄμφω, καὶ γονατώδη. ἀφ᾽ ὧν τά τε φύλλα βλαστάνει καὶ καυλοί τινες μικροί. βλαστάνει δὲ παραλλὰξ τὰ φύλλα. λέγω δὲ παραλλὰξ, ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μέρους τῶν γονάτων, ἀλλ᾽ ἐναλλάξ. περιειληφότα δὲ τὸν καυλὸν ‡ ἐπὶ καθάπερ τὰ τοῦ καλάμου. πλὴν ἀποκεκλιμένα ταῦτα μᾶλλον διὰ τὴν μαλακότητα καὶ τὸ μέγεθος. μέγα γὰρ τὸ φύλλον καὶ μαλακὸν, καὶ πολυσχιδὲς, ὥστε εἶναι τριχῶδες. ἔχει δὲ μέγιστα τὰ κάτω πρὸς τὴν γῆν, καὶ ἀεὶ κατὰ λόγον. ἄνθος δὲ μηλινοειδὲς, ἀμαυρόκαρπον δὲ, παρόμοιον τῷ ἀνήθῳ· πλὴν μεῖζον. ἐξ ἄκρου δὲ σχίζεται, καὶ ἔχει τινὰς οὐ μεγάλους καυλούς. ἐνταῦθα δὲ τό, τε ἄνθος καὶ ὁ καρπός. ἔχει δὲ καὶ ἄνθος καρπὸν, καὶ ἐν τοῖς παρακαυλίζουσι δι᾽ ὅλου, καθάπερ τὸ ἄνηθον. ἐπετειόκαυλον δὲ καὶ ἡ βλάστησις τοῦ ἦρος, πρῶτον μὲν τῶν φύλλων, ἔπειτα τοῦ καυλοῦ, καθάπερ τῶν ἄλλων· ῥίζαν δὲ ἔχει βαθεῖαν. ἐστὶ δὲ μονόρριζον· ὁ μὲν οὖν νάρθηξ τοιοῦτος. τῶν δ᾽ ἄλλων τὰ μὲν, ὁμοιότερον τούτῳ τὸν καυλὸν ἔχει· καθάπερ ὁ μανδραγόρας, καὶ τὸ κώνειον, καὶ ὁ ἐλλέβορος, καὶ ὁ ἀνθέρικος. τὰ δ᾽ οἷον ἐννευρόκαυλα τυγχάνει· καθάπερ μάραθρον, " μυόφονον, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. ἴδιος δ᾽ ὁ καρπὸς τοῦ μανδραγόρου, τῷ μέλας τε, καὶ ῥαγώδης, καὶ οἰνώδης εἶναι τῷ χυμῷ. μέγισται δὲ καὶ ἰδιαίταται φύσεις, ἥ τε τοῦ σιλφίου, καὶ ἡ τοῦ παπύρου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ. ναρθηκώδη γὰρ καὶ ταῦτά ἐστιν. ὑπὲρ οὖν τοῦ μὲν παπύρου πρότερον εἴπομεν ἐν τοῖς ἐνύδροις.

† γίνε[ται]. θύμβρα τε καὶ ὀρίγανον· καὶ τὰ τοιαῦτα.
‡ ἐκείνη.
" σφακός.
† σφακοῦ.
‡ αὐχμηρόν.
" τραχύτερον.
† ἐντομὰς ἐνδήλους.
‡ ἐλελισφάκου.
" κονύζης.
† βλαστάνει.
‡ ἐπὶ πολὺ καθάπερ.
" μυόφονον.

mum. Qui tamen Athenis deportare deſiderant, quærunt, atque inveniunt. Peculiare tam præ iis ipſis, quam præ reliquis omnibus, vel ex locis ſortiri thymum autumnant. Nam quo flatus è mari nequeat pervenire, illic naſci durareque poſſe omnino negant. † Qua de cauſa nec in Arcadia ſatureia, & origanum provenire poſſunt. Quanquam ſimilia multa, multiſque in locis gignuntur: proximum ſane, quod etiam in olea evenire notatum eſt. Nec enim ‡ ea trecentis à mari ſtadiis provenire poſſe, videtur. " Sphacelus, & ſalvia inter ſeſe diſtant, quaſi alterum urbanum, alterum genus ſilveſtre dixeris. † Sphacelo folium lævius, ‡ contractius, minuſque ſqualens: ſalviæ ſcabrius. Sunt & marrubii duo genera. Aliud enim folio herbido, ſerratiori, inciſuriſque profundioribus, & proinde conſpectioribus diſcreto conſtat, quo unguentarii uti ad nonnulla conſueverunt: alterum rotundius, ſqualenſque vehementer, ſicut " ſphaceli, inciſuraſque habens obſcuriores, minuſque ſerratum. † Pulicaria maſcula, & fœmina conſtat: diſtant quemadmodum cætera quæ ſic diſcerni deſiderant. Fœmina enim tenuiori folio conditur, & compreſſior eſt, atque in totum minor. Mas amplior, craſſiorique caule atque ramoſior, & folium amplius, pinguiuſque habens. Necnon & flore ſplendidior eſt. Ambo fructifera ſunt. In totum ſerotina germine, floreque conſtant. Quippe cum circa arcturum, & poſt arcturum ‡ incipiant. Mari gravior odor, fœminæ acrior: " ideoque contra beſtiarum morſus commodior eſt. Hæc igitur, & ſimilia diſcrepare quaſi inter ſe ſentiuntur. Sed adſunt alia facie uniformi, tum in iis, quæ ante enumeravimus, tum in cæteris: plura namque proveniunt. Ferulaceum autem genus (nam id quoque inter ſuffrutices eſt) in plures ſpecies ſpargitur. Sed primum de eo, quod commune omnium conſtat, dicendum eſt; ſcilicet de ferula, atque ferulagine: ſeu idem genus ambabus differens magnitudine tantum, ſeu etiam alterum ſit, ut nonnulli putarunt. Ergo natura earum, quæ conſpici poſſit, conſimilis certe ſentitur, præterquam ratione magnitudinis. Ferula enim grandis admodum ſurgit. Ferulago autem humilis. Sed unicaules ambæ geniculatæ ſunt. Folia & caliculi quidam geniculis erumpunt, ac alternatim exeunt: folia alternatim inquam, quod non ex eadem parte geniculorum, ſed permutatim caulem magna ex parte amplexa, ſicuti arundinea proveniunt, niſi quod deflexa hæc magis molliſve, magnitudiniſque cauſa. Folium enim grande, molle, multifidum, ut capillamenti modo fere videatur: maximaque terræ proxima, & reliqua ſubinde ad portionem. Flos mellinus, ſemen obſcurum, anetho ſimile; ſed majus finditur cacumine: inque ſtipites quoſdam haud magnos diſpergitur, quibus flos ſemenque inſidet: nec flore fructuve laterales caules carent; ſed modo anethi ferũt. Annuo caule conſtat. Et germinatio in vere primum foliorum, tum caulis, ut etiam in cęteris fieri ſolet. Radice alte deſcendit, eademq; ſingulari innititur. Talis ferula eſt. Ex reliquis autem quædam huic proximiora caule conſtant: ceu mandragora, cicuta, elleborum, albucum. Quædam veluti nervicaulia ſunt: ut fœniculum, muricida, & ejuſmodi reliqua. Fructus mandagroræ peculiaris, qui niger, † racematus, vinoſuſque ſuo ſapore ſentitur. Sed præclara ſummeque peculiaris natura laſerpitii, & papyri Ægyptii. Nam hæc ferulacea ſunt. Et de papyro inter aquatiles prius retulimus.

† *qua de cauſa in Arcadia non naſcitur Thymum. Thymbra & originũ multaque ſimilia illic, multiſq; in locis gignũtur.*
‡ *ea niſi intra trecenta à mari ſtadia.*
" *ſphacos.*
† *ſphaco.*
‡ *minus, nec æquè ſqualens.*
" *ſphaci.*
† *conyza.*
‡ *germinent.*
" *ideoque ad fugandas beſtias venenatas utilis eſt.*
" *& acino uvæ ſimilis, & vinoſo ſit ſucco.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἀμφω δὲ ὅμοια τοῖς ἀγρίοις. *Theodorus addidit,* ῥόδοις. *Quia dicit* πολὺ ἀσσμον. *Alioqui hic intelligas de urbana tantum edera eum scribere: quam cum sylvestri comparet. Et sane coli cœpta fuit olim edera ad delitias coronarum. Itaque alibi & urbanam, & sylvestrem agnoscit. Meminerimus Theophrastum, tametsi superioribus commentationibus de edera longam explicarit narrationem: tamen ibi defuisse, quæ hic poneret. Theodorus omisit,* διαιρῶσι. *Male. Oportet enim scire, autoris ne sit sententia, an aliorum. Itaque* φασὶ *&* λέγουσι, *&* ποιοῦσι, *&* διαιροῦσι, *legas. Corrige,* λιπαρώτερον.

Ὁ δὲ μέλας ἄσσομος. *Theodorus recte agnoscit,* ἄοσμος: *quia disiungit à candido, quem statuebat odoratum. Nisi velit dicere,* ὀσμώδης, olens, odore gravis. *Niger autem, odore bono.*

Ξυλώδεις. *Theoderus,* surculosi: *ut suprà, male. quia dicit* ἀκρέμονας. *Hoc significat substantiam, sicut surculus. Apponit quantitatem sive habitudinem à quantitate,* παχεῖς. *Deinde alium habitum à substantia,* ξυλώδεις ἀκρέμονας, *est à forma,* ξυλώδη, *à materia. Transfer* ξυλωδεστέραν δέ, *ad radicem sic,* μεγάλην ἔχουσι, ξυλωδεστέραν δὲ. *& legemus,* γλίσχρους. *quippe ad vinciendum aptos. Theodorus omisit,* περιλαμβάνειν.

Ὥσπερ τῆς οἰσύας. *Theodorus,* junco. *Vimen* οἶσος *est, non juncus. In primo Pollux* οἰσύαν *ἀστίδα narrat. Sic & Thucydides. Interpretantur etiam* οἰσύαν, ἰτέαν.

Εὐανθὴς δὲ ὑφόδρα. *Theodorus legit,* ὀψιανθής. *Quippe reddit rationem.* καὶ γάρ. *Verborum attendes poëticam dispositionem. & puto inversa.* περὶ τροπὰς καὶ τὸ ἄνθος χειμερινὸς.

Διὸ καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ γίνεσθαι θύμβραν τε καὶ ὀρίγανον. *Attice Theophrastus: at non Latinè Theodorus. Græcissat enim sic;* Nec in Arcadia satureia, & origanum provenire possunt. *Alius dixisset,* nec Satureia, nec origanum.

Τριακοσίων σταδίων ἀπὸ θαλάσσης φύεσθαι. *Theodorus,* Trecentis stadiis non posse provenire. *Immò trecentis ait Theophrastus:* ἰσχύειν, *negat. Tota autem sententia nunc falsa. Alicubi enim* CCMP. *In Plinii codice alia numerorum ratio.*

Ἔλαττον. *Theodorus,* contractius, *pro eo quod est,* minus: *ambitiosè. Plinius de salvia duo verba tantum, de sphacelo nihil. de elelisphaco nullam speciem, aut faciem. de usubis. Lego* παχύτερον: *non* βραχύτερον.

Τὰς ἐντομὰς ὀξυτέρας. *Sanè faceta loquutio.*

Τὸ δὲ περιελκῶδες. *Non ab re hinc secare caput posses.*

Εἴτε τι αὐτὸ γένος ἀμφοῖν, εἴτε ἕτερον. *Nota hic genus, pro specie. Sive eadem est species utriusque, ita ut magnitudine tantum differant. Nam si accipis pro genere, falsum fit. Diversarum nanque specierum idem est genus. Et loquutio malè apta est. Neque enim queas dicere:* ἕτερον ἀμφοῖν. alterum ambabus: *sed* ἕτερον ἑκατέρου. *Ambo copulat, & non disiungit. Vterque, & copulat subjecta, & partitur attributa. Non dicam, ambo diversa sentiunt: nisi addam, inter se. Alioqui referentur simul ad alios, qui aliter sentiant. Sed uterque diversa sentit. Conjungit duos in comparatione: & disiungit in sentiendo.*

Πρῶτον μὲν τῶν φύλλων, ἔπειτα τὸν καυλόν. *Ergo non est φευγανῶδες, sed ποῶδες, si folia prius oriuntur.*

Καθάπερ ὁ μανδραγόρας. *Nullum mandragoræ caulem vidi similem ferulaceis. Sed cauliculos breves, tenues, molles. Quem referrem ad cyclaminum, ad asarum, ad chelydonium minus: cùm asphodelo nullo modo compararem: tanto minus cùm ferula auderem. Præterea fructum* ῥαγώδη, *id est, ut ait Theodorus,* racematim, *ferre cum dicat: alium à nostrati penitus agnovit Mandragoram. Pomum enim noster gerit, & singularem, cui vinosus sapor nullus.* τὰ δὲ οἷον ὀλιγονευρώδη, *Theodorus,* nervicaulia. *Considerabis* τὸ ἐν. *Æquè verò est ratio nervorum in caule, & ferulæ, & fœniculi, tametsi non æqua; ut propterea distinxerit illis verbis,* τὰ δὲ. *& addiderit* τὸ, ἐν.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Καὶ γὰρ κισσοῦ δύο γένη.] Utrum κισθὸς, κισσὸς, an κίσθος scribendum, lib. 3. cap. ultimo disputatum est; ibi dicta non repetam. Varia hæc lectio maximis etiam viris hederam, & cistum fruticem confundendi ansam præbuit. Frutex hic Theophrasto κισσὸς dicitur; etiã Dioscoridi, qui ab aliis cistharon aut cissaron vocari tradit. Κίσθος, ὃν ἔνιοι κίσθαρον ἢ κίσσαρον καλοῦσι. Contra Galeno κισσὸς hedera, κίσθος frutex, de quo nobis sermo. Hanc lectionem probat Hesychius; nisi quod accentu scribatur in ultima; κισθὸς θάμνος ἐστὶ ἄρρεν καὶ θῆλυ ἐστι. Eandem probat & Dioscorides, cùm ab aliquibus κίσθαρον vocari tradit: similiter & apud Ætium reperio, κίσθος ἢ κίσθαρος. Contra Æginetã, qui exactè per seriem alphabeti simplicia medicamenta descripsit, servato examussim literarũ ordine, post mentionem κισηρέως, statim subnectit de cistho, quem κισσὸν vocavit. Nec enim aliter eo loco sedẽ & ordinem habere potuisset; κισσὸς ἢ κίσθαρος. Hæc ostendunt ipsos veteres non satis convenisse in hac voce, vel utroque & κισσοῦ & κισθοῦ nomine hanc vocasse plantam. Theophrastus, ut supra dixi, hederam constanter κιττὸν vocavit; hunc verò fruticem κισσόν. Gaza malè vertit *hederam.* De cisto suffrutice, hoc capite agere Theophrastum, facile probari potest. Κιττὸς sive *hedera,* arbor; κισσὸς suffrutex est. Suffruticum enim hoc capite tractat historiã. Nec video, cùm de arboribus agens lib. 3. cap. ult. hederam quamdiligentissimè descripserit, ac diviserit in duo summa genera, puta in humi repentem, & in altum se attollentem; hanc denuo in tria genera, candidam, nigram, & quæ helix vocatur; cur hoc capite, sui quasi oblitus, inter suffrutices hederam denuo recenseret, ejusque duo duntaxat genera faceret, marem & fœminam, utrique florem rosæ sylvestris tribuens. Hederæ flos nullam cum rosa habet similitudinem, nec ulla ratione cum ea comparari meretur. Hunc suffruticem κισσοῦ nomen accepisse contendunt, quod κιττῷ hederæ foliis sit rotundis. Et hoc quidem etymon probant omnes. Mea tamen opinio est, hunc suffruticem primum dictum fuisse κυσὸν & κυσθὸν, idq; postea propter obscœnitatem mutatum in κισσὸν & κισθόν. Κυσθὸν vel κυσὸν vocarunt, quod flore suo roseo eam referret partem, qua mulier est. Scholiastes Aristophanis, χοῖρος τὸ αἰδοῖον γυναικεῖον λέγεται· ἐπὶ δὲ κυσθὸς. Certè apud Scribonium Largum, ὑποκυστίδος, pro, ὑποκιστίδος legitur.

Δύο γένη. Dioscorides duo quoque genera novit, marem & fœminam. Recentiores plura utriusque observarunt genera, ac quidem maris quinque. I. Cistus mas folio rotundo hirsutissimo. Malè audit summus Botanicus Mathiolus, quod pessimè dicat fictam ad verba Dioscoridis imaginem. Scribunt; *Nos nostris oculis rotundifolio cistum, qualem Senensis Doctor ostendit; vidimus;* descripsit Clusius; cujus auctoritas rejici nec debet, nec potest. II. Cistus mas folio oblongo incano; flos colore rubro est, eoq; nunc saturatiore, nunc dilutiore. III. Cistus mas angustifolius. IV. Cistus mas folio breviore. V. Cistus mas foliis chamædryos, sive cistus mas sapinus sinuatis & fimbriatis foliis: Cysti fœminæ observarunt genera XII. I. Cistus fœmina, foliis salviæ. Qui variat: est n. elatior & rectis virgis; est & humi sparsus: in utroq; flos albus, quandoque luteus, ochræ colore. II. Cistus fœmina folio plantaginis; majorem & minorem Lugdunensis pingit. III. Cistis fœmina portulacæ marinæ folio, latiore, obtusiore. IV. Cistus fœmina portulacæ marinæ folio, angustiore, mucronato. V. Cistus folio spicæ, sive lavendulæ. VI. Cistus folio sampsuchi incano. VII. Cistus folio stœchados citrinæ. VIII. Cistus folio majoranæ, defluxis floribus. IX. Cistus folio thymi. X. Cistus folio salicis, qui variat, foliis amplioribus, floribus majoribus, aut foliis angustioribus, floribus minoribus. XI. Cistus flore pallido, punicante macula insignito. Et hic variat. Est enim flore maculoso, macula ex nigro rufescente, sive puniceo, vel non maculoso: uterq; annuus, uti. XII. Cistus ledi folio.

Τὸ μὲν φύλλον, &c.] Dioscorides nullam in foliis agnoscit differentiam libr. I. cap. 127. Κίσθος ὃν ἔνιοι κίσθαρον ἢ κίσσαρον καλοῦσι· θάμνος ἐστὶν ἐν πετρώδεσι τόποις φυόμενος, πολύκλαδος, φυλλώδης, οὐχ ὑψηλός, φύλλα ἔχων περιφερῆ, μέλανα, δασέα. *Cistus, quam nonnulli cistharon aut cistaron vocant, frutex est, petrosis locis nascens, multos emittens ramulos, foliosus, improcerus, foliis rotundis, nigris, hirsutis.* Pro φυλλώδης Caracur. codex habet, ξυλώδης *lignosus;* quam lectionem probat Serapio, vel ejus Interpres. *Improcerus.* Plinius libro vigesimo quarto capite decimo, *Græci, vicino vocabulo, ciston appellant fruticẽ majorem thymo.* Utinam ubiq; inter κιττὸν *hederam,* & κισσὸν *cistũ* distinxisset, nec utriusque historiam confudisset. Majorem cum ait thymo, verum dicit: magnitudine n. thymum multũ vincit ac superat. Dioscorides folia inquit esse περιφερῆ, id est, *rotunda, circinatæ rotunditatis.* Plinius ocymo comparat. *Foliis,* inquit loco citato, *ocimi.* Ocimo foliola quodammodo tantum rotunda. Sed foliis admodum variat cistus. Pro, μέλανα, in antiquo etiam & vulgato codice, τραχέα legitur. Quæ lectio auctoritate Oribasii munitur. Acerba folia cisti esse, comprobat gustus; habet vires adstringendi, & roborandi.

Καὶ τὸ ἄνθος.] Dioscorides loco citato, Ἄνθη ἄρρενος, ὥσπερ ῥοιᾶς, ἐπὶ δὲ τοῦ θήλεος λευκά. *Flores masculo, veluti mali punicæ, fœminæ albi.* Plinius loco citato. *Duo ejus genera, flos masculo rosaceus, fœminæ albus.* Illud *rosaceus* intelli-

 gi debet

gi debet de colore; opponitur enim albo. Rofaceus color non multum à punico colore differt, imo idem fermè est.

Τοῖς ἀγρίοις. Deest vox. Theodorus addidit, legitque τοῖς ἀγρίοις ῥόδοις. Rectè. Plinius lib. 21. cap. 9. ubi hederam cum cisto confundit: *Vtuntur & ferulis & corymbis hederæ flore purpureo, & in alio genere earum sylvestribus rosis similis & in iis quoque color tantum delectat, odor autem abest.* Scribit Coronarios, ferulis uti, & hederæ corymbis, qui florem purpureum habent, (qui ne in toto quidem orbe Christiano reperiuntur) & alio genere sylvestribus rosis simile, verum sine odore. Ex quibus colligo, Theophrastum scripsisse, ἄμφω δ' ὅμοια τοῖς ἀγρίοις ῥόδοις, πλὴν ἄχλοιν καὶ ἄοσμον. Sic scripsisse Theophrastum, *cistumque habere florem rosæ similem*, testantur Latini, qui cistum appellarunt rosam caninam, & sylvaticam. Scribonius Largus cap. 85. ὑποκυνίδος (an scribendum ὑποκιστίδος) qui est succus rosæ sylvaticæ, quam caninam quidam vocant. Theocritus cistum flore roseum habere testatur Eydil. 5.

Ταῖσδ' ἐμαῖς ὄεσσι πάρεστι μὲν ἁ μελίτεια.
Φέρβεσθαι, πολλὸς δ' ὡς ῥόδα κισσὸς ἐπανθεῖ.

Ovibus vero meis adest apiastrum
Ad pascendum, & sicut rosæ copiosa hedera efflorét.

Sic vertunt; sed nullum hederæ genus est, quo ad formam vel colorem flore roseo: cistus roseum fert florem. Interpres cistum cum ladano confundit, aliosq; in historia cisti turpes committit errores. Sic ait, Κίσθος ἐστὶν εἶδος βοτάνης ἀκανθώδους ἐοικυίας ῥόδοις. ἐν ἑτέροις δὲ ῥοδάκισος γράφεται ἐν μέρος λόγου. Ἔστι δὲ αὐτὴ τῶν θάμνων γλυκῶδες ἄνθος ἀφιεῖσα· πήγνυται δὲ τοῖς γόνασι τῶν τράγων καὶ τὸν πώγωνα πήσσεται. *Cistus plantæ spinosæ similis, rosæ genus. in aliis codibus uno vocabulo* ῥοδάκισος *scribitur. Frutex est florem emittens dulcem: coagulatur circa genicula & barbas hircorum.* Postremum de ladano tradunt Dioscorides, Galenus, Rufus, ut mox ostendam. Nullam spinam fert cistus. Spinosam vocat, quia Poëta, ὡς ῥόδα dixit, qui non totam plantam rosæ comparat, ut imaginatus est Scholiastes, sed florem rosæ similem ait, idque colore & forma. Rosæ ergo non stipite, vel, ut aliis fortè magis placet, caule similis, sed flore. Uterque cistis mas & fœmina frutex est lignosus, multis alis ramosus, humilis, nec admodum procerus, & virgis tenuibus. Foliis admodum variat; huic rotunda, alteri oblonga, tertio lata, omnium aliquantulum rugosa & lanu-

Cistus Mas.



ginosa, propemodum subalbicantia. Flores in summo virgularum, veluti parvæ sylvestres rosæ; fugaces tamen & cito pereuntes, colore, masculo quidem, in cæruleo penè subrubentes, aut purpurei; fœmellæ vero candidi: capitula inde rotundiuscula, in quibus semen minutum pa-

Cistus Fœmina.



paveri non dissimile: radices lignosæ, fissæ, & in diversa tendentes. Nascitur cistus in Italia, Hispania, Gallia, ac pro soli cæliq; ratione admodum variat. Alibi enim candidioribus mollioribusque foliis, in aliis minus candidis, minus pilosis; in nonnullis crebrioribus, in aliis rarioribus: idem de longitudine, ac latitudine dicere licet. In calidis regionibus Majo Apriliq; mensibus floret, semen Augusto & Septembri maturū est; apud nos altero à satione anno, Iunio, Iulioque floret, & adversus hyemem diligenter muniri debet. Gignitur subinde sub ipso frutice ad radices limodoro quid simile, hypocistin vocant, quod veteribus etiam notum. Dioscorides libr. 1. cap. 127. Φύεται δὲ παρὰ τὰς ῥίζας τοῦ κίστου ἡ λεγομένη ὑποκιστίς, ὑπ' ἐνίων ῥόθηρον, ἢ κύτινος καλουμένη, ὅμοιόν τι τοῖς κυτίνοις ῥοιᾶς. καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ κιρρὸν, τὸ δὲ χλωρὸν, τὸ δὲ λευκόν. ὅθεν χυλίζεται ὥσπερ ἡ ἀκακία. ἔνιοι δὲ ξηράναντες αὐτὴν, καὶ θλάσαντες, βρέχουσι καὶ ἕψουσι, καὶ τὰ ἄλλα ποιοῦσιν ὡς ἐπὶ τοῦ λυκίου. *Cisti radicibus adnascitur quiddam mali punicæ cytino simile, quod hypocistis dicitur; à nonnullis vero robethrum aut cytinus appellatur. Horum aliud fulvum, alterum virens, tertium candidum cernitur. Ex ea succus acaciæ modo exprimitur. aliqui tamen ipsam arefactam contusamq; macerant, & decoquunt, reliquaque ut in lycio præstant.* Hypocistis cur dicatur, docet Plinius lib. 26. cap. 8. *Hypocisthis — nascitur, ut diximus, sub cistho, unde nomen.* Objiciet quis, etiam sub ledo nasci in Gallo-Provincia. Sed facilis responsio; ipsum ledum cisthi genus est. Ῥόθηρον vocari scribit Dioscorides, ut in vulgaris habetur codicibus; in Aldino ῥόδιθρον, in Pal. ὀροβηθρον, Plinius orobathion legit. Quæ lectio legitima sit, hæreo; in re incerta nihil certi statuens. Ὅμοιόν τι κυτίνῳ. Plinius vertit, *hypocisthis orobathion quibusdam dicta, malo granato immaturo similis.* Quid cytinus sit, cap. de malo punica docuimus. Malè *malum granatum immaturum* vertit Plinius: nullam enim hypocisthis cum malo punico immaturo similitudinem habet. Verum cytinum, qualem lib. 1. exhibemus, optime refert. Contendunt nonnulli hypocistida à cytino differre, ac quidē cytinon vocari id, quod ad radices cisti subadnascitur; succū vero ab ipso expressū, hypocistida appellari. Horum sententiæ favet Æginetа lib. 7. Ὑποκιστὶς χυλός ἐστι τοῦ ὑποφυομένου παρὰ τὰς ῥίζας τοῦ κιστοῦ τοῦ κιθάρου καλουμένης, οἷον κοτύλιον, δραστικὸν ἱκανῶς φάρμακον εἰς ἅπαντα τὰ ῥευματικὰ παθήματα, τῷ ξηραίνειν καὶ ῥωννύειν τὰ μόρια. *Hypocistis*

pociſtis eorum quæ ad radices ciſti & ciſthari appellati ſubnaſcuntur, nempe cytinorum; ſuccus eſt medicamentum ad omnes fluidos affectus efficaciſsimum, ut quod particulas ſiccet, roboretque. Fallitur Scribonius, cum Hypociſtum ſuccum roſæ ſylvaticæ eſſe ſcribit. Non eſt ipſius roſæ ſuccus, ſed ejus quod ad radices ſubadnaſcitur ὑποκιςίδος; qui eſt ſuccus roſæ ſylvaticæ, quam caninam quidam vocant. Ignoravit quid eſſet ὑποκιςὶς lexici Iatrici veteris auctor. Ὑποκιςὶς, ἐςὶν εἶδος ἄνθους, ὃ γίνεται μέσον τῶν χαμαικίςων. Falſum omnino hypociſtida floris genus eſſe, nec chamæciſtaris adnaſcitur; ſive chamæciſtaron hederam exponas terreſtrem, ſive ciſtum humilem, quem chamæciſtum vocamus, perinde eſt; ſub neutro naſcitur. Cæterum quæ Dioſcorides de hypociſtidos confectione tradit, hic de ladano refert. De hoc errore paulo infra. A vero etiam diſcedunt, qui hypociſtida fungũ exiſtimant.

Ciſtus mas cum Hypociſtide.



Neutiquam fungus eſt, ſed veluti germen quod ex ciſti pellulat radiculis. Limodori quoddam genus videtur; craſſum eſt, pingue, carnoſum, ſucci plenum, ex multis veluti hyoſchiami utriculis, aut mali punicæ cytinis totum conſtans. Hujus tria genera Dioſcorides ait reperiri, ruffum, herbaceum, candidum. Duo tantũ genera agnoſcit Plinius, loco citato. *Duo genera ejus candida & ruffa.* τὸ χλωρὸν videtur textui à quopiam additũ. Nec Plinius, nec Oribaſius viridis hypociſtidos meminerũt. Unde quæ recentiores obſervarunt addam. Sub ciſto mare primo Cluſii naſcitur hypociſtis, quam his ferè verbis lib. 1. hiſtor. cap. 45. delineat. *Ad hujus radices, quæ ſummis ceſpitibus diffunduntur & cohærent, copioſe naſcitur; elegantiſsima omnium quas unquã viderim, hypociſtis, novo vere, cum ciſtus jam ad explicandos flores ſe parat. Nam quando primũ è terra emergit, purpureum, ſive Kermeſinum ſericũ eſſe diceres: deinde paulatim aſſurgens, & ſeſe explicans, multum de priſtini coloris elegantia remittit, & cytinos ſuos profert candicantes, turgidos & lento ſucco plenos: qui à peritis pharmacopœis denſatur & in uſum adſervatur.* Naſci & ad ciſti halimi folio radices hypociſtum, idem obſervavit, omnino luteo, ſive ochræ colore, ipſius plantæ florem referente, & Januario repperit menſe; Item ad ledi Narbonenſis radices naſci hypociſtũ obſervavit, quã loc. cit. deſcribit: *Ad hujus radices genus illud* αἱμοδῶρον *ſive cynomorii, hypociſthis nuncupatum, adnatum inveniebam, multis veluti ſquamis, ut quod in aliorum ciſti generum radicibus creſcit compactum, palleſcentis coloris, quibuſdam tamem lineis purpuraſcentibus, & nonnihil vireſcentibus diſtincti, cytinos ſuos ſumma parte proferens, lento & glutinoſo ſucco totum prægnans.* Ex his concludo, Saracenum non ineptè vertere, *Ejus pars fulva, altera virens, quædam etiam candida cernitur.* Duos hypociſtidos ſucci colligendi & præparandi modos tradit Dioſcorides. Plinius ſimpliciter areferi in umbra tradit: *Hæc areſacta*, inquit, *in umbra ſiſtit alvum ex vino auſtero, &c.* Multo nitidius Dioſcorides. Primus præparandi modus, eodem quo acacia perficitur; alter quo lycium. Vide cap. de Lycio, item de acacia. & cap. 1. lib. 6. Hodie ad hunc ferè præparatur modum cytinum contundunt recentem, ex eodem eliciunt ſuccum, qui ſubinde inſolatur ac denſatur, ſervaturque ad uſum. Eandem ladani præparandi rationẽ tradit veteris Iatrici lexici auctor, Ὅταν τὸ λάδανον συνάγωσι τοῦτο Ἰουλίῳ καὶ Μαΐῳ, συνθλῶσι, καὶ ἐκπιέζουσι καὶ τιθέασιν ἐν ἡλίῳ τὸ ἀπὸν ἕως ἂν γένηται εἰς σύςασιν ξηράν. *Qui ladanũ conficiunt, colligunt hanc menſe Iulio & Majo, contundunt, & exprimunt, ponuntque in ſole, donec conſiſtentiam acquirat ſiccam.* Nemo ladanum hoc modo colligi unquam tradidit: nec Iulio colligitur hypocyſtis, ſed verno tempore: utriuſq; hiſtoriam confundit. Impoſtores hypociſthidos loco, ſuccum ex tragapogi radicibus collectum & exſiccatũ vendunt; ſed fraus facile detegitur. Sapore enim non eſt uſq; adeo adſtringente, quam verũ ac legitima hypociſthis. A ciſto venio ad ladanum. Hujus mentionem non fieri à Theophraſto, non ſatis mirari poſſum. Deſcribitur à Dioſcoride lib. 1. cap. 128. Ἔςι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος κίςου, καλούμενον ὑπὸ ἐνίων λῆδον, θάμνος κατὰ τὰ αὐτὰ φυόμενος τῷ κίςῳ· μακρότερα δὲ τὰ φύλλα ἔχει καὶ μελάντερα, λιπαρίας τινὰς κατὰ τὸ ἔαρ ἐπισπώμενα, οὗ (alt. ὧν) τῶν φύλλων ἡ δύναμις ςυπτικὴ καθέςηκε, ποιοῦσα ὅσα καὶ ὁ κίςος. γίνεται δὲ ἐξ αὐτοῦ τὸ λεγόμενον λάδανον. τὰ φύλλα γὰρ ὑπὸ τοῦ νεμόμεναι αἱ αἶγες καὶ οἱ τράγοι τὴν λιπαρίαν ἀναλαμβάνουσι τῷ πώγωνι γλισχρίμως, καὶ τοῖς μηροῖς προσπλαττομένην διὰ τὸ τυγχάνειν ἰξώδη, ἣν ἀφαιροῦντες ὑλίζουσι (Marc. legit, ὡς μέλι διυλίζουσι) καὶ ἀποτιθέντες ἀναπλάσσοντες μαγίδας. ἔνιοι δὲ σχοινία ἐπισύρουσι τοῖς θάμνοις, καὶ τὸ προσπλασθὲν αὐτοῖς λίπος ἀποξύσαντες ἀναπλάσσουσι. κράτιστον δέ ἐστιν εὐῶδες, ὑπόχλωρον, εὐμάλακτον, λιπαρόν, ἀμέτοχον ψάμμου (alt. ἄμμου) ἢ ψαφαρίας ῥητινῶδες. τοιοῦτον δέ ἐςι τὸ ἐν Κύπρῳ γεννώμενον. τὸ μέν τοι Ἀραβικὸν καὶ Λυβικὸν εὐτελέςερον. *Eſt & alterũ ciſti genus ledum à nonnullis appellatum, frutex eodem quo ciſtus modo naſcens, ſed longioribus foliis & nigrioribus, quæ verno tempore quiddam pingue contrahunt. Hujus foliorum vis adſtringens, eoſdem quos ciſtus effectus præbet. fit autem ex eo quod ladanum appellatur. ſiquidem cum ciſti folia depaſcuntur, capræ hircique pinguetudinem conſpicuè barbis & femoribus, quoniam viſcoſa ſit, adhæreſcentem excipiunt, contrahuntve; quæ depexa colatur, & in offas efformata reponitur. Alii attractis per frutices funiculis, inhærentem iis pinguetudinem deradunt & in offas cogunt. Maximè vero probatur odoratum, ſubviride, facile molleſcens, pingue, arenæ ſqualoriſque expers ac reſinoſum. tale autem eſt, quod in Cypro gignitur. Arabicum vero Libycumve vilius eſt. Eſt,* inquit, *& alterum ciſthi genus.* Galenus lib. 7, ſimpl. *. Κίςθος ἢ λάδανον. ἐν μὲν γὰρ τοῖς θερμοτέροις χωρίοις οὗτος ὁ κίςθος γεννώμενος, οὐχ ἕτερος ὢν τῷ γένει τοῦ παρ' ἡμῖν, ἐξαίρετον ἐκτήσατο διὰ τὸ χωρίον ἰδίαν καὶ διαφορητικὴν θερμότητα, καὶ κατ' ἄμφω τοῦ παρ' ἡμῖν διήλλαξε, τήν τε ψύξιν ἀποθέμενος, καὶ τὴν προσλαβεῖν θερμότητα. τὰ μὲν οὖν ἄλλα τοῦ κίςθου παραπλήσια τοῖς ἐπὶ τοῦ παρ' ἡμῖν. *Ciſthus vel ladanon; in calidis regionibus hic ciſthus proveniens: tametſi haud alius ſit genenere, quam qui apud nos naſcitur; eximiam tamen à regione ac peculiarem, digerentemque caliditatem nactus eſt: atque utroque à noſtrate differt, tum quia depoſuit frigiditatem, tum quia calorem aſſumpſit; itaque cætera quidem hujus ciſthi, illis qui in noſtrate viſuntur ſimilia ſunt.* Eadem Ætii ſententia; Κίςθος ἢ λάδανος. ἐν τοῖς θερμοτέροις χωρίοις οὗτος ὁ κίςθος γινόμενος οὐχ ἕτερος ὢν τῷ γένει τῶν ἐν ἑτέροις χώραις, ἐξαίρετον ἐκτήσατο διὰ τὸ χωρίον, ἰδίαν τινὰ καὶ διαφορητικὴν θερμότητα, ἀποθέμενος ψύξιν· τὰ μὲν οὖν ἄλλα, καὶ τούτῳ τοῦ κίςθου παραπλήσια τοῖς ἐπὶ τούτου προειρημένοις. *Ciſtus hic in calidioribus regionibus naſcitur, non genere alius ab his qui in aliis locis naſcuntur, ſed à regione præcipuam quandam propriam diſcuſſoriam qualitatem adeptus eſt, depoſita frigiditate; in reliquis igitur conſimilis eſt præcedenti.* Hanc ego non auſim probare ſententiam: quæ ſi vera, ladanum quod provenit in regione calidiore, melius ſit oportet. Contra Dioſcorides ladanum quod in Lybia Arabiaq; colligitur, regionibus calidioribus, damnat; laudat quod in Cypro, inſula frigidiore, provenit. Obſervavit Cluſius, ſcribit Lobelius, teſtantur Hiſpani Galliq; Narbonnenſes, non tantum una eademq; in regione ſponte ſua naſci ladanũ & ciſthũ, ſed uno eodemq; in loco, & aggere provenire. Qui has peragrat regiones, & ciſtũ & ledũ ſimul ſponte creſcere videt. Per univerſam Luſitaniã & ciſtus & ledon viſuntur: ſed in ſolis foliis ledi pinguedo, quam ladanum vocant veteres. Rectius ergo Dioſcorides alterũ ciſti genus eſſe ſcripſit. ſed male audit, quod ex ledo ladanum provenire dixit.

Ita viri magni, qui orientales regiones adierunt. Non colligitur, inquiunt, è ledo, ut veteres existimarunt, sed alia arbuscula cisto nuncupata, cujus tanta est abundantia, ut ejus regionis (Cretensis) montes isto vestiantur. Non negat Dioscorides fruticem, è quo Cretenses ladanum colligunt, cistum vocari; sed alium inquit esse cistum, diversum ab illo ex quo hypocistus colligitur; eundem ledon vocari, ac cisti genus esse; tantum ab eo differre, quod longioribus sit foliis & nigrioribus, quæ verno tempore pingue quiddam trahunt, quod cistus, ad cujus radices nascitur hypocistus, non facit. Ledum utrum ὁ λήδων, an τὸ λῆδον scribendum, nemo facile dixerit. Apud Æginetam scribitur; λάδανος ἀπὸ τῆς κισθοῦ τοῦ λάδανος, pro quo λήδανος, vel λάδανος legendum videtur. Hesychius λάδανον — τὸ ἢ ἀπὸ τῆς βοτάνης λήδου. Corruptus est codex, vel λήδου vel λήδανος scribe. Λῆδον vel λῆδον dicitur, quod folia ejus neque lævia, neq; nitida sunt, sed scabra & pannosa. Λῆδος enim vestis ex panno raro ac detrito; Hesychius λῆδος· τριβώνιον ἢ πλάς. Vel dicitur potius, ἀπὸ τοῦ ληΐζειν, quod capræ & hirci pinguedinem ejus deprædentur, ac diripiant; nisi placeat ab Arabibus nomē ladi impositū, pro quo Græci λῆδον. Herodotus, scriptor antiquissimus, *τὸ δὲ δὴ λήδανον τὸ Ἀράβιοι καλέουσι λάδανον, at ledanum, quod Arabes ladanum vocant. θάμνος ἐκ τῆς αὐτῆς φυόμενος τῇ κίστῳ. Frutex eodem quo cistus modo nascens.* Hoc Alpino, viro summo, non placet, cum eum lib. de Plantis Ægypti c. ult. describit; *Ex qua ladanū Cretenses colligunt, quā plane differentē ab ea quā hactenus omnes prodidere, inspexi. Hæc siquidē cisto fœminæ persimilis est; foliis tamē cisti longioribus prædita, salviæq; proximis. Flores fert sylvestrib. rosis omnino similes, qui roseo etiam colore, quippe communium rosarum suffusi spectantur. Quæ planta florum tantum multitudine à cisto fœmina differre videtur; deceptusque fuit Matthiolus, Dioscoride dicente, ladanum* (*lodanum* scribit Alpinus) *esse cisti* (*cysti* idem) *genus longioribus foliis, nigrioribusque refertum. Quæ notæ in cisto, ex quo Cretenses ladanum colligunt, utique omnes observarentur, quando hæc planta omnino cisto fœminæ sit similis, cum iisdem foliis floribusque spectetur, etsi majoribus.* Eandem hanc plantam lib. 1. de plantis exoticis describit cap. 40. Quo loco non addidit, florum tantum multitudine & foliorum differentia à cisto fœmina differre. Secus enim se res habet. Cisto fœminæ flos albus vel luteus; huic roseus, purpureusque, qualis solet cisto esse mari. Describit ladanum Cretense Alpinus his ferè verbis. In Creta insula nascitur ubiq;
" locorum fere cistus ladaniferus, ex quo Cretenses ladanum colligunt, tantopere usui, & medicinæ, & odoratorum suffituum cognitum. Hæc planta fruticat ab una radice multis ramis, longis, lignosis, duris, ad cubitalem ac etiam ampliorem altitudinē, cisti maris foliis, sed longioribus, salviæ proximis, ramis æqualibus spatiis adherentibus, plerumq; ex opposito binis, aut plurib. etiam ab uno exortu prodeuntibus, odoratis, atq; per æstatem manibus ex quodam lento humore maxime adhærentibus. Flores vero in cauliculorum cacumine exeunt purpurei, cisti florib. per quam similes, sed majores tamen, à quib. si liquæ parvæ, rotundæ, oblongæ, involucro rotundo continētur, colore nigrescentes, minuta semina nigra continentes. Tota planta est odorata, adstringens, cum humiditate viscida, odorata, præsertim foliis inhærens verno tempore. Ex quo patet Cretenses ex hac planta ladanū colligere; non autem ex illa, quam Andreas Mathiolus; & alii pro ladano receperunt; quæ planta habet folia longa, tenuia, in acutum desinentia, foliis salicis quodammodo similia, cui etiā plantæ quodam anni tempore, humorem lentum, odoratum inherere, multi ex recentioribus observasse, tradiderunt; nos vero complures plantas ex iis, quæ cisti ledi genere comprehendi herbarii voluerunt, in variis locis vidimus, cujusvis viscidę humiditatis expertes. Quo cognovimus, eam plantam minime esse cestum ledum Dioscoridis, at hanc nostram quam descripsimus. Cujus opinionis fuisse quoque visus est Petrus Bellonius, qui cum in Creta insula plantas perlustrasset, fassus est, non ex vulgari cisto ledo ladanum colligi, sed ex alia planta cisto nominata. Ita n. de ea scripsit, lib. 1. Itin. obs. c. 17. Non colligitur (*ladanū*) è ledo, ut veteres existimarunt, sed ex alia arbuscula cisto nuncupata, cujus tanta est abundantia, ut ejus regionis montes isto vestiantur. Natura ea est, ut deflorentibus floribus vernis, abjectisque hybernis foliis, novis frondibus amiciatur, quasi lanugine pubescentibus in proximam æstatem, quæ per solis æstus, uliginoso quodā rore pinguescunt, quoq; ardentiores sunt calores, tanto abundantior ille ros foliis innascitur. Quare colligimus plantam ex qua ladanū colligitur, non esse cistum ledum, sed hanc quam descripsimus, quam multos annos Patavii in fictilibus conservavimus, atque etiam nunc alimus. Quo tempore etiam in quo eam insulam perlustravimus, hanc ipsam stirpem ladanum esse à Cretensibus accepimus, atque ab ea in-

Cistus ledum Cretense.



digenas ladanum colligere. Addimus totam plantam esse odoratam, & post vernos calores humiditate illa viscida, odorataque refertissimam. Demum confirmari hanc nostram opinionē vel ex eo posse credimus, quod apertè Dioscorides, ubi expresserat cistum marem habere folia rotunda, de cisto ledo ita subjunxerit in 1. de Mat. Med. cap. 130. Est & alterum cisti genus, ledum à nonnullis appellatum, frutex simili modo nascens, longioribus foliis & nigrioribus, quæ verno tempore quiddam contrahunt pingue. Quibus recentiorum nonnullos deceptos fuisse, haud leviter suspicatus sum; ex quo Dioscorides dixerit, ledum habere folia cisto longiora, ipsis persuasum fuit, eam plantam cisti ledi vocatam ab ipsis, esse cistum ledū. Qui sane neq; parum hallucinati fuerunt, quoniam ledū ab ipsis vocatum habet folia tenuia, longa, nullatenus figura cum cisti foliis, quæ Dioscorides inquit esse rotunda, convenientia. Unde Dioscoridem per cistum ledum intellexisse plantam credimus in aliis à cisto differentē, quam quod habeat folia cisti, sed longiora quidē, quæ verno tempore humido pingui odorato infarciuntur, ex quibus ladanum colligunt. Nos cisti plantam ledo vidimus prope Clodiam civitatem in agro juxta Brundulum, & foliis & floribus purpureis, totoque frutice simillimam; hoc excepto, quod nullo tempore ipsius folia habent pinguē, odoratamque humiditatem. Modum quo Cretenses ex hac planta colligunt ladanū inter pigmenta odoris causa maxime expetitum, & commodatum, & Dioscorides docuit, & ex recentiorib. Petrus Bellonius in primo libro suarū Itinerariar. Observationū. Folia ledi efficaciter adstringunt, siccant, quo ad sanguinis profluvium, & sputum cruentum, atque ad alias immodoratas fluxiones, evacuationesque cohibendas laudantur. Ladanum vero quod ex ea planta colligunt optimum est, odoratum, subviride, facile mollescens, pingue, quod arenas non colligit, nec squalore obsitum est, resinosum, natura ei spissandi, ex Dioscoride calefaciendi, emolliendi. Galenus scribit hanc cisti plantam,

" plantam, à regione in qua nascitur eximiam, pecullia-
" remque digerentem caliditatem nactam fuisse, lada-
" num vero calidum ad secundum fere gradum esse, &
" habere paululum adstrictionis, esseque tenuis substan-
" tiæ, moderate emolliens, acriterque digerens & con-
" coctorium. Defluentes capillos retinet, si cum vino il-
" linatur cutis, aut simul cum myrrha & oleo myrtino, ex
" mulso dissolutum instillatur in aures, ad tollendum acu-
" tum dolorem utilissime: idem facit & cum rosaceo dis-
" solutum; ex vino vero cicatrices emendat. Suffitu in e-
" nixis, secundas educit. Inditum autem pessis uteri du-
" ritiem emollit: alvum sistit cum vino antiquo sumtum;
" & urinam movet; usum non minus habet ad unguenta
" odoratiora paranda. Hactenus Alpinus. Probabile ad-
modum, hanc plantam verum ledum esse, ex qua lada-
num colligitur. Recentiores plura ledi observarunt gene-
ra. I Cistus ledon Monspeliensium, quem non alium puto

Cistus ledon Narbonnense
cum hypocistide.



cistum, quam quintum Clusii, qui ad radices hypocistum
profert. Hic quintus à Clusio his fere verbis descri-
bitur; *Quintum genus multis ramis fruticat, cubito lon-
gioribus, duris, lignosis, nigricantibus, oblongis oleæ foliis,
angustioribus, fuscis, pinguibus, & lento humore consper-
sis, quemadmodum & novelli ramuli: flos albus, omnium fe-
rè minimus, longa & angulosa capitula, in quibus semen, ex
rufo nigricans, exiguum. Ad hujus radices hypocistus nasci-
tur, qualem supra descripsi. Nihil isto ledi genere vulgatius
toto Valentino regno, & Narbonensi Gallia; ubi aliud ge-
nus ledi non reperitur. unde nomen Monspeliensis ledi ac-
cepit.* Aliorum alia sententia, qui hoc ledum diversum,
à Monspeliensi scribunt. II. Cistus ledum Hispanicum
incanum, sive primum Clusii. Hoc Clusius his verbis
describit; *Primum ledon fruticat ad hominis altitudi-
nem, quam etiam interdum superat, ramis frequentibus, li-
gnosis, duris, nigris: folia, quemadmodum & rami, ex ad-
verso sita sunt, oblonga, transversum digitum quandoque
lata, nonnunquam etiam latiora, supernè ex viridi nigri-
cantia, infernè candicantia, quæ cum tenellis ramis pingui
quodam odorato, calido, & transparente liquore adeò co-
piosè aspersa sunt, ut procul etiam ex splendore conspici &
agnosci possit, odor autem octava miliaris Germanici par-
te naribus percipi. Flore est inter reliqua cisti genera & pul-
cherrimo & amplissimo, magnæ rosæ instar, simplici, quin-
que foliorum textura, omnino interdum albo, sed cujus
singula folia circa unguem ex purpura nigricante macu-
la rhomboide, nunc majore, modo minore & angustiore,
ut plurimum infecta sunt, floris umbilico multis croceis fi-
bris pleno, ut in aliis cisti generibus; capitula in longis
pediculis foliisque suis denudatis, omnium maxima, ro-
tunda ferè & plana, non mucronata, & sæpe numero de-
cagona, dura interius flavescentia, quibus dehiscentibus,
semen decidit copiosum, subrufum, omnium munitissi-
mum. Tota planta, dum resiccata est, quendam cando-
rem contrahit; pinguem tamen illum suum lentorem &
suavem odorem non amittit, sed eum retinet, ad multos e-
tiam annos. Crescit hoc genus multis Hispaniæ & Lusita-
niæ locis frequentissime, pistoribus ad calefaciendas forna-
ces, & tenuioris fortunæ hominibus struendo igni ser-
viens.* Hoc genus descripsi, quod non multo negotio
colligi ex eo possit, purissimum ladanum. III. Cistus
ledon foliis laurinis. IV. Cistus ledon foliis populi nigræ
major. V. Cistus ledon foliis populi nigræ minor. VI. Ci-
stus ledon Cretense, sive ledum tertium Cyprium Clusii.
Qui hoc genus idem esse cum Cretensi Alpini existi-
mant, falluntur: quam & ipse fovi sententiam, ante-
quam Libellum de exoticis Alpini plantis videre mihi li-
cuit. Id his verbis describit Clusius; *Tertium in Hispaniis
non observavi, sed semine ex Italia misso Cyprii ledi nomi-
ne, nobis & plerisque aliis Belgis rei herbariæ studio sese
oblectantibus natum est cubitali, interdum majore altitu-
dine, fruticosum, nigricantibus ramis, carnosis foliis, &
præ satura viriditate nigricantibus; mediæ inter primi
& secundi generis folia magnitudinis, brevioribus tamen,
& rhomboidis quodammodo figuræ, quæ cum novellis ramis
lento & roscido humore obsita sunt; non adeo tamẽ abundan-
ti & denso, neque etiam adeo odorato, ut in primo genere:
Flos est albus, secundo generi similis, semen etiam exile,
nigricans in rotundis capitulis.* VII. Cistus ledon folio
myrti. VIII. Cistus ledon hirsutum. IX. Cistus ledon
foliis oleæ, sed angustioribus. Narbonnense supra descri-
ptum. X. Cistus ledon angustifoliis. XI. Cistus ledon
foliis rosmarini hispidis. XII. Cistus ledon foliis roris-
marini, subtus incanis. XIII. Cistus ledon foliis roris-
marini, sed non incanis. XIV. Cistus ledon foliis Thymi.
XV. Cistus ledon foliis rorismarini ferrugineis, quod alii
rosmarinum sylvestre vocant. XVI. Cistus ledon foliis
salicis angustifoliæ; alii rectius rosmarinum sylvestre
ἄοσμον vocant. XVII. Myrtocistus Penhæi. Postrema
genera ad ledi classem referri vix possunt, uti & quod
ledum alpinum hirsutum, & ledum alpinum foliis fer-
rea rubigine nigricantibus, vocant. Et hæc ledi genera.
Revertor ad Dioscoridem. Κατὰ τὸ ἔαρ ἐπισπώμενον, ait. Malè
verò audit, quod scripserit verno tempore folia ledi re-
sinosum quiddam contrahere. Sed quibus armis ad-
versus Dioscoridem pugnant? Dicunt, *Petrus Bellonius
αὐτόπτης, in mediis æstatis & canicularium dierum ardentis-
simis fervoribus id fieri tradit.* Bellonio oppono Alpinum,
non minus testem oculatum; qui & ipse satis clarè ait
verno tempore contrahi pingue illud resinosum. Sed
nec ulla inter Dioscoridem, Alpinum, & Bellonium dis-
sensio. Quod vel ex his Bellonii apparet verbis: *Natura ea
est, ut defluentibus floribus vernis, abjectisque hibernis fo-
liis, novis frondibus amiciatur, quasi lanugine pubescenti-
bus in proximam æstatem, quæ per solis æstum uliginoso quo-
dam rore pinguescant. quoque ardentiores sunt calores, tan-
to abundantior ille ros foliis innascitur.* Vult Bellonius,
quum verno tempore vetera exuit folia, nova succede-
re, quæ quo solis æstus major, eo pinguiora. Quod non
est contra Dioscoridem. Hic tradit, folia ledi, quando
ver est, acquirere pinguedinem, quæ (quod tamen non
exprimit) copiosissime in ea reperitur, quando solis æ-
stus maximus est. Quod vel in fine veris, vel æstatis ini-
tio esse potest, quando dies longissimi. Non infestantur
ventis borealibus insulæ maris Mediterranei, circa festum
Divi Ioannis, uti Batavorum terra; apud quos sæpe anni
illud tempus frigidum, non raro grando, nonnunquam,
verum rarius, nix cadit; quæ tamen statim solis vi liques-
cit. Nihil de canicularibus diebus Bellonius. quo tem-
pore nec nos negamus, in iis insulis ardorem æstumq; esse
vehementissimum. Pergit Dioscorides, γίνεται δὲ ἐξ αὐτοῦ.
Duos Ladani colligendi modos tradit Dioscorides, & u-
trumq; Plinius libr. 12. cap. 17. ubi turpiter ladani he-
deræque confundit historiam. Nec solus hoc facit Pli-
nius, sed etiam Græci recentiores, ut supra probavi, &
Arabes. De Avicenna notum est, eum cistum cum he-
dera confundere, & ladanum ex hedera facere. Vo-
cum ὁμωνυμία adeo turbavit Arabes, Plinium, & ex Græcis
nonnullos, ut passim ex hedera ladanum colligi tradide-
rint. Arabes mitto; de ladani collectione hæc Plinius lib.
12. cap. 17. *Arabia etiamnum & ladano gloriatur, forte
casuque hoc, & injuria aeri odoris, plures tradidere. Capras*

maleficum alias frondibus animal, odoratorum vero fruticum appetentius, tanquam intelligant pretia, carpere germinum caules, prædulci liquore turgentes, distillantemque ab his (casus mistura) succum improbo barbarum villo abstergere. Hunc glomerari pulvere, incoqui sole; & ideo in ladano caprarum pilos esse. Sed hoc non alibi fieri, quam in Nabatæis, qui sunt ex Arabiâ contermini Syriæ. Recentiores ex auctoribus strobon hoc vocant, traduntque sylvas Arabum pastu caprarum infringi, atque ita succum villis inhærescere: verum autem ladanum Cypri insulæ esse: ut obiter quæque genera odorum dicantur, quamvis non terrarum ordine. Similiter hoc ibi fieri tradunt, & esse æsypum hircorum barbis genibusque villosis inhærens, sed ederæ flore deroso, pastibus matutinis, cum est rorulenta Cypros. Deinde nebula sola discussa, pulverem madentibus villis adhærescere, atque in ladanum depecti. Sunt qui herbam in Cypro ex qua id fiat, ledam appellent: (etenim illi ledanum vocant) hujus pingue insidere: itaque attractis funiculis herbam eam convolvi, atque ita offas fieri. Ergo in utraque gente bina genera, terrenum & factitium: id quod terrenum est, friabile: factitium, lentum. Hæc Plinii verba multis mendis laborant, quæ, priusquam ad ladani collectionem veniamus, emendabimus. *Forte ait casuque hoc, & injuria aeri odoris, &c.* Antiquus codex, *& injuria fieri odores plures tradidere.* Corrigunt, *injuria fieri auctores, plures tradidere.* Scribo, *& injuria fieri odoris, plures tradidere.* Sic Solinus, injuria religionis litare hostiis humanis Gallos, dixit. Injuria odoris ladanum cum fieri scribit, explicat Herodotum apud quem lib. 3. legitur, τὸ δὲ δὴ λήδανον, τὸ Ἀράβιοι καλέουσι λάδανον, ἔτι τούτου θωμασιώτερον γίνεται. ἐν γὰρ δυσοδμοτάτῳ γινόμενον, εὐωδέστατόν ἐστι. *At ledanum, quod Arabes ladanum vocant, etiam cinamomo mirabilius comparatur. Quippe quod in graveolentissimo loco nascens, tamen fragrantissimè olet.* Hinc Plinius injuria odoris ladanum fieri scripsit, quod frutices, in quorum foliis generatur, carpantur à fœtidissimo quadrupede hirco; & sic fit ladanum, ut Plinius ait, ex succo distillante, & hircorum barbis adhærescente. Ex hoc Plinii loco apud Eupolim, cujus versus libr. 4. cap. de myrica emendavimus, probatur, κίσθον, vel ut alii malunt, κιστὸν non significare hederam, sed ledum. Vide etiam an non rectius apud Plinium eodem hoc loco, pro, *carpere germinum caules*, legas, *carpere germina caulium prædulci liquore turgentia.* Pro; *appetentius*, antiquus noster codex habet *expetentius.* Vulgata magis arridet. *Distillantemque ab his casus mistura succum improbo barbarum villo abstergere*: Duo illa verba, *casus mixtura*, negat Plinii esse Pintianus; quod probat Salmasius. Certè glossatoris videntur, qui scripsit ad oram, notandi gratia, *casus mixtura*, quod in textum ab aliis receptum est. Nullus omnino casus in succo distillante ab his germinibus quæ hirci carpserunt: sed casu forteque ladanum fieri ibidem scripsit, quod ex pastu hircorum vel caprarum, & succo distillante, ac villis earum adhærescente, concinnatur. Unde aliquis ad marginem notavit, *casus mixtura.* Legebat aliquando Clariss. Salmasius: *distillantem ab his esus mixtura succum*; Ut sunt omnicarpæ capræ, omnigena edunt germina, ex quibus succum distillantem esus mixtura barbarum villo abstergunt Non è succo unius certiq; fruticis, quem capræ deroserint, ladanum in Arabia conficiebatur, sed ex pluribus odoratis germinibus defractis ac derosis, esusque mixtura, succo inde distillante, & barbis hircorum adhærescente. Prius magis arridet, uti & Clariss. Salmasio. Corrigunt alii; *ab his quasi cæsura succum improbo barbarum villo abstergere.* Arridet aliis, *distillantemque ab his morsu cæsis succum improbo barbarum villo abstergere. Improbum barbarum villum* dixit, pro *grandi* & *promisso.* Sic *improbe natus* Suetonius de homine enormis proceritatis dixit. Eodem modo Marcellinus, *& podex improbius extans*, id est, longius. Antiquus noster codex, uti etiam Parmensis, pro eo quod sequitur, *glomerari pulvere*, habent, *glomerari in pulverem. Qui sunt in Arabiâ contermini Syriæ. Recentiores ex auctoribus, strobon hoc vocant.* Strobon eodem hoc capite alia vocatur arbor, quam ad suffitus accendebant Arabes, vino palmeo perfusam. Strobolon vel stabalon, inquiunt viri maximi, illud genus ladani vocabant, quo villi caprarum inhorrescebant, ac veluti crispabantur. nam Στράβαλον est οὖλον. Hesychius, τραβαλοκόμαι, οὐλοκόμαι. aliis, στραβαλοκόμαι. Æoles στρόβολον dicebant. In indice scribitur; *de stobolo, enhæmo, bratus arbor, stobrum arbor.* Ubi stobolon est ladanum. Male igitur editiones, quæ strobon indigetant, cum arboris nomen fit. Hanc cur rejiciam lectionem, nullam invenio rationem. Sequitur; *Atque ita succum villis inhærescere.* Recepta est veteribus sententia, ladanum inveniri in capratum barbis. Herodotus libr. 3. Τῶν γὰρ αἰγῶν τῶν τράγων ἐν τοῖσι πώγωσι εὑρίσκεται ἐγγινόμενον, οἷον γλοιὸς ἀπὸ τῆς ὕλης. χρήσιμον δ' ἐς πολλὰ τῶν μύρων ἐστί· θυμιῶσί τε μάλιστα τοῦτο Ἀράβιοι. Vertunt; *In barbis hircorum invenitur innatum, veluti mucor ligni, cum ad conficienda varia unguenta utile, tum præcipuè ad suffitionem qua Arabes utuntur.*

Οἷον γλοιὸς ἀπὸ τῆς ὕλης. Perperam vertunt, *veluti mucor ligni*; Interpretare, *veluti glutinosus humor è sylva, quam capræ hircique depascuntur.* Τὴν ὕλην vocat, fruticum omne genus, quod hirci carpunt, de quibus apud Eupolim. Vide cap. de myrica. Hesychius, Λάδανον τὸ μὲν ἀπὸ τῶν πωγώνων τῶν αἰγῶν καὶ τράγων, *ladanum quod in barba caprarum hircorumque reperitur.* Ægineta libr. 7. Λάδανον ἀπὸ τοῦ κίστου τοῦ λάδανος λεγομένου γίνεται· νεμόμεναι γὰρ αὐτὸν αἱ αἶγες, ἐν τοῖς πώγωσι καὶ τοῖς μηροῖς αὐτῶν τὸ λιπαρώτερον καὶ ὀπῶδες τῆς πόας ἀφαιροῦνται. Notat interpres in M S. legi, λάδανον ἀπὸ τοῦ κίσθου Κυπρίου τοῦ λάδανος, &c. *Ladanon ex cistho Cyprio frutice ladone dicto, nascitur, quem capræ pascentes, barbis & femoribus quod pinguius & liquori simile est ab eo auferunt.* Galenus lib. & cap. 1. κατὰ τόπους. Τὸ δὲ ἀποτραγοπώγων, ἀντικρυς ἡμῖν ἔδοξεν περὶ τοῦ λαδάνου λελέχθαι, καὶ γὰρ συμπιφαίνεται πρὸς τὰς τοιαύτας διαθέσεις ἁρμόττειν, καὶ ἡ γένεσις αὐτοῦ κατὰ τὰ γένεια τῶν τράγων ἔν τισι χωρίοις ἐπιγίγνεται· δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ Ῥοῦφος ὁ Ἐφέσιος διὰ τῶνδε τῶν ἐπῶν.

> Ἄλλο δέ που κατὰ γαῖαν Ἐρεμβῶν λήδανον εὕροις
> Αἰγῶν ἀμφὶ γένεια. τὸ γὰρ καταθύμιον αἰξί,
> Κίσσου ἀνθήεντος ἐπιδέδμεναι ἄκρα πέτηλα.
> Τοῦ δ' ἀπὸ λαχνήεντος ἀναπλήσθησαν ἀλοιφῆς
> Αἶγες ὑπαὶ λασίῃσι γενείασι πλευρά τε πάντα.
> Οὐ μὴν δὴ νούσοις τὸ δὲ κάλλιον, ἀλλ' ἄρα πνοιῇ.
> Ἔξοχον, οὕνεκα πολλὰ μεμιγμένα φάρμακ' ἔχουσιν
> Ἀμβρόσι' οἷά τε γαῖα φύει πεδίοισιν Ἐρεμβῶν.

Εἰ μὲν οὖν τοῦτο μόνον τὸ λάδανον ὁ συνθεὶς, τὸ φάρμακον ἐμβάλλεσθαι κελεύει, τῶν ἀδήλων ἐστίν. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ ἀφ' ἑνὸς εἴδους τὸ πᾶν εἰρῆσθαι γένος αὐτοῦ. *Cæterum barbæ hircinæ sordes statim nobis visæ sunt de ladano dictæ esse: nam ad has affectiones convenire in confesso est. & sane generatio ejus circa mentum hircorum in quibusdam locis contingit, quod & ipsum & Ruphus Ephesius per hos versus indicat.*

> *Invenias in Erembōrum quoque ladanon orbe*
> *Caprarum circa mentum, gratissimus illis*
> *Succus ii è cisti folio decerptus amico.*
> *Imbuti hoc villi menti laterumque madescunt.*
> *Non tamen ad morbos hoc præstat, laudem ab odore*
> *Egregie quo spirat habet, quod plurima mixta*
> *Pharmaca Erembi habeant divinis viribus aucta,*
> *Orta solo & campo longè lateque patenti.*

An quidem hoc solum ladanon, is qui pharmacum composuit, injicere jubet, non satis manifestum est: fieri potest per unam speciem, totum genus ab eo designari. Vox ἀποτραγοπώγων, errandi occasionem præbuit Arabibus, Græcisque recentioribus, ac iis qui è tragopogi radicis succo confici ladanum scribunt. Erembi Æthiopiæ populi; qui & Troglodytæ, utroque simili nominis etymo appellantur, siquidem Ἐρεμβοὺς ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν appellatos volunt; sicut τρωγλοδύτας ἀπὸ τοῦ κατὰ τὰς τρώγλας δύεσθαι, Troglodytæ nomẽ acceperunt à subeundis cavernis; cavernas enim incolunt. Ruphus tamẽ Erembos Arabiæ incolas vocat, quod vel ex Dioscoride, Plinioque constat, qui Ladanũ non in Æthiopia, sed Arabia provenire scribunt. Posidonius apud Strabonem, Ἐρέμβους καὶ Ἄραβας, eosdem esse dicit, levi nominum commutatione & corruptela. Strabo lib. 1. τούτῳ δὲ ἐοικέναι τοὺς Ἄραβας καὶ Ἐρεμβούς, τάχα τῶν πάλαι Ἑλλήνων οὕτω καλούντων τοὺς Ἄραβας, ἅμα καὶ τοῦ ἐτύμου συνεργοῦντος πρὸς τοῦτο. Ἀπὸ γὰρ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν τοὺς Τρωγλοδύτας (scribe Ἐρεμβούς) ἐτυμολογοῦσιν οὕτως οἱ πολλοὶ οὓς μεταλαβόντες (Causabonus mavult, μεταβαλόντες) οἱ ὕστερον, ἐπὶ τὸ σαφέστερον, Τρωγλοδύτας ἐκάλεσαν. οὗτοι δέ εἰσιν Ἀράβων οἱ ἐπὶ θάτερον μέρος τοῦ Ἀραβίου κόλπου κεκλιμένοι, τὸ πρὸς Αἰγύπτῳ καὶ Αἰθιοπίᾳ. *Hisque conveniunt Armenii, & Arabes, & Erembi; sic enim fortasse veteres Græci vocabant Arabes. Nam plerique inde ducunt nominis rationem, quod terram subirent, quod est* ἔραν ἐμβαίνειν. *& posteriores apertiore vocabulo Troglodytas, quod est, qui cavernas intrent, appellant. Sunt autem ii Arabes, qui alterum latus sinus Arabici vergunt, quod est ad Ægyptium & Æthiopiam.* Eodem loco idem Strabo, οἱ δὲ πλάττοντες Ἐρεμβοὺς ἰδιόν τι ἔθνος αἰθιοπικὸν, *quidam autem fingunt Erembos esse Æthiopicam*

quandam

quandam familiarem. Idem lib. 16. Ἀλλὰ μᾶλλον περὶ Ἐρεμβῶν ἡ ζήτησις, εἴτε τοὺς Τρωγλοδύτας ὑπονοητέον λέγεσθαι, καθάπερ οἱ τὴν ἐτυμολογίαν βιαζόμενοι ἀπὸ τοῦ εἰς ἔραν ἐμβαίνειν, ὅπερ ἐστὶν εἰς τὴν γῆν, εἴτε τοὺς Ἄραβας. ὁ μὲν οὖν Ζήνων ὁ ἡμέτερος μεταγράφει οὕτως. καὶ Σιδονίους Ἄραβάς τε. Πιθανώτερον δὲ Ποσειδώνιος γράφει, τῷ παρὰ μικρὸν ἀλλάξαι. καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς. ὡς τοῦ Ποιητοῦ τοὺς νῦν Ἄραβας οὕτω καλέσαντος. *Sed Major tamen quæstio de Erembis est, an Troglodytæ intelligi debeant (quod vi originis vocabuli quidam pervincere volunt, inde Erembos dici autumantes, quod terram subeant) an Arabes. Ac noster Zeno sic scripturam mutat; Sidonios Arabesque. Probabilius est quod scripsit Posidonius, Erembos leviter deflexo vocabulo à Poëta sic nominatos, qui nunc Arabes vocantur.* Revertor ad Plinium, unde digressus sum; *Verum autem ladanum ait Cypri insulæ esse. Verum* vocat, quod Dioscorides *optimum* dixit. Falsum igitur quod lib. 26. cap. 8. *Ledon appellatur herba, ex qua ladanum fit in Cypro, barbis caprarum adhærescens, nobilius in Arabia.* Postremum ex ipso Plinio falsissimum evincitur. Contrarium probat Dioscorides; τὸ μὲν τοι Ἀραβικὸν ἢ Λιβυκὸν εὐτελέστερον. *Arabicum vero Libycumque vilius est.* An εὐτελέστερον malè vertit Plinius? an pro *nobilius*, scribendum *vilius*? *Et oesypum, hircorum barbis genibusque villosis inhærens.* Οἴσυπος *est collecta pinguedo in lana succida.* Dioscorides, Οἴσυπος λέγεται τῶν ἐκ τῶν οἰσυπηρῶν ἐρίων λίπος. *Oesipus dicitur succidarum lanarum pinguitudo,* ut vertit Ruellius, vel, ut Hermolaus, *sordidarum lanarum pinguitudo.* Pergit Plinius. *Sed hederæ flore deroso, &c.* Hæc inepta. Dioscorides duos colligendi ladani modos tradit, utrumque è ledo frutice fieri scribit, & esse cisti genus: Plinius vero alterum è ledo herba, alterum, ex hederæ flore depasto, à capris ladanum colligi docet. Vocum vicinitate deceptus est Plinius. Vide quæ cap. de hedera, & cisto dicta sunt. *Deinde nebula discussa,* usque ad, *atque ita depecti.* Hoc habet Plinius ex Dioscoride, qui ad hunc fermè modum ladanum colligi docet. *Femoribus,* inquit, *& barbis adhæret, quoniam viscosa est; adhærescentem excipiunt contrahuntque hunc in modum, primum depectunt, deinde colant, postea in offas efformant, ac deponunt. Sunt qui herbam in Cypro, ex qua id fiat, Ledam appellant: etenim illi ledanum vocant.* Antiquus codex, *laden appellant.* Scribe, *ledon.* Simile mendum lib. 26. cap. 8. *lada appellatur herba.* Restitue ex antiquo codice, *ledon appellatur herba.* Dioscorides θάμνον ait esse, Plinius herbam: quod falsum; esse autopsia docet: frutex enim est. *Hujus pingue insidere, atque attractis funiculis*: corrigit Doctissimus Pintianus, *huic pingue insidere,* ex Dioscoride. *Sunt,* inquit, *qui tractis per fruticem funibus, inhærentem illis pinguedinem detrahunt.* Aliter, quod magis placet, Salmasius corrigit. *Etenim illi ladanum vocant hujus pingue: ei insidere, idque attractis, &c.* Vel, quod non displicet. *Ladanum vocant hujus pingue insidere id, atque attractis, &c.* Herbam ipsam a Cypriis ledon appellari scribit, pingue vero hujus herbæ, ledanum. Pingue vocat, τὸ λίπος vel τὴν λιπαρίαν quæ foliis caulibusque inhæret. Dioscorides μακρότερα δὲ τὰ φύλλα ἔχει καὶ μελάντερα λιπαρίας τινὰς κατὰ τὸ ἔαρ, &c. *Itaque attractis funiculis herbam eam convolvi, atque ita offas fieri.* Hunc locum viri maximi sic exponunt. *Hæc ex Dioscoride transcribebat; & injuriam optimo scriptori facit, tum quia herbam vocat, quam ipse θάμνον vocaverat, & nos scimus fruticem esse; tum etiam quia non intellexit quid scribebat. Nam attractis funiculis dicit eam herbam convolvi, ita obscurè, καὶ ἀτόπως, ut quid velit Dioscorides, manifestum sit; quid ipse velit, ne ipse quidem intellexerit. Quis unquam intellexisset illud,* attractis funiculis? *Deinde pervertit verba Græci scriptoris,* ὑλίζουσι, *mutans in* εἰλίζουσι. *Tolerabile erat si dixisset ladanum, & pingue illud convolvi, non autem plantam ipsam. Ergo sibi contradicit statim. Nam non multo ante dixit, pingui ex herba collectum ladanum vocari. Vides nihil potuisse dici inconstantius: nisi fortasse aut similis, aut majoris inconstantiæ fuerit, non meminisse à se superius scriptum, ladanum, quod ipse toxicon ait vocari, non aliud esse quàm hoc, quod attractis funiculis colligebatur. Profecto dicere licet, Plinium & Ladanon & cisthon ignorasse.* Hanc conjecturam alii improbant: nec verisimile videtur, Plinium εἰλίζουσι legisse apud Dioscoridem, pro ὑλίζουσι. Nec enim in hoc genere ladani verbum ὑλίζειν locum habebat, sed in eo quod ex hircorum barbis decerpebatur. Quod enim οἰσυπῶδες esset, & sordiū plenum, per colum liquebatur. Præterea εἰλίζειν pro εἰλεῖν Græcum non est; pingue vero illud quod ex foliis colligebatur tractis ad herbam funiculis, circa ipsos funiculos volutum, & inde expressum cogebatur in offas. Sed mendosa Plinii lectio, & interpunctio viros istos decepit. Corrigunt ergo alii: *Ei insidere: idque attractis funiculis herbam eam, convolvi atque offas fieri.* Id pingue, roscidum quod inhæret foliis & stipitibus ledi, attractis ad herbam eam funiculis convolvitur, id est, circa funiculos volvitur, & inde exemptū in offas redigitur. Hanc lectionē probat Dioscor. τινὲς καὶ τὰ σχοινία, usque ad, ἀναπλάσσουσι. Non male etiam legeretur & eodem sensu, *insidere id, atque attractis funiculis herbam eam convolvi.* Tralatitia autem locutio; *attractis funiculis herbam eam,* pro, *tractis funiculis ad eam herbam.* Sic *adstitutus tribunal, genua advolutus.* & similia. Scribi tamen posset, *attractis herbam in eam funiculis.* Sed nihil necesse. Idem Plinius libr. 26. cap. 8. de confectione ladani in Syria & Africa. *Fit jam & in Syria & Africa, quod toxicon vocant* (antiquus noster codex, *taxon,* fortè, *toxon*) *nervos enim in arcum circumdatos lanis trahunt, adhærescēte roscida lanugine.* Nulla, iidem viri magni inquiunt, roscida lanugo; & corrigunt, *adhærescente roscido lanugini.* Lanæ lanugini adhærescebat pingue roscidum, quod absolutè roscidum hic vocat. Non igitur ipsa herba convolvebatur, ut viri magni scribunt, sed pingue ipsum tractis ad herbam funiculis, undè offæ fiebant, Dioscoridi, μαγίδες. Hactenus Doctissimorum virorum argumenta & sententias super hoc Plinii loco attulimus. Posterior sententia videtur nobis probabilior. Posset in eundem sensum Plinii codex sic restitui, *Sunt qui herbam in Cypro, ex qua id fiat, ledon appellant. Etenim illi ledanum vocant. Hujus foliis pingue insidere; idque attractos funiculos ei herbæ advolvi, atque ita offas fieri.* vel, *idque attractis funiculis super herbam eam convolvi, atque ita offas fieri.* Hoc ladani genus toxicon vocatur à colligendi modo. Τόξον enim Græcis *arcum* significat. Concludit tandem Plinius, *Ergo in utraque gente bina genera, terrenum & factitium: id quod terrenum est friabile, factitium lentum.* Aliunde hoc habet quam ex Dioscoride. Bina genera ladani sunt; alterum ex hircorum caprarumque barbis generibusque depectabatur, alterum ex ipsa herba tractis funiculis decerpebatur. sed nec satis convenit inter doctos, quale terrenum aut factitium fit. Scribunt nonnulli. *Alius error,* (Ruellii, qui cum Plinio pro ὑλίζουσι legit εἰλίζουσι.) *cum dicit multiplicem Plinio ladani legendi rationem esse. ipse enim duas tantum agnovit, unam sponte, hoc est ex villis caprarum, alteram arte, hoc est, funibus attractis, vel nervo arcus ad illas plantas attracto. Prius vocavit terrenum, quia fere οἰσυπῶδες, alterum factitium, quia ingenio hominum, non sponte, colligitur, &, ut verius dicitur, quia non φύσει, ut illud superius, sed θέσει.* Alii contra. *Certe,* inquiunt, *multo verisimilius, factitium propriè appellatum, in quo conficiendo plus operæ sumptum fuerit. Tale erat quod hircorum barbis adhærebat, quodque è pastu germinum rorulentorum depectebatur. unde postea saccabatur. ergo hoc propriè factitium. Alterum vero terrenum, quod ex ipsis fruticibus tracto funiculo colligebatur. hoc simplissimum, & nullius ferè artis indigum. Colligitur tantum ex ipso frutice. ideo terrenum vocat. Præterea terrenum friabile esse dicit, factitiū lentum.* Si hircorum ladanum, quod terrenum, qui contrariam sententiam defendunt vocari putant, friabile fuit; quomodo verum erit, quod tradit Dioscorides, id colo liquari solitum? Τὴν λιπαρίαν — ὑλίζουσι. Ait, ergo lentum, & ἰξῶδες, quod ex caprarum villis abstergebatur, & proinde factitium Plinio dicitur. Id confirmabitur ex altero loco Pliniano, qui est libro 26. capite 8. *Et ladano sistitur alvus utroque: quod in segetibus nascitur contuso ac cribrato.* Utroque ladano, factitio scilicet & terreno, alvum sisti scribit, quod in segetibus nascitur contuso & cribrato; id est terreno, quod friabile esse dixit. Nam factitium est, quod lentum erat, καὶ ἐμμάλακτον, nec contundi, nec cribrari poterat. Segetes hic arva sunt; seges enim aliquando pro ipsa ponitur terra. Poëta, *Nec Cereri opportuna seges, nec commoda Baccho.* Cicero in Hortensio, *Ut enim segetes agricolæ subigunt aratris, multo antequam serant.* Ita hoc loco Plinii, *in segetibus,* significat; *in arvis.* Ladanum quod in segetibus provenit, terrenum vocavit, & in arvo ex frutice ipso colligitur, diversum utique à factitio, quod domi, scilicet, ex hircorum villis carpitur. Ladanum sanè illud nascitur in arvis & colligitur, foliis fruticum insidens, & floribus ledæ herbæ. Illud postremum verum non est; caudicibus & foliis insidet, non floribus. Aliis placet hunc Plinii locum corruptum esse. Restituamus, inquiunt, Plinium nitori suo, qui sine dubio ita scripsit, *& ladano sistitur alvus, vitroque quod in segetibus nascitur contuso ac cribrato.* Plinius non taxit peculiariter de ladano, sed de iis quæ alvum adstringunt. *Vitrum* est ὕαλος, ex cujus pastillis, non parum compendii percipiunt Tectosages Lauracienses. Vitruvius, Mela, Cæsar, Mar-

cellus Empiricus, alii disertim ἴσατιν, herbam à Latinis *vitrum* vocari scribunt. Plinius à Romanis *glastum* vocatum scribit (vide caput de glasto, sive Isatide.) *Id eorum lingua & olim & hodie vitrum significat.* Vitri herbæ duæ species; altera sponte nascitur, altera sativa est, quam in segetibus nasci, ait Plinius. Falluntur qui segetes tantum dici putant, frumentum satum. Nam omne, quod in arvo frumenti more seritur, dicitur seges. Deinde & in segetibus frumenti potest sua sponte nascii satis; quod tamen hactenus, ut quidem arbitror, non repertum. Quod si objicitur, Plinium intelligere plantam quandam quæ ladanum vocatur, non ladanum quod è cistho colligitur; (& quippe ipse recentiorũ improbo sententiam, qui ladanum segetem asserunt, sideritin arvensem augusti folio rubram, vel tetrahit, augustifolium dictum; nec video quomodo virens planta contundi & cribrari possit) sanè Plinius non debuit ejus descriptionem omittere, cum facile confundi possit cum vero ladano; idque vel ob id maximè quod duas species ejus facere videretur, cum ait *utroque*. Sed Plinium de vero ladano intelligere, dubium non est, ab eo postea descripto, quod omnibus notum non esset, cum vitrũ non descripserit, tum quia erat vulgaris herba, tum etiã quia ibi non tractat stirpium historiam: alibi enim abunde hoc facit. Non igitur Plinius per ladanum plantam ullam intelligit: descripsisset enim, ut jam dixi, vel eo nomine, ut ne cum vero ladano confunderetur. Hanc correctionem merito Nobiliss. Salmasius rejicit, idque quod vitrum herba quidem sit, quæ contundi potest, sed quæ cribrari nequit; hoc enim solis friabilibus convenit. Vulgatam ergo servamus lectionem, eamque quo dictum est modo, cum eodem exponimus Salmasio. Cæterum qua ratione hodie à Cretensibus colligatur ladanon, docet Bellonius libr. 1. Observ. cap. 7. Græci colligendo ladano peculiare instrumentum parant, vernaculo sermone illis ergastiri dictum. Est vero instrumentum rastro dentium experti simile; cui affixæ sunt multæ ligulæ, sive Zonæ, è corio rudi, neque præparato confectæ. Eas leniter adfricant ladaniferis fruticibus, ut inhæreat liquidus ille liquor, circa folia concretus, qui deinde à ligulis per summos solis ardores cultris est abradendus. Itaque ladanum colligendi summus, immo intolerabilis est labor, cum totos dies ardentissimo caniculę æstu in montibus hærere colligentib. necesse sit. Neque vero facile alii ad id colligendũ operam sumunt, preter Calohieris, hoc est monachos Græcos. Ladanum, ait Dioscorides, maxime probari odoratum, subviride, facile mollescens, pingue, arenæ squalorisque expers; ac resinosum. Huic cum maximè dissimile sit officinarum ladanum, facilè intelligitur, id minimè sincerum esse, sed sabulo, aliisve adulterinis vitiatum; adeò ut parvi vel nullius valoris sit. Vidi tamen sincerum apud Petrum Dommerum seplasiarium diligentissimum, cui odor gratissimus; sed tale raro ad nos advehitur; quod plurimis magis cordi sit rem minoris comparare, quam præstantissima à vitiatis seligere. Et hæc de cisto, ladanoque.

Κνέωρον, &c.] Κνέωρον παρὰ τὸ κνῆν καὶ ὠθεῖν, quod ad lædendum, & pungendum impellatur. Cneori nomine plures gaudent plantæ, chamelæa, thynelæa, aliæque, de quibus libr. 9. cap. ult. Κνέωρον *casiam* vertunt. Plinius lib. 21. cap. 9. *Ergo in coronamenta folio venere melothron, spireon, origanum, Cneoron quod casiam Hyginus vocat.* Casia cneoron dicitur; non quod cum aromatica casia aliquam habeat similitudinem, sed quod juxta casas agricolarum nascatur. Plinius libr. 12. cap. 20. ubi casiam herbam cum casia daphnite confundit, *Quin & in nostro orbe seritur, extremoque in margine imperii, qua Rhenus alluit, vivit in alveariis apum sata. Color abest ille torridus sole, & ob id simul idem ille odor.*

Ὁ μὲν γὰρ λευκὸς, &c.] Duo cneori genera, album & nigrum. Idem libr. 21. cap. 9. Plinius. *Cneori duo genera, nigri atque candidi; hoc & odoratum, ramosa ambo, florent post æquinoctium autumnum. Hoc, ait, & odoratum:* quod de candido accipi debet, non de nigro. Rectè ergo Theodorus pro ἄοσμος, ut in Aldino & Basileensi, εὔοσμος restituit. Miror viris magnos antiquam probare lectionem, ac vertere, *album supra terram minus se attollit, nec admodum olet, nigrum valde odoratum est.* Alterum, & quidem candidum, odoratum, ait Plinius, candidum Theophrastus, ὀσμώδη scribit. Ὀσμώδης vero, non pro gravi, aut exiguo odore posuit, sed odore bono: odoratum enim candidum, ait Plinius. Totam hanc periodum in hunc verte sensum; *Cneori genera duo, album, & nigrum: albo folium cutaceum, oblongum, figura oleæ quodammodo simile: nigro, quale tamaricis carnosum; album supra terram minus se attollit (vel, ut Gaza, magis se humi spargit) odoratumque est, nigrum odore caret.*

Σχιζορίζους. ξυλωδέστατον.] Aldinus & Basileensis codex ξυλωδέστατον; Ita etiam magnus Scaliger & *ad radicem* transfert. Alii vocem hanc expungunt, vertuntque, *radix utriusque in profundum descendit magna, rami multi, breves & lignosi, qui à terra, vel paulo supra dividuntur, lenti admodum; Quam ob causam hisce ad colligendum & comprehendendũ utuntur, vitilium modo.* Leguntergo, σχιζορίζους γλίσχρους σφόδρα. Scribo, ἡ μικρὸν ἄνω σχιζορίζους. ξυλωδέστατον μὲν ἔχουσι τὴν ὕλην, γλίσχρον δὲ σφόδρα. διὸ καὶ χρῶνται αὐτοῖς πρὸς τὸ καταδεῖν καὶ συλλαμβάνειν, ὥσπερ τοῖς οἰσύοις. Id est; *rami permulti, crassi, lignosi, qui à terra, vel paulo supra dividuntur. Materia quidem constant admodum lignosa, sed valde lenta; idcirco ad colligandum & comprehendendum, vitilium modo utantur.* Quid οἰσύοι sit, supra libro tertio dixi. Malè Gaza *juncum* vertit, quasi σχοίνῳ, scriptum esset.

Βλαστάνει, &c.] Indagandum, an recentioribus cognitus sit cneoros. Utrumque Græci dicunt, τὸ κνέωρον, & ὁ κνέωρος. Non est casia aromatica, cum qua Plinius confundit, cneoron. Omnis casia aromatica, est rubra, & odorata: nusquam etiam casia aromatica provenit, quam in India, vel, ut veteribus etiam placuit, Arabia. Cneoron vulgata planta est, in Græcia, regionibusque vicinis familiaris. Utramque casiam non tantum Plinius, sed etiam Grammaticorum filii confundunt.

Virgilius Ecloga 2.

Tum casiæ atque aliis intexit suavibus herbis.

Ad hunc versum Servius Maurus: *Casia, herba suavissimi odoris, ut sequentia indicant, quam Græci κασίαν vocant.* Fabulosum hoc est. Quod Græci κασίαν vocant, arboris cortex est, non herba: contra quod Latini vocant casiam, herba est, quæ Græcis κνέωρος & κνέωρον. Casiam corticem arboris intelligit libr. 2. Georgικῶν.

Nec casia liquidi corrumpitur usus olivi.

Hunc versum imitatus est Persius Satyra 2.

Hæc sibi corrupto casiam dissolvit olivo.

Servius casiam pro herba accepit. *Herba est*, inquit, *suavissimi odoris, de qua fit unguentum.* Casia arboris est cortex, & pretiosis unguentis olim addebatur; quibus casiam herbam additam fuisse, nusquam legi. Vide cap. 7. libr. 9. Τὰ δὲ ἄλλα πάντα τὰ εὔοσμα. οἷς πρὸς τὰ ἀρώματα χρῶνται, τὰ μὲν ἐξ Ἰνδῶν κομίζεται, τὰ δὲ ἐξ Ἀραβίας· οἷον πρὸς τὰ κινάμωμον καὶ τὴν κασίαν. Paulo post. οἷς μὲν οὖν εἰς τὰ ἀρώματα χρῶνται, σχεδὸν τὰ δέ ἐστι κασία. De eadem casia intelligi debet versus incerti auctoris ad Moecenatem.

Hic tibi corycium, casias hic donat olentes,
Hic è palmiferis balsama missa jugis.

Herbam intelligit Poëta libr. 2. Georg. ubi canit,

Vix humiles apibus casias roremque ministrat.

Ad hunc locum rectè Servius, *herbæ sunt apibus gratæ.* Eandem in Ceiri casiam intelligit.

At nutrix patula componens sulphura testa,
Narcissum, casiamque herbas componit olentes,

Mitto Servium. Botanici cneoron album, contendunt esse lavendulum; nigrum, rosmarinum. Coronariam vero Theophrasto eo nomine incognitam. Hanc in coronis expetitam fuisse, ex Athenæi lib. 15. (ubi versus Nicandri ex Libro secundo Georg. citat) probatur. Σαμψύχου λιβάνου τε νέας κλάδας. Idem Galenus, idem Dioscorides, quibus tria libanotidis genera. De duobus quæ non sunt coronaria lib. 9. agit Theophrastus, de coronaria libanotide nobis hoc capite sermo. Nomen λιβανωτὶς à thure, cujus odorem nonnihil refert, impositum. Non omne libanotidis genus Romanis rosmarinus dicitur, sed illud tantum, quo coronarii utuntur. Galenus libr. 7. simplic. Λιβανωτίδες τρεῖς εἰσί, μία μὲν ἄκαρπος, αἱ δὲ δύο φέρουσαι καρπὸν — τῆς δὲ εἰς τοὺς στεφάνους χρησίμης λιβανωτίδος, ἣν Ῥωμαῖοι καλοῦσι ῥοσμαρῖνον. *Libanotidis tria genera, unum sterile, duo fructus ferunt. quod in coronis usum habet, Romanis rosmarinum dicitur.* Lego ῥοσμαρῖνον ex Dioscoride. Malè ergo Plinius lib. 24. cap. 11. *Est & rosmarinum. Duo genera ejus, alterum sterile, alterum cui caulis & semen resinaceum, quod cachrys vocatur, foliis odor thuris.* Hæc de libanotide prima & secunda Dioscorides & Theophrastus; vide cap. 12. lib. 11. hist. Latinis quandoque unica dictione rosmarinus

rosmarinis dicitur, ut apud Plinium loco citato legitur. Idem lib. 19. cap. 12. *Libanotis locis putridis, & macris, & roscidis seritur semine, radicem habet olusatri, nihil à thure differentem, usus ejus post annum stomacho saluberrimus, quidam eam alio nomine rosmarinum appellant.* Libanotis, quæ rosmarinus vel rosmarinum dicitur, radicem non habet olusatri, quod Dioscorides de libanotide frugifera altera dixit, ῥίζαν ἐκ ἐκτὸς μέλαιναν, λευκὴν δὲ ἔσωθεν. *Radice quidem nititur foris nigra, at intus, si contundatur, alba.* Hoc de smyrnio Dioscorides, quod ab aliquibus Hipposelinum vocatur, eoque videtur à Theophrasto nomine describi. Vide libr. 7. Hipposelinon Dioscoridis olusatrum vocari, neminem Botanicorum latet. Rosmarinum coronarium, de quo nobis sermo, radicem habet olusatro dissimilem: lignosa rosmarini, carnosa olusatri: rosmarini nec foris nigra, nec intus alba; medium inter album nigrumque colorem habet, quales solent esse lignosæ radices. De libanotide frugifera Plinium loqui, vel ex eo patet, quod seri semine ait, rosmarinum vero semine seri negat lib. 17. cap. 13. *Sabina herba propagine seritur & avulsione. tradunt fæce vini, aut è parietibus latere tuso mire ali: iisdem modis rosmarinum serunt, & ramo, quoniam neutri semen.* Libanotis ramo propagari non potest; rosmarinum, uti & sabina, semen ferunt. Apud nos rosmarinum quotannis ex semine nascitur; sponte si deciderit, in calidioribus regionibus parvas plantas plurimas creat; in frigidioribus verò, propter gelu, in alterum annum non sunt vivaces. Vidimus Plinii errata. Supra dixi Latinos quandoque uno verbo dicere rosmarinum: hoc non observant Poëtæ, qui versus gratia distinctis vocibus scribunt ros marinus.

Horat. lib. 3. carm.

Parvos coronantem marino
Rore Deos, fragilique myrto.

Virgilius in Calice.

Hic rhododaphne
Liliaque & roris non avia cura marini.

Sulmonensi Poëtæ maris ros dicitur libr. 12. Metamorph.

Ut modò rore maris, modo se violave rosæque
Implicet, interdum canentia lilia gestet.

Nonnunquam iisdem simpliciter dicitur ros, non addito marinus. Ovid. libr. 4. Fastorum.

Pars thyma, pars rorem, pars meliloton amant.

Botanicis, & qui de agricultura scripserunt, rosmarinus vel rosmarinum, ut dixi, vocatur. Columella lib. 9. cap. 4. ubi de apum pastione agit. *Post hæc frequens fit incrementi majoris surculus; ut rosmarinus & utraque cythisus.* Rosmarini nomen impositum videtur, quod folia qua parte minus viridia sunt, quandoque albedine quadam aspersa sint, quæ rorem videtur mentiri: quæ ipsa albedo quandoque etiam in parte viridiore observatur. Vel nomen illud accepit, quod collibus, roribusque gaudeat marinis. Quæritur, utrum nomen hoc à Latinis impositum, an vero Græci idem nomen, suo tamen idiomate, imposuerint. Postremum magnos viros probare video, idq; inde colligunt, quod Pindarus eo nomine rosmarinum descripserit. Nemeæ Od. 2. VII. κολλᾷ χρυσόν, ἔν τε λευκὸν ἐλέφανθ' ἁμᾶ, *conglutinat aurum, inseritque candidum ebur simul;*

Καὶ λείριον ἄνθεμον πον-
τίας ὑφελοῖσ' ἐέρσας.

Et suavem florem à ma-
rino decerptum rore.

Ita vertunt, ac in hunc sensum versus postremos exponunt, λείριον ἄνθεμον ποντίας ὑφελοῖσ' ἐέρσας, id est, *florem suavem, gracilem & pallidum roris marini decerpens;* Vel, ut Lonicerus, *amabilem roris marini florem decerpens.* Est enim τὸ ἄνθεμον, idem quod τὸ ἄνθος, substantivum, non adjectivum: &, τὸ λείριον, hic non substantivum, *lilium* significans, sed adjectivũ, ἰσχνὸν καὶ ὠχρὸν, *gracile & pallidum*, ut habet Hesychius. Sic κύνας λειρίας appellari scribit, τὰς μυοσχροειδεῖς, καὶ λεπτὰς ἐχούσας τὰς τρίχας. Significat etiam *suave.* Sic λείριος Ἀπόλλων, Apoll. libr. 4. *suavis Apollo, mitis Apollo.* Hinc & apud Suidam est λειριόφθαλμος, exponiturque, ὁ προσηνεῖς ἔχων τοὺς ὀφθαλμούς, *qui miti & placido aspectu est.* Romana & Brubachiana, ὀφθαλμὸν χρυσοφι-

κὸν habent, λύχνον. Per ποντίαν ἐέρσαν, quo minus rorem marinum coronarium intelligamus, nihil obstare video. Scholiastes, alios corallum exponere notat, alios purpuram, ἀλλὰ τὴν τῆς κογχυλίου βαφήν; quod nos parum moramur. Malè ergo vulgata reddit, *lilium floridum à rore marino avulsum.* Ego multo probabiliorem puto eorum sententiam, qui vel *purpuram*, vel *corallum* exponunt. Eam pulchritudinē in rosmarino observare nequeo, quæ vel auro, candidoque ebori comparari potest; nec auro, candidoque ebori conglutinari rosmarinus potest. Insuper si rosmarinus notus fuisset Pindaro, ejus mentionem fecisset Theophrastus. Contra corallum & purpura inter res pretiosas numerata sunt, ac facile auro, eborique inseri conglutinarique possunt, Græcis, etiam Pindaro antiquioribus, nota. De corallo superiori libro egi, ex quibus facile candidus videbit lector, cur ποντίαν ἐέρσαν vocarit Pindarus. Recentiores Græci Δενδρολίβανον vocarunt, respectu aliarum libanotidum. Rosmarinus enim quasi arborescit. Δενδρολίβανον non esse thuri arborem, facile probari potest ex cap. 17. lib. 11. Cassiani Bassi. Τὸ δενδρολίβανον φασὶ φυτεύεσθαι ἐξ αὐτορρίζων καὶ ἀποσπάδων, καταπηγνύντες εἰς τὴν γῆν καὶ κομίζοντες, ἡδεῖαν δὲ καὶ βαρεῖαν τὴν ὀσμὴν ἔχει, ὡς ὁ Δημόκριτός φησι, καὶ τοῖς λιποθυμοῦσιν ἐπαμύνει. καταφυτεύεται Μαρτίῳ μηνί. *Dendrolibanum ex viviradicibus & avulsionibus plantari ait, depositam in terram & translatam: jucundum & gravem odorem habet, velut Democritus testatur, & animi defectis auxiliatur; depangitur autem Martio mense.* Cardiacis admiscetur antidotis à Myrepso & Actuario. Eodem modo propagari rosmarinum, testatur Plinius, confirmat experientia; Δενδρολίβανον Græcis plantam familiarem fuisse probatur, quod colendi modum doceat Cassianus. Thuris arbor in Græcia nunquam culta, nec in Græciam advecta; quæcunque de thure habent, ex relatu aliorum habent. Sed nec thus animi defectis auxiliatur. De rosmarino sive dendrolibano hanc fabellam idem Cassianus narrat; Λίβανος Σύρειον ὄνομα, καὶ ἐν ὄρει καὶ ἐν φυτῷ. μειράκιον δὲ γέγονε εὐσεβέστερον τοῖς θεοῖς ἀνακείμενον. ζηλοτυπήσαντες οὖν αὐτὸ, κτείνουσιν ἄνθρωποι ἀσεβεῖς. γῆ δὲ τιμῶσα θεοὺς, φυτὸν ἀνῆκε τῷ πεπλανημένῳ ὁμώνυμον, καὶ τὴν φύσιν μεταβαλὸν, τὸν πρὸς τοὺς θεοὺς οὐκ ἀφῄρηται πόθον· ἥδεν μᾶλλον δὴ τις εὐφραίνει θεοὺς μείζοσι, λίβανον ἀστεφθεὶς (scribe, ἀνθῆς) ἢ χρυσὸν ἀναθείς. *Libanus Syrum nomen est, & de monte, & de planta. Adolescentibus autem prius erat deorum cultui deditus; quapropter impii homines æmulatione ducti, ipsum occiderunt, verum terra in honorem deorum plantam produxit, quæ occisum cognomine refert, & mutata natura, amore tamen deorum non privatus est; magis enim delectantur dii, si quis ipsos dendrolibani ramo coronet, quam si aurum aris consecret.* Thuris arbor inter coronarias non recensetur plantas, sed rosmarinum, δενδρολίβανον dictum, quod arborescat, ac odore thus referat. Officinæ confectiones quæ ex rosmarini floribus conficiuntur ἄνθος

Rosmarinus Latifolius.



ἄνθος vocant, quod ex Actuario & Nicolao habent, qui per excellentiam ejus florem ἄνθος vocarunt. Delineatur rosmarinum à Dioscoride lib. 3. cap. 89. Λιβανωτὶς, ἣν Ῥωμαῖοι

μαῖοι καλοῦσιν ῥοσμαρῖνον ᾗ οἱ στεφανοπλόκοι χρῶνται, ῥάβδοι εἰσὶ λεπταί, περὶ ἃς τὰ φύλλα λεπτὰ (Oribasius non legit) πυκνά, ἐπιμήκη καὶ ἰσχνά, ἔνδοθεν λευκά· ἐν δὲ τοῖς ἐκτὸς χλωρὰ βαρύοσμα. *Libanotis, quam Romani rosmarinum vocant, quaque coronarii utuntur, virgultis est tenuibus, circa quæ folia exeunt minuta, densa, oblonga & gracilia, subter incana, supernè virentia, gravi odore.* Τὸ βαρύοσμον, *non oportet* pro *fœtido accipere odore, sed forti, qui naves implet.* Duo rosmarini sunt genera; quorum alterum ligno, caule, foliis & flore aliquantum copiosius est, majus, & efficacius, surculosq; crassiores, & folia latiora obtinet. Majus rosmarinũ frutex est lignosus, caudice pollicari crassitie, cubitali aut bicubitali altitudine; ramis multis tenuibus; foliis cum gravitate non injucunda odoratis, circa virgas brevi intervallo frequentibus, oblongis, angustis, parvis, duriusculis, modicum ab utroque latere inflexis, cisto ledo foliis rosmarini ferruginibus, sive ledo Silesiaco non dissimilibus, subtus candicantibus, superius vero saturi viroris. Flores fert è foliorum sinu prodeuntes, parvos, hiantes, denticulatis ac triangularibus caliculis insidentes, pauca stamina exerentes, ex cæruleo albicantes. Succedit semen exile, nigrum: radicibus nititur tenuibus, fibrosis, non alte descendentibus. Odorem spirant folia suavem, jucundum, simulque gravem: saporem habent tenuem, modice fervidum, subamarum, & salivam elicientem. Bis quotannis floret, vere & autumno; sed verno tantum flori apud nos semen succedit, ac maturum fit. foliis non exuitur, sed perpetuo viret. Minus seu tenui-


Rosmarinus Tenuifolius.



folium virgis, foliis, floribus, semine, & reliquis facultatibus majori simile est, præter quam quod minoribus hisce constet partibus; odorem etiam graviorem nec adeo suavem spirat. Utrumque apud nos in hortis colitur; sponte in Gallia Narbonnensi, Hispania aliisque provinciis, locis sylvestribus & incultis nascitur, ac quidem adeo copiosè in Narbonnensi Gallia, ut perinde ac alia ligna ab incolis uratur. Tantæ etiam crassitudinis caudice provenire, quidam Botanici scribunt, ut ex eo tum citharæ, tum mensæ parentur; cui sententiæ refragantur Adversariorum Auctores. Non tamen mensas, cytharasve ex illius fruticis resecibus, radicibus, surculisque sarmentosis, usquam illis in regionibus concinnatas, nobis videre licuit. Imò cum, doctissimorum virorum auctoritate freti, fabros illud rogaremus, ludibrio fuimus. Apud Italos hortorum parietes ornat, & eorundem areas tam eleganti opere circumvestit, ut nullum non animal olitoris mangonio suffragante confingat. Fictilibus præterea vasis plantatur, ut folio quò semper comatur, & odore suo ædium fenestras exornet: nec solum medicamentis est utile, sed etiam in culinis ad ciborum condimenta concinnanda. Eundem quidem usum apud Batavos habet; sed hyberno tempore adversus frigoris injurias muniri debet. Verum unde digressi sumus, revertamur. Nec rosmarinum, nec lavendula cneoron est. Candido cneoro folium cutaceum est, nigro tamarici carnosum. Lavendulæ folium non est cutaceum, sed durius. Rosmarini nihil cum myrica similitudinis habet: neutri radix magna, quæque altè descendat. Rosmarinum bis floret & vere & autumno, lavendula æstate tantum. Neutrius rami adeo lenti qui ad colligandũ, vitilium modo, apti dici possint. Rosmarinum quidem in topariis operibus eam præstat obedientiam, ut quodvis ex eo animal tractu temporis efformari possit, sed lentitiam, ut victilium modo in colligando usum præstet, non habet. Nec rosmarinum, nec lavendula diu florent; diutius tamen lavendula. Malunt alii chamelæam germanicam cneoron album esse, laureolam vero nigrum. Utraque planta laureola vocatur, sed cum diverso epitheto; ac quidem chamelæa Germanica, laureola folio deciduo, flore purpureo dicitur; altera laureola semper virens, flore viridi; hæc mas, illa fœmina Pharmacopœis. Utramq; daphnoidem Dioscoridis volunt; & hæc quidem illum, altera alium habet defensorem. Daphnoides à Diosc. lib. 4. cap. 148. Δαφνοειδές· οἱ δὲ εὐπέταλον, οἱ δὲ χαμαιδάφνην, οἱ δὲ πέπλιον καλοῦσι. θαμνίσκος ἐστὶ πηχυαῖος, (alter codex, πηχίος τὸ ὕψος, alter, πηχυαίους κλάδους) κλάδους πολλοὺς ἔχων ἱμαντώδεις περὶ τὸ ἄνωθεν ἥμισυ φυλλοφόρους. φλοιὸς δὲ περὶ τὰς ῥάβδους γλίσχρος ἰσχυρῶς. (vetus, ἰσχυρὸς) φύλλα δάφνῃ ἐοικότα, μαλακώτερα δὲ καὶ ἰσχνότερα, ἃ σὺν εὔκλαστα, δάκνοντα καὶ πυροῦντα τὸ στόμα καὶ φάρυγγα. ἄνθη λευκά. καρπὸν δὲ μέλανα ὅταν πεπανθῇ. ῥίζα ἄχρηστος (vetus ἀχρεῖος) φύεται ἐν ὀρεινοῖς τόποις. ἄγει δὲ καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ ξηρὸν ἢ χλωρὸν ποθὲν κατὰ κοιλίαν φλεγματώδη. κινεῖ καὶ ἐμέτους καὶ ἔμμηνα. καὶ διαμασσηθὲν ἀποφλεγματίζει. ἔστι δὲ καὶ πταρμικόν. καθαίρει δὲ καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ ὅσον κόκκοι ιε΄ πινόμενοι, &c. *Daphnoides aliqui eupetalon, alii chamædaphnen, alii peplium vocant; exiguus frutex est, cubitalis, ramis multis à medio sursum versus lori modo flexilibus & obsequiosis, iisque foliosis. Ramulos vestiens cortex, suprà modum viscosus est: at folia sunt lauri, verum molliora, exiliora, fructuque contumacia, quorum gustatu os faucesque mordentur, & accenduntur: flores candidi, fructus cum ematuruit, niger; radix supervacua. Nascitur in montosis. Folium seu aridum, seu recens, potu pituitosa per alium dejicit. vomitus quoque & menses ciet, quin & commanducatum pituitam à capite extrahit: sternutamenta etiamnum movet. Cæterum & quindenæ ipsius baccæ potæ purgant.* Cur daphnoides, cur chamædaphne, cur eupetalon dicatur, neminem latere arbitror: quod scilicet laurum mentiatur humilem, foliaque pulchra ac resplendentia habeat. Peplion dicitur ob fructus & facultates peplio similes. Pro ἰσχνότερα, quod vel *exiliora*, vel *tenuiora* interpretari debet, Lacuna in veteri codice ἰσχυρότερα, *validiora*, scriptum refert. Quam lectionem viri magni probant, idq; quod Plinius lib. 15. c. ult. daphnoides crassiore, mollioreq; folio quam laurum prodidit. Sed & Serapio ἰσχυρότερα potius, quam ἰσχνότερα legisse videtur: siquidem illius interpres tenaciora vertit. Ego cur vulgatam rejiciam lectionẽ, causam nullam video; sed & hanc defendit Oribasius. Si daphnoides ea, quam vulgo existimant, planta, tenuiora exilioraque quam laurus habet folia, nec ex Plinio probari potest ἰσχυρότερα scriptum fuisse. *Crassiora*, inquit, *esse & molliora.* Nihil impedit quo minus crassiora mollioraque simul sint & tenuiora & exiliora; quod τὸ ἰσχνότερα, significat. Tenaciora dixit Serapionis interpres, quod fractu contumacia scriberet Dioscorides. De daphnoide hæc Plinius lib. 15. c. ult. *Id quoq; quod daphnoides vocatur, genus, in nominum ambitu est: alii enim pelasgum, alii eupetalon, alii stephanon Alexandri vocant. Et hic frutex est ramosus, crassiore & molliore, quam laurus, folio; cujus gustatu accenditur os atque guttur, baccis è nigro ruffis.* Pelasgum & Stephanũ Alexandri daphnoiden vocari tradit. Supra lib. 3. cap. 17. laurum Alexandrinam Stephanon Alexandri vocari dixi, quod eo Alexander, non Macedo, sed Paris, coronatus fuerit. Pelasgon eadem dicta, quod in Troiæ aggeribus cumulisve nasceretur. Ineptè ergo daphnoidi adscribit, quod Alexandrinæ lauro debetur. Utrum crassius, an tenuius folium daphnoides habeat, non tradit Dioscorides. Laureola quam daphnoides, scribunt, crassioribus est foliis. Baccas è nigro ruffas ferre tradit; quod de baccis nondum perfectè maturis, intelligendum viri maximi existimant. Immo lauri Alexandrinæ & daphnoidis confundit historiã Plinius. Alexandrina laurus fructu rubro ἐρυθρῷ, daphnoides

noides nigro, μέλανα. Hinc Plinius è nigro ruffas baccas tribuit daphnoidi. Idem lib. 23. cap. 8. *Daphnoides (sive his nominibus, quæ diximus) sylvestris laurus prodest, alvum solvit, vel recenti folio, vel arido, drachmis tribus cum sale in hydromelite manducata. Pituitas extrahit folium, & vomitum, stomacho inutile. Sic & baccæ quinæ denæve purgationis causa sumuntur, &c.* Hæc corrupta, confusa, & perturbata. Antiquus noster codex; *Daphnoides sine his nominibus, &c.* Alter codex, *Daphnoides sive omissis iis quæ diximus.* Scribe, *Daphnoides, omissis nominibus quæ diximus, laurus sylvestris est; alvum solvit vel recenti folio vel arido, drachmis tribus, cum sale in hydromelite manducata pituitas extrahit; folium & vomitus, stomacho inutile; sic & baccæ quinæ denæve purgationis causa sumuntur. Omissis*, inquit, *nominibus*, quæ recitavi libr. 1. Ab aliis partim daphnoidi, partim lauro Alexandrinæ tributa. Lau-


Laureola.



reola crassioribus & deciduis foliis, cubitali, quandoque & bicubitali altitudine fruticat, plurimisque ramis ampla diffunditur, qui lenti, flexiles & obsequiosi sunt, corticeque obducti crassiore, perquam tenaci, & laceratu difficili. Folia paulo superius, quam à medio caule sursum versus ac circa ramulorum fastigia, plurima, & numerosissima fert, oblonga, lata, crassa, densa, carnosa, lævia, è nigro virentia, ac nitentia, laurinis similia, sed minora, ad majoris myrti accedentia, non tamen odorata. Flores promit infra folia multos, densos, oblongos, cavos, stellatos, calathis gracilibus non dissimiles, è virore subcandicantes, vel luteolos. Succedunt baccæ initio virides, demum, ubi maturæ sunt, nigræ, laurinis quodammodo similes, sed minores, nucleo intus duro, cannabis semine paulo longiore; medulla interior candida est. Radice nititur lignosa, lenta, multiplici, altè descendente. Folia, fructus, cortex tam radicis, quam ramorum, acrimonia sua & urendi qualitate linguam faucesque mordicant & incendunt. Flores præmaturè germinant; paulo post æquinoctium autumni, hyeme, si clementior fuerit, vel primo vero perficiuntur, ac diu satis conspiciuntur. Fructus æstate maturescit: stirps est perpetuo vireis, & adversus frigora hyemisque injurias obdurans. Batavi in hortis colunt. Sponte locis montosis, asperis, incultis, umbrosis, ac sylvosis tractibus, ut apud Lemanum lacum, ac non paucis juxta Rhenum & Mosam locis nascitur. Nostrates fructum, uti & chamelææ Germanicæ, piper montanum vocant. Omnes notas quas Daphnoidi Dioscorides tribuit, stirps hæc habet; nisi forte quis contendat florem non satis convenire; Sed respondeo, veteres florū colores non adeo strictè sumpsisse, ac album dixisse colorem qui

ad albedinem vergit; qualis flos laureolæ. Germanica cognominata chamelæa frutex est surculosus & lignosus, bicubitalis, aut altior, si cultura accesserit; lentis, sequacibus ac dodrantalibus ramis, cortice obscurè viridante circumvestitis; foliis oblongis, latiusculis, mollibus, pallide

Chamelæa Germania.



& obscure virentibus: flosculi secundum ramulos exeunt odorati, colore dilute rubentes, purpurei: quibus cadentibus, sequuntur baccæ rotundæ, ochræ ferè magnitudine; cum maturuere, rubentes; resiccatæ nigricant. Interior harum nucleus cannabis semini similis, medulla refertus candida; radix longa, altèque dimittitur. Hyeme adventante folia cadunt: florum germina statim post autumnum promit; qui, si hyems clementior, mense Februario panduntur; sin rigidior, primo vere. Folia post flores mense Aprili exeunt, baccæ æstate maturescunt. Magnitudine differre, observarunt recentiores; iidem flore albo reperiri tradunt. Apud Belgas hortensis est; reperitur locis asperis & desertis Germaniæ, sylvis etiam umbrosis. Prior laureola majorem cum daphnoide similitudinem habet. Folia quippe lauro similiora; flos etiam rectius albus dici meretur. Germanicam chamelæam album, laureolam nigrum cneoron esse asserunt viri magni. Et negari, quidem non potest utrique magnam similitudinem esse cum cneoro: attamen neutram pro cneoro habere possum. Candidam Theophrastus folio cutaceo, oblongo quodammodo oleæ describit, ac humi spargi. Chamelææ Germanicæ folia cum olea quodammodo comparari possunt, sed neutiquam humi spargitur, semper in rectum attollitur. Nigrum cneorum folium myricæ habere tradit; cum qua laureola ne minimam quidē similitudinē habet, sed lauro, aut majori myrto simile foliū habet. Verum pro μυρίκης, eidem μυρσίνης restituunt; qua freti auctoritate, ignoro. Sed facilis unius litteræ lapsus. Neutrius rami à terra vel paulo supra dividuntur, nec crassi sunt. Alii thymelæam & chamelæam cneora faciunt, ac quidem thymelæam cneorum album. Cneorum, inquiunt, Theophrasti eundem esse cum thymelæa Dioscoridis, facile evinci potest. Theophrastus duo genera facit cneori, nigrum & candidum: candido folia oleaginea esse tradit; unde θυμελαίαν dictam esse apparet. Dixit lentum esse & flexile: διὸ καὶ χρῶνται αὐτῷ εἰς τὰ σχοινίδια, ὥσπερ τῷ οἴσῳ. Dioscorides scribit thymelæam linum vocari, διὰ τὸ εἶναι [illegible] τῇ φύσει παρεχόμενον. Ad vinciendum similem habet naturam genistæ; quæ spartolinum dicitur. Reliqua omnia conveniunt. His accedit, quod Thymelææ folium antiqui cneoron vocarunt; ut libr. 9. cap. ult. ubi de thymelea agendum, dicam. Videamus

deamus quæ contrarium docent. Thymelæa multas tenues & rectas fert virgas; sed crassas, & humi sparsas cneoron. Thymelæa non statim à terra, vel paulo supra in plures dividitur ramos, sed circa medium stipitis; contra cneoron. Item radices magnas & alte descendentes habet; per superficiem repentes thymelæa, nec magnas. Cneoron post æquinoctium autumni floret; thymelæa mense Iunio. Chamelæa oleæ similis, non myricæ aut myrto; floret Aprili, tenues quoque, & rectas fert virgas, nec radicem altè descendentem habet. Mathiolus aliam plantam Cneori nomine ostendit, quam Clusius libr. 1. hist. cap. 59. his verbis describit: *Illis subjiciendum existimavi elegantem hunc suffruticem, cui multi sunt rami graciles,* (Theophrastus παχεῖς, crassæ) *flexibiles, lenti, surculosi, ab ipsa protinus tellure emergentes, & humi diffusi; folia nullo ordine disposita ramulos ambiunt, viridia, cutanea, thymelææ veræ proxima, ingrati primum, dein amari saporis, nulla, aut perexigua acrimonia prædita. Flores in summis surculis sex, septem, aut plures, conferti, quatuor foliolis constantes, ex rubro purpurascentes, centaurei minoris florum penè æmuli, ingrati etiam & amari saporis, aspectu tamen pulcherrimi, atque odorati, caput (si diutius naribus admoveatur) tentantes. Iis succedit fructus exiguus, Thymeleæ fructui haud dissimilis, non ruber quidem, sed candidus, oblongiusculus, semen continens cinerea membrana tectum, rotundum, thymelææ grano par. Radix longa, minimi digiti ut plurimum crassitudine, interdum nigricans, majore vero ex parte flavescens, lenta, superna parte nonnunquam gracilior, unde rami flexiles & humi dispersi emergunt, & subinde secundum alarum cava, satis crassas fibras flavescentes agunt. Aprili plerumque florere solet, nonnunquam etiam Majo; fructus maturus est Iunio. Adeo autem fœcundus est hic suffrutex, ut sæpe-numero ter eodem anno floreat, novis floribus semen semper consequentibus, quod probe maturũ, bis eodem anno de una eademque planta colligere Viennæ memini. Provenit in multis montibus Viennæ vicinis. Nascitur etiam in Pannoniæ sylvis editiore loco sitis, ultra flumen Rhabum, sive Arabonem. Frequens etiam crescit, quibusdam siccioribus pratis Francofurto ad Mœnum vicinis, præsertim sylva quadam quercubus consita, circiter miliare infra eam urbem ad sinistram, inter ericas; ibi etiam illam candidis floribus variantem conspiciebam.* Omnino fatendum proximè ad Cneoram hanc plantam accedere, quem pro Cneoro albo, capite de cinnamonio commentariis in Dioscoridem ostendit doctissimus Mathiolus.

Τῆς ὀριγάνου.] Fœminino genere profert Theophrastus; idem facit Dioscorides, idem Plato, teste Atheneo lib. 2 1. Θηλυκῶς δὲ Πλάτων ἢ Κάνθαρος. ἣ ἐξ Ἀρκαδίας οὕτω δριμυτάτην ὀρίγανον. *Fœminino genere protulit Plato, sive Cantharus. Ex Arcadia hic origanum acerrimam.* Alii Masculino genere pronunciant, teste eodem Athenæo lib. 11. Ὅτι εἴρηται ἀρσενικῶς ὁ θύμος καὶ ὁ ὀρίγανος. Ἀναξανδρίδης. ἀσφάραγον, σχῖνόν τε τέμνων καὶ ὀρίγανον. ὃς δὴ σεμνύνει τὸ τάριχον ὁμοῦ μιχθεὶς κορίαννῳ. Ἴων. αὐτὰρ ὅγ᾽ ἐμμαπέως τὸν ὀρίγανον ἐν χερὶ κεύθει. *Origanum & thymum genere masculino dixerunt. Anaxandrides. asparagum concidit ac scillum* (Interpres, *lentiscum*) *& origanum, qui admixtus coriandro, salsamentis gratiam addit, & ornamentum. Ion. ejus manu obditus est statim origanus.* Verbi τοῦ κεύθει tempus est mutatum, ut in origano genus masculinum indicetur; aliis placet neutrius esse generis. Idem Athenæus, οὐδετέρως Ἐπίχαρμος καὶ Ἀμειψίας, *neutro Epicharmus & Ameipsias.* Postremum recentiores sequuntur: hodie enim passim, τὸ ὀρίγανον dicimus. Origani nomen accepit, quod montanis gaudeat locis; sed tum per diphthongum ὀρείγανον scribendum. Phavorinus, ὀρίγανον, θηλυκῶς Ἀττικοὶ λέγουσι· ὀρίγανον βοτάνη· ὀφείλει διὰ διφθόγγου γράφεσθαι· ἐκ γὰρ τοῦ ὄρει τῷ ὄρει δοτικῇ. καὶ τοῦ γάνος, ὃ σημαίνει χαρὰν, γέγονεν ὀρίγανον. *Origanum Attici muliebri genere pronunciant. origanum herba. præstat per diphthongum scribere: oreigani enim vox conflata est ex dativo ὄρει monti, & γάνος, quod significat gaudere.* Locis montosis nasci, extra controversiam est. Herodianus dictum origanum contendit, ἐκ τοῦ ὁρᾶν, *videre,* καὶ γάνω, *clarifico*; quod aciem oculorum illustret. Idem Phavorinus, ἢ ὅτι ἐκ τοῦ ὁρᾶν ἐκ τοῦ γάνω, τὸ λαμπρύνω. ὁρᾶν γὰρ καλῶς ποιεῖ τὸ ὀρίγανον. Hoc etymon parum arridet. Hippocrates lib. 5. Epidem. ὁ ὀρίγανος ὀφθαλμοῖσι κακὸν γενόμενος (scribe πινόμενος. M S. Codex habet, ὀρίγανον & πινόμενον) καὶ ὀδοῦσι. *origanum oculis & dentibus potu exhibitum nocet.* Rationem dat Aristoteles sect. 31. probl. 9. quod tantummodo exsiccando cutem induret, nec lachrymas cieat. Διὰ τί ὀφθαλμιάσαντες ἔνιοι, ὀξύτερον ὁρῶσιν. ἢ διὰ τὸ ἀποκεκαθάρθαι τὰ ὄμματα; πολλάκις γὰρ ἡ ἔξω πυκνότης ἀποστέγει τὴν ὄψιν. ἀποδακρύσασιν δὲ λύεται. διὸ δὲ καὶ ἀποδακρῦσαι συμφέρει. οἷον κρόμμυον. θάτερον δὲ πολέμιον. οἷον ὀρίγανον. *Cur nonnulli post lippitudinem acutius videant? an quia purificati oculi sunt? Fit enim sæpe, ut exterior densitas pupillæ aciem arceat; quæ lachryma emissa laxatur, atque resolvitur, quamobrem prosunt interdum quæ mordent, lachrymamque evocant, ut cepe: obsunt quæ tantummodo assiccant, ut origanum.* Errant ergo viri magni, qui cunilam Gallinaceam Plinii origani genus esse putant. Pessimè ipse Plinius à Græcis heracleoticum origanum vocari tradit. Plinius lib. 20. cap. 16. *Est alia cunila gallinacea appellata, nostris Græcis origanum Heracleoticum. prodest oculis trita aceto.* Nemo Grecorum hoc tradidit. Gallinacea dicta videtur, quod ejus semen galli gallinacei appetant. Alia Apulei videtur opinio. *Origanum,* inquit cap. 122. *à Græcis Heracleoticum, Onitis, Asclepium, panaces, conila appellatur. Latini cunilam Gallicam & origanum nominant.* Nemo asclepion genus quoddam origani vocari dixit; nec Gallia cunila, quasi in Gallica proveniat, dicitur, sed Gallinacea. Sed demus Librarii mendum esse. In Gallia cunila ista non proveniebat, sed ex Ponto afferebatur. Plautus in Trinummo,

— Non est illæc ubi thus gignitur,
Sub ubi absinthium fit, atque conila gallinacea.

Absinthium ex Ponto. ergo & indidem conila gallinacea; quam Heracleum origanum vocari, Plinius ait. Rectius ergo à contrario nomen impositum scripsisset, vel quod intuentibus torva sit & inamabilis. Suidas refert hoc carmẽ ex Aristophane. Παρέξομ᾽ αὐτὸν ἀνδρεῖον τὸ λῆμα καὶ βλέποντα τ᾽ ὀρίγανον. *præbebo me ipsum animo virilem, ac tuentem origanum.* Βλέπειν ὀρίγανον, pro, *torvũ oculis intueri,* dicebatur de iis qui robur & masculũ animum præferebant, nempe ab acrimonia herbæ. Respondet adagio, *tueri sinapi,* aut *nasturtium.* Aliud etymon excogitavit Theodosius grammaticus. Idem Phavorinus, ὁ δὲ γραμματικὸς Θεοδόσιος λέγει διὰ τοῦ ι γράφεσθαι. ἐπειδὴ ἐκ τοῦ ῥίγω γέγονε ῥίγανον, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ο ὀρίγανον, οἷον τὸ ψυχοποιὸν κατ᾽ ἀντίφρασιν. θερμαίνει γάρ. *Theodosius Grammaticus per jota; sive i simplex scribi ait, atque à* ῥίγω, id est, *algeo, factum riganon,* id est *rigens, additoque* ο *parvum factum origanum, quasi frigus aliquod, per antiphrasin: calfacit enim.* Hinc apud Athenæum lib. 3. σαπροὺς τάριχος τὴν ὀρίγανον φιλεῖ, *putrida salsamenta amant origanum.* Acri suo succo & odore suavi facit, ne putris odor percipiatur. Hesychius Origanum ἀνάρπαγα vocari tradit, ἀνάρπαγα ὀρίγανον. Cur ἀνάρπαγα vocetur, ignoro. Quæritur, utrum orontium, cujus meminit Archigenes apud Galenum lib. 9. κατὰ τόπους cap. 1. ubi de remediis quæ Archigenes ad ictericos conscripsit, agit, sit origanum, an alia quædam planta; Ἢ τὴν λεγομένην ὀρόντιον βοτάνην πολλὴν καθεψήσας, ἢ ἀφεψήσας λοῦε τῷ ἀφεψήματι, καὶ παραχρῆμα εὐθέως γίνεται τὸ ὕδωρ χλωρόν; *aut herbam orontion appellatam coquito, & cum decocto lavato, & decoctum confestim viride reddes.* Ad hunc locum doctissimus Cornarius; *Quam hic Archigenes Orontion herbam appellat, dubito equidem an hic rectè legatur in Græco exemplari,* ἢ τὴν λεγομένην ὀρόντιον βοτάνην, *quum orontium herbam apud nullum utriusque linguæ scriptorem reperiam. Quare merito mihi diu locus suspectus fuit, donec tandem in eam opinionem venerim, orontion herbam nullam aliam esse, quam origanum aliàs appellatam. Et fortassis etiam* ὀρίγανον *pro* ὀρόντιον *est legendum: nisi & hæc una est appellatio, qua origanum significatur. Hujus enim suspicionis gratia lectionem mutare noluimus; hoc tamen apertè asserentes, nullam aliam esse orontion, sive rectè, sive corruptè dictam, quam origanum, facultatis sectoriæ, attenuatoriæ & calfactoriæ à Galeno descriptam. Ob quas vires utique hoc præstat, quod hoc loco de ea Archigenes testatur; nimirum quod decoctum ejus in balnei usum ictericis vitiatum colorem detrahit; ita ut ipsa decocti aqua statim viridis reddatur. Atque hujus rei testimonium nobis ex Dioscoride suppetit, qui libro 3. de Origano sic ait,* κνησμοὺς δὲ καὶ ψώρας καὶ ἰκτεροὺς τὸ ἀφέψημα αὐτῆς ἐν λουτρῷ ὠφελεῖ, prurigini autem psoræ, ac morbo regio decoctum ipsius in balneo prodest. *Quin & ejus rei ego testis esse possum, qui & antea quam hunc locum legerim, ac postea, ac nuper ab ejus lectione, confidentius ejusmodi decocto pro lotura ictericorum usus, origani hanc facultatem esse sum expertus.* Hanc sententiam qui improbet, repperi neminem. Unum tamen aut alterum impedit, quo minus eam amplectar. Primum est, quod origanum planta sit vulgaris, ὀρόντιον, minime. Quod si vulgare esset, non opus esset addere vocem λεγομένην; utpote quæ vox non apponitur cognitis plantis. Alterum est, quod ait, decoctũ orontio confestim viride reddi, cum tale nihil origanum præstet. Ictericis quidem prodest, sed viridi colore aquas non tingit. Vide plura de oruntio cap. de autyrrhino. Malè Suidas γληχὼ. θηλυκῶς Ἀττικοὶ τὸ ὀρίγανον. οἱ δὲ βληχώ φασι λέγεται. Alia omnino

hinio planta est, quæ vel βληχώ, vel γλήχω vocatur. Pulegium, ut suo loco dicam, βληχὼ Græcis dicitur.

Ἡ μέλαινα.] Duo inquit genera origani, nigrum & album; nigrum sterile, fructuosum candidum. Plinius lib. 21. cap. 10. *Totidem & origani in coronamentis species: alterius enim nullum semen, id cui odor est, Creticum vocatur. Totidem*, inquit, *& origani*, id est, totidem ac cneoro genera origani: cneoro duo, ergo & origano. *Id cui odor est Creticum vocatur.* Nemo veterum memoriæ prodidit, alterum origani genus odoratum, alterum inodorum esse: omnia origini genera sunt odorata. Dioscorides plura novit origani genera. 1. Heracleoticum. 2. quod appellatur onitis, 3. sylvestre, 4. tragoriganum primum & secundum. Heracleoticum lib. 3. cap. 32. describit. Ὀρίγανος Ἡρακλεωτική, οἱ δὲ κονίλην καλοῦσι, φύλλον ἔχει ἐμφερὲς ὑσσώπῳ· σκιάδιον δὲ οὐ τροχοειδὲς (Catacur. τειχοειδὲς) ἀλλ' ὥσπερ διῃρημένον, καὶ ἐπ' ἄκρων τῶν ῥάβδων τὸ σπέρμα οὐ πυκνόν. Ἔστι δὲ θερμαντική. *Origanum heracleoticū, quod nonnulli cunilam appellant, folium habet hyssopo non dissimile: umbellam autem non in rotæ speciem orbiculatam, sed veluti divisam, & semen in summis virgis haudquaquam densum. Vim habet excalfaciendi.* Οἱ δὲ κονίλην καλοῦσι, ait. Hæc res errandi occasionem Plinio dedit; qui lib. 20. cap. 16. cunilam vulgo dictam turpiter cum origano confundit, cunilæque adscribit, quæ Græci de origano tradiderunt. *Cunilæ*, inquit, *præter sativā plura sunt in medicina genera — Item testudines cum serpentibus pugnaturæ, hac se muniunt, quidamque in hunc usum panacem vocant.* Aristoteles, ex quo hæc habet Plinius, lib. 9. Hist. anim. c. 6. testudinē, cum viperam devoravit, origanū esitare scribit. Ἡ δὲ χελώνη, ὅταν ἔχιν φάγῃ, ἐπεσθίει τὴν ὀρίγανον, καὶ τοῦτο ὦπται· καὶ ἤδη κατιδών τις τοῦτο πολλάκις ποιοῦσαν αὐτήν, καὶ ἐπειδὴ γευσαμένη τῆς ὀριγάνου, πάλιν ἐπὶ τὸν ἔχιν πορευομένην, ἐξέτιλλε τὸ ὀρίγανον· τούτου δὲ συμβάντος, ἀπέθανεν ἡ χελώνη. *Testudo cum viperam devoravit, mox esitat* (vertunt Plinii auctoritate freti, *cunilam bubulam*) *origanum. atque hoc observatum est. Quidam igitur cum id conspexisset, sæpe hoc eam facere ut gustato origano ad viperam remearet, extirpavit herbam. quo facto testudo interiit.* Τὰς χελώνας φασίν, ὅταν ἐχίδνας φάγωσιν ἐπεσθίειν τὸ ὀρίγανον, ἐὰν δὲ μὴ θᾶττον εὕρῃ ἀποθνήσκειν· πολλοὺς δὲ ἀποπειράζοντας τῶν ἀγροικούντων, εἰ τοῦτ' ἀληθές ἐστιν, ὅταν ἴδωσιν αὐτὴν τοῦτο πράττουσαν, ἐκτίλλειν τὸ ὀρίγανον, τοῦτο δὲ ὅταν ποιήσωσι, μετὰ μικρὸν αὐτὴν ὁρᾶσθαι ἀποθνήσκουσαν. *Testudines ajunt, quando serpentem deglutiverunt, mox origanum insuper vorare, id nisi promptum statim inveniant, interire, multosque ruri agentes cum id experiri vellent, captata oportunitate origanum evulsum quærenti præripuisse, eoq; animans in ipsorū conspectu subito interiisse.* Antigonus, τὴν δὲ χελώνην ὅταν ὄφεως φάγῃ ἐπεσθίειν ὀρίγανον, καὶ ποτέ τινος παρατηρήσαντος καὶ ἐκτίλαντος τὴν ὀρίγανον, οὐκ ἔχουσαν ἐπιφαγεῖν τελευτῆσαι. *Testudinem ubi serpentē edit, origanū super edere, & quodam tempore fuisse, qui re observata, origanum evelleret, itaq; testudinem eo destitutam periisse.* Plutarchus in Brutorum dialogo. τίς δὲ τὰς χελώνας ἐδίδαξε τὰς ἔχεις φαγούσας τὴν ὀρίγανον ἐπεσθίειν; *quis docuit testudinem devorata vipera, origanum superedere?* Cassianus Bassus lib. 15. c. 1. χελώνη ὄφεων φαγοῦσα νοσεῖ, ἐπιφαγοῦσα δὲ ὀρίγανον ὑγιαίνει. *testudo à serpentium usu egrotat, si vero origanum superingesserit sana redditur.* Malè ergo Plinius cunilam bubilam esitare scribit, malè testudinē cum serpente pugnaturam origano se munire tradit. Mustelam rutam præ commedere, tradunt Aristoteles & Antigonus. Aristoteles lib. 9. hist. anim. cap. 6. ἡ γαλῆ ὅταν ὄφει μάχηται, προεσθίει τὸ πήγανον· πολεμία γὰρ ἡ ὀσμὴ τοῖς ὄφεσιν. *Mustela pugnatura cum serpente rutā præ commedit. infestus enim odor serpentibus.* Idem Antigonus; Τὴν δὲ γαλῆν ὅταν μάχηται μετὰ τοῦ ὄφεως τοῦ πηγάνου προεσθίειν. πολέμιον γὰρ εἶναι τῷ ὄφει τὴν ὀσμήν. καὶ πρὸς πληγὰς δὲ τοῦ ὄφεως βοηθεῖν τὸ πήγανον ἐν ἀκράτῳ διηθὲν καὶ ποθέν. *Mustelam, priusquam cum serpente pugnam ineat, rutam edere, cujus odor serpenti est inimicus; qui & contra serpentum ictus, merum per rutam decolatum, & potum prodesse.* Nihil æquè clarum, quam duas diversas historias confundi à Plinio, & quod alterius est, ad alterum traductum. Sed verba Plinii non videntur satis sana, quod ostendunt libri veteres, uti Nobiliss. monet Salmasius. Ita optimus Thuanæus; *Et contra serpentes in vino bibitur, ac tritum plagæ imponitur; vulnera ab his facta perfrigent; item testudines cum serpentibus pugnaturæ.* In Rigaltiano scribitur: *vulnera ab his facta perfrigentē testudinem cum serpentibus pugnaturæ.* In altero recentiori; *vulnera ab his facta perfricantur. Item testudines cum serpentibus pugnaturæ.* Nullus liber ea verba agnoscit: *hac se munit.* quæ à correctoribus attexta esse liquido, inquit idem Salmasius, mihi constat. Monet doctiss. Pintianus, in veteri codice *perfricant* legi; non, *perfricantur.* Idem Pintianus, erratum esse in ordine verborum existimat, scribendumq; ad hunc modum. *Contra serpentes quoq; in vino bibitur, ac tritū plagæ imponitur: item testudines cum serpentibus pugnaturæ hac se muniunt, vulneraque ab his facta hac perfricant.* Clariss. Salmasius sic sarciendam illius loci labem judicat: *vulnera ab his facta ibes fricant; cutē testudines cum serpentibus pugnaturæ.* Aristoteles lib. de historia animal. lib. & cap. quo supra. Οἱ δὲ πελαργοί, καὶ οἱ ἄλλοι τῶν ὀρνίθων, ὅταν ἑλκωθῶσί τι μαχόμενοι ἐπιτιθέασι τὴν ὀρίγανον, *Ciconiæ atque aves acceptis in pugna vulneribus origanū* (Interpr. *cunilam bubulam*) *imponunt.* Nec dubium ciconias sæpe vulnerari à serpentib. quas venantur. Ibes quoq; ab Ægyptiis suis contra serpentes invocantur, easq; gratissimū habent pabulū, & est πελαργῶδες ὄρνεον. Verisimile autem est & Ciconias & Ibes, dum serpētes appetunt & capiunt, sæpe ab his vulnerari. Testudines etiam quæ serpentes commedunt, vix aliter fieri potest, quin sæpenumero ab his vulnera accipiant dum eas captant, & vorare parant. Ideo cutem suam origano fricant. Quod tamen credo Plinius ab aliquo hodie incognito auctore habet, ut & illa omnia de variis generibus & differentiis cunilarū. Propemodum, inquit Salmasius, ausim præstare, Pliniani illius loci verā eā esse quā posuimus emendationē. Ut ut sit, certū est de origano ab auctoribus, hęc prodita esse, quę hic de cunila bubula narrat. Sequitur, *quidamq; in hunc usum panacē vocant.* Dioscorides origanum, panacem à quibusdam vocari tradit.

Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.

Paulo ante ad finem capitis reprehendit eos, qui cunilam bibulam appellant, quod alii vocant panacem. Sunt & qui cunilam bubulam appellaverunt, ut diximus, falso. Cratevam reprehendit Plinius; idem de ligustico panace id intellexit. Cratevas enim ligusticū nomine cunilæ bubulæ vocandū censuit. Plinius lib. 19. cap. 8. de ligustico. *Panacem aliqui vocant. Cratevas apud Græcos cunilam bubulā eo nomine appellatii.* Cratevas falso ligusticū putavit, appellari nomine cunilæ bubilæ, cum hæc sit origanū sylvestre, ut infra ostēdam. Ex his quæ attuli, constat, cunilæ bubulæ appellatione apud Plinium origanum debere intelligi. Sed origanum semē pulegii non habet, quale Plinius cunilam bubulam habere tradit. Pulegium minimum habet semen, exiguis & denticulatis caliculis, quibus origanum caret, insidens. Videamus reliquos Plinii de origano heracleotico errores. *Heraclium*, inquit lib. 20. cap. 17. *quoq; tria genera habet; nigrius, latioribus foliis, glutinosum, alterum exilioribus, mollius, sampsucho non dissimile, quod aliqui prasion vocare malunt. Tertium est inter hæc medium, minus quam cætera efficax. Optimum autē Creticum: nam & jucunde olet: proximum smyrnæum: deinde heracleoticum ad potum utilius, quod onitin vocant.* Augiæ stabulū: quot verba, tot ferè errores, vix scio unde exordiar. *Tria*, inquit, *genera originū heraclium habet.* Pro *heraclium*, scribo, *Heracleoticum*. Dioscorides, Galenus, cæteri, tria inquiunt origani genera; heracleoticū, onitis, sylvestre; quib. quartum addunt, quod tragoriganum vocant. An ergo quod in genere Dioscorides, Galenus, cæteri, de origano, soli heracleo adscribit Plinius? Non puto. Pro *Heraclium*, non *Heracleoticum*, ut dixi, scribendum, sed, *tragoriganū*. Atqui duo tragorigani genera. Fateor; sed ex verbis Dioscoridis malè intellectis, tria genera finxit Plinius. Dioscorides lib. 3. cap. 35. Τραγορίγανος θαμνίσκος (vetus θάμνος) ἐστιν, ὀριγάνῳ ἢ ἑρπύλλῳ ἀγρίῳ ὅμοιος τὰ φύλλα καὶ τὰ κλωνία· ἡ μέν τις δὲ εὑρίσκεται κατὰ τόπους εὐτρεπεστέρα, καὶ πλατύφυλλος, κολλώδης ἱκανῶς (pro πλατύφυλλος, Scholiastes, δασύφυλλος: pro κολλώδης, Aldus, κομμώδης. Vulgatam lectionem probo, quam sequitur Plinius, nixam & Oribasii auctoritate. Vir magnus κομώδης legendum contendit; quod vel ea sola de causa improbo, quod, ut dixi, Oribasius & Plinius vulgatam defendant,) ἡ δέ τις λεπτόκαρφος καὶ λεπτόφυλλος, ἣν καὶ πράσιον ἔνιοι καλοῦσι. ἀρίστη δὲ ἡ Κιλίκιος, καὶ ἡ ἐν Κῷ (vetus Κῶος) καὶ Χίᾳ, καὶ Σμύρνῃ, καὶ ἐν Κρήτῃ. *Tragoriganū exiguus est frutex, folio & ramulis origano aut sylvestri serpyllo similis. Quoddam pro locorum ratione lætius ac speciosius, foliisq; atrioribus invenitur, satis glutinosum:* (Aldinum si sequamur exemplar, vertendum *gummosum*. Doctiss. virorum lectionem si probamus, *Foliosum & comosū, comis vel foliis densum.* Rident Plinium viri maximi, quod κομμώδης, ut Aldinum habet exemplar, verterit, *glutinosum*. Verum non Aldinam lectionem, sed vulgatam, quā veram, legitimamq; dixi, sequitur Plinius.) *Alterum gracilibus est surculis, exilioribus foliis. quod etiam prasium aliqui vocant. Optimum est Cilicium, quodque in Co, & Chio, Smyrna, Cretaque provenit.* Omne tragoriganum Dioscorides folio & ramulis origano, aut sylvestri serpyllo simile ait: deinde dividit in duo genera, latifolium, & tenuifolium. Inde tria genera finxit Plinius, ad Anagnostes verba non satis attendens. Falluntur qui Plinium hæc ex diversis auctoribus Gręcis, vel ejus Libertos collegisse arbitrantur: ex Dioscor. malè, ut dixi intellecto id habet. Primum igitur tragorigani vel heraclii (ut vulgatus codex habet,) genus, quod speciosius ac lætius propter cœli

tellurisque præstantiam provenire, scribit Dioscorides, idque foliis atrioribus esse, & satis glutinosum. *Nigrius*, inquit Plinius, *latioribus foliis glutinosum*. Vides hæc ex Dioscoride desumpsisse Plinium? Alterum, inquit Dioscorides, propter aëris solique infœcunditatem esse foliis exilioribus, surculis gracilibus: hoc genus prasion vocari tradit Plinius. *Alterum exilioribus, mollius* (antiquus codex, *mollibusque*) *sampsucho non dissimile, quod aliqui prasion vocare malunt*. Sampsucho simile esse non tradit Dioscorides, de suo hoc addidit Plinius. Idem nec mollius esse tradidit. Aliunde habet hoc Plinius; nec verisimile fit mollius esse. Quæ solo steriliori proveniunt, ea duriora sunt, non molliora. Mollia fœcundus producit ager. Tertium genus, inquit, inter medium esse, quod ex his Dioscoridis habet verbis; *Tragoriganum exiguus est frutex, folio & ramulis origano aut sylvestri serpyllo similis*. Ex his, inquam, verbis, tertium & medium quoddam genus imaginatus est. Quæ sequuntur corrupta videntur. *Optimum Creticum; nam & jucunde olet: proximum Smyrnæum; deinde Heracleoticum, ad potum utilius*. Salmanticensis codex, teste Pintiano, habet. *Optimū Creticum: nam & jucunde olet, proximum Smyrnium odorius. Heracleoticum ad potum utilius*. Scribe. *Optimum Creticum: nam & jucunde olet; proximum Smyrnæum odoratius. Heracleoticum ad potum utilius*. Vel *proximum Smyrnæum inodoratius*, vel *inodorius*; si ita loqui licet. Dico inodoratius, quod infra lib. 21. cap. 10. scribat; *Totidem & origani in coronamentis species — id cui odor est, Creticum vocatur*. Ubi indicare videtur, solum Creticum odoratum, reliqua inodora esse. Contra Dioscorides tam Smyrnęum, quam Cretense origanum optimum scribit. Unus hæret scrupulus; an pro *Heraclio* scripserit *tragoriganum*. Paulo ante enim scripsit, *tragoriganum similius est serpyllo sylvestri*. Sed nihil impedit scripsisse Plinium, *tragoriganum similius est serpyllo sylvestri; Vrinam ciet, tumores discutit*. — *Tragoriganum quoque tria genera habet*. Tragoriganum Latinè hircinum origanum sonat; sic dictum, non quod hircum oleat, sed quod gratum sit hircis pabulum, ut onitis asinis. Nicandri Scholiastes in Alexipharmacis ad hunc versum, Τραγοριγάνου δὲ ἐστιν ὄρειον, ἐπειδὴ ἐσθίοντες οἱ τράγοι γίνονται κατωφερεῖς, διὸ οὕτως εἴρηται. *Tragoriganum, montanum est origanum, quod ab hircis nomen habet, quoniam id gustantes ima, non summa, non cacumina montium petant*. De onite origano hæc Dioscorides. ἡ δὲ ὀνῖτις καλουμένη, λευκοτέρα τοῖς φύλλοις ἐστὶ, καὶ μᾶλλον ἐοικυῖα ὑσσώπῳ. καὶ τὸ σπέρμα ὥσπερ κορύμβους συνεχεῖς ἐπικειμένους ἔχει. *Quod onitis appellatur, foliis est candidioribus, hyssopoque similius: at semen habet, veluti corymbos cohærentes, ac sibi invicem incumbentes*. Plinius loco citato. *Origanum, quod in sapore cunilæ æmulantur* (vetus, *quod in sapore cunulam æmulatur*) *ut diximus, plura in medicina genera habet: onitin vel prasion appellant, non dissimile hyssopo*. Nemo onitin prasion appellari dixit. Dioscorides onitin origanum similius quam heracleoticum, origano scripsit, non simile. Sed hoc nullius momenti. Onitin dicit vocari hoc origani genus, cum apud Dioscoridem ὀνῖτις legatur. Sed corruptus Dioscoridis codex. Scribe ἡ δὲ ὀνῖτις καλουμένη. Galli 7. simpl. ὀρίγανος, ἡ μὲ ἡρακλεωτικὴ δραστικωτέρα τῆς ὀνίτιδος. Nicander in Alexiphar. — τὸν ὀνίτιδος αὖον ὀρείης, *ipsum montanæ onitidos succū*. Scholiastes Ὀνῖτιδα λέγει τὸ ὀρίγανον. δύο δὲ γένη ὀριγάνου ἡμεῖς χρώμεθα. ὃ καὶ ἥμερον λέγεται. ὃ καὶ οἱ ὄνοι ἐσθίουσιν ὃ καὶ παρείληφεν. ὃ καὶ ὀνῖτις λέγεται. Puto scribendum, ὃ καὶ ἡρακλεωτικὸν, ὃ δὲ ὀνῖτις λέγεται. Onitida cum dixit, intelligit origanum. Duobus origani generibus utimur, quod domesticum dicitur, & quod asini commedunt. Prius heracleoticū, alterum onitin vocamus. Onitida inquit vocari, quod asini eo pascatur. Idem Scholiastes in Theriacis idcirco ὀνόφυλλον & ὄνου πετάλειον vocari tradit, ad hunc versū.

> Σὺν καὶ ὄνου πετάλειαν ὀρείγανον.
>
> *Quodque asini pascuntur origanum.*

Σὺν τε ὄνου. ὄνου πετάλειον (vulgo, πέταλον) καλεῖται αὐτοῦ ὀνόφυλλον, *asini folium vocatur, quasi* ὀνόφυλλον *asinifolium*. Sylvestre origanum idem Dioscorides lib. 3. cap. 34. describit, Ἡ δὲ ἀγριορίγανος, ἣν πάνακες Ἡράκλειον, οἱ δὲ κονίλην καλοῦσιν, ἧς ἐστὶ καὶ Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος, ἔχει τὰ μὲν φύλλα ὅμοια ὀριγάνῳ, ῥαβδία δὲ σπιθαμιαῖα λεπτὰ (Caracur. cod. σπιθαμιαῖα), ἐφ' ἃ ἐν σκιαδίῳ ὅμοια ἀνήθῳ ἄνθη δὲ λευκά. ῥίζα λεπτή, ἀχρεῖος. *Sylvestre origanum aliqui panaces heraclium vocant, alii cunilam, quo in numero est Nicander Colophonius. Folium est origani, virgultis dodrantibus, tenuibus, in quibus umbellæ anethi insunt, flores candidi: radix tenuis & inutilis: ab aliquibus panaces heracleum vocari tradit*. Idem testatur Galenus libr. 7. simpl. ἀμφοῖν δὲ ἀγρία, ἣν πάνακες Ἡράκλειον, οἱ δὲ κονίλην καλοῦσι. *Sed agreste, quod quidem panaces Heracleum, alii cunilam vocant, valentius utraque est*.


Ita locus hic Galeni legi debet; codices alii κονίλην, alii κυνίλην habent. Nicandrum testem vocat Dioscorides. Versus Nicandri in Theriaca reperiuntur, ubi canit.

> Κόρκορον ἠμυόεντα, πανάκειόν τε κονίλην,
> Ἥν τε καὶ Ἡράκλειον ὀρίγανον ἀμφενέπουσι.
>
> *Corcorum inflexum, panaceamque conilum,*
> *Quam & alio nomine Heracleum origanum dicunt.*

Ad hos versus Scholiastes, Πανάκειόν τε) τὴν ὁμοίαν πανακείῳ. (πανάκει scribe) τινὲς δὲ πανάκειον τὴν πάντας ἰωμένην. καὶ ἐπικτικῶς τὸ τ' διὰ τὸ μέτρον. πανάκειον. Διοκλῆς δὲ τὴν κονίλην φησὶν, ἐφ' ἂν μὲν Ἡράκλειον καλεῖσθαι καὶ ὀρίγανον, ἐφ' ἂν δὲ ἀγρίαν ὀρίγανον, καὶ πανακίδα, (scribe πανακῆδα) καὶ πανάκτειον, οὐ καὶ κονίλη, πανακὲς ἐστ. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ Ἡράκλειον καὶ ὀρίγανον. Πέτριχος δὲ ἐν τῷ ὀφιακῷ φησὶν, ὅτι Κονίλος εὗρε τὴν βοτάνην. *Panacteumque simile panaci; nonnulli* πανάκτειον, *per epithetum, dici putant, quasi* πανάκειον *omnibus medentem. esseque* τ' *interpositum per* ἐπίκτασιν *versus gratia. Diocles autem tradit à quibusdam Heracleum origanum, à quibusdam sylvestre origanum vocari. Panacleum igitur est cunila eadem planta, uti Heracleum & origanum. Petrachus in Serpentario suo, conilam sic ab inventore Conilo nominatā, memoriæ prodidit*. Simile inquit panaci chironio, quod folia habet sampsuchi, hyssopique. Falsum, inquiunt viri magni, quod ait ille Grammaticus, πανάκτειον metri gratia positum à Poëta, ἐπικτικῶς τὸ τ'; pro πανάκειον. Vehementer, iidem ajunt, errarunt veteres Grammatici, qui πανάκτειον pro πανάκειον acceperunt, dictionum similitudine decepti. Illud etiam addemus; videri falsum Dioscoridem, & si qui alii origanum sylvestre πάνακες & πανάκειον cognominatum tradiderunt. Fefellit eos ex vicino nominis sonus. Πάνακτος & πανάκτειος hæc ὀρίγανος, non πάνακες, aut πανάκεια appellata; quod diserte testantur versus Nicandri: quem auctorem citat illo ipso loco Dioscorides. Hesychius differentiam monstrat horum nominum, πάνακες & πάνακτος, his verbis; Πάνακες βοτάνη τις ἡ πολλοῖς ὀνόμασι καλεῖται. πάνακτος, ἡ ὀρίγανος, ὃ τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ. *Panaces herba quædam, quæ plura habet nomina. panactos origanum, & locus Atticæ*. Ab hoc oppido (Harpocration, Πάνακτος πόλις ἐστὶ) vix dubium est, quin origanum dictum sit panacteon, quod ibi plurimum nasceretur. Hæc adversus Dioscoridem viri maximi. Quæritur, cui hac in re major fides debeatur. Dioscoridi, auctoritate Galeni, medicorumque omnium, ad quos botanicum pertinet studium, munito; an Hesychio Grammatico, in re botanica nihil, aut parum exercitato? Πάνακες hoc origani genus dictum, quod ad plures morbos utile sit, præsertim ad morsus venenatorum. Ἰδίως δὲ βοηθεῖ θηριοδήκτοις τὰ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη σὺν οἴνῳ πινόμενα. *Privatim venenatorum morsibus folia & flores ex vino in potu auxiliantur*. Falsum est quod ait Hesychius, multa habere nomina panaces. Auctuarii auctor, qui nomina spuria, quæ plantis ab aliis indita, recenset, de panace nullum memorat: contra plurimæ plantæ panaces nomen audiunt. Auctuarii auctor de legustico, οἱ δὲ πανάκεια καλοῦσιν, οἱ δὲ πάνακες. Plura sunt etiam panacis genera, forma planè dissimilia; vide lib. 9. Probabilior nobis videtur Scholiastes sententia, qui τ' interpositum per ἐπίκτασιν tradit. Atticum origanū hactenus qui laudarit, reperi neminem. Tenedium probat Athenæus lib. 1. ὀρίγανον τενέδιον, *origanum tenedium*. Tenedos insula in mari Ægeo, inter Mitylenem & Hellespontum, contra Troiam, prope Sigæum. Corruptus præterea codex Dioscoridis. Scribe, ἡ δὲ ἀγριορίγανος, ἣν πάνακες, ὁ δ' Ἡράκλειον, ἢ κονίλην καλοῦσι. Hæc videtur cunila, quam Crateras cunilam bubulam appellavit. Hæreo utrum ille Græcè dixerit κονίλην βοείαν duabus, an vero unica voce βουκονίλην, ut majus origanū, vel potius major cunila hac voce designetur. Sic βουλάπαθον, βούσελινον, βουμελίαν, fraxinum, apium, lapathum magnū dixere veteres. Vide cap. de fraxino. fico, ubi βούσυκα ficos diximus majores. Placet nobiliss. Salmasii opinio. Βούτην nominavit Crateras cunilam, ut vertit Plinius, bubulam Hesychius; Βούτης (fortè βούτη) ὀρίγανον ὑπὸ τῶν Κυδωνιατῶν καὶ βουκόλος, *Boutes Cydoniatæ sive Cretenses, origanum vocant & boucolum*. Cunila bubula, βούτης, βουκόλος dictum origanum, quod scabiem pecoris buceri eo curarent bubulci. Columella lib. 6. cap. 13. de boum medicinis. *Et ad scabiē præsentior alia medicina est, cunila bubula & sulphur conteruntur, &c*. Antiquissimus noster codex; *cum culabula & sulphur conteruntur*. Alter codex anno 1498. expressus, *cunilabula & sulphur conteruntur*. At lib. 7. cap. 5. ubi de morbis pecoris ovilli agit, scriptum est in utroque, *cunila bubulæ; At si molesta pituita est, cunelæ bubulæ: vel surculi nepetæ sylvestris lana involuti naribus inseruntur*. In Indice, qui obscuriora explicat vocabula, *cunicula bubula*: Herba est, qua se tuentur testudines

dines contra serpentes pugnaturæ (vide quæ supra dixi) nunc dicitur cotula & bovis oculus, & flos ejus major est chamæmilla. Cotulam & oculum bovis vocamus & chamæmeli speciem, quam alii pro buphthalmo ostendunt. Nemo Botanicorum chamæmeli genus quoddam bubulam cunila vocari tradidit; & nugatur auctor indicis Columellæ. Cunilam bubulam satureiæ genus est, ut mox dicam. Cunila bubula Columella adversus scabiem bovis laudat. Dioscorides quoque origanum scabiei sanandæ optime facere scribit. Κνησμοὺς δὲ καὶ ψώρας καὶ ἰκτέρους τὸ ἀφέψημα αὐτῆς ἐν λουτρῷ ὠφελεῖ. *Prurigini autem & psoræ, ac morbo regio decoctum ipsius in balneo prodest.* Sed alia est Columellæ cunila, alia origanum Dioscoridis planta. Cunila Columellæ, satuteia est. Columella libr. 9. cap. 4. *Eadem regio fœcunda sit fruticis exigui, & maximè thymi, aut origani, tum etiam thymbræ, vel nostratis cunilæ, quam satureiam rustici vocant.* Manifeste origanum diversam à cunila facit plantam. Plinius lib. 19. cap. 8. *Thymbra, quæ & cunila: hæc apud nos habet aliud vocabulum, satureia dicta, in condimentario genere.* Utriusque historiam confundit Plinius; alibi de cunila tradit quæ de conyza Dioscorides. Sed de istâ quæstione hoc eodem capite agendum. Utrum autem, ut scribit Hesychius, origanum βοῦτις & βούκολος dicatur, quod boves à scabie sanos præstet; an vero utriusque confundat historiam Grammaticus, me fugit. Sylvestre hoc genus Dioscorides panaces vocari tradit, panaceam vocat Plinius, panacem Crateras. In quo summum erratum Plinii. Tradit is ligusticum panaces à Cratera vocari canilæ bubulæ nomine; cum ligusticum panaces hic non vocarit, sed origanum sylvestre, quod & Heracleum & panaces nuncupabatur. Vereor interim ne origanum quidem sylvestre à Cratera cunilam bubulam vocatum, sed vel conyzæ quoddam genus, vel thymbræ, quam satureiam vocat Plinius; cum tamen Columella thymbram à satureia distinguat, ac cunilam à rusticis satureiam vocari tradat. Sed de hac quæstione cap. de conyza, thymbra, satureiâque. Ligusticum panaces, ut suo loco ostendam, Dioscorides tradit simile panaci Heracleatico, radice, caule, effectu. Rursus sylvestre origanum panaces cognominatum & panacea, ut & ligusticum. Sic confuderunt hæc nomina. Tres, forte plures, panacis nomine gaudent plantæ; panaces sic proprie dictum, cujus tria genera, de quibus alibi; ligusticum, & origanum sylvestre, quod & Heracleoticum &


Origanum Heracleoticum.



panaces vocatur. De origano itaque sylvestri intelligebat Crateras, cum cunilæ bubulæ nomine id donavit: non de legustico, quod panaci Heracleotico simile. Nam, nisi fallat imaginatio, βουκόλιν illud origanum, vel κονίλην vel βοῦτιν & βούκολος, si vero tradit Hesychius, dictum est.

Cæterum utrum origanum Heracleoticum ab Hercule nomen trahat, an ab Heraclea, urbe Ponti, me fugit. Recentiores plura observarunt origani genera. Heracleoticum vocatum, cujus imaginem exhibemus, cauliculos emittit rotundos, quandoque subrubentes, ramosos, pedem plus minus altos: folia sunt lata, rotunda, paulo longiora quam sylvestris origani albidiora & minora, majora quam majoranæ; floret æstate in fastigiis virgularum, non in umbellam circinatam, sed in parvis thyrsis spicatis, squamatim compactis, ternis hinc inde dissipatis, ut Thymi: flosculi exeunt candidi, aliquando ex albo purpurascentes, odore majoranæ, quibus semen exiguum succedit. Nascitur in Creta, Hispania, Lusitania, aliisque calidioribus locis, è quibus ad nos resiccatū adfertur. Onitidis origani nomine, Botanici describunt Hyssopū Græcorum, & Arabum Penæ & Lobelii; de qua planta cap. de Hyssopo. Aliud genus describit Caspar Bauhinus in commentario ad Mathiolum; quod caule est purpurascente, & foliis subrotundis, hirsutis. Cum origano vulgari convenit, onitidi est simile spicis suis oblongis & elegantissimis, quæ purpureæ sunt, semen pusillum, ruffum, ut reliqua origani genera continentes. Hoc Monspelio, ubi provenit, à Doctore Ioanne Henrico Cherlero accepit Bauhinus. Idem origanum onitin folio subrotundo vocat, Camerarius vero origanum Monspeliense. Aliud idem Camerarius in horto describit, vocatque origanum onites, diversum ab eo quod Mathiolus de pingit; foliis multò candidioribus altero, flore albicante in umbella ampliore. Sylvestre origanum tenues quoque ac rotun-


Agrioriganum, sive Onitis major.



dos habet cauliculos, dodrante altiores; folia subrotunda, majora & hirsutiora quam pulegii; flores in umbellis dilute rubentes, quandoque albidos, quibus succedunt semina parva subrubentia. Variat foliis longioribus & rotundioribus, floribus ex candido rubentibus, phœniceis, sanguineis. Floret æstate, non modo in calidioribus regionibus, sed & in Germania reperitur secus margines agrorum, viarum & hortorum; transfertur etiā ad hortos & loca culta. Præter hæc vero & aliud origani genus in Belgio colitur, quod Anglicanū cognominant, Adversariorum auctores sylvestre origanū Syriacum, Creticum alii. Huic cauliculi exiles, foliis minoribus, viridioribus, & minus asperis, capitulis numerosis, collectis, ambitu umbellam imitatis, sylvestri jam descripto proximis, sed non perinde accumulatis, flosculis albis purpurascentibus, dura radice. Gustanti tota grata, & aromatica, dictamni acrimonia. Æstate floret; sponte ubi proveniat, ignoro: apud nos in hortis, ut dixi, colitur. Tragorigani genera quatuor observarunt recentiores.

 Primum

Tragoriganum primum Clusii.




Primum tragoriganum latifolium, pedali, aut sesquipedali altitudine, fruticat multis tenuibus ac lignosis surculis, atque circum illos folia singula internodia bina ex adverso respondentia habet, minora quam sunt majoranæ folia, mediæ inter origanum & serpyllum sylvestre magnitudinis, omnino incana, odoris jucundi, & acris saporis. Flores verticillatim extremos surculos ambiunt, vel illis etiam insident exigui, candidi, semen minutum in caliculis suis occultatum gerentes: radix lignosa, multis fibris capillata. Multis Hispaniæ locis provenit, arido

Tragoriganum Oretens. tertium.



& petroso solo, cum stœchade permista: nunc etiam inquilina facta multorum hortorum, cum in Gallia, tum in Anglia, item in Belgio. Hoc genus alii Marum contendunt, alii helenium Theophrasti, de quibus alibi nobis sermo. Minores sunt alteri surculi & candidiores, tenuiora & longiora folia, aliquantulum incana, acris gustus, odor minus jucundus quam in priore: flores etiam verticillatim circa summos ramulos nascuntur, ex utriculis prodeuntes, majores aliis & galeati, candidi. Semen, inquit Clusius lib. 3. hist. cap. 49. observare non potui, radix priori similis, lignosa, dura, multifica. Tragoriganum angustifolium vocant. Tertium Cretense appellant, alii thymum Creticum: neque forma, neque magnitudine à præcedenti multum differt, surculus tamen nigrioribus, dodrantalibus: foliis magis hispidis & atris, paulo quam Thymi Cretensis majoribus; floribus per intervalla & verticillos purpureis. Utraque perpetuo viret; sed posterior hæc longe odoratior illa quæ album florem fert, sapore fervens. Utramque speciem solo Valentino agro Martio florentem & sponte nascentem observavit Cl. Clusius. Quarto cauliculi sunt tenues, duri; ac lignosi,

Tragoriganum quartum.



colore subnigricantes: folia minora quam sylvestris origani, quam vulgaris majora, odorata, aspera, & nonnihil hirsuta; flosculi exigui in verticillis cauliculos superna parte ambiunt, colore purpurascentes: radix parva ligni duritiem habet. In Foroliviensi agro tragoriganum nasci, Mathiolus tradit. Verum cujus sit generis, in tanta quia utitur brevitate, incertum relinquit. Clariss. Dodonæo tragorigani primi nomine delineatur. Sunt qui putant tragoriganum quartum, à Mathiolo pro Maro ostendi. A quo tamen multum differt. Marum enim non orbiculatis verticillis floret, sed origani Heracleotici modo, ab exiguis veluti spicis, flosculos promit. Apud Belgas in hortis φιλοβοτανῶν, & stirpium cognitionis studiosorum olim observavit Clariss. Dodonæus, & Augusto mense cum flore conspexit. Hæc de origani, tragoriganique forma & generibus.

[Καὶ θύμον, &c.] Thymi nomen aliis etiam inditum plantis. Hesychius θύμον allium exponit. θύμον τὸ σκόροδον. Aristophanis quoque interpres, θύμον bulbum agrestem, vel cepam exponit agrestem, ἥδιον θύμους, οὓς οἱ κοινοὶ βολβοὺς καὶ ἀγελοκρόμμυά φασιν. Locus quoque Aristophanis in Pluto non potest accipi, nisi de planta, cujus radix est edulis. Δεῦρ' ἤλθομεν πολλῶν θύμων ῥίζας διεκπερῶντες. *Huc properemus thymi radices multas transfigentes.* Eadem comœdia πεινῶν τὸν θύμον φαγόντες. Thymi radix ad esum est planè inepta, lignosa enim ac dura. Auctuarii auctor arum θύμον vocari, tradit. Ἄρον, οἱ δὲ θύμον, οἱ δὲ κολοκάσιον. Sed θύμον apud Aristophanem prima brevi, quæ longa in voce θυμός. Cepas, & allia ita vocarunt, ab animosa acrimonia: θύμον vero, de quo nobis sermo, κατὰ τὸ θύμου dictū volunt; quod adhibetur iis qui animi patiuntur deliquiū ob crassos humores. Gal. lib. 1. ad Glauconē. Ἀρκεῖ δ' αὐτοῖς μελίκρατόν τι διδόναι πόμα.

μα, ἢ θύμα, ἢ ὀρίγανον, ἢ γλήχωνος, ἢ ὕσσωπου ἔχοντες ἀναφέρεσθαι. *Sufficit autem si ei dederimus melicrati potum, in quo ebullierit thymus, vel origanum vel pulegium, vel hyssopus.* Alii ab excitando, quod θύειν dicunt, nomen invenisse tradunt, vel quod lethargicos à somno excitet, vel quod lachrymas eliciat. Galenus lib. 13. Methodi Medendi cap. 20. Ἑναφεψήσαντες οὖν ὄξει θύμον καὶ γλήχωνα, καὶ ὀρίγανον, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα τῇ ῥινὶ τῶν οὕτω διακειμένων προσοίσομεν· ὅπως ὁ ἀτμὸς ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον ἀναφερόμενος τέμνει τὸ πάχος τοῦ χυμοῦ. *Incoquentes igitur aceto thymum, & pulegium, & origanum, aliaque id genus, naribus affectorum sic admovebimus, quo vapor ad cerebrum sublatus, crassitudinem humoris disecet.* Dico vel quod lachrymas excitet; unde illud, τὸ θύμα τρίβων κλαύσομαι. Thymum conterenti, lachrymę erumpunt. Placet aliis θύμον dici quasi θύαιμον, sanguinem impellens. Malunt nonnulli ἀπὸ τοῦ θύειν dici, ob odoris fragrantiam. Virgilius — *redolentque thymo fragrantia mella.* Suavitate odoris ab Ovidio commendatur lib. 15. Metamorph.

— Nec vobis lacteus humor
Eripitur, nec mella thymi redolentia flore.

Tam gratus, tamque adlubescens flos est, ut sit symbolum ejus gratiæ quæ cuique rei est indita. Horat. ad Iulium Florum epist. libr. 1.


— Ipse quid audes
Quæ circumvolitas agilis thyma.

Id est, quas venustates statim, ut collibitum est, non assequeris. Fortasse nomen accepit, ἀπὸ τῆς θυμιάσεως καὶ τῆς θύης, quod veteres in sacris, quæ igne accenso fiebant, primum eo usi sint. Hinc Thymi lignum νηφάλιον dictum. Suidas, Νηφάλιος θυσία παρὰ Ἀθηναίοις ἐτελεῖτο Μνημοσύνῃ, Ἠοῖ, Ἡλίῳ, Σελήνῃ, Νύμφαις, Ἀφροδίτῃ, Οὐρανίᾳ, ὥς φησι Πολέμων. καὶ ξύλα δὲ νηφάλια, τὰ μὴ ἀμπέλινα, μήτε σύκινα· ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν θύμων, καὶ πρώτη ἐστὶν αὕτη ἡ ὕλη πρὸς τὰς ἐμπύρους θυσίας· παρ' ὃ τοὔνομά φασι λαβεῖν τὸν θύμον ὡς παρὰ τὴν θυσίαν πεποιημένης τῆς φωνῆς. *Nephalium sacrificiū quod Athenis peragebatur Mnemosinæ, Auroræ, Soli, Lunæ, Nymphis, Veneri & Vraniæ, ut ait Polemon. ligna autem Nephalia, non sunt vitiginea aut ficulnea, sed ex Thymo. Hoc enim in sacrificiis quæ igne peragebantur usi veteres; unde thymum nomen accepit,* παρὰ τὴν θυσίαν, *à sacris in quibus usum habebat.* Græci Barbari θύμον vocarunt, θρύμβον ἄγριον & ματζουκόθυμβρον. Glossæ Iatricæ. Θύμος ὁ θρύμβος. Neophytus, Θύμος, οἱ δὲ θρύμβος ἄγριος, οἱ δὲ θύμάρι, οἱ δὲ θύμος λευκός, οἱ δὲ κεφαλωτὸς, κοινῶς ματζουκόθυμβρος, οἱ δὲ ἐπίθυμος. Idem de epithymo, ἔοικε θύμῳ ὃν καὶ ματζουκόθυμβρον οἱ πολλοὶ καλοῦσι, πλὴν μακροτέρους τοὺς κορύμβους ἔχει. θρύμβον vocari scribit. Hierophilus Philosophus inter condimenta enumerat εὔζωμον, κάρδαμον, σίνηπι, καὶ τραπὸν ὀρίγανον, ἡδύοσμον, θρύμβον, καὶ χαμαιδάφνας; *erucam, nasturtium, sinapi & tripton, id est fissum, origanum* (ita vocat origanum Heracleoticum, quod umbellam habeat divisam & fissam) *mentham, thymum & chamedaphniam.* Θρύμβον, loco citato non est thymbra, ut doctiores existimant, sed thymum. Thymbram enim, ut suo loco dicam, non ad condimenta, sed ad cibos usurparunt, & præcipue rustici, & magis sativam quam agrestem. Dioscorides libr. 3. cap. 45. ἐγχρηστοτέρα δὲ πρὸς βρῶσιν διὰ τὸ μὴ ἐπιπολῆς τὴν δριμύτητα. *Quæ tamen propter initiorem acrimoniam commodius in cibos recipitur.* Contra θύμον *Thymum* non in cibos, sed in codimenta recipiebatur. Dioscorides lib. 3. cap. 44. εὔχρηστον δὲ καὶ πρὸς τὴν ἐν ὑγιείᾳ χρῆσιν ἀντὶ ἀρτύματος. *Est denique pro condimento ad sanorum usus perquam utile.* Aliud est sumi aliquid πρὸς βρῶσιν, in cibum, aliud πρὸς ἄρτυμα, condimentum. Inter condimenta Alexis Cominus recenset apud Athenæū thymum; ὀρίγανον, γήθιον, ἄνισον, θύμον, σφακόν. Idem facit Eubulus, καὶ σίλφιον θυμοῦντι τῶν ὑμηττίων. Thymum ergo θρύμβον dixerunt. Cassiano tamen Basso θρύμβα vel θρύμβρον, *thymbra*, libr. 15. cap. 2. Locus insigniter corruptus; Νόμη δὲ ὅμοσ μάλιστα χαίρουσι, καὶ ἀφθόνως τούτου νεμόμεναι μέλι τὸ πλεῖστον φέρουσι. ὃ σμήνη τίκτουσι· λιγίσφακον, τὰ καὶ θρύμβα καὶ κίτισον ἥδισταί μελισσῶν τροφαί, &c. Θρύμβα, si retinens, velis nolis, non aliter quam thymbram exponere poteris. Sed, ut dixi, locus corruptus. Scribe, Νόμη δὲ θύμου μάλιστα χαίρουσι, καὶ ἀφθόνως τούτου νεμόμεναι, μέλι τὸ πλεῖστον φέρουσι, καὶ σμήνη τίκτουσι· ἐλελίσφακον δὲ ὃ θύμβρα καὶ κύτισον ἥδισται μελισσῶν τροφαί. *Pabulo thymi maxime gaudent (apes) & ex eo abunde pastæ, & plurimum mel conficiunt, & sobolem pariunt: salvia quoque & Thymbra ac cytisus jucundissima sunt apibus pabula.* Columella lib. 9. cap. 4. *Eadem regio fœcunda sit fruticis exigui, & maximè thymi, aut origani, tum etiam thymbræ, vel nostratis cunilæ, quam satureiam rustici vocant; post hæc frequens sit incrementi majoris surculus, ut rosmarinus & utraque cytisus.* Cephalotos dicitur, quod in summitate non spicas, sed capitula ferat. Eadem de causa ματζουκόθυμβρον vocarunt, quod caput instar massucæ habeat. Vulgus Græcorum ματζούκιον, & ματζούκιον tum appellabat, hodieque vocat clavum, sive baculum in summo capitatum; massucam quoque vulgo dicimus. Itali *mazzoca*. Ab eadem utique causa hoc thymi genus θύρσιον etiam appellatum est. Auctuarii auctor: Οἱ δὲ θύμος λευκός, οἱ δὲ κεφαλωτὸς, οἱ δὲ ἐπίθυμις, (fortè ἐπίθυμος) οἱ δὲ θύρσιον, Ῥωμαῖοι θούμουμ. Quid θύρσιον sit, supra libro quarto capite de papyro dixi. Qui ἐπίθυμον & θύμον κεφαλωτὸν, eandem arbitrantur esse plantam, falluntur. Eodem errore Oribasius ἐπίθυμον & θύμον κεφαλωτὸν, idem esse scribit, θύμον κεφαλωτὸν τινὲς, ἄλλοι δὲ ἐπίθυμον καλοῦσι. θυμελίον πῶσι γνώριμον. Male inter thymi capitati cognomina ἐπίθυμον recensent Neophytus, & Auctuarii auctor. Epithymus Dioscoridi flos thymi durioris, hodie epithymum vocant quod thymo innascitur capillaceum. Sed de hac quæstione mox plura.

Τὸ δὲ μέλαν, &c.] Duo inquit esse thymi genera, album & nigrum. Thymum nigrum specie non differt à candido; sic dictum à foliorum, vel, ut vult Plinius, florum colore. Quam differentiam recentiores in capitato nondum invenerunt, at in duriore observarunt. Plinius lib. 21. cap. 21. *Thymum colligi oportet in flore, & in umbra siccari. Duo autem sunt genera ejus: candidum radice lignosa, in collibus nascens, quod & præfertur: alterum nigrius florisque nigri.* Niger flos non datur. Nam niger color in crassa est substantia, flos è plantæ tenuissimo fit succo. Nigrum Botanici vocant, vel quod ad nigredinem vergit, vel quod respectu alterius candidioris est nigrum. Sic vaccinia, τὸν ὑάκινθον, nigra dixere Poëtæ à floris colore ex purpura nigricantis: sic lilium aliud album, aliud nigrum dicimus. Et hoc sensu nigrum accepit Plinius; alias omnino notandus, quod florem nigrum thymo tribuit. Sed nec thymum nigrum, candidumve dicitur ob floris vel candorem, vel nigredinem: sed propter folia quæ huic nigriora, illi candidiora; id est magis ad nigredinem, vel albedinem vergentia. Quomodo passim aliud candidum, aliud nigrum dicitur. Eodem modo origanum, aliud album, aliud nigrum dicitur. Vide caput de violis. Dioscorides has differentias (quod nihil, aut parum inde utilitatis ad medicam praxin accedat) non tradidit, nec observare eas solet, nisi ubi in virium præstantia, aut in ipsa etiam facultate est diversitas. Ideo anagallidis leucoi differentias tradit, cum reliquarum negligat. Medicis scripsit, nec de iis agit quæ usui medico non inserviunt. Duo tamen novit thymi genera; capitatum, quod nigrum & candidum dixit Theophrastus, & durius sive spicatum. Capitatum libr. 3. cap. 44. descripsit. Θύμος γινώσκεται ὑπὸ πάντων θαμνίσκιον φρυγανοειδὲς, φυλλαρίοις πολλοῖς ὃ στενοῖς περιειλημμένον ἔχον ἐπ' ἄκρου κεφάλια ἀνθοὺς πορφυρίζοντα. μάλιστα δὲ φύεται ἐν πετρώδεσι καὶ λεπτογείοις τόποις. *Thymum ab omnibus cognoscitur, exiguus frutex, surculosus, exilibus foliis multis & angustis circumdatus, habens in cacumine floris capitula purpurascentia. maxime vero petroso, tenuique solo nascitur.* Comam vel caput hoc thymi genus habet ad instar stœchadis. Idem Dioscorides eodem libro cap. 31. de stœchade; Ὁμοίαν ἔχουσα κόμην θύμῳ, μακροφυλλοτέρα μὲν τούτου ὃ δριμεῖα ἐν τῇ γεύσει; &c. *Coma thymi, sed folio longiore, gustu acris.* Alterum genus ex professo non describit; novisse tamen ex capite de epithymo lib. 4. cap. 179. probatur. ἐπίθυμον θύμου. ἐστὶ ἄνθος τοῦ σκληροτέρου καὶ θύμβρᾳ ἐοικότος ἔχει δὲ κεφάλια λεπτὰ κοῦφα, οὐραχοὺς ἔχοντα ὡς τρίχας. *Epithymum flos est thymi durioris, & satureiæ similis, capitula autem habet tenuia ac levia, caudas autem spargentia quasi capillaceas.* Thymbræ simile ait, non ergo capitatum, sed spicatum: talis enim thymbra. Dioscorides libr. 3. cap. 45. θύμβρα — φέρουσα στάχυν ἀνθοὺς μεστὸν ἔγχλωρον, *spicam ferens florum plenam, virentem.* Hujus thymi meminit Nicander in Alexiphar. ἢ νέον βρυόεντα θύμου στάχυν, *thymique semine gravis.* Cum Dioscorides θύμον durius thymbræ simile scribit, non intelligit thymbram capitatam, ut maximis placet viris, sed vulgarem, quæ spicam habet. Nec prohibet quod apud eundem sequitur, ἔχει δὲ κεφάλια λεπτὰ, κοῦφα, οὐραχοὺς ἔχοντα ὡς τρίχας, Capitula illa thymi vulgaris sive durioris & thymbræ similis, neutiquam comparari debent cum capitulis illis quæ in summo thymi κεφαλωτοῦ capitati existunt, sed qualia in thymbra videntur. Summos ramos verticillatim ambiunt aliquot capitula multis foliolis constantia, quibus distincta est ejus spica, inter quæ caliculi, è quibus emergunt suaviter purpurascentes flosculi, thymi (durioris) flosculis similes, in quatuor lacinias divisi, quarum

quarum infima latior est & repanda, suprema etiam lata, sed brevior, reliquæ duæ minores, prodeuntibus è medio quinque staminibus candicantibus, quorum apices fusci coloris, & medio stilo bifido. Ita thymbram Cretensem describit Clariss. Clusius libr. 3. histor. cap. 52. Sequitur ὀρρωχοὺς, pro quo scribendum οὐραχοὺς ἔχοντα ὡς τρίχας. Doctissimus acerrimique judicii vir hoc loco non quidem epithymi, sed thymi duntaxat durioris proponi existimat figuram: ideoque reponendum censet, οὐραχοὺς ἔχοντα ὡς στιχάς; quasi thymi durioris spicam voluerit auctor esse mucronata cuspide, qualis est stœchadis. Οὐραχοὺς vero dici putant ipsos spicarum mucrones, à similitudine cuspidum in hastilibus, quæ quidem Homero οὐρίαχοι ἢ σαυρωτῆρες appellantur. Hanc correctionem alii improbant; idque quod non de spica thymi, sed de epithymo ipso hic agi, verisimilius sit. Ac quidem οὐραχῶν voce caudas setosas (quas quidem epithymi capillamenta referunt) significari putant; (utrum vulgare epithymum describat Dioscorides, vox examinabo) quemadmodum Hippocrates, seu quisquis est auctor libelli de corde, οὐριαχὸν καρδίας, *cordis caudam* nominavit, ea metaphora conum ipsius cordis designans. Ad eundem quoque modum Eustathius οὐρὰν Xenophonti metaphoricῶs dici annotavit, Τὸ ὄπισθεν τῆς φάλαγγος, ὥσπερ σῶμα καθ' Ὅμηρον, τόπον τῶν ἀθωμάχων, seu, ut alibi, ἐν ᾧ οἱ ἀσθόμαχοι, ἵσταντο. Non inficior vulgatam lectionem præstare; quod vel ex Neophyto probatur, Ἔχων κεφάλια πορφυρᾶ, λεπτὰ, κοῦφα ὡς τρίχας πορφυρᾶς; *capitula habens tenuia, purpurea, levia, quasi capillos purpureos.* Τὰ κεφάλια Neophytus κορύμβους vocat, palliolos Plinius, id est pileolos, quales gestabant in valetudine Romani. Hujusmodi, ut infra dicam, palleoli in epithymo reperiuntur. Οὐραχοὺς ὡς τρίχας vocat capillos filosque, vel ab ipso thymo vel à palleolis his exeuntes, non fila vel mucrones capillosve qui è medio florum durioris & spicati thymi exeunt. Nisi placeat non epithymum, sed ipsum durius thymum describi à Dioscoride. A qua non abhorremus opinione. Certe de utroque intelligi verba Dioscoridis possunt. Quæritur utrum Dioscorides epithymi nomine intelligat florem thymi durioris, an id quod thymo innascitur & implicatur. Duo enim epithymi genera esse, ex Plinio constat. Hic lib. 26. cap. 8. *Item epithymum, qui est flos è thymo satureiæ simili: differentia, quod hic herbaceus est, alterius thymi albus. Quidam hippopheon vocant. Quidam aliter epithymum tradunt sine radice nasci, tenue, similitudine pallioli, rubens: siccari in umbra.* Hæc mox examinabimus. Vulgata receptaque opinio est, epithymum Græcorum & Arabum unum & idem esse; scilicet involucrum thymi capillaceum: cui tamen flos ipse thymi interdum implicatur. quippe qui à capillamentis illis recte secerni vix posset. Sed & ipse Auctor libri de simplicibus ad Paternianum, epithymum diserte describit, florem assimilem setæ, sub viridem & nauseosum. Quoniam enim epithymum crinium vel cincinnorum modo capitula thymi quadam florum imagine comare conspicitur, florem idcirco dici constat: idq; nominis ratione minimè refragante. Quandoquidem si ἄνθος dictum est, uti voluit Etymologicus, παρὰ τὸ ἄνω θεῖν, τουτέστι τρέχειν ἐν τῷ αὐξάνεσθαι, quid ni ejusmodi capillamento ἄνθους, hoc est floris, nomen aptè conveniat? Cæterum ea capillamenta non in thymo solo, sed & in thymbra, stoebe, lino, hyssopo, serpyllo, urtica, polio, genista, chamædri, & compluribus aliis plantis reperiri certum est. Verum quod thymo innascitur, peculiariter ἐπίθυμον dicitur; uti quod thymbræ, ἐπιθύμβρον, quod stoebæ ἐπίφεως vel ἐπισοίβη. Ista vero capillamenta sine radice nasci, idcirco scripsit Plinius, quod nullam evidentem habent radicem; uti neque viscum, quod arboribus innascitur, scilicet cui insident plantæ: ea illis est sedes pro terra, & qua parte insident, ea est pro radice. Hæc vulgata & recepta opinio. Aliis tamen ex diverso videtur, Dioscoridem epithymum non pro illo insertitio & ascititio epithymo quo thymum, stoebe, linum, involvitur, sed pro flore thymi durioris ac spicati accepisse. Nec enim aliter hæc interpretari possunt. ἐπίθυμον, θύμου ἐστὶν ἄνθος. *Epithymum flos est thymi.* Illud autem ἐπίθυμον, quo vulgato utimur, quodque stoebe, lino, thymo vulgari circumvolvitur, flos thymi dici nequit. Epithymum florem esse è thymo, asserit Isiodorus. ἐπίθυμον *Græcum nomen, quod Latinè dicitur flos thymi.* Nam flos Græce thymum vocatur; est autem flos thymbræ similis. Nobis vulgata placet opinio. Epithymū Dioscoridis non aliud quam Ætii: in hoc simile quod thymbræ innascitur. nec stoebæ, nec thymbræ aliud innascitur, quam vulgare. Lib. 3. cap. 29. Παραπλησίως δὲ τῷ ἐπιθύμῳ καὶ τὸ ἐπὶ τῆς στοίβης φυόμενον, καὶ τὸ ἐπὶ τῆς θύμβρας καλούμενον ἐπιθύμβρον καθαίρει, πλὴν ἀσθενέστερον ἐκείνου τῇ δυνάμει. *Similiter autem velut epithymum purgat, quod stoebe innascitur & thymbræ, quod epithymbron vocatur, verum utrumque viribus debilius est.* Nec Dioscorides aliud epithymum delineavit quam vulgare. Flos enim vulgaris thymi purgandi nullam habet potentiam, nec bilem, nec pituitam detrahit. Ποθὲν δὲ σὺν μέλιτι κάτω καθαίρει φλέγμα καὶ χολὴν μέλαιναν, *potum id cum melle detrahit pituitam, bilemque atram per inferna.* Tale nihil flos thymi durioris potest. Ἄνθος vocavit epithymum quo supra dixi modo. Alii aliter respondent. quod, inquiunt, Dioscorides epithymum thymi florem dixerit, haud ineptè dictum putamus. Nam cum is sciret epithymum thymo innasci, nulla radice propria, sed thymi adminiculo fultum, floresque per se albos ferre, qui cum in thymo sunt, hujus plantæ proprii videntur: ideo non absurdum duxit scribere, epithymum esse florem durioris thymi. Præterea conjicere licet, Dioscoridem epithymum thymi florem appellasse, quod à thymo decerpatur, eo duntaxat tempore, quo ipsum epithymum large floret. Adde quod idem indicare videtur nomen Græcum ἐπὶ, Latinis *in, sub* significans. Unde nil, inferunt, aliud nobis epithymum, quam quod *in thymo*, vel *sub thymo*; id quod flori thymi convenire nequit; ut pote qui non in thymo, neque sub thymo nascatur, sed super thymo, ea eminentiore parte, qua capitula emergunt. Fortassis τὸ ἄνθος Dioscorides sumpsit pro florido & rubro colore, sive rubrum id quod in thymo reperitur. Sic dixit Hippocrates, πτύελα ἀφρώδεα καὶ ἀνθηρὰ, *sputa spumosa, ac florida*; hoc est rubra ac sanguinea; qualia rupto intra tuberculo in pulmonibus excernuntur. Aretæus quoque in peripneumonicis πτύαλον αἱματώδες ἀνθηρὸν σφόδρα, *sputum cruentum florido colore admodum perfusum*, hoc est valde rubrum adscribit. Sic ἀνθηρὸν σῶμα dicitur libr. 6. Epid. aphor. & sect. 3. *Corpus floridum & rubro perfusum.* Hesychius, ἄνθη, τὰ χρώματα. Et quid impedit τὸ ἄνθος exponamus pro germine, vel id quod ex Thymo enascitur, eique circum volvitur? Hesychius, ἄνθος, βλάστησις· ἀνθοῦσα, βλαστάνουσα. Non opus ergo, τὸ ἄνθος, florem exponere: Interpretor, *illud quod è thymo enascitur, eique circumvolvitur.* Quandoq; etiam ἄνθος pro robore sumitur. Æschyl. in Prometh. τὸ σὸν γὰρ ἄνθος παντέχνου πυρὸς σέλας, id est, κράτος, βία. ut sit thymi ἄνθος, *robur & vis thymi.* Neutiquam utrumq; epithymum confundit Neophytus: unum tantum veteribus cognitum epithymi genus. Ἐπίθυμον, inquit Neophytus, οἱ δὲ Κέδης, Ρωμαῖοι ἰνβολουκρούμ, ἔοικε θύμῳ ὂν καὶ μετζουκόθρυμβον, ὅ οἱ πολλοὶ καλοῦσι, πλὴν μικροτέρους τοὺς κορύμβους ἔχει. ἄνθος ἐστὶ θύμου σκληροῦ καὶ θύμβρᾳ ἐοικός. ἔχει δὲ κεφάλια λεπτὰ, πορφυρᾶ, κοῦφα ὡς τρίχας πορφυρᾶς. *Epithymum à nonnullis cedes* (fortè κέδις vel κηδύτης) *dicitur; Romani involucrum vocant, simile est thy-*

Epithymum Arabum & Græcorum.



mo quod matzoucotbrumbum plures vocant, sed corymbos habet minores. flos est, thymi durioris & thymbræ similis. capitula habet tenuia, lævia, quasi capillos purpureos. Involucrum vocavit quod sese thymo involveret. Sententia Neophyti hęc videtur; epithymũ reperitur in thymo vulgari sive spicato, & simile est capitulo vel corymbo thymi capitati, sed est brevius. Malè capitato Thymo comparat. nec quo significatu ἄνθος apud Dioscoridem capiatur, intellexit. Venio ad Plinium. Hic cum ignoraret, τὸ ἄνθος sumi pro germinatione, vel colore, vel iis quibus dixi significationibus, sciretve, epithymum quo vulgo utebantur Medici, non esse thymi florem; duo epithymi genera excogitavit. Dioscoridis sententia est; illud esse epithymum quod è thymo quasi germinat, eique circumvolvitur. Plinius florem esse ait; addit vel ex se, vel ex alio Auctore, hanc esse differentiam inter utriusque thymi florem, quod thymum durius florem habet herbaceum, alterum vero thymum capitatum flore est albo. Nec capitato thymo flos albus; nec vulgari herbaceus. Capitatum, florem habet purpureum: vulgare, ex candido modice rubescentem habet. Scribendum apud Plinium; *Differentia quod hic helvaceus est; alterius thymi albus.* Ait thymum in quo epithymum nascitur, florem habere helvaceum, id est ex purpureo albicantem. Helvaceum & helucum colorem Festus inter ruffum & album esse tradit. Helvolæ uvæ dicuntur, quæ inter album & rufum colorem mediæ. Col. lib. II. c. II. *Sunt & helvolæ quas nonnulli varias vocant, neque purpureæ, neque nigræ ab helvo (nisi fallor) colore vocitatæ.* Varro lib. III. de Re rustica, cap. 6. de boum corio loquens. *Corium attactu non asperum ac durum, colore potissimum nigro, deinde rubeo, tertio helvo, quarto albo.* Thymi vulgaris flos hunc habet colorem: aut enim ex purpura albicans est, aut purpureus; herbaceus non est. Docet quidem Dioscorides spicam thymbræ sive satureiæ esse ἔγχλωρον: sed hic de flore sermo, non de ipsa spica thymi. Flos, ut dixi, viridis non est, sed ex purpura albicans. Alterum epithymum Plinius tenue ait, similitudine pallioli rubens. Verba Plinii in hunc scribe sensum. *Quidam aliter tradunt, epithymum sine radice nasci, tenue, similitudine pallioli, rubens.* Quidam libri habent, *paliuri.* Vetus codex, *similitudine pili.* Quam lectionem Doctissimi viri probant: sed vulgata rejici non debet. Palliolum verò vulgata significatione accipi non debet pro parvo pallio, sed est pileolus. Ut apud Ovidium,

Palliolum nitidis imposuisse comis,

Hinc apud Senecam palliolati & focalati ægrotantes, qui palliolo, id est, pileo caput habent tectum, & focale circa fauces. Epithymum parvi instar glomeris habet vel pilioli, quali Romani in valetudine caput, tegebant; factum erat ad modulum capitis, illudque undique premebat. Cæterum apud eundem Plinium pro *hippopheum, hippopheos* corrigunt. Stoebæ innasci epithymum, docet Ætius. Epithymum quod stoebæ, quodque thymo innascitur, nec forma, nec viribus multum dissimile. Plura de epithymo libr. II. de causis cap. 23. ubi de cadyta agit Theophrastus. Doctiores cuscutum exponunt, quod & epithymi species. Cephalotòn sive capitatum thymum suffrutex est, pedem interdum altus, multis ramis lignosis, tenuibus & candidis præditus, quos per intervalla ambiunt folia, sibi invicem opposita, angusta, tenuia, candicantia, acris gustus, quæ quibusdam locis hyeme decidunt. Nam *ubicunque*, inquit Clusius libr. 3. Hist. cap. 51. *sponte nascentem hanc plantam inveniebam, seu hyeme seu veris initio, foliis viduam conspiciebam: sed utrimque ab exortu & vestigiis foliorum, prominebant veluti oblonga capitella, instar eorum quæ in origano oniti sunt, ex tenellis foliolis viridibus congesta, adeo confertis & numerosis, ut unicum longiusculum foliũ appareret. Ipsa capitella cum floribus in planta virente observare non potui; jam enim deciderant, sed illorum duntaxat vestigia summis virgulis, sive ramulis, in omnibus plantis conspiciebam. Hispali autem ubi maximus est ejus prouentus (nam aliud Thymum non norunt) magni ejus jam reficcati fasciculi demonstrati sunt cum suis foliis, & longiusculis capitellis suos purpurascentes flores adhuc retinentibus, gratissimi odoris.* Surculi capitulis spicatis, stoechadis ritu, floribus operti ex pallido purpurascentibus, atque numerosis cirris implicantur, ut Adversariorum observarunt Auctores. Thymum durius, quod in hortis colitur, frutex est parvus, surculosus, pedis altitudinem non excedens; sæpius minus folia habet perquam pusilla, modicè oblonga, acuminata & hirta, brevi intervallo surculis circum adnata, colore, quod vulgatissimum est, virentia & suaviter odorata, candida vero

Thymum Capitatum.



& graveolentiora, quod rarius est. reperitur & latioribus, & tenuioribus foliis. In summis surculis capitula sunt, non stoechadis instar, quæ in summo unicum fert capitulum, sed juxta folia, plura in unoquoque cauliculo. Post medium veris minimorum in candido modicè rubescentium florum, & cauliculis in labro serratis insidentium plena. Quibus defluentibus semen in coliculis gignitur, adeo exile, ut visum ferè fugiat, in ruffo nigricans. Radice nititur lignea, tenui, in fibras distracta, & inutili. Folia teneriq; cum flore coliculi, gratam in gustu acrimoniam, & jucundum admodum odorem habent.

Εὐανθὴς δὲ σφόδρα.] Theodorus legit ὀψιανθής. Vide magni Scaligeri animadversiones. Verba Theophrasti inversa existimat; & legit, περὶ τροπὰς καὶ τὸ ἄνθος χειμερινάς. *Flore circa brumam.* Scribe, εὐανθὴς δὲ σφόδρα καὶ περὶ τροπὰς ἀνθεῖ θερινάς. deletis, καὶ τότε χαίρ. *pulchris admodum floribus circa æstivum floret solstitium.* Falsum est serò florere; circa solstitium æstivum floribus onusta conspicitur. Majo, Iunioque mensibus flores panduntur. Hæc cunctis nota Botanicis. Rationibus idem probari potest. Apes non hyeme mellificant, sed æstate; apes etiam thymo maxime pasci, extra omnem controversiam est; & mel illud optimum esse, omnes uno ore veteres recentioresq; tradunt, quod è thymi flore confectum. Insuper, si bruma, vel sero admodũ floret thymus, qua ratione auguriũ ex thymo capi poterit, futurũ ut probè mellificetur, nec ne? Pulchre admodũ florere, ex iis quæ supra dixi, constare arbitror. Thymum durius (quod delineare videtur Theophrastus,) est floribus ex albo purpurascentibus, colore & odore gratum oculis, & naribus: alterum capitatum flores pulcherrimos aspectu gratos, purpureos fert. Servo igitur εὐανθής. quæ vox non tantum pulchritudinem, sed copiam & præstantiam florum designat: ita ut non opus sit exponere pulchris floribus onustum thymum, sed copiosis, præstantibus.

Ἡ μέλιττα λαμβάνει.] Omnes rei rusticę Scriptores thymum maximopere laudant, illudque mel optimum scribunt, quod ex thymo ab apibus colligitur. Varro libr. 3. cap. 16. *Sed ut hoc (cithysum) aptissimum ad sanitatem apium, sic ad mellificium thymum. Propter hoc Siculum mel fert palmam, quod ibi thymum bonum & frequens est. Itaque quidam thymum contundunt in pila, & diluunt in aqua tepida, ea conspergunt omnia seminaria consita apium causa.* Palladius lib. I. cap. 37. *Primi saporis mella thymi succus effundit. Secundi meriti thymbra, serpyllum vel origanum. tertii meriti rosmarinus & satureia.* Columella libr. II. cap. 3. *Thymum & transmarina cunila, & serpyllum, sicut priore libro jam retuli, magis alvearia curantibus, quam olitoribus*

toribus studiosè consumitur. Idem Columel. lib. 9. cap. 4. *Eadem regio fœcunda sit fruticis exigui, & maximè thymi & origani, tum etiam thymbræ; — verum ex cunctis, quæ proposui, quæque obmisi, temporis compendium sequens (nam inexputabilis erat numerus) saporis præcipui mella reddit thymus. Thymo deinde proxima thymbra, serpyllumque & origanum. Tertiæ notæ, sed adhuc generosæ, marinus ros, & nostras cunila, quam dixi satureiam.*

Ἀνθεῖ γὰρ ἀπαυθήσαντες.] Corruptus codex: scribunt alii, καλῶς γὰρ ἀπανθήσαντ☉, εὐμελιτεῖ. Plinius lib. 21. cap. 10. *Floret autem circa solstitia, cum & apes decerpunt, & augurium mellis est. proventum enim sperant apiarii largè florescente eo; læditur imbribus amittitque florem.* Καλῶς, vertit, *largè*, cum ad verbum *pulchrè* dicere debuisset. Scripsit Theophrastus, καλῶς γὰρ ἀπανθήσαντος, εὐμελιτεῖ, κακῶς δὲ ἐκβλάπτει δὲ καὶ &c. *Etenim si pulchrè deflorueris, mellitio probè succedet; sin vero non pulchrè, secus; destruitur peritque flos.* Ita nisi legas, sensum habes imperfectum.

Τοῦ θύμου δὲ ἐν ἔστι λαβεῖν, &c.] Plinius loco citato; *Semen thymi non potest deprehendi, cum origani perquam minutum, non tamen fallat. sed quid interest id occultasse naturam? In flore ipso intelligitur* (vetus, *integitur*, Theophrastus, ἐν τῷ ἄνθει ἀναμέμικται, *floribus quodam permiscetur modo*) *satoque eo nascitur. quid non tentavere homines?* Adde *sed* particulam. *Sed quid non tentavere homines?* Ita Toletanus codex. Vide quæ supra dixi.

Ἀθήνησι βουλόμενοι, &c.] Plinius loco citato. *Mellis Attici in toto orbe summa laus existimatur. Ergo translatum est ex Attica thymum, & vix flore (uti docemus) satum. Sed alia ratio naturæ obsistit, non durante Attico thymo, nisi in afflatu maris. Vix flore (ut docemus) satum.* Hæc corruptissima; scribe, *sed vix floruit decies satum, vel decimo satum*, vel *decima satu*: vel, *vix flore, ut docemur, satum provenit.* Satione raro provenit; plantis melius nascitur. Palladius in Septemb. tit. 13. *Hoc mense ultimo thymum seremus, sed melius plantis nascitur, quamvis possit & semine. Agrum diligit apricum, macrum, maritimum.* Columella lib. 11. cap. 11. *Thymum & transmarina cunila & serpyllum — sed nos ea condimentorum causa (nam sunt quibusdam esculentis aptissima) non alienum putamus, etiam in hortis habere locum neque pinguem, neque stercoratum, sed apricum desyderant, ut quæ macerrimo solo per se maritimis plerumque regionibus nascuntur. Hæ res & semine & plantis circa æquinoctium vernum seruntur: melius tamen est thymi novellas plantas disponere, quæ cum subacto solo depressæ fuerint, ne tardè comprehendant, aridi thymi fruticem contundi oportet. atque ita pinsito pridie quam volueris uti, aqua medicare, quæ cum succum ejus perceperit, depositis fruticibus infunditur, donec eos rectè confirmet.* Legendum ergo, ut dixi, *vix flore, ut docemur, satum provenit.* Sed sensus postulat aliam lectionem. Scribe, *Ergo translatum est ex Attica thymum, & vixit flore, uti docemur, satum. Sed alia ratio naturæ obsistit, non durante Attico thymo in afflatu maris.* Ita hunc locum emendavit Clariss. Salmasius. Illud mel optimum esse, omnes scribunt, quod è thymo colligitur in maritimis nato. Ideo Varro Siculum laudat loco citato: *Propter hoc Siculum mel fert palmam, quod ibi thymum bonum & frequens est.* Cur Siculum bonum? Mari Sicilia vicina est, ac maris est insula. Alii tamẽ Atticum laudant, & præ cæteris Atticum, quod vocant hymettion. Cassianus Bassus libr. 15. cap. 7. Ἄριστον μέλι τὸ Ἀττικὸν, ἐκ τοῦ Ἀττικοῦ τὸ Ὑμήττιον. καλὸν δὲ καὶ τὸ γινόμενον ἐν ταῖς νήσοις. καλὸν δὲ Σικελικὸν τὸ Ὑλαῖον, καὶ τοῦ Κρητικοῦ τὸ Ἀκραμμώριον, καὶ τοῦ Κυπρίου τὸ Χύτριον, καὶ τοῦ Κῴου τὸ Καλύμνιον. *Optimum mel est Atticum, & Attici Hymettion. bonum est & quod in insulis fit. Siculi optimum est Hyllæum, Ctretici Acrammorion, Cypri Chythrium, Coi Calymnium.* Ebulus, quoque apud Athenæum libr. 1. Hymethium laudat thymum; Καυλὸν ἐκ Καρχηδόν☉ καὶ σίλφιον. θύμον Ὑμήττιον. Alexis apud eundem libr. 15. Ἄλεξις δ' ἐν Κυβερνήτῃ φησίν. Εἰσῆλθον ἰσχάδες τὸ παράσημον τῶν Ἀθηνῶν. καὶ θύμου δέσμαι τινες. *Alexis in Gubernatore. ingressæ sunt caricæ, Atheniensium insignia, & aliquot thymi fasciculi.* Galenus non tantum mellitionis gratia, sed humani corporis sanitatis ergo thymum laudat Atticum, libr. 4. de Sanit. In eo cap. 5. Χρὴ δ' εἶναι οἷόν τ' ἐστὶ, τὸ μὲν ἄνισον εἶναι Κρητικὸν, Ἀττικὰ δὲ τὰ θύμα, ἢ πάντως γε ἐκ χωρίων ὑψηλῶν τε καὶ ξηρῶν. ἐμβάλλειν δ' αὐτῶν τὴν κόμην ἅμα τοῖς ἄνθεσιν ἀποκλίνοντα τὰ ξυλώδη. *Debet autem, si haberi potest, anisum esse Cretense: thymum aut Atticum, aut plane ex editis locis & siccis. Sicca sunt loca maritima, in his thymum optimum nascitur.*

Διὸ οὐδὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ, &c.] Vulgata lectio hunc agnoscit sensum: Thymbram & origanum ea solum de causa in Arcadia sponte sua non posse provenire, quod thymum ibi nequeat durare, quo flatus è mari pervenire non posfit. Quæ inepta, & à veritate aliena est sententia. Scribe ac distingue, οὐ γάρ φασι δύνασθαι φύεσθαι καὶ λαμβάνειν, ὅπου μὴ ἀφικνεῖ διϊκνεῖται ἡ ἀπὸ θαλάσσης. διὸ οὐδὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ γίνεται. θύμβρα δὲ καὶ ὀρίγανον, καὶ τὰ τοιαῦτα πολλὰ καὶ πανταχοῦ. Id est, *Nam quo flatus è mari nequeat pervenire, illic nasci durareque posse omnino negant; qua de causa in Arcadia non nascitur thymum. thymbra vero, origanum & similia multa, pluribus in locis illic gignuntur, &c.* Cum ubique locorum ait Theophrastus thymbra & origanum copiose sua sponte proveniat, thymũ γε locis sponte nasci recusat quæ longius sita sunt à mari, ad quæ afflatus marinus pertingere nequit. Hanc lectionem probat Plinius, & verba Theophrasti interpretatus est. Sed Theophrasti sententiam idem eludit de thymo Attico, non alibi, quam ubi flatus marinus pervenire queat, nascente, & falsum docet, quod lapidei campi in Narbonnensi Gallia thymo referti sint. Plinius loco citato; *Sed alia ratio naturæ obsistit, non durante Attico thymo, nisi in afflatu maris. Erat quidem hæc opinio antiqua in omni thymo, ideoque non nasci in Arcadia; tunc oleam non putarunt gigni, nisi intra trecenta stadia à mari. Thymis quidem nunc etiam lapideos campos in Provincia Narbonnensi refertos scimus, hoc penè solo reditu, è longinquis regionibus pecudum millibus convenientibus, ut thymo vescantur.* Falsum, inquiunt viri maximi, quod hic asserit Plinius, hanc fuisse opinionem antiquam de omni thymo, non vivere nisi in afflatu maris. De Attico thymo & Græco hoc tantum prodidit Theophrastus, quod capitatum esse constat: at thymum illud, quo referti sunt campi Narbonnensis Provinciæ, aliud à Græco & capitato, in nostra Gallia (etiam Batavia) passim conspicitur sponte nascens (apud nos colitur in Hortis, sed solum pingue nimis odit) & in hortis sativum. Græcum thymum capitatum fuisse, non satis constat, nondum albi nigrique differentia in eo reperta, verum in spicato observata. De solo natali thymorum hæc Clusius: *Cæterum non modo circa Hispalim copiosè nascitur,* (thymum capitatum) *sed Gadibus etiam, qua parte insula ponte jungitur continenti; tota insuper Boëtica in maritimis collibus meridiei obversis. Thymum vero vulgare, quod nonnulli durius cognominant, quoque, teste etiam Plinio libro 21. cap. 10. naturalis historiæ, lapidei campi in Narbonnensi provincia referti sunt, & Mediterraneis (quemadmodum Salmanticensi agro) & aliis Hispaniæ locis, sponte crescit gracili & salebroso solo, nunc purpureo, quali in Narbonnensi Gallia, & Aquitanicæ, nunc albicante flore.* Natum nobis Amstelodami anno 1628. thymum capitatum ex semine à Guilhelmo Boelio Ulissopone misso, quod subsequens hyems sustulit. Utrum horti culturam admissurum fuisset, me fugit. In Italia circa Neapolim inveniri, & in primis in Sicilia, auctor est Doctiss. Camerarius in Horto suo medico. Idem annuam ait esse plantam. Hoc si verum; de vulgari agunt Columella, & Palladiis, cum thymum, in maritimis optimum, sterili macroque solo delectari, & plantis propagari, scribunt: id enim de capitato, si annua planta, intelligi nequit. Atque ita si sese res habet, nostram in Plinium emendationem probarem; *Vix flore, ut docemur, satum provenit, sed & alia ratio naturæ obsistit.* Verùm annua planta non est. Quippe veris initio & hyeme viventẽ observavit plantam Clusius, verum foliis viduam. Ego, ut verum dicam, à Theophrasto vulgare Thymum describi, puto; in quo differentia albi & nigri observatur, quodque adeo minutum semen habet, ut visum fugiat, & maritimis gaudet, quamvis & aliis locis reperiatur. Nec Theophrastus negat aliis quam maritimis locis provenire, sed ex aliorum relatu hoc refert, qui vel quod in Arcadia ob soli fœcunditatẽ non proveniat, vel ab ipsis non repertum fuit, idem imaginati sunt. Certe quod de olea sequitur, experientiæ refragatur. Amat quidem maritima olea; sed locis etiam longè à mari dissitis nascitur, fructumque fert.

Σφάκελος, &c.] Corruptus codex. Scribe, σφακός. Plinius lib. 22. cap. ult. *Est & sylvestris elelisphacos dicta à Græcis, ab aliis phacos.* Scribe, *sphacos*, ex Indice libr. 1. *Phaco* ἐπὶ πελμάτων, *vel helia phaco, sive elisphaco, sive sphaco, quæ & salvia.* Ita hunc locum Clariss. emendavit Salmasius. Hanc lectionem probat Apulejus; apud quem cap. 101. de salvia vulgatus codex habet, *Græci elelisphacon, alii crosmin, alii bechion, alii phacon, alii sphagon, Ægyptii anisi, Latini salviam, alii tussilaginem, alii corsalvium vocant.* Aliter ex M. SS. cod. legit idem Salmasius. *Quidam Græcorum cission, alii elelisphacon, alii sphacon, alii bechion appellavere. Sphacon* legendum esse, assero, & probo ex serie alphabetæ Suidæ. Σφακὸς, ὁ ἀντὶ τοῦ ἐλελίσφακος. Ἀριστοφάνης. καθ' ὃ μὲν ἱερεὺς κεδελίδης, ἀτεθεν, σφακόν,

κύν, οἱ ἱππικὸν μᾶλλον φέρει. Emenda Dioscoridis codicem libr. 3. cap. 40. Ἐλελίσφακον, οἱ δὲ ἐλαφόβοσκον, οἱ δὲ σφάγνον: scribe, σφακόν. Hesychius, σφακός, χόρτος, ὃν τὰ κτήνη ἐσθίει. οἱ δὲ τὸ ἐπὶ τῶν δρυῶν ἐπιγινόμενον, ὃ κολλᾶται βρύον. τινὲς δὲ, ἐκεῖνο γὰρ φάσκον λέγεται. Sphascon herba, quam pecus commedit. nonnulli quod arboribus innascitur malè phascon vocant, cum illud phascos dicatur. De quo vide lib. 4. Constat ergo σφακὸν scribendum. Apulejus alia nomina hanc plantam habere tradit. Apud Auctuarii auctorem aliter scriptum reperio. Οἱ δὲ κόσμιον, οἱ δὲ φάγνον, Αἰγύπτιοι ἄπουσι, Ῥωμαῖοι σάλβια, οἱ δὲ κόσσαλον, οἱ δὲ γέλιδα. Hæc corruptissima. ἄπουσι Ægyptium non est nomen. Pro κόσμιον vulgatus Apulei codex κέστρον, pro ἄπουσι, Apuleus ἀπουσι. Auctuarii auctorem scripsisse existimo, οἱ δὲ κέστιον, οἱ δὲ φασκόν, οἱ δὲ βήχιον. Αἰγύπτιοι ἀπουσί, vel ἀρουσί, ut apud Apulejum habetur. Ῥωμαῖοι σάλβια, οἱ δὲ σαλβία. Apulejum vero; *Græci elelisphacum vocant, alii crostion, alii bechion, alii elaphoboscum, alii sphacon, alii phascon: Ægyptii anisi, Latini salviam, alii tussilaginem, alii corsalviam.* Ἐλελίσφακος dicitur, quasi in tabem redacta, syderata, sole afflata. Folia enim ex arenti & cinereo squalore semper retorrida, & exsucca videntur. Elelisphacos ergo nomen accepit ab ἐλελίζειν & σφακός, duabus vocibus in unam coalescentibus. Σφακὸν dictum volunt à medendis sphacelo pene demortuis partibus, nativum colorem, roburque insitum revocando. Κρόσσιον vocarunt à foliis scabris, rugosis, asperis, attritorum ex lana vestimentorum scabritiem referentia. Κροσσοὶ fimbria. Pollux κρωσσῶν nomine villos intelligit, qui imæ vestis oræ assui solebant. Scribit enim libr. 7. cap. 14. Κροσσωτὰ dici τοὺς τελευταίους ὄχθους τοῦ ἱματίου, θυσάνους vero τοὺς λεγομένους κροσσούς; qui θύσανοι sunt villi quidam quæ extremæ vesti assuuntur. *Cission* ex M. S. legit Salmasius: fortè *cisthion* scribendum, quod folia salviæ cisti non valde dissimilia. Prius magis placet. Vide paulo inferius delineationem ex Dioscoride. Cur elaphoboscon dicatur, ut verè dicam, ignoro: an à foliis asperis elaphobosco particularibus, nonnihil similibus: an quod cervi hujus delectentur pabulo, Certè Eupolis, cujus versus capite de tamarice correximus, inter cibos capris gratos recenset. Ἠδὲ σφακὸν εὐώδη. Εὐώδη ab odore quem spirat salvia. Phascon, ut docet Hesychius, vocarunt vocis vicinitate decepti; βήχιον vocarunt quod tussientibus, sanguinem rejicientibus, & tabescentibus prosit. Apud Galenum libr. 7. κατὰ τόπους cap. 5. mentio fit, βησίου βοτάνης, in confectione ad sedandos dolores pectoris; in altera ad eundem affectum, eodem capite simpliciter βησίε habetur. Doctissimus Cornarius salviam vertit, & βηχίε pro βησίου substituendum censet; quod Plinius salviam βήχιον vocari tradat, & alterius βηχίου Dioscorides & Galenus, & Plinius in suffusionibus tantum probent, ut ea loco citato non sit accipienda, sed altera, elelisphacos videlicet & salvia appellata. Interea tamen non ignorandum, βήχιον, quod tussilaginem vulgo vocamus, pectoris morbis conducere, adeo ut de vulgari forte tussilagine locus Galeni accipiendus sit. Salviam vocarunt, quod salvos & incolumes homines præstat, & ad multa, præsertim fœcunditatem sit salutaris. Ætius libr. 1. Ἀγρέππας δὲ φησιν ἐλελίσφακον τὴν ἱερὰν βοτάνην καλεῖ· αἱ κυήσουσαι τρώγουσιν. ἔτι γὰρ κρατητικὴ συλλήψεως ζωογονητικῆς· ἐπὰν ἐκ τὸν χυλὸν ταύτης ὅσον κοτύλην μίαν μετ' ἁλὸς ὀλίγου πίῃ ἡ γυνὴ, τετάρτῃ οὔσῃ ἐξ ἀφέδρου, ἀνδρὶ συγγενομένη συλλήψεται ἀναμφιβόλως. φασὶ δὲ ὅτι λοιμοῦ χαλεπαίνοντος ἐν Κόπτῳ τῆς Αἰγύπτου, τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ περιλειφθέντας, ἀναγκάσαι τὰς γυναῖκας καὶ ταύτῃ χρήσασθαι τῇ δυνάμει, καὶ ἐπὶ πλεῖον πολυπαιδεῖς γενέσθαι. *Agrippa autem vocat salviam herbam sacram; leænæ prægnantes vorant: nam vitalem conceptum continet; quare si succi ejus heminam unam cum modico sale mulier bibat, quarta à puerperii purgationis die, & viro condormiat, sine dubio concipiet: ajunt cum in Copto Ægypti pestis grassaretur, eos qui superfuerunt in ea regione, coëgisse mulieres, & uxores suas ad hujus succi adeo potentem usum, & ad plurimum sobolem pervenisse.* Ob insignes quas habet facultates, Nicandro ἀλθήεις dicitur, αὐτὸς δ' ἀλθήεντ' ἐλελίσφακον. *Aut quas pestiferi morsus fert salvia vindex.* Scholiastes, ἀλθήεντα δὲ τὸν εἰς ὑγείαν λαμβανόμενον. ὅ ἐστι θεραπευτικόν. Omnibus notus versiculus est,

Cur moriatur homo, cui salvia crescit in hortis.

Theophrastus duo salviæ describit genera; alterum urbanum, alterum quasi sylvestre; ac quidē salviæ sphaco folium lævius esse, & minus squalens quam salviæ elelisphaco. Corruptus codex; ipse sensus docet scribendum, καὶ ἧττον αὐχμηρόν, non, αὐχμηρότερον, ut ediderunt. Quod de elelisphaco sequitur, etiam corruptum. Rectè pro, βαρύτερον, Scaliger emendat, τραχύτερον. Plinius salviæ hæc genera turpiter, vocum vicinitate deceptus, confundit cum lente, triaque facit genera, quasi salvia à Dioscoride delineata aliud salviæ genus esset. Salviam descripsit Dioscorides libr. 3. cap. 40. Θάμνος ἐστὶν ἐπιμήκης, πολύκλωνος, ῥάβδους τετραγώνους καὶ ὑπολεύκους ἔχων. φύλλα δὲ μηλέᾳ κυδωνίᾳ ἐοικότα, ἐπιμηκέστερα μὲν τοι καὶ τραχύτερα καὶ παχύτερα, λελυθότα, ὥσπερ τὰ ἀνατετριμμένα τῶν ἱματίων δασέα, (vet. ἱματίων ὑπόλευκα εὐώδη) ὑπόλευκα, σφοδρῶς εὐώδη, βρωμώδη. (Catanthρυμμένα τῆς ψύσει κρεῖσσον) καρπὸν δὲ ἐπ' ἄκρων τῶν καυλῶν ὥσπερ ὁ ὅρμινος ἄγριος ἔχει. φύεται δὲ ἐν τραχέσι χωρίοις. *Frutex est oblongus, ramis numerosis, virgas habens quadrangulas & albicantes: folia mali cotonei effigie, sed longiora, asperiora, crassioraque, & attritarum vestium modo, (unde, ut dixi supra, impositum nomen* κρόσσιον*) ita parum villosa, vix ut quisquam villos animadvertat, subalbida, vehementer odorata, sed virosa: semen summis in caulibus, sylvestri hormino simile gerit. in asperis nascitur.* Doctiss. viri pro μηλέᾳ κυδωνίᾳ, legunt ἡδυόσμῳ, & sic apud Crateram legi, asserunt. Ita quoque legendum contendunt ex Plinio; qui libr. 25. cap. 22. scribit; *Nostri qui nunc sunt herbarii, elelisphacon Græcè, Latinè salviam vocant, mentæ similem, canam, odoratam.* Non dicam Plinium salviæ historiam confundere, nec mentæ salviam posse comparari; sed ipsum Plinium paulo ante, ubi singulatim foliorum mentionem facit, tradere folia elelisphaci similia esse malo cydonio. Habet id ex Dioscoride, cujus vulgatam lectionem & Oribasius & Serapio defendunt. Idem Serapio legisse videtur, Καὶ τραχύτερα, καὶ στενότερα, λελυθότα, &c. *Et folia ejus sunt similia foliis citoniorum, nisi quia sunt longiora & strictiora, & rugosa, sicut est rugositas panni postquam abluitur; antequam extendatur & reponatur, &c.* Utraque lectio facile tolerari potest, sed vulgata Oribasii nititur auctoritate. Cæterum locum hunc Dioscoridis ex optimo codice sic legit Clariss. Salmasius. φύλλα δὲ μηλέᾳ κυδωνίᾳ ἐοικότα, ἐπιμηκέστερα δὲ καὶ μικρότερα, καὶ τραχέα λελυθότα, ὥσπερ τὰ ἀνατετριμμένα τῶν ἱματίων, δασέα, ὑπόλευκα, σφοδρῶς εὐώδη, βρωμώδη. Quæ totidem, inquit, verbis in scripta sua transtulit Ætius. Apud Ætium non nemini me hanc lectionem invenire; memoriæ fortè lapsus. Apud alium quendam hanc lectionem repperit vir summus. Homines sumus, facile quid excidere potest. Eandem quam Salmasius tradit lectionem, apud Mathiolum legi, qui in suo codice sic legi testantur; Ἐπιμηκέστερα δὲ καὶ (postrema vox negligentia librarii apud Clariss. Salmasium omissa, idem μικρότερα) σμικρότερα καὶ τραχέα λελυθότα (Salmas. λεληθότα, Typographi error est) ὥσπερ τὰ ἀνατετριμμένα τῶν ἱματίων, &c. *Longiora autē & minora, & aspera, tactum fallentia, ut vestium (ut ita dicam) attritiones.* Ruellius vertit, *quæ sensim quasi vestium scabritiem referant.* Oribasii interpres, *& quæ sensim attritæ vestis modo scabra sunt.* Eandem & Clarissimus Ianus Saracenus lectionem in altero codice haberi testatur; nobis vulgata placet, quam & Oribasius & Serapio probant. A quorum lectione, nisi contrarium doceat experientia, non facilè recedere licet. Elelisphacos Dioscoridis, quæ cydonio malo, quantum ad folium, similis, magis cum elelisphaco Theophrasti convenit; quia latiora habet folia, quam cum sphaco, quæ minora, nec tam squalentia, & læviora. Plinius ex duobus aut pluribus auctoribus, quod quandoque facit, unius plantæ historiam contexens, mirè omnia confudit, perturbavit, miscuit. Hic lib. & cap. jam sæpe citato scribit. *Est & palustris lens per se nascens in aqua non fluente — Est & sylvestris, elelisphacos dicta à Græcis, ab aliis sphacos. Est ea sativa lente levior, & folio minore, atque sicciore & odoratiore. Est & alterum genus ejus sylvestris, odore gravi: hæc mitior. folia habet cotonei mali effigie, sed minora & candida, quæ cum ramis decoquuntur — Nostri qui nunc sunt herbarii elelisphacon Græcè, Latinè salviam vocant, mentæ similem, canam, odoratam, &c.* lib. 26. cap. 6. *Altera (bechion scilicet) à quibusdam salvia appellatur, similis verbasco, conteritur ea, & colata calefit, atque ita ad tussim laterisque dolores bibitur.* Doctissimus Dalecampius, ut Plinium ab hoc tum turpi & insigni errore vindicet, & ne videatur lentem cum salvia confundere, locum hunc sic legit & restituit. *Est & sylvestris phacos Græcis dictus, ab aliis aphace; ea est sativa lente altior, folio tenui. Elelisphacos folia habet cotoneæ mali effigie; sed minora, candida, longiora, asperiora, odorata, hæc minor. Est & alterum genus ejus sylvestre, odore gravi. folia cum ramis decoquuntur.* Pergit Dalecampius, *Corruptissimus hic locus ex Dioscoride sic est restituendus. Quam sylvestrem vocat, spacelon puto esse Theophrasti: quam cotoneæ mali effigie describit, est apud Dioscoridem historia salviæ, quam cum phaco & aphaca ineptissime confundit.* Hactenus vir doctissimus. Hanc quidem probarem lectionem, si alicujus codicis auctoritate esset munita; verum cum constet

constet Plinium plantas, quę nomen vicinum ac ferè idem habent, confundere ac perturbare, & quod huic debetur, alteri adscribere, correctionem viri summi probare nequeo. Accedit quod correctio hæc, nimium à vulgata recedat lectione. Doctissimus Pintianus ex antiquo Toletano codice eundem locum sic emendat: *Est & sylvestris elelisphacos, dicta à Græcis, aliis phacos, sativa lente lævior, & folio minore; hæc mitior. Est & alterum genus sylvestris odore gravi: folia habet cotonei mali effigie, &c.* Reliquæ autem particulæ redundant ex codice antiquo. Hæc lectio non temere rejicienda; utpote partim ex Theophrasto, partim ex Dioscoride concinnata. Aliter corrigit Nobiliss. Salmasius; *Est sylvestris, elelisphacos dicta Græcis: aliis sphacos dicta sativa, lente læviore, & folio minore, atque ficciore & odoratiore. Est & alterum genus ejus sylvestrius, odore gravi. Hæc mitior folia habet cotonei mali effigie.* Sic, inquit, restituimus hunc locum ex veteribus libris, nulla fermè littera mutata, qui in vulgatis perturbatissimus ac corruptissimus. Placet quidem hæc lectio, sed unum in ea displicet, quod corrigit vir summus, *hæc mitior folia habet cotonei.* Elelisphacos Dioscoridis & elelisphacos Theophrasti, idē; at non elelisphacos asperior, nisi fortè placeat hanc differentiam non observatam à Plinio, ac plane quod de asperiori tradit Dioscorides, mitiori adscriptum. Scribo; *Est sylvestris elelisphacos dicta Græcis; aliis sphacos dicta sativa, lente læviore & folio minore atque ficciore, & odoratiore; hæc mitior. Est & alterum genus ejus sylvestrius, odore graviore; folia habet cotonei mali effigie.* Hæc lectio cum iis quæ de sphaco & elelisphaco tradiderunt Dioscorides & Theophrastus satis convenit. Malè Plinius inter lentis genera recenset elelisphacon. Quod non alia de causa factum credo, quam quod φακὸς in ejus est nomine, & quod σφακὸς in genere reperitur. Planè dissimilia, sive formam figuramve sive facultates & virtutes consideres, sunt lens & elelisphacos, vel sphacos; illud tantum simile habent, quod *lens* φακὸς, salvia σφακὸς dicatur. Primum de lente legumine agit, deinde de palustri lente; cui subjicit, *Est sylvestris elelisphacos dicta Græcis*; quasi salvia asperior, quæ elelisphacos, esset lens sylvestris; quod perridiculum est. Addit, *aliis sphacos dicta sativa, lente leviore.* Ubi tradidit elelisphacon esse lentem sylvestrem, Græcis ita vocatam; subjungit aliis sphacon appellari sativam, quæ lentem habeat leviorem, hoc est ἧττον αὐχμηρὸν, & folium minus, eandemque esse mitiorem. Hoc ex Theophrasto; qui ἐλελίσφακον & σφακὸν ita distinguit, ut alteram urbani & mitioris generis, alteram sylvestris & asperioris generis faciat. Theophrasti σφακὸς, ut dixi, mitis est & sativus; elelisphacos asper & agrestis. Ineptè Plinius σφακὸν cum φακῷ, salviam cum lente confudit; & σφακὸν, quod absurdissimum est, lentem sativam esse scribit. *Lente leviore, & folio minore*; cum tradat Græcus auctor σφακὸν habere folium ἔλαττον καὶ ἧττον αὐχμηρὸν, *minus, nec tam squalens* ac elelisphacos. Granum, vel semen lenti simile non fert σφακὸς, nec elelisphacos, sed hormino, ut tradit Dioscorides. Rectè hoc genus mitius dixit, ἧττον αὐχμηρὸν tradidit Theophrastus. Sequitur; *Est & alterum genus sylvestrius, odore graviore.* In vulgatis Theophrasti codicibus βαρύτερον scriptum, pro quo sensus ipse postulat legendum τραχύτερον. Nam: τὸ τραχύτερον & ἧττον αὐχμηρὸν opposita sunt. Βαρύτερον vero & ἧττον αὐχμηρὸν nullam contrarietatem habent. Vult Theophrastus sphacon minus squalentem esse, elelisphacon vero asperiorem ac magis squalentem. Plinius τὸ τραχύτερον, pro quo Libertum legere βαρύτερον existimavit, vertit, *odore gravi.* Sed Dioscoridem sequitur Plinius. Hic elelisphacon, σφόδρας εὐώδη, βρωμώδη dixit, id est, *valdè odoratum, sed virosum.* Talia odorem gravem habere dicuntur. Plinius Dioscoridem secutus est, ut probant sequētia. *Folia, inquit, habet mali cotoneæ effigie.* Verba Dioscoridis supra citavi. Fungus & stipes foret Plinius, si elelisphacon folio mali cydoneæ mitiorem pronunciasset. Dioscorides quidem non tradit, utrum de mitiori, an magis squallente, loquatur; sed ex descriptione facile colligi potest de asperiore illum agere, utpote qui folia habet majora, latiora, crassiora, & attritarum vestium modo parum villosa, vix ut quisquam villos animadvertat. Idem Plinius menthæ similē salviam inquit. Hoc vero ex Dioscoride non habet. Nulla similitudo menthæ cum salvia; nisi forte ob canitiem folia menthastro comparari velit. Alibi salviam cum verbasco similitudinem habere tradit. Salviæ folia sylvestri verbasco nonnihil similia. Salviam describit & Apuleius cap. 101. his verbis. *Elelisphacos agrestis gravioris est odoris, usualis vero, quæ est boni odoris ac lenioris, salvia vocatur. Est igitur frutex sive sarmentum longitudine porrectum, subalbidum, virgis majoribus & quadratis, cum foliis paulo asperis, odoris boni, & fructus sive semine in summitate ramorum, simili ormino agresti. Nascitur asperis locis. Et est virtutis redarguentis cum acrimonia.* Salvia alia major, alia minor. Major quadrangularibus, lignosis caulibus, in alas effusis luxuriat, circa quos folia lata, oblonga, rugosa, aspera, subalbicantia, verbasci sylvestris foliis satis similia, sed scabriora ac minus candicantia, attritorum ex lana vestimentorum scabritiem referentia; præsertim cum consenuerint; tum enim subalbida, cinereaque, hirsuta, rugosa, & exoletæ attritæque lanea vestis modo scabra conspiciuntur; flores in summis ramulis eminent falcati, lamii aut orvalæ similes, colore cæruleo purpurascentes; succedente in receptaculis semine subnigricante: radix dura lignosa fibras demittit. Variat in foliis & floribus.

Salvia Scabrior Dioscoridis.




Foliis est viridibus & crispis, purpurascentibus, versicoloribus, sic vel totis, vel partim albidis, vel partim viridibus, partim purpurascentibus. Reperitur & genus cujus foliorum pediculi ac nervi, ac recens enata folia atro rubent; floribus communiter cæruleis, rarius candidis. Floret Iunio, Iulioque mensibus, aliquando etiam serius. Locis asperis & ruderatis in Germania reperitur. Salviam hanc quidam σφακὸν, vel, ut vulgatus codex habet, σφάκελον volunt esse. Horum neutiquam probo sententiam. Λειότερον, inquit Theophrastus, τὸ φύλλον τοῦ σφακοῦ (σφακέλου) καὶ ἔλαττον, καὶ ἧττον αὐχμηρόν. Sphaco folium lævius, minus nec tam squalens: majoris ac jam descriptæ salviæ folia, majora, latiora, squalentiora, neutiquam læviora. Ergo elelisphacos salvia hæc, non sphacos vel sphacelus. Minor salvia fruticosa quoque stirps est, alas in latitudinem expandens, priori similis, sed minor. Caules hujus teneriores sunt; folia oblonga, minora, angustiora, minusque scabra. Hoc testantur adversariorum auctores. Lugdunensis subalbicantia inquit esse minus scabra. Majorem Adversariorē auctores salviam, majorē scabriorem Dioscoridis vocant. Unde facile colligi potest minorem non æquè esse scabram. Belgæ præterea majorē groote Salī & Savie, minorem fijne Savie & Salī ab asperitate, & lævore vocant: Læviora fijne, asperiora groote vocant. Minorem salviam iidem Adversariorum auctores his verbis describunt; *Altera vero differentia, quæ auritis, aut pinnatis est, ad imum Circeæ modo, foliis, minus squarosis & coriaceis, minoribus multo, eoque nobilem* (Belgę edele) *dictam & sphacelum putamus.* Hæc omnia ostendunt, minus scabra esse folia; (quilibet experimentum sumat, vulgata satis planta, ii) quibus, parte qua pediculo insistunt, duo hinc inde foliola exigua adnascuntur, primarum aut auricularum

Salvia Minor.



auricularum quadam similitudine: flores spicati, veluti superioris, cærulei: radix quoque lignosa est, cum gravitate quadam, sed minime molesta. Odorata utraque est; sed præstat minor. Variat foliis auritis, vel pinnatis, & non auritis, foliis aliquando lavendulæ concoloribus, sed latioribus, & gravioris odoris, rarius luteolis, flore cæruleo, rarius albo. Floret quo prior tempore. In campestribus Hispaniæ, in Massiliensi agro, in compluribus Italiæ provinciis sponte crescit, apud nos hortensis. Hanc σφακὸν Theophrasti assero. foliis est minoribus, levioribus, minus asperis, ut scribit Theophrastus. Alii sphacelum, sive salviam agrestem volunt scorodoniam Cordi. Cauliculos erigit quadrangulos, nonnihil hirsutos, circa quos folia salviæ, (betonicæ similiora) sed breviora, latiora mollioraque: flosculi è cauliculi & adnatorum ramulorum uno erumpunt latere hiantes ac falcati, veluti lamii, sed minores, in albido pallentes. Succedunt semina, in singulis pericardiis, quaterna nigricantia. Radix fibrosa, stirps annua est, odore minus quam salvia graveolet, & vinosum quiddam spirat. In sylvis frequens reperitur, & juxta sepimenta, & agrorum margines. Solo gaudet aliquantulum macro, non tamen omnino sterili ac sicco. Iunio, Iulio ac Augusto mensibus cum flore ac semine viget, ac tunc quidem colligenda ac reponenda est. Nobis non videtur sphacos, quod salviæ non sit satis similis, foliaq; habeat latiora. Duo enim illa salviæ genera, quæ delineat Theophrastus, eo tantum differunt; quod alteri folium minus, lævius, nec æquè squalens; alteri vero contra major, asperior, ac magis squalens. Planta verò quam scorodoniam Cordus vocat, nimium à natura & facultate salviæ recedit. His salviæ Creticæ historiã subnectemus. Hæc, ut Bellonius libr. 1. observat. cap. 16. tradit, poma fert. *Illic* (in Creta) *inter stirpes nemoratu dignas crescit salvia, poma ferens, esui apta, quæ rustici legere solent, hisque saccos plenos in proximas urbes venum deferunt: initio Maij foliis inhærentia inveniuntur gallarum magnitudine, lanugine obducta, dulcia, & grati saporis.* Tradunt φλασκομηλία vocari, credo propter fastum. φλάσμας enim fastus, τῦφος, ut exponit Hesychius. Sed puto scribendum, σφακομηλέα, id est, *salviæ mala.* Eleganter describitur à Clusio lib. Hist. 3. c. 41. *prior salvia, quæ latifolia & pomifera nata est ex semine è Creta eidem misso à Cl. V. Honorio Bello Medico; Fruticat ea alterius salviæ modo in multos ramos sparsa, quadrangulos initio & densa lanugine obsitos; qui deinde in ligneam substantiam transeuntes, istam quadraturam omittunt, teneriores autem rami retinent, densioreque lanugine sunt obsiti. Folia ex adverso alternis nascuntur, semper bina, inferna parte valde lanuginosa, altera virentia, & veluti aterrita, salviæ latifoliæ, foliorum instar, appendices utrimque secundum pediculum habentia, & veluti aurita, nonnunquam etiam appendicibus carentia, nec tam amplæ ut in latifolia vulgari; nec etiam adeo angusta, ut in vulgari minore, quæ aurita habet folia. Extremos ramos ambiunt verticillatim seni & plures calculi, in quibus flores, vulgaris floribus forma quidem similes, sed coloris ex albo*

Salvia Pomifera.



purpurascentis: quibus cadentibus, semina nascuntur in caliculis terna aut quaterna, crassiora quam in reliquis salviæ generibus, & illos ita replentia, ut quasi baccæ appareant. Totius plantæ odor paulo vehementior, quam alterius salviæ. In Creta baccas, seu poma (quæ duntaxat quædam tantum excrescentiæ sunt) fere uncialis interdũ magnitudinis, multa lanugine obsita, orbicularia, qualia ex Ægypto olim accipere memini, & ab Honorio Bello è Creta accepta, in proposita tabella exprimi curabam. Sed in hac provincia, utpote minus frigida, nulla adhuc tulit. Vtramque differentiam, & foliis auritis, & non auritis unica tabella exprimere curavi.

Πράσιον, &c.] Prasinus viror, aut certè virosus odor, videtur appellationem dedisse marubio (ut viris magnis placet) tam nigro fœtido, quod ballote dicitur, quam albo odoro. Marubio nigro odor quidem ingratus, sed porro dissimilis; contra albo odor gratus. Neutri color prasino valdè similis. Puto, nomen πράσιον impositum à cauliculis quadrangularibus. Πρασιαὶ, inquit Hesychius, αἱ ἐν τοῖς κήποις τετράγωνοι λαχανεῖαι, οἷον πρασιαὶ διὰ τὸ ἐπὶ πράσοις τῶν κήπων. Interpres Homeri; πρασιαὶ, αἱ λαχανεῖαι· ἢ αἱ τῶν φυτειῶν τετράγωνοι φύσεις, ἐν ταῖς πολυδείαις; areas & areolas Columella vocat. Fiunt enim ad olerum consitionem quadratæ dispositiones, quæ πρασιαὶ dicuntur, in laterculi formam. Laterculum quadratum caulis marubii refert. Vel πράσιον dixere, quod ἐν ταῖς πρασιαῖς coleretur. Dioscorides de marubio albo; Φύεται περὶ τὰ οἰκόπεδα, καὶ ἐρείπια, *nascitur circa domorum areas & rudecta.* Latini marubium vocant. Plinius cap. 22. lib. 20. *Marrubium plerique inter primas herbas commendavere, quod Græci prasion vocant, alii linostrophon, nonnulli philopeda, aut philochares, notius, quam ut indicandum sit.* Cur ergo cum praso porro multis in locis confundit Plinius? Stachyn Dioscorides lib. 3. cap. 20. πρασίῳ, marubio, similem ait.

Plinius

Plinius lib. 24. cap. 15. porri similitudinem habere tradit; τὸ πράσον porrum, τὸ πράσιον marrubium. Idem Plinius linostrophon, philopedam & philocharen utrumque marrubium vocari scribit; cum auctuarii auctor album tantum philopedam & philocharen vocari scribat. Οἱ δὲ εὐπατόριον, οἱ δὲ φυλλόφαρες, οἱ δὲ τριπέδιλον, οἱ δὲ καμηλοπόδιον, οἱ δὲ φιλόφαρες, Ῥωμαῖοι μαῤῥούβιουμ: *Aliqui eupatorium, alii phyllophares, alii tripedilium, alii, camelopodium, quasi cameli pedem; alii philophares, Romani marrubium.* Pro *philophares* Plinius *philochares*, pro *philophares*, *philopeda* Plinius. Uter rectius, non facile quis asseret. Forte φυλλόφορος, quod pluribus foliis stipatum sit; vel φυλλόχαρις, quod folia viridia, tecta alba lanugine, gratiam quandam habeant. Philophares vel philopeda cur dicatur, me quidem fugit. Linostophos dicitur, quod cincinni, circi, funiculi ex eo fierent, qui ex lino facti viderentur. Lanuginosa quæ habet folia, lanosa videntur. Vel linostrophos, quod rotunda ac incana habeat folia; vel quod folia ob lanuginem contorta videantur. Marrubium; quod marcescentibus & tabescentibus prosit. Dioscorides, Τὰ φύλλα ξηρὰ σὺν τῷ σπέρματι ἑψόμενα σὺν ὕδατι, ἢ χυλιζόμενα χλωρά, δίδοται μετὰ μέλιτος φθισικοῖς, &c. *Hujus foliorum siccorum simul & seminis decoctum, aut etiam recentium foliorum succus unà cum melle tabidis exhibetur.* Vel marubium dicitur, quod folia marcida & squalentia sint, quasi à rubigine exesa forent.

Δύο γένη.] Plinius etiam duo agnoscit genera. libr. 20. cap. 22. *Castor marrubii duo genera tradit; nigrum, & quod magis probat, candidum.* Dioscorides etiam duo agnoscit marrubii genera. Quod verè πράσιον & ballote dicitur, nigrum marrubium à foliorum similitudine vocant: sed quod Theophrastus marrubium vocat, album videtur esse Dioscoridis. Hujus duo observavit genera: alterum cui folium herbaceum, quodque magis serratum ac incisuris profundioribus, magisque conspicuis est. Scribe, ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐντομὰς ἐνδήλους σφόδρα ἢ βαθείας; deleta voce improba αὐτόμους, quæ ex margine in textum irrepsit. Alterum, inquit, folium rotundius habere, & valde squalens instar elelisphaci, id est majoris salviæ. Scribe, καθάπερ τὸ ἐλελισφάκου. Sphacos enim, vel, ut vulgati codices habent, sphacelos minus squalens & lævius. Marrubium alterum valdè squalens. Hanc candidi Marrubii differentiam non observavit Dioscorides, quod nullius usus sit medico practico. Describit Marrubium lib. 3. cap. 119.

Marrubium Candidum.



Πράσιον θάμνος ἐστὶν ἀπὸ μιᾶς ῥίζης πολύκλαδος, ὑπόδασυς, λευκός, τετράγωνος τοῖς ῥάβδοις· φύλλον δὲ τῷ μεγάλῳ δακτύλῳ ἴσον, ὑποστρογγύλον, δασύ, ῥυσόν, πικρὸν τῇ γεύσει. ἐκ διαστημάτων δὲ ἐπὶ τῶν καυλῶν τὸ σπέρμα, καὶ ἄνθη οἱονεὶ σπόνδυλοι τραχεῖς, φύεται περὶ τὰ οἰκόπεδα καὶ ἐρείπια. (alter ἐρήμια, sed perperam.) *Marrubium frutex est ab una radice ramosus, subhirsutus, candicans, virgis quadrangularibus: folium pollicem æquat, subrotundum, villosum, rugosum, gustu amarum. Semen est in caulibus ex intervallis: flores verticillato ambitu asperi. Nascitur circa domorum areas, & rudecta.* Docti pro ἐρίοσον, legunt ἐρυσον, sed præstat ῥυσὸν legere. Supra dixi, unum & quidem album delineare marrubiũ, sed forma & faciẽ varians: aliis tamen alia est sententia. His placet cardiacam vulgo dictam, marrubium primum Theophrasti esse; quadrangulares promit caules, crassos, duros, duos tresve pedes altos, obscure ac ex nigro rubentes: folia nigricantia veluti urticæ, majora latioraque multo quam marrubii, laciniosa, ac profundis incisuris dissecta. Calyces duri ac pungentes orbiculatim caules amplectuntur, à quibus flores exeunt ex albido purpurei, veluti lanii, sed minores. Semen parvum ac nigricans. Plurimæ pro radicibus fibræ ab uno veluti capite descendunt. Tota herba gravi satis odore prædita, gustu amaricat, à Iunio in multum usque Autumnum viget, floret, ac semen perficit. Caules hyeme intercidunt; radix vivax est. Ruderibus lapidosis, ac aliis incultis & asperis locis gaudet: juxta sepes & veteres muros subinde invenitur; in hortis nimis facile coalescit. Non male cum Theophrasti primo marrubio convenit. Foliis enim est herbidis, profundis satis incisuris. Sed hanc apud veteres pharmacopolas usum habuisse, non puto. Equidem Dioscorides delineasset. Scio quosdam pro Herculana habere sideritide; sed ubi folia salviæ similia? Dioscorides lib. 4. cap. 33. Σιδηρῖτις, οἱ δὲ Ἡράκλειαν, πόα ἐστὶ φύλλα ἔχουσα ὅμοια πρασίῳ, ἐπιμηκέστερα δὲ πρὸς τὰ τοῦ ἐλελισφάκου ἢ δρυός, μικρότερα μέν τοι καὶ τραχέα. *Sideritis, quam aliqui Heracleam vocant, herba est foliis marrubii, sed oblongioribus, & ad salviæ & ad quercus foliorum similitudinem, minoribus tamen & asperis.* Cardiaces folia cum salvia comparari nequeunt, nec folia aspera, minoràque salvia aut marrubio. Cardiacam dictam volunt, quod cordis medeatur morbis. Propius ad Marrubium Theophasti accedit, quam ad sideritin Herculanam. Fieri potest Theophrasti ævo usum in medicina obtinuisse, Dioscoridis vero tempore neglectum. Rectè Horatius.

> *Multa renascentur, quæ jam cecidere cadentque,*
> *Quæ nunc usus habet medicamina, si volet ille,*
> *Et ratio quibus est & vis & norma medendi.*

Illud tamen cardiacam prasium primum Theophrasti impedit esse, quod folia habet profundè quidem incisa, sed non serrata. Vulgare ac alterum marrubium à Dioscoride delineatum, complures edit quadrangulares cauliculos, pedem altos, tenuique lanugine albicantes: folia per intervalla bina, subrotunda, rugosa, ambitu incisa, & ipsa candicante lanugine pubescentia. Flosculi in non nihil pungentibus conceptaculis subcandidi caulem verticillatim per intervalla ambiunt; semẽ subrotundum, asperiusculum. Radix fibrosa nigricat. Tota herba suavis, & grati est odoris, & nonnihil moschum redolet, præsertim hybernis mensibus. Folia hyeme non cadunt, floret altero à satione anno, Iulio & Augusto mensibus. Iuxta parietes, vias, semitas, agrorum margines, locis neglectis, arenosis collibus, pingui etiam & læto solo gignitur. Omnibus regionibus familiare, sed pro cæli solique ratione variat, mutationemq; subinde accipit. Quod Hispanicum vocant, foliis est longioribus magisque carnosis, hirtis, albis, & suavius redolentibus. In Belgii hortis variat Hispano semine natum. Contra Creticum foliis est angustioribus; fruticat caule contorto, gracili, rotundo; aliquam multis exilibus alis donato, polii montani non disparibus, & quam prassii nostratis multo candidioribus, teneriuscula lanugine obsitis. uti & folia angustiora, oblongiora, leviter serrata, in angustum abeuntia, melissæ Turcicę equalia; ex intervallis multo argutiores & minores verticelli, sideritidis aut retrahit non dispares hærent. Flosculi prætenues indidem emicant albidi marrubii, quod quanta quanta est odore & lanugine præfert. Alia duo genera in prodromo suo descripsit Bauhinus; quorum primum crispum vocat, alterum album villosum. Nigrum marrubium delineavit Dioscorides lib. 3. c. 117. Βαλλωτὴ ἢ μέλαν πράσιον (Ald. ἢν μέγα πράσιον καλοῦσι, male, non magnum nigrum vocatur prassium, forte ἢν μέλαν πράσιον καλοῦσι) καυλοὺς ἀνίησι τετραγώνους, μέλανας, ὑποδασεῖς, ἐκ μιᾶς ῥίζης πλείονας. φύλλα δὲ πρασίῳ ὅμοια, μείζονα δὲ καὶ στρογγυλώτερα καὶ μέλανα καὶ δασέα, ἐκ διαστημάτων τοῦ καυλοῦ παραπλήσια μελισσοφύλλου, δυσώδη. ὅθεν καὶ τὰ ἄνθη δὲ ἅμα περιέχεται λευκοὺς τοὺς καυλοὺς τροχοειδῶς. *Ballote, seu marrubium nigrum caules edit quadrangulos, nigricantes, subhirsutos, ab una radice*

dice numerosos, foliis marrubii, at majoribus, rotundioribus, nigris & hirsutis, caulem per intervalla cingentibus, apiastri similitudine. Unde hanc aliqui apiastrum vocavere. Sed & flores candidi, unà cum foliis orbiculatim caules ipsos ambiunt, &c. Βαλλωτὴ nomen accepit, ὅτι βάλλει τὰ ὦτα; quod ad veteratos aurium dolores sit efficax. Galenus lib. 7. simpl. Καὶ πρὸς ὤτων ὀδύνας ἤδη κεχρονισμένας αὐτῇ παραλαμβάνουσιν. ἐφ' ὅσον ἐκφράξει, τὰ διακαθαίρειν τοῦτο πέρι αὐτήν, καὶ τὰς τῶν μηνίγγων ἀποφύσεις ἐπὶ χρεία. *Et ad aurium dolores inveteratos adhibent, in quibus sane obstructiones dejicere, meatumque ipsum & ramos membranarum est usus.* Βαλλωτὴ ergo quod aures obstructas penetrando, non secus ac jaculum corpus aliquod, aperiat; marrubium à similitudine foliorum; nigrū à colore, qui ad colorem fuscum magis vergit, quam in marrubio, dicta est ballote. Ex Oribasio & vetusto Lacunæ codice Saracenus, τὰ μέλανα, addidit; quod non improbamus. Idem pro πελινώτης λευκοῖς, legit, λευκῆ, ut ad præcedens, ἄνθη, referatur. Nam quod ad caules spectat, jam in principio capitis auctor nigricantes eos esse admonuit. Videamus quam feliciter hunc de marrubio nigro locum exscripserit Plinius libr. 27. cap. 8. *Balloten alio nomine melamprasion Græci vocant, herbam fruticosam, angulosis caulibus, nigris, hirsutis foliis vestientibus, majoribus quam porri, & nigrioribus, gravè olentibus.* Vocis similitudine, ut supra annotavimus, & millies ostendimus, deceptus. Porro majus folium ballotes scribit; quod est falsissimum. Τὸ πράσον & τὸ πράσιον non distinguit Plinius, vel aliud agens, aliud cogitans ad Liberti legentis, πράσιον, verba non satis attendit. Balloten Dioscorides μελισσόφυλλον vocari ait. Quæri solet quomodo versus hi Nicandri intelligi debeant.

> Ἠ μὴν καὶ πρασίοιο χλοανθέος ἔρνεα κόψας,
> Χραισμήσεις ὄφιεσσι, πίων ἀργῆτι σὺν οἴνῳ.
> Ἥ τε καὶ ἀσόργοιο κατείρυσεν οὔθατα μόσχου
> Πρωτογόνου, στέργει δὲ περισφαραγεῦσα γάλακτι,
> Τὴν, ἥτοι μελίφυλλον ἐπικλείουσι βοτῆρες,
> Οἱ δὲ μελίτταιναν· τῆς γάρ περὶ φύλλα μέλισσαι
> Ὀδμῇ θελγόμεναι μέλιτος, ῥοιζηδὸν ἵενται.
>
> *Quin & marrubii viridantia germina tundens*
> *Profueris, si mista mero simul hauseris albo.*
> *Tum soboli infensam, dum mammas fugit inanes,*
> *Compositis odiis quæ replet lacte juvencam;*
> *Agrestes meliphyllon eam dixere bubulci,*
> *Sive melittænam, quod captæ mellis odore*
> *Stridere apes circum soleant & sidere ramis.*

Scholiastæ sententia est, unam eandemq; esse plantam, μελίφυλλον δὲ καὶ μελίτταιναν τὴν πράσιον οἱ ποιμένες καλοῦσι διὰ τὸ ὀσμὴν μέλιτος ἔχειν αὐτήν. *meliphyllon & melittænam prasium vocarunt pastores, quod mel odore referat.* Contra prasii odore non delectantur apes, nec prasium mellis odorē habet. Insuper Galenus, Dioscorides, prasium & melissam diversas statuunt plantas. Galenus libr. 7. simpl. μελισσόφυλλον πρασίῳ μὲν ἐν παραπλήσιον τὴν δύναμιν, &c. *Facultate melissophyllon prasio proximum.* Docti viri Nicandri versus sic exponunt: consulit præter marrubium etiam meliphyllum sive melissophyllum vino dilutum bibere. Video tamen dubitari posse, an hi versus de ipso prasio, hoc est marrubio, intelligendi sint; quasi Nicander prasium dicat etiam meliphyllum & melittænam appellari, eique tribuat facultatem lactis generandi, (quod cæteri non fecerunt) tum quod ita visum sit Græco Scholiastæ, tum quod ipse Nicander in Alexipharmacis agens de aconiti curatione, πράσιον & μελίφυλλον pro eodem accipiat, hoc versu.

> Καὶ χλοεροῦ πρασίοιο τὸ δὲ μελίφυλλον ὕδουσι.
>
> *Marrubiique (meliphyllon dixere) virentis.*

Dioscorides tamen apertè à prasio, meliphyllon & melittænam distinguit; quibus duobus nominibus τὸ μελισσόφυλλον vocari auctor est, cui & nos assentimur. Nam hoc loco prasium à melissophyllo, nec Nicandro, nec remediis venenatorum repugnat. Nicander enim ipse videtur distinxisse, dicens ἥτε, cum dicere debuisset ὃ vel ὅ, τι si ad prasium referre voluisset. Et utrumque quidē contra serpentum morsus pari utilitate bibitur. Quod autem attinet ad versum Nicandri, qui est in Alexipharmacis, ex eo non patet, prasium & melissophyllum idem esse, sed potius meliphyllum prasii quandam esse speciem. Est enim prasii folio, sed majore tantum & teneriore, nec adeò hirsuto. Quasi dicat Nicander, deligendum esse ad curationem aconiti, id prasii genus, quod meliphyllon appellatur. Contra alii, nec auctoritate, nec doctrina cedentes iis qui dictam sententiam fovent, scribunt; animadvertendum, quod μελίφυλλον vel μελισσόφυλλον à prasio seu Marrubio secernant Dioscorides, Plinius, Virgilius, Marcellus, esseque meliphyllon vel melittænam; quam Latini apiastrum & citraginem dixere. Nicander quæ de meliphyllo adfert, superioribus ita connectit, ut cum iisdem idem esse possint vel diversum. Certe Interpres Nicandri μελίφυλλον, ἢ τὴν μελίτταιναν eandem facit cum marrubio, dum ea quæ Poëta de melittæna dicit, de πρασίῳ intelligit, dicens μελίφυλλον δὲ καὶ — αὐτήν. Num uni interpreti, vel potius clarissimis pluribus auctoribus adhibenda fides, οἱ ῥιζοτόμοι dijudicent. Quod si de apiastro intelligatur, erit antidotum non omnino redditum, & ab auctore perfectum; quamquam ex superioribus sic compleri possit: *apiastrum cum vino bibendum.* Nam & Dioscorides, Ἁρμόζει δὲ τὰ φύλλα ποτιζόμενα σὺν οἴνῳ, καὶ καταπλασσόμενα, πρὸς σκορπιοπλήκτους, καὶ φαλαγγιοδήκτους, καὶ κυνοδήκτους. *Folia cum vino pota, atque etiam imposita, prosunt contra scorpionum ictus, nec non & phalangiorum, canisque rabidi morsus.* Unde nihil periculi, si à prasio cum præclaris medicis & auctoribus ἡ μελίτταινα separetur. Nos in hoc sumus, ut censeamus referri ad marrubium per amplificationem; quæ de melittæna dicit. Quod exactius rimanti singula, patebit; cum Poëta statim post Marrubii antidotum subdiderit, ἥτε καὶ ἀσόργοιο κατείρυσεν, οὔθατα μόσχου; *quæ solet enixæ lac herba augere juvencæ.* ἥτε subaudiendum βοτάνη πράσιον. Sed hic eruditiorum calculo libenter subscribemus. Præterea quod marrubium & μελισσόφυλλον idem fuit, ipse Nicander testatur in Alexipharmacis; ubi ait, *in antipharmaco hausti aconiti, reseca fruticis abrotani caulem, viridisque marrubii, quod jam meliphyllum dicunt.* Vidimus argumenta, quæ ab utraque producuntur parte. Nobis prior placet opinio, idque ob causam modò expositam. Nam marrubio nigro, quod melissophyllon Dioscorides vocari tradit, non est odor mellis, ut vult Scholiastes, nec apes eo delectantur. Fœtet, & ab odore gravi & fœtore prassium & marrubium fœtidum recentioribus dicitur. Deinde, ut rectè viri summi animadvertunt, vox, ἥτε, satis docet non ad prassium referendum, sed ad aliam herbam, quæ sequitur, nempe melissam. Nec βοτάνη πράσιον subintelligi potest, ut volunt, quod Nicander sic loqui non soleat. Effugiū id merum est; nihil enim ex versu qui in Alexipharmacis habetur probant. Vult Poëta, ne error fiat, illud prassii genus accipiendum quod impropriè prassium, & ab aliis meliphyllon dicitur. Adversus aconitum, ait, valet, non album, sed nigrum prassium. Melissophyllum describit Dioscorides lib. 3. cap. 118. Μελισσόφυλλον, ὃ ἔνιοι μελίτταιναν καλοῦσι, διὰ τὸ ἥδεσθαι (Ald. in Noth. ἀνόμασ\] οὕτω διὰ τὸ) τῇ πόᾳ τὰς μελίττας. ἔοικε δὲ αὐτῆς τὰ φύλλα καὶ τὰ καυλία τῇ προειρημένῃ βαλλωτῇ. μείζονα δὲ ταῦτα καὶ λεπτότερα, οὐχ οὕτω δασέα, ὄζοντα δὲ κιτρομήλου. *Melissophyllon, quod alii melittænam vocant, quoniam apes ea herba delectantur; foliis & cauliculis ante memoratæ ballotæ similis est: attamen majoribus & tenuioribus, neque ita hirsutis, citreum vero malum redolentibus.* Cur melissophyllon dicatur, docet Dioscorides, quod apes ea herba delectentur. Eadem Nicandri opinio. Fallitur Scholiastes, cum melissophyllū dictum scribit, quod mellis referat odorem. Contrarium docet Dioscorides, docet experientia, rerum magistra. Eadem planta eadem de causa μελίφυλλον aliis dicitur. Nicander versibus citatis, τήν τε μελίφυλλον ἐπικλείουσι βοτῆρες, Οἱ δὲ μελίτταιναν, *quamque melittænam pastores & meliphyllon appellant.* In quibusdam Nicandri codicibus μελίζωναν legitur, cum etymon doceat legendum μελίτταιναν, quomodo apud Dioscoridem aliosque legitur. Hesychius, Μελίτταινα πόα τις, ἣν ἔνιοι μελίτταιναν, ἄλλοι μελισσόφυλλον. ita locus iste legi debet. vulgo, μελίζωνα πόα τις. ἣν ἔνιοι μελίκτιναν. Μελίτταιναν Nicandrum scripsisse præter Dioscoridem, Hesychius, qui seriem litterarum servat, docet. Emenda Maronis codicem.

> *— Huc tu injussos insperge sapores*
> *Trita meliphylla, & cerinthæ ignobile gramen.*

Scribe, *trita melisphylla.* Melisphylla dixit versus gratia. Phylargyrus ad carmen citatum: *Melisphyllon herba est, quam, ut ait Varro, alii apiastrum, alii melinum appellant.* Varronis quem citat, locus est libr. 3. de re rust. cap. 16. *Hos circum villam totam alveariam fecisse, & hortum habuisse ac reliquum thymo & cytiso obsevisse, & apiastro, quod alii μελίφυλλον, alii μελισσόφυλλον, quidam μέλινον appellant.* Antiquus noster codex, Regii anno 1482. Nonis Iunii expressus, habet, *& à piastro, quod alii meliphilon: alii melosophilon, quidam mellinon appellant.* Eadem lectio in

codice

codice anno 1498. ibidem expresso reperitur, nisi quod pro *à piastro*, *apiastro* legatur. Utraque lectio corrupta; legendum ut in vulgato scriptum est codice, Dordrechti expresso anno 1619. Acutissimi ingenii litterator ex veteribus libris pro μύλινον emendat *mellinam*. Lego μελίνῳ: Græcum enim, ἡ μελίνη. Nicander melissophyllum etiam μελισσόβοτον vocat in Theriaca.

Σὺμμίγδην πετάλοισι μελισσοβότοιο δασείης.

Mista melissoti foliis, hirtoque capillo.

Melissophyllon metri ratio non admittebat, ergo maluit μελισσόβοτον dicere. Myrepsus sect. 1. antidot. 75. μελισσόχορτον vocavit, quod apum pabulum sonat. Theocryto Eidyl. δ. μελίτεια dicitur.

Αἰγίπυρος, ἢ κνύζα, ἢ εὐώδης μελίτεια.

Ægipyrus, & conyza, & odorifera melitea.

Scholiastes μελισσοβότανον vocari, ait. εἶδος ἐστὶ βοτάνης, τὸ κοινῶς λεγόμενον μελισσοβότανον, τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλατύ. *Herbæ genus quod vulgo melissobotanon apum herbam vocant, folium habet latum.* Idem Theocrytus Eidyl. ε.

Ταῖσι δ' ἐμαῖς οἴεσσι πάρεστι μὲν ἁ μελίτεια
Φέρβεσθ'.

Ovibus vero meis adest apiastrum
Ad pascendum.

Scholiastes. μελίτεια, εἶδος βοτάνης γλυκιζούσης, *herbæ genus dulce.* Odore quidem grata herba, sed sapore non adeo delector. Ovibus gratam fortasse, voluit Scholiastes: melissam vocant officinæ; Latini apiastrum. Plinius lib. 21. cap. 9. *Ergo in coromamenta folio venere — cneoron, quod casiam Hyginus vocat, & quod cunilaginem conyza, melissophyllum, quod apiastrum.* Hyginus non fuit primus qui melissophyllon sic appellari docuit. Apud antiquissimum Varronem legere est, *Apiastrum, quod alii meliphyllon, alii melissophyllon.* Varro autem longè ante Hyginum vixit. Bene fecisset Plinius, si Hygino modo fidem adhibuisset. Malè libr. 21. cap. 12. distinguit apiastrum à melissophyllo. *Harum ergo causa serere oportet, thymum, apiastrum, rosam, violas, lilium, cythisum, fabam, erviliam, cunilam, papaver, conyzam, casiam, melilotum, melissophyllum, cerinthem.* Error hic excusari potest, si dicamus alterutrum è margine in textum irrepsisse. Magnus error est apiastrū cum batrachio planta venenata, quam ἄγριον σέλινον quidam vocant, confundere. Lib. 20. cap. 11. scribit, *Apiastrum Hyginus quidem melissophyllon appellat, sed in confessa damnatione venenatum est in Sardinia.* Apiastrum putavit apium esse sylvestre, & ab apio σελίνῳ, apiastrum dici, ac sylvestre esse apium, uti pyrastrum, siliquastrum, ocymastrum, ocimum, siliqua, pyrus sylvestris: cum apiastrum Latinis dicatur, non ab apio σελίνῳ, sed ab apibus, quod iis gratum sit pabulū. Malè præterea inter selini genera, apiastrum, quod venenatum inquit, recenset. Nullum selini genus deleterium, nec à quoquam damnatum. Dioscorides alterum βατραχίου sive ranunculi genus, quod in Sardinia nascitur, σέλινον ἄγριον, id est, *agreste apium*, vocari scribit, quod folia habeat apio sylvestri non dissimilia. Dioscorides libr. 2. cap. 206. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος χνοωδέστερον, καὶ μακροκαυλότερον, σχισμὰς ἔχον πλείους τῶν φύλλων, πλεῖστον ἐν Σαρδόνιᾳ (forte Σαρδόνι) γεννώμενον, δριμύτατον, ὃ δὴ καὶ σέλινον ἄγριον καλοῦσι. *Alterum est lanuginosius, longiore caule, pluribus foliorum incisuris, plurimum in Sardinia proveniens, acerrimum, quod etiam sylvestre apium appellant.* Hoc ranunculi genus, sceleratam herbam vocat Apulejus; alii apium risus, quod in cibo sumptum mentis alienationem cum labrorum contractione, eas convulsiones faciat, quæ risus speciem videntibus præbent. Vulgo σπασμὸν κυνικόν, *convulsionem caninam*, vocant, quod rictum canis repræsentet. Risus Sardonicus quondam dicebatur. Cicero in epistolis, *Sed heus tu* τὸ γέλως Σαρδόνιον *rideamus.* Hujus herbæ meminit Poëta.

Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis.

Salustius, *In Sardinia quædam herba nascitur, quæ Sardoa dicitur, agresti apio similis. Hæc ora hominum, & rictus dolore contrahit, & quasi ridentes interimit.* De Sardonia herba plura capite de ranunculo. Malè quoque Servius, Plinii auctoritate deceptus, apium sylvestre apiastrum vocavit. *Non dicit*, inquit, *cicutam quæ omnium nota est, sed illam Sardoniam quæ apiastri similis homines decipit, &c.* *Apii sylvestris* debuit dicere, non, *apiastri.* Malè etiam glossarum Auctor, apiastrum, μελισσόφυλλον, σέλινον ἄγριον, ἱπποσέλινον. Nemo apiastrum, vel hipposelinū, vel olusatrum vocari tradidit. Melissophyllon, à citri odore, citraginem alii vocavere, quem si nares consulas, foliumque frices, percipies. Auctuarii Auctor Ῥωμαῖοι ἀπιάστρουμ (scribe ἀπιάστρουμ) οἱ δὲ κιτράγω. Palladius, si mendum abest, citreaginem vocat in Aprili Tit. 8. *Vasa autem quibus excipiuntur, perfricanda sunt citreagine, vel herbis suavibus, & conspergenda imbre mellis exigui.* Ita etiam in antiquissimo codice, Regii expresso, legitur. Docti quidam citraginē, vel citreaginem à melissophyllo diversam plantam volunt, ac quidem quod in hortis seritur, ac, uti tradunt, cimicum odorem magis refert, melissophyllum; quod vero ocimum citratum, citraginem. Probant suam sententiam, quod Palladius citraginem à melissophyllo distinxit, herbas enumerando, quibus apes delectantur, Aprili & Iunio. Alicujus momenti argumentum foret, si uno eodemque capite, vel uno eodemque sensu ac loco distingueret inter melissophyllon & citraginem. Sæpissimè antiqui diversis capitibus, aliis atque aliis nominibus eandem designant plantam. In Iunio de melissophyllo hæc Palladius: *Ubi globos apium frequentiores videris, uncta manu succo melissophylli, vel apii reges requiras.* Ita & in antiquissimo codice legitur: puto tamen vel *apiastri* vel *apitri* scriptum fuisse. Glossæ apitra τὸ μελισσόφυλλον, ὡς σέλινον. Melissa nemini incognita, quadrangularibus caulibus, foliis latis, subnigricantibus, rugosis, aliquan-

Apiastrum Citrago.



tulum asperis, ballotes similitudinem referret, nisi minus hirsuta esset, altior subindè & suaviter odorata. Folia siquidem minus aspera sunt, pauloque longiora, & citrium malum redolent: coronæ aut verticilli instar, cauliculos quoque circumdant calyces, è quibus flosculi albidi: semen minutum nigricat: radix fibris multis committitur. Floret Iunio, Iulio, & Augusto; sub hiemem tota marcescit radice restibili, quæ primo vere nova folia, atque inde cauliculos promit. In hortis sæpe melissa colitur; in sylvis ac montibus, vel aliis neglectis locis sponte nata quandoque occurrit, pro loci diversitate odoratior. Nam frigidis locis graveolentior est. Seritur autem utiliter, ut Plinius lib. 21. cap. 12. circa apum alvearia, quæ hac herba delectantur, & aberrantes ad sua revocantur. Ballote vero, ut unde digressi revertamur, marubio candido similis appareret, nisi nigricans, non albida, ac gravis ac ingrati, haud vero jucundi odoris esset. Caules illi assurgunt complures, hirsuti, angulosi, foliis circumdati, latis, rugosis, ambitu serratis, paulo majoribus & longioribus, quam candidi marrubii: flosculi in verticillis subinde rubent; radix ex fibris constat. Viget ac floret eodem quo candidum tempore;

Marubium Nigrum.



tempore; iisdem etiam locis reperitur, non raro aridioribus, ac minus læto solo: foliis variat; quandoque majoribus, quandoque minoribus.

Κονύζης, vel κονίζης.] Male edunt κορίζης. κόνυζα dicta est quod κώνωπας, *culices* suo lentore capiat, Cassianus Bassus lib. 13. cap. 11. ubi περὶ κωνώπων, *de culicibus* agit. πήγανον ὕδατι βρέξας, ἢ κόνυζαν ἑψήσας, ῥαῖνε τὴν οἰκίαν καὶ διώξεις τοὺς κώνωπας. *Rutam aqua macerato, aut conyzam coquito, indeque in domum irrorato, & culices exterminabis.* Maluit tamen Gaza à pulicibus nomen accepisse; *pulicariam* enim vertit. Certè & pulices pellit, ut idem Bassus eodem lib. cap. 15. Διαφθείρει δὲ αὐτὰς παντελῶς ὕδατι βραχὲν καὶ ῥανθὲν, ἢ κονύζης ἑψηθείσης τῷ ζέματι ἐπιρραινομένου. Corruptus codex. Palatinus codex. Διαφθείρει δὲ ὁμοίως μελάνθιον ὕδατι, &c. Scribe, Διαφθείρει δὲ αὐτὰς παντελῶς μελάνθιον ὕδατι βραχὲν καὶ ῥανθὲν, ἢ κονύζης ἑψηθείσης, τοῦ ζέματος ἐπιρραινομένου. *Disperdit autem ipsos penitus melanthium aqua maceratum & respersum, aut conyzæ decoctum irroratum.* Dioscorides lib. 3. cap. 136. Δύναται δὲ ὁ θάμνος ὑποστρωννύμενος. σὺν τοῖς φύλλοις καὶ θυμιώμενος θηρία διώκειν, καὶ κώνωπας ἀπελαύνειν· κτείνει δὲ καὶ ψύλλας: *Frutex cum foliis substratu suffituque venenatas bestias fugit, culices abigit, ac pulices quoque necat.* Non fit tamen verisimile, nomen ei impositum fuisse, quod τὰς ψύλλας *pulices*, sed quod τὰς κώνωπας *culices* pellat. Fortasse Doctissimus Gaza *culicaria* scripsit, quod librarius in *pulicariam* mutavit. Utcunque se res habeat, *pulicariam* probare nequeo; quod eo nomine psyllium intelligatur, quia nomen illud psyllio magis convenit. Ψύλλα enim *pulex*, unde ψύλλιον *pulicaria*, quod pulices necet, vel quod semen pulicibus non dissimile. Placet aliis κόνιζαν per ι scribere; nobis vulgata arridet, quod sic apud omnes fermè scriptum reperiatur. Altera probatur, quod magis etymo consentiat, ac conveniat. vide paulo infra. Nicander, metri gratia, κονύζην dixit in Theriacis.

Μὶξ δὲ κονύζην φυτὸν ἐγχλοερὸν, &c. *His olidæ virides ramos adjunge conyzæ.* Nonnulli per contractionem, κνύζαν vocant. Absyrt. lib. 1. cap. 32. artis veterinariæ; τὴν κόνυζαν τὴν ὑπό τινων κνύζαν λεγομένην. Theocritus Eidyl. ζ.

> Χὼ στιβὰς ἐσσεῖται πεπυκασμένα ἐς τ' ἐπὶ πᾶχυν
> Κνύζα τ' ἀσφοδέλῳ τε πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ.
> *Et thorus densatus erit ad cubitum usque*
> *Cnyza, asphodelo, & flexibili apio.*

Utrum autem κνύζα & κόνυζα eadem planta sit, infra examinabo. Porro recepta quidem ac vulgata est sententia, κόνυζαν dici, quod pulices necet; an vera, haud scio. Ἀπὸ τῆς κωνώπας quomodo derivetur κόνυζα, non video: magna nimis differentia. Ego, salvo meliori judicio, dictum puto, παρὰ τὸ κονίζειν, quod pulvere fœdetur, pulvisque glutine quasi ac pinguedine obsitis caulibus & foliis, inhæreat; quæ idcirco obsoleti non raro videntur coloris. Hesychius, κνίζειν, κνίζειν, φθείρειν, κονιορτοῦν. Vel κόνυζα nomen accepit παρὰ τὸν κύνα & ὄζειν, quod caninum præ se ferat odorem. ideo aliis κυνοζεματῖτις dicitur. Auctuarii auctor, κόνυζα μεγάλη. οἱ δὲ κυνοζεματῖτις, id est, *decoctum caninum.* quod dum coquitur, & cocta est, odorem quem dixi reddat. Hesychius aliud dat etymon, κνύζα κνηθμὸς ἀπὸ τοῦ κνύζειν ἀπὸ τῶν κυνῶν, καὶ ἡ κόνυζα κατὰ συγκοπήν. ita locus iste legi debet. Vulgatus codex habet, κνύζα κνηθμὸς ἀπὸ τοῦ κνύζειν ἐπὶ κυνῶν, καὶ ἡ κόνυζα κατὰ συγκοπήν. quod à canibus infestetur, vel quod à canibus læsis auxilium ferat. Certè ad morsus venenatos præscribitur; sed an à canibus affligatur, ac demorsis auxilium ferat, nemo prodidit. Forte nomen illud accepit, quod canes pulvere excitando hanc defœdent, quasi scabie laboraret. Κνύζω enim, *scabie infesto, fœdo, deturpo*, significat. Plinius quandoque Græcam servat vocem, quandoq; cunilam interpretatur; non raro etiam conyzæ historiam cum origano thymbraque confundit. Vide quæ supra cap. de origano dixi. Τὴν κόνυζαν cunilam vertit lib. 10. cap. 20. *Non potest petris avelli polypus: idem cunila admota, ab odore protinus resilit.* Aristoteles libr. 4. hist. Animal. cap. 8. Καὶ οἵ γε πολύποδες οὕτω μὲν προσίσχονται ὥστε μὴ ἀποσπασθῆναι, ἀλλ' ὑπομένειν ἀποτεμνόμενοι. ἐὰν δέ τις κόνυζαν προσενέγκῃ, ὥς φασιν εὐθὺς ὀσφραινόμενοι ἀφιᾶσιν. *Polypi adeò pertinaciter comprehensum tenent, ut prius obtruncari sese quam avelli patiantur. tum si quis conyzam admoveat, ex odore ajunt illico escam amittere.* Pro προσίρχονται, lege προσίσχονται. Malè in quibusdam codicibus κόρυζαν, legitur. Nec melius apud Theophrastum pro κονύζας ediderant κορίζης. Theodorus vertit *pulicariam*; Plinius *cunilam.* Idem Plinius libr. 19. cap. 8. *Cratevas apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat* (vide cap. de origano) *cæteri verò conyroides cunilaginem, thymbram vero quæ sit cunila.* Antiquus noster codex, *Cratevas apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat, cæteri fere cuniramidem, cunilaginem. Thymbram vero quæ sit cunila.* Scribe, *Cratevas apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat, cæteri vero conyzam, id est, cunilaginem: Thymbram vero, quæ sit cunila.* Idem Plinius libr. 21. cap. 9. hujus sententiæ auctorem facit Hyginum, quem dicit conyzam exponere cunilaginem. *Cneorum, quod casiam Hyginus vocat, & quod cunilaginem, quæ conyza, melissophyllum quod apiastrum.* Cunila ergo, ut vult Plinius, & cunilago, conyza. Hanc opinionem non servat ipse Plinius. Alibi enim, ut supra docuimus, origanum cunilam vocat, alibi thymbram, ut infra dicam. Conyzam & cunilam dinstinguit libr. 21. cap. 12. ubi herbas & frutices numerat apibus gratas. *Violas, lilium, cythisum, fabam, erviliam, cunilam, papaver, conyzam, casiam, meliloton.* Alia igitur cunila à conyza. Cur ergo in loco Aristoteles citato κόνυζαν reddit cunilam? Respondet vir maximus optimè de litteris Plinioque restituto meritus; Non dissimulandum in illis verbis veteres & optimos codices scribere (uti & in nostro antiquo scriptum) *cuniculam*, non *cunilam: Ad mota cunicula resilit.* Sic cunila erit conyza, non cunila. & sanè cunilã esse thymbram, ipse alibi dixit. Veteres quoque glossæ cuniculam exponunt conyzam. Ita enim legendum: *cunicula conyza, cuniculus ὑπόνομος.* Apulei etiam nostri codex antiquissimus, capitalibus litteris scriptus, habet: *Cratevas apud Græcos cunilam bubilam eodem nomine appellat, cæteri vero conyzam, id est cunilaginem: thymbra vero quæ sit cunila.* His adde quod Thuanæus codex in Indice lib. 20. sic planè scribit. *Ligustico sive panace* 4. *cunila bubula.* 5. *cunila Gallinacea, sive origano.* 5. *cunilagine.* 8. *cunila molli.* 3. *libanotide.* 4. *cunila sativa.* 3. *cunila montana* 6. Eadem habet Rigaltianus in libr. primo, qui est Index; nisi quod *cunila bubula*, legit pro *cunicula.* Quomodo etiam alibi scriptum est in ipso contextu. Profectò inter ea cunilæ genera quæ cognominibus additis distinguuntur, recenset & cunilam bubulam, sive ea cunicula est. Cunila vero per se absque cognomento posita, Thymbram Plinio significat. ut lib. 20. cap. 17. *Origanum quod in sapore cunilæ æmulatur, ut diximus, plura genera in medicina habet.* Id vero dixit libr. 19. cap. 7. thymbram quæ est cunila, æmulam esse origano. Non igitur cum hac cunila potest esse eadem illa cunila absolutè dicta; qua κόνυζαν Aristoteles reddidit lib. 10. Eam cuniculam indigitant libri. Istam porro cuniculam, sive conyzam facit eandem Plinius cum cunila bubula & cunilagine, libr. 19. cap. 8. ubi vult cunilam dici Latinis Græcorum thymbram: at conyzam Græcorum Latinè vocari cunilaginem, & eandem esse cum cunila bubula, cum tamen Cratevas ligusticum perperam eo nomine appellasset. Cæterum Plinium cuniculam vocasse vel reddidisse κόνυζαν, non puto; verum, ut

vulgati codices habent, cunilam. Quod ex cap. 16. lib. 20. probo; ubi ait, *Tertium genus est ejus quæ à Græcis mascula, à nostris cunilago vocatur; &c. Tertium genus,* scilicet cunilæ. Vides, conyzam. Plinium vertisse *cunilam*, Malè ergo in antiquis codicibus *cunicula*. Satis apertè Plinius tertiam cunilam conyzæ genus facit. Nihil ergo muto. Interim magnis viris, qui primum observarunt *cuniculam* haberi in antiquis codicibus, gratias agimus, quod pro virili, doctè & ingeniosè Plinium defendere conati sint.

Τὸ μὲν ἄῤῥεν, &c.] Duo, inquit, genera conyzæ, mas & fœmina; & quæ inter utrumque differentia sit, satis clarè explicat. Duo genera etiam agnoscit Nicandri Scholiastes, domesticum ac sylvestre. Δύο δέ εἰσι καὶ αὐτῆς γένη· ἡ μὲν ἀγρία, ἡ δὲ ἥμερος. ἀλλ' ἡ μὲν ἀγρία δριμυτέρα ἐστὶ τῆς ἡμέρου κονύζης. *Duo conyzæ genera. unum sylvestre, alterum domesticum. sylvestre domestico acrius est.* Odore vult acrius esse. Hoc de fœmina Theophrastus, ἡ δὲ τῆς θηλείας δριμυτέρα. Plinius duo itidem genera conyzæ tradit, tria Dioscorides; quorum primum majus vocat, estque mas Theophrasti; alterum minus, & est fœmina Theophrasti; tertium inter utrumque medium.

Τὸ μὲν γὰρ θῆλυ, &c.] Utrumque genus Plinius lib. 21. cap. 10. describit his verbis, *Et conyzæ duo genera in coronamentis, mas ac fœmina. differentia in folio; tenuius fœminæ, & constrictius, angustiusque.* Hoc genus Nicandri Scholiastes λεπτόφυλλον vocari auctor est, ad hunc Nicandri versum in Theriacis,

Ἠὲ καὶ λεπτόθριοι πολύθροα φύλλα κονύζης.

Vel florens minimæ coma parva conyzæ.

Ad verbum, *vel salubria teneras frondes habentes conyzæ folia.* Scholiastes. Καὶ ἡ κόνυζα δὲ, εἶδος βοτάνης, ἣν καὶ λεπτόθριον εἶπεν ἤγουν λεπτόφυλλον. τὸ δὲ πολύθροα ἤγουν πολυφάρμακα. γράφεται δὲ καὶ πολύχνοα ἤγουν πολὺν χνοῦν ἔχοντα. εἰσὶ γὰρ χνοώδη, ὥσπερ τὰ χνοῦδια. Id est, *Conyza herba quam dixit leptothrion, id est tenuifoliam, πολύθροα, idem est, ac si dicas πολυφάρμακα, ad multa medicamenta utilē, medicamentosam. Scribitur, in aliis exemplaribus polychnoa, lanuginosa, quod multa lanugine folia prædita sint.* Posterior lectio magis quam vulgata arridet. Non enim tam salubria, quam lanuginosa conyzæ folia. Hesychius quod fœminæ folia pauca tenuiaque, mari vero multa, eaque lata & pinguiora, fœminam ἄφυλλον vocat, marem εὔφυλλον. Κόνυζα βοτάνη ἄφυλλος. τινὲς δὲ φυτόν τι εὔφυλλον ἱκανῶς, &c. Fœmina videtur esse quæ ἄφυλλος illi dicitur, quod tenuia & angusta habeat folia: marem autem inquit esse εὔφυλλον, quod folia huic latiora & ampliora.

Τὸ δὲ ἄῤῥεν, &c.] Marem folio latiore & ampliore ait, ideo, recentioribus μεγάλη & πλατύφυλλος dicta. Neophytus, κόνυζα ἑτέρα ἡ δὲ μεγάλη, πλατύφυλλος. Plinius, ut mox dicam, cunilaginem vocat, ac quidem marem loco citato sic describit; *Imbricatum maris (folium) & ramosius, flos quoque magis splendet &c.* Ramosum qua ratione folium dicatur, non capio; nec imaginari possum, unde imbricatum esse maris conyzæ folium habeat, nec quo sensu id dixerit, scio. Theophrastum si secutus est Plinius, ex quo habet, quæ hoc capite de conyza; scribe, *Maris amplius, eadem ramosior, flos quoque ejus magis splendet.* Placet aliis; *imbricatus mas & ramosior.* Sed hujus lectionis ne vestigium quidem apud Theophrastum; quod etiam fatentur qui eam probant. Unde igitur lectionis memoratæ auctoritatem petunt? Ex Hesychio, apud quē hæc habentur, Κόνυζα βοτάνη ἄφυλλος. τινὲς δὲ φυτόν τι. εὔφυλλον ἱκανῶς, διὸ καὶ σίβαδας ἐξ αὐτοῦ ἐποίουν. Ἔστι δὲ ὅτι ἐν ταῖς στέγαις ἐπέβαλον ἐξ αὐτῆς ἀντὶ σωλήνων, ἐχρῶντο δὲ καὶ ἐπὶ τὰ σαρώματα. *Conyza herba ἄφυλλος, (sine foliis) alii plantam satis foliatam scribunt. Idcirco stramenta ex ea faciunt, (σίβας stramentum ex gramine, paleis, foliis) etiam imbricum vice tectis tegendis utuntur. insuper scopas ex iis parant.* De mare inquiunt, intelligendum, quod ait φυτὸν esse ἱκανῶς εὔφυλλον. *Ideo & stramenta ex ea farciebant, & scopas faciebant.* Sed &, imbricum vice, tectis tegendis utebantur, ἀντὶ σωλήνων. Σωλῆνες, οἱ στεγαστῆρες. Hoc Plinius cum fortè legisset, conyzam masculam usum σωλήνων præbere tegendis casis; imaginatus est, folia eam habere imbricata. Equidem solet Plinius eandem historiam sæpe ex pluribus contexere. Imbrices tegulæ vocantur, σωληνοειδεῖς & tabulatæ, quod imbrem derivent in tectis. Glossæ; Imbrices, καλυπτῆρες, idem sunt, quod στεγαστῆρες. Simiæ ungues imbricatos esse, idem Plinius alicubi prodit, id est σωληνοειδεῖς. & Cypriam laurum folio esse per ambitum imbricato. Ita etiam putavit imbricatum esse folium conyzæ, quod auctores quidam scripserint, usum præstitisse σωλήνων ad tecta tegenda. Id verò maximè est ridiculum. Imbricatum alio sensu apud Vitruvium legitur lib. 2. cap. 8. *Incerta vero cæmenta alia super alia sedentia, inter seque imbricata, non speciosam, sed firmiorem quam reticulata præstant structuram.* Sed vetustissimus liber eo loco scriptum habet: *inter seque implicata*; quod melius est. Ulva palustri, frondibus, harundine, stramentis tegi olim teguria solita, notius, est quam ut debeat doceri. Ergo conyza ad eundem usum adhibita. Et sic quidem intelligenda verba Hesychii: Ἔστι δὲ ὅτι καὶ ἐπέβαλον ἐπὶ ταῖς στέγαις ἀντὶ σωλήνων. Hactenus viri magni. Hæc si sententia Plinii, dictaque de causa dixit imbricatū folium conyzæ; ineptus admodum est. Sed quid si leganus, *imbricatum maris, eadem & ramosior, flos quoque ejus magis splendet.* At quomodo, inquiet quis, imbricatum maris folium dici potest? Eodem quo lauri Cypriæ. Imbricatum, idem est quod crispum. Laurus Cypria margine crispo. Plinius lib. 15. cap. 30. *Cypriam esse folio brevi, nigro, per margines imbricato, crispam.* Crispiam inquit esse & probat, quod per margines folia sint imbricata. id est, imbricis modo curva & obtorta. Hæc si vera lectio, ac ejusdem explicatio, ex parte Hippocratem, ex parte Theophrastum sequitur Plinius. Hippocrates lib. 2. de morbis mulier. Ἢν δὲ ἡ δὲ ... χέτται ἡ ὑστέρη, ἀλλ' ἀφιῇσι. καὶ θερμὸν οὐκ ἔχει ἐν ἑωυτῇ — καὶ ῥοῦς ἐρυθρῆς ἴσον. κόνυζα ποίη ὅμοιον δὲ ἐστι σελίνῳ οὔλῳ. φύεται δὲ ἄγχιστα θαλάσσης ἐν χωρίοισι ψαμμώδεσιν. ὀδμὴ δὲ τούτου δηνιος. τοῦτο σὺν μέλιτι καὶ οἴνῳ πρόσθες. *At si uterus semen non retineat, sed emittit, neque calorem in se habet, — & rhoes rubri parem portionem. Conyza herba apio crispo similis est, ad mare in locis arenosis nascens, cujus odio intolerabilis; hanc cum melle & vino in subdititio apponito.* Corruptus codex Hippocratis: nullum conyzæ genus cum apio similitudinis quid habet, nec illud ὅμοιον quo referri debeat, video. Dioscorides olivæ folia similia ait, Idem recentiorum observatione constat. An ergo scripsit Hippocrates, ὅμοιον δὲ ἔχει τὸ φύλλον ἐλαίᾳ οὖλον· φύεται, &c. An vero, ὅμοιον δὲ ἐστι (subintellige φύλλον) ἐλαίᾳ οὔλῳ, *folium habet simile oleæ crispū.* vel *simile fert (folium) olivæ crispæ.* Sed nullum oleæ genus crispum. Utcunque se res habeat: illud σελίνῳ ferri non potest. Præter omnem veritatem est, cum apio quandam vel exiguam habere similitudinē. Cogitaram quandoque scribendum, ὅμοιον δὲ ἔχει φύλλον ἑλενίῳ, οὖλον. *Folium habet helenio simile, crispum.* Certè conyzæ genus foliis helenii laciniatis reperitur. Sed hoc in Batavia provenit locis palustribus, & humidis, procul à mari; cum in maritimis nasci scribat conyzam Hippocrates. Fortassis illud, vel simile genus in Græciæ locis mari proximis provenit. Parva certè mutatio, si scribatur, ὅμοιον ἑλενίῳ οὔλῳ, vel ὅμοιον δὲ ἔχει φύλλον (illa vox desiderari videtur) ἑλενίῳ, οὖλον, φύεται, &c. Fortassis majus descripsit Hippocrates, & helenio comparavit, quod hirsuta sunt, & duplo quam olivæ majora, ex viridi pallentia & nonnihil crispa. Ex hisce, quas attuli, lectionum varietatibus, hanc præfero, ὅμοιον δὲ ἔχει φύλλον (adde, vel, si placet, subintellige) ἑλενίῳ, οὖλον, φύεται. Ex Hippocrate ergo habet Plinius, cum scribit, maris conyzæ folium imbricatum, id est crispum, vel margine crispo. Ego tamen, ut ingenuè quod sentio fatear, Plinium Theophrastum sequi existimo, ac scribendum, ut supra dixi, *Folium maris amplius, eadem & ramosior, flos quoque ejus magis splendet.* Sed & alio modo imbricatum dici potest conyzæ folium. Imbrex aquæ ductus, vel tegula curva & obtorta, per quam imber defluit. Mediæ, præsertim, conyzæ folia canalis quandam ideam ostendunt, ea parte qua caulem ambiunt, ad modum tegulæ curvæ & obtortæ. An idcirco imbricatum folium dixit Plinius? Sed, quam dixi, opinionem servo: sc. Plinium Theophrastum sequi, ejusque codicem corruptum.

Καὶ μετ' Ἀρκτοῦρον λαμβάνει, &c.] Corrigunt. καὶ μετ' Ἀρκτοῦρον βλαστάνει. Quippe cum circa Arcturum, & post Arcturum germinent. Huic lectioni non favet Plinius, qui loco citato scribit, *Flos quoque ejus magis splendet, serotinus utrique post Arcturum.* Florent, inquit Theophrastus, circa Arcturum & post Arcturum. Sero etiā germinant, sed non post, aut circa Arcturum, ut viri magni volunt. Arcturus tempore Columellæ oriebatur 15. Cal. Oct. Columella libr. 11. de re rustica cap. 2. *15. Cal. Octob. Arcturus exoritur, Favonius, aut Africus, interdum. Eurus, quem quidem Vulturnum appellant.* Idem Columella paulo ante, *Non. Septemb. Arcturus exoritur, Favonius, vel Corus.* Nulla planta Septembri mense germinare incipit. plures jam periere: nec potest de priori exortu Theophrasti locus intelligi. Nam tum maturè satis & floreret, & germinaret. Idem Columella libro & capite citato undecimo; *Calend. Martii Arcturus prima nocte oritur, frigidus dies Aquilone, vel Coro, interdum pluvia.*

Hæc

Hæc ut melius à Lectoribus intelligantur, notandum est, duplicem esse occasum & ortum syderum, ἡλιακὸν & κοσμικόν. Plinius libr. 18. cap. 25. *Exortus occasusque binis modis intelliguntur: aut enim adventu solis occultantur stellæ, & conspici desinunt, aut ejusdem abscessu proferunt se. Emersum hoc melius, quam exortum consuetudo dixisset, & illud occultationem potius, quam occasum. Alio modo quo die incipiunt apparere, vel desinunt. Oriente sole, aut occidente, matutini vespertinique cognominati, pro ut alterutris eorum mane, vel crepusculo contigit.* Ἡλιακὸν occasum vocat cum solis adventu stellæ occultantur & occidunt: ortum ἡλιακὸν, cum solis abscessu proferunt se & oriuntur. Alter modus oriendi & occidendi κοσμικὸς dicitur. Ortus κοσμικὸς, est quando oriuntur cum sole & & mundo: occasus, quando cum iisdem occidunt. Arcturus 15. Calendis Octobris ἡλιακῶς oritur, κοσμικῶς occidit. Oritur Arcturus κοσμικῶς, quia cum sole & mundo oritur ac provenit. Occidit ἡλιακῶς, quoniam sol vicinior stellam occultat & visibus nostris subtrahit. Conyza serò germinat & sero floret, post, vel circa Arcturum. De flore tantum accipi potest, quod de conyzæ tardo proventu scribit. Si enim de vernali & cosmico loquitur ortu, præmaturè admodum floret & maturè germinat; atqui sero florere, sero germinare ait, Ergo heliacum solarem Arcturi ortum, id est, quæ sole descendente fit, intelligit; & quidem florendi tantum tempus designat, non germinandi; quippe tum omnis germinatio peracta est. Vulgata ergo Theophrasti lectio servanda, κοὶ μετ' Ἀρκτοῦρον λαμβάνει; scilicet, τὸ ἄνθος, *quippe cum circa Arcturum, & post Arcturum florere incipiant.*

Ἡ δὲ θήλεια δριμυτέρα, &c.] Hippocrates conyzam ait odore esse intolerando. Plinius libr. 21. cap. 11. sententiam Theoph. sic reddidit lib. 21. c. 11. *Mas odore gravior, fœmina acutior, & ideo contra bestiarum morsus aptior.* Ad hæc viri summi; *Immò ad fugandos serpentes aptior, quia odorem habet vehementiorem. Dioscorides de conyza:* Δύναται δὲ ὁ θάμνος σὺν τοῖς φύλλοις ὑποστρωννύμενος σὺν τοῖς φύλλοις καὶ θυμιώμενος τὰ θηρία διώκειν. Frutex cum foliis substratu suffituq; venenatas bestias fugat. *Explicat quod dixit Theophrastus, fœminam conyzam, ideò χρησίμην πρὸς τὰ θηρία haberi, quia gravioris sit & acutioris odoris, quam mascula. Quod Plinius malè explicat de morsibus bestiarum.* Τὸ δριμὺ *intentionem atque exuperantiam odoris, tam boni quam mali significat. Cum igitur dicit Theophrastus masculæ conyzæ* βαρεῖαν *esse* ὀσμὴν, *fœminæ vero* δριμυτέραν, *non suaviorem odorem fœminæ adstruit quam masculæ, sed in graveolentia longè acutiorem ac penetrantiorem.* Hesychius, δριμὺς, ὀξὺ, σφοδρός. *Dioscorides tamen fœminam conyzam* εὐωδεστέραν *facit:* ἡ μὲν τις μικρὰ καλεῖται, εὐωδεστέρα οὖσα. *Quæ non est mens Theophrasti. Idem Dioscorides tertiam speciem adjungit, quam dicit utroque priore,* βαρυοσμοτέραν δὲ πολλῷ καὶ ἀηδεστέραν. *Ergo ingrati & insuavis odoris priores. Sanè* τὴν δριμύτητα *separat* ἀπὸ τῆς εὐωδίας *Theophrastus, ubi de succorum differentiis agit.* Αἱ δ' ἤδη δριμύτητά τινα ἔχουσι, καθάπερ ἡ τοῦ θύμου καὶ θύμβρας, αἱ δὲ καὶ εὐωδίαν. *Dioscorides ipse de Polycnemi foliis,* δριμύ τι μετὰ τῆς εὐωδίας ἀποπνέοντα. *Quare* δριμύτης *etiam esse potest absque* εὐωδίᾳ. *Et sane hæc vox inibetur* τῆς εὐωδίας καὶ τῆς δυσωδίας, *ex æquo significat. Myrepsus meminit Conyzæ odoratæ,* κονύζης εὐώδους. *Hæc erit conyza libanotis cognominata. Sane quidam Neoterici baccharum pro conyza obtrudunt; alii baccharum Monspeliensium vocant. Forte & in Hesychio, ubi de conyza loquitur, corrigendum,* ἣ καὶ εἰς τὰ ἀρώματα χρῶνται. *Vt ut sit, hæc conyza odorata diversa est ab utroque genere Theophrasti, quod fœtidum est.* Hactenus viri magni. Duo notanda: unum quod volunt vocem δριμύτητα intensionem significare: alterum quod Theophrasti mentē de odoribus non satis intellexerunt. Omnino probandum, τὸ δριμὺ intensionem significare, Hesychii locus, ut mox declarabo, nihil facit ad rem. Δριμύτης odor à βαρυοσμίᾳ & εὐωδίᾳ diversus. Theophrastus lib. de odoribus. Τῆς δὲ εὐωδίας καὶ κακωδίας, οὐκ ἔτι τὰ εἴδη κατωνόμασται καίπερ ἐχόντα διαφορὰς μεγάλας· ἐπὶ γὰρ τῶν γλυκέων καὶ πικρῶν μᾶλλον. ἀλλὰ δριμεῖα λέγεται καὶ ἰσχυρὰ, καὶ μαλακὴ, καὶ γλυκεῖα καὶ βαρεῖα ὀσμή· κοινὰ δὲ εἶναι τούτων καὶ τῶν κακωδῶν. *Cæterum suavis tetriq; odoris species vocabulis notata non sunt, quanquam in magno alioqui discrimine. Nam dulcia, & amara formis designata sunt. Verum acris dicitur, vehemens, mollis, dulcis, gravis odor; cum istorum nonnulli communes quoque sint rerum male olentium.* Manifestè acrem à gravi distinguit. Acris etiam odor gravi suavior; acris moschi odor & vehemens, attamen suavis; nec omnis odor gravis ingratus. Tum enim rosmarinum odore ingrato esset. Dioscorides, ut supra notavimus, βαρύοσμον dixit; experientia tamen suaviter odoratum docet; sed, ut monet Dioscorides, cum gravitate quadam. Porro, ut ad alterum veniamus, non agit Theophrastus loco à clarissimis viris citato, de odoris, sed de saporis suavitate; Εὐωδία enim capite 19. lib. 1. non significat odoris, sed saporis suavitatem; quod ea quæ præcedunt & sequuntur ostendunt. Ad finem enim capitis, εὐώδη τοῖς ἀχύλοις opponit. Ἔτι δὲ καὶ διαφέρουσι κατά τε τὰς ὀσμὰς καὶ τοὺς χυλούς, ὡς τὰ μὲν εὔοσμα καὶ εὐώδη, τὰ δὲ ἄοσμα καὶ ἄχυλα παντελῶς εἶναι τῷ αὐτῷ μορίῳ. Vide quæ ad caput citatum annotavimus. Cæterum Dioscorides εὐωδεστέραν dixit alteram conyzam; non quod εὐώδης sit, sed quod minus quam cæteræ species fœteat: tum quod non tam βαρὺ, quam δριμὺ spirat. Alius odor gravis, alius acris. Acris enim potest esse sine gravitate; quod vel sinapi docet. Eodem sensu & Myrepsus suavem dixit conyzam. Sed videndum quibus notis conyzam suam delineet Dioscorides lib. 3. cap. 136. Κόνυζα ἡ μέν τις μικρὰ καλεῖται εὐωδεστέρα οὖσα. ἡ δὲ μείζων, ὑπερέχουσα τῷ θάμνῳ, καὶ τοῖς φύλλοις πλατυτέρα, καὶ βαρύοσμος. ἀμφότεραι δὲ προσεοίκασι τοῖς φύλλοις ἐλαίᾳ. ἔτι δὲ δασέα πάντα καὶ λιπαρά. ὕψος δὲ τοῦ καυλοῦ ἡ μὲν μείζων, δύο πήχεων ἔχει. ἡ δὲ ἐλάττων, ποδός. ἄνθος ψαφαρὸν, μήλινον, ὑπόπικρον, (vetus ὑπόμικρον) ἐκπαππούμενον· ῥίζαι δὲ ἀχρεῖοι — Γίνεται καὶ τρίτον εἶδος κονύζης. ἔτι δὲ καυλῷ παχυτέρω καὶ μαλακωτέρω, τοῖς δὲ φύλλοις μείζω τῆς λεπτῆς, ἐλάσσω δὲ τῆς μείζονος, οὐ λιπαρά, βαρυοσμοτέρα δὲ πολλῷ, καὶ ἀηδεστέρα καὶ ἀπρακτοτέρα. φύεται δὲ ἐν ἐφύδροις. *Conyza quædam parva vocatur, odore præstantior, major altera, quæ frutice altior est, foliisque latioribus & graveolens. Vtriusque folia oleæ similia, at hirsuta & pinguia. Et majoris quidem conyzæ caulis in binûm cubitorum altitudinem assurgit, minoris vero pedem æquat. Flos squalidus* (friabilis) *est, lutei coloris, & subamarus, ac in pappos abit: Radices autem supervacuæ. — Est & tertium conyzæ genus caule crassiore molliore que, foliis mediæ inter majorem & minorem amplitudinis. Minime autem pinguis ea est, at odore longe gravior, atque adeo injucundior simul & inefficacior. Locis aquosis provenit.* Εὐωδεστέραν dixit minorem conyzam, non quod odorata sit, sed quod minus quam cæteræ fœteat. Hanc mentem Dioscoridis ex iis quæ de tertia prodidit Conyza facile est colligere. Βαρυοσμοτέραν δὲ πολλῷ καὶ ἀηδεστέραν. Idem de tertia Conyza tradit Galenus libr. 7. simpl. Ἔστι δὲ καὶ τρίτον εἶδος κονύζης ἐν ὑγροτέροις χωρίοις φυόμενον, ἀμφοῖν δυσωδέστερον καὶ ἀσθενέστερον. *Est & tertium conyzæ genus in locis humidioribus proveniens, utrisque illis tum graveolentius, tum imbecillius.* Conyza ergo omnis gravioris & mali odoris. Unde ergo Plinius mellis odore habere tradidit, cum mel nec graveolens sit, nec fœtidū? Docti corruptum codicem existimant, ac restituunt; *Folia fœminæ meliorem odorem habent, masculæ radix libanotis appellatur; de qua diximus.* Frustra corrigunt; vulgata servanda. Satis clare mellis odorem spirare lib. 20. cap. 16. scribit, ubi turpiter cum origano, thymbráque, quæ cunila dicta, confundit conyzam. *Tertium, inquit, genus est* (cunilæ) *ejus quæ à Græcis mascula, à nostris cunilago vocatur, odoris fœdi, radicis lignosæ, folio aspero. Vires ejus vehementissimas in omnibus generibus earum* (scribe, *ad eam rem*) *tradunt. Manipulo quoque ejus abjecto* (alter codex *objecto*) *omnes è tota domo blattas convenire ad eam. Privatim adversus scorpiones ex posca pollere. Tribus foliis ex oleo peruncto homine, fugari serpentes. E contrario, quæ mollis vocatur, pilosioribus foliis & ramis aculeatis, trita mellis odorem habet, digitis tractu ejus cohærescentibus. Altera thurn, quam libanotidem appellamus. Medetur utraque contra serpentes ex vino vel aceto. Pulices etiam contritæ* (adde particulam copulativam, *&*) *cum aqua sparsæ necant. Sativa quoq; suos usus habet. Succus ejus cum rosaceo auriculas juvat. Ipsa ad ictus bibitur. Fit ex ea montana, serpillo similis, efficax contra serpentes. Vrinam movet, &c. Tertium,* inquit *genus, quæ à Græcis mascula.* Hactenus de duobus generibus origani egit, & cunilam vocavit; tertium cunilæ genus masculam vocari ait, à Romanis Italisve cunilaginem. Supra diximus ex Plinio, Hyginum cunilaginem vocare conyzam. Atqui conyza Græca planè diversa est à cunila sive origano: & tamen addit Plinius; *Vires ejus vehementissimas in omnibus his generibus ad eam rem tradunt.* Id est, ad morsus serpentum. Ergo conyza, vel potius cunilago, in generibus cunilarum, id est origanorum, vires præ cæteris habet maximas. Sed conyza, vel cunilago Hygini non est ex origanorum genere. Similem quidem obtinet potentiam ac facultatem, & quidem adversus serpentes majorem vim habet; sed inde non sequitur conyzam origano ὁμογενῆ esse. Nemo Græcorum origanum in marem & fœminam divisit; conyzam Theophrastus. Cunilago ergo est conyza, & quidem mascula. Eam gravis ac fœdi odoris scribunt Theophrastus & Dioscorides. Origanum omne suaveolens, nequiquam fœtens. Cunilaginis radix Plinio lignosa.

Dioscorides ῥίζαν conyzę ἀχρεῖον esse scribit. Solet & Plinius plantarum radices nullius usus lignosas dicere; qui pergit, *E contrario mollis vocatur pilosioribus foliis, &c.* In Indice hæc cunila mollis describitur. Dioscorides utriusque conyzæ maris & fœminæ folia hirsuta esse dicit, & pinguia, δασέα καὶ λιπαρά. Tertium genus addit τῷ καυλῷ παχύτερον καὶ μαλακώτερον. Ergo conyzam tertiam cum prioribus confundit generibus. *Ramis aculeatis;* De aculeis conyzæ nihil Theophrastus, nihil Dioscorides. Falsum est aculeos habere. & tamen spinosam esse conyzam, tradit Pollux, atque inter ea numerat ex quibus sepes fiunt. Τάχα δὲ καὶ χοῖνος βάτος ὀρχάνη, ῥάχος, κόνυζα, κηφος, καὶ πάνθ' ὅσα ἀκανθώδη τοῖς καρποῖς ἐπὶ φρουρὰν περιβάλλεται. Inter spinosas conyzã recenset Pollux. Sed nescio utrum ad opus illud idonea satis conyza. Major fortassis ad opus tale conveniens, cui duûm cubitorum altitudinem tribuit Dioscorides: sed hanc aculeatam non tradidit Plinius, nec aculeos spinasve fert ullas. Minor autem nullo pacto, ne imaginatione quidem, idonea dici potest; pedem quippe non superat. Sed nemo præter Plinium spinosam unquam tradit conyzam; spinis etiam caret. Sed corruptus codex Pollucis. Pro κόνυζα scribe κνύζα. Κνύζα spinæ genus, ἀπὸ τοῦ κνύειν, quod & κνύζειν, ut πρίειν, πρίζειν, & similia. Sed & κνύζα etiam κατὰ συγκοπὴν dicitur κόνυζα, *herba spinis carens.* Hesychius κνύζα κνηθμὸς ἀπὸ τοῦ κνύζειν ἐπὶ τῶν κυνῶν, καὶ ἡ κόνυζα κατὰ συγκοπήν. Ita locus iste legi debet. Duæ ergo plantæ κνύζης nomẽ audiunt; spinosa & spinis carens. Utramque confundit Plinius, Κνύζα ἀπὸ τοῦ κνύζειν inter aculeatas plantas locum habet, ex qua sepes parantur. κνύζα vero, quę & κόνυζα, ex qua stramenta fiunt, inter aculeatas recenseri non potest. Odore melleo conyzam describit Plinius: at mel suaveolens, conyza omnis graveolens & fœtida. De mellis odore nihil Theophrastus, nihil Dioscorides. Aliunde igitur habet Plinius, & liberè si liceat dicere, ex Theocriti versu male intellecto, qui extat Eidyl. δ.

Αἰγίπυρος, καὶ κνύζα, καὶ εὐώδης μελίτεια.

Ægipyrus cnyza & odoratum melissophyllum.

Verba, Εὐώδης μελίτεια, putavit ad κνύζαν referenda, vel libertum aliter legere existimavit. Non solet diligenter ad ea quæ præleguntur attendere Plinius. *Altera,* inquit, *Thuris, quam libanotida appellamus.* Puto Plinium alibi legisse, conyza folia thuris instar suffumigari ad fugandas serpentes, indeque thuris odorem huic adscripsisse; sed in re incerta certi nihil statui potest. Perinde est unde hæc de mellis & thuris odore habeat; neminem fugit, omnem conyzam fœtidam esse. Ex recentioribus in eundem impegit errorem Neophytus, & Auctuarii auctor. Κόνυζα λεπτόφυλλος, οἱ δὲ κόνυζα μικρά, οἱ δὲ πάνιος, οἱ δὲ λιβανωτίς. Illud λιβανωτίς, vel à Plinio habent, vel ab alio, qui similiter conyzæ historiam cum adorata quadam planta confundit. Putavi quondam λιβανωτίδα dictam, quod aliquid similitudinis habeat cum libanotide: sed omnia planè dissimilia habent libanotis & conyza. Sequitur; *Fit ex ea montana, serpyllo similis, &c.* Fit ex ea, nempe cunila quæ libanotis dicitur, montana; serpyllo similis. Hoc partim Dioscorides de tragorigano, partim de heracleotico. Hactenus locum examinavimus, nunc quæ de conyza Theocryti tradat Scholiastes, ejusque insignes errores excutiamus. Ad versum citatum hæc Interpres Græcus; Κνύζα φυτὸν χορτῶδες, ὃ αἱ θεσμοφοριάζουσαι διὰ τὴν ἁγνείαν στιβαδοποιοῦνται. δοκεῖ γὰρ ἡ βοτάνη ψυχρὰ οὖσα ἐπέχειν τὰς πρὸς συνουσίαν ὀρέξεις. Νόμος γὰρ ἦν Ἀθηναίοις κατ' ἔτος τελεῖν τὰ θεσμοφόρια ταῦτα· παρθένοι, γυναῖκες, καὶ τὸν βίον σεμναί. (forte καὶ γυναῖκες κατὰ τὸν βίον σεμναί) καὶ κατὰ τὴν (dele καὶ) ἡμέραν τῆς τελετῆς, τὰς νομίμους βίβλους καὶ ἱερὰς ὑπὲρ τῶν κορυφῶν αὐτῶν ἀνετίθεσαν, καὶ ὡσανεὶ λιτανεύουσαι ἐπήρχοντο εἰς Ἐλευσῖνα. ἡ δὲ Ἐλευσὶς ἐστι λιμὴν τῆς Ἀττικῆς. *Cnyza planta herbacea, quam qui festa Cereris celebrant, propter castitatem, lectis substernunt. frigida enim herba videtur, ac coitus appetitum inhibere. Lex Athenis est, qua virginibus mulieribus, & quæ castam vitam agunt, singulis annis festum Cereris perficere mandatur. Eo autem die quo festum hoc absolvitur, legales & sanctos libros vertici imponunt, & quasi supplicantes progrediuntur ad Eleusinam. Eleusis autem est Atticæ palus.* Idem Scholiastes Eidyl. ζ. ad hunc versum.

Χἁ στιβὰς ἑσσεῖται πεπυκασμένα ἐς τ' ἐπὶ πᾶχυν
Κνύζα τ' ἀσφοδέλῳ τε πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ.

Et thorus densatus erit ad cubitum usque
Cnyza, asphodelo, & flexibili apio.

Τὴν κόνυζαν κνύζαν εἶπεν. ἔστι δὲ φυτὸν ψυκτικώτατον. ὅθεν καὶ ἐν τοῖς θεσμοφορίοις ὑποστρωννύουσι τὸ φυτὸν, τὴν θερμότητα τὴν κατὰ τὰ ἀφροδίσια ἐκκόπτοντες. *Cnyzam conyzam vocat; est planta frigidissima. Quare in thesmophoriis festis Cerealibus mulieres & virgines sibi cubitus substernunt ex hac planta, ut veneris æstum exscindant ac extinguant.* Duo triave consideranda. An conyza planta frigida. Affirmat id Nicandri Scholiastes in Theriacis. Κόνυζα εἶδος βοτάνης καταψυκτικὴ δὲ αὕτη πρὸς συνουσίαν. διὸ καὶ ταῖς θεσμοφορίαις ἱστρώννυτο. *Herba quæ refrigeranda potestate venereos impetus cohibet. Idcirco in Thesmophoriis substernitur.* Sed hic Scholiastes non majoris est auctoritatis quam alter. Majus argumentum ex Apollonio adferunt, qui apud Galenum lib. 2. κατὰ τόπους cap. 1. adversus capitis dolorem ex ardore conyzam præscribit. Sic enim habet capitis titulus. Τὰ ὑπὸ Ἀπολλωνίου γεγραμμένα περὶ τῆς κεφαλαλγίας τῆς δι' ἔγκαυσιν, Apollonii verba. Ἄλλο. κονύζης εὐώδους ἐμβαλὼν ὅσον δέσμον, ἑκκαίδεκα δακτύλων εἰς ὕδατος ὅσον ὀκτὼ κοτύλας ἤ, ἐξαιθριάσας κατάχεε πραείως. *Aliud. Conyzæ odoratæ fasciculum decem & sex digitorum in aquæ heminas octo conjectum sub dio per noctem exponito, & leviter aquam effundito;* Ad hoc argumentum titulo sequente respondet Galenus, Τὴν κόνυζαν. οὐ μόνον ἀδύνατον ψύχειν, ἀλλὰ καὶ θερμαίνειν μετρίως δυναμένην οἶδα, καὶ θαυμάζω πῶς αὐτὴν ἔγραψεν ὁ Ἀπολλώνιος ἐν τοῖς ψύχουσιν. *Conyzam refrigerare non solum impossibile est, verum & calfacere moderatè potentem novi, & miror sane cur inter refrigerantia Apollonius retulerit.* Calidam esse conyzam, negari non potest; odor, & sapor calidam testantur. Non tamen miror Apolloniũ adversus capitis dolores ex calida causa præscripsisse. Per se non refrigerat, sed per accidens, uti crocus. Notum satis, crocum oculis inflammatis adhiberi & prodesse. Ut crocus tenuitate sua oculorũ tunicas resolvit ac perspirabiles ita reddit, ut materia calida, inflammationis causa, exhalari & discuti possit; sic etiam conyza tenuitate, qua prædita, substantiæ poros capitis aperit, ut humor ardorem faciens, evaporare, tenuesque abire in aures possit. Venerem conyza inhiberi Nicandri & Theocriti Scholiastes scribunt, & præter hos nemo. Non refrigerando venereos impetus coërcet, sed partium tenuitate; non secus ac caphora evanescere facit omne quod est in semine aëreũ; quo dissipato, perit omnis Veneris libido. Scio vulgatam esse ac receptam sententiam, caphoram frigidam esse, idque quod sanguinem

Conyza Major.



(ut fama est) congelet. Hoc frigoris est, inquiunt, non caloris. Immo caloris est, non frigoris, & hoc ideò præstat, quod vis ejus tota penetret sanguinẽ. Puta, penetratio

tio omnis à calore est. Frigus enim, ut ait Philosophus, non ingreditur opera naturæ, vel congelat sanguinem, quod laxet & aperiat viam spiritibus. Docet experientia, sanguinem in patellis ob spirituum amissionem coagulari. Plura de hac quæstione alibi. Conyzæ genera plura observavit recentior ætas. Major, sive mas Theophrasti, quę pro legitima conyza habetur, plures ex eadē radice promit caules, sesquicubitales plerumque, aut majores, teretes, duros, lignosos, hirsutos, pingues, obsoleti coloris. Folia ex virore pallent, frequentia, inordinata, alternis caulem amplectentia, crassa, densa, oblonga veluti olivæ, sed ampliora, duploque ut plurimum majora, nonnihil crispa, ac serrata, hirsuta & pinguia, seu glutine quadam & pinguedine obsita. Extremi caules multis ornantur secundum longitudinem spicæ instar floribus luteis, rotundis, hieracio, aut senecionis fere similibus, & in pappum, ut illius, evanescentibus. His subest semen exiguum, ut hieracii, cinerei coloris: radix crassa, fibrosa, vivax & multis annis perstans, quotannis novos pluresque caules proferens. Tota planta pinguis, glutinosa, & lento glutine occupata, graveolens cum suavitate quadam. Tepidiore austrinoque cælo & aëre maritimo oblectatur; cujusmodi est Hetruriæ inter Florentiam, Aquaspendulas, & Romam, atque Nitiobrigum in maritimis Venetum & arvorum marginibus. Lucellæ, Massilarges, Monspellii. Super Olysipponem frequentissima ad collium Tago flumini imminentium radices, Murciano, item Valentino regno, atque etiam Narbonnensi agro juxta vias & vinearum margines. Apud Batavos fictilibus sata nascitur, & æstate flores producit; sed adversus hyemis injuriam munienda. Medium conyzæ genus, candida quoq; lanugine pubescit, ac gravis odoris virosum quoddā spi-

Conyza Media.



rat, caules emittit pedum, aut duûm dodrantum altitudine, rotundos, rectos, graciles, solidos & subhirsutos. Folia ejus oblonga, digitum lata, mucronata, hirsuta, margine nonnihil crenato: flores in fastigiis ramulorum orbiculati, subtus asperi, chamæmeli similes: sed non in medio orbiculo sive disco tantummodo, verum & ambitu lutei, & paulo majores, qui & in papposam lanuginem abeunt. Subest semen oblongum, fuscum, quod cum pappo sæpius avolat. Radice nititur lignosa, fibrata, nigricante, & perenni. Saporem flores habent amarum & acrem: folia gustu mitiora sunt; odorem spirat gravem, subacrem; præsertim flores, qui Iulio Augustoque mensibus conspiciuntur. Locis gaudet humidis: in convallibus mari proximis ac humectis frequens admodum reperitur. Locis etiam incultis, aridis, mari tamen proximis inveni. Lætius tamen locis humidis provenit. Et hanc conyzam puto Hippocratis. Folia helenium satis referunt, sed multo minora, margines crenati; unde ουλὸν dixit venerandus senex τὸ φύλλον κηνύζης. De fœtore nemo dubitat: vulgo fœtidam conyzam vocant. Minor conyza raro plus uno assurgit caule, cubitali, plerumque minore, ramoso, hirsuto etiam & glutinoso, sed magis virente quam superioris. Folia sunt triplo minora ad linariæ folia acceden-

Conyza Minima.



tia, villosa tamen pinguiaque etiam illa. Extremi ramuli secundum longitudinem, veluti in majore flosculos sustinent, minores & longè minus splendidos; radix (omnium quidem, quas observavit diligentissimus Clusius, ejus generis stirpium) singularis & annua. tota planta majore odoratior est. Crescit autem frequentissimè in agris non procul Madritio, via qua Toletum itur; reperitur & in Narbonnensi Gallia infra sylvulam illam, secundum quam via est, à Mompelio Peraul, stagnis adjacentem pagum. Ex Hispanico semine nata est Clariss. Clusio Viennæ; etiam aliquot annis in horto perstitit, ex semine deciduo rediviva. Floret autem cum majore; sub autumnum videlicet, & subinde semen profert. Præter hanc & alia ostenditur non æquè odorata, sed graveolentior, eaque de causa cum delineatione Dioscoridis magis conveniens. Exigua est herba, palmum aut dodrantem alta, incana quoque & lanuginosa, odoreque cæteris referens. Folia exigua sunt, flores chamæmeli mediis orbiculis aut tanaceti similes, è colore luteo subnigricant, qui, ut aliorum, in lanuginosos ac molles pappos pereunt. Radix tenuis est. Humidis ac riguis locis creberrima exit. Describuntur & alia conyzæ genera, ac quidem aliud majoris generis à plurimis ostenditur, quod folia habet primo anno è semine prodeuntia, quam jam descriptæ conyzæ latiora, instar verbasculi, sive primulæ veris, sed tamen minora, nigriora, lanuginosiora, sive molliora, in terram refracta & in mucronem desinentia. Altero deinde anno caulem fert rotundum, sesquicubitalem, nonnunquam ab una radice plures, graciles, solidos, foliis jam dictis minoribus vestitos, interdum in adnata divisos. In quorum fastigiis sunt capitula, à quibus exeunt stamina lutea, aut ex luteo nonnihil purpurascentia, florem constituentia, longitudine plerumque unciali, undique in rotundum, radiorum instar, explicita, quæ in pappos abeunt: subest semen oblongum, fuscum, parvum. Radice nititur lignosa, fibrata & perenni; saporem habent flores & folia amarum. Nec ingrato odore stirps, sed aromatico; nec glutinosa, sed sicca. Quare conyza major esse

 nequit,

nequit: unde aliis baccharis videtur. Sed de hac quæstione alibi. Locis apricis & aridis frequens, petrosa & veteres etiam muros non refugit. Media etiam species altera apud Batavos reperitur, caules proferens crassos, leviter striatos, sed interius inanes, vacuosque, circa fastigia in ramulos divisos: folia, quæ caulem plurima ambiunt, margine crispa ac veluti incisa, Helenio alioquin non dissimilia; unde conyza Helenitis incisis foliis à Lobelio vocatur. Flores lutei sunt; fibræ similiter pro radicibus nigræ, molli tenuique lanugine, & hæc tota incanescit, sed minus graveolens; flos in lanuginem etiam perit, mellis odorem quadantenus referens. quare legitimæ conyzæ genus esse nequit. Flor. t æstate. plurimis Hollandiæ aquosis locis reperitur, & circa Atrebatum fines locis palustribus. Invenitur & aliud genus huic odore totaque forma non dissimile, nisi quod folia non sunt incisa: sesquicubitalibus caulibus assurgit, incanis ac lanuginosis, foliis vestitis digitalibus, vulgari non dissimilibus, parte suprema viridioribus, aversa incanis ac candidis, rha foliis emulæ similibus. Flores conyzæ, lutei, qui & in pappos abeunt, odore melleo, sapore acriusculo. Radix fibrosa, vulgari bacchari non dissimilis. Locis palustribus apud Batavos exit, floret æstate. Hactenus de conyza. Cujus plura genera delinearunt summi Botanici Carolus Clusius, Lobelius, Bauhinus, quos curiosus adeat Lector.

Νάρθηξ.] Sic dicitur, teste Phavorino, παρὰ τὸ νεφθεῖν, ἢ χθὼν κάτωθεν τῷ ἀμώου κεῖσθαι, id est *subter*, *infra*. *quod ex edito loco deorsum versus dejectus sit*. Respicit ad furtum Promethei, quem Poëtæ fingunt, Minervæ auxilio fretum, ascendisse cœlum, ibique ferula ad currum solis admota, ignem rursus in terras detulisse, ut docet Horatius libr. 1. carminum.

Audax Iapeti genus
Ignem fraude mala gentibus intulit,
Post ignem Ætheria domo
Subductum.

Idem canit Nicander.

Ῥεῖα δὲ νάρθηκος νεάτην ἐξαίνυσο νηδύν.
Ὅς τε Προμηθείοιο.

Cætera desiderantur. Scholiastes, Ὅς τε Προμηθείοιο. τουτέστι τῆς κλοπῆς τῆς ἐπιούσης τὸν νάρθηκα, ἐπεὶ ὁ κλέψαντα τὴν κλοπὴν τοῦ κλέπου Προμηθέως. κλοπὴν γὰρ λέγει αὐτὸ τὸ πῦρ. Ferulam à furto Promethei commendat, quod ea ignem Iovi abstulerit, & ad homines in mundum transtulerit. Versus supra citatos in hunc sensum reddidit Gorræus.

Exime & interno ferulæ de ventre medullam,
Quæ quondam furtivo incanduit igne Promethei.

Vel νάρθηξ dicitur παρὰ τὸ νεφθεῖν, quod bacilli ex eo fiant, quibus sustentantur senes, aliique corpore debiles. Malunt alii νάρθηκα dici, quod thyrsum ferat. Πολλοὶ τοι ναρθηκοφόροι παῦροι δέ τε βάκχοι, *plures thyrsigeros, paucos est cernere bacchos*. Supra carmen illud à nobis expositum. Ferula thyrsum non gerit, sed umbellam. Ferula à ferendo, quod scapi illius pedamenta fruticibus & senibus baculi ac scipiones essent. Plinius lib. 13. cap. 22. *Nulli fruticum levitas major, ob id gestatu facilior, baculorum usum senectuti præbet*. Baccho etiam sacra & Sileno. Vino enim titubantes fulcit, nec onerat tamen. Est enim, ut idem Plinius ait, ligno dutissimo foris, licet intus lignum non habeat. Grammatici ferulæ nomen à feriendo impositum contendunt. Antiquitus enim discipulorum manus ferula cædebatur. Eleganter Columella in Hortulo.

Nec manibus miteis ferulas, nec cruribus æque,
Terga rubi, spinisque ferat paliuron acutis.

Idem eodem Libello.

Capparis, & tristes imilæ, ferulæque minaces
Plantantur.

Iuvenal. Satyr. 1.

Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos, &c.

Id est, nos quoque literas didicimus & præceptorum opera, qui ferula manus percutiunt, usi sumus. Lepidissimus Poëta Martialis, sceptrum pædagorum appellat. Terrent quippe ludi magistri hac magis quam lædunt.

Ferulasque tristes sceptra pædagogorum.

Ausonius ad Theonem.

Ausonius, cujus ferulam nunc sceptra verentur.

Innuit se Imperatorum præceptorem esse, vel regium magistrum. Sic Ovid. lib. de arte Amand. de Achille.

Poscente magistro
Verberibus jussas præbuit ille manus.

Idem libris Amorum ad Auroram.


Tu pueros somno fraudas, tradisque magistris,
Vt subeant teneræ verbera sæva manus.

Τοῖς νάρθηκος καὶ &c.] Duo agnoscit ferulæ genera, νάρθηκα, & quam ναρθηκίαν vocant, *ferulaginem* Gaza. Plinius loco citato. *Ferula calidis nascitur locis, atq; trans maria, geniculatis nodata scapis. Duo ejus genera. narthecia Græci vocant, assurgentem in altitudinem, narthecyan vero semper humilem.* Idem 19. cap. 9. *Ferulæ duo genera in peregrinis fruticibus diximus. Semen ejus in Italia cibus est. Conditur quippe duratque in urceis, vel anni spacio. Duo ejus genera: caules & racemi. Corymbiam hanc vocant, corymbosque quos condiunt.* Pro, *semen ejus in Italia cibus est*; Scribo, *germen ejus in Italia cibus est.* Primis germinibus, sive asparagis, in cibis utebantur, & caule. Antiqui codices pro, *duo ejus genera*, habent, *duo ea genera; caules & racemi.* Forte legendum, *duo alia genera, (faciunt) caules & racemi.* Ut sit sensus; duo ferulæ summa genera, eadem in duo alia subdividi, in id quod caulem ferre permittunt, & cui adhuc tenellus caulis demetitur. Ac quidem prius corymbiam ferulam vocabant, quod in caulem assurgere permittebant, ut corymbos sive umbellas nascentes ad condituram colligerent. Alterius, cujus nomen tacet Plinius, caulem gliscentem, tenellum, & adhuc convolutum demetebant, ut vel recentem comederent, vel in condimento servarent. Ferulæ condituram docet Columella lib. 12. cap. 7. *Olusatrum & ferulam, & fœniculum cum legeris, sub tecto exponito dum flaccescat: deinde folia, & corticem omnem folliculorum detrahito: caules si fuerint pollice crassiores, arundine secato, & in duas partes dividito: ipsos quoque flores, ne sint immodici, diduci & partiri oportebit, atque ita in vasa condi, deinde jus quod supra scriptum est* (fiebat hoc ex aceti duabus partibus, & una duræ muriæ.) *infundi, & paucas radiculas laseris, quod Græci σίλφιον vocant, adjectas, ita spissamento fœniculi aridi contegi, ut jus superveniat.* Aliam præter datam ferulæ differentiam tradit idem Plinius, maris & fœminæ lib. 20. cap. 23. *Ferula semen anetho simile habet. Quæ ab uno caule dividitur in cacumine, fœmina putatur. caules eduntur decocti, commendanturque musto ac melle, stomacho utiles, sed plures sumpti capitis dolorem faciunt.* Mas ergo est quæ à pluribus in cacumine dividitur caulibus; fœmina, quæ ab uno. Hanc differentiam Plinius nec ex Theophrasto, nec ex Dioscoride habet.

Διαφέρει, &c.] Ferulæ ferulaginisque differentiam ostendit, utramque eleganter adeo describens, ut melius ab alio describi nequeat. Id fecit, non quod rara admodū planta ferulæ, sed quod multæ plantæ huic comparari soleant. In ferulæ historia hæc observanda. Scribe ex Aldino & Basiliense codice pro, καυλὸν ἐπὶ κεφαλῆς, &c. καυλὸν ἐπὶ πολὺ κεφαλῆς, &c. pro μικρὸ. ἐξ ἄκρου, &c. πολὺν μικρὸν. ἐξ ἄκρου, &c. Ἀμαυρόσπερμον ait, Gaza vertit, *semen obscurum*. Cave credas semen adeo minutum esse ac parvum, adeoque tunicis aliisque involucris tectum, ut conspici nequeat. Sed intellige semen esse colore obscuro, tristi, neutiquam venusto, splendido, grato. Quod ait ἐπιετειόκαυλον esse, id verum est; sed singulis annis apud nos novum non promit caulem, in quo flos & semen, sed solet demum tertio, quartove anno caulē ferre, florere, semen producere; quod ubi peractum, interit tota planta, nec reviviscit unquam. Semel, aut bis tantum observavi plantam proximo vere nova folia promisisse. Videamus quid de ferula Plinius tradat. lib. 13. cap. 22. *Et ferulam inter externas dixisse conveniet, arborumque generi adscripsisse; quoniam quorundam naturæ (sicut distinguemus) lignum omne corticis loco habent, hoc est forinsecus: ligni autem loco fungosam intus medullam, ut sambuci: quædam vero inanitatem, ut harundines. Ferula calidis nascitur locis, atque trans maria, geniculatis nodata scapis. Duo ejus genera: Narthecia Græci vocant, assurgentem in altitudinem, Narthechiam vero semper humilem. A genibus exeuntia. Folia maxima, ut quæque terræ proxima: Cætero natura eadem quæ anetho & fructu similis. Nulli fruticum levitas major; ob id gestatu facilior, baculorum usum senectuti præbet. Semen ferulæ thapsiam quidam vocavere, decepti eo quod ferula sine dubio est thapsia, sed sui generis.* Plinius brevis in ferulæ historia, copiosior, clarior & dilucidior Theophrastus, quem sequi debuisset. Arborum generi adscribit ferulam; cum

cum omnis arbor caulem ferat perpetuum, nulla annuum, Theophrastus suffruticibus annumerat; quod foliola habeat parva. Cur peregrinis & externis adscribit? Italiæ est familiaris. Caulem, & germen Italis cibum esse, constat ex iis quæ de conditura ex Columella & Plinio supra attulimus. *Quoniam quorundam naturæ, &c.* Rationem reddit cur arboribus adnumeret. Scribe, *Quoniam quorundam naturæ (sicut distinguimus) lignum omnino corticis loco habent, &c.* Verum quidem est sambuci medullam fungosam, inanes quasdam arundines: sed inde non sequitur, ferulam arboribus annumerandam. Ineptus foret, qui calamos (de vulgaribus loquor, non de Indico) inter arbores recenseret: nec omnis, ut Plinius hoc loco docere videtur, inanis; sed quidam farctus & plenus. Ferulam calidis locis nasci ait. Frigidis sata provenit, sed adversus hyemis injurias muniri debet: vehementiores enim non fert. Pro *narthechiam*, scribe, *narthecyam. A genibus exeuntia folia maxima, &c.* Explicat hæc Theophrasti verba, καὶ γονατώδη ἀφ᾽ ὧν τά τε φύλλα βλαστάνει, οἱ καυλοὶ ποιεῖ μικρὸν: *à genibus, id est à geniculis; cætero natura eadẽ, quæ anetho, &c.* Dalecampius ex Theophrasto legit, *Floris natura eadẽ quæ anetho & fructus similis. ob id gestatu facilior, &c.* Sincerior lectio; *Ob id gestatu facilis baculorũ, &c. Semen ferulæ thapsiam, &c.* Corruptus codex; scribe, *speciem ferulæ thapsiam quidam vocavere.* Vide caput Thapsia. Hactenus Plinius. Ferulæ descriptionem non tradidit Dioscorides. Etenim quæ ad finem capitis leguntur viris maximis merito suspecta sunt, quod apud Oribasium non reperiantur. Hæc ad calcem capitis habentur. Ὁ δὲ νάρθηξ καυλὸν ἀναφέρει τρίπηχυν (scribunt alii, ὅτε δὲ νάρθηξ) πολλάκις. φύλλα δὲ ἔχει μαράθρῳ ἐμφερῆ, παχύτερα δὲ πολὺ καὶ μείζονα. ἐξ οὗ καὶ τὸ σαγάπηνον γίνεται κολαπτομένης πρὸς τῇ ῥίζῃ. Ferula itaque (ferula altera) caulem profert ternûm plerumque cubitorum. Folia vero habet fœniculi; at longe crassiora (Ruellius τραχύτερα, *asperiora*; vulgata præstat) majoraque. Sagapenum quoque ex ea proximè radicem vulnerata manat. De Sagapeno galbanoque quæ succi ex ferula dicuntur, si detur occasio, lib. 9. agam. Ferulam recentiores observarunt latifoliam & tenuifoliam. Ferula caulem promit quatuor, non raro quinûm cubitorum, geniculatum, glabrum, crassum, & sub finem æstatis durum, ac lignosum, unicum, sed circa cacumen ramosum, fœniculo crassiorẽ; ex quo si prima germinatione foliorũ futurorum ac umbellarum rudimentum eximatur, ovi

Ferula.



coctum luteum magnitudine referet; quod corculum ἐγκεφάλιον τ̃ νάρθηκος nonnulli appellant. Sub cineribus assatum; prius tamen charta, aut linteo madefactis convolutum, mox pipere & sale conspersum, non modo gustui gratissimus est cibus, sed etiam ad excitandam Venerem valentissimus. Folia grandia sunt, mollia & multifida, in capillamenti modum attenuata, multo, quam fœniculi majora, pinguiora, crassiora, alterno ordine disposita; umbellæ tum in fastigio, tum in alis prægrandes, latæ, anetho alioquin similes; flosculi in his lutei. Succedunt semina, foliacea; compressa, ex oblongo rotunda, lata & plana. Radix magna, recta, & altè in saxorum commissuras hiantes rimas descendens, evulsu difficilis, candida, lacteo pinguique succo turgida, odorem vehementem vibrans. Iunio ac Iulio, vel etiam prius, in calidis regionibus floret, ac semen non multo post perficit; perit deinde caulis, qui annuus est. Sponte provenit in complurib. Atticæ ac Asiæ regionibus, nec deest in Europa. Nam in Apulia & Gallia Narbonnensi frequens est; præsertim illis rupibus præruptisque saxis prope subterraneas cryptas, via qua Monspelio Frontiguanam itur ad rectam.

Ὁ μανδραγόρας, &c.] Mandragora quasi τῆς μάνδρας τὸ γέρας, speluncarum, stabulorumque honos, quod ad mandras pecorum, aliasque speluncas proveniat. Μάνδρα, *spelunca, pecorum stabulum.* Theocriti Scholiastes Eidyl. δ. ad hunc versum, Καὶ πετὶ τὰν μάνδραν κατέλαμβανον, ἆμος ἐνέργει. *juxta speluncam deprehendi.* Τὴν τῶν βοσκημάτων ὀρχήστραν, ἢ μάκτραν, ἢ βάκτραν, ἥ ἐστι σκεῦος ξύλινον ἀβακοειδὲς, ἐν ᾧ φυρῶσι σίδησιν. ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ μάττειν καὶ φυρᾶν ἐν αὐταῖς τὰς μάζας. *Ovium caula vel mortarium in quo pinsitur farina, vas est ligneum in formam abaci, quo ad subigendam materiem utuntur. nomen accepit quod in his maras pinsent ac terant.* Mandragora hæc Theophrasti diversa est ab illa, quam Dioscorides describit. Dioscoridis mandragora caulem habet, nullum Theophrasti, instar ferulæ. Dioscoridis prior mandragora fructum fert sorbi, altera fructum similem quidẽ fert, sed duplo majorem, ex luteo pallidũ. Theophrasti mandragora, acino uvæ similem habet fructum succo vinoso. Sed pro ῥαγώδης, doctissimi viri restituunt, ᾠοειδής, id est *ovatus.* Hanc libenter probarem Lectionem, si Dioscoridis, Theophrastiq; mandragora eadem foret. Sed cum altera caule sit ferulaceo, altera caule careat; hanc lectionem probare nequeo: maximè cum reperta sit planta, quæ ad amussim omnes quas Theophrastus tradit notas habeat. Dioscorides mandragoram describit lib. 4. cap. 75. ubi tria genera mandragoræ recenset. Sed nobis quę de tertia tradit suspecta admodum sunt; tum quod in antiquis codicibus descriptio hujus mandragoræ desideretur; tum quod ejus mentionem nullam faciunt, Oribasius, & Plinius. Accedit quod alterum genus μώριον vocari tradit, quo nomine tertium describit. Μανδραγόρας, οἱ δὲ ἀντίμηλον, οἱ δὲ διρκαίαν, οἱ δὲ Κιρκαίαν καλοῦσιν, ἐπειδὴ δοκεῖ ἡ ῥίζα φίλτρων εἶναι ποιητική. ἔστι δὲ αὐτῆς ὁ μέν τις θῆλυς, ὁ μέλας, θριδακίας καλούμενος. φύλλα ἔχων στενότερα (quidã codex post ἔχων, addit, περὶ τὴν ῥίζαν) καὶ μακρότερα (vulg. exempl. μικρότερα, vetus quidam, πικρότερα. μικρότερα, probat Oribasius) θριδακίνα, βρωμώδη (vetus, δυσώδη) καὶ βαρέα κατὰ τὴν ὀσμὴν, κεχυμένα δὲ ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ παρ᾽ αὐτὰ μῆλα οὔοις (vetus λευκόϊοις ὠῶν) ἐμφερῆ, ὠχρά, (vetus ὠχροειδῆ, nec malè, nisi Dioscorides sibi contrarius esse velit. Oribasii Interpres *achradibus*, quasi scriptum foret ἀχράδοις vel ἀχράσι. Sambuci probo lectionem) εὐώδη, ἐν οἷς καὶ καρπὸς ὥσπερ ἀπίου. ῥίζαι εὐμεγέθεις δύο ἢ τρεῖς, ἀντεμπεπλεγμέναι ἀλλήλαις, μέλαιναι (vetus, μέλαιναι καθάπερ ἔφην) κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, ἔνδοθεν λευκαὶ καὶ παχύφλοιοι. Καυλὸν δὲ οὐ φέρει. Τοῦ δὲ ἄρρενος καὶ λευκοῦ ὃ ἔνιοι νώριον (vetus νόριον, μώριον scribendum) ἐκάλεσαν, φύλλα ἐστὶ (φέρει vet.) μεγάλα, λευκὰ, πλατέα, λεῖα, καθάπερ τεύτλου. τὰ δὲ μῆλα διπλάσια (Cal. τριπλάσια) κροκίζοντα τῇ χροίᾳ, εὐώδη μετὰ βάρους τινός. ἃ καὶ ἐσθίοντες οἱ ποιμένες ποσῶς ἀποκαρόῦνται. ῥίζα δὲ ὁμοία τῆς προ αὐτῆς, μείζων δὲ λευκοτέρα. ἄκαυλος δὲ καὶ αὐτή. — Ἱστοροῦσι δὲ καὶ ἑτέραν μώριον λεγομένην, φυομένην ἐν παλισκίοις καὶ περὶ τὰ ἄντρα. (Lac. legit in vet. cod. καὶ ἀνύδροις) φύλλα ἔχουσαν ὅμοια τῷ λευκῷ μανδραγόρᾳ, μικρότερα δὲ ὡς σπιθαμιαῖα, λευκὰ κύκλῳ περὶ τὴν ῥίζαν, ἥτις ἁπαλὴ καὶ λευκή, μικρῷ μείζονα σπιθαμῆς, πάχος δακτύλου μεγάλου, &c. *Mandragoram nonnulli antimalum, aliqui Dircæam, alii etiam Circæam idcirco vocant, quod credatur radix in amatoriis efficax esse. Duo ejus genera: niger, qui fœmina existimatur thridacias appellatus, foliis est quam lactucæ angustioribus & longioribus, in terra sparsis: atque inter ipsa mala gerit sorbis similia, ex luteo pallida, odorata, & in his semen, ceu pyrorum. Radicibus autem inhæret bene magnis, binis ternisque invicem implicitis, nigris foris, intus albis, crasso cortice vestitis; caule vero viduus est. Alterius candidi, qui & mas dicitur à nonnullis morion vocatus est, folia sunt magna, alba, lata, levia ceu betæ: poma quam prioris duplo majora, colore in crocum inclinante, jucundè cum gravitate quadam olentia: quæque si manduntur à pastoribus, ii quodammodo soporantur: radix ante dictæ similis, & major, atque candidior; orbata & hæc caule* — *Porrò & aliam tradunt esse mandragoram,*

mandragoram, quæ morion etiam nominatur; nascitur is in opacis & juxta specus, foliis albi mandragoræ, at minoribus: pene dodrantalibus, candidis, radicem ambientibus: quæ quidem tenera est candidaque, paulo major palmo, pollicemque crassitudine æquat. Ex his nemo non videt aliã Theophrasti, aliam Dioscoridis esse mandragoram. Dioscoridis mandragorã ἀνθρωπόμορφον, Pythagoras vocavit, quod radice hominis figuram repræsentet. Eleganter in hortulo Columella.

> *Quamvis semi hominis vesano gramine fœta*
> *Mandragoræ pariat flores, mæstamque cicutam.*

Semi hominis dixit, quod mandragoræ radices ut plurimum à medio ad imum bifurcatæ nascantur, adeò ut crura hominum modo habere videantur. Quapropter si eo effodiantur tempore, quo fructum ferunt, qui mali instar super folia ad terram procumbentia brevi pediculo appensus parum à radice distat, hominis brachiis carentis effigiem referunt. Columellæ mentem non expressit antiquissimus interpres: negat (scilicet hortulos) ferre mandragoram, quæ naturam quandam cum hominibus mixtam habeat, cum mas sit & fœmina. Ad formam, non ad genera respexit Columella. Malè Albertus Magnus scribit, mandragoram sic hominis figuram præ se ferre, ut sexus & aliorum accidentium differentias ostendat. Impostores & nebulones sunt, qui tales figuras in bryoniæ radicibus sculpunt. Vana & fabulosa Albertus tradidit: credunt mulierculæ, & certò affirmant, quod mandragoræ radices humanam effigiem repræsentent. Ignarum vulgus fabulatur nasci mandragoræ radices (pisdieben vocant) ex urina furum, quibus laqueo vita adempta; ac hinc persuasum habet eas haud quaquã effodi posse, nisi magno vitæ discrimine, cane qui extrahat, radicibus adalligato, & auribus pice occlusis ac obturatis, ne radicis epulatum percipiant fodientes, quod audito; planctu ac lamentatione periclitentur, intereantque. Hanc puer sæpius audivi fabellam. Nec radices humanam formam mentientes mandragoræ sunt, sed bryoniæ. Nebulones sunt, qui has, ut infœcundas mulierculas decipiant, venales circumferunt. Credunt quippe mandragoram fœcunditati prodesse, quippe sacra pagina docet, Patriarchæ Iacobi uxorem Rachaelem sterilem, pomo mandragoræ (ut vulgatus interpres habet: nam utrum cucurbitam, an aliam plantam vox דודאים *dudaim* designet, non constat) redditam fœcundam. Scribit Doctissimus Langius Epist. lib. 2. *Et Rachael venusta, sed sterilis Iacobi Patriarchæ uxor, quamvis fœcunditatem à Deo precariò obtinuerat, non tamen prius concipere potuit, quam poma mandragoræ à sorore Lya accepta gustasset, quorum fœcundas vires pleræque Bononensium uxores, me consule, expertæ sunt.* Ergo ex sententia Langii dudaim mandragora. Eadem quoque, ut idem observavit, infœcundis prodest; sed ex causa calida. Non imponunt ac fallunt tantum mulierculis nebulones isti, qui Bryoniæ radicem pro mandragora vendunt, sed in summum etiam vitæ discrimen eas inducunt. Turbat enim valde & movet bryoniæ radix, partus necat, mentem subturbat. Cæterum in hunc fermè modum bryoniæ radicem sculpunt, ut figuram mentiatur humanam, & formas tam virorũ, quam mulierum. Cælant, dum adhuc virent, infixis hordei aut milii granis, iis in partibus ubi crines enasci volunt, post facta scobe tenui sabulo obruunt, quousq; grana illa radices agant, ac germina emittant, id quod xx. ad summum peragitur diebus. Tum eas eruunt, & adnatas è granis radices & germina, acutissimo cultello scindunt, aptantque ita, ut capillos, barbam, & cæteros corporis pilos referant. Mitto impostores. Mandragora antimalum dicitur, quod malo seu pomo adæquetur. Circææ nomen à Circe invenit: quoniam, ut ait Dioscorides, radix videtur ad venerem conducere. Fœmina θριδακίας vocatur, quod folia lactucam referant. Fructum, inquit, similem οὔοις *sorbis*, quomodo Oribasius & Serapio legerunt. Interpretem enim malè *mespilum* vertisse puto, cum *sorbum* dicere deberet. Malunt tamen alii ᾠοῖς *ovis*, aut potius cum vetere codice legere, ᾠῶν λεκύθοις, *ovorum luteis*. Nobis vulgata placet, quod ea maximorum virorum & experientiæ nitatur auctoritate. Marem μόριον, pro quo μωρίον lego, vocari tradit, nomine imposito quod fatuitatem inducat & somnum. Unde mandragoram bibisse, doctè & eleganter ii dicuntur, qui velut aspide icti, somniculosi, nimisque desides sunt, atque ita quodammodo adeo sensu destituti, ut excitari nequeant. Iulianus Cæsar in epistola ad Calixenem. Οὐ φαίνεται πολλὴν πάνυ μανδραγόραν ἐκπεπωκώς; *an non videtur multam hausisse mandragoram?* Sic & Demosthenes Philippica quarta. Ἀλλ' οὐδ' ἐγερθῆναι δυνάμεθα, ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσιν, ἤ τι φάρμακον ἄλλο τοιοῦτον ἐοίκαμεν ἀνθρώποις; *verum nec quimus excitari, sed consimiles hominibus videmur, qui mandragoram, aut id genus pharmacum aliud biberunt.* Itidem qui dormitant in negotio, sub mandragora dormire dicuntur. Lucianus in Timone. Πῶς γὰρ καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρᾳ καθεύδεις, ὃς οὔτε τῶν ἐπιορκούντων ἀκούεις, οὔτε τοὺς ἀδικοῦντας ἐπισκοπεῖς. *quo*, inquit, *modo Iupiter, tanquam sub mandragora dormis, qui neque pejerantes audis, neque juris violatores advertis?* Idem quoque Lucianus inter magnificas Demosthenis laudes, ab illo inquit solitos excitari Athenienses, velut ex mandragora dormientes. Ratio istorum est, quoniam fructus mandragoræ hypnoticus est, quo significatur somni conciliator. Τὰ δὲ μῆλα ὀσφραινόμενα καὶ ἐσθιόμενα καρωτικά, *poma & olfactu & cibo sunt soporifera.* Plutarchus & vinum, quod ex vite cui mandragoras vicinus, somniferum scribit libr. de audiendis Poëtis. Ὥσπερ γὰρ ὁ μανδραγόρας ταῖς ἀμπέλοις παραφυόμενος, καὶ διαδιδοὺς τὴν δύναμιν εἰς τὸν οἶνον, μαλακωτέραν ποιεῖ τὴν καταφορὰν τοῖς πίνουσιν. *quemadmodum autem mandragoras juxta vites nascens, suamque in vinum vim diffundens, efficit ut suavius dormiant, qui id biberint.* Novit & hanc mandragoræ virtutem Hannibal. Non injucunda relatu historia est, quam tradit Iulius Frontinus Stratagematon secundo. *Hannibal*, inquit, *missus à Carthaginensibus adversus rebellantes Aphros, cum sciret gentem esse avidam vini, magnum ejus modum mandragora permiscuit, cujus inter venenum & soporem media vis est. Tunc prælio levi commisso, ex industria cessit: nocte deinde intempesta, relictis intra castra quibusdam sarcinis, & omni vino infecto, fugam simulavit: quumque Barbari occupatis castris, in gaudium effusi medicatum merum avidè hausissent, ac in defunctorum modum strati jacerent, reversus cepit eos ac trucidavit.* Plinius utriusque Dioscoridis & Theophrasti mandragoram miscuit, ac eandem fecit libr. 25. cap. 13. *Mandragoram alii Circeium vocant. Duo ejus genera; candidus qui & mas; nigero quæ fœmina existimatur, angustioribus foliis, quam lactucæ, hirsutis & caulibus, radicibus binis ternisque rufulis, intus albis, carnosis, tenerisque, pene cubitalibus. Fert mala avellanarum nucum magnitudine, & in iis semen ceu pyrorum. Album, hoc alii arsen, alii morion, alii hippophlomon vocant. Hujus folia alba, quam alterius latiora, ut lapathi sativæ. Cavent effossuri contrarium ventum, & tribus circulis ante gladio circumscribunt: postea fodiunt ad occasum spectantes. — Odor gravis ejus* (succi) *sed radicis & mali gravior.* Hactenus Plinius. *Hirsutus*, inquit *& caulibus.* Neuter mandragoras à Dioscoride delineatus caulem habet; Theophrasti ferulaceum caulem habet; Ferulæ caulis non est hirsutus, sed glaber. Nihil de hirsutie Theophrastus, nihil Dioscorides. Quod de caule scribit, id ex Theophrasto habet, quod de hirsutie, ex Dioscoridis verbis malè intellectis. Libertus legit, βρωμώδη καὶ βαρέα κατὰ τὴν ὀσμήν, Plinius pro βαρέα, δασέα intellexit, & ad caulem, quem non habet, retulit. Sed non dissimulandum, in antiquo codice scriptum, *& æqualibus.* Alterius folia Dioscorides lævia inquit, de æqualitate nihil. Lævia quidẽ sunt, sed non æqualia; rugosa enim & crispa. Quam vellem scribere, *foliis augustioribus quam lactucæ, & hirsutis, sine caulibus. radice, &c.* Vel, *& hirsutis, ex caulibus. radice, &c.* Sed quod sequitur omnem hanc conjecturam impedit. Succus fit ex malis & caule, deciso cacumine, &c. *Radicibus binis ternisque ruffulis, &c.* Antiquus codex, ut monet venerandus Aquileiensis Patriarcha, habet, *radicibus binis ternisque foliis.* Scribe ex Dioscoride, *radicibus binis ternisque nigris foris, intus albis, &c. Fert mala avellanarum nucum magnitudine.* Hoc nec ex Dioscoride, nec Theophrasto sumpsit, nisi forte pro ῥαγώδης, καρυώδης legerit Anagnostes, vel libertum sic legere existimaverit Plinius. Ex alio auctore hoc hausisse puto. nisi hoc scripserit, quod sorbi & avellanæ fructus, non multum invicem cedant magnitudine. Sed hoc frivolum videtur. Sequitur, *alii hippophlomon vocant. Hippophlomon*; si non *hippomoron* ex antiquo codice scribendum, quod folia verbasco majori, albedinis gratia, similia sint. Hippomoron verò, quod insignem fatuitatem adferat. *Latiora*, inquit, *quam lapathi sativæ.* Dioscorides folia ait esse alba, magna, lata, lævia, ceu betæ. Quod de colligendi modo sequitur, habet ex Theophrasti lib. & cap. 9. Mandragoræ mari folia sunt numerosa, nonnihil rugosa, magna, longa, lata, lævia, dilutè virentia, veluti betæ, sed majora, ampliora, humi strata. Crispa instar dipsaci, olida. Flosculi in gracilibus, & singularibus pediculis inter folia exeunt, herbaceo candicantes colore, mali insani non dissimiles; mala inde rotunda, aurei luteive coloris,

ve coloris, relucentis lævoris, soporifero odore, suaveolentia, in quibus semina modice plana, compressa, & ab una parte renum instar sima, ex luteo albicantia, aut cæsia. Radix prolixa, carnosa, candicans, aut in pallido subfusca, intus candida, crasso cortice constans, ipsaque radix manum crassitudine implet, subinde bifida, aut trifida, implexa, crura bina, & clunes quasi disparata ostentans. Quam ad formam alludit non inscitè septentrionalis nomenclationis interpretatio, quæ mandragorã quasi **man & dragen**, virigeram, sive hominigeram connotat. Quanquam fortasse malint alii nomen illud inditum, quod fœcundas reddat fœminas steriles. Fœminæ folia angustiora sunt, & minora, nigrioráque, per terram etiam sparsa: fructus pallidiores, minores, turbinati, sorbi aut pyri effigie, sed non minus odorati: radix prolixa quidem, sed minor, foris amplius nigricans, interius albida. Caret uterque caule, & folia ab ipsis promit radicibus; mature floret, Aprili si hyems clementior, & ver tepidius, alioquin Majo. Fructus Julio, Augustoque maturus: adversus hyemis injurias muniendа. Memorabile quod viri magni scribunt, quò intensius frigus internum futurum est, eo magis in terram sese abdere. Vidi mandragoram folia nova mensibus Octobri, Novembri, Decembri produxisse; observavi Octobri protulisse, sed hyemem admodum inclementem fuisse benè memini: novi in Martium usq; mensem folia latuisse, cum mitis nec sæva fuisset hyems. Apud nos sponte non nascitur, ac quidem satus tantummodo reperitur, & fœmina quidem perquam rarissimè. In calidis regionibus sylvestribus & montosis gignitur, veluti in Gargano Apuliæ monte. Redeo ad Theophrastum; qui mandragoram caulem ferulaceum habere ait, & fructum ῥαγώδη; pro quo viri maximi ὠοειδῆ *ovatum* frustra restituunt. Nec enim sic convenit Dioscoridi cum Theophrasto. Dioscorides mandragoram ἄκαυλον ait, Theophrastus caulem ferulæ instar ferre. Fructum Dioscorides vel ex pallido luteum, vel in croceum inclinantem ait, Theophrastus nigrum. Ῥαγώδη malè vertunt *racematum*; ῥὰξ *acinus uvæ*, in quo celantur vinacea dicta, etiam impropriè acini, id est, γίγαρτα: ῥὰξ vero est *uvæ granum*: id est κόκκ@ σταφυλῆς. Verte ergo, *peculiaris mandragoræ fructus: niger enim, & acino uvæ similis, & succo vinoso*. Quæritur utrum Dioscorides mandragoram Theophrasti norit. Botanici magni mandragoram tertiũ Dioscoridis, & Theophrasti eundem asserunt, ac quidem belladonam vulgo dictam mandragoram tertium dicunt. Equidem non negamus belladonam mandragorã Theophrasti esse, sed tertium Dioscoridis esse inficias imus. Mandragoras enim tertius, ut scribit Dioscorides, mandragoræ mari similia folia fert dodrantalia, humi jacentia, radicem ambientia. Quibus verbis demonstrat nec belladonam, nec mandragoram Theophrasti, tertium quem describit, esse. Belladona solano similia producit folia, neutiquam humi jacentia, nec radicem ambientia. Idem de mandragora Theophrasti dico. Caulem fert: quæ vero caulem producunt, præcipue magnum qualis ferulæ, ad summum radicis folia non habent, sed cauli adnectuntur, & ex caule prodeunt. Sed tertium illum mandragoram non vidit Dioscorides, & ex aliorũ relatu describit: ἱστοροῦσι δὲ καὶ ἑτέραν, ait, *tradunt & aliã esse mandragoram, &c.* Accedit, ut supra dixi, quod ea quæ de tertio traduntur mandragora, Dioscoridis esse non videantur. Desiderantur enim in veteribus nonnullis codicibus, nec referuntur ab Oribasio, Plinioque; quare merito suspecta. Alii solani genus esse contendunt. Sed quod nam solani genus? Placet summi & nobiliss. viri Fabii Columnæ opinio, qui solanum maniacum primum Dioscoridis, & belladonam quam mandragoram Theophrasti esse dico, eandem ait esse plantam. Atqui unum tantum solani maniaci genus describit Dioscorides. Attende ad verba, & singula diligenter examina; duo solani maniaci genera descripta esse, mecum fateribus; Sed codex corruptus admodum; vulgo legitur. libr. 4. cap. 74. Στρύχνον μανικὸν, ὃ ἔνιοι πέρσιον, οἱ δὲ θρύον ἐκάλεσαν. τούτου τὸ μὲν φύλλον παραπλήσιόν ἐστιν εὐζώμῳ, μεῖζον δὲ ἀκάνθης, ἥτις καὶ παιδέρως καλεῖται. καυλὸς δὲ ἀνίησιν ἀπὸ τῆς ῥίζης ὑπερφυεῖς, δέκα ἢ ιβ, ὀργυιᾶς ἔχοντας ὕψος. τὴν κεφαλὴν ἐπικειμένην ὥσπερ ἐλαίαν, δασυτέραν δὲ ὡς πλατάνου σφαῖραν. μείζονα δὲ καὶ πλατυτέραν. ἄνθος μέλαν. μετὰ δὲ τοῦτο καρπὸν ἴσχει βοτρυοειδῆ, στρογγύλον, μέλανα, ῥαγάδας (uterque cod. ῥάγας, quæ ex sententia Goupyli, vera est hujus loci scriptura. Sic & ὁμοίους, μαλακούς) ἰ ἢ ιβ' ὁμοίας κισσοῦ κορύμβοις, μαλακὰς ὥσπερ σταφυλή. ῥίζα δὲ ὑπεστι λευκή, παχεῖα (vet. πηχυαῖα) κοίλη ὡς πηχυαία. φύεται ἐν ὀρεινοῖς χωρίοις, καὶ προσηνέμοις, καὶ πλατανῶσι. *Solanum maniacum seu furiale, nonnulli persion, nonnulli thryon appellavere. Huic folium erucæ proximum, at majus, ad acanthi, quem pæderota vocant, accedens folium. Caules vero à radice proceros emittit decem aut duodecim, ulnæ altitudine adolescentes: caput in cacumine olivæ figura, at platani pilularum instar hirsutius, majus tamen illa atque crassius: florem nigrum, cui succedit fructus ramosus, rotundus, niger, denis aut duodenis constans acinis, corymbis hederæ similibus, & ceu uvæ mollibus. Radix subjacet candida, crassa, concava, & ferè cubitalis. Nascitur in montosis locis vento perflatis, atque littoralibus petris, &c.*



Mandragora.

Duas hic describi plantas extra omnẽ controversiam est. Fieri quippe nequit, ut eadẽ planta fructus platani similes, atq; spinis horridos promat, ac etiam simul acinos nigros, molles, ut uva. Hoc inquam impossibile, nisi insitione factum fuerit; quomodo pyro malum inseri novimus. Sed de iis quæ arte ac insitione fiunt, non agit Dioscorides. Præterea nec ullum solani genus ad insitionem aptum. His ita positis, omnino concedendum, aut corruptum admodum codicem, aut Dioscoridem duarum plantarum historiam, more Pliniano, in unam miscuisse, ac omnia perturbasse. Alterutrum concedatur oportet; nobis mitior placet sententia. Corrigit Nobiliss. Fabius Columna: Στρύχνον μανικὸν ἔνιοι πέρσιον (de nominibus hoc loco non ero sollicitus; vide cap. 12. lib. 9. ubi de solani generibus agit Theophrastus.) οἱ δὲ θρύον, ἐκάλεσαν. τὸ μὲν καυλοὺς ἀνίησιν ἀπὸ τῆς ῥίζης ὑπερφυεῖς δέκα ἢ ιβ', ὀργυιᾶς ἔχοντας ὕψος: ἄνθος μέλαν, μετὰ δὲ τοῦτο καρπὸν ἴσχει στρογγύλον, μέλανα, μαλακὸν ὥσπερ σταφυλή. ῥίζα δὲ ὕπεστι λευκή, παχεῖα, κοίλη ὡς πηχιαία. φύεται ἐν ὀρεινοῖς χωρίοις, καὶ προσηνέμοις, καὶ πλατανῶσι. δύναμιν — τὸ δὲ ἕτερον φύλλον παραπλήσιόν ἐστιν εὐζώμῳ, μεῖζον δὲ ὡς πρὸς τὰ τῆς ἀκάνθης, ἥ τις καὶ παιδέρως καλεῖται. καυλὸν δὲ ἀνίησιν ὥσπερ ὀργυιᾶς τὴν κεφαλὴν ἔχοντα ἐπικειμένην ὥσπερ ἐλαίαν, δασυτέραν δὲ ὡς πλατάνου σφαῖραν, μείζονα δὲ καὶ πλατυτέραν. τούτου δὲ ῥίζα καὶ ἀφέψημα μετ' οἴνου πινόμενον δύναμιν ἔχει τοῦ ἀποκρημνίζειν. *Solanum maniacum, aliqui persim, alii thryon appellavere, alterum quidem caules ab radice ingentes emittit decem, aut duodecim ulnæ altitudinem habentes, florem nigrum, & post florem, fructum habet rotundum, nigrum, mollem, ut uva. Radix subest, alba, crassa, cava, cubitalis. Gignitur in montibus, & vento expositis, & platanetis. vim habet. — Alterum vero, folium habet simile erucæ, majus tamen; ad acanthi, quem pæderota vocant, accedens: caulem longitudine ferè ulnæ: caput incumbens olivæ figura, sed hirsutius, ut platani pilula, majus vero atque planius. Hujus radix.* — Ita hunc locum emendavit nobilissimus Fabius Columna, ac quidem primum solanum scribit Bellodonna, alterum vero quod vulgo Daturam vocant. De priori hoc loco, de posteriori cap. de solano. Laudo nobilissimi viri conatum, probo diligentiam; interea tamen, salvo meliori judicio, salva nobilissimi viri auctoritate, huic debeo quod Dioscoridis lectionem corruptam repererim, huic debeo quod Dioscoridis alterum solanum maniacum Theophrasti mandragoram

dragoram judicarim, huic gratias ago, quod, divina favente benignitate, ſolanum alterum Dioſcoridis, mandragoram Theophraſti agnoverim. Ignoſcat vir ſummus ſi paulo aliter legam. Scribe, Στρύχνον μανικὸν ἔνιοι πέριττον, οἱ δὲ θρύον ἐκάλεσαν, τούτου τὸ μὲν φύλλον παραπλήσιόν ἐστιν εὐζώμῳ, μεῖζον δὲ πρὸς τὰ τῆς ἀκάνθης, ἥτις καὶ παιδέρως καλεῖται. καυλὸν δὲ ἀνίησιν ἀπὸ τῆς ῥίζης ὀργυιᾶς δέκα ἢ ιβ´ ἔχοντας ὕψος· τὴν κεφαλὴν ἐπικειμένην ὥσπερ ἐλαίας, δασυτέραν δὲ ὡς πλατάνου σφαῖραν, μείζονα δὲ καὶ τραχυτέραν· ῥίζα δὲ ὕπεστι λευκή, παχεῖα, κοίλη, ὡς πηχέως. φύεται ἐν ὀρεινοῖς χωρίοις, καὶ προσηνέμοις, καὶ πλατανώσι. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον ὃ μὲν καυλοὺς ἀνίησι πολλούς· φύλλον ὠκίμου, μεῖζον δέ, ἄνθος μέλαν, μετὰ δὲ τοῦτο καρπὸν ἴσχει ῥαγώδη στρογγύλον μέλανα, ὅμοιον, κισσοῦ, μαλακὸν δὲ ὥσπερ σταφυλή: Id eſt; *Solanum maniacum nonnulli perittron, alii thryon vocant: huic folium erucæ proximum, majus autem, & ad acanthi, quem pæderota vocant, folium accedens. Caulem emittit à radice longitudine decem aut duodecim* (in numero erratum puto) *ulnarum, caput incumbens olivæ figura, ſed hirſutius, ut platani pilula, majus tamen & aſperius. Radix ſubeſt candida, craſſa, concava, fere cubitalis. Gignitur in montibus & vento expoſitis locis & platanetis. Eſt & alterum ſolani maniaci genus, quod radices emittit plures. Folium huic ocymi, ſed majus. Florem habet nigrum, & poſt florem fructum acino uvæ ſimilem, rotundum inſtar hederæ: ſed inſtar uvæ mollem.* Hanc lectionem magis probo, partim quod propius ad vulgatam accedat lectionem, partim quod ipſarum plantarum delineationes verius tradat. De priori lib. 9. agã, ubi probabo ita nominatum fuiſſe ſolanũ ab antiquis, & rationes addam: de ſecundo ſolano hoc capite agam. Addidi, φύλλον ὠκίμου, μεῖζον δέ, ex Plinio, qui lib. 21. cap. 31. *Tertio folia ſunt ocymi, minime diligenter demonſtranda, remedia, non venena tractanti, &c.* Ῥαγώδη pro ῥαγάδας; ἢ ιβ´ ex Theophraſto repoſui: voces βοτρυοειδῆ, & κορύμβοις delevi, quod belladona nec racemoſum ferat fructum, nec corymbis hederæ ſimilem. Cæterum, ſi cui hæc non arrident lectio, ingenuè fatemur nulla munitam eſſe auctoritate. Belladonna dicitur quod imaginationes non injucundas efficiat, vel, ut honeſtè ſatis Plinius, quod luſum generet lib. 21. cap. 31. *Quamquam Græci auctores in jocum vertêre: drachmæ enim pondere luſum pudoris gignere dixerunt, ſpecies vanas imagineſque conſpicuas obſervari demonſtrantes.* Eleganter Dioſcorides, Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα πινομένη μετ᾽ οἴνου < α´ πλῆθος φαντασίας ἀποτελεῖν οὐκ ἀηδεῖς. διὸ δὲ < ποθεῖσαι ἐξιστάνουσιν ἄχρι τριῶν ἡμερῶν, δ´ δὲ ποθεῖσαι, καὶ ἀναιροῦσιν. *Vis ea radici, ut drachmæ unius pondere pota ex vino vanas ſpecies & imagines haud injucundas menti repræſentet: duplicatus autem hic modus ad triduum uſque inſaniam, ſeu mentis alienationem faciat, & quadruplicatus, mortem etiam repræſentet.* Vide cap. 12. lib. 9. hiſtoriarum, ubi de maniaco ſolano agit Theophraſtus, ac alteri generi hanc facultatem adſcribit: ſed nihil impedit utrumque eadem facultate præditum. Belladonnæ ſive ſolano alteri maniaco, Theophraſti mandragoræ caules ex radice emittit plures, eâdem fermè altitudine aſſurgentes, bicubitales, tricubitales & altiores, rotundos, rectos, mediocris craſſitudinis, ramoſos, alis concavos, colore è ſubrubro nigricantes. Folia caules circumveſtiunt oblonga, lata, mollia, & nonnihil lanuginoſa, è viridi ad nigredinẽ vergentia, majora, latioraque quam ſolani. Flores è foliorum alis, oblongi, lutei, digitali dictæ æmuli, ſed paulo majores, prolixo pediculo & campanulæ inſtar concavi, colore ex obſcuriore purpura nigricantes, aſpectu mœſti & obſoleti, capillaceis intus ſtaminibus. Floribus flacceſ-

Belladona.



centibus. Bacca unica è ſingulorum cavo ſuboritur, è ſuo pediculo dependens, diſſecto brevique calyculo ſuperiore parte comprehenſa, acino uvæ ſimillima, ſplendide nigricans, pellucida, ſucco vinoſo, magnitudine fere mediocris ceraſi, exiguo ſemine gravida. Radicem fundit longam, magnam, inalbicantem, diuturnam ac vivacem, ſucci plenam, in propagines plures diſtributam. Adeò vivax eſt & importuna, ut ſemel in hortis aſcita, vix exigi delerique queat; immo vel tantillo fruſtillo relicto, aut infoſſo repullulet. Floret Iunio Iulioque, baccæ Auguſto maturæ ſunt. Circa ſylvas, juxta parietes, ſepimentaque agrorum, aliiſque perindè parum cultis ac deſertis reperitur locis, umbroſa amat. Baccæ commeſtæ in ſummum vitæ periculum hominem conjiciunt. & plerumque mortem tenellis adferunt; quod multis experimentis & exemplis conſtat. Non referam ab aliis obſervata: Adoleſcentuli duo Lugduni Batavorum in horto medico, quando ei præeſſet Clariſſ. Petrus Pavius Medicinæ Profeſſor in eâdem Academia primarius, Anatomicus & Botanicus ſummus, ex imprudentia baccas duas treſve, opinantes ribeſios eſſe nigros, devorarunt, ac altero quidem die alter obiit, altero admodum periculosè laborante, qui evaſit. Plura, aliaque exempla referunt Adverſariorum auctores, nobis unum memoraſſe ſufficit.

ΚΕΦ. Γ.

CAP. III.

De laſerpitio, magydari, quidque differant inter ſe. Item de nepa, corruda, ſive aſparago, & quæ acanacea ſint. De herba lanaria, ſonco, cneco, acarna, ſpina candida, æraria, aculeoſa, fuſo agreſti, buxo aſinino, carduo, pinea, vernilagine.

Ψ Περὶ *θατέρου δὲ λεκτέον. τὸ δὲ σίλφιον ἔχει ῥίζαν μὲν πολλὴν καὶ παχεῖαν, τὸν δὲ καυλὸν, ἡλίκον νάρθηξ. σχεδὸν δὲ καὶ τῷ πάχει παραπλήσιον. τὸ δὲ φύλλον ὃ καλοῦσι μάσπετον, ὅμοιον τῷ σελίνῳ. σπέρμα δ᾽ ἔχει πλατὺ, †φυλλῶδες, οἷον τὸ λεγόμενον φύλλον. ἐπετειόκαυλον δ᾽ ἐστὶν, ὥσπερ ὁ νάρθηξ. ἅμα μὲν οὖν τῷ ἦρι τὸ μάσπετον τοῦτο ἀφίησιν· ὃ καθαίρει τὰ πρόβατα καὶ παχύνει σφόδρα, καὶ τὰ κρέα θαυμαστὰ

* σιλφίῳ Gaza.
* δὲ νῦν λεκτέον. Baſ.
† φυλλῶδες τὸ λεγόμενον.

DE laſerpitio nunc indicandum eſt. Laſerpitio radix multa, craſſaque, caulis quantus ferulæ, & craſſitudine fere proximus. Folium quod maſpetum vocant, apio ſimile eſt: ſemen latum, foliaceum, ſcilicet quod folium appellatur: caulis annuus, ſicut ferulæ. Ergo vere ineunte maſpetum hoc exit, & pecus eo purgatur, pingueſcitque vehementer, & carnes mirabilem in modum ſuaves redduntur. Poſthac caulem edit hominum

ποιεῖ τῇ ἡδονῇ. μετὰ δὲ ταῦτα καυλὸν ἐσθίεσθαι πάντα τρόπον ἀγαθὸν, ἑφθὸν, ὀπτόν. καθαίρειν δὲ καὶ τοῦτόν φασι τὰ σώματα τετταράκοντα ἡμέραις. ὀπὸν δὲ διττὸν ἔχει. τὸν μὲν ἀπὸ τοῦ καυλοῦ, τὸν δὲ ἀπὸ τῆς ῥίζης. διὸ καλοῦσι τὸν μὲν καυλίαν, τὸν δὲ ῥιζίαν. ἡ δὲ ῥίζα τὸν φλοιὸν ἔχει μέλανα, καὶ τοῦτον περιαιροῦσιν. ἔστι δὲ ὥσπερ μέτρα τῶν ῥιζοτομιῶν αὐτῆς. ἐξ ὧν ὁπόσον ἂν δοκῇ συμφέρειν ταμιευόμενοι πρὸς τὰς τομὰς, καὶ τὸ ὑπάρχον τέμνουσιν. ‡ οὐκ ἔστι γὰρ οὔτε παρατέμνειν, οὔτε πλεῖον τοῦ τεταγμένου· καὶ γὰρ διαφθείρεται καὶ σήπεται τὸ ἔργον, ἐὰν χρονίζῃ, κατεργάζονται δὲ ἄγοντες εἰς τὸν Πειραιᾶ, τόνδε τὸν τρόπον, ὅταν βάλλωσιν εἰς ἀγγεῖα καὶ ἄλευρα μίξωσι, σείουσι χρόνον συχνόν. ὅθεν καὶ τὸ χρῶμα λαμβάνει, καὶ ἐργασθὲν, ἀσηπτὸν ἤδη διαμένει. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν ἐργασίαν καὶ τομὴν οὕτως ἔχει. τόπον δὲ πολὺν ἐπέχει τῆς Λιβύης. πλείω γάρ φησιν ἢ " τετρακισχίλια στάδια. τὰ πλεῖστα δὲ γίνεσθαι περὶ τὴν σύρτιν ἀπὸ τῶν Εὐεσπερίδων. ἴδιον δὲ τὸ φεύγειν † τὴν ἐργαζομένην. καὶ δὴ συνεργαζομένης καὶ ἀεὶ συνημερουμένης ἐξαναχωρεῖν, ὡς οὐ δεομένην δηλονότι θεραπείας, ἀλλ᾽ ὄντος ἀγρίου. φασὶ δὲ οἱ Κυρηναῖοι φανῆναι τὸ σίλφιον ἔτεσι πρότερον ἢ αὐτοὶ τὴν πόλιν ᾤκησαν ἑπτά. οἰκοῦσι δὲ μάλιστα περὶ τριακόσια, εἰς Σιμωνίδην ἄρχοντα Ἀθήνησιν. ‡ οἱ μὲν οὕτω λέγουσιν. οἱ δὲ τοῦ σιλφίου τὴν ῥίζαν φασὶ γίνεσθαι πηχυαίαν ἢ μικρῷ μείζονα. ταύτην δὲ ἔχειν ἐπὶ τοῦ μέσου " κεφαλήν. ὃ καὶ μετεωρότατόν ἐστι, καὶ σχεδὸν ὑπὲρ γῆς, † ἐξ ἧς δὴ φύεσθαι " καλεῖσθαι δὲ γάλα. μετὰ ταῦτα δὲ τὸν καυλόν. ἐκ δὲ τούτου, μαγύδαριν, καὶ τὸ καλούμενον φύλλον. τοῦτο δ᾽ εἶναι σπέρμα ὃ καὶ ὅταν νότος λαμπρὸς πνεύσῃ μετὰ κύνα, διαρρίπτεται. ἐξ ὧν φύεσθαι τὸ σίλφιον. τῷ αὐτῷ δὲ ἔτει τήν τε ῥίζαν γίνεσθαι καὶ τὸν καυλόν, οὐδὲν δὲ τοῦτο ἴδιον· καὶ γὰρ τῶν ἄλλων. εἰ μὴ τοῦτο λέγουσιν, ὅτι εὐθὺς φύεται μετὰ τὴν ἔκριψιν. καὶ τοῦτο ἴδιον καὶ διαφέρον τοῖς πρότερον, ‡ ὅτι φασὶ δεῖν ὀρύττειν ἐπέτειον. ἐὰν δὲ ἐαθῇ, φέρειν πᾶν τὸ σπέρμα καὶ τὸν καυλόν. χείρω δὲ γίνεσθαι καὶ ταῦτα καὶ τὴν ῥίζαν. ὀρυττομένας δὲ, βελτίους γίνεσθαι, διὰ τὸ μεταβάλλεσθαι τὴν γῆν. ἐναντίον δὲ τοῦτο τῷ φεύγειν τὴν ἐργάσιμον. ἐσθίεσθαι καὶ τὰς ῥίζας προσφάτους κατατεμνομένας " εἰς ὄξους. τὸ δὲ φύλλον τῇ χροιᾷ χρυσοειδὲς εἶναι. ἐναντίον δὲ καὶ τὸ καθαίρεσθαι τὰ πρόβατα τὸ φύλλον ἐσθίοντα· φασὶ γὰρ καὶ τοῦ ἦρος, καὶ τοῦ χειμῶνος εἰς ὄρος ἀφιέναι. νέμεσθαι δὲ τοῦτό τε καὶ ἕτερον ὅμοιον ἀβροτόνῳ· θερμαντικὰ δ᾽ ἄμφω δοκεῖ εἶναι. καὶ κάθαρσιν μὲν οὐ ποιεῖν, ἀναξηραίνειν δὲ καὶ συμπέττειν. ἐὰν δέ τι νοσοῦν ἢ κακῶς ἔχον εἰσέλθῃ πρόβατον, ὑγιάζεσθαι ταχέως ἢ ἀποθνήσκειν· ὡς δ᾽ ἐπὶ τὸ πολὺ σώζεσθαι μᾶλλον. ταῦτα μὲν, ὁποτέρως ἔχει, σκεπτέον. ἡ δὲ καλουμένη μαγύδαρις, ἑτερόν ἐστι τοῦ † σιλφίου. μανώτερόν τι καὶ ἧττον δριμύ. καὶ τὸν ὀπὸν οὐκ ἔχει. διάδηλος δέ ἐστι καὶ τῇ ὄψει καὶ τοῖς ἐμπείροις. γίνεται δὲ περὶ Συρίαν, καὶ οὐκ ἐν Κυρήνῃ. φασὶ δὲ καὶ ἐν τῷ Παρνασίῳ ὄρει πολλήν. ἔνιοι δὲ σίλφιον τοῦτο καλοῦσιν. εἰ δὲ φεύγει τὴν ἐργάσιμον ὥσπερ τὸ σίλφιον, σκεπτέον, ὡσαύτως δὲ καὶ εἴ τι ὅμοιον ἢ παραπλήσιον ἔχει, φύλλου τε πέρι καὶ καυλοῦ· καὶ εἰ ὅλως ἀφίησί τι δάκρυον. τὴν μὲν οὖν ναρθηκώδη φύσιν ἐν τοῖς τοιούτοις θεωρητέον· τῆς δ᾽ ἀκανθικῆς, ἑπόμενον γὰρ τοῦτο εἰπεῖν, ἐπειδὴ διῄρηται, τὰ μὲν ἀκανθώδες ὅλως, τὰ δὲ φυλλάκανθον, ὑπὲρ ἑκατέρου χωρὶς λεκτέον. καὶ πρῶτον δὲ περὶ τοῦ καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἔχοντος φύλλον, ‡ ὥσπερ ὅτι φλέως, καὶ ὁ τρίβολος, καὶ ἡ καπ-

‡ οὐκ ἔτι γὰρ ἔτι παραλείπειν. ἔτι πλεῖον. τοῦ τεταγμένου. καὶ γὰρ διαφθείρεται. καὶ σήπεται τὸ ἐργασθὲν ἐὰν χρονίζῃ· κατεργάζονται δὲ ἄγοντες εἰς τὰ πέραν, τὸν δὲ τόνδε.

" Codex Basileens. τετρακισχιλίας. τε.

† γῆν.

‡ μὲν οὖν οὕτω.

" κεφάλαιον. Salm.

† Reperiuntur codices in quib. legitur, ἐξ ἧς δὴ τμηθείσης ῥεῖν γάλα. μετὰ ταῦτα δὲ ἐκφύεσθαι τὸν καυλόν. καλεῖσθαι δὲ τοῦτο μαγύδαριν, καὶ τὸ καλούμενον φύλλον τοῦτο δὲ εἶναι σπέρμα etc. Lege, ἐξ ἧς δὴ τμηθείσης ῥεῖν ὀπὸν ὡς γάλα. μετὰ ταῦτα δὲ φύεσθαι τὸν καυλόν. ἐκ δὲ τούτου μαγύδαριν, καὶ τὸ καλούμενον φύλλον, τῇ χροιᾷ χρυσοειδές. τοῦτο δὲ εἶναι σπέρμα. καὶ ὅταν νότος λαμπρὸς πνεύσῃ μετὰ κύνα διαρρίπτεσθαι, ἐξ οὗ φύεσθαι τὸ σίλφιον. Lex. Const.

‡ ἔτι.

" εἰς ὄξους, ἐναντίον δὲ καὶ τὸ μὴ καθαίρεσθαι.

† Ald. μανότερον. Plinius, μαλακώτερον. Scribe, σιλφίου γένος, μανώτερόν τι.

‡ Codex apud Aldi filios impress. τρίβολος. καὶ ἡ κάππαρις &c. Scribe, ὥσπερ ὁ φλέως ὁ δὲ τρίβολος ἕτερος, καὶ ἡ κάππαρις.

hominum cibo idoneum omnibus modis, elixum assumque: corpora eo quoque purgari ferunt. Quadraginta diebus succus capitur duplex, alter ex caule, alter ex radice. Qua de causa alterum scaparium, alterum radicarium vocant. Radix nigro cortice tegitur, eumque detrahere solent. Sunt veluti certæ mensuræ cædendæ radicis. Quibus quantum conferre putetur ad futuram cæsuram reservantes, reliquum abscindunt. " Nec enim devie, neque plus constituto cædere licet. Corrumpitur enim putrescitque, si diu mansit. Præparant id conficiuntque in Pyræum portum advectum, hoc modo. Cum in vasis conjecerint, farinamque admiscuerint, quatiunt longo spatio temporis. Hinc etiam colorem assumit, & conditum jam incorruptum perdurat. Præparatio cæsuraque ita se habet. Locum Africæ amplum occupat ampliorem, quam quatuor stadiorum millia in hortis † Hesperidum ferunt. Sed majorem partem colligi apud Syrtes. Peculiare hujus culta fugere loca proditur. Quamobrem si colatur, mitescatque solum, deviat. Atque omnino degenerat: utpote natura culturæ aspernans, ferocitatisque constans vernaculum. Cyrenenses annis septem prius, quam ipsi urbem habitarent, laserpitium extitisse affirmant. Habitant vero annos maxime trecentos usque ad Simonidæ Athenis magistratum. Illi sic referunt. Alii radicem laserpitii cubitalem fieri tradunt, aut paulo majorem. Hanc in medio exuberare ‡ in caput, quod sublime penitus extat. Ut fere super " terram esse appareat. † Unde primum quod lac appellant, erumpit. Dein caulis assurgit, ex quo magydaris, & quod folium dicitur, exeunt. Folium id semen est, quod cum Auster ingenue post caniculam flaverit, discutitur: atque ita laserpitium nascitur. Eodemque anno radix consummatur, & caulis. Sed hoc haud quaquam peculiare notatur: nam aliis quoque idem tribuitur. Ni dixeris, quod discussum id protinus nasci potest, ideoque ortum peculiarem sortiri, supradictisque propterea diversum accipi posse. Adhæc quod ‡ circumfodiendum id annuatim censent. Nam si relinquatur, semen omne caulemque totum proferri, & deteriora tam hæc, quam radicem reddi existimant. " Defossa autem fieri meliora: scilicet solo subacto beneque gluto. Sed hujus contrarium illi volunt, qui culta recusare id inquiunt. Mandi quoque radices in aceto recens decisas † referunt. Folium colore aurum æmulatur. Contrarium etiam, quod folium oves cum comedunt, purgari ajunt. Nam & vere, & hyeme, pecus ad montem dimitti affirmant. Sed cibo non solum hoc, sed etiam altero quodam abrotano simili pasci. Vim ambo calefactoriam sortiri plane videntur, & purgare quidem nequaquam valere: exiccare autem, & concoquere unice posse. Quod si qua pecus ægrescens, aut alias minus bene se habens ingressa sit, mox eam sanari, aut emori ajunt: sed magna ex parte posse servari. Hæc igitur utro tandem sint modo, quærendum. Quod vero magydarim vocant, nimirum à laserpitio differt. Tenerius enim, minusque vehemens. ‡ Id sentire, & sine lasere est. Necnon & aspectu manifesta experto homini est. Nascitur in Syria: " nam apud Cyrenam, & in monte Parnasso large provenire eandem affirmant. Sed quidam laserpitium id appellant. An culta id quoque modo laserpitii fugiat, quærendum. Quin & si quid simile, aut proximum habeat, ad folii, caulisque rationem; & si quam ullo pacto emittat lachrymam, id investigandum. Ergo naturam ferulaceam hisce contemplari oportet. De aculeata vero, sequitur ut hoc exponamus, quoniam distinctum superius est: aliud totum esse spinosum, † aliud spinose foliatum. Et

" Nec obliquè radicem incidere, nec plus, nec pluribus in locis quã constitutum est licet, alioquin interit. Succus etiam ipse si rudis diu relinquatur, putrescit. Ideo præparant, perficiuntq; quũ in transmarina illum evehunt, hoc modo.

† millia ferũt. Sed majorẽ partem colligi circa Syrtes ab Euesperides oppido. Peculiare.

‡ capitulũ.

" in superficie.

† Radice incisa succus erumpit, lactis instar: dein caulis nascitur, ex hoc magydaris, quem etiam φύλλον, id est, folium vocant; colore aurũ æmulatũ, folium id semen est, quod cum Auster ingenue post caniculam flaverit, discutitur atq; ita laserpitium nascitur.

‡ pastinandum.

" depastinata.

† referunt. Contrarium etiam quod folium oves cum comederunt minime purgari ajunt.

‡ vehemens est, lasereq; id est, succo caret.

" non autem apud Cyrenam etiã in.

† aliud folio spinoso constare.

παρεξ, ἴδιον ἔχει τὸ μὴ μόνον τὴν ἐκ τῶν καυλῶν ἄκανθαν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὸ φύλλον ἐπακανθίζον. τῶν δὲ διῃρημένων εἰδῶν, πλεῖστον μέν ἐστι τὸ φυλλάκανθον· ἐλάχιστον δὲ, ὡς εἰπεῖν, τὸ ἀκανθῶδες ὅλως. βραχὺ γάρ τι πάμπαν ἐστὶν, ὥσπερ ἐλέχθη. καὶ σχεδὸν οὐ ῥάδιον λαβεῖν παρά τι τὸν † ἀσπάραγον καὶ τὸν σκορπίον. ἀμφότερα δὲ ταῦτα ἀνθεῖ μετ᾽ ἰσημερίαν φθινοπωρινήν. ὁ μὲν γὰρ σκορπίος ἐν τῷ σαρκώδει τῷ ‡ ἐξοιδοῦντι τὸ ὑπὸ τὸ ἄκρον τῆς ἀκάνθης ἔχον τὸ ἄνθος, ἐξ ἀρχῆς μὲν λευκὸν, ὕστερον δὲ ἐπιπορφυρίζον. ὁ δὲ ἀσφάραγος " ἐκφύων παρὰ τὰς ἀκάνθας κορυνῶδες μικρόν. ἐκ τούτου δέ ἐστι τὸ ἄνθος μικρόν. ὁ δὲ σκορπίος μονόρριζον καὶ βραχύρριζον καὶ † βαθύρριζον· ὁ δὲ ἀσφάραγος, βαθύρριζόν τε εὖ μάλα, καὶ πολύρριζον, πυκναῖς ταῖς ῥίζαις. ὥστε τὸ ἄνω συνεχὲς εἶναι αὐτῶν, ἀφ᾽ οὗ καὶ αἱ βλαστήσεις ‡ αὐτῶν τῶν καυλῶν. ἀναβλαστάνει δὲ ὁ καυλὸς ἐκ τῆς ἀσφαραγίας τοῦ ἦρος, καὶ ἐδώδιμός ἐστιν· εἶθ᾽ οὕτως ἀποτραχύνεται καὶ ἐξανθεῖται προϊούσης τῆς ὥρας. " ἡ δὲ ἄνθησις οὐκ ἐκ τούτου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν προτέρων. οὐ γὰρ ἐπετειόκαυλόν ἐστιν· τὰ μὲν οὖν ὅλως ἀκανθώδη, τοιαύτην τινὰ ἔχει φύσιν, τῶν δὲ φυλλακάνθων τὸ πλεῖστον γένος, ὡς εἰπεῖν, † ἀκανθῶδες τυγχάνει. λέγω δὲ τὸ ‡ ἀκανθῶδες, ὅτι τὸ κύημα, καὶ ἐν ᾧ τὸ ἄνθος, ἢ ὁ καρπὸς, ἄκανθος ἢ ἀκανῶδες πάντων ἐστί. διαφορὰν δὲ ἔχει ἐν ἑαυτῷ καὶ μεγέθει, καὶ σχήματι, καὶ χρώματι, καὶ πλήθει, καὶ ὀλιγότητι τῶν ἀκανθῶν καὶ τῶν ἄλλων. ἔξω γὰρ ὀλίγων πάνυ, καθάπερ τοῦ στρουθίου τε καὶ τοῦ σόγκου, καὶ εἴ τινων ἑτέρων. τὰ λοιπὰ πάντα, ὡς εἰπεῖν, τοιαύτην ἔχει φύσιν· ἐπεὶ καὶ ὁ κνῆκος τήν γε φύσιν " ἀκανθώδη ἔχει. τὸ δὲ σπερματικὸν οὐχ ὅμοιον· ἀλλὰ τά γε τοιαῦτα πάντα· οἷον † ἄκαρνα, λευκάκανθα, χάλκειος, κνῆκος, πολυάκανθος, ἀτρακτυλὶς, ‡ ὀνόπυξος, ἰξίνη, χαμαιλέων. πλὴν οὗτος οὐ φυλάκανθος. σκόλυμος, " ἡ καὶ λειμωνία, φυλλάκανθα, καὶ τἄλλα. πλείω γάρ ἐστι. διαφέρουσι δ᾽ ἀλλήλων πρὸς τοῖς εἰρημένοις, τῷ τὰ μὲν πολύκαυλα εἶναι, καὶ ἀποφύσεις ἔχειν † ὥσπερ ὁ κνῆκος. ἔνια δὲ ἄνωθεν ἔχειν ἐξ ἄκρου, καθάπερ τὸ ῥύτρος. καὶ τὰ μὲν εὐθὺς τοῖς πρώτοις ‡ ὕσμασι βλαστάνει, τὰ δ᾽ ὕστερον. ἔνια δὲ καὶ τοῦ θέρους. ὥσπερ ἡ τετράλιξ ὑπό τινων καλουμένη, καὶ ἡ ἰξίνη. καὶ ἡ ἐπὶ τῶν ἀνθῶν ὁμοίως. " εὐανθὴς γὰρ ὁ σκόλυμος καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον. διαφοραὶ δὲ τῶν † μὲν ἀκανῶν οὐκ εἰσί.

seorsim de utroque dicendum: atque tertium illud addendum, † quod juxta aculeum folium gerit. Phleus enim, tribulus, capparisque peculiare nimirum obtinent, ut non solum caulem aculeatum, sed etiam folium habeant hispidum. Inter ea vero distincta genera, plurimum quod aculeato folio constat, nimirum dixerim. Quod ex toto spinosum inspicitur, exiguo id est numero, quemadmodum diximus. Et difficile quicquam ferme inveneris, ‡ præter corrudam, & nepam, quæ post æquinoctium autumni florescunt. " Nepa enim florem in carne extuberante † sub extremo aculei profert initio candidum, postea leviter accedentem ad purpuram. ‡ Corruda propter aculeos " pusillum quendam producit peciolum, ex quo flosculus tandem ipse erumpit. Nepa radice singulari, eademque † brevi adhæret. ‡ Corruda radice large alta, numerosa, eademque tam crebra innititur, ut pars superna radicum tota connexa & continua reddatur; ex qua vel ipsorum caulium factitatur proventus. Exit caulis de " corrudagine vere, ciboque idoneus est: deinde durescit, florescitque indies. † Flos non solum ex hoc, verumetiam de primoribus emergit caulibus. Hæc annuo constat caule. Igitur quæ spinosa in totum sunt, naturam ejusmodi obtinent. Illorum vero quæ folio constant aculeato, genus (ut sic loquar) magna ex parte acanaceum est. Acanaceum inquam, quoniam conceptus, & id cui flos inhæret, aut etiam fructus, spina, vel spinaceum quicquam sit. Sed differunt inter se, magnitudine, figura, colore, multitudine, paucitateque spinarum, reliquarumque rerum, exceptis tantum admodum paucis, ceu herba lanaria, sonco, & si qua sint alia. Reliqua (ut ita loquar) omnia ejusmodi sortiuntur naturam. Nam & cnecum natura " spinosum est, quanquam discrepat semine. Verum hæc omnia ejusmodi sunt; † acarna, spina candida, æraria, cnecum, aculeosa, fusus agrestis, buxus asininus, carduus pinea, vernilago. Hæc tamen non aculeatis foliis constat. ‡ Carduus etiam nimirum ejusmodi foliis est, & beta sylvestris. Et alia plura hujuscemodi percipiuntur. Sed præter ea prædicta discrimina, distant inter sese, " quod alia multis constant caulibus, ramosque fundunt, ut cnecum: alia superne cacumine tantum sparguntur, quemadmodum rhutrum: & alia protinus primis imbribus germinant, alia post. Nonnulla etiam æstate, ut quæ tetralix à quibusdam vocata est. † Et carduus pinea pari modo & flores differentiam faciunt. Carduus enim ‡ pulchre diuque floret. Acarnis differentiæ non sunt.

Marginalia (left): † ἀσφάραγον. ‡ Ald. Bas. τῷ ἐξοιδοῦντι ὑπὸ τὸ ἄκρον. Scribe, τῷ ἐξοιδοῦντι ὑπὸ τῷ ἄκρῳ. " ἐκφύων παρὰ τὰς ἀκάνθας κορυνῶδές τι μικρόν. † ἀβαθύρριζον. Scal. ‡ αὐτῷ Côst. " ἄνθησις ἐκ τούτου μόνον, καὶ οὐκ ἐξ ἄλλων ‡ προτέρων τούτου γδ. † ἀκανῶδες Scal. ‡ ἀκανῶδες Scal. " ἀκανώδη Scal. † ἄκορνα, λευκάκανθος. ‡ ὀνόγυρος, ἰξίνη, σκόλυμος, χαμαιλέων. " ὃς καὶ λειμώνιον. † ὥσπερ ὁ σκόλυμος. τὰ δὲ μονόκαυλα, καὶ ἀποφύσεις οὐκ ἔχειν ὥσπερ ὁ κνῆκος. ἔνια δὲ ‡ ὕδασι Theod. " εὐανθής. † τ ἀκάνων Scal.

Marginalia (right): † quod præter aculeum folium gerit ut pheos; tribulus autem alter & capparis peculiare nimirũ obtinent. ‡ asparagum & scorpium. " scorpius. † in. ‡ asparagus. " pusillum quoddã producit fastigiũ scorpius. † brevi, reſtaque constat. ‡ Asparagus. " in asparagi plantario. † nec flos ex hoc solũ non ex primorib. emergit caulibus. Annuo enim constat caule. " acanaceum est. † acarna, leucanthos chalceos, cnecos, polyacãthos, atractylũ, onogyros, belxine, scolymos, chamæleon. Hic. ‡ Scolymos, qui & leimonion dicitur, foliis est spinosis. Et alia. " quod alia multa sobole constant, multosque caules habẽt, ut scolymos. alia unico constãt caule, & sobole carẽt, ut cnecus. alia superne. † est belxine. pari. ‡ sero.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Μέγιστη δὲ καὶ ἰδιαίτατη. *Aut hinc auspicare caput, aut ibi,* τὸ δὲ σίλφιον. *Equidem continuarem sub titulo* τῶν ναρθηκωδῶν. *Nanque in fine capitis sic dicit.* τὴν μὲν οὖν ναρθηκώδη φύσιν ἐν τοῖς τοιούτοις θεωρητέον.

Οἷον τὸ λεγόμενον φύλλον. *Infra dicit,* καὶ τὸ καλέμενον φύλλον, τοῦτο δ᾽ ἐστι σπέρμα. *Quare illud,* οἷον, *malè cohæret hîc. & Theodorus omisit.*

Παραστείμενοι. *Neque enim licet cedere præter institutam ab artificibus mensuram. Theodorus addidit,* deviè. *Sanè deviè.*

Τετρακισχιλίας. *Theodorus,* quatuor stadiorum millia. *Plinius,* quatuor stadiorum. *Sanè in tanto tractu ab ea copia vile fuisset. Et mirificus fuisset imber ille quingentorum millium passuum, quem piceum pluisse, narrat Plinius. Strabo Silphii regionem longam M. stadia, longam C C C. Miror Hermolaum, virum doctrina summum, diligentia singularem, neque in annotationibus, neque in corollario quicquam de hac diversa lectione. Auxit errorem Theodorus, qui dixit,* in hortis Hesperidum. *Præclaros profectò hortos quatuor millium stadiorum. At Theophrastus* ἀπό. *Plinius quoque* circa. *Monuimus aliis libris, in Codice Theophrasti scriptum esse non semel,* εὐεσπερίδες. *quod nos,* Hesperides. *Euesperitæ etiam in Melpomene Herodoti.*

Σχεδὸν ὑπὲρ γῆς. *Theodorus fatali errore,* ferè super terram. Penè in superficie. *Aëtii errorem habes, qui lac Cyrenaicum aliud fecit à succo. Hic est,* καλεῖσθαι δὲ γάλα. *lege,* μέσον. & τοῦτο δ᾽ εἶναι.

Ὀρυττομένας. *Theodorus,* defossa. *malè. Neque enim defodiunt, sed pastinant.*

Ἐναντίον δέ. *Sanè contrariæ sententiæ. Si alteri pastinant: alteri docent culta frigere. Præterea suprà: pecus purgari. hic negatur ab aliis. Abire enim pecus, & abesse vere, atque hyeme. Itaque Theodorus legit negativè.* τὸ μὴ καθαίρεσθαι. *Iccirco addit,* κάθαρσιν μὴ ποιεῖν. *Examinanda illa verba intempestiva.* τὸ δὲ φύλλον τῇ χροιᾷ χρυσοειδές. *Neque enim hic locus, sed supra.*

Ἡ δὲ καλουμένη μαγύδαρις. *Ergo alia à Silphio. Id quod & alii prodidere; & ipse in primo. At supra hoc erat, quod è caule nascebatur. Theodorus legit* μαλακώτερον, *non* μανότερον, *Plinium sequutus.*

Καὶ οὐκ ἐν Κυρήνῃ. *In Codice Theodori:* Nam apud Cyrenam. *Videtur scribendum,* non apud.

Τῆς

Τῆς δὲ ἀκανθώδους. Non solum hic error Theodori, qui non diviserit capite novo: sed etiam Theophrasti, qui cum spinosarum narrationem instituisset, intermisit ut hic repeteret. Divisionis autem partes cum tres sint: ἀκανθώδης ὅλως, φυλλάκανθον, & τὸ ἔχον ἀκάνθας παρὰ τὸ φύλλον, Theodorus non expressit. Primum membrum est, spinarum: neque enim aut folium habet, aut folii figuram, sed spinæ. Alterum folio spinoso: ut & folii figura sit, & spinæ simul. Theodorus, Plinium sequutus, pessimè dixit, spinosum foliatum. Nam tertium membrum divisionis tale est. Sed diceret, spinofoliatum: aut melius, foliospinatum. Illud non præteribit acutius judicium. παρὰ τὴν ἄκανθαν φύλλον ἔχοντος. Melius παρὰ τὸ φύλλον ἄκανθαν ἔχοντ☉. Prior enim ac potior natura est folii, quàm spinæ. Nulla enim planta habet folium pro spina, sed quædam spinam pro folio. Præter hæc, quarta natura est, τῶν ἀκανθηφόρων, ut tribuli. Et in genere Cinaræ non absimilis.

Ἀσπάραγον. Theodorus. Corrudam. sic silvestrem.

Ἐν τῷ σπαρκίδει τὸ ἐσπιδοῦντι τὸ ὑπὸ τὸ ἄκρον τῆς ἀκάνθης. Lege τῷ ἐπιδιδόντι ὑπὸ τὸ ἄκρον.

Μονόρριζον, & βραχύρριζον, & βαθύρριζον. Quomodo possit esse radice brevi, eademque profunda? Itaque Theodorus omisit, βαθύρριζον. Lego igitur λεπτόρριζον. Asparagus contra. πολύρριζον, βαθύρριζον, σκολιόρριζον.

Οὐ γὰρ ἐπιτειόκαυλόν ἐστι. Necesse habuit dicere hæc: quia οὐ μόνον ἐκ τούτου, qui scilicet vere exit: sed etiam ἐκ τῶν ἀφ' ἑτέρων, scilicet qui ante ver extabant. Neque enim caulis vita annuo termino finitur. Itaque corrigo in codice Theodori, Nec annuo constat caule: Vbi erat, hæc & addes: enim: ut ratio reddatur. In nostris tamen hortis Asparagus, & in agris Corruda caulem amittit.

Λέγω δὲ ἀκανθώδες, ὅτι τὸ κύημα, καὶ ἐν ᾧ τὸ ἄνθος, ἢ καὶ ὁ καρπὸς, ἄκανθ☉ καὶ ἀκανθώδες. Theophrastus, genus φυλλακάνθων ἀκανθώδες. Propterea quod pars turgens in florem, & in fructum, est ἄκανθ☉, aut ἀκανθώδες. Theodorus legit, ἄκανθον, ἢ ἀκανθώδες. Ergo etiam supra leget ἀκανθώδες, non ἀκανώδες: idque malè. Sunt igitur τὰ φυλλάκανθα πλεῖστα ἀκανώδη. quoniam τὸ κύημα, & sedes floris, at fructus ita sunt. Quid autem sit ἄκαν☉, apud alios non inveni: neque ex Plinio quicquam memini. Videtur significare conceptaculum illud capitatum, quod extat in Eryngio, & Scolymis, & genere universo Chamæleontum, Cartamaceorum, & ἀτρακτυλίδων. & ejusmodi. Sic etiam leges mox, κνῆκον ἀκανώδη, non ἀκανθώδη.

Σκόλυμ☉. Theodorus, carduus. non malè. Verum carduus, aut est nomen generis, aut speciei: ejus scilicet, quod appellant Labrum Veneris. Scolymus autem est, Cinara. Duûm generum, agrestis, & mitis. Qui divisere, ut essent diversa Scolymus, & Cinara, suo id fecere arbitratu. Athenæus tamen Cinaram carduum à Romanis dictam scribit.

Ἠλιοτρόπιον ἡ λειμωνία. Theodorus, Beta sylvestris. Betam sylvestrem Latini Limonion vocant. Verum ea non est aculeata. Scolymum etiam Limoniam appellatam cum tradant, non potuit tanquam diversum genus digeri, sed ita legendum est. σκόλυμ☉, ἢ καὶ λειμωνία.

Τοῖς φρέασιν ὕσατον. Theodorus legit ὕδασι. rectè. Sic est infrà in historia de Croco.

Διαφοραὶ δὲ τῶν μὲν ἀκανῶν ἐκ τίνι. Multæ sunt partes. βλαστήσεις, καυλοί, ἄνθη, σπέρμα, ἄκαν☉. Itaque differentias cum dixit: floris in Scolymo: βλαστήσεως in tetralice: caulium in cneco: seminis in eodem: acani, ubi dicebat, διαφορὰν δὲ ἔχει ἐν ἑαυτῷ. Quare non putavit hic, ἀκανῶν legendum Theodorus, sed ἀκανθῶν. Nusquam tamen memini multas esse ἀκάνθης differentias, sed unam tantum speciem. Neque ἀκανθῶν reponendum. Est enim una ex partibus spina, sicut βλάστησις & cætera, quæ supra dicebamus. Et sanè spinæ differentiæ quam plurimæ sunt: neque enim secundum, aut locum, aut situm, aut figuram, aut substantiam, aut quantitatem, aut ordinem, aut officia inter eas convenit. Delebis μὲν.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

To δὲ σίλφιον, &c.] Diligentissimè Theophrastus noster describit Laserpitium, idque duabus de causis; quod rara admodum, & pretiosa sit planta. Succum enim, ut Plinius tradit, libr. 19. cap. 3. multi pretii emittit. *Quo minus omittendum videtur, C. Valerio, M. Herennio Coss. Cyrenis advecta Romam publicè laserpitii pondo 30. Cæsarem vero Dictatorem initio belli civilis, inter aurum argentumque protulisse ex ærario laserpitii pondo* CXI. De hoc Laserpitio nobis nunc agendum, ac primum de nomine. An τὸ σίλφιον dictum, quod, sicut verno tempore insectum silpha senectam deponit, novamque cutem recuperat, nova folia promit? An vero quod folia splendeant instar culicis, cujus genus est silpha? Meminit hujus insecti Aristoteles lib. 8. cap. 23. problem. 191. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τῶν ἐντόμων ἐκδύνει τὸ γῆρας, ὅσα ἐκδύνει. οἷον σίλφη, καὶ ἀσπὶς, καὶ τὰ κολεόπτερα, οἷον κάνθαρ☉. *Eodem modo ex insectorum genere exuunt senectutem, quæ exuere consuevere, ut silpha & aspis, & quibus alæ in vaginis sunt, qualis est scarabeus.* Inter culices silphæ mentionem facit Lucianus in Somnio. τῆς σίλφης, καὶ τῆς ἐμπίδ☉ οὐδὲν ἄμεινον βιοῦντες. Vel silphii nomen accepit in memoriam imbris picosæ, tristis ac crassæ. Plinius loco citato, *Id apud auctores Græciæ evidentissimos invenimus natum imbre piceo repente madefacta tellure, &c.* Vide cap. 2. lib. 3. & cap. 5. lib. 1. de causis. An, inquam, in memoriam hujus imbris, quæ planè terribilis extitit, ac quasi funesta, plantæ huic nomen silphii impositum? Hesychius σίλφιον ξηρόν. οἱ δὲ νεκρόν. Ego Barbarum vocabulũ puto, factumque ex σίλφι quod exoticum est, ut κόμμι, πέπερι; quæ Græci retinuerunt, aut modicum inflexerunt. Barbarum vocabulum esse, docuit Clarissimus Gerardus Io. Vossius. Ex cujus Etymologico magno, nondũ edito, hæc excerpsi. *Sirpe vel syrpe (sed prius malim) est à Græco σίλφι, vel σίλφιον, quod idem notat.* Σίλφι *forte à* שרף *Saraph: id Arabicè, nobilem esse. Nempe ob ejus virgulti præstantiã. Nisi non tam attendêre virgultũ, quam succum, ut sit ab Arabico* שרב *sarab*, sorbere. Hactenus Vossius. Succum in summo pretio ac honore fuisse veteres, omnes tradunt, quare postremum etymon magis arridet. Sed omnes hujus plantę partes magno pretio fuere. Vetus Scholiastes Aristophanis de silphio, & τὸ φύλλον δὲ αὐτοῦ, & ὁ καρπὸς, & ὁ καυλὸς, & ὁ ὀπὸς, & ἁπλῶς τὸ πᾶν αὐτοῦ πολλῆς τιμῆς ἄξιόν ἐστι. *Et folium & fructus, & caulis, & succus, verbo ut dicam, omnes partes magno in honore sunt.* Et hæc primum etymon probant: sed, ut dixi, succus cæteris præstabat. Dioscorides loco citato. δραστικώτατος δέ ἐστιν ὁ ὀπὸς, εἶτα τὰ φύλλα, εἶτα ὁ καυλὸς, *efficacissimus est liquor, mox fructus, postremo caulis.* Ex סרף ergo σίλφι σίρφι σίλφιον fecerunt. σίρφι etiam & σίλπιον dicitur. Hesychius σίλπιον, σίλφιον. Ex σίρφι, Latinorum sirpe manavit. Plautus,

> *— Teque oro, & quæso, si speras tibi*
> *Hoc anno multum futurum sirpe, & laserpitium?*

Ubi sirpe totus frutex cum radice, laserpitium succus dicitur. Cæterum τὸ σίλφιον aliquando pro integra planta sumitur, quandoque pro radice tantum. Pro integra planta in initio hujus capitis, uti & lib. 1. cap. 11. τὸ σίλφιον, καὶ ἡ καλουμένη μαγύδαρις. Dioscorides lib. 3. cap. 94. σίλφιον γεννᾶται, &c. Propriè tamen τὸ σίλφιον est radix plantæ. Galenus in Lexico, ἡ μὲν ῥίζα τῆς πόας σίλφιον ἰδίως ὀνομάζεται. *radix herbæ silphium propriè vocatur.* Idem eodem loco, ὅπου καλεῖ δὲ σίλφιον, τὴν ῥίζαν μόνον. Aristophanis Scholiastes σίλφιον ῥίζα κατά τινας ἥδυσμ☉ ἐν Λιβύῃ γενομένη ὀψαρτυτικὴ καὶ θεραπευτική. *Silphium radix in Libya nata ad usum mensarum, & medelas.* Columella libr. 6. cap. 17. *Et radix quam Græci σίλφιον vocant, vulgus autem nostra consuetudine laserpitium appellat.* Propriè tamen, ut suo loco dicam, laserpitium succus. & aliquando τὸ σίλφιον caulem plantæ vocant. Dioscorides loco citato; ἔνιοι δὲ τὸν μὲν καυλὸν σίλφιον ἐκάλεσαν. Sed de hac quæstione infra. Non raro, ut dixi, pro tota ponitur planta. Satis apertè hoc docet Galenus, Comment. 55. libr. 4. de morbis acutis. τὴν ῥίζαν τοῦ σιλφίου καλεῖν ἔθ☉ τοῖς ἀνθρώποις ὁμωνύμως ὅλῃ τῇ βοτάνῃ. *Silphion radicem æquivocè homines cum tota herba vocare consueverunt.* Columella lib. 12. cap. 7. *Et paucas radiculas laseris, quod Græci silphion vocant, &c.* Eodem libr. cap. 57. *laseris radicem, quod silphion Græci vocant.* Recentiores quoque Græci, Laser λάσαρον vocarunt, & pro tota planta usurparunt, cum laser, & τὸ λάσαρον, ut post dicam, aliis significet succum ipsum Pelagon. Hippiatric. lib. 1. cap. 22. λασάρου κόκκον ὅσον λεπτοκάρυον μικρὸν, εἰς οἶνον λῦσον, *lasaris coccum magnitudine parvi nucis Ponticæ in vino solve.* Σπέρμα semen fert σίλφιον, non coccum. Eumelus lib. 1. cap. 29. αἷμα ἀπὸ τῶν σκελῶν λάμβανε, καὶ μὲν ὥσπερ λασάρου ῥίζης ὡς κυάμου μέγεθος. *sanguinē ex crurib. accipe, & lasari radicē quasi magnitudine fabæ.* Apud Myrepsum sect. de Zulapiis ca. 26. λάσαρον legitur. ἀζαχοιρίως &c. Ad hunc locũ Doctissimus Interpres, *Quæ vero herbarũ genera in vocibus intelligat, scire nequeo. Sunt enim, ut omnib. apparet, voces corruptæ.* Depravatũ codicē Myrepsi fateor; at quomodo restituẽdus sit, satis non video. Scribe, vel meo periculo, ἀειζώου κόμην, χοιροβοτάνην, κοριάνδρου χλωροῦ, καὶ λασάρου, vel λασάρεως: sed λάσαρον apud Orneosophiæ auctorem legitur: *sempervivi accipe comam, portulacæ, coriandri viridis, & laseris.* Zulapium præscribit adversus fer-

vores,

vores, inflammationes totius corporis, & erysipelata, &c. Refrigerat sempervivum; idem faciunt portulaca, coriandrum. Laser vero non refrigerat, sed ad discussionem, ac ne nimium *repellatur* humor additum fortassis. ἀνδράχνην portulacum esse libr. 7. docetur. Laser autem proprie est succus, non ipsa planta. Alii silphii plantam, καυλὸν vocant. Pollux lib. 7. ἡ δὲ ῥίζα σίλφιον, τὸ δὲ φυτὸν καυλός. *Radix silphium vocatur, planta caulis.* Veteres quoque conjici καυλὸν vocarunt. Alexis ἐν λίβυϊ.

—— Νάπυ, καυλὸν, σίλφιον.

Τὸ σίλφιον radix. καυλὸν vero τὸ φυτὸν, id est caulis, quæ ex radice exit. Frustra ergo viri magni corrigunt νάπυ, καυλὸν σιλφίου. Ebulus in Glauco.

—— Καὶ καυλὸν ἐκ Καρχηδόνος
Καὶ σίλφιον, θύμόν τε τῶν Ὑμηττίων.

— *Caulem Carthaginensem*
Et silphium, thymumque Hymettium.

Antiphanes ἐν δυσέρωσι, de Cyrenaica regione, cui valedicebat ille, quisquis apud eum sic loquitur.

—— Ἐῤῥώσθε λέγων
Ἅπασιν ἵπποις, σιλφίῳ, συνωρίσι
Κέλησι, καυλῷ, μασπέτοις, πυρετοῖς, ὀπῷ.

Quibus verbis, non ut cæteri, καυλὸν pro tota ponit planta, sed pro thyrso. Distinguit enim καυλὸν μάσπετον, σίλφιον, ὀπόν. Idem quoque fecit Theophrastus, uti ex iis quæ dicentur palam fiet. Eadem divini senis sententia lib. de ratione victus in morbis acutis. ἢ σιλφίου, ἢ ὀπὸς, ἢ καυλός.

Ῥίζαν μὲν πολλὴν, &c.] Radicem non describit Dioscorides. Plinius tradit, radicem multam crassamque habere. lib. 19. cap. 3. Cæterum neutiquam reticendum, duas opiniones sequi Theophrastum, & ex variorum relatu hanc historiam contexuisse.

Τὸν δὲ καυλὸν, &c.] Ferulaceum dat caulem silphio; idem facit Dioscorides lib. 3. cap. 94. Σίλφιον γεννᾶται ἐν τοῖς κατὰ Συρίαν καὶ Ἀρμενίαν, καὶ Μηδείαν τόποις, καὶ Λιβύῃ. οὗ ὁ καυλὸς μάσπετον καλεῖται, ἐμφερὴς νάρθηκι. *Silphium seu laserpitium circa Syriam, Armeniam, Medicam & Lybiam nascitur.* Hujus caulis ferulaceus maspetum appellatur. Theophrastus folium sic vocari tradit; sed de hac quæstione, ubi de folio erit sermo. Plinius, *Caule ferulaceo, haud simili crassitudine.* Dioscorides & Theophrastus similē faciunt ferulæ. Rectè nam revera similis est, Malè ergo Plinius, *haud simili crassitudine*, dixit. Sed librarii hic error, non Plinii, qui cum *haud dissimili*, vel *absimili* scribere deberet, scripsit, *haud simili.*

Φύλλον.] Id est apio, non vulgari sive aquatico, cui in officinis κατ' ἐξοχὴν apii nomen, sed quod vulgo petroselinum perperam vocant. Dioscorides, φύλλα δὲ ἔχει σελίνῳ ὅμοια. *Folia habet apio similia.* Idem Plinius, *hujus folia apio maximè similia.*

Μάσπετον &c.] Plinius loco citato, *Hujus folia maspetum vocabant, apio maxime similia.* Eadem Pollucis sententia. ἡ δὲ ῥίζα σίλφιον, τὸ δὲ φυτὸν καυλὸς, τὸ δὲ φύλλον μάσπετον. Dioscorides caulem sic vocari docet, οὗ ὁ καυλὸς μάσπετον καλεῖται. Idem tamen foliū sic dictum, eodem capite docet. Ἔνιοι δὲ τὸν καυλὸν σίλφιον ἐκάλεσαν, τὴν δὲ ῥίζαν μαγύδαριν, τὰ δὲ φύλλα μάσπετα. *Sunt vero qui caulem silphium, radicem magudarim, & folia maspeta vocaverint.* Supra dixi ipsam radicem silphion vocari, contra caulem, ipsamque plantum καυλόν. Pollux, ἡ δὲ ῥίζα σίλφιον, τὸ δὲ φυτὸν καυλός. Columella libr. 6. *Radix quam Græci σίλφιον vocant.* Vide quæ supra dixi. Hæc satis ostendunt, ipsos veteres non satis in nominibus silphii convenisse. Hesychius maspetum caulis succum vocari ait, ut & prima folia μάσπετα τὰ πρῶτα τοῦ σιλφίου πέταλα, ἢ τὸ τοῦ καυλοῦ ὀπόν. Sed quænam illa prima folia silphii, quæ Grammaticus maspeta vocari tradit? Nobiliss. Salmasius corruptum codicem scribit, & corrigit; Μάσπετα τὰ βρωτὰ τοῦ σιλφίου πέταλα. οἱ δὲ τὸ τοῦ καυλοῦ ὀπόν. *Maspeta, edulia laserpitii folia, nonnulli caulem sic vocant.* Interpretatio est, atque ἐτυμότης Grammaticalis vocis μάσπετον, quam ἀπὸ τοῦ μασᾶσθαι & πέταλον deducit, quasi edule foret folium. Vulgatam lectionem servavit Phavorinus, qui plura ex Hesychio exscripsit; Unde antiquum mendum esse colligo. Fortassis priora folia sic vocata tempore Hesychii, Edulia nusquam legi nisi forte apud Solinum qui capite 31. *Asbystæ lasere vivum, hoc aluntur, hoc illis edule est.* Cæterum ex dictis concludo, antiquos Græcos Theophrastum, Aristotelem, Hippocratem folium silphii maspetum vocasse; mediæ verò ætatis auctores, Dioscoridem, Galenum, cæteros cauli nomen illud dedisse; at Barbaros Græcos succum sic vocasse. An itaque scripsit Grammaticus μάσπετα, πρῶτα τὰ τοῦ σιλφίου πέταλα, νῦν δὲ τὸ τοῦ καυλοῦ ὀπόν.

Σπέρμα ἔχει, &c.) Dioscorides loco citato, σπέρμα πλατύ. *semen latum.* Addit Oribasius, φυλλῶδες ὃ καλεῖται μαγύδαρις, *foliaceum, quod vocatur magydaris.* Illud φυλλῶδες agnoscit Theophrastus, probat Plinius. *Semen*, inquit, *erat foliaceum.* Magydarim vocari neuter tradit. Sed de hac voce infra.

Οἷον τὸ λεγόμενον φύλλον, &c. Sic vocatum semen silphii extra controversiam est; sic scripsisse Theophrastum nemo facilè concedet, Vulgata lectio hunc habet sensum, semen silphii foliaceum esse, quale est quod proprie vocatur folium. Verba, οἷον τὸ λεγόμενον, non agnoscit Plinius, qui verbatim Theophrastum sequitur. An scribendū οἷον τι λεγόμενον φύλλον. *& quod solum vocetur folium.* Folia fert silphium, quæ maspeta dicuntur; at semen ejus, quod foliaceum Theophrastus, Plinius, Dioscorides scribunt, absolute φύλλον appellatur. Melior lectio, σπέρμα πλατὺ, φυλλῶδες, τὸ λεγόμενον φύλλον *semen latum, foliaceum, quod vocatur phyllum.* Præstat, inquiunt viri magni; hæc verba οἷον τὸ λεγόμενον φύλλον expungere, quæ nec Plinius in suo codice reperit, nec Dioscorides. Addita textui videntur, & margine attexta, quæ ibi lector aliquis notaverat, ex posteriore descriptione, ubi τὸ λεγόμενον φύλλον silphii semen est. Hanc probarem opinionem, nisi constaret & ipsum Hippocratem semen silphii φύλλον folium κατ' ἐξοχὴν vocasse. quare φυλλῶδες τὸ λεγόμενον φύλλον lego.

Φύλλον.] Vox hæc plures apud Botanicos habet significationes. Neminem fugit, φύλλον vocari plantarū folium, pars plantæ humore & carne constans, tegumenti fructum, nutritionis animalium, & medicationis causa procreatum. Φύλλον etiam vocatur olus viride, aut herba viridis condimentis idonea, quæ auctuarii loco olera ementibus adjici solet. Φύλλα, τὰ κηπαῖα καὶ βοτανώδη χλωρὰ ἡδύσματα. φύλλα ἡδύσματα κηπαῖα, ἃ τοῖς ὠνουμένοις τὰ λάχανα προστιθέασιν, οἷον κορίαννον, ἡδύοσμον, πήγανον, σέλινον. Id est, *Phylla, hortensia, herbacea viridia odoramenta. Phylla odoramenta hortensia, quæ ementibus olera addunt, ut coriandrum, menta, ruta, apium.* Sic φύλλον planta est, quæ à Dioscorid. libr. 3. cap. 140. describitur, & à Theophrasto lib. 9. cap. 19. Folium præterea est aromaticum, cujus mentionem facit Dioscorides lib. 2. cap. 18. Ἀποτίθενται ἐνίοτε μιγνυμένου πρὸς ἐπιμίαν αὐτοῖς ναρδοστάχυος, ἢ φύλλου ἢ μαλαβάθρου βραχέος, *ac interdum quo jucundius ori sapiat, spica nardi, aut folii, aut malabathri momentum immiscetur.* An malobathrum & φύλλον aromaticum res eadem sit, suo loco & tempore examinabo. Κατ' ἐξοχὴν, per excellentiam τὸ φύλλον dicitur Silphii semen. Galenus in Glossis modo citatis. Φύλλον τὸ τοῦ σιλφίου σπέρμα διὰ τὸ πλατὺ εἶναι, ἐν τῷ δευτέρῳ γυναικείων. προστίθησι δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ λόγῳ ποτὲ μὲν Λιβυκὸν, ποτὲ δὲ Αἰθιοπικόν. *Phyllum silphii semen, eo quod latum est, in secundo de morbis mulierum; addit autem & ipse in oratione, aliquando & Libycum, aliquando Æthiopicum.* Non tantum φύλλον vocari tradit silphii semen, sed unde nomen hoc impositum addit. Alii semen non φύλλον, sed μαγύδαριν vocant, ut ex Oribasio constat, qui ad verba Dioscoridis τὸ σπέρμα πλατὺ, addit, φυλλῶδες ὃ καλεῖται μαγύδαρις. Utrum hæc Oribasii additamentum, an Dioscorides sic scripserit, non satis constat. Pollux semen magudarim vocari auctor est lib. 6. cap. 10. Sed corruptus codex: vulgo legitur, Τοῦ μὲν τοι σιλφίου τὸ μὲν σπέρμα καλεῖται μάνδαρις, ἡ δὲ ῥίζα σίλφιον, τὸ δὲ φυτὸν καυλὸς, τὸ δὲ φύλλον μάσπετον. καὶ ἕτερον δέ τι ἥδυσμα ἐοικὸς σιλφίῳ, ἧττον δὲ δριμὺ, ἐκαλεῖτο μάνδαρις. Scribe, Τοῦ μὲν τοι σιλφίου, τὸ μὲν σπέρμα καλεῖται μαγύδαρις, ἡ δὲ ῥίζα σίλφιον, τὸ δὲ φυτὸν καυλὸς, τὸ δὲ φύλλον μάσπετον. καὶ ἕτερον δέ τι ἥδυσμα ἐοικὸς σιλφίῳ, ἧττον δὲ δριμὺ, ἐκαλεῖτο μαγύδαρις. *Silphii semen magydaris vocatur, radix silphium, folium maspetum. Est & aliud condimenti genus simile silphio, minus acre, quod magydarin vocant.* Hesychius ipsum liquorem sic appellari tradit. μαγύδαρις· ὀπὸς σιλφίου. οἱ δὲ ἕτερον τοῦ σιλφίου εἶναι μαγύδαριν. *Magydaris silphii succus, alii alterum silphii genus esse tradunt rarius.* De magydari infra agendum.

Ἀφίησι μὲν οὖν τοῦ ἦρι, &c. Hunc locum sic reddidit Plinius. *Semen erat foliaceum, folium ipsum vere deciduum.* Hæc corrupta, vel ineptissima sunt. Alibi abunde docuimus τὸ ἀφιέναι semper poni à Theophrasto, Dioscoride aliisq; Botanicis pro *edo, emitto, profero.* Theophrastus lib. 8. cap. 3. Ἀμυγδαλώδεις δὲ τῆς ἀρχῆς καυλὸν ἀφιᾶσιν ἐκ τοῦ μέσου καὶ γονατοῦ. *caulem è medio emittunt.* Vide capite secundo libro quarto. Insuper Plinii hæc lectio cunctarum fermè plantarum, non tamen omnium naturæ repugnat, folia quippe vel autumno, vel post autumnū amittunt. Theophrastus lib. 1.

libr. 1. cap. 15. φυλλοβολεῖ δὲ πάντα τὰ μετόπωρον, ἢ μετὰ τὸ πλεῖον τὰ μὲν θᾶττον, τὰ δὲ βραδύ. Dixi ferè omnium plantarum naturæ adversari Plinii sententiã. Quædam enim folia vere amittunt, ut crocus; qui autumno sub ipso solstitio, vel paulo post floret, statim à flore folia promit, vere perdit, æstate nusquam conspicitur. Ut unde digressus sum revertor, Plinii codicem corruptum puto. Antiquus codex habet, *folium ipsum deciduum, vere renascitur.* Vox posterior negligentia librariorum, deperdita.

Ὅ καθαίρει, &c.] Plinius loco citato, *Vesci pecora solita, primoque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in modum jucunda. Post folia amissa, caule ipso & homines vescebantur, decocto, asso, elixoque: eorum quoque corpora 40. diebus purgante à vitiis omnibus. Post*, inquit, *folia amissa.* Theophrastus, μετὰ τοῦτο καυλὸν ἐσθίουσι πάντα τρόπον ἀγαθόν, ἑφθὸν, ὀπτόν. Postquam scilicet folium absumpserunt pecora, caulem ipsum homines mandunt. Cum igitur Plinius ait, *post folia amissa, caule ipso, &c.* vult caulem non ante commedi ab hominibus, quam cum deperdita folia sunt, & devorata à pecoribus. Folia quippe primum dabantur animantibus, quibus & purgabantur & saginabantur, caule deinde ipso homines vescebantur. Fortasse Plinius scripsit, *Post folia emissa, caulis ipse prodit, quo homines vescebantur, decocto, &c.* Quod sequitur extra omnem controversiam corruptum est, *decocto, asso, elixoque eorum à vitiis omnibus succus duobus modis capitur.* Tautologus Plinius. Idem Latinis est *elixum & decoctum.* Illud, *elixo*, glossema est interpretantis τὸ *decocto.* Scribe, deleto *elixo; caule ipso vescebantur homines, decocto, assoque.* Theophrastus, ἑφθὸν ὀπτόν. Quod sequitur ineptum & corruptum. *Purgante*, inquit, *à vitiis omnibus.* Græcus auctor folia silphii purgando & saginando pecori præstantissima esse, simpliciter tradit; non à vitiis omnibus, quod absurdum, tanta vi non pollet silphium. Optima foret panacea, qualis in rerum non datur natura. Insuper *vitium* pro humore vitiante & vitiato, vix Latinum. Antiquus codex habet, *Eorum quoque corpora 40. primis diebus purgante à vitiis. Ex iis omnibus succus capiebatur, &c.* Alius vero codex, ut Doctiss. monet Salmasius, *purgant eum his omnibus.* Scribit idem ac distinguit, *asso elixoque, eorum quoque corpora 40. diebus primis purgante. cum his omnibus succus duobus modis capiebatur, &c.* Folia Silphii purgando & saginando pecori optima, caulis ipse hominibus edulis, omni modo decoctus, & assus. Cum his omnibus utilitatibus, etiam succus è radice atque caule capiebatur, pluribus rebus usui futurus.

Ὀπός.] Hujus succum ὀπὸν vocari κατ' ἐξοχὴν, notum satis arbitror, quod succorum omnium præstantissimus à Veteribus habitus fuit. Galenus in glossis, Ὀπὸς τοῦ σιλφίου κατ' ἐξοχὴν. Ὀπὸς alioquin vox generalis, qua omnium plantarum succus denotatur, præcipuè tamen lacteus, ut lib. 19. cap. 1. dicam, non sponte, ut lachryma, id est, τὸ δάκρυον emanans, sed castratione, sacrificatione, terebratione, aut alio quovis vulnere effluens. Per excellentiam ὀπὸς, vel est fici, vel silphii succus: magis tamen silphii, quam fici. Galenus lib. 7. Simpl. Ὀπὸς ὁ μὲν Κυρηναῖος ἁπάντων ἐστὶ θερμότατος — εἰσὶ δὲ πάμπολλοι μὲν ὀποί· ῥίζης γὰρ ἧς τινὸς οὖν, ἢ καυλοῦ τμηθέντος, τὸ ῥέον ἐκ τῆς τομῆς, παχὺ καὶ γλισχρὸν, ὀπός ἐστι. Ἰδιαίτερον δὲ οἷον κατ' ἐξοχὴν τινα τὸν Κυρηναῖον οὕτως ὀνομάζουσι, ἢ τὸν Μηδικὸν, καὶ τὸν Συριακόν. *Opos, sive succus Cyrenaicus omnium est calidissimus — porro complures habentur succi, quavis namque radice incisa, aut caule, quod ex vulnere crassum & lentum effluit, succus est. Cæterum specialius, & velut per excellentiam quandam Cyrenaicum ita nuncupant, & Medicum, & Syriacum.* Quæritur utrum semper apud Hippocratem, nisi cum pro omni ponitur succo, ὀπὸς nomine intelligi debeat succus Cyrenaicus, sive silphii. Quod non videtur, idque quia lib. quarto de morbis legitur, Ἔοικε δὲ καὶ τοῦτο τὸ πάθος γάλακτι ἐπὴν ὀπὸν ἐμβάλῃς. ψῦξις γενομένη ἐν αὐτῷ τῷ γάλακτι, συνιστάγχνει τὸ γάλα ἢ ὁμοῦ ἐποίησε, περὶ δὲ τὸ παχυνθὲν ὀῤῥός ἐστι. *Si quis succum in lac immittat, frigiditas in ipso oborta lac inspissat, & conglobat, at circum inspissatum serum est.* Certè ὀπὸς loco citato non generalem, sed specialem habet significationem. Non omnis succus potest lac coagulare: silphii utrum id præstare possit, nondum constat. Hesychius herbam quandam esse ait, quæ hac vi pollet. Ὀπὸς πιτύα. βοτάνη τις δι' οὗ πήγνυται τὸ γάλα καὶ τὸ τῶν δένδρων δάκρυον, καὶ τὸ γαλακτῶδες ἐκ τῆς συκῆς ἀπιόμενον. Ita scribendum; vulgo ὀπὸς πυτία, *opos coagulum, herba quædam quæ coagulat lac, omniumque arborum lachryma* (τὸ δάκρυον impropriè accipi debet, pro succo è vulnere manante) *& lacteum quod è ficu manat.* Cardui Chrysanthemi succus vim habet lac coagulandi. Utrum hanc intelligat Hesychius plantam, ignoro, Veteres hanc facultatem carduo non tribuunt. Fici succum lac coagulare, auctor est Dioscorides lib. 1. cap. 184. Ὁ δὲ ὀπὸς τῆς ἀγρίας καὶ τῆς ἡμέρου συκῆς, πηκτικός ἐστι γάλακτος, ὥσπερ ἡ πιτύα, λύει δὲ ὁ πηκτικὸς ὥσπερ τὸ ὄξος. *Porro tam sylvestris, quam sativæ fici lacteus succus coaguli modo, lac contrahit, coagulatumque aceti modo dissolvit.* Fici, ut dixi, succus κατ' ἐξοχὴν etiam ὀπὸς dicitur, uti Eustathius ad hunc Homeri versum Iliad. ε docet.

Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν,

Ut cum lac album fici succus cogens congelavit.

Ad hunc versum Interpres, ὀπὸν, τὸ γαλακτῶδες τῆς συκῆς. Ex hoc Homeri loco Empedocles apud Plutarchũ περὶ πολυφιλίας. Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐγόμφωσε καὶ ἔδησε, *ut fici succus opportunus est lacti condensando.* Varro libr. 2. cap. 11. de rustica *Alii pro coagulo addunt fici de ramo lac, & acetum, & aspergunt item aliis aliquot rebus, quod Græci appellant alii ὀπὸν, alii δάκρυον.* Antiquus codex habet *draconon.* Scribe ex Petri Victorii emendatione δάκρυον. Cur lac à fici succo coaguletur, docet Plutarchus in Sympos. Ταῦτα δὲ πάντα θερμότητι ἢ τὴν πῆξιν ἐμποιεῖ τῷ γάλακτι τὸ ὀπὸν οἴονταί τινες οὐ σκαληνίοις σχημάτων περιπλέκοντα, ἢ κολλῶντα τὰ μέρη τοῦ γάλακτος, ἐκθλιβομένων ἐπὶ πλῆθος τῶν λείων καὶ περιφερῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ θερμότητος ἐκτήκοντα τοῦ ὑγροῦ τὸ ἀσύστατον καὶ ὑδατῶδες. *Iam quod succus ejus lac coagulet injectus, sunt qui dicant fieri non in æqualitate figurarũ lactis, quæ ab eo appendantur & figurentur, & conglutinentur, elisis in superficiem lævibus ac rotundis, sed quod ob calorem eliquet humores instabiles, & aquosas partes.* Cum itaque fici lac quod & ὀπὸν vocant, coagulare tradant veteres, quod de silphii succo tacuerunt, probabile admodũ, Hippocratem non silphii, sed fici intelligere. Latini succum hunc laser vocarunt. Plinius loco citato, *Ab his proximum dicetur auctoritate clarissimum laserpitium, quod Græci silphion vocant, in Cyrenaica Provincia repertum* (optimum quidem tradunt Græci, sed non repertum) *cujus succum vocant laser, magnificum in usu, medicamentisque ad pondus argenti denarii pensum.* Idem eodem loco, *Laser è silphio profluens quo diximus modo inter eximia naturæ dona numeratur.* Pro *laser* dixerunt etiam *lasar.* Apicius de re culinaria, *ut condimentis nihil desit, crocum, piper, Zingiber, laser, folium.* Recentiores Græci λάσαρον & λάσαρ vocarunt. Glossæ Latino-Græcæ, laser ὀπὸς, λασάριον. Lexicon Neophyti, λάσαρον ἢ λάσαρ, ὁ ὀπὸς τοῦ σιλφίου. Pelagonius cap. 11. lib. 1. artis veterinariæ. τῇ δὲ τετάρτῃ οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ καὶ λασάρου γ α. *quarto die vino & oleo laseris unciam adjicito.* Plautus succum laserpicium vocavit (per c & per t scribitur.)

— Teque oro, & quæso si speras tibi,
Hoc anno multum futurum sirpe, & laserpitium.

Isidorus succum lactir primum dictum tradit, plantam & succum etiam laser. *Laser*, inquit, *herba nascitur in monte Oscobagi, ubi Ganges fluvius oritur, cujus succus primum dictus lactir, quoniam manat in modum lactis, deinde usu derivante laser nominatum est. Hoc & à quibusdam ὀπὸν* (vulgo *opum*) *Cyrenaicum nominatum.* Miror quod circa Gangem nasci tradit, cum nemo veterum prodiderit in India provenire. Forte benzoin, aut asam recentiorem confundit cum lasere, sive silphii succo.

Διὰ χυλοῦσι τὸ μὲν καυλίας, &c. Plinius loco citato. *Succus duobus modis capiebatur, è radice atque caule, & hæc duo erant nomina, rhizias atque caulias, vilior ille ac putrescens.* Notat Doctissimus Dalecampius in Chiffletii Medici M. S. codice legi, *vilior illo ac putrescens.* Quasi caulias succus, qui è caule, vilior esset illo, qui è radicibus colligitur. Vulgata tamen lectio probabilior; quam confirmat, teste Nobiliss. Salmasio, codex Apulei vetustissimus, capitularibus, ut vocant, litteris scriptus. Sic in eo legitur, *Succus duobus modis capiebatur; è radice, atque caule. & hæc duo erant nomina, ῥιζίας & καυλίας. vilior ille ac putrescens.* Vilior ergo succus ῥιζίας; Hanc sententiam ex Theophrasti verbis male intellectis desumpsit Plinius, uti infra demonstrabo. Duos etiam succos novit Dioscorides loco citato: ubi sinceri ac adulterati succi notas describit. Συλλέγεται δὲ ὁ ὀπὸς ἐγχαρασσομένων τῆς ῥίζης καὶ τοῦ καυλοῦ. (vetus περιχαρασσομένης) αἱρεῖται δὲ αὐτοῦ ὁ ὑπέρυθρος ἢ διαυγὴς σμυρνίζων, καὶ ἐν τῇ ὀσμῇ δύνατος, μὴ πρασίζων, (Lac. in vet. codic. additum legit οὐ μελδης) μὴ δὲ ἀπηνῆς ἀπὸ τὴν χρόαν τῇ γεύσει (Glossatoris duæ voces postremæ videntur) εὐχερῶς τε διαλυόμενος ἐπὶ τὸ λευκὸν χρῶμα. ὁ μὲν δὴ Κυρηναϊκὸς κἂν ἐπ' ὀλίγον τις αὐτοῦ γεύσηται, ἱκμάδα κινεῖ καθ' ὅλον τὸ σῶμα· τῇ τε ὀσμῇ πραότατος. ὡς τὸ γευσαμένου τὸ στόμα μὴ δὲ πάνυ εἰ μὴ ἐπ' ὀλίγον. ὁ δὲ Μηδικὸς καὶ ὁ Συριακὸς τῇ δυνάμει εἰσὶν ἀσθενέστεροι, ἢ βρωμωδεστέραν ἔχουσι τὴν ὀσμήν.

δολοῦται δὲ πᾶς ὀπὸς πρὶν ἢ ξηρανθῆναι, σαγαπηνοῦ ἢ μιγνυμένου τῇ ἀλεύρῳ ἐρεγμίνου, ὅπερ διαγνώσῃ τῇ γεύσει, καὶ τῇ ὀσμῇ, καὶ τῇ ὄψει, καὶ τῇ διέσει. *Colligitur liquor & è radice & caulibus incisis. Præfertur is modicè ruber, atque translucens, myrrhæ æmulus, odoreque valens; minimè porraceus* (aut *terrenus*) *neque saporis immitis & asperi: qui denique cum liquescit ac diluitur, facile albescit. At Cyrenaicus, etiamsi tantillum quis ipsum degustaverit, madorem toto corpore ciet, estque odore blandissimo: adeò ut ne os quidem gustanti, nisi paululum spiret. Medicus vero & Syriacus viribus minus valent, & magis virosum reddunt odorem. Porro liquor omnis antequam siccescat, addito sagapeno, aut fabæ lomento adulteratur: quod maleficium gustu, odore, ac visu, ac diluendo quoque deprehendes.* Succum colligi ex caule & radice tradit Dioscorides, sed uter præstet, non dicit; pro regionum tamen differentia præstantiorem esse docet, ac quidem Cyrenaicum optimum, deterius Medicum. Διαφέρει δὲ αὐτοῦ, *præfertur modicè rubens, &c.* Plinius quoque notas optimi laseris tradit, ac describit loco citato; *Probatio sinceri prima, in colore modicè ruffo, & cum frangitur candido intus, mox translucente: gutta aqua salivaque liquescit, usus in multis medicaminibus.* Corruptus codex; scribe ac distingue, *Probatio sinceri prima in colore modicè ruffo, & cum frangitur candido intus, mox translucente gutta, quæque saliva liquescit.* Sagapenum, quo Dioscorides ait adulterari silphii succum, translucidum est, foris ruffum, intus candidum. Dioscorides cap. 95. Διαφέρει δὲ αὐτοῦ τὸ διαυγὲς, ἔξωθεν μὲν κιῤῥὸν, ἐνδοθεν δὲ λευκὸν, ὄζον μεταξὺ ὀποῦ σιλφίου καὶ χαλβάνης, &c. *Præfertur id quod translucet, foris quidem fulvo, intus vero albo colore, medio inter lasar & galbanum odore.* Quod de sagapeno Dioscorides, quo vitiabatur laser, hoc de optimo lasere Plinius. Nusquam tradidit Dioscorides sagapenum quando frangitur, intus albũ esse; nec ideo album esse sequitur, quod sagapenum quo vitiabatur intus sit candidum. Nullum etiã dubium quin Cyrenaicum intelligat Dioscorides, quando illud eligendum præcipit, quod ὑπέρυθρον καὶ διαυγὲς, *modicè ruffum & translucens.* De Medico intelligi nequit quod Dioscorides illud βρωμωδεστέραν ὀσμὴν, *magis virosum* reddere *odorem* referat, cum optimum sit quod modice ruffum esse ait atque translucens, odore valeat, neutiquam porraceum, id est graveolens, quid spirans. An ætate Dioscoridis allatum laser, inferius inquiremus. Ait idem Medicum & Syriacum laser minus viribus valere, & magis virosum reddere odorem; at contrarium docere videtur Strabo libr. 11. Geograph. Φέρει δὲ καὶ σίλφιον ἡ χώρα, ἀφ' οὗ ὁ Μηδικὸς καλούμενος ὀπὸς, πολὺ λειπόμενος τοῦ Κυρηναϊκοῦ. ἔστι δ' ὅτε καὶ διαφέρων ἐκείνου. *Silphium quoq; fert Media, unde Medico succo nomen, is longè deterior Cyrenaico, interdum ei anteit bonitate.* Τὴν φράσιν si spectes, ut rectè viri maximi, videbitur legendum, οὐ πολὺ λειπόμενος, *non multum deterior* Cyrenaico, interdum præstantior. quod planè esset contra Dioscoridem, & veteres omnes. Omnes tamen, ut iidem observarunt, codices habent πολὺ λειπόμενος, nullus vocem οὐ agnoscit, ne quidem epitome. Contra apud Stephanũ περὶ πόλεων legitur Μηδία — ὁ Μηδικὸς ὀπὸς, ἡ Μηδικὴ βοτάνη. Στράβων. φέρει δὲ σίλφιον ἡ χώρα, ἀφ' οὗ ὁ Μηδικὸς καλούμενος ὀπὸς, οὐ πολὺ λειπόμενος τοῦ Κυρηναϊκοῦ. *Media — Medicus succus, vel Medica herba. Strabo ait Mediam ferre silphium, cujus succus vocatur Medicus, præstantia non multum à Cyrenaico recedens.* Vulgata ergo lectio corrupta, quod & sensus docet. Non tamen contradicit Dioscoridi. Sufficit ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, parum deterior sit succus medicus; nec aliter docuit Dioscorides, qui tamen tacet quandoq; præcellere. Strabonis sensus videtur esse, ut plurimum bonitate cedere Cyrenaico, quandoque tamen antecellere: rationem cur ut plurimum pejor, aliquando melior idem quærit, & hic tradit Strabo. Εἴτε παρὰ τὰς τῶν τόπων διαφορὰς, εἴτε τοῦ φυτοῦ κατ' εἶδος ἐξαλλάττοντος, εἴτε καὶ παρὰ τοὺς ὀπίζοντας, καὶ σκευάζοντας ὥς τε συμμένειν πρὸς τὴν ἀπόθεσιν, καὶ τὴν χρείαν. *Sive id locorum differentia facit, sive species plantæ variat, sive qui succum colligunt, & conficiunt ad reponendum, & ad usum hoc præstant.* Nos existimamus omnes has causas simul concurrere. Differt ergo Cyrenaicum à Medico, quod Medicum, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ βρωμωδεστέραν ἔχει ὀσμὴν; qua etiam de causa à recentioribus σκορδολάσαρος dicebatur. Nam de Cyrenaico id non potest dici; jucundi quippe odoris fuit. Probari idem ait, τὸν μὴ πρασίζοντα τῇ ὀσμῇ, qui odore porrum non referat, quod olebat Medicum laser; unde magis virosum odorem habere tradidit Dioscorides. Recentiores tamen Greci σκορδολάσαρον de Cyrenaico exponunt Silphio. Neophytus σκορδολάσαρος, ὁ Κυρηναϊκὸς ὀπός. Nicodemus Iatro Sophista, σκορδολάσαρος ὁ Κυρηναϊκὸς ὀπός. Vicelius vetus glossarum auctor, σίλφιον, ἤγουν σιλφίου ὀπὸς, τὸ σκορδολάσαρον.

Aliis judicandum relinquit, utrum intelligi de Cyrenaico, an Medico debeat. Rectius Medico adscriberetur; quanquam nec medicum, nec Syriacũ, nec Cyrenaicum laser unquã σκορδολάσαρον vocatũ fuit, ut paulo infra probabo; atq; ibi etiã ubi disputatur an asa fœtida sit laser, Cyrenaicum laser sic vocari tradiderunt ex Pharmacopœorum relatu; qui cum optimo lasere carerent, nec tamen sese eo destitutos fateri vellent, quod σκορδολάσαρον vocabatur, laser cyrenaicum pronunciarant; Medicis tamen magis exercitatis illud persuadere non poterant. Hi σκορδολάσαρον vocarunt, quod allium odore referret, Σκορδολάσαρος quasi allii laser. Dicebant etiam σκορδοράσαρον corruptè pro σκορδολάσαρον. Vetus lexicon Iatricum, ὀπὸς Κυρηναϊκὸς, ἤτοι σκορδοράσαφον. Ita appellatur Myrepso in compositione ἀφροδισιακοῦ antidoti. ἔχει σκορδοράσαφον, ἀμμωνιακὸν, σμύρνην, τραγάκανθον, ὀποπόνακα. Vertunt, *scordii, ammoniaci, myrrhæ, tragacanthæ, opopanacis.* Malè σκορδοράσαρον *scordium* interpretantur; nec tamen suis rationibus destituuntur. Quippe Myrepsus σκορδοράσαρον, τὸ σκόρδιον exponit. Antidoto enim XXVII. è Castorio scribit, σκορδοράσαρον, τὸ λεγόμενον Ἰταλικῶς ἀσαφετίδα, *scordorasarium, quod Italicè asa fœtida vocatur.* At vero sect. 23. de Hieris capite 4. scribit ἀσαφέτης τὸ σκόρδιον. Hæc causa, cur pluribus in locis, uti Sect. 17. enemate 19. σκορδοράσαρον exponant *scordium*; cum tamen nihil minus quam scordium sit; quod vel ex Antidoto ἀφροδισιακοῦ probatur. Ineptus foret Myrepsus si herbam inter gummi recenseret; præsertim ubi gummi colatis & liquefactis addi jubet in tenuissimũ pulverem redactum ὕσσωπον, βετονίκην, καρηβουρίαν, &c. *Hyssopum, betonicam, carum.* Idem etiam facit Antidoto citato ex Castorio, ubi σκορδοράσαρον exponit, *asam fœtidam.* Inter myrrham enim, euphorbium, & aloen recenset. Recte ergo officinæ asam fœtidam sic hodiè dictam, non scordium in Nicolai compositionibus usurpant. His addo, quod nemo unquam scordium asam fœtidam vocarit, nec ulla est ratio cur sic vocari mereatur. Quod ad locum Myrepsi in Hieris, corruptum dico, ac pro τὸ σκόρδιον lego ex aliis locis jam citatis, σκορδοράσαρον. Quin & ex locis Nicomedis & Neophyti citatis σκορδοράσαρον non esse herbam, sed succum constat: secus si foret, non interpretati fuissent ὀπὸν Κυρηναϊκόν. Malè ergo viri magni officinas notant, quod asam fœtidam capiant, ubi à Myrepso & aliis Græcis σκορδοράσαρον præscribitur. Nunc videamus utrum silphii succus ad recentiorum cognitionem pervenerit. Multi Dioscoridis jam sæculo Laserpitii Cyrenaici succum deperditum fuisse tradunt. Sed qua ratione id probant? Plinius, inquiunt, scribit loco citato, *Multis jam annis in ea terra non invenitur: quoniam Publicani, qui pascua conducunt, majus ita lucrum sentientes, depopulantur pecorum pabula. Vnus omnino caulis nostra repertus memoria, Neroni principi missus est. Si quando incidit pecus in spem nascentis, hoc deprehenditur signo: ove, cum commederit dormiente protinus, capra sternuente.* (alter *sternutante*) *Diuque non aliud ad nos invehitur laser, quam quod in Perside, aut Media, & Armenia nascitur largè, sed multo infra Cyrenaicum. id quoque adulteratũ, gummi, aut sagapeno aut faba fracta.* Rarum quidem Plinii ævo fuisse non inficior; sed nihil planè sinceri Cyrenaici laseris fuissem allatum, nego. Quomodo Dioscorides, si non vidisset, manibus tractasset, & gustasset, distinguere potuit inter Cyrenaicum & Medicum laser. Facilè crediderim silphio accidisse, quod opobalsamo, & illi styracis generi quod Galenus describit, nosque à Petro Dommero seplasiario diligentissimo habemus. Semel tantum illud videre licuit; & notum est, quam rarum sit opobalsamum, non tamen deperditum. Turcarum Imperator sibi & Magnatibus suis servat. Fieri inquam potest, Dioscoridem vel semel tantum vidisse. Cæterum quod Plinius de pecoribus & publicanis dicit, utrum verum, an falsum, infra examinabo. Aliam, eamque meo judicio veriorem, dat causam Strabo, libr. 7. cur Laserpitii Cyrenaici succus Romam non adferretur. Ὁμορεῖ δὲ τῇ Κυρηναίᾳ ἡ τὸ σίλφιον φέρουσα. καὶ τὸν ὀπὸν τὸν Κυρηναϊκὸν, ὃν ἐκφέρει τὸ σίλφιον ὀπισθέν. ἐγγὺς δ' ἦλθε τοῦ ἐκλιπεῖν ἐπελθόντων τῶν Βαρβάρων κατὰ ἔχθραν τινὰ, καὶ φθειρόντων τὰς ῥίζας τοῦ φυτοῦ. εἰσὶ δὲ Νομάδες. *Cyrenæis finitima est regio, quæ laser producit, & Cyrenaicum succum, quem silphium expresso & coagulato succo dat. Id propemodum defecit, cum aliquando Barbari impressione facta, radices ejus penè omnes odio impulsi eruissent.* Vixit Strabo temporibus Augusti, Tiberiique; paulo antiquior Dioscorides, Suidæ si credimus. Nam Antonio & Cleopatræ, ut refert Suidas, familiaris fuit. Malunt alii paulo ante Plinium vixisse. Alii Plinium Dioscoride antiquiorem volunt, ac quidem Suidam duos confundere Dioscorides. Horum sententiam ipse refellit Plinius,

cum

cum de hæmatitide lib. 36. cap. 20. scribit: *Hæc est sententia, eorum qui nuperrimè scripsere, sed Sotacus è vetustissimis auctoribus, quinque genera hæmatitarum tradit.* Conferant ea quæ Dioscorides, & quæ Plinius de hæmatitide scripserunt, & facile videbunt apud Dioscoridem, quam citat Plinius, sententiam reperiri. Forte ergo cum viveret Dioscorides damnum illud, quod intulerunt Barbari resarcitũ quodammodo fuit, ac jam denuò laserpitii succus allatus. Si temporibus Antonii & Cleopatræ vixit Dioscorides, quid impedit, quo minus viderit succum Cyrenaicum preparatũ, antequam Barbari radices evellerent. Nonnulli benivi laser statuunt. Certè odoratum est, foris rubet, intus candidum est, translucet, & dilutum albet, sed cum benivi manat, teste Garcia lib. 1. cap. 5. ex vasta, procera, pulchra, umbram latè diffundente arbore; quod & testantur magni & validi cortices qui plerumque in benivi inveniuntur. Non possum horum opinioni subscribere. Nam ferulaceam plantam esse, veteres testantur omnes. Præterea Dioscorides, & Galenus tradunt, laser calidissimum esse & tenuissimarũ partiũ; quod in benivi nemo facile percipiet. gustantibus enim nullam relinquit acrimoniam. Galenus lib. 7. simpl. Ὀπὸς ὁ μὲν Κυρηναῖος ἁπάντων ἐστὶ θερμότατός τε καὶ λεπτομερέστατος. Malunt alii, immo asserunt, assam fœtidam laser esse. His favent quæ supra ex Myrepso, Neophyto, Nicomede, Glossis attulimus. Ego asam fœtidam laseris genus esse, nunquam concedam; Cyrenaicum esse nemo persuaserit. Suavissimo, blandissimo, gratissimo odore est Cyrenaicum: asa fœtida pessimo, tetertimo, graveolentissimo; tali quidem ut à fœtore suo asa fœtida Belgis **Duyvels-dreck**, stercoris Diaboli nomen acquisiverit. Dioscorides de Cyrenaico, τῇ ὀσμῇ προσηνέστατον, ὥστε γευσαμένῳ τὸ στόμα μηδὲ πνεῖν, εἰ μὴ ἐπ' ὀλίγον, *ut ei qui gustarit os ne quidem oleat, nisi parvo tempore.* Suaviter spirantia hoc præstant, quæ in ore non diu durant, nec sensum sui odoris multum exhalant; ad oris suavitatem talia commendantur. Contra succi qui sunt odore acriore, & diutius permanent, & magis sentiuntur. Asa fœtida, ut dixi, nihil fœtidius, nihil ingratius; hystericis suffocationibus adhibetur, quibus odores hi tetertimi maximè prosunt. Nec Medicum esse laser potest. Dioscorides quidem βρωμωδεστέραν ὀσμὴν habere tradit, non fœtidum ac maleolens, sed virosioris fragrantię, & acrioris, cum gustatur, quam Cyrenaicum cum tamen reipsa imbecillius sit. Τὸ βρωμῶδες non significat tetrum, fœtidum, pessimumque odorem, sed in rebus odoratis, eam quę gustu sentitur, odoris gravitatem & vehementiam. Id multis ex Dioscoride exemplis probari potest. Vide caput de lacca & cancamo, ubi, σμύρνη προσηνὴς, βρωμῶδες (vel βρωμῶδες, quod idem est) ἐν τῇ γεύσει. de costo optimo, ἀπερίκνιστος, ἄβρωμος, γεύσει δηκτικὸς καὶ πυρώδης. Vocat ἄβρωμον *qui non gravis sit odoris.* Ipse Dioscorides inter βαρύοσμον & βρωμῶδες distinguit capite de castoreo. De hac voce vide quæ capite de Phy, sive valeriana dicuntur. Ego quanquam nolim negare τὸ βρωμῶδες odoris gravitatem significare, asam tamen fœtidam laser Medicum esse imaginari nequeo. Sed esto, denotet τὸ βρωμῶδες nonnunquam *insuave, ingratum, graveolens, fœtidum*; anne tum asa fœtida laser erit? Non ait Dioscorides simpliciter βρωμῶδη, sed βρωμωδεστέραν ὀσμὴν habere, quam Cyrenaicum, id est, magis virosum quam laser cyrenaicum, quod suavissimè spirat. Nihil odoris boni in asa fœtida; unum fœtorem percipere licet, eumque summum. Laser colligitur ex planta ferulacea, foliis selini: asa fœtida, ut Garcias ait, ex planta quadam foliis coryli, conciso caule, deinde in bubula coria conjicitur, prius illita sanguine cum tritici farina permisto, conservationis gratiâ: eamque ob causam si quid in lasere furfuribus simile conspiciatur, non adulterationis, sed puritatis potius esse indicium. *Porro laseris duo genera ad Indos adferuntur, alterum sincerum & translucens, alterum turbidum & impurum, quod à Baneanibus repurgatur, antequam in cibos admittatur. Sincerum colore est puro, electro simile; id Guzarate convehitur ex Chitor, ut ajunt, & ex Patane & Dely; impurum ex Ormuz adfertur. Majoris pretii est sincerum, neque facilè impurum emunt mercatores, nisi in purioris defectu. Sincerum validioris est odoris quam sordidum. utrumque tamen mihi fœtet, sed id magis quod sincerius esse putatur.* Hæc Garcias libr. 1. cap. 3. Ex excerptis Iacobi Bontii Medici apud Indos satis celebris, quæ apud Clariss. virum Ioannem Walæum Medicinæ professorem exscripsit, & ad nos misit Adrianus Tollius Med. doctor, dum viveret in promovendis studiis satis diligens, plantam ex qua exprimitur asa fœtida, duplicem esse cognovi. *Est*, inquit Bontius in animadversionibus ad Garciam, *duorum generum 1. sarmentosa ferme ut salix aquatica, ex cujus foliis ac stolonibus incisis, asa fœtida per torcular exprimitur, quæ, ut reliqui succi, sole indurata in consistentiam evadit, qualis est aloes. II, est succus expressus ex radicib. hujus plantæ, quæ crassissimos raphanos, folia autẽ tithymali referũt.* Ex his quivis colligere potest, asa non esse laser officinę. Duo laseris genera ostendunt, illud purũ & aliquo modo translucens, alterũ impurum & sordidum. Addo, solebant veteres laseris Medici succo, ubi deficit Cyrenaicum, ad condimenta uti. Apicius de re culinaria, *ut condimentis nihil desit, crocum, piper, zingiber, lasar, folium.* Apud eundem *lasaratum porcellum, lasaratum hœdum* legitur. Apulejus lasare infectas carnes scribit. Asam fœtidam, nemo Batavorum condimentis cibisve addit; idem de Gallis & Hispanis ausim dicere, Garcias loco citato; *Nam quod laserpitium veterum in cibos admissos esse, ajunt, asam vero fœtidam medicamentis solum utilem, idque raro, in cibis vero damnari ob tetrum odorem, plurimum mihi falli videntur. Si quidem nullum medicamentum simplex per totam Indiam majore est in usu, quam asa fœtida, cum in medicamentis, tum in condiendis cibis. Solent Baneanes & omnes gentiles provinciæ Cambaiæ asam suis jusculis & oleribus commiscere, confricato primum ex ea lebete, nec alio condimento utuntur omnibus in cibis. Commendarunt mihi multi condimenta istorum Banearum cum à saporis, tum ab odoris suavitate. Horum oratione persuasus aliquando ejusmodi condimenta degustavi; quæ sanè sic satis palato arridebant, non tamẽ adeo ut illi prædicabant, quoniam fortè neque jusculis, neque condimentis valdè delector: odore certè suo non erant molesta, tametsi nullus odor mihi æquè infestus sit ac asæ fœtidæ. Lepidam porro historiam, quæ in Bisnagar contigit, prætermittere nequeo. Lusitanus quispiam istic vivens equum habuit maximi pretii, quem illius Provinciæ rex libenter emisset, nisi multis flatibus obnoxium comperisset. Lusitanus asam farinæ permistam equo præbet edendũ, & flatuum morbo liberat. Equum, jam sanum emit rex, & qua ratione curatus sit, percontatur, Respondet Lusitanus, ingi sive asam edendam dedisse. Tum Rex: haud sane mirum si curatus, cum deorum cibo illam paveris. Ad hæc Lusitanus, sed mussitans, ne exaudiri posset, & Lusitanico quidem sermone, verius cacodæmonum cibum nuncupasset. Delectentur hoc cibi genere Indi, ego abhorreo; dicant Deorum cibum, ego, cum Lusitano, τὸ βδέλον θεῶν referam.* Majoris ponderis argumentum addo. Ex fabula jam narrata quanquam probari satis possit asam fœtidam flatus discutere; tamen placet ipsius Garciæ verba proferre, quod ea majoris valoris videantur, *Solent etiam plerique eo ad stomachi corroborationem, flatusque discutiendos medicamenti loco uti.* Contrarium de lasere scribit Galenus libr. 7. simpl. Σίλφιον θερμότατος μέν ἐστιν ὁ ὀπὸς οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τὰ φύλλα, καὶ ὁ καυλὸς, καὶ ἡ ῥίζα, θερμαίνει γενναίως. ἔστι δὲ φυσωδεστέρας οὐσίας ἅπαντα, καὶ κατὰ τοῦτο δύσπεπτα. *Calidissimus est liquor, verum enimvero & folia, & caulis, & radix sat strenuè excalfaciunt, quo flatulentæ magis omnia essentiæ sunt, ac proinde concoctu difficilia.* Ex his affirmo asam fœtidam non posse dici laseris genus quoddam. Sed respondent, laseris succum fœtidũ esse, & probant auctoritate Scholiastę ad comædiã Aristophanis Equites inscriptã; σίλφιον esse φυτάριον κάκοσμον. Ergo, inquiunt, duo sunt genera silphii: odoratũ, & malè olens, quod asa fœtida est. Sic scribit Scholiastes, ἄλλως· φυτάριόν ἐστι κάκοσμον. Ἀρισταῖος δὲ ὁ Ἀπόλλωνος καὶ Κυρήνης, πρῶτος τὴν ἐργασίαν τοῦ σιλφίου ὥσπερ καὶ τοῦ μέλιτος. Facetus profectò Scholiastes, & planè ridiculus. Κάκοσμον *mali odoris* plantam dixit, quod generet producatque illud quod pejus olet, quam sonat. Ut scias lector me vera scribere, versus Aristophanis addam ex Comœdiâ citatâ. Acta 2. Scena 4.

ΔΗ. αἰβοῖ.

Οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ, βύρσης κάκιστον ὄζων;
ΑΛ. Καὶ τοῦτ' ἐπίτηδές σε περιήμπισχ', ἵνα σ' ἀποπνίξῃ.
Καὶ πρότερον ἐπεβούλευσέ σοι· τὸν καυλὸν οἶσθ' ἐκεῖνον,
Τοῦ σιλφίου τὸν ἄξιον γενόμενον; ΔΗ. οἶδα μέντοι.
ΑΛ. Ἐπίτηδες οὗτος αὐτὸν ἔσπευδ' ἄξιον γενέσθαι,
Ἵν' ἐσθίοιτ' ὠνούμενοι, κᾆτ' ἐν Ἡλιαίᾳ
Βδέοντες ἀλλήλους ἀποκτείνειαν οἱ δικασταί.
ΔΗ. Νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ πρὸς ἐμὲ τουτί δ' εἶπ' ἀνὴρ κοπρεαῖος. (πυῤῥοί.
ΑΛ. Οὐ γὰρ τόθ' ὑμεῖς βδεόμενοι δήπου γένεσθε

PO. Ehem,

Non tu hinc abis in rem malam, qui corium oles malignè?
AG. Sane haud ineptè tibi circumdedit, ut te strangulet.
Nam & ante hac tibi insidias struxit. scit caulem, opinor,
Istum laserpitii, parvo venalem factum. PO. Ego novi.
AG. Non abs re voluit illum tam vili venire nuper
Pretio: ut qui emitis, comedatis: ac post in foro sedentes
Pedatis judices, & vosmet invicem enecetis.
PO. Ita per Neptunū. Hoc dixit idem ad me stercorosus.
AG. Nunquamne pedendo suffusi estis rubore?

Iocatur hic in Scena aliquis, Cleonem Atheniensibus caulis silphii annonam procurasse, ideo viliorem, ut eo copiosius & liberalius comedentes, sese invicem in concionibus flatus emittendo & pedendo enecarent. Caulem silphii flatuosum esse, flatusq; excitare omnes plantę partes, ex Galeno probavi. Non alia ergo de causa lepidus Scholiastes silphii plantam φυσῶδες κακόσμον dixit, quam quod βδόλον ποιητικὸν sit.

Οὐκ ἔστι γὰρ ἐξαπτίμνειν.] Loci malè interpuncti, ut mox dicam, sensum nec interpres percepit, nec Plinius. *Succus*, inquit Plinius loco citato, *duobus capiebatur modis, è radice atque caule. Et hæc duo erant nomina, rhizias atque caulias. Vilior ille ac putrescens.* Vilior, inquit, sic scribendum puto, ille succus, qui è radice colligitur. Errat Plinius, mala interpunctione in errorem inductus. Absurdum est, radicis succum, qui justo, designato, & definito colligitur modo, magis putrescere. Illa enim moderatio & cautela incidendæ radicis ad excipiendum liquorem, non adhibebatur ut vilior, & putredini magis obnoxius esset. Præstantiorem ego fuisse contenderim. Hæc Theophrasti mens est. Silphium quotannis novum emittit caulem, radicem habet perennem, quæ non facile, nisi læsa interit. In caule, ut eliceretur succus, nullum erat periculum, absumebatur vel ab hominibus, vel à pecore; sed homines caule, pecus folio potius vescebatur: ideoque nulla adhibebatur cura, nullus præscribebatur modus, aut tempus; quidquid succi elici, aut exprimi poterat, eliciebatur; autumno enim peribat. Radicis vero incidendæ certus erat modus & constitutū tempus; quia facile, si non caute satis incideretur, interiret, quæ natura sua perennis est, & quam mori nolebant. Ideoq; interdictum erat, ne eam obliquè inciderent, nec plus laseris quàm constitutum erat extraherent. Timebant enim, ne obliquè incisa, nimia succi copiâ eductâ, perderetur radix, quæ quotannis vere novo novos caules promebat. Sic ergo distingue verba Theophrasti; οὐκ ἔστι γὰρ ἐξαπτίμνειν, οὐδὲ πλεῖον τῶν τεταγμένων, καὶ γὰρ ἀφανίζεται, καὶ σήπεται τὸ ἀργὸν ἐὰν χρονίζῃ. κατεργάζονται δ' ἄγοντες, &c. *Nec obliquè radicem incidere, nec plus, aut pluribus in locis quam constitutum est, licet. Alioquin interit. Succus ipse si rudis diu relinquatur, putrescit; ideo interpolant, &c.* Verba illa, καὶ γὰρ ἀφανίζεται, de radice intelligenda sunt, quæ tota perit, si plus quam constitutum est succi extrahatur, aut obliquè incidatur. Quæ sequuntur, καὶ σήπεται τὸ ἀργὸν, &c. de succo tam qui è radice, quam qui ex caule colligitur accipienda sunt. Corrumpitur uterque si diutius rudis permanserit, ideo ad alias regiones, Italiam, Galliam, Græcam exportare, nisi præparatum licebat. Præparandi modum invenit Aristæus. Aristophanis Scholiastes ad Equites. Ἀρισταῖος δ' ὁ Ἀπόλλωνος καὶ Κυρήνης εὗρε πρῶτος τὴν ἐργασίαν τοῦ σιλφίου ἐξεῦρεν, ὥσπερ καὶ τοῦ μέλιτος. *Aristæus Apollonos & Cyrenes præparandi silphii & mellis modum invenerunt.*

Τὸ ἀργὸν &c.] Τὸ ἀργὸν *crudum* Latini vocant, quod læso caule & radice effluit, nec præparatum est. Thus ἀργὸν quod adfertur, sicut ex arbore manavit, naturali lachryma. ἀργὰ ἔρια, *lanæ rudes & impolitæ*, sicut ex vellere captæ sunt. Ovidius, *Lanas nec finit esse rudes.* ἀργὸς ὕαλη apud Arrianum in Peripl. *iners & rude vitrum*, ἀργὸν ἤλεκτρον *nativum succinum*, Plinius succinum rude nuncupat libro 37. cap. 3. *Nasci & in India certum est. Archelaus qui in Cappadocia regnavit, illinc cortice* (antiquus codex addit, *pineo*) *inhærente tradit advehi rude, polirique adipe suis lactentis incoctum.* Sic ἀργὸς ἄργυρος *argentum non factum*, quale ex fodinis adfertur. ἀργὸς λίθος, *sine arte & rudis lapis*, οὐ τμητός, qui ad sculptoris manus nondum venit. ἀργὸς γῆ, χώρα, *inculta terra, regio.* Eodem modo succus silphii, qui preparatus nondum erat ἀργὸν ὀπὸν dicebatur, factitius vero εἰργασμένον. εἰργασμένον ἔριον τολύπη, *præparata lana, & usui idonea*, quæ putata, carminata, & purgata est.

Κατεργάζονται δ' ἄγοντες εἰς τὸν πειραιᾶ &c.] Hæc satis sana non videntur. Non tantum in Pyræum advehebatur portum, sed etiam in alios. Nihil certius, quam in Siciliam, Italiam, Ægyptum, aliasque plures regiones allatum. Scribit nobiliss. Salmasius εἰς τὰ πέραν perficiunt & ad maturitatem perducunt, cum in transmarina illud evehunt. Ex τὰ πέραν, τὸν πειραιᾶ fecere Correctores. τὰ πέραν *trans, ultra, supra è regione.* τὰ πέραν ἐμπόρια Arriano *ultra marina emporia*, πέραν Ἰνδῶν, apud Aristotelem lib. de mundo, *super Indos*, id est, ὑπὲρ Ἰνδῶν. Mathæus Euangelista cap. 8. ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ πέραν, *venienti in transmarinam ripam*, πέραν θαλάσσης *trans mare*. Hinc λίβανος ὁ περατικὸς, apud eundem, quod aliunde advehitur thus, nec in ipsa regione nascitur. Corruptus etiam Plinii codex libr. 1. cap. 3. ut idem Salmasius observavit. *Radici cortex niger, & ad mercis adulteria. succum ipsum in vase conjectū, &c.* Hæc sine dubio corruptissima. Nec Dioscorides, nec Galenus, nec Theophrastus, veterumve quisquam radicis usum in alterando succo aliquem fuisse tradunt; nec apta ad id radix, vel ejus cortex. Adulterabatur laser, ut Dioscorides scribit, gummi, aut sagapeno, aut faba fracta, aut alterius laserpitii succo, quod in monte Parnasso copiose nascitur. Certum præterea, curam hanc & diligentiam adhibitam non vitiandi gratia, sed conservandi, ut in alias longius dissitas possit transferri terras. Illud enim cui opera hæc non adhibita erat, putrescebat. Theophrastum sequitur Plinius. Scripsit ergo, *Ad merces ad ultera succum ipsum, &c. Ad merces ad ultera*, id est, quum hujus succi merces in ulteras & transmarinas regiones deferre volunt. Ad ultera dicimus, ut, ad extera, infera, citera. Ex Plinio ergo Theophrasti, ex Theophrasto Plinii codicem corruptum & restitutum constat.

Ὅθεν βάλλουσι, &c.] Plinius loco citato. *Ad merces ad ultera succum ipsum in vasa conjectum admixto furfure subinde concutiendo ad maturitatem perducebant.* Τὰ ἄλευρα, vertit, *furfures*, cum sint *farinæ*, & quidem propriè tritici, ut τὰ ἄλφιτα hordei, sed, ut dixi, non raro generaliter sumitur, pro omni farina. τὰ πίτυρα sunt *furfures*. Fortè Plinii tempore furfuribus ad conficiendum & præparandum laser utebantur. Sed Theophrastum sequitur Plinius, ac quidem diserte ait, suo ævo laserpitii plantas deperditas fuisse. Sed hæreo, quid voluerit quum maturitatem appellat, operam, curam, ἐργασίαν illam, qua silphii succus ad vetustatem ferendam præparabatur. Quin κατεργάζονται sic verterit, non dubito. Quid ἀργὸν & quid ἐργασία sit, supra docuimus. Τὸ κατεργάζεσθαι apud Theophrastum, ubi de præparatione laseris agit, nullam habet maturitatis significationem, sed certo modo quid præparari, ut vetustatis patiens esse queat, denotat. Quis ergo maturitatis intellectus in rudi & nativo lasere, quod arte quadam præparatur & medicatur, adversus putredinem? Omnes norunt, maturitatem propriè esse perfectam coctionem in fructibus, vel maturitatem perfectionē quandam esse in iis rebus, quibus id nominis convenit, sive propriè sive tralatitiè. Ea maturatio temporis tractu fit; quod ubi attigêre, perfectæ putantur, deinde retro feruntur, & ab illo gradu perfectionis decidunt, & corrumpuntur. Maturitas hæc de fructibus propriè, quos Græci τελειοῦσθαι, dicitur, quum maturescant. Perfectio porro, ἡ τελείωσις, corruptioni & putrefactioni contraria. An igitur Plinius ad maturitatem perduci dixit, quæ ad eam perfectionem perducuntur ut putrescere non possint? Certè maturum vocat Aristoteles quidquid est perfectū. Ἡ πέπανσις ἐστι πέψις τις. Hyginus cujus, sæpe apud Plinium fit mentio, coctas ficus dixit maturas. Cibus quoque qui in ventriculo concoquitur, perfici dicitur. Ita & Græci eodem sensu dicunt, κατεργασθῆναι. At πέψις, secundum eundem Aristotelem, τελείωσις. ὅταν γὰρ πεφθῇ τετελειῶσθαί τε καὶ γέγονε. Similiter Latini, perfici maturitate fructum dicunt. Isidorus de palmis: *Quæ dum in multis locis nascitur, non in omnibus fructus perficit maturitate.* Græci quoque καρπὸν κατεργασθῆναι ac τελειωθῆναι dicunt, de fructu qui maturitate perficitur. Apud Theophrastum passim occurrit τελείωσις τῶν ὀψιῶν, *maturitas, aut ad maturitatem perductio.* Hæc omnia cum satis cognita essent Plinio, eique probè constaret Theophrastum laser κατεργάζεσθαι scribere, antequam in alias mitteretur terras, κατεργάζονται vertit, *ad maturitatē perducebant, & maturitatē* ἐργασίαν, qua à putredine defenditur; quod profectò præter rationem est. Eodem enim modo, & ad maturitatem perduci posset dici thus Indicum, quod ἀργὸν, *crudum*, non adfertur, sicut Arabicum quod natura sua rotundum est. At Indicum, quod naturaliter tale non est, arte fit. Eadem ratione & myrrham & ladanum quod ex barbis pilisque caprarum colligitur, purgatur, præparatur, quidquid denique quocunque artificio medicatum à naturæ suæ qualitate & forma pristina recedit, ad maturitatem ea arte perductum dicere quis posset. Sed hæc non est mens Plinii,

nii, nec ad illud attendit; vult maturitatem eam esse ἐργασίαν quæ vitiosum, tenuemque nimis in succo silphii humorem excoquit, expellit, & siccat, quo modo in fructibus humor, putredinis amicus, siccatur excoctus maturitate? humore inutili sublato minus putredini laser obnoxium redditur, nec facile corrumpitur. Hæc quamvis longè petita, Plinii tamen sententia, quod ex iis quæ sequuntur probatur. *Argumentum*, inquit, *erat maturitatis color, siccitasque sudore finito, &c.* In pomis maturis & color est & siccitas. Acerba enim magis uvida. Ideo Servius Maurus matura poma vocari ait, quæ nec acerba sunt, nec putrida. Putrida vocat, quæ ex maturis putrida existunt. Hic enim ordo est, acerba poma, deinde matura, mox putrida; acerba humidiora, matura sicciora: humor quippe excoquitur maturitate. Eadem Aristotelis sententia, ὑγρὰ πρῶτον; εἶτα ξηρά, τέλος γίγνεται σηπεδών. Acerba ergo poma quæ magis humida, eaque de causa facilius putrescunt, quippe putrefacto ab humore nimio. Eadem etiam de causa laser illud facilius corrumpitur, quod humore plurimo tenui, ac crudo redundat. Atqui pomum maturum putrescit. Rectè, non à naturali, ut immaturum, sed extraneo; ita quoque silphii succus, si aëre locoque humidiori reponatur putrescit, ut etiam siccissima quæque. Diutius ergo quam crudum servari poterat, si loco sicciore, ab aëre humidiore libero reponeretur.

Ὅθεν καὶ τὸ χρῶμα λαμβάνει, &c.] Plinius. *Argumentum erat maturitatis color, siccitasque sudore finito.* Quis ille color? Dioscorides laser præfert modicè rubrum, & translucens, διαφέρει δ' αὐτοῦ ὁ ὑπέρυθρος καὶ διαυγής, &c. Plinius, *probatio sinceri prima in colore modicè russo.* Ergo sinceri laseris color rufus. Atqui Theophrastus scribit, succum eum in vasa conjectum admista farina concuti solitum, donec & colorem assumeret & exsiccaretur. Colorem alium ex farina sumere non potuit, nisi candidum. At modicè rufum in extima cute probari Plinius ait, intus candidum. Ideo *furfures* pro *farinis* substituisse videtur in convertendo Theophrasti loco, quia furfures rufi, qui color & frumenti. Inde & hunc colorem capere succum qui admixto furfure concutiebatur. Quod est absurdum, cum farina diu in vase versatus & concussus humidus silphii succus haud alium trahere colorem poterat, præter candidum, ne cum furfuribus quidem. Naturalis silphii succus, atque, ut Theophrastus vocat, ἀργός, coloris modicè rufi videtur fuisse. Certè Dioscorides scribit, optimum haberi τὸ ὑπέρυθρον καὶ διαυγῆ, *modicè rufum & translucidum.* Sed quis judicabit an de Cyrenaico hoc tradat Dioscorides, non potius de Medico aut Persico? Hoc profectò verisimilius. Optimum Laser Cyrenaicum fuisse supra diximus. Optimum in unoquoque genere describere Dioscoridem, hoc magis notum, quam ut probari debeat. Eundem Cyrenaicum vidisse extra controversiam est. Nam si quando quædam describit quæ relatu accepit, solet addere φασὶ ἱστοροῦσι aut simile quid. Malè silphii succum candidum fuisse contendunt ab addita farina. Hæc herbarum, succorumque non mutat colores, sed colorem acquirit, quem habent succi & herbæ. In oleribus mulierculæ hoc novum, in quibus farina addita colorem viridem nihil mutat. Sic luteo si addatur succo, fit lutea, si rubro misceatur, rubrum acquirit colorem. Nigra redditur nigro imbuta, eandem tingit violaceo violaceus; purpurea evadit purpureo infecta, fusca fusco. Verbo ut dicam, omnes recipit colores, nullum respuit, ab omnibus mutatur, nullum mutat. Nativi ergo & præparati Laseris color ruber; recentis vero & ex stipite manantis albus, uti omnium succorum qui ὀπὸς nomen audiunt. Cæterum colorem illum modicè rubrum acquirit à concussione. Sic Indicum thus subfulvum fit, quod in fictilibus tamdiu versetur, agitetur, ac volutetur donec formam contraxerit rotundam. Tempore vero color hic perit, & thus flavescit. Utrum autem color modicè ruber laseris temporis tractu pereat, non refert Dioscorides, tacet hoc Plinius. De thure vide cap. 2. libr. 9.

Ἐργασθῇ.] Plinius: *Argumentum maturitatis color, siccitasque sudore finito.* De siccitate & sudore ne verbum quidem Græcus auctor. Græcæ linguæ imperitus videtur fuisse Plinius, si legit, ut in vulgatis habetur codicibus, & sic vertit. Non dubito quin vel legerit ipse, vel libertũ legere existimaverit, καὶ ἐξυγρασθῇ ἄσηπτον ἤδη διαμένει. Humor quidã, ut videtur, internus & aquosus in laserpitii succo inerat, ex quo facilè corrumpebatur, & putrescebat, ut ex humore σῆψις: ideo in vas conjiciebatur, farina admiscebatur, ac diu concutiebatur. A concussione illa alium acquirebat colorem & siccitatem; sic conditum & præparatum ad alias mittebatur terras, perdurabat, nec putredinem facilè sentiebat. Hujus siccitatis indicium capiebant, cum inter quatiendum omnis sudor ab erat, à farina & concussione exhaustus. Probabile ergo admodum, Plinium ἐξυγρασθῇ legisse, pro ἐργασθῇ. Hinc imaginem maturitatis concepisse videtur. Poma enim acerba & immatura humore magis scatent; quæ dum percoquuntur solari & naturali calore ἐξυγραίνονται, *humorque*, ut loquitur Poëta, *tenues evanescit in auras.* Sed hæc absurda.

Τετρακισχίλια, &c.] Basileensis codex. Πλείω γάρ φησιν ἢ τετρακισχιλίας. τὰ δὲ πλείονα, &c. Scribe, ἢ τετρακισχίλια στάδια. τὰ πλείονα, &c. De solo natali agit, simulque quibus locis gaudeat Dioscorides circa Syriam, Armeniam, Mediam, & Libyam nasci refert. Optimũ tamen esse Cyrenaicum laser. σίλφιον γεννᾶται ἐν τοῖς κατὰ Συρίαν, καὶ Ἀρμενίαν, καὶ Μηδίαν τόποις, καὶ Λιβύην. Strabo in Media & Libya. Vide quæ supra dixi, ubi disputatum est, utrum Medicum, an Cyrenaicum laser optimum. Arrianus in aspero Asiæ monte Caucaso nasci tradit libr. 3. de expedit. Alexandri, τὸ δὲ ὄρος ὁ Καύκασος, ὑψηλὸν μέν ἐστιν, ὥσπερ τι ἄλλο τῆς Ἀσίας ὡς λέγει Ἀριστόβουλος — ἀλλὰ ἔν γε τούτῳ τῷ Καυκάσῳ οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ τέρμινθοι πεφύκασι, καὶ σίλφιον. ὡς λέγει Ἀριστόβουλος. *Mons Caucasus, nulli montium qui in Asia sunt altitudine secundus est, ut Aristobulus auctor est — at in hoc Caucaso nihil præter terebinthum & silphium nascitur, ut auctor est Aristobulus.* Sed, ut dixi, omnes Cyrenaicum laudant. Loci magnitudinem & latitudinem, in quo circa Syrenen silphium nascitur, ad finem libr. I. ultimi cap. de Geograph. describit Strabo. Ὑπὲρ δὲ τούτων ἡ τὸ σίλφιον ἔχουσά ἐστιν. εἶθ' ἡ ἀοίκητος καὶ ἡ τῶν Γαραμάντων. ἔστι δ' ἡ τὸ σίλφιον φέρουσα, στενὴ καὶ παραμήκης καὶ περίξηρος, μῆκος μὲν ὡς ἐπὶ τὰς ἀνατολὰς ἰόντι, ὅσον σταδίων χιλίων, πλάτος δὲ τριακοσίων ἢ μικρῷ πλειόνων τό γε γνώριμον. *Ultra hanc est regio quæ silphium fert, deinceps quæ sunt, non habitantur, & sunt Garamanthorum, quæ silphium fert terra angusta est, & longa, & arida. longitudo versus ortum solis eunti circiter M. stadia, latitudo CCC. vel paulo plura quantum omnino cognitum est.* Theophrasti sententia est, silphii feracem tractum majorem esse, & quatuor millia stadium in Africa occupare, & majorem partem tenere περὶ τὴν Σύρτιν ἀπὸ τῶν Εὐεσπερίδων, ab Hesperidibus oppido, quod in extimo cornu Syrtis situm erat. Ergo circa Sirtim omnem extendebatur ἡ σιλφιοφόρος juxta eundem. Nam Syrtis ab Esperidibus initium capiebat. Scylax, ἀπὸ δὲ Ἑσπερίδων κόλπος ἐστὶ μέγας, ᾧ ὄνομα Σύρτις. Ergo ab Hesperidibus circa sinum illum Syrticum major pars laserpiciferæ regionis. Alia Herodoti est sententia, qui silphiæ feracem terram vult incipere ab insula Platea, & usque ad Hesperidas protendi. Sic in Melpomene. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χώρῳ τούτῳ ἥ τε Πλατέα νῆσος ἐπικέεται, τὴν ἔκτισαν Κυρηναῖοι. καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Μενέλαϊος λιμήν ἐστι, καὶ Ἄζιρις, τὴν οἱ Κυρηναῖοι οἴκεον, καὶ τὸ σίλφιον ἀπὸ τούτου. παρήκει δὲ ἀπὸ Πλατέης νήσου, μέχρι τοῦ στόματος τῆς Σύρτιος τὸ σίλφιον. *In hujus loci medio est insula Platea, ubi urbem condidere Cyrenæi. atque in continente est portus Menelaus & Azirus, quam Cyrenæi incoluere, & dehinc silphium incipit, ab insula Platea pertingens usque ad fauces Syrtis.* Herodoti sententiam & alii defendunt, sed de hac quæstione videant Geographiæ periti.

Τὴν Σύρτιν.] Plinius loco citato, *Id apud auctores Græciæ evidendissimos invenimus natũ imbre piceo repente madefacta tellure, circum Hesperidum hortos, Syrtimque majorem, septem annis ante oppidum Cyrenarum, quod conditum est urbis nostræ anno* 143. *vim autem illam per quatuor millia stadium Africæ valuisse.* Quod de imbre picoso ex Theophrasto narrat, id alibi examinavimus. *Circa*, inquit, *Hesperidum hortos.* Notat vir summus, in M. S. codicibus scribi, περὶ τὴν Σύρτιν, καὶ κῆπον τῶν Ἑσπερίδων. Sic legisse Plinium, negari non potest. Similem fermè lectionem habuit Doctissimus Gaza. *Locum*, inquit, *Africæ amplum occupat, ampliorem quam quatuor stadiorum millia, in hortis Hesperidum ferunt. Sed majorem partem colligi apud Syrtes.* Sic Gaza; & melius quidem Plinius. Longius enim distiti horti Hesperidum à Syrte. Quod cum probè nosset interpres, *duobus locis Africæ*, interpretatus est. Quod contra mentem Theophrasti est. qui non circa Hortos Hesperidum, sed circa urbem Hesperiam, Syrti vicinam dixit. Εὐεσπερίδαι apud Theophrastũ de hortis Hesperidũ capi nec debent, nec possunt. Horti Hesperidum fabulosi fuisse dicuntur ad Oceanum, non longè à Lixo oppido. Plinius libro 19. cap. 4. *Sed & arbor est malva, in Mauritania Lixi oppidi æstuario; ubi Hesperidum horti fuisse producuntur*, 200. *passus ab Oceano, juxta delubrum Herculis, antiquius Gaditano, ut ferunt.* Idem ferè lib. 4. cap. 1. *Et ab ea* 32. *millibus pass. colonia à Claudio Cæsare facta Lixos, vel fabulosissimè ab antiquis narrata. Ibi regia*

Antæi,

Antæi, certamenque cum Hercule, & Hesperidum horti. Virgilius ad Oceanum fuisse canit.

Oceani finem juxta solemque cadentem
Vltimus Æthiopum locus est, ubi maximus Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Hic mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos,
Hesperidum templi custos.

Antiquissimus ultra Oceanum fuisse ait in Θεογονίᾳ.

Ἑσπερίδας θ' αἷς μῆλα πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο
Χρύσεα καλὰ μέλουσι, φέροντά τε δένδρεα καρπόν.

Hesperidesque quibus mala altra inclytum Oceanum
Aurea pulchra curæ sunt, ferentesque arbores fructus.

Apollodorus in Libya fuisse negat, sed in Atlante in Hyperboreis. ἦν δὲ ταῦτα οὐχ ὥς τινες ἐν Λιβύῃ, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ Ἄτλαντος ἐν Ὑπερβορέοις. Nobis perinde est, ubinam horti illi fuisse fingantur, nihil inde utilitatis Medico accedit. Hesperis urbs Libyę, quæ postea Berenice dicta. Stephanus περὶ πόλεων. Ἑσπερὶς πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Βερενίκη. ὁ πολίτης Ἑσπερίτης. Idem in voce Βερενίκη, ubi rationem reddit, cur oppidum ante Hesperis, postea Βερενίκη dictũ. Βερενίκη. ἔστι ἡ πρότερον Ἑσπερίς. ἐκλήθη δὲ Βερενίκη ἀπὸ τῆς Πτολεμαίου γυναικὸς Βερενίκης. *Berenice sexta prius Hesperis, dicta Berenice ab uxore Ptolemæi Berenica.* Ammianus libr. 22. *Darius & Berenice, quas Hesperidas appellant.* Ptolomæus in Cyrenaicæ descriptione Βερενίκη, ἡ καὶ Ἑσπερίδες. Antiquiss. Græcis Εὐεσπερὶς & Εὐεσπερίδες dicebatur. Stephanus Εὐεσπερίδες πόλις Λιβύης, καὶ ἑνικῶς λεγομένη. λέγεται καὶ χωρὶς τοῦ εὐ μορίου Ἑσπερίς. τὸ ἐθνικὸν Εὐεσπερίτης. *Euesperides Libyæ urbs singulariter sic dicta. dicitur & sine particula eu Hesperis. Euesperites vero qui in eadem habitant.* Confundit Ἑσπερίδας Plinius cum Nymphis Hesperidibus libr. 5. cap. 5. *Berenice in Syrtis extimo cornu est, quondam vocata Hesperidum supra dictarum, vagantibus Græciæ fabulis.* Hesperidum supra dictarum meminit lib. 5. cap. 1. de lixo. *Vbi regia Antæi certamenque cum Hercule, & Hesperidum horti.* Fallitur Plinius, cum scribit, urbem Berenicem Hesperidum dictam. Hesperidis dicta fuit, nec de ea ullus fabulatus. περὶ Ἑσπερίδων κήπων, de Hortis Hesperidum fabulantur Græci. Hi, si antiquam servamus lectionem Strabonis, quatuor dierum Itinere à Syrto fuerunt majore. Strabo libr. 17. τεταρταίους μὲν οὖν φασὶν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τῆς μεγάλης Σύρτιος τοὺς κατ' αὐτὸν μαλακῶς βαδίζοντας ὡς ἐπὶ Ἑσπερίδων κήπους ἀφικνεῖσθαι. *A majoris itaque Syrtis recessu, quatuor dierum etiam lento itinere ad Hesperidum hortos dicuntur pervenire.* Fortè scribendum, τεταρταίους μὲν οὖν φασὶν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τῆς μεγάλης Σύρτιος τοὺς ἀπ' Αὐτομάλακος βαδίζοντας, ὡς ἐπὶ Ἑσπερίδων κήπους ἀφικνεῖσθαι. *A majoris itaque Syrtis recessu quatuor dierũ itinere ab Automalaco ad Hesperidum hortos dicuntur pervenire.* Αὐτομάλακα castellum fuit, quod ἐν τῷ μυχῷ τῆς Σύρτεως ab eodem Strabone locatur libr. 2. τῆς δὲ μεγάλης Σύρτιος φησὶν Ἐρατοσθένης τὸν κύκλον εἶναι πεντακισχιλίων, τὸ δὲ βάθος χιλίων ὀκτακοσίων, ἀφ' Ἑσπερίδων εἰς Αὐτόμαλα. *Majoris Syrtis circulum Eratostenes ait esse stadiorum* 100. *profunditatem* CIƆ IƆCCC. *ab Hesperidum insulis ad Automala.* Idem libro ultimo repetere videtur. Sed de Hesperidum hortis & Syrte satis. Malè Plinius Ἑσπερίδων apud Theophrastum vertit, *Hesperidum hortos.* Gaza quoque erravit, quod Plinio fidem adhibuit. Aliud est Εὐεσπερὶς & Εὐεσπερίδες, aliud Ἑσπερίδων κῆπος. Theophrasti locum sic verte, *Locum Africæ amplum occupat, ampliorem quam quatuor stadiorum millia ferunt, sed majorem colligi partem circa Syrtes ab Euesperides oppido.*

Ἴδιον δὲ τὸ φεύγειν τὴν ἐργαζομένην.] Scribe, φεύγειν γῆν ἐργαζομένην. Plinius, *In ea laserpitium gigni solitum rem feram ac contumacem: & si coleretur in deserta fugientem.* Duæ fuerunt apud Græcos sententiæ, quarum altera incultum omnem spernere silphium statuebat; altera admittere. Priorem Arrianus ad finem lib. de rebus Indicis probat, Ἀλλ' ἡ Κυρήνη γὰρ τῆς Λιβύης ἐν τοῖς ἐρημοτέροισι πεπολισμένη, ποιώδης τέ ἐστι καὶ μαλθακή, καὶ εὔυδρος, καὶ ἄλσεα, καὶ λειμῶνες, καὶ καρπῶν παντοίων καὶ κτηνέων πάμφορος, ἔστε ἐπὶ τοῦ σιλφίου τὰς ἐκφύσιας. ὑπὲρ δὲ τὸ σίλφιον τὰ ἄνω αὐτῆς ἔρημα καὶ ψαμμώδεα. *Cyrenæ tamen Libyæ urbs, quanquam desertioribus in locis sitæ sunt, herbosæ, fertilesque, & irriguæ sunt: saltus etiam frequentiaque prata habet, omnisque generis fructus, & jumenta ferunt, ad ea loca usque quibus silphium gignitur. ulteriora ejus loca deserta altisq; arenis obsita sunt.* Idem Strabo lib. ult. ὑπὲρ δὲ τούτων ἡ τὸ σίλφιον ἔχουσά ἐστιν. εἶθ' ἡ ἀοίκητος. *Vltra hanc est regio quæ silphium fert, deinceps quæ non habitantur.* Idem libro secundo ἡ δὲ Μέση φαύλως, ἡ τὸ σίλφιον φέρουσα, ἔρημος ἡ πλείστη καὶ τραχεῖα καὶ ἀμμώδης. *Media autem malè culta est* (cave credas, hic intelligi Mediæ regionẽ sic dictam: Africæ Meditullium sive partem, quæ in Media sita est sterilem ait) *quæ silphium producit, majori ex parte deserta, aspera & arenosa.* Prior ergo sententia probabilior. Quanquam planta ab Alpino descripta, quæ verum silphium est, culturam admittat. In incultis tamen, quanquam folia minora, minusque læta, uti caulis, & flos, copiosiori tamen abundat succo, quem perpaucum in cultis habet. In desertis tamen non nascitur, sed locis, ut rectè Strabo, deserto vicinis. Dixit quidem Theophrastus, laserpitium secundum quosdam τὸν ἐργάσιμον φύγειν, non propterea tamen in deserta & sterili terra nasci affirmat. Deserta vel ἔρημος dicitur tellus, quæ planè sterilis & infœcunda est, quæ ne gramen quidem producit. Malè igitur Plinius scribit, laserpitium in deserta fugere, si coleretur. Græcus auctor recedere à terra dixit quæ paratur & colitur. Nam non tantum cultam terram odit silphium, sed & cultum omnem; hoc est non tantum culturam aspernatur, sed etiam in terra culta & ad alias res aptata, nasci recusat. Hæc est quam συνεργαζομένην & συνημερωμένην ait Theophrastus. Tellus ἐργάσιμος vel ἐργαζομένη ea est quæ rastris aut vomere versatur. Silphium, ut sponte nascens planta, & in totum sylvestris, cultum omnem aversabatur, & culta loca, ut segetes, ὡς οὐ δεομένη δηλονότι θεραπείας, ἀλλ' ἄγριον οὖσα. At si cultura accederet, non fugiebat in deserta, sed à culta & versata terra recedebat in pascua; & hujusmodi loca sponte provenientium & nascentium herbarum fertilia sunt. Sed Ptolomæus pro Plinio stat. Nam in deserto ἐν τῇ ἀοικήτῳ prorsus ponit. καὶ ἑφεξῆς τόποι δὲ θηριώδεις, καὶ ἡ σιλφιοφόρος. Ignoscendum hoc Ptolomæo, τὴν σιλφιοφόρον τῇ ἐρήμῳ καὶ ἀγρίᾳ γῇ vindicavit, quod ejus temporibus penitus periisset in Africa hæc planta, nec jam amplius cognosceretur.

Ἔπη,] Plinius, *Circa Hesperidum hortos, Syrtimq; majorem, septem annis ante oppidum Cyrenarum, quod conditum est urbis nostræ anno* 143. Vir summus corrigit 138. Frustra; nihil mutandum. Theophrastus Cyrenen conditam scribit μάλιστα τριακοσίοις ἔτεσιν. *circiter trecentis annis,* antequam magistratũ gereret Simonides, qui imperium tenuit anno secundo Olympiadis decimæ septimæ & centesimæ. Hoc est anno V. C. quadringentesimo quadragesimo tertio. Si trecentis annis exactè rotundis ante Simonidis magistratum fundatæ fuere Cyrenæ, extra omnem dubitationem poni debet, conditas fuisse Olympiadis secundæ & quadragesimæ anno altero. Tot enim anni à quadragesima secunda Olympiade, ad decimam septimam cum centesima cucurrerunt. Nihil verius, quam Plinium intellexisse annos rotundè exactos, cum locum hunc Theophrasti interpretaretur; cum tamen Græcus auctor scripserit, μάλιστα περὶ τριακόσια, hoc est, *circiter trecentis.* Tradit idem Plinius, anno urbis 440. Theophrastum historiam scripsisse. *Oleam, inquit, Theophrastus è celeberrimis Græcorum auctorib. urbis Romæ anno circiter* 440. *negavit nisi infra* 40. *p. à mari nasci.* Ergo à Cyrenis conditis ad tẽpus illud quo hæc scribebat Theophrastus, anni sunt trecenti, tribus minus. Ideo enim μάλιστα περὶ τριακόσια dixit. Sed in Simonidis ἄρχοντος annum tot annos computat à Cyrenarum urbis fundatione. Sic rotundè fiunt anni trecenti. Scripsit autem hæc Theophrastus, quando Prætor esset Simonides, non sub Nicodoro, cujus magistratus incidit in annum urbis 440. quo anno historiam suam Theophrastum scripsisse, docet Plinius.

Κεφαλῶν.] Præstat scribere κεφάλιον. Græci librarii more suo scripserant κεφάλιν. Ita enim vulgo loqui solent, ut μελάνιν pro μελάνιον, hinc κεφαλὴν propagatum. Plinius loco citato, *Alii tradunt, laserpitii radicem fuisse majorem cubitali, tuberque in ea super terram.* Notat Clariss. Salmasius, scriptum in optimo Thuanæo, *Tubertique in ea supra terram.* An legendum, *Tuber edique in ea supra terram,* pro *tuberque edi.* An, quod magis placet; *Alii tradunt Laserpitii radicem fuisse majorem cubitali, tuberareque caput super terram.*

Ἐξ ἧς δὲ φύεσθαι, &c.] Plinius hunc locum sic reddidit, *Alii tradunt laserpitii radicem fuisse majorem cubitali, tuberq; in ea super terram, hoc inciso profluere solitum, succum ceu lactis supernato caule, quem magydarim vocarunt. Folia aurei coloris pro semine fuisse, cadentia à canis ortu, Austro flante; ex his laserpicium nasci.* Aut Plinius hæc pessimè reddidit, aut Theophrasti codex corruptus. Hæc corrupta esse nemo sanus negavit, ἐξ ἧς δὲ φύεσθαι, καλεῖσθαι δὲ γάλα. Totam periodum in hunc scribe sensum. Ἐξ οὗ θραυσθέντος ὀπίζεσθαι, καλεῖσθαι γάλα (vel ἐξ ἧς δὴ τμηθείσης ῥεῖν ὀπὸν ὡς γάλα) μετὰ ταῦτα δὲ (φύεσθαι potest addi, vel omitti) καυλὸν, ἐκ δὲ τούτου μαγύδαριν (alii ex Plinio, μετὰ ταῦτα δὲ φύεσθαι τὸν καυλὸν, καλεῖσθαι δὲ μαγύδαριν) τὸ δὲ καλούμενον (alii καλεῖσθαι

θαι δὲ μαγύδαριν, ἐκ δὲ τούτου τὸ καλούμενον φύλλον, τῇ χροίᾳ χρυσοειδὲς· τοῦτο δ᾽ εἶναι σπέρμα, ὃ ἐὰν ὅταν νότος λαμπρὸς πνεύσῃ μετὰ κύνα διαρριπτεῖται, ἐξ οὗ φύεσθαι τὸ σίλφιον. Id est, *Alii radicem silphii cubitalem fieri tradunt, aut paulo majorem, hanc in medio extuberare in capitulum, quod sublime penitus extat, ut in superficie telluris esse appareat, quo* (ἐξ οὗ, sub. κεφαλίου, id est, *ex quo capitulo*) *inciso succus effluit ceu lactis, vocantque lac. dein caulis nascitur; ex hoc magydaris, quod phyllon, id est; folium vocant, quod colore aurũ æmulatur. Folium id semen est, quod cum Auster vehemens post caniculam flaverit, discutitur, atque ita laserpitium nascitur.*

Καλεῖσθαι δὲ γάλα, &c.] Scripsi ἐξ οὗ, scilicet κεφαλίου, τμηθέντος ὀπίζεσθαι, καλεῖσθαι γάλα. Plinius *hoc inciso, profluere solitum succum, ceu lactis.* Vides ita legisse Plinium? Poterit, ut dixi, etiam scribi ἐξ ἧς (scilicet κεφαλῆς) δὴ θμηθείσης ῥεῖν ὀπὸν ὡς γάλα. Prior magis arridet lectio, quod propius ad vulgatam accedat. Vox θμηθέντος librarii negligentia deperdita. Facilis lapsus, ὀπίζεσθαι in φύεσθαι.

Μετὰ δὲ ταῦτα τὸν καυλὸν, &c.] Scripsi, μετὰ δὲ ταῦτα καυλὸν, ἐκ δὲ τούτου μαγύδαριν τὸ καὶ καλούμενον φύλλον τῇ χροίᾳ χρυσοειδὲς. τοῦτο δ᾽ εἶναι σπέρμα. Plinius legit, μετὰ δὲ ταῦτα καυλὸν, καλεῖσθαι δὲ μαγύδαριν, ἐκ δὲ τούτου καὶ τὸ καλούμενον φύλλον. *Super nato caule, quem magydarim vocarunt, folia aurei coloris pro semine fuisse.* Rectius, *super enato caule, quem &c.* Caulem vocari μαγύδαριν ait. Cum ergo Græcus auctor magydarim ex caule nasci dicat, caulis non est. Supra probavimus, μαγύδαριν esse τὸ φύλλον, semen ipsius silphium; quod & hoc capite tradit Theophrastus. Galenus in gloss. ὀποῦ καρπὸν, σιλφίου σπέρμα, ὅπερ καὶ φύλλον ἑνικῶς καὶ μαγύδαρις ὑπ᾽ ἐνίων καλεῖται. id est, *Opou carpon, silphii semen, quod & folium singulariter, & magydaris à quibusdam vocatur.* Dioscorides lib. 1. Euporist. cap. 69. ὀπόφυλλον vocat. μορέας φύλλα, καὶ ἡ ῥίζα, σίλφιον, ὀπόφυλλον μετὰ ὑσσώπου καὶ σύκου. *Mori folia & radix, laserpitium ejusque semen cum hissopo & ficu.* Doctissimorum virorum sententia hic variat. Alii vulgatam laudant, ac ὀπόφυλλον pro silphii accipiunt semine: alii σιλφίου ὀπὸς μετὰ, &c. alii σίλφιον, ὀποῦ φύλλον legunt, ut eodem hoc lib. c. 18. ὀποῦ φύλλον, ἢ πὸς σὺν τροφῇ λαμβανόμενος, &c. *laserpitii semen, aut ipse liquor in cibis sumptus.* Ego nullam harum rejicio, sed præfero vulgatam. Ὀπόφυλλον, vel ὀποῦ φύλλον idem quod apud Galenum ὀποῦ καρπόν. Τῇ χροίᾳ χρυσοειδὲς, ex Plinio addidi, idque ex eodem hoc capite paulo infra, ubi extra ordinem. Quare hic adscribenda, illic delenda.

Οὐδὲν δὲ τοῦτο ἴδιον &c.] Restat, ut inquiramus utrum silphii plantam repererint recentiores. Sunt qui imperatoriam, sunt qui angelicam silphium esse scribunt. Utramq; planè improbo opinionem; quod nec imperatoria, nec angelica caulem ferat esui aptum, neutra folia ferat selino, id est, apio similia, neutra inciso caule ac radice lac emittat, neutra radicem habeat nigro tectam cortice, altera quippe purpurascentem, altera foris minus quã intus fert candidam. Imperatoriæ quoque caulis multo minor ferulæ. Idem de levistico dixerim: sed huic folia apio similiora. Aliam plantam laserpitii nomine describunt Adversariorũ auctores. E regione Massileæ, & non procul ab insulis, quas videtur vocasse Dioscorides Stoechades (quæ tamen putantur hodie illæ è regione Olbiæ, à Massilea fermè diei navigatione,) inter multas raras nascitur ferulacea & visenda planta, cujus radix prægrandis, intus alba, foris cineritia, succo prægnans, mollis, pinguis, odorata, major quam thapsiæ, aut ferulæ. Caulis proceritate & crassitie ferulã æquat. Folia paludapii, sed crassiora, rigidiora, nigridiora, aliquando profundius laciniata. Magnæ & prægrandes umbellæ ferulæ, aut latiores quam anethi; semen angelicæ foliaceum, & colore buxeo. Hanc Iacobus Rainandus Massileensis pharmacopœus, stirpium, è valde cupidus & peritus, nobis misit: deinde attulit Monspelium quatuor ab hinc annis; quæ præceptori eximii ingenii Rondeletio, visa fuit laserpitio aptius congruere, quam quævis alia ex multis, quas ille vidisset, ferulis. Minus exactè satis cum descriptione veterum convenit. Succum enim non fert lacteum, nec radicem habet cortice nigro tectam; caulis præterea dissimilis omnino ei, qui in antiquis Cyrenensiũ nummis conspicitur, &c. Meminit hujus nummi vetustissimus Aristophanis Scholiastes, qui tradit, in nummis Cyrenensiũ, ipsos Cyrenenses insculptos ostendi silphion, Batto offerentes. Falso id eum tradere, arguit vir summus Iosephus Scaliger. Sed errant, cum eam Tretzes traditionẽ, ait, cum sit Aristotelis. Ait enim Interpres; Βάττος Κυρήνην ἔκτισεν ἐλθὼν ἀπὸ Θήρας, τῆς κατὰ Κρήτην νήσου. ὃν τιμήσαντες Λίβυες ἐχαρίσαντο αὐτῷ τὸ κάλλιστον τῶν λαχάνων τὸ σίλφιον, καὶ ἐν νομίσμασι αὐτὸν ἐχάραξαν, τῇ μὲν βασίλειαν, τῇ δὲ σίλφιον παρὰ τῆς πόλεως δεχόμενον. ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Κυρηναίων πολιτείᾳ. *Battus à Thera juxta Cretam insulam præfectus, Cyrenen condidit, cui cum Afri, beneficii memores summum honorem exhibere studerent, donarunt illi silphium herbam, olerum omnium pulcherrimam, simulque numisma ferientes, in cujus altera parte regia facies erat insculpta, altera silphium quo fuerat à civitate donatus; cujus rei meminit Aristoteles in Republica Cyrenæorum.* Idem fermè Tretzes. Chiliad. 7. hist. 48.

Πολλὰς εὐεργεσίας δὲ ποιήσας Κυρηναίοις,
Ἔσχηκε δῶρον παρ᾽ αὐτῶν, φυτὸν τὸ τοῦ σιλφίου.
Λάχανον δ᾽ τὸ σίλφιον, Συνέσιός μοι λέγει.
Πάντες φυτὸν δ᾽ λέγουσιν ἐκεῖνο πεφυκέναι,
Φυτὸν πολυτιμότατον, καί γε τῶν δυσευρέτων,
Οὗ καὶ καυλὸς ἀνέκειτο ναῷ τῷ τοῦ Πυθίου.
Ὅπερ καταμελούμενον, μᾶλλον κομᾷ καὶ θάλλει.
Ἂν γεωργῆται, φεύγει δὲ τὸν τόπον καὶ τὴν χώραν.
Δύο δ᾽ εἰσὶ τὰ σίλφια. τὸ μὲν ἐκ τῶν εὐώνων,
Τὸ δὲ πολυτιμότατον, ὅπερ οἱ Κυρηναῖοι
Τῷ Βάττῳ προσενέγκαντο χάριν εὐεργεσίας.
Βάττος δ᾽ ἀνταμειβόμενος προαίρεσιν τὴν τούτων,
Ἐν τῷ νομίσματι αὐτοῦ ἐχάραξε τυπώσας,
Τοὺς Κυρηναίους φέροντας τὸ σίλφιον ἐκείνῳ.

Multa autem beneficia cum fecisset Cyrenæis,
Habuit donum ab illis plantam silphii.
Olus autem silphium Synesius mihi dicit.
Omnes vero plantam dicunt illud fuisse,
Plantam multo pretiosissimã; & inventu difficillimam,
Cujus & stipes suspensus est templo Apollinis.
Quæ neglecta magis comat atque pullulat.
Sin autem colatur, fugit locum & regionem.
Duo autem sunt silphia, alterum quidem ex vilioribus,
Alterum vero pretiosissimum, quod Cyrenæi
Batto attulerunt, gratia beneficii,
Battus autem vices rependens, institutum horum
In numismate suo expressit insculptum,
Cyrenæos afferentes silphium illi.

Antiquus alter Aristophanis Scholiastes, non vult Cyrenæis nummum ea effigie oblatum fuisse, sed statua, aut annulo eam figuram repræsentasse. καὶ οἱ πολῖται οἱ Κυρηναῖοι ἀντιπόδοσιν τῆς εὐεργεσίας, βουλόμενοι χαρίσασθαι τῷ βασιλεῖ, ἐποίησαν εἰκόνα. ὡς δέ τινες, δακτύλιον, ἐν ᾧ πόλις αὐτῷ προσφέρει τῷ βασιλεῖ τὸ σίλφιον. *Incolæ Cyrenenses pro beneficio accepto, Regi gratificare studentes, ei fecerunt statuam, vel, ut quidam volunt, annulum, in quo urbs Cyrene Regi offert silphiũ.* Annuli hujus mentionem facit Suidas. Σίλφιον βοτάνη πολυτίμητος, ἡ δ᾽ αἰτία αὕτη. Βάττος, ὁ καὶ Ἀριστοτέλης, πόλιν ἐν Λιβύῃ λεγομένην Κυρήνην ἔκτισεν. οἱ δὲ Κυρηναῖοι βουλόμενοι ἀντιπόδοσιν τῆς εὐεργεσίας χαρίσασθαι τῷ βασιλεῖ, ἐποίησαν δακτύλιον, ἐν ᾧ ἡ πόλις αὐτῷ προσφέρει τῷ βασιλεῖ τὸ σίλφιον, καὶ τὸ φύλλον δὲ αὐτοῦ, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ ὁ καυλὸς (vulgo κλάδος) καὶ ὁ ὀπὸς πολλῆς τιμῆς ἄξιον. *Silphium herba magnæ æstimationis. Causa hæc; Battus, qui & Aristoteles, urbem in Lybia Cyrenen condidit; Syrenenses tale beneficium recompensare volentes, Regi annulum fecerunt, in quo civitas affert Regi silphium, & ejus folium: Semen, caulis, succusque, omnia magno in pretio.* Sed probabilius, nummũ fuisse. Nummi genus, in quo Batto silphium offertur, nunquam vidi, sed cui Iovis Hammonis effigies insculpta est, qualem describit Hesychius. Βάττου σίλφιον, παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς ὑπερβαλλούσας τιμὰς εὑρισκομένων. μετενήνεκται δ᾽ ἀπὸ τοῦ Κυρηναίους ἐπὶ τῶν Βαττιαδῶν μεταδοῦναι ἐξαίρετον τὸ σίλφιον, ὃ τετίμηται παρ᾽ αὐτοῖς. ὥστε καὶ ἐν τῷ νομίσματι, ὅπου μὲν Ἄμμωνα, ὅπου δὲ σίλφιον ἐγκεχαράχθαι. Idem Zenodotus, καὶ τοῦ νομίσματος ἐπὶ μὲν θατέρου Ἄμμωνα, ἐπὶ τοῦ θατέρου σίλφιον ἐτύπωσαν. *Numismatis altera parte Hammonem, altera vero silphium expresserant.* Tale numisma non unum vidi apud Ioachimum Wickefortium, virum Clarissimum, & exsculpi curavi. In altera facie Hammon corniger conspicitur, in altera, caulis laserpitii, cum floris rudimento, nimirum umbella adhuc conclusa, antequam pandatur. Globosa enim illa congeries granorum, uvæ modo sibi connexorum, quæ in summo visitur caule, non pro semine habenda est, sed pro umbella nondum expansa. Duplicia antiquissimis temporibus videntur excusa numismata: alterum in quo ab uno latere Batti conspiciebatur imago, ab altero Cyrenenses regnum & silphium Batto offerentes. Inde proverbium τὸ Βάττου σίλφιον. Aristophanes in Pluto.


Οὐδ᾽

Οὐδ᾽ ἂν εἰ δοίης γέ μοι
Τὸν πλοῦτον αὐτὸν, καὶ τὸ Βάττου σίλφιον.

Nec si mihi donaveris,
Ipsumque Plutum, ipsumque Batti silphium.

Post deletum Battiadarum imperium, in suis nummis caulem silphii, & Hammonis effigiem insculpserunt iidem Cyrenenses. Hujusmodi nummũ viderunt Zenodorus & Hesychius. Hactenus de nummo. Edidit ante paucos annos, Laserpitii nomine, plantam quandam ferulaceam, umbella nondum expansa, Prosper Alpinus, quam describit libr. II. de plant. exotic. cap. 15. Eandem & nos vivam, flore expanso addito, exhibemus & semen adjunximus. Folia illa, quæ Alpini addita figura, fert antequam in caulem grandescat. *Plantam in horto medico*, inquit Alpinus, *aluimus, quam primo vidimus Patavii in horto Bembo vocato, quo tempore illiusce horti curam habebat Horatius Bembus, civis Patavinus, in herbarum studio apprime versatus; & postea in horto perillustrium Mussatorum, stirpibus rarioribus maximè conspicuo. In quo horto cum mense Iulio eam plantam conspexerimus, caule pro-*


Laserpitium ex Alpino.



Nummus Cyrenaicus.

cero, longitudine trium cubitorum, recto, cavo, brachii crassitie, magnitudine, longitudineque ferulæ cauli simili, quin etiam & eodem colore infecto, ita ut videretur in omnibus ei quam simillimus, & foliosus ab radice: foliaque solini foliis similia ferat, etiã folia angelicæ sylvestris æmulantia, etiamsi majora essent, atque ipsius radicem brachiali crassitie, & longitudine præditam observavimus. Istiusceque plantæ caulis antequam in ipsa umbella erupuerit brachialis crassitiei esset, atque in cacumine veluti conum habere viderimus, & tunc temporis magnitudine & figura caulem laserpitii, qui in antiquis Iovis Ammonis numismatibus impressus cernitur, prorsus æmulari videretur: ferreque hunc caulem in umbella semen latum, foliaceum, & particulatim, ut de laserpitio expressit Theophrastus, quale est atriplicis hortensis postea viderimus, atque etiam quod laserpitii proprium esse videbatur per æstatem, quo tempore casu eam plantam offendi, & caulis & radix copiosius lacteum succum odoratum fundere vidissemus, sponteque ex caule, ramis ac radice, copiosum emanaret (quod lac primum colore verè lacteo cernebatur, posteaque collectum & aliquandiu servatum colore flavescebat, & est odoratum alicujus excalfactionis non expers.) Tunc quippe ex iis signis observatis eam plantam esse laserpitium Theophrasti, Dioscoridis & Plinii, facile animadvertimus. Quod certè si Theophrasto, Dioscoridi, atque Plinio (qui soli ex veteribus laserpitii plantam descripserunt) credendum sit, à ratione non abhorrebit, ut omnibus persuadeatur, verum eam plantam esse laserpitium, neque immerito ita nos ipsam plantam nominasse: cum præsertim eorum veterum testimonio constet, olim laserpitium fuisse plantam ferulaceam, caulemque habuisse longitudine, & crassitie, ut ferula, in cujus cacumine producebatur semen latum & foliaceum, qualis in hortensi atriplice (auctore Theophrasto) visitur, foliaque habuisse itidem apii foliis similia, & radicem crassam; ex qua & ex caule erumperet succus lacteus odoratus. Quæ singula, cum in nostra planta rectè animadvertantur, mirum haud erit, si nos ipsam plantam laserpitium vocaverimus. An vero Cyrenaicum sit, non audemus affirmare, at fortasse quod vel in Syria, vel Armenia, vel Media olim nascebatur. Nos in apertione horti Medici annis præteritis de hac planta discursum amplissimum habuimus. Tota planta calida est, ut ex odore grato, & acri sapore conjicitur: sed tamen non hactenus experientia cognovimus, quos usus ad medicinam habeat. Singulis tribus annis caulesoit, & semina producit; quib. maturefactis, planta emarcescit. Hanc plantam primo ex seminibus ex Thracia delatis nobis natam fuisse, quæ in solo Patavino libenter vivit, & in sole & in umbra, &c. Hactenus Alpinus. Nata & nobis hæc planta.

Laserpitium ad vivum delineatum ex horto nostro cum flore.



Semen.

Cum primum è semine pullulat, folia fert selino sativo similia; majora tamen, & viridiora, multoq; magis splendentia, non secus ac si vernice vulgo dicta fricata essent. Deinde folia paulatim fiunt majora, formamque selini majoris acquirunt, sed in acutum desinunt, ad instar levistici, admodum viridia & splendentia. Tertio anno caulem emittit magnitudine bicubitali, rarius tricubitali, ferulæ crassitie, aut paulo crassiore. In summo umbella flosculis luteolis referta; quibus succedit foliaceum semen, aureo dilutiore colore præditum. Utramque figuram & Alpini, & in horto nostro nati, differentiæ ergo, exprimi curavi. Succum copiosum lacteum, si æstas fervidior fuerit, fert; sin vero tepidior, paucum. Hyemem, etiam inclementissimam tulit, sed, ut Alpinus observavit, ubi semen tulit, perit.

Laserpitium ad vivum delineatum ex horto nostro ante florem.



Floris germen.

"Οτι φασὶ δεῖν, &c.] Scribe, ὅτι φασὶ δεῖν ὀρύττειν. Ad hæc quod pastinandum id annuatim censent.

Τὸ δὲ φύλλον τῇ χρόᾳ χρυσοειδὲς εἶναι.] Hæc delenda, supra quo dixi loco reponenda. Non agit hoc loco de facie, sed viribus plantæ.

Κατατετμημένας εἰς ὄξος.] Recte doctiss. Gaza, Κατατετμημένας εἰς ὄξος.

'Εναντίον δὲ καὶ τὸ καθαίρεσθαι, &c.] Corruptus codex. Nemo non videt legendum ἐναντίον δὲ καὶ τὸ μὴ καθαίρεσθαι. Prior enim opinio, purgari pecus silphio dicit: ergo, si contraria altera, addenda particula μὴ, id est, non purgari pecus silphio. Plinius loco citato. *Ex his laserpitium nasci solitum, annuo spatio, & radice & caule consumentibus sese, hoc & circumfodi solitum prodidere. nec purgari pecora, sed ægra sanari, aut protinus mori, quod in paucis accidere. Persico silphio prior opinio congruit.* Non prior, sed posterior opinio Persico convenit silphio. Priorem sententiam convenire Libyco sive Cyrenaico, satis apertè scribit Theophrastus. Persicum vocat Medicum & Armeniacũ, quod Media, Armeniaque sub Persarum sit potestate. Scribit Arrianus in Expeditione Alexandri libr. 3. Caucason montem silphio scatere, eoque pecudes libenter vesci. 'Αλλὰ ὅγε τοῦτο τοῦ Καυκάσου οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ τέρμινθοι πεφύκασι, καὶ σίλφιον, ὡς λέγει 'Αριστόβουλος. ἀλλὰ καὶ ὣς ἐπῳκεῖτο πολλοῖς ἀνθρώποις, καὶ πρόβατα πολλὰ καὶ κτήνη ἐνέμοντο, ὅτι καὶ χαίρουσι τῷ σιλφίῳ τὰ πρόβατα. καὶ εἰ ἐκ πολλοῦ πρόβατον σιλφίου αἴσθοιτο, καὶ θεῖ ἐπ' αὐτὸ, καὶ τό, τε ἄνθος ἐπινέμεται, καὶ τὴν ῥίζαν ἀνορύττον καὶ ταύτην κατεσθίει. ἐπὶ τῷ δὲ ἐν Κυρήνῃ ὡς μακροτάτω ἀπελαύνουσι τὰς ποίμνας τῶν χωρίων, ἵνα καὶ αὐτοῖς τὸ σίλφιον φύεται. οἱ δὲ περιφράσσουσι τὸν χῶρον. τοῦ μηδ' εἰ πελάσειεν αὐτῷ τὰ πρόβατα, δυνατὰ γίνεσθαι εἴσω παρελθεῖν. ὅτι πολλοῦ ἄξιον Κυρηναίοις τὸ σίλφιον. *At in hoc caucaso nihil præter terebinthum & silphium nascitur, ut auctor est Aristobulus, & nihilominus multos incolas habet, multæque in eo pecudes, atque armenta pascuntur, quod pecudes silphium ament: & si ex longinquiore loco id per odoratum senserint, citatim eo feruntur, depastoque flore radicẽ etiam suffodiunt atque arrodunt: eamque ob causam Cyrenæi greges ovium quam longissimè ab iis locis arcent, quib. silphium nascitur, alii sepem obducunt, ne, si pecudes propius accedant, ad interiora loca penetrare possint. Magno enim apud Cyrenæos in pretio est silphiũ.* Hæc non adversantur Theophrasto. Nihil enim impedit, purgari primum eo pecus, deinde ab eodem pinguescere, & à pecore vehementer expeti. Errant ergo, qui ad deserta relegant silphium. Aliud est incultis gaudere, aliud deserta petere. In incultis plurimæ & nobilissimæ proveniunt plantæ, in desertis perpaucæ. in desertis non pinguescunt oves, contra in incultis. Docet hoc Velavia. Cæterum si verum Arrianus narrat, fabulosum erit, quod tradit Plinius; silphii nullam plantam apud Cyrenen extitisse, ac sua ætate prorsus deperditum. Arrianus recentior Plinio. Sub Adriano enim vixit, sub Vespasiano Plinius. Sed fieri potest, novas plantas crevisse è semine deciduo; non fit verisimile, ne unam quidem remansisse plantam. Sed putarim Plinii codicem corruptum. Vulgo legitur, *Multis jam annis in ea terra non invenitur.* Scribe, *multis jam annis ex ea terra non invehitur*, scilicet Romam, & tunc rectè inferetur, *quoniam Publicani, qui pascua conducunt, majus lucrum sentientes, depopulantur pecorum pabulo.* Ut sensus sit, Plinii ætate Publicanos majus lucrum facere, si greges laserpitium depascere permitterent, quam si succum exprimentes, pharmacopolis ipsum venderent: quod cum Arrianus hæc scribebat, secus evenit. Fuit igitur in caula, cur Laserpitio Romæ laboraretur, publicanorum avaritia, qui pecudes in agros eo refertos immittebant, ut illic saturarentur. Similem fermè causam dat Galenus, cur junci odorati non adveherentur flores. *A camelis depasci ait:* quod an verum, quis inquiret?

"Ομοιον ἀβροτόνῳ, &c.] Verte, *depasci vero à pecore non solum hoc, sed etiam alterum quoddam abrotano simile ajunt.* Quod si paulo plenius illam descripsisset, jam conjicere liceret, qualis, & quæ esset planta.

'Η δὲ καλουμένη μαγύδαρις, ἕτερόν ἐστι τοῦ σιλφίου, &c. Deest vox. Scribe, ἕτερόν ἐστι τοῦ σιλφίου γένος. Plinius loco citato. *Alterum genus est, quod magydaris vocatur, tenerius & minus vehemens, sine succo, quod circa Syriam nascitur, non proveniens in Cyrenaica regione. Gignitur & in Parnasso monte copiosius, quibusdam laserpitium vocantibus: per quæ omnia adulteratur rei saluberrimæ utilissimæque auctoritas.* Meminit & hujus Dioscorides loco citato. Λέγεται δὲ καὶ ἑτέρα μαγύδαρις γεννωμένη ἐν Λιβύῃ, ῥίζα παρόμοια σιλφίῳ, ἧττον δὲ παχεῖα, δριμεῖα, καὶ χαύνη, καὶ ὀπὸν μὴ ἔχουσα. ποιεῖ δὲ αὐτὰ τῷ σιλφίῳ. *Sed & altera fertur magydaris in Libya nasci, radix laserpitio similis, at minus crassa, acris vero ac fungosa, nulloque prægnans succo: ejusdem tamen cum laserpitio facultatis.* Ad hunc Dioscoridis locum hæc viri magni; *Ea ipsa est quam describit Theophrastus, & in Syria & Parnasso plurimum provenire tradit. Fallitur Dioscorides qui vult, in Libya nasci. Ex nomine natus error. Nam magydarim in Cyrenaico silphio id vocabant, quod erat semen. Dioscorides radicem ita quosdam vocasse notat. Hinc & μαγύδαριν radicem in Libya nascentem, laserpitio similem dixit. Atqui magydaris illa, quæ diversa à laserpitio planta est, licet similis, in Syria nascebatur. hoc Syriacum Laserpitium. Nam & magydarim illam quidam appellabant silphium. Theophrastus,* "Ενιοι δὲ σίλφιον τοῦτο καλοῦσι. *Perperam igitur Dioscorides* τὸ σίλφιον Συριακὸν, *&* τὴν μαγύδαριν *facit diversa.* Hactenus viri summi. Negat quidem Theophrastus, in Cyrenensi agro provenire; sed inde non sequitur, in Libya non nasci. Non negat Dioscorides, in Syria reperiri, nec ait in Cyrenaico tractu magydarim crescere. Facilè fieri potest, & in Libya, & in Syria hanc generari, non sunt ista contradictoria, nec opposita. Nisi apud Oribasium ἐν Λιβύῃ legeretur, illud Λιβύῃ in Συρίῃ mutarem. Sed nunc sic Dioscoridem scripsisse constat. Cæterum, *rectè* Theodorum Gazam pro μανότερον μαλακώτερον scripsisse, ex Plinio probatur, *Tenerius*, inquit, *& minus vehemens.* Verte. *Tenerius enim, minusque est vehemens, lasereque*, id est succo, *caret.* Expertis vero vel ipso affectu & figura plane vix noscitur. Malè ἰμπύροις, Aldinus codex pro ἰμπείροις. Quæ planta magydarin referat, non satis constat. An magydaris sit, quam adversariorum auctores pro laserpitio descripserunt? an vero levisticum? An magydaris & silphion eadem sit planta, sed pro cœli solique ratione diversa, minusque acris ac vehemens, & sine succo? Qui levisticum magydarin statuunt non multum à vero recedere videntur. Difficile affirmare, quæ planta magydaris. Quod passim levisticum quasi ligusticum vocatur, proceros ac geniculatos habet caules, pluresque ab una radice, interius inanes, in ramulos nonnullos subinde divisos. Folia apii palustris majora, laciniosa, ac veluti in plures dissecta partes. eademque marginibus incisa, lævia admodum & resplendentia, ex luteo colore, veluti & ipsi caules virent. Flores in umbellis ferulaceis lutei; semen oblongum, striatum, foliaceum, geminum, sordidi coloris. Grandis, crassa, odore graviusculo, torosa, ac carnosa radix, foris fusca ac nigricans, intus alba. Tota stirps grato ac acroma redolente odore prædita est, sed semen graveolentius; æstate floret; semen autumno maturũ, non rarò mense Augusto. Primo vere nova erumpunt germina.

germina; amat loca pinguia & nonnihil humentia. Apud Belgas hortensis est, & labas dicitur. Magydarin esse nec asserimus, nec negamus. Plures equidem notas habet, quibus eam refert. Et hæc de magydari, silphioque.

Φυλλάκανθον, &c.] Vide quæ supra cap. 1. hujus libri diximus. Φυλλάκανθον Theodorus, *spinosum, spinosè foliatum* reddidit, auctorem habens Plinium. Hic lib. 21. cap. 15. *In totum spina est asparagus & scorpio. nullum enim folium habet. Quædam spinosa, foliata sunt, ut carduus, eringium.* Παρὰ τὴν ἄκανθαν ἔχοντα φύλλον exposuit, *quod juxta aculeum folium gerit.* Plinius, loco citato. *Aliqua & secundum spinam habent folia, ut tribulus & ononis*; cum φυλλάκανθα dicantur, quæ spinosum habent folium, & τὰ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἔχοντα φύλλον, quæ folium etiam habent, præter spinam minimè spinosum. Nam vox, παρὰ ibi, ut voluit Plinius, non est *secundum* vel *juxta*, sed *præter*; Nam quæ in folio non habent spinam, sed in caule, ea planè sunt, quæ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἔχοντα φύλλον vocat Philosophus, quæ non merè φυλλάκανθα sunt: nec φυλλάκανθα, sunt, ut vult vir summus, quæ spinis foliata sunt, quæ spinam scilicet habent pro folio, sed quæ foliũ habent spinis præditũ. Theophrastus cap. 1. hujus libri. Ταῦτα γὰρ ἐπὶ τὰ πλεῖστα ἐπὶ τῶν φύλλων ἔχει τὴν ἄκανθαν. διὸ καὶ φυλλάκανθα καλεῖται. *Hæc & similia in foliis aculeum gerunt, quare phyllacantha vocantur.* Quæ vero tantum spinas pro foliis habent, ἁπλῶς ἀκάνθας idem vocat. Τὰ μὲν ἁπλῶς εἰσὶ ἄκανθαι. καθάπερ ἀσφάραγος καὶ σκόρπιος, οὐδὲ γὰρ ἔχουσι φύλλον οὐδὲν παρὰ τὴν ἄκανθαν. *Alia in totum aculei sunt, ceu aspharagus & scorpio; hæc enim nullum, præter aculeum, folium gerunt.* Inter phyllacantha recenset eryngium, carthamũ. Neminem latet hæc spinis prædita folia habere, neutiquam spinas pro foliis gerere, uti asparagus sylvestris, & quam scorpionem vulgo vocant.

Ὥσπερ ὅτι φλέως, &c.] In altero Aldino codice, Ὥσπερ ὅτι φλέως, καὶ ὁ τρίβολος. καὶ ἡ κάππαρις. Uturq; codex corruptus. Scribe, καὶ τρίτον δὲ περὶ τὸ καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἔχοντος φύλλον, ὥσπερ ὁ φλέως, ὁ δὲ τρίβολος ἕτερος καὶ ἡ κάππαρις, ἴδιον ἔχει τὸ μὴ, &c. *Atque tertium illud addendum quod præter aculeum folium gerit, ut pheos, tribulus autẽ & capparis, peculiare nimirum obtinent.* Hanc correctionem ex cap. 5. hujus libri probo. ubi stoebes, vel pheos folium carnosum, ait, caulemque habere spinis præditum. Eodem loco & tribulum alterum & capparim, folia & caulem ferre spinis armatum.

Ἀσπάραγος.] Scribe, Ἀσφάραγος. Galenus libr. 16. simplic. Ἀθηναῖοι δὲ διὰ τοῦ φ λέγουσι ἀσφάραγον Athenienses per φ ph scribunt aspharagum. Idem Suidas, οὕτω μὲν οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ φ τὴν λέξιν προφέρουσιν, οἱ δὲ πολλοὶ μὴ ἀκριβοῦντες διὰ τοῦ π λέγουσι. Sic enim Attici cum aspiratione per φ efferunt. cum reliqui sine aspiratione per *p* pronunciarit. Athenæus lib. 2. Κρατῖνος δὲ διὰ τοῦ φ ἀσφάραγον ὀνομάζει καὶ Θεόπομπος. Ἀντιφάνης δὲ διὰ τοῦ π φησὶ ἀσπάραγον. *Cratinus cum littera ph aspharagum nominat, itemque Theopompus Antiphanes cum littera φ asparagum protulit.* Quid sit ἀσφάραγος Galenus libr. 2. de Aliment. facult. cap. 58. docet. Εἴτε διὰ τοῦ φ λέγειν ἐθέλοις, εἴτε διὰ τοῦ π τὴν δευτέραν συλλαβὴν τῶν ἀσφαράγων, καθάπερ ἅπαντες, οὐ νῦν πρόκειται σκοπεῖν. οὐδὲ γὰρ τοῖς Ἀττικίζειν τῇ φωνῇ σπουδάζουσιν, ἀλλὰ τοῖς ὑγιαίνειν ἐθέλουσι γράφεται ταῦτα, κἂν οὗτοι δὴ τοῦ Πλάτωνος, μήτε γράμματα, μήτε νοῦν ἐπίστανται. καλούντων οὖν τῶν Ἑλλήνων σχεδὸν ἁπάντων, τοὺς ἁπαλοὺς καυλοὺς, ὅταν αὐξάνονται πρὸς τὴν τοῦ καρποῦ τε καὶ σπέρματος ἐκβολὴν ἀσπαράγους διὰ τοῦ π, τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐροῦμεν, ἐπιτρέψοντες ὅπως ἂν ὀνομάζειν ἐθέλουσιν οἱ χρώμενοι. πολλὰ μὲν οὖν τῶν λαχάνων τε καὶ ὅλως τῶν φυτῶν, γεννᾷν πέφυκεν ἐκβλαστήματα τοιαῦτα, πάντα δὲ οὐκ ἐσθίουσιν αὐτά, καὶ διὰ τοῦτο περὶ τῶν συνηθεστέρων ὁ λόγος ἡμῖν ἔσται, &c. *Vtrum syllaba secunda nominis asparagi per ph sit pronuncianda, an per p (ut omnes nunc proferunt) disquirere nunc non est propositum. Hæc enim scribimus iis, quibus sanitatem est tueri propositum, non sermonis Attici affectatoribus; qui sanè in eo videntur, neque Platonis scripta, neque ipsius mentem intelligere. Cum igitur Græci propemodum omnes, teneros caules, quo tempore ad seminis & fructuum productionem augescunt, asparagos per p; appellant, ipsorum facultatẽ exponemus, iis, qui ipsis utuntur, quo lubet nomine appellare permittentes. Multa sane olera, & in summa plantæ multæ, suapte natura hujusmodi germina producunt quidem, non omnia tamen manduntur. Ob eam causam (ut in aliis antea fecimus) de usitatioribus verba faciemus.* Est ergo asparagus, quod primum in lucem prodit oleris germen, priusquam in folia explicetur, sive recentissimus turio qui edendus est, ut lactucæ, lupuli, betæ, omnia etiam germina, & recentes cauliculi τῶν θαμνῶν asparagi dicuntur. Galenus lib. 2. de aliment. facult. cap. 59. ubi asparagos κατ' ἐξοχὴν sic dictos, cum asparagis fruticum aliarumque plantarum recenset. Ἕτερον δὲ γένος ἀσπαράγων ἐπὶ τοῖς θαμνώδεσι φυτοῖς γιγνόμενον, ὀξυμυρσίνῃ, καὶ χαμαιδάφνῃ, καὶ ὀξυακάνθῃ, καὶ τούτων ἕτεροί τινες, ὁ μὲν βασιλικὸς, ὁ δὲ ἕλειος ὀνομαζόμενος. ὥσπερ γε καὶ τῆς βρυωνίας ἕτερος. τῶν δὲ πάντες εἰσὶν εὐστόμαχοί τε, καὶ διουρητικοὶ, καὶ βραχύ τι τρόφιμον ἔχοντες. εἰ μέν τοι σκευασθεῖεν καλῶς οἱ τοιοῦτοι, τροφιμώτεροι τῶν ἐπὶ τοῖς λαχάνοις ἀσπαράγων εἰσὶν, ὅσῳ καὶ ξηρότεροι. ὁμοιότης δέ τις ἐστὶ τοῖς τε τῶν θάμνων, καὶ τοῖς τῶν δένδρων βλαστήμασιν, οὐκ ἀκριβὴς ταυτότης. καὶ γὰρ ξυλωδέστερα τὰ τῶν δένδρων, διὸ καὶ ῥητέον ἐφεξῆς ὑπὲρ αὐτῶν ἰδίᾳ. Capite sequente. Οἱ βλαστοὶ τῶν δένδρων τε καὶ θάμνων, ἀναλογίαν ἔχουσι τοῖς ἐπὶ τῶν λαχάνων ἀσπαράγοις. ἐκβλαστήματα γάρ εἰσι κἀκεῖνοι πρὸς καρποῦ γένεσιν ἐξορμῶντος τοῦ φυτοῦ. διαφέρουσι δὲ τῷ τῶν δένδρων μὲν τὸ στέλεχος ἀεὶ διαμένειν, ἀνάλογον ὑπάρχον τῷ κατὰ τὰ λαχανώδη τε καὶ ποώδη καυλῷ, τὸν δὲ ἐπὶ τούτων καυλὸν ἐπέτειον εἶναι. *Aliud autem asparagorum genus est, quod in plantis fruticosis provenit, oxymyrsine, chamædaphne, & oxyacantha. Ab iis præterea alii sunt diversi, quorum alius regius, alius palustris nominantur, quemadmodum & alius est bryoniæ ab iis diversus. Omnes autem stomachum juvant, urinasque cient, & parum nutriunt. Si tamen ii bellè conficiantur, tanto firmius alunt quam olerum asparagi, quo ipsi sunt sicciores. Porro arborum & fruticum germina inter se quodammodo sunt similia, non tamen omnino eadem: arborum enim germina sunt lignosiora. proinde quoq; de ipsis seorsum deinceps est dicendum.* Capite sequente. *Arborum & fruticum germina olerum asparagis proportione respondent. Sunt enim hæc quoque productiones quædam, cum planta ipsa fructum parat producere. In eo tamen differunt, quod arborum quidem stipes (qui cauli oleraceorum & herbaceorum proportione respõdet) perpetuo manet: in illis est autẽ annuus.* Quatuor ergo genera asparagi nomine donata: quorum illud primũ, quod omnia olerũ germina, aut caules tenerrimos sub se continet; qui primum è planta ad flores, seminaq; procreanda, aut fructus sustentandos emittuntur, talesq; sunt qui cocti, crudique esui aptè accommodari possunt; veluti in brassica, lactuca, malva, blito, beta, similibusq; accidit oleribus. Secundum, omnia sub se germina, aut recentes cauliculos τῶν θάμνων *fruticum* complectitur; qui dum primum erumpunt ac teneri sunt, esui apti sunt. Tertium genus addamus, quod in quibusdam plantis quæ ἐπετειόκαυλοι sunt, neque inter olera, aut domestica, aut sylvestria, neque inter frutices communerantur, provenit; Suntque tenerrima illorum germina, aut cauliculi, antequam flores vel fructus protulerint; albę enim vitis bryoniæ dictæ, & vitis nigræ viticulæ asparagi nomine à veteribus in cibos assumebantur; ut & teneri hipposelini, & elaphobosci caules; nostra etiã ætas lupuli asparago gaudet. Plantæ hæ, neque olera sunt, neq; caulem annosiorem proferunt, & tamen illarum partes tenerrimæ dum erumpunt, pro asparagis ad mensas veniunt; improprie tamen asparagi vocantur. Propriè autem asparagus dicitur de quo nobis hoc capite sermo, & hunc dividit Galenus, & κατ' ἐξοχὴν asparagum vocat. Arborum, fruticumve ἐκβλαστήματα hodie asparagi nomine non recensentur. Ἀσφάραγος vel ἀσπάραγος, ut vult Phavorinus, quasi ἄσπαρτος dicitur. Ἀσπάραγος, τὸ ἐκ τῶν ἀκανθῶν φυόμενον τραχύ. κυρίως δὲ ἐπὶ τοῦ ὀρείου λέγεται. ἢ γοῦν ἄσπαρτος ὁ μὴ σπειρόμενος. *asparagus. asperum quod ex spinis nascitur. propriè de montano dicitur asparagus, quasi asparatus,* id est *non satus, qui satu non provenit.* Fallitur Grammaticus, nec primum rudimentum asparagi κατ' ἐξοχὴν sic dicti, nec quod ex spinosis nascitur plantis asperũ est, sed tenerũ & molle. An scripsit βραχύ? respectu caulis brevis, & nisi cito decerpatur in caulem assurgit. Apud Suidam, ex quo, ut & Hesychio, suum composuit lexicon Phavorinus, legitur ἀσφάραγος. φάρυγξ, στόμαχον. λέγεται καὶ τὸ ἐκ τῶν ἀκανθῶν ἀποφυόμενον βλάστημα. An ergo pro τραχὺ, βλάστημα scribendum, vel βλαστός? Sed cur ἐκ τῶν ἀκανθῶν scribit? Quod asparagus, quorũ veteres mentionem faciunt, spinosi erant; culturã quippe non noverunt. Cultus diligens si accedat, spinosissima etiam planta, temporis tractu, ferocitatem deponit, nec pristinam pungendi vim retinet; non tamen spinas in totũ perdit, nisi tempore longissimo, puta centum aut ducentûm, milleve annorum spatio. Asparagum quasi non satum dictum vult; non quod planta satione non proveniat, sed quod gulæ illud blandimentum, statim à satione non emittat, nec ad edendum aptum sit, ante tertium quartumve à satione annum. Accedit quod asparagus satus non æquè, ac non satus præstans sit. Athenæus libr. 2. ὧν οἱ κάλλιστοι οὐ σπείρονται, πάντων ὄντες τῶν ἐντὸς θεραπευτικοί. οἱ δὲ σπαρέντες καὶ σφόδρα ὑπερμεγέθεις γίνονται. *Præstantissimi & ad omnes interaneorum morbos efficaces non seruntur; qui vero satu proveniunt, crescunt eximia quadam magnitudine.* Aliud etymon excogitavit doctiss. Romanorum Varro libr. de lingua Lat. 4. *Asparagi quod ex asperis virgultis nascantur, & ipsi scapi asperi sunt, non leves: nisi Græcum. illic enim quoque dicitur ἀσπάραγος.* Cæterum postremum illud verius, prius vero ingeniosius, & rectè improbatur

ab

ab Adversariorum Auctoribus. Tenellæ & primum à satione erumpentes holeraceorum germinationes, asparagi dicebantur, quia σπείρω Græcè *sero*, & σπορὰ *satio* dicitur. Proinde potius quispiam conjectet asparagos è Græco Latinis deductos, pace multiscii Varronis, quam quia ex asperis virgultis nascuntur. Malunt alij ἀσφάραγον dici, ceu ἄσιν φάρυγος. hoc est *gutturis fastidium*, quod parit dentibus accommodatum semen. Dioscorides lib. 2. cap. 152. Καὶ ὀδονταλγοῦσι δὲ, κατατεινομένου τοῦ ἀφεψήματος ἐπὶ τοῦ πονοῦντι ὀδόντι. ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ αὐτὰ, καὶ τὸ σπέρμα πινόμενον. *Sic & dolore dentium infestatis, si modo decoctum superaffecto dente contineatur. semen quoque potum ad eadem valet.* Melius, παρὰ τὸ ἄσαι τὸ φάρυγα, *quod grato suo sapore & humore satiet, & asperitates gutturis leniat.* Non displicebit fortassis, si fingamus nomen indictum παρὰ τὸ ἀσπάζεσθαι, καὶ ῥαγῆναι, *quod contrectantes ac salutantes manus findat, spinisque suis lædat.* Antiqui enim non alium, quam spinosum novere aspharagum. Ideo nec Phavorini etymon rejici meretur. Doctissimus Gaza *corrudam* vertit. (vel ut alij legunt, *corudam*) Rectè: nam præter sylvestrem, nullum novit Theophrastus. Plinius lib. 20. c. 10. *Sylvestrem asparagum, aliqui corrudam, aliqui libycum vocant, Attici Orminum.* Corudam vocatum fuisse libr. 19. etiam tradit cap. 8. *Indicavimus & corudam. Hunc enim intelligo sylvestrem asparagum, quem Græci orminum aut myacanthon vocant, aliisve nominibus.* Non omnes corrudam sylvestrem vocarunt. Immo sativo hoc nomē tribui ait, qui de re rustica optimè meruit Columella lib. 11. cap. 3. *Sativi asparagi, quam corudam rustici vocant, semina fere biennio præparantur.* Ita codex Parisiis apud Robertum Stephanum impressus, ita Coloniæ apud Ioannem Gymnicum excusus. Vera & legitima antiquissimi codicis, cujus sæpè mentionem fecimus, lectio, *Sativi asparagi, & quam corrudam rustici vocant, semina fere biennio præparantur.* Rectè ergo Plinius sylvestrem corrudam vocari tradit. Sed corruda non est asparagus sylvestris, verū aliud quid ab asparago diversum. Cato. cap. 6. *Ibique corrudam serito, unde asparagi fiant. nam convenit arundinetum cum coruda, eo quia foditur, & incenditur, & umbram per tempus habet.* Columella in hortulo.

Prodit, & asparagi corruda simillima filo.

Non possum quin explodam antiquissimi interpretis Columellæ commentum ad hos versus.

Et scilla, hirsuta sepes, nunc horrida rusco
Prodit, & asparagi corruda simillima filo.

Antiquus codex.

Et scyla tyrsuto sæpe nunc horrida rusco
Prodit, & asparagi corruda simillima filo.

Ruscus, inquit, est, ubi includitur semen asparagi, asparagus semper crescit in thyrsum, ideo dicit tyrsuto rusco. Corruda genus est asparagi. Corrupta, depravataque lectio virum optimum fefellit. Nec asparagus in thyrsum surgit, nec fert. Quid thyrsus sit, alibi dixi. nec ruscus est in quo asparagi includitur semen, sed spinosa planta, sepibus non inepta. nec unquam sic Columella scripsit. Nemo scylam pro scillam dixit, & ultima in *sæpe* brevis.

Ovidius.

Sæpe pater dixit studium quid inutile tentas?

Inutiles addidit notas interpres ille antiquus, nec rusticæ rei studium intellexit, & hortorum curam ignoravit. Asparagi corrudam dixit Cato, quod corruda planta sit, asparagus primum germen, gulæ blandimentum. Corruda quasi corrada, quod spinis horridis pungat, vulneret, lædat. vel à corruo; eruo, quod ubi adoleverit, facile corruat ac decidat. Prius magis placet. Libycum vocari ait; quod unde habeat ignoro. Nec apud Auctuarii Auctorem, nec apud Apulejum, qui nomina plantarum quam diligentissimè collegerunt, legere est, asparagum Libycum vocatum fuisse: sic nec Dioscorides, nec Theophrastus, nec Græcorum quisquam nuncupatum scribit. Unus Athenæus. Ἐν Λιβύῃ δέ φασιν ἐν Γαιτουλίᾳ γίνεσθαι πάχος μὲν Κυπρίου καλάμου, μῆκος δὲ ποδῶν δώδεκα. ἐν δὲ τῇ ὀρεινῇ καὶ παρωκεανίτιδι, πάχος μὲν μεγάλων ναρθήκων, μῆκος δὲ περὶ τοὺς εἴκοσι πήχεις. *In Libyæ Getulia, instar arundinis Cypriæ fama est crassescere, assurgereque ad cubitos circiter xx. at in montosis & vicinis Oceano locis ejus regionis, ad ferulæ magnæ crassitiem augescere, & xx. cubitorum proceritatem.* Magni certè asparagi, quales non fert orbis Christianus. An ideo Libycū asparagum dixit Plinius, quod in Libya maximi generentur, maximosque idcirco Libycos vocavit? *Attici*, inquit, idem *Orminium vocant*. Antiquus codex *horminium*. Apud Hesychiū, ὄρμενον legitur. ὄρμενος, ὄνομα κύριον, καὶ πόλις Θετταλίας, καὶ ὁ μὲ τῆς κράμβης τὸ ἐντὸς κύημα, οἱ δὲ τὸν ἄγριον ἀσπάραγον, ἄλλοι πᾶν τὸ ἐκκεκαυλημένον. *Ormenos est nomen propriū & urbs Thessaliæ, brassicæque interior conceptus, nonnulli sylvestrem asparagū sic vocant, alii primū germen antequam prorumpat caulis foliaq; expanduntur.* Iulius. Pollux lib. 6. cap. 9. non sylvestrem, sed sativum asparagū vocari scribit ormenum. Ἀσφάραγος ὁ ἀκανθίας, ὄρμενος ἥμερος ἀσφάραγος, καὶ πᾶν δὲ τὸ ὑπερεξῳδηκὸς, ὅπερ ἐκκεκαυληκὸς καλοῦσιν, ὄρμενον ἀνόμαζον. Vertunt; *Aspharagus spinosus, ormenus sativus aspharagus, & omne efflorescens quod cauleū vocant, illi ormenum vocarunt.* Idem lib. 1. cap. 12. ἀσφάραγος. ἀσφαραγγὶς μέν τοι ὁ ἀκανθίας λέγεται. ὄρμενος δὲ ἥμερος ὁ ἀπὸ τῆς κράμβης καλούμενος. Interpretantur, *aspharagus, aspharangis vero acanthus vocatur. Est & hortensis asparagus hormenos, à crambe vocatus.* Multa hic consideranda. Primum ἀσφάραγγος & ἀσφαραγγὶς geminato γ legitur. Notat Doctiss. W. Seberus in P. N. ἀσφάραγος & ἀσφαραγὶς simplici γ scribi, sed in priore voce supra γ positum κ quod A. in ipso contextu habet, sic scribens, ἀσπάραγκος ἀσπαραγκὶς, Scribe, ut in P. N. habetur, ἀσφάραγος ἀσφαραγὶς, Reliqua corrupta. Domesticum ormenum vocari ait; Plinius, & Hesychius sylvestrem sic vocari tradunt. Nihil hic M. SS. codices juvare possunt. omnes vulgatam habent distinctionem. Pluris est Hesychii & Plinii auctoritas, quam MSS. interpunctio. Puncta, commata, cæteræque distinctiones, facillimè nulloque negotio transponuntur, nihilq; facilius, quam mala distinctione in exscribendo peccare. Scribo ac distinguo, ἀσφαραγὸς ὁ ἀκανθίας ὄρμενος. ἥμερος ἀσφάραγος. πᾶν δὲ τὸ ὑπερεξῳδηκὸς, ὅπερ ἐκκεκαυληκὸς καλοῦσι, ὄρμενον ὠνόμαζον. *Asparagus spinosus ormenos. sativus asparagus. Omne autem quod florescens sive cauliculos emittens vocant, ormenum appellant.* Sic locus ille interpretandus. Mox rationes dabo. Altero loco lege ἀσφάραγος. ἀσφαραγὶς μέν τοι ὁ ἀκανθίας λέγεται ὄρμενος. ἥμερος ἀσφάραγος, &c. *Aspharagus, aspharagis spinosus quidem hormenos dicitur, sativus asparagus.* Sic si distinguamus, & legamus, nulla dissensio inter Pollucem, Hesychium, & Plinium. Quæ sequuntur sana non videntur. Ὁ ἀπὸ τῆς κράμβης καλούμενος. Absunt à MSS. Sylburgius legit pro καλούμενος, καυλός. Sed nec sic sensus satis bonus. Scribo, ἀσφαραγὶς ὁ ἀκανθίας λέγεται. ἥμερος δὲ ἀσφάραγος. ὄρμενος δὲ ἀπὸ τῆς κράμβης, πᾶν τὸ ἐκκεκαυλημένον, *Aspharagus asparagis sylvestris dicitur, satius asparagus, ormenos quicquid in cauliculos erumpit*, ducto nomine à Brassica. cujus cyma, id primū germen, ormenos dicitur. Hanc lectionem ipse Pollux libr. 6. probat. Brassicæ cymam ὄρμενον vocari, docet Athenæus lib. 2. ubi etiam brassicæ asparagum ormenum dici tradit. Δίφιλος δέ φησιν, ὡς ὁ τῆς κράμβης ἀσφάραγος λεγόμενος ἰδίως ὄρμενος. — Ἀττικοὶ δ' εἰσὶν οἱ λέγοντες, ὄρμενον τὸν ἀπὸ τῆς κράμβης ἐξῳδηκότα. Σοφοκλῆς Ἰχνευταῖς. Καξορμενίζει κοὐκ ἐπισχολάζεται βλάστη. παρὰ τὸ ἐξορμᾶν καὶ βλαστάνειν. Vertunt & emendant. *Diphilus scribit, aspharagum Brasicæ, quem hormenon peculiariter vocant — Attici hormenū vocant Brasicæ cum defloruerit cymam. Sophocles in venatoribus? cauliculos emittit, nec unquam cessat germinare.* Sic autem dicitur, παρὰ τὸ ὁρμᾶν εἰς τὸ βλαστάνειν, id est, *quod ad germinationē obnixè properet.* Hæc emendatio planè à vero aliena est. Nam ὄρμενος non deducitur ab ὁρμῶ. *sto, propero*, sed ab ὄρω, *accumulo, moveo, attollo, concito, excito.* Inde ὄρμενος, & ex eo ὄρμενον, κατὰ συστολὴν καὶ ἀνάδοσιν τοῦ τόνου, vel per syncopen ab ὀρόμενος. Alii ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν derivant; *corruo*, quod facile ubi adolevit, corruat. Malunt alii παρὰ τὸ ὁρμᾶν quia Venerem excitet, ἀφροδισιαστικὸς ἐστι. Plinius loco citato. *Veneris causa aquas eorum decoctam bibi jubent ad heminas. Ad idem & semen valet cum anetho, ternis utrumque obolis.* Facilè fieri potest, nomen accepisse, vel quod Venerem excitet, vel, quod facilè corruat, vel, quod ad germinationem obnixè properet. Nam utrum ὅρμενον aspiratè, an ὄρμενον, sine spiritu scripserit Plinius, non satis constat. Athenæum tamen, non scripsisse, ut viri magni emendant, ex Eustathio probatur, qui vulgatam defendit lectionē τὸ ἐξορμᾶν καὶ βλαστάνειν, *quod erumpat & germinet.* Sic enim Iliados M scribit. Ὄρμενος καὶ ὁ τῆς κράμβης ἀσφάραγος παρὰ Ἀττικοῖς, διὰ τὸ ἐξορμᾶν καὶ βλαστάνειν, ἤγουν ἀπὸ τῆς κράμβης ἐξῳδηκώς. ὅθεν καὶ ἐξορμενίζω ῥῆμα. Σοφοκλῆς. κἀξορμενίζει κοὐκ ἐπισχολάζεται βλάστη, πυκνὴ οὐ σχολῇ ἡ βλάστη ἴσχει, ἀλλὰ δηλονότι ὁρμᾷ εἰς αὔξην, κατὰ τὴν ἐξορμίζοντι φυτῷ. Videlicet è brassicæ novæ. *Ormenos est, & brassicæ aspharagus, quod semper erumpat & germinet, quasi floribus semper ornatus. unde ἐξορμενίζω ῥῆμα, verbosus sum. Sophocles. Multiloquus est, nec cessat germinare*, id est, *loqui: garrire enim non desinit, sed semper, ut plantæ succo turgentes, nova promunt germina, nova verba producit.* Doctissimi viri ἐξῳδηκότα vertunt, *cum defloruerit cyma.* Brassica quando defloruit, quid

quid boni aut grati ſaporis ferat, ignoro. Certè ἐξανθεῖν non poteſt ex verti *deflorеſcere*, & accipi pro ἀπανθεῖν, nec ἐκκαυλεῖν pro *caule marceſcente*. *Eſt*, inquiunt, *& contrariæ ſignificationis, ut Pollux indicat libr. 6. Dicitur enim ἐκκαυλεῖν quorum caules marceſcunt.* Iidem, *Domeſticus vero aſparagus*, ὁ ἀσπάραγος *ſimpliciter vocatur*, (quo nomine tamen propriè vocatur braſſicæ cyma, id eſt, caulis) & ὄρμενος Ἥμερος *à Polluce* διὰ τὸ ἐξορμᾶν καὶ βλαστάνειν. Eodem tamen auctore, omne, quod caulem amiſit atque defloruit, ὅρμενον appellatur, id eſt, ὑπερεξηνθηκὸς καὶ ἐκκεκαυληκός. Unde exoluiſſe, καὶ ὑπέρωρον γενέσθαι dicitur, ἐξορμενίσαι. & ὄρμενα τῶν λαχάνων αἱ ἄνθαι Phrynich. *Plantarum germina nondum in folia explicata.* Hæc, ut dixi, planè videntur abſona. Ἐξανθεῖν & ἐκκαυλεῖν Athenæo, Euſtathio, Polluci eſt *erumpere, & foras prodire, impellente germinandi vi.* Rectè cauliculi, quos aſparagos videamus vere pleno ἐξανθεῖν dicuntur. Braſſicæ aſparagus κῦμα, quaſi κύημα, dicitur, idem & ὄρμενος. Sed de Braſſica alibi. Malè ergo viri magni ἐξηνθηκότα vertunt, *cum defloruerit cyma.* Nam κύημα, ſeu *cyma*, eſt ipſe aſparagus, horio, cauliculus qui vere pleno pullulat, & aſparagus dicitur, antequam in folia explicetur. Aſparagus, ut unde digreſſi ſumus revertamur, corruda Latinis dicitur, Græcis *ormenos*. Lib. 19. cap. 8. *Iudicavimus & corrudam; hunc enim intelligo ſylveſtrem aſparagum, quem Græci ormenum aut myacanthon vocant, aliiſve nominibus.* Dioſcorides libr. 2. cap. 52. Ἀσπάραγος πετραῖος (Marc. ἄγριος) ὃν μυακάνθην καλοῦσι, γνώριμος. *Aſparagus in petroſis natus, quem myacanthum vocant, vulgaris eſt notitiæ*; pro ὃν μυακάνθην. Aldus, & ὁ μυακάνθης γνώριμος, &c. Plinius μυάκανθον legit. Galenus lib. 6. Simpl. μυακάνθινος. ἀσπάραγος πετραῖος, ὁ μυακάνθινος. Μυάκανθος eſt ſpina, quæ præter ſpinam folium alterum habet. Vide cap. ſequens. Sed eo loco, ut dicam, non μυάκανθος, ſed μυακάνθινος legi debet. Μυάκανθα vel μυάκανθος dicitur, vel quod tenues ſpiſſaſque adeo ſpinas habeat, ut mures etiam parvos facile arceat, aut immunes à puncturis eos non admittat, vel μυάκανθα dicta quaſi μικρὰ ἄκανθα, *parva ſpina*, quoniam veluti ἵππος & βοῦς in compoſitione rei magnitudinem notant. Ita μῦς animal minutum, parvitatem ac tenuitatem ſignificare poteſt; Μυάκανθος ergo, muris ſpina, id eſt, parva & minuta dictus eſt hac ratione aſparagus. Μῦον vocari tradit Auctuarii Auctor, οἱ δὲ μῦον καλοῦσι, Marcellus ὄρμενον reſtituit. Πετραῖος dicitur, quod in petris ſaxiſque naſcatur. Hæc de nominibus. Theophraſtus unum tantum aſparagi genus novit. Duo an unum deſcribat Dioſcorides, mox videbimus. Duo Galenus obſervavit lib. 2. de aliment. facult. καὶ τούτων ἕτεροι τινὲς ὁ μὲν βασιλικός, ὁ δὲ ἕλειος ὀνομαζόμενος. Columella aſparagum alium ſativum, alium domeſticum eſſe docet, Plinius alterum præter ſativum & ſylveſtre genus memorat, medium ſcilicet. *Eſt & aliud genus incultius aſparago, mitius corruda, paſſim in montibus naſcens.* Recentior ætas plura obſervavit genera. Quæ de ſingulis generib. auctores jam memorati tradunt, ea examinanda jam ſunt. Theophraſtum ſylveſtrem delineare, extra omnem controverſiam eſt, τὰ μὲν ἁπλῶς εἰσὶν ἄκανθαι, καθάπερ ἀσπάραγος καὶ σκόρπιος. οὐδὲ γὰρ ἔχουσι φύλλον οὐδὲν παρὰ τὴν ἄκανθαν, quæ Plinius ſic vertit. lib. 21. cap. 15. *In totum ſpina eſt aſparagus & ſcorpio; nullum enim folium habent.* Aſparagus ergo Theophraſti ſylveſtris eſt. Quem Dioſcorides πετραῖον, & μυάκανθον, Athenæus ὄρμενον, Plinius, & Columella, corrudam, Attici, ὅρμενον vocant. quod nomen in quibuſdam Galliæ locis hodie etiamnum audit. Avenionenſes enim corrupta voce hozurioconim vocant. Hoc genus, Theophraſtus ait poſt autumni æquinoctium florere, ſimileque eſſe ſcorpioni plantæ aculeatæ ſic dictę. Utraq; ſpinoſa, neutra folia fert eſt, ſed pro foliis ſpinas; in quibus differunt, ut idem docet. Sed corruptus codex. Ὁ μὲν γὰρ, inquit, ὁ σκόρπιος ἐκ τοῦ σαρκώδει τοῦ ἐξοιδοῦντι, τὸ ὑπὸ τὸ ἄκρον τῆς ἀκάνθης ἔχον τὸ ἄνθος. Ald. Baſ. codex. τὸ ἐσπαδοῦντι ὑπὸ τὸ ἄκρατον τῆς ἀκάνθης. Scribe, τῷ ἐποιδοῦντι ὑπὸ τὸ ἄκρον τῆς ἀκάνθης. Poteſt etiam legi, τῷ ἐξοιδοῦντι ὑπὸ τοῦ ἄκρου τῆς ἀκάνθης. Id eſt, *Scorpio enim florem in carne extuberante, ſub extremo aculei profert, initio candidum, poſtea leviter accedentem ad purpuram.* Sequitur, ὁ δὲ ἀσφάραγος ἐκφύων παρὰ τὰς ἀκάνθας κορυνῶδες μικρόν. ἐκ τούτου δέ ἐστι ἄνθος μικρόν. Et hæc corruptiſſima. Scribe, ὁ δὲ ἀσπάραγος ἐκφύων παρὰ τὰς ἀκάνθας κορυνῶδές τι μικρόν. ἐπὶ τούτου γε ἔχει τὸ ἄνθος μικρόν. Interpretantur, *Corruda propter aculeos puſillum quendam producit petiolum, ex quo floſculus tandem ipſe erumpit.* Verte, *Aſparagus juxta aculeos exiguum faſtigium quoddam producit, in quo florem habet parvum.* Malè παρὰ vertunt *propter*. Non propter aculeos, ſed juxta vel præter aculeos faſtigium gerit. Κορυνῶδες peſſimè petiolum vertunt. Κορύνη virga clavæ ſimilis, capitata, faſtigiata. Κορυνῶδες ergo faſtigium clavæ ſimile eſt. Plinium ſecutus ſum, & *faſtigium* verto. Sic enim ille lib. 19. c. 8. *Eſt enim plurimæ radicis, altiſſimeque germinat, viret thyrſo primum emicante, qui caulem educens, tempore ipſo faſtigiatus in toros ſtriatur.* Κορυνῶδες ergo thyrſus in acutum faſtigium deſinens. Sequitur, ὁ δὲ σκόρπιος μονόρριζον καὶ βραχύρριζον καὶ βαθύρριζον. Hæc corrupta eſſe, quilibet ſatis judicare poteſt. Dele ergo βαθύρριζον, vel ſcribe εὐθύρριζον. Radicem habet ſingularem, brevem, rectam. Poſtremum magis placet, quod aſpharagus σκολιόρριζος, πολύρριζος & βαθύρριζος. radice conſtat flexuoſa, multa, & alta. Ἀναβλαστάνει δὲ ὁ καυλὸς ἐκ τῆς ἀσφαραγίας τοῦ ἦρος; Vertunt, *Exit caulis de corrudagine vere.* Quid corrudago ſit, me ignorare fateor barbarum eſt. Ἀσπαραγία, *aſparagi plantarium* ſive *plantaria* eſt, ut Latinis roſaria, violaria, aut planta ipſa cum ſuo ceſpite & ſylva. Sic σχοινία libr. 4. hiſt. cap. 13. pro junci planta cum ſuo ceſpite ſumitur. Caulis hic, qui verè novo è radice ſurgit, initio mollis eſt, ciboque idoneus, aſparagum κατ' ἐξοχὴν vocant. ἡ δὲ ἄνθησις οὐκ ἐκ τούτου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν πρότερον. Scribe, ἡ δὲ ἄνθησις ἐκ τούτου μόνον, καὶ οὐκ ἐξ ἄλλων τῶν πρότερον. Flos ex ipſo ſolum, non ex prioribus emergit. οὐ γὰρ ἐπετειόκαυλόν ἐστι. Sed omnis aſparagus hyeme cauſes amittit. Scribe ergo, τοῦτο γὰρ ἐπετειόκαυλόν ἐστι. Hic enim annuo conſtat caule. A Theophraſto ad Dioſcoridem venio: hic aſparagum ſylveſtrem, ſive corrudam à Theophraſto delineatam cognitam ſatis ait, ſpinoſi illius generis, quod corrudam & μυάκανθον vocant cortice, ſponſæ olim, teſte Plutarcho, libello de præceptis ſponſalibus coronabantur, rationem addit. Ἐν Βοιωτίᾳ τὴν νύμφην κατακαλύψαντες, ἀσφαραγωνιᾳ στεφανοῦσιν. ἐκείνη τε γὰρ ἥδιστον ἐκ τραχυτάτης ἀκάνθης καρπὸν ἀναδίδωσιν, ἥτε νύμφη τῷ μὴ φυγόντι μήτε δυσχεράναντι τὴν πρώτην χαλεπότητα καὶ ἀηδίαν αὐτῆς, ἥμερον καὶ γλυκεῖαν παρέξει συμβίωσιν. *In Boeotia ſponſam velantes aſparago coronant; hæc enim planta dulciſſimum ex aſperrima ſpina fructum edit, & ſponſa non fugienti aut aſpernanti, quod primo in-ſuavem ſe & difficilem ipſa præbet, manſuetam ac dulcem vitæ ſociam ſe præbet.* Aliud genus deſcribit eodem capite. Ἔνιοι δὲ ἱστοροῦσιν ὅτι ἐάν τις κριοῦ κέρατα συγκόψας καταρύξῃ, φύεται ἀσφάραγος (vetus addit κηπαῖος) ἐμοὶ δὲ ἀπίθανον. Ὁ μέν τοι ἀσπάραγος οὗτος, θάμνος ἐστὶ πολύκλαδος, φύλλα ἔχων πολλά, μακρά, ὅμοια μαράθρῳ, ῥίζα στρογγύλη, μεγάλη, ἔχουσα κόνδυλον. *Aſparagum quoque altilem naſci prodidere nonnulli, ſi quis arietis cornua contuſa defoderit: quod tamen mihi probabile non eſt. Altilis autem hic aſparagus, frutex eſt ramoſus, foliis numeroſis, longis, fœniculo proximis: radice rotunda, grandi, tuberculum habente.* Quæritur, utrũ hæc ſpuria, an legitima verba Dioſcoridis ſint. Non omnibus eadem ſententia. Nonnulli capitis partem poſteriorem mendoſam ſcribunt, & in totum redundare contendunt. Nam quicquid ultra vanam illam hiſtoriam à Dioſcoride reprobatam de cornibus arietinis legitur, à quodam plantarum ignaro, tanquam gloſſema additum eſt, quod poſtea ab indoctiori in textus ipſius verum ſenſum latum eſt. Et hanc quidem ſententiam his probant rationibus. I. Quod non conſuevit Dioſcorides deſcribere notas plantas; notam autem eſſe μυάκανθαν in ipſo ſtatim principio teſtatus eſt. II. Quod eadem repetit in hac ſecunda parte, quæ in prima dixerat; quod ad immemorem ſcriptorem pertinet. Neque valet ratio illa, quod de ſativo loquatur, non autem de ſylveſtri noto; cum ille qui ſcripſerit dicat, ὁ μέν τοι ἀσπάραγος οὗτος. Qua voce infert, ſe de ſuperiori loqui atque intelligere, id eſt, ſylveſtri. Præterea ſi agreſtis, quia notus erat, non deſcriptus eſt, multo minus fuit cultus deſcribendus, cum domeſtica ſint ſemper notiora ipſis agreſtibus. III. Quod antiquus interpres, qui Latinum Dioſcoridem fecit, hæc minimè vidit, nec in Dioſcoride vetuſtioris Latinitatis reperiantur. IV. Quod Serapio (addo Oribaſium) qui fideliter admodum omnia deſumpſit ex Dioſcoride, nullam poſterioris illius partis, cum tamen ſuperiorem deſcripſerit, mentionem fecit. V. Quod Rhaſis qui ult. Lib. continen. omnia ex Dioſcoride referens, totam iſtam partem tanquam notam prætermiſit. VI. Quod Avicenna, ubi facultates medicamentorum plurimas ex Dioſcoride recenſet, nullam in aſparago ex iis, quæ continentur in ultima parte, quam dicunt illegitimam, annotarit; veluti quod delirium ſedet, quod articulos luxatos juvet, quodque infœcundos, ac ſteriles homines reddat. Ex quibus colligunt, nullos Arabes, vetuſtioreſque interpretes habuiſſe hanc partem pro legitima dicti capitis, parte. Quod & ratione comprobare poſſunt: quoniam cum dixiſſet, παύει στραγγουρίας καὶ δυσουρίας, vix interpoſito uno aut altero verſu, addit, καὶ παύει ἰσχιάδα καὶ στραγγουρίας. Quę repetitio ut indecora, ſic Dioſcoridi indigna. Idem convinci turpiſſimũ, illud mendacium, quod ſc, infœcundas ac ſteriles

steriles mulieres reddat asparagus; cum satis apertè constet, montanum asparagum, & palustrem, aut utrumque cultum, & sylvestrem, veneficam hanc vim minimè habere, neque ullum asparagi genus, etiam impropriè dictum, id faciat. Atque hæc sunt argumenta, quibus spuria esse quæ in altera capitis parte habentur, viri docti probant. Nunc contraria videamus. Οἱ μὲν τι ἀσπάραγος αὐτὸς. Viri magni quæ sequuntur ad capitis usque calcem, non redundare, & à quodam additum glossema, & perperam in Dioscoridis contextum irrepsisse suspicantur: quia fortassis κηπαίου seu κηπευτοῦ vocem, quæ in vetustis codicibus proximè præcedere comperitur, haudquaquam animadverterant. Sed spretis, ceu haud ita firmis, quibus illi innituntur argumentis, existimo priore capitis parte de asparago sylvestri, tanquam præstantiore & efficaciore, autorem egisse: hanc vero posteriorem sativo tribuisse, & hujus fruticem describere, ceu illo minus notum, quandoquidem quas sylvestres fecerat natura corrudas (verba sunt Plinii, libr. 20. cap. 10.) ut quisque demeteret passim, non ita pridem fortassis altiles spectari cœperant. Certè nobis priora argumenta majoris ponderis videntur, quam ut solvi facile possint. Si legitima forent, nunquam Oribasius, nunquam Serapio, nunquam Rhases neglexissent in suos transferre codices. Ineptissimum & planè absurdum, & præter veritatē hoc, περιαπτόμενη ἡ ῥίζα καὶ τὸ ἀπόζεμα αὐτῆς πινόμενον, ποιεῖ ἀτόκιον καὶ ἄγονον. Cæterum amuleti ratione alligata radix, itemque haustum ipsius decoctum, partum impediunt, sterilitatemque inducunt. Non disputabo utrum, ἀτόκιον legi debeat. quippe ἀτόκιον εἶναι significat, spem partus adimere, partum prohibere, sterilitatem facere. Atocium Plinio est medicamentum omne, quod sterilitatem inducit, & vim concipiendi adjuvat. ἄτοκος vero *sterilis, quæque nondum peperit*. Fermè ergo idem & ἀτόκιον, & ἄτοκον εἶναι denotat. Neutrum præstat asparagus. Contrarium docet experientia, observavit Simeon, καὶ προστίθεται τῇ γονῇ, καὶ τάχιον τῶν λοιπῶν λαχάνων εἰς αἷμα τρέπονται, &c. *& ad semen genitale adjiciunt, celeriusque quam cætera olera in sanguinem transeunt, & mutantur.* Addit Avicenna, coitum eos adjuvare, & conferre difficultati imprægnationis. Plinius quoque apertè locis citatis Venerem promovere docet, ideoque, ut supra dixi, nonnulli ὅρμινον dici asparagum contendunt, ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν quod Venerem excitet. Dioscoridi ergo indigna est sententia, quæ tradit sterilitatem inducere asparagum. Explodendus Chrysippus, qui, ut Plinius libr. 20. cap. 10, tradit, *Sic & hydropicis contrarium esse, quamvis urinam moveat, docet: item Veneri: vesicæ quoque nisi decoctum, quæ aqua si canibus detur occidi eos, &c.* Antiquus codex habet, *vesicæ quoque nisi coctum aqua: si canibus detur, occidit eos.* Quæ nobis lectio priori vulgatæ præferenda videtur. Nunc singula quæ Dioscorides scribit examinemus. Ait igitur, ex aliorum sententia, nasci asparagum hortensem, si quis arietum cornua contusa defoderit. Idem apud Plinium legere est. lib. 19. cap. 7. *Invenio, nasci & arietis cornibus tusis ac defossis.* Quod & Cassianus Bassus libr. 12. cap. 18. docet. εἰ δὲ βούλει ἀσπάραγον πολὺν ποιῆσαι, κεράτων ἀγρίων κέρατα εἰς λεπτὰ κόψας βάλλε εἰς τὰς πρασιὰς, καὶ ἄρδευε. τινὲς φασι παραδοξότερον, ὅτι εἰ ὁλόκληρα κριῶν κέρατα τρηθῇ, καὶ καταχθῇ, οἴσει ἀσπάραγον. *Si verbis asparagum multum provenire, arietum sylvestrium cornua tenuissimè contusa sulcis committito, & rigato. quidam magis præter opinionem tradunt, quod si integra arietum cornua, non in tenues partes tusa & secta, perforentur & pangantur, asparagum producent.* Indagandum, utrum asparagus ille, quem Dioscorides, sive alius quis, quisquis ille fuerit, describit, sit sativus, quo vulgo utimur. Ait auctor hic, asparagum πολύκλαδον ramosum esse. Asparagus vulgaris ramosus dici non potest. Sed vox πολύκλαδος sæpius *multicaulis*, significat; & talis est asparagus. *Folia*, inquit, *fert longa, multa, fœniculo similia. Vulgatus asparagus folia fert mollia, copiosa quidem, sed exigua & capillamenti instar tenuia, alioquin fœniculo non dissimilia.* An ergo pro μακρὰ, μικρὰ restituendum, &c. Radicem inquit habere rotundam, grandem, tuberculum habentem. Vulgaris asparagus numerosis nititur radicibus, longis, teretibus. Neutiquam στρογγύλαις, ac tuberculum habentibus. Ex hisce nemo non concludet, non esse asparagum, vulgatum, quem Dioscorides, vel quisquis ille fuerit, delinearit. Alii Columellæ asparagum sativum & vulgarem nostrum eundem esse volunt. At cum ille spinosus sit, noster vero spinis careat, horum sententiam probare nequeo. Columella lib. 11. cap. 3. de sativo asparago. *Cæterum stylus, qui novissimè autumnali tempore nascitur, non omnis est tollendus; sed aliqua pars ejus in semen summittenda est. deinde cum spinam fecerit, collectis seminibus ipsis, scorpiones ita uti sunt, in suo loco perurendi sunt, & deinde sulci omnes consarrendi, herbæque eximendæ, mox vel stercus, vel cinis injiciendus, ut tota hyeme succus ejus manans ad radicem perveniat, &c. Scorpiones*, inquit, *ita ut sunt, in suo loco perurendi sunt.* Scorpiones hoc loco sunt virgæ spinosæ; scorpiones enim & scorpios veteres acceperunt, pro genere tormenti, ut sunt rubi acculeati, vel flagellum virgarum, vel scutica habens in summitate glandes plumbeas. Plinius libr. 7. cap. 56. *Piseum venabula, & in tormentis scorpionem Cretas; catapultum Syros; Phœnicas balistam & fundam, invenisse dicunt.* Scorpio ergo est asparagi ramus spinosus, quo in tormentis utebantur. asparagus ergo Columellæ spinosus. Cæterum asparagi illud genus quod Columella sativum vocat, licet cum vulgari non satis conveniat, duriusque sit, tamen cultu, ac satione nonnihil mitigatum crediderim; non tamen eandem mollitiem habuisse, quam habet vulgaris noster. Hic enim temporis tractu, & cultoris arte ac diligentia, spinas omnes, spinosumque omne deposuit. Sed doctiores verisimilius existimant, vulgatum è palustri provenisse; Immo reperiuntur, qui palustrem veterum ἕλειον dictam asserunt. Hujus mentionem facit Galenus libr. 11. de alment. facult. Meminit & lib. 9. κατὰ τόπους cap. 1. aliisque locis. Præscribit & Ætius ἕλειον palustrem asparagum lib. 6. cap. 10. Sed pro ἕλειον corruptè ἴλιον legitur. Τὰ δὲ δριμύτερα ὡς φάρμακον ποτὲ δοτέον. οἷον ἴλιος, ἀσπάραγος, πετροσέλινα, καὶ τὰ ὅμοια. Scribe οἷον ἕλειος, ἀσπάραγος, πετροσέλινον, καὶ τὰ ὅμοια. *Acriora vero aliquando danda sunt pharmaci loco, velut est asparagus palustris, petroselinum & similia.* Hunc coluisse antiquiores ex Cassiano Basso probatur, qui libr. 3. cap. 12. ἔτι δὲ καὶ ἀσπάραγον τὸν ἴλιον (scribe, ἕλειον) νῦν καθαίρειν. *insuper autem & asparagum palustrem, nunc (mense Octobri) purgare oportet.* Hunc asparagum & vulgarem diversum esse ex Martialis carmine probatur.

> *Mollis in æquorea quæ crevit spina Ravenna,*
> *Non erit incultis gratior asparagus.*


Spinosus ergo palustris asparagus, spinis caret vulgaris. Spinosum satis apertè innuit Poëta. Molles spinas respectu sylvestris & montani dixit, nisi placeat spinam vocasse Poëtam, quod reliqui omnes asparagi spinosi, ideoque & hinc spinam dixisse, & ut à cæteris aculeatis distingueret, mollis epitheton addidisse. Vulgarem asparagum veteribus incognitum fuisse, Simeon Sethi docet. Ἀσπάραγος. τὸ τοιοῦτον εἶδος τοῦ λαχάνου, ἐγνωσμένον οὐκ ἦν πρότερον, ἀλλὰ μόνον οἱ πικροὶ τῶν λεγομένων ἐλαιοδαφνῶν ἀσπάραγοι. νυνὶ δὲ, μεταχομίζονται κατὰ τὸν τοῦ ἔαρος καιρὸν, καὶ παρὰ πολλῶν διαγινώσκονται. Ἔτι δὲ τῶν λαχάνων ἁπάντων τροφιμώτερον, ὡς εἴ τις εἴπῃ τὴν φύσιν τεθεῖσθαι ἐν μεταιχμίῳ (Scribe, μεταιχμίῳ) τῶν λαχάνων καὶ κρεῶν οὐσίας, οὐ πόῤῥω τῆς ἀληθείας ἐκτραπήσεται. *Asparagus, quem nos asparagum vocamus: hoc genus oleris non fuit hic antea cognitum, sed ii tantum qui dicuntur elæodaphni, amari asparagi. Nunc vero proveniunt sub vernum tempus, & à plerisque dignoscuntur. Est autem olerum omnium asparagus, qui maximè nutrit, ita ut si quis dicat, ejus substantiæ naturam positam esse mediam inter olera & carnes, non multum à vero devius erit.* Sativus asparagus caules emittit primo vere teneros, longos, teretes, virides, glabros, & sine foliis, ab uno cespite plures, qui paulatim, nisi rescindatur, in altitudinem assurgunt, fiuntque bicubitales, aut altiores, crassi, duri, rotundi in multos diffusi ramos, qui foliolis convestiuntur mollibus, virentibus, copiosis quidem, sed exiguis, & capillamenti instar tenuibus, cum fœniculo quandam similitudinem habentibus. Flosculi secundum ramulos exeunt copiosi, minuti, & pallidi. Succedunt baccæ pisi vulgaris magnitudine, aut majores, rotundæ, initio virides, per maturitatem coralli similitudine rubentes, intus carne sua duo aut tria nigra, & corneæ soliditatis semina claudentes. Radices habet crassas, longas, teretes, molles, perennes, numerosas, ab uno transverso, & propter caulum vestigia aspero villosoque dorso, utrimque in obliquum descendentes, foris cineraceas, intus candidas, sapore glutinoso & dulci. Floret mense Iulio; baccæ Augusto Septembrique, maturæ; cauliculorum prima rudimenta Aprili erumpunt, & dum adhuc tenera sunt eduntur, ac nisi cito decerpantur in caulem assurgunt. Seritur autem asparagus in hortis, pingui, humido, beneque subacto loco. Hieme vel stercus, vel cinis injiciendus, ut succus ejus pluviis manans ad radicem perveniat, ut docet Columella, loco jam sæpè citato. Contingit vero & hujusmodi asparagum quandoque sponte, & citra culturam provenire, & locis quidem humentibus ac herbosis, veluti in pratis, in quibus haud procul Moguntia, frequens reperiri fertur. Exiguum hic ab hortensi, nec ab eo genere

Asparagus Hortensis.



nere aut specie, sed cultura, quæ speciosiora & ampliora omnia reddit, differt. Nascitur porro & spontaneus apud Hollandos, in convallibus tumulorum arenosorum ad Oceani littora, qui sativo etiam crassior subinde est. Cæterum, quem marinum vocant, caule breviore est, firmiore, foliis crassioribus, firmioribus, ex cæruleo virentibus; baccis majoribus, quam vulgaris hortensis, non adeo coralli instar intense rubentibus. Corrudæ genera tria describit Clusius. Prior fruticosa est planta; duabus, tribus, aut pluribus virgis candidis, firmis, ramosis, divaricatis per sepes funditur; circa quas quina, aut sena foliola, simul semper conjuncta, nascuntur, brevia, rigidiuscula & pungentia, flosculi oleæ, lutei, è senis foliis constantes: sub alis inter folia enascuntur, odore jucundo, ut violæ Martiæ. Baccæ initio virescunt, deinde cinereũ, aut ex viridi nigricantem colorem contrahunt, semenque continent nigrũ, durum: radices ab uno capite multæ, crassæ, instar asparagi altilis, sed breviores nascuntur. Abunde crescit agro Salmanticensi, locis petrosis, totoque Castello & Granatensi regno, non modo in sepibus, sed plerumque etiam in arvis cultis. Reperitur & in Narbonnensi Gallia juxta sepes. Floret uva maturescente, hoc est, Augusto mense: semen Octobri maturum est. Alterum corrudæ genus, quod asparagus est Theophrasti, planta est fruticosa; in viridibus & mollibus ramis sive virgis ramosis, tres aut quatuor spinas, ab eodem ferè exortu prodeuntes, hinc inde sparsas pro foliis ferens, virides itidem, ut rami sunt. Florem nullum in hoc conspexit Clariss. Clusius, sed frequentes baccas rotundas, ut in superiore, initio virides, deinde per maturitatem nigricantes, succo & pulpa virente plenas, qua semen includitur durum, foris nigrum, intus candidum, ut plurimum unicum, interdum bina: radices habet plures, crassas, longas, superioribus non valde dissimiles. Frequens est ad Tagum fluvium in Lusitania, atque etiam in Boëtica, solo petroso, in collibus & sepibus. Novembri semine onustum invenit idem Clusius. Tertius sylvestris asparagus, cubitales habet virgas, ramosas, candidas, lignosas, priori similes, candicantes, firmis deorsum spectantibus spinis alternatim, & secundum virgarum ramarumque inæqualium inflexionem horridas, ad quas quina aut sena folia, ex eodem capite simul prodeunt, ut in larice, prioris asparagi sylvestris foliis longiora, mollioraque, laringis foliis non dissimilia; quæ commanducata, subdulcia, & aliquantulum gummosa deprehenduntur. Flos inter folia ex alarum sinu, longo tenuique petiolo dependet, ex viridi pallescens. Deinde fructus penè rotundus, sed qui tricoccos videtur (tametsi unicum granum magna ex parte contineat, raro bina, foris nigrum, intus candidum, firmum, ut in superioribus) initio virescens, maturitate rubescens, & carnosus, sive succum & pulpam continens lentam & viscidam. Radice firmatur multiplici, instar aliorum sylvestriũ asparagorum, longa, crassa, intus alba, foris flavescente. Fert initio veris aliquot turiones, instar altilis asparagi, qui, illorum modo, manduntur crudi & cocti, cum oleo, aceto, & sale: nusquam abundantius, quam supra Olyssipponem salebrosis locis juxta vias, non procul à Tago fluvio, etiam sub eâ


Corruda differens ab altili Asparago.



Asparagus spinosus alter Clusii sive Theophrasti.



Corruda tertia Clusii.



eâ urbe, publicâ viâ Tago imminente, antequam in Oceanum se exoneret. Nascitur tamen & aliis Lusitaniæ locis, & tota ferè Boëtica. Novembri cum fructu maturo in Lusitania legebat Doctiss. Clusius, raris aliquot floribus hinc inde per ramulos sparsis etiam onustum. In Belgio omni culturâ & diligentiâ adhibitâ, nasci recusavit: duo verò priores ex semine nati sunt, Tertium hunc asparagum videtur in Creta observasse Bellonius; qui libr. 1. obser. cap. 18. sic scribit, *Vix tota Creta invenias asparagum altilem: sylvestrem duntaxat habent, corrudam vocatam, quæ passim nascitur. Præter eam tamen aliud genus istic invenitur, nomine vulgari, & antiquo* Polytricha *dictum. Polytricha à tenuibus, capillaceisque foliolis.*

Σκόρπιος, &c.] Sic dicitur, vel quod spinas ferat aculeo scorpionis non dissimiles, vel quod acriter pungat, scorpionis modo. Doctissimus Gaza *nepam* vertit, quod Theophrastus lib. 9. cap. 9. alterius σκορπίου, (aconiti est genus) meminerit. Utriusque historiam à magnis video confundi viris. Scorpius, de quo hoc capite sermo, planta est foliis carens, sed foliorum loco spinis prædita. Nullum aconiti genus spinosum est. Τηλύφονον ergo, aconiti genus quod σκόρπιον, propter radicem scorpioni similem, vocat Theophrastus, spinis armatum non est. Nepa idem quod scorpius, Festus. *Nepa Afrorum lingua sidus, quod cancer appellatur, vel, ut quidam volunt, scorpius.* Cicero lib. 3. de finib. *Serpere anguicolas, natare anaticulas, volare merulas, cornibus uti videas boves, n pas aculeis, suam cuique naturam esse ad videndum ducem, &c.* Cancer spinis non lædit. Columella in Hortulo.

Sed trepidus profugit Chelas, & spicula Phœbus
Dira Nepæ, tergoque Croti festinat equino.

Idem libr. 11. cap. 2. *Cal. April. Nepa occidit mane, tempestatem significat.* Eodem cap. 13. *Cal. Iul. Sol introitum in Cancrum facit, tempestatem significat.* Vides Cancrum à nepa sydus diversum. Rectè ergo Gaza, ob rationem jam allatam, σκόρπιον *nepam* vertit. Plinius tamen Græcam servavit vocem libr. 21. cap. 15. *In totum spina est asparagus scorpio: nullum enim folium habet.* Corrigunt, *in totum spina est asparagus scorpio.* Ita, inquiunt, sublata distinctionis nota, lege; ut unam, non duas herbas esse putes asparagum, scorpionem, aliumq; ab eo qui notus est omnibus. Vulgaris asparagus omnibus notus, spinosus, sine foliis à Theophrasto, veteribusque delineatus paucis. Alia etiã scorpius, alia asparagus planta. Utramque satis clarè & apertè hoc ipso capite distinguit Theophrastus; utrique spinas pro foliis esse idem asserit. Malè idem Plinius alibi; *Spinosi sunt asparagi, ex toto fere, ut scorpius. Unde quoque scorpiones à Columella nominantur?* Quanquam asparagus, cognomento scorpius sive scorpio, aliud genus est, ut in scorpio herba disputabitur. Nemo asparagum scorpium vocavit; diversas plantas esse ex Theophrasto constat, nec usquam asparagos scorpiones vocavit Columella; verum caules spinosos sic nominavit, ob rationes supra allatas. Neoterici duo observarunt scorpii genera, genistasque spinosas vocant, ac quidem prius appellant genistam spinosam majorem, longioribus aculeis; alterum, genistam minorem spinosam aculeis brevioribus. Posterior scorpius cubitali, aut ampliore altitudine assurgit, multis virgis ex atro virentibus, striatis, densissimo spinarum vallo obsitis fruticosus, quæ deinde spinis aliis minoribus sunt circumseptæ Folia nulla, nisi primo vere, apparent, brevi decidua. Flores genistæ minores, pallidi; interdum vero, maximè in regionibus calidioribus, adeo rufescentes, ut rubere videantur, præsertim sub autumnum. Siliquæ deinde succedunt breves, cylindraceæ, magna ex parte inanes, aliquando tamen ferentes exiguum semen pallidum, aut suffuscum, ut genista vulgaris septentrionalium. Radix singularis in alias tenues se spargens, & interdum latè se propagans. Ratione loci variat magnitudine & aculeorum multitudine, paucitateque. Floret Majo & Iunio, & quandoq; tota æstate: Circa autumnum vero, denuo floribus onusta conspicitur, eoque tempore saturatiores, & magis rutili sunt ut plurimum flores. Sed negant hanc genistam esse scorpium Theophrasti, qui in re botanica minus exercitati sunt. Non est ἄφυλλος inquiunt: vere enim folia fert, Theophrastus verò foliis carere scripsit. Respõdeo, nihil impedire, quo minus genista jam descripta sit scorpius Theophrasti. Multa observarunt recentiores, quæ ignorarunt veteres. Folia quidem fert vere, sed quæ cito decidunt, nec diu durant, adeò, ut nisi quotidie quis plantam inspiciat, difficile, nec nisi casu observare possit. Rectè ergo ἄφυλλος dicitur, quod toto fere anno foliis vidua sit. Provenit variis Belgii, Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, Angliæ locis: nusquam tamen frequentius, ut monet Doctiss. Carolus Clusius, quam incultis illis locis supra Burgedalam, Bayonensi itinere, & apud Cantabros Pyrenæorum jugorum accolas; ubi tanta magnitudine assurgit, ut duorum hominum altitudinem æquare nonnunquam idem viderit Clusius, crassitudine vero brachiũ humanum. Belgæ **Gaspeldoꝛne** vocant. Alterum scorpii vel genistæ genus pedis altitudinem raro superat, totum densissimis spinis horrens, quæ non confuso ordine, ut in superiore, nascuntur, sed seriem quandam servant, & semper contrario inter se exortu binæ nascuntur; virentes quidem, sed languidius quam superioris, neque aliæ ex aliis, summi ramuli inhærent bini aut terni, flores superiori similes, lutei coloris, mense Martio: quo tempore exiguas, brevesque siliquas, vel potius semina, ervi magnitudine, inclusa membranâ quadam multâ, incanâque lanugine hirsuta, deprehendit Clusius, densissimis ipsius plantæ spinis occultata, ut ex superiore æstate deciderant: adeo vero canescebant, ut initio aranearum telas esse existimaret. Radix singularis; sed in plures deinde propagines sparsa, dura, & lignosa est. Qui priorem genistam negant scorpium, & hanc negabunt. Quippe & hæc quando primum è semine pullulat, minuta fert folia, quæ cum annua sit, amittit, nec recuperat. Sed dico, Theophrastum plantam antiquam, adultamque delineasse, non recenter ex semine natam. Utrum autem sciverit, quando primum ex semine prodit, folia ferre, me fugit; ignorasse hoc illum putarim. Reperitur collibus Granatæ vicinis Itineri Cordubensi. Nobis aliquando ex semine à Boelio misso nata, sed hyems sequens sustulit; eaq; causa cur depingi non curarim. Sperabam id me facturũ verno tempore, quando folia caderent, ut discrimẽ observari posset, sed, ut dixi, frustra. Dubitat Clarissimus Botanicorum, dum viveret, facile princeps, an scorpius hic alter sit ἐχινόπους, quam barbarè *Echinopodam* vocant. Honorius Bellus Cydoniæ Cretæ epistolâ alterâ hæc scribit. *Echinopoda, vulgatissima planta est, & multum cum erinacea à te descripta convenit, nisi quod hæc foliis caret, & flores luteos profert, totaque colore viridi cernitur, in orbem diffusa, & erinaceam mirum in modum multitudine spinarum*

rum repræsentans. Cujus & hæc sunt. Hujus stirpis meminit Plutarchus Sympos. libr. 1. quæst. 4. & lib. de auditione circa finem, antiquum hujusmodi distichum citans.

> Ὡς αἰ ἐχινόποδας, ἢ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν
> Φύονται μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων.

> *Inter echinopodas, asperam & inter ononim,*
> *Interdum crescunt mollia leucoia.*

Meminit etiam hujus Athenæus libr. deipnosophist. tertio, perinde ac si semper inter echinopodas, & asperam Ononim verseris. Sed fallitur in margine Dalecampius, Athenæi interpres, quod echinopodam cardui Chii genus intelligit: nam echinopoda tam hic Cretæ, quam in insula Chio, totaque Græcia vulgatissima est, non cardui genus, sed fruticis censenda. Et hanc sub chenopodis nomine intellexisse Plinium existimo, libr. Natural. Hist. 11. cap. 8. quod etiam ante me animadverterat Turnebus, vir summa laude dignus, adversariorū lib. 13. cap. 12. Nam licet hæc planta copiosissimos flores proferat, & ubique oriatur; ejus tamen flores apes non attingunt, ut quotidie observari potest. Excellentissimus P. M. Melchior Guillandinus echinopodam non novit. Nam epistola ad Langium eam inter ignotas stirpes enumerat. Bellonius vero libr. 1. observ. cap. 18. ipsam novisse videtur, sed non descripsit, neque ita congener est aspalatho, ut ipse putat. Nam aspalathus frutex satis magnus visitur, folia terna simul juncta ferens, licet æstate ipsa amittat, ut autumno aliis induatur; nec spinis adeo crebris scatet, ut ista. Hactenus Honorius. Genistam supra descriptam & echinopodam Cretensem plantas diversas esse, ex Alpino probatur, qui eam his verbis lib. 1. cap. 8. describit: *Echinopoda Græcis vocata planta frutex est, spinosus, cubitalis, & amplior, multis surculis, ab una radice proficiscentibus, refertus, duris ac lignosis; colore flavescentibus, & siccatis albicantibus, foliis planè carens perpetuò tempore; spinas multas longas virgæ habent, seu ramulis spinarum instar, & figuræ, qui quoad planta vivit non duri sunt; ea vero mortua, iidem surculi indurantur, & acutæ duræque spinæ evadunt, quæ aliquibus ferè spatiis trinæ in ordine in ramis simul apparent, plures acutos triangulos facientes. Planta tota siccata albicat, lignosa, dura; quadantenus aspalatho secundo similis; at ejus spinæ sunt multo plures, longiores, sursum ferè ex toto actæ. Flores fert parvulos, luteos, aspalathi flores æmulantes, sed tamen minores; quibus succedunt technæ parvulæ, figura triangulæ, quamexigua semina continentes. Mirum est Honorium, Bellum Vicentinum, virum alioquin eruditum, scripsisse ad Carolum Clusium, uti ex ipsius epistolis ad ipsum scriptis constat, hanc plantam flores ferre copiosissimos; cum eam paucissimos producere singulis annis viderimus, in aliquibus plantis, quæ mihi multos annos vixerunt. Neque Petrus Bellonius, qui hanc plantam aspalatho secundo quadantenus similem fecerit, videtur reprehendendus, cum ipsa & spinis, & floribus, & siliquis, atque toto frutice, ac ligno ab eo aspalatho non videatur dissimilis. Aliqui existimarunt ipsam quod foliis careat, & floribus, & siliquis ad spartium Dioscoridis accedere; eoque magis, quoniam viventis ejus surculi sunt tractabiles. Quod an verum sit, nolo in præsentia deliberare, aliis lubens judicium remittens. Nascitur hæc planta in Creta insula, non in montanis, quia frigora non patitur: unde apud nos (Patavinos) ex seminibus orta, hyeme, ni in calidis locis à frigore tueatur, exarescit. lignum aliquantulum amarescit, non absque odore etiam grato; quibus, hominibus amicam esse conjicitur, viribus atque usibus ad medicinam ab aspalatho secundo non differens.* Hactenus Alpinus. Utrum ad spartium Dioscoridis planta hæc referri debeat, non possum affirmare, quod nunquā eam viderim. Quantum ad formam, quam ei tribuit Alpinus, spartii genus esse videtur; sed cum vires sint dissimiles & aspalatho proximæ, nec facies ab ea abhorreat, ad aspalathum referre malim. Quod Bellum notat malè tradidisse, copiosos proferre flores, in eo Bellū peccasse, non puto. Facile fieri potest ut in Italia paucos producat, in Creta plurimos. Accedit, quod cum calidiorem ament aërem tales plantæ, in frigidis non æquæ copiosè florent; præsertim cū adversus hyemis injurias in cellas, hypocausta, aliaque loca hyeme se ponendæ sunt. Ἐχινόποδ☉ mentionem ait Bellus facere Athenæum. Verba Athenæi adscribere placet. ἐξονυχίζεις τε πάντα τὰ παρατιθέντα τοῖς συνδιαλεγομένοις, τὰς ἀκάνθας συνάγων· ὡς ἂν ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν ἀεὶ διατρίβων, ἀνθέων τῶν ἡδίστων μηδὲν συναθροίζων. *Ad unguem examinas quicquid in medium adduxerint ii qui tecum disserunt, spinas colligens, perinde ac si semper inter echinopodas & asperam Ononim verseris, flavissimorum florum nihil coacervans.* Ad hunc locum Dalecampius. *Quidam tribulos reddunt, quidam echion, neutri rectè. Echinopus cardui genus est, frequentissimum in insula Chio, capitibus plurimis, amplissimis, spinosissimis, quæ demessa, & in acervos congesta ligni vice uruntur. Græci nomen adhuc retinent.* Si non datur alia planta, quæ echinopodos nomen habet, & cardui vocē strictius sumas, fatendum est Dalecampium errasse. Emenda Plinii codicem lib. 11. cap. 8. & scribe, *Ceras ex omnium arborum satorumque floribus confingunt, excepta rumice & echinopode.* Sic ante nos legendum hunc locum, docuit Doctissimus Turnebus advers. lib. 18. cap. 13.

Λέγω δὲ τὸ ἀκανθῶδες, &c.] Scribe, λέγω δὲ τὸ ἀκανῶδες. Quid ἄκαν☉ & ἀκανῶδες, supra lib. 1. c. 16. dixi. Nempe illud esse quod spinis præditum, velut malum extuberat in carduorum genere, & à Diosc. ἔχινον, vel ἀκανθώδη κεφαλὴν vocari.

Οἷον ἄκαρνα, &c.] Ἄκαρναν Hesychius δάφνην, laurum exponit. Laurus spinis caret; inter acanacea referri nec potest, nec debet. Scribe ἄκορνα. Idem Hesych. ἄκορνα, ἀκανθῶδες φυτόν. *acorna, spinosa planta.* Hanc Plinius probat lectionem. libr. 21. cap. 16. Item *leucanthos*. Ergo pro λευκάκανθα scribendum, λευκάκανθος.

Λευκάκανθα, &c.] Plinius, ut dixi, legit λευκάκανθος. Hæc non est spina, quam Latini spinam albam vocant: arbor enim, vel frutex est spina alba. Columella lib. 7. cap. 9. *Nemora sunt convenientissima, quæ vestiuntur quercu, subere, fago, ceris, ilicibus, oleastris, tamaricibus, corylis, pomiferisque sylvestribus, ut sunt albæ spinæ, Græcæ siliquæ, juniperus, lotus, pinus, cornus, arbutus, prunus, & paliurus, atque achrades pyri.* Ex hoc loco Columellæ vel fruticem, vel arborē esse constat. Leucacanthos, de qua Theophrastus, inter herbacea censeri meretur, uti omnia acanacea. Λευκάκανθα, vel, ut Plinius, λευκάκανθος alia est à λευκῇ ἀκάνθῃ, de qua libr. 4. cap. 5. egit. Arbor enim est illa, ex qua baculos faciunt. Λευκάκανθαν describit Dioscorides libr. 3. cap. 22. Λευκάκανθα· ταύτης ἡ ῥίζα ὅμοια κυπείρῳ, πικρὰ, ἰσχυρά. μασσηθεῖσα, ὀδονταλγίας παραμυθεῖται, &c. *Leucacantha radice est cyperi, amara & valida, quæ quidem commanducata dentium dolores sedat.* Caput hoc in vetustissimo codice alio legitur sensu, uti Doctissimus monet Salmasius. Λευκάκανθα, οἱ δὲ πολυγόνατον, οἱ δὲ ἰσχιάδα, οἱ δὲ φύλλον, οἱ δὲ λάδανον. ῥίζαν ἔχει ὅμοιον κυπείρῳ, πικρὰν ἰσχυρῶς· ἥτις διαμασηθεῖσα ὀδονταλγίας πραΰνει. *Leucacanthan nonnulli polygonaton, alii ischiada, quidam phyllon, aliqui ladanon, radicem habet cypero similem, amaram valde, quæ quidem commanducata dentium lenit dolores.* Illud, οἱ δὲ λάδανον, valde suspectum. Cur ἰσχιὰς vocetur, facile explicare possum. Scribit Dioscorides, Τὸ δὲ ἀπόζεμα αὐτῆς σὺν οἴνῳ κυάθων τριῶν ποθὲν, βοηθεῖ πλευριτικοῖς χρονίοις, καὶ ἰσχιαδικοῖς, ῥήγμασι, σπασμοῖς, &c. Antiquiss. codex, Τὸ δὲ ἀπόζεμα αὐτῆς σὺν οἴνῳ κυάθων τριῶν πινόμενον βοηθοῦσι πλευριτικοῖς χρονίοις, καὶ ἰσχιαδικοῖς, ῥήγμασι σπασμοῖς. *Ipsius vero decoctū cyathis tribus ex vino potum, veteri laterum dolori vexatis, ischiadicis, ruptis & convulsis auxiliatur.* Ἰσχιὰς ergo, quod ischiaticis opem ferat. Sed cur λάδανον? Hoc ignorare me fateor. Hujus nominis nec Auctuarii auctor, nec Plinius mentionem faciunt. Plinius lib. 22. cap. 16. *Leucacanthan, alii phyllon, alii ischiada, alii polygonaton appellāt, radice cyperi, quæ commanducata dentium dolores sedat, item laterum & lumborum, ut Ilicesius tradit.* Πικρὰν ἰσχυρῶς, vel, ut in vulgatis, πικρὰ, ἰσχυρὰ neglexit. Ladanon, quod sciam, nemo vocavit. Quod si carduus Mariæ, quem leucographum à maculis albis vocant, esset leucacantha, scribendum λαδρίαν μεγάλως ῥέον, valdè fluens. Λαδρίαν, quasi λαρίαν, pleonasmo τοῦ δ. Λαδρίαν à maculis venisque plurimis albis, quæ per totum folium fluunt ac currunt. Non desunt viri magni, qui carduum leucographum leucacantham esse docent. Carduus hic folia fundit magna, pinguia, lata, ampla, ambitu crenata, acutis tenuibusque aculeis circumquaque stipata, veluti cacanthii Dodonei; nisi quod lanugine careant, omnino glabra, dilutè virentia, notis, lineis, maculis variè ductus, iisque candidis & lactei coloris maculata. Caulis bicubitalis, nonnunquam tricubitalis, digito crassior, rotundus, spinis horrens, brachiatusque, in summo, echinatis aculeatisque capitulis donatus, quæ æstate media florent cynaræ modo, floribus purpureis ac capillaceis. Semen lanugini implicatum cnico simile, sed minus, radice nititur valida, alte descendente, amaro sapore. A Iunio in Augustum usque floret, altero à quo enatum est anno; semen Augusto & Septembri maturam. Quo maturo perit, ut plerique cardui solent, quibus diuturnior vita non est, quam ad seminis perfectionem. Dico plerique,

Carduus Mariæ.



Carlina caulescens.



plerique, quod non omnes producto semine pereant. Eringium planum Mathioli, item Cnicus alter flore cæruleo, post semen maturum, plures annos superfuere. In hortis, in quibus olera seruntur, non raro etiam secus vias, locis incultis, exit quem vulgo carduũ Marię vocant, forte à præstantiorib. facultatibus, Belgæ **onser Vrouwe distel**. Alii leucographum, à candidis foliorum lineis ac notis; unde & leucacantha fortè vocata. Meminit herbæ leucographidis Plinius libr. 27. cap. 11. sed qualis sit non expressit. Difficile idcirco fuerit, hanc cum carduo leucographo eandem esse asserere. *Leucographus*, inquit Plinius, *qualis esset, scriptum non repperi, quod eo magis miror, quoniam utilis proditur sanguinem excreantibus tribus obolis cum croco*, *&c.* Nec nos facile inveniemus, qualis fuerit herba. Alii spinam albam vocant, putantque ἀκάνθην λευκὴν Dioscoridis esse. Sed de hac quæstione paulo infra. Alii silybum veterum putant. Dioscorides libr. 4. cap. 159. Σίλυβον ἄκανθά ἐστι πλατεῖα, φύλλα ἔχουσα χαμαιλέοντι ὅμοια τῷ λευκῷ. ἥτις ἀρτιφυὴς ἐσθίεται ἑφθὴ σὺν ἐλαίῳ καὶ ἁλσί. τῆς δὲ ῥίζης ὁ ὀπὸς ὅσον ὁλκὴ ποθεὶς σὺν μελικράτῳ ἐμέτους κινεῖ. *Silybum spina est lata, foliis hamæleonti albo similis, quæ adhuc novella, cum oleo & sale cocta, estur. Stillans è radice liquor drachmæ pondere potus ex aqua mulsa, vomitiones ciet.* Utrum chamæleonti albo similia ferat folia, spinaque lata sit, non disputabimus. Negamus radicem lacteum succum fundere, negamus radicem vomendi aliquam facultatem habere: calefacit, abstergit, aperit, provocat & attenuat. Decoctum utiliter datur ad jocineris, vasorumque obstructiones & remorantes urinas. Sunt qui radicis siccæ pulverem, addito fœniculi semine & longi piperis momento, ex ptisana propinent nutricibus, lacti augendo. Folia tenera, demptis spinis, aliquando oleribus non incommodè adduntur. Eo pabulo asini delectantur; quare non malè quispiam carduum asininum vocarit. Unum desideratur quo minus Leucacantha Dioscoridis dici possit. Radix cyperum non satis refert. Alii carlinam pro leucacantha habent. Carlina, quasi carolina, à Carolo Magno primo ejus nominis Romanorum Imperatore, cujus exercitus olim liberatus, & præservatus à peste fuisse fertur, usu hujus radicis. Carlina alia caulescens, alia ἄκαυλος, *caulis expers*. Priori valde spinosa sunt folia, utroque margine frequentibus sectionibus profundius incisa, & per angulos duris multumque pungentibus spinis munita, quorum mediæ costæ subinde rubent. Caulis dodrantalis, aut altior, unicum ut plurimum proferens capitulum, exteriore circuitu aut ambitu echini castaneæ instar spinosum, quo superius patente, flos exit latus, medio disco ex multis staminibus farctus; quem parvula, oblonga foliola cingunt, sæpe albicantia, rarissime rubentia. Semen tenue & angustum subest, Radix oblonga, digitalis crassitudinis, subnigricans, fuscique coloris, adeo rimosa ut scissa videatur, odorata, gustu nonnihil amaricans. Quæ caule caret, foliis quoque est valdè spinosis, alterius fermè similibus circumquaque per terram procumbentibus; inter quæ medium orbiculatum erumpit capitulum, exterius eodem spinosum modo, sed majus; cujus flos medio stamineus, rubentibus foliolis, quandoque vero candidis, ambitu circumseptus est. Sereno autem cœlo, tum hujus, tum superioris flos explicatur, lateque patet; nubilo vero veluti se recludens contrahitur. Radix hujus quoque oblonga & odorata, sed albida

Carlina ἄκαυλος.



bida intus, foris fusca, solida, non rimosa, aut fissa, sapore vero etiam minus acris aut amaricans, idcirco in medicina etiam minus expetita. Nascuntur ambo, in montibus altis, locis desertis, ac quandoque circa vias: sed quæ caulem fert Germaniæ frequentior, altera in Pannonia, Austriæ, & Stiriæ montib. declivibus reperitur. Utramque carlinam, chamæleonem existimant viri magni, & quidem caule carentem chamæleonem album, caulescentem vero nigrum. Sed de hac quæstione cap. sequenti & libro 9. Neutra rectè leucacantha dici potest. Radix quippe cypero dissimilis; præterea nullam video causam, cur leucacanthæ nomen mereatur; nec in foliis, nec in caule, nec in flore, nec in semine, nec in radice ea albedo inest, ut à candore nomen imponi meruerit. Proximè aliis ad leucacanthæ historiam accedere videtur planta, quam carduum bulbosum Monspeliensium vocant. Describitur ab Adversariorum auctoribus, Lobelio, Pena-

Carduus Bulbosus Monspelienses an Leucantha Dioscorides.



que. Locis udis & pratensibus Monspelium circum, carduus hic oritur frequens inter narcissos, & aristolochias, cui folia palmum alta, pinguia, aut crassiora, in ambitu laciniosa & serrata, acanthii modo, visuntur, tenuibus spinis ambientibus. Caulis binos cubitos altus, gracilis, cui in summo capitula, floribus purpureis stamineis oppleta, semine cnici, sed minore: radices multæ, confertæ, ex uno quasi nodulo aptæ, in multos oblongos globulos diductæ, asphodeli, cyperive modo. Quæ nobis persuaserunt gustu explorantibus, & etiamnum hæc scribentibus, nullam stirpem propius accedere ad leucacantham. Mandenti multum glutinis exhibet radix, nonnihil caloris & tenuium partium, tametsi amaroris penè nihil. Sed maluimus vera & nobis comperta prodere, quam rerum naturas apparatu mendaciorum ad nostram gloriam detorquere, aut apros appingere sylvis. Eandem plantam describit Clusius lib. 5. hist. & ad Cirsii genera referendam putat. Delineat etiam aliam huic simillimam, sed majorem. *Ad cirsii, inquit, procul dubio referendum genera id cardui, sive spinæ mollis genus, quod in bicubitalem, & majorem interdum altitudinem excrescit, pollicaris crassitudine, caule striato, incanâ tomentaceaque lanugine obsito. Folia illi majora, quam in superioribus (cirsii) generibus, magis carnosa, succi plena, viridia, in ambitu dentata, mollibusque spinis hirta: capita in summo caule, summisque ramis majora jam descriptis, quæ in stamineos purpureo colore nitentes flores expansa, maturitate in pappum resolvuntur: Radix multis crassis fibris asphodelinos bulbos ferè referentibus, & oblongis firmatur. Nascitur in montanis pratis, etiam in piscinarum udis marginibus, inter salices amerinas quoque, & harundines; floret Iulio.* Nulla melius cum delineatione Dioscoridis conveniret, quam carduus Mariæ: si radicem cypero similem haberet. Cæterum, cum nec Dioscorides, nec Plinius tradant, quibus foliis, quo caule, flore ac semine leucantha proveniat, difficile erit inter tot aculeatarum stirpium genera, unam secernere, quæ verè leucacanthan repræsentet. Cæterum gravissimè errant, qui inter leucacanthan & ἀκάνθην λευκὴν nullam differentiam ponunt. De utraque enim tanquam diversa egit Dioscorides. Peccant etiam, qui spinam candidam vertunt. Tam λευκάκανθα, quam ἄκανθα λευκὰ Latinè sonat spina candida. De acantha alba Dioscoridis agit libr. 3. cap. 14. Ἄκανθα λευκὴ (vetus addit, οἱ δὲ ἄγρια κινάρα) φύεται ἐν ὄρεσι καὶ ὑλώδεσι τόποις, φύλλα ἔχουσα χαμαιλέοντι λευκῷ ἐμφερῆ, στενώτερα δὲ καὶ λευκότερα, ὑποδάσεα (vetus δασέα) ἀκανθώδη. καυλὸν ὑπὲρ δύο πήχεις, δακτύλου τοῦ μεγάλου ἢ καὶ μείζονος πάχος, ὑπόλευκον, κενὸν ἔνδοθεν. ἐπ᾽ ἄκρου δὲ αὐτοῦ κεφαλὴ ἀκανθώδης, ἐχίνῳ θαλασσίῳ ἐμφερής, πλὴν ἐλάσσων καὶ ὑπομήκης. ἄνθη πορφυρᾶ, ἐν οἷς τὸ σπέρμα ὡς κνήκος, στρογγυλώτερον δέ. *Acantha alba nascitur in montibus & locis sylvestris* (Marcel. ἑλώδεσι, *humectis*, legendũ suspicatur) *folia fert chamæleontis albi, sed angustiora, & candidiora, aliquantulum hirsuta & aculeata: caulem supra bina cubita altum, pollicari aut etiam ampliore crassitudine, candicantem, ac intus cavum: cujus in cacumine capitulum est spinosum, echini marini æmulum, at minus & oblongum. Flores purpurei, in quibus semen ceu cnici, sed rotundius.* Pro acantha alba, spinam ostendunt; cujus imaginem damus; alii acanthion vocant.

Spina alba.



Vulgaris notitiæ, in utraque nascitur Germania: magna, lata, longaque fert folia, utrimque incisuris dissecta, & acutis durisque secundum marginum crepidines spinis horrentia, quæ molli lanugine tota candicant; è quibus medius caulis assurgit procerus, supra duos cubitos altus, adnatis membranis angulosus ac spinosus: capitula similiter spinosa, ac acanacea in caulis ac alarum fastigiis eminent: flores ex multis purpurei coloris staminibus, hæc proferunt. Semen succedens lanugine conditur, oblongum, glabrum, diluti punicei coloris, minus quam cnici; radix alta, candida, dura ac lignosa, fibris non destituitur. A Junio in Augustum usque floret, altero à quo enatum est anno; interea & semen maturitatem consequitur; quo maturo perit. Spina hæc non angustiora habet, quam chamæleon albus folia, sed latiora multo, semen quidem minus cnico habet, sed non rotundius. Aliud ostendunt, pro acantha alba, spinæ genus Adversariorum Auctores. *Arabico*, inquiunt, *idiomate spinam albam bedeguard vocant, nec tamen ullis notis notiorem faciunt Mesues, aut Serapionis interpres. Quænam autem verior sit, ex per multis, quæ prodita sunt, paucis dicendum. Plusculis superioribus annis in horto Patavino illustrissimi senatus Venetorum, indicante Melchiore Guillandino, inibi præfecto (qui in stirpium historia quantæ sit peritiæ, non nisi perdocti*

Spina alba, bedeguard Arabibus.



docti noruno) visus fuit carduus totus albidus, infernè lanugine incanior, quam supernè: folia chamæleontis minora in regionibus siccioribus. Nam quem in Anglia sevimus, latiora aliquanto habuit: fuitque caulis bicubitalis, interdum tricubitalis, digitum crassus, & incanus totus. Echinos marinis similes, & rotundos habet, quando florent ex albo purpurascentes; inter quos defluentes sese in summo multo altius erigunt ternæ, quaternæve papposæ glumæ confertæ, rigidis, mucronatis tunicis, semen claudentibus oblongum, avenæ excorticatæ æquale & simile. Hæc posteriorib. & accuratiorib. peritiorũ sentẽtiis omniũ maximè quadrare videtur spinæ albæ. Semen tamẽ cujusmodi diximus avenæ, aut secalo similius, sed rotundius cnico. Aliam iidem & iconem exhibent, acanthæ albæ nomine. Vulgo tomentosum carduũ Anglicũ vocant, quæruntque, utrũ hæc, an altera jam descripta propius ad acanthæ albæ historiam perveniat. *Nec longius*, inquiunt, *abest à genuina Dioscoridis spina alba hæc, quam superior memorata, facie, caule ternûm quaternûmve cubitorum, incana lanugine obsito, spinæ albæ Patavinæ, aut scolymi silvestris similibus. Florum capitula rotunda, compressa, echinum marinum (quum nondum hiat) bellè referunt, aculeis mollioribus, villosisque, quasi arachneis, sericeisve filis concinnè reticulatim implicata. Ex quibus per maturitatem staminea purpurea florum, cynaræ aliquantò minorum, exeruntur, succrescente semine sylibi, rotundiore, corpulentiore. Radix magna, foris fusca, intus alba, personatæ similis, gustu non ingrata, diuretica. Frequens hæc in Angliæ collibus strigosis agri Sommerseti, juxta ædes generosi hujus historiæ perquam avidi & studiosi Eduardi Saintloo.* Nobis prior carduus rectius quadrare cum delineatione Dioscoridis videtur. Nihil impedit secalo semen simile esse. Ipsius enim secali semen comparari cum cnici semine potest. Dioscorides dixit, *cnico simile, sed rotundius*; & tale est illius semen: quanquam rectius secalo comparasset, sed huic veteres nihil compararunt, quippe ipsis incognito. Secali grana sunt oblonga, gracilia, nigricantia; sic & cnici semina, sed candicantia. Forma ergo cnico simile, sed rotundiore. Ad formam sæpius respexit Dioscorides, colore neglecto. Et hactenus de leucacantha, & acantha alba.

Χαλκεῖος.] Plinius hunc locum sic reddidit lib. 21. cap. 16. *Carduus & folio & caule spinosas lanugines habet. item acorna, leucacanthos, chalceos, cnicos, polyacanthos, onopyxos, helxine, scolymos.* In Salmanticensi & Chiffletiano codice legitur, *Carduus & folia & caulem spinosæ lanuginis habet*, quod in idem recedit. Mox iidem libri legunt; *Item acora, leucanthos, chalde necos, polyacanthos, conopygos, helsine, scolymos.* In indice manuscripto Rigaltiani codicis, legitur, *Acorna, sive phonos, leucacanthos, halcionetus.* Scribe; *Item acorna, attractylis, sive phonos, chalceos, cnecos, onogyros, helxine, scolymos, &c.* Χάλκειον doctissimus Gaza *ærariam* vertit. Malo Græcam servare vocem, quod eam retinuerit Plinius; & dubito utrum ab æneo colore, an à duritia nomen illud impositum.

Ὀνόπυξος, &c.] Vertunt, *buxum asininum*. Quid buxus asininus, quid ὀνόπυξος sit, ignoro. In vulgatis Plinii codicibus *onopyxos* legitur; in antiquo nostro codice, *onopygos* scriptum est, in aliis *conopygos*. An ex Athenæo lib. 2. circa finem restituendum, ὀνόπορδον, σερίδια, ἀτρακτυλίδα, πίλιν, κάκτον. Ὀνόπορδον; sic dicitur, quod asini, qui libentissime carduo hoc vescuntur, eo cibati pedant. Plinius lib. 27. c. 12. *Onopordon si commederint asini, crepitus reddere dicuntur.* Hanc lectionem impedit Hesychius, apud quem legitur, ὀνόπορδον (ita lege, male scribunt, ὁμόπορδον) τὴν ἐλξίνην. ἔστι δὲ λάχανον ἄγριον καὶ εἶδος κογχυλίου, Id est, *onopordon, helxine. Est olus sylvestre, & conchylii genus.* De helxine vide caput sequens. Helxine Plinio, vel ἰξίνη Theophrasti, vel parietaria. Certè parietaria flatus discutit, crepitusque excitat. Verisimilius asinos herbam devorare spinis carentem, quam spinosam. Ergo ὀνόπορδον restitui non potest. An ergo ὀνόγυρος? Hujus spinæ meminerunt Nicander, ejusque Scholiastes, & Hesychius; ac quidem Nicander in Theriaca.

Ἄγνου τε βρύα λευκὰ, καὶ ἐμπρίοντ' ὀνόγυρον.

Albi agni flores, spinisque onogyron acutis.

Scholiastes; καὶ ὀνόγυρος δὲ εἶδος βοτάνης, ἐμπρίοντα δὲ αὐτὸν εἶπεν ὡς ἀκανθώδη καὶ τραχύν. πριονώδη ἔχει τὰ αὐτοῦ φύλλα. *Onogyros herbæ genus. ἐμπρίοντα dixit, quasi spinosam & asperam. spinosa enim habet folia.* Hesychius, ὀνόγυροι, στειροὶ, καὶ πόα τις. *Fovea & herba quædam.* Ex his conjicio carduum asininum vulgarem onogyrin esse. Nam quod circa foveas nascatur, ac vulgaris sit, onogyrin dictum crediderim; vel quod asinos aculeis suis prohibeat aquam è fovea bibere. Meminit hujus plantæ Suidas, sed cum anagyri confundere videtur. Ὀνόγυρος φυτὸν ἀλεξίκακον, ὅπερ τριβόμενον ὄζει, οἱ δὲ ἀνάγυρον αὐτὸν φασι. *Onogyros planta pellens, vel arcens mala, trita odorem emittit, nonnulli anagyrim vocant.* Priora de onogyri intelligi debent, posteriora de anagyride. Onogyris cujus meminit Nicander, pellit & abigit bestias venenatas, efficit ne lædant, arcet mala. Quod sequitur, *trita odorem emittit*, anagyridi conveniunt, Dioscorides lib. 3. cap. 77. Ἀνάγυρις, οἱ δὲ ἀνάγυρον, οἱ δὲ ἄκοπον καλοῦσι; θάμνος ἐστὶ φύλλοις καὶ τοῖς ῥάβδοις ἄγνῳ προσεμφερής, δενδρώδης, βαρύοσμος ἰσχυρῶς. *Anagyris, vel anagyron, alii acopon vocant; frutex est arboris instar, foliis & virgis vitici similis, perquam gravis odore.* Anagyridem nemo, quod sciam, ad bestias venenatas fugandas præscripsit, nemo spinosum tradidit, nemo ὀνόγυριν vocari prodidit. Plura de anagyride alibi dixi. Ergo ὀνόγυρον tam apud Theophrastum, quam Plinium scribendum. Nec tamen hoc dubitatione caret. Ἐμπρίοντα, inquit, ὀνόγυρον. Scholiastes quidẽ spinosa ait esse folia, sed hæreo annon de serratis, & dissectis incisurisque divisis vox hæc intelligi debeat. Chamepithys, quam idem Scholiastes in Alexipharmacis ὀνόγυρον vocari tradit, serrata, dissecta, incisurisque divisa habet folia. Scholiastes ad hunc Nicandri versum;

Παύρα χαμαιπίτυος, τοτὲ νήπιδος αὖον ὀρείης,

Terrestris piceæ cupias, & onitida siccam.

Θρία κυρίως τὰ τῆς συκῆς φύλλα, νῦν δὲ τῆς χαμαιπίτυός φησιν, ἣ καὶ ὀνόγυρος, καὶ σιδηρῖτις λέγεται, ἢ ἰωνία ἀγρία (alter codex ὠνία ἀγρία.) *Tria propriè fico folia nunc chamæpityos sic vocat, quæ onogyros & sideritis, & ἰωνία (an viola?) sylvestris dicitur.* Certè Dioscorides libr. 2. ὑποβείσων, ὀνόγυρον adversus phalangiorum morsum præscribit; pro quo, libro de Theriaca χαμαίπιτυν habetur. Med. facil. parab. cap. 121. libr. 2. ὀξαλίδος ὁ καρπὸς ἢ ἡ ῥίζα. ὀνογύρου < δ' ἄμμεως < β. *oxolidis semẽ & radix, onogyri drachmas 4. ammeos drach. 2.* De Theriaca, cap. 21. Δίδεται δὲ ἢ μυρίκης καρπὸς, ὡσαύτως καὶ χαμαιπίτυος, καὶ τῶν χλωρῶν τῆς κυπαρίσσου σφαιρίων τὸ ἀφέψημα, &c. *Exhibetur & nupricæ fructus: similiter & chamæpithyos, ac viridium cupressi pilularum decoctum.* Hæc certè dissuadent Theophrastum ὀνόγυρον scripsisse; quippe spinis caret chamæpitius. Sed corruptus Nicandri Scholiastes, corruptus Dioscoridis de med. fac. par. codex, Scribendum ὁλόκυρον. Dioscorides lib. 3. cap. 175. Χαμαίπιτυς, ἣν οἱ ἐν Πόντῳ ὁλόκυρον καλοῦσι, Ἀθήνησιν Ἰωνίαν, ἐν δὲ Εὐβοίᾳ σιδηρῖτιν. *Chamepitus, quam qui pontum incolunt, holocyron,* Athenienses

Athenienses Ioniam, Euboici sideritim vocant. Pro ὀνόπυξος ergo ὀνόγυρος scribo.

Ἰξίνη, &c.] Doctiss. Gaza carduũ pineam vertit. Plinius, helxinen. *Onogyros, helxine, scolymos.* Posterior vox in Theophrasti editis codicibus desiderata, addi debet, ex Plinio. Lege ergo ὀνόγυρος. ἰξίνη. σκόλυμος, χαμαιλέων, &c. Doctissimi, summiq; viri Plinii codicem corruptum existimant, quod helxina parietaria sit, & restituunt, *onogyros, ixine, scolymos.* Frustra in omnibus codicibus Plinii *helsine*, vel *helxine* legitur. In Indice quoq; libri primi *helxine* scriptum est. Ipse etiam Plinius apertè fatetur, se helixinen scripsisse, Libro enim sequenti 22. cap. 17. ubi de helixine agit, quam vulgo parietariam vocant, hæc tradit. *Helxinen aliqui perdicium vocant, quoniam perdices ea præcipuè vescantur, alii sideritin, nonnulli partheniũ. — Semina in capitibus lappacea adhærentibus vestibus: unde & helxinẽ dictam volunt. Sed nos qualis vera esset helxine, diximus priori libro.* Librum intelligit antecedentem 21. ubi helxinen vocavit, quam ἰξίνην appellat Theophrastus. Hanc veram existimavit helxinen. Errat Plinius. Falsissimum est, à quopiam ἰξίνην helxinen dictam fuisse. Negligenter ad anagnostæ verba attendit, quem ἑλξίνην legere opinatus est, cum legeret, ἰξίνην. Sic solet Plinius. De ixine plura cap. sequenti.

Χαμαιλέων, &c. Plinius Græcam servavit vocem. Doctissimus Gaza, *vernilaginem* reddidit. Uterque rectè. Latini chamæleontẽ nigram, de qua agit Theophrastus, quod jam non probabo, vernilaginem vocant. Auctuarii auctor. οἱ δὲ πάγκαρπον — Ῥωμαῖοι κάρδους (Scribe, κάρδους νίγρα.) οἱ δὲ οὐερνιλαγώ. *Nonnulli pancarpum — Romani carduum nigrum, seu vernilaginem vocant.* Sed cum vulgatior sit, chamæleontis vox, ac planta eo nomine magis sit nota, placuit eam servare. Plura de chamæleonte lib. 9. cap. 13. Quod sequitur examinabimus. πλὴν οὗτος, scilicet χαμαιλέων, οὐ φυλλάκανθος. Plinius lib. 21. cap. 16. *Chamæleon in foliis non habet aculeos.* In Theophrasto inquiunt viri magni cap. 3. libr. 6. hist. legendum πλὴν οὗτος φυλλάκανθος, οὐκ ἀκανώδης. Cæterum, cum spinosis hic sit foliis, acano caret. Vitiosus codex, qualis ad nos pervenit, fefellit Plinium. Chamæleon quidem niger, ut alii cardui spinosis foliis est, verum aliorum modo ἄκανον, id est, spinosum capitulum non habet, sed florem in umbella, quod ei peculiare est. Hæc viri doctissimi non tradidissent, si rectè perpendissent, ac attendissent ad ea quæ capite sequenti tradit Theophrastus. Ἡ δὲ κνῆκος (loquitur de scolymo) οὐκ ἀκανώδης, ἀλλὰ ἀκανθώδης αὐτοῦ. καὶ τοῦτ' ἴδιον μόνον ἔχει τῶν φυλλακάνθων ἀντιπεπονθὸς, ἢ ὁ χαμαιλέων, ὁ μὲν γὰρ ἀφύλλανθος ὢν ἀκανίζει. Hæc satis declarant, vulgatam lectionem minime corruptam, omnique mendo, labeque hoc loco carere. Sed audio alios etiam viros maximos objicere, utriusque chamæleontis folia spinosa esse, & scolymo similia. Φύλλα quidem, inquiunt, utriusque chamæleonis σκολυμώδη agnoscit Theophrastus, libr. 9. cap. 13. attamen alias jungat, illis esse aculeata folia. Siquidẽ lib. 6. cap. 3. & 4. chamæleonem ἀφυλλάκανθον esse prodidit, atque hunc secutus Plinius libr. 21. cap. 16. *Chamæleon*, inquit, *in foliis non habet aculeos.* Nec hi quid Theophrastus dicat, satis diligenter examinarunt. ὁ δὲ μέλας, ait, τὸ μὲν φύλλον παρόμοιον (nempe σκολύμῳ) σκολυμῶδες γὰρ ἔχει, πλὴν ἔλαττον καὶ λειότερον. *Folium quidem (scolymo) assimile, scolymi enim figuram habet, nisi quod brevius ac levius sit.* Id est, spinis carere videatur, nec pungat, ut scolymos. hoc enim τὸ λειότερον εἶναι significat. Addo insignem Galeni locum, ex quo alteram chamæleonem tantum spinosam esse probo. Is est lib. 2. de aliment. facult. c. 39. Ἀκανθώδη δὲ λέγω φυτὰ σκόλυμον, ἀτρακτυλίδας ἠρύγγιόντε & κνῆκον (fortè κνῆκον) καὶ ἀτρακτυλίδα, καὶ καλούμενον λευκάκανθον, ἔτι τε τὸ ἕτερον εἶδος τοῦ χαμαιλέοντος.


Σκόλυμος ἢ καὶ, &c. Infra cap. ult. anemonudem λειμωνίαν vocari tradit. Λειμώνιος Dioscoridi libr. 4. cap. 16. planta est, quam Plinius betam sylvestrem vocat, nomen λειμωνία vel λειμώνιον pluribus herbis tribuerunt veteres. Malè in Aldino & Basileensi. Σκόλυμος ἡ λευλειμωνία. Scribe, σκόλυμος ὃς καὶ λειμώνιον, &c. *Scolymos qui & leimonium dicitur.* Plinius lib. 22. cap. 22. *Scolymon quoque in cibos recipit Oriens, & alio nomine limonion appellat.* Λειμώνιον quasi pratensem carduum, quod pratorum gaudium sit: vel λειμώνιον, quod ejus esu λιμὸς, id est, fames expleatur, ideoque & in cibos ab Orientis populis receptum.

Ὥσπερ ὁ κνῆκος, &c.] Tam falsum hoc est, quam quod falsissimum. Quis unquam πολύκαυλον vidit cnicon sive carthamum? unicum emittit caulem, uti solent annua. carthamum flore cæruleo perenne, quandoque duos raro tres emittit, sed παραφύσεις nullas habet, nec multicaulis dici meretur. Aliter etiam legit Plinius, lib. 21. cap. 16. *Est & illa differentia, quod quædam in iis multicaulia, ramosaque sunt, ut carduus, uno autem caule nec ramosum cnicos, quædam cacumine tantum spinosa sunt.* Neutiquam hæc mendosa sunt, aut præpostere locata; imò malè viri magni restituunt. Est & illa differentia, quod quædam in his multicaulia ramosaque sunt, ut cnecos. uno autem caule & ramosum, ut carduus. Rationes addunt duas. Prima est, quod particula negativa, *nec*, in veteri codice non legatur; altera quod Theophrastus cnecum multicaulem & ramosum dixit; quod falsum esse diximus. Ex Plinio Theophrasti corrigendus codex. Scribe; Διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων πρὸς τοῖς εἰρημένοις τῷ τὰ μὲν πολύκαυλα εἶναι, & παραφύσεις ἔχειν, ὥσπερ ὁ σκόλυμος. τὰ δὲ μονόκαυλα, καὶ παραφύσεις οὐκ ἔχοντα, ὥσπερ ὁ κνῆκος. *Sed præter prædicta discrimina distant, quod alia multa sobole constent* (Plinius multis ramis vertit, vide quæ lib. primo dicta sunt) *multosq; caules habent, alia unico constant caule, soboleque carent, ut cnicus.* Σκόλυμον Gaza & Plinius vertunt, carduus; vox quidem generalis, quæ omni spinoso herbaceo generi convenit, sed κατ' ἐξοχὴν scolymo. Cæterum duo scolymi sunt genera, multicaule, & unicaule. Plinius libr. 20. cap. 23. *Et de carduis latè inter hortensia diximus: quapropter medicinam ex iis non differamus, sylvestrium duo genera, unum fruticosius à terra statim; alterum unicaule crassius; utrique folia pauca spinosa — scolymon Græci vocant.* Hæc cap. sequenti examinabo. Scolimos ergo, vel, ut Plinius vertit, carduus alter multicaulis.

Καθάπερ τὸ ῥύγγιον.] Quid hoc sit ignoro. Plinius, ut in vulgatis codicibus habetur, eryngium vertit. quædam cacumine tantum spinosa sunt, ut eringium. Hoc certè falsum. spinosa satis eringii folia, non semel manus pedesq; læserunt. ipse Theophrastus lib. hoc sexto cap. 1. Ospinosa dixit, idem Dioscorides docet. lib. 3. cap. 24. ἠρύγγιον. τῶν ἀκανθωδῶν ἐστὶ (vetus ἀκάνθων) ἧς ἐν ἀρχῇ τὰ φύλλα λαχανεύεται εἰς ἁλμαίας συντιθέμενα· ἔτι δὲ πλατέα, τραχέα (alter πυκνά, sed vulgata scriptura melior) τοῖς πέριξ, ἀρωματίζοντα τῇ γεύσει. αὐξανόμενα δὲ ἀκανθοῦνται κατὰ πλείονας ἐξοχὰς καυλῶν, ἐφ' ὧν κατὰ τὰ ἄκρα, (Sambucus legit, καὶ τὰ ἄκρα) κεφάλια ἐν σφαιροειδῆ ἀκάνθαις περιεχόμενα, ὥσπερ ἀστὴρ (Gatac. addit σφόδρα) ὀξυτάταις κύκλῳ σκληραῖς. ὧν τὸ χρῶμα χλωρὸν ἢ ὠχρὸν, ἢ λευκόν, ἐνίοτε δὲ καὶ κυανοῦν εὑρίσκεται. ῥίζα δὲ ἐπιμήκης, πλατεῖα (vetus pro πλατεῖα. σφόδρα) μέλαινα κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, ἔνδοθεν λευκή, δακτύλου μεγάλου τὸ πάχος (vetus addit μακρά) καὶ αὐτὴ εὐώδης καὶ ἀρωματίζουσα. φύεται δὲ ἐν πεδίοις καὶ τραχέσι τόποις. *Eryngium est in aculeatarum stirpium genere; cujus folia primo germinatu muria condita in cibos, olerũ vice recipiuntur. lata autem sunt, & extremo ambitu aspera, gustu aromatica. sed ubi augescunt, circa complures caulium eminentias in spinas aculeantur, in quorum summitatibus globosa sunt capitula, spinarum acutissimarum durissimarumque ambitu stellatim circumvallata. Horum color alias viridis, nunc pallidus, alias albus, interdum etiam cæruleus invenitur. radix oblonga, lata, in superficie quidem nigra, intus verò albicans, pollicis crassitudine: quæ & ipsa odorata est, & aromaticum quiddam recipit. nascitur in campestribus & asperis locis.* Eryngium ergo ruthrum esse non potest, ἠρύγγιον, vel, ut apud Theophrastum lib. 6. cap. 1. ubi inter ea recensetur, quæ spinosa habent folia, legitur, ἠρύγγιον, nomen accepit ut viri docti scribunt, ab ἐρεύγειν eructando. quod capræ, quæ morsu surculum eryngii præciderint vel deglutiverint, cunctum gregem ponè sequentem, quasi stupore attonitum sistant, donec eryngium eructu rejecerint. Plutarchus libr. 7. sympos. quæst. 2. Καὶ τὸ ἠρύγγιον (malè inquiunt viri magni ἠρύγκιον) ὁ μιᾶς αἰγὸς εἰς τὸ στόμα λαβούσης, ἅπαν ἵσταται τὸ αἰπόλιον. *Eryngium si una caprarum id in os sumat, universum gregem sistit.* Idem Plutarchus libr. de his qui sero à Num. Pun. ἢ πάλιν, δι' ἣν αἰτίαν αἰγὸς τὴν ἠρυγγίτην λαβούσης εἰς τὸ στόμα, ὅλον ἵσταται τὸ αἰπόλιον, ἄχρις ἂν ἐξέλῃ προσελθὼν ὁ αἰπόλος. *Aut quæ causæ est, quod capra eryngium in os sumente, totus subsistit grex, tantisper, dum accedens caprarius eximat.* Idem repetit libello maximè cum principibus viris Philosoph. esse disput. sed ibi ἠρύγγιον malè legitur. Τὸ ἠρύγγιον τὸ βοτάνιον λέγουσι μιᾶς αἰγὸς εἰς τὸ στόμα λαβούσης, αὐτήν τε πρῶτον εἶτα καὶ τὸ λοιπὸν αἰπόλιον ἵστασθαι, μέχρις ἂν ὁ αἰπόλος ἐξέλῃ προσελθών. *Eryngium herbam ajunt, si una capella in os sumat, ipsum primum, mox totum gregem subsistere, donec accedens pastor ori eam eximat.* Theophrastus Lib. περὶ τῶν ζώων λεγομένων φθονεῖν. Διὰ τί ἡ αἲξ. ὅταν λάβῃ τὸ ἠρύγγιον εἰς τὸ στόμα μένει· καὶ τὰς ἄλλας ἵστασθαι ποιεῖ. *Cur capra sumpto ore eryngio, & ipsa manet, & alias immanere faciat.* Atque hæc sunt, è quibus etymon jam narratum composuerunt doctissimi Botanici. Sed loca ista omnia corrupta. Non ἠρύγγιον, sed ἤρυγγος scribendum, vel, ut apud Plutarchum legitur, ἠρύγγιον lib. 7. symp. Ubi malè corrigunt ἠρύγγιον, quomodo & interpres legit. Aristoteles

ſtoteles lib. 9. hiſt. Animal. cap. 4. aphoriſ. libr. 71. τῶν δ' αἰγῶν ὅταν τις μιᾶς λάβηται τὸ ἄκρον τοῦ ἠρύγγου (ἔστι δὲ οἷον θρὶξ) αἱ ἄλλαι ἑστᾶσιν ὥσπερ μεμωρωμέναι, καὶ βλέπουσιν εἰς ἐκείνην. *Capræ autem unius ſi ſummum aruncum, qui villi ſpecie eſt, apprehendat, illico reſtitunt aliæ ſtupidæ ſpectantes illam.* Plinius lib. 8. cap. 50. ubi de capris agit. *Dependet omnibus mento villus, quem aruncum vocant: hoc ſi quis apprehenſam ex grege unâ trahat, cateræ ſtupentes ſpectant.* Facilis ἠρύγγου vel ἠρυγγίου in ἠρυγγίου lapſus. Sed eryngium non mandit capra, & ſi vel guſtarit, ſtatim rejiciet, quippe ſpinis ſuis vehementer lædit, nec retinebit uſque caprarius veniat, aruncus autem dentibus inhæret, nec expui poteſt. eryngii ergo etymologia à cauſa dicta non eſt. Errandi occaſionem præbuit Plinius, qui loco citato adjungit; *id etiam evenire cum quandam herbam aliqua ex eis momorderit.* Hinc viri magni ſuſpicarunt, eryngium hac facultate præditum; quod tamen falſum eſt. Nicandri Scholiaſtes vocũ vicinitate deceptus eryngio adſcribit, & quidem ex ipſius Ariſtotelis verbis, quod arunco Philoſophus. Locus miſere laceratus eſt; deſunt non pauca. Sic ad hunc verſum ἠδ' ὅ γ' ἠρύγγοιο καὶ ἀλθήεντος ἀκάνθου, inquit, ἤρυγγος βοτάνη ἐστίν. ἀλθήεις δὲ ἀκάνθου· ἤγουν θεραπευτικοῦ. λαβὼν τοίνυν τοῦ ἠρύγγου καὶ τοῦ ἀνθεμώδους ἀκάνθου τὰς ῥίζας ἰσοβαρεῖ ποίησον, καὶ τρίψας πότισον. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης διαλεγόμενος περὶ τοῦ ἠρύγγου φησί. πᾶς ἀγέλης ... αἰγῶν διαπορευομένων, καὶ αὐτὴς ἵσταται καὶ αἱ ἐπακολουθοῦντες. Quilibet ſatis videt, hæc valdè lacera eſſe, quis ſenſus ſit ex Ariſtotele facilè patet, nuſquam dixit, ſi ex capris eryngium guſtet, cæteras omnes ſubſiſtere. Scoliaſtes in hunc vel ſimilẽ ſenſum ſcripſit, ἐὰν δὲ ἀγέλη τῶν αἰγῶν διαπορευομένων, ἠρύγγιον εἰς λάβηται καὶ αὐτὸς ἵσταται καὶ αἱ ἐπακολουθοῦσαι. *Si ex caprarum grege una, campo in quo eryngium naſcitur tranſeunte, deguſtarit, ipſa, totaque grex ſubſiſtit.* ἠρύγγιον vel ἠρύγγιον dicitur παρὰ ἦρος & ἔγκρος, quod multis capitibus dotata & grata ſit. Heſychius, ἔγκρος ἐγκέφαλος. Latinorum plerique, ut Plinius libro 22. cap. 8. docet. *Ex his candidam noſtri centumcapita nominant*, à numero capitum quæ in ſummo ob-

Eryngium.



tinet. Vel ἠρύγγιον dicitur quod τῷ ἦρι ſit ῥιγηλὸς quod verno etiam tempore moleſtus ſit ſuis ſpinis, quibus facilè lædit, vel, quod radicem habeat longè lateque per agros ſerpentem, ruſticis admodum moleſtam. Dioſcorides unius tantum eryngii meminit. Plinius libr. 22. cap. 7. duo novit. ubi hæc tradit, *Et clara imprimis aculeatarum eryngeſt ſive eryngion — ipſa dura fruticoſa ſpinoſis foliis, caule geniculato, cubitali majore aliquanto, alia albicans, alia nigricans, radice odorata, & ſativa quidem eſt, ſed & ſponte naſcitur in aſperis ſaxoſis, & in littoribus maris; durior nigriorque, folio apii.* Poſtremum illud falſum eſt, videtur alibi apud Græcum auctorem σελίνου legiſſe, cum σκολύμου ſcriptum ſit. Recentiores plura obſervarunt genera, ſed duo tantum pro legitimis, reliqua pro ſpuriis habentur. Pro veris agnoſcunt, quod marinum & quod campeſtre vocamus. Marino folia primo teneriuſcula ſunt, neque ſtatim aculeata, deinde lata, malvaceis ferè ſimilia, ſed marginibus anguloſa duriſque ſpinis circumſepta, pinguia, è cæſio candida, guſtu aromatico; Caulis craſſus, dodrante altior, inferius ſubinde nonnihil rubeſcens, cacuminibus verò capitula proferens ſpinoſa ac globoſa, nucis ferè magnitudine, fenis ut plurimum ſpinoſis foliolis cauliculi faſtigium orbiculariter ambientibus incumbentia, quæ una cum capitulis cæruleo nitent colore: floſculi autem è capitulis ſimiliter cærulei, ſtaminibus mediis candidis: Radix digiti aut pollicis craſſitudine, valde longa, & adeo prolixa, ut tota extrahi nequeat, niſi admodum raro, aliquot locis nodoſa, candicans, ſapore dulcis & grata. Apud Belgas in tumulis arenoſis littore marino naſcitur, veluti & in Italia & alibi. Iunio Iulioque menſe floret. Alterius eryngii folia multipliciter in varias particulas diſſecta ſpinis ſecundum margines horrent: caulis in complures alas diviſus capitula promit ſpinoſa, ſed quam marini minora, à quibus & floſculi cærulei exeunt, raro lutei. Subſunt & ſingulis horum ſex aſpera pungentiaque foliola, uti prioris, ſed tenuiora, minoraque: Radix hujus oblonga quoque, foris nigricans, intus albida, digitum craſſa, ſapore & odore alterius, veluti & folia ipſa guſtu aromatica, quæ recens enata, & adhuc tenella, eſui etiam apta ſunt. Per utramque Germaniam locis incultis, aſperis, etiam quandoque ſaxoſis ſecuſque vias frequens reperitur. Floret quo prior tempore. De ſpuriis eryngiis vide Dodonæum, Lobelium, Mathiolum. Ex iis quæ hactenus dixi ſatis conſtat, eryngium non eſſe rhuthrum Theophraſti. Malè ergo Plinius vertit eryngium. Fortaſſis exſcribentis hic error, qui eryngium legit, cum rhutrum ſcriptum eſſet à Plinio. Cæterum, quæ planta ex carduorum generibus ῥύτρον dicta fuerit, difficile affirmari poteſt. quod unicam tantam no-

Carduus Stellatus.



tam hujus tradiderit Theophraſtus. Cæterum duæ plantæ cardui nomine donatæ, quæ præter cacumen ſpinoſum, nullos habent aculeos, Carduus ſtellatus, & ſpina ſolſtitialis. Stellatus carduus, tametſi carduus appellatus, nuſquam tamen ſpinas, quam in ſolis capitulis gerit. Folia ejus initio oblonga, dodrantalia, molli lanugine hirſuta,

hirsuta, secundum margines grandibus incisuris laciniosa: inter quæ cauliculi cubitales, aut altiores, in alas quam plurimas divisi, fastigiantibus oblongis, haud magnis, numerosis capitulis, principio ex viridi rubentibus, postea albicantibus, quæ longæ, acutæ, durissimæque spinæ in modum radiantis stellæ ambiunt: flosculis purpurei; communiter subrubentibus, aliquando albis. Prolixa radix & tenuis est, foris nigricans, intus candida, carnosa, subdulcis. Passim in Zelandiæ, Frisiæ, aliisque marinis locis reperitur, & in Germania. Galliaque frequens Carduus stellatus sive Sterre-distel dicitur, quod spinæ, quæ capitulum ambiunt, stellam repræsentent. Utrum hypophæstum Dioscoridis hic carduus, cap. 5. examinabo. Falluntur qui πολυάκανθον vel πολυάκανθαν existimant. Nam spinosa folia polyacanthæ sunt, quibus hic carduus caret. Spinæ, quæ solstitialis dicitur, quod circa solstitium æstivum floreat, vel, quod post solstitium spinę ejus maximè pungant. Cardui stellati altera quædam species esse videtur. Neque enim alibi quam circa capitulum spinosa est, spinæ quoque ejus stellatim quoque digeruntur: caules cubitales, in ramulos pauciores quam stellati distribuuntur, membranaceas, secundum longitudinem appendices habent, quibus quadrangulares apparent: folia longiuscula sunt incana, ab utraque parte profundis sectionibus laciniosa: Flosculi ex staminibus compacti lutei, semen exiguum: radix oblonga, tenuis. In hortis apud nos seritur, & ex deciduo semine facile renascitur. In agro Monspeliensi sponte provenit. Facere huc videtur & alia jaceæ luteæ nomine descripta, folia secundum radicē profundius dissecta habet, superiora vero, quæ per virgas sparsa sunt, jaceæ nigræ similia, duriora aliquantulum, & candicantia, gustu utcunque acido. Capita in summis virgis cnici sylvestris majora, perquam spinosa, è quibus flos luteus Attractylidis. Semen in capitibus cineracei coloris, exiguum, multa lanugine involutum: radix est longa, alba, succulenta, dulcis, eryngii vulgaris instar. flore senescente, & evanescente, ex medio capite, veluti gummi quoddam rufi coloris flori permixtum protuberat vermiculorum modo convolutum, aut instar tragacanthæ officinarum. Apud Belgas sata provenit, sponte Salmanticensi agro nascitur, juxta vineas, arido solo. Floret Iulio, semen autumno maturum. Huic non multum absimilis abundantissimè invenitur agro Granatensi, & Valentino, locis humectis, & umbrosis, foliis seridis candicantibus, ramis cubitalibus & flexilibus, in quorum summo capita squamata flore depromentia purpureum: radix valdè crassa longaque & glutinosa. Hæ quatuor plantæ non alibi quam in summo spinas habent, ideoque rutron dici possunt. Carduus aut sphærocephalis, & eriocephalus rutron Theophrasti esse nequeunt, quod folia spinis horrent. Plura de his carduis alibi. Qui sphærocephalum χάλκειον existimant falluntur: nec satis attente Theophrasti verba perpenderunt, qui ajunt, Theophrastum scribere, χάλκειον non habere folia aculeata. Chameleontis folia spinis carere docet, reliqua quæ ibidem recenset spinosa ait.

Πρώτοις ὕστατον.] Scribe cum Theodoro & Scaligero, ὄψιον. Negligenter hunc locum vertit Plinius lib. 21. cap. 16. *Quædam æstate florent, ut tetralix & helxine, &c.* An spina solstitialis tetralix, & carduus stellatus [illegible] In tanta brevitate certi nihil concludi potest.

Εὐανθὴς, &c. Plinius ὀψιανθής. *Scolymus quoque floret sero & diu, &c.* Non tam pulchrè quidem, quam diu floret. Ipsa etiam ratio sic legendum docet. De tempore, non pulchritudine florendi agit.

ΚΕΦ. Δ.

Cap. IV.

De cneco sylvestri, ejusque generibus, ac de acarna iterum, & fuso agresti, carduoque, & carduo pinea: de cacto etiam, quæ tantum in Sicilia nascitur. Tum eorum, quæ spinosis foliis constant, juxta aculeum quædam folium gerere.

Τῆς ″κνήκου δ' εἰσίν. ἡ μὲν γὰρ ἀγρία, ἡ δ' ἥμερος. τῆς δ' ἀγρίας, δύο εἴδη. τὸ μὲν, προσεμφερὲς σφόδρα, † τῷ ἡμέρῳ. πλὴν ὀρθοκαυλότερον. διὸ καὶ ‡ πηνίοις ἔνιαι τῶν ἀρχαίων ἐχρῶντο γυναικῶν. καρπὸν δ' ἔχει μέλανα καὶ μέγαν καὶ πικρόν. ἡ δ' ἑτέρα δασεῖα καὶ τοὺς καυλοὺς ἔχει σογκώδεις. ὥστε τρόπον τινὰ ἐπιγειόκαυλος γίνεται. διὰ γὰρ μαλακότητα ″τῶν φύλλων κατακλίνεται πρὸς τὰς ἀρούρας. καρπὸν δὲ ἔχει † πικρὸν πωγωνώδη. σπερματώδεις πᾶσαι. πλὴν μείζοσι καὶ πυκνοτέραις ἀγρίαι. ἴδιον δὲ ἔχει πρὸς τὰ ἄλλα ἄγρια. τὰ μὲν γὰρ σκληρότερα, καὶ ἀκανθωδέστερα τῶν ἡμέρων. αὕτη δὲ μαλακωτέρα καὶ λειοτέρα. ἡ δ' ἄκορνα προσεμφερὴς ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν κατὰ τὴν πρόσοψιν τῇ κνήκῳ τῇ ἡμέρᾳ. χρῶμα δ' ἐπίξανθον ἔχει καὶ ‡ λιπαρόν. ἀτρακτυλὶς δέ τις καλεῖται καὶ λευκοτέρα ″τούτων. ἴδιον δὲ ἔχει τὸ φύλλον, ὅτι ἀφαιρούμενον καὶ τῇ σαρκὶ προσφερόμενον, αἱματώδη ποιεῖ τὸν χυλόν. διὸ καὶ φόνον ἔνιοι καλοῦσι τὴν ἄκανθαν ταύτην. ἔχει δὲ τὴν ὀσμὴν δεινὴν † καὶ φονώδη. ὀψὲ δὲ καὶ τελειοῖ τὸν καρπὸν πρὸς τὸ μετόπωρον. τὸ δ' ὅλον, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπασα ἡ ἀκανθικὴ φύσις, ὀψίκαρπος. ἅπαντα δὲ ταῦτα φύεται καὶ ἀπὸ τοῦ σπέρματος καὶ ἀπὸ τῆς ῥίζης. ὥστε βραχύν τινα γενέσθαι τὸν ἀνὰ μέσον χρόνον τῆς ἐκφύσεώς τε καὶ τῆς τοῦ σπέρματος τελειώσεως. τοῦ σκολύμου δὲ οὐχ ὅτι τοῦτο μόνον ἴδιον, ὅτι τὴν ῥίζαν ἐδώδιμον ἔχει καὶ ἑφθὴν καὶ ὠμὴν, ‡ ἀλλὰ καὶ ὅτι τὴν ἀρίστην ἔχει καὶ ὅτι σκληρυνομένη ἀφίησιν ὀπόν. ἴδιον δὲ καὶ τὸ τῆς ἀνθήσεως. ἐπεὶ περὶ τροπάς. σαρκώδης δὲ καὶ ἐδώδιμος ″ἡ τοῦ ὄγκου. ἡ δὲ κύησις οὐκ ἀκανθώδης, ἀλλὰ προμήκης αὐτοῦ. καὶ τοῦτ' ἴδιον μόνον ἔχει τῶν φυλλακάνθων ἀντεστραμμένως, ἢ ὁ χαμαιλέων.

″ τῆς κνήκου δύο εἰσὶν γένη. ἡ μὲν.
† τῷ.
‡ σπληνίοις Bas.
″ καυλῶν.
† Ald. Bas. πικρὸν πωγώνος. σπερματώδεις πᾶσαι.
‡ λιπαρὸν χυλὸν ἀτρακτυλίς.
″ ταύτης.
† καὶ χυλὸν φονώδη.
‡ ἀλλὰ καὶ ὅτι τὰς ἀρίστην, ὅταν ἀνθῇ καὶ ὅτι Ald. Bas. & ibi in margine. ἀλλὰ καὶ ὅτι ταύτην ἀρίστην ἔχει, ὅταν ἀνθῇ, καὶ ὅτι forte ἀπανθεῖ.
″ ἡ τοῦ ὄγκου κύησις, οὐκ ἀκανθώδης Scal.

Cnecum † sylvestri, urbanoque discernuntur. Sylvestris genera duo notantur, alterum urbanum admodum simile, recticaulius tamen. Quamobrem ex eo mulierem priscarum nonnullæ † colu utebantur. Fructum nigrum, majusculum, amarumque parit. Alterum genus densum est, caulesque sonceos profert, & quodammodo humicaule fit. Nam propter ‡ foliorum molliciem declinatur, procumbitque ad arva. Fructum ″ amarum, frequentem, barbæque modo hirsutum gignit. Sunt ambo seminosa, verum sylvestre copiosius fert. Ejus peculiare præ aliis sylvestribus est, quod illa duriora spinosioraque urbanis proveniunt: hoc autem, mollius, ac levius constat. † Acarna quoad simplici ratione exprimi licet, aspectu cneco urbano similis est, colore flavicans, succo pinguis. ‡ Fusus agrestis his candidior est, habetque peculiare, quod in foliis evenit: decerpta enim, carnique allata, succum sanguineum effundunt. Qua de causa φόνος, id est, cruor, à quibusdam spina est hæc nominata. Gravis etiam odore, cruoremque repræsentans, sero perficit fructum. Autumno enim & quidem in totum (ut summatim proponam) universa ″ spinaceorū natura fructus, serotina existit. Hæc autem omnia tam semine, quam radice proveniunt, ita ut breve quoddam inter ortum & seminum perfectionem labatur spacium temporis. Cardui non solum peculiare illud notatur, quod radicem vescendam tum decoctam, tum crudam obtinuit, sed etiam, quod eandem optimam habet cum florescit. quodque radix durescens lacteum succum emittit. Floris quoque proventum peculiarem putaveris: etenim circa solstitium incipit. † carnosam, ciboque idoneam partem crassescentem sortitur. Ortus autem ejus non spinosus, sed oblongus fieri assolet. Quod proprium habent tantum, in eorum

Cneci duo genera sylvestre, & domesticum. Sylvestris duo itidem genera notantur.
† *fuso.*
‡ *caulium molliciem.*
″ *amarum, barbæque modo.*
† *acorna.*
‡ *atractylis quædam vocatur hæc.*
″ *acanacea.*
† *carnosus ciboque idoneus, partis crassioris, conceptus non acanaceus.*

ὁ μὲν γὰρ ἀφυλλάκανθος ὢν, ἀκανίζει, γηράσκων δὲ τὸ ἄνθος ἐκπαπποῦται, καθάπερ τὸ τῆς † δάφνης, καὶ τὸ τῆς μυῤῥίνης, καὶ ὅσα παραπλήσια ‡ τούτοις παρακολουθεῖν μέχρι τοῦ θέρους· τὸ μὲν κυεῖν. τὸ δὲ ἀνθεῖν. τὸ δὲ, " σπέρματος μὲν μικρὰν ἰκμάδα καὶ † μήτραν ἔχον, ξηραινόμενον δὲ τὸ φύλλον διαχεῖται καὶ οὐκέτι κεντεῖ. ‡ ἡ ἰξίνη δὲ φύεται μὲν οὐ πολλαχοῦ. ῥιζόφυλλον δέ ἐστιν. ἀπὸ δὲ τῆς ῥίζης μέσης ὁ σπερματικὸς ἄκανος ἐπιπέφυκεν, ὥσπερ μῆλον εὖ μάλα ἐπικεκρυμμένον ἐπὶ τῶν φύλλων. οὗτος δὲ ἐπὶ τοῦ ἄκρου φέρει τὸ δάκρυον εὔστομον. καὶ τοῦτό ἐστιν " ἡ ἀκανθικὴ καὶ ἡ μαστίχη. ταῦτα οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα πανταχοῦ σχεδόν ἐστιν. ἡ δὲ κάκτος καλουμένη περὶ Σικελίαν μόνον. ἐν τῇ Ἑλλάδι δὲ οὐκ ἔστιν. ἴδιον δὲ παρὰ τὰ ἄλλα τὸ φυτόν. ἀφίησι γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τῆς ῥίζης καυλοὺς ἐπιγείους. τὸ δὲ φύλλον † ἔχει κάκτους καὶ ἀκανθῶδες. καλοῦσι δὲ τοὺς καυλούς. ἐδώδιμοι δέ εἰσι περιλεπόμενοι μικρὸν ἐπίπικροι. καὶ θησαυρίζουσιν αὐτοὺς ἐν ἅλμῃ. ἕτερον δὲ καυλὸν ὀρθὸν ἀφίησιν, ὃν καλοῦσι πτέρνικα. γίνεται δὲ καὶ οὗτος ἐδώδιμος, πλὴν ἀθησαύριστος. τὸ δὲ περικάρπιον ἐν ᾧ τὸ σπέρμα, τὴν μὲν μορφὴν ‡ ἀκανθῶδες, ἀφαιρεθέντων δὲ τῶν παππωδῶν σπερματίων, ἐδώδιμον καὶ τοῦτο καὶ ἐμφερὲς τῷ τοῦ φοίνικος ἐγκεφάλῳ. καλοῦσι δὲ " αὐτὸν σκαλίαν. τὰ μὲν οὖν φυλλάκανθα σκεπτέον ἐν τοιαύταις διαφοραῖς. τὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν ἄκανθαν ἔχοντα φύλλον, οἷον τὰ τοιαῦτα, † φλέως, ὄνωνις, παντάδουσα, τρίβολος, ἱππόφυον, μυάκανθός τε σφόδρα, καὶ τὸ φύλλον ἔχει σαρκῶδες.

Marginalia: † ἀκόρνης, καὶ τὸ τῆς ἰξίνης. ‡ τούτοις παρακολουθεῖ, *Scal.* " σπερματικεῖν *Scal.* † κέντρον *Scal.* ‡ ἡ ἰξίνη δὲ φύεται μὲν οὐ πολλαχοῦ. " ἡ ἀκανθικὴ μαστίχη *Scal.* † ἔχει πλάτος, καὶ ἀκανθῶδες, καλοῦσι δὲ τοὺς καυλούς. ἐδώδιμοι δέ εἰσι περιλεπόμενοι (*Ald. Bas.* περιλειπόμενοι) μικρὸν ἐπίπικροι. ‡ ἀκανώδες. " αὐτό. † φέως, ὄνωνις, τρίβολος ἱπποφέως μυάκανθός τε σφόδρα.

rum genere, quæ foliis constant aculeatis. E diverso, quam ‡ vermilaginem, habere videmus. Illa enim tametsi non aculeato folio constat, tamen acani speciem gerit: senescensque flos, in lanuginem, papum vocatam, convertitur, modo laurini, myrtini, & cæterorum generis ejusdem. " Pergit hæc ad æstatem usque aliud parturiens, aliud florescens Semen illud humoris aliquantulum continet, aculeoque armatur. Folium cum arescit, remittitur, nec quicquam amplius pungit. † Carduus pinea haud multis provenire in locis potest. Est ab radice foligera, qua de media seminalis acanus, veluti malum extuberat: foliis nimirū occultatus. Hic lachrymam jucundi saporis parte profert postrema, ‡ quam spinalem mastichãm vocant. Hæc igitur ejusmodi genera omnibus fere terris possunt comperiri. Quæ autem cactus nuncupata est, in Sicilia tantum nascitur. " In Græcia nusquam habetur sui generis planta. Hæc enim statim ab radice caules repentes in terram mittit, folio lato, atque spinoso. Caules hos cactos appellant. † Desquamati cibo idonei sunt, paulo amaricantes, & reservare eos aqua salsa conditos consueverunt. Alium vero caulem erectum producit, quem pternicem vocant. Is quoque cibo aptus excrescit, sed reservari non patitur. ‡ Fructus in quo semen, spinata specie est: verum exemptis lanuginosis seminibus, " is quoque vescendus relinquitur, & cerebro palmæ † similis est. Scaliam ‡ eum appellant. Ergo quæ spinosis foliis constant, differentiis ejusmodi persequi congruum est. " Quædam vero folium juxta aculeum gerunt: ut phleum, inturis, ononis, tribulus, lappago, spinamurilis, alia pleraque.

Marginalia: ‡ *chamæleontem.* " *Consequitur inter se hæc ad æstatem usque, primū concipit: deinde floret: tū semen instituit, idque non sine aliquantulo humore per initia: mox etiā aculeū addit. foliū cum arescit, deponit rigorem, nec.* † *belxine haud.* ‡ *quam acanthicen, mastichen.* " *In Græcia enim non nascitur peculiaris est hujus plantæ, ab aliis diversa natura. hæc enim.*

† decorticati. ‡ tegumentum. " Id quoque vescendum. † simile. ‡ id. " Quædam vero præter spinam folium habent, ut pherion, ononis, tribulus, hippopheos spinas gerit incurvas, folioque constat carnoso.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Σπλαγνίοις. Colu, *Theodorus Plinium sequutus. Qui ignotam Cnicon Italiæ scribebat. Cæterum sylvestrem Cnicon non potuit ignotam quispiam profiteri: quippe quæ vel frequentissima est.*

Διὰ τὴν μαλακότητα τῶν φύλλων κατακλίνεται. *Non potest mihi persuaderi, plantam illam inflecti propter foliorum mollitiam. nisi quid deest aliud: legerem* τῶν καυλῶν.

Καρπὸν ἔχει πικρόν, παχύν. *Deest,* τρόπον: *aut,* ὡς: *aut tale quid. Theodorus etiam videtur legere,* πυκνόν. frequentem. *Quippe mox,* πυκνοτέροις.

Ἡ δ' ἀκάρνα. *Acarnam facit hic similem miti cartamo. Acornam in primo, docuit habere spinam pro folio. Ergo Hermolaus non benè eandem fecit, cum dicit, Acarna, sive Acorna. In Indicis navigationibus agnoscunt etiam Acarnam: aut illi non absimilem. Apud Vascones frequentissima est.*

Ὅτι ταύτην κρείττω ἔχει ὅταν ἀνθεῖ. *Mira natura, & à cæteris diversa. ac notanda adversus vulgatos canones* ῥιζοτομίας. *Florescentibus enim aliis radix deterior.*

Ἡ δὲ κνῆσις οὐκ ἀκανθώδης, ἀλλὰ φερομένης. *Lege* ἀκανώδης. *Theodorus legit,* ἀκανθώδης. *Comparat enim* ἀντιπαρακειμένως *cum Chamæleonte. idque duabus ex partibus.* τῷ ἀκανίζειν, *&* τῷ φυλλακανθίζειν. *Itaque mox etiam lego* ἀκανίζει, *non* κανανίζει, *ut scriptum est, neque* ἀκαρνίζει, *ut emendant.*

Παρακολουθεῖν. *Adde* ἔοικε, vel ἔοικε. *Aut lege* παρακολουθεῖ. *Et tria ponit.* κυεῖν: *hoc primum. Deinde* ἀνθεῖν. *Tum autem* σπερματίζειν. *Sic lege. Consequuntur hæc inter se ad æstatem usque. Primum concipit, Deinde floret, Tum semen instituit: idque non sine aliquantulo humore per initia: mox etiam aculeum addit. Itaque leges,* κέντρον: *non autem* μήτρον. Διαχεῖται. *Theodorus*, remittitur, solvitur, deponit rigorem.

Καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀκάνθη, καὶ ἡ μαστίχη. Lege ἡ ἀκανθικὴ μαστίχη. *Ex Plinio.*

Ἐν τῇ Ἑλλάδι δὲ οὐκ ἔστιν. ἴδιον δὲ παρὰ τὰ ἄλλα τὸ φυτόν. *Theodorus,* Græciæ nusquam habetur sui generis planta. *Si interjecto puncto separes: oratio sanè mutila sine verbo, sic,* Græciæ nusquam habetur sui generis planta. Τὸ δὲ φύλλον ἔχει, καὶ ἀκανθῶδες. *Theodorus legit,* πλατύ, καὶ ἀκανθῶδες. *Item deest,* κάκτους. καλοῦσι δὲ τοὺς καυλοὺς, κάκτους. *Et,* περιλεπόμενοι, *lege: non,* περιλειπόμενοι. *Theodorus*, desquammati, decorticati. *Squammas enim habent nullas. Lege* ἅλμῃ: *non,* ἄμῃ. *&,* παππωδῶν, *non* παπωδῶν.

Τὰ μὲν οὖν φυλλάκανθα. *Hinc aliud caput. Theodorus omisit,* παντάδουσα. *Et spinamurilis ab eo dicta est* μυάκανθος: Muspina *concinnius: ut,* Muscipula.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Κνήκου, &c.] Modo per η, modo per ι scriptum alibi pluries legeris. Per η apud Theophrastum, & Æginetam. Per ι apud Dioscoridem, Galenum, Ætium, Aristotelem lib. 5. Hist. Animal. cap. 19. Τίκτει δὲ πάντα σκώληκα, πλὴν γένος τι ψυχῶν. αὗται δὲ σκληρὸν ὅμοιον κνίκου σπέρματι, ἔσω δὲ ἔγχυμα, *Pariunt autem omnes vermem, præter papilionum genus quoddam, quod edit durum cartami seminis simile, cum medulla intus.* Doctissimi Literatores & Critici omnes præferunt, propter seriem alphabeticam Hesychii, scripturam per η. Ego, salvo meliori judicio, puto veteres per η, recentiores per ι scripsisse, & Aristotelis locum citatū corruptum existimo, librariumque pro κνήκου, κνίκου legisse, quod tum temporis κνίκος diceretur. Κνῆκος à floris colore luteo dicitur. Hesychius. Κνηκόν, τὸ κιῤῥίζον χρῶμα ἐπὶ τοῦ ἄνθους, ὅτε δὲ ἐπὶ τοῦ καρποῦ τὸ λευκόν. *Cnecon color croceus, quando de flore sermo est, candidus quando de semine.* Hinc Grammatici κνηκὸν modò πυῤῥὸν *rufum*, modo λευκὸν *candidum* vertunt, & exponunt. Hesychius. Κνηκὸς λευκὸς, καὶ εἶδός τι σπέρματος καὶ πυῤῥός. *Cnecus, albus, & seminis quoddam genus & rufus.* Idem Κνακὸν, λευκὸν, πυῤῥόν. Nemo ignorat κνηκὸν & κνακὸν idem esse; Dores enim per α scribunt, quod cæteri per η. Κνίκον nomen accepit παρὰ τὸ κνίζειν, quod *pungere & mordere* significat, vel ἀπὸ τοῦ κνισμοῦ, quod pungendo pruriginem excitet. Id verò sylvestri rectius quā sativo quadrat. Pharmacopœi carthamū vocāt, voce vel à Mauritanis mutuata, quibus *Barten* dicitur, vel ἀπὸ τοῦ καθαίρειν quod est *purgare.* Cnici genera tria novit Theophr. unū domesticum, sylvestria duo. Diosc. an unum, an duo descripserit, non satis constat. Utraq; sententia, suis nititur argumentis, & suos habet auctores. Plinius vocū vicinitate deceptus, ricini & cnici historiā confundit. Nos primū quæ Theoph. &

simul ea quæ Plinius, tum quæ Dioscorides docet examinabimus. Τῆς κνήκου δ' εἰσὶ. Scribe, τῆς κνήκου δύο εἰσὶ γένη, ἡ μὲν γδ, &c. Verte. *Cneci duo genera, sylvestre & domesticum, sylvestris item duo genera notantur, alterum urbano, &c.* Plinius lib. 21. cap. 15. *Multas præterea ignobiles habent, sed maxime celebrant (Ægyptii) cnicon, Italiæ ignotam, ipsis autem oleo, non cibo gratam. Hoc faciunt è semine ejus. Differentia prima, sylvestris & sativæ. Sylvestrium duæ species, una mitior est.* Turpiter Κίκι, quod Græci aliter Κρότωνα, Latini *ricinum* vocant, cum cneco confundit. Ex Κίκι oleum fiebat, quo utebantur Ægyptii. Vide Dioscoridem lib. 1. cap. 38. Hoc Italiæ ignotum. Idem ab Ægyptiis expetitum. Hujus plura genera Græci non tradunt, sed carthami Italiæ satis noti, nec ab Ægyptiis celebrati. Malè ergo vir magnus corrigit; *Sed maximè celebrant cici Italiæ ignotum.* Ex cici semine apud Ægyptios, teste Dioscoride, exprimebatur oleum, οἱ δὲ Αἰγύπτιοι διὰ τὸ δαψιλὲς (Par. δαψιλῶς) χρῆζειν, ἑτέρως αὐτὸ σκευάζουσι. *At Ægyptii quoniam copiosum ipsum expetunt, aliter conficiunt.* Certum ergo, Ægyptios ex ricino expressisse oleum. Sed Plinium Κίκι scripsisse, quæ sequuntur prohibent: de ricino quippe accipi intelligique nequeunt. Cnecum planè ex Theophrasto describit. *Differentia*, inquit, *prima, sylvestris & sativæ.* Scripsit ergo Theophrastus, ut dixi, τῆς κνήκου δύο εἰσὶν γένη· ἡ μὲν, &c. τὸ μὲν προσεμφερὲς σφόδρα τῷ ἡμέρῳ, &c. Ita scribe, non ὁ, ut ediderunt. Pergit Plinius. *Sylvestrium duæ species; una mitior est, simili caule, tamen rigido.* Nihil de caulis rigiditate Theophrastus, sed de rectitudine. Scribendum ergo, *simili caule, tamen rectiore.* διὸ καὶ πηνίοις ἐχρῶντο αἱ ἀρχαῖαι ἔχοντο γυναικῶν. Plinius; *Itaque & colu antiquæ mulieres utebantur ex illis. quare quidam attractylida vocant.* Πήνια vertit colum. Atqui πήνια sunt fusi. Epigramma antiquum.

> — Καὶ τὰ τροχαῖα
> Πήνια. Catullus,
> *Currite ducentes subtemina, currite fusi.*

Cnecum attractylida vocari, ait. At attractylis, & cnecus, teste Theophrasto & Dioscoride, plantæ sunt diversissimæ. Unde igitur habet Plinius attractylida vocari? Ἀτρακτυλίδα dictam autumat, quod πηνίοις ex ea factis uterentur mulieres. Ἀτρακτυλὶς enim idem quod πήνιον, parvus nempe ἄτρακτος. Suidas. Πήνιον ὁ ἄτρακτος εἰς ὃν εἰλεῖται ἡ κρόκη. *Fusus quo revolvitur trama.* Fefellit etiam Plinium, quod Dioscorides, Galenus, Hesychius tradant, atractylida sylvestrem vocari cnecum. Sed utrum cnecus sylvestris prior, & atractylis una eademque, an diversa planta sit, capite hoc eodem, ubi de atractylide nobis erit sermo, disputabitur. In Aldino & Basiliensi codice non πηνίοις. sed σπληνίοις legitur. Plurimi Aldinam lectionem improbant, & πηνίοις restituunt, aliqui eam probant. Sic enim Columna, *Nos autem quia nominis etymon facit, & nominis attractylidis rationem reddere videtur, verbum illud etiam σπληνίοις considerandum censuimus, quod minus usitatum videtur, & à linguæ Græcæ observatoribus corruptum putatur, ut non σπληνίοις, sed πηνίοις legi oporteat. Sed πήνιον variè etiam accipitur, ut tam fusum quā licinium & stamē significet, & σπλήνιον tam splen, quam emplastrum, aut illud aliud medicamentum accipere possit, ut deinde aptè collocari imponique possit. In hac igitur varia verborum significatione, minusque cognita, magis antiquum atque gravem auctorem Plinium, multarū linguarum interpretem, quibus auctores, quorū ope suam historiam compilavit, varia suo idiomate conscripserant volumina, sequendum, ac retinendam interpretationem censemus: in qua non minus versionem verbi, quam rei historiam attendendam: nec, ut alii, Ruellium in hac parte sequendum curamus. Nam & plantæ hujus caulis ab imo nudus, & propriè summum foliosus ac divisus, capitatusque, cneci modo, ut illum Dioscorides descripsit, colum potius, quam fusum repræsentare videtur. Retulit nobis Græcus natione litteratus, pro colu accipi verbum σπλήνιον, quia spleni hærens colus, lateri figitur ad nendum.* Hactenus Columna. Vulgata tamen magis placet lectio; quod Hesychius, Suidas, Pollux, cæterique Grammatici tradant πήνιον colum significare. Nusquam σπλήνιον colum vocari legi, & nimis longè petitum, ideò σπλήνιον vocari, quod spleni hæreat. Sequitur; καρπὸν δὲ ἔχει μέλανα, &c. Plinius, *semen ejus candidum, grande, amarum, &c.* Semen cneci hujus sylvestris candidum facit, quod disertè Theophrastus μέλαν esse dicit. Doctissimorum virorū sententia est, Plinium cnecum sylvestrem cum sativo confundere, cujus semen candidum est. Malunt alii, Plinium semen immaturum describere, Theophrastum vero maturum; quod primo ex albo purpurescit, deinde flavescit, postea nigrescit. Sed non solet Plinius ex autopsia, verum ex Græcorum codicibus describere plantas. Probabilius ergo, utriusque cneci historiam ipsum confundere, nisi fortè, quod ἡμέρου color albus sit, putarit & cneci semen album esse. Ἡ δὲ ἑτέρα δασεῖα, &c. Plinius, *altera hirsutior, torosiore caule, & qui pene humi serpat, minuto semine.* Aut pro σογχώδης, σαρκώδης scribendum, aut malè legit Plinius. Postremum probabilius. Σογχώδεις caules dicuntur sonchi modo fragiles, leves, inanes. Pauci ex carduorū genere carnosi, plures sonchū æmulantur. Lego, cum magno Scaligero, ἀντὶ φύλλων, καυλῶν. Nulla quippe planta propter foliorum, sed cauliū flectitur mollitiem. Καρπὸν δὲ ἔχει πικρὸν πυγωνώδη. σπερματώδης πᾶσι, &c. In Aldino & Basileensi, καρπὸν δὲ ἔχει πικρὸν πώγωνος. σπερματώδης. Rectè Scaliger deesse τρόπον, aut ὡς, scribit. Theodorus legit, πικρὸν καὶ πυκνὸν. Corrigunt alii, καρπὸν δὲ ἔχει πικρὸν πωγωνώδους σπέρματος· ῥίζα πᾶσι πλείους, μείζους δὲ καὶ πυκνότεραι τοῖς ἀγρίοις, &c. *Fructum amarum gignit, barbatum semen, omnibus radices multæ, majores & densiores sylvestribus.* Sed cnicis omnibus unica radix; nullum genus πολύρριζον. Nos vulgatam probamus, nisi quod pro πυκνότεραι, πυκνοτέροις restituamus. πυκνότεροις scilicet σπέρμασι. Verte, *Fructum amarum barbæque modo hirsutum gerit, omnibus semen copiosum, sed plura & majora sylvestribus. Eorum peculiare præ aliis sylvestribus est, &c.* Cæterum Plinius ἀντὶ πικρὸν, μικρὸν legit. *Minuto*, inquit, *semine*, quod falsissimum. A Theophrasto, Plinioque ad Dioscoridem, devenio, qui carthamum describit sativum lib. 4. cap. 190. Κνῆκος φύλλα ἔχει ἐπιμήκη, ἐντετμημένα, τραχέα (Mathioli codex habet, παχέα, utraque lectio tolerabilis: sunt enim aspera, & crassiora) ἀκανθώδη. καυλοὺς δὲ πηχυαίους (vetus διπηχυαίους ἀκανθώδεις, sic & Lacunæ vulgatam probat Oribasius) ἐφ' ὧν κεφαλὰς (Ald. κεφαλαὶ) κατὰ μέγεθος θαλλίας· ἄνθος κρόκῳ ὅμοιον, σπέρμα λευκὸν καὶ πυῤῥὸν, ἐπίμηκες, γωνιῶδες. *Cnicus foliis constat oblongis, per ambitum divisis, asperis, aculeatis, caulibus cubitalibus, & in eorum cacumine capitulis thalliæ magnitudine: flore croci, semine candido fulvoque, oblongo, angulosō.* Rectè Ruellius ἀντὶ καυλοὺς δὲ πηχυαίους restituit καυλὸν πηχυαῖον. Plures non fert caules; uno è terra assurgit, qui in superficie in plures ramulos dividitur. In summo fert κεφαλὰς κατὰ μέγεθος θαλλίας. Supra θαλλίαν dixi, oleæ ramum germenque esse. Ineptus foret qui huic compararet capitulum carthami. Interpretes legerunt, vel κεφαλὰς κατὰ μέγεθος μεγάλης ἐλαίας, *caput magnitudine grandis olivæ*, vel κεφαλὰς κατὰ μέγεθος ἐλαίας, *caput magnitudine olivæ.* Postremæ lectioni favet Oribasius, vel saltem ejus interpres. Hanc cur improbem, causam video nullam. Fortassis pro θαλλίας Dioscorides, quod propius ad vulgatam lectionem accedit, scripsit θασίας, id est, nucis amygdalæ magnitudine. Ἄνθος κρόκῳ ὅμοιον. capillamenta intellige crocina, quæ quondam obsoniis miscebantur, uti scribit Dioscorides; τούτῳ τῷ ἄνθει χρῶνται εἰς τὰ προσοψήματα. *illo flore in obsoniis utuntur.* Nostris mulierculis inservit, crocino splendente colore, pavimentis, murisque quercinis poliendis ac inficiendis. Flos hic recentiorib. Græcis, maxime Chymicis, κνηκάνθιον dicitur. Rosimus κρόκος ἢ κνηκάνθιον. Glossarium Chymicum, ἡχομύλιον κνηκάνθιον. Sequitur, σπέρμα λευκὸν καὶ πυῤῥόν. Hæc maximam habent difficultatem. Quidam ἀντὶ πυῤῥὸν, vel πικρὸν, vel πύρινον restituendum existimant. Neutrum probo. Dulce carthami semen est, nullam habet amaritudinem. Ergo πικρὸν locum non habet. πύρινον non scripsisse Dioscoridem, quod sequitur satis docet. Quorsum enim ἐπίμηκες diceret, si πύρινον tradidisset? Quis ignorat tritici semen oblongum? Frustra ergo dixisset, esse triticeum & oblongum. Perperam, inquiunt alii, verba hæc suspecta sunt. His enim verbis clarissimè Dioscorides innuit, cneci semen ex albo & rufo mixtum esse. Nec enim dicere vult hoc semen alibi candidum, alibi rufum reperiri. Ita quippe scripsisset, σπέρμα λευκὸν, ἢ πυῤῥὸν, ut de leucoio & eryngio, & aliis scripsit. Vetustissimus Dioscoridis codex sic planè scriptum exhibet, λευκὸν καὶ πυῤῥόν. Frequenti in usu carthami semen terræ committo, nunquam ex albo, rufoque colore mixtum videre licuit; albissimum est. Illud tamen fatendum, in inveteratis seminibus, ad eam partem quæ in acutum magis desinit, lineam aut maculam ignei obscurioris coloris conspici; quod non puto observasse Dioscoridem, qui non inveteratum, sed recens descripsit. Ego vel voces, καὶ πυῤῥὸν, delendas puto, vel scribendum, λευκὸν, ἢ πυῤῥὸν, *album, aut rufum.* Norunt Botanici duo reperiri cneci sativi genera; unum asperius, flore cœruleo, semine rufescente, plurib. caulibus: alterū flore croceo, caule singulari, semine albo. Et hæc causa, cur καυλοὺς πηχυαίους scripserit. Objicietquis; Ergo Dioscorides non unum genus, sed duo delineavit; & si duo; malè fecit quod

quod non admonuerit. Sed Dioscorides non solet differentes facere plantas, si levis tantum differentia, nullumque in viribus sit discrimen. Porro carthamus flore croceo, caule assurgit singulari, recto, sesquicubitali, aut altiori, tereti, duro, lignoso, ex cæsio albicante striato; ramis à superiore caulis parte copiosis individuis, dodrante

Cnicus, seu Carthamus.



longioribus, rectisque. Quæ caulem ambiunt folia, non magnis intervallis distant, longitudine ferè trientalia sunt, latitudine unciam excedentia, posteriore sui parte in obtusum mucronem desinentia, anteriore vero in oblongum acumen, præfixo brevi & infirmo aculeo fastigiata, colore viridia, glabra, crassa, venosa, per ambitum plerumque minimis, innocentibusque aculeis horridula, & sine pediculis è caule exeuntia; quæ autem ramulos vestiunt his similia sunt, sed minora. E ramulorum summitatibus capitula eminent rotunda, acanacea, in latum turbinem fastigiata, magnitudine majoris olivæ, aut aliquantulum majora, oblongis, acuminatis, & aculeatis squamis composita, radiantibus circumquaque foliolis, aculeis pariter rigentibus, & syderis faciem repræsentantibus, partim in obliquum erectis, partim rectà in transversum acuminatam cuspidem prætendentibus, partim etiam demissis circumvallata. Ex his majora sunt sub capitulis orta ac demissa, minora vero subrecta, quæ superiorem locum obtinent, & rusci foliorum magnitudinem & figuram referunt. Flores è mucrone capitulorũ erumpunt staminei, graciles, copiosi, & densè constipati, crocinis capilllis æmuli, saturato luteo colore, ad croci accedente, splendentes, sapore amariusculo & modicè tenui. Quibus collectis, fullones luteo colore lanas tingunt, ipsum crocum æmulantes: mulierculæ autem, ut dixi, muros, pavimentaque quercina poliunt, inficiuntque. Inferior florum pars, capitulis inclusa, in parvos resolvitur pappos, sub quibus sunt semina angulosa, modicè acuminata, candida, & circa acumen non nihil quandoque rufescentia, nitida, atque hordeo ferè similia, paulo tamen majora; foris lævi, duro, lignosoque cortice, intus candida, pinguique medulla, gustu dulci, subtenui, & aliquantulum nauseolo constantia. Radice nititur oblonga, gracili, fibrataque, & inutili. Floret Iulio, Augustoque mensibus. Semen interea perficitur, & radix eodem, quo sata,

anno perit. Seritur in hortis & agris. Apud nos sata provenit, sed raro semen perfectè maturum reddit. Carthamus cæruleus, sive perennis, statim à radice exit, binis, ternis, aut quaternis cauliculis pedalibus & cubitalibus firmis, duris, lignosis, perquam rarissimè aliis ramis, ut vulgaris præditus. Folia penè cnici vulgaris, candidiora,

Carthamus cæruleus. Cnicus alter Clusii.



paulo longiora, & pluribus venis distincta. Capitula cnici è squamis imbricum instar, sibi invicem impositis, conflata, in quibus stamina cærulea, nonnunquam alba. Semen cnici vulgaris semine minus & subrufum. Radix pollicaris crassitudinis est, carnosa, succulenta, foris fusca, non annua, ut vulgaris radix, sed aliquot annis interdum permanens. Observatione dignum, hujus capita non solum araneosa lanugine inter septa conspici, sed recisa succum luteum ex venis fundere. Circa Cordubam in segetibus, & agro Hispalensi, ut monet diligentissimus Carolus Clusius, invenitur, ibidemque Majo, Iunioq; floret. Apud nos in hortis colitur, nec florem ante Iulium, Augustumq; emittit mensem; adversus hyemis injurias nonnihil muniri debet. Qui genus hoc pro cnico sylvestri priori habent, falluntur. Nam fructum non habet magnum, amarumque, sed vulgari cnico minorẽ & dulcem. Alii cnicum sylvestrem priorem contendunt carlinam sylvestrem Dodonæi esse. Altero à satione anno caulem emittit dodrantalem, aut altiorem, in ramulos aliquot distributum, rotundum, foliis ab uno ad summum usque exiguis, crispis, oblongis, dissectis, marginibus asperis, ac valde spinosis, carlinæ æmulis, colore cineraceo, in caule singularibus, in ramulis vero pluribus, sed minoribus. In ramulorum summo capitula aculeata, in quibus flos medio stamineus, ambitu foliolis subluteis cunctus, forma sua stellatus, oculumque elegantissimè exprimens. Semen cum maturuit cyano cæruleo simile, crassius tamen, fortiusque. Radix, recta, tenuis, & acre resipit. Passim in locis incultis ac desertis, per utramq; Germaniam, & quandoque in montosis reperitur. Plebecula, circa Festum assumptionis Divę Virginis, hoc cardui genus colligit, suisque sanguinibus adjungit sagmina verbenæ propriè vocata, id est, herbæ putæ, quod ex loco sancto secarentur à Consule, Prætore, Legatis, ad indicendum bellum, aut fœdus faciendum proficiscentibus.

Vide Festum. Verbenæ, teste Serio, Turnebo, aliisque viris clarissimis, non herbæ privatum genus dicuntur, sed rami, virgæ, frondes omnium sacrarum arborum, ut lauri, olivæ, myrti; quin etiam herbæ ex puro loco decerptæ, quibus festis diebus aræ coronabantur. Terent. in Andria.

Ex ara hac sume verbenas tibi.

Plinius lib. 22. cap. 2. *Quoniam non aliunde sagmina in remediis publicis fuere, & in sacris legationibus, quam verbena. Certè utroque nomine idem significatur, hoc est, gramen ex area cum sua terra evulsum.* Vide Livium lib. 1. ab urbe, & lib. 10. Bell. Punici. Hæc obiter. Præ cæteris autē verbenis vulgus eos quærit carduos, qui tres tantū ramulos in superficie habent, eosque, ut optimos præstantissimosque, reliquis anteponit. Hinc in utraque Germania **Drÿ-distels**, quod carduum trium surculorum sonat, nomen accepit. Eadem **Vrouwen-distel**, Divæ virginis carduus, vocatur; quod una cum cæteris verbenis die Divæ Virgini sacro, in templis consecrari soleat. Proinde silentio prætereundum non est, quod in hujusmodi genere carduum olim observavit doctiss. Tragus, qui duorum digitorum latitudinem habebat, utrimque crispis & aculeatis foliis vestitū; & cum ei unicus, & singularibus esset caulis, unicum quoque latissimumque capitulum, aureo fulgens flore, admixto modico candore, ostendebat, miraculum ab omnibus haud vulgare existimatus. Hunc cnecum sylvestrem primum Theophrasti esse volunt, quod nobis non placet. Primò, quod cnico urbano non sit satis similis, deinde quod fructus non sit magnus, sed vulgato minor, nec amarus, sed dulcis. Plura de hoc cnico capite de attractylide. Sunt Botanici, qui carduum Benedictum asserunt esse alterum cneci sylvestris genus; quorum sententiam probo, quia omnes notas habet, quas de cneco sylvestri altero tradit Theophrastus. Carduus Benedictus vocatur, ob admirabiles contra varios morbos vires. Carduus Benedictus caules aliquot ab una radice profert cubitales, aliquando majores, teretes, lentos & obsequiosos, in alas nonnullas effusos, rubentes, hirsutos, intus fungosos, & modice concavos (quos idcirco σομφώδεις rectè dixit Theophrastus) cum locum & spacium nacti fuerint humi quodammodo accumbentes. Folia prope terram & circa caulem habet septem, aut octo unciarum longitudine, mediocriter lata, hirsuta, modice pinguia, utrimque laciniata, & inæqualiter dissecta, &, cum adoleverint, per ambitum teneris aculeis non adeò pungentib. armata. Ramulos è caulibus emittit plures, foliis inferioribus multò minoribus vestitos; in quorum summitate acanacea sunt capitula, foliis parvis spinosis ac pungentibus, maximeque hirsutis stipata, longitudine unciam excedentia, crassitudine digitum, superius turbinata, squamis acuminatis composita. Flores è capitulorum mucrone per medium aculeorum emicant, reliquorum carduorum modo capillacei, colore luteo, ad croceum vergente. Semina habet oblonga, striata, teretia, colore cœsia, quibus superius pappi barbæ similes sunt. Radice nititur annua, longa, gracili, primum carnosa, autumni vero initio lignosa, transversis fibris brachiata, & inutili. Tota herba, folia, capitula, flores, semē, amara. Eadem tenera pingui & tactu aliquantulum glutinosa lanugine vestitur, maxime ea pars quæ inter capitula, & his circumdata folia. Herbam hanc scribit Ruellius succum fundere sanguineum; quod negat Mathiolus. Experientia didici (quod ante nos observavit Fabius Columna, nobilis Neapolitanus, vir summus) capitula hujus cardui, antequam flores pandantur, & florida Majo mense (apud nos Iulio, Iunioque) recisa succum sanguineum paucum fundere. Sponte nascitur, frequensque occurrit in Lemno, maris mediterranei insula, locis campestribus, vocaturque *gaideracantha*, id est, Asinina spina. Bellonius lib. 1. obser. c. 25. *Qui à nostris vulgo carduus benedictus, appellatur sponte in agris nascitur, nec aliqua cultura indiget: Græci nomine corrupto gaideracantha, hoc est, asininam spinam nuncupant.* Apud Belgas, Germanos, Italos in hortis colitur, Iulio Augustoque floret, quo tempore ad medicinæ usus maximè colligendus, & reponendus est. Falluntur, qui cnicum sylvestrem alterum Theophrasti, acanthion Dioscoridis esse existimant. Dioscorides lib. 3. cap. 18. Ἀκάνθιον (vetus inserit, τούτου ὁ καυλὸς τρίγωνος) ἐμφερῆ τὰ φύλλα ἔχει τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ (vet. epit. addit περιεσπιλῶσθαι) ἐπ' ἄκρῳ δὲ ἀκανθώδεις ἐξοχὰς [καθ' ἃς ἀραχνοειδὴς ἐστι χνοῦς.] Vulgata exemplaria hæc nota [ ] conclusa non habent. *Acanthium (huic caulis triangularis) folia gerit spinæ albæ similia, in summo vero eminentias aculeatas, araneosa lanugine obductas.* Cornarius, vir summus, pro καθ' ἃς ἀραχνοειδὴς ἐστι χνοῦς legit, καὶ ἐπ' αὐτῶν χνοῦς ἀραχνιώδης, *In quibus est lanugo instar araneæ telæ.* Hanc sequuntur Interpretes, eadem Oribasii nititur auctoritate, quare probabilior: altera vero, quæ in Saraceni codice extat, habetur in Gonpyli codice. Sequitur, οὗ συλλεγομένου ἐξ ὑφ' ἕν τι ἠθμένου βαμβακοειδὴς γίνεται. Hæc sic restituit Saracenus, οὗ συλλεγομένου καὶ ὑφαινομένου βαμβακοειδεῖς ἐσθῆτας γίνεσθαί φασι (verbum postremum in altero additur codice, *è qua collecta textaq; vestes bombycinis similes fieri ajunt.* Plinius libr. 24. cap. 12. *Huic* (scilicet spinæ albæ) *similis est spina illa quam Græci acanthion vocant, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis: qua collecta etiam vestes quædam bombycinis similes fiunt in Oriente.* Si minus placet ista lectio, paucioribus immutatis, legere possis; ὃς συλλεγόμενος καὶ ὑφ' ἓν πηγνύμενος βαμβακοειδὴς γίνεται, *quæ* (lanugo) *collecta & in unum coacta bombycis speciem præ se fert.* Verissima lectio, οὗ συλλεγομένου ὑφῶν τινὰ γίνεσθαί φασι. *quæ* (scilicet lanugine) *collecta etiam vestes quædā, bombycinis similes fiunt.* Ita Plinius legit, non βαμβακοειδῆ, ut vulgatus codex habet. Quam lectionē etiam Interpretes servant. Restat Plinii verba examinemus. Hic ἐπ' ἄκρῳ δὲ ἀκανθώδεις ἐξοχὰς, vertit & exposuit de foliis: cum verba hæc φύλλα ἔχει τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ, de foliis tantum accipi debeant, Secus quæ sequuntur, ἐξ ἐπ' ἄκρῳ δὲ ἀκανθώδεις ἐξοχάς, *in summo habet spinosas eminentias.* Quod vel ex ipso probatur Dioscoride. Nam cum dixit, *folia spinæ albæ similia*, satis apertè innuit esse spinosa; spinæ autem albæ folia sunt aculeata. Ergo illud ἐπ' ἄκρῳ, de summitate caulis intelligi debet. Sic de spina alba; ἐπ' ἄκρῳ δὲ αὐτῆς κεφαλὴ σφαιροειδὴς ἀκανθώδης. Multa spinarum carduorumque genera sunt, quæ illud ἄκρον habent aculeatum. Malè ergo & ridiculè scripsit, vestes ex acanthii lanugine confici quæ in foliis colligitur. In carduis quam plurimis flos, qui in capitulo ἐπ' ἄκρῳ emicat, in papposam abit lanuginem, sed non omnis colligebatur; acanthii decerpebatur, & ex ea vestes fiebant. Sed de hac re alibi plura. Acanthion hoc, & cnicus alter sylvestris diversa, ut dixi, planta. Quippe carduus benedictus, quem alterum cnicum Botanici ferè omnes asserunt, folia habet chamæleoni planè dissimilia, nec lanuginem vestibus faciendis fert aptam. Nunquam tacuisset Theophrastus ex cnici alterius lanugine vestes texi, si ad id apta esset.

Ἡ δ' ἄκορνα, &c.] Malè in Aldino & Basileensi legitur ἄχορνα. Supra docuimus ex Hesychio, aliud ἀκόρνην, aliud ἀκόρναν esse. Ἄχορνα laurus est: spinosa planta ἄκορνα. Sed spinosa si fit, cur ἄκορνα dicitur? Τὸ α in compositionibus privationem denotat, κόρνος aculeum. Hesychius κόρνος, κέντρον. Ut plurimum quidem particula α privativè accipitur, sed non semper; Immo multiplicis & commutabilis ejus usus existit. Aliquando dictionis significationem complet, ἐπιτατικῶς, id est, intensivè sumptum. Unde ὕλην ἄξυλον Homerus vocat, quasi *sylvam nemorosam*, & ἀχανὲς πέλαγος, *pelagus immensum & vastum*, τὸ μέγα πάνυ, ἐξ ἐπὶ πολὺ κεχηνός. Sic apud Nicandrum, ἀχύνετον ὕδωρ, pro πολυχύνετον, *per multum spatium fusum* reddunt Interpretes. Sic ἄβιος apud Antiphontem pro dives, id est, πολὺν βίον κεκτημένος. Nonnunquam τὸ ἴσον exponitur, ut ἀτάλαντον, pro ἰσοτάλαντον, *ejusdem ponderis, æquale, æquiparandum.* Non raro supervacaneum est, atque id maximè apud Atticos, significationem neque mutans, neque complens, nec minuens. Sic ἄσταχυς est, στάχυς, hoc est, *spica.* ἀστεροπή, idem quod στεροπή, *fulgur*; ita σπαίρω & ἀσπαίρω ejusdem sunt significationis, uti & ἄκορνα & κόρνα, vel potius κόρνος. In ἀκόρνης historia hæc consideranda. Primò quod cneco sativo similem dicat, deinde quod colore ait ἐπιξάνθη, id est, *flavescente* esse. Ad neutrum attendit Plinius, cum similem scolymo tradat, colore ruffo, Sic enim is lib. 21. cap. 16. *Scolymus quoque floret sero & diu. acorna colore tantum ruffo distinguitur, & pinguiori succo.* Scripsit ergo, χρῶμα δὲ ἐπίξανθον ἔχει, καὶ λιπαρὸν χυλόν, vel ὀπόν. Tale enim quid deest. Malè scolymo similem dixit, malè ἐπίξανθον ruffum vertit. De hac voce non semel egi, videat lector quæ dixi. Cæterum color ille flavescens, de floris colore intelligi non potest; (nam & cnici sativi flos flavus) sed de totius plantæ foliorum cauliumve colore aspectuque. Quod ex Theophrasti verbis quæ sequuntur satis constat, Ἀτρακτυλὶς δ' ἥ τις καλεῖται λευκοτέρα τούτων, &c. Plinius. *Idem erat attractilis quoque, nisi candidior esset.* Non minoris est ponderis, quod ait, cneco urbano aspectu acornam similem esse; cum lib. 1. cap. 16. ἀκόρναν numeret inter ea quæ folia omni ex parte sic in spinas divisa, & abeuntia habet, ut nihil præter spinas occurrat. Φυλλάκανθον δὲ ὅλως — οἷον ἡ ἄκορνα, &c. Tale folium cnicus sativus non habet. Ergo τῇ ὄψει urbano cnico acorna similis

na similis non est. Dicendum, Theophrastum non ad folia respexisse, sed ad formam majestatemque totius plantæ; Utraque singulari assurgit caule, ambæ superiore caulis parte in ramulos dividuntur, in quibus capitula, floresque lutei, staminei. Ad hanc ideam, figuramq; attendit Theophrastus. Doctissimi quidam Botanici acornam putant, carlinam Dodonæi sylvestrem esse, supra à nobis delineatam. Malunt alii alterum carlinæ sylvestris genus, à clarissimo Clusio in Hispania repertum, esse. Palmi altitudinem non superat, cauliculo tenui, unico, cana lanugine obsito, folia illi carlinæ sylvestris foliorum æmula, minora, incana, spinis horrida; summo cauliculi fastigio, bina ut plurimum fert capitula spinosa (nonnunquam etiam in alis) in quibus flos luteus, orbem oculi imitans, media lanugine pallida, quam ambiunt rigidiuscula & exsucca foliola, coloris flavi: radix tenuis, rufescens; vivax non est, sed singulis perit annis. Aridis, desertis, petrosisque circa Salmanticensem urbem locis nascitur, floret mense Augusto. Vulgata carlina majorem cum cneco similitudinem habet. Quare illorum sententia probabilior, qui illam pro acorno habent. Salmanticensis hæc, quia humilis, cnecum non ita refert. Recte clarissimus Dodonæus. *Hanc* (vulgatam calmam sylvestrem) *autem esse ἄκορναν, tanto est difficilius affirmare, quo brevior de hac Theophrastus est. Interim nos eorum opinionem qui carlinam sylvestrem majorem acornam asserunt, neutiquam improbamus, immo probabilem dicimus, si succo prædita pingui, quem nobis observare non licuit.* Porro carlina hæc videtur non male referre eryngiū Archigenis, quod Ætius lib. 6. cap. 16. describit, Ὥστε μὴ συνεχῶς καταπίπτειν φησὶν Ἀρχιγένης. Ἠρυγγίου τοῦ ὀρείου καλουμένου, οὗ τὰ φύλλα στενὰ, ἢ μικρότερα, ἢ ἄνθη χρυσοειδῆ καὶ ὀφθαλμοειδῆ. *Aliud, ut ne assiduo cadant* (epileptici) *inquit Archigenes. Eryngii montani appellat, cujus folia angusta & parva, & flores auricolores & oculorū speciem præ se ferentes.* Carlinæ folia eryngii modo spinosa satis: eadem & parva angustaque respectu vulgaris eryngii, flos aurei coloris, oculi imaginem repræsentans. Aliam plantam acornæ nomine describit Fabius Columna libr. 1. de stirpibus minus cognitis cap. 3. *His notis respondere videtur planta illa in Campoclarensium*

Acorna Fabii Columnæ.



collibus, & Æquicolorum secus vias in incultis, quam juxta & simul cum attractylide sæpè observavimus. Nec pudet referre; decepti non semel ejus cacumina, antequam floreret, detruncantes attractylidem quærentes & sanguineum succum, sed lacteum copiosum inveniebamus, atque viscosum, sive pinguem. Illius quidem plantæ habitus adeò similis videbatur, ut nisi supra dicta nota fuerint, non minus decipi quis poterit floribus adhuc non exertis. Nullam quidem propriorem nos differentiam agnovimus, capitibus plantæ adhuc tenellis, illa, à Theophrasto & Plinio observata, coloris scilicet ruffescentis plantæ atque caulis præsertim acornæ; in atractylide vero albicantis, ut Theophrastus notavit, & supra diximus, & quam ille ac Dioscorides omiserunt certam & extrinsecam differentiam, araneosam illam caulis circa capitula lanuginem, tactu gummosam, sive viscidam, atque odore gravi: in acorna vero lævorem, foliorumque rigentium asperitatem majorem observavimus, caulisque ruffum & ad rubedinem inclinantem colorem, atque totius plantæ succum candidum, pinguem, viscosum, facile æstate concrescentem, sapore dulci: radice longa, pedem superante, crassitie digiti majore, pallente, odorata, carlinæ vulgaris modò, etiamque lactescente, dulci Caulis bipedalis foliis alternatim hærentibus Atractylidi & Cneci modo & similibus, durioribus verò magisque pungentibus lævibusque, in summo tria, aut quatuor capitula, ut Atractylis, quæ florem æstatis fine emittunt luteum foliolis sive barbulis circumambientibus Asteris, Anthemidis, vel potius vulgaris Carlinæ modo, sed colore magis saturo. Semen Autumno papposum, ut in congeneribus, sed parvum, cinereum, Chamæleoni albo simile, sed proportione minus. Ramulum appinximus juxta Atractylidem, differentiæ notitia; cum integram plantam ad manus non habeamus, & ex supra dictis facile cognosci possit. Hujus radix estur elixa, deinde oleo frixa, nervo exempto quadragenæ diebus à pauperibus Valvensibus.


Ἀτρακτυλὶς, &c.] Attractylis dicta est, quod ex ejus scapo longo, lævique rusticæ mulieres fusos conficiunt. Theocryti Scholiastes Eidyl. 4. Ἀτρακτυλὶς εἶδος βοτάνης, ἢ ἀκάνθης. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ τὰς ἀγροίκων γυναῖκας ἀτράκτους ποιεῖν ἐξ αὐτῶν. ἔνιοι δὲ ἀτρακτυλίδας, τὰ ἀγριολάχανα φασίν. *Atractylis herbæ, vel cardui genus, nomen accepit, quod agrestes fœminæ ex ea fusos parent. nonnulli atractylidas olera vocarunt sylvestria.* Fusos ex hac factos fuisse, Dioscorides testatur; uti ex Dioscoridis verbis, quæ infra citantur, constat. Sed video magnos viros dubitare, utrum ἄτρακτος *fusus*, an *colus* exponi debeat. Alii quippe *fusum*, alii *colum* vertunt, alii quomodo interpretandum sit, hærent, ac quidem ἀτράκτου verbum *fusos* reddunt, ἀτρακτυλίδα *colum rusticum*, & *fusum agrestem* transferunt. In commentario vero ad caput Dioscoridis de atractylide, pro fuso & colu atractylidis caule uti posse mulieres, ajunt. Quod autem colum rusticū, & fusum agrestem vertunt, ex herbæ figura factum est; quæ glabro nudoque penitus caule surgens, & cum aruit inflexili duritie rigente, aliquando cubitali altitudine, plerumque autem minor, nec nisi in summo foliosa & aculeata, in majore altitudine colum, in minore fusos rusticis fœminis ad lanificium dedit. Omnis dubitationis, errorisque causa Plinius. lib. 21. cap. 15. cum de cnico, ut supra dixi, scribit, *Una mitior est simili caule, tamen rigido; itaque & colu antiquæ mulieres utebantur ex illis; quare quidam atractylida vocant.* Atractylida cnecum vocari ait, quod ejus caulis colus usum præstaret mulierculis, cum ἄτρακτος, unde ἀτρακτυλὶς, Græcis fusum denotet. Colus est instrumentum, quod pensa continet, à quo fuso fila ducuntur; nobis **spinrock** dicitur. Fusus, instrumentum quod mulieres nendo digitis volvunt, & **spille** dicitur Belgis. Ἄτρακτον fusum esse, docet Pollux libr. 10. cap. 28. Καὶ μὴν καὶ ὄνον, ἐφ' οὗ νῶσι, καὶ ἐπίνητρον, ἄτρακτον. *Onus instrumentum, quo nent mulieres & devolvunt pensa, fusus atractos.* Idem lib. 7. cap. 10. Ἐφ' οὗ δὲ νήθουσιν, ἢ νῶσιν (οἱ Ἀττικοὶ γὰρ τὸ νήθειν νεῖν λέγουσιν) ἐπίνητρον καλεῖται, καὶ ὄνος. λέγοις δ' ἂν, ἄτρακτον ἐπιστρέφειν. *Instrumentum quo nent (Attici enim* νήθειν νεῖν *nere dicunt) epinetrum & onos vocatur.* Idem cum dicit, *fusum torquere.* ἄτρακτος ergo *fusus.* Habet & alias significationes ἄτρακτος. Sumitur enim pro parte mali supra antennam. Pollux libr. 1. Τὸ δὲ ὑπὲρ τὴν κεραίαν ἄτρακτος. οὗ καὶ αὐτοῦ, τὸν ἐπιστέοντα ἀπαρτῶσι. Sed inde concludi non potest, pro colu magis accipi posse, quam fuso. Hesychius sagittam exponit. ἄτρακτος βέλος. Sed hæc nihil ad rem. Aliud Attractylidis etymon excogitavit Fabius Columna: Atractylida nempe dici, quod, non secus ac colus, capitata, ac villosa est, atque hoc maxime prima facie à cneco & acorna, quibus similis est, discerni. Ego, salvo meliori judicio, etymon Scholiastis præfero. Fuso attractylis similior videtur, quam colui. Sed hanc litem mulierculis dirimendam relinquo, quæ fuso coluque utuntur, & quid sint norunt. Interim addendum videtur, quod tradit Petrus Bellonius libr. 1. observ. cap. 47. *Mirum igitur non est, si veteres nonnullas stirpes colus, fusi, & verticilli nomine donarunt. Nam & hodie attractylis herba fusi vicē ipsis præbet. Ejus enim caulis rectus est & lævis, tanquam arte expolitus esset. In ejus penuria bacillo minimi digiti crassitudinem non æquante, sed æquali ubique utuntur, cui ferrum hamuli piscatorii modo formatum insigunt, ut filum comprehendat, è quo fusus dependeat.* Idem Bellonius lib. eodem cap. 18. attractylidem

lidem ardactyla, corrupto vocabulo, vocari scribit. *Heliotropium nominatur heliocrota, attractylis ardactyla, orolanche lycos.* Lexicon Græco barbarum ἀδράκτι, *fusus*, ἄτρακτος. Eadem hæc atractylis κνῖκος ἀγρία dicitur, teste Galeno, Ætio, Hesychius, Ἀτρακτυλὶς· φυτὸν ἀκανθῶδες, οἱ δὲ τὴν ἀγρίαν κνῆκον, &c. Plinius cnicum sylvestrem atractylida vocari ait, libr. 21. cap. 15. *Vna mitior, simili caule, tamen rigido, itaque & colu antiquæ mulieres utebantur ex illis. quare quidam atractylida vocant.* Eodem lib. cap. 32. *Nec de cnico, sive atractylide verbosius dici par esset, Ægyptia herba* (Id falsum; confundit cnicum & ricinum, confundit etiam utrumque carthamum. supra sativum cnicum Ægyptiam dixit herbam, eodem loco, sylvestrem atractylida vocari.) *ni magnum contra venenata animalia præberet auxiliũ, item adversus fungos. constat à scorpione percussos, quandiu teneant eam herbam, non sentire cruciatum.* Postrema de atractylide tradit Dioscorides lib. 3. cap. 107. Ταύτης τὰ φύλλα καὶ ἡ κόμη, καὶ ὁ καρπὸς λεῖα ποθέντα σὺν πεπέρει καὶ οἴνῳ σκορπιοπλήκτους ὠφελεῖ. ἔνιοι δ' ἱστοροῦσι, τοὺς πληγέντας, ἄχρι μὲν ἂν κρατῶσι τὴν πόαν ἀνωδύνους εἶναι· ἀποθεμένους δὲ ἀλγεῖν. *Hujus folia, coma & semen, trita potaque cum pipere ac vino, à scorpione percussis succurrunt. tradunt & nonnulli, percussos, quandiu herbam eam tenuerint, cruciatum non sentire, sed illa deposita statim dolere.* Ex his Hermolaus Barbarus, & Ruellius, primam sylvestrem cnicum Theophrasti, ac attractylidem eandem dixerunt esse plantam, quod etiam ex Galeno probatur, libr. 6. simpl. Ἀτρακτυλὶς ἢ κνῆκος ἄγριος ἐκ τῶν ἀκανθῶν ἐστί. *Atractylis, sive cnicus ex genere carduorum est.* Idem hoc argumento probatur, quod quæ Theophrastus de cnico prima sylvestri scripsit, ea referat Dioscorides de atractylide, uti verba Dioscorides, quæ mox addam, docebunt. Immo, in vulgari atractylide omnes notæ reperiuntur, quæ Dioscorides & Theophrastus de priori cneco & atractylide tradunt. Contra, alii diversas plantas esse contendunt, qui nec suis destituuntur rationibus; quod de utraque uno, eodemque capite, tanquam diversa egerit planta Theophrastus. Respondeo, Theophrastum de utraque quidem agere, sed non tanquam de diversa, sed eadem planta, Ideo enim inquit, ἀτρακτυλὶς δέ τις καλεῖται καὶ λευκοτέρα ταύτης (nempe ἀκάρνης) non τούτων, ut vulgo legitur. Plinus, *Idem atractylis* (nempe quod acorna, quas ambas Theophrastus cnico similes dixit) *nisi candidior esset.* In Theophrasti de atractylide verbis, illud notandum, quod ait, ἔχει δὲ τὴν ὀσμὴν δεινὴν καὶ φονώδη. Hæc alii aliique aliter vertunt interpretes. Gaza? *Gravis etiam odore, cruoremque repræsentans.* Malunt alii, *odore gravis, & pestem denuncians.* Hi mentem auctoris non perceperunt. Nam cum quotannis repullulascens odorem suum vibret, oportet pestilentem quoque luem quotannis hanc minari. Sed hoc γελαστικόν. Alii exponunt, *olere cadaveris trucidati, & in tabum jam marcentis fœtidum virus*; idque ad imitationem Lucani, qui libr. 7. circa finem canit,

Tu cui dant pœnas in humato funere gentes
Quid fugis hanc cladem? quid olentes deseris agros?
Funesta ad pabula belli
Bistonii venere lupi, tabemque cruentæ
Cædis adorati, & quicquid nare sagaci
Aëra non sanum motumque cadavera sensit.

Quibus *agros olentes cædem*, τοῦ φόνου ὄζοντας dixit: & in reliquis φονώδη ὀσμὴν velut naribus admovit. vide cap. ult. lib. 3. Φόνον hic cum dicunt, vel *cædem*, intelligunt de cruore, ut ponitur apud Virgilium, — *tepidaque recentem cæde locum*, &c. Interpretatio hæc ad auctoris sensum aptior quidem est, non tamen vera. Attractylis enim, odorem quidem habet gravem, sed non ingratum: thus quodammodo incitatur. Corruptus est codex, scribe, ἔχει δὲ ὀδμὴν δεινὴν, καὶ χυλὸν φονώδη. *gravi est odore, & succum ostendens cruentum.* Theophrastus libr. 9. cap. 1. τοῖς δὲ αἱματώδεις οἷον τῷ κενταυρίῳ, καὶ τῇ ἀτρακτυλίδι καλουμένῃ ἀκάνθῃ, *aliis succus sanguineus, ut centaurio* (majori) *& atractylidi spinæ.* Plinius, qua solet fide, hæc vertit libr. 21. cap. 16. *Idem erat atractylis quoque, nisi candidior esset, & nisi sanguineum funderet succum* (addit Theophrastus, *admota carni*) *qua de causa phonos vocatur à quibusdam, odore etiam gravis,* (χυλὸν φονώδη neglexit) *sero maturescente semine, nec ante autumnum; quanquam id de omnibus spinosis dici possit.* Propter succum sanguineum à veteribus ἀνδρόσαιμον nomen accepit. Ætius lib. 1. Ἀτρακτυλὶς, ἢ κνῖκος ἄγριος, οἱ δὲ ἀνδρόσαιμον καλοῦσι. *Atractylis sive cnicus sylvestris, nonnulli androsæmum vocant.* Eadem de causa à Prophetis ἄφεδρος dicta. Auctuarii auctor, Οἱ δὲ ἄμυρον, οἱ δὲ κνῖκον ἀγρίαν, οἱ δὲ ἀσπίδιον, Προφῆται ἄφεδρος. *Sunt qui amyron, qui cnicum sylvestrem, qui aspidium vocent. Magi aphedron, id est, menstruam purgationem, à sanguineo succo quem folia confricata reddunt.* Cur ἄμυρον? an ἄσκυρον legendum. Certè cum eo nullam habet similitudinem, nisi quod sit planta. An ἄμυρον ab humoris copia? Hesychius, ἄμυροι, τόποι οἱ κάθυγροι καὶ ἄγαν ῥέοντες, ἀπὸ τοῦ μυρεῖν, *loci humidi & valde fluentes, à fluendo.* An legendum ἔναιμον, à succo sanguineo? A Plinio ad Dioscoridem veniamus. Hic atractylidem libr. 3. cap. 107. describit. Ἀτρακτυλὶς (addit Oribas. & Galenus, κνῆκον ἄγριον) ἄκανθά ἐστιν ἐοικυῖα κνήκῳ, μακρότερα (margo μικρότερα, quomodo legit Oribas.) δὲ πολλῷ φύλλα ἔχουσα ἐπ' ἄκρου τῶν ῥάβδων. τὸ δὲ πλεῖον γυμνὸν, τραχὺ ᾧ αἱ γυναῖκες χρῶνται ἀντὶ ἀτράκτου, ἔχει δὲ καὶ κεφάλια (Goupylus in utroque exemplari legit κόμην) ἐπ' ἄκρου ἀκανθώδη. ἄνθος ὠχρόν (Aldinus in nothis, ἐν ἐνίοις δὲ τόποις πορφυροῦν. quæ verba quidam interpretes vertunt) ῥίζα δὲ λεπτὴ, ἄχρηστος. *Atractylis spina est similis cnico, sed quæ in summis virgultis folia multo longiora* (*minora*) *profert: major autem pars nuda est & aspera, qua etiam fœminæ pro fuso utuntur. capitula* (*comam*) *etiam gerit in cacumine aculeata, floremque pallidum:* (*quibusdam vero locis purpureum*) *radix tenuis atque supervacua.* Quidam Botanici aliam Theophrastum, aliam Dioscoridem existimant descripsisse atractylidem; quod succi cruenti, sanguineique mentionem non fecerit Dioscorides. Respondendum, vel hoc non observasse, vel neglexisse Dioscoridem, idque quod existmarit, non multum utilitatis ex eo accedere medico. Non solet Dioscorides omnes plantarum notas describere: præcipuas non raro omittit; quòd & iis probè constat, qui contrariam defendunt sententiam. Qui negant atractylidem, cujus imaginem damus, minus recticaulem, quam cnicũ, errant, & vel eam non viderunt, vel reprehensionis causa id faciunt. Contrarium testantur Dodonæus, Clusius, Bauhinus, qui reprehendit illos qui reflexis caulibus pingunt atractylidẽ. Luculenter à Nobiliss. Fabio Calumna atractylis describitur libr. 1. de stirpibus minus cognitis cap. 2. his verbis, *Quem succum sanguineum recentiores cum non invenissent in planta ab illis proposita, regionis varietati atque tempori experimenti causam tribuerunt. Non enim quovis anni tempore, & quovis*

Atractylis Fabii Columnæ.



tis modo, avulso folio cruentum posse fundere succum putarunt, sed vel affrictum, maceratum, vel aliis modis. Quod fortè non dixissent, si ita avidè hanc plantam quæsissent ac observassent, ut nos fecimus, has dirimere volentes controversias, atque veritatem inquirentes. Hujus plantæ radix, folia, atque capitula virentia avulsa quovis anni tempore, ab exortus initio & germinatione ad florum usq; productionem, (postea quidem areficit) sanguineum succum semper emittunt, in venulis servatum. Nam in carne aqueum, vel viventem habet, ut infra in Aloë dicemus, atque hoc Cirinolæ, Apuliæ oppido, præteritis annis observavimus, in tenella etiam planta, Februario mense, ex autumnali semine deciduo forsan orta; cujus radix tenuis atque parva erat, duro cortice, foris pullo, dulci sapore. gravi odore, atque disrupta etiam circa corticem venulas, sive fibrillas, cruenta stilla emicante ostendebat sed ad luteum inclinante; nondum enim in ruborem concocto colore. Folia prima carnosa humi hærentia expansa in orbem, lata, oblonga, triuncialia, vel longiora, per ambitum aculeata, quæ postea laciniis paulatim dissecantur, calcitrapæ vulgaris & aliorum carduorum modo, virentia; sed alba hirsutie obsita, magisque infernè hirsuta, aspera, sed non pungentia dum in terra jacent. atque disrupta, & ab radice avulsa sanguineum succum fundunt, atque pluvia marcescunt antequam caulis erumpat. In vetustiore vero planta lignosa est radix, atq; folia dodrantem longa & majora; cum caulis erumpit Aprili mense lævia, profundè laciniosa, in lobos divisa, aculeata magis, duriora atque pungentia, bipedalem caulem alternatim ambientia; qui solidus, rotundus, hirsutus, crassus, atque in summo, alis divisus paucis; in quibus minora habentur folia Cneci forma, & modo hærentia; inter quæ lanosior, araneosa veluti ac longa lanugine dependente obsitus est, (sicuti & aliæ) tactu gummosus, odoratus, gravi aromatico odore; atque recisus rubentem sanguinis modo succum fundit, ex fibris, sive venulis circum corticem, sicut etiã capitula ex summis virgis excisa Iunio mense, antequam florem explicent, ac etiam explicatis recenter floribus; in quorum etiam ima parte, ut in summis virgis, oblonga dependet lanugo, ut ex colu solet, ad nendum aptata. Ob cujus similitudinem Atractylis hæc dicta fuit. Hujus odor quodammodo thurem imitatur, sed gravior, non tamen ingratus. Capitula tria, aut quatuor sylvestris planta profert Iulio mense, flores luteos obsoletos, minutis foliolis, ut Cneci, & Chalmæleonis à nobis depicti, constructos, paucos & in concinnos edentia: foliaque tunc magis rigent, atque pungunt, & etiam capitula, nec succum amplius fundunt affrictis venulis, quamquam in illis sanguineus color cernatur, ob humoris diminutionem, atque siccitatem, atque tunc circa corticem capitulis recisis veluti puncta rubentia circumscripta venulæ illæ conspiciuntur. Singulis floribus, Cneci modo & Acanaceorum, singula semina subsunt, minuta vero, nec pappum hirsutum & plumosum, ut in aliis, sed radiatum, velut stellæ radios latos in acutum desinentes, fulvescentes, splendidos, inæquales. Semen vero quadratum rhomboides, Cneci æmulum, ex albo purpurascens primum. (Quare non mirum si à Plinio candidum describatur ibi, Semen candidum, Grande, Amarum.) *deinde flavescens, atque perfectum nigrum, splendidum, punctis veluti descriptum. In capitulis vermiculi gignuntur, ut etiam; præter dipsacum, in multis acanaceis observavimus. Caulis cum florere incipit, jam denudatus ab imo incipiens, pauca tandem circa capitula folia relinquit, eaque maxime pungentia; reliquus vero nudus, durus, atque cacumine hirsutus; ut colus vicem de se præbeat atque æmuletur, dependente, veluti stamina, candicante illa oblonga lanugine. Septembri mense finitur. In agris incultis cirinolæ frequentissima, atque etiam Campoclarensium collibus, aliisque locis montanis.* Hactenus Fabius Columna; qui satis diligenter plantã delineavit; nullũ, meo judicio, relinquens dubium, quin veterum sit atractylis. Quæ de succo sanguineo scribit, ea vera esse observavimus, in planta nobis ex Italico semine nata.

Ἀκανθικὴ, &c.] Scribe, ἀκανικὴ φύσις. Hac voce supra libr. 4. cap. 7. usus est, ὅμοια τρόπον τινὰ ἡ φύσις, τοῖς τῶν ἀκάνθων φύλλοις ἀκανικῶν. οἷον σόγχοις, &c. *Similis natura quodammodo est, foliis spinarum acanicarum, ut soncis.* Plinius loco citato, *Quanquam id* (quod semen ante autumnum maturam non reddat atractylis) *de omnibus spinosis dici potest. verum omnia hæc è semine & radice nasci possunt.* De acanaceis non spinosis agit Theophrastus.

Τοῦ σκολύμου, &c.] Σκόλυμος διὰ τὸ σκολύπτειν, τουτέστι κωλύειν, ἐκτίλλειν λιμὸν, *quod famem arceat, cohibeat, extinguat,* dicitur. Eadẽ de causa *limonium* vocari, supra notavimus. Σκόλυμον interpretes vertunt *carduum*. Scribunt alii τὸν σκόλυμον vocem esse Græcam, quæ in Latio nomen non habet. Quod tamen falsum; nam quæ de cinara, quæ scolymos est Theophrasti, eadem de carduo Palladius. Sed de hac quæstione infra. In Theophrasti verbis animadvertendum, quod ait, ὅτι τὴν ῥίζαν ἐδώδιμον ἔχει, καὶ ἑφθὴν, καὶ ὠμὴν, ἀλλὰ καὶ ὅτι τὴν ἀρίστην ἔχει, ἢ ὅτι σκληρογονοῦμεν. Hæc corrupta nemo inficias ibit. In Aldino & Basiliens. legitur, ἀλλὰ καὶ ὅτι τὰς * ἀρίστην ὅτι ἀνθεῖ· καὶ ὅτι σκληρυνομένη. Scribunt alii, ὅτι τὴν ῥίζαν ἐδώδιμον ἔχει, καὶ ἑφθὴν καὶ ὠμὴν, ἀλλὰ καὶ ὅτι ταύτην ἀρίστην ἔχει, ὅταν ἀνθεῖ. Ita legit Doctiss. Gaza. Vertit enim, *cardui non solum peculiare illud notatur, quod radicem, tum decoctam, tum crudam obtinuit, sed etiam quod eandem optimam habet cum florescit, quodque radix durescens lacteum emittat succum.* Sed hoc planè contra omnium radicum naturam est. Puto Philosophum nostrum scripsisse, ἀλλὰ καὶ ὅτι ταύτην ἀρίστην ἔχει ὅταν ἀπανθῇ, καὶ ὅτι σκληρυνομένη ἀφίησιν ὀπόν. *Sed etiam quod eandem optimam habet postquam defloruit, quodque radix siccescens lacteum emittat succum.* Hoc in scolymi radice verum comperi. Vide quæ infra, ubi describitur, dicuntur. Quando floret plantæ, radices lignosæ sunt, esuique ineptæ. Cæterum antiqua radix cibo non est idonea, sed recenter ad natæ carnosæ sunt, & sapore non ingrato. Plinius lib. 21. c. 16. hæc satis negligenter reddidit. *Scolymus carduorum generis, ab iis distat, quod radix ejus vescendo est decocta.* Grecus auctor peculiare scolymo tradit, non tantum quod radicem ferat cibo crudam, coctamq; idoneam, sed quod eadem esui sit accommodata cum floret; quod contra reliquarum radicum naturam est. Sequitur apud Theophrastum; Ἴδιον δὲ περὶ ἀνθήσεως ἐπεὶ περὶ τρόπους. Deest, vel subintelligitur ἀνθεῖ. Σαρκώδης δὲ καὶ ἐδώδιμος ἡ τοῦ ὄγκου. ἡ δὲ κύησις οὐκ ἀκανθώδης. Scribe, σαρκώδης δὲ καὶ ἐδώδιμος ἡ τοῦ ὄγκου κύησις οὐκ ἀκανώδης, *carnosa & in cibo grata tumescentis capitis moles* (sive partis crassioris conceptus) *minime acanacea, sed oblonga.* Ἴδιον μόνον ἔχει τῶν φυλλακάνθων ἀντιστραμμένως, ἢ ὁ χαμαιλέων, ὁ μὲν γὰρ φυλλάκανθος ὢν, ἀκανίζει. Aldinus & Basileensis κανονίζει. Corrigunt summi Botanici, ὁ μὲν γὰρ φυλλάκανθος ὢν οὐκ ἀκανίζει. Hæc planè contra mentem & sententiam philosophi nostri. Superiore enim capite, satis disertè dixit, chamæleontis folia non esse spinosa, ἰξίνη, χαμαιλέων, πλὴν οὗτος οὐ φυλλάκανθος. Præterea vox, ἀντεστραμμένως, vulgatam probat lectionem. Nam, si summi viri correctionem sequamur, inter chamæleontẽ & scolymon diversitas erit nulla; uterque enim folio spinoso, caput ambo ferunt acanis carens. Vulgatam si retineamus, differentia summa. Chamæleon quippe folio non spinoso, capite acanaceo: contra scolymus folio spinoso, capite minimè acanaceo. De chamæleonte vide cap. 13. libr. 9. Γηράσκων δὲ τὸ ἄνθος. Hæc de scolymo, non chamæleonte intelligi debent, καθάπερ τὸ τῆς δάφνης, καὶ τὸ τῆς μυῤῥίνης. Nec lauri, nec myrti flos in pappos resolvitur; sed acornæ & ixines, vel, ut Plinius vertit, helxines. Scribo ergo, γηράσκων δὲ τὸ ἄνθος (τοῦ σκολύμου) ἐκπαππποῦται, καθάπερ τὸ τῆς ἀκόρνης, καὶ τὸ τῆς ἰξίνης. *Scolymi flos senescens in pappos abit, quemadmodum acornæ, & ixines,* & aliarum quarundam. Scriptum fuit vitiosè, ἀκάρνης. Notavit quis ad oram, ἄκαρνα δάφνη; alter pro ἄκαρνα, quod idem cum δάφνη, δάφνης in textum recepit; tertius verò cum videret diversum, & ineptam comparationem lauri & helxines, ἰξίνης mutavit in μυῤῥίνης, quod vicinæ plantæ, & congeneres laurus myrtusque. Utraque frutex, facile arboris naturam assumens, ambæ bacciferæ, neutra spinosa; tam myrtus, quam laurus suaveolens. Παρακολουθεῖν μέχρι τοῦ θέρους. τὸ μὲν κυοῦν, τὸ δὲ ἀνθοῦν, τὸ δὲ σπέρματος μὲν μικρὰν ἰκμάδα καὶ μήτραν ἔχον. Aldinus & Basileensis μέτρον. Scribe; παρακολουθεῖ μέχρι τοῦ θέρους· τὸ μὲν κυοῦν, τὸ δὲ ἀνθοῦν, τὸ δὲ σπερματοῦν μὲν μικρὰν ἰκμάδα καὶ κέντρον ἔχον. Consequuntur inter se hæc ad æstatem usque, primum concipit, deinde floret, tum semen instituit, idque non sine aliquantulo humore per initia: mox etiam aculeum addit. Folium cum arescit, deponit rigorem, nec quicquam amplius pungit. Plinius loco citato; *Miru*m *quod sine intervallo tota æstate aliud floret in eo genere, aliud concipit, aliud parturit; aculei arescente folio desinunt pungere.* Describit & Dioscorides scolymum; sed an idem à Theophrasto descriptum, non satis convenit. Dioscorides lib. 3. cap. 16. Σκόλυμος φύλλα ἔχει χαμαιλέοντος (Lacuna ex veteri codice, φύλλα ἔχει μεταξὺ χαμαιλέοντος καὶ τῆς λευκῆς ἀκάνθης. Sic etiam legit Oribasius) καὶ τῆς λευκῆς ἀκάνθης λεγομένης (vet. addit ἐμφερῆ) μελάντερα δὲ καὶ παχύτερα· καυλὸν ἀνίησι μακρὸν, περίπλεων φύλλων, ἐφ' οὗ κεφαλὴ ἀκανθώδης· ῥίζα δὲ ὕπεστι μέλαινα, παχεῖα, &c. ἡ δὲ πόα ἀρτιφυὴς οὖσα λαχανεύεται ἑφθὴ ὥσπερ ἀσπάραγος. *Scolymus folia habet chamæleonis* (media inter chamæleonem & spinam albam) *& spinæ, quæ alba dicitur, caulem edit longum, foliis obsitum, in quo capitulum est spinosum: radix subjacet nigra, crassa, &c. Herba vero recens nata, si asparagi modo elixetur, oleris vicẽ subit.* Dioscorides capitulum spinosum ait,

ait, negat Theophrastus. Dioscorides herbam recens natam oleris vicem præstare scribit. Theophrastus radicem cibis idoneam tradit. Plinius scolymi plura genera esse tradit, libr. 20. cap. penultimo. *Et de carduorum satu, inter hortensia diximus: quapropter & medicinam ex iis non differamus. Sylvestrium genera sunt duo: unum fruticosius à terra statim, &c.* Scolymus videtur Theophrasti quē infra lib. & cap. 22. describit; *Scolymon quoque in cibis recipit Oriens, & alio nomine limonion appellat, Frutex est, nunquam cubitali altior, cristisque foliorum, ac radice nigra,* (hoc nusquam Theophrastus: nigram crassamque Dioscorides dixit, sed limonium vocari, Theophrastus refert confundit ergo duo scolymi genera) *sed dulci. Erasthosteni quoque laudata in pauperum cœna. Vrinam ciere præcipuè traditur, sanare lichenas, & lepras ex aceto, venerem stimulare in vino, Hesiodo & Alceo testibus; qui florente ea cicadas acerrimi cantus esse, & mulieres libidinis avidissimas, virosque in coitu pigerrimos scripsere, velut providentia naturæ hoc adjumento tunc validissimo. Item graveolentiam aliarum emendat radicis emedullatæ uncia, in vini falerni heminis tribus decocta ad tertias, & à balneo jejuno: itemque post cibum cyathis singulis pota. Mirū est quod Xenocrates promittit experimento, vitium id ex alis per urinas effluere.* Postrema hæc de scolymo Dioscoridis intelligi debent. Hesiodi versus adscribam ex Ἐργ. β.

> Ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ καὶ ἠχέτα τέττιξ,
> Δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν
> Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ,
> Τῆμος πιόταταί τ' αἶγες καὶ οἶνος ἄριστος.
> Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες
> Εἰσὶν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει,
> Αὐαλέος δέ τε χρὼς ὑπὸ καύματος.

> *Quum vero carduus floret, & canora cicada*
> *Arbori insidens stridulum effundit cantum*
> *Frequenter sub alis, æstatis laborioso tempore,*
> *Tunc pinguesque capræ, & vinum optimum,*
> *Salacissimæ vero mulieres, & viri imbecillimi*
> *Sunt, quoniam caput & genua Sirius exiccat,*
> *Siccum vero corpus ob æstum.*

Non tradit Hesiodus, ut vult Plinius, cicadas acerrimi esse cantus cum floret scolymus, sed quando floridus est scolymus, cicadaque gratum acatumque emittit sonum, capras esse pingues, optimum vinum, in Venerem maximè pronas fœminas, tardissimos viros. Aristoteles sect. 4. problem. 26. Διὰ τί ἐν τῷ θέρει οἱ μὲν ἄνδρες ἧττον δύνανται ἀφροδισιάζειν, αἱ δὲ γυναῖκες μᾶλλον, καθάπερ καὶ ὁ Ποιητὴς λέγει ἐπὶ τῷ σκολύμῳ.

> Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες.

Vertunt, *Cur per æstatem viri minus, mulieres magis concumbere valeant? quod Hesyodus quoque Poëta inquit:*

> *Fœmineo Venus est usu magis effera sexu:*
> *Mitior illa viris, & sæpe accita relanguet.*

Neglexit interpres ἐπὶ τῷ σκολύμῳ. Viri maximi locum hunc corruptum existimant. Scribunt alii κολύμῳ, nonnulli κολύβῳ: Κόλυβος enim inquiunt ἴπνυλις exponitur ab Hesychio. Miror doctissimos viros, quibus summi Philosophi breviloquentia, & sermonis compendiū cognitum perspectumque, non animadvertisse codicē minimè corruptum, sed sanum esse & integrum. Hesiodum si adjissent, facile mendi suspicionem deposuissent. Æstatem Poëta constituit ἐπὶ σκολύμου καὶ τέττιγος, quando cicada canit, & scolymus floret. Hac ratione eleganter Aristoteles scripsit, Hesiodum salacitatem mulierum, virorum vero imbecillitatem constituere ἐπὶ σκολύμου, *quando floret scolymus*. Non placuit Philosopho, aliis in rebus occupato, citare versus illos, ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, & quæ sequuntur, Μαχλόταται δὲ γυναῖκες. Eleganti ergo ratione scripsit, καθάπερ καὶ ὁ Ποιητὴς λέγει, ἐπὶ σκολύμου, *sicut Poëta*, Hesiodus, *dicit de tempore quo floret carduus*. Et hæc quasi per parenthesin. Sequitur apud Plinium dicto lib. 20. cap. primo; *Alterum unicaule crassius:* (scolymus Dioscoridis) *Vtrique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus. Sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos celeriter canescentem* (marcore candicantem, ob id γῆρας, γηράμενος, γηρήματα Græci, ut pappos Latini vocant) *& abeuntem cum aura; scolymon Græci vocant.* Theophrastus florem senescentem scolymi, in lanuginē, pappum vocatam, controverti auctor est. Dodonæus scolymum sylvestrem Plinii, qui florem fert purpureum, carduum sylvestrem, pratensem vulgatissimum existimat. Cardui hujus genera sunt tria. Primum supra cubitalem aut bipedalem altitudinem raro assurgit: caules promit complures, rotundos, alis multis ramosos: folia acanthii æmula, sed minora, nigrioraque, & non lanuginosa: in fastigio cauliculorum spinosa, echini instar, capitula prodeunt; è quibus flores eleganter purpurei exeunt, qui in papposam lanuginem tandem commutati, semina aliorum similia relinquunt. Radix ex multis fibris commissa est. Alterum genus caule assurgit altiore, subinde bicubitali, rotundo, minus ramoso, paucioribus foliis convestito, quæ sicuti prioris, spinosa ac mordacia sunt, sed minora & angustiora: capitula quoque minora, oblongiora, non usque adeò spinosa: flosculi purpurei, in pappos abeuntes: radix nigra, ac pedem longa. Tertium genus altitudine, aliarum paucitate, nec non & foliis, item & floribus secundum refert, sed caules ei multo spinosiores, & radices magis fibrosæ. Passim circa vias & semitas exeunt, præsertim primum: reliqua duo non rarò in pratis reperiuntur. florent mensibus Iulio & Augusto, Septembri papposa lanugo vento abripitur. Nemini hæc genera incognita. Qui cinaram, vulgò articocam dictam, Scolymum Dioscoridis esse scribunt, falluntur. Caulem edit uno, alteroq; folio præditum, interdum foliis viduum: nec nigriora huic, quam hameleonti sunt folia, sed candidiora, nec recens nata asparagi modo oleris vicem præstat. Theophrasti scolymon asserunt carduum chrysanthemum. Huic caules à radice subinde complures efferuntur rotundi ac ramosi, cubitales, spinis horrentes, folia autem hos convestiunt oblonga, pulchrè virentia, utroque latere profundius incisa, ac spinis albis per angulos horrentia: Flores à foliorum alis è parvo acanaceo capitulo foliosi prodeunt, cnici floribus persimiles, sed auri colore lutei, latum, planum, palaceumque semen, non magnum, nulla lanugine implicitum succedit, sed squamatim cohærens: Radix longa, digitalis crassitudinis, carnosa, dulcis, ac mollis, esuique idonea, qua & sues delectantur. Effluit autem ex hoc carduo, quacunque parte vulnerata, albidus & lacteus succus. Variat carduus hic ratione loci. Quippe qui circa Monspelium provenit magis luxuriat ramis latius sparsis, longioribus: cujus folia lacteis maculis notata sunt: floribus est paucioribus, quam in ea planta quam Hispania profert. Diutinè & serò in Belgii hortis floruit; à mense videlicet Iunio ad Autumnum usque. Apud Batavos è semine nascitur. Frequens est in Creta insula; nascitur & plerisque Italiæ locis. Clusius in Hispaniæ, & præsertim regni Castellæ agris à se repertum testatur. Invenitur & in Monspeliensi agro, sed ea, qua dixi, diversitate. Hunc esse scolymum multa sunt quæ suadent; ac inter cætera, quod Petrus Bellonius libr. 1. observat. cap. 18. tradat, antiquum in Creta obtinere nomen. *Spinæ*, inquit, *genus est in Creta, quam omnes vulgari Græco idiomate ascolimbros appellare norunt. Veteres Latini etiam nomine Græco glycyrrhizon vocant, à glycyrrhiza tamen diversum. Sponte passim nascitur, flavo flore, lacteo succo abundans. Radix & folia edi solent, antequam in caulem abeat. Ravennæ cum aliis herbis in foro venalem conspeximus, & Anconæ; ubi mulierculæ eam eruentes riuci nominabant. Sed & agro Romano colligi observavimus, & ab incolis spina borda nuncupari. Ea est quæ recentioribus Græcis ascolimbrous dicitur. Plinius variis locis & lib. 21. cap. 16. de spinis agens, ubi carduum à scolymo distinguit, per carduum articocam intelligere videtur, dum ait*; Scolymus quoque floret serò & diu. *Postea subjicit*, scolymus carduorum generis ab iis distat, quod radix ejus vescendo est decocta. *Sed Galenus ipse, nonne de scolymo & cinara eodem capite meminit? Itaque assentiri possumus iis, qui artichocam sylvestrem nominari debere carduum contendunt, & hortensem cultumque scolymum, quoniam sylvestris semper spinis horridus est.* Idem Bellonius eodem lib. cap. 25. ubi de Lemno insula agit. *Quæ in Creta ascolymbros dicitur, istic scombrovolo vocatur, hoc est, scombri carduus: Est autem lacteo succo prægnans ille carduus, cichorei modo, flavo flore, esui admodum aptus, adeò ut nullam radicem in hortis cultam noverimus, quæ cum ascolymbro, sapore conferri queat, etiamsi in earum numero siser & pastinacam comprehendas.* Hactenus Bellonius, Carduum hunc ascolymbron vocari tradit. Certè hoc eorum valdè firmat opinionem, qui scolymum carduum chrysanthemū contendunt. A Lemni incolis *scombrovolo* vocari tradit. Iudicium variare pro regionum diversitate nomen. Alii enim Græci σκόλυμβρον vocant. Glossæ Iatricæ, Σκόλυμος ὁ σκόλυμβρος. ἀπὸ τοῦ σκολύμβρου natum ἀσκόλιμβρον. Atque hæc sunt argumenta, quibus viri magni, Botanici summi, probant carduum

duum chrysanthemum esse Scolymum Theophrasti; Magni quidem ponderis, sed tamē ex iis nihil probari potest, quam scolymi genus esse. Graves tamen sunt causæ, cur credam, carduum, de quo sermo, non esse scolymū Theophrasti. Prima est, quod capitulo constet acanacea esui inepto, minimeque carnoso. cum Theophrastus hujus ὄγκου κύησιν ἀκανώδη καὶ ἐδώδιμον τὸν ἄκανθον scribat, & id quidem peculiare huic dicat cum cæteris, quibus folium spinosum, capitulum sit acanaceum. Per ὄγκου κύησιν intelligit cor, medullam in capite cinari, quo vescimur. Doctissimus Gaza ortum interpretatus est. si ortus nomine intelligit asparagum, vel primum germen, nihil peculiare tradit Theophrastus. Omnia φυλλακανθῶν prima germina, spinis carent. nullum cardui, nullum spinæ genus asparagum producit spinosum. Scribit præterea Bellonius, radicem & folia edi antequam in caulem abeant, quod & Clarissimus testatur Clusius libr. Var. Plant. hist. 5. cap. 43. *Salmanticenses, tenellam adhuc plantam, & primum germinantem, cum ipsa radice elotam, crudam, aut carnibus coctam edunt, ipsius lacteo, succo omne lactis genus coagulant: etiam ejus flore crocum adulterant (tametsi vicinis locis laudatum crocum abunde nascatur,) ut quædam aliæ nationes cnici flore.* Contra Theophrastus, tum optimam inquit radicem, *quando floret*, vel, ut legendum puto, *quando defloruit*. nec dum recens est, succum emittere lacteum tradit, sed quando durescit. Contra scolymus jam memoratus, quando floret ac defloruit, lignosam acquirit radicem, succo omni carentem, uti reliqua carduorum genera, quæ statim à flore fructuque maturo pereunt. Insuper folium cardui Chrysanthemi, quando perit, pungentem vim non amittit, rigoremque deponit, sed majorem acquirit, quod spinæ sint duriores. Propius profecto ad scolymum Dioscoridis accedit. Dioscoridis enim folia inquit habere media inter chamæleontem & spinam albam, sed nigriora & crassiora. qualia carduo chrysanthemo folia. Vide utriusque iconem. Vide descriptionem & fer sententiam: nota, quod quibusdam in locis maculis candicantibus aspera sint. Caulem scolymus habet longum, foliis obsitum, cubitales emittit caules & longiores, multisque ornatos foliis, ut vult Dioscorides ascolimbros Cretensibus dictus. Nihil impedit, carduum chrysantheum esse scolymum, quod Dioscorides ait καυλὸν ἀνίησι μακρόν, Caulem emittit longum, non dicam in Cantacur. & veteri codice scriptum esse μικρόν. Vulgatum defendit Oribasius, cæterique codices, & cubitales quidem longitudinis dici meretur caulis. Sed inquiet quis, plures habet caules carduus jam memoratus; Dioscorides καυλὸν, id est, unum caulem scolymum ferre ait. Facilis responsio: Dioscorides præcipuum describit caulem, ipsique familiare est καυλὸν præcipuum pro reliquis describere, vocemque καυλὸν in singulari numero pro pluribus ponere. Sic lib. 3. cap. 8. de centaureo majore καυλὸν δ' ἴσχει ὡς λαπάθου. Quis vero est qui non novit, plures quam unum proferre. Idem de spina alba, de acantha, aliisque plurimis dicam. Capitulum carduo jam memorato spinosum esse, qui viderit plantam, vel qui Botanicorū scriptis fidat, non negabit, nec quisquam radicem longam carnosam hunc habere inficias ibit. Oleris vicem præstare docent Clusius, & Bellonius. Ergo cum scolymo Dioscoridis satis convenit. Theophrasti scolymon putamus plantam illam esse, quam vulgo cinaram, sive articocam vocant. Prima qua seritur æstate grandia & ampla profert folia, crassa, angulosa, oblonga, amara & canaliculata spina, utrimque in dodrantales, rugosis, & in cinericeo colore cavas partes, usque ad ipsam spinam secta: quæ & ipsæ suas peculiares divisuras habent, singulis aculeis armatas: Ea hyeme sub nive latent, sequenti vero æstate caulem producit sesquicubitalem, striatum & incurvum, in cujus cacumine magnum & globosum est caput, pini cono simile, ex multis videlicet compactum squamis, quæ fructu grandiore facto dissolvuntur, ac superius virent, interius vero & inferius carnosæ sunt & albidæ: pandente vero se & ipso cono, flos prodit stamineus, ex subcæruleo colore eleganter purpureus; semen oblongum, cnico simile, non adeo tamen angulosum, pauloque minus colore cæsum, & interdum maculis conspersum, mollibus ac lanosis pilis subest; qui infra fructum continentur. Radicem habet cubitalem aut pedalem, crassitudine sua manum implentem, foris nigram, intus candidam, carnosam, amariusculam. Cinara alia foliis est non aculeatis, alia spinosis. Utramque qui ejusdem generis dixerit, non errabit; Nam aculeata & spinosa non nisi degenerans cinara est, ex ejusdem siquidem stirpis semine utraque, tam spinosa quam non spinosa nascitur. spinosam descripsi, quod ea maximè cum delinea-

Scolymus Theophrasti non videtur.



tione Theophrasti conveniat. Non spinosa folia fert aculeata similia, nullis aut omnino paucis spinis obsita. Differunt nonnihil cinaræ capitis forma & magnitudine. Nonnunquam enim in gracilescentem metam erigitur: nonnunquam in compressiorem & rotundiorem globum exuberat, laminis interdum arctius compactis: Capitum squamæ nunc virides, nunc pallentes, nunc subrubentes in aculeum desinentes, nunc brevem, nunc robustum, nunc infirmum, eumque in aliis sursum erectum, in aliis deorsum inclinatum, nunc propè nullum. Est quędam capite maximo & pingitur sub cinara, maxima Anglicana; Datur & Boloniensis, semine è Polonia allato nata; foliis minus aculeatis, Alia Genuensium vocatur, squamis circa latera inæqualibus, & aculeo infirmo. Illud quoque peculiare, habent capita, quæ recisa succū fundunt paucum, fuscum. Hæc sola ex omnibus folio spinoso plantis (quod & observavit Theophrastus) capitulum habet umbilico carnoso, minimè spinoso, esuique admodum grato. quandoque etiam totum capitulum nullis est armatum spinis, quibus carebit, si cacumina seminū confracta terræ mandantur, hoc observavit Cassianus Bassus libr. 12. cap. 39. δίχα δὲ ἀκανθῶν ποιήσεις τὰς κινάρας (ita in MSS. legitur. ἐὰν τὰ ὀξέα τῶν σπερμάτων ἀμβλύνῃς τρίψει λίθου. *Sine spinis autem producentur, si cacumina seminum hebetaveris ad lapidem defricta.* Eadem de carduo Palladius, cujus verba à libro citantur. Nihil impedit, cinaram esse scolymum Theophrasti, quod Plinius tradit, *eam inter medios aculeos florem emittere.* Nec respondebo, utrumque scolymum confundere Plinium, sed singulas squamas quibus compingitur capitulum, in aculeum desinere, vel parte suprema spinosas esse, ideo etiam Theophrastus τὴν ὄγκου κύησιν τὸν ἀκανώδη dixit. Squamis his sese pandentibus flos sequitur, quæ undique spina cingitur, quæ in extremo cujusque est squamæ, Hanc ob causam Plinius inter medios aculeos florem ferre purpureū, id est, ex subcæruleo purpureum, dixit. Foliorum pediculi, terra obruti, candidi, à cure emundati, hyeme crudi cum sale & pipere in cibos veniunt: Radices quoque habet cibo idoneas, hyeme ineunte cultis mangonio candidas, teneras & amaritudine erutas reddunt, ut hybernis mensibus cibus gratius admittantur, & salis, & piperis polline secundis mensibus edimus, magno gulæ delectamento, nam sapore suo amariusculo, palatum & linguam vellicando, asperiusculum reddentes sitim inducunt, & post illorum esum sapida fit potio, quod notavit Columella.

Hispida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho
Potanti veniat.

Theophrastus

Theophrastus radices optimas, ciboque aptissimas dixit, ὅταν ἁπαλαὶ, quod verissimum est. Sed cave credas, antiquam ab eo intelligi radicem. Soboles intelligit radici veteri adnatas. Hæ singulis annis autumno à caudice auferendæ & avellendæ cum aliqua antiquæ radicis parte, optimas has esse docet Cassianus Bassus loco citato, ubi de plantatione cinaræ agit, τὰς κινάρας φυτεύομεν (vulgo φύτευε) Νοεμβρίῳ μηνί. τὰ γὰρ φυτευθέντα, τῷ ἔαρι τὸν καρπὸν δώσουσι. τὰ δὲ ἔαρι φυτευθέντα, μόλις οἴσουσι τὸν καρπὸν τῷ ἰόντι ἐνιαυτῷ· καὶ αὐτὰ μὲν ἔσονται ἰσχνὰ, ὁ δὲ καρπὸς βραχύς. λαμβάνειν δὲ τὰ φυτὰ τῶν κιναρῶν τὰ παραπεφυκότα τοῖς μείζοσι στελέχεσι, ὀξεῖ δρεπάνῳ ἀφαιρῶν ἀπὸ τῆς γῆς, ἀποσκάψας (vulgo σκάψας) πρότερον τὴν περικειμένην γῆν, καὶ συναφαιρῶν (vulgo male συναφέρει) μέρος τι τῆς ῥίζης. τὰ δὲ φυτὰ εἰς εἰργασμένην γῆν φύτευε, ἐπιχέων κόπρον παλαιάν, τῷ δὲ θέρει ἄρδευε αὐτὰς συνεχῶς. οὕτω γὰρ ἁπαλώτερον καὶ ἀδρότερον (M.S. & interpres ἁπαλὸν καὶ ἀδρὸν) τὸν καρπὸν ἕξεις. *Cinaras Novembri mense plantabis, tunc enim plantatæ vere fructum dabunt. Verum plantatæ in vere, vix sequenti anno fructum ferent, & ipsæ quidem graciles erunt, fructus autem brevis. cinararū plantæ accipiantur, quæ majoribus stirpibus adnatæ sunt, & acuta falce amputentur, effossa prius circumsita terra, ablata etiam simul aliqua radicis parte. plantentur autem in terram radice subactam, veteri stercore affuso. æstate rigabis ipsas, & quidem frequenter. Sic enim vernum & pleniorem fructum habebis.* Cinaræ radix, ut de scolymo notat Theophrastus, ubi defloruit ac durescit, scarificata ὀπὸν sive succum tenuiorem & quodammodo lacteum emittit. Ὀπὸς Græcis ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ succus lacteus, non tamen semper: non raro succum quemcunque non sponte manantem, ut lachryma, sed scarificatione, terebratione, vel alio quovis vulnere effluentem denotat. Panaci succus luteus, opopanax dictus, laseri, & papaveri albus. Cinaram dictam volunt à cinere quo stercorari amat. Columella lib. 11. cap. 3. *Cinaræ sobolem melius per autumni æquinoctium disponemus, semen commodius circa calendas Martii seremus: ejusque plantam circa calendas Novembris deprimemus, & multo cinere stercorabimus. id enim stercoris huic oleri videtur aptissimum.* Sed Græca vox est, non Latina. Pollux lib. 6. cap. 9. Θεσσαλικὴ, κινάρα. οὕτω γὰρ καὶ παρὰ Δωριεῦσι ποιηταῖς ἔνεστιν εὑρεῖν κυνοκινάραν τὴν ἄκανθαν. Galenus lib. 2. de aliment. facul. cap. 51. Καλοῦσι δ' αὐτὴν οἱ πάντες σφόνδυλον τὸ συνῆθες, οὐ διὰ τοῦ κ καὶ τοῦ ι τὴν πρώτην συλλαβὴν ὀνομάζοντες, ἀλλὰ διὰ τοῦ χ καὶ υ. *Omnes qui vulgarem consuetudinem fugitant plantam hanc κύναραν appellant, non per κ & ι, sed per χ & υ primam syllabam pronunciantes.* Græca ergo vox non Latina. Male etiam viri maximi à cane dictam volunt: quod Apollinem consulenti Locro redditum est oraculum, urbem ibi conderet, ubi lignea cane morderetur, tandem in crure cynara vulneratus, oppidum construxit. Athenæi locum ex quo hæc habent, libr. 3. cap. 18. examinavi. Quæ dixi non repetam, de cynasbato agere videtur, vel cinaram & cynosbatum confundit. Sed Antiqui Græci, ut notat Galenus, non κύναραν sed κίναραν vocarunt; Quomodo ergo ἀπὸ τοῦ κυνὸς nomen? Male ergo Athenæus, si non sit mendum librarii. Κινάρας ταύτας Σοφοκλῆς ἐν Κοχλίαις κύναραν καλεῖ. ἐν δὲ Φοίνικι. Κύναρος ἀκανθὰ πᾶν γύης πλήθει γύον. Id est. *Cinara. Hanc Sophocles in Cochleis Cynaram vocat, & in Phœnice, cynarus spina totum opplet jugerum.* Fallitur Athenæus, antiqui, ut dixi, Græci κίναραν vocarunt; & ex veteribus quidem est Sophocles. Nugantur, qui cinarā dictā volunt, à Puella ejusdem nominis in hanc conversa herbam. Cinyram Ovid. in myrrham mutatam lib. 10. Metamorph. fab. 10. canit. Vide caput de myrrha. κίναραν vocarunt Græci παρὰ τὸ κινεῖν ἀρὰν, quod imprudenter mota nocumentum spinis suis inferat. Vel ab Insula, cujus mentio fit apud Athenæum. Οἶδα δὲ καὶ Κίναραν καλουμένην νῆσον, ἧς μνημονεύει Σῆμος. *Ego quidem haud ignoro nominatam quoque Cinaram fuisse insulam quandā memoratam à Semo.* Insulæ hujus meminit Plinius lib. 4. cap. 12. Sed male apud eundem Cynara per υ legitur. Caput cinaræ spondylum vocari loco citato tradit Galenus. Τὰς οἷον κεφαλὰς αὐτῶν σφονδύλους ὀνομάζουσι. Sic vocarunt, quod pars qua vescimur, sit verticilli sive spondyli figura, quæ columnis ornamenti loco ponitur. Alexander Trallianus libr. 7. cap. 3. titulo curatio retentricis facultatis ex frigiditate infirma ἀρτυτικὴν vocavit. Καὶ ἀρτυτικὰ, καὶ καυλὸς ὁμοίως, καὶ ἡ γογγυλίς. *Nec non artytica caulis (vox hæc suspecta) & rapa similiter.* Ab hac fortassis voce articocæ nomen accepit. hujus pappas Nicandrum τὰ γήρεια vocasse tradit Scoliastes ad hunc versum.

> Σκίδναται ὡς γήρεια καταψυχθέντος ἀκάνθης,
>
> *Ut marcente leves pappi labuntur acantho.*

Γήρεια, λέγεται ἡ τῶν κινάρων ἐξάνθησις ἀκανθώδης οὖσα. Idem in Alexipharmacis,

> Οἷα δὲ δὴ γήρεια νέον πεδρυμμένα πάππου
>
> Ἠέρ' ἐπιπλάζοντα διασφαίρουσιν ἄελλαις.
>
> *Ac velut excussi volitant per inania pappi,*
>
> *Et vento diversi abount.*

Γήρεια, inquit, οὕτω φέρεται αὐτῶν ἡ γνώμη, ὡς ἀκάνθης ἄνθος. γήρεια δὲ τὰ ἄνθη τὰ λευκὰ καὶ πολιώδη, (ita scribe; vulgo sine sensu πολυειδῆ) Carduorum flos albus & incanus. Probabile, omnium carduorum pappos γήρεια vocatos fuisse, τῆς κινάρας mentio tantum fit apud Dioscoridem libr. 3. cap. 10. ubi de Chamæleonte agit albo. Καυλὸν δὲ οὐκ ἔχει, ἀλλ' ἀφίησιν ἐκ τοῦ μέσου ἄκανθαν ὅμοιον ἐχίνῳ θαλασσίῳ ἢ κινάρᾳ. Hunc locum sic vertit Plinius libr. 12. cap. 17. *Sed mastiche quoque gemina est, quoniam & in Asia, Græciaque reperitur, radice folia emittens, & carduo simile malum, seminis plenum, lachrymaque erumpit incisa parte summa, ut vix à vera mastiche discerni queat.* libr. 9. hunc Plinii locum examinabo. Τὴν κινάραν carduum vertit. Supra notavimus, τὸν σκόλυμον sic interpretari eundem; ergo scolymos Theophrasti & cinara una eademque planta. Eleganter cinaram delineavit in hortulo Columella.

> *Hispida ponatur cinara quæ* '' *dulcis Iaccho*
>
> *Potanti* † *veniat, nec Phœbo grata canenti:*
>
> *Hæc modo purpureo surgit glomerata corymbo,*
>
> ‡ *Myrtiolo modo crine viret,* '' *deflexaque collo*
>
> *Nunc adoperta manet, nunc pinea vertice pungit,*
>
> *Nunc similis calatho, spinisque minantibus horret,*
>
> *Pallida nonnunquam* † *tortos imitatur acanthos.*

'' *Quidam.* Hæc non dulcis Ioachum.
† veniet, non.
‡ luteolo.
'' devexaque.
† totos.

Elegans legitur epigramma γριφῶδες, εἰς κίναραν, quod heic apponam.

> Ἐγκέφαλον φορέω κεφαλῆς ἄτερ, εἰμὶ δὲ χλωρὴ
>
> Αὐχένος ἐκ δολιχοῦ γῆθεν ἀειρομένη.
>
> Σφαίρη δ' ὡς ὑπὲρ αὐλὸν ἐείδομαι. ἢ γὰρ μάπυσις
>
> Ἔνδον ἐμῶν λαγόνων, μήτηρ ἔχω πάτερα.

Ἐγκέφαλον vocat, quo vulgo vescimur. Dicit κεφαλῆς ἄτερ *sine capite*; cum κεφαλὴν in carduis vocet Dioscorides, quod in summo caule σφαιροειδὴς est. σφαίρην epigrammatis auctor vocat. malū cardui Plinius. Semen porro quod intus est, pater est matris. nam inde planta seritur & nascitur.

Ἡ ἰξίνη, &c.] Ἰξίνη dicitur, quod quibusdam in locis ἰξὸς, hoc est, viscum, ad ejus reperiatur radices, quo pro mastice utuntur mulieres. Τὴν ἰξίνην doctissimus Gaza nullo exemplo in *carduum pineam* transformavit. ἡ δὲ ἰξίνη, inquit Theophrastus οὐ φύεται πολλαχοῦ. Emendant, φύεται μὲν ὁμοίως πολλαχοῦ. Hanc excogitarunt emendationem, ut chameleonte Theophrasti & Dioscoridis album & ἰξίνην, eandem probarent plantam. Tradit enim Theophrastus, chamæleontem album ubique nasci. Vide lib. 9. cap. 13. Ἰξίνη tamen Theophrasti, & chamæleon planta diversa est, ut mox dicam. Vera & genuina lectio; ἡ δὲ ἰξίνη οὐ φύεται πανταχοῦ. Plinius libr. 21. cap. 16. *Helxine* (vide quæ capite præcedenti dixi) *rara visu est, neque in omnibus terris est, radice foliosa, ex qua veluti malum extuberat, contectum sua fronde, hujus vertex summus lachrymam continet, jucundi saporis acanthicen mastichen appellatam.* Legendum ergo, οὐ φύεται πανταχοῦ. Ex eodem quoq; Plinio probatur, Theophrastum scripsisse, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀκανθικὴ μαστίχη. Porro idem Plinius libr. 12. cap. 17. herbæ meminit in Asia Græciaque nascentis, quæ incisa masticen reddit; hæc vel ixine, vel similis omnino, sic ait. *Sed mastiche quoque gemina est: quoniam & in Asia, Græciaque reperitur herba, radice folia emittens, & carduum similem malo, seminis plenum lachrymaque erumpit incisa parte summa, vix ut dignosci possit à vera mastiche.* Herba hæc, cujus nomen reticet Plinius, ἰξίνη est Theophrasti, & chamæleon ἰξίας Dioscoridis. Disputant acriter viri magni, utrū ἰξίνη quam hoc describit capite Theophrastus, & chamæleon quem delineat lib. 9. cap. 13. sit una eademque, an vero diversa planta? Deinde an ἰξίνη Theophrasti & chamæleon ἰξίας Dioscoridis sit? Postremo, an ixine Theophrasti, & chamæleon ixias Dioscoridis, sit ixia cujus idem Dioscorides meminit lib. 6. in præfatione, an vero chameleontis nigri radix ixia? an ab utroque planta diversa? Ad primum dicendum: τὴν ἰξίνην & chamæleontem Theophrasti album plantas esse diversas, quod de utraque tanquam diversa Theophrastus agit. Chamæleon, ut docet noster Philosophus

Philosophus, ubique nascitur: contra ixine, haud multis locis provenit. Neutiquam, ut dixi, corruptus Theophrasti codex. Vulgatam lectionem defendit Plinius. Sed ponamus corruptam, legamus ut volunt, nondum tamen chamæleon albus & ἰξίνη eadem planta erit. Ἰξίνη lachrymam emittit, quod non facit chamæleon, ejus enim meminisset Theophrastus. Idem etiam ni diversæ forent plantæ, chamæleontem ixinem vocari tradidisset, maximè cum à quibusdam ἄκανον nuncupari referat. Venio ad alteram quæstionem. Ἡ ἰξίνη prima fronte à chamæleonte albo Dioscoridis diversa videtur planta, cum tamen eadẽ sit. Describitur à Dioscoride libr. 3. cap. 10. *Χαμαιλέων λευκὸς, ἰξίαν τοῦτον ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἔν τισι τόποις ἰξὸν εὑρίσκεσθαι πρὸς ταῖς ῥίζαις αὐτοῦ, ᾧ καὶ ἀντὶ μαστίχης χρῶνται αἱ γυναῖκες. ἔχει φύλλα ὅμοια σιλύβῳ ἢ σκολύμῳ· τραχύτερα δὲ καὶ ὀξύτερα καὶ ἰσχυρότερα τοῦ μέλανος· καυλὸν δὲ οὐκ ἔχει, ἀλλ' ἀφίησιν ἐκ τοῦ μέσου ἄκανθαν, ὁμοίαν ἐχίνῳ θαλασσίῳ ἢ κινάρᾳ. ἄνθη δὲ πορφυροειδῆ, ὥσπερ τρίχας ἐκπαππουμένας. καρπὸν δὲ κνίκῳ παραπλήσιον. ῥίζαν μὲν τοῖς εὐγείοις γεωλόφοις παχεῖαν· ἐν δὲ τοῖς ὀρεινοῖς ἰσχνοτέραν λευκὴν διὰ βάθους, ὑποαρωματίζουσαν, βαρύοσμον, γλυκεῖαν.* Chamæleontem album ideo ixiam vocarunt, *quod quibusdam in locis, viscum ad ipsius radices inveniatur, quo etiam pro mastiche utuntur mulieres. Folia habet silybo, aut carduo similia, sed chamæleonis nigri folia asperiora, acutiora atque validiora. Caulem non promit: verum ex medio spinam echino marino, aut cinaræ similem erigit: flores vero emittit purpurascentes, capillorum figura, qui in pappos evanescunt: semen cnici simile: radicem in lætis quidem collibus crassam, in montosis vero graciliorem, in profundo albam, aliquatenus aromaticam, odore gravi, dulcem.* Chamæleonem album, ἰξίαν vocari tradit, & rationem cur sic vocetur reddit. Plinius lib. 22. cap. 18. *Chamæleontem aliqui ixiam vocant. duo ejus genera. candidior asperiora folia habet: serpit in terra, echini in modo spinas erigens, radice dulci, odore gravissimo quibusdam in locis viscum gignit album, sub alis foliorum, maximè circa canis ortum quomodo thura nasci dicuntur, unde & ixia appellatur. hac ut mastiche utuntur mulieres. quare & chamæleon vocetur, varietas foliorum evenit. mutat enim cum terra colores, hic niger, illic viridis, alibi cynereus, alibi croceus, atque aliis coloribus.* Postremum de nigro chamæleonte Dioscorides. idem album tantum ἰξίαν vocari auctor est. Puto scripsisse Pliniũ, *chamæleontis duo genera. Candidior, quem ixiam vocant, asperiora folia habet, &c.* Ixian vocari tradit. Dubitavi aliquando, utrum apud Dioscoridem pro ἰξίαν; ἰξίνην reponi deberet, sed Plinius contrarium docet: Idem facit Hesychius. Ἰξίας πόα τις ἡ καὶ χαμαιλέων. Galenus in glossis, folia chamæleontis albi sic vocari auctor. Ἰξίων φύλλων (melior lectio ἰξίου φύλλου) τοῦ λευκοῦ χαμαιλέοντος. An ergo apud Theophrastum pro ἰξίνη ἰξίας reponendum? Nec illud videtur. Ex Plinio ἰξίνη scripsisse illum cognoscere licet, quanquam helxinen interpretatus sit. Nam videtur hunc in adversariis suis perperam ἑλξίνην pro ἰξίνη notasse, nimis properante calamo, aut oculo usus. Illud notandũ, quod ait, ἔν τισι τόποις, ἰξὸν εὑρίσκεσθαι. Theophrastus quoque ἐνιαχοῦ ἰξίνην nasci tradit. Disertè quoque Plinius quibusdam in locis viscum gigni asserit. Quorundam Doctissimorum virorum sententia est, ἰξίνην vocari spinam eam, quæ viscum illũ producit; at ubi eum non profert, non esse ἰξίνην, nec ἰξίαν est, ideo a chamæleonte separari, quod non ubique chamæleon mastichen illam generet, sed certis tantum locis. Ideoque ἰξίας tantum dicendum ἰξίνη, ubi ἰξὸν emittit; quando vero non producit, ἄκανον dici. Sed alia est differentia inter chamæleontem Theophrasti, & ejusdem ἰξίνης, ut paulo infra dicam. Carolina, quam chamæleontem asserunt, nusquã gummi emittit. Contra ex ἰξίνη ubicunque nascitur, viscus manat. Φύλλα ὅμοια σιλύβῳ ἢ σκολύμῳ τραχύτερα: Malè in Aldino παχύτερα. Vulgatum Oribasius & Serapio defendunt. Καυλὸν δὲ οὐκ ἔχει, &c. Dioscorides caule carere tradit; verum caput statim è medio proferre, echini modo, aculeis munitum, cinaræ simile; hic est σπερματικὸς ἄκανος, mali specie, quod totum foliis occultari Theophrastus refert. Ex illo capitulo summo lachrymam sive viscum emittere hic docet. Plinius sub alarum foliis, quia folia hunc verticem abscondunt, unde viscum prodit. Dioscorides πρὸς ταῖς ῥίζαις, *ad radicem* viscum proferre tradit, quod verũ est. Caule enim caret, & in terra serpit, & à radice statim capitulum illud tollit foliis contectum; Quin & ῥιζόφυλλον esse; idem narrat Theophrastus. Sic conciliandi sunt illi auctores, qui alioquin contraria tradere videntur. Ὁμοίαν ἐχίνῳ θαλασσίῳ ἢ κινάρᾳ Plinius; *quoniam & in Asia Græciaque reperitur herba, radice folia emittens, & carduum similem malo, seminis plenum.* ῥιζόφυλλον vertit *radice folia emittens.* Quod sequitur, *& carduum similem malo*, corruptum: Antiquus codex, *& carduum similem alo seminis, plenum lachryma: quæ erumpit, &c.* Scribe ex Dioscoride, & antiquo codice. Et *carduo simile malum, seminis plenum, lachrymæque, quæ erumpit, incisa summa.* Carduum vocat κινάραν. Huic similem ferre fructum sive spinam chamæleontem album, tradidit Dioscorides, Ἀλλὰ ἀφίησι ἐκ τοῦ μέσου ἄκανθαν ὁμοίαν ἐχίνῳ θαλασσίῳ ἢ κινάρᾳ, Theophrastus vero, σπερματικὸν ἄκανον ὥσπερ μῆλον habere ἰξίνην tradit. Ex utroque auctore, vel, ex tertio habet Plinius, *malum carduo simile, seminis plenum.* Nam & carduus, hoc est, κινάρα pomum habet squamatim compactum, quod caput Het hooft Belgæ vocant. *Lachrymam*, inquit, *erumpere parte suprema incisa.* De incisione nihil Theophrastus, nihil Dioscorides; Inciso malo viscum emanare non nego, sed & sponte, non læso pomo erumpere, ac circa radicem sive caput concrescere experientia docet. Cæterum utrũ legas, & *carduo simile malum, seminis plenum, lachrymæque, quæ erumpit, &c.* an *carduo simile malum seminis, plenum. lachrymaque erumpit incisa, &c.* perinde est. Utraque tollerari potest. Ἄνθη δὲ πορφυροειδῆ ὥσπερ τρίχας ἐκπαππουμένας. Vox ἐκπαππουμένας non aliò referri potest, quam ad τρίχας, Sed jam absurdum erit, quod ait Dioscorides. Non enim capilli, cum tenues jam sunt, in pappos iterum abire possunt, ut vulgata habet lectio, *veluti capilli pappescentes.* Corruptus ergo codex. Scribe ἐκπαππούμενα. ablato σ, neutro genere, ut verbo ἄνθη respondeat, ut sensus sit, *Flores vero emittit purpurascentes, capillorum figura, qui in pappos evanescunt.* vel *flores purpurascentes & pappescentes ut capilli;* capillorum scilicet modo tenues & divisos esse, adeo ut papposi videantur, & tales quidem proferre ixinen docet experientia. Antequam ad tertiam veniã quæstionem, dicendũ, Plinium quatuor locis diversis ἰξίνης facere mentionẽ, & quod maximè mireris, in hisce cunctis quasi de diversis spinis herbisq; loqui, quum una eademque lib. 12. *In Asia Græciaque inveniri scribit herbam quæ mastichen fert.* Lib. 22. refert *ixian chamæleontem viscum gignere album.* Rursus lib. 12. *helxinen* narrat *summo vertice continere lachrymam jucundi odoris.* Deniq; *mastichem cardui sylvestris odorem oris commendare* ait. libr. 20. c. 23. Sed aliam lectionem editi codices habent, aliam scripti. Editi, *manducatus carduus, odorẽ commendat oris.* Antiquus codex; *manducatus carduus, hic odorem commendat oris.* Aliam teste nobiliss. Salmasio scripti lectionem habent. Optimus Vigaltianus. *Masterbæ carduis odorem commendat oris.* Unde verissima emendatione lego, *Mastiche cardui odorem commendat oris.* Vel etiam, *mastiche cardui sylvestris*; scriptum erat, *cardui*, id est, *cardui sylvestris.* Eam lectionẽ mihi confirmavit Apulejus meus, qui habet, *mastiche carduis oris commendat odorem.* Tot modis variam existimavit herbam, ex qua mastiche, quot auctores, qui aliquid de illa retulerunt. Venio ad tertiam quæstionem. utrum ἰξία, cujus mentionem facit Dioscorides, in præfatione lib. 6. sit ex genere chamæleontis. Hujus meminit Nicander in Alexipharmacis.

> Ἰξιόεν δέ σε μήτι δόλῳ παρὰ χείλεσι πῶμα
> Οὐλοφόνον λήσειεν, ὅ, τ' ὠκιμοειδὲς ὄδωδε.
> Τοῦ μὲν ὑπὸ γλώσσης νέατος τρηχύνεται ὁλκὸς,
> Νέρθεν ὑποφλεγέθων. τὸ δὲ οἱ ἐμπάζεται ἦτορ
> Λυσσηθεὶς, γλῶσσαν δὲ καταπρίει κυνόδοντι.

> *Ne vero admotum labris fallare bibendo*
> *Viscosum ulophonon, quod præfert ocima gustu.*
> *Mox tumor & summam gravis inflammatio linguam*
> *Accendit, cordis vires animusque recedunt*
> *Tum linguam rabido laceratam dente remordet.*


Hallucinantur, qui ἰξίαν è chamæleontum classe existimant, non potest esse albus chamæleon; siquidem albi radix alexipharmacum est contra latas tineas, & in vino pota theriace contra venenata, testibus Nicandro, Dioscorideque. Utrumque chameleonta luculenter in Theriacis describit Nicander.

> Θράζεο δ' αἰγλήεντα χαμαιλέον ἠδὲ ὀρεινόν.
> Δοιοὶ δ' ἀμφὶς ἔασιν. ὁ μὲν ζοφοειδέλος ὠπήν,
> Ἤϊκται σκολύμῳ, τροχέην δ' ἀπεχεύατο χαίτην,
> Ῥίζα δὲ οἱ βελαρής τε καὶ αἴθαλος. ἡ δ' ὑπὸ κνημοῖς
> Σκαιοῖς ἐν πλέθει φυξήλιος ἐννεμέεσσι.
> Τὸν δ' ἔροτεν δήεις αἰεὶ πετάλοισιν ἀγαυρὸν,
> Μέσση δ' ἐν κεφαλὴ φύεται πεδόεσσα μολοβρή
> Ῥίζα δ' ὑπερνήεσσα, μελίζωρος δὲ πάσασθαι·
> Τῶν δὲ κυανέον μὲν ἀναίνεο. τῆς δὲ ἀπὸ φάρσος
> Δραχμαῖον ποταμοῖο πιεῖν, ὕδασι ταράξας.

Montanum discerne, notaque chamæleon alba,
Nam venit ambiguus. fusco niger ille colore
Nec scolymo absimilis, diffundit caule rotundam
Cæsariem, crassa nixus radice nigraque,
Et solem vitans rigidis in saltibus exit.
Hic folio lætus tumet asperiore, caputque
Sessile demittit medio de pectore natum,
Albaque mellito radix condita sapore est,
Sed nigrum moneo fugias, pondoque recisam
Alterius drachmam fluviali dilue lympha.

Ex his sequitur, chamæleontem album non esse ixia. miserorum refugium, gummi sive viscum deleterium esse, radicem minimè. Sed nec gummi, nec radix odorem saporemque ocimi habet, ut libr. 9. pluribus dicam. ocimum sapore amaro, & odore suavi est. chamæleon albus odore gravi, sapore dulci. Nugæ sunt, quod de visco tradunt. Testantur Bellus, Belloniusque, mulierculas Cretenses innoxiè, & sine periculo illo uti. Præterea, succus ixias esse nequit, quod satis apertè Dioscorides & Nicander ἰξίαν venenatam radicem esse scribant; hanc enim inter venenatas radices recensent. Nec nigri chamæleontis radix ἰξίας; quod uno quasi spiritu utriusque ἰξίου & χαμαιλέοντος mentionem faciat Dioscorides. Ῥίζων, inquit, δὲ χαμαιλέων, ἀκάνθιον, θαψία, ἐλλέβορος, ἰξίας, ἀγαρικὸν τὸ μέλαν, ἐφήμερον ὅ ἔνιοι κόλχικον καλοῦσι, διὰ τὸ ἐν Κολχίδι γίνεσθαι. Quod si una eademque radix esset, scripsisset, ῥίζων δὲ χαμαιλέων ὅς καὶ ἰξίας, uti de ephemero scribit. Neuter ergo chamæleon ixias. Vide plura de hac quæstione libr. 9. cap. 13. Ἰξίνη videtur planta, quæ à Nobiliss. Fabio Columna lib. I. de plantis minus cognitis his ferè verbis describitur. Huic descriptioni magis accedere videtur planta illa Citrinolæ frequentissima, sterilibus devexis locis occidentalibus editis, ac etiam planis, purpurascente flore, capillari cynaræ æmulo; cujus effigies parum à vulgata carlina, pro chamæleone albo recepto distat. Hujus radix crassa est admodum & longa, foris ruffescens, intus alba, διὰ βάθους, ut Dioscorides notat, lactescens, aromatico, gravi parum odore, non injucundo, cerebrum petente: dulci sapore, edulis, quæ cum extirpatur, non potest illa adhiberi diligentia, quin minus vel fibrula aut aliquo modo non findatur; qua parte statim lac emittit in grumos ob viscositatem concrescens, etiamque grumis hærentibus invenitur effossa circa summas radicularum soboles, ex qua fruticare observavimus, & in plantas plures dividi vetustate; in quibus singula capita orbiculata mali parvi magnitudine, singulis foliorum umbilicis hærentia inveniuntur echinata, ut in vulgata carlina, flore pallente, & humo hærentia. Huic vero spinosum caput, sive acanus (sic enim à Theophrasto appellatur spinosum caput carduorum) in quo flos concipitur, mi-

Ixine Fabii Columnæ.



nimè, ut in vulgari, à radiantibus foliolis illis, veluti corona dispositis inter caput, & folia magna circumdatur, quibus caret. Nec floris umbo planus, atque depressus conspicitur inter pallentes barbulas illas magnas undique radiantes, illumque chrysanthemi ritu coronantes; ac elatior, tumescens, ruffas, minutasque barbulas, sive potius squamas, occultans; atque papposus. Flosculi quidem in quinque partes singuli dividuntur, tenues admodum, ut capillares ferè videantur; non secus ac in floribus scolymi sive cinaræ, quibus simillimi effigie, colore vero non ita cœruleum imitantes, sed potius purpurascentes. Idcirco ὥσπερ τρίχας ἐκπεπτουμένα dicuntur. His marcescentibus, candidum pappum emittunt, interna semina singulis floribus subsidentia, ut in cynara, & acanaceis; verum oblonga, cinerea, splendida, non ut cnici modo crassa, sed cnici modo contenta & effigie. Iunio mense acanum profert, Iulio dehiscere incipiens suave-rubentem canam lanuginem ostendit, quæ deinde Augusto extuberans, purpureo colore perficitur florescens: iterumque Septembri perfecto canescens pappo, & evolante cum semine. Folia huic pedalia, vel majora, magis profundè incisa, & spinosa vulgari; Scolymi sive Cinaræ similiore divisura; colore albicantia, veluti canescentia, infernè hirsuta, quandoque virentia: in eruptis Majo mense observavimus, ut diversa videretur planta. In vetustioribus, & arescentibus rubentia, ut in cæteris plantis observatur. Quod autem planta hæc, ut ex Plinio colligitur, rubentia, aut cærulea, variaque proferat folia, nondum compertum habemus. At non albo Chamæleoni Dioscorides hoc tribuisse videtur, cum in fine Chamæleonis nigri historiæ nominis etymon, atque foliorum varietatem tradiderit, sicut in initio ejusdem nigri Chamæleonis historiæ; ejus folia & caulem rubescere dixit, & nos ita esse censemus. Chamæleonis enim nigri umbellata coma, in aliis candicans, aliis ad cæruleum inclinans, aliis virescens, quod Eringii montano quoque evenit, ut nos in Apuliæ Cirinola, ubi copiosè uterque oritur, reperitur, antequam flores dehiscere incipiant: & folia quoque rubescentia, sicuti & caulem dodrantalem ad summum, etiam rubescentem, in aliis candicantem, aut virentem data opera observavimus. Objicebatur enim à Matthiolo, caulem huic plantæ non purpurascere, atque ideo præter cæteras notas, ut illi videbatur, Dioscoridis historiæ non respondere. At planta ab ipso proposita, nec supradictas notas, nec umbellam, nec flores Hyacinthinos proferre certū est, nec in campestribus, maritimis, siccis, clivosis, qualis est Apuliæ Cirinola; sed in frigidis admodum humentibusque montibus oritur: & à vulgata carlina parum abest caule, ut plerique illam eandem esse cum humili non caulescente censuerint & ad eadem utantur: & nos congenerem illi esse testamur. Rustici armentorum duces gummi quod in acano, & inter spinosa foliola calycis manat, colligunt, ex hac in Apulia, & ex vulgari in montibus excelsis, frigidis, illudque appellant *Cera di Cardo*, quia concretum veluti cera durescit, atq; ubi attrahendi opus sit, eo utuntur. Vix enim est planta cui sponte gummi hoc non hæreat, unicū saltem grumulum, quod Mathiolo tam arduū fuit reperire, ut nunquam in Italia se album Chamæleonē gummi manantem vidisse fateatur. Non secus ac viscum, dum recens est, adhæret, & in fila protēditur; colore candido, nā ex lacteo succo concrescit,

cit, & deinde collectum ceræ modo concrescit, contrectatumque inficitur, nigrescitque. Hanc plantam in Apuliæ Cirinola, & vicinis locis observavimus, ubi niger simul invenitur, Chamæleo verior, cæruleis floribus, albis intus staminibus, umbellam habens confertam & latam, à doctissimo Maranta primum observatus; qui locis clivosis, siccis, campestribus, maritimisque, ut Dioscorides notat, oritur. Vulgarem vero Carlinam pallentem coronatoque barbulis flore, (non quidem purpurascentem nostris regionibus, ut à plantarum auctore Lugdun. refertur, qui forsan re ipsa non vidit,) in Matesio Campoclarentium monte, & Rascino Æquicolorũ, aliisq; excelsis jugis, & Apenninis montibus sæpius observavimus. Nec verum esse animadvertimus, vulgarem Carlinam, ut alii tradiderunt, caule carere, sed aliquando illum emittere. Quæ caulem habet, nunquam humilis est florida, ut vulgaris; at genere diverso folia profert, angustiora, virentia, magisque spinosa; florem in minoribus barbulis, illisq; candicantibus; umbone intus flosculis purpuro rubentibus, quamvis antequam expandantur, lutei conspiciantur. Quod nisi quis animadvertat, plantam observans, ad perfectionem usque diversas, judicabit easdem. Alias quidẽ luteo umbone parvo, alias purpureo rubente colore conspiciens: in ipsa etiam planta hoc inveniens. Plura namque capita profert, singulis caulibus quos plures emittit, singula proferens. Æquicolorum montibus, in quibus copiosè fruticabat, observavimus, atque capras hujus caulescentis plantæ capita mandere vidimus. Radix huic nigra erat, exesa, caulis pedalis, rubescens. Tota plãta viscoso candido lacte manat disrupta, ut in vulgari humili, concrescitque gummi modo, odore nihil differens. Quare ni fallimur, deceptos illos putamus, qui eandem humilem Carlinam & caulescentem esse tradiderunt. Gummi etiam in capitibus hærens invenitur. Nos autem congenerem esse dicimus, ac appinximus, è regione nostri Chamæleonis imitaturum Echinum, demptis acanaceis foliolis illum vallentibus, ut squamosa interna foliola, sive barbulæ, quæ florem continent calycis, sive cinaræ modo, ante oculos poneremus. Addidimus etiam flores distinctos, seminibus parvis insidentes, ac etiam grumos aliquod gummi concreti circa radicem excisam & detruncatam; ut omnia quam facillime considerari queant. Hujus folia naturæ luxu crispa, atque densa aliquando invenimus Majo mense Cirinolæ, prope Reguli vineam in editis illis locis; quæ ob humoris abundantiam, ut in aliis plantis evenire observavimus, etiam degenerant: & apud nos sicca, memoriæ causa, servamus. colore purpuro-ceruleis floribus etiam depictum vidimus album chamæleonem, in antiquissimo herbario manu scripto Græcis literis majusculis, Alphabetico digesto ordine, coloratis iconibus; quod Neapoli in Sancti Ioannis Carbonarię nuncupati ornatissima librorum copia bibliotheca servatur, membranacea pagina extructo; quod nuper anno 1605. Neapoli prætereuntes observavimus, evolvẽtes illud. Quare hic referre in studiosorum gratiam libuit. Invenimus quidem & alia quædam nostris sententiis, atque iconibus quodammodo congruere, tam ante à nobis Phytobasano editis, quam nunc hoc volumine descriptis, non sine animi nostri jucunditate. Restat nunc ad majorem hujus plantæ declarationem, ut doctissimorum, Matthioli & Marantæ controversias dirimamus. Non parum de hac disceptasse inter se videntur: quæ verò fuerit hujus controversiæ causa, paucis exponemus. Matthioli igitur albus Chamæleo depictus, cujus notas, ut solet in arduis cognitione plantis, omisit, illa eadem planta est, quæ vulgo Carlina humilis dicitur, excelsioribus, frigidisque montibus Neapolitani Regni frequens, à quibus utrinque flumina ortum ducunt, ad utrumque mare, Thyrrhenum scilicet, atque Adriaticum decurrentia, tanquam è terræ continentis dorso elatiore, utramque plagam dividentibus. Flore prædita est pallido, magnis barbulis, sive foliolis oblongis, levibus, nitidis, splendentibus, rigidis, obliquè radiorum ritu dispositis, ut in Chrysantemi flore observatur, coronato, umbonem depressum habente, minutis ac densis flosculis luteis constructo. Eandem plantam exactius depinxere doctissimi viri, Rembertus Dodonæus, Lobelius, & Petrus Pena, itemque Carolus Clusius; Additis tamẽ floribus inter capitulum, sive Acanum & folia magna, humi jacentia plura intermedia foliola, tertia parte breviora, & angustiora, minusque incisa, quæ Acanum, sive capitulum illorum positu undique radiante coronare videntur. Quamobrem, planta hæc triplici radiorum ordine ornari videtur. Primo foliorum majorum, quæ humi sparguntur. Secundo foliorum, ut diximus, angustiorum, tenuium ac frequentiorum, quæ Acanum circundant. Tertio denique barbularum floris, quæ ex ipso Acano sive Echinato capite calicis vicem, antequam flos hiaret, explente, obliquè ac densè circum exertæ conspiciuntur, ex aculeatis admodum illis calycis foliis elatis florem sepientibus, radiantis pyxidis effigiem præferentium. Quę vero à Maranta describitur non enim picturis usus est, illa eadem videtur, quam nos descripsimus, atque depinximus, foliolis illis mediis carens, atque barbulas occultans, quibus maximè præter floris colorem ab illa distat. Causa verò quæ Marantam ut Fuchsii depictũ, Chamæleonẽ probaret magis videtur impulisse, quamquam illius etiam picturam arguat; illam nos fuisse censemus; quia Matthioli, & Fuchsii depictum chamæleonem album, eandem plantam exprimere voluisse censuit, quam idem Maranta in Venusino agro frequentem observarat; Putans forsitan, aliã ejusdem ferè effigiei flore lutescente non alibi inveniri. Illorum quidem vitium fuit, notas omittere plantæ propositæ, atque Dioscoridis historia uti, qui purpureo flore Chameleonem esse describit, ut Venusina erat. Sed heu humana camalitas! ea est hominum versutia, ut ne facile argui possent, ea quæ ab ipsis tamquam indagatoribus, commentatoribus, & expositoribus, ut ita dicamus, necessariò ad rei declarationem exprimi deberent, silentio plerumq; involvantur, & occultentur, antiquorũ verba supponentes, atque historiam, tanquam rei propositæ, aut depictę congruentem, aliorum verba & dicta referentes, propria dicenda vero omittentes. Id etiam, ut brevibus aliorum verbis perquam Latinè loqui videantur. Non enim ex eorum scriptis colligere poterat privatam plantę historiam ac differentiam, qui nullam expresserunt nisi Dioscorideam. Fuchsius quidẽ plantæ formam ex Dioscoride transcriptam apposuit; Matthiolus vero picturam tantum, & vulgo notam Italis esse retulit. Quapropter, illorum Chamæleones purpureis esse floribus, ut à Dioscoride traditur, & ab ipso in Venusina planta observatum erat, eandemque illos exprimere voluisse sibi persuasum; in ea prorupit verba, ut Matthiolo picturæ tantum objiceret erratum, quod floris scilicet acanum statim supra crassam radicem apposuerit hærentem, atque Fuchsii magis probandam potius iconem, quia non statim radici, sed illius adnatis elatum ab illa caput expresserit: verum & illum errasse, quia in illis surculis, caulis modo folia disposita hærere finxerit, ut caulis speciem potius, quam radicularum habere videatur. Veriorem vero iconem esse, ut ex crassa radice, ac veluti matre, aliæ radiculæ vel soboles pullulent, quę Græcis παραβλαστήματα dicuntur, in quibus capitula insideant inter folia, terræ proxima. Vera quidem hæc est plantæ historia; nec similia objecisset, si ab illa diversas, illos depinxisse animadvertisset. At in quibus deceptus sit Maranta præter supra dicta, explicabimus. Doctus quidem vir, subtili, acrique ingenio fuit, & in stirpium observatione, iisq; in examinandis diligentia profectò admirabilis, ut ex ejus Methodi & Theriacæ voluminum lectione patet. (Utinamq; plures Marantæ nunc viverent.) Picturæ vero dignoscendæ, ac distinguendæ non admodum naturæ dote ornatum ex supra dictis suspicamur. Poterat quidem ex illorum iconibus & picturis satis animadvertere, ac putare illorum Chamæleones inter se diversos esse, ac etiam ab ea, quam ipse Venusino agro reperierat longè distare: atque non minus errare illos potuisse in illarum expressione, quam etiam diversas à sua voluisse exprimere, cogitare. Fuchsii quidem caulis, & floris effigie; Mathioli vero ex pyxidato, & barbulis coronato magno flore, ut etiam Fuchsii: quæ Venusina planta, & reliquis Apuliæ locis prodeunte minime exeruntur, flore Cinaræ modo intumescente. Hæc si ex pictura noscere non ignorasset, non ea, sed quæ nos diximus, protulisse forsan opinamur. Verum non tantum picturæ inobservatione, ac earundem depictarum plantarum frigidis in montibus orientium ignoratione, sed potius, quia doctissimos illos viros purpureo flore, juxta Dioscoridis textum plantam expressisse firmissimè opinaretur; non ab historia alienam. At quia locus est opportunus, non tacebimus; non minus naturalium rerum indagatori, ut perfectior evadere possit, disciplinarum scientiarum, linguarumque varietatem esse conquirendam, quam ipsam pingendi

ac delineandi rationem, vel saltem illius quandam agnitionem. Non enim mente conceptis rerum historiis, ac earum differentiis, earundem ideâ veras effigies concipere potest picturæ disciplina penitus ignarus. Sicuti, nec pictura expressas rerum icones, illas idea ad naturalem suum individuum aptare potest: nec earum differentias, & minimas quasque partes conferre & examinare. Quare illam nobis assequi peritiam necesse videtur: ut ex pictura, rem ipsam, idea videre putet, sicuti è contra re ipsa conspecta, eandem qua forma pictura exprimi debeant noscere satis calleat. Sic enim Maranthæ atque Mathioli supra enarratos lapsus profecto evitabit. Hac enim de causa doctissimi plerique Philosophi ac Medici simplicium medicamentorum cognitionem aspernere videri malunt, cum ad illos agnoscenda, atque examinanda naturæ defectu minus idoneos semetipsos sentiant, hac supra dictis idea carentes: quod si fateri velint, vera dixisse videbimur. Hæc profecto potissima ignorationis hujus Medicinæ paratis primariæ connexæ occasio, summo hominum damno, ut Medicorum quorundam proveniat superbia, ac invidia, qui ne ipsos hac parte deficere videantur, illam spernunt veluti ignobilem. Sed unde Medici dicuntur, nisi ab ipso medendi actu, in quo ille medebitur Medicus, si locis contingat Pharmacopolis carentibus artem exercere? an ne verbis? an sufficiet, noscere morbum? Medici quidem nomine ex se ipso privari videbitur, tunc enim re ipsa medicamenta novisse oporteri fatebitur. Sed hic tacendum. Nunc autem Mathioli contexamus errata. Primum est, quod planta illa pro Chamæleone depicta, omissis à Maranta objectis, non habet foliola illa inter media minora minusque incisa, ut supra retulimus; quæ aliis iconibus additæ fuerunt, & doctiss. Caspar Bauhinus in sua synonimis ornata Mathioli operum editione, expuncta illa Matthioli, Transalpinorum iconem apposuit, tanquam veriorem, animadvertens forsan etiam, quod in epitome Francofurtensi longè pessimè efficta erat supposita. Secundum quod omissis Acani floris notis, tanquam purpureum florem proferentem plantam posteris imposuerit. Tertium, quod in Epistola libr. 3. ad Marantem, pictorem suum asserit, ex viva planta iconem desumpsisse, quam nos scimus, & reliqui, qui illam delinearunnt ex Transalpinis, foliola illa inter media vivis plantis nunquã deficere florentibus, quin minus cum Echino reperiantur. Quod autem plantam à Maranta descriptam in plures processus radice divisa, in quibus aliquando singuli Echini singulis radicis adnatis insideant, minime impugnare voluerit, recte fecisse arbitramur, nam & in planta ab ipso proposita etiam evenit non raro, sicut etiam an suæ Fuchsii planta depicta sit præferenda posteris judicium relinquere: quod recti animi signum est perspicuum. Fuchsii vero plantam, pro albo Chamæleone depictam, neminem hæsitare quidem censemus, quin illam eandem esse censeat, quæ Carlina caulē habens, dicitur, ab eodem Matthiolo pro nigro Chamæleone depicta & proposita, nec non pertinaciter asseverata. Non possumus hic omittere, à plantarum Lugdunens. historiæ auctore ex eadem Matthioli notarum omissione florum Chamæleonis forsan cogitasse plantam illam purpureum habere florem, ac ita in sua historia addidisse, quod ni ita foret, aviditate flagramur Plantam similem conspectam habere; quam qui habuerit nos certiores facere ne dedignetur, summis precibus rogamus. *Aliam Alpinus chamæleontis ixines nomine describit plantam lib. de plantis exoticis primo cap. 56. ubi ait.* Plantam integram ex Creta accepimus pro legitimo Chamæleone albo. Quæ ab unica radice exit, foliaque numerosa producit, longa, multa, simul à radice prodeuntia, ut digitus lata, in nervum acta, papyri seu cyperi foliis proxima, sed albidiora, duriora, latiora & levia, in quorum medio quasi abruptum caput acanaceum occulitur, spinis exterius longis, densis, in crucis modum actis, custoditum: intus vero lanuginem albam, densam, induratam, in qua & exterius in eodē capita circa spinas. gumni parvum colore fulvescens, masthichi simile, odoratum, & calidi gustus inhærescens, cernitur. Radix vero crassa, ut pollex, longa sensim ac sensim gracilescens in extremumque in tenuissimam desinens, exterius fulvescens in nigrum inclinans; intus alba suaviter olens, fervidi gustus, Carlinæ similis, ab eaque differens remisso jucundiorique odore. Hanc plantam video multis Chamælionem album creditam fuisse, quo nomine etiam ipsam nos accepimus, quam tamen opinionē nunquam laudare potuimus, eo vel uno argumento persuasi, quod hæc planta neutiquam Chamælioni albo Dioscoridis conveniat, cum præsertim Chamæleon albus folia ferat sylibo similia, sed asperiora & acutiora, & caput spinosum cinnaræ modo, radicēmque habeat quadantenus aroma olentem, gravi tamen odore & dulcem. Nostra vero planta folia habet multa ab radice longa, parum lata, æquali cortice ac leni prædita, nullis incisuris neque acuta, nec aspera, sed levia, & caput ferat, uti dictum est, foliis fere latis, exterius magno studio spinis pulcherrimis, atque longis foliolis, vestitum, quod gummi producit, non autem ex radice, ut de Chamæleone albo expressit Dioscorides, emanat, sed totum circa caput concrescit, scilicet, circa spinulas, caput echinaceum, vestientes, atque in suprema parte alba; ut ita dicam, papposa semina continente. Addo, hujusce plantæ gummi non constare vim mortiferam habere, uti constat de gummi Chamælionis, quod jam Græci vocavere. Quod exitiale venenum esse Dioscorides expressit. Hujus plantæ pro Chamęlione à multis creditæ gummi quod mastichem simulat, mulieres Creticas mastiches loco dentibus atterere, Petrus Bellonius est auctor, & Honorius Bellus persuasus hanc plantam esse album Chamælionem in epistolis ad C. Clusium scriptis, recitat in Creta pueros hoc gummi ex echino legere & aliquantulum masticare, & postea digitis levigare, & complanare, complicatumq; in vesiculæ formam super alteram manum fortiter impellentes, edere. Hocque esse ludi genus pueris Cydoniis familiare etiam tradit. Quibus non levi profecto conjectura assequimur, illud gummi non habere facultatem venenatam, quod in ore libere absque ulla noxia dentibus traditur. Hinc etiam deprehenditur, hoc gummi ab ixia differe, quod circa radicem chameleonis, quę venenata est colligi Dioscorides auctor sit. Quod etiam liquido constabit, hanc plantam non esse Chamęleonem album, ut falso multis fuit persuasum, quæ igitur planta erit ni Chamæleo albus hæc sit? ea inquam, ut credidimus, de qua Theophrastus ita scribit, Carduus pinea haud multis provenire in locis potest. Est ab radice foligera, qua de medio seminalis a-

Carduus pinea Theophrasti cum radice ab Alpino delineata.



canus, veluti malum extuberat, foliis nimirum occultatus, hic lacrymam jucundi saporis parte profert postrema, quam spinalem mastichem vocant. Nescio, an melius hæc planta à Theophrasto describi potuerit. Addo, ut magis pateat, hanc plantam non esse Chamæleonem albū, de hac planta ipsum Theophrastū, describentem ne verbum quidem, de ixia gummi fecisse. Aliqui crediderunt, ixiam gummi non esse propriã nigra Chamæleonis, & non alibi, neque est ut putemus, quod aliqui-

bus

" bus visum sit hanc plantam ixiæ, venenati gummi, plantam à Chamæleone distinctam. Quoniam codex Græcus Theophrasti istiusce plantæ gummi, scilicet cardui pineæ ixinim habeat; ex quo aliqui hoc nomine decepti existimarunt esse ixiam, de quo Dioscorides in sexto libro de materia medica inter venena comprehensa egit. Namque si carduo pinea ixia esset, procul dubio haberet vim venenatam, cujus quidem expertem esse nuperrimè satis apertè deprehendi ostendimus. Neque potest esse, ut per cartum, pineam, Chamæleonem album, ut perperam (quia Græcus codex Theophrasti ἰξίνην habet) Dalecampio fuit persuasum, Theophrastus intelligi voluerit. Nunquam enim plantam bis Theophrastus describere consuevit. Etenim si hic Chamæleonem album descripsit, & de ipso egit, quamobrem iterum postea, quippe in libro nono historię plantarum, accuratissimè scripsit? & cur hic solummodo albi meminit & non nigri, ut fecit in posteriori libro? Omnes quidem consueverunt de albo & de nigro Chamæleone simul agere. quare hic non de Chamæleone albo, sed de alio carduo, quem cardum pineam Theodorus Gaza est interpretatus. Certe, ut etiam de albo Chamæleone dicam, suspicor absq; dubio Petrum Bellonium (qui dixit se vidisse juxta Idam montem in Creta verum Chamæleonem, & album, & nigrum, albumque habere radicem humanæ coxæ crassitie, atq; apud nos nusquam hosce veros Chamæliones nasci, solummodoque in Creta insula) deceptum fuisse, qui aliam profecto plantam pro albo Chamæleone viderit. Ad nos Ioseph Aromatarius Asisensis, juvenis doctissimus, ex Asso monte misit, ni fallimur, legitimum Chamæleonem album, Dioscoridis descriptioni planè convenientem; quo cognovimus, non differre album Chamæleonem à nigro, nisi coloris foliorum differentiâ; quoniam albus folia alba, niger, innigra habeat. Unde vulgarem Carlinam, ex foliorum nigro colore, nigrum esse Chamæleonem non dubitamus. Quod cum sit verum, cur & Bellonius, & Bellus, plantam carduum pineam à Gaza vocatam, quod nonnullas Chamæleonis notas habet, credidissent esse ligitimum Chamæleonem album, quę planta tamen folia non habet silibi, sed potius papyri, aut caricis, non aspera, non acuta, sed lævia, nullis spinis crenata: neque circa radicem lacrymam fert, ut de chamæleone expressit Dioscorides, sed in capite. Et hæc de carduo pinea dicta sufficiant. Hactenus Alpinus. Recte negat, chamæleontem album, & malè ἰξίνην Theophrasti esse contendit. Eadem, ut supra probavimus, planta chamæleon ἰξίας Dioscoridis, & ἰξίνη Theophrasti. Chamæleon esse nequit, quod spinosis careat foliis; eadem de causa nec ἰξίνη. Capite enim præcedenti inter plantas spinoso folio recenset Philosophus noster ἰξίνην. Quod de gummi, sive visco scribit, supra examinavi. Fallitur cum viscum chamæleontis venenatum scribit. Longè alia planta ἰξίας cujus venenata radix. Nec hanc plantam Bellus Belloniusque chamæleontem Dioscoridis scripserunt, sed quam doctiss. Fabius delineavit Columna. De chamæleone hæc Bellus epistola prima ad Carolum Clusium. Chamæleon albus, gummi, ut mastix, ferens; copiosissimus est; radicem habet maximam, odoratam: Iunio, & Iulio circa echinũ gummi distillat, quod pueri legunt, & aliquantulum masticant, postea digitis lævigant, & complanant, complicatumque in vesiculæ formam, super alteram manum fortiter impellunt, ita ut ex ictu vesicula rumpatur, & crepitum edat: quo ludi genere, summopere pueri delectantur. Quod autem, ut scribit Bellonius, loco mastichis id gummi atterant, nondum scire potui. Nam hic Cydoniæ neque legitur, neque curatur. Radices vocantur κόλλαις. & sic quidem vocantur, quod viscosæ sunt: Κόλλα Græcis *gluten*, unde κολλάω *adglutino, glutine munio*, κολλητικὸς *glutinandi vi præditus, tenax*. Et hæc de ἰξίνη, & chamæleonte ἰξίᾳ.

Ἡ δὲ κάκτος καλουμένη, &c.] Ita loquitur Theophrastus, quod vox hæc Græciæ Barbara, planta vero peregrina. Cur κάκτος dicatur, haud facile dixerim. An κάκτος quasi κατάκτος, παρὰ τὸ κατακτείνειν *interficere, occidere*, quod pappi ejus noceant, nec periculo careant? Certè Dioscorides inter plantas tales, & pappos cacti recenset, lib. de Alexiphar. cap. 33. Καὶ τῶν μὲν δοκούντων ἐπ' ὀλίγον βλάπτειν ἔνιοτε δὲ κινδύνοις ἐπιφερόντων, οὐκ ἀμελητέον· ὧν ἐστι τὸ ἄγριον πήγανον, καὶ τὸ μελάνθιον, καὶ οἱ νεαροὶ πάπποι. (vulg. codices corrupti, habent, νεαροὶ πηγητοί. ἄξιος ἄνθος ἐστιν) ἄνθη δὲ ἐστιν ἀκάνθης τῆς καλουμένης κάκτου. *Neque vero negligenda, quæ paululum quidem nocere videntur; interim vero periculo non vacant: quo in numero sunt sylvestris ruta, melanthium, & recentes pappi, hoc est, flores spinæ quæ cactos appellatur.* Ita Dioscoridem scripsisse ex Ægineta probatur, qui libr. 5. cap. penultimo scribit, ὧν ἐστὶ τό, τε ἄγριον πήγανον, καὶ τὸ μελάνθιον, καὶ οἱ νεαροὶ πάπποι. ἄνθη δέ ἐστι ἀκάνθης τῆς καλουμένης κάκτου. An verò κάκτος pleonasmo τ, quod κακὸς malus sit, dicitur. Quæ enim nocent, mala dici possunt. Duplici enim nomine mali nomen meretur. I. Quod pappos habeat qui intro assumpti periculosi sint. II. Quod spinis acriter lædat. Si quis vocem barbaram, vel ex Latina corruptam contendere velit, non repugnabo. Sed alia videtur sententia Athenæi, quam mox examinabo.

Τὸ δὲ φύλλον ἔχει κάκτους, &c.] Hæc corruptissima, nec meliori sensu apud Athenæum leguntur. Athenæi verba ex libr. 2. deipnosophist. Φανίας δὲ ἐν πέμπτῳ περὶ φυτῶν, κάκτον Σικελικὴν τινα καλεῖ ἀκανθῶδες φυτόν, ὡς καὶ Θεόφραστος ἐν ἕκτῳ περὶ φυτῶν. ἡ δὲ κάκτος καλουμένη περὶ Σικελίαν μόνον, ἐν τῇ Ἑλλάδι δ' οὐκ ἔστι. ἀφίησι δὲ εὐθὺς ἀπὸ τῆς ῥίζης καυλοὺς ἐπιγείους. τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλατὺ καὶ ἀκανθῶδες. καυλοὺς δὲ τοὺς καλουμένους κάκτους. ἐδώδιμοι δ' εἰσὶ περιλεπόμενοι, καὶ μικρὸν ὑπόπικροι. καὶ ἀποθησαυρίζουσιν αὐτοὺς ἐν ἅλμῃ. ἕτερον δὲ καυλὸν ὀρθὸν ἀφίησιν, ὃν καλοῦσι πτέρνικα, καὶ τοῦτον ἐδώδιμον. τὸ δὲ περικάρπιον ἀφαιρεθέντων τῶν παππωδῶν, ἐμφερὲς τῷ τοῦ φοίνικος ἐγκεφάλῳ. ἐδώδιμον καὶ τοῦτο. καλοῦσι δὲ αὐτὸ ἀσκαληρον. Ex Theophrasto Athenæus, ut ex Athenæo mendosus Theophrasti locus corrigendus. Scripsit Theophrastus, Ἀφίησι γὰρ εὐθὺς παρὰ τῆς ῥίζης καυλοὺς ἐπιγείους. τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλατὺ, καὶ ἀκανθῶδες· καλοῦσι δὲ τοὺς καυλοὺς κάκτους. ἐδώδιμοι δὲ εἰσιν περιλεπόμενοι (malè Ald. Bas. περιλειπόμενοι) καὶ μικρὸν ὑπόπικροι. καὶ θησαυρίζουσιν αὐτοὺς ἐν ἅλμῃ (male ἐν ἅμῃ Aldin.) ἕτερον δὲ καυλὸν ὀρθὸν ἀφίησιν, ὃν καλοῦσι πτέρνικα· γίνεται δὲ καὶ οὗτος ἐδώδιμος, πλὴν ἀθησαύριστος. τὸ δὲ περικάρπιον ἐν ᾧ τὸ σπέρμα, τὴν μὲν μορφὴν ἀκανῶδες ἀφαιρεθέντων δὲ τῶν παππωδῶν (Ald. παπωδῶν) σπερματίων, ἐδώδιμον καὶ τοῦτο. καὶ ἐμφερὲς τῷ τοῦ φοίνικος ἐγκεφάλῳ: καλοῦσι δὲ αὐτὸ ἀσκαλίαν. Verte, *Quæ autem cactus nuncupata est, in Sicilia tantum nascitur, in Græcia verò sponte sua non provenit. Peculiaris est huic plantæ, & ab aliis diversæ naturæ. Hæc enim statim ab radice caules repentes in terram mittit, folio lato atque spinoso: (Caules hos cactos appellant:) decorticati cibo idonei sunt, paulum subamari, quos & muria servant. caulem alium rectum edit, quem pternicem appellant. Is quoque cibo aptus, sed servari nequit. fructus* (ad verbum, *tegumentum*) *in quo semen, acanaceam formam gerit: sed detractis papposis seminibus, is (id) quoque vescus (vescum) est, & palmæ cerebro similis, (simile) asculiam appellant.* Athenæum in hunc restitue sensum. Φανίας δὲ ἐν πέμπτῳ περὶ φυτῶν κάκτον σικελικὴν τινα καλεῖ ἀκανθῶδες φυτόν, ὡς καὶ Θεόφραστος ἐν ἕκτῳ περὶ φυτῶν, ἡ δὲ κάκτος καλουμένη, περὶ Σικελίαν μόνον, ἐν τῇ Ἑλλάδι οὐκ ἔστι. ἴδιον παρὰ τὰ ἄλλα; τὸ φυτὸν γὰρ εὐθὺς παρὰ τῆς ῥίζης καυλοὺς ἐπιγείους. τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλατὺ καὶ ἀκανθῶδες, καυλοὺς δὲ καλουμένους κάκτους, ἐδώδιμοι δ' εἰσὶ περιλεπόμενοι, καὶ μικρὸν ὑπόπικροι, καὶ ἀποθησαυρίζουσιν αὐτοὺς ἐν ἅλμῃ. ἕτερον δὲ καυλὸν ὀρθὸν ἀφίησι ὃν καλοῦσι πτέρνικα, καὶ τοῦτον ἐδώδιμον. (Theophrastus habet, γίνεται καὶ οὗτος ἐδώδιμος, πλὴν ἀθησαύριστος) τὸ δὲ περικάρπιον (ἐν ᾧ τὸ σπέρμα ἀκανῶδες τὴν μὲν μορφὴν Theophrastus addit.) ἀφαιρεθέντων τῶν παππωδῶν, ἐμφερὲς τὸ τοῦ φοίνικος ἐγκεφάλῳ, ἐδώδιμον καὶ τοῦτο, καλοῦσι δὲ αὐτὸ ἀσκαλίαν. *Phanias libro quinto de plantis, cacton Siculam vocat, spinosam quandam plantam, ut & Theophrastus libro sexto de plantis: quam cacton nominant, inquit, in Sicilia tantum visitur, in Græcia nusquam: peculiaris huic & ab aliis diversum, quod statim à radice caules emittat, foliaq; humi strata spinosa. Caules cactos vocant, in cibo gratos si decorticentur, nonnihil subamaros, quos muria condiunt, & inveterant. Præter eos alius quoque rectus assurgit caulis, pternica nominant, in cibos expetitus, sed qui servari non possit. fructus, qui semen ambit, acani figura detractis pappis tenellisque seminibus edulis est, & palmæ cerebro simile.* (malè vertunt, *gustu qualis est palmarum cerebro.* De gustu nihil Græci auctores, ut infra dicam) *ascaliam vocant.* Vertit & exscripsit hunc locum Plinius lib. 21. cap. 16. *Et Cactos quoque in Sicilia tantum nascitur, suæ proprietatis & ipsa, cujus in terra serpunt caules à radice emissi, lato folio & spinoso, caules vocant cactos, nec fastidiunt in cibis inveteratos quoque; unum caulem rectum habent; quem vocant pternica, ejusdem suavitatis, sed vetustatis impatientẽ; semen ei lanuginis, quem pappon vocant, quo detracto & cortice teneritas similis cerebro palmæ est. vocant ascaliam.* Hæc examinabo. Καυλοὺς protinus à radice inquit habere ἐπιγείους, id est, *in terram repentes, humi prostratos.* Malè audit doctiss. Gaza, quod *in terram repentes* verterit, cum *in terram vergentes*, interpretandum esset. Certè Theophrasto, quatenus ego observare potui, semper ἐπίγειος significat, ut vertit Gaza, *humi repens*, vel *prostratus*. Supra ἐπίγειον κάλαμον dixit arundinem, quæ per humum serpit, nec attollitur in aërem subrecta. Nemo ignorat, chamepithyos cauliculum humi prostratum esse. Hunc Theophrastus libr. 7. cap. 8. ubi de caulium differentiis agit, ἐπιγειόκαυλον dicit. Ibidem

quæ ἐπιγειόκαυλα sint docet, μὴ ἔχοντα δὲ τὸν φάσκαριον ἐπιγειόκαυλα. Vide locum, vide annotata. *Folium*, inquit, *habere spinosum*. Κάκτον plantam spinosam esse veteres tradunt omnes. Theocritus Eidylio 10.

Ἀλλ' ἀπολείπη
Ὥσπερ ὄϊς ποίμνας τᾶς τὸν πόδα κάκτος ἔτυψεν.

Sed relinqueris
Quemadmodum ovis à grege cujus pedem cactos punxit.

Philetas Cous, antiquus Poëta, cujus versus apud Athenæum reperiuntur lib. 2.

Γηρύσαιτο δὲ νεβρὸς ἀπὸ ψυχὴν ὀλέσασα
Ὀξείης κάκτου τύμμα φυλαξαμένη.

Et lamentetur qui perdidit hinnulus auram
Pungentis cacti, vulnera dum metuit.

Hujus distichi sensus est, hinnulum, sive hinnuli ossa, ad tibias esse apta, si modo dum viveret, sedulo prospexerit, ne à cacto sauciaretur. Refert Athenæus libr. 4. veteres ex hinnulorum, hinnularumque ossibus tibias fecisse, has reperisse Thebanis, & ab his accepisse reliquos Græcos. Θηβαίων δ' εὕρημα φησὶν εἶναι Ἰούβας τὸν ἐκ νεβροῦ κώλων κατασκευαζόμενον αὐλόν. *Tibiam quæ paratur ex cruribus hinnuli, à Thebanis repertam fuisse tradit Iuba.* Horum opinio fuit, ossa hinnuli inepta faciendæ tibiæ, quem cactos vulnerasset. Hesychius; Κάκτος, ἄκανθα ὑφ' ἧς ἐὰν πληγῇ νεβρός, ἀχρεῖα ἴσχει τὰ ὀστᾶ εἰς αὐλούς. *Cactos spina est, à qua si lædatur hinnulus, inutilia ad tibias ossa habet.* Lamentatur hinnulus ergo mortuus à vulnere cacti, quod ossa ejus inepta sint ad tibias. Atque hic versiculi sensus. Spinosa ergo planta cactos. Cæterum Theophrasti verba, quibus folia & caulem describit, admodum corrupta & lacera esse ex Plinio & Athenæo constat, restituenda eadem, quo dixi sensu & methodo, ex iisdem probatur. Καὶ θησαυρίζουσιν αὐτοὺς ἐν ἅλμῃ. Plinius vertit, *Caules vocant κάκτους, nec fastidiunt in cibis inveteratos quoque.* Theophrasti, inquiunt viri maximi, sensus est, edules esse caules illos, detracto cortice subamaros, & muria condiri condique solitos; quia scilicet subamari essent, ideò sale macerabantur, nec propterea aliter videntur edules fuisse, nisi muria domiti & macerati. Ita intellexisse Theophrastum, patet ex sequentibus illis: ἕτερον δὲ καυλὸν ἀφίησιν, ὃν καλοῦσι πτέρνικα. γίνεται δὲ καὶ οὗτος ἐδώδιμος πλὴν ἀθησαύριστος. *Cæteri caules cacti non aliter edebantur nisi* θησαυρισθέντες, & postquam ætatem in sale tulerant, hic qui vocabatur pternix, etiam edebatur, sed ἀθησαύριστος. Ergo recens tantum mandebatur, non quia muria similiter condiri non posset ac servari, sed quia recens melior. At Plinius hæc vertit: *Unum caulem rectum habent, quem vocant pternica, ejusdem suavitatis, sed vetustatis impatientem.* Cur vetustatis impatiens? Nihil certe est, quod vetustatem ferre non possit, dummodo sale condiatur. Cur iste caulis in muria servari non queat, quum cæteri possint? Nihil sanè rationis video. Sed verum est omnino quod suspicamur: quum Plinius totum eum locum de cacto in adversaria sua transferret, omisit, fortè properans, ut sæpe fit, verba illa, ἐν ἅλμῃ, quæ calami acumen fugerunt. Nobis enim constat, dum silvam sibi ad scribendum compararet, omnia quæcunque apud auctores super unaquaque materie legebat, certis titulis assignasse, interdum serie alphabetica redegisse, herbarum, arborum, lapidum, piscium, & medicinarum ex iis nomina, atque inde sumpsisse, quum scriptioni manum admoliri cœpit. Cum igitur de adversariis locũ illum transcriberet ac verteret, in eo videtur legisse tantum, sicut properabundus scripserat, Ἐδώδιμοι δὲ εἰσὶ περιλεπόμενοι, μικρὸν ὑπόπικροι. καὶ θησαυρίζουσιν αὐτοὺς, prætermissis illis, ἐν ἅλμῃ. Ideo nec illa in versione expressit, quum reddidit: *nec fastidiunt in cibis, inveteratos quoque*, quod alioquin, oportuit. Nec enim *inveterari* est, ἐν ἅλμῃ ἀποθησαυρίζεσθαι, sed simpliciter ἀποθησαυρίζεσθαι. Multæ herbæ reponuntur, ut inveterari possint, & vetustatem ferant, quæ sale opus non habent. Immo inveterari de his propriè dicitur, quæ servantur, & conduntur absque adminiculo salis. Nam quæ vetustatem ferre nequeunt, ea sale, vel muria condita sic servantur, quod ἁλμεύειν Græci dicunt. Theophrastus ἀποθησαυρίζειν ἐν ἅλμῃ, Dioscorides ταριχεύειν εἰς ἅλμαις. At inveterare simpliciter de iis quæ sine sale servantur usurpavit Plinius libr. 19. cap. 6. *Quod si diutius allium cæpamque inveterare libeat aqua salsa, tepida capita intingenda sunt, ita diuturniora fient, melioraque usui, sed in satu sterilia.* A lium & cæpe inveterantur abque sale, sed ut diuturniora fiant, aqua salsa unguenda sunt. Ita libri, non ut habent editi, *intingenda*. Hoc nihil ad ἁλμεύειν, qua conduntur herbarum multæ. Etenim aliæ virides & recentes esui sunt: aliæ reponuntur, & servantur ut siccæ usui esse possint. Sicca vocat Apicius. De siccis hæc: *Lasaris radices, menta, nepeta, salvia, cupressum, origanum, &c.* Cepas & allia in eo albo recenset. Atqui inveterari hæc propriè dicebantur, quia non virides & recentes, sed siccæ & inveteratæ sumebantur; παλαιοῦσθαι Græci de iisdem dicunt; alia porro in muria & aceto servabantur condita. Patet igitur, Plinium legisse in Theophrasti verbis θησαυρίζουσιν, non θησαυρίζουσιν ἐν ἅλμῃ. Ideo ἀθησαύριστον, *vetustatis impatientem*. Hactenus viri magni. Præter veritatem accusatur Plinius, nihilq; peccavit, quod ex iis, quæ dicturus sum facilè concedes. Notat doctissimus Pintianus aliter legi in Salmanticensi codice. *In terra serpunt caules à radice emissi; lato folio & spinoso. Caules vocant cactous, nec fastidiunt in cibis inveteratos. Condunt muria. caulem rectum habent, quem vocant pternica.* Scribendum reor; *Nec fastidiunt in cibis inveteratis. condunt muria. Alium caulem rectum habent, quem vocant pternica, &c.* Vide, & fer sententiã, utrum rectè Plinius θησαυρίζεσθαι ἐν ἅλμῃ reddiderit. Considerare oportet, an auctoris, an exscribentis, an librarii culpa error contigerit. Hic exscribentis, vel librarii negligentia peccatum est. Præterea cum ait Plinius, *vetustatis impatientem*; illud ita accipi non oportet, quasi sale conditus, durare non possit, sed quod pristinam quam recens habebat suavitatem non servet. Hæc mens, hic sensus verborum Plinii. Nec fallitur Plinius, ut quidam asserunt, quod sui generis esse, & in Sicilia tantum nasci cactum scribit, Theophrastum sequitur. Ἐν τῇ Ἑλλάδι δὲ οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ περὶ τὴν Σικελίαν μόνον. Carduus Romanorum & cactus Siciliæ neutiquam res eadem, sed diversa. Non sequitur, cactus in Hellade non fuit, ergo nec cinara. Nec Græci vocarunt κινάραν, quam Siculi κάκτον, sed alibi quam in Græcia nascentem. Omnino alia planta, ut mox dicam, cinara. Sed de hac quæstione inferius. Pternica caulem cacti rectum vocari scribunt. An nomen illud accepit, quod mali calicem referat? πτέρνα enim pars dicitur, ut scribit, Pollux, quæ in λυχνίδα aut ἱστοδόκην immittitur: An verò à dolore & fraude nomen accepit? Suidas, πτέρνα δόλος, ἐπιβουλή. quod spinas habeat latentes. An πτέρνιξ, quod verus sit caulis, ex πτε particula, & ἔρνος. Πτε, non raro syllabica adjectio, facta per syncopen à πότι. τὸ ἔρνος ramus, κλάδος caulis. Apud Theophrastum libr. 2. cap. 7. ἔρνη φύεται. Vereor Siccu lam esse vocem, & ὃν καλοῦσι πτέρνικα cum scribit Theophrastus, non exponendum οἱ ἐν τῇ Ἑλλάδι, sed ὃν οἱ ἐν τῇ Σικελίᾳ πτέρνικα καλοῦσι. Sequitur. τὸ δὲ περικάρπιον ἐν ᾧ τὸ σπέρμα, &c. Vertit Plinius; *Semen ei lanuginis, quem pappum vocant, quo detracto & cortice, teneritas similis cerebro palmæ est.* Hæc vel insigniter depravata, vel lapsus vehementer Plinius. Theophrastus lanuginem quidem, quæ semen ambit detrahendam & abjiciendam inquit, sed corticis nullam facit mentionem. Quid velit Plinius, non satis capio. Theophrastus καυλοὺς ἐπιγείους, quos κάκτους vocant, decorticari scribit. Num igitur Plinius in vertendis Theophrasti verbis corticis detractionem, ubi necessaria erat, neglexit, eamque reposuit, ubi locum non habet? vel placet propter multiplicem vocis περικαρπίου significationem lapsum Plinium? Hæc enim, licet in omnibus eadem sit nominis ratio, tamen pro diversitate fructuum aliud atque aliud significat; fructus pars est, quæ semen ambit, adversus cæli, animaliumque injurias, in castaneis echinatus cortex, in juglande calyx viridis quo continentur nux, in frumentis gluma, in leguminibus siliqua, in pomis pulpa & caro. Vide quæ lib. primo dicta sunt. Hesychius, περικάρπιον exponit λέπυρον καὶ σκέπασμα. περικάρπιον, ergo quod in fructu extra est, & semen ambit; hoc in aliis esui aptum, in aliis ineptum, pro natura & genere fructus. In κάκτῳ περικάρπιον non videtur pomum ipsum significare, sed extimum aliquem corticem, cum ipso pomo vel carne, vel sine eo. Nam pomum, sive potius caro quæ semen ambit, spinosa vix esse potest, verum cortex exterior qui circumdat carnem. Hunc exteriorem ac spinosum corticem Plinius cum papposo semine detrahendum & abjiciendum scribit. Quod non est præter rationem, quamvis id vel non scripserit, vel expresserit Theophrastus; qui non vult edulem extimum spinosum corticem, sed pomum, sive carnem quæ interius continetur, ac etiam περικάρπιον dicitur quod semen ambit. Palmæ cerebro similem huic teneritatem ait esse pappo & cortice detracto. Hoc excusari non potest. Ἐμφερὲς dixit Theophrastus, id est, *simile*, Ergo de forma, non qualitate accipi oportet. Male etiam Athenæi interpres vertit

vertit gustu, qualis est cerebro palmarum, quod nec apud Plinium, nec Theophrastum habetur. Forma referre palmæ cerebrum tradit Theophrastus. teneritatem similem habere Plinius. Restat inquiramus, utrum cactos ad recentiorum cognitionem pervenerit. Omnes fermè uno ore clamitant, κάκτον & cinaram, sive articocam eandem esse plantam. Qui hanc probant sententiam Athenæi auctoritate nituntur. Τίς δ' ἂν οὖν τούτοις οὐχὶ πιστεύσας θαῤῥῶν ἂν εἴποι τὴν κάκτον εἶναι ταύτην τὴν ἀπὸ Ῥωμαίων μὲν καλουμένην καρδοῦν (malunt alii κάρδυν) οὐ μακρὰν ὄντων τῆς Σικελίας, ἀδελφοῖς δ' ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κινάραν ὀνομαζομένην, ἀλλαγὴ γὰρ δύο γραμμάτων καρδὸς & κάκτος ταυτὸν ἂν εἴη. *Ecquis his verbis persuasus confidenter non asserat, cacton hanc esse, quam Romani brevi spatio à Siculis divisi carduum* (præstat *cardum*) *appellant, Græci vero apertè cinaram? mutatis enim duabus literis cardos, & cactos idem fuerit.* Duabus quoque litteris mutatis & transpositis, *plantago* fiet platanus, *poliū*, *porrum*, Apios tithymali genus, erit apium selinum, malva malus, lotus, morus, rubes, ribes. Inde ergo nihil concludi potest. Nemo præter Athenæum cacton & cardon Romanorum eandem dixit plantam. Fallitur etiam Athenæus cum scribit. Κινάραν, τοῦ Σοφοκλῆς ἐν κόλχισι κύναρον καλεῖν, ἐν δὲ φοίνιξι· Κύναρος ἄκανθα πάντα πληθύει. γύην. Athenæi sententia est eam herbam, quam alii per ι vocant, Sophoclem per υ appellare, κύναρον. Et hoc quidem tam falsum, quam quod falsissimum. Contrarium docet Galenus, aitque, antiquos, inter quos Sophocles, κίναρον scripsisse διὰ τοῦ κ καὶ ι, suos vero æquales novitatis amore διὰ τοῦ κ καὶ υ. quod etiam, velit nolit, fateri debet Athenæus. Vide quæ supra dixi. Cinaram carduum Romani vocarunt, quod vel ex Virgilio patet, qui versum Sophoclis in hunc vertit sensum, *segnisque horret in arvis Carduus*. Cinaram Romanos carduum vocasse, ex Palladio constat, qui de carduo eadem recenset, quæ de κινάρᾳ Græci. Palladius in Martio tit. 9. *Mense Martio seritur carduus. terram stercoratam & solutam diligit, quamvis in pingui melius possit provenire.* Paulo infra. *Si cacumina seminū confringas, spinis carebunt.* Hæc Cassianus Bassus, hæc Columella, cæterique de cinara. Ergo cinara, sive scolymus Theophrasti, carduus Latinorum. Videamus an cinara cum delineatione Theophrasti satis conveniat. *Cactum*, inquit Botanicus noster, *in Græcia non reperitur, sed in Sicilia tantum nascitur*. Cinara tempore Columellæ Italiæ satis familiaris. Sed hoc frivolum argumentum, & nullius valoris. Cactus statim à radice emittit καυλοὺς ἐπιγείους, his caret cinara. Quod cum videret summus Botanicus, novam quandam vocis καυλοὺς expositionem excogitavit. Quod autem (ait) de caulibus scribunt, mox in terram à radice missis, qui esui sunt idonei, fortassis foliorum sunt costæ, quæ sublatis utrimque foliosis additamentis (quemadmodum mensis inferuntur) caulem referre possunt. Nisi vel in Sicilia, ubi tantum Theophrasti ætate nascebantur, & caules quosdam ἐπιγείους, sive *in terram procumbentes*, & alium rectum quoque proferat: postea vero in Italiam, aut Germaniam translatus ἐπιγει☉ illos emittere desinat. Solum siquidem ac cælum ad stirpium mutationem plurimum posse, non modo Theophrastus auctor, sed & ipsa rerum experientia ostendit. Prudenter addidit vocem *fortassis*. Nam si has costas intellexisset Theophrastus, omnino absurdè scripsisset. ἴδιον παρὰ τὰ ἄλλα τὸ φυτόν. Infinitæ plantæ tales costas cauliculosque ferunt, centaurium magnum, pastinaca, levisticum, hipposelinum. Præterea cauliculi hi, sive costæ, humi non procumbunt, nec per terram serpunt, sed eriguntur & attolluntur, nonnihil tamen curvantur; sed quæ curvantur ἐπιγειόκαυλα dici nequeunt. Aliud curvari, aliud humi procumpere, ac per tellurem repere. Quod si in Sicilia tales cauliculos ferret quales describit Theophrastus, jam dudum aliquis prodidisset, nec res hæc lateret Baptistam Portam Neapolitanum, Botanicum summum. Caulem cacti rectum ὀρθοκαύλισον scribit Theophrastus, cinaræ ad tempus aliquot servari potest pristina bonitate præstantiaque. Cacti fructus tegumentum facie, inquit, acanacea sive spinosa, ut vulgo vertunt, talis non est cinaræ, licet singulæ squamæ in acutam desinant spinam. Spinosum vel acanaceum caput dici non potest neque exemptis lanuginosis seminibus commedi solet, sed antequam in florem erumpat, seminaque ferat; nec recentes cinaræ pappæ molestiam aliquam adferunt, ut de cacto tradit Dioscorides, & ex eo Ægineta. His addo, quod vox cactos apud Tertullianum reperiatur, uti doctiss. monet Salmasius; qua is nunquam usus esset, si cactus Romanis carduus, vel Græcis cinara, dictus fuisset. Et hæc de cacto, planta hactenus incognita, exspectandum usque dum eam aliquis ex Sicilia mittat.

Τὰ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἄκανθαν, &c.] Corruptus codex; Scribe, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἄκανθαν ἔχοντα φύλλον, οἷον τὸ πεῦκος φέως, ὄνωνις, τρίβολ☉, ἱππόφεως, μυλλάκανθος τε σφόδρα, καὶ τὸ φύλλον ἔχει σαρκῶδες; *Quædam vero præter spinam folium habent, ut pheum, ononis, tribulus, hippopheos spinas gerit incurvas, folioque constat spinoso.* Videat lector quæ lib. hoc 6. cap. 1. & 3. & lib. 4. cap. 11. de phleo & pheo dixi. Vocē πανταχοῦσαι tanquam spuriam rejeci. Nemo, quod sciam, veterum ejus facit mentionem. Scripsit quis ad oram de tribulo & anonide, πανταχοῦ φύεται, vel πανταχοῦ οὖσαι, *ubique reperiuntur*; hoc cum vitio receptum in textum, & inde nata vox πανταχοῦσαι. Doctissimus Gaza κάππαρις legit. Hanc lectionem probare nequeo; quod cap. sequenti capparim & folio & caule spinosā scribat. Quod si quis velit πανταχοῦσαι plantam esse, per me licet. Describitur ab Alpino planta gaidarothymo, cui præter spinam folium minimè spinosum. Attulit eam nobis Roma Martinus Blocklandius Medicus. Hujus meminit Honorius Bellus epistola 5 ad Carolum Clusium. Gaidarothymo planta elegantissima est, & prorsus nova, pedalis in orbem per terram diffusa, multis spinis sive aculeis horrida; folia longa, digitali magnitudine, aliquantulum angusta absq; petiolis proferens, quæ caules undique, sed inordinati ambiunt; caules quadranguli sunt, incani, quemadmodum folia, ita ut tota colore cineris appareat, ramos utrimque proferens figura quasi crucis, qui in spinas desinunt, & in alios ramulos omnes dividuntur; spina quæ medium locum obtinet, majore aliis semper existente: flores salviæ colore, magnitudine & figura similes profert, in hispidis quibusdam caliculis ternos aut quaternos simul junctos, quibus succedunt semina inæqualia colore nigra: perpetuo viret, & Iulio floret, totaque odore caret. Radicem habet magnam pro portione plantæ, & lignosam. Echinopoda mirum in modum æmulatur multitudine spinarum, sed colore tota alba apparet. Nascitur occidentali parte insulæ circa pagum Sarda vocatum, qui triginta sex millium passuum distat à Cydonia, locis siccissimis, inter thymum & Thymbram, neque alibi vidisse nemini, ignotam prorsus antiquis fuisse credo. Vocatur à rusticis γαϊδαρόθυμο, quod asininum thymum sonat, licet nihil cum thymo commune habeat, nisi solū, in quo oritur. Sic Bellus. Hæc planta anno M.D.XCVII. satis frequens Clusio semine nata: quæ eo anno multis duntaxat foliis prædita fuit incanis & lanugine obsitis, salviæ minori non dissimilibus, nullo petiolo, aut eo brevissimo fultis, nec in caulem abiit. Omnes autem plantas, hiems corrupit, præter tres, quæ sequente anno caules protulerunt frequētes ab eadem radice prodeuntes, sed facies valdè immutata. Nam folia prioribus longè minora fuerunt, & omnes rami, qui in alios ramulos ex adverso semper nascentes finduntur, in spinas desinunt, quarum media semper crassior & firmior est. In ramulorum separatione bina semper nata fuerunt foliola, thymbræ foliis æqualia ferè, & incana. In firmioribus spinis circum medium nati sunt inter foliola singulares duntaxat cauliculi, quinque laciniis divisi, Septembri mense, in quibus flos salviæ flori non dissimilis, sed superna parte repandus & dilutioris coloris. Cum vero tardè admodum flores protulerit, semen ad frugem pervenire nequivit. An porrò hanc plantam in proximum annum conservare possim, dies me docebit. Hæc verba sunt Clusii. Nobis altero à satione anno floruit, eodemque periit, mense Octobri, aut Novembris initio. Clariss. Clusius in appendice ad historiam plantarum stachiis vocavit spinosam, eoque descripsit nomine.

Μυάκανθ☉, &c.] Vertunt, *spina murilis*. Supra notavimus, asparagum dici μυάκανθον, sed asparago folium non est carnosum, nec folium aliud præter spinam profert, ut Theophrastus cap. 3. hujus libri tradit. Scribe ex Plinio ἱππόφεως, μυλλάκανθος τε σφόδρα, & τὸ φύλλον ἔχει σαρκῶδες. *Hippopheos spinas gerit incurvas, folioque constat carnoso.* Aliter vertit Plinius, libr. 21. cap. 15. *Hippopheos spinis geniculatum*. Dioscorides inquit, vir magnus, γωνιοειδεῖς ἀκάνθας hippopheo tribuit. Plinius legit γονατώδεις. At Dioscoridem non sequitur Plinius, sed Theophrastum, quod vel ex iis quæ præcedunt & sequuntur constat. Ea enim apud Theophrastum leguntur. μυλλάκανθον vel μυλάκανθον *spinis geniculatum* vertit. Μυλάκανθον ἀπὸ τῆς μύλης dictum imaginatus est, quæ vox ἐπιγονατίδα significat, vel *os genu*. Hesychius μύλαι, αἱ ἐπιγονατίδες, ἢ σιαγόνες. Idem μύλη ἐπιγονατίς, τὸ ὀστέον ἐπὶ τοῦ γόνατι, καὶ ἀγρυλλόν πάλαθ☉. Mylo patellum, os quod genu operit, latum est & rotundum genu super impositum, à molæ asinariæ similitudine sic dictum, quod rotundum sit. Sæpius apud Hippocratem vox hæc

 occurrit.

occurrit. Hinc Plinius, quod valdè ineptum, spinis geniculatum hippopheo dixit. At μυλλάκανθον idem quod σκολίκανθον, quæ spinam habent incurvam, & inflexam hami instar, quæ hamatis & incurvis spinis armata sunt. Μύλλον enim Græcis σκολιὸν, κάμπυλον, Hesychius μύλλον, κάμπυλον, σκολιὸν, κυλλὸν, στρεβλὸν, &c. Hanc spinam Meleager in corona, epigrammatum φορβῆς σκολιότριχα vocat.

> Ἐν δὲ καὶ ἐκ φορβῆς σκολιότριχος ἄνθος ἀκανθὲς,
> Ἀρχιλόχου μικρὰς στράγγας ἀπ' ὠκεανοῦ.

Totidem, inquit Clariss. Salmasius, floribus comparat in eo carmine singulos Poëtas, unde epigramma compilavit, & coronam suam contexuit. Propter virulentiam & acerbitatem carminum, quod sumpsit ex operibus Archiloi assimilat flori herbæ hippophei, quam vocat σκολιότριχα φορβῆς. Nam φορβὴ est herba. Hesychius, φορβὴ βοτάνη. Latini antiqui dicebant *ferba*, ut fircus, fœdus, ex Æolico φέρβη. Hippophaes flores habet racemosos, ut hedera. Ideo in corollis locum haud secus atque hederæ corymbi habuerit. Radix incisa succum fundit; nam ὀπίζεσθαι eam scribit Dioscorides. Hinc μικρὰς στράγγας ἀπ' ὠκεανοῦ Archilochi appellat, paucula excepta è vasto oceano scriptorum ejus; & simul alludit ad naturam herbæ, cui scripta illius confert, quæ ὀπίζεται, & ejus succus κατὰ στράγγα, guttatimque fluit. Ἄνθος ἀκανθὲς, τὸ ἀκανθῶδες. Malè in membranis ἀκανθής. Flos quidem ipse minimè spinulentus, sed quia herba ipsa tota spinis horrida, ideo ἄνθος ejus ἀκανθὲς vocat. Mordacia porro carmina & dentata, qualia erant Archilochi, ritè fulloniæ spinæ comparat. Nam & πλύνειν & κνάπτειν, quæ propria sunt fullonum, Græci ἀντὶ τοῦ λοιδορεῖν usurpant.

ΚΕΦ. Ε. — CAP. V.

De phleo, inturi, id est cappari. De tribulo, ejusque duobus generibus. Deque ononi, herba aculeigera.

ΠΟλυσχιδὲς δὲ καὶ πολύῤῥιζον τὸ φλέως. οὐ μὴν κατὰ βάθους γε τὰς ῥίζας ἔχον. βλαστάνει δὲ ἅμα Πλειάδι καὶ " τοῖς πρώτοις ἀρότροις, καὶ ἀφίησι τοῦτο τὸ φύλλον. οὐ γάρ ἐστιν ἐπέτειον, ἀλλὰ χρονιώτερον. τὸ δὲ τῆς καππάριος ἴδιον ὥσπερ ἐλέχθη περὶ ταῦτα. καὶ γὰρ τὸ φύλλον ἐπακανθίζον ἔχει. καὶ τὸν καυλὸν οὐχ ὥσπερ † ὄφεως καὶ ἱπποφέως ἀνάκανθα τοῖς φύλλοις· μονόῤῥιζον δὲ καὶ ἐπίγειον καὶ χαμαίκαυλον. βλαστάνει δὲ καὶ ἀνθεῖ τοῦ θέρους, καὶ διαμένει τὸ φύλλον χλωρὸν ἄχρι Πλειάδος. χαίρει δὲ ὑφάμμοις καὶ λεπτογείοις χωρίοις. λέγεται δὲ ὡς ἐν τοῖς ἐργασίμοις οὐ θέλει φύεσθαι. καὶ ταῦτα περὶ τὰ ἄστη καὶ ‡ ἐν εὐηλίοις τόποις φυομένη, καὶ οὐχ ὥσπερ σίλφιον ἐν ὀρεινοῖς. τοῦτο μὲν οὐ πάντως ἀληθές. ὁ δὲ τρίβολος ἴδιον ἔχει, διότι περικαρπάκανθός ἐστι. δύο δ' αὐτοῦ γένη. τὸ μὲν γὰρ ἔχει φύλλον ἐρεβινθῶδες· " ἕτερος δὲ φυλλάκανθος. καὶ ἐπίγειοι δ' ἄμφω καὶ πολλαχοῦ σχεδὸν σχιζόμενοι. ὀψιβλαστὴς δὲ μᾶλλον ὁ φυλλάκανθος περιφύεται τὰς αὐλάς. τὸ δὲ σπέρμα τοῦ μὲν πρωΐου, σησαμῶδες· τοῦ δὲ ὀψίου, στρογγύλον ἐπίμελαν ἐν λοβῷ. καὶ τὰ μὲν ὥσπερ ἀνάφυλλα καὶ ἄκανθα ἔχοντα σχεδὸν ἐν τούτοις. ἡ δ' ὀνωνίς ἐστι πορθάκανθον. ἐπέτειον δὲ φύλλον ἔχει, πηγανῶδες· παραπεφυκὸς παρ' ὅλον τὸν † καυλόν. ὥσπερ στεφάνου τὴν ὅλην εἶναι μορφὴν διαλαμβανομένην ὑπ' ἀλλήλων· κολλοβοανθὴς δὲ καὶ ἐλλοβοανθὴς ἀδιαφεράκως. φύεται δ' ἐν τῇ γλίσχρᾳ καὶ χαυνώδει, καὶ μάλιστα ἐν τῇ σπορίμῳ καὶ γεωργουμένῃ. διὸ καὶ πολέμιον τοῖς γεωργοῖς. καὶ ἔτι δυσώλεθρος. ὅταν γὰρ λάβῃ χώρας βάθος, ὠθεῖ τὰ κάτω εὐθύς. καὶ καθ' ἕκαστον ἔτος ἀποφύσεις ἀφεμένη εἰς τὰ πλάγια, πάλιν, εἰς τὸ ἕτερον ὠθεῖται κάτω. ‡ σκαφεῖσα μὲν οὕτως ὅλη. τοῦτο δὲ βρεχείσης γίνεται τῆς γῆς. καὶ ἀπόλλυται ῥᾷον. ἐὰν δὲ μικρὸν ἀπολειφθῇ, ἀπὸ τούτου πάλιν βλαστάνει. ἄρχεται δὲ τῆς βλαστήσεως θέρους· τελευτᾷ δὲ μετοπώρου. τὰ μὲν οὖν ἄγρια τῶν φρυγανικῶν, ἐκ τούτων θεωρείσθω.

Marg.: " τοῖς πρώτοις ἀρότροις, καὶ τοῖς ἀφίησι τὸ φύλλον. — † ὁ φέως. — ‡ πεδινοῖς. Theod. — " φυλλάκανθος. ἐπίγειοι. — † καυλὸν. διαλαμβανόμενον ἐναλλήλως ὥστε στεφάνου τὴν ὅλην εἶναι μορφὴν κολλοβοανθής. — ‡ κατασκαπτεῖσα.

PHleum folio constat carnoso, multifidum, multistirpsque est, non tamen altè descendit. Germinat cum Vergiliis, primoque aratro una, nec folia id dimittit. Non enim annuum, sed diuturnius est. † Inturis præter prædicta, peculiare (ut retulimus) habet, quod & folium, & caulem gerit subhispidum, nec ‡ phleum, & lappaginem æmulatur, quæ foliis mitibus constant. " Vnistirps, humile, humicaule est. Germinat, floretque æstate, & folium usque Vergilias viride perdurat. Gaudet locis arenaceis, atque tenuibus: cultis haud quicquam exire dicitur, cum apud oppida, & loca plana proveniat, non laserpitii modo apud montuosa. Hoc igitur minus verè putarunt. Tribulus vero peculiare sortitur, quod † fructu aculeigero constat. Ejus duo genera sunt. Vnus enim folio ciceris exit, alter ‡ spinosus, foliatus constat: ambo terreni, atque multifidi sunt: serius germinat, qui spinosus foliis est, & apud septa " villarum is solet erumpere. Semen præcoquis, sesamæ vicinum: serotini rotundum, nigricans, septum in siliqua. Atque ea quidem, quæ folio quasi orbantur, spinamque gerunt, hisce ferè constare animadvertimus. Ononis ramis aculeigerum est; † anno tantum perdurans, folio rutæ similis, sed per totum apposito caulem: ut veluti coronam ex intervallis tota species repræsentet. Florem minutulum, & in siliqua non undique septum edit. ‡ Nascitur lento plenoque solo, & præcipue in segetibus atque cultis. Qua de causa agricolis inimica exit. Vivax admodum est. Cum enim altam nacta tellurem fuerit, protinus " sua infima pellit. Et singulis annis, surculis in latus emissis rursus anno postero deorsum versus, † pellere solita est. Effodienda tota exstirpandaque penitus est, quod solo madefacto agendum. Sic enim facilius interit Nam si vel parvulum relinquatur, ex hoc assurgere iterum potest. Incipit germinare æstate, perficitur autumno. Ergo sylvestre genus suffruticum intelligendum ex his est.

Marg.: " *Phleum multifidũ, multasque radices habet, non tamen altè descendentes. germinat cũ Vergiliæ occidunt, primæque sationis tempore, quo etiam folia nova emittit.* — † *capparis.* — ‡ *pheũ, nec hippopheũ.* — " *singulari radice constat.* — † *pericarpio.* — ‡ *spinoso folio.* — " *ovilium.* — † *folio annuo, rutaceo, sed per totũ apposito, caulem alternato foliorũ exortu interceptũ, ut veluti coronã ea tota figura repræsentet. florem mutilum.* — ‡ *udo lætoq;* Scal. — " *ilico demittit radices.* Scal. — † *demittere.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

OΥκ ἀφίησι δὲ τοῦτο τὸ φύλλον. *Sic lege: non* & ἀφίησι *atque ita agnoscit Theodorus.*

Μονόῤῥιζον δέ. *Theodorus* unistirps. *De hoc alibi.*

Καὶ ἐν εὐηλίοις τόποις. *Theodorus*, loca plana: *quia mox opposuit*, ὀρεινοῖς. πεδινοῖς *itaque legit.*

Ἐν τῇ γλίσχρᾳ, καὶ χαυνώδει. *Theodorus*, lento, plenoque solo. *Vsitatius, & purius, & exactius:* udo, lætoque.

Ὠθεῖ τὰ κάτω εὐθύς, *Theodorus*, protinus sua infima pellit. *Illico demittit radices.*

Σκαφεῖσα μὲν οὕτως ὅλη. *Theodorus*, effodienda tota, extirpandaque est. *Deest igitur verbum: aut mutandum*, σκαφεῖσα.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Φλέως &c.] Abunde lib. quarto cap. 11. probavi, aliud φλέως, aliud φέως esse. Φλέως aquatica planta est, spinis carens. Φέως verò in campis nascitur, & est spinosa. Supra libro hoc eodem cap. 1. Theophrastus φέως στοιβὴν vocari tradidit. ubi, uti & cap. 11. lib. 4. notavimus non tantum φέως, sed & ἱππόφεως στοιβὴν vocari. Has duas stoebas potentia facultateque multum differre, ex Galeno non difficile probari potest; siquidem lib. 1. de antidotis cap. 111. Stoeben acrem inquit, & calidam, contra libr. de simpl. medicament. facult. 7. adstringentem & mordacitatis expertem ait. De acri prius agam, dein de adstringente. Στοιβὴ acris, hanc Theophrastus ἱππόφεω vocat. de hac Galenus loco citato. Ἔστι δέ τις παρ᾽ ἡμῖν γενομένη βοτάνη θαμνώδης πάνυ θερμὴ καὶ δριμεῖα, καὶ ἀρωματίζον ἔχουσά τι, καλοῦσι δ᾽ αὐτὴν οἱ ἐπιχώριοι κολυμβάδα, ἔνιοι δὲ στοιβὴν, ἐπιτηδειοτάτην οὖσαν εἰς φυλακὴν οἴνου. Συντίθεται οὖν ἐν ταύτῃ τῇ βοτάνῃ τὰ κεράμια, καὶ τῶν οἴκων τῶν ὑπερῴων τοῦ μέρους τὸν ἕνα τοῖχον διατρήσαντες τρήμασιν ἀξιολόγοις, ἐστραμμένοις εἰς τὸν μέγαν οἶκον, ἐν ᾧ τόν τε κρίβανον ἔφην εἶναι, καὶ τὴν ἑστίαν. προμηθούμενοι διὰ τῶν τρημάτων εἰσιέναι θερμασίαν εἰς τὸν οἶκον, ᾧ τὰ κεράμια κατατίθεται. ἔκ τε οὖν τῆς κατὰ τὸν μέγαν οἶκον θερμασίας ἡ ἀποθήκη θερμαινομένη, κἀκ τῆς στοιβῆς θαλπομένη διεφύλαττε πάνυ τὸν οἶνον ὡς μηδέποτε ὀξυνθῆναι. *Herba quædam apud nos invenitur fruticosa, calida, & acris valdè, parumper aroma redolens, quam incolæ colymbadem, alii stoeben appellant, ad præservandum vina aptissima. In hac itaque fidelias rustici collocant, atque parietem unum superioris cellæ qui in atrium respicit, in quo furnum & focum esse diximus, amplis fenestris aperiunt, agnoscentes calorem per fenestras ingressurũ in cellam, in qua fideliæ repositæ sunt. Cella itaque vinaria partim calore ex atrio ascendente calefacta, partim herba stoebe tepefacta, vinum quodcunque repositum acescere non finit.* Meminit idem Stoebes lib. de formatione fœtus cap. 3. item lib. de anatom. administ. 6. cap. 11. & libr. 7. de usu part. cap. 1. ubi de pulmone agit. Doctissimorum virorum super locis citatis sententia multum variat. Alii quippe Galenum, locis duobus citatis, stoebes folia hepati comparare asserunt, ideoque hepatis quandam ideam in stoebes folia quærunt. Malunt alii Galenum demonstrare hepatis παρέγχυμα, spatia inter ipsorum vasorum divisuras inania, perinde ac stoebes implere ac farcire. Horum sententiam ipse Galenus probat lib. de usu partium, ubi παρέγχυμα pulmonis eadem ratione stœbæ comparat, qua hepati comparavit, id est, fulcire inania spatia, non secus ac stoebe facit res quaslibet. Verba ipsa subscribam Galeni. qui lib. de fœtus formatione hæc tradit. ἡ δὲ ἥπατος ἴδιος οὐσία, περὶ ἧς δίειλθον ἔμπροσθεν, ἐν κύκλῳ τε περιφύεται, καὶ τὰ μεταξὺ τῶν σχίσεων ἀναπληροῖ καθάπερ τις στοιβή. *Quibus postea propria jecoris substantia, de qua mox diximus, circumcirca adnascitur, ita ut ramulorum interstitia perinde ac stoebe quædam impleat atque obturet.* Libro de anatom. administ. Καλοῦσι δὲ αὐτὴν οἱ περὶ τὸν Ἐρασίστρατον παρέγχυμα. ταύτην οὖν τὴν οὐσίαν ἣν εἴτε σάρκα βούλει καλεῖν εἴτε παρέγχυμα δίκην στοιβῆς (vulgo συβῆς) ἐγκειμένην ἁπάσαις ταῖς μεταξὺ χώραις τῶν σχιζομένων ἀγγείων, ἐξαίρειν οἷόν τέ σοι τοῖς σαυτοῦ δακτύλοις, ὥς τε γυμνὰ καταλειφθῆναι τὰ διαπλέκοντα τὸν ἕνα λοβὸν ἐκεῖνον ἀγγεῖα, καθ᾽ ὃν ἂν πρότερον ἐμβάλῃς τὸ παρεσκευασμένον ὄργανον. *Eam vocant Erasistrati sectatores parenchyma. hanc igitur substantiam, sive carnem mavis appellare, sive parenchyma, stoebes modo, omnibus inter vasa scissa regionibus, expositum, tuismet digitis poteris eximere, ut vasa unam illam fibram cui prius instrumentum præparatum indideris, amplexa, nuda relinquatur.* Libro de usu partim. Πλέγμα δ᾽ ὅτι καὶ τοῦτό ἐστι τὸ σπλάγχνον, ὥσπερ καὶ τὸ ἧπαρ ἀγγείων παμπόλλων, μαλακῇ σαρκὶ καθάπερ στοιβῇ τινὶ τὰς μεταξὺ χώρας ἀναπεπληρωμένον. *Hoc itaque viscus quemadmodum hepar, vasis quam plurimis veluti est contextum, quorum intervalla carne molli instar stoebes cujusdam opplentur.* Ex his stoeben carnosam crassamque esse, facile percipi potest; verum formam aut effigiem ullam hepatis habere, ego colligere nequeo. Ἐλαιώδες φύλλον ἱππόφεω habere tradit Theophrastus, inde conjicio, stoeben locis memoratis descripsisse Galenum, quam ἱππόφεω vocat Theophrastus. Dioscorides duas describit plantas hippophaes nomine; sed altera hippophæstũ vulgo vocatur. Utrum altera stoebe sit, de qua hactenus facta est mentio, nunc inquirendum. Ἱπποφαὲς, inquit, libro 4. cap. 162. ᾧ γνάφουσι τὰ ἱμάτια, φύεται μὲν ἐν παραθαλαττίοις, καὶ ἀμμώδεσι τόποις. θάμνος δέ ἐστι φρυγανώδης, πυκνὰς, ἀμφιλαφὴς (Lacuna ex veteri codice interserit μικρὸς) φύλλα ἔχων μακρὰ πρὸς τὰ τῆς ἐλαίας, στενότερα δὲ καὶ μαλακώτερα. (Sic legit Lacuna ex veteri codice at vulgata exemplaria λεπτότερα) καὶ μεταξὺ ἀκάνθας ξηρὰς, ὑπολεύκους. γωνιώδεις, ἀπ᾽ ἀλλήλων διεστώσας. ἄνθη κορύμβοις ἐοικότα κισσοῦ, ὡς βοτρύδια προσείμενα ἀλλήλοις, πολὺ μικρότερα, καὶ μαλακὰ, καὶ μετὰ τοῦ λευκοῦ φοινισσοντα ἐκ μέρους. ῥίζα παχεῖα καὶ μαλακὴ, ὀποῦ μεστὴ, γευσαμένῳ πικρὰ, ὀπιζομένη ὥσπερ θαψία. ἀποτίθεται δὲ καθ᾽ ἑαυτὸν ὁ ὀπὸς καὶ σὺν ὀροβίνῳ ἀλεύρῳ ἀναλαμβανόμενος καὶ ξηραινόμενος. καθαίρει δὲ χολώδη, ὑδατώδη, καὶ φλεγματώδη κάτω ὅσον ὀβολὸς ἀκίρατος. *Hippophaes, quo vestes à fullonibus interpolantur, in maritimis sabulosisque nascitur. Est autem frutex è cremiorum genere densus (parvus) quoquoversus expandens. Foliaque habens longa, oleaginis proxima: sed angustiora, molliora que, (tenuiora) inter quæ candicantes spinæ emicant, siccæ, angulosæ, distantes inter se: flores hederæ corymbis similes, ac veluti racematim sibi invicem cohærentes, minores tamen & molles, candidos simul & ex parte puniceo colore rubentes: radicem crassam, mollem, lactei succi plenam, gustu amaram. Ex hac perinde ac è thapsia liquor excipitur; qui & per se, & cum ervi farina subactus siccatur, & ad usum reconditur. sincerus is biliosa, aquosa, pituitosaque detrahit, oboli pondere, &c.* Plinius libr. 22. cap. 12. *Hippophyes in sabulosis maritimisque nascitur, spinis albis. Hederæ modo racemosa est, candidis & ex parte rubentibus acinis. radix succo madet, qui aut per se conditur, aut pastillis farinæ. hæc bilem detrahit obolo ponderis saluberrimè cum mulso. Est altera hippope, sine caule, sine flore, foliis tantum minutis. Hujus quoque succus hydropicis mirè prodest. debent accommodatæ esse equorum naturæ, neque alia ex causa nomen accepisse. quippe quædam animalium remediis nascuntur locupleti divinitate ad gerenda præsidia: ut non sit mirari satis ingenium ejus, disponentis auxilia in genera, in causas, in tempora, ut aliis prosit atque aliis horis, diesque nullus prope sine præsidiis reperiatur.* Hippophyes in sabulosis, inquit, nasci. Dioscoridi non hippophyes, sed hippophaes dicitur, & sic viri magni Plinium scripsisse contendunt. Ita libro 21. cap. 15. scriptum *hippophaes spinis geniculatum*. Iidem etiam legunt, *Est & altera hippophaes, sine caule, sine flore, &c.* Dioscorides ἱπποφαιστὸν hanc plantam vocant. Sed hippophaes ab aliquibus vocari tradit, Describitur ab eodem his ferè verbis. Ἱπποφαιστὸν, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἱπποφαὲς καλοῦσι, φύεται ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις, ἐν οἷς καὶ ὁ ἱπποφαὲς, καὶ αὐτὸ γναφικῆς ἀκάνθης εἶδος ὑπάρχον. ἔστι δὲ χαμαιπετὲς, ἔχον μόνον φυλλάρια μικρὰ, ἀκανθώδη, καὶ κεφάλια χαῦνα· οὔτε καυλὸν, οὔτε ἄνθος (Lacuna ex veteri codice addit οὔτε καρπὸν) φέρει. ῥίζαν δὲ παχεῖαν καὶ μαλακὴν, &c. *Hippophæstum, quod aliqui etiam hippophaes appellant, nascitur iisdem locis, quibus & hippophaes, estque spinæ fulloniæ genus. Humi vero sternitur, sine caule ac flore (& fructu) minutis tantum foliolis, iisque spinosis, & capitulis inanibus (fungosis) radice crassa & molli.* Atque hæc ferè sunt argumenta, quibus viri doctiss. probant *Hippophaes* scripsisse Plinium. Ego malo hanc probare sententiã, quam asserere, Plinium pro *hippophaes* perperam scripsisse *hippophyes*. Illud tamen etymon, quod tradit, suspicionem haud levem dat, sic scripsisse Plinium. Aut nomen accepisse ab equorum natura. Hippophyes ergo ex ἵππος & φύω, *equis nascor*, inde ἱπποφυὲς. Nisi fortè placeat, Plinium nomen inditum putasse, ἀπὸ τοῦ ἵππου & φάος quod est, *lux, lumen, splendor equorum*. Sed hæc (pace Plinii si dicere liceat) inepta. Nomen impositum ἀπὸ τοῦ ἵππου, quod in compositionibus magnitudinem denotat, ut alibi pluribus probavi, Hipposelinum, hippolapathum, vocamus lapathum, selinum sive apium magnum. Ἱππόφαες ergo quasi ἵππο φάος à multo magnoque splendore, nitore, ac lumine dicitur ab effectu, quod succus radicis vel spinæ splendida, nitida, luminosa, vestes & lanificia efficiat, hoc detergendi vi præstat. Hoc etymon ipse Dioscorides probat, cum ait, Ἱππόφαες ᾧ γνάφουσι τὰ ἱμάτια. *Hippophaes, quo vestes à fullonibus mundantur.* Eadem κνάφον ab aliquibus vocatur. Galenus in glossis, ἱππόφεως τοῦτο οὐ μόνον ἱππόφαες ὀνομάζεται, ἀλλὰ καὶ κνάφον καὶ στοιβὴ. Στοίβη dicta videtur, quod ea in acervum composita, fullones vestimenta pectebant. Στοιβὴ enim, teste Suida, σωρός. Στοιβὴν σωρόν. Ἱπποφαὲς doctissimus Gaza *Lappaginem* vertit. Idq; quod Auctuarii Auctor sic dictam Latinis tradat. Οἱ δὲ ἱππόφυες (puto scribendum ἱππόφεως) οἱ δὲ ἱππόφαες, οἱ δὲ ἱππιὸν, οἱ δὲ ἐχίνιον, οἱ δὲ πελεκῖνος, Ῥωμαῖοι λαππάγω, οἱ δὲ λαππολάμερα καλοῦσιν. Cur hippopheos & hippophanes dicatur, quilibet facile divinare potest. Eadem nempe de causa, qua hippophaes. φέως pleonasmo, quasi φῶς lumen, melioris soni & tenoris gratia addita littera. ἱπποφανὲς quod valdè splendida & nitida efficiat vestimenta. Ἵππιον non dubito quin ab equis vocarunt, quod equis accomodatam crediderint plantam, quod suprà absurdum diximus. Ἐχίνιον fortè à spinis, interpres equinum reddidit, quasi

ἱππιον

ἴχνιον scriptum foret. Nolo digladiari, quilibet sua fruatur opinione. Πελεκῖνος, quod securis instar pungat, vel, quod spinas securi similes habeat. Pro λαπτολάπιζος λαπτοφαίνεται legit interpres. Lappaginis nomine aliæ plantæ gaudent. Quare ne committatur error, præstat Græcam servare vocem. Galenus ab incolis κολυμβάδα vocari dicit. Κολυμβὰς oliva condita, παρὰ τὸ κολυμβᾶν, ab innatando, quod conditura innatet. Κολυμβᾶν enim urinare & sub aqua esse, & innatando aqua mergi significat. An à tali facultate nomen accepit? an vero quod olivæ similẽ fructum ferat, me fugit. Fructum non describit Dioscorides; quare certi nihil statui potest. Folia inquit habere oleæ similia; sed angustiora; Theophrastus carnosa esse dicit hippopheos folia. Utrumq; verum esse potest. Nam sempervivum minus folia fert oleæ augustiora & minora, quæ tamen valdè sunt carnosa. Idem de hac planta dici potest. Quin etiam hoc innuere videtur Galenus, cum carnis instar mollem ait stoeben, libro de usu partiũ; quod in ramulis, radiceque locum non habet. Igitur quo ad folii delineationem satis conveniunt Dioscorides & Theophrastus. Uterq; enim spinosum negat; sed præter folium spinam ferre, auctor est Theophrastus; quod etiam confirmat Dioscorides, qui spinas ait esse candicantes, siccas, γωνιώδεις, inter se distantes. Μυλακανθὴς Theophrastus plantam dixit. Quid μυλακανθὴς sit supra exposuimus. Γωνία angulus dicitur, sive id quod resultat ex duabus lineis in unum desinentibus. Quo sensu apud Theophrastum lib. 1. cap. 16. accipitur. Γωνία etiam pro flexu viarum sumitur. Quo sensu vox hæc apud D. Mathæum occurrit cap. 6. vers. 5. Hi σκολιοὶ sive curvi esse solent. Hoc sensu si accipiatur vox γωνιώδεις, idem dicunt Dioscorides & Theophrastus. Dioscorides flores hippophaes candidos, & ex parte rubentes scribit. Plinius racemosam hederæ modo scribit, candidis, & ex parte rubentibus acinis, quod est contra Græci auctoris mentem. Hippophæstum dicitur, ἀπὸ τοῦ ἵππος & φαίνω, quod vestimenta splendida nitidaque reddat. Hippophysti aliis etiam in locis meminit Plinius. lib. 16 cap. 44. *Quod verò in spinis fullonis Hippophæstum, calyculis inanibus, foliis parvis, radice alba, cujus succus ad detractiones in comitiali morbo utilissimus habetur.* Idem lib. 27. cap. 10. *Hippophæston nascitur in spinis, ex quibus fiunt æneæ fulloniæ, sine cauliculo, sine flore, capitulis tantum inanibus.* Oscitanter Plinius hippophæstum recenset inter plantas, quæ aliis subnixæ vivunt. Humilis quidem herba, humi strata, ut serpillum & similia, sed in vicina dolichi, aut hederæ modo non scandit. Frustra vir magnus libr. 27. corrigit. *Hippophæstum, spina in maritimis nascitur, hac implentur cortinæ fulloniæ sine caule.* Dioscorides iisdem locis nasci hippophæstũ, quo hippophaes, dixit, Hippophaes. a. in maritimis nasci, idem tradit. Ergo & hippophæstum. Totum illud argumentum concedo; sed Plinium sic scripsisse, nego; quod vel ex libro 16. constat. Sed unde Plinius hausit, hippophæstum in spinis nasci fulloniis; cum hippophæston sit ipsa spina. Habet hoc ex Dioscoride malè intellecto. Hic hippophaes & hippophæstum genera ait esse spinarũ, quibus utuntur fullones ad vestimenta mundanda & polienda. De Hippophae hæc tradit. Ἱπποφαὲς ᾧ γνάφουσι τὰ ἱμάτια. Pro quibus in antiquiss. codice & Oribasio legitur, Ἱπποφαὲς, οἱ δὲ ἱπποφάεστον, ἐν ᾗ κνάπτουσι τὰ ἱμάτια, φύεται μὲν ἐν παραθαλασσίοις καὶ ἀμμώδεσι, &c. Verba hæc, ἐν ᾗ κνάπτουσι τὰ ἱμάτια, Plinius hippophæsto adscripsit, quia statim capite sequente subjicit Dioscorides, hippophæstum ab aliquibus hippophaen vocari, vertitque *hippophæstum nascitur in spinis fulloniis, &c.* Quod est, γελαστικόν. Græci recentiores ἐν ᾗ, pro ᾗ non raro utuntur, quod non fecere antiqui. Hoc Plinio imposuit, qui verba Græci auctoris eo sensu accepit, ac si traderet, hippophaes vel hippophæstũ in spina fullonia nasci. Ἐν ᾗ κνάπτουσι τὰ ἱμάτια. ἱπποφαὲς vel ἱππόφαιστον ἐν ᾗ κνάπτουσι τὰ ἱμάτια φύεται. *In ea spina qua interpolantur vestimenta, nascitur hippophaes, vel hippophæstum.* Hippophæstum enim Plinio & hippophaes una eademque est herba, quod utraque eundem præbeat usum: cum duæ sint diversæ, ut ex Dioscoride probatur, qui diversis capitibus eas descripsit. *Ex quibus*, inquit, *æneæ fiunt fulloniæ:* Dioscorides hippophæstum spinæ fulloniæ genus ait, εἶδος ἀκάνθης κναφικῆς. Æneæ nullam mentionem facit, nec quænam æneæ illæ fulloniæ sint, satis capio. Vox *æneæ* admodum suspecta & corrupta. Antiquus noster codex habet. *Hippophæston nascitur in spinis, ex quibus fiunt æneæ fulloniæ.* Legendum, *ex quibus fiunt ineæ fulloniæ.* Inea fullonis instrumentum illud spinis consitum, quo inæ, id est, venæ in vestibus erigebantur, ac tenuabantur, ut pexa mollities in his surgeret. Flocci molles & tenues vestium, quos pecten spineus excitabat & poliebat, inæ vocatæ sunt. Latini inas dixere, quos Græci ἶνας; hoc est, subtilissimas intercursantes venas, quales in chartis veterum, & aliquando nostra. Festus, *Ilia dicta ab ina, quæ pars chartæ est tenuissima.* Marcellus empiricus capite 31. *Ad ulcera in ano facta chartæ combustæ, seu inarum ejus drach.* I. Malè in vulgatis codicibus *enarum* legitur, Inæ quippe sunt minuta filamenta fibrarum, quæ in chartis videntur. Rectè ergo Iosephus Scaliger Varronis codicem lib. 3. de rust. cap. 10. correxit. Vulgo legitur, etiam in antiquissimo. *Ova plena sint atque utilia nec ne, animadverti ajunt posse, si demiseris in aquam: quod inane, natat: plenum, desidit: qui (ut hoc intelligant) concutiant, errare: quod in eis vitales venas confundant.* Nam τὸ *venas* est glossema, quo quid sit ina, exponebat studiosus lector. Inas autem *vitales in ovis* elegantissimè, ut alia, Græcus interpres vertit, τὰς ἰνώδεις καὶ γονίμους. Hippophæstum idem Plinius radicem album habere tradit, cum nihil de albedine apud Dioscoridem legatur. Fortè *albam* dixit, quod vestes albas nitidasque reddat. Malè Ægineta ὑπόφαυσιν hanc spinam vocari existimavit. Ὑπόφαυσις. εἶδός ἐστι κναφικῆς ἀκάνθης, ὥσπερ καὶ τὸ ἱπποφαές. Doctissimus & Nobilissimus Fabius Columna Lymæus dubitat, utrum rhamnus primus, ab aliis oleaster dictus Germanicus, sit hippophaes sive hippopheos veterum. Tanta viri summi integritas, ut sponte sua fateatur, se nunquã vivam plantam vidisse, ideóque nihil sese certi de ea scribere posse. Utrum succo scateat radix, aliis apud quos planta sponte provenit, observandum relinquit. Apud nos locis arenosis frequens. Succi nihil hactenus in radice reperimus. Sed alia impediunt, quo minus hippophaes veterum esse possit: quod flos hederæ corymbis non sit similis, ac veluti racematim sibi cohærens, sed instar oleæ herbaceus circa ramos frequens, nec surculos habeat quoquoversum expandentes, sed ramulos in altum se erigentes. Doctissimus Anguillara, uti summi Botanici scribunt (Anguillaræ quippe scripta nunquam vidimus) rhamnum catharticum oleæ folio hippophaen esse scribit. Vulgarem catharticum rhamnũ sæpe conspeximus, hunc nunquam. De hoc Dodonæus; *Anguillara radicem refert palmam esse longam vel majorem, & ex hac fracta aut vulnerata succum manare tenuem, lacti concolorem, gustu amarissimum, odore gravem. Arenosis & Maritimis locis in Peloponneso à se repertam scribit.* Clariss. Dodonæus iconem hippophaes ex codice Cæsareo depingi curavit. Hæc si sit in rerum natura; optimè nostro judicio cum notis à veteribus traditis convenit, & fortassis hanc, aut similem in Peloponneso observavit Anguillara. Et hæc de hippophae, quam inter ignotas referimus. Illud addendum, quod hippophaen ἄκανθαν καθαρτικὴν, id est, *spinam purgatricem*, vocari tradat idem Anguillara. Hippophæstum Botanici, quam calcitrapam, vel stellatum carduum vocamus, esse contendunt. Multa tamen sunt quæ impediunt. Humilis quippe dici planta non potest. Respondent humilem dixit, quod ignoravit caulem, vel florem ferre. Humilis ergo antequam caulis, flosque erumpat. Hoc frivolum. Quippe Dioscorides capitulum inane ferre ait. Caulis capitula sequi non solet, sed capitula caulẽ, vel simul cum caule erumpunt. Sine ullo dubio planta quædam est, quæ fert capitulum, quale in carlina & ixine conspicitur. Folia præterea magna sunt, spinisque carent. Respondent; veluti sonchus, per extremos sinus aculeos habet (quos nunquam nobis videre, aut observare licuit) quibus ἀκανθώδη esse, dici possunt. Præterea ajunt, in Plinio nihil de spinis in folio haberi, & in Dioscoridis textu inter verba μικρὰ & ἀκανθώδη comma esse signatum, quare Marcellum Vergilium, folia tantum parva, capitulaq; spinosa habens, vertisse. Quod ad Plinium; nemo ignorat, hunc plura omittere, quę ad plantæ cognitionem, ac exactam delineationem pertinent. Satis negligenter Græcorum scripta vertit, & plurima, quæ tamen optima, rejicit. Ad Dioscoridem quod attinet; concedimus, post vocem μικρὰ comma positum esse, sed inde sequi ἀκανθώδη ad κεφάλια esse referendum, hoc negamus. Particula, quæ sequitur, καὶ, satis exprimit, vocem jam dictam ad capitula referendam esse. Debuisset scribere Dioscorides, ἔχον μόνον φυλλάρια μικρὰ, ἀκανθώδη, καὶ χαῦνα κεφάλια. Nunc autem cum ait, φυλλάρια μικρὰ, ἀκανθώδη, ἐν κεφάλια χαῦνα, satis ostendit, ἀκανθώδη non posse ad κεφάλια, sed φυλλάρια referri. Duo, ut dixi, adjectiva conjunxisset, non autem in medio substantivum cum conjunctione posuisset. Præterea folia quæ profert satis sunt magna. Oblonga enim sunt, dodrantalia, secundum margines grandibus incisuris laciniosa. Denique, radicem non habet crassam & mollem, sed tenuem, prolixam, lignosam

ſam verius, quam mollem. Poſtremo nullam planè vim purgantem habet. Dioſcorides, ταύτης τὰ φύλλα καὶ τὴν ῥίζαν καὶ τὴν κεφαλὴν χυλίσας, ξήρανε, καὶ δίδου ὀλίγον τελεσβόλου μετὰ μελικράτου ᾧ βούλεαι ἡ γὰρ διὰ τούτων κάθαρσις ὕδωρ καὶ φλέγμα ἄγει. *Succus foliis, radice, & capitulo exprimitur, qui quidem exſiccatur, atqui datus cui volueris obolis tribus in aqua mulſa, aquam pituitamque detrahit.* Hæc non poteſt calcitrapa vel calcitrippa. Cæterum utrum ſpina fullonia, cujus meminit Plato in Politico, ſit hippophaes, an hippophæſtum difficile quis affirmabit. Verba Platonis ſunt, ὅσα δέ γ' αὖ τὴν γνάψεως ὁλκὴν ἐμμέτρως τὴν μαλακότητα ἴσχει, ταῦτα ἄρα κρόκην μὲν νηθέντα, τὴν δὲ ἐπιτεταγμένην αὐτοῖς τέχνην, κερκιστικήν. Scribendum monet doctiſſ. Salmaſ. ὅσα δέ γ' αὖ τῇ γνάψεως ὁλκῇ ἐμμέτρως τὴν μαλακότητα ἴσχει. Id eſt: *Quæ ſpinæ fulloniæ tractui & politure accommodatam habent mollitiem, ea poſtquam neta ſunt, ſubtegminis nomine vocantur.* Senſus eſt: in ſubtegmine nendo ita rationem haberi floccorum excitandorum, ut poſſint commodè pecti & poliri fullonis ſpinis. cum igitur ſubtegmẽ ſit μαλακώτερον ſtamine, quo denſius ſubtegmen, & crebrius, eo veſtis μαλακωτέρη & pexior. ut crocos in ſubtegmine, quod malacam veſtem facit, ita & pexitas, quæ arte politurae concinnatur, hoc eſt, τῇ γνάψει. Sed quam deſignet ſpinam Plato, ut dixi, haud facile quis divinabit. Hactenus de hippopheo, nunc Phei hiſtoriam examinare incipio. Supra lib. 4. cap. 6. & cap. 1. hujus libri στοιβὴν vocari dixi, eodem loco duas diverſas plantas confundi φλέως & φέως docui: φλέως eſt aquatica planta, ſpinis carens, φέως ſpinoſa eſt, locis arenoſis proveniens. Nominis hæc vicinitas Botanicis, criticiſque doctiſſimis errandi occaſionem præbuit, Solent enim φέως & φλέως confundere, eaſdemque putare, dum diverſiſſimæ ſint. Theophraſti quoque corrupti codices erroris cauſæ fuerunt. Φλέως ſtirpem aquaticam, eſſe στοιβὴν ſpinoſam, ex Plutarcho probatur de phyſicis quæſtionibus, quæſtione ſecunda. Ἡ τοῦτο μὲν οὐκ ἀληθές, ἀλλὰ ἔλαθε τὸν Λαῖτον ὅτι καὶ τὰ λιμναῖα φυτὰ τίφη καὶ φλέων (ſcribe φλέως) καὶ βρύον αὐξάνει καὶ ἀβλαστεῖ μένει, μὴ γενομένων ὄμβρων κατ' ὥραν. An hoc verum non eſt, *Sed ignoravit Latius, quod etiam paluſtres ſtirpes, ut ſunt tipha, phleos, bryon, muſcus neque germinent, neque augeſcunt, ubi imbres ſuo tempore non decidunt.* Idem in Theſeo. Ἡ δὲ εἰς τόπον ἀπελθοῦσα λόχμην ἔχοντα πολλὴν στοιβὴν πλείστην καὶ ἀσφάραγον, ἀφελῶς πάνυ καὶ παιδικῶς ὥσπερ αἰσθανομένων δεομένη, συνεύχετο μετ' ὅρκων, ἂν σώσωσιν αὐτὴν καὶ ἀποκρύψωσι, μηδέποτε λυμαίνεσθαι, μηδὲ καύσειν. Ἀνακαλουμένου δὲ τοῦ Θησέως, καὶ πίστιν διδόντος ὡς ἐπιμελήσεται καλῶς αὐτῆς, καὶ οὐδὲν ἀδικήσει, προῆλθε· καὶ τῷ μὲν Θησεῖ συγγενομένη Μελάνιππον ἔτεκε. Δηιονεῖ δὲ τῷ Εὐρύτου τοῦ Οἰχαλιέως ὕστερον συνῴκησε, Θησέως δόντος. ἐκ δὲ Μελανίππου τοῦ Θησέως γενόμενος Ἴωξος, Ὀρνύτῳ τῆς εἰς Καρίαν ἀποικίας μετέσχεν. Ὅθεν Ἰωξίδες, καὶ Ἰωξίσι πάτριον κατέστη μήτε ἄκανθαν ἀσφαράγου μήτε στοιβὴν καίειν, ἀλλὰ σέβεσθαι καὶ τιμᾶν. *Ea (Perigrine Sinnidis filia) in locum ſeceſſerat frequentibus virgultis, multaque ſtoebe & aſparagis obſitum. Hæc illa admodum ſimpliciter & pueriliter precans velut ſententia vota cum jurejurando nuncupavit, ſi ſervaſſent & texiſſent, ſe nunquam læſuram ea nec crematuram. Quam cum alta voce appellaret Theſeus, fidemque daret, ſe egregiam ejus geſtaturum curam, neque re ulla violaturum, prodiit, atque ex Theſei complexu edidit Melanippum. Ea poſt Deioni Euryti OEchalenſis filio, Theſeo elocante, nupſit. Melanippo Theſei genitus Ioxus Ornyti ſocius deducenda in Cariam colonia fuit, unde originem ducunt Ioxides. Hinc ſolemne Ioxidibus eſt, neque ſpinam aſparagi, neque ſtoeben comburere, ſed honorare hæc & venerari.* Cur ſtoebe dicatur, libr. 4. expoſuimus; nempe παρὰ τὸ στοιβάζειν *inſtipando, cogendo*, φέως aut, quaſi φῶς, *lumen*; quod nitida ſplendidaque reddat veſtimenta. Verba Theophraſti examinanda. πολύσχιδὲς δὲ καὶ πολύρριζον τὸ φλέως. Scribe, φέως, ut ſupra diximus, βλαστάνει δὲ ἅμα πλειάδι. καὶ τοῖς πρώτοις ἀρότοις. καὶ ἀφίησι τοῦτο τὸ φύλλον. Interpretantur, *Phleum folio conſtat carnoſo, multifidum, multiſtirpſque eſt, non tamen altè deſcendit. Germinat cum Vergiliis, primoque aratro, una, nec id folia dimittit.* Non enim annuum, ſed diuturnius eſt. Theophraſtus hippopheos ſcripſit, eſſe ſpinis incurvis, ac hamatis, folio carnoſo. Φέως vero quale fert folium, non tradit. Quod ergo de hippopheo Theophraſtus, hoc de pheo Theodorus. Πολύρριζον malè item *multiſtirps* reddidit. Verte, *Pheum multifidum, multaſque radices habet, non tamen altè deſcendentes.* Legit idem Theodorus, καὶ τοῖς πρώτοις ἀρότοις, οὐκ ἀφίησι τοῦτο τὸ φύλλον. Nec melius tranſtulit. *Germinat cum Vergiliis primoque aratro una, nec id folia dimittit.* Ἀφίημι ſupra lib. 4. cap. 2. docui apud Theophraſtum, non pro *dimittere*, ſed *amittere* poni; Nuſquam Theophraſtus pro *dimitto* ea voce uſus eſt. Vide cap. 8. lib. 7. & cap. 3. libr. 8. Malè ergo corrigunt, καὶ οὐκ ἀφίησι, & planè contra mentem Theophraſti negativam addunt particulam. Nam ſi, ut cap. præcedenti & primo hujus libri ſcribit noſter Philoſophus, præter ſpinam folium fert, qui fit, quod folium non emittat? Planta quæ hodie à Cretenſibus, teſte Honorio Bello, ſtoebes vocatur, folia nova promit autumno, quod contra plurimarum plantarum naturam. Scribo ergo. Βλαστάνει δὲ ἅμα πλειάδι, καὶ τοῖς πρώτοις ἀρότοις, καὶ τότε ἀφίησι τὸ φύλλον. *Germinat cum Vergiliæ occidunt, primæque ſationis tempore, quo etiam folia nova emittit.* Pro ἀρότοις lege ἀρότοις, & expono, *primæ ſationis tempore*; Quod intelligi nequit, niſi ea legantur, quæ lib. 8. cap. 1. ſcribit Theophraſtus, eaque, quæ à nobis ad locum citatum annotantur. Quando Vergiliæ cadunt, non eſt arandi primum tempus, ſed ſationis, quod ex his Heſiodi verſibus conſtat, qui ſtatim in initio Ἔργων β' reperiuntur.

Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων
Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ· ἀρότοιο δὲ δυσομενάων.

Pleiadibus Atlante natis exorientibus
Incipe meſſem, ſementem occidentibus.

Doctiſſimus interpres *arationem* vertit. An ſementem an arationem interpretandum, hæret Græcus interpres. Εἰ μὲν ἄροτον τὸν καιρόν φασι, τὴν ἀπὸ τοῦ ζῴου εἰσβολὴν πρὸς τοὺς διδύμους τοῦ ἡλίου φησίν, Ἰουνίου ι. εἰ δὲ ἄροτον τὸν σπόρον φησί, τὸν καιρὸν δηλοῖ καθ' ὃν ὁ ἥλιος εἰς τὸν σκορπίον ἐμβάλλει Ὀκτωβρίου, ἢ Νοεμβρίου. *Quod ἄροτον denotet arationem, ingreſſum ſolis ex Tauro in Geminos intelligit, qui fit Iunio: ſin vero ſationem, quando ſol Octobri aut Novembri menſe ſcorpium ingreditur.* Serendi tempus Poëtam intelligere ex Theophraſto probatur loco citato, ubi ait. Ὧραι δὲ τοῦ σπόρου τῶν πλείστων δύο. Πρώτη δὲ καὶ μάλιστα ἡ περὶ πλειάδων δύσιν, ᾗ καὶ Ἡσίοδος ἠκολούθηκε, καὶ σχεδὸν οἱ πλεῖστοι. διὸ καλοῦσί τινες αὐτὴν ἄροτον. *Sementis autem tempora ut plurimum duo obſervantur; ſed primum atque potiſſimum, circa Vergiliarum occaſum eſt, quod Heſiodus & auctores plurimi ſequuntur, idque per excellentiam ἄροτον appellant.* Ἄροτον ſementem eſſe, vidit Plinius libr. 18. cap. 24. *Heſiodus, qui princeps omnium, de Agricultura præcepit, unum tempus ſerendi tradidit à Vergiliarum occaſu.* Cadunt Vergiliæ hyemis initio, oriuntur æſtate. Plinius lib. 18. cap. 29. *Namque Vergiliæ privatim attinent ad fructus, ut quarum exortu æſtas incipiat, occaſu hyems.* Idem lib. 2. cap. 47. *Vergiliarum occaſus hyemem inchoat, quod tempus in 3. Idus Novembris incidere conſuevit.* Hoc eodem, ut dixi, tempore ſtoebes nova germina novaque folia emittit. cum reliquæ (paucis exceptis) plantæ ſoleant verno tempore nova promere. Rectè ergo emendavimus, πρώτοις ἀρότοις, καὶ τότε ἀφίησι τὸ φύλλον; οὐ γάρ ἐστι ἐπέτειον, &c. Rectè, pro arationem, ſementẽ reſtituimus. Ἀείφυλλος eſt ſtoebe, teſte eodẽ Bello, nova enim folia ſuccreſcere ait, antequam antiqua decidant. Stoebẽ Theophraſtus his notis deſcribit, quod plãta ſit radicibus multis, non tamen altè deſcendentibus, & in ramos ſpargatur, Hoc enim πολυσχιδὲς, quod præter ſpinas folium habeat non ſpinoſum, ſed mite, quod etiam germinet, foliaque nova proferat autumno. De ſtoebe hæc apud Dioſcoridem leguntur, lib. 4. cap. 12. στοιβὴ γνώριμος. ἧς ὁ καρπὸς καὶ τὰ φύλλα στύφει. Ὅθεν καὶ δυσεντερικοῖς τὸ ἀφέψημα αὐτῶν ἐνίεται. ἐγκλύζεται δὲ καὶ εἰς ὦτα πυορροοῦντα. καταπλασθέντα δὲ τὰ φύλλα ὠφελεῖ σύγχυσιν ὀφθαλμῶν τὴν ἐκ πληγῆς καὶ αἱμορραγίαν ἴσχει. *Stoebe vulgaris eſt notitiæ. Semen & folia adſtringunt. quapropter eorum decoctum dyſentericis infunditur: auribus quoque purulentis inſtillatur. folia vero impoſita oculis ictu cruentatis proſunt, & erumpentis ſanguinis impetus cohibent.* Refert Ætius, huic ut thymo epithymum, epiſtoebe innaſci libr. 3. cap. 29. παραπλησίως δὲ τῷ ἐπιθύμῳ καὶ τὸ ἐπὶ τῆς στοιβῆς φυόμενον, καὶ τὸ ἐπὶ τῆς θύμβρας καλούμενον ἐπίθυμβρον καθαίρει, πλὴν ἀσθενέστερον ἑκάτερον τῇ δυνάμει. *Similiter autem velut epithymum purgat, quod ſtoebe* (utrum flos an involucrum dici debeat lib. 1. de cauſ. cap. 23. diſputatur) *& quod Thymbræ innaſcitur, & epithymbron vocatur, verum utrumque viribus debilius eſt.* Involucrum hoc, vel, ſi placet florem vocare, ἐπιστοιβὴν Græci vocant. Et hæc de pheo ſive ſtoebe veteres. Doctiſſimi viri Stoeben recentiorum ſatis bellè cum hippophaes deſcriptione convenire aſſerunt. Vellem quam intelligant ſtoeben expreſſiſſent, an vulgo ſic dictam Salmanticenſem, an verò quam Honorius Bellus deſcribit. Sed perinde eſt, utram intelligant, neutra delineationem veterum ſatis refert. Carent omnes oleæ foliis, nec florem hederæ corymbis ſimilem producunt, nec ſuccum lacteum purgandi quadam vi prẹditum emittunt. Qui porro ſtoeben vulgo dictum, ſcabioſæ genus, pro veterum pheo habent, longiſſimè à vero abſunt. Nequaquam ſpinoſa eſt, nec ullam adſtringendi vim habet; manifeſtus in ea percipitur calor. Nec melius Salmanticenſis ſtoebe pheo veterum

veterum dici meretur. Præter spinam folium spinosum non fert. Sed contra folio constat spinoso, nec præter hoc spinam ullam habet; Manifestus quoque in foliis amaror sentitur, qua de causa, alii id centaurei majoris, alii ad cyanorum classem referunt. Πολύῤῥιζος præterea aut πολυσχιδὴς dici non potest. Quapropter veterum stoebe vel pheos esse nequit. Stoebes nomen accepit, quod folia utrimque aculeata gerat, cum veterum stoebes folia spinis vidua sint. Honorius Bellus Cretensis Medicus Epistola 2. ad Carolum Clusium, plantam, quam adversariorum auctores Poterii nomine describunt, stoeben Theophrasti esse existimat, eamque his ferè verbis describit.

Elegantissima planta, quam (ni fallor) nonnulli Poterium perperam appellant, alii Pimpinellam spinosam, cujus semina nunc accipies; legitimam Dioscoridis Stoeben esse contendo, licet ipse nullam Stoebes descriptionem reliquerit: sed affinitate nominis fretus, quod in tota fere Græcia adhuc retinet, facultatibusque quas in Medicina habet, aliisque non levibus conjecturis adjutus non vereor affirmare, legitimam esse: differreque multum à Stoebe Galeni, quam libro primo de Antidotis descripsit. Planta ista perpetuo hic viret, multosque annos durat, in orbem diffusa surculosaq; ad cubit altitudinem assurgit, folia ferens carnosa, divisa, in uno pediculo, plura utrimque disposita, quæ cum Autumno primum erumpunt in se contracta videntur, & Aspleni folia quodammodo imitantur, sed longe minora, quæ tamen successu temporis majora apparent, & Pimpinellam sorbastellem vocatam foliorum positu & divisuris æmulantur, minora vero sunt. Tota planta crebris, firmis & tenuibus spinis scatet. semina fructus rubi aut mori imitantur, plures enim simul congesti sunt, initio virides, postea ad ruffum tendentes: flores parvos carnosos ex viridi ruffescentes multosque simul congestos profert. Super hanc stirpem nascitur Epithymum, quemadmodum super thymum, iisdemque collibus frequentissimè invenitur, in quibus & thymum, & thymbra, & asparagus proveniunt; nunquam autem invenitur palustris. Astringendi vi pollet, vulgariterque in tota Græcia στοιβὴ vocatur. Quod autem sit Dioscoridis Stoebe clarissimè patebit, ubi prius ostendero, Phleos & Stoebe unum & idem esse, & ex aculeatarum genere esse; Phleum autem nomine neutro multum à Stoebe differre, nam plerosque doctissimos viros ex confusione horum nominum in maximas tenebras incidisse comperio. Omnes enim qui phleos aut phleum apud Theophrastum confundentes eandē esse plantam putant, frustra Stoeben cognoscere conati sunt. Nam Phleos, quæ vocatur Stoebe à Theophrasto lib. 6. de hist. plant. capite 1. enumeratur inter eas stirpes, quæ præter spinam folium habent, ut hæc pimpinella spinosa: &, non ut vertit Gaza, quæ juxta folium aculeatum, altero quoque folio conduntur: eamque comparat Ononidi & Tribulo. quæ quidem phleos, sive Stoebe, folio constat carnoso, in ramos sparsa, multasque radices habet, non tamen altè descendit, germinat cum Vergiliis, primoque aratro unà, nec folia dimittit, non enim annua, sed diuturnior est, ut idem Theophrastus libr. 6. de historia plant. cap. 1. affirmat & Plutarchus in vita Thesei circa initium, Stoeben inter spinas enumerat. Menalippi, inquit, filius Ioxus Ornoxto socius deducendæ in Cariam coloniæ fuit: unde Ioxides originem traxerunt, quibus mos est patrius, neque spinas asparagi, neque Stoebes igne cremare, sed honore & cultu prosequi. Aëtius vero libro tertio, capite vigesimo nono, super Stoebem epithymum nasci affirmat. Quod autem Theophrastus cap. 3. libr. 6. de hist. plant. tribuat Phleo, cappari & tribulo peculiare quod non solum habeant caulem aculeatum, sed etiam folium hispidum, mendum esse suspicor. nam eodem libro cap. 5. Intuiri sive cappari hoc peculiare esse voluit, & manifestè tribuit Phlea folium minimè pungens: dicit enim, nec phleum & ipposobum æmulatur, quæ foliis mitibus constant. Plinius etiam lib. 21. cap. 15. non rectè animadvertens quæ Theophrastus locis citatis de phleo seu Stoebe scripserat, erravit & ipse, & multis errandi occasionem præbuit. Phleum vero. longe alia diversaque planta est à Stoebe, & ab antiquis Græcis non inter spinosas, sed inter palustres stirpes enumeratur. Plutarchus enim naturalium quæstionum secunda, Phleum palustrem stirpem facit, dicens, ignoravit Laytus, quod etiam palustres stirpes, ut sunt tipha, Phleum, & ulva, neque germinant, neque augescunt, ubi imbres suo tempore non decidunt. Idem fecit Aristophanes in Ranis, Chorus enim ait, saltavimus per cypirum & phleo. gaudentes cantibus. Et Theophrastus lib. 4. cap. 11. de histor. Stirpium, Phleum inter lacus Orchomenii stirpes enumerat, ejusque genera statuit, marē fructiferam, & feminam sterilem, ad nexus duntaxat utilem: fructus hujus Phlei Anthella vocatur, quo ad lixivia utuntur: estq; placentaceum quoddam molle & rubicundum: quæ quidem planta adhuc mihi ignota est. ex his liquido constare arbitror, Pimpinellam hanc spinosam sive Græcorum στοιβὴ legitimam Dioscoridis esse Stoebem: nam hæc planta rectissime Theophrasti descriptioni convenit, cum ex aculeatarum sit genere, & vulgaris notitiæ, facultatis adstringentis, & adhuc in sanandis alvi fluoribus indistinctè à rusticis usurpetur. Nam ejus decoctionem, jejuni bibunt, & à morbo, ut ajunt, liberantur: præterea, antiquum nomen quasi retinet: nam στοιβὴ à στοιβὴ derivatum esse censeo. Hactenus Bellus. Primum adversariorum auctorum sententiam examinabimus, Dein Belli, Poterion describit Dioscorides lib. 3.


Poterion. Stoebe Theophrasti.



cap. 16. Ποτήριον Ἴωνες δὲ νευράδα (vetus quædam ἀκύδα, vulgatam defendit Ægineta libr. 7. Νευράς, οἱ δὲ ποτήριον: eandem defendit Oribasius, qui legit, ποτήριον οἱ δὲ φρύνιον Ἴωνες δὲ νευράδα καλοῦσι (vox hæc in Ald. lect. desideratur) θάμνος (vetus θαμνίσκος) ἐστὶ μέγας, κλῶνας ἔχων μακροὺς, μαλακοὺς, ἱμαντώδεις, λεπτοὺς, ἐμφερεῖς τραγακάνθῃ φύλλα (vetus addit λεπτὰ, alter pro μικρὰ habet λεπτὰ, vulgatam secutus est Oribasius) μικρὰ, περιφερῆ· ὅλος δὲ θάμνος περίκειται (alter codex φλοιὸν καὶ πολὺν χνοῦν, quomodo & Hermolaus legit) λεπτὸν χνοῦν ἐριώδη, [καὶ ἐστιν ἀκανθώδης] (conclusa non habentur in veteri) ἄνθη μικρὰ, λευκὰ, καρπὸν δὲ [γευομένῳ εὐώδη] καὶ δριμὺν, ἄχρηστον· φύεται ἐν ἀμμώδεσι (cæteri ἐλώδεσι, vulgatam probat Oribas.) καὶ γεωλόφοις χωρίοις· ῥίζαι δὲ ὕπεισι πήχεων δύο ἢ τριῶν, ἰσχυραὶ, νευρώδεις· αἵτινες πρὸς τῇ γῇ ἀποτμηθεῖσαι, ἀνιᾶσι δάκρυον κόμμει ὅμοιον. κοπεῖσαι δὲ καὶ ἐπιπλασθεῖσαι, νεύρων διακοπὰς καὶ τραύματα κολλῶσι. καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῆς πινόμενον, τοῖς περὶ νεῦρα διαθέσεσιν ἁρμόζει. *Poterion Iones Neurada vocant: grandis est frutex, ramulis longis, mollibus, lori modo lentis ac flexilibus, tenuibus tragacantæ proximis: foliis vero parvis & rotundis. Totus autem frutex tenui obducitur lanosa lanugine, estque spinis horridus. Flores sunt parvi, candidi: semen vero gustu odoratum & acre, sed nullius usus. Nascitur in sabulosis locis atque collibus. Radices subsunt binûm trinûmve cubitorum altitudine, firmæ ac nervosæ: quæ proximè terram recisæ, lachrymam fundunt, gummi similem. tusæ autem ac illitæ, præcisos nervos vulneraque glutinant. decoctum quoque ejus potum, vitiis nervorum prodest.* Τοῦ ποτηρίου nomen impositum scribunt, quod potrix herba, paludosum riguumque solum amet, ut scribit Dioscorides. Nescio, ut potricis herbæ mentionem

nem fecerit Dioscorides. Typographicum mendum esse puto. Scripserunt viri magni, ποτήριον, fortè quasi ποτὸς, quod paludosi riguique soli amans sit, ut dicit Dioscorides; qui fruticem hunc ramulis & foliis tragacanthæ aptè confert. Verum locis riguis & paludosis non nascitur, sed arenosis & collib. Male in nonnullis pro ἀμμώδεσι, ἰλύωδεσι legitur. Ποτήριον Grammatici poculum exponunt. An poterion dictum existimant, quod pocula ex ligno hujus tornantur? An quod in poculis poterii planta celari ab artificibus soleat? Neutrum apud veterem quendam auctorem legi, nec inde nomen accepisse puto. Imo assero ποτήριον quasi πολὺ ἔριον, vel πότε ἔριον dici, duabus brevibus vocibus in longam mutatis; quod lanugine obducatur lanosa. Dioscorides, ὅλος ὁ θάμνος περιέχεται λεπτῷ χνοῷ ἐριώδει. Favet huic etymo Phavorinus, qui τὸ ποτήριον exponit, vestimentum ex lana. Ποτήριον. λέγεται ποτήριον καὶ τὸ ἐξ ἐρίων ἔνδυμα, ἐπὶ ποτὲ ἔριον ἦν, παρὰ τὸ τὸν πότον τηρεῖν. Puto scribendum. Ποτήριον. λέγεται ποτήριον (καὶ τὸ ἐξ ἐρίων ἔνδυμα, ἐπὶ πότε ἔριον ἦν) παρὰ τὸ τὸν πότον τηρεῖν. *Id est, Poterion. poterion dicitur (& ex lana indumentum quod quondam lana erat) quod potum servet.* Νευράδα nomen ei dederunt, quod τοῖς νεύροις, *nervis* adjumentum ferat, iisque læsis ac vulneratis opituletur; ut docet ad finem capitis Dioscorides. Auctuarii auctor ἀκίδωτον, id *cuspidatum, seu aculeatum*, à spinis aculeisque. Φρύνιον vocatur à rubetis, quas φρύνους vocant, quod adversus eas auxilio sit. Plinius libr. 25. cap. 10. *Auxiliatur eis phrynion* (qui rubetarum venenum hauserunt) *in vino pota; aliqui neurada appellant, alii poterion floribus parvis, radicibus multis, nervosis; beneolentibus.* Dioscorides fructum benè olere tradit, radicem verò odoratam non scripsit. Idem Plinius poterion lib. 27. cap. 12. iterum describit. *Poterion aut, ut alii vocant, phrynion, vel neurada largè fruticat, spinis retorrida, lanugine spissa, foliis parvis, rotundis, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus; flore longo, herbacei coloris, seminis nullius usus, sed gustu acuto & odorato. Invenitur in aquosis collibus. Radices habet duas aut tres, binûm cubitorum in altitudine, nervosas, candidas, firmas. Circumfoditur autumno, & præciso frutice dat succum gummi similem. Spinis*, inquit, *retorrida.* Vetus codex, *horrida*; fortè melius. Dioscorides tenui ait esse lanugine, spissa Plinius. Flores supra lib. 25. dixit esse parvos; idem Græcus auctor. Longos ait esse Latinus, cum ex Oribasio constet, Dioscoridem μικρὰ scripsisse. Malè viri magni ex hoc Plinii loco ἀντὶ μικρὰ corrigunt μακρά. Pugnantia cum tradat Plinius, quis ipsi fidem adhibebit? Semen, ait, nullius usus; Dioscorides fructum ait usum nullum habere. Hic error nullius momenti: solent auctores quandoque pro semine fructum scribere, & contra pro fructu semen. Herbacei, inquit, esse coloris flores. Dioscorides λευκὰ τὰ ἄνθη ait. Sed cum apud Oribasium similiter χλωρὰ, ἀντὶ λευκὰ legatur; probabile admodum, sic scripsisse Dioscoridem. Malè tamen τὸ δριμὺ, *acutum*, pro *acri* reddidit. Quod Dioscorides φρύνιον poterion vocari tradit, errandi occasionem præbuit summo viro, qui in doctissimis suis notis ad Galenum κατὰ τόπους libr. 6. cap. 1. ubi hæc Galenus, καὶ ἀπὸ κρανίων δὲ καὶ βραβύλων, καὶ (Interpres prudenter neglexit καὶ) τῶν καλουμένων παρ' ἡμῖν προύμνων; contendit, prunum sylvestrem, vulgò **schleehendoorn**, esse poterion Dioscoridis; cum prunus hæc planè tragacantho dissimilis sit. Nulla huic lanugo, prẹter eam quam nonnunquam prætereuntes oves invitæ rapientibus spinis concedere coguntur. Nec foliis constat parvis, sed propemodum ejusdem cum pruni sativæ foliis magnitudine sunt. Nec flos exiguus, sed cerasi floribus æqualis; & quod maximus. Fructus ejus inodorus, omnique acrimonia carens, multique in medecina usus. Pharmacopœi enim ex hoc acaciam suum fictam conficere solent, eaque Medici, ubi altera destituuntur, pro vera legitimaque utuntur. Easdem enim propemodum vires habet; quod veteres etiam observarunt. Sed Dioscoridem respondent δριμὺ pro στρυφνὸν, hoc est, *acrem* pro *acerbo* scripsisse. Hoc probandum esset. Nego unquam Dioscoridem hos duos sapores inter se diversissimos sic confudisse, ut alterum pro altero usurparit. Botanicorum plurium sententia est, poterium eam esse plantam, quam diligentissimus & indefessus Botanicus Carolus Clusius tragacanthæ alterius nomine, his ferè verbis describit. *Tragacanthæ, quam aliquando Massiliæ florentem, & fructu præditam observare memini, simillima est hæc planta, fruticosa admodum, multos pedales habens ramulos flexibiles, latè circumquaque sese diffundentes, candicantes, & dum adhuc tenelli sunt, lanuginosos, multis, longis, canescentibus spinis horrentes: foliorum plurimæ simul junctæ alæ, lenticulæ aut tragacanthæ proximæ, exiguæ, candidæ, lanuginosæque, primo vere per intervalla exeunt; dulcis saporis: foliis hieme decidentibus, nervi illi medii quibus folia inhærebant, in rigidas & acutas spinas evadunt, ut eo tempore tota planta sine foliis conspiciatur, contra quam in tragacantha, quæ hyeme etiam folia retinet; nec ea abjicit donec nova sequente anno adquisierit: tum demum deciduus vetustis foliis, nervi illi medii in spinas abeunt. Istam*, inquit idem Clusius, *neque florentem, neque semen ferentem vidi: sed sub ea plurimos folliculos, bombycinis similes, aut alceæ illius, quam Mathiolus hyperoem appellat, folliculis ferè pares, inanes inveni, quos ab illa excidisse, & florem ex similibus prodire album, non magnum incolæ referebant. De semine nihil certi intelligere potui. Radix lenta, longa, in multos ramos divisa, nigro cortice foris obducta, materie intus candida, fungosa, dulci; interior pars gummosum quippiam & subdulce refert. Nascitur plurima circa Guadix, & la venta el peral, Granatensi regno, in collibus, arido & inutili solo: nec alio loco conspexi. Vulgare nomen non intellexi. Sed cum adeò sit tragacanthæ similis, facile mihi persuaderem, legitimum esse ποτήριον, quod ab Ionibus νευράδα vocari Dioscorides ait; largè fruticare, spinis horrere, spissa lanugine esse, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, tragacanthæ proximis, in collibus & aquosis nasci* (vulgatam lectionem vir magnus, Botanicorum, dum viveret, facilè princeps, sequitur) *& radicem recisam proximè terram succum gummi similem reddere tradit: cujusque Plinius lib. 27. nat. histor. cap. 12. meminit, illam etiam à quibusdam phrymon vocari scribens. Bellonius lib. 1. Observ. cap. 16. duo tragacanthæ genera observasse refert in Cretensiū montium verticibus; earum fortè altera huic similis erit. Certè Rauwolphius lib. 2. suæ peregrinationis cap. 12. scribit, tria tragacanthæ genera in Libano monte invenisse, quorū unum meam hanc referret, alterum humilius, illi fere simile, sed luteis floribus, quorum singuli in orbicularibus flavescentibus folliculis includuntur, racematim quasi in longiusculis virgulis nascuntur: tertium ejusdem penè altitudinis, plurimis virgis firmioribus purpurascentibus assurgens, incana lanugine poterii capitula sustinentibus, & purpureis floribus spectabile.* Hactenus Clusius. De tragacanthæ generibus paulò infra agam. Omnino fatendum, hanc plantam plurimas notas habere quibus poterium refert. Nos tantum duos tresve ejus ramos vidimus, quos in horto hyemali, ab ipso Clusio confecto, quem nobis dono dedit doctiss. medicus Ioannes Pavius, magni Petri Pavii quondam professoris Medicinæ primarii Botanici, & anatomici celeberrimi filius, invenimus. Hortum Hyemalem vocamus in quo plantæ ad vivum exsiccatæ servantur. Unum tantum observavi, quo minus pro poterio accipere possum; quod foliola non erant περιφερῆ, uti de poterio tradit Dioscorides. Huic enim tragacanthæ sunt similia, id est oblonga; quæ orbiculata aut rotunda dici non possunt. Indagandum etiam, an fructus odoratus & acris. Dubitat clarissimus Clusius utrū tragacantha altera quæ pro poterio ostenditur, sit planta ea, ex qua telas pulcherrimas confici tradit Strabo. *Strabo*, inquit, *scribit, circa novam Carthaginem plantam quandam esse, de cujus cortice telæ pulcherrimæ conficiantur. An hæc mea sit, ignoro. Nullam enim, qualem ille describit, dum istac iter facerem, observabā, aut istic nasci ab incolis intelligebam.* Hujus plantæ mentionem facit Strabo lib. 3. circa finem. Περὶ δὲ νέαν Καρχηδόνα, δένδρον ἐκ ἀκάνθης φλοιὸν ἀφιέναι, ἐξ οὗ ὑφάσματα γίνεται κάλλιστα. *Et apud Carthaginem novam arborem esse, quæ è spina corticem emittat, unde telæ pulcherrimæ conficiantur.* Arbor non est planta à Clusio descripta, sed quis scit, utrum plantam hanc rectè arborem dixerit Strabo, an verò deceptus sit ab aliquo, qui arborē vocavit, quod verè frutex. Cæterum tragacantham alteram, aut huic similem plantam libr. de plantis exoticis 1. cap. 22. pro vero poterio describit prosper Alpinus. Sed fatetur, cum delineatione veterum non satis convenire. Ipsa verba audiamus. Poterii planta nascitur in multis locis Cretæ " insulæ fruticosa, foliis, & spinis tragacanthæ perquam " similis. Quo mirum non est, si poteriū pro Tragacantha " ex iis locis, ad me non semel missum sit. Largè verò fru- " ticat ramis aliquando tenuibus, ut expressit Dioscorides " & aliquando crassis, nigro cortice, quasi squamma- " tim cum spinis obductis; non longis, sed brevibus, & " densis, spinis albis, acutis, horrentibus, non rectè " sed obliquè actis, in summitatibus crassis, crassóque to- " mento candido inæqualiter obductis: In quo tomento " flosculi tenues, leves, oblongi, colore albicantes visun- " tur, à quibus semen minutum, rotundum, albicans, ea " lanugine obductum sit. Hæc planta in hoc præsertim " à Tragacantha differre videtur, quoniam Tragacantha " neq; caules in summitatibus crassiores, habet sed potius "

Tragacantha altera Cluſii, an poterion.




ſubtiliores, neque etiam tomento pleni ſunt, neque floris in tomento fert. Etenim Tragacantha in ramulis flores, & ab ipſis parvas ſiliquas producit, quibus ſemen continetur. In poterio caules in ſummitatib. craſſiores quaſi ſpicæ figura cernuntur, & craſſo tomento albo obducti, in quo & flores & ſemina producuntur. Cum Tragacantha, tum poterium habet folia parva, oblonga, leguminis modo utrinque in ſpinis; eaque præſertim habent in ſummitatib. caulium, &c. Hæc planta poterii ita rara eſt, ut à nemine hactenus ipſius imago affabrè delineata viſa ſit, etſi plures de poterio ſcripſerint. Ego verò proximis annis ex Creta inſula ab Hieronymo Capello ampliſſimo & humaniſſimo Senatore, tunc temporis totius ejus Cretici regni generali proviſore D. D. meo perpetuis nominibus colendiſſimo, accepi pro proterio abſq; radice; & eſt planta hactenus à nobis delineata. Multa tamen, (ſi Dioſcoridis lectio ex toto incorrupta non ſit, de qua re maximè dubito) ut hæc ſit poterium, deſiderantur. Primum enim eam deſcribens, inquit: Poterium largè fruticat, cortice obductum tenui, ſpinis horridum, lanugine ſpiſſa: Ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, Tragacanthæ proximis: foliis parvis, rotundis, flore exiguo, candidi coloris, ſeminis nonnullis uſus, ſed guſtu acuto & odorato. Omnia ſanè de poterio à Dioſcoride tradita, huic noſtro Cretico poterio convenire videtur; hoc excepto, quod non habet ramulos longos, molles, lentos, tenues. Quando hæc noſtra planta habeat ramos breves, duros, fractu non contumaces, atque ad craſſitatem magis, quam ad tenuitatem inclinantes. Verum, ut ingenuè dicam; dubito, an & Dioſcoridis verba tractu temporis fuerint vitiata. Quę dubitatio apud me magis acuta eſt, &, quod ſciam, hanc plantam in Græcia pro legitimo poterio apud omnes ferè haberi, atq; ex Dioſcoride quoque, qui ait, poterium conſtare ramulis Tragacanthæ proximis. Sed quis quæſo affirmabit, Tragacanthã habere ramos longos, molles, lentos, tenueſque. Cum ipſa potius ramos habeat breves, duros, non viſcidos, atque potius ad aliquem craſſitiem inclinantes. Quod & Serapio Dioſcoridis tranſcriptori confirmaſſe viſus eſt, de Tragacantha dicens, ipſam habere ramos breves, extenſos ſuper faciem terræ. Quare crediderim ego, hanc plantam eſſe legitimum poterium, & ſi quis etiam de ſemine, quod ſit inſipidum, minimèque acutum & odoratum, quale expreſſit Dioſcorides, & de flore, quod non in hac noſtra planta flaveſcentem colorem viderimus, non album, ut Dioſcorides, neque herbacei coloris, ut Plinius tradidit: hoc minimè nos turbare debebit, quando eaſdem ſanè plantas in floribus ſæpe colorem variare, non ſit novum. De ſemine etiam credidi, textum Dioſcoridis habere vitium, vitiatumque ab aliquo ſimplicium medicamentorum inexperto, fuiſſe. Quod ex ejuſdem Dioſcoridis verbis facile conjici poterit; cum ipſe præſertim dicat; ſeminis nullus uſus, ſed guſtu acuto, & odorato quomodo iſtud verum eſſe poteſt, quod ſemen poterii acutum, atq; aromaticum nullius fuerit uſus? Quod credimus nullius eſſe uſus, quia inſipidum ſit minimeque acutum, atque aromaticum, quale ita eſſe in noſtro poterio deguſtavimus. Quibus colligimus, noſtram hanc plantam, pro poterio miſſam, non abhorrere à poterio notis. Accidit etiam, ut hæc veritas magis cognoſcatur, quod hæc aut verè poterium erit, ut nos putamus, ac ut Tragacantha, propter magnam ſimilitudinem quam poterium habere cum tragacantha, Dioſcorides tradidit, & in ſpinis, & in ramulis, atque quadantenus etiam in foliis. Non eſt autem Tragacantha, ut nos in ipſa planta, quum nos olim in Cretæ duobus ſcopulis, quos vulgus *Gozi* appellat, obſervavimus. Differt enim à poterio, ut in ſequenti capite iterum demonſtrabimus, quod ipſa ſit procerior, diverſa à poterio, ſpiniſque conſtat longioribus, & poterio magis ſit foliata, atque ita, ut Dioſcorides confirmavit, quodam tempore; quippe in vere (tunc enim ipſa regerminat) foliis ipſis ſpinas occultat. De iſtius plantæ radice & ſucco ab ipſa manante, quidquam, cum hæc non viderim, certi non habeo, ut ſcribam. Inquit Dioſcorides, radicem præciſam nervis, & vulneribus glutinandis illiniri. Unde Neurus etiam dicta hæc planta fuit; decoctum quoque ejus nevvorum affectibus medetur, Galenus inquit habere deſiccandi facultatem abſque morſu, adeò, ut & nervos inciſos glutinare credatur, præſertimque ipſius radicem hac facultate donatam eſſe. Hactenus Alpinus. Vulgatus codex Dioſcoridis, ut vult Alpinus, corruptus non eſt, niſi fortè, ut dixi, pro λευκὰ, χλωρὰ ἄνθη reſtituendum ſit. Eadem lectio apud Oribaſium, qui ſua quam fideliſſimè ex Dioſcoride exſcripſit, reperitur. Rationes quas adfert doctiſſ. Alpinus, examinabo. Non ſequitur; poterion fert ramos tragacanthæ ſimiles: at breves autem ſunt tragacanthæ rami. Ergo & poterii. Ideo enim Dioſcorides addidit, longos, tenues, lanuginoſoſque eſſe; ut indicaret, iis notis à tragacantha differre. Alioquin dixiſſet: poterion fert tragacanthæ ſimiles ramulos; ſed quia non in omnibus ſimiles, ideò voce ἐμφερὴς utitur. cum alioquin ὅμοιον dixiſſet, nullaſque alias addidiſſet notas. Hic mos Dioſcoridi. Quod de floris colore ſcribit, id notiſſimum eſt. Neminem enim latet, pro ſoli cœlique ratione admodum variare flores; præterquam quod de floris colore certi nihil ſtatui poteſt, quod diverſi ſint, alterque χλωρὸν, alter λευκὸν ἄνθος tradat. Τὸ δριμὺ Plinium non rectè *acutum* vertiſſe, ſupra docuimus. Plinium ſequitur Alpinus. Idem non ſatis vim verbi ἄχρηστον intellexit. Sententia Dioſcoridis hæc non eſt, quod nulla vi, facultateque præditus poterii flos: ſed ἄχρηστον ſcribit, quod à Medicis adverſus morbos non præſcribitur. Sic dictamni florem cum uſum nullum habere tradat, voluit adverſus ullam ægritudinem, aut ullos pellendos morbos inutilem eſſe, & à medicis non commendari, aut apud eoſdem non eſſe in uſu. De Nardo montano cum refert, οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπὸς φέρει, ſubintelligit χρήσιμον, quod à nemine expetatur aut deſideretur. Nec probo, quod quidam ajunt, aut poterium eſſe, aut tragacantham. Poteſt genus tragacanthæ eſſe, ſiquidem, teſte Rauwolphio, plura ejus ſunt genera. De tragacantha hæc Dioſcorides lib. 3. cap. 23. Τραγάκανθα, ῥίζα ἐστὶ πλατεῖα καὶ ξυλώδης, φαινομένη δὲ καὶ ὑπὲρ γῆς, ἀφ' ἧς κλάδοι ταπεινοὶ (Oribaſius addit πυκνοὶ) ἰσχυροὶ, χεόμενοι δὲ ἐπὶ πολὺ, καὶ ἐπ' αὐτῶν φυλλάρια (in altero codice fruſtra additur μικρὰ) πολλὰ μεταξὺ * λεπτὰ ἀκάνθας ἔχοντα ἐγκεκρυμμένας τοῖς φύλλοις, λευκὰς, ἰσχυρὰς, ὀρθάς. ἔστι δὲ ἡ τραγάκανθα, δάκρυον τῆς ῥίζης ἀποτμηθείσης ἐπισυνιστάμενον. ἧς διαφέρει ἡ διαυγὴς καὶ λεία (Catacur. λευκὴ) καὶ ἰσχνὴ, καὶ καθαρὰ, καὶ ὑπόγλυκυς. δύναμιν δὲ ἔχει ὁμοίαν κόμμι παρεμπλαστικήν. *Tragacanthæ radix lata eſt & lignoſa, ac ſupra terram etiã eminet: à qua ſurculi humiles, robuſti, latiſſimè fuſi: & in ipſis foliola numeroſa, tenuia, inter quæ aculei ſeſe proferunt, quos ipſa occulunt, candidi, firmi, rectique: Eſt & tragacantha lachryma, quæ ſuper reſecta radice concreſcit. Quo in genere præſtat pellucens; lævis, gracilis, ſincera ac ſubdulcis. Vim porro habet, æquè ac gummi cutis ſpiracula obſtruendi.* Tragacanthæ ſpinarum barbulæ nomen dederunt. Recentiores Græci ἄφον vocarunt, Heſychius, ἄφος, ἡ τραγάκανθα. Gaza *hirci ſpinam*, vertit. In codice Dioſcoridis obſervandum, eſſe μετάθεσιν vocis μεταξὺ, jungendamque

eſſe

esse voci ἀκάνθης; vel ἀντὶ τοῦ λευκῆ, legendum esse λευκῆς, nimirum ἀκάνθης; prius placet. Ubi nascatur spontéque proveniat, non docet Dioscorides. Id facit Theophrastus libr. 9. hist. cap. 15. in Arcadia nempe & Creta. Plinius lib. 13. cap. 21. *Eadem (Creta) gignit & tragacantham, spinæ albæ radice, multum prælatam apud Medos, aut in Achaia nascenti.* Lignosam habet radicem tragacantha, qualem non habent carduorum genera, nisi fortè cum pereunt. Dioscorides τραγάκανθαν δάκρυον ait, cum Theophrastus lib. 9. hist. cap. 1. sponte sua, sine incisione manare scribat. Sed vox δάκρυον latè sumitur, ut libro & capite citato ostenditur. Officinæ gummi Dragaganthi vocant. Glutinosum est, per cribrum, aut rarum linteum exprimitur, candidum, pellucidum, nitidum, licet & flavescens & subrufum reperiatur. Substantia est glutinosa, quæ difficulter teritur, & aquam, qua dissolvitur, in densam mucilaginem, instar glutinis, convertit. Eligendum candidissimum, translucens, & cujus minima portiuncula maximam aquæ copiam coagulet. Nonnulli vulgare tragacanthæ gummi, negant esse legitimum, quod verum linguæ subditum, facilè, ut ait Dioscorides, colliquescat. Vulgare verò nunquam. Linguæ enim suppositum adeò lentũ, & tenax evadit, admista saliva, ut nullo ferè temporis tractu dissolvi, liquarique possit. Sed hi Dioscoridis sententiam perperam interpretantur. Siquidem Dioscorides non de solo gummi, vel, si placet, lachryma lingua subdita, sed in eclegmate cum melle conformata, illud fieri scribit, cum inquit: χρῆσις δ' αὐτῆς εἰς τὰ ὀφθαλμικά, καὶ πρὸς βῆχας· καὶ πρὸς τὰς περὶ ἀρτηρίαν τραχύτητας, καὶ φωνῆς ἀποκοπάς, καὶ ἐπισταγμοὺς ἐν ἐκλεικτῷ σὺν μέλιτι· ἀποχυλίζεταί τε ὑποτεθεῖσα τῇ γλώσσῃ, *Hujus autem increbuit usus ad oculorum medicamenta, itemque ad tussim, exasperatas fauces, & vocem interceptam, atque distillationes cum melle in delinctu. sed & linguæ subdita liquescere finitur.* Ex his palam est, Dioscoridis sententiam esse, tragacanthæ lachrymam non solam, & per se tantum, sed in eclegmate cum melle paratã linguæ esse subjiciendam. Quomodò & hodie à practicis præscribitur; commiscetur enim bechicis, catapotiis, & trochiscis. Oportet enim medicamenta, quibus pectus, pulmo, asperaque arteria expurgantur, ad tempus quoddam ore, linguæ subdita, retinere, ut leviter sensimque liquescant, & commodè in asperam percolentur arteriam, perveniantque ad locum affectum. Atque hæc causa, cur Dioscorides eclegma præscripserit, eique addat tragacanthan. Nam si hujusmodi medicamenta devorentur, statim descendunt ad ventriculum, nec ad pulmones, pectusque deferuntur. Huic & altera accedit ratio, quod si Dioscorides intellexisset lachrymam per se tantum submittendam; subjunxisset quidem, ut ipsi mos est, quibus in morbis id factitandum esset. Quandoquidem planè absurdum videretur, scribere, quod aliquod gummi linguæ subjiciatur, paulatimque liquescere cogatur, ac deinde silentio involvere, quibus in morbis id faciendum. Planta ipsa nota satis. Hujus spina est densa, totaque candida, uno cespite multa copia aggesta, caules edit plures, lignosos, rubustos, latéque dispersos, ex quibus procerrimus cubitalis, reliqui minores. Ex his spicula foliata, utrimque quasi pinnis oriuntur, quæ ima & vetustiora, veprem ostentant: superiora pallentia perpetua sunt, etiam peregrino solo, ut in hortis nostris videre licet. Folia circa ramulos complura, ex multis ad unum nervum sive costam cohærentia, instar foliorum lentis, quorum singularia tenuia sunt & angusta. In summo inter folia & spinas stipantur multi flosculi invicem collecti, genistellæ similes, sed albi: succedunt siliquæ numerosæ, rectæ, ciceris, aut genistellæ spinosæ modo, sed multo minores, & ex flavo candicantes, in quibus semina exilia, albicantiaque includuntur, sinapi magnitudine. Radicem habet lignosam, longam, albam, digiti crassitie in obliquum latè sparsam, summo terræ cespite hærentem. Florent apud nos Iunio Iulioq; mensibus, semenque Augusto, Septembrique maturum reddit, ex quo novæ enatæ plantæ, adversus hyemis injurias protegi debent. Spontè in Gallo-Provincia prope Massiliam provenit collibus ad Austrum devexis, vocaturque *barbe renard*, & *ram è bouc*, id est, vulpina barba, & surculus hircinus. Petrus Bellonius libr. 1. observationum cap. 16. duo tragacanthæ genera in Creta observari tradit. *Tragacantha*, inquit, *in montium superciliis abundè crescit, cujus duo genera observavimus. Asserimus autem ejus gummi minimè istic colligi, licet nonnulli satis temere id scripserint: quam nostram assertionem, si opus esset, auctoritate primarii insulæ Domini Equitis Antonii Calergo, probare possemus, corã quo de ea re verba fecisse meminimus.* Supra dixi, Rhauwolphiũ tria observasse genera, quatuor

Tragacantha.



describit Alpinus; duoque poterii genera, quæ ad tragacanthæ historiam referri debent. Cęterum, quartum tragacanthæ genus ab Alpino descriptum, rectius quam ex figura colligi licet, ad spartium referri potest; quod ipse fatetur Alpinus. Sed unde digressi sumus revertamur. Indagandum, an planta, cujus imaginẽ exhibemus, quamque pimpinellam spinosam vocant, sit poterion; an verò pheos, vel stœbes. Poterion esse nequit, quod nec flexiles, lentisque habeat ramos, sed duros, lignososque, qui flecti, nequeunt, tragacanthæque, quibus à Dioscoride comparantur, planè dissimiles, nisi quod utraq; spinosa sit. Folia habet pimpinellæ modo dissecta ac divisa, (unde pimpinellæ spinosæ nomen accepit) neutiquam rotunda. Lanugine, tomentoq; caret; scatet poterion. Semen habet adstringens; acre poterion. Radix pimpinellæ tenuis, dura, exucca, pedem vix alta; poterii vero binũ ternumve cubitorũ est altitudine firma, ac nervosa, quo proximè terram recisa lachrymam gummi similem fundit; quo caret pimpinella, quam spinosam vocant, & poterion afferunt. Nata nobis hæc planta ex semine anno 1627. quod diligentissimus Pharmacopœus Rhodolphus Walsburch Roma attulerat; verum hyems subsequens corrupit, etiamsi diligenter eam in fictili asservarem. Idem de hac planta observavit magnus Botanicus Carolus Clusius. *Pimpinellam*, inquit, *spinosam aliquoties mihi è semine natam, diligenter in horto & fictilibus servare volui, sed semper hyems subsequens abstulit.* Hanc honorius Bellus stoeben veterum existimat. Unum tantum objici potest, quo minus Belli amplecti possit sentẽtia, quod non sit πολύρριζος, sed unicam duntaxat habeat radicem. Respondendum, fortasse, aliter se rem habere in Creta, ubi sponte nascitur, perennisque planta est, nec hyemis metuit injurias. Quanquam eo nomine fortè πολύρριζος dici posset, quod multas habeat fibras, quæ & radices aliquando dicuntur. Verisimile admodum, in Creta, ubi perpetuò viret, plures habere radices, quotannisque novas etiam ἀποφύσεις, sive stolones cum novis radicibus adquirere, ita ut tandem πολύρριζος dici mereatur.

Τὸ δὲ τῆς κάππαρις, &c.] Κάππαρις, & Phavorino placet, dicitur, quod in campis, non verò locis præruptis, arduis, tumulisque, pulcherrima proveniat. Κάππαρις, ὅτι ἡ πολλὴ καὶ καλὴ ἐν κάμπῳ φύεται, οὐχ οὕτως ἐν κρημνοῖς, εἴη ἂν οἷον κάμπαρις, καὶ μεταβολῇ τοῦ μ εἰς τὸ π κάππαρις, οὕτως Ὦρος ὁ Μιλήσιος. *Capparis, nomen accepit, quod copiosa & pulchra in campo nascatur, non autẽ locis præruptis. Ergo erit capparis, m mutato in p. Sic Horus Milesius.* Hoc etymon duab. de causis improbo. Prima, quod vox κάμπος sit Latina, nec à Gręcis nisi Barbaris, & infimi ęvi usurpata, vox verò κάππαρις, etiã apud antiquissimos reperiatur Græcos, uti apud Aristophanem, ut prodidit libr. 2. Athenæus. Κάππαριν, βληχώ, θύμον, ἀσπάραγον, γήτειον, ῥάμνον. σφάκελον, τύμπανον. Vertunt.

Capparis, pulegium, thymum, aſparagum, picem, ſphacelum, tympanum. Quid tympanum? quid pix? quid ſphacelus in herbarum cenſu? Tympanus inſtrumentum, ſphacelus morbus, pix res ex pinguedine & ſucco coniferarum arborum confecta. Hæc notiſsima. Ἀντὶ πίτλω corrigunt πίτυν. & ἀντὶ τύμπανον, πήγανον. Πίτυν autē cum pinum exponunt, errant, non tantum quod πίτυν pinum exponant, cum vertere deberent, ſed quod inter culinarias plantas recenſent arborem. Eadem de cauſa nec ῥάμνος inter memoratas plantas locū habere poteſt. Totum hunc locum ſic ſcribe; Κάππαριν, βληχώ. θύμον, ἀσπάραγον, πίτυν, ῥάφανον, σφάκον, πήγανον. Id eſt, *capparin, pulegium, thymum, aſparagum, chamepityn, rhaphanum, ſalviam, rutam.* Πίτυν, aliquando chamæpityn ſignificare, libr. 9. probabo. Hoc ſi minus placet, pro πίτυν ſcribe θύμβραν, vel aliam quandam culinariam plantam. Sufficit, quod capparis vox apud antiquiſsimos Græcos invenitur. Altera ratio; quod culta fugiat, ut Theophraſtus cæterique rei ruſticæ ſcriptores tradunt. Ergo non quod in campis proveniat, nomen accepit, verum quod melancholiæ, furorique medeatur, παρὰ τὸ καπταίνειν ἀρρεῖν, Dioſcorides lib. 2. cap. 204. Ὁ μὲν οὖν καρπὸς αὐτῆς σπλῆνα τήκει, ὁλκῆ δυοῖν μετ᾽ οἴνου πινόμενος ἐπὶ ἡμέρας μ᾽. *Fructus drachmarum duarum pondere ex vino potus, ad dies quadraginta lienem abſumit.* Καταπλάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν σπληνικῶν σὺν ἀλφίτῳ. *Spleneticis quoque cum hordeacea farina imponitur.* A Galeno, Ægineta, aliiſque medicis celeberrimis, adverſus maniam, melancholiam, alioſque tales morbos quotidie præſcribitur, Plinius lib. 20. cap. 15. *Innocentius Italicum eſt. ferunt, eos qui quotidie id edunt, paralyſi non periclitari, nec lienis doloribus*; Verum ergo etymon diximus, ſi modò Græca ſit vox, non Phœnicea, aut Arabica. Cæterum καπταίνειν, idem quod καταπαύειν. Pindarus in Nemeis libr. Θ.

Κρέσσων δὲ καππαύει δίκαν
Ταν πρόσθεν ἀνήρ.

Præſtantior enim ſedat litem
Priorem vir.

Lapis quoque in Laconia, tribus à Gythio ſtadiis, in quo Oreſten ſediſſe, & à furore ceſſatum, ſcribit Pauſanias, ex Doricæ linguæ proprietate dicitur Iupiter καππώτας, id eſt, Iupiter *ſedator*, qui ſedat furorem. Latinis capparis, & cappar dicitur. Columella lib. 11. c. 3. *Capparis plurimis provinciis ſua ſponte novalibus naſcitur. Sed quibus locis ejus inopia eſt, ſi ſerenda fuerit, ſiccum locum deſiderabit.* Palladius in Octobri Tit. 11. *Cepullæ ſeruntur etiam hoc menſe, vel menta, & paſtinaca, thymum & origanum, & cappar menſis initio.* In omnibus, quos vidi, codicibus, etiam antiquiſsimis anno 1482. & anno 1498. Regii expreſsis, *cappar* legitur. Doctiſsimus Gaza *inturim* vertit. Auctuarii auctor ſic à Romanis vocatam refert. Ῥωμαῖοι σιναπὶ Περσικόν, οἱ δὲ ἴντυβεις. Aldinus codex, ἴντυβεις. Malo Græcam, vel, ſi placet, Arabicam ſervare vocem, quod à probatiſsimis auctoribus Latinis ſemper capparis vocetur. Aliam capparis delineationem, quam Theophraſtus tradere videtur, Dioſcorides lib. 2. cap. 204. dedit. Κάππαρις θάμνος ἐστὶν ἀκανθώδης, ἐπὶ γῆς χορηγοειδῶς ἐστρωμένος, ἀκάνθας ἀγκιστροειδεῖς ἔχων ὡς βάτος. φύλλα στρογγύλα, μηλέᾳ Κυδωνίᾳ ὅμοια. καρπὸν δὲ οἷον ἐλαίας, ὃς ἀνοιχθεὶς λευκὸν προΐεται ἄνθος. οὗ πεσόντος εὑρίσκεταί τι οἷον βάλανος ἐπιμήκης, ὅπερ ἀνοιχθὲν ἔχει κόκκους ὥσπερ ῥοιᾶς μικροὺς ἐρυθρούς· ῥίζας ξυλώδεις, καὶ μεγάλας πλείστας· φύεται τοὐπίπαν ἐν τραχέσι καὶ λεπτογείοις τόποις, καὶ νήσοις, καὶ οἰκοπέδοις. *Capparis frutex eſt aculeatus, per terram in orbe ſtratus. Spinas, ut rubus, habet in hami modum, aduncas: folia mali cotoneæ, rotunda, fructum verò olivæ inſtar: qui cum dehiſcens panditur, florem promit candidum. Hoc verò dilapſo, nonnihil glandis oblongæ figura invenitur, quod apertum grana, tanquam punici mali, exigua, rubentiaque intra ſe oſtendit. Radices lignoſæ ſunt, grandes ac numeroſæ. Aſperis plerumque locis, tenuique ſolo. In inſulis, domorumque areis naſcitur.* Dioſcorides capparim fruticem eſſe tradit; Theophraſtus ſuffruticem. Aculeatum caulē habere, refert Dioſcorides; idem Theophraſtus docet. Per terram in orbe ſtratum eundem caulem, ſcribit Dioſcorides, idem apud Theophraſtum lib. 6. cap. 5. & lib. 7. cap. 8. legitur. Verum ἀντὶ ἐπιγειόκαυλα, ἐπιπεδόκαυλα codices habent. Malè; ſiquidem caule perpetuo capparis eſt. Illud etiam quod recticaulibus opponatur, probat ἐπιπεδόκαυλα legendum. Accedit, quod hoc ipſo capite ἐπίγειον tradat, quod ipſa comprobat experientia. In Arabia verò arboreſcit, hyeméque folia ſervat; quod ignoraſſe videntur veteres. Sed plura de hac lectione capite citato Theophraſtus; quales verò ferat ſpinas, non recenſet. Dioſcorides inſtar rubi, in hami modum aduncas ait eſſe. Folia, ex Dioſcoridis ſententia, ad cotoneę mali ſimilitudinem rotunda ſunt. Theophraſtus ſubhiſpida eadem ſcribit. Fructus Dioſcorides cappari tribuit, inſtar olivæ. Καρπὸν vocat non ipſum fructum, vel ſemen intus contentum, ſed capitulum, ſive potius floris rudimentum, hoc eſt, nondum completum florem, ut ex ſequentibus apparet. Ait enim, quando dehiſcens panditur florem promere. Ergo ante florem fructus; quod abſurdum eſt. Fructum ergo vocat, quod vulgò appetitus, gulæque gratia commedimus. Sic ſophylus, ut infra dicam, papyri Thyrſum fructum vocavit. Cappares, quæ ad nos feruntur, multo oliva ſunt minores. Sunt tamen fructus (liceat ita cum Dioſcoride appellare) alii majores, alii minores, qui in præcipua, primaq; ſunt commendatione, multoque ſunt pretioſiores, quam majores; qui id, circo ad nos advehi deſierunt. Minores ergo, quod palato melius ſapiant, meliores habentur, ſed ſalubriores ſunt majores. Sic deliciæ homines fallunt, ſanitatis detrimento. Sapor, qui in illis percipitur à muria, vel aceto, aſcititius eſt. Utriuſque fructus, ſeu viridis, ſeu maturus, guſtanti præbet ſaporem ſatis acrem, & ingratum. Minor facilius, at penitius imbuitur conditura, quod perpauco ſucco carneque conſtat; major conditurам non ita facile contrahit, ſed melioris eſt ſucci, & melioris alimenti. Sed hic culinæ error. Rectè olim Philoſophus, nihil medico, valetudinique magis adverſatur, quam bonus coquus, & delicatum palatum. *Flore*, inquit Dioſcorides, *dilapſo, nonnihil glandis oblongæ figura invenitur, quod apertum, grana, tanquam punici mali, exigua, rubentiaque intra ſe oſtendit.* Hoc fructum vocat Theophraſtus, & verè fructus eſt. Quid fructus ſit, lib. 1. docuimus. Theophraſtus capparis fructū Balani unguentariæ fructui comparat. libr. 4. hiſt. cap. 2. Granorum, quod ſciam, non meminit Theophraſtus. Radices capparis Dioſcorides lignoſas, grandes, & numeroſas eſſe ſcribit. Contra μονόρριζον tradit Theophraſtus. Docti Theophraſtum & Dioſcoridem conciliare conantur. Ajunt verba hæc μονόρριζον δὲ &c. & quæ ſequuntur, ad pheos hippopheoſque pertinere hiſtoriā. Sed valde errant. Eodem enim hoc capite Theophraſtus pheon πολύρριζον eſſe, inquit. De cappari hæc apud Palladium in Septembri titul. 13. reperiuntur. *His iiſdem diebus ſeritur capparis; latè ſerpit; ſucco ſuo terris nocet; ſerendum eſt ergo, ne procedat ulterius, circumveniente foſſato, vel luto ſtructis parietibus, ſolo ſicco & gracili, herbas ſponte perſequitur: floret æſtate, ſub occaſu vergiliarum capparis areſcit.* Poſteriora hæc ex Theophraſto habet; quæ ſatis oſtendunt, verba illa μονόρριζον &c. ad capparis hiſtoriam referenda. Quod in totum Theophraſto adverſaretur, qui pluribus in locis ſcripſit, capparim culta fugere, quod veterum nemo de pheo tradidit. Capparim aſperis locis tenuique ſolo in inſulis domorumque areis naſci, tradit Dioſcorides. Idem aſſerit, caulem fructumve ſale condiri. Ταριχεύεται δὲ ὁ καυλὸς αὐτῆς, καὶ ὁ καρπὸς εἰς βρῶσιν. Caulem cibo idoneum teſtatur experientia, Plinius lib. 15. cap. 28. *In papyris & ferulis ſpinaque alba caulis ipſe pomu n eſt. Sunt & ficulni caules; in fruticoſo genere cum caule capparis, in ſiliquis vero quod manditur, quid niſi lignum eſt, &c.* Ægyptios papyri caulē crudum coctumque mandere, ſupra memoravimus, eoſque ſuccum tantum devorare, diximus. Hac de cauſa caulem ſive Thyrſum Æſculus, qui regnante Xerxe commentatus eſt, καρπὸν vocavit. Βίβλου δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ στάχυν μέγαν; *bybli fructus non ſuſtinet ſpicam magnam.* Vide cap. 11. lib. 4. ubi de papyro egit Theophraſtus. Docti quidam Botanici ſibi perſuaſerunt, aliam capparim Dioſcoridem, aliam Theophraſtum delineaſſe. Ad rem ſi bene attendant, unum tantum genus ab utroq; deſcriptum animadvertent. Capparis alia domeſtica, & aliquo modo culta, hoc eſt, locis proveniens minus aſperis ac incultis: alia ſylveſtris; quæ folio eſt acuto, id eſt, ſubhiſpido, quod non habet domeſtica, quæ mali cotoneæ rotunditate eſt. Quod ad radicem, idem dicere licet; nempe in cultis plures ferre, in incultis raro plures quam unam habere; quamquam etiam in cultis ſimiliter raro plures habeat. De generibus hæc Dioſcorides. Ἡ μὲν τοι Λιβυκὴ κάππαρις, γεννωμένη δὲ κατὰ τοὺς Μαργαρίτας λεγομένους, ἐμπνευματοῖ ἰσχυρῶς· ἐμετικὴ δὲ τυγχάνει ἡ ἐν Ἀπυλίᾳ· ἡ δὲ ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ Λιβύης, δριμυτάτη, φλυκταινοῦσα τὸ στόμα, καὶ κατεσθίουσα τὰ οὖλα ἄχρι γυμνώσεως· Ὅθεν πρὸς βρῶσιν ἐστὶν ἀνεπιτήδειος. *Porro Capparis Africa præſertim, quæ apud Margaritas appellatos naſcitur, vehementer inflat. Apula vomitum facit: quæ autem è rubro mari & Africa defertur, acerrima, ſiquidem in ore puſtulas excitat, & gingivas oſſe tenus*

tenus exest. (Lacuna in vetustiss. codice legit σηπίωδες πυκνά *putrefacit, corrumpit,*) *quapropter est cibis inepta.* Τοὺς δὲ μαρμαρικοὺς optimas ait Dioscorides. Qua orbis parte Margaritæ sitæ sint, ignoro. Legendum, mutatis duabus litteris, μαρμαρίδας. Nam & Marmaridæ Straboni lib. 17. Geographiæ circa finem, populi dicuntur Libyæ, Cyrenis proximi. Μέχρι δεῦρο γάρ ἐστιν ἡ Αἴγυπτος. ἡ δὲ ἑξῆς ἐστι Κυρηναία, καὶ οἱ περιοικοῦντες βάρβαροι Μαρμαρίδαι. *Nam eousque Ægyptus pertinet: Deinceps est Cyrenaica, & Barbari circumhabitant Marmaridæ.* Idem libr. 2. περὶ Αἴγυπτον μὲν Μαρμαρίδας, μέχρι τῆς Κυρηναίας. *ad Ægyptum quidem Marmoridas, usque ad Cyrenam.* Plinius libr. 5. cap. 6. *Ea quæ sequitur regio Mareotis, Libya appellatur, Ægypto contermina. tenent Marmaridæ, Adyrmarchidæ, dein Mareotæ.* Ἐκ δὲ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ Λιβύη δριμυτέρα. Corruptus codex; scribe ex Galeno. Ἐκ δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ Ἀραβία δριμυτέρα. Galenus lib. 7. simpl. Ἡ δ' ἐν τοῖς θερμοῖς πάνυ χωρίοις γενομένη κάππαρις, ὥσπερ ἡ ἐν Ἀραβίᾳ πολὺ τῆς παρ' ἡμῖν ἐστι δριμυτέρα, ὥστε καὶ τῆς καυστικῆς ἐπιπλέον μετέχει δυνάμεως. Hoc est: *Porro capparis, quæ in valdè calidis ferventibusque regionibus provenit, ut quam fert Arabia, multo est nostrate acrior; adeò, ut plurimum etiam habeat adurentis facultatis.* Plinius lib. 13. cap. 23. *Ibi* (in Ægypto) *& capparis firmioris ligni frutex, seminisque & cibi vulgati, caule quoque una plerumque decerpto. Cavenda ejus genera peregrina; Siquidem Arabicum pestibus; Africum gingivis inimicum, Marmaricum vulvis & omnium inflationibus. Apulum vomitus facit, stomachum & alvum solvit. Quidam id cynosbaton vocant, alii opheostaphylen.* Scribe ex Dioscoride, *Arabicum pestilens, gingivis inimicum, Africum, præcipuè Marmaricum, vulvis & terminum inflationibus, &c.* Cynosbaton vocarunt, quod hamatas *rubi* modo spinas habeat. Pro *opheostaphylen*, apud Auctuarii auctorem φυλοστάφυλον legitur. De cultura

Capparis folio acuto.



capparum vide lib. 1. item cap. 1. lib. 3. de causis. Capparis alia spinosa, fructu minore, folio rotundo, obtuso; alia folio acuto, pungente. Aculeatus frutex est, cujus ramuli non minus acutis &, hannorum instar, aduncis spinis horrentes quam rubi, per terram orbiculariter sternuntur, si non pedamentis quibusdam fulciantur: folia circa hos lata: veluti mali cotoneæ, sed tamen rotundiora; è sinu quorum tenues exeunt pediculi, capita rotunda proferentes; quib. dehiscentibus flos candidus panditur, rosæ aut mali cotoneæ similis; quem sequuntur fructus oblongi, olivis similes, in quibus semina parva & albida conduntur, ex ruffo milio non dissimilia. Radix lignosa, grandis, crassiore cortice convestitus, cujus in medicina frequens usus. Floret æstate, viget in autumnum usque. Rudimenta florum antequam dehiscant, colligenda & muria aut sale condienda. In Creta tamen, teste Bellonio lib. 1. observ. cap. 17. elixi, & nonnihil saliti venduntur. Eodem tempore (Mense Majo) capparum flores leguntur, atque in foro venales proponuntur, non conditi, sed elixi duntaxat, & nonnihil saliti. De Arabicis capparibus hæc lib. 2. observ. cap. 60. Bellonius; *Per istos colles oberrantes, cappares invenimus, pumilarum ficuum altitudinem æquantes, ut nobis conscendendæ fuerint ad earum fructus colligendos, gallinacei ovi magnitudine, & semina intus continentes, piperis instar calida, ipsæ cappares juglandibus magnitudine non cedunt. Vt verò insubres album sinapi in vinum vernachium injiciunt ne ferveat, sed diutius suam dulcedinem retineat: sic Arabes istarum capparum semina, in suis vinis commiscere solent, ut dulcia ea conservent; quod etiam Avicenna annotavit.* Alpinus libr. de plant. Ægypti. *Cappares Alexandriæ majores, quam alibi inveniuntur, proveniunt, quos cappar quoque appellant.* Unum restat, quod Dioscorides scribat Apulas Cappares vomitū movere; quod tamē experientia contrarium reperitur. Fortassis, ut rectè Mathiolus, hac facultate pollent, dum adhuc recentes & virides, muriaque nondum conditæ sunt. Hactenus de capparibus; quæ ad nos ex Italia Hispaniaque conditæ aceto, aut muria adferuntur.

Ὁ δὲ τρίβολος, &c.] Τρίβολος παρὰ τὸ τρεῖς βάλλειν quod fructu suo tria vulnuscula infligat, vel quod cuspidatum trifariam feriat. Malunt alii, à seminis triquetra figura, tribulo bellico instrumento simili, nomen impositū. Tribulus instrumentum est triplici aculeo, quod in quamcunque partem volvas, semper mucronem spiculumque infestum ostendit. Hujusmodi murices ferreos Princeps Auriacus Mauritius in obsidione urbis Geertrudisbergæ adversus comitis Mansveldici subitam equitatus irruptionem spargi curarat. Instrumenti hujus mentionem facit Plutarchus in vitis, & Valerius Maximus, & Curtius eo usi fuisse tradunt. Nobis prius etymon magis arridet, existimamusque, instrumento bellico nomen impositum, quod tribuli fructui sit simile. Tribulus enim ante usum hujus instrumenti exstitit, notaque fuit planta. Tribulus alius palustris, alius terrestris. De palustri lib. 4. egi. Terrestris à Virgilio inter frugum morbos, & à Plinio inter terræ pestes recensetur, libr. 1. Georg.

Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Esset rubigo, segnisque horreret in arvis
Carduus: intereunt segetes, subit aspera sylva,
Lappæque, tribulique: interque nitentia culta
Infelix lolium & steriles dominantur avenæ.

Divus Apostolus ad Hebræos cap. 6. vers. 8. Ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀδόκιμος καὶ κατάρας ἐγγύς, ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν. *At quæ profert spinas & tribulos rejectanea est, & maledictioni proxima; cujus exitus tendit ad exustionem.* Plinius libr. 18. cap. 17. *Nam lolium, & tribulos, & carduos, lappasque, non magis quam rubos, inter frugum morbos potius, quam inter ipsius terræ pestes numeraverim.* Terrestris tribuli duo genera describit Theophr. quorum prius folio est ciceris, alterum spinoso. Utrumque περικαρπιάκανθον. Malè vertunt, *fructu aculigexo* constat. Περικάρπιον est quod fructus cingit; vox apud Latinos usurpata. Redde, *quod pericarpium aculeatum habeat*: Unum genus Dioscorides describit libr. 4. cap. 15. Sed utrum prius, an alterum describat, non satis constat. Τρίβολος, inquit, ὁ μὲν χερσαῖος ἀνδράχνῃ τὰ φύλλα ἔοικε, λεπτότερα δὲ (vetus addit πολλῷ) καὶ τὰ κλήματα μακρά (ver. καυλία μικρά) κατὰ γῆς ἐῤῥιμμένα. καὶ παρ' αὐτοῖς ἄκανθαι ἔρυφναι, σκληραί. φύεται δὲ παρὰ ποταμοῖς καὶ οἰκοπέδοις. *Tribulus terrestris foliis est portulacæ, at tenuioribus: viticulis vero longis in terra stratis, & spinis secundum ipsas acerbis ac præduris. juxta amnes & domorū areas nascitur.* Utrum prius, an alterum, an tertium ab utroque diversum describat Dioscorides, inter doctiores non satis convenit. Nos (salvo meliori judicio) existimamus, Dioscoridē primum delineare genus. Hoc Theophrastus folio describit ciceris; portulacæ Dioscorides. Utrique ergo folia diversa. Sed pro ἀνδράχνῃ apud Dioscoridem cum viris doctissimis, Pena, Lobelio, Saraceno, lego ἀράχῳ, vel ἀφάκῃ. Ἄραχος lentis vitium, quod Plinius craccam vocat; vide cap. 10. libr. 8. Aracho folium orobo simile; orobo autem ciceris. Idem ergo de tribulo tradunt Dioscorides & Theophrastus. Non placebit fortassis hæc emendatio; quod vulgata lectio apud Oribasium reperiatur: Instabunt, & alii, Dioscoridem alterum tribuli genus describere. Horū sententiā probare nequeo, quod alteri tribulo folia spinosa, portulacæ verò mitia, & carnosa sunt, omniq; aculeo carentia. Ad primū dico, exscribentiū negligētia accidisse, quod vox ἄραχος in ἀνδράχνη mutata est, mendumq; hoc esse admodū antiquū. Puta cū ignorarent, quid esset ἄραχος, nomen infrequens, & raro

 occurrens,

occurrens, in herbam cognitam satis verbum hoc mutarunt, & pro ἀράχα, ἀδράχνη scripserunt. Illud verum esse suggerit Plinius, qui libr. 21. cap. 16. ubi tribulorum, ut supra monuimus, historiam confundens, terrestrem tribulū scribit folio cicerculæ: *At in reliquo orbe genera duo: uni cicerculæ folia, alteri aculeata: hic & serius floret, magisque septa obsidet villarum; semen ei rotundius nigrum in siliqua; alteri harenaceum.* Legit apud Theophrastum, sive Dioscoridem, aut alium auctorem pro ἀράχα, ἀράκα. Quod non leve indicium, ἀράχα ætate Plinii scriptum fuisse. Hesychius ἄρακοι ὄσπριόν τι, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ λάθυρος. Quid notius, quam lathyrum cicerculam exponi? Hæc si fortè non arrideant, omnino fatendum, alium tribulum Theophrastum, alium Dioscoridem describere. Cæterum, nec illorum rejicienda opinio, qui pro ἀνδράχνη, ἀφάκη malunt legere. Talia foliala tribulum ferre, ipsius plantæ inspectio docet. Alterutrum legendum, & scribendum, contra auctoritatem Oribasii, & vulgatorum codicum ἀφάκη, vel ἀράχῳ; vel vulgata servanda lectio, ac dicendum, Dioscoridem à Theophrasto diversum describere tribulum. Sequitur, καὶ τὰ κλήματα μακρά. Malè in antiquo, καύλια μικρὰ legitur. In vulgatis codicibus vox μακρὰ desideratur, quam addidit ex Oribasio, & vetusto quodam codice doctiss. Saracenus. Longas esse tribuli terrestris viticulas, ipsa αὐτοψία indicat. Τὰ κλήματα vocat petiolos longos, ex foliorum alis nascentes. Πρὸς αὐτοῖς ἄκανθαι, &c. Uterque interpres Serapionis & Oribasii αὐτοῖς non ad κλήμασι sed ad φύλλοις retulerunt; idque, quod alterū tribuli genus spinosum tradat Theophrastus. Nobis probabile, ad proximè præcedentem vocem referendam esse, non ad remotiorem. Nam à viticulis, ut rectè observavit Saracenus, haud longè dissitæ spinæ, quæ fructum ambiunt. Vel ἀντὶ αὐτοῖς, cum eodem, substituendum reor, καρποῖς. Spinosum enim, seu aculeatum tegumentum utrique tribuli fructui tribuunt Theophrastus & Plinius: quod ita habere omnibus rei herbariæ peritis compertum est. Σταφυλὰς ἀκάνθας dixit, uti nos acerbas; quod attrectantibus molestum interdū vulnus infligant. Ποταμοῖς vocem redundare, idem Saracenus, vir summus, existimat, ac à sciolo quodam ex proximè sequenti periodo huc fuisse translatum. Vix enim fuerit verisimile, unam & eandem plantam, & juxta flumina, & in domorum areis nasci solitam. Plinius certè quidem in hortis terrestrem tribulum nasci prodidit, uti aquaticum in fluminibus libr. 20. cap. 10. Nobis tamen non videtur rejicienda hæc vox, quod ea apud Oribasium & Serapionem reperiatur. Fieri enim potest, eandem plantam in domorum areis, hortis, & juxta flumina nasci. Molestissima apud Batavos in hortis, & areis domorum becabunga; eadem juxta flumina, locisque reperitur palustribus frequens. Viola Calathiana, quæ ab aliis inter gentianæ refertur species, in arenosis Bataviæ collibus nascitur; eadem & locis palustribus & paludosis copiosè provenit; lætius tamen locis aquosis, quam arenosis. Illud tamen fatendum, tribulum terrestrem, qui ab omnibus cognoscitur pro legitimo, rarius ad flumina reperiri. Unum restat; quod Plinius pro ποταμώδεις apud Theophrastum legerit ἀμμώδεις. *Alteri* inquit, *harenaceum.* Vulgatam servamus lectionem, quod tribuli semen sesamo, non arenæ simile sit. Tribulus terrestris, est herba multis viticulis, gracilibus, prælongis, cubitalib. plerumque, quas frequentes nodi distinguunt, prædita; quibus adnascuntur alata folia, seu numerosa foliola, gemino versu uni costæ inhærentia; ciceris foliorum instar, quibus valde similia sunt, sub acri gustu, cum quadam adstrictione. Flores ex singulis foliorum alis nascuntur, longis petiolis innixi, flavi, potentillæ floribus forma pares, sed minores, quinque foliis constantes: fructus ejus quinque partito divisus (quatuor autem spinis singulæ divisuræ, quæ gilbæ & dorso eminenti sunt, constant) sub foliis latens, in quo totidem semina. Radix interdum minimi digiti crassitudinem æquat. Floret mense Iunio, Iulioque; semen Augusto & Septembri maturum est. Ad arvorum semitas, in quibus melopepones Salmanticæ seruntur, frequentissimè provenientem invenit Clarissimus, & summus Botanicus Carolus Clusius, Watenesii Toparcha, hortulanis valde molestum & exosum; quoniam fructus ejus (qui per maturitatem facile de planta decidit) firmis aculeis pedes illorum nudos graviter offendit. Reperitur & in Galliæ Italiæque plurimis locis. Invenitur & in Creta, ubi antiquum, paulò tamen corruptum, nomen obtinet. Bellonius libr. 1. Observ. cap. 18. *Tribulus terrestris, quem illi vulgo Atrivolo vocant, agris maximè est noxius, præsertim leguminibus. Hoc autem loco reticere non possum; eos qui hunc sacræ scripturæ locum interpretantur de tribulis ficus, hallucinari, dum tribulum existimant esse carduum. Nam tribulus universæ Galliæ ignotus est* (fallitur Bellonius, Monspeliensi in agro frequens, aliisque Gallo-Provinciæ locis) *saltem terrestris: aquaticus autem is est, quem nos* macles, *aut* chastagnes d'eau *nuncupamus. Porro, quod Iunio Iulioque demum mense floreat, non impedit tribulum Theophrasti legitimum esse. Fortassis in Græcia maturius floret, semenque citius perficit. Sed nec Theophrastus præcocem vocacit, quod maturè florem fructumque ostendat; sed quod respectu alterius serotini præcox sit, qui mense fortè Octobri, aut Novembri maturum habet semen.* Gravissimè errant, qui calcatuppam, vel carduum stellatum pro tribulo habent. Hujus caulis per terram non residet, sed sursum attollitur; folia nec portulacam, nec cicer referunt. Viticulis etiam caret, nec aliter tribulus est, quod folia spinis careant; Ad prioris tribuli classem viri maximi referunt trifolii genus, quod arvense minus vulgò vocant. Miror, quod medicam, quam trifolium cochleatum alterum vocant, tribulum non dixerint, quod à Cretensibus tribulus vocetur. Bellonius lib. 1. Obser. cap. 26. *Medica, quam* atrivola *vocant, sive* atrivolo, *eodem quo tribulum*

Tribulus Terrestris.



Medica folliculo spinoso ad instar tribuli: Trifolium cochleatum minus Dodonæi.



lum terrestrem nomine. Cauliculos habet tenues, rotundos, non erectos, sed per terram repentes; folia trifolio similia, sed minora, teneriora: portulacæ folia nonnihil referunt, attamen multo minora, & minus carnosa sunt. In summo pediculorum flores profert, ex flavo pallentes, parvos: sequuntur fructus, sive valvulæ in spiras contortæ, cochleæ modo, spinulis aliquot horridæ, ex oblongo rotundæ; in quibus semina parva, candida, nonnihil recurva. In Hispaniæ locis siccioribus, & in agris reperitur.

Ἡ δὲ ὄνωνις.] Scribe, ἡ δὲ ὀνωνὶς per ω μέγα. Planta hæc & ὀνωνὶς & ἀνωνὶς dicitur. Dioscorides lib. 3. cap. 21. Ἀνωνὶς οἱ δὲ ὀνωνίδα καλοῦσι: Scribe, Ἀνωνὶς, οἱ δὲ ὀνωνίδα καλοῦσι. Apud Dioscoridem & Theophrastum oxytonως legitur ἀνωνὶς & ὀνωνὶς: apud Galenum verò & Æginetam, Ἄνωνις & ὄνωνις, accentu in antepenultima. Ἀνωνὶς vocatur, à non juvando, quod inutilis sit, aut, quod nullam utilitatem præbeat: aratro enim ipsisque aratoribus inimica. Nam non tantum suo ramorum & radicum implexu aratra, invitis bubulcis, in mediis agrorum sulcis remoratur; (unde & ipsi restæ bovis, remoræ aratri nomen impositū, quod arantes boves in opere sistat) sed etiam messores, fœnisecas, ac aratores spinis suis acutis admodum lædat; Vivax præterea nimis, fruges opprimit, suisque aculeis nocet. Ὀνωνὶς nomen impositum ab utilitate quam adfert asinis, ἀπὸ τοῦ ὄνου, καὶ ὀνῆμι, quod ad eam asini pruriginosi sese libenter fricent, & scalpant, ut nonnulli veteres tradunt. Ruellius. *Complures quoque herbam sic vocari tradiderunt, quod in ea sese volutantes asini spinis ejus dorsum libenter affricent & scabant.* Phavorinus. Ὀνώνης (scribe ὀνωνὶς) παρὰ τὸ ὄνω, τὸ ὀφέλω καὶ τὸ ὄνος, ἡ τοὺς ὄνους ὠφελοῦσα. ἔστι δὲ ἀκανθῶδες φυτόν. Ononis dicitur ab ὄνω, *juvo*, & ὄνος, *asinus*, quod asinis opituletur. Apud Nicandrum in Theriaca, circa finem, mentio fit ὀνώσεως.

Ἄλλοτε δ᾽ ὑσσωπὸς τε, καὶ ἡ πολύγωνος ὄνωσις.

Doctissimus ad hunc versum interpres. *Quum onosis neque apud Dioscoridem occurrat, neque Nicandri interpres, (Græcus) ejus mentionem faciat, interim accipiendum, quod Hesychius annotavit, onosin, esse leguminis speciem:* ὄνοσις ὄσπριον) *tametsi Hesychius in penultima* ο, *scribat* ὄνοσις; *Nicander* ω ὄνωσις. *At cum Poëtas in syllabarum mensura semper oporteat esse oculatiores, ausim ferè dicere, Hesychium Nicandro ortographia debere assentiri. Quanquam facile accidere potuerit, ut librariorum incuria dictio ista per* ο *parvum ubique sit exarata. Sed hæc eruditioribus judicanda relinquo. Ego ista malim sentire, quam dicere, Poëtam per* ἔκτασιν ο *in* ω *mutasse. Consimilem ad modum cum* τὴν ὄνωσιν πολύγωνον *dicat, penultima per* ω *ab angelo malui deducere, quem* γωνίαν, *quam à* γόνυ *quod genu dicunt Græci; quum non possit esse proprium herbæ, quæ* πολύγονον, *vel,* πολυγόνατον *aliàs appelletur. Nam etiamsi* ἔκτασις *admittatur hoc loci,* πολύγωνον *pro* πολύγονον *legendo, prohibet tum necessaria τοῦ* πολύγωνος *cum* ὄνωσις *constructio: quandoquidem oporteat hic epitheton non proprium esse, nisi appellativè accipiatur, onosin geniculatam esse, & multa genua nodosve habere.* Hactenus interpres. Ego, salvo meliori judicio, ὄνωσιν planè rejicio, & omnino scribendū existimo, ὀνωνὶν. Ὀνόσις vel ὄνωσις Botanicorum nemo mentionem fecit, nec quisquam adversus venenatos ictus aliqua facultate tradidit pollere. Anonis vero nota planta, quæ radicem habet abstergendi, & incidendi vi præditam. Hanc Plinius comitiali morbo laboranti dari ex oxymelite ad dimidias decoctam jubet. Haud mirum, si eandem Nicander adversus venenatarum bestiarum morsus præscripserit. Librariorum itaque incuria ὄνωσις, pro ὄνωνις, vel ὀνωνὶς scriptum hodie reperitur. Theophrastus ononidis historiam ideamq; satis diligenter descripsit; sed mendo non caret codex. Ἐπίπτειον δὲ φύλλον ἔχει, πηγανώδες, παραπεφυκὸς παρ᾽ ὅλον τὸν καυλὸν. ὥσπερ στέφανον τὴν ὅλην εἶναι μορφὴν διαλαμβανομένων ὑπ᾽ ἀλλήλων: κηλοβαθῆς δὲ καὶ ἐλεβοωδὴς ἀδιαφεύκτως. Hæc confusa & perturbata, nemo non videt. Corrigunt viri magni, ὥστε στέφανον εἶναι τὴν ὅλην μορφὴν διαλαμβανομένων ὑπ᾽ ἀλλήλων. Placet aliis, παραπεφυκὸς παρ᾽ ὅλον τὸν καυλὸν διαλαμβανόμενον ὑπ᾽ ἀλλήλων, ὥστε στέφανον τὴν ὅλην εἶναι μορφὴν, κηλοβαφῆς, &c. Id est, *annuo folio rutæ simili, juxta totum caulem, alternato foliorum interceptu exortum, ut veluti coronam ea figura repræsentet. Florem fert mutilum,* non *mutulum*, ut vertunt. Plinius lib. 21. cap. 16. *Spinosorum etiam aliud genus ononis. In ramis enim spinas habet, apposito folio rutæ simili, toto caule foliatum, in modum coronæ. Sequitur à frugibus, aratro inimica, vivaque præcipuè.* Hæc postrema Plinii non videntur satis sana. *Apposito,* inquit, *folio, &c.* Antiquus codex; *spinas habet opposito folio rutæ simili.* Theophrastus ἐπίτειον folium dixit. An ergo scribendum, *annuo folio.* Et certè sic videtur. Scripsit quis *super annuo* ex Theophrasto ἐπίτειον, vel *epetio*, quod indoctus postea librarius, vel correctior potius, cum vitio derasis latinis litteris in textum recepit. Ex *annuo* & *epetio* natum *appoteio*, & pro *appoteio*, quod nec Græcum, nec Latinum, scripserunt *apposito* Sequitur à *frugibus aratro inimicum.* Et hic locus mutilatus: Antiquus codex habet; sequitur *rarata, frugibus inimica.* Scribe, vel, *nascitur terra arata, frugibus inimica*; vel, *secatur aratro, frugibus inimica*, vel, *sequitur aratra, frugibus inimica.* Theophrasti verba, ex quibus hæc Plinius habet, sic verte, *Nascitur udo lætoque solo, & præcipue in segetibus atque cultis. Quare agricolis inimica est; præterea vivax admodū est. Cum enim altam tellurem occupaverit, recta deorsum illico sese impellit, singulis annis è lateribus surculos fundens, rursus, sequente anno, in profundum agitur.* Sequitur ϛαθεῖσα μὲ οὕτως ὅλη. Theodorus: *effodienda tota exstirpandaque penitus est.* Scribe ergo, κατασκαπτέα μὲ οὕτως ὅλη. Nonnulli anonin, sive ononin, echinopoda Athenæi esse asserunt, de qua agit lib. de deipnosophist. 3. Nullum addunt argumentum, quo suam stabiliant sententiam. Quare probari à nobis potest. De echinopode alibi agam. Malunt alii, ononin, & αἰγίπυρον Theocriti, unam eandemque esse plantam. Theocrytus eidyl. 8.

Αἰγίπυρος, καὶ κνύζα, καὶ εὐώδης μελίτεια.

Ad hunc versum Scholiastes, Ἔστιν ἀκανθῶδες φυτὸν, ἢ εἶδος βοτάνης, τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλατὺ ὥσπερ φακός. ἔστι δὲ γλαυκίζουσα. εἰς ἕλκη φλεγμαίνοντα ἀγαθή. *Aigipyros planta, aut herbæ genus spinosum, folium lentis instar latum, glauco est colore, & ad pituitosa ulcera utile.* Hęc cum Theophrasto & Dioscoride conferenda. Ononin describit Dioscorides lib. 3. cap. 21. Ἀνωνὶς οἱ δὲ ὀνωνίδα (vulgo ἀνωνίδαν) καλοῦσι, κλῶνας σπιθαμιαίους ἢ μείζονας, θαμνοειδεῖς, πολυγόνατοι, μασχάλας ἔχοντας πολλὰς, κεφάλια περιφερῆ, φυλλάρια μικρὰ, λεπτὰ, ὥσπερ φακοῦ (non habet Oribasius) ἢ λωτοῦ τοῦ πηγάνου, ἐν χορτώδεσι ἐπιεικῶς, ὑπόδασυ, οὐκ ἀηδῶς ὄζοντα. ἁλμευέται δὲ πρὸς τοῦ ἀκανθοφυῆσαι, καὶ ἔστιν ἡδεῖα. ἴσχουσι δὲ οἱ κλάδοι ἀκάνθας ὀξείας σκολοπώδεις, στερεάς. ῥίζαν δὲ λευκὴν, θερμαντικὴν (deest vox hæc in altero codice, addendum esse ex Galeno constat) λεπτυντικήν. ἧς ὁ φλοιὸς πινόμενος σὺν οἴνῳ οὖρα ἄγει, καὶ λίθους θρύπτει, ἐσχάρας περιρρήγνυσι. *Anonis, quam aliqui ononida appellant, ramos habet dodrantales, ac etiamnum majores, fruticosos, frequentibus geniculis cinctos, multis alarum cavis præditos, itemque capitulis rotundis: foliolis vero pusillis, tenuibus ceu lenticulæ, ad rutæ aut pratensis loti folia accedentibus, subhirsutis, odoratis, nec injucundè olentibus. Muria conditur antequam spinas producat, estque cibis gratissima. Ramuli porro spinis acutioribus, ac spiculorum instar solidis, horrent. Radix vero candida est, quæ excalfacit & extenuat. Hujus cortex ex vino potus urinam ciet, & calculos comminuit: idem ulcerum crustas emarginat.* Exscripsit hunc Dioscoridis locum Plinius libr. 27. cap. 4. *Anonin, quidam anonida malunt vocare, ramosam, similem fœnu-Græco, nisi fruticosior, hirsutiorque esset, odore jucundo, post ver spinosa, estur etiam muria condita, recens vero marginum ulcera erodit.* Dioscorides ononim ait habere ramulos dodrantales, aut majores, frequentibus cinctos geniculis. Apud nos ut plurimum dodrante longiores; vidi cubitales, sed rarius. *Frequentibus geniculis cinctos.* Nicander igitur cum πολύγωνος ὄνωνις scribit, πολύγωνος pro πολύγονος metri gratia dixit. Sed πολύγωνον dixit, quod nodi, geniculaque in plantis soleant esse angulosa: vel πολύγωνον, pro πολύγονον. *Fœcundum, fœtificum* per ἔκτασιν dixit; quod admodum vivax sit, nec facile pereat, & difficile exstirpari possit, quodve multas novas proles producat: tum etiam, quod flores, seminaque plurima, ex quibus novæ plantæ, habeat. Sed alterum magis placet. *Capitula,* inquit, *ferre rotunda.* Intelligit folia, quæ caulem cingunt, capituli, coronæque instar. Capitulo enim, qualis stoechadi, thymo, similibusque caret. Theophrastus & Plinius folium rutæ comparant; Dioscorides foliola, inquit, habere lenticulæ, & ad rutæ latique pratensis folia accedere. Hæc examinanda. Lenticulæ, rutæque optimè comparari possunt; sed quæ similitudo foliorum latipratensis cum anonide? Magnitudine certè non possunt; quippè triplo majora loti folia. Figura ergo & positione lotum referunt. Utrique enim terna simul ex uno pediculo dependent folia, ut in trifolio; eadem etiam de causa fœne-græco comparavit Plinius. Sed si φυλλάρια fert anonis, ut ait Dioscorides, & rectè, qui ergo Theocryti Scholiastes scribit, τὸ δὲ φύλλον ἔχει πλατὺ ὥσπερ φακός; φυλλάρια lata non sunt, nec lentis lenticulæque lata. Confundit φακὸν & σφακὸν, quod & Plinium fecisse, supra

notavimus. Σφάκον, *salviæ*, folia latiuſcula, non lentis vel lenticulæ. Eadem foliola ſubhirſuta ait Dioſcorides. Non tantum folia, ſed & cauliculi hirſuti. Ipſam plantam idcirco Scholiaſtes γλαυκίζουσαν dixit; qualis revera ononis, ſi procul, præſertim ſole ſplendente, conſpiciatur: prope autem intuenti folia ſaturato colore virentia, ſive ex virore nigricantia ſunt, ramulique purpureo rub-oque colore nitent. Glaucus color eſt, ut ait Plato, ἐξ κυάνου ἐ λευκοῦ. Iunius Philargyrus; *glaucus cæruleus color eſt, id eſt, ſubviridis, albo mixtus, & quaſi clarus.* Ideò Heſychius, γλαυκὸς, λευκὸς, γλαυκὸν, λαμπρὸν. γαύοσει, λάμπει, φαίνει, φαιδρεῖ. Ita lege; vulgo malè φάσης. Glaucus ergo color idem qui λευκὸς & cæruleus, multa luce perfuſus. Sed cur ononis maximè γλαυκίζων ſole ſplendente? Hoc fit, quod à lumine & radiis ſolaribus, quod in ononi hirſutum eſt elevetur, ac perſpicuum reddatur, ita ut viridis ex nigro color, qui in foliis eſt, ac ſubjacet hirſutiei, conſpiciatur; ex quibus duobus color glaucus conficitur. Glaucus enim, ut rectè Plato, ex albo & cyaneo. Albedo ab hirſutie, cyaneus color ex lucido, & leviter nigro. Ex ſplendore itaque folis, nigredine, & hirſutie glaucus apparet ononis. Sequitur, εὐώδη οὐκ ἀηδῶς ὄζοντα. *Odorato non injucundè olentia* folia inquit eſſe Dioſcorides; ego nec εὐωδίαν nec κακωδίαν in foliis ononidis hactenus obſervare potui. Vulgata tamen lectio Plinii, Orobaſiique auctoritate munitur. Notat Mathiolus in Catacureni codice ὑπώδη *ſubolentia*, legi. Quoad experientiam, lectio illa tolerabilior, ſed quod ſic ſcripſerit Dioſcorides, non auſim aſſerere; quod lectio iſta nullum habeat ſenſum. Alii σποδώδη legunt, & vertunt *colore cinereo.* Hæc lectio minimè diſplicet. Cinereus huic color ab hirſutie; ſed aliter Plinius & Oribaſius. Sed pluris apud me autopſia, ipſumque experimentum, quam decem codices. Fortaſſis in Græcia folia odorata. Pro ſoli quippe & cœli varietate, plantæ odore mirum in modum differunt. Muria, inquit Dioſcorides, conditur antequam ſpinas producat, eſtque cibis gratiſſima. Batavi non condiunt. Apud Cretenſes hodie condiri, auctor eſt Bellonius libr. Obſerv. I. c. 18. Anonidis cymas condiendi conſuetudo apud Cretenſes nondum abolita eſt, neq; etiam eryngii tenella germina edendi. Ex citatis Dioſcoridis verbis facile colligitur, non ſemper ſpinoſam ononim. Idem ſcribit Plinius libr. 17. cap. 4. ubi ait; *Odore jucundo; poſt ver ſpinoſa. Eſtur etiam muria condita.* Peſſimè audit Plinius, quod poſt ver ſpinoſam dixerit. Hac in re, inquiunt, erraſſe deprehenditur Plinius; ſiquidem non poſt ver ſpinoſa redditur anonis, ſed (ut Theophraſtus auctor eſt) in autumno; id quod etiam experimento comprobatur. Theophraſtus germinare æſtate tradit, perfici autumno ſcribit; ſed ſpinoſam fieri autumno, nuſquam tradit. aliud quippe perfici, aliud ſpinoſam reddi. Vult Theophraſtus æſtate germinare, florere, autumno ſemen perficere, ac tum folia ramoſque interire. Ononis ad veris finem apud nos germina emittit, æſtate floret, autumno perficitur, & tum ſpinoſiſſimam fatemur: ſed æſtate, quando floret, non ſpinoſam eſſe, hoc negamus: qui velit experimentum ſumat. Iulio, Auguſtoque menſibus ſpinis munitam acutiſſimis non raro vidimus, immo hiſce menſibus ſine ſpinis obſervare non licuit. Itaque non peccavit Plinius, cum dixit, poſt ver ſpinoſam; quod velint, nolint, fateri debent, qui Plinium arguunt; cum ſcribunt, meſſoribus ac fœniſecis ſpinis ſuis acutis admodum infeſtam eſſe. Quando gramen, vel, ut vulgo loquuntur, fœnum ſecatur? quando meſſis tempus? Apud Batavos fœniſecium incidit in Iunium, Iuliumque menſem; meſſis Auguſto perficitur. Sed animadvertendum præterea erat, an non corruptus Plinii ſit codex. Doctiſſimi viri corrigunt; *odore jucundo, poſt ter ſpinoſa*, id eſt, poſtea fit ſpinoſiſſima. Malunt alii; *odore jucundo, ſpinoſa, eſtur etiam poſt ver muria condita.* Aliis placet ſic diſtinguere; *hirſutiorque eſſet ac ſpinoſa, odore jucundo, eſtur poſt ver*

Ononis Spinoſa.



muria condita. Spinas Dioſcorides σκολοπώδεις dixit, quod pali, ſpiculique inſtar ſolidi ſint. Cauliculis ononis dodrantalibus, aut altioribus, non raro cubitalibus exit, geniculis aliquot proximè & ſubter folia articulatis, ramoſis, obſequioſis, duris, acutiſſimiſque ſpinis horrentibus; juxta quas, folia tenuia, parva, hypericoidis rutæ magnitudine & forma ſimilia, particularibus lentis foliolis majora, colore ſaturato virentia. Floſculi ſecundum cauliculos quoque enaſcuntur, forma veluti ochri, ſed colore ut plurimum purpurei, raro albidi, rariſſimè lutei. Subſequuntur valvæ exiguæ, in quibus ſemina plana. Radix longè, latè, per ſumma terræ progreditur, lenta admodum & frangi contumax. In agris ac juxta limites, ſive margines læto, pingui, ac reſtibili ſolo gignitur. Reperitur in Germania, & Belgio ac Italia, tum & alibi. Stirps autem admodum vivax eſt, quæ nec facilè perit: ſed nec exſtirpari, niſi difficillimè, poteſt. Agricolis ſæpe moleſta eſt, quando duræ ac lentæ radices aratrum remorantur, & boves ſiſtunt. Nova ſub finem veris germina emittit, autumno perficitur, & tunc quidem, ut dixi, ſpinoſiſſima. Iulio & Auguſto cum flore videtur. Cæterum ononis alia ſpinis prædita, alia ſpinis caret. De ononi ſine ſpinis alibi, ſi detur occaſio, agemus. Reperitur ſpinis carens flore purpureo, luteo, luteo variegato, etiam flore majore & minore. Sed de hac alibi. Cæterũ, ut hoc obiter addam, eleganter Theophraſtus κολοβωτὴς dixit ononis. Semper enim mutilus, ac detruncatus obſervatur.

ΚΕΦ. Ζ.

ΚΕΦ. Ζ.

CAP. VI.

De suffruticibus urbanis & coronariis. De viola nigra, & rosis, & earum differentiis. Deque lilio, narcisso, croco.

ΤΑ' δὲ ἥμερα βραχεῖαν τινὰ ἔχει θεωρίαν, ἥπερ ἐν τοῖς στεφανωτικοῖς ἐστι. τὰ δὲ καθόλου πειρατέον περὶ στεφανωμάτων εἰπεῖν. ὅπως ἅπαν περιληφθῇ τὸ γένος. ἡ γὰρ στεφανωματικὴ φύσις ἰδίαν τινὰ ἔχει τάξιν· ἐπιμιγνυμένη δὲ, τὰ μὲν τοῖς φρυγανικοῖς, τὰ δὲ, τοῖς ποώδεσι. δι' ὃ κἀκεῖνα συμπεριληπτέον· ἐπιμιμνησκομένους ὡς ἂν ᾖ ὁ καιρὸς, ἀρξαμένους πρῶτον ἀπὸ τῶν φρυγανικῶν· διχῆ δὲ ἡ τούτων διαίρεσις, ἡ κατὰ τὴν χρείαν. τῶν μὲν τὸ ἄνθος χρήσιμον μόνον. καὶ τούτων τὸ μὲν, εὔοσμον, ὥσπερ ἴον. τὸ δὲ, † ἄνοσμον, ὥσπερ Διὸς ἄνθος, φλόξ· τῶν δὲ, καὶ οἱ κλῶνες, καὶ τὰ φύλλα, καὶ ὅλως ἡ πᾶσα φύσις εὔοσμος· οἷον ‡ ἑρπύλλη, ἑλενίου, σισυμβρίου, τῶν ἄλλων. ἄμφω δὲ φρυγανικά. κἀκείνων τῶν ἀνθικῶν τὰ πολλὰ ἡ φύσις φρυγανώδης, ἡ μὲν ἐπέτειος ἐστι μόνον· ἡ δὲ, πολυχρονιωτέρα· πλὴν τῆς ἰωνίας τῆς μελαίνης· αὕτη γὰρ ἀκλώνητος. ἀλλὰ πρὸς ῥιζόφυλλος καὶ ἀείφυλλος. ὡς δέ τινές φασι καὶ δυναμένη δι' ὅλου φέρειν τὸ ἄνθος, ἐὰν τρόπῳ τινὶ θεραπεύηται. τοῦτο μὲν ἴδιον ἂν ἔχει. τῶν δὲ ἄλλων μᾶλλον τῶν πάντων αἱ μὲν ὅλαι μορφαὶ σχεδὸν πᾶσαι φανεραί. εἰ δέ τινας ἄλλας ἰδιότητας ἔχουσι, ταύτας λεκτέον, ὅτι τὰ μὲν, ἁπλᾶ δοκεῖ τοῖς εἴδεσιν εἶναι, τὰ δὲ, ἔχειν διαφοράς. ἁπλᾶ μὲν, οἷον τὰ ξυλώδη. καθάπερ '' ἕρπυλλος, σισύμβριον, ἑλένιον. πλὴν εἰ τὰ μὲν, ἄγρια, τὰ δ' ἥμερα, καὶ εὔοσμα, τὰ δὲ, ἀοσμότερα εἶναι. τούτων δὲ καὶ αἱ θεραπείαι· καὶ αἱ χῶραι διάφοροι, καὶ ἀέρες. † ἔνια δὲ τῶν ἀνθῶν οὐδεμίαν διαφορὰν ἔχει. οἷον, '' τὸ μελάνιον. οὐ γὰρ ἔχειν δοκεῖ τοῦτο διαφορὰν, ὥσπερ τὸ ‡ λευκόϊν. ἐμφανὴς γὰρ ἡ τούτων χροιὰ διαλλάττουσα, καὶ ἔτι δὴ μᾶλλον ἡ τῶν κρίνων. εἴπερ δὴ καθάπερ φασὶν ἔνια καὶ πορφυρᾶ ἐστι. τῶν δὲ ῥόδων πολλαὶ διαφοραί. πλήθει τε φύλλων, καὶ ὀλιγότητι, καὶ τραχύτητι, καὶ λειότητι, καὶ χροιᾷ, καὶ εὐοσμίᾳ. τὰ μὲν γὰρ πλεῖστα, πεντάφυλλα, τὰ δὲ δωδεκάφυλλα, καὶ εἰκοσάφυλλα. τὰ δ' ἔτι πολλῷ πλεῖον ὑπεραίροντα τούτων. ἔνια γὰρ εἶναί φασιν, ἃ καὶ καλοῦσιν ἑκατοντάφυλλα. πλεῖστα δὲ τοιαῦτά ἐστι περὶ Φιλίππους. ἐκεῖ γὰρ λαμβάνοντες ἐκ τοῦ Παγγαίου, φυτεύουσιν. ἐκεῖ γὰρ γίνεται πολλά. μικρὰ δὲ σφόδρα τὰ ἐντός. ἡ γὰρ ἔκφυσις αὐτῶν '' οὕτως, ὥστε εἶναι τὰ μὲν ἐκτὸς, τὰ δ' ἐντός. οὐκ εὔοσμα δὲ οὐδὲ μεγάλα τοῖς μεγέθεσιν. ἐν δὲ τοῖς μεγάλοις εὐώδη μᾶλλον, ὧν τραχὺ τὸ κάτω. τὸ δὲ ὅλον, ὥσπερ ἐλέχθη, καὶ ἡ εὐοσμία καὶ ἡ εὐχροια, παρὰ τοὺς τόπους ἐστίν. † ἐπεὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τῇ αὐτῇ γινόμενα οὐ ποιεῖ τινα παραλλαγὴν εὐοσμίας καὶ ἀοσμίας. εὐοσμότατα δὲ τὰ ἐν Κυρήνῃ· διὸ καὶ τὸ μύρον ἥδιστον. ἁπλῶς δὲ καὶ τῶν ἴων καὶ τῶν ἄλλων ἀνθῶν ‡ ἄκρατοι. μάλιστα δ' ἐκείνου αἱ ὀσμαὶ διαφέροντος δὴ τοῦ κρόκου. † πλεῖστον γὰρ οὗτος δοκεῖ παραλλάττειν. φύεται μὲν οὖν ἡ ῥοδωνία καὶ ἐκ τοῦ σπέρματος. ἔχει δὲ ὑπὸ τὸ ἄνθος ἐν τῷ μήλῳ κνηκώδες '' ἀκανθῶδες, ἔχον δέ τινα † χνοῦν, ὥστε ἐγγὺς εἶναι τῶν ‡ πρώτων σπερμάτων· οὐ μὴν ἀλλὰ διὰ τὸ βραδέως παραγίνεσθαι, κατακόπτοντες, ὡς ἐλέχθη, τὸν καυλὸν φυτεύουσιν. Ἐπικαιομένη δὲ καὶ ἐπιτεμνομένη, βέλτιον φέρει τὸ ἄνθος. ἐωμένη γὰρ ἐξαύξεται καὶ ἀπολοχμοῦται. δεῖ

τῶν μὲν γὰρ τὸ.
† ἄοσμον.
‡ ἑρπύλλου.
'' ἕρπυλλος.
† ἔνιοι δὲ τῶν ἀνθῶν * οἷον.
'' τὸ μελάνιον.
‡ λευκόϊν. Bas.
'' οὕτως ἐστὶν ἀεί.
† ἐπεί γε καὶ τὰ ἐν γῇ τοιαῦτα γινόμενα, ποιεῖ Ald. Bas.
‡ ἀκραιφνεῖς μάλιστα καὶ θεῖαι αἱ ὀσμαὶ διαφέροντος δ' ἢ τοῦ κρόκου.
† πλεῖστον.
'' ἀκανθῶδες Ald. Bas. ἀκανθῶδες Theod.
† χνοῦν Scal.
‡ πάντων.

VRbana verò angustam quandam observationem obtinuere, siquidem numero tantum consummentur coronariorum. Quamobrem in universum de coronis agere tentandum est, ut genus amplecti totum possimus. Enimvero ratio coronariæ naturæ ordinem quendam sortitur proprium, sed ita ut partim suffruticibus sit; partim herbaceis permista. Quapropter comprehendere illa quoque debemus; mentionem utique faciendo, quoad opportunè fieri possit, sumpto à suffruticibus initio. Dividi autem hæc bifariam exigunt, ratione scilicet usus. Aliorum enim flores tantum usui sunt, & eorum alius odoratus, ut viola: alius sine odore, ut Iovis flos, '' flamma. Aliorum etiam rami, folia, & in totum universa natura odorata sentitur; ut serpilli, helenii, sisymbrii, & aliorum quorundam. Sed utrumque genus annumerandum suffruticibus constat. † Necnon & illorum florigenorum natura magna ex parte suffruticea est. Alia annua tantum, alia diuturnior, viola nigra excepta. Hæc enim ramulis caret, sed ab radice foliata constat, & perpetuo viret. Vtique aliqui ferunt. Etiam florem semper promere potest, si modo quodam colatur. Id igitur proprium ista habent. Reliquorum autem, vel potius omnium totæ quidem formæ ferè omnes perspicuæ sunt. Quamobrem, si quas alias habeant proprietates, hasce exponamus oportet. Quippe alia simplici specie constare, alia differentiis variari videmus. Simplicia quæ lignosa; ut serpyllum, sisymbrium, helenium. Præterquam si alia sylvestria, alia urbana, & alia odorata, alia minus odorata sint. Quorum quidem & cultura, & terra diversa est, atque etiam cœlum diversum. Quidam vero ex floribus nulla parte discerni possunt, ceu violæ nigræ. Hæ namque differentiam nullam habere videntur, quanquam albæ nimirum habeant. Colorem enim earum variari liquidò patet, atque etiam magis liliorum. Siquidem (ut ajunt) ne purpurea quidem lilia desint. Rosarum autem differentiæ permultæ: foliorum multitudine, paucitate, asperitate, lævitate, colore, ‡ odore. Quippe cum plurimis quina folia sunt, quibusdam duodena, vicenaque, aliis longe plura. Sunt enim quas centifolias vocant, quæ circa Philippos plurimæ nascuntur, easque incolæ ex Pangæo transferentes serunt. Illic enim multæ ejusmodi nascuntur. Sed folia interna parva admodum sunt. Ita etenim oriuntur, ut alia intus, alia extra emicent. Non tamen jucundi odoris, nec amplæ magnitudinis sunt. Odoratiores sunt inter amplas, quibus pars ima scabra. Ad summam (ut dictum est) & odoris, & coloris præstantia locorum ratione contingit. '' Nam & quæ in eadem tellure proveniunt, diversitatem bonæ exilisve olentiæ nullam ostendunt. Odoratissimæ, quæ apud Cyrenam gignuntur, & proinde unguentum jucundissimum illic faciunt. † In plenum vero, & violarum, & reliquorum florum odores ibidem sinceri præcipuè sentiuntur. Nascitur rosa etiam ex semine, quod flori subditum suo in malo contentum, cneceum vel acanaceum, lanugine quadam obductum gerit, ut primis seminibus proximum sit. Cæterum quoniam, tardè perficitur semine, sata caule conciso (ut dictum est) ferunt. Vsta recisave florem melius profert. Relicta namque excrescit sylvescitque. Sæpius transferre eam satius est: sic enim pulchriorem effundi rosam affirmant.

'' viola flammea.
† nec non & illa quæ flore gaudent, magna ex parte suffruticea sunt. Horum alia annua tantum, alia diuturniora, viola.
‡ odoris bonitate.
'' nam & eadem modò diverso in solo proveniūt, diversitatē quandam boni malique odoris ostendunt.
† In plenum vero & violarū & reliquorum florum odor ibi eximius ac divinus, præ cæteris crocus. Constat enim, cæteros plurimum bonitate vincere: nascitur rhodonia ex semine: quod sub flore malo inclusa habet lanuginē cnici aut echini carduorum obductum, omnia semina proximè ambiente.

δὲ καὶ καταφυτεύειν πολλάκις. καὶ γὰρ οὕτω φασὶ κάλλιον γίνεσθαι τὸ ῥόδον. αἱ δ᾽ ἄγριαι τραχύτεραι, καὶ ταῖς ῥάβδοις, καὶ τοῖς φύλλοις. ἔτι δὲ τὸ ἄνθος ἀχρούστερον, καὶ ἀοσμότερον ἔχουσι, καὶ ἔλαττον. τὸ δὲ ἴον τὸ μέλαν τοῦ λευκοῦ διαφέρει, κατά τε ἄλλα καὶ καθ᾽ αὐτὴν τὴν "ἰωνίαν. ὅτι πλατύφυλλος, καὶ ἐγγειόφυλλος, καὶ σαρκόφυλλός ἐστι, πολλὴν ἔχουσα ῥίζαν. τὰ δὲ κρίνα τῇ μὲν χροιᾷ τὴν εἰρημένην ἔχει διαφοράν. μονόκαυλα δέ ἐστιν ὡς ἐπίπαν· δίκαυλα δὲ σπανίως. τάχα δὲ τοῦτο χώρας καὶ ἀέρος διαφορά. καθ᾽ ἕκαστον δὲ καυλὸν, ὁτὲ μὲν ἓν κρίνον, ὁτὲ δὲ πλείω γίνεται. βλαστάνει γὰρ τὸ ἄκρον. σπανιώτερα δὲ ταῦτα. ῥίζαν δ᾽ ἔχει πολλὴν, σαρκώδη, καὶ στρογγύλην. ὁ δὲ καρπὸς ἀφαιρούμενος ἐκβλαστάνει καὶ ἀποδίδωσι τὸ κρίνον, πλὴν ἔλαττον. ποιεῖ δέ τινα καὶ δακρυώδη σύῤῥοιαν. ἣν καὶ φυτεύουσιν, ὥσπερ εἴπομεν. ὁ δὲ νάρκισσος ἢ τὸ λείριον· οἱ μὲν γὰρ τοῦτο, οἱ δ᾽ ἐκεῖνο καλοῦσι. τὸ μὲν ἐπὶ τῇ γῇ φύλλον † ἀσφαλῶδες ἔχει, πλατύτερον δὲ πολὺ, καθάπερ ἡ κρινωνία. τὸν δὲ καυλὸν ἄφυλλον μὲν, ποώδη δὲ, καὶ ἐξ ἄκρου τὸ ἄνθος. καὶ ἐν ὑμένι τινὶ καθάπερ ἐν ἀγγείῳ καρπὸν μέγαν εὖ μάλα καὶ μέλανα τῇ χροιᾷ, σχήματι δὲ προμήκη. οὗτος δ᾽ ἐκπίπτων ποιεῖ βλάστησιν αὐτόματον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συλλέγοντες πηγνύουσι. καὶ τὴν ῥίζαν φυτεύουσιν. ἔχει ῥίζαν σαρκώδη, στρογγύλην, μεγάλην· ὄψιον δὲ σφόδρα. μετὰ γὰρ ἀρκτοῦρον ἡ ἄνθησις, καὶ περὶ ἰσημερίαν· ὁ δὲ ‡ καρπὸς, ποώδης μὲν τῇ φύσει καθάπερ καὶ ταῦτα, πλὴν φύλλῳ στενῷ. σχεδὸν γὰρ ὥσπερ τριχόφυλλόν ἐστιν. ὀψιανθὲς δὲ σφόδρα καὶ ὀψιβλαστές· ἢ πρωϊανθὲς, ὁποτέρως τις λαμβάνει τὴν ὥραν. Πλειάδι γὰρ ἀνθεῖ καὶ ὀλίγας ἡμέρας. εὐθὺς δ᾽ ἅμα τῷ φύλλῳ καὶ ἄνθος ὠθεῖ. δοκεῖ δὲ καὶ πρότερον· ῥίζα δὲ πολλὴ, καὶ σαρκώδης, καὶ τὸ ὅλον εὔζωος. φιλεῖ δὲ καὶ πατεῖσθαι. καὶ γίνεται καλλίω καταθλιβομένης "κάτω τῆς ῥίζης. διὸ καὶ παρὰ τὰς ὁδοὺς, καὶ ἐν τοῖς κροτητοῖς, κάλλιστος. ἡ δὲ φυτεία ἀπὸ ῥίζης. ταῦτα μὲν οὖν οὕτω γεννᾶται. τὰ δ᾽ ἄλλα ἄνθη τὰ προειρημένα πάντα σπείρεται· οἷον, ἰωνία, Διὸς ἄνθος, ἴφυον, φλὸξ, ἡμεροκαλές. † καὶ αὐταὶ καὶ αἱ ῥίζαι ξυλώδεις.

" εἰκεία.
† ἀσφοδελώδες Scal.
‡ κρόκος Scal.
" πάτῳ.
† καὶ γὰρ αὐταί.

affirmant. Sylvestres, asperiores tum virgis, tum foliis constant. Et florem ‡ minus odoratum, minusque coloratum, nec tantundem magnitudine ferunt. " Viola nigra distat ab alba, tum aliorum quorundam, tum plantæ ratione ipsius, quod latifolia, humilifolia, carnifolia extet, & radice multa cohæreat. Lilia coloris ea quam supra diximus differentia inter se distant. Vnicaulia in universum ferè assurgunt, bicaulia raro. Quod cœli, terræque rationi fortassis attribuendum est. Singulis caulibus aliàs unum lilium, aliàs plura exeunt. Pars enim † postrema effundit. Sed hæc rariora. Radice copiosa, carnosa, orbiculataque adhæret. Fructus detractus germinat, & lilium reddit, verum minus. ‡ Facit & lachrima cæcum quoddam confluvium, quod etiam serunt, ut dictum est. Narcissus, vel lirium (alii enim hoc, alii illo nomine vocant) folium albuci terræ proximum gerit, sed longè latius, modo lilii. Habet caulem sine folio herbaceum florem, suo ferentem cacumine, in membrana veluti vasculo inclusum " largè amplum, coloreque nigrum, figura oblongum. Hic decidens sponte germinat. Cæterum & qui legunt defigere eum solent. Quin & radicem serunt, quæ carnosa, rotunda, † amplaque est. Serotinus admodum, post arcturum enim & circa æquinoctium floret. ‡ Crocum natura herbaceum modo prædictorum erumpit. Sed folio angusto ferè. Namque in capillamenti modum foliatur. Serò floret, seróque germinat: aut præmaturè. Vtro scilicet modo tempus acceperis. Floret quippe Vergiliarum occasu, paucisque diebus. Confestim vero cum folio florem quoque expellit; quin immo prius. Radix multa, carnosa, in totumque vivax. " Gaudet calcari, & melius ita evadit, radice attrita pede inferius. Ideò juxta semitas fontesque pulcherrimum exit. Satus radice fieri assolet. Hæc in hunc modum proveniunt. Reliqui autem omnes prædicti flores semine exeunt; ut viola, Iovis flos, iphyum, † flammula, elium. Nam & ipsa, & eorum radices, ligno nimirum constant.

‡ graveolentiorem.
" Viola nigra ab alba differt, & per alia, & per ipsam speciem, seu formam violæ, quod latis foliis, & humi stratis, et carnosis est, multam habens radicē.
† suprema.
‡ Reddit & lachrymarū confluxum quendam, quem etiam serunt.
" valde magnum coloreque luteū, fructū magnum figura oblongum.
† magnique.
‡ crocum uti prædicta natura herbaceum, sed folio angusto. Nā ferè in.
" Radiceque pede attrita melius provenit; ideò juxta semitas, aliaque loca pedibus trita commeantium pulcherrimum exit.
† flammeviola, hemero cales.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Τὰ δὲ ἥμερα. *Hæc est pars secunda libri hujus. Et Theophrastus minus satisfacit. Primum cum agrestia submovet à coronamentis. Deinde, aut malè coartavit ad* φρυγανικά: *aut malè recensuit jam ederam inter arbores, aut malè repetivit inter* φρυγανικά. *Ad hæc illud animadvertendum: cum sub accidenti tanquam sub genere communi cogit genera diversa. Coronari, accidens est: idque arbitrarium. Genera diversa,* πόα, φρύγανον, θάμνος, δένδρον. *Quasi si dividas nigrum, in corvum, & Æthiopem.*

Ἔνια δὲ τῶν ἀνθῶν ἁπλᾶ. οἷον. *Sic lege. Theophrastus omisit* albas in genere hoc. *Et*, luteas in eodem: *ignoravit enim. Neque verum est quod ait, pluribus variari coloribus lilia, quàm violam matronalem. Lilia alba, purpurea, punicea. Violæ præter eos colores, excipio purpureum, etiam luteæ; etiam variæ ex puniceo & candido.*

Ἔπειτα καὶ τὰ ἐν γῇ τοιαῦτα γινόμενα ποιεῖ τινὰ παραλλαγὴν εὐοσμίας, καὶ ἀοσμίας. *Theodorus aliter legit.* Nam quæ in eadem tellure proveniunt, diversitatem bonæ exilisve olentiæ nullam ostendunt. *Legerem secundum ea, quæ in Græco posita codice sunt, ad hunc modum.* ἐπεὶ καὶ ἐν ἄλλῃ γῇ τὰ αὐτὰ γινόμενα. Ἀοσμίας, *malè interpretatus est*: exilis olentiæ. *Efficacius est*, τὸ ἀ. *tollit enim. Neque*, bonam olentiam, *tam aptè dicas, quemadmodum* bene olere.

Ἁπλῶς δὲ καὶ τῶν ἴων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνθῶν ἄκρατοι. μάλιστα δ᾽ ἐκεῖναι καὶ ὀσμαὶ διαφερόντως διὰ τὸ χρόνου. πλεῖστον γὰρ οὗτος δοκεῖ παραλλάττειν. *Hoc totum paucissimis Theodorus.* In plenum verò violarum, & reliquorum florum ibidem sinceri sentiuntur.

Κυκλώδεις. ἢ ἀνθώδεις; *Theodorus legit,* ἀκανθώδεις. *Icciro legemus,* χνοώδ. &, τῶν πρώτων σπερμάτων. *Non est ordinis significatio, sed loci. Vt non sint prima semina, quæ primum prodiere, sed quæ imo loco existant.*

Σαρκόφυλλος. *Violæ nigræ folia carnosa dicit, eoque differre à viola alba. At albæ folia multò carnosiora. Vt hæc emollias, sic excuses. attribuas utrique densitatem; majorem albæ, sed lignosiorem: minorem nigræ, sed carni propiorem.*

Βλαστάνει γὰρ τὸ ἄκρον. *Theodorus,* Pars enim postrema effundit. *De re jacente, postremam dicas partem, quæ longissimè abs te aberit. De re erecta, non postremam, sed supremam. Animadvertes minus diligentem orationem. Quippe duas cum statuat partes,* ὁτὲ μὲν ἕν. ὁτὲ δὲ πλείω. *Quod subdit statim,* βλαστάνει γὰρ τὸ ἄκρον, *non refertur ad propinquiorem, sed ad illud.* ὁτὲ μὲν ἕν. *Cum unum tantum gerit florem, is in summa sedet. Commodior fuisset sic.* ὁτὲ μὲν πλείω. ὁτὲ δὲ ἕν. *Adeò autem sunt, ut ait,* σπανιώτερα, *ut nullum viderim* μονόκρινον.

Ποιεῖ δὲ τινα καὶ δακρυώδη σύῤῥοιαν. *Theodorus,* facit & lacryma cæcum quoddam confluvium. *Minus apta lectio: nostra simplicior. Mirum de hac lachryma nihil à Plinio.* Alba lilia iisdem omnibus modis seruntur, quibus rosa: & hoc amplius lachryma sua, ut Hipposelinum. *Plinius. Qui tamen Hipposelini lachrymam ab hoc eodem auctore observarit.* Ejus naturam, cum sit ignota nobis, non potuimus judicare, an vox illa, *Cæcum*, rectè interponatur.

Ἀσφαλῶδες. *lege*, Ἀσφοδελῶδες.

Ὁ δὲ καρπὸς. *lege*, κρόκος.

Καὶ ἐν τοῖς κροτητοῖς. *Theodorus*, juxta fontes. *Plinium, non Theophrastum sequutus.* Κροτητὰ, *sunt loca pedum stipata plausu. Sic igitur dicam*, juxta semitas, aliaque loca pedibus trita commeantium. *Sic etiam Lucretius.* Pieridum loca trita.

Ἴφυον. *ubique alibi*, ἴφυον. *Lege* αὐταί; *non* αὗαι.

IOANNIS

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Τὰ δὲ ἥμερα, &c.] Hoc & sequenti capite agit Theophrastus de plantis urbanis, seu domesticis, quæ usum habent in coronis, & hæc quidem libri hujus sexti pars altera. Magno Scaligero minus satisfacit Theophrastus. Ita enim ille; *Primum cùm agrestia submovet à coronamentis. Deinde aut malè coartavit ad φρυγανικὰ: aut malè recensuit jam ederam inter arbores, aut malè repetivit inter φρυγανικά. Ad hæc illud animadvertendum: cum sub accidenti tanquam sub genere communi cogit genera diversa. Coronari accidens est: idque arbitrarium. Genera diversa,* πόα, φρύγανον, θάμνος, δένδρον. *quasi dividas nigrum in corvum & Æthiopem.* Ad primum respondeo; non omninò Philosophum nostrum sylvestria submovere à coronamentis. Capite quippe sequenti inter coronarias numerat eliochryson, serpyllum sylvestre, anemonem, aliaque. Alterum etiam argumentum facilè solvitur. Nusquam enim Theophrastus inter suffrutices hederam recensuit. Codex corruptus errandi occasionẽ præbuit: Libro tertio cap. ult. hederam descripsit, ejusque historiam tradidit, & κίσσον, vel κιττὸν vocavit; hoc vero libro de cisto κίστου agit, flore roseo planta, ab hedera diversissima. Vocum harum vicinitate deceptus Plinius, magnusque Gaza; eadem omnis erroris causa. Non ignoravit Theophrastus, cistum suffruticem, vel fruticem, hederam vero arboream plantam esse. Insanientis est, inter suffrutices & plantas humiles arbores recensere. Reliqua lectoris judicio committo.

Διχῆ δὲ ἡ τούτων, &c.] Coronarias ait plantas bifariam dividi, ratione usus. Aliarum enim flores tantum; aliarum verò etiam partes omnes, folia, flores, rami odorata sunt, universaq; ejus natura odorata sentitur. Harum ergo partes omnes, illarum vero flores tantũ usum habent. Hinc quæstio nascitur, an coronaria tantum planta dicenda quæ odore placet? Contrarium docet Pollux. lib. 6. c. 8. Τὰ ἐν τοῖς στεφάνοις ἄνθη ῥόδα, ἴα, κρίνα, σισύμβρια, ἀνέμωναι, ἕρπυλλος, νάρκισσος, ὑάκινθος, ἑλειόχρυσος, ἡμεροκαλλὶς, ἑλένιον θρυαλλὶς, ἀνθερίσκος (puto ἀντίρρινον scriptum fuisse) νάρκισσος, μελίλωτον, ἀνθεμὶς, παρθενὶς, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοῖς ὀφθαλμοῖς τέρψιν ἢ ῥισὶν ἡδεῖαν ὄσφρησιν ἔχει. Coronarios ait flores, qui vel oculos delectant, vel jucundum spirant odorem. Ovidius etiam inter coronarias plantas quasdam recenset odoratas, quasdam malè olentes, nonnullas omni odore carentes. libr. 4. Fastorum.

> *Comites accedite dixit.*
> *Et mecum plenos ore referte sinus.*
> *Præda puellares animos delectat inanis,*
> *Et non sentitur sedulitate labor.*
> *Hæc implet calathos lento de vimine nexos,*
> *Hæc gremium, laxos degravat illa sinus*
> *Illa legit calthas, huic sunt violaria curæ,*
> *Illa papavereas subsecat ungue comas.*
> *Has hyacinthe tenes; illas amaranthe moraris,*
> *Pars thyma, pars rorem, pars meliloton amant.*
> *Plurima lecta rosa est. sunt & sine nomine flores,*
> *Ipsa crocos tenues, liliaque alba legit.*

Amaranthus omni odore caret; caltha, ut Plinius 21. libr. cap. 6. ait, graveolens, papaver nescio quid insuave spirat, & melilotos viridis inodora. Dicendum odoris tantum Theophrastum meminisse, quod ob odoris præstantiam præcipuè in coronis locum habeant, secundarióque ob pulchritudinem iisdem addantur.

Ἄμφω δὲ τὰ φρυγανικὰ, &c.] Verba hæc non sunt præter omnem controversiam. Utrumque, inquit, genus suffruticibus annumerandum. Si intelligat plantas quæ florem tantum, & quæ præter florem ramos & folia odorata habent, haud verum est quod scribit. Viola enim, quam ἀκλάνπον hoc eodem capite ait, suffrutex dici potest; quippe cauliculis lignosis vidua est. Suffruticem enim ferre lignosos caules, foliisque minutis constare, hoc eodem dixit libro. Sed ipse violam excipit, cum ait, πλὴν ἴου τ̃ ἀνθικῶν τὰ πολλὰ ἡ φύσις φρυγανώδης. Si plurimæ plantæ coronariæ suffrutices, ergo non omnes. Sensus ergo hujus loci hic est; utrumque genus annumerandum suffruticibus, & quorum flos tantum, & quorum etiam reliquæ partes rami foliaque odorata, exceptis nonnullis, quæ flore exhilarant. Horum alia inquit annua, diuturniora alia. Annua vocat, non quæ in totum intereunt, sed quorum folia ramique quotannis cadunt, radice superstite, quæ vere nova germina mittit. Diuturniora, quæ nec folia nec ramos amittunt. Annua planta lilium, hyacinthus, narcissus: diuturnior rosmarinus, lávendula, cistus. Violam nigram ex harum classe eximit, quod folia tantum cum pediculo servat, caule hieme careat. Reliquæ enim perpetuo folio plantæ caules per hyemem retinent.

Διόλου φέρειν τὸ ἄνθος, &c.] Violam ait, si studiosè alatur, semper promere florẽ. Apud Batavos nulla adhibita cura quandoque bis floret, vere & autumno, rarius ter. Sed verni odoratissimi, autumnales sæpius odore destitutæ. Viola quam ex Indiis accepimus, ter ut plurimum floret; Sed hyeme foliis spoliatur, quæ primò vere cum flore recipit. Cæterum in colendis violis nostrates diligentes minimè sunt. Vulgaris nimis planta; tulipas aliasque inodoras, sed caras & pretiosas tantum curant plantas.

Οὐ γὰρ ἔχειν δοκεῖ τοῦτο, &c.] Negat in violis ullam observari differentiam, cum tamen flores colore varient. albi enim & purpurei dantur. Indica non tantum flore variat, sed & folio, ut supra dixi. Sed de Græcis suoque ævo cognitis agit Philosophus, non exoticis plantis. Virginia enim ipsi incognita.

Καθάπερ φασὶν ἔνια. Nota vocem φασὶ. Ergo vulgare lilium purpureum non fuit, nec hyacinthus Poëtarum: vulgaris hic & nemini incognitus.

Τῶν δὲ ῥόδων, &c.] De rosa liceat Lector, nobis paulo fusius agere. Notissima quidem, sed nobilissima planta, propter summum quam habet *majestatem* dignitatemque κατ' ἐξοχὴν ἄνθος, *flos* dicta. Quod ad hunc Aristophanis locum confirmat Scholiastes; ὥσπερ γεγραμμένος ἔχων στέφανον ἀνθέμων, *Quemadmodum pictus habens coronam florum*: τὸ ἀνθέμων, ἀντὶ τῶν ῥόδων scribi asserit. Dracontius omnes flores vocat roseos in his versibus.

> *Qui roseis stellare nemus, vel floribus agros*
> *Imperat, autumni qui dulcia poma saporat.*

Hinc rosa dicta est regina florum, ut in hoc ejus per eleganti encomio, quod fuit tantæ celebritatis, ut vulgo caneretur, hæc quidem verba Leucippe, lepidissima virgo, canat apud Achillem Tatium. Εἰ τοῖς ἄνθεσιν ἤθελεν ὁ Ζεὺς ἐπιθεῖναι βασιλέα, τὸ ῥόδον ἂν τῶν ἀνθέων ἐβασίλευσε. γῆς ἐστὶ κόσμος, φυτῶν ἀγλάϊσμα, ὀφθαλμὸς ἀνθέων, λειμῶνος ἐρύθημα, κάλλος ἀστράπτον. ἔρωτος πνέει, Ἀφροδίτην προξενεῖ, εὐειδέσι φύλλοις κομᾷ, εὐκινήτοις πετάλοις τρυφᾷ, τὸ πέταλον τῷ ζεφύρῳ γελᾷ. *Si regem Iupiter floribus constituere voluisset, non alium certe quam rosam tali dignatus esset honore. hæc est terræ ornamentum, plantarum splendor, oculus florum, prati purpura, pulchritudo coruscans. Hæc amorem spirat, Venerem conciliat, speciosis foliis luxuriat, tremulisque delectat; ejus frondes Zephyri afflatu rident.* Elegantissimi versiculi, quos de rosæ majestate, & honore canit Anacreon.

> Ῥόδον ὠφέρωτον ἄνθος,
> Ῥόδον ἔαρος μέλημα,
> Ῥόδα καὶ θεοῖσι τερπνά.
> Ῥόδα παῖς ὁ τῆς Κυθήρης
> Στέφεται καλοῖς ἰούλοις,
> Χαρίτεσσι συγχορεύων.

> *Rosa, honor, decusque florum,*
> *Rosa, cura, amorque veris,*
> *Rosa, cælitum voluptas.*
> *Roseis puer Cithares*
> *Caput implicat corollis,*
> *Charitum choros frequentans.*

Tanto quondam in honore fuit rosa, ut corona è rosis præter cætera designarit potentiam, regnum, imperium. Cleon ille humilis adorator populi Atheniensis apud Aristophanem dicit illi in os.

> Ἀλλ' οἵ γε ἐμοὶ λέγουσιν [χρησμοὶ] ὡς ἄρξαις δεῖ,
> Χώρας ἁπάσης ἐστεφανωμένον ῥόδοις.

Id est: *At oracula mihi dicunt, fore ut imperes universæ regioni, coronatus rosis.*

Rosa sparsa publicæ lætitiæ fuit index. Lucret. libr. 2.

> *Ergo cum primùm magnas invecta per urbes*
> *Munificat tacita mortales muta salute,*
> *Ære atque argento obsternunt iter; junguntq; rosarum*
> *Floribus, umbrantes matrem, comitumque catervas.*

Privatæ

Privatæ etiam lætitiæ testis rosa. Ideò Anacreon etiam redimiri vult rosis.

> Ῥόδοις δὲ κρᾶτα
> Πύκασον καλεῖ δ' ἑταίρην.
>
> *Rosis verò caput corona,*
> *Voca autem amicam.*

Roseam coronam veteres in conviviis dabant, quâ significabant hilaritatem. Propertius,

> *Me juvat & multo mentem vincire Lyæo,*
> *Et caput in vernâ semper habere rosâ.*

Martialis.

> *Hæc hora est tua, dum furit Lyæus,*
> *Cum regnat rosa, cum madent capilli,*
> *Tunc me vel rigidi legant Catones.*

Mensæ etiam inspargebantur. Ovid. libr. 5. Fast.

> *Tempora subtilius pinguntur tecta coronis,*
> *Et latet injectâ splendida mensa rosâ.*

Paulo post;

> *Annuit & motis flores cecidere capillis,*
> *Decidere in mensas, ut rosa missa solet.*

Horatius libr. 8. Carm. Oda 3.

> *Persicos odi, puer, apparatus,*
> *Displicent nexæ Philyra coronæ,*
> *Mitte sectari rosa quo locorum*
> *Sera moretur.*

Id est, ubi protrahatur convivium. In ipso Deorum solenni cultu, & in apparatu sacrificali non minimus rosæ fuit locus. Columella in Hortulo,

> *Oscitat & leo: ingenuo confusa rubore*
> *Virgineas adoperta genas, rosa præbet honores*
> *Cœlitibus, templisque Sabæum miscet honorem.*

Ex his nihil clarius, quam Plinii codicem depravatum libr. 21. cap. 4. *Vsus ejus in coronis prope minimus est; oleo maceratur, idque jam à Troianis temporibus, Homero teste. Præterea in unguenta transit, ut diximus; mensarum etiam deliciis in ungendis minimè noxia.* Nonnulli hunc Plinii locum mirantur, ac rejiciunt, ut falsum. Alii de coronis ipsum tantum agere scribunt, quæ capiti medentur, quod præstat rosa; præsertim si à calida causa morbus. Ego, salvo meliore judicio, lego pro *minimus, nimius.* Vult Plinius tantum usum honoremque rosam habuisse, ut modum superaret. Veteres Cupidini dicarunt. Martianus Capella Veneri plectit coronam è rosis. *Hinc*, inquit, *rosis decussatim vinculatis sertata contextio.* Et ne quis ipsum de Venere loqui dubitet, addit; *Quam & conspicere nitentem, & fantem audire dulces illecebras, & attrahere fragrantissimi spiritus halitibus redolentem, & osculis lambere, & contingere corpore, ejusque velles cupidine, suspirare, quæ quidem licet amorum, voluptatumque omnium mater crederetur, tamen eidem deferebant pudicitiæ principatum.* Non ineptè antiquitas Cupidini rosam dicavit ac comparavit: eum enim tota facie æmulari videtur. Semper rosa recens juvenisque; nec non mollis, ut Cupido. Philostratus in Imaginibus, ἐπαινεῖν χρὴ τὸ χαῦνον τοῦ στεφάνου ῥόδινα καὶ ἁπαλόν. *Laudare oportet rosæ coronæ laxitatem & mollitiem.* Aureis rosa & Cupido comantur crinibus, spinas rosa pro jaculis gestat; pro facibus fulvos apices, fulgoremque; folia pro alis rosæ data; neque Cupido, neque rosa tempus norunt. Eleganter Fulgentius libr. 2. Mythologiæ in Venerem. *Rosæ & rubent & pungunt, ut etiam libido. Rubet verecundiæ opprobrio, pungit etiam peccati aculeo, & sicut rosa delectat quidem, sed celeri motu temporis tollitur; ita & libido, libet momentaliter & fugit perenniter.* Scribit Philostratus, eos qui Romæ flores, id est, rosas circumferebant, in cursum consitos proparasse. Hoc celeritatis testimonio indicabant, formæ, vigorique non esse credendum, quod confestim irrevocabiles fugiant. Cursus quoque nobis documentum est, pulchritudinem facillimè evanescere, magna hominum admonitione; quæ spectatissimè florent celerrimè marcescere. Uti rubor roseus reliquorum florum colorem superat: ita Venus pulchritudine omnes Deas antecellit, nec in fœmina probatur candor, non aliquo rubore suffusus. Cornel. Gallus libr. 1.

> *Candida contempsi, nisi quæ suffusa rubore*
> *Vernarent propriis ora serena rosis.*
>
> *Hanc Venus ante alios sibi vindicat ipsa colorem,*
> *Diligit & florem Cypris ubique suum.*

Tatius de vultu Leucippes. Τὸ στόμα ῥόδον ἦν, ὅταν ἄρχηται τὸ ῥόδον ἀνοίγειν τῶν φύλλων τὰ χείλη. *Os, seu vultus rosarum flos erat, cum incipit rosa aperire labra foliorũ.* Theocritus Helenam propter pulchritudinem, roseam seu rosei coloris describit. Εἰδυλ. ιή. Virgilius 12. Æneid. virgini Laviniæ talem tribuit colorem. Nec tantum ob pulcritudinem color hic antistat, sed potissimum quod argumentum est pudoris ejus, qui virgines, mulieres, adolescentulosque decet. Terentius in Andria. *Erubuit, salva res est.* Inter portenta deliciarum fuit, Veneri operam dare in rosa. Certè Horatius (lib. 1. Car. Od. 5. ubi miseros esse inquit qui Pyrrhæ amore teneantur) quærit è puero, quis ipsa fruatur in rosa.

> *Quis multa gracilis te puer in rosa*
> *Perfusis liquidis urget odoribus,*
> *Grato Pyrrha sub antro.*

Dormire in rosa dicebantur delicatuli, qui summa vivebant in voluptate venerea. Epigr. in Obit. Mæcen.

> *Sic est, victor amet, victor potiatur in umbra,*
> *Victor odorata dormiat inque rosa.*

Ex his optimo jure veteres rosæ cupidinem Veneremque comparasse probatur. Theocritus per rosam humanæ vitæ fragilitatem ostendit.

> **Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει.**

In hanc sententiam extat carmen Ioannis Majoris perquam elegans.

> *Vt manè rosa viget, tamen & mox vespere languet;*
> *Sic modo qui fuimus cras levis umbra sumus.*

Sanctus Ambrosius rosam humanæ vitæ comparat. Nam licet in rosa summa sit suavitas: habet tamen suam amaritudinem. Facile enim spina lædit; ita quoque vita humana summa est dulcedo multis solicitudinibus obsita, ita ut tristitia sit juncta hilaritati. Catullus Venerem, quæ gaudii hilaritatisque auctrix præcipua habetur, spinosas, ait, in pectore curas gerere. Quanto in honore apud veteres fuerit rosa, vel inde colligi potest, quod omnibus ejus partibus nomen aliquod proprium imposuerint. Quæ singula examinanda. Ῥόδον, uti Grammaticorum scribunt filii, dicuntur, παρὰ τὸ ὄζω, καὶ κατ' ἀντίφρασιν, τὸ μὴ ὄζον. ἀλλ' εὔοσμον ὄν. Rosa vocatur ab oleo, vel per antiphrasin, quod minimè oleat, cum odorata existat. Plutarchus 3. Sympos. quæst. 2. Τὸ δὲ ῥόδον ὠνόμασται δήπουθεν ὅτι ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδμῆς ἀφίησι. διὸ καὶ τάχιστα μαραίνεται. *Rosa autem rhodon Græcis haud dubiè dicitur, quia multum odoris exhalet, quo fit, ut etiam celerrimè marcescat.* Latini rosam vocarunt, vel à Græco ῥόδον, vel, quod rubicanti colore rubeat; ab hoc eximio colore ac jucundo odore Poëta rosam comparat auroræ ac diei surgenti. Ut enim rosæ rubor contendit cum rubore auroræ; ita hujus floris odor certat cum suavissimo odore surgentis diei.

> *Ambigeres, raperetne rosis aurora ruborem,*
> *An daret, & flores tingeret ora dies?*
> *Ros unus, color unus, & unum manè duorum,*
> *Syderis & floris est domina una Venus.*
> *Forsan & unus odor, sed celsior; illa per auras*
> *Difflatur, spirat proximus iste magis.*

Hunc perquam elegantem ruborem, si diutius rosa solis dieique æstum patiatur, facile amittit. Causa quod nativus calor à cœlesti adjutus, evehit colorem naturaliter ad certum gradum, ad quem, sine ejus adjumento pervenire nequit: illo opere perfecto, peregrinus calor absumpto humido, tenues partes, in quibus color suas sedes habet, depopulatur. Sed unde rosæ rubedo? Vult Plutarchus, quod in superficie tenuis efflorescat calor, eo à frigore naturali rosæ expulsus. Ψυκτικὴν δὲ ἔχει δύναμιν, τὴν ὄψιν πυρωτὸν, οὐκ ἀλόγως. λεπτὸν γὰρ αὐτῆς ἐπανθεῖ τὸ θερμὸν ἐπιπολῆς ἐξωθούμενον ὑπὸ τῆς ψυχρότητος. *Naturalem autem habet vim refrigerandi, aspectu igneum aliquid ostentans idque non absque ratione. Nam in superficie ejus, tenuis efflorescit calor, eo à frigore expulsus.* De hac quæstione in Libris de causis narrant veteres, rosæ florem antè album, postea hanc caloris suavitatem à Veneris vulnerato pede accepisse. Cassianus Bassus libr. 11. cap. 19. Ὁ τὸ κάλλος τοῦ ῥόδου θαυμάζων, τὴν τῆς Ἀφροδίτης λογιζέσθω πληγὴν φησί. Ἤρα μὲν γὰρ ὁ Θεὸς τοῦ Ἀδώνιδος, ἀντήρα δὲ ὁ Ἄρης αὐτῆς. ζηλοτυπῶν

τῶν ἴων. Ἄρης, ἀντεῖλε τὸν Ἄδωνιν, λύπην ἐρῶντος τὸν Ἀδώνιδος ἐγήσαμθρ θάνατον. μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἡ Θεὸς ἀμύνειν ἠπείγετο, καὶ ἀπουδὴν ἐμβαλοῦσα τῇ ῥόδῳ, ἀσάνδαλος οὖσα, ταῖς ἀκάνθαις τοῦ ῥόδου τὸν ταρσὸν τοῦ ποδὸς περιεπείρεται. καὶ λευκὸν τὸ ῥόδον πρότερον ὄν, τοῦ ἰχῶρος τῆς Ἀφροδίτης ἀπορρύεντος, εἰς ὃν νῦν ὁρᾶται τὴν χρόαν μετέβαλε, καὶ ἐρύθρος καὶ ἰωδία αὐτῷ ἐκ τότε προσηνέχθη. *Qui rosæ pulchritudinem miratur, ei Veneris plagam considerandam esse ajunt. Amabat enim Adonidem Dea, amabat autē & ipsam Venerem Mars. Æmulatione igitur accesus Mars Adonidem sustulit, solutionem amoris mortem Adonidis fore arbitatus. Quum autem factum cognovisset Dea, se de Marte ulcisci statuit, & de industria in rosas irruens discalceata, ad ipsius rosæ spinas, tarsum pedis* (est post calcem vestigii pars anterior, ubi prima articulatio quinque ossium, quæ τὸ πεδίον, id est, vestigium, sive plantam solumque constituunt, incipit. Suidas τὸ πλάτος τοῦ ποδὸς interpretatur, ideò interpres plantam pedis vertit) *impegit, & cum alba prius esset rosa, ex cruore qui ex saucia Venere distillavit, in eum qui nunc in ipsa cernitur, colorem transiit, ex eo tempore ei rubedo, & odoris jucunditas accessit.*

Ipsa quidem studiosa suum defendit Adonim
Gradivus stricto quem petit ense ferox.
Affixit duris vestigia dura rosetis,
Albaque divino picta cruore rosa est.

Idem Geoponiōn Auctor aliam de rosæ colore narrat fabulam. Ἕτεροι δέ φασιν ἐν οὐρανῷ τῶν θεῶν εὐωχουμένων, καὶ τὸ νέκταρ πολλοῦ παρακειμένου ἀναρπάσαι, χορείᾳ τὸν Ἔρωτα, καὶ συνελθόντα τῇ πτέρυγι τοῦ κρατῆρος τὴν βάσιν καὶ περιτρέψαι· τὸ δὲ νέκταρ εἰς τὴν γῆν ἐκχυθέν, τὸ ἄνθος τὸ ῥόδον ἐρυθρὸν ἀναδοῦναι. *Alii, ajunt cum in cœlo Di convivarentur, & nectar multum astaret, amorem choream duxisse ac trepudiasse, & cum ala crateris fulcrum concussisse, eumq; evertisse, atq; sic nectar in terram effusum rosæ florem rubicandum reddidisse.* Philosophi veteres rosæ colorem ortum scribunt ex influentia stellæ Veneris. Ausonius à sanguine cupidinis rubram factam rosam fabulatur. Turcæ, uti refert epist. I. Busbecius, ex sudore & sanguine Mahumetis, qua de causa lilia rosarum humi jacere non patiuntur. Bion in Adonidis Epith. ex Adonidis sanguine natā rosam scribit.

Αἰαῖ τὰν Κυθέρειαν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
Δάκρυον ἁ Παφία τόσσον χέει, ὅσσον Ἄδωνις
Αἷμα χέει. τὰ δὲ πάντα ποτὶ χθονὶ γίγνεται ἄνθη.
Αἷμα ῥόδον τίκτει, τὰ δὲ δάκρυα τὰν ἀνεμώναν.

Væ, væ Veneri periit pulcher Adonis.
Lachrymarum tantum Venus effundit, quantum Adonis
Sanguinis fundit. Hæc verò in terra cōvertuntur in flores:
Sanguis rosam gignit, sed lachrymæ anemonem.

Ab Arcadibus rosa, ut scribit Athenæus, εὐόμφαλος vocatur. Sic dicta videtur, vel ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ *ab umbilico*; vel ἀπὸ τῆς ὀδωδῆς, *à divino afflatu*. Posterior sententia ab Athenæo lib. 15. probatur. Τιμαχίδας δ' ἐν τοῖς δείπνοις τὸ ῥόδον φησὶ τοὺς Ἀρκάδας καλεῖν εὐόμφαλον, ἀπὸ τοῦ ἰνωδους. Prior sententia à nobis non improbatur, quod interior rosæ pars umbilicum mentitur. Eadem rosa θρόνον dicitur; Theocriti Scholiastes Eidyl. β'. Θρόνα, Θεσσαλοὶ μὲν, τὰ πεποικιλμένα ζῶα. Κύπριοι δὲ, τὰ ἀνθινὰ ἱμάτια. Αἰτωλοὶ δὲ φάρμακα ὥς φησι Κλείταρχος. Ὅμηρος δὲ τὰ ῥόδα, παρὰ τὸ ἄνω θορεῖν ἐκ τῆς γῆς. Id est, *Throna, Thessali vocant animalia varietate distincta, maculosaque; Cyprii vestes floridas & variegatas vocant. Ætoli ut Cleitarchus tradit, venenū, pigmentum; Homerus rosam, quod extra terram sursus saliat.* Hactenus de rosę, nunc de partium nominibus agemus; ac primum de calyce. Calycem plurimi vocant, quod stamina & florum foliola complectitur ac continet. Literatioribus tamen calyx quid aliud; ac Græcis quidē, ut tradit Suidas, κάλυξ ἄνθος ῥόδου μεμυκός. Idem, κάλυκας ῥόδου κεκαλυμμένα (in hunc sensum voce hac usus est Divus Hieronymus cap. 35. Esaiæ) *calyx tumens rosa necdū foliis dilatatis.* Hesychius, κάλυξ τὸ ἄνθος τοῦ ῥόδου, τὸ μὴ ἐκπεπταμένον ἄνθος, ἡ νύμφη, καὶ τὸ ἴνοπον. *Flos rosæ nondum expansus.* Idem νύμφην dictū refert: quod & Suidas testatur. Σάμιοι δὲ τὸ ἀνὰ μέσον τῶν γυναικείων αἰδοίων νύφην καλοῦσι, καὶ τῶν ῥόδων αἱ κάλυκες αἱ μεμυκυῖαι νύμφαι. Ἐνώπιοι qui vocari rosam tradidit, præter Hesychium, quod sciam, scripsit nemo. Pollux l. II. c. 71. ἐνώπια κόσμος ἐν τοῖς ὠσὶν, ἅ καὶ ἐλλόβια, καὶ ἑλικτῆρες. *Auris ornamenta quæ & ellobora & helicteres dicuntur.* Nostri sæculi botanici calycem vocant, involucrum, quo dehiscente flos in sua folia se pandit, vel folliculum, quò flos primùm, deinde semen, vel fructus continetur. vel calyx componitur ex densis foliis, quibus sustinentur florum divisuræ. Vide cap. de narcisso. Stamina, sunt apices qui è medio calycis erumpunt. Sunt filamenta illa lutea, quę ab intimo sinu floris prosiliunt. Officinę antheras vocant, Græci ἄνθη ῥόδων. Vngues ὄνυχες, floris ipsius foliorum partes decolores, quibus calyces inseruntur. Asclepiades apud Galenum lib. 4. κατὰ τόπους c. 5. & 6. ῥόδων χλωρῶν χωρὶς τῶν λοβῶν δραχ μ ή. Extremitates rosarū λοβοὺς appellat, quas Dioscorides ὄνυχας; sunt, ut dixi, decolores (vel ut aliis placet, candidæ) foliorum partes, quibus detractis rosę ὀνυχισμέναι καὶ ἐξωνυχισμέναι dicuntur, quasi exungues, & resectis unguibus. Plin. lib. 21. cap. 4. alabastrū vocasse videtur, quod Græci calycem. *Quo*, inquit, *mox intumescente, & in virides alabastros fastigiato, paulatim rubescēs dehiscit, ac sese pandit in calycis medio sui, stantes amplexa luteos apices.* Florus poëta non ignobilis, pyramides vocat, quod Plin. alabastros, & calathos, quos ille calyces.

——— *Prima dies ostendit spicula florum,*
Altera pyramides nodo majore tumentes,
Tertia jam calathos.

Alabastros recentiores vocant calycis partes laciniosas, conum floris priusquā panditur complectentes; hæ quinque sunt; duæ barbatulæ, duæ imberbes; quinta partim barbata, partim imberbis. Officinæ cortices vocant; Divus Hieronymus, papillatos corymbos. Κεφαλαὶ καὶ κεφάλια dicuntur capitula in quibus semen gignitur, quæ scilicet floribus & semini subsunt. Rosæ virgas Strabo. Gallus in suo hortulo viburna vocat.

Iam nisi me fessum via longior indupediret
Scrupens, atque novi terretur carminis ordo,
Debueram viburna rosæ pretiosa metallo
Pactoli, & niveis Arabum circumdare gemmis.

Aliud est viburnum, de quo Virgilius, sui generis planta. Et hæc de rosæ partibus dixisse sufficiant. Variis in locis Theophrastus rosæ notas tradidit, quæ suo locò examinavimus. Vide lib. 1. c. 21. l. 1. c. 15. l. 6. c. 1. & 3. l. 2. c. 6. Hoc vero capite de generibus tractat, atque differentias permultas esse, & hoc extra omnem est controversiam. Differunt magnitudine & multitudine foliorum. Alia enim parva, alia magna, quædam quinque constant foliis, quædam decem, nonnullæ centum habent. In colore non minor observatur varietas; datur candida, reperitur carnea, cōspicitur lutea, videtur pallida, invenitur purpurea. Subviridis à natura non est, sed fit, si rosæ vertex intenenera m agrifolii arbusculam inseratur. Si vero verum, æstivumque tempus frigidius humidiusq; fuerit, florem sine calyce producit viridi seu herbaceo colore, ut ante nos observavit summus Philosophus & Botanicus Costæus lib. 2. c. 12. Herbacei profecto illi flores sine calice, quos rosæ quandoque ferunt, sunt crudioris minusq; concocti succi soboles. Nam frigidiori humidiorique anni constitutione prodeunt frequentiores. Carent hi vero calyce, ejus materia ob nimiam quasi humiditatem defluente in flores. Quę magis minusq; odoratę, ut recēset noster philosophus de odore infra, & in libris de causis, quæ de rosarum differentiis tradit Theophrastus, Plinius his verbis reddidit lib. 31. cap. 4. *Differunt etiam multitudine foliorum, asperitate, lævore, colore, odore.* Inter rosarum varietatem recenset Theophrastus rosam centifoliam. De centifolia hæc Plinius. *Paucissima quina folia, ac deinde numerosiora: cum sit genus ejus, quam centifoliam vocant: quæ est in Campania Italiæ, Græciæ vero circa Philippos: sed ibi non suæ terræ proventu. Pangæus mons in vicino fert, numerosis foliis ac parvis: unde accolæ transferentes conferunt, ipsaque plantatione proficiunt; non autem talis odoratissima est, nec cui latissimum, maximumque foliū.* Theophrastus εὔοσμα ait esse, *non odoratissima* Plinius. Cum tamen rosa centifolia Batavica haud injucundum, sed satis suavem spiret odorem. Meminit rosæ sexaginta foliorum Herodotus lib. 8. Οἱ δὲ, ἀφικόμενοι ἐς ἄλλην γῆν τῆς Μακεδονίης, οἴκησαν πέλας τῶν κήπων τῶν λεγομένων εἶναι Μίδεω τοῦ Γορδίεω· ἐν τοῖσι φύεται αὐτόματα ῥόδα, ἓν ἕκαστον ἑξήκοντα φύλλα, ὀδμῇ τε ὑπερφέροντα τῶν ἄλλων. *Temenidæ in aliam Macedoniæ plagam transgresi, habitarunt propè hortos, qui ferebantur esse Midæ Gordio geniti, quibus in hortis sua sponte nascūtur rosæ sexagenūm foliorum, fragrantiori odore quam cæteræ.* Hæc alia videtur quam centifolia Theophrasti. Illa quippe odore non excellit, hæc rereliquas superat, Rosam centifoliam Theophrasti nōnulli afferunt, cujus imaginem damus, quæ clariss. Caroli Clusii ævo admodum fuit rara, nunc vulgata satis: Hæret idem Clusius, an sit rosa centifolia Theophrasti, his verbis lib. hist. 1. cap. 81. *An porro quæ apud Batavos Centifoliæ nomine dicitur Rosa, ea sit, cujus prædicti Auctores mentionē faciunt, hæreo. Nam illi centifoliam inodoram esse, & pusillæ habere folia, scribunt. Quod autem apud Batavos alitur, non modo referente N. V. Ioanne ab Hoghelande, (qui binas ejus plantas sub anni 1589. initium mihi misit, quas cum prævaluisse putarem, corruptas esse deprehendi, præter unius radiculæ fragmentum) Prænestinis majores, & perinde fere odoratas intellexi: sed etiam Francofurti ad Mœnum apud Baltasarem, & Carolum Hoyke, Belgas, fratres Germanos, illo ipso anno conspexi: sequente vero ex neglecto illo, & veluti abjecto fragmēto nata mihi est stirps, quæ altero anno, nempè 91. circiter quadragenos flores tulit, non omnes tamen ejusdē amplitudinis. Sed in nonnullis numeravi centena vicena*

Rosa centifolia.



folia extrinsecus majora, intrinsecus pusilla staminum locum explentia, & in ipsum calicem reflexa: odorem autem deprehendi Prænestinæ, ad albam nonnihil accedentem, colorem Prænestinæ non dissimilem. Istius etiam stirpem unam, quæ album florem ferat, habere se ait idem Hoghelandus, mediæ inter illam & proximè sequentem magnitudinis, quam albam majorem provincialē appellatam ait, ut superiorem, majorem Prænestinam. Sed & rarius aliud centifoliæ genus apud eosdem Batavos inveniri, nuper ad me scripsit ille ipse Hoghelandus, priore aliquanto minus, hoc mediæ inter illam & vulgarem Prænestinam magnitudinis; alioqui, color, odor, forma conveniunt: quod verum esse, ex ejus planta ab illo 1592. missa sequente anno deprehendi. Prioris generis aliquot parvas stirpes postea accepi, ab ornato viro, eodemq; docto & diligente pharmacopæo Delphensi, Theodorico Clutio, quarum paucæ quædam bellè germinarunt, ut permansuras sevi: sequente anno una florem tulit. Hactenus Clarissim. Carolus Clusius. Omnino fatendum, hāc non esse centifoliam Theophrasti; nisi fortè ob cœli, solique; necnon culturæ diversitatem odorata sit apud Batavos: apud Philippos verò iisdem de causis vel inodora, vel exiguo prædita odore, & pro terræ aërisque varietate, & cultura, odore præstare rosis, auctor est ipse Theophrastus, hoc eodem capite. Rosæ vita quinquennium est, non recisæ, nec adustæ: relicta pluribus annis sylvestris evadit, prioremque exuit gratiam splendoremque, & minus odorata percipitur. Id autem fit alimenti ratione, quod in multas variasque partes dispergitur, nec in radice satis concoquitur; contra in resecta, alimentum omne quod ante in plurimos diffundebatur caules stolonesque, ad radicem revocatur, in eaque melius fæliciusque concoquitur, & dehinc ad superficiem præstantius & largius mittitur. Notat Cassianus Bassus, rosas odoratiores esse, quæ juxta allium nascuntur. Lib. 11. cap. 19. ἐὰν σκόροδα παραφυτεύσῃς τοῖς ῥόδοις, εὐωδέστερα ἔσται. *Si allium juxta rosas plantaveris, odoratiores erunt.* Causa videtur, quod allium suo calore terram calefaciat, unde nutrimentum quod perfertur in rosam, elaboratius, calidius, magisque concoctum redditur: vel odoratior existit, quod allium si quid fœtidi terræ inest, in suum trahat alimentum: omnia enim simili nutriuntur. Quod itaque remanet purius ac melius, â rosa attrahitur. In eo enim jucundioris, suaviorisque odoris est causa; & sic cultura odoratior redditur. Addit idem Bassus, sed vanū puto, τινὲς πρὸς εὐωδίαν στεφάνους πλέξαντες φυτεύουσι. *Quidam propè coronas odoris gratia plicatas plantant.* An his de causis rosæ centifoliæ apud Philippos exigui minusque suavis, apud Batavos aliasque nationes majoris, suaviorisq; odoris sint, non ausim affirmare. Certè illud dicendum videtur, aut fatēdum, rosam Batavicam non esse Theophrasti centifoliam. Interea tamen ne dubita, quin sit ea, quam Herodotus describit, valdéq; odoratā tradit. Sequitur apud Theophrastū, ἡ γὰρ ἔκφυσις αὐτῶν οὕτως, ὥστε εἶναι τὰ μὲν ἐκτὸς, τὰ δὲ ἐντός. Deest verbum; lege ex Athenæo, apud quē idem locus, ἡ γὰρ ἔκφυσις αὐτῶν οὕτως ἐστὶν, ὥστε εἶναι τὰ μέν. Corrigendus & Athenæi codex, legendumque ut in vulgatis Theophrasti codicibus scriptum est, nisi fortè placeat Athenæum citare quidem loca Theophrasti, sed non iisdem exscribere verbis, quæ apud Theophrastum leguntur. Ἐν δὲ τοῖς μεγάλοις εὐώδη. Hæc malè, si non mendū, exscripsit Athenæus. Τὰ δὲ πεντάφυλλα εὐώδη μᾶλλον, ὧν τραχὺ τὸ κάτω. Vertunt, *Suavius olēt quibus folia quina, si scaber est cortex inferior.* De cortice inferiore, vel superiore nihil Theophrastus, nihil Athenæus. Errandi occasionem dedit Plinius. loc. cit. *Non talis*, inquit, *odoratissima est, nec cui latissimum maximumque folium, breviterque indicium est odoris scabritia corticis.* Melius Gaza. *Odoratiores inter amplas, quibus pars ima scabra.* Τὸ κάτω Theophrastus vocat, quod Aristoteles ὀμφαλὸν, hodiè *calicem* vocant. Aristoteles Problem. sect. 12. quæst. 8. Διὰ τί ἥδιον ὄζει τῶν ῥόδων ὧν ὁ ὀμφαλὸς τραχύς ἐστιν, ἢ ὧν λεῖος; *Cur rosæ suavius olent, quibus umbilicus asper, quam quibus lævis?* Rationem dat. Ἢ ὅτι μᾶλλον ὄζει ἡδὺ, ὅσα τὴν φύσιν ἀπείληφε τὴν αὐτῶν; ἀκανθῶδες δὲ φύσει τὸ ῥόδον ἐστὶ, διὸ μᾶλλον ἔχον τὰ κατὰ φύσιν ἥδιστα ὄζει. *An quod suavius olent, quæ modum consecuta sunt suæ naturæ; rosa autem spinosa natura est; suavissimè ergo olet, quod spinosa magis secundum naturam constiterunt.* Illud omnino verum est, quo spinosiores, eo odoratiores sunt rosæ. Hoc docet, egelentira vulgo dicta, & dunensis Batava. Sed cur spinosissima odoratior? Id fit quod plāta tota terrea & sicca sit. Terreum id, quo magis expellitur, eo quod remanet subtilius, tenuius, elaboratius efficitur, & hinc odoratior illa rosa. Cæterum terreū illud per corticē expellitur. Nec enim debebat, nec poterat per aliam expelli partem, non debebat in radice remanere. Citò enim exaresceret planta: nec fuit utile in folia mittere qui celerrimè excidissent, nec in florem qui inodorus, & illico corruptus fuisset. Ergo per corticē; quem cū haud sine mucrone scindere posset, futurus humor in spinas formatus erumpit. Et hęc causa, cur spinosa sit rosa. Errat Philosophus, cum spinis corticem disrumpi scribit: ab eo enim producuntur, nec duræ sunt cū exeūt. Cæterum, nūc ratio haud obscura, cur rosa odoratior cui calyx spinosus; nempe quod terrestis humor magis expulsus est, quam in aliis, quibus læve alabastrum. Cęterum Plinius per corticem nō intelligit, corticem ipsius plantæ, sed calycem, qui semen continet. Quod ex ipso probatur Plinio. Eodē enim hoc capite paulò infra scribit, *Tardissimè proveniunt semine, quod in ipso cortice est, sub ipso flore opertū lanugine.* Calyx enim, quo primùm flos, dein semen continetur, Plinius corticē vocat, quod magni ignorarūt viri, errorisque causa fuit. Cæterum vulgatam lectionem Theophrasti, ἐν δὲ τοῖς μεγάλοις legitimā, Athenæi spuriam esse, ex eo probatur, quod pentaphylli, sive quinquefoliæ rosæ non faciat mentionem; tum, quod in majoribus rosis differentiam agnoscat Theophrastus, cum nullā quinquefoliæ varietatē doceat. Refert porro Theophrastus. Pro soli cœliq; ratione odoratiores esse plantas. Sed codex nō satis sanus. ἐπεὶ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τῇ αὐτῇ γινόμενα οὐ ποιεῖ τινὰ παραλλαγὴν εὐοσμίας καὶ δυσοσμίας. In Albino & Basil. ἔπειτα καὶ τὰ ἐν γῇ τοιαύτῃ γινόμενα ποιεῖ. Vertūt. *Nam quæ & in eadē tellure proveniunt, diversitatem bonæ, exilisque olentiæ nullā ostendunt.* Corrigit Iulius Scaliger. ἐπεὶ καὶ ἐν ἄλλῃ γῇ τὰ αὐτὰ γινόμενα. *Nam & eadem, si diverso in solo proveniant, diversitatē quandam boni malique odoris ostendunt.* Hanc nō improbo lectionem; verū quia ad vulgatam propius accedit Gazæ lectio, eam magis probo. Lego ergo. ἐπεὶ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐν αὐτῇ τῇ γῇ γινόμενα οὐ ποιεῖ τινά. Id est, *Nam & eadem si in uno eodemque solo proveniant, nullam diversitatem boni malique odoris ostendunt.* Eundem hæc correctio sensum habet, quem Scaligeri continet emendatio. Idem enim est, ac si dicas: ideò tellurem facere ad odoris præstanstantiam, quod experientia doceat, ea quæ in diverso solo proveniunt, differre εὐοσμίᾳ καὶ δυσοσμίᾳ; an dicas, ideò solum facere ad odoris bonitatem, quod quotidie observetur, ea quæ eadem terra proveniunt, nullam habere varietatem εὐοσμίας καὶ δυσοσμίας. Plinius hunc locum his verbis exscripsit. *Et alias vera quoq; plurimum solo prævalet.* Rosæ odoratissimæ apud Cyrenas. Idem & Plinius. *Cyrenis odoratissima est: ideoque ibi unguentum pulcherrimum.* Verba hæc Theophrasti corruptissima. ἁπλῶς δὲ καὶ τῶν ἴων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνθῶν ἄκρατοι. μάλιστα δὲ ἐκείνου αἱ ὀσμαὶ διαφέρουσι δὴ τοῦ κρόκου. πλεῖστον γὰρ οὗτος δοκεῖ παραλλάττειν. Vertit Gaza; *In plenum verò & violarum, & reliquorum florum odores ibidem sinceri præcipuè sentiuntur.* Rectè Scaliger. *Totam hanc periodum paucissimis Theodo-*

rus.

rus. Multa vertenda restant, ea non reddidit vir summus, quod corruptissima. Corrigit Botanicus summus, ἁπλῶς δὲ καὶ τῶν ἴων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνθῶν ἔκκριτοι μάλιστα ἐκεῖ εἰσιν αἱ ὀσμαὶ, &c. Id est, *Prorsus autē & violarum, & reliquorum florum eximius odor illic est, si tempus commodum fuerit: id enim plurimum immutat.* Plinius. *Refert & cœli temperies: quibusdam enim annis minus odorata provenit.* Hæc lectio, quanquam tolerari potest; displicet tamen duabus de causis; quod veram servavit Athenæus, quodq; nimis multa expunguntur. Sed quæ apud Athenæum habetur lectio? Καὶ τῶν ἴων καὶ τῶν ἄλλων ἀνθῶν (Theophrastus ἀνθῶν) ἀκήρατοι μάλιστα καὶ θεῖαι αἱ ὀσμαί· διαφέροντως δ' ἡ τοῦ κρόκου. Hactenus Athenæus. Ita & apud Theophrastum lege, & verte, *In plenū verò & violarum, & reliquorum florum odor ibi divinus ac eximius, præ cæteris crocus: constat enim cæteros plurimum bonitate vincere.* Hæc lectio interpreti Athenæi non placuit. Legit enim pro διαφερόντως δ' ἡ τοῦ κρόκου, πλὴν τῆς τοῦ κρόκου. πλεῖστον γὰρ οὗτος δοκεῖ παραλλάττειν. Interpretatus quippe est, *præstantissimus odor Cyrenis: quamobrem nobilissimum est rosaceum illic unguentum, & uno verbo tum violarū, tum reliquorum florum odor ibi eximius ac divinus, præterquam croci; diversa ejus à reliquis natura.* Videamus rationes quibus hæc lectio confirmari possit. Prima est; quod Plinius lib. 21. cap. 6. scribat; *contra Cyrenaico vitium, quod omni croco nigrius est, & celerrimè marcescit.* Altera; quod apud Dioscoridem lib. 1. cap. 25. legatur. Ὁ δὲ Κυρηναϊκὸς, ὁ ἐκ Κεντουρίπας, πάντων τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν, ἀσθενὴς τὴν δύναμιν, &c. *Cyrenaicum vero, & quod Centuperino Siciliæ agro, viribus minus pollent.* Non nego viribus minus pollere, colore deterius esse, ac æquè diu non servari posse: hæc omnia concedo; sed dico, magis vegetum esse & odore reliqua croci genera superare. Hoc satis apertè Theophrastus lib. 6. de causis c. 27. docet. Ἐπεὶ τὰ περὶ Κυρήνην διὰ ταῦτα εὔοσμα. τά τ' ἄλλα καὶ μάλιστα τὸ ῥόδον καὶ ὁ κρόκος. *Nam ea quæ apud Cyrenam proveniunt, non nisi ratione siccitatis odorata sunt, cum cætera, tum vel maximè rosa & crocum.* Rationē præraterea reddit, cur plantę memoratę circa Cyrenen odoriores sint. Ἡ γὰρ χώρα λεπτὴ, καὶ ξηρὰ, οὐκ ἄγαν θερμή. καθαρὰ τε γὰρ τῷ ἀέρι, καὶ ἀνύδρα. πρὸς εὐωδίαν δὲ αἱ τοιαῦται τροφαὶ συμμετρότεραι. τὸ δὲ ῥόδον καὶ ὁ κρόκος ὀλιγότροφα. διὸ καὶ τῶν ἄλλων εὐοσμότερα. *Ager enim ille tenuis, siccus, nec nimis fervidus, aëre tamen puro, siccoque ambitur, quæ quidem ad odorē creandū aptissima. Rosa vero & crocū parvo alimento contēta sunt, & proinde cæteris odoratiora creantur.* Nihil ergo clarius, quam quod crocū & rosam circa Cyrenen odore prętare ex hoc loco, non ex libro historiarum sexto dixit Plinius. *Refert & cœli temperies; quibusdam enim annis minus odorata provenit, præterea locis omnis* (scilicet rosa) *siccis quā humidis odoratior.* Botanici itaque summi correctio Plinii auctoritate non munitur. Athænęi interpretis versio, præter mentem & sententiam Theophrasti, ipsiusque Athenæi est; nostra verò vera, legitimaq; ac ut scripsit Theophrastus. Dioscorides autem, crocum Cyrenense odoratissimum, invalidum scripsit; quod, ut Plinius ait, celeriter marcescat, nec bonitatē pristinam diu retineat; ob summā quam habet, partiū tenuitatem, quæ facile à sole extrahitur, tenuesq; evanescit in auras, ut loquitur Poëta. De viridi, aut florente non agit Dioscorides, sed sicco: contra Theophrastus viride intelligit. Vide caput de croco. Cæterum, rosam, quæ siccis locis provenit, odoratiorem esse, probat rosa Dunensis Batava. Hæc penè siccissimis locis, arenosis scilicet, invenitur, & odoratissima, sed & spinosissima est. Contrariū tamen docere videtur Theophrastus lib. 6. de caus. cap. ult. Τὸ δὲ ῥόδον, καὶ ὁ ἕρπυλλος, καὶ ὅσα ὅμοια τούτοις, ἄγρια μὲν ὄντα ξηρότερα τοῦ συμμέτρου γίνεται. διὰ τὸ μὲν ῥόδον ἀσθενὲς, οἷον τὸ ἄοσμον ἄνικμον ὄν. *Rosa, serpyllum, & similia generis agrestis, sicca supra modū efficiuntur, itaq;, rosa imbecillis, & nullo penè odore creatur, quod debito caret humore.* Eodem etiam capite rationē reddit, cur rosa domestica sylvestri sit odoratior; quod indigeat ad temperationē suam mediocrē paulo melioris humoris conditionē. αἴτιον δὲ ὡς μὲν εἰπεῖν καθόλου τὸ καὶ πρότερον λεχθὲν, ὅτι τὴν συμμετρίαν ἑκατέρα λαμβάνει δι' ἑκατέρου τῆς ὑγρότητος καὶ ξηρότητος ἐξ ὧν αἱ ὀσμαί. Contrarium, ut dixi, rosa Dunensis docet. Rectius Plin. *Præterea locis omnibus, siccis, quam humidis odoratior.* Geoponicōr auctor, εἰδέναι δὲ χρὴ, ὡς τὰ ἐν τοῖς ἀνύδροις ῥόδα, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ κρίνα εὐωδέστερά ἐστι. *Nosse autem convenit, quod rosæ in locis siccis provenientes, quemadmodum etiam lilia, odoratiores existunt.* Hæc facile cum Theaphrasto conciliari possunt, si dicamus; in locis sicciorib. odoratiores, non in nimiū siccis. Est quidem hæc Theophrasti sententia, sed odoratissima rosa Dunensis siccissimis locis proveniens. An dicemus, in Græcia solum siccius, quam in Batavia, & quamvis siccissimum, tamen temperatius? Hoc probare nequeo. An igitur codex corruptus? Mendi suspicionem non levem præbet, quod eodem capite serpyllum sylvestre acrius dicat. ὁ δὲ ἕρπυλλος καὶ τὸ ἑλένιον δριμύτερα. & infra. Ὁ δὲ ἕρπυλλος, καὶ τὸ ἑλένιον, καὶ τ' ἄλλα τὰ τοιαῦτα διὰ τὴν ξηρότητα δριμείας γ' ἂν ἔχει, καὶ ξηρὰς τὰς ὀσμὰς ἡμερούμενα δὲ, μαλακωτέρας. ἡ δὲ συμμετρία, ὅτι καὶ πέψιν ποιεῖ καὶ εὐοσμίαν φανερόν. *Serpyllum, helenium, & reliqua generis ejusdem, acres reddunt odores; causa siccitates, cum tamen in urbanum habitum traducuntur, mollius redolent. Symmetriam autem illam, causam tum odoris, tum coctionis esse, nulli dubium est.* Si acriore odore, quomodo imbecillior & penè nullo odore ἀνόσμῳ & ἀσθενεῖ, &c. An ergo sciolus quidam, qui ignoravit ἄοσμον aliquando pro odore gravi poni, pro ἀσθενὲς scripsit ἀσθενὲς? Ἄοσμον ipse Theophrastus εὐόσμῳ opponit lib. 6. de caus. c. 26. εἰ τὸ ἡμῖν κακῶδες, καὶ ἄοσμον ἐκείνοις εὔοσμον γίνεται, *quod nobis fœtidū & maleolens, hoc illis fit gratū.* Fatendum omnino, rosam Dunensem acriore & validiore quidem, sed suaviore & meliore odore esse. Hoc nisi dicamus, non video, quomodo excusari possit Theophrastus. Idem quoq; dicendum ad verba hæc Theophrasti libr. 6. hist. cap. 6. Αἱ δὲ ἄγριαι τραχύτεραι. καὶ τοῖς ῥάβδοις, καὶ τοῖς φύλλοις. τὸ δὲ ἄνθος ἀχρούστερον καὶ ἀοσμότερον ἔχουσι καὶ ἔλαττον. *Sylvestres asperiores tum virgis, tum foliis constant. Et florem graveolentem, minusq; coloratum, nec tantundem magnitudine cedit.* Ἀοσμότερον dixit, non quod odore careat, sed quod ea odoris suaveolētia, jucunditate, ac præstantia non sit prædita, qua culta & urbana; sed graveolentem potius, vehementem, acriorem, minus gratum habeat odorē. Quin etiam τὸ ἀοσμότερον hoc capite exponi non potest de odoris privatione, quod opponatur τῇ εὐωδίᾳ rosæ cultæ urbanæque. Εὐωδία odor gratus, jucundus, bonus. Experientia præterea docet, rosam, quam dixi sylvestrem, odorem spirare vehementē & acrem, non tamen sine gravitate quadam. Hæc si fortè nō arrideant; dic, eam rosam sylvestrem inodoram, quæ paucis spinis donata est, propterea quod ob soli sterilitatem, calorisve defectum expelli nequeat satis terrestris humor; Dunensem Batavicam ideò odoratam, quod spinosissima, paucoq; constet humore sicco. Hactenus de odore. Φύεται μὲν οὖν ῥοδωνία. De rhodonia supra plura dixi; quæ non repetam. Vulgaris nobisq; hactenus cognita rosa, acanaceum vel cneco simile semen, vel capitulum non habet. Cneci pūgit, rosæ verò innocens est. Utrū culturà mitior factum sit, an in Græcia capitulum aculeatum ferat, me fugit. Semē etiam diversum: cnici oblongū, læve, candidum, nonnihil angulosū, hordei grano majus: rosæ rotundum, minutum, per maturitatem rubens. Alterutrum dicendum, vel negandum ῥοδωνίαν esse rosam. Neutiquam tamen reticendum, rosę cinamoneæ simplicis capitulum modicè spinosum esse. Sed cum de omni rosa hoc tradat Theophrastus, non dubito, quin possint, & debeant aliter verba Theophrasti verti & legi: Scribe κνηκώδης ἢ ἀκανώδης ἔχον γέ τινα χνοῦν, ὥστε ἐγγὺς εἶναι τῶν πάντων σπερμάτων, vel κνηκώδη ἢ ἀκανώδη ἔχον τινὰ χνοῦν. In vulgato codice ἀκανθῶδες scriptum est, pro quo in Basileensi ἀνθῶδες legitur. Utrumq; corruptum. Verte, *Nascitur rosa etiā ex semine, quod sub flore malo inclusum habet, lanugine quadam cnici modo, aut echini carduorū, obductum, omnia semina proximè ambiente.* Hoc pacto si locus hic legatur, & vertatur, nihil impedit, rhodoniā esse rosam, quod suprà mala versione decepti negavimus. Plinius, *Tardissimè proveniunt semine, quod in ipso cortice est, sub ipso flore opertum lanugine; ob id potius caule conciso inseruntur, & ocellis radicis, ut harundo, unū genus inseritur pallidæ spinosæ, longissimis virgis quinquefoliæ, quæ è Græcis allata est.* Quod ait ocellis radicum seri, id de lilio scripsit Theophrastus. Rosæ radix ocellos non habet. quod Theophrastus μῆλον vocat, Plinius loc. cit. corticē appellat, Aristoteles ὀμφαλὸν dixit. Semē rosæ quid sit, docet Palladius in Februario Tit. 21. *Semina autem rosarū non putemus medios flosculos esse aureī coloris, quos rosæ ferunt, sed baccas nutriunt, quas in brevissimi pyri similitudinem plenas seminibus post vindemiā reddunt maturas: quarum tamen maturitas ex colore fusco, & mollitie poterit æstimari, &c.* Semen baccæ hæ continent, quale supra dixi lanugine ad instar cneci, vel carduī involutum. E semine difficulter provenire, affirmare ausim. Non semel terrę cōmisi, sed vix una alteraq; prodiit plāta; quæ multo indiget tēpore, antequā flores proferat, sed caule radiceq; cōciso pulcherrimè & facillimè provenit. Quod & Cassian. Bassus tradit. Τὰ δὲ ῥόδα φυτεύεται ποικίλως. οἱ μὲν γὰρ αὐτόρριζα (MS. ἐξ αὐτορρίζων) ὅλα ἐκλέγοντες μεταφυτεύουσιν. οἱ δὲ ἐξελόντες μετὰ τῶν ῥιζῶν, κατακόπτουσι (κατατέμνουσι) εἰς παλαιστιαῖα μεγέθη, τουτέστι τετραδάκτυλα αὐτὰς τὰς ῥίζας. καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν ἐκπεφυκὸς, καὶ πάντα τὰ τμήματα φυτεύουσιν, ἀπέχοντα ἀλλήλων ὡς (ὡσεὶ) πῆχυν. *Cæterum, rosæ variè plantantur. Alii enim vivi radices integras plantant, alii extractas unà cum radicibus in palmares magnitudines, hoc est, altitudines, quatuor digitorum, concidunt tum ipsas radices, tum quicquid ex eis est & enatū, & omnia segmenta plantant, cubiti*

 spacio

ſpacio inter ſe diſtantia. Varro de re ruſt. lib. I. cap. 35. *Roſa etiam conciditur radicitus in virgulas palmares, & obruitur: hæc eadem poſtea transfertur facta viva radix.* Ἐπικαιομένη δὲ ἢ ἐπιτεμνομένη, &c. Plinius. *Omnis autem reciſione atque uſtione proficit: tranſlatione quoque vitis* (rectè antiquis noſter codex, *ut vitis*) *optimè ociſſimèque provenit, ſurculis, quaternûm cubitorum longitudine, aut ampliore, poſt Vergiliarum occaſum ſata: dein per Favonium tranſlata, pedalibus intervallis, crebróq; circumfoſſa.* Præciſione optimè proficere, non tantum extra omnem dubitationem, ſed etiam quinto, aut ſexto anno recidi ſtolones debēt, ut plures majores pulchrioreſq; ferant flores. Reſecta roſa flores, ut dixi, fert copioſiores, capaciores, odoratiores. Id fit, quod alimentū, quod in multas partes uberius diffundebatur ad radicem revocatur, in eadum fœlicius conquitur, & præparatur, atque hinc ad ſuperficiem largius remititur. Roſarum hæc genera obſervarunt recentiores. Roſa rubra, quam Mileſiam Plinii volunt. Plinius loco citato, *Addidere Mileſiam, cujus ſit ardentiſſimus colos, non excedentis folia.* Roſa hæc ſimplex, & multiplex colore magis minuſque rubro, huc referri oportet. 3. Roſam Mileſiam flore rubro pleno: vulgo roſa fina. 2. Roſam Mileſiā flore ſimplici & rubro. 3. Roſam ex rubro nigricante, flore pleno, &c. 4. Roſam rubicundam ſaccharinam dictam; Camerario viro ſummo Græcula Plinii. Eſt & alia, Græcula appellata, convolutis foliorum panniculis, nec dehiſcens niſi manu coacta, ſemperque naſcenti ſimilis, latiſſimis foliis. II. Roſa rubra pallidior, Gallis *Francha* dicta. Hanc alii Trachiniam, alii Præneſtiam, volunt; nonnulli Græculā, de qua ſupra, contendunt. Priore (Græcula) minus rubet, & flore ſimplici plerumque eſt, & foliis latiſſimis, cujus frutex ſpinis communiter caret. Plinius *Genera ejus noſtri fecere celeberrima, præneſtinam & campanam: addidere, alii Mileſiā, cujus ſit ardentiſſimus colos, non excedentis duodena folia. Proximam & Trachiniam minus rubentem.* In tanta brevitate, quis aliquid certi concludet? III. Roſa maturatius rubens, foliis eſt quadragenis amplioribus, ſaturatius rubentibus, ad nigredinem vergentibus, & alabaſtro craſſiore. IV. Roſa purpurea, quam Trachiniam nonnulli aſſerunt: alii roſam hortenſem, ex purpura albicantem vocant. quidam incarnatam, quod carnis referat colorem. Adverſariorum auctores pallidas appellāt roſas purpureas, aut rubras colore carni ſimiles. Has Ioannius in tractatu de pilulis aloes à Pharmacopœis rebedenas dici auctor eſt. V. Roſa verſicolor. Varit: Variat: nam flos media ex parte candicantibus, altera purpuraſcentibus foliis, vel venis ſimi-

Roſa vulgaris folio pleno.




lis coloris aſperſis conſtat: vel folia quædam integra alba, quædam integra rubra, inter ſe commixta ſunt. VI. Roſa maxima multiplex centifolia Batavica, de qua ſupra plura dicta. Varius communiter flos ex albo rubet. Habetur & alba, quæ roſa alba major provincialis, roſa centifolia Batavica alba. VII. Roſa multiplex media centifolia ſecunda Cluſii VIII. Major præſtina. Cluſi IX. Roſa alba vulgaris major, Campana Plinii quibuſdā; alii malunt ſpineolam eſſe, nonnulli alabandicam. Foliorum numero flores variant. Hinc roſa flore albo pleno & roſa alba flore ſimplici. Plinius *Proximam et Trachiniam minus rubentem. Mox alabandicam viliorem albicantibus foliis. utiliſſimam verò plurimis, ſed minutiſſimis ſpineolam.* Antiquus codex legit, *Viliſſimam verò pluribus, vel minutiſſimam ſpinoſam.* Utra lectio præſtet, haud facile dixerim, niſi quod, *vel minutiſſimam ſpinoſam,* corruptum extra omnē controverſiam exiſtimem. Utrum, *viliſſimam*, an *utiliſſimam* legi debeat, hæreo. Antiqui tamen codicis lectionem præferrem, quod primo loco de optimis, hinc de mediis, tum de vilioribus, tum de viliſſimis agat Plinius. Pro *ſpineolam*, vel *ſpinoſam*, nonnulli *ſycioniā* legunt. Hermolaus, *ſpermoniam*: quaſi σποράδην, id eſt, *paſſim naſcentem*; aut etiam ab exiguitate dictam, cujuſmodi rerum ſemina ſunt. Idem *Hermolaus* notat codices reperiri, in quibus pro, *pluribus*, vel *plurimis*, *pallidis* ſcriptum eſt. X. Roſa moſchata ſimplici flore, quam à Serapione neſrim vel nefriam vocari tradunt. Nonnulli coroneolam Plinii exiſtimant. *Atque inter has media*, inquit, *arumnalis*, *quam coroneolam vocant.* Omnes ſine odore, præter coroneolam, & in rubonatum: tot modis adulterantur. Roſa Moſchata minor datur & major, alba eſt, nonnunquam ex albo ad puniceum nonnihil vergens. Roſæ Moſchatæ cū ſilveſtris, tum domeſticæ rubræ & albæ & viridis, lib. de cultura meminit Bellonius. XI. Roſa Moſchata multiplex. XII. Roſa Moſchata ſēper virēs, flore albo. XIII. Roſa ſine ſpinis, flore minore, colore fecem vini fere refert. XIV. Roſa Subviridis. De hac ſupra quędā dixi. In hiſtoria Lugdunēſi roſas cæruleas reperiri, habetur. XV. Roſā folio ſubrotundo & criſpo obſervavit Doctiſſ. Bauhinus. Et hæc de domeſticæ generibus: ſilveſtris quoque plures dantur differentiæ. 1. Roſa Silveſtris vulgaris flore odarato incarnato. An hæc cynoſbatos. lib. tertio docuimus: flores ex purpura deluti albicant huic & tertiæ, ſpongiola adnaſcitur, quam Plinius in cinosbato, pilulam caſtaneæ ſimilem, in cynorrhodo ſpongiolam vocat. 2. Roſa ſilveſtris, flore majore & rubente, colore & majoribus à priore differt. 3. Roſa Silveſtris, flore pleno. 4. Roſa ſilveſtris, foliis odoratis, *elegenteria* vulgo dicta. Hanc alii cynoſbaton vel cynorrhodon volunt, de quo lib 3. Flos ex purpurea ſatis candicat. 5. Roſa ſylveſt. odoratiſsima rubro flore. 6. Roſa Silveſtris odorota, albo flore. Hanc Græculam quidam credunt. 7. Roſa odore cinamomī ſimplex. Prolychnide Plinii Doctiſſ. Geſnerus habet: & in Albio monte majorem & minorem naſci tradit; illum fæminam, hanc marē faciens. Plinius; *Cepio Tiberii Cæſaris principatu, negavit centi foliam in coronis addi, præterquam extremos, velut ad cardines, nec odore, nec ſpecie probabilē, & quæ Græca appellatur à noſtris, à Græcis lychnis, non niſi in humidis locis proveniens, nec unquam excedens quinque folia, violæ* (*almi*, vetus codex) *magnitudine, odore nullo.* Si odore, ut Plinius ait, nullo; roſa jam memorata nequit lychnus eſſe; quippe odorat. Quare alii inodaratā & puſillam roſam rubrā indicari volunt, vere & antumno prodeuntem, quam Galli *damas rouge* vocant. Malunt alii lychnidem Dioſcoridis coronoriam herbā flore violæ purpuraſcente, à Plinio intempeſtivè recenſeri inter roſarum genera. 8. Roſa odore cinamomi flore pleno. Flos dilutè purpuraſcit, & in medio ſuave rutilat; nonnulli ſpineolā Plinii aſſerunt. 9. Roſa rubra, præcox: flore ſimplici, exiguo odore, & foliis latioribus à prædicta diſcernenda. 10. Roſa minor rubello flore, quæ vulgo à menſe Maio, Majalis dicitur. 11. Roſa lutea ſimplex. Meminit Doctiſſ. Geſnerus roſarum, quæ moſchum fragrent, & luteæ ſint. Tales nunquam vidimus, nec quas folia odorata obſervavit Clariſſ. Bauhinus. 12. Roſa lutea multiplex: hæc duplex, altera florem totum expandit, altera vero ſemiclauſo flore permanet, quam multis annis in horto coluimus. 13. Roſa campeſtris ſpinoſiſsima, flore albo odoratiſsimo, foliis pimpinelli, quam Dunenſem, ſupra Batavicam vocavimus, Hujus fructus maturus niger, cum cæterarum rubeat. 14. Roſa ſilveſtris punula rubens: fructus maximus eſt, & pyri modo turbinatus. 15. Roſa ſilv. pomifera major. Hæc ſequēte altior, ramoſior, pauciſsimis aculeis, foliis majoribus, pallidè verentilus, locis humidis apud Baſileenſes, ut tradit Bauhinus provenit. 16. Roſa pomifera minor. Hanc Lobelius ſpinis carentem, ac Tabenæmontanus ſpinoſam pingit, utramq; coluit celeberrimus Bauhinus. XVII. Roſa arvēſis candida. XVIII. Roſa campeſtris repens alba. XIX. Roſa cāpeſtris ſpinis carens biflora. flore eſt languido rubro, vere & autumno podiens: quæ duplex, alia odoris expers,

pers, alia foliis exiguis suavissimi odoris, in monte Pilati Lugdunensium. Et hederosæ generibus, de Hierochantica dicta, capite de amomo agam. Aliud genus in horto habemus; Memphiticā voco, quod inde allatam quidam asserunt. Foliis est eglenteriæ non dissimilibus, floræ albo pleno lilii positu, figura provinciali non dissimili, mense Septembri Octobrique, nisi æstas calidior sit, (nam Augusto florentem vidi floret. Februario) folia cadunt, quæ vere primo renascuntur. Adversus hyemis injurias nonnihil muniri debet.

Τὸ δὲ ἴον, &c.] Latini violam vocant. Violam Isidorus dictam vult, propter odoris vim. Alii violam, quasi vitulam, detrita litera, vocari scribunt; quod Ion Nympha in vaccam mutata credatur. Fabulam hanc habes apud Cassianum Bassum libr. 11. cap. 23. ubi ait. Ἴον τὸ ἄνθος ἐκ τῆς Ἰοῦς, ἐξ ἧς ὀνομάζεται, γέγονεν. ἤρα μὲν οὖν Ζεὺς τῆς Ἰοῦς. ἐρῶν δὲ ἐπλησίαζε, καὶ συλλαθεῖν ἐπειρᾶτο τὴν Ἥραν, καὶ τὸν ἔλεγχον μεταβολὴν ἐποιεῖτο τῆς φύσεως. Ἁλοὺς γὰρ ὁ Ζεύς, καὶ τὸ γεγονὸς ὑποκλέψαι ζητῶν, εἰς βοῦν μεταβάλλει τὴν ἄνθρωπον. Τιμῶσα δὲ ἡ γῆ τὴν ἐρωμένην τοῦ Διός· ἄνθος ἀνῆκε τὸν βοῦν νέμεσθαι, καὶ γεγονὸς δι' αὐτήν, ἐξ αὐτῆς ὀνομάζεται, καὶ δηλοῖ τῆς κόρης τὰς τύχας τοῖς χρώμασιν. ἐρυθραίνεται μὲν γὰρ οἷα καὶ παρθένος, πορφύρεται δὲ ὥσπερ βοῦς. καὶ λευκαίνεται, δηλοῦν τὴν εἰς ἄστρα τῆς κόρης μεταβολήν, ὅσα τὸ βλάστημα φαίνεται, γέγονεν ἡ γυνή. *Viola flos natus ex ea unde nomen habet; apud Græcos enim Ion appellatur. Etenim Iupiter Io puellam amavit, & ex amore coivit, & ut Iunonem res lateret, unde cognosci potuit, naturæ transmutationem fecit. Deprehensus enim Iupiter, & factum celare cupiens, hominem in buculam transformavit. Terra verò in honorem dilectæ Iovis florem protulit, qui juvenculæ pabulum esset, & sanè flos propter ipsam factus, ex ipsa nomen tulit. Fortunam porro puellæ flos ipse coloribus suis ostendit. Rubescit enim, veluti Virgo, purpurascit autem, veluti bucula & albescit; in significationem, quod puella in astra est transmutata, & quæcunq; germen ostendit, ea in muliere fuerunt.* Hæc de viola vulgari intelligi nequeunt, quod hæc tribus coloribus non sit prędita, sed de viola tricolore, quam trinitatem à triplici vocant colore, penseam alii; Theophrasti φλόγιον credita. Huic violæ folia exigua sunt, ac

Viola tricolor, flos Trinitatis.



initio quidem rotundiuscula, deinde oblongiora, per ambitum modicè serrata: caules infirmi, tenues, angulosi, geniculati, palmi longitudine: flores longiusculis pediculis insident, purpureæ viola forma similes, & magnitudine, ut plurimum pares, triplici colore splendentes, purpureo videlicet, luteo, candidoque, vel ceruleo; quorum elegantia ac varietate maximè placent; cum odorem exiguum aut nullum habeant. In summis duobus flosculi foliolis, & subinde in inferioris, & quandoque etiam in mediorum parte extima purpureus relucet violæ nigræ; mediis ut plurimum, ac nonnunquam inferiori, candidus aut cœruleus insidet: luteus non raro inferius foliolū, vel magnam ejus partem, semper autem flosculi medium; intercursantibus una nigris aliquot radiolis occupat. Semen exiguis in rotunditate oblongis vasculis, ochri magnitudine continetur; quæ decidentibus succedunt floribus, & ultrò, semine jam maturo, dehiscūt. Radicibus nititur fibrosis. In arvis pluribus locis exit: nascitur & in hortis, & crebrò quidem sua sponte, silvestri speciosior & elegantior. Vere una cum viola nigra, aut paulo post emicat; æstate dein tota; & maxima autumni parte, ac subinde etiam hyeme, floret. Huc referenda videtur illa violæ species, quæ haud humi jacet; sed duriusculis suis cauliculis erigitur, & recta consistit; quos subinde promit cubitales. Folia ei latiuscula, acuminata, serrata: flosculi violis paulò minores, alioqui similes, ut plurimum trium colorum; superante tamen candido cœruleo, mediū floris occupante. Superiora floris purpurascunt, inferiora ad luteum accedunt: flosculis succedunt siliquæ oblongę, in tres partes spōte dehiscentes, semine maturo; quod candidum & minutum, fibrosæ radix, uti violæ. In Baldo, Italio monte repertā hanc, Mathiolus refert. Lobelius in Norbonnensi Galliæ ac Angliæ montium jugis. Nascitur verò & in Sudetis Bohemiæ montibus, in silvis etiā, & in aliis Pannoniæ, sive Austriæ locis. Nec hac Batavia destituitur; non semel locis nostris arenosis hanc inveni. Viola assurgens, aut surrecta, & quidem tricolor non impropriè appellari potest. Rectius certè, quā arborescens; ut pote ne fruticis altitudinem, aut similitudinem assecuta. Prioris violæ flos colore & magnitudine variat. Est flore purpureo & cœruleo: albo & luteo, cum pallido cœruleo, purpureus & luteus etiam permiscetur, quandoque literis quibusdam notatur, raro flore penitus albo. Datur quæ duplo majore flore, est colore unius purpuræ, & instar Holoserici nitente, vel pallido: Huc referri debet Viola bicolor arvensis, quam hactenus trium colorum observare, nobis nec Clariss. Bauhino licuit: sed candido & luteo, cœruleo & luteo, cœruleo & candido, aliquandò tamen vel totus luteus (nunquam vidimus) vel totus albus occurrit. Nicander l. 2. Georgικῶν apud Athenæum lib. 15. Ion violam dictam vult, non quod Ion Nympha in vaccā mutata, sed quod Nymphæ Ioniæ florem hunc primum Iovi munera dedêre. Versus sunt corruptissimi; sic vulgo leguntur ac vertuntur.

Ἀλλὰ τὰ μὲν σπείροις τε καὶ ὡραῖα φυτεύοις
Ἄνθη, Ἰάονι νηθεγίνη γεμενίασι δίσσα,
Ὠχρόντι χρύσῳ τε φυλὴν εἴ σ' ὡ πατρὸς εἴδει.
Σεῦατ' Ἰωνιάδες νύμφαι στέφος ἁγνὸν Ἴωνι
Πισαίοις ποθέουσαι ἐνὶ κλήροισιν ὄρεξαν.
Ἤνυσε γὰρ χλούνην, ἦν δὲ μεπεσυμένος σκυλάκεσσιν,
Ἀλφειῷ καὶ λῦθρον ἑῶν ἐπλύνατο γυίων,
Ἑσπέριος νυμφαῖσιν Ἰαονίδεσσι νυχεύσων.

At tu formosa consere & pange
Floris violarum duplicia colore genera:
Pallidum æternum, aspectu simile auro.
Ionides Nimphæ puram ac renidentem coronam Iovi,
Texere cum cuperent, in Pisæi hortis,
Eos terra flores peperit: tum verò Ion cum canibus venatus,
Suorum membrorum sordes abluebat in Alpheo,
Ad vesperam cum Iaonibus Nymphis dormiturus.

Ad hos versus Clariss. Causabonus. *Octo primis versibus de violis agit: Græci enim florem* ἴον *appellant. Nicander* ἰάδα *licentia poëtica: & appellationis hujus originem, ex antiqua fabula adfert istam. Ioniadas, sive Iadas Nimphas Iovi primò coronam ex isto flore dedisse, cum ipsis dormituro, post occisum aprum, qui agrum Pisanum, qua fluit Alpheus, infestabat vivus. Scribe sic primos duos versus.*

Ἀλλὰ τὰ μὲν σπείροιό τε καὶ ὡραῖα φυτεύοις
Ἄνθη Ἰαονίηθε· γένη γε μὲν ἰάσι δισσά.

Poëtica violarum periphrasis est, ἄνθη ἰαονίηθε, *id est,* ἴα. *Allusio est ad nomen ejus floris obscurior. Nam alioquin* ἄνθη ἰαονίοθεν *omnes flores dicuntur, ex Ionide afferri soliti: sicut* οἶνος Λεσβόθεν, *& apud Varronē, vinum Lesbo. Ita autem te-*

ctè & verè nulla ferè mutatione, editam scripturam, quæ perversissima est, Iosephus Scaliger correxit. In tertio, scribit Canterus, ὠχρόντι χρυσῷ τε φυλῷ εἰς ἅπαν ἰοεικές. *Propius ad vestigia depravatæ lectionis accesseris, si scribas*, εἰς ἅπαν ἰδεῖν. *Observemus, separari hoc versu* ὠχρὸν *&* χρυσοειδῆ *colorem: nisi deest aliquid post istum versum. Nam mirum sanè est, cum sint violæ quædam luteæ* (κροκίας *istas vocant Græci,) quædam albæ, Nicandrum in luteas & auro similes eas distinguere. Nihil enim, aut parum discriminis est inter* ὠχρότητα, *& auri colorem. Taceo, quod purpurearum violarum nullam faciat mentionē. Cujus omissionis causam afferemus aliquam ad versum 59. In quarto*, σεύατο *quid sit nescio: forte*, ὅσσα γ' ἰωνιάδες νύμφαι. *In quinto*, ποθέουσα, *quam* ποθέουσαι *mavult Scaliger. at pro* ἐνὶ κλήροισι, *Dalecampius* ἐν κήποισι. *Sine causa (quod* κλῆρος *aliquando pro horto accipiatur vel jugero, sicut Latini hæredium pro prædio intelligunt: propterea, quod hujusmodi res hæredem sequatur. Hanc significationem apud Platonem & Pausaniam habet.) Sextum ita emendamus*, Ἤνυσε γὰρ χλούνην γε μετισσύμενος σκυλάκεσσι. *aprum, inquit, confecerat, persecutus cum canibus. Potes etiam sic, & fortassis verius*, Σῦν ἄγριον χλούνην δὲ μετισσύμενος σκυλάκεσσι, *ut semper apud Homerum.* Hactenus Causaubonus. Inter τὸ ὠχρὸν & χρυσοειδῆ colorem, parū aut nihil discriminis esse, ait. Quod verum, si τὸ ὠχρὸν pro luteo accipiatur: sed si pro pallore, magna inter utrumq; differentia. Aristoteles in Prædicamento qualitatis, Αἰσχυνθεὶς γάρ τις, ἐρυθρὸς ἐγένετο: καὶ φοβηθεὶς, ὠχρός. *Rubicundus fit qui pudore afficitur, pallidus qui timore.* Hic certè color diversus satis ab aureo, albo proximus est. Per pallidam violam Poëta intelligit album leucoion. Ad eundem modum Maro albam violam, pallidam dixit in Bucolicis.

Pallentes violas, & summa papavera carpit.

Per auream luteū intelligit leucoion, vel phlogion Theophrasti, sive trinitatis herbam, ut vult Doctissimus Dalecampius. Nobis prius placet; de utroq;, puta leucoio agere Poëtam. Phlogion non intelligit, quod huic triplex color. Præterea si in genere de violis agit, cur nigræ vulgatissimæ mentionem non facit? Leucoii plura genera: duo novit Nicander, plura Dioscorides. Sed de his alibi. Τὸ ἴον viola dicitur, non à vacca, sive potius puella ion, vel Ioniis Nymphis, ut Poëtæ volunt, sed, ut Medicis placet, παρὰ τὸ ἀνιέναι ταχύ, quod hyeme, soluta statim surgat, aut appareat. Theophrastus cap. sequenti. Τῶν μὲν ἀνθῶν, τὸ μὲν ἦρος πρῶτον ἐκφαίνεται τὸ λευκόϊον, ὅπου μὲν ὁ ἀὴρ μαλακώτερος, εὐθὺς τοῦ χειμῶνος, &c. Plinius lib. 21. cap. 11. *Florum prima ver nuntiantium viola alba, tepidioribus verò locis etiam hyeme emicat, postea que appellatur purpurea*, &c. Apud nos terra vix frigore, geluque soluta, floret viola alba: vidi florentem nive undique tecta terra. Nec hoc Horatium latuit; disertè enim libro primo carminum ita tradit,

Nunc decet aut viridi caput impedire myrto,
Aut flore, terræ quem ferunt solutæ.

Violam intelligit, quæ primo vere floret. Violarū multa genera. Plinius libr. 21. cap. 6. *Violis honos proximus.* (à liliis) *Earum genera plura; purpureæ, luteæ, albæ: plantis omnes, ut olus satæ.* Fallitur Plinius; nec lutea, nec alba viola frutex, quas λευκόϊα Dioscorides vocat, planta propagantur, sed semine, purpura vero planta. Nos violas distinguimus in albam & nigram. Alba, quam λευκόϊον Græci vocant, vel frutex, vel bulbosa. De alba infra agemus, hoc loco nigræ historiam tractabimus. In quibus viola nigra ab alba differat, hoc capite docet Theophrastus. Ejus verba sic lege & verte. Τὸ δὲ ἴον, τὸ μέλαν τοῦ λευκοῦ διαφέρει, κατά τε ἄλλα, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν εἰκόνα. (vulgò malè ἰωνίαν) ὅτι πλατύφυλλον, καὶ ἐγγειόφυλλος, καὶ σαρκόφυλλός ἐστι. πολλὴν ἔχουσα ῥίζαν. *Viola nigra ab alba differt, & per alia & per ipsam speciem, seu formam violæ, quod latis foliis, & carnosis, & humi stratis est, multam habens radicē.* Hunc locum sic reddidit Plinius, loco citato. *Ex iis verò, quæ sponte apricis & macris locis proveniunt, purpureæ, latiore folio, statim ab radice carnosa exeunt, solæque Græco nomine à cæteris discernuntur, appellata Ia, ut ab his janthina vestis.* Hæc corrupta. Nihil æquè falsum, quam violam nigram, vel purpuream radicem habere carnosam. Scribe, *latiore folio, & carnoso statim ab radice exeunt.* Nec melius pro *janthina*, *hyacinthina* in antiquo legitur codice. Malè Plinius, discerni à cæteris tantum Græco nomine dixit. Theophrastus κατά τε ἄλλα, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν εἰκόνα. Plinius, vel Libertus legit, κατ' αὐτὸ τὸ ὄνομα, quod perquam ridiculum; & satis ineptum, solo nomine Græco à cæteris discerni. Describit & hanc Dioscorides libr. 4. cap. 122. Ἴον φύλλον ἔχει μικρότερον κισσοῦ (vetus κισσοειδὲς, μικρότερον) καὶ λεπτότερον, [μελάντερον δὲ καὶ οὐκ ἀνόμοιον] (vetus inclusis caret) καυλίον (vet. καυλία ἀπὸ) μέσον ἀπὸ τῆς ῥίζης, ἐφ' οὗ ἀνθύλλιον σφόδρα εὐῶδες, πορφυροῦν. Φύεται δὲ ἐν παλισκίοις, καὶ τραχέσι τόποις. δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικὴν, &c. *Viola folium habet hæderaceo minus, tenuius, atque nigrius: alioqui haud ita dissimile. Cauliculus à radice medius prodit, in quo flosculus perquam suaviter olens purpureus. Locis nascitur opacis & asperis; refrigerandi vim habet.* Viola hæc nigra dicitur, vel, quod respectu albæ nigra sit, vel, quod nigredo quædam in foliis appareat, vel, quod flosculo sit purpureo. Πόρφυρον enim μέλαν, ut alibi dixi, exponit Suidas. Inter coronarias plantas recensetur à Theophrasto. In coronis multis de causis locum obtinuit; ac quidem præcipuè, quod exhausto liberius vino capitis doloribus medeatur. Plinius libr. 21. cap. 19. *Purpureæ refrigerant: crapulam & gravedines capitis impositis coronis olfactuve discutiunt.* Rectius Plutarchus libr. 3. sympos. quæst. 1. Μάλιστα μὲν γὰρ ὁ ἄκρατος, ὅταν τῆς κεφαλῆς καθάψηται, καὶ νοσώσῃ τὰ σώματα πρὸς τῶν αἰσθήσεων ἀρχὰς, ἐπιταράσσει τὸν ἄνθρωπον. αἱ δὲ τῶν ἀνθῶν ἀπόρροιαι πρὸς τοῦτο θαυμασίως βοηθοῦσι, καὶ ἀποτειχίζουσι τῆς κεφαλῆς ἀπὸ τῆς μέθης ὡς ἀκρόπολιν, τῶν μὲν θερμῶν μαλακῶς ἀναχαλώντων τοὺς πόρους καὶ ἀναπνοὴν τῷ οἴνῳ διδόντων. ὅσα δὲ ἡσυχῇ, ψυχρὰ τῷ μετρίῳ, ἐπιψαυόντων ἀνακρουομένων τὰς ἀναθυμιάσεις, ὥσπερ ὁ τῶν ἴων καὶ ῥόδων στέφανος. στύφει γὰρ ἀμφότερα, καὶ στέλλει τῇ ὀσμῇ τὰς καρηβαρείας. *Maximè enim merum, quando caput ferit, & intendit corpora, perturbat, sensuum principio perculso. At florum exhalationes, mirabiliter contra hoc malum præsidio sunt, caputque veluti arcem muniunt, ad ebrietatem pellendam. Nam & calidi flores molliter aperiendis meatibus faciunt, ut perspirare vinum non possit: & quæ leviter frigida sunt, mediocri contactu vapores repellunt, ut violacea & rosacea corona. Vtrumque enim horum adstringit, reprimitque odore suo ea quibus caput gravatur.* Objiciet quis, Athenęum ad capitis gravitates ex mero, improbare corollam ex violis. Respondeo, Athenæum de alba agere viola, sive leucoio, Plutarchum de nigra; λευκόϊα δὲ κινητικὰ ὄντα κεφαλῆς. Vertit interpres; *tum etiam violas quæ odore caput feriunt*, cum λευκόϊον Latinis viola alba, vel leucoium dicatur. Ubicunque autem apud eosdem viola sine epitheto legitur, violam significat nigram. Altera causa, cur coronis additur, est pulchritudo. Certarunt antiqui scriptores, quis plurimum tribuat violæ pulchritudini. Homerus ut doceat quanta huic flori gratia, ipsam Venerem vocat Ἰοστέφανον, *viola coronatam*, hoc est, comptam & ornatam. Locus est in ult. Hym. εἰς Ἀφροδ.

Εἶδος θαυμάζοντες Ἰοστεφάνου Κυθερείης.

Speciem admirantes violā redimitæ Cythereæ.

Hoc ipso epitheto sapientissimus Græcorum Solon, ad exemplar Homeri, eandem Venerem donat, in his versibus, quæ apud Plutarchum in vita Solonis leguntur.

Αὐτὰρ ἐμὲ ξὺν νηῒ θοῇ κλεινῆς ἀπὸ νήσου
Ἀσκηθῆ πέμποι Κύπρις ἰοστέφανος.

Verum me cum navi celeri ab inclyta insula
Incolumem mittat Cypris viola coronata.

Aristophanes in Equite Athenas hoc decorat apposito.

Ἐν ταῖσι ἰοστεφάνοις οἰκεῖ, τῆς ἀρχαίαισιν Ἀθήναις.

Viola coronatis antiquis habitat Athenis.

Idem in Acharnensibus.

Πρῶτον μὲν ἰοστεφάνους ἐκάλουν (Ἀθηναίους)
Κἀπειδὴ τοῦτό τις εἴπη
Εὐθὺς διὰ τοὺς στεφάνους, ἐπ' ἄκρων τῶν
Πυγιδίων ἐκάθησθε.

Primum quidem vos (Athenienses) vocarunt ἰοστεφάνους, *coronis violaceis præditos.*
Et cum quis hoc diceret,
Statim propter coronas, vix pedibus
Terram contingebatis.

Veteres etiam Musas vocarunt ἰοπλοκάμους *violaceo capillitio præditas.* Theognis in sententiis.

Ἄγλαα μουσάων δῶρα ἰοστεφάνων.

Idem epitheton Musis datur à Summio Rhodio Eidyl. cui nomen Syrinx.

Ὅς Μοίσᾳ λιγὺ πᾶξεν ἰοστεφάνῳ
Ἕλκος ἄγαλμα πόθοιο πυρισφαράγου.

Qui

Qui Pan Musæ canorum compegit violis comptæ
Hulcus delectamentum amoris ignei.

Chloe apud Longum libr. 3. plectit corollam è violis, eamque, nempe virginale munus, Daphnidi imponit. Ut virginitas est integritas impolluti corporis; ita hic flos coronamentis integer inseritur. Ut virginitas compressu amittitur, ita flos hic contusus exolescit. Cur flores contusi deterius oleant, quærit Aristoteles in problem. sect. 13. quæst. tertia, ubi ait. Διὰ τί τελεϐόμϐρα τὰ ἄνθη, δυσωδέστερα; ἢ διότι συμμίγνυνται τῇ ὀδμῇ τὸ γεῶδες τὸ ἐν τῷ ἄνθει. *Cur flores contusi deterius olent? an quod pars terrena, quæ flori inhæret, odori permiscens sese, vim hebetat odorandi.* Musas porro eàdem de causa viola coronarunt veteres, qua virgines, quamquam non omnes virgines fuerint. Apollonius enim Rhodius scribit, Terpsychorem concubuisse cum Acheloo, & ex eo concubitu conceptas Syrenas. Apud Theocrytum, ut ad pulchritudinem violæ revertamur, votum extat in Thyrsi, ut rubi & spinę ferant violas.

Νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι.


Optat Poëta, ut è rebus asperrimis, ingratissimis, deformibus, gratissimæ, suavissimæ, pulcherrimæ nascantur. Tanta in æstimatione fuit violæ pulchritudo, ut jam marcida, sive arescens viola, adhuc pulchra habita fuerit. Oculorum pulchritudinem Achilles Tat. lib. 3. assimilat huic violaceo marcori. ὅτι τῶν ὀφθαλμῶν ἄνθος ἐστὶν ἀμέλημον, ἀλλ' ἔοικε τοῖς ἄρτι μαραινομένοις ἴοις. *Neque oculorum flos est sine cura: sed similis est violis, quæ paulo ante aruerunt.* Huic marcori, sive pallori paulo post nomen pulchri indit timoris. Tertia causa cur in coronis recepta viola, est odoris suavitas, ut patet ex his Oppiani versibus, qui sunt de puella legente hunc florem, eóque se coronante.

Ὡς δ' ὅτε παρθενικὴ γλαγόεντος ἐν εἴαρος ὥρῃ
Ἀβλαύτοισι πόδεσσιν ἀν' οὔρεα πάντ' ἀλάληται
Ἄνθεα διζομένη. τῇ δὲ οἱ μάλα τηλόθ' ἐούσῃ
Νηδύμιον προπάροιθεν ἴον μήνυσεν ἀϋτμή.
Τῇ δὲ μάλ' ἰάνθη, μείδησε δὲ θυμὸς ἐλαφρός.
Αἰλάζει δ' ἀκόρητος. ἀναψαμένη δὲ κάρηνον
Εἶσιν ἐς ἀγραύλων δόμον ἀείδουσα τοκήων.

Vt autem cum puella, lactei in veris tempore,
Nudis pedibus per montes omnes oberrat
Flores quærens. Huic autem valdè procul remotæ
Suavem anterius violam indicant halitus,
Eique valde lætatur, ridetque animus levis;
Erratque inexplebilis ac revinciens caput
Vadit in agrestium ædes cantillans parentum.

Et hæ causæ, cur in coronis sit expetita. Unum restat, quod Theophrastus violæ nigræ folia carnosa ait, eóque differre ab alba; cum violæ albæ folia carnosiora; ac Discorides violæ folia hæderaceis tenuiora tradat. *Vt hæc,* inquit magnus Scaliger, *emollias, sic excuses: attribuas utrique densitatem; majorem alba, sed lignosiorem; minorem nigræ, sed carni propiorem.* Hæc ingeniosa satis, non tamen ex rei veritate. Λευκόϊον Theophrasti herba, Dioscoridis verò frutex, ut capite sequente ostendam. Bulbosi leucoi folium, nigræ violæ carnosius. Mendi tamen nulla suspicio. Σαρκόφυλλον scriptum fuisse, ex Plinio demonstratur: nisi in magna Græcia res sese aliter habeat. Theophrastum excusare nequeo; vel (quod non probo) dicendum, utriusq; codicem corruptum, vel saltem Theophrasti depravatum. De Pliniano non sum solicitus, quod malè & præter Græcorum mentem plura reddiderit. Ergo scripsit Theophrastus, καὶ ἧττον σαρκόφυλλος, quod in ἐστὶ σαρκόφυλλος mutarem. Minus quam hædera, carnosa esse violæ nigræ folia, docet autopsia. Viola nigra mox à radice promit folia multa, lata, venosa, mediocriter carnosa, per ambitum beviter cernata, hederæ foliis rotundiora, tenuiora, nigrioraque, præsertim parte superiore: inter quod medii tenues exeunt styli, & in singulis flores singuli, pulchri, odorati, colore in cæruleo subnigro purpurei; nonnunquam, sed rarò, candidi, ex quinque parvis foliolis compositi, quorum infimum majus; ac deinde pensiles cauliculi, qui per maturitatem in tres partes dehiscunt. Semē parvum, & in rotunditate oblongum est, radicibus tenuibus, ac fibrosis firmatur. Viret hyeme pariter ac æstate, frigoris patientissima, locis opacis juxta domos, muros, agrorum, hortorumque margines; pingui solo plurima frequensque emicat. Flores ut plurimum Martio, ubi serius, Aprili prodeunt

Viola nigra Martia.



mense. Est hujus generis quædam florum foliola multiplicans, cum purpurea, tum candida. Hortensis utraq; est, & genus quoddam silvestre foliis minoribus, floribus pallidioribus minus, aut non odoratis. Nascitur in locis quidem opacis, ac secus vias & margines agrorum, verum arido sterilique solo. Violæ nigræ hæc reperiuntur genera; I. Viola Martia purpurea, flore simplici odore. Flos communiter coloris in cœruleo subnigro purpurei: qui cultura grandior fit, quandoque foliis latioribus calthæ æmulis. II. Viola Martia inodora sylvestris. Flos cæruleus, aliquando pallidus. Duplex est, altera major, foliis majoribus & rotundioribus: altera minor, foliis mucronatis, oblongis, ac strictioribus: Et Gesnerus in monte fracto meminit montanæ, quæ solum foliis minoribus & solidioribus à vulgari differt. Est & viola Martia flore rubro purpurascente. III. Viola Martia alba. Hæc aliquando nullo, aut languido odore: & hæc foliis est gracilioribus. III. Viola Martia multiplici, albo: ut viola variegata dici possit. Est & biflora. Violæ quædam species, ut Costæus & Camerarius scribunt, Byzantii colitur, Martiæ similis, sed flore infinitis foliolis constricto, & rosam Damascenam æquante, non solùm magnitudine, sed & odore nostrates superante. V. Viola alpina, folio in plures partes dissecto. Viola alpina purpurea, exiguis foliis. VII. Viola alpina rotundifolia, lutea.

Τὰ δὲ κρίνα, &c. Lilium rosæ nobilitate proximum, ejusque flos non ultimum in corollis locum habet. Dioscorides lib. 3. c. 116. Κρίνον βασιλικὸν, τούτου τὸ ἄνθος στεφανωματικόν ἐστι: *Lilii regii flos coronarius est.* Plinius eleganti doctoque artificio depinxit lilium lib. 21. cap. 5. *Lilium rosæ nobilitate poximum est, & quadam cognitione unguenti oleique quod lizinon appellatur, & impositum etiam maximè rosas decet* (id quod cecinit Virgilius l. 12. Æneid.

— Vel mista rubent uti lilia multa
Rosa alba: tales virgo dabat ore colores)

Medio proventu earum incipiens, nec ulli florum excelsitas major, interdum cubitorum trium, languido semper collo, & non sufficiente capitis oneri. Candor ei eximius, foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantibus, effigie calathi, resupinis, per ambitum labris, tenuique filo & semine, (scribe, *stamine*) *stantibus in medio crocis, ita odor colorque duplex, & alius calicis, alius staminis, differentia angusta, &c.* Sed video aliter hunc locum Clariss. Salmasium legere, puta, *Candor ei eximius, foris striati, & ab angustiis in latitudinem sese laxantis,*

effigie calathi, resupinis per ambitum labris. Eleganter describit florem lilij Plinius, quem vult esse instar calathi. Nobis itaque vulgata placet lectio, quod folia, ex quibus lilii flos constat, calathi quandam figuram repræsentant, nec aliud in lilio reperire possumus, quod instar calathi sese laxet. Stamina enim quæ intus continentur, nihil minus quam calathum, vel calicem, repræsentant, nec aliud præter folia candida, quæ florem efficiunt, quod calicem aut calathum in lilio referat, invenire licet. *Nec ulli,* inquit Plinius, *florum excelsitas major.* Hac de causa Virgilius 10. ecloga, grandia dixit lilia.

Florentes ferulas, & grandia lilia quassans.

Non dixit *grandia,* quod florum lilium maximum esset. Nam flos solis Peruvianus multo grandior, & quadruplo major; ut proinde florum gigas à quibusdam vocetur. Magnitudine quoque lilio non cedit iris; amplitudine pœonia superat, præsertim, quæ flore pleno. Grande, uti breve Horatius libr. 1. Carm. Oda. 36.

Neu desint epulis rosæ
Neu vivax apium, neu breve lilium.

Breve lilium vocat, non ob exilitatem, vel humilitatem plantæ, sed quod est vitæ brevis. Valer. Flaccus lib. sexto Argon.

Lilia per vernos lucent velut alba colores,
Præcipuè queis vita brevis, totusque parumper
Floret honos.

Divus Basilius in explicatione Psalmi 44. nullum florem melius exprimere fragilem humanæ vitæ conditionem refert. Id quod etiam Theocrit. Eidyll. 23. innuit.

Λευκὸν τὸ κρίνον ἐςὶ, μαραίνεται ἁνίκα πίπτῃ

Candidum est lilium, tabescit verò cum decidit.

Grande Poëta dixit, ob summam, quam habet, excelsitatem & majestatem. Huic summa conjuncta pulchritudo: adeò ut Servator noster, ac Dominus Iesus Mathæi 6. & Lucę 12. dixerit. Καταμάνθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, πῶς αὐξάνει. λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδὲ Σολομῶν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων. Tam insignem, tam admirandam facit Dominus lilii pulchritudinem, ut ne quidem regum sapientissimus Solomon, cum omni suo splendore, gloria, & ornatu, cum illo comparari mereatur. Nec primo intuitu hoc magnificum & suspiciendum natura artificium incurrit oculos: sed si quis novo κατόπτρου speculi genere, quod res minutas ante oculos proximè positas aggrandescere facit, utatur, & per id contempletur stamina illa exilia, itemque filamenta; & fissuras lilii, fatebitur nulla humana lingua, illam artem, illum splendorem, illud miraculum, hunc candorem, istam elegantiam efferri, & satis prædicari posse. Candor lilii tam eximius, ut cum qualibet re, etiam candidissima, certare possit. Lactei candoris est, hoc est, alboris incontaminati; usq; eo, ut si quidpiam notabili candore visendum dicimus, id, quicquid est, cum lilio comparemus; aut lilium albedine anteire hyperbolicè affirmemus. Ut apud Propertium lib. 3. commendantem pulchritudinem Cynthiæ suæ,

Lilia non domina sint magis alba mea.

Martialis recensens ea quæ judicantur candidissima, lilii meminit.

Toto candidior puella cygno.

Mart. libr. 1.

Argento, nive, lilio, ligustro.

Francigenis sceptris auspicatissimum symbolum quod incontaminato fulgeat candore. Narrat Strabo, Babylonios gestare sigillum, & insigne sceptrum, in cujus superiore parte est malum, aut rosa, aut lilium. Strabo lib. 16. Φοροῦσι δὲ καὶ σφραγῖδα, καὶ σκῆπτρον, οὐ λιτὸν, ἀλλ' ἐπίσημον, ἔχον ἐπάνω (script. εἰς τὸ ἄνω) μῆλον, ἢ ῥόδον, ἢ κρίνον, ἤ τι τοιοῦτον. *Gestant etiam sigillum, & sceptrum, non rude, sed insigne: in superiore parte malo, vel rosa, vel lilio, vel aliquo ejusmodi re ornatum.* Prudentius describens scriptum sapientiæ, illud ornat liliis, quibus mixtæ sunt rosæ.

In manibus Dominæ sceptrum non arte politum,
Sed lignum vivum est, viridi quod stirpe recisum,
Quamvis nullus alat terreni cespitis humor;
Fronde tamen viret incolumi; tum sanguine tinctis
Intertexta rosis candentia lilia miscet.

Cum lilio comparari solet virginitas. I. Ratione decoris: Ut flos est miri splendoris & pulchritudinis, ob albedinem, nitoremque; sic virginitas speciosa est, puritate carnis, & candore animi. II. Ratione odoris: uti flos lilii, quando integer & intactus est, redolet suaviter: contusus verò, vel fricatus fœtet quàm maximè; ita hominum caro dum intacta & integra per virginitatem permanet, redolet suaviter in facie Dei & hominum; sed dum per luxuriam confricatur, tam spirituale, quam corporalem odorem amittit. III. Ratione fulgoris: In lilio aurea quædam grana fulgent, quæ septem hastulis sustentantur, juxta septem candidissima folia: ita septem virtutibus (quæ septem foliis respondent) piæ virgines ornatæ sunt: justitiâ, temperantia, fortitudine, prudentia, fide, spe, charitate: juxtaq; cum ipsis potissimum septem grana aurea; id est, sancti Spiritus dona, seu sacrum septenarium, sapientiam, scientiam, intelligentiam, consolationem, pietatem, timorem, constantiam. Uti rosa rubedinem ex Veneris sanguine accepit; sic candorem ex lacte Iunonis lilium. Cassianus Bassus lib. 11. cap. 20. Ζεὺς τὸν Ἡρακλέα ἐκ τῆς Ἀλκμήνης γεγεννηκὼς θνητὸν ὄντα, ἀθανασίας μέτοχον ἠβουλήθη ἐργάσασθαι. καὶ τοῦτον τῷ μαστῷ τῆς Ἥρας κοιμωμένης, ἔτι νέον ὄντα προσέθηκεν· ἐμπλησθὲν δὲ τὸ βρέφος τοῦ γάλακτος, ἀπέσπασε μὲν τὸ στόμα τῆς θηλῆς, ἔρρει δ' ὅμως τὸ γάλα ἀφθόνως, καὶ τοῦ παιδὸς διασπάντος· ἐν οὐρανῷ τε διαχυθὲν, τὸν λεγόμενον γαλαξίαν ἀπειργάσατο. ἐν τῇ γῇ δὲ ἀπορρυὲν, καὶ τὰς βώλους δεῦσαν, ἄνθος τὸ τοῦ κρίνου ἀνέδωκε, προσοικὸς τὴν χρόαν τοῦ γάλακτι. *Quum Iupiter Herculem ex Alcumena genuisset, essetque mortalis ea gratia Hercules, immortalitatis participem facere cupiebat, & propterea ipsum adhuc infantem Iunonis uberibus dormientis admovit. Infans igitur lacte satur, os à papilla amovit; lac tamen nihilominus ubertim fluebat, etiam puero amoto, & quicquid ejus in cœlo diffusum est, lacteum circulum, galaxiun Græcis appellatum effecit: quod verò in terram dilapsum est, ejusque glebas tinxit, id ipsum florem lilii produxit, quod similitudine lactis colorem exprimit.*

Ovidius.

Dum puer Alcides divæ vagus ubera suxit
Iunonis, dulci pressa sopore fuit:
Ambrosiumque alto lac distillavit Olympo,
In terras fusum lilia pulchra dedit.

Hunc candorem, hanc pulchritudinem cum vidisset Venus, indignata, quod forma & colore rosam æmularetur, & superaret, mediis ejus foliis probra indidit; deformem illic rudentis asini clavam, id est genitalia crescere faciens. Nicander in Alexipharmacis.

Αἴνυσο δ' αὐτὴν

Ἶριδα λειριόεντι κάρῃ. τοτ' ἀπέστυγεν ἀφρώ
Οὕνεκ' ἐριδμαίνεσκε χροιῆς ὕπερ, ἐνδέ νυ θρίοις,
Δεινὴν βρωμόεντος ἐναλδήσασα κορύνην,
Κέρσας ἀνήκει νεόθεν ξυρῷ ἐν δέ νυ θάλψεις,
Ἠια κρηθμῶν νεοθηλέα, φυλλάδα τ' ἴχνυν.

Simul irida sumas,
Lirineumque caput, Dea quod Cytharæa perosa,
De forma quoniam secum contendere vellet,
Illius in mediis, probro cessura perenni,
Impressit foliis pudibunda rudentis aselli.

Eandem fabulam in Georgicis paulo aliter repetit. Versus citantur ab Athenæo libro 15. sed sunt corruptissimi. Sic vulgo leguntur.

Σπερματίνην κάλυκες κεφαλήγονοι αὐτελέουσιν
Ἀργήεις πετάλοισι κρόκῳ μέσσα χροϊσθεῖσαι,
Ἃ κρίνα, λείρια δ' ἄλλοι ἐπιφθέγγονται ἀοιδῶν,
Οἱ καὶ ἀμβροσίην, πολέες δέ γε χάρμ' Ἀφροδίτης,
Ἤριστε γὰρ χροιῇ τὸ δέ που ἐπὶ μέσσον ὄνειδος
Ὅπλον βρωμήταο διεκτέλλον πεφάτισται.

Scribe,

Σπερματίνην κάλυκες κεφαλὴν γονοὶ ἀντέλλουσιν;
Ἀργυρέοις πετάλοισι κρόκῳ μέσσα χροϊσθεῖσαι,
Ἃ κρίνα, λείρια δ' ἄλλοι ἐπιφθέγγονται ἀοιδῶν,
Οἱ καὶ ἀμβροσίην, πολέες δέ γε χάρμ' Ἀφροδίτης,
Ἤρισε γὰρ χροιῇ τὸ δέ που ἐπὶ μέσσον ὄνειδος
Ὅπλον βρωμήταο διεκτέλλον πεφάτισται.

In

In fœcundis calicibus ſeminis plena capita attollunt.
Argenteis floris foliis, colore in medio tincta,
Lilia; quæ leiria nuncupant alii Poëtæ:
Ambroſiam alii, multi Veneris oblectamentum, turpe
Quoniam divæ color is placuit: at floris medio
Armamentum rudentis aſini prominet, quod membrum
Dicitur.

Ἀργυρίοις dixit, quod argentum inter res albiſſimas numeretur. Propertius Nicandrum æmulatus eſt, & argentea dixit lilia libr. 4.

Sæpe tulit blandis argentea lilia Nymphis,
Romula, ne faciem læderet haſta Tati.

Ὅπλον βρωμήτο. Eam, veluti clavam in medio luteorum apicum aſſurgentem, utcunque ſimilem aſini pudendo innuit.

Dicitur Græcis λείριον & κρίνον. Dioſcorides lib. 3. cap. 126. Κρινὸν βασιλικὸν, τούτου τὸ ἄνθος στεφανωματικόν ἐστι, καλούμενον ὑπ᾽ ἐνίων λείριον. ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ χρῖσμα κατασκευάζεται, ὅ τινες λείρινον, οἱ δὲ σούσινον καλοῦσι. *Lilii regii flos coronarius eſt, lirium nonnulli vocant, ex eóque paratur unguentum, quod aliqui lirinum, alii ſuſinum appellant.* Sed Homerus τὰ λείρια omnes flores vocavit. Scholiaſtes Apollonii Rhodii, καθόλου, inquit, τὰ ἄνθη λείρια λέγεται, ubi interpretatur hos pulcherrimos verſus.

Ὡς δ᾽ ὅτε λείρια καλὰ περιβρομέουσι μέλισσαι
Πέτρης ἐκχύμεναι συμπληΐδος, ἀμφὶ δὲ λειμὼν
Ἑρσήεις γάνυται, ταὶ δὲ γλυκὺν ἄλλοτ᾽ ἄλλον
Καρπὸν ἀμέργουσιν πεποτημέναι. ὡς ἄρα ταί γε.

Id eſt,

Vt verò cum lilia pulchra circum fremunt apes effuſæ ſive aggeſtæ, ad ſaxum ſympleidum, circa verò pratum roſcidum lætatur. at hæ hic & illic fructum premunt volantes. Hoc eodem capite Theophraſtus narciſſum λείριον vocari tradit. Plura itaque de hac voce vide cap. de narciſſo. Ab æqualitate & lævitate, quaſi λεῖον εἶναι pleonaſmo τοῦ ρ λείριον *lilium* dicitur. idem κρίνον dicitur. Plures quoque plantæ hoc nomen obtinent. Hyacinthus κρίνον dicitur. Vetus lexicon. ὑάκινθοι τὰ κρίνα τὰ μέλανα. iris etiam κρίνον vocatur. Neophytus, σούσινον τὸ κρινάνθεμον, καὶ βασιλικὸν κρίνον. τὸ πόρφυρον κρίνον, ὃ καὶ ἶρις λέγεται. Idem: ἶρις Ἰλλυρικὴ ἡ ῥίζα τοῦ πορφύρου κρίνου. Apud Heſychiũ legitur, κυνόρροδον κρίνον ὅμοιον ὑακίνθῳ. Plinius lilii rubentis florem κυνόρροδον vocari tradit. Flos etiam colocynthidos κρίνου nomen habet. Suidas, κρίνον τὸ ἄνθος ἀπὸ τῆς διακρίσεως. διὸ καὶ τὰ τῆς διακρίσεως λέγεται κρίνον διὰ μαραίνεσθαι τὸν ταχὺ διαπίπτον. διὸ καὶ ἡ κολόκυνθα κρίνον λέγεται, καὶ τοὺς πτωχοὺς δὲ κρίνα λέγουσιν, αὕτη δὲ ἡ κολόκυνθα μενδικόν ἐστιν ὄνομα. *Lilium, flos ſic dictus, quod facile diſſolvatur, propter diſſolutionem is dicitur facile marceſcens, & celeriter cadens. Hanc ob cauſam & colocynthis lilium dicitur, ipſoſque mendicos lilia vocant: colocynthis medicum eſt nomen.* Ego, ſalva Suidæ auctoritate, lilium κρίνον dictum puto, non quod citò diſſolvatur, ſed παρὰ τὸ κρίνειν, à pulchritudine & majeſtate; quod cæteris cum floribus certet, judiciumque petat ac ferat. Latini lilium dicunt. *Lilia*, inquit Iſiodorus lib. 17. cap. 19. *quaſi liolia, quorum & ſi candor eſt in foliis, auri tamen ſpecies intus effulget.* Alia Varronis ſententia lib. 4. de lingua Latina. Item Latina, lilium, ἀπὸ λειρίου &c. *Lilium à leirio*, unâ literâ mutatâ, &, ut balbientes ſolent pueri, pro r. l pronunciando. Phœnices σοῦσον vocarunt. Σοῦσα ἡ πόλις ἀπὸ τῶν πεφυκότων κρίνων. *Suſa urbs à circumjacentibus liliis.* Καὶ σοῦσον τὸ κρίνον ἀπὸ Φρυγῶν lege. *Et lilium Suſum à Phrygibus vocatur.* Vide Stephanum de urbibus. Unguentum, quod ex lilio paratur, σούσινον vocari, tradit Dioſcorides. Suſa urbs vicina Babyloniæ, quondam, ſi benè memini, ſub poteſtate Aſſyriorum. Apud Babylonios magno in honore fuiſſe lilia, ſupra intelleximus. Athenæus libr. 15. ſcribit, lilium à quibuſdam ἴον à Corinthiis ἀμβροσίαν vocari, Φιλῖνος δὲ τὸ κρίνον ὑφ᾽ ὧν μὲν λείριον, ὑφ᾽ ὧν δὲ ἴον καλεῖσθαι. Κορίνθιοι δ᾽ αὐτὸ καὶ ἀμβροσίαν καλοῦσι ὥς φησι Νίκανδρος ἐν γλώτταις. *Philinus tradit, lilium nunc leirium vocari, nunc ion violam, à Corinthiis ambroſiã nominari ſcribit Nicander in linguis.* Nicandri verſus citat eodem libro, pag. ſequenti.

Ἃ κρίνα, λείρια δ᾽ ἄλλοι ἐπιφθέγγονται ἀοιδῶν,
Οἱ δὲ ἀμβροσίην, πολέες δέ γε χάρμ᾽ Ἀφροδίτης.

Lilia quæ leiria nuncupant alii Poëtæ,
Ambroſiam alii, multi Veneris oblectamentum.

Ambroſiæ nomen, teſte Dioſcoride, obtinent Botrys & Arthemiſia. Datur & alia planta, quæ κατ᾽ ἐξοχὴν ambroſia vocatur, de quâ alibi. Ambroſiam Poëtæ fabulantur deorum cibum. An Libero nomen hoc datum quod Deos Deaſve oblectet, oculorumque non inſuave ac nunquam non venuſtum pabulum ſit? Lilium planta notiſsima, eaq; de cauſa nullas ejus notas tradidit Dioſcorides. Mentionem lilii diverſis in locis fecit Theophraſtus, lib. 1. hiſt. cap. 21. libr. 2. cap. 2. libr. 9. cap. 16. quæ omnia locis citatis à nobis examinata ſunt. Differunt ergo, ex Theophraſti ſententia, colore & multitudine. Colore; quod alia ſint purpurea, ſed rara: alia alba, ſed vulgatiora. Multitudine; quod quædam pluribus, nonnulla unico aſſurgant caule. Differunt præterea, quod in ſingulis caulibus plures exeunt flores, vel unicum tantum ſinguli caules promant florem. Utriuſq; lilii meminit Plinius, ac de rubro hæc tradit, *Eſt & rubens lilium, quod Græci crinon vocant, alii florem ejus cynorrhodon.* Rubens lilium crinon vocari tradit; quaſi album nomen illud non audiret. Quare doctiſsimi Botanici codicem corruptũ exiſtimãt; ac legendum cenſent, ἐρυθρὸν κρίνον; vel, quod magis placet, compoſita voce, ἐρυθρόκρινον. Vetus tamen codex ἄγριον habet; quaſi voluiſſet Plinius rubrum lilium ſylveſtre eſſe, vel in ſylveſtribus tantum reperiri; cum tamen & domeſticum & ſylveſtre lilium detur purpureum; utrumque tamen ſylveſtre purpureum, niſi alterum magis minio eſſe dixeris colore. Minius quoque color ruber. Vocem cynorrhodon quidam ſervant nonnulli, corrigunt. Prior opinio Heſychii ſtabilitur auctoritate; Κυνόρροδον κρίνον ὅμοιον ὑακίνθῳ. Aliis tamen vulgata Plinii lectio ſuſpecta; quod paulo ante lilium κρίνον vocari dixerit, cynorrhodique appellatio nihil cum lilio commune habeat. Scribunt cynorrhodon, quod lilii roſam & florem ſonat. Vox hæc aptè ſatis & commodè rubentis corci ſplendorem exprimit. Lilium quippe cum roſa exprimit, non alba, ſed rubente & purpura fulgente. Poſterior lectio admodum placeret, ni prior & vulgata Heſychij auctoritate eſſet minuta. *Laudatiſsimũ*, ait Plinius, *hoc lilii genus in Antiochia, & Laodicea Syriæ, mox in Phaſelide.* Sequitur; *quartum locum obtinet in Italia naſcens.* Quæ illa quatuor genera? 1. Lilium album. 2. convolvulus, 3, Lilium rubens. 4. Lilium Italicum. Ineptè Plinius convolvulum; qui iaſione Theophraſti, inter lilii recenſet genera. Florem habet lilio ſimilem, cætera plane diſſimilia. Sed nec Italicum lilium a rubente vel albo diverſum. Theophraſtus lilium pro cœli ſoliq; ratione unum caulem floremque, vel plures ferre ſcripſit. Hinc Plinius imaginatus eſt lilium Italicum à Græco diverſum. Sed nec diverſitas illa, quæ eſt à multitudine caulis floriſque, fit ob cœli ſolique diverſitatem. Eodem quippe in horto lilium μονόκαυλον & μόνοανθον, πολυανθὲς & μονοανθὲς obſervatur. Diverſitas hæc fit ab ætate bulbique magnitudine. Veteres quippe bulbi magnique caules & flores plures proferunt: parvi & juniores unico aſſurgunt caule, pro ætatis ratione plures, paucioreſque proferens flores. Ergo aëri terræq; ſoli hæc attribuenda non ſunt; Quod ait, raro lilium binos ferre caules, id verum eſt. Tres tamen ex uno bulbo prodiiſſe, obſervavi. Sed hoc rariſſimum. Cæterũ, quod de caulium multitudine Theophraſtus in genere de lilio ſcribit, id Plinius privatim purpureo attribuit, videturque à rubro diverſum facere genus. *Sunt*, inquit, *& purpurea lilia aliquando gemino caule, carnoſiore tantum radice, majoriſque bulbi, ſed unius; narciſſum vocant.* Theophraſtus narciſſum λείριον vocari tradit. Λείριον etiam *lilium* dicitur. Hinc Plinius, quod Græcus auctor de lilio, narciſſo adſcribit; quod valdè ineptum eſt. Prius peccatum excuſari poteſt, ſi dicamus, Plinium ſcripſiſſe; *Sunt & præterea lilia.* Sed puto Plinii verba malè diſtincta eſſe. Scribo ac diſtinguo. *Sunt & præterea lilia aliquando gemino caule, carnoſiore radice: majorque bulbi, ſed unius; narciſſum vocant.* Hoc ſenſu ſi Plinii legantur verba, ab omni errore lapſique immunis erit. Sed lectionem hanc nulla auctoritate confirmare poſſum. Legebam aliquando; *Sunt præterea lilia aliquando gemino caule, carnoſiore tantum radice, majoriſque bulbi, ſed unius. narciſſum vocant hujus (λείριον) alterum genus flore candido.* Sed nullum eſt lilii genus, quod pluribus non conſtat bulbis. Bulbos enim Plinius vocat particulas, in quibus radix dividitur. Nihilque, inquit, hoc eodem capite, fœcundius eſt, unâ radice quinquagenos ſæpe emittente bulbos. Narciſſus uno alteroque tantum conſtat bulbo. Fortè ſcripſit Plinius; *Sunt præterea λείρια aliquando gemino caule, carnoſiore tantum radice. Majoris bulbi, (λείριον) ſed unius narciſſum vocant; alterum hujus (λείριον) genus flore candido, calice, &c.* Lilium album arte rubrum reddi tradunt

di tradunt Plinius & Cassianus Bassus. Plinius, *Inventa est & in his ratio inserendi monstrificis hominum ingeniis. Colliguntur namque mense Iulio scapi arescentes, liliaque suspenduntur in fumo. Deinde nudantibus se nodulis, in fœce nigri vini, vel Græci mense Martio macerantur, ut colorem percipiant, atq; ita in scrobiculis seruntur, heminis fœcis circumfusis: sic fiunt purpurea lilia, mirumque ita tingi aliquid, ut nascatur infectum.* Et hæc contaminata & corrupta. Scribe ex veteri codice & Cassiano Basso. *Iuventa est & in his ratio inficiendi monstrificis hominum ingeniis: colliguntur namque mense Iulio scapi arescentis* (vel, quod magis placet, *florescentis*) *lilii, qui suspenduntur in fumo. Dein nudantibus se nodulis, in fœce.* Nodulos vocat, radiculas bulbis similes, *quas* ut Cassianus scribit, *caules in fumo suspensi, emittunt.* Cassianus Bassus lib. 11. cap. 21. Εἰ θέλεις κρίνα πορφυρᾶ ποιῆσαι, ὅταν ἀνθήσῃ, λαβὼν ἀπ' αὐτῶν τοὺς καυλοὺς, συνδήσεις ἀνὰ δέκα (M.S. ἀνὰ δέκα) ἢ δώδεκα, καὶ κρέμασον ὑπὲρ καπνοῦ. ἀνιᾶσι γὰρ ἐκ τῶν καρπῶν (scribe ex M.S. καυλῶν) ῥίζια μικρὰ, ὡς βολβία· ὅταν οὖν καιρὸς ᾖ τοῦ φυτεύειν, ἔμβρεξον εἰς τρύγα οἴνου μέλανος τοὺς καυλοὺς, ἕως ἂν διαλύοντί σοι φανῇ πορφυρᾶ καὶ βεβαμμένα καλῶς. εἶθ' οὕτως φύτευσον, προσπαρακείων ἑκάστῳ τῆς τρυγίας τὸ ἀρκοῦν. καὶ οὕτως (M.S. οὕτω) τὰ ἐξ αὐτῶν γινόμενα ἀνθήσει πορφυρᾶ. *Si lilia purpurea facere velis, dum florent, cauliculos ipsorum acceptos decem, aut duodecim simul colligato, & super fumum suspendito. Remittunt enim ex caulibus radiculas parvas, similitudine bulborum. Vbi igitur plantandi tempus adfuerit, cauliculos ipsos in fœcem vini nigri immissos macerato, donec purpurea aut probè tincta apparuerint tibi ipsa distrahenti. Deinde, hoc modo plantata, singulis fæce sufficiente affusa, atque sic lilia inde producta purpurea florebunt.* Eodem capite idem docet, quo modo ex albo rubrum reddatur lilium. Φλωρεντῖνος ἐρυθρὸν τὸ κρίνον γίνεσθαι λέγει, ἐάν τις ἐντὸς αὐτῶν λεπτὸν χύσῃ κιννάβαρι, φυλαττόμενος, μὴ τοὺς βολβοὺ διαθλάσῃ. εἰ δὲ καὶ ἄλλῳ χρώματι περιχρίσει τις αὐτὰ ὡς θέλει, ἔξεστιν ἑκάστῳ χρώματι τοιαῦτα κρίνα γίνεσθαι. Hæc corrupta satis & depravata: Scribe. Φλωρεντῖνος ἐρυθρὸν τὸ κρίνον γίνεσθαι λέγει ἐάν τις ἐντὸς λεπτῶν χρίσῃ κιννάβαρι· φυλαττόμενος, μὴ τοὺς βολβοὺς διαθραύσῃ· εἰ δὲ καὶ ἄλλῳ χρώματι περιχρίσῃς αὐτὰ ᾧ θέλεις, ἔξεστιν ἑκάστῳ χρώματι τοιαῦτα κρίνα γενέσθαι. *Florentinus rubrum lilium futurum ait, si quis interiores cinnabri ungat, cavendo, ne bulbos sauciet. Si vero etiam alio colore quis ipsa oblinat, cujusque coloris voluerit lilia gignentur.* Qui velit experiatur, nunquam nisi prosperè successit. Hactenus de lilii generibus ex antiquis scriptoribus. De satione lilii hæc Theophrastus, ποιεῖ δέ τινα δακρυώδη συῤῥοήν. Malè vertunt, *Facit & lachryma cæcum quoddam confluvium.* Interpretare, *Reddunt & lachrymarum confluxum quendam, quem etiam ferunt, ut dictum est.* Lib. 20. & cap. 11. vide & cap. 1. lib. 9. Plinius libr. citat. & *Alba lilia iisdem omnibus seruntur modis quibus rosa: & hoc amplius lachryma sua, ut hipposelinum, nihilque est fœcundius; unâ radice sæpe quinquagenos emittente bulbos.* Sed quæ illa lachryma, quam scribit? An intelligit bulbulos illos, quibus constat radix, quos, ut supra lib. 2. eleganter Plinius, ocellos radicis vocat? An intelligit semen humidum sua lachryma undique contentum, adeò ut lachryma videatur, quod in lilii florente caule resecto, etiam bulbo reperitur. Quale & in iride bulbosa ante nos observavit Clariss. Camerarius. Hoc fine dubio intelligit Theophrastus. Ex sola alioquin lachryma genus provenire, insolens est. Et hæc de lilio Theophrastus. Vulgare satis lilium: idcirco an delineatione opus habeat, hæreo. Candido, sive albo lilio, quod pulchritudine, nitore, & usu reliquis præstat, folia sunt oblonga, lata, carnosa, lævia, in herbaceo & diluto colore splendentia: caules duobus cubitis altiores, multis foliis sensim attenuatis comosi, qui inter folia exeunt: flores ad summum caulis pulchri, candidi, odorati, magni, ab angustiis in latitudinem se laxantes, calathi forma, senis aut septenis constantes foliolis, oblongis, extrinsecus striatis, staminibus è medio emicantibus; à quibus lutei dependent apices; radix bulbosa, nucleis constans, & ex multis simul unita composita, succulento & glutinoso plena, quo & folia & caules redundant. Iunio mense floret, Iulio folia marcescunt, & Augusto nova exeunt, quæ in hyeme virent: vere caulis erumpit. In hortis coluntur & propagantur lilia varia. Aliquando enim circa caulis medium, foliorum quasi cespes, ut pingit Bry, nomine lilii multiplicis Sturgardiæ nati. Aliquãdo ex caule plano, trium unciarum, lato, numerosi flores exurgunt, ut eadem figura habet, cui titulus: lilium liliorum, sive 122 lilia ex eodem bulbo enata. Ad Lilium album descriptum referendum lilium album floribus dependentibus, à Clusio depictum. Hoc nonnunquam sexagenos flores in plano & lato caule protulit: quare lilium album Byzantin. πολυανθὲς Clusio dicitur. Sic Lobel. Adversf. part. alt. in caule palmaris latitudinis, humanæ proceritatis, ducentos & plures candidissimos & suavissimos flores observavit. Quod doctiss. *Rauwolf* lilii pulchri albi & ignoti species Theophrasti vocat. Nunquã vidi, sed appendice Lugd. historiæ pingitur. Purpureo lilio genera plura. Unum describemus, & reliqua recensebimus genera. Majori purpureo lilio caules sunt proceri, longi, subinde altiores quam lilii albi; folia tamen nigriora, & angustiora, circa caulem multa, sed ante ejus exortum è radicibus nulla. Flores summo caule copiosi 10. 12. aut plures, ad usque 18. & 20. & ultra, supra invicem incerto ordine digesti, lilii alterius forma & magnitudine, colore verò rubro, ad croceum inclinante; multis exiguis nigris quasi punctulis, literarum quarundam veluti rudimentis, respersi: radices bulbi magni sunt, ex multis quoque nucleis, ut lilii candidi, sed majores. Floret unà cum rosis, paulò ante candidum: in hortis colitur. In Italia in arvis inter segetes, in montibus etiam & convallibus, ut Mathiolus tradit, invenitur. Hoc lilii genus qui hyacinthum Poëtarum scribunt, falluntur. Nullum quippe lilii genus Poëtarum hyacinthus dici potest, quod radicem omnia lilia habeant, ut suo loco dicam, planè iridi dissimilem. Nicander in Georgia. Ἶρις δ' ἐν ῥίζῃσιν ἀγαλλίδι, ἡ δ' ὑακίνθῳ Αἰαντῇ προσέοικε. *Iris radicibus lasciviens hyacintho è cruore Ajacis nato similis.* Nec in minore versantur errore, qui hemerocallida esse contendunt: quod lilium istud ramularibus adnascentiis careat, & flores in caule, non modò tres, aut quatuor, sed non raro 18. & 20. aut plures habeat, subinde ad 50. aut 60. usque. Lutei aut pallidi ἀκροῦ præterea non est coloris, sed purpurei crocei. Sed de hac quæstione capite de hemerocallide plura. Lilii purpurei crocei hæc recentiores observarunt genera. I. Lilium purpureum croceum majus, quod clarissimus Bauhinus albo vidit flore. II. Lilium purpureo croceum flore pleno. III. Lilium purpuro croceum minus. Variat communiter flore puniceo, & quasi rubente, numero paucioribus: aliquando 20. & plures observantur. Reperitur & pleno flore 12. 20. aut plurium foliorum textura constans. IV. Lilium Phœniceum, flores nonnunquam 60. uno caule protulit. V. Lilium sandycis colore πολυανθὲς. Flores 84. in hoc observavit clarissim. Caspar Bauhinus. VI. Lilium cruentum plantaginis folio à Tabernamontano depictum. Hactenus de liliis non bulbiferis. Quæ se-

Lilium floribus reflexis.



quuntur bulbifera vocãt I. Lilium bulbiferum latifolium majus: Lobelius lilium cruentum, bulbos majusculos squamatim compactos gerens, summo alis diviso caule, vocant. II. Lilium bulbiferum angustifolium. III. Lilium bulbiferum minus, sive lilium purpureum tertium Dodonei. IV. Lilium bulbiferum in carnem à Lobelio & Clusio depictum. Dantur & alia lilii genera, quæ pro

syl-

Sylvestribus Dodonæus habet, vocanturque lilia floribus reflexis. Lilium, cujus imaginem damus, promit bicubitales, aut altiores, rotundos, folia longa, lata, acuminata, non supra invicem incerto ordine disposita, sed supra caulem quibusdā locis, stellæ modo radiata, circumdantia flores è suis pediculis deorsum dependent, lilii divisura, sed minores, colore purpureo, frequenter obsoleto; quandoque elegantiore, purpureisque aliquot maculis splendentes, & staminibus ejusdem coloris in medio, quorum foliola retrorsum reflexa in circulum, aut orbem ferè recurvantur: radices bulbosæ, veluti ex multis nucleis conjunctæ, aurei vel flavi coloris, ex quibus fibræ dependent. Floret sub finem Maij, aut initio Junii. Apud Batavos hortensis est; apud Germanos in sylvis & montibus reperitur. Hujus quoque plura dantur genera. Lilium floribus reflexis, mõtanum jam descriptum, quod malè pro asphodelo quidam pingunt. Radices enim non habet oblongas, teretes, glandibus similes, gustu acres. Vide cap. de asphodelo. Variat lilium montanum floris colore, qui plerumque subruber, aliquando dilutus albicansque: sic & maculæ rubræ inordinatæ florum foliis, & intus & foris, maximè circa foliorum exortum, intrinsecus asperguntur. Hujus tres differentias Clusius agnoscit. Huc referre oportet Martagon Pannonicum flore suave rubente, ipsius Bry. Reperitur etiam longiore spica, & dicitur martagon montanum longiore spica, Bry; & etiam quasi duplici corolla ab eodem pictum, Francofurti natum. II. Lilium floribus reflexis alterum, lanugine hirsutum. Flores fert priore plures, saturatè purpurascentes, maculis nigricantibus distinctos: aliquando dilutè purpurascentes, maculis carentes. Pingit insuper Bry, martagaon exoticum flore spadiceo, & martagon (sic lilia purpurea & reflexa vocant) flore carneo. III. Lilium floribus reflexis, variis, sive tertium. Flos antequam explicetur, foris carneus, explicatus, intus albus, notis purpureis insignitus. Clusius & quartum genus addidit, floribus saturatè purpurascentibus, serius florentibus, & odore non insuavi præditis. IV. Lilium florib. reflexis, albis, non punctatis. V. Lilium floribus reflexis albis punctatis. VI. Lilium flor. reflex. Polyanth. alb. punctat. VII. Lilium Byzantinum miniatum. Flos colore elegantissimi minii, aut ceræ rubræ recentis, rarius prorsus nivei, aliquando flavi coloris: modò unus, modò duo, quatuor, quinque, sex, tredecim, IIX. Lilium Byzant. minitatum, polyanthos. Flores quinos, senos, denos, ut plurimum profert, rarius XX. XXX. vel XXXX. in caule duorum triumve digitorum latitudine, aliquando saturatioris, aliquando dilutioris coloris: hocque lilii Byzantini miniati delutiori floris nomine pingitur à Clusio in historiā. Hoc florum foliorū numero duodenario de staminum multitudine à priore discrepat. Varietas in foliis. Quæ flore est dilutiore, caulem & folia viridiora habet: quæ verò saturatiore, hujus caulis & folia plerumque, & purpura nigricant. Aliquando flores in modum corollæ dispositi nascuntur, ut Bry pingit, nominans Martagon corollam præbens. IX. Lilium purpuro sanguineum, flore reflexo. X. Lilium pyramidale moschatum. Est florum centum & viginti, & plurium, rosæ moschatæ odore, qui diluti & lividi coloris maculis ex fusco purpureis notati: florum 210. ferax, in horto Eyst. conspectum fuit lilium floribus reflexis angustifolium. I. Lilium rubrum angusti folium. Uno, duobus, tribus est floribus: & quia aliquando angustioribus est foliis, vel latioribus. Idcirco Clusius in hist; lilium rubrum præcox 1 & 2 facit. II. Lilium brevi & gramineo folio. Floribus aliquando 35. 46. 51. & 58. Sed in plano caule, vel miniati, vel cruenti coloris. III. Lilium miniatum odorum angustifolium. IV. Lilium flavum angustifolium. Variat flos colore flavo vel dilutiore, quasi pallente, in alio maculis nigris distincto: in altero flores nullis punctis internæ distinguntur, sed omnino flavi sunt: rarius quadraginta & plures flores penè flavos, sed in caule plano profert, quod multi florum Clusius in hist. ap. alt. nominat. Variat etiam sub viridi flore, & dicitur Martagon sub viridi flore Bry.

Ὁ δὲ νάρκισσος. Inter coronarias plantas non infimum locum obtinet narcissus, idque propter odorem & pulchritudinem. Coronarium esse florem, satis disertè tradit Plinius lib. 18. cap. 26. ubi narcisso adscribit, quod de scilla dixit Theophrastus. *Item in coronamentorum narcissi. Namque & hæc ter florent, primoque flore primam arationem ostendunt, medio secundam.* Falsissimum est, narcissum ter florere; nemo hoc unquam scripsit. Vide cap. de scilla. Narcisso certè ob pulchritudinem convenit, quod Oppian. lib. 2. ἐρατὴ χροιὰ φαιδρὸς ἰδέσθαι amabilis color, *aspectu speciosus.*

Theocrit. Eidyl. 9.

Α᾽ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ᾽ ἀρκεύθοισι κομάται.

Pulchra narcissus juniperis floreat.

Hunc versum Virgilius expressit Ecl. octava, sed pro junipero, alnum pocul.

——— *Aurea duræ*

Mala ferant quercus; narcisso floreat almus.

Cum colore & pulchritudine certat odor, qui tamen nonnihil graveolens. Theocritus narcissum vocat εὔπνοον *benè ac suaviter spirantem.* Eid. 18

Τᾶν μὲν ἣ μὲν νάρκισσον εὔπνοον, ἣ δ᾽ ὑάκινθον,

Η᾽ δ᾽ ἴον, ἣ δ᾽ ἕρπυλλον ἀπαίνυτο.

Harum quidem hæc narcissum hyacinthum odoratum,

Hæc verò violam, hæc serpyllum decerpebant.

Narcissi nomen impositum volunt à Narcisso adolescente, in florem sui nominis converso. Cassianus Bassu lib. 11. cap. 25. Παραλόγου πάθους, λόγος ὑπῆξε παραλογώτερος. Νάρκισσος γὰρ ἦν ἐρῶν οἴκοθεν, καὶ φθειρόμενος οἴκοθεν. ὥρᾳ μὲν γὰρ διέφερε σώματος, ἴυθεν δὲ τὸ ἐρᾶν καὶ τὸν πόθον ἐκτήσατο. καταλαμβάνει γὰρ πηγὴν ὡς πιόμενος, θεατὴς δὲ τῆς οἰκείας μορφῆς καταστὰς, ἐραστὴς ὁ αὐτὸς καὶ ἐρώμενος ἐγίνετο· ἐρῶν δὲ αὐτὸς ἑαυτοῦ, διεφθείρετο. ἐπὶ πηγὴν οὖν ἐλθὼν, ἔστεργε μὲν τὴν σκιὰν ὡς ἐρώμενος. ἡττηθεὶς δὲ, καὶ ἑαυτοῦ λαθόμενος ἐπὶ τῆς πηγῆς ἑαυτὸν ἐκτραφὴς, ἐν παραψυχὴν τοῦ πάθους ζητῶν, βίου στέρησιν εὗρεθὸ, τοσοῦτον τῷ κέρδει ὀνηθεὶς· ὅσον ἐις ἄνθος ὁμώνυμον μνήμηται βλάσης μεταβληθῆναι. *Inopinati affectus magis inopinatus rumor extat. Narcissus enim domestico suipsius amore flagrans domi & ex sese periit. Erat enim pulchritudine corporis excellenti, unde etiam amor & desiderium sui additum est. Fontem etenim aliqāndo velut potaturus inde occupavit, spectator autem propriæ formæ consistens ipse seipsum amore sui corrumpit. Ad fontem itaque subinde progressus, umbram suam veluti amator dilexit, superatus autem ab amore, & seipsum in aquis apprehendere tentans, terram insuper amisit, atque sic affectus refrigerium quærēs, vitæ privationem invenit. Tantum sane lucri morte sua adeptus, quantum in florem mutatus est, qui nomine suo illius memoriam affert & conservat.* Idipsum Virgil. in caule testatur.

Non illinc Narcissus abest cui gloria formæ

Igne cupidineo proprios exarsit in artus.

Hanc etiam fabulam recenset Ovidius lib. 16. Metam. quò, si plura de Narcisso hoc adolescente quis velit, lectorem remitto. Verum nominis etymon apud Plutarchum lib. 3. sympos. cap. 1. reperitur. Καὶ τὸν νάρκισσον ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα, καὶ βαρύτητας ἐμποιοῦντα ναρκώδεις· διὸ καὶ ὁ Σοφοκλῆς αὐτὸν ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν στεφάνωμα (τουτέστι τῶν χθονίων) προσηγόρευσε. *Et Narcissum quia torporem (qui νάρκη Græcis est) nervis incutiat, gravedinemque torpidam: unde & Sophocles eam veterem magnorum deorum coronam appellat, nimirum manium. Defuncti & morte torpidi, torpido flore meritò coronantur.* Sophoclis locus quem citat, Plutarchus, extat in Oedipo.

Θάλλει δ᾽ οὐρανίας ὑπ᾽ ἄχνας

Ὁ καλλίβοτρυς κατ᾽ ἦμαρ ἀεὶ

Νάρκισσος, μεγάλαιν θεαῖν

Ἀρχαῖον στεφάνωμα.

Floreat verò à rore cœlesti

Pulchros flores gignens quotidie

Narcissus, unde magnis Deabus

Coronæ de more prisco plectuntur.

Ad hunc locum Scholiastes, ex priscis commentariis, Narcissum coronamētum Cereris, & Proserpinæ esse ait. Proserpinæ quidē, uti Poëtæ fabulantur, quod, antequam caperetur, eo delectaretur flore. Scholiast. Ὅτι περὶ ἡ τοῦ Πλούτωνα αὐτὴν ἁρπάσαι τοῦτο ἐπέρπε· συλλέγουσαν αὐτὸν οὖν φασὶν τὸν νάρκισσον ἁρπασθῆναι. Huic deæ dicavit antiquitas Narcissum, vel, quia propè sepulchra nasceretur, vel, quod rimoris torporisque esset Dea; quod cum nomine Narcissi convenit. Idem etymon apud Clementem Alexandrinum & Plinium reperitur. Plinius lib. 21. cap. 19. *Hunc* (Narcissum) *stomacho inutilem, & ideò vomitorium, alvosque solventem, nervis inimicum, caput gravantem, & à* νάρκη *Narcissum dictum, non à fabuloso puero.* Clemens Alexandrinus Pædag. lib. 2. cap. 8. Νάρκισσος βαρύοδμόν ἐστιν ἄνθος. ἐλέγχει δὲ αὐτὸ ἡ προσηγορία, ναρκᾶν ἐμποιοῦν τοῖς νεύροις. *Narcissus est graveolēs flos. Hoc probat appellatio, stuporem injiciens nervis* Ad hunc locu doctus cōmentator. *Unde miror, quid ita Clemens Alexandrinus in loco supra citato eum vocet* βαρύοδμον graveolentem *Id quod cum non probem, multo magis rejicio causam, quam ipse affert.*

ἐλέγχει

ἐλέγχει δὲ αὐτὸ ἡ ἐπωνυμία, νάρκας ἐμποιοῦν τοῖς νεύροις. *Quid enim hic torpor commune habet cum odore? Virgilius frequens imitator* Theocriti, *cum casia, herba odorata, facit eum olentem, hoc est, bene olentem & odoratum.* Virg. in Cein.

At nutrix patula componas sulphura testa
Narcissum casiamque, herbas incendit olentes.

Cur miratur Clementem commentator? Causa, quod Theocritus εὔπνοον dixit narcissum. Magnum profecto argumentum, & admiratione dignum. Rectè Clemens βαρύοδμον dixit: cum gravitate quadam odoratus est Narcissus. Hoc restatur experientia, scribit Dioscorides lib. 4. cap. 61. Φύεται ὁ κάλλιστος ἐν ὀρεινοῖς τόποις, εὐώδης ὁ δὲ λοιπός, (vetus λιλιώδης) πρασίζει, καὶ βοτανώδη τὴν ἀφορμὴν ἔχει. (addit Orib. ἐν πεδίοις καὶ ἀμμώδεσι.) *Probatissimus nascitur in montibus, odore suavi, reliqui* (albus) *porrum imitantur, & herbaceum quemadmodum resipiunt.* (In campestribus & arenosis.) Delectetur qui velit herbaceo porraceoque odore; mihi non placet. Odor hic gravis Narcissi, vapores crassos mittit, qui cæreleum nervorum, sensuumque principium implent, eaque ratione impediunt quo minus in nervos mittantur spiritus, & sic torporem indicat. Nec Virgilio semper herbæ olentes, & odoratæ bene olentes & odoratæ sunt sine ulla gravitate, sed sæpius fœtidæ, & graveolentes, quod ex Ecloga 2 probatur.

Allia, serpyllumque herbas contundit olentes.

Allium olet, sed non sine insigni gravitate & fœtore.

Idem alibi:

Urit odoratum nocturna in lumina cedrum.

Quis nescit cedrum cum gravitate quadam odoratum. Vide cap. de cedro. Animadverte quæ tradit Dioscorides. Narcissum Theophrastus λείριον vocari tradit. Idem refert Dioscorides, loco citato. Νάρκισσος, ἔνιοι καὶ τοῦτο ὥσπερ τὸ κρίνον λείριον ἐκάλεσαν. *Narcissum sunt qui, haud secus ac lilium, lirium appellarint.* Objiciet quis Theophrastum Νάρκισσον & λείριον cap. ult. lib. sexti tãquam diversa facere, μετὰ ταῦτα δὲ ὁ Νάρκισσος, καὶ τὸ λείριον. Ad hunc locum capite citato respondetur. Ex eo certe concludi non potest Narcissum ab eodem non fuisse lirium vocatum. Cui ignotum, unam eandemque herbam diversa nomina habere, & diversas plantas unum idemque nomen? Observavit Athenæus Theophrastum Narcissum lirium vocare, & eundem à Livio diversum facere. lib. 15. Τὸν δὲ νάρκισσον ἐν τῷ ϛʹ περὶ φυτῶν ἱστορίας ὁ Θεόφραστος καλεῖσθαί φησι καὶ λείριον εἶθ' ὑποβὰς ὡς διαλλάσσοντα τίθησι νάρκισσον καὶ λείριον. Idem Ecl. *Theophrastus lib. 6. de plantarum historia scribit Narcissum etiam dici lirium, deinde progressus tanquam inter se discrepent, utrumque seorsim nominat.* Suidas omnes flores λείριον vocari tradit, ab Atticis verò Narcissi florem sic vocari. Λείριον καὶ κοινῶς τὸ ἄνθος· καὶ ἰδίως τὸ ἄνθος τοῦ ναρκίσσου καλοῦσιν οἱ Ἀττικοί. Pollux lib. 6. cap. 19. Ὅμηρος μὲν τὰ ἄνθη πάντα λείρια κέκληκε, τὸν δὲ νάρκισσον ὁ Θεόφραστος λείριον. Etymologiæ auctor λείριον dici scribit διὰ τὸ λεῖον εἶναι, παλεοχρωμοῦ τοῦ ρ' à lævitate & æqualitate. Gaudet aliis nominibus Narcissus, uti Auctuarii auctor tradit. Οἱ δὲ νάρκισσος ἄνυδρος, οἱ δὲ αὐτογενής· οἱ δὲ, βολβὸς ὁ ἐμετικός, οἱ δὲ λείριον, Ῥωμαῖοι βοῦλβους μορβιτάριος, Scribe, βομιτόριος; quod idem ac ἐμετικός. Ἄνυδρος, quod loca sicca & arenosa amet, aquosa fugiat: αὐτογενής, quod excidente flore & semine sponte, ut tradit Theophrastus, nascatur & germinet. βολβὸς ἐμετικὸς *vomitorius*, quod vomitus excitet, ac moveat. Dioscorides loco citato, Ταύτης ἡ ῥίζα βρωθεῖσα ἑφθὴ ἢ ποθεῖσα ἐμέτους κινεῖ. *Radix coctã, seu edatur, seu etiam bibatur, vomitoria est.* Dicitur & Narcissus, uti vocet Athenæus, ἀκακαλλὶς & κρόταλος Athenæus lib. 25. Εὔμαχος δὲ ὁ Κερκυραῖος ἐν ῥιζοτομικῷ, καὶ ἀκακαλλίδα φησὶ καλεῖσθαι τὸν νάρκισσον καὶ κρόταλον. *Eumachus Corcyreus in chirotomico* (id est in opere de exscindendis radicibus herbario) *& acacallidem & crotalon vocari Narcissum tradit.* Ἀκακαλλὶς vox Cretica, & propriè non ipsum Narcissum, sed ejus florem significat. Hesychius ἀκακαλλίς, ἄνθος νάρκισσου, Κρῆτες. *Cretenses florem Narcissi acacallidem vocant.* ἀκακαλλὶς quasi ἄγαν καλὸς *extremè pulcher*. Sed puto legendum, κακαλίς. Et hanc quidem lectionem series alphabetæ Hesychianæ suggerit. Κακαλίς, inquit, Νάρκισσος. Acacalis semen plantæ est in Ægypto nascentis, cujus meminit Dioscorides lib. 1. de quo nos alibi. Hactenus de nominibus, nunc de generibus nobis agendum. Theophrastus duo novit Narcissi genera; latifolium, & tenuifolium. De tenuifolio vide cap. 12. lib. 7. colore etiam differunt. Aut enim intus croceus aut purpureus. Dioscorides lib. 4. cap. 161. ubi eleganter Narcissum describit. Νάρκισσος, ἔνιοι καὶ τοῦτο ὥσπερ τὸ κρίνον λείριον ἐκάλεσαν, τὰ μὲν φύλλα πράσῳ ἔοικε, λεπτὰ δὲ καὶ μικρότερα πολὺ καὶ στενότερα. (vetus ἰσχνὰ· μικρότερα δὲ καὶ στενότερα.) καυλὸν κενὸν, ἄφυλλον κρείσσονα. Vetus, quod non rejiciẽdum, ἐπ' ἐνίων δὲ πορφυροειδὲς· ῥίζα δὲ λευκὴ ἔνδοθεν, στρογγύλη, βολβοειδής· καρπὸς ἐν ὑμενι, μέλας ἐπιμήκης. *Narcissum sunt qui, haud secus ac lilium, lirium appellarint. Foliis quidem porrum refert, at tenuia sunt, minoraque multo & angustiora: caulis inanis, ac sine foliis supra dodrantem attollitur. Flos in ipsius cacumine albus, intus croceus, & in quibusdam purpureus* (*intus cavitatem habet croceam.* Vetus codex. *Certe quod in medio Narcissi croceum catum*) *radix intus candida, rotunda, bulbosa: semen velut in membrana, seu pellicula, nigrum & oblongum.* Hanc diversitatem Plinius observavit lib. 21. cap. 19. *Narcissi duo genera in usu medici scribunt: unum purpureo flore, & alterum herbaceum.* Vult Plinius in medio purpureum esse. Sed nullus Narcissus medio herbaceus. Doctissimi viri corrigunt *croceum*. Verum, inquiunt, eo loco non *herbaceum*, sed *croceum*, seu croceo potius legendum suspicaremur. Etenim Narcissus, caulem quidem habet herbaceum, uti monuit Theophrastus, ac forte tota planta etiam quiddam herbaceum recipit, teste Dioscoride. At si de flore sermo est, id haud dubiè quod medium calicem cingit album quidem est. Medium verò ipsum sive calicem, alias luteum, alias purpureum. Hæc lectio præ cæteris arrideret, nisi nimium à vulgata discederet. Malunt alii, quod nobis minime placet, Plinium alterum genus herbaceum dixisse; putant, quod Narcissum Theophrastus herbaceo describat caule. Τὸν δὲ καυλὸν ἄφυλλον ποώδη δέ. Ex quo, inquiunt, potuit Plinius non à flore herbaceum alterum id genus appellare. Nobis perplacet Clariss. Salmasii correctio, qui scribit, *Unum purpureo flore, & alterum Helvaceum.* Helvaceus color helvus, aut helveus est inter ruffum & album, uti ait Festus. Sic planè est milinus & luteus color, vel croceus. Varro lib. II. de re rustica cap. 6. de corio boum loquens. *Corium, inquit, attractu non asperum ac durum, colore potissimum nigro, deinde rubro, tertio helvo, quarto albo.* Simile mendum apud eundem Plinium eodem hoc libro cap. 5. *Leirion* (vide quæ supra de lilio dixi) *majoris est bulbi, sed unius Narcissum vocant; hujus* (λειρίου) *alterum genus flore candido calice purpureo. Differentia à liliis est & hæc, quod Narcissis folia in radice sunt, probatissimis in Lyciæ montibus tertio generi cætera eadem, calix herbaceus.* Differre ait lilio Narcissum, quod lilium caulem ferat foliatum, ἄφυλλον verò sit Narcissi caulis. Verum folia habent ad radicem. *Tertio, inquit, generi,* Doctissimi Botanici corrigunt, *alteri. Nam tantum,* scribunt, *duo Narcissi genera sunt: alterum quod florem purpureum habet iconem nostram πορφυροειδὴς, alterum, quod croceum κροκώδης.* Hanc omnino probo, si emendationem nostram sequamur. Verum si vulgatam servamus, Plinium cõfundere Narcisi, & lilii historiam. Utrumque enim λείριον, Grecis dicitur; quod errandi occasionẽ dedit Plinio. Nam primũ lirium vocare videtur lilium purpureum. Alterum Narcissum purpureo calyce, tertium helvaceo, sic enim legendum. Nam ποώδης pro κροκώδης Plinium legisse, non arbitror. Id quod in medio floris extat calicem vocat. An Græci cujusdam auctoris exemplo, an secus non inquiram; sed illud indagabo, an rectè, an malè calicem vocarit. Si calicem sumamus pro eo, quod in rosa calicem esse supra diximus, malè Plinius calicem dixit, quod in Narcisso foliis albis cingitur. Imo corrigendus foret Plinius, ac restituendum, calice candido, flore purpureo. Sed aliter se res habet in Narcisso. Nam purpureum, croceumque illud, quod folia cingunt alba, facie calicis est, & quasi corona, quæ in circulum currit helvaceum. Neutiquam ergo notandus Plinius, quod calicem vocarit, quod in Narcisso luteum purpureumque conspicitur. Aliud calix in rosa, aliud in Narcisso. Calix florum non est ex Græco κάλυξ, quod inter cætera denotat florem rosæ nondum apertũ, sed adhuc conniventem. Vide cap. de rosa. Sed calix florum ducitur a Græco κύλιξ. Κύλικες vasa, quibus bibitur, qui Latinè calices. Κύλιξ οἷον κύλιξ à rotunditate. Ab hujusmodi calicum similitudine & forma dicti in floribus calices. Calathos etiam aliter vocavere. Calathi enim idem quod calices. Virgilius.

Vina novum fundam calathis Arvisia nectar.

Servius calices exponit. In lilio calix folia alba, quæ stamina cingunt lutea. Hæc enim calicem, vel calathum poculumve referunt. Contra in Narcisso, non folia quæ candida sunt, calicis figuram reddunt; nimis quippe resupinantur. Sed orbis, qui in medio vel purpureus, vel helvaceus est calicem optime mentitur. Ovidius croceum illud non calicem, sed florem vocat.

Nusquam corpus erat, croceum pro corpore florem
Inveniunt foliis medium cingentibus albis.

Idem

Idem & Virgilius fecit in amello.

Est etiam flos in pratis, cui nomen amello
Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba.
Namque uno ingentem tollit de cespite sylvam:
Aureus ipse (scilicet flos,) *sed in foliis, quæ plurima circum*
Funduntur, violæ sublucet purpura nigræ.

Falluntur, qui Narcissos totos luteos, Poëtarum existimant. Flos narcissi albus est, in medio luteus. Dioscorides ἐφ' οὗ ἄνθος λευκὸν, ἐν μέσῳ δὲ κροκῶδες. ἐνίων δὲ πορφυρῶδες. Et hæc de generibus veteribus cognitis. Restant Theophrasti examinanda verba. Φύλλον, inquit, ἀσφαλῶδες ἔχει. Hoc corruptum esse, nemo inficias ibit. Legit Gaza, emendavit Scaliger, ἀσφοδελῶδες. Hanc nos probamus, quod tali facie sint Narcissi folia. Porro πράσῳ comparat Dioscorides, non ita magno discrimine, quod vel ex eo patet, quod asphodelus, ipso Dioscoride teste, foliis est majoris porri. Τὸν δὲ καυλὸν ἄφυλλον, ποώδη δέ. Herbaceum inquit esse caulem. Utrum de colore, an substantia capias, perinde est. Substantia enim herbacea, id est, molli, non lignosa est. Colore herbaceo, id est viridi. Ἄφυλλον caulem Narcissi uterque scribit. Dioscorides cavum observavit. An idcirco κρόταλος dictus Narcissus? Quod caulis manibus tractatus sonitum quendam emittat? Κρόταλον enim calumus scissus, ex testa, ligno, ære ita concinnatus, ut efficere sonum queat, si quis verset manibus. καὶ ἐξ ἄκρου τὸ ἄνθος· καὶ ἐν ὑμένι &c. Hæc corruptissima in Aldino & Basileensi habentur. ἐπ' ἐξ ἄκρου τὸ ἄνθος· καὶ ἐν ὑμένι τινὶ καθάπερ ἐν ἀγγείῳ μέσον (in margine Basileensis μέγαν) σύμμαλα καὶ μέλανα τῇ χροιᾷ σχήματι δὲ προμήκη οὕτως. Totam hanc periodum in hunc sensum quondam legebam. καὶ ἐξ ἄκρου τὸ ἄνθος σφόδρα μήλινα τῇ χροιᾷ· καρπὸν μέλαν σχήματι δὲ προμήκη ἐν ὑμένι τινὶ καθάπερ ἐν ἀγγείῳ κατακλεισμένον. Id est, *florem fert suo cacumine colore intensè luteo* (id est croceo) *fructum nigrum, figura oblongum in membrana, veluti vasculo inclusum.* Nunc scribo, καὶ ἐξ ἄκρου ἄνθος ἐν ὑμένι τινὶ καθάπερ ἐν ἀγγείῳ κατακλεισμένον σφόδρα μήλινα τῇ χροιᾷ· καρπὸν μέλαν σχήματι δὲ προμήκη. *Florem suo cacumine ferentem in membrana veluti vasculo inclusum intense luteum, id est, croceum, fructum nigrum, & figura oblongum.* Vulgaris Narcissi flos, antequam expãdatur aperiaturq;, in membrana inclusus est; quæ cum panditur, rumpitur, collumque tegit. Vulgatam non probo, quod fructus non includatur vasculo membranaceo, sed capitulo contineatur carneo. Præterea, si per καρπὸν intelligas integrum fructum, nego esse μέλανα: si semen exponas, dico non esse σφόδρα μέγαν. Potest etiam legi pro μήλινα, μέλανα: purpureum enim florem nigrum Græci dicunt, ut supra observavimus; sed tum legendum σφόδρα, καὶ μέλανα. Unum impedit, quo minus hanc lectionem pro certa ac legitima habere queam; quod Dioscorides fructum ferre ait in membrana, sive pellicula. Hoc ipsum facit, ne in totum vulgatam rejiciaã lectionem. Res tamen habet ut dixi, & experientia stat pro nostra lectione. Quilibet sua fruatur opinione. Cæterum, florem vocat, quod Plinius calycem. Vide quæ supra dicta sunt. Flores porro, quales Narcissis aliisque hujusmodi plantis sunt, διάνθεις vocare solet. Si placeat, Narcissos vulgares non esse Theophrasti, id affirmare non ausim. Radicem inquit habere carnosam, rotundam, magnam. Dioscorides bulbosam, rotundam, medio albam. Quod sequitur dubitatione non caret. Ait serò florere, & quidem post arcturum. Arcturus quando oriatur, cadatque, alibi diximus. Capite sequenti maturè Narcissum florere ait. Theocritus quoq; Eidyl. 10. Nacissum cum hyacintho florere tradit, ubi Europam cum suis prata ingressam bene spirantem Narcissum carpsisse scribit.

Αἱ δ' ἐπεὶ οὖν λειμῶνας ἐσήλυθον ἀνθεμόεντας,
Ἄλλη ἐπ' ἀλλήλαισι τότ' ἄνθεσι θυμὸν ἔτερπον,
Τῶν ἡ μὲν νάρκισσον ἐΰπνοον, ἡ δ' ὑάκινθον.


Florida sed postquam in prata venere puellæ,
His illa, hæc aliis se floribus oblectabant,
Narcisso illa quidem bene olente, atque illa hyacintho.

Nostris in hortis floret Narcissus Majo mense. An itaque fabulosum sibiq; contrarium scribit Theophrastus. Mendi nulla suspicio. Quippe apud Plinium loco citato legitur. *Omnes serotini, post arcturum enim florent.* Respondet doctiss. Dodonæus, putatur & hic Narcissus serotinus à Theophrasto haberi, & autumno demum florere; propterea, quod in iis, quæ extant exemplaribus, hujus descriptionem mox hæc subsequuntur verba: μετὰ γὰρ Ἀρκτοῦρον ἡ ἄνθησις. Verum ad Narcissi historiam hæc non faciũt. Inter Narcissi siquidem descriptionem, & verba ista defectus & hiatus est. Nec spectat etiam ad croci, uti Conradus Gesnerus in appendice scribit, quam Germaniæ suę hortis subjecit; sed ad lirij alterius historiam pertinent, quod eodem libro, paulò inferius Theophrastus unà cum τοῖς πρώτοις ὕδασι, hoc est, *primis imbribus*, sive autumno, florere ait; ut diligenter utrumque locum expendentibus manifestum fiet. Hæc ingeniosa, sed non sic scripsit Theophrastus; quod vel ex Plinii verbis constat, qui falso & pręter veritatem, sententiamq; Theophrasti omnes Narcissos serò florere tradit. Nullum ego defectum, hiatum, aut quid hiulcum video. Si duos Narcissos sive lirios hoc capite descripsisset, jam ante id monuisset. Ipse sensus verba hæc ad lilium referenda docet. Malo ergo dicere, Narcissos esse plures, & pro cœli solique ratione sero maturéque florere. Narrant Pena & Lobelius, Narcissum totum luteum, quem Theophrasti non sine ratione putant, Februario, Martioque mensibus in Anglia, Belgioque florere; in regionibus ad meridiem proprioribus, ut Hispania, Gallia Narbonnensi, Majo Iunioque, ac non nisi in editis reperiri locis. Idẽ de Narcisso præcoci calyce flavo, flore albo observavit Clusius. *Floret*, inquit, *in calidioribus regionibus mense Februario: eruere etiam memini quasdam plantas Ianuario in pratis Boutoneto suburbano vicinis.* (*ut interdum inter ejusdem generis stirpes alia aliis maturius germinat*) *Apud Belgas verò non nisi Martio & Aprili.* Fortassis in Græcia seriùs florent, Augusto, Septembrique, vel Octobri, Novembrique mensibus. Narrat Busbequius Epistol. I. se circa Cõstantinopolim Narcissos vidisse florentes media hyeme. *Per hæc loca, ait transeuntibus, ingens ubique florum copia offerebatur, Narcissorum, Hyacinthorum, & eorum quos Turcæ tulipan vocant, non sine magna admiratione nostra, propter anni tempus, media planè hyeme, floribus minimè amicum.* In Attica fortassis regione floret Narcissus hic autumno, in aliis hyeme, in reliquis primo vere, & ad æstatis initium. Quod si Plinii non obstaret auctoritas, qui serò omnes florere dixit, & post Arcturum, levi mutatione scriberem, μετὰ γὰρ Ἀρκτοῦρον ἡ βλάστησις. Statim enim ab ipso autumni æquinoctio foliorum germina radix emittit. Sed hanc impedit lectionem Plinius, cujus perquam exigua apud me auctoritas. Facile fieri potest, libertum βλάστησιν legisse, Plinium ἄνθησιν intellexisse. Pro Narcisso Dioscoridis omnes habent plantam, cujus imaginem damus. Narcissus medio purpureus, folia habet virentia oblonga, porri foliis similia, caulem angulosum, absque foliis dodrante aut pede altiorem, & in summo florem è membrana erumpentem, ut plurimum unicum, subinde geminum, mediocriter amplum, odoratum, ex sex candidis foliolis congestum, in quorum medio brevis calix est circinatæ rotunditatis, purpurei per oras coloris, intra quem stamina brevia, cum apicibus subluteis: capitula inde angulosa, semen in his nigruum: radix bulbosa, Cepæ similis, quæ nucleos ex se demittens in multos facile bulbos multiplicatur. Reperiuntur autem hujus generis tres, forma, colore, aut odore nequaquam, sed florendi tempore differentes; magnitudine etiam nonnihil, sed parum dissidentes. Majores, medii, præcoces, & serius prodeuntes minores sunt. Alter Narcissus medio luteus, folia habet longiora, latiora, & aliquantulum minus virentia: caules proceriores, crassiores, & in singulis flores tres, aut quatuor, prioribus similes, sed medio calyce luteo, semen & radicẽ bulbosam similia. Sũt & narcissi multiplicibus floribus, cum primi, tũ alterius generis, foliis è bulbis aliis haud dissimiles. Ita varia semper natura, & ad stirpium herbarumq; genera multiplicanda fęcunda, tum ad ea permutanda prona, præsertim si cultus mangonio adjuvetur, vel in alium locum stirpes transferantur. Hæc etenim plurimum posse ad stirpium mutationem, & alibi scripsimus. Exeunt qui medio purpurei sunt plerisque Galliæ locis, & apud Heduos ac Sequanos in pratis. Florent in Belgii hortis, prioris generis præcoces Narcissi, initio Aprilis, medii sub finem, seriores Majo mense: medio lutei, eodem ferè, quo primi generis medii tempore. Nonnulli Narcissi florem totum nigrum volunt, quòd μέλανα dixerit Theophr. Id verò in μήλινα mutarunt doctiores. Quidã narcissum totum luteũ sylvestrem, Theophrasti Narcissum volunt, cũ Theophr. interiorem floris partem luteum vel nigrum, id est, purpureum tantum scripserit. Narcissus hic luteus sylvestris folia, porri, aut Narcissi similia promit, sed breviora

Narcissus.




Narcissus flore pleno.



‡ Est mẽbrana, qua includebatur, anteqamu expanderetur flos.

ac minora: caules dodrantales, atque in singulis flores singulos, Narcissi similes, sed medio eorum calyce longiore, oblongioris calathi similitudine, colore per to-


Pseudo Narcissus.



tum luteo, absque odore; capitula rotunda, oblonga, in quibus semen: radix bulbosa, ut aliorum Narcissorum. Contingit verò, & huic, quod aliis, quandóque floribus, & candidis Narcissis accidit, ut videlicet floris foliola multiplicentur. Et talis quidem flos medio calyce caret, compluribus foliolis medium occupantibus. Folia autem ac bulbi cum alterius conveniunt: flos quoque totus luteus. Reperitur non paucis Belgii locis circa margines agrorum & vervactorum, humido præsertim solo, & in sylvis locisque arboribus consitis: & similibus quoque tum in Germania, tum in Hispania: transfertur etiam in hortos. Floret Februario ac Martio quandoque mense. Germani ea de causa halbe Hornungs blumen / id est, nostrate dialecto, geel Sporckel-bloemen nuncupant. Februarius enim Germanis Hornungs monat / Belgis Sporckelle. Appellant verò, & hunc Narcissum Belgæ geel Tydelosen. Latinis autem vulgo Narcissus luteus, & Pseudo-narcissus dicitur. Doctiss. nonnulli Botanici narcissos, sic vulgo dictos, negant Theophrasti esse Narcissum, idque duabus rationibus; quod mature floreant, cũ sero florere dixerit Theophrastus. Ad quod non satis responsum. Alterum argumentum petunt ex l. 7. c. 12. Ὅπερ ἐπί τε τῆς σκίλλης καὶ τοῦ ναρκίσσου συμβαίνει· τῶν μὲν γὰρ ἄλλων, καὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς φυτευομένων καὶ τῶν βλαστανόντων, καθ' ὥραν τὸ φύλλον ἀνατέλλει πρότερον εἶθ' ὕστερον ὁ καυλός. ἐπὶ δὲ τούτων ὁ καυλὸς πρότερον· τοῦ ναρκίσσου δὲ ὁ τοῦ ἄνθους μόνον, εὐθὺς προέρχεται γὰρ τὸ ἄνθος. τῆς δὲ σκίλλης &c. *Mirum tamen, quod in scilla Narcissoq; evenit. Cæterorum enim tam recẽs satorum, quam regerminantium, suo tempore primum folium oritur, deinde caulis exit; in his verò cauls prius & Narcissi quidẽ caulis floris tãtũ causa protinus propellitur, justum enim legitimumq; tempus prævenit flos Scillæ.* His rationibus moti, narcissum Persicum Clusii, pro Narcisso habent. Describitur à Carolo Clusio, lib. hist. plant. 2. cap. 15. his verbis: Ἄκαυλος *plani est hæc planta, & floris duntaxat pediculo prædita, veluti crocum, Colchicumque. Exilit ergo è membranaceo cucullo, tanquam ex vasculo, aut theca flos oblongus, croci aut colchici floris æmulus, sex foliis constans, ex flavo pallescentibus; quorum tria interiora paulo angustiora sunt, externa latiora, & summo mucrone nonnihil incurva, sive* ἀπόφυσιν *quandam habentia, qua interiorum mucronem amplectuntur, & comprehendũt, ingrati odoris & papaveris, quasi virus redolentis: stamina sex medium florem occupant, in foliorum unguibus nata, sed internorum foliorum reliquis longiora: exilit è medio oblongior stilus, gracilis, & sine capite. Folia illi sunt Hemerocallidi Valentinæ, de qua paulò post, non multum absimilia, lata, plana, ejusdemque cum illis coloris, hoc est, ad ærugineum tendentis, quæ ut plurimum convolvuntur, aut* sese

sese circum agunt. Radix crassa, bulbosa, à basi (quæ multis fibris donata est) statim extuberans, intus candida, foris pallidior quidem, sed aliquantum etiam nigricans. Semel duntaxat Constantinopoli allatum est hoc bulbi genus, mihique communicatum à Philiberto de Bruxellis, cujus ante memini, anni M. D. L X X V. *initio; quem postea variis amicis, cum in Belgicâ, tum in Germaniâ distribui. Initio Narcissum autumnalem majorem, sequente capite describendum, ex bulbi forma esse conjiciebam. In qua opinione valde me confirmavit flos sub finem Septembris emergens. Sed postquam folia non subsequi animadverti, & ineunte demum vere prodire observavi, eaque ab illius foliis colore differentia: tum exactius collata inter se utraque planta, dispares esse manifestè deprehendi. Æstate breve inter folia caput, pollicem crassum, brevi pediculo inhærens, & summa tellure vix emergens, ferre aliquoties observavi; quod cum inane esset, seminis conspiciendi spes omnis sublata. Nomen schedæ illi additæ inscriptum erat* Zarem cada Persiano, *id est, Narcissus Persicus. Multum verò convenire videtur cum Narcisso vel Lirio altero Theophrasti, cujus meminit historiæ plantarum libro sexto, capite sexto, florem amplum illi tribuens, coloremque (ut eruditiores volunt) melinum, non nigrum, figura oblongum serotinumque, admodum post Arcturum & circa Equinoctium sese ostendentem, vel, ut sequente capite ait, autumno primis imbribus; quemque libro septimo historiæ, capite duodecimo caulem tantum floris habere dicit, ut crocum cum omnibus aliis assurgat.* Ad argumenta hæc facilis responsio. Corruptus est Theophrasti codex. Plinius legit κρόκος, & rectè. Nullum Narcissi genus ante folia florem producit: facit hoc crocus. Vidi plantam, quam persicum Narcissum vocant, à Clusio eo nomine descriptam. Floristæ (ut vocantur) Narcisi genus esse negant, nec ad Narcissorum classem referri posse asserunt,

Narcissus Indicus bifolius.



Colchi genus esse affirmant. Colchico, inquiunt, similis est, & Narcisso valdè dissimilis. Probant; Colchicum florem promit antequam folia erumpant; Colchicum floret autumno, foliaque primò vere emittit: quod in Narcissis observare non licet. Folia quoque Colchico similiora, quam Narcisso. Idem de flore dico. Vide plura de hac quæstione, libro sexto capite duodecimo. Narcissorum plura observarunt genera recentiores. Quæ omnia recenset Casparus Bauhinus in Phytopanace, enumerans 215. & plura. Hunc adeat lector. Aliquas eorum figuras addere visum fuit. Omnes verò hæ plantæ ad Narcissorum historiâ referri non possunt. Plures alterius generis flores sunt. Nam Dodonæi ornithogalum majus Narcissum facit quartum. Quintum

Narcissus junci foliis major.



ejusdem Narcissum omnes tulipam vocant. Sextus & septimus leucoia sunt bulbosa. De tertio Mathioli Narcisso, uti reliquis marinis agemus, ubi de pancratio sermo nobis erit. Longè à scopo abierunt, qui hyacinthum stellarem bifolium Germanicum pro Narcisso habent. Hunc alii narcissum Martium, alii Narcissum cœruleum vocant. Foliis modò binis, modò ternis, aut pluribus, latiusculis, porri minoribus: floribus circum cauliculi summum sparsis, multum & radiantis stellæ ferè similitudine patentibus, colore cæruleis, aut candidis. Quibus succedunt capitula rotunda, ochri magnitudine, in quibus semen milio simile: radice bulbosa, rotunda. Variat autem: flore enim est cæruleo, in aliis colore magis saturo, aliis magis dilucido, rarius ad carneum vergente, suaviter rubente. Est etiam ex albido, & veluti cinericeo, subcæruleove flore. Sunt qui & flavos notarunt: nonnulli hyacinthum bifolium Theophrasti existimant. Sed de hac quæstione alibi.

Ο' δὲ καρπὸς ποώδης. Nemo ignorat legendum, ὁ δὲ κρόκος. In Aldino κρόκος habetur; quod cur in καρπὸς mutarint, nòn capio. Κρόκον juvenem Ovidius lib. 4. Metamorphos. à Venere in florem sui nominis mutatum ait, & Smilacem virginem ob amorem Croci juvenis in smilacem hederæ,

Et Crocum in parvos versum cum Smilace flores.

Doctissimus Lobelius Poëtam hac fabulâ indicare velle ait, quod croco vis quædam insit stimulandi Venerem. Aliam narrat fabulam de croco Galenus libro nono, κατὰ τόπους, capite quarto, ubi versus Philonis recenset.

Ξανθὴν μὲν τρίχα βάλλε μυρίπνοον ἰοθέοιο,
Οὗ λύθρος Ἑρμείας λάμπει ἐν βοτάναις,
Κρόκου δὲ σταθμὸν φρένας ἀνὴρ, οὐ γὰρ ἄδηλον.

Fragrantem fulvamque comam pueri cape, cujus
Fulget adhuc campis (herbis) Mercurii ille cruor,
Pondus ad humanos sensus perpendito prudens.

Ad hos versus Galenus, Οἱ μὲν οὖν πρῶτοι στίχοι, τὸν κρόκον δηλοῦσι. ξανθὸν μὲν τῇ χροιᾷ ὄντα, τριχοειδῆ δὲ τῇ λεπτότητι· λύθρον δὲ τοῦ κρόκου φησὶν ἐν ταῖς Ἑρμείαις, τουτέστι ταῖς τοῦ Ἑρμοῦ λάμπεσθαι βοτάναις· ἐπειδὴ μειράκιον καλούμενον Κρόκος ἅμα τῷ Ἑρμοῦ δισκεύων εἶθ' ἑστὼς ἀμελέστερον, ἐκπεσόντος αὐτοῦ δίσκου τῇ κεφαλῇ, συνέβη μὲν ἀποθανεῖν αὐτίκα· τοῦ δὲ αἵματος εἰς τὴν γῆν ἐνεχθέντος, ἐξ αὐτοῦ φῦναι τὸν κρόκον· λάμπεσθαι δὲ εἶπε τὸν λύθρον, τουτέστι τὸ ἀπὸ τοῦ σφαγέντος αἷμα, διὰ τὸ στίλπνον τῆς χρόας τοῦ κρόκου· γράφεται οὐ μόνον βοτάναις, ἀλλὰ καὶ πεδίοις ὡδί πως ὁ στίχος. ἑρμείοις λάμπεται ἐν πεδίοις· σταθμὸν δὲ ἀξιοῖ τοῦ κρόκου πέντε δραχμὰς εἶναι, φρένας ἀνὴρ εἰπὼν τὰς αἰσθήσεις οὔσας πέντε· ὅτι δὲ δραχμὰς πέντε βούλεται εἶναι, καὶ οὔτε ὀβολοὺς, οὔτε λίτρας, ἤ τι ἄλλο τι τοιοῦτον ἐνδείκνυται διὰ τῆς ἑξῆς. *Primi quidem igitur duo versus crocum indicant, ut qui fulvus colore sit, & tenuis ad formam pilorum, cruorem autem croci fulgere in campis Mercurii dicit. Adolescens enim Crocus appellatus cum Mercurio disco ludens, & incuriosius consistens, illapso in caput ipsius disco, statim mortuus est. Ex sanguine autem ipsius in terram acto crocus natus est. Fulgere autem cruorem dixit, hoc est sanguinem jam occisi, propter coloris croci splendorem: Scribitur autem non solum herbis, sed & campis in versu hoc modo, Fulget adhuc herbis Mercurii ille cruor. Cæterum pondus croci drachmas 5. esse vult cum ad humanos sensus perpendere jussit, qui quinque numero existunt. Quod verò drachmas quinque velit, & neque obolos, neque libras aliud quicquam tale per consequentia commonstrat.* Κρόκος ex sententia Scholiastis Callimachi dicitur, παρὰ τὸ ἐν κρύει θάλλειν. *Ex eo quod in frigore floreat.* Plinius libro vigesimo uno, capite sexto, *bruma crocus viret.* Vel κρόκος dicitur, quasi κρόκις, vel κρόκη, id est, *trama, filum, villum, seu subtegmen*: id quod stamini inseritur, intexiturve; cujusmodi sunt croci stamina, seu villi, qui κροκίδες appellantur: qui cum soli in usum veniant, per excellentiam croci nomine donantur; plerumque terni, nonnunquam plures in medio floris conspiciuntur. Poëtæ hac de causa crocum ξανθότριχα vocarunt. Glossa medicæ ξανθότριχα, τὸν κρόκον. Filamenta hæc, sive stamina Geoponικῶν auctor χλωχίνας vocat, libro undecimo, capite vigesimo septimo. Ἀνθολογεῖται δὲ, ὅταν εὐχροήσῃ, ἐκ μέσου τοῦ ἄνθους ἑλκομένων τῶν χλωχίνων, καὶ διαψυχομένων ἡμέραις τρεῖς ἢ τέσσαρας. *Flos colligitur ubi bonum colorē indeptus fuerit, cuspidibus ex medio floris extractis ad triduum, aut quatriduum perfrigeratis.* Latini spicas vocant lutea hæc fila, quæ de medio floris surgunt, quasi quidam mucrones, aut cuspides, quæ tanquam in spica aristæ, ita & ipsa faciunt, ut crocus spica vocetur. Propertius, lib. 4. Eclog. 31.

Ovidius.

Terque lavet nostras spica Cilissa comas.
Et sonet accensis spica Cilissa focis.

Doctiorum super hos versus non eadem sententia. Quidam nardum spicam Cilissam contendunt, nonnulli crocum exponunt. Nec nardus Indica, nec Celtica in Cilicia nascitur. Neutra ergo spica Cilissa. Si ex nardorum genere est spica Cilissa, montana sit oportet. Sed hæc uti, & reliqua nardi genera, sacrificiis, unguentisque rarò admodum addebatur. Dico rarò, quod apud Galenum libro primo κατὰ τόπους capite quinto legatur, Καὶ εἰ πλουσίοις σκευάζοις, ἐμβαλεῖς στάχυος νάρδου, τῆς τε Ἰνδικῆς καὶ τῆς Κελτικῆς, καὶ τῆς ὀρείας· καὶ γῆς ἐρετριάδος, ἐμβαλεῖς δὲ καὶ μαλαβάθρου, καὶ φύλλου μαλαβάθρου, καὶ ἀμώμου. Hæc corrupta nemo non videt: alterutram vocem μαλαβάθρου superfluam negari non potest. *Et si pro divitibus paraveris spicam nardi Indicam, Celticamque, & montanam injicies, & terram eretryada. Addes etiam foliorum malabatri, amomi.* Rarò ergo nardus, nec nisi pro divitibus unguentis addebatur. Insuper non intellexisse nardum montanam Poëtam, ex eo probatur, quod illa nec spicam habeat, nec spicæ quid simile ferat. Novi apud Meleagrum in corona Pancarpia legi.

Ναὶ μὴν καὶ Συρίην σταχυότριχα θήκατο νάρδον
Ὑμνοθέτην Ἑρμοῦ δῶρον ἀειδόμενον.

Montanam nardum non intelligit Poëta in Syriā provenientem, sed Indicam; quæ teste Dioscoride libro primo, capite septimo, Syriaca vocatur, Ἡ δὲ Συριακὴ· οὐχ ὅτι ἐν Συρίᾳ εὑρίσκεται, ἀλλ' ὅτι τοὺς ὄρους ἐν ᾧ γεννᾶται, τὸ μὲν πρὸς Συρίαν τέτραπται, τὸ δὲ πρὸς Ἰνδούς. Locus hic exponitur libro nono, capite septimo, ubi aromatum historiam tractat Theophrastus. Nardus, ut dixi, montana spica omni caret. De nardo ergo montana non agit Poëta. Vir summus croci bulbos spicam Cilissam esse scribit. Fallitur: croci enim bulbis, nec odor, nec suaveolentia ulla, Ovidius lib. de Fastis.

Cernis odoratis ut luceat ignibus æther,
Et sonat accenso spica Cilissa foco.

Faustus.

Nunc ubi sunt spicam redolentia membra Cilissam.

Malè ergo vir summus spicam Cilissam croci bulbum tradit. Spica Cilissa quidem crocus est, sed stamina illa intelligunt poëtæ, quæ in usum reponuntur. Spicas has appellarunt, quod in multos quasi capillos, & aristas, spicæ more, incisa sunt. Atqui stamina illa, vel spica igni injecta fœtent. Fateor; sed poëta unguentum ex staminibus crocinis confectum intelligit, non ipsas spicas, staminaque. Unguentum crocinum igni injectum, quam suavissimè spirat. Unguentum intelligere poëtam ex eo probatur, quod spicam Cilissam sonum emittere scribat. Olea unguentaque in flammas injecta, aut infusa, sonant stridentque. Objiciet quis, crocum non rectè, incommodéq; capitis lotionibus, aut linimentis addi deliciarum gratia; quod Galenus lib. 11. κατὰ τόπους cap. 1. in hieram picram, medicamentum purgando stomacho utile, crocum moderatè injiciendum moneat; ejus enim usu nimio caput lædi, illudque ipsum non rarò ex solo croci odore accidere. Asserit idem, crocum mentem turbare. καὶ μὲν τι καὶ δι' ἐλάττονος ἐνίοτε τοῦ κρόκου, διὰ τὸ τινὰς τῶν προσφερομένων αὐτὸ πλήττεσθαι τὴν κεφαλὴν, ὅπερ καὶ διὰ τῆς ὀσμῆς μόνης τοῦ κρόκου πάσχομεν πολλάκις. Quanquam multa ad hunc locum dici possint, unum tamen tantum respondebo. Nam ex loco citato non sequitur usum croci plurimum non fuisse, & à delicatissimis odoris, suaveolentiæq; gratia non usurpatum. Contrarium ex multis probatur auctoribus. Propertius lib. 3. Eleg. 8.

Sit mensæ ratio, moxque inter pocula currat,
Et crocino nares murreus ungat onyx.

Annotatum est à Plutarcho; Isocratem, qui pronus esset in Venerem, κρόκῳ διάβροχον ἔχειν τὸ προσκεφάλαιον. *Habere pulvinar croco madens.* Stepsiades ille apud Aristophanem describens habitum, & mores uxoris suæ delicatulæ, numerat crocum inter ea, quæ serviūt luxui. Ἡ δ' αὖ μύρου, κρόκου, καταγλωττισμάτων (ὄζει) *Hæc verò (olet) unguentum, crocum, oscula.* Quæ, ut illic ait, fiunt columbatim. Tam gratus, tam acceptus apud veteres croci fuit odor, ut tota theatra croco fluerent, quod spartio & κροκόρραντοις dicebatur.

Lucretius:

Et cum scena croco Cilici perfusa recens est.

Propertius de priscis Romanorum moribus.

Nec sinuosa cavo pendebant vela theatro,
Pulpita solennes non oluere crocos.

Solennes, id est, spargi solitos. Plinius lib. 21. cap. 6. *Tritumque ad theatrave rependa.* Spartianus in Hadriano: *In honorem Trajani balsama & crocum per gradus theatri fluere jussit.* Tradit Suetonius cap. 25. incedenti Neroni passim Romæ victimas cæsas, sparso per vias identidem croco. Quem morem esse vetustissimum, discimus ex loco Tryphiodori, ubi mulieres Trojanæ terram perfundunt vino odorato; nempe quod est mixtum croco.

Tryphiod. 20.

Αἱ δὲ θαλασσίης ἐπιμάζια νήματα μίτρης
Λυσάμεναι, κλωστοῖσι περίστεφον ἄνθεσιν ἵππον,
Καί τις ἀπειρεσίοιο πίθου κρήδεμνον ἀνεῖσα,
Χρυσείῳ προχέουσα κρόκῳ κεκερασμένον οἶνον,
Γαῖαν ἀνεκνήσωσε χυτὴν εὐώδεϊ πηλῷ.

Aliæ verò mammillaria fila transmarinæ mitræ
Solventes, connexis floribus undique coronabant equum.
Et aliqua resolvens vittam immensi dolii,
Profundens vinum mistum aureo croco,
Perfudit terram liquidam odorato vino.

Pro ἰνδάδι πηλῷ legendum videtur, ἰνδάδι οἴνῳ. De croci sparsione intelligendum Martialis carmen in lib. de spectaculis, Epigram. 3.

Festinavit Arabs, festinavere Sabæi,
Et Cilices nimbis hic maduere suis.

Lilium, Coryciumque, crocum optimum, croco vina mixta theatra, ut Plinius ait, replebant. Spargitur quoque crocus in lecto nuptiali. Martianus Capella,

Conscia jam Veneris nova serta parate Napææ,
Crocumque lecto spargite.

Fatendum tamen, minus luxuriosis, ac delicatulis gratius fuisse crocinum unguentum, quod ceram magis, quã crocum saperet. Cicero lib. 3. de Oratore. *Licet hoc videre in reliquis sensibus, unguentis minus diu nos delectari, summa & acerrima suavitate conditis, quam his moderatis, & magis laudari quod ceram, quam quod crocum olere videatur.* Ex hoc Ciceronis loco doctissimus Salmasius Plinium emendat, apud quem pro *cera*, *terra* legitur, libro 13. cap. 3. ubi ait. *In Marci Ciceronis monumentis invenitur, unguenta gratiora esse, quæ terram, quam quæ crocum sapiant: quando etiam corruptissimo in genere, magis tamen juvat quædam ipsius vitii severitas.* Nemo tam stupidus est, tamque iners, quin sciat, unguentis ceram, non terram addi. Gratius ergo unguentum, quod ceram magis quam crocum olebat, quod croci odoris suavitas acerrima, & summa. Malebant temperatiores crocinum unguentum, quod plus ceram, quam crocum spirabat, variis de causis, ac quidem imprimis; quod odor croci nimius caput lædat, mentem turbet, spiritus dissipet; cum crocinum unguentum, cui plusculum ceræ additum, capiti medeatur, mentem sedet & alacrem reddat, spiritus refocillet. Et hæ quidem causæ, cur Galenus croci usum nimium prohibeat. Sed hæc delicatiores, molles, effœminati nihil morabantur. Recte Cicero præstantiora dixit unguenta, in quibus plus ceræ, quam croci esset. Sed de crocino solo hoc pronuntiat Cicero, cujus apud Græcos Romanosque usus plurimus & nimius, & ad luxum & delicias magis, quam medelas. Athenæus libro 5. ubi Ptolomæi Philadelphi pompam describit. Πέντε μὲν τὰς πρώτας ἐν τῷ γυμνασίῳ πάντες ἐκ χρυσῶν ὁλκείων ἠλείφοντο κροκίνῳ μύρῳ. *Primis quinque postea diebus omnes in Gymnasio ex aureis arculis unguento crocino illiti sunt.* Idem libro 1. ubi de Archilocho loquitur: ἐκ χρυσέων ὁλκείων ἤλειφε κροκίνῳ, καὶ κινναμωμίνῳ, καὶ ναρδίνῳ, καὶ χρινίνῳ. Croci ergo usus plurimus, & malè vir summus crocinum minus suave ait, & medicinæ tantum utile. Immo verò crocino nihil suavius, nihil odoratius, nec usus ejus tam ad medelas, quam ad luxus & delicias. Crocinum unguentum non uno fiebat modo. Vide Dioscoridem libro 1. ubi optimum ait. Ἔστι δὲ αὐτοῦ κράτιστον, τὸ καταπνέον κρόκου πλέον, ὅπερ εἰς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν ἁρμόζει, δεύτερον δὲ τὸ τῇ σμύρνῃ περιεμφερές. (Lege ex Veteri codice, τὸ τῆς σμύρνης παρεμφαῖνον, ut cap. de cinamomo, metopio, telmo,) *Est porro præstantissimum, quod abundè crocum spirat, estque id usui medicinæ aptum: proximum verò quod myrrham redolet.* Tertium genus fiebat, ut Dioscorides docet, σὺν κηρῷ, καὶ κρόκῳ, καὶ μυέλῳ, καὶ ἐλαίῳ διπλασίονι. *Cum cera, croco, medulla, & oleo duplo.* Cicero præ cæteris laudat & præfert, quod plus ceræ quam croci continet, non ulla severitate aut luxuriæ odio, ut vult Plinius, sed solis sensibus magistris. Ea enim reliquis præstare dicebat, quæ moderatæ essent suavitatis; quæ verò acerrimæ ac meracæ, ob causas jam allatas repudiabat. Sunt verò maximè temperata unguenta, minusque acria, quibus plurimum ceræ admixtum est. Sed de hac quæstione satis. Spica ergo Cilissa est crocus, sive stamina croci. De croco Cilissa plura infra. Inter coronarias plantas crocum recenset Theophrastus; quod aspectu pulchrum sit, & odore præstans. Accedit alia causa, quod crapulam arceat. Plinius lib. 21. cap. 20. *Qui crocum prius biberint, crapulam non sentiunt. Ebrietati eo resistunt, coronæ quoque ex eo mulcent ebrietatem.* Hoc si verum, cur eodem hoc libro capite 4. ait de croco, *usus ejus in coronis nusquam?* Dioscorides libro primo, capite vigesimo quinto, Παρέχει δ' εὔχροιαν καὶ ἀκραιπάλους ἐστὶ σὺν γλυκεῖ πινόμενος. *Elegantem colorem præstat, crapulamque arcet ex passo bibitus.* An id præstat, quod vapores è ventriculo cohibeat ascendere ad cerebrum? An quod passum acredinem siccitatemque halituum temperet? An quod vini vapores discutiat? Certè non levem vim discutiendi habet. Sed hæc contra Serapionem, qui crocum non arcere, sed efficere ebrietatem, auctor est. *Crocus*, inquit, *inebriat inebriatione forti, quando ponitur in vino, & lætificat adeò, donec faciat insaniam excellenti lætitiâ.* Dicendum; medicamenta pro diverso assumendi modo, alias atque alias virtutes obtinere. Cicuta si cum vino sumatur, præsentaneum est venenum; si superbibatur vinum cicutæ, veneno resistit. Sic crocus si præsumatur, vapores ascendentes discutit, eosque ad cerebrum pervenire prohibet; si verò cum ipso vino bibatur, cerebrum & cor nimium exhilarat, ebrietatem promovet, vinique vim in actum ducit. Scribunt nonnulli, huic flori inesse naturalem facultatem adversus crocodilum, eosque qui in Ægypto mel colligunt, ne edatur à crocodilis, objicere eis crocum; eoque conspecto fugere ipsos. Phavorinus, Κροκόδειλος, παρὰ τὸ δειλὸς καὶ τὸ κρόκος γίνεται κροκόδειλος· καὶ γὰρ ὁ χερσαῖος κροκόδειλος φοβεῖται τὸν κρόκον. ὅθεν οἱ μελιττουργοὶ, ἐπειδὰν ἀνέρχεται καὶ ἐσθίῃ τὰ μέλι ἐπιπιβάσει ἔξω κρόκον, ὅνπερ ὁρῶν φεύγει. Ego à croco crocodilum non plus fugere puto, quam à nasturtio canem. Videamus quæ Theophrastus, quæ Dioscorides & Plinius de croco tradiderint. Theophrastus crocum optimè delineat; quod non facit Dioscorides, sed quod crocum præstantius, docet: quæ libro primo, capite nono & undecimo examinavimus. Ea quæ libro septimo aliisque locis tradit, suis locis ponderabimus. Quæ cap. hoc sexto proponit, ea modò hic explicabimus, & illustrabimus. *Crocum*, inquit, *natura herbaceum, folium angustum.* Idem repetit lib. 7. cap. 11. ubi postquam scripsit Narcissum folio angusto, addit, croco angustius esse. Eodem libro cap. 7. tragopogum folia croci habere ait longiora. Non malè fecisset, si addidisset, & angustiora esse croci, latiora tragopogi. De croci foliis hæc Plinius, lib. 21. cap. 6. *Usus ejus in coronis nusquam. Herba enim est folio angusto, penè in capillamenti modum. Sed vino mirè congruit, præcipuè dulci, tritum ad Theatra implenda.* Ὀψιανθὴς δὲ σφόδρα. Idem Plinius, *Floret Vergiliarum occasu paucis diebus, folioque florem expellit. Viret bruma & colligitur. Siccatur in umbra, melius etiam hyberna.* Idem Cassianus Bassus. Τὸ δὲ ἄνθος πρότερον ἀνίησι ἢ τὸ φύλλον. *Florem emittit ante folium.* Quod ipsa autopsia probatur. Objicit quis quosdam crocos primo vere cum leucoio florere, Martio Aprilique mensibus. Responsio facilis; crocos illos esse sylvestres, quique crocum sive filamenta, staminave odorata non ferunt, ideóque pseudocrocos **bastaert Safferaen** à Belgis vocari. Verus autem crocus ante folia, florem edit autumno, post æquinoctium, cui statim subsequuntur folia, totaque hyeme virent, æstate nullibi, magno naturæ miraculo, conspicua. Flos hic pulcher, colore cæruleo, Colchici flori similis, sed majori satura purpura nitet; in singulo flore stamina terna, quaternaque colore flammeo subrubentia, odore, cum inaruerint, forti, & caput implente, quæ cæteris partibus præferuntur, crocique propriè nomen obtinent. Siccari tradit in umbra Plinius. Idem Cassianus Bassus. Διοφάνης δέ φησιν ὅτι τὸν κρόκον ἐν σκιᾷ χρὴ ψύχειν. *Diophanes in umbra crocum siccandum esse tradit.* Idem qua ratione colligi debeat, docet. Ἀνθολογεῖται δὲ, ὅταν εὐχροήσῃ, ἐκ μέσου τοῦ ἄνθους ἑλκομένων τῶν κλωνίων, καὶ διαψυχομένων ἡμέρας γ' ἢ δ'. εἶτα καθαίρεται αὐτοῦ τὸ ἄκρον καὶ τὸ λευκὸν ἀφαιρεῖται, καὶ συντίθεται εἰς ἀγγεῖα εἰς δύναμιν πεπιλημένον. *Flos colligitur ubi bonum colorem adeptus fuerit, cuspidibus ex medio floris extractis, & ad triduum perfrigeratis ac siccatis (verte ad tridum siccatis) deinde summa ejus pars purgatur, & album quidem adimitur; componitur in vasis quantum fieri potest obturatis.* Radicem multam πολλὴν & carnosam & vivacem, inquit. Idem docuit lib. 1. cap. 9. & 11. Plinius loco citato. *carnosa & illi radix, vivaciorque, quam cæteris.* πολλὴν neglexit, cum constet copiosam habere radicem crocum. Καὶ γίνεται καλλίων καταπατουμένης τῆς ῥίζης. Plinius, *gaudet calcari & atteri, pereundoque melius provenit.* Antiquus noster codex: *gaudet calcari & atteri pede: pereundoque melius provenit.* M. S. codex: *atteri pedoque, quo melius.* Corrigunt *atteri pede, quo melius.* Scribe, ut in antiquo nostro: *atteri pede: pereundoque melius provenit.* An planta pereundo melior redditur? Ita. Ratio est, quod foliis (non enim ipsam radicem vult perire Plinius, sed folia) attritu & calcatu corruptis ac necatis, totum alimentum in radice retineatur; quæ anno sequenti, idcirco plenior, plures, meliores, & præstantiores flores edit. Radix præterea alimento turgida, quod in foliis exhaustum non est, diutius, lætiusque vivet, & tardius flaccescit. Theophrasti codex corruptus Non video,

video, qua ratione atteri calcarique inferius possit radix, humo tecta. Rectè doctissimi Robertus Constantinus, & Turnebus corrigunt, κατπατ. βόμενος πάντα τῆς ῥίζης. *Gaudet calcari pedibus, radiceque pede attrita melius provenit*. Non ipsa radix atteritur, sed folia, & humus, cui subest radix. Διὸ καὶ παρὰ τὰς ὁδοὺς, καὶ ἐν τοῖς κρηνίτοις. Iidem quos modo nominavi Clarissimi Litteratores ac Medici asserunt, auctoritate Plinii, Theophrastum ἐν κρουνοῖς pro ἐν κρηνιταίοις scripsisse. Falluntur: illud enim ἐν κρουνοῖς *in fontibus*; aliud *juxta fontes*. In fontibus aquaticæ proveniunt herbæ, ranæ morsus, lens palustris, potamogeiton, & similes. Quod Theophrastus dixit ἐν κρηνιτοῖς, eleganter, & subtiliter reddidit Plinius: *Ideo juxta semitas & fontes lætissimum. Iuxta fontes* vertit, quod circa fontes κρηνιταὶ sint, & ποσίκροτα, & trita pedibus euntium ad fontes & inde aquantium. Semitæ pedibus euntium ac redeuntium tritæ sunt: sic loca circa fontes retardantium, & manentium, quod propriè est κρηνιτὸν· τὰ κρηνιταὶ, *loca quæ pedibus saltantium pulsantur*: atque ita indurescunt, ut volgiolis & cylindris complanata esse videantur. Theophrasti itaque locum sic verte: *Ideoque juxta semitas, aliaque loca pedibus trita commeantium, pulcherrimum exit*. Hodie rustici diligentius crocum colunt, nec patiuntur in hujusmodi locis nasci. Capite sequenti croci plura agnoscit genera, ac ait, crocum esse sativum & montanum, & id quidem odoris expers. Recentiores, ut infra dicam, plura observarunt genera. Et hæc quæ de croco Theophrastus, & ex eo Plinius. Ad Dioscoridem venio, qui has de præstantissimo croco tradit notas lib. I. c. 25. Κρόκος ἐστὶ κράτιστος (in veteri codice non legitur κράτιστος, sed deinceps habetur, χρήσιμος δὲ ὁ πρόσφατος) ἐν ἰατρικῇ χρήσει ὁ Κωρύκιος, πρόσφατός τε καὶ εὔχρους· ὀλίγον τὸ λευκὸν ἐπὶ τῆς ἕλικος, ἐπιμήκης· ὁλομελὴς, ἄθραυστος (Ald. ἀθραυστος) ἀλιπὴς, βάπτων ἐν διέσει τὰς χεῖρας, (vetus τρίχας, vide quæ infra dicuntur) οὐκ εὐρωπιῶν ἢ ἰκμάζων, ἐπιτακτικὸς (vetus caret) δὲ ἐν τῇ ὀσμῇ καὶ ὑπόδριμυς· ὁ μὲν γὰρ τοιοῦτος ἢ παλαιός (Paris. δριμύς) ἐστιν ἢ βιβρεγμένος. *Crocum in usu medico præstantissimum est Corycium, recens ac probè coloratum, paulum candidi gerens in capreolo, oblongum, suis partibus omnibus constans, minimè fragile, aut pingue, plenum, cujus dilutum manus inficit, non cariosum aut humidum, odore illiciens ac leviter acre. Nam quod tale non est, aut vetustum est, aut maceratum*. Corycium crocum Martialis lib. II. epigram. 9.

> *Lassa* (vel potius *lapsa*) *quod hesterni spirant opobalsama Drauci*
> *Vltima quod Coryco quæ cadit aura croco.*

Castigandum hunc locum censuit noster Petrus Scriverius, superioribusque annis excudendum jussit, *ultima quod curvo*, idque ex fide membranarum, & conatus est, præ vulgata lectione erudito lectori commendare, τὸ *quod*. Nunc mavult, *quod Corico*, quàm *quod curvo*. Idem Martialis lib. 3. Epigram. 65.

> *Quid spirat tenera malum mordente puellâ,*
> *Quod de Corycio quæ venit aura croco.*

Plinius loco citato, *Sed nec ubiq: fœcundum, etiam Cyrenis, ubi semper flores laudatissimi. Prima nobilitas Cilicio, & ibi in Coryco monte*. Quod de Cyrenensi croco scribit, infra examinabo. Supra cap. de rosa diximus, crocum Cyrenense excellere. Hoc si verum, quomodo prima nobilitas Cilicio debetur, & in Coryco monte. Præstat Cyrenense ad tingenda, imbuendaque ligna, thyina, aliasque res; præstat & aliis usibus. At verò excellit in medio usu Corycium, & quidem, ut Plinius ait, quod in montibus provenit. Duo sunt genera Corycii croci; alterum in montibus provenit, alterum in specubus, ut Galenus & alii docẽt. Quòd in specubus, ut infra dicam, provenit, magis vegetum, ideoque ad alios usus, uti & Cyrenaicum præstantius, contra medicinæ haud commodum. Quare Plinius rectè, *& quod in Corycio monte*, dixit. Optimum crocum, Dioscorides εὔχρουν ait, bono ac pulchro esse colore. εὔχρουν Marcellus interpretatur, quod coloris sui bonitate rubet. Fortassis, quod apud Galenum legatur lib. I. de Antidotis cap. 14. πρόδηλον δ' ὅτι καὶ ξανθότριχός ἐστι, ἄριστος εὐωδέστατος ὁ ἄρτιος & χρόνῳ πλείονι παραμένειν ἀκμαῖος. *Perspicuum est optimum crocum ξανθότριχα esse, & plurimum redolens, quodque longo tempore utraque hæc servari potest*. Interpres ξανθότριχα summè flavum interpretatur; qualis croci non est color, nisi fortè quis velit ejus dilutum manus luteo flavoq; inficere colore. Sed de tinctura non agit Galenus, nec ξανθὸς apud Botanicos *flavum* significat. Dioscorides lib. I. cap. 5. nardum ξανθὸν ait. Quis verò Neotericorum flavum vidit nardum. Ruffa est, qualis ferè croci fila. Idem carpobalsamum lib. I. cap. 18. ξανθὸν refert. Alpinus oculatus testis carpobalsamum rufescere inquit. Quod ipsa probat autopsia, & ex ipso probatur Theophrasto, cum lib. 9. cap. 6. balsami fructum magnitudine, figura, colore, terebinthi fructui similem facit. Terebinthi fructus, ut ipse lib. 3. cap. 15. tradit ἐρυθρός, Idem Dioscorides lib. I. cap. 72. styracem optimum ξανθὸν docet. Plinius libro 12. cap. 25. *ruffum* interpretatus est. Ruffus color flavo obscurior, qualem fere in bobus videmus. Τὸ ξανθὸν ruffum esse, probatur ex Suida. ξανθὸς δὲ ὁ ποταμός· ξανθὸς δὲ ὁ πυῤῥός. Hesychius, ξανθὸν· πυῤῥόν. Supra dixi, crocum, ξανθότριχα vocari. Poetæ Latini *rubra fila* exponunt. Ovidius lib. I. fastorum.

> *Nec fuerant rubri cognita fila croci.*

Alibi ipsum crocum rubrum ait.

> *Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.*

Claudianus.

Virgilius.

> *Nec glaucas calices, casiamque, crocumque rubentem.*
> *Et Tyrio dignum terga rubere croco.*

Lucan. lib. 9.

> *Vtque solet pariter totis effundere signis*
> *Corycii pressura croci; sic omnia membra*
> *E misero simul rutilum pro sanguine virus,*

Non male itaque Marcellus εὔχρουν reddidit, qui coloris sui bonitate ὀλίγον τὸ λευκὸν ἔχει ἐπὶ τῆς ἕλικος. Capreoli sunt claviculi intorti in vitibus, & veluti quidam Cinni, in tenerioribus pampinis apparentes, quibus vitis veluti manibus quibusdam adminicula complectitur. Croci capreolos vocat, quorum usus est in re medica. Hi nõ vere, capreoli, sed eòrum formam aliquo modo imitantur. Optimum Corycium crocum Dioscorides paulum candidi habere scribit. Plinius novum genus à Corycio diversum formavit, aitque loco citato, *Est per se genus sativi blandissimum vulgo, cum sit medio candidum, dialeucon vocant*. Scribe ex antiquo nostro codice. *Est per se genus sativi blandissimum vulgo, cum sit mediocre: dialeucon vocant*. (Ita lege, codex habet, *Deliacon vocãt*.) Ait genus illud sativi blandissimum vulgo esse, cum tantum sit mediocre, id est, de optimis non sit. Cur dialeucon appelletur non tradit. Notum id ex vocabulo. Docet tamenunde nomen illud acceperit, cum ait. *Contra Cyrenaico, vitium, quod omni croco nigrius*. Ergo ab albedine, quod majore albo distinctus sit. Dioscorides tamen optimum ait, quod paullum candidi in capreolo gerit. Ἄθραυστον ita apud Oribasium & Ætium legitur. In Aldino tamen legitur sensu plane contrario, εὔθραυστον. Quam lectionem probare videtur Plinius. *Probatio*, inquit, *sinceri, si imposita manu crepat, veluti fragile: humidum enim quod evenit adulteratione, cedit*. Ita vulgati codices habent: in antiquo nostro legitur, *Probatio sinceri imposita manu crepat veluti fragile: humidum enim quod evenit adulteratione sedit*. In altero exemplari, ut notat Clariss. Salmasius scriptum est, *crepit & sedit*. doctiss. Turnebus corrigit; *humidum enim, quod evenit adulteratione. silet*, ut verbo, inquit, *crepat opponatur*. Et si enim quæ cedunt, non sonãt, nec crepant: tamen silẽt aptius aliquanto videtur. Corrigunt alii: *humidũ enim quod evenit adulteratione sidit*. Sincerum, ajunt, crocum quod est εὔθραυστον, si imposita manu prematur, statim crepitat veluti fragile & rumpitur. Quod humidum est ex adulteratione, manu pressum subsidit nec crepitat, velut fragile. Non vult Plinius, crocum fragile esse, & facile rumpi, sed crepare tanquã fragile esset, sic glacies crepat quidem, non tamen frangitur. Contra omnium probatissimorum scriptorum auctoritatem scriberet Plinius, si vellet crocũ fragile esse, ac facile rumpi. Lege Galenum, Ætium, Oribasium, omnes habent ἄθραυστον. Ait ergo Plinius, sincerum crocum crepare: non aliter ac si fragile esset. Quod hodie etiam in optimo observatur croco, nec adulteratum subsidet, sed silet, sonumque nullum emittit. Recte ergo Turnebus pro *sedet*, vel *sedit*, ut in antiquis codicibus, *silet* reposuit. Cæterum, ut utrique sententiæ satisfaciam, dico ἄθραυστον esse crocum, dum adhuc floridum, & naturali humore uvidum est. εὔθραυστον vero cum exsiccatum est. Tum enim (res nota satis pharmacopæis) & facile comminui, & in pulverem reddi potest, cum uvidum naturali humore minimè sit friabile sed tenax. Sequitur, ἀλιπὴς, *minime pingue*. In Parisiensi codice scribitur, ἀνελλειπὴς, *cui nihil deest, perfectum*. Aldin. codex habet ἀναληπὴς: quomodò & Marcelli codex; sed legit idem ἀλιπὴς. Vertit enim *squalidum & sine unguine*. Apud Oribasium collect. lib. II. ἀνελλειπὴς reperitur, interpres vertit, *non mancum*. Synop. verò lib. II. cap. 54. ἀλιπὴς. Quam lectionem secutus est. Ætius lib. II. ὁλομερὴς, εὔχροος,

φ**Ⓞ**, πλήρης, ἄθρυγος Ⓞ· ἀλίπης. Parisiensis codicis lectionem alii probant, alii improbant. Qui probant, suam stabiliunt opinionem hoc argumento. Quod pulchre cum sequenti attributo, πλήρης conveniat, ut sit πλήρης, id est, *plenus*. Vult enim Dioscorides, florem seu comam & ipsum crocum suum implere scaphum, ut nihil desit, sed plena sit, & velut per totum scaphum densa croci coma, ut sit πλήρης, veluti interpretatio præcedētis ἀνακλιπης, λίξιως. Hanc qui rejiciunt, hoc utuntur argumento, quod ἀνακλιπὴς & ὁλομελὴς, vel, ut apud Ætium, ὁλοκερὴς, idem significant. Alterutrum ergo, inquiũt, abundat. Quare, ex altero Oribasii loco, & Ætio ἀλιπὴς legunt. Huic lectioni refragatur Plinius, qui ὑλιπὴς vel ἰκλιπὴς legisse videtur. Nam ait, *optimum ubique quod pinguissimum, at brevibus capillis, pessimum vero quod situm redolet*. Respondeo, apud Plinium *pingue* accipi pro læto, crasso & vegeto. βάπτων ἐν διεσ͂ τὰς χεῖρας, *in diluto manus inficiens*. Vox διεσ, *madefactio, transcolatio, perfusio non pertinet ad manus*. Pro διεσ͂ scribe ex Oribasio 2. synop. & Ætio τίεσ͂ *attritu digitos facile tingens*. Hanc probat lectionem Isidorus, cum scribit; *& cum carpitur manus tingens*. Verbum πιέζειν sumpsit, ut vulgo tum in Græcia sumebatur, pro *carpere* vel *capere*. Ut etiam Actor. cap. 3. vers. 7. & cap. 12. ver su 4. accipi debet. Sed parum interest, utro sensu exponatur. Nam & dum teritur & carpitur, manus inficit. Facile teritur, si, ut Ætius & Oribasius scribunt, in sole contineatur, aut in fictili novo siccetur. Πρὸς ᾗ τὸ ἰυλίαντος εἶναι, δεῖ ἐν ἡλίῳ ψύχειν ἐπ' ὀστράκῳ καινῷ. Laudat crocum Dioscorides non cariosum aut humidum. Adulteratum enim hoc, vel corruptum. Probat denique illud crocum quod odore illiciens & leviter acre est. Plinius, *humidum enim, quod evenit adulteratione silet*. Altera probatio, si manu prolata ad ora, leniter faciem oculosque mordeat. Dioscorides odore hoc vult præstare crocum. Sed nihil impedit, utrumq; præstar. De croci odore vide lib. 4. de caus. cap. 22. Atque hæc de priori croco. Δευτερεύει δὲ ὁ ἐκ τῆς πρὸς Λυκίαν Καρυκείου, καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ Λυκιανοῦ Ὀλύμπου. Non parum negotii doctissimis quibusdam viris hic fecit locus, aliter atq; aliter aliis legentibus ac interpretantibus. Nōnulli vertunt, *Secundus locus datur Corycio è tractu Lyciæ cōtermino*. Quasi scriptũ esset, ὁ ἐκ τοῦ πρὸς Λυκίαν Κωρύκου, Negant alii ex sententia Strabonis l. 14. ejusce nominis & littus & oppidulum in Lycia esse, sed ipsis τῆς πρὸς Λυκίαν supplētibus χώρας aliter vertere visum fuit, quasi (quod est vero similius) voluerit auctor, secundum à Corycio prius commemorato locum obtinere, qui è tractu Lyciæ contermino devehitur. Placet doctissimi Salmasii conjectura, δευτερεύει ἐκ τ͂ πρὸς Σελεύκειαν Καρυκίου. Nihil propius videtur. Primatum dat croco Corycio, ex monte scilicet Coryco. Nam ἰθυικὸν Καρύκιος, ἀπὸ τ͂ Κώρυκος. Secundas tenet, κρόκος ἐκ τῆς πρὸς Σελευκίαν Καρυκίου, subintellige κοιλάδος. Coryciam intelligit vallem, vel antrum Corycium. Hæc vallis haud longe à Seleucia Trachea, quæ ad Calycadnum amnem sita est. Corycos mons ad mare: at Corycia vallis viginti supra eam stadiis introrsum à mari recedit, & Seleuciam accedit, Ptolomæus in ora maritima ordine recenset, Καλυκάδνυ ποταμοῦ ἐκβολάς, Ζεφύριον ἄκρον, Κώρυκον. In Mediterraneo ad Calycadnum posita Seleucia, cui vicina est Corycia, vallis duobus millibus, & quingentis passibus à mari distans. Stephanus tamen Grammaticus Καρύκιον antrum prope oppidum Corycon collocat. Κωρύκος πόλις Κιλικίας, παρ' ᾗ τὸ Κωρύκιον ἄντρον νυμφῶν. Salmasius Stephanum antrum & montem Ciliciæ Corycum confundere scribit. Huic rei non insistam. Strabo lib. 14. ubi antrum hoc describit, dicit esse 20 stadia supra Corycum promontorium. Μετὰ δὲ τὸν Καλύκαδνον ἡ Ποικίλη λεγομένη πέτρα, κλίμακα ἔχουσα λατομητὴν, ἐπὶ Σελεύκειαν ἄγουσα. Εἶτ' Ἀνεμούριον ἄκρα, ὁμώνυμος τῇ προτέρᾳ καὶ Κραμβοῦσα νῆσος, καὶ Κώρυκος ἄκρα, ὑπὲρ ἧς ἐν εἴκοσι σταδίοις ἐστὶ τὸ κωρύκιον ἄντρον, ἐν ᾧ ἡ ἀρίστη κρόκος φύεται. ἔστι δὲ κοιλὰς μεγάλη κυκλοτερὴς, ἔχουσα περικειμένην ὀφρὺν πετρώδη, πανταχόθεν ἱκανῶς ὑψηλήν· καταβάντι δὲ εἰς αὐτὴν ἀνώμαλόν ἐστιν ἔδαφος καὶ πολὺ πετρῶδες· μεστὸν δὲ τ͂ θαμνώδους ὕλης ἀειθαλοῦς τε καὶ ἡμέρου, παρέσπαρται δὲ καὶ ἐδάφη τὰ φέροντα τὸν κρόκον. Scribe τὴν κρόκον, vel lege supra ἐν ᾧ ὁ ἄριστος κρόκος. In fœminino genere κρόκος apud alium, quod sciam, non reperitur, quam apud Strabonem. *Post Calycandum est petra Poecile, id est varia, dicta, cui incisi sunt gradus, qua itur Seleuciam. Deinde Anemurium, ejusdem cum priore nominis promontorium supra quod ad 20 stadia antrum est Corycium, in quo optimus crocus nascitur. Est autem caverna ingens, rotunda, saxosa, cincta supercilio undiquaque satis alto, in quam ubi descendens, solum est inæquale. Saxosum verò, plenum virgultis semper virentibus, ac domesticis. Iuxta consita sunt quæ solum crocum ferunt.* Vides antrum illud propè Seleuciam esse. Certè ergo, δευτερεύει πρὸς τὴν Σελευκείαν Καρυκίου. Nullum in Lycia vel prope eandem Corycium. Corycium antrum longè à Lycia. Item Corycus mons. Straboni facile ignosci potest, qui dixit optimum in antro jam memorato nasci crocum. Dioscorides secundum locum huic tribuit: nec optimus fuit, quanquã à multis pro optimo haberetur. Galenus lib. primo de Antidotis cap. 14. Κρόκον δὲ τὸν Καρύκειον, ἐπαινοῦσι μὲν ἅπαντες οἱ παλαιοὶ μέχρι καὶ τῶν ποιητῶν. Ἐγὼ δὲ ἀκριβῶς τό, τε Καρύκειον ἄντρον ἐν ᾧ γεννῆται, καὶ τὸν κρόκον αὐτὸν ἰθεασάμην, εὐτραφῆ μὲν, οὐ μὴν ὑπὲρ ἅπαντας τοὺς ἄλλους, οὔτ' ἰσχύι τῆς ἐν τῇ ὀσφραντικῇ ὀδμῆς, οὔτ' ἐν τῷ μονίμῳ διαφέροντα. *Crocum verò Corycium cum omnis antiquitas, tum Poetæ quoque laudant. Ego verò antrum Corycium, in quo gignitur, & crocum ipsum acuratius inspexi, vegetum quidem, non tamen odoris magnitudine, vel diuturnitate alios excedentem.* Crocus qui duas has non habet notas, optimus dici non potest. Galenus loco citato ξοὖδεις δὲ ἀπ' ᾧ κρίνειν ὑμᾶς τὸν ἄριστον ἐ τῷ κτ. τὴν εὐτροφίαν ὑπερβάλλειν; *quibus signis & vos optimum ab ignavo dijudicare consulo non autem quod supra modum vegetum est.* Hanc ob causam Dioscorides crocum Corycium, quod in monte provenit, præstantius dicit, quam quod in antro nascitur. Ratio est, quod crocus, ut Theophrastus 6 docet, parvo alimento sit contentus, locisque minus humidis siccioribusque odoratior. Vide lib 6. de caus. cap. 23. Antri Corycii solum humidius, (umbrosum enim) totus quippe interior situs antri lucis ex summo vertice impendentibus inumbratur. Loca umbrosa, quia halitibus plena, humore abundare solent. Cæterum præter Corycium antrum & montem Cicilici Dionysius de situ orbis, aliam habet Corycium urbem Pamphilæ; de qua in his versibus:

> Ἄλλαι δ' ἑξείης Παμφυλίδες εἰσὶ πόληες
> Κώρυκος, Πέργη τε καὶ ἠνεμόεσσα Φάσηλις.
>
> *Aliæ autem deinceps Pamphylicæ sunt urbes,*
> *Corycus, Pergaque, & ventis apta Phaselis.*

Ad hos versus Eustathius ex Strabone hæc refert.

> Κώρυκος καὶ Φάσηλις Παμφύλων τόποι.

An igitur verba Dioscoridis accipi debēt de croco Pamphyliæ? Nullum certè dubium quin possint & de Corycio antro Ciciliæ, & de Coryco Pamphylico accipi. Posterior si magis arrideat sententia, lege, Δευτερεύει δὲ ἐκ τῆς πρὸς Λυκίαν Καρύκου, καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ Λυκιανοῦ Ὀλύμπου. Præstantissimum ait crocum, quod circa Corycum Ciliciæ nascitur; ob hoc optimum ait, quod ex Coryco prope Lyciam advehatur, & ex Lyciaco Olympo. Corycus autem. & Olympus loca sunt vicina. Olympum Lyciæ montem esse & urbem ejusdem nominis, docent Geographi. Huic adjacet littus Corycium, vel, ut alii volunt, oppidum. Κώρυκον τὸν πρὸς Λυκίαν Κώρυκον dixit, quod quidam Paphyliæ tribuerent. Totus ille tractus Olympi Lyciæ & Coryci ad Lyciam usque croco refertus fuit; quod tamē cedebat Corycio Ciliciæ. Lycia est regio Asiæ minoris inter Pamphyliam & Cariam sita. Facile ergo fieri potuit, alios Corycum oppidum Pamphyliæ, alios Lyciæ adscripsisse. Plinius lib. & capite citato. *Prima nobilitas Cilicio, & ibi in Coryco monte: deinde* Lycio, *monte Olympo.* Legit ergo nec ineptè, nec indoctè; δευτερεύει τοῦ ἐκ τ͂ πρὸς Κιλικίαν Κωρυκοῦ ὁ ἐκ τοῦ Λυκιάτου Ὀλύμπου. Virgilius quidem crocum laudat ex Lydia, sed. quod colligitur in Tmolo monte.

> *Nonne vides croceos ut mittat Tmolus odores,*
> *India mittat ebur.*

Commentator cum legisset crocum Cilicium optimum, Tmolum montem Cilicium scripsit. Quod valde absurdum. Docet Plinius, Tmolum montem in Lydia Sardibus vicinum. Idē Ptolomæus asserit tabula 1. Asiæ. Sequitur; εἶτα ὁ ἐξ Αἰγῶν τῆς Αἰτωλίας. *Mox quod ex Ægis Ætoliæ adfertur.* Æga, ut ait Strabo, promontorium est Æoliodos non procul à Caju fluminis ostio. Κείμενον ἐν τῇ Καναίᾳ· αὕτη δὲ μέχρι τῶν Ἀργινουσῶν διήκει, καὶ τῆς ὑπερκειμένης ἄκρας, ἣν Αἶγα τινὲς ὀνομάζουσιν ὁμωνύμως τῷ ζώῳ. *Situm in regione Camena: ea regio usque ad Argimusas pertinet, iisque imminens promontorium, quod Æga nonnulli appellant, quasi capram.* Plinius lib. 5. cap. 30, Ægæ oppidi in Æolio meminit. Nusquam legi Ægam Ætoliæ oppidum vel promontorium esse. Scribo ergo πρὸς Αἰτωλίας, Αἰολίας vel Αἰολίδος. Ὁ δὲ Κυρηναϊκὸς ὁ ἐκ Κεντορίας, πάντων τῶν κτ. τὴν Σικελίαν, ἀσθενὴς κτ. δύναμιν (vetus addit μελανίζων) λακκώδεις ὄντες πάντες· διὰ μὲν τοι τὸ πολύχυλον καὶ εὔχρουν οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τὴν ὕλην βάπτοντες, τούτῳ χρῶνται πολλοῦ δὲ πιπράσκεται διὰ τοῦτο· εἰς δὲ τὰ φάρμακα, ὁ προγεγραμμένος ἐστὶ χρήσιμος. *Cyrenaicum vero, & quod ex Centuperino Siciliæ agro, viribus minus pollent,*

quippe cum sint olerum instar omnia sativa. Verumtamen propter succi copiam & coloris bonitatem, qui in Italia ligna Thyina inficiunt. Hoc postremo utuntur: atque ideò etiam magno venditur, sed ad medicamentũ, quod primo loco descriptum est, utilissimum existit. Doctiss. Lonicerus legit; Ὁ δὲ Κυρηναϊκὸς ὁ ἐκ Κινβερίας μετὰ πάντων τῶν κατὰ Σικελίαν. *Cyrenaicus crocus & Centuperinus cum omni qui per totã Siciliam crescit.* Clariss. vero Saracenus restituit. Ὁ δὲ Κυρηναϊκὸς, καὶ ὁ ἐκ Κεντορίπης τοῦ κατὰ τὴν Σικελίαν. Aut etiam, si mavis, ut pro vocabulo vocabulum restituatur, scribe. Ὁ ἐκ Κεντορίπης προτιμῶν τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν. Quasi voluerit Dioscorides, Centuperinum crocum inter reliqua Sicilica, Sicula sive Sicania primum locum obtinere, quamvis alioqui æquè, ac Cyrenaicum viribus ignavum esse fateatur. Plinius loco citato. *Mox Centuripino Siciliæ, aliqui Phlegræo secundum locum dedere.* Doctissimus Turnebus ex Dioscoride corrigit, *aliqui Ægæo.* Malunt alii *Heræo*, alii *Theræo*. Vulgata si non placet, Turnebi sequere. Phlegra oppidum Macedoniæ maritimum. Phlegræus ager Campanus, sive Laboriensis, Puteolis vicinus, fertilissimus panici, farris, rosarum. Ex iis duobus locis, vel fortassis alterutro, crocus nobilis & excellens fuit. Laudat idem Plinius crocum sylvestre, libro 21. cap. 6. *Crocum*, inquit, *sylvestre optimum, serere in Italia minimè expedit, ad scrupula usque similia areis decoquentibus. Seritur radicis bulbo. Sativum latius, majusque & nitidius, sed multo lævius, degenerans. Sed nec ubique fœcundum, etiam Cyrenis, ubi semper flores laudatissimi.* Hæc corruptissima & sine sensu. Alii aliter atque aliter hunc locum exponunt. Areæ, inquit Dalecampius, singulæ vigesima quarta parte minus fructus reddunt, quam impensæ factum est. Scrupulum vicesima quarta unciæ pars est. Quod si ad drachmam id exigas, cujus scrupulum tertia pars est, sensus est, tertia parte minus fructus percipi, quam impensa constiterit. Alia Salmasii sententia. *Hoc*, inquit, *quid sit nescio: inquinatissima tantum esse scio, nec ignoro quomodo explicent. Optimum & vetustissimum exemplar Bibliothecæ Thuaneæ, disertim scriptũ præfert,* acris pro areis. *Omnino legendũ*, ad scrupula usq; singula arcis decoquens. *Seges comparatur debitori; qui si bonum nomen est, cum fœnore reddit quod accepit: si minus, creditori suo decoquit. Columella; nã res ipsa domino decoxit. Plinius, dummodo notum sit, eum, qui acceperit hoc cognomen, decoxisse debitoribus suis. Seneca debitor tibi decoxit. Ita igitur & croci seges arcis decoquere dicitur eleganter, quæ impensam domini frustratur. Ait crocum decoquere ad scrupula usque singula. Quomodo hoc intelligendum? Minus vagè laxèque hoc concipi videtur, & locutio ipsa vix satis mihi probatur. Nullum propius est nummi genus, quod resolvi possit in scrupula, quam denarius. Ita ergo intellexerit: Tria argenti scrupula in denario, sive dragma croci seges mala nomina imitatur, & tertia parte minus reddit quam creditum est. Sic usque ad scrupula singula decoxit, cum in Italia seritur, & pro tribus quæ impensa sunt scrupula tantum reddit bina. Sed hoc sensu melius legerim,* ad scrupula usque in singula 10. *In singulos denarios usque ad scrupula decoxit. Nihil verius; nota denarii loco corrumpendo ansam præbuit, quæ sexcentis locis apud Plinium posita à librariis vel correctoribus depravata est. Arcæ porro receptacula nummorum juvenalis, Positâ sed luditur arca. Inde duplex solvendæ pecuniæ ratio; domi ex arca, aut in foro de mensa. Ab arca qui pecuniam dispensat arcarius dictus. Valerius Maximus lib. II. cap. I. Inde ab Oceani littoribus attracti pisces, inde infusæ culinis arcæ, censibusque edendi atque bibendi voluptas reperta. Qui locus editur corruptissimè. Persistit in eadem metaphora Plinius de croco, additque, sativum lætius magisque & nitidius, sed multo lenius; denegans ubique, nec fæcundum. Etiam Cyrenis ubi semper flores laudatissimi. Denegat creditum malus debitor & decoctor: sic crocum non tantum in Italia decoquere arcis ejus, à quo seritur, sed ubique denegare dicit, etiam Cyrenis, ubi flores ladatissimi hodiè leguntur. Sativũ lætius majusq;, & nitidus, sed levius degenerans, sed nec ubique fæcundum, etiam Cyrenis.* Hæc Clariss. Salmasii sententia à nobis improbari non potest. Crocum minimè fœcundum Cyrenis, cum ait, planè contra sententiam scribit Theophrasti, qui capite præcedenti optimum esse dixit, ut à nobis annotatum est. Cur ergò à Dioscoride pro optimo non habetur? Dicendum, Dioscoridem croci præstantiam æstimare, quatenus ad usum medicum usurpatur, Theophrastum verò quatenus vegetum, & ad alios usus fit præstans. Dioscorides Cyrenaicum & Centuperinum viribus minus pollere tradit, quod sint omnium olerum instar sativa. An igitur sativum, & cultum crocum ideò minus bonum, quod sativum sit? Ita videtur: ea & Plinii sententia. Crocum sylvestre optimum. Sativum latius, majusque ac nitidius, sed multo lenius. Doctiss. viri per sylvestre crocum Plinium intelligere volunt, non quod sponte nascitur, agreste, in urbanum, sed exoticum, aliunde advectum. Italicũ enim fructuosum & quæstuosum non est. Nobis haud probabilis hæc videtur sententia; quod sequatur, *sativum latius, majusque*. Opponit ergo Plinius sylvestri sativo, sylvestre melius, quod loca sylvestria minus humida & pinguia, crocum autem, quia pauco parvoque alimento cõtentum, in sylvestribus odoratius fit, quam cultis pinguibusque. Alimentum enim concoquere nequit, ut lib. 4. de causis, cap. ult. docet. Verumtamen propter succi copiam & coloris bonitatem Itali hoc, ut ait Dioscorides, θύαν inficiunt. Θυΐα vel (ut in aliis legitur codicibus) θυεία *mortarium est.* Aristophanes in nubibus. Ἐν θυείᾳ στρογγύλῃ γ' ἀνεμάττετο, *in rotunda pila pinsebat.* Sed quæ in tingendis croco mortariis utilitas? aut quis usus crocei coloris ex mortario? Corrigunt idcirco nonnulli, leguntque ex Plinio, Θύαν. Corycium, inquiunt crocum, ut præstantissimum, in Medicina tantum locum habebat. Centuperinum verò crocum, quod multi succi esset, & valde coloratum, theatris replendis & inficiendis adhibebatur. Crocum usum habuisse in Theatris, supra diximus. Verùm, eo theatra non tingebantur, sed in iisdem spargebatur odoris ac suavitatis causa. Sed ponamus, tincta fuisse croco: tamen pro θυίαν, θύαν legi non potest, quod sensus non satis sit bonus. Lego ergo, cum doctissimi viris Vicellio & Saraceno, Θύϊαν, & verto, *qui in Italia ligna thyina inficiunt, hoc postremo utuntur.* Ex hac enim materia tanquam incorrupta, memoratas veterum templorum contignationes, aliaque pretiosiora opera, ut lib. 5. tradidit Theophrastus, conficiebant. Ea verò ligna ornatus gratià croceo aureoque colore infici solita, mihi fit verisimile: quemadmodum & hodiè variis coloribus inficiendorum etiam multo viliorum lignorum varia passim visuntur artificia. Δολοῦται δὲ μίξει κροκομάγματος κεκομμένου· ἢ διὰ ἑψήματος (vet. cod. ita legit. ἢ λιθαργύρου ἢ μολυβδαίνης διὰ τὸ βάρος ἑψήματι ἀλείφεται· δηλοῖ) ὑπαλειφόμενος συντετριμμένου, εἰς τὸ βαρυσταθμεῖσθαι, λιθαργύρου, ἢ μολυβδαίνης· δηλοῖ δὲ ταῦτα τότε ἔντριχον κονιορτῶδες, καὶ τὸ τὴν ὀσμὴν ἑψηματώδη τυγχάνειν *Adulteratur autem admixto crocomagmate tuso, aut sapæ sublitu, intrita, simul quo pondus adjiciatur argenti spuma, aut plumbagine. Sed maleficium indicant, tum quod occurrit pulverulentum, tum etiam defruti odor.* Hodiè hoc modo non adulteratur, fraus nimis facile animadverteretur. Adjiciunt cartham florem, sed fraus percipi potest ex odore & colore. Minus enim rutile & odoratum est. Vino & aqua aspergunt, ut augeri pondus possit: quod item odore deprehenditur. Alii fumo induratam carnem admiscent, sed crocum hoc nec colore, nec odore præstat. Pharmacopœ & seplasiarii improbi, ut ponderosius fiat, locis subterraneis, & humectis servant. Crocus autumni initio cum sol in libram ingressus est, cauliculum emittit gracilem, tenerum, glabrum, in cujus summo flos est sex foliis constans, bessis longitudine, uncia paulo angustioribus, utrimque acuminatis, & inferius ubi conjunguntur omnino purpureis, intus sex staminibus ornati. Ex his tria brevia, angusta, colore flavia, positu erecta, & superficie pulveracea sunt: reliqua tria longitudine ipsa floris folia paulum excedunt, cum etiam ex clauso convolutoque flore, jam ex terra prodeunte, exertis capitibus proficiant: eadem inferius angusta, superius verò latiuscula existunt, & subtilissimis crenis, nonnullorum oculos subterfugientibus. Incisæ color est in russo puniceus. Ea collecta aroma celebre conficiunt, ab omnibus crocum, vel crocus appellatum, gustu amariusculum, odore jucundo, acri, late spirante, oculos aliquantum mordicante, lachrymas profundere cogente, & modicè cum suavitate non ingrata caput aggravante, somnumque conciliante. Ejus tam triti, quam integri parva portio magnã aquæ aut vini quantitatem, luteo aut citrino colore, ad puniceum inclinante tingit: flores unum atque alterum tantum diem postquam aperti fuerint, durant. Colchico similis omnino flos est, præterquam quod croci floris color magis ad purpuram vergat, & quod Colchum trita illa longa, puniceave stamina, quæ in croco sunt, minimè habeat. Floret etiam cum Colchico, aut paulò post cum ultimis Colchici floribus. Cum defloruit, vel cum adhuc floret folia emergunt, multa oblonga, valdè angusta, acuminata, & venosa prope terram aut in ipsa terra conjuncta fasciculorum, aut scoparum instar, ac membrana tenui involuta. Folia hæc hyeme non flaccescunt, sed sub ipsa nive virent, proximóque vere incrementum capiunt, donec ad initium æstatis, vel veris finem ad justum statum perveniant: in

quo

quo longitudinem habent pedalem, latitudine autem quartam unciæ partem non excedunt, eadem substantia venosa, id est, rectivenia sunt; & ab unâ parte angustis admodum cananiculis striata, ab altera vero sulcum habent minimè profundum, modicè candicantem, & per eorum medium usq; ad mucronem transeuntem. Radice nititur rotūdâ, bulbosâ, cum floret autē in latitudinem uncialem, aut majorē compressa, multis tenuibus capillatis fereq; reticulatis tunicis victorialis modo involutis, detractis tunicis tam foris, quam intus candida carnosa succosaque in superficie multis circulis cincta. A quibus ipsæ tum initiū sumunt: autumno cum floret singulari, sequenti autem vere & æstate duplici, atque alterâ alteri superius insidēte. Cum enim veris initio folia in crescunt, superior radicis pars, à qua folia exeunt, increscit, donec

Crocus.



æstate parentem sub se retentam quantitate æquet. Hac itaque vigentem, solidam succosamque constitutionem nacta, ipsa parens languida & flaccida redditur, atque autumno tota evanescit. Propagat se bulbosis oculis, ipsi radici adnatis: fibras ab inferiori parte in terra agit tenues candidasque nutrimentum attrahentes. Saporem radix habet dulcem aliquantulum nauseosum & tenuem. Ideóque salivam modicè elicientem. Colitur apud nos in agris. Seritur crocus in pluribus regnis & provinciis ubi in agris segetis modo latè viret: ut in Cilicia, Cyrenis in Sicilia, Italia, Pannonia, Germania, Gallia, Britānia. Gaudet, inquit Theophrastus, calcari pedibus: ideóque juxta semitas & fontes pulcherrimus exit. Seritur depositis radicum bulbis. Optimus, inquit Dioscorides, Coryceus: secundùm locum tenet, qui juxta Corycum versus Lyciam, & in Lyciæ Olympo: deinde ex Ægibus Ætholiæ, Cyrinaceus, & Centiru pynus omnium in Sicilia viribus minus pollent. Qui Aquila Vestinorum urbe adfertur primum sibi locum in Italia vindicare, Mattheolus ait: sed Aquilino tamen præstantior, qui circa Viennam Pannoniæ seu, ut vulgo, Austriæ nascitur. In Gallia nusquam vegetior quam in Agenensi agro, & Narbonensi, Ruellio teste. Propagatur etiam in Britanniæ insulæ meridionali parte, quam Angliam vocant, natus. Ex altera verò, & Septentrionali quam Picti & Scoti tenent reprobus est. Optimus autem ubicunque natus, qui pinguissimus, recens fragranti odore colore rutilo: pessimus squalidus & situm redolens. Crocus autumno florere incipit, statim, ut Theophrastus ait, primis imbribus Vergiliarum occasus. Aliquando tamen bis perannum flores vere & autumno. Sed autumnalisflos præstantior. Florem edit ante folia, quæ mox subsequuntur, & hyeme tota virent, æstate nullibi conspicua. Græcis similiter κρόκος, Latinis etiam crocum dicitur: Mauritanis Zaffaran; atque inde in Italia Zaffarano. Hispanis Açafran, Safra acatraon: Germanis *Saffran*, Gallis *Safran*. Præter crocum quæ staminum causa colitur sunt, & complures silvestres alii, sativum æmulantes, sed haud utiles. Unus autumno floret, reliqui vere: inter vernales nonnulli majores, latioribus foliis: alii minores, tenuifolii. Primus sive autumnalis folia habet oblonga, virentia, croci æmula: sed in quibus striæ quædam inalbicant. Flos dilutioris coloris Novembri viget: stamina crocea succedunt. Majo siliquæ angulosæ, in quibus semen: bulbus sativum refert.

Montanum hunc appellant Lusitani *Pie de Barro*. Meminit croci montani Theophrastus lib. 6. Crocus, inquit, tam montanus inodorus, quam sativus, autumno statim primis imbribus floret. Inter vernales agrestes crocos majoris ac latioris folii prior sativo foliis respondet; sed tamen paulo brevioribus; flosculus forma similis, albicans, cujus exteriora foris saturatæ purpuræ, ac violacei coloris lineolis striata: semen in siliquis angulosis; pro radice bulbus instar aliorum, stamina lutea, veluti autumnalis. Proximus foliis est paulo latioribus ac brevioribus. Species hujus duæ: unius flosculus albidus, purpureo nititur pediculo: alterius purpureus est; stamina pallescunt: bulbus minor quam croci sativi. Minorum silvestrium prior folia oblonga & gracilia promit, angustiora quam sativi: flosculum in brevi pediculo minorem subinde candidum, sæpè purpureum, foris tamen albicantem, & qua parte calyci insidet, luteolum; bulbus avellanæ magnitudine, albus, gustu adstringens. Alter minorum foliis antedicto similis: in brevi admodum pediculo ex terra prominet: flosculus ex octo foliolis compositus (cum aliorum senis constent) ex albido purpurascens: radix gemina, una alteri imposita, instar gladioli, quarum superior dulcis ac edulis, inferior flaccida. Tertius horum foliis paulo pluribus, & paulo crassioribus assurgit: flosculus exiguus purpureus; foris tamen tribus exterioribus foliolis dilutius, quasi virescentibus. Externi autem hi omnes Belgio sunt: autumnalis in Lusitaniæ quibusdā rupibus haud procul à mari nascitur: reliqui partim ex Italia missi, partim ex Hispanis, opera ac diligentia doctiss. C. Clusii ad nos pervenerunt, ex cujus observationibus horū descriptiones huc transtulimus. Silvestres croci vernales flores subinde Ianuario, aut Februario in nativo solo proferunt. Horum crocorum plures differentias observarunt recentiores, quos adeat diligens lector, utpote ex quibus omnia genera & varietates discere possit.

Διὸς ἄνθος vertunt, *Iovis flos*. Quod nomē, propter splendorem fulgoremq;, an formam venustam impositum sit, haud facilè quis dixerit. Tribus quatuorve in locis hujus floris mentionem facit Theophrastus, lib. 4. cap. 1. ubi inter suffrutices recensetur. Hoc capite semine provenire ait, & odore catere, cap. 7. æstate florere scribit. Suidas & Hesychius spinosam esse plantam volunt. Suidas, Διὸς ἄνθος, φυτὸν ἀκανθῶδες. Hesychius, Διὸς ἄνθος, τοῦτο οὐ λάχανον, ἀλλὰ φυτὸν ἀκανθῶδες φασὶν εἶναι οἱ περὶ Θεόφραστον. *Iovis flos non est ex olerum genere, sed planta spinosa, ut scribunt ii qui in Theophrasto versati sunt.* Ubi spinis præditum hunc florem tradiderit, nondum reperio: cap. 3. 4. & 5. hujus libri, ubi de spinosis & acanodis agit plantis, altum de eo silentium. Intereà spinosam non esse plantam, negare non ausim. Si spinosa; non rectò viri doctissimi conjiciunt, lychnidem coronoriam, cariophylleum florem, armerium, aut aquileam, Διὸς ἄνθος esse. Sed ponamus, spinis carere: nec tum lychnis coronaria erit Διὸς ἄνθος. Capite enim sequenti eodem quasi saltu, & Iovis floris, & lychnidis meminit. Longius aberrant, qui caryophylleum florem, Iovis florem esse volunt. Odoratus enim, longaque & angusta habet folia. Aquileia Majo mense sive vere floret, æstatis Iovis flos. Armerius flos Διὸς ἄνθος nomen forte meretur, propter insignem floris venustatem, nitorem, nec non coloris varietatem. De armerio, caryophylleoque flore hoc loco nonnihil dicenda. Armerius in caryophylleorum numerum recipi debet. Cariophylleus dicitur ab odore caryophyllorum; nonnulli betonicum vel betonicam Dioscoridis alteram esse scribunt. Hujus descriptio inter notha spuriaque Dioscoridis reperitur. Βετονικὴ γεννᾶται ἐν χορτοκοπείοις καὶ ὀρεινοῖς τόποις, καὶ καθαροῖς καὶ ἡμέροις· ἀεὶ τὰ γεννήματα ἔχει δὲ τὴν μὲν ῥίζαν ὅλην ἐρυθρὰν καὶ εὐώδη, τὰ δὲ φύλλα πράσινα, καὶ τὸ μέσον τῶν φύλλων φοινικοῦν, καὶ εἰς τὸν ὀρθοκάλαμον τρίγωνα, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἄνθη πορφυρίζοντα. *Betonica nascitur in pratis, & montosis locis, itemque mundis & cultis* (interpres σκιεροῖς opacis) *radicem habet totam rubentem, & odoratam, folia porraceæ, & medium eorum puniceum in recto calamo triangula, & in ipsis flores purpureos.* Caryophyllei

phyllei radix tota rubens non eſt: folia quidem porracea ſunt, ſed triangula haud rectè dici poſſunt, nec in medio eorum punicei quid apparet. Alia doctiſſ. Turnebi eſt ſententia. Hic caryophylleum facit cantabricam Plinii lib.25.c.8. *In eadem Hiſpania inventa eſt Cantabrica, per divi Auguſti tempora à Cantabris reperta: naſcitur ubique, caule junceo pedali, in quo ſunt floſculi oblõgi velut calathi, in his ſemen perquam minutum.* Nec caryophyllei ſemen perquam minutum, nec flos oblongus veluti calathus, niſi forte calicem qui florem continet velis Plinium pro ipſo flore deſcripſiſſe. Rectè Ruellius florem hunc incognitum veteribus dixit. *Mirum*, inquit, *creditur, ut tam celebris flos, tamque jucundus, fuerit à veteribus ſilentio prætermiſſus, qui amplitudine, pulchritudine, varietate, roſa non inferior videri poteſt.* Caryophylleorum florum ſpecies quidem ſunt complures, Armeriis nuncupatis in horum numerum receptis: iis autem ſeorſum habitis, duæ præcipuè: major una, altera verò minor. Majori caules læves, teretes, cubitales, raro altiores, geniculati: folia è ſingulis articulis bina, oblonga, dura, anguſta, per extremum acuminata, colore quaſi cœſia: flores ſpecioſi, ex longis, teretibus, dẽticulatis calycibus, & è ſenis, ut plurimum foliatis, qui ſimplices ſunt. Multiplices verò omnino ex pluribus, iiſque lentè fimbriatis commiſſi, odore admodum ſuavi, & odorati. Indicos caryphyllos referentes, colore aliàs diluto purpureo; alias inſaturato rubentes, ſubinde candidi, aut ex candido purpuraſcentes, interdum verſicolores; in quorum medio ſtaminei emicant gemini apices, candidi: ſemen in vaſculis oblongis parvum ac nigrum: radices fibroſæ. Habentur in hortis, ſed ſpecioſiſſimi ferè in fictilibus vaſis. Seruntur frequentius avulſis exiguis cum foliis ſurculis; ſeminibus rarius. Nam è ſemine nati flores ad agreſtem naturam redeunt; minores, minuſque odorati, & ſimplices, etiam ſi prius multiplices reddantur. Adiguntur ſubinde ſurculis cum plantantur fiſſis caryophyllis; quo illorum odorem flores alliciant, & jucundam eorum ſuavitatem naribus abundantius repræſentent. Vivax eſt planta, & multis durat annis, ſi hibernis menſibus à frigoris injuria tantum in cellis vinariis, aut aliis ſimilibus locis tepidis

Armerius dios anthos flore pleno.



aſſervetur. Floret duriſſimè, tota quidem æſtate, & autumno, in cellis etiam interdum favente loci tepore, hieme, tametſi rigida. Caryophylum florem ob odorem caryophyllorum recentiores nominant. Germanis Nagelblumen/ Graſblumen; Italis *Garofoli*, Hiſpanis *Clavel*; Gallis, *Oeilletz*; Belgis, Genoffelbloemen/ & Groffelsbloemen/ & Latinè pleriſque *Ocellus*, Ocellus Damaſcenus, Ocellus Barbaricus, & Barbarica nuncupatur. Sunt etiam, qui betonicam, aut veronicam, ſive vettonicam appellent, altilem, aut coronariam cognomento (Matthiolus vettonicum coronatum dicere maluit) ad differentiam alterius betonicæ, quæ Græcis κίϛρον ἢ ψυχότροφον dicitur: atque hinc etiam herbam tunicam dictam, hanc eſſe plerique exiſtimant. Sed Bernardus Gordonius herbam tunicam Dioſcoridis polemonium eſſe tradidit. Altera & minor Caryophylleorum ſpecies, priori tenuibus caulibus foliiſque ſimillima eſt, utriuſque tamen minoribus: flores etiam habet ex oblongis, parvis & teretibus calycibus ſimiles, verùm minores, & per ambitũ magis diſſectos ac fimbriatos; colore candidos, aut è candore purpuraſcentes. Apud Belgas in hortis naſcitur. Geſnerus autem apud Germanos in pratis humidis etiam reperiri refert. Æſtate flores emicant. Vettonicam altilem, ſive coronariam minorem, aut alteram nonnulli nominant: Germani Mutwillen/ aut Hochmut. Atque hinc etiam à pleriſque ſuperba: noſtri Plupmkens/ à floſculorum foliis fimbriatis & plumarum ſimilitudine diſſectis, & klepn Genofflen/ hoc eſt, Caryophylleum minorem appellant. Armeriorum florum aliquot etiam ſpecies ſunt; foliorum ipſius ſtirpis, cum magnitudine, tum colore præcipuè differentes. Prima ſpecies cauliculos

Armerius dios anthos flore ſimpl.



habet rotundos, geniculatos, veluti Caryophyllei flores, circa inferiora genicula, ut plurimum rubentes, cubito breviores, folia plurima parte oblonga, ſed aliquantulum, quam majoris Caryophyllei latiora; colore herbaceo virentia: floſculos in ſummo cauliculorum parvulos exiguis Caryophylleis perſimiles, verum minores, plures ſimul in quandam veluti umbellam congeſtos, particulatim ut plurimum prodeuntes, & ſemper ferè cocci rubore ſplendentes, punctis interim candidis circa medium interdum variegatos, rariſſimè candidos. Ornat hic floſculus Belgicorum hortorum areas: apud Italos & alibi locis incultis & aridis exit. Geſnerus circa Gryphij lacus ripas in Helvetia à ſe repertum ſcribit. Provenit & alicubi in Belgico locis deſertis, juxtaque arvorum & pratorum margines ac ſcrobes, ſed multo quam in hortis minor & tenuior. Maturè & Aprili ſæpe menſe, aut Majo floret, Caryophylleos flores antecedens: plurima inde æſtatis parte viget. Galli *Armoires*, vel *Armoiries* appellant: Ruellius armerios flores hinc nuncupat: Germani Somernagelin/ Feldnagelin: Belgæ Nepkens/ quaſi dicas faſciculum. Florum etenim faſciculos noſtri propria lingua, Nepkens nominant. Caryophylleorum florũ

ſpecies

species quædam silvestris videtur; quam ob causam, & à recentiorum quibusdam vettonica agrestis, aut silvestris dicitur. Nec desunt, qui Tunicam herbam esse volunt: sed nihilo magis hic, quam Caryophylleus cum Vettonica altera, aut Polemonio convenit. Altera armeriorum species folia circum caules geniculatos multo fert latiora, majora, & crebriora, nec non candidiora, Constantinopolitani floris, haud multum dissimilia. Flores in umbella unà plures simul congesti, pulchri, rubentes, exiguis candidulis punctis ornati, prioribus Armeriis similes sunt. In petrosis collibus, & asperis sabulosis, apricisque locis apud Germanos, & alias nationes nascitur; in Belgio in hortis seritur, ubi secundo anno cum aliis Caryophylleis æstate floret. Germani Stein-nagelin vocãt, aliqui scarlatam, à rubeo floris colore, coccũ referente. Et silvestris hic Caryophyleus est, veluti & præcedens: uterque certè nulla cura eget: sed natura sua vivax hyemis injuriam non difficulter sustinet. Tertia & hujus species, cui pauca, à radice fibrosa, angusta, duriuscula, & acuminata foliola prodeunt, atque hæc inter coliculi breves, teretes, quibus quandoque unicus, subinde duo, aut tres insident flosculi, mediocris magnitudinis, Armeriis primis paulo majores, nonnihil odorati, colore ut plurimum eleganter rubentes. Arido & inculto solo, quandoque juxta margines arvorum in plerisque Germaniæ, Bohemiæ, Silesiæ, & Moraviæ locis frequens reperitur. In multam æstatem floret ac viget. Iam & quarta quædam est Armeriorum florum species, cauliculis rotundis, geniculatis, tactu glutinosis, pedis altitudine, foliis ex singulis geniculis binis, oblongis, angustis, acuminatis, in virore candicantibus, quasi cæsiis: floribus in umbella similiter pluribus simul congestis, pulchris, Armeriis similibus, verùm minoribus, & rubentis dilutæ purpuræ colore: semine in oblongis vasculis pusillo: radicibus tenuibus ac fibrosis. Seritur in hortis, floret à Majo, aut Iunio mense in autumnum usque, & eodem quo sata est anno. Sunt qui velint *Behen*, sive *Been*, vulgo nunc dicti, speciem aliquam esse, propter eam quam cum behen rubentis floris, (Valeriana dicta rubra,) similitudinẽ habeat. Nam cauliculis geniculatis, & foliis illi aliquantulum; sed colore similior est; caules tamen breviores & teneriores, foliaque minora: color verò levitasque foliorum in utrisque ferè eadem. Carolus Clusius hunc inter silvestres Lychnides numeravit, ut supra monuimus, Mascipulam, & Viscariam M. Lobellius vocitat. At nos inter Americos flores libentius retinemus. Præter has vero, & alia quædam est, vel Caryophylleorum, vel Armeriorum species, omnino, ubique & apud Belgas quoque silvestris: cauliculos habet dodrantales: folia è singulis geniculis bina, parva, acuminata: flores in cauliculorum summo singulos, per ambitum fimbriatos, Caryophylleis minoribus, & forma, & magnitudine satis similes, colore verò cocci diluto rubentes. Exit passim in pratis & locis riguis. Majo & Iunio mensibus flores potissimum conspicui. Belgæ Craepenbloemkens appellant, id est, cornicis flores. Cæterum Armeriorum omnium istorum flores, nec ullum quoque aut in medicina, aut in cibatu usum habent: sed coronarii sunt, & hortos, & corollas exornant. Caryophylleorum florum Armeriorũ plura genera observarunt recentiores, quæ omnia ordine à Clariss. Casparo Bauhino, in Phytiponace recensentur; quem adeat lector.

Ἴφυον, Inter plantas radice lignosa, quæque ex semine prodeunt, & æstate florent, numerat ἴφυον, pro quo apud Plinium lib. 21. cap. 11. *tiphyon* legitur. Theophrastus tamen lib. 7. cap. 12. τίφυον inter ea recenset, quæ florem & caulem ante folia emittunt. Meminit & τιφύυ libro primo, de caus. cap. 10. atque capitatam habere radicem, quæ lignosa esse non solet. Malè ergo Plinius tiphyon æstate florere dixit, cum ἴφυον æstate floreat. Sed mendum fortè typographi. Hæc præmittere placuit, nequis vocum vanitate deceptus eandem existimaret plantam. Malè viri Magni ex Plinio hunc locum corrigunt, leguntque pro ἴφυον, τίφυον: nam, ut dixi, planta est diversa. Quæ lignosam habent radicem, nec possunt, nec debent inter capitata radice herbas referri. Corruptus tamen Theophrasti codex. Nam apud Aristophanis Scholiasten, Suidam, & Hesychium legitur ἰφύη, quomodo Theophrastũ scripsisse, admodũ fit probabile. Suidas. Ἰφύη, εἶδος ἀγρίου λαχάνου. Ἀριστοφάνης, Ἐγὼ δὲ μυρρίνας ὄσον ἐκ τῶν Ἰφύων. Quidã Botanici ἰφύην suspicãtur esse Caryophylleum florem, de quo supra egi. Horum sententia minus arridet, quod flos iste folia habeat longa & angusta. Malunt alii asphodelum luteum esse Iphuam. Nec horum opinio placet; lignosam non habet radicem, sed carnosam, foliaque longa & angusta, cum Iphyæ brevia sint. Quod si ante folia florem mitteret, Tiphyon dicerem: sed constat florem, caulemque emittere post folia. Ego Iphyam lavendulam esse dico, idque ex Hesychii autoritate; apud quem legitur, Ἴφυα ἡ λυχνὶς· ἄνθος, ἔνιοι λάχανον, ὃ ἡμεῖς λαβαντίδα καλοῦμεν, οἱ δὲ ἀνθη, ἄγγελα τῶν απειρομένων. Hæc corruptissima; scribe, Ἴφυα, vel ἰφύη ἡ λυχνὶς, ἄνθος, ἔνιοι λάχανον, ὃ ἡμεῖς λαβαντίδα καλοῦμεν. ὃ ἐν τοῖς ἀγροῖς σπειρόμενον, id est, *Iphya lychnis, flos, nonnulli olus quoddam, quod nos labantida vocamus, quod in agris seritur.* Lychnidem & ἰφύην diversam plantam esse, probatur, quod utriusque capite sequenti mentionem fecerit Theophrastus, & utramque æstate florere tradit. λαβαντὶς à Latinâ voce *lavandula*, vel *lavendula* dicitur. Græci enim per *B.* exprimunt, quod Latini per *V.* lavendulam vel lavandulam recentiores vocarunt, quod lavacris expetatur. Eadem κατ' ἐξοχὴν spica dicitur, quod flos in spicam mucronemque desinat, vel spicæ quandam imaginem referat. Nonnulli pseudo-nardum vocant: ad nardorum tamen classem referri non potest. Alii pseudonardum Plinii esse scribunt, de quâ hæc Plinius lib. 10. & cap. 12. *Adulteratur, & pseudo nardo herba, quæ ubique nascitur, crassiore, atque latiore folio, & colore languido in candidum vergente.* Lavendulæ folia latiora nardo non sunt, sed angustiora, & crassiora. Non esse cneoron supra satis probavimus. Nonnulli rosmarini genus esse volunt. Quod nobis haud verisimile videtur. Rosmarinum enim coronarium non fert flores spicatos, vel spicam aliquo saltem modo æmulantes, sed ex foliorum sinubus binos, raro plures simul junctos erumpentes. Rosmarinus præterea folia fert supernè virentia, sive saturi viroris, subtus in 2 cana vel candicantia; lavendulæ verò utraque parte albicantia sunt, tenuiora & minora. Alii ad stœchados classem referre malunt, his adducti rationibus: quod stœchas cum primùm è semine prodit, fit ramulis, foliis, odore, sapore, ramulorum foliorumque positu lavendulæ per omnia similis. Fragrantior tamen (quod non semel observavi) stœchas, quam lavendula. Nec tantum his notis, ait Valerius Cordus, cõtentus fui. Observavi etiã flores & semina in utraque simillima esse, quæ utraque in oblongis spicis gerunt: spica tamen lavendulæ longior, & tenuior, stœchadis brevior, densior, & crassior. Differunt præterea, quod stœchas amarorem habeat, qui in lavendula non æquè evidenter percipitur. Lavendulæ flores cærulei sunt, purpurei stœchados. Spicæ lavendulæ fragrantiora, quã stœchados major & gravior, contra folia stœchados suavius, quam lavendulæ olent. Et, ut dixi è semine recens nata stœchas odore jucundiore, & gratiore. Majora, etiam latiora paulò, & crassiora lavendulæ folia. Stœchados in capitis affectibus usus tutior: caput nimis implet lavendula. Utriusque iconem exhibeo, ut quæ inter utramque differentia sit, dignosci queat. Lavendula, ut dixi, optimè notas, quas de Iphya tradit Theophrastus, refert. Lignosa tota quippe constat radice, & cauliculis. Folia parva sunt, floret æstate, è semine facile nascitur. Lavendula alia major, alia minor, quæ & latifolia, & tenuifolia. Lavendula major odorata, & coronaria stirps est; cubitalis plerumque, à brevi & scabro caudice in plurimos foliatos surculos divisa, virgas æstate proferens numerosas, nonnunquam cubitales, junco graciliores, quadrangulares, geniculis longo intervallo interseptas: è singulis geniculis folia, ut plurimum bina prodeunt, duarum unciarum longitudine, tenuia, angusta, oblonga, carnosa, utrâque parte albicantia, nonnihil hirta, rosmarini coronarii foliis multo longiora, latioraque. Flores summis virgis fert parvos, hiantes, & purpureos, in gracili & digitali longitudine spica dispositos, angustis striatisque caliculis insidentes, quibus exigua, nigra, & splendentia semina succedunt: virgæ maturo semine exarescunt; qui verò circa terram è caudice prodeunt surculi perennes sunt, & tota hyeme foliis cinerei coloris vestiuntur. Radice nititur lignea & fibrata. Saporem habent folia & flores subamarum, subacrem, aromaticum, tenuem & totum palatum penetrantem; odorem quoque vehementem, acrem, tenuem, jucundum, caputque implentem. Apud nos in hortis colitur, in Hispaniâ, Galliâque Narbonensi, tanta copia sponte provenit, ut non temere alia materies accendendo igni adhibeatur. Iunio, Iulioque floret. Lavendula minor majori in cunctis similis est, minoribus tamen surculis & foliis, brevioribusque spicis constat; odore quoque & sapore remissiore, olfactum recreat. Non enim adeo gravem odorem spirat; minusque pinguis existit; colitur & hæc in hortis. Lavendulæ recentiores has observarunt differentias. Lavendula latifolia; quam marem vocant. Huic flos, ut plurimum cæruleus; reperitur tamen albo & purpu-

Lavendula.




purpureo flore: sed quæ florem fert album, folia habet vulgari paulò longiora. Lavendula angustifolia flore etjam ut plurimum cæruleo, sed & eadem flore albo reperitur. Tertium lavendulæ genus diligentissimus, & summus botanicus Carolus Clusius descripsit. Quoniam autem in stœchados mentionem supra incidimus, sitque lavendulæ valdè similis, non malè agam, si historiam ejus ex Dioscoride attexero. Dioscorides lib. 3. στοιχὰς γεννᾶται μὲν ἐν ταῖς κατὰ Γαλατίαν νήσοις ἀντικρὺ Μασσαλίας, καλουμέναις δὲ στοιχάσιν ὅθεν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχηκε· πόα λεπτόκαρπός ἐστι, ὁμοίαν ἔχουσα κόμην θύμῳ, μακροφυλλοτέρα μέντοι γε καὶ δριμεῖα ἐν τῇ γεύσει καὶ ὑπόπικρος πως. *Stœchas in insulis Galliæ gignitur, quæ è regione Massiliæ sitæ stœchades expellantur: & ab iis quoque nomen accepit. Herba est tenuibus surculis, coma thymi, sed folio longiore, gustu acris & aliquantulum amara.* Apud Galenum, Æginetam, aliosque στοιχὰς legitur. Sic quoque apud Plinium legitur, lib7. cap. 12. *Stœchas in insulis tantum ejusdem nominis gignitur, odorata herba, coma hissopi, amara gustu:* Perinde est utrum στοιχὰς an στιχὰς legas: utraque enim vox ejusdem est originis, idemque significat, nempe ordinem. Ἐν ταῖς κατὰ Γαλατίαν νήσοις. Insulæ hæ ab ordine quo positæ sunt nomen acceperunt, Eas inquit, è regione Massiliæ sitas esse. Plinius lib. 3. cap. 5. *Galliæ autem ora, in Rhodani ostio Metina, mox quæ Blascon vocatur. Tres stœchades à vicinis Massiliensibus dictæ propter ordinem, quas item nominant singulis vocabulis Proten, & Mesen, quæ & Pomponiana vocatur, tertia Hypæa. Ab his Starium, Phœnicæ, Phila, Lero, & Lerina adversum Antipolim, in qua Vergoani oppidi memoria.* Doctiores meliori sensu legunt. *Tres stœchades à vicinis Massiliensibus dictæ propter ordinem, quo sitæ sunt.* Nomina singulis, Prote & Mese. Prote dicitur quasi prima, hodie Iseco vocatur. Altera Mese, id est, Media nuncupatur, hodie Divi Stephani. Tertiam Hypæam appellarunt, id est, infimam, hodie Pomige. Straboni autem, & Ptolomæo non tres insulæ stœchades sunt, sed quinque; duæ parvæ, tres sat magnæ, ac post eas Lera ac Planasia. Strabo lib. 4. πρόκεινται δὲ τῶν στομάτων τούτων ἀπὸ Μασσαλίας ἀρξαμένοις αἱ Στοιχάδες νῆσοι, τρεῖς μὲν ἀξιόλογοι, δύο δὲ μικραί. γεωργοῦσι δ᾽ αὐτὰς Μασσαλιῶται. Μετὰ δὲ τὰς Στοιχάδας ἡ Πλανασία καὶ Λήρων, ἔχουσαι κατοικίας. *Ante has angustias, facto à Massilia initio, sitæ sunt Stœchades insulæ, tres earum memorabiles, duæ exiguæ. Agros earum colunt Massilienses. Post stœchades est Planasia, & Leron, in quibus sunt pagi.* Pro Λήρων, apud Ptolomæum Λερών legitur: alioquin Ptolomæus cum Strabone convenit, & cum Plinio, Stephanus. Sed Mela tres item parvas agnoscit, quæ vulgo *les Isles* Dieres; Bononio, Porto Crozo, & Porto Rhina, sive Rhibadeo. Quatuor verò Stœchadibus vicinæ Sturium, Phænice, Phila, Lero, hodie Aire, Hiare, Proxelo, Reo. His adjacent & aliæ duę, quarum unam rubram vocant, Blaseonem, hodie dici Gianeam volunt: & Agatham Ptolemæo memoratam, hodie *L'isle D'ade Lerina*, in qua Leronis templum fuit, hodie Sancti Honorati: Planasia vero à Strabone memorata huic vicina, hodie Divæ Margaretæ. Negant adversariorum auctores, insulas has sitas esse ex adverso Massiliæ. Nobiles verò, inquiunt, & rarissimarum stirpium alumnæ Stœchades insulæ, huic (Stœchadi) cognomines, non ex adverso Massiliæ, ut perperam ex Dioscoride persuasum est (bidui namque itinere & littore indidem absunt) sed è regione. Olbiæ, vulgo Hyeres, urbecula olim tam lauta, quam nobili, à qua etiamnum hodie insulæ nomen retinent, non Massiliæ dicuntur, namque Hyeres insulæ. Hæc de insulis Stœchadibus recentiores: quorum sententia an verior quam veterum, me fugit. Nunquam in insulis memoratis fui. Dioscorides stœchadi plantæ nomen impositum scribit ab insulis Stœchadibus. Copiosè Stœchadem in iisdem crescere, credo, sed an tantum in insulis his, ut Plinius ait, dubito. Mesues enim libro de simpl. cap. 13. Arabicam præfert. Certum etiam est, in Gallia Narbonensi copiosè crescere. In Creta provenire, testatur Bellonius lib. 1. Observat. Stœchas sponte plurimis locis nascitur. Hodie etiamnum Stœchas ad nos Alexandria cum aliis mercimoniis ex Oriente adfertur, quæ tam à medicis, quam seplasiariis, indito ab Arabia cognomento, Arabica nuncupatur. Illa præfertur, quæ ex insulis advehitur, & pluris ea de causa venditur. Malè ergo Mesnem quidam mordet, quod laudavit Arabicam, cum Gallicam præferat Dioscorides; nec tamen malè audit Dioscorides, qui optimam dixit, quæ ex insulis ferebatur: suo enim ævo præstantissima erat, Arabicaque incognita. Sed malunt alii Dioscoridem aliter defendere, & Arabicam stœchadem inter origani genera sub onitide comprehendi suspicantur, eâ maxime ducti conjectura, quod verisimile non arbitrentur, Dioscoridem eam herbam subticuisse. Hanc conjecturam falsam esse, ostendit onitidis semen, quod Dioscorides lib. 3. inquit esse veluti corymbos cohærentes, ac sibi invicem incumbentes. Vide cap. de Origano. Ab hoc stœchadis seminis figura diversa. Nam adeo minutū, & tenue est, ut vix referat seminis formam, & non sine ratione Mesues semine carere scripserit. Falluntur viri magni, qui stœchadi nomen impositum scribunt à spica, quod spicam flos referat. Στοιχὰς, non *spicam*, ut volunt, sed *ordinem* significat. Στάχυς Græcis *spica*, *στοιχὰς ordo*. Satis clarè Plinius Στοιχάδας insulas, ab ordine, quo sitæ sunt, vocatas ait. Hesychius Στοιχηδὸν, κατὰ τάξιν, κατὰ στοῖχον. Idem στοιχειούμεθα, διδασκόμεθα κατὰ τὴν τάξιν. Theophrastus lib. 3. cap. 6. διὰ τὸ στοιχεῖν τὰ γόνατα, καὶ ἐξ ἴσου τοὺς ὄζους ἔχειν· Στοῖχοι in re militari, ordines sunt à fronte ad tergum sigillatim porrecti. Fortè & huic plantæ nomen inditum, quod ordine quodam, flores comæque nascantur, ac in campis quasi militari ordine dispositæ sint stœchados plantæ. Aliter, ut dixi, Dioscorides, cui major debetur fides, quam nostræ conjecturæ. Λεπτόκαρπον, inquit esse Dioscorides, id est, *tenui semine.* An ideò Mesue dixit; *& habet flores assimilantes spicis siliginum, sed sunt breviores sine semine?* An verò dixit sine semine esse, quod minutum sit semen? Utcunque illud est, semen habet, & interpretes omnes legerunt λεπτόκαρφον, id est, *tenuibus surculis, festucis* Huic lectioni favet Oribasius, eandem comprobat experientia, nec solet scribere Dioscorides, λεπτόκαρπός ἐστι, ὅμοιαν ἔχουσα κόμαν θύμῳ, sed contra, ὁμοίαν ἔχουσα κόμην θύμῳ, λεπτόκαρπος. Tenuibus esse surculis autopsia docet. Idem quoque Mesues tradit. *Stœchas*, inquit, *quod medici laudant, est stœchas Arabicum; & est planta foliorum subtilium oblongorum, habens stipitem subtilem cineritium, cujus elevatio super terram est in mensura cubiti.* Malè audit Mesues. Non foliorum, inquiunt, subtilium, ait Dioscorides, sed leptocarpon, quasi dixeris tenuium festucarum. Hermolaus cirrulas interpretatur, longiorum foliorum, comamque habere thymi. Non video aliqua in re peccasse Mesuem. Rectè, τὸ λεπτόκαρφον interpretatus est. Subtilē habere stipitem ait. Tenuis surculus, festuca, & subtilis stipes non multum differunt: stipitem enim Arabes abusive pro surculo accipiunt. Certe cum subtilem stipitem

stœchadi

stœchadi tribuit non neglexit, λεπτόκαρφον; nec eo nomine culpari debet, quod pleniorem dederit descriptionem quam tradiderat Dioscorides. Rectè addidit folia esse subtilia, stipitem esse cineritium, cubiti altitudine, quæ omnia apud Dioscoridem desiderantur. Præferendus ergo in stœchadis descriptione Mesues Dioscoridi. κόμην θύμῳ. Mesues flores inquit habere assimilantes spicis siliginum. Rectius θύμῳ *thymo* cōparavit Dioscorides. Plinius coma hyssopi esse tradit. Cū hyssopi coma aliquam quidē habet similitudinem, sed an vulgaris hyssopus, cum veterum descriptione conveniat, ad finem hujus libri videat lector. Dioscorides folia stœchades longiora inquit thymi foliis, Mesues oblonga ait. Uterque rectè; & sunt oblonga, & thymo longiora. Καὶ δριμεῖα ἐν τῇ γεύσει, καὶ ὑπόπικρος πως *gustu acria, & aliquantulum subamara* Plinius gustu amara dixit. Melius Galenus & Mesues. Στοιχάδος ἡ μὲν πρὸς τὴν γεῦσιν ποιότης, πικρά τ' ἐστίν, καὶ ὑποστύφουσα μετρίως, ἡ δὲ κρᾶσις σύνθετος, ἔκ τε τῆς ψυχρᾶς γεώδους οὔσης ὀλίγης, ἀφ' ἧς στύφει, καὶ λελεπτυσμένης ἑτέρας γεώδους πλείονος, ἀφ' ἧς πικράζει. Quæ sic Mesues: *Calida recessu primo, sicca secundo, duabus constans substantiis, una terrea frigida, styptica, & ea pauca, altera ignea, tenui, modicè amara, acri.* Et hæc de stœchade veteres. Stœchas è radice lignosiore cauliculos emittit cubitales, & sesquicubitales, lignosos, & quam lavendula tenuiores, ramulis sive virgulis multis, & tenuibus præditos. In cauliculis viruglisque folia habet oblonga, angusta, saturejæ hortensis longiora, minora & angustiora, quam lavendulæ, aut rosmarini coro-

Stœchas.



narii, cādicantia, capitulis spicatis in summis virgis, compactis, brevibus & crassis ut thymi Cretensis, sed majobus, è quibus flores foliacei, pusilli, cæruleo purpurei exeruntur, semine subfusco, parvo, urticæ aut lavendulæ. Hispania, Narbonensis Gallia, & insulæ Stœchades, Stœchade herbâ, sive frutice abundant. Apud Belgas è semine sata, prima æstate facilè adolescit; hyemem tamen nequaquam tolerat. Quapropter eo tempore intra tectum ferenda est, & tepidâ, nec gelu obnoxiâ camerâ fovenda. Cellariis humidioribus servata, contrahit situm & perit. Cæterum Arabica stoechas differt ab ea, quæ ex insulis, aut Gallia Narbonensi adfertur, quod sit densioribus ramulis ac coma. Refert Clarissimus Dodonæus stœchadem in Belgio fuisse natam, cui cauliculi non erant foliati, cum Arabicæ & quæ ex insulis adfertur, cauliculis foliis sit ornata: à Clusio stœchas ligulis longioribus dicitur. Datur & stœchas latifolia, flore albo, foliis est lavendulæ, flore magno albo. Hanc in Murena Castiliæ D. Albinus legit. Stœchas folio serrata, non semel nobis è semine nata fuit, solis foliis à Gallica differt, quod hæc margine serrata profert. Sponte sua in Hispania provenit. Vicinæ admodum sunt voces στοιχὰς & στάχυς; de hac etiam pauca nobis dicenda. Στάχυς vocatur, quod verticillato ambitu florum, & orbibus spicarum caules cingentibus coronetur. Describitur à Dioscoride capite 120. lib. 3. Στάχυς θάμνος ἐμφερὴς πρασίῳ, ὑπομηκέστερος δὲ καὶ πλεῖστα φύλλα (vet. φυλλάρια, ἐκ διαστημάτων ὑποστρόγγυλα. *Folia ex intercapedine, vel intervallo subrotunda.* Hæc lectio meritò Saraceno suspecta est. Nam nec apud Oribasium, nec apud alium quendā probatum auctorem reperitur, nec huc usque planta inventa est quæ cum hac delineatione satis conveniat) ἀραιὰ ἔχων ὑποδασέα, σκληρά, εὐώδη, λευκά· ῥαβδία δὲ πλείονα ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης, λευκότερα (vet. ὑπόλευκα, λεπτά, ὡς τὰ τοῦ πρασίου, ἄνθη ὑποπόρφυρα vulgata nititur Oribasii auctoritate, atque ipsa confirmatur autopsia) τῶν τοῦ πρασίου, φύεται ἐν ὀρεινοῖς, καὶ τραχέσι χωρίοις. *Stachys frutex est marrubio similis, sed aliquanto longior, & folia proferens numerosa, rara, subhirsuta, dura, odoris jucundi, candida: & complures virgulas ab eadem radice exeuntes, quam marrubii candidiores, (vet. subalbidas, tenues ad instar prasii, flores subpurpurei) nascitur in montosis & asperis locis.* Plinius lib. 24. cap. 15. *Ea quoque, quæ stachys vocatur, porri similitudinem habet, longioribus folii, pluribusque; & odoris jucundi, colorisque in luteum inclinati.* Vocum similitudine deceptus Plinius, malè πρασίῳ vertit *porri*, quasi Dioscorides πράσου scripsisset. Nec melius λευκὰ vertit, *in luteum inclinati.* Duæ plantæ stachydis nomine à recentioribus describuntur. Quæ à Fuchsio stachys vocatur, eoque nomine describitur, caules habet crassos, quadratos, duos, tresve pedes subinde longos, ac quam marrubio candidiores & hirsutiores: folia lata, oblonga, incana, ambitu serrata, utraque hirsuta, & multo quam marrubii ampliora. Flores in verticillis caulem ambientibus fert purpureos, rarò albos, marrubii, aut lamii ritu spicatos, hyssopi, aut vulgari Betonicæ modo. His succedit semen rotundum & nigricans, radix dura, & sublutei coloris. Æstivis floret mensibus, caules sub hyemem intercidunt, sed radix aliquandiu vivax permanet. Locis quibusdam Germaniæ incultis & asperis reperitur, & in hortis colitur. Altera marrubio etiam similis. Caules huic à radice exeunt complures, altiores, geniculati, atque è singulis articulis folia bina sibi mutuo opposita, duriuscula, longiora paulo quam marrubii, atque unà cum caulibus candidiora, molliter hirsuta, ac suaviter odorata. Flores eodem quo marrubii caules cingunt modo, sed colore lutei sunt, & verticilli angustiores, radix lignosa perennat. In calidis reperitur regionibus Germaniæ, ac Belgio peregrina est. Veterum si sequamur delineationem, non erit legitima stachys; quod flores habeat luteos, cum subpurpureos habere tradat Dioscorides, quales in altera, sive Fuchsii, videntur stachyde. Negant stachyn Italicam, vel quam Germaniæ peregrinam diximus, legitimam esse adversariorum Auctores. Foliis siquidem est proximis myosotidi, pilosis vel echii, non marubii, neutiquam candidioribus, sed viridioribus (non videntur nobis marubio viridiora, sed æque candida) ac potius flaccidis, quam crassioribus, aut rigidioribus, nuspiam serrato ambitu: quam potius quispiam alterum echium luteum meritò putet: minus enim odorata est, succoque aqueo prægnat. Qui sphacelum, vel, ut legendum diximus, sphacum existimant, valdè errant. Sphacum salviæ folium habet, sed minus, nec æquè squalens, leviusque huic, salviæ folia multo majora. Spicato etiam flore est Betonica, cujus historiam, quod in describendis spicatis plantis hæremus, examinabimus. Mirabitur fortassis quispiam, quod plantæ hujus nusquam apud Theophrastum fiat mentio, cum tantis laudibus quondam celebrata fuerit ab Antonio Musa, Augusti Cæsaris medico, ut pote qui de eadem integrum scripserit libellum. Sed Græcis antiquioribus non fuit cognita, quod Plinius satis indicare videtur, cum scribit lib. 25. cap. 4. *Vettones in Hispania eam (invenerunt herbam) quæ vettonica dicitur in Gallia, in Italia autē serracula, à Græcis cestron, aut phychotrophon, ante cunctas laudatissima.* Dioscorides libro 4. cap. 1. Κέστρον τὸ καλούμενον ψυχότροφον, ἐπειδὴ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις εὑρίσκεται τόποις. οἱ Ῥωμαῖοι βετονίκην (alt. cod. οὐεττονικήν) καλοῦσιν, ἢ ῥοσμαρῖνουμ. *Cestron, quod psychotrophon vocitatur, quoniam frigidissimis in locis reperiatur, Romani Betonicam (Vetonicam) seu rosmarinum appellant.* Cur phychotrophon dicatur, satis aperte docet Dioscorides. Κέστρον nonnulli betonicam dictam

Stachys Fuschii.



Stachys Lichnitis, sive Spuria.



volunt, à varietate & copia remediorum. Variis enim & plurimis morbis accommodata est. Sed hoc alii rectè improbant. Κέστρον vocatur, à floris spicata & mucronata acutie, veruculum, seu, ut apud Plinium in vulgaris codicibus & exemplaribus legitur, viriculũ præferente. Sic enim ille κέστρον interpretatur libro 35. cap. 11. *Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat; cera & in ebore cestro, id est, viriculo* (nuper expressus codex habet *verunculo*, scribe *veruculo*) *donec classes pingi cœpere.* Eodem capite, *Lala Cyricena, perpetuò virgo M. Varronis inventa Romæ & penicillo pinxit, cestro in ebore imagines mulierum maximè.* Suidas. Κέστρος ξίφος ἐστὶ τοῦτο τὸ εὑρεθὲν κατὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον, *Cestros genus est teli, Persico bello inventi.* Hesychius κέστρος, ἡ πρώτη ἔκφυσις τῶν σπερμάτων, καὶ ἀκόντισμα, καὶ ἡ ἐν τῇ γλώττῃ τραχύτης. *Prima seminum germinatio, telum, linguæque asperitas.* Serratulæ nomen à foliis serræ instar incisis habet. Dioscorides à Romanis οὐεττονικήν, vel, ut in vulgatis habetur codicibus, βετονικήν vocari scribit; Plinius verò apud Gallos nomen illud obtinere auctor est. Uter rectius, in medio relinquam; Betonicam vel Vetonicam, quod apud Vettones nascatur nuncupatam, auctor est Plinius. Fortè ἀπὸ τῶν βεττλῶν, καὶ ἀνικήτων, quod ante tonitrua collecta securos invictosque reddat homines. Hesychius βεττλαὶ (vulgo βρετταὶ, sed in antiquis codicibus, ut dixi, βεττλαὶ) βρονταί. Idem Dioscorides à Romanis ῥοσμαρῖνουμ, id est, *rosmarinum* appellatam tradit. Est tamen alia planta quam vulgo rosmarinum dicebant, & ad distinctionem hujus, rosmarinum coronarium nominabant. Betonicam rorismarini nomen audivisse, ex Græcis recentioribus etiam probatur. Auctor, qui interpretatur quasdam voces, quibus utitur Nicolaus, δροσοβότανον ἡ βετονική. Myrepsus sectione primâ, de antid. 27. λαυρέολε κάμπι, ἤγουν δροσοβότανον. Vertunt *Lauriolæ campi, hoc est Betonicæ.* Non puto, Betonicam laureolam dictam fuisse; nec unquam sic scripsisse Myrepsum imaginari possum. Mendum latere puto, sed ubi sit ignoro. Rosmarinus, sive δροσοβότανον vocatur, quod locis opacis, & humentibus, humoréque gaudeat. An scripsit Myrepsus κροκολύκιον, ἤγουν δροσοβότανον. Neophytus βετονική, τὸ παρὰ τοῖς ἰδιώταις λεγόμενον κροκολύκιον. Nescio, cur crocolycium vocarint. An quod opacis gaudeat, filamentaque multa habeat. Verisimilius Neophytum scripsisse βετονική, τὸ παρὰ τοῖς ἰδιώταις λεγόμενον δροσοβότανον; quam Myrepsum scripsisse λαυρέολε κάμπι, ἤγουν δρυζιοβότανον. Lycii succum κροκολύκιον appellarunt, ut suo loco probavimus. Apud Myrepsum, usque dum ex melioribus codicibus edoctus aliter fuero, scribo, ac distingo, λαυρέολε, κάπιον, δροσοβότανον, id est *Laureolæ, alii* vel *cæpæ* (Hesychius κάπια τὰ σκόροδα κίνναρα *cæpæ sectivæ*) *& Betonicæ.* Legebam aliquando apud Myrepsum pro δροσοβότανον, δρυζιοβότανον, quod querna haberet folia Betonica: sed cum apud Dioscoridem legerem ῥοσμαρῖνουμ vocari, mutavi sententiam, & δροσοβότανον servavi. Eādem Betonicam ἱερὰν βοτάνην nominarunt, Scribonius Largus cap. 150. eodem modo ἱερὰ βοτάνη, quam nos Vettonicam dicimus, alia tamen est ἱερὰ βοτάνη, *verbenam* vulgo vocamus. Sed de istâ alibi. Betonica à Dioscoride libro quarto, capite primo, his ferè verbis describitur. Πόα corrigunt viri magni, θάμνος. Verius tamen herba, quam frutex) ἐστὶ καυλὸν ἔχουσα λεπτὸν πήχεως τὸ ὕψος, ἢ, καὶ μείζονα, τετράγωνον. φύλλα μακρὰ, μαλακὰ (delet postremam vocem Sambucus. Duriuscula quidem Betonicæ folia, sed respectu quercus mollia sunt, vocem μαλακὰ habet Oribasius; quare hæreo utrum deleri debeat) ὅμοια δρυΐ, τὴν περιφέρειαν ἐσχισμένα, εὐώδη (vetus ἰνώδη Marcellus, εὐώδη καὶ ἰνώδη, Oribasius εὐώδη. *Folia Betonicæ & nervosa, & odorata*) μείζονα δὲ τὰ πρὸς τὴν ῥίζαν (Margo addit, ἄνθος λεπτοπόρφυρον) ἐπ' ἄκρων δὲ τῶν καυλῶν, ἔνεστι δὲ τὸ σπέρμα ἐσταχυωμένον ὥσπερ θύμβρας (Dalecampius ἐσταχυωμένων scilicet καυλῶν) ταύτης τὰ φύλλα δεῖ συλλέγοντας ξηραίνειν. ὧν ἐστὶ καὶ ἡ πλείων χρῆσις. ῥίζαι δὲ ὑπόσι λεπταὶ ὡς ἐλλεβόρου, *Herba est caulem proferens tenuem, cubiti altitudine, aut etiam majorem, quadrangulum: folia longa, mollia, quernis similia, in ambitu incisuris divisa, boni odoris, ac prope radicem majora, fructum spicatum in summitate caulium, thymbræ modo.* Sic locum hunc interpretor. Nam σπέρμα & καρπὸν, qui hic est στάχυς, id est, *spica*, Archigenes apud Galenum κατὰ τόπους libro quarto, capite quarto, de myricæ loquens, fructu indifferenter usurpavit; dein alii fecerunt, ut alibi demonstravi. Vel lego ἐσταχυωμένων, in generandi casu, cum Dalecampio. In summis calibus thymbræ modo spicatis fructus est, vel σπέρμα cum

cum Ruellio verto *semen*, si intelligas spicatum semen, in caulis spica dispositum, qualis & in thymbra Dioscoridis, thymo, stœchade, ac similibus aliis cernitur, frugum cerealium spicam quodammodo præ se ferens. Sequitur apud Dioscoridem, *discerpta hujus folia siccari oportet: quippe eorum sit major etiam, atque frequentior usus. Radices verò subsunt tenues, ceu hellebori.* Dioscorides folia betonicæ quercus foliis rectè comparat. Plinius malè betæ similia esse ait, lib. 25. cap 8. his verbis: *Exit anguloso caule, cubitorum duûm, à radice spargens folia ferè lapathi, serrata, semine purpureo.* Lapathi folia Britannicæ capite sequenti à Dioscoride assignantur: vel confundit Britannicæ & Betonicæ historiam, vel lapathi foliis scripsit esse Betonicam, quod putant Betonicam à betaceis dici foliis, quod perquam ineptum est. Malè idem semen Betonicę purpureum scribit. In margine Dioscoridis legitur florem purpureum esse. Semen vocavit Plinius spicam floribus & semine onustam. Vulgata & legitima Betonica à radicis capite folia emittit plura, longitudine quadrantalia, posteriore sui parte bessem latitudine attingentia, nonnunquam etiam majora, in obtusum mucronem atque subrotundum desinentia, virentia, aliquantulum aspera, per ambitum serræ modò incisa, quercus cujusdam similia, sed tamen minora, (partes autem incisorum eminentes, non acutæ, sed obtusæ sunt)

Betonica.




crebris & tortuosis venis in rugas contracta, trientalibus aut longioribus hirtisque pediculis sinui eorum immissis annexa, partim humi prostrata, partim erecta, partim obliquo positu erigentium se speciem referentia. Quorum medio caulis assurgit tenuis, erectus, aliquantulum hirsutus, quadrangularis, pedem (plus minus) altus, individuus & hirsutus, uno atque altero intervallo, bina folia è contrariis duobus lateribus proferens, in exortu brevibus sibi invicem pediculis adversa, & qui prope terram sunt multo minora. In summo caule oblonga & spicata coma est æstatis initio, brunellæ vel bistortæ, aut scrophulariæ majoris non dissimilibus, atque in russo modicè purpurascentibus floribus plena: quibus quaterna plerumque succedunt parva, oblonga angulosa, & colore nigra semina. Radicem habet perennem, minimo digito graciliorem, brevem, fuscam, in multas tenues, nigrantesque fibras distractam. Saporem folia & flores habent amariusculum, & subacrem. Iulio mense floret: amat loca opaca; reperitur tamen in pratis soli expositis, sed humentibus; adolescit & in hortis. Negabit quispiam hanc plantam esse betonicam, quod folia ejus odore careant. Respondeo, in veteri codice non ἀώδη, sed εὐώδη legi. Sed suavem, non tamen vehementem spirat odorem. Addo in quibusdam regionibus odora reperiri. Apud nos quod odorata non sint, facit cœli solique frigiditas cum humore conjuncta. Id vel ex eo patet, quod pro siccioris loci ratione, anique tempore, si terantur, majorem emittant odorem. Betonica duplex est, altera spica breviore, altera longiore, molliore, serius florente; & altius excrescente: datur & flore albo. Cæterum unum tantum betonicæ genus novisse videtur Dioscorides; plura Ægineta lib. 7. Βετονική, λεπτόκλωνός ἐστι πόα, παραπλήσια τὰ κλωνία τοῖς τοῦ γλήχωνος ἔχουσα, καὶ λεπτότερα, καὶ σχεδὸν ἄποια γευομένοις. φύεται δὲ μάλιστα ἐν πετρώδεσι τόποις· ᾗ χρῶνται καὶ ἐν τοῖς νεφριτικοῖς δυνάμεσιν. ἔστι δὲ καὶ παρὰ Ῥωμαίοις ἄλλη τις, ἣν ὁ Διοσκορίδης κέστρον ὀνομάζει, ἄλλοι δὲ ψυχοτρόφον, διὰ τὸ χαίρειν τοῖς ψυχροῖς τόποις, μηδὲν ὅμοιον ἔχουσα τῇ προειρημένῃ πλὴν τῆς ἐνεργείας. *Betonica herba est ramulis exilibus, pulegio similibus sed tenuioribus, & propemodum, si gustes, nullum qualitatem referentibus. Nascitur potissimum locis petrosis, qua & in renum medicinis utuntur. Est autem apud Romanos alia quædam Betonica dicta, quam Dioscorides nominat cestron, alii verò psychotrophon, eo quod frigidis locis gaudeat, nihil simile cum prædicta habet, præter actionem.* Utramque novit Galenus, ac primam Æginetæ σαξίφραγον. Ac quidem de Dioscoridis, vel Romana Betonica agit, libro 7. simplicium. Κέστρον ἢ ψυχότροφον Ῥωμαῖοι δὲ βετονικήν. De altera hæc, lib. & cap. 5. de sanitate tuenda, habet Ἐμβάλλεται δὲ αὐτῷ πετροσέλινον, καὶ μόνον ἀρκεῖ τούτοις τοῖς ἀρθριτικοῖς, ἐπὶ δὲ τῶν λιθιώντων, καὶ τῆς βετονικῆς τι πρὸς μίγνυται, καὶ κέστρου τοῦ παρὰ τοῖς Κελτοῖς γεννωμένου; καλοῦσι δὲ τὴν βοτάνην ταύτην, σαξίφαγον (alii codices σαρξίφαγον, fortè σαξίφραγον.) ἔνιοι δὲ προσεγγράφουσιν ἐνδιάζοντες φάρμακα ἐμβάλλουσι καὶ ναρδοστάχυος. *Huic injiciunt petroselinum, atque id solum satisfacit artriticis* (petroselinum nephriticis, non artriticis auxiliatur. Scribo ergo νεφριτικοῖς) *iis verò qui calculo laborant; aliquid Betonicæ & cestri* (id est Romanorum Betonicæ) *quod in Galliis nascitur, vocant autem eam herbam saxifragam.* (Quod calculos frangat de saxifrago alia quædam planta inferius agam) *validius si medicamentum habere velis, adjice spicam nardi.* Satis apertè κέστρον à Betonica diversam facit herbam. Frustra viri magni, ut Galenum & Dioscoridem concilient, pro copulativa particula καὶ disjunctivam ἢ reponendam scribunt. Horum sententiam refellit Æginetæ locus citatus, qui conceptis verbis Betonicam duplicem facit, unam tenuifoliam, alteram quam Dioscorides cestron vocat. Eandem opinionem improbat Ætius, qui locum citatum Galeni libro quarto, capite trigesimo his verbis exscripsit. Ἐπὶ δὲ τῶν λιθιώντων, καὶ βετονικὴ μίγνυται, καὶ κέστρου τῆς καλουμένης σαξιφάγου (scribe σαξιφράγου.) Aliam ab his diversam Betonicam describit Auctuarii auctor, de quo superius egi. Clarissimus Dodonæus vulgatam Veronicam vult esse Betonicam alteram Æginetæ: cujus cur improbem opinionem, rationem habeo nullam, Veronicæ genera plura observarunt recentiores, Veronica alia mas, alia fœmina. Mas erecta, duplex est, major & minor: illa latiore folio, & longiore spica: hæc angustiore folio, & breviore spica videat lector Bauhini phytopanace. Vulgatas Veronicas his verbis describit Dodonæus: *Veronica caulibus dodrantalibus aut longioribus serpit, & quidem ut plurimum per terram: folia ejus latiuscula chamædryos repentis majora, candidioraque, secundum margines, uti illius, serrata; exigua lanugine pubescunt flosculi, in pediculis ordine digesti, dilutè cærulei: semen parvum, rotundum, nigricans, in siliquis planis, exiguum loculum præ se ferentibus completur: radix tenuis huc illuc divaricatur. Locis apricis, sabulosis, ac arenosis, non rarò juxta tumulos & aggeres, agrorum sepimenta, quandoque & in saxosis reperitur. Hujus autem & alia quædam species non accumbens, aut proserpens, sed assurgens atque erecta, priori forma satis similis; sed viribus inferior. Exit & in pratis quædam, ac humentibus; cujus folia majora, virentia, lævia, lanugine carent, aliàs priori foliis, ramulis serpentibus, dilute cæruleis flosculis, & theculis similis: ignava autem, & nullius usus hæc habetur. Iunio ac Iulio quidem floret, ac viget reliquis anni mensibus etiam viret*

Veronica mas ſerpens.



Veronica pratenſis.



viret. Recentior ætas veronicam appellat. Germanis Ehrenpreis / Grundheyl : *Belgis* Eerenprijs / *id eſt honos & laus*, *Bohemi* Weronyta. *Betonica autem, quæ à Paulo Ægineta lib.* 1. *deſcribitur, & alia à* κίρρᾳ *eſt, convenire cum hac videtur. Serpit ſiquidem veluti Pulegium: ramuli ejus tenuiores ſunt, folia forma & magnitudine reſpondent: guſtabilis qualitas longè quam Pulegii inferior: ita ut hujus comparatione nullam referat.* De Veronica fœmina dicta, ſive elatine hæc idem Dodonæus: *Cum veronica legitima vix ullam ſimilitudine habet, tota molli tenuique lanugine contegitur, viticuloſis, ſive cauliculis compluribus humi repit. Folio veluti veronicæ, ſed magis acuminata, nec ambitu ſerrata, floſculi ſecundum folia lutei, retro propendens habent corniculum, inſtar florum linariæ, aut floris Regii: rotunda ſuccedunt veluti Anagallidis capitula, in quibus ſemen. Radix fibroſa. Riguis ac humidis gaudet locis, inter ſegetes etiam exit. Æſtivis menſibus florem, ac deinde ſemen perficit. Leonhartus Fuchſius, & poſt eum Matthiolus, Veronicam appellant fæminam, quibus ſuperior mas eſt; potius tamen ad Elatinem referenda videtur; quam Dioſcorides & Plinius ajunt folia habere Helxiones minora, rotundiora, piloſa: dodrantales ramulos quinos ſenoſve, à radice folioſos, naſcique in ſegetibus ac cultis: cum qua deſcriptione hæc herba convenit. Folia ſiquidem ejus multò quam parietariæ (quæ propriè Helxine) minora ac rotundiora, piloſa quoque, ut jam ſcripſimus: dodrantales etiam ramuli folioſi, non pauciores quinque aut ſex, nec diſſident natales.* Doctiſſimus, ac nobiliſſimus Botanicus Veronicas ad alyſſi hiſtoriam referendas vult, quod qua ratione commodè fieri poſſit, non video. Nullum Veronicæ genus fructum fert duplicium ſcutorum effigie. Dioſcorides lib. 3. cap. 89. ubi de alyſſo agit. παρ' οἷς ὁ καρπὸς ὡς ἀσπιδίσκια διάδιπλα. nec ſemen ὑπόπλατυ ferunt, ſed parvum, rotundum, nigricans, in ſiliquis planis. Quam fœminam Veronicam vocant, nonnulli ad elatinem referunt, ipſamque elatinem eſſe aſſerunt. Dioſcorides lib. 3. c. 40. Ἐλατίνη τὰ μὲν φυλλάρια ὅμοια τῇ ἑλξίνῃ, μικρότερα δὲ καὶ στρογγυλώτερα, δασέα, κλῶνας λεπτοὺς, σπιθαμιαίους ε' ἢ ς' ἀπὸ τῆς ῥίζης, φύλλων πλήρεις στρυφνοὺς ἐν τῇ γεύσει· φύεται ἐν σίτοις καὶ τόποις ἐργασίμοις. *Elatine folia habet Helxinæ, at minora, rotundioraque, piloſa,* (vel, ſi mavis, *denſa*, utrumque τὸ δασὺ ſignificat) *ramos tenues, dodrantales, quinos, ſenoſve, à radice ſtatim foliis refertos, guſtu acerbos. Naſcitur in ſegetibus & cultis.* Meminit elatines Plinius libro


Elatine Veronica fœmina Fuchſii, & Matthioli.



vigeſimo ſeptimo capite nono; *Elatine folia habet helxines, puſilla, piloſa, rotunda, ſemipedalibus ramulis quinis ſeniſve, à radice ſtatim folioſis. Naſcitur in ſegetibus, acerba guſtu, & ideò oculorum fluxioni efficax.* Elatines nomen unde acceperit, non facilè dixerim, cum


cum ἐλάτη abiete, nihil similitudinis habeat. An ergo ἐλατίνη, quod folia quodammodo folliculum, sive palmæ fructus involucrum referant? An verò quod manubrium remi, gladiique quod ex palma fieri solet, folia, quæ helxinæ similia sunt, referant? An quod planta jucundum quendam odorem, qui palmeum unguentum referat, emittat? De odore elatinæ nihil apud veteres legitur, nec folia palmæ involucro comparari queunt, nec formam manubrii remi, gladiique satis mentiuntur. An ergo ἐλατίνη, quasi μικρὰ ἐλάττων ἑλξίνη, *parva minor helxine*? Hoc etymon docet elatinem alteram Dodonæi, veram & legitimam elatinem esse veterum. In veteri codice eandem hanc elatinem vocatam nephriticam, ἐλατίνη οἱ ⁊ νεφριτικὴν &c. legitur. Apud veteres tamẽ ad calculos elatinem utilem esse, non reperitur. Folia inquit Dioscorides, habet helxinæ, sed minora. Quæritur qualis helxine intelligenda? An parietaria? an verò helxine cissampelos? Posterius magis placet, quod planta, quæ pro elatine ostenditur à Dodonæo, aliisque summis botanicis helxinæ cissampelo sit similior, quam parietariæ. Tum etiam

Elatine Cordi, Helxine cissampelos, polygonum hederaceum Columnæ.



quod Dioscorides de helxine cissampelo, quæ hederacea habet folia, præcedenti capite egerit. Malè apud Oribasium pro μικρότερα, μακρότερα *majora* legitur. Satis clarè Plinius folia helxines, & pusilla habere tradit. Δασέα Plinius *pilosa* interpretatur; potest verti *densa*; sed prius placet. Post δασέα in veteri codice additur ἐσχισμένα πως, *aliquo modo fissa*. Quæ spuria videntur; quod nec apud Oribasium reperiantur, nec Plinius ea legerit. Glossatoris ergo sunt. Pro ἀπὸ τῆς ῥίζης in eodem veteri codice habetur, ἀπὸ τῆς γῆς, ⁊ ἀπὸ τῆς ῥίζης, *à terra & radice*. Quod à nobis improbatur. Elatinem alii nummulariam, alii pimpinellam existimant. Neutrã opinionem Botanici probant, Quod nummulariæ folia helxines cissampeli, id est hederæ foliis non sit, sed circinatæ rotunditatis; præterea quod folia non habeat pilosa, sed glabra & virentia, tum quod non in incultis, ac segetibus; sed plerumque in scrobium marginibus, præsertim uligine madentibus reperiatur. Pimpinella verò ramulis exit longè pluribus quam senis, in terram procumbentibus; foliaque habet helxines, aut si quis mavult, (quod nobis non placet) parietariæ dissimilia, sed undique in ambitu laciniata, asterisci modo. Præterquam quod ramuli majores sint, quam dodrantales. Sed hoc solo cœloque adscribi posset. Alii veronicam fœminam Fuchsii, vel fœminam Dodonæi pro elatine ostendunt. Sunt huic quidem folia rotundiuscula, & hirsuta, sed quæ parietariam non referunt, nullamq; cum hedera, vel helxine (hanc veriorem dixi interpretationem) similitudinem habent. Elatine veterum est, quam Dodonæus elatinem alteram vocat, & Mathiolus elatines nomine depingit. Hæc folia hederæ, vel helxinæ cissampelo minora, rotundioraque fert, eadem hirsuta, & nonnihil fissa. Ramulos è radice promit quinos senosve, dodrantales: etiam statim à radice foliis conferta plurimis cernitur; sed hanc notam habet ante-

Elatine altera Dodonæi.



quam cauliculos emittat. Vulgo elatine folio acuminato in basi auriculato vocatur; flore est luteo. Quæ vulgata, & jam descripta est, reperitur & flore cæruleo. Hæc à priore differt, quod foliis est rotundioribus, ad basin minus auricularis, floribusque, ut dixi, subcæruleis, vel cæruleis. Supra dixi Plinium describere betonicam folio lapathi. Erroris causam putamus, quod Dioscorides Britannicam, cui folia lapathi, betonicam vocari tradat, libro 4. cap. 2. Βρεττανικὴ ἡ (deest in veteri codice) βεττονικὴ πόα ἐστὶν ἔχουσα φύλλα ἐμφερῆ (vetus ὅμοια) λαπάθῳ ἀγρίῳ, μελάντερα δὲ καὶ δασύτερα, στύφοντα ἐν τῇ γεύσει. καυλὸν δὲ ἀνίησιν οὐ μέγαν, ῥίζαν λεπτὴν καὶ βραχεῖαν. χυλίζεται δὲ αὐτῆς φύλλα, καὶ ἐν ἡλίῳ ἢ πυρὶ συστρέφεται. *Britannica, sive Betonica herba est foliis sylvestris lapathi, ac nigrioribus, ac pilosioribus, gustu adstringentibus; caulem verò promit non ita magnum, radice autem tenui, brevique nititur. Foliis exprimitur succus, qui sole aut igni cogitur, & inspissatur.* Plinius hujus plante mentionem facit lib. 25. cap. 3. *In Germania trans Rhenum castris à Germanico Cæsare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ, dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagesque in genibus solverentur. Stomacen medici vocabant, & sceletyrben eâ mala. Reperta auxilio est herba, quæ vocatur Britannica, non nervis modo, & oris malis salutaris, sed contra anginas quoque, & serpentes. Folia habet oblonga, nigra, radicem nigram. Succus ejus exprimitur, & ex radice. Florem vibones vocant: qui collectus, prius, quam tonitrua audiantur, & devoratus, securos in totum reddit. Frisii qua castra erant, nostris demonstravere illam, mirorque nominis causam: nisi fortè confines Oceano Britanniæ velut propinquæ, dicavere: non enim inde appellatam eam, quoniam ibi plurima nasceretur, certum est etiamnum Britannia libera.* A Britannia, vel Oceano Britannico, sive potius Belgico. Æque enim illi

mare propinquum habent, ac Britanni) nomen impositum, non existimarim. Verisimilius, ab arce, quam Bretter & Britten vocant Batavi, quod ad ostium *Rheni* à Cæsare Germanico conditum fuit, vel, si cochlearia veterum Britannica sit, (quod mox videbimus) nomen à Frisiis impositum est, quod paludosis in locis, ex quibus cespites conficiuntur, nascatur, qui hodie etiamnum *Bretten*, & *Britten* dicuntur; vel quod ad aggeres maritimos, ex cespitibus factos, copiosa reperiatur. Dioscorides radicem brevem & tenuem ait. Plinius nigram scribit,

Bistorta serpentaria mas Fuchsii.



dicitque, folia oblonga esse nigraque. Dioscorides verò sylvestri comparat lapatho, sed nigriora, magisque pilosa, vel, si mavis, densa esse refert, gustumque habere adstringentem. Cæterum, malum illud, quod Plinius stomacacen vocat, nautis nostris, & qui locis habitant maritimis, notissimum, vulgo Scheurbuyck vocāt. Botanici quidam *Bistortam*, (sic dictam, quod radice sit serpentis jacentis modo in se contracta) eandem alii serpentariam appellant, quod ubi primum è terra erumpit, linguæ serpentis tenui pelle vestitæ, formam obtineat. Alia tamen serpentaria, ab hac viribus formaque multum discrepans quam Græci δρακόντιον vocant, de quo Theophrastus, lib. sequenti. Bistortam, ut dixi, Britannicam esse volunt, ac voces μελάντερα, & δασύτερα exponunt in hunc sensum. Μελάντερα, inquiunt, dicuntur, quę saturatiore sunt colore, & quasi purpura nigricante, ut in violæ martiæ, quam μέλανα vocat Dioscorides, altera parte videre licet. Δασύτερα verò hic non pilosiora significat, sed rigidiora, densiora, & firmiora. Postremam vocem utrumque denotare, alibi probavimus, & de voce μελάντερα, quod referunt, extra controversiam ponimus. Sed alia sunt, quæ impediunt bistortam esse Britannicam; nempe, quod radicem crassam satis habeat. Respondent; Dioscoridem aut minoris bistortæ radicem intellexisse, quæ non admodum crassa est, aut locum hunc à quopiam rei botanices ignaro temerè mutatum: qui cum radicem brevem legisset, παχὺν mutavit in λεπτὴν: quia, quæ sunt breves radices, sæpius etiam sunt tenues. Brevem verò esse, videre licet cum lapatho, aut minoribus collatam. Hanc satis audacem esse correctionem, nemo facilè negabit. Nulla enim nititur auctoritate, improbatur ab Oribasio, qui vulgatam servavit. Fólia bistorta in longiusculis pediculis promit oblonga, lata & acuminata, lapathi similia, verùm venosa & supernè quidem virentia, inferius verò in cæsio colore candicantia: inter quæ medii exeunt caules pede altiores, rotundi, minoribus aliquot foliis circumvestiti; spicam in fastigio exiguis flosculis è dilutiore rubore, purpurascentem, in qua semina tandem

triangularia, & splendentia, veluti oxalidis. Radix subest crassa, oblongior, geniculata, nonnunquam retorta, multis fibris capillata, foris nigricans, interiore verò pulpa non intensè rubescens, gustu astringens. Fuchsius duas hujus species facit, unam foliis rugosioribus, aliam lævioribus: & radice hanc magis in se contorta, illam verò majore & minus complicatâ, multumque fibrosâ. Reperitur bistorta locis humentibus, in opacis silvis, pingui ac lutoso solo. Matthiolus in montibus exire refert. Adolescit etiam feliciter in hortis; perenni radice nititur. Majo ac Iunio flores spicati vigent: semen postea maturescit. Bistortæ recentiores varia observarunt genera. Malunt alii Persicariam, cujus imaginem exhibemus, Britanicam esse, quę copiosissimè in cōvallibus locis prope arcem Britten reperitur. Hæc caulibus, foliis, floribus semen hydropeperi simillima est: caules habet rotundos

Persicaria tragi, Pulicaria mascula.



geniculatos; folia quoque Persicæ aut Salicis, sed sæpe latiora & nigriora quam hydro peperis, macula sive litura in medio nigra, plumbi colore; quâ notâ manifestissimâ ab Hydropepere dignoscitur: flores similiter racemosi, candidi, frequentius purpurascentes: semen nigrum, & radices fibrosæ. Sapore autem hæc herba non est acris, sed subacidum quidpiam respicit. Reperitur similibus, & sæpe iisdem quibus Hydropeperi locis; floretque eodem tempore. Persicaria à foliorum Persicæ similitudine nuncupatur. Germani Pfersichkraut/vnd Flochkraut/Belgæ Persencruyt nominant. Persicariæ etiam varia genera observavit Bauhinus in Phytopanace, quem adeat lector. Malunt alii Brittannicam Cochleariam esse, quam Dodonæus his verbis describit: *Humilis herba Cochlearia est: folia fert mediocris longitudinis, pediculis & radice exeuntibus complura, splendentia, lata, crassa, modicè cava, instar parvi, & non valdè profundi cochlearis: flores in colliculis candidi secundum longitudinem eorum nascuntur: semen parvum, ruffum, in exiguis valvulis, uti Nasturtii: radices tenues sunt, & albæ fibræ. In Frisia, Hollandia, ac aliis maritimis inferioris Germaniæ regionibus, locis palustribus, & circa aggeres sponte nascitur: apud Brabantos, & alibi quoque in hortis sata feliciter provenit. Gignitur verò, & Cochlearia in Britannia, haud procul à Tamesi fluvio, ut Lobellius refert, flore, semine, gustuque priori similis: foliis quoque, colore quidem, sed non perinde cavis, & ad exigui Lapathi, aut a triplicis magis accidentibus. Amat autem Cochlearia non aquas, sed palustria loca, & rigua. Floret Aprili & Majo mensibus, altero à satione anno: semen Majo & Iunio particulatim maturescit. Nominanteam Hollandi, Frisii & aliæ finitimæ natio-*

nationes Loffelkraut; & Lepelcrupt: *Latini Cochleariam. Veteribus, ni fallor, incognita. Nam cum Telephio, aut Britannica (quod aliquando suspicati fuimus) non convenit. Caule enim & foliis portulacam non refert, uti Telphium, nec astringens, aut lapathis facultate assimilis, veluti Britannica est, Dioscoride & Galeno auctoribus, sed gustu acris & calida.* Præterea dissimilia folia sunt sylvestri lapatho dissimilia, densa quidem, sed non pilosa glabra, succique plena. Radicem quoque non nigram, sed albam habet. Alii aliam quandam plantam, conyzis similem, pro Britannica obtrudunt. Describitur his verbis ab adversariorum auctoribus. *Caule plurimum singulari, rotundo, duriore, pallente, cubitum alto; in geniculis folia ima nonnulla eminente Morsus Diaboli minora, aut Conizæ majoris, Bellidis, nonnihil nigricantia. Flores in pusillis alis summis lutei, circinati. Conizæ majores, sed non absimiles, abeuntes maturo semine in pappos: nec semen dissimile Conizæ majoris. Radix brevis, tenuis, albicans, fibrosa, minor, radice Succisæ, aut Bellidis par.* Britannica hæc adstringendi gustum nullum præbet, vehementer amara est, ac nonnihil calida, odore & sapore conicem refert. Radix præterea albicat, nigra dici non potest. Existimavi quandoque brunellam, vulgo dictam Britannicam esse, quod non in convallibus, ut Persicaria, sed in collibus incultisque locis circa arcem Bretten reperiatur. Accedebat, quod nomen haberet à malo, quod die Braun Germani vocant, Oris vitium est, præsertim linguæ, cum timore, & nonnulla exasperatione, nigredine & siccitate, non febre, & mentis perturbatione. Huic malo, quia post sanguinis missionem è venis sub lingua, hujus ex aqua decoctum, addito quandoque aceti momento, aut exiguo mellis rosacei, succurrit; putabam hanc esse Britannicam; nec ab hac sententia detrahebat Plinius, qui adversus stomacen sive scelotyrben præscribit; quod aliud malum esse novi. Hoc enim adstringentibus non curatur, verùm calidis & siccis, ut sunt cochlearia, nasturtium aquaticum, anagalis aquatica, becabunga similiaque. Confirmabat opinionem, quod stomacace, non sit malum castrense, sed maritimum, cum eo quod die Braun vocat, qui castra sequuntur laborent. Verùm cum rectius & acuratius omnia perpendissem, & singula examinassem mutavi sententiam, nec, ut Plinius tradit, credo, ex fontis aquæ potu, milites hoc morbo laborasse, sed ab aëre maritimo. Satis constat ex Tacito, exercitum Cæsaris Germanici, dum in Frisiis esset, multum perpessum esse ab inundatione maris, adeò, uti refert è Tacito, in summo periculo ipse Cæsar fuerit, vixque multo milite Romano submerso effugerit. Fallitur quoque Plinius cum scribit, malum (si modo idem malum fuerit) hoc tolli adstringentibus, immo firmatur eorum usu. Sed ipsam prunellæ faciem videamus. Folia huic non sunt lapatho sylvestri similia, nec adstringit; sed calida magis, & sicca est, nonnihil abstergens, sapore amaro. *Caules*, inquit Dodonæus, *Prunellæ tenues sunt, quadrangulares, hirsuti, terram versus reclinati: per se etenim consistere nequeunt, folia lata, oblonga, acuminata, Menthæ æmula, sed minora, hirsutie tenui, asperiuscula, & haud quaquam odorata: in ramulorum fastigiis flores spicati, è cæruleo obscurè purpurei, rarò albidi. Radices tenues in fibras abeunt, multis veluti capillamentis cohærentes. Incultis & lapidosis, non rarò verò & herbosis brunella gignitur locis; veluti secus margines pratorum reperitur, & quandoque in silvis. A Majo mense in autumnū usque cum flore colligi potest. Recentiores Brunellam & Prunellam appellant: Germani* Brauneilen: *Belgæ* Brunelle: *Matthiolus consolidam minorem, & solidaginem minorem. Ruellius verò Bellidem consolidam minorē dici affirmat. Non est quoque Symphytum petræum, ut nonnullis visum: nam nec odorata, nec lignosa est.* Utra Prunella variat. Reperiuntur & alia genera, uti ex Phytopanace Bauhini cognoscere licet. Fertur Brunellam eadem posse, quæ bugula. Iisdem certè in locis provenit. Hanc quoque sic describit Dodonæus: *Bugulæ folia sunt latiuscula, oblonga, majora quam Origani, mollia, ambitu nonnihil incisa, & inferiore parte, in saxosis quidem & apricis, aliquatenus purpurascentia: caules quadrangulares, modicè hirsuti, inanes, geminatis exque adverso positis foliis convestiuntur, & partim humi decumbentes serpunt; partim verò assurgentes supra dodrantem attolluntur: flores hosce penè folia ambiunt, & fastigium petunt, colore cærulei: radices multis fibris constant. Saxosis, non rarò quoque humidioribus, frequentius apricis & apertis, quàm opacis locis gignitur: translata ad hortos luxuriat: compluribus regionibus familiaris. Aprili ac posterius cum flore reperiri potest. Inter appellatas Solidagines, sive Consolidas à recentioribus numeratur: Consolida media à quibusdam horum dicitur: Germanis est* Guntzel / & gulde Guntzel: *Belgis* Senegroen / in groen: *officinis nostratibus* bugula. *Ruellius* buglum *nominari à Gallis refert. Matthiolus* laurentinam, *& à Senensibus* marandolam *dici auctor est. Sunt qui existimēt, Symphyti illud genus esse quod a Dioscorides* πετραῖον *cognominatur. Verum hi non parum falluntur. Symphytum siquidem petræum ramulos tenues habet Origani similes, capitula verò veluti Thymi, & totum lignosum, & odoratum est. At talis quidem non est Bugula, quæ neo lignosa est, nec odorata, & caules promit differentes ab Origani, & capitula nequaquam habet Thymi æmula.* Bugulæ multa quoque recentiores observarunt genera, quæ omnia Bauhinus recenset.

Prunella.



ΚΕΦ. Η. — Cap. VII.

De œnantha, abrotano, sampsuco, serpyllo, sisymbrio. Tum qui flores verni, qui æstivi, qui autumnales. Et de violæ ac rosæ vita. Tum de myrto Ægyptia miri odoris.

Σπείρεται δὲ καὶ ἡ οἰνάνθη· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἀνθῶδες. τὰ μὲν οὖν "ἀκανθικὰ σχεδὸν ἐν τούτοις καὶ τοῖς ὁμοίοις ληπτέον. τὰ δ' ἕτερα, πάντα μὲν ἀνθεῖ καὶ σπερμοφορεῖ. δοκεῖ δὲ οὐ πάντα, διὰ τὸ μὴ φανερὸν εἶναι τινῶν τὸν καρπόν. ἐπεὶ καὶ τὸ ἄνθος ἐνίων, ἀμαυρόν. ἄλλα δὲ διὰ τὸ βραδέως καὶ χαλεπωτέρως † παραγίνεσθαι τῇ φυτείᾳ, χρῶνται μᾶλλον τῷ φυτῷ, ὥσπερ ἐλέχθη καὶ κατ' ἀρχάς. καίτοι διατείνονταί τινες ὡς οὐκ ἐχόντων καρπόν. αὐτοὶ γὰρ ξηράναι πολλάκις, καὶ ἀποτρίψαι, καὶ σπεῖραι· οὐδέποτε δὲ βλαστεῖν, οὔτε ἕρπυλλον, οὔτε ἐλένιον, οὔτε σισύμβριον, οὔτε ‡ μίνθον. πεπειρᾶσθαι γὰρ καὶ ταύτης. ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνο ἀληθέστερον. οἵ τε πεπειρᾶσθαι φάσκοντες καὶ τούτων εἰσίν. ἥ τε τῶν ἀγρίων φύσις ἐπιμαρτυρεῖ. καὶ γὰρ ἕρπυλλός ἐστιν ἄγριος. ὃν κομίζοντες ἐκ τῶν ὀρῶν φυτεύουσι, καὶ ἐν Σικυῶνι καὶ Ἀθήνησιν ἐκ τοῦ Ὑμηττοῦ· παρ' ἄλλοις δὲ ὅλως ὄρη πλήρη καὶ "τόποι· καθάπερ ἐν τῇ Θρᾴκῃ· καὶ σισύμβριον δὲ καὶ τ' ἄλλα δριμυτέραν ἔχοντα τὴν ὀσμήν, ἕρπυλλος δὲ ἐνίοις καὶ παντελῶς θυμώδης. † δῆλον οὖν ὅτι πάντα τὴν γένεσιν ἀπὸ σπέρματος λαμβάνει. ἀβρότονον δὲ μᾶλλον ἀπὸ ῥίζης καὶ παρασπάδος βλαστάνει, ἢ ἀπὸ σπέρματος. χαλεπῶς δὲ καὶ ἀπὸ σπέρματος, προμισχευόμενον ἐν ὀστράκοις· ὥσπερ οἱ Ἀδώνιδος κῆποι. τοῦ θέρους δὲ σπείρεται. δύσριγον γὰρ σφόδρα καὶ ὅλως ἐπίκηρον. ὅπου καὶ ὁ ἥλιος σφόδρα λάμπει. ἐμβιῶσαν δὲ καὶ αὐξηθὲν, μέγα καὶ ἰσχυρὸν καὶ δενδρῶδες, ὥσπερ τὸ πήγανον. πλὴν ξυλωδέστερον πολὺ τοῦτο, καὶ ξηρότερον, καὶ αὐχμωδέστερον, ὁ δὲ ἀμάρακος, ἀμφοτέρως φύεται, καὶ ἀπὸ παρασπάδος καὶ ἀπὸ σπέρματος· πολύσπερμον δὲ, καὶ τὸ σπέρμα εὔοσμον, ὀσμὴ δὲ μαλακωτέρα. δύναται δὲ καὶ μεταφύεσθαι. πολύσπερμον δὲ καὶ τὸ ἀβρότονον καὶ οὐκ ἄοσμον. τοῦτο δὲ ῥίζας μὲν ἔχει ὀρθὰς καὶ κατὰ βάθους. ἔστι γὰρ ὥσπερ μονόρριζον τῇ παχείᾳ. τὰς δ' ἄλλας ἀπ' αὐτῆς. ὁ δ' ἀμάρακος, καὶ ὁ ἕρπυλλος, καὶ τὸ σισύμβριον, καὶ τὸ ἐλένιον, ‡ ἐπιπολαίους καὶ πολυσχιδεῖς καὶ ταρρώδεις. ξυλώδεις δὲ πᾶσαι. πολὺ δὲ μᾶλλον τοῦ ἀβροτόνου, καὶ διὰ τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ξηρότητα. τοῦ δὲ ἑρπύλλου, ἴδιος ἡ αὔξησις ἡ τῶν βλαστῶν. δύναται γὰρ ἐφ' ὁσονοῦν προϊέναι κατὰ μῆκος, χάρακα λαβὼν, ἢ πρὸς αἱμασιὰν φυτευθεὶς, ἢ κάτω καθιέμενος. "εὐαυξέστατος δὲ εἰς φρέαρ. εἴδη δὲ τοῦ μὲν ἡμέρου λαβεῖν οὐκ ἔστι, καθάπερ ἐλέχθη. τοῦ δὲ ἀγρίου φασὶν εἶναι. τοῦτον γὰρ ἐν τοῖς ὄρεσι, τὸν μὲν θυμβρώδη τινὰ καὶ δριμύτατον, τὸν δ' εὔοσμον εἶναι καὶ μαλακώτερον. ὥρα δὲ τῆς φυτείας πλεῖστον μετόπωρον. ἐν ᾧ σπεύδουσιν ὡς πρῶτα φυτεύειν. οὐ μὴν ἀλλ' ἔνια καὶ τοῦ ἦρος φυτεύουσιν ἅπαντα· φιλόσκια καὶ φίλυδρα, καὶ φιλόκοπρα μάλιστα. αὐχμὸν δὲ δέχεται. καὶ ὅλως ὀλιγυδρότατος ὁ ἕρπυλλος. κόπρῳ δὲ χαίρει. μάλιστα δὲ καὶ τῇ τῶν λοφούρων· φασὶ δὲ καὶ μεταφυτεύειν δεῖν πολλάκις. κάλλιον γάρ. τὸ δὲ σισύμβριον, ὥσπερ ἐλέχθη, καὶ ἐξίσταται μὴ καταφυτευόμενον. τῶν δὲ ἀνθῶν † τοῦ μὲν, πρῶτον ἐκφαίνεται τὸ λευκόϊον, ὅπου μὲν ὁ ἀὴρ μαλακώτερος, εὐθὺς τοῦ χειμῶνος· ὅπου δὲ σκληρότερος, ὕστερον, ἐνιαχοῦ τοῦ ἦρος. ‡ ἅμα δὲ τῷ ἴῳ ἢ μικρότερόν τι ὕστερον καὶ τὸ φλόγινον καλούμενον τὸ ἄγριον. ταῦτα γὰρ ὧν οἱ στεφανη-

" ἀνθικὰ Scal. Theod.
† παραγίνεσθαι τῷ σπερματισμῷ.
‡ μίνθην.
" τόποι ἄγριοι.
† vulgò legitur χαλεπῶς δὲ καὶ ἀπὸ σπέρματος in Ald. uti & Bas. cod. locus hic admodū depravatus exstat, Δῆλον, ὅτι πάντα τὴν γένεσιν λαμβάνει, ἀβρότονον δὲ μᾶλλον ἀπὸ σπέρματος βλαστάνει, ἢ ἀπὸ ῥίζης καὶ παρασπάδος. χαλεπῶς δὲ καὶ ἀπὸ σπέρματος, προμισχευόμενον ἐν ὀστράκοις· ὥσπερ οἱ Ἀδώνιδος κῆποι, τοῦ θέρους· δύσριγον. Aliter. δῆλον οὖν ὅτι πάντα τὴν γένεσιν ἀπὸ σπέρματος λαμβάνει· ἀβρότονον δὲ μᾶλλον ἀπὸ ῥίζης καὶ παρασπάδος, καὶ ἀπ' ἄκρων βλαστάνει, ἢ ἀπὸ σπέρματος· χαλεπῶς δὲ καὶ ἀπὸ παρασπάδος προμισχευόμενον ἐν ὀστράκοις· ὥσπερ ἐν τοῖς Ἀδώνιδος κήποις.
‡ ἐπὶ πολλὰς Al. Bas.
" εὐαυξέστατος αἱμαστιὰν, nō αἱμασιάν.
† τοῦ μὲν ἦρος πρῶτον.
" Ald. Bas. ἅμα δὲ τῷ ἴῳ ἢ μικρότερον τι γάρον καὶ τὸ φλόγινον. Lege.
‡ ἅμα δὲ τῷ λευκοΐῳ ἢ μικρότερον τι ὕστερον τὸ κρίνον τὸ πορφυροῦν, καὶ τὸ φλόγιον.
† οἷς.

Oenantha quoque semine obserenda est. Nec enim hæc excludi à floribus debet. Ergo quæ dicata floribus sunt, hisce atque similibus pene intelligi debent. Reliqua & florem & semen omnia ferunt. Quanquam non omnia ferre putantur, " quod fructus quorundam haudquaquam manifestus sit. Nam & flos nonnullorum "incertior est. Quinetiam quod lentius difficiliusque seminata perficiuntur. Planta propterea uti potius consueverunt. Quod vel inter initia proposuimus. Quanquam sunt, qui ea omnia fructu carere asseverent. Sæpe enim exsiccata tritaque seruisse se inquiunt, sed nunquam germen erupisse: nec serpylli, neque helenii, neque sisymbrij, neque mentæ. Nam hujus quoque periculum se fecisse affirmant. Attamen illud verius est. Neque desunt, qui & hæc experti fuerunt, & natura ipsa silvestrium planè attestari videtur. Serpylli etenim silvestre etiam genus est, quod deferentes ex montibus serunt. Sicut apud Sycionem fieri solet, atque etiam Athenis ex monte Hymetto. Apud alios verò, ut in Thracia, montes & † plana omnia serpyllo scatent. Sed sisymbrio, reliquisque odor acrior est. Serpyllus apud nonnullos etiam thymum penitus redolet. Constat ergo, quod omnia sui ortus primordium ex semine capiunt. Sed abrotonum radice, aut avulsione potius, quam semine germinat. ‡ Semine enim difficulter exit. Et hoc testis antea viviradicis causa intimato: quemadmodum Adonidis hortulos emoliuntur. Seritur æstate. Friget enim vehementissimè, atque in totum morbo obnoxium est, etiam ubi sol vehementer illucet. "Sed cum conualuerit creveritque, magnum, robustum, atque arboraceum est, quemadmodum ruta. Nisi quod hoc lignosius, & siccius, & squalidius est. † Sansucum utroque modo nascitur, videlicet, & semine, & avulsione. Præstat seminis copia, & jucundi odoris semen est, & quidem mollioris odoris. Nec non planta ejus transferri potest. Abrotanum quoque semine abundat, nec sine odore est. Sed id radices rectas altasque agit. Est & veluti ‡ unistirps, crassa scilicet illa radice. Reliquis verò de ea exeuntibus spargitur. Quod non " sansuco, nec serpyllo, nec sisymbrio, nec helenio datum est. † Hæc enim in summo terræ adhærent, radice multifida torridaque. Radices omnes lignosæ sunt. Sed longè magis abrotani, magnitudinis siccitatisque causa. Serpyllo peculiaris auctio germinum. ‡ Quippe cum in quantumvis longitudinē procedere valeat, nactum scilicet adminiculum, aut juxta sepes aliquas satum. Crescit præcipue in puteis. Genera urbana reddere non est, ut retulimus. Agrestis verò posse affirmant. Quendam enim in montibus tum satureiæ similem, atque vehementissimum: alium vero gratum odore, mollioremque comperi. Tempus serendi plurimum autumnus: hoc enim primum serere nimirum properant. Cæterum & vere nonnulla feruntur. Omnia autem umbram, aquam, fimumque unicè amant. Serpyllum squallorem patitur: atque in totum aquæ paucæ indigum est. Sed fimo præcipuè gaudet, & jumentorum potissimum. Transferendum quoque id sæpius censent. Melius enim sic redditur. Sisymbrium verò & degenerat facile, nisi transferatur, ut dictum est. † Florum prima viola alba se ostendit. Nascitur ubi cœlum clementius est, etiam nondum

" debilis est.
† & sylvestria loca omnia serpyllo scatent, & sisymbrio & reliquis acriori odore præditis, serpillum apud nonnullos figura Thymi est, aut extremis ramulis.
‡ quin etiā avulsione haud ita facile: in testas enim indunt surculos adhuc hærentes matrici, ut postea quam radicem emiserint, transferantur, ut in Adonidis hortis fieri solet.
" quod si non inierient.
† samsuchū.
‡ singulari constans radice.
" samsucho.
† hæc enim radice superficiaria; multifida, perplexaque constant.
‡ ramulorū serpylli proprium quoddam est incrementum. Quippe cum possit in quantam volueris lōgitudinem trahi, accepto pedamēto aliquo, aut si prope sepes plantetur, aut ex loco altiori demissum crescit.
" maximè
† vernaliū florum.

πλόκοι χρῶνται πολὺ ἐκπρέχει τῶν ἄλλων. μετὰ δὲ ταῦτα ὁ νάρκισσος, καὶ "τὸ λείριον, καὶ τὸ τοῦ βολβοῦ κώδιον. ἐμπλέκουσι γὰρ ἔνιοι καὶ τοῦτο εἰς τοὺς στεφάνους. ἔπειτα δὲ τούτοις ἡ οἰνάνθη, καὶ τὸ μελάνιον, καὶ τῶν ἀγρίων ὅ, τε ἑλειόχρυσος, καὶ τῆς ἀνεμώνης, ἡ λειμωνία καλουμένη, καὶ τὸ ξίφιον, † καὶ ὑάκινθος, καὶ σχεδὸν ἴσοις ἄλλοις χρῶνται τῶν ὀρείων, τὸ δὲ ῥόδον ὑστερεῖ, καὶ τελευταῖον μὲν φαίνεται, πρῶτον δ' ἀπολείπει τῶν ἐαρινῶν. ὀλιγοχρόνιος γὰρ ἡ ἄνθησις. ὀλιγοχρόνια γὰρ καὶ τῶν ἀγρίων τὰ λοιπὰ, πλὴν τῆς ὑακίνθου, καὶ τῆς ἀγρίας, καὶ τῆς σπαρτῆς· αὕτη δὲ διαμένει. καὶ τὸ λευκόϊον. καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ φλόγιον τὸ δὲ δὴ μελάνιον ὥσπερ εἴρηται, δι' ἐνιαυτοῦ θεραπείας τυγχάνον. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ οἰνάνθη. καὶ γὰρ τοῦτο ἀνθικὸν μὲν, ‡ ποῶδες δὲ τὴν φύσιν, ἐάν τις ἀποκνίζῃ, καὶ ἀφαιρῇ τὸ ἄνθος, καὶ μὴ ἐᾷ σπερματοῦσθαι, καὶ ὅταν τόπον εὐήλιον "ἔχει. τὸ δὲ ἄνθος βοτρυῶδες † καὶ λευκὸν, καθάπερ τῶν ἀγρίων. ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ ἐαρινὰ φαίνεται. τὰ δὲ θερινὰ μᾶλλον, ἥ τε λυχνὶς, καὶ τὸ Διὸς ἄνθος, καὶ τὸ ‡ κήρινθον, καὶ τὸ ἴφυον, καὶ ὁ ἀμάρακος, "ὁ φρύγιος, ἔτι δὲ ὁ πόθος καλούμενος, οὗτος δέ ἐστι διττός· ὁ μὲν ἔχων τὸ ἄνθος ὅμοιον † τῇ ὑακίνθῳ· ὁ δ' ἕτερος, ἄχρους, λευκός. ᾧ χρῶνται ‡ περὶ τὰ τάφους, καὶ χρονιώτερος οὗτος. ἀνθεῖ δὲ καὶ ἡ ἶρις τοῦ θέρους, καὶ τὸ στρούθιον καλούμενον "τῇ ὄψει καλὸν τὸ ἄνθος. εὔοσμον δὲ μετοπώρου. τὸ δὲ λείριον τὸ ἕτερον, καὶ ὁ κρόκος ὅ, τε ὀρεινὸς † εὔοσμος καὶ ὁ ἥμερος. εὐθὺς γὰρ ἀνθοῦσι τοῖς πρώτοις ὕδασι· χρῶνται δὲ καὶ ‡ ὁ τῶν ἀγρίων τῷ τῆς ὀξυακάνθου καρπῷ, καὶ τῷ ἄνθει τῷ τῆς "σμάλακος. καὶ ταῖς μὲν ὥραις οὕτως ἑκάστων ἡ γένεσις· ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐδεὶς διαλείπεται χρόνος οὐδ' ἔστιν ἀνανθής· ἀλλὰ καὶ ὁ χειμὼν ἔχει, καίπερ ἄγονος δοκῶν εἶναι διὰ τὴν κατάψυξιν, τῶν μετοπωρινῶν μεταλαμβανόντων. ἐὰν δὲ δὴ καὶ μαλακὸς ᾖ, πολλῷ μᾶλλον. ἁπλῶς γὰρ πάντη τὰ πολλὰ καὶ ἐπεκτείνεται τῆς οἰκείας ὥρας, καὶ "εἰ ὁ τόπος εὐήλιος ᾖ, μᾶλλον. διὸ καὶ συνέχεια γίνεται. χρόνοι μὲν οὖν οὗτοι καὶ ὧραι κατὰ τὰς γενέσεις. βίος δὲ, ἰωνίας μὲν τῆς λευκῆς, ἔτη μάλιστα τρία. γηράσκουσα δὲ ἐλαττοῦται, καὶ † ἀεὶ λευκότερα φέρει. ῥοδωνίας δὲ πέντε τὰ πρὸς ‡ τὴν ἀκτὴν μὴ ἐπικαομένης δηλονότι μὴ δ' ἐπιτεμνομένης. χείρω δὲ καὶ ταύτης τὰ ῥόδα γηρασκούσης. πρὸς εὐοσμίαν δὲ καὶ ῥόδων, καὶ ἴων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνθῶν μέγιστον ὁ τόπος συμβάλλεται. καὶ ὁ ἀὴρ πρὸς ἕκαστον οἰκείως. ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ τὰ μὲν πάντα ἄλλα "εὔοσμα καὶ ἀναθῆ καὶ ἀρώματα. αἱ δὲ μυρρίναι θαυμασταὶ τῇ εὐοσμίᾳ. προτερεῖν δέ φασι τῶν ἐνταῦθα καὶ ῥόδα, καὶ ἴα, καὶ τὰ ἄλλα ἄνθη καὶ διμήνῳ. καὶ διαμένειν πλείω τῶν παρ' ἡμῖν οὐκ ἐλάττω χρόνον τούτου. δοκεῖ δὲ πρὸς εὐοσμίαν διαφέρειν, ὥσπερ ἐλέχθη καὶ ὁ ἐνιαυτὸς, τοῖος ἢ τοῖος γινόμενος· οὐ μόνον ἐπομβρίαις καὶ αὐχμοῖς, ἀλλὰ καὶ τῷ † καιρόν τινα γίνεσθαι καὶ ὕδατα καὶ πνεύματα καὶ ἁπλῶς τὰς τοῦ ἀέρος μεταβολάς. τὰ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ ῥόδα, καὶ ἴα, καὶ τὰ ἄλλα ἄνθη τῇ ὀσμῇ πολλῷ χείρω γίνεσθαι καὶ περὶ μὲν τῶν στεφανωματικῶν καὶ ἁπλῶς τῶν φρυγανικῶν, σχεδὸν ἐν τούτοις καὶ τοῖς ὁμοίοις ἐστὶν ἡ ἱστορία.

" λείριον, καὶ ἐκ τῶν τριῶν ἀνεμώνης γενῶν ὄρειον, καὶ τὸ τοῦ.
† καὶ ὁ ὑάκινθος.
‡ ποῶδες.
" ἔχει, πλεῖστον διαμένει.
† καὶ λευκὸν, καθάπερ ἀμπέλου τῆς ἀγρίας.
‡ τῷ.
" πρὸς τούς.
‡ καλὸν ἄνθος, ἄοσμον, δὲ μετοπώρου δὲ τὸ λείριον.
‡ ἄοσμος καὶ ὁ ἥμερος εὔοσμος εὐθύς.
" ἐκ.
† σμίλακος.
‡ ἴων Bas.
" ἀεὶ Bas.
† ἀκμήν.
‡ ἄοσμα.
† τῷ κατὰ καιρόν τινα.

dum hyeme exacta: ubi vero immitius, postea. Vere nonnunquam cum viola alba, aut paulo post lilium exit. "Et quæ viola flammea vocatur, sylvestris duntaxat. Hæc cæteris omnibus, quibus coronarii utuntur, longe præcurrunt. † Post hæc narcissus, & lirium exeunt. Ad hæc bulbi flos. Quidam enim coronis hunc etiam inserunt. Sequitur ‡ vitiflora, & nigra viola, & è sylvestribus " aurelia, & genus fremii, quod limonium vocant, & † pugio, & hyacinthus: & quibuscunque ferè aliis montanis utuntur. Rosa serior hisce est. Et novissima quidem erumpit: prima autem inter vernos desinit flores. Parum enim temporis ‡ durat ejus proventus. Nam & reliqua in sylvestrium genere parum durant; excepta hyacintho, tam sylvestri, quam urbana. Hæc enim plurimum durat. Adde violam albam, atque etiam magis flammeam. Nigra (ut dictum est) "per annum durat, si cultus adhibeatur. Eodem modò † vitiflora. Nam ea quoque addicta floribus est, naturaque ‡ herbacea constat. Si florem " atteras, auferasque, nec seminescere sinas, nec solum desit apricum, durare plurimum potest. Flos specie constat racemi, candidusque est, ut labruscæ. Hæc igitur verna potius esse videntur. † Æstiva autem, lucernula, Iovis flos, cerinthus, iphyum, sansucum phrygium. Item quod desiderium vocant. Cujus genera duo sunt. Vnum cui flos hyacintho similis: alterum decolor, album, ‡ quo in sepulchris uti mos est. Et diuturnius verò id ipsum est. Floret & " consecratrix æstate, & † lanaria dicta. Flos aspectu pulcher, sed caret odore. Lirii alterū genus, & crocum tam montanum, quod exors odoris est, ‡ quam sativum, autumno florere incipiunt. Statim enim primis imbribus florent. "Quin & sylvestrium genere spinæ acutæ fructu, & ederæ ciliciæ flore utuntur. Temporum quidem ratione, ordinem hunc singulorum ortus sortiri animadversum est. Sed quoad plenius dici liceat, nullum intermittitur tempus, nec ipsa hyems flore vidua est. Sed hæc etiam, quanquam gelu infœcunda apparet, flosculos tamen habet, scilicet autumnalibus prorogatis. Quod si hybernum tempus clementius fuerit, longè magis ita continget. Etenim major pars florum vel ultra sibi accommodatum protrahi potest, & si loca aprica sint, magis id evenit. Ex quo fit, ut perpetua florum continuatio fiat. Tempora hæc generationum notantur. Vitæ violæ albæ anni maximè tres. Senescens diminuitur, candidioresque assiduè flores fert. Rosæ quinquennium, ad vigorem scilicet, non adustæ, neque recisæ. Sed ejus quoque flores senescentis deteriores redduntur. Ad jucundum autem odorem, & rosarum, & violarum, & reliquorum florum, solum cœlumque singulis accommodatum, plurimum confert. Nam in Ægypto cætera quidem omnia sine odore floreque, etiam aromata dicta sentiuntur. Myrti verò mirum in modum odoratæ assurgunt. Provenire ante hæc nostra, & rosas, & violas; & reliquos flores tractus illius etiam binis mensibus, plusque durare, haud hoc breviori tempore ajunt. Videtur & annus, (ut diximus) ad odorem bonum conferre. Cum scilicet talis, aut talis incesserit. Non imbrium siccitatumque tantum ratione, sed etiam quum tempus certum, & aquæ, & flatus, & in totum cœli cōmodæ mutationes accessere. In montibus autem (ut simpliciter dicam) & rosę, & violę, & reliqui omnes flores odore longe deteriores prodeunt. Et eorum quidem quibus in coronis utuntur, & in totum suffruticei generis historia, hisce, similibusque est tradenda.

" lilium exit purpureum, postea flammea viola, quæ vocatur sylvestris.
† post hæc narcissus, & lilium (album) exeūt, & ex tribus anemones generibus, quod montanum vocatur, ad hæc bulbi eriophori, id est laniferi flos.
‡ œnanthe.
" heliochrysos & genus anemones.
† gladiolus.
‡ ejus flos durat, nam & reliquorum in sylvestrium genere flores parum durant.
" cuncto anni tempore floret.
† œnanthe.
‡ odorata.
" decerpas.
† æstiva autem lychnis Iovis flos, cerinthus iphyum, sampsuchū, quod phrygium vocatur.
‡ ad sepulchra ornanda anirū.
" struthium dictum.
† quam sativum, quod odoratū est autumno.
‡ quin & ex.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Τὰ μὲν οὖν ἀκανθικά. Lege, ἀνθικά.

Χαλεπωτέρως παραφύεσθαι τῇ φυτείᾳ. Separa sic, τῇ δὲ φυτείᾳ χρῶνται μᾶλλον, ut παραφύεσθαι referatur ad seminationem.

Ἄδηλον. Sic legit Theodorus. Δῆλον οὖν ὅτι πάντων τὴν γένεσιν ἀπὸ σπέρματος λαμβάνει. ἀβρότονον δὲ μᾶλλον ἀπὸ ῥίζης, ἢ παραφυτάδος, ἢ ἀπὸ σπέρματος βλαστάνει. χαλεπῶς δὲ ἀπὸ σπέρματος. Quæ sententia convenit cum iis, quæ alibi dixit; quæ semen ferunt, ex eo semine generare posse. Atque hæc est major propositio demonstrationis, qua concludat adversus eos, qui dicebant ἐκτρέφεσθαι, ἢ ἀποσπεῖσθαι. Cæterùm cum doceat, minus ἀπὸ σπέρματος provenire: quare subdat, χαλεπῶς δὲ ἀπὸ σπέρματος? Itaque sic lego χαλεπῶς δὲ καὶ ἀπὸ παραφυτάδος, ἀλλὰ παραμοσχευόμενον ἐν ὀστράκοις. Melius igitur avulsione, quàm semine: quin etiam avulsione, haud ita facilè. Declarat difficultatis rationem: quia in testas indunt surculos adhuc hærentes matrici, ut postea quàm radicem emiserint, transferantur. Hoc est, παραμοσχεύειν: id quod etiam fit in moro. Nescio quomodo Theodorus semen in testas mittat, ut fiat viviradix. Fiet enim planta potius. At ejus verba sunt hæc. *Semine enim difficulter exit: & hoc testis antea viviradicis caussa intimati.* Audis etiam verbum, *intimare.* & mox, *Adonidis hortulos emolliuntur.* Nihil molimur quod molem non sit habiturum. Quare Adonidis hortis minimè convenit: minus igitur etiam hortulis. τοῦ θέρους, adde σπείρεται.

Ἐμβιώσει. Theodorus, *cum convaluerit.* Quia dixerat, ἐπίκηρον. *Quod si non interierit: si ea incommoda vitaverit, & fuerit superstes.*

Ἐπὶ πολλάς, καὶ πολυσχιδεῖς. Lege, ἐπιπολαίους. Id est, *superficiarias*: quia dixerat κατὰ βάθος ταρρώδεις. Theodorus *torridas.* ταρσοί, sunt *fiscellæ, & cistæ.* Dices igitur, *perplexas*; si non sit mendum.

Ἐυοζίας. *Exquisitus.* At Theodorus legit, ἰνωδέστατον, rectè. Corrige in codice Theodori, *Saturejaceum*, non *Saturejatum*, θυμβρώδη.

Φιλοίκια, Theodorus φιλίοικια.

Ἐξίσταξ. Corrige: ubi est, ἐξίστασι. *Exire è specie, absistere.* Theodorus rectè, *degenerare.*

Τῶν δὲ ἀνθῶν. Hinc secabo aliud caput. Florum namque tractat tempora. Lege τὸ μὲν πρῶτον, non autem τῶν. Item ἅμα δὲ τῷ ἴῳ, ἢ μικρὸν ὕστερον τὸ λείριον, ἢ τὸ φλόγινον, Theodorus non λείριον, sed κρίνον, legit, malè. Serò enim floret lilium. Sanè post rosam: aut quemadmodum censet Plinius, medio ejus proventu. Senecio ineunte vere: unde & nomen.

Ὁ νάρκισσος, καὶ τὸ λείριον. Quia duæ sunt species: ut mox, quas cum nondum declaravit, & supra uni utrumque nomen attribuerit: facit hic nos ad dubitandum attentiores. Supra enim dicebat: ὁ δὲ νάρκισσος, ἢ τὸ λείριον. οἱ μὲν γὰρ τοῦτο, οἱ δ' ἐκεῖνο καλοῦσι. Theodorus quoque hic cõjunctum legit. καὶ, non autem ἤ. Notabis etiam βολβὲ κώδιον, quia folliculaceus est. Theodorus, *flos.*

Sic lego. Τῇ ὄψει καλὸν ἀοσμον δέ. μετωπόρου τὸ λείριον, τὸ ἴπνον. Item ὅτι ὀριγανὸς ἀοσμος.


Τὸ τῆς μάλακος. Lege σμίλακος, & animadvertes oxyacanthi quoque fructu ad coronas usos esse veteres.

Item, τὰ πρὸς τὴν ἀκμὴν, μὴ ἐπιτεταμένης, δηλονότι. Et illa sic. τὰ μὲν πάντα ἄλλα ἀοσμα, καὶ ἀκανθῆ. Et infra, καὶ τῷ κατὰ καιρὸν τινα γίνεσθαι.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Οἰνάνθη. Quæ de hac voce circa finem libri quinti dicta sunt, ne nauseam lectori moveam, non repetam. Οἰνάνθην dictam volunt, ἀπὸ τοῦ οἴνου & ἄνθους, *vino & flore*, quasi flos vinosus, quod odore, & quadantenus colore, sit viti similis. Plinius lib. 21. cap. 11, ubi de vernis agit floribus, & qui ex iis maximè durent, *E cæteris*, inquit, *hyacinthus maximè durat, & viola alba, & œnanthe, sed hæc ita, si divulsa crebro prohibeatur in semen abire. Nascitur locis tepidis, odor idem ei, qui germinantibus uvis, atque inde nomen.* Malunt alii sic dictam, quod viti similem florem ferat, vel quod cum vite floreat, & hinc fortassis, doctissimus Gaza *vitifloram* interpretatus est. Quod etymon minus placet, quod Theophrastus hoc ipso capite, inter vernos flores eam recenseat. Vitis verò serius, æstate, scilicet Iunio, Iulioque mensibus floret. De œnanthe hæc tradit Theophrastus, quod semine seri debeat, quodque à floribus excludi nequeat, vereque florem producat racematum album, uti labruscæ seu vitis sylvestris; cultus verò si adhibeatur omni anni tempore floreat. Rectè magnus Scaliger pro ἀκανθικά, ἀνθικά restituit. Spinosa quippe, non est œnanthe, nec inter eas relata à Theophrasto. Quidam Botanici œnãthen Theophrasti, à Dioscoridis œnanthe diversam esse tradunt. De œnanthe Dioscorides lib. 3. c. 135. hæc tradit, Οἰνάνθη. οἱ δὲ λευκανθὴν (hæc non legitur in Aldino codice nisi inter notha) καλοῦσι, τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὥσπερ σταφυλῖνος. ἄνθη δὲ λευκά, καὶ καυλὸν, σπιθαμιαῖον. καρπὸν δὲ ὥσπερ ἀτράφαξις. ῥίζαν μεγάλην, κεφαλὰς ἔχουσαν πλείονας, στρογγύλας. φύεται ἐν πέτραις &c. *Oenanthe, alii leucanthon nominant, folia edit pastinacæ: flores candidos, caulem crassum, palmi altitudine: semen atriplicis: radicem denique magnam, in multa rotunda capitula extuberantem, nascitur in petris.* Dioscorides folia pastinacæ habere scribit, Theophrastus qualia sint, non exprimit, sed ex eodem colligitur foliis præditam parvis, lignosisq; caulibus. Inter suffrutices quippe numerat; sed & pastinacæ folia particularia haud magna sunt. Inde ergo nihil concludi potest, Leucanthemon ab albis dicitur floribus. De œnanthe hæc Plinius lib. 21. cap. 24. *Oenanthe herba nascitur in petris, folio pastinacæ, radice magna, numerosa.* Dioscorides non dixit radicem numerosam, sed magnam esse, & in numerosa rotunda capitula extuberare. Sunt qui filipendulam œnanthem esse existimant; negant alii. Sed præstat descriptionem & differentias dare, & deinde judicium ferre. Filipendula, à numerosis & rotundis in radice glandibus, quæ velut ex filo quodam pendere videntur, nomen habet. Ea multos dodrantales à radicis capite cauliculos promit, admodum tenues, utrimque ex intervallo brevi, semiuncia longioribus, & serræ in-


Filipendula.



star divisis, foliis alatis, sine petiolo, pediculo adnatis in summis pediculis. Postremum foliorum veluti in tria dividitur, ita ut duo ad utrumque latus inclinent, medium verò rectà promineat. Omnibus autem foliorum intervallis, veluti parvula foliorum rudimenta immixta sunt. caules. Pro soli ratione plures, vel pauciores profert, non rarò singularem, cubitalem, interdum majorem, junceæ gracilitatis, rotundum, durum, modicè rubentem, & minime

nimè profundè striatum, geniculis longo intervallo præcinctum. E geniculis singula prodeunt folia, supra dictis similia, ex segmentis compluribus, longiusculis, & ambitu serratis composita, veluti potentillæ sive argentinæ; duriora tamen, nigriora, saturatius virentia, minora tenuiusque divisa, juxta exortum latiusculis duabus laciniis utrimque caulem amplectentia. Flores medio vere in summis profert caulibus, corymbi figura asservatos, qui antequam aperiantur in russo candicant. Totus deinde corymbus in plures graciles, & inæquali longitudine surculos dividitur, floribus parvis, candidis, ex sex septemque, ut plurimum, foliolis, tenuiter odoratis, instar radiantis stellæ staminibus, in medio concoloribus, plenos. Florum foliolis delabentibus, semen remanet parvum, oblongum, gracile, copiosum, squamosum, in rotundum capitulum coactum, veluti reginæ prati, sive, ut vulgo vocatur, ulmariæ; sed non ut illius involutum. In omnibus surculorum majoribus sinubus, & evidentioribus furcis singularis est flos, & postea seminibus constans capitulum sine pediculo, relatu digno, alarum cavis annexum. Radicem habet in superficie terræ minimi digiti crassitudine, oblongam, à qua undique exeunt graciles, teretesque fibræ; in quarum extremitate singulæ plerumque veluti candatæ glandulæ, instar pœoniæ fœminæ, aut asphodeli, substantia carnosæ. Foris color est niger, intus verò in cădido modicè russus. Tota herba diversis constat qualitatibus: partim enim adstringit, partim tenuem quendam saporem, & veluti vinosum palato imprimit, caput odore etiam, cum gustatur, tentantem. Flores inter optimum mel, vinum, & pœoniam, medium habent odorem, non injucundum, ulmariæ floribus omninò similem, cui tota etiam æqualis est temperamento. In asperis, aridis, ac petrosis apud Germanos, ac Britannos humilior exit; in hortis luxuriat, ac altius attollitur. Iunio ac Iulio in flore est, succedente mox semine. Vulgo filupendula, ac philupendula: à Nicolao Mirepso sect. 1. art. 40. φιλιπένδυλα appellatur: Germanis **Roterſteinbrech**. I, Saxifraga rubra, item & **Wildgarben**. i. e. Millefolium silvestre, Italis ac Hispanis, nec non Gallis *filopendula*. Præter hanc verò, & aliam quandam filupendulam in altorum montium jugis reperiri Lobelius refert, caule dodrantali, rotundo, nonnihil striato, floribus in cacumine albicantibus, cuculli aut gabericuli forma, foliis filupendulæ minoribus: cujus radices oblongæ, glandulosæ, quæ non ex fibris, sed cauli proximæ adhærent. Describit autem à Clariss. C. Clusio hæc eadem, sed non filupendulæ, verum Alectorolophi Alpinæ nomine, in præaltis Pannoniæ montibus à se reperta. Matthiolus & alias depingit, quas appellat Oenanthes; quarum una vel Bulbo-castanon, vel ei proxima, reliquæ ad Sii genus referendæ, quod Iuncum odoratum scripsimus appellari, & pro loci ratione non exiguum formam commutare. Filupendulæ hæc recentiores observarunt genera: I. Oenanthe apii folio. II. Oenanthe pastinacæ Sii folio semine à triplicis. III. Oenanthe chærephilli foliis. IV. Oenanthe aquatica. Iuncus odoratus aquatilis Dodonæi, differentiæ ratione, magnitudinis & parvitatis multæ reperiuntur. Sic aliquando bulbuli carens, quemadmodum Dodonæus pingit, & Lobelius duas alias icones subjungit. Sic apud Monspelienses, capitulo est majore, per omnia hispidiore: apud nos minore, nec hispido. V. Oenanthe hederæ foliis. VI. Oenanthe prolifera Apula. VII. Filupendula vulgaris. VIII. Filupendula minor in prod. descripta. IX. Filupendula montana flore pediculariæ. X. Filupendula montana altera, floribus est modò pallidis, modò purpureis. Dixi, Botanitanicorum aliquos negare, filupendulam esse œnanthem. Illi id his moti rationibus probant, quod nusquam eam invenerint, magna præditam radice, quæ rotundis extuberet capitibus, quod semen non ferat atriplicis, quod denique non in petris, sed in pratis, & læto ubique solo proveniat. Ad hæc alii his ferè verbis respondent: radix non est altè, sed latè sparsa & ampla, è pendulis fibris multis, pilularum cyperi, pœoniæ, aut asphodeli modo. Quæ perbellè quadrant Dioscoridis effigiei. Nam μεγάλην ῥίζαν, *radicem amplam, magnam, fusamque*, ex rei cognitione & aliorum locorum collatione interpretantur. Καυλὸν παχὺν *caulem crassum*, sanè habet pro altitudine sui quam palmarem facit; cujusmodi est hæc nostra, nonnullis glariosis, montosis locis demum κεφαλὰς ἔχουσα πλείονας, στρογγύλας *capita plura rotunda habens*, cujusmodi planè hæc sunt, &c. Negari non potest, (quanquam viri maximi contrarium scribant) caulem pro magnitudine satis tenuem & gracilem esse: tenuior est ipso aniso, anethoque, multo tamen durior & quandoque bipedalis. Semen aliquo modo atriplici comparari potest; squamosum enim & in rotundum coactum capitulum. Radix quæ nigricans, salvo meliori judicio, haud commodè cum descriptione convenit; fibras hinc inde spargit, quæ in rotundos nodulos extuberant, instar asphodeli, aut pœoniæ fæminæ, sed his minores. Non video quomodo hæc radix magna dici possit, aut extuberans, nisi quis velit magnam cum omnibus nodulis dici. Extuberans neutiquam dici potest. Extuberant anemonis, symphyti tuberosi, bulbocastani, & similium radices, cum quibus similitudinem nullam filipendula habet, nisi quatenus sit radix, nec nodulis, sive globulis, qualis in filipendula, observantur. κεφαλὰς vocat Dioscorides, sed παραφυάδας, vel βαλάνοις comparat. Sic lib. 3. cap. 157. ubi de pœoniæ agit fœminæ radicibus, ἐπὶ δὲ τῆς θηλείας, παραφυάδας ὥσπερ βαλάνους ἔχουσα ζ' ἢ η' ὥσπερ ἀσφόδελος. Idem lib. 2, cap. 110. 109. ῥίζαι δὲ ὕπεισιν ἐπιμήκεις, στρογγύλαι, βαλάνοις ὅμοιαι &c. Vide cap de cypero, item vide cap. de chelidonio minore, quæ nodulos pendulos, ut filipendula, habent. Attende ad anemonis, aliasque tuberosas radices, & fer ex æquo judicium. Vulgaris ergo filipendula non ut œnanthe depingunt, quorum opinionem improbant adversariorum Auctores, quod bulbocastani radix tuberculis non emineat, nisi sit admodum vetus & antiqua, uti rotunda aristolochia. Ponamus ita rem habere, quis asserere ausit, utrum Dioscorides antiqui ac vetusti bulbocastani radicem descripserit, an verò recentis; & nuper è semine nati? Sed non est valdè vetusta, quando radix incipit esse tuberosa. vidi anniculi radicis tuberosas. Bulbocastani folia sunt tunica, dissecta, atque divisa, apii tenuiora ac minora, Crithmi, aut potius Anethi, similia, cauliculus tenuis & dodrantalis, flosculi parvi, in umbellis candicantes, semen non magnum, oblongum, angustius quam fœniculi, odoratum, obsoleto cymini colore nigricans. radix rotunda, exigui rapi forma, foris nigra, & ubi inaruerit rugosa, intus pulpa candida, sapore inter castaneam & pastinacam medio. In arvis & agris nonnullis Zelandiæ ac Hollandiæ Bolbocastanon reperitur. Item & in Græcia, Chio, & Rhodo, auctore Guilandino. Fertur in Britannia, sive Anglia provenire. Nec destituitur eo quoque Germania, si non fallimur. Nam radices quas ad Renum Moguntinę in arvis & hortis inveniri Lonicerus tradit. Bulbocastani sunt, non autem, ut ipse opinatur, Orinthogali. Scribit autem has esse rotundas, Castanearum magnitudine, pullo extrinsecus cortice, intus carne candida, gustu dulci, crudas coctasque in aqua edi: cauliculum esse singularem, tenerum, ab imo nudum, folia cumini, flores in umbellis veluti anethi: quale Bolbocastanũ non esse, jam diximus. Vigent Bolbocastani flores Iunio: semen postea ad perfectionem venit. Βολβοκαστάνου nomen accepit à radice bulbosa, castaneæ quadam facie. Primus βυλβοκαστάνου meminit Trallianus lib. 7. cap. 11. Εἰ δὲ καθαρὸν σοι φαίνοιτο, τηνικαῦτα καὶ βυλβοκαστάνων, καὶ ἰερίκιν ἄλικα ἢ σεμιδάλιν. Interpres βαλανοκαστάνων pro βυλβοκαστάνων legit. Vertit quippe; *sin autem purus tibi appareat, tunc ex glandibus quoque castaneæ, & libum suminale, aut halica indetur.* Vocem, inquit Ioannes Guinterus, in animadversionibus ad Trallianum, hanc depravatam fuisse à descriptoribus, vel ex eo intelligi potest, quod castaneæ neque ex bulborum genere sint, neque bulbis simile quicquam habeant. Ex glandium enim genere sunt. Ex quo conjicio, veterem scripturam fuisse βαλανοκαστάνων. Nos antiquam servamus lectionem, partim quod βαλανοκαστάνων æque barbarum sit, ac βυλβοκάστανον: partim, quod planta reperta sit, cujus bulbosa radix, castaneam mentiatur. Cæterum, utrum bulbocastanum sit œnanthe veterum, asserere non ausim, licet radicẽ ῥίζαν μεγάλην. κεφαλὰς ἔχουσαν πλείονας habeat. Cauliculum quippe non habet valde crassum, crassiorem tamen, quam filupendula. Sed & semen fœniculo, cuminoque similius quam anetho. Sed nec œnanthe stellam Cretica ab Alpino delineata, satis cum delineatione Dioscoridis convenit. Κεφαλόῤῥιζος enim non est, sed πολύῤῥιζος. Etenim sex, septemve radicibus nititur, longis, crassis, carnosis; cum Dioscorides scribat, magnam habere radicem, pluribus donatam capitibus. Sed præstat ipsum audire Alpinum: *Planta olim mihi ex Cretici seminibus nata est. Oenanthe alteræ Mattheoli quam simillima, post multos annos caulem unicum promit rectum, rotundum, dodrantalem, non admodum crassum; qui in summitate in quinque ramulos dividitur, graciles itidem rectos, recteque actos, qui umbellam albam Oenanthes modo producunt, quæ umbellæ post flores mutantur, veluti in quinque stellas, habentes octo, & quandoque plures radios, longos, latos*

Oenanthe Cretica Alpini.



Bulbocastanon.



latos, acutos, scilicet in acutum desinentes, & in medio sunt flores parvuli in orbem comprehensi, qui postea indurescunt, & mutantur in semina parva, oblonga, tenuia, scabiosæ Indicæ similia, simul compacta, & durissima; atq; eæ stellæ maturitate nigræ redduntur, folia cernuntur cujusmodi sunt œnanthes secundæ, sed pauciora, & majora in vere visuntur, & æstate maturis seminibus decidunt, & tota hyeme sub terra latent, vereque planta regerminat. Tota planta nititur sex septemve radicibus longis, crassis, carnosis, in acutum desinentibus, ab eodem principio proficiscentibus, quam proximis vulgari filipendulæ, aut radicibus asphodeli, sed minoribus tamen. Capita in summitate cauliculorum primo colore virescunt cum nigrore, & tandem ubi semina perfecta fuerint, nigra evadunt & lignosa, & dura. Auderem affirmare, hanc plantam esse legitimam Oenanthem, cujus notas Dioscorides perbellè ita expressit, dicens; Oenanthe folia habet pastinacæ, florem candidum, caulem crassum, palmi altitudine, semen attriplicis, radicem magnam, in multa rotunda capitula extuberantem. Nascitur in petris: caulis ejus, & folia cum mulso vino pota secundas ejiciunt. Radix è vino urinæ stillicidio cōvenit. Hæc ob rationes allatas dici nequit œnāthe veterum. Cæterum qui œnanthem Theophrasti ac Dioscoridis diversas faciunt plantas, ii lilium convallium Theophrasti œnanthe statuunt. Dioscoridi, inquiunt, radix non est numerosa, sed in numerosa rotunda capitula extuberat. Alia est œnanthe coronaria Theophrasti, supra memorata cap. 11. flore albo, radice labruscæ simili. Observandum, œnanthem significare nunc herbam hic descriptam, nunc coronarium florem modò memoratum, quem lilium convallium esse putamus, nunc labruscæ florem. Hæc nobis non placet opinio; quod œnanthes florem, dum viret inodorum esse tradat Theophrastus. Lilii verò convallii flos suaviter spiret, suaveolentiam exsiccaturæ nullam habeat. Idem præterea Theophrastus refert œnanthes, si flos decerpatur, auferaturque, omni anni tempore novum promere florem; quod frustra in lilio observabis convallio. Contra filipendula vulgaris sæpius novos promit flores, si prior decerptus fuerit; eadem omnes notas habet, quas de œnanthe tradidit Theophrastus. Floret vere Majo mense, inter suffrutices numerari debet, flos non valdè viti sylvestri dissimilis, verum minùs racemosus, viridis recensque odoratus quidem, sed siccatus odoratior; ex semine etiam provenit, quod hactenus de lilio nondum vidi convallio. Nolo tamen negare non ex semine nasci, uti nec velim asserere filipendulam œnanthem esse.

Παραγίνεσθαι τῇ φυτείᾳ χρῶνται. Magnus Scaliger legit, παραγίνεσθαι, τῇ δὲ φυτείᾳ χρῶνται μᾶλλον, ut παραγίνεται referatur ad seminationem. Nobis Theodori placet lectio, παραγίνεται τῷ σπερματισμῷ. Διὸ χρῶνται μᾶλλον τῷ φυτῷ. Rationem reddit, cur præstet serere plantâ, quam semine; I. Quod semen quandoque adeò exile sit, ut conspici nequeat. II. Quod flos debilis quorundam sit, ad semen bonum, sationi idoneum generandum, ineptus. III. Quod plantæ è semine tardius & difficilius assurgant perficianturque. Cæterum toto hoc capite agit Theophrastus de plantis coronariis; verum parte priore de earum satu, posteriore de florendi tempore, id est quo anni tempore floreant. τὰ δ' ἄλλα, inquit, πάντα μὲν ἀνθεῖ, καὶ σπερμοφορεῖ. *Reliqua & florent, & semen ferunt.* An itaque quædam semen floremque non ferunt. Florent omnes coronariæ, sed utrum omnium flos coronis aptus dubitare quis posset. Semen non videtur ferre crocus. Ideò enim dixit, seri radicis bulbo. Semine caret, quod flos ad alios decerpatur usus, eaque ratione plantæ prohibeatur semen ferre. Ex iis etiam quas hoc capite recenset, quasdam semen ferre negat. Id duobus probat argumentis; quod fructus in quibusdam haud manifestus sit, tum etjam quod semine terræ commisso nova non generetur planta. Primum argumentum nullius pretii. Supra cap. 2. thymi semen adeò exiguum dixt, ut conspici nequeat; attamen sato, plantam enasci. Alterum argumentum serpylli probat exemplo, & ex aliorum relatu negat hoc ex semine nasci. Contrarium docet Palladius in Martio Tit. 9. *Nunc etiam serpyllum seritur plantis & semine, sed vetustate meliori.* Quod si Palladius non satis gravis auctor, alium dabo, cujus actoritati refragari nequeas. Is est Columella, qui lib. 11 cap. 3. hæc tradit. *Thymum & transmarma cunila & serpyllum, sicut priore libro jam retuli, magis alvearia curantibus, quam olitoribus studiosè conse-*

conseruntur, sed nos, ea condimentorum causa (nam sunt quibusdam esculentis aptissima) non alienum putamus in hortis etiam habere locum, neque pinguem, neque stercoratum, sed apricum desiderant, ut quæ macerrimo solo per se maritimis plerumque regionibus nascuntur, hæres (scribe, tres) & semine, & plantis circa æquinoctium vernum seruntur &c. Sed quorsum testes Columellam & Palladium voco? Ipse Theophrastus libro undecimo historiarum, capite primo, mentham & sisymbrium ex semine nasci docet. Et mentham ex semine nasci docet experientia: sisymbrium verò Geoponicῶν auctor, ex semine provenire tradit, libro duodecimo, capite trigesimo quinto, ubi de sisymbrio agit, σπείρεται καὶ φυτεύεται ἀλλ' ἀπὸ μὲν σπέρματος τῷ τρίτῳ ἔτει δώσει τὸν καρπὸν &c. *Seritur & plantatur, verùm à semine tertio anno fructum dabit.*

Ἑλένιον. Helenium ex lachrymis Helenæ natum scribunt Plinius & Ptolomæus Hephestion. Περὶ τῆς ἑλενίου βοτάνης, ἡ ἐν Ῥόδῳ φύεται, ὅτι τε ἀπὸ Ἑλένης ἐπωνομάσθη. ἐλέχθη γὰρ τὴν δρῦν ὀφθῆ φύεσθαι ἀφ' ἧς ἑαυτὴν ἀπῆγξεν. *De helenio herba, quæ in Rhodo nascitur, ab Helena nomen hoc sumpsisse: visum enim ad eandem nasci quercum, ex qua se Helena strangulavit.* Plinius libro vigesimo primo, capite decimo: *Helenium è lachrymis Helenæ dicitur natum, & ideò in Helena insula laudatissimum.* Eodem libro vigesimo primo: *Helenium ab Helena, ut diximus, natum, favere creditur formæ: cutem mulierum in facie reliquoque corpore nutrire incorruptam. Præterea putant usu ejus quandam gratiam iis, Veneremque conciliari. Attribuunt & hilaritatis effectum eidem potæ in vino, eumque quem habuerit nepenthes illud prædicatum ab Homero, quo tristitiæ omnes abolentur.* Ex Helenæ lachrymis natum scribit, nempe dum gubernatorem Canopum Hæmorrhoi serpentis ictu exanimatum flevisset, quæ historiola apud Nicandrum in Theriacis legitur.

Ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησ' Ἑλένη ἐκ Διὸς γεγαυῖα·
Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακα ἔνθεν ἔπινον
Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων,
Ὅς τὸ καταβρόξειεν ἐπὴν κρητῆρι μιγείη,
Οὐκ ἂν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν.

Tum flore nata (Helena) hîc meditata est pharmaca potu,
Ac subito injecit medicamina vara Lyæo
Vnde bibunt proceres nepenthes inclyta succo
Gramina, quæ irarum sive omnis cladis, & omnis
Vsque mali herbarum ducunt oblivia potu.
Hæc si mixta scyphis aliquis præsumpserit, ille
Luce illa nunquam lachrymas effundet obortas

Sed hæc fabula legitur & apud Phavorinum. Ἑλένιον, βοτάνη, ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γινομένη. εἴρηται ὅτι ἐκ τῶν δακρύων τῆς Ἑλένης ἀνεφύη. ὅτι ἐπὶ Κανώβῳ τῷ κυβερνήτῃ Μενέλαος ἐδάκρυσεν, ὑπὸ αἱμορροΐδος ἀποθανόντι. *Helenium herba Alexandriæ nata, dicitur orta ex lachrymis Helenæ. Cum Menelaus deploraret gubernatorem Canobum, ab hæmorrha serpente occisum.* Homeri locus, quē citat Plinius, extat Odyss. 8. Ἑλένιον dicitur, vel quasi ἕλους ἴον *palustris viola*, vel, quod multo verisimilius, à forma & facultate qua pollet, παρὰ τὸ πολλοὺς ἑλεῖν τῷ κάλλει; *quod multos alliciat pulchritudine sua*, vel, ut Plinius ait, quod formæ faveat, mulierumque cutem in facie incorruptam nutriat, quo fit ut pulchriores videantur, & adamentur, aliosq; in sui amorem alliciant. Malunt alii, Helenium vocari, quod ab Helena adversus serpentum ictus inventum sit. Alii ab Helena insula, ubi longè optimum luxuriat. Helenium aliud est majus, aliud minus. De majore non agit Theophrastus, huic enim folia magna; de hac libro nono, capite de panace agam. Helenium minus, sive Theophrasti suffrutex est, uti supra lib. hoc eodem, capite primo tradidit. Idem Theophrastus lib. 9. de caus. cap. 15. helenium foliis & ramis odoratis esse scribit, utrum ex semine non nascatur me fugit. Alias hujus Helenii notas tradit Plinius loco citato, ubi ait: *Est autem frutex humi se spargens dodrantalibus ramulis, folio simili serpyllo.* Luculentius à Dioscoride describitur libro primo, capite vigesimo septimo. Ἑλένιον ἄλλο ἱστορεῖ Κρατεύας γεννᾶσθαι ἐν Αἰγύπτῳ. πόα δέ ἐστι κλῶνας ἔχουσα πηχυαίους, ἐπὶ γῆς ἐρριμμένους ὥσπερ τὸ ἕρπυλλον. φύλλα τοῖς τοῦ φακοῦ ὅμοια, μακρότερα δὲ καὶ πολλὰ περὶ τοῖς κλωνίοις. ῥίζαν ὠχρὰν (quidam addit καὶ μακρὰν) πάχος δακτύλου μικροῦ, κάτωθεν λεπτὴν, ἄνωθεν δὲ παχυτέραν, φλοιὸν ἔχουσαν μέλανα. φύεται δὲ ἐν παραθαλασσίοις τόποις καὶ γηλόφοις. *Helenii genus alterum in Ægypto gigni Cratevas memorat. Herba verò est ramis cubitalibus, serpylli modo humi se spargentibus, foliis lenticulæ proximis, sed longioribus numerosisque circa ramulos: radice pallida (addit alter codex magna) digiti minimi crassitudine, ac per ima quidem tenui, supernè verò crassiore, nigro vestita cortice. Nascitur locis maritimis & tumulosis.* Dioscorides Helenium alterum, sive minus ait esse ramulis cubitalibus: dodrantalibus Plinius. Folia idem lenticulæ comparat, Plinius serpyllo. Pro μακρότερα Anguillara μικρότερα legit. Credo, quod folia Plinius serpyllo similia faciat. Huic folia rutæ oblongiora. Comparatio itaque non valdè dissimilis. Idem Anguillara, nescio qua auctoritate, pro ἄνωθεν δὲ παχυτέραν, legit ἄνωθεν δὲ πλατυτέραν. Extra omnem controversiam est, radices parte superiore, quam inferiore crassiores esse. Quæ de natali solo tradit Dioscorides, ea in Cartevæ codice desiderari, auctor est Anguillara. Nunc videamus, an à recentioribus reperta sit planta, quæ cum helenio hoc conveniat. Nonnulli Onobrychin Dodonæi alteram, Helenium minus esse scribunt. Sæpius nobis ex semine nata fuit hæc planta. Aspectu pulcherrima est, Helenium tamen esse nego; quod omni careat odore, sed prior Dodonæi onobrychis melius cum helenii convenit historia. Huic folia galegæ similia, sive lentis longiora, alterius verò ampliora, latioraque sunt: prioris radix aliquo modo nigricans dici potest, posterioris verò albicat. Malunt alii, medicam marinam Clusii Helenium esse. Et hæc anno M DC XXXII. ex semine Hispanico, à Guilielmo Bœlio missa, nata est, peritissimo pharmacopœo Pennino. Inodora, nec folia lentis longiora, vel, ut Anguillara legit, minora habet, sed rotundiora, ejusdem magnitudinis. Sed nec Dioscorides prætermisisset lanuginem, qua prædita sunt folia; tomentosa enim sunt; radix insuper non nigra, sed albicans. Nonnulli clinopodium Dodonæi, vulgo Gallorum mastic, pro helenio habent. Hoc aridis & desertis provenit locis, maritimis & tumulosis. Sed hoc nullius valoris argumentum, si modò cætera convenirent: deserta quippe non rarò tumulosa sunt. Sed clinopodii radix tenuis admodum, exilis, & lignosa, cum helenii minimi digiti sint crassitie, cauliculi cubito minores, vix dodrantales, nec lenticulæ folia longiora, sed serpylli aut thymi vulgaris similia. Rotundiora ergo, non longiora. Quorundam sententia est, Helianthemum Helenium esse. Sed & huic radix tenuis lignosaque, cauliculi præterea cubito multo minora, foliaque lente non longiora. Plura de helianthemo capite de panace. Plantam, quæ à Lugdunensi, Helenii nomine describitur, hactenus videre non licuit. Quantum ex icone conjicere licet, est helianthemi genus, radice crassiore. Nisi quis velit esse plantam, quam chamæcisti nomine in libello de plantis exoticis delineavit Alpinus. Neutram vidi, Alpini chamæcistus non est helenium, quod folia habeat cisti ledi longiora, sed crispa: quodque de odore nihil prodiderit idem Alpinus: undè inodoram plantam esse conjicere licet; ramulis præterea est cubito multo minoribus. Helenium Lugdunensis his ferè verbis describit: *Aliud à superiore Helenii genus in Ægypto gigni Cratevas tradit; auctore Dioscoride, quod plantæ hic depictæ, aptius competere, quam ulli alii quidam existimant. Est enim radice palmum longa, superne crassa, inferne gracili, multis fibris capillata, lignosa, cortice subrubente, intus pallida, cauliculis plurimis, rotundis, humi quaque versum fusis, serpylli modo, cubitalibus, foliis lentis serpylli, sed majoribus, longioribus, amplioribus, circa ramulos crebris, nonnihil villosis, flore violæ aureo, quinque foliis constante, multis in medio filis extantibus, pallidis, antequam dehiscat corticoso loculo abdito. In aridis agris, lapidosis & sabulosis.*

Ἐν Σικυῶνι. Locum hunc Athenæus & Plinius citant, sed apud utrumque corruptus legitur. Apud Athenæum libro quindecimo. Τοῦ δὲ ἑρπύλλου, φησὶ Θεόφραστος, τὸν ἄγριον κομίζοντες ἐκ τῶν ἀγρῶν φυτεύουσιν ἐν Σικυῶνι, καὶ Ἀθήνησιν, ἐκ τοῦ Ὑμηττοῦ παρ' ἄλλοις δὲ ὄρη πλήρη ἐστὶ τοῦ ἄνθους, ἐν Θρᾴκῃ. Nemo non videt ex Theophrasto, pro ἐκ τῶν ἀγρῶν scribendum, ἐκ τῶν ὀρῶν, & pro πλήρη ἐστὶ τοῦ ἄνθους restituendum, παρ' ἄλλοις δὲ ὅλως ὄρη πλήρη ἐστὶ τοιούτων ἀγρίων. Quæ vox postrema, & in Theophrasti desideratur codicibus. Verba Theophrasti sic verte: *Apud alios vero, ut in Tracia, montes & sylvestria loca scatent serpyllo, & sisymbrio, reliquisque acriori odore præditis;* Scribe ergo apud Theophrastum, ἐπὶ δὲ συμβαίνει, καὶ τἄλλα &c. Apud Plinium locus hic lib. 19. cap. 8. in hunc sensum legitur. *Serpyllo sisymbrio montes plerique scatent, sicut in Thracia, ubi &*

aquæ deferunt, ex iis avulsos ramos seruntque. Item Sicyone ex suis montibus & Athenis ex Hymetto. Hæc corruptissima: nihil ineptius, quam aquas deferre, & serere avulsos ex serpyllo ramos. Scribe; *serpyllo & sisymbrio montes, planaque* (sic τοὺς ἀγρίους vocat πέδας) *sicut in Tracia, ubi agricolæ deferunt ex his avulsos ramos, seruntque. Item Sicyone ex suis montibus, & Athenis ex Hymetto.*

Δῆλον ἐν &c. Corruptus codex, nec melior lectio in Aldino & Basileensi reperitur. Δῆλον ὅτι πάντα τὴν γένεσιν λαμβάνει, ἀβρότονον δὲ μᾶλλον ἀπὸ σπέρματος βλαστάνει, ἢ ἀπὸ ῥίζης καὶ παραφυάδος. χαλεπῶς δὲ καὶ ἀπὸ σπέρματος περιμιχθόμενον ἐν ὀστράκοις. ὥσπερ οἱ Ἀδώνιδος κῆποι, τοῦ θέρους. φύτευται &c. Hæc corruptissima esse vidit Theodorus, qui legit, ut in vulgaris est codicibus, & in margine codicis Basileensis scriptum est. Mavult Iulius Scaliger legere, χαλεπῶς δὲ ἀπὸ παραφυάδος, ἀλλὰ περιμοχλευόμενον ἐν ὀστράκοις. Rationem correctionis hanc adfert, quod doceat minus ἀπὸ σπέρματος provenire. Hoc si verum: malè subdit, χαλεπῶς δὲ ἀπὸ σπέρματος; Quare, ut jam dixi, restituit, *nempe melius avulsione provenire, quam semine; quin etiam avulsione, haud ita facile.* Difficultatis rationem ipse declarat Theophrastus, quia in testas indunt surculos adhuc hærentes matrici, ut, postquam radicem emiserint, transferantur. Hanc cur improbem lectionem, causam habeo nullam; nisi fortè quod Plinius aliam secutus sit, cujus codex non minus, quam Theophrasti corruptus. Sic ait libro vigesimo primo, capite dicimo: *Vacuum sponte provenit, cacumine suo se propagat, seritur autem semine melius quam radice aut surculo: semine quoque non sine negotio, plantaria transferuntur: sic & adonium. Vtrumque æstate, alsiosa enim admodum sunt, & sole tamen minimo læduntur. Sed ubi convaluere, ritu vitis frutificant.* Plinius si sic scripserit, falsum est semine melius provenire abrotonum. Sæpè semen terræ commisi frustra, nunquam protulit germen. Nec tamen negare velim semine non posse aliquando nasci, sed difficulter ex eo generari novam plantam, dico. Radice facilè propagatur; avulsione etiam quandoque, sed rarius, nisi radicis quid habeat. Etenim propter ligni duritiem ac siccitatem haud facilè radiculos emittit. Cacumine tamen aliquando propagatur; quod illud lignosum quidem, sed non æquè durum ac siccum sit. Hæc experientia didici. Ex semine difficulter nasci, innuere ipse Theophrastus videtur, cum hoc eodem capite scrbat, sampsuchum & surculo, & semine provenire; addatque abrotonum semine abundare, tacet, atq; semine generari: quod non dubium quin addidisset, si facilè ex semine nasceretur. Hactenus falsam Plinii lectionem docuimus; nunc & absurdam eandem esse demonstrabimus. Si semine melius provenit; & difficulter ex eodem nascitur, quo tandem modo propagabitur abrotonon? Videamus & Theodori versionem. *Constat ergo, quod omnia ortus sui primordium ex semine capiunt.* Sed abrotonon radice, aut avulsione potius, quam semine germinat. Semine enim difficulter exit. Et hoc testis antea viviradicis causa intimato: quemadmodum Adonidis hortulos emoliuntur. Hæc sane mirifica sunt simul & monstrosa: vide animadversiones Scaligeri. Dicam quid observarim. Surculos adhærentes matri testis indidi, animadverti haud facilè radices egisse, longoque tempore opus fuisse, antequam radices emitterent. Causa est, quod tellus quæ in testis est, minus humoris habeat. Tellus verò humida, id est temperata sit oportet, in qua propagetur ex avulsione abrotonon; quia durum ejus lignum, & siccum est. Sed nec hæc est sententia Theophrasti, aut Plinii, qui volunt difficulter in testis ex pullis, sive stolonibus propagari, quod verum esse, experientia didici. Plinii codicem in hunc sensum emenda. *Vacuũ sponte provenit* (id est incultis & neglectis) *cacumine suo propagatur* (ita in antiquo habetur codice.) *Seritur etiam radice aut surculo melius, quam semine. In testis quoque non sine negotio plantaria transferuntur: quemadmodum in Adonidis hortis conserun. Æstate seritur. Est enim alsiosum admodum, & sole tamen nimio læditur, sed ubi convaluit rutæ* (ὥσπερ πήγανον, non ἄμπελον Theophrastus) *vice fruticat.* Theophrasti verba sic restituo. Δῆλον ἐν ὅτι πάντα τὴν γένεσιν ἀπὸ σπέρματος λαμβάνει. ἀβρότονον δὲ μᾶλλον ἀπὸ ῥίζης, καὶ παραφυάδος καὶ ἀπ' ἄκρων βλαστάνει; ἢ ἀπὸ σπέρματος. χαλεπῶς δὲ περιμοχλευόμενον ἐν ὀστράκοις. ὥσπερ ἐν Ἀδώνιδος κήποις. τοῦ θέρους δὲ σπείρεται. Id est, *Constat ergo, quod omnia ortus primordium ex semine capiunt. Sed abrotonum radice, aut avulsione, aut cacumine potius quam semine germinat. Difficulter etiam in testis ex pullis, sive stolonibus propagatur, ut in Adonidis hortis fieri solet. Seritur æstate.* Addidi ἀπ' ἄκρων ex capite quarto libri primi de causis, ubi de satione abrotoni aliorumque coronariorum & olerum agit. Sed & locus valdè lacerus. Vide notas nostras. Lego pro περιμιχθόμενον, περιμοχλευόμενον ex Plinio. *In testis quoque non sine negotio plantaria transferuntur.* Vide de verbo hoc doctissimas notas Roberti Constantini, in capite septimo, libri undecimi hist. Delevi voces καὶ ἀπὸ σπέρματος, quod spurias eas, & à sciolo additas esse, non dubitem. Tautologus foret Theophrastus. Negligentia exscribentis id accidisse puto, qui bis, sine judicio, ἀπὸ σπέρματος scripsit, quod & nobis, si quando quædam exscribimus, evenit; quales & à typographis errores quotidie committi videmus. Quod sequitur ὥσπερ οἱ Ἀδώνιδος κῆποι, nemo tam barbarus qui corruptum non fateatur. Horti enim nec serunt, nec metunt, sed in hortis seritur & metitur.

Ἀβρότονον &c. Nicandri Scholiastes dictum ait, διὰ τὸ πρὸς ὄψιν ἁβρὸν καὶ ἁπαλὸν φαίνεσθαι, ἄλλως καὶ διὰ τὸ δυσπνοὸν εἶναι. Hoc est, *quod conspectu tenerum, molle, & delicatum appareat etiam, aut quod gravem, acremve, & difficilem halitum spiret.* Aspectu molle & delicatulum esse, quivis oculis cernere potest. Acrem difficilemque spirare halitum, odoratus testatur. Tradit in libris de causis Theophrastus aërem emittere odorem abrotonum. Plinius libro vigesimo primo, capite decimo: *Abrotonum odore jucundè gravi floret æstate.* Emendat doctissimus Cornarius, *abrotonon jucundi odoris est, & gravis; floret æstate.* Alii, ex ipso Plinio pro *gravi, acri* legunt. Eodem enim hoc libro capite septimo, inquit, *amaracus & abrotonum acres habent odores.* Vulgata lectio Dioscoridis munita est auctoritate, ut mox patebit. Recentiores Græci, ut in notis doctiss. ad Myrepsum sect. 3. ung. 46. docet Fuchsius, abrotonum καμφορᾶν vocarunt herbam; sic legitur unguento citato, κάμφουλι. καμφορᾶ βοτάνης. Si illud nomen audierit, non dubium, quin ab odore impositum. Camphorę enim quodammodo spirat odorem. Duo veteres agnovere abrotoni genera; alterum marem, alterum fœminam vocat Dioscorides. Nicander domesticum & sylvestre nominat in Theriacis,

> Ναὶ μὴν ἀβροτόνοιο τὸ τ' ἄγριον οὔρεσι θάλλει
> Ἀργεννὴν ὑπὸ βῆσσαν &c.
>
> *Abrotonique*
> *Agrestem sobolem quæ montis valle subima*
> *Candicat.*

Scholiastes, Τοῦ ἀβροτόνου δύο γένη εἰσί, τὸ μὲν κηπευόμενον, τὸ δὲ ὀρεινὸν ἐν ἀργεννοῖς τόποις φυόμενον, διὸ εἶπεν ἀργεννὴν ὑπὸ βῆσσαν. τοῦτο δὲ προὔχειν τοῦ κηπευομένου, ὡς πρακτικώτερον. ἀβρότονον ἐν τὸ φύλλον τῆς ἀγρίας βοτάνης φησίν. *Abrotoni duo, ait genera, campestre, sive hortense, & montanum, quod splendidis reperitur in locis: ideò inquit illud quod in candidis saltibus reperitur melius ac præstantius judicari, quam hortense, sive campestre; majori quippe in usu. Abrotonum ergo sylvestre intellexit.* Ex hoc, vel alio Græco auctore, Plinius, loco citato, abrotonum duorum traditur generum campestre ac montanum. Hoc fœminam, illud marem intelligi volumus. Mas ergo campestre, montanum fœmina. Theophrastus quoque duo genera novit, ut ex scriptis ejus colligi potest. Nam hoc capite, ubi de urbanis agit coronariis, de domestico agit abrotono, & lib. 6. de caus. cap. 24. sylvestris meminit, uti viris summis placet. Quanquam qui loca paulò diligentius examinarunt, de uno tantum abrotoni genere cum agere contendant. De fœmina abrotono hæc Dioscorides lib. 3. cap. 29. Ἀβρότονον, ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ μὲν θῆλυ, θάμνος δενδροειδής, ὑπόλευκος. φύλλοις λεπτοσχιδέσιν ὥσπερ σέριφον περὶ τὰ κλωνία, πλήρεις ἄνθους, ἐπ' ἄκρου ἔχον κορυμβώδη χρυσοειδῆ. θερείας γενόμενον, εὐώδης μετά τινος βάρους, πικρὸν τῇ γεύσει. δοκεῖ δὲ τὸ Σικελιωτικὸν εἶναι τοῦτο. *Abrotonum duorum generum esse traditur, ac fœmina quidem frutex est arboris specie, candicans, foliis circa ramulos seriphii modo minutim incisis, floribus refertos habens in summo quasi corymbos, auri fulgore, æstate provenientes, jucundiores cum gravitate quadam, at gustu amaro.* Hoc genus Siculum esse creditur. De mari hæc ab eodem traduntur. Τὸ δὲ ἕτερον ἄρρεν καλεῖται, κλημματῶδες, λεπτόκαρπον ὡς ἀψίνθιον. πλεῖστον δὲ ἐν Καππαδοκίᾳ γεννᾶται καὶ Γαλατίᾳ, τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ ἐν Ἱεραπόλει

τῇ

τῇ κ͂ τῆς Συρίας (vetus addit Θαλασσίας) *Alterum mas vocatur, sarmentoſum, gracili fructu velut abſinthium. Plurimum in Cappadocia gignitur, & Galatia Aſiatica, atque in Syriæ Hierapoli.* Doctiſſimus Saracenus pro λεπτόκαρπον, λεπτόκαρφον, id eſt, *tenuibus ramulis* legit, Oribaſius λεπτόφυλλον *tenuibus foliis*, & fructu eſt gracili, & tenuibus ramulis, & folio tenui. Perinde ergo quocunque modo legamus. De utroque hæc Plinius, libro vigeſimo uno, capite vigeſimo. *Abrotonium duorum traditur generum, campeſtre & montanum : hoc fœminam, illud marem intelligi volumus, amaritudo abſinthii in utroque. Siculum laudatiſſimum, deinde Galaticum.* Dioſcorides quidem amarum ſcribit abrotonum. Sed non abſinthii modo, verum in fœmina foliorum candorem, ac inciſuram cum ſcriphio comparat, in mare verò ramulorum, vel, ut vulgatus codex, ſeminum, vel, ut Oribaſius legit, foliorum gracilitatem abſinthio ſimilem dixit. Quod ambotanium ſtatuunt fœminam eam eſſe plantam, quam vulgo ſantolinam vocamus, horum ſententiam improbat Dodonæus, his ferè verbis. Sunt tamen nonnulli in ea ſententia, ut ſantolinam abrotanum fœminam eſſe velint, occaſionem ex eo accipiunt, quod in ſummo virgularum inſtar corymborum luteos proferat flores. Sed ſi Dioſcoridis verba diligentius expendiſſent, in hanc ſententiam neutiquam veniſſent. Dioſcorides ſiquidem multos fœminæ abrotono floſculos circa ramulos eſſe ait, qui (ſcilicet floſculi) ἐπ' ἄκρῳ, id eſt, *parte ſuperiore*, corymbi ſimilitudinem habeant, & auri colore lutei. Santolina autem in ſingulis virgis, unicum tantum floſculum gignit. Alteram addo rationem, quod folia minutim quidem ſint inciſa, ſed non inſtar ſcriphii; hujus enim folia in tenues & minutas complures particulas diſſecta ſunt. Santolinæ virgulta foliolis circumdata ſunt, anguſtis, oblongis, denticulatis, ſive cuſpis potius, quam diſſectis, quæque, ſi bene attendatur, diſſecta dici nequeunt. Hinc criſpula à quibuſdam vocatur, à foliolis tenuibus, & oblongis minutiſſimè diviſis, quadruplici ordine veluti parvis apicibus ſecundum quatuor verſus diſpoſitis, in longitudine quaſi labris utrinque ſinuosâ reflectione fimbriatis aurei coloris,

Santolina abrotanum fœmina.



corymbos. Santolina quoque veluti Eliochryſon & Stœchas citrina profert, odorata eſt, & coronis non raró admiſcetur, ejus aliquot ſunt genera. Prima caudice ſurgit lignoſa, ex quo virgulæ, ramulorum inſtar, tenues, cubitales complurimæ, foliis circumdata parvis, oblongis anguſtis denticulatus : è ſummo virgularum, ſinguli eminent orbiculi, ex brevibus ſtaminibus fracti, Zamaceti floribus, & mediis diſcis florum Chamæmeli ſimiles, ſed tamen aliquantulum latiores, colore lutei, qui in ſemina obſcuri coloris permutantur : radix lignoſa eſt, ipſe frutex cauliculis, & foliis albicans, & ſuaviter cum gravitate quadam odoratus. Huic ſimilis eſt, & altera ſpecies, foliis tamen longioribus, virentioribus, ac minus candidis, flore pallidiore. Tertia foliis breviſſimis, tenuiſſimis, & Ericæ proximis: floribus luteis, & aliarum ſimilibus Quarta foliis eſt minus denticulatis, & cupreſſo ſimilioribus floribus perinde ut aliarum. Quintæ cauliculi non eriguntur, ſed procumbentes, per terram repunt: folia denticula craſſiora, & lanuginoſiora magis caneſcunt flores in corymbis aurei aliarum Santolinarum ſimiles. In Belgio omnes peregrinæ ſunt, neque alibi quam in hortis reperiuntur. Primum genus familiariſſimum, reliqua rariora. Florent Iulio & Auguſto. Appellantur hæ omnes uno Santolinæ nomine : Belgæ vulgò Cypres nominant. Chamæcypariſſinii plerique faciunt; ſed de Chamæcypariſſo adeo brevis & ſuccinctus eſt Plinius, ut ex eo horum ſententia, nec rejici, nec probari queat. Santolinæ, ſive abrotoni fœminæ hæc obſervarunt recentiores genera. I. Santolina foliis teretibus. II. Santolina flore majore. III. Santolina foliis ericæ. IV. Santolina foliis cupreſſi. V. Santolina foliis ſabinæ. VI. Santolina repens caneſcens. VII. Santolina villoſis & incanis foliis. VIII. Santolina foliis minus incanis. IX. Santolina viridis. X. Santolina foliis roſmarini majoribus. XI. Santolina foliis roſmarini minoribus. Cæterum, qui Santolinam pro polio veterum habent, majori verſantur in errore, quam ii, qui pro abrotono fœmina. (Polii delineationem vide libro nono) polium frutex exiguus & tenuis eſt dodrantalis. Santolina cubitalis, nec gracilis. Polium in cacumine capitulum habet, corymbi quandam ſpeciem præferens, partim, cæſareî cano ſimile. Santolina orbicalatum florem habet, ex ſingulis virgulis unum, nec capitulum ſive flos cano hominis capillo ſimile. Diverſis præterea facultatibus prædita. Polium ſtomachum & caput lædit : amaritudine ſuâ roborat ſtomachum Santolina, nec ullo modo caput afficit. Polium alvum ciere ſcribit Dioſcorides, quod de ſantolina tradidit aut obſervavit hactenus nemo. Nec enim Plinii, ut volunt, polio convenit : quanquam & polium, & tripolium turpiter confundat. Palmo eſt altior, nec protinus à radice foliis prædita. Theophraſti polium eſſe nequit, quod inter herbas à Theophraſto numeretur, libro primo, capite vigeſimo ſexto, ſantolina frutex vel ſuffrutex, quod utrumque carnoſa habeat folia, ſemperque vireat, inde concludi non poteſt, ſantolinam & polium idem eſſe. Arabum etiam eſſe nequit polium, quod licet vulgatam ſequamur verſionem (meliorem dabit Clariſſimus Vopiſcus Fortunatus Plempius Lovanienſis profeſſor Medicinæ Regius) flos ſantolinæ pilis cavea albis, nec thyrſi modo ſpectetur (quid thyrſus, libro quarto docuimus) quodque non declivis ſit ad citrinitatem, ſed vere luteus ſeu flavus, denique palmi menſuram excedat. Pro abrotono fœmina Clariſſimus Dodonæus, plantam, quam alii abrotonum latifolium arboreſcentem vocant. Malunt alii abſinthium arboreſcens vocare. Memini me ex Friſia cum illuc amicos inviſendi gratia profectus eſſem, ex maritimis Amſtelodamum attuliſſe abſinthium marinum, quod in horto arboris naturam aſſumpſit, frutexque arboris inſtar factum eſt. Hanc imaginem, quam oſtendit Dodonæus, referebat, & cum veterum deſcriptione pulchre conveniebat. Huic ſimile in horto Medico Leidenſi colitur. Affirmare nequit clariſſimus Adolphus Vorſtius, Medicinæ profeſſor, hortique medici præſes, utrum ex ſcriphio, an ex vulgari natum, an aliunde allatum, quippe à tempore Petri Panii botanici, & anatomici ſummi cultum in eodem horto. Deſcribitur à Dodonæo his ferè verbis : *Majus abrotonum fruticis non raro in modum, cultura accedente, adoleſcit ; ad hominis altitudinem tunc attollitur, & caudices profert pollicis craſſitudine, aut ampliores : ramulos vero ex his complurimos foliis circumveſtitos multipliciter, ac minutim inciſis ſubalbicātibus, cum gravitate quadam odoratis: pro floribus corymbi, à medio ad faſtigium uſque è virgulis* depen-

dependent, colore lutei, in ſemen abeuntes: radix fibroſa eſt. De mare abrotono controverſia nulla eſt. Frutex eſt odoratus cum gravitate quadam, virgas ab uno radicis trunco fert numeroſas, & lignoſas, à quibus plures erigit cubitales & graciles ſurculos, ca-

Abrotanum mas.



pillatis, anguſtis, inciſis, & in latitudinem diffuſis minuſque quam arboreſcētis, vel fœminæ incanis foliis plenos. Flores & ſemina æſtate in calidioribus regionibus (apud nos enim non fert) oſtendit circa ſurculos numeroſos, colore ad aurum inclinantes, figura abſinthii floribus, & ſeminibus reſpondentes. Radice nititur lignoſa & ramoſa, folia & ſummas ſurculorum partes hyeme amittit. Odorem habent ejus comæ vehementer acrem, & aliquantulum gravem, ſaporem verò amarum, tenui & palatum penetranti acrimoniæ mixtum. Colitur apud nos in hortis. Abrotoni hujus quædam genera obſervarunt recentiores. I. Abrotonum latifolium inodorum. II. Abrotonum mas anguſti folium majus. III. Abrotonum mas anguſtifolium maximum. IV. Abrotonum anguſtifolium incanum. V. Abrotonum anguſtifolium minus. VI. Abrotonum campeſtre. Quod duplex eſt; nam alteri cauliculi ſunt albicantes, alteri rubentes: illud artemiſia tenuifolia prima, vel incana Cluſii in Pann. at ſecunda in hiſtoria: hoc verò ſecunda vel purpuraſcens ejuſdem in Pann. at in hiſt. tenuifolia ſecunda eſſe videtur. VII. Abrotonum campeſtre incanum carlinæ odore, a Bauhino in prodromo deſcriptum. *Abrotono*, inquit Plinius loc. citat. *ſimile odore eſt leucanthemum, flore albo folioſum.* Mavult doctiſſimus Dalecampius *folioſo* legere, id eſt, foliolis per ambitum extrinſecus multis orbiculatim cingentibus, quod in floris medio luteum eſt. Sed poteſt & vulgata ſervari, ſi ipſum leucanthemum folioſum dicatur, ac ſic verba Plinii diſtinguantur, *abrotono ſimile leucanthemum eſt, flore albo, folioſum.* Leucanthemum quod ἀνθεμίδα Dioſcorides vocat, deſcribitur ab eodem lib. 3. cap. 154. Ἄνθεμις, οἱ δὲ λευκάνθεμον, οἱ δὲ ἠράνθεμον, διὰ τὸ ἀνθεῖν ἐπὶ ἔαρος, οἱ δὲ χαμαίμηλον, διὰ τὴν πρὸς τὰ μῆλα ὁμοιότητα τῆς ὀσμῆς, οἱ δὲ μελάνθεμον, οἱ δὲ χρυσοκόμην, οἱ δὲ καλλίαν καλοῦσι· ταύτης εἴδη τρία ἄνθεσι μόνον διαφέροντα. κλῶνες σπιθαμιαῖοι (Marc. διασπιθαμιαῖοι) θαμνοειδεῖς, μασχάλας ἔχοντες πολλάς, κλωνάρια μικρὰ λεπτὰ, πολλὰ, κεφάλια περιφερῆ, ἔνδοθεν μὲν χρυσίζοντα, (vetus codex addit: λευκὸν καὶ χρυσίζον ἀνθήλιον ἔχοντα.)

ἄνθη, ἔξωθεν δὲ περίκειται κυκλοτερῶς λευκὰ ἢ μήλινα ἢ πορφυρᾶ κατὰ μέγεθος πηγάνου φύλλων φύεται ἐν τόποις τραχέσι καὶ παρὰ τὰς ὁδούς. συλλέγεται δὲ ἔαρος. *Anthemidem, alii leucanthemon, alii eranthemon, quoniam vere floreat, alii Chamæmelum, quoniam odorem mali habeat, nonnulli melanthemum, alii chryſocomen, alii denique calliam vocant. Hujus genera tria, flore tantum diſtantia: rami dodrantales, fruticoſi, alis multis concavi: foliola parva, tenuia, numeroſa: rotunda item capitula, intus quidem auri colore fulgentia, foris verò orbiculato ambitu, floribus circundata candidis, aut melinis, aut purpureis, magnitudine foliorum rutæ: naſcitur in aſperis, & juxta ſemitas colligitur vere.* Anthemidis hiſtoriam tradit Plinius libro. 22. cap. 21. ubi ait: *Anthemis magnis laudibus celebratur ab Aſclepiade, aliqui leucanthemida vocant, alii leucanthemum, alii euanthemon, quoniam vere floreat, alii chamæmelon, quoniam odorem mali habeat, nonnulli melanthemon vocant. Genera ejus tria, flore tantum diſtant, palmum non excedentia, parviſque floribus ut rutæ candidis, aut melinis, aut purpureis. In macro ſolo, aut juxta ſemitas colligitur vere, & in coronamenta reponitur.* In chamæmeli hiſtoria hæc conſideranda. I. Quod cum Marcello & Saraceno pro κλωνάρια legamus φυλλάρια. Nam ita & Serapio legiſſe videtur: & ita ſcribendum etiam ipſa contextus ſeries, per ſe ſatis indicat. Lego etiam ἔνδοθεν μὲν χρυσίζοντα ἄνθη, δὲ ἔξωθεν περίκειται. Verba Plinii in antiquo codice aliter, quam in vulgato leguntur. *Genera ejus tria, fronde tantum diſtant: palmum non excedentia: parviſque foliis, ut rutæ candidis, aut melinis, aut purpureis: in macro ſolo, aut juxta ſemitas colligitur vere: & in coronamenta reponitur.* Scribe ac diſtingue. *Genera ejus tria, flore tandum diſtant, palmum non excedentia, parvis (flores foliis, ut rutæ: candidis, aut melinis, aut purpureis, in macro ſolo* &c. Hoc ſenſu ſi legamus, convenit Plinio cum Dioſcoride. Uterque enim tria anthemidis eſſe genera ſcribit flore differentia, fruticem Dioſcorides dodrantalem ait, quæ magnitudo palmum non accedit. Idem flores conſtare ait foliis rutæ magnitudine, eoſdemque flores refert eſſe, vel melinos, vel albos, vel purpureos. Quod de foliolis orbem vel capitulum cingentibus intelligere oportet; quanquam & de toto flore accipi poteſt. Alexander porro Trallianus chamæmelum etiam anthemiſium vocari ſcribit libro octavo, capite ſecundo, ὁμοίως ἀνθεμίσιον, ὃ λέγεται καὶ χαμαίμηλον, ὑποχονδρίοις ὠφελιμώτατον εἴπερ τι ἄλλο. *Et anthemiſium, quod etiam dicitur chamæmelum, præcordiis utiliſſimum, ſi quid aliud exiſtit.* Recentiores plura obſervarunt genera, quæ vulgo nota ſunt, & à Clariſſ. Dodonæo his ferè verbis deſcribuntur: *Chamæmeli flos tametſi coronarius non ſit, propter frequentem tamen, quem in medicina uſum habet, inter flores locum vendicavit. Contrarium tamen Plinius refert. Sunt autem Chamæmeliorum complura genera. Unum legitimum, medicinæ aptiſſimum, vulgaris uſus, quod ea de cauſa vulgare Chamæmelum nuncupatur: alia deinde ſilveſtria, nullius, aut exigui uſus: tertium hortenſe, odoratum. De eo autem, quod familiariſſimum eſt, primum agemus. Sunt huic cauliculi tenues, in alas multas diviſi, cubitales: folia tenuia, diſſecta, numeroſa: flores in ſummo medio lutei, forinſecus verò candidi. Ambientibus videlicet luteum ipſius floris multis exiguis candidis foliolis. Quorrum ſingula anguſta ſunt, & forma oblonga, radices tenues & fibroſæ. Exit paſſim in arvis unà cum ſegete, & univerſæ Europæ familiare eſt. Colliguntur flores Iunio potiſſimum menſe. Camomillam officinæ nuncupant, vulgò* **Camille**, *&* **Camomille bloemen:** *Germani* **Camillen** / *Hiſpani* Mancanilla, Macela: *Itali* Camamilla: *Galli* Camomille: *Bohemi* Hermanet. *Veterum eſt* χαμαίμηλον, *ſive Chamæmelon, & anthemidis genus, quod ab ipſis candidis, floris medium circumdantibus orbem, foliolis* λευκάνθεμον *dicitur. Silveſtrium Chamæmelorum, cotulas quas paſſim nominant, tria ſunt genera: unum fœtidum; duo alia non fœtentia: quorum uni flos per circumferentiam candidus, alteri verò totus luteus. Chamæmelum ſilveſtre fœtidum, ſive cotula fœtida, caules promit rotundos, virentes, fragiles & ſucculentos, in alas multas diviſos, craſſiores, & ſæpenumero altiores quam Chamæmeli: flores forma & colore ſimiles. Fœtet herba tota, gravemque odorem ſpirat: unde illi fœtidæ cognomen datum. Naſcitur in arvis, juxta ſemitas & agrorum margines. Floret eodem quo Chamæmelum tempore. Officinæ & herbarii paſſim cotulam fœtidam nuncupant, plerique Camomillam fœtidam. Germani*

Hortten-

Kortendill/ Hundsdill/ Hundsblom: *Belgæ* Paddebloemen / stinckende Camile : *Galli* Espargoutte, *à nonnullis* κυνάνθεμις, *ab aliis* κυνοβοτάνη. *Leonhardus Fuchsius Parthenium esse volunt. Sed Parthenium verum & legitimum est vulgo dicta* Matricaria, *quæ odore longè est graviore, & sapore admodum amaro, foliis tenuibus, & Coriandri similibus. Cotula autem fœtida minus graviter olet, & foliis Coliandrum non æmulatur. Altera Cotula alba non fœtida, quæ à plerisque etiam oculus bovis dicitur, cauliculos edit complures, tenuiores, duriores, flexibilioresque, quam cotulæ fœtidæ, & circa eos folia tenuia, Chamæmili foliis paulò longiora & candidiora: flores in medio luteos, & per circumferentiam candidos, Chamæmili, & Cotulæ fœtidæ floribus similes, sed majores, exigui aut nullius odoris: radices duras, & lignosas, non absque adnatis fibris, quæ aliquot annis permanentes, vere regerminant. In arvis & agris frumentariis una cum Chamæmelo reperitur. Æstivis mensibus floret. Nostra ætas Cotulam non fœtidam appellat, & cotulam albam, plerique oculum bovis & Buphthalmum. Germani* Kupdil/ Handsfang/ Kuhaug: *Belgæ* Coedille / Kocooghe: *Hispani* Mancamilla loca Ojo de buey: *Itali* Occhio de bove. *Et verum quidẽ esse Buphthalmum Leonhardi Fuchsii sententia fuit. At nobis verum & legitimum solum illud esse videtur, quod infra sub Buphthalmi nomine describitur. Nam Buphthalmo quidem, ut Dioscorides auctor est, folia sunt* μαραθρώδη, *id est, fœniculi foliorum similitudinem habentia, & flos mellinus, huic vero, folia non sunt fœniculi simillia, neque flos totus luteus, sive mellinus, sed plurima parte, per circumferentiam videlicet, candidus; qui etiam vel solus Mathiolum movit, ut cotulam hanc albam, sive vulgare Buphthalmum, verum & legitimum esse Buphthalmum negaverit. Proinde non Buphthalmum (quo nomine à plerisque appellatur) sed cotulæ & Chamæmeli silvestris species quædam est. Plinius lib.* 26. *cap.* 7. *Melandry herbæ meminit in segete, ac pratis nascentis, flore albo & odorato: an Melandrum autem istud, cotula an fœtida sit, diligentius inquirendum: propter etenim Plinii brevitatem nemo facile qualis herba Melandrium sit, affirmaverit. Tertia cotula lutea cauliculis exit, non paucis; foliis Botulæ albæ majoribus, crassioribus, candidioribusque, flores & medio, & orbiculato ambitu mellini, sive lutei sunt: radix dura, lignosa, diuturna. Nascitur in Germania & Gallia, iisdem ac similibus quibus cotula alba locis: apud Belgas hortensis est, Iunio ac Iulio florem promit. Germani* Streichblumen/& Steinblumen *appellant. Belgæ* Strijckbloemen. *Fuchsius anthemidis speciem, & Chamæmelum Chrysanthemum facit. Folio tamen parvum, odore nullatenus Anthemidem, sive Chamæmelum leucanthemum refert. Matthiolus pro legitimo Buphthalmo depinxisse videtur: desideratur tamen in eo folium Marathroeides, quod Buphthalmo esse Dioscorides testatur: nos his de causis inter cotulas & silvestria Chamæmela potius reponendam duximus, quam alterutrum temere asserere. Odoratum Chamæmelum duorum est generum: quorum alterum Leucanthemum, alterum, Chrysanthemum cognominari potest; Leucanthemo odorato caules exeunt multi, non erecti, sed procumbentes, & quasi per terram repentes, folia tenuia, dissecta, uti Chamæmeli vulgaris, sed majora, virentioraque: flos quoque similis, medio videlicet luteus, & per circumferentiam, candidis foliolis cinctus: radix fibrosa; durabilis naturæ. Referunt, folia & flores pergratum ac jucundum, cum gratoque odore, aromatum odoribus persimilem, qui etiam in arida diutius permanet. Est & hujus generis quoddam foliola medium floris ambientia densissimè multiplicans, luteo in angustum orbem coacto, quod odore & forma præcedenti per omnia simile alias est. Chrysanthemum odoratum Chamæmelum cauliculos similiter profert tenues, invalidos, & in terram prostratos: folia quoque tenuia, uti prioris, sed candidiora, & paulum minora: pro flore, qui aliis omnibus Chamæmeli, ac cotularum generibus medius, luteus est orbiculus; nudis & nullis circumambientibus foliolis cinctus; radix similis. Et hujus herba odorata quoque est, odore & facultate priori similis. Vtrumque in Belgio hortense est. Floret Iulio & Augusto mensibus. Chamæmelum odoratum proprie appellatur: Tragus Chamæmelum nobile nominat: vulgus nostrum* Roomsche-Camillen/ *id est, Chamæmelum Romanum: Germani* Edel-Camillen. *Quod flore candidum Leucathemum; alterum Chrysanthemum dici potest. Sed tamen ea esse, quæ à Dioscoride, Galeno, aut aliis veteribus in usu recepta fuere, non omnino videtur asserendum: verisimilius est, ab ipsis fuisse præterita aut incognita. Nam facultas eorum multo intensior, quam Chamæmelo à Galeno tribuitur: Caliditate siquidem, & siccate qualitatem illam viventi familiarem, & temperatam, quæ Chamæmelo à Galeno tributur, quamquo ipsum habere quotidiana ostendit experientia, multum excedunt, utpote secundo ordine calida & sicca. Cum autem & ipsa substantia tenuitatem habeat conjunctam, digerendi ac rarefaciendi potentiam habent ampliorem: molliendi verò doloresque sedandi aut mitigandi, remissiorem; proinde ubi magis quam vulgaris usus Chamæmelum potest, si calefacere, aut rarefacere opus est, utiliter adhiberi possunt, uti in balneis, quæ sudoris evocandi, & rarefaciendi cutis causa parantur, in quibus horum Chamæmelorum usus haud negligendus. Nam & cutim nimis astrictam rariorem faciunt. sudorem evocant, bonumque corpori odorem conciliant.*

Ο᾿ δὲ ἀμάρακος &c. Amaracum semine, & avulsione nasci testatur Cassianus Bassus lib. 11. cap. 28. Τὸ σάμψυχον ἐκ σπέρματος σπείρεται, καὶ μεταφυτεύεται Α᾿πριλλίῳ, καὶ Μαΐῳ ἡδεῖαν τὴν ὀδμὴν ἔχον καὶ θερμότατον ὄν. *Sampsuchum ex semine seritur, & transplantatur Aprili & Majo, jucundum odorem habens, & calidissimum.* Supra cap. 1. hujus libri rationem reddidimus, qua auctoritate doctissimus Gaza ἀμάρακον *sampsuchum* interpretatus sit. Hoc capite investigabimus, utrum amaracus & sampsuchum una eademque, an verò diversa sit planta. Quidam diversas esse volunt plantas, & hoc ferè utuntur argumento: quod Dioscorides, Galenus, Æginetas de utraque egerint, tanquam planta omnino diversa. Dioscorides quidem libro primo, cap. 58 & 68. unguentum Sampsuchinum, & amaracinum describit: & seorsim de utroque agit, ergo tanquam de planta diversa, sed respondent, Dioscoridem id duabus fecisse de causis, quarum prima compositionis discrimen, & præstantia. Diversa namque planéque discrepante præpararentur ratione: alterum etiam altero præstantius, & odoratius. Amaracum enim suavius & carius sampsuchino, præterea odoratius, & aliter quam sampsuchinum compositum. Diversa igitur nomina clarioris doctrinæ gratia imponere ipsis necesse fuit. Alioquin minus probatum à probatissimo vix dignosci potuisset. Altera, quod, ut supra dictum est, Cyzieri sampsuchum vocaverit amaracum, & ex Cyzico unguentum hoc præstantissimum & maximè suaveolens adferebatur; ab iisdem amaracinum dicebatur. Necesse ergo habuit Dioscorides eandem retinere nomenclaturam, nec permutare voluit, ne propter diversum componendi modum error fieret. Addunt, quod Galenus & Ægineta utrique diversas adscribunt facultates, amaracum enim calidum ordine tertio, siccum secundo: sampsuchum verò calidum & siccum tertio ordine tradunt. Α᾿μάρακον. θερμαίνει μὲν κατὰ τὴν τρίτην τάξιν. ξηραίνει δὲ κατὰ τὴν δευτέραν. Σάμψυχον θερμαίνει καὶ ξηραίνει κατὰ τὴν τρίτην ἀπόστασιν. Ad hæc diversimodè respondetur à viris magnis. Quidam amaracum Galeni parthenium, sive matricariam esse scribunt, quia tam præstantis herbæ nusquam mentionem fecerit Galenus: parthenium autem amaracum dici scribit Dioscorides. Παρθένιον οἱ δὲ ἀμάρακον. οἱ δὲ λευκάνθεμον. Hanc solutionem plurimi botanici probant, pauci rejiciunt, quibus favet Galeni locus, libro de antidot. 1. cap. 9. Διαφέρουσαι δὲ ἄλλαι γεγραμμέναι πρὸς πίνων εἰσὶν, ὑπὸ μὲν τῶν ἐπιμεληθέντων ἐμπειρίας φαρμάκων ἐν τῷ σταθμῷ τῶν βαλλομένων διαλλάττουσι· τινὲς δὲ οὐδ᾿ ὅλως ἔχουσι τὸ ἀμάρακον καὶ μάρον, ἔνιαι δὲ τῶν ἑτέρων ἔχουσαι μόνον. οὐδὲ γὰρ οἱ μυρεψοὶ πάντες αὐτὰ γινώσκουσι, διὰ τὸ μόνας ὠνεῖσθαι τὰς ἀπὸ Κρήτης κομιζομένας βοτάνας, ἅμα τοῖς σπέρμασί τε καὶ χυλοῖς· ἐγὼ δὲ καὶ τὰς βοτάνας αὐτὰς ἐπίσταμαι ἐν Α᾿σίᾳ γινομένας, ἐν ἄλλοις μὲν χωρίοις ὀλίγας, ἐν Κυζικῷ δὲ πλείστας, καὶ κατά γε τὴν Ι᾿ταλίαν, ὥσπερ ἄλλας τινὰς, οὕτω καὶ τὸ ἀμάρακον εἶδον γεννώμενον. ἀπολείπεται δὲ τὸ φυτὸν τοῦτο τοῦ μάρου πάμπολυ κατὰ τὴν εὐωδίαν. ἱκανῶς γὰρ εὐῶδες τὸ μάρον, καὶ τό γε καλούμενον ἀμαράκινον μύρον ἐν Κυζικῷ σκευαζόμενον, ὅσον μὲν ἐπὶ τῇ προσηγορίᾳ δόξειεν ἄν τις ἀμάρακον ἔχειν πλεῖστον καὶ ἴσως οὕτως ἀπὸ τῶν παλαιῶν σκευάζετο, νυνὶ δὲ τὸ μάρον ἐμβάλλουσι μόνον. ἐγὼ μέν τοι γευσάμενος τῆς πόας, εὗρον τε πικρότητα μὲν ἐν αὐτῇ παμπόλλην, δριμύτητα δὲ οὐ πολλήν· παρεκάλεσά τινα τῶν συνήθως ἀμαράκινον σκευαζόντων ἐπιβάλλειν ἀμαράκου τῇ σκευασίᾳ τοσοῦτον, ὅσον καὶ τοῦ μάρου. καί μοι τὸ σκευασθὲν οὕτως ἧττον μὲν εὐῶδες ἐφάνη, χεῖρον δὲ οὐδὲν ὑπάρχει. ταῦτα μὲν οὖν κατὰ τὸ πάρεργον εἰρήσθω. *Quæ siquidem Hedychroi descriptiones ab iis traditæ sunt, qui medicamentorum experientiæ dant operam, rerum injectarum pondere ab hac evariant, aliæ vero, neque marum, neque amaracum prorsus habent, quædam alterutrum tantum continent, neq; enim duo hæc unguentarii omnes noscunt eo quod herbas solum Creta advectas emãt, & earum semina, atq; succos. Ego vero & duas herbas scio in Asia nasci, ac in aliis quidem regionibus raras esse, sed in Cyzico frequentes. In Italia quoque, ut & alias quasdam herbas, ita & amaracum vidi, quæ odore multum à maro superatur.*

peratur. Marum enim valde redolet, putaretque forsan aliquis, sola nominis appellatione ductus, unguentum amaricum, quod in Cyzico faciunt, amaraci plurimum capere, sicque forsitan ab antiquis id unguentum conficiebatur, sed nunc solum marum imponunt. Hanc herbam aliquando cum ipse degustassem, ac eam amaram quidem plurimum, sed acrem parum deprehendissem, hortatus sum quendam eorum, qui amaracinum conficere solent, ut amaraci tantum immitteret, quantum & mari, visumque est mihi id unguentum minus quidem redolere, sed pejus nihil operari. Hæc itaque à nobis obiter dicta sint. Ex his Galeni verbis aliam atque aliam amaraci unguenti apud veteres fuisse confectionem, satis constat; insuper ex iisdem probatur amaracum etiam in Italia nasci, sed rarissimè reperiri, odoreque à maro vinci. Parthenium, sive matricaria in Italia satis frequens, nec sine virore odoratum. Malunt alii amaraci nomine marum descripsisse Galenum, nec dubitant, quin librariorum culpa τῦ μάρυ titulus in ἀμαράκυ abierit, quandoquidem in ejus tum gradibus, tum facultatibus assignandis Galenus à Dioscoridis maro non longè recessit. Ego nullam videre possum librariorum culpam. Quod vel hoc solo evincam argumento, quod Galenus sequatur seriem alphabeti. Debuisset ergo amaraci, seu, ut volunt, mari facultates tradidisse lib. 7. litera M. non libro 6. litera A. Sed nec marum, & amaracum ejusdem sunt facultatis. Satis enim apertè Galenus, loco jam memorato, amaraco marum odoratius dixit. Volunt alii Galenum bis unam eandemq; delineasse plantam, nec contraria esse quæ de utraque habet. Siquidem cum inquit, secundo ordine siccum, intelligit secundo completo; cum verò tertio ait, vult in incipiente esse siccum tertio, quæ sanè facultas non adeò diversa. Negari non potest Galenum de astere Attico bis eodem in libro sexto simpl. egisse, primum litera A. deinde litera B. Utrum de absynthio bis egerit, lib. 9. examinabo. Non displicet eorum opinio qui volunt Galenum amaraci nomine descripsisse amaracum in Italia nascentem; sampsuchi verò in Cypro & Cyzico provenientem. Nec moveor quod Artemidorus lib. 1. c. 51. diversam amaracinam & sampsuchinam dixerit coronam. Fuit hic rei medicæ ignarus; ignoravit etiam plantas pluribus nominibus donatas, eademque nomina aliquando diversis indita plantis. Amaracum dictum volunt ab Amaraco puero regio. Fabellam narrat Servius. Amaracus Cynaræ Cypri regis puer, unguentarius fuit, qui casu lapsus dum ferret unguenta, fracto alabastro, majorem ex confusione odorem creavit. Unde optima unguenta amaracina dicuntur. Hic postea cum nimio odore contabuisset, in herbam sampsuchum mutatus est, quæ postea ab ejus nomine cœpta est amaracum appellari. Greci recentiores amaracū, sive sampsuchum vocarunt μαντζουράναν. Ex Græco barb. Μαντζουράνα. Italicum, *magiorana*. Amaracus, corona pretiosa, μαντζουράνα. Amaracus, amaracos. Vulgò majoranam vocant, quod nomen habuit ante multa sæcula. Etenim apud Auctorem Auctuarii legitur, Προφῆται ὄν⊕ ἱερέως, οἱ δὲ ἡλίου γόν⊕ ἶσιδος. Ῥωμαῖοι μαιζουράνα, id est, *Magi sacerdotis asinum, alii Isidis genituram. Latini majoranam.* Corrige Myrepsi codicem sect. 1. de Antidot. 21. παπυβάριος ἄσπερι, μαγκουράναι. scribe παπυβίρι⊕ ἄσπερ, μαντζουράνας vel μαιζουράνας. Ex Auctore auctuarii, mavult Fuchsius μαιωράνας, quod ex Actuarii antidoto è moscho satis comprobatur, in qua sampsuchi etiam mentio fit, quod alio nomine etiam majorana vocatur. Sampsuchum describit Dioscorides libro 3. cap. 47. Sed præstat quæ de eodem tradit Theophrastus prius examinare. Hic serpylli, helenii, sisymbriique ait habere, radices ἐπιπολαίυς καὶ πολυσχιδεῖς &c. Vertit Gaza, *quod non sampsucho, nec serpyllo, nec helenio datum est: hæc enim summo terræ adhærent, radice multifida, torridaque: radices omnes lignosæ sunt.* Pro ἐπιπολαίους in Basileens. & Alden. codice legitur ἐπὶ πολλοὺς. Ταῤῥώδεις, *torridas* vertit Theodorus. Mavult Scaliger, *perplexas*; sed mendum esse putat; quę & aliorum est sententia. Qui σαρκώδεις restituunt, credo, quod lib. 1. de caus. cap. 4. ubi de radicibus agit, legatur, Καὶ ὅλως ἔγχυλόν τινα καὶ ἰσοσαρκον εἶναι, καθάπερ αἱ τοῦ ἀμαράκου τοῦ χλωροῦ, καὶ τοῦ λειρίου, καὶ τῶν ὁμοειδῶν. *Denique carnis succique bonitate carere non debent, ceu amaracum recens, ut lirium, & cætera ejusdem generis.* Facilis lapsus σαρκώδεις in ταῤῥώδεις. Sed majoranæ, sive potius sampsuchi nomine descriptæ plantæ à recentioribus non habent radicem carnosam: ipse Theophrastus lignosas esse amaraci radices scribit. Quippe cum dixerit esse ταῤῥώδεις, subjungit, ξυλώδεις δὲ πάσαι. Quare locus ex lib. 1. de causis citatus corruptus videtur, & pro ἀμαράκου legendum ἀσπαράγου, vel dicendum lib. de causis Theophrastum loqui de tenella, nondumque adulta radicula, quæ in omnibus plantis solet esse carnosior, mollior, delicatior, tenerior. Hoc verò capite de radice adulta, & antiqua agere Theophrastum. Sed nec novella radix amaraci hactenus cogniti carnosa dici potest. Ταῤῥώδεις Theodorus malè *retorrida*, interpretatur *radice*. Ταῤῥώδης adjectivum à ταῤῥὸς, id est, *implicitus, cratis modo contextus, perplexus.* Totam hanc periodum in hunc verte sensum. *Quod nec sampsucho, nec serpyllo, nec sisymbrio, nec helenio datum est. Hæc enim radices habent superficiarias, multifidas, & perplexas, suntque horum omnium lignosæ.* Idem Theophrastus amaracum, semine & avulsione nasci tradidit; quod supra ex Geoponicis Cassiani Bassi probavimus. Æstate præterea sampsuchum florere ait. Verba Theophrasti infra examinabo. Idem ait, sampsuchum copiosum ferre semen, quodque jucundo mollique est odore. De sampsucho, hæc Plinius lib. 21. cap. 11. *Seritur utroque genere, & semine, & ramo, vivacius prædictis, & odore melius; copiosum amaraco, æquè atque abrotono semen. Sed abrotono radix una & altè descendens, cæteris in summo terræ leviter hærens.* In antiquissimo, & optimo codice legitur *odore mollius*. Quæ lectio Theophrasti munitur auctoritate. Idem feracius, non vivacius esse inquit. Nusquam tradidit Theophrastus unam esse radicem abrotono, sed plures habere radices ait, ac ob crassitudinem maximè radicis singulari veluti constare radice. A Plinio venio ad Dioscoridē, qui loco supra citato hæc de sampsucho habet, Σάμψυχον κράτιστον τὸ κυζικηνὸν καὶ κύπριον. δεύτερον δὲ τούτου τὸ Αἰγύπτιον. καλεῖται δὲ ὑπὸ Κυζικηνῶν καὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ἀμάρακον. πόα δ' ἐστὶ πολύκλων⊕, ἕρπουσα ἐπὶ τῆς γῆς· φύλλα δασέα, καὶ περιφερῆ ἔχουσα, ὅμοια τῆς λεπτοφύλλου καλαμίνθης, εὐώδης, καὶ θερμαντικὴ (quidam καρωτικὴ) πλέκομένη καὶ εἰς στεφάνους. *Sampsuchum in Cyzico ac Cyprio laudatissimum, secundum ab hoc locum Ægyptium sibi vendicavit. Vocatur autem à Cyzicenis & Siculis amaracum. Herba est ramosa, per terram repens, foliis hirsutis ac rotundis, tenuioris folii calaminthæ æmulis, vehementer odorata & excalfaciens, nexilibusque coronis inseritur.* In Cyrico & Cyprio præstare sampsuchum fatentur veteres omnes. Secundum locum sibi Ægyptium vindicare scribit. Galenus lib. de Antidotis, verbis supra citatis scribit in Asia aliisque regionibus etiam Italia nasci, sed præstantia odoris à maro vinci. Nicander canit esse ornamentum hortorum, ripisque amnium.

——— μάλα δ' ἂν ἀμάρακ⊕ εἴη
Χραισμήεις πρασιῇς τε καὶ ἀνδήροισι χλοάζων.

Id est,

Confert amaracus areas hortorum complens & fronde virenti ripas. Ad hunc locum Scholiastes. Οἱ μὲν ἐν τοῖς ἀνδήροις, καὶ ταῖς πρασιαῖς, ἤγουν τοῖς κήποις καὶ ταῖς ἀναχώσεσι τῶν ποταμῶν ἄνθη, καὶ φυτεύονται. Licet nec Galenus, nec Nicander laudent sampsuchum Ægyptium, tamen à Columella libro decimo in hortulo probatur:

Grataque jam veniat hilari sampsucha Canapo.

Canopus urbs Ægypti, satis celebris. Dioscorides herbam inquit esse per terram repentem, foliis hirsutis, tenuioris calaminthæ æmulis. Licet Theophrastus, qualia habeat folia non tradat, attamen parva esse, ipsamque stirpem ramosam, ex eodem probari satis potest. Nam inter suffrutices recēset sampsuchum. Idem Dioscorides lib. 1. cap. 58. quæ folia eligenda sint docet: ἐκλέγου δὲ τὸ μελάγχλωρον τῇ χρόᾳ σάμψυχον ἐπὶ πολὺ ὄζον, μετρίως δριμύ. *Verum sampsuchum colligito ex viridi nigro, plurimum odoratum, ac mediocriter acre.* De sampsuchi odore vide Theophrastum lib. 4. de caus. cap. 22. Ob odoris præstantiam à Theophrasto inter aromata, & ea ex quibus unguenta parantur pretiosissima, & suaveolentia, lib. 9. cap. 7. recensetur, & adnumeratur. Eadem de causa inter coronarias plantas non ultimum locum habet, maximè nuptialibus. Catullus Hymenæi tempora cingit amaraco.

Cinge tempora floribus
Suaveolentis amaraci.


Floris umbram laudat 1. Æneid. Virgilius in his versibus:

——— *Ubi mollis amaracus illum*
Floribus, & dulci adspirans amplectitur umbra.

Potatoribus tamen corona ex amaraco inimica, ut Athenæus lib. 15. scribit. Ἀλυσιτελὴς δὲ κινητικὸς ὄντα τῆς κεφαλῆς, καὶ ἀμαράκινον καὶ ἀπαλὸς τοὺς καρποὺς δυναμένους ἢ βαρύνειν ἄλλως κεφαλὴν ἀφελτήριον. *Tum etiam violæ albas, quæ odore caput feriunt,*

riunt, & coronam ex amaraco, & quicquid opplere ac gravare alioquin caput possit, rejecerunt. Atque hæc de amaraco veteres. An ad recentiorum cognitionem amaracus pervenerit: indagandum. Botanici, majoranam, sic dictam, quod majori cura diligentiaque, quam cæteræ colatur, feraturque pro sampsucho habent. Malunt alii eandem majoranam marum, & maro nomen inditum contendunt, negantque sampsuchum esse. His moti rationibus, quod cauliculis surgat rectis, cum serpere per terram veteres tradant sampsuchum. Respondeo, in rectum altumque assurgere majoranam, si crebro tondeatur, ac luxuriare impediatur: verum, si negligatur, humi procumbere, ac serpere, flexili mollitie nutantibus surculis, & in terram curvatis. Sed aliter adversariorum auctores. Pena & Lobelius respondent, reperiri majoranæ speciem, multo rariorem, humi repentem, quod non erectis erigitur aut fruticat ramulis, uti vulgaris, sed in cespitem caducis, serpilli modo, cui alioquin persimilis folio, effigie & magnitudine; cujusmodi, quæ in Belgio Nervii creverat sedulo pharmacopœo Ioanni Mouton, & Antverpiæ Coudenbergio, stirpium peritissimo. Hujus semen Hierosolymis sibi allatum ab ambulone, in historiis scribit Lobelius. Sed aliudquid vetat majoranam esse sampsuchum. Sampsuchi folia, ut Dioscorides lib. 1. tradit, colore sunt ex virore nigricantia. Majoranæ verò incana è virore albicantia; qualia etiam habet, amaracus repens, cujus meminit Lobelius. Amaraci hujus ramulos foliaque eleganter exsiccata in horto hyemali Clusii, summi botanici invenimus. Majorana humilis & fruticosa stirps est candicans, & suavis admodum odoris, sesquipedem, aut palmum alta, cauliculis, sive surculis tenuibus in plures alas divisis, & in latitudinem expansis, circa quos foliola sunt penè rotunda, mollia & incana, sed hyeme magis virentia; & in summo flosculi candidi, perpusilli, è spicis heracleotici origani similibus exeuntes, exiguis videlicet, oblongis, & squamatim compactilibus. Succedit semen admodũ parvum, colore spadiceũ, radice nititur multifida, lignosa, & perenni. Semine satum eadem æstate fructificat, & binis è singulis geniculis ràmulos profert; postquam verò adoleverit incertus fit ramulorum ordo. Odorem habet fragrantem, admodum jucundum, ac suavem; saporem verò tenuem & subacrem. Caput tam gustu, quam olfactu veluti futuro somno mulcet & mitigat. Unde iterum colligitur, non esse veterum amaracum: nam hæc potatoribus inimica, majorana amica. Vino addita gratiam conciliat, ac ne vini vapores cerebrum tentent, impedit. Reperitur majorana hæc quandoque major, subinde tenuior ac minor, odoreque præstantior; quandoque lætioribus, quandoque angustioribus foliis, ut plurimum erecta, raro repens. Quidam botanici hanc marum Dioscoridis esse asserunt, quod libro 3. cap. 49. describit. *Μάρον ἢ ὑσσώβελον, πόα γνώριμος, φρυγανώδης, ὅμοια τῷ ἄνθει ὀριγάνῳ. τὰ μὲν φύλλα τούτῳ λευκότερα πολλῷ, καὶ τὸ ἄνθος εὐωδέστερον. ἔχει δὲ δύναμιν. ὁμοίαν σισυμβρίῳ* &c. Ad finem capitum additum est, *γεννᾶται δὲ κατὰ Μαγνησίαν καὶ Θράλλεις πλεῖστον. Marum, seu hysobrium herba vulgo cognita, surculosa, flore origani, attamen foliis multo candidioribus, ac flore odoratiore, vim habet sisymbrio consimilem; juxta Magnesiam & Tralleis copiosissimè gignitur.* Sed hoc caput adulterinum, ac spurium esse existimant, quod his ferè rationibus probant; quod Marcellus codices antiquissimos viderit, in quibus caput hoc desideratur; tum quod prima Dioscoridis verba parum postremis respondeant. Nam omnibus cognitam esse tradit herbam, cum tamen non in nostro orbe, sed juxta Magnesiam & Lydiæ Tralleis plurimum nascatur. Accedit insolens auctoris scribendi modus, qui cum semper congeneres herbas uno loco recenseat, hanc ab origani familia disjunxit, & inter alias nostrates herbas odoratas, ut meliloton, baccarim, numeravit, etsi ad Magnesiam & Tralleis nasci scribat. Ad hæc facilis, & in promptu responsio. Caput hoc negligentia exscribentis in codicibus memoratis fuisse prætermissum. Nam apud Oribasium, qui Dioscoridem quam fidelissimè exscripsit, habetur. Verba illa *πόα γνώριμος* adjectitia spuria sunt, & ex margine, vel aliunde in codicem irrepserunt. Ea enim non agnoscit Oribasius. Nec verba Dioscoridis uti in vulgatis leguntur codicibus, adeò dissona, aut parum respondentia, ut volunt. Facile fieri potuit, marum fuisse herbam vulgo cognitam, & tamen ex magnesia ad Græcos allatam. Acorus vulgo cognita, & tamen ex Ponto, Galatiaque adfertur. Dictamnum, Cretense optimum, & aliunde adfertur quam ex Creta, & tamen nulli pharmacopœo, vel seplasiario ignotum. Idem de Maro dicere licet. Marum Galeni ex eo herbam satis vulgarem fuisse constat, quod loco amarici, in amaracino adderetur unguento. Tertium objectum nullius est valoris. Nam amaracum æquè peregrinum Italis Græcisque fuit, ac marum, & tamen utrumque conjungit Dioscorides: nisi quod caput de meliloto interjectum sit; nec herbas congeneres disjunxit, quia baccaris, melilotus, ruta, sampsuchum frutices, vel suffrutices sunt, plantæque surculosæ, nec omnia, quæ invicem comparantur statim à Dioscoride subnectuntur. Nam stœchas satureiaque simili comantur folio; serpyllo clinopodium simile. Idem de floribus dicere licet, multisque potest probari exemplis. Marum dictum volunt à rege quodam Thraciȩ, cui nomen Maro fuit. Sed verisimilius ab amaraco per apocopen nomen impositum. Idem marum *ὑσσώβελον* vocatum fuit. In quibusdam codicibus legitur, *οἱ δὲ ὑσσώβελον, οἱ δὲ ὀριγανίδα.* Marcellus legit *σισύμβελον*, idque quod sisymbris similem facultatem marum obtinere scribat. Florem esse ait origane: id de heracleotico origano intelligendum auguror. Pro *ἄνθος εὐωδέστερον* apud Oribasium scriptum est *ἄνθος ἰώδης*, non multum dissimili sensu. Cum delineatione Dioscoridis majoranam convenire, negari vix potest. Suffrutex enim candidioribus quam origanum foliis, floreque odorato origano heracleotico non dissimilis. Reperiuntur tamen Botanici, qui majoranam veterum negant esse marum. Sed cum suam nullis rationibus proponant sententiam, cur eam probem. Malunt iidem Syriacum vulgo dictum marum gracilioribus sarmentis, minoribus capitulis & foliis, quam Gallorum mastic à Pena & Alpino descriptum, esse veterum marum. Prodiit hoc ex seminibus è Cretâ Syriave delatis. Suffrutex est,

Marum Syriacum.



crescitque altitudine palmi, foliolis parvis, minutis, candicantibus, sapore acutis, maximè odoratis: fertque à radice lignosa, gracili, parva, surculos plures rectos, rotundos, tenues, lignosos, qui ab radice usque ad summitates ferunt ex intervallo binos ramulos, foliis binis utrimque ex opposito densè vestitos, in cacumine verò flosculi sunt purpurei, origani heracleotici modo admodum odorati. Marum Corthusi, quod tragoriganum alii dicunt, cujus delineationem capite de tragorigano dedimus, veterum ma-

marum non est, quod flos origano non sit similis. Floret enim in verticillis orbiculatis, origanum verò promit flosculos ab exiguis veluti spicis. Sapore insuper non est acerrimo, sed odore fragrantissimo, urente, tritum enim digitis eminus, non secus, ac flammula cerebrum ferit, percellitque nares. Nec Gallorum mastic, sive Dodonæi clinopodium, cujus mentionem cap. de helenio feci marum est veterum. Flosculos enim fert origano non usque adeo similes, nam in summo gerit veluti capitula lanuginosa, & ambientes similes verticillos, è quibus perpusilli flosculi albi: odorem quidem spirat suavem, sed qui ἰωδέστερον origano dici non potest, ac armaracum superet. Mari Ægyptii meminit Plinius lib. 12. cap. 24. *In Ægypto nascitur & marum, pejus quam Lydium, majoribus foliis, ac variis, illa breviora, ac minuta, ac odorata.* Ex quo hęc Plinius habeat, me latet. *Nunquam*, inquit Alpinas, *in Ægypto marum inibi provenientem videre potuimus, nisi per marum eam stirpem Plinius intelligi voluerit, quam nos in libris de plantis Ægypti nomine zatarendi depictam dedimus: auderem affirmare, Lydium (quod folia brevia habere scribit) esse unam eandemque cum Cretico: Galenus fatetur, & ipse se hanc plantam vidisse in Asia nascentem. Eodem tamen hoc libro de plantis Exot, cap. 20.* Idem Alpinus plantam mari Ægyptii nomine describit, verum Plinii marum esse negat, nec ullo modo cum delineatione Dioscoridis convenit, quare descriptionem ab Alpino datam omitto.

Σισύμβριον. Sisymbrium ex Varronis auctoritate tradunt nomen accepisse à Sisymbrio, quæ fuit in veteribus comœdiis meretricula. Apud Nicandrum pro σισύμβριον metri gratia σισυμβρον legitur.

Καὶ μὴν καὶ σισυμβρον πέλει μειλίγματα νόσων.
His etiam sisymbria malis sunt mite levamen.

Idem sisymbrium à Græcis barbaris σκίμβρον vocatur. Τὸ σκίμβρον ὅπερ σύσιμβρον καλοῦσι. Palatinus codex σίσυμβρον, Scribo σισύμβριον. Sisymbri duo genera novisse Theophrastum ex cap. 22. d. 11. de caus. cognoscere licet, ubi de sisymbrii mutatione in mentham agit; locum adeat lector, & videat, quæ à nobis dicuntur. Duo sisymbrii genera describit Dioscorides, ac quidem Theophrasteam ab aliquibus, serpyllum sylvestre dici tradit, alterum verò cardamine. Nos prius distinctionis ergo coronarium vocabimus Coronis enim addebatur nuptialibus, eoque sponsi coronabantur. Phavorinus. Σισύμβρια, φύλλα οἷς ἐστεφανοῦντο οἱ νυμφίοι. Veneris hac de causa nomen acquisivit, Venerique dicatum fuit. Myrto hac de causa sociatur, quæ tota est Veneris. Ovidius lib. 4. Fastorum puellas alloquens, vult eas offerre Veneri coronas textas è sisymbriis, myrto, rosa.

Cumque sua Dominæ date grata sisymbria myrto;
Textaque composita juncea vincla rosa.

Coronarium, hoc sisymbrium describit Dioscorides libro II. cap. 155. Σισύμβριον (οἱ δὲ ἕρπυλλον ἄγριον καλοῦσιν) ἐν χέρσοις φύεται· ἔοικε δὲ ἡδυόσμῳ κηπαίῳ, πλατυφυλλότερον δὲ καὶ εὐωδέστερον, στεφανωματικόν. *Sisymbrium (alii serpyllum sylvestre vocant) in solo inculto nascitur, mentæ hortensis similitudine, sed latioribus foliis, atque odoratius, quod quidem coronis inseritur.* Non reticendum, in quibusdam antiquis codicibus caput hoc non reperiri; in aliis verò libro tertio locari, & quadragesimum nonum vocari, pro ἄγριον in Aldina ἀγρίαν legitur, at apud Oribasium μίγα. Apud eundem pro εὐωδέστερον scriptum, parva differentia, εὐώδης. Alterum sisymbrii genus, quod cardaminem vocat, delineatur à Dioscoride libro secundo, cap. 156. Σισύμβριον ἕτερον, οἱ δὲ, καρδαμίνην, οἱ δὲ καὶ τοῦτο σίον καλοῦσιν ἔνυδρός ἐστι πόα, καὶ τοῖς αὐτοῖς τῷ σίῳ γεννωμένη. καρδαμίνην δὲ ἔνιοι λέγουσι, διὰ τὸ ἐοικέναι καρδάμῳ τὴν γεῦσιν. φύλλα ἔχει τὸ μὲν πρῶτον περιφερῆ, (alter codex προσφυῆ, terræ inhærentia, & quidem rectius ex Sambuci sententia, nobis tamen propter ea quæ sequuntur, vulgata placet) αὐξανόμενα δὲ σχίζεται ὡς τὸ τοῦ εὐζώμου. ἔστι δὲ θερμαντικὸν, οὐρητικόν &c. *Sisymbrium alterum sunt qui cardaminem, alii sion appellant. Est autem herba aquatica, quæ in iisdem quibus sion locis provenit, cardamine ideo nonnullis dicta, quod gustu cardamum, i. e. nasturtiū repræsentet. Folia primum rotunda prodeunt: augescentia verò erucæ modo funduntur, porro excalefacit, urinas movet.* Vtrumque sisymbrium confudit, ni corruptus codex Plinii lib. 20. cap. 22. ubi sic ait: *Sisymbrium sylvestre à quibusdam thymbræum appellatum, pedali non amplius altitudine. Quod in riguis nascitur, simile nasturtio est. Vtrumque efficax adversus aculeata animalia, ut crabrones & similia. Quod in sicco ortum odoratum est, & inseritur coronis angustiore folio.* Nemo, quod sciam, sisymbrium thymbræum vocari tradidit, Dioscorides ab aliquibus serpyllum sylvestre vocari auctor est. Nemo quoque scripsit, pedali esse altitudine, sed hoc collegit Plinius, quod prius sisymbrium Dioscorides referat esse mentæ hortensis similitudine. Aliud est, forma simile quid facere, aliud magnitudine; formam intelligit Dioscorides. Quod sequitur de natali solo, de altero sisymbrio capi debet, quod nasturtium refert, sed gustum nasturtio non dissimilem ostendit. Quare, aut vehementer erravit in sisymbrii historia Plinius, aut corruptus codex. Mancum & aliquid deesse, quod sequitur suadet. Vtrumque, inquit, efficax adversus aculeata animalia. Si *utrumque* adversus malum jam memoratum idoneum, duo sunt sisymbrii genera, cum unum tantum describere videatur. Quare deesse quid judico, an scripsit Plinius. *Sisymbrium, sylvestre à quibusdam serpyllum appellatum, pedali non amplius altitudine. Alterum in riguis nascitur, & gustu nasturtio simile est, utrumque efficax adversus aculeata animalia, ut crabrones & similia, quod in sicco ortum odoratum est, & inseritur coronis angustiore folio.* Sedant utraque dolorem capitis. Postremum tamen Dioscorides de coronario dixit. Nec illud quod coronis additur angustiore est folio, quod vel ex eo colligi potest, quod folio mentæ latiore tradat esse Dioscorides. Meminit & sisymbrii idem Plinius lib. 19. cap. 8. his verbis: *Serpyllo & sisymbrio montes plerique scatent.* Quod ex Theophrasti hoc capite habet. Vide quæ supra de serpyllo dicta sunt. Meminit sisymbrii variis in locis Theophrastus, uti lib. II. cap. 1. & 5. ubi ait, si non colatur diligenter, facile in mentam degenerare, quod & hoc repetit capite, uti etiam libro II. de caus. cap. 22. quem locum adeat lector, & nostrum commentum videat, & quæ lib. 5. de caus. cap. 8. dicantur. Plinius, ut supra lib. II. demonstratum est, in calamentam degenerare sisymbrium docet, quod nobis haud probabile videtur, tum, quod in memoratis locis constanter εἰς μίνθην legatur, tum quod nimis magna foret mutatio, sisymbrii in calamentam. Porro, ex hoc cognoscimus Theophrastum non de sisymbrio cardamine agere, sed coronario, mentæ simili. Illud etiam probat, coronariam illum intelligere, quod tradat lib. 1. de caus. cap. 4. avulsione nasci. Cardamine sisymbrium, avulsione non propagatur. Illud etjam facit ad propositum, quod Dioscorides sisymbrii cardamines folia primum rotunda dicat, dein erucæ modo dissecta esse. Nunquam hoc reticuisset Theophrastus, ubi de mutatione sisymbrii in mentam agit. Sed nemo unquam in dubium vocavit, Theophrastum de coronario agere sisymbrio. Illud quærunt viri magni, utrum Dioscorides de sisymbrio sylvestri à Dodonæo descripto, an hortensi à Mathiolo delineato egerit. Duo etiam Theophrastus sisymbria novit, unum sylvestrē, alterum cultu. Utraque opinio suas habet rationes. Doctissimorum virorum opinio est, Dioscoridem agere de sylvestri sisymbrio Theophrasti, idque ob hanc rationem, quod Theophrastus referat in hortis provenire sisymbrium, tum, uti idem docet locis supra citatis, nisi cultu retineatur, in mentam mutetur. Dioscoridis verò sisymbrium, cultura non indiget, ne in mentam transeat, tota enim sua natura sylvestris est. Contra de hortensi loqui Dioscoridem illud suadet, quod dicat, sisymbrium odore quam menta esse suaviore, stabilit hanc opinionem, quod ipse referat Theophrastus, locis supra citatis, sisymbrium in mentam transire, suavioreque, ac præstantiore esse odore, cumque degenerat, mentæ accipere odorem, proprio amisso. Sisymbrium autem silvestre, mentâ non est εὐωδέστερον, *odoratius*, sed graveolentius multo. Adversus hanc sententiam illud adferri potest, sisymbrium cum gravitate quadam odoratum, quod Dioscorides lib. 3. cap. de menta scribat, καὶ πάντη μεῖζον σισυμβρίου, ἐν ὀσμῇ δὲ βρωμωδέστερον, καὶ ἧττον εἰς τὴν ἐν ὑγιείᾳ χρῆσιν ἐπιτήδειον. *Et prorsus menta sylvestris major sisymbrio, at odore magis viroso, quare minus ad sanorum usus utile.* Dicendum, omnes mentæ species odoratas esse cum gravitate quadam, sed inter has sisymbrium esse odore suavissimo, ad argumentum supra allatum Dioscoridem agere de sylvestri sisymbrio; respondeo, nusquam tradidisse, Theophrastum, in hortis provenire sisymbrium. Quod autem dicat: *si non colatur, sed negligatur, transmigrare in mentam*, inde concludi non potest, in hortis provenire, verum illud tantum, sisymbrium ex locis sylvestribus allatum, ac in hortis locisque cultis, ubi solum pingue, trāsplantatum, si negligatur, nec diligenter alatur, in mentam abire, pristinamque amittere suaveolentiam. In hortis enim, paucum illud, quo indiget, alimentum, quod optimè concoquebatur, novo ac copio-

copiosiore accedente dispergitur in ramos, nec, ut ante, concoctum, sed crudius in eosdem mittitur. Certè locis minus cultis odoratissimæ reperiuntur plantæ, serpyllum, stœchas, similesque plantæ ex sylvestribus in hortos translatæ, eandem odoris bonitatem non servant, sed ab alimenti copia graviorem spirant. Nostra ergo sententia est, Dioscoridem sisymbrium considerare in natali solo natum, Theophrastum verò inde allatum. Illud insuper priorem debellat sententiam, quod sisymbrium, quod exhibent sylvestre, cujus etiam imaginem damus, non conveniat cum delineatione Dioscoridis, uti illi existimant. Quippe menta graveolentius, non odoratius, insuper non in incultis, sed aquosis reperitur. Taceo non satis mentæ simile esse, quia menta omnis spicata, una excepta, quæ verticillata dicitur; cui non sit verisimile Dioscoridem mentam comparasse, verum cæteris generibus, quæ spicam gerũt. Nam verticillata illa menta, locis nõ provenit calidioribus, de quibus egit Dioscorides, sed frigidis in Belgio, Germaniaque. Finem ut faciam, sisymbrium verum dico, cujus imaginem exhibemus, ante

Sisymbria mentha agrestis Lob.



nos à Lobelio delineatum, quodque Bauhinus in phytopanace mentæ, alterius spicatæ nomine exhibet. Hoc fert vulgaris mentæ folia latiora, & rotundiora, circinataque, attamen crispa; caulem quadrangularem, ex parte rubentem; flores reliquarum mentæ instar spicatos: odore, gustuque menta acrior, suaviorque, & ni diligens adhibeatur cura, facile in vulgatam abit mentam, odorisque præstantiam vehementiamque amittit. Sisymbrium sylvestre à Dodonæo his ferè verbis describitur, quod ipse fatetur cum Theophrasti sisymbrio non convenire. *Sylvestris*, inquit, *mentæ species Sisymbrium est, primæ inter hortenses Menthas simile apparet: folia ejus sunt rotunda, caules angulosi, utraque obscure rubentia, è radice latè proserpunt, sed singula majora: gravius etiam odorata est ipsa herba: flores in summo ramulorum, veluti in capitulum ex parte globosum collecti, purpurascunt. In humentibus ac riguis, veluti in pratis, secus fossas aquas habentes, ac flumina nascitur. Cum aliis menthis floret, ac vere revirescit.* Σισύμβριον *Græcis dicitur, Latinis* Sisymbrium: *Germanis* Rosżmuntz / Wassermuntz: *Gallis* Menthe sauvage. *Est verò & aliud Sisymbrium, à Theophrasto memoriæ proditum, ex coronariorum surculosorum tenuifoliorum numero, cui odor acrior quam Serpylli; quod, nisi cultu retineatur, in Mentham transit. Hujusmodi autem Sisymbrium à Dioscoride, & nobis descripto Sisymbrio haud parum differt: neque enim cultu retineri debet istud, ne in Mentham degeneret, sed cum tota natura silvestre sit, etiam multa cura, ut hortensis fiat Mentha non datur assequi.* Rectè cum delineatione Theophrasti convenire negat, sed cum Dioscoridis sisymbrium esse vult, fallitur. Nam Dioscorides sisymbrium mentastro simile ait, sed majus mentastrum spicatum est, spicis verò caret sisymbrium à Dodonæo descriptum. Sisymbrium cardamine nonnulli volunt esse florem cuculi, vulgo Coeckoeck bloemen dictum. Huic mox à radice folia in oblongis pediculis sunt rotundiuscula, inter quæ medius exit caulis tenellus, pedali ferè altitudine: circa quem folia tenuia. Erucæ hortensis foliorum divisura: flores in summo candidi, aut modicè purpurascentes, parvis leucoiis quodammodo similes: semen in exiguis valvulis minutum: radix fibrosa est. Nascitur non tam in aquis, quam in locis humilioribus, & quæ creberrimè, non modò cælesti ac

Sisymbrium Cardamine.



pluvia, sed & rivulorum ac redundantium stagnorum aquis irrigantur. Florem Aprili ac Majo edit. Alii aliam sisymbrii cardamine nomine ostendunt plantã, de qua hæc ab adversarũ Auctoribus traduntur. *A Cardamo, cujus acrimoniã vescẽtibus refert, dicta cardamine fuit, veluti Helleborine ab helleboro, tametsi proprius accedit Cratevæ laveri, sive Nasturtio vulgari, aut verò, quam Dioscorides Sio, aut etiam quam Sisymbrio etsi Dioscorides Sisymbrii fecerit speciem, tribueritque idem nominis plantæ menthæ hortensi simillimæ, atque huic aquaticæ, ansamque Plinio confundendi vires laveris atque hujus Sisymbrii, quod Sion etiam vocarint. Est enim fontium lympidorumque rivulorum sectatrix hæc, uti Sion, sed tota tenella, gracilisque: folia promens, imastrata latius, in nerveis cauliculis rotundæ Erucæ, aut aquatici Nasturtii vulgaris: quæ autem in caule sesqui palmari vel pedali angustiora multo sunt, etiamque hortensis Nasturtii divisura: floribus summis albidis, acri gustu, ac in acetariis tamen minoris commendationis. Sed enim primum illud Sisymbrium apud Dioscoridem in familiam potius Menthæ & Menthastri relegandum, cum quibus tantopere illi convenit, ut quasi naturæ symbolo mutuo altera in alteram abeat nempe mentha in Sisymbrium, hoc in illam, propter confusa naturæ principia in semine.* A sisymbrio cardamine venio ad sion, quod idem nomen sisymbrium jam memoratum obtineat. Describitur à Dioscoride lib. II. cap. 154. Σίον τὸ ἐν ὕδασιν· ευρίσκεται ἐν τοῖς ὕδασι

ὕδασι φυμένος ὀρθὸν, λιπαρὸν, φύλλα ἔχον πλατία, ἱπποσελίνῳ ἐοικότα, μικρότερα δὲ καὶ ἀρωματίζοντα. ἅπερ ἑψόμενα ἐσθιόμενα καὶ ὠμὰ λίθους θρύπτει καὶ ἐκβάλλει. *Sinum aquaticum, frutex est pusillus, qui in aquis invenitur, rectus, pinguis, foliis hipposelino similibus, sed minoribus & aromatici odoris: quæ quidem seu cocta, seu cruda esu calculos rumpunt & ejiciunt.* Ab hac facultate nomen huic plantæ impositum, ἀπὸ τοῦ σείειν, *à calculis excutiendis.* Nisi placeat, nomen hoc accepisse ab eodem σείειν, quod in aquis vacillando, ab aquis prælabentibus succutiatur. Foliis, inquit, esse hipposelino similibus, in quibusdam codicum marginibus pro ἱπποσελίνῳ ἐοικότα legitur, in aliis ἡδυόσμῳ, utrumque ex sii Cratevæ historia petitum. Sion hoc eodem libro quo prius describit Dioscorides. Κρατεύας δὲ ἱστορεῖ περὶ αὐτοῦ οὕτω. πόα θαμνοειδὴς, ὀλίγη, ἔχουσα (quidam codices addunt πολλὰ) φύλλα, περιφερῆ, μείζονα ἡδυόσμου, μέλανα (vetus addit λιπαρὴ, quomodo & apud Oribasium legitur) παραπλήσια εὐζώμῳ. *De eodem Sio agens Crateuas, herbam esse tradit fruticis specie, exiguam, foliis præditam rotundis (multis) quam mentæ majoribus, nigris, (pinguibus) & ad erucam accedentibus.* De hoc sio cap. de Nasturtio. Sii prioris meminit Plinius libro 22. cap. 22. *His, inquit, adnumerant sium, latius apio, in aquis nascens pinguius nigriusque, copiosum semine, sapore nasturtii.* Utrumque sion confundere videtur. Dioscorides hipposelino comparat sii folia, sed ait esse minora. Plinius, apio inquit esse latiora hipposelini folia latiora & majora multo esse, quam apium nemo in dubium vocabit, nigriora esse non tradit Dioscorides, sed Cratevas folia sii majora quam mentæ inquit & nigra, & παραπλήσια εὐζώμῳ, quod Plinius sapore nasturtii vertit, duosque commisit errores. Primò, quod τὸ εὔζωμον *nasturtium* verterit. Sed hoc haud magnum erratum, siquidem nasturtio, erucæque sapor vicinus, non tamen idem. Majus peccatum, quod *sapore nasturtii* verterit, cum verba Dioscoridis, vel potius Cratevæ de sapore intelligi, nec debeant, nec possint, sed de figura. Vult enim mentæ similia esse, & ad erucam accedere. Sij prioris iconem hanc exhibet Camerarius. Duo ejus genera describit Dodonæus, utrumque satis apud Batavos frequens. Vulgo pastinacam aquaticam, & palustre apium vocant. Sium longis, tricubitalibus, aut amplioribus, crassis, striatis angulosis, & inanibus assurgit caulibus, qui superius attenuati, in alas quasdam dividuntur, folia ei oblonga, ex pluribus aliis commissa, quorum singularia, pinguia, glabra, & per circumferentiam serræ modo incisa, particularibus hipposelini foliis minora: flores in umbellis candidi, radices tenues, nigræ & capillaceæ, veluti fibræ sunt, quæ non modo subsunt, sed & caulium geniculis admiscentur, iis quibus aquis conduntur, aut limo infiguntur partibus. Apio, aut etiam hipposelino, tota herba odoratior est. Naphthe (vulgo Petrolei) odore vicina. Huic autem affine est, quod Lobelius in paluftribus scrobibus nonnullis haud procul Antverpia reperiri refert, foliis, (ut pingitur) magis dissectis, singularibus, per marginem quoque crenatis: cujus flores in umbellis è luteo virent: semen sapore nonnihil habet acredinis, radix multis fibris fundo adhæret. In perennibus nascitur rivulis, & subinde, sed rarius in resedibus exit aquis. Iulio & Augusto floret.

Ἕρπυλλον &c. Inter coronarias plantas merito recensetur serpyllum, planta quippe odoratissima. Heliconiadibus dicatum fuit, uti canit Theocritus Epigr. 1.

> Τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα, καὶ ἡ κατάπυκνος ἐκείνα
> Ἕρπυλλος κεῖται ταῖς Ἑλικωνιάσι
>
> *Serpyllum densis foliis præsigne, rosasque*
> *Errantes Divis pono Novensilibus.*


Veteribus duo serpylli genera cognita, sativum unum, alterum sylvestre, utriusque hoc capite mentionem facit, ut & lib. 6. de caus. cap. ult. ubi sylvestre odore acriore, sativum molliore refert. Sativum Theophrasti, est sylvestre serpyllum, sed cultu domitum, ac in locis cultis hortisque transplantatum. De serpyllo variis in locis egit Theophrastus, lib. 1. cap. 15. & lib. 6. cap. 1. inter suffrutices recenset, perpetuoque virere docet. Lib. 2. cap. 1. inter suffrutices, quæ avulsione & semine nascuntur numeratur, ut & hoc capite, vide quæ supra diximus, item & cap. 4. lib. 1. de causis. De cultura serpylli, coronariorumque agit lib. 3. de caus. cap. 24. lib. 5. de caus. cap. 8. in ocimum facile degenerare narrat, nisi cultura retineatur, diligensque adhibeatur cura, lib. 6. de caus. cap. 15. totam plantam odoratam dicit, flore excepto, cap. 22. ejusdem libri fructum odoratum inquit, & cap. 23. si nimium exsiccatum fuerit, odore duro ait, omnisque dulcedinis expers. Hæc omnia suis locis, vel examinata sunt, vel examinabuntur, quæ hoc loco de serpylli natura scribit in hunc verte sensum. Ramulorum serpylli propriū quoddam est incrementum. Quippe cum possit in quantam volueris longitudinem trahi, arrepto pedamento aliquo, aut, si prope sepes plantetur, aut ex loco altiori demissum non vult Theophrastus, ramulos germinaque serpylli, in quamcunque volueris longitudinem extendi, non productis novis radicibus; verum cauliculos statim novas emittere fibras, ubi terram attigerint, quæ novæ instar sunt radicis, & sic in quamcunque volueris longitudinem extendetur, quemadmodum ego semel in vulgato observavi serpyllo. Eleganter hanc serpylli naturam exprimit Nicander in Theriacis, nominatque νομαῖον, significans, ipsum continue in anteriorem partem progredi, eorum animalium more, quæ per agros pascuntur, aut ulcerum, que etiam in nostris corporibus serpunt. Pulchrè etiam φιλόζωον appellat, quod vitam suam amare videatur, ideoque se ipsum nova perpetuo sobole & propagatione conservet, siquidem quà terræ parte ejus folia adhæserint, in ea radices agunt, eaque ob id ῥιζοβόλα ibidem appellavit, hoc est, *radices demittentia.* Itaque quemadmodum vite, ut cecinit Maro, *flexi propaginis arcus*: sic in serpyllo, ramuli veluti propagines quadam radicantur. Sed ipsum Nicandrum audiamus.

> ἢ ἑρπύλλοιο νομαίου,
> Ὅς τε φιλόζωος νοτερὴν ἐπιβόσκεται αἶαν
> Ῥιζοβόλοις λασίοισιν ἀεὶ φύλλοισι κατηρής.
>
> *Et ramos serpylli inquire per arva*
> *Serpentis, quod humo natum uda repit, agensque*
> *Radices foliis, multa propagine vivit.*

Ad verbum hic redde, *vel pascua præbentis serpylli, animantibus non ingratum, humidam terram depascit: radices suas circumjiciens, hirsutis semper foliis expassum, & pendens.* Ad hos versus Scholiastes. Ἕρπυλλος εἴρηται, παρὰ τὸ ἕρπειν αὐτοῦ τὰς ῥίζας ἐπιπολύ. διὰ τοῦτο καὶ νομαῖον, διὸ ἐπιπολὺ νέμεται. ἢ νομαῖον εἴρηται, διὰ πανταχόσε βάλλει ἑαυτοῦ τοὺς κλάδους· καὶ τὸ ἐπίθετον ὁμοφυὲς τὸ φυτόν. ἕρπυλλος γὰρ καλεῖται παρὰ τὸ ἕρπειν, ὡς κισσὸς δὲ ἀνθεῖ, καὶ τὰ ἄλλα ἄνθη εἰλισσόμενος, καὶ περιβοσκόμενος περιλαμβάνει. *Serpyllum ab eo dictum arbitrantur, quod radices ejus per terram latè spargantur explicenturque, idcirco à Poëta* νομαῖον *dicitur, vel* νομαῖον *ab eodem vocatur, quod ramulos quoquoversum emittat, & hoc epitheton proprie ipsi cōvenit, herpyllos enim ab* herpen *serpendo nuncupatur, vivit (ad verbum* floret*) ad instar hederæ, aliis plantis se circumvolvens ac ambiens.* Idem de serpyllo tradit Theophrastus, sed paulò melius libro secundo, de causis cap. 25. ἔτι δὲ ἔστιν ὥσπερ δένδρα καὶ ἄλλον καυλὸν τυγχάνει, & quæ sequuntur. Lege usque καὶ τοῦ ἑλατίνου τὸ ἕρπυλλον, καὶ ἡ ἰασιώνη, vulgo ἀσιώνη, &c. Vide quæ cap. citato dicuntur. Latini serpyllum, à serpendo vocarunt. Plinius lib. 20. cap. 22. *Serpyllum à serpendo putant dictum, quod in sylvestri evenit, in petris maximè, sativum non serpit.* Hæc planè contra Dioscoridem, sed de eo mox. Idem etymon tradit Varro lib. 1. de re rust. cap. 35. *Ab Favonio usque ad Arcturi exortum rectè serpyllum è seminario transferri, quod dictum ab eo, quod serpit.* Melius rectiusque lib. 4. de lingua Latina. Item ex Græcis vocabulis, ἕρπυλλον, ῥόδον, addita & commutata una littera, *serpyllum, rosa.* A Græco ergo nomen habet, aspirationem Latini mutant in S. Duo Theophrastus serpylli genera novit, ut ex iis, quæ paulò ante de serpyllo dixit, cognoscere licet. Cultum sive sativum & sylvestre, nec aliud videtur hortense, sive cultura, quam sylvestre in hortos translatum. Duo etiam genera describit Dioscorides, unum sativum repens, alterum erectum sylvestre. Quam differentiam non observavit Theophrastus, ut ex iis, quæ paulò ante de serpyllo ex montibus allato cognoscere licet. Unde conjiciunt botanici summi, aliud serpylli sylvestre genus descripsisse Dioscoridem, auget suspicionem, quod cognomentum rygis differentiæ gratia addiderit, indicans, plura esse genera sylvestris serpylli. De utroque Serpyllo hæc apud Dioscoridem lib. 3. cap. 46. leguntur. Ἕρπυλλος ὁ μέν τις ἐστὶ κηπευτὸς ψαμψύχῳ ἐοικὼς τῇ ὀσμῇ, καὶ στεφανωματικός. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ ἕρπειν τε καὶ ὅπη ἂν τοῦ μέρους θίγῃ τῆς γῆς ῥιζοβολεῖν. ἔχει δὲ φύλλα καὶ κλωνία ὀριγάνῳ ἐμφερῆ, πολὺ λευκότερα. ἀπὸ δὲ αἱμασιῶν κρεμάμενος, εὐαυξέστερος γίνεται. Ὁ δέ τις ἐστὶν ἄγριος, ὃς καὶ ζύγις καλεῖται, οὐχ ἕρπων, ἀλλ' ὀρθὸς κλωνία ἀνιεὶς λεπτὰ, φρυγανώδη, φύλλα περὶ αὐτὰ πήγανον ὅμοιον παχύτερα. ὑπόστυφα δὲ ἐστὶ καὶ ἐπιμηκέστερα, καὶ σκληρότερα. ἄνθη γευομένω δριμέα, ὀσμὴ ἡδεῖα, ῥίζα ἄχρηστος. φύεται ἐν πέτραις ἰσχυρότερος, θερμαντικώτερος τοῦ κηπευτοῦ ὑπάρχων, καὶ πρὸς ἰατρικὴν χρησιμώτερος. *Serpyllum est quoddam hortense, quod quidem odore sampsu-*

hum imitatur, & in coronas addi solet: ita dictum à serpendo, quod radicetur, quacunque sui parte terram attingat. Habet autem folia & ramulos origani, verum coloris candidioris, & è maceriis demissum longius latiusque propagatur. Alterum sylvestre, quod etiam zygis appellatur, minime serpit: at in altum assurgens ramulos edit tenues ac surculosos, foliis rutæ similibus refertos, verum utcunque angustis, longioribus atque durioribus. Flores gustanti acres, jucundi odoris: radix nullius usus. Nascitur in petris efficacius, magisque calfaciens, & ad medendi usum aptius, quam sit hortense. Primum ad generalia attendemus, dein specialia. Ait Dioscorides duo esse serpylli genera, unum sativum, alterum sylvestre: sativum repere ait, assurgere sylvestre. Contrarium, ut supra dixi, Plinius lib. 20. cap. 22. *Serpyllum à serpendo dictum putant: quod in sylvestri evenit, in petris maximè; sativum non serpit, sed ad palmi altitudinem increscit. Pinguius voluntarium, & candidioribus ramisque adversus serpentes efficax* &c. Plinii, si non corrupta, lectio, planè absona videtur; quippe vulgata Dioscoridis lectio auctoritate nititur, eandemque totidem ferè verbis subscripsit Ætius. Apud quem hæc de serpyllo habentur. Θερμαντικῆς εἰς τοσοῦτον ἐστὶ δυνάμεως, ὡς καὶ ἔμμηνα καὶ οὖρα κινεῖν, ἔστι δὲ καὶ πρὸς τὴν γεῦσιν ἱκανῶς δριμύ· διττὸν δὲ αὐτοῦ τὸ εἶδος. ὁ μὲν γάρ ἐστι κηπευτὸς, σαμψυχίζων τῇ ὀσμῇ, ὁ δὲ ἄγριος ὃς καὶ ζυγὶς καλεῖται, οὐχ ἕρπων, ἀλλ' ὀρθοὺς κλῶνας λεπτοὺς φρυγανώδη ἔχων φύλλα παραπλήσιον ὅμοια πηγάνῳ ὑπόστενα, καὶ ἐπιμηκέστερα. ἄνθη γευομένοις δριμέα, ὀσμῇ ἡδεῖα, ῥίζα δὲ ἄχρηστος, φύεται ἐν πέτραις, ἐναργέστερος καὶ θερμαντικώτερος τοῦ κηπευτοῦ ὑπάρχων. καὶ ἔστι πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν ἐπιτηδειότερος. *Serpyllum calfactoriam vim usque adeò habet, ut menses & urinas moveat. Est autem & gustu satis acre. Duæ ejus sunt species, altera hortensis, sampsuchum odore referens, altera sylvestris, quæ & syzygis appellatur, non serpens, sed ramulos erectos, tenues, sarmentosos habens, folia fermè similia rutæ, subangusta & longiora, ac duriora, flores gustu acres, odoris jucundi. Radix autem inutilis est. Nascitur in petris, efficacior, & calidior quam hortensis, itemque ad usum medicum accommodatior.* Apud Dioscoridem ergo mendum nullum. Plinii codex si corruptus, non parva emendatione, mutationeque opus videtur. Corrigit ex Dioscoride Dalecampius. *Serpyllum à serpendo putant dictum, quod in sativo evenit, in petris maximè sylvestre, ac voluntarum non serpit, sed ad palmi altitudinem increscit. Sativum origano simile, foliis ramisque, sed candidioribus, adversus serpentes, &c.* Hæc lectio cum Dioscoride convenit, nisi quod Dioscorides, ut idem notavit Dalecampius, à maceriis demissum prolixius crescere dicat: an igitur pro *in petris*, *à maceriis demissum* legemus? Nimis torta emendatio. Alterum generale quod observare debemus, est quod Dioscorides rectè ad verba Theophrasti attenderit, cum ἀπὸ τοῦ ἕρπειν dictum referat, quod radicetur quacunque sui parte terram attigerit, id est, quod Theophrastus ait, & nos supra annotavimus, in quamcunque volueris longitudinem trahi. Quod cauliculi statim ubi terram attingunt, novas faciant fibras, sive radiculas. Supra dixi aliud Dioscoridem sylvestre describere genus, aliud Theophrastum. Id ex verbis Theophrasti supra examinatis patet, ubi docet serpyllum sylvestre deferri ex montibus, atque, ut hortense fiat, in hortis seri, ac transplantari. Hactenus generalia, nunc particularia videamus. Ait Dioscorides serpyllum hortense σαμψυχίζων τῇ ὀσμῇ esse, id est, *odore sampsuchum imitari.* Ad quod Græci Grammatici non attenderunt. Scribunt enim florem esse sampsucho similem, quod verum non est. Suidas. Ἕρπυλλος εἶδος ἄνθους σαμψύχῳ ὅμοιον. Cogitaram quandoque vocem ὀσμῇ deesse, sed cum idem apud Phavorinum, aliosque legatur, deserui illam opinionem. Serpylli folia Dioscorides ὀριγάνῳ comparat. Corrigunt viri magni, τραγοριγάνῳ, quod tragorigani folium serpyllo sylvestri similia faciat. Vulgatam probat auctoritas Oribasii, interim haud multum intererit, an ὀριγάνῳ, an τραγοριγάνῳ legat. Nam Dioscorides lib. 3. cap. 35. scribit, τραγορίγανος θαμνίσκος ἐστὶν, ὀριγάνῳ ἢ ἑρπύλλῳ ἀγρίῳ ὅμοιος τὰ φύλλα καὶ τὰ κλωνία. *Tragoriganum exiguus est frutex, folio & ramulis origano, aut serpyllo sylvestri similis.* Ἀπὸ δὲ αἱμασιῶν &c. Marcellus αἱμασιῶν ἀπὸ legit ἐπὶ, *in sepibus*; quod apud Theophrastum reperiatur ἢ πρὸς αἱμασιὰν φυτευθεὶς &c. Idem ex eodem Theophrasti loco scribit, ἐπὶ αἱμασιῶν εἰς φρέαρ καθιέμενος. Theophrasti verba sunt, ἢ πρὸς αἱμασιὰν φυτευθεὶς, ἢ κάτω καθιέμενος. διαυξίσαντες δὲ εἰς φρέαρ, ita lege, nō διαξίσαντες. Quæ Theophrastus de serpyllo, ea de sisymbrio, si non mendum, refert Plinius lib. 19. cap. 8. *Simili modo sisymbrium serunt. Lætissimum nascitur in puteorum parietibus, ac circa piscinas & stagna.* Nemo sisymbrium lætissimum in puteorum parietibus nasci, tradidit. Vox deesse videtur, ac legendum, *Simili modo sisymbrium serunt, serpyllum lætissimum nascitur in puteorum parietibus.* Ἐναυξίσαντες δὲ εἰς φρέαρ vertit, *in puteorum parietibus*, cum juxta puteos nasci tradat Theophrastus. Malè πρὸς αἱμασιὰν vertit, *circa piscinas & stagna.* Sed fortè aliunde, quam ex Theophrasto id habet, in locis aquosis, sive humectis lætius provenire auctor est Suidas. Ἕρπυλλος εἶδος ἄνθους σαμψύχῳ ὅμοιον. ὃ μάλιστα ἐν τοῖς ὕδασι θάλλει φυτοῦ εἶδος. παρὰ τὸ ἕρπειν ταῖς ῥίζαις. ἔστι δὲ καὶ εὐωδέστατον. *Serpyllum floris genus sampsucho simile, quod maximè in aquis viret, genus plantæ, quod à serpendo radicibus nomen accepit, estque odoratissimum.* Nec Dioscorides, nec Theophrastus, nec botanicorum quispiam in humectis prodidit lætius reperiri serpyllum. Αἱμασιαὶ, non sunt loca humecta, sed potius petrosa, maceriæ sine luto cæmentorum. Hesychius αἱμασία τὸ ἐκ πολλῶν λίθων λογάδην ἄθροισμα, *sepes ex multis lapidibus congestæ & aggregatæ.* Αἱμασία dicitur παρὰ τὸ αἱμάττεσθαι τοὺς ὑπερβαίνοντας ὑπὸ τῶν χειμάδων ἀκανθῶν τὰς συνεγγὺς τῶν λίθων. *A cruentando, quod supergredientes à collectis & aggregatis lapidum angulis lædantur.* Αἱμασιᾶς, quo dixi significatu, fit mentio apud Herodotum libro 1. Τὸ δὲ ἀπὸ τούτου αἱ ἐπικαμπαὶ παρὰ χεῖλος ἑκάτερον τοῦ ποταμοῦ αἱμασιὴν πλίνθων ὀπτῶν παρατείνει, *deinde verò incurvæ utrimque ripæ coctilibus lateribus pro maceria prætexuntur.* Αἱμασίαι ergo loca potius petrosa sunt, quam humida. Summi botanici vulgare serpyllum, in Belgio, Germania, Italia, Gallia frequens, cognitumque, & quod mulierculæ nostræ, quæ ex herbis vendendis victum quærunt, thymi alterius præstantiorisque nomine venum exponunt, pro veterum habent serpyllo sativo. Legitimum dicunt, quod nullum aliud serpylli genus in Italia reperiatur: quasi non potuerit Columellæ, ac Dioscoridis temporibus ex Græcia, vel alia regione in Italiam deferri, ac illic in hortis coli. Sed videamus an cum delineatione veterum satis conveniat. Serpyllum vulgare nec ambit, nec amplectitur, instar hederæ alias plantas, nec quo sustentetur adminiculo eget. Eleganter ea de causa veterum serpyllum venustus poëta Pancrates apud Atheneum l. 15. dixit ἄλην ἕρπυλλον. Vulgare serpyllum in ocimum degenerare, hactenus nemo observavit; cultura thymi durioris naturam assumere, experientia didici, ramuli foliaque origano non habet candidiora, sed nigriora, sive ex nigro virentia. Quare pro λευκότερα maluerunt alii legere, λειότερα, *leviora.* Sed alia

Serpyllum vulgare.



sunt, quæ impediunt esse verum serpyllum. Nam in maceriis non provenit, sed juxta agrorum margines, pingui præsertim & petroso solo; quandoque tamen locis etiam visitur petrosis. Serpyllum vulgare his ferè verbis describit Dodonæus, ac de eodem hanc fert sententiam, *Vulgari Serpyllo multi sunt exiles cauliculi, duri tamen, & lignosi, nonnulli in rectum palmi altitudine surgentes, alii repentes, & alicubi terræ superficiei exiguis fibris annexi: folia exigua, virentia, Thymi similia: capitula in cacuminibus rotunda, è quibus flosculi exeunt colore rubente purpurei, non raro etiam albidi: radices tenuissimæ ac fibrosæ.*

Hujus

Hujus vero, & species quædam, cujus cauliculi non serpunt: radix crassior, lignosa, tenui lanugine. Hæc quandoque tota canescit, ut in Bohemiæ nonnullis collibus, ac locis desertis. Nascitur passim locis multis juxta agrorum margines, pingui præsertim & fæcundo solo; subinde etiam locis petrosis, & non modo in Germania, Bohemia & Belgio, sed & in Italia & Gallia sponte eunt, tota ferè æstate, florum ejus proventus. Germani, Quendel & Kümmel: Belgæ, Quendel/wilden Thymus & onser vrouwen bedstroo. Hispani Serpel & Serpillo. Itali Serpillo, Galli Pillolet, Angli, Wild Tyme, Bohemi Materi Dausta, Officinæ Serpyllum, pleræque verò etiam Prilegum montanum nuncupant. Et passim quidem etiam Serpyllum veterum existimatur, nō tamen tam Serpyllis quam Saxifragæ Dioscoridis respondens: Si enim diligenter & ad Serpylli utriusq; & ad Saxifragæ descriptionem expendatur exiguum serpyllis, plurimum vero saxifrangæ simile esse comperietur. Veterum etenim Serpyllum, quod quidem prius, præter quod ramulis & foliis simile est, in quantamcunque altitudinem adminiculo fultum aut vicinis stirpibus mixtum crescit, & quandoque ex Ocimo per nimiam siccitatem mutato gignitur: alterum verò non serpit, & folio est rutæ, id est Hyperium & Centauri minoris (ut alibi ostendimus) longiore, Serpyllum verò vulgare humile est, frutices non conscendit, ex Ocymo non provenit, & foliis est multo quam Hyperici aut Centauri minoribus & brevioribus, omnino videlicet exiguis, ac Thymi, ut diximus, foliis similibus. Ex his serpyllum vulgare, non serpylli veterum aliquam speciem, sed saxifragā Dioscoridis esse palam est. Saxiphrangiam enim ait esse herbam thymæ similem in petris nascentem. Serpyllum autē vulgare thymum foliis & capitulis refert, & non raro in locis petrosis reperitur: propter eam siquidem aliquam cum thymo similitudinem habet sylvestre thymum, & à Belgis & ab aliis nominatur. Verba Dioscoridis de saxifraga hæc sunt. Σαξίφραγον, οἱ δὲ σαξιφράγιον, οἱ δὲ ἔμπετρον. Ῥωμαῖοι σαξίφραγαν. Θάμνος ἐστὶ φρυγανώδης ἐν πέτραις καὶ τραχέσι τόποις φυόμενος θύμῳ ἐμφερής, hoc est, Saxiphragon, alii saxiphringen, alii empetrum, Romani saxifrangafrutex est furculaneus in petris, & asperis nascens locis, thymo similis. Exemplaria quædam ἐπιθύμῳ ἐμφερῆ legunt, sed emendatiora thymo habēt. Hactenus Dodonæus. Caput hoc de saxiphraga in nonnullis Dioscoridis Codicibus lib. 4. cap. 16. reperitur, in aliis inter spuria, & rectè quidem rejectum, quod Latinum nomē contra Græci scriptoris morem Græcè profertur, nec ipsum caput apud Oribasium reperitur. Saxiphranga Romanis dicitur quod calculos frangat: quod ipsum & Dioscorides docet ad finē capitis, λίθους τε τοὺς ἐν κύστει θρύπτειν καὶ οὖρα ἄγειν, calculum quoque in vesica frangit & urinas ciet. Apud Æginetam σαξιφραγὶς legitur pro σαξίφραγον, vel σαξίφραγιν, Plinius tuchemanen saxifrangæ nomen habere tradit, lib. 21. cap. 21. Eandem saxiphragam Dioscorides empetrum vocari ait. Hujus quidem empetri Plinius meminit lib. 27. cap. 9. sed calcifragam Romanis ait appellari. Empetrum, quam nostri calcifragam vocant, nascitur in montibus maritimis ferè in saxo, quod propius mari fuerit minus salsa. Scribe, magis salsa. Empetrum hoc in Græcia se vidisse scribit Aloysius Anguillara; aliud verò est à saxiphranga Dioscoridis. Quippe Plinii empetrum frangit calculos, quod nec Dioscorides, nec Galenus, apud quod ejus extat historia, de eo scribunt. Plinii verba sunt, calculosque frangit, qui fidem dicto huic quærunt affirmant, lapides qui subter petram unà rumpi. Si non duas confundit plantas, hæc Plinius aliundè habet, quam ex Dioscoride. In vulgatis codicibus φυόμενος ἐπιφερὴς legitur; pro quo in veteri codice τόποις φυόμενος λεπτότατι ἐπιθύμῳ ἐμφερὴς, legitur. Apud Æginetam γλήχωνι, id est, pulegio assimilatur. Dodonæus aliique Botanici θύμῳ ἐμφερὴς legunt, alii malunt ἐπιθύμῳ κατὰ δύναμιν ἐμφερὴς, ac id esse quod Plinius ait vitem pituitamque educere, qua facultate sanè epithymum pollet. Postrema lectio si vera, serpyllum vulgare non erit saxiphranga; purgandi enim vim nullam habet, Dodonæi si sequamur correctionem: serpyllum vulgare convenit cum saxiphranga. Nam thymum duris capitulis & foliis quodammodo refert. Recentiores aliis plantis saxiphrangæ nomen imposuerunt, sed quarum nulli saxiphragæ veterum historia convenit. Sunt verò ex eisdem duæ umbelliferæ, reliquæ carent umbella. A Dodonæo his verbis describuntur, Saxiphrangæ duæ sunt: major una, altera minor. Major amplitudine foliorum, cauliumque altitudine minorem superat, folia variè scissa, Pastinacæ, sive elaphobosci aut Sisari aliquatenus æmulantur, sed nigriora, asperiora, minora, ambitu verò etiam serrat, caulis bicubitalis, angulosus, striatus, candicans exiguis flosculis: umbellæ semen quale Apii hortensis, acre, ferventisque gustus: radix oblonga, teres, candida, saporis acris, & salivam commanducata ciens. Minor primis ac radicibus proximis foliis priorem refert. Sunt tamen multò teneriora ac minora, circa cauliculos verò tenuissima, nec prioribus similia. Flosculi & semina veluti majoris; radiculæ tenuiores quoque ac minores, sed minus acres. Germaniæ ac Belgio utraque satis familiaris, sed minor frequentior. Lætum ac pingue requirunt solum, sed tamen incultum, veluti agrorum margines, & alia similia, quæ aratro non proscinduntur. Iulio & Augusto flores ac semina profundunt. Utramque recentior ætas saxiphragam, aut saxiphragiam appellat, quædam Petræfindulam, alii Bilbesnellam aut Bipennulam: Baptista Sardus, deinde & Leonhardus Fuchsius Pimpinellam. Quamobrem à nonnullis Pimpinella Saxifraga nominatur. Est etenim & alia Pimpinella cognomine sanguisorba. Extat tamen & vetus versiculus, qui pimpinellam à saxifraga differre ostendit, qualis, est:

Pimpinella pilos, saxifraga non habet ullos.

Est siquidem sanguisorba, quam Pimpinellam vocat, nonnihil hirsuta: saxifraga verò hæc nequaquam: foliorum autem primorum saxifragæ minoris & pimpinellæ sanguisorbæ quædam similitudo. Majorem Germani Biberno, Brabanti Bevenaert, Bohemi Bedruyff, Latini saxifragam magnam, seu majorem vocant. Minorem saxifragam hircinam quidam, alii Pimpinellam saxifragam minorem, Brabanti Bevernelle. Qui autē hanc saxifragam pyrethrum esse existimant, non parum à vero recedunt, Legitimum Pyrethrum Pemptadis tertiæ lib. primo descriptum est, quod si autem ad aliquam Dioscoridis referenda videatur, cum nullo citius quam cum Brunio convenire poterit: caulis siquidem angulosus est, & majoris digitalis ferè crassitudinis. Folia inferiora aptè comparari possunt, superiora, præsertim minoris, longè tenuiora, flores in umbellis anethi similibus, semen odoratum minus quom hyoscyami, acre & exca faciens, quale Bunion esse Dioscorides ostendit, &c. Hactenus Dodonæus, qui de saxifraga alba sequente capite hæc tradit, Non est hæc umbellifera, sed nomen illi cum saxifraga commune in societatē ejus pertraxit: Promit autē ista folia aliquot in hirsutis & mediocriter longis pediculis rotunda, per margines crenata, hederæ terrestris molliora & albidiora, inter quæ cauliculi attolluntur teretes, tenelli, dodrante altiores, lanuginosi in fastigiis, quorum flosculi quinque folii inalbicant: radix multas demittit fibras, cui superius veluti gramina insident, seminis Coriandri magnitudine, aut paulò majora, gustu amaricantia, colore partim purpureo rubentia, partim albida. Locis herbosis, incultis in montibus, collibus, in Germania, tum in Bohemia multis locis gignitur; & nonnullis quidem locis altior & majoribus foliis: aliis & frequentius minor. Majo mense cum floribus reperitur, paulò post fibræ caulesque inarescunt, relictis circa radicem granis, quæ tempestivè colligenda, alioqui & evanida futura. Saxifragam recentiores appellant, albam cognominant ad differentiam ejus, quæ capite superiore descripta est. Germanis weisse Steinbrech. Brabantis witte steenbreeck Gallis Saxifrage blanche. Huic à foliis aliquatenus similis alia quædam Saxifraga dicta reperitur, quæ Aureo cognomen accepit. Folia siquidem ei quoque sunt rotundiuscula, & ambitu serrata: cauliculi autem omninò breves, palmi altitudine, in quorum ramosis cacuminibus flosculi exigui, auriluteo colore resplendent; succedunt exigua rotunda vascula, in quibus rubens pusillumque semen. Reperitur in quibusdam palustribus ac riguis Brabantiæ ac Flandriæ locis, solo arenoso ac sterili. Majo ac Aprili cum flore ac semine exit. Hactenus rursus Dodonæus. Harum dicimus plantarum nullam cum veterum saxifraga convenire, quod thymo sint dissimiles, nullamq; ut vult Plinius, purgandi vim habeant. Ad serpyllum redimus, cujus non saxiphragæ historiam Theophrastus tractat. Sativum serpillum, quod descriptioni Dioscoridis respondeat hactenus nondum repperi. Sylvestre ejusdem serpyllum Zygis vocatur, ἀπὸ τοῦ ζεύγνυν ligando, seu vinciendo, quod eo ligarentur vites, quodque ramuli nativo lentore ramulis ad vinciendum & vitilium usum idoneas habere crederetur. Id verò cum de serpyllo nemo tradiderit, non subscribo isti etymologiæ. Alii à trutina, quam ζυγὸν Græcè vocant, rectitudine ejus ad rectitudinem ramulorum in serpyllò sylvestri vocem translatam malunt. Fortè melius inde nomen impositum, quod plura folia ex singulis geniculis conjuncta producat, vel, quod plures emittat ramos, συζυγεῖς hoc est, conjugatos. Legunt viri magni ἀντὶ πηγάνῳ τετραγωνίῳ pro quo mavult Clusius ἰβηρίδι, quod nulla sit affinitas foliorum rutæ cum serpyllo,


pyllo, vulgatam tamen lectionem ab Oribasio defensam & apud Ætium extantem præfero. Apud hunc pro ὑπόστενα δέ ἐστι καὶ ἐπιμηκέστερα καὶ σκληρότερα habetur ὑπόστενα καὶ ἐπιεικέστερα. Interpres vertit *subangusta, longiora, ac duriora*, vel Dioscoridis verba, vel, meliorem fortè secutus lectionem, cum ἐπιεικὴς *mansuetum, lenem*, atque *æquum* significet. Dioscoridem defendit Nicander :

Ἠὲ σύγ' ἕρπυλλον κεροειδέα πολλάκι κρῆθμον.

Vel Serpyllum cornibus simile, vel etiam crethmum.

Ad quem versum Scholiastes καὶ ὁ ἕρπυλλος εἶδος λαχάνου ὃν κεροειδέα φησὶν ἐπειδὴ, κερατοειδής ἐστι κατὰ φύλλα. *serpyllum genus oleris, cornutum dictum, quod folia habeat instar eorum.* Non figura puta, sed duritie. Ita ut codex Ætii sit corruptus. Scribe ex Dioscoride pro ἐπιεικέστερα, ἐπιμηκέστερα, quomodo & legit interpres. Flores ait Dioscorides esse jucundi odoris, inodoros Theophrastus; quem proinde dicendum de altero loqui Serpyllo, vel comparativè foliorum respectu id dixisse; simili modo quo thymi saturciæ, abrotoni, aliarumq; plantarum flores, licet odore suavi non carentes inodoros dixit.

Serpyllum Zygis.



Serpyllum zygis quodnam sit inquirendum. Non esse vulgare Serpyllum inde probatur, quod serpat, & folia non longiora, angustiora & duriora foliis rutæ sint. Narbonense Serpyllum (cujus effigiem damus) an Zygis, dubitatione non caret. Nam aliquo modo serpit, ramulos tamen erigit, folia non habet rutæ similia, sed thymi vulgari paulò latiora, minus odorata, sed gravius nonnihil olentia; utpote quorum odor sit ferè inter abrotonum & stœchadem, mediis etiam ramis & radice, figura, & altitudine perquã simile, thymo duriori seu vulgari. Verùm florum dispositione & odore, ut dixi, à vulgari thymo discerni potest, Virgæ enim ramulique floribus verticulatim nascentibus vestiuntur, *coloreis albo purpurascentis odore quo folia.* Minor etiam ejus est acrimonia quam thymi; quippe quæ aliquid adstrictionis adnatum habeat.

Serpyllum ergo utrumque inter ignotas referemus plantas. Serpylli vulgaris plura observarunt recentiores genera, quæ a Bauhino in Phytopinace recitantur. I. Serpyllum majus latifolium. II. Serpyllum latifolium hirsutum. Quod in prodromo descripsit Bauhinus. III. Serpyllum sativum. IV. Serpyllum vulgare majus, flore reperitur vel candido, vel purpureo. V. Serpyllum foliis odore citri, ex semine facile provenit, adversus hyemis injurias nonnihil regi debet. Vulgatissimo Serpyllo satis simile, crassiora tamen, & magis atra habet folia, quæ trita, citrii mali, aut melissophylli odorem referunt, quæ ad multos annos exsiccata servant; capitella quoque paulo majora sunt, magisque purpurascentia, simillibus tamen flosculis prædita: crassiores ramulos, quadrangulares, palmares, per terram fusos, ad singula internodia fibras agentes: radicē verò lignosam, multifidam, fibrosamque, numerosos proferentem cauliculos, summa tellure se in orbem spargentes. VI. Serpyllum vulgare minus; aliud foliis est rotundis, aliud acuminatis, & angustioribus, flos subpurpureus, roseus, candidus; pro cœli & loci diversitate odorem mutat, & inodorum reperitur, aliquando thymum durius in serpyllum degenerat, ut ocimum in serpillum transire observavit Theophrastus. Occurrit idem hoc genus cum capitulis lanuginosis. VII. Serpyllum angustifolium glabrum aliquando inodorum est: aliquando odorem foliorum nucis refert. VIII. Serpyllum angustifolium hirsutum, vel montanum repens hirsutum. IX. Serpyllum folio thymi, quod, ut dictum est, zygin Dioscoridis existimant.

Τῶν δὲ ἀνθῶν τὸ μὲν, πρῶτον ἐκφαίνεται] Florum tempora Philosophus noster tractare incipit: sed codex corruptus, lacerus & depravatus. Exscripsit hunc locum Athenæus, vertit eundem Plinius, sed tam Athenæi & Plinii, quam ipsius Theophrasti codex mendosus est. Apud Athenæum his verbis locus hic exscriptus reperitur lib. xv. στεφανωματικὰ δ' ἄνθη καταλέγει Θεόφραστος, τάδε, ἴον, διὸς ἄνθος, ἴφυον, φλόγα, ἡμεροκαλλές. πρῶτον δὲ τῶν ἀνθέων ἐκφαίνεσθαί φησι τὸ λευκόϊον, ἅμα δὲ αὐτῷ καὶ τὸ φλόγα καλούμενον τὸ ἄγριον. ἔπειτα νάρκισσον καὶ λείριον (καὶ τῶν κατὰ τριῶν ἀνεμώνης γένος τὸ καλούμενον ὄρειον) καὶ τὸ τοῦ βολβοῦ κώδιον. συμπλέκουσι γὰρ καὶ τοῦτο ἔνιοι εἰς στεφάνους. ἐπὶ τούτοις ἥτε οἰνάνθη καὶ τὸ μελάνιον, καὶ τῶν ἀγρίων ὅτε ἑλίχρυσος, καὶ τῆς ἀνεμώνης, χλιμωνία καλουμένη, & ξίφιον, καὶ ὑάκινθος. τὸ δὲ ῥόδον ὑστερεῖ τούτων, καὶ τελευταῖον μὲν φαίνεται, πρῶτον δὲ παύεται. Plinius lib. xxi. cap. xi. *Florum prima ver nunciantium, viola alba: tepidioribus vero locis etiam hyeme emicat, postea quæ appellatur purpurea. Proximè flaminea, quæ & phlox vocatur, sylvestris duntaxat. Codiaminon bis anno, vere & autumno: æstates hyemesque fugit. Seriores supra dictis aliquanto narcissus & lilium trans maria: in Italia quidem, ut diximus, post rosam. Nam in Græcia tardius etiam num anemone. Est autem hæc sylvestrium bulborum flos, aliaque quam quæ dicitur in medicinis. Sequitur œnanthe, melanion, ex sylvestribus heliochrysos. Deinde alterum genus anemones, quæ limonia vocatur. Post hanc gladiolus comitatus hyacinthis. Notissima rosa: Eademque prima deficit, excepta sativa: è cæteris hyacinthus maximè durat, & viola alba & œnanthe. Sed hæc ita, si devulsa crebra prohibeatur in semen abire; nascitur locis tepidis.* Hæc inquam longè corruptissima. Theophrasti codicem in hunc emenda sensum. τῶν δ' ἀνθῶν τὸ μὲν ἦρος πρῶτον ἐκφαίνεται τὸ λευκόϊον, ὅπου μὲν ὁ ἀὴρ μαλακώτερος, εὐθὺς τοῦ χειμῶνος, ὅπου δὲ σκληρότερος, ὕστερον. ἐνιαχοῦ τοῦ ἦρος. ἅμα δὲ τῷ λευκοΐῳ, ἢ μικρότερόν τι ὕστερον τὸ κρίνον τὸ πορφυροῦν. καὶ τὸ φλόγιον καλούμενον τὸ ἄγριον. ταῦτα γὰρ ἂν οἱ στεφανηπλόκοι χρῶνται πολὺ ἐκπρεπῆ τῶν ἄλλων; μετὰ δὲ ταῦτα ὁ νάρκισσος, & τὸ λείριον; καὶ ἐκ τῶν τριῶν ἀνεμώνης γενῶν τὸ ὄρειον, καὶ τὸ τοῦ βολβοῦ κώδιον. Quæ sequuntur integra sunt, nisi fortè legere placeat, καὶ τὸ ξίφιον, καὶ ὁ ὑάκινθος. Rationem hujus correctionis dabo ubi plantas memoratas examinabo, Verte. *Florum vernalium prima viola alba se ostendit. Nascitur, ubi cœlum clementius est, etiam nondum hyeme exacta: ubi verò immitis, postea. Vere nonnunquam, cum viola alba, aut paulo post lilium exit purpureum, postea flammea viola, quæ vocatur sylvestris duntaxat. Hæc cæteris omnibus, quibus coronarij utuntur, longè præcurrunt. Post hæc narcissus, & lilium (album) exeunt, & ex tribus anemones generibus quod montanum vocatur. Ad hæc bulbi eriophori, id est, laniferi (vide cap. 13. lib. 7.) flos.* Quidam enim coronis hunc etiam inserunt. Sequitur œnanthe, & nigra viola, & è silvestribus heliochrysos, & genus anemones quod limonium vocant, & gladiolus, & hyacinthus: & quibuscunque ferè aliis montanis utuntur. Rosa serior hisce est, & novissima quidem erumpit, prima autem inter vernos desinit flores: parum enim temporis ejus flos durat; nam & reliquorum in sylvestrium genere flores parum durant.

Τὸ λευκόϊον] Scribendum, τῶν δ' ἀνθῶν τὸ μὲν ἦρος πρῶτον ἐκφαίνεται τὸ λευκόϊον, ex Plinio probatur, qui vertit, *florum prima*

 rum prima

rum prima ver nunciantium, viola alba. Tepidioribus verò locis etiam hyeme emicat. λευκόϊον aliud bulbosum, aliud frutex. Prius à floris candore nomen accepit: Posterius à foliorum canitie, cinereaque albedine; utriusque historiam hoc loco enarrabimus. Λευκοΐου fruticis mentionem fecit Theophrastus lib. VII. Hist. Cap. IX. ubi λευκόϊον inter ἐπιχυλόφυλλα recenset. Bulbosa folia in cauliculo non habet. Frutex foliatis cauliculis est, quæ de odore leucoij lib. VI. de causis cap. ult. Scribit Theophrastus, ea de frutice leucoio commodè intelligi possunt. Hoc verò capite VII. lib. VI. Hist. de leucojo bulboso agit. Florum vernalium primus leucoion bulbosum; cum hoc simul, aut paulò post exeunt pseudrocrocus, & aconitum hyemale, crocus supposititius, Theophrasto incognitus. Aconitum inter coronarias plantas referri non debet; sed an veteribus cognitum lib. IX. inquiremus. Leucojon bulbosum apud nos ad finem Februarij, aut Martij initio, si hyems inclementior, floret, De hoc leucoio intelligi debet versus Horatij lib. I. Carm.

Nunc decet aut viridi caput impedire myrto,
Aut flore terræ quem ferunt solutæ.

Inter coronarias plantas λευκόϊον à Theophrasto recensetur. Quod in coronamenta assumitur ex Theocrito etiam discimus eidyl. ζ.

Ἤ καὶ λευκόϊον στέφανον περὶ κρατὶ φυλάσσων
Τὸν πτελεατικὸν οἶνον ἀπὸ κρητῆρος ἀφύξω.

Aut ex albis violis coronam in capite gestans,
Vinum in Ptelea natum è cratere hauriam.

Leucoion bulbosum.



Leucoij hujus genera plura observarunt recentiores; vulgatiora, quæque in Belgij hortis coluntur, à Carolo Clusio Watenesij toparcha lib. II. Histor. plantar. cap. XXI. describuntur. Ubi historiam videat lector. De frutice Dioscord. lib. III. cap. CXXXVIII. egit. Λευκόϊον, inquit, γνώριμόν ἐστιν, ἔστι δὲ αὐτῆς διαφορὰ ἐν τῷ ἄνθει, ἢ γὰρ λευκόν ἐστιν, ἢ μήλινον, ἢ κυανοῦν, ἢ πορφυροῦν εὑρίσκεται. Ἔστι δὲ αὐτῶν ἰσχυρὸν πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν τὸ μήλινον. *Leucojon vulgaris est notitiæ: sed est in floribus differentia. Namque aut albi, aut lutei, aut cærulei, aut etiam purpurei reperiuntur. Est porrò leucojum luteum inter cætera præcipui in medicina usus.* Leucoji fruticis descriptionem non tradit Dioscorides, quod suo ævo planta fuit notissima, uti hodie est. In flore quatuor observavit differentias. Has recensuit, quod non omnes usui medico inserviant, sed solum genus quod flore est luteo à Medicis in usum recipiatur; ideo eunta præcipui in medicina usus esse tradit. Reliqua enim genera nec hodie in medicina usum aliquem obtinent peculiarem, sed à Botanicis, maximè iis qui flores curant, floris gratia coluntur. Hoc genus Virgilius pallens vocavit Eccl. II.

——— *Tibi candida Nais*
Pallentes violas, & summa papavera carpens.

Non semper pallor in albo est, sed sæpe in aliis coloribus: sic aurum pallere lib. XI. Metamorph. scripsit Ovidius.

——— *Saxum quoque palluit auro.*

Idem frondes fructusque quercus pallere scribit, cum tamen lutei sint. VIII. Metamorph.

——— *Gemitumque dedit decidua quercus,*
Et pariter frondes, pariter pallescere glandes
Cœpere, ac longi pallorem ducere rami.

Luteum leucojum Arabes & officinæ Cædri vocant, præpositoque articulo *alcheiri*: cyaneum sive cæruleum nunquam vidi. Vox κυανοῦν Botanicis admodum suspecta, idque quod flore cæruleo hactenus nondum observarint, nec in antiquioribus codicibus vox hęc reperiatur, quodque eandem non legerit Oribasius, nec Serapio. Plinius quoque lib. XXI. cap. VI. ubi violarum genera describit, cyami mentionem non facit; De violarum generibus hæc ibidem tradit. *Violis honos proximus. Earum plura genera, purpureæ, luteæ, albæ.* (Hæc de frutice leucojo accipi debent, bulbosum enim has non agnoscit differentias) *plantis omnes ut olus satæ; ex iis verò quæ sponte apricis & macris locis proveniunt, purpureæ, latiore folio statim ab radice carnosa exeunt, solæque Græco nomine à cæteris discernuntur, appellata ἴα, ut ab his janthina vestis, sed sativis maxima auctoritas luteis. Genera iis tusculana, & quæ marina appellatur, folio aliquanto latiore, sed minus odorato. In totum verò sine odore, minutoque folio calathiana munus autumni, cæteræ veris.* Confundit Plinius utrumque leucojon. Etenim frutex leucoiũ radicem carnosam non habet, nec bulbosam, uti nec nigra viola differentiam illam in flore agnoscit. Non dissimulandum, Dalecampium annotare, in veteri codice scriptum esse, *ab radice carnoso exeunt.* Fortè scripsit Plinius, *purpureæ statim ab radice folio carnoso latioreq; exeunt.* Sed hoc incertum. Verisimile apud Plinium pro purpurea viola, nigram accipiendam. Scribe apud eundem, pro *sed sativis: è sativis maxima auctoritas.* In Salmant. codice scribit doctiss. Pintianus pro *calathiana, calatina* legi. Fortè, inquit, restituendum permutaris literis *caltiana* à similitudine calthæ, cujus historia statim apud Plinium sequitur. Sed calathiana fortè à calathi dicitur figura. Quod si quis velit Pintianum sequi, is necesse habet negare, pneumonanthe cordi, sive campanelum autumnale Dodonæi, esse violam calathianam. Sed de hac quæstione alibi. Luteam violam, sive leucoium potius luteo flore in coronis nuptialibus præ cæteris locum habuit, quod luteus, sive flavus color esset nuptiis auspicatus & consecratus, Plinius lib. XXI. cap. VIII. *Lutei* (coloris) *video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum: & fortassis ideò non numerari inter principales, hoc est, communes maribus & fœminis, quoniam societas principatum dedit. Flammeis* inquit *nuptialibus.* Flammeo novæ nuptę velabatur caput, vel, quod lutei erat coloris, vel, quod eo flaminica, cui divortium facere non licebat, uteretur, eoque indicabant, sine dissidio matrimonium fore; novam que nuptam perpetuò cum viro mansuram. Nec tantum flammeo velamine usurpabant, sed etiam soccis luteis, quod hisce versibus docet Seneca.

Cura distincto religavit auro,
Luteo plantas cohibente socco.

Primo versu docet, fasciis cruralibus auro intextis, quibus tibiæ & fœmina obligabantur usas fuisse novas nuptas: altero vero, soccis luteis, quorum mentio fit apud Catullum in epithalamio Iul. & Mal. *Luteum,* inquit, *pede soccum.* Ad hoc alludit Apul. lib. IX. de laude asini, *cingulo subligati pedes luteis inducti calceis.* Virgines reticulis tegebantur luteis pridie nuptiarum, ut ex hoc Tibulli apparet loco.

Flavaque conjugio vincula portet amor.

Non mirum ergo, si luteum leucoium in coronis nuptialibus locum habuerit. Leucoji plura genera recentior ætas observavit. quæ à Clariss. Dodonæo describuntur, quem videat lector.

Ἅμα δὲ τῷ ἴῳ. Codicem corruptum esse ante observarunt viri magni, sed quomodo restitui debeat hoc opus, hic

hic labor. Doctissimus Gaza legit ἅμα δὲ τῷ λευκοΐῳ ἢ μικρῷ πρότερον ἢ ὕστερον κρίνον, καὶ τὸ φλόγινον, vel φλόγιον. Hæc lectio displicet Scaligero, qui legit, ἅμα δὲ τῷ ἴῳ, ἢ μικρῷ ὕστερον τὸ ἠρίγερον καὶ τὸ φλόγινον. *Theodorus, inquit, non* ἠρίγερον, *sed* κρίνον, *legit, malè. Sero enim floret lilium, sanè post rosam: aut, quemadmodum censet Plinius, medio ejus proventu. Senecio ineunte vere: unde & nomen.* Gazæ quanquam in totum non probem lectionem, probabilior tamē videtur, quam Scaligeri, quod in ea veteris lectionis vestigia reperiantur. Corrigit Scaliger ἠρίγερον, cum senecio non sit coronaria planta, ineptaque ad coronas. De senecione vide lib. VII. Gaza, ut dixi, codice usus est, in quo antiquæ lectionis reliquiæ exstarent. Ejusdem lectionis, & in Plinii antiquissimo optimoque codice, teste Clariss. Pintiano, reperiuntur vestigia. Scriptum quippe in eo; *florum ver nunciant hi, viola alba. tepidioribus verò locis etiam hyeme emicat, postea, quæ lilia appellantur purpurea.* In optimo Thuaneo refert clariss. & nobiliss. Salmasius Lugd. Bat. professor honorarius primarius scriptum esse; *Postea quæ appellantur lilia & purpurea, proximè flammeum, quod vocatur, sylvestre duntaxat. Sacramento*, ait idem, *possim contendere, scripsisse Plinium: postea quæ appellatur ion & purpurea, proximè flammeum quod vocatur sylvestre duntaxat.* τὸ φλόγινον *interpretatus est flammeum, quum sit flammula. Alibi retinuit nomen Græcum, ubi Theophrasto dicitur* φλὸξ, *ut capite præcedenti: colore tantum placet Iovis flos, odor abest: sicut & ille, qui Græcè phlox vocatur. At hoc loco, ubi* φλόγινον *vocavit, diversum putavit florem, & flammium Latinè vertit. Theophrastus* τὸ λευκόϊον *primum florum ver nuntiantium esse prodit, quæ tepidioribus locis etiam hyeme emicat.* Ἅμα τῷ ἴῳ, *quod vocatur* φλόγινον, *sed sylvestre duntaxat florere ait, id est, cum illa viola quæ præcessit, id est, alba. Plinius accepit de ea viola quæ propriè* ἴον *nominatur, & purpurea est. Contra mentem Theophrasti. Nam paulo post ejus violæ meminit, &* μέλαν ἴον *appellat, quæ est viola purpurea, eamque non cum viola alba florem producere dicit, sed post narcissum &* λείριον, *qui flores etiam aliquanto seriores sunt viola alba & flammula. Plinius verò qui in verbis Theophrasti* ἅμα τῷ ἴῳ *de viola purpurea iam intellexerat, non potuit in sequentibus de eadem viola intelligere, ubi* μέλαν ἴον *vocatur à Philosopho, sed de nescio quo alio flore inusitato id nomen sumpsit; quod ipse etiam corrupit, & melanthion vel melianthum indigetavit. Sic enim omnes libri eo loco scribunt:* Sequitur œnanthe ac melianthum. *In indice de melianthο. Atqui ne ignosci quidem illi posset si scripsisset melanion. Nam violam nigram, aut purpuream debuisset dicere. Vt* τὸ λευκόϊον *non leucojon dixisset Latinè violam albam. Hæc sunt indubitatissima.* Hactenus Salmasius. Cui non subscribimus. idque, quod adeò stupidum fuisse Plinium non existimemus, ut distinguere inter albam & nigram violam non nosset. Lectionis antiquæ vestigia contrarium docent. Ex iisdem scripsisse Plinium conjicimus. *Florum prima ver nunciantium viola alba, Tepidioribus verò locis etiam hyeme emicat. Postea lilium, appellatum purpureum. Proximè flammea viola, quæ & phlox vocatur, sylvestris duntaxat.* Apud Theophrastum lege, ἅμα δὲ τῷ λευκοΐῳ ἢ μικρῷ τι ὕστερον τὸ κρίνον τὸ πορφυροῦν καὶ τὸ φλόγινον. *Vere nonnunquam cum viola alba aut paulo post lilium exit purpureum; & quæ viola flammea vocatur sylvestris duntaxat.* Indagandum, quodnam illud lilium purpureum, quod tam maturè floret: de vulgato enim intelligi non potest.


Τὸ κρίνον τὸ πορφυροῦν. Simul cum leucojo sive viola alba lilium purpureum florere scribunt Plinius & Theophrastus. Vulgare lilium rubrum purpureumque paulo ante album floret. Ergo illud Theophrasti esse nequit: quod verisimile esse ipsi fatemur, verū purpureum Theophrasti lilium dicimus esse plantam, quam dentem caninum vocant. Hæc simul cum leucojo, vel paulo post, florem emittit, quod tulipas colentibus notissimum. Adeò mature floret, ut, ne à frigore lædatur, tegi soleat dimidiata vitrea lucerna, in illum usum à tulipariis excogitata. Floret Martio mense, cum nulli alii flores, quā leucojum, pseudocrocum, primula veris, aconitum hyemale, paucique alii apparent. Lilium purpureum vocarunt, quod folia lilii habeat, sed minora, ac rubris maculis; maximè, quod flosculus huic sit lilio sylvestri similis tum forma, tum repandis sex extrorsumque reflexis foliolis, totidemque è medio prominentibus cum suis apicibus stamineis. Primò statim ineunte vere, hyeme soluto, bina plerumque, rarò terna emittit folia, mutuo se amplectentia floremque occultantia, ad lilium quàm proximè accedentia, nisi quod breviora & latiora sint; ac allium ursinum nonnihil referant, crassiora tamen, magisque car-

Dens caninus.



nosa; multis magnis maculis ex atro purpureis variegata, basi angusta, paulatimque in latum extensa, dein in mucronem desinentia. Foliis expansis flos emicat dodrantali pediculo, enodi & vacuo, purpurascentique innitens, sex oblongiusculis foliis constans, deorsum inflexus & spectans, qui aeris (solis radiis calefacti) calore aperitur, foliaque sursum reflectit, cyclamini instar, elegantis & dilutioris purpurei coloris, senis intus staminibus purpureis, & candido trisulco stilo, nullo odoris gratia placens, sed sola elegantia commendabilis. Flori succedit trigonum capitulum, continens aliquot semina leucoji bulbosi præcocis alterius seminibus ferè respondentia, sed longiora, gracilioraque, flavescentis coloris. Radix longa, infima sede crassior, multisque candidis fibris stipata, & plana quadam appendice, unica, aut pluribus, donata, quæ veluti radicum superioris anni & præcedentium aliquot vestigia sunt, parte autem superiore paulatim gracilescens; unde caulis emergit, summa tellure bina folia proferens. Quandiu nullum florem dat hæc planta, unico duntaxat exit folio. Apud Batavos in hortis colitur, sponte nascentem observavit Clariss. Carolus Clusius ad montium quorundam radices, herbido & udo solo, non procul Gratzio Stiriæ provinciæ metropoli. Aliud etiam genus apud Batavos in hortis reperitur, sponteque crescit in Apennino & Euganeis montibus, cujus folia longiora, maculas albas diutius retinentia, initio dum exeunt, florem etiam amplectentia, qui prædicto major plerumque est, vel lactei omnino candoris, vel mistis purpurascente alboq; coloribus constans, staminibus albis, apicibus nigricantibus. Huic succedit trigonum caput semina alteri paria continens: radix etiam longa, & superiore crassior. Doctiores dentem caninum satyrium erythronium veterum esse existimant: sed radix dentis canini magnitudine ne cum exiguo quidem malo comparari potest. De satyrio Theophrastus lib. IX. agit, vide quæ annotata sunt. Malunt alii ephemerum Dioscoridis esse. Ephemerum aliud venenatum, sic dictum, quod uno die necet; de quo vide lib. IX. Caninus dens veneni nihil, quod sciam, aut audierim obtinet. Alterum ephemerum, describit Dioscorides lib. IV. cap. LXXXV. Ἐφήμερον, οἱ δὲ ἴριν, ἀγρίαν, φύλλα καὶ καυλὸν ὅμοια ἔχει κρίνῳ, λεπτότερα δὲ, ἄνθη λευκά, πικρά, καρπὸν δὲ μαλακόν, ῥίζα δὲ ὑπάρχει δακτύλου. πῆχυς μία, μακρά,

Cythronium, Dens caninus herbariorum.



μακρὰ, στιπτικὴ, ἰνώδης. φύεται ἐν δρύμοις καὶ παλισκίοις. *Ephemerum, quod aliqui agrestem irim appellant, caulem foliaque habet lilij, sed hæc tenuiora: flores candidos, amaros: semen molle: radicem unam, digitali crassitudine, longam, adstringentem, odoratam. Nascitur in sylvis & opacis.* In altero codice pro ἶριν ἀγρίαν καλοῦσιν, ἄγριον legitur, quomodo & apud Serapionem, qui utrumque confudit ephemerum. Hanc lectionem improbo, quod apud Galenum & Æginetum reperiatur; Ἐφήμερον οὐ τὸ δηλητήριον, ὃ καὶ κολχικὸν ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ τὸ ἕτερον, ὃ δὲ καὶ ἶρις ἀγρία καλεῖται, φύλλα μὲν καὶ καυλὸν ἔχει ὅμοιον κρίνῳ, ῥίζαν δὲ μακρὰν, οὐ στρογγύλην ὥσπερ τὸ κολχικὸν, ἴσα δὲ δακτύλου μὲν μάλιστα τὸ πάχος, στύφουσα δὲ καὶ εὐώδης. *Ephemerum non illud deleterium quod Colchicum vocant; sed aliud, quod iris sylvestris dicitur, folia & caulem lilio similem obtinet, radicem non rotundam, ut Colchicum, digiti potissimum crassitudine, adstringens, & boni suavisque odoris. Dens caninus, radicem habet parvam, rotundam verius quam longam, caret caule lilij, sed pediculum fert tenuem, è quo flos dependet.* Ad ephemeri fortassis classem pertinet planta, quam Lysimachiam Virginianam vocatam, libro quarto descripsimus; Ephemerum dici meretur, quod flos ultra diem non duret; sub vesperam enim aperitur, & ad sequentis diei occasum flaccescit, non ineptè quis lysimachiam siliquis rhododendri vocabit, quod fructus rhododendri lobo non dissimilis. Sed & vulgaris lysimachia χαμαιπέλιον eandem ob causam dicitur. Eadem & ἐπιλόβιον à quibusdam vocatur, quod flos sit lencojo similis, super siliquam natus. Lysimachium describit Dioscorides lib. IV. cap. III. Λυσιμάχιον, οἱ δὲ λύτρον καλοῦσι, καυλοὺς ἀνίησι πηχυαίους ἢ καὶ μείζονας, λεπτοὺς, θαμνώδεις, ἀφ' ὧν παρὰ τὰ γόνατα φύλλα λεπτὰ ἐκφύσεις παραπλήσια τοῖς τῆς ἰτέας, στύφοντα ἐν τῇ γεύσει. ἄνθος πυῤῥὸν ἢ χρυσοειδὲς, φύεται ἐν ἑλώδεσι τόποις, καὶ παρὰ τὰ ὕδατα. *Lysimachia, quam aliqui litrum appellant, caules emittit cubitales, aut etiam altiores, tenues, fruticosos, à quorum geniculis folia prodeunt salignis similia, gustu adstringentia: flos fulvus aureusque. Nascitur in palustribus, & secus aquas.* Τὸ πυῤῥὸν quandoque *ruffum*, quandoque *fulvum*, haud ita magno discrimine, exponunt colorem. Ruffus in tauro est non plane rubens, sed ad flavedinem declinans, fulvus in leone. Fulvum vulpis dorsum, in pannis hunc colorem leonatum vocant. Conflatur ex flavi fuscique comparatione ruffus; fulvus ex ruffo & viridi. In veteri codice pro ἄνθος πυῤῥὸν ἢ χρυσοειδὲς, scriptū est; ἄνθη χρυσοειδῆ ὡς ἐν σκιαδίῳ *flos aureus quasi in umbella.* Hęc lectio si vera, non tantū optimè cum delineatione Dioscoridis convenit Lysimachia vulgata, cujus imaginem exhibemus; sed etiam siliquosam non esse legitimam pictura ostendit. Quippe quod non in umbella ferat flores, sed in summis virgulis, siliquis exiguis antea enatis insidentes, qui raro albescunt, sed frequentissimè rubent eleganti purpureo colore. Hæc poterit esse Plinij, cujus descriptionem & etymon tradit Lib. XXV. Cap. VII. *Invenit & Lysimachus herbam Lysimachiam, quæ ab eo nomen retinet, celebrata Erasistrato. folia habet salicis viridia, florem purpureum, fruticosa, ramulis erectis, odore acri, gignitur in aquosis. Vis ejus tanta est, ut jumentis discordantibus jugo imposita, asperitatem cohibeat.* Postrema suggerunt, Lysimachiam non tam nomen à rege accepisse, quam παρὰ τὸ λύειν τὴν μάχην, quod pugnam & animalium certamen solvat, dirimatque: vulgatum tamen etymon placuit Hesychio. Apud quem scriptum reperio Λυσιμάκειος (lege λυσιμαχία) βοτάνη εὑρεθεῖσα ὑπὸ Λυσιμάχου *herba est à Lysimacho reperta*, verum tamen etymon quod dixi, nempe παρὰ τὸ λύειν μάχην quod hostiles acies, pugnamque animalium dirimat, eadem de causa & λύτρον dicta est, quod abigat malum, & liberet à discordia animal. Idem Plinius vel libertum legere imaginatus est ἀντὶ πυῤῥὸν πορφυροῦν, vel τὸ πυῤῥὸν malè vertit *purpureum*. Pro πυῤῥὸν enim apud Dioscoridem πορφυροῦν restitui nec debet nec potest: vulgata enim lectio apud Oribasium reperitur. Sed mendosus Plinii codex. Notat in margine Dalecamp. in veteri codice scriptum esse; pro *aureum*, *purpureum*. Quod non tam Plinium errasse persuadet, quam illos, qui codices ejus exscripserunt. Utcunque sit, nec πορφυροῦν scripsit Dioscorides, nec πυῤῥὸν, *purpureum* explicari potest. Acri cum scribit esse colore, fabulosa tradit, nec ad Græci auctoris mentem satis attendit, *nullum lysimachiæ genus.* Hausit hoc ex Dioscoridis verbis malè intellectis, qui acri odore esse non scribit, sed acerrimum nidorem suffitu dare tradit; θυμιαθεῖσα δὲ δριμύτατον ἔχει τὸν καπνὸν ὥστε ἑρπετὰ διώκειν καὶ μυίας ἀποκτείνειν. *Acerrimum vero habet nidorem suffita, adeò ut & serpentes abigat, & muscas enecet.* Lysimachiam recentiores aliā veram, aliam spuriam affirmant. Vera flore luteo est, diciturque salicaria, & Wederich Belgis. Ruellius hanc à Gallis *cornelle*, *corneille*, & coroneolam vocari auctor est. Huic, sed temerè, refragatur Senensis, qui à Ruellio pro Lysimachio exprimi contendit cerettam Italorum, quæ genistæ species est. Ab omni tamen errore immunis dici nequit Ruellius. Lysimachiam enim luteam vult esse herbam, lutum vel luteam dictam: à qua multum differens est; nam ad tincturam inepta est. Sed gravius erratum eorum, qui scribunt, appellari pelisboffam, quasi pestifugam. Pelisboffa siquidem Lysimachij species non est, sed ranunculi, qui flammula vocatur, folio oblongo, angusto, & salicis figura, in pratis apud nos satis frequens, ulcerandi vi prædita, quodque corpori admota brevi temporis spacio vesicas excitat, virusque pestilentium bubonum extrahit. Legitimam Lysimachiam Dodonæus describit his ferè verbis. *Legitimum Lysimachium fruticosum est, multis cauliculis assurgit rectis, plurima parte rotundis, nonnihil angulosis, geniculatis; duos aut tres pedes altis: foliis è singulis nodulis ternis, quaternisve, oblongis, angustis, salicis similibus; ambitu tamen haud quaquam incisis; Flosculi in summis alis exeunt lutei; succedunt rotunda, parvula, coriandri æmula semina; radix tenuis per obliquum serpit & pluribus locis progerminat. Palustribus & aquosis locis juxta rivulos, scrobes, aggeres, ac margines agrorum gignitur. Iunio Iulioque cum flor ereperitur*

Lysimachium.



Purpu-

Purpureo huic Pseudolysimachio cauliculi bicubitales, sæpenumerò complures, ramosi, ac teretes: folia angusta, per margines crenata, veluti salicis: flosculi in summis virgulis, siliquis exiguis antea enatis, insident raro albicantes; frequentissimè rubente colore eleganter purpurei, ex quatuor foliolis, quandoque angustioribus; interdum latioribus, in siliquis exigua semina, molli, tenui, candidaque lanugine implicantur. Pro radicibus tenues fibræ huc illuc repentes. Hujus & alia minor est species, à priore sola magnitudine differens: flosculi verò & minores, & dilutius rubentes. Iuxta scrobium, fossarum, fluviorum, rivulorumque margines, aliisque locis humidis reperitur: quandoque tamen & in siccioribus exit, præsertim quod latioris folij florem gignit. Tota ferè æstate floret. Lysimachij species habetur, & à Fuchsio ante nos pro Lysimachio purpureo descripta: non est tamen legitimũ Lysimachium, sed spurium ac Pseudolysimachiũ. Qua de causa & aliis maluit ipsum nominibus Gesnerus

Pseudolysimachium.



compellare, & Epilobion aut Chamænerion vocitare; ἐπιλόβιον quidem, quod flos sit leucojo similis, super siliquam natus: χαμαινήριον verò à similitudine aliqua cum Nerio Rhododendro, præsertim altius assurgens, cujusque flos è latioribus foliis compositus exiguam rosam æmulatur. Idem verò & Antonianam dici à nonnullis refert; sed tamen & aliam ait Antonianam esse, quæ dentium dolori medeatur. Nominatur verò & passim filius ante patrem; propterea, quod siliquæ apparent prius quam flos, quasi proles parente prior. Censetur etiam à quibusdam Onagra veterum; quæ & Oenothera sive Onuris. Dioscorides verò hanc ait esse fruticem prægrandem, arboris instar. Lysimachium verò istud purpureum non nisi herba est, hieme etiam marcescens, tantum abest, ut frutex sit, aut arborem æmulari queat. Pseudolysimachiũ purpureum alterum caules promit rectos, fere bicubitales, quadrangulares, articulatos: folia è singulis geniculis bina, ex adverso locata, oblonga & acuminata, ad veri Lysimachij satis accedentia, flosculi superius verticillatim ambientes caulem convestiunt, colore eleganti rubentes. Semen haudquaquam in siliquis, sed in loculis, è quibus flores exciderunt, sequitur exiguum, radix crassa, dura, foris nigricans, durabilis naturæ. Locis istud exit aquosis juxta ripas fluminum, ac aliis perinde humidis; Æstate cum aliis floret. Recentiores & huic Lysimachio purpureo nomen dedere: Pingitur & pro altero Lysimachio: Est vero non minus quam prius purpureum, spurium quoque ac falsum Lysimachium, sive Pseudolysimachium. Apud Belgas plerique partperhe *appellant. Falluntur qui pro Hepatorio colligunt; sed multo magis, qui ipsum centauri speciem esse rentur. Cærulei Pseudolysimachij rotundi sunt caules, sesquicubitales: folia oblonga veluti Lysimachiæ, sed ambitu serrata, & profundius quidem quam primi Pseudolysimachij purpurei, superna parte virentia, inferiore vero albidiora, quibus caules ramulique convestiuntur: flores in summis virgulis spicati, cærulei, lavandulæ quodammodo æmuli, sed inodorati, & alterius figuræ: quos exigua sequuntur capitula, in quibus semen minutissimum. Radix multis fibris capillata propagines emittit, quibus late serpens seipsam stirps multificat. Nascitur apud Germanos in fossis aquam recipientibus, ut Gesnerus ait, in hortis apud Belgas facilè luxuriat, soli expositis locis, non omnino aridis, umbrosis, non proficit, aut ægrè. Tota æstate flores gignit. Lysimachium cæruleum appellant, sed tamen veluti purpurea, & Pseudolysimachium quoddam, quod à florum colore cærulei cognomen accepit. Nonnulli lavandulum sylvestrem, sed parum rectè, vocant: Veronicam dictant alij: Gesnerus anagallidis aquaticæ speciem potius dicendam existimavit; nulla tamen anagallidi aquaticæ similitudine affinem. Hodie Lysimachiam vocant spicatam, à flore spicato.*

Φλόγιον. Legendum esse φλόγιον ex hoc ipso capite probatur, cum ait ἔτι μᾶλλον τὸ φλόγιον. Diminutivum præterea φλόγιον ἀπὸ τοῦ φλογὸς; sic ἀπὸ τοῦ ξίφους. ξίφιον, ἀπὸ τοῦ στρουθοῦ, στρούθιον, ἀπὸ ἡμίονος, ἡμιόνιον. Sed nomen videtur impositum ἀπὸ τῆς φλογὸς & ἴον, quod ex violæ fit genere, floremque in quo flammei quid emicet, habeat. Apud Athenæum φλογὰ legitur, quomodo & capite præcedente apud ipsum Theophrastum, sed corruptè, scriptum est. Ubi inter ea φλὸξ numeratur, quæ flore placent, ac odore carent. Hoc capite vernum esse florem scribit, & inter vernales, quæ primo vere florent, recenset, plurimumque durare scribit. Φλόγιον, est viola, quam flammeam vocamus. Hujus violæ descriptionem, supra, ubi de violis in genere egimus, dedimus. Non tantum in nostris arenosis frequens locis, sed etiam hortis. Sylvestri speciosior est, & elegantior; verè paulo ante nigram, vel cum ipsa nigra flore onusta conspicitur. Durat hic per totam æstatem, autumnique partem maximam, adeo, ut ipso hyemis initio florentem viderim. Sed idem flos non tam diu permanet, sed uno pereunte succedit alter, huic tertius, illi quartus, & sic deinceps. Viola hæc flammea vulgo tricoloris dicitur, à triplici floris colore, qui longiusculis pediculis insidet, forma violę nigræ similis & magnitudine, ut plurimum triplici colore præditus, flavo sive potius flammeo rutilante, purpureo, albo vel cyaneo. Sed integram plantæ descriptionem supra dedi, ex qua facilè cognoscet lector, omnes phlogii Theophrasti notas habere; odore quippe caret, maturè satis floret, floreque placet omnibus, tulipariis solis exceptis, qui nullos nisi raros, multique pretii colunt flores, vulgatos etiam elegantissimos, quique colore admodum variant, placentque cæteris hominum generibus, nihil morantur. Elleboro opus habent, ut mania hac liberari possint. Cogitaram quandoque, auriculam ursi φλόγιον Theophrasti esse, quod florem haberet rubro flammantem colore, sed non satis cum delineatione Græci nostri auctoris convenire deprehendi. Hujus quoddam genus tuliparii nostri hactenus coluerunt, nondum descriptum. Flore quippe est vario, ex eleganti purpureo rubro, niveoque candido, aspectuque grato. Hanc coloris varietatem, ac venustatem cultura accepit, ejusdemque negligentia facile amittit, difficulterque recuperat. Vulgaris jam esse cœpit, & à Tulipariis idcirco hodie negligitur. Rara tantum apud ipsos chara. Auricula ursi ad primulæ veris classem referri debet. Folia lata, grato vigore albicantia responderent, nisi lævia, absque rugis carnosa, atque omnino crassiora essent. Pediculus tenuis, teres, qui è mediis effertur, flosculos fastigio profert complures, primulæ veris acaceris æmulos, plerisque locis luteos, aut albidos, aut niveos, alibi purpureos aut dilutè rubentes, nonnunquam rubescentes, sanguinis modo, atroque colore. Radix compluribus crassis, oblongis fibris firmatur. In foliis hanc observavimus varietatem, quod alia lævia & viridia, alia incana vel canescentia. Quandoque densiora, nonnunquam tenuiora, aliquando majora, aliquando minora. Hanc ursi auriculam Botanici summi alisma Dioscoridis esse contendunt. Alisma ab eodem lib. 3. cap. 169. describitur. Ἄλισμα· οἱ δὲ ἀλκέαν, οἱ δὲ δαμασώνιον, οἱ δὲ ἄκυρον, οἱ δὲ λύρον καλοῦσι· φύλλα μὲν ἔχει (vetus addit ἰνωσμένα) ἀρνογλώσσῳ ὅμοια, στενότερα δὲ, καὶ ἐπὶ γῆν κεκλιμένα, καυλὸν δὲ λεπτὸν, ἁπλοῦν, ὑπὲρ πῆχυν, ἔχοντα κεφάλια θυρσοειδῆ· ἄνθη λεπτὰ λευκὰ, ὕπωχρα· ῥίζαι ὡς μέλανος ἐλλεβόρου λεπταί, εὐώδεις, δριμεῖαι, ὑπόπαχεῖς. ὑδρηλὰ δὲ φιλεῖ χωρία. Ἁρμόζει ἡ ῥίζα πινομένη σὺν οἴνῳ ὅσον < α΄ ἢ β΄ τοῖς λαγωὸν βεβρωκόσι θαλάσσιον, καὶ τοῖς ὑπὸ φρύνου δηχθεῖσι, καὶ τοῖς ὄπιον πεπωκόσι.

χιον. Alisma aliqui alceam, alii damasonium, alii acyron, alii denique lyron appellant. Folia es plantaginis, sed angustiora, convexaque in terram. Caulis tenuis, simplex, cubito altior, thyrsi specie, habens in cacumine capitula. Flores tenues, candidi, pallescentes, radices, ut veratri nigri, tenues,

Alisma.



odoratæ, acres ac modice pingues: aquosos amat tractus. Radix drachmæ unius aut alterius pondere in vino pota his convenit, qui leporem marinum devorarunt, iisque qui à rana rubeta demorsi sunt, ut & iis qui opium hauserunt. Describit & Alisma Plinius, lib. 25. cap. 10. *Item Alisma, quam alii damasonion, alii lyron appellant. Folia erant plantaginis, nisi angustiora essent, & magis laciniosa, convexaque in terram, alias etiam venosa similiter, caule simplici & tenui, cubitali, capite thyrsi: radicibus densis, tenuibus & veratri nigri, acribus, odoratis, pinguibus. Nascitur in aquosis. Alterum genus in sylvis, nigrius, majoribus foliis.* Duo alismatis genera observavit ergo Plinius; unum Dioscorides: alterum alisma (Græcos sequor) iidem Botanici primilam veris, vulgo etiam notam, existimant. Primilæ veris alia major, alia minor major, (polyanthos, quod plures in singulis ferat cauliculis, folia promit lata, rotundis tamen longiora, rugosa, instar foliorum Betonicæ (unde à Belgis Betonica dicitur alba) quibus tamen majora sunt, & dilutius multo virentia, per margines nihil aut exiguum admodum servata. Assurgit è medio stylus tenuis, nudus, dodrante non altior, cacumine flosculos aliquot promens, ambitu denticulatos, frequenter deorsum nutantes. Radix fibrosa in diversa spargitur. In floribus hujus non exigua differentia: quandoque eleganter lutei reperiuntur: sæpius pallidi, ac dilutius colorati, quasi albidi. Non raro & nivei videntur: aliquando odorati sunt, plerumque odore carentes: proliferæ etiam & multiplices plerisque in locis. Minor, quæ unicum in singulis fert cauliculis florem, foliis majorem refert; sed tamen minoribus multò: pediculi tenues in mediis foliis attolluntur breves, vix palmi altitudine; in quorum fastigiis flosculi singuli pallidè lutei, prioris similes. Radix similis in fibras abit. Hujus speciem vidimus floribus herbaceis, obscurèque virentibus, qui & quandoque folia multiplicant. Amant primulæ veris loca humidiora, non tamen omnino rigua, in sylvis sæpius occurrunt: reperiuntur verò & quandoque in apertis & patentibus. Martio Aprilique florent, et si Hyems clemens fuerit, maturius. Primulas veris vocant, quod primo floreant vere, vel, quod inter primos vernos conspiciantur flores. Vocantur & arthericæ, & herbæ paralysis, quod autritidi nervorumque dolori medeantur. Ad phlomides, Latinis verbascula dicta, à plerisque referuntur. Sed cum folia ejus, nec hirsuta, nec rotunda sint, ægrè eò pertrahuntur. Phlomides folia δασέα habent, qualia primulæ veris dici nequeunt. Plinius lib. 25. c. 10. *Sunt & phlomides duæ Hirsutæ, rotundis foliis, humiles.* Dioscorides lib. 4. cap. 4. Ἔστι δὲ καὶ φλομίδες δύο, δασεῖαι, χαμαίζηλοι, στρογγύλα ἔχουσαι τὰ φύλλα. *Sunt porrò & phlomides duæ, hirsutæ, humiles rotundisque foliis præditæ.* De verbasco videat quæ lib. 9. dicuntur lector. Ad alisma revertor. Ἄλισμα dictum volunt à voce ἁλισμὸς, quæ maris allisionem sonat atque jactationem, convenireque alismati contendunt; quod in aquis degat. Sed illud si verum etymon & nominis ratio, ἅλισμα cum aspiratione scripsissent veteres, non leni spiritu pronunciassent ἄλισμα. Dicitur autem ἄλισμα quasi ἴσμα τῆς ἄλης quod virus & malitiam venenatorum animalium frangere & debellare novit; vel παρὰ τὸ ἀλέειν ἢ ἴσμα quod sciat propulsare venenum leporis marini, & ranæ rubetæ, opiique. Eadem de causa ἀπὸ τοῦ δαμᾶν τὸ δηλητήριον τοῦ λαγὼ θαλαττίου, *quod domet noxam leporis marini.* Ἀλκέας nomen accepit παρὰ τὸ ἄλκειν, quod liberet demorsos & ab opio læsos. Ἀλκέα autem propriè non alisma est, sed malva quædam sylvestris, ut suo loco dicam. Alismatis folia Dioscorides ait esse plantagini similia, sed angustiora, convexaque in terram. Addit Plinius laciniosa esse, quod nec in vulgatis Græcis codicibus, nec Oribasio reperitur, additur tamen à quibusdam interpretibus. Vetus codex eadem folia ἴνοσμα tradit, quod nec in aliis reperitur. Sequitur καυλὸς λεπτὸς, ἁπλοῦς. In veteri codice habetur, καυλὸς δὲ λεπτὸς στενώτερος ἁπλοῦς περὶ πῆχυν. *Caulis humilis, angustior, tenuis, cubiti altitudine.* Malunt alii καυλοὺς λεπτοὺς, ἁπλοῦς in plurali numero; *caules tenues, simplices.* Sed cum vulgata Oribasii muniatur auctoritate, huic aliam præferre visum non est. Nunc videamus, an auricula ursi alisma esse possit. Radices, sive siccatas, sive recentes olfeceris, odore omni carent. Eadem auricula folia quidem habet plantaginis magnitudine, sed forma plane differentia, crassiora, nullis nervis venisque, quod foliis plantaginis proprium, distincta, telephii sive fabariæ similiora quam plantaginis. cauliculum, sive potius pediculum, fert cubito multo minorem. palmaris est, vel potius unciarum trium. Utrum thyrsum planta hæc ferat, ex iis quæ lib. 4. dixi facile animadvertet lector. Thyrsum non ferre auricolam ursi, nemo inficias ibis, nisi qui auricolam hactenus non vidit, ignoretque qua facie thyrsis fuerit. Alii pro alismate plantaginem aquaticam habent. Folia hæc habet in prælongis & crassis pediculis, longa, lata, sursum spectantia, in mucronem desinentia, plantaginis majoris foliis similia satis; sed longiora, & acuminatiora, minusque nervosa. Caules inter ea exeunt longi, triangulares, intus fungosi, in complures ramulos divisi; in quibus flores candidi, parvi, tribus constantes foliis, & fructus deinde parvi, & triangulares, virentes; radices subsunt fibrosæ. Locis reperitur humidioribus & aquosis, in fossis juxta lacuum & rivulorum margines. Floret Iunio, Iulio, Augustoque mensibus. Vulgo plantaginē aquaticam vocant; cum plantagini admodum similis dici non queat. Præter enim folium nihil habet cum plantagine simile, quod nec ipsum ipsi satis respondet: nam longius, majus fastigiatum & minus nervosum est. cum alismate non convenit. Quippe folia plantaginis non sunt angustiora, nec in terram convexa, omni odore acrimonia pinguedineque carent radices; multiplici etiam assurgit caule, qui thyrsum non fert, sed thyrsi habere formam contendunt, nondum explicatis egressisq; floribus. Acinulos enim ostendit rotundos, pusillos, persicariæ modo. Ego quidem acinulos illos observavi, sed thyrsum referre, plane nego. Sed esto, ponamus referre, cætera oportet conveniant. Alii pro alismate pingunt saponariam, sic dictam, quod saponis vicē quodammodo exhibet. Folia quippe abstergendi vi pollent, dumque confricantur, succum quendam emittunt, saponis modo extergentem. Nec hæc potest esse alisma, quod multis cauliculis assurgat, radicesque habeat veratro crassiores. Sed cum ea quæ de radiculis tradit Dioscorides, apud Oribasium non reperiantur, non satis validum argumentum ab eo sumi potest, saponariam non esse alisma. Quod de caule scribunt, magni videtur momenti. quippe pro cœli solique ratione plures paucioresque fert. Fortassis in locis palustrioribus unico tantum assurgit: Sed incertum, utrum locis humidis unico caule surgat saponaria. Huic caules sunt glabri, tenues, rotundi, geniculati, cubitales aut altiores: folia lata, renosa, plantaginis latifoliæ foliis simillima, minora, angustioraque, è singulis geniculis bina ut plurimum, & presertim radicibus viciniora, deorsum reflexa: Flores in summo cauliculorum, & circa superiora genicula

Saponaria.



cula multi, odorati, colore alias pulchro roseo rubentes, alias dilutè purpurascentes, aut candidi, qui ex teretibus, & oblongis calicibus exeunt, ex quinque foliolis commissi, in quorum medio exigua quædam stamina: radices crassæ, longæ; obliquè serpētes, quibus fibræ quędam adhærent, veratri nigri radicibus similes. Apud Batavos in hortis colitur & aliud genus, flore pleno, vulgari alioquin simile. Sponte locis apricis juxta fluvios ac torrentes nascitur. In hortis diu durat & pertinacis vitæ est. Iunio & Iulio floret, cauliculique thyrsi satis referunt figuram: sed, ut dixi, caulis, radicesque non satis conveniunt. Attamen melius descriptioni Dioscoridis respondet, quam chrysanthemum latifolium Dodonæi. Et huic enim, nec caulis thyrsorides, nec folium, ad instar plantaginis, nervosum; radices habet quæ nec pingues, nec odoratæ dici merentur. Nomen ab aureis orbicularis floribus accepit. Sed de hac alibi.

μετὰ δὲ ταῦτα ὁ νάρκι(σσος.] Locus hic corruptissimus, & admodum quidem difficulter restitui posset, nisi apud Athenæum antiquæ lectionis vestigia extarent. Apud quem sic legitur. ἅμα δ' αὐτῷ καὶ τὸ φλόγινον καλούμενον τὸ ἄγριον, ἔπειτα νάρκισσον καὶ λείριον (καὶ τῶν κατὰ τριῶν ἀνεμώνης γένος τὸ καλούμενον ὄρειον) καὶ τὸ τοῦ βολβοῦ κώδιον. Vertunt; *Deinde cum ipso (leucoio) vel paulo post quam luteam sive flammeam violam nuncupant, sylvestrem quidam: post narcissum leirion & bulbi codion.* Nescio cur verba hæc, καὶ τῶν κατὰ τριῶν ἀνεμώνης γένος τὸ καλούμενον ὄρειον parenthesi intercluserint, eademque non reddiderint, nisi fortè, quod corrupta judicarent, nec quomodo restituerentur, viderent. Lego, ἔπειτα νάρκισσον καὶ λείριον, καὶ ἐκ τῶν τριῶν ἀνεμώνης γενῶν τὸ καλούμενον ὄρειον, καὶ τὸ τοῦ βολβοῦ κώδιον. Verto, *Post narcissum & leirium, & ex tribus anemones generibus, quod montanum vocant, simul cum his floret & bulbus laniferus.* Nunc videamus quomodo hæc Plinius lib. XI. cap. XI. *Proxime flammea, quæ & phlox vocatur, sylvestris duntaxat. Codiaminon bis anno, vere & autumno: æstates Hyemesque fugit. Seriores supradictis aliquanto narcissus & lilium transmaria; in Italia quidem, ut diximus, post rosam. Nam in Græcia tardius etiamnum anemone. Est autem hæc sylvestrium bulborum flos, aliaque quam dicitur in medicina.* Hæc examinanda. τὸ φλόγινον utrum rectè, an malè *flammeum* verterit, cum flammula dicendum esset, Grammaticorum judicio relinquam. Rectius certè capite præcedente Græcam servavit vocem. Colore tantum placet Iovis flos, odor abest: sicut & illi qui Græcè flox; vel (ut in aliis codicibus scribitur phlox) vocatur. Supra probavimus, Plinium scripsisse, postea lilium appellatum purpureum, proximè flammeum, quod vocatur, sylvestre duntaxat. Plinium autem adeò rudem in re Botanica imaginari nequeo, ut scripserit, *Postea quæ appellatur ion, & purpurea, proximè flammeum, quod vocatur sylvestre duntaxat.* Nec unquam credam, adeò hebetem fuisse Plinium, ut verba Theophrasti in eum, quem maximi volunt viri, acceperit sensum. τὸ φλόγινον inquiunt, interpretatus est *flammeum*, quum sit *flammula.* Alicubi retinuit nomen Græcum, ubi Theophrasto dicitur φλὸξ, ut capitè præcedente. At hoc loco, ubi φλόγινον vocavit, diversum putavit. Florem, & *flammeum* Latinè vertit. Theophrastus τὸ λευκόιον primum florum ver nunciantium esse prodit, quæ tepidioribus locis etiam hyeme emicat. Ἅμα τῷ ἴῳ quod vocatur φλόγινον, sed sylvestre duntaxat florere ait, id est, cum illa viola, de qua dixerat, id est, *alba.* Plinius accepit de ea viola quæ propriè ἴον nominatur, & purpurea est. Contra mentem planè Theophrasti. Nam paulo post ejus violæ meminit, & μέλανιον appellat, quæ est viola purpurea, eamque non cum viola alba florem producere dicit, sed post narcissum & λείριον; qui flores etiam aliquanto seriores sunt viola alba & flammula. Plinius verò, qui in verbis Theophrasti ἅμα τῷ ἴῳ de viola purpurea, jam intellexerat, non potuit in sequentibus de eadem viola intelligere, ubi μέλαν ἴον vocatur à Philosopho. Sed de, nescio quo, alio flore inusitato id nomen sumpsit, quod ipse etiam corrupit & melanthion vel melianthum indigetavit. Sic enim omnes libri eo loco scribunt. Sequitur œnanthe ac meliantḥum in indice, *de melianthο.* Atqui ne ignosci quidem illis posset, si scripsisset *melanion.* Nam violam nigram, aut purpuream debuisset dicere. Ut τὸ λευκόιον non Leucoion dixit, sed Latinè, *violam albam.* Hæc non sunt, uti volunt, indubitatissima, sed planè incertissima. Scripsit enim Plinius ita ut, jam dixi; Cujus lectionis non obscura extant vestigia in optimo & antiquo Thuanæo codice, in quo habetur, *Postea quæ appellatur lilia & purpurea, proxime flammeum, quod vocatur sylvestre duntaxat.* Haud magna mutatio; *Postea lilium appellatum purpureum, proximè flammeum, quod vocatur, sylvestre duntaxat.* Ignorarunt viri maximi, quænam planta lilium purpureum fuerit veterum. Vulgatum quippe serius floret quam album. Et hæc in defensionem Plinii. In antiquo codice, teste Pintiano, legitur, *cyclaminos bis anno;* pro quo malunt alii legere, *cyclaminum.* Quod Grammaticorum judicio committo. Cyclaminum bis floret, vere & autumno. Sed non idem cyclamen; quippe quod vere floret, vernaleque vocatur, flore est saturato magis. Alterum flore & purpureo, sive, ut alibi Plinius, colossino, quod autumnale vocant. Fugit æstatem autumnale, quod foliis Aprili Majoque mense exuatur, lateatque usque autumnum, tum verò folia recuperet, vireatque tota Hyeme. Contra vernale folia æstate conspicua præbet, eademque ad finem autumni amittit; totaque Hyeme non videtur. Inter coronaries flores Nicander ponit κυκλάμινον. Cujus versus ab Atheneo Lib. XV. citantur.

> Καὶ γεραὸν πώγωνα καὶ εὐτρεπέας κυκλαμίνου
> Βαυρῆντ' ἢ χθονίου στεφάνοις στέφος Ἡγεσιλάου.

> *Vt nec senilem barbam, nec speciosum cyclaminum,*
> *Nec nasturtium, Agesilai vernaculam fuisse coronam*
> *ajunt.*

Cyclaminos ergo vernus & coronarius, rectè inter vernales coronarios recensentur à Plinio. Sed ex quo auctore Plinius inter coronarios vernos numerat Cyclaminum flores? Non videtur id ex Theophrasto habere; quippe ne vestigia quidem illius lectionis apud eundem; aut apud Athenæum, qui hunc locum exscripsit, inveniuntur. De suo ergo inseruit hanc vocem Plinius, nisi dicas, invenisse in codicibus illis Theophrasti, qui ejus tempore extabant. Sequitur apud Plinium. *Seriores supradictis aliquantò narcissus & lilium trans-maria, in Italia, ut diximus, post rosam.* Corrigunt ex Theophrasto; *Narcissus & leirium,* Malè, Vide quæ capite de lilio, narcissoque diximus. Lilium & narcissus τοῦ λειρίου nomen audiunt. Frustra ergo corrigunt. In antiquo nostro codice pro *post rosam*, *per rosam* scriptum est. Per rosam; id est rosæ tempore. Certè tum floret lilium, quod ad finem capitis ipse docet Plinius. Hic est transmaria ordo florum. In Italia violis succedit rosa: huic intervenit lilium. rosam cyanus excipit, cyanum amarantus. Inquit intervenire lilium rosæ; quod eodem tempore niveo colore pascat oculos, quo roseo rosa; id est, eodem tempore cum

re cum rosa flore onustum conspicitur lilium; florente ergo rosa, ut Plinius ait, intervenit. Vera igitur antiqui nostri codicis lectio Pergit Plinius. *Nam in Græcia tardius etiamnum anemone est. Est autem hæc sylvestrium bulborum flos alia; quam quæ dicetur in medicina.* M. S. Codex, ut notat Dalecampius. *Verò in Græciæ*, pro quo Doctiss. Salmasius legit, *Verum in Græcia tardius etiamnum anemone.* Ad hunc locum Dalecampius. *Inepte Plinius* βολβοῦ κώδιον *anemonem esse interpretatur. Ineptius idem inter flores vernos recenset duas anemonas, cum unicam tantum referat Theophrastus, quam λειμωνίαν cognominavit. Ea porro est pulsatilla nostra: cætera quidem anemoniorum genera æstatis principio florent.* Fefellit virum summum vulgatus Theophrasti codex, in quo nihil tale de anemone haberi fateor. Sed mutila in editis Græca esse, Athenæi codex docet, ex quo hunc Theophrasti locum correximus. Verba hæc vertit Plinius, καὶ ἐκ τῶν τριῶν ἀνεμωνῶν τὸ καλούμενον ὄρειον καὶ τὸ τοῦ βολβοῦ κώδιον., vertit Plinius, *ex tribus anemonum generibus, quod montanum vocatur, & bulbus laniferus.* Et sunt quidem ista verba ex quibus collegit Plinius anemonem aliam esse sylvestrem, bulbosam aliam. Nam paulo post Theophrastus mentionem facit animonidis, quæ dicitur λειμωνία, id est, *pratensis*, sive, ut Plinius dixit, *Sylvestris.* Sed Plinius locum hunc ex mente Græci auctoris non reddidit, magnoque errore illud genus ἀνεμώνης ὄρειον *montanum*, & βολβοῦ κώδιον pro uno accepit flore, cum sit diversissimus. Quæ causa est cur tradiderit, anemonidem illam sylvestrium bulborum florem esse; quod perquam ridiculum est. Sed quale florum genus βολβοῦ κώδιον. Hoc primus animadvertit Doctiss. Robertus Constantinus. Nempe esse florem quem bulbum ἐριοφόρον Lib. VII. Cap. XIII. vocat Theophrastus. Nomen accepit, quod lanam ferat, sive quod tunicas habeat lanatas. Κώδιον est pellis cum villis, stragulum laneum, villosa pellis, ad usum vestis parata, qua utebantur contra pluviam & frigus. Dicæarchus in fragmento de Pely montis ascensu: Ἀναβαίνουσι τῶν πολιτῶν ἐπιφανέστατοι καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀκμάζοντες ἐπιλεχθέντες ὑπὸ ἱερέως ἐνεζωσμένοι κώδια τρίποκα καινά. τοιοῦτον συμβαίνει ἐπὶ τοῦ ὄρους ψῦχος εἶναι. Laertius Lib. II. in Meded. ait lectulis æstate ψιάθους, Hyeme κώδιον superposuisse, ἦν δὲ τοῦ μὲν θέρους ψιάθους ἐπὶ τῶν κοιτῶν, τοῦ δὲ χειμῶνος κώδιον. Interpretantur, *lectulis æstate* ψιάθους, *hyeme, vervecum pelles imponebant.* Verte, *æstate lectulis stoream, hyeme stragulum laneum imponebant.* Ad frigus nempe arcendum. storea æstate tegebantur, quod storea levis, nec nimio calore obrueret, quod à laneo stragulo exspectandum fuisset. Τὸ κώδιον ergo villosa pellis, vel stragulum laneum, &, ut Hesychius docet, villosa ovium pellis. Κώδιον σκῦλον, ἢ δέρμα προβάτου χωρὶς σώματος. Τὰ κώδεια capita exponi papaveris, itemque caput Ægyptiæ fabæ alibi docuimus. Nunc demonstrasse sufficit τὸ βολβοῦ κώδιον esse, *bulbum laniferum*, sive ἐριοφόρον. Quem cum rosa lilioque ad finem mensis Maij, vel Iunij initio aliquoties florentem vidi. Quandoque si hyems & ver inclementior fuerit ad Iunij finem cum rosa lilioque floruit. De hoc bulbo Libro VII. cap. sæpe citato.

Ἀνεμώνης. Nomen ἀνεμώνης quondam tam latè patuisse, ut vagum communeque multis, & plantis & floribus fuerit, doctiores contendunt. Quod nobis non probatur. Negamus enim, aliam plantam anemonidem vocatam fuisse, præter eam, de qua nobis hoc capite sermo, & papaver, uti apud Hesychium legitur. Falluntur cum λειμωνίαν, ut malè cap. tertio hujus libri legitur, anemones genus faciant spinosum. Supra capite citato σκόλυμον λειμώνιον vocari diximus, rationemque cur sic vocetur addidimus. Sic nusquam Dioscorides othonnam vocari anemonam tradidit, sed ex quorundam sententia scribit, speciem anemonæ esse othonnam Lib. II. Cap. CCXIII. ὅθεν ἔδοξαν ἀνεμώνης αὐτὸ τινὲς εἶδος εἶναι: *Quare quidam anemones speciem esse existimaverunt.* Illud tamen non nego, posse flores omnes, quod fugaces & brevis vitæ sint, anemonides vocari. Et hoc satis apertè docet Hesychius. Ἀνεμώνη μάζης εἶδος καὶ φίλημα καὶ ἡ μήκων καὶ τὸ ἄνθος, καὶ πᾶν φυτὸν ταχέως ὑπὸ ἀνέμων φθειρόμενον, καὶ μάταιον, καὶ ἀνεμῶδες. *Anemone mazæ species, & osculum, papaver & flos, omnisque planta, quæ à ventis cito corrumpitur, inanis, ventosus.* Ἀνεμώνης nomen accepisse scribunt, διὰ τὸ φύλλον ἐνδιδόναι εἶναι παντὶ ἀνέμῳ, *quod ejus folium facile moveatur ab omni vento.* Hinc de verbosis natum adagium puto: ἀνεμῶναι τῶν λόγων. Homerus de iis qui laxitate verborum, sive dictione ventosa & ampullata utuntur, canit. Iliad δ. & λ. κακὸν δ' ἀνεμώλια βάζειν. *Malum est dictainania & ventis similia proferre.* Aliud etymon adfert Plinius, Lib. XXI. Cap. XXIII. *Flos nunquam aperit se nisi vento spirante.* Falsissimum id est. Non semel iterumque, sed millies, cælo sereno, & quam maximè tranquillo, ut ne vel minima aura percipi posset, florem anemonidis apertum vidi; eundemque, tempestate ac procella imminente vel perire, vel claudi iterum florem observavi; & quidem vel vento paulo vehementiori interiisse, foliaque in terram lapsa fuisse. Anemone enim dicitur ἀπὸ τοῦ ἀνέμου & ὄλω sive ὄλλυμι, quod flos facile à ventis deijciatur, ac perdatur: Ideo enim antiqui Græci non ἀνεμώνην, sed ἀνεμωλίας dixerunt, uti apud Theophrastum Lib. VII. Hist. Cap. X. legitur. Hoc etymon probat & Theocryti Scholiastes eidyl. ι. ubi ῥόδον eadem de causa vocari tradit, ῥόδον δὲ παρὰ τὸ ῥεῖν τοι ἀπορρεῖν, ῥοδόεις χαίρεις, ἧπτι φθειρόμενον. *Rhodos vocatur anemone quod subito flos cadat. Caducus enim est & facile corrumpitur.* Et hęc causa, cur in Hieroglyphicis morbum homini denotat. ἄνθη δὲ ἀνεμώνης νόσον ἀνθρώπου σημαίνει. Cæterum etymon nostrum probat Ovidius Lib. X. Metamorph. ubi Adonidis florem describit, quem Botanici anemonem esse asserunt.

———— Sic fata cruorem
Nectare odorato sparsit, qui tactus ab illo
Intumuit, sicut fulvo per lucida cælo
Surgere bulla solet, nec plena longior hora
Facta mora est, cum flos de sanguine concolor ortus,
Qualem quæ lento cælant sub cortice granum
Punica ferre solent; Brevis est tamen usus in illo:
Namque malè hærentem, & nimia levitate caducum
Excutiunt iidem qui perflant omnia venti.

Fabulantur Poetæ, anemonidem natum ex lachrymis Veneris. Theocryt. eydil. ι

Αἰ αἰ τὰν Κυθέρειαν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις,
Δάκρυον ἁ Παφία τόσον ἐκχέει, ὅσσον Ἄδωνις
Αἷμα χέει· τὰ δὲ πάντα ποτὶ χθονὶ γίγνεται ἄνθη
Αἷμα ῥόδον τίκτει, τὰ δὲ δάκρυα τὰν ἀνεμώναν.

Hos versus Latinos fecit Eobanus Hessus, sed quod Græcus Poeta de anemone, hoc Latinus de papavere.

Eheu heu Venerem, periit formosus Adonis,
Tantum diva pares lachrymarum fundit in herbas,
Quantum Myrrhigeno de corpore sanguinis exit.
Quæ simul ad terram pulchri labentia flores
Fiunt, namque rosam sanguis parit ipse rubentem,
De lachryma Veneris procera papavere surgunt.

Scribe. *De lachryma Veneris fulgens anemone resurgit.*

Malunt tamen alii, ex sanguine Adonidis natam anemonem. Theocryti Scholiastes eidyl. ι. Ἀνεμώνη ἄνθος ἄοδμον, ὅ φασιν ἀναδοθῆναι ἐκ τοῦ αἵματος τοῦ Ἀδώνιδος. Ἄλλως. Τὴν ἀνεμώνην Νίκανδρος φησὶν ἐκ τοῦ Ἀδώνιδος αἵματος φῦναι. *Anemone flos inodorus, quem resurrexisse ex sanguine Adonidis aiunt. Aliter. Anemonem Nicander cecinit natum ex sanguine Adonidis.* Versus Nicandri periisse puto. De anemona quod inodora, rosamque colore, figuraque non nihil imitetur natum adagium; ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις, *aggregas, hoc est, æquas anemone rosam.* τὰ ἀνόμοια συμβάλλεις, *inæqualia conponis*, veluti plumbum argento, æs auro, anemonidem rosæ, hominem simiæ. Theochrytus eydyll. ι.

Ἀλλ' οὐ σύμβλητ' ἐστὶ κυνόσβατον, οὐδ' ἀνεμώνα
Πρὸς ῥόδα, τῶν ἄνθηρα παρ' αἱμασιαῖσι πεφύκει.

Sed non conferenda sunt rubus caninus & anemone
Cum rosis, quarum flores circa sepes nascuntur.

Nihilominus tamen hunc quoque florem inter pulchros & Venereos hinc datur intelligi, quod natus vel ex sanguine Adonidis, vel Veneris lachrymis, qui sanguis, fletus, aut lamentatio tanti (ut omnia quæ sunt ab Venere) decoris est, ut proprium nomen sortita sit. Quippe, teste Ethymologiæ auctore, dicitur ἀδωνισμός, ὁ ἐπὶ τῷ Ἀδώνιδι θρῆνος. Fulgentem splendidum florem esse canit in Georgicis Nicander, cujus versus ab Athenæo Lib. XV. citantur.

Αὐται τ' ἤδη αἱ ἀνεμωνίδες ἀστράπτουσαι
Τηλόθεν ὀξυτέρῃσιν ἐφελκόμεναι χροιῇσιν.

Et anemonides, fulgentes ipsæ antequam contrectentur,
Splendidiore procul colore allicientes.

Splendore, colorisque venustate nomen φανίδ⊗, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι, *splendendo*, accepit. Theocryti Scholiastes eidyl. cit. Σωσίβιος δὲ τὰς ἀνεμώνας παρὰ Λάκωσι φανίδας καλεῖσθαι φησί. *Sosibius à Lacedæmoniis anemones phænidas vocari tradit.* Plinius loco citato. *Anemonas coronarias tantum diximus: nunc reddemus & medicas.* Sunt qui phœnion vocent. Phœnion depravatores in fremium mutarunt, quod Theodoro errandi præbuit occasionem, qui non raro anemonem fremium reddit. Scribe ex antiquo codice, & Sosibio, *sunt qui phenion vocant.* Phænion Græcis φαίνιον sonat. Græci recentiores ab eminente, ut credo, capitulo, quod in flore conspicitur κυνοκεφάλαιον vocarunt. Κυνοκεφάλαιον, πόα τις ἣν τινες ἀνεμώνην καλοῦσι, *capitulum caminum, herba quædam, aliis anemone vocata.* Pro κυνοκεφάλαιον apud Auctuarii auctorem τραγόκερως legitur, id est, *cornu hirci.* Utrumque satis bene refert, οἱ δὲ μηκώνειον, οἱ δὲ, τραγόκερως, οἱ δὲ γῆς παρλίνη. Folium tam papaveris quam anemonidis πλαταγώνιον vocarunt, παρὰ τὸ πλατάσσειν ἦχον ἔχει id est, *à sono, quem collisa faciunt.* Theocryti Scholiast. eidyll. ια & ex eo Suidas. Ἐρυθρὰ πλαταγώνια τὰ τῆς μήκωνος φύλλα φασί, καὶ τὰ τῆς ἀνεμώνης. ἀπὸ τοῦ πλατάσσειν, ὅ ἐστι ψοφεῖν, τιθέντες γὰρ αὐτὰ κατὰ τοῦ ἀντίχειρος καὶ τοῦ λιχανοῦ δάκτυλον πλήσσουσι τῇ ἑτέρᾳ χειρί. καὶ οὕτω σημειοῦνται, εἰ ἀγαπῶνται ὑπὸ τῶν ἐρωμένων, ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς πλαταγῶνος ψόφου, εἰ ἄψοφος ἐπικεσοῦσα. *Rubra platagonia, id est, papaveris & anemones folia, sic dicta à sono, quem collisa faciunt; iis siquidem periclitabantur, ecquid amasiis suis forent grati, essetque affectus mutuus, siquidem pollici imponentes ea & indici digito, mox collidebant altera manu; quod si percrepuissent, amari se augurabantur, sin minus, frustrati ingemiscebant.* Cogitaveram quondam, anemonidis capitulum non ineptè posse πλαταγώνιον dici; quod platani pilulam referat, nisi quod in angulum desinat. Ex Athenæo constat, Theophrastum tria anemones genera novisse. Ὄρειον sive montanum, quod vere cum bulbo lanifero & narcisso floret. Alterum genus, quod λειμωνίαν, id est, pratensem anemonem vocari scribit, quod cum œnanthe, hyacinthe æstatis initio floret. Et sativum, quod hyeme aut veris initio florem producat. Vernalis anemonidis Cratinus in effeminatis meminit. Verba Cratini ab Athenæo lib. xv. citantur, καὶ σισυμβρίοις, ἀνεμωνῶν κάλυξιν ἠριναῖς ἑρπύλλῳ *sisymbriis, anemonarum vernis calycibus, serpyllo.* Dioscorides duo inquit anemonæ esse genera, sylvestre unum, sativum alterum, quibus tertium subjungit, quod acrius ait foliisque nigris. Luculenter satis anemonides describit genera Dioscorides Lib. II. Cap. CCVII. Ἀνεμώνη δισσή, ἡ μὲν ἀγρία, ἡ δὲ ἥμερος, καὶ τῆς ἡμέρου, ἡ μέν τις φοινικᾶ φέρει τὰ ἄνθη, ἡ δὲ ὑπόλευκα ἢ γαλακτίζοντα, ἢ πορφυρᾶ. φύλλα δὲ κοριοειδῆ, λεπτοσχιδέστερα πρὸς τῇ γῇ, καυλία χνοώδη (alter codex χλοώδη, quam lectionem confirmant Oribasius, Serapio & Hermolaus, Horum lectio stabilitur experientia, virides magis quam lanuginosi anemones cauliculi. Pergit Dioscod.) λεπτά, ὑπὲρ ὧν τὰ ἄνθη ὥσπερ μήκωνος καὶ μέσα κεφάλια μέλανα, ἢ κυανίζοντα ῥίζα κατὰ μέγεθος ἐλαίας ἢ μείζων, οἱονεὶ γόνασι διειλημμένη ἡ δὲ ἀγρία κατὰ πάντα μείζων τῆς ἡμέρου καὶ τοῖς φύλλοις πλατυτέρα καὶ σκληροτέρα. πρὸς κεφαλὴν ἐπιμηκεστέραν ἔχει ἄνθος φοινικοῦν, ῥίζια λεπτὰ καὶ πλείω. ἡ δέ τις ἔχει φύλλα μέλανα δριμυτέρα οὖσα. *Anemone duum est generum: Sylvestris quidem una, sativa altera. Et in sativæ quidem genere est quæ phæniceos flores habeat, altera quæ candicantes, aut lacteos aut purpureos. Harum folia coriandro similia, sed proximè terram scissa tenuius. Cauliculi lanuginosi* (*virentes* Hermolaus;) *tenues in quibus flores veluti papaveris, & in medio capitula nigra aut cærulea: radix olivæ magnitudine, aut etiam major, veluti geniculis distincta. At sylvestri amplitudo prorsus major, quam sativæ foliisque est latioribus, ac durioribus: capite oblongiore, flore phœniceo, tenuibus ac pluribus radiculis. Est quædam foliis nigris, quæ quidem acrior est.* Sativæ anemonidis quasdam in flore agnoscit differentias Dioscorides; aliosque flores ait esse phœniceos, quosdam candicantes, nonnullos lacteos, aliquos purpureos. Anemonam flore ὑπόλευκα Galenus lib. x. κατὰ τόπους ad finem capit. prima adversus nephritidem præscribit, & μήλινον esse ait. Ἀνεμώνου ξηρᾶς τοσόνδε. Vertunt, *fremij luteum florem habentis sicci tantundem.* Non inquiram, utrum ἀνεμώνη rectè *fremium* verterint: quippe jam supra vocem hanc corruptam esse probavi, sed utrum τὸ μήλινον rectè luteum verterint. Luteum dari anemonem qui negat, in plantarum historia parum versatus dici meretur. Attamen τὸ μήλινον putarim quod Dioscorides ὑπόλευκον dixit. Doctissimorum virorum opinio si vera, μήλινος color candicans. Vulgata satis opinio, Μήλινον, à terra μηλίας dici; Hinc color cinerius, qui subalbidus. Dioscorides Lib. v. Cap. clxxx. Ἡ δὲ μηλία τὴν μὲν χρόαν καὶ αὐτὴ ἐστὶν ἐμφερὴς ἐρετριάδι τῇ σποδοειδεῖ. *Imitatur & Melia colore cineream Eretriam.* Malè Plinius Lib. xxxv. Cap. vi. *Melinum candidum & ipsum, est optimum in Mela insula.* σποδοειδὲς χρῶμα color cinereum, candidus non est. Auguror scripsisse Plinium. *Melinum candicans & ipsum.* Meliam non fuisse candidam ex Plauto in Mostel. cognoscere licet, ubi ait; *Neque cerussam, neque melinum, neque aliam ullam offuciam.* Cerussa candidius nihil, melia tantum candicans. Sed potuit τὸ μήλινον χρῶμα, appellationem sumpsisse ἀπὸ τῶν μήλων, *malis*, quæ soli opposita parte rubescunt, altera verò ex luteo pallida sunt, sæpius tota pallida. Μήλινος certè ἀκτὴς apud Orpheum ea est, quæ τῶν μήλων χρῶμα habet, id est, mala pallida colore imitatur, τὸ χρῶμα μήλινον apud Dioscoridem pro pallido luteo accipitur. Sic & triticum colore melino dicitur. Hesychius μήλοπα, μηλοειδῆ τὸ χρώματι, πυροῦ γάρ ἐστιν ὁ πυρός, Idem. μήλοπα καρπόν, τὸν πυρὸν ὅτι μηλοειδής. Frumentorum nobilissimum triticum quilibet novit. Hoc flavum esse scribunt Botanici; omnes fatentur pistores & molitores. Rectè ergo τὸ μήλινον vertit Galeni interpres, quod Dioscorides ὑπόλευκον dixit. Nam & *pallidum* pro *luteo* ponitur, & *luteum* pro *pallido* five subcandido colore. Anemonam Dioscorides, Cratevas, ut apud Theocriti scholiastem legitur, nigrum anemonidis florem observavit. Κρατεύας δὲ ὃ Κρατίδην κατά τινας δύο φησὶν εἶναι τὰς ἀνεμώνας, τὴν μὲν ἄνθος ἔχουσαν μέλαν, τὴν δὲ φοινικοῦν. *Crateuas, quem alij Cratiden vocant, duo dixit esse anemonæ genera, & hanc quidem florem nigrum habere, illam phœniceum.* Nigrum vocant florem, quem Dioscorides purpureum dixit. Alibi probavimus, τὸ μέλαν apud Botanicos accipi pro purpureo. In medio flore Dioscorides ait esse capitulum nigrum aut cyaneum. Hoc maximè conspicitur in anemonis flore simplici, qui plenum habent florem, in iis foliis tectum est, nec æquè se conspiciendum præbet. Hactenus de flore, in quo recentior ætas miram observavit diversitatem, ut infra dicam. Nec parva in radicibus differentia, omnes tamen ferme tuberosæ. In radicibus diversitatem quandam observasse veteres, Adversariorum suspicantur Auctores, ac quidem unius radicem tuberosam esse, alterius rhœadi papaveri similem scribunt, his fere verbis. *Minor* (anemone) *aut in delicatiore caule non dissimili, minutiore folio & divisura quam coriandri, admodum hirsutâ, & satis rigidis, hirsuta capitula, flore eleganti relinquente multo minore quadantenus similia rhoeadis papaveris, semine nigro hyoscyami, radice pusilla, superiori haud dispari, quibus si tuberculum adesset, nullæ notæ deessent: at si non sint anemones, sanè vix sint ullæ propriores aut illis, aut argemonæ, aut novæ putandæ sint, vel suspicandum, cap. de anemone duo genera descripsisse Dioscoridem, quorum unum radice sit tuberosa; alterum non dissimili rhoeadi; quod videntur innuere verba initio, deinde confirmare, ubi discrimen ponit papaveris, argemonæ, & anemonæ, hujus tuberculi interim nulla facta mentione, cum tamen maximè oportuit: quare fortè idem illi contingit, quod drabæ radici, quæ alicubi tuberosa, alicubi plana & æquabilis visitur.* Ego, pace doctissimorum virorum, unum tantum genus Dioscoridem descripsisse arbitror: quod autem unus radix major, alterius minor sit, differentiam quidem facit, sed non diversam speciem, hoc enim ætatis, soli, cælique ratione evenit: alioquin omnium anemonarum radices Dioscorides quasi geniculis distinctas vult. Rectè οἱονεὶ, idem dixit. non enim verè geniculatæ sunt, sed quasi geniculis præditæ. Rectius tuberosas habere radices scripsisset. Nec inde concludi potest, quod ubi discrimen papaveris, anemonæ, & argemonæ refert, radicis non meminerit, idcirco anemonam dari radice papaverina. Abundè sufficere putavit, si notas manifestiores, quæque ut plurimum medicum fallant, tradidisset. Cæterum tanta his plantis vicinitas, ut plurimi quondam medici crediderint, anemonam, argemonam, & rhoeas papaver idem. Ex recentioribus dicunt Seragionis interpretem & Brasavolam credidisse papaver rhoeas, & anemonam eandem esse plantam. Sed ipsum audiamus Dioscoridem. Ἔνιοι δὲ καὶ δυνάμεως διαφέρειν ἀπὸ τῆς ἀγρίας ἀνεμώνης τὴν λεγομένην ἀργεμώνην (vetus ἀργεμίδα) καὶ τὴν ῥοιάδα μήκωνα (ἀεὶ ἥς ἐν ταῖς μήκωσιν ἱστορήσαμεν) διὰ τὸ τῶν ἀνθῶν ὁμόχροον, φοινικοῦν ὑπάρχον, πλανῶνται τὴν ἀργεμώνην ἐυπατώριον ὀνομάζοντες. πλὴν ἡ ἀργεμώνη ἧττον βαθὺ τὸ φοινικοῦν ἐστὶ καὶ ἡ ῥοιάδος, ὀψιαίτερον (in altero codice eodem

dem sensu legitur, ὀψιαίτερον δὲ αὕτη τῶν ἀνεμωνῶν) δὲ αὕτη καὶ ἡ ἀργεμώνη ἀνθοῦσι καὶ ἡ μὲν ἀργεμώνη ὀπὸν ἀνίησι κροκίζοντα, καὶ δριμὺν πρὸς τὴν γεῦσιν ἰσχυρῶς, ἡ δὲ ῥοιάς, λευκότερον καὶ δριμύν· ἀμφότεραι δὲ μεταξὺ κεφάλια μηκῶν ἀγρίᾳ παραπλήσια ἔχουσι, πλὴν τὸ μὲν ἀργεμώνης (vulg. eod: ἀνεμώνης) ἄνωθεν ὑπόπαχυ, τὸ δὲ τῆς ῥοιάδος, ὑπόστενον; αἱ δὲ ἀνεμῶναι οὔτε ὀπὸν ἀνιᾶσιν, οὔτε κωδίαν ἔχουσιν, ἀλλ' οἱονεὶ ἀσπαράγου ἄκρον, ἐν ἀρούραις τε τὸ πλεῖον ἐκεῖναι φύονται. *Sunt qui nescientes ab anemone sylvestri distinguere argemonem dictam, & papaver rhœas* (de quo inter genera papaveris agemus) *propter florum in puniceo colore convenientiam eupatorium errore ducti argemonam appellent. Veruntamen, tum argemone tum & rhoeas minus saturato colore puniceo visuntur, & utraque serius floret. Quin etiam argemone croceum gustuque admodum acrem liquorem reddit: rhoeas verò candidiorem & acrem. Insuper utrique intermedia sunt capitula, sylvestris papaveris similia, nisi quod argemones quidem capitulum supernè crassiusculum est, rhœadis autem aliquantò angustius. At anemones genera, neque liquorem reddunt, neque capitula calycesque habent, sed velut asparagi cacumen. Denique & in arvis cultisque illa plerumque nascuntur.* Primùm notandum, non omnem anemonam papaveri rhœadi argemonæque similem, sed sylvestrem; præterea ranunculos nemorosos, quos pro sylvestribus anemonis quidam habent, non esse veras sylvestres anemonas, quod florem habeant, quàm papaver rhœas, argemoneq; colore dilutiore multò, puniceo, cum Dioscorides contrariũ scribat. Eadem de causa nec alba anemone dici sylvestris potest. Difficultate non caret, quod ait, quosdam errore ductos argemonam eupatorium vocare. Vox eupatorium botanicis admodum suspecta est, ac pro ἐυπατώριον ἀνεμώνη restituunt: idque quia sensus ita legendum postulat; & Plinius lib. XXI. cap. XXIII. sic legisse videtur; qui postquam de anemonarum differentia egisset, subjungit: *Hanc errore ducti argemonem putant multi: alii rursus papaver, quod rhœas appellavimus. Sed distinctio magna, quod utraque hæc postea floret. Nec aut succum illarum anemonæ reddunt, aut calices habent, nec nisi asparagi cacumen.* Hac ratione moti ἀνεμώνην ἀντὶ τοῦ ἐυπατώριον legunt: quasi id unum voluerit Dioscorides, errore manifesto confundi anemonem cum argemone. Negari haud potest, id innuisse Dioscoridẽ, & certum est, quorundam errorem retegere & coarguere eundem voluisse. Arbitramur tamen, vulgatam lectionem servandam, quod ea apud Oribasium & Serapionem reperiatur. *Et erraverunt*, inquit Serapio, *aliqui, putantes, quod flos aragamenij* (argemones) *sit gasit*. Gasit eupatorium exponunt, qui Arabicæ linguę peritiam habent. Apud Rhasen pro gasit eupatorium legitur. Atque hoc primum argumentum, quo probo, vulgatam legitimam. Accedit & alterum, quod Dioscorides non tantum errorem eorum detegere voluit, qui argemonem, papaver rhœas, & anemonidem confundunt; sed & eorum erratum palam esse voluit, qui veræ ac legitimæ argemones ignoratione, eupatorio nomen argemonæ falsò attribuebant. Sic enim lib IV. cap. XLI. de eupatorio scribit, Ἔνιοι ταύτην ἀρτεμισίαν ἐκάλεσαν πλανηθέντες. ἑτέρα γάρ ἐστιν, ὡς ὑποδείξαμεν. *Cæterum hanc nonnulli errore ducti argemonem appellarunt, cum tamen longè alia sit, uti demonstravimus.* Apud omnes in confesso est, perperam illic legi ἀρτεμισίαν. Capite enim de artemisia tale nihil habetur, verum hoc capite de anemona. Cæterum licet Dioscorides non semel illos castigarit, qui eupatorium argemonam vocabant; durat tamen hodie etiamnum idem error. Vulgus quippe Medicorum eupatorium, detorta argemones in agrimoniam voce, falsò agrimoniam appellat. Pro ἄνωθεν ὑπόπαχυ Doctissimus Saracenus legit ὑπόπλατυ; tum quod Oribasius, Serapioque ita scripserint, tum, quod aptius ei opponatur quod sequitur ὑπόστενον. Accedit, quod capite sequenti, quod privatim argemonæ dicatum est, argemones capitulum quam papaveris rhœadis oblongius; & summa parte latiusculum esse, disertè scribatur. Sequitur de anemone, οὔτε ὀπὸν ἀνιᾶσιν. Hic vereor ne obiiciat quispiã contraria scribere Dioscoridẽ. Eodẽ enim hoc capite tradit, ὅθεν ὁ χυλὸς τῆς ῥίζης αὐτῆς ῥινὶ ἐγχυθεὶς, πρὸς κεφαλῆς κάθαρσιν ἁρμόζει. *Qua de causa ipsius radicis succus naribus infusus valet ad purgandum caput.* Facilis responsio, aliud ὀποῦ, aliud χυλοῦ voce significari. Vide quæ libro primo dixi, item quæ capite de laserpitio habentur, & quæ cap. I. lib. IX. dicuntur. Ὁ ὀπὸς Græcis *succus*, non omnis, sed lacteus, qualem habet papaver, laserpitium, ficus, tithymallus, aliaque. Per χυλὸν iidem denotant succum viridem, qui in cunctis ferme plantis τὸν ὀπὸν habentibus, paucisque aliis, quibus luteus, vel ruber, exceptis. Succus hic viridis, sponte sua læso caule, radice, aut alia plantæ parte effluere non solet, uti iis accidit qui ὀπὸν *liquorem* (ut loquitur Plinius) habent; sed exprimi solet. Egit ergo ante de succo qui exprimitur, nunc qui sponte manat. Alia difficultas; negat anemonem capitulum habere, cum ante dixerit, huic esse capitulum nigrum aut cæruleum. Respondeo, Hoc non tradidisse eum de sylvestri anemone, de qua nunc sermo, sed sativa. Sed ponamus, de omni hoc eum scripsisse anemone. Aliud est, ἡ κωδία, aliud τὸ κεφάλιον. Κωδίας habere dicuntur, quæ papaveri simile capitulum habent, uti supra lib. IV. cap. X. annotavi. Non negat ergo Dioscorides, anemonidem capitulum habere, sed τὴν κωδίαν. Quod ipsa confirmatur experientia. In caulis papaverini summo capsulam videmus globosam, teretem, nonnihil tamen oblongam, in superficie habentem operculum, granati mali in modum, interius membranis non paucis in loculos discretum, in quibus semen. Frustra quis κωδίαν in anemona quæret. sed pro ea habet capitulum circumseptum staminibus, quod exili incanescit piloso flocco, cui subest semen. Ex his eos graviter errare constat, qui papaver rhœas anemonam sylvestrem esse scribunt. Et hæc de anemona Gręci autoris. Venio ad Plinium, qui lib. XXI. cap. XXIII. hæc de anemona habet. *Anemonas coronarias tantum diximus: nunc reddemus & medicas. Sunt qui phænion vocent. Duo ejus genera, sylvestris prima, altera in cultis nascens, utraque sabulosis. Hujusque plures species. Aut enim phœniceum florem habet, quæ & copiosissima est, aut purpureum, aut lacteum. Harum trium folia apio similia sunt. Nec temerè semipedem altitudine excedunt, cacumine asparagi. Flos nunquam se aperit, nisi vento spirante, unde & nomen accepit. Sylvestri amplitudo major, latioribus foliis, flore phœniceo.* Folia anemones ait esse apio similia: coriandro eadem comparat Dioscorides, nullo discrimine. Dioscorides enim cum anemones folia coriandro similia facit, non capillata foliola intelligit, quæ in caule visuntur, nullum enim anemones genus talia habet, sed quæ radici sunt proxima: hæc apio non dissimilia, verum eandem planè formam habent. Non omnem anemonem Dioscorides cacumen asparagi habere tradit, sed tantum sylvestre, ad quod non attendit Plinius. qui sativæ adscribit, quod Græci sylvestri. Hanc etiam idem argemonæ, papa-

Anemone selini folio, colore amaranthino.



Anemone columbina, sive violacea.




papaverique rhœadi similem esse tradit, & quomodo discerni possint docet. Anemonarum quarundam imagines exhibemus, inter illas duas, quod sciam, non descriptas. A foliorum multitudine centifoliæ vocari possunt. Ima anemone cardinalis vocatur. Hujus radix vulgari similis, foliis est selini sive apij, cauliculum fert gracilem, in quo flos innumeris foliis constans, colore carneo; ex cujus medio pedicellus erumpit longitudine minus dimidio non excedens alium, sed minorem flosculum continens. Cardinalem anemonem vulgo vocant. Altera columbina vocatur, priori per omnia similis, nisi quod altero flore careat, coloreque variet. Etenim diluto violaceo est colore, aliquando tamen intensiore. Anemonum genera quæ sunt pleno flore, multa apud nos coluntur. In pretio hæ habentur; utraque columbina, cardinalis, amaranthina, ab amaranthi colore, sulphurea, nivea, branson. Sed hæc flore simplici (cæteræ centenis, & ultra foliolis constant) partim rubro, partim luteo sulphureo flammante colore, unde & nomen. Omnium pretiosissimam Bollius Harlemensis colit, quam cxx carolinis emit. Iam memoratis foliis, radice, caule, floreque similem; folia qui florem cingunt ac officiunt varia sunt, partim rubra, partim nivea, mira naturæ varietate, aspectuque gratissimo. In eodem Bollii horto vidi ranunculi genus, Asiatico, à Clusio descripto, radiculis, nisi quod minores paulo sint, similis. Item foliis & cauliculo, nisi quod ad pedis altitudinem aliquando assurgat, flore à prædicto differt; globoso quippe est, qui ad instar globosi ranunculi Dodonæi nunquam non totus panditur & explicatur; sed in globuli formam collectus nascenti quodammodo similis viget. Sed luteo non est flore, uti ranunculus à Dodonæo descriptus, verum variegato, partim flavo, partim rubro; è medio flore capitulum, quale in anemona conspicitur, emicat. Hæc per transennam. Anemonidsi has recentiores observarunt differentias, recensetq; in phytopinace Bauhinus Anemone latifolia simplici „ flore. Anemone Cyclamini, seu malvæ folio luteo, flos 10 „ aut pluribus foliis constans, externè flavus, internè au- „ reus. Anemone Geranei rotundo folio purpurascens. flos „ aut 15. foliis, foris cineraceis, hirsutis, interius rubedine „ purpurea nitentibus componitur: quare in dilutiore pur- „ purea ruber: aliâs interius intensiore, exterius remissio- „

Ranunculus flore globoso Asiaticus venis distinctus rubris.



Anemone tuberosa radice Lob.



re: rarius totus albet. III. Anemone Geranei rotundo folio, dilutè purpurascens. Flos externè exalbidi obsoleti coloris, internè ex purpureo dilutiore albicato. IV. Anemone Geranei rotundo folio, dilutè rubens. Floris folia octena, foris obsoletè rubent, lanugine pubescunt: interius dilutiore rubore & ad carneum tendente nitent, unguibus albicantibus. V. Anemone latifolia simplici carneo flore. Flos 10 aut 12 foliorum, purpurei ferè coloris, unguibus albicantibus. VI. Anemone latifolia flore purpureo saturo; flos 8 foliorum, coloris purpureo saturi, exterius splendentis, unguibus magnis, & ad pediculum purpureis. VII. Anemone latifolia purpureo violaceo flore. flos octo foliis constans, externè dilutè purpurascens splendet, internè violaceus unguibus magnis, & argentei coloris. IIX. Anemone latif. flore purpureo, violaceo altera. Flos qui ex 12 foliis constat: foris ex purpureo albescit & splendet: interius ex violaceo purpureo splendet, unguibus albis. IX. Anemone latifolia violaceo flore. Flos octo vel plurimum foliorum, externè subpurpureus & splendens, internè ex purpura violaceus, unguibus rubescentibus, orbe albicante cinctis. X. Anemone latifolia flore violaceo, saturo colore. Flos sex foliis præditus, violacei saturatioris coloris, unguibus majoribus, magisque candidis. XI. Anemone latifolia flore variegato. Flos, qui octifolius, foris ex purpureo saturatius rubet, interius ad ungues usque albus, sativa purpurea & quasi Kermesina nitet: oris coccineis, in quæ radij purpurascentes sparguntur: ungues magnos & albos habet. XII. Anemone latifolia, punctato flore. Flos octifolius, violaceus, interna parte maculis aspersis. XIII. Anemone latifolia flore carneo: floris modò majoris, modò minoris, octo folia extrinsecus nonnihil purpurascunt, intrinsecus ferè carnei, vel saturatioris, vel dilutioris, unguibus albis. XIV. Anemone latifolia saniculæ folio. XV. Anemone latifo. flore orangei coloris. floris octo vel novem folia, externè carnei coloris, unguibus saturatè purpurascentibus, internè carnei diluti. Habetur major, & minor. XVI. Anemone latifol. flore coccineo. floris octo folia, internè elegantissimo coccineo nitent, ungues orbis pallescens ambit, externè quadam lanugine pubescunt. Huc pertinet Anemone latifolia flore coccineo simplici. Flos coccinei coloris medium è


Anemone flore multiplici, coccineo, Lob.



fusco nigricans & capitulum multis foliis staminulis pallidè virentibus septum. XVII. Anemone latif. flore magno coccineo, floris octo folia, internè elegantissimo coccineo colore fulgent, nullis unguibus apparentibus, externè color dilutior & lanuginosa. XIIX. Anemone latifolia flore coccineo phœniceo, Flos amplus, octifolius, coloris ex coccineo phœnicei, ut in rhœade, unguibus parvis suppallidis. Anemone tenui-folia, simplici flore. I. Anemone Geranei Ropertiani folio cærulea: an Dioscoridis? flos ex 14 aut 15 foliolis mucronatis compositus, coloris est cærulei, vel rubri, vel ex utroque mixti, externa parte subcærulei, interna albi: sic flore nunc cæruleo, nunc rubro, nunc albo reperitur: quare Taber: tres species, alba, cærulea & rubra. II. Anemone tenuifolia, flore multifido, dilutè purpurascente. Flos ex 14 & pluribus foliolis dilutè purpureis, & quasi carneis, nullis unguium vestigiis, constat. III. Anemone Oenanthes foliis flore violaceo hexaphyllo. Flos qui ex 6 interdum 7 & 8 foliis compositus est, communiter est purpureus, seu violaceus, externa parte lanuginosus: est & albus: quare apud Taber: Anemone corallina violacea & alba: & Anemone angustifolia, & 4. & apud Gerard. Fig. tres. IV. Anemone tenuifolia flore pallidè coccineo. Flos hexaphyllus, foris tenui lanugine pubescens, coloris dilutè rubescentis, internè coccinei, valde diluti, unguibus amplis, albis. V. Anemone tenuif. coccineo flore Hexaphyllo, flos floridi coccineo coloris, unguibus magnis, ex pallido, fusco, & albo mixtis. VI. Anemone tenui folio coccineo, flore octophyllo. Flos internè coccineus, unguibus albis, & externè coccineus, tenui lanugine pubescens & splendens. VII. Anemone tenuif. flore magno coccineo hexaphyllo, flos intus elegantissimus coccineo colore nitet, foris lanugine pubescit: ungues albi sunt. IIX. Anemone tenuif. flore coccineo, sanguineo. Flos 5. 6. interdum 7 foliorum, coloris coccinei, ad sanguineum vergentis, unguibus magnis, ex albidis, purpureis venis distinctis, aliquando flos ad cocti lateris colorem accedit, nec splendet. IX. Anemone tenuif. flore sanguineo coccineo. Floris sex folia internè lanugine obducta, coloris sunt sanguinei, saturatioris & splendentis, internè sanguinei coccinei permixti. X. Anemone tenuifolia, flore sanguineo coccineo alter. Flos major hexaphyllus sanguineo colore & interdum coccineum & cochinelleum medio, unguibus minoribus & albicantibus. XI. Anemone tenuifolia, flore ex sanguineo & coccineo medio. Flos hexaphyllus coloris ex sanguineo & coccineo medii, diluti, ei prorsus similis, quem vulgus Cochinelleum appellat. Ungues magni, albi, & quasi argentei. XII. Anemone tenuifolia, flore amplo, sanguineo, hexaphyllo; flos coloris sanguinei, elegantissimi, unguibus magnis, albis. XIII. Anemone tenuifolia flore amplo, atrorubente. Flos hexaphyllus, coloris sanguinei & atro rubentis, & quasi serici panni, villoso Kermesino colore præditi, cærulei. XIV. Anemone tenuifolia flore rubro saturo, flos hexaphyllus, ruber, seu potius sanguineus, unguibus magis saturis, venis albicantibus, distinctis. XV. Anemone tenuifolia flore niveo. Flos hexaphyllus, niveus, cujus unguibus carnei quid aspersum: apicibus ex obscura purpura nigricantibus. XVI. Anemone tenuifolia, flore amplo, candido, flos hexaphyllus, prorsus, candidus unguibus, externe virescentibus, apicibus nigris. XVII. Anemone tenuifolia cretica, flore magno, albo, quæ in prodromo sub. I. descripta est. XIIX. Anemone tenuifolia, flore albicante. Flore est Hexaphyllo, candicante, staminibus albis, apicibus subcæruleis. XIX. Anemone tenuifolia, flore ex albido majore. Flos magnus, hexaphyllus, coloris primum exalbidi, virescentis, dein ad carneum tendentis, unguibus externè virescentibus, internè albis staminibus, carnei coloris. XX. Anemone tenuifolio, flore exalbido minore. Flos minor ex sex, octo, & pluribus foliolis compositus, coloris extrinsecus carnei, albo mixti, intrinsecus verò prorsus fere albi: unguibus & venis ex albo paululum virescentibus. XXI. Anemone tenuifolia flore furvo albicante. Flos ex cinericio sive furvo albicans, & tenui velut rubedine persusus, ut ferè est Cappucinorum pannus. XXII. Anemone tenuifolio, flore carneo striato. Flos hexaphyllus, externè carneus, oris albicantibus: interne exalbidus, venis carneis, ad medium folium sparsis, staminibus purpurascentibus, apicibus nigricantibus. XXIII. Anemone tenuifolia, flore magno, suaverubente, unguibus albis. Has varietates satione fieri credibile est, cum in aliis quibusdam plantis etiam contin-

,, contingere observatum sit. Nam natura in florum anemones coloribus non minus quam in Tulpis & Iridibus
,, ludit: ita ut plusquam triginta discrimina in colore, aut
,, unguium varietate, aut foliorum numero observata fuerint. Anemone Mathioli, omnes Anemones, singulares
,, caules, interdum duos aut tres, vel plures, nullis ramis
,, præditos proferre observatum fuit, nisi fortè id naturæ
,, lusu contingat, uno alteroque ramulo inter superna folia summum caulem amplectentia enato. Quare, quid
,, Matthiolus suis Anemonis quatuor propositis velit,
,, non assequimur: omittere tamen noluimus. I. Anemone prima Matth. Lugd. II. Anemone secunda
,, Matt. Lugd. an ramunculus flore globoso. III. Anemone quarta Matth. IV. Anemone quinta Matth. V. Anemone varia radice fibrosa peregrina. Anemones genera
,, varia, floris rosei, lutei, purpurei, varietate distincta, aspectu pulchra: vario floris colore, aliàs rubro, aliàs purpureo nonnunquam luteo observavit Rauwolfius in
,, suo itinere Hierosolymam versus, & obiter lugd. herb.
,, attigit. Anemone flore pleno. I. Anemone latifolia maxima versicolor, folia florum externa & majora dena,
,, aut duodena viridia sunt, eorum mucronibus coccineo
,, colore leviter & virgatim infectis, interna minora &
,, angustiora, dilutiore purpurea & rubro nitent. Aliquando ex prædicto flore uncialis pediculus minorem florem ex octo latiorum foliorum partim viridium, partim coccineorum compositum, sustinet, quam pro
,, quarta posuimus. II. Anemone latifolia flore coccineo. Differt à priore quod in hoc flore umbilicum glomerata & reflexa folia non occupant. III. Anemone
,, latifolia coccineo flore duplo vel triplo densiore & pleno, quam prior sit Clus. Cur. post. IV. Anemone latifolia
,, parvo dicta major, flos unicus 20. 30. aut pluribus foliis
,, constans, eleganti saturato splendidoque, coccineo colore, prædictis unguibus sanguineis orbe pallido cinctis.
,, V. Anemone latifolia Pavo dicta, major prolifera. VI. Anemone latif. Pavo minus polyphylla. Hæc flores imos plenos profert, interdum simplici, octo, novem, aut
,, decem foliorum serie constantem. VII. Anemone latifolia flava. IIX. Anemone tenuif. multiplex, rubra, flore
,, est rubro cæruleo albo. IX. Anemone tenuif. multiplex
,, purpurea. Est etiam quæ purpuro cæruleum florem, alia
,, quæ suaverubentem & nitidum profert. X. Anemone
,, tenuif. multiplex atro purpurascens. XI. Anemone Geranei rotundi folio plena. I. Anemone sylvestris alba
,, major. II. Anemone syl. alba minor. pro in prod. descripta. III. Anemone alpina alba major I. quæ 2. in
,, prodromo. IV. Anemone alpina alba minor quæ 3. in
,, prod. V. Anemone numerosa flore majore. Flore est candido, aut ex purpura rubente modo dilutiore, modo intensiore colore sub cœruleo carneo roseo. Hinc Taber.
,, tres figuras habet Ramunculi albi purpurei &, ex rubro purpurei nomine. Et Thalius tertio generi quod
,, flore est candido, species tres tribuit, foliis & floribus
,, majoribus minoribus & medio modo donatis, quarum è candido rubet, & ratione foliorum majus & minus est. VI. Anemone nemorosa flore minore hæc in prodromo, est. VII. Anemone nemorosa sterilis foliis punctatis. IIX. Anemone nemorosa flore plano albo. IX. Anemone nemorosa flore pleno purpureo. Anemone limonia pleno purpureo flore, vel Ramunculus sylvarum
,, pleno flore purpurascente Clus. hist. X. Anemone nemorosæ affinis peregrina. XI. Anemone nemorosæ affinis peregrina: 2. Flore herbacei coloris Hactenus doctiss. Bauhinus. Pro sylvestri à multis habetur anemone, quam tertiam Mathioli vocant. Sativa major est, foliis latioribus, durioribusq; radiculas eadem habet tenues ac plures, sed flos albus. Postremū impedit, cur pro anemone sylvestri non habeā. Fortassis sylvestris anemone differentiam agnoscit, alibi flore purpureo saturatiore reperitur. Sed hæc mera conjectura. Sacris etiam minus quā sativa. Alii pulsatillam anemonem vel anemones quoddā genus dictitant. Non est sativa anemone quod radicem ferat longam, minimè geniculatam, olivam magnitudine aliquomodo referentem, & folia magis pastinacam quam coriandrum æmulantur; hirsuta tamen, pilosa, asperaque; nec sylvestris est anemone, quod folia habeat multo, quam sativa, tenuiora, radice constet unica non pluribus ac tenuibus. Adversariorum Auctores illud pulsatillæ genus statuunt anemonē sylvestrem quod foliis est nigrioribus, eo mori argumento, quod hanc anemonem acriorem calidioremq; tradiderit Dioscorides. Satis cognitum & exploratum, pulsatillam urentem facultatē possidere. Etenim sicubi imponatur, quamcunque corporis partem contigerit exulcerat & erodit, qua de causa ab aliis inter anemonam & ranunculum quasi media habetur. An reliquis anemonis nigriora sint folia ipsa autopsia docebit, incana sunt, attamen non sine nigredine. Sanior illorum videtur sententia, qui montanam anemonem Theophrasti esse volunt. In rupibus, locis asperis, lapidosis, montosisque reperitur. Primo vere floret; prope Emmericam sponte locis quibus dixi innascitur, Aprili floret. Sylvestris tota est, difficulter curam admittit, in hortis sæpius plantavi, missaque mihi non semel fuit à Ioannes ab Elten P. M. dum viveret summo herbariæ rei amatore & indagatore. Operam semper perdidi, in tertium nunquam retinere annum potui, altero tamen quandoque floruit. Pulsatilla dicitur, quod seminum tremuli pappi levissimo flatu huc atque illuc agitentur. Supra dixi, multos inter argemonem & anemonem non posse distinguere. Cum itaque hactenus de anemona egimus, visum fuit, popter vocis, figuræ, facultatum que vicinitatem, hoc loco de argemone agere. Dioscorides lib. II. cap. CCVII. Ἀργεμώνη, ὅλη μὲν ἐστὶ ὁμοίη ἀγρίᾳ μήκωνι. τὸ δὲ φύλλον ἀνεμώνῃ ἔχει ὅμοιον, ἐσχισμένον, (vetus τὸ δὲ φύλλον ἀργεμώνης ἐσχισμένον.) In vulgatis codicibus habetur, τὸ δὲ φύλλον ἀνεμώνης ἔχει ὅμοιον ἄνθος ἐσχισμένον, καυλὸν φοινικοῦν, κεφαλήν, (quæ licet apud Oribasium sic legantur corrupta admodum sunt. Pergit Dioscorides) ἄνθος φοινικοῦν, κεφαλὴν δὲ ἐοικυῖαν μήκωνι ῥοιάδι, ἐπιμηκεστέραν δὲ, καὶ πλατεῖαν κατὰ τὰ ἄνωθεν μέρη. ῥίζα στρογγύλην, ὀπὸν δὲ ἀνίησι κροκίζοντα, δριμύν. καθαίρει δὲ ἄργεμα καὶ νεφέλια, ὅ. *Argemone tota quidem sylvestri papaveri similis est, sed folium habet quale anemone, divisum: florem in cauliculo puniceum: caput quale papaver rhœas, sed oblongius, & summis partibus latum: radicem rotundam: liquorem verò reddit croci colore, & acrem. Illita folia argemata & nubeculas expurgant.* Cur argemone dicatur manifestum satis arbitror, à vi scilcet, qua pollet, argemone dicitur. *Consensus*, inquit doctiss. Saracenus, *omnium interpretum fecit, ut quæ alioqui in vulgatis exemplaribus depravata legebantur, ita restituerimus*: Τὸ δὲ φύλλον ἀνεμώνῃ ἔχει ὅμοιον, ἐσχισμένον, ἄνθος ἐπὶ καυλ[ῷ] φοινικοῦν, κεφαλὴν δὲ. Quanquam illud ἐπὶ καυλῷ, penitus omisit Cornarius; Ruellius post illud, κεφαλὴν δὲ, reposuit. Plinius verò nulla floris facta mentione, lib. XXV cap. IX. *Folia habet* (argemonia) *qualia anemone, divisa, apii modo, caput in cauliculo papaveris sylvestris: item radicem.* An itaque legit τὸ δὲ φύλλον ἀνεμώνῃ ἔχει ὅμοιον, ἐσχισμένον, κεφαλὴν ἐπὶ καυλῷ ἐοικυῖαν μήκωνι ἀγρίᾳ. Sic legisse Plinius videtur. Non tamen ita scripsit Dioscorides. Plinius cum legisset argemones folia divisa esse, ad instar anemonæ, cumque ante lib. XXI. anemone folia comparasset apio, similitérque divisa dixisset, de suo, vocē σελίνου sive *apii* addit. Pro argemone in veteri quodam codice plantā, cujus iconem exhibemus, pictam invenimus. Argentina videtur. Imaginē addidi, ut cuilibet innotesceret, non tantam fidē antiquis codicū imaginibus esse adhibendam, præsertim iis, quæ barbaro sæculo pictæ sunt. Omni ὀπῷ argentina caret, nullā acredinē habet, nec capitulum papaveri rhœadi simile ostendit,

Pulsatilla.




Argentina.



huic radix fibrosa, quæ rotunda dici non potest. Verbo ut dicam, flos, folium, radix, omnia dissimilia. Ignoscat auctor, quisquis ille sit, si alia sit quā argentina. Alii papaver rhœas dictum pro argemone agnoscunt. Huic lacteus liquor, croceus argemonæ, nec rotunda satis radix. Lobelius aliam plantā argemones nomine his ferè „ verbis describit. Geminæ plantæ papaveris rhœadis, „ primo intuitu in Angliæ Somerseti, & GalloBelgij segetibus, radicem, florem & folia hirsuta in caule pedali & „ sesquipedali ostentant: flores verò punicei, papaveris „ rhœadis minores, decidui, quarū minori capitula rhœa-

Argemone.



dis angustiora, longiora, & hispida sine codio: majori itē „ echinata, & hispida, sed glomerata, & torulis camilata „ capitula, in cujus vertice specimen quoddam cupuli aut „ codij relinquit: utrique semen papaveris rœadis minus. „ Memini me hanc plantam vidisse, verùm an croceum emittat succum, non recordor. Huic similem, si non eandem, describit Cordus lib. II. Histor. Argemone caulem ferè habet cubitalem, teretem, & hirsutum, circa quem folia sunt inferius majora, superius verò minora, crebrò profundis & obliquis incisuris divisa, hirsutaque, minori rhœadi similia. Florem item sole geminos ingrediente, in summis surculis fert similem & æqualem; quo defluente, oblongum capitulū remanet, papaveri rhœadi simile, paulatim incrementum sumens, donec unicam longitudine superet, in summitate latum, inferius verò angustum, in quo semen clauditur, papavere minus, colore ruffum. Radicem habet annuam, digito longiorē, gracilem, teretem & fibratam, colore flavam. Tota herba luteum liquorem incisa remittit, chelidonii majoris modo, gustu acrem, & amarum. Nascitur in editis vineis, glutinoso & pingui solo. Alterius argemones meminit Auctuarii auctor. Ἀργεμώνη ἑτέρα, οἱ δὲ ἀρτεμώνη, οἱ δὲ, ἄρσελαν οἱ δὲ σαρκοκόλλα, Ῥωμαῖοι ἀρτεμωνίαμ, καὶ αὕτη παρέοικε μὲν ἀγρίᾳ μήκωνι τοῖς φύλλοις, δύναμιν δὲ ἔχει αὕτη χλωρὰ τριβομένη λεῖα; καὶ ἐπιτιθεμένη διακοπάς (Marcellus desiderari putat τένων, quod non improbo.) καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς παύειν, ἁρμόζει καὶ δυσεντερικοῖς, σὺν ὕδατι πινομένη. *Alterā argemonam quidā artemonem, alii arselam, seu sarcocollam, Romani artemoniam vocant, & ea quidem foliis sylvestri papaveri similis est. Vim habet hæc viridis, ad lævorem trita & imposita, incisuras sanandi* (nervorum) *& oculorum inflammationes mitigandi: dysentericis quoque pota cum aqua auxiliatur.* Quod si argentina foliis esset papaveris sylvestris, contenderem esse argemonam alteram; nam vires, quas auctor hic argemonę adscribit, habet argentina, sed, ut dixi, facies diversa. Fortassis, ut hoc obiter addam, pro altera argemone pinxit is qui antiqui herbarii, ut dixi, auctor est: Easdem vires obtinet argentina, oculorum inflammationes mitigat, dysētericis pota auxiliatur, vulnera incisurásq; sanat, imposita convulsionibus & vellicationibus medetur. Argentinę nomen ab argenteis foliis impositū.

ξίφιον] Τὸ ξίφιον Botanici gladiolum vocant; quam ob causam pessimè à summis maximisque viris audiunt. Sed rationes quas adferunt videamus: *Alia*, inquiunt, *herba est, quam Græci* ξίφιον, *vel* φασγάνιον *vocitant, alia quam Latini gladiolum appellant. In eo tamē errore omnes hactenus herbarii versati sunt,* ξίφιον *Græcorum esse, quem Latini gladiolum appellant. Sed falluntur; Latinis gladiolus dicitur, quæ Græcis* ἶρις ἀγρία, *vel* ξυρίς. *Disertè hoc ostendunt Dioscoridis verba, quæ ex antiquissimo codice ita sunt legenda.* Ξυρίς, οἱ δὲ ξιρίδα, οἱ δὲ ἶριν ἀγρίαν, Ῥωμαῖοι δὲ γλαδίολουμ. *Esse nostrum gladiolum descriptio fidem facit:* καυλὸν δὲ ἐκ μέσων τῶν φύλλων πηχυαῖον, ἱκανῶς παχὺν, ἐφ' οὗ λοβὸν τρίγωνον, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἄνθος πορφυροῦν, τὸ δὲ ἐκ μέσου φοινικοῦν, καρπὸς δὲ ἐνθυλακίοις σικύοις ὅμοιος, στρογγύλος. *At quod Græci* ξίφιον *vocant &* φασγάνιον, *toto genere diversum est, nec Latini gladiolum id genus appellarunt, sed Græco nomine xiphion, & phasganion. Dioscorides in eo ita corrigendus, ex eodem codice:* Ξίφιον, οἱ δὲ φασγάνιον, οἱ δὲ μαχαιρώνιον καλοῦσιν, διὰ τὸ τοῦ φύλλου σχῆμα. ἔοικε γὰρ ἴριδι. *Reliqua omnia ut spuria sunt rejicienda. At viri doctissimi falsò hactenus crediderunt, quem Plinius multis locis gladiolum nominat, eundem esse cum illo xiphio, vel phasganio, quod ex professo describit* lib. XXV cap. XI. *Nec enim ibi Latinè gladiolum vocari monet, nec aliis in locis, ubi medicinas ex eo refert, aliter vocat quam xiphion, nusquam gladiolum nominat, at cypiron,* τὸν κύπειρον, *gladiolum ubique interpretatur, & separat à cypero junco. Ut aliud sit* κύπερος. *aliud* κύπειρος, *hic gladiolus, ille juncus, unde &* πλέγματα *fiebant. Hesychius:* Κύπερα, τὰ ἐκ κυπείρου σχοινίου πεπλεγμένα. *Idem alibi scribit, cypirum esse alterum gladiolum. Ergo iris sylvestris alter gladiolus. Et tamen alio loco* ξίφιον *Theophrasti vertit gladiolum; quasi* ξίφιον *Dioscoridis & Theophrasti diversa sint. De quo alibi viderimus. Illud sanè constat, quod volumus, aliam herbam* ξίφιον *Græcis vocari, aliam gladiolum Latinis.* Hactenus audivimus doctissimorum virorum judicium. Nunc videamus, an Botanici sine ratione bulbosam plantam, quam Græci ξίφιον vocant, gladiolum appellarint. Omnes quotquot hactenus fuerunt Botanici, τὸ ξίφιον gladiolum dixerunt; uterque Cordus, Marcellus, Ruellius, Harmolaus, Leonicerus, Fuchsius, Mathiolus, Dodonęus Bobelius, Pena, Clusius & cæteri omnes. Præter rationē est, si quis existimet, hoc ipsos temerè fecisse. Plinius, ut ipsi fatentur, qui contrariam defendunt sententiam, τὸ


ξίφιον

ξίφιον Theophrasti, *gladiolū* vertit. Sic enim hunc Theophrasti locum lib. XXI. cap. XI. reddidit. *Sequitur œnanthe, melanion, ex sylvestribus heliochrysos.* (Vetus *elichrysos*) *Deinde alterum genus anemones, quæ limonia vocatur, post hanc gladiolus, comitatus hyacinthis.* Theophrasti verba sunt, καὶ τὸ ξίφον, καὶ ὁ ὑάκινθος. Idem Plinius eodem libro cap. XVIII. gladiolum cypiron, ubi docet, (quod ipse alibi facit) multos cypirum & cyperum confundere. *Quidam*, inquit, *etiam unum genus junci trianguli faciunt, cyperum vocant. Multi verò non discernunt à cypiro, vicinitate nominis. Nos distinguemus utrumque. Cypirus est gladiolus, ut dicit Plinius, radice bulbosa, laudatissimus in insulis Creta, dein Naxo, quippe in Phœnice.* Postrema de cypero Græci. Gladiolus hic xyris non est; quippe iridis modo geniculatam habet radicem Xyris, bulbosam Xiphion. Sed hoc argumentum non satis validum; quo probetur, τὸ ξίφιον Latinos gladiolum vocasse. Id diserte & apertè scribit Apulejus, quem, qui contrariā defendunt sententiam, alibi maximè commendant, ejusq; testimonio utuntur, ac auctoritatem ejus rejiciendam negant. Scribit itaque Apulejus libro de virtutibus herbarū cap. XLVI. *Græcorum quidam xiphion, alii phasganon vocant, Itali gladiolum dicunt.* Auctuarii auctor: οἱ δὲ, ἀιακτόρειον, οἱ δὲ, ἄγριον, Ῥωμαῖοι γλαδίολουμ. Nunc ex æquo judica, benigne lector, an botanicos rectè reprehendam, qui errare illos scribunt, quod τὸ ξίφιον gladiolū vocent. Nullius valoris est argumentum; Dioscorides τὴν ξυρίδα dicit à Romanis vocari gladiolum, quod de Xiphio tacet; ergo Romani τὸ ξίφιον non vocarunt gladiolum. Atqui Apulejus, in Romano territorio educatus, palam scribit, τὸ ξίφιον gladiolum fuisse dictum. Quæro nunc, utrum hac in re Italo major debeatur fides quam Græco? Gladioli nomē plures olim audierunt plantæ, τὸ ξίφιον, ξυρίδα aliæque. Nicander in Georgicis plantas quarum folia ensem referunt φάσγανα, id est, *gladiolos* vocat,

Φάσγανα παρθενικαῖς νέοχου παισὶν ἀμφιχέοντα.

Gladiorum genera recenter congesta circumfunduntur. Columella lib. IX. cap. IV. Narcissi foliū gladiolum vocat. *Ut sunt in irriguo solo frutices, amelli, caules acanthini, scapus asphodeli, gladiolus narcissi.* τὸ ξίφιον doctiss. Gaza modò pugionem, modò ensem interpretatur; nos gladiolum, quod Botanicis omnibus nomen hoc maximè cognitum. Nomen unde acceperit, unicuique notum arbitror; docet hoc Theophrastus lib. VII. cap. XII. τὸ δὲ φάσγανον, ὑπὸ τινῶν δὲ καλούμενον ξίφιον. ξιφοειδὲς ἔχει καὶ τοὔνομα. Dioscorides lib. IV. cap. XX. Ξίφιον, οἱ δὲ, φάσγανον καλοῦσι, (addit alter codex: ὠνόμασται δὲ ξίφιον) διὰ τὸ τοῦ φύλλου σχῆμα· ἔοικε γὰρ ἴρεδι, ἔλαττον μὲν τοι καὶ στενώτερον, καὶ ἄποξυ ὡς μαχαίριον, ἰνῶδες, καυλὸν δὲ ἀνίησι πηχυαῖον, ἐφ' οὗ ἄνθη πορφυρᾶ, πεχηδὸν ἀπ' ἀλλήλων διεστῶτα. καρπὸν δὲ στρογγύλον. ῥίζας β'. τὴν μὲν μίαν ἐπὶ τῆς ἑτέρας καθημένην, ὥσπερ βολβία μικρά, τούτων ἡ μὲν κάτω, ἰσχνή ἐστιν, ἡ δὲ ἄνωθεν, ἁδροτέρα· φύεται δὲ μάλιστα ἐν ἀρούραις. *Xiphion alii phasganon, alii machæronium à folii figura vocant. Est enim iridi simile, at minus, & angustius, & gladioli modo mucronatum, nervosum. Caulem verò promit cubitalem, in quo purpurei flores, certis æqualibusque spatiis inter se distantes: semen rotundum; radices geminas, quorū una alteri insidet, pusillorum bulborum figura. Ex his inferior gracilis est, superna plenior, & uberior. In arvis potissimum nascitur.* Oribasius, qui Dioscoridem exscripsit, paulò aliter caules describit. καυλὸν δὲ ἀνίησι πηχυαῖον, ὀποῦ μεστὸν, ἐφ' οὗ ἄνθη πορφυρᾶ. Hanc improbo lectionem, quod lacteo succo careat caulis gladioli, sive xiphij. Lacuna, pro τούτων ἡ μὲν κάτω, ἰσχνή ἐστιν, ex antiquo codice legit; τούτων ἡ μὲν κάτω, μικρά, καὶ ἰσχνή ἐστιν. Quam lectionem, quod ita sese res habeat, uti addita ostendit tabella, non improbo. Totam periodum doctissimus Salmasius eodem sensu ex veteri codice sic legit; ῥίζας δύο, τὴν μίαν τῆς ἑτέρας ἐπικαθημένην, ὥσπερ βολβία μικρά, τούτων ἡ μὲν κάτω ὀχή ἐστιν, ἡ δὲ ἄνωθεν ἁδροτέρα. Theophrastus ἀποφύσεις μικρὰς lib. VII. cap. XI. habere scribit; ἀλλὰ ἡ τοῦ φασγάνου καλουμένου γλυκεῖα πεψηθεῖσα καὶ τριφθεῖσα μιγνυμένη τῷ ἀλεύρῳ, ποιεῖ τὸν ἄρτον γλυκὺν, καὶ ἐστὶν στρογγύλη δὲ ἐστι. καὶ ἄφλοιος, καὶ ἀποφύσεις ἔχουσα μικράς, ὥσπερ τὸ γήθυον. *At gladioli appellati radix dulcis est decocta, & trita, farinæ admista panem dulcem, atque innoxium reddit. Rotunda hæc est, & sine cortice, bulbulis sive potius adnatis donata modo gethyj.* Hunc locum, ut infra dicam, malè vertit Plinius; nunc alia indaganda. Ait Theophrastus, Xiphij radicem adnatas plures habere instar gethij, quam Dioscorides geminam refert. An ergo Dioscoridis Theophrastique gladiolus diversus? Hoc affirmabunt, qui parum in re botanica excercitati sunt. Contrarium tamen docebunt botanici, ac rectè Dioscorides geminam huic tribuit radicē, rectè Theophrastus plures adnatas habere scripsit. Radix quippe ex geminis constat bulbis, quorum alter alteri insidet, quorum superior veris initio minor, ac vegetior, inferior major ac flaccidior, qui paulò post perit, in plures subinde multiplicatus. Cum ergò Theophrastus multos bulbos habere scribit, sive potius adnatas radiculas, id verno tempore verum deprehenditur; ex diverso, quod Dioscorides tradit, id maximè autumno observatur. Plinius locū Theophrasti proximè citatum pessimè lib. XXI. cap. XVII. exscripsit. *Bulborum*, inquit, *generi quidam adnummerant & cypiri, hoc est, gladioli radicem.* (Ergò τὸ ξίφιον Romani gladiolum vocarunt) *dulcis ea est, & quæ decocta panem gratiorem etiam faciat, ponderosioremq; simul subacta.* Quæ de adnatis tradit Græcus, Latinus non recensuit. Dioscorides in arvis nasci gladioli docet, Plinius in humidis nasci auctor est locis. *Idem & gladiolum alterum, quem cypiron vocant, & ipsum palustrem, Iulio mense toto secari jubet, ad radicem, tertioq; die in sole siccari, donec candidus fiat. Quotidie autem ante solem occidentem in tectum referri, quoniam palustribus desectis, nocturni rores noceant.* Vereor Plinium cyperū & cypiron confundere; vel saltem gladiolo adscribere, quod alteri debeatur plantæ. Quod autem Dioscorides ait, in arvis nasci, in palustribus Plinius, id facilè conciliari potest. Nam dantur & arva plurima humida. Adde Dioscoridem ipsum non planè negare in humidis nasci; sed tantum dicere potissimum μάλιστα ἐν ἀρούραις, *in arvis* nasci. In verbis Dioscoridis illud adhuc consideratur, quod ait, ἄποξυ ὡς Quærunt doctiss. viri, an vertendum sit? *In mucronem desinens*, an *decurtati mucronis instar*? quales cultelli aliquandò in incidendi tantum usum fabricantur: Utrumque τὸ ἄποξυ significare, ex diversa præpositionis ejus vi constat. Prior plausibilior expositio, magisque arridet, quod experientia eam confirmare videatur. Vide iconem. De xiphio hæc Plinius lib. XXV. cap. XI. *E diverso Xiphion, & phasganion in humidis, cum primum exit, gladii speciem præbet, caule duum cubitorum, radice ad nucis avellanæ figurā fimbriata, quam effodi ante messes oportet; siccari in umbra, superior pars ejus cum thure trita, æquo pondere admisto vino, ossa fracta è capite extrahit, aut, si quid in corpore suppurat, vel, si calcata sint ossa; serpentis eadem contra venena efficax.* *Cum primum*, inquit, *exit, gladii speciem præbet.* Hoc animadvertere non potui, nec verū puto; de suo id addidit Plinius, nec caulem apud nos duum fert cubitorum, sed cubitalem, aut paulò majorem. Pro *fimbriata*, lege *fibrata*, Nucis avellanæ figurā referre Græcorū, quod sciam, prodidit nemo, nec satis rectè cum ea comparari potest: quadātenus tamē refert. Porro gladiolo folia sunt oblonga,

Gladiolus xiphion in quo ἀποφύσεις, quæ vere apparent, conspiciuntur.



 angusta

Gladiolus μονόστιχος, in quo bulbus geminus apparet.



angusta, strata, gladij modo mucronata, iridis minora & angustiora: caulis lævis, teres, cubito longior, circa cujus summum flores sex, aut septem distantes, in ordinem supra invicem ad unam caulis partem digesti, quandoque verò & ad utramque; ex sex foliolis commissi, colore purpureo rubentes, splendentes, aut, (quod tamen rarò,) candicantes: succedunt inde folliculi, in rotunditate oblongi: semina in his tenuia, paleacea; radix gemino bulbo, uno super alterum insidente, quorum superior veris initio minor, ac vegetior; inferior major, sed flaccidior, qui paulò post perit, in plures subinde multiplicatus. Exit gladiolus in pratis, in arvis, inter segetes, agro fœcundo Italiæ pluribus locis; nec carent eo Austriæ ac Moraviæ agri. Cordus in fruticosis herbosisque etiam nasci scribitur, & quibusdam locis major ac procerior, aliis verò minor ac brevior reperitur. Majo ac Iunio flores ejus vigent subinde, & Iulio reperiuntur mense. Gladioli recentiores differentias quasdam observarunt, easque sumunt à florum situ, numero, aut magnitudine; Alius enim gladiolus unam habet florum seriem, alius geminam; Unus florem majorem, alter minorem. II. A colore; purpureus, rubellus, albus. III. à loco natali; Byzantinus, Indicus. IV. à foliis, angustifolius, latifolius. Hæ igitur gladioli species cognitæ. I. Gladiolus purpureus μονόστιχος, id est, *cui flores uno versu ordineque dispositi sunt.* Variat magnitudine; quibusdam locis major ac procerior; aliis minor & humilior; floris colore purpureo rubēte, aliquando candicante, quandoque niveo. II. Gladiolus δίστιχος, id est, *cui flores gemina serie alternatim directi sunt*: utrimque floridus à Dodonæo vocatur. Variat flore rubro & incarnato. III. Gladiolus Byzantinus, atro purpureo flore. IV. Gladiolus Indicus, sive potius promontorii εὐελπίδος, id est, *bonæ spei*, ut vulgò vocant, flore est rubro, incarnato. V. Gladiolus ex Candia: flore est adeò scintillante, & rubro, ut nihil sit reperire simile, aut secundum. Evulsa planta cum bulbo suo, & tribus foliolis, quibus constat, instar sagittæ projici potest per aerem. V. Gladiolus angusto folio gramineo.

Καὶ ὁ ὑάκινθος. Ὑάκινθος alius medicus, alius Poeticus. De Poëtico videtur agere Theophrastus, utrumque tamen novit (ut post dicam) Medicus enim maturius Martio, Aprilique mense cum violis floret, serius Poeticus, de quo nobis hoc capite sermo. Hyacinthus hic ab Hyacintho puero nomen accepit. Hunc, ut Plinius lib. XXI. cap. XI. ait, duplex comitatur fabula. *Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens ejus, quem Apollo dilexerat, aut ex Ajacis cruore editi.* Scribe, *ex Ajacis cruore edens*: sc. fabulam. Prior fabula apud Nicandrum in Theriacis reperitur.

> Ψίλωθρον, καρπόν τε πολυθρήνου ὑακίνθου,
> Ὅν Φοῖβος θρήνησεν, ἐπεί ῥ' ἀέκων ἔκτα
> Παῖδα, βαλὼν προπάροιθεν Ἀμυκλαίου ποταμοῖο
> Πρωθήβην ὑάκινθον, ἐπεὶ σόλος ἔμπεσε κόρσην
> Πέτρου ἀφαλλόμενος, νέατον δ' ἤραξε κάλυμμα.
>
> *Psilothrumque, & flos Hyacinthi flebilis, acres*
> *Qui Phæbo movit gemitus, lachrymasque dolenti,*
> *Postquam ad Eurotæ mactavit flumine nolens*
> *Tænaridem impubem, cerebrumque & mollia saxo*
> *Fortè repercussæ perrupit tempora discus.*

Ad hos versus Scoliastes. Τὸν δὲ ὑάκινθον πολύθρηνον φησὶν, οἱονεὶ πολυθρήνητον, γράφεται καὶ φιλόθρηνον, ἤγουν φιλοῦντος τοὺς θρήνους, ἢ ὑπὸ φίλου θρηνηθέντος. Ὁ γὰρ Ἀπόλλων πολλὰ ἐθρήνησε τὸν Ὑάκινθον, Υἱὸς μὲν ἦν Ἀμυκλαίου καὶ Διομήδους, ὃν ἠγάπησεν ὁ Ἀπόλλων σφόδρα, ὥστε καὶ συγγυμνάζεσθαι αὐτῷ, καὶ συμπαίζειν, δισκευόντων οὖν αὐτῶν ποτὲ, λαβὼν ὁ Ἀπόλλων τὸν δίσκον, καὶ ἀφεὶς, ἄκων κατήγαγεν αὐτὸν κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ Ὑακίνθου, καὶ οὕτως αὐτὸν τὸν τερπόθηρον ἀπέκτεινεν ὃν πάνυ πολλὰ ἐθρήνησεν ἀποθανόντα. ἐκ τοῦ αἵματος οὖν αὐτοῦ ἔφυ ἡ βοτάνη, ἣν καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ὑάκινθον ἐκάλεσε. τοῦτο οὖν ἐστιν, ὃ καλεῖ πολύθρηνον ἢ καὶ φιλόθρηνον ὑάκινθον. σόλον δὲ φησὶ τὸν δίσκον ὅς τις φησὶν ἀφαλλόμενος τῆς πέτρας, ἐνέπεσε τῇ κόρσῃ, τουτέστι κεφαλῇ τοῦ Ὑακίνθου, κάλυμμα δὲ, τὸν περὶ τὸ κράνιον ὑμένα φησίν. Id est, *Dixit multum deploratum Hyacinthum, quasi multum lamentandum: scribitur & philotrenos, qui lachrymas amat,* (quomodo versus hic apud Tretran legitur histor. Chiliad;) *vel qui ab amico deploratur. Apollo enim valde flevit super mortem Hyacinthi. filius fuit Amyclæi & Diomedis, quem Apollo adeò amavit ut & colluderet, & simul cum eo sese exerceret corporis progymnasmatis; unde cùm disco luderet, Apollo projiciens discum, invitus occidit longè dilectissimum sibi puerum, quem extinctum vehementer deflevit, Ex sanguine Hyacinthi nata herba, quam Hyacinthum ab eodem nominavit Apollo. Hæc igitur est herba, quam polythrenon & philotrenon vocat. Solon quasi discum dixit*, Σόλον & δίσκον eundem facit lapidem: cum tamen Scholiastes Homeri inter utrumque differentiam faciat Iliad. ψ. ubi ait. διαφέρει δὲ σόλος καὶ δίσκος. ὅτι ὁ μὲν δίσκος πλατύς ἐστι, καὶ κοιλότερος, ὁ δὲ σόλος στρογγύλος, καὶ σφαιροειδής. *Differunt solon & discus, quod discus latus sit, & magis cavus, rotundus sphæraque forma.* Tam gratus hic flos semper Apollini fuit, ut eo coronari voluerit. Lucianus in Dialogo Deorū, ubi de Daphne & Hyacintho questus suos ad Venerem effert, quod parum felix sit in amoribus suis, Ἐγὼ δὲ ἄλλως ἐπαφρόδιτος εἰμι εἰς τὰ ἐρωτικὰ, καὶ δύο γοῦν, οὓς μάλιστα ὑπερηγάπησα τὴν Δάφνην καὶ τὸν Ὑάκινθον, ἡ μὲν ἀποδιδράσκει με καὶ μισεῖ, ὥστε εἵλετο ξύλον γενέσθαι μᾶλλον, ἢ ἐμοὶ συνεῖναι, ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ δίσκου ἀπώλετο, καὶ νῦν ἀντ' ἐκείνων στεφάνους ἔχω. *Ego verò & præcipuè expers sum amorum. Et quidem ex duobus, quos unicè amavi Daphnem & Hyacinthum, illa me fugit & odit, usque eò, ut præoptarit fieri arbor, quam mecum esse, hic verò à disco periit; & nunc pro illis* (Daphne, & Hyacintho) *habeo coronas.* Virgilius quoque hoc flore Apollinem colit Ecloga III.

> ——— *Phœbo sua semper apud me*
> *Munera sunt lauri, & suavè rubens hyacinthus.*

Ovid: lib. X. Metamorph.

> *Te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt,*
> *Flósque novus scripto gemitus imitabere nostros;*
> *Tempus & illud erit, quo se fortissimus heros*
> *Addat in hunc florem, folióque legatur eodem.*
> *Talia dum verò memorantur Apollinis ore,*
> *Ecce cruor qui fusus humi signaverat herbas,*
> *Desinit esse cruor, Tyrioque nitentior ostro*
> *Flos oritur.*

Et hactenus de priori fabula, altera apud Theocryti scholiastē habetur Eidyl. 10. Τὸν ὑάκινθον φασὶν ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ Αἴαντος ἀναδοθῆναι, τοῦ ἐν Τροίᾳ μανέντος διὰ τοῦτο ἔχει ἐγγεγραμμένον, αἶ, αἶ, τὴν ἀρχὴν τοῦ ὀνόματος τοῦ Αἴαντος. διὰ τοῦτο οὖν καὶ γραπτὴν νῦν αὐτὴν εἶπεν, ἃ γραπτὰ ὑάκινθος, ἡ ἔχουσα ἐν αὐτῇ γεγραμμένα γράμματα, θρηνώδη, δηλονότι τὸ, αἶ, αἶ,

εἶναι

εἶναι σύμβολον τῶν ἐπὶ τῷ Αἴαντι μυθολογουμένων. φύναι γὰρ ἐκ τοῦ αἵματος αὐτοῦ φασὶ τὴν ὑάκινθον, ὅτι ἑαυτὸν ἐπὶ τροίᾳ, ἀνεῖλε τῷ ξίφει. Ὅθεν καὶ τὸ Αἴαντος ὑποφαίνει, εἰς τὸν Εὐφορίωνα ἀποβλέψας εἶπε. Πορφυρέη ὑάκινθε σὲ μὲν μία φάτις ἀυδεῖ.

Ῥοιτειὰς ἀμάθοισι δεδουπότος Αἰακίδαο,
Εἴαρος ἀντέλλειν γεγραμμένα κωκύουσαν.

Id est:

Hyacinthum narrant ex sanguine Ajacis provenisse, qui ad Trojam occisus est; idcirco autem huic flori inscriptum esse αἰ, αἰ, initium nominis Ajacis, eaque de causa eum florem scriptum Hyacinthum vocat Poeta, cum canit ἁ γραπτὰ ὑάκινθος. Litteras enim habet inscriptas lugubres, videlicet αἰ, αἰ, quæ testes sunt eorum, quæ de Ajace fabulantur, cujus ex sanguine natum Hyacinthum canunt. Cecidit enim ad Trojam, & sese gladio interemit, unde affectus & miseria Ajacis apparet. Ad versus Euphorionis respexit, qui cecinit.

Purpuree Hyacinthe te solam canunt Poetæ
Rhœteo in litore occisi flebilis Ajacis.
Quando vere pullulas deflere quæ de eo traduntur.

Fabulatum satis. Hyacinthum hunc Latini vaccinium vocarunt. Sed videndum, ne cum magnis labantur Medicis, qui Hyacinthum Medicorum existimarunt sic vocari, cum solus Poëticus sic appelletur. Poëtarum Hyacinthum, vaccinium vocari ex Theocrito probatur, qui eidyl. x. canit.

Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντὶ καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος·
Ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρῶτα λέγονται.

Hos versus Virgilius partim reddidit Ecloga II. & quidem postremum; partim, x.

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Priorem ecloga, x.

Et violæ nigræ sunt, & vaccinia nigra.

Viri magni Theocritum, Virgiliumque, vulgarem sive Medicum describere hyacinthum existimarunt, sed pronomen, sive potius articulus ἁ fefellit eos, quem putarunt esse privativam particulam. Legerunt quippe ἄγραπτα, & verterunt, *non scripta*. Sed scriptum Poëtam intelligere scholiastes verbis citatis docet. Neophytus, ὑάκινθος, Ῥωμαῖοι βακκίνιουμ. Auctuarij auctor, ὑάκινθος, οἱ δὲ, ἑλωνίας, οἱ δὲ, πορφυρανθὲς, Ῥωμαῖοι βακκίνιον (vulgo βάκκουμ, malè) οἱ δὲ οὐλκίνουμ. *Nonnulli heloniam, alii porphyrantes, Romani vaccinium, alii ulcinum vocant.* Hæc nomina vulgari medicoque Hyacintho non conveniunt, πορφυρανθὲς dici non potest; cœruleum enim florem habet, non purpureum. Quin etiam vox vaccinium ex hyacintho derivata est. Græcis, ὑάκινθος & ὑακίνθιον, quod Latini mutarunt in vaccidium, & vaccinium ut arvipendium, & arvipennium, postea melioris soni gratia, vaccinium dixerunt. Hyacinthus itaque Poetarum & vaccinium idem. Videamus quas notas veteres de Hyacintho hic tradiderint. A Plinio, qui utumque confundit, initium faciemus. Lib. XVI. cap. XVIII. in aquosis provenire ait, ac inter arbores ineptè numerat. *Non nisi in aquosis proveniunt, salices, alni, populi, siler, ligustra tesseris utilissima. Item vaccinia, Italiæ in aucupibus sata: Galliæ vero etiam purpurea, tingendi causa ad servitiorum vestes.* Nec siler nec genista inter arbores memorari debent. Constātinus, è Turnebo legit, *Italia mancipiis sata.* Quia mangonio vaccinii tardatur corporis pubertas, quod erat venalitiis utile. Quod Dioscorides de hyacintho medico tradidit, ut mox dicam. Sed alia Doctiss. Dalecampij opinio. *Ego verò*, inquit, *si eam lectionem probarem, rationem potius ex sequentibus verbis afferrem, quia vaccinii succo tingantur servitiorum vestes in purpuræ colorem. Præterea, tardior pubertas iis utilis non erat, sed dominis & mangonibus, quod pluris eos non barbatos venderent.* Constantinus putat, vaccinium fuisse hyacinthum: ego verò arbusculum, in sepibus frequentem, quam *magaleb* quidam vocant. Satis admirari nequeo Dalecampium in re botanica exercitatissimum, quod velit ex magaleb, vel, ut alii scribunt, mahaleb vaccinium esse, cum non tingat purpuram. Ex Theocriti versu cum Virgiliano collato cognovimus, vaccinium herbam & hyacinthum esse Poëtarum. Lege totum locum cum Turnebo, aliisque viris magnis. *Item vaccinia Italiæ mancupiis sata, Galliæ verò etiam purpuræ tingendæ causa ad servitiorum vestes.* Ideò satam mancupiis dicit, quod mancupiorum pubertatem tardaret, idque utile erat dominis & mangonibus, ut quam diutissimè venales suos impuberes conservarēt; carius enim impuberes, barbaq; carentes vendebantur. Idem Plinius lib. XXI. cap. XXVI. *Hyacinthus in Gallia eximiè provenit: hoc ibi pro cocco Hysginum tingitur. Radix est bulbacea, mangonicis venalitiis pulchrè nota; quæ vino dulci illita, pubertatem coercet, & non patitur erumpere.* Postrema de hyacintho medico Dioscorides lib. IV. cap. XIII. ἥτις σὺν οἴνῳ καταπλασθεῖσα λευκῷ ἐπὶ παίδων, ἀνήβους τηρεῖν πιστεύονται. *Hæc, ut creditur, pueris, è vino albo illita, pubertatem coercet, & non patitur erumpere.* Hoc hyacinthi genus hysgino non imbuit lanas colore. Cœruleum est, eademque inficit linteamina. Malè etiam legitur. *Hoc ibi prò cocco hysginum tingitur.* Coccinus color alius ab hysgino. Idem Plinius lib. IX. cap. XLI. *Quin & terrena miscere, coccoque tinctum Tyrio tingere, ut fieret Hysginum. Coccum Galatiæ rubens granum, ut dicemus in terrestribus, aut circa Emeritam Lusitaniæ, in maxima laude est.* Clarè satis coccinum diversum colorem ab hysgino facit. Si cocco tinctam lanam Tyria purpura tingebant, ut redderetur hysgina, necesse est colorem hysginum inter purpureum & coccineū fuisse. Hoc cum animadvertisset Dalecampius, corruptum Plinii codicem judicavit. Restituitque. *Hoc ibi è rubra pro cocco hysginum tingitur.* Nempe color similis hysgino vero, quod fit primum è cocco, deinde è Tyria purpura. Huic lectioni favet Vitruvius, apud quē legitur: *Fiunt etiam purpurei colores infecta creta rubra radice & hysgino.* Rubra hæc radix est, quam Græci ἐρυθρόδανον, Latini rubram vocant. In antiquo nostro codice locus Plinii alio planè & meliori sensu habetur, ex eodēque facile restitui poterit. Sic autem in eodem legitur. *Hyacinthus in Gallia eximiè provenit: hoc ibi loco hysginum tingit. Radix est bulbacea, mangonicis venalitiis pulchrè nota.* Scribe ergo: *Hyacinthus in Gallia eximiè (vel optimè) provenit. Hoc ibi locorum hysginum tingunt.* Hysginus color inter coccinum & purpuram accedebat. Atqui cum hyacinthi color esset purpureus, facilè hyacintho hysginum tingere poterant. Hyacinthi color, ut dixi, est purpureus. Idem Plinius lib. XXI. cap. VIII. ubi de tribus præcipuis agit coloribus. *Amethystum, qui in viola, & ipse in purpureum, quemque hyacinthinum appellavimus.* Idem loco supra citato. *Galliæ verò etiam purpuræ tingendæ ad servitiorum vestes.* Vitruvius. *Eadem ratione vaccinium temperantes, & lac miscentes purpuram faciunt elegantem.* Ideo ὑάκινθον μέλαν, *vaccinium nigram* dixerunt Theocritus & Virgilius, quod purpureo nigricante constaret colore. nigros & lucentes Indorum è purpura crines. Eadem de causa hyacinthi flori comparat Dionysius de situ orbis.

εἰδομένας δ' ὑακίνθῳ
Πιοτάτας φορέουσιν ἐπὶ κράτεσφιν ἐθείρας.

Similes vero hyacintho,
Pinguissimos gerunt in capitibus cincinnos.

Homerus quoq;, comas nigras ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας facit, quas μελαίνας exponunt Grammatici. Quę de colore hactenus diximus, ea de vulgari hyacintho dici nequeunt. Hęc enim ejus nigroris, aut purpurę est, ut commodè sumi queat ad comparationem nigri capillitii. Fuit quoq; Poëtarum hyacinthus, litteris quibusdam, aut potius discurrentibus venis notatus. Moschus in epitaphio Bionis.

Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἶ αἶ
Λάμβανε τοῖς πετάλοισι. Malunt alii πετάλοις legere,

Nunc Hyacinthe sonet tua littera, scilicet αἰ, αἰ,
Non tamen hoc satis est αἰ, αἰ. Plus ergo loquantur
Litterulasque velis foliis inscribere plures.

Virgil. ecl. tertia.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Nascantur flores inscripti nomina regum.

Plinius lib. XXI. cap. XI. *Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens ejus quem Apollo dilexerat, aut ex Ajacis cruore edens, ita discurrentibus venis, ut Græcarum litterarum figura AI legatur inscripta.* Idem hyacinthus lilii forma ab Ovidio describitur. X Metamorph.

Ecce cruor, qui fusus humi signaverat herbas,
Desinit esse cruor, Tyrióque nitentior ostro
Flos oritur: formámque capit, quam lilia, si non
Purpureus color his, argenteus esset in illis.
Non satis hoc Phœbo est (is enim fuit auctor honoris)
Ipse suos gemitus foliis inscribit, & αἰ, αἰ.
Flos habet inscriptum, funestaque litera ducta est.

Nicander in Georgicis, cujus versus apud Athenæum lib. xv. extant, hyacinthum iridi similem canit.

Ἶρις δ' ἐν ῥίζῃσι ἀγαλλιάσι δ' ὑακίνθῳ
Αἰαςῇ προσέοικε.

Iris radicibus lasciviens hyacintho
E cruore Ajacis nato similis.

Atque hæ sunt notæ, quibus veteres hyacinthum sive vaccinium descripserunt. Nugantur, qui pro vaccinio habent baccas ligustri. Nigrum planè hæ tingunt colorem, & ea de causa ab iis, qui chartas lusorias parant, leguntur. Testatur Tragus, se atramentum suum non semel ex hisce baccis confecisse. Absurdus præterea Poëta esset, si florem fructui comparasset. Semper floribus jungit vaccinium. Ecl. x.

Et violæ nigræ sunt, & vaccinia nigra.

Nec audiendi, qui vulgarem medicum hyacinthum & Poëtarum, unum eundémque florem contendunt. Ubi literæ inscriptæ? ubi figura iridis? Nunquam lanas, vel linteamina eleganti purpureo, sed cœruleo tingit colore. Alii pro hyacintho agnoscunt consolidum regalem, florem cujus si invertas, inscriptum videbis Αι, Αι, A. Hos characteres occultat in folio quodam implicato. Horum opinioni subscriberem, si reliquas flos hic notas haberet, planè dissimilis iridi, nec purpuram tingit. Quidam lilium purpureum pro hyacintho habent, quod canat Ovidius,

Formámque capit, quam lilia, si non
Purpureus color his, argenteus esset in illis.

Servius etiam Ajacis hyacinthum, quasi lilium esse rubrum ait, sed multa impediunt lilium rubrum esse hyacinthum. In luteum enim colorem vergit iste, qui longè abest ab hyacinthino nigro. Poëtæ omnes hyacinthum è purpura nigrum dixerunt. Claudianus lib. II. de raptu Proserpinæ.

Sanguineo splendore rosas: vaccinia nigro
Induit, & dulci violas ferrugine pingit.

Dulci ferrugine, id est, cum grato quodam colore lugubri & obscuro: ferrugineus enim lugubris & obscurus. Catullus.

Nostros ut luctus, nostræque incendia mentis
Carbasus obscura dicat ferrugine Ibera.

Ovid:

——— Quorum per colla jubásque
Excutit obscura tinctus ferrugine habena.

Sed ferrugineus duplex fuisse apud veteres videtur color; alter lividus, sive ex cœruleo lividus, quomodo apud Virgilium accipitur sext. Aneid.

Ipse ratem conto subigit, velísque ministrat,
Et ferruginea subvectat corpora cymbâ.

Eodem libro eandem cymbam cœruleam canit.

Cæruleam advectat puppim, ripæque propinquat.

Propriè tamen ferrugineus, qui ferri imitatur rubiginem, quæ ex nigro rubróque obscura est, ac purpurea. Eo sensu Columella hyacinthum ferrugineum dixit in hortulo.

Syrpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis.


Lilium ergo rubrum non est hyacinthus. Accedit, quod Poëta non rubrum dixit aut luteum, sed purpureum, noveruntque hoc genus lilij, non sub hyacinthi, sed sub nomine lilij rubri. Hyacintus Poëtarum vulgaris fuit, lilium purpureum rarum. Theophrastus cap. præcedenti, ubi lilij recenset genera. ἴσως δὲ καθάπερ φασὶν ἵνα καὶ πορφυρᾶ ᾖ. Dioscorides lib. III. cap. CXVI. φασὶ δέ τινες καὶ πορφυρᾶ αὐτὰ κρίνα γίνεσθαι. Sed nec lilium jam memoratum lineis intercurrentibus est distinctum, quales notarunt prisci. Nos Xyrin, quam spatulã fœtidã vocant, Hyachinthum esse Poëtarum asserimus. Hujus flos contusus chartas tingit purpura eleganti. Hic est hyacinthus ille, quo & chymici utuntur, ad tingendas vitreas gemmas hyacinthino colore, ad hyacinthos faciendas. Zosimus: ἐπὶ δὲ ὑακίνθου πόα, καὶ ἰσάτιδος ῥίζα συντεθειμένη, ἐπὶ δὲ λυχνίτου ἄγχουσα, καὶ αἷμα δρακόντειον. Et paulò post: ἐπὶ ὑακίνθου δὲ πόαν ὑάκινθον, καὶ μέλαν ἰνδικόν, καὶ ἰσάτιδος ῥίζαν. Huic flos est lineis discurrentibus venis, veluti literarum ductu, id est, maculosas habet notas, quibus Αι, Αι designantur. Hic iridi simillimus, adeò, ut iris dictus sit sylvestris. Auctuarij auctor, οἱ δὲ, ἶρεν ἀγρίαν, οἱ δὲ κακός (fortè κακτὸς) Ῥωμαῖοι γλαδίολουμ, οἱ δὲ ἶρεν ἀγρίαν. *Ab aliquibus iris agria, ab aliis cactos, à Romanis gladiolus, seu iris agrestis.* Dioscoridis hæc esse verba ex antiquissimo testatur codice Clariss. Salmasius: Ξυρὶς, οἱ δὲ ξυρίδα, οἱ δὲ ἶρεν ἀγρίαν, Ῥωμαῖοι δὲ γλαδίολουμ καλοῦσι. Quæ lectio Oribasii munita est auctoritate. Hunc gladiolum, sive potius Xyrin sylvestrem iridem, Romani, ut idem Salmasius primus observavit, hyacinthum vocarunt. Palladius lib. I. cap. XXXVII. ubi herbas apibus gratas recenset, hanc Xyrin numerat. *Asphodillum, citraginem, amaracum, hyacinthum, qui iris, vel gladiolus dicitur, similitudine foliorum, narcissum, crocum, cæterasque herbas, suavissimi odoris & floris.* Ita scripsit, ut ab altero distingueret hyachinto, qui est medicus. Quod si cui Palladius non satis idoneus auctor videatur; alium auctoritate gravissimum addam, cujus auctoritas rejici non potest: is est Columella, scriptor antiquissimus, & celeberrimus. Hic lib. IX. cap. VI. ubi de apum pastione agit, sic scribit. *At in hortensi lira consita nitent candida lilia, nec his sordidiora leucoja, tum punicæ rosæ, luteolæque & Sarranæ violæ, nec minus cælestis numinis* (lege *nominis*) *hyacinthus, Corycius item, Siculusque bulbus croci deponitur.* Cœlestis nominis hyacinthum apertè vocat illud genus hyacinthi, quod nomen iridis habuit. Atque hic planè est hyacinthus, illorum fabulis celebratus, diversus utique ab altero hyacintho vulgari; & propterea, ut ab hoc discerneret, cognomentum addidit, vocavitque hyacinthum cælestis nominis. Sed unum obstare videtur, putà, quod Ovidius dixerit, florē lilio esse similem, quem vel errasse dicendum, aut, Xyrin non esse hyacinthum. Dicendum, Poëtam Grecos imitari, liliiq; vocem latè sumpsisse. Quanquam nec eo opus effugio, flos enim iridis, Xyridisque cùm lilio comparari satis potest. Sed, ut dixi, Græcos imitatus est, qui κρίνον latè sumpserunt; Suidam cucurbitam, aut potius ejus florem κρίνον dictum testatur. Κρίνον τὸ ἄνθος, ἀπὸ τῆς διακρίσεως. διὸ καὶ τὰ τῆς διακρίσεως λέγεται κρίνον ἐμφαντὸς καὶ ταχὺ διαπίπτον, διὸ καὶ ἡ κολόκυνθα, κρίνον λέγεται. Lexicon vetus ὑάκινθον lilium ait vocari nigrum. ὑάκινθοι τὰ κρίνα μέλανα. Pelagonius hippiater lib. I. cap. I. Ἴρεως Ἰλλυρικῆς τὸ λεγόμενον ἄγριον κρίνον λίτραν τὸ ἥμισυ, πεπέρεως γο α' κόκκων δάφνης γο α' σελίνου σπέρματος γο α'. Idem in glossis Medicis legere est. Ἶρις Ἰλλυρικὴ τὸ καλαμόκρινον τὸ λευκόν, ἶρις κοινὴ τὸ καλαμόκρινον τὸ ὀξύ. Neophytus: Σούσινον τὸ κρινάνθεμον, καὶ βασιλικὸν κρίνον, τὸ πορφυροῦν κρίνον, ὃ καὶ ἶρις λέγεται. Græcos ergo imitatus est Ovidius, ex quibus patet, Xyrin esse hyacinthum Poëtarum. Describitur à Dioscoride loco citato his verbis. Ξυρὶς, τὰ μὲν φύλλα ἔχει ἴριδι ὅμοια, πλατύτερα δὲ, καὶ ἐξ ἄκρου ὀξέα, καυλὸν δὲ ἐκ μέσου τῶν φύλλων πηχυαῖον, ἱκανῶς παχὺν, ἐφ' οὗ οἱ λοβοὶ τρίγωνοι, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἄνθος πορφυροῦν. Τὸ δὲ ἐν μέσῳ φοινικοῦν. καρπὸς δὲ ἐν θυλακίοις κυάμοις (ὀρόβοις Oribas.) ὅμοιος, στρογγύλος, ἐρυθρός, (μέλας Oribas.) δριμύς, ῥίζα δὲ πολυγόνατος, μακρά, πυῤῥά, ποιοῦσα πρὸς τὰ ἐν κεφαλῇ τραύματα καὶ κατάγματα. *Xyris folia habet iridis, at latiora, & in cacumine acuminata: quorum è medio caulis erumpit cubitalis, satis crassus, in quo siliquæ sunt triangulares, & super ipsis flos purpureus, medio puniceo: semen in folliculis simile fabis,* (ervis) *rotundum, rubens, & acre: radix crebris cincta geniculis, longa ac ruffa. Ea contra capitis vulnera fractaque efficax est.* Dioscorides Xyrin dictam innuit quod folia habeat cacumine acuminata. Apposítè prisci ob folii similitudinem ξυρίδα quasi *rasorium cultrum*

cultrum aut *novaculam* dixerunt. Est enim illi folium ancipiti novaculæ similius, acutiore acie, & tenuiore, rigidioreque quam gladiolus, aut iris mucrone. Spatula fœtida, à recentioribus, tum ob eandem folii figuram, (spata enim gladium significat,) tum, quod gravem exhibet odorem, nuncupata est. Malunt alii, contra auctoritatem Dioscoridis, ξυρίδα potius appellatam esse, quod utrimque folium in aciem attenuatum habeat, quam quod ejus summitas in acumen desinat. ξυρὸν enim propriè significat id quod acie adeò est temperata, ut scindat; inde ξυρὸν pro novacula. Talia sunt folia gladioli, vel ξυρίδος. Novaculam referre ξυρίδος folia negamus. novacula instrumentum est, quo raduntur pili & barba. Nec utrimque sunt acuta, sed in acumen pungens desinunt. Ex Galeno, & Ægineta cognoscimus, olim ξυρίδα ξηρίδα per η vocatam fuisse. Ξηρὶς ἢ ξυρὶς λεπτομεροῦς τι. Malè apud Galenum legitur. ξυρὶς, ἔνιοι δὲ ξυρίδα λεπτομεροῦς. Series alphabetæ, quam sequitur Galenus, legendúm ostendit ξηρὶς, ἔνιοι δὲ ξηρίδα λεπτομεροῦς. Apud Suidam ξιρὶς εἶδος φυτοῦ ἀρωματικοῦ legitur. pro quo restituendum videtur, ξηρὶς, εἶδος ξιρὶς φυτοῦ ἀρωματικοῦ. Sed vulgatam non ausim rejicere, quod apud Hesychium scriptum est, ξειρὶς, ἀρωματικόν τι φυτόν. Quantum animadvertere possum, dixerunt Græci ξυρίδα, ξειρίδα ξηρίδα & ξιρίδα. Delectentur Suidas & Hesychius aromatico Xiridis odore, mihi non placet. Sed Spatulam fœtidam quidam ξυρίδα esse negant. Quod spatulæ folia quidem sint iridis, sed non angustiora, verùm æqualia. Ad verba Dioscoridis si attendamus, argumentum nullius erit valoris. Ait enim folia Xyridis latiora iridi, sed in acumine acutiora; qualia Xiridis folia αὐτοψία docebit. Ubi πλατύτερα folia & cacumine acutiora dicit Dioscorides, innuit medium folium latius, aut ventricosius esse, summum verò multo angustiore mucrone, cujusmodi prorsum spatulæ, nascentis sponte, quibusdã, præsertim Gallo-provinciæ & Angliæ locis, ubi quam uberrima, prope uda prata, & littoreos maris aggeres inspicere licet. Objiciunt, & semen fabæ est dissimile. Fabæ quippe latum & oblongum, rotundum spatulæ. Respondent nonnulli, apud Oribasium non κυάμοις, sed ὀρόβοις legi; adduntque, Xyridis semen non figura, sed odore fabas referre. Sed non opus est eò refugere. Assero fabæ esse simile figura. Veterum enim faba non fuit lata, plana, oblongaque, sed rotunda, ut lib. VIII. docebo. Denique Spatulam Xyridem esse negant,

Xyris annosa cum flore, spatula patula.



Xyris juventa in semine.



quod radicem habeat multifidum ac capillarem. Quæ difficultas facile solvi potest. Legunt nonnulli ἀντὶ μακρὰν, μικρὰν, facilis, inquiunt, & frequens literæ mutatiuncula. Malo dicere, pro soli cœlive ratione majores minoresve Xyridis esse radices. Ætate etiam differunt. Dum enim juvenca est planta, fibrosam & gracilem habet radicem, ubi verò adolevit, crassam. Et hæc causa, cur duæ à nobis exhibeantur figuræ. Meminit hujus spatulæ sive Xyridis Theophrastus lib. IX. quo lectorem mitto. Plinius inter iridis genera recenset, irimque sylvestrem vocat. Sunt, ait, qui sylvestrem Xyrin vocant, quod alibi Theophrastus de Xyride iridi adscribit. Quilibet novit, Plinium sæpe duas confundere plantas. Spatula fœtida, caule foliisque iridi similis, nisi quod nigriore sint, & cacumine, ut dixi, acutiore, gravem fœdumque spirant odorem, præsertim si confricentur, atque digitis atterantur. Flores quoque iridi similes, sed minores, purpurei, sordidi & obsoleti coloris, vel, ut Valerius Cordus, satura purpura arridentes; qui siliquorum rudimentis triangularibus, quasi ab ipsis exorientes, insident; quæ tandem defluentibus floribus, majores factæ dehiscentes in tres finduntur partes. Semen in his rotundum ochri sive erviliæ magnitudine, rubens, splendens, quod resiccatum contrahitur & nigrescit. Radices novellis plantis rotundæ, & veluti bulbi, aut cepæ alicujus caput, ex qua crassiores fibræ dependent. Veteribus verò & multorum annorum plantis, multæ iridi similes positu & figura longæ, crassæ, geniculatæ, sibi invicem implicitæ, magnum veluti cespitem constituentes, gustu fervidæ, ut & ipsum semen. In Hetruria Gallo-provincia Italia sponte exit: apud Belgas vix aliis locis, quam in hortis reperitur. Adversus hyemis injurias, quas non fert, diligenter muniri debet. Florem edit Iulio & Augusto: semen autumno maturatur. Passim spatulam fœtidam appellant: Belgæ **Wand-luysen kruyt** / à potentiâ, quâ cimices necat. Hactenus de hyacintho Poëtarum. Quod siquis tamen velit, uti fabula duplex, ita & duas esse hyacinthos, per me licet, modò Ajacis hyacinthum iridi similem statuat Xyrin, alteram autem

in quo luctus Apollinis inscriptus est, dicat consolidam regalem. In hac enim litteræ hæ reperiuntur. ΑΙ, ΑΙΑ. Hyacinthum, (si modo duplex detur,) alterum dico consolidam regalem. Hæc si delphinium veterum: non alius quam hujus flos hyacinthus dici meretur. Constat enim delphinium hyacinthum fuisse vocatum. Auctuarij auctor, οἱ δὲ διάχυσις, οἱ δὲ, διάχυτος, οἱ δὲ, παράλυσις, οἱ δὲ, κάμμαρος, οἱ δὲ, ὑάκινθος, οἱ δὲ, νήριον, οἱ δὲ, νηρεάδειον, οἱ δὲ, σώσανδρον, οἱ δὲ, κρόνιον; Ῥωμαῖοι βούκινος μίνορ. *Aliis diachysis, aliis diachytos, aliis paralysis, aliis hyacinthus, aliis delphinias, aliis merion, aliis nereadium, aliis sosandros, aliis cronion, Romanis buccinus minor vocitatur.* Oribasius legit, δελφίνιον, οἱ δὲ, διάχυσιν, οἱ δὲ, ὑάκινθον καλοῦσι. Vereor quoque, ne ἀντὶ Ῥωμαῖοι βούκινος μίνορ scriptum fuerit βακκίνιουμ. Sed in re incerta certi nihil statuo. Describitur delphinium à Dioscoride lib. III. cap. LXXXIV. Δελφίνιον κλῶνας ἀνίησι δισπιθάμους, ἢ καὶ μείζονας ἀπὸ μιᾶς ῥίζης. περὶ οὓς φυλλάρια ἐπεσχισμένα. λεπτὰ, ἐπιμήκη, δελφινοειδῆ. ὅθεν καὶ ὀνόμασται. ἄνθος δὲ ὅμοιον λευκοΐῳ ἐμπόρφυρον σπέρμα ἐν λοβοῖς κέγχρῳ ἐμφερές. Capite sequenti. Δελφίνιον ἕτερον, οἱ δὲ ὑάκινθον, Ῥωμαῖοι βουκίνουμ (fortè βακκίνιουμ) καὶ αὐτὸ ἐμφερὲς τῷ πρὸ αὐτοῦ, τοῖς δὲ φύλλοις καὶ τοῖς κλωνίοις ἰσχνότερον πολλῷ. *Delphinium surculos emittit ab una radice duum dodrantum altitudine, aut etiam majores, circa quos exiliunt minuta folia, incisuris divisa, tenuia, & oblonga, quæ delphinorum effigiem repræsentant. Vnde & nomen tractum est. Flos violæ albæ similis, purpureo colore: semen in siliquis milio proximum.* (Cap. sequenti.) *Delphinium alterum, quod alii hyacinthum, Romani buccinum* (fortè *vaccinium*) *vocant, superiori quidem est simile, at foliis & ramulis longe gracilioribus.* Delphinij utrumque caput doctissimus Botanicus spurium, falsoque Dioscoridi adscriptum judicat; quod nec Galenus, nec Ægineta, nec Ætius, nec Plinius, ullam ejus fecerint mentionem: tum, quod caput hoc non legatur in antiquo codice, longobardicis litteris scripto, cujus sæpe fidem citat & probat doctiss. Marcellus Virigibus. Hanc sententiam reprobare non auderem, nisi caput de delphinio apud Oribasium legeretur. Dioscoridis si non sit, antiqui saltem scriptoris esse fatendum nobis. Cæterum, caput de priori delphinio corruptũ arbitror. Non video, quomodo folia minuta, incisuris divisa, tenuia, & oblonga ullum delphiny possint habere figuram. Quare lego, περὶ οὓς φυλλάρια ἐπεσχισμένα, λεπτὰ, ἐπιμήκη, ἄνθος δὲ ὅμοιον λευκοΐῳ, ἐμπόρφυρον, δελφινοειδὲς. ὅθεν καὶ ὠνόμασται σπέρμα. *Circa quos fioliola fissa, tenuia, oblonga, flos similis leucojo, purpureus, delphiny specie; unde & nomen accepit semen.* Sic in vetustis quibusdam codicibus legi, olim ex Gerardo Vels-wyck Caroli V. apud Turcorum Imperat. Oratore intellexit Clariss. Dodonæus. Hic sibi Constantinopoli visum exemplar eidem referebat, quod delphinio, non folia, sed flores delphinorum specie haberet. Quæ lectio si vera est, consolidam regalem delphinium esse satis evidenter demonstrat. Nam flores quidem, & potissimum prius quam completi sunt, speciem quandam & similitudinem eorum delphinorum exhibent, quos recurva, repandaque figura, veteres picturæ, & nobilium aliquot familiarum avita insignia exprimunt; qua etiam imagine cœlestis delphin repræsentatur. Consolida regalis, sive regius flos vulgaris, nulli incognitus. Huic caules exeunt cubito altiores, rotundi, in ramulos complures divisi; circa quos folia tenuia, multiplici sectione divisa, abrotoni foliis majora, è virore nigricantia: & ad superiores eorumdem partes flores pulchri, ordine & spicatim digesti, quibus à tergo parvum veluti corniculum, angustum, & acuminatum, veterum calcaris similitudinem referens: colore aut purpurei, aut cærulei: Siliquæ inde oblongæ, rotundæ, subnigræ: in quibus semen angulosum & nigrum. In hortis & colitur, & singulis annis seritur, qui major est. Exit etiam in agris frumentariis, lætiori solo: silvestris, qui foliis, floribus, siliquis, semine, sativo similis, humilior tamen, in singulis etiam ramulis flores habet pauciores, & colore tantum cæruleos. In utriusque flore folium quoddam est implicatum, in albo characteres habens occultatos, ex virgulis cœruleis duas litteras AI aut tres AIA exprimentes. Uterque flos regius floret æstivis mensibus, & diutissimè hortensis. Appellatur à Belgis **Ridders-sporen** / hoc est, equitis calcar, quod flos in angustum & acuminatum corniculum veterum calcaris similitudinem referens desinat. Latinè flos equestris vocatur, & flos regius, & consolida regalis. Anthora si haberet florem purpureum, non dubitarem eam delphinium

Consolida regalis.



Anthora.



dicere.

dicere. Cauliculum habet dodrantalem, aut paulò altiorem, folia crebris & profundis incisuris fiss.. Flores hiantem ac patentem galeam omnibus suis partibus propemodum referunt; quinque constant particulis, quarum major ac su erior cucullo, aut cassidis capitis cavo operimento similis. Mediocres duæ latera contegunt; minores reliquæ angustæ & inferiores. Colore è luteo sunt pallentes. Geminæ ut plurimum subsunt radiculæ, nonnunquam ternę. Memini me quinque, sex & septem reperire, olivas, aut orchidos globulos referentes. Vidi aliquando anemonæ radicibus non dissimiles. Foris subflorescunt, interdum ruffescunt, intus candidiores sunt, resiccatæ, in frangendo contumaces sunt, fricabiles tamen. Semen figura milio simile, nigrum & aliquo modo angulosum. Tota planta; sed præcipuè siccata radix, adversus venena efficacissim. Inde equidem habet nomem. Nam anthora, idem est, ac si diceres, remedium adversus thoram, venenum pessimum. Contra scorpiones non segniter valet. Sed utrum tam præstans semen sit, quam delphinium scribit Dioscorides, non ausim asſere. ὁ βοηθεῖ ποθὲν ἐπὶ οἴνῳ σκορπιοπλήκτοις, ὡς οὐδὲν ἕτερον. φασὶ δὲ καὶ τοὺς σκορπίους παρατεθείσης τῆς πόας παραλύεσθαι, ἀπράκτους τε, καὶ ναρκώδεις γίνεσθαι, ὑφαιρουμένης δὲ εἰς τὸ αὐτὸ καθίστασθαι. *Quo non aliud utilius in vino bibi potest à scorpione percussis. Aiunt & admota herba scorpiones resolvi atque ignavos torpescere, remota verò eadem sese recolligere.* Has si haberet vires, & florem quali dixi colore, vel juramento assererem esse delphinium. Fortasse alibi tali conspicitur colore. Delphini imaginem melius repræsentat, quam consolida. Aspice utriusque iconem. Plura de anthora habet lib. IX. hist. Hyacinthus medicus describitur à Dioscoride lib. IV. cap. LXIII. ὁ ὑάκινθος φύλλα ἔχει ὅμοια βολβῷ. καυλὸν σπιθαμιαῖον, λεῖον, λεπτότερον τοῦ μικροῦ δακτύλου χλωρόν, κόμην ἐπικειμένην κυρτὴν, ἀνθοῦς πλήρη πορφυροειδοῦς, ῥίζαν δὲ αὐτὴν ἐμφερῆ βολβῷ. *Hyacinthus folia habet bulbo similia, caulem dodrantalem, lævem, minimo digito graciliorem, & herbacei coloris; cui coma incumbit incurva, florum purpurascentium plena: radicem quoque bulbaceam.* Hyacinthorum infinita, ut ita dicam, recentior ætas observavit genera, & quæ à Clariss. Bauhino in phytopinace recensentur, quem videat lector.

Καὶ ὅλως τόπον εὔηλον. Corruptus & mācus codex. Scribe ut legit doctissimus Gaza. καὶ ὅταν τόπον εὐείλον ἔχει πλεῖστον διαμένει (vel διατελεῖ ex lib. I. de caus.) τὸ δὲ ἄνθος βοτρυῶδες καὶ λευκὸν (λευκότερον Theodorus) καθάπερ ἀμπέλου τῆς ἀγρίας. Etsi desit solum apricū, durare plurimum potest, flos specie constat racemi, candidusque est, ut labruscæ. Plinius lib. XXI. cap. XI. *E cæteris hyacinthus maximè durat, & viola alba, & œnanthe; sed hæc ita, si devulsa crebro, prohibeatur in semen abire. Nascitur locis tepidis. Odor idem ei qui germinantibus atris, atque inde nomen.* Non ait Theophrastus, in tepidis nasci, sed si tepidum locum nacta sit, crebroque flos auferatur, atteraturque, nec in semen abire permittatur, tum plurimum durare. Locus hic à Theophrasto repetitur lib. I. de caus. cap. XV. ὃ καὶ νῦν ἐπί τινων στεφανωμάτων συμβαίνει τόπους ἔχοντα εὐσκεπεῖς καὶ προσείλους, διατελεῖ γὰρ ἀνθοῦντα δοκεῖ καὶ οἰνάνθη, καὶ τὸ ἴον μέλαν, καὶ ἄλλ᾽ ἄττα. θεραπείας δέ τινος, προσγενομένης, ἔτι μᾶλλον. ὅτι δὲ μεγάλην ῥοπὴν ὁ τόπος παρέχεται πρόσειλος ὢν καὶ εὐσκεπὴς καὶ αὐτὰ τὰ δένδρα μαρτυρεῖ. *Quod etiam quibusdam coronariis evenit, qui locis circum obseptis apricisque continentur. Nam œnanthe, & viola nigra, & alia quædam assiduè florere videntur; sin autem & cultus adhibeatur, longè amplius. Locum verò plurimum valere cum apricus est & circumclusus, vel arborum ipsorum testimonio patet.* Pro εὐσκεπεῖς καὶ προσείλους editi codices habent προσηλίους. Pro quo in Aldino προσήλους. Pro πρόσειλος ὢν καὶ εὐσκεπὴς in iisdem legitur προσήλιος ὢν καὶ εὐσκεπής. In Aldino vero πρόσηλος; quod Græcum non est, uti nec ἔπηλος, quomodo lib. VI. hist. legitur. Εὔειλος & πρόσειλος dicitur παρὰ τὴν εἵλην, quod solis spendore aut calore denotat. Suidas, εἵλη ἡλίου αὐγή, αὐγή. Hesychius, εἵλη ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή, ἡ θερμασία. Ab εἵλη εὔειλος & πρόσειλος, id est, πρὸς εἵλην τετραμμένος, *ad solem conversus*.

Τὸ δὲ ῥόδον ὕστερον.] Novissimè rosam erumpere inter flores vernos, eandémque primùm desinere, ait. Rosam quæ noctu panditur, à meridie flaccescere, noctu sequenti folia amittere, observavi. Sed & idem liliis accidere; experientia didici; no vo tamen se aperiente flore, quod etiam in rosæ stipite videre licet. Inter vernos flores; utrum citius folia floris amittat, lilium, an verò rosa, meritò quis quæret? Rosa citius perit. Lilium enim plures uno caule fert flores, quorum alter altero flaccescente panditur: contra in rosę stipite flores pauciores sunt, ac plures simul aperti; citius ergò flore definit. Addit, reliquorum sylvestrium flores parvo tempore durare; hyacinthum excipit tam sylvestrem quam sativum. Hyacinthos, uti & violam, flammeam diu flores servare negari non potest sed his exceptis, reliquos non diu durare, verum omni ex parte non videtur. Bellis enim sylvestris & domestica verna est planta, eadémque ad mensem & amplius floret, pr stinamque elegantiam, & nitorem non amittit. Sed hæc Theophrasto incognita. Et hactenus quidem de vernis floribus.

Τὰ δὲ θερινὰ μᾶλλον.] Et hunc locū exscripsit Athenæus lib. XV. τὰ δὲ θερινὰ μᾶλλον ἤτι λυχνίς, τὸ Διὸς ἄνθος, καὶ τὸ κρίνον, καὶ τὸ ἴφυον, καὶ ἀμάρακος Φρύγιος, ἔτι δὲ ὁ πόθος καλούμενος. *Æstate florent, lychnis, Iovis flos, Iphyon, amaracus Phrygius, & quem pothon vocant.* Plinius lib. XXI. cap. XI. *Succedunt illis* (vernalibus floribus) *æstivi, lychnis, & Iovis flos, & alterum genus lilii, item Tiphyon, & amaracus, quem Phrygium cognominant. Sed maximè spectabilis pothos.* Pro κήρινθον apud Plinium, & Athenæum duobus locis κρίνον legitur: pro ἴφυον, Plinius τίφυον scripsit. Utrâ lectio veritati magis consona, ex sequentibus patebit.

Λύχνις] Lychnis, unde primum nata, apud Athenæum lib. XV. docet Amerias; περὶ δὲ τῆς λυχνίδων λέγων Ἀμερίας ὁ Μακεδὼν, ἐν τῷ ῥιζοτομικῷ φησὶν ἀναφῦναι αὐτὴν ἐκ τῆς Ἀφροδίτης λουτροῦ ὅτι Ἡφαίστῳ συγκοιμηθεῖσα ἡ Ἀφροδίτης λούοιτο. εἶναι δὲ ἀρίστην ἐν Κύπρῳ καὶ Λήμνῳ, ἔτι δὲ στρογγύλῃ, καὶ Ἔρυκι, καὶ Κυθήροις. *Lychnidem scribit Amerias Macedo in rhizotomico ex aqua natam, in qua Venus lavit, postquam cum Vulcano concubuit. Eximiam in Lemno & Cypro gigni, itemque in Strongyle, Erice, Cytheris.* Cythera oppidum & insula, ex adverso Cretæ, Veneri sacra. Plinius lib. IV. cap. XII. *Ægila autem XV. M. pass. à Cythera, eademque à Crete Phalasarum oppido XXV. M. pass. Ipsa Creta altero latere ad austrum, altero ad septentrionem versa, inter ortum occasumque porrigitur.* Eodem capite. *In Asinæo sinu tres Thyrides: in Laconico Teganusa, Cothon. cythera cum oppido, ante à Porphyris appellata.* Eryx, ut idem Plinius lib. III. cap. VIII. tradit, Siciliæ mons est, Strongyla insula est, in qua, ni fabulosa tradit Plinius, alumen reperitur. Sic enim ait lib. XXXV. cap. XV. *Insulæ ardinia, Niel. Lipara, Strongyle.* Eadem, ut idem lib. XIII. docet, vinearum fertilis est, sita in mari Ægeo, una ex Æolidis. Λυχνίδος nomen accepisse contendunt, παρὰ τὸ λύειν νύχος, ἤγουν σκότος, quod tenebras solvat; vel, quod tomentosis earum foliis veteres ad lucernarum usum pro elychniis uterentur. Antiquitus enim gossipii copia non dabatur; ejus vicem quarundam herbaram folia, verbasci, lychnidis, præstabant. Placet aliis, nomen lychnidis huic datum; non à frondium tomento, sed à flammeo rutilanteque floris colore. Lychnis ergò quasi lucidus, luculentusque flos. Alii, uti veteres Romani, lucernam piscem in mari, sæpè nautis visam, appellarunt, quod tranquillis noctibus lucem præbeat, ignea lingua exerta. Ita etiam hanc lychnidem vocatam credunt, quod noctu luceat, igneoque quodam fulgore videntium oculos in se convertat, non secus ac felium oculi flammarum modò in tenebris fulgentes. Columella (ut summis placet viris) Corymben vocat.

Nunc veniat quamvis oculis inimica Corymbe.

Corymben oculis inimicam dixit, quod coronis inserta, igneo micans aspectu, oculorum aciem obtundat. In utroque antiquo codice (ut etiam aliis exemplaribus) pro corymbe, coramble scriptum est; quæ sanè lectio præ altera arridet. Κοράμβλη dicitur, παρὰ τὸ κόρας ἀμβλύνεσθαι, *quod pupillas hebetet*; Ideo Columella oculis inimicam coramblen dixit. Sed nec coramble lychnis est, verùm brassica, quæ contractè vulgo κράμβη dicitur. Brassica oculis inimica creditur, non lychnis. Distinguendum quoque, inter λυχνίδα, & λυχνῖτιδα. λυχνῖτις enim, ut suo loco dicam, verbasci species. Porrò lychnidis & alia multa nomina, inter nota & supposititia relata: dicitur enim & ἀθάνατος, quasi *immortalis*, quod diutinè suam pulchritudinem retineat. Item ἀκυλάνιον, βαλλαρίαι id est, *vallaria*. Ῥωμαῖοι, inquit Auctuarii auctor, γενικουλάρες, οἱ δὲ, βαλλάρια. Doctissimus Gaza λυχνίδα *lucernam* interpretatus est. Ex ante memoratis satis liquet cur sic verterit: Accedit & altera causa, quod apud Macrobium lib. VI. cap. IV. Saturnal. legatur, *Lucilius in primo.*

Porro chænopodas, clinopodas, lychnósque
Vt diximus, somnos ante pedes lecti atque lucernas:

In

In antiquo codice versus lib paulò aliter leguntur.

Porro chænopodas, clinopedas lychnosque,
Et diximus cennos ante pedes lecti atque lucernos.

Audio Dousam patrem hos Lucilii corruptissimos versus ita reformasse.

Porro chænopodas, ut clinopedas, lychnosque
Dicimu' κοινῶς ἀντὶ pedes lecti atque lucerna.

Non malè ergo Doctiss. Gaza lucernam vertit. Nos tamen Græcam servamus vocem, partim, quod passim nomen illud obtineat, partim, quod verbascum sic vocatum sciam. Marcellus Empyricus cap. XX. *Vel ex herba lucerna, quam Græci φλόμον vocant.* Φλόμος verbascum significat. Ne ergò error consusioque fiat, malui Græcam appellationem retinere. Lychnis alia coronaria, alia sylvestris; de coronaria Theophrastum agere non dubitamus, apertum id satis judicamus. Coronaria describitur à Dioscoride lib. III. cap. CXIV. Λυχνὶς στεφανωματικὴ, ἄνθος ἐστὶν ὅμοιον λευκοΐῳ, ἐμπόρφυρον δὲ, πλεκόμενον εἰς τὰ στεφάνια. *Lychnis coronaria flore est albæ violæ, sed purpureo, qui quidē in corollas nectitur.* Capite sequenti. Λυχνὶς ἀγρία ὁμοία τῇ ἡμέρῳ κατὰ πάντα. *Lychnis sylvestris omni ex parte sativæ similis est.* Plinius intempestivè admodum inter rosas recensuit lychnidem, nulla alia motus ratione, quam quod flos aliquā cum rosa habeat similitudinē. Locus est lib. XXI. cap. IV. *Cepio Tiberii Cæsaris principatu negavit centifoliam* (rosam) *in coronis addi, præterquam extremos velut ad cardines, nec odore, nec specie probabilem, & quæ Græca appellatur à nostris, à Græcis lychnis, non nisi in humidis locis proveniens; nec unquam excedens quinque folia, violæ magnitudine, odore nullo.* Lychnis coronaria nulli non nota. Folia fert oblonga; pollicis latitudine, aut paulò latiora, mollia, la-

Lychnis.



nosa, cana, verbasci foliis minora quidem, sed candidiora, & lanuginosiora: caules cubitales, rotundos, geniculatos, canos quoque & lanuginosos, in plures breves alas divisos; in quarum summo singuli flores, è calicibus suis, aspectu pulchri, sed inodori, violæ matronalis floribus majores, colore rubro, & veluti flammeo fulgentes, subinde, sed rarius candidi, aut dilutè rubentes, ex foliolis ut plurimum quinis, rarissimè senis, nec pluribus congesti: nisi floris foliolis (quod uti aliis floribus hortensibus, ita & huic aliquando contingit) multiplicatis: in medio florum apices sunt acuti, & pungentes: radices subsunt tenues. Seritur in hortis; Italiæ, Germaniæ, Galliæ, Belgisque familiaris: apud Ananienses autem, uti Mathiolus refert, etiam sylvestris, sponteque exit. Iunio, Iulio, Augusto, æstivis mensibus florum exortus. Florem hunc Batavi nostri vocant, **Christus ooghen** / id est, *oculos Christi.* Lychnis hæc florum colore variat, quandóque rubro flammante fulget, nonnunquam dilutè rubet, datur & albus, sanguineus, luteum an viderim hæreo. Punctis luteis, rubris incarnatis, variegatum sæpius conspexi; reperitur & flore pleno. Sylvestres plures dantur lychnidum species, sed omnes haud magnam cum domestica similitudinem habent; solus Constantinopolitanus flos sativæ similis est, quanquam simillimus dici nequeat. Caules huic sunt è radice plures, bicubitales, tenues, geniculati, inanes: Folia è singulis bina, oblonga, aliquantulum lata, acuminata, obscurè virentia, nonnihil aspera & hirsuta, sicuti & caules; flores in latis umbellis multi simul congesti, aspectu pulchri, cæterum inodori, colore floris calendulæ, vel purpurei lilii, sive exactè maturi mali anarantii corticis, subinde candidi vel carnei: semen in oblongis acuminatis vasculis exiguum & subruffum: radices longæ, in plures tenues divisæ, gustu aliquantulū acres. Belgis peregrinus est flos, & apud Batavos in hortis colitur; Iulio, Iunioque altero à satione anno floret, deinde pluribus sequentibus aliis. Radice etenim constat vivaci, diúque durat, hyemis & frigoris patiens. Est hujus generis alia species flore pleno purpureo; apud nos in hortis colitur. Alia etiam & minor datur species, cubitalis, aut paulò altior, rarioribus floribus, quæ primo anno flores profert, Gesnero teste. Constantinopolitanum appellant florem: Germani florem Ierosolymorum: Aldrovandus Creticum cognominat: alii coronariam lychnidem, nos sylvestrem. Utrum pothos, an struthion, infra videbimus. Aliud genus sylvestris lychnidis, apud nos familiaris & frequens. Flore & hoc variat: aliquando enim est candido, sæpius rubro, videlicet, & pleno flore.


κήρινθον.] Apud Athenæum duobus in locis, qui hanc exscripsit periodum pro κήρινθον, κρίνον legitur. Κήρινθον alterum genus lilii fecit Plinius. Sic enim vertit. *Succedunt illis æstivi, lychnis, & Iovis flos, & alterum genus lilii. Item xiphyon.* Cerinthe, quod idem Plinius cap. sequenti describit, lilij genus non est, ut post dicam. Athenæi codicem corruptum crediderim, quod κήρινθον æstivus sit flos, vere, vel ad finem ejusdem floret lilium. Ipse Theophrastus inter vernos recensuit flores, quod imitatus est Plinius. Latini cerinthe dicunt. Græci vel τὸ κήρινθον vel ὁ κήρινθος. Κήρινθος vel κήρινθον Aristoteles apum cibum esse scribit lib. IX. hist. Animal. cap. XL. Ἔστι δὲ αὐταῖς καὶ ἄλλη τροφὴ, ἣν καλοῦσί τινες κήρινθον. ἔστι δὲ τοῦτο ὑποδεέστερον, καὶ γλυκύτητα συκώδη ἔχον, κομίζουσι δὲ τοῦτο τοῖς σκέλεσι, καθάπερ καὶ τὸν κηρόν. *Est & alius illis cibus quem cerinthum vocant. Est hoc deterius, dulcedinem tamen fici habens, Gerunt hoc cruribus, quemadmodum & ceram.* Quæritur, utrum cerinthe hoc loco herbam quandam denotet, an verò aliud quid? Posteriorem opinionem non improbat Iulius Scaliger. *Sunt verò*, inquit, *qui putent, hoc in loco philosophum non herbam intelligere, sed quiddam, quod inter mel & ceram: præstantius quidem cera ad edendum, melle verò inferius. Quod improbare non possumus. Nam etiam id gerere ex olea infra dicet.* Cerinthum hoc Plinius lib. XI. cap. VII. erithacen vocari ait, & sandaraca, quamvis alia sit sandaraca Dioscoridis. *Præter hæc convehitur erithace, quam aliqui sandaracam, alii cerinthum vocant. Hic erit apum dum operantur cibus, qui sæpe invenitur in favorum inanitatibus sepositus, & ipse amari saporis. Gignitur autem rore verno, & arborum succo, gummi modo, Africi minor, Austri flatu nigrior, Aquilonibus melior & rubens,* (& ideò ἐριθάκην vocatam credo, ut & κήρινθον, quod ex floribus cerinthe herbæ fiat) *Plurimus in Græcis nucibus,* (amygdalis) *Menecrates florem esse dicit, futuræ messis indicium, sed nemo præter eum.* Cerinthi vox erithacen significans, & herbam Menecrati imposuit. Fuit hic Menecrates antiquus scriptor, qui à Varrone lib. III. de re rust. cap. XVI. citatur. Cerinthen herbam describit Plinius lib. XXI. cap. XII. Harum

XII. *Harum (apum) ergò causa oportet serere thymum, apiastrum, rosam, violas, lilium, cytisum, fabam, ervialam* (ervilliam lege) *cunilam, papaver, conyzam, casiam, melilotum, melissophyllon, cerinthen. Est autem cerinthe folio candido, incurvo, cubitalis, capite concavo, mellis succum habente. Horum floris* (MS. florum) *avidissimæ sunt, atque etiam sinapis, quod miremur, cum olivæ florem ab his non attingi constet.* Herbæ hujus mentionem facit Virgilius lib. IV. Georgic. ubi de apum cura agit.

Huc tu injussos insperge sapores
Trita meliphylla, & cerinthe, ignobile gramen.

Ignobile gramen Servius interpretatur vile, atque ubique nascens, quam recentiores cerinthen vocant exactè id & ad amussim cum descriptione Pliniana convenit. Folia promit oblonga, lata, è virore ad cæruleum inclinantia, albicantibus aliquot maculis signata, subinde deorsum inflexa: gustu non ingrato, sed medicato, veluti si quis gustet ceram novam molliusculam, unde nomen accepit: caules fert rotundos ac ramosos, similibus foliis sensim attenuatis convestitos; è quorum cacuminibus dependēt flosculi rotundi, oblongi, intus cavi, gustu nō insuaves ac subdulces. Colore quandoque toti

Cerinthe.



purpurei sunt, aliquando ex rubro purpurascentes: dantur purpurei versicolores, maculis albis notati, quales anno XXXIII. ex semine natos colui. Sæpius lutei sunt, circa annexum, non rarò exiguo limbo purpurascentes: Succedunt semina didyma, angulosa, nigricantia, intus cannabini aut rhaphani modo, medullosa, radix oblonga, mediocriter crassa. Hujus verò & minor quædam species, foliis angustioribus, nihilominus oblongis, cauliculis tenerioribus, alioqui priori similis. hæc annua est, altera perpetua. Quę folio viridi est, nō maculoso, hactenus nondū mihi visa. In lętis & herbosis collibus exit; tum & secus vias ac agrorum margines, in Bohemia, Rhetia, Vindelicia, Norico, Pannonia, ac ultra citraque Danubium locis complurimis. Apud Batavos in hortis colitur. Viget ac floret à Majo mense in multam æstatem. Apud nos tamē serius floret Julio Augustóque mensibus. Recentior ætas maru appellat. Meminit autem maru herbæ Avicenna capite CCCCLXIV. quinque ejus species enumerans; quarum prima & secunda calidæ, odorotæque, quarta similiter calida, sicca, & attenuans; tertia verò temperata, quæ existimatur esse buglossum: quinta refrigerans, misebar dicta. Cum qua autem harum specierum cerinthe jam descripta conveniat, difficile est, ut rectè monet Clariss. Dodonæus, in tanta Avicennæ brevitate, ne dicamus obscuritate, cognoscere. Si ex facultatibus judicium faciendum, poterit esse misebar. Nam & cerinthe hæc frigida apparet potentia. Extat verò & apud Plinium leucographidis herbæ nomen, lib. XXVII. cap. XI. quæ qualis esset, scriptum se non reperisse ait. Quod si verò non temere nomina stirpibus indita, hæc non abs re λευκογραφὶς dicetur: folia enim albis maculis inscripta habet.

Πόθος] Gaza *desiderium* vertit; nomen quippe, παρὰ τὸ ποθεῖν, quod à plurimis in coronarium usum expeteretur, accepit: Sed cum vox *desiderium* alias habeat significationes, rectius Plinius Græcam servavit vocem lib. XXI. cap. XI. Ubi hunc Theophrasti locum sic reddidit; *Sed maximè spectabilis pothos. Duo genera hujus: unum, cui flos hyacinthi est: alterum candidius; qui ferè nascitur in tumulis, quoniam fortius durat.* Theophrastus non fortius durare scripsit, sed χρονιώτερον εἶναι, *diuturniorem esse*, vel, diutius florere, vel, diutius vivere prodidit. Nec alterum πόθον idem candidiorem simpliciter, dixit, sed ἀχρουν & λευκὸν, *album & decolorem*, Pothi mentio fit apud Athenæum lib. XV, ubi hunc Theophrasti locum citat.

ΠΟΘΟΣ, οὕτως τις στέφανος ὀνομάζεται, ὡς Νίκανδρός φησιν ὁ Κολοφώνιος ἐν γλώσσαις, καὶ ἴσως ὁ ἀπὸ τοῦ οὕτω καλουμένου πόθου ἄνθους πλεκόμενος, οὗ μνημονεύει ὁ Θεόφραστος, ἐν ϛ τῶν φυτικῶν, γράφων ὧδε· ἔτι δὲ ὁ πόθος καλούμενος, οὗτος δ' ἐστὶ διττὸς, ὁ μὲν ἔχων τὸ ἄνθος ὅμοιον ὑακίνθῳ, ὁ δὲ ἕτερος ἄχρως (Theophrastus ἄχρους) ἔκλευκος· ᾧ χρῶνται πρὸς τοὺς τάφους. Desunt in Athenæi codice quæ sequuutur apud Theophrastum, καὶ χρονιώτερος οὗτος. Vertunt. *Pothos. Ita coronam vocant, ut Nicander Colophonius scribit in linguis, eam fortaßis, quam è flore sic appellato nectunt. Theophrastus ejus floris meminit, lib. IV. hist. his verbis. Et quem pothon vocant. Is duplex est, alterius flos similis hyacintho: alterius, quo utuntur in sepulchris, decolor.* Τὸ ἔκλευκος neglexit Interpres. Defunctorum sepulchra non tantum olim floribus, sertis, coronis spargebant, sed hodie etiam apud Batavos mos iste servatur, quoties virgo juvenis, aut juvencula sepelitur. Hujusmodi coronæ sive corollæ dicebantur quoque serta. Ovid. lib. III. tristium.

Te tamen extincto feralia munera semper,
Deque tuis lachrymis humida serta dabo.

Virgil. in Epigram.

Quid cineri ingrato servas benolentia serta?
Ante coronato vis lapide ista legi.

Botanici florem Constantinopolitanum, cujus etiam alibi mentionem fecimus, pothon Theophrasti existimant; quod huic flori color ad hyacinthi Poeticę modum è saturo purpureus, idemque reperiatur subcandidus & decolor, id est, remissiore colore. Sed Theophrastus non dixit πόθον colore esse similem hyacintho, sed forma. Malunt alii aquilinam pro πόθῳ habere. Hi pothum hyacintho medico similem contendunt, cui colore & quadantenus forma similis aquilina. Hyacintho flos oblongus, teres, concavus, in latius se pandens, per oras reflexus, colore ut plurimum cæruleus, subinde albicans, candidus, niveus, carneus, violæ etiam nigræ purpuram dilutam referens. Talem aliquo modo formam ostendit aquilinæ flos. Aquilina, sive, ut vulgo vocatur, aquilegia, nomen accepit à florum mucronibus aduncis, instar unguium aquilinorum. Eadem à floris forma columbina dicitur. Flores enim duplici foliorum genere constant, quinis videlicet foliolis parvis, & angustis, in stellæ modum radiatis, & quinis aliis ex inferiore parte, ut in consolida regia, corniculis cavis, sursum reflexis, gracilitate cervicem, & rostella columbarum referentibus. Quantam cum hyacintho similitudinem habeat, quilibet ex utriusque figura facilè animadvertet. Aquilinam Dioscorides isopyri nomine libro IV. cap. CXXI. describit. Hanc isopyrum esse primus lynceis oculis vidit nobilissimus genere & doctrina Fabius Columna. Uti ex doctissimo opere, cui titulus

φυτοβα-

φυτιβάσατι, constat. Verba Dioscoridis, ut vulgo eduntur, examinabimus, dein Aquilinæ descriptionem dabimus, Sic ergo Dioscorides loco citato, Ἰσόπυρον, οἱ δὲ φασίολον καλοῦσι, ἀπὸ τοῦ ἐοικέναι φασιόλῳ, τὸ κατ᾽ ἄκρον τὸ πέταλον ἕλικα φέρειν. ἔχει δὲ κεφαλαῖα ἐπ᾽ ἄκρου τοῦ καυλοῦ λεπτὰ, σπερματίων πλήρεις, παραπλήσιον μελανθίῳ τὴν γεῦσιν. τὸ δὲ φύλλον ἀνίσῳ. *Isopyrum vocant aliqui phasiolum, quoniam ad phasioli similitudinem in summo folio pampinum, sive claviculam gerit. Capitula sunt in summo caule tenuia, minutorum seminum plena, melanthii saporem imitantium. At folium est aniso simile.* Isopyrum non dicitur, quod ἴσον sit τῷ πυρῷ, *quod triticum æmuletur, aut tritico simile sit*, sed ἀπὸ τοῦ πυρὸς quod florem edat flammæ similem, ob flammeum rutilantemque colorem, nec non formam. Flos enim ita congestos apices habet, ut ignis repræsentet flammas. Nam ex lata basi in acutum desinunt quinque illæ summæ partes contortæ, inque sese inflexæ, ita ut vento agitatam flammam demonstrent. Pyramidales quidem sunt flores, unde ἀπὸ πυρὸς, τὸ πυροειδὲς, ignis scilicet speciem habens dicitur, indeque πυραμίδες, quia in modum flammæ in acutum, ex lato prodeuntes, desinunt. Nec mirum, si Fabius primus isopyrũ invenerit. Ex nobilissima enim Columnæ cardinalis, ducisque familia ortus, flammantem columnam pro insigni habet. Cæterum si aquilina pothos est, non alia de causa, quam ab hac floris figura, coloréque nomen accepit, ac à veteribus expetitus est. Φασίολον cur dicatur, ipse Dioscorides docet, quod in summo folio pampinum vel claviculam gerat. Vox πέταλον interpreti Dioscoridis Saraceno admodum suspecta est. *Assimilat enim*, inquit auctor, *phasiolo isopyrum, quoniam ad similitudinem phasioli in summo vel extremo folio claviculam gerat. At certè est quidem phasioli sylvestris quoddam genus, cujus foliorum pediculi in capreolos exeunt. Attamen noster phasiolus cum Dioscoridis phasiolo, seu smilace hortensi, unus & idem est, uti videtur. Nusquam (quod ante in cap. de smilace hortensi admonuimus) in ipsius folio, sed neq; in aliis illius partibus claviculam, sed pampinum liceat animadvertere: nisi fortè velimus caulis extremitatem, quæ vicinis partibus, fruticibusq; advolvitur, ab usu similitudine ἕλικα nuncupare. Sed faciamus ita esse, attamen si isopyron phasiolo hujusmodi claviculi ratione assimilatur, cum quoque hoc loco non*, κατ᾽ ἄκρον τὸ πέταλον, *sed potius*, κατ᾽ ἄκρον τοῦ καυλοῦ, *legendum erit. Dodonæus, quò promptius ab hac difficultate sese expediat, nobisque facilius persuadeat pratense (error est mnemonicus, palustre vult esse isopyrum) trifolium, esse Dioscoridis isopyrum, una litura ista Dioscoridis verba expungenda censet*: τὸ κατ᾽ ἄκρον τὸ πέταλον ἕλικα φέρειν. Hactenus Saracenus. Dodonæi sententia defendi non potest: verba quippe ista, non tantum in omnibus reperiuntur codicibus, sed apud Oribasium, Pliniúmque leguntur. An errat Saracenus quod smilaca Dioscoridis hortensem, & φασίολον ejusdem, unam eandemque faciat plantam? De utraque enim Dioscorides tanquam diversa planta lib. II. capitulis CXXX. & CLXXVI. egisse videtur. Sed de hac quæstione lib. octavo nobis agendum erit. Non sequitur; phasioli claviculæ sunt in summo caulis: Ergo etiam isopyri. Nihil impedit, claviculas isopyri & phasioli similes esse, & tamen alteram in caulis extremitate, alteram in folio claviculas habere. Sed videndum, quid τοῦ πετάλου voce hoc loco Dioscorides significet. Notum satis, Eustathium τὸ πέταλον exponere φύλλον ἀναπεπταμένον καὶ πλατύ, *folium expansum & latum*. Non intelligit Dioscorides folium stipitis, vel cauliculi, (nam tum manifesta foret contradictio,) sed floris folium πέταλον vocat. Quo sensu usurpatur à Bione in Adonidis epitaphio

Νῦν Ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἰ, αἰ
Λάμβανε τοῖς πετάλοισι. ———

Floris intelligit folia: ineptus qui de caulis foliis interpretaretur. Alibi in epigrammate μηκῶνος πέταλον, pro papaveris floris folio legitur. Nicander in Georgicis de rosæ flore.

Αἰὲν ἐς ἐξήκοντα πέριξ κομόωντα πετήλοις.

Semper illæ (rosæ) augescunt foliis circumcirca comantibus.

Idem de lilii flore.

Ἀργυρέοις πετάλοισι κρόκῳ μέσα χροϊσθεῖσαι.

Niveis floris foliis, croceo colore in medio tincta.

Eodem sensu vox hæc apud ipsum Dioscoridem lib. I. cap. III reperitur, βάλε ῥόδων ἀβρεχῶν ἀριθμῷ χίλια πέταλα. *Rosarum numero mille non madefactarum foliola conjicito.* Sic etiam hoc capite πέταλον pro floris folio usurpavit Dioscorides. Hæc mens verborum ejusdem, floris folium in summo, si positum ipsius consideraveris; si verò partem in ipsius extremo, producit ἕλικα, *capreolum*, capreoli quidem modo inflectitur. Quod ex Plini textu fit clarius. Ait enim: *Folium in pampinos torquetur*: floris scilicet extremum in pampinum, capreoli scilicet, viticulæque modo tortuosum desinit. Similitudo autem inter phasiolum & isopyrum erit, ut isopyri flores in pampinos inflexi, phasioli florum ex petiolis simul dependentium positum penè referant. Hanc formam tabella à nobis apposita optimè exprimit. Videamus ut Plinius caput de isopyro expresserit lib. XXVII. cap. XI. *Isopyron aliqui phaselion vocant, quoniam folium, quod est aniso simile, in pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthii.* Hæc Plinii periodus, interpretantibus quibusdã, Dioscoridem errandi occasionem præbuit, vel, mutilus Plinii codex, vel, inscitia quadam folii florisque folium confudit Plinius, ignoravitq; τὸ πέταλον pro floris folio poni. Floris folium in pampinum, ut dixi, torquetur. Extremum enim in pampinum capreolique modũ tortuosum desinit, quod omnes, qui aquilinæ flores viderunt, testari coguntur. Nec semen melanthio simile dixit Dioscorides, sed melanthii figuram habere tradidit. Sed hic nullus error; siquidem aquilinæ, quam isopyrum dicimus, semen & sapore & figura melanthium refert. Verba Plinii corrupta, & mutila existimo. Antiquus noster codex habet: *Isophyllon vocant aliqui phasilion: quoniam folium, quod est aniso simile, in pampinos torquetur.* Capitula sunt in summo capite tenuia. levia seminis melanthii: quæ certè non parum corrupta. Sed nec meliori sensu in codice Salmanticensi, teste Clariss. Pintiano, locus hic legitur. *Isopyron aliqui phaselion vocant, quoniam folium, quod est aniso simile, in passo olii pampynos torquetur.* Illud *passo olii* nec Latinum, nec Græcum est, sed plane Barbarum. Corrigit idem Pintianus. *Isopyron aliqui phasiolon vocant, quoniam foliolum, quod est aniso simile, in phasioli pampinos torquetur.* Non torquetur folium aniso simile in pampinos, sed floris folium. Scribo, *Isopyron, quod est aniso simile* (caulis folio intellige) *aliqui phasiolum vocant, quoniam folium floris in phasioli pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthii.* Doctissimus Botanicus τὸ φύλλον ἀνίσῳ in Dioscoridis codice accrevisse existimat, quod apud Oribasium non legatur. Nobis hoc non videtur probabile, tum quod in omnibus, etiam antiquissimis reperitur, tum quod Plinius verba ista agnoverit. Verisimile ergo magis, verba jam citata, exscribentis negligentia apud Oribasium esse omissa. His ita positis, sequitur, nec trifolium palustre, nec erviliam, nec melanthium foliis anisi à Mathiolo ad verba Dioscoridis depictum (hæc enim vulgata & recepta sententia, hactenus enim illam plantam nemo observavit) esse, isopyrum. Ubi claviculæ? Ubi folium aniso simile? Ubi semen melanthii gustu figuráque simile? His omnibus trifolium palustre caret. Semen melanthii, foliumque anisi non habet ervilia. Melanthium depictum (liceat ita scribere bona venia Mathioli) claviculas non fert, saltem adpictas non habet. Aquilina folia fert forma foliorum anisi, sed majora, coloreque cæsia, ex viridi, lævia, petiolo longo, tenui, purpureo, & hirsuto adnascentia: tripartita, ut terna folia habere videatur: sed unumquodque folium, cum planta est bima. Uno enim anno non perficitur, interna cum petiolis dividuntur, quæ etiam propter profundissimas lacinias interna videntur divisa, non tribus petiolis, sed uno ortu prodeuntia. Caulem edit cubitalem, altiorem, tenuem, rubentem, rotundum, angulosum, striatum, & leviter hirsutum; in cujus summo, ut & ramulorum, ex foliis illis hærentibus cauli absque petiolis, interna divisis, ita ut trifolia videantur, tenues petioli phaseoli modo prodeunt; qui propter florum gravitatem ex illorum extremo dependentium curvi, dum flores vigent, conspiciuntur: qui, ex quinque consolidæ regalis dictæ floribus

Aquilegia.



Clematis altera, pothos quorundam.



floribus simul conjunctis, singuli compositi videntur: dependentque ita, ut illorum capreoli, tenuiores scilicet partes contortæ, superiores sint basi; itaque flammarum speciem quandam repræsentare videantur, non solum forma, cum quinque illæ partes extremæ superiores sint viticulę modo inflexę, (ut icon ostendit) flammarumque simul speciem referant: Sed etiam colore que sunt rubri. Namq; alii vario colore videntur, suntq; vel cærulei, in rubro purpurei, candidi, ex candido purpurascentes, candidi, lutei, subinde varii, ex cœruleo candidoque permisti, & ex candido purpureoque variegati; quiquidem pulcherrimi. Vidi quibus flores candidi veluti literis quibusdam asperi erant, vidi purpurascentibus punctulis notatos. Foliorum etiam multitudine variant: sunt enim qui vocantur simplices, qui ex quinis ut plurimũ foliis constant; sunt multiplices dicti, qui ex pluribus constant foliis. Omnes eandẽ habent formam, (si inversam, roseamque exceperis) phasiolique florum positum, & ignis flammas simulant. E medio stamina quædam erumpunt, è quibus parvi apices dependent. Floribus deficientibus, eriguntur paulatim indies petioli, perficientes capitula similia illis melanthii nigri vulgaris forma & colore: sed lævibus, niridisque, sapore & gustu amariusculo, atque aliquantulum acerbo, ut Galenus vult, nigri melanthii semina referentibus; ut, si utriusque plantæ semina gustaveris, paucam vel nullam sentias saporis differentiam, quodq; semen an idem gustaveris, nisi acrius melanthium vix cognoscas; sed nec tanta in nigri melanthii seminibus acrimonia, teste Dioscoride, persentitur, quanta in citrini. Radices subsunt crassæ, fibrosæ, pallidæ, quæ pluribus annis durant. In Belgii & Galliæ hortos infertur; in Germina, & alibi, in apricis collibus, sylvosis montibus, & pinguibus pratis sponte gignitur. Flores Majo & Iunio vigent. Batavis **Akelepen** vocatur. Redeo ad pothum. Quidam non aquilinam pro potho habent, sed clematidem alteram Dodonæi, quam alii clematidem cæruleam repentemque vocant. Quin elegans satis ac venustus sit flos, in dubium vocari non potest; sed an hyacintho similis, utrìusq; icon ostendit. Describitur à Dodonæo his ferè verbis. Quæ alterius clematidis nomine à veteribus describitur, prolixis admodum & tenuibus, genicularis, subrubentibus sarmentis per arbores, frutices, perticas, pedamenta scandendo in altum prorepit, folia plura, prioris flammulæ modo divisa, sed tamen majora, latioraq;: flores perquam elegantes, longis & tenuibus dependent pediculis, clematidis daphnoidis nonnihil referentes, sed tamen majores, & ex quatuor tantum foliolis per summa latioribus coacti, colore sæpe cœrulei, quandoque rubentes, staminibus aliquot mediis: semina plana, lata, rotunda, acuminata in globulum congeruntur: radices prolixæ, tenues, in omnem partem sparguntur. Gaudet soli expositis, sed tamen non omnino aridis, læto, & haud irriguo solo melius proficit. Apud Belgas hortensis, in Hispania verò juxta sepes & agrorum margines sponte exit. Augusto mense, & quandoque Iulio flores, semen Septembri mense perficitur. Aliud genus apud Batavos colitur, quod est flore pleno, à Carolo Clusio in appendice altera descriptum; iconẽ autem exhibet; Constat ex multiplici foliorum textura, colore est vel cæruleo, vel purpureo cæruleo, incarnato ad, purpureũ colorem, sed admodum dilutum accedens, alioquin quo ad folia, & serpendi modum, alteri similis. Hæc clematis altera, κληματὶς ἑτέρα Dioscoridis creditur. Describitur non ab ipso Dioscoride, sed ab Auctuarij auctore. Ἑτέρα κληματίς, οἱ δὲ ἐπιγῆτις, Αἰγύπτιοι φυλάκουον, Ῥωμαῖοι ἀμβουξὸν κλῆμα ἀνίησιν ὑπέρυθρον, λυγῶδες, φύλλον δριμὺ λίαν γευσαμένῳ ἑλκωτικόν, περιελίττεται δὲ τοῖς δένδρεσιν, ὡς σμίλαξ. ταύτης ὁ καρπὸς λεῖος μεθ' ὕδατος ἢ ὑδρομέλιτος ποθεὶς, ἄγει κάτω φλέγμα καὶ χολήν. *Clematidem alteram sunt qui epigetida vocent: Ægyptii phylacuum, Romani ambuxum. Viticulam ex sese mittit rubentem, vitilium modo lentam, folium gustanti perquam acre, ut etiam exulceret: arboribus in modum smilacis sese advolvit. Hujus semen tritum ex aqua, aut hydromelite potum, per interna pituitam & bilem educit.* Has omnes notas in clematide altera reperiri, nemo inficias ibit. *

Ἄνθει δὲ καὶ ἡ ἶρις. Corruptus codex; legit Athenæus lib. xv. Πλέκεται δὲ οὗτος ἐκ τοῦ στρουθίου καλουμένου ἄνθους οὗ μνημονεύει ὁ Θεόφραστος ἐν ἕκτῳ φυτικῆς ἱστορίας ἐν τούτοις. Ἀνθεῖ δὲ καὶ ἡ ἶρις τοῦ θέρους, καὶ τὸ στρούθιον καλούμενον ὃ τῇ μὲν ὄψει καλὸν ἄνθος, ἄοσμον δέ. *Nectitur in hanc coronam* (struthiã) *planthæ flos, strution quam vocant. Ejus sic meminit Theophrastus, libro* vi *historiæ. Iris æstate floret, & quod struthion vocant; ejus flos aspectu pulcher; sed inodorus.* Ita etiam legit Gaza. Vulgatus codex εὔοσμος, *odoratus* habet. Male etiam in eodem legitur, τῇ ὄψει καλὸν τὸ ἄνθος. εὔοσμον δὲ μετοπώρου. τὸ δὲ λείριον. Hanc periodum exscripsit Plinius lib. xxi. cap. xi. *& iris æstate floret, abeunt & hi marcescuntque. Alii rursus subeunt antumno.* Totum hunc locum sic scribe, ac distingue. Ἀνθεῖ δὲ καὶ ἡ ἶρις τοῦ θέρους, καὶ τὸ στρούθιον καλούμενον, τῇ ὄψει καλὸν τὸ ἄνθος, ἄοσμον δέ. Μετοπώρου δὲ (ἀνθεῖ) τὸ λείριον.


Καὶ τὸ στρούθιον] στρούθιον non ἀπὸ τοῦ στρουθίζεσθαι, quod lanas purget, candidasque reddat, nomen accepit. Sed vox στρουθίζεσθαι ἀπὸ τοῦ στρουθίου derivata est, quod herba hac lanæ mundarentur. Verisimilius nomen illud impositum à floris pulchritudine & similitudine alarum passeris, quam situs foliorum struthij præ se fert, ὄψει τὸ καλὸν ἄνθος esse scripsit Theophrastus, folia, qualia dixi. Recentiores καλοστρούθι vocarunt. Neophytus στρούθιον, τὸ κοινῶς καλοστρούθιν. Idem in Lexico, στρούθιον τὸ καλοστρούθιν à floris, ut dixi, splendore. Plinius lib. XIX. cap. III. *Struthion Græci vocant, floret æstate, grata aspectu.* Cæterū verisimile est struthium nomen inditum esse à similitudine quam dixi. Fatendum tamen, neminem veterum de eo hoc tradere; quod factum putamus, non alia de causa, quam quod vulgaris fuit planta, & ubique in hortis culta. Sed hanc nostram sententiam refellit Plinius, qui lib. XIX. cap. III. struthij folia oleæ similia scribit. Sed dicendum, Plinium struthij historiam cum radicula Syriaca confundere, ut infra. Quæ de eo veteres tradidere ea narrabo. A Theophrasto lib. VI. cap. III. inter spinosas recensetur plantas, hoc capite florem aspectu pulchrum habere ait, æstateque florere. lib. IX. cap. XIII. papaver Heracleum folia struthio similia habere. Dioscorides lib. II. cap. CXCII. στρούθιον γνώριμόν ἐστι, ᾧ οἱ ἐριοπλύται χρῶνται πρὸς κάθαρσιν τῶν ἐρίων· οὗ ἡ ῥίζα δριμεῖα καὶ οὐρητική. *Struthium vulgo notum, quo fullones purgandis lanis utuntur. Hujus radix acris est, urinamque ciet.* Plinius loco citato. *At quæ vocatur radicula, lavandis demum lanis succum habet: mirum quantum conferens candori mollitiæque. Nascitur sativa ubique, sed sponte præcipuè in Asia, Syriaque, saxosis & asperis locis. Trans Euphratem tamen laudatissima, caule ferulaceo, tenui, & ipso cibis indigenarum expetito, & tingenti quicquid sit, cum quo decoquatur, folio oleæ: Struthion Græci vocant; floret æstate, grata aspectu: verùm sine odore, spinosa, & caule lanuginoso. Semen ei nullum, radix magna, quæ conciditur ad quem dictum est usum.* Confundit Plinius struthij historiam cum radicula quadam Syriaca, ex qua mulieres medicamentum parabant genis rubro colore inficiendis aptum. Democritus, non ille cujus mentio fit apud Hippocratem, sed subdititius, antiquus tamen ἄνθος Συριακὸν vocari ait, ubi de purpuræ tingendæ modo agit, Ἔτι δὲ τὸ τῆς Γαλατίας σμῶλιξ, καὶ ὁ τῆς Ἀχαΐας ἄνθος ὃ καλοῦσι λακχόν, καὶ τὸ τῆς Συρίας ὃ καλοῦσι ῥίζιον. Theophrastus hanc radiculam ex Syria advehi Libello de odoribus tradit. Χρωματίζουσι δὲ τὰ μὲν ἐρυθρὰ τῶν μύρων τῇ ἀγχούσῃ, τὸ δὲ ἀμαράκινον τῷ καλουμένῳ χρώματι. τοῦτο δ' ἐστὶ ῥίζιον ὃ ἄγουσιν ἐκ Συρίας. Vertunt, *Iam rubra inficiunt anchusa, amaracinum, chromathe quod vocatur, ea radicula ex Syria adfertur.* Non novi amaracinum colorem. Doctiss. Furlanus in commentario ad locum citatum, *Amaracinum rubens non erat, sed alio colore tingebatur, si quid per Syriacam radiculam intelligeret notum esset, de ejus colore fortassis non esset dubium.* Locus hic mihi valde suspectus, quippe, ut rectè Furlanus, amaracus rubens non esset, nec ulla pars in amaraco ad rubrum, aut alium colorem tingendum apta. An scripsit Theophrastus, Χρωματίζουσι δὲ τὰ μὲν ἐρυθρὰ τῶν μύρων τῇ ἀγχούσῃ. τὰ δὲ ἀμαράντινα τῷ καλουμένῳ χρώματι. τοῦτο δ' ἐστὶ ῥίζιον ὃ ἄγουσιν ἐκ Συρίας. *Anchusa rubro colore inficit medicamenta amarantino, quod per excellentiam chroma vocatur, hæc radicula est, quæ ex Syria advehitur.* Rubrum colorem tingere radiculam constat; amaranti color intensè ruber. Ut sit Theophrasti verborum sensus, ut anchusa rubro inficit colore; ita radicula Syriaca tingit medicamenta intensiori rubro colore. Meminit hujus radiculæ Dioscorides, lib. IV. cap. C. ubi fucum marinum tingere eodem ait colore, sed eo inficere faciem mulieres negat. Νίκανδρος δέ φησι καὶ θηριακὸν εἶναι τὸ φοινικοῦν· ὅσῳ ἔδοξαν ἔνιοι τινες, ᾧ αἱ γυναῖκες χρῶνται, ὄντος ἐκείνου ῥιζίου ὁμωνύμως δὲ καλουμένου φύκους. *Nicander puniceum asserit adversus serpentes valere: id ipsumque est, quo existimavere nonnulli colorem suum mentiri mulieres, cum tamen radicula sit ejusdem nominis, qua sese fucant.* De fuco hoc libro quarto egi, locum adeat lector. Unum alterumque addam. Primum Democritum, quem supra citavi, fucum numerare inter ea quæ purpuram tingunt. Φῦκος ὃ καλοῦσι, ψευδοκογχύλιον, καὶ κόκκον, καὶ ἄνθος θαλάσσιον, ἄγχουσαν Λαδικηνήν, κερμιὸς ἐρυθρόδανον τὸ Γαλατικόν. Si fucus hic marinus purpureo tingit lanas aliasque res colore, ergo & radicula Syriaca, quod ex verbis Dioscoridis citatis palam fit. Alterum quod considerandum dixi, est, quod ait, illud quo mulieres sese tingunt, ejusdem esse nominis. Inde sequitur & concludi potest radiculam Syriacam φῦκος fuisse vocatam. Quare probabile admodum fit, Theophrastum scripsisse τὰ ἀμαράντινα, τῷ καλουμένῳ φύκει, τοῦτο δ' ἐστὶ ῥίζιον ὃ ἄγουσιν ἐκ Συρίας. Sed de radicula hac satis. Probandum, Plinium radiculæ & struthij confundere historiam. Quod operosum non est. Struthio veteres utebantur ad candorem conciliandum lanis, easdemque purgandas & mundandas. Radicula Syriaca tingebant mulieres faciem, lanasque purpureo rubroque colore imbuebant, quod de struthio nemo prodidit, ut nec alterum de radicula. Radiculam Plinius in cibis receptam ait. Struthij radix propter summam acrimoniam esui inepta videtur. Nec radix struthij radicula dici potest. Nam, teste ipso Plinio & Serapione, magna est. Nec Latini eandem radiculam, sed radicem lanariam vocarunt ab effectu lanarum purgandarum. Auctuarii auctor στρούθιον Ῥωμαῖοι ἕρβα λανάρια, ἢ ῥαδίξ λανάρια. Glossæ. *Radix lanaria* στρούθιον βοτάνη. Isidorus. *Struthion quidam herbam lanariam vocant, quod plerique ex eo lanas lavent.* Struthion vulgaris planta, quæ ubique nascebatur, radicula ex Syria aliisque locis exteris advehebatur. Sed illud haud validum argumentum. Nam licet Syria natale solum radiculæ, non sequitur tamen, apud Romanos Græcosque non potuisse seri, ac in hortis coli. Hæc satis confirmant utramque plantam confudisse Plinium. Sed alia notanda. Negat Plinius struthion ferre semen, cum Columella apertè semen ferre radicem Syriacam testetur in hortulo

> *Iam siser, Assyrioque venit quæ semine radix,*
> *Sectaque præbetur madido sociata lupino,*
> *Ut Pelusiaci proritet pocula zythi.*

Idem li. XI. cap. III. *Mense autem Februario vel planta, vel semine ruta, atque asparagus, & iterum cæpe semen, & porri: nec minus si vernum, & æstivum fructum voles habere, Syriacæ radicis, & rapæ, napique semina obrues* Magni nominis literator radicem Syriacam Columellæ gingidium Dioscoridis esse existimat. Hoc in Syria nasci auctor Dioscorides; in cibos receptum testatur Gal. lib. II. de alim. fac. De gingidio libro sequente. Botanici quidam struthion existimant, quod Græci recentiores χυμίνην vocarunt. Hanc sententiam tuetur inter cæteros Doctiss. Honorius Bellus, epistola altera ad clarissimum summumque virum Carolum Clusium, ubi scribit, *Struthium legitimum Dioscoridis hanc herbam puto: sed ejus descriptionem nunc describere superfluum mihi videtur, cum excellentiss. P. M. Melchior Guilandinus rectissimè ipsam descripserit epistola ad Maximilianum II. Cæs.* (hanc nunquam vidi) *anno* M. D. LXXII. *Sed tantum addam, quod in tota Græcia vocarunt* χυμίνη, *qua utuntur fullones in tingendo serico luteo excellentissimo, cujus quidem* χυμίνης *fit mentio apud Actuarium inter recentiores Græcos, libr. de urinarum differentiis cap.* VIII. *At verò postquam aliquam tincturam urinæ capiunt, longe à cruditate discedentes, primum spiceæ existunt, deinde speciæ, ita ut aliæ videantur similes* χυμίνῃ *quæ mediocriter fuerit infusa humori. Sic enim hoc legendum est, non bili: & ita in manuscripto antiquo exemplari legitur. Interpres quidem ignorans quænam herba esset* χυμίνη, *reposuit* χολή. Hactenus Bellus. Rectè Actuarii interpretem reprehendit. Verba Actuarii. Ἀλλ' ἐπειδὰν βαφήν τινα, τὰ ἐν δέξηται τὸ πολὺ τῆς ἀπεψίας ἐκπεφευγότα, ὕπωχρα μὲν τὰ πρῶτα γίνεται. φερόμενα δὲ καὶ ὠχρά, ἀλλὰ τὰ μὲν μετρίως ζεσάσης χυμίνης, χολῇ, ἐοικε, ἐκεῖνα δ' ἂν καὶ πάνυ ζεσάσῃ. Id est: *Sed cum inspici urinæ cœperint à nimia cruditate recedentes subpallidæ fiunt, amplius autem coctæ pallidæ, atque aliæ quidem similes succo herbæ, quæ* χυμίνη *dicitur, quæ mediocriter efferbuerit, aliæ ejusdem succo quæ omnino incocta fit.* Alibi etiam vox χυμίνη apud Actuarium occurrit, ubi ἀμόβραστι χυμίνης vertunt, quæ mediocriter infusa humori fuerit; quod, ut verum fatear, non intelligo. ἀμόβραστος χυμίνη, cujus nondum satis conferbuit jus tinctorium, sed adhuc crudum est, nec abundè coctum. Magnus Misenus de urinis: Μετὰ δὲ ταῦτα βαπτόμενον τὸ οὖρον ὑπὸ χολῆς, εἰ μὲν μετρίως βαφῇ ὑπωχρόν γίνεται, οἷον ἐστὶ τὸ τῆς χυμίνης ἀφέψημα τὸ ὠμόβραστον. εἰ δὲ πλείονα καταβαφὴν δέξηται, ὠχρὸν γίνεται. Postea tingitur urina à bile si mediocriter tincta fuerit subpallida fit, qualis est decoctum Chymenes, quando nondum satis efferbuit: intensiorem, si tincturam acceperit fit pallida. Ioannes Episcopus Prysdryanorum in tractatu de urinis, ὡς ἀφέψημα χυμίνης ὠμόβραστον. Ut de

ut decoctum chymenes quod nondum satis efferbuit. Scholiastes. χυμένη ἐστὶν εἶδος βοτάνης, ᾗ οἱ βαφεῖς χρῶνται, ἡ δὲ βαφὴ αὐτῆς ἐστὶν ὕπωχρος καὶ ὑδατώδης. *Chymene herba qua tinctores utuntur, tinctura hujus subpallida & aquea.* Theophylus in lib. de urinis. Εἰ δὲ βαφὴν δέξοιτο τινὰ χολῆς τὸ λευκὸν ὕδωρ, κατὰ μὲν πρῶτον λόγον ὕπωχρον ὡς ἀφέψημα χυμένης γίνεται. Scholiastes. χυμένη ἐστὶν εἶδος βοτάνη, ᾗ οἱ βαφεῖς χρῶνται. Vides omnes eadem comparatione usos fuisse ex chymene herba tinctoria ad hunc urinæ colorem indicandum. Zozimus inter herbas quæ luteo tingunt colore nominat χυμένιον. Τὰ δὲ ξανθοῦντα ταῦτα καὶ ἐν βοτάναις τὸ κνικάνθιον, ἐλύδριον· καὶ χυμένιον. *Quæ luteo pallidoque colore inficiunt inter herbas hæ sunt cnici flos, chelidonium & chymenium.* Ex his satis constat chymenen non esse struthion; nam struthio non inficiebantur lanæ, sed purgabantur & mundabantur; tingebantur chymene. Hesychius, στρούθιον πόας ῥίζα εὔθετος τῶν ἐρίων ἔκπλυσιν, *struthium herbæ radix apta ad lanas poliendas.* Malè lexici chymici auctor ἠχομένιον exponit χνίκου ἄνθος, hoc modo: ἠχομένιόν ἐστι κνίκου ἄνθος. Res planè diversa chymene, vel echemenion, & cnici flos. Democritus, cujus supra mentionem feci, inter διχομένιον (sic enim apud eum legitur) & κνίκου ἄνθος distinguit: uno halitu utrumque memorat, καὶ κρόκον, καὶ κνίκον, καὶ διχομενίου ἄνθος, καὶ ἐλύδριον, καὶ κροκόμαγμα, καὶ ἀρειστολοχίαν. Vides separari κνίκον & διχομένιον. Chymene ea planta est cujus imaginem damus: hodie etiamnum in Creta chymene vocatur. ad luteo colore imbuendas lanas apta est; ab Alpino Canapis lutei Creticæ nomine describitur lib. II. de plantis exoticis cap. xl. Apud nos eadem in horto colitur, floretque mense Septembri. Sed adversus hyemis injurias muniri debet, facile ab eadem læditur. Luteæ Creticæ nomine primum à Clariss. Mullerio Med. doct. & professore accepimus, postea à celeberrimo viro Augerio Clutio P.M. Med. doctore, botanicoque summo. Describitur ab Alpino his verbis. *Cum verò in horto Nicolai Contareni, Patritii Veneti Illustrissimi binæ duæ luteæ plantæ alantur, in quibus vir, ille in stirpium cognitione maxime eruditus, plura scitu digna de isthac planta*

Lutea Cretica sine flore.



Lutea Cretica florescens.



observaverit; & ad nos duas ipsius stirpis imagines delineatas, sc: sterilis & fertilis ab ipso vocatas miserit, haud injucundum Botanicæ facultatis studiosis forè credimus, si nos ex ipsius viri nobilissimi relatione, istiusce plantæ historiam acuratè conscriberemus; Quod libenter nunc facimus, & primum denuo illiusce plantæ historiam hic quasi repetentes, sed prius istiusce plantæ præmissa distinctione quod quædam sit sterilis & quædam fertilis. Atque hanc ferre cum floribus pro fructu vascula parva Rhesedæ similia, semine minuto, oblongo, ad ruffum inclinante, atque illam, ut supradictum, Contareneus observavit. Solummodo flosculos parvos canabis floribus similes, quibus nulli fructus, vel semina succedunt. Hæc verò planta primis annis arborem videtur imitari; quoniam ab radice unum fert veluti caudicem, crassitie ferè brachiali, in superna parte, ut arbores, ramosum, hinc inde plures ramos producentem, aut inferius ad radicem per quoddam intervallum, tum ramis, tum foliis caudicum arborum modo nudum. In Creta Insula caudicem longitudine à sex cubitibus ad decem usque excrescere auctor est Pona, & hic in solo Patauino ipsum sex ad pedes usque auctum observatum est bimo: fortasse si vixerit diu altiores caules proferet. Itaque talis est istiusce plantæ caulis caudicisve bimi, & crassities, & altitudo. Nudus verò ferè est ad medietatē in parte inferna, ramosus verò usque in cacumen. Cernitur innumeris quidem ramis absque ordine, densè exeuntibus, sursum quasi in orbem, vel melius in pyramidem actis, singulis veluti in longas spicas desinentibus, foliis primum canabinis, & postea usque ad cacumina tenuibus, parvis, in acutū desinentibus, linariæ similibus, utrimque ex opposito binis, densè ramos convestientibus; inter quæ flosculi multi exigui in sterili planta ad luteum virescentes, veluti in spica cubitum longa, ligno densè inhærentes canabinis flosculis persimilis cernuntur. In fertili verò florum loco vascula Rhesedæ similia flosculos virides perexiles admodum superferentia inter folia eodem modo quo flosculi in sterilis ramulis, sed cum suis pediculis densè in spica longa inhærescunt, de foliis verò primis, quæ suis longis pediculis ex caudicibus

non ex

non ex ramis exeunt, canabinis similes esse dicimus, utpote tum figura, tum magnitudine. Quæ suo cuique longo pediculo, aut tria numero, (scilicet ex opposito bina, atque in extremo unum, quod primo anno in planta nullis petiolis conjunguntur, sed aliis annis succedentibus suos petiolos quibus suo pediculo inhærent, nanciscuntur) aut quinque aut septem numero cernuntur, suis petiolis pediculis ex opposito utrimque bina, singula posita cum uno folio in extremo pediculi. Sunt verò omnia circum laciniata figura magnitudineque canabinis similia, viridia, in luteum declinantia, lucida. Folia verò quæ secundo in ramis cernuntur linariæ proxima apparent, ut dictum est, rami, caudexque cortice crasso convestiuntur, viscido, non facile fragili ut canabinis, lutescentis coloris, eximiæ amaritudinis, unde tota planta canabi mari similis videatur; qua similitudine persuasus Illustriss. Contarenus canabim luteū appellavit. Radice nititur hæc planta bina tenui, in multos radices longas tenuesque divisa, in annosa vero stirpe fortasse crassam magnamque contrahit; ut in icone & descriptione luteæ, à Pona ex Bello nobis data, cernitur, Radix verò longè amarior est quam sunt aliæ istiusce plantæ partes. Nulli tamen usus vel ad medicinam, vel ad alias artes nobis innotuerunt. Ad pleniorem istiusce plantæ cognitionem etiam imaginem nobis ex Pona datam hic dare voluimus; ut differentiæ inter hanc & Contarenam interstinctæ dignoscantur: nos quoque quasdam plantas ex Creticis seminibus hoc anno terræ commissis natis in fictilibus alimus, quæ cum huc usque parum creverint, parvæque idcirco sint, vix palmum vel parum plus altæ, cum foliis numero septem, utrimque tria ex opposito, cum folio in extremo, quod reliquis majoribus duplo majus cernitur; itaq; cum hæ stirpes parvæ sint, ut non potuerim quicquā de iis quæ de proposita istiusce stirpis historia dicta sunt, recognoscere. Ideo hanc figuram ex Pona conspiciendam admittimus. Addimus nos alteram, in qua folia totiusque plantæ facies ad vivum expressa est. Ad struthion revertor. Afferunt multi saponariam esse struthion, sed jam à Dodonæo aliisque satis probatum, cum descriptione veterum non convenire. Folia fert plantaginis, spinisque caret: descriptionem supra dedi, ubi de alismate sive damasonio historiam enarravi. Malunt alii ptarmicam pro struthio habere. Nomen accepit, παρὰ τὸ πταίρειν *quod sternutationes moveat*, Galenus lib. VII. simpl. πταρμικῆς τὰ μὲν ἄνθη πταρμικῆς ἐστι δυνάμεως ὅθεν τῇ πόᾳ τοὔνομα. *Flos ptarmicæ sternutationes movet, unde herbæ nomen.* Describitur à Dioscoride lib. II. cap. CXCII. Πταρμικὴ θαμνίον ἐστὶ κλῶνας ἔχον μικροὺς, πολλοὺς, περιφερεῖς, ὁμοίους ἀβροτόνῳ, περὶ οὓς φύλλα ἐπιμήκη, ἐοικότα τοῖς τῆς ἐλαίας, πολλά. ἐπ᾽ ἄκρου δὲ ὥσπερ ἀνθεμίδος κεφάλιον μικρὸν, περιφερὲς δριμὺ κατὰ τὴν ὀσμὴν ἐρεθιστικὸν πταρμοῦ ὅθεν ὠνόμασται. *Ptarmica exiguus frutex est, surculos habens parvos, multos & teretes, abrotono similes, circa quos folia sunt oblonga, oleaginis proxima, multaque: ac in cacumine capitulum uti anthemidis, rotundum, acri odore, sternutamenta ciens, unde etiam nomen accepit.* Ptarmica, cujus imaginem damus, cauliculos emittit cubitales vel altiores, aliis nonnullis brachiatos, qui foliis convestiuntur oblongis, forma & magnitudine oliagineis similibus, sed marginibus crenatis: flosculos in summis virgulis medio subluteos fert, sed circumambientibus plurimis foliolis albidos, minores quam chamomeli: radici multæ adhærent fibræ. In montosis, saxosis, jam & circa margines agrorum vel pratorum, locisque umbrosis nascitur; apud Batavos locis paludosis & humectis frequens; transfertur etiam ad hortos, in quibus citò multumque luxuriat. Planta, cujus imaginem damus, omnes ptarmicæ notas habet, præterquam quod sternutationes non moveat, saltem apud Batavos non præstat. Sed hoc propter cæli, aëris, terræque frigidiorem & humidiorem temperiem evenire existimamus. In calidis autem regionibus omnia acriora, calidiora, odoratiora, efficaciora. Ptarmicæ nusquam mentionem fecit Theophrastus. hinc quidam statuerunt esse struthion: quod nobis probabile neutiquam videtur. Nam ptarmica spinis caret, aculeatum est struthium. Excusari non possunt rudes & barbari nostri pharmacopœi, quando hydropiper urens ptarmicam & struthion esse tradunt. Utraque, ut dixi, diversa planta. Hydropiper nec cum struthii, nec cum ptarmices delineatione convenit. Spinas habet nullas, nec folia oblonga oleæ similia sunt. Caret capitulis anthemidi similibus, parvis, rotundis. A loco & sapore nomen habet. Galenus lib. VIII. simpl. ὑδροπέπερι κέκληται μὲν ἀπὸ τῶν χωρίων, ἐν οἷς φύεται, καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν ὁμοιότητος πρὸς τὸ πέπερι. *Piper aquaticum vocatur à locis in quibus nascitur, & sapore quo piper æmulatur.* Alii denique lutum, quod vulgo luteola vocatur, struthium dicunt. Rectius Mathiolus pseudostruthion vocavit. Nam nec spinosum, nec caule ferulaceo, ac lanuginoso præditum, nec mag-

Prarmica, pyretrum sylv.



na admodum constat radice, eādemque nec satis acrem habet. De hac planta pauca dicenda, lutum dicitur quod luteo colore lanas inficiat. Virgilius ecloga IV.

> *Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti*
> *Murice, jam croceo mutabit vellera luto.*

Vitruvius, Plinius, aliique hujus herbæ mentionem faciunt, ac quidem apud Plinium lutea legitur, apud Vitruvium luteum. Utrumque corruptum. Plinius lib. XXXIII. cap. V. *Nativa duritia maximè distat, luteam vocant. Et tamen illa quoque herba, quam luteam appellant tingitur. Natura est quæ lino lanave, ad succum bibendum.* Eodem capite. *Parætonium, quoniam est natura pinguissimum, & propter lævorem tenacissimum, atramento aspergitur, ne parætonii candor pallorem chrysocollæ afferat. Luteam putant à lutea herba dictam, quam ipsam cæruleo subtritam pro chrysocolla inducunt, vilissimo genere atque fallacissimo.* Clarius hoc Vitruvius lib. VII. Architect. *Item qui non possunt chrysocolla propter caritatem uti, herba quæ luteum appellatur cæruleum inficiunt, & utuntur viridissimo colore.* Ex hoc Vitruvii loco nonnulli apud Virgilium legendum censent, *mutabit vellera luteo* duabus postremis syllabis in unā contractis. Nobis alia sententia est; nempe ex versu Virgilii citato emendandum Vitruvii Pliniique locum corruptum legendumque. Vulgata est opinio lutum à luteo dici, cum contrarium verum videatur, à luto scilicet luteum dici colorem. Aliorum opinio est, vocem lutum à Græco λευκὸν venire *leutum lutum*. Sic κάλχη, caltha, λευκίτη à Græcis, Lutetia. Eodem modo antiqui Latini ex Græco λευκὸν lutum fecerunt, & colorem non pauci fulgoris sic appellarunt, quem Græci μήλινον. Herbam sanè eo propriè nomine appellarunt, quia ejusmodi esset coloris. Color luteus constat ex ruffo albo mixto. Agellius: *Luteus color est rufus dilucidior,* (legendum *dilutior*) *unde quoque ejus nomen factum videtur.* Luteum dici vult qui dilutum. Lutum herba folia præfert oblonga, angusta, læviaque, interque caulis assurgit solidus, nullis geniculis interceptus, duos cubitos altus, aut procerior, minoribus foliis convestitus. Superius

Lutum.



superius flosculos proferens parvulos, dilutè luteos, quos sequuntur capitula exigua, tribus exiguis foraminibus patentia, in quibus semen minutum nigricans. Radix longa candidaque. Tota herba, ubi inaruit, flavo sive luteo pallescit colore. Seritur pingui & restibili gleba: pluribus in Belgio locis nascitur, & sponte non modo in Belgio, verum & Pannonia, Bohemia, tum & alibi. Majo mense floret: semen deinde fert, postea collecta herba siccatur in usum tinctorium. Inficiuntur hac herba panni, aliaque ex lana opera, & lineæ telæ, colore luteo & virente. Luteo quidem candida, & nullo alio prius imbuta: virenti verò cæruleo ante tincta. Nam lutei herbæ color cœruleo super inductus viridem efficit. Quod observavit Vitruvius, ut ex loco supra citato videre licet. Nam esse hanc herbam struthium notius arbitror, qnam ut probari debeat. Spinis quippe caret, nec mundat, sed pungit. Non desunt qui Isatidem Dioscoridis esse contendunt, nec horũ opinio satis sana. Isatis cœruleum tingit, luteũ lutum aut viridẽ, nam, ut dixi, Describitur isatis à Dioscoride li. II. ca. CCXV & CCXVI. Ἰσάτις ἥμερος (vetus caret) ᾗ οἱ βαφεῖς χρῶνται, φύλλον ἔχει ἀρνογλώσσῳ ἐμφερὲς, λιπαρώτερον δὲ καὶ μελάντερον, καυλὸν δὲ ὑπὲρ δίπηχυν. Ἰσάτις ἀγρία παραπλήσια οὖσα τῇ πρὸ αὐτῆς, φύλλα ἔχει μείζονα πρὸς τὰ τῆς θρίδακος, καυλοὺς δὲ λεπτοτέρους, πολυσχιδεῖς, ὑπερύθρους, ἔχοντας ἐξ ἄκρου ὥσπερ θυλάκια γλωσσοειδῆ πολλὰ ἀποκρεμάμενα, ἐν οἷς τὸ σπέρμα. ἄνθος μήλινον, λεπτόν. *Isatis sativa, qua lanarum infectores utuntur, folium habet plantagini simile, verum pinguius nigriusque: caulẽ verò altitudine duos excedentem cubitos. Isatis sylvestris, ante dictæ similis est, sed folia fert majora, quæ ad lactucæ folia accedunt: caules verò tenuiores, multifidos, quadantenus rubentes, è quorum cacumine folliculi multi linguarum figura dependent, in quibus semen: florem denique luteum ac tenuem.* Isatim Plinius lactucæ generibus annumerat lib. XX. cap. VIII. *Tertium* (lactucæ) *genus in sylvis nascens, Isatin vocant, hujus folia trita cum polenta vulneribus prosunt. Quarto infectores lanarum utuntur, quod glastum vocant, simile erat lapatho sylvestri foliis, nisi quod plura habet & nigriora.* Vides Plinium inter lactucę genera recensere isatim, Ignoranter sanè, nec aliã reperire causam possum, quam quod Dioscorides sylvestris Isatidis folia lactucæ similia prodiderit. Errorem hunc altero etiam cumulat, cum post sylvestrem isatim sativam lactucis adjungit. Sativam isatim dicit glastum vocari. Voces hæ tres, *quod glastum vocant*; in antiquo nostro codice desiderantur, nec in MS. testib. clariss. viris Salmasio, Pintiano, aliisque, reperiuntur: easdem quoque non agnovit Apulejus, qui plura ex Plinio exscripsit. Sic locus hic apud eundem legitur. *Tertium* (lactucæ genus) *Isatim vocant, quarto infectores lanarum utuntur, id lapatho sylvestri simile.* Voces memoratas doctiss. viri credunt è margine in textum irrepsisse. Glasti tamen meminit Plinius lib. XXII. cap. I. *Illinunt certè aliis aliæ faciem in populis Barbarorum fœminæ, maresque etiam apud Dacos & Sarmatas corpora sua inscribunt. Simile plantagini glastum in Gallia vocatur: quo Britannorum conjuges nurusque toto corpore oblitæ, quibusdam in sacris & nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes.* Frustra literatores pro *glastum*, *lutum* corrigunt, diversum colorem tingit utrumque. Cæsar lib. V. de bello Gallico. *Omnes se Britanni glasto inficiunt, quod cæruleum inficit colorem.* Ita in editis locus iste legitur. M.SS. *ultro* habent. quomodo & apud Melam habetur. *Britanni, incertum ob decorum, an quid aliud, ultro corpora infecti.* Alexander ab Alexandro vult Britannos id fecisse, quod formidabiles forent. Pro *ultro* viri maximi *luto* legunt. Sed lutum, ut jam dictum est, non cœruleum sed vel luteum vel viridem certè tingit colorem. Movit eos, quod apud Auctuarii auctorem scriptum sit. Οἱ δὲ ἄνυχον, οἱ δὲ, ἔγιν, προφῆται ἀρρύστον Ῥωμαῖοι ῥοῦτρμ. Idem de sylvestri isatide. Οἱ δὲ, ἔγιν μικρὰ, Ῥωμαῖοι ῥοῦτρμ μινόρεμ. Vox ρύτρμ corruptam & nos indicamus, sed lutum restituendum negamus. An scripsit auctor esse ὄυιτρον, id est *vitrum.* Vera lectio ἀλοῦταν, Apulejus cap. LXIX. *Græci isatim, Prophetæ apision, Latini alutam appellavere.* Aluta alumen. Glossæ aluta στυπτηρία. Sic dicta isatis quod instar alterius aluminis genus cæruleo & nigro colore tingat. Plinius loco citato, quo Britannorum conjuges, nurusque toto corpore oblitæ, quibusdam in sacris nudæ incedunt, Æthiopum colorem imitantes, sic scribit, quod cæruleus color ad fuscum & obscurum inclinet, Græci enim colorem κυάνεον interpretantur μέλαν. Hesychius Κυάνεος, μέλας σκοτεινὸς κυανέων μαύρων Αἰθιόπων. Κυανὸς, εἶδος χρώματος ὀυρανοειδής. Porro apud Cæsarem & Melam Doctiss. Salmasius & Turnebus legunt pro *ultro*, *vitro.* Correctio ista quibusdam displicet botanicis: sed nullo utuntur argumento, quo improbent hanc correctionem. Nobis clariss. virorum conjectura placet, tum quia, ut ipsi fatentur botanici, in Oribasii codicibus antiquioribus isatim dictam vitrum fuisse, legatur. Locus est Lib. II. de virtutibus simplicium, ubi legitur, Ἰσάτιν ὁ δὲ Γόθοι ὀυιστδλαμ, οἱ δὲ βαφεῖς ἔρβαμ ὄυιτρον. Sed respondent botanici, in melioribus codicibus, qualem secutus est Rasarius, verba ista desiderari. Verum tamen unde constat, Rasarii codicem meliorem, minusq; loco citato corruptum fuisse. Certe Marcellus Empyricus disertè testatur, isatin vitrum dictum fuisse cap. XXIII. ubi legitur, vel *herba, quam nos utrum, Græci isatida vocant qua infectores utuntur.* Nemo non videt, pro *utrum*, *vitrum* restituendum esse. Aliud tamen quid respondent. Marcello non plus deferendum quam Cæsari aut Plinio. Verisimilius ajunt esse Marcellum pro glasto voce Gallica vitrum perperam scripsisse, quam Cæsarem aut Plinium pro vitro Germanorum Glas/ aut ab hoc formatum glastum supposuisse Sed cum hujus lectionis ne quidem vestigia appareant in M. S S. codicibus; cur hunc alteri præferam non video. Apud Vitruvium vitro tinctas fuisse lanas legimus, lib. VII. cap. XIV. Sed locus corruptissimus, quem in hunc sensum restituit magnus Turnebus. Item qui propter inopiam coloris Indici cretam Selinusiam vitro quod Græci ἴσατιν appellant inficientes, imitationem faciunt Indici coloris. Vitrum Belgis glas / unde apud Plinium glastum. Mavult magni nominis auctor, non glastum sed guastum scribere, sic scribendum probat, quod herba hæc hodie vocetur guesdum, guastum ex illo antiquo vocabulo Gallorum leviter tantum deflexum est, & immutatum. Hæc quanquam verisimilia, non tamen certa. Multi quippe contendunt, veteres Gallos non sic locutos fuisse, verum usos Belgica lingua, quamque hodie pronunciant & servant conflatam esse ex Græca, Latina, & Belgica. Batavi autem cæterique vitrum glas vocant, unde Latinorum factum glastum. Sed de hac re contendant alii. Mihi perinde est, quam loquelam obtinuerint veteres Galli, nec disputabo, utrum guastum an glastum scri-

bendum sit. Illud sufficit, quod in omnibus codicibus glastum scriptum sit. Cæterum glastum, sive guastum, vel vitrum hæc herba dicta fuit, à vitreo colore. Color vitreus subviridis, qui Græcis ὑάλινος. Virgilius ὑάλινον pro intenso accipit colore, lib. IV. Georgi.

Millesia vellera Nymphæ
Carpebant hyali saturo fucata colore.

Græci eundem colorem & ἰσατῶδες χρῶμα vocant, nec pro cæruleo, quem tingit isatis habent, sed viridi. Ioannes Episc. de Urinis. καὶ χλωρὸν ὅπερ τὸ πράσινον, ὑφ' ὃ ἐστὶ τὸ ἰῶδες, τὸ σμαραγδίζον, καὶ τὸ ἰσατῶδες, πράσινα γὰρ ταῦτα ὑφειμένα τοῦ χρώματος. Ἰσατῶδες *ibi species est viridis coloris quæ prasino subest, uti æruginosus & smaragdinus.* Isatis tamen, ut dixi, viridem non tingit, sed cæruleum colorem. Plinius lib. XXXIV. cap. XII. ubi de calchanto agit, *Immobilibus super hos transtris dependent restes lapillis extentæ, quibus adhærescens limus vitreis acinis imaginem quandam uvæ reddit. Exemptum ita siccatur diebus* XXX. *color est cæruleus, perquam spectabili nitore, vitrumque esse creditur.* Vulgo utrumque esse creditur: quod corruptum nemo non videt, vitrum esse creditur à perspicuitate & splendore pellucido. Idem Plinius lib. XXXV. cap. VI. *Qui adulterant verò, Indico tingunt stercora columbina, aut cretam Selinusinam, vel annulariam vitro inficiunt.* Vitruvius. *Item qui propter inopiam Indici coloris cretam Selinusinam vitro quod Græci ἰσατιν appellant inficientes, imitationem faciunt Indici coloris.* Ita hunc locum emendarunt, Salmas. & Turnebus. Creta Selinusina vel annularia vitro infecta Indicum imitabatur, cujus color κυανοειδὴς *cæruleus.* Idem Plinius, *Indicum cum teritur* (Salmas. *cernitur*) *nigrum, at in diluendo mixturam purpuræ cæruliique mirabilem reddit.* Hæc si vera, quomodo ἰσατῶδες χρῶμα; viridis esse poterit color. Dicendum vitreum, aut potius isatidis colorem aliter atque aliter sumi. Quatenus viridis herba Isadis, ejusque succus, viride vitreumque dicitur τὸ ἰσατῶδες: quatenus verò cœruleum tingit isatis, τὸ ἰσατῶδες accipitur pro cœruleo colore. Cum autem viridem significat colorem pro remissiore ac clariore accipi debet. Contra cum cœruleum denotat, pro intensiore. Galenus enim τὴν φαιὰν χολὴν *fuscam bilem*, lib. X. simpl. tradit vocari ἰσατώδη. Καὶ ὅταν γε τὰ θερμὰ ζῶα πεινήσαντα τύχῃ καὶ διψήσαντα, πρὸς τὸ μέλαν ἐκτρέπεται χρῶμα, ποτὲ μὲν ἰώδες ἔχουσα τοῦτο, ποτὲ δὲ κυανοῦν, ἐνίοτε δὲ τῆς κράμβης. *Et ubi animalia calida, aut fame, aut siti torquentur, ad atrum colorem vergit, interim illum habens æruginosum, interim cæruleum, interim isatidis. qui quidem magis est colore brassicæ fuscus.* Bilis hæc cœsio intensiori est colore, eadem & acerrima. Idem de urina quæ glasteum habet colorem dicendum. Sic Apocalyp. IV. ὑαλίνη θαλάσσῃ scribitur, quod de intensiore cœruleo, sive viridi remissiore accipi oportet. Belgæ Zee-groen vocant; qui est color remissus viridis, & saturatus cœruleus. Oribasius helxinen vitraginem dictam refert. Sic Helxinen appellatam quidam tradunt, quod vel vitro herbæ, sive isatidi similis virtute prędita. Utriusque plantæ formam plane dissimilem icones ostendunt. Parietaria foliis est Mercurialis, aut potius ocymi, isatidis verò folia plantaginem referunt angustifoliam, nisi quod majora sint saturatoque cœruleo colore virentia. Isatis caulem profert bicubitalem, qui in latam effusus umbellam flosculos promit exiguos; parietaria nec umbellam, nec umbellæ quid simile profert. Vires haud valde dissimiles habet; utroq;, attamen diversæ sunt. Valenter hexacantis facultatis, amara, simul & adstringens est isatis. Parietariæ inest abstergendi, leviter constringendi cum humiditate subfrigida vis. Parietariam vitrariam dictam crediderim, quod abstergundis vitreis vasis sit idonea. Ab eadem ratione urceolaris vocatur: urceolis enim purgandis apta. Parietaria autem, vel corruptè paritaria appellatur, quod in parietibus exeat, atq; eadem ex causa muralis à nonnullis dicitur: muraliũ verò Celso & Plinio dicitur. Græcis Helxine & perdicion. Dioscorides lib. IV. cap. LXXXVI. Ἑλξίνη, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ, σιδηρῖτιν, οἱ δὲ ἡράκλειαν, οἱ δὲ, ἀστερίαν, οἱ δὲ ὑγιεινὴν ἀγρίαν, οἱ δὲ κλιβάδιον, οἱ δὲ πολυώνυμον καλοῦσι, φύεται ἐπὶ θριγγοῖς, καὶ τείχοις, καυλία δὲ ἔχει λεπτὰ, ὑπέρυθρα, φύλλα ὅμοια λινοζώστει, δασέα. περὶ δὲ τοὺς καυλοὺς οἱονεὶ σπερμάτια τραχέα, ἀντιλαμβανόμενα τῶν ἱματίων. *Helxine, quam nonnulli parthenium, alii sideritin, alii Heracleam, alii Hygienen sylvestrem, alii clibadium, alii denique polyonymon appellant, nascitur in maceriis & parietibus. Cauliculos profert tenues, ac leviter rubentes, folia mercurialis, hirsuta, & circa caules velut exigua semina, aspera, vestibus adhærentia.* Plinius lib. XXII. cap. XVII. *Helxinen aliqui perdicium vocant, quoniam perdices ea præcipue vescantur, alii sideritin, nonnulli parthenium, folia habet mistæ similitudinis plantagini & marubio, cauliculos densos leviter rubentes, semina in capitibus lappaceis adhærentia* (alt. cod. *adhærescentia*) *vestibus, unde & helxinen dictam volunt. Sed nos qualis vera esset helxine, diximus priori libro: hæc autem inficit lanas, sanat ignes sacros.* De voce Helxine supra cap. III. plura diximus, nempe Plinium helxines & ixines confundere historiam; parietaria helxine dicta, ut etiam monet Plinius, quod aspera foliorum hirsutie, asperoque semine tenaci nexu vestimentis obviis adhæreat. Eandem Helxinen Dioscorides parthenion vocari scribit. Et hoc Plinio errandi dedit occasionem. Scribit enim lib. XXI. cap. XXX. *Parthenium, alii leucanthen, alii tamnacum vocant. Celsus apud nos perdicium & muralium. Nascitur in hortorum sepibus, flore albo, odore mali, sapore amaro.* Confundit chamæmeli & parietariæ historiam. Parietaria muralium dicitur, sed non habet florem album, nec odorẽ mali. Ita enim legi debet, non ut in veteri & recentiore excuso habetur codice, *sapore malo.* Contra chamæmelum odore est mali, sapore amaro, flore per ambitum candido. Sed hoc perdicii aut muralii nomen non obtinuit, saltem à nemine proditum est. De voce parthenii alibi egimus, cap. scilicet de sampsucho, si bene memini: οἱ δὲ ἀστερίαν: Hæc vox corrupta, pro qua Plinius & Apulejus legerunt περδίκιον. Nomen illud sumpsit, quod perdices herba hac alantur, pascanturque. Dioscorides eandem parietariam ab aliquibus sideritim appellari tradit. Et hoc Plinium fefellit, quippe parietariæ adscribit, quod Græci sideritidi Heracleę. Dioscorides folia parietarię Mercuriali comparat. Plinius plantagini & marubio similia esse docet. Quod est falsissimum simul, & ineptum. Diversi plane coloris figuræque folia plantaginis & marubii: Sideritidis Heracleæ folia marubio comparat Dioscorides, sed ea Mercurali comparari nequeunt, ut nec Mercurialis plantagini. Οἱ δὲ ὑγιεινὴν ἀγρίαν. Illud quoque depravatum, extra omne dubium esse puto. Corrigit ex Apulejo Doctiss. Saracenus, οἱ δὲ, ἰξίνην ἀγρίαν. Ita dicta videtur, quod ipsius semina capitulis lappaceis inclusa sint, quæ quidem tenaci nexu instar visci vestes, quibus adhæserint, ad se trahant. Eadem de causa & ἑλξίνη dicta videtur. Idem Apulejus urceolariam & vitrariam hanc dictam testatur, libro de virtutibus herbarum cap. LXXXI. ubi ait, Herbam perdicalem, Græci Lysimachium (non puto sic fuisse vocatum) sideritin, alsinen, helxinen, parthenion vocant, Latini muralem & parietariam, alii Herculanam, alii urceolariam, alii vitriariam appellant. Sed nomen sumpsit à perdicibus, siquidem ipsæ ea aluntur. Vocatur etiam ipsa Heraclea, & ixinos agrinon & alytis, & clybatis, & polyonymos. Nascitur in turribus, vel parietibus. Habet thyrsos tenues, fruticosos, rubros, in quibus semina aspera, & folia lynorosti, (id est Mercuriali) herbæ similia, rotundiora tamen atque hirsuta & aspera, qualitate remordentia, atque cohærentia. Rectè Apulejus historiam parietariæ exscripsit, malè Plinius. Sequitur apud Dioscoridem. Οἱ δὲ κλυβάδιον. Apud Apulejum verbis jam memoratis legitur clybatin. Hæc lectio Nicandri munitur auctoritate, apud quem habetur.

Ἠὲ καὶ ἑλξίνην, τήν τε κλύβατιν καλέουσιν,
ὕδασι τερπομένην καὶ ἀειθαλλοῦσαν ἰάμνοις.

Atque etiam helxinen, clybatin plerique vocarunt.
Gaudet aquis, & fronde jugi per culta virescit.

Ad hos versus Scholiastes. Ἑλξίνη καλεῖται παρὰ τὸ ἕλκειν εἰς ἑαυτήν. ἡ γὰρ ὀσμὴ αὐτῆς ἐστὶν ἑλκυστική. ἢ ὅτι κωλύει τὶ ἐγγὺς αὐτῆς φύεσθαι. κλύβατις δὲ, ὅτι χυλὸν ἔχει κολλώδη κηρῷ οἰκεῖον. καὶ τὸν προσιόντα κρατεῖ. ἑλξίνη δὲ καὶ κλύβατις, καὶ σιδηρῖτις, καὶ παρθένιον, καὶ περδίκιον, πάντα ἐπὶ ἑνὸς φυτοῦ. Id est, *helxine vocatur, quod ad se trahat; odorem enim habet attractivam. vel quod prohibeat, ne quid prope eam nascatur; clybatis verò dicitur, quod succum habeat glutinosum, qualem habet cera, & quod prætereuntem retineat. Helxine autem & clybatis & sideritis & parthenion, & perdicia, unius plantæ nomina sunt.* Posteriora vera sunt, priora falsa. Caret odore attractivo, nihil ad se trahit, nec prohibet, ne quid prope eam proveniat, nec huic succus glutinosus,

nosus, qualis est ceræ. Rectius scripsisset κλόβατιν appellari ὅτι σπέρμα ἔχει κολλῶδες, quod semen habeat glutinis instar vestibus adhærens. Ex altero Nicandri cognoscimus, non malè apud Oribasium pro οἱ δὲ ἀσυρίαν legi, οἱ δὲ ἐλαῖνην. Locis tamen paludosis, quod sciam, nondum sponte nasci observavi parietariam. φύεται δὲ ἐπὶ θριγγοῖς καὶ τείχοις In notis legitur, φύεται ἐν φραγμοῖς καὶ τείχοις, καὶ ἀμπελῶσι καὶ σίτῳ. Καυλία δὲ ἐστιν ὑπέρυθρα. *Nascitur in sepibus, parietibus, itemque vinetis & segetibus.* Hisce locis reperiri parietariam nemo in dubiũ vocabit. Dioscorides folia refrigerandi & adstringendi vim habere tradit. δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ψυκτικὴν, συπτικήν. Plinius βαφικὴν legit, *Hæc autem*, inquit, *lanas inficit*: Quod certè omnino falsum est. Sed quidam Plinii verba sic interpretantur: ad infecturam lanarum esse utilem, quod abstersoria sua vi, radiculæ, sive struthii modo, sordes auferat & eluat, impedituras alioquin ne succũ suum lanæ bibant. Rectè ad illud Dalecampius: An ad id parietaria veteres usi fuerint, à nemine, quod equidem sciam, proditum est. Parietaria fruticosa ac cubitalis herba est. Cauliculi ejus teretes, leviter è virore rubent:

Parietaria.



Folia Mercurialis, aut potius ocymi majora, acuminata, hirsuta: flosculi minutissimi, semen in capitulis lappaceis, cauliculos ambiens, asperum, prætereuntium vestitui adhærescit: radix subrubens fibris nonnullis capillata. Reperitur & aliud genus, quod minus vocatur, antedictæ parietariæ per omnia similis, nisi quod omnia minora sint. Nascitur juxta muros, parietes, in ruribus, ac subinde in viretis, ac in ipsis muris. Majo mense exit: Iulio ac Augusto semen profert, radix hieme sola restat. Parietariam Belgæ à detergendis vasis vitreis **glas-kruyt** vocant. Sed ad glastum, unde nostra decessit oratio, revertamur; Isatidi sive glasto folium esse simile lapatho syllapathi genus ipse Dioscorides folia plantaginis habere tradit lib. I. cap. CXL. τρίβον δ᾽ ἐστὶν ἄγριον, μικρὸν, παρόμοιον ἀρνογλώσσῳ, μελαγχὴν, πεπειόν. Non malè ergo Plinius lapatho comparat. Addit idem, *nisi quod plura & nigriora habent folia.* In optimo codice elegantius & rectius legitur, *nisi plura haberet nigriora.* Tam Dioscorides, quam Plinius duas describunt isatides, unam sylvestrem, alteram sativam, cum vix aliud inter utramque sit discrimen; nisi quod altera seratur, altera sponte nascatur. Mirabitur itaque quispiam, cur seorsim utramque descripserit Dioscorides. Dicendum, aliquam inter sylvestrem & domesticam esse differentiam. Domesticæ folia ad plantæ genera propius, sylvestris ad lactucæ accedere. Isatidi folia sunt oblonga, lataque, colore saturo virentia, plantaginis angustifoliæ foliis majora: caulis bicubitalis, aut altior, qui in latam effusus umbellam, flosculos exiguos promit luteos, ac deinde dependentes, veluti folliculos, per maturitatem nigricantes; radix candida, oblonga, sensim attenuatur, & in altum descendit. Majo ac Iunio floret: semen serius perficitur. Seritur compluribus Narbonnensis Galliæ, ac nonnullis Belgii locis: subinde & in Germania, Italia & Hispania. Pingue ac lætum desiderat arvum, talique in solo sponte natam


Isatis glastum sativum.



aliquando reperitur. Ante florem herba tusa tritaque succo expresso in magnas pilas, sive globos ad tincturæ usum digeritur. Imbuuntur verò his lanei panni, ipsæque lanæ, velæque, lineæ, aliaque cœruleo colore. Hac de causa à recentioribus pastellus vocatur. Græci veterinarii cap. DXXIII. ad tussientes equos ἀβροτόνου γο ς, ὑσσώπου κρητικοῦ γο ς', ὀπίου ὀβολὸν α', κόστου γο β, ναρδοστάχυος γο β' πάνακος ῥίζης γο α' πασσίλλου κεκαυμένου γο δ. Meminit verbis citatis hyssopi Cretici & pastelli usti. De hyssopo ad finem hujus tractatus agam. Pastillus est isatus in pilam coactus. Plinius Valerianus lib. II. cap. III. pastellum hunc ad cancrũ mammillarum præscribit. *Herbæ quæ dicitur cucubus, folia, & de thyrso ejus quicquid viride fuerit partem unam, & herbæ quæ dicitur pastellus, partes duas, tundes diligenter.* Qua ratione pilæ ex isatide hodie formentur aperiam. Ut olim, ita & nunc glasto sativo infectores lanarum utuntur. In Neustria quoque Galliæ, & apud ejus provinciæ Bellocassias glastum seritur, & colitur, dilutius quidem in pannis tingendis, quam quod provenit apud Tectosages, indigenis tamen valde fructuosum & utile. Quo primum terræ mandatur, præsertim si tempestivus sequatur imber, quater exscinditur, sarculo duobus sub terra digitis adacto, quo tempore foliis nascitur plantagini similibus, partim supra terram nonnihil extantibus, partim humi procumbentibus. Excisa folia & in acervos congesta post biduum aut triduum, in rotundo pavimento, quadratis strato lapidibus, dentatæ molæ ligneæ subduntur, quam oculis panno tectis versat equus: sequitur equum circumeuntem villicus, qui pala herbam à mola dissectam in lapides referat, & convertat, ut à prætereunte denuo mola frangatur. Ubi satis obtritum glastum videtur, rustici manibus comprehendentes, sanies succosa, ut

ſa, ut eliciatur, quæ principio nigra atramenti ferè modo, in cœruleum poſt colorem abit, globos ex herba tuſa conficiunt, quantum capere & amplecti utraque manu poſſunt, & eos partim inſolatu, ſi cœlum ſudum eſt, ſiccant, prope molam & aream vicinam; partim, ſi pluit, aut obſtat tempeſtas humidior, in perticis ſub tectꝭ ædibus ruſticorum affixis, & ad orientem vel ſeptentrionem verſis, ordine diſpoſitos, quos duratos & exſiccatos condunt ſiccis, & ad uſum ejus tincturæ ſervant, quæ nigro cœruleoque colore pannos inficit. Anno dein proximo triticum eidem agro mandatur, qui glaſtum aluit: non enim glaſti proventu is emaciatur, ſed lætificatur potius; & ex radicibus, quas firmas & altius impactas aratri culter nequit proſcindere & extirpare, cum ſegete pullulant caules glaſti, qui in alteram ſationem ſemen præbent, majoris quam triticum pretii, quo manſo, vel alias trito, vel alio liquore madefacto, apparet ſtatim colore cœruleo purpuraſcens, quo indigenę manicarum corium, nondum ſordidũ, tingunt. Eſt enim illis, ut & olim Britannis, gratiſſimus ejus coloris aſpectus. Cœruleam ſpumam innatantem, quam igni ferveſcentes eructant cortinæ, indum infectores vocant, & ad pictorum uſus ſiccant. Ad iſatidis hiſtoriam nonnulli referunt herbulam, quam icone & deſcriptione ſeſamoidis minoris Salmantici poſteritati patefecit in hunc modum C. Cluſius hiſt. plant. III. cap. IV. *Dodrantales autem tres aut quatuor ab una radice producit virgulas, circa quas folia lini exigua, craſſa, inordinata: & in ſummis plurimos floſculos ſpicæ, aut racemi inſtar confertos, ex herbaceo purpuraſcentes initio, deinde tenuibus capillamentis ex albo palleſcentibus ornatos, in quorum medio veluti quatuor grana viridia conſpiciuntur, quæ excuſſo flore, in vaſcula excreſcunt, exili nigricante ſemine plena: radix craſſiuſcula, candida, dura, vivax, ſubinde etiam ante hiemem repullulat. In collibus Salmanticæ proximis lapidoſo ſolo provenit, ubi Majo florebat, deinde ſemen proferebat. Creſcit & apud Batavos prope ſylvam quæ prope Hagam Comitis eſt, ſolo ſterili & macro.* Primus, ſeſomoides hoc invenit Henricus Kralir Miſnenſis, juvenis in indagandis herbis ſagaciſſimus. In hortos tranſlatum ad alterum, rarius tertium annum durat; ſeſamoidis nomen à Salmanticenſibus accepit, cum tamen minimè, ut ipſe fatetur Cluſius, cum deſcriptione conveniat, ingrati enim & amariuſculi eſt guſtus. Datur & alterum in Salmanticenſi agro ſeſamoides, quod declivibus creſcit locis, huic virgæ dodrantales, folia multa lini foliorum æmula, majora & incana: flos copioſus, albus: radix etiam candida, ſed non valde craſſa: floret & hæc plantula eodem quo ſuperior tempore: vivax etiam videtur, à ſeſamoide tamen non minus aliena quam ſuperior. Seſamoides parvum à Dioſcoride deſcribitur lib. IV. cap. clIII. Σησαμοειδὲς τὸ μικρόν. καυλία ἐστὶ σπιθαμιαῖα ἔχουσα φύλλα κορωνόποδι ὅμοια, δασύτερα μὲν τοι καὶ μικρότερα, ἐπ' ἄκρων δὲ τῶν καυλίων κεφάλια ἀνθίων ὑποπορφύρων, ὧν τὸ μέσον λευκόν. ἐν οἷς σπέρμα σησάμῳ ἐοικὸς πικρόν, κιρρόν, ῥίζα λεπτή. *Seſamoidi parvo cauliculi ſunt dodrantales: folia coronopi, at hirſutiora minoraque: in ſummis cauliculis capitula floſculorum pene purpureorum, quorum medium albicat: ſemen in illis ſeſamæ, amarum fulvum, radix tenuis.* Plinius negligenter ſatis hoc caput exſcripſit lib. XXII. cap. XXV. *ſeſamoides à ſimilitudine nomen accepit, grano amaro folio minore.* Folio, inquit, minore. An vult ſeſamo folium ſeſamoidis comparare? Hoc ſi facit, malè agit. Nam ſeſamo non ſunt folia coronopodi aliquo modo ſimilia. An igitur alia quædam vox deeſt. ac legendum? Folio coronopodi hirſutiore ac minore; In re incerta nihil certi concludi poteſt. Adverſariorum auctores apud Dioſcoridem pro μικρότερα legunt μακρότερα, vulgata tamen lectio Oribaſii munitur auctoritate, ſed fortè apud utrumque mendumeſt, iidem hanc plantulam cujus imaginem damus pro ſeſamoide habent: ac his ferè verbis deſcribunt. Exactè poteſt æquiparari cynaeis ſeſamoide, à ſeminis ſeſami ſimilitudine, ideoque uſu, ut nos putamus, dictum. Iamque multi ſunt anni quum verum minus notũ fuit ſcholę Monſpelliacæ profeſſoribus eximiis Rondelletio & Aſſatio. Siquidem lineamenta perpendas, folia ſunt cijani parvi prorſum, inciſura & ortu coronopi, hirſutiora, majora (tametſi fortè μακρότερα legendum, ut alibi crebrius monuimus) flores radiati prorſum cichorei concolores & ſimiles ſupernè, ſubtus capitula ſquammulis compacta chamælei lævis Theophraſti cijani aut jaceæ modo habentes: ſemine intus ſeſami, aut cardui minoris: radice tragopogi exiliore. Supra dixi, me verba mulomedici exa-

Seſamoides parva an chondrilla.



minaturum, meminit is Hyſſopi Creticæ. An Cretica à vulgari diverſa. An eadem melior; non videtur: Dioſcorides enim Ciliciam laudat. Plinius optimam Ciliciam, lib. XXV. cap. XI. ait, è Tauro monte. Dein Pamphylicam & Smyrnæam. Cicilicam præſcribit Galenus κατὰ τόπους lib. V. cap. I. Solus Archigenes lib. 8. κατὰ τόπους apud Galenum commendat Creticam. Fortaſſis Cretica ad equorum præſtat morbos, Cilicia ad homines præfertur curandos. ὕσσωπος dicitur, quaſi ὑόμενον τουτέστι χεόμενον ἐπὶ τὴν ὦπα, quod ſuper vultus effundatur ἀπὸ τοῦ ὕω, . ὕσω, quod ſignificat *perfundo*, & ὢψ ὠπὸς *facies, aſpectus, vultus*. Antiquos hyſſopi uſos fuiſſe aſperſione ad expianda peccata Regius Propheta teſtatur Pſalmo LI.

ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ καὶ καθαρισθήσομαι.

Ergo me Hyſſopi, ſator alme, luſtra
Frondis aſperſu: maculæque cedent,
Membra candorem tibi lota vincent
Pura nivalem.

Heſychius ὕσσωπος βοτάνη σμήχουσα. *Herba abſtergens.* De vulgata odoriferaque loquitur; non vulgari quadam, alia inodora herba quæ ad vaſa abſtergenda apta eſt. Hanc nominis ſi ſequamur derivationem Hyſopus ſcribemus per ſimplex, quemodo in antiquis quibusdã Plinii legitur codicibus. Malunt alii Hyſſopum dictam quaſi ὑόμενον ἐπὶ τὴν ὀπὰ quod vocem raucam, pulmoneſque unicè juvet, notus ſatis verſiculus

Hyſſopus eſt herba purgans de pectore phlegma.

Hyſſopi hiſtoriam à veteribus traditam haud paucis controverſiis involutam, quilibet facile credet, qui eorum ſcripta legit. Dioſcorides lib. III. cap. XXX. Ὕσσωπος πόα γνώριμος, δισσή. ἡ μὲν γάρ τίς ἐστιν ὀρεινή, ἡ δὲ κηπευτή. Ἀρίστη δέ ἐστιν ἡ ἐν Κιλικίᾳ γινομένη. *Hyſſopum herba nulli non cognita, duum eſt generum: montanum enim quoddam eſt, hortenſe alterum. Laudatiſſimum eſt, quod in Cilicia naſcitur.* Vulgaris, notaque ſatis Dioſcoridis ævo Hyſſopus, alioquin neutiquam illius effigiem habitumque prætermiſiſſet. Hodie haud ſatis affirmari poteſt, quæ herba Hyſſopum repræſentet veterum. Nos quæ de ea ſparſim tradidere Dioſcorides, Pliniuſque, primum in medium adferemus; dein an ad recentiorum cognitionem venerit Hyſſopus inquiremus. lib. ergo III. cap. XXXII. hæc habet Dioſcorides. Ὀρίγανος Ἡρακλεωτική, οἱ δὲ κονίλην καλοῦσι, φύλλον ἔχει ἐμφερὲς ὑσσώπῳ. σκιάδιον δὲ οὐ τροχοειδὲς ἀλλ' ὥσπερ διῃρημένον, καὶ ἐπ' ἄκρων τῶν ῥάβδων τὸ σπέρμα οὐ πυκνόν. *Origanum Heracleoticum, quod nonnulli cunilam appellant, folium habet hyſſopo non diſſimile: umbellam autem non in rotæ ſpeciem orbiculatam, ſed veluti diviſam, & ſemen in ſummis virgis haud quaquam denſum.* Idem cap. ſequenti. Ἡ δὲ ὀνῖτις καλουμένη λευκοτέρα τοῖς φύλλοις ἐστί, καὶ μᾶλλον ἐοικυῖα ὑσσώπῳ. *Quod origanum onitis appellatur, foliis ex candidioribus, hyſſopoque ſimilius.* Idem lib. IV. cap. LV. χρυσοκόμη θαμνίον ἐστὶ σπιθαμιαῖον

μικρὸν ἔχον τὴν κόμην κορυμβοειδῆ ὁμοίαν ὑσσώπῳ. *Chrysocome frutex est exiguus, palmi altitudine, coma specie corymborum. Hysopi simile.* Plinius lib. xx. cap. xvii. *Origanum plura genera in medicina habet, onitin vel prasion appellant, hyssopo non dissimile.* (Vide lector cap. de origano supra cap. ii. hujus libri) Idem lib. xxvii. cap. xii. *stœchas in insulis ejusdem nominis gignitur, odorata herba, coma hyssopi, amara.* (Adeat lector cap de stœchade lib. xxvi. ca. xi.) *Hyssopi baccæ ternæ contusæ & in aqua potæ diebus sedecim*, cap. sequent. *Hyssopi baccæ cum aqua potæ.* Nicandri scholiastes, ad hunc versum.

ἄλλοτε δ' ὑσσώπῳ σε καὶ ἡ πολύγωνος ὄνωνις.

καὶ ὕσσωπος, inquit, βοτάνη ὁμοία σαμψύχῳ. Et hæc de hyssopo tradiderunt veteres. Nisi quod sacra pagina doceat, herbam esse parvam ac in muris parietibusque nasci: Regum enim in cap. iv. legitur. Ἐλάλησεν ὁ Σαλομὼν περὶ τῶν ξύλων ἀπὸ τῆς κέδρου τῆς ἐν τῷ Λιβάνῳ, καὶ ἕως τῆς ὑσσώπου τῆς ἐκπορευομένης διὰ τοῦ τοίχου. *Disseruit Salomon super lignis à cedro quæ est in Libano, usque ad hyssopum quæ egreditur de pariete.* Locus hic aliter atque aliter explicatur, ut norunt ii qui in Theologia versati sunt. Alii enim hyssopum vulgarem, alii muscum, quidam adiantum, ac aliam aliquam interpretantur humilem plantam. Nobis illorum probabilis opinio, qui אזוב uti in Hebraico codice habetur, plures denotare plantas asserunt, thymum, hyssopum, serpillum, thymbram. Loci citati sensus hic est; fieri nempe oppositionem rerum ὁμογενῶν, non genere differentium. Est autem genus commune utriusque plantæ in scapium assurgens, vel caulescens: quo in genere certum est cedrum maximam, אזוב minimam appellari. Ex quibus aliam hyssopum Dioscoridem, aliam Plinium delineare videmus. Dioscoridis enim & Græcorum hyssopus umbellifera, spicata Plinii, vel potius capitata. Quorundam opinio est capite de stæchade non *hyssopo* legendum, sed, ut apud Dioscoridem habetur, *thymo*. Horum opinionem, quanquam ego non rejiciam, improbare tamen videtur Nicandri Scholiastes, cum sampsuchum hyssopo comparat, huic capitulum stœchadi, thymoque similius, quam ambellæ. Vulgaris hyssopus spicam stœchadi, thymoque haud dissimile fert, de qua fortassis loquitur Plinius. Ad argumentum allatum ex Nicandri Scholiasti responderi potest, eum non sampsucho similem fecisse hyssopũ, quod comam vel spicam sampsuch; ferat, sed quod folia totaque facies hyssopũ repræsentet. Indagandum etiam est utrum vulgaris hyssopus eadem sit quæ veterum. Hyssopus vulgaris caules fert dodrantales, duros, lignosos, geniculatos, quadrangulares, in virgulas aliquot divisos. E geniculis bini, & circa exortum conjuncti prodeunt surculi alterno & cruciformi positu. Caules surculique ab imo ad fastigium usque foliis convestiti sunt, quæ ex geniculis oriuntur quaterna, bina aut plura, longitudine unci alia, odorata, angusta, & utrimque acuminata, glabra, & veluti acu puncta, non tamen perforata, polygoni aut lavendulæ referentia, sed minora, saturatiusq; virentia, quæ sursum versus, sensim minora sunt sex septemve conjuncti juxta folia, exiguos corymbos constituunt, in spica dispositos, qui tamen cauliculos non orbiculariter ambiunt, sed ad unũ tantum latus exeunt: flores ex hisce cauliculis singuli prodeunt hiantes, colorẽ rarius albidi, aliquando in purpura, cœrulei, sæpius eleganter cœrulei, ethii, salviæque floribus quodammodo similes, sed minores, staminibus etiam aliquot mediis, è quibus minutissima stamina dependent purpurea. Singuli flores semina ut plurimum quaterna relinquunt, nigra, & admodum parva: hyeme summas virgas amittit, salvis inferioribus: radice nititur lignosa, dura, perenni. Coma ejus odorem acrem, aromaticum, & jucundum spirat, saporem habet amarum, fervidum & tenuitate sua totum palatum penetrantem. Floret æstate Iulio Augustoque mensibus. In hortis Germaniæ Belgiæque colitur: sponte nascentem in murorum coronis observavi. Huic similem aliam reperiri contingit, cauliculis brevioribus, & plurima parte humum versus reclinatis: foliis paulo nigrioribus ac crassioribus: flosculis cauliculos ambientibus in spicæ modum digestis, colore quoque pulchrè cœruleis, & superioris forma similibus. Verum hæc species rarior, vocaturque hyssopus utrimque florifera. Hanc qui negant veterum esse hyssopum, his rationibus utuntur: Quod folium non ferat origano Heracleotico satis simile, nec ad instar onitidis satis candidum, quodque careat umbella in rotæ speciem circumacta, comam præterea chrysocomæ similem non habeat. Ad hæc, qui vulgarem hyssopum pro veterum vera hyssopo agnoscunt, his ferè verbis respondent. Cæterum, inquiunt, nobis jam compertum esse putamus, hos omnes in dubio & errore versari, perversa Marcelli interpretatione deceptos, quandoquidem aliter habet vulgata Dioscoridis lectio (cui etiam Oribasius & vetusti, aliquot codices adstipulantur) quam verterit Marcellus: ita enim Græce legitur: Ὀρίγανος ἡρακλεωτικὴ, οἱ δὲ κονίλην καλοῦσιν, φύλλον ἔχει ἐμφερὲς ὑσσώπῳ, σκιάδιον δὲ οὐ τροχοειδὲς, ἀλλ' ὥσπερ διῃρημένον, id est, *Origanum Heracleoticum, quod alii cunilam vocant, folium habet Hyssopo simile: umbellam autem non in rotæ speciem orbiculatam, sed veluti multifidam*: Hæc Dioscorides. Ex quibus palam est non comparasse Dioscoridem origani flores ipsius hyssopi floribus, ut perperam Marcellus vertit, cum absolutè dixerit, nulla facta cum hyssopo comparatione, origano umbellam esse non in rotæ modum orbiculatam, sed veluti multifidam. Illud insuper hac in re non parvam ambigendi ansam præbuit, quod Dioscorides lib. vi. in chrysocomes capite prodidit, cum inquit, *Chrysocome palmi altitudine fruticat, comam habens specie corymborum, hyssopo similem.* Veruntamen si quis præstanti judicio Dioscoridis verba accuratè perpendit, illa sanè nihil illorum sententiæ refragari comperiet, qui hyssopum quo passim utimur, legitimum esse contendunt. Siquidẽ in plantis coma, probatissimorum auctorum testimonio, non solum de floribus, & corymbis intelligitur, sed etiam de foliis, & ramusculis; dummodo hæc hilari quadam venustate plantam totam, vel summa ejus exornent. Unde rectè Plinius li. xii. ca. xxv *Balsamo folium proximũ rutæ perpetua coma* reddidit. Item Virgilius lib. iv. Georgicorum perpulchrè cecinit.

Ille comam mollis jam tum tondebat acanthi.

Ex his perspicuũ fieri arbitramur, chrysocomen coma, hoc est, foliis & ramusculis hyssopo esse similem, non autem ipsis corymbis fortasse in universum scatet. Quamobrem hic nullus, quantum equidem sentimus, relinquitur amplius dubitandi locus. Sed quod Hyssopus communis usus, verum legitimumque sit, nobis manifestè commonstrat symphitum petræum, à nobis (ut speramus) proximis annis repertum, quod folia, vulgari hyssopo similia proferat. Nam cum scribat Dioscorides symphytum petræum folio esse origani, origanum verò folia habere hyssopi, clarissimum præbet argumentum, quod hyssopum quo passim utimur, sit verum. Quin etiam cum idem auctor tradiderit, hyssopum duorum esse generum, nempe montanum & hortense, & utrumque genus in nostrate passim habeatur omnibus notis simile, non modò opinionem auget, hoc legitimum esse hyssopum, sed omnem quoque litem dirimit. Huc præterea alia accedit ratio, quod cum Dioscorides congeneres, vel similes plantas seriatim conjunctéque describere consueverit, statimque post hyssopum stœchadem repræsentaverit, quæ folio, & spicato flore hyssopum nostrum admodum æmulatur, ostendit quidem hallucinari eos, qui hyssopum hoc non legitimum esse hactenus iverunt inficias. Adde etiam, quod idem (ut experientia comprobat) iis omnibus calleat viribus, quas illi reddidit Dioscorides. Postremò cum idem scribat Dioscorides, hyssopum nulli non cognitum esse, miramur sanè, cur quidam, qui vulgare nostrum illegitimum faciunt, legitimum non adferant in medium: & præsertim cum non solum in hortis Dioscoridis habeatur, sed etiam in montibus. Diximus nostram sententiam à qua ne minimo quidem ungue recedemus, quousque illi qui nobis refragantur, utrumque adferant hyssopum, quibus umbellę insint. Hæc sunt argumenta, quibus viri gravissimi priorem sententiam debellant, ac vulgarem hyssopum legitimam asserunt. Miror admodum, quod Nicandri Scholiastes locum, quem supra citavimus, non produxerit; sententiam enim suam valde roborat. Ad eam quam ferunt solutionem respondeo, Verba illa, οὐ τροχοειδὲς, ἀλλ' ὥσπερ, *non in rotæ speciem turbinatum, sed quasi*, superflua fore, nisi ad hyssopum spectarent. Dixisset enim simpliciter Dioscorides, σκιάδιον δὲ (ἔχει) διῃρημένον, *umbellam habet divisam sive multiplicem.* Hic sensus verborum Dioscoridis. Cum tradidisset similitudinem foliorum origani heracleotici referentium hyssopi folia, & sic majus protulisset, excipit ea quæ dissimilitudinem inferebant inter origani & hyssopi umbellæ effigiem: ac ne minor ex majore sequeretur propositio, & similitudo tacitè illata, subdit; σκιάδιον δὲ οὐ τροχοειδὲς, *umbellam autem non rotundam effigie*, ut hyssopus habet,

intelligendo

intelligendo ex consequentia: ἀλλ' ὥσπερ διῃρημένον, *Sed in plures partes divisam*: Et hoc magis, quod secunda origani species, quæ Hyssopo est similior, semen habeat veluti densos corymbos: & congener tertia species, sylvestrior semen proferat in umbella. Hunc loquendi modum Dioscorides pluribus in locis observavit. Sic cap. XXI. lib. III. stœchadem scribit comam habere thymo similem; ut autem postmodum differentiam inter thymum & stœchadem notaret, cum similes essent comæ, capitulis refertæ (nisi quod stœchadis capitula majora & oblongiora spectentur) subjunxit, folia huic esse longiora & amariuscula. Vide cap. de stœchade. Similiter lib. III. cap. CVIII. data foliorum polycnemonis cum origano similitudine, umbellæ è diverso notavit dissimilitudinem. Verba ipsa scribam; πολύκνημον θάμνος ἐστὶ φρυγανώδης, ἔχων φύλλα ὀριγάνῳ ἐμφερῆ, τὸν δὲ καυλὸν πολυγόνατον, (vel ut Cornarius ex Plinio legit τὸν δὲ καυλὸν πολυγόνατον, σπέρμα δὲ) ὥσπερ γλήχωνος, οὐχ ἔχει μὲν τοι τὸ σκιάδιον, μικροὺς δ' ἐπ' ἄκρῳ κορύμβια μετ' εὐωδίας τινὸς δριμείας. *Polycnemō frutex est surculosus, foliis origani, caule geniculis multis intercepto (semine) uti pulegii Neque verò umbellam habet, sed parvos in cacumine corymbos, cum acri quadam odoris jucunditate.* Eodem modo lib. IV. cap. LVII. Helichryson folia ex intervallo abrotono similia habere scribit: Ut autem differentiam inter abrotomum & helichryson tradat, ait, helichryso esse comam in orbem circumactam aureæ lucis fulgore, umbellam rotundam veluti corynibis aridis dependentibus. φύλλα στενὰ ἐκ διαστημάτων ἔχον πρὸς τὸ τοῦ ἀβροτόνου κόμην κυκλοτερῆ, χρυσοφαῆ, σκιάδιον, ὥσπερ περιφερεῖς κορύμβους ξηρούς. Ad alterum argumentum respondeo; omnino fatendum vocem *comam*, à Latinis Poëtis accipi pro foliis frondeque arborum, herbarumque ut apud Poëtam

——— *Redeunt jam gramina campis,*
Arboribusque comæ. Virgil. de vite,
——— *Tunc stringe comas, tunc brachia tunde.*


Idem alibi de alia arbore.

——— *Posuitque comas, & brachia, ferro*
Olim arbor.

Plinius etiam comam pro foliis accepit lib. XVI. cap. XIX *Præterea arborum aliis decidunt folia: aliæ sempiterna coma virent.* Latini ergo comam pro foliis acceperunt. Eandem significationem apud Græcos obtinuisse vocem κόμην, vel hinc cognoscere licet, quod Grammatici κομᾶν interpretentur, χλοηφορεῖν. Κόμην pro folio Galenum posuisse, scribunt lib. I. ad Glaucon cap. X. ubi interpres; *Maximè verò post dies septem danda est, jugiter absinthii coma.* Vox κόμη in Græco non reperitur codice. Μάλιστα δὲ τοῦ ἀψινθίου διδόναι συνεχέστατα μετὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν. Citant & Theophrastum lib. III. de caus. cap. VIII. ubi ait ἐπ' ἔλαττον γὰρ αἵ τε ῥίζαι προσαύξονται, καὶ ἡ κόμη. Sed nec illic, nec apud Galeni interpretem, vix κόμη pro folio accipitur, sed plantæ parte suprema, sive cacumine adultæ jam plantę, vel fronde. Quo sensu Græci & Botanici acceperunt, quod frondes comā mentiantur. Sic apud Homerū κόμη exponi debet. ἐπίκεψα κόμην τανυφύλλου ἐλαίας. Nemo Latinorum Græcorumque pro singulari folio, vel conopa rationis gratia κόμην pro folio usurpatur. Ubi Poëta ait arboribus redire comas, frondes intelligit, cunctaque arborum folia. Idem ad Plinii locum citatum dico, cum scribit, cum sempiterna coma arbores virere scribit. vult folia non decidere, sed semper foliis prędita esse istas arbores. Sed ponamus, pro singulari folio voce hoc aliquē usum fuisse. Anne tum eo sensu usurpavit Dioscorides? An locus de chrysocome idcirco de folio singulari intelligi debet? Ad verba si attendamus, contrariū reperiemus. Ἔχον κόμην κορυμβοειδῆ ὅμοιαν ὑσσώπῳ inquit. Quis unquam vidit folium φύλλον κορυμβώδης. Ego saltem hactenus corymbi specie folium nondum conspexi. Nec folia in plantis tali solent esse figura. Quod de symphyto petræo scribunt, id probandum est. Plurimorum Botanicorum sententia est, quod pro petræo pingunt symphyto, non esse legitimum. Nusquam tradidit Dioscorides symphyti petræi folia origano esse similia; ne per somnium quidem illud cogitavit. Describit symphyte istud lib. IV. cap. IX. his verbis: σύμφυτον πετραῖον φύεται ἐν πέτραις κλωνία δὲ ἔχει ὅμοια ὀριγάνῳ, λεπτὰ φύλλα, κεφάλια δὲ ὡς θύμου. *Symphytum petræum in petris nascitur: ramulis origano similibus, foliis tenuibus, & capitulis thymi.* Non comparat petræū symphyti folia origani foliis, sed ramulos quales habet origanum habere tradit: Folia cum inquit esse λεπτὰ, *tenuia*, satis ostendit non esse origano similia. Nam illa tenuia non sunt, quanquam nec crassa, lataque dici mereantur. Nihil denique ex eo concludi potest, inveniri hyssopum montanam & hortensem, reliqua conveniant oportet. Illud majoris ponderis argumentum; quod vulgaris hyssopus easdem vires habeat, quas veteres de hyssopo tradiderunt. Sed nec hoc satis probat vulgarem esse legitimam; omnes habeat, non quasdam tantum notas oportet. Illud concedimus, tuto & sine ullo periculo, à Medicis, pharmacopœisque posse usurpari pro vera legitimaque hyssopo. Ultimum argumentum est; quod Dioscorides soleat congeneres plantas separatim conjunctimq; describere. Sed nec hoc omni ex parte verum est, saltem dubitatione non caret; ego certè illud asserere non ausim. Quę mei cum acoro, cypero, iride similitudo? quæ pulegii cum tragorigano ac dictamno? Attamen inter tragoriganum & dictamnum pulegi recenset historiam. Id fecit non quod figura formaque jam memoratis plantis simile sit pulegium, sed quod viribus dictamno proximum sit. Idem de meo, & hyssopo si quis dixerit, à veritate non longè aberit. Vulgaris ergo hyssopus legitima non est; quod vel eo tantum probatur argumento, quod foliis origano onitidi non sit candidioribus, quodque baccas non ferat. Sed indagandum quid per baccas intelligat Plinius: *Magna*, inquit idem lib. XV. cap. XXIV. *& baccis differentia.. Aliæ namque sunt olivis, Lauris, & alio modo loto cornis, alio myrtis, lentisco. Aquifolio enim ac spinæ sine succo, medioque etiamnum genere inter baccas acinosque cerasis. Pomum his primo candidum, & fere omnibus baccis. Mox aliis virescit, ut olivis, lauris: rubet vero moris, cerasis, cornis. Deinde nigrescit moris, cerasis, olivis.* Hujusmodi baccas hyssopum ferre non crediderim. Baccæ verò hyssopi sunt, capitula orbiculata, & conglobata, utriculis compacta ac referta. Eodem planè modo quo idem Plinius psyllium baccas ferre tradit. lib. XXV. cap. XI. *Semine autem pulici, unde nomen: hoc in baccis, ipsa herba in vineis reperitur.* Psyllii baccæ capitula sunt thymo proxima, quæ brevitate ab origano differunt. Alii origanum Anglicum genuinum Græcorum existimant. Et hi à verò recedunt. Origanum enim illud folia habet viridiora, nigrioraque quam heracleoticum, cum onitidis origani folia similiora sint hyssopo, quod sint candidiora. nec umbellā habet in rotæ effigiem orbiculatum, sed reliquis origanis similem, magis tamen contractam. Et qui polium montanum quartum Clusii ac Dodonæi, sive purpureum Lobelii pro Græcorum hyssopo habent, falluntur. Non video quomodo origani onitidis foliis comparari possint polii folia. Origani rotunda sunt in oblongum desinentia, qualia sunt, teste Dioscoride, centaurei minoris, hypericoq; lib. III. cap. IX. ubi centaurium minus herbam ait origano hypericoque similem. πόα ὑπερικῷ ἢ ὀριγάνῳ προσεμφερὴς ἐστι, καυλὸν ἔχουσα ὑπὲρ σπιθαμήν. Nec hyperico, nec origano folia sunt serrata divisaque, folii vero parva, oblonga, serrata sunt, centaureo vel origano planè dissimilia, ruti ex utriusq; icone videre licet. Figura polii exhibetur lib. IX. cap. XXI. Polio præterea umbella divisa est, neutiquā in rotæ modum conglobata. Pręterea polium amarum est, quod nemo de hyssopo tradidit. amara stomacho amica, dulcia pectori; Amara in pectoris morbis præscribere non solemus. Non desunt qui Cratæogonon ab adversariorum auctoribus descriptum pro hyssopo habeant. De quo cratæogono hæc tradunt Pena & Lobelius. Cratægos, vel cratogon arbor est, qua de inter mespila dictum est. Crategonum verò herba cerealis videtur, & affinis melampyro, cujus usus, & esus, semen vividum & genitale reddere; id enim τὸν γόνον κρατεῖν (significat,) semen robore acuere, & quasi viribus imbuere. Nullius venit in mentem, plantæ cui aptius quadrarent, notæ, quam ei, quæ propter similitudinem recentioribus, alterum melampyri genus putatur. In sylvosis collibus, & directis, umbrosis, Norbonæ, Anglico, Sabaudiæ & Pedemontis passim multa æstate fruticat, cubitum, sesquicubitumque plusculis, & geniculatis germinibus, in alas multas divisis, eufrasiæ ritu: sed multo crassioribus & majoribus, quas ab imo totas folia melampyri, seu tritivaccini vocati, vel luteæ cristæ gallinaceæ dictæ, phyllii aut linariæ ambiunt. Flores in summis herbacei ex luteo, calaticulis minoribus, quam albæ digitalis, sed similiter digestis, ut & melampyri aut linarię effigiatis. Semen in folliculo exiguo milio non dispari, cujus odor & sapor acre nonnihil testantur, uti & folia siccata. Ac tametsi videatur hic locus lacunosus & hians, tamen istud semen in pollinem pultemque ductum, esse Veneris incensivum & feminis genitalis quasi fermentum quoddam

Cratæogenon Dal.






dam & cotem, non abs re reor. Hactenus Adversariorũ auctores. De cratæogono plura lib. IX. Hanc non esse hyssopum ex imagine apparet; Folia enim non fert origano sed linarię similia, nec umbellam, umbellæve simile quid fert: Verbo ut dicam, nihil habet quo hyssopum veterum referat. Imago, quam Clariss. Dodonæus ex codice Cęsareo exhibet, si non ad verba & sententiam Dioscoridis quondam picta, optimè referre hyssopum videtur. Foliis pingitur latis, origani similibus, & capitulis in summis virgis eminentibus, quæ umbellam in rotæ effigiem circumactam mentiuntur. Prosper Alpinus aliam quandam plantam hyssopi Creticæ nomine describit, quæ plures ostendit notas, à veteribus traditas. Verba ipsa Alpini subjungam. *Plantam nobilissimam sæpe habuimus Creticam ex seminibus in horto nobis natam, cubitalis ferè magnitudinis origano oniti quam similem & floribus, & foliis, & umbellis corymborum modo junctis, quæ ab origano odore suaviori, & validiori distinguebatur adeò, ut siquis digitos duntaxat olfaciat, qui plantam tetigerint validiorem odorem sentiat, quam si origanum olfecerit. Hæc planta fruticat ab una radice multis surculis, vel ab unico caule exeuntibus non ex toto rectis, at obliquè actis foliis origani Heracleotici, sed candidioribus, & in caulium cacuminibus umbellæ corymborum modo in rotæ modum cernuntur, flosculis albis, quales in origano onite apparent, à quibus semen minutum nigrescens fit. Tota planta eximiè odorata, & gustus cum valida acrimonia acceptissima, totaque albicat, cum levi lanugine, atque hisce notis hæc planta in æstate nobis innotescit, ineunte autem hyeme ferè ex toto faciem mutare videtur. Namque ex una radice plures cauliculi assurgunt sursum obliquè luxuriantes foliis pulegii utrimque binis ex opposito positis, densius ab uno caule ad summitatem usque caulem vestientibus: caulibusque rotundis leviter lanuginosis, albicantibusque invalidioris quam in æstate. Hanc plantam origano oniti adprimè similem esse legitimũ Hyssopum visum est. Distinguitur ab origanis odore, ut etiam dictum est, & suaviori & validiori. Habet folia in magnitudine Heracleotici origani foliis respondentia, & in figura & colore albidiore & umbellis onitis. Quibus notis Dioscorides suum Hyssopum expressisse visus est. An verò hæc planta sit ea quam Lobelius, & Pena viri eruditissimi, pro genuino Dioscoridis Hysopo proposuerunt, non parum dubito, quod planta mihi videatur procerior; atque etiam quod (ut Lobellius & Pena dixerunt) flosculos purpureos proferat & noster candidos. Addimus hoc, Hyssopi nomine eam plantam ex Creta Insula ab amicis accepimus, quod verò ad istiusce stirpis, & vires, & usus, iis quæ de hac planta veteres Græci tradiderunt in his addendum credimus. Vehementer calfacit & siccat, tenuioris est essentiæ, incidit, extenuatque humores crassos, eosdemque detergit. Unde ejus decoctum pectoris pulmonum que vitiis maximè auxilio est, ad splenis tumores emplastrum ex foliis hyssopi ficubus, & intro maxime proficit, atque ad hydropem ventri appositum, foliorum decoctum livorem sub oculis in mulieribus, si eo pars livore affecta foveatur digerit. Ad venena frigida est maximi juvamenti, & foliorum decoctum & folia etiam per os assumpta. Indigenæ eorum locorum, in quibus Hyssopus abundat, vescuntur familiariter foliis te-*



nerrimis

nerrimis cum sale ad excitandā appetentiam. Plantam ipsam viventem nunquam vidimus, iconem tamē apposuimus, ex qua, si quid colligere liceat, judico plantam ab Alpino descriptam non esse hyssopum veterum: in rotæ enim effigien umbellam non habet. Vulgarem Hyssopum Arabum esse volunt hysopum, atque à Græcorum diversam statuunt, eamq; describit Mesnes cap. XVIII. Hyssopus duorum modorum; est enim ex eâ quædam hortensis, cujus elevatio super terram est circiter medium cubitum, & non multiplicatur in stipitibus & ramis sicut Hasce, id est, thymus, & folia ipsius sunt majora

Hyssopus arabum mesue & officina.



quam in Hasce, (capitati scilicet) & flos ejus purpureus. Has omnes notas vulgarem hyssopum habere negari non potest. Contra polium, quod supra diximus, non esse hyssopum Græcorum, cum Arabum delineatione minime convenit; quod qui norit, videritque plantam, fateri cogebitur. Polium enim planta palmaris, cubitalis hissopus; polium thymo similia folia non fert, Serrata enim sunt, nec ut thymi oblonga. Videat lector utriusque iconem, & ex æquo judicium ferat. Nec cum Isaci ben Emram delineatione, quam vir summus adfert convenit. *Hyssopum*, inquit, *siccum herba est oriens in montibus Hierusalem cujus rami super terræ faciem repunt, longitudine cubitali, aut minus, frondibus & ramis magnitudine similicus magnitudini majoranæ, quam marzangheus appellant Arabice, odore suavi, amaro sapore, & colligitur tempore veris.* Polium palmum non excedit semper ferè minor, nullam quo ad effigiem, magnitudinemque folia ramique ejus cum majorana similitudinem habent. Vulgaris hyssopo multo majorem similitudinem cum majorana habet, sed per terram non repit.

Καὶ ὁ κρόκος.] Corruptus codex. Exscripsit hunc locum Plinus, ex quo restitui facile potest. Plinius lib. XXI cap. XI. *Alii rursum subeunt autumno. Tertium genus* (vide quæ supra dixi) *lilii, & crocum, in utroque genere unum habes, alterum odoratum: primis omnia imbribus emicantia.* Ipse Theophrastus Lib. VII. cap. VIII. Καθάπερ οὐδὲ κρόκος, οὔτε ὁ ἔνοσμος, οὐθ' ὁ λευκὸς οὐθ' ὁ ἀκανθώδης, οὗτοι δὲ ἄοσμοι. *Vt crocum tam odoratum, quam candidum, & grati coloris expers, quæ carent odore.* Scribe καὶ ὁ κρόκος ὅ τε ὀρεινὸς ἄοσμος, καὶ ὁ ἥμερος ἔνοσμος. εὐθὺς γὰρ ἀνθοῦσι πρώταις ὕδασι. Et crocum tam montanum quod exors odoris est, quam sativum quod odoratum est, autumno florere incipiunt. Montanum inodorum esse, docet experientia. Sativum odore præstare, probatione non indiget. Utrumque autumno floret. Mense septembri sativum, Novembri montanum.

χρῶνται.] Scribe, χρῶνται δὲ ἐκ τῶν ἀγρίων. Exscripsit & hunc locum Plinius loc. cit. *Coronarii quidem & spinæ flore utūtur: quippe cum spinæ albæ cauliculi inter oblectamenta gulæ quoque condiantur.* Non animadvertit Plinius de oxyacantha id scripsisse Theophrastum, & intempestivè, ut recte monet Dalecampius, addit de cauliculis spinæ albæ, quod Dioscorides de tenellis germinibus scolymi prodidit. Ἡ δὲ πόα ἀρτιφυὴς οὖσα λαχανεύεται, ἑφθὴ ὥσπερ ἀσπάραγοι. Vide cap. de scolymo.

Σμίλαξ.] In Aldino & Bas: μίλαξ. Rectè Gaza σμίλαξ. Inter Coronarios flores smilacis, sive hederæ Ciliciæ florem lib. V. recenset Pollux. Τὰ δὲ ἐν τοῖς στεφάνοις ἄνθη, ῥόδωνια. Sequitur, ὥσπερ καὶ κοσμοσανδάλου, καὶ μίλου ὅπερ ἦν τοῦ μίλακος ἄνθος. Vide cap. ult. lib. II.

Οὐδεὶς διαλείπεται χρόνος.] Verum est omni anni tempore flores inveniri. Nec ipsa Hyems etiam apud Batavos, apud quos satis aliquando inclemens, floribus destituitur. Hyeme floret Helleborus niger, ac quidem, ut ferunt, ea nocte qua servator mundi carnem assumpsit humanam flores suos pandit; quod tamen nobis observare non licuit. Verum tamen est circa natalem diem Domini nostri Iesu Christi, si hyems clementior fuerit, florere. De leucoio quod alibi dixi non repetam. Bellides florent Decembri, Ianuario, Februario, Martio, Aprilique mensibus. Media hyeme vincapervinca aliquando floret.

Ῥοδωνίας δὲ πέντε.] Pro ἀκμὴν ut pro αἰεὶ, ἀεὶ & pro ἐὰν ἐάν. Hunc locum lib. XXI. cap. XI. exscripsit Plinius his verbis, *Vita longißima violæ albæ est trimatu. Ab eo tempore degenerat. Rosa & quinquennium perfert, nec recisa nec adusta. Illo enim modo juvenescit.*

Ἐν Αἰγύπτῳ.] Corruptus codex. Scribe ut legit Gaza ἄοσμος. Plinius Loc. cit. *Diximus & terram referre plurimum. Nam & in Ægypto sine odore hæc omnia: tantumque myrtis odor præcipuus, alicubi etiam binis mensibus antecedit germinatio omnium. Rosaria à Favonio fossa esse oportet, iterumque solstitio. Et id agendum, ut intra id tempus purgata ac pura sint.* Hæc omnia Plinius examinat. Theophrastus lib. VI. de caus. cap. ult. Eò ergo lectorem remitto, videatque Scaligeri ibidem commentarium, nostrasque annotationes.

Ἀλλὰ καὶ τῷ καιρὸν τινα.] Scribe, ἀλλὰ τῷ κατὰ καιρόν τινα.

Τὰ δὲ ἐν ὄρεσιν.] In montibus, inquit, odore omnia deteriora. Nescio an verum sit. Rosa dunensis Batavica odoris vehementia omnes superat rosas. Sed de bonitate, non vehementia verba Theophrasti accipienda.

FINIS LIB. VI.

THEO-

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARUM

LIBER SEPTIMUS.

ΚΕΦ. Α. | CAP. I.

De herbaceïs, & coloribus: treisque esse sementes hortensium: & quid quoque tempore seratur: necnon quæ serò, quæ velociter ex oleribus proveniant.

Ἐχόμενον δὲ τοῖς εἰρημένοις περὶ τῶν ποωδῶν εἰπεῖν. τοῦτο γάρ ἐστι λοιπὸν τῶν ἐξ ἀρχῆς διαιρεθέντων γενῶν, ἐν ᾧ συμπεριλαμβάνονταί πως καὶ τὰ λαχανηρά. καὶ τὸ σιτῶδες. καὶ πρῶτον περὶ τοῦ λαχανώδους λεκτέον, ἀρξαμένοις ἀπὸ ἡμέρων. ἐπεὶ γνώριμα μᾶλλον τυγχάνει τῶν ἀγρίων, εἰσὶ δὲ τρεῖς ἄροτοι πάντων τῶν κηπευομένων, ἐν οἷς ἕκα... σπείρουσι διαιροῦντες ταῖς ὥραις. εἷς μὲν οὖν ὁ χειμερινὸς, ἄλλος δὲ ὁ θερινὸς, τρίτος δὲ ὁ μεταξὺ τούτων μεθ' ἡλίου τροπὰς χειμερινάς. καλοῦσι δ' οὕτως οὐ πρὸς τὴν σποράν βλέποντες, ἀλλὰ πρὸς τὴν γένεσιν καὶ τὴν χρείαν ἑκάστου. ἐπεὶ ἥγε σπορὰ σχεδὸν ἐν τοῖς ἐναντίοις γίνεται. τοῦ χειμερινοῦ μὲν γὰρ ἀρχὴ μετὰ τροπὰς † θερινάς. τοῦ δὲ μεταγειτνιῶνος μηνὸς, ἐν ᾧ σπείρουσι ῥάφανον, ῥαφανίδα, γογγυλίδα, καὶ τὰ καλούμενα ἐπίσπορα. ταῦτα δ' ἐστὶ, τεῦτλιον, θριδακίνη, εὔζωμον, λάπαθον, νάπυ, ‡ κορίαννον, ἄνηθον, κάρδαμον. καλοῦσι δὲ πρῶτον τοῦτον τῶν ἀρότων: τοῦ δὲ δευτέρου πάλιν μεθ' ἡλίου τροπὰς τοῦ γαμηλιῶνος μηνός. ἐν ᾧ σπείρουσι καὶ πηγνύουσι, πράσον, σέλινον, γήθυον, † ἀνάφραξιν. τοῦ τρίτου δὲ, ὃν καλοῦσι ‡ θέρει τοῦ μουνιχιῶνος. ἐν τούτῳ δὲ σπείρεται σίκυος, κολοκύντη, † βλῆτον, ὤκιμον, ἀνδράχνη, θύμβρον. ποιοῦνται δὲ πλείους ἀρότους τῶν ὁμοίων καθ' ἑκάστην ὥραν. οἷον ῥαφανίδος, ὠκίμου, τῶν ἄλλων. πᾶσι δὲ σπείρεται τοῖς ἀρότοις τὰ ἐπίσπορα. διαφύεται δὲ οὐκ ἐν ἴσοις πάντα χρόνοις, ἀλλὰ τὰ μὲν, θᾶττον, τὰ δὲ βραδύτερον, ὅσα δυσφυῆ. τάχιστα μὲν οὖν ὤκιμον, καὶ ‡ βλῆτον, καὶ εὔζωμον. καὶ τῶν χειμερινῶν ῥαφανίς. τριταῖα γὰρ ὡς εἰπεῖν. θριδακίναι δὲ, τεταρταῖαι ἢ πεμπταῖαι. σίκυος δὲ καὶ κολοκύντη, περὶ τὰς πέντε ἢ ἕξ. οἱ δέ φασιν ἑπτά. πρότερον δὲ καὶ θᾶττον ὁ σίκυος. ἀνδράχνη δ' ἐν πλείοσι τούτων. ἄνηθον δὲ τεταρταῖον. κάρδαμον δὲ καὶ νάπυ, πεμπταῖα. τεῦτλιον δὲ, θέρους μὲν ἑκταῖον, χειμῶνος δὲ δεκαταῖον. † ἀνδράφαξυς δὲ, ὀγδοαία, ῥάφανος δεκαταία. ‡ πράσιον δὲ καὶ γήθυον, οὐκ ἐν ἴσοις. ἀλλὰ † τὸ μὲν ἐννεακαιδεκαταῖον, ἐνιαχοῦ δὲ εἰκοσταῖον. γήθυον δὲ, δεκαταῖον. ἢ δωδεκαταῖον. † κορίαννον δὲ, δυσφυὲς, οὐ γὰρ ἐθέλει βλαστάνειν τὸ νέον ἐὰν μὴ ‡ ἑλιχθῇ. θύμβρα δὲ καὶ ὀρίγανος, ἐν πλείοσιν ἢ τριάκοντα. δυσφυέστατον δὲ πάντων τὸ σέλινον. τεσσαρακοσταῖον γάρ φασιν οἱ τὰ συντομώτερα λέγοντες, οἱ δὲ πεντηκοσταῖον, καὶ τοῦτο κατὰ πάντας τοὺς ἀρότους. ἐπισπείρουσι γάρ τινες ἐπὶ πᾶσιν. ὅλως δὲ

† Χειμερινοῦ Ald. Bas. θερινοῦ.
‡ κορίαννον.
† Ἀτράφαξιν
‡ θερινόν Scal.
† Βλίτον.
‡ Βλίτον.
† Ἀτράφαξυς:
‡ πράσον.
† τὸ μὲν πράσον.
‡ Κορίαννον.
† Βρεχθῇ.

SEQUITUR, ut de herbaceis doceamus; id enim reliquum è generibus est, in quæ principio plantas omnes digessimus: quo in genere olera etiam, & frumenta quodammodo comprehendi videntur. At primum de oleribus indicandum, sumpto ab urbanis principio: sed enim hæc sylvestribus longè notiora. Sementes hortensium, quibus seri singula solent, tres certè notantur; una hyberna, alia æstiva, tertia quæ inter eas, post hybernum solstitium. Quas ita appellant, non ratione satus, sed ortus, ususque cujusque. Satus enim in contrariis ferme consistit temporibus. Quippe cum hyberni principium post æstivum solstitium sit, * mense Iulio, quo brassicam, † radiculam, rapam, & ‡ quæ sementis postera vocant, ceu betam, lactucam, † rumicem, sinapi, coriannum, anethum, nasturtium serere assolent. Primamque sementem istam appellant. Secunda post brumam ‡ Ianuario incipit mense. Qua seminant, defiguntqne porrum, apium, gethyum, atriplicem. Tertia, quam æstivam appellant, † mense Martio agitur, qua cucumis, curcurbita, blitum, ocimum, portulaca, ‡ satureja seruntur. Quin & alias plures sementes similium singulis temporibus faciunt; ut † radicis, ocimi, & aliorum quorundam; sed omnibus sementibus, ‡ quæ postera vocitant, seri optimè possunt. Omnia pari tempore nequaquam proveniunt, sed alia celerius, alia serius, quæ scilicet proventu contumaciora consistunt. Celerrime ocimum, blitum, eruca: & de hybernis † radix. Die namque (ut ita loquar) tertio erumpit. Lactuca quarto, aut quinto. Cucumis, & cucurbita circa quintum, aut sexto: vel, ut alii volunt, septimo: sed prius, celeriusque cucumis. Portulaca serior hisce exit. Anethum quarto. Nasturtium, & sinapi, quinto, Beta æstate, sexto: hyeme, decimo. Atriplix, octavo: Brassica, decimo; Porrum, & gethyum, non conveniunt, sed porrum decimonono, nonnunquam etiam vicesimo die provenit. Gethyum decimo, aut duodecimo. Coriannum proventu contumax est; quippe ‡ quod si novum sit, nasci recuset, † nisi convolvatur. Saturejæ atque origano dies plusquam triginta dantur. Omnium difficillimè apium nascitur: quadragesimo enim die affirmant, qui celerrimum ejus proventum tradere: sed sunt, qui quinquagesimo velint, ‡ quod etiam omnibus sementibus seri potest. Quidam enim omnibus id adjungunt. Ad summam, quæ locis pluribus seri patiuntur, hæc nihilo celerius

* Sole existente in Leone.
† Raphanū.
‡ Resata.
† Lactucam, erucam, rumicem, sinapi.
‡ Cum sol est in aquario. tum
† Cum sol existit in ariete agitur. tum
‡ Thymbra.
† Raphani.
‡ Resemi-nata.
† Raphanus.
‡ Etiam si recens sit.
† Præmaceretur
‡ thymbræ.
‡ Id que velquocunque sationis tempore; quidā enim ferè semper

ex

ὅσα κατὰ πλείους † ὥρας σπείρεται, ταῦτ᾽ οὐθὲν θᾶττόν γε πολλὰ γίνεσθαι τοῦ θέρους. καὶ θαυμαστὸν, εἰ καὶ μηθὲν ἡ ὥρα συμβάλλεται καὶ ὁ ἀὴρ πρὸς τὸ θᾶττον. ἐὰν δὲ μοχθηρὰ καὶ ψυχρὰ καὶ τῷ ἀέρι ‡ περισκεπῆ, βραδύτερον· ἐπεὶ καὶ χειμώνων ἢ εὐδιῶν ἐπιγινομένων τοῖς σπόροις, ὁτὲ μὲν βραδύτερον ὁτὲ δὲ θᾶττον ἡ βλάστησις. διαφέρει δὲ ταῦτα κατὰ τοὺς σπόρους † ἕκαστον. πρῳαίτατον γὰρ ἐν τοῖς εὐήλοις καὶ εὐκράτοις. ὡς γὰρ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐν πλείοσι δεῖ τὰς αἰτίας ὑπολαβεῖν τῶν τοιούτων, ἔν τε τοῖς σπέρμασιν αὐτοῖς καὶ ἐν τῇ χώρᾳ, καὶ τῷ ἀέρι, καὶ ταῖς ὥραις, αἷς ἕκαστα σπείρουσι καὶ χειμώνων καὶ εὐδιῶν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν σκεπτέον, ἐφ᾽ ὧν τε παραλλάττουσιν οἱ χρόνοι καὶ ἐφ᾽ ὧν οὔ. καὶ γὰρ τὴν ῥαφανίδα φασί τινες τριταίαν καὶ θέρους καὶ χειμῶνος. τὸ δὲ τελευταῖον ὥσπερ εἴρηται παραλλάττει κατὰ τὰς ὥρας. χρόνοι δ᾽ οὖν οὗτοι τῆς βλαστήσεώς εἰσι καὶ λέγονται καθ᾽ ἕκαστον· ‡ διαφέρει γὰρ πρὸς τὸ θᾶττον καὶ βραδύτερον, καὶ ἡ τῶν σπερμάτων παλαιότης. τὰ μὲν γὰρ ἀπὸ νέων παραγίνεται θᾶττον, οἷον, † πράσον, γήθυον σίκυος, κολοκύντη. ἔνιοι δὲ καὶ προβρέχουσι τὸ μὲν σίκυον πρὸς τὸ θᾶττον ἢ ἐν γάλακτι, ἢ ἐν ὕδατι. τὰ δ᾽ ἀπὸ παλαιῶν, οἷον, σέλινον, τεύτλιον, κάρδαμον, θύμβρα, ‡ κορίαννον, ὀρίγανον, εἴπερ μὴ ἅπαντα φυτεύεται, ἀπὸ τοῦ νέου καθάπερ εἴπομεν. ἴδιον δὲ φασὶν ἐπὶ τοῦ τευτλίου συμβαίνειν. οὐ γὰρ διαφύεσθαι πᾶν εὐθὺς, ἀλλ᾽ ὕστερον πολλῷ τῷ δεχομένῳ ἔτει καὶ τῷ τρίτῳ. διὸ καὶ ἐκ πολλοῦ σπέρματος ὀλίγον ἐκβλαστάνειν. ἕκαστον δὲ τῶν σπερμάτων ἐὰν † ἀδρυνθέντα ἀποπέσῃ, διαμένει πρὸς τὴν ὥραν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ οὐ πρότερον ἐκβλαστάνει. καὶ κατὰ λόγον ἐστί. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀγρίων ὁρῶμεν συμβαῖνον, ἐὰν μὴ φθαρῇ. αἱ δὲ τελειώσεις τῶν καρπῶν ἁπάντων ἐγγίνονται τοῦ θέρους. πρότερον δὲ καὶ θᾶττον, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ‡ πρότερον τῶν σπαρέντων. διαφέρει γὰρ καὶ ἡ ὥρα. τὰ γὰρ ἐν ταῖς θερμημερίαις σπαρέντα θᾶττον ἐκκαυλεῖ, καὶ ἐκσπερματοῦται, καθάπερ ῥαφανὶς, γογγυλίς. ἔνια δὲ καὶ οὐκ ἐνιαύσια φέρει τὸν καρπὸν ἀλλὰ δίενα. καθάπερ σέλινον, † πράσιον γήθυον, ἃ καὶ διαμένει χρόνον πλείονα. καὶ οὐκ ἔστιν ἐπέτεια. τὰ γὰρ πολλὰ τούτων ἅμα τῇ πληρώσει τῶν σπερμάτων αὐαίνεται. πάντα δὲ ὡς εἰπεῖν ὅσα ἐκκαυλοῖ καὶ τελειοῖ τὸν καρπὸν, ἀποτελειοῦται κατὰ τὸ σχῆμα, τῷ παραβλαστήσεις ἐκ τῶν καυλῶν ἔχειν ἀκρεμονικὰς, πλὴν ὅσα μονόκαυλα· καθάπερ ‡ πράσιον καὶ γήθυον, καὶ κρόμμυον, καὶ σκόροδον. φίλυδρα δὲ καὶ φιλόκοπρα πάντα. μᾶλλον δὲ τὰ ἀσθενέστερα, καὶ πλείονος ἐπιμελείας δεόμενα. τὰ δὲ καὶ τροφῆς.

† χρόνους, Scal. Ald. Bas. χώρας.
‡ Περισκεπῆ Theod. περισκεπής.
† Ἑκάστων Schal.
‡ Διαφέρει δὲ πρὸς τὸ Scal.
† Πράσον.
‡ Κορίαννον.
† Ἀνδρύντα Al. Bas.
‡ τῶν πρότερον.
† Πράσιον Theod.
‡ Πράσιον Theod.

ex majore parte proveniunt. Quod mirum, si tempus, aërve, nihil conferat ad celeritatem. At si improba, frigida, cœloque tristi circumdata sunt, serius prodeunt: nam & tempestas, serenitasve sementi succedens, facit ut alias serius, alias maturius germinetur. Discrimen illud quoque in sementibus † singulis, quod locis apricis, temperatisque, maturissime proventus fieri solet: causas enim eorum (ut simplicius loquar) in pluribus constare credendum est: ‡ exempli gratia. In seminibus ipsis, in cœlo, in tempore, quo singula fieri placuerit: adde tempestates, serenitatesque. Sed hoc amplius inspectandum, in quibus tempora † differant, atque in quibus conveniant: radicem hyeme quidam provenire affirmant * Ad hæc temporum (ut retulimus) diversitate plurimum dissident. Ergo tempora germinandi hæc & sunt, & singulis addicuntur. Refert ad celeriorem, serioremve proventum, & seminum ætas. Quædam enim maturius ex recentioribus exeunt, ut porrum, gethyum, cucumis, cucurbita. Quamobrem nonnulli semen cucumeris lacte, aut aqua præmaceratum serunt, quo celerius exeat. Contra quædam ex vetere celerius, ut apium, beta, nasturtium, † satureia, coriannum, origanum: haud enim omnia oriri melius è recentiori possunt, quemadmodum dictum est. Peculiare in beta inquiunt evenire, quod non semen omne continuo pullulat, sed longo tempore post, anno scilicet sequente, & tertio: qua de causa ex larga copia seminis exiguum prodire solere. Quodque autem seminum si auctum in plenum deciderit, ad tempus usque suum in humo perdurat: nec prius germen ullum emittit, ut ratio est. Sic enim in sylvestrium genere evenire videmus, nisi semen intereat. Perfectiones autem fructuum omnium æstate contingunt. Sed prius, celeriusque (ut simplicius agam) illa perficiuntur, quæ prius sata fuerunt. Refert enim & tempus. Sata enim diebus calidis, celerius caulescunt, semenque ocyus reddunt, * ut radix, ut rapa. Quædam † non anno tantum fructificant, verum etiam bimatu; ceu apium, porrum, gethyum, quæ quidem vel plus temporis edurare queunt. Nec annua dici debent. Major enim eorum pars simul atque semen perfectum sit, exarescit. Omnibus pene, quæ caule emisso fructum perficiunt, facies eo perfici solet: quod ex caulibus laterales surculos edunt. Exceptis, quæ unicaulia constant, ut porrum, gethyum, cæpe, allium. Omnia autem aquam fimumque desiderant: sed magis, quæ infirmiora sunt, curaque egeant majore, aut etiam alimento copiosiore.

† id refert. Ad summū quæ ad mittunt cujusvis sementii occasionem eorum pleraque nibilo celerius propterea æstate proveniunt. Id quod profecto mirum est, si illius vi tempestatis nibil juvetur, at si improba, frigidaque sunt, aere minus libero serius prodeunt.
† Singulorum.
‡ In loco in cælo.
Mutant vel non mutant celeritatem provenien-di: rhaphanum.
** In summa Scal.*
† Thymbra.
** Rhaphanus.*
† Non anno eodem quo sunt sata, sed sequente semen gerunt.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI AD CAP. I.

Ἐπόθορον δὴ. *Vides historiam discerptam. Quippe narrat hic herbas & herbacea. At priore libro jam coronamenta cùm profiteretur, partiebatur in frutices & herbas. Præterea pridem dixerat de spinosis: quarum multæ ab radice statim folia emittunt. Ad hæc,* ἀπὸ τῶν ποωδῶν *comprehendi* λάχανα *dicit. Verum enimverò quodcunque ex hoc genere comeditur, olus est. Itaque etiam thymbra, etiam hyssopus olera sunt: at herbæ non sunt.*

Εἰσὶ τρεῖς ἄροτοι. *Vix defendatur ejusmodi usus à calumnia. Sanè* σκάπτεται *potius* τὰ κηπευτὰ, *non arantur.*

Μετὰ τροπὰς χειμερινάς. *Theodorus*, Solstitium æstivum. *Nempe dixit,* ἡ σπορὰ ἐν ἐναντίοις γίνεται. *Igitur oportet, ne* χειμερινὸς ἄροτος *sit ἐν* χειμῶνι. *Non enim à sementis, sed ab ortus tempore denominarunt. Quòd si satus sit in contrariis temporibus; quæ in hyeme nasci debebunt, ea serentur in æstate. Idque patet: cum mense, inquit, Iulio, Sic è contrario mox,* τὸν δὲ δεύτερον πάλιν μεθ᾽ ἡλίου τροπάς. *scilicet* χειμερινάς. *Inde scribemus,* θέρινον, *pro eo, quod legitur* θέρι.

Ἐὰν μὴ ἑλιχθῇ. *Theodorus*, Nisi convolvantur. *Quid est convolvi? Sed uti supra semina quædam subustulabantur, ut nascerentur:* ἐὰν μὴ ἀποπνιγῇ: *Sic lego, ita etiam infrà*, semina exsiccantur.

Καὶ ὅτι κατὰ πάντας τοὺς ἀρότους. *Theodorus*. Quod etiam omnibus

omnibus sementibus seri potest. *Non est assequutus sententiam Theophrasti. Sed est proportio sententiæ illius.* πλείων θέρους μὲν ἐκ τούτων, χειμῶνος δὲ ἀλιγοτέρων. *Æstate nanque proveniunt celerius. At apium tam morosum est ad proveniendum, ut citra quinquagesimum, ne æstate quidem.* Igitur ita dices, Idque vel quocunque tempore sationis. ἐπισπείρουσι, Theodorus, adjungunt, adserunt. *Inde enim verbi tractus & significatio, & usus.*

Ὅλως δὲ ὅσα κατὰ πλείους χώρας σπείρεται. *Lego*, κατὰ πλείους χρόνους. *Etenim de iis loquitur, quæ ἐπὶ πᾶσι ἀρότοις σπείρεται. Sententia. Quæ admittunt cujusvis sementis occasionem, eorum pleraque nihilo celerius propterea æstate proveniunt. Id quod profectò mirum est, si illius vi tempestatis nihil juventur.*

Legam, ἀσελαινοῦ, *in tertio casu.* Aëre minus libero. *Passive Theodorus interpretatus est in primo casu;* ἀσελαινοῦ, aëre circumdata. *Icciroo est coactus addere, tristi.*

Κατὰ τὰς ὥρας ἑκάστων. Sic lege.

Ἐν τοῖς σπέρμασιν αὐτοῖς. Theodorus addit (exempli gratia.) *Non est exemplum hoc, sed ipsamet res, & ratio. Itaque enumerat omnes causas: locum, tempus, aërem, tum autem & aeris, & temporis eventa.*

Ἐφ' ὧν δὲ παραλλάττουσιν οἱ χρόνοι, καὶ ἐφ' ὧν δ. In quibus tempora differant, & in quibus conveniant. *Non expressit verba: de sentia viderit. Non enim significatio est de temporum differentiis: sed monet in quibus tempora mutent celeritatem proveniendi. Rhaphani exemplo utitur, qui cum die tertia hiberna proveniat, nihilo celerius exit æstate. Nil il igitur mutavit æstas.*

Τὸ δὲ πλεῖστον, ὥσπερ εἴρηται, παραλλάττει κατὰ τὰς ὥρας. Theodorus, Ad hæc temporum, ut retulimus, diversitate plurimum differunt. Ad hæc, *pro eo quod alii dicunt*, in summa. *Et videtur sic Sallustius loquutus. Est autem conclusio, quam non potest indicare oratio illa ad hæc: præsertim cum sit ἀντίθεσις. Contrarium huic postremo exemplo de rhaphano, non autem additio. At verba illa, ad hæc, sunt notæ additamentorum similitudinis.*

Διαφέρει γάρ. Lege, οὐ διαφέρει τι θᾶττον. & ἀδευτέρως: *non* ἀνδευτέρως.

Πρότερον τὸν σπαρέντων. *Lege*, τὸ πρότερον σπαρέντων.

Ἔνια δὲ οὐκ ἐνιαύσια φέρει τὸν καρπόν, ἀλλὰ δίετια. *Hic est disjunctiva.* Non anno protinus, quo sunt sata, sed sequente semen gerere. *Theodorus conjunxit.* Non solum anno, sed etiam bimatu: *atque ei favet apii exemplum. Eodem enim anno fert. Theodorus legit,* πρόσω. *non*, πρόσω. *Et paulo post item.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

De herbaceis ac herbis se acturum promittit Theophrastus; inter herbacea herbasque numerans olera & frumenta. De oleribus hoc lib VII. agit In olerum, autem classem multa refert, quæ herbæ dici nequeunt, ut origanum, rutam, apium, aliaque, quæ vel frutices, vel suffrutices sunt, si definitionem sequamur, quam libris prioribus dedit.

Λαχανώδους. Infra cap. VII. quæ λάχανα vocentur docet, καλοῦμεν γὰρ τὰ λάχανα τὰ πρὸς ἡμετέραν χρείαν. *Olera enim vocamus, quæ nobis usui sunt quotidiano.* Sed frumentum, pisa, cerasa, mala, pyra, quotidiano usui inserviunt, & in cibos recipiuntur. Melior eorum definitio, qui, λάχανον dicunt omnem herbam sativam, quæ edendo est. Eadem ferme Theophrasti sententia. Λάχανα enim vult esse herbas, quæ in culinæ usum recipiuntur. Λάχανα dicta esse volunt, παρὰ τὸ λαχαίνειν. Quod fodiatur terra in plantatione oleris. Fortè quod olera fossione, fimo, terraque benè culta gaudeant. Hesychius. Λαχαίνειν, ὀρύσσειν, σκάπτειν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ λάχανον τὸ μεγάλως χαίνειν. Olus apud Latinos dicitur omnis herba, quæ in usu culinario est. Olus ab alendo, quod oleribus alerentur homines, antequam fruges essent reperti. Alia tamen Varronis est sententia lib. IV. de lingua Latina, ubi ab olla factum olus contendit. *Ab olla olera dicta: quorum à genere cruda olera, è queis ad coquendum, quod rueret è rure, ruapa: unde rapa.* Postrema corrupta. Scribe, *quod è terra rugerent. Ruapa,* unde *rapa.* Vide cap. de rapa.

Τρεῖς, ἀρότους.] Τρεῖς inquit esse ἀρότους. Idem fermè infra repetit cap. XII. ubi de scilla agit, Ἀρότους sementis tempus exponi debet, non arandi. Scio ἄροτον accentu in antepenultima sive prima, significare, arationem, segetem, terramque subactam; ἀροτὸν verò accentu in ultima serendi tempus. Vulgatam tamen servavi lectionem, quod animadverterim, hæc ab ipsis auctoribus Græcis, etiam antiquissimis, confundi. Uti apud Theophrastum lib. III. de causis cap. XXIV. An tria tantum tempora sunt serendi? Videtur hoc docere Theophrastus. Verum tamen esse non videtur. Columella enim lib. XI. cap. III. quæ singulis mensibus serenda sunt docet. Idem facit lib. II. Palladius. Idem lib. XII. Cassianus Bassus. Dicendum, tria tantum tempora numerare Theophrastum, quod tribus hisce omnis generis semina mandari terræ soleant, aliis verò pauca Sic Columella loco jam citato duo tantum præcipua tempora sementis esse docet, cum per totum caput, quæ singulis mensibus serenda sint, præscribat. Et hanc mentem esse Theophrasti, quæ sequuntur ostendunt ποιοῦνται δὲ πλείους ἀρότους.

Καλοῦσι δὲ οὕτως ὡν πρὸς] Ἀρότον non à sementis, sed ab ortus tempore, ut ait Theophrastus, denominarunt. Contra Latini à satus ratione nominarunt. Quod autem ait, satum contrariis temporibus instituendum, Latini imitati sunt. Nam quæ in hyemem nasci debent, id est quorum usus est hyberno tempore, ea æstate seri debent, cum sol ingreditur, vel jam ingressus est Leonem. Malè ergo in Aldino codice scriptum est χειμερινοῖς, Rectè Gaza, ut etiam observavit Scaliger, θερινοῖς legit. Dubitatione tamen non caret quod scribit Theophrastus. Nam selinum vulgo petroselinum vocant, quod æstate seritur, autumno provenit, eodemque tempore usum præbet: quod autumno seritur, hyeme in usus culinarios recipitur. Rhaphanus minor vere sata, ipso adhuc vere similes præbet usus; major ante hyemem non expetitur. Idem de rumice, lactuca, similibusque dico. Fortassis intelligit, tum demum caulem emittere. Sed nec hoc verum, nec mentem esse magistri vox χρείας ostendit: Ocimum, portulaca, mense Martio sata, æstate caulem producunt, immo mense Majo sata, Iulio cum caule floreque conspexi. Columella loco citato. *Mense autem Februario vel planta, vel semine ruta, atque asparagus, & iterum cæpe semen & porri: nec minus si vernum & æstivum fructum voles habere, Syriacæ radicis & rapæ napique semina obrues: nam alii & ulpici ultima est hujus temporis positio.*

Ἐν δὲ σπείρουσι] Μεταγειτνιὼν mensis initium capiebat, quando sol in Leonem ingrediebatur, quod hodie fit XXII. mensis Iulii die. Columella loco citato parvo, immo nullo discrimine Augusto mense semina rhaphani, rapæ terræ committendum præcipit. *Cæterum*, inquit, *Augusto circa Vulcanalia tertia satio est* (sementis tempus non ab usu ortuque, sed ratione satus, ut dixi, apud Latinos incipit.) *eaque optima radicis,* (sic rhaphanum vocat) *& rapæ, itemque napi, & siseris, nec minus oleris atri: atque hæc sunt sationum tempora.*

Καὶ τὰ καλούμενα ἐπισπείρειν] Ἐπισπείρειν aliquando significat semen non nudum terræ committere, sed intra aliquod conditum deponere. Quomodo apud Theophrastum lib. II. de caus. cap. XXIII. verbum ἐπισπείρειν accipitur. οἱ δὲ καὶ σπέρματα τὰ τοιαῦτα ἐστι, οἷον τὸ περὶ Βαβυλῶνα τῇ ἀκάνθῃ περὶ τὸ ἄστρον ἐπισπειρόμενον. φασὶν αὐθήμερον ἀναβλαστάνειν, καὶ ταχὺ περιλαμβάνειν καὶ τὴν ἄκανθαν. Hunc locum sic vertit Plinius lib. XIII, cap. XXIV. *Non omittendum est & quod Babylone seritur in spinis, quoniam non alicubi vivit, sicut viscum in arboribus: sed illud in spina tantum, quæ regia vocatur. Mirum quod eodem die germinet, quo injectum est: injicitur autem ipso canis ortu, & celerrimè arborem occupat.* Idem Theophrastus eodem lib. cap. XXIV. Ἐν δὲ τοῖς ἐπισπειρομένοις ἀφήρηται καὶ τὸ συμβεβηκός. προαιρεῖται γὰρ δρῶσιν, ἀλλὰ τὸν καιρὸν δηλονότι λαμβάνουσι τῆς ἐπισπορᾶς, ὅταν ὀργᾷ τὸ ὑποκείμενον. ὥσπερ ἡ ἄκανθα φαίνεται περὶ ἄστρον. *In his autem, quibus semen imponi retulimus, accidens illud locum habere non possit. Ex praelectione enim agunt. Verum tempus subserendi capiunt, cum subjacens planta turgescere incipit. Sicut spina illa dum sidus oritur, intumescere planè videtur.* Sed longè alio sensu vox ἐπισπορᾶς hoc accipi debet capite, videlicet pro altera, sive secunda satione. Columella lib. XI. cap. III. *Nunc quid quoq; tempore vel colendum, vel serendum sit, præcipiamus, & primum de his generibus loquendum est, quæ possunt duobus seri temporibus* (ἐπισπορὰς Græci vocant) *id est vere & autumno, sunt autem semina brassicæ & lactucæ, cinaræ, erucæ, nasturtii, coriandri, chærephylli, anethi pastinacæ, siseris, papaveris: Hæc enim vel circa calendas Septembris, vel melius ante calendas Martias Februario seruntur. Locis verò siccis aut tepidis, qualia sunt Calabriæ, & Appuliæ maritima, possunt circa idus Ianuarias terræ committi.* Ἐπισπείρειν

Plinius *reserere* vertit lib. XVIII. ca. XX. *Nam cum hyeme praegelida captae segetes essent, reseverunt, resarrientes campos mense Martio.* Ἐπισπορὰ vocem de altera satione accipiendam esse, ex ipso Theophrasto hoc eodem probatur capite, πᾶσι δὲ συνέρχεται τοῖς ἀρότοις τὰ ἐπίσπορα. Idē eodem cap. δυσφυέστατον δὲ πάντων τὸ σέλινον. πεντεκαιδεκαταῖον γὰρ φασιν, οἱ τὰ συντομώτερα λέγοντες. οἱ δὲ πεντηκοσταῖον. καὶ τοῦτο κατὰ πάντας τοὺς ἀρότους. ἐπισπείρουσι γὰρ τινες ἐπὶ πᾶσιν. Athenagoras in Apologia Ὁ γεωργὸς καταβάλλων εἰς γῆν τὰ σπέρματα ἄμητον ἀπεκδέχεται, οὐκ ἐπισπείρων, *Agricola qui semen terrae mandat, frugem exspectat, non iterans sationem.* Hesiodus ἔργων.

> —— Τοῦ δ' οὔτι νεώτερος ἄλλος ἀμείνων
> Σπέρματα δάσσασθαι καὶ ἐπισπορίην ἀλέασθαι.
> *Hoc verò neque junior alius melior,*
> *Ad spargendum semina & iteratā sationem evitandam.*

Ad hos versus Moscopulus. τούτου οὐδαμῶς ἐστιν, ἄλλος νεώτερος ἀμείνων, εἰς τὸ δάσσασθαι σπέρματα, ἤγουν καταβάλλεσθαι εἰς τὴν ἀροτριωμένην γῆν ἐν τάξει μεριζόμενα, καὶ ἐκφυγεῖν τὴν ἐπισπορίην, ἤγουν τὴν ἐπὶ τοῖς σπαρεῖσι σπόραν, ὃ γίνεται ὅταν ἐλλιπῶς ἡ προτέρα γίνηται σπορά. *Episporia*, inquit, *est iterata satio, quando aliud semen in eandem injiciunt terram, hoc fit quando satio prima infeliciter successit.* Ad eosdem versus Proclus. τὸ μὲν σπέρματα δάσσασθαι δηλοῖ καταβάλλεσθαι ταῦτα μεριζόμενα ἐν τάξει εἰς τὸ ἀροτριευμένην γῆν, τὸ δὲ ἀλέασθαι τὴν ἐπισπορίαν, τὸ μὴ ἀνωμάλως ῥίπτειν, ἀλλὰ συμμέτρως τὰ σπέρματα μὴ ἀλλ' ἄλληλα πάντα εἰς ἕνα τόπον. αὕτη γὰρ ἡ ἐπισπορία ὡς τῶν δευτέρων σπερμάτων θλιβόντων τὰ πρότερα, τόπον οὐκ ἄλλον ἀπορίαν μενόντων. Idem ex alterius sententia. ἐπισπορία δέ ἐστιν, ὅταν σπείρῃ τις ἐλλιπῶς, καὶ πάλιν ἄνωθεν σπόρον ἐμβάλλῃ. Ioannes Tzetzus ad versus citatos. σπέρματα δάσσασθαι] τὰ σπέρματα καλῶς διαμοιρᾶσθαι καὶ σπεῖραι. Ἐπισπορίην] τὴν δευτέραν καὶ ἐπαναστροφὴν φυγεῖν, οἱ γὰρ κακῶς σπείροντες, πάλιν ἐπανασπείρουσιν, ἐπιβάλλοντες ἕτερον σπόρον. Ἐπίσπορα ergo dicūtur quae iterū seminari possunt

Τοῦ δὲ δευτέρου. Secundū sationis tempus ait esse, quando sol est in Aquario. Γαμηλιὼν octavum, in ordine mensium Atticorum locum occupat. Quod ex hoc Theophrasti loco haud difficulter probatur. Ait enim Μεταγειτνιῶνος mense primam esse sementem. Μεταγειτνιὼν mensis secundus est anni Attici. Satio autem, ut ipse ait, contrariis fit temporibus. Hoc si verum, necessario sequitur octavum esse mensem. Primus enim septimo opponitur, secundus octavo. Μεταγειτνιῶνα secundum anni esse mensem, supra lib. III. cap. VI. abunde probavimus, diximusque, Atticis novum annum incipere ipso solstitii die, mense Ἑκατομβαιῶνος. Demosthenes quoque Olynthiaca III. Metageitnionem secundum ab Hecatombaeone nominat. τότε τοίνυν ἦν Μαιμακτηριὼν & paucis interjectis verbis. Καὶ μετὰ ταῦτα διελθόντος τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου, Ἑκατομβαιὼν, Μεταγειτνιὼν, Βοηδρομιών. τούτου τοῦ μηνὸς μόλις μετὰ τὰ μυστήρια δέκα ναῦς ἀπεστείλατε ἔχοντα Χαρίδημον κενὰς καὶ πέντε τάλαντα ἀργυρίου. *Tunc igitur mensis erat Maemacterion, deinde verò eo anno elapso (preteriere) Hecatombaeon, Metagitnion Boedromion. Hoc demum mense, vix post initia Cereris, Charidemum decem naves habentem vacuas ablegastis, & argenti V. talenta.* Quo loco Orator Maemacterione nunciatum fuisse dicit Philippum Haereum castrum obsidere, Athenienses que multis verbis & tumultu facto tandem decrevisse quadraginta triremes producere. Post quod decretum mense anni quarto factum annus affectus fuit, & ad finem non solum deductus, sed & praeterea de sequente anno & novo effluxerunt Hecatombaeon, Metageitnion, & Boedromion tres anni primi menses, priusquam Athenienses quod decreverant exequerentur. Μεταγειτνιὼν ergo mensis secundus, & huic contrarius Γαμηλιὼν octavus. Hujus initium erat, si veterem stylum sequamur XII. Ianuarii die, sin verò novum calculum XXII Ianuar. Solent quippe Attici antiqui initium anni sumere ab ipso solstitii die; annum dividere in XII. menses, quorum intium erat, quando sol in novum ingrederetur zodiaci signum. Cum ergo Γαμηλιὼν octavus mensis, octavum autem à Cancro signū sit; *Aquarius* malui vertere, *quando sol esset in Aquario.* Similiter quando Μεταγειτνιῶνος μηνὸς ait Theophrastus, *sole existente in Leone.* Vide quę supra li. III. & IV. dicta sunt.

Μεθ' ἡλίου τροπάς.] Deest vox; scribe, μεθ' ἡλίου τροπὰς χειμερινάς. Sic solent Graeci de Hyemali loqui solstitio. Romani & doctiores Brumam vocant. Aristoteles lib. I. Meteor: cap. IV. Ἐπὶ δὲ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκλέους τοῦ Μόλωνος, ἐγένετο κομήτης ἀστὴρ πρὸς ἄρκτον, μηνὸς Γαμηλιῶνος περὶ τροπὰς ὄντος τοῦ ἡλίου χειμερινάς. Pro περὶ τροπὰς ex Theophrasto puto scribendum μετὰ τροπὰς, sed non multum adversabor, si quis vulgatam servarit. Verte, *Imperante autem Athenis Eucleo Molonis, apparuit cometa post brumam, sole existente in Aquario.* Contra quando solstitium aestivum indicere vellent, addebant vocem θεριναὶ, uti hoc ipso capite, aliisque plurimis locis legere est apud Theophrastum. Latini aestivum solstitium κατ' ἐξοχὴν solstitium vocabant hyemale; Brumam, vel brumale solstitium, uti viri magni observarunt ex Columella cum hunc citant locum. XVI. *Calend. Ianu. quum sol in capricornum transitum facit, brumale solstitium.* Non memini ubi hęc Columella dicat. Locum corruptū scio; XVI. Calend. Ianuar. non erit Bruma, aut brumale solstitium, sed VIII. Calend. Ianuar. Columella lib. IX. cap. XIV. *Ab occasu Vergiliarum ad brumam, quae fere conficitur circa* VIII. *Calend. Ianuarii in octava parte Capricorni jam recondito melle utuntur examina, eoque usque ad Arcturi ortum sustinentur. Nec me fallit Hipparchi ratio, quae docet, solstitia & aequinoctia, non octavis; sed primis partibus signorum confici. Verum in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi, & Metonis, antiquorumque fastus astrologorum, qui sunt aptati publicis sacrificiis, quia & notior est ista vetus agricolis concepta opinio. Nec tamen Hipparchi subtilitas pinguioribus, ut ajunt, rusticorum literis necessaria est.* Christiani Hipparchi rationem sequuntur. Bruma autem dicitur hyemale solstitium, quod tum anni dies brevissimus. *Bruma* quasi *brevima dies*, id est *brevissima*, inde *breuma* & *bruma*. Ita antiqui dicebant, brevis, brevior, brevimus, sic plus, plurior, plurimus. Ita clarus, clarior, clarimus. Iscodori glossae, clarimum, clarissimum.

Πρὸ τοῦ.] Quid quolibet tempore seri debeat leges apud Columellum lib. XI. cap. III. Locum adeat lector.

Τὸ τρίτον ὄν.] Iam ante nos observavit magnus Scaliger, pro θέρι, θερινὸν scribendum. Τοῦ μουνυχιῶνος. Deest, vel sub intelligi debet vox μηνός. Sic supra Μεταγειτνιῶνος μηνός, Γαμηλιῶνος μηνός. Μουνυχιῶνος vertunt, *Martio mense.* Μουνυχιῶνα mensem esse cujus initio aequinoctiū fit vernū, ex hoc Theophrasti loco patere potest, cujus hic sensus, Ἀρχὴ τοῦ τρίτου ἀρότου ἀπὸ ἰσημερίας ἐαρινῆς ἣν καλοῦσι θερινὸν, ἐπὶ Μουνυχιῶνος. Principium tertii satus, ab aequinoctio verno, quem aestivū vocant sole existente in Ariete contingit. Μουνυχιῶνα mensem esse in quo aequinoctium contingit vernum ex Aristotele probatur; ubi scribit, plurimos pisces circa aequinoctium parere, ac plurima parte tribus his mensibus Munichione, Thargelione, Scirrophorione. Scirrophoriona esse mensem, qui solstitium praecedit ex lib. IV. cap. XII. Theophrasti satis clarè liquet. Vide, quae ad locum illum notavimus. Verba Aristotelis reperiuntur lib. V. hist. Animal. ca. XI. τίκτουσι δ' οἱ πλεῖστοι τῶν ἰχθύων ἐν τρισὶ μησί. μουνυχιῶνι. Θαργηλιῶνι. Μετοπώρου δὲ ὀλίγοι. *Pariunt plurimi pisces tribus mensibus Munychione, Thargelione, & Scirrophorione, autumno pauci.* Vulgo vertunt: *Pariunt pisces plurima sui parte mensibus his tribus, Martio, Aprili, Majo: autumno pauci.* Melius Plinius, quem sequi oportebat, lib. IX. cap. LI. *Plurimi piscium tribus mensibus, Aprili, Majo, Iunio.* Μουνυχιῶνα *Aprilem* vertit, quod Μουνυχιῶνος mensis pars prior Martio mense contineretur, duae reliquae Aprili. Sic Θαργηλιὼν ad partem ultimam Aprilis incipiebat exspirabat autem ad finem alterius partis mensis Maij. Ita quoque σκιρροφοριῶνος initium incidebat in partem ultimam mensis Maij, finis erat XXI. Iunii die, id est, ad finem partis alterius mensis Iunii. Caeterum ad Aristotelis locum citatum haec Scaliger, *Dixerat vere parere. Nunc ponit mensium nomina. Parere & coire pisces verno tempore cap. VIII. ejusdem libri tradidit. Emenda Suidae codicem in quo habetur;* Μουνυχιὼν ὁ δεύτερος μὴν παρ' Ἀθηναίοις. Ἐν δὲ τούτῳ Ἀρτέμιδι ἔθυον μουνύχια. *Mensis secundus apud Athenienses, in quo Munichia Dianae celebrantur.* Falsum est Μουνυχιῶνα anni secundum esse mensem. Decimus est. Quare scribe ut apud Phavorinum & Varinum legitur, Μουνυχιὼν ὁ δέκατος παρ' Ἀθηναίοις, *Decimus Atheniensium mensis.* Hujus initium est XXII. Martii dies, cum sol Arietem ingreditur. Vertè ergo, *sole existente in Ariete.*

Τάχιστα μὲν οὖν. Docet Theophrastus quo die à satione proveniant semina. Hunc locum malè exscripsit Plinius lib. XIX. cap. VII. *In horto satorum celerrimè nascuntur ocimum, blitum, napus, eruca; tertio die erumpunt. Anethum quarto; lactuca quinto: raphanus sexto: cucumis & cucurbitae septimo; nasturtiū ac sinapi quinto: Beta aestate sexto, hyeme decimo: atriplex octavo: caepe decimo nono, aut vigesimo: gethyū decimo, aut duodecimo.* Napum inquit tertio die provenire, raphanum sexto; Theophrastus raphanum tertio, napum quinto die primum germen emittere tradit. Et hic primus Plinii error; nisi forte quis velit contendere Pliniana verba esse disposita ac

loco napi legendum raphani, & ubi raphanus habetur scribendum napus. Absolutè quoque non dixit Theophrastus tertio à satione die pullulare, sed addidit ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Nec semper tertio die erumpit raphanus, quam radiculam vocamus, sed sæpius quarto, quintoque; semper tamē citius quam alia semina à satione germen producit. Idem de blito, lactuca, & cæteris dicendum. Alter Plinii error, quod napum & sinapi diversas faciat plantas, cum una eademque sit, ut infra, ubi de sinapi nobis erit sermo, demonstrabo. Lactucam Plinius quarto die è terra prosilire scribit, cum quarto, aut quinto dicat Græcus auctor; quod ad veritatem propius accedit. Ita quoque Plinius cucumerem & cucurbitam septimo die pullulare tradit; cum quinto, aut sexto, &, ex aliorum sententia, septimo die nasci referat Theophrastus. De protulaca nihil Plinius. Porrum & gethyum non convenire ait. Porrum quidem aliquando XIX. aliquando XX. gethyum X aut XII. provenire commemorat Theophrastus. Plinius autem cæpe ait XIX aut XX. provenire; gethyum; decimo aut duodecimo. Rectè Gaza pro πράσιον, quod *marubium album* denotat, πράσον restituit. Id vel ex l. IV. de causis c. III. patet. Decimo quinto die porrum è semine nasci scribit τὸ δὲ καὶ πεντεκαιδεκαταῖα, καθάπερ πράσον. Verisimile fit pro πεντεκαιδεκαταῖα legendum εἰκοσταῖα. Sic enim legit Plinius, qui ubique πράσον oleris genus, & πράσιον plantam coronariam, de qua supra lib. VI. cap. II. egimus, confundit; hoc vero loco pro πράσον legit κρόμμυον.

Κορίαννον δὲ δυσφυές. Corruptus codex. Vertunt, *Coriannum proventu contumax est*, quippe quod si novum sit, nasci recuset, nisi convolvatur. Non video quid convolutio ad celeriorem seminum proventum possit. Ex Plinio nihil sperandum; is negligentius hunc locum reddidit. *Contumacius*, inquit, *coriandrum*. Scaliger Julius restituit ὑποπτισθῇ ac interpretatur *subustuletur*. *Theodorus*, inquit, *nisi convolvantur*. Quid est convolvi? *sed uti supra semina quædam subustulabantur, ut nascerentur*: ἐὰν μὴ ὑποπτισθῇ. Sic lego; ita etiam infra, *semina exsiccantur*. Locus quem citat, reperitur lib. V. ubi eum examinavimus, videat nostras notas lector. Ὑποπτίσσω an *leviter torreo*, an *subustulor* significet, non inquiram; rarò admodum eo significatu reperitur. Illud dico rationi contrarium esse, subustulari semina, ut citius meliusque proveniant. Dum enim torrentur, & subustulantur, evanescit ac perit humidum quod habent radicale, cortex etiam durior redditur, cum mollior fieri deberet. Nemini incognitum, semina duriori cortice macerari, ut celerius germen emittant, coriandri autem semen, quia cortice tegitur, siccicre ac duriore quam reliqua olera, ideò macerari debet. Sic etiam lupinos, phaselos, aliaque plura semina olitores macerant, ut citius germen emittant. Scribo ergo pro ἐλιχθῇ, βρεχθῇ, nisi *maceretur*. Hanc emendationem ipse probat Theophrastus lib. IV. de caus. cap. III. Δυσφυὲς δὲ καὶ τὸ κορίαννον, ἂν γὰρ βλαστάνει μὴ βρεχθέν. αἰτία δ' ἡ σκληρότης, ὥσπερ γὰρ ξυλῶδές ἐστι τὸ ἔλυτρον. *Coriannum quoque difficile provenit. Haud enim germen emittit nisi aqua præmaceratum, causa, duritiem habet; ligneo enim quasi tegmine tegitur.*

Θύμβρος δὲ. Plinius; *Cunila quidem & origanum post XXX. diem.* Gaza vertit: *Saturejæ atque origano plus quam triginta dies dantur.* De cunilæ voce vide quæ supra diximus, capite de origano. θύμβρον Gaza *saturejam* vertit; credo ex auctoritate Plinii qui lib. XIX. cap. VIII. scribit. *Cratevas apud Græcos cunilam bubulam eo nomine appellat. Cæteri verò conyroides* (vide quæ supra dixi) *cunilaginem: thymbram verò, quæ sit cunila. Hæc apud nos habet vocabulum & aliud, satureja dicta in condimentario genere.* Columella autem, cujus auctoritas apud me major, thymbram à satureia distingint lib. IX. cap. IV. *Eadem regio fœcunda sit fruticis exigui, & maxime thymi, atque origani, tum etiam thymbræ, vel nostratis cunilæ* (attende ad verbum *nostratis*) *saturejam rustici vocant.* Idem eodem capite. *Thymo deinde proxima thymbra, serpyllumque & origanum. Tertiæ notæ, sed adhuc generosæ, marinus ros, & nostras cunila, quam dixi satureiam.* Idem in Hortulo.

Et satureia thymi referens, thymbræque saporem.

Placidus Lactantius in primam Theb. Statii, ait thymbram Latinè appellari polium. Sed graviter errat. Nam vox utraque Græca est, θύμβρα καὶ πόλιον, res tamen diversa. Verba ipsa Placidi Lactantii addam, ad hunc Statii versum

Seu Trojam Thymbræus habes.

Thymbra locus est Trojæ ab herba cognominatus, quam Latini pulejum dicimus. Illuc Admeti regis pecus patet. Ita editus, quem vidi, codex habet. In annotationibus, aut potius variis lectionibus, quas viri doctissimi ad calcem libri adjecerunt, reperi, in altero codice *pulejum*, in altero *pollium*. in MS. *verbenam*. Ex *pollium* formarunt *polium*. Sed perinde utrum *pollium*, *pulejum*, an *verbenam* legamus. Omnes à Thymbra sunt plantæ diversæ, locisque diversis, de singulis agit Dioscorides, & Theophrastus. De polio Dioscorides lib. III. cap. CXXIV. de thymbra lib. III. cap. XLV. Theophrastus libro hoc septimo de thymbra, saturejaque infra plura.

Δυσφυέστατον. Plinius loco citato, *Omnium difficillime apium: quadragesimo enim die cum celerrimè, quinquagesimo majore ex parte emergit.* Postremam clausulam hujus periodi omisit Plinius, quam ita transtulit Gaza: *Quod enim omnibus sementibus fieri potest, quidam enim id adjungunt.* Sed *reseminant* vel *reserunt* dicendum fuit, id enim est ἐπισπείρουσι.

Κατὰ πλείους ὥρας. In Aldino & Basileensi χώρας. Pro quo Scaliger χρόνους. Placet vulgata lectio, ὥρας, quod proximè ad antiquam accedat. Sæpe in antiquis Theophrasti codicibus pro ὥρας, χώρας & χώρας pro ὥρας scriptum est. Cæterum mentem hujus loci rectè percepit Scaliger. vide ejusdem animadversiones.

Παραλλάττει γὰρ ἐν τοῖς τόποις καὶ ἐυκρασίαις. Malè in Aldino ἐυκρασιν. Causas recenset Theophrastus cur semina eodē modo sata tardius, vel celerius proveniant. Sunt autem locus, cœlum, ætas, tempus, serenitas, tempestas, de quibus omnibus cum in libris de causis luculentius agat: eò lectorem remittimus, ac ut commentaria Scaligeri perlegat rogamus.

ἡ τῶν σπερμάτων παλαιότης. Hunc locum exscripsit Plinius his verbis, *Aliquid seminum ætas confert, quoniam recentiora maturius gignuntur, in porro, gethyo, cucumere, cucurbita: ex vetere autem celerius proveniunt, apium, beta, cardamum, cunila, origanum, coriandrum.* Apii, sive selini semen bimum terræ commisi bis, terve, sed quam anniculum citius provenire hactenus non observavi. Nasturtii semen recens æque cito ac antiquum provenit. Sed hoc solo, cœloque fortè adscribendum.

Ἴδιον δὲ φασὶν ἐπὶ τοῦ τευτλίου. Plinius loco citato: *Mirum in betæ semine; non enim totum eodem anno gignit, sed aliquid sequente, aliquid tertio. Itaque ex copia seminis modice nascitur.* Non putarim ex eodem semine diversis annis betæ alias atque alias plantas nasci, sed ex deciduo.

Ἔνια δὲ καὶ οὐκ ἐπετεία. Vertunt: *Quædam non anno tantum fructificant, verum etiam bimatu; ceu apium, porrum.* Mentem Theophrasti, ut rectè monet Scaliger, non percepit Gaza, uti nec Plinius, qui lib. XIX. cap. VII. sic hunc locum transtulit: *Quædam anno suo tantum pariunt, quædam sæpius, sicut apium, porrum, gethyum. Hæc enim semel sata pluribus annis restibili fertilitate proveniunt.* Falsum est apium sæpius ferre semen. Perire solet planta, quando semen maturum reddidit, nisi fortè cultura accedat, & tum etiam sæpius perit. Novæ sunt plantæ quæ ex deciduo nascuntur semine; nec scio quid sit *anno suo pariunt.* An alio anno quam suo parere possunt? Theophrasti verba sic verte. *Nonnulla non eodem quo sata sunt anno semen ferunt, sed proximo, ut apium.* Videamus rem ipsam. Apium si maturè admodum seratur, æstasque sequatur, conveniens eodem anno semen reddet. Idem faciet si ante finem anni præcedentis semen terræ commissum est. Majo Aprilique mensibus terræ mandatum postero anno feret. Ut plurimum tamen altero à satione anno semen fert: rarissime eodem.

ΚΕΦ. Β. / CAP. II.

Quæ olera è quibus nascantur: nasci verò è semine, avulsione, ramo, atque radice. Quæ caule reciso regerminent. Quæque radices perdurent: & quæ regerminent, quæ non.

Φύεται δὲ πάντα ἀπὸ τοῦ σπέρματος. ἔνια δὲ καὶ ἀπὸ παρασπάδος, καὶ κλωνὸς, καὶ ῥίζης. ἀπὸ μὲν παρασπάδος ἡ ῥάφανος. ἀεὶ γὰρ τι καὶ ῥιζῶδες περιλαβεῖν, ἀπὸ δὲ τῶν βλαστῶν, πήγανον, ὀρίγανος, ὤκιμον. ἀποφυτεύουσι γὰρ καὶ τοῦτο, ὅταν σπιθαμιαῖον ἢ μεῖζον γένηται, τεμόντες εἰς τὸ ἥμισυ. ἀπὸ ῥίζης δὲ, σκόροδον, καὶ κρόμμυον, καὶ βολβὸς, καὶ ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα τῶν κεφαλορρίζων. φύεται δὲ καὶ ἐν τινῶν αἱ ῥίζαι διαμένουσιν ἐπὶ πλειόνα χρόνον, ἐπετειοκαύλων ὄντων, ὅτι δ' ἀπὸ τοῦ σπέρματος πάντα βλαστάνει, φανερὸν, καὶ γὰρ τὸ πήγανον, ὅπερ οὔ φασί τινες, ἀλλὰ βραδέως, διὸ καὶ ἀποφυτεύουσιν. ὅσα δ' ἀπὸ ῥίζης φύεται, τούτων, ἡ μὲν ῥίζα χρόνιος, αὐτὰ δὲ ἐπετειόκαυλα. διὸ καὶ παραβλαστάνουσιν αἱ ῥίζαι τῶν τοιούτων, καὶ γίνονται πλείους οὐ μόνον ἐν τοῖς ἡμέροις, καὶ κηπευομένοις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἀγρίοις, ὥσπερ εἴπομεν οἷον βολβοῖς, σκύλλαις, καὶ τοῖς ἄλλοις. παραβλαστάνει δ' ἔνια καὶ τῶν μὴ κεφαλορρίζων, χρονιωτέρων δὲ οἷον σέλινον, καὶ τεῦτλιον. ἀφιᾶσι γὰρ ῥίζας, ἀφ' ὧν φύονται φύλλα καὶ καυλοί. παραβλαστάνει δὲ καὶ γήθυον καὶ † πράσιον, καὶ παραφύει κάτωθεν, οἷον βολβώδη τινὰ κεφαλὴν. ἐξ ἧς ἡ βλάστησις γίνεται τῶν φύλλων. ἀναυανθέντος δὲ τοῦ καυλοῦ, καὶ τοῦ σπέρματος ἀφαιρεθέντος. ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ χρησίμας εἶναι τὰς τούτων κεφαλὰς οὐ συλλέγουσι μὲν εἰς ἐργασίαν. διὸ οὐδ' οὐ φυτεύουσι. τάχα δὲ ταῦτα καὶ ὁμογενῆ, καὶ συνεγγύς πως τῇ τοῦ κρομμύου φύσει. διὸ οὐδ' οὐ θαυμαστόν. ἀλλ' ὅμως οὐδ' ἐπὶ πάντων καὶ ἡμέρων καὶ ἀγρίων, ὅσα χρονιώτερα μέν ἐστιν, ἐπιγειότερα δὲ τούτων, αἱ ῥίζαι ἐπιβλαστάνουσιν ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν φρυγανικῶν, καὶ τῶν θαμνωδῶν. ἀλλ' ἐπὶ τῶν κρομμύων, καὶ σκορόδων, καὶ βολβῶν, καὶ ὥσπερ ἀριθμός τις γίνεται τούτων. ἡ δὲ γένεσις ὥσπερ εἴρηται τριχῶς ἐστιν. ἀπὸ σπέρματος μὲν πάντων, ἀπὸ δὲ καυλοῦ καὶ ῥίζης τῶν εἰρημένων. τῶν δὲ καυλῶν κολουθέντων, πάντων μὲν ὡς εἰπεῖν βλαστάνει, πλὴν τῶν ‡ λειοκαύλων. ἐμφανέστατα δ' ὥσπερ καὶ εἰς χρείαν, ὤκιμον, θρίδαξ, ῥάφανος. καὶ τῆς μὲν θρίδακος ἡδίους φασὶ τοὺς παλιβλάστους εἶναι καυλούς. τὸν γὰρ πρῶτον ὀπώδη καὶ πικρὸν εἶναι, ὡς ἄπεπτον. οἱ δὲ τὸ ἐναντίον, ὀπωδεστέρους τούτους, ἀλλ' ἕως ἂν ὦσιν ἁπαλοὶ, φαίνεσθαι γλυκυτέρους, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ῥαφάνου τοῦτο ὁμολογούμενον. ὡς εἰ πάλιν βλαστήσει, ἡδίων ἀφαιρεθέντων τι τῶν φύλλων πρὸ τοῦ διακαυλίζαι. διαμένουσι δὲ αἱ ῥίζαι πλειόνων, ἀλλ' αἱ μὲν βλαστάνουσι πάλιν, αἱ δὲ οὔ. ῥαφανὶς οὖν καὶ γογγυλὶς διαμένουσι γῆς ἐπιβληθείσης ἄχρι θέρους, καὶ αὔξησιν λαμβάνουσιν. ὅπερ ποιοῦσί τινες ἐξεπίτηδες τῶν κηπωρῶν. οὐ βλαστάνουσι δὲ, οὐδ' ἀφιᾶσι φύλλον, † οὐδ' εἴ τις ἀφέλοι τὴν ἐπισεσαγμένην γῆν, ἰδεῖν δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐστί. τά τε πλεῖστα τῶν λαχανωδῶν, μονόρριζα τῇ παχείᾳ κατὰ βάθους ῥίζῃ. καὶ γὰρ ὅσα παραφύει τὰς ἰσοπαχεῖς ‡ ταύτας ὥσπερ σέλινον καὶ τεύτλιον, ἀπὸ τῆς μέσης πως ἡ παράφυσίς ἐστι καὶ οὐκ εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἡ σχίσις εἰς δὲ ταύτην

† πράσον.
‡ λειοκαύλων
† εἰ μή τις ἀφέλοι.
‡ ταύτην.

NAscuntur omnia è semine. Nonnulla etiam avulsione, ramo, radiceque. Avulsione, brassica: semper enim vel aliquid radicis ejus accipitur. Germine, ruta, & origanum defiguntur, nec non & ocimum: nam id quoque transfertur cum ad palmum, aut plus altitudinis venerit, dimidio abscisso. Radice allium seritur, & cœpe, & bulbus, & † arrus: & in plenum, quæ in capitatorum genere ejusmodi sint. Nasci etiam ea possunt, quorum radices plus temporis durant, quanquam annuo constent caule. Sed quod omnia provenire semine possunt, manifestum hinc est. Ruta enim sic nascitur, quod quidam negant: verum tardè, qua de causa surculo serere eam solent. Illorum verò quæ radice proveniunt, radix quidem diuturna est: ipsa autem annicaulia consistunt. Itaque radices talium suo latere germinant, pluresque redduntur, non tantum in urbanis, atque hortensibus, verum etiam in sylvestribus (ut dictum jam est) ceu in bulbis, gethyis, scyllis, aliisque quibusdam. Quædam etiam non capitata, verum diuturniora, germinare posse cernuntur, ut apium, beta: mittunt enim radices, quibus folia, caulesque proveniunt. Gethyum quoque latere germinat, & porrum subtus suo latere promit, veluti quoddam caput bulbaceum, ex quo foliorum ortus: caule tamen arefacto, semineque sublato. Sed quoniam eorum capita minus usui sint, idcirco siccanda minime leguntur, ac proinde nunquam seruntur. Sed hæc forsitan, & similia genere, & proxima quodam modo naturæ cæparum consistunt: ‡ quamobrem mirum est. Veruntamen & in omnibus tam urbanis, quam silvestribus, quæcunque diuturniora, simulque † terræ propiora constent, horum radices regerminare facile possunt, ut vel in fruticum, atque suffruticum genere fieri novimus Verum in cæpis, alliis, bulbisque, ‡ vel numero hæc quodammodo amplecti potueris. Proventus autem (ut retulimus) trifarius est. Semine, qui communis omnium est: caule, radiceque, qui prædictis tribuitur. Caule verò reciso (ut ita loquar) omnia regerminant, exceptis, † quæ secaulia vocant. Sed evidentissima quasi & usitata, ocimum, lactuca, brassica. Et quidem lactucæ regerminatos caules suaviores affirmant. Primos enim lactuosos esse, atque amaros, utpote minus concoctos. Alii è contrario volunt secundos, scilicet lacte refertiores constare, sed dulciores sentiri, quamdiu teneri sint. Verùm in brassica cæteris esse suaviores caules regerminatos confessum habetur, si antequam ‡ excaulescat, folia detrahantur. Radices † plurimum certe perdurant, & aliæ regerminant, aliæ non. Radix, & rapa, si terra cooperiantur, usque ad æstatem durare, & crescere possunt: quod olitorum nonnulli de indrustria faciunt. Non enim regerminant, neque folium mittunt, nisi accumulatam humum semoueas, quod vel in reliquis deprehendi facile potest. Maxima olerum pars ‡ unistrips, ea scilicet radice, quæ agitur in profundum. † Etenim quæ illas æque crassas latere suo

† Aron.
‡ Quamobrem mirum non est.
† Humi magis prostrata.
‡ Natura quodammodo frequentior est.
† Quæ caule reciso non regerminant.
‡ Decaulescat.
† Plurimum.
‡ Singulari constat radice, ea scilicet, quæ in profundum agitur: etenim quibus æque, crassæ adnascuntur, ut apio

τὴν μίαν, ἢ ἀπ᾽ αὐτῆς τι καὶ τῆς ἀποφυάδος, καὶ μικρὰ καὶ τῆς ῥαφανίδος καὶ τῆς γογγυλίδος. καὶ αὗται μὲν δή φασι φανεραὶ διὰ τὴν χρείαν. ἡ δὲ τοῦ τευτλίου μία μὲν μακρὰ ἐστὶ παχεῖα καὶ ὀρθή, καθάπερ ἡ τῆς ῥαφανίδων. ἀποφύσεις δὲ ἔχει παχείας, ὁτὲ μὲν δύο, ὁτὲ δὲ καὶ τρεῖς, ὁτὲ δὲ καὶ μίαν. † ἐκ δὲ λεπταί τινες γεννώμεναι προσφύονται καὶ προσαρτῶνται. σαρκώδης δὲ ἡ ῥίζα, καὶ ἡδεῖα. διὸ καὶ ὠμὴν ἐσθίουσί τινες. ὁ δὲ φλοιὸς οὐ παχύς, οὐ ἀφαιρετὸς, ὥσπερ ὁ τῆς ῥαφανίδων, ἀλλὰ μᾶλλον οἷον ὁ τῶν ἱπποσελίνων. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ τῆς ‡ ἀνδραφάξυος. μία μὲν εἰς βάθος ἐκ ταύτης δὲ ἄλλαι. μονορριζότατον δὲ τούτων πάντων τὸ λάπαθον. οὐ γὰρ ἔχει παχείας. ἀλλὰ τὰς λεπτάς, βαθυρριζότατον δὲ πάντων ἔχει γὰρ μείζω τριῶν ἡμιποδίων. τὸ δ᾽ ἄγριον, βραχυτέραν πολύκαυλον δὲ καὶ πολύκλαδον. καὶ ἡ ὅλη μορφὴ τελειωθεῖσα, παραπλησία τῇ τοῦ τευτλίου. πολυχρονιώτερον δὲ ἐστὶ τοῦ ἀγρίου, καὶ ὅλως δὲ πάντων τῶν λαχάνων ὡς εἰπεῖν γὰρ διαμένει ὁποσονοῦν χρόνον, ὥς φασιν. ἔχει δὲ σαρκώδη τὴν σάρκα καὶ ἔνικμον. διὸ καὶ ἐξαιρεθεῖσα ζῇ πολὺν χρόνον. τὸ δ᾽ ὤκιμον, μίαν μὲν τὴν παχεῖαν τὴν κατὰ βάθους. τὰς δ᾽ ἄλλας τὰς ἐκ πλαγίου λεπτὰς ἐπιεικῶς εὐμήκεις. ἔνια δὲ οὐκ ἔχει τὴν μίαν τὴν ὀρθήν, οἷον τὸ † βλίτον ἀλλ᾽ εὐθὺς πολλὰς ἐξ ἄκρου, καὶ εὐπαχεῖς, καὶ μακροτέρας τῆς ‡ ἀνδραφάξυος.

† γινόμεναι.
‡ παράφαξυος
† βλίτον.
‡ ἀτραφάξυος.

re suo mittunt, ut apium, betaque, de media quodammodo spargunt: nec a principio continuo findunt, sed ad ipsam unicam stirpem fissionem ejusdem illius lateralisque agunt. Et eas quidem manifestas ex usu reddi affirmant. Betis autem radix unica, sed longa, crassa, rectaq;, sicut raphano. Crassas hæc laterales gerit, & alias binas, alias ternas, alias etiam unam, * quibus exortæ fibræ cohærent, & alligant. Carnosa radix hæc est, & gustatu † suavis, quamobrem crudam nonnulli mandunt. Cortex non crassus, neque extricabilis est modo raphani, sed potius ‡ equapio proximam dixeris. Eodem modo & atriplici radix una altè descendens, aliæ vero ex ea se depromunt. Omnium maxime † unistirpem rumicem esse putaveris: laterales enim crassas nullas penitus agit, sed tantum prætenues. Nititur altissima omnium radice, majore namq; ‡ semipedibus ternis. Sylvestris breviorem agit. Multicaulis atque ramosus consistit: & tota forma, cum perfecta est, betæ proxima sane cernitur. Diuturnitate quoque sylvestrem, & in totum (ut ita loquar) omnia olera vincit. Perdurat quantumvis temporis, ut ajunt: carne plena, atque humecta consistit; qua de causa effossa diu vivere potest. Ocimo quoque radix unica data est, quæ crassa esset altèque descenderet; Cæteræ vero, quæ de latere prætenues orirentur, admodum prolixæ adhærent. Quædam singulari illa in rectum tendente carent, ut blitum. Sed continuo ab extremo multas crassas prolixiores quam attriplex agunt.

ac betæ bi deme dia, quodammodo hæc agnatio fit, nec radix à principio finditur, sed ad unicam illam pertinet ea quæ ab ipsa erit parva in raphano & rapa.
† Deprehensum autem id esse propterea quod ad cibum eximi consuevere.
** Quibus exortæ tenues fibræ adnajcuntur & appendent.*
† Suavis ac dulcis.
‡ Hipposelino.
† Singulari radice.
‡ sesquipede

IVLII SCALIGERI AD CAP. II.

LEge, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ χρησίμους εἶναι.

Διὸ καὶ οὐ θαυμαστόν. *Theodorus legit affirmativè. Omittit enim negationem.* Mirum, *inquit*, quare capitula ea, quæ ab latere primorum oriuntur, non serantur. *Cæterum cum dixit*, τάχα, *magis probo negationem.* Non est, *inquit*, mirum: à porri capite majori capitula depromi: propterea quod fortasse generis ejusdem sunt cum cepa. *Quare cum ea commune id habeant. Et quia generis est analogi, non autem speciei contradistinctæ sub eodem genere statim univoco: degeneravit ita, ut inutilis sit ad sationem.*

Επιγειότεραι. *Theodorus*, terræ propiora constant. *Quomodo plantæ aliæ aliis possint esse propius terram, nescio; quippe omnes, ut ex Platone didicimus,* ἔγγειαι. *ut non tam reprehendas Theodorum: quàm spectes Græcorum licentiam.*

Καὶ ὥσπερ ἀριθμός τις γίνεται τούτων. *Theodorus*, vel numero quodammodo hæc complecti possis. *Veteres vocem hanc*, numero, *ponebant pro eo, quod est*, sæpe. *Qui significatus huic loco nullus convenit. At si accipias ex vulgari consuetudine: sanè misera erit sententia. Quippe in natura quid esse queat, quod numero nequeat comprehendi. Etiam id, quod appellant, transcendens, intelligitur sub unitate, adeò, ut ipsum quoque designet Deum. Diligentius sic eliciemus. Cum duo genera faciat τῶν ἀπὸ τῆς ῥίζης ἐπιβλαστανόντων*: Primum φρυγανικῶν, & θαμνωδῶν: *hæc raro talia esse dicit. Alterorum* κρομμύων, & congenerum: *in his naturam ait frequentiorem. Hoc est*, ὥσπερ ἀριθμός τις: *Atticissimè. Tanquam turba quædam.* οὐδ᾽ ἐν ἀριθμῷ: *In proverbio.*

Ἀποκαύλων. *Theodorus*, secaulia: *ut secordia. Velim tamen scire, quæ sint* ἀπόκαυλα. *Non enim sunt*, ἄκαυλα. *sed quorum caulis cum recisus fuerit, non germinat. In Plinii codice:* exceptis, quæ non scabrum habent caulem. *Iam hoc falsum: neque convenit cum hoc significatu. Ruellius dissimulato eo errore sic scribit:* exceptis, quæ caulem seorsum habent. *Non queo percipere cujusmodi sit plantarum genus, quod seorsum habeat caulem: nihilo melius quam quemadmodum ego seorsum habeam collum. Hermolaus Plinii locum*, id est cap. VII. XIX. * *non designavit. Et quæ sint* ἐπικαυλόκαυλα, *docet:* ἀπόκαυλα *non docet.*

Lege, ἴδιος: non ἴδιος.

Αἱ ῥίζαι πλεῖσται. *Theodorus scripsit*, plurium. *librarius mendosè*, plurimum.

οὐδ᾽ εἴ τις ἀφέλοι τὴν περιεγκειμένην γῆν. *Theodorus legit affirmative sic.* εἰ μή τις. *Rectè. Non enim germinant, nisi super ingesta terra dimoveatur.*

Τὰς ἰσοπαχεῖς ταύτας. *Lego*, ταύτης, *usitata numeri mutatione.*

Εἰς δ᾽ ἐστὶ ταύτην τὴν μίαν ἡ ἀπ᾽ αὐτῆς τι καὶ τῆς ἀποφυάδος, καὶ μικρὰ, καὶ τῆς ῥαφανίδος. καὶ αὗται μὲν δή φασι φανεραὶ διὰ τὴν χρείαν. *Theodorus*, Sed ad ipsam unicam stirpem, fissionem ejusdem illius, lateralisque agunt: & eas quidem ex usu manifestas reddi affirmant. *Principio videmus quot omiserit verba. Deinde quo consilio contradicat Theophrasto. Ille enim:* οὐκ εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς σχίσεις. Ἀρχὴν, *apellat initium stirpis sursum, & radicis deorsum. At Theodorus tam primariæ (hæc enim est, quam illa voce, ejusdem notat) quàm accessoriæ, sive, ut ipse vocat, Lateralis, ait agere fissionem ad stirpem ipsam. Verùm non sic est: sed sic.* Non statim à principio radix finditur. Sed ad unicam illam pertinet ea, quæ ab ipsa exit parva in rhaphano, & rapa. Et *conjunctio illa*, καὶ μικρὰ, *habet efficaciam, ut non sciam majorem, sed ab illa ortam dicat alteram, quæ etiam parva sit. Exempla autem ponit rhaphani, & rapæ: propterea quod eorum radices potissimum inter olera eximuntur ad vescendum. Iccirco dixit*, διὰ τὴν χρείαν. *E verbis Theodori nihil intelligas ex usu reddi manifestas. Sed sic: Deprehensum autem hoc esse, propterea quod ad cibum eximi consuere. Theodorus verò, qui nulla ponit exempla, non potest dicere hanc extremam sententiam: neque enim in Brassica, Beta, lactura, aliis plurimis est radicis usus. Quare obscurior in illis historia τῆς μονορριζίας; in his autem evidentior.*

Ταῖς δὲ μὲν ἐκ τούτων. *Lego* αἱ δὲ μικραὶ ἐκ τούτων. *Theodorus omisit*, γλυκεῖα. *Multa tamen sunt dulcia, eademque insuavia: ut Satyrion.*

Οἷον ὁ τῶν ἱπποσελίνων. *Adverte diligentius; videtur enim falli. Quippe rhaphani substantiæ tres: ita & hipposelini. Lignosum in medio, quasi medulla. Circum eam coriaceum quiddam acrius. Extremo ambitu cuticula tenuissima. Facile eximitur coriaceum. Cuticula non nisi radendo. Par natura in intubis & aliis. Non igitur rectè ea differentia disjunctus est ab Hipposelino Rhaphanus.*

Τριῶν ἡμιποδίων, *Theodorus*, Semipedalibus ternis. *Latinè pro sesquipede, ut alibi.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Φύεται δὲ πάντα. Agit hoc capite Theophrastus de plantandis oleribus, ac quomodo proveniant, optimèque nascantur. Hæreo utrum hunc locum satis feliciter expresserit Plinius lib. XIX. cap. VII. *Nascuntur omnia semine aut avulsione. Quædam semine & surculo, ut ruta, origanum, ocimum: præcidunt enim & hoc cum pervenit ad palmum altitudinis. Quædam & radice & semine, ut cæpe, allium, bulbi, & si quorum radicem anniferorum relinquunt. Eorum verò quæ à radice nascuntur, radix diuturna & fruticosa est, ut bulbi, gethyi, scintillæ. Fruticant alia & non capite, ut apium & beta.* Reliqua mox adferam. Multa hic omisit Plinius, nonnulla etiam corrupta sunt, quæ suo loco corrigere conabimur.

Ἀπὸ τοῦ σπέρματος. Olera, inquit, omnia è semine nasci, illud, paulò infra hoc probat argumēto. Id quod ruta, licet id multi negant, quanquam tardè, attamen è semine nascatur. Rutam semine exire, experientia didici: sed omnia olera semine provenire dubitatione non caret; præsertim cum scillam inter ea recensere infra videatur. Ego certe ex olerum classe expellerem. Scillæ semen sæpius terræ frustra commisi, quod cœlo, tellurique frigidiori imputo. Adiantum autem & trichomanem, de quibus cap. XIII. agit, si inter oleracea, non autem herbacea referat, malè scribit, omnia olera semine nasci. Verùm non putarem has plantas à Philosopho nostro inter olera referri.

Ἢ ἐμφανοῦς. Avulsione, inquit, ἐμφανοῦς provenit. Addit rationem, quod semper aliquid ejus radicis accipiatur. Quod de omni brassica mihi non facile quis persuadet. Capitata brassica quomodo avulsione propagari possit, ne imaginatione quidem capere possum. Selinoides, crispaque hoc pacto defigi fortasse poterunt, Batavis tamen res infeliciter succedit. An itaque pro ἐμφανοῦς, ἐμφανὴς legendum? Certè raphanus major rusticana plures radices habet; quod ipse alibi scribit Theophrastus, & hoc ipso capite docet. Eadem raphani radix pluribus est dotata fibris, adeò ut facile avulsione seri possit, uti ea omnia quibus radices plures. Columella lib. XI. cap. III. *Raphani radix bis anno rectè seritur, Februario mense cum vernum fructum exspectamus, & Augusto mense circa Vulcanalia, cum maturius. Sed hæc satio sine dubio melior habetur: cura est ejus, ut terra stercorata, & subacta obruatur, post ubi cœperit aliquod incrementum, subinde aggeretur. Nam si supra terram emerserit, dura & fungosa fiet.* Hæc quanquam ostendant, Theophrastum ἐμφανὴς scripsisse, mutare nihilominus non audeo antiquam lectionem, quod idem de brassica tradat lib. I. de caus. cap. IV. Ἀπὸ τῶν ῥαφανίδος μὲν, ἐμφανοῦς καὶ πηγάνου.

Ἀπὸ δὲ τῶν κλάδων. Inter ea quæ germine nascuntur, ocimum numerat. Apud nos hoc pacto ocimum propagari recusat. Ex novo semine quotannis provenit; annua planta est. In Græcia aliisque calidioribus regionibus utrum perpetua planta sit, me fugit. Nec scio an ex germine nova alteraque producatur planta. De mendo nulla cadit suspicio. nam apud Plinium idem legitur. lib. XIX. cap. VII. *Quædam*, inquit, *semine & surculo, ut ruta, origanum, ocimum: præcidunt enim & hoc cum pervenit ad palmum altitudinis.* Melius pro *præcidunt enim*, legeretur, *præcidunt etiam hoc*.

Ἀπὸ ῥίζης δὲ σκόροδον. Plinius loco citato: *Quædam & radice & semine, ut cæpa, allium, bulbi, & si quorum radicem anniferorum relinquunt. Eorum vero quæ à radice nascuntur radix diuturna & fruticosa est, ut bulbi, gethii, scintillæ.* Hic locus corruptus satis. Nescio quid sit, *& si quorū anniferorum relinquunt.* Dalecampius verba Plinii sic exponit; *Annifera vocat τὰ ἐπετειόκαυλα, quorum caulis annuus est, appositè quidem, sed significatu minus proprio, cum annifera etiam intelligere possimus quæ fructum aut florem quotannis ferunt. Nascuntur etiam radice, inquit*, Theophrastus, *quorum radices vivunt diutius, quamvis annuus caulis sit. Talis est beta & oxalis.* Hanc lectionem primus repperit Hermolaus in castigationibus Plinianis; ubi ad Parmensem lectionem (in quo habetur; *(& si quorum radicem minimi florum relinquunt)* hæc scribit. *Vetus lectio*: minimi ferorum. (*Alii codices*, omniferorum.) *Scribo* anniferorum. *Theophrastus*. καὶ ὅσων ῥίζαι διαμένουσι ἐπετειοκαύλων: *hoc est ad verbum: & si quorum radices permanent anni-caulium. Quod enim Græci vocant* ἐπετειόκαυλα *nos annifera & annui caulia interpretari possumus*: id est, *quæ annuo caule fruticant.* In quo notandum est, eidem auctori lib. VII. alia esse quæ ἐπέτεια, id est, *annua* dicuntur: alia quæ ἐπετειόκαυλα, id est, *annui caulia*. Annua sunt quæ pereunt, Annuicaulia sive annuiferia quæ inarescunt, & exolescunt quidem: sed radices suas relinquunt. Qui locus in Theodori translatione depravatus est. Dalecampius scribit, *& si quæ radicem annifera relinquunt.* Sed nec hæc placet lectio. Scribo, *& si quorum radices minime caulem floremque relinquunt.* Ita si legamus, rectè ἐπετειόκαυλα reddidit. Ἐπετειόκαυλα enim dicuntur, *quæ singulis annis veterem amittunt caulem, novumque promunt.* Frustra, meo judicio, Hermolaus Theodorum accusat, quod locum hunc Theophrasti minus rectè verterit. Parvum est inter Hermolai ac Theodori versionem discrimen. Nescio uter melius reddiderit. Theodori tamen interpretatio magis arridet. Nec tamen idcirco Hermolai improbo.

Ὅσα δὲ ἀπὸ ῥίζης φύεται. Plinius loco citato. *Eorum quæ à radice nascuntur, radix diuturna & fruticosa est, ut bulbi, gethii, scillæ.* Nemo non videt ita scribendum pro *scintilla*. Nam hoc nomine planta nulla gaudet in rerum natura. Illud, *fruticosa*, de suo addidit Plinius, nec facit ad rem. Fruticosa radix dicitur, quæ longè latèque fruticat, & multos habet fruticantes ramos. Nec gethyum, nec bulbus, nec scilla plures, latèque fruticantes ramos habet. Scilla unicum, carnosumque fert caulem, rarò binos: ternos tulisse nonquam observavi, nec quenquam vidisse arbitror. idem de gethyo bulbosisque cæteris dicere licet.

Καὶ τὸ μὴ κεφαλόῤῥιζον. Plinius loco citato, *Fruticant alia & non capite, ut apium & beta.* Nitidior lectio: *fruticant & alia non capitata, uti.* An apium, betaque fruticare dici possint, in medio relinquam. Fruticare dicuntur, quæ lignosos durosque caules emittunt, vel quando caules jam duri lignosique fiunt. Plinius lib. XVII. *Quod supra terram est, è matre radi jubetur, ne fruticet.* Col. lib. V. *Potest annicula præcidi ad semissem super duos pedes, ut è trunco fruticet.* Latè si sumatur vox *fruticare*, de herbis dici potest.

Ἐπιγειότερα] Ἐπίγεια, dicuntur plantæ, quæ repunt in terram, & humi prostratæ sunt. Sic ἐπιγειόφυλλα plantæ sunt, quæ folia humi sparsa habent.

Πλὴν τῶν λειοκαύλων. Hanc lectionem probat Plinius loco citato. *Caule*, inquit, *reciso ferè quidem omnia regerminant, exceptis quæ non scabrum habent caulem.* Hæc sunt falsissima. Levem habet caulem scilla, apium, lapathum deciso tamen caule sæpius regerminarunt. Corrigunt, *quæ non crebrum habent caulem.* Sed unico caule scilla, porrum, gethyma, færula, fœniculum, apium hortense surgunt, nova tamen germina deciso caule emittunt. Falluntur ergo qui pro λειοκαύλων apud Theophrastum, μονοκαύλων & apud Plinium, *non crebrum*, restituunt. In Aldino & Basilensi codice scriptum est ἀποκαύλων; Theodorus vertit *secaulia*, quod ἀποκαυλίζειν & ἀποκαυλοῦσθαι significet, *caulem abscindere, amputare*, vel, ut Plinius loquitur, *decaulescere*. Plinius lib. XIX. cap. VII. *Rhaphanus utique jucundior detractis foliis, antequam decaulescat.* Hoc, ut mox dicam, Theophrastus de Brassica. Ἀπόκαυλα dicuntur, quæ caule reciso non regerminant. Quæret quispiam, sed quænam illa quæ caule reciso non repullulant? Respondeo, illa caule amisso novum non emittere, quæ altero à satione anno caulem promunt, ac semine maturo pereunt. Qualia sunt Blattaria, Æthiopis, verbascum. Hæc caule deciso non renascuntur, sed pereunt.

Ἐμφαίνεσθαι δὲ ὥσπερ, Plinius loco citato. *Et in usum verò ocimum, rhaphanus, lactuca. Hanc etiam suaviorem putant à regerminatione.* Antiquus noster codex habet, *ex usu verò ocimum.* Lactucæ folia, si avellas, nova quæ sequuntur delicatiora & suaviora esse expertus sum. Caule detracto periit. Caulis apud nos in usu non est: quo tamen tenerior, ac recentior, eo dulcior est. Quare facile credo secundum caulem, quandiu tener est, suaviorem esse, quam fuit primus, vetustior jam factus. Lactuca quomodo dulcior speciosiorque evadat, docet Geoponicus auctor. Lib. XII. cap. XIII. Εἰ δὲ βούλει καὶ ευειδεῖς ἔχειν τὰς θριδακίνας, πρὸ δύο ἡμερῶν τοῦ μέλλειν ἀφαιρεῖσθαι αὐτὰς τὰς κόμας αὐτῶν, τουτέστι τῶν ἄνωθεν μέρος δέσιν· οὕτω γὰρ λευκαὶ καὶ ευειδεῖς ἔσονται, λευκαίνει δὲ αὐτὰς καὶ ψάμμος, ἄνωθεν καταπιπτομένη. *Si vero & bona specie habere velis lactucas, duobus diebus antea quam eas ablaturus es, comas ipsarum, hoc est supernam*

pernam partem ligato: sic enim albæ & speciosæ erunt. Inalbat enim & ipsas harena supernè infusa. Tenerioris quoque folii fiet si crebro rigetur. Columella lib VI. cap. III. *Lactuca totidem foliorum quod brassica transferri debet. Sed & hujus quoque radix fimo liniri debet, majoremque copiam desiderat aquæ, sicque fit tenerioris folii.*

Ἀλλ' ἐπὶ τῆς ῥαφάνου. Plinius loco citato, *Raphanus utique jucundior detractis foliis antequam decaulescat.* Quod Græcus auctor de Brassica, hoc Latinus de raphan, osive, ut vulgo loquuntur, radice. Parum verisimile videtur quod Plinius scribit; Caulis quippe raphani in usu non est, sed radix. Hæc quando decaulescit planta dura, lignosa, minusque solet esse grata. Quare si de raphano locus hic intelligi debent, præstat cum Gaza διακαυλίσαι vertere *excaulescat.* Si enim folia, antequam caulem emittat planta, detrahantur, succus qui in radice est melius concoquitur, retineturque qui foliis destinatus erat; quare succulentior, coctior, sapidior. Sed certum est de brassica loqui Theophrastum. Caules enim meliores fieri ait detractis foliis. Quod de raphano accipi non potest; hujus enim caules usum non habent in culinis. Galenus lib. II. de aliment. facult. cap. lxx. Τῆς ῥαφανίδος καὶ τὸν καυλὸν ἐσθίουσι καὶ τὰ φύλλα, κατ' ἀνάγκην μᾶλλον ἢ ἑκόντες. *Raphani caulem & folia mandunt, sed coacti potius quam voluntarii.* Brassicæ autem caules regerminatos suaviores esse, si folia, antequam decaulescat, detrahuntur. Ratio videtur, quod succus qui ad folia mitteretur in radice servetur, meliusque coquatur. Plus ergo succi, & melius cocti caulis alter accipit. Sed video virum doctissimum vocem διακαυλίσαι aliter exponere, *antequam*, inquit, *caulis grandescat.* Maluit Gaza, *antequam caulescat.* Nobis Plinii placet versio, quanquam cæteræ rationi non sunt contrariæ. Nam sive folia antequam decaulescat, vel grandescat caulis, vel novum promat, brassica detrahantur, succus melius in radice concoquitur, uberiorque ad caulem mittitur.

Τὰ δὲ πλεῖστα τῶν λαχανωδῶν, μονόρριζα. Plinius lib. XIX. cap. VI. *Hortensiis* (ita in duabus ult. edition. in antiquo *hortensibus*) *omnibus ferè singulæ radice, ut raphano, betæ, apio, malvæ,* illud postremum titubat. Sequitur paulo infra; *quibusdam tamen capillatæ ut apio* καὶ ἄνηθ. Si capillatam habent radicem quomodo singularem dicuntur habere? An de diversis speciebus apii, malvæque hæc intelligenda. Certe eleoselinum vel palustre apium, & malva sylvestris crispæque capillatas habent radices.

Γονυπαχεῖς ἔχουσαι. Exponit, docetque, quomodo olera plurima singulari constent radice. Mentem Theophrasti ut percipiat lector, iconem raphani rusticani addidimus. Hæc singulari constat radice, ex cujus media parte, aliæ duæ æque crassæ enascuntur, quæ primum fibris carent, post multis donantur. Ex hoc etiam Theophrasti loco cognoscimus eandem raphanum legitimam esse: habet enim omnes notas quas de raphano tradidere veteres. Radices enim raphani sine radiculæ tam sativæ majoris, quam minoris non conveniunt cum delineatione veterum, præsertim iis quæ hoc capite tradit Theophrastus. Grandia hæc profert folia, longa, lata, acuminata, saturato colore virentia, hippolapathi æmula, sed majora & asperiora. Caulem (si quando promit) edit tenuem, atque in eo flosculos albidos, parvulos & exiguas siliquas: radix magna albida est, gustu admodum acris. Humentibus hortorum locis gaudet, atque in his melius, quam aridioribus aut aridis proficit. Aprili aut Majo quandoque hujus flores apparent, siliquis post succedentibus. Adeò verò rarum hoc est, ut semen nullum ferre quidam crediderint: qui Novembri, Decembri, Ianuario, Februario, vel etiam Martio mense scribunt radicum particulas serendas, ac in pinguem solidamque terram defigendas, exque iis facile magnas, crassasque subnascituras radices. Vulgo raphanum magnam, aut rusticanam, alii radiculam magnam, quidam raphanidem magnam. Belgæ **meer radys**, & **merredich** vocant.

Ἡ δὲ τοῦ τευτλίου. Betæ radicem luculenter describit. Corticem, inquit, non crassum, neque extricabilem modo raphani, sed hipposelino proximum. Vide Scaligeri animadversiones. Ex æquo judica, utrum raphani & hipposelini exterior cuticula æque facile possit separari. Fac experimentum, & fer sententiam. Ego sæpius nullo negotio raphani extimam cuticulam separavi, quod in hipposelino haud ita facile facere potui, uti nec in beta.

Ταῖς δὲ λεπταῖς. Codex corruptus. Non tamen locus hic lacerus, ut in Aldino, & Basileensi habetur. ταῖς καὶ * δὲ ἐκ τούτων, σαρκώδης. In altero Ald. codice pro μὴ μὴ scriptum est. Corrigit Scaliger Iulius. αἱ δὲ μικραὶ ἐκ τούτων. Scribe, Ταῖς δὲ λεπταῖς ἴνες γινόμεναι ἀποσφίγγονται καὶ ἀποσαρκοῦνται σαρκώδης. Ita etiam legit Theodorus. De radicum differentiis vide quæ lib. I. Histor. cap. IX. dicta sunt.

Τὸ λάπαθον. Plinius loco citato. *Amplissima lapatho, ut quæ descendat ad tria cubita. Sylvestri minores, tumidæ, effossa quoque diu vivit.* Theophrastus sesquipede majorē inquit lapathi radicem. Plinius ad tria cubita descendere ait, quasi πηχῶν τριῶν scriptum fuisset. Talem hactenus lapathi radicem videre nobis nondum licuit, nec sesquipede majorem puto reperiri, nisi forte illud genus, quod rhabarbarum esse contendunt duorum pedum magnitudinem aliquando habeat.

Ἀνδραφάξυος. Supra lib. I. cap. XXIII. ἀτράφαξις in Basileensi editione legitur, pro quo ἀνδράφαξυς Lugdunensis editio habet. Corruptus codex; Græci ἀνδράφαξις, vel ἀτράφαξις dixerunt. Iones quidē ἀνδράφαξις. Hippocrates lib. II. de victus ratione. Ἀνδράφαξις ὑγρὸν, οὐ μὴν τι διαχωρεῖ. *Atriplex humida est, neque tamen alvum dejicit.* Ἀνδράφαξις, quasi ἄδρως αὔξει. Quod statim in amplitudinem adolescat: prosilit enim octavo à satu die (ut cap. I hujus libri tradidit Theophrastus) confestimque incremento proficere conspicitur: & fidem celeris augmenti facit, ereptum in confinio cæteris herbis alimentum, ac ne in hortis quidem juxta eum nasci quicquam tradunt nisi languidum. Apud Hesychium legitur, Ἀδράφαξυς, λάχανον ἄγριον, pro quo scribendum, ut etiam Phavorinus legit, ἀδράφαξις. Ab aliis Ατράφαξις dicitur. Columella lib. XI. cap. III. *Itemque olus atriplicis, quod Græci ἀτράφαξιν, circa cal. Octob. obrui oportet non frigidissimo loco.* Idem eodem capite, *Papaver & anethum eandem habent conditionem, sationis quam chærephyllum & ἀτράφαξις.* Ἀτράφαξις, εἶδος λαχάνου ὃ ταχέως εἰς μέγεθος αὔξεται. *Oleris genus quod cito magnitudinem acquirit.* Sic Attici locuti sunt. δ enim in τ mutant. Scripsit ergo Theophrastus ἀτράφαξυος. Eadem & χρυσολάχανον dicitur, quod folia marcescentia è luteo vel flavo Xerampelino coruscant.

Raphanus rusticanus.



ſcant. Sed hoc nomen aptius marinæ congruit. Dioſcorides lib. II. cap. cxlv. ubi duo atriplicis genera eſſe tradit. Ἀτράφαξις, οἱ δὲ χρυσολάχανον γράφουσι δισσόν, τὸ μὲν ἄγριον, τὸ δὲ κηπευτόν. Λαχανεύεται δὲ ἑφθόν. ἔστι δὲ κοιλίας μαλακτικόν. *Atriplex, quam nonnulli chryſolachanon, quaſi aureum olus vocant, cognitum olus eſt: & duorum quidem generum: unum enim eſt ſylveſtre, ſativum alterum, coctum id oleris inſtar eſtur, alvumque mollit.* Atriplicis diverſis in locis mentionem fecit Theophraſtus. uti lib. I. cap. XXIII. lib. VII. cap. I. & II. & III. qui omnes intelligi poſſunt ac explicatione non indigent. Hortenſis atriplicis caulis procerus & erectus, nonnullis alis & ramis brachiatur, in imo teres, ſuperius anguloſus: folia lata & acuminata, & bliti foliorum æmula, læviora interim mollioraque, quæ poſtquam deciderunt flores ſub candido relucent colore, ac veluti tenui reſparſa farina conſpiciuntur, procedente autem tempore in luteum ſubinde nonnihil elangueſcunt: floſculi exigui, ſublutei, coacervati, numeroſi: ſemen foliatum iſatidi ſimile, tenui cortice obductum, racematim cohæret: radix in altum deſcendit, fibris multis capillata. Sylveſtris lævitate formaque foliorum, floribus, ſemine folioſo hortenſem æmulatur, ſed humilior ac minor eſt omnibus partibus. Utriuſque generis caule, foliiſque, & ſucco rubens ſpecies etiam quandoque reperitur; frequentius tamen hortenſis. In hortis olitoriis frequenter ſativa, etiam non ſata provenit: ſylveſtres juxta vias, ſemitas, ſcrobes & margines agrorum ſæpius gignuntur. Maritimis mediterraneis & Adriaticis ad Tergeſtini ſalinas nuſquam non obvia. Humi ſtrata atriplex reperitur: caule, ſemine, foliis laciniatis ſylveſtris atriplicis & ſpinaciæ ſimilis, ſed latioribus craſſioribusque foliis, quam ſylveſtris atriplex; colore interdum pallido, interdum xerampelino, nonnunquam luteo; ſapore ſalſo nitroſiore. Ad atriplicium genus referenda vulgaris occurrit planta, pedem anſerinum appellant; cubitali aut altiore caule nonnihil ſtriato ac ramoſo hæc aſſurgit: foliis circumveſtitur latis, lævibus, ſplendentibus, aliquot ſectionibus per ora diviſis: floſculi exigui ſubrubent: ſemen ramulorum cacuminibus racematim adhærens, atriplicis ſylveſtris ſatis ſimile eſt, radix in multas fibras dividitur. Secus veteres parietes, vias, ſemitas, alibique incultis ac deſertis humentibus nonnihil locis frequens exit. Viget Iunio, Iulio, Auguſto menſibus cum reliquis atriplicibus. Nomen recentior ætas pedi anſerino dedit, quem angulis & ſectionibus ſuis, folium quadantenus exprimit. Belgæ, **Gansen-voet** vocant. Sunt & alia Atriplicis genera, quorum in phytopinace mentionem facit clariſſ. Bauhinus.

ΚΕΦ. Γ.

Τῶν δὲ ῥιζῶν ξυλωδέσταται πασῶν αἱ τοῦ ὠκίμου. καθάπερ καὶ ὁ καυλός. ἡ γὰρ τοῦ βλίτου, καὶ τοῦ † ἀνδραφάξυος, καὶ τῶν τοιούτων, ἧττον ξυλώδης. εἰσὶ γὰρ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν περὶ ὧν μὲν σαρκώδεις, αἱ δὲ ‡ ξυλώδεις, οἷον ἡ τοῦ σελίνου, καὶ ἱπποσελίνου, καὶ λαπάθου, καὶ ῥαφανίδος, καὶ γογγυλίδος καὶ πάντων μάλιστα τῶν κεφαλοβαρῶν. οὐδὲ γὰρ ἀναξηραινόμεναι σκληρύνονται τελείως. ξυλώδεις δὲ, ὥσπερ αἱ τοῦ ὠκίμου, καὶ † βλίτου, καὶ ‡ ἀνδραφάξυος, καὶ εὐζώμου, καὶ ἀνήθου, καὶ * λαπάθου, καὶ κοριάννου, καὶ ἁπλῶς τῶν † ὁμοκαύλων. ἔχει γὰρ δὴ καὶ τὸ κορίαννον, τὰ μονόρριζα, ξυλώδη τε τὴν ῥίζαν καὶ οὐ μακρὰν, οὐδὲ τὰς λεπτὰς ἀποφυάδας ἐχούσας πολλάς. πολύκαυλα δὲ ἄμφω καὶ πολύοζα. διὸ καὶ οὐ κατὰ λόγον οὐδενὶ τούτων ἄνω πρὸς τὸ κάτω. βραχύρριζα δὲ τὰ τοιαῦτά ἐστιν. οἷον θρίδαξ, ἀνδράχνη τῇ ὀρθῇ καὶ τῇ εἰς τὰ πλάγια. ἡ δὲ θρίδαξ ὥσπερ οὐκ ἔχει τοιαύτας ἀποφύσεις, ἀλλὰ μόνον τὰς λεπτὰς, καὶ μάλιστα δὴ μονόρριζον ὡς εἰπεῖν. ἁπλῶς δὲ πάντα τὰ θερινὰ βραχύρριζα· καὶ γὰρ ὁ σίκυος, ‡ καὶ ἡ κολύντη, καὶ ἡ σικύα. καὶ διὰ τὴν ὥραν, καὶ ἴσως ἔτι μᾶλλον διὰ τὴν φύσιν ἥπερ συνηκολούθηκε τῇ ὥρᾳ. ἡ δὲ μεταφυτευομένη θρίδαξ, βραχυτέραν ἔχει τὴν ῥίζαν τῆς σπαρείσης. παραβλαστάνει γὰρ ἐκ τῶν πλαγίων μᾶλλον, βραχυτέρα δὲ καὶ ἡ ἀγρία τῆς ἡμέρου, καὶ ἐκ τῶν ἄνω. τὰ δὲ πολυκαυλότερα. ἀνθεῖ δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἕκαστον ἀθρόον· τὸ δὲ κατὰ μέρος κάτω πρῶτον. εἶθ' ὅταν ταῦτα ἀπανθήσῃ, τὰ ἄνω. διὸ καὶ πολυχρόνιον ἐν τῷ ἀνθεῖν· καθάπερ κύαμος, καὶ τῆς πόας τὸ ἡλιοτρόπιον καλούμενον, καὶ ἄλλα δὲ τῶν ἀγρίων. ἀνθεῖ δὲ καὶ ὁ σίκυος καλούμενος. καὶ γὰρ ἐπιβλαστάνειν τούτῳ γε συμβαίνει. τὰ δὲ ἄνθη τῶν μὲν ἔκλευκα, τῶν δὲ μικρὸν ἐπιπορφυρίζοντα. † ἐύχρουν δ' οὐδέν. τὰ δὲ σπέρματα διαφέρει καὶ τοῖς σχήμασι. τὰ μὲν γὰρ πλεῖστα στρογγύλα, τὰ δὲ προμήκη, τὰ δ' αὖ πλατέα καὶ φυλλώδη, καθάπερ τὰ τῆς ‡ ἀνδραφάξυος. ὅμοιον γὰρ τῷ τοῦ σιλφίου: τὰ δὲ στενὰ καὶ † γραμμώδη, καθάπερ τοῦ κυμίνου. καὶ τοῖς χρώμασιν ὁμοίως τὰ μὲν

† Βλίττου καὶ τῆς ἀτραφάξυος.
‡ ξυλώδεις σαρκώδεις μὲν οἷον.
† Βλίττου.
‡ Ἀτραφάξυος.
* Ῥαφάνου.
† Πολυκαύλων Theod. Scal.
‡ κολοκύνθη καὶ ἡ σικύα Baſ.
† Ἄνθει δὲ ὁμοίως καὶ ὁ.
† τῶν δὲ ἐρυθρά.
‡ γραμμώδη

CAP. III.

Quibus lignoſæ, & quibus carnoſæ, & quibus breves radices. Deque diverſis ſeminum figuris, & eorum differentiis: item quæ feraciora ſemina.

Omnium radicum lignoſiſſima ocimo data eſt, ſicuti etiam caulis. Bliti enim atque † atriplicis minus lignoſæ. Ut enim breviter dicam, aliæ carnoſæ, aliæ lignoſæ. Carnoſæ, ut betæ, apij, ‡ equapij, rumicis, raphani, & omnium maximè capitatorum. Iſtæ namque ne ſiccatæ quidem omnino dureſcunt. Lignoſæ, ocimi, bliti, atriplicis, erucæ, anethi, * rumicis, corianni, atque in † ſummam omnium multicaulium. Habet enim & ‡ anethum, & coriannum, quæ uniſtirpia ſunt, radicem lignoſam, & non prolixam, neque fibris multis ſubnixam. Ambo multis caulibus multiſque ramis conſiſtunt. Quapropter nulli pars eorum ſuperior pro ratione inferioris extat. Brevi radice illa conſtare notantur, lactuca, portulaca: brevi in quantum ea recta, quam deorſum mittenda eſt, tum iis, quæ in latus porrigi ſolent. Lactuca ea ipſa multiplici radice quaſi omnino caret, ſed fibris tantum cohæret. Quamobrem † uniſtirpem hanc (ut ita dixerim) maxime omnium eſſe putaveris. Ad ſummam omnia æſtiva brevem radicem habent. Etenim ‡ pepo, cucurbita, cucumis ita ſe habent: tum propter tempus, tum & forſitan magis ratione naturæ, quæ tempus ſecuta eſt. Lactuca tranſlata radicis eſt brevioris, quam ſata. Illa enim ex lateribus magis emittit. † Brevior etiam ſylveſtris quam urbana, & ſuperne multicaulior eſt. Quodque ex cæterorum numero florem univerſum citare utique conſtat. Ocimum vero particulatim primum inferius, deinde cum ea defloruerit parte, florere ſuperius incipit. Vnde fit, ut diutius iſtud floreat: quemadmodum faba, & inter herbas, ‡ quæ ſolaris nominata eſt, & quædam de ſylveſtribus alia. Floret etiam cucumer eum in modum, qui pepo cognominatus eſt. † Etenim huic ut præpoſtero germinet, ſane accidit. Flores aliis candidi, aliis lutei: aliis ad pupuram leviter accedentes: ‡ rubri nullis emergunt. Semina figuris etiam inter ſe diſtant. Etenim majore quidem ex parte rotunda ſunt. Sed non deſunt oblonga, neque lata, neque foliata, ut atriplis: hæc enim ſimilia, atque in laſerpitio conſiſtunt. Adde quædam anguſta, & canaliculata, ut cumino. Color quoque differentiam facit: ſunt enim

† *Atriplicis & ſi milium minus.*
‡ *Hypposelini.*
* *Raphani, rapæ.*
† *Braſſicæ.*
‡ *Quæ ſingulari radice conſtant lignoſam.*
† *Brevior etiam ſylveſtris quã urbana, etiam iis quas ſuperne emittit utraque (ſylveſtris & tranſlata) multicaulior. Florent autem cætera plura confertim & univerſum.*
‡ *Heliotropium vulgo dictum.*
† *Etenim huic ſupergerminatio accidit.*
‡ *Aliis rubri.*
† *Rubra vide notas.*
‡ *Cumino, apioque nudum.*

μέλανα, τὰ δὲ † ξυλώδη, τὰ δὲ λευκότερα. πάντα δὲ ἐλλοβοσπέρματα ἢ γυμνοσπέρματα, ἢ ἐμφλοιοσπέρματα, ἢ παπποσπέρματα. ῥαφανὶς μὲν γὰρ, καὶ νάπυ, καὶ γογγυλὶς, ἐλλοβοσπέρματα. κορίαννον δὲ καὶ μάραθρον, καὶ κύμινον, ‡ γυμνοσπέρματα. βλίτον δὲ, καὶ τεῦτλον, καὶ ἀνδράφαξυς, καὶ ὤκιμον, ἐμφλοιοσπέρματα. θριδακίνη δὲ, παπποσπέρματον. πάντα δὲ πολύκαρπα καὶ πολυβλαστῆ. πολυκαρπότερον δὲ τὸ κύμινον. ἴδιον δὲ καὶ ὃ λέγουσι κατὰ τοῦτο. Φασὶ γὰρ δεῖν καταρᾶσθαι καὶ βλασφημεῖν σπείροντας, εἰ μέλλει καλὸν ἔσεσθαι καὶ πολύ. δυσξήραντα δὲ πάντα μὲν ὡς εἰπεῖν, πλὴν τοῦ κυμίνου. οὐχ ὥς σῖτος γὰρ, πᾶν ἅπαξ ἁδρυνθῇ, ταχὺ ξηραίνεται καὶ ἀποπίπτει. δυσξηραντότερα δὲ τὰ ἐμφλοιοσπέρματα, καὶ τούτων μάλιστα ὤκιμον. πάντα πὰρ ξηρανθέντα πολυκαρπότερα γίγνονται, διὸ καὶ προαφαιροῦντες αὐτὰ ξηραίνουσιν. ἅπαντα δὲ πολύκαρπα καὶ πολυσπέρματα. πολυκαρπότατον δὲ τὸ ὤκιμον, πράσον, κρόμμυον. τὰ δὲ πλαγιόκαρπα μᾶλλον. οἷον ῥαφανὶς, γογγυλὶς, καὶ τὰ τοιαῦτα. τὰ δ᾽ ἀμφοτέρως, οἷον βλίτον, ἀνδράφαξυς. ἀμφότερα γὰρ πάντα καὶ ἐκ τοῦ πλαγίου. καὶ τὸ πλεῖστον εὐθὺς παρ᾽ ἕκαστον † προσκαθήμενον ἔχει τὸ σπέρμα βοτρυῶδες. τὰ δὲ ἐκ παλαιοτέρων σπερμάτων θᾶττον ἐκκαυλεῖ. τάχιστα δὲ τὰ ἐκ τῶν ἀκμαζόντων. ἔστι γὰρ τις ἀκμὴ καὶ τούτων. ἀνάλογον δὲ καὶ τὸ κάλλος ἀκολουθεῖ τῶν ‡ σπειρομένων, ἐὰν τὰ ἄλλα τὴν αὐτὴν ἔχωσι θεραπείαν. δοκεῖ δὲ καὶ εἰς τὸ ἀθρόον αὐτὰ τιθέμενα, καλλίω γίνεσθαι καὶ βλαστάνειν. οὕτω γὰρ τὸ τοῦ πράσου, καὶ τὸ τοῦ σελίνου τιθέασιν, ἀποδήσαντες εἰς ὀθόνιον. καὶ γίνονται μεγάλα. συμβάλλεται δέ τι καὶ ὁ τόπος πρὸς αὔξησιν. κελεύουσι γοῦν ὅταν τις μεταφυτεύῃ τὰ σέλινα, πάτταλον καταπηγνύειν, ἡλίκον ἂν βούληται ποιεῖν τὸ σέλινον. τιθέναι δὲ καὶ τὴν ἐν τῷ ὀθονίῳ πάτταλον, καταπήξαντα καὶ πλήσαντα κόπρου καὶ γῆς. ἔνια δὲ καὶ τοῖς σχήμασιν ἐξομοιοῦται καὶ τοῖς τόποις. ἡ γὰρ σικύα ὁμοιοσχήμων γίνεται ἐν ᾧ ἂν τεθῇ τύπῳ. διαφορὰν δὲ καὶ λαμβάνει κατὰ τοὺς χυμοὺς ἔνια προθεραπευθέντα τῶν σπερμάτων. οἷον τὸ τοῦ σικύου. ἐὰν ἐν γάλακτι βρέξαντες σπείρωσιν. ἀλλὰ τοιαῦτα ἴσως οἰκειότερα τῆς θεραπείας.

† ἰσοθαλῆ Scal.

‡ καὶ κύμινον καὶ σέλινον γυμνοσπέρματα.

† Προσκαθήμενον Ald. Bas. προσκαθήμενον

‡ τῶν σπειρομένων. In Ald. & germ. cod. hæc desiderantur Atum. Aliter τοῖς ἀπὸ τοιούτων γενομένοις ἐστί.

enim alia nigra, alia candida, alia ligno proxima. Publica differentia, quod alia inclusa siliqua constant, alia nuda adhærent: ut quod alia cortice, alia pappo lanugine obducuntur. Radici namque, & sinapi, & rapo, semen in siliqua: corianno; fœniculo, anetho, † cuminoque nudum adhæret: blito, betæ, atriplici, ocimoque cortice continetur: lactucæ lanugine obducitur. Omnia seminis, germinisque large fœcunda: sed fœcundissimum omnium cuminum est. Peculiare etiam quod de hoc dicunt. Imprecari namque, & maledicere serendo oportere affirmant, quo latius copiosiusque proveniat. Difficile (ut ita loquar) omnia exiccantur, cumino excepto. Nec modo frumenti se habet. Quod cum primum in plenum creverit, mox exiccatur & decidit. Sed quæ cortice continentur, difficilius exiccantur, & inter ea maxime ocimum. Omnia siccata fœcundiora redduntur: qua de causa detracta antea exiccare consueverunt. Omnia feracia, largéque fœcunda sunt: sed fœcundissimum ‡ ocimum, porrum, & cæpe sunt, † quæ latere potius apta sint fructum parere, ut radix, rapa & reliqua generis ejusdem. Quædam parte utraque ferunt, ut blitum, atriplex. Hæc enim fructificare, vel ex suo latere possunt: sicque copiosius. ‡ Protinus enim nodis singulis semen incidens racematim nimirum gerunt. Quæ seminibus vetustioribus sata sunt, celerius excaulescunt. Celerrimè verò quæ vigentibus. † Est enim & eorum vigor quidam, quo provenire consummarique optime possunt. Pulchritudo quoque ad portionem sequitur. Quin & si acervatim serantur, melius quædam nasci augerique posse videntur: sic enim porrum, & apium serunt in laciniis colligatum, atque ita ampliora redduntur. Locus quoque ad incrementum aliquid conferre videtur. Quamobrem ‡ cum apium transfertur, palum tantum adigere, quantum apium facere volueris, jubent. Nec non & semen ejus colligatum in laciniis palo adacto, & fimo terraque ingesta, serendum censent. Quædam etiam figuram subditi loci imitantur. Cucumis enim formam accipit loci, in quo sata fuerit. Quin & saporum differentiam quædam semina capiunt præparata. Ut cucumeris si lacte maceratum seratur. Sed hæc forte cultui accommodari potius debent.

† Cumino, apioque nudum.

‡ Cuminum

† E lateribus magis fructum ferunt thaphanus.

‡ Protinus enim semen plurimum singulis racematim adhæret.

† Est enim & eorum certū tempus, sive ætas qua plus valent vigentque. si autem æquè ritè colantur, quæ à vetulis, & quæ abs ætatis provenient seminibus; hæc illis tanto sunt pulchriora, quanto ratio potior in vigenti, quam in affecta ætate agnoscitur.

‡ Transfertur, adigi paxillum tam altè præcipiunt, quam apiū fieri magnū placet, quin etiam & apij semen exceptum panniculo stercore terraq; pleno, in cavernā paxillo jam ante reclusam demitti

IULII CÆSARIS SCALIGERI AD CAP. III.

Videtur minus commodè separata pars hæc à superiore tanquam caput à capite diverso. Quin potius ejusdem capitis pars hæc altera sit; in qua nihilò secius agit de radicum natura. Ac primum quidem de natura, ac germinatione stipitis ab ea: mox de germinatione radicularum à primaria.

Οἷον ἡ τοῦ τευτλίου. *Aut deest,* σαρκώδης μὲν, *aut brevitas est concisa.*

Γογγύλην. *Theodorus legit,* πολυκαύλην, *rectè & τὸ ἁπλῶς non significat,* omnino: sed simplici intellectione, non exacta. *Propterea quod subdit.* alia quoque τῶν μονοῤῥίζων, habere lignosam radicem. Quare illa particula, ἔχει γε δὴ, *exponit τὸ ἁπλῶς, quemadmodum intelligi debeat. Notabis vocem illam* ἀποφυλλάδας *non ineptam, si sit alibi: quippe ubi de foliis fiat mentio. Hic* ἀποφυάδας *reponemus. Sic mox* τῇ ὀρθῇ, καὶ τοῖς παραφυομένοις. *ita enim legendum est.*

Καὶ ἐκ τῶν ἄνω τάδε πολυκαυλότερα. *Nota,* τάδε. *Scilicet tam ἡ ἀρχία, quam ἡ μεταφυτευθεῖσα. Theodorus omisit hanc diligentiam.*

Ἄνθει δέ. *Aliud caput, de ratione & ortu florum: tum autem de coloribus. Omisit tamen multas differentias, idque impræsentia. Quidam cadunt; quidam non, qui remanent, alii steriles: alii fœcundi, ut in cucurbitis cucumeribus, peponibus.*

Αἱ δὲ ἢ καὶ ὁ σίκυος καλούμενος. *Theodorus addit* ὅμοιος, *rectè: aut tale quid. & adjungit paraphrasin.* Cucumer, *inquit,* qui pepo cognominatus est. *Sanè minus ex Plinii sententia. Ille enim ait,* Cucumeres ubi magnitudine excessere, pepones appellari. *At magnitudo non variat genus. Nullum enim accidens mutat substantiam. Alibi fusius ostendimus ejusdem Plinii negligentiam, qui genera cum statuat tria cucumerum, nomina apponit sola: nihil præterea docet. Quare dedit occasionem doctioribus suspicandi, an Melonum genera Cucumeribus attribuerit. Melonis enim nusquam mentio. Peponis autem sub cucumere. Præterea errandi caussam aliis, qui Anguriam, quæ Albatheca dicitur ab Arabia, pro Cucumere agnoverit. Rationem addunt ex illis verbis:* cresceret in ventrem cucumis. *Sanè, inquiunt, grandissima fit anguria. At profectò minus consideratè. Principio cum genere Cucumerum illi nihil convenit. non est figura totius similis, non partium. Non enim seminum, non sapor, non color, non caro, non folium. Ratio autem nulla. non enim ventriosa, quæ tota æqualiter turget, sed Cucumeris species, quem Romani* Citrullum, *Lombardi* Cecumolum *vocant, collo tenui ac longo cum sit, in ventrem excrescit. Qui sint Melopepones, quos Melonum genera, quod Cucurbitarum*

tarum differentiæ, an Batheca nota fuerit antiquis, in nostra historia exactissimè persequuti sumus. Theodorus hic, ἐπιβλαστάνειν, interpretatur præposterè germinare. Sententiam expressit, vocem suo significatu defraudavit. Præposteri autem vox minus apta. Propius enim naturæ legibus est, ut prius ab imis initium florescendi fiat. Minus enim distat ab origine, id est ab radice.

Εὔχροον δ' αἷμα. Hoc falsum est, Itaque Theodorus legit ἐρυθρόν. Mirum verò. quædam enim olera tota sunt sanguinea, ut species betæ, & atriplicis. Omisit item cæsium in cichorio. quidam etiam lineis variantur, ut Erucæ.

Τὰ δ' σπέρματα. Non est dubitandum, quin sit hinc aliud caput auspicandum.

Γραμμώδη. Theodorus canaliculata, scitè admodum ex Plinio. Quippe γράφειν primo significatu fuit, scalpere. Veteres enim stilo in ceris scribebant. Constat id ex Nubibus Aristophanis. Graver Gallica vox ex iisdem lineamentis.

Τὰ δ' ξυλώδη. Ligni colore intelligi posset. De coloribus enim agit. Plinius tamen ad duritiam accepit. Quod si ita est, negligentiæ arguatur Theophrastus, qui in mediis coloribus longè diversam intermiscuerit rem. Iccirco Theodorus postposuit, atque ambiguo reliquit significatu. Quædam, inquit, ligno proxima. Sanè qui ligni color intelligatur, non est facilè dictu. Nisi quis pallorem velit: cujusmodi profectò multa, ut panaceæ, anethi, cymini: quia omisit fuluum, & rubrum colorem. Ἐρυθρώδη malim legere. Præsertim cum in floribus non agnoverit, in nasturtio notare potuit, rhaphano, & aliis. Vt non sint ἐρυθρά, sed ἐρυθρώδη. Scribe ἐλλοβοσπέρματα, ut in primo inter arborum differentias, inclusa filiquis. Sic & Plinius, in folliculo. Quare malè corrigere voluere, ἐλλιποσπέρματα. Ea nanque sunt, ἐμφλοιοσπέρματα.

Ἴδιον δ' καὶ ὃ λέγουσι. De Cymino hic scriptum est. Item lib. IX. apud Plinium li. XIX. Cyminum, qui serunt precantur, ne exeant. At τὸ καταρᾶσθαι, καὶ βλασφημεῖν non Cymino, sed Ocymo ibidem attribuit ille. Quare videbis an sic legas. πολυκαρπότατον δ' τὸ ὤκιμον. Sic enim respondent illa Pliniana. Nihil Ocymo fœcundius. Hermolaus in corollario nihil, nihil in castigationibus. Ruellius cum Plinii sententiam de Ocymo referret, addit à Theophrasto sumptam. In sequenti quoque libro Cyminum, ut fœcundissimum, lenti comparat.

ὡς ὁ σῖτος. Theodorus, nec modo frumenti consistunt. Immò verò consistunt: quia neque exiccantur, & serò decidunt.

Καὶ τούτων κỳ περιφαιρούντες αὐτὸ ξηραίνουσι. Theodorus legit, καὶ τούτων μάλιστα τὸ ὤκιμον. ἅπαντα δὲ ξηραινόμενα ἐκφορεῖ ... διὸ κỳ περιφαιρούντες.

Τὰ δ' πλαγιόκαρπα μᾶλλον. Theodorus omisit, μᾶλλον, malè.

Περιγραφόμενον. Notabis verbum. Theodorus incidens interpretatur, an verò sit, περιγραφόμενοι ὄζοι; ille nodum hic. potius ramum.

Ἔτι γὰρ τις ἀκμὴ κỳ τούτων. Certum tempus sive ætas, in qua plus valent, vigentve. Theodorus, provenire, consumarique optimè possunt, laxiore paraphrasi. Et verbum, provenire, non habet hic locum. Non enim de proventu nunc agitur, sed de seminum ætate stata, ejusque efficacia ad producendum olus: Itaque ne alterum quidem verbum, consumari, explet judicium acuti viri. Nam vetula quoq; semina consumata sunt. At ea ab iis quæ ipse consumata interpretatur, distinguuntur hic per id quod ipse consumatum appellari vult, id est, per ἀκμήν.

Ἀνάλογον δὲ τὸ κάλλ⊕ ἀνάλογον τ. Lege τῆς ἀπὸ τούτων γενομένων. Si, inquit, æquè ritè colantur, quæ à vetulis, & quæ ab statæ ætatis proveniunt seminibus: hæc illis tanto sunt pulchriora, quanto ratio potior in vigenti, quam in affecta ætate agnoscitur. Neque verò temere addidit hæc. Propterea quod cum è novellis enascantur difficillimè, è vetulis facilius: quæ essent media quoque ratione sese habere debuissent. at non ita est. Et est Atticum. ἐκ τῶν ἄλλων, id est, ἄλλως, sive ἐν ἄλλοις. Lege, ὡς τὸ αὐτὸ ἄρτιον θηρίον. Plinius, ἰδίοις, Laciniis: & eum sequutus Theodorus.

Τίθεται δ' καὶ τὸ ἐν ἰδίῳ πέπταλον. Theodorus addit, Semen. subintelligitur enim. Quippe, ὄντων, suprà erat cum semine. Iccirco dixit, τὸ. id est, supradicto.

Ἡ γὰρ ταχύς. Theodorus legit, ταχύς. Nihil sanè refert. Vtrunque enim verum est.

Λαμβάνει κατὰ τοὺς χυμούς. Loquutus est de nascendi celeritate, idque à natura. Item de arte, qua meliora fiant. Tum de figuræ mutatione. Nunc de saporibus. Sic igitur legendum videtur: ut addamus aliquid ante verbum illud, λαμβάνει. Theodoro placuit prudenter sic apponere, διαφορὰς δ' λαμβάνει.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Τῶν δὲ ῥίζαι ξυλωδέσταται. Rectè Scaliger minus cōmodè partem hanc separatā à superiore judicavit. Quem adeat lector. Utrum ocimi radix maximè lignosa, dubitatione minimè caret. Rutæ enim durior, siccior que, ad ligni naturam propius accedens. Bliti, atriplicisque minus lignosas esse quam ocimi, non negamus.

Αἱ δὲ ξυλώδεις. Corruptus codex, quod ante nos vidit Scaliger. Scribe, αἱ δὲ ξυλώδεις σαρκώδεις μὲν, οἷον ἡ τοῦ τευτλίου, καὶ τοῦ σελίνου. Paucis verbis hunc locum reddit Plinius lib. XIX cap. VI. Quibusdam (radices) surculosæ, ut ocimo. Aliis carnosæ, ut betæ, aut etiamnum magis croco. Vide cap. XI lib. I. Hist. Inter olera crocus numerari non solet. Pro croco fortè scribendum aro: inter olera enim à Theophrasto refertur. Ξυλώδεις Plinius surculosas vertit, Gaza lignosas. Nobis Gazæ placet versio. Surculosa dicuntur, quæ surculis abundant, quod propriè de radicibus dici non potest; saltem non de ocimo. Cæterùm an rectè surculosas verterit radices, judicio Grammaticorum relinquam; tractent fabrilia fabri.

Λαπάθου. Inter carnosas, lignosasque radices numerat rumicem sive lapathum. Corruptus ergo codex. Superiore capite dixit utrumque lapatum carnosa constare radice, quod ipsa demonstrat autopsia. Malè ergo infra inter lignosas λαπάθου refertur. Scribo: καὶ ἐυζώμου κỳ ἀνήθου, κỳ ῥαφάνου, κỳ χελιδονίου. Ex oleribus nullum occurrit quod propius ad λαπάθου vocem accedit. Brassicæ radicem lignosam esse, extra omnem est dubitationem. Accedit quod brassicæ radicis non fecerit mentionem Theophrastus.

Ἀνήθου. Quibusdam codicibus, parva differentia, ἀνίσου legitur. Utrumque radicem habet lignosam; plantæque admodum sunt vicinæ: præsertim si facultates consideraveris, folio & semine maximè differunt. Utriusque historiam hoc loco examinabimus. Anethum oleracea planta, simul & coronaria est. à Theophrasto inter olera recensetur, eundemque usum in culinis præstat. Coronariam plantam, esse docet Galenus lib. IV. Simpl. ubi anethi vires recenset. Υγρότερον δὲ δηλονότι, κỳ ἧττον θερμὸν ἐστι τὸ χλωρὸν, ἔτι κỳ ἔγχυμον, ὥστε πεπτικώτερον μὲν κỳ ὑπνωτικώτερον ἐστι μᾶλλον τοῦ ξηροῦ, διαφορητικὸν δ' ἧττον. διὰ τοῦτο μοι δοκοῦσι κỳ οἱ παλαιοὶ ἐξ αὐτοῦ στεφάνους χρῆσθαι περὶ τὰ συμπόσια. Cæterum viride humidius est & minus calidum: itaque magis concoquit & somnum conciliat, sed minus digerit, idcirco mihi videntur veteres ex eo coronis plexis in conviviis uti solere. Theocrit. Eidyll. 7.

> Κἠγὼ τῆνο καθ' ἆμαρ, ἀνήθινον, ἢ ῥοδόεντα,
> Ἢ καὶ λευκοΐων στέφανον περὶ κρατὶ φυλάσσων
> Τὸν πτελεατικὸν οἶνον ἀπὸ κρατῆρ⊕ ἀφυξῶ,
> Πὰρ πυρὶ κεκλιμέν⊕.

Egoque illo die anethinam, vel rosaceam,
Aut ex albæ violæ coronam in capite gestans
Vinum in Ptelea natum è cratere hauriam
Ad ignem recubans.

Scholiastes Εἶδος ἄνθους τὸ ἄνηθον. Ἀνηθίνοις δὲ ἐχρῶντο στεφάνοις, ὡς Ἀλκαῖος κỳ Σαπφώ. Floris species anethum. Anethinis coronis utebantur, ut Alcæus & Sappho tradunt. Virgilius Egl. II.

Narcissum & florem jungit beneolentis anethi.

Viridia etiam umbracula veteres ex anetho fecisse apud Theocritum Eidyll. 15 legimus.

> χλωραὶ δὲ σκιάδες μαλακῷ βρίθοντι ἀνήθῳ
> Δέδμανθ.

Viridia quoque umbracula molli tecta anetho.
Extructa sunt.

Scholiastes ἀντὶ τοῦ χλωραὶ σκηναὶ καὶ καλύβαι ἀνήθου σὺν αὐτῷ τῷ καρπῷ κατεβεβλημέναι γεγόνασι, Viridia umbracula dixit, quasi

xit, quasi virides attegiæ & tuguria ex anetho cum fructu onusta factæ. Ἄνηθον quasi ἀνίκητον dictum volunt, id est, *invictum*, quod cibi excitat appetentiam. Dioscorides lib. III. cap. lxvII. στρόφους τε καὶ ἐμπνευματώσεις παύει, κοιλίαν τε καὶ τοὺς ἐπιπολαίους ἐμέτους ἵστησι. *Tormina inflationesque sedat, alvum, & ecrum quæ in summo fluitant ventriculo vomitiones cohibet.* Aliud etiam etymon alii excogitarunt. Ἀνήθου nomen impositum inquiunt, quod anethi esus lacessat ad Venerem, ut antiqui prodiderunt, tametsi plurimo usu genituram tandem exhauriat Ἀνήθεια enim *congressus, familiaritas, coitio Venerea.* Nullum auctorem produnt, apud quem ad Venerem excitandam præcipitur. Contrarium Dioscorides docet, ἀμβλύνει τε τὰς ὄψεις, καὶ γονὴν σβέννυσι συνεχῶς πινόμενον; *frequentius potum oculos hebetat & genituram extinguit.* Quod de oculis scribit Dioscorides, illud Cassianus Bassus lib. XII. cap. XXXIV. confirmat, τὸ ἄνηθον ἐσθιόμενον, ἀμβλύνει τὴν ὄψιν. *Anethum commestum visum hebetat.* Verius ἄνηθον dicitur παρὰ τὸ ἄνω θεῖν, vel ἀναθεῖν, quod sine cursu sponte sua feratur, id est, quod citò crescat; vel, ut apud Theocriti Scholiasten habetur, παρὰ τὸ ἄνω πιστεῦσθαι, ἤγουν ἰέσθαι quod sursum ascendat, sive eat, id est *quod erectum sit; sive in rectum assurgit.* Quæ duo etyma anetho conveniunt. Idem Scholiastes anethum generale nomen fuisse tradit, ac flores nomen illud obtenuisse refert. φασὶ δέ τινες καὶ πᾶν ἄνθος ἄνηθον, παρὰ τὸ ἄνω ἵεσθαι, ἤγουν ἰέσθαι ἄνηθον τὸ μάλαθρον, ἄνισον δὲ τὸ γλυκάνισον. De anetho variis in locis egit Theophrastus lib. I. cap. XXVIII. & lib. VII. hist. cap. III. nudum semen ferre ait lib. I. cap. XIX. odore succum excellere, ac suaveolentiam præstare. Vide cap. XIII. lib. IX. hist. cap. VII. Inter aromata recensetur, quæ unguentis apta sunt. Anethum odoratissimum esse cum gravitate quadam olfactus, probat li VII. ca. I. Quo tempore seri debeat, & quoto à satione die surgat, docet. cap. III. ejusdem libri; lignosa constare radice scribit. Dioscorides li. III. cap. lxvII, de anetho agit, sed nullis notis depingit. Quibusdam tamen capitibus, aliis plantis folia, radices, semina comparat. Sic itaque ex Dioscoride delineamus anethum; Cauliculum habet ligustici li. III. cap. lvIII. καυλίον δὲ φέρει λεπτὸν, ὅμοιον ἀνήθῳ, γονατώδη *caliculum profert tenuem, ceu anethi, geniculatum.* Cap. sequenti

Anethum.



pastinacæ umbellam anetho assimilat. καυλὸν δὲ ὀρθὸν, τραχὺν, σκιάδιον ἔχοντα ἀνήθῳ. Cap. lxI. ejusdem libri de seseli Æthiopico, κεφάλια δὲ ὡς ἀνήθου : *& capitulis velut anethi.* Cap. lxxIx. ubi de smyrnio agit, σκιάδιον ἐπὶ τοῦ καυλοῦ ἀνηθοειδὲς, *Habet & umbellam supra caulem qualis anetho inest.* Cap. sequenti elaphobosci umbellam & semen anetho simile scribit, ἔχει δὲ παραφυάδας ἱκανὰς ὁ καυλὸς, σκιάδια ἐχούσας ὅμοια ἀνήθῳ. Paulo infra, καὶ τὸ σπέρμα ἀνήθῳ ἐμφερές. Habet verò caulis ipse agnatos ramulos multos, qui quidem umbellas gerunt anethi similes. Et semen itidē anethi ca. lxxxIII. ubi dauci tractat historiam fructum dauci tertii, ut & semen anetho adæquat: κεφαλὴν δὲ ἔχει καὶ καρπὸν ὅμοιον ἀνήθῳ capite & semine anethi, Lib. Iv. cap. clxv. de tithymalo helioscopio κεφαλὴν δὲ ἀνηθοειδῆ, *caput anethi.* Et de bunio cap. cxxIv ἄνθος ἀνήθου, *florem habet anethi.* Folia fœniculi adeò sunt similia, ut quandoque fallat pharmacopœos, sed minus virent; ad luteum enim nonnihil inclinant. sapore quoque sunt ingratiore ac calidiore. Anethum cubitali aut proceriori cauliculo, terete, ac geniculato consurgit; foliis tenuissimè dissectis, & in stamina pæne extenuatis: flosculis in muscario luteis; semine deinde rotundo, plano, tenui, ac foliato: radice fibrosa. In hortis seritur simul cum oleribus: flores & semen æstate perficit, hyeme perit. Aliud anethi genus repperit Cæsalpinus, sativo grandius, foliis fœniculi, odore anethi, umbellis amplioribus, flore luteo, exiguo, ferme ut ammeos, subacri semine, radice parva & lignosa; in Sicilia provenit. Quod à Bauhino in prodromo describitur, nos nunquā vidimus. Ab anetho venio ad anisum. Anisum anicetum etiam vocatur. Plinius li. xx. ca. xvII. *Et anisum adversus scorpiones ex vino bibitur. Vultū juniorem præstat, insomnia levat suspensum in pulvino, ut dormientes olfaciant. Appetentiā ciborum præstat, quando id quoque inter artificia deliciæ fecere, ex quo labor desiit cibos poscere. Ob has causas quidam anicetum id vocavere.* Ἀνίκητον, ut supra, dixi, invictū denotat; quod aliis omnibus prævaleat medicamentis. Sed illud nomen non aniso, sed anetho Auctuarii tribuit auctor. Ἄνηθον τὸ ἐσθιόμενον, οἱ δὲ πόλγιδος, οἱ δὲ ἀνίκητον. *Anethum quod estur, alii polgidos, alii anicetum.* Attici, uti Nicandri tradit Scholiastes, per duplex ν ἄννισον scripserunt. Ἄννησον διὰ δύο ν ἀττικῶς, ἤγουν ἄνησον. Ἄνισον quasi ἀνίκητον dictum volunt: quod cibi appetentiam præstet. Placet aliis sic dictum, ὅτι ἀνίησι τὰς ἐμπνευματώσεις, *quod remittat ac laxet tensiones flatulentas internas & externas.* Verisimile tamen sic vocatum, quasi τὸ μὴ ὂν ἴσον. Suidas Ἄνισον τὸ μὴ ὂν ἴσον. σημαίνει δὲ καὶ εἶδος βοτάνης. *Anisum quasi inæquale, denotat etiam herbam.* Nomen illud impositum vel ab inæqualitate seminum, vel quod folia dissimilia ferat. Folia enim inferiora rotunda ac latiora, minus dissecta; media minus rotunda, magisque secta: superiora dissecta velut apii, sed candidiora, neutiquam rotunda. Ab Actuario γλυκάνισον appellatur, quod in semine manifesta quædā dulcedo reperiatur. Est enim sapore misto ex acri & dulci, & ex oleraceis seminibus ventriculo gratissimum. Contrarium tamen docet Galenus. Ἀνίσου τὸ σπέρμα μάλιστ' ἐστὶ χρήσιμον, δριμὺ καὶ ὑπόπικρον ὑπάρχον ὡς ἐγγὺς ἥκειν θερμότητος τῶν καυστικῶν. ἔστι δὲ κἀν τῷ ξηραίνειν, ἐκ τῆς τρίτης ἀποστάσεως, ὥσπερ κἀν τῷ θερμαίνειν. *Anisi semen maximè utile est, acre & subamarum, utpote ad urentium accedat caliditatem. Est autem in desiccando tertii ordinis, sicut & in calfaciendo.* Ego, quod summi etiā testantur Botanici, Dodonæus, & Lobelius, tantā acrimoniā, ut urentiū quasi caliditati simile sit, in anisi semine gustu percipere nequeo. Idem de amaritudine dico, millies gustavi, devoravi anisi semē dulcedinem animadverti, amaritudinem verò nullam: quamvis id scribat Ferdinandi Bohemiæ regis, postea Cæsaris medicus in doctissimis ad Dioscoridem commentariis. Doctissimorum virorum sententiæ de hoc Galeni loco variant. Alii de aniso Syriaco, aut in quadā calidiori regione id scripsisse Galenum tradunt. Sed anisum quod ad nos ex Palestina, Syriaque copiosissimè deportatur, manifestam dulcedinē acrimoniæ commistā habet. Quorundā sententia est vulgare anisum, non esse legitimum veterum. Nos clarissimi Botanici Dodonæi opinionem probamus, ac Galenum in anisi facultate describenda, (veniam dent Galeno addictiores) lapsum putamus. Quod vel ex Dioscoride palam fieri potest. Is lib. III. c. lv. scribit καὶ γάλα κατασπᾷ καὶ συνουσίας παρορμᾷ *lactis ubertatē præstat, & Venerem stimulat.* Simeō Sethi idem asserit, διαφορητικόν τέ ἐστι τῶν ἐν τῇ γαστρὶ πνευμάτων, ἀποφρακτικὸν ἱκανῶς, καὶ γαστρὸς ἐφεκτικὸν, καὶ γάλακτος γεννητικόν. *Nec minus flatus qui in ventriculo fiūt discutit, & obstruit validè; ventrem sistit, & lactis copiam profert.* Quę lac generant, teste Galeno, non valde siccāt. Sic cap. de fœniculo, sive marathro scribit. ξηραίνει δὲ οὐχ ὁμοίως, ἀλλὰ κατὰ τὴν πρώτην ἄν τις θείη ἐν τῷ δὲ τάξιν, καὶ διὰ τοῦτο γάλακτος γεννητικὸν, οὐκ ἂν γεννήσειν εἰ σφόδρα ἐξήραινεν ἰσχυρῶς, ὑποχειμένοις τι βοηθεῖ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. *Desiccat verò non æque, sed ipsum quispiam in hoc primi esse ordinis posuerit, proinde lac procreat; quod si admodum desiccaret, non sanè efficeret, suffusis eadem ratione auxiliatur.* Idem de anisi semine centendum, vel lac non promovere, vel tertio ordine non esse siccum. Vulgarē anisum primum siccitatis ordinem, secundumq; calidi-

tatis non excedit. De aniso pauca Theophrastus lib. I. cap. XVIII. Nudum semen ferre tradit. Sed disputatur utrum eo loco ἄνισον an ἄνηθον legendum sit: Dioscorides notas anisi præteriit, nota quippe ac vulgaris planta, Lib. tamen IV. capit. CXXI. folia isopyri aniso comparat, τὸ δὲ φύλλον ἀνίσῳ. Anisum quale eligendum, docet Dioscorides, Ἐςι δὲ αὐτοῦ κρεῖσσον τὸ νέον καὶ ἀδρὸν, καὶ μὴ πιτυρῶδες, εὔτονον τῇ ὀσμῇ. πρωτεύει δὲ τὸ Κρητικὸν, ἔπειτα δὲ καὶ τὸ Αἰγύπτιον. *Efficacius porro quod recens, plenum, minimè furfurosum, vehementique est odore.* Laudatissimum est Creticum, proximum Ægyptium. Anisi rotundus & le-

Anisum.



viter striatus, ac inanis caulis in ramulos nonnullos dividitur; folia inferiora rotunda ac latiora sunt, superiora dissecta velut apii, sed candidiora, in summo umbella flosculis albis, quibus semen succedit inalbicans, odoris jucundi ac saporis grati. In Creta, Syria, Ægypto, aliisq; Orientis regionibus feliciter gignitur. Seritur quandoque in Belgii hortis, ubi Iulio & Augusto floret, ac semine prægnans est. Ad anisi, anetique classem referendū carum est. Κάρον, inquit Dioscorides lib. III. cap. LXVI. σπερμάτιόν ἐςι γνώριμον, διουρητικὸν, θερμαντικὸν, εὐςόμαχον, εὔςομον, πεπτικὸν, μιγνύμενον ἐν ταῖς ἀντιδότοις καὶ ὀξυπόροις χρήσιμως. *Carum semen est exiguum, vulgaris notitiæ, urinas ciet, excalefacit, stomacho utile, orique gratum, concoctionem adjuvat, ac utiliter antidotis & oxyporis miscetur.* Nobiliss. Salmasius in vetustissimo codice Dioscoridis scriptum ait καρὼ σπερμάτιόν ἐςι. Restituit idem ex codicibus antiquissimis Ætii: Κάρωον σπερμάτιον ἐςι. Apud Oribasium eandem reperiri lectionem, idem auctor est. Et hoc de antiquis accipi oportet codicibus. Impressi enim aliter habent, apud Ætium καρῶν. Καρώου τὸ σπέρμα. Apud Oribasium κάρον; videat lector cap. V. lib. II. Synopsios. Sic etiam apud Galenum & Æginetam legitur: κάρου τὸ σπέρμα. Salmasii correctionem probamus; maximè quod apud Pliniū habeatur li. XIX. ca. VIII. *Peregrinum & careum* (Scribe caron) *gentis sui*, (antiquus codex, *suæ*, quomodo in Leydensi legitur ultimo expresso codice) *nomine appellatum, culinis principale. In quacunque terra seri vult, ratione eadem qua olusatrum. Laudatissimum tamen in Caria, proximum Phrygia.* Cæterùm in antiquo Dioscoridis exemplari: Κάρος ὁ καὶ καρναβάδιον legitur. Quæ post tempora Dioscoridis huic loco adscripta esse rectè annotavit Gonpilus. Recentiores enim carum καρναβάδιον vocare solent. *Simō Sethi: καρβάναδιον (ita lege vulgo, καρναβάδιν) θερμόν ἐςι καὶ ξηρὸν κατὰ τὴν τρίτην ἀπόςασιν. Apud Myrepsum antid. CCCCXXIX. *cuminum Æthiopicum* exponitur. Ἀνίσου, κυμίνου Αἰθιοπικοῦ, τουτέςι καρναβαδίου (vel καρναβάδιος: utrumque enim dicitur. καρνιβάδιον & καρνιβαδι) *Anisi, cumini Æthiopici, hoc est, carnabadii.* Simeoni tamen Sethi καρναβάδιον carum est. Caroi vel cari nomen inditum volunt à Caria regione, qua felicissimè simul, & optimè nascitur, Plinius, *Laudatissimum tamen in Caria.* Carum vulgaris notitiæ herba, cauliculo assurgit cubitali, vel altiore, quadrangulari, tenui, geniculis intercepto, glabro, intus inani, ac in ramulos distributo; circa quos folia pastinacæ sylvestris, sed teneriora ac minora, nec adeò in latitudinem explicata, neque hirsutæ: flosculi candidi in laxis muscariis: semen subnigricans, angulosum, longius quam anisi: radix dodrantalis, carnosa, sed gracilis, sapore pastinacæ antequam caulem tulit: tunc enim lignosa fit, sæpius candida, raro lutea, qua plurimum delectantur apri, atque ideò prata caro referta admodum vastant. Altero à satione anno à Majo mense usque ad Augustum, & flores & semen profert. In pinguibus ac lætis campis herbosis, & pratis, quæ subinde rigantur, apud Germanos Bohemosque frequens nascitur. Reverendi patres qui in Mesuem commentaria ediderunt, rubentem radicem, quam carotam vocamus, carum esse de quo nobis sermo est, existimarunt: nec id levibus mo-

Carum.



ti rationibus scripserunt. Galenus enim lib. II. de alimentorum facultatibus carum inter daucum & pastinacam recenset, cap. LXV. titulo περὶ σταφυλίνου καὶ δαύκου καὶ κάρου. Verba Galeni adscribam: Εὐχυμώτερός γε μέν ἐςιν ἡ καρῶς τοῦ σταφυλίνου. Τινὲς δὲ τὸν ἄγριον σταφυλῖνον ὀνομάζουσιν δαῦκον. Hoc loco Galenum de vulgari caro, non pastinaca agere ex Dioscoride probatur; qui ad finem cap. de caroo scribit: ἡ δὲ ῥίζα ἑφθὴ ἐδώδιμος ὥσπερ σταφυλῖνος. *Est cocta radix edulis æquè ac pastinacæ.* Idem de loco Galeni dico, qui reperitur lib. de bon. & mal. succi cibis, circa finem cap. cap. VIII. Καὶ τῶν λαχανωδῶν φυτῶν κακόχυμοι μὲν ὅσαι δριμεῖαι, καθάπερ αἱ τῶν κρομμύων, καὶ πράσων, καὶ σκορόδων, καὶ ῥαφανίδων, καὶ δαύκου. Μέσαι δ' εὐχύμων τε καὶ κακοχύμων, αἵ τε τῶν ἄρων εἰσὶ, καὶ τῶν γογγυλίδων, ἃς καὶ βουνιάδας ὀνομάζουσι, καὶ τῆς καλουμένης καρῶς. *Radices autem olerum in se acrimoniam habentium, ut allii, cæpe, porri, raphani & agrestis pastinacæ, malum succum gignunt, sed ari, carique radix, & rapæ quam bumiada etiam, id est napum appellant, in iis qui boni & mali succi sunt media habetur.* Fallitur vir magnus qui scribit καρῶς raphas significare. Verba καὶ τῆς καλουμένης satis ostendunt, carum à rapa plantam esse diversam. Τῆς καρῶς genitivū est, à recto καρὶς herba, cujus semen κάρωον, vel, ut vulgò legitur, κάρον vocatur. Ut à λητὼ λητόος λητοῦς, ita à καρὼ καρόος καροῦς. De caro vulgato, cujus semē apud nos in usu est, Galenum loqui ex Ægineta probatur, qui lib. ca. LXXVI. ubi de iis quæ edendo sunt radicibus agit, scribit. Σταφυλίνου δὲ καὶ δαύκου, καὶ καροῦς αἱ μὲν ῥίζαι

ῥίζαι ὀλιγοτροφώτεραι τῶν γογγυλίδων εἰσίν. θερμαὶ δὲ καὶ ἀρωματίζουσαι σαφῶς καὶ οὐρητικαί. *Pastinacæ verò, dauci, & cari radices minus quā rapæ, nutriunt; calent tamen odorateq; sunt, & urinam manifestè cient.* Carum nō esse rubentis illius, quam carotam vocant radicē, lib. IX hist. ubi de pastinaca sermo est, probatur. Carotæ enim hujus semini nulla inest qualitas, quam adscribit caro Dioscorides. Nec adeò acre est, ut tertio ordini excalfacientium & exsiccantium adnumerari possit. Galenus lib. VI. Simpl. κάρου τὸ σπέρμα θερμαίνει καὶ ξηραίνει κατὰ τὴν τρίτην που τάξιν. *Calidum & siccum cari semen ordine propemodum tertiò.* Nec eas quoque virtutes habet, quas de caro tradit Dioscorides, concoctionem non multū adjuvat, ori nec tam gratum est, nec à quopiam antidotis additur. De cara, cujus mentio fit apud Cæsarem sive hirtium lib. III. De bello civili, lib. IX. agetur.

Βλίτου. Blitum ab insulso fatuoque sapore nomen habet, à Græco βλὰξ, quod *bardum* aut *stupidum* denotat. Festus blitum genus oleris à saporis stupore appellatum esse ex Græco putat quod ab his βλὰξ dicatur stupidus. Hesychio βλὰξ, ἀργὸς, νωθρώδης, μαλθακός. Idem βλὰξ μωρὸς, Aristophanes, in avib. ὡς βλακικῶς διακονεῖ *ut stupide ministrat.* Plinius lib. XX. cap. XXII. *Blitum iners videtur ac sine sapore, aut acrimonia ulla; unde convicium fœminis apud Menandrum faciunt mariti.* Viles abjectas, fatuasque mulieres βλιτάδας veteres vocabant. Suidas, βλιτάδας οἱ παλαιοὶ τὰς εὐτελεῖς γυναῖκας ἔλεγον. Idem, βλιττομάμμας καὶ σὲ καλοῦμεν βλιττομάμμαν, τουτέστι μωρόν, καὶ γὰρ τὸ βλίττον μωρόν ἐστι λάχανον. *Blittomammam te vocamus, hoc est, stultū; blittum enim olus fatuum.* Idem Aristophan. Scholiast. in Nub. ubi μάμμαν exponit, ac ait, καὶ μαμμᾶν ἄσημος φωνὴ τῶν παίδων λαλούντων. *Mamma ignobilis puerorum loquentium vox.* Plautus in Truculento.

> *Blitea & lutea est meretrix,*
> *Nisi quæ sapit in vino ad rem suam.*

Lutea nullius pretii è luto facta; Blitea, stolida, insulsa; Mimogravus apud Nonium Marcellum, bipedem & bliteam belluam appellat insulsum & vecordem. Catullus

> *Non assis facis ô blitum lupanar.*

Hippocrates noster lib. περὶ γυναικ. ἐκβόλιον describit, ὃ τὸ παιδίον βλιτὸν (hoc idem ac βλίτον) γενόμενον ἐκβάλλει, *Medicamentum fœtum enectum ac mortuum ejiciens.* Βλητὸν Hesychius ἀπόπληκτον exponit βλητὸς ὁ ἀπόπληκτος. Phavorinus βλητὸς, ὁ ἀπόπληκτος, ὁ ὑπὸ τῶν ὀξέων νοσημάτων αἰφνιδίως τελευτῶν. *Bletus vel blitus syderatus, vel, qui ex morbo acuto repente moritur.* Respexit ad hunc Hippocratis locum qui lib. II. de morbis habetur, Ἑτέρη νοῦσος. Ἢν βλητὸς γένηται, ἀλγέει τῆς κεφαλῆς τὸ πρόσθεν. καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν, οὐκ ὁμαλῶς, ὁρῇ καὶ κωμαίνει καὶ αἱ φλέβες σφύζουσι, καὶ πυρετὸς ἴσχει βληχρὸς καὶ τοῦ σώματος ἀκρασίη. *Alius morbus, si derepente velut sidere ictus concidat, anteriore capitis parte dolor invadit, neque oculis facile videt, & sopore detinetur, venæ saliunt, & febris lenta detinet, & corporis admotum impotentia.* Idem verbis tantum mutatis repetit eodem libro. βλίτον ergo ea causa quam dixi nomē accepit. Apud Theophrastum modò βλῆτον modò βλίτον legitur. Idem etiam, pro codicum diversitate, apud Dioscoridem observare licet. Apud Suidam gemino τ βλίττον legitur. Apud Hesychium βλίτον. Ita ut vera lectio sit, vel βλίτον, vel βλίττον. Utrumque tamen dixerunt Græci. Recentiores blitum μινύον vocarunt. Hesychius Μινύον, τὸ βλῆτον λάχανον, ἢ κινάβρα. Idem apud Phavorinum legitur Qui, ut etiā tradit Hesych. aroma quoddā sic vocatū scribit μινύον ἀρωματικόν τι. An sic vocarunt blitū, quod parvum exilem, minutumq; habeat saporem? Eustathius Atticè μινυὸν vult dici, pro μικρὸν *Parvum, exile.* A facie, figuraque nomen illud inditum non est; Sed, ut dixi, a sapore, quem præ se fert, ut ita dicam, nullum. De Blito variis in locis egit Theophrastus; ac quidem seri vult quando sol est in Ariete lib. VII. cap. I. quod etiam à Palladio in Martio titul. IX. confirmatur, ubi blitus pro blitum legitur. *Hoc mense blitus seritur; solo qualicunque, sed culto. Olus hoc neque runcandum est, neque sarculandum. Cum semel natum fuerit, ipsum se per multa secula seminis sui dejectione reparabit; ut etiam si velis, vix possit aboleri.* Blitus etiam in antiquiss. legitur codice. Cap. citato blitum celerrimè è semine nasci scribit Theophrastus; ac quidem tertio provenire die Cap. II. singularem habere radicem ait, eamque in rectum tendentem. Cap. III. eandem minus quam omni lignosam esse. lib. I. cap. XXIII. utraque parte fructificare cacumine & lateribus. Hippocrates, medicorum princeps, linguę comparat folium lib. II. de morb. mulier. Ἢν δὲ μὴ λάχη, συνόντος ἢ βλῆτον τὴν βοτάνην ὡς γλῶσσαν οὖσαν, ἐν ἱερῷ ποιεῖν προσθετόν. *Quod si non cesset, sinum aut blitum herbam linguæ similem, expellere in subditium pessum efformato.* Bliti folium non ineptè linguam belluinam refert. Dioscorides notam esse herbam ait, & hodie vulgaris notitiæ herba est, pluraque observantur genera magnitudine & nomine differentia. Quod majus appellatur, supra duos aut tres pedes attollitur: caulis ejus rotundus in alas non paucas distinguitur. Folia sunt

Blitum majus.



lata, acuminatatā, veluti atriplicis, sed virentiora ac glabra: flosculi ac semina latis membranis inclusa in ramulorum fastigiis racemosa: radix multiplicibus fibris deorsum demittitur. Minus blitum humilius est foliis angustioribus: flosculi hujus obscurè rubent: semina ut atriplicis ac majoris bliti: radix ejusdem modi. Utriusque rubens quædam reperitur species: majoris autem caules potissimum rubent; mino-

Blitum minus.



ris verò & caulis, foliaque, ac radices, quæ & è purpura rubicantem ſuccum attritu reddunt. Bliti hæc genera vulgaria ſunt locis incultis, non raro quoque in hortis ſponte enaſcuntur. Una cum atriplicibus vigent florentque Eſt & blitum variegatum, cujus folia prioribus blitis magnitudine & figura ſimilia ſunt, ſed rubro, virenti, & luteo ita diſtinguuntur colore, ut pſittacum æmulentur. Unde à nonnullis herbæ papagalli, aut rectius pſittaci herbæ nomen accepit, ab aliis verò blitum maculatum vel maculoſum dicitur; quibuſdam verò amaranthus tricolor. Colore variat: in altero hilarior extremo flavo, medio puniceo, reliquo viridi: aliquando viridi, luteo, rubro; in altero obſcurior. Illud fœminam, hoc marem faciunt. Theombrotion Plinii eſſe quidam contendunt, quod lib. XXIV. cap. XVII. deſcribit. *Theombrotion* XXX. *ſchœnis à Chloaſpe naſci, pavonis picturis ſimilem, odore eximio. Hanc autem à regibus Perſarum comedi aut bibi contra omnia corporum incommoda, inſtabilitatemque mentis: eandem ſemnion à potentiæ majeſtate vocari.* Maculoſum blitū odore caret, nec ad mentis inſtabilitatē idoneum. Malunt alii ſymphoniam Plinii eſſe. Plinius lib. XXVI. cap. VII. *Symphonia vel gromphena alternis viridibus roſeiſque per caulem foliis, in poſca ſanguinem rejicientibus medetur.* Blitum maculoſum folio non eſt præditum alterno ordine roſeo, viridique. Sed particularia omnia triplici colore ſunt inſignita. Ad bliti genus referendum amarantus videtur. Nugantur qui ἀμάραντον ab ἀνθ@ & amore dictum volunt. Nomen ei impoſitum ἀπὸ τοῦ ἀ privativa particula, καὶ μαραίνεσθαι; quod non marceſcat aut flacceſcat. Plinius lib. XXI. cap. VIII. *Amarantho non dubie vincimur. Eſt autem ſpica purpurea verius, quam flos aliquis, & ipſe ſine odore. Mirum in eo, gaudere decerpi & lætius renaſci. Provenit Auguſto menſe, durat in autumnum. Alexandrino palma, qui decerptus aſſervatur. Mirumque poſtquam deſerere cuncti flores, madefactus aqua viviſcit, & hybernas coronas facit. Summa ejus natura in nomine eſt, appellato, quoniam non marceſcat.* Quem amaranti nomine colimus florem eximiæ venuſtatis eſt, & non recens, ſed exſiccatus diu rubrum flammeum colorem conſervat, eumque non facile deperdit, aptiſſimus ad hybernas corollas. Heſychius. Ἀμαράντινον ἄσηπτον ἀμάραντος εἶδ@ φυτοῦ ἀφ' οὗ στέφανοι πλέκονται. *Amarantinon: quod corrumpi non poteſt: amarantus herba ex qua corollæ plectuntur.* Amarantina corolla in ſacris litteris cœleſtis & inmarceſcibilis. Divus Petrus I. epiſt. cap. V. verſ. IV. καὶ φανερωθέντ@ τοῦ ἀρχιποίμεν@ κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον. *Et cum conſpicuus factus fuerit ille paſtorum princeps, reportabitis amarantinam illam gloriæ coronam.* Philoſtrates in Heroicis rationem dat, cur primi Theſſali coronas amarantinas conſtituerint in funebris: nempe, ut ſi navis illa θεωρὶς quæ ſacra deferebat ad Achillem, ventis detineretur, navigantes non putridi fierent aut intempeſtivi. Verba Philoſtrati ſubjiciam. Ὅθεν καὶ στεφάνους ἀμαραντίνους ἐς τὰ κήδη πρῶτοι Θετταλοὶ ἐνόμισαν, ἵνα κἂν ἄνεμοι τὴν ναῦν ἀπολάβωσι, μὴ σαπροὺς ἐπιφέρωσι, μηδ' ἐξώρους νυκτὸς μὲν δὴ καθορμίζεσθαι ἔδει καὶ πρὶν ἅψασθαι τῆς γῆς. Quæ Philoſtrati verba interpretantur divi Petri locum proximè à nobis citatum. Tibullus liliis amarantum jungit lib. III. ecl. IV.

Ut juveni primum virgo deducta marito
Inficitur teneras ore rubente genas.
Ut cum contexunt amarantis alba puellæ
Lilia, & autumno candida mala rubent.

Sed alias etiam plantas amaranti nomine donatas legimus. Ἑλίχρυσον illud nomen audit. Dioſcorides lib. IV. cap. LVII. Ἑλίχρυσον, οἱ δὲ, καὶ τοῦτο ἀμάραντον καλοῦσι, ᾧ καὶ τὰ εἴδωλα (alt. cod. τοὺς θεοὺς) στεφανοῦσι. *Helichryſon, quidam chryſanthemum, alii etiam amarantum vocant, quo Deorum ſimulachra coronant.* An itaque Divi Petri locus de hoc amaranto accipi debet? Certè ſic videtur, ſatis expreſſè Dioſcorides τὰ εἴδωλα στεφανοῦσι. De Helichryſo vide cap. XXI. lib. IX. Sempervivū etiam à recentioribus amaranti nomē accepit. Ὀρνεοσοφίου Ἀρχοντικοῦ auctor. Τινὲς δὲ βοτάνην ἀείζωον, ἣν καλοῦσι ἀμάραντον, τρίψαντες, τὸ τρίμμα εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ἱέρακος ἐπιβάλλουσιν. *Quidam aeizoon herbam, quam vocant amarantum terunt, tritumque inſpergunt in accipitris oculis.* Amarantus, de quo nobis ſermo, ad differentiam Helichryſi, amarantus purpureus dicitur. Caule ſurgit cubitali, vel altiore. ſtriato, modice anguloſo pingui juxta radicem ſubinde rubente, lævi, in alas quaſdam diviſo, intus fungoſo, circa quem folia oblonga, longis pediculis hærentia, acuminata, mollia, glabra, colore virentia, aut in virore nonnihil rubentia: pro floribus exeunt ſpicæ aſpectu gratiſſimæ, ſed inodoræ, rutilanti purpura fulgentes, coccum ſaturatum qui in holoſerico villoſo micat, referentes, ac quodammodo coloris gratia ſuperantes; quæ in attritu ſimilem colore ſuccum reddunt, & decerptæ, exſiccatæ ad hybernas coronas reponuntur, quoniam diutine purpuræ fulgorem retineant, aliquot etiam annis non marceſcentes; unde nomen invenit. Semen maturatis floribus inſidet parvum, rotundum, modicè in la-

Amaranthus purpureus.



titudinem compreſſum, nigrum, & ſupra modum ſplendidum, ſubdulce. Radicem habet brevem, teneram, ſuccoſam, nonnihil fibratam, quæque ſingulis annis interit. Eſt verò & alia hujus ſpecies, caule multo proceriore ac craſſiore, quatuor aut quinque cubitorum altitudine: foliis ſimiliter majoribus, cui ſpicæ ſunt longiores, ſed obſoleti admodum ruboris. Uterque amarantus in hortis ſeritur, ſed prior frequentius. Alter enim amarantus nullam vel exiguam gratiam obtinet. Proveniunt ſpicæ Auguſto menſe, durat in autumnum.

Κορίαννον] Mirabitur fortaſſis quiſpiam, quod Theophraſtus inter olera recenſeat coriandrum, cum Nicander & Dioſcorides inter deleteria numerent. Nicand. in Alexiph.

Ἦν γε μὲν οὐλόμενόν γε ποτὸν κορίοιο δυσαλθὲς
Ἀφραδέως δεπάεσσιν ἀπεχθομένοισι πάσηται,
Οἱ μέν τ' ἀφροσύνῃ ἐμπληγέες, οἷά γε μάργοι
Δήμια λαβράζουσι παραπλῆγές θ' ἅτε βάκχαι,
Ὀξὺ μέλ@ βοόωσιν ἀτερμύκτῳ φρένας οἴστρῳ.


Noxia quod ſi quis biberit coriandra repente
Ablato exagitur ſenſu, ſtridenteque voce
Edit acuta velut furioſæ jubila Bacchæ,
Seu Stygiæ injecto quaſi percitus angue Megeræ.

Dioſcorides lib. III. cap. LXXI. Τὸ δὲ σπέρμα ὀλίγον μὲν ποθὲν μετὰ γλυκέος ἕλμινθας ἐκβάλλει, καὶ σπέρματος ἐστι γεννητικόν. πλεῖον δὲ ληφθὲν κινεῖ τὴν διάνοιαν ἐπικινδύνως ὅθεν δεῖ φυλάττεσθαι τὴν πλείονα καὶ συνεχῆ χρῆσιν αὐτοῦ. *Semen exigua quantitate cum paſſo bibitum, lumbricos pellit & genituræ abundantiam facit. At ſi largius ſumptum fuerit, mentem non ſine periculo è ſua ſede & ſtatu dimovet, quamobrem ab ipſius copioſiore,*

fiere, frequentioreque usu carendum. Dicendum coriandri herbam, aut totam, aut semen ejus in usum venire, & id quidem, aut aridum aut virens. Virentis usus plurimum nocet; contra exsiccata nullo cum periculo assumitur, quod quotidiana probatur experientia; omnibus enim epulis admiscetur. Ratio præterea docet siccatum valetudini conducere; viride deleterium esse: dum viret odorem ingratum & fœtidum spirat, contra cum exsiccatum est suaviter cum gravitate quadam olet. Objiciet quis; Nicander non semen, sed totam herbam venenatam esse ait, quod vel ex odore fœtido malignoque cognosci potest. Fœtor si veneni indicium foret, jam asa fœtida, castorium, aliaque fœtida venenata forent; cum tamen quotidie utero laborantibus exhibeantur; asaque fœtida, ut supra retulimus, innoxiè & avide ab Indis devoretur. Sed de hac quæstione alibi. Ad alterum respondeo; non totam plantam coriandri venenum esse, sed tantum succum. Quod experimento Lobelii confirmatur, apud quem hæc leguntur. Innoxium esse, certum se habere nobis asseruit D. Dionysius Thomas Lusitanus, apud Antuerpienses medicus doctissimus, qui eam virentem cerefolii, & selini ritu jusculis suis & suorum inseruit, nullo percepto incommodo. Simon Sethi. ὑπάρχει δὲ εὐστόμαχον καὶ ῥωστικόν. ἐπέχει δὲ τὰς τροφὰς ἐν τῷ στομάχῳ ὥστε πεφθῆναι καλῶς. Ad finem capitis; ὁ δὲ τούτου χυλὸς πινόμενος, δηλητήριόν ἐστι καὶ ἀναιρεῖ. ἄφωνοι δὲ γίνονται οἱ τοῦτον πίνοντες καὶ παραφρονοῦσι. *Stomacho bonum est & salubre: cibaria tamdiu in stomacho retinet donec probè concoquantur.* ad calcem capitis, *& ipsius succus si potetur, venenum est, & perimit; hi namque vocem amittunt, & desipiunt.* Succus ergo nimiusque usus venenum. Idem de hiuca tradunt recentiores. Herba ob quam est boni alimenti, sed succus hominem necat. Porri succus perniciosus; ipsum porrum sine noxa editur. Hujus rei ratio à duabus pendet causis: quarum prima est partium tenuitas, ob quam facile penetrat: altera est qualitas libera, & facultas ad lædendum in ipso succo. Posteaquam soluta est societas, quam inierat cum terrestri parte à primordiis ortus ipsius plantæ: quæ pars adversa ferociam ejus ita cohibebat, quemadmodum sua crassitie tardabat celeritatem. Porrum itaque si liceat inter olera recensere, & coriandrum inter illa numerari potest; quod non alio modo venenũ est, quam si porri modo sumatur. Κορίαννον dicitur quod folia caulesq; cimices redoleant; κόρις enim *cimex.* Græci recentiores κόριον eadem de causa vocarunt; Galenus lib. VII. simplicium: Κορίαννον, ἢ κόριον, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλεις ὀνομάζειν. οἱ μὲν Ἕλληνες οἱ παλαιοὶ κορίαννον καλοῦσιν, οἱ δὲ νεώτεροι δὲ ἰατροὶ πάντες ὀνομάζουσι κόριον, ὥσπερ καὶ ὁ Διοσκουρίδης. *Coriannon, sive corion, aut utcunque vocare lubet: vetustiores Græci coriannon nominabant; at recentiores omnes medici corion appellant, sicut & Dioscorides:* Apud Hippocratem tamen, qui ex antiquissimis est Græcis scriptoribus utrumque legitur. Lib. de Intern. Affect. Σελίνου καρποῦ, σικύου σπέρμα, μαράθου καρπόν. Αἰθιοπικὸν κύμινον ἀδίαντον, κόριον τὴν ποίην, ἀσταφίδας λευκάς. *Apii semen; cucumeris semen, fœniculi semen; cuminum Æthiopicum, adiantum, coriandrum herba, uvæ passæ albæ.* Idem περὶ Παθῶν Κορίαννον εὐώδες, καὶ ἀλυσσαρκωτικόν, καὶ ἑφθόν, καὶ ὠμόν. *Coriandrum tum coctum, tum crudum, ori ventriculi gratum est, & alvum movet.* Utrumque ergo dixerunt antiqui. Puto Galeni verba de solis Atticis accipi oportere: non de Ionibus. Cæterum in vulgatis Dioscoridis codicibus habetur; Κόριον ἢ κορίαννον γνώριμον. *Corium sive coriannon vulgatis notitiæ.* Nonnulli doctiores Dioscoridem nusquam κορίαννον scripsisse, additumque hanc vocem textui à sciolo quodam, contendunt. Κόριον, inquiunt, *est coriandrum, Dioscorides ubique sic vocat, non κορίαννον. Verba ejus in antiquissimo exemplari sic concipiuntur.* Κόριον γνώριμον, δύναμιν ἔχει ψυκτικήν. *In vulgatis additur,* κόριον ἢ κορίαννον. Sed Auctor ipse ubicunque facit coriandri mentionem semper κόριον appellat. Vulgatam tamen probo lectionem: verba, ἢ κορίαννον addita esse nego. Non est mos Dioscoridi negligere nomina quibus veteres usi sunt. Præterea apud Oribasium legitur κόριον ἢ κορίαννον, ut in editis codicibus Dioscoridis habetur. Quod inquiunt, Dioscoridem quoties coriandri meminit, κόριον scripsisse; nusquam κορίαννον, experientię refragatur, cum plurimus locis κοριάννῳ plantas comparat, ut ex locis quæ infra citantur palam fiet. Infimæ Græciæ scriptores κορίανδρον vel κορίαμβλον dixerunt, ἀπὸ τῆς κόρης καὶ ἀμβλύνειν, quod oculos hebetet. Quod tamen de coriandro me legisse non memini. Hesychius Κορίαννον, τὸ κόριον καὶ γυναικεῖον κοσμάριον χρυσοῦν. Κόριον τὸ κορίανδρον, ἢ μᾶλλον κορίαμβλον.

Apud Simonem Sethi scriptum est, κολίανδρον ἢ δὲ κορίαννον. Aristophanis Scholiastes ad Equites. Κορίαννον εἶδος βοτάνης, τὸ νῦν κολίανδρον, *Coriannum herbæ species, nunc coliandrum vocant.* Hoc nomen hodie etiamnum apud Batavos audit, qui *Coliander* vocant. Idem coriannum κορίσιον vocatum fuit; Hesychius: κόριον μικρὸν κορίσιον, ἢ κορίσιον τὸ λάχανον. Theophrastus variis in locis de corianno egit, ac sparsim hæc de eo tradit. Lib. I. cap. XVIII. nudum ferre semen ait. lib. VII. cap. I. semen ejus serendum præcipit cum sol est in Leone, proventu contumax esse, nec nisi maceratum nasci. Quod lib. III. de caus. cap. III. repetit, causamque addit, quo lectorē mitto. Palladius in Martio Tit. IX. Ab hoc mense usque in Octobrem totum, coriannum seritur; amat terram pinguem, sed & macro solo nascitur, semen melius putatur, si vetustius fuerit: delectatur humore. Vide quæ supra dixi. Cap. III. lib. III. Theophrastus radicem corianni inquit esse lignosam. Dioscorides, quanquam capite citato, ubi do corianno agit, nullas ejus notas tradat, quod herba sit vulgaris, & satis cognita, tamen variis in locis aliis plantis coriannum comparavit. lib. IV. cap. CX. Καπνὸς βοτάνιον ἐστὶ θαμνοειδὲς, κορίῳ ἐοικὸς, τρυφερὸν πάνυ. τὰ δὲ φύλλα λευκότερα καὶ τεφροειδῆ.] *Fumaria fruticosa herbula coriandri similitudine, prætenera, foliis candidioribus & cineracei coloris.* Coriandrum ergo foliis nigrioribus, quam fumaria. Eodem libro cap. XCVIII. θάλικτρον φύλλα παραπλήσια κορίῳ λιπαρώτερα. *Thalictrum folia coriandri habet pinguiora.* Lib. II. cap. CCVI. de priori ramunculo, φύλλα ὅμοια κορίῳ πλατύτερα δέ; *coriandri foliis constat, sed latioribus.* Capite sequenti de anemone φύλλα κοριοειδῆ λεπτοσχιδέστερα πρὸς τῇ γῇ. *Folia coriandro similia, sed proximè terram scissa tenuius.* Lib. III. cap. CLV. de parthenio φύλλα ἔχει ὅμοια κορίῳ, λεπτὰ, *foliis coriandri tenuius.* Lib. IV. cap. CXXIV. de bunio, φύλλα δὲ ὅμοια σελίνῳ, λεπτότερα δὲ πολλῷ πρὸς τὰ τοῦ κορίου. *Folia apio similia, verùm tenuiora multo, & coriandrinis proxima.* Eodem lib. cap. CXXXV. de adiantho, φυλλάρια ἔχει Κοριάνδρῳ (nota lector) ὅμοια, ἐντετμημένα ἐπ' ἄκρων. *Foliola coriandro similia in extremo incisuris divisa.* Eodem lib. cap. XXXV. de sideritide tertia, ἔχουσα φύλλα πολλὰ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης ὅμοια Κοριάννῳ (attende) *foliis ab una radice multis coriandro similibus.* Capite sequenti de achillea. καὶ περὶ αὐτὸ φυλλάρια λεπτὰ ἐκ πλαγίων ἐντομάς. ἔχοντα πυκνὰς προσεοικότα κορίῳ: *Foliis circumdatis minutulis, ex obliquo crebras habentibus incisuras coriandro proximis.* Lib. III. cap. LXXXIII. de dauc, ὁ δὲ τρίτον εἶδος κορίῳ φύλλα ἔοικε. Ut ea quæ de foliis ex Dioscoride protulit melius percipiat lector, notandum est, folia coriandri prò ætatis ratione variare. Etenim dum adhuc recens est, folia habet ranunculi, sed postquam caulem protulit, scinditur, adeò ut fœniculo simillima fiant. Umbellam coriandri Dioscorides lib. III. cap. LXXXIV. dauco comparat Cretico. σκιάδιον ὅμοιον Κοριάννῳ. Vides Dioscoridem κοριάννου voce usum esse. Theophrastus lib. VII. hist. cap. IV. plura ait esse coriandri genera; sed ea non recenset. Nicandri Scholiastes genus sativum & sylvestre agnoscit. Εἴδη γὰρ ταύτης εἰσὶ δύο, ἥμερόν τε καὶ ἄγριον. ὧν τὸ μὲν ἥμερον εὐῶδές ἐστι, καὶ ἡδύ. Τὸ δὲ ἄγριον παραπλήσιον τῷ ἡμέρῳ, πλατυφυλλότερον δὲ καὶ ἐπιμηκέστερον, καὶ πολλὰς ἔχον παραφυάδας. καὶ πολύρριζον καὶ πολυανθές. τοῦτο δὲ βρωθὲν ἢ ποθὲν, ἢ ἄλλως πως προσενεχθὲν θανάσιμον. Coriandri duo genera, sativum & sylvestre; sativum odoratum & suave, sylvestre sativo simile; foliis latioribus & multo longioribus, multa habens adnata, multis præditum radiculis, floribusque: commestum, potum, aut alio quodammodo usum lethale. Contrarium Plinius docet, nempe sylvestre non dari coriandrum lib. XX. cap. XX. *Coriandrum inter sylvestria non reperitur. Præcipuum tamen esse constat Ægyptium.* Falsum hoc esse notant Itali, qui in Hetruria passim in pratis & campestribus sua sponte provenire scribunt. Illud interim non puto verum esse quod de sativo tradit Scholiastes, odoratum nempe esse. Quod apud nos in hortis colitur, fœtidum admodum est: exsiccatum tamen semen odoratum evadit. Cæterum ne homonymia vocum fallamus, aliæ plantæ sunt quas κορίδιον nomine donarunt veteres. Vide cap. de hyperico & chamæpitide: Hesychius. Κόρις ἰχθύς ποιός, ἢ πόα, ἣν ἔνιοι χαμαίπιτυν. Alia tamen planta κατ' ἐξοχὴν κόρις vocatur. Adiantum ad differentiam coriandri κόριον ἔνυδρον dicitur. Coriandrum circa inferioris caulis partem folia in singulis pediculis quina plerumque inferius nitentia producit, eo ordine ut bina per intervalla contrariis nitantur pediculis, in pediculorum summitate quinto intercedente, & parem numerum turbante. Habent hæc folia apii similitudinem,

Coriandrum.



nem, multò tamen minora, & crebrius incisa sunt. Quæ verò in summo caule sunt foliola, inferioribus multò tenuiora & fœniculi modo secta videntur. Caulis illi est teres, tenuis, glaber, & cubito altior, in cujus summo multa graciliaque enascuntur adnata, parvas umbellas (candidis & nonnunquam purpurascentibus flosculis plenas) ferentia. semen floribus succedit, globuli modo rotundum, piperis magnitudine, aut paulò minus, nudum, inane, quod initio viret, reficcatum ex luteo subalbicat, & valdè leve redditur. Radice nititur tenui, oblonga & lignosa. Odorem habet tota herba inter cimices & cicutam medium. In agris, & hortis multis seritur locis: solum amat lætum ac pingue, in macro tamen etiam provenit. Aprili, Majoque apud nos seri debet, sub canis exortum florescit: semen maturum autumno colligitur. Coriandrum Dioscorides fumariæ comparavit; de hac pauca nobis dicenda. Quod Græcis καπνὸς dicitur, *Fumariam* Latini vocant. Ejus enim succus oculis inditus, veluti fumus lachrymas movet. Galenus lib. VII. Simpl. Καὶ ὁ χυλὸς δὲ αὐτῆς ὀξυδερκὴς ἐστιν, καὶ ἐπισπώμενος, οὐκ ὀλίγον δάκρυον ὥσπερ ὁ καπνὸς, ἐντεῦθεν δ' αὐτῇ καὶ τοὔνομα. *Succus ejus oculorum aciem acuit, non paulum trahens lachrymarum, velut ipse fumus: nam hinc ei appellatio indita.* Idem apud Dioscoridem & Plinium legitur. Galenus καπνὸν etiam κάπνιον dictam fuisse scribit. Κάπνιος οἱ δὲ καπνὸν ὀνομάζουσι, &c. A similitudine quam habet cum coriandro, κορίου nomen accepit. Auctuarii auctor Οἱ δὲ κορυδάλλιον ἢ κόριον, οἱ δὲ κορυδάλλιον ἄγριον, οἱ δὲ καπνὸς ὁ ἐν ταῖς κριθαῖς, οἱ δὲ, καπνίτης, οἱ δὲ μαρμαρίτης, οἱ δὲ καπνογόριον. *Aliqui corydalium aut corio vocant, alii sylvestre, alii marmariten, alii capnogorion.* Sic in Aldino legitur Codice. Latini fumariam vocarunt. Idem Auctuarii auctor. Ῥωμαῖοι ἄπιουμ, οἱ δὲ, φουμάρια. Nescio cur apium vocarint. Describitur à Dioscoride lib. IIII. cap. CX. Καπνὸς βοτάνιον (alter cod. Βοτάνη) ἐστὶ θαμνοειδὴς (in marg. alias πυκνοειδὴς addit ex veteri codice Lacuna, ὁ ἐπὶ τῶν κριθῶν φυόμενος.) κορίῳ ἐοικὸς, τρυφερὸν πάνυ. Τὰ δὲ φύλλα λευκότερα καὶ τεφροειδῆ πολλὰ πανταχόθεν ἄνθος πορφυροῦν. τούτου ὁ χυλὸς δριμὺς (vetus addit καὶ πικρὸς) ὀξυδερκὴς, δακρύων ἀγωγὸς (adde ex Gal. ὥσπερ ὁ καπνὸς) ὅθεν καὶ τοὔνομα εἴληφεν. *Fumaria fruticosa herba* (inter hordeum nascens) *coriandri similitudine, prætenera, foliis candidioribus & cineracei coloris, undique numerosis, flore purpureo; hujus succus acris est* (& amarus) *claritatemque facit omnibus oculis & delachrymationem, ceu fumus: unde & herba nomen traxit.* Plinius duo fumariæ genera describit, lib. XXV. cap. XIII. *Capnos prima, quam pedes gallinaceos vocant, nascens in parietinis & sepibus, ramis tenuissimis, sparsisque, flore purpureo, viridis, succo caliginem discutit: itaque in medicamenta oculorum additur. Similis & nomine & effectu, sed alia est capnos fruticosa, prætenera, foliis coriandri, cineritii coloris, flore purpureo. Nascitur in hortis & segetibus hordeaceis. Claritatem facit in unctis oculis, delachrymationemque, ceu fumus: unde nomen.* Prima capnos est, quam aristolochiæ rotundæ nomine descripsit Fuchsius; Vulgo capnon fabaceam vocant; de hac alibi agendum erit. Altera, quam omnes fumariam vocant, valde tenera herbula est, restibili fertilitate omnibus notissima. Cauliculi ejus tenues, veluti genicula habentes, ramosi, quadrati, vix sursum, nisi adminiculo fulciantur, attolluntur; sed in latus ut plurimũ declinant. Folia circumquaque exigua sunt, mollia; per margines divisa, veluti coriandri, quæ simul cum cauliculo, subcandido colore, virent. Flores spicatim digesti exigui circa fastigia ramulorum ex purpura rubent, interdum tamen albidi sunt, aliquando rubelli; valvulæ succedunt rotundæ, minutulæ, in quibus semen parvum, radix tenuis rectè dimittitur. In agris frumentariis inter hordea, & post messem in vineis ac hortis, aliisque perinde cultis nascitur. Belgæ **Ertſeroock** / & **duyuen kervel** vocant. A Maij initio in multam sæpe æstatem cum flore reperitur, atque tum colligi, resiccari, ac reponi maximè convenit. Aliud genus in horto habemus, quod autumno pullulat, totaque hyeme viret, floretque, ac vere perit, vulgatæ alioquin fumariæ per omnia simile.

Καὶ εὔζωμον] Εὔζωμος dicitur παρὰ τὸ εὖ particula & ζωμὸς, propter suavitatem quam juribus præbet, quasi juribus grata. Plinius lib. XX. cap. XIII. *In condiendis obsoniis tanta est suavitas, ut Græci εὔζωμον appellaverint.* Apud Hippocratem lib. de Internis affectionibus legimus.

Ὄψον δὲ ἐσθιέτω, νεοσσὸν ἀλεκτορίδος ἑφθὸν εὐζωμευμένον, κρομμύῳ, καὶ κοριάνῳ, καὶ τυρῷ, καὶ ἁλὶ, καὶ σησάμῳ, καὶ σταφίδι λευκῇ. *Pro obsonio edat pullum gallinaceum, percoctum, cum cæpe, coriandro; caseo, sale, sesamo, & uva passa alba, probè elixum vel bene conditum:* εὐζωμευμένον pro *conditum* & εὔζωμον factum ponitur. Malunt alii εὔζωμον vocari, παρὰ τὸ εὖ & ζώειν quod semen generet, & coëundi appetitum excitare credatur. Gal. lib. II. de Aliment. facult. cap. lib. III. Θερμαίνει σαφῶς πάνυ τοῦτο τὸ λάχανον, ὥστε οὐδὲ μόνον ἐσθίειν αὐτὸ ῥᾴδιον, ἄνευ τοῦ μίξαι τοῖς φύλλοις τῆς θριδακίνης, ἀλλὰ καὶ σπέρμα γεννᾷν πεπίστευται, καὶ τὰς πρὸς τὴν συνουσίαν ὁρμὰς ἐπεγείρει. *Hoc olus manifestissimè calfacit, proinde solùm ipsum mandere, nisi lactucæ foliis misceatur, non est facile. Semen autem generare creditur, & coëundi appetitum excitare.* Adeò Venerem promovet, ut Priapo antiqui dedicarint. Columella in Hortulo.

> *Et quæ frugifero seritur vicina Priapo,*
> *Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.*

Eruca, inquit, seritur prope Priapi statuam, quod Venerem incitet. Martialis.

> ——— *Et Venerem revocamus eruca morantem.*

Ovidius, eruca abstinendum præcipit iis, qui ab amore desciscere cupiunt.

> *Nec minus erucas jubeo vitare salaces.*

Εὔζωμον Latini *erucam* vocarunt, quod erodat. Et sane si eam deguſtaveris, os & linguam satis acriter vellicabit. Alii sic nominatam putant, quod urendi licentiam nanciscatur, quasi dicas uracam. Nec desunt qui cum illa edendo sit, esucam primum, deinde facta s. in r. conversione, ut fit in plerisque, erucam postmodum dictam fuisse contendant. Erucæ variis in locis meminit Theophrastus, lib. I. cap. IX. & lib. VII. cap. III. lignosam habere tradit radicem cap. I. lib. VII. tertio à satione die provenire cap. IV. ejusdem libri inter plantas recenset, quæ plura non sortiuntur genera. Dioscorides tamen lib. II. cap. CLXX. sativum genus & sylvestre esse scribit, Γίνεται δὲ καὶ ἄγριον εὔζωμον, μάλιστα ἐν τῇ κατὰ τὴν ἑσπέραν Ἰβηρίᾳ. οὗ τῷ σπέρματι καὶ ἀντὶ σινήπεως οἱ ἐκεῖ ἄνθρωποι χρῶνται.

χρῶνται. ἔτι δὲ διουρητικώτερον καὶ δριμύτερον πολλῷ τοῦ ἡμέρου. *Nascitur & sylvestris eruca, maximè in Iberia quæ occidentem spectat, & illius semine loci illius incolæ pro sinapi utuntur; est porro, quam sativa, ad movendam urinam efficacior & multo acrior.* Utrumque Dodonæus his verbis describit, *Caule cubitali sativa assurgit eruca: folio longo,*

Eruca sylvestris.



angusto, utrinque profundis incisuris laciniato, flosculis secundum ramulos quadrifoliis subluteis: semine in siliquis oblongis rapi ac napi simili, radix candida & vestibilis est. Agrestis sive sylvestris eruca caule foliisque sativa minor est: flores lutei; siliquæ verò etiam tenuiores: cætera respondent. Sativa in hortis colitur, quandoque verò & inter rudera veterum ædificiorum sponte gignitur. Sylvestris secus vias locis incultis nascitur. Viget, ac florem utraque profert Iunio ac Iulio mensibus. Inter erucam & irionem media planta videtur, quam sylvestrem angustifoliā vocant. Promit quippe inflexis cubitalibus cauliculis flores luteos erucæ sylvestris. Cornicula siliquarum sinapi sunt, aut nasturtii sylvestris, uti folia angustiora; erucæ sylvestris concoloria, sed minimè divisa, taraconis ferè paria, quæ erucam & irionem sapiunt; quibus idcirco affinis natura putatur. Ad erucæ classem refertur, quam barbaream & erucam lateam lutifoliam vocant. Rapum ac napum folii æmulatur, quæ tamen læviora, ac minus aspera sunt: caulis rectus, striatus, cubitalis, qui à medio ferè ad fastigium usque tam ipse, quam ejus ramuli flores promunt luteos, ac siliquas oblongas, teretes, in quibus exiguum & colore rufum semen: radix mediocriter crassa & oblonga est. Variat foliorum magnitudine. nam in hortis ad acetaria culta, acutiora habet, quæ fœmina dicitur Tabernæ montano: nonnunquam rubent & nigrescunt. In campis & hortis in quibus olera seruntur, tum & alibi, veluti secus vias & semitas quandoque nascitur. Tota hyeme viret, flores Majus, Iunius semina largitur. Hyemale nasturtium vocant, quod hyeme in acetariis nasturtii loco addatur. Nonnulli ψευδοβούνιον Dioscoridis esse volunt; quod lib. IV. cap. CXXV. describit. ψευδοβούνιον θάμνιον ἐστὶ σπιθαμιαῖον ἐν Κρήτῃ, ἔχον φύλλα. (Gopylus ex antiquo codice addit, καὶ κλωνία, in altero codice, καὶ κλωνάρια scriptum est. Neutrum in Oribasii reperitur codicibus) βουνίῳ ὅμοια, δριμέα] *Pseudobunium palmi altitudine fruticat in Creta, folia (ramulosque) bunii ferens, acri gustu. Cubitali caule nasturtium, palmi altitudinem vix superant pseudobunii caules.* Nec folia nasturtii hyemalis referunt bunii folia, Id enim teste Dioscoride, lib. IV. cap. CXXIV. fert selino similia. φύλλα δὲ ὅμοια σελίνῳ, λεπτότερα δὲ πολλῷ πρὸς τὰ

Barbarea pseudobunias.



τοῦ κορίου. *Folia verò apium referunt, verum tenuiora multum, & coriandrinis proxima.* Sed huic rei medicinam ferre conantur. In altero quippe codice τριβόλου habetur. Legit Lacuna ex veteri codice πρὸς τὰ τοῦ τριβόλου ἢ τοῦ κορίου. *Ad tribuli coriandrique accedentia.* Non video quam similitudinem folia tribuli cum coriandrinis habeant. Corrigunt alii, leguntque pro πρὸς τὰ τοῦ κορίου, πρὸς τοῖς ἄκροις, quasi vellet Dioscorides in summo folia esse selino similia, sed tenuiora. Et hanc improbamus lectionem. Vulgatam quippe Oribasius secutus est. Sed ponamus alteram lectionem veram; Tumnè nasturtium hybernum erit pseudobudniū? Nec in infima, nec in suprema caulis parte folio selino sive apio similia habet. Sed ipsa summi Botanici verba audiamus. *Dioscorides*, inquit, ψευδοβούνιον, *hoc est falsum bunium esse videtur: folia siquidem ac ramulos cum floribus ac siliquis napi refert, & gustu acre, quale pseudobunium ipse esse scribit.* Hæc de pseudobunio nusquam apud Dioscoridem legi. Μνημονικὸν ἁμάρτημα, aut calami lapsus, aut typographicum mendum videtur. An scripsit Doctiss. Botanicus ψευδοβουνιάς. Sed nusquā hujus plantæ mentionem facit Dioscorides. Bunias napo similia habet folia. Erroris omnis causa Plinius, qui de Buniade lib. XX. cap. IV. ubi bunii & buniados historiam confundit, scribit. *Alterum* (naporum) *genus buniada appellant, & raphano & rapo simile.* Vide de buniade plura capite sequenti.

Ὀμηκαύλων] in Basileensi & Aldino ῥικαύλων scriptum est; quod quid sit ignoro. Doctissimus Gaza legit πολυκαύλων. Et hanc lectionem probat Iulius Scaliger. Non levis est quæstio, utrum omnia quæ sunt πολύκαυλα habeant radicem ξυλώδη *lignosam.* Πολύκαυλον est cichorium; carnosa tamen huic radix. Idem de taraxico, pastinaca, sisaro, aliisque innumeris dicere licet. ὁμόκαυλα quæ dicantur ignoro. An ὁμόκαυλα vocantur quæ lignosum habent caulem, id est, radici similem? Scribo ex Aldino & Basileēsi codice, πυρόκαυλα. ῥόκαυλα vox mutila, cui caput decurtatum est. Sed nec hæc lectio difficultate caret. Lib. quippe VI. cap. II. fœniculum nu-

merat inter ὀπισθόκαυλα; fœniculi tamen radix carnosa est. Ad hoc dico, fœniculi radicem ex parte tantum esse carnosam. Radicem enim habet albam, altè descendentem, nervo intus lignoso duroque, qui cauli nervoso respondet.

Ἀποφυάδας. Malè in Aldino & Basileensi ἀποφυλλάδας scriptum est, ut rectè judicavit Scaliger. Video tamen alios ἀποφυλλάδας exponere *fibras*. Idem intelligunt fibras, ea significatione qua dixit Maro: *amaris intyba fibris*. Nos Scaligeri præferimus emendationem.

Πολύκαυλα δὲ ἄμφω. Anethum scilicet & coriandrum. Apud nos anethum sæpius singulari erigitur cauliculo, quandoque duobus, rarius tribus, pluribus nunquam vidi. Idem de coriandro observavi; sed hoc sæpius duos fert cauliculos. In aliis fortasse regionibus, præsertim Græcia, ubi vixit Theophrastus, plures ferunt cauliculos.

Τῇ ὀρθῇ καὶ ταῖς εἰς τὰ πλάγια. Postremæ voces in Aldino & Basileensi desiderantur. Sed locus asterisco notatus est, τῇ ὀρθῇ καὶ ταῖς ει *, Corrigit Scaliger, καὶ ταῖς παραφυομέναις. Nobis vulgata placet; attamen Scaligeri non rejicimus.

Ἀνδράχνη] Ἀνδράχνη legendum ex Plinio constat, qui lib. XIII. cap. XXII. Scribit; *Andrachnem omnes ferè Græci portulacæ nomine interpretantur, cum illa sit herba & andrachne vocetur, unius litteræ diversitate.* Nonnullis Plinii locus citatus non arridet, deceptum eum dicunt, eaque tradere illum scribunt, quæ præter veritatem sunt. Hanc sententiam ex Helladio in Chrestomathia, qui liber in Photii bibliotheca exstat, probant; Scribit Helladius Atticos non ἀνδράχνην, ut docet Plinius, sed ἀνδράχλην dicere; Ὅτι, inquit, παρὰ γράμμα μυρία ἐστὶν ἁμαρτήματα, ὥσπερ ἀντὶ τοῦ ὁ σῦκος, ἁμαρτάνοντες λέγουσιν ὁ σίκυος, καὶ ἀντὶ τοῦ ἀνδράχλην, οὕτω γὰρ φασὶν οἱ Ἀττικοί, λέγουσιν ἀνδράχνη. *Mille errata in litteris scribendis vel pronunciandis: peccant enim qui pro ficyos cicyos dicunt, ut & etiã qui andrachne scribunt cum scribendũ sit andrache, uti Attici loquontur.* Atticus Photii, seu potius Helladii tempore sic locutos fuisse verum esse potest, Galeni ævo Attica lingua à veterum Atheniensium nonnihil differebat. Vide caput de brassica. Veteres Athenienses ἀνδράχλην dixisse non fit verisimile; siquidem non tantum Theophrastus, sed etiam Aristoteles, aliique antiqui Græci ἀνδράχνην scripserunt. Recentiores Græci ἀντράχλην pronunciarunt. Glossæ Botanicæ ἀνδράχνη τὸ σπέρμα τῆς ἐγκλυστρίδος, ἤτοι τῆς ἀντράχλης. *Andrachne semen enclystridos vel antraclæ.* Ἐγκλυσρίδα vocatam fuisse portulacam, testis est Neophytus Ἀνδράχνη Βιζαντινοὶ ἐγκλυστρίδα. Idem in lexico. Ἀνδράχνη ἡ ἐγκλυστρὶς & τζιτζινικία καὶ τραύλη λέγεται, *Andrachne, id est, portulaca vocatur enclystrũ, & tretrenicia & traule.* τραύλη dicitur, quod vulneribus quæ ad syderationem spectant imponatur. Dioscorides lib. II. cap. CL. πρὸς τραύματα δὲ σφακελίζοντα σὺν ἀλφίτῳ καταπλασσομένη. Ἀνδράχνης nomen aliis etiam plantis impositum legimus. Dioscorides lib. IV. cap. clxix. sedum minus ἀνδράχνην vocatum scribit. Idem lib. IV cap. lxxxxI. peplim dictam fuisse ἀνδράχνην tradit. Portulacam ἀνδράχνην nuncuparunt, quasi ἀδράχνην inserto v. quod primũ teneritudine quadam læta & carnosa luxurient ramuli, foliaque albicent, spumosaque quadam fuligine, sive tenui quapiam aspergine cinerea obducta videantur. Ἄχνη enim Græcis *spuma*, ἁδρὸν *plenum lætum, crassum pingue*, qualia portulacæ folia, ramulique. Spuma autem in marina portulaca multo evidentius conspicitur quam sativa; quæ quidem ubique colitur, sed aura spumea non ita ac marina afflatur. Latini portulacam, quasi portulatam dicunt, quod foliis portulas imitetur, portulasque habere videatur. Aliorum sententia est portulacam appellatam esse, quasi porculacam, nomine à porcis imposito, id que quod à Gallis porcelia vel porcelina vocetur. Unde Belgica vox **porcelepn** (Sic enim Belgiæ **portulacam** vocant) manavit. In optimo quoque Apulei codice legitur, *Itali portulacam, alii pocastrum, nonnulli illecebram vocarunt.* Confundit Apuleius utramque portulacam. In vulgatis Apulei codicibus habetur, *Latini portulacam, alii poreastrum, alii illecebram, nonnulli amaranthon vocarunt.* Pro *pocastrum*, vel *poreastrum* nemo non videt legendũ *porcastrum*. A Græcis certè junioribus χοιροβότανον quod, *porculacam* sonat, vocatur. Nicomedes Jatrosophista χοιροβότανον, ἀνδράχνη. Phavorinus, ἀνδράχνη, χοιροβότανον, ita scribe, in vulgatis habetur χοιρόβοτανον, βοτάνη τις, ψύχει μὲν κατὰ τρίτην ἀποστασιν, ὑγραίνει δὲ κατὰ τὴν δευτέραν. A Myrepso etiam χοιροβότανον dicitur, sectione de decoctis. Sed locus insigniter corruptus, quem restituimus capite de laserpitio. In vulgatis codicibus decocto XXVI. sic legitur. ἀζαχοιρίας ὀπίνου, κορλάνδρου χλωροῦ λαοταέρου. Doctiss. interpres se ignorare fatetur, quæ herbarum genera vocibus citatis intelligat Myrepsus. Scribe, Ἀειζώου χοιροβοτάνου, κοριάνδρου χλωροῦ καὶ τοῦ λαπάθου τὰ φύλλα. Accipe *sempervivi portulacæ, coriandri viridis & lapathi, id est, acetosæ folia.* Supra lib. VI. cap. III. vocem λαοταέρου probavimus, rationemque cur vox ista servari possit attulimus. Nunc magis placet legere λαπάθου quod lapathi genera refrigerent, humectent, fervores, inflammationes totius corporis, erysipelata & incensiones sanent. Decoctum autem Myrepsus præscribit ad mala jam memorata. Portulacam vocatam fuisse porculatam aut χοιροβότανον nulla alia accurrit ratio; quam quod herba ista cœnosis & stercoratis locis seri desideret, pinguibus, lætisque delectetur. Antiquos tamen non porculacam, sed portulacam scripsisse arbitror. De portulaca variis in locis egit Theophrastus; hoc capite qualem habeat radicem docet. Lib. III. per æstatem seri jubet, quod imbecillis sit, hyemem non posse tolerare, frigidamque ac humidam esse eodem tradit capite: quod etiam lib. I. de caus. cap. XII. retulit. Non mirum ergo si sitim extinguat, quod de ea narrant recentiores. Cassianus Bassus lib. XII. cap. xlII. Τὸ δὲ φύλλον αὐτῆς ὑποτιθέμενον τῇ γλώσσῃ ἀδίψους ποιεῖ. *Folium vero ejus linguæ suppositum sitim extinguit.* Dioscorides lib. II. cap. citato; ubi de viribus ac facultate agit, nullas portulacæ notas tradidit; quod planta esset vulgo cognita. Attamen ex quibusdam locis, aliis plantis assimulando, qualis sit portulaca patefecit. Lib. III. cæpeam portulacæ comparat; Κηπαία ἐμφερὴς ἐστὶ ἀνδράχνῃ, μελάντερα δὲ ἔχει τὰ φύλλα. *Cepæa portulacæ similis, verum nigriora habet folia* lib. IV. cap. clxv. Ὁ δὲ ἡλιοσκόπιος λεγόμενος ἀνδράχνῃ ὅμοια φύλλα ἔχει, λεπτότερα δὲ καὶ περιφερέστερα. *Qui Helioscopius tithymalus dicitur, foliis est portulacæ, attamen tenuioribus, rotundioribusque.* Cap. clxix. ejusdem libri de peplide, φύλλα ἔχει ὅμοια τῇ κηπαίᾳ ἀνδράχνῃ, περιφερῆ δὲ καὶ ἐκ τῶν κάτω ἔχοντα ἐρυθρά. *Foliis hortensis portulacæ rotundis & infernè rubentibus.* Eodem libro cap. xv. τρίβολος ὁ μὲν χερσαῖος ἀνδράχνῃ τὰ φύλλα ἔοικε, λεπτότερα δὲ, *Tribulis terrestris foliis postulacæ, at tenuioribus.* Lib. II. cap. clvII. de crithmo, φύλλοις πεπληθὸς λιπαρῶς καὶ ὑπολεύκοις ὡς τῆς ἀνδράχνης περιέχουσι, παχυτέροις μὲν τοι καὶ ἐπιμηκεστέροις. *Foliis referta pinguibus, & albicantibus portulacæ folia referentibus, crassioribus tamen & longioribus.* Sativa portulaca

Portulaca.



caules

caules non raro dodrantales, teretes, crassos, subrubentes, succosos, leves, resplendentes fert, quique in alas quasdam distribuuntur: folia uncialis longitudinis, latiuscula, crassa, pinguia, glabra, virentia, à tergo albidiora: flosculi minuti, pallidè lutei ad annexum foliorum gignuntur, succedente conceptaculo nigro exiguo, herbacei ac virentis coloris, instar ferè dimidii grani hordeacei, in quo semen pusillum, nigrum: Radix fibras habet. In hortis ac eorum areis subactis ac stercoratis commodè seritur: solum desiderat pingue, non aridum. Viget, floretque æstivis mensibus, usque in autumnum. Quam sylvestrem vocant portulacam cauliculis constat similibus, rubentibus, sed minoribus, per humum sternitur: folia priori forma, colore, lævore, crassitudineque respondent, sed minora multò. In semitis hortorum ac vinearum, ac quandoque in petrosis sponte gignitur: rigua & hæc loca amat: sata si ad seminis maturitatem relinquatur, facilè annis aliquot post sequentibus renascitur. Præter hanc aliam quandam portulacam sylvestrem describit Dioscorides. Sed caput hoc doctissimi Botanici spurium existimant, ac ex libro IV. translatum in librum secundum, capitique de sativa portulaca annexum. Nothum esse caput citatum probant, quod lib IV. cap. XCI. eadem de sempervivo tertio repetat, quæ lib. II. de portulaca dixit sativa. Accedit quod caput illud Oribasius & Serapio præterierint. Nos cum doctissimis viris caput illud examinabimus, ubi in sempervivi historiam inciderimus. Portulacæ cepæam similem facit, Dioscorides lib. III. cap. CLXVIII. Κηπαία ἐμφερής ἐστιν ἀνδράχνῃ, μελάντερα δὲ ἔχει τὰ φύλλα, ῥίζαν λεπτήν. *Cepæa portulacæ similis est, verùm nigriora habet folia, radicemque tenuem.* Idem ferè Plinius lib. XXVI. cap. VIII. Sed locus in vulgatis codicibus corruptus est, sic enim legitur; *vel magis cepæ similis portulacæ.* Antiquus codex habet *vel magis cepe similis portulacæ.* Scribe cum Cornario; *Vesicæ malis medetur cepæa, similis portulacæ, nigriore radice, sed inutili, nascens in littoribus arenosis, gustu amara.* Et hæc corrupta sunt, Dioscorides enim folio, non radice inquit esse nigriore. Scribo, *similis portulacæ, folio nigriore, radice inutili.* Κηπαία, si quid ex Plinii verbis citatis concludere licet, dicitur per ἀντίφρασιν, quod in hortis non nascatur, ut plura alia, quæ in littoribus reperiuntur. Vel nomen accepit, quod hortensi solo gaudeat, ac in hortis tantum luxuriet: nisi fortè κηπαίας nomen accepit παρὰ τὸ κήπω πνοιὴν πνέω *spiro*, quod flatus discutiat, sed hoc de cepea nec Dioscorides, nec Plinius tradunt. Clarissimus Dodonæus anagallidem aquaticam seu potius becabungam vult esse veterum cæpum. *Putatur*, inquit, *anagallis hæc, cepæa esse, quam Dioscorides portulacæ similem esse scribit, sed nigriora habere folia, & radicem tenuem, cum qua anagallis ista aquatica convenire potest, si per antiphrasin, κηπαία, id est, hortensis dicatur, quod vel, solum, vel ut plurimum in hortis nascatur: nominata sit: parum ei hæc anagallis respondebit, quæ nusquam minus quam in hortis nascitur: natura sua in totum sylvestris, aquosa requirens loca, perenniterque rigari postulans.* In nostro horto satis frequens reperitur; sed folia non videntur satis portulacam referre, quanquam crassa, lævia, lata, & subnigra sint. Similior quidem portulacæ. Sed folio candidiore quam Mathiolus cepeæ nomine pingit sed non describit: quod Adversariorum fecerunt auctores. Teretibus, pedalibus, & sesquipedalibus numerosis, reptilibus, surculis fruticat: sempervivi minoris stellatis flosculis altis confertis. Foliola minora portulacæ agrestis, angustiora & longiora, tenera, carnosa, succo prægnantia, non tamen nigriora quam portulacæ. Radix exilis. In Belgio luxuriat Patavio delata.

Ἀνθεῖ δὲ. Rectè monet Scaliger novum hic auspicandum caput. Vide ejusdem animadversiones. Exscripsit hunc locum Plinius, sed parum feliciter lib. XIX. cap. VI. *Florent cum fraxino serpyllum, abrotanum: napi, raphani, menta, ruta, & cætera quidem cum cœpere deflorescunt: Ocimum autem particulatim, & ab imo incipit: qua de causa diutissimè floret. Hoc & in Heliotropio herba evenit. Flos aliis candidus, aliis luteus, aliis purpureus.* Falsum est cum fraxino florere abrotanum serpyllumque. Maturè fraxinus floret: serò abrotanum serpyllumque. Æquè verùm quod ait, napum, mentam, cum cœpere deflorescere. Apud Theophrastum legitur ἀνθεῖ δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἔχοντων ἀθρόον. Unde conjicio Plinium scripsisse, *florent confertim abrotanum, serpyllum*: Exempla nulla apposuit Theophrastus: an ex Plinio addendum οἷον βρύτινον, καὶ ἕρπυλλον. Quilibet sua fruatur opinione. Aliud mendum in verbis Plinii citatis, *cum cæpere*, inquit, *deflorescunt*. Scribe cum Dalecampio, ne enare videatur Plinius, *cum cæpere statim efflorescunt. Hoc & in heliotropio herba evenit.* Theophrastus notat idem fabæ contingere & heliotropio. Alterum vel neglexit Plinius vel exscribentis incuria periit.

Cepæa Mathioli.



Ἄνθει δὲ καὶ ὁ σίκυος. Theodorus, ἀνθεῖ δὲ καὶ ὁμοίως ὁ σίκυος. Hæc in Pilnio non habentur. Vide Scaligeri animadversiones.

Εὔχροον οὐδέν. Hoc falsum esse cum constaret doctissimo Gazæ, legit ἐρυθρόν. Plurium enim olerum flores optime colorati, uti cucumeris, cucurbitæ, malvæ, cichorei, hieracii, aliorumque. Sed nec Theodori lectio vera. Nam atriplicis quoddam genus flore rubro apud nos colitur, betæque species tota sanguinea conspicitur. Malvæ quoddam genus rubrum ferre florem cognitum lippis & tonsoribus arbitror. Malvam roseam flore admodum variare quis ignorat? Modo candidos fert flores, modò rubentes, modò saturatius, modò diutius, alias purpuræ modo relucentes; & ex rubro nigricantes. Vide cap. de malva. Lego ergo τῶν δὲ ἐρυθρὰ *nonnulli rubri*, quales alcibiadii sunt & amaranthi spicæ.

Τὰ δὲ σπέρματα. Et hic novum auspicandum caput monet Scaliger. Rectè, de seminum enim differentiis agit. Exscripsit hunc locum Plinius lib. XIX. cap. VII. *Semina plurimis rotunda, aliquibus oblonga, paucis foliacea & lata, ut atriplici. Quibusquam angusta, & canaliculata, ut cumino. Differunt & colore, nigro, candidoque: item duritie. Surculacea in folliculo sunt raphano sinapi, rapo. Nudum semen apii, coriandri, anethi, fœniculi, cumini. Cortice obducta bliti, betæ, atriplicis, ocimi. At lactucis in lanugine.*

Καὶ γραμμώδη. Scribe ex Basileensi & Aldino γραμμώδη. Plinius *canaliculata* vertit. Quod imitatus est Gaza; cum lib. IV. cap. XIII. ubi hac voce etiam usus est Theophrastus, ubi lineare reddidit Theodorus. Canaliculatum dicimus, quod canalis in modum factum est. Non tale cumini semen, sed lineare potius. Fortassis scalptum quis rectius interpretaretur; παρὰ τὸ γράφειν quod non tantum scribere, sed scalpere etiam significat, veteres enim stylo ceris scribebant. Sed alterum magis placet.

Καὶ ξυλώδη. Hoc concoquere non potest Scaliger; &

certè durum est. Negligentiæ tamen argui Theophrastus non debet. Exscribentis incuria facile contingere potuit, quod in mediis coloribus res longè diversa intermista sit. Vide Scaligeri animadversiones. Rectè scribit, *qui ligni color intelligatur non est facile dictu : nisi quis pallorem velit : cujusmodi profectò multa, ut panaceæ, anethi, cumini.* Mavult idem legere ἐρυθρώδη pro ξυλώδη, quod rubrum, fulvumque Theophrastus omiserit colorem, qualis est nasturtii & raphani seminis color. Casaubonus tamen vulgatam mavult servare lectionem. Sic in notis ad Athænæi lib. XIV. cap. XX. scribit. *Edebatur ante* καὶ τὸ σῶμα ξυλοειδές. *Scripsimus* χρῶμα *cum omnibus MSS. In eo commentario quem scripsimus, de coloribus docemus etiam Theophrastum lignei coloris meminisse lib. VII. Historiarum cap. tertio. Differunt, inquit, semina & coloribus:* τὰ μὲν μέλανα· τὰ δὲ ξυλώδη, τὰ δὲ λευκόχροα. *Quem locum doctissimi viri depravatum censuerunt:* Frustra. Optimè fecisset Casaubonus, si docuisset qualis color foret ligneus. Ebeni nigrum est, rubrum brasiliense; datur buxeum, lureum, candidum. Ego, salvo meliori judicio, corruptũ quidem codicem judico, sed vocem ξυλώδη non muto. Transpositam puto, ac scribo, τὰ μὲν μέλανα, τὰ δὲ λευκόχροα. Ἔνια δὲ ξυλώδη. *Alia enim nigra sunt, alia candidiora, quædam lignosa sunt.* Certè sic legit Plinius, cum inquit, *item duritie surculacea in folliculo sunt.* Sed hæc corrupta. Scribe ex M.S. *Item duritie surculacea. In folliculo sunt.* Constat ergo Pliniũ legisse, Τὰ μὲν μέλανα, τὰ δὲ λευκόχροα. Ἔνια δὲ vel Καὶ τὰ μὲν ξυλώδη. Πάντα δὲ ἐλυτροσπέρματα. Hæc si cuipiam non arrideant, legat cum Scaligero, Dalecampio, aliisque viris magnis pro ξυλώδη, ἐρυθρώδη. Lignosus color non est in rerum natura. Diversissimo quippe ligna sunt colore.

Γυμνοσπέρματα, Plinius inter γυμνοσπέρματα numerat apium, quod in Theophrasti codicibus desideratur, addique debet. Certum quippe est nudum semen ferre σέλινον.

Πολυκαρπότερον δὲ τὸ κύμινον. Quod de cumino Theophrastus, id de ocimo Plinius, de ruta Palladius; qui in Martio scribit. Tit. IX. *Hoc mense, inquit, ruta seritur locis apricis, solius cineris inspersione contenta.* Paulo infra, *Prosequuntur etiam maledictis, & maximè in terra soluti lateris ponunt, quod prodesse certissimũ est. Sed, ut asserunt, melius furtiva proveniet. Sub arborũ umbra libentius acquiescit. Non effodi herba, sed optat avelli. Immundæ mulieris formidat attactum.* Plinius lib. XIX. cap. VII. *Nihil ocimo fœcundius: cum maledictis ac probris serendum præcipiunt, ut lætius proveniat : sato pavitur terra. Et cuminum qui serunt precantur ne exeat.* Plinii sententiam confirmare Persius videtur Satyr. IV.

> *Dum ne deterius sapiat pannucia Baucis,*
> *Cum benè discincto cantaverit ocima vernæ.*

Vulgatam tamen Theophrasti servo lectionem, quod idem de cumino repetat lib. IX. cap. IX. Τοῦτο δὲ ὅμοιον ἔοικε τῷ περὶ τοῦ κυμίνου λεγομένῳ καθ' τὴν βλασφημίαν ὅταν σπείρωσι. Fœcundum esse lib. VIII. cap. III. docet, ἄλλως δὲ τὰ μικροσπερμότερα μᾶλλον ὡς εἰπεῖν, ὥσπερ καὶ τῶν λαχανωδῶν κύμινον, ἁπάντων ὄντων πολυσπέρμων. Idem repetit lib. IV. de caus. cap. XVI. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τὰ πολυχοῦντα λεγόμενα κύμινόν τε καὶ μήκων. Illud etiam vulgatam lectionem non parum confirmat, quod apud Demetrium Phalereum legatur, κύμινον ἔσπειρε, pro βλασφημίαν ἔσπειρε; *convitia, dura, maledicta, improba serit.* Ἀλλ' ἐὰν τοῦτ', ἔφη, ζητῇς, ὁ Εὐθύδημος αὐτίκα δήπου σε καὶ περὶ τοῦ σελίνου, καὶ περὶ τοῦ κυμίνου διδάξει λόγον, ἂν τὸ μὲν ἐν τῷ βλαστάνειν καταπατοῦντες καὶ συντρίβοντες οἴονται βέλτιον αὐξάνεσθαι, τὸ δὲ καταρώμενοι σπείρουσι καὶ λοιδοροῦντες. *De quibus si inquisitionẽ suscipias, ilico Euthydemus abs te postulabit rationẽ de apio & cumino. Quorum illud inter germinandum si calcetur & conteratur, ajunt melius augescere, hoc si serant diris imprecationibus & conviciis adhibitis.* Rectè ergo apud Theophrastum κύμινον legitur. Quare doctissimi viri sententia est, Plinii codicem corruptum esse, ac quidem legendum, *Nihil cumino fœcundius : cum maledictis ac probris serendum.* Mox ubi habetur, *Et cuminum qui serunt precantur* restituit. *Et Ocimum qui serunt, precantur.* Ita, inquit, hic contraria ratione *Ocimum*, scribendum fuit, ubi *cuminum* positum est. Ego vereor vocum vicinitate deceptum Plinium, ipsumque non satis ad verba liberti attendisse, qui cum κύμινον legeret Plinius ὤκιμον intellexit. Vel utrumque eum legisse imaginatus est. Ad Persii locum citatum respondeo. Verba citata referenda esse ad mulierem λαχανοπώλιδα *olerum venditricem*, quæ olera, ocima, & alias herbas odoratas & hortenses alta & clara voce ementibus, quasi cecinit, & cum clamore servos ad emenda olera invitat, uti apud nos quotidie fit. Solebant autem vetulæ pauperculæ ad res viles vendendas se conferre, & eo quæstu vivere, quæ utique in deliciis, quibus carent, summum bonum ponebant. Inducitur ergo Baucis, pro omni vetula in foro olitorio, herbas odoratas vendente. *Cum,* inquit Poëta, *bene cantarit* id exponi debet, elata voce tanquam canens suas merces commendarit, & vendiderit. Horatius

> *Laudat venales qui vult extrudere merces.*

Scripsit ergò Theophrastus κύμινον. hoc fœcundissimum esse ex allatis non tantum probatur locis, sed etiam ex etymo. Κύμινον enim dicitur παρὰ τὸ κύειν *prægnans esse. Sato*, inquit Plinius, *pavitum terra.* Hoc de ocimo, non cumino Columella. Ita vides confundere utrumque Plinium. Columell. Lib. IX. cap. III. *Fere etiam his diebus ocima seruntur, quorum semen obrutum est diligenter, inculcatur pavicula vel cylindro. nam si terram suspensam relinquas, plerumque corrumpitur.* Idem in hortulo.

> *Tum quoque proscisso riguoque inspersa novali*
> *Ocima comprimite, & gravibus densate cylindris,*
> *Exurat sata ne resoluti pulveris æstus.*

Cumini etymon jam enarravimus; nempe ἀπὸ τοῦ κύειν. Hoc si verum, quomodo impendio parci, sordidi & restricti κυμινοπρῖσται dicebantur. Aristoteles lib. IV. Ethicor. cap. III. Οἱ μὲν γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις προσηγορίαις, οἷον φειδωλοί, γλίσχροι, κίμβικες, πάντες τῇ δόσει ἐλλείπουσι. *Nam qui his nominibus præditi sunt, ut dicuntur parci, tenaces, restricti; omnes in dando deficiunt.* Paulò post. Τούτων καὶ ὁ κυμινοπρίστης, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος, ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς τοῦ μηδενὶ ἂν δοῦναι. *Inter hos etiam est cuminiseca, & unusquisque alius hujusmodi, qui nomen sortitus est ab excessu, quod nemini quicquam daturus est.* Theocritus Eidyll. X.

> Κάλλιον ὦ 'πιμελητὰ φιλάργυρε τὸν φακὸν ἕψειν,
> Μὴ ᾽πιτάμῃς τὰν χεῖρα καταπρίων τὸ κύμινον.

> *Lenticulam coquere, pastor tibi præstat avare,*
> *Ne fodias digitos, cupiens secuisse cuminum.*

Scholiastes non dissimulat vulgo sic dici homines præter modum sordidos ac parcos. Καὶ ὅρα ἵνα μὴ ἐπιτάμῃς, ἤγουν σχίσῃς τὴν χεῖρα καταπρίων αὐτὸν δηλονότι, ὡς οἱ τὸ κύμινον καθ' ἃ εἰώθαμεν τοὺς ἄγαν φειδωλοὺς κυμινοπρίστας καλεῖν. An parcos sordidosque κυμινοπρίστας vocarunt, quod cuminum feratur à male precantibus? Ac uti cuminum quando serebatur male audiebat, sic semper malè audiebant parci & avari. An verò κύμινον dictum ἀπὸ τοῦ κύμβου, quod fundum ollæ fictilis denotat, β in ι mutato. Fundus ollæ fictilis sordidus ab igne esse solet. Prius tamen etymon magis placet. Meminit variis in locis cumini Theophrastus lib. I. cap. XVIII. nudum ferre semen tradidit, hoc capite lineare inquit esse & angustum, aliis etiam repetit in locis vide capit. XVI. lib. IV. vide cap. II. lib. II. ubi radicem habere exiguam ait. De sativo agere cumino Theophrastum ex eo liquet, quod nudum ferre semen ait & angustum, & lineare. Dioscorides unum ait esse cuminum sativum, sylvestria duo. Sativum Dioscoridis ævo familiare videtur fuisse, Nullas quippe ejus notas tradit Lib. III. cap. LXVIII. Κύμινον τὸ ἥμερον εὔστομον καὶ τούτου μᾶλλον τὸ Αἰθιοπικόν, ὅπερ Ἱπποκράτης βασιλικὸν ἐκάλεσε, δεύτερον τὸ Αἰγύπτιον εἶτα τὸ λοιπὸν φύεται ἐν Γαλατίᾳ καὶ ἐν Ἀσίᾳ, καὶ Κιλικίᾳ, καὶ Ταραντίᾳ καὶ ἐν ἄλλοις πλείοσι τόποις. *Cuminum sativum ori gratum est : sed multo magis Æthiopicum, quod Hippocrates regium appellavit. Secundum locum tenet Ægyptium : mox reliqua sequuntur. Provenit in Galatia, Asia Cilicia, Tarentina regione, alitsque locis compluribus.* Æthiopici cumini non semel mentio fit apud Hippocratem lib. de superfœtatione. Καὶ σελίνου καρπὸν κόψασα, καὶ κυμίνου Αἰθιοπικοῦ καρπόν, καὶ λιβανωτὸν ὡς κάλλιστον. *Et apii semen contusum, & cumini Æthiopici semen, thusque quam optimum.* Καὶ λιβανωτοῦ πυρῆνας τρίτε, καὶ κύμινον Αἰθιοπικὸν ἐν οἴνῳ λευκῷ ἀκρήτῳ γλυκεῖ

Thuris

Thuris granula quinque, & cuminum Æthiopicum in vino albo mero dulci bibat. Idem lib. de internis affectionibus Μαράθρου καρπὸν Αἰθιοπικὸν κύμινον, ἀδίαντον. *Fœniculi semen, cuminum Æthiopicum; adianthum.* Doctissimorum virorum sententia est, Hippocratem per cuminū Æthiopicum, ammi intelligere. Ammi sic vocatum fuisse extra controversiam est: nec mirum, semen enim cumino simile habet. Dioscorides lib. III. cap. LXX. Ἄμμι ἔνιοι καὶ τοῦτο Αἰθιοπικὸν, οἱ δὲ βασιλικὸν κύμινον καλοῦσιν, ἔνιοι δὲ ἑτέρας φύσεως τὸ Αἰθιοπικὸν κύμινον ἔφασαν εἶναι καὶ ἑτέρας τὸ ἄμμι γνώριμον τὸ σπερμάτιον, μικρόν τε, πολλῷ τοῦ κυμίνου, καὶ ὀριγανίζον τῇ γεύσει. *Ammi nonnulli Æthiopicum, aliqui regium cuminum appellant: alii alterius naturæ Æthiopicum cuminum, & alterius ammi esse prodiderunt. Vulgo notum est semen exile, multo minus cumino, & origani sapore.* Hippocrates utrum κυμίνου Αἰθιοπικοῦ nomine intelligat, cuminum vulgare, an verò ammi, non facile dixerim. Vide cap. de ammi. Regii cumini ubi meminerit Hippocrates ignoro. Locum hactenus nondum inveni. Φύεται inquit Dioscorides, ἐν Γαλατίᾳ καὶ ἐν Ἀσίᾳ καὶ Κιλικίᾳ. Scribe, ἐν Γαλατίᾳ τῇ ἐν Ἀσίᾳ. *In Galatia Asiæ*; ad differentiam Galliæ quæ ad Alpes est, quæ etiam Γαλατία Græcis dicitur. Doctissimi viri vel εὔστομον malè vertunt, *stomacho gratum*, vel pro εὔστομον, εὐστόμαχον legunt. Fortassis non malè. Notat Lacuna, in veteri legi εὐστόμαχον, quod *stomacho gratum* significat. Hanc etiam lectionem probat Plinius, cum lib. XX. cap. XV. ait, *Sativo cumino magnus usus, in stomachi maximè remediis.* Contra ori gratum esse reprobat experientia, meo saltem palato non mediocriter ingratum est. Vulgatam liceret servare lectionem, si vox εὔστομον posset accipi, non de sapore, sed odore jucundo. Suavem halitum spirat cuminum. Fœtidum emendat, eaque de causa, qui fœdam habent respirationem cumino magno adjumento crebrius utuntur. Cuminum sativum parva & umbellifera herba est, altitudine dodrantali, pedem raro excedens, unicaulis; ramis tamen aliquot brachiata; folia fert tenuia, & in plures partes augustas secta, fœniculi modo, sed breviora ac minora multò: floret in umbella veluti fœniculum, in qua semen oblongum, utrimque acuminatum, angulosum, lineare cartilagineum, in cineraceo colore subflavum: longitudine quartam unciæ partem æquante gu-

Cuminum sativum.



stu, subamaro, tenui, mediocriter acri, & cum gravitate suaviter odorato. Eligito plenum, magnum, flavum, aut pallidum, purum, intus pingue, veluti liquore aut oleo madefactum, minimeque acerosum. Radice nitidior oblonga, tenui, & cum maturuit semen, pereunte. In Italia, Hispania, aliisq; calidis regionibus colitur ac seritur. Apud nos semen maturum non reddit. Nascitur tamen ex maturo recentique semine; octavo, septimoque, interdū decimo à satione die pullulat, aliquando quoque serius pro cœli solique ratione. Seri debet Majo mense. A frigidiore aëre, & imbribus copiosioribus facile læditur ac perit; quare diligenter muniri debet. Cum primum germinat è terra exile aliquod gramen esse jurares. Hoc cuminum omnes pro verò legitimoque agnoscunt; uno Cæsalpino excepto, qui propter has rationes negat veterum esse cuminum; quod ori non sit gratum; quod panibus non inspargatur; tum quod semen non sit pusillum. Ad primum jam satis dictum arbitror, nempe pro εὔστομον, εὐστόμαχον legendum, vel aliter εὔστομον explicandum. Ad alterum respondeo; quod Plinius proprie Ammi, quod Æthiopicum etiam vocatur cuminum, inspargi ait panibus lib. XX. cap. XV. *Similis autem & huic usus. Namque & panibus Alexandrinis subditur, & condimentis interponitur.* Apud nos vulgare cuminum condimenti gratia panibus inspargitur, nec panibus tantum, sed etiam caseis, maximè quos *Bovinos* Lugdunenses & Dimenses vocant. Notandum duo cumini genera mitti ex insulis & regionibus maris mediterraneo adjacentibus; unum acre, alterum dulce. Acre oblongum, acuminatum, subnigrum, graveolens, sapore acri, neutiquam hirsutum, & hoc Melitenses *cimonagero*, hoc est, sylvestre cuminum vocant. Dulce, priori minus est, aniso, aut verius ammi simile, candicans, hirsutum, subdulce, gustuque leniore, & hoc *cimonagro dulce* vocant. Utroque ad panem condiendum nostrates utuntur. Sed gratiori sapore panis qui posteriori conditus est. Melitenses hoc colunt & serunt, & ad panem condiendum & mercaturam exercendam eo utuntur. Cæterum cuminum dulce crediderim Æthiopicum. Acre Galaticum ac vilius. Non enim putandum aliud discrimen veteres habuisse ac observasse, quam loci prærogativam. Ad tertium respondetur, non opus esse adeo sit pusillum. Nam ammi semen Dioscorides, verbis supra citatis, cumino multo minus esse ait. Ammi autem inter valde exilia semina numerari non potest. Verisimile fit Theophrastum ubi pusillum ait cumini semen, intelligere cuminum silvestre; cum nudum scribit, domesticum. Easdem hodie etiamnum cuminum facultates habes, quas veteres de eo tradidere. Unde concludo, non malè eos facere qui pro vero habent, & utuntur. Dioscorides, Τρίφει δὲ καὶ χρῶτα ἐπὶ τὸ ὠχρότερον πινόμενόν τε συγχριόμενον. *Cæterum cutis colorem bibitum illitumve mutat in pallorem.* Horatius,

——— ——— Quod si
Pallerem casu, biberent exangue cuminum.

Exangue, quod pallorem inducat. Persius Satyr. V.

Rugosum piper & pallentis grana cumini.

Pallens cuminum, quod pallorem inducat. Pallent qui copiosiore cumino utuntur, sanguis enim in eis hebescit, unde pallor. Mathiolus, *Utuntur frequenter in cibis, & eo sæpe suffiuntur, qui facies suas exterminant, ut sanctitatem, & corporis macerationem mentiantur.* Eadem ars Batavis puellis ac mulierculis non incognita, quæ ut venustiorem pallorem inducant, àc pulchriores fiant, cumino utuntur. Rectè ille, cujus mentio apud Suetonium, & Plinium lib. XX. cap. XIIII. fit, cumini usum excogitarat. *Verumtamen omnem pallorem bibentibus gignit. Ita certe ferunt Portii Latronis, clari inter magistros dicendi, ad sectatores similitudinem coloris* (palloris) *studiis contracti imitatos: & paulo ante Iulium Vindicem adsertorem illum à Nerone libertatis: captatione testamenti sic lenocinatum. captatione testamenoi* (cum ejus testamenti, ac hæreditatem Nero captaret) sic lenocinatum fuisse, Neronis cupiditati & voluptati consecutum, ut ejus amicitia & benevolentia summos honorum gradus consequeretur, dum pallido colore simularet adversa valetudine se premi, qua brevi periret. Et hæc de sativo cumino. Sylvestris Dioscorides, ut supra dixi, duo genera describit lib. III. cap. LXIX. Ac primum de priori agemus, mox de altero. Inquit ergo Dioscorides. Κύμινον ἄγριον φύεται μὲν πλεῖστον καὶ ἐνεργέστερον ἐν Λυκίᾳ, καὶ Ἀσίᾳ τῆς Γαλατίας. (Lege Γαλατίᾳ τῆς Ἀσίας, propter rationes supra allatas) καὶ ἐν Καρχηδόνι τῆς Ἱσπανίας. Ἔστι δὲ θαμνίον ἔχον καυλὸν σπιθαμιαῖον λεπτὸν, ἐφ' οὗ φυλλάρια δ' ἢ ε'. λεπτὰ, διεσχισμένα,


κατεσχισμένα, τῇ κατασχίσει ὡς γιγγίδιον, κεφάλια δὲ ἔχει ἐπὶ ἄκρου ε̄ ἢ ϛ' στρογγύλα, μαλακὰ ἐν οἷς καρπὸς ἀχυρώδης, γευομένῳ δὲ δριμύτερος τοῦ ἡμέρου. φύεται δὲ ἐν γηλόφοις. *Sylvestre cuminum plurimum efficacinsque in Lycia & Galatia Asiæ atque Carthagine Hispaniæ gignitur. Est verò frutex exiguus, caule dodrantali ac tenui, in quo quaterna quinave sunt minuta folia, tenuia veluti serrata, & gingidii divisura. Gerit autem in cacumine quina aut sena capitula, rotunda & mollia, in quibus semen acerosum, & gustu acrius quam sativum. Nascitur in collibus.* Hoc genus Nicander in Theriaces ἀθερηγὴς vocat, quod capitula ejus spicarum quodammodo exeant,

Ἐν δ' ἀθερηγένεος καρπὸν κέρσαιο κυμίνου.

Spicatique simul fructum decerpe cumini.

Non potest versus citatus de sativo intelligi, quod umbelliferum illud genus sit; nec de sylvestri altero, quod semen in corniculis ferat. Ergo de priori sylvestri intelligi debent. Scholiastes. Ἀθερηγένεος δὲ, ἐπειδὴ τοῦ κυμίνου ὁ στάχυς ἀθέρας ἔχει, καθάπερ ἡ κριθή. *Quod cumini spica aristas fert, quales hordeum.* Cuminum propriè spicam, aristamve non fert, sed capitulum molle & rotundum. Cogitavi aliquando an ἀχυρώδεος posset scribi; sed cum versus prohiberent destiti ab illa opinione. Cuminum sylvestre prius cauliculum fert parvum, tenuem, inflexũ, scandicis, seu pectinis venerei modo, in summo in alas quasdam divisum. Folia habet gingidij vel sylvestris pastinacæ modo divisa, in summo cauliculòrum emicant

Cyminum sylvestre.



æstate albidæ rotundæ, glomerulæ, globulos arctii imitantes, quas bellè delineavit Dioscorides, tenera, paposaque lanugine cinctæ, ad instar densæ sphærulæ, magnitudine pimpinellæ, platani modo, globulariæve Monspeliensibus dictæ. Semen dentis leonis vel platani, sed multo minus. radix parva & candida est. Crescit in Narbonnensi Gallia, etiam in Lemno, teste Bellonio; qui ammi esse, sed malè putavit. Etenim umbellifera planta est ammi, hæc capitula fert. Sed ipsum audiamus Bellonium, apud quem lib. I. observ. cap. XXI. hæc leguntur: *Omnes incolæ origani penuria quandam herbam inter vepres & sepes magna quantitate colligere solent, quam singuli domi conservant, & cum piscibus edunt: eam vulgo* lago coimeni, *hoc est, leporis cubile nominant; ejus sapor & odor origani Heracleotici sunt, foliaque mille folio simile, semen globosum, ut pilulæ urticæ Romanæ. Diu illam diligenterque perpendimus, & degustavimus: at nihil unquam comperimus quod legitimum ammi magis referret, ista planta.* Falleris Belloni, falleris, alia, ut dixi, planta est ammi. De qua alibi fortè agam. Alterum cuminum sylvestre his ferè verbis describit Dioscorides. Ἔστι καὶ ἕτερον γένος ἀγρίου κυμίνου, ἐμφερὲς τῷ ἡμέρῳ ἐξ ἑκάστου (δὲ μέρους Lac.) ἐκφύουσι κεράτια μετέωρα, ἐν οἷς ἐστὶ σπέρμα ὅμοιον μελανθίῳ. *Est & alterum sylvestris cumini genus sativo simile: quod quidem è singulis floribus erecta sursumque spectantia cornicula promit: in quibus semen est melanthio simile.* De hoc cumini genere certant recentiores, aliis hanc, aliis illam plantam cuminum pronunciantibus. Nonnulli plantam quam Clarissimi viri Dodonæus, Lobelius, Clusius aliiq; pro hypecoo agnoscunt, (& rectè, nostro quidem judicio,) pro cumino sylvestri habẽt. Folia sunt huic plantæ multis incisuris divisa, figura, colore, aspectu rutæ foliis admodum similia, molliora tamen & interdum longiora: cauliculi aliquot, qui in multos ramulos divisi, pusillis floribus onusti sunt, flavis, satis odoratis, senis foliis constantibus, sed miranda figura, & à reliquis floribus diversa. Nam duo folia habet reliquis majora, nervo viridi, floris extrema parte (quæ obtusior est, & veluti compessa) prædita; quatuor

Cyminum sylvestre siliquosum.



alia perexigua sunt, & vix nisi flore expanso conspicua: cornicula succedunt in singulis ramulis quaterna, aut plura, longa, plana, quod difficulter admodum eximi potest, continentia: radix singularis, subflava, interdum bifida, annua tamen, nec vivax; tota planta ingrati admodum saporis. Sponte crescit in Narbonensi Gallia: copiosè in Salmanticensi agro, Granatensi, Murianoque regno. Floret istic Martio, Aprili; semen Majo maturum est. Apud Belgas sata, provenit quidem, sed difficulter, longè quoque tenerior. quam ubi sponte nascitur. Serius quoque floret; attamen semen aliquando ad maturitatem perducit. Hanc hyperoi nomine descripsit Clusius. Dioscorides lib. IV. cap. LXXIII. Ὑπήκοον, οἱ δὲ ὑπόφεων καλοῦσι. φύεται δὲ ἐν τῷ σίτῳ καὶ ταῖς ἀρούραις, φύλλα δὲ ἔχει πηγάνῳ ὅμοια, κλῶνας μικρούς. Δύναμιν δὲ ἔχει ἀναλογοῦσαν τῷ τῆς μήκωνος ὀπῷ. *Hypecoon, aliqui hypopheon vocant. Nascitur in triticeis segetibus, arvisque, folio ceu rutæ, ramulis exilibus. Natura ei eadẽ quæ papaveris succo.* Planta delineata notas omnes has habet, quare pro hyperoo accipi potest. Non esse cuminum sylvestre haud difficulter probatur; quod planta cumino sativo sit dissimilis, folia, floresque si spectes. Cuminum sativum fœniculo

Hypecoon.



niculo & similia fert folia, hæc rutæ. Cuminum sativum in umbella floret, hæc nec umbellam, nec umbellæ quid simile producit; sed hoc non impediret, quo minus pro cumino haberi posset. Aliam Adversariorum auctores plantam cumini sylvestris alterius nomine describunt, his verbis. *Alteri vero silvestri duæ sunt plantæ, quæ effigie sic satis & peræque congruere videantur: ea namque, quæ minus cognita, exigua & pulchra, non procul Aquis sextiis oriunda, compluria gerit cornicula, siliquosa, adunca, scorpioides dictæ modo, sed crassiora, semine intus præsepiolis distincto, colore flavo, oblongo: cauliculi graciles, teneriusculi, & folia parva, carui, aut scandicis; pectinis Venerei fumariæque incisuris, profundis: exigua radix, lutei flores Majo mense, chelidonii major, aut erucæ, sed minore. Et eidem iisdemque natalibus siliquosa perquam similis sociatur altera hæc, nec nisi folio tenuiore; angustiore, seseli Massiliensis divisura, & ad imum radicis albidæ cerefolii plurimum nascente distat, cauliculis fermè glabris, siliquaque majore, semine inibi contento galegæ, subfulvo.* De posteriore hac ipsius Lobelii, qui adversariorum cum Pena auctor est, judicium audiamus. Sic in observationibus, de hypecoo jam descripto agens, scribit. *Eadem est hæc effigies cum corniculata plantula descripta pag.* CCCXXXI. *adversariorum; arido solo Gallo provinciæ eruta & à pictore depravata: cujus semen olim Massilia in Belgium transmisi, ubi feliciter enatam, sculpendam curavit Clusius noster.* De ista ergo planta plura dicenda non habemus. Alteram plantulam, quam cumini nomine delineant Adversariorum auctores nunquam vidimus. Ex descriptione colligimus, semen melanthio, cui Dioscorides cumini comparat, non satis simile esse. Melanthio semen rotundum, nonnihil angulosum, oblongum huic. Ex utriusque icone judicabit Lector, an folia hujus cumini sativo satis respondeant. Alii consolidam regalem, de qua multa cap. de hyacintho diximus, pro cumino sylvestri altero agnoscunt. Horum sententia probabilis admodum, plures imò omnes habet notas quas exigit Dioscorides. Est tenuibus foliis, sativo cumino satis similibus, & à singulis floribus cornicula in sublime erigit: semen deinde melanthii profert. Et hæc de cumino.

Differt ocymum ab ocimo. Ocymum pabuli genus est. Plinius lib. XVII. cap. XXIV. *Ocymum, quod in vinea seri jubent, antiqui appellabant pabulum, umbræ patiens, quod celeriter proveniat.* Ocimum autem planta odorata. Ocymum pabulum veteres per υ scribunt ὤκυμον, herbam verò per ι ὤκιμον; Sed hoc apud veteres ipsos non adeò strictè observatum fuit. Varro lib. I. de re rustica cap. XXXI. ubi ocymi utriusque refert etymon, *Ocymum*, inquit, *dictum à Græco verbo* ὠκὺς, *quod valet cito. Similiter quoque ocymum in horto. Hoc amplius dictum ocymum, quod citat alvum bubus, & ideo iis datur, ut purgentur, id genus pabuli sunt segetes virides sectæ ante, quam gerant siliquas.* Ita locus hic in Commeliniania editione extat. Aliter in Iansonii editione, cui additæ sunt notæ Scaligeri junioris & Turnebi, habetur. Ocinum dictum à Græco verbo ὠκέως, quod valet citò. Similiter quo (in margine, quoque) ocimum in horto. Hoc amplius dictum ocinum, quod citat alvum bubus, & ideo datur ut purgentur, id ex pabuli segete viride sectum antequam genat siliquas. In margine lectio Commeliniana adscripta est: Vult hujus editionis auctor ocinum per ν pabuli genus esse; ocimum per μ herbam odoratam. In antiquissimo codice locus sic concipitur. Ocimum dictum à Græco verbo *ochu*: quod valet *cito*, similiter quoque *ocimum* I. *cito*. Hoc amplius dictum ocimum: quod citat alvum bubus: & ideo iis datur ut purgentur, id est, pabuli segetes virides sectæ: antequam generent siliquas. Verba Varronis sic lego. *Ocymum dictum à Græco verbo* ὠκέως, *quod valet cito. Similiter quoque ocimum in horto. Hoc amplius dictum ocymum, quod citat alvum bubus, & ideo datur ut purgentur, id genus pabuli sunt, segetes sectæ virides antequam generent* (vel *genant*) *siliquas.* Vult utrumque ocimum per ι & ocimum per υ nomen accepisse ab ὠκέως. ac quidem ocimum, quod citò crescat, ocymum quod citò alvum citet bubus. Postea declarat quid sit ocymum. Exscripsit hunc Varronis locum Plinius. Lib. XVIII. cap. XVI. *Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocymom vocat, quo sistebant alvum bubus. Id erat è pabulis segete viridi desecta, antequam gelaret. Sura Manlius id aliter interpretatur, & tradit fabæ modios decem, viciæ duos, tantundem erviliæ in jugero autumno misceri & seri solitum. Melius & avena Græca, cui non cadit semen, admista. Hoc vocitatum ocymum, boumque causa seri solitum. Varro appellatum à celeritate proveniendi, è Græco quod* ὠκὺς *dicunt.* Hæc corruptissima sunt. Catonis locus cap. LIIII. reperitur, Cujus verba, ut in ultima editione extant, hæc sunt. *Ubi ocinum tempestivum erit, dato quam primum.* Paulò infra; *Usque ocimum dabo, donec arescat.* Corrigunt *ocimum*. Scribo ex antiquissimis codicibus, *ocymum*. Sic in utroque Regii expresso habetur, Anno MCCCCLXXXII. & MCCCCXXXVIII. Eandem lectionem habet Commeliniana editio. Venio ad Plinium, qui contra Varronem ocymum vocatum ait pabuli genus, quo sistebant alvum bubus. Malè itaque Plinius locum Varronis exscripsit, vel corruptus est codex. Scribe ex Varrone, *citabant*, vel *ciebant alvum bubus. Id erat è pabulis segete viridi desecta, antequam gelaret.* Nec hæc vitio vacant. Nescio quid illud sit, *antequam gelaret.* Cato dari vult ocymum usque dum arescat. An voluit Plinius arescere tum demum quando gelat. In antiquo codice legitur. *Id erat è pabuli segete viride desectum antequam gelaret*: in alio, *gerat*. Inde corrigit Scaliger Iosephus *geniculares*. Lego ex Varrone. *Id erat è pabulis, segete viridi desecta, antequam siliquaret.* Pro *Manlius* in antiquo codice *Manulius* legitur, Malunt alii *Manulius*. Ad ocimum herbam redeo. Hoc Varro nomen accepisse dicit ex Græco ὠκέως quod citò proveniat. Theophrastus testatur, tertio à satione die provenire cap. I. hujus libri, & lib. IV. de caus. cap. III. quod Varronis sententiam valdè confirmat. Doctiores tamen Botanici hoc etymon ocymo pabulo convenire scribunt: Hortense verò ἀπὸ τοῦ ὄζειν, *redolere, odoratum esse*, derivant. Est enim herbula eximiè odorata, quæ & cerebrum odore suo ferit, & sternutamenta excitat. Significantius quoque ὤζιμον per ζ scribendum existimant. Notant alii apud probatum auctorem sic legi; locum tamen non citant. In Theophrasti, Nicandri, Dioscoridis; Galeni, Æginetæ, Plinii codicibus excusis, calamoque exaratis antiquissimis, optimis, ac castigatissimis constanter per κ ὤκιμον Scriptum est. Batavi *Basilicon* vocant. Quod nomen à Græcis barbaris accepit. Hesychius,

ὤκιμον, βασιλεὺς ἰωάδης, τὸ λεγόμενον βασιλικόν. Suidas, ὤκιμον δένδρον, ἢ φυτὸν τὸ κοινῶς λεγόμενον βασιλικόν. Id est, *Ocimum arbor, vel planta, quæ vulgo basilicum vocatur.* Arborem quæ sic vocetur novi nullam: quare existimo scripsisse Suidam, ὤκιμον ἰωδῶδες φυτὸν τὸ κοινῶς λεγόμενον βασιλικόν. Βασιλικὸν vocarunt, ab insigni & flagranti odore, quod regia domo & regiis manibus gestari dignum sit ocimum. Cassianus Bassus lib. XI. cap. XXIX. μισόδουλον vocatum fuisse ait τὸ ὤκιμον, ἤγουν τὸ λεγόμενον μισόδουλον. Ab odio servorum hoc nomen accepisse volunt, quod servi non sibi, sed heris suis emerent ocimum. Ego codicem corruptum puto, ac scribendum, μισόγυνον vel μισόγυνις, idque quod idem Cassianus scribat, Μάλιστα δὲ ταῖς γυναιξὶν πολέμιόν ἐστιν, τοσαύτην ἔχον πρὸς αὐτὰς φυσικὴν ἀντιπάθειαν, ὡς εἴ τις ὑπὸ λοπάδα ὄψου ὀλόρριζον ὤκιμον ὑποθείη, ἀγνοούσης γυναικὸς, οὐ πρότερον ἡ γυνὴ τοῦ ὄψου ἅψασθαι τολμήσει, πρὶν ἀρθῆναι τὸ ὤκιμον, *Maximè autem mulieribus infestum existit, tantum habens adversus ipsas naturalem contrarietatem, ut si quis, ignorante muliere, sub patinam obsonii integrum cum radice ocimum supponat, mulier non prius obsonium contingere audeat, quam ocimum auferatur.* Nemo non videt μισόγυνις scribendum. Alia non minus miranda de eodem ocimo idem tradit. ὡς οὐδὲν ἔγνων χρήσιμον, καὶ γὰρ μανιώδεις καὶ ληθαργικοὺς, καὶ ἡπατικοὺς ποιεῖ τοὺς ἐσθίοντας, τεκμήριον δὲ τῆς τούτου κακίας, τὸ τὴν αἶγα πάντα ἐσθίουσαν, μόνον ὤκιμον ἀπέχεσθαι. μασηθὲν (μασηθὲν
» MS.) δὲ τοῦτο, καὶ ἐν ἡλίῳ τεθὲν, σκορπίους γεννᾷ. Nullius u-
» tilitatis esse novi. Nam insanos & lethargicos & hepa-
» ticos facit, qui eo vescuntur. Signum autem ejus ma-
» lignitatis est quod capra omnia depascens, à solo oci-
» mo abstineat. Mansum autem & in sole expositum
» scorpios gignit. Plinius lib. XX. cap. XII. *Ocimum quoque Chrysippus graviter increpuit, inutile stomacho, urinæ, oculorumque claritati. Præterea insaniam facere & lethargos, & iocinoris vitia: ideoque capras id aspernari; hominibus quoque fugiendum censet. Addunt quidam, tritum si operiatur lapide, scorpionem gignere, commanducatum & in sole positum, vermes afferre. Afri verò, si eo die quisquam feriatur à scorpione, quo ederit ocimum, servari non posse. Quinimo tradunt aliqui manipulo ocimi cum cancris decem marinis vel fluviatilibus trito, convenire ad id scorpiones à proximo omnes. Diodorus in Empiricis, etiam pediculos facere ocimi cibum. Secuta ætas acriter defendit: nam id esse capras: nec cuiquam mentem motam: ut scorpionum ictibus, marinorumque venenis mederi ex vino addito aceto exiguo. Usu quoque compertum, deficientibus ex aceto odoratum familiare esse. Item lethargicis & inflammatis refrigerationi. Illitum capitis doloribus cum rosaceo, aut myrteo, aut aceto: item oculorum epiphoris impositum ex vino. Stomacho quoque utile, inflammationes & ructum dissolvere ex aceto sumptum. Alvum sistere impositum, urinam ciere. Sic & morbo regio & hydropicis prodesse. Choleras & destillationes stomachi inhiberi.* Hæc examinanda nobis sunt. *Oculorum claritati* (ex Chrysippi sententia *inutile*, inquit. Copiosum ocimi usum id præstare testatur Dioscorides. βιβρωσκόμενον πολὺ, ἀμβλυωπὲς ἐστι. *Copiosiore cibo aciem oculorum hebetat.* Sequitur, *Addunt quidam tritum si operiatur lapide scorpionem gignere.* Hoc paulò aliter Galenus lib. II. de Aliment. Facult. ca. LVI. Κακόχυμόν ἐστι δὲ ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο προσεπιψεύδονται τινὲς αὐτοῦ. Φάσκοντες εἰ τριφθὲν ἐμβληθείη χύτρᾳ κενῇ, τάχιστα γεννᾶν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις σκορπίους· καὶ μάλιστ᾽ ὅταν ἐν ἡλίῳ τις ἑκάστης ἡμέρας θερμαίνει τὴν χύτραν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ψεῦδός ἐστι, κακόχυμον δὲ ὄντως κακοστόμαχον, καὶ δυσπεπτον εἶναι λάχανον, ἀληθῶς ἄν εἴποις αὐτό. *Vitiosi autem est succi: quæ res impulit quosdam, ut falsa de eo prodiderint, affirmantes, ipsum paucis diebus scorpiones generare, si tritum in ollam inanem immittatur, & potissimum si quis quotidie ollam ad solem calfecerit. Verùm id quidem falsum est; verè autem ipsum dixeris olus stomacho esse noxium, pravique succi, & concoctu difficile.* Admiranda historia est, quæ apud Hollerium & Duretū legitur. Lib. De morbis internis ca. I. ubi hanc historiam narrat Hollerius. *Quibusdā vermes generantur in cerebro. Id rarum esse scripsit Avicennas; quod tamē memoria nostra visum est. Et cuidam Italo ex frequenti odoratu basilicæ herbæ natus scorpio in cerebro, vehementes dolores & longos, mortem denique attulit.* Duretus in notis ad caput citatum *Post hunc locum scribit Hollerius quibusdam vermes in cerebro generari: Et ego unum vidi in filia cujusdam medici, in ejus cerebro natum & post mortem repertum. Ait autem vermes ipsos; in cerebro procreari ab ocimi, & aliarum hujusmodi cephalicarum herbarum odore vehementiori: quia illæ, præterquam quod; suo vapore, cerebrum humore quodam pituitoso perpetuò madens, augent, implentque plethoricis causis; motum etiam in ipso phlegmate suo calore excitant. Hinc autem vermes producuntur, ut cernitur in fimo.* Memorabilis certè historia. Cæterum scorpiones ex ocimo arte generari posse quidam nobis asserunt. Illud credimus, quod Clarissimus Ioachimus Camerarius refert, scorpiones sub fictilibus in quibus ocimum colitur libenter stabulari. Lepidam & non injucundam addam historiam, quæ apud Augustinum Justinianum Genuensem lib. VI. legitur. *Franciscus Marchio Iurisconsultus missus à Genuensibus orator ad ducem Mediolanensem, cum cum non vellet audire, nec pactis cum republica Genuensi stare. Captata occasione obtulit Duci manipulum herbæ basilici. Qui admirabundus, quid sibi hoc donum vellet, quæsivit, cui ille respondet: ejusmodi proprietatem huic plantæ inesse, ut leniter & suaviter contrectata præbeat gratum odorem, nimis autem duriter compressa atque contrita, tandem producere scorpiones: verò simile esse ingenium Genuensium. Dux ingenioso hoc responso admodum delectatus, & sententiam priorem mutavit, & legatum honorificè dimisit.* Pergit Plinius, commanducatū & in sole positum vermes procreare. Idem ferè Dioscorides. φυλάσσονται δὲ τινὲς αὐτὸ καὶ οὐκ ἐσθίουσι, διὰ τὸ μασηθὲν καὶ τεθὲν ἐν ἡλίῳ σκωλήκια γεννᾶν. *Eam fugiunt nonnulli & edere verentur, quod commanducata & in sole posita vermiculos gignat.* Plinius. *Afri vero si eo die*, Contrarium Dioscorides. Λίβυες δὲ προσαναλήφασιν· ὅτι οἱ φαγόντες αὐτὸ καὶ πληγέντες ὑπὸ σκορπίου, ἀπόνοι διαμένουσιν. *In cibum verò receperunt Afri, quia si feriantur à scorpione qui ocimum ederint, incolumes conservventur.* Malè ergo Plinius, eos servari non posse scribit, qui ocimum comederunt, eodemque die à scorpione læduntur. Mendum subesse in Plinii verbis videtur. In Toletano codice, teste Pintiano, scriptum est: Comanducatum, & in sole positum, vermes. (sc: gignere) Affirmant verò si eo die, &c. Sed nec hæc lectio contradictionem tollit; nisi quis vellet dicere, in Italia aliisque terris non posse servari, contra in Africa non lædi. Sed hæc satis incerta. Nec tamen aliter Plinius cum Dioscoride conciliari potest, nisi quis velit particulam *non* delere, vel, pro *servari*, *perire*, *cædi*, vel tale verbum, scribere. Ego vix ausim tanta libertate, audaciaque uti. *Secuta ætas acriter defendit.* Antiquus noster codex, non dissimili sensu; *Secuta ætas alacriter defendit. Nam id esse capras.* Hæc non capram, sed hircum olent; fœda admodum & depravata sunt. Malè in antiquo codice legitur. *Nam id esse capras. Nec minus, quam mentam ac rutam scorpionum terrestrium, ictibus marinorumque venenis.* Hæc sordido luto cœnoque conspersa sunt. Scribo. *Secuta ætas alacriter defendit, negavitque usu ejus cuiquam mentem motam, scorpionum terrestrium ictibus, marinorumque venenis mederi ex vino addito aceto exiguo. Compertum.* Sensus est, Chrysippus affirmaverat ocimum insaniam facere. Secuta ætas alacriter resistens negavit, usu ejus mentem cuiquam motam, hoc est, alienatam. Malè fortasse pro *marinorumque venenis*, *draconumque marinorum* scriberetur. Illud monere tantum volui. Dioscorides; καὶ δρακόντων θαλασσίων καὶ σκορπίου πληγῇ. *Ut & draconis marini & scorpionis ictibus. Addito aceto exiguo*. Festivius ac magis ex nitore Pliniano, *addito aceti exiguo*. Reliqua facilia sunt. Memorabile etiam quod in eclogis geoponicis, lib. XV. cap. I. Ὁ ἠλεκτρινὸς λίθος, ἤγουν σουχῖνος, πάντα τὰ ἀχυρώδη καὶ κοῦφα ἕλκει πρὸς ἑαυτὸν πλὴν ὠκίμου. *Electrum lapis sive succinū, omnia paleosa ac lævia ad se ipsū trahit, præter ocimū.* Hoc si de viridi tradat, nihil memorabile dicit, nā nec lactucæ, cichoreique trahuntur ab electro. Sin de sicco, fabulosa docet, quæque experientiæ refragantur. Variis in locis de ocimo egit Theophrastus. lib. VII. cap. II. histor. & lib. II. de caus. cap. II. & XX. tonsum ac diminutum melius provenire ait, etiam avulsione, ramisque extremis, lignosumque esse refert. Lib. IV. de causis cap. III. siccum esse & debile, ideoque æstate serendum. Lib. tamen hoc VII. cap. I. inter ea numerat, quæ seri desiderat, quando sol est in Ariete, Martio, Aprilique mensibus. cap. III. ejusdem libri, fœcundissimum esse & diu & particulatim florere, lib. VII. cap. VI. semen infirmum esse, ac non diu durare, lib. VII. cap. I. cortice semen contineri, lib. VII. cap. III. & lib. I. cap. IX. hist. lignosam habere radicem. lib. I. cap. XVI. caulem emittere foliis jam perfectis lib VII. cap. V. sub canis ortu pallescere (hæc causa cur moneat Dioscorides in præfatione operis omnes plantas examinandas esse & inspiciendas

cum

cum primùm pullulant, cum florent, demum cum pereunt. Eodem loco rigandum esse meridie tradit, lib. v. de caus. cap. VIII. in serpyllum degenerare. Videat Lector, quæ ad loca jam citata notavimus. Dioscorides lib. II. cap. clxxi. ocymum describens nullam apposuit distinctionem, dixitque tantum, notam satis esse plantam. Lib. tamen quarto cap. lxxi. solani hortensis folia comparat ocymi foliis, sed solani majora & latiora esse scribit. φύλλα μέλανα, ὠκύμου μείζονα καὶ πλατύτερα. Theophrastus ocymum cap. IV. hujus libri inter eas recenset plantas, quæ generis nullam ostendunt differentiam. Dioscorides quoque nullam observavit varietatem, saltem memoriæ non prodidit. Martialis apud Palladium diversitatem miram in flore observavit. Verba ipsa Palladii ex Aprili Titul. III. adscribam. *Nunc ocymum seritur: citò nasci dicitur, si statim cum severis, aqua calida perfundas. Rem miram de ocymo Martialis* (Gargillium intellige Martialem, non Poëtam) *affirmat, quod modò purpureos, modò albos flores, modò roseos pariat, & si ex eo semine frequenter seratur, modò in serpyllum, modò in sisymbrium mutetur.* Recentior ætas plura observavit genera, quæ potissimum differunt magnitudine foliorum, quæ vel majora, minora, media, latiora, angustiora, plana, insecta, crispa colore, vel viridia, vel nigricantia, vel maculata; odore caryophyllos, vel citrum redolentia. Flores vel candidi, vel purpurascentes sunt. Vulgatissimum ocymum est, cujus imaginem apposuimus. *Sativi ocymi*, inquit Dodonæus, *magnitudine differentes, duæ species sunt vulgares, ambæ surculosæ, dodrantis aut pedis altitudine attolluntur, ramulis rotun-*

Ocymum vulgatius.



dis, in plures alas divisis, purpureis. Et major quidem folia habet lata, per margines leviter crenata, mercurialis herbæ magnitudine & forma similia: minor verò minora: utraque splendida, & dilutè virentia: flosculos exiguos colore vel candidos, vel obscurius pupurascentes: semen exiguum nigricans, radices oblongas duras, non absque adhærentibus fibris. Odor utrique similis; nisi quod majoris speciei quædam reperiatur, quæ citrum malum odore refert, quod ocimum citratum appellant. Mathiolus præter hæc duo ocima etiam tertium quoddam maximum reperiri memoriæ prodidit, foliis amaranthi majoribus, longis, latis & crassis citrii mali foliis similibus. Seritur ocimum in hortis & in fictilibus. Aliud genus idem Mathiolus ocimi aquatici nomine exhibet, foliis incisis. Idem genus foliis incisuris carentibus à Castore Durante pingitur. Figuram ex Castore apposuimus; sed qualis planta, qua facie, & magnitudine planè ignoramus. Mathiolus pro erino Dioscoridis obtrudit, scribitque, se legisse apud aquarum rivulos; succoque lacteo adeò turgere addit, ut manus inficiat. Ab ocimo ad ocimastri sive ad ocimoidis venio historiam. Describitur

Basilicum aquat. Castoris Durantis.




à Dioscoride lib. IV. cap. XXVIII. Ὠκιμοειδὲς, οἱ δὲ φιλεταίρειον, φύλλα μὲν ἔχει ὠκίμῳ ὅμοια, κλῶνας δὲ σπιθαμιαίους, δασεῖς· λοβοὺς δὲ παραπλησίους ὑοσκυάμῳ, πλήρεις σπέρματος μέλανος, ἐοικότες μελανθίῳ. *Ocimoides, seu, ut alii, Philetærium, folia fert ocimi, & ramos dodrantales, hirsutos, siliquas hyoscyamo similes, semine nigro, ceu melanthii prægnantes.* Ad calcem capitis scriptum est, ῥίζα δὲ ὑπεστι λεπτὴ, καὶ ἄχρηστος. *Cæterum radice nititur tenui & supervacua.* In altero codice capitis hujus inscriptio, non περὶ ὠκιμοειδοῦς, sed περὶ ἑτέρου ἐχίου ἢ ὠκιμοειδοῦς. Hoc occasionem viris doctissimis dedit, ut crederent, ocimastrum jam à Dioscoride delineatum, Alcibum alterum esse Nicandri in Theriac. ubi canit

Ἄλλην δ' Ἀλκιβίοιο φερώνυμον αἵρεο ποίην
Δράγμα χερὸς πλήσας. Παύρῳ δ' ἐν νέκταρι
πίνοις.
Τὴν μὲν ἐπὶ σκοπέλοισι Φαλακραίοισιν ἐπακτὴρ
Κρύμνης ἀμπέδιον καὶ ἀνὰ χράσον, ἡ δ' ἵνα ἵππου
Λειμῶνες, σκυλάκεσσιν ἀμυκλαίῃσι κελεύων,
Κνηζηθμὸν κυνὸς οὖλον ἐπώρινε θυμολέοντος.
Ὅστε μεταλλεύων αἰγὸς ῥόθον ἐν σίβῳ ὕλης,
Κανθῷ ἐν ῥαντῆρι τυπὴν ἀνεδέξατ' ἐχίδνης.
Καὶ τὴν μὲν κλάγξας ἀφενὰς βάλε, ῥεῖα δὲ ποίης
Φύλλα κατέβρυξεν, καὶ ἀλεύατο φοινὸν ὄλεθρον.

Alteram ab Alcibo dictam cape providus herbam,
Prendenti quantum poteris constringere dextra.
Commistoque mero factum celer ebibe potum.
Repperit hanc olim quidam venator, ut ajunt,
Quando Phalacræis scopulis Crymnæa per arva,
Et per amœna Grasi clamosus equique vireta,
Exhortante canum latratus voce cieret.
Hic viridi in sylva celeris vestigia capræ
Sectans, in madidum prope lumina vertagus hirquum
Vipereis tristem suscepit dentibus ictum.
Ergo procul querulo & morsum testante latratu
Hærentem à sese serpentem excussit, & inde
Hujus morsa statim folia herbæ glutijt, & sic
Horribilem interitum tali medicamine fugit.

Ocymastrum Fuch. ocymum sylvest.



Doctissimorum, ut dixi, virorum sententia est; Nicandrum versibus citatis agere de ocimastro. Tum quod titulus alterius codicis sit περὶ ἑτέρου ἐχίου ἢ ὠκιμοειδοῦς. Tum quod Dioscorides statim ubi echij absolvit historiam de ocimastro agat. Accedit, quod Auctuarii auctor scribat, ocimoides ocimastrum à Romanis ἔχιον verò ab aliis vocari. οἱ δὲ, καὶ ταύτην ἔχιον καλοῦσι, οἱ δὲ σκορπίουρον. Ῥωμαῖοι ὠκιμάστρουμ. *Sunt qui hanc echium appellent, alii scorpiuron. Romani ocimastrum.* Denique hoc etiam utuntur argumento. Quod alterius Alcibii nusquam meminerit Di scorides, idemque ocimoides præscribat adversus serpentum morsus. Contrarium suadet quod Dioscorides ocimoidis semen adversus serpentum ictus valere tradat, folia commendet Nicander.

Φύλλα κατέβρυξεν καὶ ἀλεύατο φοινὸν ὄλεθρον.

Folia, sic mortem fatumque avertit acerbum.

Dioscorides: Δύναμιν δὲ ἔχει τὸ σπέρμα πινόμενον ἐν οἴνῳ ἐχιοδήκτους καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἑρπετῶν δήγματα θεραπεύειν. *Vim hanc habet semen in vino potum, ut viperarum, cæterarumque serpentum morsibus medeatur.* Cæterum Poëta per Alcibij plantam intelligit anchusam alteram, quam aliqui, ut scribit Dioscorides, ἀλκιβιάδιον aut ὀνοχειλὶς vocarunt lib. IV. ca. XXIV. Ἄγχουσα ἑτέρα ἣν ἔνιοι ἀλκιβιάδιον, ἢ ὀνοχειλὲς καλοῦσιν. Hanc opinionem ipse Nicander probat, cum paulò ante cecinit.

Ἔνθα δύω ἐχίεια πιφάσκεο. τῆς δὲ τὸ μὲν που
Ἀγχούσῃ προσέοικεν ἀκανθῆεν πετάλειον
Παῦρον ἐπεὶ τοτθὸν τε καὶ ἐν χθονὶ πυθμένα τείνει.
Ἡ δ' ἑτέρη πετάλοισι καὶ καλύκεσσι θάλεια
Ὑψηλή. ὀλίγῳ δὲ πέριξ πορφύρεται ἄνθει.
Βλάστη δ' ὡς ἔχιος, σφεδανὸν δ' ἐφύπερθε κάρηνον.

Quas inter duplex echium spectabis, acutis
Vnum horrens spinis, anchusæ fronde, nec alta
Defossum terra, tenui radice brevique:
Ast aliud calyce & folio majore, pusillo
Purpureoque viret redimitum flore, superne
Vipereum gestans adstricto vertice semen.

Ad hos versus Scholiastes. Τὸ δὲ ἕτερον φησὶν ἔχειον φύλλοις καὶ κλάδοις ὑψηλοῖς ἀεὶ θάλλει ὀλίγῳ περιστρέφεται ἄνθει. κάλυξ δὲ τὸ κεκλεισμένον ἄνθος τοῦ ῥόδου, νῦν δὲ ἴσως τὸν βλαστὸν σημαίνει. *Alterum echij genus foliis & ramis majus est, semperque viret, parvo donatum flore. Calyx flos rosæ nondum apertus nunc germen significat.* Hæc satis ostendunt, de ocimastro non agere Poëtam; φιλέταιρον cur quidam nominarint non video. Non illud aparine habet, quod vestibus, ac præsertim laciniis comeantium tanquam sodalium seu amicorum tenacissime adhæreat. An ocimoides dicitur quod vestibus arcte insideat, affixumque maneat? παραπλησίους, inquit Dioscorides, ὑοσκυάμῳ. Sunt qui putant, siliquas ocimoidis hic melanthij vasculis assimilari. At quoniam illius siliquas, jam pronunciavit auctor Hyoscijamo similes esse, hoc loco judicat Doctissimus Saracenus tum ocimoides, tum melanthii semina inter se conferri quamobrem ἐοικότα, non, ἐοικότας, legendum censet. Ocimastrum à Romanis dictum fuit, quasi sylvestre ocimum, uti mentastrum sylvestris menta, quod cum ocimo foliis potissimum simile sit, qua etiam de causa ὠκιμοειδὲς vocatum fuit. Doctiqui botanici ocimastrum Plinium ocimum sylvestre appellare tradunt lib XX. cap. XIII. *Sylvestri ocimo vis efficacior ad eadem omnia, pecularis ad vitia, quæ vomitionibus crebris contrahuntur. Vomicisque vulvæ, contra bestiarum morsus radix in vino est efficacissima.* Vel Plinius confundit cum ocimo aliaque planta sylvestre. ocimum, aut ocimastrum & ocimum sylvestre plantæ sunt diversæ; non tantum quod facultates à Plinio memoratas taceat Dioscorides; Sed quod contraria fermè scribat. Dioscorides ocimoides radicem tenuem & inutilem scribit. Plinius radicem ocimi sylvestris efficacissimam inquit, contra bestiarum morsus. Recentiorum quidam pro ocimastro ostendunt plantam cujus imaginem exhibemus. Cauliculos promit complures, quadrangulares, infirmos, terram versus reclinatos: folia ex intervallis bina contra se posita, parva, longiuscula, ac latiuscula, aliquantulum hirsuta & aspera, uti & cauliculi: flosculos è foliorum sinubus exeuntes, parvos, orbiculatim cauliculos ambientes, colore è candido nonnihil purpurascentes: semen exile: radices fibris cohærentes. Odore herba hæc multum quam ocimum est inferiore, utpote exili & obscuro, sed tamen cum gravitate quadam non insuavi, ad calaminthes aut ocimi acccedente. Variat foliis modo latioribus modò angustioribus: ratione loci modò erecta, modò repens, hinc fit, ut aliã figuram Dodonæus, aliam exhibuerit Fuchsius Aliquando hirsutissima est, aliquando penè lævis; floribus cœruleis, rarius albis. Exit multis Germaniæ ac Italiæ locis sua sponte, præsertim incultis & arenosis. Æstate tota floret, & non raro Septembri etiam mense. Non esse ocimastrum vel inde apparet, quod licet semina minima sint, vasculisque inclusa minimis, nullam habeant vascula similitudinem cum hyosciami cytinis. Malunt idcirco alii non pro ocymastro habere, sed pro clinopodio. Horum etiam sententiam improbamus. Nam si propter florum secundum cauliculos ambitum, clinopodium dici meretur; multæ aliæ eodem nomine nuncupandæ erunt: ut calamentha, orvala; horminum, lamium, dictamnum, marubium, pulegium, salvia, scordium, bugula, aliæque plures, quarum omnium orbiculatim cauliculos circumdant, multa tamen clinopodium dicitur. Quare Dodonæò videtur acino non dissimilis esse herba. Acinon describit Dioscorides lib. III. cap. L. Ἄκινος ἢ ἄκονος (vetus addit Ῥωμαῖοις ὠκίμαστρος) πόα ἐστὶ λεπτόκαρφος, στεφανωματική, παραπλησία ὠκίμῳ, δασυτέρα δὲ καὶ εὐώδης. παρ' ἐνίοις δὲ καὶ κηπεύεται. *Acinus seu aconus Romanis Ocimastros dicitur) herba est gracili surculo, coronaria, ocimo similis, sed hirsutior atque odorata.* Apud nonnullos etiam in hortis seritur. Has omnes notas habet planta jam descripta. Notandum quoque, quod Auctuarii auctor acinum vocari scribat ἄγριον βασιλικὸν, & ὠκίμαστρον. Οἱ δὲ ἄγριον βασιλικὸν, Ῥωμαῖοι ὀκιμάστρουμ. Pro ocimastro alii plantam ostendunt, quam vulgo betonicam appellamus aquaticam, scrophulariam alteram: & primam scrophulariã ocimastri alteram genus vocant. Scrophularia quæ major cognominatur quadrangularibus ac subinde cubito altioribus assurgit caulibus, colore ex obscuriore purpura nigricantibus, interius vacuis. Folio ab uno veluti geniculo semper bina contra se posita, lata, acuminata, per margines crenata urticæ majoris similia, sed majora, nigriora, & haud quaquam attactu urentia, sive pungentia: flosculi in summo alarũ parvuli, colore obscurè purpurei, forma exiguas cassides satis exprimentes in rotundis, sed tamen acuminatis

Scrophyllaria.



Betonica aquatica.



natis capitulis, semen succedit exiguum. Radix albida, veluti nodos ac tubercula multa profert, & obliqua ut plurimum nascitur, quandoque idcirco & progerminans. Memorabile est quod quidam referunt, vix aliam reperiri herbam, quæ diutius vireat, & ab interitu vindicetur. Germaniæ quædam mulierculæ in vigilia divi Ioannis in tabulato suspendunt, parietibus quoq; imponunt, supra janvas collocant, quibus in locis longo tempore viget, viridisque permanet & continuo repullulascit, adeò & ut circa festum nativitatis Domini nostri Iesu virentem eam invenire liceat. Secus agrorum margines, in scrobibus siccis non rarò provenit, ac in sylvis. Passim scrophulariam vocant majorem, ad differentiam minoris chelidonii, quod scrophulariam nuncupant minorem. Si tam diu duret viriditatemque ac vigorem tamdiu retineat, uti dictum est, non ineptè ἀείζωον nuncupari possit; nec video cur ἀμάραντον appellare eam non liceat. Quam betonicam vocant aquaticam caule, foliis, floribus, capitulisque jam descriptæ simillima est, caules quandoq; paulò crassiores, folia etiam subinde exiguùm majora. Radices autem hujus nequaquam nodosæ, aut tubercula eminentia habentes, sed ex multis tenuibus fibris commissæ, quibus à superiore potissimum differens est. Hæc juxta aquas profluentes emicat; ac secus scrobium, rivulorumque margines, ac fluviorum ripas; in aridis vix reperitur. Nullam video causam, cur betonicam vocarint aquatilem, tam betonicæ, quam plantagini similis est, neutram folio, flore, radice, semine refert. Malè ergo clymenon quidam asserunt. Plantiginis foliis scribit Dioscorides clymenon esse. Sed nec semen fert hederæ, quale clymenon habere tradit Dioscorides. De clymeno plura infra. Ocimastrum vel acimoides esse nequit. Ramuli dodrante majores sunt, quatuor dodrantes superans. Folia planè ocimo dissimilia sunt, nec siliquas fert hyoscyamum referentes. Nullum quoque lychnidis genus vascula fert; hyoscyamo comparari possunt, nec ullam lychnidem foliis ocimi esse puto, saltem behen vocatum & sylvestrem vulgarem flore albo talia folia habere nego? Sed demus vascula in quibus semen lychnidis est hyoscyamo similia esse. Folia tamen lychnidis dissimilia sunt, præterquam quod radices longæ, crassæque sint. Dioscorides ocimastrum & inutilem habere radicem tradit. Nugantur qui sesamoides Salmanticense Clusii pro ocimastro habent. Vide quæ supra diximus. Ocimastrum quæ referat planta nobis incognita est.

Δυσξηραντότερα. Corruptus Aldinus & Basileensis codex. In utroque scriptum est: δυσξηραντότερα δὲ, τὰ ἐμφλοιοσπέρματα καὶ τούτων * καὶ προαφαιροῦντες αὐτὰ ξηραίνουσιν, ἅπαντα δὲ πολύχοα καὶ πολυσπέρματα πολυκαρπότατον. In codice apud Aldi filios M.D.LII. expresso locus hic nitidius, quam in Basileensi legitur; δυσξηραντότερα δὲ τὰ ἐμφλοιοσπέρματα καὶ τούτων μάλιστα ὤκιμον. πάντα γὰρ ξηρανθέντα πολυκαρπότερα γίγνονται. διὸ καὶ προαφαιροῦντες αὐτὰ ξηραίνουσιν, ἅπαντα δὲ πολύχοα καὶ πολυσπέρματα. Theodorus legit, δυσξηραντότερα δὲ τὰ ἐμφλοιοσπέρματα, & τούτων μάλιστα τὸ ὤκιμον. ἅπαντα δὲ ξηραινόμενα εὐφορώτερα, vel πολύχοα, vel πολυκαρπότερα. διὸ καὶ προαφαιροῦντες. Plinius li. XIX. ca. VII. *Quæ in cortice sunt, difficillimè inarescunt, maximéque ocimum, & gith. siccantur omnia ac sunt fœcunda.* Corruptus & Plinii codex. Antiquus codex habet. *Quæ in cortice sunt difficillime maturescunt: maximeque ocimum & gyt. Siccantur omnia ac sunt fœcunda.* Scripsit Plinius, *Quæ in cortice sunt difficillime inarescunt, maximéque ocimum & gith siccata omnia sunt fœcunda.* Theophrastum ex altera Aldina lectione sic restitue, δυσξηραντότερα δὲ τὰ ἐμφλοιοσπέρματα, καὶ τούτων μάλιστα ὤκιμον. (si Plinium sequi velis adde καὶ μελάνθιον) πάντα δὲ ξηρανθέντα πολυκαρπότερα γίγνονται. διὸ καὶ προαφαιροῦντες αὐτὰ ξηραίνουσιν, ἅπαντα δὲ πολύχοα καὶ πολυσπέρματα. Πολύχουν. Voce sæpe utitur Theophrastus denotat idem quod πολύκαρπον lib. IV. capit. XII. de caus. plant. πολύχους πυρὸς, *triticum largè fructificans.* Cap. VIII. ejusdem libri, πολυχούστερα χέδροπα *legumina multo fœcundiora.* Puto tamen non sic scripsisse Theophrastum, verum in hunc sensum ἅπαντα δὲ πολυχίτωνα, πολυσπέρματα, id est, *omnia quæ pluribus tunicis includuntur fertiliora sunt*, ut respondeat τοῖς ἐμφλοιοσπέρματα. Sed quilibet sua fruatur opinione; Utraque lectio satis tolerari potest. Illa autem quæ vasculis inclusis semen ferunt, fertiliora esse extra controversiam arbitror; saltem ut plurimum plura semina ferunt.

Προσκαθήμενον; lege προσκαθιζόμενον. verte, *protinus enim singulis ramis copiosum semen racematim adhæret.*

τῶν σπειρομένων. Hæc in Aldino & Basileensi desiderantur. Legit Scaliger, τοῖς ἀπὸ σπειρόντων γινομένοις. Sic scribe, vel τοῖς ἀπὸ σπέρματος σπειρομένοις.

Εἰς τὸ ἀθρόον Basileensis codex. δοκεῖ δὲ καὶ εἰς τὸ ἀθρόον αὐτὸ εἰμένων καλλίω. Emendata Scl. εἰς τὸ αὐτὸ ἀθρόως θεμένων. Hæ-

ſeo utrum vulgata, an Scaligeriana melior. Utraque bona, & in eundem cadit ſenſum. Plin. lib. XIX, cap. VIII. *Utraque meliora naſcuntur acervatim ſato ſemine, quam ſparſo. Ita certe porrum & allium ſerunt in lacinia colligatum.* Theophraſtus non allium, ſed apium ſic ſeri docet. Quare pro allium ſubſtitui poterit apium. Quod ſequitur: *Apium etiam papillo cavernæ.* Non prohibet, pro *allium* ſcribere *apium.* Utrumque enim de apio, ut mox dicam, tradidit eodem capite, eodemque quaſi ſpiritu Theophraſtus. Porrum apiumque ſi acervatim ſerantur melius provenire teſtatur Caſſianus Baſſus, lib. XI. cap. XXIX. Ἔσται δὲ μέγιστα πάνυ τὰ πράσα, ἐὰν τις πανίον λινοῦν παλαιὸν τοῦ σπέρματος, τοῖς περὶ δακτύλοις συλλαβὼν, ἐνδήσῃ, εἶτα κόπρῳ περιπλάσας, in MS. περικλάσας circumfregeris malè) εὐθέως ἀρδεύσῃς (ἀρδεύσῃς MS. rectè) ὅλα γὰρ τὰ σπέρματα ἑνούμενα, ἐν αὐτῷ πράσον ἀποτελεῖ· τὸ αὐτὸ συμβαίνει ἐπὶ σελίνου. *Valde autem majores porri fiunt, ſi in panniculum lineum protritum & veterem, ſemen quantum tribus digitis apprehendi poteſt illigaveris, deinde ſtercore intexeris, ſtatimque rigaveris. Totus enim ſeminum acervus unitus, unum magnum porrum efficiet. Idem contingit etiam in apio.* Palladius in Februario tit. XXIV. *Item plura ſemina in unum ligata ſi depoſueris, grandis porrus naſcetur ex omnibus.* Idem in Aprili tit. III. *Apios majores facies, ſi ſemen quantum tribus digitis comprehendi poteſt, linteolo clauſeris rariore, & brevi foſſa obrueris. Ita omnium ſeminum germen capitis unius ſoliditate nectetur.* Allium autem acervatim ſeri, nec Palladius, nec Caſſianus ſcribit. Quare apud Plinium pro allio apium lego. Acervatim & aſparagus ſeritur, ut craſſiores turiones proferat. Idem Caſſianus. lib. XII. cap. XVIII. Σπείρεται δὲ τῷ ἔαρι ποιήσας οὖν βόθρους δακτύλων τριῶν, ἐντίθει καθ' ἕκαστον τοῦ σπέρματος κόκκους β ἢ γ. ἀπεχέτωσαν δὲ οἱ βόθροι ἀπ' ἀλλήλων διάστημα σπιθαμιαῖον. σπαρέντα δὲ διὰ τοῦ πρώτου ἔτους μὴ ὀχλείσθω, πλὴν τοῦ βοτανίζεσθαι. MS. βοτανιάζεσθαι. *Seminatur autem vere. Scrobes itaque digitorum trium facito, & in ſingulos ſeminis grana duo aut tria imponito. Diſtent ſcrobes inter ſe ſpacio dodrantali. Seminati autem primo anno non vexentur, præterquam quod rumentur.* Palladius in Martio. Tit. IX. *Hoc menſe aſparagos ſeremus circa Aprilis calendas pingui loco, humido, ſubacto, ita ut minoribus foſſulis ad lineam directis, bina aut terna grana ſemipedis ſpacio diſcreta ponantur. Dein ſtercore ſolum tegatur, & herbæ ſubinde vellantur, vel per hyemem ſupra ſtramina jaciantur primo verè tollenda. Hinc poſt triennium naſcentur aſparagi. Sed expeditior ratio eſt, ſi aſparagorum ſpongias ponas, quæ cito fructum miniſtrent. Hæc ſic fient. Semina aſparagi quanta tribus digitis comprehendere poſſit, poſt idus februarias pingui & ſtercorato ſolo in ſingulis foſſis ponis, & leviter obruis, his coeuntibus, radix connexa naſcetur, quæ appellatur ſpongia.*

Τὸ σέλινον, Caſſianus Baſſus lib. XII. cap. XXIII. Μεγάλα ἔσται σέλινα, ἐὰν πανίῳ παλαιῷ (εἰς πάνιον παλαιὸν) σπέρματος τοῖς περὶ δακτύλοις συλλαβὼν ἐνδήσῃς, εἶτα κόπρῳ περιπλάσας, εὐθὺς ἀρδεύσῃς (ἀρδεύσῃς) ὁμοίως δὲ μέγιστον ἔσται σέλινον αὐτοῦ (αὐτοῖς MS.) τὰς ῥίζας, ἄχυρα περιβάλῃς, καὶ ἀρδεύσεις (ἀρδεύσῃς) *Magnum evadet apium ſi ſeminis ejus quantum tribus digitis apprehendi poteſt in panniculum vetuſtum illigaveris, dein ſtercore injecto ſtatim rigaveris. Similiter maximum erit apium, ſi circum foſſis radicibus paleas adjeceris & rigaveris.* Plinius loco citato. *Apium etiam paxillo caverna facta, & fimo ingeſto. Ad incrementum,* inquit Theophraſtus, *locus confert.* Ideo cum apium transfertur, adigi tam altè paxillum præcipiunt, quam apium fieri magnum placet. Quin etiam & apii ſemen exceptum panniculo ſtercore terraque pleno, in cavernam paxillo jam antea recluſam demitti idem ſcribit.

Τοῖς σχήμασι. Quod de cucumere narrat, experientia confirmatur. Eadem Caſſianus Baſſus tradit lib. XII. cap. XIX. Μετασχηματισθήσεται δὲ εἰς ὃ θέλεις σχῆμα, ἐὰν ποιήσεις ὀστράκινα ἀγγεῖα, καὶ ἔτι μικροῦ ὄντος περιθῇς καὶ δήσῃς πληρώσουσι γὰρ τοὺς τύπους, καὶ τοὺς χαρακτῆρας ὅθεν καὶ καλάμους εἰς μῆκος τεμὼν καὶ γλύψας καὶ συνθεὶς καὶ περισφίγξας ἐν τούτῳ τὸν σίκυον ἢ τὴν κολοκύνταν μικρὰν οὖσαν ἐὰν (εἰ) βάλῃς, αὐξανομένη δι' ὅλου τοῦ μήκους, πληρώσει τὸν κάλαμον. *Transfigurabuntur in quancunque volueris figuram, ſi teſtacea feceris vaſa, eaque parvis adhuc circumpoſueris, & obligaveris, formas enim & characteres implebunt. Quare & arundine in longum ſecta, excavataque & compoſita & coarctata, ſi in eam cucumerem aut cucurbitam dum adhuc parva eſt immiſeris, augeſcens per omnem longitudinem arundinem explebit.* Palladius in Martio Tit. IX. *Aliqui florem cucumeris cum viticulæ ſuæ capite canna inſerunt, cui prius omnes nodos perforaverint: ibi cucumis naſcetur in nimiam longitudinem tenſus. Si ejus florem ſicut in ſua vita eſt, in forma fictili clauſeris, ac ligaveris, qualem vultum forma vel hominis, vel animalis habuerit, talem cucumis figuram præſtabit. Hæc omnia Gargilius Martialis aſſeruit.*

Ἂν τεθῇ. Aldinus codex & Baſileenſis habent, ἂν τεθῇ λαμβάνει κατὰ τούς. Alter Ald. codex ἐν ᾧ ἂν τεθῇ διαφορὰν δὲ καὶ λαμβάνει κατὰ τούς. Vulgata præſtat.

Γάλακτι βρέξαντες Supra cap. I. hujus libri, cucurbitam (idem enim an σικύαν, an σικὺ legas, de utroque enim cucumere & cucurbita verum eſt) lacte præmaceratum citius provenire. Hoc capite meliorem, ac ſapore præſtantiorem ait, quod lib. III. de cauſis repetit cap. XII. quo lectorem mitto. Idem teſtatur Columella lib. XI. cap. III. *Cucumis tener & jucundiſſimus fit, ſi antequam ſeras, ſemen ejus lacte maceres, nonnulli etiam quo dulcior exiſtat, aqua mulſa idem faciunt.* Pallad. loc. cit. *Semina ſi ovillo lacte & mulſo maceres, dulces naſcentur & candidi.* Idem de melone eodem capite tradit *Semina ejus mulſo, & lacte per triduum maceranda ſunt, & tunc jam ſiccata ponenda: hinc ſuaves efficientur. Odorati autem fiunt, ſi eorum ſemina multis diebus inter roſæ folia ſicca mergantur.*

ΚΕΦ. Δ. — CAP. IIII.

Quæ olera plurima habeant. Quæ pauciora, ut radix, id eſt, raphanus, rapa, braſſica, beta, cucumis, cucurbita, cuminum, lactuca, apium, cæpa, aſcalonia, gethyum, allium.

Γένη δὲ τῶν μὲν ἐστι πλείω, τῶν δ' οὐκ ἔστιν. οἷον, ὠκίμου, λαπάθου, † βλίτου, καρδάμου, εὐζώμου, ‡ ἀνδραφάξυος, κοριάννου, ἀνήθου, πηγάνου. τούτων γὰρ οὔ φασιν † εἶναι πλείω γένη, οὐδὲ γένους διαφοράν. τῶν δὲ ἀνάπαλιν πλείω γένη. τῶν δέ ἐστι, ῥαφανῖδος, ῥαφάνου, τεύτλου, σικύου, κολοκύντης, κυμίνου, σκορόδου, θριδακίνης. διαιροῦσι δὲ τοῖς τε φύλλοις, καὶ ταῖς ῥίζαις, καὶ τοῖς χρώμασι, καὶ τοῖς χυλοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις. οἷον τῆς ῥαφανῖδος γένη, Κορινθίαν, Κλεωναίαν, ‡ Λειοθαλασσίαν, Βοιωτίαν. εὐαυξεστάτην δέ φασιν τὴν Κορινθίαν. ἣ καὶ τὴν ῥίζαν ἔχει γυμνήν. ὠθεῖσθαι γὰρ εἰς τὸ ἄνω, καὶ οὐχ ὡς αἱ ἄλλαι κάτω. τὴν δὲ † Λειοθαλασσίαν, ἣν ἔνιοι καλοῦσι ‡ Βοιωτίαν, ἰσχυροτάτην πρὸς τοὺς χειμῶνας. τὴν δὲ Βοιωτίαν, γλυ-

† Βλήτου. ‡ Ἀτραφάξιος † Εἶναι γένη. ‡ Λειοθασίαν. † Λειοθασίαν. ‡ Τραχίαν.

GEnera autem aliis plura, aliis minime. Plura ut ocimi, ramicis, bliti, naſturtii, erucæ, atriplicis, corianni, anethi, rutæ: his enim diverſitatem generis deeſſe omnino volunt. Quædam è contrario pluribus conſtant generibus: ut † radix, braſſica, beta, cucumis, cucurbita, cuminum, allium, lactuca. Dividunt hæc foliis, radicibus, coloribus, ſaporibus, reliquiſque ejuſmodi. ‡ Vi radicis genera Corinthium, Cleonæum, † Liothalaſſium, Bœotium. Ampliſſime Contrinthia adoleſcit, quæ ‡ vel ſtirpe conſtat detecta: hæc enim ſurſum verſus protruditur, non ut cæteræ in terram ampliari ſolita eſt. † Liothalaſſia, quam Thraciam vocant, validiſſima adverſus frigora traditur. † Nuda Bœotia dulciſſima eſt, & figura rotunda: nec ut Cleo-

† Rhaphanus. ‡ Ut rhaphani genera. † Leiothalaſium. ‡ Lejothalaſia. † Nuda conſtat radice.

κυπάτην καὶ τῷ σχήματι στρογγύλην, οὐχ ὥσπερ τὴν Κλεωναίαν μακράν. ὅσων δ' αὖ ἡ λεῖα τὰ φύλλα, γλυκύτεραι καὶ ἡδίους. ὅσων δ' αὖ τραχέα, δριμύτεραι. γένος δέ τι παρὰ ταῦτά ἐστιν, ὃ ἔχει τὸ φύλλον εὐζώμῳ ὅμοιον. ῥαφανῖδος μὲν οὖν ταῦτα. γογγυλίδος δέ, οἱ μὲν φασὶν εἶναι, οἱ δ', οὔ φασιν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἄρρενι καὶ θηλείᾳ διαφέρειν. γίνεσθαι δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος ἄμφω· πρὸς δὲ τὸ ἀποθηλύνεσθαι πηγνύναι δεῖ μανάς· ἐὰν γὰρ πυκνάς, πάσας ἀπαρρενοῦσθαι. διὸ καὶ τοὺς σπερματισμοὺς μεταφέροντες, φυτεύουσι τὰς ἐκφύσεις † καταπαρείσας. ἔστι δὲ καὶ τὸ σπέρμα τῇ ὄψει τὸ χεῖρον καὶ βέλτιον, τὸ μὲν γὰρ χρηστῆς, λεπτόν, τὸ δὲ μοχθηρᾶς, ἁδρόν, χειμαζομένη δὲ χαίρει καὶ αὐτὴ καὶ ἡ ῥαφανίς. οἴονται γὰρ ἅμα γλυκαίνεσθαί τε, καὶ τὴν αὔξησιν εἰς τὴν ῥίζαν τρέπεσθαι, καὶ οὐκ εἰς τὰ φύλλα. τοῖς δὲ νοτίοις, καὶ ταῖς εὐδίαις ἐκκαυλεῖ ταχύ. τοῦτο μὲν οὖν λόγου δεῖται, τῆς ὁμοιώσεως ἐν ἀμφοῖν εἶναι τὰς διαφοράς. τῆς δὲ ῥαφάνου τριχῇ διαιρουμένης, ‡ οὐλοφύλλου τε καὶ λειοφύλλου, καὶ τρίτης τῆς ἀγρίας, ἣ τὸ μὲν φύλλον ἔχει λεῖον, μικρὸν δὲ καὶ περιφερές. πολύκλαδος δὲ καὶ πολύφυλλος, ἔτι δὲ χυλὸν ἔχουσα δριμὺν καὶ φαρμακώδη. διὸ καὶ πρὸς τὰς κοιλίας αὐτῷ χρῶνται οἱ ἰατροί. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ἐκείνῳ εἶναι δοκοῦσι διαφοραὶ καὶ ‡ ἕτεραι. ἐπεὶ ἄσπερμόν τι γένος αὐτῶν ἐστιν ἢ κακόσπερμον. τὸ δὲ ὅλον, ἡ οὔλη τῆς λείας εὐχυλοτέρα καὶ † μεγαλοφυλλοτέρα. εὐχυλότερον δὲ καὶ τῶν τευτλίων τὸ λευκὸν τοῦ μέλανος καὶ ὀλιγοσπερμότερον, ὃ καλοῦσί τινες Σικελικόν. ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς θριδακίνης. ἡ γὰρ λευκὴ γλυκυτέρα καὶ ἁπαλωτέρα. γένη δὲ αὐτῆς ἐστιν ἄλλα τρία. τό, τε πλατύκαυλον, καὶ στρογγυλόκαυλον, καὶ τρίτον τὸ Λακωνικόν. αὕτη δὲ τὸ μὲν φύλλον ἔχει σκολυμῶδες. ὀρθὴ δὲ καὶ εὐαυξὴς καὶ παράβλαστος ἐκ τοῦ καυλοῦ. τῶν δὲ πλατειῶν οὕτω τινὲς πλατύκαυλοι γίνονται, ὥστ' ἐνίους φασὶ καὶ θύραις χρῆσθαι κηπωρικαῖς. τὸ δὲ ὀπῶδες σφόδρα καὶ μικρόφυλλον καὶ λευκοκαυλότερον, ἔοικεν ἀγρίᾳ. τῶν δὲ σελίνων καὶ ἐν τοῖς φύλλοις καὶ ἐν τοῖς καυλοῖς αἱ διαφοραί. τὸ μὲν γὰρ πυκνόν, καὶ οὖλον, καὶ ‡ δασὺ τὸ φύλλον ἔχει. τὸ δὲ μανώτερον καὶ πλατύτερον, καυλὸν δὲ μείζω. τούτων δὲ πάλιν τὰ μὲν λευκόκαυλα. τὰ δὲ πορφυρόκαυλα ἢ ποικιλόκαυλα. τὸ δ' ὅλον ἅπαν τὸ τοιοῦτον ἐμφερέστατον τῷ ἀγρίῳ. σικύου δὲ καὶ κολοκύντης τῆς μὲν εἶναί φασι γένη, τῆς δ' οὐκ εἶναι. καθάπερ τῆς ῥαφανίδος καὶ τῆς γογγυλίδος. ἀλλὰ ἐν τῷ αὐτῷ γένει τὰς μὲν βελτίους, τὰς δὲ χείρους. τοῦ δὲ σικύου τρία, Λακωνικόν, Σκυταλίαν, Βοιώτιον. † τούτων δέ, ὁ μὲν Λακωνικὸς ὑδρευόμενος βελτίων. οἱ δὲ ἕτεροι ἀνύδρευτοι. διαφέρει δὲ γένει καὶ τὰ κρόμμυα, καὶ τὰ σκόροδα. πλείω δὲ τοῦ κρομμύου γένη. οἷον τὰ κατὰ τὰς χώρας ἐπικαλούμενα ‡ Γάρδια, Κνίδια, Σαμοθρᾴκια, καὶ πάλιν τὰ σητάνια, καὶ σχιστά, καὶ ἀσκαλώνια. τούτων δὲ τὰ μὲν σητάνια μικρά, γλυκέα δὲ εὖ μάλα. τὰ δὲ σχιστὰ καὶ ἀσκαλώνια, καὶ ταῖς θεραπείαις † διαφέρει, καὶ δηλονότι τῇ φύσει. τὸ σχιστὸν γὰρ τῷ μὲν χειμῶνι μετὰ τῆς κόμης ἀργὸν ἀπολείπουσι. ἅμα δὲ τῷ ἦρι τὰ φύλλα περιάγουσι τὰ ἔξω, καὶ τὰ ἄλλα θεραπεύουσι. περιαιρεθέντων δὲ τῶν φύλλων τὰ ἕτερα βλαστάνει, καὶ ἅμα κάτω σχίζεται. διὸ καλοῦσι σχιστά. οἱ δὲ καὶ ὅλως φασὶ πάντων δεῖν, ὅπως ἡ δύναμις εἰς τὰ κάτω, καὶ μὴ σπερματοφυῇ. τῶν δὲ ἀσκαλωνίων ἰδία τις ἡ φύσις. ‡ μόνα γὰρ σχιστὰ καὶ ὥσπερ † ἄγονα ἀπὸ τῆς ῥίζης. ἔτι δὲ ἐν αὐτοῖς ἀναυξῆ καὶ ἀνεπίδοτα. διὸ καὶ οὐ πηγνύουσιν, ἀλλὰ

† τὰς ἐκφύσεις καὶ πλατείας. Ald. & Bas. κατασπαρείσας καὶ οὕτως γίνεσθαι μεγάλας. Ita

‡ οὐλοφύλλου τε.

‡ καὶ ἑτέρα.

† ἡ δὲ λεία μεγαλοφυλλότερα.

‡ καὶ δασύ, καὶ λεπτόν. τὸ

† καὶ τούτων τὸν μὲν λακωνικὸν ὑδρευόμενον βελτίω γίνεσθαι, τοὺς δὲ ἄλλους ἀνυδρεύτους.

‡ Plinius σάρδια.

† Διαφέρει, δὲ δηλονότι τῇ φύσει, τὸ σχιστὸν γὰρ τῷ μὲν χειμῶνι μετὰ τῆς κόμης ἀργὸν ἀπολείπουσιν ἅμα δὲ τῷ ἦρι τὰ φύλλα τὰ ἔξω περιαίρουσιν, τὰ ἄλλα θεραπεύουσι.

‡ Μόνα γὰρ οὐ σχιστά.

‡ Ἄγονα Al. ger. Bas.

Cleonæa, prælonga. Quibus folia lævia, dulciores, suavioresque sunt: quibus autem scabra, acriores. Genus præterea redditur, quod foliis erucæ simile est. Radicis genera hæc notaverunt. Rapæ alii esse, alii non esse diversitatem generis putant: sed mari tantum fœminaque differre, nascique ambas ex eodem semine. Sed ut effæminentur, raras deponere oportere. Nam si densæ positæ sunt, omnes masculescere ajunt. Quod idem futurum etiam si in terra vitiosa severis. * Qua de causa semine satas plantatim transferentes deponunt. Semen quoque deterius meliusve visu percipi potest. Quod enim probum sit, tenue senties: quod vitiosum, crassum. Gaudet frigoribus & rapa & radix, & sic eas dulcescere putant: simulque incrementum in radicem non in folia verti. Austrinis atque † serenis temporibus celeriter caulescunt. Hoc igitur rationem sane exigit, quatenus in ambobus differentiæ similitudinis constant. Brassicæ autem trifariam datur divisio: aliam enim crispam, aliam lævem, aliam sylvestrem notarunt. Sylvestri folium leve, sed parvum, atque rotundum: & ramis foliisque permultis condita est. Ad hæc succum ‡ asperum, & instar medicamenti habet. quamobrem eo medici ad alvum purgandum sæpe utuntur; & * illud differentiam facit. Genus enim quoddam earum est, quod nullum aut parvum semen producat. In totum crispa succi bonitate & folii amplitudine, lævi præstantior est. Inter betas vero candida sapore nigra præstantior, pauciorumque seminum est; quam Siculam quidam appellarunt. Pari modo in genere lactucarum, candida dulcior atque tenerior. † Cujus tria genera addunt, laticaule, rotundicaule, & Laconicum. Huic folium ‡ carduo simile: & recta, * ampla, & à caule minime brachiata hæc est. Inter latas adeò quædam laticaules fiunt, ut pro † valvis hortorum hisce nonnulli utantur: Quæ verò lactis ad modum copiosa, & folio pusillo, & caule candidiori est, sylvestri simisis est. Apiorum cum in foliis tum in caulis discrimen utique constat. Aliud enim folio spisso, ‡ densoque, aliud rariori, latiorique, cauleque majori. Horum iterum aliud candidi caulis, aliud purpurei, aut versicoloris: verum ad summam, ejusmodi omne sylvestri proximum est. * Cucumeris atque cucurbitæ partim genera esse existimant, partim negant. Quemadmodum & in radicis ac rapæ generibus; sed in uno eodemque genere alias meliores, alias esse deteriores affirmant. Cucumeris genera tria notant, Laconicum, Scytalium, Bœotium. Ex his Laconicum melius rigatum evadit: reliqua non rigata præstantiora sunt. Differunt & cæpæ & allia genere. Sed cæparum genera plura, ut quæ à locis nomina accepere: † Gardiæ, Cnidiæ, Samothraciæ: item Setanicæ, & Fissiles: & Ascaloniæ. Ex his Setanicæ minimæ, sed admodum dulces. Fissiles verò, & Ascaloniæ, tum cultu, tum natura inter se differunt. Fissilem etenim hyeme sua cum coma inertem relinquunt. Vere externa folia detrahunt, & reliqua colunt. Detractis his foliis, altera germinant, simulque inferius finditur: unde fissiles appellatæ sunt. Quidam vel omnibus detrahenda folia censent, ut vim suam imo contineant, neque effusæ seminescant. Ascaloniarum peculiaris quædam natura notata est. Etenim ‡ solæ fissiles, & quasi steriles ab radice sunt, nec ea parte crescere, ac proficere possunt. Quamobrem non eas deponunt, sed semine serunt. * Cum deinde germi-

** Quâ de causa transplantes semine natas agnationes separatas deponunt, majoresque fient.*

† Tepidis.

‡ Acrem.

** Similiter & priorum brassicarum hæc videtur esse differentia, quod harum quædam nullum, quædam malum semen producant in totum crispa succi bonitate, lævis folii amplitudine præstantior & inter betas.*

† Cui tria alia genera.

‡ Scolymo.

** Insigni proceritate.*

† Ostiolis olitoriis.

‡ Et denso tenuique, aliud.

** De cucumere & cucurbita referunt, huic genera esse huic non quemadmodum etiam de rhaphano & rapa.*

† Sardia.

‡ Solæ non fissiles.

** Serunt, deinde quidem serius circa ver cum perficiuntur præ reliquis celeriter.*

περιαιροῦσιν αὐτά. καὶ σπείρουσιν ὀψὲ πρὸς τὸ ἔαρ εἶθ᾽ ὅταν βλαστήσῃ, μεταφυτεύουσι. τελειοῦται δὲ τοῖς ἄλλοις ταχέως. ὥσθ᾽ ἅμα τοῖς ἄλλοις ἢ καὶ πρότερον ἐξαιρεῖσθαι. πολὺν δὲ χρόνον ἐαθέντα ἐν τῇ γῇ, σήπεται. φυτευθέντα δὲ καυλὸν ἀφίησι καὶ σπέρμα φύει μόνον εἶτα κενοῦται καὶ αὐαίνεται. τούτων μὲν οὖν τοιαύτη τις ἡ φύσις. διαφέρει δ᾽ ἔνια καὶ τοῖς χρώμασιν. † ἐν νήσῳ γὰρ μὲν ἄλλα ὅμοια τοῖς λευκοῖς. λευκὰ δὲ σφόδρα τῇ χροιᾷ, φέρειν δὲ φασὶν ὅμοια τοῖς Σαρδιανοῖς. ἰδιωτάτη δὲ ἡ φύσις ἡ τῶν Κρητικῶν. παραπλήσια δὲ τρόπον τινὰ τοῖς Ἀσκαλωνίοις, εἰ μὴ ἄρα καὶ ἡ αὐτή. ἐν Κρήτῃ γάρ ἐστί τι γένος, ὃ σπειρόμενον μὲν ῥίζαν ποιεῖ, φυτευόμενον δὲ καυλὸν καὶ σπέρμα. κεφαλὴν δὲ οὐκ ἴσχει. γλυκὺ δὲ τῷ χυμῷ. τοῦτο γὰρ οἷον ἀνάπαλιν ἔχει τοῖς ἄλλοις. ἅπαντα γὰρ καὶ πηγνύμενα καὶ βελτίω καὶ θᾶττον παραγίνεται. πάντα δὲ φύεται μετ᾽ Ἀρκτοῦρον ἔτι θερμῆς οὔσης τῆς γῆς, ὅπως τὰ ὕδατα πεφυτευμένα καταλαμβάνῃ. καὶ ὅλα δὲ φύεταί τε καὶ διατεμνόμενα παρὰ τὴν κεφαλὴν, οὐχ ὅμοιαι δέ αἱ ἐκβλαστήσεις. ἀλλ᾽ ἐκ μὲν τοῦ κάτω γίνεται κρόμμυον, ἐκ δὲ τοῦ ἄνω χλόη μόνον. ὀρθὸν δὲ διατμηθὲν ὅλως, ἀβλαστές ἐστι. τὸ δὲ γήθυον καλούμενον, ἀκέφαλόν τι καὶ ὥσπερ αὐχένα μακρὸν ἔχον. ὅθεν καὶ ἡ βλάστησις ἄκρα, καὶ ἐπικείρεται πολλάκις ὥσπερ τὸ πράσον. διὸ καὶ οὐ φυτεύουσι. τὰ μὲν οὖν κρόμμυα σχεδὸν ταύτας ἔχει τὰς ἰδέας. τὸ δὲ σκόροδον, φυτεύεται μὲν μικρὸν πρὸ τροπῶν ἢ μετὰ τροπὰς, διαιρούμενον κατὰ ‡ γένη. διαφορὰ δέ ἐστιν αὐτῶν, ἥ τε τῶν ὀψίμων πρὸς τὰ πρώϊα γένος γάρ τι τυγχάνει τοιοῦτον. ὅ, τε ἐν ἑξήκονθ᾽ ἡμέραις τελειοῦται. καὶ μεγέθει καὶ μικρότητι. † καὶ τῷ μεγέθει γένος τι διαφέρον ἐστί. μάλιστα δὲ τὸ κύπριον καλούμενον τοιοῦτον. ὅπερ οὐχ ἕψουσιν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς μυττωτοὺς χρῶνται. καὶ ἐν τῇ τρίψει θαυμαστὸν ποιεῖ τὸν ὄγκον ἐκπαφλαζόμενον. καὶ ἔτι τῷ μὴ ἔχειν ἔνια τὰς γέλγεις. ἡ δὲ γλυκύτης καὶ ἡ εὐωδία καὶ ἡ ἁδρότης, σχεδὸν παρὰ τὰς χώρας γίνεται, καὶ τὰς θεραπείας, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων. τελειοῦται δὲ καὶ ἀπὸ σπέρματος, ἀλλὰ βραδέως. τῷ πρώτῳ γὰρ ἔτει κεφαλὴν ἡλίκην πράσου λαμβάνει, τῷ δ᾽ ὕστερον, ‡ γελγιδοῦται, καὶ τῷ τρίτῳ τέλειον γίνεται. καὶ οὐδὲν χεῖρον. ἀλλ᾽ ἐνιοί γε καὶ κάλλιον φασὶ τοῦ πηκτοῦ. τῆς δὲ ῥίζης ἡ γένεσις, οὐχ ὁμοία. τοῦ τε σκορόδου ὅταν ἀνοιδήσῃ ἡ γελγὶς, κυρτοῦται πᾶσα. καὶ ἐνταῦθα αὐξηθεῖσα, διαιρεῖται πάλιν εἰς τὰς γέλγεις. καὶ ἐξ ἑνὸς πολλὰ γίνεται τῷ τελεῖσθαι τὴν κεφαλήν. τὸ δὲ κρόμμυον εὐθὺς ἐκ τῆς ῥίζης ἄλλο καὶ ἄλλο παραφίησι, καθάπερ καὶ βολβοὶ, καὶ σκύλλα, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. καὶ γὰρ τὰ κρόμμυα καὶ τὰ σκόροδα, μὴ ἀναιρουμένων, ἀλλ᾽ ἐώντων, πολλὰ γίνεται. φέρειν δέ φασι καὶ τὸ σκόροδον κεφαλὰς ἐπὶ τῆς † σφύραγγος, καὶ τὰ κρόμμυα. περὶ μὲν οὖν τῶν γενῶν ἱκανῶς εἰρήσθω.

Marg.: † ἐν νήσῳ γὰρ τὰ μέν. — ‡ γέλγεις. — † καὶ γὰρ τῷ μεγέθει γένος τι διαφέρον. — ‡ γελγιοῦται. — † Gaza σφύραγγος. Al. Bas. ἐπὶ τῆς σφύραγγος. * σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα. Scribe φύραγγος, ὡς καὶ τὸ κρόμμυον.

germinatum sit, transferunt. Perficiuntur adeo celeriter, ut cum cæteris, aut etiam prius evelli possint. Plus temporis dimissæ in terra, putrescunt. Plantatæ caulem edunt, semenque tantummodo fundunt: tum exinaniuntur, atque inarescunt. Harum igitur talis natura est. Differunt & colore nonnullæ. † Etenim apud Isum cætera quidem candidis similes constant. Sed colore candidæ admodum proveniunt, Sardianisque similiter ferre affirmant. Cretensium peculiaris maxime natura notatur; sed ascaloniis quodammodo proxima, ni fortè vel eadem dici debeat. Est enim in Creta genus quoddam quod semine quidem satum in radice crassatur. Depositum verò, in caulem semenque totum funditur: sine capite, saporeque dulce est. Id enim quasi è contrario cæteris habet. Omnes namque depositæ melius celeriusque perficiuntur. Omnes post Arcturum proveniunt, tepido adhuc solo, ut depositas imbres occupent. Seruntur & toto capite, & cicunciso, sed germinationes haud similes fieri solent. Parte namque inferiore cæpæ nascuntur: superiore herba tantum erumpit. Sectæ in rectum germinare omnino nequeunt. Gethyum dictum sine capite est, & quasi longa cervice consistens. Ob id germinatio tota in fronde: sæpiusque retondetur, ut porrum. Qua de causa semine seritur id nec deponitur. Cæpas hisce fere differentiis discernere licet. Allium ante solstitia, aut paulò post solstitia seritur nucleatim divisum. Discrimen eorum, quod aliud præcox, aliud serotinum. Est enim genus quoddam ejusmodi, ut sexaginta diebus perfici possit. ‡ Differunt præterea magnitudine singulari. Cyprium vocatum maxime tale est, quod non decoquunt, sed in * moretis utuntur: & cum tunditur, mirum quam spuma increscat. Quid & illud differentiam facit, quod quædam non nucleis coagmentantur. † Dulcedo autem, & odor, & crassitudo, eorumque causa, tempore cultuque pene videntur contingere: etiam aliorum. Perfici etiam semine potest, sed tardè. Primo etenim anno ‡ caput accipit porri, sequente discerni in nucleos incipit, tertio redditur perfectum: nec quicquam deterius. Sed etiam quidam vel deposito melius id existimant. Radicis autem allii aut cæpæ, haud similis ortus fieri solet. Allii namque cum nucleus extumuerit, tota intorquetur: & hinc aucta in nucleos rursus discernitur, atque ex uno plura efficiuntur, dum caput consummatur. At cæpe continuo ab radice aliud, atque aliud * obducit: ut & bulbus, & scylla, & ejusmodi omnia. Etenim allia, & cæpæ, * ‡ si non evellantur, plura in dies fiunt. † Super fistula quoque, & allium capitari posse, & cæpe affirmant. Verùm de generibus satis est dictum.

Marg.: † Apud Issum cætera similia candidis, sed valde candidæ sunt, ajunt & similes esse Sardianis. — ‡ Possit. Differunt etiam in magnitudine & parvitate. Genus enim quoddam reperitur quod magnitudine singulari excellit. — * Et cum teritur in molem admirandam flatu intumescit. — † Et crassitudo ferè à regionis cultusque diversitate videntur. — ‡ In caput crescet, quantum porro esse consuevit. — * Producit. — ‡ Evellantur, sed crescere permittantur, plura. — † Membrana quoque qua involvuntur tam allium quàm cæpe, capita sive nucleos ferunt.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI AD CAP. IV.

Γένη δ᾽ οὐκ ἔστι φασί. *Hic falso negatur, genera esse diversa quorundam, iccirco dixit,* φασί. *Nam Ocymi genera multa sunt. Summa duo: Latifolium, & alterum pusillo.* Gentilem *vocant Itali. Prioris species duæ: vulgare, & Aranciatum. Olet enim Arancium; idque natura sua, manu satum nostra. Præterea blitum aliud latifolium, aliud non; item Lapathi differentia eadem. Habemus etiam nasturtium non unum, & erucam. Et Atriplicis Betæque modos tres à colore viridem, pallidum, sanguineum. Lege,* τούτων γὰρ οὔ φασιν εἶναι γένη.

Οἷον ῥαφανίδος. *Theodorus communem sequutus usum,* Radicis. *Tamen hic cum dicat distingui foliis, & radicibus: Ob fugiendam ambiguitatem, malim Græca voce uti.*

Ῥίζαν ἴσχει γυμνήν. *Theodorus,* Quæ vel stirpe constat detecta: *Obtundit sæpe cum suo* (vel). *Cæterùm nihilo prudentius ludit nos cùm tam sæpè sub stirpis appellatione radicem capit. Neque verò,* extirpare, *tam est radicem, quàm plantam vellere.*

Γλυκύτερα, καὶ ἡδίω. *Sicut & suprà: ubi Theodorus omiserat alterum. Sane* ἡδὺ, *est affectus saporis:* γλυκὺ, *species.*

Φυτεύουσι τὰς ἐκφύσεις καὶ πλατείας. *Lege,* καὶ οὕτως γίνεσθαι μεγάλας, καὶ πλατείας. *Theodorus omisit hæc: atque ambitiosam vocem,* plantatim, *commentus est. Notabis,* τὰς σπερματοπομένας, id quod exit è semine. *Et verbum,* μεταφέροντες, *hoc enim est* auferre: φυτεύουσι, exemptas deponere.

Ε'υδίαις. Lege, ἰνδίαις. *Neque dicas cum Theodoro,* serenis *sed tepidis. Nam Auster,* νότος, περὶ τὴν νοτίδα. *Hoc aliis libris latius disceptatum est.*

Τῆς δὲ ῥαφάνου. *Brassicam paucis nimium comprehendit differentiis. Nos nigram habemus, & sparsam, & collectam, & capitatam. Hic in hortis. & praeterea agrestes. Hic opponit* λεῖον *&* λεῖον, *malè, si superficiem spectes. Sed orae ipsae considerandae sunt. Est enim* τραχύτης *quaedam orarum* ἡ ἑλότης. *Hic* δριμὺν, *Theodorus interpretatur* asperum, *pessimè. Plinium tamen sequutus est: Qui alibi saporem asperum appellavit. Verùm id neque rectè, neque ex usu Philosophorum.*

Καθ' ἑτέραν. *Theodorus id omisit. Fortasse significat,* καθ' ἑτέραν φύσιν.

Ε'υχυλότερον δὲ καὶ τῶν πουτλίων. *Theodorus omisit conjunctionem, male. Etenim disjunctivam si ponas sine copulativa, videatur sensum disjungere. At non facit. Alba enim Brassica melior est. ita etiam Beta. Icciro dixit,* καὶ. *& mox,* ὡσαύτως δὲ καὶ θερλακίνης.

Καὶ θύραις χρῆσθαι. *Theodorus,* pro valvis. *Plinius ait,* ostiola olitoria, *non autem* valvas. *Vt postes intelligas, non fores, aut valvas. Ostium enim est vacuum inter positos antes, unde* postes. *ab ore* ostium. *Sicut* janua *ab hiatu, &* porta *à transitu. Valvae autem, & fores, materiae ipsae, quibus inane illud oppletur.*

Σικύου δὲ καὶ κολοκύντης, τῶν μὲν φασιν εἶναι γένη, τῆς δ' οὐκ εἶναι. *Rotundissima loquutio. Theodorus aliter transtulit.* Cucumeris, atque cucurbitae partim genera esse existimant: partim negant. *Vtrique attribuit, quod soli cucurbitae Philosophus. & ponit diversa judicia aequalia de utroque. Theophrastus unicum judicium de diversis. Sententiam de Cucurbita falsam esse vulgò notum est. Earum genera summa non pauca, species etiam permultas in nostris historiis exactissimè persequuti sumus. Sylvestria, Esculenta. Sylvestria duo. Medicamentarium, & hoc pensilibus hortulis topiario receptum opere. Esculentis generis vulgare, hybernum, indicum, & unum quod Melonis in modum extumentibus constat costis: apta figura sessile. Differentiae in colore, figura, usu multae.*

Καὶ δηλονότι τῇ φύσει γὰρ σχιστόν. *Lege,* καὶ δηλονότι φύσει. σχιστὸν γάρ.

Μετὰ τὴν χειμῶνος ἀργόν. *Nos sequuti filum orationis Theodori, emendavimus sic,* Μετὰ τὴν κόμης ἐᾶσαι ἀργόν. *Et pro,* περιάγουσι, *lego* περιαιροῦσι. *Animadvertemus brevitatem.* καὶ ὅλως πάντων δεῖν. *Deest enim,* ἀφαιρεθέντων, *scilicet* θεραπεύειν.

Μόνα γὰρ σχιστά. *Si ita est,* τὸ σχιστὸν, *non est genus distinctum ab Ascaloniis, sed affectus. Quare duo tantùm genera suprà fecerit, sic.* τὰ στατικὰ, *&* σχιστὰ ἀσκαλώνια. *Si ita sit, nequeat Theodorus addere conjunctionem ad hunc modum,* & Ascaloniae. *Verùm non sic se habet res. Nam mox* τὰ δὲ σχιστὰ, καὶ ἀσκαλώνια. *Itaque addenda negatio, sic,* μόνα γὰρ οὐ σχιστά. *Et rectè: quia illico subdit:* καὶ ὥσπερ ἄγονα ἀπὸ τῆς ῥίζης. *Est igitur mendum in libris, & error Theodori. Plinius qui Graeca voce usus est tanquam proprio nomine speciei, non tanquam appellativo:* Schista *enim vocat: cum haec interpretaretur omisit illa,* μόνα γὰρ οὐ σχιστά. *Et reliqua posuit: velut steriles sunt ab radice. Leges igitur* ἄγονα: *non,* ἄτονα.

Σπείρουσι δὲ ὀψὲ, περὶ τὸ ἔαρ. *Haec omisit Theodorus, quae tamen necessaria sunt. Nam si cum aliis eximuntur: & ait eas celeriter perfici ergo serius satae sunt. Nota loquutionem.* τελειοῦται δὲ τοῖς ἄλλοις ταχέως. *Theodorus omisit* τοῖς ἄλλοις, *quia mox ait,* ἅμα τοῖς ἄλλοις.

Ε'ν νήσῳ. *Theodorus legit,* ἴσα. *Apud Plinium scriptum est,* Samo. τὰ μὲν ἄλλα ὅμοια τοῖς λευκοῖς. τὰ μὲν ἄλλα, *scilicet figura & magnitudine, & ejusmodi: colore autem illas superare. Icciro addidit,* σφόδρα.

Κεφαλὴ δ' οὐκ ἴσχ. *pone.* κεφαλήν.

Διαιρετὴ κατὰ γένη. *Theodorus,* nucleatim divisum. *Nam Plinius nucleos appellat. Scribendum est,* κατὰ γέλγεις. *quia* γέλγεις, *etiam dicuntur. Itaque etiam mox,* τὰς γέλγεις. *Quod dum volunt mutare in,* γέλεις, *corrupere. Sic infrà* γελγώδεται.

Καὶ μεγέθει, καὶ σμικρότητι. *Altera differentia. Nam unam dixit jam.* ἥτε τῶν ὀψίμων. *Et mox,* καὶ ἔτι τῷ μὴ ἔχειν τὰς γέλγεις. *Itaque Theodorus male omisit. Sic igitur quae sequuntur scribes.* Καὶ γὰρ τῷ μεγέθει γένος τι διαφέρον ἐστί:

Μυττωτὸς. *Quid sit, Dioscorides in secundo. Athaeneus in septimo non semel. Suidas interpretatur* ex allio, caseo, ovo. Pulmentaria *rurìs appellat Plinius. Hermolaus ab odoris fastidio dictum prodit; malè sequutus grammaticos: potius ab acrimonia,* παρὰ τὸ μύειν. *Theodorus atque Hermolaus Plinij verbis,* ὄγκον, spumam *sunt interpretati. Sanè vox illa,* πνευματώδης *[illegible] ita persuasit. intumescit concepto spiritu.*

Η' δὲ γλυκύτης. *Theodorus addit:* Eorùmque causâ. *malè. Neque enim caussa à tempore, aut cultura est, sed ipsummet tempus, caussa. Mox* ἡλίκην σφαῖραν. *Theodorus,* caput accipit porri, *non insuavi quidem oratione. sed periculosa, tamen apud exercitatos in historia Plantarum. Quippe qui notam habeat transitionem, atque transformationem plantarum in plantas alias; ex his verbis putet, ex allio porrum fieri. Itaque* ἡλίκην, *sic circumscribemus. In caput crescere, quantum porro esse consuevit. Plinius quoque circumspectius.* Porri crassitudine capite efficitur.

Τῆς δὲ ῥίζης ἡ γένεσις οὐχ ὁμοία, *Theodorus addit,* allii aut cepae.

Περιφύεται, *Theodorus,* obducit. *Melius* producit. *Nam,* ob, *hoc in verbo significat,* circum.

Φέρει δέ φασι καὶ τὸ σκόροδον ἐπὶ τῆς σφόνδυλος σκόροδα, καὶ τὰ κεράμματα. *Corrupta, & omittenda potius, quam distorquenda. Theodorus legit* αὐλός. *Nescio tamen quomodo supposita fistula ferat allium: neque consilii rationem scio. Et ambitiosè* φέρει, capitari. *Ex Plinio nihil horum colligere quivi. Ejus error est, qui allii differentias à tempore agnovit. Principio ipsemet Vlpicum sub diverso ponit genere. Habemus nos majorem amplitudinem, quam quantum vola capi possit. Deinde duo genera videmus: alterum candidum, marinum vocant: alterum rubidum, duriore callo, sapore, & odoro, longè acriore. Tum autem hyemalibus gelationibus longè minus obnoxium. Praeterea est in Ægypto allium, quod nucleatum non est; sed solido constat capite. Ita erravit Plinius. Nam cum ex Theophrasto colligeret haec, quod coepit, non perfecit. Theophrastus enim & à tempore* τὰ ὄψιμα καὶ τὰ πρώϊα: *& à magnitudine,* τὸ κύπριον. *&, ab usu,* ὅπερ οὐχ ἕψεται. *& ab accidente,* πνευματώδες. *Et quae est differentia, aut substantialis, aut non longe diversa,* τὸ μὴ ἔχον τὰς γέλγεις. *Plinius duo tantum, tempus & magnitudinem: etiam de spuma addit, quod diximus.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Γένη δὲ τῶν μὲν ἐστι. Genera plantis aliis plura, aliis nulla esse ait. Inter ea quae generis nullam admittunt diversitatem recenset quaedam, quorum ipsi Graeci generum diversitatem agnovere. Rutae plura genera etiam antiquissimos Graecos observasse, quis negare ausit? Idem de ocymo, blyto, rumice, nasturtio aliisque dicere licet. Quod cum animadvertisset Gaza legit τῶν δὲ οὐκ ἐστι. Τὰ δὲ πλείω γένη οἷον ὤκιμον. Hanc lectionem veram non esse, ex iis quae sequuntur probatur, τούτων γὰρ οὖν φασὶν εἶναι πλείω γένη οὐ δὲ γίνεως διαφορὰν τῶν δὲ ἀνάπαλιν πλείω γένη. τῶν δ' ἐστι. In Basileensi locus hic corruptus extat τούτων γὰρ οὖν φασὶ εἶναι * τῶν δ' ἐστι. Vulgata lectio in altera etiam Aldina editione extat, nisi quod pro γένη γένει legatur. Theodori ergo lectio tolerari non potest. Theophrastus ut nodum hunc effugeret, addidit φασὶ, jam enim alios hoc scribere indicat, se autem tacitè arguit id non approbare.

Καρδάμου. De Nasturtio hoc capite agemus. Graeci κάρδαμον vocant, ut quidam volunt; quasi καρδάμον, quod colore & acrimonia sua caput tentet. Hoc etymon parum arridet. Contrarium docent Plinius & Cassianus Bassus. Plinius lib. xx. cap. xiii. *E contrario nasturtium Venerem inhibet* (contrarium apud Dioscoridem legitur. Ε'μβρυα φθείρει, ἔμμηνα κινοῦν, συνουσίαν παρορμῶν, ἔοικε δὲ σινάπει καὶ εὐζώμῳ. *Foetus in utero necat, menses cit ac Venerem stimulat.* Est ei denique natura sinapis & erucae seminis similis. Apud Dioscoridem ne mendi quidem suspicionem imaginari possum: Plinii lectionem improbare nequeo, quod idem apud Cassianum legatur bassum lib. xii. cap. xxvii. Α'φροδισίων δὲ ἐφεκτικώτερον ἐστι (ita ex MS lege codice) *res Venereas magis cohibet.* Uterque conciliari poterit, si dicamus, nasturtium modicè sumptum propter acrimoniam Venereas libidines excitare, immodicè vero, propter dissipantem vim & calfactoriam aereum dissipare spiritum, atque ita inutilem reddi Venerem. Possem & aliud adferre, recens natum nasturtium calidum & humidum esse, saltem non primum siccitatis gradum excedere. Ad Plinium revertor) *animum exacuit, ut diximus, duo ejus genera.* Sequitur. *Alterum est nigrius, quod capitis vitia purgat.*

Visum compurgat. Commotas mentes sedat ex aceto sumptum. Dein ex auctoritate Sextii. *Capitis dolores contrito & alopecias emendati, addito sinapi.* Verba Cassiani infra. Malunt alii παρὰ τὸ κόρας μύειν dictum, quod oculorum pupillas coeuntibus una palpebris abscondat. Lumina enim ad motum connivere subinde cogit, genamque genæ committi; è quo eventu καρδαμύττειν, quod *connivere* Latini dicunt, derivant. Grotianus, Καρδαμύσσειν καὶ σκαρδαμύσσειν τὸ τὰ βλέφαρα κινεῖν, καὶ εἰς ἐπίμυσιν ἄγειν, ἰδίως οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν. ἀπὸ τοῦ καρδάμου, ὃ ἄν τις προσενέγκηται συνεχῶς τὰ βλέφαρα ἐπιμύει. Id est, καρδαμύσσειν, vel σκαρδαμύσσειν, *significat, frequenter palpebras movere ac claudere. Peculiariter Attici his vocibus utuntur sumpta similitudine ab herba nasturtio, quam si quis admoveat, frequenter palpebras claudit.* Hinc apud comicos κάρδαμον sive κάρδαμα βλέπειν pro δριμὺ βλέπειν, eorum videlicet more, qui nasturtium gustarunt, vel, quorum oculis naribusque fuit admotum. Inde apud Hesychium, Κυμινοπρῖσται οἱ φειδωλοί, ὁμοίως καὶ καρδαμογλύφοι, de parcis, qui ob parcimoniam è nasturtio quoque, herba satis vili, desculpat aliquid. Reperiuntur qui κάρδαμον dictũ contendunt ἀπὸ τῆς καρδίας, quod foveat cor, & in syncope illa, quæ cardiaca dicitur, plurimùm valeat. Huic opinioni refragatur Dioscorides, qui stomacho, quod καρδίαν Græci sæpius vocant, inimicum esse scribit lib. II. cap. CLXXXV. δριμύ, κακοστόμαχον κοιλίαν ταράσσον. Ego ἀπὸ τῆς καρδάμου nomen huic plantæ impositũ esse non facilè negaverim. Immo verũ etymum ἀπὸ τῆς καρδίας censeo. Quod cordatos & sapientes efficiat. Huic opinioni favent Cassianus Bassus & Plinius; & quidem Cassianus Bassus lib. XII. cap. XXVII. Φασὶ δὲ τοὺς ἐσθίοντας κάρδαμον, ὀξυτέραν τὴν διάνοιαν γίνεσθαι. *Ajunt vescentes nasturtio mentis acumine subtiliores evadere.* Plinius li. XIX. ca. VIII. *Nasturtium nomen accepit à narium tormento; & inde vigoris significatio proverbio id vocabulum usurpavit, veluti torporem excitantis.* Postrema corrupta; Lege cum Cornario, viro summo: *Et inde vigoris significatio proverbio ejus esum significavit, (vel usurpavit) velut torporem excitantis.* Vel ex antiquo codice, in quo habetur, *proverbio id vocabulo usurpavit.* Scribo. *Et inde vigoris significatione proverbium id vocabulum usurpavit, velut torporem excitantis.* Sed prius magis placet. Adagium ad quod respicit Plinius est, Ἔσθιε κάρδαμον *ede nasturtium.* In socordem, ignavum, hebetem, stupidum olim dicebatur. Aristophanes ἐν θεσμοφοριαζούσαις. Ἐχθὲς ἔφαγον κάρδαμα. τί καρδαμίζεις; *Edi heri nasturtia, quid nasturtiaris.* Frequenti hac de causa in usu fuit apud antiquos Persas, quum adhuc frugalitatem amplecterentur. Xenophon de Cyri institutione lib. I. Διδάσκουσι δὲ καὶ ἐγκρατεῖς εἶναι γαστρὸς καὶ ποτοῦ. Φέρονται δὲ οἴκοθεν σῖτον μὲν, ἄρτον, ὄψον δὲ κάρδαμον, πιεῖν δὲ, ἤν τις διψῇ, κώθωνα, ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι. *Docent etiam pueros temperantiam. feruntque* (pueri) *domo pro cibo panem, pro obsonio nasturtium, ad potum verò capedinem, ut ex flumine aquam hauriant.* Eodem libro. Καὶ ὄψον δὲ τοῦτο ἔχουσιν οἱ τηλικοῦτοι, ὅ,τι ἂν θηράσωσιν, εἰ δὲ μὴ τὸ κάρδαμον. εἰ δέ τις αὐτοὺς οἴεται ἢ ἐσθίειν ἀηδῶς ὅταν κάρδαμον μόνον ἔχωσιν ἐπὶ τῷ σίτῳ ἢ πίνειν ἀηδῶς ὅταν ὕδωρ πίνωσιν, ἀναμνησθήτω πῶς μὲν ἡδὺ μάζα καὶ ἄρτος πεινῶντι φαγεῖν, πῶς δὲ ἡδὺ ὕδωρ διψῶντι πιεῖν. *At obsonium quidem hoc puberes habent quodcunque venati fuerint: nam si id minus, nasturtio vescuntur. Quod si quis existimet aut eos vesci injucunde, cum aliud nihil præter nasturtium addant ad cibum, aut potu minus suavi uti, cum aquam bibant in siti.* Hujus rei meminit Cicero lib. V. Tuscul. Quæst. *Persarum à Xenophonte victus exponitur: quos negat ad panem adhibere quicquam, præterquam nasturtium.* Idem lib. II. de finibus. *Sit voluptas non minor in nasturtio illo: quo vesci Persas esse solitos scibit Xenophon, quam in Syracusanis mensis, quæ à Platone graviter vituperantur: sit inquam tam facilis quam vultis, voluptatis comparatio: Quid de dolore dicimus?* Cæterum panem & nasturtium quotidianum Persarum antiquissimorum fuisse cibum, docet Strabo lib. XV. Geograph. ἡ δὲ καθ' ἡμέραν δίαιτα ἄρτος μετὰ τὸ γυμνάσιον, καὶ μάζα καὶ κάρδαμον, καὶ ἁλῶν χόνδρος. *Quotidianus ipsorum cibus post exercitationem est, maza, & nasturtium, & salis granum.* Non tamen causa primaria, quam dixi, videtur fuisse, cur Persæ uterentur nasturtio. Secundaria fortè fuit. Aliam ipse Xenophon refert lib. cit. Αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἐστὶ Πέρσαις καὶ τὸ [ἀπο]πτύειν, καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι, καὶ τὸ φύσης μεστοὺς φαίνεσθαι; αἰσχρὸν δὲ ἔτι καὶ τὸ ἰόντα που φανερὸν γίνεσθαι ἢ τοῦ οὐρῆσαι ἕνεκα, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς τοιούτου. ταῦτα δὲ οὐκ ἂν ἐδύναντο ποιεῖν, εἰ μὴ καὶ διαίτῃ μετρίᾳ ἐχρῶντο, καὶ τὸ ὑγρὸν ἐκπονοῦντες ἀνήλισκον, ὥστε ἄλλῃ πῃ ἀποχωρεῖν. *Nam nunc quoque turpe est apud Persas spuere, & emungi, & flatus videri plenos. Turpe etiam ducitur, si quis appareat quoquam ire aut mejendi, aut cujusquam hujusmodi rei gratia. Quæ quidem facere nullo pacto possent, nisi & victu modico uterentur, & humiditatem per laborem consumerent. Quo fit, ut ea alio quopiam secedant.* Hinc apud Suidam legitur, Κάρδαμα ἐπισχετικὰ οὔρων, τὰ κάρδαμα καὶ διὰ τοῦτό φασι τοὺς Πέρσας χρῆσθαι. φυλάττονται γὰρ πολλὰ πτύειν καὶ οὐρεῖν, καὶ ἀπομύττεσθαι. *Id est Cardamum* nasturtiũ *significat comprimere urinam, & oris superfluitates compescere eo nomine designatur. Persæ idcirco plurimo nasturtio vesci consueverunt, quandoquidẽ eximiè præcavent urinam emittere, spuere, atque idem emungere.* Hac si pollet facultate nasturtium, præstat id, quod insigniter exsiccet, calfaciatque; qua ratione superfluum humorem ad se trahit consumitque. Scribit idcirco Ammianus Marcellinus lib. IX. Persarum cadavera ob victus parcimoniam durescere stipitum more, nec in saniem liquari: nostra verò mox cæsa tabescere, ac putrescere, ut mortui nullius facies post quatriduum agnoscatur. Ad adagium revertor. Scribit vir magnus cur proverbio ἔσθιε κάρδαμον usi sint Græci, hanc fuisse causam, quod crediderint huic inesse efficaciam erucæ contrariam hanc vim vigoremque animi excitare, sed Venerem coercere, illam è diverso Venerem promovere, verùm mentem hebetare. Hoc docere videtur Plinius lib. XX, cap. XIII. ubi de eruca & nasturtio agit. *Nam de Venere stimulanda diximus. E contrario nasturtium Venerem inhibet, animum exacuit.* Supra dixi contrarium scribere Dioscoridem, nempe promovere Venerem nasturtium, quod etiam Simon Sethi probat. Φασὶ δὲ τὸν ἐσθίοντα κάρδαμον ὀξύτερον τὴν διάνοιαν ἐμποιεῖν καὶ ἀφροδισιαστικόν. *Tradunt quidam, qui nasturtium esitaverit, sensu ac mente acutiorem fieri, Venerisque appetentiorem.* Experientia & auctoritate Dioscoridis Simonisq; Sethi vir magnus fretus, scribit, vel Plinii codicem corruptum, vel Plinium nasturtii naturam non novisse. Uterque quomodo conciliari possit, supra dixi, nempe viride & recens natum nasturtium propter humorem, quem caliditati conjunctum habet, genituram augere, Veneream libidinem pungendo acredine sua excitare: idem arefactum, ac præcipuè semen calidum, siccum, acre admodum fieri, eaq; de causa copiosius sumptum, semen, substantiamque semini destinatam siccare ac arefacere, nec non dissipare spiritus. Hujus herbæ naturam tradunt, quod plantarum in propinquo nascentium humorem ad se vi quadam intima perliciendo cogat arescere. Aristoph. in Nub. act. I. Scen. III.

Οὐ γὰρ ἀλλ' ἡ γῆ βίᾳ
Ἕλκει πρὸς αὐτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος,
Πάσχει τ' αὐτὸ τοῦτο καὶ τὰ κάρδαμα,
Τί φῄς; ἡ φροντὶς ἕλκει τὴν ἰκμάδ' εἰς τὰ κάρδαμα.

Etenim vi sua
Tellus humorem notitiæ ad se detrahit:
Quod idem ajunt accidere nasturtio.
Quid ais? notitia humorem ad nasturtia trahit.

Nasturtium quasi nastortium, vel nares tortium, dicitur à narium tormento. Varro in Pappo. *Nasturtium nonne vides ab eo dici, quod nasum torqueat? Vestispicam quod vestes spiciat?* Huc spectat illud Moreti auctoris

Quæque trahunt acri vultus nasturtia morsu.

Nempe quod acrimoniæ vi quadam singulari præditum est. Unde est, ut supra dixi, à Græcis κάρδαμον dictum esse quidam contendunt. Aristophanes in Vespis;

Ὀξυθύμων καὶ δικαίων καὶ βλεπόντων κάρδαμα.

Acrium & justorum, & oculis qui exhibent nasturtia.

Plinius loco citato. *Nasturtium nomen accepit à narium tormento.* Recentiores nasturtium à Nicandro apud Athenæum lib. XV σαύρην dictum fuisse contendunt, & σαυρίδιον, ubi Agesilai coronam vernaculam ex Saura fuisse canit.

Σαύρηντ' ἢ χθόνιον πέφαται στέφος ἠγασιλίου.

Corruptus versus. Scribe. Σαύρη τ' ἢ χθόνιον πέφαται στέφος Ἀγασιλάου. Frustra vir magnus rejecta initiali litera in finem

nem vocis præcedentis legit. Αἴρη, δ', ἡ χθόνιον πίφατηι στέφ@ Αγησιλάου. *Quam probabilis, inquit, conjectura, αἴρην pro ἄυρην, vel σαύρην? neque aliena vero, ut arbitror sententia. videntur enim veteres è lolio mortuis serta & coronas texere soliti.* Non semel apud Virgilium legas, *infelix lolium. Quod ad morem hunc referri potest.* Ignoravit vir summus σαύρην herbam fuisse. Hesychius. Σαυρίγξη πόα τις κὴ σαύρη τὸ ζῶον. Ex his quidem constat σαύρην herbam esse, sed non qualis sit. Interpres Athenæi nasturtium interpretatur. Sic enim versum citatum vertit. *Nec nasturtium quam Agesilai vernaculam fuisse coronam ajunt.* An σαύρη dictum nasturtium quod instar lacertæ mordeat sua acrimonia. An quod lacertæ hac herba delectentur. Apud Hippocratem σαυρίδιον mentio fit, & nasturtium exponunt lib. de ulceribus. Τοῦ κυνοσβάτου τὰ φύλλα, ὥσπερ τὸν φακὸν σκευάζειν. σαυρίδιον οἴν@ κὴ λίνου καρπὸς παραμίγνυται λεπτὸς. Vertunt, *Rubi canini folia eo modo quo lenticulam præparate, vel nasturtium* (σαυρίδιον dicitur) *vini & lini semen contritum commiscentur.* Alia videtur sententia Galeni in Glossis, ubi scribit. Σαυρίδιον, ἡ κάρδαμις βοτάνη, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ σχῆμα ὁμοιότητος, ἡ αὐτὴ ἐ κάρδαμον ὀνομάζεται. *Sauridion, Cardamis herba à figuræ similitudine, eadem & cardamum vocatur.* Clarius Erotianus. Σαυρίδιον ὃ ἔνιοι καρδαμίδα καλοῦσιν, καρδάμῳ ἐοικυῖαν. ἔστι δὲ θερμαντικὸν τῇ δυνάμει. *Sauridion nonnulli cardamida appellant, nasturtio similem, facultate calfactivam.* Si nasturtio similis planta sauridium, ipsum nasturtium esse nequit. Clarè hoc Erotianus. Ego, salva meliori sententia, σαυρίδιον puto esse plantam, quam ἰβηρίδα & καρδαμαντικὴν vocari scribit Dioscorides, ac pro καρδαμαντικὴ apud eundem καρδαμὶς scribendum reor vel καρδαμίνη, ut apud Ætium legitur, ex sententia Cornarii; qui hunc Æthii locum pag. III. tetrabibli III. serm. IV. cap. II. citat, ubi hæc
„ habentur. De herba iberide, quæ & cardamine ap-
„ pellatur, ejusque sinapismo cap. II. Quod si vestigium
„ quoddam affectionis relinquatur, herbæ iberidis quæ
„ & cardamine appellatur. Ita interpres Latinus verba Aetii vertit. Quomodo in Græco codice legantur, ignoro. Ætii pars hæc nondum Græcè impressa. Non tamen dissimulandum, tetrabibli prima, sermone III. cap. clxxxiv. scriptum esse. περὶ τῆς ἰβηρίδ@ ἤτοι καρδαμαντικῆς, ἥτις καλεῖται κὴ λεπίδιον. Ex quibus vulgatam lectionem Dioscoridis non tentandam judico. Hac occasione, quia in iberidis incidimus mentionem, Marcelli codicem corrigemus, Capite ergo de podagra xxxvi. hæc scribit. Adpones herbam quæ in aquæ jugis decursu nascitur, quam Latinè berulam, Græcè cardaminen vocant: Scribo, quam Latini hiberim vel iberim vocant, Græci cardaminen. Vox iberis Latina est ab Iber, iberis, vel hiberis, quod in Hispania copiosa nasceretur. Simile mendum apud Neophytum; σίελδα, λεπίδιον, κὴ ἀγριοκάρδαμον. Corrigũt Ἰβηρίδα. Scribo ex Æginera, Galeno, cæteris ἰβηρίδα, λεπίδιον. Alibi ipse Neophytus κάρδαμον, οἱ δὲ κυνοκάρδαμον, οἱ δὲ ἰβηρὶς. Cæterùm planta hæc nasturtio facultate & facie adeò similis, ut à Galeno & aliis lib. VII. ἀγριοκάρδαμον dicta sit, Galenus lib. X. κατὰ τόπους vocari scripserit, βοτάνην ἰβηρίδα ἥν τινες καλοῦσι λεπίδιον, ἢ ἀγριοκάρδαμον. Nasturtium autem ipsum σαύρην dictum existimo, uti κάρδαμον nasturtium, καρδαμίνη & καρδαμὶς planta minor, quæ nasturtium refert, sic *σαύρη nasturtium*, & σαυρίδιον *nasturtium parvum*. Utrum autem Hesychius σαυρίγξη, an σαυρίδιον scripserit, doctioribus judicandum relinquo. Probabile fit recentiores Græcos pro σαυρίδιον σαυρίγξη, dixisse. Sed quid sit σαυρίδιον ex Hesichio tandem inveni. Non est Iberis, ut dixi, nec est nasturtium, ut viri magni existimant. Thlaspi est. Hesychius Θλασπὶς πόα (Scribo Θλάσπι, πόα) ἣν ἔνιοι σαύριον; *Thlaspi planta est, quæ & facie & viribus nasturtio proxima est.* Porro ipsum quoque nasturtium καρδαμίδα dictum fuisse Auctuarii scribit auctor. οἱ δὲ κυνοκάρδαμον, οἱ δὲ ἴβηρις, οἱ δὲ κάρδαμιν ἀκμή. Interpres legit, καρδαμίνη, ἢ καρδαμαντικήν. Scribo καρδαμίδα vel κάρδαμιν ἢ καρδαμαντικήν. Κάρδαμιν vel potius καρδαμίδα dictum fuisse Nasturtium ex Plutarcho περὶ εὐθυμίας *Animi tranquillitate* constat. Εἶτα τῆς νόσου διαλυθείσης, κὴ κράσεως ἐπιεικοῦς γενομένης, ἦλθεν ἡ ὑγιεία φίλα πάντα ποιοῦσα κὴ προσηνῆ. Ὁ γὰρ χθὲς ὠὰ κὴ ἀμύλια, κὴ σιτάνιον ἄρτον διαπτύων σήμερον αὐτόπυρον ἐπ' ἐλαίαις ἢ καρδαμίδι σιτεῖται προσφιλῶς κὴ προθύμως. *Morbo autem fugato, aliaque facta temperie, sanitas redit, omnia grata redigens atque jucunda. Qui enim heri ova, amylum, panem è cribrata farina respuebat, hodie cibarium panem cum oliva & nasturtio comedit alacriter ac suaviter.* Supra dixi, Persas pro obsonio vesci nasturtio. Quem etiam morem apud Græcos obtinuisse testatur Galenus. Ἡμεῖς δὲ κὴ ἐπὶ χλωρῷ, ἀλλὰ τὴν μικτὴν τῆς ὑδατώδους ὑγρότητος ἀπολείπει πάμπολυ, κὴ οὕτως ἐπὶ μίγνυσθ@ ἐν τῷ ζῆν δὲ τὴν δῆξιν; ὥστε κὴ μετ' ἄρτου δύνατον αὐτῷ χρῆσθαι καθάπερ ὄψῳ. *Humidum verò adhuc, & virides propter aqueæ humiditatis admistionem, multo semine inferior est*: (in calfaciendo & exiccando) *adeoque sic mordacitas ejus temperata est, ut cum pane eo uti liceat, ceu obsonio.* Eundem usum recens natum nasturtium apud nos obtinet. Batavi enim cum pane & butyro Majo mense frequenter nasturtium comedunt. Inditur & acetariis, veluti draco & eruca: atque hujusce causa maximè seritur. Nasturtium variis in locis à Theophrasto describitur lib. VII. cap. VIII. inter ea numerat quæ semina ferunt firmiora. Lib. I. cap. XIX succo constare acri scribit. Lib. VII. cap. I. quinto à satione die germinare, ex veteri melius provenire semine; quodvis anni tempus ad ejus sationem commodum esse, hyeme excepta, celeriter nasci, & citò in caulem assurgere, semenque perficere, attamen observatum esse, serius satum non tam cito attolli. Dioscorides lib. II. cap. clxxxv. ubi nasturtii vires recenset, nullas notas tradidit; quod suo ævo nota satis planta; descriptionem tamen ejus ex aliis capitibus petere non ita operosum est. Lib. II. cap. clv. sisymbram alterum gustu nasturtium repræsentare docet. Καρδαμίνη δ' ἔνιοι λέγουσιν διὰ τὸ ἐοικέναι καρδάμῳ τὴν γεῦσιν. Lib. I. cap. ult. tradit iberidem folio esse nasturtii, ἔχει τὰ φύλλα παρόμοια καρδάμῳ. Eodem capite scribit. Ἔχει δύο ῥίζας παρομοίας καρδάμῳ θερμαντικὰς κὴ καυστικὰς, Radices binas habet nasturtio similes calfaciendi & adurendi vi præditas. Hoc aliter Damocrates & Ætius.

> Ἡ ῥίζα δὲ κὴ ὀσμὴν δριμυτάτην ἔχει
> Μάλιστα πάντων καρδάμῳ προσεμφερῆ.
>
> *Odorem habet radix & inde acerrimum*
> *Vere similem quam maxime nasturtio.*

Ætius lib. I. ῥίζαι δ' ὄζουσιν οἷον καρδάμου. Radices nasturtium odore referunt. An itaque scripsit Dioscorides ἔχει δὲ δύο ῥίζας τῇ ὀδμῇ παρομοίας καρδάμῳ? An vero de gustu verba Dioscoridis intelligenda sunt. Vulgata lectio apud Oribasium reperitur. Sed uterque codex corruptus est. Idem Dioscorides lib. II. cap. clxxxviii. de erysimo ἐν οἷς δὲ σπέρματα μικρὰ, καρδάμῳ παραπλήσια, πυρώδη κατὰ τὴν γεῦσιν. Quibus exigua concluduntur semina nasturtii similia, fervidoque gustu. Theophrastus, ut supra dixi, inter ea recenset nasturtium, quæ generis diversitatem non cognoscunt. Dioscorides tamen varia genera nasturtii novit, quod ex his verbis constat. Κάρδαμον κάλλιστον μὲν εἶναι δοκεῖ τὸ ἐν Βαβυλῶνι κάρδαμον πάντως δὲ τὸ σπέρμα θερμαντικὸν, δριμὺ, κακοστόμαχον. *Nasturtium optimum constat esse Babylonicum: cujusvis autem nasturtii semen excalfacit: acre est & stomacho inimicum.* Nicander non quidem Babylonicum laudat, sed Medicum: credo quod propè Mediam sita sit Babylonica, vel quod sub Medorum quondam potestate fuit.

> Πολλάκι δ' ἢ πέπερι κόψας νέον, ἢ ἀπὸ Μήδων
> Κάρδαμον ἀμπείσαιο.
>
> *Sæpe recens etiam piper, aut nasturtia tunde*
> *Medica.*

Scholiastes. Καὶ τὸ ἀπὸ μήδων δὲ κάρδαμον, ὃν τὸ Βαβυλώνιον ἄλλοι Περσικὸν φησι. Cum dicit Medicum nasturtium non intelligit Babylon. sed Persuum Contrariũ credo, quod Dioscorides laudet Babylonicum. Persicum qui commendant repperi neminem. Plinius Arabicum præferre videtur. lib. XIX. cap. VIII. *In Arabia miræ magnitudinis dicitur gigni.* Idem lib. XX. cap. XIII. duo nasturtii genera describit, albidius, & nigridius; illud sativum, hoc sylvestre: optimum tamen Babylonicum esse tradit. Recentiores dividunt in hortense, pratense, aquaticum & montanum. De pratensi alibi egi, ut & de aquatico. Hoc capite de sativo nobis sermo. Angusta, laciniata, ac dissecta, non tamen magna sunt nasturtio foliola: cauliculi rotundi, pede altiores, flosculis primùm albidis, deinde valvulis parvis rotundiusculis gravidi, in quibus semen russo colore rubens. In hortis seritur; quocunque provenit solo, præsertim si rigetur. Notandum, antequam caulescat, nasturtium habere folia modicè lata, divisaque: postquam caulem edidit folia mutare, ac oblonga,

Narſturtium hortenſe.



Narſturtium Babylonicum.



longa, tenuia, digiti longitudinem æquantia fieri. Folia quoque ſunt vel latiora, vel tenuiora, majora vel minora, læviora, albidiora, ſubhirſuta, magis minuſque diviſa. Reperitur & criſpum, cujus folia ſunt criſpa. Hoc genus quidam, neſcio qua auctoritate ducti, Babylonicum vocant. Alii drabam Dioſcoridis, naſturtium vocant Babylonicum, alii Orientale vocant. Et Naſturtii generibus annumerari debet. Deſcribitur à Dioſcoride, lib. II. cap. clxxxvII. Δράβη ἡ πόα πήχεως ἔχουσα ὕψος, ῥάβδους λεπτούς. παρ' ἑκάτερα δὲ τὰ φύλλα ὥσπερ λεπιδίου, ἁπαλώτερα δὲ καὶ λευκότερα, ἐπ' ἄκρου δὲ σκιάδιον καθάπερ ἀκτῆς (fortè ἄκτης) ἔχον ἄνθη λευκά. (vulgati codices λεπτά, quam lectionem probat Manardus.) *Draba herba adcubiti altitudinem aſſurgit, virgultis, & foliis ex utroque latere ceu lepidii, ſed mollioribus & candidioribus. In cacumine verò ſambuci umbellam gerit, candidis floribus præditam.* Caput hoc legitimum Dioſcoridis eſſe negant, & his probant argumentis I. quod Draba nec Græcum, nec Latinum ſit vocabulum. II. Quod nec apud Oribaſium, Galenum, Æginetam, Ætium drabæ fiat mentio. III. Quod in MS. Græco exemplari in ſecundo hoc libro bis ejus reperiatur deſcriptio, ac primum poſt thlaſpi, dein poſt glaſti capitibus ad libri calcem; quo loco non draba ſed arabis legitur, eademque illi adſcribuntur quæ drabæ. Etiam inter notha Aldini codicis hoc caput cum arabis deſcriptione reperitur. Ad hæc argumenta uno verbo reſpondetur, verum hujus plantæ nomen non eſſe drabam, aut arabem, ſed βράβην; quod vel ſerie alphabetæ Oribaſii probatur, qui Brabæ omnia illa adſcribit, quæ Dioſcorides drabæ. Βράβη dicitur, παρὰ τὸ βραβεύειν quod palmã ferat, ſuperetq; ſua præſtantia reliquas plantas obſonio dicatas. Cordus Plinium dryophoni nomine brabam deſcribere exiſtimat lib. xxvII. cap. Ix. Ubi poſtquam de dryopteri egiſſet, hæc refert. *Dryophonon ſimilis herba eſt, cauliculis tenuibus, cubitalibus, circumdatis utrimque foliis pollicari amplitudine, qualia oxymyrſines, ſed candidioribus, mollioribuſque, flore candido ſambuci.* Brabam, ſive potius drabam Dioſcorides folia ferre lepidii ait; quæ an cum oxymyrſines comparari poſſint norunt Botanici. Pro draba habent plantam, cujus imaginem exhibemus. Folia hujus lepidii ſimilia ſunt, quandoque dentata, aliquando non dentata, molliuſcula, colore albeſcente, hirſuta, radicem ab ima umbellis tenus veſtientia; caulem habet cubitalem fermè, exilem; flores in umbella albicantes, ſambuco ſimiles, attamen minores; ſemen acre, ſubrotundum, albidum, milii magnitudine, acriore & ferventiore guſtu, quam planta: radice albida & nonnihil tuberculis interdum extantibus. Mature admodum floret, ad Martii, & Aprilis menſis uſque finem; ſæpe Maij. Clariſſimus Dodonæus aliam

Draba Dodonæi.



plantam

plantam drabæ, vel potius brabæ nomine exhibet, quã vulgo thlaspi Candiæ vocant. *Draba*, inquit, *caule assurgit pedalis altitudinis, aut proceriore, in tenues ramulos sparso: foliis oblongis, angustis: fastigiantibus muscariis flosculis è ceruleo rubroque permistis, utrisque dilutis, eleganter purpurascentibus: succedunt thecæ parvæ, infractæ alterius tlaspios vulgaris magnitudine, in quibus semen similiter acre veluti narsturtii. Hujus verò & species quædam flosculis, in umbellis candidis, veluti sambuci.* In hortis apud nos colitur. *Sponte in Pannonia superiore, Austria nunc dicta, locis incultis, & secus vias hæc nascitur. Iulio ac Augusto mensibus florem ac semen profert.* Cur Thlaspi dicatur, docet Galenus lib. I. de Antidotis cap. XIV. ubi quodnam thlaspi optimum sit præscribit, & quot genera præstantiora esse tradit. Μόνον οὖν εἰπεῖν ἔτι περὶ θλάσπεως ἀναγκαῖον ἐστὶ, ἐπειδὴ καὶ σχεδὸν ἅπαντες ἐμβάλλουσιν, τὸ, ἐκ τῆς Κρήτης φερόμενον, καὶ τὸ πανταχόθεν γεννώμενον, ὅπερ ἐστὶ τῇ χροιᾷ μὲν ὑπόξανθον, τῷ σχήματι δὲ στρογγύλον πάνυ σμικρὸν, ὡς εἶναι κέγχρου πολλοστὸν μέρος. ἄμεινον δὲ τὸ ἀπὸ Καππαδοκίας κομιζόμενον ἐμβάλλειν, τῇ χροιᾷ μὲν ἐπὶ μελάντερον ἀποκεχωρηκὸς πάμπολυ, τῷ σχήματι δὲ ἀκριβῶς στρογγύλον, καὶ τῷ μεγέθει πολλῷ γε μεῖζον, ἢ κατὰ τὸ προειρημένον, ἔχον δὲ κατά τι μέρος ἑαυτοῦ, καὶ οἷον ἔνθλασμά τι μικρὸν ἀφ' οὗ καὶ ὠνομάσθη θλάσπι. γεννᾶται δὲ ὥσπερ καὶ τοῦτο οὕτω καὶ ἕτερον ἐν Καππαδοκίᾳ πάμπολυ, ὥστε οὐχ ἁπλῶς τὸ ἀπὸ Καππαδοκίας φερόμενον ἄριστόν ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἰδίως ἐν αὐτῷ γεννώμενον, ἀνόμοιον δὲ τῷ Κρητικῷ τε, καὶ πολλαχόθεν τῆς γῆς φυομένῳ. Postrema corrupta esse vel Græcæ linguæ parum peritus videbit. Scribe ἀλλὰ τὸ ἰδίως ἐν Ταύρῳ γεννώμενον. *Hoc unum prætermittere nequeo, utuntur omnes ferè thlaspi, quod è Creta adfertur, aut ubique nascitur, colore inter luteum & ruffum medio (id est, ex luteo ruffum) figura rotundum, exiguum, adeò ut grano milii cedat: melius autem est è Cappadocia allatum imponamus, (Theriacæ) Hoc ad nigredinem quam plurimum inclinat, figuramque non exactè rotundam habet, & ante dictum magnitudine permultum superat, atque ab uno latere parvam quandam veluti compressionem præ se fert, unde & nomen obtinuit. Provenit autem ut hoc, sicut & illud in Cappadocia quam plurimùm, ideoque non absolute quod illinc asportatur optimum censendum est: sed quod peculiariter in Sauro (ita interpres, verte in Tauro Cappadociæ monte) nascitur, nec Cretico, nec passim nascenti simile.*
« *Nomen ergo accepit* ἀπὸ τοῦ θλᾶν, *infringere, à fructus forma*
« *qui veluti infractus & confusus est. Hujusmodi thecas quia*
« *draba sive braba à Dodonæo descripta fert, non inepte ad*
« *Thlaspi classem referri potest. Thlaspi describit Dioscori-*
« *des* lib. II cap. CLXXXVI. Θλάσπι βοτάνιόν ἐστι στενὸν τοῖς φύλλοις ὡς δακτύλου μῆκος, πεπτωκόσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀκροσχιδέσιν, ὑπολιπάροις, καυλὸν δὲ λεπτὸν ἀνίησι διασπιθαμιαῖον ἀποφυάδας ὀλίγας ἔχοντα, καὶ περὶ ὅλον αὐτὸν καρπὸς ὑπόπλατυς ἐξ ἄκρου. ἐν ᾧ σπερμάτιον ἐμφερὲς καρδάμῳ, δισκοειδὲς, οἱονεὶ ἐντεθλασμένον (ἐξ οὗ τὸ ὄνομα ἔσχηκεν) ἄνθος δὲ ὑπόλευκον ἐν ὁδοῖς καὶ ἐπὶ τοιχῶν καὶ ἐπὶ θριγκῶν φυόμενον, σπέρμα δριμὺ, θερμαντικόν. *In antiquo codice legitur*, Οἱ δὲ σινηπὶ περσικὸν ἢ ἄγριον θλάσπι. *Alius in margine addidit* πιδεγαλλινάκιουμ, *quod huic non competit. In eodem antiquo codice pro* διασπιθαμιαῖον, σπιθαμιαῖον *legitur: & pro* ἐπὶ τοιχῶν καὶ ἐπὶ θριγκῶν *leni discrimine* καὶ θριγκοῖς καὶ τάφροις Drag. θριγκοῖς καὶ τάφροις. *Thlaspi herbula est angustis foliis, digitali longitudine, in terram versis, in cacumine divisis, ac subpinguibus. Caliculum autem emittit tenuem, binum dodrantum altitudine, cui pauci adnascuntur ramuli: circa verò ipsum totus fructus est, summa sui parte modicè latus: quo semen includitur exiguum, nasturtio simile, disci effigie, veluti infractum compressumque, unde & nomen accepit. Flos albicat: Nascitur in semitis,*
« *parietibus ac sepibus. Semen acre, excalfaciens. Cæterum*
« *Plinius & Ruellius pro* δισκοειδὲς, φακοειδὲς *legerunt, hoc*
« *est, lenticulæ formam referens, sumpta tamen (ut observa-*
« *vit rectè Ianus Saracenus) lenticulæ voce (veluti & φακὸς*
« *apud Græcos usurpatur) pro eo vasis genere, quod ad lenti-*
« *culæ modum conformatum est. Sic & humor cristallinus*
« *apud Ætium,* ὑγρὸν *alias* φακοειδὲς, *alias* δισκοειδὲς *appellatur. Plinius lib.* XXVII. *cap.* XIII. *Thlaspe* (ita & in antiquis codicibus legitur, puto scribendũ ex Dioscoride Galeno, & aliis thlaspi) *duorum generum est, angustis foliis, digitali longitudine & latitudine in terram versis, in cacumine divisis, cauliculo semipedali, non sine ramis, peltarum specie, semine incluso lenticulæ effigie, nisi quod infringitur, unde nomen. Flos albicat. Nascitur in semitis & sepibus. Semen asperi (acris Dioscorides) gustus, bi-*
« *lem & pituitam utrumque extrahit. Thlaspios plura ge-*
« *nera invenerunt recentiores. Vulgatissima & proximè ad*
« *Dioscoridis codicem accedentia Dodonæo descripta hæc sunt*
Primum latioribus est foliis atque oblongis, utroque margine nonnibil incisis: caule pedem alto, non absque adnatis ramulis; circa quos flosculi primum albidi, postea verò planæ, rotundiusculæ valvulæ, superiore parte fissæ ac infractæ, in quibus semen nigricans, acre ac fervens gustu, allium etiam nonnibil resipiens, radix tenuis est. Alterius

Thlapsios primum genus.



Thlapsios secundum genus.



folia

folia minora sunt & acuminata, caulis similiter ramosus & paris altitudinis: cauliculi quoque ramosi, flosculi albidi, valvulæ planæ, rotundæ ac infractæ, sed minores multò: semen acre, mordax, nasturtio simile. Tertium cauliculis tenuissimum est, sed magis ramosum: folia exilia, valvulæ minimæ, semen valdè exiguum; non tamen minus quam superiorum dacre aut fervens; juxta vias, sæpe in agris, locis non raro saxosis ac incultis thlaspi gignitur. In Bohemia & Germania frequentia sunt, nec Batavia iis destituta est: Rheni saxosam amant ripam. Primum genus **visch crupt/** *& scorodo thlaspi in Batavia vocatur, tertium genus* **besemcrupt.** Supra cap. de nasturtio probavimus Thlaspi esse σινάπιδιον cujus apud Hippocratem fit mentio. Porro & aliud Thlaspi genus Dioscorides ad finem capitis describit, quod thlaspi Cratevæ vocat. Ἱστορεῖ δὲ Κρατεύας καὶ ἕτερον Θλάσπι, ὅ τινες Περσικὸν σίνηπι καλοῦσι, πλατύφυλλον καὶ μεγαλόῤῥιζον. i.e. *Porro alterum etiam thlaspi recenset Cratevas, quod aliqui Persicum sinapi vocant latis foliis & radicibus magnis.* Plinius loco citato, *Alterum thlaspi, Persicum napi* (vetus sinapi, quod idem) *latis foliis, radicibus magnis, & ipsum utile ischiadicorum infusioni.* Difficile ex paucis his quispiam judicabit, quodnam Cratevæ thlaspi sit. Clarissimus Dodonęus violam latifoliam, sive bolbonac thlaspi Cratevæ esse existimat. *Folia*, inquit, *viola latifolia promit, virentia, lata, per ambitum crenata, alliariæ vocatæ herbæ similia, sed majora: caules rotundos, ramosos: flores leucoii; colore purpureos, subcæruleos; quos sequuntur latæ, planæ, & propemodum rotundæ siliquæ, ex tenuissimis membranis, veluti laminis compactæ; intra quos semina plana, lata, obscuri coloris, forma quodammodo διχοτόμου lunæ, inter quæ media tertia membrana. radices subsunt crassæ, candidæ, in diversa tendentes, pæoniæ fœminæ alterius, radicibus quodãmodo similes, sed minores, & tenuiores, intus porosæ. Belgæ hanc violam unà cum aliis in hortis serunt. Flores Aprili prodeunt mense, altera à quo sata est anno vocatur. credo à bulbosis radicibus bolbonac, voce barbara. Alii* **penninc bloemen** / *à siliquarum forma, denarium quodammodo referente, &* **Paesch-bloemen**/ *quod circa Paschæ solemnitatem ferè semper floreat, nominant. Recentiorum plerique lunariam: alii lunariam Græcam appellant, vel ab ipsius seminis figura, aut siliquarum mediæ membranæ argenteo splendore, quo, decidentibus per summam siccitatem cum semine ex utraque parte membranis, nitet. Veterum autem thlaspi alterum videtur, quod videlicet à Crateva describitur, à nonnullis sinapi Persicum appellatum. Nam, ut Dioscorides ait, Cratevas quoddam thlaspi recenset* πλατύφυλλον καὶ μεγαλόῤῥιζον, *id est latifolium & magnis radicibus: qualis omnino viola est, quam latifoliam cognominavimus.* Hactenus Dodonæus. Videt satis Lector, unde thlaspi nomẽ accepit. Attamen quibusdam hanc sententiam non placere video. Calido, inquiunt, acrique gustu est, præsertim semine, sed tamen radices acetariis, ut rapuntia, manduntur, nec perinde sunt acres, ut Cratevæ thlaspi radices traduntur. Nusquam de radicibus hoc scripsit Cratevæ nomine Dioscorides, nusquam Plinius. Dioscorides Καὶ τοῦτο δὲ μίγνυται τοῖς περὶ ἰσχιάδα διακλυσμοῖς. *quod ipsum ischiaticorum infusionibus admiscetur.* Plinius, *Et ipsum utile ischiaticorum infusioni.* τὸ τοῦτο *ipsum*, non de radice intelligitur, sed tota planta. Nec alterius thlaspi radicem Dioscorides & Plinius utilem ischiadicis dixerunt; sed semen. Ἐγκλύζεται δὲ καὶ περὶ ἰσχιαδικούς. Plinius *Prodest* (semen) *ischiadicis infusum donec sanguinem trahat.* Eidem rhaphanum rusticanum, sive agrestem, cujus figuram supra exhibuimnus, thlaspi Cratevæ putant. Ego nullam thlaspios figuram, ideam, aut formam, in raphano rusticana observare possum, nec imaginari possũ, quo nomine thlaspi diceretur. Sinapios simile semen fert, non thlaspios. Foliis etiam est amplis lepidii, aut piperitidis majoribus, radicibusque constat satis magnis. Sed semine hujus ischiaticos curatos nec vidi, nec legi. Adeo rarò fert semen, ut Petrus Crescentius scripserit, semen nullum producere.

Ῥαφανίδος. Ῥαφανὶς teste Athenæo lib. 2. quod facile & cito è semine pullulet. Ῥαφανίδες. οὕτως κέκληνται διὰ τὸ ῥᾳδίως φαίνεσθαι. *Rhaphanides, sic appellantur, quod facile prodeant è terra.* Græcis recentioribus ῥάφανος dicitur, quo nomine, antiquiores pręsertim Attici, brassicam vocarunt. Aristoteles lib. 5. histor. animalium, ῥάφανος, ἣν ἔνιοι καλοῦσι κράμβην. Idem ex Apollodoro Carystio docet, Athenæus lib. 1. Ὅτι δὲ τὴν κράμβην ῥάφανον ἐκάλουν οἱ παλαιοί, Ἀπολλόδωρος δηλοῖ ὁ Καρύστιος. Οἶδ' ὅτι καλοῦμεν ῥάφανον, ὑμεῖς δ' οἱ ξένοι κράμβην, γυναιξὶ διαφέρειν οἴει δὲ τί; *Antiquos raphanum brassicam vocasse monstrat Apollodorus Carystius.* *Raphanum scio vocare nos at hospites vos brassicam: quid inter esse hoc fœminis putas?* Galenus lib. 2. cap. 4†. de Aliment. facul. Τοῦτο (κράμβη) τὸ λάχανον οἱ τὴν ἰατρικὴν ψιλὴν... ἀσκήσαντες ὀνομάζειν, ἀξιοῦσι ῥάφανον ὥσπερ τοῖς πρὸ ἐξακοσίων ἐτῶν Ἀθηναίοις διαλεγόμενοι ἡμῖν, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς νῦν Ἕλλησιν, οἷς ἅπασιν ἔθος ἐστὶν ἐπ' ἄλλω φυτῷ τὸ τῆς κράμβης ὄνομα φέρειν. *Qui perditissimam ac falsam doctrinam consectantur olus hoc* ῥάφανον *brassicam contendunt appellari, perinde acsi jam cùm Atheniensibus, qui ante sexcentos annos fuerunt nobis esset sermo, non cum Græcis qui nunc sunt, quibus omnibus mos est, & in alia planta, brassicæ nomen uti.* Hesychius Ῥαφανὶς καὶ ῥάφανος διαφέρει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. ῥάφανος μὲν γὰρ ἡ κράμβη, ῥαφανὶς δὲ παρ' ἡμῖν ῥάφανος. *Rhaphanis & rhaphanos differunt apud Atticos. Rhaphanos enim illis brassica, rhaphanis quod nos rapha minor vocamus.* Non tantum antiqui Attici sed & alii Græci ῥάφανον brassicam vocant. Nicander qui Ætolus, vel, ut aliis placet, Colophonius fuit, ac Attali temporibus, quem Roman sustulerunt, vixit, ῥάφανον brassicam vocavit.

Ἀλλὰ σύγ' ἢ ῥαφάνοιο πέρεις σπειρεσόεια κόρσην.

Caput multo semine abundans raphani tradas.

Ad hunc locum Scholiastes, δίδου καυλὸν ἤτοι τὴν κεφαλὴν κράμβης. ἔστι δὲ ἀσπάραγον. ἐπειδὴ ῥάφανος τὴν κράμβην φησί. id est, *caulem vel caput brassicæ exhibe, hoc est, asparagum, quandoquidem rhaphanus caput brassicæ vocatur.* Hæc vel ignoravit Plinius, vel parum ad anagnostem legentem attendit. Turpiter raphani, brassicæ, napique historiam confundens, ut ex iisque infra dicuntur palam fit. Infima Græcia raphani semen βάκανον vocat. Trallianus (si Stephani editionem sequamur lib. 8 cap. 20) ἄλλο τὸ διὰ βακάνου. Βάκανόν ἐστιν ὁ σπόρος τῆς ῥεφάνης. κόστου, βακάνου ἀνὰ ℥ α φύλλου ℈ ἡ, πεπέρεως λευκοῦ ℈ ς. μάλιτος τὸ ἀρκοῦν. *Aliud de bacana; bacanũ est rhaphani semẽ. Costi, bacani ana* ℥ j. *folii* ℈ v. *piperis* ℈ vj. *mellis* q. s. In codice gręc. lat. sic legitur, ἄλλο τὸ διὰ κόστου βακάνου βακάνου ἀνὰ οὐγ. α' φύλλου γρ. η πιπέρεως λευκοῦ γρ. ς ναρδοστάχυος γρ. ς μέλιτος ἀρκοῦν. Vertunt *aliud diabacani. Costi, bacani singulæ unciæ, folii scrupuli octo, piperis albi scrupuli sex, spicæ nardi totidem: mellis quod satis est.* Hęc satis ostendunt, utrumque codicem lacerum. In priori ναρδοστάχυος γρ. ς. non legitur, & simpliciter πιπέρεως, sine adjecto λευκοῦ. In altero hæc desiderantur βάκανόν ἐστιν ὁ σπόρος τῆς ῥεφάνης, κόστου & pro φύλλου γρ': ὁ scriptum est φύλλου γρ': ῆ. Ad locum citatum Tralliani sic Goupylus. βάκανόν ἐστιν ὁ σπόρος τῆς ῥεφάνης. Hermolans barbarus vir doctissimus & accuratissimus scribit, se hæc verba legisse in scholio quodam in Paulum Æginetam, & Ætium. Ego etiam suspicor alicujus glossam esse, vocem eam declarare volentis, quam postea indoctus librarius in legitimum contextum iuculcarit. Hæc Goupylus. Antiquus interpres Albanus Torinus aliter legit. Reperitur hoc caput apud ipsum lib. 3. cap. 1†. sic autem vertit. Aliud diadaphnidon, hoc est, ex baccis lauri, accipit. Baccarum lauri, costi uniuscujusque denarium pondo acto, folii diabulorum pondo octo. Piperis candidi diabulorum pondo decem, spicę nardi denarium pondo sex, mellis quantum ad ea excipienda sufficit. Legit itaque pro ἄλλο τὸ διὰ βακάνου. ἄλλο τὸ διὰ δαφνίδων, & pro κόστου, βακάνου. κόστου δαφνίδος. Lauri certè baccæ plus ad obstructum faciunt hepar quam rhaphani semina, quæ ventriculum turbant. Suspicor Trallianum scripsisse, ut legit antiquus interpres, sciolum autem quendam ad oram notasse δάφνης ἐστὶ λάγενον βάκκα quod posteacum vitio receptum in textum, & ex bacca formatum βάκανον. Hæc, ut dixi, mera conjectura, quam irritam & vanam videtur facere Marcellus Empyricus cap. 22. ubi scribit. Ad jecoris dolorem potio salubris conficitur sic. piperit -I eupatorii -I costi -3 bacani -2 fœnigræci -15. Omnia hæc trita & creta servabis, & cum usus exegerit dabis in vini potione cochleare plenum jejuno, ita ut in dextro latere tenso brachio jaceat cũ acceperit. Apud Ætium tetral. 3. serm. 1. cap. 2. Bacani fit mẽtio, ubi Cornarius legit cacani. Pręscribitur ad hepar obstructum. Versionem Connarii subiiciam, pars enim ista Græcè edita non est. Aliud ad hepatis oppilationem. Cacani scrupulos duos, alii octo habent, costi scrupulos sex spicæ nardi is iridis, phylli, lupinorum siccorum, baccarum lauri, fœni græci, rhei pontici singulorum scrupulos sex, phu, asari, cujusque drachmas quatuor. Ex allatis auctorum testimoniis apud Ætium scribendum βακάνου existimarim. Male vir magnus βάκανον brassicæ semen exponit. Recentiores Græci, inter quos Trallianus, semper ῥάφανον, ῥεφάνην pro raphano, non brassica ponunt, & rephanon pro raphano dixerunt. Occurrit

currit hęc vox apud Myrepſum in droſatis cap.45. ῥεπανίε σπέρματος, καὶ νάρθηκος. Græcè, inquit interpres, eſt ῥεπανίε. Quid autem illi ſit repanium, nondum compertum habeo. Reperitur & apud Orneoſophiæ auctorem Demetrium Conſtantinopolitanum. ἡδύοσμον μετ̀ γῆς κονιορτὸν καὶ μάλα μίξας εἰς τροφὴν τῷ ἱέρακι δώσεις ἢ ῥίζαν σινάπεως, καὶ ῥεπανίου. Vertunt. *Vel erucam, terræ pulverem, vel ſimul contrita, cum cibo miſta accipitri obii cito, vel radicem ſinapis & rapii.* τὸ ἡδύοσμον menta eſt, & ῥεπάνιον raphanus. Sinapi & raphanus eaſdem fermè qualitates habent, rapa verò ſimiles facultates non habet. Iidem recentiores Græci ῥάπανον etiam dixerunt. Corona pretioſa. ῥάπανον raphanus, ῥαφανίς. Notat Heſychius Atticos raphanos φαληρικὰς vocatas fuiſſe. φαληρικαὶ, αἱ ῥάφανοι ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς. Τὴν ῥαφανίδα Theodorus ex auctoritate antiquiſſimorum & probatiſſimorum auctorum vertit, *radicem*. Varro lib. quarto de lingua Latina. *Item caulis, lapathium, radix. Sic enim antiqui Græci quam nunc raphanum.* Hæc obſcura ſunt, nec ea ſatis capio. Antiquine Græci radicem vocarunt, quam Varronis ævo raphanum appellabant? Vox Latina radix eſt, nec quod ſciam, ab antiquis Græcis uſurpata. Puto vocem deſiderari, ac ſcriptum fuiſſe. *Item caulis, lapathium, radix, quam raphanida vocant.* Sic enim antiqui Græci quam nunc raphanum, vel ſic radix, id eſt, ῥαφανίς. Sic enim antiqui Græci. Forte pro radix ſcriptum fuit raphanis. Item caulis, lapathium, raphanis. Sic enim antiqui Græci quam nunc raphanum, Vide quę ſupra diximus. Palladius in Auguſto Titul. 5. *Radices fœminini generis eſſe putantur, quæ minus acres ſunt, & habent folia latiora, & levia, & cum jucunditate virentia.* Radices non ſunt loco citato raphani. Vox illa generaliter, non particulariter accipi debet. Ut plantæ plurimæ dividuntur in mares & fœminas, ſic & radices. Vult ergo radices quæ fœminæ vocantur minus acres eſſe, foliaque latiora, & levia, & cum jucunditate virentia eſſe: quæ vero mares appellantur, acriores eſſe, folia anguſtiora, minus levia, & virentia producere. De raphano quæ citata ſunt non poſſe intelligi ex eo probatur, quod eodem titulo, paulo infra ſcribat, *Raphanum tamen, ſicut braſſicam, conſtat eſſe vitibus inimicum.* Plantam hanc κατ' ἐξοχὴν radicis nomen obtinuiſſe Auctuarii docet auctor. Οἱ δὲ πολύειδες ἠρύγγιον, Ῥωμαῖοι ῥάδιξ νοστράς. *Quidam polyides eringium, Latini radicem noſtratem.* Nomen illud huic plantæ impoſitum, vel quod in obſoniis uſum plurimũ radix habeat, ac prę cęteris expetatur; vel, quod cæteras corporis amplitudine ſuperet, pauciſque cedat. Miſit ad nos Clariſſimus vir Mathias Overbekius, literarum amantiſſimus anno 1618. raphani radicem, quæ femorali erat craſſitudine, longitudine ſeſquicubitali 22. libras pendebat, ſapore gratiſſimo, menſæ alterius bellarii loco ſerviebat. Plinius lib. 19. cap. 5. ubi raphani braſſicæ, & radicis Syriacę, item napi hiſtoriam confundit. *Seri vult raphanus terra ſoluta, humida. Fimum odit, palea contentus. Frigore adeò gaudet, ut in Germania infantium puerorum magnitudinē æquet.* Sic in regno Congiano craſſitudine humanæ tibiæ, gratique ſaporis provenire Pigafettus in ejus regni deſcriptione lib. & cap. 1. tradit. Gaza, ut dixi, ῥαφανίδα radicem vertit vel radiculam, communem ſecutus uſum. Ego tamen, quod & magno placuit Scaligero, ambiguitatis vitandæ gratia vocem Græcam retinere malo. De raphano variis in locis egit Theophraſtus lib. 1. hiſt. cap. 9. radicem ſcribit habere carnoſam, quod lib. 7. cap. III. repetit, ubi luculentiſſimè radicem deſcribit, vide quæ annotavimus cap. 10. lib. 1. hiſt. ex carne & cortice conſtare dixit, quod Plinius lib. 19. cap. 6. ſic reddidit, *cortice & carne conſtant raphani.* Hęc tamē cum indureſcit, lignea evadit, ut lib. 1. hiſtor. cap. 4. *cortice* quodam tegi tenui & diluto, lib. 6 de cauſ. cap. 17. ſaporem præcipuum eſſe in radicibus lib. 5. cauſ. cap. 6. Cur ampliſſima radix evadat docet, vide commentum Scaligeri, lib. 7. cap. 1. celerrime provenire, tertio nempe a ſatione die, tam æſtate quã hyeme, præcipuè autem ſerendum ſole exiſtente in leone cap. 3. lib. 7. ſemen in ſiliquis contineri. Et hæc de raphano Theophraſti. Nam quæ hoc capite ſcribit mox examinabimus. Dioſcorides lib. 2. cap. 137. ubi de raphano agit, quia vulgata ſuo ævo planta, nullas de ea notas tradit. Ex aliis itaque capitibus notæ ejus petendæ ſunt. lib. 3. cap. 90. ubi de ſpondylio agit, docet, ſpondylium radicē ferre albam raphano ſimilem, ῥίζαν λευκὴν ῥαφανίδι ἐμφερῆ. lib. 4. cap. 62. aſtragulum ſcribit radice conſtare rotunda, prægrandi raphani modo. ῥίζα ὑπεστι στρογγύλη ὥσπερ ῥάφανος ὑπερμεγέθης. Theophraſtus raphanum in quinque dividit genera. Idem ex auctoritate Theophraſti facit lib. 2. Athenæus. Plinius, ut mox audiemus, quæ de raphano Theophraſtus, ea de napo refert. Dioſcorides duo raphani ait eſſe genera, ſativum unum, alterũ ſylveſtre. Nicander quoque in Georgicis duo obſervavit genera. Locum citat Athen. lib. 9.

— Δισσὴ γάρτ' ἐκ ῥαφάνοιο γενέθλη
Μακρῇ τε στρογγύλῃ τε φαείνεται ἐν πρασιῇσι.

Eſt autem duplex raphani progenies:
Nunc enim rotunda figura, nunc longus conſpicitur in hortorum pulvinis.

Raphanus Corynthia.



Raphani genera quinque quæ à Theophraſto recenſentur, ſua propria habent nomina. Primum genus vocat Corynthium, hoc ampliſſimè adoleſcere ſcribit, nuda conſtare radice, ſurſum protrudi, ac non ut genera cætera in terram ampliari. Plinius loco citato. Ex iis (ſcilicet napis. Sic enim ante) *iidem naporum quinque genera fecere: Corinthium, Cleoneum.* Nulla hic mendi ſuſpicio, facilis alioquin lapſus *raphanus*, in *napus*. Non eſſe corruptum codicem, quæ ſequuntur docent, ſcribit enim, *Genera raphani Græci fecere tria.* Quæ de braſſica intelligi debent, ut cap. de braſſica dicam. Redeo unde digreſſus ſum; *in amplitudinem adoleſcit Corinthium, nuda ferè radice. Solum enim hoc genus ſuperne tendit, non ut cætera in terram.* Si nuda eſt radice, quomodo ſupra capite ſecundo dixit, betam non habere radicem craſſo cortice, ut raphanus. Infra quoque ſcribit raphanos cortice diluto conſtare. An iſta de hoc genere, ſed de aliis intelligenda? Non vult Theophraſtus Corinthiam raphanum cortice carere. Sed radicem terra non eſſe coopertam, & extra terram conſpici. Nuda ergo radix, quod terra tecta non ſit. Alteram raphanũ Cleonæam vocat, cui prælongam ait eſſe radicem. Idē apud Athenæum & Pliniũ legitur, qui ſcribit, Neq; ut Cleonæum prælongum. Hanc doct. viri exiſtimant raphanũ ſativam eſſe Dodonæi, quam Mathiolus raphanum longã vocavit. Sativa radicula folia emittit magna, virētia, aſpera, utroque latere profundis inciſuris diſſecta, rapi foliis haud diſſimilia, ſed majora; caules teretes ſunt inque alas ſparſi; è quibus floſculi quatuor foliorum dilu-

tè purpurei, aliquando candido succedentibus siliquis crassis, acuminatis, interius fungosis, in quibus duo aut tria semina, majora quam rapi aut brassicæ; radix foris intusque albida, nisi quod pars superior è terra sæpius eminens foris rubescat: crassa & longa, si conveniens solum nacta fuerit; subinde verò crassior & brevior. Diu beneque subactam ac solutam terrã raphanus requirit, & mediocriter pinguem: in arenosa etiam quandoque non infeliciter provenit. Post æstatis solstitium Iunio ac Iulio mense commodissimè & optimè radicula seritur. Vere tempestivè sata, parum radice probatur aut proficit: nimis enim cito in caulem assurgens, flores seminaque profert: serius sata radice grandescit, hybernis mensibus infertur, vere sequente flores seminaque facit. Sequitur λειοθαλασσία. Τὴν δὲ λειοθαλασσίαν, ἣν ἔνιοι καλοῦσι βοιωτίαν. Hæc valde corrupta esse, quilibet satis videt. Aliud genus, à λειοθαλασσίᾳ diversum est bœotia raphanus. Pro Βοιωτίαν apud Athenæum Θρᾳκίαν legitur. γλυκυτάτην δὲ εἶναι καλεῖσθαι δὲ ὑπό τινων τὴν λειοθασίαν Θρᾳκίαν. γλυκυτάτην δὲ εἶναι τὴν Βοιωτίαν, καὶ τῷ σχήματι στρογγύλην. *Leiothasiam à quibusdam vocari Thraciam. Bœotiam esse dulcißimam omnium, figura rotundam.* Θρᾳκίαν etiam in Ald. & Basileensi codicibus legitur. Non fuit vocata hac raphanus Θρᾳκία, sed θασία, ut ex iis quæ dicam palam fiet. Videndum quoque, utrum λειοθαλασσίαν ut apud Theophrastum, an verò λειοθασίαν, ut apud Athenæum, legi debeat. Athenæi lectionem probat Plinius, Liothasium quidam Thracium appellant. Pro Thracium Treiciũ legit Dalecampius. Tu, ut dixi, scribe thasium. Athenæus lib. 2. Ἰδίως δὲ οὕτως ἐκαλοῦντο ἄπλυτοι ῥαφανίδες, ἃς καὶ Θασίας ὠνόμαζον. Peculiaris τῶν ἀπλύτων *nempe illotarum radiculis appellatio est, quas thasias vocabant.* Hesichius Θασία ἅλμη εἰς ἣν ὄψα ὀπτώμενα ἐμβάπτουσι. καὶ ῥαφάνου εἶδος. *Thasia*, id est muria, *in qua obsonia elixa intinguntur, denotat & quandã raphani speciem.* Pollux l. 6. c. 10. καὶ θασία ἅλμη καὶ θασίαι ῥαφανίδες. Ex his constat & Θασίαν & λειοθασίαν legendũ. Vnus est locus apud Hesychium ex quo λειοθαλασσίαν legendum quis contenderet. Ἄπλυτοι ῥαφανίδες οὕτως ἔνιοι: καὶ οὐ ποτάμιαι. ἃς καὶ Θαλασσίας τινὲς ἔλεγον. i. e. *Aplutoi, id est, illotæ sic quidam raphanos vocant, non fluviales, quas, & marinas vocant,*

Raphanus niger.



Legendũ arbitror, ut cæteris in locis legitur, ἃς καὶ θασίας τινὲς ἔλεγον. Et hęc est raphanus, quã nigrã vocamus, radice foris pulla est, intus candida; alioquin jam descriptæ similis. A nigredine radicis, & quod quasi illota videatur ἄπλυτος dicta est. Quartũ Raphani genus Βοιωτίαν nominãt. Hęc dulcis est, & rotũda, nec, ut Cleonęa, pręlonga Plinius l. 19. c. 5. *Ab eo Bœoticum, dulce est, rotunditate etiam brevi notabile, neque, ut Cleonæum, prælongũ.*

Hoc videtur alterum raphani genus Plinii; bis enim uno eodemque capite de raphano egit, semel sub nomine napi, & semel sub raphani nomine. *Nostri alia genera fecere. Algidense à loco longum atque translucidum. Alterum rapi figura, quod vocant Syriacum, suavißimum ferè atque tenerrimum, Hyemisque patiens. Præcipuum tamen est, quod è Syria non pridem advectum apparet, quoniam apud auctores non reperitur: id autem tota Hyeme durat. Etiamnum unum Sylvestre, Græci agrion vocant, Pontici armon, nostri armoraciam, fronde copiosius, quam corpore.* Primum genus Corynthia, aut fortè Cleonæa est raphanus. Altrum genus Boetia raphanus videtur. Mendum quoque est in verbis Plinii. *Quod è Syria advectam non pridem apparet: quoniam apud auctores non reperitur.* Hæc quasi contraria sunt. si non pridem advectum, cur nullam ejus mentionem fecerunt auctores. Scribo. *Quod è Syria jam pridem advectum apparet: quoniam apud auctores non reperitur.* Ideò jam pridem allatum probatur, quod veteres nihil de ea prodiderint. Quod si nota ipsis fuisset, aliqui, vel omnes ejus meminissent. De tertio raphano vide quæ libro nono dicuntur, ubi de pastinaca sermo est. Secundum raphani genus Bœotica raphanus est, orbicularem vocant, rapæ forma, sapore dulciore. Quintum genus Theophrastus erucæ folio esse scribit. Nomen reticuit. Refertur ab Athenœo, qui ἀμωρέαν vocari scribit. Plinius, *Et quod per se viride dixerunt.* Hæc non parum corrupta. Dalecampius legit, *Leiothasium, Bœoticum quod & per se* ἁπλῶς *supliciter*) *viride dixerunt.* Sed cur genus hoc per se viride dixerunt? Imaginari hoc nequeo. Scribo ex Theophrasto, & *quod persimile erucæ dixerunt.* Hanc lectionem probant quæ sequuntur. *Est præterea genus sylvestre, cujus folia sunt erucæ similia.* Bis, imo ter, de uno eodemque raphani genere hoc capite egit Plinius. Nullius momenti est dicere, lectio ista improbatur, quod tum bis de una eademque egisset planta. Priori enim loco nomina recenset, posteriori descriptionem addit. De suo quoque addidit hoc genus sylvestre esse. Sed idcirco agreste esse non negamus. Athenæum ἀμωρέαν vocare dixit. Plinius *armoraciam. Etiamnum unum genus sylvestre agrion vocant* (manu scriptus *cheram, cheriam* antiquus codex. Vide lib. 9) *Ponticisarmon, alii leucen, nostri armoraciam, fronde copiosius quam corpore.* Armaraciam vocari auctor est Dioscorides, Ῥαφανὶς ἀγρία ἣν Ῥωμαῖοι ἀρμορακίαν καλοῦσι, φύλλα ἔχει ὅμοια τῇ ἡμέρῳ πρὸς τὰ τῆς λαμψάνης μᾶλλον. ῥίζα δὲ ἰσχνὴ, μαλακὴ ὑπόδριμυς. *Raphanus sylvestris, quam Romani armoraciam vocant, folia habet sativæ similia, sed quæ ad lampsanam proprius accedant, radix gracilis, mollis, subacris.* Verba ἣν Ῥωμαῖοι ἀρμορακίαν καλοῦσι in vulgatis codicibus non extant, & pro μαλακὴ λεπτὴ habetur in veteri codice. Lacuna ex altero veteri codice μακρὰ restituit. Nos vulgatam servamus. Armoraciam hanc fuisse dictam docet Palladius in Octobr. tit. 11. *Item betam locis ficcioribus, nec non armoracium seremus, vel transferemus ad culta, ut melior fiat: nam hæc agrestis est raphanus.* Pro agresti raphano nonnulli raphanum ostendunt rusticanam, quam supra descripsimus. Hi cum viderent cum delineatione Dioscoridis non satis convenire codicem, ut suam stabilirent sententiam, dixerunt corruptum; sed ne emendare quidem conati sunt. Raphanus rusticana acrior est quam sativa; eadem radicem non gracilem, sed satis crassam habet, foliaque quæ ad lampsanam nullo modo accedunt. Proximè ad descriptionem, meo judicio, rapistrum accedit, sed nec longam, nec mollem habet radicem, sed albam: ut in veteri codice habetur. Folia non satis affabrè expressit pictor: ad lampsanæ quodammodo accedunt. Planta hæc viarum margines & segetes ornat, floribus est luteis, numerosis in caulibus brassicæ aut rapæ, sesquicubitalibus aut minoribus, tenuibus, hirsutis. Folia lampsana non dissimilia sunt, lata, oblonga, aspera, veluti rapi ac napi, sed lateribus indivisa: radix exilis, tenuis, fibrosa, candida; semen fert in tenuibus, oblongis, parvis siliquis, veluti rapi, sed fervens, & acris gustus, veluti sinapis, cujus usum etiam rusticis explet. Frequenter in agris, dum requiescunt, & aratro non proscinduntur, sponte nascitur, non minus tamen & secus vias, prope veteres muros & aliis incultis & asperis. A Martio mense in multam æstatem cum flore reperitur: interim & semen perficitur. Vulgo *Heric* vocatur. Ex sativarum raphanorum generibus dulcissimam ait Theophrastus, cujus folia lævia; acriorem autem cujus folia aspera sunt. Quod etiam ab Athæneo refertur, & experientia comprobatur. Plinius, *In totum quidem, quorum tenuiora*

tenuiora folia ipsi quoque dulciores: quorum scabra & angulosa & horrida amariores. Falsum est raphanos foliis tenuioribus dulciores esse. Scribe, *quorum lævıora folia ipsi quoque dulciores.* Nec usquam dixit Theophrastus, amariores esse raphanos, quorum folia horrida, scabra & angulosa. Nihil de angulis apud Theophrastum. Nec quicquam ad rem facit, magis an minus angulosa sint. Scribe ex Theophrasto, *Quorum scabra, aspera, & horrida acriores.* Ita tamen scripsisse Plinium asserere nolim. Affirmo raphanos foliis asperioribus, esse acriores. amariores autem non sunt. Geoponicῶν auctor ut dulciores reddantur raphani, artem docet. Ῥαφανίδες γλυκεῖαι ἔσονται, ἂν τὸ σπέρμα οἰνομέλιτι (melior M.S. codicis lectio ὀρρομέλιτι) ἢ χυλῷ σταφίδων διαβρέχῃ φλεγματώδεις χρήσιμοι. *Rhaphani dulces erunt quorum semen vino mulso (seromellis, id est, in liquido quod melli supernatat) aut uvarum passarum succo fuerit maceratum: pituitosis commodant.* Nescio an verum sit, quod scribit Plinius. *Amaritudo plurima illi est* (vetus, *illis*) *& pro crassitudine corticis.* Amaritudo nulla in raphano, acrimonia verò insignis. Notandum quoque in Aldino priore & Basilensi codice vocem γίνι desiderari, quæ in altero apud Aldi filios expresso codice Γογγυλίδι. Γογγυλὶς dicitur à rotunda orbiculari que radice. Namquod in rotunditatem circum altum est γογγύλον hoc est, στρογγύλον dixerunt veteres, Hesychius γογγύλον, στρογγύλον. σκληρόν. Suidas γογγύλον. στρογγύλον. Antiquissimi Græci γογγυλίδια pro globulis orbiculisque qui devorantur, dixerunt. Γογγύλιον, στρογγύλον. καὶ γογγυλίδια (ita lege, non γογγυλίδα) τὰ σμικρὰ σφαιρία ὥσπερεὶ καταπότια. *Gongylion, rotundum: gongylidia, pilulæ parvæ, velut catapotia.* Grotianus Γογγυλίδια, τὰ μικρὰ καταπότια, διὰ τὸ κατὰ τὸ σχῆμα ὁμοιότητος. *Gongylidia, parvæ sunt pilulæ, sic dictæ à figuræ similitudine.* Γογγυλίδα Geoponicῶν auctor γογγύλην vocat lib. 12. cap. 21. ἡ γογγύλη περὶ τὸ θεραπεύειν πάθος ἀνθρώπου οὐκ ἀγαθή. *Rapa nullo humano vitio curando commoda est.* Hoc apertè falsū est, nec responso opus habet. Simon Sethi pro γογγυλὶς, γογγύλιον dicit. τὰ γογγύλια θερμὰ εἰσὶ κατὰ τὴν δευτέραν τάξιν, ὑγρὰ δὲ κατὰ τὴν πρώτην. *Rapa calida sunt ordine secundo, primo humida.* A Lacedæmoniis γαστὴρ rapa dicta fuit, ab aliis zaceltis, fuit & raphys vocata. Athenæus lib. 9. Γογγυλίδας. τούτας Ἀπολλᾶς, ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων ὑπὸ Λακεδαιμονίων γαστέρας φασὶ καλεῖσθαι. Νίκανδρος δ' ὁ Κολοφώνιος ἐν ταῖς Γλώσσαις, παρὰ Βοιωτοῖς γαστέρας ὀνομάζεσθαι τὰς δὲ γογγυλίδας ζεκελτίδας. Ἀμερίας δὲ καὶ Τιμαχίδας τὰς κολοκύντας ζακελτίδας καλεῖσθαι. Σπεύσιππος δ' ἐν δευτέρῳ ὁμοίων, Ῥάφανίς φησι γογγυλὶς, ῥάφυς ἀνάῤῥινον, ὅμοια. Τὴν δὲ ῥάφυν Γλαῦκος ἐν τῷ ὀψαρτυτικῷ διὰ τοῦ π ψιλῶς καλεῖ ῥάπυν. *Rapa, in libro de urbibus Peloponnesi à Lacedæmoniis vocari* γαστέρας, *id est, ventres, Apollas scribit. Nicander Colophonius in Glossis, apud Bœotas* γαστέρας *brassicas nominari, rapa vero zeceltidas. Amerias autem & Timachidas appellari, cucurbitas zaceltidas ajunt. Speusippus libro secundo Similium, Raphanus inquit, rapum, raphys, anarrhinon similia sunt. Glaucus libro de obsoniorum conditura, sine aspiratione cùm p. scribit rapyn.* Apud Hesychium pro γαστὴρ, γαστρὶς legitur. Γαστρὶς, γογγυλὶς ἢ κράμβη. *Gastoris rapum & brassicam denotat.* Idem apud Phavorinum legitur. An ex Athenæo corrigi debeat Hesychius, an ex Hesychio Athenæus hæreo. Fortassis utrumque nomen obtinuit; sin minus, Hesychii præfero lectionem. Γαστὴρ vel γαστερίδες nomen accepit rapa, vel quod ventosa sit, flatusque pariat; vel quod instar ventriculi repleti extuberet. Non omnem brassicam nomen illud obtinuisse arbitror, sed tantum capitatam. Nomen hoc eandem ob causam quam rapa ei impositum, nempe quod ventriculum mentiatur. A Bœoticis rapas ζεκελτίδας dictas scribit Athenæus. Scribo ζακελτίδας. Hesych. Ζακελτίδες, κολοκύνται, ἢ γογγυλίδες. *Zaceltides sunt cucurbitæ, aut rapæ.* Ζακελτὶς, παρὰ τὸ ζα particula intensiva, καὶ κελαδεῖν quod insignes strepitus, clamoresque pariunt in ventre, flatus enim excitat. Aut παρὰ τὸ ζα & κιλλὸν quod obliquis admodum constet nervis venisque. Hesychius Ζα μέγα, ἰσχυρὸν, πολὺ, ὅθεν καὶ ζάπλουτος, ὁ μεγαλόπλουτος i.e. *Za magnum, validum, multum unde ζάπλουτος dicitur qui valde dives est.* Idem. κιλλὸν, στρεβλὸν, πλάγιον. *obliquum, transversum.* Quæ apud Athenæum ex Speusippo sequuntur, ῥάφανίς, φησὶ corrupta existimat Dalecampius. Restituit idem, ῥαφανὶς, γογγυλὶς, ῥάφυς, ῥάφανος ὀρεινός. id est, *radicula, rapum, raphanus vulgaris, & montanus, sive sylvestris.* Ita hunc locum corrigit, & interpretatur Dalecampius. *Raphani sylvestris*, inquit, *mentio fit, inter nota Dioscoridis, & annotationibus in caput de radice.* Vellem doceret, quænam raphanus sit vulgaris, diversa à radicula. Rectius ad hunc locum Casaubonus. *Nihil censeo mutandum. ita enim libri omnes. anarrinum & antirrhinum esse nomina herbarum constat.* Ego quoque nihil mutandum existimo, putoque hæc omnia nomina uni rapæ convenire. Rapam, ῥάφυς & ῥάπυν dictum fuisse docet Hesychius Ῥάπυς, ῥάβδος, περόνη, κόμη. γογγυλὶς οἱ δὲ λαμψάνη *i. e. rapus, virga, fibula coma; rapa, vel, ut aliis placet lampsana.* Idem Ῥάφανις καὶ ῥάφανος διαφέρει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. ῥάφανος μὲν γὰρ ἡ κράμβη, ῥάφανις δὲ ἡ παρ' ἡμῖν ῥάφανος. Τρύφων δὲ φησι παρὰ Δωριεῦσι τὰς μικρὰς ῥαφανίδας λέγεσθαι, τὰς δὲ μεγάλας ῥάφας. *i. e. Tryphon, inquit, docet Dores parvas raphanos* ῥαφανίδας *vocare, magnas verò raphas.* Idem ῥάφις, ὑπόδημα, περόνη, καὶ ἄγριόν τι λάχανον λαμψανῶδες. καὶ ἡ ῥάβδος. *calceamentum, acus, olus agreste lampsanæ simile, & virga.* Ἀνάῤῥινον, quanquam herbam denotet, suspectum tamen admodum est, nec video quomodo rapæ vox illa convenire possit. Si auderem, vocem conflarem ex ἀναῤῥιπίζειν, quod propriè significat, ignem propè extinctum flatu exsuscitare & reaccendere. Exponitur etiam flatus excitare, movere, flare, perflare. An itaque rapa ἀναῤῥιπίζον dicta fuit, quod flatus excitet. Doctiorum hoc judicio relinquam. Latinis rapa dicitur & rapum. Non à Græco ῥάφυς, vel ῥάπυς, ut quidam exstimant. Nam apud Græcos antiquiores voces istæ non reperiuntur, cùm rapa & rapum apud antiquissimos Latinos Catonem, & Varronem legatur, ῥάπυς, autem & ῥάφυς apud infimæ Græciæ auctores tantum reperitur, quando Græca lingua corrupta, ab Italis multas voces mutuasset. Verisimilius ergo ῥάπυς & ῥάφυς natum ex Romana voce rapa vel rapo, corrupta ac π in φ mutata. Rapa vel rapum, quasi ruapum vel ruapa dicitur. Varro lib. 4. de lingua Latina. *Quod rueret è rure ruapa: unde rapa.* Ad hunc locum Scaliger; *Romana editio & Vertranius*, οὐδὲν ὑγιὲς. *ita legendum erat. Quod è terra ruerent ruapa, unde rapa. Sanè ineptè e terra hæc etymologia eruitur a Varrone, quæ adeò terrestris sit & plena ruris. Græcis enim est* ῥάπυς *: unde etiam* ῥάφανος. *Athenæus lib. 9.* Σπεύσιππος δ' ἐν δευτέρῳ ὁμοίων. Sanius certè Varronis etymon. Vox ῥάπυς Græco barbara est, quæ nec apud Hippocratem, Aristotelem, Theophrastum, Nicandrum, Dioscoridem nec alium scriptorem reperitur, qui vixit antequam Græcia a Romanis subacta, linguaque Græca nihil corrupta esset. Rapa non est vox Græca, nec à Græco ῥαδίως φαίνεσθαι derivata, mera Latina est, ita vocata, ut Varro ait, quod facile extra terram ruat; vel, quod magis placet, quod passim in cibos rapiatur. Rapa ergo à rapiendo nomen accepit. Rapæ multis in locis meminit Theophrastus lib. 1. cap. 9. radicem carnosam habere tradit, cap. sequenti, ex carne & cortice constare, corticemque tenuem esse & dilutum. lib. 1 de causis cap. 4. & lib. 7. cap. 9. corticem carni adhærere, seri cum sol in Leone est, calidis diebus satum citius in caulem assurgere, terraque si operiatur radix, ad æstatē durare. c. 7. l. 7. Vi temporis quo seritur mutationē accipere. Quod intelligi debet de sapore mollitie & similibus. Nam cum ex semine rapi brassica nascitur, id non fit temporis, sed ætatis ratione. Geoponicῶν auctor lib. XII. τὸ δὲ σπέρμα τῆς γογγύλης, μετὰ τρία ἔτη κράμβην φέρει, καὶ ἀνάπαλιν. *i. e. At verò semen rapi post annos tres brassicam producit, & vice versa.* Idem ferè Varro lib. I. cap. XL. de re rustica. *Nam ex semine brassicæ vetere sato nasci ajunt rapam, & contra ex raporum brassicam.* Plinius lib. XIX. cap. X. *Namque & ocimum senecta degenerat in serpyllum, & sisymbrium in calamentam. Et ex semine brassicæ veteris rapa fiunt, atque invicē.* Cur sisymbrium degeneret in mentam, alibi diximus. At cur brassica in rapum, & rapum in brassicam mutetur, difficile est rationem reddere: Sisymbrium enim & menta affines sunt plantæ: facile ergo pro alimenti, cœli, solique ratione aliam haud multum diversam assumunt formam. At brassica & rapa præter genus nihil habent commune. Illud unum dicendum; uti in exsiccatis quotidie, quibus nulla cum planta est affinitas, post mutationes varias plantas etiam diversas exoriri videmus. Sic terræ commissum semen rapi, cum brassica similitudo major est, quam novæ terræ cum planta, post quam putruit, varias que subiit mutationes, brassicæ faciem formamq; ac ideā assumere poterit. Verisimilius tamen quod docet Palladius in Iulio tit. II. *Hoc mense loco irriguo, napos seremus, & rapa. solo putri, & soluto nec spisso. Locis humidis lætantur & campis. Sed napus in sicco & prope tenui, atque devexo, & sabuloso melior nasci-*

tur.

tur. Loci proprietas utrumque semen in alterum mutat. Nam rapa in alio solo per biennium sata mutantur in napos, alio verò napus transit in rapum. Subactum solum, stercoratum, versatumque conquirunt, quod & ipsis & segetibus proderit, quæ ibi anno eodem seruntur. Napus & rapum similes valde plantæ, ut infra dicam: quare non mirum si altera in alteram mutetur. Apud Hesychium legitur ex semine sinapios nasci rapam. Ἁλμάδες, κολυμβάδες ἐλᾶαι· καὶ αἱ ἐκ σινάπιος γογγυλίδες. rapa ex sinapios semine nota halmades vocari ait. Putavi quondam pro αἱ ἐκ σινάπιος, legendum αἱ ἐκ ῥαφάνου. quod ex brassicæ semine rapum nasci veteres tradãt: sed cum recentiores observassent ex sinapi semine rapas prodiisse, vulgatam servare visum fuit lectionem. Raporum genera duo observavit Theophrastus, marem & fœminam. Plinius lib. 19. cap. 5. *Reliqua cartilaginum natura terra occultantur omnia. In quibus de rapis abunde dixisse poteramus videri, nisi medici masculini sexus facerent in his rotunda: latiora vero cõcava, & fœminini præstantiora suavitate, & ad condiendum faciliora, quæ sæpius sata transeunt in marem.* Idem lib. 18. cap. 13. *Genera eorum duo prima Græci fecere, masculum, fœmininumque, & ea serendi modo ex eodem semine.* Nicander in Georgicis lib. 2. ut testatur Athenæus, duo novit genera. Citantur versus Nicandri ab Athenæo duobus locis lib. 4. & 9. ubi corrupti sic leguntur.

— Ἀλλ' ἔσω ῥαφάνοις ἔσω λαθεραιοὶ
Γογγυλίδες. δισσὴ γάρτ' ἐκ ῥαφάνοιο γενέθλη
Μακρή τε, σφαιρή τε φαείνεται ἐν πρασιῇσι. Vertunt,

— *Simulque Raphani cum rapis*
In terra latentibus. Est autem duplex rhaphani progenies;
Nunc enim rotunda figura, nunc longus conspicitur in hortorum pulvinis.

Primum Hemistichium lib. quarto non habetur; secundus versus in hunc legitur sensum.

Γογγυλίδος. δισσὴ γὰρ ἰδ' ἐκ ῥαφάνοιο γενέθλη
Μακρή τε, σφαιρή τε φαείνεται ἐν πρασιῇσι.


Rapi, adverte animum, genus duplex est, ut & radiculæ,
Oblongum alterum, alterum rotundum in areis hortorum conspicitur.

Primum Hemistichiũ sic restituit Casaubonus. Ἀλλ' ἴσω ῥάφανοι, κ' ἴσω θαλίθωσι, γογγυλίδες. Ita locum citatũ emendavit Casaubonus, ut aliquis esset sensus, ego versum integrũ deesse puto, nec video qui versus emendari possint. Quam diversitatem Geoponicõm etiam observavit autor lib. 12. cap. 1. μηνὶ σεπτεμβρίῳ — μεταφυτεύεται δὲ γογγυλὶν τὸ κεφαλῶδες, καὶ τὸ γόγγυλιν τὸ σχηματίζον εἰς τὸ γογγυλοειδὲς φορ. Dioscorides rapum aliud sativum, sylvestre aliud lib. 2. cap. 134 & 135 esse scribit.

Sativum non describit, de hoc primo loco nobis agendum erit. Hujus marem & fœminam his verbis agnoscit Plinius lib. 18. cap. 13. *Genera eorum Græci duo primum fecere, masculum fœmininumq; & ea serendi modo, ex eodem semine. Densiore enim satu masculescere, item in terra difficili. Semen præstantius quo subtilius. Species verò omnium tres: Aut enim in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari, Tertiam speciem sylvestrem appellavere, in longitudinem radice procurrente, rhaphani similitudine, & folio angulosi, scabroque, succo acri: qui circa messem exceptus oculos purget.* De sylvestri nihil tale apud Dioscoridem; Verum raphani sylvestis radicem subacrem esse inquit. Sine ullo dubio, cum alia aliqua planta confundit Plinius sylvestre rapum; cum bunio nempe aut buniade, uti sequentia docebunt, quod ex capite quarto lib. 20. probo, ubi inquit. *Naporum duas differentias, & in medicina Græci servant, angulosis foliorum caulibus florentis, quod bunion vocant, purgationibus fœminarum.* Videt facile Lector Plinium, hic bunion vocare, quod supra rapum sylvestre. Quin etiam lib. 20. cap. 3 diversum ab hoc describit sylvestre rapum, de quo infrà, vel rapi sylvestris historiam cum brassicæ confundit, & id verisimile est. Videat Lector cap. 6. lib. 7. Historiarum, ac legat quæ de sylvestri brassica, ac rapo Theophrastus scribit, videbit facile Plinium ex utraque unam confecisse historiam. Recentiores rapas dividunt in longam & rotundam; rotundam in sessilem & orbiculatam, Rotundam marem vocant longam, & id ex Plinii verbis mox citatis. *In quibus de rapis abundè dixisse poteramus videri, nisi medici masculini generis sexus facerent in his rotunda; latiora vero concava & fœminini, præstantiora suavitate, & ad condiendum faciliora, quæ sæpius sata transeunt in marem.*

Sed aliter Athenæus lib. 10. Θεόφραστος μὲν βουνιάδα οὐκ ὀνομάζει, ἄρρενα δὲ καλεῖ τινὰ γογγυλίδα, καὶ ἴσως αὕτη ἐστὶν ἡ βουνιάς. *Theophrastus nullam mentionem facit buniadis, sed rapum quoddam masculinum esse tradit, quod fortassis est bunias.* Huic opinioni favere videtur Galen. l. 2. de alimento facult. ἔστι γογγυλίδα καλεῖν, ἔστι βουνιάδα τὸ φυτὸν ἢ τὸ λαχανῶδες. Idem lib. de cib. boni & mali succi. Μέσοι δὲ εὐχύμων τε καὶ κακοχύμων, ἐστι τῶν ἀγρῶν εἰσὶ καὶ τῶν γογγυλίδων ἃς καὶ βουνιάδας ὀνομάζουσι καὶ τῆς καλουμένης κράμβης. *Hujus plantæ, quam gongulida aut bouniada apelles licet oleaceum. Sed ari carique radix & rapi quod buniada, id est napum appellant, in iis qui boni pravique succi sunt media habetur.* His accedit Columella, qui lib. de re rust. 11. cap. 10. *Ab his leguminibus ratio est habenda naporum raporumque, nam utraque rusticos implent. Magis tamen utilia rapa sunt, quia & majore incremento proveniunt, & non hominem solum, verum etiam boves pascunt. Præcipuè in Gallia, ubi Hyberna cibaria prædictis pecudibus id olus præbet. Solum putre & solutum res utraque desiderat, nec densa nascitur humo. Sed rapa campis, locisque humidis lætantur. Napus devexam amat & siccam tenuique propiorem terram. Itaque glareosis sabulosisque arvis melior exit, locique proprietas utriusque semen commutat. Namque in alio solo rapa biennio sata, convertuntur in napum* (hoc de rapis Theophrastus, & Plinius, nec parvum argumentum rapas fœminas rotundas esse, napum verò masculum rapum, & oblongum) *in alio napus raporum accipit speciem. Riguis locis utrumque rectè ab solstitio seritur, siccis ultimâ parte mensis Augusti, vel prima Septembris, subactum solum pluribus iterationibus aratri, vel rastri, largéque stercore satiatum postulant. Nam id plurimum refert, non solum quod melius ea proveniunt, sed quod etiam post fructum eorum sic tractatum solum segetes opimas fecit. Iugerum agri non amplius quatuor sextariis raporum seminis obserendum est; quarta parte amplius napis spargendum, quia non in ventrem latescunt,* (attende Lector rotunda rapa vocat, longa napos) *sed tenuem radicem deorsum agunt.* Idem Pallad. lib. 8. titulo 2. Ut ut sit, si masculum rapum non sit napus, vicinas admodum esse plantas, præter dicta, probat quod Dioscorides napi caput rapis subjunxerit. Napus Græcis βουνιὰς dicitur, a tumenti figura deducta significatione, ut viris placet doctis. Sed rapis hoc nomen magis competit, siquidem rapa tument, ut ex Columella jam audivimus, napi non tument, sed tenuem deorsum mittunt radicem. Fortassis nomen illud accepit, quod facile extuberet, ac in rapum mutetur. Diligenter cavendum, ne cum Plinio bunium cum buniade confundamus; diversæ enim plantæ, admodumque differentes sunt. De buniade agit Dioscorides lib. 2. c. 136. de bunio verò lib. 4. cap. 124. Illud notandum, Grecorum ναπὺ sinapi esse Latinorum; napum si non masculum rapum, proximè tamen ad longum accedere rapum. Napi delineationem non tradidit Dioscorides; quia suo ævo cognita satis. Napus vulgaris hodie notus non est, si rapa mascula, sive longa non sit. Recentiores hanc, cujus picturam addidi, pro napo plantam ostendunt. Foliis, caulibus, flore, siliquis, semineque rapum refert, sed radix quæ rapo in orbiculatam longitudinem extuberat, napo in longitudinem exporrigitur. Napi siquidem crassa (Columella tenuis, sed hoc respectu extuberantis rapi intelligi debet) & longa radix est; hujus autem tum & rapi sylvestris habetur species, quã Galliæ rura navetam, teste Ruellio, appellant; quæ ex non transplantatorum sive raporũ, sive naporum semine nascitur, & foliis, caule, reliquisque rapum ac napum æmulatur, sed radice non crassa, oblonga quidem & haud magna est. Aliam agnoscit differentiam Mathiolus; alteram nimirum alba, alteram flava constare radice, flavas crassitie albas superare, ac colore magis placere, insipidiores tamen esse, & ob id gustui minus gratas. Errant Botanici qui scribunt Theophrastum plura naporum genera novisse. Hos decepit Plinius, qui raphani, napi, brassicæque historiam, ut supra dixi, confundit; & napis adscribit quæ Theophrastus raphano, seu raphanidi. Ut Plinium excusent, mendosum ejus codicem esse scribunt. Sed Plinium scripsisse uti vulgò legitur, hæc verba satis ostendunt. lib. 19 c. 5. *Iidem naporum quinque genera fecere &c.* Post pauca. *Palma Romæ Amiterninis datur, inde Nursinis, tertia nostratibus. Cætera de satu eorum in rapis dicta sunt.* Nemo in-

Bunias.



mo,inquam,amiterninos, vel nurſinos raphanos ſcripſit. Columella in hortulo,

Quæque amiterninis defertur bunias arvis,
Hujus judicio ſubſcribit Martialis,
Hos amiterninus (ager) *felicibus educat hortis,*
Nurſinas poteris parcius eſſe pilas.

Amiternum Campaniæ urbs eſt, hodie Aquila dicta. Nurſinæ pilæ napi ſunt. Apud Galenum lib. de antid. cap. 12. mentio fit napi ſylveſtris,quæ ex Creta adferebatur. Hinc colligunt napum fuiſſe aliam ſativam, aliam ſylveſtrem. Reſpondent doctiores, ſi duplex napi ſpecies fuiſſet, id vel Dioſcorides vel Galenus prodidiſſent. Siquidem Dioſcorides de plantis,quarum ſativa & ſylveſtris ſpecies datur, eodem immediatè loco diſſerere ſolet. Sed potuit Galeni ævo adferri ex Creta napus ſylveſtris quædam, quæ Dioſcoridis temporibus incognita fuit; quare facile fieri poteſt napum aliam ſylveſtrem,aliam ſativam fuiſſe. Accedit quod Honorius Bellus Bauhino plantam miſerit, napi ſylveſtris Creticæ nomine, &, ut Ruellius teſtatur, in Gallia napus ſylveſtris reperitur. Ad rapas redeo; Laudat rapum Athenæus Thebanum, nurſinum Columella in hortulo.

Quin & tardipedi ſacris jam rite ſolutis
Nube nova ſeritur, cœli pendentibus undis,
Gongilis illuſtri mittit quam Nurſia campo,
Quæque amiterninis defertur bunias arvis.

Ex hoc iterum loco diſcimus cognatas admodum plantas napum rapumque fuiſſe. Athenæus rapum laudat circa Magneſiam, διοκλῆς δὲ κολοκύντας μὲν καλλίας γίνεσθαι περὶ μαγνησίαν. περισσὰ τὰ γογγύλην ὑπερμεγέθη γλυκεῖαν καὶ εὐστόμαχον. i.e. Diocles autor eſt propie Magneſiā cucurbitas ampliſſimas gigni ac inſuper rapa inuſitatæ magnitudinis, dulcia & ſtomacho utilia. Refert Mathiolus innumera rapa ſe vidiſſe, quæ triginta libras penderent, & centum quibuſdam locis. Magno naturæ miraculo, quæ ex tam parvo ſemine, tribus penè menſibus, tam inſignes, grandeſque gignat radices. Apud nos quæ libras pendent 10 grandes ſunt, minores tamē dulciores, & tamen apud nos grandiſſimæ ac optimæ ſint oportet, ſi verum antiquitas tradit. Plinius lib. 18. cap. 13. *Terram non moroſè eligit, penè ubi nihil aliud ſeri poſſit. Nebulis ac pruinis, ac frigore ultro aluntur, amplitudine admirabili vidi xl. libras excedentia.* Rationem addit Theophraſtus,quod incrementum in radicem non in folia vertatur. Columella experientia hoc ſibi comprobatum aſſerit. Nec hoc Martialem latuit.

Hæc tibi brumali gaudentia frigora rapa
Quæ damus, in cœlo Romulus eſſe ſolet.

Credidit antiquitas non tantum Deos Deaſve nectare & ambroſia veſci , verum etiam vilibus quibuſdam cibis,ut Romulum rapis teſte Martiali. Seneca in Apocolocyntoſi. *Sitque è republica eſſe aliquem qui cum Romulo poſſit ferventia rapa vorare.* Palladius docet quo modo grandes rapæ reddantur lib. 8. tit. 2. *Iugero raporum quatuor ſextarii, napi autem quinque ſufficiunt. Si ſpiſſa ſunt, intervelles aliqua , ut cætera roborentur; ut autem ſemina majora redigantur , eruta rapa foliis omnibus purgas, & ad dimidii digiti craſſitudinem in caule ſuccides. Tunc & ſulcis diligenter ſubbactis, octonis digitis ſeparata obrues , & iniicies terram & calcabis , ita magna naſcentur.* Notant adverſariorum auctores, oblongam rapam Venetis olitoribus vœnum ferri in forum hyeme; purpura,nitida,ac pellucida radice, guſtu teneriore,ſuavioreque, in acetariis cruda, cum eruca, lactuca, & aliis illic eſitari ſolita. Talem me rapam ſemel vidiſſe memini. Sylveſtre rapum Dioſcorides his ferè verbis deſcribit; ἡ δὲ ἀγρία γογγύλη φύεται ἐν ἀρούραις, θάμνος πηχυαῖος τὸ ὕψος πολύκλαδος, ἐξ ἄκρου λεῖος, φύλλα ἔχουσα λεῖα, δακτύλου τὸ πάχος, ἢ καὶ μείζονα. καρπὸν δὲ ἐν λοβοῖς καλυκώδεσιν, ἀνοιχθέντων δὲ τῶν περικαρπίων, ἔσωθεν ἄλλος κεφαλοειδὴς ἐστι λοβὸς, ἐν ᾧ σπερμάτια μέλανα, θραυσθέντα δὲ λευκὰ ἔνδοθεν. *Sylveſtre rapum in arvis naſcitur, frutex cubitali altitudine, ramoſus, in cacumine lævis, foliis quoque lævibus, digitali craſſitudine, aut etiam majore* (Ruellius πλάτος legit, *latitudine*, & ita apud Serapionem ſcriptum reperitur, apud oribaſium πάχος. Saracenus vulgatam ſervat lectionem ; verum iſta non foliis,ſed radici potius,cujus alioquin non meminit auctor, tribui judicat: ita ut deſideretur vox ῥίζαν , quod fortaſſis non ineptum , veriſimilius enim radices digitali craſſitudine eſſe,quam folia) *fructum verò gerit in ſiliquis calyculatis. apertis autem fructus involucris intus alia ſpectatur ſiliqua capitis ſpecie :* Qua quidem parvula ſemina nigra continentur, quæ tamen fracta intrinſecus alba conſpiciuntur. Meminit hujus rapi Plin. l. 20. cap. 3. *Sylveſtre rapum in arvis maxime naſcitur , fruticoſum, ſemine candido , duplo majore quā papaveris.* Meminit & ſylveſtris rapi Theophraſtus lib. 7. hiſt. cap. 6. ubi longam habere inquit radicem, raphanique modo conſtare, cauleque brevi. Vide lector quæ ſupra dixi. Errant qui rapunculum ſylveſtre ſtatuunt rapum. Capitula enim in quibus ſemen concluditur non ſunt duplicia; caret etiam radice longa, raphani modo, nec ramoſum cernitur. Nec viola mariana ullo pacto dici poteſt, rapum ſylveſtre: folia enim habet oblonga lata , ſubnigra , aſpera , nonnihil hirſuta, vulgaris bugloſſi foliis nigriora, minora , minuſque aſpera; caules deinde ſecundo anno profert rotundos, rectos, ramoſos, aliquantulum etiam hirſutos, circa quos folia ſimilia, ſed minora. Poſt flores ut plurimum cæruleo purpureos, capitulum naſcitur, ſuperiore parte latius, quinque angulos, ut etiam flores habens, & quinque loculis , veluti caligulis aſperis & hirſutis deorſum dependentibus circumveſtitum , in quo ſemen exiguum, ſubruffi , & ejus cujus caſtaneæ , fructus echino exempttus propemodum coloris. Conferat hæc Lector cum deſcriptione Dioſcoridis ; videbit facile in quibus differant. Reſpondent tamen , quæ de lævitate ſummorum caulium, ac foliorum, & ſeminis nigredine, ac interiore ejus medulla candida traduntur, ad ſylveſtris rapi , hujus præſertim deſcriptionem non pertinere ; Sed affirmant hæc quidem ; rationem tamen nullam addunt. Cur rejicienda hæc non putem, faciunt Oribaſius & Serapio; apud quos hæc reperiuntur. Et quid notius quam hoc ex Dioſcoride tranſcriptum , nec rapum ſylveſtre non bulboſum, apud nos ſatis frequens. Rapum eſt agreſte Dioſcoridis Luxuriat hoc tanto foliorum numero, ut radix non tuberoſa, aut rapoſa, nec ventrioſa, uſpiam fit, ſed exilis; ſativæ rotundæ turbinatæ non abſimilis, ſed diſcretu alioquin facilis ; criſpiore, rugoſioreque & uberiore eſt folio. Cum folio lævi deſcribatur Dioſcoride. Nec ſemen in ſiliquis calyculatis, iiſque geminis gerit. Videt ipſe lector non eſſe rapum antiquorum ſylveſtre. Nec id adverſariorum Auctores ſcripſerunt. Hæc de rapo dixiſſe ſuffecerit. Adiicio quod Ioſephus a Coſta lib. 4. cap. 18. ſcribit ſolum in India, leos

raparum tam ferax esse, ut ea in viis publicis, sponte proveniant: ita ut cùm Indi in nonnullis locis agros frugibus consituri essent, propter ingentem raparum propaginem, abinstituto desistendum fuerit.

Brassicam Græcis antiqui ῥάφανον dictam esse, supra diximus, recentioribus vero ῥάφανον raphanum significasse, ac ita duas diversasque plantas uno nomine insignitas ob mutuam quandam affinitatem, ac amicitiam seminis utriusque, vetustioris præsertim, utramvis plantam generantis. Geopon; auctor εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι κράμβης σπέρμα παλαιούμενον ῥάφανον φύσει. *Verum nosse expedit, quod brassicæ semen inveteratum rhaphanum producit.* Recentiores Græci κράμβην dixerunt, quasi κορέμβλην, teste Suida, παρὰ τὸ κόρας ἀμβλύνειν quod oculorum pupillas quas Græci κόρας vocant, hebetet, obtundatque. Simon Sethi, ὄψιν τε ἀμβλύνει; *oculorum aciem hebetat.* Columella in Hortulo,

Nunc veniat quamvis oculis inimica coramble.

Hoc etymon fortassis cuipam non placebit, quod Dioscorides lib. 2. cap. 146. ἀμβλυωποῦσι δὲ βοηθεῖ· καὶ τρομώδεσιν ἐσθιομένη, *quibus obtusior est oculorum acies ac tremula, in cibis auxiliatur.* Plinius lib. 20. cap. 9. ex sententia Catonis. *Hunc cibum & oculorum claritati conferre multum olim: succum vero crudæ, vel angulis tantum tactis cum Attico melle, plurimum.* Solvit hunc nodum Galenus, qui adversus hebetudines prodesse brassicam dicit cum oculi humidiores justò sunt. Id quod his verbis declarat, lib. 2. de aliment. facult. cap. 44. ξηραίνει μὲν οὖν ἀλλήλοις παραπλησίως φακῆ τε καὶ κράμβη, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ὄψιν ἀμβλύνει πλὴν εἰ τύχοι ποθ' ὑγρότερος ὢν παρὰ φύσιν σύμπας ὁ ὀφθαλμός. *Lens itaque & brassica æquali inter se mensura exsiccant, ob idque visum hebetant, nisi fortè totus oculus humidior fuerit, quam naturalis habitus postulet.* Alii κράμβην vocatam asserunt, quasi κόρῳ ἄμβη, vel ἀντίβη quod crapulæ adversetur. Et hac commendatione non tantum apud Græcos veteres, & recentiores, sed etiam Latinos Belgasque notissima. Dioscorides καὶ τὰς ἐκ κραιπάλης καὶ οἴνου κακίας σβέννυσιν ἐπιλαμβανομένη *summo cibo sumptu, noxas ex crapula, largioreque vini potu pellit atque restinguit.* Rationem dat Galenus lib. 2. κατὰ τόπους cap. 1. ex sententia Apollonii, τῶν δὲ λαχάνων θριδακίνη μὲν ὡς εὔχυλος τε καὶ ψυκτική, κράμβη δὲ ἀτμῶν ξηραντική. Idem eodem capite, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ φύλλα τῆς κράμβης ἀποβραχθέντα θερμὰ καὶ περιτεθέντα τῇ κεφαλῇ, καὶ δεχθέντα φυσικῶς ἀντιπαθεῖ τῇ μέθῃ. i. e. *Ex oleribus est lactuca, ut pote boni succi & refrigeratoria & brassica quæ vapores resiccet. Quin & ipsa brassicæ folia calida macerata, capitique circumposita ac obligata, naturaliter ebrietati resistunt.* Cato cap. 156 *Si voles in convivio multum bibere, cænareque libenter, ante cænam esto crudam quantum voles ex aceto. Et item ubi cænaveris, comesto alia quinque (brassicæ) folia, reddent te quasi nihil ederis, biberisque, bibesque quantum voles.* Ex hoc loco Plin. lib. 20. cap. 9. *vino eam adversari, ut inimicam vitibus, antecedente in cibis, ebrietatem caveri: postea verò sumta crapulã discuti.* Eam ob rem Athenæus ad finem lib. 1. narrat Ægyptiis olim id fuisse solenne, ἔτι δὲ φίλοινοι αἰγύπτιοι σημεῖον δὲ τὸ παρὰ μόνοις αὐτοῖς ὡς νόμιμον ἐν τοῖς δείπνοις, πρὸ πάντων ἐδεσμάτων κράμβας ἐσθίειν, ἑφθὰς καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο παρασκευάζεσθαι. καὶ πολλοὶ εἰς τὰς κατασκευαζομένας ἀμεθύστους προσλαμβάνουσι τὸ τῆς κράμβης σπέρμα. καὶ ἐν ᾧ δ' ἀμπελῶνι κράμβαι φύονται ἀμαυρότερος ὁ οἶνος γίνεται. διὸ καὶ συβαρῖται, φησὶ τιμαῖος, πρὸ τοῦ πίνειν κράμβας ἤσθιον. *Vinolentos Ægyptios fuisse hoc ostendit, quod apud eos tantum in cænis statutum est ante omnem cibum brassicam elixam comesse, & ad compotationes ita sese præparare. multi sane ut ab ebrietate vindicentur, præsumunt brassicæ semen.* Quin & in qua vite brassica nascitur, inde vinum exilius. Quamobrem Sibaritæ, ut inquit Timæus, antequam potarent, brassicarum esu se muniebant. Alexis,

Ἐχθὲς ὑπέπινες, εἶτα νυνὶ κραιπαλᾷς
Κατανύστασον. παύσῃ γάρ. εἶτά σοι
Δότω ῥάφανόν τις ἑφθήν.

Heri bibisti plus satis, nunc grave caput,
Sentis, medendum est huic malo, jejuno
Deinde brassicam tibi dabit quispiam elixam.

Ex his non tantum brassicam post cibos sumptam crapulam discutere; sed etiam ante eosdem ebrietatem præcavere. Hinc fabulæ, quæ apud geoponicũ auctorem extat, origo, qui multa eaque admiranda de brassica lib. 12. cap. 17. refert. ὁ δὲ Νίσωρ ἐν τῷ ἀλεξικάκῳ αὐτοῦ λέγει, τὴν κράμβην δάκρυον εἶναι τοῦ λυκούργου. ἡνίκα γάρ φησὶ ὁ Διόνυσος τότε εὐλαβηθεὶς ὑπὸ τὴν θάλασσαν ἔδυ, ὁ δὲ λυκοῦργος ὑπὸ τῆς ἀμπέλου δεσμωθεὶς, δάκρυον ἐπαφῆκεν, ἐκ τοῦ δακρύου λέγει φῦναι τὴν κράμβην. καὶ διὰ τοῦτο ἀντιπαθῶς. ἔχειν πρὸς ἀλλήλας τὴν κράμβην καὶ τὴν ἄμπελον. ἀμέλει εἴποτε κράμβη ἐν ἀρούραις προσπελάσει τῇ ἀμπέλῳ, ἢ μαραίνεται παραχρῆμα, ἢ μαραίνει τὸ κλῆμα. διὰ δὲ τὴν οὖσαν μεταξὺ αὐτῶν ἔχθραν, εἰ συμβῇ ὑπὸ ῥεύματος κεφαλῆς τὴν σταφυλὴν, ἤτοι κιονίδα κατὰ τοῦ λαιμοῦ χαλασθῆναι, ὠμῆς κράμβης ὁ χυλὸς κατὰ κεφαλῆς ἐπιβαλλόμενος, ἀνασπᾷ τὴν σταφυλὴν εἰς τὰ μετέωρα τοῦ στόματος. εἰ δὲ συμβῇ παραφυτεύεσθαι ἀλλήλαις ἄμπελον, καὶ κράμβην, αὐξόμενον τὸ κλῆμα τῆς ἀμπέλου ἐπειδὰν μέλλει πλησιάζειν τῇ κράμβῃ, οὐκέτι ἐπ' εὐθείας χωρεῖ, ἀλλ' ἀναποδίζει, μεμνημένον τρόπον τινὰ τῆς πρὸς ἄλληλα ἀντιπαθείας. ὁμοίως δὲ ἄν τις ἑψομένῃ τῇ κράμβῃ ἐπιψεκάσειεν ἐλάχιστον οἴνου, οὔτε ἑψεῖται λοιπὸν, καὶ ὅσοι βούλονται πολὺν οἶνον πίνειν, καὶ μὴ μεθύσκεσθαι, ὠμὴν κράμβην προεσθίουσιν. *At vero Nestor in Alexicepo suo, brassicam Lycurgi lachrymam esse dicit. Quum enim Bacchus eum riveritus, inquit, mare subiisset, Lycurgus vero vite vinctus lachrymam emisisset, ex lachryma brassicam enatam esse dicit, & ob id contrarietatem inter se brassicam & vitem habere. Profectò si quando brasica in arvis appropinquaverit viti, aut statim tabescit, aut sarmentum vitis tabefacit. Ob hanc autem inimicitiam inter hæc ipsa, si contigerit à capitis destillatione uvam aut columellam in guttur laxari crudæ brassicæ succus capiti impositus, uvam retrahit in sublimem oris partem. Si verò contingat plantari ex vicino vitem ac brasicam, sarmentum vitis augescens, ubi jam brasicæ appropinquaturum est, non amplius directè procedit, sed retrovertitur, reminiscens quodã modo mutuæ contrarietatis. Similiter si quis brasicæ dum coquitur, vinum vel modicissimè instillet, neq; coquitur de cætero, & color ejus corrumpitur. Et qui multum vinum bibere volunt, & non mebriari crudam brasicam præsumunt.* Novi quosdam qui remedii hujus experimentũ fecere, inebriati non fuere, Sed cùm plus æquo vini assumpsissent, evomere coacti sunt Vide plura lib. 4. de causis. Nicand. ut l. 9. refert Athen. brassicam μάντιν appellatã scribit, ἣν μάντιν λαχάνοισι παλαιογόνοι ἐνέπουσιν. μήποτε δὲ ὁ Νίκανδρος μάντιν κέκληκε τὴν κράμβην ἱερὰν οὖσαν. *Brassicam inter olera vatẽ prisci vocarunt, non autem solus Nicander brassicam appellavit sacram.* Hoc nomen accepit, quod veteres per brassicam jurarent. Athenæus loco citato, καὶ Ἀνάνιος δέ φησι· σὲ πολλῶν ἀνθρώπων ἐγὼ φιλέω μάλιστα, ναὶ μὰ τὴν κράμβην, καὶ τηλεκλείδης πρυτάνεσι, ναὶ μὰ τὰς κράμβας ἔφη. καὶ ἐπίχαρμος ἐν γᾷ καὶ θαλάσσᾳ ναὶ μὰ τὴν κράμβαν. εὔπολις βάπταις ναὶ μὰ τὴν κράμβην. ἔοικε δὲ ἰωνικὸς εἶναι ὁ ὅρκος. *Ex multis hominibus, per brassicam, te maxime diligo, inquit Ananius, Teleclides in prætoribus, per braßicas hoc juro dixit, Epicharmes in terra & mari, itidem per braßicam hoc assevero, Eupolus in baptis, per braßicam ita est. Iusiurandum verò Ionicum hoc videbatur.* Bœotis, ut supra dixi, γαστὴρ dicta fuit. Brassicæ nomen accepit, uti Varro lib. 4. refert de lingua Latina, à præseca, quod ex hujus scapo minutatim præsecatur, siquidem nunc tonsili, nunc cymoso caule spectatur: Non desunt qui brassicam contendant ἀπὸ τοῦ βράζειν, à vorando nomen accepisse, Estur enim a tota plebecula, tum cocta, tum cruda, vel muria servata. Non desunt qui brassicam quasi passicam nominatam referunt, quod ex caule minutatim præsicatur ut passa fiat. Alii caulem vocant, quoniam præ cæteris oleribus insignĩ caule vigeat. Alibi etiam Doctiss. Gaza ῥάφανον interpretatur *caulem*, nos *brassicam* maluimus vertere, ambiguitatis fugiendæ gratia. καύλιον Hesychius olus sylvestre vocat, κωνικὸν καύλιον, ἄγριον λάχανον. Sed de brassicæ etymo satis superque. Illud addendum, quid brassicæ cuma sit. Sæpius enim tum apud Latinos tum Græcos vox hæc occurrit. κῦμα velut κύημα vel κυμάτιον dicitur, uti apud Dioscorid. legitur. In plantis fœtus est, qui primo vere editur, turiones & asparagos vulgò vocant. Nam cum vernum tempus appetit, primo quoque foliorum pullulatu, præclusis adhuc florum calycibus, quosdam quasi turiones olus subministrat, in quibus floris primũ, mox seminis fœtus concluditur. Cyma ergo brassicæ coliculus sive cauliculus, qui prima germinatione producitur. Galenus lib. 2. de aliment. facultat. Ὁ μὲν οὖν τῆς κράμβης (subaudi ἀσπάραγος) ὃ καὶ κῦμα καλοῦσιν ἔνιοι, καὶ συναίρεσιν ἐμοὶ δοκεῖν τοῦ διὰ τριῶν συλλαβῶν ὀνόματος, λεγομένου τοῦ κυήματος τῆς κράμβης, *Braßicæ igitur germen, quod nonnulli etiam cyma nominant, per contractionem nimirum nominis trissyllabi κυήματος.* Plinius lib. 19. cap. 8. *Transfertur cum quinque foliorum est: cymas à prima sectione præstat proximo vere.* (nota quod κύμας fœminino genere vocat, cum Græci neutro, ut etiam Columella.

Frigoribus caules & vere cymata mittit)

Hic

Hic est quidam ipsorum caulium delicatior teneriorque cauliculus. — Postquam ex eadem brassica contingunt æstivi autumnalesque cauliculi, mox hyberni, iterumque cyma, nullo quæ genere multiferè donec sua fertilitate consumatur. Archigenes apud Galenum lib. 10. κατὰ τόπους cap. 1. κύματα πρωτοτόμους καυλὲς vocat. Locus insigniter depravatus, sic vulgo legitur; Σφόδρα ἔφη ἀξιολόγως ὁ παρὰ τῷ Φρίκῃ λινοφόβῳ ἀντιπαθῶς βοηθεῖν, εἰς ἀνασκευὴν, πρωτοτόμου καυλοῦ ἀφεψήματος κύατος β. νήστει διδομένους ἐπὶ ἡμέρας Θ Legendum, σφοδρὰ δὲ ἔφη ἀντίοχος ὁ παρὰ τῷ Φρίκῃ λινοφόβῳ ἀντιπαθῶς βοηθεῖν εἰς ἀνασκευὴν πάθους τοῦ πρωτοτόμου καυλοῦ ἀφεψήματος κύατος β. εἰς ἡμέρας θ. *i. e.* Ceterum Antiochus apud Phrycen linophobum, valde juxta naturalem contrarietatem auxilio fuisse ait, ad mali eversionem protomi caulis (id est, cymatis brassicæ) decocti cyathos duos jejuno ad dies novem exhibitis. Sic legendum vel ex Dioscoride probatur, τὸ δὲ αὐτῆς κύημα. — καὶ εὐρηπικώτερον. Hujus caulis meminit Martialis lib. 10.

Et faba faborum prototomique rudes, Idem *lib.* 14.
Quum mihi boleti dederint tam nobile nomen,
Prototomus, pudet heu, servio cauliculis.

Prototomi dicuntur à prima cæsura ac sectione, quando videlicet ad generationem seminis angescentes succiduntur, & in ciborum usum veniunt.

Alibi etiam πρωτότομον καυλὸν eodem significatu legitur. Apud Theophrastum lib. 4. cap. 16. πρωτοτόμον ἀμπέλου reperitur, cui ὀψίτομον. Cymata brassicæ Marcellus Empiricus græca appellatione vocat cap. 20. Haplosiles, à teneritudine, Variis in locis Theophr. brassicæ notas tradidit. Lib 1. cap. 15. inter ἀείφυλλα numeratur. cap. 16 carnosa esse folia. cap. 23. utraque parte germinare lib. 7. Hist. cap. 1. & lib. 4. de caus. cap. 3. decimo à satione provenire die. Lib. 7. cap. 2 & lib. 1. de caus. cap. 4. Avulsione exoriri lib. 7. c. 2. regerminatos caules suaviores inquit, si antequam decaulescat folia detrahantur. Videat lector quæ à nobis adhunc locum dicta sunt. Lib. 3. de caus. cap. 24. tonsam, detusamque brassicam fieri meliorem. Videat locum lector lib. 3. de caus. cap. 3. Inter ea quæ speciem mutant refert. lib. 7 hist. cap. 5. erucas innasci scribit, à quibus defenditur, si juxta ervum seratur. Lib. 3. de caus. cap. 15. lib. 2. de caus. cap. 15. vitem ex odore brassicæ lædi. Adeat lector locum & annotata examinet. Hæc Plinius napis, brassicæ, & raphanis adscripsit, ut supra notavi. Brassicæ tria inquit Theophrastus esse genera, crispum, læve & Sylvestre, Tres etiam brassicas novit Athenæns, halmyridem, lævem & silusinam. Verum ubi verba Theophr. refert recenset duo genera, crispam & sylvestrem, quasi apud Theophrastū lævis nulla fieret mentio. Plinius lib. 19. cap. 5. turpiter brassicæ cum rhaphani generibus confundit, attamen ea quæ Theophrastus de brassica scribit, ad verbum exscripsit. Capite vero octavo plura brassicæ genera recenset, de quibus agam ubi Theophrasti verba examinaverimus. Cato cap. 157 tria etiam describit genera. Dioscorides etiam tria genera novit, sativum, Ægyptium, & sylvestre: addit quartum marinum, de quo alibi. Non enim pertinet ad brassicæ classem; Facie enim & viribus dispar. Illud de hoc genere quarto addendum, quod Historiographus Emanuel de Meteren scribat, Soldanella, sic vulgo vocatur, servos quosdam cum Slusa Flandriæ urbs, ab illustriss. Principe Auraico Mauritio obsideretur, ad multū tempus vitam sine pane vel sale sola hac herba sustinuisse. Nec lævem, nec scabram, describit Theophrastus, sed seminis utramque agnoscere differentiam, bonum enim vel vitiosum ferre, etiam, crispam succi bonitate & folii amplitudine, lævem præstantiorem esse. Athenæus crispam selinam vocatam scribit, quod foliis apio similibus conspiciatur. ἡ δὲ σελινουσία τὴν ὀνομασίαν ἔχει διὰ τὴν ἐυλότητα. ἐμφερὴς γὰρ ἐστι σελίνῳ, καὶ κατὰ τὴν ἄλλην πύκνωσιν. *Seliniam appellarunt ob crispa folia, apio namque similis est, & præter alia foliorum densitate.* Cato loco citato, *Altera est crispa quæ à similitudine apii* σελινοειδὴς *vocatur.* (Fissis foliis est, in variasque partes dissectis neutiquam crispis) *Hæc est & aspectu, & natura bona ad curationem, validiorque est, quam quæ supra scripta est.* Lævis nomen accepit, quod foliis levibus est, hæc ubique nascitur. Athenæus ἡ δὲ λειόφυλλος ἀνὰ πᾶσαν φησι χώραν γίγνεται Cato loco citato. *Prima est lævis, quæ cognominatur* λεία, *grandibus & latis foliis, caule magno, validam hæc habet naturam & vim magnam habet.* Idem Plinius lib. 20. cap. 9. *In tres species eam divisere Græci* (hæc lib. 19. cap. 2 de raphano) *antiquissimi, crispam, quam selinada vocaverunt,*

Brassica tenuifolia, laciniata seleni folio.



à similitudine apii foliorum, stomacho utiliorem, alvum modicè mollientem. Alteram leam latis foliis, è caule exeuntibus: unde caulodem quidem vocavere, nullius in medici-

Brassica vulgaris sativa Lobel.



na momenti. Contra, uti audivimus, Cato, qui vim magnam huic adscribit, sed non æque ac altera præstantem. Ex dictis vulgatos codices Theophrasti depravatos esse satis videre est, ac correctionem quam dedimus legitimã esse. Levis hæc, sativa Dodonęi est, Belgæ **groote roode koolen** vocant, id est magnam rubram Brassicam. Hanc Plinius, alibi cumanam vocat, lib. 19. cap. 8. *Cumanum* inquit *sessili folio capite patulum.* Priorem apianam à similitudine apii vocat eodem cap. *Genera ejus facit tria, unam extentis foliis, caule magno alteram crispo folio quam apianam vocat.* Belgæ duas brassicas norunt, quarum unam **ghecronkelde kool** vocant, sive crispam. Plinius lib. 19. cap. 8. Sabellicum etiam vocat, vel saltem vicina admodum huic est. *Sabellico usque in admirationem crispa sunt folia, quorum crassitudo caulem ipsum extenuat, sed dulcissima perhibentur ex omnibus* (generibus intellige). Columella in hortulo.

Quæ duri præbent cymosa stirpe Sabelli.

Sabellici populi sunt, qui montes incolunt, inter Sabinos & Marsos, à Sabinis orti. Alteram Belgæ vocant **gehackelde kool**/ sive foliis fissis. Utra Theophrasti sit lectoris esto judicium: Non videtur selenitis ab οὐλοφύλλου diversa, quia omnes Latini & Athenæus crispam folio apii discribunt. Tertiam sylvestrem Theophrastus vocat. Huic folium parvum, leve ac rotundum inquit esse, ramosque ac folia multa habere, succumque asperum & medicamentosum. lib. 7. cap. 6. Foliis minoribus caulibusque scabrioribus constare, succo acriori, vehementiorique. Eodem cap. brassicam sylvestrem rotundiores ac leviores quam sativam gerere caules; foliorum appendicem illa latam, hæc habet rotundiorem, foliumque ipsum minus angulatum. Videt lector manifestam contradictionem, sed & videat quæ ad caput hoc annotavimus. Plinius lib. 19. cap. 5. *Tertium sylvestre atque huic, lævia quidem* (folia) *sed breviora ac rotunda copiosaque, atque fruticosa, sapor autem asper & medicamenti instar ad eliciendas alvos.* Idem lib. 20. *Tertia est proprie appellata crambe, tenuioribus foliis & simplicibus, densissimisque amarior, sed efficacissima.* Cato loco citato. *Item tertia, quæ* κράμβη *vocatur minutis caulibus, tenuioribus foliis, & acerrima omnium est istarum,* (amarior Plinius) *tenui succo vehementissima.* Notandum quod Cato & ex eo Plinius (ex Græcis enim antiquissimis non hausit) scribant hoc genus κράμβην vocari. An itaque reliqua genera κράμβης nomen non obtinuerunt? Contrarium ex Galeno probavimus. Dicendum hoc genus κατ' ἐξοχὴν nomen hoc audivisse. De hac intelligi debet vulgatum Græcorum adagium δὶς κράμβη θάνατος. *crambe bis posita mors.* Ad hoc adagium allusit Iuvenalis satyr 7.

Occîdit miseros crambe repetita magistros.

Exponit adagium hoc magnum illud Roterodamense lumen. Antiquitus scribunt in conviviis ad hibere solere, verùm recoctam adeò nauseam adferre, ut Græcis in fastidii proverbium abierit. Quoties enim rem iterum atque iterum repetitam non sine molestia indicabant δὶς κράμβη θάνατος, id est κράμβη δίσεφθος. Sylvestrem brassicam his verbis describit Dioscorides. lib. 2. c. 147. Κράμβη ἀγρία φύεται ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐν παραθαλασσίοις καὶ κρημνώδεσι τόποις, ἐοικυῖα τῇ ἡμέρῳ, λευκοτέρα δέ ἐστι καὶ δασυτέρα καὶ πικρά. *Sylvestris brassica ut plurimum locis maritimis prœruptisque nascitur: sativæ similis, sed candidior hirsutior & amara.* Δασυτέρα ex Plinio quis interpretandum dicet *densior, frequentior*, quia hirsuta, non læviora. Theophrastus, Cato, Plinius folia sylvestris, lævia & multa dixerunt. Fortassis diversum sylvestris hæc brassica genus est à Theophrasti ac Catonis. Siquidem reperitur sylvestris quædam brassica quæ sativæ minori, quam κράμβην Dodonæus vocat, similis esset, nisi hirsutior, albidior, ac sapore amarior foret; folia siquidem, flores, & siliquæ satis respondent. Accedit quod in Zelandia hæc reperiatur altioribus juxta mare tumulis. Nec videtur Dioscoridis sylvestris cum Theophrasti convenire, siquidem Dioscorides brassicam sylvestrem sativæ similem scribit. Theophrastus folium tribuit sylvestri suæ parvum, læve ac rotundum, id est minus crispum & angulatum. Cum ex sativis nullum habeat folium rotundum. Videt etiam lector brassicam κράμβην Dodonæi (nostrates **slooren** vocant) non esse sylvestrem Græcorum, quia foliis est crispis neutiquã rotundis parvisque, nec etiam multis caulibus foliisque danata. Si brassica perfoliata plura haberet folia ac caules, optimè conveniret; & fortassis alibi copiosioribus caulibus & foliis provenit. Illud etiam indagandum, an halmy-

Brassica campestris Clusii.



Brassica cauliflora, aut Florida Botriitis Lobel.




ris Eu-

ris Eudemi apud Athenæum fit sylvestris brassica Dioscoridis, aut Catonis. Viris doctis sic placet; quia Dioscorides sylvestrem in maritimis nasci scripsit: differre tamen probatur, quod Dioscorides sylvestrem amaram dicit, halmyridem Eudemus sapore gratum. Εὔδημος ὁ ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ λαχάνων κράμβης φησὶν εἶναι γένη τρία· τῆς τε καλουμένης, ἁλμυρίδος καὶ λειοφύλλου καὶ σελινουσίας· τὴν δ' ἡδονῇ πρώτην κεκρίσθαι τὴν ἁλμυρίδα, φύεται ἐν ἐρετρίᾳ καὶ κύμῃ, καὶ ῥόδῳ, ἔτι δὲ κνίδῳ, καὶ ἐφέσῳ. *Eudemus Atheniensis libro de oleribus inquit esse tria genera brassicæ nimirum quod halmyrida vocant, quod lævibus est foliis, & apianum. Halmyridem gustus voluptate censeri primam omnium. Nascitur in Cumis, Rhodo, Eretria, Cnido, Epheso.* Hac etiam de causa nec Theophrasti, nec Catonis sylvestris brassica esse potest; succum hęc asperum & medicamentosum habet. Fortassis Halmyris dicta, quod locis salsis proveniat, Theophrastus lib. 2. de caus. cap. 6. brassicam humore salso juvari, ac optimam fieri scribit. Locum adeat lector & videat annotata. Ex Plinio lib. 19. cap. 8. alia brassicæ genera veteribus cognita fuisse, discere licet. *Pompejanum procerius caule ab radice tenui, intra folia crassescit. Rariora hæc angustioraque, sed teneritas in dote, si* (legit Dalcampius *sed*) *frigora non tolerat.* Viri docti genus hoc putant, eam esse quam caulifloram vocamus brassicam. quod affirmare nequeo, sed in medio relinquo. Nescio enim utrum procerius hoc genus nascatur. Hyemem, superasse nondum observavi, saltem primo anno reliquis non majus. Illud probare videtur, caulifloram non esse Pompejanā; quia Italiæ est peregrina, sic enim dicta est à natali loco. Columella.

Quæ dulcis Pompeja palus vicina Salinis.
Herculeis, stiveoque siler qui defluit amni.

Vocat Pompejanam à Pompejanis Campanię populis qui prope Neapolim fuerunt. Sed caulifloræ semen, Alepo defertur: quod singulari cura coli vult, alioquin caulem statim producit &emen, ex qua Sabauda nascitur. Quæ brutiana & artinis, vocatur Belgis, mihique incognita est. Ex Plinio harum Historiam petat lector,

Brassica capitata alba.



& Columellæ Hortulo. Quas vulgo capitatas vocamus ad Cumanam pertinere arbitrantur; nisi forte ad lacuturres, ut Columella vocat, & turri lacus inquit Plinius loco citato. *Nuper subiere lacuturres ex convalle Aricina, ubi quondam fuit lacus turrisque quæ remanet; capite prægrandes, folio innumeri, alii in orbem porrecti, alii in latitudinē torosi. Nec plus ullis capitis post Tritianum, cui pedale aliquando conspicitur. Et cyma nullis serior.* Hęc Nicandro ac Galeno κεφαλωτὸς γόγγης dicitur. Quam brassicam caule rapum gerentem vocant, ex insitione brassicæ in rapam provenisse credunt, In excavatam rapam

Rapa brassica.



brassicæ repositum semen producitur, quum enatum est, brassica insidens rapæ quæ suo tempore floret, ac fert semen; unde nova quam non invenerat natura propagatur planta. Et hæc de brassica.

Τεῦτλον, πεῦτλιον, σεῦτλον ab impulsu dicitur, quod facilè excrescat; cultus enim ratione arboris incrementum capescit, teste præceptore lib. 1. hist. cap. 5. & 14. Betæ nomen accepit, quod figuram litteræ B dum semine turget referat. Columella lib. 10.

Nomine tum Grajo, ceu littera proxima primæ
Pingitur in cera docti mucrone magistri,
Sic & humo pingui ferratæ cuspidis ictu
Deprimitur folio viridis pede (radice) *candida beta.*

Nostrates **beet** & **biet**/à Latinis nomine deducto vocant. Betæ radicem Simoni Sethi σευτλόριζον appellare placuit. Inter olera à Theophrasto & veteribus numeratur, sed propter insipiditatem non nisi vino ac pipere conditā antiquitus utebatur Martialis.

Ut sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quam sæpe petet vina, piperque coquus.

A betæ mollitiē betiiare dicantur qui languent, uti apud Augustum salsè Catullus,

Languidior tenera cui pendens sicula beta,
Nunquam se mediam sustulit ad tunicam.

Animadvertendum siculam de virilitate dici, formā diminuta à sica, betam barbari & officinæ siclam, ut dixi, à sica, non, uti quidam putant, à sicula præstantissima beta, cui nomen à Siciliæ insula, in qua optimè provenit. Betarum notæ ex variis Theophrasti locis petendæ. Lib. primo cap. 16. carnosa folia, sed carnem in latitudinem distendi, non in rotunditatē crassari. Cap. 8 caulem carnosum esse. Cap. 9. radice cohęrere singulari

lib. 7. cap. 2. luculenter betæ diſcribit radicem; eam dicens eſſe ſingularem, longam, rectam; videat lector locum. Cur dulcis betæ radix, reliquæ verò partes inſipidæ; cauſam dat lib. 6. de cauſ. cap. 6. Hanc ob cauſam noſtrates hybernis menſibus, betæ rubræ radicibus, cortice exutis, ac coctis, ſale & pipere aſperſo libenter veſcuntur. Carnoſam eſſe radicem l. 7. cap. 4. ſcriptum reliquit. l. 7. c. 1. quo à ſatione proveniat die. Addit, ex vetuſtiore citius quam recenti provenire ſemine. Ratio videtur quod ſemen recens non ſatis elaboratum ac coctum ſit, temporiſque tractu matureſcat. lib. 7. cap. 6. ſemen ad perdurandum ſatis eſſe firmum, cortice enim obducitur Lib. 4. de cauſ. 7. & 3. ſemen aliud eodem tempore ſatum diverſis germinare temporibus, aliud die ſexto, aliud decimo, aliud poſt menſem, aliud anno demum elapſo. videat lector quæ annotavimus ad loca dicta. His fere notis betam delineat Theophraſtus, cui duo betæ genera cognita, candida & nigra: candidam ſiculam appellari, ac nigra præſtantiorem eſſe, ſed nigram copioſioris eſſe ſeminis. Idem Athenæus lib. nono ex Theophraſti hoc ipſo loco ſcribit.

Quod ubi ſcribat Theophraſtus, nondum ſcire licuit, ἡ δὲ σευτλὶς ἔπεφύ, φησι τῦ τεύτλου ἐςί. Idem auctor eſt, σευτλίδα, interpres τευτλίδα, quaſi betulã dicas, ἀπὸ τῦ τεύτλυ differre. Sed hoc alio quodam in libro jam deperdito ſcripſit. An ſeutlomalichion Geoponicῶν autoris lib 12. capite, ſit ſpinacia, ſic dicta quod inſtar malvæ mollis ſit, ſemina vero betæ ſpinoſa, vel, quod ſit folio betæ? Eubulus loco citato apud Athenæum quatuor betæ genera tradit. εὔδημος ἐν τῷ περὶ λαχάνων, τέσσαρα γένη φησὶν εἶναι τεύτλων, σπαςὸν, καυλωτὸν, λευκὸν, πάνδημον. τῦτο δ' εἶναι τῇ χρόα φαιόν. *Eudemus libro de oleribus eſſe betarum 4 genera tradit. Seſſile* (alii σπαςόν, cui opponitur καυλωτὸν *vulſile*) in caulem erectum (ſurculoſum Hermolaus) *candidum & ubique vulgare quod colore fuſcum eſt* Theophraſtus nigrum vocat. Quid nigrum botanicis ſit, alibi expoſuimus. Plinius lib. 19. cap. 8, *Beta hortenſiorum leviſſima eſt, ejus quoque à colore Græci duo genera faciunt, nigrum & candidius, quod præferunt, parciſſimi ſeminis, appellantque Siculum, candoris ſine diſcrimine præferentes & lactucæ. Noſtri betæ genera faciunt vernum & autumnale à temporibus ſativis* (vetus cod. *ſatus*) *quamquam & Iunio ſeritur.* Recentiores betæ nonnulla agnoſcunt genera; eſt alba beta, ſive palleſcens foliis cæteris grandioribus, atriplicis aut hortenſis rumicis ferè ſimilibus, per ambitum leviter fibriatis. Variat foliorum colore viridi, vel obſcuro magis vireſcente, quam nigram vocant adverſariorum Auctores. Reperitur beta rubra vulgaris, & radice rapę, quam Seuſtoſtaphylinum quidã vocant, alii rubram Romanam, quidam erythroriron; vulgata ſatis utraque, & in uſum recepta. Deſcribit Bauhinus betam ſemine aculeato, Dalecampius, πλατύκαυλον, quas nunquam vidi, nec ſemen habui.

Lactuca Græcis θρίδαξ & θριδακίνη fortaſſis παρὰ τὰ θρία quod folio ficulneo ſit, ut pote lactis non experte. Aliud etymon ethymologici adfert auctor, & veriſimilius θριδακίνη εἶδος μάζης καὶ λαχάνε, ὅτι τῷ θέρει γίνεται, θριδακίνη ἐςι τὸ μαρούλιον. Notandum tamen, ſylveſtrem lactucam propriè θριδακίνην, ſativam θρίδακα vocari, Galeno lib. 2. κατὰ τόπους cap. primo, teſte καὶ θριδακίνης κηπεύεται καὶ τῆς ἀγρίας ἣν ἰδίως ὀνομάζουσι θριδακίνην, τὴν γὰρ κηπευομένην ὀνομάζουσι θρίδακα. *Lactucæ tum hortenſis tum ſylveſtris quam proprie thridacinen Græci appellant: hortenſem enim thridaca vocant.* Idem fere repetit lib. 1. κατὰ γένη cap. 4. ἀλλ' εὐπόριςος ὁ τῆς θριδακίνης χυλὸς ὅτε τῆς ἀγρίας καὶ ὁ τῆς κηπευομένης, ἣν ἅπαντες οἱ ἕλληνες οἱ νῦν οὐ θριδακίνην, ἀλλὰ θρίδακα προσαγορεύουσι, τὴν ἀγρίαν μόνην θριδακίνην ὀνομάζοντες. *Sed acquiſitu facilis lactucæ ſuccus eſt, tum agreſtis, tum hortenſis: quam univerſi Græci hujus tempeſtatis non thridacinem, ſed thridaca nominant, agreſtem ſolam thridacinem appellantes.* Antiquis itaque Græcis tam hortenſis quam ſylveſtris thridacine dicta, etiam Atticis teſte Athenæo, θρίδαξ ταύτην ἀττικοὶ θριδακίνην καλῦσι. θριδακίνας δὲ εἴρηκε ςράττις. Recentioribus ſylveſtris πικρίχιν dicta eſt. Heſychio πικρίχιν ἡ ἀγρία θρίδαξ. Idem teſtatur Pamphylus apud Athenæum ἱπποκράτης δὲ πικρίχιν. Græco-Barbaris etiam μαρούλιον lactucam dictam lego. Suidas θριδακίνη τὸ παρ' ἡμῖν μαρούλιον. Heſych. θριδακίναι εἶδος μάζης παρὰ ἀττικοῖς, καὶ αἱ παρ' ἡμῖν θρίδακες, ἤγουν μαρούλια. Alii non μαρούλιον, ſed μαγγύλιον vocant; verum depravatos codices viri docti ſcribunt, uti etiam geoponicῶν auctoris, apud quem lib. 12. cap. 1. non ſemel μαρούλιν legitur. Objiciet quis, μαρούλιον vel μαρῦλιν non denotare lactucam, quia Geoponicῶν auctor loco citato μαρῦλιν & θριδάκιν (ſic illo ſæculo loquebantur) tanquam diverſa ponit Μεταφυτεύεται δὲ μαρῦλιν, θριδάκιν, φρυγιατικὸν πολύκλωνον. Legendum ἀντὶ θριδάκιν δικάρδιν vel δικάρδιον, uti, paulo infra ſcribitur. καὶ δικάρδιον μαρῦλιν, ῥιγίτανον. *ex lactucis dicardion ac rigitanon.* Sic viri docti. Ego μαρούλιον & θριδακίνην lactucam quidem eſſe concedo; ſed μαρούλιον pro vulgata lactuca, & θριδακίνην pro parva quadam lactuca, foliis lactucæ primùm prodeuntibus ſimili, agnoſco. uti Galen. lib. 2. de alimentorum facult: cap. 40. ſcribit. Verba Galeni videat lector infra capite 11. de chondrilla. Sed lactuca Galeni ſylveſtris planta eſt, Quare virorum doctiſſ. lectionem non improbo, ni conſtet, lactucæ illud genus à Græcis recentioribus cultum. Lactucam dixerunt Latini, uti Palladius in Ianuario tit. 14. ſcribit, quod abundantia lactis exuberet. Idem Varro lib. 4. vernacula lactuca à lacte quod olus id habet lac. Apulejus nomen accepiſſe ſcribit, quod lactis copiam commanducata mulieribus augeat. Probabilior Varronis, Palladiique ſententia. Lactucæ deſcriptio ex variis Theophraſti locis peti debet lib. 1. cap. 16. foliis jam perfectis caulem emittere. cap. 9. aquoſo conſtare ſucco. Obiiciet quis, lactucam à lacteo ſucco nomen accepiſſe, quod hoc capite quarto teſtatur. Conciliabuntur hæc loca, ſi dicamus præceptorem lib. 1. agere de foliorum ſucco, (caulis enim & radix lacteſcunt.) de caule lib. 9. cap. 8. Theophraſt. lib. 9. cap. 2. caules regerminatos eſſe ſuaviores ait: cap. 3. tranſlatam breviores habere quam ſatam radices, cap. 3. ſemen lanugine obductum eſſe, lib. 2. de cauſ. cap. 20. tuſam ac detonſam meliorem fieri. Lactuca alia ſylveſtris, alia urbana eſt. Differt ab urbana, uti lib. 7 cap. 3. inquit, quod breviorem ſylveſtris habeat radicẽ, & multicaulior ſit. cap. 6. folio breviori eſſe, quod cum conſummatum eſt aculeatur, brevioremque gerere caulem, ſuccum acrem habere ac medicatum, naſci inter arva. Locum ipſum adeat lector. Sativæ lactucæ genera plura ſunt. Aliud candidum, laticaule aliud, rotundicaule tertium, quartum Laconicum. Hunc de generibus locum nec Plinius, nec Athenęus ſatis fideliter, ni mendoſi codices, exſcripſerunt. Athenæus quidem lib. 2. ubi ſcribit Θεόφραςος δὲ φησι τῆς θριδακίνης ἡ λευκὴ, γλυκυτέρα καὶ ἁπαλωτέρα, γένη δ' αὐτῆς τρία; τὸ πλατύκαυλον, καὶ ςρογγυλόκαυλον. Non ſcripſit Theophraſtus albæ lactucæ genera tria eſſe, ſed præter albam alias eſſe tres. quare non dubito quin Athenæus ſcripſerit γένη δ' αὐτῆς ἐςὶν ἄλλα τρία & vocẽ τρία. & vocẽ ἄλλα exſcribẽtis negligentia omiſſas. Nec ſatis fideliter Plin. lib. 19. c. 8. hæc Theoph. de generibus lactucæ reddidit. *Lactucæ genera tria fecere Græci, unũ laticaulis; adeò ut hoſtiola olitoria ex his factitari prodiderint. Folium his paulo majus herbaceo & anguſtiſſimum ut alibi conſumpto incremento. Alterum rotundicaulis, tertium ſeſſile, quod Laconicam vocãt:* Theophraſtus non tria ſed 4 recenſet genera. Non attendit Plinius ad verbum ἄλλα, vel anagnoſtes non legit, Alia tria præter candidum inquit eſſe; ergo ſunt quatuor, de laticaule addit Plinius, *folium his paulo minus herbaceo.* Hæc apud Theophraſtum non leguntur. Ex verbis Theophraſti male intelectis, & alìorſum pertinentibus, ea ſic concepiſſe Plinium ſcribit incomparabilis vir Claudius Salmaſius. τῶν δὲ πλατειῶν τινες — ἔοικεν ἀγρία. *Poſtrema hæc quaſi ad ſuperiora pertinerent, de laticaule genere accepit, & ποώδες pro ὀπώδες perperam legit, vel legi audivit, deinde imaginatus eſt, lactucam tam vaſti caulis ideò anguſtiſſima folia habere, & paulo majora herbaceis, quia alibi inſumeretur incrementum, in caule nempe nutriendo. Atqui eſt hæc Theophraſti præter ſupra memorata genera; genus illud quod multo ſucco manaret & brevi admodum folio eſſet, & caule candidiore, ſimile eſſe agreſti. Nam agreſtis lactuca breve habet folium.* Suſpicatur idem Doctiſſim. Salmaſius. hæc de rotundicaule ſcripſiſſe Theophraſtum: de tertio genere Laconico non poſſe intelligi, ſatis clarum, eſt, Statim enim adiecit. αὐτὴ δὲ μικρὸφυλλον. Mox redit ad laticaulem τῶν πλατειῶν. Ergo quæ ſequuntur τὸ δὲ ὀπώδες ad ſecundum genus referenda ſunt. Quæ laticaulis hæc lactuca ſit ignoro, nec ad recentiorum cognitionem pervenit. Ineptè omnes ad oſtiola olitoria, rotundicaulis ni ſit, quam Cappodociã Columella vocat. Sed hæc folio candidior, uti mox dicam. *Laconicam lactucam ſeſſile inquit.* Atqui Theophraſtus Laconicam recto & procero thyrſo deſcribit, ſtolonibus carente. Atqui ſeſſilis lactuca dicitur quod in altum non aſſurgat, nec in caulem creſcat, ſed in latudinem potius, & in plano ſe ſpargat. Dicendum pro Plinio; ſeſſilem non natura, ſed arte fieri, quod Theophraſti temporibus fortaſſis non fiebat, ac ex generibus quæ Græci noverunt hoc ſolum ſeſſile arte reddi.

Negare

Negare tamen nolim candidum non esse sessile. Sed hęc exercitii, gratia. Geopon. Auct. lib. 12. cap. 13. εἰ δὲ βούλει θριδακίνας ποιῆσαι φιαλωτὰς καὶ πολυφύλλους, καὶ μὴ ἐκκαυλεῖν, ἀλλὰ χαμαιζήλους εἶναι. μεταφυτεύσας αὐτὰς, πότιζε, ὅταν δὲ μέγεθος παλαιστιαῖον ἔχωσι, περιορύξας αὐτὰς ὥστε φαίνεσθαι τὰς ῥίζας, περίπλασσε κόπρῳ βοείᾳ νεαρᾷ, καὶ προσχώσας εὐθὺς, ἄρδευε. ὅταν δὲ αὐξηθῶσιν, ἐπίσχισον τὸν βλαστὸν ὀξυτάτῳ σιδήρῳ καὶ ἐπίθες ὄστρακον ἀπίσσωτον, ὅπως εἰς τὸ πλάτος τὴν αὔξησιν, καὶ μὴ εἰς τὸ μῆκος λαμβάνωσιν? *Si vis lactucas facere sessiles & foliosas & in caulem non excrescere, sed humiles & ad terram depressas esse, plantatas rigabis; cum autem altitudinem parvi palmi habuerint, circumfodies ipsas, ut apareant radices, & stercore bubulo recenti oblitas obrues, & statim rigabis ubi autem increverint, germen acutissimo ferro finde, & testam non picatam impone, quo in latitudinem & non in longitudinem augmentum capiant.* Idem Columella docet lib. 11. cap. 3. *Quæ quo tardius caulem faciat, cum aliquod incrementum habuerit; exiguam testam media parte accipiat, eo quasi onere coercita in latitudinem se diffundit.* Hoc genus lactucæ Ibicus eunuchum vocavit Athen. lib. 2. Ἴβικος δ' ὁ πυθαγόρειος τὴν ἐκ γενέσεως φησὶ θρίδακα πλατύφυλλον ποτιστὴν ἄκαυλον, ὑπὸ μὲν τῶν πυθαγορείων λέγεσθαι εὐνοῦχον, ὑπὸ δὲ τῶν γυναικῶν ἀστυτίδα. διουρητικοὺς γὰρ παρασκευάσει, καὶ ἐκλύτους πρὸς τὰ ἀφροδίσια. *Ibycus Pythagoricus eam lactucam quæ latis est natura foliis, ac distentis, & sine caule eunuchum à Pythagoricis vocari scribit; à mulieribus vero astytida; quia ciet lotium & Venerem hebetat.* Apud geoponicῶν auctorem non *astytida*, sed *astyda* legitur, συνουσίας ἀποτρέπει ὅθεν οἱ πυθαγόρειοι εὐνοῦχον αὐτὴν καλοῦσιν, αἱ δὲ γυναῖκες ἀστύδα. Legendum existimo ἀστύτιδα. Apud Plinium lib. 19. c. 8. *astylida* legitur; sed codex ejus depravatus admodum videtur. *Rotundam verò ac minima radice, latis foliis, astylida, quidamque eunuchion, quoniam hæc maximè refragetur Veneri. Est quidam natura omnibus refrigeratrix, & ideo æstate gratæ, stomacho fastidium auferunt, cibique appetentiam faciunt. Divus certe Augustus lactuca conservatus in ægritudine fertur, prudentia Musæ Medici. Cum priores caverent, religione nunc omni caret, in tantum recepta commendatione &c.* Locum hunc corruptum esse quilibet videt; partem posteriorem sic restituit Pintianus. *Prudentia Musæ Medici sui, cum priores eam Medici minime commendarent*; reliqua superflua esse putat. Ad hujus sententiam proxime accedit Doctiss. Claudius Salmasius. *Apuleius*, inquit, *nobis integram, lectionem ac sinceram conservavit, in cujus antiquissimo exemplari, de remediis salutaribus, ita scriptum invenio. Divus certe hac lactuca conservatus in ægritudine fertur, prudentia Musæ Medici, cum prioris Cameli religio nimia ei abnegaret.* Camelus, vel Camelius nomen fuit prioris Medici. In priore hujus loci parte *astytida* legendum esse, extra dubium est. Nam astylis herba est quæ viscum fert, teste Hesichio. Ἀστυλὶς φυτὸν ὅθεν ὁ ἰξὸς. De hac alibi. Ἀστυτὶς lactuca dicitur, quod Venerem moratur & nervos laxat. Vel sic dicta sessilis lactuca, quod in caulem non assurgat. Nam στύλος *caudicem*, vel *truncum* denotat. Hesychius στύλος, στέλεχος. Priorem sententiam antiquiores omnes amplectuntur. Eustathius ἄστυτος γέρων, senex qui στύειν, hoc est, intendere priapum nequit. Eleganter Amphis in Alemo.

ἐν ταῖς θριδακίναις ταῖς κάκιστ' ἀπολλυμέναις,
ἃς εἰ φάγοι τις ἐντὸς ἑξήκοντ' ἐτῶν,
ὁπότε γυναικὸς λαμβάνοι κοινωνίαν,
στρέφοιτ' ὅλην τὴν νύκτα μηδὲν τι πλέον
ὧν βούλεται δρῶν ἀντὶ τῆς ὑπουργίας
τῇ χειρὶ τρίβων τὴν ἀναγκαίαν τύχην.

Inter lactucas quæ pessimè pereant,
Has si quis edat vel nondum sexagenarius;
Consuetudinem cum fœmina is nunquam habiturus est,
Verum totam noctem huc illuc convertitur, nec ideo magis
Perficit quod optat ejus operæ vice (concubitus Veneris)
Necessariam sortem manu terens, id est pudendū fricans.

Hinc adagium, necessariam fortunam terit. Contrarium fortasse quis probabit, nempe lactucam ad venerem conducere, quia sanguinem copiosum generat. Columella.

Iamque salutari properet lactuca sapore,
Tristia quæ relevet longi fastidia morbi.

Antiquis persuasum fuisse multum sanguinis lactucam gignere, ex lib. 2. de alimentorum facultatibus cognoscere licet; sed hi loc. cit. reprehenduntur; αἷμα γὰρ αὐτὴν φασὶ γεννᾶν, ἔνιοι δὲ οὐχ ἁπλῶς αἷμα λέγουσιν, ἀλλὰ πολὺ προστιθέασι, πολὺ γεννᾶν αἷμα λέγοντες τὴν θριδακίνην ἀλλ' ὅτι καὶ εἰ φρονιμώτεροι ἐγκαλοῦσι, μείζονα γε ψεύδονται τῶν ἑτέρων. *Sanguinem enim ajunt lactucam generare, alii vero non simpliciter sanguinem dicunt, sed multum adjungunt, lactucam multum sanguinem generare affirmantes, at etiamsi prudentius ipsam accusant, magis tamen mentiuntur.* Venerem sua frigiditare extinguere, notū est. Nec dubitat Galenus lib. 3. de simpl. med. fac. cap. 18. affirmare, succo lactucæ tam facile tolli posse aliquem quam cicutæ. Ἀλλ' οἷόν τε καὶ ταῖς θριδακίναις ὑπάρχει. Τρέφουσι γὰρ αὗται τοὺς ἀνθρώπους ἐσθιόμεναι συμμέτρως εἰ δὲ καὶ θλίψας αὐτῶν τὸν χυλὸν καταρροφήσειέ τις δαψιλῆ, τὸν αὐτὸν τρόπον τεθνήξεται τοῖς τὸ κώνειον ἢ μηκώνειον προσενηνεγμένοις, ὡς οὖν τῇ θριδακίνῃ φθάσασα μὲν ἀποψῦξαι τὴν καρδίαν ἀναιρεῖ, πεφθεῖσα δὲ τροφὴ γίνεται τοῦ ζώου. *Sed quale lactucis accidit, quippe quæ moderato esu hominem nutriant, at si quispiam expressum earum succum largiter hauserit, non secus profecto morietur, quam qui papaver aut cicutam sumpserint. Sic lactuca si cor refrigeraverit, interimit; si concoquatur, alimentum animali efficitur.* Non de omni lactuca hoc accipiendum, sed de lactuca sylvestri, quæ odore est opii, de qua mox. Et hæc de lactucæ generibus antiquis Græcis cognitis, videamus quæ latini describunt. Plinius loco citato. *Alii colore & tempore satus genera discrevere: Esse enim nigras, quarum semen mense Ianuario seratur: albas quarum Martio, rubentes quarum Aprili. Et omnium earum plantas post binos menses differri. Diligentiores plura genera faciunt, purpureas, crispas, cappadocas Græcas: longioris has folii, caulisque lati, præterea longi & angusti intubi similes: Pessimum autem genus cum exprobratione amaritudinis appellavere picrida. Est etiamnum alia distinctio atræ quæ meconis, vocatur à copia lactis soporiferi, quanquam omnes somnum parere credantur. Apud antiquos Italiæ hoc solum genus earum fuit, & ideo lactucæ nomen adeptæ. Purpuream maximæ radicis Cæcilianam vocant, rotundam vero &c.* Sequitur, *Est etiamnum quæ vocatur caprina lactuca, de qua dicemus inter medicas, Ecce cum maximè cæpit irrepere sativis admodum probata, quæ Cilicia vocatur, folio Cappadocæ, nisi crispum latiusve esset.* Hæc examinanda. *Alios*, inquit, *colore & satus tempore discernere.* Columellam tangere videtur, apud quem puriora, nitidiora, ac clariora omnia. Hic lib. 11. cap. 3. *Sunt autem complura lactucæ genera, quæ suo quoque tempore seri oportet. Earum quæ fusci & veluti purpurei, aut etiam viridis coloris, & crispi folii, ut Ceciliana, mense Ianuario, recte disseritur: at Cappadocia, quæ pallido & pexo densoque folio, viret mense Februario; quæ deinde candida est & crispissimi folii, ut in Provincia Boetica est finibus Gaditani municipii, mense Martio rectè pangitur. Est & cyprii generis ex albo rubicunda, levi & tenerrimo folio, quæ in Idibus Aprilis commodè disponitur.* Idem in Hortulo,

Altera crebra viret, fusco nitet altera crine,
Vtraque Cæcilii de nomine dicta Metelli,
Tertia quæ spisso, sed puro vertice pallet.
Hæc sua Cappadocæ servat cognomina gentis,
Et mea, quam generant Tarthesi littore Gades,
Candida vibrato discrimine, candida Thyrso est.
Cypros item Paphio, quam pingui nutrit in arvo
Punicea depexa coma, sed lactea crure est.
Quot facies, totidem sunt tempora, quanque serendi
Cæciliam primo deponit Aquarius anno,
Cappadocamque premit ferali mense lupercus:
Tuque tuis Mavors Tarthesia pange Calendis,
Tuque suis Paphien iterum jam pange Calendis,
Dum cupit & cupidè quærit se jungere matri,
Et mater facili mollissima subiacet arvo.

Ex his viridem, fuscamque Cæcilias dictas esse cognoscimus, uti pallidam Cappadocam; quæ ex Plinii verbis neutiquam colligere licet. Geoponicῶν auctor lib. 12. cap. 1. quo docet quid singulis mensibus serendum sit, & quid plantandum juxta Constantinopolitanum clima, diversa lactucæ genera recenset, & quo mense seri debeant docet, μηνὶ φευρουαρίῳ σπείρεται — μαρούλια διάφορα, τουτέστι δικάρδιν, (fortè δικάρδιον, ut infra) φευγιατικὸν, ῥιγιτανόν. Quæ hæc sint genera, explicari vix potest. Nomina enim nuda ponit, nec id ex sationis tempore cognosci potest. Etenim δικάρδιον & ῥιγίτανον mensibus Martio & Aprili serendum scribit, & δικάρδιον non tantum illis mensibus, sed Maio & Iunio etiam serendum præcipit. Si divinare licet, dixerim δικάρδιον capitatum lactucam, esse sic dictam à duplici corde ita & hodie hujus lactucæ cor vocamus, illud quod intus habet spissum & coactum, Cæciliana lactuca videtur, quana Dodonæus crispam

Lactuca Crispa.



Lactuca atra, meconis Plinii.



spam vocat, hujus effigiem addidi. Cappadocia foliis latioribus & paulo angustioribus variat, habetur alba & rubra. Hæc vero durior est Cappadocia, quam sativam Dodonæus vocat; dico folio exit oblongo, lato, lævi, dilutèque virenti. Boëticam Dodonæus putat esse quam capitatam vocamus, quod neutiquam probo. Columella etenim *folio* inquit *crispissimo*, tale non habet hæc folium. Dubitant viri docti an Boëtica hæc sit ea quam candidam dixit Theophrastus. Ex crisparum genere ea videtur, quæ maxime crispa & alba. Ea est quam Itali *lactuca crespa di S. Girolamo* vocant. Folio est crispo & per ambitum laciniato, candidissima, tenerrima, ac omnium dulcissima perhibetur. Ex Hispania advehitur. Cypria à Dodonæo descripta est, ex albido rubicunda, fusci ac veluti purpurei coloris. Forte rubens hæc Plinii. Brenthin à Cypriis vocari apud Athenæum legitur. ubi etiam fabulam quandam narrat: Νίκανδρος δὲ ὁ Κολοφώνιος ἐν δευτέρῳ γλωσσῶν βρένθιν λέγεσθαί φησι παρὰ Κυπρίοις θρίδακα, ἣν ὁ ἄδωνις καταφαγὼν ἀπὸ τοῦ κάπρου διεφθάρη. — καὶ Καλλίμαχος δέ φησιν ὅτι ἡ Ἀφροδίτη τὸν ἄδωνιν ἐν θριδακίνῃ κρύψειεν ἀλληγορούντων τῶν ποιητῶν, ὅτι ἀσθενεῖς εἰσι πρὸς ἀφροδίσια οἱ συνεχῶς χρώμενοι θρίδαξι — Κρατῖνος δέ φησι Φάωνος ἐρασθεῖσαν τὴν Ἀφροδίτην ἐν καλαῖς θριδακίναις αὐτὸν ἀποκρύψαι? *Nicander Colophonius in glossis libro 2. inquit, lactucam à Cypriis vocari brenthin, eam scilicet quam Adonis cum avide in cibum sumpsisset, ab apro est interfectus. Callimachus refert, Venerem Adonin in lactucis occuluisse, ea quidem allegoria Poetis innuentibus, qui assiduè lactuca vescuntur ad Venerem esse invalidos. Cratinus inquit, Venerem cum Phaonem deperiret, in pulchris lactucis eum abdidisse. Pessimum*, inquit Plinius, *genus, quod picrida vocant*. Theophrasto & Dioscoridi intybi genus est πικρὶς, non lactucæ. Sic solet confundere omnia Plinius. Et intybi genus esse ipse fatetur lib. & cap. 22. Qui lactucæ quoddam genus μηκωνὶν, præter Plinium & Apuleium vocari scripsit, reperi neminem. Apud Apuleium non atra, sed alba legitur. Lactuca alba μηκωνὶς vocatur à copia lactis soporiferi, quanquam omnes somnum parere credantur. Vir magnus ex hoc Apulei loco Plinii codicem corrigit, ac pro *atræ* legit *albæ*. Idem vult Plinium confundere hanc cum alia herba multo lacte manante, quæ μηκωνίτης & μηκώνιον dicitur, vulgo *peplus*. Huic sententiæ libenter subscriberem, nisi nota satis esset nobis lactuca quædam agrestis, opii odore. Hæc primo vere ab erumpente semine folia emittit oblonga, tenera, modicè per ambitum sinuosa, è quorum medio caulis exit singularis, sesquicubitalis, aut interdum bicubitalis, teres, viridis, glaber & solidus, statim à terra fere ad cacumen folia proferens longitudine propemodum dodrantali, latitudine bessem, (ut plurimum) excedentia, utrimque in profundis brevibusque spinulis inæquales & serratos sinus excavata, colore superius atro virentia (ex Plinio itaque Apuleus, non Plinius ex Apuleo corrigendus) in viridi cinerea, à tergo, id est inferius, oblongis fragilibusque aculeis horridum, & spinosum dorsum habentia: anterior folii pars in mucronem definit, nonnunquam tamen in rotunditatem exit; ramulos caulis supra sui medium producit numerosos, in quorum summitate copiosi, parvi, luteique flores capillamentis stipati, veris exitu se proferunt, oblongis caliculis contenti, qui in pappos resoluti unà cum oblongo & in fusco cæsio semine avolant. Radice nititur semestri, oblonga, foris in consistentia fusca, intus autē candida, antequam caulem edat tenera, postea verò lignosa. Abundat tota herba copioso, lacteo, & crasso liquore. Saporem habet vehementer amarum, & evidenter acrem, odore papaver imitatur, in incultis asperisque nascitur. Et hæc est lactuca atra, meconis Plinii. Sequitur *& ideo lactucæ nomen adeptæ*. Doctiss. Pintianus scribendum docet, *& inde cognomen à lacte eis inditum*. Salmasius verò, *& ideo lactucis nomen adjectum*. Lector quam voluerit eligat lectionem. Condonari vix potest, quod caprinam lactucam inter lactucæ genera numerat. Est enim planta tum facie, tum viribus dissimillima. Plinius lib. 20. c. 7. *Lactucæ sponte nascentis primum est genus ejus quam caprinam vocant, qua pisces in mare dejecta protinus necantur, qui sunt in proximo. Hujus lac spissatum mox in aceto pondere obulorum duorum adjecto aquæ uno cyatho hydropicis datur*. Locus Dioscoridis ostendit satis de qua loquatur Plinius plāta. Tithymalos scribit is necare pisces lib. 4. c. 165. ἀποκτείνει δὲ καὶ τοὺς ἰχθύας, κοπεὶς καὶ διαδοθεὶς τῷ ὕδατι καὶ οἱ προειρημένοι δὲ τὸ αὐτὸ δρῶσι. *Latifolius tithymalus necat tusus aquaq; dilutus pisces, id quod & ante memorata tithymalorum genera præstant*. Malè *scribitur lactuca caprina*, legendū ex Celso lib. 5. c. 7. *Marina, vel lactucæ* inquit *marinæ quæ tithymallos à Græcis nominatur*. Idē ferè lib. 2.

lib.2. c.12. Non minori pœna mulctandus quod lib.20. cap.7. isatis tertium lactucæ genus faciat. De fide supra egi. Eodem cap. Lactucam alteram Oesopos Græcis dictam asserit. Οἴσωπον viri docti dictam volunt ἀπὸ τοῦ οἴσειν τὸν ὀπὸν, *quod succo turgeat*. Alii ἀπὸ τῆς ἄσης, id est, τῆς λύπης καὶ ὀποῦ ἄσωπον dictam volunt, quod succo sit ob amarorem ingrato, & de Sylvestri jam descripto Plinium loqui scribunt. Alii à verbo ἄσαι *implere*, Asodos quasi *succo lacteo plenam* dictam malunt. Secunda opinio maxime arridet. Et hæc de lactucis.

Animadverterunt viri docti nomen σίκυος generale esse omnium Horariorum fructuum, peponum, cucumerum, & cæterorum generis ejusdem: quandoquidem Galenus lib. 2. de aliment. facult. tradit, negare ex medicis nonnullos, fructum qui pepon dicitur, simpliciter appellandum πέπονα· sed cum additione σικυοπέπονα, id est, *cucumeralem peponem*, ac si πέπων ex genere τῶν σικύων esset. Verba ipsa Galeni adferam: nam sensum horum verborum viri etiam doctissimi non percepisse mihi videntur. ἡ γάρ τοι πέπων φωνὴ, τὸ οἷον πέπανον ἐνδείκνυται, τουτέστι τὸ πεπεμμένον, ὅπερ ὑπάρχει καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα πεπαίνεται. καὶ γὰρ ὁ βότρυς δύναται λέγεσθαι πέπων, ὅταν ἀκριβῶς γίγνηται πέπειρος, ὥσπερ γε καὶ ὁ μηδέπω τοιοῦτος οὐ πέπων ἂν ὀνομάζεται, ὡμὸς τις καὶ ἄωρος. ὅν ἀπὸ ὀπώρας πάσας κτ. τὸν αὐτὸν λόγον. αὐτὰ ἄπιοι καὶ κολοκύνθη καλοῦνται συνήθως πέπειροι καθάπερ ὁ μηλοπέπων, ἐν ἑαυτῷ περιλαβὼν, τὸν πέπονα ἔχει. ὅθεν ἔνιοι τῶν ἰατρῶν οὐ δὲ ἁπλῶς ἠξίωσαν ὀνομάζειν τοὺς πέπονας, ἀλλ' ὅλον τοῦτο φασιν χρῆναι λέγεσθαι συκυοπέπων. Nam vox hæc πέπων, velut τὸ πέπανον, id est, *maturum significat. Quod aliis quoque quæ maturescunt convenit; Nam & racemus, cum exactè maturus est, dici potest πέπων, quemadmodum certè & cum nondum maturuerit, non potest nominari πέπων, nimirum qui crudus est & immaturus. Ad eundem modum, & fructus omnes autumnales, & pyra, & cucurbitæ πέπειροι, id est, matura vocitari consueverunt, quemadmodum & melopepon, qui in se ipso πέπονα, id est maturum continet. Unde medici quidam, non simpliciter nominare voluerunt peponas, sed totum id συκυοπέπονα, id est cucumerem maturum, nominari oportere contenderunt.*

Probare vult hoc loco Galenus, omnes fructus maturos, vocari πέπονας, ideoque quosdam medicos, ne error fiat, maturos cucumeres σικυοπέπονας vocare. Theophrastus lib. 3. cap. 12. hist. plant. satis apertè ostendit, πέπονας fructus maturos esse. Hippocrates non uno loco, σίκυον πέπονα *maturum cucumerem* vocat, ut lib. de fist. Ἄλλο σικύου πέπονος τὸ ἔσω τρίψας λεῖον καταπλάσσειν, Idem lib. 3. de morbis σικύου πέπονος πάλη, *cucumeris maturi farina*. Idem lib. 2. de diæta, σίκυοι ὠμοὶ ψυχροὶ καὶ δύσπεπτοι, οἱ δὲ πέπονες οὐρέονται καὶ διαχωρέονται, φυσώδεις δὲ. *cucumeres crudi frigidi sunt, & ægrè coctiles; maturi minguntur & per alvum secedunt, verum flatuosi sunt*. Nullibi Græci σίκυον sine additione pro pepone vel melopepone posuerunt. Ex his aliisq; locis malè intellectis, scripsit Plinius, lib. 19. cap. 5. *In Italia virides (cucumeres) & quam minimi: in Provinciis quam maximi: & citrini aut nigri. Placent copiosissimi Africæ, grandissimi Moesiæ; cum magnitudine excessere pepones vocantur*; Maturi pepones dicuntur, uti Græcorum scripta perhibent. Fortassis id scripsit Plinius quod maturi immaturis solent esse majores. Græci tamen Barbari cucumerem peponem vocarunt Moscopulus, σίκυα οἱ νῦν ἰδίως πέπονες, καὶ τὰ κοινῶς πετράγγουρα. Et hic fortassis errandi occasionem præbuit, ac ex eo recentiores medici σίκυον nomen generale putarunt cũ secus apud antiquos Græcos semper σίκυος πέπων *cucumerem maturum* denotat, ac πέπων tum non substantivum sed adjectivum est. Videndum, quæ planta τὸν σίκυον referat. Ex Theophrasto vix palam hoc fiet, ex Dioscoride probari potest cucumerem esse. Is lib. 4. cap. 154. σίκυος ἄγριος τῷ καρπῷ μόνῳ διαφέρει τοῦ ἡμέρου σικύου, ἐλάσσονα πολλῷ ἔχων, βαλάνοις ἐπιμήκεσιν ἐοικότα τὰ φύλλα καὶ τὰ κλήματα ἡμέρῳ ὅμοια. *Sylvestrem cucumerem à sativo fructu solo distare ait, quem longe minorem, sylvestris parit, oblongis glandibus similem*. Folia, sarmentaq; sativi referre, hunc sylvestrem cucumerem quem asininum vocant, omnes uno ore affirmant Botanici. Hic folia & sarmenta fert sativo cucumeri similia; sed fructus, ut Dioscorides inquit, differt. Non itaq; σίκυος vel, ut aliis placet, σίκος est planta, cujus fructum vulgo anguriam vocamus. Anguria profundis incisuris, folia fert, quibus sylvestris cucumer caret. Illud tamen negari non potest, ἀγγούρια vel ἄγγουρα, Græcorum recentiorum, σίκυον antiquorum esse. Simon Sethi ἀγγούρια τὰ λεγόμενα συκία, κατὰ κοινὴν δὲ πετράγγουρα ψυχρὰ εἰσι; *anguriæ, quæ cumeres dicuntur vulgo, tetrangura frigida sunt*. Ex Suida insuper probatur σίκυα τὰ πετράγγουρα, Constantinus de administratione imperii πετράγγουρα δὲ καλεῖται διὰ τὸ εἶναι αὐτὸ δίκην ἀγγουρίου. Σίκυος vel σίκυς (sic enim teste Athenæo Attici dicunt) nomen accepit παρὰ τὸ σεύεσθαι καὶ κύειν. ὠνόμασθαι scribit Athenæus (φησὶ Δημήτριος ὁ Ἰξίων ἐν πρώτῃ ἐτυμολογουμένων ἀπὸ τοῦ σεύεσθαι καὶ κύειν, ὁρμητικὸν γὰρ ὑπάρχει; *Demetrius ixion lib. 1. etymologiarum scribit σικύους dictos fuisse, a verbo σεύεσθαι quod concitari significat, & κύειν quod est vel osculari, vel utero gerere*. Quoniam eo cibo Venus accenditur. Nihil hoc etymo falsius. frigidum enim esse cucumerem, tota medicorum schola affirmat. Galenus lib. 1. de facult. simpl. quinto. cap. 23. ὅσα δὲ ψύχειν πέφυκεν ἐδέσματά τε καὶ φάρμακα, παχύνοντά τε καὶ πηγνῦντα καὶ σταδιμον ἐργαζόμενα τὸ σπέρμα, τήντε ἐπισχόντων αὐτὰ δύναμιν οὐ τὴν τῶν φθειρόντων ἔχει — κολοκύνθης καὶ μόρα καὶ μηλοπέπων ἔστι καὶ σίκυοι ὅτε καὶ πέπονες, ἤτε καὶ μὴ πέπονες εἶσι. *Cæterum quæ refrigerare sunt nata, tum edulia, tum medicamenta, semen cogentia, incrassantia, & stabile reddentia, vim habent ipsum supprimentem, non autem corrumpentem; nempe cucurbita, mora, melopepones, cucumeres, tam maturi quàm immaturi*. Id ipse Athenæus ex Diphili testatur auctoritate σίκυος ψυκτικὸς ὑπάρχων — ἀφροδισιαστὴ ἐφεκτικός. Respondent viri docti ex adverso, sic dictam, nempe quod concubitus sedet, apertè tamen satis, ὁρμητικὸν inquit Demetrius. Dicendum, Athenæi, eodem hoc loco corruptum esse, litteramque unam alterius loco positam. Litteræ itaque unius mutatione dico, σίκυον à σεύεσθαι καὶ κύειν dictum, quod motum & progressum in ulteriora significat, quia cucumer ὁρμητικός ἐστι, *latè funditur*. Ὁρμὴ enim alacritas, impetus vis quædam, qua ad agendum impellimur, ὁρμεόμαι *proficiscor*, sic scribendum est & hoc verum ejus etymon esse ex Eustathio lib. quinto Iliad. probatur, ἐκ τοῦ σεύεσθαι ἤ γοῦν ὁρμᾷν καὶ τοῦ κύειν ἤ συνέχειν ἐκ τῶν αὐτῶν δὲ καὶ τοὺς παλαιοὺς ὁ σίκυος μετὰ μετάθεσιν ἢ τροπὴν διχῶς. Hæc in memoriam revocant adagium, quod apud Athenæum est libro citato σίκυον τρώγουσα γύναι τὴν χλαῖναν ὕφαινε *cucumeres vescens mulier lænam texe*. Hoc adagium sic exponunt Botanici, textrices, ex Aristotele ut dicunt, parte plurima venereæ & impudicæ sunt; ut ergo impetus ille frænetur & elanguescat, adagium edendos cucumeres textricibus consulebat. Venereorum aviditatem cohibere, loci supra citati testantur. Alia tamen Erasmi expositio, qui verba inquit esse mariti, jubentis ut uxor tenui contenta victu, opus suum peragat. Verior prior nobis videtur sententia, nec contemnenda Casauboni; admonitas fuisse hoc adagio mulieres, quarum operâ vestes olim confectæ, ut cum maturus foret ὁ σίκυος, de hyeme cogitent, & parandis familiæ hybernis vestibus; cujusmodi est læna. χλαῖνα enim Græcis *indumentum hyemale*, ut in proverbio χλαῖναν ἐν θέρει τρίβεις. Heraclitus Tarentinus, ut loco citato Athenæus, cucumerem ἡδύγαιον vocat. Ἡρακλείδης δ' ὁ ταραντῖνος ἐν τῷ συμποσίῳ ἡδύγαιον καλεῖ τὸ σίκυον *Heracleides Tarentinus in convivio cucumerem ἡδύγαιον vocat*. An sic dicta quod suavis è terra prodeat? an verò quod ubero lætoque proveniat solo? Sic appellare licet, tanquam ἡδεῖαν seu καλὴν ἔχουσαν γῆν. Prius etymon nostrates probant, qui cucumeribus digito parvo minoribus conditis libenter vescuntur. Cucumer, uti Varro lib. 4. scribit, quasi curvimer à curvore dicitur. Cucumeres dicuntur à curvore, ut curvimeres dicti. Cucumeris delineatio ex variis Theophrasti petenda locis Lib. 1. c. 17. fructum cucumeris ex carne, nervo, & humore constare ait, cap. 18. discretum ac distans semen habere, hoc est, ut inter semen & semen aliud quid inter sit. aquoso constare succo, cap. 22. super fructuum integumentum, florem insidentem emittere. lib. 7. cap. 3. quo modo ac ordine floret. lib. 6. cap. 18. de caus. fructum superna parte ampliare, & luxuriare. cap. 14. in lanuginosis partibus amaritudinem quandam percipi. vide lector annotata. Lib. 7. hist. cap. 3. æstivam plantam esse & radice brevi, lib. 2. de caus. cap. 15. cur annua sit, causam dat. lib. 5. de causis tamen cap. 6. radices diu vivere, adhibita cura ait; sed locum & annotata videat lector. Eodem capite de cultu eorum agit: lector commentaria adeat, & videat quæ à nobis dicuntur. Eodem capite Aristotelica nonnulla expenduntur. lib. 7. cap. 1. quo à satione proveniat die, ac serendum cum sol est in Ariete addit, ut citius proveniat, quosdam semen lacte macerare lib. vero 2. de caus. cap. 19. id fieri ut fructus dulcior fiat, quod Columella & Palladius probant. Videat annotationes lector. Eodem libro cap. 15. amplexi-caulem esse, sed propter imbecillitatem humi spargi. lib. 3. de caus. cap. 22. qua

qua ratione & dulcior & tenerior pulvis fiat docet. Admirandum quod de cucumere scribit Palladius in Mart. Tit. 9. *Oleum sic metuit, ut si juxta posueris, velut hamus plicetur, Quoties tonat, velut timore perterritus, convertitur.* Contra aqua admodum gaudet; adeò ut Columella lib. 11. cap. 3. scribat, *cucumis & cucurbita cum copia est aquæ, minorem curam desiderant: nam plurimum juvantur humore*, vide Plinium lib. 19. cap 5. Geoponicôn auctor lib. 12. cap. 19. μακροὺς δὲ τούτους ποιήσεις οὕτως, ἐὰν ἐν ἰγδίῳ ἤ τινι ἄλλῳ ἀγγείῳ ἐμβαλὼν ὕδωρ παραθῇς πλησίον αὐτῶν ἀπὸ ε' ἢ ς' δακτύλων. τῇ γὰρ ἑξῆς οἱ σίκυοι ἐπὶ τοσοῦτον ἐκταθήσονται. ἐὰν δὲ ὕδωρ μὴ ἔχῃ τὸ ἴγδιον, ὑποστρέψουσιν οἱ σίκυοι· καὶ ἀποκαμφθήσονται· οὕτως ὑγρότητι μὲν χαίρουσι, ξηρότητα δὲ φεύγουσι. *Longas autem facies hoc modo, si in mortario, aut alio quopiam vase, aquam prope ipsos apposueris distantia 5 aut 6 digitorum. Sequēti enim die cucumeres in tantum extendentur. Si vero aquam non habeat mortarium cucumeres & retrocedunt & incurvantur. ita gaudent humiditate, & fugiunt siccitatem.* Non tamen omnē humiditatē amant. Nam, quod humidissimum est, oleum fugiunt. Causa videtur, quod aqueo humore permulto conficiantur. Aqua oleum fugit; quia non potest cum eo inire societatem: unionem enim expetunt res naturales. Nec minus admirandum quod scribit Athenęus ex Diphili Siphnii auctoritate, Αὔξονται δὲ ἐν κήποις οἱ σίκυοι κατὰ τὰς πανσελήνους, καὶ φανερὰν ἔχουσιν ἐπίδοσιν, καθάπερ καὶ οἱ θαλάττιοι ἐχῖνοι. *Plenilunii incremento manifesto augescunt hortenses cucumeres, non aliter quam echini marini.* Lunam sidus humidissimum esse, novit Lector, & causam dixi, cur tum maximè crescant. Nec omnes porro humore juvantur cucumeres; siquidem laconios tantum melius rigatos evadere scribit Theophrastus. Cucumer alius sylvestris, sativus alius. Sativorum tria agnoscunt genera; laconicum, scytalium, Bœoticum. Σκυτάλη habenam ac flagellum denotat. Vocatum inde cucumeris hoc genus, aut quod ex ejus sarmentis fierent habenæ, loraque scuticarū, vel quod iis sarmenta similia essent. Theophrastus lib. 4. hist. cap. 5. τῆς σκυταλίας meminit, quod scuticæ baculum significat. Recentiores has observarunt differentias. Majores, minores, flexuosi, pyriformes, virides, albi, læves, asperi. Cucumerum genera censentur pepones, melones, & anguriæ. De singulis pauca dicenda. Melonis meminit Palladius in Martio Tit. 9. An Græcis fructus fuerit cognitus, dubitant doctiores. nonnulli μηλοπέπονα Melonem esse asserunt, idque fortassis; quod μηλοπέπων dictus sit, quod mali sit figura rotūdus, vel, ut alii volunt, odore. Μηλοπέπων aliis σικυωνα σπερματίαν. Hesychius σίκυος σπερματίας ὃν ἡμεῖς μηλοπέπονα; Athenæus σίκυον σπερματίαν. peponem esse scribit ὅτι τοὺς πέπονας Κρατῖνος μὲν σικύους σπερματίας κέκληκεν. Ex recentioribus alii Athenæi, alii Hesychii probant sententiā. Sic dictus inquiunt pepo, quod semē ejus manderent, ut & hodie fit ab Italis. Alii melonem sic dictum asserunt à numeroso semine; tum etiam quod interanea melonis cum interioribus veri cucumeris similia sunt. Veteres melopeponem à pepone hac nota distinxerunt. Galenus lib. secundo de aliment. facult. τῶν δὲ πεπόνων οὐκ ἐσθίοντες οἱ ἄνθρωποι τὸ τοῦ σπέρματος ἔνδον ἐν ᾧ τὸ σπέρμα, τῶν μηλοπεπόνων ἐσθίουσι, καὶ τοῦτ' αὐτοῖς συντελεῖ πρὸς διαχώρησιν, οἱ δὲ τὴν σπέρμα μόνον ἐσθίοντες αὐτῶν, ἧττον τῶν πεπόνων διαχωροῦσιν αὐτήν. *His accedit, quod homines in peponibus à carne intima, in qua semen habetur, abstinent, in melopeponibus autem mandunt, idque ipsis ad dejectionem confert, qui vero eorum quasi carne tantum vescuntur, non tam cito eam ac peponum excernunt. Ab Italis*, uti scribit Mathiolus, *utriusque generis tam scilicet peponum, quam melopeponum carnea pars, semen continens, estur, & non estur, pro ut fructus ii plus minusve maturitatis fuerint adepti. Nam utrisque cum ultimam senserint maturitatem, supremæ carnis una cum seminibus in medium fructus concidit, quod evanidum & insuave reperitur. Quod tamen utrisque maturis, non evenit; eaque propter extractis prius seminibus, estur tota eorum caro. Hæc*, inquit Mathiolus, *tametsi me dubium reddant, inclinat tamen animus ad credendum, per melopepones Galenum nostros intellexisse melones.* Idem alii asserunt, quorum sententiam approbamus. Quem recentiores melonem vocant, describit his fere notis Dodonæus, *Caulibus humi procumbentibus, longis, sarmentosis, atque asperis, vulgari cucumeri similis, folia satis respondent, minora tamen, & rotundiora, minusque angulosa; flosculi leviter lutei, fructus crassiores, initio nonnihil pilosi, figura admodum variantes, nunc oblongi, aliàs contractiores, & rotundioris figuræ, modo modicè depressi & sessiles, pyriformes, subinde majores, minoresque cortice nunc constant leviori, nunc asperiori piloso, nec minus colore vario spectantur, alii virides, alii cinerei, alii pallidi, alii aurei, alii varii. Differunt & pulpa, in nonnullis rufa, nonnullis candida, etiam virens cernitur. Odor, aliis mali, aliis moschi, aliqui denique æstivi, aliqui ad hyemem perdurantes. Adferuntur ex America, & Italia; ex quibus Neapolitani adeò tenui crustula teguntur, ut excorticati videantur. Refert Iosephus à Costa lib. 4. cap. 19. in valle Peruana tanta felicitate provenire, ut radix candicis crassitudinem assequatur, & viva aliquot annis in solo vigeat; quæ quotannis melones profert. Hujus luxuriem non secus ac cæterarum arborum, quotannis amputari idem auctor est.* Peponum Dodonæus species aliquot describit. *Major crassos, asperos, spinisque nonnullis obsitos caules promit, prælongos, qui claviculis sive capreolis suis vicina comprehendentes, perticas, scenas, ac sepimenta conscendunt, quæ nisi juxta posita fuerint, humi repunt. Folia ampla sunt, valde aspera, aliquot profundis incisuris divisa, marginibus serratis; flores admodum magni sunt, calathi forma, auri colore lutei, per ora quinque prominentibus angulis denticulati: fructus magni, crassi, rotundi, oblongi, crassioribus striis velut angulosi; quorum pulpa cortici subjacens candida, mediocriterque dura est, interior medulla fungosa: semen magnum latum, planum, subalbidum, multo quam cucumeris majus, forma alioqui haud differens; color corticis, quandoque obscurè virens, aliàs albidus. Virentis autem peponis cortex durior est: albidi verò mollior ac tenerior. Vulgo pepo major oblongus dicitur, variat magnitudine, minor Indicus, major vulgaris. Alterum peponum genus caulibus ac foliis, utrumque*

Pepo major oblongus.



asperis, tum & claviculis priori simile est, sed foliorum fissuræ minus sunt profundæ, caulesque teneriores. Flores similiter lutei, patentes, & anterius angulosi, veluti prioris: semina quoque ejusdem formæ, sed aliquanto minora. Vulgo pepo rotundus major, ab aliis maximus Indicus. Corticis colore & substantia variat, qui enim albido est colore, substantia est molliore, qui obscure virente, duriore, uti prioris hujus generis. Tertius est pepon asperis caulibus, foliisque fissis, ac serratis, priorem referens, flos magnus, luteus quoque veluti aliorum: Fructus mediæ magnitudinis, cujus cortex tuberculis nonnullis exasperatur, veluti mali citrii cutis, qui per maturitatem similiter luteus est, proinde & citrium malum tum colore, tum asperitate referens. Vulgo pepo compressus minor. Corticis colore & hic variat, vel croceus, luteus, citrinus ac niger conspicitur. Quarti generis peponis fructus, haud longus aut globosus, verum omnino

Pepo minor rotundus.




„ omnino latus ac planus, scuto alicui propemodum simi-
„ lis: in medio quidem crassior, per circumferentiam ve-
„ ro tenuior, & quibusdam locis reflexus, crisporum in-
„ star. Cortex hujus mollis, tenuis, ac candidus est, caro
„ interior dura satis ac durabilis, semen quam cucumeris
„ majus, forma & colore conveniens. Sylvestres sunt eti-
„ am pepones, proferunt caules asperos, spinis obsitos, fo-
„ lia aspera, flores luteos veluti sativi, sed minora singula:
„ fructus crassos, oblongos, striatos, durioris corticis, ac
„ colore virentes, sed minores multo, pulpa sativorũ instar,
„ sed amara valde, semen minus. Sequitur auguria, citrul-
lum vocant, à citri luteo colore, quæ his fere verbis à Dodonæo describitur. *Sarmentosis, viticulosis, asperis, ac humi repentibus caulibus, tum & claviculis cucumeres refert, folia autem majora sunt, & profundis utrimque incisuris dissecta. Flos aurei coloris; fructus globosi, striati, colore superius virentes, inferius quà humi jacent, inalbicantes, quorum exterior cutis levis, interior caro mediocriter dura, peponum quam melonum similior: medulla fungosa, in qua semen oblongum, planum majus quam cucumerum aut melonum, minus quam peponum, cujus exterior cortex nigricans, aut subrubens, ac durus est. Non facile hujus fructus putrescunt, sed diutinè servari possunt, præsertim tritici acervis impositi. Novit & hic fructus differentias; cortice enim quandoque viridi, quandoque candidis maculis asperso invenitur. Caro aliis rubens & dulcior, aliis candida semina, colore nonnunquam nigro, nunnumquam albo, vel etiam fulvo, rarius carere semine notavit Cæsalpinus.* Restat cucurbita. Hanc veteribus cognitã fuisse fatentur omnes. κολοκύνθην, vel, ut Attici, κολοκύντην vocarunt. Athenæus lib. 2. ἀττικοὶ δὲ μόνως καλοῦσιν αὐτὴν κολοκύντην, *i. e. solum Attici colocyntam dixerunt.* Fallitur vir magnus, qui Atticos cum θ κολοκύνθην scribere ait, ceteros cũ τ sine asperatione κολοκύντην; Aperte huic contradicit Athenæus. In Galeni & Hippocratis libris passim, κολοκύνθη cum asperatione legitur. Nomẽ ex adverso inditũ, teste Ruellio, quod pumili & breves sint partus, quos ipsa passim enititur, cum corporis mole, omnes herbarum arborumve fructus videntur superare. Notandum, aliud apud Græcos κολοκυνθίδα; aliud κολοκύνθην, esse. De colocyntha aut cucurbita ago hoc capite. Colocynthis vero sylvestris cucurbita vulgo vocatur, hujus fructu ad phlegma crassosque humores expurgandos utimur. alii cucurbitam σικύαν Græcis dictam contendunt, cum tamen ex Theophrasto diversam plantam esse probatur. Hic lib. 1. cap. 22. & lib. 7. cap. 3. καὶ γὰρ ὁ σίκυος καὶ ἡ κολοκύντη, καὶ ἡ σικύα. Interpres, *etenim pepo cucurbita, cucumis ita se habent.* σίκυον peponem interpretatur, cum cucumerem, uti supra probatum est, denotat, ubi etiam quid Græcis πέπων sit, exposuimus. Σικύαν cucumerem vertit Hesychius, σικύα εἶδος κολοκύντης καὶ σκεῦος ἰατρικόν. *Sicya cucurbitæ species & quod vulgo cucurbitam vocant medici.* Sed quæ sit species cucurbitæ σικύα. Hoc docet Athenæus lib. 2. ἑλλησπόντιοι δὲ σικύας μὲν τὰς μακρὰς καλοῦσι, κολοκύντας δὲ τὰς περιφερεῖς. *Hellespontii quæ longæ sunt sicyas nuncupant, rotundas verò & globosas colocyntas.* Menodorus, ut apud eundum legitur, indicas σικύας vocat; μηνόδωρος δὲ ὁ ἐρασιστράτειος ἱκεσίου φίλος τῶν κολοκυντῶν φησὶν ἡ μὲν ἰνδικὴ ἡ καὶ αὐτὴ σικύα, ἡ δὲ κολοκύντη. καὶ ἡ μὲν ἰνδικὴ κατὰ τὸ πλεῖστον ἕψεται, ἡ δὲ κολοκύντη ὀπτᾶται. *Menodorus Erasistratius, amicus Hicesii, cucurbitarum inquit alia est indica, quam & σικύαν nominant, alia est colocynthe, nempe vulgaris.* Indica ut plurimum elixatur, vulgarem autem etiam assant. ἄχρι δὲ τοῦ νῦν λέγεσθαι παρὰ κνιδίοις τινὰς κολοκύντας ἰνδικάς. *apud Cnidios & hodie cucurbitæ quoddam genus Indica dicitur.* Ex diverso Euthudenus Atheniensis vulgarem σικύαν vocat. εὐθύδημος ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ λαχάνων σικύαν ἰνδικὴν καλεῖ. τὴν κολοκύντην διὰ τὸ κεκομίσθαι τὸ σπέρμα ἐκ τῆς ἰνδικῆς. *Euthudemus Atheniensis libro de oleribus cucurbitam vocat sicyam indicam; quod ex India semen ejus advectum fuerit.* Theophrastus an per σίκυαν, Indicam, an longam cucurbitam intelligat, difficile est judicatu. Ut ut sit, σικύα apud eundem diversa est, à vulgari cucurbita, *Megalopolitæ cucurbitam sicyoniam vocarunt.* μεγαπολῖται δὲ αὐτὴν σικυωνίαν ὀνομάζουσι. Hesychius σικυώνια κολοκύντη. Antiquioribus Græcis vox hæc, teste Galeno in exegesi, plura denotabat. σικυώνην τέτταρα σημαίνει παρ᾽ αὐτῷ τὴν κολοκυνθίδα. τὴν ἀπιοειδῆ κολοκύνθην. τὴν ἰατρικὴν σικύαν. τὴν ἀπύθμενον καὶ κωνοειδῆ σικύαν. *Apud Hippocratem quatuor hæc significat. colocynthida cucurbitam pyro similem, cucurbitam medicam, & cucurbitulam fundo carentem, & coni formam præ se ferentem.* Addit Erotianus τὴν ἀγρίαν συκῆν, *caprificum*, sive *ficum sylvestrem significare.* Supra cap. de rapa cucurbitas receltidas vocari diximus. Latini cucurbitam vocarunt à concurvatu, quod facile, siquid obstiterit, quo minus extendatur, concurvescat, uti Varro lib. 4. de lingua scribit Latina. Cucurbitæ delineatio variis ex locis Theophrasti petenda. Lib 4. c. 18. prope distantia semina ait habere, vide lector annot. cap. 19. succo constare aquoso cap. 22 florem describit lib. 6. de cauſ. cap. 18. parte superna ampliari ac luxari, alibi amplexicaulem esse & sine adminiculo stare non posse, sed per terram repere. lib. 2. cap. 3. immaturam & immutabilẽ manere, vide locum, & commentum; de cultu lib. 5. cap. 6. agit. lib. 7. hist. cap. 1. serendum cum Sol est in ariete, celerius ex recẽti provenire semine, ac quinto sextoque à sationis die provenire; quod lib. 3. de cauſ. cap. 4. repetit, ubi codicem ex hoc loco correximus. Et hæ sunt notæ, quibus cucurbita à Theophrasto describitur, quæ vulgato etiam cucumeri conveniunt; à quo his fere differt, quod folio sit amplo, personatæ haud dissimili, magno, lato, acuminato, molli alboque veluti tomento, unà cum caulibus ac foliorum pediculis, candicanti instar altheæ. floresque emittat è foliorum sinu albos. Genera cucurbitæ plura esse scribit Theophrastus sed in quibus differant non addit: eodem tamen capite, ex aliorum sententia, cucurbitæ negat genera esse plura, sed in uno eodemque genere, aliàs meliores, aliàs deteriores esse. Hunc locum lib. 2. exscripsit Athenæus, his fere verbis; Θεόφραστος δὲ τῶν κολοκυντῶν φησὶ οὐκ εἶναι ἓν μέρος ἰδίας, ἀλλ᾽ εἶναι τὰς μὲν βελτίους, τὰς δὲ χείρους. *Theophrastus simplicem non esse cucurbitarum speciem affirmat, sed alias meliores, alias deteriores.* Nec Athenæus, nec magnus Gaza locum Theohprasti rectè intellexerunt, οὐκ εἶναι ἓν μέρος ἰδίας, non est Theophrastica phrasis, nec sic locutus est unquam; preterquam quod loco citato contrarium doceat. Videat lector verba & examinet. Doctissimus Gaza interpretatur, *cucumerũ atque cucurbitæ partim genera esse existimat, partim negat.* Utrique attribuit, quod soli cucurbitæ, ex aliorum sententia, præceptor. Plura esse cucurbitę genera jam loca citata Athenæi ostenderunt, ipseque in principio capitis affirmat magister. Cucurbita alia vulgaris, alia Indica. Vulgarem longam scribit doctissimus Dalecampius, Indicam rotundam Hybernamque vulgo vocari addit, celerius provenire, carne constare sicca solidaque, Hyeme ista durare, si loco sicco recondatur, cortice nunc ex atro viridi, nunc ex albo flavescente, nunc albo semine latiore compressioreque, rhombi figura ampliori, medulla gustu minus fatuo, flore luteo. Variat admodum hujus fructus, uti mox dicam. Plin. 19. lib. 19. cap. 5. cucurbitæ sativæ (de sylvestri cucurbita colocynthide dicta, alibi agam;


Cucurbita anguria longa.



Cucurbita sylvestris.



Cucurbita lagenaria rotunda.



figuram tamen ad differentiam apposui) *duo prima genera Camerarium & plebejum, quod humi repit. In priore mire, tenui pediculo libratur pondus immobile auræ, Cucurbita quoque omni modo fastigiatur, vaginis maximè vitilibus, conjecta in eas postquam defloruit. Crescit qua cogitur forma, & plerumque Draconis intorti figura. Libertate vero pensili concessa, jam visa est novem pedum longitudinis.* Nata nobis cucurbita anno 1624. quæ humanam crassitudinem, & longitudinem superaret. Semen, ex India occidentali allatum accipiebamus à Nicolao Sweertio Chyrurgo, P. M. Erat æstas anni illius satis calida ac fervens, matura tamen non fiebat cucurbita: hæc in majorem non dubito quin crevisset longitudinem, ni hyems supervenisset. Indi cucurbitas calabassos vocant, in India uti Iosephus à Costa lib. 4. cap. 9. scribit, *ad miraculum usque augescunt, & in sola Provincia Thile nascuntur, & capallos nuncupantur. Infinitæ propè species sunt: quædam immensa mole, monstrosæ sunt, quæ dissectæ & resiccatæ excavantur, & ex iis varia vasa effinguntur. Ex minoribus pocula aut pateras ingeniosè cælatas concinnant.* Idem ferè Paludanus in notis ad Linschotum. *Varia hujus*, inquit, *genera, magnitudine, facie, colore differentia: earum namque quoddam genus est, quod utrisque ulnis vix amplecti potest, & in insula S. Laurenti ejusmodi colore rubro, flavo, albo, & sapore longè gratior, atque nostrates, ubertim proveniunt.* Plura de generibus lector in Phytopinace Bauhini reperiet.

κρόμμυον, uti lib. 9. Athenæus scribit, ὅτι κόρας μύομεν dicitur, *quod oculos claudamus dum admovetur. vel* ὅτι αὐτῷ ὀσφραινόμενοι ἢ ἐσθίοντες τὰς κόρας μύομεν. Oculos enim claudere, & emittere lachrijmas consueverunt, qui ipsum naribus oculisve admovent. Hinc apud Columellam lachrymosa cæpe.

> *Seque lacessenti fletum factura sinapis,*
> *Atque oleris pulli radix, lachrymosaque cæpa.*

Ab Alyatte rege Byzantem ex septem sapientibus unum accersitum fabulantur; at is philosophico supercilio tumens, & regiam fortunam despicatui habens, ἐγὼ φησὶν Ἀλυάττῃ κελεύω κρόμμυα ἐσθίειν *ego, inquit, Alyatti jubeo comedere cæpas*, quibus illi fletum esse imperatum docti referunt. Quasi dixerit κελεύω κλαίειν καὶ οἰμώζεσθαι, Apud Aristophanem quærit ille ex Dionysio, τί δῆτα κλαίεις *cur fles?* Respondet is κρόμμυον ὀσφραίνομαι, *Olfacio cæpas.* Has acriter mordere oculos, & lachrymas excitare, cui ignotum? Idem in problematibus docet Aristoteles, causamque addit. *sect. 20. probl. 22. Cur*, inquit, *cepe unum tam acriter mordere oculos potest?*
" Unde nomen quoque à Græcis κρόμμυον impositum pu-
" tant ὡς τὴν κόρην ποιεῖν συμμύειν *perinde ac si pupillam com-*
" *primi cogeret.* Origanum verò nihil hujusmodi facit, nec
" aliud quippiam ex ceteris, quanquam acre. Neque enim
" nasturtium, quod mordacius est, oblatum oculis efficit
" æquè ut lachrymæ profluant, ac cæpe & cum admo-
" vetur, & cum comeditur, lachrymas movet. An quod
" acrium genus discrimine evariat numeroso, quo sua cui-
" que vis consistit, rataque habetur. Nasturtium ergò
" quia calidius est, resiccare quod colliquaverit, amplius
" potest. Nam extrudere lachrymam cum editur potest;
" admotum tamen ad oculos, nihil propterea movet, quia
" nullum mittit vaporem. Est enim id siccius & calidius;
" origanum cæteraque id genus calida sunt leniter, &
sicca,


ſicca; quod lachrymas autem moveat, mordax id eſſe debet,& humidũ,& lentum; quam ob rem oleum quoque lachrymam excutit,quamvis leniter mordeat: ſubiens enim irreptanſque ſuam ob lentitiam, atque tenuitatem, dolorem movet, ac proinde humorem tabificat. At cæpe vim ejuſmodi ſane habet, ut quod & humore,& vapore fit calido, tenui ac lento. Itaque oculis admotum,eo quod vapor ejuſmodi eſt, humorque tenuis commeat, lachrymas movet, cumque editur id itidem tranſmiſſa reſpiratione facere poteſt. Allium calidum quidem eſt, & acre, & humoris aliquid continens; ſed lentum non eſt; itaque lachrymas movere non poteſt. Contra raphanus ruſticana cum teritur,non ſecus ac cæpa lachrymas movet, quod evaporet acre ſimul & lentum ac tenue;quare facile commeat lachrymaſque movet. Dicet quis, Plinium contrarium docere lib. 19. cap. 5. ubi tradit,cæpas dilachrymationi & caligini oculorum mederi. Sed hoc non pugnat cum his quæ diximus,liquidem educendo purgant. Cæpa latinis à capitis magnitudine dicitur. Dixi ſupra,cucumeres, cucurbitaſque plenilunio maximè augeri. Contrarium nec minus mirandum de cæpa docet Plutarchus. lib. de Iſide & Oſiride; ubi inquit, οἱ δ' ἱερεῖς ἀφοσιοῦνται καὶ δυσχεραίνουσι, καὶ τὸ κρόμμυον παραφυλάττοντες, ὅτι τῆς σελήνης φθινούσης, μόνον εὐτραφεῖν τοῦτο καὶ τεθηλέναι πέφυκεν. ἔστι δὲ πρόσφορον οὔτε ἁγνεύουσιν, οὔτε ἑορτάζουσι, τοῖς μὲν ὅτι διψῆν τοῖς δ' ὅτι δακρύειν ποιεῖ, τοὺς προσφερομένους. Mirum quod cæpe reviviſcat & congerminet decedente luna, contra marceſcat à creſcente luna, ſolumque olerum omnium contra ſyderis incrementa damnaque vices minuendi, & augendi habeat contrarias. Siquidem tabeſcant omnia luna ſeneſcente, augeanturque eadem creſcente, uti in cucumeribus apertè ſatis cernitur. Notum illud Lucilii,

Luna alit oſtrea,& implet echinos, muribus fibras,
Et pecui addit.

Hanc ob cauſam ſacerdotes Ægiptii cæpe non edebant, & idolus averſabantur, eoque cibo ſimul & feriatis & caſtè degentibus interdicebant, his quod ſitim invitaret, illis quod lachrymas evocans feriarum celebritatem interpellaret, quibus Ægyptia ſuperſtitione imbutis,eæ ridiculæ rationes ſatiſfaciebant. Hunc Plutarchi locum Agellius extare ſcribit in 4. in Heſiodum commentario. Cauſa hujus rei videtur,quod calor cæparum nativus adoleſcentis lunæ intus calore, glutinoſum concoquat humorem,nec non permiſceat conſtantius cum aëreo, aqueove terreum; quod officiũ non poteſt exequi, quum aquoſi magnum fiat damnum. Glutinoſus enim lentor haud facile diſcuti poteſt. Quo fit, ut cæparum partes, quæ prius humore diſtendebantur, eo nunc orbatæ flacceſcant & velut paſſæ, & in rugas contractæ tabeſcant. Sed cum planeta hæc orbe toto refulſit,& ad inter-menſtruum ſpectat,prægnans aqueum gignit humorem,quem velut nutrimentum ex aëre perinde,ac terra,quum hærent,exutæ avidius hauriunt, quo vernaculum lentorem jejunæ foveant, priuſque damnum illo liquoris raptu reſarciant, quo veluti ſatiatæ ſurgunt, ac ferè reviviſcunt. Siquidem extra terram,diutius humi,vel in laquearibus penſiles in aëre vivunt; quaſi ancipitis vitæ modò è terra, modò ex aëre alimentum accipiant. Nam extra ſolum germen emittere & humoris delectu hilarari conſtat: ſed producto coliculo ſtatim langueſcere; tunc cum non ſatis ſuperſit craſſioris nutrimenti, quo ſcapus excitetur, depactæ cartilago in cervicem abit.Quin & incrementum ſalivæ cæpis declaratur, hoc,illuni temporis curriculo, quum edomita paululũ acrimonia ſubdulceſcat, quæ tunc aliquantum aſcito humore diluitur. Videamus quibus notis cæpam deſcribat Theophraſtus lib. 1. Hiſt. cap.8. corticem multiplicẽ tunicis ait eſſe.HincPerſius ſatyr 4 *Tunicatum cum ſale mordens.Cæpe.* Cap.10.cæpe corpus tunicatũ eſſe, quum ſemper aliquid eximi poſſit. Quod duplex genus radicis quodammodo exhibere videtur: Habet enim carnoſam illam,& corticoſam, & eas quæ ex illa proveniunt. Idem fere repetit lib.7. cap. 11. Eodem cap. radiculas de latere non emittere. Contrarium tamen lib.7.cap.12. docere videtur Dicendum, priori loco negare præceptorem, quod emittat radiculas de latere, poſteriori affirmare quod germẽ emittat, & ita contradictio nulla. Ita lib.4. cap.6. de cauſ. germen ab imo emittere ait.lib.1 cap.16.folia illicò ab radice exire, pediculo carentia, & concava.lib.7. cap.1. Unicaulem eſſe,nec ex caulẽ laterales ſurculos emittere, alteroque ferre fructum anno.Quomodo proveniat lib.7. cap.12. docet.Lib.1. de cauſ.cap.4. quædam de cultu cepæ tradit. Locum adeat lector.Lib.6. cap.17. & 18. de ſapore agit,quò lectorem remitto. Cæparum Theophraſtus multa inquit eſſe genera, ac à locis nomen accepiſſe ſcribit, verba ejus examinanda; Sardiam primo loco recenſet, ſic dictam à Sardi, urbe Lydiæ. Plinius *Sardia* legit lib.19. cap. 6. *Allium cæpaſque inter deos in jurejurando habet Ægyptus. Cæpe genera apud Græcos, Sardia* &c.Botanicus magnus Καρδία ab urbe Thraciæ legit.Hunc refellit Plinii codex,& ipſe Theophraſtus,cum eodem hoc capite albas admodum Sardianis ſimiles inquit eſſe.Alteram Cnidiam vocat. Plinius alſidenã.Cnidiam Plinius ex omnibus cæpis minimè lachrymoſam inquit.*Omnibus odor lachrymoſus, & præcipuè Cypriis,minimè Cnidiis,Omnibus corpus totũ*(tutũ vetus codex)*pinguedinis earum cartilagine* Magnus Botanicus legit,*omnibus radicum corpus tectum pingui cartilagine.*Magis arridet, *omnibus corpus totũ pene tunicatũ cartilagine.* Sequitur Thamocracia. Hanc Athenæus lib.2. laudat. Setanicam minimã inquit,ſed admodum dulcem.Plinius loco citato, *Et cunctis ſetania minima, excepta Tuſculana, ſed dulcis.*Aſcalonias,inquit Theophraſtus, & fiſſiles tum cultu, tum natura inter ſe differre, peculiaremque habere naturam. Solæ enim non fiſſiles (quod Plinius non obſervavit, omiſit ſaltem) & quaſi ſteriles, ab radice ſunt, nec ea parte creſcere aut proficere poſſunt, quare & eas nõ deponunt,ſed ſemine ſerunt,& cũ deinde germinatũ ſit transferunt. Perficiunt adeò celeriter, ut cum cæteris,aut etiam prius evelli poſſint. plus temporis dimiſſæ in terra putreſcunt,plantatę caulem edunt, ſemenque tantummodo fundunt, tum exinaniuntur,atque inareſcunt Idem fere Plinius loco citat. *Aſcaloniarum propria natura. etenim velut ſteriles ſunt ab radice, & ob id ſemine ſeri illas,non deponi juſſere Græci.Præterea ſerius circa ver cum germinant, transferri,ita craſſeſcere, & tunc properare præteriti temporis penſitatione.Feſtinandum autem in his eſt,quoniã maturæ celeriter putreſcunt. Si deponantur, & caulem emittunt & ſemen, ipſæq; evaneſcunt.* Aſcalonia ab urbe Iudeæ nominata. Aſcalonicam putant viri docti, quam ſterilem alii vocant. Aſcalonitidem antiquorum exhibuit Lobelius à priori fortè diverſam. De fiſſili hæc Theophraſtus, *Hyeme ſua cum coma mertem relinquunt, vere externa folia detrahunt (lego ex Plinio* τὰ ἔξω περιαιροῦσι*) & reliqua colunt. Detractis his foliis altera germinant, ſimulque in ſerius finditur unde fiſſiles appellatæ ſunt.* Idem ferè Plin. 19. loco cit *ſchiſtam hieme cum comſa ſuâ relinquunt, vere folia detrahunt*(Theophraſtus τὰ ἔξω *exteriora) & alia ſubnaſcuntur ejuſdem diviſuris: unde & nomen.* Paulo aliter,ut videt lector,hæc Theophraſtus.Ad harum exemplum quoſdam omnibus detrahenda folia inquit præceptor.Idem Plinius, *Hoc exemplum reliquis quoq; generibus detrahi jubent,ut in capita potius creſcant quã ſemina.*Colore differre ait. Quam differentiã etiam obſervavit Dioſcorides lib.2.c.11, κρόμμυον δριμύτερον τὸ μακρὸν τοῦ στρογγύλου, καὶ τὸ ξανθὸν τοῦ λευκοῦ. *Cæpa longa acrior eſt quam rotunda,itemque ruſſa quam candida.* Has differentias obſervarunt recentiores. Candidas in νήσῳ provenire inquit.quæ illa νήσος *inſula* non dicit. Plinius loco citato. *Eſt & colorum differentia. Samo enim & Sardibus candidiſſimæ proveniunt.* Sardianas albas eſſe ex Theophraſto colligi non ſatis apertè poteſt. Ille enim Sardianis quidem ſimiles dicit; ſed,ut ex præcedentibus apparet, figura, non colore, magnitudine & ejuſmodi. Legit inſuper Plinius *Sauro,* Theodorus ἰσῳ. Pro quo ἰσσῷ lego, Iſſus oppidum Ciliciæ non procul ab Amamo monte,circa quod Alexander Darium vidit. Iſus quid ſit ignoro Iſſa inſula eſt in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ, de qua non loquitur præceptor. Credo incognitam ipſi; Samos duarum inſularum nomen eſt, quarum altera in mari Ionio juxta Epheſum; altera in mari Egæo Thraciæ adjacens,quæ ex commiſtis Thraciæ populis Samothracia dicta eſt, uti Strabo lib.1. ſcribit. An itaque σάμῳ legendum, ac dicendum Samothraciam, ac eam quæ in Samo inſula naſcitur unam eandemque eſſe? Iudicium æquo lectori committo. Lego tamen, ut dixi, ἐν ἰσσῷ, idque quia in optimo Plinii codice Salmanticenſi, ut ſcriptum reliquit Doctiſſ. Pintianus, legitur, *amiſſo enim & Sardibus.* Nemo non videt ſcripſiſſe Plinium *apud Iſſum.*Urbs, uti dixi, clara victoria Alexandri Magni adverſus Darium Codomannum Perſarum regem. Creticam etiam quandam deſcribit Theophraſtus Hujus meminit his verbis Plinius. *Sunt in honore & Creticæ, de quibus dubitant an eædem ſint, quæ, Aſcaloniæ quoniam ſatis*


sati capita crassescunt (alius codex, *satæ radices agunt*) Meminit Gal. lib. 12. Meth. Med. cap. 1. Cepæ quam κάρτον vocari inquit, κρόμμυα τὰ κάρτα καλούμενα μετ' ἄρτου ἐδίδου ἐσθίειν καὶ πίνειν ὀλίγον ἡμέρᾳ μιᾷ: *Cæpas id genus quod Græci carton vocant, uno die cum pane comedendas dabat, & potum parum.* Magni nominis Bononiensis medicus legendum contendit ἀντὶ κάρτα κνίδια, vel κεπητά, quod apud nullos auctores genus illud ita vocatum invenerit. Ego vulgatam servo lectionem, idque, quia vox hæc apud alios Græcos recentiores reperitur. Geopon. auct. lib. 2. cap. 5. Κύπειρον ἣν τινες ζέρναν καλοῦσι, φύλλα ἔχει ὅμοια κάρτῳ ὑπόφυῆ. Quis cyperi folia recenter natis carti (sive porrum, sive cæpam velis interpretari) foliis negabit similia? Fatentur Botanici ex Dioscoridis lib. 3. cap. 161. porri genus esse, κάρτον dictum, quod colligi facile potest. λόγχιτις φύλλα ἔχει πράσῳ κάρτῳ ὅμοια (vulgo κάρτα pro qua voce alii πλατυκάρτῳ, ut in veteri codice, Alii, nescio qua auctoritate, πλεκτά.) An itaq; legendū apud Galenū κρόμμυα ἃ κάρτα καλοῦμεν, quod locus hic Dioscoridis videtur probare. An verò, ex Galeno φύλλα ἔχει πράσῳ, ἢ κάρτῳ ὅμοια. apud Dioscoridem vulgata placet. Sed quale cæpe, vel porri genus est κάρτον? Nonnulli cœpam sectivam, tonsamque interpretantur. Nam, ut magis grandescerent, summitates eorum & caudas solebant detondere. Geopon. auct. cap. 31. lib. 12. κρόμμυα μεταφυτεύων τὰς οὐρὰς αὐτῶν καὶ τὰ ἄκρα ἀφαιρεῖ καὶ ἔσῃ μεγάλα. *Cæpas plantaturus caudas ipsarum, & extremitates auferes, & magnæ evadent.* Theophrasto tonsio est. lib. 4. de caus. cap. 1. καὶ αὐτοῖς δὲ καὶ ἀπὸ τῶν εἰς κάρσιν σπαρέντων. Sed quid obest, quo minus κάρτον κρόμμυον exponatur, *cæpe capitatum*, κεφαλωτὸν ἀπὸ τῆς κάρης, id est, κεφαλῆς. Κάρτα Grammaticis significat πάνυ λίαν, μεγάλως. *Plusquam satis, præcipue, admodum.* Carta non est cepa Cretica, quia hæc Ascolonicæ similis, quæ nec fissilis, nec magna est. Verisimile est κάρτον, vel cæpam, vel capitatam esse si cepe quoddam genus ita dictum fuerit. Dubitatur à nonnullis an gethyum inter cæpæ, an verò inter porri genera referendum sit. Theophrastus hoc capite inter cæpas numerat. Idem loco citato facit Plinius qui Latinis pallacanam dici refert. *Apud nos*, inquit, *duo prima genera. Vnum condimentaria, quam illi gethyon, nostri Pallacanam vocant.* (Magni nominis vir, qui nomen hoc nec alibi legit, nec intelligit, legendum putat, *quam nostri tallacanam, vel tallacam vocant*: Et sic dictum gethium esse, quod talla tantum, id est, caule constet candido, ut pote quæ caput non habeat. Talla propriè folliculum est cæparum, ex Græco θύλλης, quod est involucrum vel sacculus. Tallum pro caule posuit Columella lib. 11. cap. 3. quia folliculo, quo cæpæ caput velatur magna pars caulis integitur) *seritur mensibus Martio, Aprili, Majo. alterum capitata*, Græci recentiores γήτειον vocarunt. Hesychius γήτεια κρόμμυα ἃ καὶ γήθυα καλοῦνται. Æoles γήτεια dixerunt, unde Latinorum cæpe. Sed hoc magis ex γῆθυ, quod Æolibus γῆφυ & καῖφυ, atque inde Latinum cæpe. Nam diphthongo scribitur. Gethyum etiam teste Athenæo lib. 9. γηθυλλὶς dictum est, εὕρισε δ' αὐτὴν καταλαβὼν γηθυλλίδα, οἱ δὲ τὸ γήθυον καλούμενον τοῦτό φασιν εἶναι. *Quam offendit elixantem gethyllida, quidam id volunt esse quod gethyum dicitur.* Eodem loco Epænetus gethyllida capitatum porrum appellari tradit, Ἐπαίνετος δ' ἐν ὀψαρτυτικῷ τὰ κεφαλωτὰ καλεῖσθαί φησιν γητυλλίδας. *Epænetus libro de obsoniorum conditura, capitatum porrum gethyllida vocari scribit.* Prior sententia Nicandri Scholiastis auctoritate nititur γηθυλλίδες. εἶδος κρομμύων ἢ τοι τὰς κεφαλὰς, ἢ τὰς ῥίζας ἢ τὰ ὑπ' ἐνίων λεγόμενα ἀγριογήθυα. Sic legit D. Salmasius, vulgo ἀγριόφυτα. Hesychius ἀμπελόπρασον sic vocatū refert. γήθυα ἀμπελόπρασα, οἱ δὲ γηθυλλίδας (lego γηθυλλίδας) οἱ δὲ μεγάλα κρόμμυα ἄλλοι χλωρά *gethya ampeloprason, nonnulli gethyllides, alii magnas cæpas, alii virentes vocant.* Fallitur Grammaticus; gethya non sunt ampeloprasa, sed iis similia, Athenæus loco citato. Ὅμοια φησὶν εἶναι, τὰ γήθυα τοῖς λεγομένοις ἀμπελοπράσοις. Τὰ δὲ αὐτὰ γηθυλλίδας λέγεσθαι. *Ampeloprasis similia esse gethya tradit, quæ & gethyllidas* (sic enim legendum arbitror) *vocant.* Aristophanis Scholiast. τοῦ δὲ γηθύου ῥίζας ἔχοντος σκοροδώδη τὴν φύσιν, *gethy radices allii naturā referre.* Gethi notas variis in locis tradidit Theophrastus; videat lector quæ de radice scribat lib. 1. cap. 10. Lib. 7. cap. 9. multis constare tunicis. lib. 1. cap. 16. folia ab radice illico exire, pediculo carentia & concava, lib. 7. cap. 1. unicaule inquit alteroque frustificare anno, cap. 12. quomodo proveniat. lib. 4. de caus. cap. 3. difficulter germinare, Videamus quæ hoc referat capite quarto. *Sine capite est & quasi longa cervice cōsistens. Ob id germinatio tota in fronde, sæpiusque retundetur ut porrum.* Plinius loco citato. *Gethyum penè sine capite est, cervicis tantum longæ, & ideo totum in fronde, sæpiusque resecatur, ut porrum; ideò & illud serunt, & non deponunt.* Theophrastus planè sine capite inquit esse, non, ut plures, pæne sine capite, ἀκέφαλόν τι εἶναι. Illud τι accepit Plinius quasi idem valeret quod pænè. Cæpam sectilem Mathioli, viri Doctiores pro gethyo habent. Facie ascaloniam refert, nisi quod omnibus suis partibus major spectetur, bulbi plures ab una tantum radicum coma oriuntur longa, tenuique cervice nitentes, ascaloniæ modo, sed acredine differentes. Et hæc de cæpis Theophrastus. Plinius præter differentias ex patrio solo petitas, duo cæparum prima genera apud Latinos fuisse scribit, gethyum cepulla, vel cæpola, non capitatum, & alterum capitatum. Frustra itaque vir magnus in notis ad Moretum contendit, nullum cæpæ genus esse quod capitatum non sit. Non solum Plinius, sed etiam Theophrastus gethyum sine capite esse asserit. De capitatis hæc Plinius lib. 19. cap. 6. *Alterum capitatæ, quæ ab æquinoctio Autumni, vel à Favonio. Genera ejus austeritatis ordine, Africana, Gallica, Tusculana* (addit Pintianus ex antiquo codice *Ascalonia*, quod non placet, siquidem Plinius de Ascalonia jam egit) *Amiternina. Optima autem quæ rotundissima, item rufa acrior quam candida:* (hæc ex Dioscoride) *sicca quam viridis: & cruda quam cocta, sicca quam condita. Seritur amiternina frigidis & humidis locis, & sola allii modo capite, reliqua semine; proxima quæ æstate nullum semen emittunt, sed caput tantum, quod inarescit, sequenti autem anno permutata ratione semen gignitur, caput ipsum corrumpitur. Ergo omnibus annis separatim semen cæpæ causa seritur, separatim cæpæ seminis; servantur autē optimè in paleis.* Hactenus Plinius, Qua cæpa sit Africana, vel Gallica, nemo facile dixerit, siquidem nullas addit Plinius notas. Columella lib. 12. cap. 2. alias cæpas, vel saltem alio nomine recenset. *Pompeianam inquit vel Ascaloniam cepam, vel etiam Marsicam simplicem, quam vocant unionem rustici, eligito. Ea est autem quæ non fruticavit, nec habuit soboles adhærentes.* Quæ nondum fruticavit, sed simplici nucleo constat, unionem vocat. Galli omnem cæpam teste Ruellio, *oignon* vocant. Et hinc fortassis Belgis **Ajuyn** vocatur. Hanc Græci μονόκοκκον & μονοκέφαλον appellaverunt. Glossæ *uniones*, μονόκοκκα. Cæpa antequam plures emisit nucleos unio dicta est. Solent enim

Cæpa rotunda.




cæpe ab radice alias atque alias subinde suboles propagare. Nec cæpa tantum sed alium, scilla, & reliqua bulbosi generis, uti ad finem capitis hujus docet Theophrastus. Τὸ δὲ κρόμμυον εὐθὺς — γίνεται. *De nucleis alliorum & cæparum*

Cæpa rotunda. Cæpa oblonga.



Cæpa, ut vulgo venditur sine, capite antequam excaulescat.



cæparum capite de allio agam. Recentiores hæc cæparum describunt genera; prima est sativa, quæ variat colore floris, candido vel purpurascente, tunicarum quoque coloris rubri, aut candidi; radicis forma, major, minor, oblonga, sessilis, vel orbiculata, turbinata quibusdam communioribus in compressam latiorem circumferentiam bulbaceam abit. Cæpas porraceas vocant stolones, qui primo vere dum tenelli sunt, antequam caulescant, in cibos eruuntur. Secunda est, quam cæpam oblongam Dodonæus vocat, Lobelius Hispanicam oblongam. Tertia radice candida est & dulci. Quarta est plurium caulium, ovatam à radicis figura Cordus vocat. Quinta est sessilis. Sexta est fissilis. Septima sterilis vel Ascalonia, de quibus lector videat Bauhini Phytopinacem.

Quia πράσον non tantum cæpis affinis, sed etiam tunicarum involucris demptis, interius ejus capitulum, cor vocatum, cæpam referat, nec floribus, foliis, caule, semine multum cæpis sit dissimile. De eo hoc loco agere decrevi. Animadvertendum imprimis, aliud πράσον, aliud πράσιον, sive marubium esse. Vocum hac vicinitate Plinium deceptum, alibi demonstratum satis est. Apud Athenæum tamen πράσιον κεφαλωτὸν *porrum capitatū*. Nemo marubium capitatum esse unquam scripsit. Ergo ἀντὶ πρασίου loco citato omnino scribendum πράσον. Nomen accepit à colore. Πράσινος enim color viridis, porraceus. Sic viridem colorem acutissimum appellant. Exempli gratia, smaragdus κατ' ἐξοχὴν πράσινος λίθος vocatur. Lapide hoc acutius nihil & viridius. Dioscorides, & Plinius optimam chrysocollam in Armenia nasci tradunt. Commendat Dioscorides τὴν κατακόρως πρασίζουσαν i.e. quæ prasinum & porraceū colorem ad plenum obtineat. Plinius optimam inquit, ut colorem herbæ segetis lætè virentis quam simillimè reddat. Hic summus & acutissimus viroris gradus πρασοειδὴς dicitur apud Hippocratem, quod est coloris viridis aut prasini, ut πρασοειδὲς τὸ ἐμούμενον, *vomitio porracea, viridis*, πρασοειδὴς ἔμετος. Celso lib. 2. cap. 4. viridis vomitus. Πρασοειδέα τὰ διαχωρήματα, *dejectiones virides*. Quid χολὴ πρασοειδὴς sit, docet Galenus Com: secundo in Prognostica. Hunc colorem Plato in Timæo docet πυῤῥῷ κεραννυμένη μέλανι. *Conflari ex fulvo & nigro.* Illud non reticendum, πράσον Theophrasto lib. 4. cap. 7. algæ etiam esse speciem, quam alii ζωστῆρα vocant, Πράσον Athenæus lib. 7. γηθυλλίδα appellari refert, Ἐπαίνετος δ' ἐν ὀψαρτυτικῷ τὰ κεφαλωτὰ καλεῖσθαί φησι γηθυλλίδας. *Epænetus lib. de obsoniorum conditura capitatum porrum gethyllida vocari scribit.* Latinis πράσον *porrum.* Neophytus in herbario πράσον κηπαῖον, ὃ ἐστι κεφαλωτὸν, ῥωμαῖοι πόῤῥουμ. Idem Auctuarii auctor, κεφαλωτὸν, ῥωμαῖοι πόῤῥουμ. An itaque solum capitatum porrum dictum? Utrumque Columella & Palladius porrum vocant, ut mox dicam. Porri variis in locis meminit Theophrastus; uti lib. 7. cap. 1. ubi decimonono vel vigesimo die à satu provenire inquit; lib. 3. de caus. cap. 3. decimo quinto, lib. 7. cap. 1. ex recenti semine maturius provenire, unicaule esse, nec lateribus surculos laterales emittere. lib. 7. cap. 4. sæpius retundendum. lib. 2. de caus. cap. 20. melius tum ac amplius fieri; causamque addit cur tundi debeat. Idem lib. 3. de caus. cap. 24. eodem cap. difficulter cur germinet docet, lib. 5. cap. 7. quomodo, ut ampla magnaque proveniat, serenda. Loca hæc adeat lector. Porrum aliud sylvestre, aliud sativum, sativi duo genera signavit antiquitas, genere tamen non differunt; ex eodem enim semine generantur, & cultura solùm discrepant. Columella lib. 11. cap. 3. *Porrum si sectivum facere velis, densius satum præceperunt priores relinqui: & ita cum increverit, secari. Sed nos docuit usus longè melius fieri, si differas, & eodem more, quo capitatum modicis spatiis, id est, inter quaternos digitos, depangas, & cum convaluerit deseces. In eo autem quod magni capitis efficere voles, servandum sit, ut antequam translatum deponas, omnes radiculas amputes, & fibrarum summas partes intondeas. Tum testulæ vel conchæ, quasi sedes in singulis subjectæ seminibus adobruuntur, ut fiant capita latioris incrementi. Cultus autem porri capitati, assidua sarritio & stercoratio est, nec alius tamen sectivi; nisi quod toties rigari, & stercorari, sarririque debet, quoties demetitur: semen ejus, locis calidis, mense Ianuario, frigidis Februario seritur: cujus incrementum quò majus fiat, raris linteolis complura grana illigantur, atque ita obruuntur. Enatum autem in iis locis quibus aqua subministrari non potest, deferri debet circa æquinoctium autumni: at quibus possis humorem præbere, rectè mense Majo transferuntur.* Palladius in Februar. Tit. 24. Hanc Columellæ doctrinam ex parte improbat. *Hoc mense porrus serendus,* (sic in omnibus legitur) *quem si sectilem velis, post duos menses, quam satus est, poteris desecare manentem in areis suis: quamvis asserat Columella etiam sectivum diutius duraturum, melioremque si transferatur, & quoties secabitur, aqua juvetur, & stercore. Si capitatum facere velis, quod vere severis*

severis Octobri mense transferre debebis, serendus est loco læto, & maximè campestri, area plana, pastinata altè, & diu subacta, & stercorata. Si sectivum facere velis, spissius, si capitatum, rarius seres. Sarculo frequentandus est, & herbis liberandus. Cum digiti crassitudinem habuerit, à media parte præcisis foliis, & truncatis radicibus transferatur, oblitus fimo liquido, quaternis vel quinis digitis separetur. Cum radices aget, modicè comprehendendus, & allevandus est sarculo, ut suspensus à terra quod spatii vacuum subter invenerat, cavitatis vastitate cogatur implere. Item plura semina in unum ligata si deposueris, grandis porrus nascetur ex omnibus. Item si capiti ejus rapæ semen immittas sine ferro. Et pangas, multum fertur increscere, melius si frequenter hoc facias. Videt lector, porrum, quod ad culinaria juscula sæpius detonderi solet, sectivum aut sectile vocari, quod capitatum fieri debet, non tondendum, & autumnali tempore transferendũ. Idem ferè Plinius lib. 20. cap. 6. sed locus admodum depravatus. Sic restituit eum Doctiss. Salmasius; *Seritur semine ab æquinoctio auctumno: si sectivum facere libuit, densius. In eadem area secatur, donec deficiat, stercoraturque semper, nutritur in capita, antequam secetur, cum increvit, in aliam aream transfertur, summis foliis leviter recisis, antè medullam, & capitibus retractis, tunicisque extremis. Quum sectivum* inquit *facere volueris, in eadem area, qua satus primo fuerit, secandus est, donec deficiat. At si nutritur in capita, id est, si capitatum facere voles, ubi increverit, antequam secetur, in aliam aream transferri debet, summis foliis leviter recisis.* De capitato verba illa intelligenda esse, palam est ex iis quæ sequuntur. *Antiqui silice vel tegula* (idem *testa*, quod perinde) *subjecta capita dilatabant. Hoc item in bulbis. Nunc sarculo leviter convelluntur radices, ut delumbatæ alant, neque distrahant. Insigne quod cum fimo, lætoque solo gaudeat, rigua odit, & tamen proprietate quadam soli constant.* Capitatum, Græci κεφαλωτὸν, vocant *sectivum* vel *sectile*, Sic enim Iuvenalis, *Quis sectile porrum? Quis tecum elixi vervecis labra comedit.* Alii tonsile, Martialis lib. x. *In quibus est lactuca sedens, & tonsile porrum.* Moreti auctor sectum vocat. *Sectique famem domat area porri.* κάρτον. (vide cap. præcedens) Athenæus lib. 9. κεφαλωτὸν τοῦτο καὶ πράσον καλεῖσθαί φησιν ὁ αὐτὸς δίφιλος, καὶ εὐχυλότερον εἶναι τοῦ καρτοῦ. *Porri genus capitatum appellari idem Diphilus auctor, melioris succi quam tonsile.* Utriusque Dioscorides meminit lib. 2. cap. 179. πράσον κεφαλωτὸν φυσῶδες — τὸ δὲ κάρτον δριμύτερον, *capitatum porrum inflationes parit, sectivum acrius est.* Κάρτον idem quod τὸ τμητὸν *sectum, tonsile*, ἀπὸ τοῦ κείρειν *à tondendo* deductum, eâdem analogia qua σπαρτὸς ἀπὸ τοῦ σπείρειν. Vulgo apud Dioscoridem legitur ὁ δὲ καρπὸς δριμύτερος. Hanc lectionem illegitimam probavit his argumentis Sarracenus lib. 20. cap. 6. ex Plinio. quippe apud eundem de sectivo leguntur, quæ apud Dioscoridem de κάρτῳ. Addo quod ex porri foliis quam ex semine, exprimi est verisimilius succum. Etiam Ægineta vires hasce supprimendi Hæmorragiam, non seminis, sed foliorum succo tribuit. Addo quod Serapio qui sua ex Dioscoride transcripsit, de sectivo porro hæc referat. Et porri quidem nabati sunt acutioris saporis, nabati, id est, sectivi, tonsilis. Commissus hic error videtur per librarii cujusdam ignorantiam, qui quid καρτοῦ nomine significaretur hæsitans, vocisque vicinitate deceptus, κάρπον audacter nimium κάρτον loco reposuit, & simul articuli genus mutavit. Ignoravit quid κάρτον significaret interpres Æginetę. Cum enim Paulus lib. 5. cap. 2. inquiat καὶ κρόμμυα σὺν ἀλφίτῳ ἢ ἄρτῳ καὶ πράσα κάρτα μεθ' ἁλῶν; ille interpretatur, *& cæpe cum polenta & pane, item porra abunde cum sale.* Καρτὰ ex Hesychio hoc significare supra dixi, sed de sectili porro loquitur Ægineta. Sectilis porri duo inquit Plinius loc. cit. esse genera. *Laudatissimus in Ægypto mox Orthiæ* (Ostiæ restituit Doctiss. Pintianus, ex optimo Salmanticensi codice. correctionem hanc approbat excellentiss. Salmasius.) *atque Aricia. Sectivi duo genera: Herbaceum folio incisuris ejus evidentibus, quo utuntur medicamentarii: Alterum genus suavioris folii* (in libris inquit Salmasius *partim est* suavidioris, partim favidioris, *legebat vir doctus flavidioribus quod ineptum. Scripsi* pallidioris. p. in f. sæpe mutatur, deinde ex duobus labdis abbreviatis factũ V. Ego lego *validioris*, quia præcessit statim herbaceum folium. Duo porri sectilis genera facit, quorum alterum herbaceum folium, id est, mollius, alterum validius, non æque flaccidum ac molle. Potest etiam exponi herbaceum viriditatis meræ, pallidius, dilutioris viriditatis. non puto tamen ullum pallido folio porrum fuisse) *rotundiorisque, incisuris levioribus.* Recentiores sectivum aliud agnoscunt latifolium, aliud juncifolium. Differt hoc à veterum sectivo, cum illi folia lata, huic pro foliis junci inanes sint; hinc nomine ex junco & porro composito σχοινόπρασον *schoenoprasum* vocarunt. Quidam gethyllida, cujus Nicandri meminit scholiastes, statuunt. Verba cap. de cæpa; lector reperiet ego in tanta brevitate certi quid affirmare nequeo. Porrũ sectivum juncifolium majus & minus habetur, illud rarius & ad condimenta mitius. Notandum, quod Plinius loco citato refert, *Præsertim cum sectivo nuper auctoritatem dederit princeps Nero, vocis gratia ex olea statis mensium omnium diebus, nihilque aliud ac ne pane quidem vescendo* Idem lib. 2. cap. 6. *sectivum voci splendorem adfert.* Quo modo id præstet ex Aristotele petendum. Hic XI. sect. problem. 39. διὰ τί τὰ πράσα συμφέρει πρὸς εὐφωνίαν, ἐπεὶ καὶ τοῖς πέρδιξιν; ἢ ὅτι τὰ σκόροδα ἑφθὰ λεαίνει, τὰ δὲ πράσα, γλισχρότητα ἔχει τινά; ῥυπτικὸν δὲ τοῦ φάρυγγος. *Cur porrum prosit ad vocem sonoram? nam & perdici commodum ea in re novimus, an quod allium quoque elixum delinit, & quidem porrum lentitiam quandam obtinet, quæ fauces detergere possit?* Porrum ad vocem sonoram prodesse fortassis verum: illud superat fidem, quod de eodem Plinius loc. citat. *Fama est Melam equestris ordinis reum, ex procuratione à Tiberio principe accersitum, in summa desperatione, succo porri ad trium denariorum argenteorum pondus hausto, confestim exspirasse, sine cruciatu, Ampliorem modum negant noxium esse.* Sylvestre porrùm ampeloprasum ἀμπελόπρασον vocatur; sic dictum ἀπὸ τῆς ἀμπέλου καὶ πράσου. Plin. lib. 24. cap. 15. *ampeloprason in vineis nascitur, foliis porri, ructu gratis.* Ampeloprasum aliud Mathiolus, aliud Lobelius exhibet, folio est allii sylvestris tenui folii non dissimili, sed majore & acriore, in caule bicubitali, radice bulbosa, non ex nucleis, sed singulari capite constante, porri minore, duriore, acriore, nonnullis adnatis sese propagante: flore & nucleis seminis vice, triticeis granis paribus, inglomeratis capitulis, non disparibus allii sylvestris tenuifolii. Vinetis, arvis, marginibus, senticetis, & dumetis Galliæ & Belgiæ gaudet. Ex Athenæo gethya similia esse ampeloprasis supra dictum est. De ampeloprasо hæc Galenus lib. 2. de aliment facult. cap. ult. τὰ δὲ ἀμπελόπρασα διαφέρει τῶν πράσων τοσοῦτον ὅσον καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς ὁμογενέσι τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων. *Ampeloprasa verò tantum à porris dissident, quantum in aliis omnibus congeneribus, agrestia à domesticis differunt.*

Aristophanis Scholiastes σκόροδον, pro quo recentiores Græci σκόρδον dictum contendit, quasi σκαιὸν ῥόδον, id est, *rudem & injuriosam rosam*, quod asperè supra modum redoleat, & olfacientium nares offendat. Suidas εἴρηται δὲ σκόροδον ἴσως σκαιόν τι ῥόδον ὄν παρὰ τὸ σκαιὸν ὄζειν. Odoris fœditate carebit allium, si seratur & extrahatur luna sub terra existente. Quidam tradunt ipsum gravem halitum non esse facturum, si quis ab ipsorum esu crudam fabam supermandat. Geoponicõn auctor lib. 12. cap. 30. ἄοσμα δὲ ἔσται ἐὰν καὶ σπείρηται καὶ ἐξαιρῆται, ὑπὸ γῆν οὔσης τῆς σελήνης. τινὲς δέ φασιν ἄοσμα γίνεσθαι αὐτὰ, ἐὰν ἐπὶ τῇ βρώσει ὠμὸν κύαμον ἐπιμασήσαιτό τις. Plin. lib. 19. cap. 6. *Cæterum ut odore careant omnia hæc* (allii genera) *jubentur seri cum luna sub terra sit, colligi cum in coitu. Sine his, Menander è Græcis auctor est, allium edentibus, si radicem betæ in pruna tostam superederint, odorem extingui.* Alii σκορόδου nomen accepisse referunt, quod pandiculationes, quas Græci σκορδινήματα & σκορδινισμοὺς appellant, moveat. Aristophanis scholiastes vocem σκορδινᾶσθαι, quę *pandiculari* significat, deductam inquit ἀπὸ τῶν σκορόδων. Fallitur scholiastes & Suidas, quod scribant σκορδινῶμαι, ἀντὶ τοῦ κλῶμαι; σπασμῷ συνέχομαι. οἱ γὰρ ἀπὸ σκορόδων ἐμοῦντες, διὰ τὴν δριμύτητα μᾶλλον σπῶνται. τὸ δὲ ἐμεῖν καὶ τὸ ὁπωσοῦν κενοῦσθαι, σκορδινᾶσθαί ἐστι. Id est σκορδινῶμαι *ponitur pro* κλῶμαι, *id est pandiculor, vel spasmo contrahor. Etenim qui à copiosiore alliorum esu evomunt, propter eorum acrimoniam convelluntur. vomere enim, & quocunque modo evacuari Græci σκορδινᾶσθαι vocant.* Falluntur inquam; non irritant allia largiore esu vomitum, nec ea ratione ex ipsorum acrimonia sequitur pandiculatio, sed quod vaporosa excrementa interdum excitent, & ad musculos propellant; quæ quidem uti distentur, natura distentionem, quam σκορδινισμὸν, hoc est, *pandiculationem* vocant, moliri consuevit. Allium dicitur à Græco verbo ἄλλεσθαι id est, *exilire*, quod nimium exiliendo crescat. Supra capite de Thymo allium à Græcis nonnullis θύμον vocari dixi. Illud observandum, ubi θύμον *allium* significat, primam syllabam brevem, & accentum in eadem; contra ubi Thymum, accentum in ultima, primam longam esse.

Non

Non raro tamen eo significatu accentum in prima habere observatur. Allium nomen illud accepisse videtur ab animosa acrimonia. Veteres, quod etiam Batavis non incognitum, gallis gallinaceis pugnaturis animos faciebant ab esu allii. Suidas ἰσχοροδισμένος, σκόροδα φαγών. ἀπὸ τῶν ἀλεκτρυόνων, ὅτι γὰρ ἐπειδὰν μάχαις συμβάλλωσιν αὐτοὺς σκόροδα διδόασιν αὐτοῖς, ἵνα δριμύτεροι ὦσιν εἰς τὴν μάχην. id est, ἐσκοροδισμένος; *qui allia comedit, sumptum à gallis, quando enim pugnaturi sunt allia ipsis dabantur ut acriores & animosiores ad pugnam essent*, hinc etiam ἐσκοροδισμένος *pro forti & animoso* ὅτι παρεξύνονται οἱ ἀλέκτορες πρὸς τὰς μάχας, ἐπὶ ἐμφάγωσι τῶν σκορόδων. Hos σκορδάλους vocabant, latini etiam scordalos. Petronius. *Ego autē nactus occasionem vindictæ Eumolphum excludo, redditaque scordalo vice, sine æmulo scilicet & cella utor & nocte.* Seneca Epist. 57. *Adjice nunc scordalum & furem deprehendes.* Idem Epist. 84. *Fullius Cimber & nimius erat in vino & scordalus*, id est *animosus, audax. Scordalum* tamen Doctiss. Turnebus interpretatur velut *scorodalum*, id est *hominem alliatum, & illuvie, squaloreque fœdum, sordidum, & impurum.* Utraque interpretatio tolerari potest; sed prior verisimilior. Glossæ veterum, *scordalus, ferox.* Variis in locis allii notæ ex Theophrasto petendæ, lib. 1. hist. cap. 16. folia ab radice illico exire, lib. 7. cap. 1. unicaule esse, (vide cap. de porro.) cap. 12. De proventu allii agit, germenque laterale emittere ait. lib. 2. de caus. cap. 6. qua ratione melius proveniat docet. lib. 6. cap. 17. & 18. de sapore agit, uti & cap. sequenti. Loca adeat lector. Quo tempore & quo modo seri debeat, hoc capite docet. Codex tamen depravatus, legitur, φυτεύεται μὲν μικρὸν — καὶ γῆν. Theodorus καὶ γέλγεις restituit; rectè. Sic Plinius lib. 9. cap. 6. *Allium ad multa, ruris præcipuè medicamenta, prodesse creditur, tenuissimis & quæ separantur, velut in universum velatur membranis: mox pluribus coagmentatur nucleis, & his separatim vestitis.* Theophrastus eodem hoc cap. διαιρεῖ πάλιν εἰς τὰς γέλγεις. Sunt autem γέλγεις, sive nuclei, cohærentes bulli in quos allii caput extumuit, qui seorsim consiti novam creant sobolem. Hesychius γελγίδες, αἱ τῶν σκορόδων κεφαλαί, bulbos vel nucleos intelligit. Greci enim in allio & cepa, id quod omnes nucleos comprehendit, κεφαλὴν ut plurimū vocant; aliquando tamen solum nucleum. Dioscorides lib. 2. cap. 18. ῥᾶγας & ἀγλῖθας appellat. Σκόροδον τὸ μέν ἐστι ἥμερον καὶ κηπευτὸν, καὶ τοῦτο ἐν Αἰγύπτῳ μονοκέφαλόν ἐστιν, ὥσπερ τὸ πράσον γλυκὺ, ὑπόπορφυρον, μικρὸν, τὸ δὲ λοιπὸν πολυκέφαλον, λευκὸν, καλοῦσι δὲ τὰς ἐν αὐτῷ ῥᾶγας καὶ ἀγλῖθας. *allium quoddam est sativum & hortense: quod quidem in Ægypto, porri modo, singulari capite, reperitur, parvum ac purpurascens: alibi vero multiplici capite, seu nucleo coagmentatum visitur, atque candidum; ῥᾶγας & ἀγλιθας vocant.* Reperitur & alia lectio in veteri codice, σκόροδον τὸ μὲν ἐστι ἥμερον καὶ κηπευτὸν, ὅπερ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ εὑρίσκεται, μονοκέφαλον καὶ λευκὸν, ἃ τὰς ῥᾶγας ἀγλῖθας καλοῦσι. Hæc sane lectio nititur auctoritate Oribasii: vulgatam omnes interpretes, uno excepto Ruellio, secuti sunt; idque quia allii genus, quod singulari simplicique capite nascitur, nullis ejusmodi nucleis constare certum est, & verisimile de hoc loqui hoc eodem capite Theophrastum. Καὶ ἔτι τὸ μὴ ἔχειν ἔνια τὰς γέλγεις. Nicandri schol. pag. 67. nucleum vocavit κόκκον, & γηθυλλίδα καὶ γηθυλλίδες εἶδος κρομμύων ἤγουν κεφαλὰς ἢ τὰς ῥίζας, ἢ τὰ ὑπὸ ἐνίων λεγόμενα ἀγελόφυτα (lege cum Doctiss. Salmasio ἀγελογήθυα) καὶ εὐάλγεις καλὰς ἀγλῖθας ἔχουσα. ἀγλῖθες οἱ κόκκοι, ἐξ ὧν αἱ κεφαλαὶ τῶν σκορόδων σύγκεινται, ἅπερ σκελίδια ἡ συνήθεια φησί, γηθυλλίδες cepæ genus (apud Nicandrum legitur γηθυλλίδας) *videlicet capita seu radices, vel quæ ab aliquibus sylvestria gethya dicuntur & eualgis quod pulchros nucleos habet. Aglites enim cocci sunt ex quibus capita alliorum constant, quæ scelidia vel synethia vocant.* Cæparum nuclei itaq; γηθυλλίδες; alliorum ἀγλῖθες vocantur, Doriensi nempe lingua. Arist. in Achan αἱ ἀρουραῖοι μύες ἐξορύσσετε πασσάλῳ τὰς ἀγλῖθας, *ut mures sylvestres fodite alliorum nucleos pastino, & pastillo depactos.* Idem Scholiastes συνήθεια & σκελίδια hos nucleos vocatos asserit. Ægineta vero lib. 4. cap. 33. non σκελίδια, sed σκελίδας vocat σκόροδα ιβ λεπίσας τῶν σκορόδων τὰς σκελίδας, βρέξον εἰς τὸ ἔλαιον ἐπὶ ἡμέρας γ'. *Decorticatos alliorum nucleos, ac maceratos in oleo per triduum accipe duodecim.* Viri doctiores σκελίδας legunt. an sic dicti quod aridi & intorti? hoc enim σκελλὸς significat. Ætius lib. & cap. 11. nucleos hos ὄνυχας vocat. Columella spicas appellavit, lib. 11. cap. 3. *Habet enim velut allium plures cohærentes spicas: eæque cum sint divisæ liratim seri debent.* Quę spicæ cum allii nucleis sit similitudo, imaginari nequeo. Summus Philosophus Iulius Scaliger ad c. 6. l. 1. De caus. Plant. spicam dicit vocari quod in mucronem desinat, at quicquid in mucronem desinit, non statim est spica. Arista pars est spicæ, quæ in mucronem non desinit, non tamen spica est, alioqui nucleos alliorum, & ulpicorum etiam aristas & spicula, & mucrones & cuspides, & hastas vocare possemus: quia in acumen desinunt. Ergo κόκκος & spica idem est, ῥὰξ & spica: nucleus & spica; quæ tamen omnes rotunditatis & pilæ significationem potius habent, quam mucronis. Partes quædam in nucleis allii, in acumen quoddam desinunt, sed nihil simile gerunt, aut præferunt cum spica, quæ corpus integrum est, ex granis ordine dispositis & aristis constans. Totum itaque allii caput majore jure spica diceretur, quam particula ejus vel nucleus. Propterea Doctiss. Salmasius pro *spica, stica* scribendum asserit. Sticæ propriè sunt folliculi allii. Columella tamen nucleos sic vocavit, idque quod singuli nuclei separatim suis tunicis, ac sticis sive folliculis, vestiti sunt, ideo sticas pro nucleis suo folliculo involutis posuit. Columella in Hortulo.

> — *Iam teneris frondens lactucula fibris*
> *Alliaque infractis sticis, & olentia late*
> *Vlpica.*

De stica ad finem capitis plura. Hæc addidi, quia quæstioni de nardo indica multum lucis præbent. Allium aliud sativum, aliud sylvestre esse ex Dioscoride diximus, sativum aliud μονοκέφαλον, aliud πολύκεφαλον. Alias dat differentias Theophrastus: discrimen inquit, quod aliud præcox, aliud serotinum, etiam magnitudine & parvitate differre ait, ac genus quoddam reperiri, quod magnitudine excrescat. Hoc Cyprium vocat, hujus meminit Columella lib. 11. cap. 3. *Vlpicum quod quidam allium punicum vocant, Græci ἀφροσκόροδον appellant, longe majoris est incrementi, quam allium; idque circa Kalendas Octobris, antequam deponatur, ex uno capite in plura dividetur.* Plinius loc. cit. *Generum differentia in tempore: præcox maturescit sexaginta diebus tum in magnitudine, Vlpicum quoque in hoc genere Græci appellavere, allium Cyprium, alii antiscorodon, præcipuè Africæ celebratum inter pulmentaria ruris, grandius allio, tritum in oleo & aceto, mirum quantum increscat spuma.* Videt lector Plinium Gazæ, viro nationi Græco, errandi occasionē præbuisse, sic & alteri magni nominis viro qui ἀφροσκόροδον dictum scribit, quod eo trito mirum in modum increscat spuma. Plinii verba examinanda. Ex Columellę loco citato scribo. *Vlpicu quoq; in hoc genere Græci appellavere allium cyprium, alii aphroscorodon &c. Inter pulmentaria juris* inquit πρὸς μυττωτὸν. μυττωτὸς Polluci, τρίμμα ἐκ σκορόδων δριμύ. *intinctum ex alliis acre.* Galenus in glossis, μυττωτὸν ὑπότριμμα δηλοῦν ἐοικὸς εἶναι φησι σκορόδων ἢ κρομμύων. Ex hoc Galeni loco depravatum Dioscoridis codicem esse quilibet videt, ac facile restituere veram lectionem potest. τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ τῆς μελαίνης ἐλαίας γινόμενον τρίμμα καλούμενον δὲ μύττον. Lege μυττωτὸς ex oliva nigra & allio parat intritum: Plinius ex oleo & aceto. Alii parant ex allio, ovo & caseo. Lugdunenses, ut auctor est Dalecampus, ex allio & nuce juglande recenti, aut alioqui in aqua, tam diu macerata ut recenti similis appareat. Excitat hoc appetentiam & contra venenum fungorum pro antidoto est. Nomen accepit παρὰ τὸ μυσάττεσθαι τὴν δυσωδίαν ὡς εἶναι μυσατὸν, quod est *abominari malum odorem*, ut sit μυσατὸν quasi odio dignum. Sic in Equit. Aristophanis Scholiastes, ἀντὶ τοῦ μυσατόν τι, παρὰ τὸ μυσάττεσθαι αὐτοῦ τὴν ὀσμὴν, ab abominando & detestando ejus odore, ex quibus contemptum fuisse esculentum constat. Mirum inquit *quantum increscat spuma*, quod est præter mentem Theophrasti, qui nullam spumæ mentionem fecit, sed concepto spiritu intumescere cum tunditur. Unde ergo ἀφροσκόροδον dictum illud allii genus? Respondeo quod vel ex eo intritum insipidum, & ineptum pararetur. Hesychius ἀφρὸς, ἄφρων, ἄνους, vel ab Aphrorum gente, quod in Africa nasceretur. Quod non diffitetur Plinius, cum Africæ præcipuè celebratum inquit. Allium cyprium; vel ulpicum est allium sativum Dodonæi tertium. Aliud genus inquit Theophrastus quod nucleis non coagmētatur. Hoc genus Dioscorides Ægyptium vocat, & ab Hippocrate μάλυζα appellatur. Galenus in exegesi, μάλυζα τὸ σκόροδον ἁπλῆν τὴν κεφαλὴν ἔχον καὶ μὴ διαλυομένην εἰς ἀγλῖθας. *allium simplex habens caput, neque in nucleos divisum.* Addit τινὲς δὲ τὸ μῶλυ. *Quidam autem moly.* An ergo moly idem nomen obtinuit; an allium μάλυζα moly etiam dictum? an verò scribendum τινὲς μάλυκα. Erotianus, μάλυξ σκορόδου κεφαλὴ βολοειδὴς, καὶ μὴ διαλελυμένη εἰς ἀγλῖθας. *Allii caput glebam referens,* hoc

hoc est in massam congestum, neque in nucleos divisum. Sic etiam Psellus μώλυζαν exponit; μώλυζαι αἱ τῶν σκορόδων κεφαλαί. Verisimilior Galeni sententia. Erotiani etiam codicem depravatum judico, & ἀντὶ μῶλυξ scribendum μῶλυ, vel μώλυζα, quoniam nullus in Hippocrate locus, ubi μῶλυξ vel μώλυζα legitur. Recentiores Græci allii hoc genus μάνυζαν vocarunt. Hesychius, μάνυζα μονοκέφαλον σκόροδον, ὅπερ ἔνιοι μώλυζαν. *Manyza allium capite singulari, nonnulli menlyzan vocant.* Dubito num scripserit μώλυζαν. Hoc allii genus sativum radice simplici vulgo vocant. Mathiolus *allium mas in Hetruria, aliisque Italiæ locis plurimum provenit, cognitu facile.* Dulcedinem, odorem & crassitudinem, pro cœli solique ratione, ac cultu fieri scribit. De odore supra quædam dixi. De crassitudine nihil dico, siquidem notum satis, in pingui, lætoque solo lætius, majus & crassius provenire. Dulciores quomodo cultu fiant, Geoponικῶν docet auctor lib. 12. cap. 3. εἰ δὲ θέλεις γλυκύτερα εἶναι τὰ σκόρδα τεθλασμένα ταῦτα φύτευε, *quod si velis dulciora allia esse, contusa hæc plantanda sunt.* Idem eodem cap. γλυκύτερα ποιήσεις τὰ σκόροδα ἐν τῷ φυτεύειν συντιθέμενα σύμφυλα τῶν ἐλαιῶν, *dulciora item efficies allia, si in plantando nucleos olivarum simul deposueris.* Quæ sequuntur his verbis Plinius reddidit, *Allium & semine provenit, sed tarde. primo enim anno porri crassitudine caput efficitur: sequenti dividitur, tertio consummatur, pulchriusque tale existimant quidam. In semen exire non debet, sed intorqueri caulis, sationis gratia, uti caput validius fiat. Quod si diutius allium cæpamve inveterari libeat, aqua salsa tepida capita intingenda sunt. Ita diuturniora fient, melioraque usui, sed in satu sterilia: alii contenti sunt primo super prunas suspendisse. Abunde itaq; profici arbitrantur, ne germinent; quod facere allium cæpamque extra terram, quoque certum est, & cauliculo acto evanescere.* Hęc Plinius partim ex Theophrasto, partim ex Columella exscripsit: cujus verba integra addam, uti melius Plinii verba intelligi possint, ac quem cultum allia velint lector sciat. Sic itaque Columella lib. 11. cap. 3. *Idque circa Kalendas Octobris, antequam deponatur ex uno capite in plura dividetur: habet enim velut allium plures cohærentes sticas* (id est, nucleos) *eæque cum sint divisæ, liratim seri debent, ut in pulvinis positæ minus infestentur, hyemis aquis. Est autem lyra similis ei porcæ, quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem vitent; sed hæc in hortis minor est facienda, & per summam partem ejus, id est, in dorso inter palmaria spacia sticæ ulpici vel allii (nam id quoque similiter conseritur) disponendæ sunt: Sulci lirarum inter se distent semipedali spatio, deinde cum ternas fibras emiserunt sticæ, sarriantur: nam quo sæpius id factum est, majus semina capiunt incrementum: deinde antequam caulem faciant, omnem viridem superficiem intorquere, & in terram prosternere conveniet, quo vastiora capita fiant: Regionibus autem pruinosis, neutrum horum per autumnum seri debet: nam brumali tempore corrumpuntur: quod fere mense Ianuario mitescit: & idcirco frigidis locis tempus optimum est allium, vel ulpicum ponendi circa Idus prædicti mensis: sed quandocunque vel conseremus, vel jam matura in tabulatum reponemus, servabimus in iis locis, quibus aut obruentur, aut eruentur, ut luna infra terram sit: nam sic sata, & rursus sic recondita existimantur neque acerrimi saporis existere, neque madentium halitus inodorare. Multi tamen hæc antè calendas Ianuarias mediis diebus serunt mense Decembri, si cœli tepor & situs terræ permittit.* Hæc de cultu & satione alliorum Columella. Quæ supra ex Plinio diximus de allii odore, ea ex hoc Columellæ loco exscripsisse eum palam fit, quæ verò de germinatione ex semine ex Theophrasto. Ea tamen in manu exarato codice aliter leguntur, ut ex marginalibus Plinii notis colligi potest, ac à Claudio Salmasio confirmatur. *Allium & semine provenit, sed tarde. Primo enim anno porri crassitudinem capite efficit: sequenti dividitur, tertio consummatur, pulchriusque tale existimant quidam.* Theophrastus κάλλιον, *præstantius.* Sequitur apud Plinium, *in semen exire non debet — validius fiat.* In altero codice teste Pintiano legitur; *intorqueri caulis satus gratia.* Sed semen seritur, non caulis. Et hæc causa cur Salmasius legat, *sed intorqueri caules satius, ea gratia, ut caput validius fiat.* Melius dixisset Plinius *sed intorqueri nucleos satius.* Ita enim Theophrastus, ὅπως σκορόδου ὅπερ — κεφαλήν. Sed Columellam hic sequitur Plinius, *deinde antequam caulem — vastiora fiant.* Idem uterque dicere voluit quod Theophrastus: proprius tamen ad mentem Theophrasti Columella, quam Plinius. Non enim caulis intorquetur allii, sed τῆς χλόης summa viriditas, priusquam in caulem abierit. Hæc Theophrasti, hæc Columellæ mens, ex utroque malè Plinius. Sequitur apud Theophrastum, φέρει δὲ φασὶ καὶ τὸ σκόροδον ἐπὶ κεφαλὰς ἐπὶ τῆς σφύσιγγος. Doctiss. Gaza σύριγγος *super fistula.* Quomodo nucleos super fistula ferre possit allium & cæpa, non video, id præter rationem est. Lego cum viris Doctiss. Causabono & Salmasio φύσιγγος. Φύσιγξ membrana, tunica est qua involvitur allium. Hesychius, φύσιγγες εἶδος σκορόδου, ἄλλοι δὲ τῶν σκορόδων κεφαλίδας, καὶ οἱ φοῖνικοι τῶν ὀρνίθων καὶ τὰ ἐν ταῖς κνήμαις ἐγκαύματα, *physinges allii species. Alii alliorum capita. Sic vocant, nonnulli avium ingluviem, & in tibiis maculas exponunt.* Prius non probo, nisi dicamus sic capita dicta quod folliculis continentur, posterius φαύσιγξ Hippocrati, non φύσιγξ vocatur. Galenus in Exegesi, φαύσιγγες κυκλίως δὲ οἱ ἐπὶ τοῦ πυρὸς ἐν ταῖς κνήμαις ἐπισάμενοι ἐρυθροί. καταχρηστικῶς δὲ καὶ οἱ λοιποί. *Propriè quidem in tibiis rubri ab igne surgentes circuli, & per abusionem reliqui.* Aliud φύσιγξ est. Galenus loco citat. φύσιγγα (vulgo φύσιγγα) τὸ καλούμενον ἐκκαύλημα καὶ μάλιστα τὸ κοῖλον. *quod in caulem abit, præcipue quod cavum est.* Hippocrati itaque φύσιγξ σκορόδου allii caulis, aut scapus est. lib. 2. de fistulis, quo veluti stilo fistulæ altitudinem explorat. Erotianus φύσιγγα exponit τὸ ἔξωθεν λέμμα, *qui foris est cortex.* Aristophanis Scholiastes in vetus Acharn. φύσιγξ λέγεται τὸ ἐκτὸς λέπισμα τῶν σκορόδων. *φύσιγξ vocatur alliorum exterior membrana.* Suidas φύσιγγες τὰ ἐν κνήμαις ἐγκαύματα ἢ τὸ ἐκτὸς λέπισμα τὸ σκορόδου. *Maculæ rubræ tibiarum ex igne* (fallitur, nisi dicamus, apud infimos Græcos hanc significationem habuisse) *& exterior alliorum tunica, quam Latini sticam dixerunt à* στίχη, uti stiba στιβὴ. Vulgo, ut supra dixi, legitur spica; sed male: Spicam pro stica in omnibus libris surrepsisse non mirabitur is, qui scierit sæpius p. pro τ obrepere: uti se observasse litteratores scribunt, quos Lector adeat. Ut ut sit, illud notum est, allium pluribus vestiri tunicis. Plinius, *tenuissimis, & quæ separantur in universum velatur membranis: mox pluribus coagmentatur nucleis, & in his separatim vestitis.* Super his membranis capitari allium & cæpam auctor est Theophrastus. Recentiores plura alii sativi genera describunt, vulgare notum, de Cyprio

Allium.



ac Ægyptio diximus, restat de amphicarpo nonnihil addam. Ἀμφίκαρπον dicitur, quod duobus locis fructus sive nucleos gignat. Hujus bulbus vulgaris minor, & ex pau-

paucioribus nucleis, ipsisque nudis, ac non convestitis compositus, membrana tamen tenuissima ac dilute purpurascente, bulbum ipsum quoq; contegente. Folia hujus qualia sativi vulgaris; sed nonnihil minora; cauliculus vero teres, cubitalis, glaber, fastigio capitulum proferens acuminatum, candida membrana velatum; qua per maturitatem disrupta, fructus apparent instar pilularum, orbicularem figuram habentes, pisis majores, racematim cohærentes, colore foris purpurascentes, sed pulpa interiore candida, sapore & odore bulbi nucleis similes, qui in terram defixi in plantas succrescunt. Ulpicum à sativo, præter notas traditas à Columella & Theophrasto; differt, quod caule adolescat multo proceriore, glabro & tereti, foliis longè latioribus. Odore etiam est graviore, quod observavit Columella, & olent late ulpica. Ægyptium negant olitores genere ab aliis diversum, sed vulgare allium densius satum, vel tenuori solo caput unum accipere, quod masculescere dicunt. Et hæc de sativis alliis. Supra dixi ex Dioscoride, allium vel domesticum vel sylvestre esse; ophioscorodon hoc vocatur. Dioscorides citato loco: ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἄγριον ὀφιόσκορδον καλούμενον, *est & aliud sylvestre quod ophioscordon, id est anguinum allium appellatur.* Idem eodem cap. τὰ αὐτὰ δὲ ποιεῖ καὶ τὸ ὀφιόσκορδον βιβρωσκόμενον; ὃ καὶ ἐλαφόσκορδον λέγεται, *eadem præstat esitatum anguinum, quod & elaphoscordon, hoc est cervinum vocatur.* Hec in Catacar. codice longe alio sensu leguntur, ἐλαφόσκορδον, οἱ δὲ ἀγριοσκόροδον, ῥωμαῖοι ἄλλιουμ κερβίνουμ. φύεται ἐν ὀρεινοῖς καὶ τραχέσι χωρίοις; ἐμφερὴς τῷ ὀφιοσκορόδῳ; δύναμιν δὲ ἔχει δριμεῖαν &c. id est, *elaphroscorodon, quod & sylvestre scorodon, Romanis allium cervinum, nascitur in montanis & asperis collibus. Simile est ophioscorodo, vim autem habet acrem.* Duo itaque sunt allia sylvestria, anguinum, & cervinum. Geoponicῶν auctor unum tantum sylvestre agnoscit, loco citato: τοῦ δὲ σκόρδου τὸ μὲν ἐστὶ ἥμερον καὶ κηπιοτόν. τὸ δὲ ἄγριον, ὃ καὶ ὀφιόσκορδον καλοῦσιν. ἔστι δὲ τὸ ἄγριον ἰσχυρότερον τοῦ ἡμέρου πρὸς τὰς εἰρημένας θεραπείας. *Cæterum allium est sativum & hortense, aliud sylvestre quod & ophioscordon, id est serpentarium allium vocatur; sylvestre autem fortius & validius est ad prædictas medelas.* Plinius præter sativum allium inquit esse quod in arvis nascitur sylvestre. *Allium, inquit, est & in arvis sponte nascens,* alum (lego *anguinum*, vel *sylvestre hoc allium*; nam in veteri codice *allium* legitur, alum symphyton est petræum) *hoc vocant: quod adversus improbitatem alitum depascentium semina coctum, ne renasci possit abjicitur. Statimque quæ devoravere aves, stupentes manu capiuntur, & si paulum commoravere, sopitæ. Est & sylvestre, quod ursinum vocant, odore molli, capite prætenu, foliis grandibus.* Anguinum à caule foliisque serpentariæ modo maculosis nomen habet. Caules promit cubitales, striatos, digito crassiores, inferius purpurascentes, superius vero virentes; folia circa caulem terna, quaternave, oblonga, lata, & nervosa; flosculos candidos, & senis quoque foliorum, velut ursini in oblongis è caulis fastigio, pediculis admodum frequentes & copiosos; Capita deinde triangularia, in quibus semen nigrum. Pro radice bulbus est oblongior, multiplici & reticulato cortice implicatus, inferiore sede latior crassiorque, fibras aliquot emittens; nascitur in montosis Alpium jugis. Huic mas & fœmina. illa latioribus, hæc angustioribus est foliis: vulgo victorialis longa dicitur, ad differentiam gladioli, quæ idem nomen habet. Calidum & siccum est, non minus quam sativum, quod odore & sapore refert. Commendatur adversus corrupti & pestilentis aëris contagia, nec non contra dæmonum quorundam subterraneorum invasiones, qui in fodinis, præsertim argenti, subinde versantur ac hominibus infesti sunt; ut Georgius Agricola in Bergmanno suo scriptum reliquit. Allium ursinum foliis est binis ternisve, palmo longioribus, duos digitos latis, levibus ac dilutè virentibus, caule dodrantali, tenui, cujus in summo flosculi candidi. bulbum habet aliquot nucleolis oblongis sparsis candicantem. allii tædiosum spirans odorem, sapore acri, sed non ingrato; magis odore, quam habitu allium referens, in sylvis & umbrosis frequenter reperitur; nonnunquam & in hortis nascitur. Est etiam aliud sylvestre allium tenuifolium dictum. folia huic juncis similia, teretia, glabra, & interius vacua; inter quæ medius exit caulis nudus, teres, glaber, durus ac solidus, in cujus fastigio post flosculos semina exigua in globum collecta, exiguis nucleis persimilia, odore saporeque allii. pro radice unicus parvus est bulbus, in nullos nucleos divisibilis. Gignitur in arvis frumenti feracibus & in pratis. hoc elaphoscorodon viri doctiores credunt. Meminerunt Veteres scorodoprasi, sic dicti quod porri alliiq; naturam participat. Diosc. lib. 2. cap. 183. σκοροδόπρασον φύεται ὡς πράσον μέγα, μετέχον τῆς τοῦ σκορόδου καὶ τοῦ πράσου ποιότητος, ὅθεν καὶ τὴν δύναμιν μικτὴν ἔχει, ποιοῦν ὅσα καὶ τὸ σκόροδον καὶ τὸ πράσον. *Nascitur scorodoprasum porri magnitudine, alii & porri qualitatum particeps, quapropter mistas quoque vires obtinet, eadem præstans quæ allium pariter & porrum &c.* Idem fere Galenus: σκοροδόπρασον ὥσπερ ἐν τῇ γεύσει καὶ τῇ ὀσμῇ μικτὴν σκορόδου τε καὶ πράσου κέκτηται ποιότητα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον κἀν τῇ δυνάμει, *Scorodoprason sicut gustu & odore mediā allii & porri qualitatem possidet, ita & viribus.* Pro Scorodopraso viri doctiores ostendunt ampeloprasum primum Dodonæi. Fatendum certe illud mediam quandam naturam porri alliiq; habere. Σκορόδου & σκόρδιον vox in memoriā vocavit Scordium; herba cognita satis. De hac pauca addam: σκόρδιον ἀπὸ τοῦ σκορόδου, vel σκόρδου *allio*, nomen accepit, vel propter acrimoniam allii (ut scribit. Lib. 7. De simpl. med. facul. Gal.) similem, καὶ μάλιστα γε σκορόδῳ παραπλήσιον ἀνὰ τὸ δριμὺ ὅθεν οἶμαι καὶ τὴν προσηγορίαν ἀπηνέγκατο, *& maxime allio similis est ejus acrimonia, unde sane, mea sententia, nomenclaturam sortitum est.* Alii σκόρδιον dictum volunt, quod allium aliquantum redoleat. Id quod testatur Diosc. & experientia; quæ etiam ostendit acrimoniam allio similē habere. μιθριδάτιον etiā ab inventore Mitridate appellatur. Queritur quæ Planta sit σκορδολάσαρος, cujus Græci barbari meminere. Magnum illud Germaniç lumen Fuchsius à Clariss. excellentissimoque viro in litteris exercitatissimo notatur, quod scordium esse scripserit. Idq; quia in lexicis σκορδολάσαρος vel σκορδοράσαρον vel σκορδολάσαρον, exponitur ὀπὸ σκυρηναικὸς, vetus lexicon jatricum ὀπὸς κυρηναικὸς, ἤτοι σκορδοράσαρον. Neophytus σκορδολάσαρος ὁ κυρηναικὸς ὀπὸς Nicomedes Iatrosophista ὀπὸς κυρηναικὸς, ὁ σκορδολάσαρος, Sed cur non adscribit, quod apud ipsum Myrepsū lib. de Antidotis sect. 27. legitur? cur Fuchsii viri Clariss. argumentum reticet, quo motus est scordium vertere. Apud Myrepsum legitur σκορδοράσαρον τὸ λεγόμενον ἰταλικῶς ἀσαφετίδα. *Italicè asaphetida dicitur.* Sed quid Fuchsius? per asam autem fetidam, non id quod hodie sic officinæ vocant, accipiendum erit, sed stirps potius, quam tū Græci, tum Latini scordium vocant. Nam infra sæpe admodum hanc dictionem ἀσαφετίδα (sic enim scribendum erat) interpretatur pro scordio; ut in enemate in hiera Theodoretis, & in hiera Logodii 14. & crebro aliàs. Illud profitendum, locis, quæ citat Fuchsius, scriptum *Scordii*, hoc

Scordium.



est *asæ fœtidæ*. An in Greco habeatur, σκορδίου, ἢ τοῦ ἀσαφετίδα, me fugit. Greco exemplari careo. Idem Fuchsius scribit in interpretatione nominum obscurorum, Nico-

lai scriptū inveniri ἀσαφέτιδος τὸ σκόρδιον. Hæc sic vera, (nec de veritate dubito) Leonhard. Fuchsius quo nomine errasse deprehendi possit, non video. Hoc addo, unius Nicolai aut Myrepsi testimonium hac in re plus apud me valere, quam decem lexicorum. Errant itaque pharmacopœi qui in compositionibus Myrepsi ac Nicolai pro Asapheтida non Scordium, sed rem, quam ipsi sic hodie appellant, usurpant. Et fortassis σκορδοσέσελον uti in Nicolai & Myrepsi scribitur codicibus, est Scordium, σκορδολάσαρον vero succus cyrenaicus; quod tamen asserere non ausim. Scordii descriptionem ex Dioscoride addo. Hic lib. 3. c. 125. σκόρδιον φύεται ἐν ὀρεινοῖς τόποις καὶ ἑλώδεσι, φύλλα ἔχον ἐοικότα χαμαίδρυϊ, μείζονα (alter Ald. codex ἰσομεγέθη μέντοι, καὶ ὑποστρογγύλας γωνίας ἔχοντα, καὶ οὐχ &c,) δὲ καὶ οὐχ οὕτως ἐσχισμένα τὴν περιφέρειαν, ποσῶς δὲ τῇ ὀσμῇ σκορδίζοντα, στυπτικὰ δὲ καὶ ὑπόπικρα κατὰ τὴν γεῦσιν, καυλία δὲ τετράγωνα ἀφ' ὧν ἄνθος ὑπέρυθρον. *Scordium in montanis & palustribus locis nascitur, folia habet trissaginis (vulgo chamædryos) similitudine, at majora, neque ita per ambitum incisuris divisa, aliquantum vero allium redolentia, adstringentia & gustu amara, cauliculos autem quadrangulos, è quibus flos subruber emicat.* Plinius lib. 25. c. 6. *Alteram* (quam Mitridates invenit herbam Mitridation) *Lenæus, Scordotin sive Scordium ipsius manu adscriptam, magnitudine cubitali, quadrangulo caule, ramosam, quernæ similitudine,* (lego *querculæ*, quo nomine chamedryn intelligo) *foliis lanuginosis, reperitur in Ponto, campis pinguibus humidisque,* (Dioscorides *montanis & palustribus.* Quid obest, quo minus in montibus, campi ejusmodi pingues humidique reperiantur, in quibus Scordium nasci possit;) *gustus amari.* Idem Plinius alterum Scordii genus describit. Hoc viri Docti alterum Salviæ genus esse putant, quod vulgo *sphacelus* dicitur. de quo c. 2. lib. 6. egi. falluntur tamen. Verba Plinii addere placet: *Est & alterius generis, latioribus foliis, mentastro similis, plurimosq; utraq; ad usus, per se, & inter alia, in antidotis &c.* Scordiū optimū Dioscorides Creticum esse inquit & Ponticum. ἐνεργέστατον (vulgo ἐναργέστατον legitur) δέ ἐστι τὸ ποντικόν, καὶ τὸ κρητικόν. Lacuna ex veteri codice, ἐνεργέστατον τὸ λυδικόν, εἶτα δὲ τὸ ποντικὸν καὶ κρητικόν *efficacissimum Lydicum, deinde Ponticum & Creticum.* Galenus lib. 1. de Antidotis cap. 12. Creticum præfert; non tamen improbat quod in aliis regionibus reperitur. σκόρδιον δὲ κάλλιστον ἡμῖν ἐκ κρήτης φέρεται. εὕροις δ' ἂν οὐ φαῦλον. οὐδ' ἐν ἄλλοις τισὶν ἔθνεσι. *Scordium quoq; pulcherrimum quod Creta mittit, quanquam in aliis regionibus etiam minimè contemnendum reperias.* Vulgare Scordium omnibus notum. Adfertur ad nos ex Creta Scordium, quod à vulgato differt, folia ejus sunt magis lanuginosa & majora, ad mentastri accedentia. Describitur hoc ab Honorio Bello, epist. 5. ad Carolum Clusium. *Scordotis* inquit *folia tomentosa mentastro marubioque albo* (huic non ulq; adeò similia sunt) *similia profert, per terram in orbem diffinditur, multis ramis è radice, quæ magna & perennis est* (quod in horto colo, ex Candia accepi, sed radice non est magna: in eo quod vulgo adfertur, ramuli videntur, quorum radix majorem magnitudinem habere videtur quam vulgaris) *prodeuntibus quadrangulis tomento obsitis, ut marubiū, in quorum summitatibus flores marubii albi, in quadam magna & densa spica, hærent; quibus succedit semen nigrum; tota planta major & crassior est. Scordio vulgari. Nascitur ubique inter saxa, secus vias, & in marginibus agrorum. Allii odorem, ut Scordium refert, & in tota Creta seplasiarii pro Scordio promiscuè hac herba utuntur. Hanc Herbam legitimam Plinii Scordotim esse assero. Nam rectissimè discriptioni ipsius quadrat, & fortasse nemini ad huc cognita est, licet jam octo aut novem ab hinc annis, semina Vicentiam, Patavuumque miserim. Lobelius, Pena, & Dalecampius pro Scordoti stachyn Diosc.* (hoc non examino) *salviam sylvestrē, & gallitricum officinarum describunt. Quæ quidem omnes stirpes nothæ spuriæq; sunt; nam neq; allii odorem spirant,* (quod nec dixit Plinius) *neque viribus à Plinio attributis respondent.* Hoc an verum, haud scio. Ad omnia valere salviam sylvestrem vulgatam, quæ Plinius Scordio mentastri foliis attribuit, ex ejus qualitatibus non difficile probari potest. Scordii genus esse, & quidem optimum quod Bellus describit, in dubiū non vocò. De Scordii Cretici præstantia ac viribus hæc Galenus lib. 1. de antidotis c. 12. γέγραπται δ' ὑπό τινων ἀνδρῶν ἀξιολόγων πολεμικῶν ἀτάφων ἡμέραις πλείοσι γενομένων, ὅσα τῶν σωμάτων ἐπὶ τοῦ σκορδίου κατὰ τύχην ἔκειτο, πολὺ τῶν ἄλλων ἀσηπτότερα διαμεῖναι, καὶ μάλιστα αὐτῶν ἐκεῖνα τὰ μόρια τοῦ σώματος ὅσα τῆς πόας ἔψαυε τοῦ σκορδίου. καὶ δὴ καὶ πεπίστευται τοῖς σηπεδονώδεσιν ἰοῖς τῶν ζώων καὶ φαρμάκων δηλητηρίοις ἀντιτετάχθαι. *Litterarum quippe monumentis traditum, à quibusdam celebribus viris, cum in prælio interemptorū cadavera, multos dies insepulta jacuissent, quæcunq; supra Scordium forte fortuna ceciderant, multo minus aliis computruisse, ea præsertim ex parte qua herbam attigerant. Ob quam rem sane persuasum est omnibus, tam reptiliū venenis, quam noxiis medicaminibus quæ corpus putrescere faciunt, Scordium adversari.* Augerius Busbequius Cæsareæ majestatis legatus ad Solimannum Turcarum Imperatorē epist. 1. advers. pestem maxime valere, expertum se suosq; omnes asserit, ac testatur. Addam quod de allio, unde digressi sumus, scribit Simon Sethi, ἀντιφάρμακον δέ ἐστι πρὸς τὰ δηλητήρια καὶ τῶν ἰοβόλων δήγματα, ὥσπερ σχεδὸν ἡ θηριακή, καὶ διὰ τοῦτο ὁ Γαληνὸς θηριακὸν τοῦτο καλεῖ τῶν ἀγροίκων. φεύγουσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ ὄφεις, ὥσπερ καὶ τὸ πήγανον, καὶ διὰ τοῦτο οἱ πέρσαι τὸ πρὶν τὰ μαγειρεία αὐτῶν σκορόδων ἐνεπίμπλων. λέγεται δὲ ὡς δύο τινὲς δηλητηρίου μεταλήψονται. ἧττον βλαβήσεται ὁ σκορόδων ἀπογευσάμενος, ἢ ὁ μὴ χρησάμενος. τὸ δὲ αὐτὸ συμβαίνει καὶ εἰ δύο τινὲς δηχθῶσιν ὑπὸ ἰοβόλων. καὶ δῆλον ἐκ τούτου ὡς ὁμοιότης τις ἐστὶ τῇ ἐν τῷ σκορόδῳ θερμότητι, πρὸς τὸ ἔμφυτον ἐν ἡμῖν θερμόν. διὸ καὶ διανιστᾷ τοῦτο, καὶ τὰ στερεὰ τονοῖ μόρια, ὥστε τὸ βλάπτον αὐτὰ ἀποσείεσθαι καὶ ἀπωθεῖσθαι. *Est quoq; antipharmacum ac remedium contra venena, & venenatorum morsus, veluti ferme Theriaca; unde & Theriacam agrestium hominum & rusticorum vocat ipsum* (allium) *Galenus, quod & ipsum fugiunt serpentes, ut rutam: ea propter Persæ sua pulmenta ac cibos prius alliis infarciunt & replent.* Narratur historia de duobus venenatis, quorum cum alter allium gustasset (vide quæ de medico malo Athenæus) evasit, alter cum non gustasset pejus habuit. Unde manifestum est ex his similitudinem quandam caloris in allio esse, ei qui in nobis inest naturaliter, & ideo eum suscitat, solidasque particulas roborat, adeò ut eas lædat, concutiat ac pellat.

ΚΕΦ. Ε.

Quæ, qua cura culturaque gaudeant. Translatione olera meliora fieri.

Φίλυδρα δὲ πάντα τὰ ἄλλα λάχανα καὶ φιλόκοπρα, πλὴν πηγάνου. ἔτι δὲ ἥκιστα φιλόκοπρον. τὰ χειμερινὰ δὲ οὐχ ἧττον τῶν θερινῶν. καὶ τὰ ἀσθενῆ μᾶλλον τῶν ἰσχυρῶν. κόπρον δὲ μάλιστα ἐπαινοῦσι τὴν συρματίτιν, τὴν δὲ τῶν ὑποζυγίων μοχθηράν, διὰ τὸ μάλιστα ἐξικμάζεσθαι. ζητοῦσι δὲ τὴν κόπρον ἅμα τῷ σπέρματι μάλιστα συναναμιχθεῖσαν. οἱ δὲ καὶ σπείροντες ἐπιβάλλουσι. χρῶνται δὲ καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ ὠμῇ πρὸς τὴν χύλωσιν. φιλυδρότερα δὲ τὰ χειμερινὰ τῶν θερινῶν, καὶ τὰ ἀσθενῆ τῶν ἰσχυρῶν. ἔτι δὲ τὰ πλείστης δεόμενα τροφῆς, φίλυδρα. καὶ τὸ κρόμμυον, καὶ τὸ γήθυον. καίτοι φασί τινες οὐ ζητεῖν, ἐὰν τὸ πρῶτον ὕετος † ἐγγένηται δὶς ἢ τρίς. τῶν δὲ ὑδάτων, ἄριστα τὰ

† In Ald. Bas. codice vox ὕετος non inderitur.

CAP. V.

Quæ aquæ oleribus prosint, & quæ obsint. Quæ bestiolæ oleribus innascantur.

Aquas, fimumque omnia olera sane diligunt, ruta excepta. † Hæc enim fimi aspernatrix penitus est. Sed hiberna magis quam æstiva desiderant, & imbecillia magis quam valida. Fimum stipularum maxime laudant. Iumentorum vitiosum putant, quoniam maximè inarescat. Fimum una cum satu intermistum potissimum disponunt. Quidam etiam inter serendum superjaciunt. Quin & stercore humano crudo ad succum probè conficiendum utuntur. Hiberna aquæ cupidiora sunt, quam æstiva: & infirma, quam valida. ‡ Item quæ alimento plurimo egent. Diligit aquam & cæpe & gethyum: quanquam nonnulli negant, si principio bis, aut ter imber incessit. Aquarum optimæ, quæ dulces & frigidæ sunt: pessimæ, quæ salsæ & rarefactu difficiles,

† *Hæc enim sola omnium minimè fimum desiderat.*

Non minus.

‡ *Item quæ alimento plurimo egent, aquam amant uti etiam cæpa.*

notan-

πότιμα, καὶ τὰ ψυχρά. χείρισα δὲ τὰ ἁλυκὰ καὶ ‡ δυσμενῆ. διὸ καὶ ἐκ τῶν ὀχετῶν ἧττον εὐχρηστα. * συμπεριφέρει γὰρ σπέρματα τῆς πόας. ἀγαθὰ δὲ τὰ ἐκ Διός. ταῦτα γὰρ δοκεῖ καὶ φθείρειν τὰ θηρία γινόμενα, τὰ γόνιμα † κατεσθίοντα. φασὶ δέ τινες οὔτε τοῖς σικύοις συμφέρειν, οὔτε τοῖς κρομμύοις. ἀρδεύουσι δὲ τὰ μὲν ἄλλα πρωῒ ἢ πρὸς ἑσπέραν, ὅπως μὴ καθαίψηται. τὸ δὲ ὤκιμον, καὶ μεσημβρίας. καὶ γὰρ διαβλαστάνειν θᾶττόν φασι, θερμῷ τὸ πρῶτον ἀρδευόμενον. τὸ δὲ πολὺ λίαν ὕδωρ δοκεῖ συμφέρειν, ἄλλως τε καὶ ἐὰν μὴ ἔχῃ κόπρον. πολλάκις γὰρ πεινᾶν τὰ λάχανά φασι. καὶ ταῦτα γνωρίζειν τοὺς ἐμπείρους τῶν κηπωρῶν. μεταφυτευόμενα δὲ πάντα, καλλίω καὶ μείζω γίνεται. καὶ γὰρ τὰ τῶν πράσων μεγέθη καὶ τὰ τῶν ῥαφανίδων, ἐκ μεταφυτείας. μάλιστα δὲ μεταφυτεύουσι πρὸς τοὺς ‡ σπερματισμούς. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὑπομένει. οἷον γήθυον, πράσον, ῥάφανος. σίκυος, σέλινον, γογγυλὶς, θρίδαξ, γλίσχρος ἅπαντα καὶ εὐαυξέστερα καὶ μείζω πηγνυμένων τῶν σπερμάτων ἢ σπειρομένων. θηρία δὲ ἐγγίνεται, ταῖς μὲν ῥαφανῖσι, ψύλλαι. τῇ δὲ ῥαφάνῳ, κάμπαι καὶ σκώληκες. καὶ ἐν τῇ θριδακίνῃ, καὶ ἐν τοῖς πράσοις, καὶ ἐν ἄλλοις πλείοσιν αἱ πρασοκουρίδες. ταύτας μὲν οὖν ἡ κρᾶσις ἀθροισθεῖσα ἀπόλλυσι, καὶ ὅταν κόπρος ἀθρόα πως καταλάβῃ, † φίλυπνον τὸ θηρίον ἀναδύεται. καὶ ἐν αἷς κοιμᾶται καὶ ἐν τῇ κόπρῳ. διὸ δὴ ῥᾴδιον θηρεύειν. ἄλλως δ᾽ οὐκ ἔστι. ταῖς δὲ ῥαφανῖσι πρὸς τὰς ψύλλας ‡ πρὸς τὸ ἐπισπείρειν ὀρόβους. πρὸς δὲ τὸ μὴ γίνεσθαι ψύλλας, οὐ φασὶν εἶναι φάρμακον οὐδέν. ὑπὸ δὲ τὸ ἄστρον ὤκιμον μὲν λευκαίνεται, κορίαννον δὲ * ἅλμαι. τὰ μὲν οὖν συμβαίνοντα τούτων θεωρητέον.

‡ δυσμαρῆ. * ὀχετῶν ἥττον χρήστα. † Ald. Bas. θηρία γινόμενα γόνιμα. ‡ σπερματισμοὺς Ald. * ὑγρασις. † φιλόπονον Ald. Bas. * φιλόχωρον. ‡ πρόσφορον τὸ ἐνδιασπείρειν. * ἁλμῶνται.

notantur. Ob id, quæ ductu feruntur, ‡ perutiles: herbarum enim semina invehunt. Sed omnium optimæ sunt pluviæ. His enim vel animalia * noxia interimi creditur. Sed non desunt, qui cucumeribus & cæpis eas prodesse minime putent. Rigantur cætera quidem hora matutina, aut ad vesperam, ne aqua fervens sole officiat. Ocimo etiam meridie aqua datur. Germinare namque celerius id existimant, si inter initia † ferventi aqua rigetur. Aqua admodum multa conferre creditur, præsertim si fimus non adsit. Sæpe enim olera esurire dicuntur, idque olitores peritos haud difficile posse intelligere. Omnia translata, meliora grandioraque fiunt: Porrorum enim ‡ radicumque magnitudo ex translatione. Potissimum autem transferunt ad * seminationes. Et cætera quidem tolerant; ceu gethyum, porrum, brassica, cucumis, apium, rapa, lactuca. Omnia auctu faciliora grandioraque veniunt seminibus depositis, quam fusim satis. Bestiolæ innascuntur ‡ radicibus, pulices, brassicæ, erucæ atque verminculi: & lactucis, porris, aliisque pluribus: porricidæ appellatæ. Has igitur humor collectus interimit, & * fimus acervatim injectus. Industria enim bestiola condens sese, ut in stramento quiescit in stercore. Quamobrem venari facile est, aliter nulla venandi datur facultas. ‡ Radicibus contra pulices ne noceant remedium, interserere ervum. Sed ne nascantur, nullum medicamen compertum refert. Ocimum sub Canis ortum pallescit, coriannum salescit. Ergo quæ accidere solent ex his intelligere.

‡ *Minus utiles.* *Noxia quæ semina jucunda devorant, interimi creditur.* † *Calida.* ‡ *Raphanorumque.* * *Sementes.* ‡ *Raphanū, pulices.* * *Et sicubi congestus fimus esse cōtigerit, stercoris amica bestiola existit, eoque operta dormit in fimo.* † *Raphanis.*

JULII SCALIGERI AD CAP. V.

TA' χειμερινὰ δ᾽ οὐχ ἧττον τῶν θερινῶν. Non minus. *Theodorus* magis. *Apertius mox,* φιλυδρότερα τὰ χειμερινὰ. τῶν θερινῶν. *Illud non est mirum, ut sint* φιλυδρότερα τὰ χειμερινά. *Sed quot sint* φιλυδρότερα.

Ἐὰν τὸ πρῶτον ἐγγένηται δὶς ἢ τρίς. *Adde* ὕδωρ. *Laudat hic aquam frigidam. At doctissimi quique olitorum è puteū haustam permittunt in sole, qua vespertina utantur irrigatione.* δυσμαρῆ. *Theodorus,* rarefactu difficiles, *divinitus. scilicet quia non subeunt. Perpendes & illa,* Διὸ καὶ ἐκ τῶν ὀχετῶν εὔχρηστα. *Intellige per,* διὸ, *quia non sunt* δυσμαρῆ. *Tum infert causæ caussam,* συμφέρει γὰρ τὰ σπέρματα. *Itaq; aut,* διὸ, *est superfluum: aut addenda copulativa.* συμφέρει δὲ καὶ τὰ σπέρματα. *Disputabis etiam, an propterea è rivis aqua præstantior sit, quia secum defert semina. Ea siquidem ad prata utilis expetitur. At hortis, vel hanc ipsam ob caussam maximè noxia.*

Τὰ θηρία, γινόμενα γόνιμα, κατεσθίοντα. *Theodorus omisit,* γινόμενα γόνιμα. *Ego adderem etiam articulum,* τὰ γινόμενα. *scilicet semina. De pluviis vero aquis quod hic ait, non tam facit ad hanc sententiam, quàm contra. Nam si interficit, etiam gignit: quippe Erucas, & limaculas, & alia.*

Θερμῷ τὸ πρῶτον ἀρδευόμενον. *Theodorus,* ferventi aqua, *malè. Calidam namque dicere, satis est. Non solum vero meridie rigamus ocymum, sed apposito panno laneo propè stipitem ad eum è pelvi aquam perpetuam derivamus interdiu: noctu autem amovemus.*

Καὶ τὰ τῶν ῥαφανίδων. *Rhaphanum translatione fieri ait grandiorem. Idem Plinius. Nos vidimus ac quotidie videmus genus quoddam, quod translatum pejus habet. Idque animadversum ab aliis quoque ante nos est.*

Μάλιστα δὲ μεταφυτεύουσι πρὸς τοὺς σπερματικούς. *Theodorus omisit hanc postremam vocem. Lego vero, ut supra,* σπερματισμούς. *Animadvertemus, si nihil desit, brevitatem orationis. Ait enim,* καὶ τὰ μὲν ὑπομένει. *Non posuit alterum membrum eorum, quæ οὐχ ὑπομένει.* θρίδαξ, γλίσχρος. *Theodorus hoc ultimū non agnovit. Nescio an* γλήχων, *scribendum sit.*

Ἡ κρᾶσις ἀθροισθεῖσα. *Theodorus,* Humor collectus, *rectè. Nam eo verbo luxuriat Theophrastus.*

Φιλόπονον τὸ θηρίον ἀναδύεται. *Lege,* ἀναδύεται. *Intelligamus sanè, acervato fimo non interimi bestiolam, sed deprehendi, ut interficiatur. Iccirco minus fideliter à Theodoro translatum est. Sic enim scripsit,* Humor collectus interimit, & fimus acervatim injectus. Industria namq; bestiola condens sese, ut in stramento, quiescit in stercore. *Non igitur stercus est quod interficit, si in eo quiescit. Sed Theophrastus sic ait,* Humor collectus interficit, tum autem si fimum acervatum deprehendat bestiola, subit: & quiescit in stercore. Quare venari facile est. *Idem est, bestiola nacta fimum: & fimus* καταλάβῃ *bestiolam. At illud mollius est. Et si bestiola subit: fimum illa invenit, non illam fimus. Animadvertes articulum ad substantivum* φιλόπονον τὸ θηρίον. *Et observabis,* ἐν αἷς. *Fortasse fuit* ἐνδύς.

Πρὸς τὸ ἐπισπείρειν ὀρόβους. *Emendarunt ex aliis Codicibus* πρόσφορον τὸ ἐπισπείρειν. *Mihi magis placet,* προσεπισπείρειν. *Theodorus* interserere. *Negat inventum remedium ad prohibendam pulicum nationem. Nostrates pulices qua ratione non nascantur, docet superstitiosè Plinius in* x x x.

Κορίαννον δὲ ἁλμᾶται. *Sic corrigunt ex Theodoro.*

IOANNI BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

OMnia olera fimum aquamque diligere ait, rutam excipit, eamque omnium minime fimum amare asserit. Plinius lib. 19. cap. 8. *Ruta quoque seritur Favonio & æquinoctio Autumni, odit hiemem & humorem, & fimum.* An itaque scripsit Theophrastus ἥκιστα φιλόκοπρον, καὶ φίλυδρον. Palladius in Martio tit. 9. *Hoc mense ruta seritur locis apricis, solius cineris inspersione contenta, loca desiderat altiora, unde humor elabitur.* Oleribus quare aquatio prosit, causam reddit lib. 3. de Caus. cap. 12.

De fimorum generibus & qualitatibus videat Lector cap. 8. lib. 2. hist. Quo Lectorem remitto. Videat etiam quæ in libris de causis Præceptor docet.

Hyberna aqua cupidiora esse inquit *quam æstiva, & imbecillia magis quam valida.* Postremum rationi consenta-

taneum est. Etenim, ut alibi fusius dicam, plantæ aqua nutriuntur. imbecilla, quia humorem nutrimentumque tam diu quam validiora retinere nequeunt, aquam appetunt, tanquam alimentum notum. Sed cur hiberna magis cupiunt aquas? An quod assueta copiosioribus imbribus? An quod humore majore indigent, ad radicis totiusque nutritionem, nec non conservationem; æstiva vero, quia quotannis pereunt, minus aquas amant, contra magis diligunt hyberna, quia supersunt?

Optimas inquit *aquas dulces & frigidas*. At diligentissimi quique olitorum è puteis haustam permittunt in sole, qua vespertinæ utantur irrigationi. Idem aliquando feci, sed non sine damno didici frigidam meliorem. Calidà solum facilius in rimas secatur, quare sol subiens, non tantum extrahit humidum vespertinum, sed etiam facilius in fundum terræ penetrando, humorem à natura conservatum & abditum, in terræ penetralibus simul consumit. Adde, quod in vaporem fervens facilius solvatur. *Pessimæ* inquit *salsæ*; causa quod non tantum non nutriant, sed etiam consumant, uti in libris de caus. docet. Atqui brassica aquis salsis juvatur. Fateor. Aliud nutriri, aliud juvari. Amaritudinem brassicæ tollit salsedo, uti lib. 2. de causis cap. 7. dicam.

Plinius lib. 19 cap. 11. *Cæteris dulcium aquarum rigua prosunt. Vtilissimæ ex iis, quæ frigidissimæ, & quæ potu suavissimæ: minus utiles è stagno, & quas elices (illices) inducunt, quoniam herbarum semina invehunt. Præcipue tamen imbres alunt. nam & bestiolæ innascentes necantur.* Ex his Aldinum & in Germania excusum codicem mendosum ac depravatum esse, vel Plinium minus rectè hunc locum exscripsisse, apparet. In codice Lugduni Batav. expresso; legitur ἦπον ἰυγχηστ. Interpretatur tamen Gaza, *ob id quæ ductu feruntur perutiles:* Sed excusari facile potest nempe quod depravatum habuerit codicem. Qui Aldinam sequuntur lectionem hanc mentem esse Theophrasti scribunt, aquas illas terram etiam nudam herbis vestire, invecto earum semine. Quod si præstant, multo magis sperandum in horto culto & consito genitales fore; alioqui quævis aqua dum cruda non sit, etiam pluvia tantopere laudata Theophrasto herbas ubivis gignit. Plinius ἦπον χεῖστ legit, quomodo & Theophrastum scripsisse non dubito; quod herbæ alienæ hortis noxiæ sint damnumque inferant. Quod quidem in pratis optandum expetendumque, in hortis verò fugiendum. De hortensibus oleribus nempe agit Theophrastus. Legit præterea Plinius διὰ καὶ ἐκ τῆς λίμνης, καὶ τῶν ὀχετῶν, *ex stagnis & illicibus*, sive *aquarum ductibus*. Sane stagna semina multa continent, præsertim æstate & autumno, cum matura semina huc illuc à ventis projiciantur.

Optimas inquit *pluvias*. Causam addit, quod animalia noxia, quæ jam germinantia semina devorant (Doctiss. gaza non legit τὰ γινόμενα γόνιμα κατεσθίοντα) interimi his credatur: Negligenter etiam hunc locū vertit Plinius; *nam & bestiolæ innascentes necantur.* Theophrastus bestiolas, quæ enascentia semina devorant, his necari ait. pluvialis aqua has quidem interimit, sed contra gignit erucas & limaces. Columella ad finem lib. 11. *Vbi vero apricis regionibus, post pluvias, incesserunt animalia, quæ à nobis appellantur erucæ, græcè autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent &c.*

Plinius cap. sequenti: *His hora rigandi, matutina atque vespera, ne infervescat aqua sole. Ocimo tantum & meridiana etiam satum celerrimè erumpere putant, etiam per initia aqua ferventi aspersum.* Olitores non tantum meridie rigant ocimum, sed apposito panno laneo prope stipitem, ad eum è pelvi aquam perpetuam derivant interdiu: noctu amovent: Rectè Scaliger notat θερμῷ *calidā* interpretandū. Sed hic non tam Gazæ, quā Plinii error.

Plinius loco citato. *Omnia autem translata, meliora grandioraque fiunt, maximè porri, napique,* (alibi jam dixi ῥάφανον & ῥαφανὶν, sive ῥαφανίδα Plinium confundere, nec distinguere) *in translatione & medicina est, desinuntque sentire injurias, ut gethyum, porrum, raphani,* (brassica Theophrastus) *apium, lactucæ, rapæ, cucumis.* Plinius & Theodorus vocem γλήχων non agnoscunt. Nescio, inquit Scaliger Iulius, an γλήχων scribendum sit. Pulegium inter olera non numerat Theophrastus, quapropter vocem hanc tanquam spuriam omisi.

Plinius lib. 19. cap. 10. *Bestiolarum quoque genera innascuntur napis,* (ῥαφανίσι Theophrastus) *culices raphano* (ῥαφάνῳ Theoph. *brassicæ*. Satis aperte Aristoteles lib. 5. hanc bestiolā brassicę, non raphano innasci, scribit lib. 5 Hist. animal. c. 18. γίνονται δὲ αἱ μὲν καλούμεναι ψυχαὶ ἐκ τῶν καμπῶν, αἱ δὲ γίνονται ἐκ τῶν φύλλων τῶν χλωρῶν, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς ῥαφάνου, ἣν καλοῦσί τινες κράμβην. Vide quę sequuntur, & notas Scaligeri; vide & remedia adversus illam, apud Columellam lib. 11. circa finem. vide & Geoponicῶν auctorem lib. 12, & Palladium lib. 1. de re rustica. cap. 35.) *erucæ & vermiculi. Item lactucis & oleri, utrisque hoc amplius limaces & cochleæ.*

Plinius loco citato. *Porro vero privatim animalia, quæ facillimè stercore injecto capiuntur condentia in id sese.* Theophrasti verba de hoc animalculo, seu potius insecto, doctiss. Gaza non rectè percepit. Credo quia depravata admodum. Rectè πρασοκουρίδες vertit *porricidas*. Etenim dictum hoc insecti genus παρὰ τὸ πράσον *porrum*, καὶ κούρειν, id est κουρεύειν, sive κείρειν *tondere*. Hesichius πρασοκουρὶς ζῶον γλωρὸν κεῖρον, τὰ ἐν τοῖς κήποις λάχανα. Depravatus itaq; Palladii codex l. 1. de re rust. tit. 35. *πρασοκουρίδες Græci vocant animalia, quæ solent hortis nocere.* Formam faciemque describit Aristoteles lib. 5. de hist. animal, cap. 18. ἐκ δὲ τῶν καράβων γίνονται αἱ πρασοκουρίδες, ἔχουσι δὲ πτερὰ καὶ αὗται: *è scarabæis fiunt porricidæ, quæ ipsæ quoque alas habent.* Interpres Hermolaus, aliique *blattas* vertunt. De blattis Plinius lib. 11. cap. 28. Non satis, ut dixi, fideliter hunc locum Gaza reddidit. Sic enim scripsit: *Humor collectus interimit, & fimus acervatim collectus. Industria namque bestiola condens sese, ut in stramento quiescit in stercore.* Si quiescit in fimo, non itaque quod interficit illam, stercus est. Sensus verborum Theophrasti hic; prasocouridem ab humore collecto facile interimi, itē facile esse eam venari, siquidem in fimo acervata existat, ac in eo intus dormiat. Vulgo legitur ἀναδύεται, *miscetur*, *madefit, imbuitur.* Quod est præter veritatem: Sensus ipse postulat legendum ἀναδύεται, *emergit*, *existit.* Legitur in Aldino Codice φιλόπονον *laboris amica.* In Lugdunensi φίλυπνον *somni amans.* Utrunque falsum, φιλόκοπρον *stercoris diligens* legendum esse Geopon. Auct. lib. 12. c. 9. docet, πῶς ἔστι πρασοκουρίδας διαφθεῖραι. Κοιλίαν προβάτου νεαρὰν πλήρη τῆς κόπρου καὶ ἄπλυτον, κατόρυξον μὴ ἐμβαθὺ, ἀλλ' ἐπιπολῆς. εὑρήσεις γὰρ πεπληρωμένην τῶν πρασοκουρίδων αὐτήν. εἰ δὲ καὶ δεύτερον ποιήσεις τὸ αὐτὸ, πάσας συνάξεις, καὶ οὕτως λαβὼν, διαφθερεῖς. φιλόκοπρον γὰρ ὂν τὸ ζῶον, καὶ ἀεὶ ἐν κόπρῳ ὂν οὕτω ταχέως θηραθήσεται. *Quomodo porricidæ necentur: ventriculum ovillum recente stercore plenum, & illotum defodito, non in profundum, sed in superficie, invenies enim ipsum porricidis repletum. Si verò iterum id feceris, omnes congregabis, & sic apprehensas perdes. Est enim stercoris amans animalculum, semperque in ipso degens. hoc modo cito & facile capitur.* Videt lector cur φιλόκοπρον restituerim. Adversus hanc bestiolam idem remedium loc. cit. Palladius prescribit. *Ergo ventriculum vervecis statim occisi, plenum sordibus suis spatio, quo abundant, leviter debebit operire. Post biduū reperies ibi animalia congesta. Hoc cum bis vel tertio feceris, genus omne quod nocebit extingues.*

Ervum inquit remedium esse contra pulices. Ineptè satis hunc locum exscripsit Plinius lib. 19. cap. 10. *Naporum medicina est, siliquas unà seri, sicut olerum cicer, arcet enim erucas.* Tres satis crassos paucis in verbis commisit errores: Primus, quod ταῖς ῥαφανῖσι *napum* verterit. Alter quod ὀρόβους *siliquas*. Sed scriptum fortassis fuit λόβος, vel δολίχους. Verisimilius tamen anagnostem ut scriptum est legisse, ac Plinium non satis attendisse ad ejus verba. Tertius error quod adversus erucas præscribit, quod Theophrastus adversus pulices. Ut certò sciat lector Theophrasti codicem mendo carere, adscribam quæ Geoponicῶν auctor adversus hanc bestiolam, & alias scribit lib. 12. c. 7. οὐ γίνεται λάχανα ψυλλόβρωτα, ἐὰν τοῖς σπέρμασιν αὐτῶν ἐν τῷ σπείρειν ὀλίγον ὄροβον μίξῃς. μάλιστα δὲ τοῦτο ῥαφανίσι καὶ γογγυλίσι κατάλληλόν ἐστιν, ἄλληλοι δὲ φυσικώτερον ποιοῦντες εὐζώμον συσπείρουσιν, ἢ συμφυτεύουσιν καὶ μάλιστα κράμβαις, αὗται γὰρ ὑπὸ τῶν ψυλλῶν μᾶλλον βλάπτονται. εἰ δὲ βούλει μηδὲ ὑπὸ ἑτέρου τινὸς βλάπτεσθαι τὰ σπέρματα, χυλῷ ἀειζώου διάβρεχε ταῦτα, πρὶν σπαρῆναι. πάντα δὲ τὰ σπέρματα, τά τε κηπαῖα καὶ ἀρουραῖα, ἀπὸ παντὸς θηρίου ἀκέραια φυλάξεις ἐὰν ταῦτα προβρέχῃς εἰς χυλὸν κεκομμένης ἀγρίου σικύας (legit interpres σίκυος) ἄβρωτα δὲ μένει τὰ λάχανα, ἐὰν εἰς πηλὸν χελώνης αὐτὰ σπείρῃς. *Olera à pulicibus non corrodentur, si seminibus ipsorum parum ervi in seminando admiscueris, hoc vero vel maxime raphanis & rapis conveniens existit. Alii magis naturali auxilio utuntur, erucam simul serentes aut plantantes, & præsertim cum brassicis. Hæ enim magis à pulicibus infestantur; si verò neq; ab alio quopiam semina lædi velis sempervivi succo ea macerato ante sationē. Omnia autem semina, tū hortensia, tū arvalia, ab omni bestia integra & illæsa conservabis, si ipsa in succo cucumeris sylvestris præmacerata seminaveris, incorrosa autem manent in testudinis testam con-*

consemīnata. Videat Columellam & Palladium locis cit. lector. Nec hæc adversantur Theophrasti verbis, qui nullum compertum medicamentum ait, ne nascantur. Aliud nasci, aliud erodere.

Plinius lib. 19. cap. 10. *Et ocimum sub canis ortu pallescit*. De coriandro nihil. Lego cum Theodoro ἀλμᾶσθαι. sensus id postulare videtur.

ΚΕΦ. Ζ. | CAP. VI.

Quæ firmiora semina, quæ imbecilliora. Item de arvensibus, sylvestribusque; ut rumice, brassica, rapa, lactuca, equapio, paludapio, montapio, cucumere.

Τῶν δὲ σπερμάτων τὰ μὲν ἐστὶν ἰσχυρότερα. τὰ δὲ ἀσθενέστερα πρὸς διαμονήν. ἰσχυρότερα μὲν, οἷον κορίαννον, τεύτλιον, ‡ πράσον, κάρδαμον, νάπυ, εὔζωμον, θύμβρα, ἄλλως τὰ δριμέα πάντα. ἀσθενέστερα δὲ γήθυον. τοῦτο γὰρ οὐκ ἐθέλει μένειν. † ἀνδράφαξυς, ὤκιμον, κολοκύντη, σίκυον. ἁπλῶς τὰ θερινὰ τῶν χειμερινῶν μᾶλλον. διαμένει δὲ οὐδὲν πλέον τεττάρων ἐτῶν. ὥστε † ἔτι χρήσιμον εἶναι πρὸς τοὺς σπόρους. ἀλλὰ * δίενα μὲν βελτίω. διὰ δὲ τρεῖς οὐδὲν χείρω. τὸ δ' ‡ ὑπερβαῖνον ἤδη χεῖρον. πρὸς δὲ τὴν μαγειρικὴν χρείαν ἐπὶ πλείω διαμένει. πλὴν ἀσθενέστερα πάντα ἀναγκαῖον εἶναι διὰ τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν * σκωλήκησιν. φθορὰ δὲ μάλιστα μὲν ὑπὸ τῶν θηρίων. γίγνεται γὰρ ἐν ἅπασι καὶ † τοῖς δριμέσιν, ἥκιστα δὲ ‡ ἐν τῷ σικυῶνι. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐξικμαζόμενα πικρὰ γίνεται τῇ γεύσει. διὸ καὶ πρὸς τὴν χρείαν χείρω. καὶ περὶ μὲν τῶν σπερμάτων, καὶ ἁπλῶς τῶν κηπευομένων, ἱκανῶς εἰρήσθω. περὶ δὲ τῶν ἀγρίων καὶ τῶν καλουμένων ἀρουραίων, πειρατέον ὁμοίως εἰπεῖν. τυγχάνει δὲ τὰ μὲν ὁμώνυμα τοῖς εἰρημένοις. ἅπαντα γὰρ ἐστὶ τὰ γένη ταῦτα καὶ ἄγρια. καὶ σχεδὸν τάγε πολλὰ παραπλησίαν ἔχοντα τὴν ὄψιν τοῖς ἡμέροις, πλὴν τοῖς γε φύλλοις ἐλάττω ταῦτα καὶ τραχύτερα, καὶ τοῖς καυλοῖς καὶ μάλιστα τοῖς χυλοῖς δριμύτερα καὶ ἰσχυρότερα. καθάπερ ἥ τε θύμβρα, καὶ ἡ ὀρίγανος, ἥ τε ‡ ῥάφανος καὶ τὸ πήγανον. ἐπεὶ καὶ τὸ λάπαθον ἄγριον, καίπερ εὐστομώτερον τοῦ ἡμέρου. τὸν δὲ χυλὸν ὅμως ὀξύτερον ἔχει. καὶ τούτῳ μάλιστα διαφέρει. πάντα δὲ καὶ ξηρότερα τῶν ἡμέρων, καὶ ἴσως αὐτῷ τούτῳ πολλὰ καὶ δριμύτερα καὶ ἰσχυρότερα. ἰδίως δὲ ἡ ῥάφανος ἔχει παρά τι ἄλλα τοὺς καυλοὺς περιφερεστέρους καὶ λειοτέρους τῆς ἡμέρου. καὶ τὴν τοῦ φύλλου πρόσθεσιν, ἐκείνη μὲν ἔχει πλατεῖαν, * αὐτὴ δὲ περιφερεστέραν. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ φύλλον ἀγωνότερον. ἐπεὶ τάγε ἄλλα τραχύτερον καὶ τοῖς καυλοῖς καὶ τοῖς φύλλοις. ἡ δὲ γογγυλὶς καὶ τὴν ῥίζαν ἔχει μακρὰν καὶ ῥαφανιδώδη, καὶ τὸν καυλὸν βραχύν. θριδακίνη δὲ τό, τε φύλλον βραχύτερον τῆς ἡμέρου, καὶ τελειούμενον ἀκανθοῦται. καὶ τὸν καυλὸν ὁμοίως. τὸν ὀπὸν δὲ δριμὺν καὶ φαρμακώδη. φύεται δ' ἐν ταῖς ἀρούραις. ὀπίζουσι δὲ αὐτὴν ὑπὸ πυραμητόν, καί φασι καθαίρειν ὕδρωπα, καὶ ἀχλὺν ἀπ' ὀφθαλμῶν ἀπάγειν. καὶ ἄργεμα ἀφαιρεῖν ἐν γάλακτι γυναικείῳ. τὸ δ' ἱπποσέλινον καὶ ἐλειοσέλινον, καὶ ὀρεοσέλινον, καὶ πρὸς ἑαυτὰ διαφορὰν ἔχει, καὶ πρὸς τὸ ἥμερον. τὸ μὲν γὰρ ἐλειοσέλινον, τὸ παρὰ τοὺς ὀχετοὺς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι φυόμενον, μανόφυλλόν τι καὶ οὐ δασὺ γίνεται. προσεμφερὲς δέ πως τῷ σελίνῳ καὶ τῇ ὀσμῇ, καὶ τῷ χυλῷ, καὶ τῷ σχήματι. τὸ δ' ἱπποσέλινον, φύλλον μὲν ἐμφερὲς τῷ ἐλειοσελίνῳ. δασὺ δὲ καὶ μεγαλόκαυλον, καὶ τὴν ῥίζαν ὥσπερ ῥαφανὶς ἔχει τὸ πάχος μέλαιναν. μέλας δὲ καὶ ὁ καρπὸς, μέγεθος δὲ μεῖζον ὀρόβου. χρήσιμα δὲ ἄμφω φασὶ πρὸς στραγγουρίαν εἶναι ἐν οἴνῳ γλυκεῖ λευκῷ. καὶ τοῖς λιθιῶσι. φύεται δὲ ὅμως

‡ πράσον. † ἀνδράφαξυς ὤκιμον. ‡ ὑάσινα καὶ. † In Ald. Bas. * δίενα. ‡ ὑπερβαῖν. Ald. * κώλυσιν Ald. Bas. † τοῖς ἰσωδέσιν ‡ ῥαφανίς. * αὕτη.

Seminum alia firmiora, alia infirmiora sunt ad perdurandum. Firmiora, coriannum, beta, porrum, nasturtium, sinapi, eruca, † satureia: ad summam, omnia fere acris saporis. Infirmiora vero gethyum, id enim durare nequit, atriplex, ocimum, cucurbita, cucumis. In summa æstiva magis, quam hiberna. Sed inter ea, quæ maxime durant, nullum ultra quadrimatum durare potest: ita scilicet ut ad sementem adhuc utile sit. ‡ Sed bima sane meliora, trima nihil fere deteriora, † quadrima jam deteriora. Verum ad usum cibarium diutius permanent: quanquam invalidius alant necesse est, ut quæ partim † respirarint, partim læsa à bestiolis sint. Interitus maxime ex bestiolis fieri solet. Nascuntur enim in omnibus etiam acribus, † atque acerbis. Cæterum vel humore exhausto amara redduntur, & ideo ad usum deteriora. De seminibus, & ad summam de hortensibus sit satis dictum. Nunc de sylvestribus, & iis, quæ † arvensia nuncupamus, pariter indicare tentandum est. Sunt igitur quædam nomine supradictorum vocata. Genera enim illa sylvestria quoque omnia esse cernuntur, & major fere pars aspectu vicina urbanis est: præterquam quod foliis ista minoribus, caulibusque scabrioribus constant, & succo potissimum acriori, vehementiorique conduntur. Vt † satureia, origanum, ‡ brassica, ruta. Nam & rumex sylvestris est, & quanquam gustatu gratior, quam urbana, tamen succo † acutior. Quo præcipue differunt. Omnia autem vel ficciora urbanis sentiuntur, & forte ob id ipsum magna ex parte acriora vehementioraque sunt. Brassica præter alia modo peculiari caules sortitur. Rotundiores enim levioresque gerit, quam sativa. Foliorum appendicem illa latum, hæc habet rotundiorem, & folium ipsum minus angulatum. Nam cætera quidem scabrior tum caulibus, tum foliis est. Rapa vel radice longa, & modo raphani, brevique caule consistit. Lactuca folio brevior, quam sativa est; idque consummatum aculeatur, & caule simili modo breviori perficitur. ‡ Succum acrem, ac medicatum habet. Nascitur inter arva, ‡ liquatur per messem tritici, & purgare aquam intercutem dicitur, & caliginem arcere ab oculis, & argemam auferre, cum lacte mulieris. * Equapium, paludapium, montapium, tam inter se distant, quam ab urbano plurimum differunt. Paludapium enim, quod apud aquæductus, & in paludibus provenit, folio raro, nec hirsuto consistit, sed simile quodammodo apio est, odore, sapore, figuraque. Equapium foliis vicinum paludapio est: sed hirsutum, & grandicaule est, & radicem crassam modo raphani agit, sed nigram. Fructum quoque nigrum producit, magnitudine ervo ampliorem. Ambo utilia referunt ad urinæ difficultates ex vino dulci albo, & ad pellendos calculos. Nascitur omnibus locis, & lachryma ex eo myrrhæ similis defluit. Quidam in totum myrrham id esse affirmant. Montapium majoribus etiam differentiis distat. Folio namque cicutæ simile est, radice tenui, ‡ caule anethi; minutiori

† *Thymbra*. ‡ *Sed annicula & bima*. † *Quæ autem ultra*. † *Exhalarint*. † *Omnium minime in odoratis*. † *Arvalia*. † *Thymbra*. ‡ *Raphanus*. † *Acidior*. ‡ *Lac acre*. ‡ *Liquor exprimitur*. * *Hipposelinon*. ‡ *Semine anethi*.

 tamen.

παντακοῦ. γίνεται δὲ καὶ τὸ δάκρυον ἐξ αὐτοῦ ὅμοιον τῇ μύρρᾳ. οἱ δὲ φασὶν ὅλως μύρραν. τὸ δὲ ὀρεοσέλινον μείζους ἔτι διαφορὰς ἔχει. τὸ μὲν γὰρ φύλλον ἔοικε κονείῳ ῥίζα δὲ λεπτή. τὸν δὲ καρπὸν ἔχει καθάπερ ἄνηθον. πλὴν ἐλάττω. διδόασι δὲ τοῦτον ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ τῶν γυναικείων χάριν. ἔνια δὲ ὅλως ἀσύμβλητα τοῖς ἡμέροις ἐστὶ, κατά γε τοὺς χυλοὺς καὶ τὰς δυνάμεις. ὥσπερ σίκυος ὁ, τε ἄγριος καὶ ὁ ἥμερος. ἀλλ᾽ ἐν τῆς προσόψεως ἔχει τὴν ὁμοιότητα. καθάπερ καὶ ἐν τοῖς στεφανώμασιν ἡ ἰωνία. τὸ γὰρ φύλλον ἔχει παρόμοιον. τούτων μὲν οὖν τοῖς εἰρημένοις αἱ διαφοραί.

tamen. Datur in vino † austero gratia menstruorum. Quædam cum * supradictis nullatenus succo aut viribus conveniunt. Ut cucumis sylvestris urbano nulla ratione potest conferri, sed aspectus tantum similitudinem gerit. Quemadmodum in coronariis violæ accidit. Folium enim habet consimile. Horum igitur differentias ex prædictis hisce accipies.

† Generoso.
* Urbanis.

JULII SCALIGERI AD CAP. VI.

Τὸ δ᾽ ὑπὲρ γαῖαν ἤδη χεῖρον. *Litera γ', significat tria inter notas numerorum. Fortasse hic ita scriptum fuit: ut sit* τὸ δὲ ὑπὲρ γ᾽. *Id est,* τρίτον. *& notabis varietatem orationis.* δίετια μὲν, διὰ δὲ τριῶν. τὸ δὲ ὑπὲρ τρίτον. *Lego enim* διέτια, *non autem* διὰ, *ut scriptum est. In libri sequentis cap. ultimo, cum secundum hanc eandem sententiam loquitur, dicit* τὰ δ᾽ ὑπερτριετῆ. *Dubito igitur an hic malit quispiam,* τὸ δ᾽ ὑπὲρ τρίτον.

Διὰ τὴν ἀναπνοήν, καὶ τὴν κώλυσιν. *Theodorus,* ut quæ partim respirarint. Expirarint *potius.* Exhalarint *melius. Semina vapida non sine eruditione & argutia dices.* κώλυσιν, *non est rectè scriptum. neque vero ei voci vox ulla proprior est, quam* κόλουσιν. *Verbo* κολούειν, *frequenter utitur Theophrastus. Si nomen non admittis, at repone* κολόβωσιν *aut quid melius, pro nostris.*

ἥκιστα δ᾽ ἐν τοῖς σικυοῖς. *Cum eveniat* φθορὰ *omnibus: atque adeo; ut ne acria quidem immunia sint: mirum in cucurbitis, & cucumerum genere minus conspici. Theodorus autem verba hæc non agnovit: sed pro eis leges apud ipsum,* acerbis.

Περὶ δὲ τῶν ἀγρίων. *Hinc caput aliud incipiendum est. Alia namque penitus materia. Theodorus* ἀρουραῖα, arvensia. *veteres,* arvalia, *ut* arvales sacerdotes.

Αὐτὴ δὲ πελφιετῖσι. *lege,* αὕτη.

Ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ. *Mirum in vino astringente dare ad aperienda menstrua. Sicut & ponere* συπτηρίαν *in hæmagogo.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

IN Prima capitis hujus parte docet quæ semina ad durandum firmiora & infirmiora sint; in secunda in quibus sylvestres plantę à sativis differant. Verba de seminibus in hunc ferè sensum exscripsit Plinius lib. 19. c. 11. *Nam quod ad permutationem seminum attinet &c.* Quod διαμονὴν Theophrastus, Plinius permutationē vocat; planè ineptè. Nam permutatio ἀλλοίωσις & ἐξαλλαγὴ proprie est, mutatio à meliori ad deterius, ut triticum in lolium, hordeum in avenam; validiora degenerant in infirmiora, quæ corruptio seminum est, & φθορά. Aliter corrumpuntur semina cum ætate fiunt deteriora, & inepta ad serendum; quæ ex his firmiora sunt, diutius durant, citius corrumpuntur quæ infirmiora. Quod itaque διαμονὴν vocat Theophrast. malè Plinius permutationem dixit. Sed forsan non tam Plinii hic error, quam ejus librarii, qui pro *perduratione, permutationem* scripsit. Hoc modo. *Nam quod ad perdurationem seminum attinet, quibusdam ex iis firmitas major est ut coriandro, betæ, porro, nasturtio, sinapi, erucæ, cunilæ* (vide quæ supra diximus) *& ferè acribus. Infirmiora sunt atriplici, ocimo, cucurbitæ, cucumi, & æstiva omnia. Hyberna magis durant* (vel delendum verbum *durant,* vel legendum *minus.* Vix dubium quin de suo verbum *durat* addiderit librarius, aut *minus* in *magis* mutarit. Sin contra; non intellexit verba Theophrasti Plinius) *minime autem gethyum. Sed ex his quæ sunt fortissima, nullum ultra quadrimatum utile est, duntaxat serendo, cuniculis* (lege ex Theophrasto cum Doctiss. Pintiano ac Salmasio *culinis*) *& ultra tempestiva sunt.*

Inter semina firmiora numeratur sinapi, de quo pauca dicam. Quod latini sinapi, Græci σίνηπι, Attici νᾶπυ vocant. Athenæus lib. 9. Ἔστι δὲ στίχος ἐξ ἱππέων καὶ ἔχει οὕτως ἔβλεψε νᾶπυ. οὐδεὶς δὲ ἀττικῶν σίνηπι ἔφη. ἔχει δὲ ἑκάτερον λόγον. νᾶπυ μὲν οἷον νάφυ ὅτι ἐστέρηται φύσεως. ἀφυὲς γὰρ καὶ μικρόν, ὥσπερ καὶ ἡ ἀφύη. σίνηπι δὲ ὅτι σίνεται τὰς (vulgo τοὺς) ὦπας ἐν τῇ ὀδμῇ. *Est autem versus is ex equitibus ad hunc modum legendus, respexit napy. Nullus enim Atticorum sinapi dixit, utrique vero sua est ratio & interpretatio: napy etenim quasi naphy dicitur* (ex νη vocula privativa & φυσις natura) *quoniam non sine natura sit, sed acri ac proinde incommoda, vel aphya, id est, quia ob parvitatem natura privatum sit.* Id est quod ob pusillam molem non esse aut vix esse credatur. *Sinapi vero dicitur, quod olfactu lædat oculos.* Columella in hortulo,


Et lacessenti fletum factura sinapis.

Ideò sceleratam in pseudolo vocat Plautus.

Teritur sinapis scelerata, cum illis qui terunt:
Nam priusquam triverint, oculi ut extillant facit.

Contrarium docere videtur Dioscorides. ὁ δὲ χυλὸς αὐτοῦ σὺν μέλιτι ἁρμόζει πρὸς τὰ ἀμβλυωπίας. *Ipsius vero succus cum melle ad oculorum hebetudines prodest.* Idem hic dicendum quod de cæpis dictum est. Trallianus lib. 7. cap. 2. σιναπίδιον vocat. Nicandro in Alexipharmacis νάπυ dicitur. De sinapi variis in locis egit Theophrastus lib. 1. c. 19. succum habere inquit acrem. lib. 7. c. quinto à satione die germinare, cap. 3. semen, ferre in siliqua hoc capita inter semina ad perdurandum efficaciora numerat. Quod tamen non probat Palladius in Octobri Tit. 11. *In sinapi vetus semen inutile est, vel sationi vel usui.*

Sinapi sativum erucæ, aut Rapi folio Lob.




quod eligendum semen scribit Dioscorides lib. 2. c. 184. Σίνηπι ἢ νᾶπυ ἐκλέγειν τὸ μὴ κατάξηρον καὶ κατάπυρρον, ἀδρὸν, ἀλλ᾽ ὃ

ἢ θλασθὲν, ἔνδοθεν χλωρὸν καὶ οἷον ἔγχυλον, γλαυκόν. πρόσφατον γὰρ καὶ ἀκμαῖον τὸ τοιοῦτον. *Sinapi seu napy eligito non magnoperè aridum, & valde rufum atque plenum, quodque fractum internè viride ac veluti succosum, & glaucum conspiciatur, tale siquidem recens ac tempestivum habetur.* Idem ferè Palladius loco citato *in sinapi — usui: quod dentibus fractum, si intus viride videbitur, novum est, si album fuerit, vetustatem fatetur.* Genera diversa sinapi non videntur novisse Theophrastus ac Dioscorides. Plinius tria describit genera lib. 19. cap. 8. *Sunt autem trium generum: unum gracile, alterum simile rapi foliis, tertium erucæ. Semen optimum Ægyptium. Athenienses napy appellaverunt, alii thlaspi, alii saurion.*

Recentiores, sinapi aliud rapi, aliud apy, (album vulgo dictum) aliud erucæ folio; aliud siliqua hirsuta, aliud parvum siliqua aspera, aliud umbella purpurea, aliud indicum observarunt. Quod rapi folio est, id om-

Sinapi laveris folio.



nes pro sativo agnoscunt, quod apy sive laveris folio, quidam pro sativo, quidam pro sylvestri habent, uti quod erucæ est folio.

Ἀλλὰ δὲ ἴσα &c. Hunc locum ex c. ultimo lib. 8. ubi idem repetit, correximus. Dubitat magnus Scaliger, utrum scriptum fuit, τὸ δὲ ὑπὲρ γόν idest τρίτον, quod tertium excedit annum. Littera enim γ' tria inter numerorum notas significat. Sed perinde est utrum ὑπερβαῖνον, ὑπερτεῖνον, ὑπὲρ τρίτον legamus; idem enim sensus. ὑπὲρ γαῖον verò sine ullo scriptum fuit sensu. Pro σκωλῆ, quod ineptum plane, εὐώδεσι restitui. Odorata enim minimè à vermibus corrodi supra pluribus docuit in locis, etiam infra in lib. de causis, quo Lectorem remitto.

Πήγανον, ἀπὸ τοῦ πήγνυσθαι *compingere, coagulare* nomen accepit. Plutarch. lib. 3. sympos. quæst. prima Φασὶ καὶ τὸ πήγανον ἀπὸ τῆς δυνάμεως ὠνομάσθαι. πήγνυσι γὰρ ξηρότητι διὰ θερμότητα τὸ σπέρμα, καὶ ὅλως πολέμιόν ἐστι ταῖς κυούσαις. *Ajunt à facultate sua πήγανον dictum quod siccitate & caliditate sua coagulet ac condenset semen. Hinc uterum gerentibus inimicum* est. Idem Nicandri, Schol. qui & alterum addit etymon, in Alex. τὸ δὲ πήγανον παρὰ τὸ πήγνυσθαι τὴν γονήν. ἔστι δὲ ἐπισχετικὸν τῆς συνουσίας. διὸ καὶ οἱ μυούμενοι αὐτῷ χρῶνται· ἢ διὰ τὸ ἐν πάγοις φύεσθαι. τὸ πήγανον. *Peganon dicitur quod semen coagulet, concubitusque venereos inhibeat, idcirco qui celebem agere vitam promiserunt, ruta utuntur, vel peganon dictum quod in collibus locisque eminentioribus nascatur.* Prius verisimilius. Omnes uno ore semen cohibere & compingere, exsiccareque asserunt. Apud Nicandrum in Theriaca πηγάνιον scribi observavi, ῥῖζαι πηγάνιόν τε περιβρυές, ἐν δέ τε θύμβρης. Hac voce etiam usus Theophrastus lib. 1. hist. cap. 16. ubi nescio an satis rectè vertant, *& earum quas rutulas vocant,* cum ipsa ruta sic dicatur. Eadem reperitur apud Diosc. lib. 4. cap. 98. Dicitur etiam ῥύτη & ῥυτή, teste Nicandri scholiaste in Theriacis, Ἰόλαος ἐν τῷ πελοποννησιακῶν πόλεων, τὸ πήγανον ὑπὸ πελοποννησίων ῥυτὴν καλεῖσθαί φησι *Iolaus libro de urbibus Peleponnesiacis a Peloponnensibus peganon rutam dici affirmat.* Alibi apud Nicandrum ῥύσιμον legisse memini, Ruta ἀπὸ τοῦ ῥυτῆρος apud Græcos dicitur, quod libidinosos nimiumque veneri addictos frenet. Ruta Latinis dicitur, à Græca hac dictione nomine deducto, teste Varrone lib. 4. de lingua Latinâ; quo loco plura herbarum recenset nomina origine & domo Græca. De ruta variis in locis Theophrastus; uti lib. 6. cap. 5. ubi uno caudice constare ait, arborisque adipisci naturam; unde à quibusdam olei arbor vocatur. Abrotano similis fit arbor sed ruta lignosior, siccior & squalidior est. Scriptum reliquit Iosephus lib. 7. de bello Iudaico cap. 25. *Erat autem in ipsa regia* (Macherunti, quod olim munitissimum fuit Iudææ oppidum) *ruta mirabilis magnitudinis; à nulla enim ficu vel celsitudine, vel magnitudine vincebatur. Ferebant autem eam ex Herodis temporibus perseverasse: mansissetque ulterius profecto, sed a Iudæis qui locum ceperunt, excisa est.* Verba hæc Iosephi in Græco codice lib. 7. cap. 22. reperiuntur, ubi de bello Iudaico sic autor, ἐπεφύκει ἐν τοῖς βασιλείοις πήγανον ἄξιον τοῦ μεγέθους θαυμάσαι. συκῆς γὰρ οὐδεμιᾶς ὕψους καὶ πάχους ἀπελείπετο. λόγος δὲ ἦν ἀπὸ τῶν Ἡρώδου χρόνων αὐτὸ διαρκέσαι· κἂν ἐπὶ πλεῖστον ἴσως ἔμεινεν. ἐξεκόπη δ' ὑπὸ τῶν παραλαβόντων τὸν τόπον Ἰουδαίων. Vulgaris ruta & hodie in hortis quandoque ita colitur, ut tres, etiam quatuor cubitos superet; nonnunquam arbusculæ similitudinem & magnitudinem cultura accepisse, recentiores observarunt. Cap. 16. folia rutæ aliquo modo carnosa esse ait Theophrastus, semper virere etiamsi affligatur muteturque. Cap. 15. lib. 6. cap. 1. suffruticem esse minutaque habere folia, ex semine ac avulsione nasci, quod lib. 7. cap. 2. & lib. 2. de caus. cap. 3. repetit. Lib. 97. cap. 5. fimum aspernari, lib. 3. de caus. cap. 24. de rutæ cultura agit. cap. 7. lib. 5. de caus. cur fico inserta melior reddatur. lib. 6. cap. 22. de rutæ agit odore. Loca citata videat lector, & nostras notas. Ex Dioscoride hoc modo descriptionem eliciemus. Ruta constat foliis ambrosiæ. Lib. 3. cap. 129. φύλλα ἔχει περὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ καυλοῦ μικρὰ ὡς πηγάνου, *folia circa imum caulem habet exigua, ceu rutæ,* Lib. 3. cap. 46. de sylvest. serpyllo, φύλλα πέταλα ὅμοια πηγάνῳ, *foliis rutæ similibus*

Ruta.



refertos, lib. 4. c. 68. de hypecoo, φύλλον ἔχει πηγάνῳ ὅμοιον lib. 3. c. 171. de Hypperico φύλλα ἔχει πηγάνῳ ὅμοια. c. 173.

φύλλα τριπλασίονα ἢ τετραπλασίονα τοῦ πηγάνου, *Androsæmum constat foliis triplo quadruploque quam ruta minoribus*, lib. 4. cap. 8. φύλλα δὲ ὀλίγῳ μείζονα πηγάνου, *folia quam rutæ paulo minora fert polemonium.* Lib. 4. c 4. φύλλα δὲ πηγάνῳ ὅμοια ἐπιμηκέστερα καὶ μαλακώτερα, *polygonum mas folia habet rutæ, sed longiora* (Oribas. & vulg. cod. ἐπιεικέστερα, *mitiora*) *molli oraque.* Cap. 168. lib. 4. ἔχον φύλλον μικρὸν ὅμοιον πηγάνῳ πλατύτερον. *peplus folio est parvo rutæ, sed latiori.* Eodem lib. cap. 177. φύλλα πηγάνῳ ἐοικότα, ἐπιμηκέστερα μὲν δὲ καὶ στενώτερα, χλωρά. *apios foliis donatus rutæ, oblongioribus tamen & angustioribus, herbaceis.* Lib. 3. cap. 26. trifolium asphaltites, ubi recens natum est, scribit odorem habere rutæ. ὀσμὴ δὲ αὐτοῦ ἄρτι μὲν φυομένου πηγάνου. Quis jam ex hac descriptione rutam non noscat? Genera Theophrastus agnovit duo, sylvestrem & domesticam. Sylvestris sativæ similis facie; differt tamen quod sylvestris foliis minoribus caulibusque scabrioribus constet, succoque acriori, nec non vehementiori condiatur; tum etiam quod odorem spiret admodum ingratum, ut lib. 6. de caus. scribit. Dioscorides lib. 3. cap. 52. & 53. rutam inquit aliam hortensem, de qua hactenus egi; aliam sylvestrem montanam. Sylvestrem Harmel dictam vel Harmalam sylvestrem montanam unum idemque genus esse ex his Dioscoridis verbis probatur. πήγανον ὀρεινὸν καὶ ἄγριον τοῦ ἡμέρου καὶ κηπευτοῦ δριμύτερον καὶ ἄχρηστον πρὸς βρῶσιν. τοῦ δὲ κηπευτοῦ ἐδωδιμώτερον τὸ παρὰ ταῖς συκαῖς φυόμενον. ἀμφότερα δὲ καυστικά, θερμαντικά, &c. *Ruta montana & sylvestris, sativa & hortensi acrior est, & in cibis damnata: est autem in hortensis genere esui aptior quæ juxta ficus provenit* (Vide lib. de caus. 6. cap. 22. vide annotata. Quæ apud nos provenit propter cæli solique humiditatem & frigiditatem Italicæ calore multum cedit) *utrumque porro genus urendi vim habet, calefacit.* Quod si montana à sylvestri diversa foret, non dixisset ἀμφότερα *utraque.* Eodem hoc capite sylvestrem hanc describit montanam, ac radicem moly montanam vocari. ἡ δὲ ῥίζα αὐτοῦ λέγεται μῶλυ ὀρεινόν. τὸ οὖν ἄγριον πήγανον ὅμοιόν τῷ ἡμέρῳ. πινόμενον δὲ ὠφελεῖ ἐπιληπτικοὺς — δριμύτερον δέ ἐστι τοῦ ἡμέρου, καὶ τῇ ἐνεργείᾳ δυνατώτερον. οὐ δεῖ δὲ τὴν ἀγρίαν (supple ῥύτην) ἐσθίειν, διότι ἐπιβλαβής ἐστι. *Sylvestris itaque ruta sativæ quodammodo similis est, ac pota prodest comitialibus — acrior vero est quam sativa, & majoris efficaciæ, attamen sylvestrem cibis abdicare oportet, quippe quæ veneni noxiam obtineat.* Idem supra de montana dixit, quasi diversa, non eadem foret. τὸ δὲ ὀρεινὸν πολυβρωθὲν κτείνει, *montana si copiosius estur, interficit.* Videtur tamen Dioscorides duas

Sylvestris Montana ruta.




montanas novisse. τὸ δὲ ὀρεινὸν — τὸ δὲ ἐν Μακεδονίᾳ φυόμενον περὶ τὸν ἁλιάκμονα ποταμὸν ἀναιρεῖν φασὶ βρωθέν, ὀρεινὸς δὲ ὁ τόπος ὑπάρχει καὶ ἐχιδνῶν πλήρης. (Oribasius ὄφεων πλείστων) *Adjiciunt vero quæ & juxta flumen Haliacmon in Macedonia gignitur comedentes interimere. Montosus autem locus, & viperis abundans.* Et hujus fortassis radix; non alterius moly dicitur. Sylvestris hujus figuram addidi, ex qua in quibus differant satis videt lector. Hortensem omnibus partibus & colore refert, nisi quod singula foliorum segmenta angustiora sint & longiora, acrior sapore graviorque odore; & hinc graveolens à quibusdam vocatur. Hujus & altera species reperitur, quæ vulgò minima dicitur. Hæc præ nimia foliorum tenuitate, speciem ac formam foliorum hortensis non retinet: tenuissimè etenim folia sunt divisa. Color prætèrea candidior est, odor & sapor acerrimi, flos, capitulum uti aliarum, sed minus. Reperitur & hortensis aliud genus, quod à vulgata magnitudine differt & colore. Nam illa per omnia major & cæsii est coloris; Hæc minor, præstantior & nigricantior. Alteram rutam sylvestrẽ, cujus iconem recentiores dant, his fere verbis describit Dioscorides, καλοῦσι δέ τινες πήγανον ἄγριον, καὶ τὸ ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ (addit Oribas. γινόμενον) καὶ τὸ ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν Γαλατίᾳ λεγόμενον μῶλυ (vetus μύλι) ἔστι δὲ θάμνος ἀπὸ μιᾶς ῥίζης πλείονας ῥάβδους ἀναφέρων. ἔχων φύλλα μακρότερα πολλῷ τοῦ ἄλλου πηγάνου, καὶ τρυφερώτερα, βαρύοσμα, ἄνθος λευκόν, ἐπ' ἄκρου τε κεφάλια ὀλίγῳ μείζονα τοῦ ἡμέρου πηγάνου, ἐκ τριῶν μάλιστα μερῶν συγκείμενα, ἐν οἷς σπέρμα τρίγωνον, ὑπόκιρρον, πικρὸν μάλιστα (ἱκανῶς Oribas.) πρὸς τὴν γεῦσιν, οὗ καὶ ἡ χρῆσις. φθινοπώρου δ' ἐκπεπαίνεται τὸ σπέρμα — καλοῦσι δέ τινες αὐτὸ ἅρμαλα, Σύροι βησασᾶ, Καππαδόκαι δὲ μῶλυ ἐπεὶ κατά τι ὁμοιότητα σώζει τὴν πρὸς τὸ μῶλυ ἐμφέρειαν. τῇ ῥίζῃ μέλαν καὶ τῷ ἄνθει λευκὸν ὑπάρχον. φύεται ἐν γεωλόφοις καὶ εὐγείοις χωρίοις? *Vocant etiamnum sylvestrem rutam, quod in Cappadocia & Galatia Asiatica moly dicitur. Frutex est ab una radice complures virgas proferens: foliis multo quam alterius rutæ longioribus ac tenerioribus, iisque graveolentibus, flore candido, capitulis in cacumine, paulo quam sativæ rutæ majoribus: quæ quidem tribus maxime partibus constant, in quibus triquetrum semen subfulvum, gustuque perquam amarum includitur, cujus etiam est usus. Id Autumno maturescit — sunt qui rutam, hanc harmala vocant, Syri besasa.* (Galenus lib. 6. κατὰ τόπους primo cap. βησασᾶ ὅ τινες ἅρμαλα καλοῦσιν. idem lib. 9. c. 3. κατὰ τόπους. βησασᾶ σπέρμα δέ ἐστιν ἐν Συρίᾳ γινόμενον τοῦ ἀγρίου πηγάνου, ὃ δὴ οἱ ἐντόπιοι ἅρμαλα καλοῦσιν ✓ *Besasa est autem semen rutæ sylvestris, quod in Syria nascitur, quod loci illius incolæ harmala vocant.* Dioscorides autem Syris Besasa, & ab aliis Harmala; Galenus contra à Syris Harmala & ab aliis Besasa appellari scribit. Uter rectè, me latet. Recentiores Græci pro ἅρμαλα ἅρμελ & χάρμελ dixerunt. Charito, τὸ μῶλυ ὅπερ ἐστὶ χάρμελ. Apud Æginetam ἅρμαναν legitur μῶλυ, τινὲς δὲ πήγανον ἄγριον, ἄλλοι ἅρμαλαν, Σύροι δὲ βησασᾶν.) *Cappadoces vero moly, quoniam quandam cum moly servet similitudinem, siquidem radice nigra est, flore vero candido, in collibus ac læto fœcundoque solo provenit.* Galenus lib. 7. simpl. μῶλυ, τινὲς τοῦτο πήγανον ἄγριον, ἔνιοι δὲ ἅρμαλαν, Σύροι δὲ βησασᾶν, ὥσπερ οἱ Καππάδοκαι μῶλυ, διότι τῇ ῥίζῃ μέν ἐστι μέλαν, ἄνθος δὲ ἔχει γαλακτῶδες. Suidæ ἀντιπάθιον. μῶλυ ἀντιπάθιον, ἢ βοτάνης ἀλεξιφάρμακον ἤγουν πήγανον ἄγριον. Vide Salmasium pag. 942. Harmala recentioribus dicitur, cujus iconem ante oculos videt lector, à radice mox complures promit cauliculos dodrantales, pluribus ramis donatos, ex viridi nigricantes, folia circa hos virentia, variè dissecta, longiora, angustioraq; quam sylvestris graveolentis rutæ. Densa sive pinguia, & carnosa, sapore virentia, gustu lento, gummoso, amaro, aliquantum tamen mordaci: flores candidi, quinque constantes foliolis, multis in medio luteis fibris præditi. Succedunt capitula hortensis rutæ capitibus majora ac molliora, triangularia, in quibus semen inæquale, angulosum, ex rubro nigrum. Radix dura oblonga, minimi interdum digiti crassitudinem æquans, ex luteo pallescens (Clariss. Dodonæus nigricare scribit. Talis si aliquando detur nihil obstat quo minus sit harmala Diosc.) tota planta graveolentis ac ingrati est odoris. Bellonius lib. 2. cap. 21. harmalam circa Alexandriam, in agro quodam sterili, copiosè nasci scribit, ac de ea hæc tradit. *Harmala admodum similis est moly* (vulgatum nostrum moly, Diosc. putatum, non valde simile est harmalæ nunc descriptæ, nisi quod sit flore candido, & radice nigricante, nec Dioscorides in cæteris moly cum harmala similitudinem habere scripsit) *rutæque genus est,* (quomodo ergo moly admodum similis) *quod Arabibus, Ægyptiis, & Turcis nunc vario in usu est. Ea enim suffiuntur, singulis diebus manè, sibi persuadentes noxios spiritus hac ratione abigi, quæ res huic herbæ (& fortassis*

molyos

molyos nomen dedit) atque ejus ſemini tantam celebritatem peperit, & conciliavit, ut nullæ ſint adeò viles & exiguæ officinæ, quæ eam non habeant, tanquam pretioſum aliquod medicamentum. (Ariſtoteles ſect. 20. probl. 34. id fere de vulgari ruta) *Qua de cauſa rutam faſcinationis remedium eſſe ajunt? An propterea quia tum effaſcinari ſe credunt cum aut voraciter edunt, aut incommoditatum aliquarum tenentur ſuſpicione, aut cibum habent ſuſpectum, quem capiunt. Itaque cum de menſa eadem, qui privatè ſibi aſſumunt, participem intuentem quempiam faciunt, affanturque cum impertiant, ne me faſcines: ergo cibum cum perturbatione ſument, nec quid bibent aut edent ſine turbatione & flatu, qui unà hauriatur & ingeratur. Quamobrem flatu ipſo vel cum extrudendus effertur, cibus quoque una elatus ejicitur, vel cum interclusus per humorem tenetur, tormina moventur, & cruciatus. Igitur ruta præſitata vi ſua & poteſtate calfactoria, vas, quod recipit cibos, elaxat, & reliquum corpus idem afficit. Ex quo fit ut flatus ille interclusus transmitti atque ſecedere poſſit.* Adverſariorum auctores negant, Harmalam Syriacam rutam ſylveſtrem eſſe alteram Dioſcoridis, eo moti argumento, *quod huic odor ille vehemens noſtratis deſit. Quem ſi quis ſoli mutatione amiſſum dicat, ſciat quam recentiſſimo ſemine ſatam, inodoram proveniſſe: Atque inter rutaceas, quas plures habemus quam Dioſcorides, nulla minus hac rutam præferat, & ſapiat odore & guſtu, quam Martinellus miſit è Syria, Harmalamque primus fecit.* Reſpondeo; non tradidiſſe Dioſcoridem guſtu & odore ſimilem rutæ eſſe, ſed tantum facie, ut ex verbis modò preſcriptis colligi licet. Βαρύοσμον graveolens eſſe dixit. Et talis ſane harmala eſt teſte Matthiolo, Cluſio, Dodonæo. Ex ſemine recenti natam inodoram eſſe ſcribunt. Hoc ipſo anno didici, rutam ſylveſtrem cum primum ex ſemine pullulat, non inſuavem ſpirare odorem; Majore factâ graveolentior nulla planta. Idem de vulgari ruta experiri licet. Errat Italus Botanicus, qui rutam pratenſem vulgo dictam, ſylveſtrem rutam Dioſcoridis eſſe affirmat. Huic nec folia rutæ longiora, nec teneriora, nec ſemẽ amarum valdè & nigrum, nec triquetrum, ſed teres. Non itaque harmala. Addo florẽ muſcoſum, flaveſcentem, exiguis penduliſve tantum ſtaminibus conſtantem. De radice mox dicam. Nec eſt ſylveſtris prior. quia rutæ vulgaris non ſatis ſimilis caulem emittit, cubito plerumque multo proceriorem, minimo digito graciliorem, crebris geniculis interceptum interius cavum, teretem, modice ſtriatum, in purpura nigricantem; (rutæ caules albicante veſtiuntur cortice) quandoque tamen herbacei coloris, tactu ſolidum & durum: à radice ad ſummum ferè uſque caulem, glabra, folia è geniculis exeunt, media inter coriandri inferiorum foliorum & rutæ figura, ſed majora in multas particulas latas, ſed tamen oblongiores diviſa, quarum plurimæ anterius, duabus ad minus inciſuris denticulatæ. Foliorum color ſaturatior ſuperius, inferius dilutior. De flore dixi: quo dilabente valvulæ ſequuntur triangulares, in quibus ſemen teres. Radice nititur perenni, latè ſerpente, ac pleriſque locis germina emittente, minimi digiti craſſitudine, intus crocea, & ſubſtantia aliquantum lignoſa, foris cortice cæſio veſtita. Ruta hæc pratenſis moderata, calida & ſicca eſt. Ruta ſylveſtris ordine quarto, calet adeò, ut ob acrimoniam exitialis judicetur. Hanc alii pſeudorha barbarum vocant, à radice lutea: quorum ſententiam improbo. Nempe nihil quo ad faciẽ vireſque, cum rhabarbaro habet ſimile. Θάλικτρον, vel ut apud Galenum & Æginetam ſcribitur, ac à Plinio confirmatur, θαλίητρον quidam cenſent. Deſcribitur à Dioſcoride lib. 4. c. 98. θαλίητρον (Galenum ſequor; nam male apud Dioſcoridem ſcribi non dubito, uti ex etymo conſtat lapſuque facili propter ſimilitudinem η in κ mutatum) φύλλα παραπλήσια κορίου ἔχει· λιπαρώτερα (vetus quidam ῥυπαρώτερα, vulgatam Oribaſius & Plinius ſequuntur) καὶ καυλίον πηγανίου πάχος ἐφ' οὗ τὰ φύλλα — φύεται δὲ μάλιστα ἐν πεδίοις. *Thalietrum folia coriandri habet, at pinguiora, cauliculum rutæ craſſitudine, in quibus folia — naſcitur præcipue in campeſtribus.* Plinius lib. 27. cap. ult. *Thalietrum folia coriandri habet pinguiora paulo, caulem papaveris, naſcitur ubique, præcipue in campeſtribus. Caulem* inquit *papaveris.* Vulgatam Dioſcoridis lectionem ſequitur Oribaſius, confirmat Galenus lib. 7. ſimpl. θαλίητρον κορίαννον μὲν ἔχει τὰ φύλλα παραπλήσια, τὸν καυλὸν δὲ πηγάνου δὲ πάχος. Obſtare videtur, quo minus ruta ſit pratenſis Thalietrum, quod ſtatim è radice foliola emittit. Sed hoc non negat Dioſcorides, qui in cauliculis foliola habere ſcribit, uti etiam ruta hæc habet.

Thalietrum dictum volunt ἀπὸ τοῦ θάλλειν *virere*, quod dum germina protrudit eleganter vireat. Quod tamen falſum: nam germen emittit è puniceo purpureum majus, minus vero dilutum, magis purpureum profert. Forte ſic dictum, quod folia cum primum expanduntur, ac præſertim minoris, cujus addidimus figuram, eleganter

Thalietrum minus.



Thalietrum Vulgare.



vireant. Veriſimilius θαλίητρον dictum ἀπὸ τοῦ θαλλοῦ vel θάλλου *ſurculo, ramulo,* καὶ ἤτρου *geniculo.* Quod cauliculos ſive ſurculos geniculatos proferat. Scio ἦτρον apud probatiſſi-

batissimos auctores exponi, *imam ventrem, seu regionem imam ventris, quæ umbilicum & pudenda interjacet.* Suidas τὸ ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν μέρ☉. Idem Pollux lib. 2. ἦτρον in plantis aliud denotat.

Nicander in Theriacis καὶ χλοεροῦ νάρθηκος ἀπαὶ μέσον ἦτρον ἀλόψας. *decerpe à viridis ferulæ medio* ἦτρον *umbilicum.* Ad hunc locum Scholiastes ἦτρον τὸ γονάτιον, ἢ τὸ ὀμφαλὸν νάρθηκ☉ λέγει ἢ ἦτρον τὴν ἐντεριώνην φησί, κυρίως δὲ ἦτρον ὁ μετὰ τὸ ὀμφαλὸν τόπ☉ καὶ ἦτρον τὸ ἧπαρ. Id est. *Sic vocat geniculum vel umbilicum ferulæ, vel fortè sic medullam appellat, proprie* ἦτρον *locus post umbilicum,* ἦτρον *hepar.* Thalietrum itaque dictum quod surculos geniculatos habeat, vel quod cauliculos medulla carentes proferat. Vtrumque significare ἦτρον docet scholiastes. Prius tamen arridet magis. Thalietri novem genera in Phytopinace proponit Bauhinus. Hunc adeat lector. Viri docti crediderunt Sophiam vulgo dictam, cujus iconem addidi, Thalietrum veterum esse: Respondent, inquiunt, facultates, folia habet coriandro similia, (intellige Lector de superioribus seu tenuissimis coriandri foliis non inferioribus.

Sophia.



vide caput de coriandro) sed teneriora: Dioscorides λιπαρώτερα dixit, albicanti abrotano non absimilia: Non itaque Thalietrum veterum: addo geniculis carere plurimis (unde nomen) caulemq; rutę crassitiem non habere, nec campestribus, sed veteribus maceriis, locis ruderatis, lapidosis, arenosis, aliisque incultis exit. Et hęc de ruta, cujus occasione de Thalietro diximus.

Λάπαθον ἀπὸ τοῦ λαπάζειν, ab *inaniendo*, quod decoctum alvum moveat, nomen sortitur. Suidas λάπαθον, λάχανον γαστρὸς κενωτικόν, *olus ventrem evacuans.* Theocriti Scholiastes, ἀλλάπαθα παρ' αὐτοῖς τὰ κενώματα. καὶ λάπαθ☉ βοτάνη τις κενωτική. Dicitur itaque λάπαθον & λάπαθ☉. λάπαθον vulgo *rumex* dicitur, & sic Doctissimus Gaza vertit. Plinius modò sylvestre, modo hortense lapathum sic dici scribit lib. 19. cap. 12. *Solum vero ex omnibus lapathum sylvestre melius; Hoc in sativis rumex vocatur, nasciturque fortissimum* libro vigesimo cap. 21. *Est autem sylvestre —nostri vero rumicem &c.* Lapathum Macer paratellam vocat, quum inquit:

Herba solet lapathi vulgo paratella vocari,
Illius species dicuntur quatuor esse,
Par tamen est fermè vis omnibus in medicina.

Lapathum Galenus betam sylvestrem posse appellari scribit lib. 2. de alim. facul. cap. 47. δύναται τις ὡς σεῦτλον ἄγριον εἶναι φάναι τοῦτλον αὐτὸ (λάπαθον) παραπλήσιον ὑπάρχον ἐν τῇ γεύσει μόνον, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τοῦ κηπευτοῦ τεύτλου. *Licet cuivis, ut ante diximus, lapathum appellare betam agrestem, ut quod non gustu modo, sed viribus etiam betæ hortensi est assimile.* Theophrastus sylvestre lapathum lib. 7. cap. 2. tota forma cum perfectum est simile facit. Vide librum de causis, ubi disputatur, an omnes plantæ quondam feræ. Variis, diversisque in locis Theophrastus notas quasdam lapathi dedit; ac quidem lib. 1. c. 9. singulari constare radice carnosa: quod cap. 3. lib. 7. repetit. Vide etiam quę de lapathi radice ad cap. secundum ejusdem libri annotavimus Lib. 3. de caus. cap. primo, cultu multo deterius fieri scribit, ac inter ea quæ gustatu quandam acrimoniam exhibent, numerat. Videat lector locum. Medicatum saporem quod vulgo patientiam vocant, præ se ferre fateor: acrimoniam tamen habere nego. Quare depravatum codicem suspicor, & in notis probabo legendum πήγανον. Dioscorides oxalis semen (ut mox dicam) acutum & acre scribit. An hoc intelligit Theophrast. an vero vox δριμὺ aliud quid, quam acre significet, mox examinabo. lib. 7. c. 1. cum sol est in leone ferendum pręcipit. Genera lapathi plura esse supra cap. 4. dixit, hoc capite in sylvestre ac urbanum partitur; ac sylvestre gustatu gratius quam urbanum scribit, sed acidius. Lapathi genera Dioscorides proposuit quinque lib. 2. cap. 140. ac primum est oxylapathum, λάπαθον τὸ μὲν αὐτοῦ ὀξυλάπαθον λέγεται. φυόμενον ἐν ἕλεσι, σκληρὸν καὶ ἄκρῳ ὑπόξυ. *Est ex lapathi generibus quoddam quod oxylapathum vocant, in palustribus nascens, durum ac summis foliorum partibus aliquantulum acuminatum.* In veteribus nonnullis codicibus hæc sic leguntur, λάπαθον ἐστι μέγα ἐν ἕλεσι γινόμενον καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον ἐν τῇ δυνάμει τοῦ μικροῦ. ἑφθὸν δὲ βρωθὲν κοιλίαν μαλάσσει, ὠμὸν δὲ καταπλασθὲν μελικηρίδας σὺν κρόκῳ διαφορεῖ. αἱ δὲ ῥίζαι &c. *Lapathum est magnũ quod in aquosis nascitur, per omnia simile, etiam viribus parvo. Coctum ac esum ventrem mollit, crudum vero illitum meliceridas cum croco* (sic enim legendum foret) *discutit. radices.* Vulgatam lectionem probat Oribasius, nisi quod ita distinguat: lapathum σκληρὸν καὶ ἄκρῳ, καὶ ὀξὺ *durum in acumine & acutum*, Plinius l. 20. cap. 21. *Est & alterum genus fere* (lege *feri*, id est *sylvestris*) *oxylapathum vocant, sativo item similium, & acutiora habet folia ac rubriora, non nisi in palustribus nascens.* Oxylapathum dictum botanici scribunt, non quidem quod gustu acutum seu acidum sentiatur, ut oxalis vulgo acetosa dicta; sed quod foliis proveniat in acutum desinentibus. Hoc lapathi genus quidam ἀμάλαπαθον Theocriti esse contendunt, sed nullis argumentis probant. Notum satis hoc genus, ac ab omnibus fere descriptum; vulgo lapathum aquaticum vocant, sylvestre hippolapathum Mathiolus vocat. Sequitur apud Dioscoridem τὸ δέ τι κηπευτὸν οὐχ ὅμοιον τῷ πρώτῳ, *alterum vero hortense, priori dissimile.* In optimo Catacureni codice, οὐκ ἀνόμοιον *non dissimile* legitur. Quam lectionem Plinii jam citata verba approbant. Oribasius legit ὃν μὴ πάνυ ὅμοιον τῷ πρώτῳ. *non omnino simile primo.* Quod omnino verum est: nam sylvestris prior folia fert oblonga, dodrantalia, acuminata, non valde lata, duriuscula. Sativum foliis est majoribus, mollioribusque, & caule multo altiore, ut qui hominis altitudinem non raro assequatur. Τρίτον δέ ἐστι ἄγριον, μικρὸν, παρόμοιον ἀρνογλώσσῳ, μαλακὸν, ταπεινόν. *Tertium genus est sylvestre, parvum, plantagini proximum, molle & humile.* Hæc satis ostendunt turbato admodum ordine genera lapathi descripsisse Dioscoridem. Primum enim quod ponit genus agreste est; secundum sativum, ac demum ad sylvestria redit. Hoc genus breve vocat Horatius Satyra secunda:

Si dura morabitur alvus
Mugilis, & viles pellent obstantia conchæ,
Et lapathi brevis herba.


Lapathum minimum hoc genus Lobelius vocat. Apud nos frequens satis. Ἔτι δὲ καὶ τέταρτον εἶδ☉ αὐτοῦ ὃ ἔνιοι ὀξαλίδα, ἢ ἀναξυρίδα, ἢ λάπαθον (Lacuna ex veteri codice addit ἄγριον) καλοῦσιν, οὗ φύλλα ὅμοια τῷ ἀγρίῳ καὶ μικρῷ λαπάθῳ, καυλὸς οὐ μέγας, καρπὸς ὑπόξυς (vetus codex καρπὸς οὐ μέγας, καυλὸς ὑπόξυς) ἐρυθρὸς, δριμύς, ἐπὶ τοῦ καυλοῦ καὶ ἐπὶ τῶν παραφυάδων. *Est & quartum quod nonnulli oxalidem, alii anaxyrida, aut lapathum* (sylvestre) *appellant. cujus folia sylvestri & exiguo lapatho similia, caulis minime grandis, semen acutũ* (*semen minimè grande caulis acutus*) *rubens*, δριμύ, *in caule & agnatis appendicibus gaudens.* Plinius loco citato, *est autem sylvestre quod alii oxalidem appellunt sativo proximũ, foliis acutis, colore betæ candidæ, radice minima. Nostri vero rumicem, alii lapathum cantherium* — Oxalis à sa-

à ſapore acido dicitur. Galenus lib. 2. de aliment. facult. uti etiam alibi oxylapathum vocat, περὶ ὀξυλαπάθου καὶ τοὔνομα ἐμφαίνει τοῦ φυτοῦ τοῦδε τὴν ποιότητα καὶ τὴν δύναμιν, ἔστι γὰρ λάπαθον ὀξύ. *De oxylapatho, vel nomen ipſum, plantæ hujus qualitatem ac vires indicat. Et enim lapathum acidum.* Recentiores etiam Græci oxylapathum vocarunt. Neophytus ὀξαλὶς, τὸ ὀξυλάπαθον, αἱ ὀξυνίδες anaxyum appellari ſcribit. Idem teſtatur in Theriaca Nicandri Scholiaſtes ἡ δὲ ὀξαλὶς καὶ ὀξυλάπολις καὶ ἀναξυρὶς καλεῖται. Qui oxylapolim vocarit, hactenus repperi neminem. Notant viri docti quod à Græcis barbaris λούμιξ dicitur. Lapathum vocari. Addit vetus codex ἄγριον *ſylveſtre*, & ſic apud Oribaſium ſcriptum reperio. Plinius rumicem & lapathum cantherium vocari ſcribit. Cantherius dicitur equus, cui adempti ſunt teſticuli ut manſuetior fiat, ut Varro lib. 2. de re ruſtica cap. 7. ad finem teſtatur. Cujus verba addo. *Propter quod diſcrimen maxime inſtitutum, ut caſtrentur equi. Demptis enim teſticulis fiunt quietiores, & ideò quod ſemine carent, ii canterii appellati.* An itaque lapathum cantherium dictum quod manſuetum ac domeſticum ſit? Id præter veritatem videtur. Nam Dioſcorides & ipſe Plinius ſylveſtre lapathum oxalin ſcribunt. An ſic dictum quod eo equi delectentur? Hordei genus quod cantherii nomen obtinet, ſic appellatum eſt, quod animalibus pabulum detur meliuſque paſcat. Columella lib. 2. cap. 9. *Proximus eſt his frumentis uſus hordei, quod ruſtici hexaſticum, quidam etiam cantherinum appellant, quoniam & alia animalia, quæ ruri ſunt, melius quam triticum, & hominem ſalubrius quam malum triticum paſcit, nec aliud in rebus egenis magis inopiam defendit.* Refert Tragus, pueros oxalim tempore famis quærere diligenter, ut vitam ſuſtineant. Crediderim tamen, cantherium dictum eſſe lapathum, quod ut hordeum famem, ſic ſua aciditate ſitim extinguat. Et hac de cauſa rumicem Romani hanc plantam vocarunt, quod ab ea ſuccus, non aliter quam à mamma; quam rumen teſte Varrone antiqui Latini dixerunt, ſitientibus exugi ſoleat. Nam foliorum acidus ſuccus, à quibuſdam non ſecus expetitur, ac lac in agnis, qui in ſuis matribus ſubrumantur. Auctor Moreti

Fæcunduſque rumex, malvæ, violæque virebant.

Noſtri ſæculi medici ac pharmacopœi acetoſam, ab acido ſapore vocant. Dioſcorides folia ſylveſtri & exiguo lapatho ſimilia eſſe inquit. Plinius ſativo proximum, foliis acutis, colore candidæ betæ. Uterque recte. Nam ſativum & ſylveſtre folio non multum differunt. Illud in dubium vocari poſſet, an color huic candidæ betæ. oxalis foliorum colorem nigriorem dico. oxylapathum in reliquis æmulatur, ſed folia molliora, virentioraque ſunt, & ſapore acido. *Semen*, inquit Dioſcorides, *acutum, rubens, & acre eſt.* Idem de hoc lapatho Oribaſius. In acetoſæ noſtræ ſemine nulla acrimonia guſtu percipitur. Diverſa itaque eſt acetoſa à veterum oxali, vel Dioſcoridis locus depravatus. Quod non ſit veriſimile; quia eadem lectio apud Oribaſium, vel Dioſcorides in deſcriptione commiſit errorem, quod de Botanicorum principe ſuſpicari nefas. Acetoſam tamen vulgarem, veterum oxalim eſſe, aſſerunt Adverſariorum auctores, quod & ego approbo. Expoſitionem tamen & probationem, qua utuntur, minus probo. *Nam*, inquiunt, *quod cuipiam minus placere poſſet, ſemen* δριμὺ *inibi dici, ſic accipiendum, ut vulgo interdum loquitur; acidum ſive aigre cum acri confundens: alioqui cur illi notiſſimum, ut ſemper fuit vel mulierculis, non putemus?* Durius de auctore probatiſſimo dicuntur. Falſum enim eſt ipſum hos ſapores confundere. ſemen enim oxalidis ὀξὺ καὶ δριμὺ *acidum & acre* inquit. Hoc loco τὸ δριμὺ vel τὴν ἐπίτασιν vehementiam ſaporis, coloriſque denotat, vel adſtrictionem. Heſychius δριμύ. ὀξύ, σφοδρόν, θερμόν, ταχύ. δριμύς. ὀξύς. συντηκός. Semen acetoſæ intenſè rubet, valdè acidum eſt, & adſtringit. Acetoſæ genera plura obſervavit recentior ætas, de quibus Bauhinum conſulat Lector. Apud nos hæc reperiuntur acetoſæ genera. Vulgaris cujus folia aliquando media parte virent, altera verò candida ſunt (& ideò fortaſſis Plinius colore betæ dixit) aliquando in imo utrimque bifurcata; nonnunquam criſpantur. Oxalim aliam habemus folio ampliſſimo, quam neſcio cur Hiſpanicam vocent vulgo. Tertiam acetoſam Romanam dicunt, folio ſubrotundo hæc ut plurimum conſtat, nonnunquam, ſed rarius ad formam foliorum boni henrici, oblongo ac in acutum deſinente obſervatur. Hoc genus Dodonæus Dioſcoridis tertium lapathum eſſe putat. Nos quod minimum vocat lapathum Dodonæus, tertium Dioſcoridis putamus; idq; quod cum vulgata acetoſa majore, quam hæc rotundifolia oxalis, habeat ſimilitudinem. Satis frequens apud nos reperitur in arvis agriſque. Vulgo acetoſam ovillam appellant. Tuberoſa aliquando, ſed rarius apud nos reperitur, nec niſi in botanicorum diligentiorum hortis. Miſit ante annos aliquot Guilhelmus Boelius ex Hiſpaniis ſemen acetoſæ. Id prælongæ tuberoſæ radicis nomine natum, radicem habebat intus è luteo rubram, cortice ex nigro rubente veſtitam, longam, tuberibus quibuſdam, non tamen multis donatam; folia vulgatæ acetoſæ majora dilutiuſque, virentia, nec caulem, nec florem tulit; hyeme enim ſubſequente peribat. His addit Dioſcorides Hippolapathum. De quo hæc ſcripſit, ἱππολάχανον λάχανόν ἐστι μέγα ἐν ἕλεσι γινόμενον. *Hippolapathum olus eſt magnum in paludibus naſcens.* Plinius lib. 20. cap. 21. *Sunt qui hydrolapathum tradunt in aqua natum. Eſt & aliud hippolapathum majus ſativo, candidiuſq; ac ſpiſſius.* Idem ad finem capitis. *Adjecit Solon (ne quid omittamus) bulapathũ, radicis tantum altitudine differens.* Hec tria lapatha unam eandemq; crediderim plantam; idq; quod veterum nemo Hydrolapathi, vel Boulapathi

Hydrolapathum magnum Lob.



faciat mentionem; ab aliquibus Hydrolapathũ dictum, quod in aquis naſcatur. Boulapathum Hippolapathum dicitur à magnitudine: nam βοῦς & ἵππος in compoſitionibus apud Græcos magnitudinem ſignificant, ut βούπαις *magnus puer*, βούσυκα *ficus majores*, βουμέλια *magna fraxinus*, ἱππομανὴς *valde inſanus*, ἱππόφαιστον *Hippophæſtum, quod inſignem ſplendorem lanis præbeat.* ἱππομάραθρον *fœniculum magnum.* Verbo ut abſolvam, ut ἱπποσέλινον & βουσέλινον *apium magnum*; ſic ἱππολάπαθον & βουλάπαθον *lapathum magnum*; quod ignoraſſe videtur Plinius, vel ſaltem non ſatis ad hæc attendiſſe. Sed ſolet Plinius ὁμογενῆ ſeparare, ἑτερογενῆ conjungere. Hippolapathum vulgo Rhabarbarum monachorum vocant; eo quod monachi, aliique, ante ſæculum botanici, Rhabarbarum crediderunt, quod radicem haberet craſſam, interiore pulpa dilutè rubeſcente. Ad hoc genus referri debet quod Pharmacopœi noſtri Rhabarbari nomine in hortis colunt. Foliis eſt ſub rotundis, amplis admodum, flore candido muſcoſo, alioquin ſatis ſimilis lapatho vulgari, cujus

jus tria genera observantur. Primũ folio oblongo, radice longa, intrinsecus rufescente. Secundũ folio rotundo, Tertium folio subrotundo, fibris transversis, radice intus ex rubedine flavescente. Et hoc Alpinus Rhapontici Tracici nomine descripsit; qui hoc lapathi genus, Rhaponticũ Dioscoridis esse, his argumentis probat. Primũ quod Ioannes Tzetzes, Hesiodi commentator, scribat, lapathi radicem olim ab antiquis rheum fuisse appellatam. ἀλάπαθα γὰρ ἀττικῶς τὰ κινήματα, ἔστι δὲ καὶ λάπαθος βοτάνη κινητική, ἣ καὶ ἀλάπατος λέγεται, ἧς ἡ ῥίζα τὸ λεγόμενον ῥέον. *Alapatha Attici purgationes vocant; est autem lapathus planta ventrem solvens, quæ & alapatos dicitur, cujus radix, quod rheon vocatur.* Alterum argumentum; quod ipsius radix ad amussim cum rha Dioscoridis conveniat, ita ut ne vel una nota, quod sit legitimum rha, desideretur. Tertium addit; quod Ioannes Quirinus Cinoglerus Germanus affirmarit, se hanc plantam in Moscoviæ (quam olim Scythiam vocarunt) locis, copiosius prodire, ac vivere conspexisse. Ad postremum hoc respondeo, Clarissimum virum Alpinum deceptum fuisse ab hoc Quirino. Nam Mercatores qui quotannis ex Moscovia ad nos Rhabrhaberbarũ Ponticumq; advehunt, omnes uno ore asserunt, nullibi in Moscovia nasci, sed à Tartaris adferri in Moscoviam, atque ibi ab ipsis divendi. Retulit mihi Ioannes ab Elten, dum viveret plantarum indagator acerrimus, se cum in Mascovia, (ubi per annos aliquot Mercaturam excercuit) degeret, omne studium, summamque diligentiam adhibuisse ut plantam rhei virentem conspicere posset; promisisse insuper Tartaris, si vivam ipsi plantam adferrent, multos daleros imperiales: sed nunquam id potuisse ab ipsis impetrare, quamvis se facturos spopsonderant. Hæreo an Quirinus ille quondam Chirurgus, Amstelodamensibus notissimus, is sit qui Alpino imposuerit. Sane hunc aliquandiu in Moscovia degisse cunctis civibus nostris constat. Homo erat improbus, de quo ni effugisset, Moscovitarum Imperator capitis supplicium sumpsisset. Hoc obiter. Alterum argumentum majoris ponderis, verba Dioscoridis audiamus, lib. 3. cap. 2. ῥᾶ, οἱ δὲ ῥῆον καλοῦσι (Alter codex ῥᾶ ἢ ῥέον, (& sic Oribasius) addit vetus aliquis codex, πολλοὶ δὲ ῥαπονтικόν, sed ista irrepsisse doctiorum est opinio, quod probabile nobis, quia apud Oribasium non reperiuntur) γεννᾶται ἐν τοῖς ὑπὲρ βόσφορον τόποις, ὅθεν καὶ κομίζεται. ῥίζα ἔξωθεν μέλαινα, κενταυρείῳ τῷ μεγάλῳ ἐοικυῖα, μικροτέρα μέντοι καὶ ἐρυθροτέρα, ἄοσμος, χαύνη, ὑπόκουφος. ἔστι δὲ αὐτῶν κράτιστον, τὸ ἀτερηδόνιστον, ἐγγλισχρόν τε. κατὰ τὴν γεῦσιν μετὰ ἀνειμένης στύψεως, διαμασηθὲν ὕωχρον καὶ κροκίζον ποσῶς τῷ χρώματι. — ἡ δὲ δύναμις αὐτοῦ, συπτικὴ μετὰ ποσῆς θερμασίας. *Rha, quod aliqui Rheum vocant, provenit in iis quæ supra Bosphorum sunt regionibus*(Ammianus Marcellinus lib. 12. suarum histor. Tanais quæ inter Caucasias oriens rupes, per sinuosos labitur circumflexus, Asiamque ab Europa disterminans, in stagnis Mæotis delitescit: huic rha vicinus est amnis, in cujus super ciliis vegetabilis quædam ejusdem nominis gignitur radix, ad multiplices medelarum usus proficiens. Rha nostrum ex Thraciæ fertur montibus Rhodopeis vocatis, allatum ac repertum in planicie apud fontem Hebri fluminis) *radix foris nigra* (rhei tracici radix foris ruffo colore visitur, id quod non negat Alpinus, cum exsiccatam exterius in cortice nigram, inquit; intentiori ruffo: observavi, nigredinem nullam observare potui, sed, ut alibi dixi, vox μέλας latè apud botanicos antiquiores sumitur) *centaurio magno similis* (centaurium majus μονόῤῥιζον, rha tracicum πολύῤῥιζον) *sed minus & rubicundior*(Centauri majoris radix foris nigricans, intus rubescens, succo sanguinei coloris pregnans, cujus quidem radix rubra intus, sed neutiquam magis rubra quam centaurei: dilutè rubrum succum mittit, apud nos magnitudine non cedit radici Centaurei) *sine odore* (Dodonæus εὔοσμος legendum contendit. nam cum veteres omnes rheo tenues aëreasq; confiteantur inesse partes, odorem quoque simul inesse innuere videntur: tenui enim aëreæque substantiæ odor comes esse solet; odorata enim tenuia sunt essentia. Vulgatam lectionem defendit Plinius. Potuit, inquit Dodonæus, in depravatam incidisse lectionem Dioscoridis, qui tenuium partium rha esse non scripsit, sed adstringens valdè esse; quod & Galenus affirmat, cum aliquanto calore: addit tamen lib. de simpl. facult. Gal. aeream quandam substantiam) *laxa, seu fungosa, aliquantulum levis. Optimum habetur quod teredines non sentit, si gustatum cum adstrictione remissa lentescat, & commanducatum colorem reddat pallidum, & quodammodo ad croceum inclinantem — cæterum summa ipsius vis adstringens, cum aliquanto calore.* Hæc cum Galeni scriptis comparanda. Is enim quod fungosum est damnat, & tanquam depravatum ac spurium esse lib. 1. de antidotis cap. 14. præcipit. ἐπὶ δὲ τοῦ ῥήου καὶ αὐτοῦ παρασκεύασις μέν ἐστι — ὅτι γὰρ τὸ διὰ τῆς ὄψεως αὐτοῦ κρινόμενον πυκνὸν καὶ συνηγμένον ἔχει τῆς ὅλης οὐσίας, ἀλλ' ἔστιν ἀραιότερον ἐν τῇ γεύσει τε καὶ στύφουσαν ποιότητα παντάπασιν ἀμυδράν, ἢ οὐδ' ὅλως ἔχει, καί τοι γε ἰσχυρὰν ἔχοντος, τοῦ ἀκμαίου ῥήου τιτρᾶται μέν τι καὶ ταχέως. *In rheo quoque fraus committitur — nam adulteratum visus densum per totum & compactum non esse docet, sed rarius, & gustu tentatum saporem adstringentem, vel nullum vel obscurum remittit, cum tamen si adulteratum non sit, vehementer adstringat, cito tamen & ipsum foraminosum efficitur.* Galeni hanc improbat sententiam Alpinus; idque quia radix rhei tracici laxa & fungosa est; tum quod Galenus lib. 7. de simpl. med. facult. Dioscoridis sententiam probare videatur, quod nimirum radix rhapontici sit laxa, & aliquantum levis, cum levi & non multa adstrictione. Hoc postremum non dixit Galenus. Verba ipsa audiamus. ῥῆον ἔνιοι δὲ προσαγορεύουσιν αὐτὸ ῥᾶ, μικτῆς ἐστι κράσεώς τε καὶ δυνάμεως. ἔχει μὲν γάρ τι καὶ γεῶδες ψυχρόν, ὡς ἡ στύψις δηλοῖ. σύνεστι δέ τις αὐτῷ καὶ θερμότης, ὑπόδριμυ γὰρ ἐπιπλέον διαμασώμενον φαίνεται, καὶ μὴν ὡς ἀερώδους πως οὐσίας μετέχει λεπτομεροῦς, δηλοῖ μὲν καὶ ἡ χαυνότης τε καὶ ἡ κουφότης, ἀτὰρ οὐχ ἥκιστα καὶ τὰ ἔργα, δι' αὐτὸ γάρ τοι τοῦτο, καὶ τοι στῦφον ὅμως — ὅτι δὲ καὶ τὰ τῆς στύψεως ἔργα γενναῖα καταμαθεῖν ἐστιν — οὐ γὰρ ἀντιπράττει τῷ γεώδει ψυχρῷ, τὸ λεπτομερὲς ἀερῶδες. ἀλλ' οὖν τὸ ποδηγοῦν τε, καὶ εἰς βάθος ἄγον, αἴτιον ἰσχυροτέρας ἐνεργείας γίγνεται. *Rheum, quidam id rha nuncupant, mistam habet tum temperaturam, tum facultatem: habet enim quoddam terrestre frigidum, ceu indicio est adstrictio, & adjuncta est quædam caliditas: siquidem si plusculum mandatur, subacre conspicitur, quin etiam aereæ cujusdam substantiæ subtilis est particeps: quod indicat tum laxitas, tum levitas: verum & opera. Ob hanc tenuium partium facultatem ac adstringentem simul vim — porro quod adstrictionis opera haud instrenua sunt, hinc discere licet —— nec enim reluctatur terrestri frigido, tenue aëreum: immo eo quod deducat, & in altum perducat valentioris affectus causa existit.* Non igitur parum adstrictionis habet, ut Alpinus scribit, sed vehementer adstringit, quod ad capitis finem testatur Dioscorides. In cujus verbis contradictio manifesta. Quomodo enim adstringens ejus vis summa esse potest, & gustatu remissam adstrictionem cum lentore præbere? Verba Galeni de Antidotis probat Avicenna lib. 2. tract. 2. cap. 585. sed altius rhei historiam examinare non decrevi. vide Salmas. exerc. pag. 796. & 797. &c. vide cap. de Centaurio. Illud videndum, an in rheo tracico hæ facultates sint. Fungosa, laxa, inodora hujus radix quod sit, negari non potest, præcipuè exsiccata, in recenti adstrictio nulla; exsiccata adeò exigua est ut vix percipi possit cum levissima acrimonia, alioquin insipida, inepta ad validam adstrictionem. Recentes foliorum pediculi, si comedantur, non ingratum saporem subacetosum, aromaticum palato exhibent. Ex his satis constat non esse rha Dioscoridis, aut Galeni. Restat argumentum examinemus ex scholiaste petitum. Hic lapathi radicem ῥέον appellari scribit. τὸ λεγόμενον inquit ῥέον, *quæ nunc rheon appellatur.* Non itaq; antiquis, sed recentioribus lapathi radix sic dicta est; id enim τὸ λεγόμενον indicat. Præterea antiquis rha non ῥέον, sed ῥᾶ vel ῥῆον, vel, ut in aliquibus codicibus, ῥέον dictum fuit. Nemo ῥέον appellatum scripsit. ῥέον lapathi radix dicta est, quod alvum moveret, ἀπὸ τοῦ ῥέειν *fluere, solvere*, quod alvum subduceret. Quam vim rheo tracico inesse nostrates observarunt, qui pro Rhabarbaro vero hactenus hanc plantam coluerunt. Lapathum ob causam dictam nomen illud accepisse, verba scholiastis præcedentia satis indicant. Rhaponticum itaque tracicum, veterum non est rha; idque quod radici centaurii majoris similis non sit; nec ea rubicundior, quodque strenue, uti Dioscorides & Galenus scriptum reliquere, non adstringat. An odoratum, an inodorum rha sit in medium relinquo. Dodonæi sententiam non rejicio, uter rectius Galenus an Dioscorides de viribus rhei scripserit in notis ad Dioscoridẽ examinabo.

Σέλινον dictum scribunt διὰ τὸ φύειν ἐν ἕλεσι, *quod in palustribus libenter nascatur*, quasi ἕλους σπόρον, *paludibus impulsum*. Qua de causa Homerus Ilrad. β. ἐλεόθρεπτον σέλινον in paludibus educatũ apium. Eodem epitheto utitur Nicand. in Theriaca — ἐλεόθρεπτον τε σελίνου σπέρματα. Interpretes *apium palustre apiique palustris semina* vertunt. Melius — *algosas apii nascentis ad undas semina.* Fortassis σέλινον ἀπὸ τῆς σελήνης, vel ἀπὸ τοῦ σεληνιακοῦ *morbo comitiali lunatico*, quod epilepsia laborantibus obsit, ac

novum

novum paroxysmum creet. Sed tum σέλινον περιγράφειν, perscribendū, ut in antiquo legitur codice. Trallianus lib. 1. c. 15. de morbo comitiali, τὸ δὲ σέλινον παραιτεῖσθωσαν, ὡς φυσικῶς τοὺς ἐπιληπτικοὺς βλάπτον. *Apium vitandum est, ceu naturaliter comitiales offendens.* Idem Avicenna scribit. Plinius lib. 20. cap. 11. *Ambo* (Chrysippus & Dionysius) *neutrum ad cibos admittendum; immo omnino nefas: nam id defunctorum epulis feralibus dicatum esse, visus quoque claritate inimicum. Caule feminæ vermiculos gigni. Ideoque eos qui ederint sterilescere, mares fœminasque. In puerperiis vero ab eo cibo comitiales fieri qui ubera hauriunt, Innocentiorem tamen esse marem.* Plinium fabulosa scripsisse, ex recentioribus qui scribant, non desunt medici; hac moti ratione, quod Galenus in consilio pro puero epileptico, apium adversus hunc morbum præscribat, tum quod quotidie apio vescamur, nec epilepticum paroxismum patiamur. Galeni verba hæc sunt, χρὴ γὰρ καὶ τούτων ἀπογεύσασθαι τὰ σύμμετρα, πράσου δὲ καὶ σελίνου, καὶ σμυρνίου παραλαμβάνεσθαι ποτὲ συνοίσει. *Etiam ex iis moderate quippiam, porrum interdum, & apium & Smyrnium degustare conferet.* Notanda verba παραλαμβάνεσθαι ποτὲ *interdum*, aliquando *apponere*, *attingere* conferet, quasi diceret, si copiosius ac sæpius his utatur, damnum inferent. Id quod aperte satis paulo infra testatur. πλεονάζειν δὲ ἐν τῇ χρήσει τῶν ἐδεσμάτων, ὅσα θερμόν τι καὶ τμητικὸν ἔχει χωρὶς ἐπιτηδείας κακοχυμίας, ἢ πνεῦμα ὀδμῆς ἀψαμένης τῆς κεφαλῆς δυναμένης ἐκ τούτων δὲ τοῦ γένους ἐστὶ καὶ ὅσα διὰ θερμότητα τὴν κεφαλὴν συμπληροῖ καθάπερ οἶνος καὶ νᾶπυ, καὶ πετροσέλινον, καὶ δαῦκος, καὶ κρόμμυον, καὶ σμύρνιον, ταῦτα μὲν ἐκ παντὸς τοῦ δέοντος ἐπὶ καυσώδη τι καὶ κακόχυμα. *In esculentorum autem usu abundent illa quæ acuta sunt, & virtutem incisivam habent: dummodo insigniter non sint mali succi, odoremque habeant, qui caput tentet: quorum ex genere sunt, quæcunque per caliditatem replent caput, quemadmodum vinum, & sinapi, & petroselinum, & daucus, & cæpe, & Smyrnium:* (si supra laudasset magnopere Smyrnium Selinumque, non hoc damnaret loco. Illud etiam notandum, quod hoc loco pro porro cæpam, pro selino vulgari Petroselinum, tanquam optimum in suo genere substituerit. Nam rarum admodum alioquin Petroselinum, ut suo loco dicam) *hæc nimirum ultra modum inflammativa sunt, & malos humores generantia.* Posset & alio modo Galenus cum Tralliano conciliari. Nempe viride apium quia crassos malosve vapores in caput mittit, qui facile cum humore ingrediuntur ventriculos cerebri, epilepticis nocere, contra siccum præcipue semen quod dissipet & attenuet prodesse; quod & de Coriandro observarunt. Sed hoc siccum insuper facultatem habet corroborandi nervos, qua forte non destituitur Selinum. Alterum quod ab experientia movent argumentum, nullius momenti est. Etenim non omnibus apii esus est noxius, nec epilepsiam generat, sed iis tantum qui hoc morbo laborant, quorum cerebrum est debile ac infirmum. Et hoc aperte satis Trallianus, secus Plinius. Sed hic de lactantibus loquitur, quorum cerebrum languidum & debile est, multisque vaporibus & humiditatibus repletum. His utrum non noceat, observare convenit. Reliqua Plinii verba videamus. *Neutrum, inquit, apium in cibis admittendum.* Causam addit, quod defunctorum epulis dicatum est. Iis qui periculosius ægrotant, apio opus esse dicimus. Plutarchus 5. symposiac. pag. 676. καὶ τοὺς δ' ἐπισφαλῶς νοσοῦντας δεῖσθαι τοῦ σελίνου φαμέν. Proverbii causam addit in Timoleonis vita; ubi milites ad pugnam castris educti mulis apium ferentibus obvii infaustum augurium putavere; quoniam apii coronæ sepulchris imponerentur, ημιόνοις ἀναβαίνοντι πρὸς λόφον, ὃν ὑπερβαλόντες κατόψεσθαι τὸ στράτευμα, καὶ τὴν δύναμιν τῶν πολεμίων, ἐμβάλλουσι ἡμίονοι σέλινα κομίζοντες, καὶ τοῖς στρατιώταις εἰσῆλθε πονηρὸν εἶναι τὸ σημεῖον, ὅτι τὰ μνήματα τῶν νεκρῶν εἰώθαμεν ἐπιεικῶς στεφανοῦν σελίνοις καὶ παροιμία τις ἐκ τούτου γέγονεν, τὸν ἐπισφαλῶς νοσοῦντα δεῖσθαι τοῦ σελίνου. Aliam tamen causam adfert Arnobius adversus gentes lib. 5. ubi hæc refert: „Oblivioni etiam „sacra corybantia donentur, in quibus sanctum my„sterium illud traditur, frater trucidatur à fratribus, „interempti ex sanguine apium nascitur, prohibitum olus „illud mensis apponi, ne à manibus mortui in expiabi„lis contraheretur offensio. Clemens etiam Alexandrinus exhortatione ad Græcos hujus rei meminit. ὃ ἀλέξον ἀπαγορεύουσι ἐπὶ τραπέζης τίθεσθαι. Quod porro inquit Plinius *mares fœminasque qui eo ederint sterilescere*, id falsum esse Belgarum adagium docet, **Petersely helpt de Mannen te paerdt / de Vrouwen onder de aerdt/**

quo significant marem fœminamque ad venerem accendi. Geoponicῶn auctor lib. 12. cap. 13. βεβαιοῖ δὲ τὸ σέλινον καὶ θερμότερας εἰς τὰ ἀφροδίσια ποιεῖ τὰς γυναῖκας ὅθεν οὐδὲ χρὴ συγχωρεῖν ταῖς τιθηνούσαις ἐσθίειν τὰ σέλινα, καὶ μάλιστα διὰ τὸ ἐπέχειν τὸ γάλα. *Apium comestum ad venerem procliviores reddit fœminas. Idcirco lactantibus non oportet concedere, præsertim ob id quod lac cohibeat.* Interpres vertit. *Apium in cibo acceptum, proprias vulnerum fluxiones magis pronas deferri facit; quare non permittendum lactantibus, ut apium edant.* Quid velit non capio. Idem Plinius lib. 19. cap. 8. *Honos ipsi* (apio) *in Achaid, coronare victores sacri certaminis Nemeæ.* Artemiodorus lib. 5. cap. 7. disertim tradit, σελίνῳ ἐν νεμέᾳ τοὺς νικῶντας στεφανοῦσθαι, ac ideo Nicander in Theriaca scriptum reliquit in Nemea repertum.

Καὶ σπέρμα θ' ὃ νεμεαῖον ἀειφύλλοιο σελίνου.

Iunge apii semen nemeæum fronde perennis.

Νεμεαῖον, inquit Scholiastes, ὅτι ἐν νεμέᾳ εὑρέθη ἡ βοτάνη αὕτη, *sic dixit quod herba ipsa in Næmea inventa*, sed cur apium dictum coronamentum Nemæum? Dicunt Danaum, qui Nemeam possedit, cum filias elocaret, certamen decurrentium ostendisse procis metas, in quibus provenerat apium, quod excerpsit is qui cursu cæteros anteverterat. Hinc apium, quod illius victoriæ fuit symbolum, manasse ad posteros. Alii vero scribunt nemeas equas Iunonis, à quibus ibi pascentibus loco nomen inditum, apio, cujus ibi copia erat, fuisse nutritas. Nec his tantum alimentum fuit, sed illarum omnium quæ in nemæis ludis decurrebant, neque mirum, si pabulum velocissimi animalis, quod sua celeritate victoriæ causa esset, uti pro insignibus cœpit, atque adeo pro præmio victoriæ. Certe equos bellatores apud Homerum Iliad. β. apio pastos legimus.

-- ἵπποι δὲ παρ' ἅρμασιν οἷσιν ἕκαστος

Λωτὸν ἐρεπτόμενοι ἐλεόθρεπτόν τε σέλινον

Ἕστασαν.

Equi vero apud currus proprios unusquisque

Lotum commedentes in palude nutritum apium

Steterunt.

Nec tantum hac herba nutriuntur equi, sed etiam medentur. Idcirco Homericus ille Achilles Chironis discipulus, medendi artis peritissimus, non tantum hominibus, sed ipsis bestiis consultum cupiens, post alias herbas injicit illis apium. (vide Plutarch. 5. symp. pag. 678.) Nec id sine ratione. Nam apium morbo pedum medetur, quo post laborem indefessum otiosi equi laborant. Non tantum Nemæi certaminis præmium est apium, sed etiam victores ludi Isthmici hac herba coronatos fuisse scribunt veteres. Diodorus Siculus lib. 16 καὶ τυχὼν ὑποζυγίων σέλινα κομιζόντων εἰς τὰς στιβάδας, ὁ Τιμολέων ἔφη δέχεσθαι τὸν οἰωνὸν τῆς νίκης. τὸν γὰρ ἰσθμιακὸν στέφανον ἐκ σελίνου συνίστασθαι οἱ δὲ στρατιῶται, παραγγείλαντος τοῦ Τιμολέοντος ἐκ τῶν σελίνων πλέξαντες στεφάνους, καὶ ταῖς κεφαλαῖς περιθέντες, προῆγον μετὰ χαρᾶς, ὡς τῶν θεῶν προσημαινόντων αὐτοῖς τὴν νίκην ὅπερ καὶ συνέβη γενέσθαι. *Forte accidit ut apiorum fasciculi ad insternendos thoros à jumentis aportarentur. Hoc victoriæ omen se amplecti dixit Timoleon. Istmiacam enim coronam ex apio contexi. Quin etiam milites, jubente sic Timoleonte, ex apiis sibi corollas nectunt, hisque capita redimiti, cum gaudio in hostem tendunt, ac si certam dii victoriam portenderent, quod etiam eventus ratum fecit.* Idem loco citato Plutarchus. Apium in isthmico ludo signum victoriæ, testatur Pindarus Olymp. od. 13.

Δύο δ' αὐτὸν ἔρεψαν πλόκοι σελίνων ἐν

Ἰσθμιάδεσσιν.

Φανέντα· νεμέα τ' οὐκ ἀντιξοεῖ.

Duo autem ipsum coronarunt plicamenta

Apiorum in isthmiadibus

Conspectum: nemeaque non discrepat.

Utroque itaque in certamine victori apium dabatur.

Hoc tamen discrimine, ut in Nemeis ex apio viridi, in Istmicis verò (mediis nempe temporibus, prioribus enim & postremis pinum dabant) ex arido coronæ fierent. Quod ideò factum putant, quod ludi hi ἐπιτάφιοι fuerint; apium vero habitum sit, inferis consecratum esse, quod victoriæ esset symbolum. Latinis apium dictum fuit ab apice nomine deducto, hi enim apicem capitis apio coronabant. Macer.

Est apium dictum quod apex hanc ferre solebat
Victoris, veterum fieret dum more triumphus.
Ipse sibi talem prior imposuisse coronam
Dicitur Alcides; morem tenuere sequentes.
Ast alii dictum credunt, quod apes vehementer
Illius soleant avidè decerpere flores.
Hanc herbam selinon solet Attica dicere lingua.

Variis in locis apium descripsit Theophrastus Lib. 1. cap. 9. singulari radice constare, sed magnas subgerere propagines scribit; cap. 15. inter perpetuo virentia recenset. Ideo Nicander ἀείφυλλον dixit versu supra citato. Scoliastes exponit διὰ τὸ μὴ ἀποβάλλειν τὰ φύλλα. Cap. 17. foliis jam perfectis, emittere caulem, cap. 19. saporis quandam suaveolentiam præstare. Lib. 7. c. 1. cum Sol in Aquario est, serere præcipit, ac ex semine tardissimè omniū provenire, quadragesimo nempe vel quinquagesimo die: c. 2. lib. 7. diuturnā esse, & licet capitata non sit, tamen germinare, c. 3. radicem habere carnosam, lib. 5. de caus. c. 6. & 7. de cultu ejus agit, lib. 6. de causis cap. 16. radices caulesq; cur dulces sint, secus verò folia causam dat. Eodem lib. cap. 22. fructum scribit esse odoratum. Hoc capite differentias recenset, ac apium aliud sativum, aliud sylvestre esse inquit. De sativi differentiis supra egit. De quo pauca nobis dicenda; ac primum probandum, Petroselinum vulgo dictum, apium esse veterum, & quod apium vulgo vocant, eorundem paludapium esse. Vulgare Petroselinum omnes notas habere, quas de Selino, sive apio sativo veteres tradiderunt, fatentur botanici recentiores omnes. Apium vulgare, sive id, quod Pharmacopœi sine distinctione sic vocant, non esse sativum apium, probatur vel eo argumento, tum quod in condimentis gratiam nullam habeat, ac propter odorem ingratum ab omnibus rejiciatur. Plinius lib. 20. cap. 11. *Apio gratia vulgo est; namque rami largis portionibus per jura innatant, & in condimentis peculiarem gratiam habent:* Tum quod singulari non constat radice, quæ magnas subgerat propagines, sed quod radicem habet multis cohærentem fibris. Tum quod in caulibus, folioque apii vulgaris nullum reperiatur discrimen; ut de sativo scripsit Theophrastus cap. 4. hujus libri, ubi has apii sativi scribit differentias. *Aliud inquit, folio spisso, crispo, densoque, aliud rariori latiorique, cauleque majori. Horum iterum aliud candidi caulis, aliud purpurei aut versicoloris: verum ad summam, ejusmodi omne sylvestri proximum est.* Sic Plinius lib. 19. cap. 8. *Et sativi autem differentiæ in folio denso, crispo, aut rariore, & leviore* (Theophrastus πλατύτερον, non λειότερον) *Item caule tenuiore, aut crassiore, & caulis aliorum candidus est, aliorum purpureum, aliorum varius.* Ex his quod crispo folio est, arte sic reddi scribit lib. 2. cap. 5. ipsamque artem ibidem docet, & lib. 5. de caus. cap. 6. Videat lector quæ ad postremum annotavimus locum. Plinius lib. 20. cap. 11. apium aliud marem, aliud fœmiam: ac ex Chrysippi sententia, fœminam esse dicit, foliis crispioribus & duris, crasso caule, sapore acri ac fervido. Et ex Dionysii auctoritate nigrius ac brevioris esse radicis. An itaque crispum etiam apium à natura est, non arte? Sanè sic videtur. Lucianus capillos muliebres, eos qui offunduntur circa aures & tempora, esse multo crispiores inquit, quam apium in pratis. οἱ δὲ παρ᾽ ὦτα καὶ κροτάφους πολὺ τῶν ἐν λειμῶνι οὐλότεροι σελίνων. De colore diverso hæc Plinius lib. 19. cap. 8. *Proprium ei quod colorem mutat.* Quod colorem apium aliquando mutat, certum est; sed an hoc ipsi proprium sit, affirmare est difficile. Magnum ut fiat apium Geoponicōn docet auctor loco supra citato: μέγαλα ἴσως σέλινα ἐὰν ποιεῖν θέλῃς, τοῦ σπέρματος τοῖς τρισὶ δακτύλοις συλλαβὼν ἐνδήσῃς, εἶτα κόπρον περιπλάσας, εὐθὺς φυτεύσῃς. ὁμοίως δὲ μέγιστον ἴσως σέλινον, καὶ περιορύξας αὐτοῦ τὰς ῥίζας ἄχυρα περιβάλλῃς καὶ ἀρδεύσῃς &c. *Magnum evadet apium, si seminis ejus quantum tribus digitis apprehendi potest, in panniculum vetustum illigaveris, deinde stercore intectum statim rigaveris. Similiter maximum erit apium, si circumfossis radicibus paleas adjeceris ac rigaveris. Majori denique, minori, latiori, angustiori, densiori, rariorique folio procœli solique ratione apium evadet.* Sed de his in libro de causis. Et hęc quidem de sativo apio. Paludapium, vel quod apium officinæ vocant, Gręci ἑλειοσέλινον, vel ἑλεοσέλινον appellant, quidam ὑδροσέλινον quasi, humentium alumnum. Id Theophrastus apud aquæ ductus, & in paludibus provenire scribit: folio inquit esse raro nec hirsuto, figura, sapore, odore quodammodo apio simile. Rectè addit πῶς. Nam odore est ingrato, apium vero non est insuave. Plinius lib. 19. cap. 8. *Id enim quod sponte in humidis nascitur Heleoselinum vocatur, uno folio, nec hirsutum.* Plinius legisse videtur μονόφυλλον. Tale non est palustre apium. Viri doctiores corrigunt, *raro folio, nec hirsuto.* Describsit Heleoselinon Dioscorides lib. 3. cap. 75. ἑλειοσέλινον φυόμενον ἐν τοῖς ἐφύδροις τόποις μεῖζον (Oribasius ὀλίγῳ addit) τοῦ κηπαίου σελίνου, &c. *Nascitur aquosis locis, sativo* (aliquanto) *grandius.* Palladius in April, tit. 3. *Et Heleoselinon molli folio & caule tenero, quod nascitur in lacunis.* Et hæ sunt notæ, quibus à sativo differt palustre. Apium officinis dictum, paludapium veterum esse, probatu non est difficile; quippe notas omnes habet quas tradidere veteres, quod in dubium hactenus vocavit botanicorum nemo. Non esse sativum, præter jam dicta vel eo probatur, quod Petroselino vulgari majus est, apium vero sativum in totum minus sit. Errat magnus botanicus, quod Columellam de hoc apio lib. 11. cap. 3. agere scribit. *Apium,* inquit Columella, *quoque possis plantis serere, nec minus semine, sed præcipue aqua lætatur, & ideo secundum fontem commodissimè ponitur, quod si quis id velit lati folii facere* —— *vel si crispæ frondis* &c. De sativo loqui Columellam ex Palladio probatur, & Theophrasto, lib. 5. cap. 6. de caus. qui hæc de cultu apii, non de palustri, sed de sativo tradunt. Addo neminem usque adeo delectari palustri apio, ut hanc adhibere velit in colendo diligentiam. Columellam de aquatico loqui, credidit summus botanicus, quod scribat aquis lętari. Sed hoc argumentum levis est ponderis; cum notum sit, apium græcis σέλινον dici, quod aquis delectetur; & apud aquas pulchrius proveniat. Quin etiam de sativo agere Columellam, vel illud arguit, quod circa fontem ponendum præcipit; cum palustre juxta fontes & paludes sponte sua copiose satis nascatur. Ἱπποσέλινον sequitur. Doctissimus Gaza equapium vertit. cum, ut jam sæpe à nobis dictum, in compositionibus vox ἵππου magnum significet. Id quod vel Nicandri Scholiastes docet: ὃ δὴ οὕτως ὀνόμασαν διὰ τὸ μέγα εἶναι, ἢ διὰ τῶν ἵππων στραγγουρίαν. Id est, *Sic dicitur quod magnum sit, vel quod equorum urinæ difficultati medeatur.* Illud difficilius explicatu, an Nicander Hipposelinum Theophrasti, an vero Dioscoridis intellexerit; simulque indagandum, an una eademque sit planta. Quod Dioscoridis intellexerit, ex capite de Smyrnio palam fiet. Botanicus tamen magni nominis docet, quod Theophrastus Hipposelinum, id Dioscorides Smyrnii nomine describere, docetque unam eandemque plantam esse; utrumque tamen Smyrnium vocari, & Theophrastum Hipposelini & Smyrnii historiam confundere; quod tam botanicis quam litteratoribus & cæteris viris doctis placet. Botanici ut suam probent opinionem, his utuntur argumentis. Theophrastus Hipposelino tribuit radicem nigram, Dioscorides vero candidam, Smyrnio nigram. Addunt, Dioscorides Smyrnium odore Myrrhæ esse scripsit, quod de Hipposelino tradit Theophrastus. Hic etiam ex Hipposelini radice nigra & crassa lachrymam defluere docet Myrrhæ similem, quod idem de Smyrnio monuit Dioscorides. Sed sciendum; Dioscoridem cum albam inquit radicem, intelligere intus albam: Theophrastus vero cum nigram dicit, foris nigram intelligere. Id quod Apuleus rectè novit; cujus verba infra citantur. Hunc loquendi morem familiarem esse Dioscoridi, exemplis pluribus probare haud erit difficile Lib. 3. cap. 156. pœoniæ maris radicem λευκὴν esse dicit; autopsia tamen eandem foris rubescentem, intus albam esse docet. Sic lib. eodem cap. 8. centaurei Magni radicem ὑπέρυθρον, vel, ut vetus codex, ἐρυθρὰν rubescentem ait; quæ intus tantum rubet, foris nigricat. Eodem quoque libro cap. 7. glycyrrhizæ radices πυξοειδεῖς esse scribit, quæ intus tantum buxeæ reperiuntur, foris nigræ. Hæc si considerasset magni nominis botanicus, nunquam scripsisset, Theophrastum historiam Smyrnii & Hipposelini confudisse. Alterum & tertium argumentum

pro

pro nostra stat parte. Nam Dioscorides Smyrnium Amomi montis semen ferre, odore Myrrhæ, testatur. Theophrastus verò ex Hipposelini radice crassa lachrymam diffluere, Myrrhæ similem. Quæ quam diversa sint, & ferè contraria, quilibet videt. Quod & ante nos observavit in botanicis facilè princeps Rembertus Dodonæus. Restat unum aut alterum argumentum addam, quibus Smyrnium Dioscor. & Hipposelinum Theoph. diversas esse plantas doceam. Dioscorides lib 2 cap. 79. Smyrnii semen rotundum, nigrum, brassicæ simile, ac acre esse dicit. Theophrastus Hipposelini semen ervo amplius esse testatur. Adde, Dioscorides radicem Smyrnii acrem & fauces mordicantem esse docet; contra Theophrastus lib. 6. de causis cap. 16. radicem Hipposelini dulcem, & esui aptissimam esse scribit. Ex quibus satis patet diversas esse plantas. Magni nominis litterator Dioscoridem, Galenum, ipsumque Columellam errasse scribit, quod duplex Smyrnium esse scripserint, cum duplex (inquit) sit Hipposelinum; idque probare conatur ex Græco Barbaris uno; Neophytus, inquit, unum tantum Smyrnium recenset. Quid? Galeni, Dioscoridis, Columellæ auctoritas pendetne à Græco-barbari novitii scripto? Certe unius Columellæ, solius Dioscoridis, vel Galeni auctoritas major est, quam mille Neophytorum. Horum si quis erraverit, id non ex recentiori quodam Barbaro, sed ex antiquo & probato scriptore probari debet. Exempli causa, si Dioscorides erravit, id vel ex Theophrasto, Galeno, Columella, vel simili auctore uti Varrone, Catone probandum erit: si Galenus, ex Dioscoride, Theophrasto, cæteris. Quid magis notum, quam plantas diversas, à diversis scriptoribus, uno eodemque nomine insignitas fuisse, ut supra abundè satis probatum est. Sed præstat comparemus integram Hipposelini a Theophrasto & Dioscoride datam descriptionem. Id fiet ubi de nomine quædam præmiserim Græcis, ut dixi, Hipposelinum vocatur. Latinis olusatrum, vel olus atrum; sic dictum à semine & radice atro, & foliis in puniceum vergentibus colorem. Latinos Hipposelinum vocasse, testis est Columella lib. 11. cap. 3. *Atrum olus, quod Græcorum quidam vocant* ἱπποσέλινον, *nonnulli* σμύρνιον *pastinato loco semine debet conseri, maximè juxta Maceriem* (hinc hodie Italis Macarone dicitur;) *quoniam & umbra gaudet, & qualicunque convalescit loco.* Quibus verbis quid erroris commiserit Columella, non video. Plinius lib. 19. cap. 8. *Sed præcipuè olusatrum miræ naturæ est, Hipposelinum Græci vocant, alii Smyrnium.* Idem repetit lib. 20. cap. 11 Ex quibus satis patet, unam plantam Hipposelini, duas verò Smyrnii nomine donatas fuisse. Hipposelinum enim Smyrnium etiam dictum est. Et Smyrnium etiam propriè dictum, κατ' ἐξοχὴν nomen illud obtinet. Solus tamen Ætius, & præter hunc nemo, σμύρνιον ἤτοι ἱπποσέλινον *Smyrnium Hipposelinum dici*, notavit. Sed sciendum de olusatro, non σμυρνίῳ κατ' ἐξοχὴν dicto, eo loco agere Ætium. Ex dictis tamen patet, Galenum errasse lib. 2. de alimentor facultatibus ubi Smyrnium olusatrum dictum fuisse scribit, his verbis. ὀνομάζουσι, ὁ ἐν ῥώμῃ συνήθως ἤδη πάντες ὂν σμύρνιον, ἀλλὰ ὀλούσατρον τὸ λάχανον τοῦτο. Καί τις ἴσως αὐτὸ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἀριθμεῖν ἐν ταῖς τροφαῖς ἀξιώσει, καθάπερ οὐδὲ τὸ σίον, οὐδὲ τὸ ἱπποσέλινον. *Romæ autem vulgo jam homines omnes olus id non Smyrnium, sed olus atrum nominant, quod forte aliquis omnino ne inter alimenta quidem numerare dignabitur, quemadmodum neque sium neque Hipposelinum.* Errat Galenus. Nam hac in re Columellæ, utpote Italo, fides major debetur, ut cui gentis suæ vocabula ac nomina magis sunt cognita. Non enim Smyrnium propriè dictum Romani olusatrum vocabant, sed Hipposelinum, quod à quibusdam etiam Smyrnium dictum fuit, uti Columella, Plinius, Actuarii auctor testantur. Accedit alius error Galeni loco citato. Τὸ δὲ ἱπποσέλινον, καὶ σίον ἀηδέστερα. Τὸ μὲν οὖν σμύρνιον οὐκ ἀηδές, ἐν γοῦν τῇ ῥώμῃ. πάμπολυ πιπράσκεται. δριμύτερον δ' ἐστὶ καὶ θερμότερον πολλῷ τοῦ σελίνου, καὶ τι ἀρωματῶδες ἔχει. *Hipposelinum & sium inusitatiora, Smyrnium vero in vulgato usu, siquidem Romæ maxima copia venditur, acriusque multo est quam apium & calidius, præterea etiam aromaticum habet quippiam.* Contrarium planè probatur ex eo, quod Columella, ac reliqui rei rusticæ scriptores ejus cultum neglexerint. Indicium, quod Smyrnium Romæ minus consuetum & rarum fuit. Quod vel ex eo constabit, quod in Amamo monte nasci scribat Dioscorides; contra & Columella, & Palladius Hipposelinum frequens Romæ fuisse docent.

Hipposelinon his verbis describit Dioscorides: ἱπποσέλινον οἱ μὲν γρίηλον, οἱ δὲ ἀγριοσέλινον, οἱ δὲ σμύρνιον καλοῦσι, ἑτέρου τοῦ κυρίως λεγομένου σμυρνίου ὑπάρχοντος, ὡς αὐτίκα ἱστορήσομεν. Ἔστι δὲ μεῖζον καὶ λευκότερον τοῦ κηπευτοῦ σελίνου καυλὸς κοῖλος, ὑψηλὸς, τρυφερὸς, οἱονεὶ γραμμὰς ἔχων. φύλλα πλατύτερα, ὑποφοινισσόμενα, ἐν οἷς ἐστὶν ὡς λιβανωτίδος (Hæc in veteri desiderantur codice) κόμη, μεστὴ ἄνθους, κατὰ κορύμβους. ὅθεν συνιστῶσα ἐξανθήσει. σπέρμα δὲ μέλαν, ἐπιμηκὲς (vetus ἐπιμηκέστερον) ναστὸν, δριμὺ ἀρωματίζον. ῥίζα εὐώδης, λευκὴ (vetus λεπτὴ) εὔχυμος (εὐστόμαχος catacur. ut & Lacuna) οὐ παχεῖα (vetus tacet) φύεται ἐν συσκίοις καὶ παρ' ἕλεσι &c. *Hipposelinum* inquit *aliqui grielum vocant.* (lego γρίοφον, sic dictum à lineis, scripturisq; quibus caulis distinctus est. Hesychius γριφᾶσθαι, γράφειν. οἱ δὲ ξύειν καὶ ἀμύσσειν, idem γριφόμενα, γραφόμενα. ἢ ἐπανειλούμενα. Id est, *scribere nonnulli carpere, vellicare unguibus.*) *Alii*, inquit Dioscorides, *sylvestre apium, quod sponte sylvestribus in locis nascatur, alii Smyrnium appellant, quanquam est aliud Smyrnium propriè dictum, de quo mox agemus.* Smyrnii nomen accepit, quod radix lachrymam emittat Myrrhæ similem, ut Theophrastus hoc cap. 6. docet, & lib. 9. cap. 1. Quem locum lector adeat. Idcirco Columella in hortulo Achaicam Myrrham vocat.

Et lachrymas imitata tuas Cynereia virgo,
Sed melior stacte ponatur Achaica Myrrha.

Lachrymam ex Hipposelino colligebant, quam quidam pro vera & legitima Myrrha habuerunt; immo ipsa Myrrha stacte meliorem, uti scribit Columella. Achaica, id est Græca. Theophrastus lib. 9. cap. 16. auctor est, Hipposelinum nasci in Græcia apud Arcades. Hesychius Hipposelini fructum Smyrnium vocari scribit. σμύρνιον τοῦ ἱπποσελίνου ὁ καρπὸς, καὶ αὐτὴ ἡ βοτάνη. Illud notandum, Græcos antiquos σμύρνιον, mediæ verò ætatis σμύρνιον dixisse. Plinius lib. 19. cap. 8. *Sed præcipuè olusatrum miræ naturæ est: Hipposelinum græci vocant, alii Smyrnium, è lachryma caulis sui nascitur, seritur & radice. Succum ejus qui colligunt, Myrrhæ saporem habere dicunt; auctorque est Theophrastus Myrrha sata natum. Hipposelinum veteres præceperant in locis incultis, lapidosis, juxta maceriem seri: nunc & repastinato seritur, & à Favonio post æquinoctium Autumni.* Magni nominis litterator utrumq; Smyrnium hoc loco confundi à Plinio scribit. *Cum*, ut inquit, *Hipposelinon Dioscoridis unum idemque facit cum Hipposelino Theophrasti.* Sed jam supra probatum, unum idemq; esse. Pergit idem: *Hipposelinum porro illud quod lachrymam fundit, & ex cujus radice succus colligitur sapore Myrrhæ, non est olusatrum, sed Smyrnium.* Atqui Smyrnion κατ' ἐξοχὴν nomen accepit, quod semen ferat sapore Myrrhæ, fortissis & odore. Hipposelinum Dioscoridis sive, macerone, vel, ut officinæ vulgo vocant, Petroselinum Alexandrinum, lachrymam fundere ex radice, Myrrhæ similem, docet experientia. *Utrumque* inquit idem, *à Plinio confundi, magis apparet in eo quod sequitur. Hipposelinum veteres præceperant — seritur.* Sane, inquit, *præceperant veteres Hipposelinum in locis incultis & lapidosis nasci, sed non de olusatro Hipposelino, verum de Smyrnio intelligebant, sive Petroselino Cilicio, quod certum est inculta & lapidosa amare.* Concedo de Petroselino Cilicio scripsisse Dioscoridem, quod locis incultis proveniat: Sed Columellam, ex quo hæc Plinius, testari Hipposelinon in maceriis nasci, verba ejus supra allata ostendunt. Sed hac in re Columellæ fidem non adhibendam dicet. Ex unius ergo Neophytii, cujus nec verba recenset, auctoritate totum hoc negotium pendebit? Sic vult litterator, scilicet ut aliquo niti argumento videatur. In eo tamen errat Plinius, quod scribat Theophrastum autorem esse, natum Hipposelinum ex lachryma. Quod præter veritatem est. Nam quosdam ita sentire scribit. Falsum etiam est, quod scribit Plinius, è caulis sui lachryma nasci Hipposelinum. De radicis lachryma hoc dicit Theophrastus. Ad Dioscoridem revertor, qui *Hipposelinum majus candidiusque apio hortensi* inquit. *Caule cavo, procero, tenello, ac veluti lineis distincto, foliis latioribus in puniceum vergentibus: in quibus ceu libanotidis coma, florum plena; quæ quidem in corymbos cogitur antequam deflorescat. Semen autem est nigrum, oblongum, solidum, acre & aromaticum; radix itidem odorata, candida, ori grata, neque adeo crassa. nascitur in umbrosis & juxta paludes.* Eadem ferè Apuleius libro de virtutibus herbarum.

Alii Smyrnion vocant, alii Hipposelinon, alii Selinon agrion, Latini olusatrum. Ægyptii denterobon. radice intus alba, foris nigra, (*animadverte lector*) *stomacho commoda, non valida. Thyrso molli, cavo atque celso, veluti scripturis notato, quas Græci Grammata* (vulgo *grammas*) *vocant: foliis latis atque rubris* (in puniceum vergentibus Dioscorides: & rectè, falsum enim est rubra esse vel punicea) *in quibus coma libanotidi similis: Semine nigro, longo, acri, accumulato, mastication atque odore aroma similanti.* Idem de Hipposelino Theophrastus. Quod de radice objici solet, id solvit Apuleius. Foliis, inquit, Theophrastus paludapio similibus. Dioscorides apio latioribus inquit; tales & paludapii. Grandi caule esse etiam scribit Dioscorides Radicem inquit Theophrastus crassam esse, modo raphani, eamque carnosam esse lib. 7. c. 2. scribit. Dioscorides non adeo crassam inquit. sed nec raphani adeò crassa est. Præterquam quod hoc de tota intelligi debeat planta; nempe respectu magnitudinis totius plantæ non adeo crassam esse. Supra dixi, Maceronem sive Petroselinum Alexandrinum antiquorum esse Hipposelinum. Dicet quis, hujus radices usq; adeo esse acres, ut fauces mordeat. Sed in Petroselini Alexandrini radice acrimoniam tantam, nunquã percipere potui. Addet lachrymam quę ex vulnerata aut incisa fluit radice, acri amaritudine, Myrrham sapore æmulante esse. Fateor, alioquin radix apio hortensi calidior ficciorq; non est, sed Theophrastus radices ejus dulces lib. 6. c. 16. esse inquit. Respondeo, Theoph. dulce vocare eo capite ἔυστομον, uti ipse ad capitis finem scribit, *πάντα δὲ ἐπὶ σελίνον -- ἔυστομον, palato gratum.* Non nego vero in locis fortasse Neapoli proximis, lapidosis, ac sulphureis, calidiores ac ficciores esse, ob alimentum, quod è Sulphurea terra hauriunt. Nec desunt, qui levisticum cum descriptione Hipposelini magis convenire asserunt. Videamus utrũ magis conveniat. Petroselinum Alexandrinum (officinas nostras sequor) cum floret, apio sativo aspectu simile est, sed majus candidiusque, uti etiam levisticum; utrumq; apio sativo caule procerius, verum maceronis caulis lineis distinctus est, quibus levistici caret. Folia radici proxima maceronis sunt apii hortensis latiora, atro viridia, seu saturo colore virentia, sive, ut Dioscor. in puniceum vergentia. Contra levistici ex luteo colore, uti etiam caules virent. Comam ac semen levistici cum descriptione Theophrasti ac Dioscoridis non convenire, ipsi qui contrariam defendunt opinionem, fatentur. nam levistico nec coma laxa, nec ampla, sed contorta & angusta, nec in corymbum antequam defloruit, cogitur. quod in Alexandrino petroselino vulgari observatur. Levisticum semen fert oblongum, striatum, geminum, sordidi coloris. Macerone crassum, oblongum, nigrum, ervo sive orobo amplius, amaricans, acre, aroma redolens. Utriq; radix foris nigra, intus alba; sed levistici ingrata satis, gustus acerrimi, sine ulla dulcedine, esui inepta. contra Maceronis esui idonea, palato non ingrata; quo nomine à Gallis, Anglis, Germanis avidissimè in acetariis expetitur, ac ab olitoribus sedulò colitur. E radice levistici lachryma nulla, contra Macerone, uti ante nos Clariss. Dodonæus observavit, odore & sapore & colore lachrymam Myrrhæ similem mittit; nempe ubi concrevit, alioquin cum primum emanat, lactea est. Et hæc de Hipposelino. De Smyrnio κατ' ἐξοχὴν, quædam etiam dicenda. Describitur à Dioscoride lib. 3. cap. 179. σμύρνιον ὅπερ ἐν κιλικίᾳ πετροσέλινον καλοῦσι, γεννώμενον πλεῖστον ἐν τῷ λεγομένῳ Αμανῷ ὄρει, καὶ τοῦτο καυλὸν μὲν ἔχει ὅμοιον σελίνῳ, παραφυάδας ἔχοντα πολλάς· φύλλα δὲ πλατύτερα πρὸς τὴν γῆν, καὶ ὑποπεπλασμένα, ὑπολίπαρα, ῥωμαλέα, καὶ εὐώδη σὺν δριμύτητι, φαρμακώδη τε, καὶ ὑπομηλίζοντα τῇ χρόᾳ. σκιάδιον δὲ ἐπὶ τῷ καυλῷ, ἀνηθοειδὲς, σπέρμα στρογγύλον, ὅμοιον τῷ τῆς κράμβης, μέλαν, δριμὺ, γευομένῳ ὡς σμύρνη, ἓν ἀνθ' ἑνὸς ποιοῦν. ἡ δὲ ῥίζα δριμεῖα, εὐώδης, ἁπαλὴ, πολύχυλος, δάκνουσα τὴν φάρυγγα. φλοιὸν ἔχουσα, ἔξωθεν μὲν μέλανα, ἔνδοθεν δὲ χλωρὸν ἢ ὑπόλευκον. φύεται δὲ ἐν πετρώδεσι τόποις καὶ γεωλόφοις, καὶ ἀνίκμοις καὶ γωνίαις χερσευούσαις. *Smyrnion, quod in Cilicia Petroselinon vocant, plurimum in Amano gignitur monte.* σμύρνιον hoc nomen accepit quod semen ferat Myrrhæ sapore, vel, uti Plinius lib. 27. cap. 13. *quod ejus odor Myrrhæ habet qualitatem, unde & nomen.* Idem Nicandri Scholiastes τὸ σμύρνειον (sic græci, ut dixi, antiqui inter quos Nicander) ὅμοιόν ἐστι τῷ μεγάλῳ σελίνῳ, ὃ δὴ καὶ ἱπποσέλινον καλεῖται. σμύρνειον δὲ ἐπειδὴ ἐμφερές ἐστι τῇ σμύρνῃ κατὰ τὴν ὀσμήν. Smyrnion simile est apio magno, quod Hipposelinon vocatur; nomen accepit, quod Myrrham odore æmuletur. Idem tamen Plinius lib. 12. cap. 12. *& Smyrnium olus seritur iisdem locis, Myrrhamque radice resipit.* Hoc de Hipposelino intelligendum, quod etiam Smyrnium dicitur. Eodem loco. *Libanotis odorem thuris habet, Smyrnium Myrrhæ,* quod de utroque capi potest. Infima Græcia Smyrnium σμυρνοβότανον, ab odore Myrrhæ, appellavit. Glossæ botanicæ σμυρνοβότανον πετροσέλινον. Petroselinum, inquit, quia Dioscorides in Cilicia sic vocari scripsit. Neophytus σμύρνιον τὸ πετροσέλινον. Idem tamen Neophytus, σμύρνιαν τρωγλῖτιν interpretatur πετροσέλινον. Quod & in aliis Glossariis medicis se repperisse scribit Doctissimus Claudius Salmasius. σμύρνα τρωγλῖτις τὸ πετροσέλινον. Doctissimus Muersius, quondam Lugduni Batavorum Professor, in Glossario μακεδονίσιον Græcos veteres σμύρνιον vocasse scribit, quod litteratori indefesso præter rationem, nobis tamen probabile admodum videtur. Hinc enim est, quod officinæ hodieque hoc semen Petroselinum Macedonicum, sed falso, vocant. Aliter tamen Suidas exponere videtur. σέρρις εἶδος λαχάνων τὰ παρ' ἡμῖν σερικὰ λεγόμενα. αἱ πικρίδες παρ' ἄλλοις, ἢ μᾶλλον τ' ἀληθέστερον εἰπεῖν, μακεδονίσια. *Intybum oleris genus quod vulgo* σερικὰ *dicitur, aliis picrides, sed verius sic Macedonisiam vocarunt.* Hæc de nomine sufficiant; descriptionem videamus. *Caulem habet apii, copiosa cinctum agnata sobole, folia vero latiora, ad terram infracta* (Doctissimus Salmasius legit πλατύτερα, τὰ δὲ πρὸς τῇ γῇ καὶ ὑποπεκλασμένα; nempe folia quæ terræ proxima sunt in circuitu sub infracta esse. Sed qua auctoritate sic legendum, nisi quod in antiquissimo exemplari sic legatur, non scribit; lectionem tamen hanc probat Plinius. Smyrnium caulem habet apii, folia latiora,
" & maximè circa stolones multos, quorum à sinu exi-
" liunt pinguia, ad terram infracta, odore medicato &
" cum quadam acrimonia jucundo colore in luteum lan-
" guescente. Non dixit Dioscorides folia latiora esse, maximè circa stolones multos, & ab eorum sinu pinguia esse, sed caulem copiosa cinctum adnata sobole scripsit; folia apii latiora, & quæ terræ proxima infracta esse, *subpinguia, robusta, odore medicato, & cum quadam acrimonia jucundo, colore denique in luteum languescente. Habet & umbellam supra caulem, qualis anetho inest: semen rotundum, brassicæ simile, nigrum, acre, Myrrhæ sapore, ita ut alterum alterius qualitatem repræsentet: radix vero acris est, odorata, mollis, succosa, faucesq; mordens, cortice prædita foris nigro, intus verò pallido aut subalbido, nascitur in saxosis collibus, locis aridis & incultis augulis.* Hęc sic Plinius lib. 27. c. 13. *Capitulis caulium orbiculatis, ut Anethi,* (Diosc. an rotundum sit, non expressit, *anetho simile* dixit) *semine rotundo, nigro, quod arescit*

Imperatoria.



incipiente æstate (non semen arescit, sed caulis & folia) *radix quoque odorata, gustu acri mordet, succosa, mollis; cortex ejus foris niger, intus pallidus, odor Myrrhæ habet* (Hæc de semine Dioscorides; de integra planta, si modo non de sola radice Plinius) *qualitatem: unde & nomen. Nascitur in saxosis collibus & terrenis.* Quæ planta Smyrnium referat, non satis inter recentiores Botanicos convenit. Hanc tamen controversiam dirimere vult in litteris exercitatissimus Claudius Salmasius, docens ostrutium, sive astrantaim, herbariorum, quam alii Magistrantiam sive imperatoram nominant, veterum esse smyrnium; quod ex utriusque historia comparata invicem &, ut ait, collata, tanta ejus elucebit similitudo, ut unam eandemque esse plantam, qui fateri nolint, non possint negare. *Anstrantiæ caulis*, inquit, *fœniculareus, folia, apii, in auri colorem languescentia, spondylio similia, minora tamen, robusta, hirsuta, aspera, splendentia, ex virore in luteum cum nonnullo rubore intensa, ut plurimū quæ radicibus proxima sunt præcipuè trifolia, non raro verò numerosiora, neutiquam in circuitu circumfracta; caulē fœniculaceum habere fatemur, nisi magis geniculatus foret, apio non dissimilis, cubitalis, tenuis, inferius rubens. In pictura*, ait, *astrātiæ, sicut eā nobis describunt Neoterici herbarii, umbella visitur anetho similis.* Ex his verbis aparet ipsum nunquam vidisse imperatoriā. Seminis figuram tacet; quod Botanici scribunt esse latum, planum, tenue, seselisque modo in acutum desinens. Mathematici rotundam hanc esse figuram negant, talis tamen smyrnii seminis figura describitur. Nec semen astrantii nigrum est, sed candicans, nec odore Myrrhæ, sed seseli. Radix cum descriptione Smyrnii satis convenit, est enim acris, odorata, succo oleoso plena, foris è puniceo colore subnigricans, interius subflava, obliquè serpens, ac facili fœcunditate stirpem multiplicans. Vidimus in quibus cum Smyrnii delineatione conveniat imperatoria, etiam quas Smyrnio planè contrarias habeat notas. Hujus sylvestris quędam species Brabanti Herbam Gerardi vocant, graveolente radice, ac latissimè serpente, hortis molestissima est, floribus foliisque astrantiam refert; verum nec ita splendentia ea, magisq; viridia, in quibus luteum rubrumque nihil conspicitur. Radice eandem refert, sed minor, tenuiorque multo ea est, ac multo magis serpens, novaque germina producens. Utraque, ut dixi, Batavis planta notissima. Botanici quidam Maceronem, de qua supra egimus, Smyrnium Dioscoridis esse scribunt. Non esse Smyrium probatur; quod terræ proximè infracta non habeat folia, nec in luteum languescentia, sed cœlum versus respicientia ac atro viridia. Semen pręterea fert crassum, nigrum, amaricans, oblongum, figura semiphærica, sed paulum utrimque retusum in basi, neutiquam rotundum, nec ullam brassicæ repræsentans figuram, quod ipse fatetur Doctiss. in Dioscoridem commentator. *Nec ideo*, inquit, *pro Smyrnio rejicienda, præsertim cum cæteræ illi notæ in universum respondeant, itaq; facile vel in seminis delineatione mendum subesse potest, vel quod non in rotunditate, sed in alio uno semine intercedat similitudo.* Doctissimus ac generis nobilitate insignis botanicus Romanus conjicit similitudinem seminis brassicæ perperam à transcriptoribus corruptam esse ex verbo κάγχρυ@ κράμβης mutatum, ut brassicæ legant pro canchrys, id est libanotidis chanchryferæ semen, cui, nisi esset nigro colore, simillimum esset, sapore acri, aromatico, odore medicato; quem Dioscorides Myrrhæ similem esse dixit. Hujus opinionem probare nequeo, tum quod Dioscor. vel Plinius rotundum hujus semen esse memoriæ prodiderint, tum quod codex nullus repertus, in quo κάγχρυ@ legitur, omnes *rotundum instar* κράμβης habent, quale non est semen Maceronis. sed antequam siccetur, rotundum inquit esse, postea vero dividi, duplexque esse, ut in omnibus umbelliferis. Contrarium semper observavimus, puta oblongum esse, antequam maturum sit, insuper odorem saporemque Myrrhæ nullum præ se refert, licet aroma redoleat; nec radix eam habet mordacitatem, quam scripta Dioscoridis requirunt, sed esui apta est, ut supra dictum est. Aliam plantam adversariorum Auctores pro vero Smyrnio Amani montis ostendūt, quam etiam descibit Smyrnii nomine Clariss. Dodonæus. Caulem hæc & stolones apii habet; in horto tamen nostro raro plures quam duos tresve producit, secus in locis asperis ac incultis. Illud etiam notandum, hanc plantam in hortis, quibus solum pingue ac molle, vix ultra unum annū servari; contra ubi solum durius & squalidius, à semine deciduo ac radice repente ac superstite plures producere plantas, adeò ut inter horto molestas numeretur. Folia inferiora ac ex radicibus prodeuntia lata sunt & ampla, apii figura, colore viridi, splendente; qui tandem ubi caulem promere incipit, in luteum languescentem mutatur. Nec solum colorē, sed etiam figuram à priori longè diversam folia acquirunt; inferiora enim, ut dixi, ampla, lata, ac in complures particulas multipliciter dissecta, adeò, ut infracta videantur, ambitu serrata, ab uno pediculo velut terna vel quina cohærentia. hęc ubi caulis emergit, rotundantur, caulemq; ambiunt, non secus ac perfoliatæ folia, ut per medium illorum caulis transire videatur, nullis ab ambitu denticulis relictis, in cauliculorum summitatibus comantes umbellæ luteos edunt flores. Semina rotunda, globosa, subnigricantia, intus candida, brassicæ similia, odore ac sapore Myrrhā referentia. radix foris nigricat, acris ac odorata est. Negat radicem cum Dioscoridis delinetione convenire. Nobiliss. botanicus Lyncęus, quod grata & dulcis sit: quod nemo negabit; primo enim gustu ob nimiā succi copiam acrimonia ejus obtunditur, quæ postea satis vehemens prodit, adeo ut fauces urat. vel dulcem esse dicimus, quandiu humida est, quam humiditatem ubi amiserit, acrius evadere, uti lib. 6. c. 15. de iridis, acori, aliarumq; plantarum radicibus docet Theoph. Objicit insuper, radicem non esse nigrā satis. Non exactè nigram esse, uti symphyti sunt radices, fateor, sed nigricantem esse, sive ad nigredinē tendere, experientia docet; & ita vox nigra intelligi debet, uti alibi exposui. Porro errant viri doctiss. qui Myrrhidem, cujus effigiem exhibemus, Smyrniū Columellæ existimant, quod odore, ut ferunt, Myrrham referat. Non esse Smyrnion Columellæ, vel hoc probatur argumento, quod instar Myrrhæ Lachrymā non emittat. Nec Myrrhis dicitur, quod odore Myrrham referat. Nam σμύῤῥις tum dicendum foret. μύῤῥα enim pro σμύρνα græcum non est, æolicum μύῤῥα & latinum est, ut Galenus testatur in lexico, μύῤῥαν αἰολικὸν τὴν σμύρναν. διπλῆ ᾗ γραφάι. Æoles sic Myrrham vocant. Duplicem autem esse scripturam, quod alia exemplaria δὶς τὸ ρ γράφουσι. Etiam apud Theoph. ubi Hipposelini radicem lachrymam fundere scribit Myrrhæ similem, τῇ μύῤῥᾳ pro σμύρνῃ legitur. vide lib. 9. ubi de Myrrha agit. Planta quam Dioscorides μύῤῥιν vocat, nomen accepit διὰ τὸ μυρῶδες ἢ εὐώδες εἶναι, *quod odorata sit quasi unguentum redolens.* Quod si verum, μυῤῥὶς scribendum erit, cum simplici ρ. In omnibus tamen codicibus scribitur μυῤῥὶς, οἱ δὲ μύῤῥαν καλοῦσι lib. 4. c. 116. Dicendū quod librarii solent geminare ρ, ubi simplex esse debet. sic πορῥηναῖον ὄρος, pro πυρηναῖος, ἀῤῥαβὼν & ῥῤαβία pro ἀῤαβὼν & ῥαβία, χάῤῥος pro χάρ@. Instabit quis; apud Plinium etiam geminato ρ scribi, lib. 24. c. 16. *Myrrhis, quam aliqui Myriran, alii Myrrham vocant.* Sed ex ipso Plinio scribendum esse simplici ρ probatur. In *indice enim* legitur *de Myride*, sive, *Myra sive Myrira.* Describitur à Diosc. Myris, vel, ut vulgo dicitur, Myrrhis his verbis, τῇ γωνλῷ ἐ τοῖς φύλλοις εἰοικε κωνείῳ, ῥίζαν δὲ ἔχει ἐπιμήκη, ἁπαλὴν, περιφερῆ, εὐώδη, ἡδεῖαν βρωθῆναι. *Similis est cicutæ, caule & foliis: radicem vero habet oblongam, teneram, teretem, odoratam, cibo non insuavem.* Plinius loco citato addit & flore cicutæ similem esse. *Simillima est cicutæ, caule foliisque, & flore, minor tantum & exilior, cibo non insuavis*, Lib. 26. cap. 11. geranii historiam cum Myrrhide confundit. *Geranium aliqui Myrrhim aut Myrtida appellant. similis est cicutæ, minutioribus foliis, & caule breviori, & rotunda, saporis & odoris jucundi.* Quod falsum est, nec Dioscorides quicquam de odore scripsit aut dixit. Contra Myrrhidis radicem odoratam esse prodidit. Sic solet vocum vicinitate decipi Plinius, ac confundere omnia. Myrrhis Dioscoridis ea planta est, quæ hodie nomen illud passim audit. Nam caule foliisque cicutæ similis est. sunt enim hujus folia magna, ampla, & admodum dissecta, veluti cicutæ, sed nonnihil hirsuta, colore vero & sapore & odore chærefolium referentia: caulis vero quandoque binūm cubitorum, crassus, geniculatus; flores in umbellis candidi: semen vero magnum, oblongum, crassum, nigricans, cumino majus, radix longa, teres, candida, mollis, odorata, cibo idonea, sapore ferè pastinacæ. Errant viri Doctiores, qui vulgare chærefolium Myrrhin Dioscor. esse existimarunt; caulem enim cicutæ similem non habet; cauliculi quippe breves, tenues, teretes, intus concavi sunt, qui initio una cum foliis dilutè virent, sed seminibus perfectis rubent. Accedit quod foliorum, quidem cærefolii, radicis vero usus nullus. χαιρέφυλλον nominari putatur, quod luxuriosa foliorum fœcunditate, & largiore coma gaudeat, vel

Myrrhis.



vel quod gaudium hilaritatemque folia excitent. Apii genus quoddam ὀρεοσέλινον, montanum apium; vel, ut Doctiſſ. Gaza, montapium, quod in montibus naſcatur, à reliquis majoribus diſtat differentiis, folio namque cicutæ ſimile, radice tenui, ſemine anethi minore. Idem etiam Plinius lib. 19. cap. 8. *Tertium eſt oreoſelinum cicutæ foliis, radice tenui ſemine anethi minutiore tantum.* Idem Plinius lib. 20. cap. 11. *Quartum genus ex eodem faciunt*

Oreoſelinon.



aliqui Oreoſelinon, palmum alto frutice ac recto (hinc ὀρθοσέλινον vocatum quidam obſervarunt) *cumino ſimile.* Dioſcorides ſemen cumino ſimile ſcripſit, id Plinius de planta. Oreoſelini hanc dat Dioſcorides deſcriptionem: ὀρεοσέλινον καυλὸς ἐστὶ σπιθαμιαῖος εἷς ἐκ ῥίζης λεπτῆς. περὶ δὲ αὐτὸν κλωνάρια καὶ κεφάλια κωνείῳ (Lacuna legit καὶ φυλλάρια, quę lectio Theoph. & Plinii auctoritate comprobatur. Contra vulgata lectio auctoritate Oribaſii, & Serapionis munitur. In codicibus nonnullis etiam antiquis legitur μηκωνίῳ, quod, ſi verbum de verbo vertas, Meconio, quod eſt opium, æqualia. Nullo ad hanc rem ſenſu; quia comparantur plantarum eo loco inter ſe capitula, non liquorum ſimiles vires. Hermolaus Theophraſti codicem mendoſum putavit, legendumque pro τὰ φύλλα κωνείῳ, κεφάλια μηκωνίῳ *capitula papaveris.* Verum Theoph. codicem mendo carere Plinii verba teſtantur. Contra Dioſcrioridis codicem in quo μηκωνίῳ legitur depravatū eſſe teſtantur Serapio & Orib. περιεμφερῆ, λεπτότερα μέν τοι ἱκανῶς. φέρει δ' ἐπ' ἄκρων ὁ καρπὸς, ὑπομήκης, δριμὺς, εὐώδης, λεπτὸς, ἐοικὼς κυμίνῳ. φύεται δὲ ἐν τόποις πετρώδεσι καὶ ὀρεινοῖς *ideſt, Oreoſelinum caule eſt dodrantem alto, qui quidem ſingularis ex gracili radice aſſurgit: ambiunt verò ipſum ramuli & capitula (folia) cicutæ ſimilia; at multo tamen tenuiora: in quibus ſemen oblongum, acre, tenue, odoratum, cumino ſimile. In petroſis montoſiſque locis naſcitur.* Gaza, ut Theophraſtum ac Dioſcoridem conciliaret, legit pro καρπὸν, καυλὸν; aut, quod non conſtat, codicem habuit in quo ſic ſcriptum fuit. Ut ut ſit, multum ſeminis cumini ac anethi figuræ differunt. Anethi enim rotundum, planum, tenue; cumini acuminatum & oblongum. Fortaſſis Theophraſtus Pliniuſq; ἀνίσου. ſcripſerunt. aniſi ſemen proximè ad cumini accedit. Si ea vera eſt lectio, quod aſſerere nequeo, nulla erit inter Dioſcoridem ac Theophraſtū diſcordia. Vel ſi vulgatam ſervare quis mordicus velit, καρπὸν exponat *umbellam* ſive *capitulum.* Viri docti chærefolium, de quo modo nobis ſermo, Oreoſelinum Dioſcoridis eſſe exiſtimarunt. Sed ſemen cumino non ſatis ſimile, licet anguſtum, oblongum, tenue, ac acuminatum ſit. Nigrum enim eſt, ariſtis avenæ ſimile guſtuque dulce, odoris expers. Id quod mirari quis poſſit, cum herba ipſa tota ſua ſubſtantia odorata ſatis exiſtat, cum anethi ſemine ſimilitudinem nullam habet. Quare nec Theophraſti Oreoſelinon dici poteſt. Folia an cicutæ habeat indagandum. De cauliculis enim ſupra egimus. In initiis petroſelino prope ſimilia ſunt, ſed tenuiora, pluribuſque inciſuris diſſecta, ut eo nomine cum cicuta majorem affinitatem contraxiſſe videantur. Sed quæ de ſemine diximus, ſatis oſtendunt non eſſe Oreoſelinum. Recentiores Oreoſelinum exiſtimant eſſe, quam *veelguttam* vocant, quaſi multibonam; quod ad multa utilis & commoda habeatur. Folia huic ſunt velut hortenſis apii, ſed majora & ampliora, Petroſelini Macedonici, de quo mox, non diſſimilia, ex multis in tenuibus pediculis hærentibus compoſita: caulis brevis eſt, floſculi in muſcariis albidi, ſemen petoſelino Macedonico non diſſimile, quod cum cumino comparari optimè poteſt, oblongum, acre, tenue, & odoratum, mediocris longitudinis ac craſſitudinis. radix albida, odorata, guſtu non nihil amaricans, ac acris. Locis reperitur montoſis. An Oreoſelinum Dioſcoridis, judicio Lectoris committo. Præſcribit Theophraſtus hujus ſemen ad aperienda menſtrua in vino auſtero. Quod cum præter rationem ſit, malui quondam legere οἴνῳ ἢ μελικράτῳ, *in vino vel melicrato.* Apii ſemen ex vino non febricitantibus; ex meliocrato febri laborantibus dabatur, uti ſcribunt Dioſcorides & Plinius. Sed magis ἀνδρείῳ arridèt, *vino generoſo.* Ἀνδρεῖος οἶνος exponit Erotianus εὔτονος, καὶ ὁ ἀπὸ Ἄνδρου τῆς νήσου, *vinum generoſum aut ex Andro inſula.* Antiquiſſimis græcis hoc vini genus cognitum fuiſſe probatur, quod Hippocrates ejus mentionem fecerit. Monet ad finem capitis de Oreoſelino Dioſcorides, Oreoſelinon & petroſelinon diverſum apii genus eſſe, licet utrumque in ſaxis naſcatur. οὐ δεῖ δὲ πλανᾶσθαι νομίζοντας τὸ ὀρεοσέλινον εἶναι τὸ ἐν πέτραις φυόμενον, ἄλλο γάρ ἐστι πετροσέλινον: *neque vero oportet in eo errore verſari, ut id Oreoſelinon exiſtimemus, quod in ſaxis provenit: aliud enim eſt petroſelinum.* Deſcribitur à Dioſcoride cap. ſequenti 77. σέλινον, τὸ καὶ πετροσέλινον, τοῦτο φύεται ἐν μακεδονίᾳ ἐν ἀποκρήμνοις τόποις, σπέρμα ἔχον ἐοικὸς ἀμμεῶς, εὐωδέστερον δὲ καὶ δριμὺ (vetus δριμύτερον) καὶ ἀρωματίζον οὐρητικὸν, ἐμμηνίων ἀγωγὸν *&c. apium, quod petroſelinum dicitur,* Petroſelinum dicitur, vel quod in petris, ſaxiſque, lociſque præruptis naſcatur, vel quod calculos frangendi vim habeat, teſte Alexandro Aphrodiſæo lib. 1. probl. 110. Quo loco, etiam qua ratione id præſtet docet, διὰ τί ὁ λίθος ὑπὸ θερμότητος πήγνυται. θέρμης γὰρ τὰ παιδία ὁμοίως δὲ καὶ ἐπιγηρῶντων — οὐ χρώμεθα οὖν ἐναντίοις

τίαν αὐτὸς λύσιν τῆς πήξεως, ἀλλὰ τοῖς ὁμοίοις, λέγω δὲ τὸν θερμὸν. οἷς πετροσελίνῳ, μαράθῳ καὶ τοῖς ὁμοίοις. Φημὶ ὅτι τῇ ἀναγκαύσει καὶ τῇ ὑπεροπτήσει θρύπτεσθαι συμβαίνει τὸν λίθον εἰς ψάμμια. Καθάπερ ἀπὸ τῶν ὑπεροπτωμένων ὀστράκων τε καὶ κεράμων ψάμμιον ἀποτελεῖται. Καὶ λοιπὸν οὕτω εὐχερῶς ἀπουρεῖσθαι τοὺς μικροὺς λίθους μετὰ τῶν ψαμμίων. Id eſt, *Cur ſi caliditate calculus congeleſcit, calidi enim pueri, ſimilique ratione in ſenibus — non contrariis tamen ad frigiditatis ſolutionem, verum ſimilibus utimur. Hoc eſt calidis, ut petroſelino, fœniculo, & ſimilibus. Dico igitur id accidere, ut exuſtione torrefactioneque nimia calculus in arenas exteratur, quemadmodum in teſtis ac fictilibus vaſis, cum ſupra modum torrefactæ ſunt, arenæ proveniunt.* Hinc Doctiſſ. Gaza Saxapium, ut utrique etymo ſatisfieret, interpretatus eſt. Interea hoc addo, rationem quam adfert Aphrodiſæus, magis ſpeculativam, quam veram eſſe. Antequam eo modo contereretur calculus in humano corpore, febris ſupervenirer ſatis ardens, quæ vita & calculo ſimul hominem privaret. Recentiores Græci κοδίμεντον vocarunt. Neophytus πετροσέλινον μακεδονικὸν τὸ κοδίμεντον. Geop. autor. lib. 12. cap. 1. μηνὶ φεβρουαρίῳ σπείρεται κοδίμεντον μετὰ πράσου, *menſe Februario ſeritur codimentum cum porro.* Nomen illud obtinuit, quod præcipui uſus in condimentis eſſet & tanquam ori ventriculi gratiſſima herba. Alexander Aphrod. lib. 1 probl. ult. ἡ ἀντίδοτος ἐκ πλείστων βοτάνων σύγκειται, ἐχουσῶν τινὰ συμπάθειαν πρὸς ἓν ἕκαστον μέρος οἷον οἱ δίκταμνον οἰκειοῦται τῇ καρδίᾳ — τὸ δὲ πετροσέλινον τῷ στόματι τῆς κοιλίας. *Hujuſmodi antidotus, quæ plurimis ex herbis componitur, quæ conſenſum aliquem cũ ſingulis corporis partibus habent, velut dictamnum proprietatem quandam cordi amicam habet -- petroſelinum cum orificio ſtomachi.* Provenit in Macedoniæ præruptis locis. Galenus lib. 1. de antidotis cap. 14. πετροσέλινον γινώσκεται μὲν πᾶσιν ἐπῃνημένον τὸ μακεδονικὸν, ὃ καλοῦσί τινες ἐστρεατικὸν, ἀπὸ τοῦ χωρίου καθ' ὃ φύεται τὴν ἐπωνυμίαν αὐτῷ τιθέμενοι. παντελῶς δ' ὀλίγον ἐστὶ τὸ γινόμενον ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ, κρημνώδει τε ὄντι καὶ οὐ μεγάλῳ. τὸ δὲ ἐστρεατικὸν μακεδονικὸν ἐκ μακεδόνων εἰς πάντα τὰ ἔθνη κομιζόμενον, ὀλίγον μὲν καὶ αὐτὸ κατὰ τὴν μακεδόνων φύεται γῆν. ἀλλ' ὅπερ ἐπὶ τοῦ μέλιτος, καὶ τοῦ οἴνου τοῦ φαλερίνου, τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ πετροσελίνου συμβέβηκεν. εἰς ἅπασαν γὰρ σχεδόν γε τὴν οἰκουμένην οἱ ἔμποροι κομίζουσιν, ὡς ἀττικὸν μέλι καὶ οἶνον φαλερῖνον, οὕτω καὶ πετροσέλινον μακεδονικὸν, οὐ τοσούτου αὐτοῦ γινομένου, ὡς ἅπασι τοῖς ἔθνεσιν ἐξαρκεῖν, ἀλλ' ἐν ἠπείρῳ πλεῖστον γίνεται πετροσέλινον, ὥσπερ ἐν ταῖς κυκλάσι νήσοις τὸ μέλι, καὶ κομίζεταί γε τὸ μὲν ἐκ τῶν νήσων ἀθήναζε, τὸ δὲ ἐξ ἠπείρου, πρότερον μὲν εἰς μακεδονίαν, καὶ πλεῖστόν γε καὶ σχεδὸν ἅπαν εἰς θεσσαλονίκην, ἐκεῖθεν δ' ὡς μακεδονικὸν ἐκφέρεται. καὶ κατὰ τὸν οἶνον τὸν φαλερῖνον ὅμοιόν τι συμβέβηκεν — ἐὰν δ' ἀπορήσῃς ποτὲ ἐστρεατικοῦ πετροσελίνου μηδὲν ἡγοῦ χεῖρον ἔσεσθαί σοι τὸ τῆς θηριακῆς φάρμακον, ἐὰν ἕτερον ἐμβάλῃς — ποιεῖ δὲ αὐτὴν καὶ πικροτέραν δηλονότι τὸ ἐστρεατικὸν πετροσέλινον, καὶ μάλιστα ἐὰν πρόσφατον ᾖ. διαφέρει γὰρ ὥσπερ δριμύτατον τῶν ἄλλων πετροσελίνων, οὕτω καὶ πικρότατον. *Quod ad petroſelinon attinet, laudatiſſimum Macedonicum eſt, omnibus cognitum. hoc eſtreaticum quidam etiam appellant, à loco in quo naſcitur nomen imponentes. Verum exiguum prorſus eſt quod ibi provenit, cum & præruptus & anguſtus is locus ſit. Eſtreaticum itaque ſeu Macedonicum hoc quod in omnes gentes adfertur, paucum & ipſum in Macedonia gignitur, ſed idem in petroſelino Macedonico accidit, quod in attico melle & vino falerno contingit. Mercatores ſiquidem in univerſa ferme terrarum oppida, ut mel atticum, vinum falernum, ſic petroſelinon Macedonicum advehunt; cum tamen in Macedonia tantum petroſelini, quantum populis omnibus ſatis eſſe queat, non naſcatur: verum in Epyro petroſelinum multum gignitur; in Cycladibus mellis plurimum. Atque ut mel ex inſulis Athenas adfertur, ſic petroſelinum ex Epiro in Macedoniam comportatur, plurimumque immo penè totam Theſſalonicam: unde tanquam Macedonicum quocunque tranſportatur. Idem in vino falerno contingit — Tibi vero ſiquando petroſelinum eſtreaticum quandoque deerit, ne pejorem exiſtimes Theriacam, ſi aliam impoſueris — Ad hæc eſtreaticum Petroſelinum amaram etiam plus Theriacam facit, præſertim cum recens adhuc imponitur. Nam ut acrimonia ſic & amaritudine alia ſuperat.* Ex his quam rarum Macedonicum quondam fuerit, cognoſcere licet. Inſuper non multum damni accidere, ſi eo careamus, ac ex aliis regionibus allatum ejus loco ſubſtituamus. Formam qualitatemque ejus deſcribit Dioſcorides: Semine inquit ammeos, at odoratiore, acri & aroma redolente. Petroſelinum viri doctiores alii imperatoriam, de qua nobis ſupra ſermo, eſſe putarunt. Huic ſemen latum, planum, tenue, anethi inſtar: ammi vero ſemen oblongum, cumino minus, cum acrimonia quadam amaricans. Ammeos præterea ſemen odoratius, cum tale imperatoriæ eſſe deberet, ſi Petroſelinum eſſet Macedonicum. Alii vero pimpinellam vulgatam ſanguiſorbam pro Petroſelino habent. Huic ſemen anguloſum, ammi diſpar, nec odoratum. Nec vulgare Petroſelinum eſt Macedonicum, ſiquidem in petroſis non reperitur, nec ammi odoratius ſemen habet. Sed Petroſelinum, inquiunt, hoc à Macedonico cultu ac genuino ſolo tantum differt, nihilque aliud intereſt, quam quod hortenſe imbecillius ſit, ſylveſtre vero potentius. Diverſum à vulgato eſſe, probatur, quod Dioſcorides, Galenus, cæteri Græci omnes de hoc tanquam diverſo egerint. Accedit ex latinis Palladius. hic in April. Tit. 3. *Ex ipſius (ſelini) genere eſt, Hippoſelinon durius tamen & auſterius, & Helioſelinon molli folio, & caule tenero, quod naſcitur in lacunis, & Petroſelinon maximè locis aſperis.* Nec Hippoſelinon, nec Helioſelinon ſolum cultura differre à ſativo, experientia comprobat quotidiana. Idem de Petroſelino habeo experimentum, ut mox dicam. Ineptit Amatus, cum Helioſelinon vulgare pro Petroſelino habet. Leonhardus Fuchſius, in botanicis ſatis celebris, olim pro Petroſelino propoſuit ſtirpem, non apii modò ſparſis ac diſſectis foliis, ſed oblongis, & ex nonnullis ambitu crenatis, pediculoque medio utrimque connexis compoſitis, pimpinellæ ſaxifragæ, ejus quæ minor eſt, primis foliis aliquatenus, non tamen omnino, ſimilibus: cauliculus tenuis, & cubitalis eſt; floſculi in umbellis albidi, ſemen ſubnigricans, ammi ac hortenſis apii æmulum, admodum odoratum, nonnihil acrimoniæ obtinens. radix tenuis fibroſa. Addit totam plantam ſemine reddito ingruente hyeme perire. Tragus addit, *ſicuti & anethum.* Hæc ex auctoritate Tragi addo, ſiquidem hanc plantam me non vidiſſe fateor. Huic tamen ſimilis nobis ex ſemine nata planta; verum ex ſemine autumnali tempore deciduo, ante hyemis exortum nova ſurgit planta. Huic radix non fibroſa, ſed inſtar apii vulgaris; craſſior tamen, ſemen apio ſativo, quam ammi ſimilius, nigricans, caſtanei ferè colore, ſed paulo nigrius, parvum & longiuſculum, acre quidem & odoratum, non tamen ammeos odoratius. Pro ſemine petroſelini Macedonici hodie ex inſulis maris mediterranei adfertur, ac oſtendunt ſeplaſiarii ſemen quoddam, ammeos, ſatis ſimile colore, & figura albicante, ſed minus & odoratius, acre ſatis. Hoc admodum recens, præterito anno 1633. à ſeplaſiario diligentiſſimo, Petro Dommero, commiſi terræ. nata planta Petroſelino Macedonico à Lobelio deſcripta ſimillima, adeò ut ovum

Petroſelinum Maced. Lobelii.



ovo ſimilius eſſe nequeat; at ille an verum ac legitimum ſit Petroſelinum pro ſuo candore, neſcire ſe ait. Aſſerere auſim folia huic apio ſativo ſimilia, ſeu verius aquatico: ſed minora, caulis craſſiuſculus, ramoſus, frequentibus ala-

rum cavitatibus, umbella floribus albis referta. Semen ut dixi, Macedonicum tamen non est: quia amaritudo in eo non satis manifestè percipitur, sed tantum levis acrimonia, eaque non ingrata: Simile quod ex Epiro quondam adferebatur, quod negari vix potest; habet enim notas illas quas de eo tradit Galenus, & de Macedonico Dioscorides; amaritudinis enim hic non meminit. Quod si tamen quispiam hanc nostram noluerit probare opinionem, pro Petroselino tandiu utatur, usque dum legitimum aliud, magisque cum descriptione conveniens ostenderit. Et hæc de seleni generibus.

Nonnulla, inquit, sylvestria urbanaque, folio ac facie similia, verum succo & viribus planè diversa; ut cucumer sativus & sylvestris. quod experientia comprobat. Nam sativus frigidus & humidus: sylvestris calidus & siccus, vehementer amarus & abstergens, purgandi vi præditus, qua caret domesticus. Quod de viola scribit, id verum non videtur. Nam utraque humectat & refrigerat. Differunt tamen, quod sylvestris odore caret, urbana odorata sit. Nisi forte violam matronalem, vel latifoliam, de qua supra egi, pro sylvestri habuerit. Sed hæ folium dissimile habent, violis albis nigrisque. Contra simile folium utrique violæ scribit Theophrastus. Forte in Græcia aliud violæ sylvestris genus, nobis incognitum.

ΚΕΦ. Η. — Cap. VII.

De agrestium differentiis. quodque ea vocentur olera, quæ nobis usui sint cibario. Vt sunt intubum, aphaca, andryala, porcellia, senecio, & intubacea omnia. Item pes gallinaceus, enthusicum, mentastrum, hircibarbula, corchorus.

Περὶ τῶν δὲ ἀγρεστέρων λεγομένων μετὰ ταῦτα ῥητέον. καὶ ὅλως ‡ εἴ τι ποῶδές ἐστιν, ὃ μὴ τυγχάνει βρωτόν. καλοῦμεν γὰρ λάχανα τὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν χρείαν. ἐν δὲ τῷ καθόλου κἀκεῖνα περιέχεται. διὸ καὶ περὶ ἐκείνων λεκτέον. λάχανα μὲν δὴ τὰ τοιαῦτα καλεῖται, κιχώρη, ἀφάκη, † ἀνδρυάλα, ὑποχοιρὶς, ἠριγέρων. καὶ ὅλως ὅσα * κιχωριώδη, ταῦτα τὰς τὴν ὁμοιότητα τῶν φύλλων. πάντα γάρ πως ἐμφερῆ ἔχει τῷ κιχωρίῳ πάλιν, καυκαλὶς, ἐνθουσικὸν, ἡδύοσμον. αἱ δὲ μυρία ἄλλα, ἐν οἷς καὶ κόμη, ἣν τραγοπώγωνα καλοῦσιν, ‡ ὃ τὴν μὲν ῥίζαν ἔχει μακρὰν καὶ γλυκεῖαν, τὰ δὲ φύλλα τῷ κρόκῳ ὅμοια, πλὴν † μακρότερα. τὸν καυλὸν δὲ βραχὺν. ἐφ' οὗ τὴν κάλυκα μεγάλην, καὶ ἐξ ἄκρου μέγαν, τὸν * πώγωνα πολιόν. ἀφ' οὗ καλεῖται τραγοπώγων. ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλα ‡ τοιαῦτα τὰς μὲν ἰδέας ἔχει, τοὺς δὲ χυλοὺς ἐδωδίμους, ἢ ὠμοὺς, ἢ ἑφθούς. ἔνια γὰρ δεῖται πυρώσεως, ὥσπερ μαλάχη, καὶ τευτλὶς, καὶ τὸ λάπαθον, καὶ ἡ ἀκαλήφη, καὶ τὸ παρθένιον. τὸ δὲ στρύχνον καὶ ὠμὸν ἐσθίουσιν ὃ καὶ † εὐήπατόν τινες προσέτερον. καὶ ἕτερα δὲ πλείω τούτων. ἐν οἷς καὶ παροιμιαζόμενός ἐστι διὰ πικρότητα κόρχορος, ἔχων τὸ φύλλον ὠκιμῶδες. πάντων δὲ, τὰ μὲν ἐπέτεια, τὰ δὲ ἐπετειόκαυλα τυγχάνει. τὰ μὲν γὰρ ἐξαυαίνονται. τῶν δὲ διαμένουσιν εἰς πλείω χρόνον αἱ ῥίζαι. σχεδὸν δὲ οὐκ ἔλαττον τὰ τοιαῦτά ἐστι. φύεται δὲ τὰ μὲν, καὶ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν, καὶ ἀπὸ τῶν σπερμάτων. τὰ δὲ ἕτερα μόνον ἀπὸ σπέρματος, εἰ μήτι καὶ αὐτόματον.

Marg.: ‡ ἐγγὺς ποιώδης Bas. — † κιχόρειον. χονδρύλλα. * κιχωριώδη. διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν φύλλων. πάντα γὰρ ταῦτά πως ἐμφερῆ ἔχει τῷ κιχωρίῳ. πάλιν καυκαλὶς, ἄνθρισκον, ἡδύοσμον. — ‡ δέ. — † μακρότερα. τὸν καυλὸν δὲ βραχύν. — * πώγωνα Ald. Ger. — ‡ τοιαύτας. — † ὃ καὶ εὐήπατόν τινες πρότερον λέγουσι. καὶ vide an εὐήπατον.

AGrestium autem appellatorum post hæc discrimina, atque in totum cujusque herbacei minus cibo idonei generis, exponemus. Olera enim vocitamus, quæ nobis usui cibario sint. Quæ quidem in summa universorum contineantur necesse est. Quamobrem nec ea demittamus oportet. Ergo olera appellantur, intubum, † aphaca, andryala, porcellia, senecio, atque in totum quæcunque intubacea sunt: propter foliorum similitudinem. Ejusmodi enim omnia foliis intubo quodammodo proximis conduntur. ‡ Item pes gallinaceus, enthusicum, mentastrum. Quidam vel alia innumerabilia nominant, inter quæ illud, quod hircibarbulam vocant; cui radix longa, & dulcis. Folia croco similia, nisi quod longiora. Caulis brevis, super quem calix ampla, & barba de summo vertice cana pendens prolixa. Vnde nomen accepit. Pari modo & alia specie quidem ejusmodi constant; succis cibo idonea, vel cruda, vel cocta oriuntur. Quædam enim coqui volunt, ut malua, beta, rumex, * urtica, muraleum, vessicaria, quæ cruda etiam manditur, & alia plura: inter quæ & corchorus, qui ob amaritudinem in proverbio est. Folium ejus ocimum sanè æmulatur. Ex cunctis autem alia annua, alia annicaulia extant: nec desunt quæ radice diutius durent, quamquam ipsa arescant. Quinimo ejusmodi haud pauciora ferè adnotantur. Nascuntur alia radice, & semine: alia semine tantum. Nisi quod sponte etiam proveniant.

Marg.: † *Chondrylla, Hypochoeris, andryala.* — ‡ *Caucalis, antriscus, mentastrũ. sunt qui infinita alia olera nominent.* — * *Vrtica, muralis solatrum quod crudum etiam manditur à nonnullis, prius enepaton dictum, & alia.*

JULII SCALIGERI AD Cap. VIJ.

ΕΓγεηποιώδης ἐστιν, ὃ μὴ τυγχάνει βρωτόν. *Lege,* ἐγγὺς ποιώδης. *Vt proxima sit herbaceæ naturæ. Tametsi igitur esculenta non sunt, tamen propter eam affinitatem post frutices tractanda fuere: & propter similitudinem, quam cum esculentis gerunt: hic potissimum locus ei historiæ debebatur. Itaque subdit: Non sunt* λάχανα*: quia non sunt ad usum nostrum. Comprehendi tamen sub ea universitate, par est* ἐν τῷ καθόλου. *Observabis autem misceri hic,* καὶ τὰ βρωτὰ, καὶ τὰ ἄβρωτα. *Iccirco mox cum dicit* λάχανα, *subdit* καλεῖται: *non autem* ἐστί. *Quia sunt æquivŏca, nomenq; habent à similitudine faciei: usum non habent ob dissimilitudinem succi: tum autem argutissimè adderetur copulativa sic,* λάχανα μὲν δὴ καὶ τὰ τοιαῦτα καλεῖται.

Κιχώρη. *Memineris Theophrasti libros Dioscoridi ignotos fuisse. Vtrumque enim autorem diversis, aut nominibus, aut nominum flexu eandem plantam appellasse.* κιχώρη *igitur non est intubum esculentum, sed quod proximũ lineamentis æmulatur, Dens leonis.* ἀνδρύαλα caput monachi. ἀφάκη. hieracium. ὑποχοιρὶς, sonchus asper. *Dixit* κιχωριώδη, *quia Senecio quoque folia habet ejusmodi, licet crispiora.*

Οἱ δὲ μυρία ἄλλα. *Vsus est excessu poetico. Ex translatione Theodori additum est,* ἐν οἷς καὶ τραγοπώγωνα καλοῦσι: *numerant scilicet inter* λάχανα. *Sicuti* πάλιν καυκαλὶν, *& alia: ne referas ad* κιχωριώδη. *Corrige,* τὸν καυλὸν δὲ βραχύν. *Puto etiam* πώγωνα, *non* πωγωνὸν *legendum. Legunt etiam* τοιαύτας τὰς μὲν ἰδέας: *non autem* τοιαῦτα.

Ὃ καὶ εὐήπατόν τινες προσέτερον. *Hæc omisit Theodorus.*

IOANNIS BODÆI STAPEL. NOTÆ ET COMMENTARIUS.

DE agrestium olerum differentiis se dicturum promittit Præceptor, ac primum quæ olera vocet, exponit; nempe quæ sunt usui nobis cibario, ac inter ea numerat cichoriũ. Vulgo depravatè legitur κιχώρη; Attici enim κιχόρειον dicebant teste Scholiaste Nicandri, ad hunc versum; κίχορα ἀνδρυμίδας τε, καὶ ἣν πτερίον ἴππειον, cicho-

chorium, nasturtium, & quam perseam vocant. τὰ κίχορα οἱ ἀττικοὶ κιχόρεια (scribitur vulgo κίχορα & κιχόρεια) φασίν. ἡμεῖς δὲ γογγύλια. Sequitur κίχορα ἡμεῖς μὲν γογγυλίδια, οἱ δὲ ἀττικοὶ κιχόρεια (lege κιχόρεια) Quod Nicander *cichoron id Attici cichorium, nos gongulia. Cichorium nos gingicidion, Attici cichorium, An gongulion* an *gongicidion* scribendum, me fugit. Verisimilius postremum videtur, siquidem γογγύλιον rapa est. Attici itaque cichorium vocabant. Et si Dioscoridi credimus, sylvestris seris sic dicta. Verba Dioscoridis valde depravata sunt: sic vulgo legitur. σέρις διοσή, ἀγρία καὶ ἡμερ⊗, ὧν ἡ μὲν ἀγρία πικρίς, ἡ καὶ κιχώριον καλουμένη. ἡ δὲ τις ἐστὶ καὶ πλατυφυλλοτέρα καὶ ἰυσομωτέρα τῆς κηπευτῆς, ἐ ταύτης δὲ δίτλον εἶδ⊗. ἡ μὲν γὰρ τις ἐστὶ θριδακωδεστέρα καὶ πλατύφυλλ⊗, ἡ δὲ στενόφυλλ⊗ καὶ ὑπόπικρ⊗. Quomodo hæc restitui debeant cap. 11. hujus libri, ubi de generibus acturi simus, docebimus. Sylvestris seris cichorium & picris vocatur. Idem Galenus lib. 8. simpl. σέρις ὑπόπικρον ἐστι λάχανον, καὶ μᾶλλον τὸ ἄγριον, ὅπερ ἐ δι᾽ αὐτὸ τοῦτο πικρίδα προσαγορεύουσιν ἔνιοι. τινὲς δὲ κιχώριον ὀνομάζουσιν. Contra Ætius tam sylvestrem, quam sativam serim vocari κιχώριον scribit. σέρις ἡ κιχώριον, ὑπόπικρόν ἐστι λάχανον, καὶ μᾶλλον τὸ ἄγριον, ὅπερ καὶ πικρὶς προσαγορεύεται, ποτὲ δὲ καὶ κιχώριον, *seris vel cichorium subamarum olus est, maximè sylvestre, quod picris vocatur, à nonnullis vero cichorium.* Et hæc à Theophrasto probantur, cum genus κιχωριώδη vocat cap. 7. & 8. & 11. lib. 7. maximè cum cichorium cap. 11. propriè nominatur, ἀπὸ τῆς πικρίδος distinguit. Illud etiam notandum, quod Dioscorides σερίδα facit genus, cum contra Columella lib. 8 cap. 14. scribat, *Sed præcipue genus intubi, quod σέριν Græci appellant.* Galenus non σερίδα, sed κιχώριον Romanis intubum dictum asserit, κτ τόπους lib. 3. cap. 2. titulo τοῦ αὐτοῦ ἀρχιγένους περὶ τῶν πρὸς κεφαλαλγίαν, Ubi inquit ἢ κιχώριον τὸ ῥωμαϊστὶ καλούμενον ἴντυβον λάχανον &c. Dioscorides cum Columella facilè conciliari potest, si dicamus σέριν quidem omnes plantas cichoraceas (sic vulgo medici loquuntur) dici, sed κατ᾽ ἐξοχὴν tantum de sativo usurpari, uti præter Columellam Galenus plurimis in locis docet, ac satis perspicuè lib. 8. κτ τόπους c. 8. ubi legitur ἢ πικρίδ⊗ (depravatè legitur ἴρεως, legendum πικρίδ⊗ ostendit Ætius lib. 10. cap. 3. ubi hæc eadem ex Galeno refert) ἁπαλῆς, ἢ σέρεως ἁπαλῆς τοῦ χυλοῦ κύαθον α. picridis, id est *sylvestris seridis, vel intybi recentis.* seridis id est intubi sativi *recentis succi cyathum unum.* Eodem cap. τὰ μὲν δὴ κιχώρια καὶ ἡ σέρις ἐκ τῶν ἐδωδίμων ὑπάρχει &c. cichoria id est *sylvestria intyba & seris idest sativum cibarii generis existunt,* Plinius lib. 20. c. 8. *sativum autem serin.* Columella cum Galeno vix conciliari potest, nisi dicamus, τὸ κιχώριον apud Galenum ab Archigene loco citato poni pro sativo intybo, ut apud Ætium, vel, ut Theophrastus, pro omni intybo. Nam ipse lib. 2. de aliment. facult. cap. 41. intybum serim vocari scribit: εἴτε τοὺς ῥωμαίους ἴντυβους προσαγορευομένους μόνους ὀνόμαζον οἱ πρόσθεν ἀθηναῖοι σέρεις. ἢ τινα καὶ ἄλλα τῶν ἀγρίων λαχάνων φυτῶν, οὐκ ἀκριβῶς ἔχω φάναι. *Num quos soli Romani intubos appellant, veteres Athenienses seres nominarint, an & alia quædam olera agrestia, nequeo affirmare.* Apud Theophrastum σερίδ⊗ nulla fit mentio. Atticus tamen fuit. Ex his patet, quam varii & diversi sint Greci in cichorei nomine. Nec mirum, Ægyptia vox est, non Græca. Sic Plinius lib. 20. cap. 8. *in Ægypto cichorium vocant, quod sylvestre sit, sativum autem serim.* Serim appellatam putant viri docti ex Varrone, quod seridis natura agrestis cum sit, ut melior fieret, hortis sereretur. Varroni tamen sic dicta videtur, quod aqua tacta, quasi recenter sata foret, virescat. qui lib. 3. cap. 10. ubi de anseribus, ait, *Seruntque his herbam, quæ vocatur seris, quod ea aqua tacta, etiam cum est arida, fit viridis.* Sed seris græcum, non latinum est nomen: sic dictum ἀπὸ τοῦ σαίρειν vel σαίρειν *mundare, purgare*; non quod purgandi vim obtineat, sed quod uti mundata & purgata, inanis & vacua fit. à caule itaque cavo nomen potius habere videtur. Auctor etiam etymol: σαρωνίδας exponit *arbores cavas.* Hesichius σαρωνίδες πέτραι, ἢ αἱ διὰ παλαιότητα κεχηνυῖαι δρύες, *petræ, vel propter ætatem excavatæ quercus, sive arbores.* δρῦς enim, ut alibi dixi, nomen generale est. Interpres Callamachi σαρωνίς. δρῦς διὰ τὸ σεσηρέναι ἐ συνεσταλμένον τὸ φλοιὸν ἔχειν. Σερὶς itaq; à σαίρω *inanis sum.* Intubum latini vocarunt, à cavo tubæ specie caule. Cichoreum Ægyptium nomen est, ac inde in Græciam, postea in cęteras nationes commigrasse, verba supra citata Plinii docent. Cichorium tamen dictum videtur à κιχέω *invenio, reperio,* quod frequens in pratis, campisve nascatur ac reperiatur. Doctiss. Philosophus κιχόρην, ut vulgati codices habent, dentem leonis interpretatur, & ἀνδρύαλα caput monachi. Sed caput monachi nostrates dentem leonis vocant, sic & Itali, Germani, quod vulgo taraxicon dicitur, dentem leonis & caput monachi vocant. An in Galliis diversæ sint plantæ, me fugit. Id tamen non putarim. Fateor hoc loco non significare intybum. nam de sylvestribus agit Theophrastus, idcirco intybum expono *sylvestre.* Doctiss. Gaza *erraticum* interpretatus est lib. 1. cap. 16. Latini tamen erraticum vocarunt, quod radices longas & multas spargit & emittit, quæ sub terra proserpunt & vagantur, fibris erraticis, hac & illac decurrentibus, quibus fruges necantur. Sed de hac voce plura infra cap. 11. ubi de cichoraceis agit Pręceptor. Græci recentiores ἴντυβα vocant. Geopon. auctor. lib. 12. cap. 1. μηνὶ αὐγούστῳ καὶ μεταφυτεύεται πράσον, ἴντυβον, (ni fortè ἴντυβα legendum) ῥάφανον *mense Augusto, & transplantatur porrum, intybum, rhaphanon.* Eodem libro cap. 28. τρώξιμον vocatur. σέρις, τουτέστι τρώξιμα ἐν ὄξει βαπτόμενα, καὶ ἐσθιόμενα στομάχῳ κατάλληλα. *Seris, hoc est troxima in aceto tincta & commesta stomacho conveniunt.* Ægineta tamen intubum & troximon pro diversis habere videtur, lib. 3. cap. 46. καὶ ἴντυβον δὲ, καὶ τὸ τρώξιμον, ἐ ὁ σόγχος τῶν παραπλησίων εἰσί. *Ejusdem generis sunt intybum, troximum, & sonchus.* Interpres vertit, *ejusdem generis sunt intubum, esculenta, & cicerbita, quæ sonchos Græcis dicitur.* At loco citato τρώξιμον non est adjectivum, sed substantivum. Ætius lib. 9. cap. 48. ἀναλάμβανε χυλὸν τρωξίμων, *cape succum intuborum.* Trallianus etiam τρώξιμον ab intubo diversum facit, lib. 8. c. 1. τούτοις ἐ τὰ ἴντυβα, καὶ τὰ τρώξιμα (depravatè vulgo τρέξιμα legitur) ἐπιτήδεια, καὶ κιχόρεια ἐ σόγχοι, καὶ ἁπαλὰ σεῦτλα &c. *his & intybum & troximum & cichorium & sonchus & tenera beta convenit.* Intybon & troximum à dictis auctoribus conjungi expositionis gratia, doctissimorum virorum opinio est; quod verisimile nobis non esset, ni Geoponi auctor dixisset, σέρις, τουτέστι τρώξιμα &c. τρώξιμον dicitur, quod pro quotidiano, cibo vel quotidiè eo utantur.

De aphaca cap. 11. hujus libri agam. hoc tantum admonendum, ἀφάκην à Dioscoride, Galeno, Plinio, immo ipso Theophrasto inter fruges ac legumina reponi lib. 8. cap. 5. hist. hoc vero libro cap. 7. 8. & 9. pro olere. Fortassis lib. 8. legendum ἀπάπη. Doctiss. Scaliger Hieraciũ interpretatur; cum tamen Hieracium ęstate, vel in fine veris florem proferat, nec cito defloreat subnascente alio. Ego, salvo meliori judicio, dentem leonis Magistrum ἀφάκης nomine describere, ausim affirmare. Hæc ad Hyemis finem primoque vere floret; amara satis; flos celeriter senescit, atque lanugine pappo dicta marcescit, alio atque alio succedente flore, idque à mense Martio, vel si tepidior paulo Hyems fuerit, Februario mense ad Iulium usque; nec dubito quin calidioribus in regionibus Decembri, Ianuarioque mensibus floreat. Α᾽φάκη dicitur ab ἀφίω, vel ἀφίημι *dimitto, missum facio, repudio, præcipitem do,* quod celeriter floreat, ac florem protinus alio subnascente perdat.

Α᾽νδρύαλα quid sit, ignoro. Infra cap. 11. χανδρὰς, vel, ut in aliis codicibus, legitur χονδρὰς. Plinius lib. 21. cap. 15. ubi hujus capitis locum, & cap. 17. ejusdem libri, ubi quæ Theophrastus cap. 11. recenset, *Chondrillum* vertit. *Reliqua* inquit *vulgarium in cibis apud eos herbarum nomina chondrylla, Hypochoeris, & caucalis,* Condryllæ vel, uti apud Galenum & Æginetam legitur, chondrillę, nomen invenit ab eventu, quod in ramulis imis gummi reperiri solet, magnitudine fabæ, mastiches simile, aut nucleo thuris, quem χόνδρον Græci nominant.

Υ᾽ποχοιρὶς *sonchum* viri docti arbitrantur, & quidem asperum; cum tamen Theophrastus cap. 11 ὑποχοιρίδα læviorem & aspectu mitiorem inter cichoracea scribat. Rectius illi, qui Hieracium sic dictum putant, uti capite 11. demonstrabimus. ὑποχοιρίδα Gaza *porcellinam* vertit; credo quod χοῖρ⊗ *porcum* significet. Fortassis ὑποχοιρὶς dicitur, quod minus aspera, quam reliqua sint cichoracea. χοῖρ⊗ enim asperum, spinosum dici botanicis videtur. nam apud Æginetam lib. 3. cap. 42. χοιροβοτάνιον anchusam vocat, quæ spinosum habet, ac nigrum, latumque folium, vide cap. de anchusa. Et χοιρογρύλλι⊗ terrestris echinus dictus, à spinis quibus prædictus est.

Η᾽ριγέρων *senecio.* Id nomen sibi vindicavit, quod flores capillorum ritu vere canescant, teste Dioscoride lib. 4. cap. 97. ὅθεν ἐ ἠριγέρων ὠνομάσθη, διὰ τὸ ἦρος τὰ ἄνθη τριχοειδῶς πολιοῦσθαι. Latinis senecio dicitur, quod cito senescat. Plinius lib. 25. c. 13. *erigeron à nostris vocatur senecio, nomen Græci dederunt, quia vere canescit,* vide c. 10. Inter cichoracea numeratur, quod flos foliumq; aliquo modo referant cichoreum, vel chondrillam, sed crispiora multo.

Κιχωριώδη, Doctiſſimus Gaza *intubacea* interpretatur. optimè. Noſtrates medici *Cichoracea* vocant, ſervato nomine græco. Sed pro cichoraceo non habent ſenecionem, nec chondrillam, ſed endiviam, dentem leonis, hieracium & cichorium propriè dictum, ſonchum utrumque & picrim, de quibus cap. 11. hujus libri.

Καύκαλις nomen accepit, vel à ſeminum effigie, quæ vaſcula & ſemiſphærica imitantur. Vel quod præarida ſtrepitum edunt. Hæc ſemina ventis concuſſa, vindemiis exactis, quemadmodum caucalia vaſa ſonum edunt, dum aqua confertim egreditur, aëre exeunte, & contra ſtrepitum edunt dum implentur. De his vaſis vide lib. 1. Prob. Alexand. Aphroſ. καυκαλίδας Nicandri Scholiaſtes cortices piſtaciorum eſſe ſcribit in Theriacis. Καυκαλίδας δὲ τὰ λέπη τῶν πιστακίων λέγει, ἢ ἄλλο εἶδος βοτάνης. *cortices piſtaciorum vocat, aut aliud herbæ genus.* Caucalis Dioſcoridi Myrrhæ genus, παρὰ τὸ κεκαῦσθαι quod præter modum retorrida & exoleta ſit. Doctiſſimus Gaza pedem gallinaceum interpretatur, idque quia Auctuarii auctor, οἱ δὲ καῦκον, οἱ δὲ μύϊτιν, δημόκριτος βρύον, ῥωμαῖοι πέδεμ γαλλινάκεουμ, οἱ δὲ πέδεμ πούλλι, αἰγύπτιοι σέσελις, *alii cancum, alii myitin, Democritus bryon, Romani pedem gallinaceum, ſeu pulli pedem, Ægyptii ſeſelin vocant.* Μυϊτιν, ſive pedem gallinaceum vocarunt, quod extremum folium in gallinæ pedem conformatur. Καυκὸν dictum teſtatur Oribaſius. Heſychius καυκὸν καῦλον *forte* καυλίον, καὶ ἄγριον λάχανον, *cauliculus & olus ſylveſtre.* Sic forte dictum, quod ſemen ſimilitudinem quandam cum calceamento muliebri habet, quod καυκίδας vocat Athenæus lib. 3. Βρύον appellarunt ab hirſutie. Dicitur etiam daucus ſylveſtris, non quod dauci quandam formam, ſed quod vires ferme habeat eaſdẽ, uti docet Galenus lib. 7. de ſimpl. Καυκαλὶς, ἔνιοι δὲ τοῦτο δαῦκον ἄγριον ὀνομάζουσιν, ἔστι γὰρ ὅμοιον αὐτῷ καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν, καὶ κατὰ τὴν δύναμιν. θερμαίνεται γὰρ ὡς ἐκεῖνο καὶ ξηραίνει, καὶ διουρεῖται, καὶ ταριχεύεται εἰς ἀπόθεσιν. *Caucalis, quidam daucum agreſtem nominant. Eſt ſimile ipſi tum guſtu, tum virtute; calefacit enim inſtar illius, urinam proritat, & ſalgamis conditur, atque reponitur.* Nullas ejus notas recenſet Theoph. Deſcribitur à Dioſcoride his ferè verbis: Καυκαλὶς, ἔνιοι δὲ δαῦκον ἄγριον καλοῦσιν, καυλίον ἐστι σπιθαμιαῖον, ἢ καὶ μεῖζον ὑπόδασυ. φύλλα ἔχων μαράθρῳ ὅμοια, πολυσχιδῆ. (Marcellus & Ruellius in altero codice ſcriptum referunt, φύλλα ἔχον σελίνῳ ἐμφερῆ. ἐπ' ἄκρου δὲ μαραθροειδῶς πολυσχιδῆ. Hanc lectionem improbant Lacuna, Saracenus, Pena, Lobelius & Auguillara; idque quia caucalim folio apii negant eſſe caucalim Dioſcoridis. Contra tamen hanc lectionem probat Oribaſius, qui fideliſſimè exſcripſit Dioſcoridem) δασέα, καὶ ἐπ' ἄκρου σκιάδιον λευκὸν εὐῶδες. *Caucalis, quam nonnulli ſylveſtrem daucum appellant, cauliculus eſt dodrantalis, aut etiam major, ſubhirſutus, foliis fœniculo ſimilibus, quæ ſunt multis diviſa inciſuris* (foliis apio ſimilibus, & in cacumine, fœniculi modo tenuibus. Hac fortè de cauſa, alii κορίῳ, id eſt *Coriandro* compararunt. Heſychius καυκιάλης (fortaſſis ſcripſit Grammaticus καυκαλὶς) βοτάνη τις ὅμοια κορίῳ (malè ſcribitur κωρίῳ) καὶ ὄρνις, avis quoddam genus ſic vocari ait, & herba quædam ſimilis coriandro. Coriandri folia radici proxima, apii ſunt figura, ſed ſuperiora fiſſa, fœniculi inſtar) *& hirſuta. Candida in cacumine umbella, eaque odorata.* Hanc comparat Phanias apud Athenæum paſtinacæ, aniſo, coriandro, fœniculo. Caucalin recentiores oſtendunt apii folio, & fœniculi, verius peucedani eſt. Hæc caule, foliis & diviſura eſt fœniculi, cubitum alta, umbella albicante, odorata, radice unica, recta, humi pacta, candida, ſapore paſtinacæ. Caucalidis folio apii plura ſunt genera, quę in phytopinace recenſet Bauhinus. Magis hæc cum deſcriptione Dioſcoridis congruunt, ut ipſe, pro ſuo candore, fatetur Lobelius. Nam præterquam quod magis odore & ſapore Daucum referunt, ſunt foliis, caule, ſemine, umbella, hiſpidis. quæ notæ in altera caucalide folio fœniculi, non cernuntur. Utriuſque figuram addidi, & totum negotium Lectoris judicio committo.

Ἐνθουσικὸν quid ſit, ignoro. Plinius *anthriſcum* legit, ac illud alibi ſcandici ſimile dixit; nec ſcandicis, nec enthuſici aliquas notas tradidit. Dioſcorides & Galenus ſcandicem amaram ac ſubacrem dicunt; qualis non eſt planta quæ pro ſcandice colitur, ac vulgo pecten Veneris vocatur. Anthriſci vox apud Athenæum eſt lib. 5. ubi legitur; κύπειρόν τε δροσώδη καὶ ἀνθρίσκου μαλακῶντι ἴων λείμακα, *anthriſci tenellæque violæ herboſam comam.* Hujus etiam vocis veſtigium alibi apud eundem Athenæum extat lib. 7. ubi ſcribitur: οὗτος γὰρ ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Φησὶν ἀγρίοις ἐν θρύσκοισι καὶ βρακάνοις καὶ στροβίλοις ζῆν. Legendum

Caucalis.



Caucalis flore rubro, folio latiori Lob.



cum interprete, Φησὶν ἀγρίοις ἀνθρίσκοις vel ἐνθρύσκοις ex Heſychio καὶ βρακάνοις καὶ στροβίλοις ζῆν. *Hic ſcripſit in fabula, cui titulus eſt agreſtes, anthriſcis & bracanis* (Heſychius βράκανα τὰ ἄγρια λάχανα *olera ſylveſtria.* Quidam tamen, ut notat Dalacampus, λαχάνοις pro βρακάνοις legendum contendunt) *eos victitare, & ſtrobilis,* id eſt, cardui quodam

dam genere, vel, ut Dalecampius, cardui capitibus. Anthrisci etiam mentio fit apud Hesychium, ἀνθρίσκον (vulgo θρίσκιον) λάχανον ἔχον ἄνθος ὡς ἀνήθινον (lego ἀνήθου. Auctor Etymol. ἄνθρισκα ἄγρια λάχανα τὰ παραπλήσια ἀνήθοις, *sylvestria olera similia anethis*. Phavorinus, ἄνθρισκα ἄγρια λάχανα τὰ παραπλήσια ἀνήθοις, οἷα καὶ τὰ μάραθρα (*sylvestria olera anethis similia, uti fœniculi*) ἢ ἄννησον, *antriscum olus florem habens similem anetho, aut aniso*. Umbellam credo intelligit, nam anethum flosculos habet luteos, anisum albos. Quod anthrisci nomine Clusius describit non habet umbellam, aut flosculos anetho aut aniso similes. Nam umbellam habet exiguam, quatuor, quinque, vel sex flosculos sustinenrem, colore albos, quinq; foliolis constantes, in quorum medio exile quidpiam ex purpura nigricans. Porro apud eundem Hesychium legitur ἐνθρυσκον λάχανον κορίῳ ὅμοιον, (lego κορίῳ vel καρώῳ ὅμοιον) φέρει δὲ καὶ ἄνθος ὥστε εἶναι καὶ βρωτὸν καὶ στεφανωτόν. *Enthriscum olus carui simile, fert florem qui in cibu & coronis usum habet.* Viri docti ἄνθρυσκον restituendum scribunt; cum tamen series alphabetæ Hesychianæ contrarium ostendat; præterquam quòd eadem hæc tradat Phavorinus. Sed hic exscripsit ex Hesychio, vel alio quodam auctore ex quo Hesychius. Et quid obest quo minus antiqui ἀνθρίσκον, recentiores ἐνθρίσκον dixerint. Porro ἀνθρίσκον, vel, ut apud Etymol. auctorem legitur, ἀνθρήσκον, dictum est, ut idem scribit, παρὰ τὸ ἀναθρώσκειν, *sursum saliendo, exiliendo*; quod non præstat planta de quo modo nobis sermo.

ἡδύοσμος. cur dicatur, docet Plinius lib. 19. cap. 8. *Mentæ nomen suavitas odoris apud Græcos mutavit, cum alioqui mintha vocaretur. Unde nostri nomen declaraverunt, grato menta mensas odore percurrit in rusticis dapibus.* Mirabitur fortassis quispiam, cur Oppiani interpres mentam κακὴν βοτάνην, id est *malam herbam* vocarit. Presertim cum odore præcellat, magnisque ac efficacibus admodum viribus prædita sit, maximeque stomachum juvet, & appetentiam exciter. Tres causas adferre mihi videtur Geoponicῶν auctor lib. 12. cap. 2. Τὸ ἡδύοσμον ἀχρήστον εἶναι νομίζεται. ὧ γὰρ ἂν τραύματι προσενεχθῇ, οὐκ ἂν ἔτι τοῦτο ῥαδίως ὑγιασθείη. οὐδὲ καὶ εἰς γάλα ἐμβληθῇ, ἐὰν μετὰ τοῦτο ἡ πυτία ἐπιβληθῇ, οὐ πήγνυται τὸ γάλα. ἀντιπίπτειν δὲ ἐν καὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια. *Mentha inutulis esse putatur; cui enim in vulnere exhibita fuerit, huic non facile id ipsum sanescit. Et hęc prima ratio altera; si vero in lac injiciatur, & coagulum postea immittetur, lac non coagulabitur.* Idem Dioscorides lib. 3. c. 41. καὶ γάλα ἀτύρωτον φυλάσσει ἐναποτιθεμένων αὐτῷ τῶν φύλλων, *coire lac, densarique in caseum non patitur, si illi folia (mentæ) immergantur.* Tertia quam adfert hæc est, quod inepta & incommoda rebus venereis habeatur. Notum problema Aristotelis 20. sect. probl. 2. διὰ τί λέγεται μίνθην ἐν πολέμῳ μήτ' ἐσθίειν μήτε φυτεύειν; ἢ ὅτι καταψύχει τὰ σώματα, δηλοῖ δὲ ἡ τοῦ σπέρματος φθορά. τοῦτο δὲ ἐναντίον πρὸς ἀνδρείαν καὶ θυμὸν ταὐτὸν ὂν τῷ γένει. *Cur in proverbio est mentham belli tempore neque edito neque serito? an quia mentha refrigerare corpora potest, ut corruptione constat, seminis genitalis. Id autem ipsum adversum omnino est ad fortitudinem atque animositatem; quamvis sit genere idem.* An itaque menta generationi inimica quod nimium evacuando corpora refrigeret, quod coitus nimius atque intempestivus facere consuevit? Et hæc fuit opinio divini Senis lib. 2. de diæta. ubi etiam ejus crebriore usu tentiginem arceri docet. Μίνθη θερμαίνει καὶ οὐρέεται, καὶ ἐμέτους ἵστησι, καὶ ἢν πολλάκις ἐσθίῃ τις τὸν γόνον αὐτοῦ τήκει ὥστε ῥέειν, καὶ ἐντείνειν κωλύει, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὲς ποιεῖ. *Mentha calfacit & urinam ciet, & vomitus sistit, & si quis sæpe commedat, semen genitale collique facit ut diffluat, & arrigere prohibet, & corpus debile facit.* Contrario modo fieri quod generationi mentha resistat, auctor est Plinius lib. 20. cap. 14. *Resistere (menta) generationi creditur cohibendo genitalia densari.* Saracenus *genituram* legendum docet. servo tamen vulgatam. Intelligit Plinius quod impediat penis erectionem & hac ratione idem quod Hippocrates ait. Contra Dioscorides & Galenus mentham venereis voluptatibus commendant, ac quidem Dioscorides lib. 3. cap. 41. ἀφροδισιαστικῶς ἐρεθίζει, *venerem stimulat.* Galenus lib. 6. simpl. ἡ δ' ἥμερος ὥστε διὰ τὴν ἐκ τοῦ κηπεύεσθαι προσοῦσαν ὑγρότητα, καὶ πρὸς ἀφροδίσια παρορμᾷ μετρίως. *Domestica ob eam sane quæ ex cultu accedit humiditatem, mediocriter idem ad venerem excitat.* Addit rationem, ὑπάρχει δὲ τοῦτο κοινὸν ἅπασιν ὅσα μίαν τινὰ ὑγρότητα ἡμιπέπτον καὶ φυσώδη; *id quod omnibus accidit, quæ humiditatem, semicoctam & flatuosam continent.* Hi omnes conciliantur auctores, si dicamus, nihil impedire, mentam liquidum fluxileque, semen reddendo, conceptui, & generationi resistere; & quod aliquid flatulenti habeat, venerem stimulare & promovere, ac eadem ipsa hujus fluxibilitatis ratione conceptui generationique resistere. Ipse etiam Dioscorides generationi mentham inimicam esse loco citato fatetur, γυναιξὶ δὲ πρὸ τοῦ πλησιάζειν προστεθεῖσα ἀσυλληψίας ἐργάζεται, *porro mulieribus ante coitum subdita conceptioni resistit.* Nempe quod semen liquidum nimis efficiat, adeo ut effluat ac non retineatur. Quarta addi potest ex Ovidio 2. Fastorum, quod in magicis mentæ aliquis fuerit usus.

Obsutum menta torret in igne caput.

Dicitur etiam Græcis μίνθη. Dioscorides, Galenus loco citato ἡδύοσμος οἱ δὲ μίνθην. Nomen illud accepisse vulgaris est opinio, à puella in herbam hanc conversa, uti tradunt Oppiani interpres, & Strabo lib. 8 Geograph. πρὸς ἕω δ' ἐστὶν ὄρος τῆς Πύλου πλησίον ἐπώνυμον μίνθης, ἣν μυθεύουσι παλλακὴν τοῦ ᾍδου γενομένην πατηθεῖσαν ὑπὸ τῆς κόρης εἰς τὴν κηπαίαν μίνθην μεταβαλεῖν ἣν τινες ἡδύοσμον καλοῦσι. *Minthe mons est Pylo vicinus, nomine mintham referens, quam ajunt pellicem fuisse ditis, deceptamque à Proserpina, in mentham hortensem abiisse, quam herbam nonnulli ab odoris suavitate Hedyosmon vocant.* Idem ferè Iulius Pollux, μίνθα δὲ (legitur μίνθα) ἡ μίνθη τὸ καλούμενον ἡδύοσμον ὅπερ ὀνομάσθαι φασὶν ἀπὸ μίνθης, ἣ δὲ ἦν Πλουτέως παλλακὴ εἰς τοῦτο τὸ φυτὸν μεταβαλοῦσα. mente vel menta dicta Hedyosmon, nomen accepisse fertur à mintha Plutonis pellice in hanc plantam conversa. Ovidius.

Fœmineos artus in olentes vertere mentas
Persephone licuit.

Botanicorum filii μίνθην dictam putant, quod μίνθα esset concolor, aut hirsuta. Est enim μίνθος lanugo, muscidaq; pubes humentibus & putrescentibus penè cunctis sub dio apertis obduci solita, qualem cernere est in succis & decoctis herbarum diutulè servatis, & passim in oletis, & sterquiliniis. Cui haud absimilis tenera illa hirsuties pulla, quæ in mentha agresti, sed præcipuè in calamento visitur. Unde dicitur calamenta, quasi *pulchrior menta*, muscida ac pubens. Huic opinioni nonnihil favet Aristophanis Scholiastes, μινθώσομεν ὥσπερ τράγου τὴν ῥῖνα, *stercore linemus nares perinde ac hirci.* Sanè μίνθον exponit Suidas, ἄνθος ἐν τῇ κόπρῳ γινόμενον, ᾧ χαίρουσιν οἱ τράγοι. *Flos insterquiliniis enascens quo delectantur hirci.* Hoc si mēthę etymon, sylvestri tantum cōmpeteret, non sativę. Etenim in hac lanugo non reperitur, nec an scio, lanugo quę in mētastro reperitur, sit similis ei quæ in sterquiliniis. Alii ex adverso sic dictā scribunt, quod stercoris, rei fœdissimę, odorem contrarium habeat, nempe suaveolentē. Crediderim μίνθην, quasi μινύθην dici, παρὰ τὸ μινύθειν, quod semen copiosiore ejus usu minuatur & tabefiat. Non sunt audiēdi, qui mentam Latinis dictam scribunt, quod mentem turbet; nempe id Gręcorū Latinorumve nemo tradidit. Rectius illi, quod odore oblectet. Plinius, *suavitas odoris apud Græcos nomen mutavit.* Et hi tamen minus rectè. Nam teste Varrone lib. 4. de ling. latina, menta à Græco μίνθη litterula mutata dicitur. Mentæ notas quasdam tradidit Theophrastus lib. 6. hist. & 5. de causis, sisymbrium in mentam degenerare tradidit; Videat lector quæ annotavi ad hunc locum. Lib. 6. hist. cap. 8. ex semine nunquam natam inquit. Experientia docet, mentham quæ flosculos spicatos gerit, semen raro perficere, & vel maxima ex parte infœcundum gignere, idque adeò minutum, ut visum effugiat. Radicum tamen reptantium germinibus abundè se propagat, adeòque vivax est, ut in hortis vel semel tantum plantata, tam restibili fertilitate duret, ut vix in posterum extirpari possit, quin renascatur. Id quod testatur Plinius lib. 19. cap. 8. *Semel sata diutina ætate durat.* Columella in hortulo

Plantantur nec non serpentia gramina mentæ.

Lib. 6. de caus. 22. de menthę odore agit Theophrastus, eumque suavem esse jam dicta ostendunt. Dioscorides lib. 3. cap. 41, ubi de menthæ viribus agit, descriptionem ejus quod nota satis esset planta, præteriit; alias tamen plantas menthæ comparavit. Lib. 2. c. 155. de sisymbrio ἔχει δὲ φύλλα ἡδυόσμῳ κηπαίῳ, πλατυφυλλότερα δὲ καὶ εὐωδέστερα, στεφανωματικόν. *Hortensis mentæ similitudine, sed latioribus foliis, quod quidem in coronis inseritur.* Lib. 2 cap. 191. de Hydropipere, καὶ φύλλα ἐοικότα ἡδυόσμῳ, μείζονα δὲ καὶ τρυφερώτερα καὶ λευκότερα, *folia mentæ similia sed majora, delicatiora, candidioraque.* Lib. 4. cap. 42. de pentaphyllo, φύλλα ἔχει ἐοικότα ἡδυόσμῳ, πέντε περὶ ἕκαστον μίσχον, *folia menthæ quinis*


nis singulis pediculis. Theophrastus, Dioscorides, Galenus duo menthæ noverunt genera, sativam, de qua hactenus, & sylvestrem. Sylvestris mentastrum dicitur latinis. Plinius lib. 20. cap. 14. *Mentastrum sylvestris menta est.* Idem Auctuarii auctor ὃ ῥωμαῖοι μενθάστρουμ καλοῦσι *quam latini mentastrum nominant.* Galenus calamintham vocari refert: ἔστι γὰρ ἑτέρα τις οὐκ εὐώδης μίνθη, ἣν καλαμίνθην καλοῦσι. *Est altera menta non odorata, quam calaminthum vocant.* Dicet quis, hæc de calamintha vulgo dicta, sive vera intelligenda sunt. Respondeo, calamintham vulgarem, sive de qua Dioscorides lib. 3. cap. 43 odoratam esse, ac de ea agere Galenum lib. sequenti. Sed ipse Galenus sylvestrem mentam se intelligere his verbis declarat, ἀσθενεστέρα μὲν ἡ εὐώδης μίνθη τῆς καλαμίνθης. ἐστὶ καὶ ἧττον θερμαντική. καθόλου γὰρ εἰπεῖν, ἡ μὲν ὥσπερ ἀγρία τίς ἐστιν, ἡ δ' ἥμερος. *Infirmior tamen mentha est odorata, quam calamintha, minus excalefacit. ut enim in universum dicam, hæc ceu sylvestris quædam est, illa ceu domestica.* Non omnino male itaque Grammaticus calamintham menthastrum exponit. Et sanè de hac calamintha intelligendus Aristophanis locus in concion. σὺ δέ γ' ὄζεις ἂν καλαμίνθης. De hac Hesychius, καλαμίνθη πόα ὁμοία ἡδυόσμῳ, *menthæ similis herba.* Non loquitur de calamenta; quia nulla menthæ similis. Prior enim foliis ocimi, altera pulegii, tertia mentastri. Mentha hæc sylvestris calamenthæ nomen accepit, non quod viribus mentham sativam aut pulchritudine superet, sed quod lignosior sit. Dicitur ergo ἀπὸ τοῦ κάλου, quod *lignum* significat, καὶ μίνθης, *mentha.* Hanc mentham his verbis describit Dioscorides. Τὸ δὲ ἄγριον ἡδύοσμον γίνεται δασύτερον τοῖς φύλλοις, καὶ πάντη μεῖζον σισυμβρίου, ἐν ὀσμῇ δὲ βρωμωδέστερον, καὶ ἧττον εἰς τὴν ἐν ὑγιείᾳ χρῆσιν εὔθετον. *Sylvestris mentha, seu menthastrum hirsutioribus est foliis, & prorsus major sisymbrio: at odore magis viroso: quare minus ad sanorum usus idonea est.* Pro menthastro alii ostendunt nepetam agrestem Tragi, calamintham aquaticam Belgarum, quam pulegium agreste officinæ vocant. Sed magis cum descriptione convenit mentha-

Menthastrum.




strum à Dodonæo & Lobelio descriptum. Longis quadrangularibus, pilosis ac incanis caulibus luxuriat; folia hujus candida, densaque lanugine utrimque pubescunt; in ramulorum summo florum eminent paniculæ; radix longa, latè in omnem partem serpit, stirpem facile multiplicans. Contra nepetæ, sive calaminthæ dictæ major non est sysimbrio. huic cubitales, surculosi, angulosi, geniculis distincti, haud quaquam assurgentes, sed plurima parte procumbentes exeunt cauliculi; Folia habet origano similia, minora, eaque incana, gustu impensè fer-ventia & amara. Flores lamii similes supra folia, quæ bina sibi opposita conspiciuntur, coronæ instar, uti pulegio prodeunt; candiduli quidem, sed qui intercursantibus plurimis notulis purpurei apparent; radix fibrosa est, utraque odore non valdè grato. Prior, ut dixi, cum

Menta vulgata.



descriptione magis convenit. Sisymbrio enim similior multo. Nepetæ enim illius flores faciesque superior non usque adeò sisymbrio similis, uti picturæ ostendunt. Sisymbrii figuram lib. 6. exhibui. Menthæ utriusque genera plura recentiores observarunt, quæ Bauhinus in Phytopinace recenset. Harum maximè quæ variegata

Mentha aquatica, seu sisymbria flore & folio rubro.



est, delectat. In eodem enim ramulo folia quędam nivei coloris, quædam partim viridis, partim nivei; in quibusdam

dam nivei nihil. ad veterum descriptionem maxime accedit cujus figuram exhibui, sive prima alteraq; Dodonæi, quam Saraceniam vel corymbiferam vocant. Ad mentarum classem referri potest planta quam balseme Belgæ vocant, alii costum, fortassis quam geoponicæ auctor illud nomen dedit lib 11. c. 28. ὡσαύτως κόστος καὶ βαλσαμον αὐτόρριζα νεμβρίῳ μηνὶ φυτεύονται, ἐνώδη ὄντα τὴν ὄσφρησιν *similiter etiam costus & balsamon vivi radicibus plantantur, Novembri mense ambo odoris fragrantiam habentia.* Et omnino balsamita est Græcorum recentiorum. Nicolaus Myrepsus βαλσαμίτα. ἡ τις ἐστὶν ὁ μακρότατος ἀγριοἡδύοσμος *inter sylvestres menthas procerissima balsamita est.* Vidimus Belgas nomen huic antiquum restituisse. nota satis planta.

Unde κόμης & τραγοπώγωνος nomen acceperit, ipse Theophrastus satis docet cujus codicẽ ex his Plinii verbis lib. 27. c. 13. correximus. *Est & tragopogon, quem alii comen vocant, caule parvo, foliis croci, radice longa dulci, super caulẽ calyce lato nigro: nascitur in asperis, sine usu.* Postremum falsum est, contrarium Theoph. & Dioscor. cujus verba antequam in medium adferam alius Plinii corrigendus locus lib. 21. c. 15. *Anthriscum, scandix quæ ab aliis tragopogon vocatur foliis croco simillimis.* Legendum, *anthriscum, scandix, come, quæ ab aliis tragopogon.* Dioscor. lib. 2. c. 173. τραγοπώγων ἢ τετραπώγων οἱ δὲ κόμην καλοῦσι, καυλὸς βραχύς. φύλλα κρόκῳ ὅμοια (quidam codex σκορόδῳ id est allio legit, cui optime hujus plantæ folia quadrant; & sic scribere, ni Theophrastus, Plinius, Oribasius contrarium ostenderent.) ῥίζα μακρὰ, γλυκεῖα. ἐπὶ δὲ τῷ καυλῷ κάλυξ μέγας καὶ ἐξ ἄκρου καρπὸς μέλας ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα ἔσχεν. ἔστι δὲ ἡ πόα ἐδώδιμος. Tragopogon, seu tetrapogon, quem alii comen vocant, brevi caule est, foliis croci, radice longa, dulci, nigro super caulẽ calyce. E cujus summo semen nigrum vel fructus niger à quo nomen accepit; est vero herba ipsa esui apta. Sic etiam Oribasii codex. Et tamen depravata & inepta est lectio. Nam qua ratione à semine nigro tragopogon sive hirci barba nuncupari potest, Satis clarè Theoph. scribit, nomen sibi asciviſſe, quod è calycis summo, floribus evanescentibus, papposa prodeat cæsaries, seu comosa lanugo, cui cum hirci barba nonnulla similitudo. Ex Theoph. itaque rectè Doctiss. Saracenus hunc locum Dioscoridis correxit. Ἐπὶ δὲ τῷ καυλῷ κάλυξ μέγας, καὶ ἐξ ἄκρου πάππος μέγας *magno super caulem calyce, è cujus summo prolixa erumpit lanugo* unde nomen. Tragopogon foliis exit croci, latioribus tamen ac longioribus multo, flore quandoq; aureo, non raro purpureo, sed minore rostro vocato porcino non absimili, majore tamen, qui calyce continetur. is sereno cœlo oriente sole fatiscit, ipsa verò meridie recluditur, nubiloso vero non panditur, apertus vero cadente pluvia vel ingruente tempestate contrahitur ac occluditur, tandẽ perit ac in canescentem abit pappum, quibus subest semen oblongum, acuminatum, è candore ad nigredinem vergens, radix candida & longa ac dulcis est. Tota herba unà cum foliis cauliculis ac radice succũ præbet lacteum, qui vulneratâ illa effluit, ac post horam unam alteramve luteus fit. Porro regina prati non est tragopocon veterum, licet barbæ hirci nomen habeat. Nam huic folia agrimoniæ non ita dissimilia, dura, per oras crenata, inferiore parte inalbicantia, superiore rugosa, veluti ulmi, unde ulmaria à nonnullis dicta. Barbam hirci vel capræ vocarunt, propter ramulos florum fœtura racemosa amictos, in prælongas quasi comantes barbulas effigiatos, aruncos, spirillosque caprarum imitantes: candore niveo, puniceo, roseoq; colore intermixto, visu & odoratu perjucundo. Nonnulli rhodoram Plinii esse existimant. Rectè Dodonæus Botanicorũ facilè princeps, similitudinis aliquid obtinere, sed tamen eandem affirmare difficile esse scripsit. Plin lib. 24. c. 19. *Quam Galli rhodoram vocant: caulem habet virgæ ficulneæ modo geniculatum: folia urticæ, in medio exalbida, eodem procedente tempore tota rubentia, florem argenteum.* Hujus ulmariæ caulis quidem virgæ oblongæ similis, & circa exortus foliorum geniculatus, folia singularia (segmenta videlicet totius) ambitu, uti urticæ, serrata, sed non in medio, verum subtus albicantia, quæ circa autumni tempus, una cum rubentibus cauliculis, etiam ruborem citò peritura contrahunt. Duo hujus barbæ hirci genera, unum floribus oblongis, alterũ compactis.

Ἀκαλήφη teste Atheneo lib. 2. κατ' εὐφημισμὸν τῆς ἀντιφράσεως ὠνόμασται. οὐ γάρ προσηνὴς ἐστὶ ἢ ἁπαλὴ τῇ ἁφῇ, τραχεῖα δὲ καὶ ἀηδής. *Acalyphe bono omine per antiphrasin nominata est, neq; enim tactu suavis & mollis, sed aspera, & injucunda.* Vel παρὰ τὸ μὴ ἔχειν καλὴν ἁφὴν id est, ὅτι οὐ καλὸν αὐτῆς ἅπτεσθαι, *quod injucundo sit tactu.* Tacta enim acerrime urit & quid vetat, quo minus dicatur quod ἀκαλὴ τῇ ἁφῇ injucunda attactu. Quidam interpretari malunt ἀπολύσαι vel ἀπολῦσαι τὴν ἁφὴν sensum corrumpentem,

Id per antiphrasin intelligi oportet. Dicitur etiam ἀκαλύφη, uti in quibusdã codicibus Diosc. scribitur, & fortassis sic Theoph. scripsit. Nicandri schol. κνίδην τὴν ἀκαλύφην λέγει· οὕτω γὰρ παρ' ἀθηναίοις καλεῖται *Cnidam acalyphen vocat, sic enim ab Atheniensibus vocatur.* Sed fortè legendũ ἀκαλήφη, uti hoc capite scriptum est. & apud eundem scholiastem in alexiphar. scribitur. Ubi inquit, κνίδην λέγει τὴν ἀκαλήφην. εἴρηται δὲ ἀμφοτέρα διὰ τὸ κνᾶσθαι καὶ κνίδεσθαι· ἔστι δὲ θαλάσσιον ὄρνεον ἀκαλήφη λεγόμενον *Cnidam vocant acalaphen. utrumq; enim dicitur à pungendo & vellicando, est etiã avicula marina quæ acalæphe dicitur.* De qua Athenæus lib. 3. & Aristot. lib. de hist. animal. κνίδην ἀπὸ τοῦ κνίζειν a mordendo nomen accepisse omnes norunt. Nicandro etiã ἀκνησις dicitur. Dubitat schol. & ambiguum id nomen esse scribit. ἀκνησις δὲ οἱονεὶ πολύκνησις, ὥσπερ καὶ τὸ ἄξυλος ὕλη ἡ πολύξυλος. τὴν δὲ ἄκνησιν οἱ μὲν τὴν κνίδην, οἱ δὲ τὴν σκύλλαν, ἢ ἀκαλήφην. οἱ μὲν τυραννίων τὴν σκύλλαν. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ μεμφίτης τὸ κένορον ὃ δὲ τινες κενήτρον καλοῦσι &c. *Acnestin, id est spinis carens sic dicitur, quod multis spinis prædita sit, ut sylva sine ligno, in quo ligni plurimum. acnestim alii cnidam, alii scyllam, alii acalephen id est urticam vocant.* Tyrannios scyllam Appollonius Memphytis cenoron, quod aliqui cenetren vocant Scholiastes hic κνίδην & ἀκαλήφην tanquam diversas nominat plantas, cum eadem sit. Puto eum scripsisse οἱ μὲν τὴν σκύλλαν οἱ δὲ τὴν κνίδην ἢ ἀκαλήφην. *Nonnulli scyllam, nonnulli cnidam vel acalephen.* Eundem etiam scripsisse existimarim ὁ μεμφίτης τὸ κνίωρον ὃ δὲ τινες κνήστρον καλοῦσι. Sic dicta Thymelæa, quod urendi vim habet. Sed hæc conjectura. Nicandro ἀκνησις *urtica est*, hæc enim ab ipso Nicandro Dioscoride, aliisque adversus bestias venenatas præscribitur. Κνίδη ἀκνησις dicta, quod κνησμὸν ποιεῖ τοῖς συνάγουσιν, ἐπειδὰν μὴ προαλείψωνται. *quod pruritum moveat iis qui attingunt, nisi antea manus unxerint.* Urtica cur dicatur, Macer Poëta his versibus docet.

> *Græcum acalephen, nos urticam vocitamus.*
> *Fervida non modice vis illi dicitur esse,*
> *Unde non immerito nomen sumpsisse videtur,*
> *Tacta quod exurat digitos urtica tenentis.*

Illud notandum, quod levi tantum tactu pruritum excitat ingentem, cutemque veluti tuberculis exasperat, ac subinde rubefacit, uti Plinius lib. 21. cap. 13. ad finem scribit: contra si comprimatur, ac duriusculè tractetur non lædit. Causa videtur, quod vis urticæ adurens in superficie est: lanugo enim ejus rigens & duriuscula est, quæ aculeorum instar tantum, pungit, cutemq; vellicat, sed cum duriuscule ea tractatur, comprimitur & remittit rigorem illum, accedente humore frigido è plantæ ipsius substantia, qui hujus obtundit acrimoniam. Tantum enim frigoris intus latet, ut herba contusa, & temporum aut metacarpii arteriis applicata, febris fervorem in corde extinguat. Nec Mordacitas hæc protinus cum ipsa planta gignitur, sed solibus roborata, vires assumit, quas flaccida reddita vel decocta amittit. Illud quilibet observare poterit, quod Durantes scribit, si planta recens extirpetur, ac viginti quatuor horarum spatio in ægri lotio asservetur, utiq; si viridis colore permanebit, ex multorũ experimentis salutem & vitam infirmi significare dicitur; sin autẽ haud viridis custodiatur, coloremque mutet mortem, vel grave periculum denotare. Urticæ etiam veteres notas nullas tradiderunt, satis nota ex improba foliorum mordacitate. Urticæ differentiam non tradidit Theoph. genera Dioscorides duo describit, lib. 4. cap. 94. ἀκαλήφη οἱ δὲ κνίδη. διττὸν εἶδος ἐστὶν αὐτῆς, ἡ μὲν γὰρ ἐστι ἀγριωτέρα. τραχυτέρα καὶ πλατυτέρα καὶ μελαντέρα τοῖς φύλλοις. καρπὸν δὲ ὅμοιον ἔχει τῷ τοῦ λίνου πλὴν ἐλάττονα ἡ δὲ ἑτέρα λεπτοσπερμοτέρα καὶ οὐχ ὁμοίως τραχεῖα. *Urticæ quæ græcorum plerisque acalephe, aliis cnida dicitur, duo genera: una siquidem agrestior est, asperioribus, latioribus, nigrioribusque foliis, semine lini, at minore, altera non æque aspera minuto semine.* Duo genera novisse Nicandrum ex hoc in Theriac. loco apparet.

Κύτισόν τε κνίδην τε καὶ ἄκνηστιν χαμηλήν.

Cytisum urticamque minorem.

Qui præter Nicandrum urticam καὶ ἄκνηστιν vocarit, reperi neminem. Conjectura verò facilis est, quod eadem sit hujus nominis ratio, quæ & τῆς κνίδης, facto videlicet à pruritu nomine, eam autem χαμηλὴν vocat, non quod humi serpat, sed ad majoris solum differentiam. Plinius lo-

co citato. *Plures ejus differentiæ sylvestris quam fœminam vocant, mitior. & in sylvestri quæ dicitur cania* (Canina Cornar.) *acrior, caule quoque mordaci fimbriatis foliis, quæ vero etiam odorē fundit Herculanea vocatur, semen omnibus copiosum nigrum.* Recentiores urticam dividunt in urentem & in non urentē, quæ non pungit galiopsis à Diosc. vocatur, lib. 4. c. 95. γαλίοψις οἱ δὲ γαλεόβδολον ὅλον τὸ θάμνιον σὺν τῷ καυλῷ (vetus καυλίον σὺν τῷ θάμνῳ legit significantius) καὶ τοῖς φύλλοις ἐμφερὴς ἐστὶ κνίδη λειότερα δὲ τὰ φύλλα (addit ex veteri Lacuna καὶ λεπτότερα) καὶ ἰσχυρῶς δυσώδη ἐν τῷ διατρίψαι· ἄνθη λεπτὰ, πορφυρίζοντα, φύεται ἐν φραγμοῖς & παρὰ τὰς ὁδοὺς & οἰκόπεδα πανταχῇ. Galiopsis, legendum ex Plin. & meliori Cod. γαλέοψις quod aspectu mustelę sit, vel similitudinem quandam mustelæ habeat. Flores siquidem mustelæ faciem ac rictum quadantenus exprimunt. *Quam aliqui galeobdolon vocant*, id est mustelæ dolosus aspectus, seu fraudulenta facies. Plinius lib. 27. cap. 9. *galeopsis vel ut alii galeobdolon vel galion.* Postremum hoc ineptum putat Dalecampius; fortè Plinius scripsit *galeon.* Nomen illud accepit à florum galeata effigie, quod ejus flores galeæ quendam aspectum referat. Ego si græcis antiquioribus usitatum scirem, latina nomina cum græcis componere, legerem γαλίοψις. *Toto* inquit Dioscorides *frutice cum caule & foliis urticam refert.* At læviora sunt folia, & valde gravem odorē trita reddunt, flores verò tenues sunt ac purpurascentes. nascitur circa sepes, semitas, ædificiorumq; areas ubique. Idem Plin. loco citato, *caulem & folia habet urticæ læviora, & quæ gravem odorem trita reddunt, nascitur circa sepes, & semitas ubique.* Idem Plin. lib. 22. c. 14. & l. 21. c. 15. inter urticas recenset & lamium vocari scribit. *Quæ innoxia morsu carens lamium vocatur.* Nec mirū hoc videri debet. Solet enim Plinius eandem plantam bis describere sed nomine diverso, aliquando etiam eodem. Idem Plinius lib. 22. c. 14. *album habet in medio folio, quod ignibus sacris medetur.* Hodie urticę mortuę genus quoddam reperitur quod maculatū vocamus, à lacteis maculis; unde & nomen apud græcos accepit; nam γάλα lac & ὄψ. *Aspectus*, quod lac repræsentet in folio. Prius etymon doctis quibusdam arridet, nobis postremum, idq; quod in vulgata urtica mortua, hyberno tempore, maculæ conspiciuntur albæ, quę per totum folium decurrunt. Errant qui schrophulariam vulgo dictam galeopsin existimant, quod flores edat, qui galeæ similitudinem referunt. Huic enim folia ac caulis urticę non satis similia, gravi odore carentia. Frequens etiam reperitur in scrobium marginibus & uliginosis locis, cum galeopsin Dioscorides circa sepes & ædificiorum areas nasci scribat. Galeopsis plura recentiores noverunt genera, quæ à Bauhino in Phytopinace recensentur. Hunc adeat lector, nos quæ maximè cum descriptione veterum conveniunt, exprimere curavimus.

Παρθένιον nomine plurimæ plantæ donatæ sunt, teste Dioscoride variis in locis. Nam matricariam lib. 3. cap. 155. παρθένιον dictam scribit παρθένιον οἱ δὲ ἀμάρακον, οἱ δὲ λευκάνθεμον· φύλλα ἔχει ὅμοια κορίῳ λεπτὰ &c. *parthenium aliqui amaracum, alii leucanthemon vocant, folia est coriandri tenuibus.* Idem cap. 191. de mercuriali λινόζωστις οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ Ἑρμοῦ βοτάνιον καλοῦσι. *Linozostim aliqui parthenium, alii Mercurii herbulam appellant.* Idem c. 86. lib. 4. de parietaria sive helxine. ἑλξίνη οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ σιδηρῖτιν, οἱ δὲ ἡρακλείαν, οἱ δὲ ἀσυρίαν οἱ δὲ ὑγιεινὴν ἀγρίαν, οἱ δὲ κλιβάδιον, οἱ δὲ πολυώνυμον καλοῦσι. φύεται ἐπὶ θριγκοῖς καὶ τοίχοις. *Helxine, quam nonnulli parthenium, alii sideritin, alii heracleam, alii asyrian, alii hygienam agriam, id est sanitatem sylvestrem, alii clibadion alii deniq; polyonymon. nascitur in maceriis & parietinis.* Sunt aliæ plantæ hoc nomine donatæ, teste Galeno in exegesi. παρθένιον τὸ σμικρόφυλλον· καλεῖται δὲ παρθένιον, & ἡ ἄνθεμις, & ἡ ἑλξίνη, & ἡ λινόζωστις, & τὸ ἀμάρακον, ἀλλὰ & Διοσκορίδης μήποτε φησὶν, ἀκουστέον ἤτοι τῆς ἑλξίνης, ἢ τῆς λινοζώστεως, τὸ εἶδος τὸ σμικρόφυλλον *parthenium minuta habens folia. Vocatur autem parthenium & anthemis* (*chamomilla & helxine parietaria*) *& linozostis* (mercurialis) *& amaracon* (matricaria) sed & Dioscorides, inquit, nunquam intelligenda est aut helxines, aut linozostis species. Per τὸ σμικρόφυλλον *exigua habens folia.* Ex his, inter olera numerari possunt helxine & Mercurialis. Sed cum de Mercuriali φύλλα nomine agat lib. 9. verisimile fit de parietaria intelligere. παρθένιον vocantur omnes hæ plantæ, quod morbis medeantur mulierum, præcipue virginum. Sed parietaria quem curet morbum virginalem, haud scio. Plin. lib. 22. c. 17. aliam nominis causam exponit. *Vernula* inquit *Charus Pericli Atheniensiū principi, cum is in arce templum ædificaret,* (vide Strabonem & Vitruvium, qui Ictinum architectum fuisse scribunt) *repsissetq; super altitudinem fastigii, & inde cecidisset, hac herba dicitur sanatus, monstrata Pericli somnio a Minerva. Quare Parthenium vocari cœpta est, assignaturque ei Deæ.* Helxine dicitur à semine aspero, vestibus tenaciter adhærente, ut Plinius loc. cit. scribit, & Dioscorides testatur. Aliud tamen etymon dat Nicandri scholiast. Ἑλξίνη καλεῖται, παρὰ τὸ ἕλκειν εἰς ἑαυτὴν ὃ ὁρμὴ αὐτῆς ἐστὶ ἑλκυστικὴ· ἢ ὅτι κωλύει τι ἐγγὺς αὐτῆς φύεσθαι. *Helxine vocatur, quod sit attractivæ virtutis, odor enim ejus vim attrahendi habet, sive quod prohibeat ne juxta se alia herba crescat.* Postremum utrumq; falsum, ac helxine de qua superiori libro, magis convenit. Sideritis cur sic dicatur, affirmare nequeo. Fortè ob aliquā cum sideritide similitudinem. Heracleæ nomen ab Hercule procul dubio accepit, qua de causa, ignoro. Asyrium pro qua voce Oribasius ἰλῖνη habet, cur dicta me fugit, nisi sic dicta sit ab ἰλίσσω *implico, volvo*, quod involutum & implicatum semen habeat. Apud Apuleium clybatis legitur forte sic dictum quod aquosa etiam amet. Vide Nicandri versus infra. ὑγιεινὴ ἀγρία *sanitas agrestis* dicta, quod ubiq; in parietibus obviam esset, & ad plures morbos valde utilis: interpres vitrariam seu urseolariam vertit, idq; quia apud Apuleium sic legitur: quod detergendis urceolis vitreis polleat. Sed Plinius loco citato sic dictum alterum parthenii genus scribit. *Perdicium sive parthenium* (*nam sideritis alia est*) *a nostris herba urceolaris vocatur, ab aliis astericum folio similis ocimo nigrior tantum, nascens in tegulis parietinisque.* Confundere Plinius videtur parthenii genera. Nam perdicium helxine dicta est, ut ipse in principio capitis fatetur, & mox pluribus dicam, nec ab hac diversa sideritis. Ocimi foliis mercurialem describit Dioscorid. parietariamq; in parietibus nasci, non ineptè conjicit Saracenus pro ὑγιεινὴ ἰξίνη restituendum, idque quia apud Apuleium sic legitur. Sic dicta videtur, quod ipsius semina quæ lappaceis capitulis inclusa sunt, tenaci nexu instar visci vestes, quibus adheserint, ad se trahunt. clibadion, vel ut alii clibiodion, vel, ut Apuleius clybatis dicitur, quæ vera lectio. Nicand. in Theriacis.

ἢ ἔτ' ἑλξίνην, τήν τε κλύβατιν καλέουσιν atq; etiam helxinen, clybatin plerique vocarunt. ὕδασι τερπομένην καὶ ἀειθαλέα κατ' ἰάμνους gaudet aquis & fronde jugi per culta virescit. Ad hunc locum scholiastes, κλύβατιν δὲ ὅτι κολλῶδη ἔχει κολλώδη χυμὸν οἷον κηρὸς καὶ τὴν προσιοῦσαν κρατεῖ. ἑλξίνη δὲ καὶ κλύβατις, καὶ σιδηρῖτις καὶ παρθένιον & περδίκιον, πάντα ἐπὶ ἑνὸς φυτοῦ. ἰάμνοις δὲ τοῖς ἰαμνώδεσι καὶ ἕλεσι. id est *clybatis vocatur, quod glutinosum succum habeat, qualem habet cera, ac accedentem detineat.* Vereor scholiastem confundere helxinen, de qua supra, cui gummi mastiche simile, & parietariam quæ semen habet, tenaciter propter asperitudinem vestibus adhærens, Helxine autem, clybatis, sideritis, parthenion, perdicium, eandem significant herbam. Ultimum nomen quod huic à Dioscoride tribuitur est polyonymon, id est, multis nominibus appellatur, quod nemo in dubium vocabit. Idem nomen agnoscit Apuleius, Galenus, Plinius, Nicand. scholiastes, qui perdicium vocari scribunt ἑλξίνην τινὲς δὲ περδίκιον ὀνομάζουσι, ἄλλοι δὲ παρθένιον, ἄλλοι δὲ σιδηρῖτιν, ἄλλοι δὲ & ἡρακλείαν. *Helxine, nonnulli perdiciū vocarunt, alii parthenium, alii sideritim, nonnulli heracleam.* Perdicii nomen Plinio & Apulejo testibus sumpsit a perdicibus, siquidem ipsæ ea aluntur. Sed aliud perdicion est, de quo Theophrastus l. 1. c. 11. Plin. l. 21. c. 17 *Perdicium & aliæ gentes quam Ægyptii edunt, nomen dedit avis id maxime eruens, crassas plurimasq; radices habet.* Vulgo parietariam vocat helxinem, quod in parieti bus nascatur, eademque de causa muralis dicitur. Celsus lib. 2. c. 33. *ac simul reprimunt & refrigerant herba muralis parthenium vel perdicium appellant.* Plinius hunc locum citat lib. 21. c. 30. ubi turpiter parthenion matricariam dictam, cum Parthenio parietariam nominatam confundit. *Parthenion,* inquit, *alii leucanthem, alii tamnacum vocant* (hoc intelligi de matricaria debet) *Celsus apud nos perdicium & muralium* (lege *muralem*, & hoc de parietaria Celsus) *nascitur in hortorum sepibus flore albo* (Diosc. de parthenio sive matricaria flore per ambitum candido, intus melino, odore subviroso) *odore mali* (hoc de chamæmelio Diosc. cui odore mali nomen) *sapore amaro.* Tres plantas confundere Plinium, quilibet videt. Parthenii sive parietariæ Diosc. delineationem hanc tradidit. φύλλα δὲ ὅμοια λινοζώστει δασέα, περὶ δὲ τοὺς καυλοὺς οἱονεὶ σπερμάτια, τραχέα, ἀντιλαμβανόμενα τῶν ἱματίων. *Cauliculos profert tenues, ac leviter rubentes, folia mercurialis. & circa caules velut exigua semina, aspera, vestibus adhærentia.* Plin. lib. 22. c. 17 *folium habet mistæ similitudinis plantagini & marrubio* (id, ut rectè judicat Dalecampius ex sideritidis heracleæ historia avulsit.) *cauliculos densos, leviter rubentes, semina* in

in capitibus Lappaceæ, adhærentia vestibus, unde & helxinen dictam volunt. Has notas omnes parietaria vulgaris habet; cujus duo reperiuntur genera, foliorũ & caulium magnitudine differentia. Satis cuilibet cognita planta.

Qui strychnon vel solatrum ἰωνιαῖον vocari dixit, scripsitve, ex antiquioribus recentioribusq; inveni neminem. Multa spuria nomina recenset Apuleius cap. 74. sed eupati nullam facit mentionem. Græci, inquit, strychnon hemeron, agriam staphylen, Thalias manicon, perisson. Anhydron, manten, dorycnion moly vocant. Latini bellonarium, vaticam apollinariam, somniferum, strumum cucullum. De solano lib. 9. agam, ubi Theophrastus differentias omnes recenset. Hoc unum hujus loci est, Doctissimum Gazam minus rectè vertisse *vesicariam*; siquidem vesicaria illud tantum solani genus dicatur, quod halicacabum vocant, quodq; in cibis recipi negat Diosc. lib. 4. cap. 72. δύναμιν ἔχει καὶ χρῆσιν τὴν αὐτὴν τῷ κηπαίῳ στρύχνῳ, χωρὶς τοῦ βιβρώσκεσθαι. *Vim usumque obtinet hortensis solani, nisi quod in cibis minimè recipiatur.* Plinius lib. 21. cap. 31. *Quorum alterum, cui acini coccinei, granosi folliculi, halicacabum vocant, alii callion, nostri vesicariam, quoniam vesicæ ac calculis prosit.* Non ineptè sic dictum hoc solanum, quis affirmabit, quod inflatæ vesicæ folliculum similem gerit, qui fructum amplectitur.

Corchorus, vel, ut apud alios legitur, κόρχορος & κόρκορος in proverbio est διὰ πικρότητα. Suidas, κόρχορος ἄγριον λάχανον. εὐτελὲς διὸ καὶ ἡ παροιμία κόρχορος ἐν λαχάνοις. ἔνιοι, ἰχθὺν ποιὸν τὸ κόρχορον ἀποδιδόασιν, ὡς τὸν ἵππουρον καὶ ὡς εὐτελὲς ἔδεσμα. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν ἀναξίων ἡ παροιμία καὶ εὐτελῶν μετὰ πλειόνων δὲ τιμῆς, ἢ καθ' ἑαυτοὺς μείζων. *Corchorus sylvestre olus vile. inde natum proverbium etiam corchorus inter olera. Nonnulli piscem corchorum existimant, qualis hippurus, contemptumq; ac vile esse edulii genus.* Adagium dici solet in homines frugales & indignos qui sua fortuna majores sibi quærunt honores, & gloriam quam se decet clariorem aucupentur. Vel de iis loquitur adagium, qui gratam voluptatem, & suaviorum nonnullorum consuetudinem qua frui possent, tristi vel amarulento conventu turbant. Meminit corchori Nicander in Theriacis, ubi adversus serpentum venenum prescribit κόρκορον ἠμύοντα. Ad hunc locum Scholiastes, τὸ δὲ κόρκορον εἶδος βοτάνης, ἐστὶν ἡ λαχάνου εὐτελοῦς. ὅθεν καὶ παροιμία, καὶ κόρχορον ἐν λαχάνοις, καὶ Εὐφορίων μέμνηται τούτου. ἔστι δὲ ἀεὶ κατακεκλιμένον. ὅθεν καὶ ἠμύοντα αὐτὸ εἶπεν, οἱονεὶ ἀμυνὲς φύλλον ἔχον ἢ ἠμύον, δηλαδὴ κεκλεισμένον, ὡς Ἡσίοδος μέμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη. ἐπειδὴ πάντα ἐν χειμῶνι συνεσταλμένα εἰσὶ καὶ ἐσφαλισμένα. *Corcoron herbæ olerisque genus vile, unde adagium etiam inter olera corcoron. Hujus meminit Ephaistion. Planta hæc semper in terram declinat, unde etiam* ἠμύον, *id est incumbens, ipsam dixit Nicander; quasi fronde vacans; vel* ἀμύον *significat conclusum, uti apud Hesiodum conclusa terra, sylvaque. Omnia enim hyeme sunt contracta ac stricta.* Hæc multum lucis ad cognitionem corchori præbent, uti mox audiemus. Theophrastus folium corchori, ocimum æmulari scribit, & πικρότητά τινα habere. Quid per πικρότητα intelligi oporteat, indagandum erit. Vulgò amarorem significare, notum satis esse arbitror; attamen quandoque pro sapore aspero, ingrato, injucundo, tetro poni extra controversiam poni debet. Græci enim πικροὺς ἀλμυρίδας & πικροὺς ἅλας dicunt, id est *austeros & acriter salsos sales*. Ineptus esset, qui salem amarum diceret. Quomodo hoc loco capi debeat, mox dicam, ex utroq; hoc loco Theophrasti, Nicandrique. Hæc de corchoro lib. 21. c. 32. scripsit Plinius: *Corchoron*, inquit *Alexandrini cibi herba est, convolutis foliis* (ἠμύον Nican.) *ad similitudinem mori* (lego ex Theoph. *ocimi*) *præcordiis, utferunt, utilis, alopeciisque & lentigini, boum quoq; scabiem celerrimè sanari ea invenio apud Nicandrum quidem & serpentium morsus, antequam floreat.* De corchoro non satis recentiores conveniunt. Alii enim Hieracium murorum folio pilosissimo, quod vulgo pulmonariam gallorũ flore hieracii vocant, corchoron esse statuunt. Hæc non in terram declinat, sed sursum attollitur, foliisq; est ocimi dissimilibus. Alii melochiam Alpini corchoron esse statuunt. Herba hæc blito persimilis; folia tamen angustiora, longiora, acutioraque; humi insuper non serpit, sed attollitur. Nata nobis hęc planta è semine anno 1625 Est cibus gratus, familiaris, & expetitus Ægyptiis, teste Alpino; &, quod maxime repugnat eorum sententiæ, convivia carentia melochiis ab Ægyptiis parum reputantur. Hujus plantę decoctum pectori amicum, ex quibus nec asperum nec amarum esse colligimus. Doctiss. Tragus anagallidem existimat corchorum esse omnia conveniunt, excepta amaritudine, quæ in anagallide non reperitur; & tamen anagallis est corchorus. Auctor Auctuarii, Ἀνάγαλλις ἡ φοινική, οἱ δὲ αἱμῖτις, οἱ δὲ αἰγῖτις, οἱ δὲ σαυρῖτις, προφῆται αἷμα ὀφθαλμοῦ, Ῥωμαῖοι μακία — Ἀνάγαλλις ἡ κυανῆ, οἱ δὲ κόρκορον, οἱ δὲ ἀλικάκαβον, προφῆται νυκτερῖτις. Plinius lib. 25. c. 13. *anagallida aliqui corchorum vocant.* Sed diversum hoc corchorum esse à priori viri docti affirmant; rationem tamen nullam addunt. Credo quod Plinius de corchoro, anagallide, & Alexandrino bis, tanquam de diversis egerit plantis; cui nihil magis familiare, quam de una eademque planta ex diversis scriptoribus, quandoque nomine diverso, quandoque eodem, tanquam diversa agere planta. Accedit quod amaritudo in ea manifesto non percipiatur. Huic objectioni occurritur. Plinius, cum eodem hoc capite inquit. *Mirum quod pecora fœminam vitant* (hanc tantum Auctuarii auctor κόρκορον vocari scribit) *at si decepta similitudine* (*flore enim tantum distant*) *degustavere, statim eam quæ asyla appellatur, in remedio quærunt, ea à nostris ferus oculus vocatur.* Cur vitant pecora hujus esum? Nulla alia causa est, quam quod propter asperitudinem ingrata sit, & jam supra probavimus πικρὸν etiam de asperis & ingratis apud græcos dici. Corchoros nomen accepit ab oculo, ἀπὸ τῆς κόρης καὶ κορέω, quod oculi pupillam ornet sive purget. Plinius loco citat. *Utriusque succus oculorum caliginem discutit cum melle, & ex ictu cruorem, & argema rubens magis cum attico melle inunctis, pupillas dilatat; & ideo inunguntur ante, quibus paracenthesis fit; jumentorum quoque oculis medentur.* Dioscorides lib. 2. cap. 209. Καθαίρει καὶ ἄργεμα μετὰ μέλιτος ἀττικοῦ, καὶ ἀμβλυωπίαις βοηθεῖ, καὶ ἐχιοδήκτοις μετ' οἴνου πινόμενος. *Emendat & argema cum melle Attico, & oculorum hebetudini opitulatur, sed & morsis à vipera prodest ex vino potus.* Ad quod malum Nicander etiam præscripsit corchoron. Hęc omnino satis ostendunt corchoron & anagallin eandem esse plantam. Quod magis utriusq; demonstrabit descriptio. Sed de etymo anagallidis videndum nobis primum. Ἀνάγαλλις dicta videtur viris doctis ab ἀνὰ καὶ γάλλος, quod æq; reprimat ac reponat sedem prociduam. γάλλος denotat eum cui amputata sunt virilia. Verisimilius nomen illud accepisse ἀπὸ τοῦ ἀναγαγεῖν τὰς ψυχάς, *animas evocare ac elicere.* Magica enim herba est, ac à Magis proprio nomine magico donata. Belgis guychel-kruyt. Germanis *gauch-heil*, id est fatuorum salus; quod in limine vestibuli suspensa, contra maleficiorũ introitum pollere credatur. Magicam herbam esse, ostendunt hæc Plinii verba loco citato: *Præcipiunt aliqui effossuris, ante solis ortum, priusquam quicquam aliud loquantur, ter salutare eam, tum sublatam exprimere; ita præcipuas esse vires.* Hac de causa à Marcello Empirico, auctore satis celebri & antiquo cap. 1. magiam nominatã credo. Vulgo tamen *macia* legitur, aut *maciæ*, quam græci anagallida appellant. Vulgatam servo, quia hanc Auctuarii probat auctor. Sunt huic alia nomina spuria, uti ἀερῖτις, à cœruleo aëris colore, quo fœminæ flosculus gaudet. Αἰγῖτις à fulgore & luce aëris, quam græci αὐγὴν vocant. σαυρῖτιν dictam volunt à lacertis (genere insecti notissimo) quas gręci σαύρας dicunt; quoniã succo earum antiquitas viperarum morsibus mederetur, quæ lacertis quadantenus similes sunt; vel quod frequens hoc insectum inter anagallides reperiatur. Favet, inquiunt, huic sententię Nicander in Theriacis, σαύρον herbã appellans, contra venena utilem. Quam ob causam mutata tantum nominis causa, hic σαυρῖτιν ab aliquibus appellari dixit. Fatentur tamen viri hi undiquaq; doctissimi, ex Nicandro non posse colligi, & pro comperto haberi an σαύρον anagallidem, an aliam quandam herbam in olerum genere sic vocarit. Rectè hanc cautelã addiderunt. quippe apud Galenum in Exegesi legitur, σαυρίδιον ἡ καρδαμὶς βοτάνη ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ σχῆμα ὁμοιότητος. ἡ αὐτὴ καὶ κάρδαμον ὀνομάζεται. *Sauridion vocatur herba, quæ cardamis dicitur, a figuræ similitudine, quæ & cardamum vocatur.* Idem Erotianus. Non ineptè quis σαυρῖτιν dictam opinaretur, quod extrahendi infixa spicula vim habeat. Nam σαυρωτὴρ cuspidem hastæ denotat. Describit anagallidem Dioscor. his ferè verbis: τῆς ἀναγαλλίδος διττὸν εἶδός ἐστι, διαφέρον ἄνθει. ἡ μὲν γὰρ κυάνεον ἔχουσα τὸ ἄνθος, θήλεια λέγεται, ἡ δὲ τὸ φοινικοῦν, ἄρρην. θαμνία δέ ἐστι κεχυμένα ἐπὶ γῆς. φύλλα ἔχοντα ἐπὶ τετραγώνων καυλίων μικρὰ, ὑποστρόγγυλα, ὅμοια τοῖς τῆς ἐλξίνης, καρπὸν περιφερῆ &c. *Anagallidis duo genera, quæ flore distant: nam quæ cærüleo est flore, fœmina dicitur, mas quæ phœniceo.* Galenus lib. 6. simpl. ἀνάγαλλις ἑκατέρα, ἥτε τὸ κυανοῦν ἄνθος ἔχουσα, καὶ φοινικοῦν, *utriusq; anagallidis tam quæ florem habet cyaneum, quam quæ phœniceum.* Plinius loco citato, *duo genera ejus, mas flore phœniceo, fœmina coeruleo.* Mirabitur aliquis, quod Dioscor. & Galenus has in duo genera diviserint, cũ tantum flore distent. Respondetur in duo genera, ac quidem di-

verso distinxisse, quod facultate sint diversę. Sic enim ad capitis calcē Diosc. φασὶ δέ ἔνιοι τὴν μὲν ἔχουσαν τὸ κυάνεον ἄνθος προπτώσεις δακτυλίου στέλλειν, τὴν δὲ τὸ φοινικοῦν ἐρεθίζειν καταπλασθεῖσαν, *Ajunt nonnulli impositam eam quæ cæruleum edit florem, sedis procidentiā retro agere: quæ vero phæniceum, eandem proritare.* Hanc diversam facultatem ni hæ plantæ habuissent, eas tanquam diversas non distinxisset, sed ut unicam considerasset; florum enim diversitatem nunquam tanti fecit Dioscorides, ut plantarum idcirco faceret distinctionem. Id quod plurimis exemplis probari potest. De polygono, astere Attico, attractylide, ranunculo priori, papavere, rhoeade, telephio, narcisso, & similibus, *Frutices*, inquit, *sunt exigui, in terra jacentes* (hoc de corchoro Nicander) *quibus folia in cauliculis quadrangulis pusilla, subrotunda, ad folia helxines accedentia, fructus rotundus.* Idē ferè de foliis Theophrastus; Nam helxine folia habet mercurialis; ut supra ex Dioscoride dictum est, mercurialis, ut Dioscorides lib. 4. cap. 191. ocimi. φύλλα, inquit, ὅμοια ὠκίμῳ πρὸς τὰ τῆς ἑλξίνης, ἐλάττονα δέ. *Folia habet ocimi helxinæ cognata, sed minora.* Anagallis itaq; foliis constat ocimi. Plinius loco citato. *Non altiores palmo, frutice tenero, foliis pusillis, rotundis,* (qualia ocimum minus) *in terra jacentibus. nascuntur*

Anagallis fœmina cærulea.



in hortis & aquosis; prior floret cærulea. Et hanc Longus lib. 3. inter vernos collocat flores. Ἀνιζήτουν δὲ καὶ ἄνθη στεφανῶσαι θέλοντες τοὺς θεοὺς, τὰ δὲ ἄρτι ὁ ζέφυρος τρέφων, καὶ ὁ ἥλιος θερμαίνων ἐξῆγεν, ὅμως καὶ εὑρέθη καὶ ἴα, καὶ νάρκισσος, καὶ ἀναγαλλὶς, καὶ ὅσα ἦρος πρωτοφορήματα. *Quærebant & flores coronare volentes deos, illos autem novissimè zephyrus alens, & sol calfaciens eduxerat, nihilominus tamen inventæ violæ, & narcissus, & anagallis, & quotquot sunt primitiæ veris.* Anagallidis maris has differentias recentiores observarunt, vulgo esse flore phœniceo purpurascente, sive obsoletè purpureo, cui phœniceum quippiam permistum conspicitur, qualem vidi anno 1624. in horto medico Lugd. Batav. quo tempore pręses ejus erat Ælius Everhardus Vorstius, magni nominis medicus, nunquam nobis satis laudandus. Reperitur etiam flore luteo, quæ folio nonnunquam ampliori conspicitur. Fœminæ has differentias notarunt, ut plurimum esse flore coeruleo, reperiri tamen, sed raro admodum, albo flore, quandoque

Anagallis mas.



etiam binis ternisq; foliis ex adverso nascentibus. De aquatica anagalli alibi egi. Alia inquit esse annua, alia annicaulia. Annuum anethū, anisum. annicaule malva, mentha, betonica, lapathum. Alia inquit radice tantum durare, uti fœniculum, parietaria. Horum caulis foliaque quotannis pereunt, sola radice superstite. Alia inquit radice & semine, alia semine tantum: semine & radice, beta, cepæ, allia. semine anisum, anethum, annua omnia.

ΚΕΦ. Θ. — CAP. VIII.

Germinatio quibus temporibus in oleribus, aruensibusque fieri soleat. Deque florum differentia, & quæ differentiæ in caulibus publicæ.

Ἡ δὲ βλάστησις καὶ τούτων δὲ καὶ τῶν ἄλλων, τῶν μὲν ἅμα τοῖς πρώτοις ὑετοῖς ἐστι μετ᾽ ἰσημερίαν. οἷον ‡ ἀφάκη, καὶ τὸ τοῦ κύνωπος. καὶ ἣν καλοῦσί τινες βούπρηστιν, † τῶν μετὰ Πλειάδα, καθάπερ καὶ κιχωρίου, καὶ σχεδὸν τῶν ἄλλων τῶν κιχωριωδῶν. καὶ τὰ μὲν εὐθὺς ἅμα τῇ βλαστήσει τὸ ἄνθος ἀφίησι, καθάπερ ἡ ἀφία. τὰ δὲ, ὕστερον οὐ πολλῷ. καθάπερ ἡ ἀνεμώνη. τὰ δὲ, ἅμα τῷ ἦρι καὶ ἐκκαυλεῖ καὶ ἀνθεῖ, καθάπερ τὸ κιχώριον καὶ τὰ κιχωριώδη, καὶ τῶν ἀκανθικῶν, ὅσα λαχανώδη. διαφορὰ δὲ τῶν ἀνθῶν πολλὴ, * περὶ ἧς πρότερον εἴρηται. σχεδὸν γάρ ἐστι κοινὸν ἁπάντων. ἔνια δὲ καὶ ὅλως ἀνανθῆ, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίπετρον. συμβαίνει δὲ τοῖς ἅμα τῷ καρπῷ τὸ ἄνθος ἀφιεῖσι, ταχεῖαν

‡ Ἀφάκης καὶ τὸ τοῦ κύνωπος.
† Τῶν δέ.
* Περὶ ἧς ἐν τοῖς πρότερον.

Germinatio verò tam eorum, quam reliquorum, partim cum primis imbribus post æquinoctium fieri solet: ut aphacæ, ‡ canariæ, & ejus quam buprestim quidam appellant. Partim post Vergilias, ut intubi, & omnium ferè intubaceorum. Et alia cum germine * florem edunt, ut aphia: alia non longè post, ut † fremium. Quædam ineunte vere, tam caulem quam florem emittunt, ut intubum, & omnia intubacei generis: & è spinosis, quæcumque generi olerum attribui debent. Florum autem differentia magna, de qua primo volumine retulimus. Communis fere omnium constat. Sed non desunt quæ flore penitus careant, ut ‡ epimetrum. Evenit verò, ut quæ una cum fructu florem dimittunt, celeriter † deflorescant.

‡ *Cynopis, id est oculi canis.*
* *Florem protinus edunt.*
† *Anemone.*
‡ *Epipetrū.*
† *Deflorescant, præterquam aphace, hujus cumprimis.*

‡ ἀπογηρασκόντος τ. † ἀκανθώδης. * ἄοσμοι. εὔοσμοι Ald. Ger. ‡ ἐπιγειόκαυλα. † σίκυος. ‡ ἡλιοτρόπιον * περιαλλόκαυλα. ‡ πιτύνη καὶ ἡ παρίνη Ald. Ger. Theod. πιτίνη. † τοῖς ἄλλοις ἡμέροις.

εἶναι τὴν ἀπάνθησιν. πλὴν ἡ μὲν ἀφάκη, ‡ ἀπογηράσαντος πάλιν τοῦ πρώτου, πάλιν ἄλλο καὶ ἄλλο παραφύει. καὶ τοῦτο ποιεῖ παρ' ὅλον τὸν χειμῶνα καὶ τὸ ἔαρ, ἄχρι τοῦ θέρους. πολὺν δὲ χρόνον καὶ ὁ ἠριγέρων. τὰ δὲ ἄλλα οὐ ποιεῖ τοῦτο. καθάπερ οὐδὲ ὁ κρόκος, οὔτε ὁ εὔοσμος. οὔθ' ὁ λευκὸς, οὔθ' ὁ † ἀκανθώδης. οὗτοι δὲ * ἄνοσμοι. κοινὴ δὲ διαφορὰ πάντων τῶν ποωδῶν ἡ τοιάδε. τὰ μὲν γάρ ἐστιν ὀρθόκαυλα καὶ † νευρόκαυλα. τὰ δὲ ‡ ἐπετειόκαυλα. καθάπερ μαλάχη, σκάνδιξ, † σίκυος ἄγριος. τὸ δὲ ‡ ἡλιοτρόπιον, ἔτι μᾶλλον ὡς εἰπεῖν τούτων, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἀκανθώδεσιν οὔσι τρίβολος, καὶ ἡ κάππαρις, καὶ ἄλλα πλείω. καὶ γὰρ ἐκείνων ἡ διαφορὰ πλείων· ἔνια δὲ * περιαλλόκαυλα. μὴ ἔχοντα δέ ἐπὶ οὗ προσπίσωσιν, ἐπιγειόκαυλα. καθάπερ ‡ ἡ πιτύινη, καὶ ἡ ἀπαρίνη, καὶ ἁπλῶς ὧν ὁ καυλὸς λεπτὸς, καὶ μαλακὸς καὶ μακρός. διὸ καὶ φύονται ταῦτα ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν ἐν ἄλλοις. κοινὴ δὲ καὶ αὕτη ἡ διαφορὰ πάντων, οὐ μόνον τῶν ποωδῶν καὶ φρυγανικῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν θαμνωδῶν. καὶ γὰρ ἡ ἕλιξ, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ σμίλαξ, περιαλλόκαυλον. ἔτι δὲ καὶ τῶν ποωδῶν, τὰ μὲν πολύκαυλα, τὰ δὲ μονόκαυλα. καὶ τῶν μονοκαύλων, τὰ μὲν ἀπαράβλαστα κατὰ τὸν καυλὸν, τὰ δὲ παραβλαστικά. καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις ἥ τε ῥαφανὶς καὶ ἄλλ' ἄττα. πολύκαυλα δὲ, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ ἐπιγειόκαυλα. μονόκαυλα δὲ καὶ ὀλιγόκαυλα, τὰ ὀρθόκαυλα. τούτων δὲ ἀπαράβλαστα τὰ λειόκαυλα. κρόμμυον, πράσον, σκόροδον, ὥσπερ καὶ ἐν † τοῖς ἡμέροις ὑπάρχει.

scant. Cum tamen primus senuerit, alius atque alius subnascitur; idque per totam hyemem verque assiduâ usque æstatem * factitatur. Senecio quoque diutius floret. ‡ Quanquam reliqua minus. Vt & crocum, tam odoratum, quam candidum, & † spinosum, quæ carent odore. Omnium autem herbarum discrimen publicum, quod aliæ recticaules, & nervicaules sunt: aliæ * annicaules, ut malua, scandix, cucumis sylvestris. ‡ Et solaris porro tali natura est: sicut inter † omnes (ut ita loquar) spinosas, tribulus, atque * inturis, & alia plura. Nam illorum etiam differentia numerosior est. Quædam vero amplexicaulia nascuntur plane. Sed si non habeant quibus accumbant, humi serpunt; & humicaulia dici possunt; ceu abjuga, & aparina, & summatim quibus caulis gracilis, mollis, prælongusque. Qua de causa semper ferè super aliis hæc proveniunt. Quæ quidem differentia publica est omnium, non tantum herbarum atque suffruticum: verum etiam fruticum. ‡ Clavicula enim atque etiam magis edera cilicia amplexicaulis est. Item herbaceorum alia multis caulibus, alia uno tantum conduntur. Et unicaulium ipsorum aliis germine caulis brachiatur, aliis è diverso: sicut etiam inter sativa, † radix, & alia quædam. Multis caulibus constant (ut summatim dixerim) quæ humicaulia exeunt. Vnicaulia verò, & paucicaulia, quæ recticaulia sunt. Ex his caule minimè brachiato illa creantur quæ levicaulia sunt. Vt cæpa, porrum, allium. Quemadmodum etiam * inter sativa animadvertere licet.

* Factit. ‡ Reliqua vero id non præstant. † Grati coloru expers. * Caules per humum repentes habent. ‡ Heliotropium vero maximè tali natura est uti dictū est. † Sicut inter spinosas. * Cappatis. ‡ Vtraq; hedera amplexi caulis, sed magis cilicia quam [illegible] vocant, quam quæ helix vocatur. † Raphanus. * Inter alia sativa.

JULII SCALIGERI AD CAP. VIIJ.

Τὰ μὲν πλειάδα. Corrigunt ex Theodoro τὰ δὲ.

Διαφορὰ δὲ τῶν ἀνθῶν. Altera capitis pars.

Ἐπίμιστρον. Hoc nomen ignotum nobis. ἐπίπτερον, notum.

ἀπογηράσαντος πάλιν τοῦ πρώτου. dele πάλιν.

Τὰ δὲ ἄλλα οὐ ποιεῖ. Theodorus quamquam reliqua minus. Non rectè transtulit, δὲ, quamquam. Nulla est adversativa. Non enim sunt ejusdem generis. Lege, οὗτοι δὲ ἄοσμοι ex Theodoro. Crocum spinosum videtur intelligere Carthanum. Cujus duæ species: hortense, & agreste.

Κοινὴ δὲ διαφορά. Aliud caput.

Περιαλλόκαυλον. Divina vox. par illa in tertio, ἐπαλλόκαυλον. παρίνη, ἀπαρίνη dicitur à Dioscoride. Theodorus legit; πιτίνη non autem πιτύνη.

Κρόμμυον, πράσον. σκόροδον. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις ὑπάρχει: Sic hæc exempla sunt sativorum, cepæ, porri, allii; malè subdit, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις. Si rectè subdit: ergo illa sylvestria. Ac de allio & porro confessum est. Plinius autem negat cepas sylvestres agnosci.

IOANNIS BODÆI STAPEL. NOTÆ ET COMMENTARIUS.

HOc capite agit de germinandi temporibus, sive quo tempore olera germinant; deinde florum differentias, mox etiam caulium addit: Alia inquit, germen emittunt statim post æquinoctium, primis imbribus, alia post Virgilias. Autumnale, an æstivum æquinoctium intelligat, non scribit. Idem de Pleiadibus dicere licet. An post occasum, an verò post ortum germinent olera, non exponit. Verisimile de verno æquinoctio, ortuque Vergiliorum hæc accipienda esse. Nostro sub climate olera isto tempore pullulant.

Statim post æquinoctium aphacam, & Cynopa germinare scribit. κύνωπα Doctiss. Gaza modo canariam, modo *oculum canis* interpretatur. Nos melioris doctrinæ gratia, *cynipos* id est, *oculi canis*. Magni nominis litterator hunc Theophrasti locum depravatum ostendit, legendumque docet οἷον ἀφάκη καὶ ἐχινόπους; Rationem addit hanc, quod nulla est cynops in censu herbario. Sed ipsa litteratoris verba addam. *Locum Theophrasti vertit Plinius lib. 21. cap. 15. Aphace, acinos, quam epipetron vocant, quæ nunquam floret. Hinc eruditi medici notarunt, acinon vocari epipetron. Nota acinos ex Dioscoride. Sed advertere debuerant, verba illa Plinii pessimè corrupta esse, quod jam observarat Turnebus. In optimis libris legitur aphace, achinopos, epipetron vocant, quæ nunquam floret. In indice manuscripto, aphace, acynopos, piretron, pro epipetron. In vetustissimo Thuanæo achynopos, ipipetron. Omnino emendandum echinopus. Epipetron vocant, quæ nunquam floret. Corrigendus & Theophrastus in hac voce, capite quo supra οἷον ἀφάκη καὶ ἐχινόπους. Perperam scribitur, καὶ τὸ τοῦ κύνωπος. Nulla est cynops in censu herbario. Quare etiam expungendum ex scriptis Plinii. lib. 21. cap. 17. ubi malè adhæsit in his verbis, correctorum factione. Aliud rursus spicatarum genus, ex quo est cynops, alopecuros, stephelu-ros, quam quidem ortygem vocant. In Rigaltiano legitur: ex quo est stanypi alopecuros. In Regio similis scriptura, & adscriptum supra stanopos. In indice Rigultiani codicis spicarum genera, stantops, alopecuros, sellepyrus. Longè magis diversa apud Theophrastum scriptura* (lib. 7. cap. 10) *σταχυώδη μὲν οὖν ἐστιν ὅτε χίνωψ ὑπὸ τινῶν καλούμενος; πλείους ἔχων ἰδέας ἐν ἑαυτῷ. quæ stupenda depravatio est. Nam locus ille Plinii ex hoc Theophrasti ad verbum expressus. Ex stanyos, vel stantops, ut præferunt meliores libri, fieri posset, taniops aut stachyops. Ταινόψ, à spicæ longitudine, ut τανύσφυρος, τανύπους. Nihil nunc melius ad mentem occurrit. Vt ut est, illud constat, cynops ibi locum habere non posse, quæ in rerum natura non est. Echinopodis etiam alio loco mentio apud Plinium lib. 11. cap. 8. Ceras ex omnium arborum satorumque floribus confingunt, excepta rumice & echinopode. Ita enim habent veteres omnes libri, quod jam observatum est. Ἐχινόπους græcis hodie dicitur, & frutex est, non carduus.* Hucusque literator summus. Non tantum vidit Plinii codicem depravatum Turnebus, sed correxit lib. 16. advers. cap. 9. *Legendum* inquit, *reor aphace, cynops: epipetron vocat, quæ nunquam floret. Theophrastus lib. 7. cap. 8. οἷον ἀφάκης καὶ τὸ τοῦ κύνωπος. oculum caninum vertit Theodorus,* Optimè inquam correxit. In altero Salmanticensi codice, teste Pintiano, legitur *ab æqui noctio nascentes aphacea, cynopos, epipetron vocant.* Pro *cynopos*, lego *cynops*. Negat littera-

tor

tor in censu herbariorum talem existere herbam; sed id non probavit argumentis & nobis quidem, fides verbis nulla. Non igitur expungerem in Plinio hanc vocem. Præsertim cum cynops in spicatorum classe sit, & nominis etymon dari possit. Nec ideò delenda, quod apud Græcos mediæ aut infimæ ætatis hujus mentio non fiat. Iam multis in locis ex Galeno probavimus Atticos herbarum alia nomina usurpasse, quæ apud recentiores usum non habuerunt. Verè olim Horatius

Multa renascentur quæ jam cecidere, cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus.
Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.

Cynopen Græci recentiores psyllium vocarunt. Auctuarii auctor, οἱ δὲ κατάφυσις, οἱ δὲ κυνοκεφάλιον, οἱ δὲ κρυστάλλιον — ῥωμαῖοι σιλβακίουμ, οἱ δὲ ἔρβα πουλικάρια. Hesychius κυνοκεφάλαιον anemonem vocari scribit κυνοκεφάλαιον πόα τις, ἥντινες ἀνεμώνην καλοῦσι. Sed cur cynocephalum cynopa vocarunt? Nempe quod semen caput canis aspectu, seu verius oculum canis quadantenus referret. Cum enim capsulis inclusum est, seu squamulis potius, talem figuram ostendit. ψύλλιον dicitur, quod semen vasculis exemptum, pulicis nonnullam formam præ se ferat, vel quod pulices abigat. Dioscorides lib.4.cap.70. φασὶ δὲ ὅτι κομισθεῖσα ἐν οἴκῳ χλωρὰ, οὐκ ἐᾷ ψύλλας γίνεσθαι. *Fama est si virens herba domum importetur, pulices arceri.* Pulicis color nigrum illud, quod in oculo canis est subfuscum, non ineptè refert. Vidimus cur cynops, cur etiam ψύλλιον dicatur. Psyllium ad spicatorum classem referendum esse haud facile quisquam, modò viderit hanc plantam, negabit. Luculenter hanc plantam describit Dioscorides ψύλλιον φύλλον ἔχει κορωνόποδι ὅμοιον, δασὺ καὶ μακρότερον. κλῶνας δὲ σπιθαμιαίους, καὶ τὸ ὅλον βοτάνιον χορτῶδες. ἄρχεται δ' αὐτοῦ ἡ κόμη ἀπὸ μέσου τοῦ καυλοῦ, κεφάλια δὲ δύο ἢ τρία (vetus addit ἢ πλείονα) ἐπ' ἄκρου συνεσταλμένα. ἐν οἷς σπέρμα ψύλλοις ὅμοιον, μέλαν, σκληρόν. Φύεται ἐν ἀρούραις καὶ χέρσοις — *psyllium folio est coronopodis, hirsuto, at longiore, ramulis dodrantalibus, totaque herbula fœni modo tenuis ac minutula: coma vero ipsius à medio caule ducit initium capitulis duobus tribusve conglobatis; in quibus semen pulicibus simile, nigrum atque durum, nascitur in arvis ac incultis.* Plinius lib 25.cap.11 *Psyllion alii Cynoides, alii Crystallion, alii Sicelion, alii Cynomyiam appellant, radice tenui, supervacua, sarmentosum, fabæ granis in cacuminibus, foliis canino capiti non dissimilibus, semine autem pulici, unde & nomen: hoc in baccis, ipsa herba in vineis invenitur.* Psyllium inquit vocari Cynoides & Crystallion, ob causam jam dictam, Sicelion quasi herbam siculam. *Alii* inquit *cynomyiam appellant,* quasi muscam caninã. Idem Auctuarii auctor, sic dictum à sorditate videtur psyllium. Hesychius, κυνόμυια, ἀναιδὴς ἢ ἰταμὴ, ἢ θρασεῖα. τοιαῦτα γὰρ τὰ ζῶα ὁ κύων ἢ ἡ κυνόμυια. Lego ἢ ἡ μυῖα. *Cynomyia impudens, deformis, audex. talia animalia canis & musca* Ipsum psyllium Orpheus in argonauticis ἀναιδῆ vocavit, quod aspectu deformis & turpis sit. *Sarmentosum* inquit Plinius. Hoc de vulgari, nec de Dioscoridis intelligi debet. Illud enim plures supervacuas virgulas non habet, sed de altero perenni, quod sordidum etiam magis ac deforme. Sequitur, *fabæ granis in cacuminibus.* Quid velit Plinius, fateor me ignorare. nihil quod fabã referat in neutrum psyllio observare licuit. Utriq; in cacuminibus capitula oriuntur compacti squamarum congerie à natura fabricata, ut in scabiosa, & longis pediculis nitentia, foliis canino capiti non dissimilibus. Viri docti nonnulli κυνοκεφάλιον Plinium intelligere scribunt. Κυνοκεφάλιον ἀντίῤῥινον dictum inquiunt, nec ab hujus foliis haud ita discrepare psyllii folia, nisi quod angustiora asserunt. Psylliũ vulgare folia fert oblonga, angusta, hirsutaq; ad primæ Dodonæi chamæpytyos accedẽtia. Hęc folia fert oblonga, angusta, in tres particulas fissa. In infimis hoc observare maxime licet, seu primùm è terra prodeuntibus. Idẽ Psyllio contingit. Antyrrhino folia oblonga, & acuminata, linariæ similia, sed majora, subinde breviora latioraq; & anagallidis similiora, ut ex tabellis additis lector videre potest. Alii vero legunt, *foliis cynopi herbæ non dissimilibus*: Quasi Plinius alterũ hoc psyllium folia priori similia ferre scripsisset. Sed huic folia gramini, quam coronopo similiora. Longioribus enim, densioribus, pilosis etiam atque incanis: superiora tamen si consideraveris, non ineptè comparari possunt. *Semine* inquit *pulici, unde & nomen, hoc in baccis.* Nec baccas baccisve quid simile psylliũ habet. Credo baccas Plinium vocare capitula, quę ex alarũ fastigiis eminent, squamatim cohærentia. Hæc baccæ vocari nequeunt. Utrumque psyllium notum satis. Plinianum vulgo vocatur majus supinum, radice perenni. Ad plures enim annos vixit in horto Lugdunensi Batavorum, uti etiam nostro. Alterum majus, erectumque vocatur. Ab his Indicum differt; quod folia fert oblonga, angusta, acuta, crenata, instar foliorum coronopi, nonnihil laciniata, hir-


Antyrrhinum majus.




Antyrrhinum fl. luteo.



Psyllium Fuchsii.



Psyllium Plinianum, perenne Lob.



hirsuta. Hanc in prodromo suo Bauhinus descripsit.

Inter eas plantas quæ statim primis imbribus post æquinoctium florent, numerat buprestim. Nullas, præter hanc, tradidit buprestis notas, nec, quod sciam, Græcorum aliquis; multi tamen ejus meminerunt. Galenus in Exegesi βουπρήστις τό, τι ζῶον τῇ κανθαρίδι παραπλήσιον, ἔτι δὲ καὶ τὸ λάχανον ἄγριον οὗ μέμνηται Διοσκορίδης ἐν τῷ περὶ τῶν ὑγιεινῶν, καὶ ἐν τῷ περὶ λαχάνων. *tum animal cantharidi affine, tum olus quoddam sylvestre, cujus meminit Dioscorides in primo salubrium, & libro de oleribus.* Dolendum libros hos periisse. Hesychius βουπρῆστις λαχάνου εἶδος. Viros doctos ex hoc Hesychii loco hac distinctione uti lego, βούπρηστις cum accentu acuto in antepenultima est olus; βουπρῆστις cum circumflexo in penultima est insectum venenatum. Alii malunt Hesichii codicem depravatum esse, ac corrigunt βούπρηστις λαχάνου εἶδος. Confundit Plinius buprestí oleris & animalculi historiam lib. 22. cap. 22. ni forte crediderit Græcos insectum buprestim inter olera recensuisse, qui stupendus foret error. Sic scribit, *Buprestin magna inconstantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere: iidemque remedia, tanquam contra venenum prodiderunt. Et ipsum nomen indicio est, boum certè venenum esse, quos dissilire degustata fatentur, quapropter nec de hac plura dicemus.* Insectum βούπρηστις nomen accepit παρὰ τὸ πρήθειν τοὺς βοῦς. Plinius lib. 30. cap. 4. *Buprestis animal rarum est in Italia, simillimum Scarabæo longipedi. Fallit inter herbas bovem maximè, unde & nomen invenit, devoratumque tacto felle ita inflammat,* (lego *inflat*; inflationi enim, non inflammationi succedit ruptura. Hanc lectionem ipse probat loc. cit. Plinius) *ut rumpat.* Botanici buprestim olus, ab aliis Græcis bupleurum dictum existimant. Atqui de bupleuro & buprestí Plinius eodem hoc capite, uno quasi halitu, tanquam de diversis agit. Sed notum est, Plinium heterogenea conjungere, homogenea separare. Videamus quæ dicat lib. 22. cap. 22. *Bupleuron in sponte nascentium olerum numero Græci habent, caule cubitali, foliis multis, longisque, capite anethi, laudatum in cibis ab Hippocrate: in medicina à Glaucone & Nicandro. Semen contra serpentes valet, folia ad secundas fœminarum, vel succum ex vino illinunt, & strumis folia cum sale & vino. Radix contra serpentes datur in vino, & urinæ ciendæ. Buprestin magna inconstantia Græci &c.* Nicander bupleuri meminit in Theriacis, ubi inquit:

Σπέρματα βουπλεύρου καὶ ἰδαίης κυπαρίσσου. *Bupleuri quoque semen, & idææ cyparissi* Scholiastes Δημήτριος ὁ χλωρὸς τὴν βούπλευρον δένδρον εἶναι φησὶν οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλὰ λάχανον, οὗ μνημονεύει Νίκανδρος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ὑακίνθῳ, καὶ Ἐπαίνετος ἐν τῷ περὶ λαχάνων. *Demetrius Chlorus bupleurum arborem dixit esse. fallitur; nam olus est, cujus meminit Nicander libello de hyacintho scripto, & Epænetus de oleribus.* Βουπλεύρου, quod sciam, non meminit Hippocrates, sed βουπρήστιδος, uti loco citato apud Galenum legitur. Bupleuron ea videtur planta quam Dodonæus & adversariorum auctores his ferè verbis describunt. *Illis* (ptarmicæ generibus) *aliquantum similis est ea herba, quæ recentioribus βούπλευρον Hippocratis ex Plinii Historia putatur. Nec pessimè quadrare nomenclaturæ, & effigiaturæ videtur: foliis namque longis, angustis, quadantenus graminis, lachrymæ Iobæ aut gladioli, multis striis lirisve rigidis, quasi costas in foliis singulis effigiantibus; & laterum modo inclusis, ut de heptapleuro loquitur Plinius, per longitudinem scabris, in caule sesquicubitali, & cubitali, admodum geniculato, scabro, rotundo, rigido, inque ramulos abeunte, quorum summa umbellis pusillis, sparsis, luteolis, anethi donantur* (Plinii verba si perpendantur, intelligi possunt, vel de umbellæ figura tantum, vel etiamnum de floris colore) *& semine anisi, aut anethi, oblongo, longiore, graciliore: lapidosis & strigosis, ilicetis, cocciferis. Narbonæ passim floret Iunio & Augusto. Radix digitum minimum æquat, nigricans, peucedani figura, gustu & odore, cujusmodi & semen: quo etiam magis retinemur in veri bupleuri persuasione, Nicandri & Plinii auctoritate, si foret planta hæc cibo idonea: qualem Hippocrates commendat. Nam in medicamentis, ut placuit Glauconi & Nicandro, non incommodam dicet, qui saporem & odorem quadantenus Hyperici deprehendet, temperato calore aliquantum sicciorem.* Huic aliud genus simillimum reperitur; nisi quod folio constet latiore, rigidiore, latiusculo in medio, & supernè in angustum deficiente, nonnihilque concavo, aut inflexo; unde studiosi auriculam leporinam vocarunt. An harum plantarum altera, an utraque bouprestim Theophrasti Græcorumque sit, affirmare nequeo, siquidem nullas tradidit notas Theophrastus.

Inter plantas quæ statim cum germine florem edunt aphiam numerat. Hanc bechion, sive tussilaginem esse existimant. Atqui tussilago unà cum germine non emittit florem; sed quod primum in tussilagine germinat flos est. Hunc enim ante folia edit; ideoque filius ante patrem vocatur. Rectius illi qui tiphyū, de quo lib. 7. c. 12

 Theo-

Theophrastus, tussilaginem statuunt. Ego aphiam crediderim esse, quam caltham palustrem vocant: hæc enim verè mense Aprili statim cum ipsis foliis florem emittit; unde credidere quidam huic raró, vel nunquam flores apparere. *In hortis vero translata. Paulo post, foliorum exortum floret, floreque conspicitur majore.* Gesnerus marem & fœminam facit, illam ramulis rubentioribus flore magis tincto: hanc minorem, albidioribus ramulis, & flore minus tincto scribit. In Anglia teste Camerario, sponte, & plenis & odoratis floribus reperitur; nobis hortensis est. Mathiolus caltham tussilaginem alterã vocat, Anguillara chameleucen Plinii esse affirmat. Uterq; errat. Nam tussilaginis chameleucesque (si non eadem planta) folia superius quidem virent, inferius verò tenui candidaque lanugine incanescunt: calthæ verò hujus neutra albescunt parte, nec forma eorum satis respondet. Alii chelidoniam palustrem vocant; quia palustris hæc caltha foliis & floribus chelidonium minus refert, & species omnino ejus aliqua videri posset, nisi multo major foret, ac durabilis, nec facilè intercidens. Folia

Caltha palustris.



hujus lata sunt, subrotunda, lævia, eleganter virentia, ambitu tenuiter crenata, quadruplo aut amplius, quam chelidonii minoris, majora. Flos etiam ad instar chelidonii luteus. Alii ferrariam vocant. Fortè à forma folii ferream soleam referentis. Alii chrysanthemum, ab aureo sive luteo floris colore. Non sunt audiendi qui amellum credunt. De quo Virgilus lib. 4. Georg.

Est etiam flos in pratis cui nomen amello
Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba.
Namque uno ingentem tollit de cespite sylvam:
Aureus ipse, sed in foliis quæ plurima circum
Funduntur violæ sublucet purpura nigræ
Sæpe Deum nexis ornatæ torquibus aræ,
Asper in ore sapor, tonsis in vallibus illam
Pastores & curva legunt prope flumina mella.

Aureus quidem hujus calthæ flos. Sed foliis orbiculato ambitu caret purpureo-violaceis. Addo nullam gustu præ se ferre asperitatem. Amellus Virgilii aster est atticus, qui flore est purpureo. Huic sapor est asper, flores intus sunt lutei, in ambitu purpurei, forma ferè chamæmeli. Planta hæc Dioscoridi cognita, ab eoque Aster atticus dicta. Cujus descriptionem adferam. Sed viri doctiss. in litteris, historiisque versatissimi opinio prius redarguenda. Hic, auctoritate glossatoris cujusdam deceptus, apiastrum, sive melissophyllum amellum esse scribit. *Apiastri, inquit, sive melissophylli flore olim etiam coronari solitæ Deorum aræ. Virgilius est etiam flos — amello. amellum ibi est μελισσόφυλλον, Glossæ: Amellum μελίφυλλον. quem florem ita describit:*

Aureus ipse, sed in foliis quæ plurima circum
Funduntur, violæ sublucet purpura nigræ,
Sæpe Deum nexis ornatæ torquibus aræ.

Florem vocat apices illos croceos, vel aureos, qui in medio sunt calyce; folia vero calycem ipsum, qui purpureus, (Rectius capitulum aureum dixisset.) Rectius ac sincerius Doctiss. Turnebus adversar. lib. 19. c. 18 Quærunt Critici, quis iste sit flos, quæ herba? Ego qui materiam medicam non tractavi, respondere non possum: Tantum testabor, me in antiquo lexico repperisse amellum μελίφυλλον esse. Huic interpretationi fidem adhibeat vel detrahat pro suo quisque sensu. Talis tamen est, ut eam scriptam, quam tacitam esse voluerim. Rectè & cordatè vir doctiss. Nam meliphyllo sive apiastro coronæ aut verticilli instar cauliculos circundant calyces, è quibus flosculi albidi. Nulla inquam, diversitas coloris in flore melissophylli, nullos apices aureos, luteosve habet flos melissæ; apice enim caret. Aster atticus, ut dixi, amellus est. Hunc his ferè verbis describit Dioscorides lib. 4. cap. 120. Ἀστὴρ ἀττικὸς, οἱ δὲ βουβώνιον (Sic lego ex Oribasio. Galeno, Plinio, aliis) ῥάβδιον ξυλῶδες, ἐπ' ἄκρου ἔχον ἄνθος πορφυροῦν, ἢ μήλινον ὥσπερ ἀνθέμιδος κεφάλιον περισχιδές. ἔχει δὲ φυλλάρια ἀστέρι ὅμοια. τὰ δὲ περὶ τὸν καυλὸν φύλλα στρογγύλα καὶ δασέα. *Aster atticus, qui ab aliqui-*

After atticus.



bus bubonium appellatur, virgultum est lignosum, florem habens in cacumine purpureum aut luteum, per ambitum anthemidis capituli modo divisum, foliolis stellæ modo radiatis, quæ vero caulem circundant folia, oblonga sunt ac hirsuta. Asteris nomen non à foliorum in caulibus, sed in floribus figura & situ accepit; siquidem foliorum in hujus plantæ flore, numerus & forma stellam præ se ferunt; vel, ut Plinius & Dioscorides, capitula per ambitum divisa foliis pusillis, stellæ modo, radiata sunt. Attici nomen ei tributum, quod in Atheniensi agro frequentior, vel melior, quam alibi proveniat. Ab aliis ἀστέριον, vel ἀστεροειδὴς uti Theophrasto lib. 4. hist. cap. 13. ubi de junco agit, ac junci cujusdam semen hujus semini comparat. Dicitur etiam ὑόφθαλμον, quod suis, vel porci oculum quadantenus referat. Alii bubonium vocant. Quod, ut Plinius lib. 27. cap. 5. scribit, inguinum (inflammationi subintellige ex Dioscor.) præsentaneum est remedium. Galenus lib. 6. simpl. Ἀστὴρ ἀττικὸς οἱ δὲ βουβώνιον ὀνομάζουσιν, ὅτι μὴ μόνον ἐπιπλαττόμενον, ἀλλὰ καὶ περιαπτόμενον ἰᾶται πεπτικῶς-

τῶν βυβώνων. *Aster atticus, alii bubonium vocant, non ob id tantum, quod illitum, sed etiam quod suspensum bubonas sanare creditur.* Dioscorides loco citato ἀρμόζει δὲ καὶ καταπλασσόμενον ὑγρὸν πρὸς βουβώνων φλεγμονάς. ξηρὸν δὲ ἀναιρεθὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τοῦ ἀλγοῦντος, καὶ περιαφθὲν τῷ βουβῶνι ἀπαλλάσσει τῆς ὀδύνης. Prodest verò flos recens ac etiamnum humidus, inguinum inflammationi adhibitus. Si verò aridus sinistra laborantis manu decerpatur, & inguini adalligetur dolore liberat. Florem inquit habere purpureum, aut luteum. Boranici celeberrimi Marcellus, ac Mathiolus legunt ἄνθος πορφυροῦν καὶ (non ut vulgo ἢ) μήλινον, *florem purpureum ac melinum.* Idque quia paulò infra scribit Dioscorides, φασὶ δὲ καὶ τὸ πορφυρίζον τοῦ ἄνθους μεθ᾽ ὕδατος ποθὲν &c. *Ajunt id quod in flore purpureum est ex aqua potum.* Vulgatam lectionem servat Saracenus, quod eam secutus sit Oribasius & Serapio, putatque duo asteris genera floris colore distincta depingi, quorum unum illa eadem floris foliola habeat purpurea, alterum lutea. Nam in utroque genere quod medium floris locum tenet, citra controversiam melinon, sive luteum visitur. Hæc etiam causa est, cur Doctiss. Mathiolus mordicus suam sententiam tueri nolit. Genera recentiores tam purpurei, quam lutei plura observarunt, de quibus videat lector phytopinacem Bauhini. Dubitatione non caret, quod anemonem inter ea referat, quæ non longè post germinationem florem edant. Nam apud nos germinat ad autumni finem, vel initio hyemis. Flore mensibus Aprili, Majoque. Secus fortassis in magna Græcia, vel Atheniensi agro accidit.

Quædam ineunte vere caulem florémque emittere ait, ut intubum & omnia intubacei generis, & è spinosis quæcunque olerum generi tribui debent. Quod vulgò cichorium vocamus, Iulio, Augustoque mensibus apud Batavos floret. Chondrillam in locis Hispaniæ incultis Clariss. Carolus Clusius Augusto mense, vel serius florere observavit. Reperiuntur tamen chondrillæ genera, quæ mense Maio, Iunio, Iulioq; in Belgio florem producunt. Quid de Spinosis dicemus? Asparagum Augusto mense florem producere negare nefas. Sed, ut dixi, aëris, soli, ac culturæ diversitas hac in re plurimum valet. Et hac causa, cur in Græcia, tempore Theophrasti hæc ita fuerint: non enim de plantis Hispanicis Belgicisve, sed Græciæ agit Theophrastus, Græcorumque cultu.

Nunc quædam de florum differentia addit, ac se de eâ lib. I. egisse scribit; cap. nempe 20. 21. & 22. Hoc capite eas recenset differentias, quæ minus sunt vulgares. Alias inquit plantas esse quæ flore carent, alias quæ una cum flore fructum dimittant, ac celeriter deflorescant &c. Exempla quæ adfert examinabimus.

Ἐπίπετρον flore penitus carere scribit. In Aldino & in Germania excuso codice legitur ἐπίμετρον. Veram lectionem esse, ἐπίπετρον (quod in petris nascatur) viri doctiss. ante nos probarunt, Iulius Scaliger, Turnebus, Claudius Salmasius. Plinius lib. 21. cap. 15. *Cynops & quam epipetron (vulgo epithetron) vocant, quæ nunquam floret.* Hesychius, ἐπίπετρον (vulgo ἐπίπετρον; litterarum ordo ἐπίπετρον legendum ostendit) εἶδος βοτάνης παρὰ Θεοφράστῳ, *herbæ genus apud Theophrastum.* Meminit hujus herbæ Aristoteles lib. 4. de part. animal. c. 5. ubi has de ea tradit notas. Ἔτι δὲ ἐν τοῖς ἐπιγείοις φυτοῖς ἔνια τοιαῦτα ἃ καὶ ζῇ καὶ γίνεται, τὰ μὲν ἐν ἑτέροις φυτοῖς, τὰ δὲ καὶ ἀπολελυμένα, οἷον καὶ τὸ ἐκ τοῦ παρνασοῦ καλούμενον, ὑπό τινων ἐπίπετρον. τοῦτο γὰρ ζῇ πολὺν χρόνον, κρεμάμενον ἄνω ἐπὶ τῶν πατταλων. *Nam & in terrestribus plantis sunt nonnulla ejusmodi, quæ & vivant, & gignantur, aut in aliis plantis, aut absoluta, quale est, quod modo parnasus fert, vocatum à quibusdam epipetrum; hoc enim diu vivere potest paxillo suspensum.* Apud Hippocratem hujus plantæ fit mentio, præscribitque adversus tumores & inflammationes lib. de ulceribus. Sed verba corrupta, quæ nec interpres Cornarius rectè percepit. Sic inquit: καταπλάσματα οἰδημάτων καὶ φλεγμασίης τῆς ἐν τοῖς περιέχουσιν. ἡ ἑφθὴ φλόμος, καὶ τῆς τριφύλλου τὰ φύλλα ὠμά, ἐπὶ τοῦ ἐπιπέτρου τὰ φύλλα ἑφθὰ καὶ τὸ πόλιον &c. Interpres, cum ἐπίπετρος quid esset ignoraret, vertit, *cataplasmata tumorũ & inflammationis in circumsitis partibus sunt, verbascum coctum, & trifolii folia cruda, & ligustri folia cocta, & polium.* Legendũ esse ἀντὶ ἐπιπέτρου ἐπιπέτρου ex Galeno lib. quart. method. med. cap. 5. probatur, ubi hunc Hippocratis locum citat. Ἄκουσον γοῦν λέγοντος τοῦ Ἱπποκράτους καταπλάσματα οἰδημάτων, καὶ φλεγμασίης τῆς ἐν τοῖς περιέχουσιν, ἡ ἑφθὴ, φλόμος. καὶ τῆς τριφύλλου τὰ φύλλα ὠμὰ καὶ τοῦ ἐπιπέτρου τὰ φύλλα ἑφθὰ, καὶ τὸ πόλιον. ἅπαντα γὰρ ταῦτα ξηραίνειν πέφυκε, καθότι καὶ τοῖς περὶ φαρμάκων ὑπομνήμασιν εἰρήκαμεν. *Audi namque Hippocratem loquentem, cataplasmata ædematum & phlegmonis quæ in circa positis consistit, verbascum coctum, & folia trifolii cruda, & epipetri folia cocta, & polium. quippe omnia hæc siccandi vim habent, veluti in commentariis de simplicibus medicamentis docuimus.* Videamus quæ sit herba, cujus Hippocrates, Aristoteles & Theophrastus meminerunt. Viri docti & botanici expertissimi epimedium Dioscoridis, & epipetron eandem herbam esse existimant. Idq; quod Galenus se in lib. 6. de simpl. med. facult. de epipetro egisse ait. Quo in libro epimedii, non epipetri fit mentio: tum quod Dioscorides lib. 4. cap. 19. epimedium, nec semen, nec florem proferre referat. Diversas tamen plantas esse locus citatus Galeni suggerere videtur. Etenim epipetron siccandi vim habere scribit. Epimedium vero frigidum humidumque videtur. Galenus lib. 6. simpl. ἐπιμηδίου ἡ δύναμις ψυκτικὴ μετρίως ἐστὶ μεθ᾽ ὑγρότητος ὑδατώδους *Epimedii vis est moderatè refrigeratoria, cum aquea humiditate.* Talia humectandi, non exsiccandi vi prædita sunt. Preterea epipetron in petris saxisve nascitur; epimedium in humidis, ac in aliis nasci plantis nemo observavit. Nec inde concludi potest eandem esse plantam, quod utraque flore caret. Nam de dictamno & nardo montana idem scripsit Dioscorides. Diversæ tamen sunt plantæ. Quæ planta sit epipetron, me ignorare fateor. Nonnulli sempervivi genus minus Dioscoridis esse statuunt. Credo quod Auctuarii auctor ἀείζωον μικρόν, οἱ δὲ πετρόφυτς, *sempervivum minus, alii petrophyes*; quasi in petris nasci solitum appellant. Illud genus florem producere, auctor est Dioscorides, nec quisquam flore carere scripsit. In parietibus, petris, scrobibus opacis, tegulis, maceriis nascitur sempervivum minus; diu etiam suspensum servari potest, attamen alteri insidere plantæ observare non licuit. Hac occasione epimedii descriptionem enarrabo, & quid de eo sentiant recentiores, examinabo. Dioscorides lib. 4. cap. 17. ἐπιμήδιον καυλός ἐστιν οὐ μέγας, κισσῷ παραπλήσια, φύλλα ἔχων, δέκα, ἢ ιβ´ (vetus margo σμίλακι παραπλησίου, φύλλα ἔχων ιά ἢ ιβ´) οὔτε καρπὸν, οὔτε ἄνθη φέρει ῥίζας δὲ λεπτὰς, μέλαινας, βαρυόσμους, γευσαμένῳ μωράς. φύεται ἐν τόποις ὑδρηλοῖς. *Epimedium caulis est non magnus, hederæ foliis, denis aut duodenis, neque semen, neque flores proferens, radicibus tenuibus, nigris, gravi odore, gustu fatuo, seu insipido. nascitur in aquosis.* Idem Plinius lib. 27. cap. 9. Idem Oribasius; nisi quod πολύρριζον multarum radicum herbam appellari addat; quod nomen etiam apud Auctuarii auctorem reperitur. Verba hæc, *neque fructum, neque semen fert*, addititia esse putant, quod non sit verisimile; siquidem ea Oribasius & Plinius referunt. Alii Dioscoridem errasse scribunt, falsaque prodidisse, uti de dictamno, nardo montana, cynoglossa &c. Alii verba hæc aliter atque aliter exponunt. Quidam enim vocem φέρει, συμφέρει significare scribunt. Alii sic interpretantur, alii χρόνιον deesse contendunt. Nos nihil deesse putamus, sed hæc scripsisse Dioscoridem, quod nec flores, nec semen viderit, quod mirum videri non

Epimedium.



debet, siquidem ea planta, cujus effigiem damus, ac pro epimedio Dioscoridis habent Dodonæus, Pena, Lobelius &c.

lius &c. Flores ferat in cauliculo adeò exiguo, ut folia raro superet, sed sub iis occultetur; hinc factū, quod flore carere scripserint veteres. Accedit quod nec cauliculus, nec flos diu duret, sed cito pereat. Semen apud nos nunquam tulit; in Illyria tamen florē & semen producere observavit Camerarius. In hortis facile propagatur: plurimum enim serpit; unde necesse est propriis quasi cancellis includatur. Plantæ hujus folia ampla, numerosa, & creberrimè per trina à teretibus tenuibusque dependent pediculis. Sunt hæc Hederæ foliorum figura, lata, acuminata, duriuscula; sed dilutius virentia, ac per circumferentiam ferrata. Flosculi, ut dixi, in cauliculo dodrantali perquam elegantes, forma quadrangulares, quorum rubent margines, interiora lutea, medii vero virent apices. Rubet verò & exteriore & aversa parte flosculus, sed discurrentibus rectis candidisque striis variegatus. Radix nigra, odore gravi, tenuis, quæ multas obliquas propagines emittit, inferius fibrosa, gustu ferè insipido, leviter tamen adstringente & siccante. Magni nominis botanicus, generisque nobilitate inclytus, lunariam botrytin pro epimedio & Dioscoridis epipetro Theoph. habet. Caulem non habere lunariam magnam fatemur. Palma enim minor. nec videtur Dioscorides per caulem non magnam, adeo exiguam parvamque intelligere. Solet enim tum dicere, caulem habet palmæ altitudine, uti de glauce lib. 4. cap. 136. & de polygala cap. sequenti, de lycopodio lib. 4. cap. 126. de anthyllide lib. 3. cap. 136. aliisque multis dixit. Sed cum caulem non magnum inquit, pedalis, vel ad minus sesqui palmaris capi debet. Nec huic folia hederæ similia sunt, sed soldanellæ, aut Aristolochiæ polyrrhizæ; nisi quod minora sint, crassa, subrotunda, & lunata, quæque, Hederaceorum respectu, foliola exigua dicenda sunt. Præterea radix nec nigra, nec graveolens. Locis provenit plantula hæc herbosis, altis in montibus, in montium aut colliculorum declivibus, ac herbidis locis; solo tamen gracili, sicco & inculto. Non esse epipetron probatur, quod suspensa non diu duret; (uti nec ante dictum epimedium) quinimo in ipso natali solo Iunio mense exacto temere fuerit nusquam apparentem requirere. lunaria à lunata foliorum effigie nomen accepit. Lunaria minor ad differentiam Hemionitidis, quam lunariam vocant majorem, cognominatur botrytis à racemoso flore fructuq; dicitur. Porro diversæ longè plantæ epipetron & empetron; licet utrumque ab eo quod in petris nascatur nomen acceperit. Nam empetron ad alvum turbandam tantum usum habere scribunt veteres; quo carere videtur epipetron; siquidem frigidum & siccum esse ex Galeno colligi potest, quæ purgandi vi carent. Uno verbo ut dicam, viribus planè diversæ plantæ; an etiam forma affirmare nequeo. Nullas enim epipetri notas præterdictas, quod sciam, veteres tradiderunt.

Rectè in codice Lugduni Batavorum expresso additum ἀφάκη. Idem repetit infra cap. 11. Theoph. ubi quæ de phaca tradit examinabo. Sed notandum πάλιν expungendum esse; redundat enim. Senecionem quoq; diutius florere scribit. Cum tamen ἠριγέρων sive *senecio* dicatur, quod flos cito ac ipso vere senescat, ac capillorum modo canescat; sive quod flos in pappos subito mutetur. Dicendum diutius florere, quod novos flores prioribus amissis producat. Diutius enim alterū alteri succedens longum tempus occupat. Causam reddit lib. 1. de caus. c. ult. ubi annuam plantā esse scribit. Ἔνια δὲ ἐν συμ[...] —προφῆς. Locum adeat lector. Recentior ætas carduncellum vocat, quod ea herba maximè delectentur cardueles aviculæ. vulgò **Distelvincke** vocant; unde & herba carderina vocatur. Senecionem describit Dioscorides lib. 4. cap. 97. ἠριγέρων καυλὸν ἐστὶ πηχυαῖον, ὑπέρυθρον. συνεχῆ ἔχον φυλλάρια, ἀκροσχιδῆ ὥσπερ εὔζωμον, πολὺ δὲ ἐλάττονα. ἄνθη μηλίζοντα, ταχέως σχιζόμενα ἐν ἐξανθεῖν εἰς τοὺς λεγομένους πάππους, ὅθεν καὶ ἠριγέρων ὠνομάσθη. Δι᾽ ἃ τὸ ἔαρ τὰ ἄνθη τριχοειδῆ πολιᾶς, ῥίζα ἄχρηστος. φύεται μάλιστα ἐπὶ θριγγοῖς (Catacur. τοιχῶν) καὶ περὶ τὰς πόλεις. Id est *Senecio caulicula est cubitali, subrubicundo* (subruber cauliculus, rotundus, concavus, succulentus, in summitate surculosus, lacteo succo carens, & hæc causa, cur Dioscorides inter cichoracea non recensuerit) *foliculis crebris, & erucæ modo per extremitates divisis. Sed minoribus multo* (folia vulgaris fert virentia, rugosa, oblonga, ambitu nonnihil incisa, ferè veluti cichorei, sed minus (uti cap. præcedenti annotavit Theophrastus, ipsis etiam minora, erucæ quodammodo similia) *floribus in luteum vergentibus, qui quidem cito dehiscunt, ac deflorescentes in pappos ab*

eunt (id experientia comprobat.) *Atque inde etiam erigerontis nomen senecio apud Græcos invenit, quod verè flores capillorum ritu canescant, Radix est supervacua. Nascitur maximè in maceriis* (parietibus) *& circum oppida.* Galenus lib. 8. κατὰ τόπους cap. 9. in tegulis maximè nasci scribit, ἠριγέρων ἀφίφλοιος — φύεται δὲ τοῦτο ὁ καυλὸς ἐπὶ τοῖς κεράμοις. De senecione hæc Plinius lib. 25. cap. ult. *Erigeron à nostris vocatur senecio. Hanc si ferro circum, scriptam effodiat aliquis tangatque ea dentem, & alternis ter despuat, ac reponat in eundem locum, ita ut vivat herba, ajunt dentem illum postea non doliturum* (hoc Plinius credat, & Plinio nimium addicti.) *Herba est trissaginis specie,* (haud felix satis comparatio) *& mollitia cauliculis subrubicundis. Nascitur & in tegulis & in muris. Nomen hoc Græci dedere, quia verè canescit; caput ejus numerosa dividitur lanugine* (*qualis est spinæ*). Cacanthi vocabulo polysemo deceptum Plinium, rectè indicat Doctiss. Dalecampius, qui hunc de flore locum infeliciter expressisse eundem annotat) *inter divisuras exeunte, quare eam Callimachus acanthida appellat; alii pappum; nec deinde Græcis de ea constat. Alii erucæ folio dixerunt,* (Dioscoridem intelligit) *alii roboris* (ex illorum judicio supra cum Trissagine, sive chamædry comparavit. Eorum scripta periere, ex quibus hæc Plinius, forte Gestius, Iulius Bassus, Niceratus, Petronius, quorum scriptis non assentiendum monet in præfatione Dioscorides) *sed minoribus multo. radice alii super vacua, alii nervis utili, alii potu strangulante.* Dioscorides radicem supervacuam agnoscit, folia nervis utilia inquit, & pappos potu, si recentes fuerint, strangulare tradit. Hæc non satis assecutus Plinius radici tribuit, quæ de radice, foliis & pappis tradidit Dioscorides.

Crocos non diu florere ait. id verum esse norunt botanici. Verba Theophrasti corrupta admodum. Pro ἴοσμοι, ut in Aldino, vel ἄνοσμοι ut in Lugdunensi Batavorum codice, Legendum ἄοσμοι, ipse sensus hoc satis comprobat. Ἀκανθώδης quis sit crocus, me latet. Magnus Scaliger cartamum sive cnicum intelligere præceptorem scribit. At diutius crocus iste floret; nempe per duos & amplius menses. Præterea veterum nemo cnicum crocum vocavit. Legendum quondam ex cap. ult. lib. 6. ὄρειος putavi. Hoc croci genus inodorum esse, supra probavimus. Montanus crocus notus satis, Novembri mense apud nos floret. Ἀκανθώδης Theophrastus scripsit. Intelligit crocum Montanum, & sic vocatur à præceptore, quod stamina, sive filimenta ferat inodora ac usui inepta. Vel pseudocroci quoddam genus sic vocavit, quod colore est surdo, obscuro, ingratoque; Opponit enim albo croco. Quod cum ignorarent librarii, scripserunt ἀκανθώδης, qualis non est in rerum natura. Albus crocus videtur illud pseudocroci genus esse, quod flore est albo. Floret verno tempore, ac inodorus est. Pseudocroci multa sunt genera, florum colore differentia. De his videat lector Bauhini Phytopinacem.

Hactenus de germinationis temporibus, ac florum differentiis egit. Nunc de caulium differentiis verba facit, ac plantas alias recticaules, alias nervicaules, alias annicaules, vel, uti corrigunt, per humum repentes, alias amplexicaules &c. Singula hæc examinanda.

Recticaules alias esse inquit, exempla nulla adfert. Recticaulis pastinaca, cæpa, scylla.

Quæ plantæ sive olera sint nervicaulia, non docet. Pastinaca, apium, aliaque nervosum caulem habent.

Ἐπετειόκαυλα. *annicaules.* Viri docti, quia recticaulibus per humum repentes opponuntur, ἐπιγειόκαυλα legunt; & exempla quæ Theophrastus addit conveniunt. Nam annuum & repentem caulem fert malva, scandix, cucumis sylvestris, heliotropium. Capparis quidem foliis vidua hyeme, verum caulem servat, qui si hyeme super terram secentur, verè lętius surgunt. Malim itaque cum viris doctis ἐπιγειόκαυλα legere.

Malvæ historiam hoc loco subnectemus. Græcis μαλάχη ἀπὸ τοῦ μαλάσσειν, *ventre emolliendo*, nomen accepit. Martialis

Utere lactucis, & mollibus utere malvis:
Nam faciem, durum Phœbe cacantis habent.

Latini malvam à græco μαλάχη, teste Varrone, vocarunt; vel molva ab emolliendo ventrem, quod ob naturalem suum lentorem præstat, ut Ægineta testatur. Atticis μολόχην dictam; vel locus hic Theophrasti satis comprobat, Athenæus tamen in multis epicharmi & Anti-

Antiphanis exemplaribus μολόχην per ο scriptum reperiri scribit. μαλάχαι ἡσίοδος οὐδ᾽ ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ᾽ ὄνειαρ τοῦτο ἀττικῶς. ἐγὼ δὲ φησιν ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις εὗρον τοῦ ἀντιφάνους τὴν μὲν καὶ λὸ διὰ τοῦ ὁ γεγραμμένον τρώγοντες μολόχης ῥίζας. καὶ ἐπίχαρμος πραότερος ἔγωγε μολόχης. Vel interpres locum hunc non intellexit, vel depravatum secutus est codicem. Sic vertit *malvæ Hesiodus nec quantum in malva, asphodelique est utilitatis. Ego inquit is sophista qui hæc referebat, in multis exemplaribus Antiphanis eam vocem reperi scriptam cum o in prima & secunda syllaba, μολόχη attico more radicem μολόχης rodentes. Epicharmes ego quidem moloche mitior.* Hæc planè contra mentem Athenæi & veritatem. Infima ætas μολόχην dixit. Attici & antiqui Græci μαλάχην, ut ex Aristotelis, & Theoph. scriptis patet, in quibus constanter μαλάχη legitur. Etiam apud alios Græcos Hippocratem, Dioscoridem, Galenum. Hic est verborum Athenæi sensus. *Malvæ Hesiodus, nec quantum vel malva accommodet asphodelusve.* Sic Attici loquuntur. *Ego tamen* (inquit Deipnosophista) *in multis exemplaribus Antiphanis repperi syllabas priores vocis malvæ, mo & lo per o parvum scriptas, ut in hoc hemistichio Antiphanis radicem moloches rodentes & in hoc Epicharmi, ego quidem moloche mitior.* Malvæ fructus sive semen πλακοῦς dictum fuit. Hesychius πλακοῦς ἐκτὸς τοῦ πέμματος καὶ ὁ σπερματικὸς τύπος τῆς ἡμέρας μαλάχης *placentæ pars exterior & sativæ malvæ seminis figura.* Id est semen malvæ domesticæ. σπερματικὸς τύπος idem quod Dioscorides καρπός. Plinius semen. In vulgatis Hesychii codicibus scribitur, καὶ ὁ σπερματικὸς τύπος τῆς ἡμέρας. μαλάχη. Verba hæc Hesychii corrupta esse ex Athenæi loco citato probatur, ubi etiam reddit rationem, cur malvæ semen sic dicatur: nempe quod orbiculus ille pectinatim sit incisus, ut solent incidi Placentarum crepidines. Seminis malvæ luculentissimam insuper tradit descriptionem; quare ipsa verba Athenæi audiamus. Φανίας δὲ ἐν τοῖς φυτικοῖς φησι, τῆς ἡμέρου μαλάχης ὁ σπερματικὸς τύπος καλεῖται πλακοῦς. ἐμφερὴς ὢν αὐτῷ. τὸ μὲν γὰρ κτενῶδες ἀνάλογον καθάπερ ἡ τοῦ πλακοῦντος κρηπὶς, κατὰ μέσον δὲ τοῦ πλακουντικοῦ ὄγκου τὸ κέντρον ὀμφαλικόν. καὶ περιαλιφθείσης τῆς κρηπῖδος ὅμοιον γίνεται τοῖς θαλαττίοις ἐχίνοις. *Phanias in libris de plantis ait, in malvæ sativæ seminis formam (idest ipsum semen) placentam vocari, quia sit ei similis. Nam quod pectinatim est denticulatum, placentæ crepidinem portione quadam imitatur: Quod vero in medio tumet, molis placentæ centrum umbilicatum, ambitus vero marginis echinorum quos in mari capiunt, delineationem & circumscriptionem.* Addit Ruellius quasi apud Athenæum id legerit, id liquido apparere, secantibus circularem globum seminis. Pythagoras ut refert Ælianus lib. de varia historia 4. c. 17. τῆς μαλάχης φύλλον ἱερώτατον folium malvæ sanctissimum dixit, idque, ut scribit Guillandinus, quod in malvæ foliis scriberetur. Supra lib. 4. cap. 9. contra Guillandinum probavimus, in palmæ foliis scripsisse veteres. Ipsumque Plinii depravare codicem, cum pro palmarum malvarum substitui vult. negare tamen nolim, veteres etiam in malvæ foliis scripsisse. Etenim apud Isidorum lib. 6. cap. 12. legitur. *At vero historiæ majore modulo scribebantur, & non solum in charta vel membranis, sed etiam & in omentis elephantinis, textilibusque malvarum foliis, atque palmarum.* Hinc, inquit Guillandinus, Pythagoras malvæ folium sanctissimum dixit. Addit vir Doctissimus, in malvæ foliis sua mysteria sacerdotes scripsisse, ideoque sanctissimum dictum. Si tantum Iura divina & humana, item τὰ θεολογούμενα, & similia scripta fuerint in malvaceis foliis, rectè sancta vocata sunt, & hanc causam fatebor, cur Pythagoras illud epitheton ipsis dederit. at cum verisimile sit, non tantum honesta, sed etiam obscœna in malvaceis scripta fuisse, eaque potuisse tolerare malvam, non secus ac alia quæcunque charta. Alia de causa sanctissimam dictam esse à Pythagora mihi persuadeo, eodem scilicet modo quo ab Hesiodo lib. 1. ἔργων καὶ ἡμέρων, νήπιοι οὐδ᾽ ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς, haud norunt stolidi, quantum toto dimidium plus οὐδ᾽ ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ᾽ ὄνειαρ nec quam magna sit utilitas malvæ, asphodelique. In Hesiodi versum citatũ Proclus. ἕρμιππος ἐν γὰρ τῷ τῶν ἑπτὰ σοφῶν, περὶ τοῦ ἀλίμου λέγει μέμνηται δὲ τοῦ ἀλίμου καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῷ πέμπτῳ τοῦ καθ᾽ ἡρακλέα λόγου. καὶ πλάτων ἐν γὰρ τοῖς νόμοις, ἐπιμενίδην φησὶ μικρόν τι ἰδιωμάτιον προσφερόμενον, δι᾽ ὅλης διατελεῖν τὴν ἡμέραν ἦν δὲ ἐξ ἀσφοδέλου καὶ μαλάχης. ὅπερ αὐτὸν ἄλιμον καὶ ἄδιψον ἐποίει. *Hermippus in libro septem sapientum de halimo verba facit, meminit & hujus Herodotus in quinto de Hercule sermone, & Plato lib. 3. de legibus. Epimenidem modicum parvumq; edulium obtulisse, quo per integrum diem vitam sustinere poterat, componebatur ex asphodelo malvaque, quare illum halimum & adipsum servabant, hoc est à fame procul & siti.* Sanctissimum itaque vocavit Pythagoras malvæ folium, quod sanctissimi homines, qui illam vivendi εὐτέλειαν, quam Poetæ βίον ῥᾴστον vocant, sequebantur, malva asphodeloq; pro cibo, tanquam simplicissimo ac frugalissimo uterentur. Legimus enim sapientissimos homines antiquos, cũ pharmacũ ἄλιμον componerent, malvam & asphodelum indidisse. Erat autem hoc pharmacum remedium contra famem & sitim. Et hoc veteres pro cibo potuque utebantur, quod nesciebant fatui, vel saltem ignorabant ex malva & asphodelo componi. Athenæus loco citato ἕρμιππος δὲ ὁ καλλίμαχος ἄλιμον πρόσθε ἄδιψον ἐμβάλλεσθαι τὴν μαλάχην ἐστὶ χρησιμώτατον. *Hermippus Challimachus quam adipsum & alimon vocant, malva injicienda est utilissima: quod scilicet suo glutinoso lentore sitim ac famem sedet.* Mortuis etiam hominibus in tumulo malvam asphodelumque ferebant, ne deesset illis cibus, quod hoc in Epigrammate voluit Porphyrius, ubi tumulum his verbis introducit, νῶτα μὲν μαλάχην τε καὶ ἀσφόδελον πολύριζον κόλπῳ δ᾽ τὸν θάνα ἔχω, id est, *foris quidem malvã asphodelumque habeo intus vero mortuum claudo.* Hinc Homerus quoties campum enon describit quem asphodelum vocat, his plerumque verbis utitur: τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισι *ubi facillima vivendi ratio est hominibus.* Idemque ἀσφοδελὸν λειμῶνα mortuis tribuit. Qua de re cap. de asphodelo. frugales itaque sancti, & qui antè ἐπιθυμητικοὶ homines vivebant, malva asphodeloque utebantur, quod frugalis, vilis, ac satis nutriens cibus foret, quod postea sunt secuti poetæ (si credere fas est) Horat. lib. 4. oda. 31.

> *Premant calena falce, quibus dedit*
> *Fortuna vitem: dives & aureis*
> *Mercator exsiccet culullis*
> *Vina syra reparata merce*
> *Dîs carus ipsis: quippe ter & quater*
> *Anno revisens æquor atlanticum*
> *Impunè. me pascunt olivæ*
> *Me cichorea, levesque malvæ.*

Vidimus cur malvæ folium sanctissimum vocarit antiquitas, nunc notas & genera persequamur. Malvę notas sparsim tradidit Theophrastus, ac quidem capite præcedenti malvam inter olera ea numerat, quæ coqui volunt. Hoc capite, malvæ caulem per humum repere, vel ut vulgata habet lectio, annuum inquit. lib. 1. de causis cap. ultimo, folia malvæ se ad solem vertere scribit, quod etiam observavit Columella.

> *Et malache prono sequitur quæ vertice solem*

Causam quam adfert Theophrastus hac de re, loco citato examinabimus. Cultu inquit Theophrastus lib. 1. cap. 5. & 14. arboris naturam assumere, ac incrementum satis magnum capescere, adeò ut mensibus sex septemve longitudine, crassitudineque hastæ instar grandescat. Hoc genus lib. 7. simpl. ἀνδρενδρομαλάχην vocavit Galenus, quod magnitudine arbori adæquari possit: malvam Theophrastus culturâ arborescere docuit, Plinius lib. 19. c. 4. (si vera recenset) sponte in Arabia provenire in arboream altitudinem scribit. *Quædam vocabimus ferulacea ut Anethum, malvas. namque tradunt auctores in Arabia malvas septimo mense arborescere baculorumque usum præbere exemplo. Sed & arbor est malva in Mauritania Sixi oppidi æstuario, ubi Hesperidum horti fuisse produntur CC. passus ab Oceano, juxta delubrum Herculis, antiquius gaditanio ut ferunt. Ipsa altitudinis pedum xx. crassitudinis quam nemo amplecti possit.* Dioscorides nullas malvæ notas tradidit, quia planta notissima ac vulgatissima. Eadem de causa & nos nullas notas de eadem trademus. Malvam veteres Theophrastus, Dioscorides, Galenus, Plinius aliam dixerunt sativam, aliam sylvestrem. Altheam non intelligo, quam malvam sylvestrem nonnullos vocare lib. 9. cap. 15. auctor est Theophrastus & Plinius lib. 20. cap. 21. Malvæ differentiam hanc tradit loco citato Plinius. *E contrario in magnis laudibus malva est utraque, & sativa & sylvestris. Duo genera earum, amplitudine folii discernuntur majorem Græci malopem* (lego molochen) *vocant in sativis, alteram ab emolliendo ventre dictam putant malachen. E sylvestribus cui grande folium, & radices albæ Althea vocatur.* De qua lib. 9. agam. Tam sylvestris quam sativæ genera plura observarunt recentiores, quas in phytopinace recenset Bauhinus.

De

De antrisco pauca veteres memoriæ prodiderunt, oleraceam esse plantam ex Theophrasto & Dioscoride constat. Theophrastus nullas præter solam hanc tradidit, notas. Idem fecit Dioscorides, nisi quod subamarum & acre dicat. Difficile itaque judicare, quæ planta veterum sit scandix. Scio pectinem veneris vulgo dictum pro scandice haberi, sed an veterum scandix sit, probari nequit. Immo cum nulla amaritudo ac acrimonia in ea percipiatur, probabilius videtur non esse scandicem. Plinius lib. & cap.22. Antrisco comparat. *Eadem*, inquit, *erat antriscus si tenuiora folia & odoratiora haberet*. Ergo scandicis folia odorata, pectinis veneris odore carent.

Amplexicaulia quędam inquit esse, uti hedera, & smilax hederacea, de quibus lib. 3. egimus. Humicaulia hæc inquit esse, si non habeant quibus accumbant, quod experientia comprobat. Si enim per quod scandant, careant, erigere sese nequeunt. Legumina multa sunt amplexicaulia, uti suo loco demonstrabitur.

Inter humicaules plantas πιτυΐνην numerat, de quâ nonnulla sunt dicenda. Πιτυΐνην inter olera numerat Theophrastus. Non tantum oleracea, sed etiam coronaria planta est. Geoponicῶν auct. lib.7.c.13. οὐκ ἂν δὲ μεθυσθείη ὁ πίνων εἰ χαμαιπίτυος κλάδοις ἐστεμμένος εἴη. *Potor vini non inebriatur, si chamepithyos ramulis fuerit coronatus.* Hujus rei si quis velit facere experimentum, per me licet. πιτυΐνη καὶ χαμαιπίτυς idest *humilis pinus* dicitur, quod folia piceam odore referant, latini ajugam, quandoque abigam propter abortus vocant. Herbariorum verò vulgus ivam arthriticam appellat, quod ischiadicis, & aliis articulorum doloribus opem ferat non obscuram. chamepityos nomine, præter hanc de qua nobis sermo, aliæ etiam sunt donatæ plantæ. Hypericum enim Dioscorides & Plinius chamepytim à nonnullis dici refert, quod semen pineam resinam odore referat. Auctuarii auctor onobrychin sic dictam refert. Habet etiam alia nomina chamepitys, teste Dioscoride, lib.3.c 175. χαμαιπίτυς ἣν οἱ (Ald. ἔνιοι) ἐν πόντῳ ὁλόκυρον, καλοῦσι, ἀθηναῖοι ἰωνίαν ἐν δὲ εὐβοίᾳ σιδηρῖτιν. *Chamepytis quam qui Pontum incolunt holocuron vocant* (Oribasius ὁλόκυρον) *Athenienses joniam, Euboici sideritim.* Idem fere apud Athæneum lib. 15. legitur Ἀπολλόδωρος δ' ἐν τῷ περὶ θηρίων φησὶ χαμαιπίτυν οἱ δ' ἀθηναῖοι ἰωνίαν οἱ δὲ κατ' εὔβοιαν σιδηρῖτιν. *Apollodorus lib. de venenatis animalibus, chamepytin dixit, quam Athenienses joniam, Euboici sideritim vocant.* Ubi verba Nicandri de chamepyte examinantur de olocyro videat lector quæ lib.6.cap.3. dicta sunt. *Athenienses* inquit *joniam vocant.* Theophrasto tamen jonia est viola, uti alibi abunde probatum. Et hinc pro χαμαιπίτυν interpres legit χαμαιδάφνην, ac has ipsas voces ad violam nigram refert. Vulgata tamen lectio Dioscoridis verbis citatis, nec non Oribasii confirmatur. Utramque denotasse plantam, vocem joniam, veritati non repugnat. Fortaissis antiquissimi Athenienses joniam violam vocarunt, mediæ ætatis sive Dioscoridis temporibus illud nomen chamæpitii dederunt, apud scholiast. Nicand. pro jonia ὄνια ἀγρία legitur. Sideritis nomine plures gaudent plantæ, uti passim à nobis demonstratum. Andromachus in compositione Theriac. χαμαίζηλον πίτυν vocat, ἢ δ' χαμαιζήλω πτόρθους ἄγριας πίτυος & humilis ramos feras piceæ. Locus hic in memoriam vocat versum virgilianum, qui lib.4.geor. reperitur: *Ipse thymum pinosque ferens de montibus altis.* Idem in culice: *Bumastusque virens & semper florida pinus.* Viri doctissimi chamepytin à Virgilio pinum dici scribunt, & non esse chamepityn hoc argumento celeberrimus litterator probat, quod chamepitys non sit ἀείφυλλος fronde perpetua, contrà pinus de qua Virgilius semper virens. Sed non omnis chamepitys folia amittit, peritque, nam altera chamepitys folio perpetuo est; majoris ponderis argumentum, quod Pinus Virgilii sit frutex, chamepitys herba. Columella lib. 19. cap.5. *Post hæc frequens fit incrementi majoris surculus, ut Rosmarinus & utraque cythisus, est enim sativa & altera suæ spontis, itemque semper virens pinus, & minor ilex, nam prolixior ab omnibus improbatur.* Pinum inter frutices repositam videt lector. Nam primo de herbis, mox de fruticibus, demum de arboribus apibus gratis, agit Columella. Doctiss. Salmasius & Virgilii & Columellæ codicem depravatum esse, legendumque ostendit *tinum*, quod Philargyrus duplicem fuisse scripturam, ipsius Virgilii manu annotat, pinus & tinus his verbis. *Legitur & tinus, est autem laurus sylvestris, cærulea bacca.* Idem ad hunc versum *illi tiliæ atque uberrima pinus.* *Ipsius autem manu duplex fuit scriptura pinus & tinus.* Uberrima *hic pro* plurima. *Fructum enim nullum fert tinus, sed multa semina facit.* Tinus lauri species est sylvestris & frutex, Plinio lib. 15. cap. ult. teste. De hac Virgilius, non de chamæpity intelligendus. Chamepithyos genera tria sunt, de quibus singulatim agendum. Chamæpitys prior à Dioscoride his ferè verbis describitur. Πόα ἕρπουσα ἐπὶ γῆς, ὑπόκυρτος. φύλλα δὲ ἔχει ὅμοια, ἀειζώῳ μικρῷ λεπτότερα δὲ πολλῷ καὶ λιπαρώτερα καὶ δασέα, πυκνὰ περὶ τοὺς κλάδους ὀσμὴν ἔχοντα πίτυος, ἄνθη λεπτὰ, μήλινα, ἢ λευκὰ (vetus non legit. Marcellus expungit) ῥίζαν δὲ ὡς κιχωρίου. *Herba est quæ humi serpit, incurvæ similis: foliis sempervivi minoris, at multo tenuioribus pinguioribusque & hirsutis, circa ramulos densis, odore pinus, floribus tenuibus, luteis vel candidis radice cichorei.* Plinius lib.24.cap.6. *Chamepitys latinè abiga vocatur, propter abortus, ab aliis Thus terræ cubitalibus ramis, flore pinus & odore.* Ramis cubitalibus esse chamæpityn nemo scripsit, & experienria, falsum esse, docet. Confundit Plinius chamæpithyos descriptiones. Alterum genus Dioscorides cubitalibus ramis esse tradit, nec flore pinus quis esse chamæpityn memoriæ prodidit. Dioscorides flore tenui inquit esse, colore albo, vel luteo. Chamepithys prior, multis per terram cauliculis quasi repit: folia è singulis geniculis promit oblonga, angusta, in tres particulas fissa: Flosculi ex alis foliorum lutei, tota herba nonnihil hirsuta, odore resinam piceam aut larignam refert. Alteram chamæpityn, capite sequenti nempe 176. his fere verbis describit. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα χαμαιπίτυς. κλάδους ἔχουσα πηχυαίους, ἀγκυροειδεῖς λεπτοὺς ἔφους. κόμην δὲ ἐοικυῖαν τῇ πρὸ αὐτῆς, καὶ ἄνθος λευκόν. σπέρμα δὲ μέλαν. ὄζει δὲ καὶ αὐτὴ πίτυος. *Est & altera chamæpitys ramis cubitalibus, in anchoræ speciem incurvatis, gracilibus: coma supradictæ similis, flore candido ac semine nigro, sed & hæc pinum redolet.* Plinius loco citato

Chamæpityos altera Icon.



altera brevior, & incurvæ similis. Contra Dioscorides majorem inquit. Magni nominis Botanicus ut Plinium excuset inverso ordine de Chamepithyos generibus illum agere scribit, ac primum de majore, deinde de breviore, tum de mare verba facere. Sed confundi à Plinio historiam chamepityos, verba incurvæ similis, satis ostendunt. Dioscorides enim hoc de secundo dixit, uti etiam Plinius. Verba *anchoræ in modum curvatis* Dodonæus in hunc sensum exponit. *Indicare* inquit *voluit repandas sive invicem oppositas alas anchoræ qualemcunque speciem exhibere.* Pro altera chamepity quidam habent plantam, quam vulgo chamædryn laciniato folio vocant: hanc non esse chamepityn his probatur rationibus,

bus, quod nec cubitalis, ſed palmaris ſit, nec prædicta chamæpity ſimilis, ſed foliis chamædryn referens; ideoque ab aliis ad chamedryos claſſem refertur. Accedit quod flore ſit purpureo, cum florem candidum alteri tribuat chamæpity Dioſcorides. Nec in minori errore verſantur qui chamæpityn hanc ſpuriam ad botryn referunt. Nam botrys nomen accepit à ſemine, quod racematim ramulis adnaſcitur, ſive quod plura ejus ſemina caulibus ſic conferta pendeant, ut racemi in uva referant imaginem; uti addita tabella oſtendit. De botry

Botrys.



hac occaſione quædam dicenda nobis. Hæc mulierculis quondam notior quam pharmacopœis. Etenim odoris gratia veſtimentis, pannis, linteis, curioſe eam interponebant. Nunc pharmacopœis notior. Ex hac enim parant electuarium cum melle ad morbos pulmonum. Hanc Dioſcorides lib. 3. cap. 130. his fere verbis deſcribit, βότρυς πόα ἐστὶν ὅλη μηλίνη, θαμνοειδὴς, διακεχυμένη, πολλὰς ἔχουσα μασχάλας. τὸ δὲ σπέρμα ὅλοις τοῖς κλωνίοις περιπέφυκε. φύλλα κιχωρίῳ ἐμφερῆ πολλὰ καὶ τὸ σύμπαν εὐῶδες ἱκανῶς. διὸ καὶ ἱματίοις συντίθεται. φύεται δὲ μάλιστα περὶ χαράδρας καὶ χειμάῤῥους ——— καὶ ταύτην ἀμβροσίαν καππαδόκαι καλοῦσι, τινὲς δὲ ἀρτεμισίαν. Botrys *herba lutea tota, fruticoſa, latè ſparſa, & alis compluribus prædita. Semen circa totos ramulos naſcitur, folia cichorio ſimilia, numeroſa. Herba vero tota ſuaviter olet, quamobrem veſtibus etiam interponitur. Invenitur vero potiſſimum circa profluentes aquas, & in torrentium ripis —* hanc Cappadoces ambroſiam vocant, alii artemiſiam. Plinius lib. 27. cap. 8. *Botrys fruticoſa herba eſt, luteis ramulis, ſemen circa totam naſcitur, folia cichorio ſimilia. Invenitur in torrentium ripis. Medetur orthopnoicis. Hoc Cappadoces ambroſiam vocant, alii Arthemiſiam.* Idem lib. 25. cap. 7. cum arthemiſia confundit botryn; uti cap. de arthemiſia probabo. Herbam inquit Dioſcorides totam luteam eſſe. id verum eſt, cum maturuerit; tum enim in viridi luteo langueſcit colore, gummoſo quodam lentore prædita, quo colligentium manus inficit. Antequam adoleverit, ac quum primum prodit, folia magis virent, ac inferiore parte virente folia cichorio comparari poſſunt, ſed erigero ſimiliora, utrimque laciniata atque profundius inciſa. Cappadoces hanc ambroſiam vocare ſcribunt Dioſcorides & Plinius. Idem Dioſcorides ambroſiã botryn appellari ab aliquibus notat l. 3. c. 129. Ἀμβροσία οἱ δὲ βότρυς, οἱ δὲ βότρυς ἀρτεμισία, θαμνίσκος ἐστὶν τρισπίθαμος τὸ ὕψος, πολύκλαδος· φύλλα ἔχων περὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ καυλοῦ μικρὰ ὡς πηγάνου. Τὰ δὲ καυλία περίπλεα σπερματίων εἰκότων βοτρυδίοις μηδέποτε ἀνθοῦσι, τῇ ὀσμῇ οἰνώδης, ἡδεῖα (rectius ἡδὺς ut ad θαμνίσκος referatur) ἡ δὲ ῥίζα λεπτὴ, διασπίθαμος. καὶ ταύτην πλέκεται δὲ ἐν καππαδοκίᾳ τοῖς στεφάνοις. *Ambroſia, quam aliqui botryn, alii botryn artimeſiam appellant, exiguus frutex eſt triũ palmorum altitudine, ramoſus, folia circa unum caulem habet exigua, ceu rutæ, cauliculos vero minutis ſeminibus, quaſi racemulis, qui nunquam florent, refertos. Eſt is odore vinoſo ac ſuavis, radix tenuis & duum palmorum longitudine, nectitur apud Cappadoces in coronis.* Plinius lib. 27. cap 4. *Ambroſia vagi nominis eſt, & circa alias herbas fluctuat: fruticem unum habet denſum, ramoſum, tenuem, trium verò palmorum, tertia parte radicem breviorem, foliis rutæ. Circa imum caulem in ramulis ſemen eſt* (lege, *foliis rutæ circa imum caulem in ramulis*) *uvis dependentibus, odore vinoſo. Qua de cauſa botrys à quibuſdam vocatur, ab aliis artemiſia: coronantur illâ Cappadoces. Vagi* inquit *eſſe nominis.* Id veriſſimum. Supra lib. 6. cap. de lilio ambroſiam lilium dictum dixi; botryn ambroſiæ nomine gaudere hoc ipſo capite audivimus. Alterum artimiſiæ genus Ambroſiam appellari, teſtis eſt Ruellius. Semper vivum majus hoc nomen audire, auctor eſt Dioſcorides. Eſt etiam malagmatis nomen apud Æginetam lib. 7. cap. 18. Apud Ætium lib. 14. cap. 18. emplaſtri. Antidotum etiam quoddam ambroſiæ nomen obtinet, ut ſcribit lib. 2. de antidotis Galenus cap. 8. & 10. Idem potionem quandam ad phthiſicos ſic dici lib. 7. κατὰ τόπους cap. 3. ſcribit. Ambroſiam Deorum cibũ ex Homero, Heſychio, aliiſque eſſe conſtat. ambroſiam Deorum potum refert Athenæus li. 2. Homerus Odiiſſ. lib. 13. τὸ θεῖον καὶ εὐῶδες ἔλαιον Ambroſiam ſcribit. Plantam de qua nobis ſermo, Ambroſiam dictam ajunt ab α & βροτὸς *mortalis*, interpoſito μ vocalitatis gratia; vel quod mortales eam non edant, vel quod qui eam commederint immortales evadant: ideoque τὸ τῶν θεῶν βρῶμα *Deorum cibus* dicitur, eximiæ fragrantiæ gratia Diis expetita. Pro Ambroſia Mathiolus pingit coronopum repentem Dodonæi, pſeudo-ambroſiam à Camerario dictã. Floſculos planta hæc fert è foliorũ ſinu candidos, exiguos. odore vinoſo caret, penè inodora. Nec reprimendi, nec repellendi, uti Dioſcorides & Galenus de ambroſia ſcribunt, nec adſtringendi vi prædita, ſed calida & ſicca ad naſturtii hortenſis uti ſaporem, ſic & qualitatem accedens: eſt tamen imitior & minus calida. Nec ambroſia altera Mathioli, quã alii artemiſiam tenuifoliam vocant, veterum ambroſia eſt; quia calida & ſicca, nec folia infima minora, ſed majora habent abrotoni maris æmulantia, paulo tamen minora & longiora. Pro ambroſia plantam

Ambroſia.



Dodonæus, Lobelius, aliique pingunt, cujus effigiem addidimus; Vulgo ambrosia Hortensis vel procerior dicitur & unico caule botryos instar, eoque non nihil striato, fruticis exigui modo assurgit, duos aut tres palmos alto, qui in ramulos ac alas complures quoque diffunditur. Folia haud magna, variè fissa, teneriora, tenuioraque quam artimesiæ prioris, quorum minora segmenta tenuia, graveolentis rutæ foliola quodammodo exprimunt, supernè majora, majoribusque divisuris ad instar artemisiæ infernæ minora. Flores secundum ramulos sublutei, rotundi, muscosi, absque fructu. Subsunt inferius angulosa, terrestris tribuli instar echinata capitula, nunquam florentia, in quibus semen nigricans, radix gracilis, palmaris. Inalbicat è virore tota herba, & gratum odorem spirat. In Cappadocia sponte nascitur, alibi sata in hortis feliciter adolescit; ubi fœcunditate læti soli quandoque luxurians altius attollitur. Et hæc de ambrosia & botry, ad chamepityn redeo. Dixi alteram Dodonæi cum descriptione non convenire. Ingenuè fateor me alterum illud genus non novisse. Eodem hoc cap. Dioscorides tertiam his verbis describit. καὶ τρίτη τις ἐστιν ἄῤῥην καλουμένη· ἔστι δὲ βοτάνιον λεῖον. Lævis qui dici possit non video: statim enim subjungit foliis esse hirsutis, & caule aspero. Adde quod nec in Oribasio, nec Serapione vox hæc reperiatur. Quare rectè judicat Doctiss. Saracenus codicem depravatum, ac λεπτὸν vel λιτὸν tenue ἀντὶ λείου legendum suspicatur; vel certe inquit λεῖον ἀντὶ τοῦ ἰσχνοῦ ἤτοι καλοῦ accipiendum, uti apud Hesychium exponitur. Ego vocem hanc è margine in textum irrepsisse puto, ac vel cum Saraceno, λεπτὸν vel λιτὸν, quod fere idem est, lego, ἔχον φυλλάρια λεπτὰ, λευκὰ, δασέα, καυλὸν δὲ τραχὺν (alter codex παχὺν) λευκόν. ἀνθύλλια μήλινα. σπερμάτιον δὲ παρὰ τὰς μασχάλας. ὄζει δὲ καὶ τοῦτο πίτυος. *Additur & tertia quæ mascula nominatur. Est autem herbula lævis, foliolis tenuibus, albis, pilosis, caule scabro* (crasso alter codex) *candido: pusillis floribus luteis, ac minuto semine juxta alas.* Plinius loco citato, *Tertia eodem odore, & ideo nomine quoque parvulo capitulo, crassitudine digitali, foliis scabris, exilibus, albis, in petris nascens.* Hanc tertiam dicimus chamæpityn, cujus effigiem exhibemus. Tenues, teste Dodonæo, promit cauliculos, palmares, foliola perquam exigua, flosculos parvos è luteo pallentes (*Melinos, ut inquit Dioscorides*) ad fastigia cauliculorum: radiculas similiter minutas & tenuissimas: Canescunt foliola cum ramulis. odor adest qualis resinę pityinæ aut piceæ. Adversariorum Auctores hanc pro prima; & quam nos pro prima, pro tertia habent chamepity; cum tamen hæc cum tertiæ descriptione, illa cum primæ magis conveniat.

In Aldino codice παρείη legitur. Lego cum viris Doctiss. ἀπαρίνη. Videat lector cap. ult. hujus libri, & quæ à nobis dicuntur.

Humicaulia inquit, quibus caulis gracilis, mollis, prælongus. Rectè addidit mollis. Nam, longus, gracilisve rectus esse potest; si vero accesserit mollities, vix rectus, nisi sustentetur, esse potest.

Humicaulia multis caulibus constare ait; contra recticaulia, paucicaulia, vel unicaulia esse. Id quod experientia comprobat. Quæ serpunt plures à radice caules emittunt, quæ assurgunt rarius pluribus visuntur caulibus. Levicaulia vocat, quæ nodis, geniculisve carent; qualis scilla, nec non plurimorum bulborum caulis. Quę sequuntur majorem difficultatem habent, quod ante nos animadvertit Scaliger. καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις ὑπάρχει. Si, inquit magnus Scaliger, *allium, cæpe, porrum, exempla sativorum sunt, male subdit,* καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις. *Si rectè subdit: ergo illa sylvestria. quod præter veritatem est.* Puto scripsisse præceptorem καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἡμέροις; quod in aliis etiam sativis animadvertere licet. Ita si scribatur, nulla in verbis magistri contradictio, nihilque quod veritati repugnet.

Chamæpitys tertia.



ΚΕΦ. Θ. — CAP. IX.

Differentia herbarum in positu locoque foliorum. Nec non fertilitate, sterilitateque, Tum quæ differentia foliorum maxima, quidque inter herbarum, arborumque flores intersit. Atque de sylvestrium herbarum, olerumque radicibus, & quid distent inter se.

Διαφορὰ δέ τις καὶ τοιάδε τῶν ποωδῶν ἐστι. τὰ μὲν ἐπιγειόφυλλα, τὰ δ' ἐπικαυλόφυλλα. τυγχάνει † δὲ ἀμφοτέρων, ἐπιγειόφυλλα μὲν κορωνόπους, ἀνθέμιον, ἄγχουσα, πόα, ἀνεμώνη, φυλλανθὲς, ἀπαργία, ξενόγλωσσον, † ἀπάτη. Καὶ ἐπικαυλόφυλλα δὲ, * πικρὶς, ἀνθέμιον τὸ φυλλῶδες, λωτὸς, λευκόιον. ἀμφοτέρως δὲ τὸ κιχώριον. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν καυλῶν ἅμα ταῖς ἐκφύσεσι ταῖς ἀκρεμονικαῖς ἐκφύει τι καὶ ἄνθος. καὶ τῶν φυλλακάνθων, ἔνια πλὴν ἀκανθώδεσι κομιδῇ, καθάπερ ὁ σόγκος. ἔστι δὲ καὶ τὰ μὲν ἄκαρπα, τὰ δὲ κάρπιμα· καὶ ὅλως τῶν ποωδῶν τὰ μὲν ἄχρι τῶν φύλλων ἀφικνεῖται· τὰ δὲ καυλὸν ἔχει καὶ ἄνθος, καρπὸν δὲ οὔ. τὰ δὲ καὶ καρπὸν ὥσπερ τελειοτάτην. φύ-

† πόα. † ἀφάκη. * κρέπις. Al. Bas.

Differentia illa quoque herbaceis datur, ‡ quod alia ab radice tantum foliata, alia in caule tantum foliata, alia utrinque foliata. Ab radice tantum foliata, silago, nigella, anchusa, herba, frondiflora, apargia, plantago, † fraus. In caule tantum foliata, * crepis, ‡ nigella foliosa, lotus, viola alba. Utrinque foliata † intubum, sive ampulla. Etenim in caulibus, cum ramulorum proventu una flosculus quoque quidam emergit: & ex spinosis foliatis nonnulla, ceu soncus. Sunt etiam alia frugifera, alia sterilia: atque in totum ex herbaceis alia usque ad folia tantum veniunt, alia & caulem, & florem edunt: sed fructum nullum. Quædam etiam fructum pariunt, veluti naturæ perfectissimæ munus. Nisi forte & sine flore frugiferum aliquid sit, sicuti

‡ *Quod alia folia humi sparsa edant alia in caules, alia utrobique terræ instrata, folia habent coronopus, anthemion, anchusa, gramen, anemone, phyllantes.* † *Aphace.* * *Picris.* ‡ *Anthemiō foliosum.* † *Cichoriū.*

ἐστιν εἰ μή τι καὶ ἄνευ τοῦ ἄνθους καρποφορεῖ. ὥσπερ ἐπὶ τῶν δένδρων. Διαφέρει δὲ καὶ τὰ φύλλα σχεδὸν ἐν ἐλάττοσιν, ἀλλὰ πλείοσι διαφοραῖς ἢ τὰ τῶν δένδρων. καὶ πρὸς αὑτὰ δὲ ἐκεῖνα διαφορὰς ἔχει. μεγίστην μὲν ὡς εἰπεῖν, ὅτι τὰ μὲν ἀπὸ μίσχου προσπέφυκε, τὰ δὲ, αὐτὰ μὲν καθ' αὑτὰ ὡς ἁπλῶς. τὰ δὲ, καυλικῇ τινι προφύσει. καὶ τῶν μὲν, ἐν τῇ βλαστήσει προτερεῖ. τῶν δὲ πλείστων τὰ φύλλα, καὶ σχεδὸν ἐν τῇ ἀρχῇ μέγιστα γίνονται, καὶ μάλιστα ἐδώδιμα. τὰ δὲ, ἐκ τῶν δένδρων προωθεῖ τινα † καυλόν. Διαφέρουσι δὲ καὶ τοῖς ἄνθεσι πολύ. ἐν μὲν γὰρ τοῖς δένδροις τά γε πλεῖστα λευκά. τὰ δὲ, μικρὸν ἐπιπορφυρίζοντα· τὰ δὲ ποώδη, καὶ χλοώδη. † κεχρωσμένων δὲ ἀνθικῶν πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ χροιαὶ καὶ εὔκρατοι, καὶ μεμιγμέναι, καὶ εὔοσμοι δὴ καὶ ἄοσμοι. καὶ ἐνίων τὰ μὲν δένδρα τὴν ἄνθην ἀθρόαν ποιεῖται. τούτων δ' ἔνια κατὰ μέρος, ὥσπερ ἐλέχθη, καὶ περὶ τοῦ ὠκίμου. διὸ καὶ πολὺν χρόνον ἀνθεῖ. καθάπερ ἄλλα τε πολλὰ καὶ τὸ ἡλιοτρόπιον, καὶ τὸ κιχώριον. πολλαὶ δὲ καὶ τῶν ῥιζῶν διαφοραί. καὶ τρόπον τινὰ τούτων φανερώτεραι. εἰσὶ γὰρ αἱ μὲν ξυλώδεις, αἱ δὲ σαρκώδεις καὶ ἰνώδεις. ὥσπερ καὶ τῶν ἡμέρων. καθάπερ αἵ τε τοῦ σίτου, καὶ τῆς πόας τῆς * πλείστης. αὐτῶν δὲ τούτων ἑκάστων πλείστας ἔχουσι διαφοράς. χρώμασιν, ὀσμαῖς, χυλοῖς, μεγέθεσιν. αἱ μὲν γὰρ λευκαί, αἱ δὲ, μέλαιναι, αἱ δ' ἐρυθραί. καθάπερ ἥ τε τῆς ἀγχούσης, καὶ τοῦ † ἐρευθεδάνου. αἱ δ' ὥσπερ ξανθαὶ καὶ ξυλοειδεῖς. καὶ γλυκεῖαι δὲ, καὶ πικραί, καὶ δριμεῖαι, καὶ εὐώδεις, καὶ κακώδεις, καὶ ἔνιαι φαρμακώδεις, ὡς ἐν ἄλλοις εἴρηται, διαφοραὶ δὲ καὶ τῶν σαρκωδῶν. αἱ μὲν γὰρ στρογγύλαι, αἱ δὲ προμήκεις καὶ βαλανώδεις. ὥσπερ ἀσφοδέλου καὶ κρόκου. καὶ αἱ μὲν λεπυρώδεις, ὥσπερ ἡ τοῦ βολβοῦ καὶ τῆς σκίλλης, καὶ ὅσαι βολβώδεις. καὶ κρομμύου δὲ καὶ γηθύου, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. αἱ δὲ, ὁμαλεῖς, καὶ ψαθυραί, καὶ μαλακαί, καὶ δι' ὅλου, καὶ ὥσπερ ἄφλοιοι· καθάπερ τοῦ ἄρου. αἱ δὲ καὶ φλοιὸν ἔχουσι πρὸς τῇ σαρκί· καθάπερ ἡ τοῦ κυκλαμίνου, καὶ τῆς γογγυλίδος. † οὐχ ἅπασαι δὲ εὐώδεις, ἢ γλυκεῖαι, ἢ εὔχυμοι, ἢ ἐδώδιμοι. αἱ δ' αἱ πικραὶ ἄβρωτοι. ἀλλ' ἴσαι ἀβλαβεῖς εἰσι τῷ σώματι μετὰ τὴν προσφοράν. ἔνιαι γὰρ γλυκεῖαι μὲν, θανάσιμοι δὲ καὶ νοσώδεις. αἱ δὲ, πικραὶ μὲν ἢ κακώδεις, ὠφέλιμοι δέ. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ φύλλα καὶ καυλοί. καθάπερ τοῦ ἀψινθίου, καὶ τοῦ κενταυρίου. Διαφοραὶ δὲ καὶ κατὰ τὴν βλάστησιν, καὶ κατὰ τὴν ἄνθησιν. οἷον ἀρχομένου χειμῶνος, καὶ μεσοῦντος. καὶ πάλιν * ἦρος, ἢ θέρους, ἢ μετοπώρου. καὶ ἐπὶ τῶν καρπῶν δὲ ὁμοίως, τῷ βρωτὰ εἶναι, καὶ καυλοὺς εἶναι, καὶ φύλλα, καὶ σπέρματα, καὶ ῥίζας. καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις κατὰ τοὺς χυλούς. οἷον, † ὀξύτητι, καὶ γλυκύτητι. καὶ αὐστηρότητι. καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς τοιαύταις. ἁπλῶς τε καὶ κατὰ τὸ μᾶλλον. τὰς μὲν οὖν διαφορὰς ἐν τούτοις ληπτέον.

† Καυλὸν, ὕστερον δὲ τὰ φύλλον διαφέρουσι.
† Κεχρωσμένων δὲ ἀνθικῶν. ἐν δὲ τοῖς ποώδεσι πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ χροιαὶ καὶ ἄοσμοι.
* πλείστης.
† ἐρευθεδάνου.
† αἱ δὲ εὐώδεις, ἢ γλυκεῖαι, οὐχ ἅπασαι ἢ εὔχυμοι ἢ ἐδώδιμοι.
* ἦρος.
† ὀξύτητι, καὶ δριμύτητι, καὶ γλυκύτητι.

sicuti in arborum genere. Quin etiam folia eorum non paucioribus, sed pluribus fere differentiis, quam arborum, inter se distant: nec differentiis carent, quibus planè ab illis possint secerni. Sed maximam fere sortiuntur, quod pediculo illa dependet, hæc autem (ut breviter dicam) seipsis adhærent. Verum non desunt, quæ cauliculacco quodam appendice annectantur. Sunt quibus antequam folia, protrudi caulis soleat. Maximæ tamen parti folia prærumpunt, amplissimaque pene inter initia fiunt, & maxime ad cibum idonea. Arboribus vero omnibus cauliculus quidam ante propellitur, frons deinde emergit. Differunt etiam floribus plurimum. Quippe cum in arboribus pars maxima florum candeat, & quædam paulum ad purpuram vergat: nec desint qui herbidi, atque pallidi sint: nulli verò colore * ardentiori habeantur. In herbarum autem genere permulti, & varii, tum synceri, tum misti, tum odorati, tum ‡ hebetes sentiantur. Item arbores florem, sed non particulatim universum profundunt. Herbarum vero quædam per partes florescunt, ut de ocimo diximus. Vnde fit, ut diutius floreant. Sicut alia multa, & in primis † solaris, atque cichorea. Quin etiam radicum multæ differentiæ, atque prædictis sunt planiores. Sunt enim aliæ lignosæ, aliæ carnosæ, nervosæque. Sicut etiam in genere sativorum conspici licet: ceu * frumenti, & herbæ specialiter nuncupatæ majore ex parte. Earum autem ipsarum singulæ plurimis inter se differentiis distant; colore, odore, sapore, magnitudine. Aliæ namque candidæ, aliæ nigræ, aliæ rubicundæ. Vt anchusæ, atque rubiæ. Aliæ quasi flavæ, & surculi speciem gerentes. Adde dulces, amaras, acres, odoratas, maleque olentes. Nec desunt quæ vim habeant medicam, ut alias dictum est. Carnosis quoque differentiæ insunt. Nam aliæ rotundæ, aliæ oblongæ, glandosæque, ut astulæ regiæ, atque croci. Et aliæ multis tunicis constant; ut bulbi, vel cujusvis generis bulbosi; adde cæpæ, & gethyi, & similium. Aliæ æquales, fungosæ, mollesque toto corpore, & quasi corticis omnis exortes, ut ari. Vel corticem carni adhærentem habent; ut ‡ maliterræ, & rapæ. Non autem omnes odoratæ, aut dulces, cibo idoneæ sunt, nec omnes amaræ gustui aversantur: sed quæ postea, quam in cibo assumptæ fuere, nihil nocuerint corpori, eas tantum esculentas statuimus. Quædam enim, quamvis dulces, mortiferæ tamen atque morbosæ sunt: aliæ, quamvis amaræ aut maleolentes, utiles plane sentiuntur. Pari modo & folia, caulesque se habent; ceu absinthii, & fellis terræ. Discrimen etiam in germinando, & in florendo; ut hyeme incipiente, aut media, † aut æstate, aut autumno. Quin & in fructibus ratio gustandi eadem est, & in caulibus, & foliis & seminibus, & radicibus: atque in iis ipsis pro ratione saporum differentiæ constant; ut acidi, acris, dulcis, austeri, & reliquorum ejusmodi, tum simpliciter, tum ratione qualitatis remissioris, intensiorisve. Ergo differentias colligi hinc omnino oportet.

id enim in caulibus fundit, ac simul cum ramulorum proventu flosculum quendam emittit, quod in spinosis etiã fieri observatur; modò ne nimis sint spinosæ veluti sonchus. Sunt etiam alia fructifera, alia sterilia atque in totum ex herbaceis, alia folia tantũ ferunt: alia caulem & florem edũt, sed fructum nullum.
** Vividiori.*
‡ Inodori sentiantur. Nonnullæ arbores flores confertim edunt.
† Helsotropium.
** Vt in frumentorum herbarumque plurimarum genere observare licet.*
‡ Cyclaminis.
† Rursum aut vere, aut æstate.

JULII SCALIGERI AD CAP. IX.

Videtur pars hæc cum superiore continuanda. De caule enim agit. Fortasse, inde caput aliud incipiendum est. Ἐστι δὲ τὰ μὲν ἄκαρπα. *Cum quibus conjunges illa suprema verba.* Διαφοραὶ δὲ καὶ κατὰ τὴν βλάστησιν. *Huic sanè capiti anteponendum erat caput de radicibus.*

Ἐπιγειόφυλλα. *Theodorus*, foliata ab radice. *Mirũ si herbæ definitio est ea, quæ ab radice statim emittunt folia; quo modo* ἐπικαυλόφυλλα *quædam sint. Intellige aucto caule folia in ipso esse, ad radicem non esse omnibus. Addo* τὰ. τὰ δ' ἀμφοτέρων. *& dele* καὶ. καὶ ἐπικαυλόφυλλα. *Ex Hermolao petes judicium de Theodoro, qui* ἀτιμοι, Nigellam *hic.*

Ἐπιγειόφυλλα δὲ κορωνόπους. *Nequaquam hic locus negligendus est.* Κορωνόπους *enim quod ego* cornu cervi, *Romani herbam stellam vocant,* ἐπιγειόφυλλον *est. At Theophrastus alibi connumerat inter acutas. Iccirco recentiores, quos equidem honoris causa nomino, putarunt genus esse graminis. Quod tamen Plinius in vicesimoquarto aculeatum gramen cum vocet, coronopodii nomen ei non attribuit. Id gramen*

men vero non est ἐπιγειόφυλλον μόνον, sed ἐπαμφοτερίζον. At hic inter τὰ ἐπιγειόφυλλα pro exemplo est. In Anchusæ quoq; stipite foliola animadvertimus. Φυλλανθὶς lege ex Plinio, non ἀφυλλανθὶς, ut scriptum est. Notabis duplex ἄνθεμον.

Τὸ κιχώριον. Theodorus Iutubum, sive Ampulla. Ambubeia scriptum est in codicibus Dioscoridis. Quæ vox idem est, quod erraticum. Est & alius error. Cum enim sic instituisset dicere: Id enim in caulibus. Debuerat verbum subnectere (fundit) aut aliud tale. Verùm lapsus est in alium rectum casum. Emergit, inquit, flosculus. Et omisit verba illa, πλὴν ἀκανθώδη χαμαί. Sententia est, etiam in spinosis quasdam inveniri tales: modo ne spinosæ sint nimis. Veluti sonchus, molliore namque spina est. Theodorus autem non temere videtur omisisse. Multa enim vel spinosissima, talia sunt, ut Scolymorum genera sylvestria. Est & casus mutatio ἴνα. & postea πλὴν ἀκανθώδη. Illa vero barbaries est. Alia, inquit, usque folia tantùm veniunt. Et negligentia Theophrasti. Qui cum herbas quasdam, scriberet, Ederæ florem ferre, fructum nullum: nullum apposuit exemplum. Iris florem quidem edit, sed liliaceum: fructus nullus sequitur.

Τῶν μὲν ἐν τῇ βλαστήσει προτερεῖ Antecedit caulis folia. Non igitur herbæ sunt: quemadmodum suprà monebamus: aut aliam quæramus definitionem. Eadem ratione minus rectè dictum sit. τὰ δὲ ἐκ τῶν δένδρων προφαίνει τινὰ καυλόν. Non enim pars arborum, sed omnes emittunt primum ab radice caulem. Ea namque definitio recepta est. Theodori codex post ea verba habuit illa, ὕστερον δὲ φύλλον. aut tale quid. Sic enim addit. Frons deinde emergit. Si non sunt: non desiderem. intelliguntur enim.

Διαφέρουσι δὲ τοῖς ἄνθεσι. Hæc suprà debuit ponere: ubi de floribus agebat.

Κισσανθεμίνων δὲ ἀνθικῷ. Hic desunt verba sic. κισσανθεμίνων δὲ ἀνθικῷ εἴδει. ἐν δὲ τοῖς ποώδεσι πολλαί. Theodorus, ἀνθικόν, ardentiori. Vividiorem dicas mollius, & lege ἀνθηρῷ, non ἀνθηρῷ. Id est, puri. subdit enim μιμιγμένα.

Καὶ ἐνίων τὰ μὲν δένδρα τὸν ἄνθον ἀθρόον. Theodorus malè omisit, ἐνίων. Neque enim omnes arbores cunctos simul edunt flores. Genere fœminino ἄνθον dixit, ut Nicander.

Πολλαὶ δὲ καὶ τῶν ῥιζῶν διαφοραί. Aliud caput facito.

Ξυλοειδεῖς. Theodorus, Surculi speciem gerentes. Non, sed lignosæ, ut Glycyrrhizæ. Gentianæ autem minus. Nota, cùm dixit ξυλώδεις, repetit hic, ξυλοειδεῖς.

Οὐχ ἅπασαι δὲ εὐώδεις, ἢ γλυκεῖαι, ἢ εὔστομοι, ἢ ἐδώδιμοι. Videbantur odoratis, & dulcibus deberi natura, atque usus ad vescendum. At rectè negat hoc: minus tamen perspicua loquutio. Nam εὔστομοι, est prædicatum propositionis. Iccirco obturbatur à particula, ἤ: Videntur enim esse quatuor membra æqualia, per tres illas notas disjunctionis. Mallem, abesset sic, εὐώδεις, ἢ γλυκεῖαι, εὔστομοι, ἢ ἐδώδιμοι Elegantius quoque sic digererem. Αἱ δὲ εὐώδεις, ἢ γλυκεῖαι, οὐχ ἅπασαι, ἢ εὔστομοι, ἢ ἐδώδιμοι. Theodorus omisit, εὔστομοι: & simpliciter est, ἐδώδιμοι, interpretatus. Vtrumque tamen necessarium est. Nam odoratæ εὔστομοι videbantur esse debere omnes. Interpretemur ori gratas. Nam apud Tragicos est, auribus gratum, τὸ εὔστομον.

Καταφερεῖς. Corrige, κατωφερεῖς. Et observabis quemadmodum ἀφίλιμοι, non contra distinguitur τῷ ἄβρωτον εἶναι: sed τῷ δηλητήριον. Itaque æquivocè digeruntur.

Διαφορὰ δὲ καὶ κατὰ τὴν βλάστησιν. Hæc adjungenda erant superioribus περὶ βλαστήσεως: ac totum postponendum capiti de radicibus. Theodorus μεσοῦντος, mediata. At Latini dicunt, media die, aut nocte, aut hyeme, ad hunc sensum.

Οἷον ὀξύτητι. Theodorus addit, δριμύτητι. Et κατὰ τὸ μᾶλλον auxit paraphrasi. Ait enim, qualitatis remissioris, intensiorisque.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

HAnc partem cum superiore continuandam; Scaliger dixit, quod de caule agat, cum tamen verius de differentia in foliorum positu locoque agat. Plantas enim alias folia humi sparsa habere, alias in caule, alias & in caule, & humi sparsa. Inepte hunc locum Plinius cap. 16. lib. 21. *Aculeatarum caules aliquarum per terram serpunt, ut ejus quam coronopum vocant. E diverso stant, anchusa inficiendo ligno, cerisque radice apta, & e mitioribus anthemis, & phyllantes, & anemone, & aphace. Caule foliato est & crepis & apate. Differentia foliorum est hic quæ in arboribus, brevitate pediculi & longitudine, angustiis ipsius foliis, amplitudine, angulis, incisuris, odore, flore. Diuturnior hic quibusdam per partes florentibus, ut ocimo, heliotropio, aphacæ, onocheilæ.* Hæc partim, ut dixi, inepta, partim depravata. De aculeatis apud Theophrastum mentio nulla, nec caules serpere, sed, folia coronopi terræ instrata scribit: nec anchusæ caulem serpere, vel stare, sed uti de coronopo scripsit, folia humi jacere. Mendo etiam non vacat locus hic. Pintianus legit, *& ejus quam coronopum vocant, & anthemis, & anchusa, & phyllanthes.* Reliqua inserta putat; nempe inficiendo ligno cerisque radice apta, & mitioribus. Ego tamen non inserta puto, & si inserta sint, falsa scribit Plinius. Nec anthemidis, nec anemones caules serpunt, sed assurgunt. Anchusam ligna & lintea inficicere quilibet novit; radicem ceris aptam esse. mirabiturquispiam: Ita tamen docet Plinius; nec tantum hoc loco, sed eodem etiam hoc libro ad finem cap. 14. Ubi inquit, *nigrescit cera addito chartarum cinere, sicut anchusa admista rubet.* Illic mendum esse cum Pintiano affirmo. Caule foliato est crepis & apate. Lege *picris, lotus*. Uti in antiquissimo, teste Pintiano scribitur. Quæ lectio Theophrasti hoc loco munitur. Idem codex legit, *amplitudine jam vero angulis, incisuris, odore*. Etiam ad finem legendum *onocheiles*. Sed duas has postremas voces, præter orationem Theophrasti addidisse Pliniũ Dalecampius observavit, ac illarũ loco cichorium à Theophrasto adscribi. Capite vero decimo lib. 7. Eundem scribere aphacen onocheiles, plantaginem, cichorium proventum floris sui propagare, tradit. Nunc de singulis plantis, quæ Theophrastus, Dioscorides, & Plinius scribunt examinanda.


Κορωνόποδα dictam viri Docti scribunt, à pedis cornicis similitudine, quam ejus exprimunt folia. Alii quod ejus stylus; è mediis foliis exurgens, in cornicis pedem conformatus articuletur, reliquam exhibens crucis effigiem. Infima Græcia κορωνώπους quasi corvides vocavit. Hesychius κυρωνόπους πόα τις ἣν κορωνόποδα λέγουσιν. Hanc plantam Theophrastus folia humi sparsa habere scribit. Plinius humi serpere dixit. Aliam notam hujus Theophrastus tradidit lib. 2. de caus. cap. 7. amaram inquit esse uti cichoracea universa. Hanc Dioscorides lib. 2. cap. 158. describit κορωνόπους ποάριον ἐστὶ ... βοτάνιον κατὰ γῆς ἐδάφους ἐστρωμένον κατεσχισμένον (sic cum Ruellio, Marcello, ac Saraceno lego. Hæc lectio Plinii lib. 19. cap. 22. & Oribasii nititur auctoritate. Accedit, quod quid per κατεσχηματισμένον, id est, *figuratum, aut figuris distinctum* folium Dioscorides designare voluerit, non satis assequi possit,) τὰ φύλλα. λαχανεύεται δὲ καὶ τοῦτο ἑφθόν. ῥίζαν λεπτὴν ἔχον, στυπτικὴν ἐσομένην πρὸς κοιλιακοὺς ποιοῦσαν, γίνεται δὲ ἐν χέρσοις τόποις, καὶ ἐν χώμασι, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς. *Coronopus oblonga herbula est, humi strata, cui folia sunt incisuris divisa. Atque hæc quidem oleris modo cocta estur. radicem porro habet tenuem, astringentem, quæ cœliacis in cibo præclare facit. Cæterum provenit locis incultis, in aggeribus, & secus vias.* Foliorum descriptionem aliis ex locis Dioscoridis peti licet, uti cap. de Phyllo lib. 4. cap. 70. φύλλον φύλλον ἔχει κορωνόποδι ὅμοιον, δασὺ καὶ μακρότερον. Eodem lib. cap. xi. de holostio, φύλλα δὲ ἔχει καὶ κλήματα κορωνόποδι παραπλήσια, ἢ ἀγρώστει, σύντομα. *Foliis, viticulisque coronopodi, aut gramini proximis.* Transposita verba hæc; puto legendum κλήματα δὲ ἔχει καὶ φύλλα. Nullis viticulis coronopus, nullis gramen preditum. Idem eodem lib. cap. 134. De catanance, φύλλα μακρὰ ὡς κορωνόποδος *folia longa ceu Coronopi*. Eodem lib. capit. 153. De Sesamoide. ἔχοντα φύλλα κορωνόποδι ὅμοια, δασύτερα μὲν τοι καὶ μικρότερα.: *folia coronopi, at hirsutiora minoraque*. Plinius lib. 22. capit. 19. *Coronopus oblonga herba est cum fissuris: seritur interim, quoniam radix cœliacis præclarè facit in cinere tosta.* Quæ planta veterum coronopus sit, inter recentiores non convenit. Quam Brunsfeldus ostendit, ranunculus est, uti altera addita tabella, in qua ranunculus sylvestris ad vivum depictus est, (sed flore simplici, non uti Brunsfelsii, flore pleno) satis ostendit. Omnis ranunculus urens, nullus adstringens: nemo ranunculorum foliis oleris modo vescitur, cœlicacisque ranunculorum radix inepta. Alii gramen ischæmon Lobelii coronopum statuunt. Hæc folia fissa non habet, sed gramini simillima. Dodonæus ex codice Cæsareo antiquissimo picturam

Coronopus ex libro nostro.



picturam adfert, quam coronopum verum referre inquit. Huic similem plantam quam ex Creta accepimus à Ioanne Bergero depingi curavimus. Foliis hæc caret; videtur eadem esse, quæ à Dodon. describitur, & quam Alpinus trifolii cretici nomine, lib.2. de Plantis exoticis exhibet; nisi quod Lobus sive, corniculum, in quo semen recurvum, corvi pedem magis referat, loculis tribus, quatuorve distinctum, quas distinctiones trifolium corniculatum creticum non habet. Ut ut sit, hæc figura veterum coronopum non refert. folia enim fert neutiquam fissa, plane psyllio dissimilia. Alii cornucervi repentem coronopum existimant; sed hanc calidam & siccam esse fatentur omnes; coronopus contra adstringens, ac idcirco frigida & sicca. Sed non omnia adstringentia frigida sunt. adstringit Theriaca, adstringit ruta; nemo tamen frigidam dixit. Accedit quod calidam & siccam esse, ex Theophrasto colligi possit; quippe ille amarum dixit coronopum, sed amara calida & sicca sunt, teste Galeno. Illud tamen obesse videtur, quod tota planta humi incumbat vel repat; cum folia tantum co-

Cornu cervi repens.



ronopi telluri instrata sint, & uti Theophrastus & Dioscorides scribunt, cauliculi foliis destituti sunt. Cum Pliniana descriptione optimè hæc planta convenit. Etenim repit, & ob seminum conceptacula aspera, non inepte inter aculeata recenseri posset. Ego herbam stellam proximè ad descriptionem Dioscoridis, & Theophrasti accedere existimo. Imo cum viris doctioribus hanc coronopum esse dico. Negat tamen Clarissimus Dodonæus; idque his rationibus motus, quod nec oblonga sit herba, nec ullo modo repat, viticulosisque caulibus quibus serpat destituta sit. Herbulam esse oblongam, ex ipsius Dodonęi verbis colligi potest. *Ad plantagines*, inquit, *accedit herba stella appellata; folia hujus oblonga, angusta, adnatis utrimque appendicibus ramosa, instar cervini cornu, exiguis pilis tenuissimis asperiuscula, quæ radiantis stellæ in modum orbiculatim strata humi decumbunt. Exit inter hæc coliculus a medio fastigium usque flosculis, deinde seminibus gravidis, instar spinæ majoris plantaginis, quam proxime; tametsi minor & brevior refert; radix, longa, tenuis, albida.* Considera lector an non oblonga herbula dici possit, folia, caules, radix, omnia oblonga. Ad alterum argumentum quod non repat, responsum jam est. Solus enim Plinius serpere dixit; & Plinium Theophrasti locum malè exscripsisse jam probavimus. Satis clarè Theophrastus folia humi decumbere scribit, cauliculosque foliis carere. Et cum Dioscorides plantam humi stratam inquit; intelligit, folia uti scripsit Theophrastus, terræ sparsa esse. Ad tertium respondeo, nemo unquam dixit, coronopum viticulosos cauliculos quibus serpat, habere; nisi forte id ex depravato Dioscoridis codice colligere quis velit. Idē colligat oportet, gramen tales viticulos, habere quod præter veritatem est; radicibus enim, non caulibus serpit. Finem ut faciam, hanc dico verum & legitimum veterū esse coronopū, repentem verò alterum coronopi genus, vel fortè Plinii, si locum supra citatum ex Theoph. non exscripsit, quod parū verisimile videtur. Habet coronopus spuria quædam nomina, quæ perbellè herbæ stellæ, sive cornu-

Coronopus.



cervi (sic enim vocatur nomenque accepit, quod foliis comosis ipsius cornucervini præ se ferat similitudinem) adscribi possunt Auctor Auctuarii οἱ δὲ ἄμμων@, οἱ δὲ ἄστριον. οἱ δὲ σαγγιναρίαμ. Sanguiniaria dicitur quod sanguinis rejectionibus medeatur, qua vi pollet herba stella. Astrion cur dicatur, ex descriptione jam liquet. Eadem de causa & hodie herbæ stella dicitur. Ammonos quasi arenaceus, quod locis arenosis proveniat. Errat denique vir magni nominis quod verrucariam, sive Heliotropium, de quo alibi, coronopum esse statuit. Obstare fatetur quod radix verrucariæ acris sit, contra στυπτικὴν esse coronopi, scripserit Dioscorides, sed verbum στυπτικὴν, δριμὺν significare inquit. Id probat ex Galeni lib. XI. de symp. cap. περὶ πιμελῆς καὶ στέατος loco, ubi Galenus, ὁ ἀναζαρβεὺς διοσκουρίδης, πολλὰ μὲν καλῶς εἰρηκεν τῆς περὶ τῆς ἰατρικῆς ὕλης ἱστορουμένων, ἀγνοεῖ δὲ τὰ σημαινόμενα τῶν ἑλληνικῶν ὀνομάτων: ὥσπερ ὅταν λέγει στυπτικώτερον στέαρ εἶναι τὸ αἴγειον τοῦ ὑείου. εἰ μὲν ἐν τὸ δριμύτερον ἀλλὰ τοῦ στυπτικωτέρου βούλεται δηλῶσαι.
" Qualis est Dioscorides Anazarbensis, qui profecto multa bene dixit, eorum quæ de materia medica memoriæ prodidit, cæterum significata græcanicarum vocum non satis pernovit. Hic ergo cum ait magis esse adstrictorium adipem caprinum suillo, siquidem acriorem significare velit, per magis adstrictorium. Huc usque citat locum Galeni, quæ sequuntur sensum plenum reddunt. Pergit, itaq; Galenus. ἐνδεξόμεθα τὸν λόγον ὡς ἀληθῆ. εἰ δὲ τὸ τοιαύτην ἔχον ποιότητα τε καὶ δύναμιν οἷον ῥοῦς καὶ ῥῆον οὐκ ἀληθῆ φήσομεν εἶναι λόγον, *Accipimus sermonem ceu verum; at si tamen habentem qualitatem, ac facultatem ac rhus & rheon haud verū esse sermonem dicimus.* Non scribit Galenus Dioscoridem per στυπτικὴν intelligere δριμὺν, sed si sic intelligat, verum scripsisse, sin minus præter veritatem esse quod memoriæ prodidit. Sed esto quod alibi Dioscorides per στυπτικὴν δριμὺν intellexerit; an itaq; ubique, & hoc etiam capite? Galenus, Ægineta, Ætius coronopum στυπτικὸν esse scribunt. στυπτικὸν itaque capite de coronopo adstringens significat. Sed ponamus secus esse; nec sic verrucaria satis convenit, ubi ejus folia oblonga, psyllio similia, insuper ubi folia fissa. & quis ejus ramulos folijs destitui, quis folia humi sparsa affirmare ausit. Itaque planta hæc coronopus esse nequit.

Ἀνθεμὶς duo esse genera ex hoc capite facillimè probari potest. Unum quod humi instrata folia habet, alterum quod caule constat foliato. Doctissimus Gaza nigellam interpretatur, & lib. I. ca. 22. gith, nescio qua fretus auctoritate. Nigellam, sive Gith Græci μελάνθιον vocant. Plinius lib. 20. cap. 17. *Gith ex Græcis alii Melanthion, alii melaspermon* (melanspermon Dalecampius) *vocant, optimum quod excitatissimi odoris, & quam nigerrimum.* Unde recentiores nigellam vocarunt. Nigella sive melanthium cum neutro convenit Anthemio. Etenim primum caulem habet foliis viduum, sive folia humi strata. Alterum florem fert medio luteum, sive aureum, forinsecus candidum. Quæ notæ in nigella desiderantur. Forte non malè feret lector, si nigellæ descriptionem, ac genera hoc capite addidero. Sic itaque de Melanthio Dioscorides lib. 3. cap. 93. μελάνθιον θαμνίσκος ἐστὶ, λεπτόκαρφος, δισπίθαμος, ἢ καὶ μείζων, φύλλα ἔχων μικρὰ (Ald. λεπτὰ) μικρότερα δέ. Serapio ἀντὶ τοῦ μικρὰ, μαλακὰ legisse videtur; *mollia* siquidem interpretatus est. Alii juxta alteram lectionem legendum censent, λεπτὰ, ὥσπερ ἠριγέροντος, μικρότερα δέ. Hac in difficultate certi nihil constitui potest, siquidem de melanthio ne mentionem quidem facit Oribasius. Veritati proxima vulgata videtur lectio. Nam tenuiora habet folia vulgaris nigella, & minora sunt quam Senecionis; coriandri tamen similiora. ὥσπερ ἠριγέροντος, λεπτότερα δὲ πολλῷ, καὶ κεφάλιον ἐπ' ἄκρου ἔχω, μικρὸν (alter codex λεπτὸν) ὡς μήκωνος ἐπιμηκες, ἔχον κατὰ τὰ ἐντὸς διαφράγματα. ἐν οἷς ἐστὶ τὸ σπέρμα μέλαν, δριμὺ εὐῶδες. Melanthium frutex est exiguus, surculis tenuibus, in binum dodrantum altitudinem, aut etiam amplius assurgens, foliis parvis, veluti senecionis, verum multo tenuioribus, capitulo in cacumine parvo ceu papaveris, oblongo, intrinsecus dissepimentis quibusdam prædito: intra quæ semen latet nigrum, acre, odoratum. Vulgare melanthium exigui instar fruticis

Nigella.



assurgit tenuibus cauliculis dodrantibus, ramulis aliquot brachiatis: folia in minutulas partes dissecta, superioribus coriandri ferè similia, flosculi in summis virgulis, multis staminibus intus, rotæ ferè figura, colore in candido cærulei. è mediis floribus paulatim enascuntur oblonga, angulosa, & superius quinque plerumque, aut sex apices ferentia vascula, ceu papaveris multo tamen minora, interius quinque aut sex membranis rectà descendentibus, in totidem camerulas, seu loculamenta discreta, quibus milii quantitate nigra, angulosa continentur semina, intus candidam medullam habentia, pastinacæ sapore & odore; multo tamen acriore; radice nititur tenui & supervacua. Nigellæ genera octo observarunt recentiores, de quibus Lector phytopinacem Bauhini consulat. Sufficit nobis demonstras-

ſtraſſe nigellam, neutrum Anthemium Theophraſti eſſe. Nunc quæ planta Anthemion referat inquirendum. Multæ plantæ hoc nomine donatę ſunt. Dioſcorides lib. 3. cap. 154. plantam Anthemidis nomine deſcribit, quam vulgo chamæmelum, vel camomillam vocant. Auctoriarii auctor Anthyllida illud nomen obtinere auctor eſt, ἀνθυλλίς, οἱ δὲ ἀντυλλον, οἱ δὲ ἀνθεμίδα. οἱ δὲ ἱεράνθεμις, οἱ δὲ λευκάνθεμον. Idem de parthenio, λευκάνθεμον, οἱ δὲ ἀνθεμίς, οἱ δὲ χαμαίμηλον, οἱ δὲ χρυσοκαλλίς. Idem Pythagoram malvam hortenſem anthema vocaſſe aſſerit, μαλάχη κηπαῖα, ῥωμαῖοι μάλβα ὀρτένσις· πυθαγόρας ἄνθεμα. Apud Suidam lego, ἀνθέμων ῥόδων. ἀριστοφάνης — ἔχων στέφανον ἀνθέμων, τουτέστι ῥόδων. ἀνθέμων, id eſt ῥόδων roſarum. Ariſtophanes — habens coronam anthemō, id eſt roſarum. Harum nulla cum primo Anthemio convenit. omnes enim in caule folia habent. inſuper, nec roſa, neç malva, nec anthyllis anthemion Theophraſti alterum eſt, quia flore carent, qui intus luteus eſt, forinſecus albus. Parthenion verò, & quam Dioſcorides Anthemida vocat, Anthemion dici poſſunt, ſed utrum horum Anthemion ſit mox videbo. Hæc de priori addenda, quod de eo loqui videtur Plinius lib. 26. cap. 8. ad finem. *Anthemon quoque calculos eiicit, parvis à radice foliis quinis, caulibus longis duobus, flore roſeo. radices tritæ per ſe ceu laver crudum.* Hæc inquam, ob cauſam jam allatum, de altero Anthemio intelligi nequeunt. Pintianus tamen in ſuis ad Plinium obſervationibus hac fuit in opinione, cum ſcribit. *Anthemis, inquit, noſtrum apographum, cui adſtipulatur Dioſcorides lib. 3. Theophraſtus tamen lib. 7. genere neutro Anthemion.* De Anthemio folioſo agit Dioſcorides non de priore, nec ullum plantæ genus Anthemidis nomine deſcribit, cui flos roſeus, quinis à radice foliis. Ceterum Anthemion hoc inter ignota collocare cogor. Quæ enim ad amiſſim id referat planta, videre nondum licuit. Alterum Anthemion botanici, litteratoreſve plures chamæmelon exiſtimant. Fateor omnes habere notas quas requirit Theophraſtus. De flore non eſt dubium, ſingulis ſeminibus ſingulos flores annexos habet, uti lib. 1. cap. 22. Theophraſtus, ac cum ipſis ſeminibus flores edit. Per flores, hoc ſciat lector, intelligit aurea illa filamenta quæ globum conſtituunt. colorem floris ſi conſideremus, is idem erit, quem Deſcribit Theophraſtus. Dioſcorides lib. 3. cap. 154. ἀνθεμίς, οἱ δὲ λευκάνθεμον, οἱ δὲ ἠράνθεμον, διὰ τὸ ἄνθειν ἐν τῷ ἔαρι, οἱ δὲ χαμαίμηλον, διὰ τὴν πρὸς τὰ μῆλα ὁμοιότητα τῆς ὀσμῆς, οἱ δὲ μελάνθεμον, οἱ δὲ χρυσόκαλλον, οἱ δὲ καλλίαν καλοῦσι. ταύτης εἴδη τρία, ἄνθεσι μόνον διαφέροντα. κλῶνες σπιθαμιαῖοι, θαμνοειδεῖς, μασχάλας ἔχοντες πολλάς, κλωνάρια μικρά (lego cum Marcello, ac Saraceno φυλλάρια, ex auctoritate Serapionis:) λεπτά, πολλά, κεφάλια περιφερῆ. ἔνδοθεν μὲν χρυσίζοντα ἄνθη (vetus ἔνδοθεν μὲν λευκὸν καὶ χρυσίζον ἀνθύλλιον ἔχοντα. Viri doctiores, inter quos Saracenus, legunt, ἔνδοθεν μὲν χρυσίζοντα, ἄνθη δὲ ἔξωθεν περίκειται, & hoc eſt quod Theophraſtus infra Cap. 13. τυγχάνει χρυσοῦν. Antiquam porro lectionem confirmat Oribaſius Saraceni tamen ſequor, & experientia comprobat tales floſculos ac capitula chamęmelon habere. ἔξωθεν δὲ περίκειται κυκλοτερῶς λευκὰ ἢ μήλινα, ἢ πορφυρᾶ, κατὰ μέγεθος πηγάνου φύλλων. φύεται ἐν τόποις τραχέσι, καὶ παρὰ τὰς ὁδούς, συλλέγεται ἔαρος. *Anthemidem alii leucanthemon, alii eranthemum, quoniam vere floreat, alii chamæmelon, quoniam odorem mali habeat, nonnulli melanthemon, alii chryſocomen* (ob aureum capitulum) *alii denique calliam* (quia flos pulcher.) *Hujus genera tria, flore tantum diſtantia, rami dodrantales, fruticoſi, alis multis concavi, foliola parva, tenuia, numeroſa, rotunda. item capitula, intus quidem auri colore fulgentia, foris vero orbiculato ambitu floribus circumdata candidis, aut melinis, aut purpureis, magnitudine foliorum rutæ. naſcitur in aſperis & juxta ſemitas. colligitur vere.* Idem fere Plinius lib. 22. cap. 21. *Anthemis magnis laudibus celebratur ab Aſclepiade; aliqui leucanthemida vocant, alii leucanthemum, alii eranthemum; quoniam vere floreat; alii chamæmelon, quod mali odorem habeat; nonnulli melanthemon vocant. Genera ejus tria flore tantum diſtant, palmum non excedentia, parvuque floribus, ut rutæ, candidis, aut melinis, aut purpureis, in macro ſolo, aut juxta ſemitas. colligitur vere, & in coronamenta reponitur.* Dioſcorides ramulos dodrantales inquit, Plinius palmum plantam excedere negat; quod præter veritatem eſt. Idem floribus parvis, rutæ inſtar inquit eſſe; quod etiam falſum eſt. Dioſcorides folia floſculorum extima parva, inquit magnitudine rutæ: Quod purpureis ſit floribus chamæmelon, hactenus non vidi, nec quemquam vidiſſe exiſtimo. Nam adonis flos non eſt Chamæmelon purpureo flore; odore enim caret mali. Nec capitulum habet aureum, ſed oblongum ex multis collectum ſeminibus rotundis, acuminatis, colore in virore ſubnigricantibus. Chamæmeli genera 10. recenſet in phytopinace Bauhinus. Vulgare, quod leucanthemon recte dici poteſt, nobile, ſeu odoratius, quod Romanum vocant, Hiſpanicum flore magno, luteum odoratum à Bauhino in prodromo deſcriptum, melanthemum à luteis foliis vocare licet. Nobile flore pleno; ſeu multiplici; floribus hoc genus variat. altero enim globoſus albus, ut apices lutei non conſpiciantur, in altero vero conſpiciuntur luteum odoratum capitulo aphyllo. inodorum; quod cotulam non fœtidam vocant. Fœtidum, vulgo cotula fœtida dictum, Alpinum inodorum à Geſnero pyrethrum appellatum alpinū; ultimum vocatur leucanthemum incanum. Horum primum, ſecundum, tertiumve cum Anthemii à Theophraſto data deſcriptione convenire negari non poteſt. Anthemion tamen Theophraſti non eſſe chamæmelum, ſed parthenium, quod Anthemida dicitur, notat Auctuarii auctor, perſuadet Heſychius Ἀντίμη, lego ἀνθέμιον, vel ἀνθεμίς, ἡ ὑπ' ἐνίων ἀμάρακος ποα. *Anthemis, quæ ab aliis amaracus dicitur herba.* De ſampſucho hæc intelligi nequeunt. florem enim diſſimilem deſcriptioni Theophraſti habet, ſed de parthenio, quod etiam amaracum, ut alibi diximus vocatur, & à Dioſcoride lib. 3. cap. 155. his ferè verbis deſcribitur. Παρθένιον οἱ δὲ ἀμάρακον, οἱ δὲ λευκάνθεμον, φύλλα ἔχει ὅμοια κορίῳ, λεπτά, ἄνθη λευκὰ κύκλῳ, τὸ δὲ μέσον μήλινον ὀσμῇ ὑπόβρωμον, τῇ δὲ γεύσει πικρίζον. *Parthenium, aliqui amaracum, alii leucanthemum vocant, foliis eſt coriandri, tenuibus, floribus per ambitum albis, in medio vero melinis, odore ſubviroſo, & ſapore amaro.* Meminit Parthenii Plinius lib. 21. cap. 30. *Parthenium alii leucanthen, alii tamnacum vocant, Celſus apud nos perdicium & muralium. Naſcitur in hortorum ſepibus, flore albo, odore mali, ſapore amaro.* A Celſo parthenium muralium dici ſcribit & pardicium. Parthenii nomine plures gaudere plantas, jam ſupra diximus. Perdicium vulgo parietariam vocant. Perthenion vocari teſtatur Dioſcorides, teſtatur & infra Plinius lib. 22. cap. 17. (ubi parthenii addit etymon, quod mox examinabo) ſed matricariā, ſive parthenium de quo nobis ſermo, muralium vel perdicium dici, nuſquam ſcripſit Celſus. De parthenii nomine hæc Plinius *Vernula charus Pericli Athenienſiū principi, cum is in arce templum ædificaret, repſiſſetque ſuper altitudinem faſtigii, & inde cecidiſſet, hac herba dicitur ſanatus, monſtrata Pericli ſomnio à Minerva, quare parthenium vocari cepta eſt, aſſignaturque ei deæ.* Meminit Plutarchus in vita Periclis hujus Hiſtoriæ, ſed parthenion Pericli in ſomnio à Minerva oſtenſum, fuiſſe non ſcribit, ſed remedia tantū quibus vernula ſanatus eſt ἀθυμοῦντος δὲ τοῦ Περικλέους ἡ θεὸς ὄναρ φανεῖσα συνέταξε θεραπείαν, ᾗ χρώμενος ὁ Περικλῆς ταχὺ καὶ ῥᾳδίως ἰάσατο τὸν ἄνθρωπον. *Inopi conſilii Minerva in ſomnio ſeſe Pericli offerens, præſcripſit medicinā qua uſus ille, hominem facile & cito curavit.* Sed forte apud alium auctorem hoc legit Plinius. Παρθένιον planta hæc dicitur, quod morbis mulierum uterinis medeatur; hinc vulgo matricaria vocatur. Sed aliud etiam in Plinii verbis notandum, quod flore albo inquiat eſſe, cum Dioſcorides per ambitum albū, in medio melinum eſſe ſcribat. Nec illud negligendum quod de odore ſcribit. Nempe malī eſſe. Hoc de chamęmelo Dioſcorides, qui parthenii ſubviroſum inquit, eſſe. Sanè mali odorē in parthenio percipere nequeo. Credo Plinium chamæmeli, parietariæ, & matricariæ hiſtoriam confundere. Matricariæ genera plura obſervarunt recentiores, alia vulgaris, alia odoratior, alia flore pleno, alia inodora, alia alpina, alia foliis abrotani, quibus ſi maritima addatur, ſeptem genera eſſe facile concludi poteſt. Vti hæ plantæ leucanthemon à floris albo colore dicuntur, ſic chryſanthemum ab aureo floris colore nomen accepit, quod Dioſcorides lib. 4. cap. 58. deſcribit. χρυσάνθεμον, ἢ καλχάς. οἱ δὲ βούφθαλμον, πόα θαμνοειδής, λεῖος ἁπαλή, φέρουσα καυλοὺς καὶ φύλλα πολυσχιδῆ, ἄνθη μήλινα, ἰσχυρῶς στίλβοντα, καὶ ὀφθαλμὸν κυκλοτερῆ, διὸ καὶ οὕτως ὠνόμασται. φύεται περὶ τὰς πόλεις· καὶ καυλοὶ δὲ αὐτοῦ λαχανεύονται. *Chryſanthemum ſeu calchas* (vel, ut codex Aldinus, *cachlas*) *aliis buphtalmum, herba quidem eſt tenera ac fruticoſa, læves proferens caules, foliaque multifida, flores luteos eximio ſplendore micantes, & oculi orbem imitantes, unde & buphthalmi nomen obtinuit: propter oppida naſcitur, ipſius verò caules olerum inſtar eſitantur.* Diſputatur inter doctos utrū caput hoc ſit legitimū, an ſpurium. Qui ſpurium judicant, his ferè

His fere utuntur argumentis, quod chrysanthemo huic & buphthalmo lib. 3. descripto, vires planè eædem à Dioscoride tribuuntur; Deinde quod Galenus, cæterique Græci buphtalmi quidem meminêre, non item chrysanthemi: Tum quod in optimo ac vetustissimo codice caput hoc de chrysanthemo non reperiatur. Videamus de chrysanthemi viribus. Dioscorides τὰ δὲ ἄνθη λεῖα μετὰ κηρωτῆς, στεατώματα λέγεται διαφορεῖν. ἰκτερικοὺς δὲ εὐχροεῖν ποιεῖ, ποθεῖσα μετὰ τὴν ἐν τοῖς λουτροῖς ἀπὸ τοῦ μακρᾶς διατριβῆς ἔξοδον. id est, *At flores cum cerato triti steatomata discutere produntur, regio autē morbo correptis brevi colorem reddunt meliorem, si è balneo, post longiorem in eo moram, egressis propinentur.* Vir doctus legit, μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τῆς μάκτρας, *post egressum ex alveo.* μάκτραν vocat *alveum balnei.* Μάκτρα quidē propriè est alveus, in quo farina conspergitur, & subigitur pani faciendo. Hoc loco Dioscorides pro solio balneari usurpavit, quod etiam alveum Latini appellant. vulgata mihi non displicet lectio. Etenim balneum multum valere ad regium morbum notum est. Nihil enim suppostitium colorem magis discutit, quam balneum. Accedit quod vulgata lectio Neophyti auctoritate muniatur; apud quem hæc leguntur ποθεῖσα μετὰ τὴν ἐν τοῖς λουτροῖς ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἔξοδον. Nunc quæ de buphtalmo Dioscorides lib. 3. cap. 156. scribat videamus, ut rei veritas elucescat, βούφθαλμον οἱ δὲ κάχλαν καλοῦσι, καυλία ἀνίησι τρυφερά, ὑπόλεπτα. (Ald. καυλὸν ἀνίησι τρυφερὸν, ὑπόλεπτον) φύλλα δὲ μαραθροειδῆ, ἄνθη μήλινα, μείζονα τῆς ἀνθεμίδος, ὀφθαλμοειδῆ ὅθεν καὶ ὠνόμασται. φύεται δὲ ἐν πεδίοις, καὶ περὶ τὰς πόλεις. τούτης τὰ ἄνθη λεῖα σὺν κηρωτῇ οἰδήματα καὶ σκληρίας διαφορεῖ. φασὶ δὲ ὅτι ἐν τῷ βαλανείῳ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν πινόμενον, εὐχροιαν ποιεῖ πρὸς χρόνον τινὰ τοῖς ἰκτερικοῖς. *Buphthalmū, quod quidam cachlan vocant, teneros emittit cauliculos, & quodammodo tenues, folia fœniculi, flores melinos, majores quam Anthemidis, oculorum similitudine; unde & herba nomen traxit; in campestribus & circa oppida nascitur; hujus flores triti cum cerato œdemata, duritiasve discutiunt, Ajunt vero post exitum è balneo epotam regio morbo correptis ad tempus aliquod colorem gratiorem facere.* Nunc in quibus differant videamus. Buphtalmū cachlas vocatur quod foliis fœniculi describunt Dioscorides, & Plinius. *Est & buphtalmos similis boum oculis, folio fœniculi, circa oppida nascens fruticosa caulibus, qui & manduntur decocti* (hoc de chrysanthemo Dioscorides) *quidam cachlam vocant.* Chrysanthemum calchas vocatur. Neophytus χρυσάνθεμον, ἢ κάλχας, οἱ δὲ καλχῖτιν, οἱ δὲ χάλκανθον, οἱ δὲ καλχάνθεμον, οἱ δὲ βούφθαλμον, ῥωμαῖοι κάλθα. *Folia uero habet multifida.* Neophytus, φύλλα σχιστὰ ὅμοια ὀρθῇ περιστερᾷ ὀρθὴν περιστερεῶνα vocat τὸ περιστερεῶνα Dioscorides, quod τετμημένα dissecta habet folia, vide c. 60. l. 4. ubi inquit Dioscorides πέταλα ἐντετμημένα, ὑπόλευκα, ἐκπεφυκότα ἐκ τοῦ καυλοῦ. Ex his liquet eorum opinionem vanam esse, lectionemque frustra, cum in hunc sensum caput de chrysanthemo corrigunt, χρυσάνθεμον, ἢ κάλθα, οἱ δὲ βούφθαλμον- ἀναφέρουσα καυλὸς καὶ φύλλα: πολυσχιδῆ ἄνθη, μήλινα, *chrysanthemon, seu caltha--- proferens caules & folia: flores vero multifidos.* Ostendant nobis flores hos multifidos, oculique orbem imitantes. Præterea Dioscorides chrysanthemi flores eximio splendore micare ait; quod de buphthalmo non scribit, nec ita splendent, ut multum relucentes dici queant. De facultatibus quæ scribat examinanda restant. Buphthalmi inquit, flores œdemata duritiasve discutere; chrysanthemi verò steatomata. Diversos esse affectus οἴδημα & στέατωμα medicis cognitum. Ad alterum respondeo argumentum, Dioscoridem sæpe etiam alias plantas describere, quarum non meminit Galenus, nec idcirco capita hæc Dioscoridis pro spuriis ac illegitimis haberi. Ad tertium respondetur, codicem illum non esse optimum; quod ex nostris commentariis liquet, præsertim ex iis quæ adversus codicem istum quandoque dicuntur. Pro buphtalmo agnoscimus, quod vulgo helleborum ferulaceum vocant, alii, minus rectè, consiliginem Plinii. Sed flos, inquiunt, viresque non satis cum descriptione conveniunt. Florem esse luteum, anthemidis majorem, oculi similitudine, negari nequit, nec aliud requirit Dioscorides. Galenus bovis oculum referre auctor est, etiam Plinius, βούφθαλμον ὀνόμασαι μὲ ἔτως ἀπὸ τῶ ἄνθει ἐοικέναι δοκεῖν κατὰ τὸ σχῆμα βοὸς ὀφθαλμῷ. *buphthalmum nomen accepit, quod flore bovis oculum repræsentare videatur,* qualem jam dictum repræsentat. De viribus inquiramus; radices, inquiunt, facie ac viribus sunt hellebori nigri. Negant alii alvum movere. Concedamus non movere alvum, ergo ne hæc planta non est buphtalmum? Non sequitur. Dioscorides nec rosam, nec violam purpuream, nec fumariam alvum movere scribit; contrà Arabes. Ergo nec rosa, nec viola, nec fumaria cum veterum descriptione conveniunt? Id tamen nemo in dubium hucusque vocavit. Idem de aliis dicere licet. Buphtalmi hujus flores duritias, atque in scirrhum abituras collectiones dissipare, fatentur Adversariorum Auctores; quod haud perinde præstare primum buphthalmum, sive vulgare iidem scribunt. Illud addo folia tanaceto similiora esse, quam fœniculo, ut utriusque Icon addita ostendit. Quæ à Camerario buphthalmi nomine ostenditur, ea videtur esse planta, quam Adversariorum Auctores buphthalmum alterum folio & facie cotulæ fœtidæ appellant, aut genus huic simile. Nec hoc est buphthalmum, quia caule & flore purpurascente inquit esse. Et hæc de buphthalmo. Pro chrysanthemo, Botanici qui proximi barbaro ævo vixerunt, ostendunt ranunculi genus, cujus figuram addimus. Credo quod Geoponicῶν auctor lib. 2. cap. 5. scribat βατράχιον, ἢ χρυσάνθεμον, φύλλα φέρει ὅμοια σελίνῳ, μείζονα δὲ, ἄνθος χρυσίζον. ὅλη δὲ ἡ βοτάνη, οὐ μείζων γίνεται δύο παλαιστῶν. *Bratrachium, aut chrysanthemon folia fert apio similia, verum majora; florem auricolorem. tota herba duos palmos non excedit.* Cum hoc in-

Chrysanthemum.



Helleborus ferulaceus hic deest, ut & Buphthalmum.

quam chrysanthemo convenit ranunculus, cujus figuram addimus, at non cū Dioscoridis descriptione. Nam caules oleris instar non esitantur, qui propter calorem urentem, inepti. Nec fruticosa herba est, sed planè herbaceæ naturæ; flores lutei quidem, sed qui, salvo meliori judicio, oculi orbem parum imitantur; folia quidem fissa, sed quæ nullam cum verbena similitudinem habent. Nec inde concludi potest batrachion hoc esse chrysanthemum de quo loco citato Dioscorides, quod scilic. nomen hoc audiat. Nam tum & helichryson chrysantemum esset; eo enim nomine gaudet. Falluntur qui calendulam, sic dictam quod singulis mensium calendis floreat, & ab aliis solsequium, quod sub vesperam flos contrahatur, chrysanthemum esse putant. Huic folia neutiquam multifida, sed oblonga, aliquantulum lata, mollia, nonnihil lanuginosa, dilutè virentia, omni fissura carentia; nec caules fert leves, sed foliosos, striatos, asperos, fungosa intus medulla, in plures alas divisos. Suā tamen ut stabiliant opinionē, codicem depravatum esse scribunt. Suprà codicem mendo carere probatum est. Illud tantum addendum; nonnullos cum caules, ut dixi, non

non læves, sed asperos viderent, legendum contendere ἀντὶ λείως læves πλείως plures, sed qua auctoritate hanc confirment lectionem, non scribunt, nec habent. Supra ex Neophyto lectionem vulgatam servandam esse, satis superque probavi. Sed quas fissuras habet calendulæ flos? Dicunt multis, argutis minutissimis crenulis scissos esse, & hoc ἄνθη πολύχιλ Dioscoridem vocare. Sed chamæmelon, anemone, ranunculi, aliique plurimi flores, præsertim pleni, his crenulis non carent; nemo tamen multifida esse dixit scripsitve. Eidem caltham poëtarum calendulam esse scribunt. Virgilius Ecloga secunda, *Mollia luteola pingit vaccinia.* Caltha columella in hortulo, luteo inquit esse flore. *Candida leucoja, luteola & flaventia lumina caltha.* Idem splendentes admodum canit. *Pressaque flammeola rumpatur fiscina caltha.*

Caltha hæc chrysanthemum Dioscorides, alcman apud Athenæum lib. 15.

χρύσειον ὅρμον ἔχων ῥαδινᾶν πετάλοισι κάλχας. *aureum torquem habens ex floribus elegantium calcharum. Nicander in* Georgicis.

Κάλλιμα βουφθαλμόν τε καὶ ἰνώδης διὸς ἄνθ⊙ *venustos flores:* buphtalmon inodorus (interpres inodorus κάλχας. Sic Theophrastus lib. 6. ca 6. ἄοσμον) *jovis flos Calchas.* Hæc satis ostendunt κάλχαν Græcorum & caltham Latinorum eandem esse plantam. Chrysanthemum, calthamque dicimus cujus effigiem damus; vulgo chrysanthemum segetum folio multiscisso vocatur. Caules huic teneri, glabri, virentes, plusculi, rotundi, sesquicubitales; folia crebra, ab imo semunciam lata, toto ambitu arthemisiæ, vel etiam verbenæ modo, & crebro incisa, pallentia, tenera, viridantia, in summo aureæ orbitæ fulgentes, latiores, compressiores; anthemidis, bellidis majoris, & calendulæ similes, odore non insuavi; gustu oleracea est, & nonnihil calida, adeò ut discutiendi vi prædita sit planta.

Inter ἐπιγειόφυλλα numerat Anchusam; quod an verum, mox videbimus, ubi quædam de nominis etymo præmiserimus. Ἄγχουσαν dictam quidam volunt ἀπὸ τοῦ ἄγχειν. *Strangulando;* quod vim strangulatoriam ac suffocatoriam habeat Hanc facultatem, huic veterum tribuit nemo. rectius, quod serpentes strangulet necetque. Hac vi pollere auctor est Nicander, Dioscorides, Galenus, Plinius; præcipuè quæ tertia dicitur, semine minimo. Alii ab ἀγχουσίζειν deducunt, quod est fucare, colorare formam. Suidas, ἄγχουσα εἶδος βοτάνης, ἧς ἡ ῥίζα ἐρυθρά, ᾗ ἐρυθραίνουσι τὰ πρόσωπα αἱ γυναῖκες, *herbæ species cujus radix rubra, qua mulieres faciem rubro colore inficiunt.* Idem Hesychius ἄγχουσα ῥίζα ᾗ φυκοῦνται αἱ γύναια, id est, *radix qua fucantur mulierculæ.* Non tantum genas, faciemque tingunt hujus succo, sed etiam lanas, ceram, aliaque, ut ex Plinii verbis supra collegimus, ubi hunc Theophrasti locum cum Plinii verbis conferebamus. Hac occasione locum examinabimus Plutarchi lib. 6. sympos. quæst. 7. ὥσπερ καὶ τὸν οἶνον οἱ τῷ ἀλόῃ χρωτίζοντες, ἢ κινναμώμοις καὶ κρόκοις ἐφηδύνοντες, ὥσπερ γυναῖκα καλλωπίζουσιν, εἰς τὰ συμπόσια καὶ προαγωγεύουσιν. *Proinde etiam qui vinum aloe inficiunt, aut cinnamomo, vel croco, hilarem reddunt; ii quasi mulierem comptam curiosè in convivio adducunt, & prostituunt.* De agallocho intelligi hoc loco vox aloë nequit. Non enim tingit. Scio veteres ἀλόην appellatione plures res intellexisse; Quidam enim Judæorum magistri τὴν ἀλόην bibliorum, de qua alibi agam, de sandalo interpretantur. *Sandalum rubrum,* inquit magnæ auctoritatis Historicus, *inficit, & gustu dulce est. Brasilium quoque lignum tingit. Tale aliquod lignum Plutarchum intellexisse palam est, quo vina quidam tingebant.* Nam de *succo aloes medicamentario vix, ac ne vix quidem capi potest;* Quod de succo aloes medicamentario Plutarchi locus exponi nequeat, concedo. Idem de sandalo, & brasilio ligno assero. Neutrum tum temporis Græcis fuit cognitum, nec Græcis barbaris. Græcorum, aliquis hujus meminisset. Sandalum quod inficiat fateor, sed tempore indiget; citius id præstat Brasilium, sed gratia huic nulla. Puto Plutarchum scripsisse ἀγχούσῃ Litterarum hic lapsus facile ex scribentis incuria fieri potuit. Hoc notum, veteres lanas aliaq; anchusæ succo tinxisse, vel ipsa radice in eo macerata, uti & hodie fit anchusæ radice, quam officinæ alcannam vocant, & similibus. Recentiorum nonnulli butyrum recens, insulsum cum anchusæ radice addito vino, donec ruborem contraxerit, coquunt, quod butyrum rubrum appellant, ac ad plurima utile ferunt. Hoc scio, vinum hujus radice tinctum, addito cinnamomo, & saccharo aliisque aromatibus, non esse ingrati saporis. Anchusam recentiores Græci ἐγχοῦσαν vocarunt. Hesychius ἔγχουσα ῥίζα ᾗ παρειὰς ἐρυθραίνουσιν αἱ γυναῖκες. Infima Græcia laccam vocavit. Nicomedes Iatrosophista λάκκας ἄγχουσαν. Pace viri magni si dicere liceat, vereor hunc Iatrosophistã tincturæ vicinitate deceptum, ac quod lacchæ Arabum dicebatur, hoc anchusę tribuisse. Nec ullo modo credo, lacchæ vocem à Græcis infimis transiisse ad Arabes; sed è converso ab Arabibus ad Græcos, qui cum ceraginem illam Indicam, quæ circa ramos certarum arborum congesta reperitur, ac à formicis elaboratur, ab Arabibus laccham vocari animadverterent, nec quid esset scirent, rubrum tamen colorem efficere; radicem illam quæ rubro ac sanguineo colore inficit, hoc eodem nomine donarunt; neque hanc tantum radicem, sed alias etiam res, uti genus coloris purpurei, & obscuri, quod fit apud infectores ex flore nigro, vel spuma purpuræ, quæ supernatat cortinis tinctoriis. Zozimi Panopolitæ hac de re verba vide apud Salmasium pag. 1152. littera c. Nicolaus Myrepsus hanc Arabum laccam λάκκαν τῶν βαφέων, *tinctorum laccham* vocat sect. 1. De Antid. cap. 123. Antidoto dialacca dicta, quæ lienosis, hepaticis, eorumque obstructionibus confert, qua vi non pollet anchusa; saltem nemo id de ea prodidit. Ineptum etiam ad id malum, inepti etiam forent, qui tale quid inter aromata recenseret Et sane Serapio tingere laccam autor est; his fere verbis. Isaac Eben Amram. Lacca res est rubea, quæ est super ligna subtilia, sapor ejus est bonus, & ipsa coquitur, & tinguntur inde panni in rubeum colorem, & dicitur tinctura illa karmes, id est, inficit lacca, pannos, lintea, & similia rubro colore, qui vulgo carmesinus appellatur) & quod remanet ex ea superfluens, ab eo quod est tinctum, est lacca quæ remanet in manus tinctorum, & ipsa defertur ab Armenia, & est calida & sicca, in secundo gradu, aperit opilationes &c. Videt lector cur Myrepsus τῶν βαφέων addiderit, nempe ut doceret hanc laccam diversam esse ab altera, qua tinctor nondum est usus. Laccam & hodie infectores expetunt. Quomodo abluatur vide apud Gersonem. Concede Lector hac occasione quædam de lacca dicantur. Scio commodius id fieri posse lib. 9. ubi aromatum recenset Historiam magister; sed hæreo an talis dabitur occasio. De laccæ nativitate, ac generatione hęc ex Rhazi Serapio. Cadit ex cœlo super ramos arboris gribera, id est mespili, in partibus siref, in insulis maris, & calida & sicca est, aperit opilationes &c. Aliam ab hac diversam refert Garcias oculatus testis, qui temporibus Caroli Quinti, & Philippi secundi Hispaniarum, Indiarumque regis, temporibus vixit. *Conveni, inquit tandem virum apprimè honestum, & curiosum diligentemque, qui istic fuerat. dixit is vastam arborem illic inveniri, foliis quodammodo pruni* (uti addita tabella ostendit. hunc ramulum à nostratibus nautis anno 1629. ex Indiis reducibus ære meo redemi) *in cujus surculis & minutioribus ramis magnæ formicæ, in terræ visceribus aliis locis enatæ, hanc laccam elaborant (ut apes mel conficiunt) materiam ex ipsa arbore sugentes: hos deinde ramulos, ab arbore revelli, atque in umbra siccari, donec iis excedentibus, lacca ipsa, veluti in manibus concreta, maneat; interdum tamen ligni fragmenta inhærere; meliorem tamen censeri, quæ sincera sit, lignique fragmentorum expers: eam vero cui inhæreant fragmenta deteriorem. inveniri etiam valde impuram, quam postea colliquarent, & in pollinem reducerent; viliorem tamen censeri, quoniam multam terram admixtam haberet. Idem postea verum esse didici in Balagnate profectus, ubi nonnulla nascitur, & reservatur, quam deinde in proximos portus exportent, &c. Formicas autem hanc laccam elaborare, inde manifestum est, quod plerumque alæ formicarum, laccæ permistæ conspiciuntur. Præmansa autem hæc lacca pulcherrimo rubro inficit, quæ est deligendi ratio ——— Non est ea arbor in qua lacca elaboratur, myrto similis aut facie, aut magnitudine ut quidam volunt; sed interdum in nucis juglandis magnitudinem excrescit, interdum minor est.* Hactenus Garcias. Foliola istius ramuli, cujus figuram expressam exhibemus, pruno comparari optimè possunt; verum nonnihil hirsuta sunt, & colore dilutiore, ac forma oblõgiore. Lacca quæ circa ramulos adhæret commanducata, cum recens erat, pulcherrimo sanguineo colore sputum inficiebat. Quod etiamnum lacca quæ ad nos, circa ramulos elaborata advehitur, quamvis prædura & exsucca, præstat. Immo alutas & vervecinas pelles illa contusa,

&

Laccæ ramulus cum foliis.



& urina veteri macerata, rubro colore ex altera parte infici quidam volunt. Restat inquiramus an lacca veteribus cognita fuerit. Affirmare id videntur Arabes, cum ea quæ de cancamo scripsere Græci, de lacca referant. Serapio loco citato. *Sac*, id est, *lacca*. Dioscorides. *Est gummi arboris quæ nascitur in terris Arabum, & est in ea simile myrrhæ, & storaci* —— Galenus in translationem Athabarich. *Lacca est gummi arboris, quæ nascitur in Arabia, & est simile myrrhæ, habens odorem bonum, & administratur in fumigiis, & habet virtutem, quæ macrescere facit pingues multum, & aperit opilationes hepatis, & lienis.* Avicenna lib. 2. tractatu secundo cap. 432. *Lacca quid est? dixerunt quidam, de quibus est Paulus*, (melius quā Serapio, nam Galenus ejus non meminit) *est gumma herbæ similis myrrhæ, boni odoris, & oportet quidem ut administretur cum cautela.* Hæc eadem de cancamo Græci. Dioscorides lib. 1. cap. XXIII. κάγκαμον δάκρυόν ἐστι ἀραβικοῦ ξύλου σμύρνῃ προσεοικὸς (vetus πως ἐοικὸς) βρωμῶδες ἐν τῇ γεύσει, ᾧπερ εἰς θυμιάματα χρῶνται. ἀποκαπνίζουσι δὲ καὶ τὰ ἱμάτια μετὰ σμύρνης καὶ στύρακος. δύναμιν δὲ ἱστορεῖται ἔχειν ἰσχναντικὴν τῶν καταπιμέλων, τριωβόλου πλῆθος πινόμενον σὺν ὕδατι ἢ ὀξυμέλιτι ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας δίδοται καὶ σπληνικοῖς. *Cancamum est ligni Arabici lachryma, myrrham quadantenus referens, virosi gustus: qua quidem tanquam suffimento utuntur, ea quoque vestes additis myrrha & styrace suffumigantur. Porro corpora obesa emaciandi vim habere perhibetur, si ternum obulorum pondere, ex aqua aut aceto mulso plusculos dies ebibatur; datur & lienosis.* Ægineta lib. 7. κάγκαμον δάκρυόν ἐστι ξύλου ἀραβικοῦ σμύρνῃ προσεοικὸς, εὐῶδες, ᾧ καὶ θυμιάμασι χρῶνται. δύναμιν δὲ ἔχει ἰσχναντικὴν τῶν καταπιμέλων, καὶ ῥυπτικὴν καὶ ἐκφρακτικήν. *Cancamum lachryma est arboris in Arabia, myrrhæ similis, odore grato, qua etiam ad suffitum utuntur, vis ejus est obesos extenuare, abstergere, & aperire obstructa.* Hujus non meminit Galenus. Mirabitur lector, scio apud Galenum καγκάνου fieri mentionem, sed aliud est κάγκαμον, aliud κάγκανον. Cancamum lachryma est, cancanum radix. Sic enim lib. 7. simpl. Galenus, καγκάνου ἡ ῥίζα δυνάμεως μέν ἐστι ἀδήκτου καὶ μετρίως ξηραντικῆς οὐσίας, παχυμεροῦς ἐμπλαστικῆς. *Cancani radix facultatem habet, mordacitatis expertem, & modice exsiccantem, essentiam crassam & emplasticam.* Apud Æginetam non κάγκανον est, sed κάγκανον, quæ verior doctioribus lectio videtur. καγκάνου, inquit, ἡ ῥίζα ξηραντικὴ μετρίως ἐστὶν καὶ ἄδηκτος, ἐμπλαστική —— Mitto hæc. Recentiores Græci non κάγκαμον, sed κάγκαλον dixerunt; si modo recte apud Hesych. legitur. κάγκαλον, (inquit,) παρ' Ἰνδοῖς ξύλου δάκρυον καὶ θυμίαμα. *Cancalon apud Indos ligni lachryma & suffitus.* Illud nunc inquirendum, an cancamum Græcorum, & Arabum lacca, una eademque res sit. Descriptio est eadem; una itaque eademque res sit oportet. Difficilius judicatu an lacca, quæ suis bacillis inhæret, sit lacca Arabum, & cancamon Græcorum. Affirmant hoc Scaliger & Mathiolus. Negant plures, botanici, medici, philosophi, historici, litteratores. Botanici, Medici, Philosophi his argumentis ex Garcia ab horto sumptis utuntur, quod lacca in India, cancamum verò in Arabia nascatur. Item, quod lacca res quædam congestitia sit circum ramulos arboris, quam formicę quędam alatæ elaborant, sicut apes mel & ceram in favis suis congerunt, quod ita se habere ex Garcia ostendunt, atque ex laccæ forma concava & tubulosa, insertos adhuc surculos retinente. Cancamū vero lachryma est. Lachryma vero est liquor, qui sua sponte ex plantæ alicujus parte promanat, & concrescit, idque vel in gummi vel in resinam. Addit tertium argumentū litterator Doctiss. Cancamum myrrhæ similis est lachryma, lacca vero parum similitudinis cum myrrha habet. Substantia enim fragilis, dura, color pellucidus, rubeus, sapor non amarus; myrrhę substantia pinguis, & lenta, color non semper rubeus, sæpe varius, sapor amarus. Quartum; cancamum est virosi gustus: lacca vero caret, viroso, horrido, aut malo sapore, quo offendat; immo fere sapore caret. Quintum; Cancamum odoratum est, lacca odore caret. Sextum, cancamum veteres ad suffimenta usurparunt; lacca ut hodie; ita & olim ad pannorum tincturas utebantur; ut ipse testatur Serapio. Ultimum argumentum; cancamum extenuat obesos —— lacca exsiccat & calfacit ordine secundo, ventriculum & jecur roborat, obstructiones aperit. Ad hæc respondeo; primum argumentum nullius valoris esse. Dioscorides Græcique reliqui, in Arabia quidem nasci scripserunt, à mercatoribus qui id retulerunt, decepti; uti etiam in agallochi historia, quod in Arabia provenire scribunt; cum, teste Garcia, ab Arabibus in India ematur. Sic costum in Arabia nasci referunt, cum tamen Garcias nullum in Arabia, sed India sponte natum costū reperiri memoriæ prodidit. Contra veteres Græci Thuris locum natalem asserunt Indiam, cum omne Thus quod Indi consumunt ex Arabia deferatur. Ad secundum hæc respondeo; nemo, nisi à viris probatæ fidei esset edoctus, crederet laccam non esse gummi quoddam; & hæc causa est cur Doctiss. & exercitatissimus Mathiolus fidem Amato Lusitano non adhibuerit, cum idem, quod Garcias, scriberet. Laccæ hanc miram generationem, Græcis veteribus incognitam fuisse, mirum videri non debet, Indiæ enim ipsis non fuerunt tam notæ ac apertæ, neque navigationes ita expeditæ, ut Batavis ac Lusitanis. Mercatores etiam vix anno quinto reverti poterant, quo temporis spatio multi in itinere peribant. Et ideo inquit Plinius lib. XII. cap. XIX. *Perfectam aromatum historiam consequi non potuimus.* Hinc factum, multa fabulosa ac varia de iis scripserit antiquitas. Gummi itaque arboris cum cancamum esse tradit Dioscorides, non facit ut cancamum non sit lacca; quia lacca non est gummi arboris. Eodem argumento dicam, sericum quo veteres utebantur, non esse idem cum nostro serico. Quia sericum illud, ex arborū lanugine depecti prodiderunt; nostrum vero lanificio vermium fit. Cancamum, aut laccam gummi esse arboris, aut in arborem è cœlo delabi, tradunt Arabes. Nempe nesciverunt, opera grandium formicarum, elaborari, & circa ramulos arborum congeri. Mannam recentiores omnes fieri à vaporibus calore solis elatis, non longè à terræ superficie, concretis frigore nocturno, non secus ac ros aut pruina. Nonnulli tamen sese contrarium experientia didicisse affirmant, certisque argumentis probant esse gummi arboris, quorum argumenta supra lib. 3. refutavimus. Idem de lacca fieri potest, quod sit gummi arboris, quo delectentur formicæ, eaque de causa eæ super laccam reperiantur. Quod tamen quia experientia non didici, nec quenquam habeo qui se observasse dixit, asserere non possum. Nautę à quibus ramulum de quo supra, de generatione nihil scire se ajebant. Ad tertiū respondeo; quod veterū nemo myrrhæ similem esse scripserit, multo minus simillimū esse: sed quandam dicunt simili-

similitudinē cum myrrha, & aliquo modo, quadantenus simile esse, quod ipsi fatentur Adversarii, cum ferunt myrrhæ lachrymam magis esse pinguem & lentam; colorem non semper rubentem, sed sæpe varium. Quod de sapore dicunt nihil, facit ad rem. Non enim sapor, sed figura formaque similitudinem faciunt. Nec ideò myrrhæ dissimilis, quod lacca in extimis ramis elaboretur, myrrha vero ex arboris trunco stillet; nulla hic quæstio, qua parte arboris elaboretur, extilletve, sed an similitudinem quandam cum myrrha habeat. Non parvam habere cum myrrhæ forma, velint nolintque, fateri coguntur. Ad quartum argumentum venio, nempe de gustu; & dico verba illa, vel accrevisse, vel depravata esse. Nam nihil de gustu viroso Arabes, nihil Ægineta, qui ἀντὶ ἐν τῇ γεύσει βρωμώδης, εὐώδης, hoc est, *odoratum* habent. Qualiter scripsisse Dioscorides ex his verbis ipsius colligi potest. Nam primum legitur, virosi esse gustus; quod fœtoris & graveolentię est indicium: mox, ad suffiendas vestes cum styrace ac myrrha expeti; quod suaveolentiam, odorisque bonitatem denotat. Hæc ut maxime inter se pugnant, ita etiam depravatæ lectionis præbent suspicionem. Ad quintum respondeo; falsum esse quod scribunt, inodoram esse. Fateor de non accensa, at de igni injecta nego. Odoratam esse testantur Scaliger & Mathiolus in suffimigio; quod observasse debuerant Adversarii. Legant quæ de odoribus Theophrastus, & expendant quot modis veteres quid odoratum esse dixerunt. Paucis id loco citato Theophrastus, καὶ ἔνια γε προσεντετυγμένοις, ἔνια δὲ καὶ τρίψεως προσδεῖται καὶ διαιρέσεως, τὰ δὲ καὶ πυρώσεως, ὥσπερ ἡ σμύρνα, καὶ ὁ λίβανος καὶ πᾶν τὸ θυμίαμα. *Nonnulla etiam commanducari, quædam teri, & comminui, quædam incendi quoque necesse sit, ut myrrham, thus, omniaque suffimenta.* Inter quæ Cancamum seu lacca; quæ igni injecta, ut plurimi botanici ac medici, etiam ex iis, qui laccam & cancamum diversa scribunt, odoratam esse fatentur; sed non satis odoratam dicunt, quia ea nemo vestes dignatur suffire. Sed respondetur, ideò veteres myrrham, & styracem, addidisse, ut odor suavior, gratior, majorque fieret. Nam alioquin sola lacca incensa satis suavis quidem est, sed tamen virosi quid adjunctū habere videtur. Hoc ut corrigeretur, ac simul major fieret odor, myrrham & styracem addidere veteres. Ad penultimū argumentū versiculo hoc respondeo,

Multa renascentur, quæ jam cecidere, cadentque
Quæ nunc usus habet medicamina, si volet ille
Et ratio quibus est & vis & norma medendi.

Probandum erat, ad suffitus ineptam laccam, cum styrace & myrrha esse. Concedimus quidem usum illum hodie non obtinere, ex eo tamen concludi non potest, diversum quid esse à cancamo. Ad ultimum respondeo, ac dico, eadem medicamenta quæ obesos extenuant, lienes juvant, menses ciunt, posse pariter & ventriculum & hepar roborare, eorumque expedire infarctus, & cutem subeuntes aquas & felle suffusos sanare. Concludo itaque laccam cancamum esse. Nugatur porro Garcias, cum gummi animæ cancamum Veterum esse statuit. nihil gummi illud similitudinis cum myrrha habet. Est enim lachryma alba, translucida, oleaginosa, ad colorem Thuris non nihil accedens, granis quam Thuris majoribus, insuper odoratissima. Nec benzoin cancamum est, ut quidam doctiores scribunt; plus satis myrrhæ simile, odoratumq; est. Sed de benzoin & animę gummi alibi. Pluribus de lacca, loco minus convenienti, dixi. Ad anchusam, unde digressus, redeo. Hanc Theophrastus inter ἐπιγειόφυλλα *folia per terram spergentia* numerat. In anchusæ quoq; stipite, inquit acutissimus philosophus, foliola animadvertimus. Sed tria anchusæ genera Dioscorides, quatuor Galenus describit. Fortassis quod caulem foliis viduum non vidit; nec nos vidimus. ἐπιγειόφυλλα fortassis vocat Pręceptor, quę plurima folia statim à radice sparsa habent, in caule vero pauca vel nulla. Anemone alioquin inter ἐπιγειόφυλλα numerari non potest; in cauliculi enim medio unum alterumve folium habet. Idem de anchusa dici potest, quod pauca folia in caule habeat, sed plurima humi sparsa. De anchusa hæc habet Theophrastus, quod humi sparsa habeat folia, radicesque rubicundas, uti eodem hoc capite scribit, capite vero sequenti flores proventumq; prorogare. Genera describit nulla, Dioscorides, ut dixi, tria, Galenus quatuor docet esse: sed hic lycopsin adnumerat. Quæ de singulis refert Dioscorides examinare lubet. Primum itaque genus lib. 4. cap. 23. his ferè verbis describit. ἄγχουσα, ἣν ἔνιοι κάλυκα, οἱ δὲ ὀνοκλείαν καλοῦσι. τὰ μὲν φύλλα ἔχει θριδακίνῃ τῇ ὀξυφύλλῳ παραπλήσια, δασέα, τραχέα, μέλαν, πολλά, πανταχόθεν τῆς ῥίζης περιπεπλασμένα τῇ γῇ, ἀκανθώδη, ἡ δὲ ῥίζα δακτύλου τὸ πάχος, τὴν χρόαν, ὕφαιμος, ἐν τῷ θέρει γεννωμένη, καὶ βάπτουσα τὰς χεῖρας, (*vetus addit*, ἄνθη δὲ πορφυρᾶ) φύεται ἐν εὐγείοις τόποις. *Anchusa, quam nonnulli calicem, alii onocleam appellant, folia habet lactucæ, quæ folio visitur acuto proxima*, (Ruellius) *in acumen fastigiata*. Alium videtur secutus codicem; omnes, etiam Oribasius, vulgatam habent. Ad hanc ipsius lactucæ foliorum similitudinem respiciens Nicander in Theriacis cecinit.

δὴ γὰρ ὅτ' ἀγχούσης θριδακηΐδα λάζεο χαίτην, *Aut folia anchusæ lactucis æmula sume.* Botanicis quibusdam satis exercitatis accipiendum hoc videtur de agresti lactuca quæ hirsutior & horridior est; *hirsuta aspera, nigra* (Oribasius legit μεγάλα, uti etiam in antiquioribus nonnullis legitur codicibus. Doctiss. lacuna utrumque & μέλανα & μεγάλα in antiquo codice legisse videtur) *numerosa, undecunq; ab radice terræ velut affixæ* (Theophrastus hæc ἐπιγειόφυλλα vocat) *spinosa. radix est digitali crassitudine, colore quodammodo sanguineo, æstate vel* (vox γεννωμένη ut rectè Saracenus observavit, mendi suspicione non caret. Nam dicere anchusæ radicem tantùm provenire ęstate, videtur ineptum; cum omnes omnium plantarum radices proveniāt quavis tempestate. Lacuna in vetusto suo codice γευομένη *gustata*. Plinius lib. 22, cap. 20. *Et Anchusæ radix in usu est digitali crassitudine; finditur papyri modo: manusque inficit sanguineo colore præparat lanas pretiosis coloribus.* Legisse videtur τὴν χρόαν ὕφαιμος, ὡς τὰ πυρός ψαυομένη καὶ βάπτουσα τὰς χεῖρας. Inconsideratè & negligēter. Melior Avicennæ lectio, ψηλαφωμένη. Sic loco citato anchusæ radicem, si æstate tangatur, attrectetur ve, sanguineo colore manus inficere. Dalecampius legit γευομένη) *per æstatem colore, rubescens, ac manus inficiens.* Marcellus ex antiquissimi cujusdam exemplaris fide restituit γεννωμένη. Quam lectionem sequutus est Saracenus. Alii viri docti vulgatam servant; sed exponunt, *sanguinei coloris æstate fit, & manus inficit.* Marcelli maximè arridet, *agnoscitur, quod manus inficiat: Læto solo provenit.* Hoc anchusæ genus Ægineta χοιροσπέλεθον vocat li. 3. cap. 24. καὶ χυλῷ ἀγχούσης τῆς τὸ ἀκανθῶδες καὶ πλατὺ, καὶ μέλαν ἐχούσης φύλλον, ἣν χοιροσπέλεθον καλοῦσι. *Et succi anchusæ, cui folium spinosum, latum, & nigrum, quamque choirospelethum vocant.* Onocleam hoc genus esse ipse lib. 7. cap. 17. in emplastro ex herbis exponit. ἀγχούσης τῆς χοιροσπελέθου. ἔστι δὲ ὀνόκλεια. Hoc genus Hippocrates lib. 1. περὶ γυναικῶν σχιδάλιδα μεγάλην vocat. Λαβὼν σχιδάλιδα τὴν μικρὴν (id est, ὀνοχιλὴν) καὶ, σίνον καὶ κύμινον — καὶ σχιδάλιδα τὴν μεγάλην. Galenus in Glossis, σχιδάλιδα τὴν ἄγχουσαν, λέγεται γὰρ καὶ οὕτως. *Schedias anchusam denotat, sic enim etiam vocatur.* Varinus pro σχιδάλιδα, σχελίδα legisse videtur, & ita exponere. nihil muto. Anchusa hæc prima est, cujus figurā adpingere curavimus. Hanc Dodonæus his ferè verbis describit. *Onoclia, lata acuminata, hirsuta, & aspera promit folia, buglossæ vulgaris breviora, sed quam lactucæ latiora: caules complures, breves, humum versus reclinatos, foliis non minus asperos, quorum fastigia in alas sparsa flosculis ornantur, buglossæ dictæ æmulis, sed minoribus; radix digitalis crassitudinis longa.* Alterum anchusæ genus sic fere describit Dioscorides: ἄγχουσα ἑτέρα, ἣν ἔνιοι ἀλκιβιάδιον ἢ ὀνοχειλὲς ἐκάλεσαν, αὕτη διαφέρει τῆς πρώτης, τῷ μικρότερα ἔχειν τὰ φύλλα, τραχέα δὲ ὁμοίως. καὶ τὰ κλωνία λεπτά, ἐφ' ὧν ἄνθος πορφυροειδὲς ὑποφοινίζον. (ἢ φοινικοῦν Oribas.) ῥίζας δὲ ἐρυθράς, ἐυμήκεις, περὶ τὸν πυραμητὸν ἐχούσας τὸ αἱματῶδες. φύεται δὲ ἐν ἀμμώδεσι τόποις. *Anchusa altera, quam aliqui alcibiadiō seu onochiles vocavere, à priore distat, quod minora habeat folia, quanquā simili modo aspera, & ramulos tenues, in quibus flos puniceus in purpureum vergens:* vel ut Oribasius habet *purpureus*, aut *puniceus*) *radices autē rubras, prælongas, quæ messibus sanguineo succo turgent, in sabulosis nascitur.* Hujus anchusæ meminit Plinius lib. 22. cap. 21. *Est & alia herba proprio nomine onochiles, quam aliqui anchusam vocant, alii arcebion, alii onochelim, aliqui rhexiam, multi enchusam; parvo frutice, flore purpureo, asperis foliis, & ramis, radice messibus sanguinea, cætero nigra, in sabulosis nascens —— folia trita odorem cucumeris reddunt.* Hoc Dioscorides de alsine lib. 4. cap. 75. Prolixiore & carnosiore plenioreque radice est cæteris; cætera tota minor, angustiora folia, multo numerosiora, viridaria buglossi; complures fundit cauliculos teneros, graciles, floribus minoribus, buglossi mino-

Anchusa parva.



Anchusa lutea.



minoris angusti folii, puniceis, semen cinereum, oblongum, parvum, sapor buglossi, non ingratus; acrior tamen & siccior; Quæ à Dodonæo Alcibiadis nomine ostenditur, videtur eadem esse cum buglosso tenuifolio Lobelii; sed tantam anchusarum plantæ cum buglossis, echiis, lycopside similitudinem habent, ut vix nisi colore, & succo radicis dignosci queant. Tertiam Dioscorides his verbis describit cap. 25. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα ἐμφερὴς ταύτῃ, ἐλάττω δὲ καρπὸν ἔχουσα φοινικοῦν. ἣν ἐάν τις μασσώμενος ἀποπτύσῃ εἰς τὸ στόμα τοῦ ἑρπετοῦ, ἀποκτενεῖ. *Est & alia huic similis, at minore semine, eoque puniceo, quo commanducato si in serpentis os inspuatur, ea morietur.* Plinius loco citato. *Est & alia huic similis flore rubro; minor & ipsa, ad eosdem usus; traduntque commanducata ea, si inspuatur, mori serpentem.* Quam Mathiolus pro tertia anchusa ostendit, viris doctis videtur pseudoanchusam Dodonæi, vel anchusam luteam Lobelii esse; cujus iconem idcirco addere placuit. Rarior hæc & elegantior, luteis floribus, sed ramulis minoribus & magis collectis in summo; foliis item numerosioribus, lanuginosis, albidis magis; caulis pedem aut cubitum æquat, & semen alterius; radix tamen vividiore, multoque delicatiore nitet purpurissa, succulentior priore Narbonæ ad aquas marianas, umbroso & pingui solo —— De pseudo-anchusa hæc Plinius lib. 22. ca. 20 *Est & alia similis, pseudo-anchusa ob id appellata; à quibusdam vero enchusa, aut doris, & multis aliis nominibus, lanuginosior & minus pinguis, tenuioribus foliis & languidioribus. Radix oleum non fundit, sed rubentem succum: & hoc ab anchusa decernitur.* Posteriora verba hæc depravata sunt & sine sensu. Lego, *in oleo non fundit rubentem succum.* Contra anchusa jam descripta; succulentior enim est. Quod si rubro esset flore, pro anchusa tertia agnoscerem, jam verò anchusam tertiam flore luteo vocabo. Quartum anchusæ genus lycopsis est, de qua Dioscorides, Λύκοψις· οἱ δὲ καὶ ταύτην ἄγχουσαν ἐκάλεσαν, τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια θριδακίνῃ μακρότερα δὲ καὶ παχύτερα, καὶ τραχέα (vulgati codices τραχύτερα καὶ παχέα) καὶ πλατύτερα, πεπτωκότα περὶ τῆς ῥίζης κεφαλὴν καυλὸν ἀνίησι μακρὸν, ὀρθὸν, τραχὺν (vetus παχὺν) παραφυάδας ἔχοντα πολλὰς, πηχυαίας, τραχείας. ἐπ' αὐταῖς ἄνθη μικρὰ, πορφυρίζοντα. ῥίζα δὲ ἐρυθρὰ, στυπτικὴ φύεται ἐν πεδίοις. *Lycopsis quæ & anchusa, à nonnullis vocata est, foliis est lactucæ; at longioribus, crassioribus, latioribusque, asperis, & circa radicis caput ad terram deciduis: caule longo, recto, scabro, adnatis multis cubitalibus, & asperis, in quibus flores parvi, purpurascentes: radix rubra est & adstringens. Nascitur in campestribus.* ἔστι *inquit* δὲ καὶ ἄλλη. Quia Galenus & alii ante illum Græci, quatuor genera agnoveruut. λύκοψις apud Nicandrum, Æginetamque legitur, λύκαψος ἀρκτιον ὀξαλίδας τε καὶ ὁρμενόεντα λύκαψον *arction, oxalidasque & longo caule lycapson.* Λύκοψις dicitur quasi fuscedo seu, obscuritas quædam, qualis est summi diluculi, & primæ lucis quæ ortum solis præcedit, vel vespertini crepusculi, Græci λυκοψίαν vocant. Λύκοψις itaque ob radicis fuscum ex purpureo colorem dicitur; vel λύκοψις quasi λυκόφως vocatur à lupo, cujus color cinereus est, nigrorem præferens, sed non intentiorem. Sonat enim λύκοψις lupi faciem aspectumque: Λύκαψος lupi compagem. Λυκόφως pro *summo* ponitur *diluculo.* Nec nigredinem proferens intensiorem, ut ait Eustachius, Homeri interpres. Ibid. ἡ ἀμφιλύκη νύξ, inquit, τὸ καλούμενον λυκόφως τὸ περὶ ὄρθρον, τουτέστι ὁ βαθὺς ὄρθρος πρὸς τὴν λύγην, id est, σκοτίαν ὥστε λυκόφως τι ὄν. Vel nomen illud accepit, ab hispida caulis, florum, foliorum, impexaque hirsutie, pedem lupinum imitata. sed λυκόπους tum dicendum foret. Anchusæ nomen unde adepta sit hæc planta, quilibet videt, quod magnam cum anchusis affinitatem habeat. In vulgatis, ut dixi, codicibus scribitur τραχύτερα καὶ παχέα. Malo cum Saraceno ex vetustiss. codice legere, παχύτερα καὶ τραχέα, quia hanc habet lectionem Oribasius, ac Plinius lib. 27. cap. 11. confirmare videatur. *Lycopsis longioribus quam lactuca est foliis, crassioribusque.* Quæ sequuntur πεπτωκότα περὶ τῆς ῥίζης κεφαλὴν, nec Plinius, nec Oribasius habent. Addenda tamen esse persuadit Nicandri Scholiastes, τὸν δὲ, inquit, λύκαψον ὁρμενόεντα εἶπεν, οἱονεὶ βεβηκότα, καὶ κατὰ γῆς ἐρριμμένον, ἢ τὸν ὁρμητικὸν πρὸς ὕψος. εὐαυξὴς γὰρ ἐστι, καὶ καυλὸν ἔχει μακρὸν. *Lycapson ormenoenta dixit poëta, ceu* ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, hoc est, *ab impetu latius eundi, & quod in terra sese spargat, inque altum assurgat. auctu enim facilis est, longumque habet caulem.* Id quod præter Dioscoridem memoriæ prodidit Plinius loco citato: *Caule longo hirsuto, adnatis multis cubitalibus, flore parvo purpureo. nascitur in campestribus.* Pro lycopsi Auctores Adversariorum ostendunt echium alterum Dodonæi, vel cynoglossum alterum (ut scribunt) Mathioli. Negare nequeo, hanc non esse lycopsim; siquidem perbellè cum descriptione convenit. Folia dum initio erumpunt, cespite instrata numerosa, bullis, & villis asperata; echii, palmum longa, pollicem lata jacent, lactucæ latioribus, crassioribus, longioribus, asperis, quæ neque toto anno assur-

assurgunt, aut caulem floremve edunt, sed uno, & interdum altero anno post; æstate caulem sesquicubitalem, rotundum, hirsutis alis multum divisum, juxta quas & folia erumpunt ex intervallis, florésque echii fimbriati, diluta purpura exili stamine. Semen borraginis minus, nigrum: Radix crassior digito, rufescit, lignosa: parum aut nihil attrectantem inficiens. Hujus duo observarunt iidem auctores genera, monspeliacum & anglicum. Monspeliacum flore dilutè purpureo, anglicum saturatioris purpuræ. Alii non minus in re botanica exercitati buglossum vulgare lycopsin existimant. Folia hæc habet boraginis longiora, acuminata, majora quam lactucæ, aspera ac hirsuta, & caulis in altum assurgit bipedalis aut altior, superius in ramulos divisus, quos ordine digesti flosculi convestiunt, priusquam toti dehiscant in rubro purpurascentes; deinde cærulei, non magni, quinque foliolis patentes; in quorum conceptaculis oblonga, aliquantulum rugosa, terna, quaternaque succedunt semina: radix oblonga, teres, digitalis crassitudinis, pluribus annis restans in calidis regionibus, locis apricis rubens, alibi subnigricans, interiore carne candida, lentoq; succo prædita. Lycopsis, uti veteres scribunt, foliis lactucæ est latioribus; hæc angustioribus vel æquè lata. Adnata habet aspera dodrãtalia, lycopsis adnatis constat multis cubitalibus, asperis; lycopsis purpurascentes habet flores, hæc cæruleos, qui nondum aperti visuntur purpurascentes in rubro. Radix hujus in calidis regionibus foris ruber lentoque succo prædita; lycopsidos rubra est & adstringens, quam vim in vulgari buglossa, (de qua mox plura) reperire nequeo. Alii cynoglossum vulgare lycopsin asserunt. Horum opinioni subscriberem, si cynoglossum foliis viresceret asperis; non lævibus, ad terram recidentibus, non sursum spectantibus; si caule assurgeret scabro, nõ molli; deniq; si radix rubra ac non candida foret. Cynoglossum, buglossumque lib. quarto describit Dioscorides, ac quidem cynoglossum cap. 129. buglossum 128. His fere verbis: βούγλωσσον ἔοικε φλόμῳ. φύλλον δὲ ἔχει χαμαιπετὲς τραχύτερον καὶ μελάντερον (Caracit. habet τραχύτερον ἀκανθῶδες καὶ μικρότερον, vetus codex τραχύ, μελάντερον, καὶ μικρότερον, Oribasius τραχύτερον, μελάντερον, καὶ μικρότερον) ὅμοιον βοὸς γλώσσῃ. ὅπερ καθιέμενον εἰς τὸν οἶνον, εὐφρόσυνον δοκεῖ εἶναι. Id est, *Buglossum verbasco simile est; folio in terra sparso, verum aspero, nigrioreque (asperiore, spinoso, & minore, vel ut antiquus codex aspero, nigriore, & minore,* vel ut Oribasius *asperiore, nigriore & minore) bubulæ linguæ simili: quod vino inditum animi voluptates augere, hilaritatemque afferre creditur.* Indagandum an borago, an vero buglossum vulgare melius cum hac descriptione conveniat. Ac quidem vulgare Buglossum boum linguæ similior quam borago. Buglossum enim dicitur, quod similitudinem referat bovinæ linguæ. Contra tamen boraginem buglossum esse his argumentis probatur; Quod foliis sit in universum verbasco similibus, nigrioribus tamen, & asperioribus; tum etiam quod folia boraginis symphyti sunt similiora Dioscor. lib. 4. cap. x. περὶ ὃν ἐκ διαστημάτων μεγάλων φύλλα δασέα, στενὰ, ὑπομήκη, πρὸς τὰ τοῦ βουγλώσσου. *Circa quem ex intervallis haud ita magnis folia exeunt hirsuta, angusta, longiuscula, ad buglossi foliorum similitudinem.* Boraginis insuper folia in terram procumbunt, buglossi vero vulgari folia minus in terram vergunt, quin potius surgunt, è toto ferme cespite sursum tendentia; nec aliquo modo verbascum vel symphytum referentia. Accedit quod vulgari buglossi folia modicè hirsuta sunt, mollia, albicantia non nigricantia. Quod autem dicunt vulgari buglossi folia magis referre linguam bovinam; respondetur, id neutiquam nos negare; sed considerandam esse comparationis rationem, & quidnam boum linguæ illi compararverint; verbi gratia asperitatem, latitudinem, colorem longitudinemque. Pro nostræ ætatis buglosso stant longitudo & color; pro boragine asperitas & latitudo, & quadantenus forma; Sed veteres præcipue quoad asperitatem, & latitudinem, & formam comparasse bovis linguæ buglossi folia, ex Catone probatur, qui cap. 40. de re rustica, ubi de insitione surculi agit; hæc scribit. *Quot genera voles, tot indito, salicem Græcam amplius circumligato, luto densato, stirpem oblinito, digitos crassos tres; insuper lingua bubula obtegito, si pluat; ne aqua in librum permeet; eam linguam insuper librum alligato, ne cadat. Postea stramentis circumdato, alligatoque ne gelu noceat.* Nonne verisimilius est Catonem usum ad contegendam insitionem rotundiore & latiore folio, quale est boraginis, quam longiore & angustiore, quale est buglossi? His accedit testimonium Avicennæ, qui libro secundo cap. 436. *Lingua bovis est herba lata, habens folia sicut almaza, & ad tactum aspera, & rami ejus sunt asperi sicut pedes locustarum; oportet autem ut illa administretur, quæ est in corasceri crassa habens folia, quorum super faciem sunt puncta, quæ sunt radices spinarum, & pilorum exeuntium ab ea;* Quibus notis adeò evidenter (ut rectè Mathiolus ait) borraginem expressit Avicenna, ut nemo non intelligat hanc esse linguam bubulam. Eam præter morem descripsit Avicenna, quod suo quoque tempore non deessent, qui veri buglossi loco aliam quandam substituerent plantam, ut apertè ejus verba declarant, dum subdit: *Quæ autem in hac terra reperiuntur, & qua utuntur medici, plurimum ejus est genus almaza, & non est lingua bovis, & neque confert, ut juvamentum illius est.* Denique boraginem veterum buglossum esse vel his Apulei verbis probatur. *Buglossum,* inquit, *Græci Prophetæ gonon aluru, Ostanes tzamichi, Ægyptii antueo rinbesor, Romani linguam bubulam, Lucani corraginem dicunt. Nascitur locis cultis & sabulosis. Buglosa dicta est, eo quod folia aspera in modum linguæ bubulæ habeat; folia habet aspera, obscura, terrestria; hæc in vino mixta, hilaritatem convivis facit: in cibum etiam cocta pro olere sumitur, vel trita pro condimento.* Ex hoc insuper loco constat, unde vox borrago nata est, nempe ex corragine literæ duntaxat unius mutatione. Corrago, quod cordis affectibus quam maxime opituletur. Cordi prodesse ex eo manifestum fit, quod animi voluptates augeat. Id quod præter medicos etiam Plutarchus lib. I. sympos. quæst. prima scribit, οἱ μὲν οὖν τὰ βούγλωσσα καταμιγνύντες εἰς τὸν οἶνον καὶ τοῖς ἀποβρέγμασι τῶν περιστερεώνων, καὶ ἀδιάντων τὰ ἐδάφη ῥαίνοντες, ὡς τούτων τινὰ τοῖς ἑστιωμένοις εὐθυμίαν καὶ φιλοφροσύνην ἐνδιδόντων, ἀπομιμούμενοι τὴν ὁμηρικὴν ἑλένην ὑποφαρμάττουσι τὸν ἄκρατον; *sunt qui buglossa vino admiscent, aut solum rigant; verbenarum, adjantorumque succis imbuta aqua, quod hæc conviviis hilaritatem aliquam & comitatem parare opinantur: imitantes Homericam Helenam, quæ vino medicamentum injecerit.* Immo ex recentioribus quidam suspicati sunt Homericum *nepenthes* esse boraginem, propterea quod hæc hilaritatem præstat, nepenthes tristitiam exigat, & enthymiam paret ac tranquillitatem: sed de nepenthe alibi. Plinius lib. 25. cap. 8. hac de causa buglossum εὐφρόσυνον dictum refert. *Iungitur huic buglossos boum linguæ similis, cui præcipuum; quod in vinum dejecta, animi voluptates auget, & vocatur euphrosinum.* Boraginem gaudium nec non lætitiam ac hilaritatem inducere scribunt Græci, quod humidæ calidæque temperiei sit: Galenus lib. VI. simp. Βούγλωσσον ὑγρὸν καὶ θερμόν ἐστι τὴν κρᾶσιν, ὅθεν καὶ τοῖς οἴνοις ἐμβαλλόμενον, εὐφροσύνης αἴτιον εἶναι πεπίστευται. *Buglossum humidæ calidæque temperiei est, itaque vinis injectum, lætitiæ ac hilaritatis causa esse creditum est.* Alii hanc causam assignant, quod sanguis inde clarior fiat expurgatiorque; porro & cor confoveatur, à quo mox & hepar: id autem sic affectum laudabilem sanguinem producere, unde cooriatur lætitia. Qui velit, credat; nec malè illum facere dico. Porro buglossum latifolium, foliis est latis, oblongis, asperis, eminentibus ubique bullis, tenuissimis aculeis armatis, qui totam plantam hirsutam, atque rigidam reddunt: caule cubitali & quandoque majore, pingui, cavo, subrubente, aculeis ubique rigente, ramulis multis ubique brachiato: floribus stellæ modo radiantibus, speciosis, cærulei coloris, nigro è medio prominente apice: semine nigro & striato; radice alba, tenera, pollicari crassitudine, gustu subdulci & lento. Flore buglossum hoc communiter cæruleo, aliquando candido, vel ex pallescente roseo: interdum autumno suave rubente. Reperitur etiam buglossi latifolii genus quod semper viret, cujus effigiem addidimus. Folia fert subrotunda latifoliæ borraginis, uti etiam caulis: radix situ, habitu, & muccagine consolidæ majoris, quæ causa cur perennet; flores vero secus alas & folia prorsum angustifoliæ, ejusdem saporis & utilitatis ad cordis, & ex melancholia, affectus. Hoc primum descripserunt Adversariorum auctores. Vulgare folio est longiore, quam borrago, hirsuto mollius aspero: caule sesquicubitali, rotundo, hispido, ex quo rami exeunt sursum spectantes. Flores edit etiam cæruleos, borragine minores, è quibus nigrum oritur semen. Radix illi est borragini similis omnino; sed crassiori, pinguiorique cortice; hæc

Borago semper virens.



causâ cur & hoc, foliis licet hyeme viduum, perennet. Flores, ut dixi, emittit ut plurimum cœruleos, quandoque etiam albos, rubeos, interdum variegatos, foliaque modo latiora, modo angustiora sunt. Aliquando foliis reperitur latioribus, sinuosis, flore albo; qui cum ramo instar scorpioidis incurvatur, eoque à priore differt. His addidimus buglossum echioides luteum, quod mulierculæ pluris faciunt quam buglossum, vocantque linguam bovinam luteam, vulgo **geele ossen-tonge**/propter luteos flores, sôchi similes, in asperis cauliculis collectos. Folium item dipsaci sylvestris, nec minus spino-

Buglossum echioides.



sum, angustius aliquantum. Radix alba, viscida, oleracea, ut buglossi, cujus est species, & hoc ab Adversariorum Auctoribus primum descriptum. De cynoglosso restat agamus; sed de eo capite de arnoglosso.

Πόα quid sit, supra lib. I. cap. v. exposuimus; Latini herbam vocant, quartũ plantarum genus. Ponitur etiam pro omni planta. Hesychius, Πόα βοτάνη χλόη. Aliquando strictius ἡ τῆς γῆς αὐτομάτως βλαστάνουσα φυτεία. *Pro plantis sponte nascentibus.* Hoc loco, uti etiam lib. I. cap. 9. pro gramine, sive ἀγρώστει, *sive* ἀγρίᾳ. Suidas, ἄγρωστις εἶδος βοτάνης, ἡ κοινῶς ἀγρία. Gramen satis notum, dictum à gradiendo, quod geniculatis internodiis per terram mirificè serpat, radicesque ab iis geniculatas dulcesque emittat. Folia habet dura, &, ut arundinis, parva, lata, atque in tenuitatem cacuminata, bobus pabulum gratissimum. Genera addere infiniti foret laboris. Adeat curiosus lector phytopinacem Bauhini.

φυλλανθές. In Aldino codice scribitur ἀφυλλανθές. Doctissimus Gaza φυλλανθὲς legit, ex Plinio. Veram hanc esse lectionem, hac ratione probatur, quod ἐπιγειόφυλλον esse nequit, si foliis careat, uti planta quam Monspelienses eo ostendunt nomine; quæ usque adeò sunt exilia, & juncea, ut vixdum emersa arescant, & festucas præferant paleasve, pallidiusculo colore in imo cespite, è fibrosa junci radice, cauliculis sesquipalmaribus plurimis, junceis, gracilibus, enodibus, glabris, per æstatem flores duntaxat cæruleos, lini, aut sylvestris caryophylleæ minores, in glumoso acere gestantibus; gustu tota planta amaricantis, non nihil calidi φυλλανθὲς viri doctiores, scabiosam sessilem, sive minimam putant, quod foliosum floris gerat flosculum. Nullum scabiosæ genus φυλλανθὲς esse potest, nisi cujus figuram addidimus. frequens apud Batavos locis arenosis reperitur; studiosi arietinam vocabant scabiosam, cum Lugduni Batavorum studiorum causa viverem. Adversariorum auctores mediam scabiosam appellant, minorem Dodonęus; & rectius; sed caulis huic foliis viduus ut plurimum, rarius, ac nisi pratis humidis folio uno alteroque donatus, vulgatæ scabiosæ quodammodo similis; verum parva admodum est, ac pro verbena putata minima, ramulis ex radice exiliore palmum vel sesquipalmum altis, in alis divisis parvis, foliis iberidis, aut cristæ Galli serratis, floribus sive capitulis vulgaris scabiosæ, sed minoribus. Adversariorum auctores mediam scabiosam vocant, serrato angusti folio, flore globulario. Nullum stoebes genus phyllanthes, vel, ut vulgo, aphyllanthes esse potest; quia omnia caule sunt prædita satis folioso. Eadem de causa nec globularia aphyllanthes, sive, ut rectius, φυλλανθὲς esse potest. Hac occasione, cum in scabiosæ mentionem incidimus, non inconsultum fore judico, si nobilissimi botanici judicium de scabiosa minore Adversariorum, sive media Dodonęi examinemus. Phyteuma, inquit esse Dioscoridis, quod lib. 4. cap. 130. describit, φύτευμα φύλλα ἔχει ὅμοια στρουθίῳ, μικρότερα δὲ· καρπὸν πολὺν τετρημένον (Ald. τετμημένον (ῥίζαν μικρὰν (vetus codex μακρὰν ἀπλῆν. Marcellus etiam ex antiquiore & probato codice μακρὰν) λεπτὴν, ἐπιπόλαιον. ἣν ἀναγράφουσί τινες εἰς ἐρωτικὸν φίλτρον. *Phyteuma folia habet radiculæ sive struthii, sed minora, semen copiosum, perforatum, radicem parvam, tenuem, per summa terræ nitentem, quam ad amatoria convenire nonnulli prodiderunt.* Hujus etymon, etsi omnibus plantis commune videatur (quia φυτεύονται omnes) tamen φυτεύειν non tantum *plantare* (ut rectè Botanicus generis nobilitate clariss.) sed *producere, generare, ac parere*, significare traditur. Hæc cum ad amatoria maxime apta sit, & sic ad generationem, præ aliis φύτευμα est appellata. Φυτεύειν non tantum πόας, δένδρα & φυτὰ, sed etiam παῖδας dicitur. Hesiodus, in Aspide

ἀνδράσι τ' ἀλφηστῇσιν ἀρῆς ἀλκτῆρα φυτεύσῃ *& hominibus rerum indagatoribus Martis depulsatorem plantaret.* Aristophanes in vespis.

ἔπειτα παῖδας χρὴ φυτεύειν καὶ τρέφειν, *postea filios oportet plantare & nutrire.* Diogenes apud Laertium, liberis dans operam, se hominem plantare dicebat. Phyteuma Dioscorides folia habere struthii inquit. Supra lib 6. hist. cap. 3. docuimus spinosam plantam struthium esse; eodem loco foliis esse oleæ. Scabiosa hæc, nec spinosa; nec foliis oleæ; sed oblonga habent folia, lata, hirsuta, inalbicantia, minora quam vulgaris scabiosa; nequaquam tamẽ laciniata, sed incisa ac ambitu tantummodo crenata. Καρπὸν, inquit, πολὺν; si capitula καρπὸν vocemus. Paucos fert fructus, si semen intus contentum, hoc non est τετρημένον *perforatum.* Fructus sive capituli, quia ingenti à natura industria conformatum est, descriptio-

ſcriptionem addam. Summis ramis capitula inſident, è multis cauliculis membranaceis, & paleaceis compoſita; qui ſingulares flores continent, quibus deciduis in medio quaſi caliculorum umbilico, exigua quædam ſtella ſubnigra conſpicitur, quatuor, quinque, ſex, interdum radiolis conſtans; paulatim vero hi cauliculi excreſcentes aperiuntur, donec ſemen matureſcere incipiat. Radix denique non eſt parva, ſed longa. An hęc phyteuma, Lector judicet.

Apargia quid ſit, me ignorarę fateor. Pronum quidem eſſet ſcribere ἀπαρίνην; ſed hæc caule conſtat foliato. Doctiſſimus Dalecampius hieracium minus Dodonei, ſive præmorſa radice Lobelii pro apargia depingit, & oſtendit. Ἐπιγειόφυλλον eſſe, negari non poteſt; & hanc tantum notam de apargia tradit Theophraſtus. Quare uti affirmare certo non poteſt, ita inficias iri nequit, hanc non eſſe apargiam. De Hieraceo capite de Cichorio acturus ſum.

Supra oſtendi ἀφάκη legendum. Doctiſſimus Gaza ἀπάτην, *fraudem*, interpretatus eſt. Quod etiam ſignificat ἀπάτη, ſi Latinè reddatur. Heſychius, ἀπάτη, πλάνη, ψεῦδος, *Fraus, dolum.* Ex Latinis qui plantam quandam fraudem appellarit, nemo eſt. De aphaca capite dę cichoraceis agetur, uti capite ſequenti de arnogloſſa. Et hæc de plantis quas Theophraſtus humi ſparſis foliis conſtare memoriæ prodidit.

Improbam vocem, καὶ, delendam, ſeries orationis ſatis oſtendit. Inter ea quæ caule foliato ſunt, picrin, anthemium, folioſum, lotum, & leucoion recenſet. De picri capite de cichorio agam; de anthemio quæ hoc ipſo capite dixi; videat lector. De leucojo libro præcedenti verba feci. Loti herbæ Hiſtoriam cap. 14. hujuş libri enarrabo. Hoc annotandum de leucojo; de bulboſo, de quo lib. 6. egit præceptor, hæc non poſſe intelligi, Caule enim conſtat foliis viduo.

Utrimque foliatum inquit eſſe cichorium; quod experientia comprobat.

Aliam plantarum differentiam nunc recenſet, & alias ſteriles, alias fructiferas eſſe affirmat; ac ex herbaceis, alias folium tantum ferre, alias caulem & florem edere, fructum verò nullum; alias etiam fructum parere. Exempla non addit: ſed quæ caulem, fructum, floremque ferunt infinita ſunt, acetoſa, cichorium naſturtium, apium, &c. Quæ florem ferunt, fructum verò nullum, rara admodum ſunt. Vulgaris epimedii fructus necdum videre licuit. Errat magnus Philoſophus, cum irim florem edere liliaceum ſcribit, ac fructum ferre negat. Raro quidem fructum ferre fateor, ſed tamen aliquando parere, experientia dedici. Teſtantur idem Botanici Cluſius, Dodonæus, alii. Poſt flores enim ſuccedunt ſiliquæ craſſæ, triangulares, in quibus ſemen ſubluteum, rotundo oblongius, ochro minus, quod reficcatum rugas contrahens, nigreſcit. Folia tantum ferre epimedium, dictamnum, cynogloſſon, veteres memoriæ prodiderunt; ſed hæc quomodo intelligenda, explicandaque ſint, ſuis locis diximus. In arborum genere, ſine flore frugiferum quid eſſe, ſcribit. De ficu ſcribunt, nunquam florere: diligentiores tamen obſervarunt, muſcum quendam emittere qui loco floris eſt. Alii aliud quid obſervarunt; intus nempe florere. Videat lector quæ ſupra de ficu diximus.

In herbaceorum genere foliorum majorem eſſe differentiam, quam in arboribus extra, controverſiam eſſe puto. Etiam herbaceorum folia differentiam quandam habere ſcribit, quâ ab arborum foliis diſtingui poſſint: nempe quod arborum folia longiori pediculo dependeant, herbaceorum verò ſe ipſis adhæreant. Quod de plurimis verum, non de omnibus. Pediculis longioribus dependet epimedium, nec non trifolium bituminoſum, aliaque. Sed hoc obſervavit, etiam Præceptor, cum ſcribit cauliculaceo quodam appendice adnecti.

Nonnulla, inquit, ante foliorum exortum caulem emittunt. Addo florem. Exempla non addit. Tuſſilago ante foliorum provenrum jam defloruit; idem de equiſeto, petaſitide, aliiſque dicere licet. Contrarium tamen, uti etiam ſcribit Theophraſtus, frequentiſſimè evenit; nempe folia primum, dein caulem, poſtea florem edere. Movet hic quæſtionem acutiſſimus Philoſophus, ſi antecedit caulis folia; non eſt herba, vel nova quærenda definitio. Quia ſupra lib. I. cap. V. Theophraſtus tradit, herbam eſſe, quod ab radice foliatum ſine caudice provenit, ſemenque caule fert. Reſpondeo has plantas folia primum etiam proferre. Nam ſi ſemen eorum terræ mandetur; non primum caulis, ſed folia proveniunt, quæ hyberno tempore pereunt, tum demum ante foliorum ortum, novo vere caulem emittere. Rectè itaque Theophraſtus folia primum prodire ſcripſit. Vel reſponderi poteſt, definitiones ſupra datas, non uſque adeo ſtrictè obſervari; quod ipſe ſcribit Præceptor. Quod de arboribus ſequitur, id non de primo ortu intelligi debet, ſed de vernali frondium nova eruptione. alioquin non pars arborum, ſed omnes arbores primum ab radice caulem emittunt, deinde folia. *Nonnullæ*, inquit, *arbores ante foliorum exortum cauliculum quendam emittunt.* Id de ficu me obſervaſſe memini. hæc vel cum ipſis foliis, vel paulo ante cauliculum emittit, in quo folia & fructus. Hactenus foliorum differentias narravit, demum florum ſubnectit. Arborum flores ut plurimum candidos, nonnunquam ad purpuram vergere, quoſdam tamen herbaceos ac pallidos eſſe, nulloſque colore vividiori reperiri; contra in herbarum ſenſu ſe rem habere. Et hæc prima differentia. Addit alteram, arbores nonnullas non particulatim, ſed univerſim profundere flores. contra nonnullæ herbæ. Negat in arborum genere reperiri vividiore colore flores. Vivido, aureoque ſplendente flore ornatur laburnum, caſia fiſtula; lillach flore cæruleo, vivido ſatis colore gaudet. Sed hæc ut plurimum frutex, nec niſi cultu arbor evadit. Arbor Iudæ floribus eleganti purpureo rubentibus Lugduni Batavorum in horto medico quotannis conſpicitur. Sed hæ arbores Præceptori incognitæ. Florum differentiam ineffabilem eſſe, vel una tulipa docet. De cujus coloribus cum Poëta licet dicere

Non mihi ſi centum linguæ ſint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes poſſem proferre colores.

Eorum diverſitatem in herbis, quis eloqui poſſet? Alius odor majoranæ, alius narciſſo, alius hyacintho, alius violæ. Ex arborum generibus quæ confertim emittunt flores, morus eſt. Huic unâ nocte quaſi cum impetu foris prorumpunt flores. In herbarum cenſu non tantum ocimum particulatim floret, ſed etiam ſcilla, aliaque.

Ultimo loco radicum adjungit differentias; de quibus libro primo plura dixit. Hoc loco de colore, odore ac ſapore ipſarum nonnihil dicit, quæ prima facie facilia ſunt & ſatis clara. Quare ſingula quæ ſcribit examinanda.

Radices alias carnoſas, alias lignoſas, alias nervoſas, inquit. Probat hoc, quod in ſativis, frumentaceis, atque herbaceis id vulgo conſpiciatur. Hoc vult in domeſticis, ſive hortenſibus, & quæ coluntur in frumentis; ſive quæ ſeruntur; & herbaceis, ſive quæ ſponte proveniunt hanc diverſitatem radicum reperiri. Quæ carnoſas, lignoſas, ac nervoſas habeant radices libro primo docuit.

Aliis etiam prædicta radicum differentiis diſtare inquit. Nempe colore, odore, ſapore, magnitudine. De coloribus videamus. Alias inquit eſſe albas, alias nigras, alias flavas, alias rubras. Albas fert radices althea, anonis, narciſſus. Filicis radix ex flavo nigricat, pycnocomen in luteum colorem languentem radicem habet. Symphyti nigra eſt, obnigreſcunt cyperi; rubet anchuſæ, & rubiæ. de qua videat lector, quæ lib. VII. capite XIV. dicuntur. Vocem ξυλώδεις tanquam ſpuriam delevi; nullus color eſt lignoſus. Radices diverſos habent colores. Sunt enim buxeæ, uti glycyrrhizæ, fulvet ſatyrio, &c. De ſaporum ac odorum differentiis luculenter lib. VI. de cauſ. agit, quo lectorem remitto. Aliæ etiam à figura ſunt differentiæ; quod aliæ ſunt rotundæ, ut crocus, & plures balbaceorum; oblongæ ac glanduloſæ haſtulæ regiæ. Pœoniæ; bulbos multis tunicis conſtare ſcribit; quod de pluribus verum, ſed non de omnibus. Nam tulipam rarius duabus tunicis conſtare videmus. Ex Indiis bulbi adferuntur multis tunicis prædıti. Hyacinthi tunicas videre non licuit. Sed in cæpa & cæpaceis plures obſervare licet. Ari radix talis eſt qualis eam deſcribit. Uti etiam rapæ & cyclaminis. Et hæc de forma radicum. Redit ad ſapores, ac non omnes odoratas, dulceſque eſſe aut ori gratas, ciboque idoneas:

immo mortiferas & morbosas aliquas esse docet, uti radix scolymo similis, radix carduo similis, radix carduo similis mandragoræ, uti lib. 6. de caus. cap. docet, quo lectorem remitto: contra non omnes amaras gustui adversari. Cichorei enim radicibus quotidie nostrates vescuntur; amaræ tamen. Tandem addit eodem modo quo ad saporem se folia & caules habere, ac ad capitis finem idem de fructibus. Deinde ultimum discrimen inquit esse in germinando, ac alias germen emittere hyeme, alias æstate, alias vere docet. Hyeme mandragora pullulat, vere plurimæ; æstate non paucæ.

ΚΕΦ. Ι.

CAP. X.

Differre herbas temporibus germinatas. Floris historia, & singulorum olerum. Spicosa esse oculum canis, caudam vulpis, linguam agni. Quæ & plantago, & coturnix; à quibusdam dicta bibinella.

Διηρημένων δὲ κατὰ τὰς ὥρας ἑκάστας, πρός τε τὰς βλαστήσεις, καὶ κατὰ τὰς ἀνθήσεις, καὶ τελειώσεις τῶν καρπῶν, οὐδὲν ἀναβλαστεῖ ἢ περὶ τὴν οἰκείας ὥρας, † οὔτε τῶν ῥιζοφυῶν, οὔτε τῶν σπερμοφυῶν, ἀλλ᾽ ἕκαστον ἀναμένει τὴν οἰκείαν. οὐθ᾽ ὑπὸ τῶν ὑδάτων οὐδὲν πάσχει. ἔνια γὰρ ‡ θερμὰ κομιδῇ καὶ τῇ ἀνθήσει, ἢ τῇ βλαστήσει. καθάπερ ὁ σκόλυμος, ἢ ὁ σίκυος ἄγριος. ὥσπερ ἢ περὶ τῶν φρυγανικῶν ἐλέχθη· περί κονύζης τε καὶ καππάριδος, ἢ τῶν ἄλλων. οὐδὲν γὰρ οὐδὲ ἐκείνων ἀνθεῖ καὶ βλαστάνει περὶ τῆς οἰκείας ὥρας. διὸ καὶ ταύτῃ δόξαιεν ἂν διαφέρειν τῶν δένδρων. τῶν μὲν γὰρ ἅμα πως πάντων ἐγγὺς ἡ βλάστησις, εἰ δὲ μὴ, κατὰ μίαν, ὡς εἰπεῖν. τούτων δὲ ἐν πολλαῖς, μᾶλλον δὲ ἐν ἁπάσαις ἡ βλάστησις. καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ ἄνθησις. ὥστε εἴ τις ἐθέλοι καταναοεῖν, σχεδὸν συνεχὴς γίνεται * καθ᾽ ὅλον ἐνιαυτὸν καὶ ἡ βλάστησις, ἢ ἡ ἄνθησις. ἀεὶ γὰρ ἕτερον ἐξ ἑτέρου διαδεχόμενον, πάσας ἀναλαμβάνει τὰς ὥρας· οἷον μετὰ τὴν ἀφάκην † ἔσται ἡ ἀνεμώνη, καὶ ὁ ἠριγέρων, καὶ τὰ ἄλλα χειμερινά. μετὰ δὲ ταῦτα τὰ ‡ ἠρινά, καὶ μετοπωρινά· πολλὰ δὲ ὥσπερ ἐλέχθη καὶ τῶν κατὰ μέρος ἀνθέων ἐπιλείνεται ταῖς ὥραις. ἔνια γὰρ οὕτως ἀνθεῖ, καθάπερ ἥ τε ἀφάκη, * καὶ ὁ ὀνοχειλὸς, καὶ τὸ κιχώριον, ἢ τὸ ἀρνόγλωσσον, καὶ ἄλλα. διὰ δὲ τὴν συνέχειαν καὶ τὴν περικατάληψιν τὴν ὑπ᾽ ἀλλήλων, οὐ φαίνεται ῥᾴδιον ἐν ἐνίοις, οὐδὲ ὁρίζαι ποῖα πρῶτα βλαστάνει, ἢ ὅλως ποῖα πρωΐ βλαστάνει, ἢ † ποῖα ὀψιβλαστεῖ, καὶ αὐτῶν τε τούτων τὰς γενέσεις καὶ τὰς ὥρας, ὅταν τελειωθέντων τῶν καρπῶν, πάλιν ἄλλας ἀρχὰς ἐνίστανται τῆς γενέσεως· ὅπερ μάλιστα δοκεῖ συμβαίνειν μετ᾽ ἰσημερίαν μετοπωρινήν. τότε γὰρ ἤδη τὰ σπέρματα πλεῖστα τετελείωται, καὶ τῶν δενδρικῶν καρπῶν οἱ πολλοί. καὶ ἅμα μεταβολή τις αὐτοῦ τούτου προσγίνεται καὶ τῆς ὥρας. ὅσα δὲ ἀτελῆ καὶ ἄπεπτα, περικαταλαμβάνεται, τούτοις κατὰ λόγον ἐκ περιόδου καὶ ἡ βλάστησις γίνεται, καὶ ἡ ἄνθησις, ἢ ἡ τελείωσις. διὸ συμβαίνει, τὰ μὲν ὑπὸ τροπὰς ἀνθεῖν, τὰ δ᾽ ὑπὸ κύνα, τὰ δὲ μετὰ ἀρκτοῦρον καὶ ἰσημερίαν μετοπωρινήν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔοικε κοινοτέραν ἔχειν σκέψιν, εἰς ἀφορισμὸν ἀρχῆς. ὅτι δὲ αἱ διαφοραὶ πλείους ἢ οὐκ ἐλάττους, ἐν τούτοις φανερόν. ἐπεὶ καὶ ἀείφυλλα τῶν τοιούτων ἐστὶν ἔνια, ‡ καθάπερ τὸ ἡλιοτρόπιον, καὶ τὸ ἀδίαντον· ἀφωρισμένων οὖν τούτων περὶ τὰς διαφορὰς ἐν οἷς γίνονται καὶ πῶς, λεκτέον· ἤδη τὰς καθ᾽ ἕκαστον * ἱστορίας. ὅσα καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν ἑκάστου φύσιν. λέγω δὲ οἷον τὰ σταχυώδη, ἢ τὰ † σκανδικώδη, καὶ μυοφόνα· καὶ εἴ τι ἕτερόν ἐστιν ‡ οὐ τὸ κοινὸν ἐπὶ πάντων λαβεῖν· ὃ τῇ αἰσθήσει γνώριμον, τοῖς φύλλοις, ἢ ἄνθεσιν, ἢ ῥίζαις, ἢ καρποῖς. ἐκ γὰρ τῶν φανερῶν ὁ μερισμός. ὥσπερ καὶ τῶν ῥιζῶν. σταχυώδη μὲν οὖν ἐστιν, ὅ τε, * χήνωψ ὑπό τινων καλούμενος, πλείους ἔχων ἰδέας ἐν ἑαυτῷ. καὶ ὁ ἀλωπέκουρος, καὶ ὁ στελεφοῦρος. ὑπ᾽ ἐνίων δὲ ἀρνόγλωσσον. τῶν δὲ ὄρτυξ καλούμενος. παρόμοιον δὲ

† οὔτε τῶν ῥιζοφύων, οὔτε τῶν σπερμάτων, οὔτε τῶν σπερμαφύων Al. Bas.
‡ Theodor. ὀψότερα, lege θερινά.
* καθόλου Ald. Bas.
† Ἔσται τὸ κρόκον καὶ ἡ ἀνεμώνη, καὶ ὁ ἠριγέρων.
‡ ἠρινὰ, καὶ θερινὰ, καὶ
* Ald. & Bas. ὀνοχίχλη lege. καὶ τὸ ὀνοχειλὲς.
† Ald. & Bas. addunt ἵνα ζῇ.
‡ καθάπερ τὸ πόλιον, καὶ τὸ ἡλιοτρόπιον, καὶ τὸ ἀδίαντον.
* ἱστορίας, ὅσα καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν ἑκάστου φύσιν διαμένουσι, οἷον τά.
† κιχωριώδη καὶ μυόφωνα.
‡ Al. τοῦτο. lege τοῖς δὲ.
* κυνόψ ὑπό τινων καλούμενος, ἢ ὁ ἀλωπέκουρος, καὶ ὁ στελεφοῦρος, ὑπ᾽ ἐνίων δὲ ἀρνόγλωσσον, τῶν δὲ ὄρτυξ καλούμενος, πλείους ἔχων ἰδέας αὐτοῦ.

Sed cum singula distincta superius pro temporibus tam ad germinationem, quam ad florum proventum consummationemque fructuum sint dicta; addendum nunc illud occurrit, quod nec iis quæ radice proveniunt, nec iis quæ semine erumpunt, germinare quicquam ante tempus sibi accommodatum solet: sed suum unumquodque tempus exspectat, * nec ab imbribus quicquam infestatur. Quædam serotina admodum, tam germine, quam flore percipiuntur: † ut carduus, ut cucumis sylvestris, quod etiam, in suffruticum genere, de ‡ pollicaria, & inturi, & aliis quibusdam retulimus. Nec enim aliquid eorum floret, aut germinat ante proprium tempus. Quamobrem hoc etiam in arboribus differre appareant. Quippe cum illorum simul quodammodo * omnium germinatio fiat: aut si ita minus, uno quidem eodemque dixerim tempore anni germina omnium excitari. His autem multis, vel potius omnibus temporibus germen, atque etiam magis flos exit. Quapropter si animadvertere volueris, assiduam pene per totum annum germinationem, & floris productionem videbis. Semper enim alterum alteri succedens tempora omnia occupat. Exempli gratia: Post aphacam crocum erumpit, & † fremium, & senecio, cæteraque hyberna. Tum verna sequuntur. ‡ Dein autumnalia accedent. Multi vero ex singulis floribus proventus prorogant suos, ut dictum est. Sunt enim quæ ita florent, ceu aphaca, & * turdaria, & cichorea, & plantago, & alia quædam. Verum propter assiduam continentiam, occupandique vicissitudinem, haud facile percipi in aliquibus potest. Nec est determinare quæ prima germinent, quæve serò. Nec eorum ipsorum generationes, ac tempora recenseri queunt. Quibus fructibus consummatis, alia initia denuo generandi instituunt. Quod post autumni æquinoctium evenire potissimum solet. Tunc enim semina ex majore parte perfecta habentur, & fructus arborum magna ex parte consummati jam extant. Et vero mutatio quædam ejus ipsius, atque temporis sequitur. Quæ autem imperfecta immaturaque, occupantur. His enim germinatio, & floris proventus, & fructus perfectio ex circuitu ad portionem contingit. Quamobrem evenit, ut alia sub solstitiis floreant, alia sub canicula, alia post arcturū, & autumni æquinoctium. Sed hæc communiorem sane contemplationem ad determinandam principii rationem desiderare videntur. Quod autem differentiæ plures, aut nullo pauciores sunt, his ipsis planè jam exploratum habetur. Quandoquidem & perpetuò quædam ex his vireant; ut polium, † ut solaris, atque capillus Veneris. His ergo de differentiis, quibus in rebus, quoque modo fiant, determinatis, ‡ nunc singulorum historias exponere oportet. Quæ scilicet pro cujusque propria natura consistant: ut quæ spicosa, * scandinosa, miricidaque sint. Et si quid aliud tam commune sumi de omnibus liceat. Quod familiare sensui sit, aut folio, aut flore, aut radice, aut fructu. Ex manifestis enim partitio fiat eorum necesse

* Nec ab imbribus quicquam afficitur, quædam æstiva.
† Scolymus.
‡ Conyza & cappari.
* Omnium prope germinatio.
† Anemone.
‡ Dein æstiva ac autumnalia.
* Et anchusa.
† Heliotropium.
‡ Cichoracea.
* Cynops, id est, oculus canis à nonnullis dictus & alopecuros & steli-

† αἰθερώδη.

τούτῳ τρόπον τινὰ καὶ ἡ θρυαλλίς. ἁπλᾶ δὲ καὶ μονοειδῆ τρόπον τινὰ πάντα καὶ στάχυν οὐκ ὀξὺν, οὐδ' † αἰθερώδη ἔχοντα. ὁ δὲ ἀλωπέκουρος, μαλακὸν, καὶ χνοωδέστερον· ὅτι καὶ ὅμοιον ταῖς τῶν ἀλωπέκων κέρκοις. ὅθεν καὶ τοὔνομα μετείληφεν. ὅμοιος δὲ τούτῳ καὶ ὁ στελέφουρος. πλὴν οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνος ἀνθεῖ κατὰ μέρος, ἀλλὰ δι' ὅλου τοῦ στάχυος, ὥσπερ ὁ πυρός. ἡ δὲ ἄνθησις ἀμφοῖν χνοώδης, καθάπερ καὶ τοῦ σίτου. πυρόμοιον δὲ τῇ ὅλῃ μορφῇ τῷ πυρῷ. πλὴν πλατυφυλλότερον. ὡσαύτως δὲ τούτοις καὶ ἄλλα τὰ σταχυώδη λεκτέον.

necesse est: quemadmodum etiam radicum. Spicosa igitur, oculus caninus, & cauda vulpina, & plantago, quæ agnina lingua à quibusdam vocata est, & ab aliis coturnix. ‡ Huic quodammodo similis bibinella est. Verum hæc simplicia, & quodammodo uniformia creantur, & spicam nec acutam, nec aristatam gerunt. Cauda vero vulpina * hirsutior, & lanuginosior est. quamobrem similis vulpium caudis cernitur. Vnde & nomen accepit. Huic plantago est similis, nisi quod florem non quemadmodum illa particulatim edit, sed per totam spicam tritici modo. Ambobus tamen flosculus lanugineus exit, sicuti etiam frumento. Similis tota specie tritico est, verum folio latiori. His proxima reliqua quoque spicati generis, non temere dixeris.

phyros, id est plantago, ab aliquibus arnoglosson, sive lingua agni, à nonnullis ortyx, coturnix ejus multæ sunt species.
‡ Thryallis, vulgo verbascum dicta.
** mollior.*

JULII SCALIGERI AD CAP. X.

Ἀσημμένων. *Et hæc pars cum superiore continuanda. De germinationis enim tempore loquitur.*

ὑπὸ τῶν ὑδάτων οὐδὲ πάσχει. Theodorus, infestatur. *Malè. Hoc verbum Græcum comprehendit eventa omnia, etiam bona. Sic hic Theophrastus. Vult enim intelligere; ne si imbres quidem plus attulerint humoris, iccirco prævenire tempus suum. Videbatur enim hoc ita debere esse. Siquidem* προβραχέντα *proveniunt celerius. Nam est igitur,* πάσχον, *infestatur: sed, afficitur. Ita ut perficiatur ad celeritatem germinandi.*

Ἔνια γὰρ θέρμα. *Corrigunt,* θερινά: *quia etiam Theodorus,* serotina.

Ἐγγὺς ἡ βλάστησις. *Theodorus omisit* τὸ ἐγγύς. *At est necessarium, ut non tam* ἅμα, *quam* ἐγγύς.

Καθόλου ἱκανόν. *Corrige,* Καθ' ὅλον.

Μετὰ τὴν ἀφάκην ἴσως ἡ ἀνεμώνη. Theodorus crocum *addit. Nota* ἀνεμώνη, *quæ alibi* ἀνεμώνη.

Ἵνα ζῇ. *Theodorus omisit, & post* ἡλιοτρόπιον, *addidit* πόλιον.

Ἀφωρισμένων οὖν τούτων. *Satis liquet hanc aliam esse materiam, atque diversum caput.*

Ὅσα δὲ καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν ἑκάστου φύσιν. *Videtur aliquid deesse huic orationi; sententiæ autem etiam superesse. Repetitur enim: Dixit,* τὰς καθ' ἕκαστον: *& statim* ἑκάστου φύσιν. *Divisio autem mirabilis.*

σταχυώδη, καὶ σκιαδιώδη. *à florum ratione statuitur. Sanè* τὰ σταχυώδη, *ut in Phlomis, & Salviis, & Botry. Altera verò divisionis pars non respondet. Cæterum apta erat eorum, quæ umbellam gerunt: qualia sunt fœniculacea. At ille,* σκιαδιώδη *ab herba maximè ignobili: & mox* σκιαδιώδη *exponit per* κιχοριώδη *quod & facit post quam* τὰ σταχυώδη *exequutus est. Locus vero, præsertim Grammaticis, minime negligendus est, qui in Euripidis vita Scandycem herbam cum legunt, & quid sit, nesciunt: hinc unam è cichoriaceis intelligunt speciem. In Codice Græco tertia divisionis pars est* μυοφόνα. *Quod & omisit Theodorus, & autor ipse nullo est exemplo prosequutus, & mendum est.* καὶ ὅτι ἐπεὶ ἐν τούτῳ κοινόν. *Corrigunt,* οὕτω. *Ego malim,* τοῦτο.

Ἢ ἀνθεῖν, ἢ ῥίζαις, ἢ καρποῖς, *Rectè sanè. Sequitur,* ἐκ γὰρ τῶν φανερῶν ὁ μερισμός, ὥσπερ καὶ τῶν ῥιζῶν. *Mira docendi ratio. Quin potius dicerem, ab occultis fieri partitiones, quemadmodum à manifestis, atque ita concludere: Igitur à radicibus, sicuti à foliis, floribus, fructibus. At ipse concludit notiora, per minus nota.*

Ἀχύρωψ. *Theodorus legit,* κύνωψ, *ex Plinio. & omisit illa verba omnia.* ὑπὸ μὲν ὁ τελείως ἔχων ἰδίας ἐν ἑαυτῷ. *Quia sub eo nomine ignota est hæc herba nobis, nihil auspicato geri potest. Notabis arnoglossi species raris nominibus* στελέφουρος, *&* ὄρτυξ. *Lege* αἰθερώδη. *Spicata enim sunt.*

Μαλακὸν χνοωδέστερον. *Theodorus legit,* δασύτερον, καὶ χνοωδέστερον. *desciscens à Plinio, qui ei spicam mollem cum attribuit,* μαλακὸν *legit. Cum dicit lanuginem densam, explicavit &* χνοῦν, *comparativum gradum. Idem Plinius legit,* Selepyros, *non autem* πυρός. *Sic etiam Theodorus plantaginem interpretatur. mox tamen* τῷ πυρῷ, tritico, *transfert. Fortasse ita legendum est, ut apud nos scriptum est. De Selepyro enim nusquam quicquam. Stelephyros autem est ea, quam Lanceolatam vocamus, plantaginem strictifoliam. Ita habes genera tria. Dioscorides duo tantum novit.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Hanc partem cum superiore continuandam esse rectè observavit Scaliger. De Germinationis enim tempore loquitur, ac docet, nihil ante tempus sibi datum germinare, sed suum unum quodque tempus exspectare; nec si imbres plus attulerint humoris idcirco prævenire tempus suum. Imbres solos hoc non posse præstare, fateor; sed si calorem coniunctum habeant, quid ni possint? Tulipæ apud nos mense Aprili, Majoque florent. Vidi mense Ianuario, id factum, quod ad caminum in horto pensili plantarent. Lugduni Batavorum faber ferrarius uvas quotannis maturas ostendit ad festum D. Ioannis, cum in tota Batavia nullibi, ante festum beatiss. Virginis, nisi, quam rarissimè conspiciantur. Solent enim maturescere mense Septembri, & Octobri. Causa, quod faber hic plantarat hanc vineam loco convenienti, quo à calore fornacis, & solis lustrari & juvari potuit. Etiam in nostra vicinia, vitis germina Martio mittit mense; reliquæ Majo. Causa, quod calorem solis habeat per integrum diem, ac ad focum ejus radix plantata sit, ita ut ejus calore & radix, & tota planta foveantur. Idem de aliis dicere licet. Iuvantur itaque ab imbribus & sole. Quis non novit asparagos cultura mensem unum alterumve prægerminare incultis.

Ἔνια γὰρ θερμά, Theodorus ὀψιμώτερα *serotina* admodum. Lego θερινά. Æstate enim germinant florentque scolymos & cucumis asininus. Etiam conyra & capparis. Quod de Scolymo dixi, ex quarto cap. lib. VI. probatur. Etiam ex his Hesiodi versibus.

> ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἠχέτα τέττιξ,
> δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδήν,
> πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων θέρεος καματώδεος ὥρῃ,
> τῆμος πιόταταί τ' αἶγες, καὶ οἶνος ἄριστος,
> μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τοι ἄνδρες.

> *Quando scolymus floret, & sonora cicada*
> *Arbori insidens stridulam effundit cantilenam,*
> *Crebram alis vibrans æstatis laboriosæ hora:*
> *Tunc pinguissimæ capræ, & vinum optimum,*
> *Ac mulieres salaciores, viri vero imbecilliores sunt.*

Ultimum versiculum declarat Aristoteles sectione quarta probl. 26. Scolymum ad proliciendam venerem antiqui commendarunt omnes; & hæc causa cur mulieres carduum adeò ambiant colantque. Nempe quod viris æstate in veneris conflictu languentibus, hyeme mulieribus ad venerem pigris patrocinetur. Cucumerem silvestrem æstate, vel ad veris finem germinare, floremque ad æstatis finem, observare licet.

 Idem

Idem de cappari, conyzaque docet experientia. Sed hæc, cultura accedente, maturius germinare, olitores à longo tempore observarunt.

Assiduam, inquit, per totum annum germinationem, & floris productionem observare licet. Verissimum id esse, observavi. Pereunte enim hoc, vel isto flore alter nascitur; sed hyberno tempore, si hyems inclemens admodum fuerit, hoc apud nos observare invidet frigus, cœlique, solique constitutio.

Multos ex singulis floribus proventus suos prorogare, inquit, ac pro exemplo ponit aphacam, anchusam, cichorium, & plantaginem. Hæc ut clare percipiantur, videat lector cap. VIII. & IX. hujus libri, quibus qua ratione proventus suos proroget, vel diu floreat aphaca, docet. Idem de cæteris dicendum.

Negat generationes ac tempora eorum recenseri posse, quibus fructibus consummatis, alia initia demum generandi instituunt. Idcirco mali medicæ & aurantiæ tempus vix constitui potest. Omni enim anni tempore fructus & maturos & immaturos habet; sed tamen hoc post æquinoctiũ autumni maximè evenire scribit. Et est id verum. Tum enim juniperus & aliæ arbores, & fructus rudimentum, & maturum simul ostendunt. Sed de his in libris de caussis luculentius agit, quo Lectorem remitto.

Inter ea, quæ perpetuo virent numerat polium. Hujus historia hoc capite enarranda nobis. Πόλιον dicitur à canitie, canisque capillamentis, & tomento hirsuto, quæ non modo capitula corymbacea, ut ait Dioscorides, sed etiam universam plantam incanam reddunt. Perinde ac gnaphalium, uti Plinius lib. 21. cap. 7. cujus verba mox examinabo. Polii duas, tresve notas dedit Theophrastus lib. primo capit. 16. Docet quod sit herba, carnosaque habeat folia, quodque valeat adversus noxios vermiculos, si vestibus interponatur. Hoc capite perpetuo virere auctor est. Luculentius Dioscorides describit lib. 3. cap. 124. πόλιον τὸ μὲν ἐστιν ὀρεινὸν, ὃ καὶ τεύθριον καλεῖται, οὗ καὶ ἡ χρῆσις. θαμνίον δέ ἐστι λεπτὸν, λευκὸν σπιθαμιαῖον, καρποῦ πλῆρες, ἔχον κεφάλιον ἐπ' ἄκρῳ κορυμβοειδὲς μικρὸν ὡς πολιὰν τρίχα βαρύοσμον μετά τινος εὐωδίας. τὸ δὲ ἕτερον θαμνωδέστερον, οὐχ οὕτως εὔτονον τῇ ὀσμῇ καὶ ἀδρανέστερον κατὰ τὴν δύναμιν. *Polium quoddam montanum, cui etiam teuthrion nomen est, & cujus est usus. Exiguus frutex est* (Theophrastus inter herbas recenset. Sed non solent veteres definitiones sequi. Rectius tamen Dioscorides quam Theophrastus; nisi dicamus Theophrastum herbam loco citato dixisse respectu arborum, magnorumque fruticum) *tenuis, candidus, dodrantalis, & semine refertus: capitulo in cacumine quandam corymbi speciem præ se ferente, parvo, cæsarie canæ simili, & graveolente, cum aliquantula odoris jucunditate. Alterum fruticosius, non usque adeo valens odore, ac viribus inefficacius.* Polium qua facie ferat folia, non scribit Dioscorides. Theoph: carnosa esse memoriæ prodidit, neuter radicem delineat. Utrumque Nicandri Scholiastes facit, ad hunc versum in Theriacis.

Ἠὲ πόλιον βαρύοδμον, ὃ δὴ ῥίγιστον ὄδωδεν. Hoc est, *aut polium graveolens, quod perquam tetrum exspirat odorem.* Ad hunc locum Scholiastes, τὸ πόλιον εἶδος βοτάνης βαρύοσμον. γράφεται δὲ καὶ πόλιόν, καὶ πολιὸν ἄμεινον δὲ τὸ πόλιον, ἵνα ᾖ ὡς ἐπίθετον. οὐκ ἔστιν ἡ λιβανωτὶς ἀλλ' ἔχει πέταλον μὲν μαλακώτερον θύμου καὶ δασύτερον, μέγεθος δὲ οἷον ῥάβδου, ἀπὸ ῥίζης πολλὰς ἀναδίδωσι. ἡ δὲ ῥίζα ξυλώδης. πάντα δὲ τοιαῦτα βαρύοδμα. *Polium genus herbæ graveolens. scribitur autem* πόλιον *accentu in antepenultima; &* πολιὸν *accentu in ultima gravi. Melius* πόλιον *accentu in antepenultima, ut sit quasi epitheton. Non est libanotis, verum folium habet mollius, & hirsutius quam Thymum: magnitudine constat virgæ, id est palmari* (ῥάβδος peculiariter pro *ramo palmari exponitur*) *pluresque à radice fert, radix lignosa. talia cuncta graveolentia.* Multa annotanda. Graveolens inquit esse, immo ipse Nicander non tantum graveolens, sed odore summopere horribili, sive perquam tetro inquit esse. Dioscorides verò graveolens cum nonnulla odoris suavitate. Quali odore est tam montanum, quam campestre polium, quod experientia comprobat quotidiana. Improbanda itaque antiqui Lacunæ Codicis lectio in quo pro εὐωδίας, δυσωδίας legitur, quæ vox fœtorem indicat. Vulgatam Dioscoridis, ut dixi, lectionem defendunt Oribasius & Serapio, etjam Theophrastus. Quis enim vestibus inter poneret herbam graveolentem, odore tetro ac fœtido. talem non esse odorem polii, ipse odor polii ostendit. Lacunæ tamen codicem defendit Nicander. Crediderim Nicandri codicem depravatũ m esse, legendumque.

Ἠὲ πόλιον βαρύοδμον, ὃ δὴ ἥδιστον ὄδωδεν, *aut polium graveolens, quod suavissime olet.* Nempe cum gravitate quadam. Ineptum est quod scribit Scholiastes, omnia lignosa radice, esse graveolentia. Thymum, serpyllum, aliaque plurima radice lignosa sunt, odoratissima tamen, ac suaveolentia esse quis negabit? Scribi notat πόλιον & πολιὸν accentu vel in antepenultima, vel ultima. Quod verum quidem est, non autem eædem sunt plantæ, sed diversæ: Πόλιον accentu in antepenultima, polium est de quo hoc capite nobis sermo, à canitie sic dictum. At verò πολιὸν de quo Theophrastus lib. 9. idem est quod tripolium; dictum ἀπὸ τοῦ πολεῖν *versando*, quod floris colorem sæpius in die mutet, vel, ut Dioscorides scribit, quod ter colorem mutet. unde tripolii nomen. Ad hæc cum minus attendisset Plinius, turpiter polium cum tripolio confudit lib. 21. cap. 7. *Vestibus interponi eam gratissimum, sicut apud Græcos polion herbam, inclytam Musæi & Hesiodi laudibus, ad omnia utilem prædicantium, superque cætera ad famam, etiam ac dignitates, prorsusque mirum, si modo (ut tradunt) folia ejus mane candida, meridie purpurea, sole occidente cærulea aspiciuntur. Duo genera ejus, campestre majus; sylvestre quod minus est, quidam teuthrion vocant. Folia canis hominis similia, à radice protinus, nunquam palmo altiora.* Polium de quo nobis sermo, vestibus interponi autor est Theophrastus, ad dignitatem famamque, tri polium, & antirrinum commendant veteres. Sic πόλιον accentu in antepenultima. id est, tripolium cerebravit Musæus & Hesiodus auctore Theophrasto l. 9. c. 21. Nec polii. id est, Tripolii folia, ut Plinius, sed flores ter die mutant colores. Dioscorides lib. 4. cap. 135. de tripolio, ταύτης ἱστορεῖται τὸ ἄνθος τρὶς τῆς ἡμέρας μεταβάλλειν τὸ χρῶμα, πρωὶ μὲν λευκὸν, κατὰ δὲ τὴν μεσημβρίαν πορφυρίζον, ὀψὲ δὲ φοινικοῦν. Ejus (*tripolii*) flos ter de die colorem mutare perhibetur, ita ut mane candidus, meridie purpureus, vesperi puniceus aspiciatur. Quę sequuntur in Plinio, eadem de polio, de quo nobis sermo, refert Dioscorides. Folia huic polio Thymo similia; sed molliora & hirsutiora, adscribit Scholiastes. Idem facit Plinius. li. 2. cap. 20. *Hi & folia ejus Thymo similia tradunt, nisi quod molliora sint, & latiore canitie.* Quidam scribunt *lanatiore canitie.* Montanum polium talia folia gerit, campestre Thymi foliis dissimilia ostendit. Polio huic cauliculi assurgunt numerosi, tenues, teretes, duri, ac lignosi, palmo haud multo altiores: folia per intervalla his constituunt oblonga, latiuscula, sed quam chamedryos an-

Polium campestre.



gustiora

angustiora, per margines serratim incisa. In virgularum fastigiis flosculi candidi, quos capitula proferunt, una cum foliis ac cauliculis albida lanugine incanescentia: semen pusillum nigricat: radix fibras demittit. Montanum ab radice lignosa, recta, fibrosa; statim numerosis fruticat cauliculis rotundis, palmo haud altioribus, eque spatiis crebribus folia oblonga, minora ac angustiora, quam alterius gnaphalii, leviuscula impressa crenulis, rigidiuscula, quæ ex adverso una caules cingunt, inque summo radiatim circinatimque florum globulos

Polium montanum.



corymbeos, effigie serpilli, candidos effigiant: uti & universa planta tomentosa lanugine pubet incana. Istud præ cæteris odoratius, sed quiddam acutum & graviusculum, naribus una cum suavitate afflat. Semen parvum, oblongum, teres. Aliud de polio exstat Nicandri carmen, quod paulo infra examinabo. Dodoneus polium leucadem esse suspicatur, ac Dioscoridem de eadem herba sub diversis nomenclaturis bis egisse. Conveniunt inquit, genera, nominis occasio, ac facultates. Dioscorides lib. 3. cap. 113. Λευκὰς ὀρεινὴ πλατυφυλλοτέρα τῆς ἡμέρου ἐστί, δριμυτέρα τε καὶ πικροτέρα τὸν καρπὸν καὶ ἀηδεστέρα, δραστικωτέρα μὲν δὴ τυγχάνει τῆς ἡμέρου. *Leucas montana latioribus foliis quam sativa, semine verò acriore, amariore, atque etiam ori magis ingrata, attamen quam sativa efficacior habetur.* Quam sativam vocat, capite de polio campestrem vocat; à canitie polium, ab albedine leucas dicitur; quidquid autem incanescit, albidum est. Facit huc quod Ætius leucadis non meminerit, veluti à polio differentis. Cælius vero Aurelianus lib. tardorum pass. 2. cap. 4. leucen eandem cum polio faciat. *Leuces, inquit, quam etiam polium vocant.* Nunc quæ contrarium docent addam. Primum quod Galenus de utraque planta tanquam diversa egerit, ac quidem litera λ. de leucade, littera verò π. de polio. Facit quod leucas tertio sit ordine calidum & siccum. λευκὰς δριμείας ἐστὶ ποιότητος ἐπικρατούσης, κράσεως δὲ θερμῆς καὶ ξηρᾶς κατὰ τὴν τρίτην πως τάξιν. *Leucas acrem possidet qualitatem exsuperantem, temperaturam vero calidam, siccamque in tertio quodammodo ordine.* De polio vero scribit: πόλιον πικρὸν γευομένοις ἐστὶ καὶ μετρίως δριμύ —— πόλιον, ᾧ καὶ εἰς τὰς ἀντιδότους χρώμεθα. καὶ πικρότερον καὶ δριμύτερον ἐστὶ τοῦτο τοῦ μείζονος, ὡς εἶναι μὲν τῆς τρίτης τάξεως τῶν ξηραινόντων, οὐ μὴν τῆς δευτέρας συμπληρουμένης τῶν θερμαινόντων. *Polium gustanti amarum, & modicè acre apparet —— polium quo in antidotis utimur, acrius ac amarius est, ut sit tertio ordine siccum, & secundo completo calidum.* Meminit leucadis Nicander in Theriacis;


Quo loco Scholiastes λευκάδα ab Antigono vocari scribit. Judicium æquo committo Lectori, an leucas poliumve una eademque sit planta. Santolinam non esse polium, nec vulgare polium Hyssopum supra lib. 6. satis abunde probavimus. Inter hybernas plantas numerat anemonidem. Supra lib. VI. cap. antepenultimo, quomodo quod de anemonide tradit intelligi possit, exposuimus. Verum cum verba Theophrasti attentius considero, atq; perpendo anemonidem florem esse vernalem, ac nisi ars accedat, hyeme non florere. De vulgata non agere Theophrastum, imaginatus sum. Accedit quod inter spurias nomenclaturas repprerim leontopetallon anemonidis nomen obtinere, ac præterea ex Bellonio constet eandem plantam hyeme florere; mecum perpendere cepi, an non hæc esset illa anemone, de qua hoc capite Theophrastus. Nec quenquam moveat quod aliis capitibus de anemonide quædam tradiderit, quæ huic minime conveniunt, siquidem λευκόϊον modo violam albam bulbosam, modo fruticem denotat. Idem fortassis de anemonide dicendum; nempe modò florem, de quo supra satis superque diximus, modò leontopetalon denotare, uti hoc capite, & loco. Quod si cui hæc nostra opinio non arridet, eam rejiciat per me licet, nec ipse mordicus eam tenere velim. De leontopetalo hæc veteres. Dioscorides lib. 3. cap. 110. Λεοντοπέταλον καυλὸν ἀνίησι σπιθαμιαῖον (vetus διασπιθαμιαῖον) ἢ καὶ μείζονα, ἔχοντα μασχάλας πλείστας· ἐφ' ὧν ἄκρων λοβοὶ ὅμοιοι ἐρεβίνθοις, ἐν οἷς τρεῖς δύο ἢ τρία σπερμάτια. ἄνθη φοινικᾶ, ἐοικότα ἀνεμώνῃ· φύλλα ὅμοια κράμβῃ, ἐντετμημένα ὡς τὰ τῆς μήκωνος· ῥίζα μέλαινα ὥσπερ γογγύλη ἐξοχὰς ἔχουσα καθάπερ κονδύλους τινάς, φύεται δὲ ἐν ἀρούραις, καὶ ἐν τῷ σίτῳ. *Leontopetalum caulem profert dodrantalem (duorum dodrantum) aut etiam altiorem, plurimis alis concavum, in quarum cacuminibus, siliquæ sunt cicerum modo, ac in his duo triave minuta semina, flores punicei, anemonæ similes, folia brassicæ, papaveris, foliorũ divisura: radix nigra, rapo similis, quæ eminentias seu nodos quosdam habet. Nascitur in arvis, ac inter segetes.* Notandum in quibusdam codicibus scribi ῥίζαι μέλαιναι ἔχουσαι. Lectio hæc minus probabilis videtur. Nam verisimile non est leontopetalo radices esse plures, totidem rapis similes. Addo quod Oribasius vulgatam secutus sit lectionem, uti etiam Plinius lib. 27. cap. XI. *Leontopetalon alii rhaphejon vocant, folio brassicæ, caule semipedali: alæ multæ, semen in cacumine, in siliquis ciceris modo: radix rapo similis, grandis, nigra. Nascitur in arvis.* Plinius raphejon vocari scribit; idem Auctuarii auctor testatur. Οἱ δὲ λεοντοπόδιον, οἱ δὲ παρδάλιον, οἱ δὲ θορύβηθρον, οἱ δὲ ῥαφήιον, οἱ δὲ μήκιον κηρατῖτις, οἱ δὲ ἀνεμώνη. Oribazius λεοντοπέταλον, οἱ δὲ λεοντοπόδιον, οἱ δὲ παρδάλιον, οἱ δὲ θορύβηθρον, &c. Apud Hesychiũ legitur ῥαφίς ἄγριον λάχανον, λαμψάνη. Hoc si de leontopetalo intelligere licet, confirmat nostram opinionem, anemonem hybernam Theophrasti esse leontopetalon. Nam inter olera ejus meminit, cum vulgata oleracea non sit planta. Raphejos dicitur à radicis figura quæ rapum æmulatur; & anemone, quod florem anemonidis similem habeat. Leontopetalon; quod folium leoninum sonat, cur dicatur me fugit. Leontopetalon cujus figuram addendam curavimus, Mathiolus non tantum in hortis, sed etiam in arvis Hetruriæ, aliisque locis Italiæ nascentem vidit, flores hyemali tempore, teste Bellonio, profert. *Leontopetalo*, inquit Dodonæus, *folia sunt lata, veluti brassicæ, sed sectionibus divisa: caulis dodrantalis, subinde major, in ramulos sive alas non paucas distribuitur; in quarum fastigiis flosculi rubentes: deinde siliquæ, in quibus semina, ciceres referentia, radix magna, strumosa, instar raporum; floris nigra.* Hactenus Dodon. Fatentur doctiores, botanici hanc plantam quoad radicem & fructum convenire descriptioni Dioscoridis sed folia & flores planè discrepare. Equidẽ quos ego vidi lutei fuerũt. Folia quidẽ cyclaminis ampliora multo fert, sinuosa, & circinato ambitu divisa, pœoniæ modo, non brassicæ similia, aut papaveris divisura. A leõtopetalo ad leontopodium transeo. Hoc Dioscorides describit lib. 4. cap. 131. Λεοντοπόδιον διδακτύλιον ἐστὶ βοτάνιον, ἔχον φυλλάρια στενά, ἰσχυρὰ ὡς τριδάκτυλα τῷ μήκει, δασέα, ἐριώδη τὰ πρὸς τῇ ῥίζῃ καὶ ὑπόλευκα ἀπ' ἄκρων δὲ τῶν καυλῶν κεφάλια ὥσπερ τετημένα, ἐν οἷς ἄνθη μέλανα· ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ δυσθεώρητος διὰ τὸν περιεχόμενον αὐτὸν χνοῦν, ῥίζα δ' ὕπεστι μικρά· φασὶ δὲ καὶ ταύτην ἰσχύειν εἰς φίλτρα περιαπτομένην, καὶ φύματα διαφορεῖν. *Leontopodium duorum digitorum herbula est, folia habens arcta, robusta, quaternum, verò aut etiam trium digitorum longitudine, hirsuta, quæque radici proxima sunt lanatiora, &*

Leontopetalum.



subalbida: capitula in summû caulibus quasi perforata, in quibus flores nigri, semen usque adeò spissa lanugine obvolutum est, ut ægrè deprehendi possit. Radix subjacet parva: quam etiam tradunt amuleti ratione alligatam ad amatoria prodesse, tuberculaque discutere. De Leontopodio hæc scribit Plinius lib. XXVI. cap. VIII. *Leontopodion alii leuceoron, alii dorypetron, alii thorybetron vocant; cujus radix alvum sistit, purgatque bilem, in aquam mulsam, addito pondere denariorum duum. Nascitur in campestri & gracili solo, semen ejus potum lymphatica somnia facere dicitur.* Idem eodem lib. cap. 12. *Illecebræ omnia infixa corpori extrahunt, folia tussilaginis, daucum, semen leontopodii tritum in aqua cum polenta.* Idem repetit cap. 14. eodem libro Botanici quidam exercitati; diversas plantas leontopodium Dioscoridis, Pliniique asserunt; sed rationes nullas addunt. Crediderim quod scribat bilem purgare. Id alienum valdè videtur viro longe celeberrimo; Nobis minus. Nam bilem purgare rhabarbarum quid notius? Idem alvum sistere, & diarhœas compescere, jam lippis & tonsoribus constat. Sed nec ideo tantum leontopodium Plinii & Dioscoridis diversa planta est. Nam fieri potest vires ejus quasdam noverit Plinius, quæ Dioscoridẽ latuerunt. Si modo cum alia quadam planta leontopodii historiam non confundat Plinius. Leontopolium Plinii est leontopetalon, cujus superius mentionem fecimus. Hoc ostendunt spuria nomina. Auctor Auctuarii, λεοντοπέταλον, οἱ δὲ λεοντοπόδιον, οἱ δὲ λευκόεργον, οἱ δὲ λεόντιον οἱ δὲ δωρεὰς, οἱ δὲ δωρεκπερὶς (Plinius, si codex mendo vacat, δωρείπετρον) οἱ δὲ θορύβητρον. Sed leontopetali radicem purgandi vim habere, non me legisse memini. Nihil ea de re Ætius, Plinio recentior, λεοντοπόδιον, ἢ λεοντοπέταλον τούτου τῇ ῥίζῃ μάλιστα χρώμεθα, διαφορητικῇ, καὶ θερμαντικῇ κατὰ τὴν τρίτην τάξιν ὑπαρχούσῃ. *Leontopodium, sive leontopetalõ. leontopodii radice maximè utimur discussoria, & calfactoria, ac exsiccatoria in tertio ordine.* Idem Galenus de Leontopetalo. Porro leontopodium Dioscoridis Plinius Cemos vocat li. 27. c. 8 *Eadem de causa* (quod sit magica herba, & ad amatoria valeat) *& Cemos silebitur à nobis.* Auctuarii auctor λεοντοπόδιον, οἱ δὲ ζωόνυχον, οἱ δὲ αἰετώνυχον; οἱ δὲ κῆμος —— Scribit Marcellus in optimis Dioscoridis codicibus Græcis, quos in potestate habuit, & in latino scripto litteris Longobardis capite de leontopodio, præfixum titulum fuisse de cemo; ut inde constet Cemon Plinii, esse Dioscoridis leontopodium. Porro Cemos sonat lupi capistrum. zoonychon animalis ungulam, & ætonychon; pro quo apud Hesychium αἰετώνυχος βοτάνη; si non legendum vel αἰετώνυξ vel αἰετώνυχον; *ungula aquilæ.* Leontopodium Mathiolus, Pena, Lobelius. &c. censent esse, cujus figuram addendam curavimus, pedem leoninum propter villosam foliorum & florum effigiem crus pedi annexum aliquantum referentem, dixerunt; quemadmodum pedem leonis, leporis, ursi, columbæ, avis, corvi, gallinæ, tum antiqua, tum nostra ætas. Leontopodium herbula est montana, quæ non parum foliis rosam, seu rosellam imitatur. Est quippe

Leontopodium parvum.



foliis angustis, oblongis, hirsutis, sed incanis, præsertim in imo, duorum pollucum longitudine, gnaphalii, stœchadisve citrinæ latioribus; in caule summo, itidem hispido, ternos quaternosve digitos alto, gestante flores, nigricantes ex fusco violaceo, & capitula latiusculo, sed denso ambitu sparsa; in quibus foraminula quædam impressa apparent, quasi leonis vestigium, vel soleam imitantia. In Germaniæ arduis, adeóque Italiæ Alpinis & Baldo Veronensi invenitur, sed rarius. Idcirco quid possit, aut præstet nondum scitur. Huic simile genus aliud reperitur, quod caule lanuginoso constat singulari & dodrantali, foliis pilosellæ minoris, candida crassaque lanugine obsitis; flosculos in summitate caulis fert ex luteo pallidos, pilosellæ minoris haud dissimiles; radicem habet parvam ac lignosam. Dixi pilosellam minorem; quia & major & minor reperitur. De majore Germanus quidam nobis retulit, ipso die festo D. Ioannis ad radices reperiri sanguineas quasdam guttas, quæ calamo inditæ, ac occlusæ post dies sex septemque in vermem mutantur; in hortos translata difficulter extirpari potest. Nomen utraq; accepit à copiosis pilis quibus folia prædita. Majorem alii ad myosotidem, alii ad holostiũ referunt. Nescio quibus moti rationibus, nisi quod auricula muris vulgo vocatur, quod folia muris auriculam mentiantur. Non est holostium, uti nec gramen leucanthemum, quod pro eo exhibet Ruellius; nihil habent coronopo simile. Dioscorides lib. 4. cap. 11. φύλλα δὲ ἔχει ἐν κλήματι κορωνόποδι παραπλήσια, ἢ ἀγρώστει, *Foliis viticulisq; coronopodi, aut gramini proximis.* Neutra planta viticulas habet, neutra folia coronopodi similia. Pilosellam minorẽ, ut dixi, nonnulli pro leontopodio habent. Sed cum parva admodum huic foliola, vix unguis minoris magnitudine, pro leontopodio habere nequeo. Sed leontopodium prius descriptum rectius cũ descriptione convenire fatentur, qui pro leontopodio habent,

vel

Leontopolium.



vel ad ejus classem referunt; quod damnare nequeo. Alii ad gnaphalium malunt referre. De gnaphalio pauca nobis dicenda. Gnaphalion describit Dioscorides lib. 3. cap. 132. γναφάλιυ τέτυ τοῖς φύλλοις τινὲς ἀντὶ γναφάλυ χρῶνται, λευκοῖς ἔσι καὶ μαλακοῖς· ποιεῖ δὲ σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ ποτιζόμενα τὰ φύλλα πρὸς δυσεντερίαν. *Gnaphalii foliis albis mollibus pro tomento utuntur, efficaciter autem ad dysenteriam in vino austero propinantur* Idem ferme tradit Galenus, γναφάλιον ὠνόμασται μὲν ἐπειδὴ ἀπὸ τοῖς φύλλοις αὐτοῦ μαλακοῖς ἔστιν ἀντὶ γναφάλων χρῆσθαι. ἔστι δὲ λευκὰ, καὶ μετρίως στύφοντα, καὶ διὰ τοῦτο τινὲς αὐτὸ διδόασι δυσεντερικοῖς μετά τινος τῶν αὐστηρῶν οἴνων. *Gnaphalium, sic vocatur à foliis mollibus, quibus pro tomento utuntur. Sunt autem alba, & mediocriter adstringentia; quare, quidam ea exhibent dysentericis cum vino quodam acerbo.* Gnaphalion itaque, quasi tomentitia. Ad hujus exemplum, quæ mollia ac incana sunt, quæque pro tomento, quod culcitris infarcitur, usum habere possent, γναφαλώδη vocarunt: Dioscorides lib. 3. cap. 37. De dictamno. μείζω δὲ καὶ γναφαλώδη τὰ φύλλα ἔχει, καὶ ἐριώδη τινὰ ἐπίφυσιν. *At majoribus lanuginosisque foliis, ac lanosa quadam veluti pube obductis.* Sic cucurbitæ pars interior semen continens, candoris ratione cum mollitie, traditur γναφαλώδης. Recentiores γναφάδιον dixerunt. Hesychius γναφάδιον· γλαφάλιον βοτάνη. Etiam στοιβὴν, quod ejus folia tomentis servirent inculcandis, γναφάλιον vocarunt. Vetus lexicon γναφάλιον στοιβή. Sed contrarium existimo, puta γναφάλιον στοιβὴν vocatum. Nam in antiquis Dioscoridis codicibus legitur γναφάλιον, οἱ δὲ καὶ στοίβιον (pro quo στοιβὴν lego, ἐκάλεσαν, τοῦτο— *Gnaphalion, quidam & stoibion, sive stoiben vocarunt*, Romani centunculum vocarunt. Auctuarii auctor οἱ δὲ ἴρις, οἱ δὲ ἀμπιτοκὶς, - - ῥωμαῖοι κέντυλυμ, οἱ δὲ ἄλβινον. Lego οἱ δὲ ἴρης, οἱ δὲ ἀμπελότοκον —— ῥωμαῖοι κεντούνκουλουμ, *quidam hires, alii ampelotocos, quod inter vites nascatur* —— *Romani centunculum*. Quod centonibus maxima cum tomento sit cognatio, albinum à colore vocarunt. Meminit hujus Plinius lib. 27. cap. x. *gnaphalion, alii chamæzelon* (vir doctiss. ad hunc locum sic scribit, humilem esse herbam Dioscorides non ait, sed habere folia χαμαίζηλα, *in terram sparsa.* Quod ubi tradiderit, me fugit. Lego chamæxylon, id est parvum gossipium; quod tomentosa sua lanugine molli, candidaque, gossipii lanuginem referat. Imo nihil aliud, quanta est, nisi tomentum videtur, si radicem exceperis, & intimam florum superficiem) *vocant, cujus foliis albis, mollibusq; pro tomento utuntur. Sane & similia sunt. Datur in vino austero ad dysenteriam.* Viri doctiores, inter quos Clariss. Dodonæus, Gnaphalium & centunculum Plinii eandem putant esse plantam. De centunculo hæc Plinius lib. 24. cap. 15. *Nunc subtexemus herbas mirabiles quidem, sed minus claras, nobilibus in sequentia volumina dilatis. Itali centunculum vocant rostratis foliis, ad similitudinem capitis penularum jacentem in arvis: Græci autem clematidem. Est ejus egregius effectus ad sistendum alvum in vino austero. Sed Græci & clematidas alias habent.* Pro gnaphalio viri doctiores plantam hanc ostendunt. Huic cauliculi ac ramuli tenues, palmum alti, circa quos foliola parva, oblonga, unà cum cauliculis ac ramulis densa, candida, mollique lanugine pubescentia; quorum pro tomento usus esse potest: capitula in fastigiis emicant, abrotoni corymborum æmula, flosculi lutei ex his prodeunt, aut aurei fulgoris; radix in diversa tendit, dura ac lignosa. In Narbonensi Gallia plerisque in locis incultis, haud procul à mari, reperitur. Bilosellam minorem gnaphalium montanum vocant; quod locis montosis proveniat, ac folia ferat incana; mollia, ad imum pene tota, uti in bellide, reliquo caule pusillis, perpaucis & exilibus: in summo, sive fastigio flosculos habet parvulos, quatuor, quinque, pluresque

Gnaphalium montanum suaverubens Lob



simul junctos, quandoque albos, nonnunquam è rubro purpureos, subinde è purpura nigricantes, non rarò roseis, alias ex candido rubroque mixtis radix parva tenuis adnatis fibris descendit. Tota planta vix sesquipalmum æquat. Aridis utriusque Germaniæ locis, collibus, montiumque jugis satis familiaris. Pro gnaphalio antiquiores Botanici exhibent plantam, quam vulgo filaginem vocamus, ac à Plinio herba impia dicitur lib. 24. cap. 19. *Herba impia vocatur, incana, rorismarini aspectu, Thyrsi modo vestita atque capitata. Inde alii ramuli assurgunt sua capitella gerentes. Ob id impiam appellavere, quoniam liberi super parentem excellunt: alii potius ita appellatam, quod nullum animal eum attingat, existimavere.* Vulgata herba impia mollis ac tomentosa herba est. Quare non usque adeo à veritate aberrant, qui pro gnaphalio exhibuerunt. Cauliculos profert tres, aut quatuor dodrantales, quandoque aliores; circa quos foliola oblonga, angusta, utraque autem molli ac araneosa lanugine pubescentia: flosculi in fastigiis cauliculorum eminent, è luteo pallentes, in pappos tandem evanescentes, quorum posterius nati longioribus insidentes pediculis, priores superant; radix tenuibus cirris confibrata. Hujus nonnulla genera recentiores observarunt, quæ in phytopinace recenset Bauhinus, quem adeat lector. Filaginem Hermolaus cartofilaginem vocat; cum potius, ut Cæsalpino placet, dicenda sit ceratophylax; quod partem oculorum ceratoidem, id est, corneam tunicam defendat, salutique percussam restituat.

Divisio

Filago, sive Gnaphalion minus.



Divisio, inquit magnus Scaliger, *mirabilis*, στιχώδη καὶ σκανδικώδη *à florum ratione statuitur. Sanè τὸ στιχῶδες, ut in phlomis, & salviis & botry: altera verò divisionis pars non respondet Cæterum apta erat eorum quæ umbellam gerunt: qualia sunt fœniculacea At ille*, σκανδικώδη, *ab herba maximè ignobili: & mox* σκανδικώδη *exponit per* κιχωριώδη. *Sanè igitur dixisset* κιχωριώδη. *quod facit postquam* τὰ στιχώδη *exsequutus est Locus vero, præsertim grammaticis minime negligendus est, qui in Euripidis vita scandycem herbam cum legunt, & quid sit nesciunt, hinc unam è cichoraceis intelligunt speciem. In codice Græco tertia divisionis pars est* μυοφῶνα; *quod & omisit Theodorus, & auctor ipse nullo est exemplo prosecutus, & mendum est.* Hactenus magnus Scaliger. Scandycem esse ignobilem satis herbam, constare arbitror; nec Theophrastum unquam σκανδικώδη scripsisse. Caput sequens satis docet κιχωριώδη legendum. Tertia divisionis pars est μυοφῶνα. Quæ μυοφῶνα sint, me ignorare fateor. Non enim verisimile, de aconitis inter olera agere magistrum. De polii generibus, vel coma præditis plantis fortassis loquitur. Apud Nicandrum hoc epithethon polio adscribitur; cum Poëta in Alexipharmacis, canit Ἄσαις δὴ πολίοιο μυοκτόνου ἄρσενος ἄνθην. *Satura laborantem etiam polii masculi mures interimentis flore.* Ad hunc locum Scholiastes κόρεσον αὐτὸν τὸ ἄνθος τοῦ μυοκτόνου πολίου ἰδίως δὲ μυόκτονον εἴρηκεν, οὔπω γὰρ οὔτε κέκληκέ τις, οὔτε μῦας ἀναιρεῖ. κελεύει οὖν λαβεῖν πολίου ἄνθος, καὶ πηγάνου βλάστας, καὶ κάστορος ὄρχιν — *Purgat ipsum flos mures occidentis polii. Privatim myoctonon vocavit. Nemo enim polium sic vocavit, nec tollit mures Iubet itaque capere florem polii, ramulos rutæ, & testiculum castoris.* Supra libro sexto cap. primo ex Hesychio μυόφωνον ἀκονιτίαν dici probavimus. Ἀκονιτίαν Hesych. herbam dicit, qua canes à serpentibus demorsi curantur. Adversus serpentes polium, & hoc μυόκτονον. quod idem, ac μυόφωνον, vocat Nicander. An verò Theophrasti ejusve ævo polium quispiam μυόφωνον vocarit, affirmare nequeo. Hæc enim exercitii tantum gratia, dixi. Ita tamen ut si fortè verum sit Theophrasti ævo hoc nomen obtinuisse polium, quilibet hunc locum de coma præditis plantis explicare possit.

Hunc Plinius his verbis lib. I. cap. 17. exscripsit locum. *Multis inter hæc æterna folia, sicut quibusdam arborum, in primisque heliotropio, adianto. Aliud rursus spicatarum genus, ex quo est cynops, alopecuros, stelephuros (quam quidam ortyga vocant, alii plantaginem, de qua plura dicemus inter medicas) thryallis. Ex iis alopecuros spicam habet mollem, & lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis; unde ei & nomen. Proxima est ei & stelephuros; nisi quod illa particulatim floret. Cichorium & similia circa terram folia habent, germinantibus ab radice post virgilias.*

Inter spicosa numerat plantaginem, eique varia antiquissimis temporibus, nomina fuisse, ex hoc loco probari potest. Vulgatissimum tamen ἀρνόγλωσσον, quamvis Theophrasti temporibus στέλεφουρος vulgare nomen fuisse videtur. Ἀρνόγλωσσος, sive ἀρνόγλωσσον dictum videtur, quod agni linguam referant folia. Plantaginem cap. IX. hujus libri Theophrastus inter plantas, quæ humi sparsa folia habent, numerat. Hoc capite XI. qua ratione diutius floreat docet, (sed hoc infra examinabo) etiam inter spicatas recenset plantas Plantaginis duo genera Dioscorides lib. 2. cap. 153. describit. Ἀρνόγλωσσον (additur in Oribasii codice, οἱ δὲ ἑπτάνευρον, οἱ δὲ πολύνευρον, à nervis sic vocant. Hæc etiam apud neotericos nomina obtinet plantago. Pro numero enim nervorum plantaginis genera faciunt; ac aliud trinervium, sive τρίνευρον, aliud pentaneuron, aliud heptaneuron, aliud polyneuron vocant.) διττόν ἐστι, τὸ μὲν μικρόν. τὸ δὲ μεῖζον. ἔχει δὲ τὸ μὲν μικρὸν φύλλα στενότερα, καὶ μικρότερα (Oribas. μακρότερα. Hæc lectio non omnino à Saraceno improbatur, quod majoris plantaginis folia lata quidem sunt, at non adeo longa: minoris vero folia pro proportione longiora simul & angustiora visuntur; quod omnino verum esse, docet experientia) ἢ μαλακώτερα, καὶ λειότερα, καὶ λεπτότερα, καυλὸν δὲ γωνιοειδῆ (Doctiss. Saracenus καυλία γωνιοειδῆ, vel γωνιώδη; *alioquin*, inquit, *ista de foliis accipienda essent*, quasi voluerit Dioscorides ea jam à suo pediculo anguloso in terram procumbere, atque καυλίον pro foliorum ipso pediculo usurparit.) κεκλιμένα εἰς ἐπὶ τὴν γῆν, ἄνθη ὠχρά. τὸ δὲ σπέρμα ἐπ' ἄκρων τῶν καυλῶν. τὸ δὲ μεῖζον, εὐσαρκότερον, πλατύφυλλον, λαχανῶδες. καυλὸς δὲ ἐπὶ τούτου γωνιώδης, ὑπέρυθρος, ὕψος πήχεως, ἐκ μέσου μέχρι κορυφῆς σπέρματι περιεχόμενος λεπτῷ. ῥίζαι δὲ ὕπεισιν ἁπαλαί, δασεῖαι, λευκαί, πάχος δακτύλου. γεννᾶται δὲ περὶ τοῖς τέλμασι καὶ φραγμοῖς, καὶ ἐνίκμοις τόποις. εὐχρηστότερον δὲ τὸ μεῖζον &c. *Plantago duum est generum: minor enim una est, major altera. Ac minor quidem, foliis prædita est angustioribus, minoribus,* (*longioribus* Oribasius) *mollioribus, lævioribus, ac tenuioribus. Cauliculis verò angulosis ad terram inclinatis; floribus autem pallidis, ac semine summis caulibus emicante At major & amplior lætiorque est, & latifolia in oleris usum apta.* (Sunt qui λαχανῶδες *brassicæ similem* vertant: quia λαχάνου nomine Græci brassicam designant. Alii verò, cum Atheniensibus beta, ut supra diximus, κατ' ἐξοχὴν λάχανον dicitur, *betaceum* vertere malunt. Accedit quod maximè betæ assimiletur. Saracenus tamen *oleraceum* interpretatur; idque vel quod oleris modo seratur ac fruticet, vel quod oleris usum præstet. Quod ipse probat Dioscorides, cum infra dicit ἑφθὸν δὲ τὸ λάχανον μεθ' ἁλῶν καὶ ὄξους λαμβανόμενον, — *Coctum vero olus cum sale & aceto sumptum.* Idem etiam non ita multo post, vice betæ plantaginem cum lenticula coqui solitam scribit, δίδοται δὲ καὶ μετὰ φακῆς ἀντὶ σεύτλων συνεψόμενον. *Datur in locum betæ, cum lenticula coctum.*) *Caulis huic angulosus, subruber, cubiti altitudine, à medio ad verticem tenui semine circumdatus. Radices subjacent teneræ, hirsutæ, candidæ, digitali crassitudine. Nascitur in paludibus, sepibus, ac locis uliginosis. Major porro efficacior est.* Recentiores multo plura observarunt genera, quæ à Bauhino in phytopinace recensentur. Meminit Plantaginis Plinius lib. 25. capite 8. *Celebravit & Themison medicus vulgarem herbam plantaginem, tanquam inventor, volumine de ea edito. Duo ejus genera. Minor angustioribus foliis & nigrioribus, linguæ pecorum similimis* (hac de causa προβάτειον dicta à Græcis. Auctuarii auctor

auctor οἱ μὲν ἀρνεῖον, οἱ δὲ προβάτειον, οἱ δὲ κυνόγλωσσον, *nonnulli arnion quasi agninam; alii probation, quasi pecoris linguam, vel ovinam, alii cynoglossum quasi canis linguam, alia tamen planta cynoglossi nomen habet* (de qua mox) *caule anguloso, in terram inclinato, in partis nascens. Altera major foliis laterum* (costarum) *modo inclusa; quæ quia septena sunt, quidam eam heptapleuron vocavere; hujus & caulis cubitalis est, ut napi similis. Nascitur in humidis multo efficacior. Napi similem caulem*, inquit. Viri doctiores auctoris scribas, quorum in his colligendis opera utebatur, legisse, καυλὸς δὲ καπυὸς τούτῳ γωνιώδης; vel apud Herbarium Græcum, ex quo hæc sumpta sunt, scriptum fuisse, καυλὸς δὲ αἰπὺς τούτου, *caulis hujus procerus.* Sed non est in culpa Plinius, quia Cornarius in antiquissimo exemplari scriptum refert. *Hujus & caulis cubitalis est & angulosus.* Solet alioquin, vel non satis attendere ad Liberti verba, vel vocum vicinitate decipi Plinius, uti quæ sequuntur satis ostendunt. *Iungitur*, inquit, *cynoglossos* (nempe buglosso & plantagini) *caninas imitans linguas* (in altero exemplari legitur *imitatur*) *topiariis operibus gratissima* (dicimus cynoglossos & cynoglosson) *ajuntque quæ tres Thyrsos seminis emittat, ejus radicem potam, ex aqua ad tertianas prodesse, quæ quatuor ad quartanas.* Posteriora hæc ex Dioscoride transcripsit; qui hæc non de cynoglosso, sed arnoglosso recenset. Cynoglossi Historiam Dioscorides lib. 4. cap. 129. his fere verbis tradit, Κυνόγλωσσον φύλλα ἔχει ἀρνογλώσσῳ τῷ πλατυφύλλῳ ἐμφερῆ, στενότερα δὲ καὶ μικρότερα, χνοώδη, ἄκαυλον, ἐπὶ γῆς ἐστρωμένον. φύεται ἐν ἀμμώδεσι τόποις. *Cynoglossum folia latifoliæ plantaginis habet, at angustiora, & minora, lanuginosa, caule vacat, humique sternitur; provenit in sabuletis.* Recentiores cynoglossum, caulem floremque emittere observarunt; Illud etiam, quod nec primo, quandoq; nec secundo, tertioq; anno caulem emittat, sed solummodo foliis humi sparsis conspiciatur, caule, flore, semine viduum. Eo toto tempore quo caule destitutum fuit, à Dioscoride observatum fuisse fit verisimile. Ni forte caule vacare voluit Dioscorides cum humi sternitur, eoque tempore adversus canum morsus, alopecias &c. prodesse maximè; alioquin Plinius semen ejus observavit; *Iungitur & cynoglossos* ——— *est alia similis ei, quæ ferat lappas minutas: ejus radix, pota ex aqua ranis & serpentibus adversatur.* Non similis est cum vulgata hæc cynoglosso, sed planè eadem. Picturas duas addidimus, quarum altera cynoglosson caule viduum,

Cynoglossum sine flore.



Cynoglossum cum flore.




foliis humi stratis exhibet; altera cum caule, flore, semineque. Cynoglossi genera nonnulla observarunt recentiores, de quibus Lector videat Bauhinũ in phytopinace. In Batavia cynoglosson maximum non rarò occurrit, sed id soli terræque diversitati adscribo; etiam vulgare majus, cujus figuram addidimus. Hoc caulem emittit cubitalem, rotundum, & ipsum aliquatenus incanescentem (observavi semel atque iterum esse rubentem quandoque) in alas divisum, circa quas ordine digesti flosculi, puniceo colore purpurascentes; quandoque, sed rarius albo; succedunt singulis quaterna simul cohærentia semina, aspera, & lapparum modo vestibus inhærentia; medius inter quæ stylus exiguus, non rarò durus ac pungens. Radix est crassa, recta, altéque descendens. Errare illos vix dubito qui plantaginem mediam Dodonæi, sive incanam Lobelii pro cynoglosso habent. Folia enim hæc emittit nec angustiora multum, nec minora à vulgata; nec locis arenosis, sed humidis nascitur. A vero etiam illi recedunt, qui lycopsin, sive echium Dodonæi alterum, pro cynoglosso ostendunt. Nam hæc arnoglosso vulgari folia habet planè dissimilia, aspera quidem, sed non lanuginosa. Ad plantaginem redeo. A Theophrasti plantagine Dioscoridis diversa esse scribit magnus Scaliger; ac quam vulgo lanceolatã vocant, pro Theophrasti agnoscit plantagine. Sed hæc acutam satis ostendit spicam, major verò minus acutam, Lobelius melampyron esse, sive triticum vaccinum stelophyron putat; quod infra examinabimus.

Vulpinam caudam, sive alopecurum satis diligenter describit Præceptor. Nomen accepisse scribit, quod vulpium caudis similem ferat spicam. Geniculatis culmis, foliisque frutaceis similis est, culmos tamen habet breviores, foliaque minora; spica ejus nec acuta, nec aristata est, sed mollis, hirsuta, densaque lanugine constans; haud multum dissimilis vulpium caudis, semine sata satis feliciter assurgit, sponte in arvis Galliæ, præsertim Narbonensium provenit. Quæritur an alopecouros Theophrasti, & λαγώπυρος Hippocratis eadem, an diversa sit planta. His fere verbis lagopyrum describit Divinus senex, lib. de ulceribus Πληροῖ δὲ μάλιστα τὰ κοῖλα τὰ καθαρὰ, ποίη, ἣ λαγώπυρος ὄνομα. ἔστι δὲ πιτύροισιν ὁμοίη, ὅταν ἀναίνηται. μικρὸν τὸ φύλλον ὥσπερ καὶ τὸ τῆς ἐλαίης καὶ μακρότερον. *Maximè autem replet cava, pura, herba lagopyrus nomine: est autem tritico* (interpres Cornarius πυροῖσιν, non πιτύροισιν id est, *furfuribus*, legit; cujus malim lectionem sequi,


ſequi ; præſertim cum codices exſtent, in quibus ſic ſcriptum reperitur,) *ſimilis ubi areſcit, folio parvo velut olea, ſed longiore*. Galenus in gloſſis λαγώπυρον, tum per λαγωϊάτην exponit, & obſcurũ per æquè obſcurum interpretatur. λαγώπυρος, inquit, ἡ λαγωϊάτη καλουμένη βοτάνη. Alii lagopoda Dioſcoridis Pliniique putant. Neuter hujus tradidit ullas notas ; ſed uterque, tanquam vulgatiſſimam herbam, ejus delineationem omiſit. Dioſcorides lib. 4. cap. 17. & Plinius lib. 26. cap. 8 Pro lagopode recentiores oſtendunt plantam cujus effigiem addendam curavimus, quæ in piloſa ſpica glumas villoſaſque quaſi ariſtas mollicellas, leporini pedis hirſutiem & colorem æmulantes, habet. Tritico cum areſcit multo ſimilior alopecuros quam lagopus ; idque quia & folium, & culmum tritico ſimile gerit alopecuros ; lagopus vero culmũ tritici, folium trifolio ſimile ; lagopi vero folia olivæ ſimiliora quam alopecuri, ſed minora oleaceis fert lagopus, ternaque è viticuloſis cauliculis. Majora oleæ fert alopecurus ; cujus & oleæ comparari poſſent, ſi latiora & minora paulum forent. Utraque ulceribus cavis replendis ſatis aptam fert ſpicam. Alopecurus vel major, vel minor reperitur. Major ſpica eſt rotundiore, minor longiore : Variat hæc in magnitudine & ſpicarum longitudine, quæ in altera longior, in altera brevior & rotundior. Eſt & altera alopecuros Lobelii major, ſpica longiore, quam alii juncum marinum gramineum, foliis ſchœnanthi appellare malunt ; Lagopi etiam genera nonnulla. Trium icones adpingi curavimus, & hæ Batavo in ſolo maxime reperiuntur. Lagopus ſive pes leporinus minor. Hujus ſpica colore variat : nam lutea,

Lagopus minor.



ſed rarius videtur, ſæpius cineritia aut albeſcens, nunquam rubeſcens. Memini me rubram purpuream vidiſſe. Magnitudine etiam variat. Nam aliquando major, aliquando minor ſpica conſpicitur, ſed ſolo hoc debetur, etiam & illud quod foliis aliquando latioribus, aliquando anguſtioribus reperiatur ; nec non cauliculo altiore, & humidiore ; frequens in ſegetibus, nec non locis ſiccioribus ac aridioribus (non tamen omnino ſabuloſis) reperitur. Alterum genus lagopum folio pinnato vocant. Hujus varietas in folio, quod marceſcens in calidioribus regionibus nitore, lævore ac ſtriis elegantiſſimis avium pennas imitetur, foliis filicis oſmundæ par. Tertium genus lagopum folio & facie trifolii pratenſis vocant. Quartum genus deſcribit Lobelius, & anguſti folio lagopum vocat.

Lagopus major alter Dodon. ſive Lagopus folio pinnato.



Lagopus major folio trifolii Dodon.




Non tantum ſpicata eſt θρύαλλις tertium verbaſci genus, ſed omnia verbaſca, eo tantum excepto quod ſalvifolio eſt, verbaſcum : φλόμος Græcis dicitur, à φλέγω uro. φλόμος itaque, quaſi φλόγος flamma, quod hujus foliis caulibuſque pro elychniis uterentur. Apud Suidam φλῶμος legitur ; φλῶμος βοτάνη ᾗ καὶ ἀντὶ ἐλλυχνίου χρῶνται.


χρῶνται. Ἀιλιανὸς ἔμβαλον δὲ εἰς τὴν λίμνην φλόμου φύλλα. *Phlomos herba cujus pro elychniis usus est. Ælianus injice in stagnum verbasci folia.* Apud eundem etiam legitur φλόμος βοτάνη. Et sic apud Aristotelem scribitur lib. 8. Hist. Anim. Quibusdam etiam πλόμος dictum verbascum fuit. Gal. lib. 8. simpl. φλόμος, ἔνιοι δὲ διὰ τὸ π γράφουσίν τε καὶ λέγουσι. *Phlomos quidam per π litteram scribunt & proferunt.* Candelariam recentiores vocant; quod caulibus adipe, sevo, vel pingui aliquo illitis, nonnulli pro candelis sive funalibus utantur. Officinis tapsus barbatus, vel, ut aliis placet, taxus, quod toxiacis adversetur. Vide de Thapso plura li. 9. ubi de glycyrrhiza & Thapsia nobis, sermo. Barbatus à densa lanugine qua candelæ tomenti bombacei instar, aluntur & concinnantur, dicitur. Marcellus Empyricus verbascum lucernariam vocat. Etymon quilibet facile videt. Verbasci plura sunt genera, de quibus hæc breviter Galenus: Η᾽ μὲν τις ἐστὶ τοῖς φύλλοις λευκή, ἡ δὲ μέλαινα. καὶ τῆς λευκῆς ἡ μὲν ἄρρην, ἧς τὰ φύλλα στενότερα, ἡ δὲ θῆλυς, ἧς μείζω. καὶ πρὸς ταύταις, ἑτέρα φλόμος ἀγρία προσαγορευομένη, χρυσοειδὴς δ᾽ ἐστί, καὶ μηλίζουσα τοῖς ἄνθεσιν. ἄλλη δέ τις ἐπὶ ταύταις, ἣν ἰδίως φλομίδα καὶ θρυαλλίδα προσαγορεύουσι; *Quædam foliis alba est, quædam vero nigra, & albæ quidem mas est, cujus folio angustiora: fœmina cujus majora; & præter has est alia Phlomos agria, id est, sylvestris cognominata, flores habet aureos & luteos sive melinos: sed & alia præter has est, quam proprie Phlomida nominant & Thryallida.* Dioscorides duas phlomides, & præter has Thryallida luculenter satis, uti & genera reliqua, describit, lib. 4. cap. 104. inquit, φλόμος τὴν μὲν ἀνωτάτω διαφορὰν ἔχει διττήν. ἡ μὲν γάρ ἐστι αὐτῆς λευκή, ἡ δὲ μέλαινα; καὶ τῆς λευκῆς ἡ μὲν θήλεια, ἡ δὲ ἄρρην. Τῆς μὲν ἐν θηλείας τὰ φύλλα παραπλήσια ἐστι κράμβῃ δασύτερα δὲ πολλῷ, καὶ πλατύτερα, καὶ λευκὰ (Oribasius λευκότερα) καυλὸς πηχυαῖος ἢ καὶ μείζων λευκός, ὑπόδασυς. ἄνθη λευκὰ ἢ ὑπώχρα; (Oribasius ὑπόχλωρα) σπέρμα μέλαν, ῥίζα δὲ μακρά, στρυφνή, πάχος ἔχουσα δακτύλου, φύεται δὲ ἐν πεδίοις. ἡ δὲ ἄρρην καλουμένη λευκὴ φύλλοις ὑπομήκης δὲ καὶ στενότερα τοῖς φύλλοις, καὶ τῷ καυλῷ ἰσχνοτέρα. ἡ δὲ μέλαινα ὅμοια ταῖς λευκαῖς κατὰ πάντα πλατυφυλλοτέρα μὲν ἔτι καὶ μελάντερα τοῖς φύλλοις ὑπάρχει γίνεται δὲ καὶ λεγομένη ἀγρία ῥάβδους ὑψηλὰς φέρουσα, καὶ δὲν δρώδεις, φύλλα ἐλελισφάκῳ ὅμοια. Ἔχει δὲ κλῶνας περὶ τὰς ῥάβδους ὥσπερ πράσιον, ἄνθος μήλινον, χρυσοειδές. εἰσὶ δὲ καὶ φλομίδες διπλαῖ, δασεῖαι περιφυεῖς τῇ γῇ, στρογγύλα ἔχουσαι τὰ φύλλα καὶ τρίτη φλόμος καλουμένη λυχνῖτις, ὑπὸ δέ τινων θρυαλλὶς φύλλα γ᾽ ἢ δ᾽ ἢ πλείονα ἔχουσα παχέα, λιπαρὰ δασέα εἰς ἐλλύχνια χρήσιμα. *Verbascum genera summa habet duo: siquidem hoc album, illud nigrum est: rursumque in albi genere alterum mas est, alterum fœmina, ac fœminæ quidē folia sunt brassicæ, at pilosiora multo latioraque, & candida; caulis cubitalis, aut amplior, albus, subhirsutus: flores candidi, aut quadantenus ex luteo pallescentes: semen nigrum: radix longa, gustu acerba, crassitudine digiti: Nascitur in campestribus; Qui vero mas appellatur, albis est, oblongis, angustioribusque foliis, ac tenuiori quoque caule. Nigrum autem albo prorsus esset simile, nisi latioribus nigrioribusque foliis constaret. Est & verbascum sylvestre, virgas gerens altas, & arboris specie lignosas, folia salviæ. Habet autem, uti marubium, verticillato circa virgas ambitu florem luteum, auro similem* (vulgatam si velimus sequi lectionem interpretandum foret, *& ramos in virgis habet*, quod ineptum est. Oribasius legit. φύλλα ἐλελισφάκῳ ὅμοια ἔχει δὲ κύκλῳ. *Folia habet salviæ similia in orbem posita.* Eandem fere lectionem in vetusto codice repperit Lacuna. φύλλα δὲ ἐλελισφάκῳ ὅμοια ἔχει κύκλῳ περὶ τὰς ῥάβδους ὥσπερ πράσιον. In altero vetusto etiam codice ἀντὶ κλῶνας scribitur, δακτύλους; pro quo fortè reponendum σφονδύλους *verticillos* Saracenus, cujus & nos lectioni subscribimus, unica tantum vocula mutata vulgatam retinet lectionem; ac ἀντὶ τοῦ κλῶνας, legit κύκλῳ. Neque enim foliorum, sed florum potius situm, circa virgas hic depingere velle videtur Dioscorides, qualem nimirum, & in utroque marubio descripserat, dum marubii quidem nigri flores diceret, περίκειται τοὺς καυλοὺς τροχοειδῶς, albi verò, διαστήματα σφονδύλους. Addita insuper figura sic sese flores hujus verbasci habere satis ostendit.) *Sunt porro & phlomides duæ, hirsutæ, humiles, rotundisque præditæ foliis. Tertia præter has est, quæ lychnitis vocatur, ab aliis Thryallis, foliis ternis* (foliorum numero vetus caret codex) *quaternisque aut etiam pluribus, crassis, pinguibus, & hirsutis. ea ad lucernarum elychnia apta est.* Videt Lector in distinguendis verbasci generibus Galenum sequi Dioscoridem, præterquam quod Phlomida; & Thryallida unum faciat genus, cum Dioscorides duas Phlomides, ac unum ab eo diversum θρυαλλίδα vocari scribat. Plinius lib. 25. cap. x. aliam à Dioscoride & Galeno dat verbascorum differentiam. Etenim cum Dioscorides & Galenus verbascum distinguant in album & nigrum, albumque subdividant in marem & fœminam, hic album marem scribit, nigram fœminam, ac tertium genus brassicæ folio, quod Dioscorides fœminam vocat, quasi à fœmina diversum foret, describit. Sic inquit, *Verbascum Græci phlomon vocant; genera habet prima duo; album, in quo mas intelligitur; alterum nigrum, in quo fœmina. Tertium genus, non nisi in sylvis reperitur. Sunt folia brassicæ latiora* (hæc de fœminâ Dioscorides, ac in campestribus reperiri scribit) *pilosa, caulis erectus, cubitali amplior. Semen nigrum, inutile. Radix una crassitudine digiti; Nascuntur & in campestribus; Sylvestri folia elelisphaci, alta, ramis lignosis. Sunt & phlomides duæ hirsutæ, rotundis foliis, humiles. Tertia lychnitis vocatur, ab aliis Thryallis, foliis ternis; aut cum plurimum quaternis* (& hoc præter veritatem, & à Dioscoridis mente alienum) *crassis pinguibusque, ad lucernarum lumina aptis: Ajunt in foliis ejusquam fœminam diximus, ficus omnino non putrescere. Distingui genera hæc penè supervacuum est, cum sint omnia pene ejusdem effectus.* Hæc Plinius. Alia ab his planè diversa, tradit verbasci genera Nicandri scholiastes, vel, quod veritati magis consonum, turpiter lapsus est. Hæc ad hunc Nicandri versum.

Λάζεο καὶ πυράκανθαν, ἰδὲ φλόμου ἄρρενος ἄνθην. *Accipe pyracanthen & verbasci masculi flores.* Τοῦ δὲ φλόμου δύο εἴδη ὁ Θεόφραστος φησὶν εἶναι, ἄρρεν καὶ θῆλυ, ἃ ὡς Κρατεύας φησὶν ἔχειν διαφοράς. τὸ μὲν γὰρ ἔχει τὰ φύλλα ὅμοια μαράθῳ, μακρότερα δὲ λεπτότερα. Τὸ δὲ ὁμοια κοριάνῳ. *Verbasci duo genera inquit esse Theophrastus, marem nempe & fœminam, ac has ut Crateras inquit, differentias habent, quod folia mas fœniculo similia, sed longiora & tenuiora habeat; fœmina vero Coriandri foliis spectetur.* Hæc præter veritatem esse auctores jam citati, etiam experientia testantur, nec refutatione ulla ac probatione ulteriore opus est. Verbascum fœmina folia habet ampla, lata, magnaque, enulæ facie, cana; molliq; lanugine obducta, ad instar gnaphalii, ac æthiopis. Caulem gerit triū quatuorve cubitorum altitudine, à sui medio, summo tenus, floribus

Tapsus barbatus fœmina flore albo.



Verbascum fœmina flore pallido.



stipatum albis, vel subpallidis odoratis, radix pollicari est crassitudine.

Mas foliis constat incanis, sed minoribus; caulis quandoque trium, vel quatuor cubitorum conspicitur magnitudine, floribus odoratis, fœminæ similibus; sed minoribus. Nigro verbasco nigricant folia, haud quaquam lanuginosa aut mollia, sed aliquantulum aspera, & nonnihil graveolentia, magnitudine fœminæ: singulares caules respondent: flores quoque assimiles, lutei, staminibus in medio, nec radix differens est. Sylvestre verbascū illud est, quod vulgo phlomos, sive verbascum salvi folio Mathioli vocant; foliis est scabris, albidis, aliquantum hirsutis, salviæ similibus, quadrangulis, in virgis lignosis, bicubitalibus, ac interdum multo majoribus; flores verticillatim superiores cauliculos ambiunt, patentibus lamii floribus similes, sed majores & colore lutei, radix nigricans & lignosa. Lugduni Batavorum in horto Academico vidi hoc verbascum humanam altitudinem superare; in nostro quotannis floret, verum tantum bicubitale est. Huic simile quod φλόμον λυχνῖτιν vocant. Folia hoc salviæ tenuifoliæ penè similia fert; longiora tamen & angustiora, crassiuscula, candicantia, inferiore parte densa, & fere alba lanugine (quæ in altera non usque adeò conspicua) prorsus obsita. Inter hæc cauliculi exeunt drodrantales plerumque, interdum paulo majores, quadranguli, villosi & candicantes, è quorum geniculis bina folia longiuscula, superioribus similia, inter se opposita alternatim nascuntur; cauliculorum fastigia breviora habent, & sede latiuscula: flores lamii; lutei coloris, circa extremos cauliculos verticillatim ex densa lanugine, & quasi villis quibusdam pallidis prodeunt, coma plerumque inflexa & nutante; radix nigricans in altum demittitur, fibris convestita. Hoc genus phlomon lychnitin quidam Dioscoridis esse credunt, de qua mox. Phlomides quidam putant esse eas plantas, quas vulgo primulas veris vocant. sed his nec folia rotunda, nec hirsuta. Ultimum genus vulgo lychnitin, sive θρυαλλίδα Dioscorides vocari ait. Jam dixi quosdam pro lychnitide habere verbascum salvi-tenuifolium, idque quia ejus folia non modo sicca, sed etiam recentia oleo imposita ellychnii vicem supplere possint, si accendantur. Theophrastus θρυαλλίδα inter spicata recenset, quæ nec acutam, nec aristatam gerunt spicam. Verbascum hoc spicatum an dici possit, meritò in dubium vocari posse, descriptio data & icon satis ostendunt. Thryallidis folia pingua, inquit, Dioscorides, hujus scabra & macra, quæ crassa dici nequeunt. Quod Mathiolus pro lychnitide ostendit, id nobis proximè ad descriptionem accedere videtur. Spicatum genus hoc

Verbascum lychnites Mathioli, mas alter Lobelij.



Verbascum mas prior Lobeijl.



foliis verbasci maris pinguibus, molli canaque lanugine obductis flosculos fert luteos interdum; sed rarius albos. Insuper à mari differt, quod plures ostendat spicas, hoc est quod caulis in plures, parte superiore, ramos dividatur. Clariss. & Celeberrimus Botanicus,

cus, ac in re botanica facile princeps lychnidem coronariam, de qua supra, Thryallida esse contendit, insuper lychnitin flore esse rubro, idque quia Nicander in Theriacis cecinit

ἴσαται λυχνὶς ἔνερθεν, ἐρευθήεσσι θρύαλλις.

Lychnideque inferna, rubraque Thryallide natum.

Rubrum dixit poëta; non quod totus flos ruber sit, sed quod lineolas quasdam rubras habeat. Lychnidem hanc non esse θρυαλλίδα probatur, quod foliis constet nec crassis, nec pinguibus. Et quod maximè cogit à Clariss. viri sententia abire est, quod nec spicam, nec spicæ simile quid ferat. A verbasco ad Æthiopidem venio, quod verbasco accomparari à Dioscoride capite sequenti video. Immo inter verbasca à nonnullis poni, ac ab aliis vocari Æthiopim phlomitim. De Æthiopide hæc Dioscorides, Αἰθιοπὶς καὶ αὐτὴ παραπλήσια φλόμῳ ἔχει τὰ φύλλα, δασέα δὲ λίαν (*Ald.* καὶ λεῖα) καὶ πυκνά, κύκλῳ περὶ τὸν πυθμένα τῆς ῥίζης. καυλὸν τετράγωνον, παχὺν καὶ τραχὺν, ἐοικότα μελιτταίνῃ ἢ ἀρκτίῳ μασχάλας ἀφιέντα πολλάς. καρπὸν δὲ περὶ μέγεθος ὀρόβου σὺν δύο ἐν ἑνὶ ἀγγείῳ ῥίζας ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πυθμένος πολλὰς, μακρὰς, παχείας, γενομένας κολλώδεις. γίνονται δὲ ξηραινόμεναι μέλαιναι καὶ σκληραὶ κέρασιν ἐοικυῖαι. πλείστη δὲ γεννᾶται κατὰ τὴν Μεσσηνίαν καὶ τὴν Ἴδην. *Æthiopis folia etiam habet verbasco similia, perquam hirsuta, densaque, & circa imam radicem orbem conficientia: caulem quadrangulum, crassum, & scabrum, similem apiastro aut arctio, multis concavum alis. semina, ervi magnitudine, bina in singulis conceptaculis; radices ab eodem cespite numerosas, longas, crassas, & gustu glutinosas, quæ siccæ nigrescunt, duranterque ut cornua videri possint. plurima in Messenia & Ida nascitur.* Hæc de æthiopide Plinius lib 27. cap. 4. *Æthiopis folia habet phlomo similia, magna, & multa & hirsuta ab radice: caulem quadrangulum, scabrum, similem arctio, multis concavum alis: semen ervo simile* (Dioscorides *magnitudine*) *candidum* (hoc unde habeat Plinius ignoro, nigrum semen habet planta quę vulgo pro Æthiopide ostenditur) *Radices numerosas, longas, plenas, molles, glutinosas gustu. Siccæ nigrescunt, duranturque* (opt. codex *indurescunt*) *ut cornua videri possint. Præter Æthiopiam* (nec hoc Dioscorides) *nascuntur, & in Ida monte Troadis & in Messenia. colliguntur autumno, siccantur in sole aliquot diebus, ne situm sentiant ——— sed quæ ex Æthiopia venit, eximia est.* Idem Plinius lib. 24. cap. 17. *Æthiopida in Meroe nasci, ob id & meroidem appellari folio lactucæ hydropicis utilissimam.* Vel fallitur Plinius, vel aliam quam Dioscorides Æthiopidem describit. Æthiopidem Plinius dictam putavit, quod optima in Æthiopia nasceretur. Id ex verbis citatis colligi potest, ac ex præfatione libri 27. *Itemque Æthiopidem ab exusto sideribus axe alias præterea aliunde ultro citroque humanæ saluti in toto orbe portari, immensa Romanæ pacis majestate.* Alii, cum viderent præter Plinium neminem tradere in Æthiopia provenire, vel inde adferri; per anthiphrasin hoc nomen inditum putant, quod candida sit tota planta. Ob candida, molliaque folia, nec non caules, Monspelienses cotonatiam vocant. (si modo ea planta Æthiopis cui vulgo nomen illud damus.) Alii Æthiopidem dictam credunt, quod fuliginosa sit, ac quasi cinere aspersa. Αἴθοψ enim Græcis *fuligo*, sive *favilla adulta.* Nec desunt qui à nigra radice nomen accepisse putant. Horum, ut etiam Plinii, improbamus opinionem. Æthiopis, vulgata satis planta, foliis constat latis, mollibus, albidis, lanuginosis, verbasci similibus; sed candidioribus, copiosioreque lanugine pubescentibus, per margines sinuosis, ferratis, magna ex parte orbiculariter humi decumbentibus. Caulis quadratus, hirsutus, incanus, cubitalis, nonnunquam sesquicubitalis, in ramulos sive alas distributus: Circa quas flores per intervalla ordine digesti, candidi, cucullum referentes, lamii floribus similes: Semen hormino non dissimile; plura in uno vasculo, non bina, ut Dioscorides scribit, nec ervi magnitudine, sed minora paulum. Radices habet longas, quæ antequam caulem proferat planta, glutinosæ & viscidæ sunt; secus postquam in caulem abierit, eædem exsiccatæ nigrescunt, ac duræ admodum fiunt; non tamen adeò ut cornu duritiem acquirant. Nec hanc mentem Dioscorides esse puto; verum duras esse, formamque cornu non dissimilem ostendere. Qui hanc phlomon lychnitin putant, à vero aberrant; quod nec folia pinguia, sed squalida ferat. Altero à satu anno planta hæc caulem, florem, ac semen fert, ac deinde ut plurimum perit, rariusque superstes manet. Hyemis sævitiam apud nos tolerat, nec unquam periisse observavi. De hac Plinius lib. 26. cap. 4. *Super omnia adjuvère eum magicæ Vanitates, in tantum evectæ, ut abrogare herbis fidem cunctis possent. Æthiopide herba amnes ac stagna siccari conjectu, tactu clausa omnia aperiri.* Fidem superat quod Cogheus scribit lib. 2. cap. 24. *Quid in Æthiopide apparet, cujus vi claustra aperiantur? At ajunt tamen aperiri, recenti etiam Venetiis insignis furis exemplo. Quæ res nisi pravorum potius dæmonum vim sequitur* (*quod maximè arbitramur*) *non habebit aliam causam, quam formam.* Hæc si vera forent, & hac si polleret virtute Æthiopis, apud Batavos laqueo pœnas non luerent fures. Quippe non solent laqueo puniri, ni plura claustra fregerint, fenestras, foresque vi aperuerint.

Plantaginem non particulatim, sed per totam spicam flores edere, ad instar tritici, scribit Præceptor; cum tamen eodem hoc capite contrarium scribere videatur. Ex singulis enim floribus proventum prorogare scribit. Id quod in vulgata plantagine, maximè in rosea observare licet. Dicendum stelephurum, & arnoglossum vulgare, plantas diversas esse. Id quod ex hoc Theophrasti loco satis clarè percipitur. Quæ vulgari plantagini similitudo cum cauda; vulpina huic stelephurum similem esse inquit Theophrastus, nisi quod alopecuros particulatim, non per totam spicam, uti stelephuros, flores proferat. Insuper flos plantaginis neutiquam lanuginosus, etiam acuta ejus est spica, cum nec acutum, nec aristatam stelephuri spicam scribat Theophrastus. Denique quæ plantagini cum tritico similitudo? Theophrastus stelephuron tritico similem facit, nisi quod foliis sit latioribus. Quę stelephurus sit planta me ignorare fateor. Fortassis non multum à vero absunt qui triticum vaccinum vulgo dictum pro stelephuro habent. Caulem gerit cubitalem, aut minorem, in alas divisum; folia oblonga, acuminata, nigricantia, per oras serrata, osyridis vel rubiæ latiora, quæ tametsi dispari magis ordine, tamen stellatim oriuntur. Spicas in summo caulium latas, crassas, aspectu pulchras, caudæ vulpinæ non usque adeò dissimiles, foliorum florumque è cæruleo purpureorum plenas; quæ postquam defloruerint, ex luteo ceruleoque permistis virent, ac complures folliculos latos proferunt, in quibus bina ut plurimum semina, triticeis similia, sed minora nigrioraque. Variat hæc floris colore, vel est infernè supernèque puniceo medio candidis foliis laciniatis, vel infernè puniceo, supernè luteo, foliis minoribus: vel flore luteo in summo albicante, vel infernè candido, supernè luteo, vel ex albo viridique misto. Reperitur & alia tritici vaccini species, quæ dodrantem aut sesquiunciam vix superat, tota facie superiorem præfert: Sed flos illi luteus, & folia altius divisa, coronopo propriora. Et hac de causa fortassis ortygos nomen ei datum. Alii triticum vaccinum pro melampyro Theophrasti habent, quorum opinionem libro sequenti examinabimus.

ΚΕΦ. ΙΑ. — CAP. XI.

Cichoracea omnia annuo folio constare. Item de caule cichoreæ, id est intubi. De porcellia, aphaca, amaragine. Hinc repetitio differentiarum radicum. De astula regia, epimenidea, scylla, aro, dracunculo, ense, Theseo.

ΤΑ δὲ κιχωριώδη, πάντα μὲν ἐπετειόφυλλα καὶ ῥιζόφυλλα. βλαστάνει δὲ μετὰ Πλειάδα πλὴν τῆς ἀφάκης. τοῖς δὲ καυλοῖς καὶ ταῖς ῥίζαις μεγάλας ἔχουσι διαφοράς. * οἱ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων

* ἀρίζαι. Ald. & Bas.

CIchoracea vero omnia folio annuo, & ab radice foliata sunt. Germinant post vergilias, aphaca excepta. Sed caulibus atque radicibus differentias magnas habent. Quippe cum cæterorum caules simpliciores minoresque exurgant. Cichoreæ, id est intubi,

ἁπλούστεροι καὶ ἐλάττους· ὁ δὲ τοῦ κιχωρίου μέγας, καὶ ἀποφύσεις ἔχων πολλάς. ἔτι δὲ γλίσχρος καὶ δυσδιαίρετος. διὸ καὶ δεσμῷ χρῶνται. παραβλαστικὸν δὲ καὶ τῇ ῥίζῃ, καὶ ἄλλως μακρόρριζον. διὸ καὶ δυσώλεθρον. ὅταν γὰρ ἐκλαχανίζωνται, πάλιν τὴν ὑπόλοιπον ἀρχὴν λαμβάνει γενέσεως. συμβαίνει δὲ καὶ παρανθεῖν αὐτοῦ μέρος ἄλλο καὶ ἄλλο. καὶ τοῦτο ἄχρι τοῦ μετοπώρου, σκληροῦ δοκοῦντος εἶναι τοῦ καυλοῦ. φέρει δὲ καὶ * λόβον, ἐν ᾧ τὸ σπέρμα περὶ τὰ ἄκρα τῶν καυλῶν. ἡ δὲ † ὑποχοιρὶς λειοτέρα καὶ ἡμερωτέρα τῇ προσόψει καὶ γλυκυτέρα, καὶ οὐχ ὥσπερ ἡ ‡ χανδρὰς· ἀλλὰ τὸ ὅλον οὐκ ἐδώδιμος. αὕτη γὰρ ἄβρωτος· καὶ ἐν τῇ ῥίζῃ δριμὺν ὀπὸν ἔχει καὶ πολύν. ἄβρωτος δὲ καὶ πικρὰ ἡ ἀφάκη. πρωὶ ἀνθεῖ δὲ, καὶ ταχὺ γηράσκει καὶ ἀποπαππoῦται. εἶτ' ἄλλο φύεται πάλιν καὶ ἄλλο. καὶ τοῦτο παρ' ὅλον ποιεῖ τὸν χειμῶνα καὶ τὸ ἔαρ, ἄχρι τοῦ θέρους· τὸ δ' ἄνθος μηλινοειδές. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ πικρίς· καὶ γὰρ αὕτη τῷ ἦρι ἀνθεῖ, καὶ παραπλησία δι' ὅλου τοῦ χειμῶνος καὶ τοῦ θέρους παρανθεῖ. τῇ γεύσει δὲ πικρά. διὸ καὶ τοὔνομα εἴληφε. ταῦτα μὲν οὖν ἐν ταύταις ταῖς διαφοραῖς. πειρατέον δὲ ὡς ἐλέχθη καὶ τῶν ἄλλων λαμβάνειν ὁμοίως. πολὺ δέ τι γένος ἐστὶ καὶ τῶν σαρκορρίζων ἢ κεφαλορρίζων. ἃ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα καὶ * καθ' αὐτὰ τὰς διαφορὰς ἔχει, ῥίζαις τε καὶ φύλλοις, καὶ καυλοῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις μορφαῖς. τῶν γὰρ ῥιζῶν, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, αἱ μὲν λεπυρώδεις, αἱ δὲ σαρκώδεις. καὶ αἱ μὲν ἔχουσαι φλοιὸν, αἱ δ' ἄφλοιοι. ἔτι δὲ αἱ μὲν στρογγύλαι, αἱ δὲ προμήκεις. καὶ αἱ μὲν ἐδώδιμοι, αἱ δὲ ἄβρωτοι. ἐδώδιμοι μὲν γὰρ οὐ μόνον βολβοὶ, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις· ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ἀσφοδέλου ῥίζα, καὶ ἡ τῆς σκύλλης. πλὴν οὐ πάσης, ἀλλὰ τῆς Ἐπιμενιδείου καλουμένης, ἣ ἀπὸ τῆς χρήσεως ἔχει τὴν προσηγορίαν. αὕτη δὲ στενοφυλλοτέρα τε καὶ λειοτέρα τῶν λοιπῶν ἐστιν. ἐδώδιμος δὲ καὶ ἡ τοῦ ἄρου, καὶ αὐτὴ καὶ τὰ φύλλα προσαφεψηθέντα ἐν ὄξει· καὶ ἔστιν ἡ δεῖά τε καὶ πρὸς τὰ ῥήγματα ἀγαθή. πρὸς δὲ τὴν αὔξησιν αὐτῆς ὅταν ἀποφυλλίζουσιν. ἔχει δὲ μέγα σφόδρα τὸ φύλλον· ὃ ἀνορύξαντες, στρέφουσιν ὅπως ἂν μηδὲν βλαστάνῃ, ἀλλὰ πᾶσαν ἕλκῃ τὴν τροφὴν εἰς ἑαυτήν. ὃ καὶ ἐπὶ τῶν βολβῶν τινες ποιοῦσι συντιθέντες. † ἡ δὲ τοῦ δρακοντίου (καλοῦσι γάρ ‡ τι δρακόντιον ἄρον. διὰ τὸ τὸν καυλὸν ἔχειν τινὰ ποικιλίαν) ἄβρωτος καὶ φαρμακώδης. ἀλλὰ ἡ τοῦ φασγάνου καλουμένου γλυκεῖά τε ἑψηθεῖσα. καὶ τριφθεῖσα μιγνυμένη τῷ ἀλεύρῳ, ποιεῖ τὸν ἄρτον γλυκὺν καὶ ἀσινῆ. στρογγύλη δέ ἐστι καὶ ἄφλοιος, καὶ ἀποφύσεις ἔχουσα μικράς, ὥσπερ τὸ γήθυον. * πολλὰς δὲ εὑρίσκουσι παρὰ ταῖς σκολοπίαις, χαίρει γὰρ καὶ † συλλέγεται τὸ ζῶον. ἡ δὲ τοῦ ‡ θησείου, τῇ μὲν γεύσει πικρά, τριβομένη δὲ κοιλίαν ὑποκαθαίρει. φαρμακώδεις δὲ τινές εἰσι καὶ ἕτεραι. πολλῶν δὲ οὔτε φαρμακώδεις οὔτε ἐδώδιμοι. καὶ αὗται μὲν ἐν ταῖς ῥίζαις αἱ διαφοραί.

* λεῖμον Al. Bas.
† ὑποχόρησις Al. Bas.
‡ χονδρύλλα.
* ἃ καὶ πρὸς ἑαυτά, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ταῖς.
† Δρακοντίου
‡ Δρακόντιον
* πολλὰς δὲ εὑρίσκουσι σκολοπίαις. Alb. Bas. πολλὰς δὲ εὑρίσκουσι τὰς σκολοπένδρας.
† Συλλέγει Al. Bas.
θησεῖν ῥίζα τῇ.

intubi, magnus, multisque ramulis brachiatus, lentus item, & dividi contumax est. Qua de causa pro vinculo eo utuntur. † Radice quoque germen laterale emittere potest, & alioquin radice prolixum est, ideoque emori contumax. Decerptis enim quæ ad usum cibarium sumi solent, reliquum generationis rursus capescit principium. Evenit autem ut pars ejus alia atque alia floreat, idque assidue fiat usque ad autumnum: quanquam durus caulis esse videatur. ‡ Fert & siliquam, in qua est semen circa postremas caulium partes. Porcellia * levior, & aspectu mitior, & dulcior est. Nec ut candralia, quæ omnino ingustabilis est, & in radice succum lacteum, acrem, eundemq; copiosum habet. Aphaca ingustabilis, & amara est. † Festinanter hæc floret. Sed celeriter flos senescit, atque lanugine pappo dicta marcescit. Tum alius iterū provenit, atq; iterum alius: idq; tota hyeme, vereq; toto, usq; ad æstatem fit. Flos melini speciem gerit. Simili modo vel ‡ amarago se habet. Nam ea quoque vere florere incipit, nec secus hyeme tota, * vereque toto perseverat. Gustu amara est, unde & nomē accepit. Horum igitur differentiæ tales annotantur. Sed tendandum, (ut dictū est,) reliquorum etiam pari modo colligere differentias. Genus autem vel eorum, quæ radice carnosa, aut capitata creantur, amplum certe sentitur: quod & inter se, & ad ceteras differentias, (uti retulimus) plerasque sortitur; radice, folio, caule, atque reliqua forma. Radicum enim (ut dictum est) aliæ squamis constant, aliæ carne: & aliæ cortice vestiuntur, aliæ † nudæ adhærent. Item aliæ rotundæ, aliæ oblongæ: & aliæ vescendæ, aliæ ‡ ingustabiles. Vescendæ non tantum bulborum, atq; ejusmodi; verum etiam astulæ regiæ, atque scyllæ. Non tamen omnis, sed Epimenideę vocatæ, quæ ab usu nuncupationem sortita est. Hæc angustiori folio leviorique quam reliquæ constat. Ari quoque radix cibo idonea est: & folia ejusdem decocta in aceto, mandi nimirum possunt. Suavis autem & ad * fracta utilis est. † Hæc, ut incrementum capiat, cum foliis luxuriatur, quæ admodum ampla sparguntur. Folia deflectentes ipsa circum obruere solent: quo planta non in germina excrescat, sed totum alimentū in suum attrahat caput. Quod & in bulbis nonnulli in componendo facere assolent. Dracunculi autem radix (sunt enim qui genus quoddam dracunculi arum appellent, quod ejus caulis varietatem habeat quandam) cibo inepta penitus est, & medicis tantum commoda. Ac ‡ ensis appellati radix dulcis est decocta, & trita farinæ admista, panem dulcem atque innoxium reddit. Rotunda hæc est, & sine cortice, * capillamentis gethii modo fibrata. Permultas juxta eam scolopendras reperiunt: gaudent enim ea herba, frequentesque congregantur in eam. Thesei radix gustu amara est: tusa alvum purgat. Sunt & aliæ quædam medicæ. † Verum pars major radicum neque medica, neque cibo idonea est. Et differentiæ quidem radicum hæ sunt.

† *Agnata multa radix habet, alioquin magna*
‡ *Fert & folliculum in quo Hypocheris.*
* *Chondrilla, sed in totum cibo non apta: hæc verò esui inepta.*
† *Prælmaturè.*
† *Picris,*
* *Æstateque tota præter priorem alium atque alium subinde edit florem.*
† *Cortice carent.*
‡ *Esui inepta.*
* *Rupta.*
† *Ut autem hæc incrementum capiat, folia amputantur; quæ huic admodū magna, eaque deflexa circa obruere solent, quo planta non in germina excrescat, sed totum alimentum ad se trahat radix. Quod & in bulbis nonnulli cum eos ponunt, facere solent: dracunculi autem radix; vocant autem arum dracunculū quendam, quod ejus.*
‡ *Gladioli.*
* *Bulbulis, seu adnatis plurimis gethii modo donata.*
† *Immo pene omnes radices, aut in cibum, aut in medicamenta recipiuntur*

JULII SCALIGERI AD CAP. XI.

*T*OĩΣ δὲ καυλοῖς καὶ αἱ ῥίζαι. *Theodorus legit*, ταῖς ῥίζαις. *Scribe* ἐλάττους, *non* θάττους. *Quia subdit*, ὁ δὲ κιχωρίου μέγας, *& pone* δεσμῷ, *pro* θεσμῷ. *Adeò longa radix est, ut Veneti radicium vocent. Emenda* λειμὸν: *& agnosce*, λοβόν. *Et* ὑποχοιρὶς, *ut supra: non autem* ὑποχώρησις.

Κάνδρας *videtur ea, quam* χονδρύλλαν *vocant alii. In codice Serapionis scripta vox propius accedit ad hanc Theophrasti: terminatio autem ad illam Dioscoridis, Chandarel.*

Παρανθεῖ. *Felix verbum; significat enim præter priorem florem alium subinde edere. Alia vis est quam in* προσβίναι, *& in* παραλογίζειν.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐν ταύταις διαφοραῖς. *Hic esto aliud caput. Neque enim jam* τῶν; καθ' ἕκαστον *naturam scrutatur; sed quod fecit hactenus in spicaceis, & cichoraceis: sed* κατὰ γένος. *Ab radicum differentiis species partitur.*

Ita, quod & alibi ei contigit, hic fluctuat. Quin etiam repetit ea quæ suprà dicta sunt. Deinde ab his radicibus retexet historiam denuò τῶν καθ' ἕκαστον.

Α᾽ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα. *Theodorus legit*, καὶ πρὸς ἰατρικὰ, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα.

Α᾽βρωτα, ingustabilis, *Theodorus. Nimis arctè. Nihil est ingustabile, nisi quod sapore caret.* Α᾽βρωτον, cibo ineptum.

Πρὸς δὲ τὴν αὔξησιν αὐτῆς ὅπως ἀποφυλλάσωσι. Theodorus, hæc ut incrementum capiat, cum foliis luxuriatur. *Diversus abit. Foliorum usum triplicem tradit Theophrastus. Nam & esculentum est, & valet ad rupta. Tertia utilitas est, non quam faciunt folia, sed quam fieri permittunt. Ablatis enim crescit radix. Ita* πρὸς δὲ τὴν αὔξησιν, *est tertia utilitas.* Τὸ πρὸς, *est nota finis. Modus utilitatis ibi :* ὅπως ἀποφυλλάσωσι. *Verbum sanè commodum :* cum defoliaverint. *Sicut* ἀπανθῶν. *Illud quoque castigatius debuit de Aro : quæ ampla spargunt. Non enim folia spargit Arus. Et Græcè sine ambitione.* ἔχει μέγα τὸ φύλλον. *Et illa*, ὃ καὶ ἐπὶ τῶν βολβῶν τινες ποιοῦσι συνθέντες. *Ait enim*, Quod vel in bulbis nonnulli in componendo facere solent. *Minus Latinè.*

Πολλὰ δὲ ἐνίσχυσι τοῖς σκολοπίοις. *Theodorus legit Scolopendras. Sane, quia mox* ζῶον. *Plinius cum radicis usum tractaret hunc, omisit Scolopendras. Quo loco animadvertes* φάσγανον *hic* cyperum *ab eo appellari. Videbis Hermolaum.*

Πολλῶν δὲ ἔτι φαρμακώδεις. *Theodorus*, pars major radicum neque medica, neque cibo idonea. *Inconsideratè admodum. Quis enim ex Theophrasti veritate, non videat mendacium Theodori. Aliud est* πολλῶν, *aliud, major pars. Immo verò pene omnes aut in cibum, aut in medicamenta recipiuntur.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

HOc capite cichoriaceorum historiam magna ex parte perstringit: ac primum omnia folio annuo, nec non ab radice foliata esse scribit. In memoriam revocet Lector quæ supra cichoriacea vocarit. Quæ propriè, id est, ab omnibus inter cichoriacea numerantur, annuo folio constant;hoc notum est ac quilibet observare potest. Etiam ῥιζόφυλλα sunt, id est folia ipsi radici annexa habent; quamvis, quod vulgo cichorium vocant, etiam caulem foliis ornatum ostendat.

Cichorii caulem, radicemque describit. quod de sylvestri agat, Plinius auctor est. Is enim lib. 21. cap. 15. *In Ægypto*, inquit, *proxima auctoritas cichorio est, quam diximus intubum erraticum. Nascitur post vergilias, floret particulatim, radix ei lenta. quare etiam ad vincula utuntur.* Hæc examinanda sunt, ac cum Theophrasto comparanda. Cur dicat, in *Ægypto cichorio proxima auctoritas est*, supra exposuimus. Intubum vocat erraticum quia Theophrastus scribit, κιχόριον πολύβλαστον δὲ, καὶ τῇ ῥίζῃ, καὶ ἄλλως μακρόρριζον; quod radices longas, multasque emittat ac spargat, quæ sub terra vagantur, & proserpunt, fibris erraticis, atque hac & illac decurrentibus, quibus fruges necantur. Hinc divinus Poëta in Georgicis, intyba obesse satis, cecinit; *& amaris intuba fibris officiunt, aut umbra nocet.* Ad hunc locum Servius Donatus dicit, quod malè quidam intybum avem quandam, amari jecoris accipiunt: nam intyba dici cichoria, quarum radices multæ & tenues ambiunt segetes & necant. *Fibris* autem abusivè ait; quod radices intyborum hac atque illac currant, ut fibræ per jecur, id est, venæ quædam & nervi. Videt lector cur sylvestre cichorium erraticum vocetur. Eadem de causa ambulium vel ambulejam (ut apud Celsum legitur) ab ambulando vocarunt Latini. Plinius lib. XX. cap. VIII. *Erraticum, quod apud nos quidam ambugiam* (alterum exemplar, teste Pintiano, habet, *ambubulam*; apud Celsum *ambubejam* scriptum est; pro quo *ambulejam* repono; quæ vox cum erratico intybo congruit) *appellavere in Ægypto, cichorium vocant, quod sylvestre sit. Nascitur*, inquit, *post vergilias.* Id Theophrastus non de solo cichorio, sive intybo sylvestri, sed de omnibus intybis, sola aphaca excepta, tradit. *Radicem*, inquit, *habere lentam.* Theophrastus verò caule lento donatum cichorium scribit, ideoque vinculi usum præstare. Nunc videamus, an cichorium vulgo dictum fit Theophrasti cichorium. Quod non videtur; idque quia lobum non fert, in quo semen; nisi dicamus λοβὸν vocari omne folliculum in quo continetur semen, & sic sane intelligi debet. Cichorium caules erigit cubitales, nonnunquam bicubitales, inferius teretes & hirsutos, superius angulis striatos, plurimisque adnatis ramosos, angusta cavitate pervios, donec viret lentos, & fractu contumaces; folia habet circa imam caulium partem dodrantalia, ferè per ambitum inæqualiter divisa, sinuosa, hirsuta, trium plerumque digitorum latitudine, & in mucronem desinentia, maximè summis virgis exeuntia, quæ minora etiam sunt, & paucioribus incisuris divisa; folia verò quæ ante caulium productionem à radicis capite exeunt, & per terram sternuntur, multo majora existunt, & obtusiora. Flores æstatis initio in foliosis cauliculis proferre incipit, usque ad Autumnum, rotæ modo in orbem circumpositis foliolis constantes, colore cæruleis, uncia brevioribus, & in extremitate serratis; stamina in medio flore, sunt ejusdem coloris; singuli autem flores unum tantum durant diem; manè enim prodeunt, vespere verò flaccescunt; semina post flores, in eisdem caliculis fert oblonga, & angulosa, sine pappis, hyeme excidentia. Radice nititur perenni, cubitali, bifida, vel trifida, superius minimi digiti crassitudine, carnosa & candida, per quam lignosus transit nervus; folia incisa pauco lacte manant; tota herba amarum habet saporem, non tamen vehementem; Nascitur in campestribus, & asperis locis, circa regias vias & arva. Hæc satis ostendunt, quam diligenter Theophrastus cichorium descripserit, ac cichorium Theophrasti illud esse, quo vulgo utimur. Duplex hujus genus; unum foliis latioribus ac minus arrosis, velut intybi; sed tamen minoribus, ac non adeò levibus, & non nihil pilosis; alterum foliis laciniosis, & ad costam usque mediam utrimque incisis. De hoc referunt cichorio, quod neutiquam tacendum putavi, quod flores cum sole circumagantur; præterea ex hisce flosculis sive sudum sive nubilũ fuerit cœlum, horam diei semper animadverti posse. Interdiu enim dehiscere, sole occidente comprimi scribunt (quod tamen verum non videtur; nam, ut supra dixi, pereunt, novo succedente.) Aliud insuper naturæ referunt miraculum, siquidem non tantum ad solis ortum & occasum se pandit, & recludit, flos; verum etiam cumulo formicarum abditus, ceruleum colorem in rubeum mutat, ac si terrore illarum erubesceret. Supra cap. 7. quæ Dioscoridis vulgati codices de cichorio habent, retuli. Hoc capite ea examinabo. Vulgatam lectionem confusam ac depravatam admodum, viri doctiores, Mathiolus ac Saracenus, ante nos animadverterunt; alter hoc, alter illo sensu restituenda Dioscoridis verba arbitratur. Mathiolus in hunc sensum legendum censuit, σέρις ἀγρία καὶ κηπευτή. ὧν ἡ μὲν ἀγρία δισσή. ἡ μὲν γὰρ πικρὶς, ἣ καὶ κιχόριον καλεῖται. ἡ δὲ ἥμερος πλατυφυλλοτέρα, καὶ ευστομωτέρα τῆς κηπευτῆς. τῆς δὲ κηπευτῆς δισσὸν εἶδος. ——— *Seris sylvestris & hortensis. Sylvestris quidem duplex, altera picris, quæ & cichorion vocatur, altera sativa, latioribus foliis, & ori gratior, quam hortensis. Hortensis vero genus duplex.* Saracenus verò legendum putat, σέρις δισσὴ, ἀγρία καὶ ἥμερος. ὧν ἡ μὲν ἀγρία πικρὶς, ἡ καὶ κιχόριον καλουμένη, ἡ δὲ κηπευτὴ καὶ πλατυφυλλοτέρα καὶ ευστομωτέρα. καὶ ταύτης δὲ δισσὸν εἶδος: ἡ μὲν γάρ τις ἐστι θριδακωδεστέρα, καὶ πλατύφυλλος; ἡ δὲ στενόφυλλος καὶ ὑπόπικρος. *Seris duum est generum, Sylvestris & sativa. Ex his sylvestris ea est quæ picris & cichorium appellatur; altera quæ hortensis est, & latioris folii, & ori gratior. Et hæc quidem rursus genere duplex. Siquidem una est lactucæ similior & latefolia, altera angustiori folio & amarulenta.* Hoc modo, inquit Saracenus, intubus unus sylvestris seu erraticus, & sativi duo describuntur. Illo (scilicet quem Mathiolus edit) sylvestres duo, è quibus unus sativus, seu domesticus dicitur; & hortenses totidem. Quasi verò (quod planè ineptum est, nimiumque ridiculum) sativum intybum ab hortensi distingui oporteat; ac non potius unus idemque sit sativus & hortensis, ἥμερος & κηπευτή. Hanc lectionem secutus est Oribasius, & verisimiliorem, ac magis ad veram accedere arbitramur. Cum Theophrasto tamen pugnat. Nam hic πικρίδα diversam à cichorio facit plantam. Quippe picris vere & hyeme floret; cichorium æstate usque autumnum.

Fortassis hæc differentia inter cichorium & picrim Theophrasti, quod cichorium vocat sylvestre seridos genus, sed jam cultu domitum, quale est quod sativum cichorium vocant, & serius floret; contra picrim vocarit, quod culturam nullam passum est, qualis planta est quam picridos nomine exhibeo, & maturius floret, ac multo amarior est. Sed picris Theophrasti planta ab hac diversa videtur; siquidem toto anno, id est, ut Theophrastus, hyeme, vere, æstateque non floret, sed tantum æstivis mensibus. Accedit quod cichorium & picris pro diversa planta apud Geoponicôn autorem habeatur. Vide

Picris sylv: cichoreum.



quæ infra. Primum cichorei genus, sive quod sativum vocant, Hedypnois Plinii esse viris doctis videtur; sic dictum, vel quod in cibo sumptum suaviorem & jucundiorem faciat animam, id est, suavem anhelitum præstet: vel, ut alii malunt, quod jucundum conciliet somnum. Aliis verò hedypnois cichoreum luteum pratense foliis hieracii, dentis leonis facie. De hoc cichorei genere hæc Plinius lib. 20. cap. 8. *Et sylvestre genus hedypnoida vocant, latioris folii, stomachum dissolutum stringit cocta : crudaque sistit alvum, &c.* In tanta brevitate nihil certi affirmare possum. Sativa seris omnibus nota, endiviæ nomen habet; folia edit oblonga, lata, lævia, ex albido virentia, lactucæ ferè æmula, teneraque, in ambitu crispa, ac fibriata: Caulis inter hæc assurgit venosus, rotundus, inanis, frequentibus alis brachiatus, è quo vulnerato lacteus profluit succus, nonnihil amaricans: Flores secundum caules ex multis foliolis commissi, colore frequenter cærulei, rarò candidi; Radix oblonga, candida, non absque adnatis fibris, post seminis maturitatem deficiens. Seritur intybum hoc in hortis, & quod vere satum, celeriter adolescit, ac ipsa æstate florens semina profert, ac deinde perit. Julio verò sata, in hyemem restat. Septembri, aut Octobri folia, velut in orbem circumacta, summatim tenui ligamento vinciuntur, & fictili vase, hærente semper, quo alimentũ sugant radice, conduntur, ac sic tenera, nivisque instar alba redduntur, magnamq; amaroris partem deponunt. alii leviori sumptu contenti, colligatis prius foliis, terra duntaxat obruunt; alii solis stramentis operiunt. Quod non tantum olitoribus, sed & mulierculis notum. Finem ut tractatui de cichoreo imponam, illud considerandum restat; an ideò mori contumax sit, quod radice constet magna. Sed cum ipse Præceptor hanc quæstionem moveat libro secundo de causis, eo lectorem remitto. *Illud mirum non est, decerptis foliis, floribusque radicem magis vegetam fieri, ac ad generationem novorum foliorum, nec non caulium validiorem esse; conservatur enim multum alimenti, quod consumeretur à foliis caulibusque, &c.* Quod de flore inquit, descriptio cichorei data satis declarat.

Supra cap. VII. diximus, ex doctissimorum virorum sententia, sonchum, & quidem asperum, cujus iconem addidimus, esse hypochœrin. Huic opinioni planè contrarius est locus hic Theophrasti. Etenim inter cichoracea hypochœrin inquit esse aspectu mitiorem, leviorem, dulciorem; cum sonchus sit asperior, nec non horridior, nec reliquis cichoraceis dulcior. Caulem enim fert subrubentem, spinis horridum, foliisque con-

Sonchus sylv: asperior.



stat duriusculis, ac pungentibus aculeis per circumferentiam, spinosis. Rectius illi qui Hieracium Hypochœrin dicunt. Hieracium enim duplex est; majus & minus, teste Dioscoride lib. 3. cap. 72. & 73. ubi hæc refert. Ἱεράκιον τὸ μέγα καυλὸν ἀνίησι τραχὺν, ὑπέρυθρον, ἀκανθώδη, ὑπόκενον· φύλλα δὲ ἔχει ἐκ διαστημάτων ἐπεσχισμένα ἀραιῶς, σόγχῳ (interpretes σύγχῳ, & sic apud Oribasium. Marcellus τεύτλῳ betæ) ἐμφερῆ τὴν περιφέρειαν. ἄνθη μήλινα ἐν κεφαλίοις ὑπομήκεσι. Cap. sequenti, Ἱεράκιον τὸ μικρὸν φύλλα ἔχει καὶ αὐτὸ ἐκ διαστημάτων ἐπεσχισμένα τὴν περιφέρειαν. καυλία δὲ ἀνίησι τρυφερὰ χλωρὰ ἐν οἷς ἄνθη μήλινα κύκλον περιγράφοντα. Id est, *Hieracium magnum caulem profert asperum, subrubrum, spinosum, utcunque concavum : folia vero fundit ex intervallis, laciniis rarioribus divisa, similia soncho per ambitum: flores luteos in oblongis capitulis.* Et capite sequenti, *Hieracium parvum folia quoque habet ex intervallis divisa per ambitum, cauliculos vero promit teneros ac virentes, in quibus flores lutei, in orbem circinati.* Ad finem hujus capitis antiquis codicibus hæc adscripta refert Doctiss. Gonpilus, Ἔχει δὲ κλάδια πολλὰ πρασοειδίζοντα, μηλίζοντα, πορφυρίζοντα, καὶ ἐπ᾽ ἄκρῳ ὅμοια, στρογγυλοειδῆ, ἔχοντα ἔσωθεν ὡς σπέρματα τὰ ἄνθη; alias; ἔχοντα ὡς σπερμάτια τὰ ἄνθη — *Habet autem ramulos multos ad porraceum, luteum, & purpureum colorem vergentes : & in cacumine similes : qui rotundæ figuræ intrinsecus, semina veluti flores habent.* Hæc Marcello, & Saraceno meritò suspecta sunt; cum Cornario itaque ad notha ac spuria relegamus. Hieracii utriusque figuram videat lector. Sed majus inter cichoracea aspectu mitius & levius non est. Minor ergo oportet sit hypochœ-

chœris, quod etiam non probo, quia folia etiam habet nonnihil aspera; arenosis & macris locis provenit, folia vulgato Hieracio fert similia, sed minora & altioribus incisuris dissecta; cauliculi teneriores sunt, flores minores; radix brevis, veluti præmorsa, multas fibras demittit. qua de causa à Lobelio Hieracium radice præmorsa vocatur. Majus caules promit complures, cubitales aut altiores, asperis qui convestiuntur foliis, oblongis, digito latioribus, virentibus, exiguis spinis, instar foliorū mollioris sonchi, per margines exasperatis: flores in cacuminibus lutei, qui in pappos resolvuntur. Hieracii nomen accepit ab accipitre, ut Plinius lib. 20. cap. 7. docet. *Ex his* (lactucis, cum quibus hieracium, glastum, aliasque turpiter confundit plantas) *rotunda folia* (Plinius deceptus vocis περιφερὴς significatione, *pro ambitu rotunditatem* vertit. Sic enim Dioscorides φύλλα —— περιφέρειαν) *& brevia habentem; sunt qui Hieracium vocent, quoniam accipitres scalpendo eam, succoque oculos tingendo, obscuritatem cum sensere, discutiant.* De soncho hæc Dioscorides, Σόγχυ δύο εἴδη. τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἀγριώδεστερον καὶ ἀκανθωδέστερον. τὸ δὲ τρυφερώτερον καὶ ἐδώδιμον· καυλὸς δὲ γωνιώδης (addit ex Orobasio Marcell. ὑπόκενος, etiam Plinius sic legisse videtur lib. 22. cap. 22. verba paulo infra adscribam) ἐνίοτε καὶ ὑπέρυθρος. φύλλα ἔχει ἐκ διαστημάτων ἐσχισμένα τὴν περιφέρειαν. *Sonchi duo genera, unum quidem agrestius atque spinosius, alterum tenerius, molliusve, & esculentum; caulis angulosus & intus cavus; interdum & subrubens; folia in ambitu per intervalla incisa.* Sonchum spinoso, quidem, non tamen nimium spinoso folio ipse Theophrastus cap. 7. hujus libri scribit. Quæ res satis ostendit Hypochœrin non esse sonchum. Fortassis est sonchi tertium genus, à Dioscoride descriptum, ad finem capitis, ubi ait: ὁ δὲ ἕτερος σόγχος ὁ καὶ τρυφερὸς, δενδρώδης ἐστὶ καὶ πλατύφυλλος. τὰ δὲ φύλλα διέλει τὸν καυλὸν (vetus addit καὶ κλαδὸς ἔχοντα) καὶ τέτος δὲ τὰ αὐτὰ ποιεῖ. *Est etiam tertius sonchus* (id est, à prædictis alius sonchus) *itidem tener ac mollis, arborescens, latisque constans foliis, quæ quidem caulem in ramos exeuntem distinguunt, sed & hic ad eadem pollet.* Hoc sonchi genus non memini me observare. Cordus tamen & Anguillara se vidisse scribunt. Hoc genus, vel sonchus levis minor Hypochæris potest esse Theophrasti. Videamus quæ de soncho Plinius lib. & cap. 22. *Estur & sonchus, ut quem Theseo apud Callimachum apponit Hecale; uterque albus & niger; lactucæ similes ambo, nisi spinosi essent, caule cubitali, anguloso, intus cavo; sed qui fractus copioso lacte manet.* Hecales hujus meminit Suidas, Ἑκάλη, inquit, ὄνομα κύριον ἡ ἡμεῖς παρὰ Καλλιμάχῳ, ἢ παρὰ ἑαυτὴν καλεῦσι. εἶχε γὰρ τεῖχος ἀχλῖσον. *nomen*, inquit, *est proprium Herois apud Callimachum, sic dicta, quasi ad se vocans; apertos enim habet muros.* Fuit hæc anicula pauperrima, à qua Theseus olim adolescens comiter est hospitio susceptus, ut Plutarchus in vita Thesei scribit. Pauperculam fuisse vel hi Ovidiani versus, lib. de remedio, ostendunt.

> *Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ ceperit Irum?*
> *Nempe quod alter egens, altera pauper erat.*

Hinc natum adagium; *nunquam Hecale fies*; id est, nunquam à paupertate ejusmodi oppressum iri quempiam, qua olim circumventa Hecale est. Plautus in Cistellario

> *Ecastro haud me pœnitet,*
> *Si, ut dicis, ita futura es: nam siquidem ita eris ut volo.*
> *Nunquam Hecale fies; semperque istam quam habes ætatulam*
> *Obtinebis.*

Sed hac de re satis. Alia sunt majoris momenti consideranda in verbis Plinii. Nempe quod utrumque lactucæ similem faciat, nisi quod spinosi sint sonchi, lactuca spinis careat. Dioscorides contra, unum genus spinosum: alterum tenerum, molle ac spinis carere scribat. Nec Dioscorides, nec veterum quisquam sonchum utrumque album & nigrum scripsit. Σόγχος dicitur παρὰ τὸ σῶον χέειν, *quod salubrem succum de se fundat*, ad multa utilissimum, ut stomachi æstuosas lancinationes, hepatisque obstructiones biliosas. Vel Σογχὸς nuncupatur, quasi σομφὸς ab inanitate caulium, Latini cicerbitam vocant, Apulejus lactucam leporariam; quod quum leporis anima deficit æstu, hac sibi soleat mederi. Uterque sonchus notissimus; quare nulla descriptione indiget.

Chondrilla nomen ab eventu invenit, quod callum quendam, tuberculo fabæ similem, & gummi grumosum mastiches, aut nucleo thuris simile, quod Græci χόνδρον nominant, imis ramulis ostendat. χόνδρος enim grumi sunt, concretionesque nodosæ, cujusmodi in mammis, in quibus lac coaluit, inque duritiem concrevit. Ex his patet scribendum per χ, non per κ, uti quibusdam in codicibus scribitur. Per χ scribendum, etiam series alphabetæ, qua Galenus in libris de simpl. med. facult. utitur, satis ostendit. Illud etiam notandum, apud Galenum & Æginetam simplici λ, apud Dioscoridem & Ætium duplici λλ scribi chondrillam. Apud Theophrastum chondrillam pro chandran esse legendum, docet Plinius lib. 21. cap. 17. *Condrylla* (lego *chondrilla*) *amara est; & acri in radice succo, amara & aphace, & quæ picris nominatur, &c.* Chondrillæ genera duo describit Dioscorides lib. 2. cap. 161. χονδρίλλη (οἱ δὲ καὶ ταύ κιχώρειον καλοῦσιν ἢ σέριδα) τὰ μὲν φύλλα καὶ τὸν καυλὸν, (vetus καρπὸν) καὶ τὰ ἄνθη ἔχει κιχωρεῖῳ ὅμοια. ὅθεν καὶ εἶδος αὐτὴν τινὲς εἶπον σέριδος ἀγρίας, λεπτότερον δὲ τὸ ὅλον· περὶ δὲ τοῖς κλωναρίοις αὐτῆς εὑρίσκεται κόμμιον ὅμοιον μαστίχῃ, μεγέθει κυαμιαῖα, ἅ τινα περιτεθέντα μετὰ σμύρνης λεῖα ἐν ὀθονίῳ, μεγέθος ἐλαίας, ἐμμήνια ἄγει —— Ἔστι δὲ ἕτερον εἶδος χονδρίλλης, φύλλον δὲ ἔχει περιβεβρωμένον περιμηκὲς, ἐπὶ γῆς ἐστρωμένον, καυλὸν δὲ ὀπὸν μεστὸν, ῥίζαν δὲ λεπτὴν, ἐπίχυμον (Oribas. ἐπ' ἄκρῳ κορυφὴν ἔχουσαν ὑπόξανθον) κυφὴν, στρογγύλην, ὑπόξανθον, ὀπὸ μεστήν. —— φύεται δὲ ἐν χώραις καὶ ἐργασίμοις χωρίοις, —— *Chondrilla, quam etiam cichorium aut serim appellant, folia, caulem,* (*fructum*) *& flores gerit cichorei similitudine: Qua ex causa nonnulli seridis sylvestris speciem esse pronuntiarunt; verum tenuior tota est, circa ipsos autem ramulos gummi reperitur, mastiches simile, fabæ magnitudine; quod quidem cum myrrha tritum, & in linteo, olivæ instar appositum, menses trahit.* —— *Est porro aliud chondrillæ genus, folio circumroso, oblongo & humi strato; caule vero succi pleno, radice tenui, vegeta, rotunda, flavescente,* (radice tenui; in cujus summo vertex est rotundus, subflavus) *succosa* —— *cæterum in lætis cultisque agris provenit.* Prioris chondrillæ meminit Galenus lib. 8. simpl. χονδρίλλη καὶ ταύτην ἔνιοι σέριν ὀνομάζουσιν, ἔστι γὰρ πως τῆς αὐτῆς ἐκείνης δυνάμεως, πλὴν ὅσον πικρὸν ἔχει τι ὑπόπικρον ἐν τῇ γεύσει, καὶ διὰ τοῦτο ξηραντικωτέραν τὴν δύναμιν ἐστίν. *Chondrila, & hanc quidem serin nominant. Est enim ejusdem fere cum illa facultatis, nisi quod gustu amariuscula est, ac proinde facultate magis siccante.* Alterius meminit lib. 2. de aliment. facult. cap. 40. ὅμοιον δὲ τι λάχανον τῇ θρίδακίνῃ, τῇ δὲ καὶ ἣν ὀνομάζουσι χονδρίλλην, ἣ δὲ καὶ θᾶττον εἰς καυλὸν ἐξορμᾶ, πικρότητα σαφεστέραν ἔχων, καὶ τινα γλισχρότητα καὶ λευκὸν ὀπὸν, ὁποῖος ὁ τῶν τιθυμάλλων ἐστὶν, ἀλλ' ὁ δριμὺς ὡς ἐκείνοις, ᾧ πρὸς ἀνακόλλησιν ἐνίοτε χρώμεθα τῶν ἐν τοῖς βλεφάροις τριχῶν, —— *Porro huic lactucæ aliud præterea olus est simile, quam chondrillam appellant, quæ citius in caulem assurgit, amaritudinemque magis habet perspicuam, & lentum quendam succum albumque; cujusmodi est tithymallorum succus, non tamen acer perinde ac ille; utimurque interdum ipso ad pilos in palpebris reglutinandos.* Hæc posteriora satis ostendunt de altera, nempe secunda loqui Galenum. De ista enim Dioscorides ὁ δὲ ὀπὸς τριχῶν τῶν ἐν βλεφάροις ἀνακολλητικός. *Succus vero incommodos palpebrarum pilos replicat.* Ad majorem chondrillæ hujus cognitionem operæ pretium putavi addere verba Galeni de hac lactuca sive θριδακίνη: λέγω δὲ οὐκ ἄλλο τι θριδακίνην, ἢ ὃ πάντες οἱ νῦν ἄνθρωποι καλοῦσι θρίδακα, ἐπεὶ παρ' ἡμῖν, ἕτερόν τι λάχανον ἄγριον ὀνομάζεται θριδακίνη, φύεται περὶ τὰς ὁδοὺς φυόμενον, ἐπί τε τοῖς ὑψηλοῖς τῶν τάφρων, ἔν τε κατὰ τὰς κηλαμίνας λιβάδας, καὶ πολλὰς τῶν ἀσπόρων χώρων. ἔστι δὲ μικρὸν ἐκεῖνο τὸ λάχανον, οἷον περ ἡ ἄρτι φυομένη θρίδαξ ἢ κηπευομένη, καὶ βραχὺ πικρότητος ἐμφαίνει, καὶ μᾶλλον ἔτι κατὰ τὴν αὔξησιν, ἐκκαυλήσαν δὲ καὶ πάνυ σαφῆ τὸν πικρὸν ἔχει χυμόν. ὅμοιον δέ τι λάχανον τῇ θριδακίνῃ ταύτῃ ἐστὶ. *Cæterum* θριδακίνην *nil aliud voco, quam quod nunc homines* θρίδακα *appellant, quandoquidem apud nos aliud quoddam est olus agreste, quod* θριδακίνη *nuncupatur; quod in viis ipsis nascitur, & locis fossarum eminentioribus, & præterea herbosis, aquosisve* (*quæ Græci* λιβάδας *vocant*) *ac plerisque incultis: exiguum autem est id olus, instar lactucæ hortensis; nunc nuper enatæ, amarorisque quidpiam præ se fert, & multo adhuc magis dum adolescit; ubi autem caulem jam produxerit, saporem amarum habet, vel manifestissimum. Porro huic lactucæ aliud adhuc olus est simile, quam &c.* Hæc quali facie altera chondrilla sit, satis luculenter ostendunt. Venio ad Plinium. Hic chondrillam utramque confundere videtur lib. 10 cap. 22. *Chondrillon sive chondrille, folia habet intubi circumrosis similia, caulem minus pedalem, succo madentem amaro, radice fabæ simili, aliquando numerosa. Habet proximam terræ mastichen tuberculo fabæ, quæ apposita fœminarum menses trahere dicitur. Tusa cum radicibus tota, dividitur in pastillos,*

stillos, contra serpentes argumento probabili; si quidem mures agresti læsi ab his, hanc esse dicuntur. Succus ex vino coctæ; alvum sistit. Eadem palpebrarum pilos inordinatissimos pro gummi efficacissimè regit. Intubi folio Dioscorides primam dixit chondrillam, circumroso alteram. Caulis qua magnitudine sit, non refert; sed prioris similem cichoreo inquit, alterius succo esse plenam. Dioscorides priorem circa ramulos habere gummi tradit mastiches similitudine, alterius radicem *ἰσχνὴν στρογγύλην, rotundam, tenuem* inquit. Plinius, *ἀντὶ ἰσχνῆς*, vel *κυάμῳ* legit, vel quod Dioscorides de gummi magnitudine radici adscripsit, *μεγέθει κυαμιαίαν εἶναι* dixit; id est, *fabæ magnitudinem æquare*; non, ut Plinius, *radicem fabæ similem esse*. Nec utramque scripsit tuberculum masticheum habere, sed tantum priorem: neque palpebrarum pilos inordinatos ambas regere dixit; sed alterius succum usum habere ad palpebrarum pilos replicandos. Vides errata Plinii in chondrillarum historia. De priori chondrilla intelligendus Theophrastus. succum acrem hæc habet; qualem etiam prior Dioscoridis habet; quod inde colligitur, quod ad menses trahendas valet. Insuper quod in planta, quæ pro priori habetur chondrilla, talis succus reperitur. Pro chondrilla priori viri doctiores habent, cujus addidimus figuram. Lata huic sunt folia, cichorei foliorum instar divisa, omnino incana, ac densa lanugine; tomentoque obducta inter quæ caulis emicat pedalis aut amplior, rotundus, candidus, in aliquot ramulos fissus, foliis minoribus, angustioribus,

Chondrilla.



inordinatis septus; quibus (ut etiā ipsis ramulis) plerumque inhærent grumi fulvescentes, istic concreti: flos extremis ramulis sustinetur, anthemidis flori ferè par, lutei coloris, maturitate in pappum evanescens. Radix longa, nigrica s, minimi digiti crassitudine, raris fibris prædita, & summâ parte in aliquot capita interdum divisa, è quorum singulis folia, qualia dixi prodeunt. Tota, ut diximus, planta incana est, & sueco prægnans; qui siccatus fulvescit, & acris est. Qui hanc cum cichorio Verrucario, sive Racyntha Mathioli, eandem putant, falluntur. Nam Racyntha Mathioli, ut hortus noster testari quotannis potest, non habet incana ac alba, tomentosaque folia; sed viridia, ramos valdè striatos, & in frequentes ramos divisos quorum lateribus & cavis alarum, inhærent brevi petiolo, parvi cichoracei flores, flavi, neutiquam in pappos abeuntes; sed in capita angulosa, ac dura transeuntes; octogona plerumque; & clavæ ferreæ instar efformata, verrucis non usque adeò dissimilia. Unde quidam adversus eosdem valere sibi persuadent. In his semen, ex quo deciduo altero anno nova provenit planta. Crediderunt viri docti eandem hanc cum chondrilla esse plantam, quod pictor non satis affabrè delinearit eam ac expresserit. Alterius etiam chondrillæ addimus figuram. Folia huic parva, lactucæ prodeuntis similia, seridis sylvestris divisura, cauliculo fermè nudo, tenero, gracili, parvo; in cujus summo flos unicus, flavus, dentis Leonis; minor tamen, & itidem in pappos evanescens. Imo cauli subsunt filamenta terna vel quaterna; quibus totidem interdum


Chondrilla Vernicaria Lobelii.



plura tubera appensa sunt, perlucida, subflava, solida, & succi plena; quæ carnem raphani fermè præferunt colore & pelluciditate. Nascitur secus lacustres tractus montis Ceti Narbonæ. Hæc cichorium non est Theophrasti. quia huic non est caulis magnus, multis ramis brachiatus, lentus, dividi contumax; ut de cichorio scribit Theophrastus. Nec pro chondrilla altera haberi potest Monspeliensium dens leonis; asphodeli, vel leucanthæ bulbillis oblongis. Quia huic folium plane dissimile teneri, ac primum prodeunti lactucæ; nec tenuis, sed crassa radix. Nec chondrilla Rawolfphii pro legitima ac vera Dioscoridis haberi potest; quia huic (ut scribunt ex ipso Rhawolphio, Clusius & Lugdunensis, Etenim Rhawolf. scripta non legi, nec vidi) folium graminis longum, tenue, in terram flexum; tum quod radicē habeat crassam, nigram, fuscam. Ad chondrillarum classem quidam referunt plantā, cujus effigiem addendam curavi. Folia hæc oblonga, angusta, & aliquantum aspera fert, adnatis veluti exiguis alis ramosa, cornu cervi dictæ herbæ satis similia, & eodem fere modo per humum decumbentia; tamen aliquanto majora, & longiora; è quibus mediis cauliculi assurgunt tenues, ramosi, culmi-



culminantibus in summo capitulis, ex parvis candicantibus, argenteoque propemodum fulgore splendentibus squammis compacti, è quibus flosculi prodeunt multiplices, cichorei æmuli, colore pulchro cæruleo; tenuis & oblonga radix; altè descendit ex qua similiter vulnerata lactei candoris liquor, veluti è caulibus, ac foliis profluit. Alii sesamoides parvum existimant. Verum cum folia non sint hirsutiora quam coronopi, nec flosculos purpureos, quorum medium albicat, sed cæruleos habeat, ac lac vulnerata plantula emittat: accedo ad eorum sententiam, qui ad chondrillæ speciem referunt.



Supra cap. 7. aphacam dentem leonis esse diximus. Officinæ taraxicon vocant; sed Arabum taraxicum est sativum intubum, Etenim de taraxico eadem scribunt Arabes, quæ de sativo intubo Græci. Dens leonis omnes præ se fert notas quas Theophrastus de aphaca scripsit. Folia à radice fert oblonga, utroque margine profundis incisuris, veluti per lacinias divisis, sylvestris cichorei æmula, sed læviora. Caule caret, sed pediculos habet concavos, in quibus flores singuli majores quam cichorei; & ex pluribus foliolis densius farcti, colore lutei, odore suaves, citò in globosum pappum resolvuntur, novo flore succedente, quibus semen subest: radix oblonga, tenuis, lacteo succo turget, qualis & è foliis florum, cauliculis, ac calycibus vulneratis manat. Amara autem hæc herba est omnibus suis partibus, & magis quam cichorium. Mox ipso vere, vel hyemis fine floret, & ante Augustum vix florere desinit. Caput monachi vocant; quod vere & æstate cæsarie papposa dilapsa, capitula instar monachi capitis glabri, aut calvi visuntur. Cichoreum luteum, quod quidam Hedipnoada contendunt, non est aphace; quia per totum ver, æstatemque non floret, alio pereunte, alio subnascente.

De Picri hæc Plinius lib. 21. cap. 17. *Amara, & aphace, & quæ picris nominatur, & ipsa toto anno florens* (hoc est quod Theophrasto τῷ ἦρι ἄνθει — τὸ θέρος παρανθεῖ) *nomen ei amaritudo imposuit.* Idem lib. 21. cap. 22. *Picris ab insigni amaritudine cognominatur, ut diximus, rotundo folio, tollit eximiè verrucas.* Alibi idem Plinius picrin ponit inter brassicæ genera, ut lib. 19. cap. 8. ubi inquit, *Pessimum genus cum exprobatione amaritudinis appellavere picrida, &c.* Geoponicων auctor lib. 12. cap. primo pro lactucæ genere agnoscere videtur μηνὶ φεβρουαρίῳ σπείρεται — μαρούλια διάφορα τουτέστι θριδάκιον φρυγιατικὸν — μεταφυτεύεται δὲ μαροῦλιν, πικρίδιν θριδάκιον φρυγιατικὸν — Item paulo post mense Martio, μεταφυτεύεται δὲ μαροῦλιν, πικρίδιν, φρυγιατικόν (videat lector cap. de lactuca.) Hæc satis ostendunt lactucæ genus esse picrida. Sed ex eodem auctore, non esse lactucæ genus, probatur. Etenim ad finem cap. citati scribitur. μηνὶ δεκεμβρίῳ σπείρεται μαροῦλιν καὶ πικρίδιν, *Mense Decembri lactuca & picris seritur.* Et hæc contraria admodum in utroque auctore. Illud unicum dicendum videtur, amari intybi genus, & amaræ lactucæ speciem, eodem πικρίδος nomine intelligi & in utroque genere quoddam eo nomine donatum esse. Alio modo solvere hunc nodum nequeo. Restat an inter cichoraceorum genera planta quædam reperta sit quæ picrida referat. Qui hieracium præmorsa radice picrin statuunt, à vero aberrant; siquidem hæc nec insigni usque adeò est amaritudine, floretque tantum æstate. Quod si picris vulgaris modo quo scribit Theophrastus floreret, assererem hanc cum descriptione satis convenire. Sed hoc frustra; aliter sese rem habere, docet experientia.

Hactenus τῶν καθ' ἕκαστον naturam exposuit; nunc κατὰ γένος scrutatur, & incipit à radicum differentiis. De quibus videat lector quæ libro primo dicta sunt; ubi singularum differentiarum apposuit exemplum. Nos hoc loco, ea quæ de radicibus cibo idoneis scribit, examinabimus.

Inter radices cibo idoneas ponit bulbos, asphodelum, & scillam. Illud notandum, quod asphodelum & scillam à bulbaceorum classe separet. De asphodelo facile condonari potest: fert enim appendices glandulosas & oblongas. Scillam bulbaceam non esse, qua fronte negari possit, non video. An quod magnitudine cæteros vincit bulbos? An quod multis tunicis, ut cepe constat? Neutra de causa à bulbaceis excludi debet. An separavit quod vulgo non numeraretur inter bulbacea? An quod cibo idonea non judicetur? Ea facile vera causa videtur. Nam inepta planè scilla cibo est. Fatetur hoc præceptor. ideò addit πλὴν οὐ πάσης, ἀλλὰ τῆς ἐπιμενιδείου καλουμένης. Sed qualis hæc scilla epimenidea? Folio inquit constare angustiore & leviore. Plinius lib. 14. cap. 5. *Et tertium genus est cibis gratum. epimenidium vocatur, angustius folio, ac minus aspero.* Describere videtur plantam, quam vulgo Hemerocallem Valentinam vocant, alii narcissum tertium Mathioli, alii marinum narcissum. Hujus radix scillæ adeò similis, ut officinæ trocíscos etiam scilliticos ex hac pararint, immo quandoque pro vera vendatur scilla; non tamen eandem quam scilla obtinet acrimoniam. Obtunditur hæc ab humore, quo scatet, lento. Foliis constat quinis, aut senis oblongis, obtusis, latis; scillæ tamen angustioribus, iridis fere latitudine & crassitie, subcineracei quodammodo coloris. Inter folia caulem promit cubitalem, crassitie asphodeli, sed teneriorem, nudum, & sine foliis, qui cacumine promit membranaceum involucrum, & eo dehiscente quinos aut senos, interdum plures flores, pseudonarcisso vulgari similes, lilii odo-

rem spirantes, albos omnino: præter externorum sex foliorum nervum, & extremos mucrones, qui viridi colore nonnihil adspersi conspiciuntur. E medio oblongo protuberante calice, per oras laciniato exeunt candida, sex oblonga stamina, suis apicibus flavis ornata, & medio longiore stylo, ut lilio albo fere. Marcidi & defluentes flores siliquam relinquunt oblongam, aristolochiæ clematitidis similitudine, quibus semen continetur magnum, compressum, nigrum. Radix bulbacea magna, alba, oblongior, lento humore plena, nigricante cortice obducta, quæ adnatis, narcissorum modo, se propagat. Simillimum humorem caulis foliaque concisa & fracta ostendunt. Observarunt recentiores florem colore variare, & apud Monspelienses album, subluteum, ac pallescentem esse; apud Italos vero rubrum, purpureum, non rarò rubricantem. Unum obesse videtur, quo minus hæc epimenideia scilla sit, sc. quod adversariorum auctores scribunt, littoris incolas, piscatores, & prædones raptu interdum victitantes, râti esse cæpe, voratam ex sale & pane, quamvis famelici forent, ad hanc nauseasse. Sed fortassis id factum, quod nimis voraces eam ingurgitarent, ut ab hujuscemodi hominũ genere fieri solet. Gustavimus & nos hos bulbos, nec tamen nauseabundi facti sumus; quamvis sapor minus arrideret, sicuti nec cæparũ, alliorum, & similium, quibus nos vescimur. Sin aliis non arrideat sapor, vix potest esse epimenideia scilla. Juvenalis tamẽ suspicionem suggerit, eandẽ esse; quippe sordidum victum esse scribit, Satyr. 7

Quod vocis precium? siccus petasunculus, & vas
Pelamidum, aut veteres Afrorum epimenia bulbi,
Aut vinum Tiberi devectum quinquelagenæ
Si quater egisti.

Epimenia pro epimenideia versus gratia dixit. Ut vinũ Tiberi devectum, villum, ingratumque; ita bulbi epimenia, rancidi, nauseabundi, injucundi. Aliter tamen intelligendus locus Theophrasti, etiam Poëtæ; qui veteres tantum rancidos, & ingratos dicit; recentes autem gratos. Sed forte crudi sint nauseabundi, cocti grati; qui velit, experiatur. Nos nec hanc scillam epimenideiam asserimus, nec improbamus. De epimenideia intelligendus versus Epicharmi apud Athenæum lib. 2.

Θρίδακας, ἐλαίαν, σχῖνον, ῥαφανίδας, κάκτους.

Lactucam, olivam, scillam, radiculas, cactos.

Interpres cùm nesciret σχῖνον squillam significare, legit σχοῖνον, vertitque *juncum*. Σχῖνον scillam dictam fuisse capite de scilla multis argumentis probatur. Legitur eodem in versiculo pro ἐλαίαν, ἐλάτην. Vulgatam si quis velis servare lectionem, interpretare palmæ cerebrum: hoc enim à Galeno inter esculenta numeratur, vel, quod arridet, palmæ fructum, saltem cave arborem abietem cum Interprete intelligas; nihil hæc esculenti habet.


Inter esculentas radices numerat arum. Bone Deus quis aro vesceretur? Adeò acre est, ut linguam, palatum, fauces incendat. Et tamen præter Theophrastum, Dioscorides & Galenus arum cibo idoneum esse scribunt. Dioscorides quidem lib. 2. cap. 147. Ἀποτίθεται (ῥίζα) δὲ ὡς ἡ δρακόντιον. καὶ ἐσθίεται ἐφθὴ διὰ τὸ μὴ λίαν δριμὺ ἰδιώδης. vel ut Ald. codex ἰδιώδης — *Cæterum eodem modo quo dracunculi radix reconditur, ac in summa, ob mitiorem qua prædita est acrimoniam, esui aptior.* Galenus li. 2. de alimentorum facultatibus: Ἔστι μὲν ἡ ῥίζα καὶ τούτου τοῦ φυτοῦ παραπλησίας ἰδέας τῇ τῆς γογγυλίδος, *manditur, & acri radix eodem modo quo rapæ.* Arum ursos edere lib. secundo solertia animal. auctor est Plutarchus. ἡ δὲ ἄρκτος, ὅταν ἐκ τοῦ φωλεοῦ προέλθῃ τὸ ἄρον ἐσθίουσα πρῶτον τὸ ἄγριον, ἡ γὰρ δριμύτης ἀνοίγει συμπεφυκὸς αὐτῆς τὸ ἔντερον. *Visa cum primum ex antro suo* (post quadraginta ut ferunt dierum latebras) *prodit, aro vescitur agresti, cujus acrimonia aperit intestinum ipsius concretum.* Idem de ursa Plinius lib. 8. cap. 36. *Exeuntes herbam quandam, aron nomine, laxandis intestinis, alioquin concretis, devorant. &c.* Gaudeant ursæ illo cibo, ego non delector. Ne tamen quis miretur ari radices inter esculentas recenseri, Galeni verba loco citato addam, qui pro regionis varietate ari radices magis, minusve acres esse docet. Ἐν χώραις δέ τισι φύεται δριμύτερον πως ὡς ἐγγὺς εἶναι τῇ τοῦ δρακοντίου, καὶ χρὴ τὸ πρότερον αὐτῆς ὕδωρ ἀποχέοντας κατὰ τὴν ἕψησιν, εἰς ἕτερον ἐμβάλλειν θερμὸν ὡς ἐπὶ κράμβης τε καὶ φακῆς εἴρηται· κατὰ δὲ τὴν Κυρήνην ἔμπαλιν ἔχει τὸ φυτὸν πρὸς τὴν παρ' ἡμῖν χώραν. ἥκιστα γὰρ ἔχει φαρμακῶδες τι ἢ δριμὺ τὸ ἄρον ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις, ὡς ἐκ τῶν γογγυλίδων εἶναι χρησιμώτερον. καὶ διὰ τοῦτο καὶ εἰς Ἰταλίαν κομίζουσι τὴν ῥίζαν, ὡς ἂν καὶ διαμένειν δυναμένην χρόνῳ πλείονι χωρὶς τὸ σαπῆναί τε καὶ βλαστῆσαι. In quibusdam autè regionibus *acrior quodammodo provenit, ut prope ad dracontii accedat radicem; & dum ipsam coquis, priori aqua effusa, in aliam calidam convenit conjicere; quemadmodum in brassica & lente diximus. Ad Cyrenen autem planta hæc à nostrate est diversa. Nam in illis locis arum minimè est medicamentosum & acre, ut rapis etiam sit utilius; idcirco hanc quoque radicem in Italiam advehunt, ut quæ longiori tempore imputris, & sine germine possit perdurare.* De hoc Cyrenensi, quod Plinius Ægyptium, hodie culcas dicitur, intelligendus Theophrastus, videat lector cap. x. cap. iv. quo loco de hoc aro nonnulla diximus; nempe κολοκασίαν, unde vulgo culcas dicitur, vocatum à veteribus fuisse ab amplitudine foliorum. Insuper culcas, sive colocasion diximus habere radicem dulcem, edulem, suavem, aro simillimam, omnesque habere notas quas Plinius aro Ægyptio, & Galenus Cyrenaico tribuerunt; insuper culcas non esse fabam Ægyptiam probavimus. Quod de Ægyptio aro verba faciat Theophrastus, vel hoc probatur argumento; Folia inquit ari admodum magna esse; σφόδρα μεγάλα; qualia non sunt vulgati, sed ari Ægyptii folia. Insuper capite sequenti, ari folium cum latitudine cavum, atque cucumeraceum esse scribit; nec talia sunt vulgati ari folia. Sed duo ari genera ex capite sequenti duodecimo novisse Theophrastum probatur, cum arum esculentum floris gratia caulem ferre negat. Ergo aliud quoddam genus est esui ineptum. Radicem incrementum magnum, capere inquit præceptor, Quod mirum non est, si planta, quo vult modo Theophrastus, colatur. Nam sola radix toto alimento tantum nutritur, quo folia, caulesve nutriri debebant. vide cap. x. lib. 1. Histor. Idem de aliis bulbis observare licebit, tulipis, hyacynthis, narcissis, & similibus; uti Plinius lib. 19. cap. 5. docet, ubi bulbis in genere adscribit, quod Theophrastus aro tribuit lib. 1. cap. 10. *Celerius*, inquit, *tamen proveniunt satæ bulbis circa latera natis; Et ut crescant, folia quæ sunt his ampla, deflexa circa obruuntur; Ita succum omnem in se trahunt capita.* Restat inquiramus, an arum illud Æpyptium Plinii sive Cyrenaicum Galeni, de quo Theophrastus agit, sit petasites, ut quidam volunt. Petasitidem describit Dioscorides lib. 4. cap. 108. πετασίτης μίσχος ἐστὶ μείζων πήχεως, δακτύλου μεγάλου πάχος, ἐφ' οὗ φύλλον περιφερὲς μέγα προσκείμενον ὥσπερ μύκης. *Petasites pediculo est cubitali majore, crassitudine pollicis, cui folium prægrande, petasi modo amplum, seu fungus incumbit.* Ex hac descriptione nemo rectè dixerit, petasitem esse arum Ægyptium antiquorum. Hoc enim paucis admodum locis provenit, præterquam in Ægypto, ubi copiosissimum. Nempe in Lusitaniæ locis nonnullis, juxta rivulos & fluenta; quod procul dubio Dioscorides adnotasset, nec unquam oblitus fuisset, radicem petasitis apud Ægyptios usum in cibis familiarem habere. Aron hoc magnum quidem habet folium, personatiæ etiam folium magnitudine superans, Nymphææ foliorum modo nervosum admodum, & plurimis venis eminentioribus exteriore parte contextum, numquam madens, etiamsi aquis immergatur. Sed ex his non sequitur petasitem esse. Cacalia vulgo dicta folium etiam satis magnum habet, petasiti veræ multum assimilis planta; quam etiam pro cacalia doctiores quidam habent. quorum opinionem data occasione examinabimus. Radicem hæc habet albidam, fibrosam, crassam gariophyllatæ, ex qua pediculi surgunt donati foliis permagnis, leviter laciniosis, petasitis modo, quam etiam odore imitantur. Caulem emittit ternorum cubitorum, ramulis quibusdam divisum, flosculis albicantibus, & aliquantum obsoleta purpura aspersis, incondite congestis, pannosis, mucosisque, uti in eupatorio cannabino. Hanc ne licebit, quod folia magna habeat, petasitem vocare? Dico igitur petasitem arum Ægyptium non esse, & plantam illam quæ vulgo petasites dicitur, rectè cum Dioscoridis descriptione convenire: quod tamen in botanicis exercitatissimus, & indefessus Dioscoridis illustrator negat, his adductus rationibus. *Quod planta hæc* (petasites vulgaris) *folia plura & ampla ab ipsa statim radice emittat* (*non unum tantum folium, ut de legitima petasite tradidit Dioscorides*) *nusquam tamen visa est in summitate pediculi, id est caulis, folium producere amplum, galeri modo,* (ab hac forma multum diversa est colocasia, sive arum Ægyptium) *vel fungi instar dependens. Nam quis ignorat fungorum pediculum in sui orbis centro esse affixum? At in petasite illa vulgari longè aliter res se habet.*

cum

Cacalia.



Petasites sine flore.



cum folia plura profert tellure tenui à radice prodeuntia; & caulem vere tantum emergentem; in quo non folium fungi modo suspensum habet, sed flores fere spicatos, & papposos. Sed sciendum, Dioscoridem non novisse videtur hunc vernum cauliculum, in quo flos petasites; siquidem hic primo vere erumpit, cum planta foliis est vidua, quibus erumpentibus is perit. Sed μίσχον vocat pediculum magnum, crassum, cubitalem, ac non raro majorem, carnosum, cui folium magnum, petaso, galero, aut rotundo pileo simile circumferentiæ centro, aut proximè insidet; amplissimi fungi (nisi una parte fissuram ad pediculum pertingentem haberet) speciem quandam referens, præsertim pereuntis & emarcidi. Nam initio quidem fungorum superior superficies convexa est; cum verò marcescunt fungi, concava magis apparet: Ita & petasitis folium concavi nonnihil superiore parte habet. Neque id obstat quod plura folia ferat petasites, Dioscorides verò unum folium ferre scribat. Dioscoridis verba sanè intelligenda sunt. Non negat is, hanc plantam plura proferre folia; sed vult in singulis illis pediculis magnis unicum tantum insidere folium, fungorum more; uti icon addita affabre ostendit. Ari Ægyptii folia nec tam magno pediculo, uti lib. 4. cap. 10. dictum est, insident; nec ullum fungi modum ostendunt. Litteratores etiam Dioscoridem culpant, ac eum de una eademque planta bis, terve tanquam diversa egisse volunt, ac arum Ægyptium, sive colocasiam, & fabam Ægyptiam, & petasitem eandem esse plantam affirmant, has vero Dioscoridem & veteres omnes diversas fecisse. Probare id conantur; *Annon* (inquiunt:) *similiter omnino loton Ægyptium, qui idem est cum Nymphea alba, diversis locis recensuit, veluti plantas diversas? Quem errorem participat cum Theophrasto, & quibusdam aliis veterum.* Sed rem aliter se habere, & hæc mera esse figmenta, supra lib. 4. cap. 10. satis ostendi, ubi & Nymphææ & loti Ægyptii iconem addidi, ac ostendi diversas planè & dissimillimas esse plantas. Idem de faba Ægyptia, aro, petasite dico. Aron Cyreniacum sive Ægyptium nota satis est planta, estque ea quæ vulgo colocasia, sive culcas ab Ægyptiis dicitur. sic & petasites satis nota. Temporis tractu & Ægyptia faba, nondum cognita, resurget. Videat lector quæ libro quarto de faba & loto Ægyptia diximus. Porro culcas Ægyptiorum, sive colocasium arum est, cujus hoc capite meminit Theophrastus. Κολόβιον veteres

Petasites florens.



dixerunt, quasi Κολὸν χιτώνιον, *mantum breve*, vel *curta lacerna*, quod folia talem quodammodo figuram representent. Et hac de causa Castellanis etiam hodie *Manta de neustra Señora*, id est, *Chlamys D. Virginis* dicitur. Et hæc de aro Ægyptio, cui subnectenda est vulgaris ari Historia. De ari etymo hæc Lobelius. *Quin si è Græco non sit ἄῤῥεν ἱερὸν, quasi sacrum, ut in iride factum, plebecula quæ barbam Aronis vocitat, videtur agnoscere, ex palæstino vernaculo, & ornamento Aronis pontificis.* Vulgus, *papen pint*, id est, *penem sacerdotis*, vocant, quod

pistil-

Pistillum promit exacti fere genitalis effigie Describitur a Dioscoride lib. 2. ἄρον τὸ καλούμενον παρὰ Σύροις λοῦφα, φύλλα ἀνίησιν ὅμοια τοῖς τοῦ δρακοντίου, μικρότερα δὲ (Alii codices μακρότερα) καὶ ἀσπιλότερα. (vetus ἀσπίλωτα) καυλὸν σπιθαμιαῖον, ὑπόπορφυρον (vetus codex & Oribasius ὑπόπυρρον) ὑπεροειδῆ. ἐφ' οὗ ὁ καρπὸς κροκίζων. ῥίζα λευκὴ παρὰ τὴν τοῦ δρακοντίου. (vetus ἡ κεκρυμμένη λευκή) ἣ καὶ ἐσθίεται ἑψομένη ἧττον οὖσα δριμεῖα. ταριχεύονται δὲ τὰ φύλλα εἰς βρῶσιν, καὶ καθ' ἑαυτὰ ξηρανθέντα ἑψόμενα ἐσθίεται. *Aron apud Syros lupha vocitatum, folia emittit dracunculi, sed & minora* (*majora*, sed hanc lectionem improbant Oribasius & Serapio, minora esse docet insuper experientia) *& minus maculosa: caulem dodrantalem subpurpureum* (*subruffum*) *ac pistilli forma, in cujus summo fructus est in croceum colorem inclinans. radix alba, dracunculi radici proxima; quæ itidē decocta estur, quippe quæ minus acris sit, folia vero ad esum condiuntur, & arida per se decocta mandūtur.* Hæc omnia de vulgato nec Ægyptio dici possunt, nisi quod Ægyptii ari folia sint multo majora, maculisque carentia, ut legit antiquus codex; contra vulg. ari radix olivæ magnitudine, quæ neutiquam ad dracunculi accedit. Vulgatum arum his notis describit Plinius lib. 24. cap. 16. *Namque aros radicem nigram in latitudinem rotundam habet, multoque majorem, & qua manus impleatur.* Ari radicē nigram inquit, Dioscorides albam. De Ægyptio aro intelligendum magnus Plinii commentator Dalec. scribit. Alij Pliniū cum Dioscoride hoc modo conciliant, quod Dioscorides ipsam substantiam radicis consideret, Plinius verò corticis colorem descripserit. Dalecampii magis arridet opinio: nempe de Ægyptio hæc intelligenda esse. Hæc magna satis qua manus impleatur; parva vulgaris & exigua majoris olivæ, aut exigui bulbi magnitudine. Hac de causa Doctiss. Botanicus Tragus vulgare arum, arisarum esse Dioscoridis scripsit, de quo Dioscorides capite sequenti. Ἀρίσαρον ἐστὶ μικρὸν βοτάνιον, ῥίζαν ἔχον ὡς ἐλαίας. ἔστι δὲ δριμύτερον τοῦ ἄρου. *Arisarum exigua herbula est, cujus radix olivæ est magnitudine, majoris quam aron acrimoniæ.* Plinius lib. 24. Cap. 16. *Est & aris, quæ in eadem Ægypto nascitur, similis aro, minor tantum minoribusque foliis, & utique radice; quæ tamen olivæ grandis magnitudinem implet: alba geminum caulem, altera unum tantum caulem emittens.* Aridem vocat, quo nomine etiam Hippocrati nota & Hesychio planta. Hesychius ἄρις εἶδος βοτάνης. Ἄρις οὐ μόνον τὸ ὄργανον, ἀλλὰ καὶ βοτάνη τις οὕτως ὀνομαζομένη. *Non solum instrumentum, sed etiam hujus nominis herba.* In libris de simpl. med. arisari voce utitur: ἀρίσαρον μικρότερον ἐστὶ πολλῷ τοῦ ἄρου, καὶ ῥίζαν ἐλαίας ἔχει τὸ μέγεθος, ἔστι δὲ αὐτοῦ πολὺ δριμύτερον. *Arisarum multo minus est aro, radicem magnitude olivæ habet, multo verò eo est acrius.* In Ægypto nasci scribit. Hoc nec Dioscorides, nec Veterum quispiam tradidit; fictitium esse puto. Nihil de aride hoc Alpinus, nihil Bellonius, cæterique qui Ægyptum perlustrarunt. Grandis olivæ magnitudinem implere ait; cum cæteri auctores olivæ magnitudine describant arisarum. Alibi idem Plinius Callam vocare videtur lib. 27. cap. 8 *Calla*, inquit, *duorum generum est; una similis aro, nascitur in arationibus, colligitur antequam inarescat, usus que eosdem habet, quos arum: alterum ejus genus quidam anchusam vocant.* Ad hunc locum Dalecampius. *Lego*, inquit, *calix duorum. Calica alicubi legerat Plinius, arim sive arisarum vocari, & quoniam anchusa quoque calix dicitur, calicis duo genera statuit. Arisarum calicem vocatum fuisse arbitror, quod ejus fructus calice obducatur membranoso.* Arisarum ea planta est, cujus figuram addidimus; aro minor est, radicemque olivæ fert magnitudine. Folio est hederaceo, lato, acuminato; sed multo quam ari minore; cauliculus ejus tenuis & exilis est, vagina sive involucrum parvum, pistillus exiguus in nigro purpurascens, radix candida, forma ari, sed minor.

Arum vulgare.



Arisarum latifolium.



Hujus etiam genus est aliud folio angustiore. Sed de generibus arisari, arique videat lector Phytopinacem Bauhini.

Dracunculi radicem cibo ineptam medicisque tantum commodam, inquit, Theophrastus. Præterea Dracunculi plura esse genera, vel saltem præter hoc aliud, dein arum vocari; & cur dracunculus vocetur, causam addit. Hæc examinanda nobis sunt: Radicem ineptam inutilemque cibo inquit. Contrarium docet Dioscorides lib. secundo cap. 196. λαχανεύεται δὲ ἡ ῥίζα καὶ πρὸς τὴν ἐν ὑγείᾳ χρῆσιν, ἑφθή τε καὶ ὠμὴ ἐσθιομένη. οἱ δὲ ἐν ταῖς Γυμνησίαις νήσοις, καλουμέναις δὲ Βαλλιαρίσιν, ἑφθὴν τὴν ῥίζαν μιγνύντες μέλιτι πολλῷ ἐν τοῖς συνδείπνοις, ἀντὶ πλακούντων παρατιθέασιν. *Ipsa verò adix etiam ad sanorum usus, nimirum in cibos, cocta crudaque oleris vice recipitur, quin & gymnasiarum insularum, quas Baleares vocant, incolæ coctam radicem, cum melle multo, placentarum loco in conviviis apponunt.* Docet etiam idem Dioscorides quando effodienda, & quomodo servanda sit hæc radix. ἀποτίθεσθαι δὲ δεῖ τὴν ῥίζαν ἐν πυραμητῷ ὀρύξαντας καὶ πλύναντας καὶ κατατεμόντας, ἐνείραντάς τε λίνῳ καὶ ξηράναντας ἐν σκιᾷ.

Ceterum

Cæterum radicem messibus effodi, lotamque frustratim concisam, ac lino trajectam, siccari in umbra, atque ita recondi oportet. Idem Plinius lib. 24. cap. 16. *Dracunculus quem dixi, hordeo maturescente effoditur, luna crescente.* Hæc satis ostendunt dracunculi radicem locum in cibis habere. Galenus libro secundo de alimenti, facultatibus cap. 64. in cibis dracunculum recipi quidem scribit, verum non crudum, sed elixum καὶ ταύτης τὴν ῥίζαν δὶς που καὶ τρὶς ὡς ἀποθέσθαι, φαρμακῶδες, ἐσθίειν ἐνίοτε δίδομεν, ὥσπερ καὶ τὰς τῶν ἄρων. *Hujus quoque radicem bis terve elixantes, quoad medicamentosum omne deposuerit, nonnunquam exhibemus mandendam, quemadmodum & ari.* Nec in usu solum quotidiano assumuntur hujus radices, sed & in morbis pectoris; quod hæc verba quæ sequuntur docent, ὅταν ἰσχυροτέρας δέωνται δυνάμεως τὰ κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα περιεχόμενα γλίσχρα καὶ παχέα. *Quando humores crassi & lenti, qui in Thorace ac pulmonibus habentur, vi majore indigent.* Theophrasti sententiam probare videtur idem Galenus Lib. de cibis boni & mali succi cap. 4. ἡ κράμβη δὲ καὶ ἡ φακὴ τῆς αὐτῆς τοῦ χυλοῦ φύσεως οὐ μετειλήφασιν, ἀλλὰ τὸν νιτρώδη τε καὶ ὑπακτικὸν ἔχουσι. καθάπερ τὸ δρακόντιον μὲν τὸν δριμύν τε καὶ πικρὸν ἰσχυρῶς, ἄρον δ' ἀμφότερα μὲν, ἀλλὰ ἀμυδρῶς. *Brassica & lentes non eandem cum glutinosis ante dictis succi naturam sortitæ sunt, sed earum succus nitrosus, & dejiciendo alvo efficax est, sicut. Dacunculi acerrimus & amarissimus, utrumque aron præstat, sed minus efficaciter.* Hoc si verum, quis dracunculi radice cruda pro cibo uteretur? Unicum tantum refugium pro Dioscoride, duo esse dracunculi genera, ac majus in cibis damnari, minus verò recipi. Sed nec hoc controversia caret. Dicendum itaque Dracunculi radicem non secus ac ari, in quibusdam, terris uti insulis Balearibus, acrimoniam minorem habere, contra in aliis summam. Et hoc an verum sit, non constat. Illud inquirendum, an plura sint genera. Asserit Theophrastus, cum inquit, καλοῦσι γὰρ τι δρακόντειον ἄρον. —— Tria Plinius agnoscit genera loco citato. *Id autem quod Græci dracontion vocant, triplici effigie demonstratum est mihi, foliis betæ* (tale Mathiolus depingit; lapatho comparat auctor quisquis sit, cujus inter notha extat de dracontio majore historia) *non sine Thyrso, flore purpureo: hoc est simili aro. Alii radice longa, veluti signata articulosaq; monstravere, tribus omnino, auliculis, folia ejus ex aceto decoqui contra serpentum ictus jubentes. Tertia demonstratio fuit folio majore qua cornus, radice harundinea, totidem ut affirmabant geniculata nodis, quot haberet annos, totidemque esse folia.* —— In Dioscoridis nonnullis codicibus duo dracunculi genera describuntur, majus & minus. Sed an caput hoc de majore legitimum sit, an verò spurium, inter recentiores non convenit. Qui spurium contendunt, ex Cratevæ, vel alterius cujuspiam scriptis perperā textui Dioscoridis adjectum, his fere probant argumentis; Quod apud Serapionem non extet: tum quod in utroque capite, diversas quidem utcunque voces, unam tamen eandemque Historiam animadvertere licet. Si enim, inquiunt, singula expendamus, vix aliud occurret discrimen, quam quod dracontii folia Dioscorides hederæ comparat; ille vero quisquis sit lapatho. Itemque colorem fructus a principio herbaceum agnoscit Dioscorides (falso enim, inquiunt, in Aldino exemplari, & apud Oribasium κολώδη legitur:) Ille verò σποδοειδῆ, hoc est, *cineraceum.* Sed fortassis Dioscorides ad folii colorem, firmitatem, lævoremque, ille ad ejusdem longitudinem respexit. Qui contrariam defendunt opinionem, his rationibus utuntur; quod in cunctis antiquissimis, & probatissimis codicibus utrumque caput legatur, tum quod Oribasius tanquam legitimum agnoscat. Pretereа non planè eandem utriusque historiam & medicinam esse, quod quilibet facile observare potest: Insuper Theophrastum Pliniumque plura dracunculi genera statuere, ac Theophrastum quidem dracunculi quoddam genus aron vocari scribere, quod nomen majus dracunculum obtinere asserit auctor ille, quisquis contexit majoris dracunculi historiam; cum tamen minorem dicat foliis hederaceis, qualia fert arum, cui dracunculi folium tribuis Dioscorides, etiam radicem aro similem. Verisimilius itaque minus sic vocatum. Hoc in negotio quid dicam, scribamve, vix scio; utraque opinio validis satis est nixa argumentis Si Dracontii icon exhibita à Doctissimo Mathiolo in rerum esset natura, (etenim doctiores Mathiolum hanc effinxisse, eo prætextu ut doctior videretur, scribunt: nos saltem nunquam vidimus) utrumque caput agnoscerem, legitimum. Idem etiam facerem si plantam quandam conspicerem; huic descriptioni convenientem. Hanc enim nondum videre licuit. Nam quæ proxime accedit aro nobis nimis similis est, ac proinde pro ari genere habeo. Anceps itaque hæreo, nec quam probem opinionem affirmare queo. Utriusque interim descriptionem adferam, ac quidem de majore prius agam, quod primum locum huic dederit Oribasius. Δρακόντια μεγάλη, οἱ δὲ ἄρον, οἱ δὲ ἴσαρον, οἱ δὲ ἴαρον, οἱ δὲ ἱεράκιον, οἱ δὲ βίαρον, οἱ δὲ ἀγριάρειον, οἱ δὲ κύπερις, ῥωμαῖοι λουρουμὲμ, οἱ δὲ μανουαρίαμ, οἱ δὲ σιγγιλιάλιον. φύεται ἐν συσκίοις περὶ φραγμοῖς καυλὸν δὲ ἔχει λεῖον, ὀρθὸν, ὡς διπηχυαῖον, καὶ παχὺν, ὡς βακτηρίαν, ποικίλον κατὰ χρόνον (forte χροιάν, vulgatam tamen sequitur Oribas.) ὡς ἐοικέναι δράκοντι καὶ πλεονάζειν μὲν ἐν τοῖς διαπορφύροις σπίλοις. φύλλα δὲ ὡς λαπαθοειδῆ, ἀντεμπεπλεγμένα. καρπὸν δὲ ποιεῖ ἐπ' ἄκρου τοῦ καυλοῦ βοτρυώδη, σποδοειδῆ τῷ χρώματι τὸ πρῶτον, ἐν δὲ τῷ πεπανθῆναι κροκίζοντα καὶ φοινικοῦν. ῥίζαν εὖ μεγάλην, στρογγύλην, λευκὴν, φλοιὸν ἔχουσαν λεπτόν. *Dracontium majus, alii aron, alii sarum, alii jarum, alii hieracicum, alii biarum, alii aron agreste, alii cyperida vocant. Romani lurumen, nonnulli manuariam, nonnulli sigglialcon,* (Pro his interp. *Romani colubrina alii saurariam* forte à lacertarum colore vario. *alii sigingialcon.* Notet lector hæc conclusa in Oribasii codice non reperiri.) *Nascitur in umbrosis circa sepes; caulem habet lævem, rectum, propè bicubitalem, & baculi crassitudine, draconis instar versicolorem,* (pro tempore versicolorem) *& purpureis maculis abunde respersum. folia lapathi figura, mutuo implicita* (Connexa & cohærentia malim, talia enim dracunculi majoris folia, ἀντεμπλοκή, siquidem connexio est) *fructum summo caule producit racemosum, colore primum quidem cineraceo, sed cum ematuruit, ad croceum & puniceum vergente: radicem prægrandem, rotundam, candidam, tenui vestitam cortice.* Alterum dracunculum his verbis describit δρακόντιον ἔχει φύλλα κισσοειδῆ, μεγάλα, σπίλους ἔχοντα λευκούς· καυλὸν δὲ ὀρθὸν, δίπηχυν, ποικίλον, ὀφιοειδῆ, διαπορφύροις σπίλοις βακτηρίας τὸ πάχος. καρπὸν δὲ ἐπ' ἄκρου βοτρυώδης, χρώματι τὸ μὲν πρῶτον χλοώδης (χολώδης Ald. Orib) πεπανθεὶς δὲ κροκίζων ἐπιδάκνει τὴν γεῦσιν. ῥίζα ποσῶς στρογγύλη, βολβοειδὴς, ὁμοία ἄρῳ, φλοιὸν ἔχουσα λεπτόν. φύεται ἐν συσκίοις, περὶ φραγμοὺς καὶ αἱμασιαῖς. *Dracunculus folia fert Hederacea, magna, candidis notata maculis, caulem vero rectum, duum cubitorum, versicolorem, anguis effigie, maculis respersum purpureis, baculi crassitudine; fructus est in summo racemosus, colore primum quidem herbaceo,* (teileo) *sed cum ematuruerit, ad croceum vergente, sapore mordax; radix quadantenus rotunda, bulbosa, aro similis, tenui vestita cortice. Nascitur in umbrosis circa sepes & macerias.* Pro majori dracunculo viri doctiores ostendunt plantam vulgo serpentariam dictam. Caulem erigit rectum, tripedalem, crassitudine pollicis, teretem, glabrum levemque, versicoloribus maculis, maxime purpureis conspersum & varium, angui adeò similem, ut etiam cauto ex improviso oblatus anguis esse credatur. Folia magna & ampla sunt, è senis, septenis, pluribusve simul ordinatè conjunctis, quorum singula oblonga sunt, & angusta, acuti lapathi foliis satis similia, at levia & glabra in summo caule, veris fine aut æstatis initio, involucrum fert foliaceum, longitudine dodrantali, foris herbaceo, intus verò in punico colore, una cum pistillo suo nigricante, qui longus, crassus, & cornu modo in acutum fastigiatus; cujus seminis incremento distenta, dissilienteque membrana, fructus racemosus uvæ instar patet, primum viridibus, in maturitatem puniceis, vel rubentibus succique plenis baccis farctus, in quibus crocati sunt durique nuclei. Radice nititur perenni, crassa, bulbosa, rotunda, tenui cortice induta, magnitudine mediocris mali, multis candidis capillamentis fibrata; cui oculi seu exigui bulbi adnascuntur, quibus multiplicatur. Eandem hanc plantā alii pro minore dracunculo agnoscunt, ac hujus folia hederaceis comparant, & Dioscoridem, vel Cratevam, vel si forte alius Cratevanus fuit, ad indolem & universum habitum plantæ respexisse, foliorumque lævorem, virorem, colorem nitidum superficiei contulisse. Alii meo judicio rectius sentiunt, qui arum venis albis pro dracuntio minore habent. Etenim Dioscorides capite sequenti, arum folia dracunculi emittere scribit, eique radicem similem habere; quod hoc etiam capite confirmat. Ari folia hederaceis non dissimilia sunt. Planta hæc, involucro seu vagina, pistillo, uvaque aro similis est; foliis tamen non nigris, sed albicantibus maculis respersis; quæ non ita citò, ut ari pereunt; sed unà cum uvis in hyemem usque perdurant,

Dracontium majus.



acini quoque minus saturato, sed ad croci inclinante colore rubent, radix non absimilis ari, candida & bulbi specie, fibras habet adhærentes, exigua novarum stirpium rudimenta. Pro ari genere quodam hanc habeo plantam. Nam caulem vix semissem habet, cum dracunculus minor bicubitalem, auctore Dioscoride, ferat. Dracunculi genus arum vocari, scribit Theophrastus. Idem Phanias apud Athenæum lib.9. ἐπεὶ δὲ ἄρου ἐμνημόνευσεν ὁ Νίκανδρος, προσυποδοτέον ὅτι καὶ Φανίας ἐν τῷ προειρημένῳ βιβλίῳ γράφει οὕτως. δρακόντιον, ὃ ἔνιοι ἄρον, ἢ ἀρωνίαν, &c. *Quoniam vero Nicander, ut dictum, ari mentionem fecit, adjiciendum Phaniam, libro modo citato scripsisse, dracunculum aron, vel aroniam* (quod minor aro Ægyptio fortassis, alioquin, similis sed tollenda vox posterior) *vocari.* Plinius lib. 24. cap. XVI. verius cap. XV. Connectenda enim historia. *Ægyptus hanc maxime gignit, quæ & aron. de qua inter bulbos diximus, magnæ cum dracontio litis. Quidam enim eandem esse dixerunt. Glaucias satu discrevit, dracontium sylvestrem arum pronunciando. Aliqui radicem aron appellaverunt, caulem vero dracontium, in totum alium, si modo hic est, qui apud nos dracunculus vocatur. Namq; aros radicem nigram in latitudinem rotundam habet, multoque majorem, & qua manus impleatur. Dracunculus subrutilam & draconis convoluti modo, unde & ei nomen. Quin & ipsi Græci immensam posuere differentiam, semen dracunculi fervens mordensque tradendo, tantumque inesse ei virus, ut olfactu gravidis abortum inferat; Aron miris laudibus extulere, primum in cibis fœminarum præferentes, quoniam mas durior esset & in coquendo lentior.* Quidam, inquit, eandem esse dixerunt arum Ægyptium & dracunculum; congeneres ergo sint oportet plantæ; facie tamen diversæ, caule floreque exceptis. Dicit Plinius à Græcis quibusdam dracontion aron vocari. Hinc ille easdem putavit esse plantas. Alibi ostendi plantas diversis nominibus esse, alteramque alterius nomen obtinere. Hoc itaque fefellit Plinium, vel auctorem ex quo hæc habuit. Sequitur Glauciæ opinio. hic dracontion sylvestrem aron dixit, (dicimus aros & arum.) An itaque arum minus dracontion alterum est? Sed ubi caulis bicubitalis? Forte hic pro Dracuntio, vel aro plantam descripsit à Dioscoridis diversam. Alios inquit radicem aron appellasse, Dracuntion caulem, quod ὀφιώδης esset. Hinc apud Hesychiũ, ἄρον τεύβλιον μέγα, καὶ βοτάνης ῥίζα. Quod de aro sequitur, supra examinavi; quod de dracunculo sequitur, præter veritatem est. Radicem inquit habere subrutilam. Albam habet dracunculus vulgaris, nec draconis convoluti modo, sed rotundam. Ex Iolao, vel alio Græco hoc Plinius hausit, qui dracunculum aron, & fabam Ægyptiam confundit, ut supra lib. 4. ostendi. ἧς ὁ καυλὸς, ἥ τε ῥίζα πάντως ἐστὶν ὀφιώδης τοῦ ποικίλου, καὶ ταῖς κεφαλαῖς — κολοκασίαν μὲν καλοῦσι τὴν ῥίζαν, τὸ δὲ ὑποπεφυκὸς κιβώριον. ἡ δὲ περὶ τὸν θῆλον ἕλκη θεραπεύει δύναμις. Postremum hoc dracunculo convenit, cui prius planè non congruit. Etenim nec colocasia, sive arum Ægyptium, sive fabam, de qua veteres, consideres, hac facultate pollet. Soli fabæ κιβώριον nomen convenit. Nemo unquam aro vel dracunculo nomen hoc dedit. Caulem, inquit, varietate macularum serpentes imitari, radicem verò capitulis, sive adnatis, quibus colocasia vulgata donata. Colocasiæ vulgaris sive ari Ægyptii caulis neutiquam ὀφιώδης, id est, serpentis facie est, sed colore virescentis dilutioris. Alioquin aro similis. Sic enim Alpinus. *Primum cauliculus exiit rectus, rotundus, asparagi crassitie, cum foliis istiusce plantæ concolor.* Quæ colore, ut dictum est, sunt dilutiore viridi. Hoc itaque vel dracunculo adscribemus, cujus radix quod draconem referat, habet nihil. Verum arum Ægyptium radicem fert lagenulæ non dissimilem, non raro chinæ, uti rectè comparat Alpinus. Hanc credo draconi vel serpenti comparavit, uti etiam Plinius, qui convoluti draconis modo inquit esse dracunculum; cum ari Ægyptii radix talis esse videatur, qualem etiam ostendit formam radix chinæ. Apulejus dracunculi imam radicem similitudinem capitis draconis habere inquit. Non video quæ similitudo huic radici cum capite draconis. Sed, ut dixi, convolutum draconem refert Ægyptii ari radix, & sic confundit omnia Plinius & Iolaus. *A radice*, inquit Plinius, *convoluti draconis forma dracunculi nomen accepit.* Et illud præter veritatem. Ipse Theophrastus hoc nomen accepisse scribit, quod caulem serpentis, sive draconis modo maculis picturatum habeat, nec hoc tantum cap. XI. sed etiam lib. 9. cap. 22. repetit. καυλὸν δὲ ἔχει ποικίλον ὀφιώδη. Idem Dioscorides, idem alii. Errat itaque Plinius. Pudet Plinii plura recensere errata. Quare ad gladioli historiam venio.

De gladiolo supra lib. 6. egimus, quo loco Plinii verba examinavimus, & quæ de gladiolo dicenda erant exposuimus. Illud tantum hic addo; apud nos in conficiendis panibus usum habere nullum. Ἀποφύσεις, de quibus hic Theophrastus, adpictas altera figura habet. Sunt bulbuli exigui quibus propagatur, nati ex inferiori bulbo qui verno tempore perit, in plures bulbulos multiplicatus. Quod scribit scolopendras frequenter juxta hanc reperiri plantam, non observavi; fieri facile potest.

De Theseo hac Plinius lib. 21. cap. 17. *Non dissimilis est* (gladiolo) *& quæ Thesion vocatur, gustu aspera.* Apud Theophrastum non τραχεῖα, sed πικρὰ legitur; uti ipse Plinius lib. & cap. 22. legit, ubi inquit, *Thesium quoque non dissimili amaritudine est,* (à picride) *sed purgat alvum, in quem usum teritur ex aqua.* Quæ planta Thesion sit, affirmare nequeo. Neutiquam illorum opinioni subscribo, qui vel lactucæ, vel cichorei genus esse statuunt. Etenim, si Plinio fides, radicem habet similem gladioli. Nam verba hæc! (*non dissimilis est, & quæ Thesion*) intelligo de forma radicis, non qualitate. Sic enim Plinius ante. *Bulborum generi quidam adnumerant & cypiri, hoc est gladioli radicem — non dissimilis* (scilicet bulbo, vel radice) *& quæ thesion vocatur.* Nec locum Plinii confusum arbitror. Eundem enim quam Theophrastus servat ordinem. Apud hunc enim gladioli radicis dulcis historiam, sequitur thesei amaræ.

ΚΕΦ. ΙΒ. | CAP. XII.

Discrimen herbarum per folia, per caules. Scyllam ante portas satam contra veneficia esse. Deque narcisso, & scylla. Peculiare de amygdala.

Κατὰ δὲ φύλλα, τοῖς τε μεγέθεσι καὶ τοῖς σχήμασιν, ὁ μὲν ἀσφόδελος μακρὸν καὶ στενότερον, καὶ ὑπόγλισχρον ἔχει τὸ φύλλον. ἡ δὲ † σκύλλα, πλατὺ καὶ εὐδιαίρετον. τὸ δὲ φάσγανον, ὑπό τινων δὲ καλούμενον ξίφος, ξιφοειδές· ὅθεν ἔχει καὶ τοὔνομα. ἡ δὲ ἶρις, καλαμωδέστερον. τὸ δὲ τοῦ ἄρου, πρὸς τῇ πλατύτητι καὶ ἔγκοιλον καὶ σικυῶδές ἐστιν. ὁ δὲ νάρκισσος, στενὸν καὶ πολὺ καὶ λιπαρόν. βολβὸς δὲ, καὶ τὰ βολβώδη, παντελῶς στενά. καὶ τοῦ κρόκου δέ τι στενώτερον. ‡ καυλὸν δὲ, τὰ μὲν οὐκ ἔχει τὸ ὅλον, ὥσπερ τὸ ἄρον τὸ ἐδώδιμον· τὰ δὲ τὸν τοῦ ἄνθους μόνον, ὥσπερ ὁ νάρκισσος, καὶ ὁ κρόκος. ἔνια δὲ ἔχει, καθάπερ ἡ * σκύλλα καὶ ὁ βολβὸς, καὶ τὰ βολβώδη, καὶ ἡ † ἶρις, καὶ τὸ ξίφιον· μέγιστον δὲ πάντων, ὁ ἀσφόδελος. ὁ γὰρ ἀνθέρικος μέγιστος. ὁ δὲ τῆς † ἴριδος, ἐλάττων μὲν, σκληρότερος δέ. τὸ δὲ ὅλον ἀνθερικώδης. ἔστι δὲ καὶ πολύκαρπος ὁ ἀσφόδελος, καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ ξυλώδης. τῇ μὲν μορφῇ, τρίγωνος, τῷ δὲ * σχήματι, μέλας. γίνεται δὲ ἐν τῷ στρογγύλῳ τῷ ὑποκάτω τοῦ ἄνθους. ἐκπίπτων δὲ τοῦ θέρους, † ὅταν τοῦτο διαχάνῃ, τὴν ἄνθησιν ποιεῖται κατὰ μέρος, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς σκύλλης. ἄρχεται δὲ πρῶτον ἀπὸ τῶν κάτωθεν. ἐν δὲ τῷ ἀνθερικῷ συνίσταται σκώληξ, ὃς εἰς ἄλλο μεταβάλλει ζῷον πτηνὸν ἀνθηνοειδές· εἶθ᾽ ὅταν ὁ ἀνθέρικος αὐανθῇ, διεσθίων ἐκπέταται. δοκεῖ δὲ ἴδιον ἔχειν πρὸς τὰ ἄλλα τὰ λειόκαυλα. διότι στενὸς ὢν ἀποφύσεις ἄνωθεν ἔχει. πολλὰ δὲ εἰς τροφὴν παρέχεται χρήσιμα. καὶ γὰρ ὁ ἀνθέρικος ἐδώδιμος σταθευόμενος, καὶ τὸ σπέρμα φρυγόμενον. πάντων δὲ μάλιστα ἡ ῥίζα κοπτομένη μετὰ σύκου. καὶ τὴν πλείστην ὄνησιν ἔχει καθ᾽ Ἡσίοδον. ἅπαντα μὲν οὖν φιλόζωα τὰ κεφαλόρριζα. μάλιστα δ᾽ ἡ σκύλλα. καὶ γὰρ κρεμαμένη ζῇ, καὶ πλεῖστον γε χρόνον διαμένει· δύναται δὲ καὶ τὰ θησαυριζόμενα σώζειν. ὥσπερ τὴν ῥόαν ‡ ἐκπηγνυμένου τοῦ μίσχου, καὶ τῶν φυτευομένων δ᾽ ἔνια βλαστάνει θᾶττον ἐν αὐτῇ. λέγεται δὲ καὶ πρὸ τῶν θυρῶν τῆς εἰσόδου φυτευθεῖσαν, ἀλεξητήριον εἶναι τῆς ἐπιφερομένης δηλήσεως. πάντα δὲ ταῦτα ἀθρόα φύεται, καθάπερ καὶ τὰ κρόμμυα καὶ τὰ σκόροδα· παραβλαστάνουσι γὰρ ἀπὸ τῆς ῥίζης. ἔνια δὲ ἀπὸ τοῦ σπέρματος φανερῶς. οἷον ὅ, τε ἀνθέρικος, καὶ τὸ λείριον, καὶ τὸ φάσγανον, καὶ ὁ βολβός. ἀλλ᾽ ἴδιον τοῦτο τοῦ βολβοῦ λέγεται, τὸ μὴ ἀπὸ πάντων βλαστάνειν ἅμα τῶν σπερμάτων. ἀλλὰ τὸ μὲν, αὐτοετὲς, τὸ δὲ, εἰς νέωτα. καθάπερ τινὲς * γίγλοπά φασι, καὶ τὸν λωτόν. τοῦτο μὲν οὖν εἴπερ ἀληθὲς, κοινὸν ἑτέρων· κοινὸν δὲ ἴσως καὶ τὸ μέλλον λέγεσθαι. πλὴν οὐ πολλῶν. θαυμαστὸν δὲ ἐπὶ πάντων, ὅπερ ἐπί τε τῆς † σκύλλης καὶ τοῦ ναρκίσσου συμβαίνει. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων, καὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς φυτευομένων καὶ τῶν βλαστανόντων, καθ᾽ ὥραν τὸ φύλλον ἀνατέλλει πρῶτον· εἶθ᾽ ὕστερον ὁ καυλός. ἐπὶ δὲ τούτων, ὁ καυλὸς πρότερον. ‡ τοῦ ναρκίσσου δὲ, ὁ τοῦ ἄνθους μόνον εὐθυπρόωρον τὸ ἄνθος. τῆς δὲ σκύλλης καθ᾽ αὑτὸν εἰς ὕστερον, ἐπὶ τούτῳ τὸ ἄνθος ἀνίσχον προσκαθήμενον. ποιεῖται δὲ τὰς ἀνθήσεις τρεῖς. ὧν ἡ μὲν πρώτη δοκεῖ σημαίνειν τὸν πρῶτον ἄροτον· ἡ δευτέρα, τὸν μέσον· ἡ δὲ τρίτη, τὸν ἔσχατον· ὅσαι γὰρ ἂν αὗται

† σκίλλα.

‡ καυλὸν δὲ τὰ μὲν οὐκ ἔχει τὸ ὅλον, ὥσπερ τὸ ἄρον· τὰ δὲ τὸν τοῦ ἀνθ. ὥσπερ τὸ Ald. Bas. καυλὸν δὲ τὰ μὲν οὐκ ἔχει τὸ ὅλον τοῦ ἄνθους.

* σκίλλα.

† ἶρις.

‡ ἴριδος.

* χρώματι.

† ἀναστ codex Bas. ἄνω Ald. Lege ὅταν τοῦτο διαχάνῃ τὴν δὲ ἄνθησιν.

‡ Al. & Bas. ἐκπηγνυμένου lege ἐμπηγνυμένου.

* Ald. & Bas. γίλωπα lege αἰγίλωπα.

† σκίλλης καὶ τοῦ κρόκου συμβαίνει.

‡ Τοῦ κρόκου δὲ ὁ τοῦ ἄνθους μόνον. τῆς σκίλλης καθ᾽ αὑτὸν πρότερον, ὕστερον δὲ ἐπὶ τούτῳ τὸ ἄνθος ἀνίσχον προσκαθήμενον.

Foliorum verò discrimen, magnitudine, figuraque accipi debet. Etenim albuco folium prælongum, angustum, lentumque leviter: scyllæ latum. † Ensis, vel pugio, (ut quidam vocarunt) ad ensis effigiem exit: unde & nomen herbæ impositum est. ‡ Consecratrici arundinaceum potius est. Aro cum latitudine cavum atque cucumeraceum est. Narcisso angustum, frequens, & pingue. Bulbis omnibusque bulbosis valde angustum, sed croco angustius. * Caulis aliis omnino nullus, ut aro, quod mandi potest. Nonnulla caulem tantum floris sortiuntur; ut narcissus, & crocum. Aliis nimirum caulis assurgit, ut scyllæ, bulbo, omnibusque bulbosis. Item consecratrici, & pugioni, sed omnium maxime astulæ regiæ. Caulis enim dictus albucum unicè inter omnes excellit. † Consecratrici minor quidem, sed durior, in totumque albucum æmulans. Semen quoque abunde astula regia profert, lignosum semen. id est, figura triquetra, colore atro. Gignitur in orbiculato quodam, quod flori subest, ‡ decidit æstate. Cum orbiculatum illud dehiscit, floret per partes, ut & scylla. Incipiunt ab imis. Vermis in albuco gignitur, qui in aliud animal volatile floridumque transfiguratur. * Quod cum herba florere incipit, eroso statim operculo evolat. Peculiare is præ cæteris levibus caulium generibus hoc habere videtur. quoniam cum angusto corpore sit, in ramulos superne spargatur. Permulta ad cibum affert utilia. Quippe albucum tostum in cinere manditur, & semen torrefactum vsui est. Sed radix tusa cum ficu in usu maxime omnium venit, & vtilitatis plurimum autore Hesiodo præbet. † Omnia igitur capitata, radice vivacia majorem in modum sentiuntur: sed præcipue scylla. Vt pote quæ suspensa vivere possit, & quidem plurimum temporis. Potest etiam fructus recondendos servare, ut poma punica, ‡ detracto pediculo. Et satorum nonnulla celerius * apud eam germinant. Traditur & ante portas satam, remedio esse contra veneficiorum noxam. Omnia hæc † vniversim proveniunt, ut etiam cæpæ, & allia. ‡ Germen etenim ab radice laterale producunt. Nonnulla etiam è semine idem hoc evidentissime faciunt. * Vt astula regia, lirium, pugio, bulbus. Sed bulbo peculiare datur, quod non simul ex omnibus exit, sed partim anno primo, partim † secundo: ut etiam de ‡ avena, & loto traditum est. Id ergo, si verum sit, commune cum alijs habetur. Necnon & illud fortasse commune est, quanquam non multis, mirum tamen quod in scylla * narcissoque evenit. Cæterorum enim tam recens satorum, quam regerminantium, suo tempore primo folium oritur. Deinde caulis exit. In his verò caulis prius, & † narcissi quidem floris tantum caulis protenus exit. Flos enim eius plurimum festinat. Scyllæ autem caulis per se prius, tum flos ex eo emergens insidet, eademque florum proventus ternos ostendit: quorum primus tempus ‡ arandi primum significare videtur. Secundus medium: tertius novissimum. Quot enim fuerint isti, totidem & * arandi tempora ferme occurrunt. Sed cum ita senuerit, tunc foliorum exortus multis postea diebus incipit. Idem etiam in † narcisso fieri solet: nisi quod nec alium caulem præterquam floris propri-

† *Latum, ac pellucidum phasgany, vel gladioli (ut quidam vocarunt)*

‡ *Iridi.*

* *Caulis aliis nullus floris causa, ut aro esculento, aliis vero floris tantum causa datus ut Narcisso, croco; aliis autem caulis assurgit floris fructusque causa, ut scillæ, bulbo, omnibusq; bulbosis, itē iridi, & gladiolo.*

† *Iridi.*

‡ *Lignosum trigonum, id est.*

Decidit æstate, cum orbiculatū illud dehiscit. flores particulatim emittit, ut & scilla.

* *Quod cum albucum arescit.*

† *Omnia itaque quæ radice capitata constant, vivaci tenore perdurant.*

‡ *Infixo in scillum pediculo.*

* *Scillæ immissa.*

† *Congesta.*

‡ *Agnata etenim radix producit*

* *Vt hastula regia, narcissus gladiolus, bulbus.*

† *Futuro.*

‡ *Ægilope.*

* *Crocoque.*

† *Et croci quidem caulis floris tantū causa protinus primum propellitur. iustum enim legitimúque tempus prævenit flos.*

‡ *serendi.*

* *Serendi.*

† *Croco.*

γένωνται, καὶ οἱ ἄρωτοι σχεδὸν οὕτως ἐκβαίνουσιν. ὅταν δὲ οὕτως ἀπογηράσῃ, τότε ἡ τῶν φύλλων βλάστησις πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ * ναρκίσσου. πλὴν ὅτι καυλὸν ἕτερον ἔχει παρὰ † τὸν τοῦ ἄνθους, ὥσπερ εἴπομεν, ὅτι καρπὸν φανερόν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἄνθος ἅμα τῷ καυλῷ καταφθίνει, καὶ ὅταν ‡ αὐανθῇ, τότε τὰ φύλλα ἀναπάλλει. πρὸς μὲν οὖν τὰ ἄλλα πρὸς ἀμφω ταῦτα ἴδια. πρὸς δὲ τὰ προανθοῦντα τῶν φύλλων, καὶ τῶν καυλῶν, ὅπερ δοκεῖ ποιεῖν τὸ ἶφυον, καὶ ἕτερα τῶν ἀνθικῶν. ἔτι τε τῶν δένδρων ἡ ἀμυγδάλη μάλιστα ἢ μόνον· ὅτι ταῦτα μὲν ἅμα τῷ ἄνθει προφαίνει τὸ φύλλον * εὐθὺς κατόπιν. ὥστε καὶ διαζητεῖσθαι περὶ ἐνίων. ἐπὶ δὲ τούτων οἷον ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς φαίνεται καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἡμερῶν, καὶ διὰ τὸ μὴ πρότερον βλαστάνειν, πρὶν τοῦ μὲν τὸ ἄνθος, τοῦ δὲ καὶ ὁ καυλὸς ὅλος ἀπογηράσῃ. ἡ δὲ βλάστησις, προτέρα μὲν τῆς σκύλλης, ὑστέρα δὲ † ναρκίσσου. πλὴν δὲ καὶ τὸ φύλλον ‡ οὕτως ἀφίησι. καὶ ἔστιν ἡ ῥίζα αὕτη οὐ μικρά, καὶ οὐ μεγάλη, προσεμφερὴς κατὰ τὸ σχῆμα τῷ βολβῷ· πλὴν οὐ * λεπυρώδης. ταῦτα μὲν οὖν ἔχει σκέψιν.

* κρόκου.
† τὸ Al. Bas.
‡ ἀνανθῇ Theod. lege ἀπανθῇ.
* εὐθὺς ἢ κατόπιν.
† κρόκου.
‡ οὕτως.
* οὐδὲ πυρώδης Al.

proprium habet, ut diximus. Neque fructum conspicuum parit: sed ipse flos unà cum caule desinit: & cum † reflorescit, tunc folia exeunt. Ergo, præ cæteris quidem plantis, hæc ambo peculiaria dixeris. Præ illis verò quæ ante foliorum & caulium ortum florere incipiunt: quod iphyum, & alia quædam ex coronariis facere putantur. Atque etiam inter arbores amygdala potissimum, aut sola. Peculiare hoc fit, quod ea quidem, vel cum flore folium ‡ quoque promunt, vel paulo post: ut de quibusdam ambiguum sit, quærique soleat. In his autem ex altero quasi principio prodire videtur, cum propter dierum multitudinem, tum quod antequam flos, aut etiam caulis totus senuerit, germinare incipiant. Germinatio vero prior scyllæ, posterior * narcissi. Et folium is largè emittit, & radix ipsa parva nequaquam est, quanquam non magna. Figura non absimilis bulbo, verum non squamata. Hæc igitur quo pacto se habeant, contemplari non ab re est.

† Marescit.
‡ Quoque protinus promunt.
* Crocifolia plura emittit scilla.

JULII SCALIGERI AD CAP. XII.

Καυλὸν δὲ τὰ μὲν οὐκ ἔχει τὸ ὅλον. οὐκ ἄνθος. Theodorus omisit. οὐκ ἄνθος. *Lego,* τὸ ὅλον τοῦ ἄνθους. *Duo namque caulium genera agnoscit Theophrastus, ab officio. Vnum vocat* τοῦ ἄνθους μόνον. *alter est qui etiam fructum fert. Huius posterioris modi in multis invenias: priorem autem in paucis. Quippe iris floret tantùm, nullo subsequente fructu. Et Narcissus, de quo ipse.* Ἅμα τῷ καυλῷ τὸ ἄνθος καταφθίνει. *Itaque Ari exemplum subdit pro iis, quæ caulem gerunt ob fructum. Quare pessimè consuluerit Theopharasto Theodorus, qui* τοῦ ἄνθους *non apposuit. Exemplum enim falsissimum esset. Quis enim Arum esculentum negarit caule præditum; Asparagi enim in modum exit, robustus sanè, atque fructum in racemo fert. Illa autem verba* ἔνια δὲ ἔχει, *cum suis exemplis disceptant. In Primo namque diuisionis membro erat Arum; qui caulem quidem gerit, sed οὐ τοῦ ἄνθους. In Secundo est Narcissus; cui caulis est, sed ὁ τοῦ ἄνθους μόνον. In Tertio,* ἔνια δὲ ἔχει. *Quid habent? scilicet caulem. At vtrum? Nam exempla varia sunt, atque inter sese dissidentia. Iris enim florem tantùm fert, nullo, vt dicebamus, excipiente fructu. At Xiphion, quæ est spathula fœtida, fructum fert post florem. Præterea non omnia bulbacea, vel fructum, vel florem gerunt: quippe Bulbus esculentus neutrum.*

Τὴν αὔανσιν ποιεῖται. *Theodorus legit,* τὴν ἄνθησιν. *Et mox eodem modo, vbi est* αὐανθῇ, *legit* ἀνθῇ. *Sanè hæc contraria. verùm Codicis nostri lectio vera. Nanque semen cadit æstare, hiscente flore, quo tempore crescit. Sic vermiculus per initia sine alis: simul cum fructu crescit, ac tum demum alatus: cum arescit, abit. Plinium ejus naturam tractantem avertit alia cura à vermiculi hujus historia.*

Ἐκπηγνυμένου τοῦ μίσχου. Theodorus detracto pediculo. *Immo verò infixo punici pediculo in Scyllam. Lego enim* ἐμπηγνυμένου. *& suprà monuimus. Sic malè.* ἐν αὐτῇ. apud ipsam.

Ἀθρόα φύεται. *Theodorus, universim nascuntur. At quid est, universim? aggregata, congesta.*

Εἰς νέωτα. *Theodorus,* anno secundo. *Post annum scilicet, id est, anno futuro. Ita Pollux, & alii. frequens Luciano.*

Sic scribes, ἐνδυναστεύοντος τοῦ ἄνθους. τῆς δὲ τῆς σκύλλης καθ' αὑτόν, εἰς ὃν ὕστερον ἐπὶ τὸ ἄνθος ἐνίσχον προσκαθήμενον. Scillæ caulis seorsum, mox insidentem florem continens.

Καὶ ὅταν αὐανθῇ. *Theodorus legit* ἀνθῇ. *Rectè. Nam si caulis simul cum flore tabescit. Post* τὴν ἄνθησιν, *non post* τὴν αὔανσιν *folia eduntur.*

Προανθοῦντα τῶν φύλλων, καὶ τῶν καυλῶν. *Sic etiam legit Theodorus. Cæterum quemadmodum ante folia florere queant, scio. Ante caulem qua ratione flos exire possit; id vero nescio. Et Amygdali exemplum cum apponit, videtur non convenire cum illis verbis.* καὶ τῶν καυλῶν. *Neque enim ante caulem floret Amygdalus. Lege,* ἢ εὐθὺς, *ex Theodoro. &* οὕτως ἀφίησι. *&* οὐ λεπυρώδης.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Hoc capite de foliorum cauliumq; agit differentiis, additque quædam de asphodelo, scylla, & croco, nec non amygdala, cæterisque arboribus. De foliorum discrimine supra libro primo plura dixit. Differentias agnoscit duas, magnitudinem & figuram. Folia enim alia lata, angusta alia. Sic magna quædam & parva, oblonga nonnulla, rotundaque. Et hæ magnitudinis differentiæ; Figura differunt; alia enim ensis figura, arundinis alia, vel cucumeris & cava Hunc locum Plinius his ferè verbis lib. 21. cap. 17. exscripsit. *Cætera ejusdem generis folio differunt. Asphodelus oblongum & angustum habet, scylla latum & tractabile, gladiolus simile nomini.* Arundinis figura iridis folium esse inquit Theophrastus, cujus historiam hoc loco enarrabimus: Iris nomen ab arcus cœlestis similitudine teste Dioscoride & Plinio accepit. Diosc. lib. cap. XI. Ἶρις ἀπὸ μὲν τῆς κατ' οὐρανὸν ἐμφερείας ὠνόμασται. *Iris à cœlestis arcus similitudine nomen obtinuit.* Idem Plinius lib. XXI. cap. VI. *Floret diversi coloris specie, sicut arcus cœlestis; unde & nomen.* Spuria plura nomina teste Auctuarii auctore habet. Hic illyrin dictam scribit, quod teste Dioscoride & Theophrasto in Illyride, sive Slavonia optima proveniat. Thelpide cur dicta sit, me fugit. Viri doctiores legendum contendunt, θαλπίδα, uti in Aldino codice legitur, à θάλπω, foveo, calfacio. Qua iris pollet facultate. Alii ἱερὰν corrigunt. Romani enim consecratricem dixerunt; quod in sacris, purificationis causa, ejus esset usus. Οὐρανία vocabatur ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, cœlo; quod cœlestis arcus specie & modo floreat. θαυμαστὴ, id est, *admirabilis*, παρὰ τὸ θαυμάζομαι admiror; quod veteres arcus cœlestis figuram, (Thaumantias enim Poëtis est arcus cœlestis) uti & hujus naturam sint admirati. Καθάρτιον, id est, *purgans*; quod nomen, non quod alvum moveat, obtinuit, sed maxime quod animam à vitiis in sacris purgare crederetur. Gladiolus etiam dicitur, à similitudine quam folia cum gladiolo habent. χαλαμόφυλλον, quod flores lilio folia calamo seu arundini similia fert. Glossæ medicæ ἶρις ἰλλυρικὴ τὸ καλαμόφυλλον τὸ λέγουσι. ἶρις κοινὴ καλαμόφυλλον. Ab hac cum lilio similitudine, Græci barbari κρίνον ἄγριον vocarunt. Pelagonius Hippiater lib. I. cap. III. Ἴρεως ἰλλυρικῆς τὸ λεγόμενον ἄγριον κρίνον λίτραν τὸ ἥμισυ. Iris illyrica, quæ nonnullis sylvestre lilium dicitur, selibram. Liliū cœleste recentioribus dicitur à lilii figura colorisq; varietate, quæ in floribus conspicitur. Hæc lucis plurimū præbent historiæ de Hyacintho Poëtarum, de quo alibi. Marica cur dicatur, me fugit. Puto narica vel naronica legendum, quod circa Naronem amnem, teste Nicandro, nascatur. Errant viri Doctissimi qui irim λύκον dictam arbitrantur, siquidem iridis flos illud nomen habet. Athenæus li. XV. φιλῖνος δὲ φησι τὰ ἄνθη τῆς ἴριδος λέγεσθαι λύκους, διὰ τὸ ἐμφερῆ εἶναι λύκου χείλεσι. Philinus florem iridis lupum vocari scribit, quod lupi labris sit similis. Hesych. λύκος τὸ τοῦ ἴρεως ἄνθος. Frustra ἶρεως scripsisse Hesi-

Hesichium, vel Ἰερὸς restituendum vir doctissimus contendit. Hieris cur dicatur, supra exposui. De iride sparsim pluribus locis Theophrastus agit, quæ ut melius intelligantur, historiam ex Dioscoride præmittam, qui luculentissimè hanc plantam depinxit. Ἶρις — φύλλα δὲ φέρει ὅμοια ξιφίῳ, μείζονα δὲ καὶ πλατύτερα, καὶ λιπαρώτερα. Ἄνθη δὲ ἐπὶ καυλῷ παράλληλα, ἐπικαμπῆ, ποικίλα; ἢ γὰρ λευκὰ ἢ ὠχρά, ἢ μέλανα, ἢ πορφυρᾶ ἢ κυανίζοντα ὁρᾶται. Ὅθεν διὰ τὴν ποικιλίαν ἀπεικάσθη ἴριδι τῇ οὐρανίᾳ. ῥίζαι δὲ ὕπεισι γονατώδεις, στερεαί, εὐώδεις, ἃς δεῖ μετὰ τὴν τομὴν ξηραίνεσθαι ἐν σκιᾷ, καὶ διειρομένας λίνῳ ἀποτίθεσθαι. Ἔστι δὲ βελτίων ἡ ἰλλυρικὴ καὶ μακεδονική, καὶ ἐν ταύταις ἀρίστη ἡ πυκνόρριζος, καὶ ὑποκόλοβος, καὶ δύσθραυστος, καὶ τῇ χρόᾳ ὑπόκιρρος, καὶ σφόδρα εὐώδης, καὶ τῇ γεύσει πικροτέρα. Τήν τε ὀσμὴν εἰλικρινής, καὶ μὴ νοτίζουσα; πταρμούς τε ἐν τῷ κόπτεσθαι κινοῦσα. Δευτέρα δὲ λιβυκή, λευκὴ κατὰ χρόαν πικρὰ πρὸς γεῦσιν; δευτερεύουσαι τῇ δυνάμει παλαιούμεναι δὲ τερηδονίζονται. Εὐωδέστεραι μέν τοι τότε γίνονται. Id est, secundum Ruellii interpretationem *Iris folia fert gladioli, sed majora, latiora & pinguiora: flores in caule æqualibus inter se spaciis distant, incurvi, varii: siquidem candidi, pallentes, lutei, purpurei, aut cærulei circumspiciuntur, qua diversi coloris specie, quædam cœlestis arcus imago repræsentari videtur. Radices subjacent geniculatæ, duræ, odoratæ, quæ frustatim dissectæ, in umbra siccantur & trajectæ lino reconduntur. Melior est Illirica, & Macedonica, & inter has laudatissima quæ pumila ferè & densa constat radice, frangenti contumax, subruffo colore, gustu amaro, odore perquam syncero, ita ut nullum prorsus situm redoleat: quæ dum tunditur sternutamenta movet. Secundum locum habet Africana, candicans gustuque amara. Teredines cum vetustate sentiunt; tunc tamen odoratiores reddi solent.* Theophrastus hoc cap. XII. irim folio constare arundinaceo scribit: Dioscorides gladiolo comparat, sed majus, latius, & pinguius inquit esse. Utrque rectè. Nam gladioli & arundinis formam habet iris, ad arundinis tamen magis accedit. Plinius lib. 27. cap. 12. medion foliis describit iridis sativæ: sed quid medion Plinii sit, sub judice lis hæret. Qualem ferat caulē iris, non docet Dioscorides. Theophrastus loco citato albucum, sive hastulam regiam æmulare ait, sed duriorem ac minorem esse. Flores, inquit Dioscorides, gerit ἐπὶ καυλῷ, *in caule*, vel, ut in aliis codicibus legitur, ἄνθη ἐπίκαυλα, *in summitate cujusque caulis.* Hanc lectionem sequitur Oribasius, quod autopsia testatur. Flores hos παράλληλα, ἐπικάμπη & ποικίλα inquit; ita è regione inter se collocatos, ut sibi mutuo respondeant, reflexos ac varios. Παράλληλα dicuntur recta paribus spaciis in altum surgentes flores, caulesve. Hoc enim, si Euclidi credimus, lineis quas parallelas dicunt, præcipuè competit. Nec aliò pertinet ea vox, quam ut significetur, non temere, neque in latera, aliarum plantarum modo caules iridis spargi, sed in altum, nullo inter se concursu ferri, & flores in his ita disponi, ne alter alterum impellat, simulque concurrat. Ποικίλα varios inquit esse flores. Quæri solet an diversi hi colores, in uno eodemque, diversis tamen partibus, an pluribus ac diversis floribus debeant conspici. Utraque opinio habet suos autores, argumentisque confirmatur. Ac prior sententia hac nititur ratione, quod Dioscorides subjungit ὅθεν — οὐρανίᾳ; atque adeo propter hanc varietatem factum est, ut ipsa planta iridi cælesti assimilata fuerit. Hoc ipsum etiam innuit Plinius lib. 21. cap. 7. *Floret iris diversi coloris specie, sicut arcus cœlestis, unde & nomen.* Ergo, inquiunt, particula ἢ accipitur pro partim, seu aliqua ex parte, vel quadantenus. Qui alteram defendunt opinionem partim Brasavoli utuntur auctoritate, qui hęc de iride scribit. *Iris vero à multis coloribus nuncupatur, qui vel in tota specie, vel in uno flore sunt. Quum vero annis elapsis cum illustrissimo Alphonso, duce nostro, in Illirico essem, irim plures colores habentem quæsivi, & inveni. Erant quidem in diversis individui, varii; in aliquibus candidi, in aliis pallidi, in aliis lutei, in diversis purpurei; ut plurimum vero cærulei videbantur. Erat autem unus & idem flos variis coloribus insignitus, ut inde arbitratus sim, irim dici non ob diversitatem coloris in specie, sed in individuo: tamen species non ex floribus, sed ex radicibus distinguuntur. Alia enim ruffum colorem habet, alia candicantem. Lybica hæc est, prima illyrica, ac colorum diversitas non est in summitate floris, sed in infima parte.* Hactenus Brasavolus. Alio etiam argumento utuntur; quod Græci barbari irim illyricā albam scribant. Glossæ medicæ Ἶρις ἰλλυρικὴ τὸ κρινόκρινον, τὸ λευκόν. Contra Neophytus Illyricam Irim purpuream inquit, Ἶρις ἰλλυρικὴ ἡ ῥίζα τοῦ πορφυροῦ κρίνου. Subscribo opinioni Mesues, qui lib. secundo simpl. Iridis, inquit, duæ sunt species. Est enim quæ florem habet purpureum, habentem gradationem diversitatis in purpureitate, sicut habet arcus terroris, & propter hoc vocatus est iris. Est & alius, cujus, flos est albus. Concedo nomen accepisse quod in uno eodemque flore, diversis tamen partibus reperiantur colores varii; tamen non putarim, Dioscoridem describere iridis quoddam genus, in quo hi omnes reperiantur colores; sed mentem ejus esse, varios colores quandoque in diversis, quandoque in uno conspici flore. Sed parum interest, quam sequamur opinionem; siquidem omnes eundem præstant usum, nec radix cui colore vario, quam cui unico colore flos, præstantior est. Utraque iris in Illyria nascitur & provenit. Videamus coloresquos recenset Dioscorides: alius albus, alius pallens. In Græco codice ὠχρά legitur; quod cur interpretum quis viridem verterit, non video. Nam ὠχρὸς color est, ex luteo albicans, aut pallescens, ut ex Athenæo probatur, cum scribit, χρῶμα δ' ἀσίτων ἡμῶν γίνεται ὠχρόν *pallescens corpus fit eorum, qui cibo abstinent.* Idem ex Hippocrate lib. I. prognost. probatur, cum ὠχρὸν βλέφαρον, *funestum* esse scribit. Pallere & livescere palpebras observavi; virides fieri, non vidi. Nigros inquit esse. Quidam cum viderent non reperiri nigras irides (nec tales dantur flores) μῆλινα pro μέλανα, substituerunt. Sed supra quid vox μέλας botanicis, significet, dixi: hoc tantum addo vulgatam lectionem, nempe μέλανα, servandam. Eam enim secutus est Oribasius, qui omnia quam fidelissimè ex Dioscoride transcripsit. Quæri posset, quæ causa sit, cur nigros non det natura flores? Causam hanc dant, quod nigrum in crassa substantia omnino fit, contra flos è tenuissimo plantæ fiat succo. De colore purpureo pauca hac occasione dicenda. Purpureum veteres ponunt, vel pro colore purpureo, qui duplex est, ut mox dicam; vel pro vivaci, excellentique. Id quod probatu non difficile est. Apud Marcum Euangelistam cap. XV. vers. XVII. de Salvatore nostro scriptum est, milites Domino nostro induisse vestem purpuream, καὶ ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν. Idem apud Ioannem cap. XIX. vers. II. καὶ ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτόν. *Et pallio purpureo induerunt illum.* Quid purpureum significet, exponit Lucas, cap. XXIII. vers. XI. ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ, καὶ ἐμπαίξας, περιβαλὼν ἐσθῆτα λαμπράν, — *Herodes autem cum militibus suis, cum eum pro nihilo habuisset, & illusisset, amictum veste splendida, remisit ad Pilatum.* Hic τὸ πορφυροῦν, λαμπρὸν exponit. Quid clarius, quam πορφυροῦν pro *splendido, venusto, eleganti*, quandoque accipiendum? Id ex Nonno probatur, cum locum citatum divi Ioannis in hunc sensum reddit.

> Καί μιν ἀνεκλαίνωσαν ἐπὶ χροῒ πέπλα βαλόντες,
> Σιδονίης στίλβοντα συφῆς ἀπὸ θηλεα θαλάσσης.
>
> *Et ipsum vestiverunt injicientes corpori*
> *Indumenta fulgentia, eleganti sidonii maris scintilla.*

Idem eodem cap. vers. XXIII. ubi luculenter vestem Domini nostri describit,

> Καὶ αἰγλήεντα χιτῶνα,
> Ὅστις ὅλον καὶ ὕπερθεν ὁμοῦ καὶ ἔνερθε φορῆος
> Ἄρραφος ἦεν, ὑφαντὸς ἀπ' αὐχένος εἰς σφυρὰ λήγων.
>
> *Et splendidam tunicam*
> *Quæ tota & in superiore simul, & inferiore parte gestatoris à collo*
> *Ad malleolos desinens insutilis erat contexta.*

Anacreon Poëta Venerem πορφυρῆν vocavit, quod esset splendida, venusta. Hoc etiam sensu apud ipsum legitur Dioscoridem, uti cap. XCIX. de bitumine. Ἔστι δὲ καλὴ ἡ πορφυροειδῶς στίλβουσα, *probatur purpuræ modo splendens.* Purpureum bitumen videre nondum licuit; splendens ac nigrum, ex dono amplissimi viri Petri de Graef ex Iudea cum reversus esset, accepi; quod ipse ad mare mortuum collegit. Atrum esse bitumen, non tantum Virgilius, sed etiam Tacitus satis perspicuè docent. Quod majus, pro ipso colore nigro, veteres πορφυροῦν habuere. Iliad. ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος. Contra latinus Poëta pallidam dixit mortem. Idem Poëta purpureum colorem vocat vivacitatem & gratiam, quæ in unoquoque reperitur colore. lib. IV. Od. I.

> *Tempestivus in domo*
> *Pauli purpureis ales oloribus*
> *Commessabere maximi.*

 Olores

Olores præter niveam albedinem habent venustatem splendoris, qua oculos & animam oblectant. Hanc ob causam idem Poëta salem, purpureum dixit.

Hic sale purpureo, vivaque nitentia lympha.

Maro nivem eo donavit epithetho.

Carmina purpurea, candidiora nive.

Idem lib. I. Georg.

Et pro purpureo pœnas dat scylla capillo.

Furius apud Gellium.

Ut fulica ipsa levis volitat super æquora classis,
Spiritus eurorum virides dum purpurat undas.

Hic *purpurat*, sic interpretatur Gellius, ut idem sit *quod nitescere facit.* Cicero in Academ. quæstionibus. Mare dicit esse cæruleum; sed quando remis agitur, esse purpureum. In promptu ratio est, quod aqua commota, ex illa parte luminis aliquid, quo antea carebat, recipit, & ita illuminata hoc nomen sortitur. Auctor Vitruvius purpuras (de testacea animalcula loquitur) pro soli proprietate, alium atque alium habere colorem, & apud Tyrum quidem rubrum, circa Africam autem puniceum succũ emittere, quo & purpura tingitur, quam violaceã appellant. Cornelius Nepos, *me juvene violacea purpurea vigebat.* Finem ut faciam, ipse Servius purpureum; pulchrum & floridum vocari dicit. Ad hunc Virgilii locum

Namque ipse decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenque juventæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

Ut probabilem suam faciat opinionẽ, citat Horatii versos jam citatos, qui purpureum colorem pro splendido, pulchroque sumi satis innuit in arte Poëtica.

Inceptis gravibus, plerumque & magna professis
Purpureus latè qui splendeat, unus & alter
Assuitur pannus.

Quod Homerus in hymnis ἀγλαὸν ὄζον, Catullus purpureum ramum vertit.

Candida purpureis ramis intexerat ora. Sic Columella. *Frondes purpurat auro.*

Veteres colorem purpureum, Belgæ thermosijn vocant. Color hic non uni tantum attribuitur, sed pluribus & fortasse omnibus. Chermesinum enim dicunt, rubrum, purpureum, incarnatum, violaceum, & non diu est, quod chermesinũ albo & viridi colore sit attributum in pannis & sericis. Ad iridem revertamur. Hujus florem purpureum dicit Dioscorides. Color purpureus, ut dixi, duplex est, quod sic docet auctor libelli de coloribus, Aristoteli attributi cap. II. ubi inquit. διὸ ὁ περὶ ἀνατολὰς καὶ δύσεις ὁ ἀὴρ πορφυροειδής ἐστιν, ὅτι φαίνεται περὶ ἀνατολὴν καὶ δύσιν ὄντος τοῦ ἡλίου ἀσθενεῖς γὰρ ὥσπερ τότε μάλιστα πρὸς σκιερὸν ὄντα τὸν ἀέρα προσβάλλουσι. φαίνεται καὶ ἡ θάλαττα πορφυροειδής, ὅταν τὰ κύματα μετεωριζόμενα κατὰ τὴν ἔγκλισιν σκιασθῇ. Vespertini aëris purpura fit ex pauciore nigredine cum copioso rubedine, maris purpura ex cæruleo & rubro fit. Color hic violaceus dicitur, quem sæpissimè Dioscorides πορφυροῦν vocat lib. IV. cap. CXXII. ubi violæ florem πορφυροῦν inquit. Ita etiam eodem libro cap. CXX. asteris attici florem purpureo colore describit; qui eodem colore est. Ita cum irim purpureum habere florem scribit, intelligit violaceum. Nigrum enim vocat saturato colore florem, sive cui multum rubedinis cum pauca nigredine. Cæruleus quis color notus, aëreum vulgo vocant. Et hæc de flore veteres observarunt; nisi quod Theoph. lib. VI. hist. capite ultimo irim æstate florere dicat. Recentiores iridis florem noctu hiare & solis contactu contrahi dicunt; rationem addunt, quod interiores sinus admittunt humorem, quem sol extrahit; quare contrahuntur, eundemque à nocturno rore recipiunt. Estq; ea causa cur noctu laxentur. Sed hæc in flore iridis nondum observare licuit; nec vera puto, siquidem iridis flos rarius unius diẽi spatiũ excedit. De semine nihil veteres. Non desunt etiam ex recentioribus, qui semen ferre negent. Cum teste Dodonẽo, Lobelio, Clusio cæterisq; botanicis, semen ferat in capitulo oblongo, gladioli modo crassiore, trigonum, rugosum, fuscum, pisi fere instar magnum, sesami figura. Radices luculenter describit Dioscorides, *Subjacent*, inquit, *geniculatæ, solidæ odoratæ, quas incisas in umbra siccari, tandemque lineo filo trajici, atque ita recondi oportet.* Horum quędam in viridi, quædã in exsiccata radice vera sunt. Geniculata radix est, cũ è terra effoditur; exsiccata, qualẽ officinæ ostendunt, geniculis caret. Decorticata enim, odore caret recens, contra probè exsiccata odoratissima, ut docet Theoph. li. 6. de caus. ca. 12. & sequentibus; ubi plurima notatu digna de odore Præceptor, eaque de causa Lector librum dictum adeat. Sed & aliam lib. de odoribus movet de iridis odore quæstionem; cur, scilicet, flores & coronamenta, odoris alioquin imbecillioris, procul etiam oleant, iris verò & nardus, reliquaque sicca odoramenta multòque vehementiora è propinquo tantum. Hanc etiam in problematibus tractat quæstionem Aristoteles. Sed & eam ipsam loco citato movere videtur Theophrastus. Lector videat quæ à cap. XII. ad finem lib. VI. de causis annotavi. Præstantissimam irim Dioscorides inquit Illyricam & Macedonicam. Theophrastus verò in Illiria, sive Slavonia uti vulgo dicunt, irim meliorem esse, quam in Macedonia, rationemque Lib. I. de caus. cap. XXVIII addit, quod neque limosa neque pinguis, neque lenta, neque glutinosa sit terra illyrica. Hanc loco citato examinabo rationem. Non omnis iris illyrica est optima, sed ea tantum quæ in Illyriæ locis à mari remotioribus, septentrionem versus nascitur. Nam quę prope maritima provenit optima non est, ut docet Theophrastus lib. IX. cap. VII. Idem Plinius lib. XXI. cap. VII. *Laudatissima in Illyrico, & ibi quoque non in maritimis, sed in sylvestribus Drylonis & Naronæ.* Doctiores Plinii codicem depravatum esse scribunt, ac pro sylvestribus, palustribus reponunt; idque quia Nicander in Theriaca cecinit.

Ἶριδα τὴν ἔθρεψε Δρίλων καὶ Νάρονος ὄχθη.

Irim quam aluit Drili & Naronis ripa.

Ad hunc versum Scholiastes, κελεύει συμμίσγεσθαι τούτοις τὴν ἰλλυρικὴν ἶριν. Δρίλων γὰρ ποταμὸς ἰλλυρικῶν, καὶ νάρων. οἳ διαχωρίζει τοὺς ἰλλυρικοὺς καὶ λιβύρνους. *Addendum his præcipit irim illyricam. Drilon enim & naron fluvii illyrici, qui Illyricos & Liburnos separãt.* Sed quid vetat loca hæc circa fluvios hos esse sylvestria. Quid? omnia ne loca fluviis vicina palustria sunt, Loca Rheno & Vahali, Isalæque vicina talia non sunt? Quid notius Daventriensibus, quam ea esse arenosa & sabulosa, nec non sylvestria? Demum, an non & palustria, sylvestria sunt? Mendosus itaque codex non videtur Plinii; præsertim cum ex Theophrasti lib. II. caus. satis colligi possit, loca hæc non esse palustria, quod Thraciam pessimã ea de causa dicat, quod solum thracicum nimio humore sit confertum. Præterea improbat Theophrastus marinã, quod sit humidior, & excrementosior. Quomodo itaq; palustris probari potest, quæ necessariò pluribus scatet excrementis. Aura siquidem marina sicca est, & littus facit sterilia & arida. Dioscorides, non nec Theophrastus illyricę iridis an plura sint genera, non tradunt. Plinius loco citatò duo inquit esse; *Illyrica quoq; duorum generum est, rhaphanitis à similitudine, quæ & melior Rhizotomos subrufa.* In his Plinii verbis unum alterumve examinandum. Primum genus rhaphanitin vocari tradit. Quæritur an Galenus, & Aëtius genus hoc astragalitin vocarint. Etenim apud Galenum lib. I. κατὰ τόπους, ca. I. titulo ad calvescentes præter ætatem scriptum reperio ἴρεως ἀστραγάλου (lego, ut dixi, ex Aëtio lib. XIII. cap. III. in emplast. venenator: ἀστραγαλίτιδος) ἢ ἰλλυρικῆς γὰρ. Viri doctiores astragalitin hanc, & rhaphanitin Plinii eandem esse putant, idque quod Dioscorides astragali radicem magnam inquit instar rhaphani. Ῥίζα inquit lib. IV. cap. LXII δὲ ὑπεστρογγύλη ὥσπερ ῥάφανος ὑπερμεγέθης, *Radice rotunda rhaphani modo prægrandi.* Huic opinioni non contradicam, verum irim astragalitim eandẽ esse cum Dioscoridis astragalo neutiquam concedam, idque quod Galenus hanc illyricam à quibusdam vocari scribat. Quod nemo de astragalo scripsit, nec quisquam astragalum in Illyria provenire scribat. Quare Galeni hanc astragalitim à Plinio rhaphanitim dictam puto, quod radice aliquo modo, saltem plusquam altera, referat astragalum, vel rhaphanum. Alterum in Plinianis verbis notandum, quod subrufam minus bonam scribat, cum ipse lib. XXI. cap. XX. scribat. *Iris russa melior, quam candida.* Et hanc sententiam Dioscorides probat; *& inter has ipsas*, inquit, *optima, cui densa radix est, quasi decurtata, fragenti contumax, colore subfulvo, perquam odorata, gustu amariore, odore sincero, quaque situm non redolet, & inter tundendum sternutamenta ciet. Secundum verò quo ad vires locum obtinet Africana, colore alba, gustu amara, veterascentes teredinum injuriam sentiunt; tunc tamen odoratiores reddi solent.* Contra Democrates albam laudat irim, uti lib. II. de antidotis cap. XV. τῆς δ' αὐτῆς λευκῆς ἴρεως ξηρᾶς καλῆς. *Idemque iris albæ siccæ præstantis.* Idem lib. 8. κατὰ τόπους cap. X. ἴσον τοῖς τούτων ἴρεως λευκῆς σταθμόν, *pondusque par uni horum, irides mox candidæ.* Eodem capite καὶ ταυτὶ λευκῆς ἴρεως κεκομμένης. *pondusque par contusæ & albidæ iridis.* Et quo vulgo utimur florentina, sive Hetrusca alba est, odoratissima tamen, ac violæ fragrantiam æmulatur. Quæri solet florentina an illyrica pręstantior sit. Illyrica intus subrussa,

extus

extus alba est, Illyricâ intus & extus candida quare odoratior; calidior. Etenim Gal. lib. IV. simp. cap. ultimo καὶ ἐν ἑκάστῳ γένει τῶν πάντων, ὅσα πυῤῥὰ καὶ ξανθὰ, καὶ ἐρυθρὰ θερμότερα τῶν λευκῶν ἐστί. *In quoque enim genere in universum, fulva, flava, rubraque omnia albis sunt calidiora.* Quamobrem pro diversitate indicationum, modo Illyrica sive subrussa, modo alba sive Florentina, pro ut scil: medicamentum volumus vel calidius vel temperantius, melior erit. Alii tamen pugnantia loca citata aliter conciliare malût. Nempe ubi subrussam laudat Dioscorides, intelligendum de interiore rubedine; ubi albam præscribit Damocrates, de exteriore albedine explicandum. Nec tamen inde eliciendum volunt, omnem iridem Illyricam subrussam foris albam, sed quandam tantum. Apud Dioscoridem legitur γεύσει πικρότερα esse, pro quo apud Oribasium scribitur πυρωτέρα, fervidiora. Utrumque cum in iride percipiatur, perinde esse puto quam sequamur lectionem. Iridem illyricam bis florere scribunt nonnulli medici, florentinam semel. Alias etiam observarunt præter dictas differentias; quod florentinæ radix major & crassior sit, illyricæ minor & tenuior. Sanè Geoponicæ auctor lib. XI. cap. XXII. Illyricam iridem tenuissimam & parvam scribit, τῆς ἰλλυρικῆς ἴρεως ἡ βραχεῖα καὶ λεπτοτάτη φυτεύεται, ἐκ προσφάτων φυτῶν, ἰανουαρίου ἄχρι ἀπριλλίου μηνός. *Iris illyrica parva & tenuissima, plantatur ex recentibus plantis, Ianuario usque ad Aprilem mensem.* Africanam irim Dioscorides secundum locum, quo ad vires, obtinere inquit. De hac iride planè aliter Galenus lib. I. de antidotis cap. XII, τὸ δὲ τῆς ἴρεως ὧδ' ἔχει. παραβαλλομένη γὰρ ἡ ἐκ τῆς μεγάλης λιβύης, ἥπερ εἰς ῥώμην φέρεται πλείστη, τοσοῦτον ἀπολείπεται τῆς ἰλλυρικῆς, ὅσον τὸ νεκρὸν σῶμα τοῦ ζῶντος. ἀλλ' οὐχὶ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν, οὕτω πολὺ φαίνεται λειπομένη. *At verò quod ad iridē pertinet, secus se res habet: si enim iris quæ ex magna Libya plurimum Romæ defertur illyricæ comparetur, tantum ipsi cedet, quantum cadaver vivo corpori; non tamen aliis in gentibus orta tam multum ab illyrica degenerare iris videtur.* Hæc sane multum diversa, & pugnantia. Pro Dioscoride est quod Theophrastus Thraciam pro pessimæ notæ iride habeat. Plinus lib. XXI. cap. VII. *Proxima in Macedonia longissima hæc & candicans & exilis* (exilis & longissima qui sit, vix video.) *Tertium locum habet Africana, amplissima inter omnes & gustu amarissima.* Et hæc de iride dixisse sufficerit; reliqua videat lector locis citatis.

Caulium tradit differentias, ac quasdam plantas caulem ferre tantum fructus causa, alias floris, alias utriusque gratia. Fructus, non floris causa arum caulem ferre inquit, idque quod usum nullum præstet flos: floris causa narcissum, & crocum ferre inquit. Crocum floris causa caulem producere, cuilibet notum; magni enim usus stamina ac filamenta crocea. Semen colligi & ad aliquem usum expeti, hactenus non audivi. Dubitatione non caret, narcissum floris tantum causa caulē emittere. Nam semen quod gignit, nullum usum habere, præter rationē videtur. Hoc concedi potest, caulem narcisci floris præcipuè causa, à natura conditum. Aliis caulis & floris, & fructus causa datus; scyllæ, bulbo, gladiolo, & aliis idcirco datum esse, facile concedunt omnes; de iride in dubium vocant. Sed falli eos supra diximus, qui irim fructum ferre negent. An bulbus esculentus, nec florem, nec fructum ferat, cap. sequenti examinabo.

De asphodelo plura hoc capite habet Theophrastus, quâ occasione asphodeli historiam enucleabimus. Ἀσφόδελον dictam volunt, quasi σποδελόν, διὰ τὴν τῶν καιομένων νεκρῶν σποδὸν, *à mortuorum combustorum cinere.* Etenim in tumulis veteres asphodelum serebant, ne deesset cibus mortuis, uti Porphyrius in quodam epigrammate scriptum reliquit, ubi tumulum his verbis inducit, Νῶτα μὲν μαλάχην τε καὶ ἀσφόδελον πολύῤῥιζον, κόλπῳ δὲ τὸν Οἰδίπουν ἔχω. *Foris quidem malvam, asphodelumque habeo, intus verò mortuum claudo.* Sed hac de re supra, ubi verba Hesyodi exponuntur. Latini, ut Plinius ait, hastulam regiam vocant; quod dum floret prorsus sceptri regii effigiē gerat. Hac etiam de causa heroin quidam vocarunt. Plinius lib. 22. cap. 22. *Asphodelum de clarissimis herbarum, quam heroin quidam appellaverunt.* Caulem asphodeli Theophrastus ἀνθέρικον vocat, lib. I. cap. 7. si codex mendo non caret. Ἀνθέρικον plantam quandam esse, quę in maritimis & terrestribus nascitur, eodem capite ex Hesychio annotatū est. Item Ἀνθέρικα plantam quandam esse quæ manibus velli, sicut linum necesse habet. Ἀνθέριξ hæc, non videtur ab asphodelo planta esse diversa, sed eadem. Suidas Ἀνθέρικες αἱ τῶν σταχύων προβολαὶ, καὶ ἄκρα. ἡρόδοτος δὲ τοὺς καυλοὺς φησὶ τῶν ἀσφοδέλων οὕτω δὲ φθέγγεσθαι. *Antherici aristarum culmina & fastigia, Herodotus caules asphodeli sic vocatos scribit. Sunt autē hi fractu cōtumaces.* Causa, quod tenaciores sint. Et hinc adagium natum, de quo supra, anthericum metere, de iis quæ laborem inanem ac sterilem capiunt. Caulem asphodeli, ἀνθέρικα dictum esse, testis est Theocriti scholiastes eidyll. primo: ἀνθέρικος δὲ τῆς ἀσφοδέλου χωρὶς, ἧς τὰ φύλλα ὡς πρασίου ἀγρίου, μείζω δὲ καὶ πλατύτερα. ὁ δὲ καυλὸς ἀνθέριξ καλεῖται, ὅσον πηχυαῖος ἢ καὶ μείζων. τὸ αὐτὸ δὲ φησι καὶ Θεόφραστος. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ δωριεὺς φησὶν οὐ λέγεσθαι τὸν τῆς ἀσφοδέλου καυλόν. ὁ δὲ Νεοπτόλεμος, γελοίως ᾤηθη τὸν ἀνθέρικα τοῦ στάχυος. *Anthericos asphodeli fructus, cujus folia porro sylvestri similia sunt, majora tamen & latiora. Caulis Antherix vocatur, cubitali, aut etiam majori altitudine: hoc etiam asserit Theophrastus. Negat Apollodorus Doriensis, sic dici asphodeli caulem. Neoptolomus vero ridiculè censet sic dictas floridas spicas.* Multa in his consideratione digna. Anthericum inquit asphodeli fructū esse, Theophrastus caulem sic vocat, etiam Plinius lib. 21. ca. 17. & quid ulteriore probatione opus est? Ipse Scholialiastes, Eidyll. 3 sive septimo, ἀνθέρικον caulem asphodeli esse fatetur, Ἀσφόδελος δὲ βοτάνη πλατύφυλλος, ἧς ὁ καυλὸς ἀνθέρικος. *Asphodelus herba latifolia, cujus caulis anthericon vocatur.* Hippocrates in coacis prænotion. an ossa cranii rupta sint, nec ne explorat, caule ferulæ vel asphodeli, dentibus imposito, & mandere jusso. τὸ δὲ κατεαγμένα πότερον ἔῤῥωγεν ἢ οὔ, κρίνειν δεῖ, διαμασᾶσθαι δίδοντα ἐφ' ἑκατέρην τὴν σιαγόνα ἀνθέρικον ἢ νάρθηκα. *& ossa de quibus fracta sint nec ne ambigitur, sic discernas, si asphodeli caulem in utramq; maxillam mandicandam exhibueris.* Folia, inquit idem Scholiastes, habere porro sylvestri latiora ac majora. Plinius loco citato, *Theophrastus, & fere Græci, princepsque Pythagoras caulem ejus cubitalem, & sæpe duorum cubitorum, foliis porro sylvestris, anthericon vocavere; Radicem vero, id est bulbos asphodelon, nostri illud albucum vocant, & asphodelon hastulam regiam.* Quod folia porro similia habeat verum quidē sed majora & latiora esse, præter veritatem est. Caulem scholiastes ἀνθέρικα vocari asserit; atque hæc Theophrastum scribere ait. Theophrastus, caulem ut jam sæpe dictum, ἀνθέρικον vocat, ubi ἀνθέρικα vocatum referat, me fugat. Rectè Apollodorus sic negat appellatum caulem, Nam si Hesychio credimus, (Suidas enim ab Herodoto caulem sic dictum scribit.) antherix planta quędam est, & asphodeli semen significat sive fructū. Videat lector quę supra l. I. c. 7. diximus. Illud non omittendum, quod Dioscorides ἀνθέρικον florem asphodeli vocare videtur, cujus verba, ut Theophrasti clariora fiant, simul examinabimus. Ἀσφόδελος φυτόν ἐστι πλείστοις γνώριμον, φύλλα ἔχει πράσου μεγάλου ὅμοια. καυλὸν δὲ λεῖον, ἔχοντα ἐπ' ἄκρου ἄνθος καλούμενον ἀνθέρικον, ῥίζαι δὲ ὕπεισιν ἐπιμήκεις, στρογγύλαι, βαλάνοις ὅμοιαι, δριμεῖαι κατὰ τὴν γεῦσιν, καὶ δύναμιν θερμαντικήν. *Asphodelus planta est, plerisque omnibus cognita, foliis magni porri, caule vero lævi, ferente in cacumine florem, quem Anthericon appellant. Radices subjacent rotundæ, teretes, glandibus similes, gustu acres, & calfaciendi vi prædita.* Folia inquit, porro magno similia habere, Plinius sylvestri comparat. Nec malè: nam illud magnum. Theocriti Scholiastes nō sine errore latiora & majora dixit. Nam, uti Theophrastus statim in initio hujus capitis, angusta, longa, & leviter lenta dixit, qualia autopsia esse docet. Nec folia hæc in caule habet; sed humi jacent, statimque ab radice exeunt, ut observavit Theophrastus lib. I. cap. XVI. Caulem levem inquit Dioscorides; Theophrastus hoc capite comparat iridi, sed iridis minorem & duriorem esse inquit. Supra libro VI. cap. II. ferulaceum esse dixit. Rectius iridi comparatur ferulaceus dici nequit: geniculis enim caret. Sed forte id fecit, quod circa finem sit ramosus, durus, & lignosus, fiatque sub finem æstatis instar ferulę. Et hæc causa cur Hippocrates præscripsit ad explorandum, an cranium sit fractum. Nicander cervicis instar describit.


Ἢ καὶ ἀσφοδέλοιο νέον πολυαυχέα μόσχον. I. Et viridem asphodelum longa cervice decorum. Notat Scholiastes in quibusdam exemplaribus legi πολυαυχέα, ideoque cervicis instar Interpres reddidit. Vulgata magis arridet lectio, quod magni fit. Asphodelum magnum caulem cubitalem aut majorem inquit scholiastes Theocriti. Illud peculiare habere notat Theophrastus, quod sit levis, ac angusto corpore in ramulos superne spargatur. Ex quibus colligo, non vulgatam hastulā regiam ipsum novisse, sed racemosam Clusii, quæ in horto nostro quotannis floret. Aliud peculiare de eadem scribit asphodelo, quod in albuco, sive antherico vermis gignatur, eumq; in aliud aliquod animalculum volatile floridumque transfiguretur. Nec vermiculum hunc, nec animalculum hoc unquam

quam observavi, etiamsi quotannis plura nostro in horto floreant asphodeli genera. Doctiss. Gaza vermem hunc mutari scribit, cum florere incipit. Nobis verisimilius videtur, hanc mutationem fieri cum arescere incipit, ut Græcus codex habet. In cacumine florem emicare, scribit Dioscorides, eumque vocari Anthericon. Sic dici asphodeli caulem satis superque jam probavimus. Hac de causa Doctiss. Saracenus ἀνθέρικον καλούμενον referendum putat, non ad ἄνθος, ut prima fronte videtur, sed ad καυλόν. Huic quo minus subscribam sententiæ, prohibent versus Nicandri in Theriacis, qui contra Theophrastum aliosque Græcos ἀνθέρικον, florem, seu potius spicam asphodeli vocat. Versus hoc modo se habent.

Ἄγχει δ᾽ ἀσφοδέλοιο διανθέος ἄλλοτε ῥίζαν,
Ἄλλοτε καυλεῖον ὑπέρτερον ἀνθερίκοιο,
Πολλάκι δ᾽ αὖ καὶ σπέρμα, ὅτου λοβὸς ἀμφὶς ἀέξει.

Ad hunc locum Scholiastes, διανθῆ φησὶ τὸν ἀσφόδελον ἤτοι διαφανῆ, εὐανθῆ, ἢ διανθῆ, ὡς διπλοῦν ἔχοντα ἄνθος. δὶς γὰρ κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἀνθεῖ. ἢ διὰ τὸ τοὺς κύκλους αὐτοῦ ἀνθερίκας καλεῖσθαι. καυλεῖον δὲ φησὶ τὸν κάλαμον. ὑπέρτερον δὲ τοῦ ἀνθερίκου, ἀντὶ τοῦ μεῖζον τοῦ ἀνθερίκου. τὸ δὲ ἀμφὶς ἀντὶ τοῦ χωρίς. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν ἐρεβίνθῳ συμβέβηκεν, οὕτω καὶ ἐπὶ ἀσφοδέλῳ. ἀλλὰ χωρὶς ἕκαστον σπέρμα ἐν τῷ ἰδίῳ λοβῷ ἔγκειται. τινὲς δὲ τὸ ἀμφὶς ἀντὶ τοῦ ἀμφὶ ἐξέλαβον, ἵν᾽ ᾖ περὶ τὸ σπέρμα. λοβὸς γὰρ λέγεται πᾶσα λεπὶς ἧς ἔνδον ἐστὶ σπέρμα. ἔστι δὲ καὶ ἀγγεῖον ἐν ᾧ οἱ γεωργοὶ τὰ σπέρματα βάλλουσι — *Dianthe dixit asphodelũ quod pellucide floreat aut biflora, quasi duplicem habeat florem: bis enim quotannis floret. Vel propter ambitus quos habet floridos sic vocatur. Caulem vocat calamum.* ὑπέρτερον, id est, *superiorem anterici dixit, pro majore.* ἀμφὶς *vero pro* χωρὶς, *seorsim. Non enim perinde ac in cicere accidit; quodlibet seminis granum cuilibet vaginæ, aut vasculo impositum. Quidam legunt* ἀμφὶς *pro* ἀμφὶ, *ut sit circum semen. Lobus enim dicitur omne receptaculum corticosum, in quo continetur semen. Significat etiam vas in quo agricolæ semina deponunt.* Videt lector ἀνθέρικοι flores, vel spicam esse, id est. eam partem in qua flores sunt. Nec id abs re. Siquidem ἀνθέριξ nonnunquã pro summo spicarum fastigio sumitur. nec bis floret, ut Scholiastes scribit; sed particulatim, ut scilla; cujus historiam adeat lector. Flores in ordinem per ambitum positos habet, uti Scholiastes observavit. De semine nihil Dioscorides. Theophrastus orbiculatum gignere capitulum scribit, quod flori subest, id est florẽ sequitur, sive quod decisis primis floribus, ac jam mediis decidentibus supremisque sese aperientibus conspicitur. In hoc capitulo orbiculato semen continet, lignosum, triquetrum, obsoleto colore nigro, quod sponte cum orbiculatum capitulum sese aperit, decidit. Radices Theophrastus supra cap. IV. glandulosas dixit, sed Dioscorides luculentius describit. Plinius napis non ineptè loco citato comparat. *Radix, inquit, napis modicis similis est: neque alia numerosior, LXXX. simul coacervatis bulbis.* Mathiolus centenarium numerum sæpe excedere scribit. Atque hæc est asphodeli ex veterum scriptis delineatio: Recentiores his fere verbis describunt. Sequar maxime Doctiss. Clusium, utpote qui primus Theophrasti asphodelum descripsit: ac in delineando præ cæteris diligens satis. *Multa, inquit, habet oblonga folia, angusta, triangula, & veluti carinata, fungosa & lenta, mucronata. Caulem rotundum, lævem, bicubitalem, interdum in ramulos superne fissum, quem à medio fere sursum vergendo, exornant multi stellati, sex foliorum flores, coloris intus albi, foris verò nervo purpurascente singula folia secundum longitudinem quasi distinguente (ut ornithogali flos linea virescente distinctus est) totidem quot foliola staminibus medium occupantibus: semen durum, lignosum, rugosum, atrum, & figura triquetra, capitulo orbiculari ferè, sed tribus eminentioribus costis prædito, & viridi purpurascente continetur; quod illo per maturitatem dehiscente cadit; floret per partes, & incipit ab imis. Radices ab uno capite numerosæ exeunt, oblongæ, exiguis napis similes, sed inferiore sede crassiores atque in fibras desinentes, succi plenæ, candicantes, ingrati ac acris gustus.* Asphodelum Theophrastus per multa ad cibum utilia ferre ait. Idem Plinius loco citato. *Asphodelus manditur & semine toto & bulbo; sed hoc in cinere tosto, dein sale & oleo addito; præterea tuso cum ficis præcipua voluptate, ut videtur Hesiodo. Traditur & ante portas villarum satum, remedium esse contra veneficorum noxiam.* Postremum hoc Theophrastus de scylla, non de asphodelo tradit. Idem etiam semen torrefactum, non bulbum, sed radicem cum fictu usui esse scribit; idque maximo ex Hesiodo, cujus versus supra cap. de malva magna ex parte exposuimus. Illud tantum addendum; vilem, nec usque adeò gratum fuisse cibum, quippe acrem. Sed acrimoniam ut tollerent, addebant ficus; nec tum usque adeò ingratum credo cibum. Illud præterea adjiciendum, eos, ut Plinius scribit, errare, qui asphodelum alimum, ab Hesiodo dictum putant, quod famem, sitimque arcet; cum alia ab hac diversa sit planta. Hęc Plinii sunt verba l. & c. 22. *Asphodelum ab Hesiodo quidam alimon appellari existimavere, quod falsum arbitror. Est enim suo nomine alimon, non parvi & ipsum erroris inter autores.* Atque hæc asphodelus est veterum, cujus diversas differentiarum figuras addidimus. Id tamen viris satis doctis minus arridet, qui putant Galeni asphodelũ ab his diversam, ac pro ea habent ornithogalũ angustifolium majus, floribus ex albo virescentibus; sive, ut Lobelius vocat, asphodelum hyacinthinum Galeni in quam & Hesiodi, hanc putant esse, cujus etiam figurã addidimus. Nam alteras asphodelos, pro Dioscoridis & Theophrasti agnoscunt. alterã hæc asphodelum foliis, caule, floribus capitulisq; refert; nisi quod folio sit angustiore & breviore, floribus rarioribus, ex sex parvis acuminatis foliolis & aliquot in medio staminibus compositis, colore ex albo virescentibus. Capitula etiam fert triangularia, sed oblongiora, in quibus semen, quod triquetrum nõ est. Radix subest singularis, bulbosa. Verba Galeni, de asphodelo audiamus. Sic ille lib. II. de aliment. facult. cap. LXV. Τῇ δὲ τῆς σκίλλης ῥίζῃ παραπλησία πῶς ἐστιν ἡ τοῦ ἀσφοδέλου κατὰ μέγεθος, καὶ σχῆμα, καὶ πικρότητα. σκευαζομένη μέντοι καθάπερ οἱ θέρμοι, τὸ πλεῖστον τῆς πικρότητος ἀποτίθεται, καὶ ταύτῃ τῆς σκίλλης διαφέρει δυσέκνιπτος γάρ ἐστιν ἱκανῶς ἡ ἐκείνης ποιότης. Ἡσίοδος μὲν οὖν ἔοικεν, ἐπαινεῖν τὸν ἀσφόδελον, ἐν οἷς φησιν, οὐδ᾽—ὄνειαρ. Ἐγὼ δὲ οἶδα διὰ λιμὸν ἀγροίκους τινὰς ἑψήσαντας πλεονάκις καὶ ἀποβρέξαντας ἐν ὕδατι γλυκεῖ, μόλις αὐτὴν ἐδώδιμον ἐργασαμένους. ἥ γε μὲν δύναμις καὶ ταύτης τῆς ῥίζης ἐστὶν ἐκφρακτική τε, καὶ λεπτυντική, καθάπερ καὶ ἡ τοῦ δρακοντίου. διὸ καὶ τὸν ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῖς ἰκτεριῶσι διδόασί τινες ὡς μέγιστον ἴαμα. *Radix asphodeli, & magnitudine & figura, & amarore scillæ radici quodammodo est similis. Si tamen ut lupini, paretur, maximã partem sui amaroris deponit, in eoq; à scylla discrepat. Nã scyllæ qualitas difficillime eluitur. Hesiodus certe asphodelũ laudat, cum sic ait, nec nulla utilitas. Equidem novi quosdã rusticos, qui grassante fame, vix tandẽ compluribus elixationibus in aqua dulci, esculentam ipsam reddiderint. Porro hæc quoq; radix, quemadmodũ & dracuntii, facultatem habet tenuandi, atq; aperiendi. Proinde quidã*

Ornithogalum majus.




ipsius

ipsius asparagum pro summo remedio ictero laborantibus exhibent. Ex hoc Galeni loco patet Theophrastum, vel Galenum in asphodeli Historia erraſſe. Theophraſtus enim glanduloſas radices aſphodelo tribuit, qualis neutiquam ſcillæ radix, ſeu bulbus. Theophraſto hac in parte addictior ſum, utpote qui Heſiodi temporibus, Galeni reſpectu, proximè vixit. Sæculis ſcilicet tribus, quatuor, aut quinque antiquior Galeno. Etenim Alexandri magni tempore floruit. Galenus verò Hadriani & Commodi temporibus. Perſpectum itaque magis eſſe ipſi potuit, quæ aſphodelus fuerit Heſiodi. Accedit quod præter Galenum nemo tradiderit, ſcillæ magnitudine, & figura eſſe aſphodelum. Unum eſt quod Galenum excuſare poteſt, quod vocem πῶς addiderit, Verum ut fatear, nullum in radice aſphodeli cum ſcilla ſimilitudinem animadvertere poſſum. Reſtat examinemus, an de aſphodelo quodam ſcripſerit Heſiodus, quæ non niſi compluribus elixationibus eſculenta reddi poſſit. Deinde an hyacinthus aſphodelus, ſit Galeni aſphodelus. Utrumque maximi nominis Botanicus aſſerit. De priori quæſtione primum, mox de altera videbimus. Non inquit, eſt veriſimile Heſiodũ commendaſſe. Nam cibum aliquem paratu facilem per malvam & aſphodelum inſinuaſſe videtur. Ex iis quæ ſupra diximu sconſtat, vulgatum, vilemque multi uſus, nec non multis, magniſque qualitatibus, cibum fuiſſe; ſed facilem paratu, id eſt ſimplicem. Nemo veterum, ſive Theophraſtus, ſive Plato, ſive cæteri antiquiſſimi Græci ſcriptores edulium quoddam ex malva aſphodeloq; paratum ſcribunt. Addit Theophraſtus, tuſam radicem cum ficu maximo in uſu fuiſſe. Cur ficus addita? nempe ut tolleretur, vel ſaltem obtunderetur acrimonia, & amaritudo qua prædita eſt. Nec hyacinthina aſphodelus ea eſt, quã Galenus deſcribit, quia bulbum fert ſcilla multo minorem, nec tunicis, ut ſcilla prædita, nec amarorem manifeſtam guſtanti præbet. Aſphodeli genera plura recentiores obſervarunt. Aſphodelus alia eſt (liceat Lector cum Plinio ſic loqui) Theophraſti, ſive alba ramoſa. Hanc ſæpe radicibus ducentis, aut pluribus ab uno capite dependentibus reperiri ſcribunt. Eſt & alba alia non ra-


Aſphodelus primus ramoſus Cluſii.



Aſphodelus albus major Lob.




Aſphodelus luteus.




mosa. Reperitur & autumnalis quædam, etiam purpurascens foliis maculatis. Nec asphodelo caret hortus noster quæ luteo flore & radice est. Habet quidem radices plures, sed singulas oblongas ac tenues, quæ glandulosæ dici vix possunt. Folia; etiã multo tenuiora fert. Meminere Tabernamõt & Gerar, asphodeli luteæ quæ albæ radicibus ac floribus sit similis; sed foliis brevioribus, cauleq; latis foliis cincto. Minima asphodelus præterito anno in horto diligentiss. Penini floruit. Tres pseudoasphodeli vulgo dictæ reperiuntur, anglica, quæ in palustribus Batavorum frequentissima, scotica, & alpina. Asphodelus foliis fistulosis, an ad asphodelorum classem referri debeat, meritò quæri potest? Fibrosis siquidem, non glandulosis constat radicibus; folia habet minora, angustiora, dilutius virentia; cauliculos fert quinque vel sex, quos flosculi convestiunt albidi. Quidam Botanici non incelebres phalangium cretæ salonensis nuncuparunt, alii alterum phalangii genus. Botanici Dioscoridi, Plinioque gratias dixissent, si pleniorem phalangii descriptionem tradidissent. Hæc de phalangio scribit Dioscorides lib. III. cap CXXII. φαλάγγιον, οἱ δὲ φαλαγγίτιον, οἱ δὲ καὶ ζώπην λευκάκανθαν καλοῦσι, κλῶνές εἰσι δύο, ἢ τρεῖς, ἢ πλείονες διεστῶτες ἀπ' ἀλλήλων, ἄνθη λευκὰ παραπλήσια κρίνῳ, ἐντομὰς πολλὰς ἔχοντα. σπέρμα δὲ παχὺ, μέλαν, ὥσπερ φακοῦ ἥμισυ (lacuna & Marcell. ex antiquioribus codicibus ἢ μεῖζον) ἰσχνότερον μὲν τοι πολλῷ· ῥιζίον μικρὸν, λεπτὸν, χλωρὸν ἅμα τῷ ἐκχυθῆναι ἐκ τῆς γῆς. ὕστερον γὰρ συνέλκεται. φύεται δὲ ἐν γεωλόφοις. *Phalangion, aliqui phalangition, alii etiam leucacanthen appellant. Ramuli ei sunt duo aut tres, pluresve inter se distantes, flores candidi, lileaceis similes, incisuras multas habentes. Semen vero crassum, nigrum, ad dimidiatæ lentis figuram, sed multo gracilius. Radicula parva, tenuis, & dum è terra eruitur coloris herbacei: postea vero contrahit sese. Nascitur in collibus.* Interpres vir Doctiss. ἀντὶ φαλάγγιον, φαλαγγίτιν vel φαλαγγίτην mavult legere; cujus opinioni subscribo. Nam sic Oribasium, Galenum & Æginetam legisse constat. φαλαγγίτης, inquit Galenus, lib. VIII. simpl. οὕτως ὠνόμασται ἐκ τοῦ βοηθεῖν τοῖς ὑπὸ φαλαγγίων δακνομένοις: *Phalangites ex eo nomen accepit, quod à phalangio demorsis medeatur.* Etiam sic legit Plinius lib. XXVII. cap. XII. *Phalangites à quibusdam phalangium vocatur, ab aliis leucanthemon, vel (ut in quibusdam exemplaribus invenio) leucacanthon. Ramuli sunt ei nunquam pauciores duobus in diversa tendentes, flos candidus, lilio rubro similis, semine nigro, lato, ad lenticulæ figuram, multo tenuiore radice, herbacei coloris.* Ex his Plinii verbis Interpres Saracenus ἀντὶ παχὺ legendum asserit πλατὺ, *crassitudini.* Nam, quod sequitur, dimidiæ lentis gracilius esse, non bene respondet. Vulgata tamen lectio nititur auctoritate Oribasii. Verumtamen in utroque codice mendum esse potest, facilis enim unius alteriusque literę lapsus. Nisi forte legendũ contendamus ex vetustiss. codice pro ἥμισυ ἢ μεῖζον *semine nigro, crasso lentis vel majore.* Sed hanc improbant lectionem Oribasius Pliniusque. χλωρὸν Doctissimus Dalecampius vertit; non *viridem* vel *herbacei coloris*, ut Plinius, sed *pallidum* vel *subluteum.* Idem etiam, ut Lugdunensis scribit, ἀντὶ συνέλκεται, legit ἐκλευκαίνεται, id est, *albescit.* Saracenus nihil mutandum censet, quamvis cum temporis tractu contrahitur corrugaturque radix. Verisimile quoque est, si antea fuerit viridis herbaceique coloris, aut pallida, subluteaque, ex consequenti colorem quodammodo mutari. Prudenter facit Saracenus. Oribasius enim vulgatam defendit lectionem. Verum tamen ut fatear, magis arridet Dalecampii lectio. Nam τῷ χλωρῷ rectius opponitur ἐκλευκαίνεται, quam συνέλκεται. Quid enim illud est, radicula est parva, tenuis, dum è terra eruitur, coloris pallidi aut herbacei, postea se contrahit? An igitur postea crassescit, minorque fit? Verisimilius postea albescere. Notum est radices plures dum siccantur albescere. Ratio in promptu; quod dum virent nimio redundant humore. Albedo enim in sicco consistit. Plantam, cujus figuram addidi, pro phalangio vulgo ostendunt. Hujus folia graminis instar exeunt; è medio horum teres assurgit scapulus; in ramulos distributus, in quibus flores candore, & divisura lilio similes staminibus aliquot concoloribus mediis. Capitula succedunt rotunda, ochris minora, lini valvulis similia. Per maturitatem in tres partes hæc dehiscunt: semen vero in his nigrum, veluti melanthii; non tamen perinde angulosum; radices tenues & oblongæ non distituuntur fibris tenuibus. Videt facile lector si diligenter ad Dioscoridis Pliniique delineationem attendat, hanc plantam non satis cum descriptione convenire. Nam Dioscorides ramulos inquit habere duos aut tres, pluresve inter se distantes; Plinius duobus nunquã pauciores huic esse asserit. Huic unus cauliculus in summo plures pusillos ramos promens

Phalangium ramosum.



Phalangium virginianum.



nec semen dimidiæ lentis figura, sed rotundum; aptius tamen phalangium, quam molii dicitur, seu Dioscoridis, seu Plinii. Nullo enim bulbo, ne quidem nigra radice præditum. Phalangium virginianum, cujus adpingi curavi iconem foliis, est gramineis, angustis palmaribus, nervosis, acuminatis. Vide Bauhinum ad finem phytopinacis.

Postquam dixit asphodeli radicem ad plurima utilem, subjicit omnes plantas, quibus radix capitata, diuturnioris esse vitæ, Possunt etiam verba Græca in hunc sensum exponi; *plantas omnes quæ vitæ longævæ sunt constare radice capitata.* Sed illud haud verum videtur. Nam serpyllum, ruta, aliaque sunt radice lignosa, & tamen vitæ diuturnioris. Quare, ut dixit Gazæ interpretatio maximè arridet. Inter plantas radice capitatas, sive bulbosas longissimæ vitæ scyllam esse inquit. De qua plura hoc capite refert. Scillæ itaque historiam enarrare incipio.

Græci plantam hanc σκίλλαν & σκύλλαν dixerunt. Veriorem apud Theophrastum scriptum σκίλλαν puto, quod antiquissimi Græci sic scribant. Nomen accepit, vel quod inter hanc & marinum testaceum piscem, à tunicata squamarum compactili serie scyllam vocatum, maxima similitudo intercedit: vel σκίλλης nomen obtinuit ἀπὸ τοῦ σκίληματος, id est, *ariditate*; quod in sabuletis marinis, sole retorridis, oriatur; cujusmodi sunt in Hispania, & prope aridæ Lusitaniæ tesqua maritima. Latini scillam dicunt, & squillam, etiam antiquissimi. Palladius in Martio, titulo de ficu. *Aliqui multum prodesse confirmant (ut generosiora poma producat) si plantam fici diviso squillæ bulbo insertum, strictamque vinculis collocemus.* Apud Varronem, Palladio multo antiquiorem, etiam squilla legitur lib. I. cap. VII. *Alia in mari, ut scribit Theophrastus palmas & squillas.* Citat locum Præceptoris, qui lib. I. hist. cap. VII. reperitur. Paulo tamen aliter Magister, & rectius. Horum exemplo omnibus officinis squilla nominatur, nec scillæ vox recentior. Columella lib. X. *Et scilla hirsuta sepès nunc horrida rusco.* Et sic aliis in locis, apud eundem & Plinium scribitur. Planta hæc Græcis etiam σχῖνος dicitur; quo nomine etiam lentiscus gaudet. Sed mox plenius de nomine hoc agam. Quod intus in scilla, tenerum ac molle est, quasi adeps, Hippocrati σκίλλης τὸ μυξῶδες dicitur lib. de ulceribus. Σκίλλης τὸ ἔσω τὸ μυξῶδες τρίψας ἢ πύκνην σὺν στέατι ὑείῳ νέῳ; *Scillæ internam partem mucosam terito, & resinam pini cum recenti adipe suilla.* Depravatus Erotiani est codex, apud quem legitur σκίλλης τὸ νεφῶδες τῆς ῥίζης τὸν χυλόν, pro quo Henricus Stephanus reposuit τὸ ὑγρῶδες. Verum locus citatus ostendit τὸ μυξῶδες legendum. Nec succum intelligit Hippocrates, sed quod intus quasi adeps est. Στέαρ, σκίλλης μέσον, καὶ ἐγκάρδιον σκίλλης, Geoponicæ auctor lib. XVII. cap. V. vocat καιρὸς τῆς βιχείας ἐπιτήδειος, ἔαρ μέσον. εἰδὲ μὴ προσδέχονται τοὺς ταύρους αἱ βόες σκίλλης τὸ ἐγκάρδιον μετὰ ὕδατος τρίψαντες, καὶ ἐγκέφαλον· τουτέστι τὰ ἁπαλώτατα τῆς σκίλλης, ἢ ὡς ἄν εἴποι τις τὸ στέαρ διδόναι μετὰ τὴν κάθαρσιν τοῖς μορίοις τῶν βοῶν. *Tempus admissuræ idoneum est medium ver; si vero vaccæ tauros non admittunt scillæ medullam sive corculum, hoc est tenerrimas ipsius partes, & si ita dicere licet adipem, cum aqua terere oportet, & oblinire inde naturam vaccarum.* Flos scillę Arato ἀνθερικὸς dicitur, uti versus citati infra ostendunt, Videat lector quæ supra dicta sunt. Scillę quia Dioscoridi nota satis, notas tradidit nullas, plures tradidit Theophrastus, sed variis diversisque in locis. Lib. I. ca. VII. scillam numerat inter ea quæ interrestribus vivunt; attamen in mari quandoque vivit. Hinc cæpam quidam nominarunt marinam. Cap. X. radicem describit; ubi plures habere radices scribit; etenim carnosam & corticosam habet, & quæ ab hac demittunt. Idem repetit lib. VII. cap. IV. lib. I. de causa lib. 4. capitatam esse, tunicasque habere plures, nec non lentitiam. Capitatam habere radicē hoc capite docet, in qua radicis parte vires majores docet lib. 6. cap. 8. Objiciet quis falsum esse quod scribit Præceptor, plures scillam habere radices Etenim Aristoteles vel auctor istorum libellorum lib. I. cap. V. unica radice constare scribit, τινὰ δὲ ἔχουσι μίαν ῥίζαν, ὡς ἡ σκίλλα. αὕτη δὲ γίνεται ἐκ τοῦ ἐδάφους, καὶ ἀραιῶς φέρεσιν, ὅτι ὑποκάτω πλατύνεται, καὶ ἀκολουθοῦσα μᾶλλον διαχεῖται τῷ ἡλίῳ. ὅταν γὰρ προσβάλῃ αὐτῇ αὐξάνει. ἄτος δὲ καὶ τὰς παραφυάδας ταύτης κάτωθεν ἐκ μυελῶ. *Quædam unam tantum radicem habent, ut scilla. Hæc de solo oritur & exiliter prodit propterea quod subtus dilatatur, sequenti vero tempore magis, distinguitur à sole, cum enim ad eam appulit, auget ipsam. Idem etiam agnascentes bulbos educit ex inferiore parte.* Agnata, sive παραφυάδας Auctor hic non agnoscit pro radicibus Contra Theophrastus. Ex singulis enim nova planta oritur. Quin etiam si acuratius ac strictius sumamus, fibræ adhærentes radices sunt. Sed in lib. de causis, de hac quæstione agam. Multa plura sunt examinanda in verbis auctoris citati, quæ non sunt hujus loci. Illud tantum addam; falsum esse quod scribat solam latitudinem acquirere. Non enim sessilis scilla, sed globosa ac turbinata potius aliquantum. Et hoc ex Periclis capite scire poterat. Folia à radice illico exire scribit lib. I. histor. cap. XVI. eaque lata lib. VII. cap. XII. inquit, Dioscorides lib. III. cap. XXV. aloes folia comparat scillæ. Ἀλόη φύλλον ἔχει σκίλλῃ παραπλήσιον παχύ, λιπαρόν, ὑποπλατύ, ἐν τῷ ὄπισθεν εἰς τὸ ὀπίσω κεκλασμένον. *Aloe folium habet scillæ similitudine, crassum, pingue, in rotundo modicè latum, retrorsum pandum.* Lib. I. de caus. cap. VII. radices, caulesque planta abscissos servare suum vitale principium posse, scribit; ita ut ad germen etiam excitandum movere se valeant. Etiam effossa & suspensa diutius vivere potest, ut lib. V. de caus. cap 4. scribit & capite hoc X. Causa, quod plurimo turgeat succo, Sed hoc incommodi patitur, quod raro iterum flores producat; quod in bulbis pluribus ex Indiis allatis observavi. Quæ hoc XII. cap. de scilla docet Præceptor, examinare incipio. Cur suspensa vivat diu, jam dixi. Punica mala, aliosque servat fructus, pediculo in scillam infixo, ἐμπηγνυμένης τῷ μίσχῳ, lego, non ut vulgo, ἐκπηγνυμένω, vel, ut Aldinus codex habet, συμπηγνυμένης. Columella lib. de arboribus cap. XXIII. ubi de malo punico serendo agit; *At si jam arborem satam habueris, scyllam secundum radicem arboris serito, alio modo cum jam matura mala fuerint, antequam rumpantur, peciolos, quibus pendent, intorqueto, eo modo servabuntur etiam anno toto.* Satorum nonnulla in scilla sata, celerius germinare ait. Videat lector quæ cap. VII. lib. II. hist. diximus Causam hujus rei dat Theophrastus lib. V. cap VII. de causis, quam suo loco examinabo. Scillam tum ad nascendum, tum ad uniendum maxime conducere, docet auctor Geoponicωn lib. IV. cap. VI. Κάλλιον δὲ, καὶ ὅλον τὸ μέρος τοῦ κλήματος τὸ ἐπὶ τῆς γῆς κατατιθέμενον σκίλλῃ ἐμβληθεῖσης καταπιεσθῇ· πρὸς γὰρ τῇ φύσει καὶ τῇ ἑνώσει ἡ σκίλλα συμβάλλεται. *Præstabilius tamen fuerit si totam sarmenti partem, quæ in terram deponitur, scillæ insertam deposueris. scilla enim tum ad nascendum, tum ad uniendum conducit.* Traditur & ante portas satam remedium esse contra veneficorum noxam. Dioscorides lib. II. cap. CCII. Ἔστι δὲ καὶ ἀλεξιφάρμακον ὅλη πρὸ τῶν θυρῶν κρεμαμένη. *Est tota foribus suspensa contra malorū medicamentorum noxiam remedio.* Plinius lib. XX. cap. VIIII. *Pythagoras scillam in limine quoque januæ suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit.* Veneficia solitos arcere expiareque noxios priscos homines scilla, citata loca satis probant. Etiam quos per contemptum insultabant, scilla imperebant uti ex hoc Theocriti loco Eidyl. VII. vel saltem Scholiaste probatur.

> Κἢν μὲν ταῦθ' ἔρδοις ὦ Πὰν φίλε, μή τύ τι παῖδες
> Ἀρκαδικοὶ σκίλλαισιν ὑπὸ πλευράς τε καὶ ὤμως.
> Τανίκα μαστίσδοιεν ὅτε κρέα τυτθὰ παρείη.

> *Id si facias ô care Pan non te pueri*
> *Arcadici scillis sub latera & humeros.*
> *Tunc flagellent cum parum carnium adfuerit.*

Scoliastes Οἱ Ἀρκάδες ἐπὶ θήραν ἐξιόντες, εἰ μὲν εὐθηρίας ἔτυχον, ἐτίμων τὸν Πᾶνα· εἰ δὲ τἀναντίον, σκίλλαις εἰς αὐτὸν παρῴνουν παρόσον ἀθηρίαν τῆς θήρας ἐπισχεῖ. Μύνατος δέ φησιν ἑορτὴν Ἀρκαδικὴν εἶναι, ἐν ᾗ οἱ παῖδες τὸν Πᾶνα σκίλλαις βάλλουσι. ἔνιοι δὲ ὅταν οἱ χορηγοὶ λεπτὸν ἱερεῖον θύωσιν, καὶ μὴ ἱκανὸν ᾖ τοῖς ἐσθίουσι. Διὸ φησι κρέα τυτθὰ παρείη. *Arcades venatum exeuntes si feliciter succedebat venatio, honorabant Pana; sin contra, in eundē scillis debacchabantur, quoniam venationi, ferisque præesset. Munatus autem dicit. Festum arcadicum esse, in quo scillis petebant Pana pueri. Nonnulli quando chorearum principes tenue sacrificium sacrificarent, nec satis appositum edentibus foret. idcirco dixit Poeta cum parum carnium adfuerit.* Adagium de amente & furioso extat; scillas sepulchro evellere. Hinc quidam scillam juxta sepulchra satam putant. Theocritus Eidyl. V.

Κομάτας.

Ἤ δή τις μόρσων πικραίνεται. οὐχὶ παρῆσθ᾽εὺς
Σκίλλας ἰὼν γραίας ἀπὸ σάματος αὐτίκα τίλ-
λοις.

Λάκων.

Κἠγὼ μὰν κνίσδω μόρσων τινά κ᾽ τὺ ὁ λύσσεις,
Ἐνθὼν τὰ κυκλάμινον ὄρυσσε νῦν ἐς τὸν Ἄλεντα.

Comates.
Iam ô Morson Lacon irascitur : nonne insanis Lacon,
Vade cito & scillas veteres è sepulchro evelle.

Lacon.
Et ego Comacum ô Morson pungo: & tu Comace insanis
Profectus ad halenta inde cyclaminum effodias.

Ad priores versus magnum patriæ nostræ lumen Erasmus; *Innuit, illum, quod in certamine canendi superatus sit, adeò id iracundè ferre, ut periculum sit ne vertatur in insaniam.* Quem ego ex versibus citatis sensum colligere nequeo, verum hunc; Lacon cum serio Comatem indignari videret, convitium pro convitio reponit; majus tamen salsiusque, ut in iram manifestam prorumpat. Quod cum Comates animadverteret; ad judicem conversus, jam ait, ô Morson, vir ille bonus irascitur; rursusque ad Laconem conversus; nonne, inquit, insanis; eas igitur ut scillam tibi compares. Nec horum versiculorum sensum intellexit Græcus interpres, & nescio quem obscœnum ex his elicit. Sed nostrum non est Poëtarum versus exponere. Illud indagandum, cur Poëta scillam evellendam præcipiat. Causa videtur, quod scilla lucomones & insanos curet. Dioscorides cap. XXV. lib. V. de aceto scillitico, παραλαμβάνεται πρὸς τοὺς ἐπιληπτικοὺς, σκοτοδινῶντας, μελαγχολικοὺς, ἀπηλιθιωμένους. *comitialibus, vertiginosis, melancholicis, ac mente captis exhibetur.* Nec hoc Ausonium latuit

Scillato decies si cor purgeris aceto,
Anticipesque tuum samii Lucumonis acumen.

Id præstat scilla, quod obstructa aperiat, crassa incidat, lienem roboret. Melancholia autem & insania sæpius ex obstructione lienis, crassis & terrestribus humoribus istunt. Purgandi quam vim acetum scilliticum habeat, ignoro. Nemo hanc facultatem ei tribuit. Quod autem inquit Poëta; *purgeris*, intelligit, munderis, quod aperiendo & incidendo fit. Nam purgandi vi caret scilla. Hac occasione scholiastes Nicandri errorem de virtute scillæ ostendam. Ad hunc ille versum,

Σὺν καὶ τὰ νιφόεν σκύλλης κάρη, αὖά τε βολβῶν
σπείρεα.

Adde caput scillæ niveum, simul arida bulbi
Semina.

Νιφόεν τὸ τῆς σκύλλης κάρη λέγει, ἢ ὅτι ὑγρόν, ἢ ὅτι ψυχρόν. καὶ γὰρ ἡ σκίλλα ψυχρᾶς ἐστιν ἐνεργείας. ἢ τὸ λευκόν, οἷος ἐστιν ὁ νιφετός. τὸ γὰρ τῆς θηλείας σκύλλης κάρη λευκόν ἐστι. αὖα σπέρματα βολβῶν. τὸ σπέρμα σκύλλης λέγει. πολλαῖς γὰρ περιβολαῖς ὑμένων καλυπτομένη, ἔνδον τοῦ σκότους, οἷα ἐν σκότει, καὶ ἀορασίᾳ ἔχει τὰ σπέρματα. Id est, *Scyllæ nivale caput dicit, quod scylla herba vel humida, vel frigida ; frigidæ enim virtutis & efficaciæ est ; vel quod instar nivis alba sit. Scyllæ enim feminæ caput album, per sicca semina bulborum, semina scyllæ accipit. Nam multo membranarum amictu contecta scylla intra tunicas, velut in tenebris & caligine semina condit.* Caput niveum dixit, quod scilla caulem ferat cubitalem aut majorem, rectum, nudum, absque foliis, plurimis candidis stellatisque floribus ornatum; uti figura addita ostendit. Falsum est scillam, humidam & frigidam esse: ridendi sunt qui nivea frigida & humida esse volunt; quod nix tali facultate sit. Niveum tithymali lac & aliorum ; acria tamen & satis calida. Calidam & siccam scillam esse probatur, quod aperiendi & incidendi vim habeat. De generibus scillæ infra videbimus. Quod semen scillæ multis membranis tunicisque contectum est, fabulam sapit. Capitula succedunt flori triangula, compressis angulis, & velut inania; in quibus tamen nigrum, planum, paleaceum semen. radix, ut supra diximus, multis tunicis cincta. Sed video quid velit scholiastes. Semen antequam in caule conspiciatur, essentia in radice continetur; Ideo inquit in tene-

Scillæ flos & semen.



bris caligineque condi. Ignosce nostram ignorantiam lector ; utrique scholiastæ scilla incognita fuit. Quid ineptius quam σκίλλα εἶδος βοτάνης πάντη ἀχρήστου, *Scilla herbæ genus, quod nullum omnino usum habet.* Reliqua inepta, & castis auribus indigna. Notat Theophrastus, scillæ caulem floremque primum exire, dein folia, id experientia comprobat. Nam quo tempore floret scilla, nudus est caulis, foliisque viduus. His arescentibus, demum emergunt folia liliacea, lata, viridia admodum, densa sive carnosa, humi expansa, nonnihil carcinata. Ternos florum proventus ostendere ait, eosque sementis tempora ostendere, nec non sementis successum, ut Geoponicon auctor ait. τῆς σκίλλης τὸ ἄνθος ἐκφυόμενον ῥαβδοειδὲς, καὶ μὴ θᾶττον μαραινόμενον, εὐκαρπίαν σημαίνει. *Scillæ flos, virgæ specie enascens, & non citius marcescens, fertilitatem fructuum ejus anni portendit.* Sic & Plinius li. XXI cap. XVII. *In scilla vero caulis exit, deinde flos ex eo mergit, eademque ter floret, ut diximus, tria tempora sationum ostendens.* Hæc Plinii verba etiam viris longè doctissimis imposuerunt. Quippe crediderunt, scillam tribus diversis anni temporibus florere, vere, æstate, & autumno. Quod est præter veritatem & mentem Theophrasti, qui non τρὶς ἀνθεῖν, uti Plinius, sed τρεῖς ἀνθήσεις ποιεῖσθαι scripsit. Id est, particulatim & diutissimè florere, ob alimenti copiam & ubertatem. Quod Theophrastus κατὰ μέρος ἄνθησιν ποιεῖ dicit. Ita ut ab ima caulis parte primum incipiat. Ut itaque clarius veterum mens percipiatur, quomodo & scilla & asphodelus floreant, exponam. Caulis plurimis ac densissimis floribus stipatus assurgit. Horum qui in infima parte sunt, primum aperiuntur florentque; hi dum aperti vigent, medii turgent, supremi gliscunt duntaxat. Et hæc πρώτη ἄνθησις, *primus florescendi impetus.* Exactis aliquot diebus flores, qui primi reclusi fuerunt, dilabuntur, succedente fructu sive capitulo modo descripto, ac tum medii sese promunt, supremi tantum intumescunt; quæ secunda ἄνθησις: postremò defluentibus mediis supremi sese explicant; quæ est tertia ἄνθησις. Sic florescendi ter repetitus impetus, terram quoque ter subigi oportere denuntiat, priusquam

quam fruges ferantur. Hæc vulgata opinio etiam Plinii, & Aveni est; alia tamen Arati, & Theophrasti Triplicis enim arationis successum præmonstrare, horum est opinio. Ignosce lector, præter ordinem methodumque Ciceronem defendenti. Magnum illud Galliæ lumen Iulius Scaliger, & magnus Principis Guilhelmi Auriaci archiater Lobelius, Aratum & Ciceronem ignorantiæ reum faciunt. De Cicerone hæc Scaliger lib. 5. de causis plant. cap. 1. *Lentisci verò historia ut cumulat repetitam de squilla narrationem: ita nos excitat ad Doctorum hominū non eruditam disquisitionem. Ajunt enim ex Aristophane, σχῖνον squillā dictam ab antiquis, de que ea scriptū ab Arato, non de lentisco; tametsi ex Cicerone Plinius sic agnoverit. Non enim lentiscū ter florere, sed scillā ex Theophrasto.* De Cicerone Lobelius sic; *Flores promit lentiscus Aprili mense, non particulatim, ut putarunt ex Arati & Ciceronis versu. Lentiscus triplici solita est grandescere fœtu; quod Theophrastus meritò scillæ attribuit, hi autem vocis vicinitate decepti lentisco. Quare non contemtim habendam nomenclationum perpensionem jurè asseverebamus.* Quid hic commiserit Cicero, aut in quibus errarit, non video, Arati quidem versus latinè reddidit, sed non adeò Græcarum litterarum ignorans fuit, quin noverit & lentiscum, & scillam à Græcis σχῖνον dici; nec ignoravit latinæ linguæ, eloquentiæque parens quique Athenis diu eloquentiæ causa egit Periclem ab Atheniensibus σχινοκέφαλον dictum fuisse. Hæc de Pericle Plutarchus, Καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ἔτικε Περικλέα τὰ μὲν, ἀλλὰ τὴν ἰδέαν τοῦ σώματος ἀμεμφῆ, προμήκη δὲ τὴν κεφαλὴν, καὶ ἀσύμμετρον, ὅθεν αἱ μὲν εἰκόνες αὐτοῦ σχεδὸν ἅπασαι κράνεσι περιέχονται, μὴ βουλομένων (ὡς ἔοικε) τῶν τεχνιτῶν ἐξονειδίζειν. οἱ δὲ Ἀττικοὶ ποιηταὶ σχινοκέφαλον αὐτὸν ἐκάλουν. τὴν γὰρ σκίλλαν ἔστιν ὅτε καὶ σχῖνον ὀνομάζουσι. *Et paucis diebus peperit Periclem, forma reliqui corporis decenti, sed capite oblongo, nec congruente. Vnde statuæ ejus pene galeatæ sunt omnes, tegentibus (ut conjicio) artificibus hoc vitium. At poëtæ Attici schinocephalum vocarunt. Scillam enim nonnunquam schinon appellant.* Galenus in glossis, σχῖνος ἐμφῶν τὸ θαμνῶδες φυτὸν, ἀλλὰ καὶ εἶδός τι σκίλλης, εἰ μὴ ἄρα καὶ πάσης σκίλλης τὸν βολβόν. *Non solum stirpem fruticosam; (lentiscum nempe) verum etiam scillæ speciem quandam, fortè omnis scillæ bulbum ac radicem.* Hesychio quoq; exponitur σχῖνος εἶδος φυτοῦ καὶ ἡ σκίλλα. Sed ipsos versus Arati videamus (quos neutrum legisse arbitror) quo facundissimus, nec non mellifluus Cicero ab hoc tam turpi errore liberetur, ac rectè scripsisse judicetur.

> Τριπλόα δὲ σχῖνος κυέει. τρισσαὶ δὲ οἱ αὖξαι,
> Γίνονται καρποῖο, φέρει δέ τι σῆμα θ' ἑκάστη,
> Ἑξείης ἀρότῳ· καὶ γάρ τ' ἀρότησιον ὥρην
> τριπλόα μείρονται μέσσην, καὶ ἐπ' ἀμφότερ' ἄκρα.
> Πρῶτος μὲν πρώτην ἄροσιν, μέσος δέ τι μέσσην,
> Καρπὸς ἐπαγγέλλει, πυμάτην γε μὲν ἔσχατος ἄλλων
> Ὃν κεν γάρ κάλλιστα λοχαίη σχῖνος ἀρηται,
> Κείνῳ γ' ἐξ ἄλλων ἄροσις πολυλήϊος εἴη.
> Τῷ δέ γ' ἀφαυροτάτῳ ὀλίγη, μέσσῳ δέ τι μέσση.
> Οὕτως δ' ἀνθέρικος τριχθὰ σκύλλης ὑπερανθεῖ,
> Σήματ' ἐπιφράσσασθαι ὁμοίιον ἀμήτοιο.
> Ὅσσα δ' ἐπὶ σχίνου ἀροτὴρ ἐπιφράσσατο καρπῷ,
> Τόσσα καὶ ἐν σκύλλης τεκμαίρεται ἄνθει λευκῷ.

> *Iam vero semper viridis, semperque gravata*
> *Lentiscus, triplici solita est grandescere fœtu:*
> *Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.*
> *Nam tres esse ferunt promendi vomeris oras,*
> *Primus habet primam fructus, mediusque secundam,*
> *Tertius extremo fœtus respondet aratro.*
> *Si gravida egregios glandis lentiscus acervos*
> *Proferat, hoc largas sperabis ab omine messes,*
> *Et modica modicam, parca prænoscere parcam*
> *Glande potes: terno pariter quæ tempore floret*
> *Squilla, tibi dicet quo surgant mergite culmi.*
> *Nam quæcunque avidum lentiscus fœta colonum*
> *Præmonuit, squillæ poterunt tibi dicere flores.*

Tres versus priores Ciceronis sunt, reliqui incomparabilis, divinique Hugonis Grotii. Arati versus quondam in hunc sensum interpretatus est Avienus, Poëta antiquus

> ——— *Quin & lentiscus amara*
> *Indicium est pluvii: ter fœtum concipit arbos,*
> *Terque novos genetrix fructus alit: ipsaque trino*
> *Flore renidescens tria tempora prodit arandi.*
> *Ter prorumpentis scillæ teres erigit flos,*
> *Sulcandique solum ter monstrat tempus adesse.*

In eo errasse Ciceronem si dixissent, quod versus hos interpretatus sit, quasi Aratus tria tempora arandi ostenderit, cum arationis, vel potius sationis successum præmonstrare hi vidantur versus ὅν κεν — εἴη id est.

> *Nam quo lentiscus gravidos fert tempore fœtus,*
> *Illius aut frustra terris sudabit aratrum.*

Hanc veterum mentem fuisse ex ipso probatur Theophrasto, quem constat scillam nunquam vocasse σχῖνον. Suspitio itaque nulla esse potest ipsum Aratum, Ciceronem, Plinium, Avienum vocum homonymia deceptos fuisse. Hæc itaque Theophrastus lib. de signis serenitatis ὁ τῆς σχίνου (vulgo depravatè χοίνου, quod animadvertit ante nos Doctiss. Turnebus) καρπὸς σημαίνει τοὺς ἀρότους· ἔχει δὲ τρία μέρη, καὶ ἔστιν ὁ πρῶτος τοῦ πρώτου ἀρότου σημεῖον, ὁ β' τοῦ β' ὁ γ' τοῦ γ', καὶ ὡς ἂν τούτων κλίνῃ κάλλιστα καὶ γένηται ἀδρότατος, οὕτως ἕξει καὶ ὁ κατὰ τοῦτον ἄροτος. *Lentisci fructus sationum tempora significat. Est autem ille trium temporum, & primus primæ sationis signum adfert, alter secundæ, postremæ tertius. Quicunque igitur ex his gravitate maximè ponderet, & benè maturus, sic futuram & sementem significat, quæ ab hoc est.* Hæc paulo clarius Geoponicῶν auct. lib. XI. cap. XIII. ἡ σχῖνος τρεῖς δὲ καρποὺς φησι φέρειν. καὶ εἰ μὲν ὁ πρῶτος καρπὸς καλὸς γένηται, τὸν πρῶτον σπόρον καλῶς καρποφορεῖν σημαίνει, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. *Ajunt enim ter fructum ferre, & si quidem primus fructus bonus fiat, primam seminationem probè fructum allaturam portendit. similis significatio etiam aliorum existit.* Hactenus veteres contra recentiores defendimus quos nec Arati scripta legisse, vel, si legerint oscitanter legisse constat. Etenim scribunt ex lentisci flore veteres tria sationum, seu arationum tempora cognovisse, negant insuper particulatim flores promere. Hæc, inquam, ne somniarunt quidem veteres, siquidem signa hæc ἐκ τῆς καρποῦ, non ἄνθους lentisci collegerunt. Sic Theophrastus, sic Aratus, sic Geoponicῶν auctor, sic Cicero. Nam quid fœtus aliud quam καρπὸς? Hæc, inquam, ostendunt satis negligenter eos veterum scripta examinasse. Nemo particulatim scillam florere scripsit, omnes ter fructum ferre scribunt. Quid obest quo minus omni anni tempore fructu agricolam exhilaret? Id malum medicam, aliasque arbores præstare, extra dubium est. Dicent in Gallia Narbonnensi, hoc observare non licuit. Nec in Batavia, Brabantiaque malus medica id præstat. Græciam, insulamque Chion adeant, ibique an veteres falsa scripserint, videant ac animadvertant. Ad scillam revertor. Hujus genera nonnulla observarunt veteres. Meminit Theophrastus epimenideiæ, sive esculentæ, & vulgatæ, sive non esculentæ scillæ. De epimenideja supra quæ diximus, videat lector. Nicandri scholiastes scyllæ fœminæ caput album dixit. Novit itaq; marē & fœminam. Contra Plinius, qui tria genera novit, lib. XIX cap. V. fœminam nigram dixit, his verbis; *Verum nobilissima scilla ——— Duo genera medica: masculus albis foliis, fœmina nigris. Et tertium genus est cibis gratum epimenideium vocatur, &c.* Botanici Doctissimi legunt, *masculus albis bulbis, fœmina rubris.* Hoc modò si legatur, scilla rubra, sive pancratium vulgo dictum, fœmina scilla erit, *Et quæ radice alba, mas.* Equidem huic lectioni aliquo modo favet ipse Plinius lib. XX. cap. IX. *Scillarum in medicina alba est, quæ masculus; fœmina nigra quæ candidissima fuerit, utilissima erit.* Ad acetum, scilicet, conficiendum. Nam de eo Plinius agit. Videamus quæ de pancratio Dioscorides. Hic lib. II. cap. CCIII. Παγκράτιον, οἱ δὲ καὶ τοῦτο σκίλλαν ὀνομάζουσι, ῥίζα ἐστὶ βολβῷ μεγάλῳ ὅμοια, ὑπόπυρρος, ἢ ὑποπόρφυρος, πικρὰ, καὶ πυρώδης τὴν γεῦσιν. φύλλα κρίνῳ ὅμοια, μακρότερα δὲ, ἔχει δὲ δύναμιν τὴν αὐτὴν τῇ σκίλλῃ, καὶ σκευασίαν, καὶ δόσιν, ποιοῦσιν ἐπὶ τῶν αὐτῶν παθῶν· ἐπιεικέστερα μέν τοι τῆς σκίλλης ἡ ταύτης δύναμις. *Pancratium, quod etiam aliqui scillam appellant, radice est magno bulbo simili, subrufa, aut subpurpurea, amaro, fervidoque gustu, foliis lilii, sed longioribus. Scillæ vires & præparationem eandem habet, ac eodem quoque pondere ad eosdem effectus efficaciter exhibetur, attamen huic mitior quam scillæ facultas inest.* Meminit pancratii Plinius lib.

xxvII. cap. xxI. *Pancration aliqui scillam pusillam appellare malunt, foliis albi lilii longioribus crassioribusque, radice bulbi magni, colore rufo.* An legit apud Dioscoridem, σκίλλαν μικρὰν ὀνομάζουσι? Apud Oribasium vulgata lectio reperitur, nec verisimile tale quippiam Dioscoridem scripsisse. Quomodo scilla pusilla dici potest, si radix bulbi magnitudine sit? An itaque scripsit Dioscorides, σκίλλαν μακρὰν? Hoc verisimilius quidem; quanquam nec hoc affirmare possum. Vocem etiam, crassioribus, de suo addidit Plinius. Attamen talia folia habet. Pancratium ea est planta cujus effigiem addidimus; frequenter ad nos adfertur. Non parvam cum scilla similitudinem habet. Folia hujus majora, amplioraque sunt, & ut Dioscorides ait, lilii foliis longiora, quandoque angustiora, nec raro; præsertim si magnus sit bulbus, quales hoc anno plurimum allati, qui pueri caput magnitudine vincunt.

Pancratium verum Clusii.



Folia sunt latiora. Magisque quam scilla carcinata, & quodammodo surrecta. Bulbus major quam scillæ, ex multis similiter tunicis constans, exterius rubens aut subrubens, vel subpurpureus. Experientia comprobat bulbum hunc minus efficacem esse quam scilla vulgaris; Hispanis rusticis exosus quondam, qui præsentaneum venenum esse putarunt. Quod verum esse potest, recenter erutus si sit; quamvis & hoc an verum sit, non constet. Pancratium dictum videtur a profligandis & vincendis morbis omnibus. Quam ob causam & cichorium, nomen illud habet. Plinius lib. xx. cap. VIII. *Cichorium refrigerat ——— Quod quidem propter singularem salubritatem aliqui chestron appellant, alii pancration.*

Lego cum Doctiss. Gaza αἰγίλωπα. Plinius lib. xI. cap. xvII. *Mirum loton herbam, & ægilopa non nisi post annum è semine suo nasci.* Hoc tamen non tradit Theophrastus, partim, inquit, anno primo, partim secundo.

Quod de narcisso vulgati codices tradunt, id de croco Plinius; & quidem rectius. Nullum narcissi genus novi, quod ante folia florem producat. Vidi plantam quam persicum narcissum vocat diligentiss. Clusius. Autumnalis etiam narcissus Clusii frequens apud nos est. Scio hos florem autumnali tempore ferre, ac quidem persicum narcissum florem ante folia producere (floret enim ad finem Septembris, foliaque demum ineunte vere emittit,) sed narcissos hos esse, Tuliparii nostri negant, & persicum quidem narcissum flore melino, autumnalem colchicum luteo flore vocant. Quod flos colchico similis, narcisso dissimilis sit. Quin etiam colchica florent foliis vidua autumno; vere novo foliis primum prodeuntibus. Et hoc alterum est argumentum qui colchici genus esse probant. Dein nec folia narcissum referunt; sed hemerocallidi Valentinæ, de qua supra, similia, lata, plana ejusdemque cum illis coloris, hoc est ad ærugineum tendentis, quæ ut plurimum convolvuntur, aut sese circumagunt. Etiam narcisci autumnalis folia colchico similiora quam narcisci. De flore extra dubium est, de quo neutiquam intelligi locus hic Theophrasti potest. Non enim post, sed ante florem folia emittit. Malo itaque ex Plinio *crocum* scribere; nec dubito quin sic in Theophrasti codicibus Plinii tempore scriptum fuerit. Exscripsit hunc Theophrasti locum his verbis lib. xxI. cap. xvII. *Notabilis & scillæ crocique natura, quod cum omnes herbæ folium primum emittant, mox in caulem rotundentur; in iis quidem caulis prior intelligitur quam folium, & in croco quidem flos impellitur caule: in scilla vero caulis exit, deinde flos ex eo emergit, eademque ter floret, ut diximus, tria tempora sationum ostendens.* Aliud argumentum addo, quo probo narcissum persicum non esse de quo loquitur hoc capite Theophrastus; quod croco, sive, uti in vulgatis legitur codicibus, narcisso cum flos marcescit, non prodeant folia, sed, ut dictum, Martio Aprilique demum mensibus. Contra croco evenit. Hujus enim folia, ubi flos arescit, statim erumpunt. Porro lego, τοῦ κρόκου δὲ ὁ τοῦ ἄνθους μόνον ὠθεῖ, προτερεῖ γὰρ τὸ ἄνθος. *Et croci quidem (caulis) floris tantum causa primum propellitur: justum enim legitimumque tempus prævenit flos.* Et hoc in croco autumnali tempore observatur. Iustum tempus prævenire dicit, non tantum quod ante folia floret, vel quod ante cauliculum, seu quod simul cum cauliculo flos conspiciatur. Etiam ἀναυξῆ legimus uti vulgata lectio habet, non cum Theodoro ἀναυθῆ. Etenim crocus non bis floret. Magnus & eximius Philosophus Theodori lectionem probat. *Theodorus*, inquit, *legit* ἀνθεῖ. *Recte. Nam si caulis simul cum flore tabescit, post* τὴν ἄνθησιν, *non* ἄνευ *folia eduntur.* Immo post ἄνθησιν, & floris caulisve ἄνευσιν folia primum prodeunt. Et ille est sensus verborum Theophrasti. Sed malim legere αὐαίνεται, cum marcescit, sive marcescere incipiunt, quia foliorum rudimentum flore cauleque jam marcescente conspicitur. Quod etiam observavit, Theophrastus uti ad finem capitis legimus.

Πρὸς δὲ τὰ προανθοῦντα. Quomodo ante folia florere possint, novit acutissimus philosophus; sed ante caulem quomodo exire flos possit, non videt. Et tamen in tussilagine, croco, & colchico vulgari, nec non narcisso persico dicto, id observare licet. Ad finem æstatis, cum colchici, croci, & narcissi folia marcida sunt, ac jam perierunt. Primum quod sese è terra conspiciendum dat, flos est; qui ubi attollitur, cauliculus prodit, qui ante terra condebatur, nec conspiciebatur. Falluntur Botanici qui tussilaginem sive bechium Dioscorides, Tiphion Theophrasti esse scribunt. Radicem enim tussilago candidam & tenuem habet: tiphyon, uti scribit Theophrastus lib. I. de caus. cap. x. radice in caput excrescit, uti lilium & similia. Bechii sive tussilaginis meminit Dioscorides lib III. cap. cxxvI. Βήχιον φύλλα ἔχει ὅμοια κισσῷ μείζονα δὲ ἓξ ἢ ἑπτὰ ἐκ μὲν τῶν πρὸς τῇ γῇ ὑπόλευκα (in Parisiensi codice scribitur ἐκ μὲν τῶν πρὸς τὰ ἄνω λευκά, ἐκ δὲ τῶν πρὸς τὰ κάτω χλωρά) Hæc contra veritatem omnemque rationem. Vera lectio, ἐκ μὲν τῶν πρὸς τὰ ἄνω χλωρά, ἐκ δὲ τῶν πρὸς τὰ κάτω λευκά. Et hanc comprobat experientia, ipsumque tussilaginis folium. Supernè enim è virore pallent, inferne albicant. Hæc etiam lectio Oribasii, & Plinii auctoritate munitur) ἐκ δὲ τῶν πρὸς τὰ ἄνω χλωρά, γωνίας πλείους ἔχοντα; καυλὸν σπιθαμιαῖον ἄνθος ἀχρὸν κατὰ τὸ ἔαρ, ὀξέως δὲ ἀποβάλλει τότε ἄνθος καὶ τὸν καυλὸν· ὅθεν τινὲς ὑπέλαβον ἄκαυλον καὶ ἀνανθῆ ὑπάρχειν τὴν πόαν· ῥίζα λεπτὴ, ἄζενσις. (lego ἰυγγίον, quia infra radicem ad eadem fere quæ folia utilem scribit) φύεται περὶ λιβάδας καὶ ἐνύδρους τόπους. Id est, *Tussilagini folia sunt hederaceis similia; sed majuscula, sena, septenaque à radice prode-*

prodeuntia, inferne albida, supernè verò virentia, pluribus angulis prædita: cujus palmi ——— altitudine, flos ex luteo albicans (*ex luteo albicans*, dixit interpres Saracenus, tum quia bechii flos propemodum aureo fulget colore; tum quia Plato ὠχρὸν ex flavo alboque conflari scribit) *qui verno tempore prodit, at quam primum una cum caule amittitur. Ex quo factum, ut non nulli hanc sine caule ac sine flore esse existimaverint. radix tenuis, nec supervacua. Nascitur circa scaturigines aquarũ, & riguis locis.* Non tantum hoc capite Tussilaginem ante folia florem producere, eosque errare qui non florere scribunt bechion, sed in præfatione totius operis idem scribit, eosque taxat, qui ἄκαυλον scripserunt tussilaginem. Quo in numero Plinium reperio lib. XXVI. cap. VI. ubi scribit, *Tussim sedat bechion, quæ & tussilago dicitur. Duo ejus genera: Sylvestris ubi nascitur, subesse aquas credunt; & hoc habent signum aquileges. Folia sunt majuscula, quam hederæ, quinque aut septem, subalbida à terra; supernè pallida, sine caule, sine flore, sine semine, radice tenui. Quidam eandem esse bechien, & alio nomine chameleucen putant.— Altera à quibusdam salvia vocatur similis verbasco.* Hanc viri doctiores ἐλελίσφακον vulgo dictam putant. Tussilaginem vocari scribit. Idem Auctuarii auctor testatur. Cælius verò Aurelianus chronicῶν passion. lib. II. cap. VII. tussicularem vocat, vel radicem, inquit, herbæ tussicularis, quam vehion appellavit. Lege *herbæ tussicularis quam bechion appellant.* Nomen bechii, tussilaginisque ab utilitate, quam præstat orthopnoicis, & tussi vexatis, accepit. Plinius chameleucen vocari scribit. quod etiam Auctuarii testatur auctor. Chameleuce humilis populus, à foliorum albedine & quod planta parva sit ac humilis. Idem Plinius farfaram vocari scribit lib. XXV. cap. XV. quo loco bechion vocari *Chameleuce*, inquit, *apud nos farranum*, (lege *farfarum*) *sive farfugium vocant. Nascitur secundum fluvios, folio populi sed ampliore.* Diversam à bechio plantam describere videtur (bechii enim nomen tacet) cum eadem omnino planta sit. Alia tamen chameleuce est Dioscoridis, herba hæc ὁλόχλωρος *tota viridis*, qualis non est tussilago. Plinius χαμαιπεύκην legisse videtur. Quam non improbo lectionem; quia sic in optimis Dioscoridis codicibus legi Cordus scribit. De tussilagine hoc refertur; radici adnasci subalbidam quandam lanuginem, quæ à radicum segmentis prius repurgata, & deinde linteolis involuta, & in lixivio parum decocta, addito salis nitri aliquanto, ac demum sole siccata, omnium optimus est fomes, ad ignem è silice excussum excipiendum. Quippe adeò ignis rapax est, ut statim primo chalybis tantum concussu accendatur. De foliis radiceque tussilaginis satis diximus. Illud tantum addendum, æstate breve inter folia caput, pollicem crassum, brevi pediculo inhærere, summa tellure vix emergens. Caltham palustrem non esse tussilaginis genus, seu Chameleucem Plinii probatur; quod folia non habeat albida, instar albæ populi: tum quod ante foliorum exortum non floreat, nec cito defloreat; sed perticulatim & diu: tum etiam quod flores non sint pappos; tũquod nulla plane prædita sit lanugine. De caltha hac supra plura diximus, quę repetere, inutilis foret laboris. Cum Tiphyo Theophrasti non male convenit Narcissus persicus. Hic croci instar sine foliis cauleque floret, circa Arcturi ortum, foliaque emittit circa ejusdem occasum. Id est, floret Septembri mense, folia producit Martio. Radicem, uti loco citato scribit Theophrastus, habet bulbosam, à basi statim exuberantem, crassam intus candidam, foris pallidiorem quidem, sed aliquantum etiam nigricantem. A Clusio his ferè verbis describitur.

Ἄκαυλος planè hæc est planta, & floris duntaxat pediculo prædita, veluti crocum colchicumque. Exilit ergo è membranaceo cucullo, tanquam vasculo, aut theca flos oblongus, croci aut colchici floris æmulus, sex foliis constans, ex flavo pallescentibus, quorum tria interiora paulùm angustiora sunt, externa latiora, & summo mucrone nonnihil incurva, sive ἄντιψυον quandam habentia, qua interiorem mucronem amplectuntur, & comprehendunt, ingrati odoris, & papaveris quasi virus redolentis. Stamina sex medium florem occupant, in foliorum unguibus nata; sed internorum foliorum reliquis longiora. Exilit è medio longior stilus; gracilis & sine capite est. Amygdali, inquit Magnus Scaliger, *exemplum cum apponit, videtur non convenire cum illis verbis καὶ τῶν καυλῶν; neque enim ante caulem floret amygdalus.* Nimis strictè hæc verba capit. magnus Philosophus. Intelligit Præceptor ante novorum caulium productionem. Aliter etiam responderi potest. Puta; hæc de coronariis quibusdam, nec non oleribus, de quibus hoc libro agit, intelligenda, non de amygdalo, de qua tantum secundariò agit. Ad illud magis attendendum, an sola amygdalus ante foliorum eruptionem floreat. De armeniaco enim nihil dicam.

ΚΕΦ. ΙΒ. — CAP. XIII.

Bulborum genera, & differentiæ. Genus quoddam bulborum lanigerum esse, unde togæ, & alia vestimenta texantur. Quod peculiare datum Sisyrinchio. Adianti, id est, capilli Veneris folium, in aqua nunquam madescere, ejusque duo esse genera, atque ambo ad defluvium capillorum utilia oleo trita. Fidiculam ad urinæ distillationes utilem. Quid anthemo peculiare.

Τῶν δὲ βολβῶν ὅτι πλείω γένη, φανερόν· καὶ γὰρ τῷ μεγέθει, καὶ τῇ χρόᾳ, καὶ τοῖς σχήμασι διαφέρουσι, καὶ τοῖς χυλοῖς. ἐνιαχοῦ γὰρ οὕτω γλυκεῖς, ὥστε καὶ ὠμοὺς ἐσθίεσθαι, καθάπερ ἐν Χερρονήσῳ τῇ Ταυρικῇ. μεγίστη δὲ καὶ ἰδιωτάτη διαφορὰ τῶν ἐριοφόρων, ἔστι γάρ τι γένος τοιοῦτον, ὃ φύεται αἰγιαλοῖς. ἔχει δὲ τὸ ἔριον ὑπὸ τοὺς πρώτους χιτῶνας· ὥστε ἀνὰ μέσον εἶναι τοῦ τε ἐδωδίμου τοῦ ἐντὸς, καὶ τοῦ ἔξω. ὑφαίνεται δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ † πόδεια καὶ ἄλλα ἱμάτια. διὸ καὶ ἐριώδες τοῦτο. καὶ οὐχ ὥσπερ τὸ ἐν Ἰνδοῖς τριχῶδες. πλείω δὲ καὶ τὰ βολβώδη, καὶ οὐκ ἐλάττω. ταῦτα δὲ καθάπερ τὸ λευκόϊον καὶ βολβίνη, καὶ † ὀπιτίων, καὶ σίξ, καὶ τρόπον τινὰ τὸ * σισυρίγχιον. βολβώδη δὲ ταῦτα, ὅτι στρογγύλα ταῖς ῥίζαις. ἐπεὶ τοῖς τε χρώμασι λευκὰ καὶ οὐ λεπυρώδη. ἴδιον δὲ τοῦ † σισυριγχίου, τὸ τῆς ῥίζης αὐξάνεσθαι τὸ κάτω πρῶτον, ‡ κατὰ χειμῶνα. τοῦ δ' ἦρος, ὑποφαινομένου τοῦ ἴου, τοῦτο μὲν ταπεινοῦσθαι, τὸ δ' ἄνω τὸ ἐδώδιμον αὐξάνεσθαι, καὶ τὰ μὲν, πάντας ἔχει τὰς διαφοράς. ἴδια δὲ καὶ ταῦτα ἐν τοῖς

† πόδεια Al. Bas.
‡ Καὶ ἐλάττω Al. Bas.
* Ald. ὁ πιτίων καὶ σίξ Lege ὀπιτίων.
† Σισυρίγχιον.
‡ Καὶ δεῖ χειμῶνα Ald. & Bas. in quibusdam codicibus deest, τοῦ ἴου.

PLura autem genera esse bulborum nimirum constat. Differunt nanque inter sese, magnitudine, colore, figura, sapore. Quippe cum adeò dulces quibusdam in locis proveniant, ut vel crudi mandi facillime possint. Vt in Cherroneso Taurica. Sed maxima peculiarisque præcipuè differentia † lanigerarum herbarum adnotatur. Est enim genus quoddam ejusmodi, littoribus nascens, lanamque sub primis tunicis habens: ut inter internum quod manditur, & externum media ista contineatur. Texuntur ex ea, & ‡ togæ, & alia vestimenta. Qua de causa lanatum id est: non modo illius Indici crinitum. Quin & bulbosa plura, nec iis pauciora notare licet. Exempli gratia, violam albam, bulbinam, * opitionem, cyicem, & sisyrinchium quodammodo. Quæ quidem redigi ad bulborum genus debent, quod radice orbiculentur. Nam colore quidem penitus discrepant: candent enim, nec squamis constant. Peculiare sisyrinchio datum est, ut † una radix primò augeatur hyeme: tum ineunte vere, ‡ quod in imo excreverit, contrahatur, supernumque crescat, quod man-

† Lanigerorũ notatur.
‡ Vdones.
* Pithion, cuicem.
† Parte inferiore radix.
‡ Vere cum apparuerit viola quod in imo excreverit, contrahatur, supernumque crescat quod manditur.

ποώδεσιν τὸ, τὸ ἐπὶ τοῦ ἀδιάντου συμβαῖνον· οὐδὲ γὰρ ὑγραίνεται τὸ φύλλον βρεχόμενον, ὃ μὲν ἐπίδηλόν ἐστι, διὰ τὸ τὴν νοτίαν ἐπιμένειν· * ὅθεν καὶ ἡ προσηγορία. γένη δ' αὐτοῦ δύο· τὸ μὲν, λευκὸν, τὸ δὲ, μέλαν. χρήσιμα δ' ἀμφότερα πρὸς ἔκφυσιν κεφαλῆς τριχῶν ἐν ἐλαίῳ τριβόμενα· φύεται δὲ μάλιστα πρὸς τὰ ὑδρηλά. ὡς δὲ οἴονταί τινες καὶ πρὸς στραγγουρίαν τὸ τριχομανὲς † ποιεῖ. ἔχει δὲ τὸν καυλὸν ὅμοιον τῷ ἀδιάντῳ τῷ μέλανι· φύλλα δὲ μικρὰ σφόδρα καὶ πυκνά, καὶ πεφυκότα καταντικρὺ ἀλλήλων. ῥίζα δὲ οὐχ ὑπέστη· χωρία δὲ φιλεῖ σκιερά. τῶν δὲ κατὰ μέρος ἀνθούντων ἴδιον τὸ περὶ τὸ ἄνθεμον. ὅτι τῶν μὲν ἄλλων πάντων ἴδιον τὸ κάτω πρῶτον ‡ ἀπανθεῖν· τούτου δὲ, τὰ ἄνω. τυγχάνει δ' αὐτοῦ τὸ μὲν κύκλῳ τὸ λευκὸν ἄνθος, τὸ δὲ ἐν τῷ μέσῳ, * τὸ χλωρόν. καὶ καρπὸς ὃς ἐκπίπτει καθάπερ τοῖς ἀκανθώδεσι, καταλιπὼν τὴν πρόσφυσιν κενήν. εἴδη δ' αὐτοῦ πλείω.

* ἀεί.
† Ποιεῖν ἔχειν Ald. Bas.
‡ Ἄνθειν.
* χρυσοειδὲς καὶ ὁ καρπός.

manditur. Atque hæc differentias habere ejusmodi constat. Propria verò herbaceis vel † illa tribui solent. Adianti, id est, capilli Veneris, * folium in aqua nunquam madescit, nec quicquam adhæsisse humoris constat. Vnde & nomen herba accepit. Genera ejus duo; candidum, atque nigrum. Ambo ad defluvium capillorum utilia, oleo trita. Nascuntur maxime locis humidis. ‡ Fidicula vel ad distillationes urinæ unicè facit, ut quidam existimant. Caulem hæc capillo Veneris nigro similem gerit, folia admodum parva, densa, inter sese opposita, radicem * minimam; loca amat opaca. Inter ea verò, quæ florere particulatim notantur, peculiare, quod in anthemo fieri solet. Cùm enim cæteris omnibus proprium sit, ab ima sui parte ‡ deflorere incipere, id à summo incipit florere. Candidus flos circundat, medium † viridis tenet, & semini color idem. Decidit id, uti & spinosorum, conceptaculo inani relicto. Genera ejus plura.

† Inter herbacea adianto sive capillo Veneris.
* Proprium est, quod liquore perfusum folium, non madescit, sed ne humoris quidem tantillum ei adhærescere competitur.
‡ Trichomanes.
* Supervacuam.
‡ Florere.
† Aureus.

JULII SCALIGERI AD CAP. XIII.

Τῶν ἐριοφόρων. *Theodorus addidit* herbarum. *De bulbis enim loquitur.*

πόδια. Theodorus Togæ, Tunicæ *potius, si πόδια sint ποδήρεις, ac non potius alia tegumenta.*

Πλείω δὲ καὶ τὰ βολβώδη, καὶ ἐλάττω. *Theodorus legit*, καὶ ἐν ἐλάττω. *Sicut supra*, μικρὰ, οὐ καὶ μεγάλη. *Herodotus autem* χαρίσταται, *ut semper. Namque in Melpomene sic ait.* ἴστα τὰ σύμπαντα, χιλίων οὐ πλέω, ἀλλὰ τοσαῦτα, *Theodorus legit*, ἑπτίων, *unica voce. Theophrastus autem nunquam persuadebit, violam matronalem nisi radice bulbosa: neque ea, quam adducit rationem, satis est. Inquit enim* βολβώδη δὲ ταῦτα, ὅτι στρογγύλα ταῖς ῥίζαις.

Οὐ καλλίω χειμῶνα. *Quoniam hyeme augeatur. Multa quoque ex animalium genere ita crescunt, præsertim jumenta.*

Καὶ τὰ μὲν ταύτας ἔχει διαφοράς. *Hinc caput aliud. Maximè enim diversa materia à superioribus bulbaceus.*

Οὐ δ' ἐπίδηλόν ἐστι διὰ τὸ τὴν νοτίαν ἐπιμένειν. Theodorus, Nec quidquam adhæsisse humoris constat. *Itaque dupliciter quis interpretari queat*, διὰ τὸ ἐπιμένειν, τὴν νοτίαν. Propterea quod non patitur ab humore: *hoc enim est* ἐπιμένειν. *Aut si legatur*, οὐκ ἐπιμένειν, *intelligas*, quia humor non insideat.

Ὡς δὲ οἴονταί τινες. *Theodorus*, Trichomanes, fidiculam *interpretatus est. Cato* fidiculam, *polypolium vocat. Neque enim ad alvum dejiciendum Trichomanes compararetur. Sic etiam Plinius. Quod autem sequitur*, ῥίζα δὲ οὐχ ὑπέστη, *falsum est. Theodorus emollivit. Radicem minimam.*

Τῶν δὲ κατὰ μέρος ἀνθούντων. *Non accusabo negligentiæ Philosophum. Manifestior enim est quam ut veniat in judicium. Neque enim erat is locus: sed ubi florum narrat historiam, atque differentias germinationis. Cum autem hic sit sermo* περὶ ἀπανθήσεως. *Theodorus errarit, si ita scriptum reliquit, uti legimus. Inquit enim*, id à summo incipit florere. *Idem supra semel atque iterum* ἄνθεμον nigellam *est interpretatus. Hic ab seipso descivit: & Græca voce uti maluit.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

De bulborum generibus hoc capite agit Theophrastus, eosque inter se differre ait magnitudine, colore, figura, sapore. Quis ille bulbus sit in Cherroneso Taurica adeò dulcis, ut crudus etiam mandi possit, me ignorare, nec unquam vidisse fateor. De lanigero, sive Eriophero bulbo pauca dicenda. Supra lib. VI cap. ult. βολβὸν κώδιον vere cum narcisso, vel paulo post florere scripsit. Dixi κώδιον pellem, stragulumque laneum dici, ac proinde bulbum eriophorum & codium eundem bulbum esse. Κώδιον enim grammaticorum filii τὸ ἅμα τοῖς ἐρίοις δέρμα σκυλευόμενον. *Pellem cum sua lana curatam ac præparatam*, exponunt. Hoc bulbi genus præterito anno floruit, mense Junio, in horto Abrahami Casteleinier, vulgo Catelyn dicto, tulipario diligentissimo. Describitur à doctiss. Clusio lib. II. hist. plant. cap. XXIII. Sunt huic multa oblonga folia, hyacinthinis fere similia, non narcissinis, minus carnosa, & succulenta, duriora etiam, viridia, mucronata, ingrati saporis, quibus minutissimè etiam confractis, tenuia quædam stamina, instar telæ aranearum deduci possunt. Ex horum medio caulis exit bicubitalis, aut amplior, rectus, scillini cauli æmulus, lævis, nudus, virescens, suprema parte ad cæruleum colorem tendens, oblongamque ac veluti densam spicam, in denos vel plures versus antequam explicetur, distinctam, primum viridem, sed paulatim (dum sese explicat in flores) cæruleum colorem contrahentem. Flores senis foliolis stellatim expansis constant, triangulo umbone in medio protuberante, hyacinthi autumnalis floribus valde similes, inodori, cærulei cum suis quibus insident, pediculis & internis staminibus; quorum apices initio purpurei, ubi sese expanderunt, pallescente quadam veluti farina aspersi sunt. Incipit florere ab imo, ut scilla & reliquæ magna ex parte bulbaceæ stirpes, flores racemi, aut spicæ instar confertos habentes, solent. Semen observare voluimus; sed flores, admodum caduci, statim marcescere cæperunt, & relictis tantum in caule pediculis deciderunt. Radix crassa & bulbosa est, è plurimis tunicis albis contexta, tomentosa, & veluti aranearum telis obsita, multos ut plurimum bulbos ad latera adnatos habens, & crassis oblongisque fibris nitens. Locum Theophrasti de bulbo eriophoro recenset Athenæus lib. II. deipnosophist. ferè verbis iisdem velut, in vulgatis codicibus legitur, nisi quod addat, ex Phania τὸ δὲ ἐν Ἰνδοῖς τριχώδες ἐστι. *Quod in indicis bulbis reperitur pilis simile est.* Quod etiam Theophrastus, sed aliis verbis sensuque dicit. Meminit autem hujus bulbi Plinius lib. XIX. cap. II. *Theophrastus auctor est, esse bulbi genus circa ripas amnium nascens, cujus inter summum corticem, eamque partem qua vescuntur, esse laneam naturam, ex qua mapalia, vestesque quædam conficiantur. Sed neque regionem in qua id fiat, neque quicquam diligentius, præterquã eriophoron id appellari in exemplaribus, quæ quidem invenerim, tradit.* τὰ πόδια (sic enim apud Athenæum, & Pollucem lib. II. legitur) mapalia vertit Plinius. Mapalia, ut auctor est Servius Maurus, sunt magalia, & ut ipse Plinius capite præcedenti docet, mappæ fuerunt lineæ, non laneæ. Doctissimus Gaza minus rectè *togas* vertit. Interpres Athenæi *fascias pedum*, & Bayfius non melius dixit, *fascias crurales*. Τὰ πόδια Polluci sunt τοῖς περὶ τοῖς ποσὶ πῖλοι. Scripsit itaq; Plinius, uti Doctissimus Adrianus Turnebus, & Robertus Constantinus referunt, *ex qua impilia, vestesque conficiantur.* Et sic

Bulbus eriophorus Clusii.



Et ſic in antiquis codicibus Plinii ſcriptũ eſſe Turnebus auctor eſt. Sunt autem impilia ſocculi ita dicti, quia non ex pilis, ſed ex lana coacta fierent. Unde πῖλοι dicti, καὶ ἀπὸ ἄλλ., quod utrique pedi eſſent idonei. Heſichius νάκλος ἀπὸ τοῦ νάσσω, *adæquo, premo*, dicuntur. Νάκτα τοὺς πίλους καὶ τὰ ἐμπίλια, quodè coacta lana fierent, obvolvendis tegendiſque pedibus. Martialis cilicios udones vocat.

Udones cilicii
Non hos lana dedit, ſed olentis barba mariti:
Cinyphio poterit planta latere ſinu.


Vox denique impilia apud Ulpinanũ in l. 25. v. 1. *de aur. arg.* exſtat. *Faſciæ*, inquit, *crurales, pedaleſque & impilia, veſtis loco ſunt, quia partem corporis veſtiunt.* Et hæc de impiliis, ſive ποδείοις dixiſſe ſufficerent, ni à viris doctiſſimis objiceretur, τὰ πόδεια pedum ſunt tegumenta. coactiliorum induſtria coacti fruſtra addidit, vel ſaltem abutitur voce ὑφαίνεσθαι Theophraſtus Reſpondetur, Si non convenit ſatis τοῖς ποδείοις, Theophraſtum addidiſſe, quod τοῖς ἰμφιάοις conveniat. Hæc non coguntur, ſed texuntur.

Bulborum quædam nomina recenſet Præceptor, partim cognita, partim incognita. Exſcripſit hunc locum Plinius lib. XIX. cap. V. ubi ait. *Reliqua bulborum genera differunt colore, magnitudine, ſuavitate. Quippe cum quidam crudi mandantur ut in Cherroneſo Taurica; poſt hos in Africa nati, maxime laudantur, mox Apuli.* Hæc de ſuo Plinius addidit Lybicorum bulborũ meminit Martialis.

Dannius an Libycis bulbus tibi miſſus ab oris,
An Megaris veniat, noxius omnis erit.

Genera hæc fecere Græci, bulbinem, ſetanion, pythion, acrocorion, ægilopa, ſyſinrichion. Bulbinem Theophraſtus non deſcribit. Ejus notam unam alteramque tradit Plinius lib. XX. cap. IX. *Bulbinem Græci vocant herbam porraceis foliis, rubicundo bulbo.* Quod ſi muſcari bulbum ferret rubicundum, bulbinem crederem. Folia enim habet quina, ſenaque per terram ſtrata, porrum referentia. ex horum medio caulis verno tempore erumpit, ſatis craſſus, rotundus ac nudus, admodũ infirmus, pro ſua craſſitudine. Hunc à medio ad ſummũ fere racematim coherentes ambiunt flores, urceolis propemodum ſimiles, initio interdum purpuraſcentes, aut virides; deinde ex purpura virentes, aut cum viriditate albicantes: nonnunquam ſubcærulei, aliquando nigricantes initio, ſive ſaturatè purpuraſcentes, deinde pallidi vel flaveſcentes, vel ab initio pallidi, poſtea flavi; poſtremò ubi tabeſcere incipiunt, nigricantes aut pulli, iique mucrone quam in aliis craſſiore, & obtuſiore interdum; qui marceſcere incipientes, gratiſſimum moſchi fere, aut aromatum odorem referunt; licet qui flavo colore eſt, gravius quippiam, & narciſſinum ſpiret. Omnibus ſuccedunt prægrandia trigona, & veluti pinnata capita, in quibus ſemen continetur nigrum, rotundum, magnitudine orobi, aut ſeminis hyacinthi primi Mathioli; ſed majore. Radix ſubeſt magna, albicans (quæ fortaſſis rubicunda dici poſſet) multis tunicis, cæparum modo, contexta, & frequentibus craſſis fibris, ex ima ſede pro-

Bulbus vomitorius dipcadi.




deuntibus firmata, perennibus nec ſingulis annis marceſcentibus, & pereuntibus, ut narciſſorum, hyacinthorũ, &c. Mathiolus bulbi vomitorii nomine exhibuit, ſed ſi Plinio fides adhibenda, loco citato neutiquam hic vomitorius veterum eſt, de quo hæc Plinius. *Bulbus, quem vomitorium vocant ab effectu, folia habet nigra, cæteris longiora*, qualia neutiquam hujus foliola. Dioſcorides lib. II. cap. CCI. Βολβὸς ὁ καλούμενος ἐμετικὸς, ἔχει τὰ φύλλα ἱμαντωδέστερα, καὶ πολλῷ μακρότερα τοῦ ἐδωδίμου, ῥίζαν ἐοικυῖαν βολβῷ, περὶ ὃν φλοιὸς μέλας. *Bulbus, quem vomitorium vocant, folia habet lori modo flexiliora, multoque longiora quam eſculentus: radicem tamen bulbo ſimilem, ſed cortice veſtitam nigro.* Radicem qualem habeat diximus, folia lori modo neutiquam flexilia ſunt. Cum bulbi vomitorii deſcriptione narciſſus junci foliis convenit. Huic folia multo quam alterius bulbi flexibiliora; utpote juncei propemodum lentoris, & perquam longa. Radix tenui membranula nigricante cingitur. Illud notandum reſtat, quod Plinius folia nigra, Dioſcorides radicem nigram ſcribat. Sed ſolet Plinius confundere omnia. De leucoio ſupra egimus. Plinius pro *leucojo, ſetanion* legit. Setanion, ut ſupra audivimus, cæpæ genus quoddam eſt. Rectè fortaſſis legit Plinius ὁ πυθίων, vulgo ὀπτίων. Qualis is bulbus ſit, ignoro. Κόιγξ inter bulbacea recenſet

 Theo-

Theophrastus, supra, inquiunt viri Docti, inter calamophylla ejus meminit lib. I. cap. XVI. Videat lector quæ ad cap. VII. lib. II. annotavi. Ubi dixi quod κοῖξ folio arundinaceo, palmæ genus est Æthiopicum, Plinius κοίκας; sed ejus loco apud eundem legitur, acrocorion, ægilopa. Pro *acrocorio*, viri doctiores suspicantur legendum *acroscorodon*, putantque idem esse cum coice. In tanta brevitate nihil affirmamus, nihil negamus. Sufficit fateri nos nescire, quales hi sint bulbi. De sysirinchio pauca dicenda. Bulbus hic cognitus. De eo tradit Theophrastus imam radicem hyeme augeri, eandemque florente viola contrahi; superioremque crescere. Idem loco citato Plinius, *In hoc mirum, imas ejus radices crescere hyeme, verno autem cum apparuerit viola, minui & contrahi; tum deinde bulbum pinguescere.* Bulbum radicem superiorem vocat, quæ verno tempore augescit, Et lib. I. cap. XVI. inter plantas à radice foliatas numerat Theophrastus.

Συσιρίγχιον, uti correximus, dicitur, vel à pabulo bulbosæ atque carnosæ radicis aptitudine, vel à rostrata forma hujus plantæ, rostro suillo simili. Describitur συσιρίγχιον à Clariss. ac nobiliss. botanico Fabio Columna

Sysirinchium Fabii Columnæ.



his fere verbis. *Radicem habet bulbosam, parvam, avellanæ nucis medullæ parem, cortice colchici modo obductam tusso, qui facile evellitur, rotunda, forma oblonga vero, & inferius non ut aliæ bulbosæ, rotundam, planam & fibrosam basim habentem, sed in oblongum productam, sinuosam & in acutum desinentem, delphinii, vel suis rostrum effigientem, lævem, veluti arte elaboratam, superiorem animalis mandibulam imitantem, atque palati partem cavam; ex alia verò veluti inferiorem alteram mandibulam, quæ tenuis est & lata, mobilis, menti instar, ex lata in tenuissimis fibris divisa, tandem denis veluti capillamentis, quibus terræ adhæret, & alimentum trahit. Inter ambas verò, linguæ modo, carnosa fibra rotunda longa exit, ex qua se propagare videtur, ut aliæ bulbosæ solent: & bulbus anno sequenti efficitur. Cujus rei signum est cortex inanis bulbi, qui supra vegetum bulbum paulo superius invenitur, ut depingitur. Fibræ pullæ diaphanæ, ut orchidum fibræ; non solidæ, ut bulbus qui densus, durus, albus, splendidus est, castaneæ immaturæ sapore. Duas uncias infra terram occultatur, & supra folia emittit quatuor, quinque, vel septem inæqualia, tenuia, dura, carnosa, minora & breviora croci sativi, nec lata; sed xiphii modo totum deorsum, solida, duriuscula, striata. Binos emittere flores observavimus stellatos, inter folia terræ hærentes, sex foliolis constructos, ex folliculo exeuntes: quorum tria exteriora virescunt, vel violacea sunt, reliqua alba, & lineis tribus violaceis per longum ductis depicta, sylvestris croci modo;* (minora etiam chamæmali superius depicti) *brevibus intus staminulis. His marcescentibus fructus remanet oblongus, viridis, tritici grano par, trigonus, deinde duplo major, in quo semina turgent, & in superficie, propter cutis tenuitatem, extuberantia apparent, siccatus disrumpitur, & copiosa, minuta, rotunda, & flaventia ostendit. Novembris fine observavimus in hac planta bulbulum emittere supernè, ut gladiolus, qui tunc parvus admodum erat, duobus foliis emissis, atque hyeme postea crevit, foliaque alia emisit; quare hyeme bulbum crescere & pinguescere certum videtur; æstate vero contrahi exsuccum. Nam vere fructus perficit Aprili mense, cum floruerit Martio.* Hactenus Doctiss. Fabius Columna, cujus descriptionem sequi visum fuit, quia pleraque observare nobis non licuit. Semel tantum plantam hanc vidimus florentem in horto Marci Cornelii, cognomento Floræ; periit deinde radix, nec unquam repullulavit, magno nostro dolore.

Nunc diversam tractat à superioribus materiã. Caput itaque hoc Theodorus à priori diversum fecisset; de adianto & trichomene agit, ac quidem adiantum dictum inquit, quod folium non madescit in aqua, nec quicquam patitur ab humore. Hanc præceptoris mentẽ, his verbis reddidit Plinius. Lib. XXII. cap. XXI. *Aliud adianto miraculum, æstate viret, bruma non marurescit:* (lege *marcessit* vel *madescit*) *aquas respuit: perfusum mersumque sicco simile est, tanta dissociatio deprehenditur. Unde & nomen Græcis, alioquin frutici topiario. Quidam callitrichon vocant, alii polytrichon, utrumque ab effectu.* In verbis his illud notandum, quod fruticem topiarium vocat. Frutex non est adiantum, sed herbula caule carens. Deinde topiaria non est herba. Nam nulla hominum industria ea utitur, ad ornandos legendosque hortorum parietes, ut aliis topiariis plantis. Ineptum enim ad hoc. Nec verba hæc ita intelligenda quasi naturæ artificio quodam muros vel margines puteorum, fontiumque, è quibus prorumpit, veluti topiario opere vestiat; sed vocum vicinitate deceptus est Plinius. Achantos planta topiaria est, non adiantum, quod nomen accepit, quod οὐ διαίνεται, quod in aqua non madescat, uti Theophrastus. Nicander verò sic dictum putat non quod in aqua mersum & irrigatum, immadidum permaneat (quasi verò longiore mora in aqua, ut aliæ herbæ, non madescat) sed quod imbris è cœlo cadentis stillicidio, foliis ejus non insideant.


> ἀχραές τ' ἀδίαντον, ὅ ὐκ ὄμβροιο ραγέντος
> Λεπταλέῃ πίπτουσα νοτὶς πετάλοισιν ἐφίζει.

> *Et nunquam madidum veneris compone capillum*
> *Cui non insideunt, effusi nubibus imbres;*

Scholiastes τὸ δὲ ἀχραὲς οὕτω καλεῖται, διὰ τὸ καθαρὸν, καὶ ἄχραντον· ἐν ἀνύδροις γὰρ τόποις φύεται. καλεῖται δὲ καλλίτριχον, καὶ πολύτριχον καὶ τριχόμανες; (mox hoc examinabo) τὸ δὲ ἀδίαντον διότι οὐ διαίνεται καὶ βρέχεται, ὑπὸ ὑετοῦ καὶ δρόσου τοῖς φύλλοις αὐτοῦ ῥανὶς οὐκ ἐφιζάνει, ἤγουν οὐδέποτε συμπίνει. *Achraes, quasi, purum & immaculatum dixit. In siccis enim locis nascitur;* (sed suspicor legendum ἐνύδροις, ita Theophrastus, ita Dioscorides, cæterique, *præbumidis.*) *Vocatur etiam callitricon & polytricon, & trichomanes. Adiantum vocatur quod non permadescat, & humore perfundatur, guttaque roris pluviæque foliis ejus non insideat. Nunquam enim sitit, sive bibit.* Doctissimus Fuchsius adiantum dici auctor est, ab interioribus puteorum parietibus & fontium marginibus quas coronat; quod nimirum quasi sitiens illorum aquas, quas tamen odit & respuit, quærat. Sed cur ab aquis non madescat, sive guttæ foliis non inhæreant, hanc Scholiastes Theocriti causam adfert. Eidyl. ιγ. βοτάνη ἐστὶν ἀεὶ καὶ διαμένουσα ἄβροχος, ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα, ἀπὸ τοῦ ἀσθενικοῦ μορίου, καὶ τοῦ διαίνω τὸ βρέχω· ἤγουν τὸ μηδ' ὅλως βρεχόμενον διὰ τὸ ὀρθότητα καὶ γλισχρόν. *Herba est, quæ semper humore caret; unde & nomen accepit, à parte debili, & rigo, hoc est madeo; quod nunquam madefiat, quod rectitudinem* quandam

quandam ac aciem, hoc est penetrabile sit, quomodo Hippocrates nivem acutam dixit, quod gelu suo in corpus humanum facile penetret) *& visciditatem habeat*. Viscidis, pinguibusque humor non adhæret: sed an tanta lentitia, visciditasque insit adianto, dubitatione non caret. Sed nec hoc verisimile. Alii siccitatem causam scribunt. Ex hac enim herba tantus exprimitur succus, vix ut quadrante à tota mole superetur. Ex libra enim illius herbæ premitur succus ad bessem (hoc est octo uncias) aut etiam plus. A forma id evenire qui adianti naturam novit, facile credet. Ex locis jam citatis constat, & callitricum & polytricum dictum, nec non trichomanes. Idem scribit auctor Auctuarii. Plinius loco citato, *Duo genera, candidum, & nigrum, breviusque. Id quod majus est polytrichon. Aliud* (vel, ut in melioribus legitur codicibus, teste Pintiano, *alii*) *Thrichomanes*. Ex quo auctore hæc Plinius habeat, non constat. Paulo supra adianton callitrichon & polytrichon vocari scripsit. *Quidam*, inquit, *callitrichon vocant, alii polytrichon, utrumque ab effectu*. Adianton polytrichon dictum esse, auctor est Dioscorides. Idem etiam callitrichon dictum esse, auctor est Galenus lib. II. κτ̀ τόπȣς, cap. 2. ubi tacite Archigenem reprehendit, quod καλλίτριχον trichomanes vocarit. Ἐφεξῆς καλλιτρίχῳ στέφειν ἀξιοῖ τὴν κεφαλὴν, ὅπερ ὀνομάζειν, φησὶν, τριχομανὲς. ἐγὼ δὲ οἶδα τοὺς περὶ βοτανῶν γεγραφότας ἀδίαντον μᾶλλον ὀνομάζοντας τὸ καλλίτριχον ἢ τριχομανές; *Deinceps Callitricho coronare caput operæ prettium ducit*, (adversus dolores ex ebrietate) *quod trichomanes*, *inquit*, (scilicet *Archigenes*) *quidam appellant; ego vero*, (scilicet Galenus) *eos qui de herbis scripserunt, adiantum magis callitrichon appellare scio, quam trichomanes*. Porro adiantum callitrichum dicitur, quod tingat capillum, pulchriusque reddat, & ad hoc decoquatur, ut crispum densumque faciat, tum etiam quod capillos defluentes confirmet ac retineat, Plinius loco citato, *Tingit enim capillum, & ad hoc decoquitur in vino, cum semine apij, adjecto oleo copiosè, ut crispum, densumque faciat, defluere autem prohibet*. Καλλίφυλλον ab Hippocrate, teste Galeno dicitur; καλλίφυλλον (vulgo καλλίφυτον) ὅπερ καλλίτριχον καὶ ἀδίαντον ὀνομάζεται, *quod callitricum & adiantum vocatur*. A folii, ut credo, venustate. Polytricum quasi multicomum vocatur, quod capillos multos ac densos faciat, eorumque defluvia sistat. Capillus veneris dicitur à speciosis reddendis capillis. Et hæc de nominis etymo. Descriptionē, postquam de generibus quædam dixero, addam. Vix enim descriptio dari potest, nisi de generibus difficultas quædam soluta sit. Theophrastus duo adianti genera esse scribit, album & nigrum; si autem Trichomanes inter adianti genera numeretur, tria erunt. Dioscorides unum describit, si trichomanes addatur, duo. Adianthi tamen genus, veterum nemo esse scripsit, licet adiantum vocari quibusdam scribat Dioscorides; quod Plinium fefellit, ac confundendi occasionem præbuit. Duo Plinius loco citato genera describit, candidius & nigrum: sed trichomanes alterum facit adianti genus, & quod Theophrastus de trichomane, sive tertio adianto, ille de albo nigroque tradit. Insuper quod Græci de trichomanes foliorum ordine ex adverso sibi respondentium contrariis pediculis, ille de foliorum utriusque adianti figura. Hæc ejus verba loco citato. *Duo ejus genera* ——— *vocant, utrique ramuli nigro colore nitent, foliis filicis: ex quibus inferiora aspera & fusca sunt: omnia autem contrariis pediculis densa inter se ex adverso: radix nulla, umbrosas petras, parietumque aspergines, ac fontium maximè specus sequitur: & saxa manantia; quod miremur, cum aquas non sentiat*. Conferat hæc Lector cum Græcorum Theophrasti & Dioscoridis scriptis, & confundere Plinium adiantorum genera asseret. Hoc in Plinii verbis annotandum restat, quod utriusque adianti ramulos nigros dicat. Tales trichomanes, tales adianti coriandri folio; contrarium albi adianti ostendunt. Nam cur candidum diceretur, nisi quod candidiores haberet ramulos? Errandi occasionem Plinius Neophyto præbuit. Hic adjantum unum folia filici similia habere scribit; alterum lenticulæ; tertium coriandri folio. Sed hoc aperte non scribit. Ἀδίαντον, inquit, οἱ δὲ πολύτριχον, οἱ δὲ κόριον ἔνυδρον ἕτερον, οἱ δὲ πτέριον, οἱ δὲ ὀπτέριον, ῥωμαῖοι καπίλλαρε, οἱ δὲ πυμύλαν, οἱ δὲ φιλικίαν φύλλα ὅμοια πτέρεως· τὸ δὲ ἕτερον ἀδίαντον τοῖς φύλλοις φακοειδὲς ἐναντίον ἀλλήλοις ἐπὶ ῥαβδίων. *Adiantum, nonnulli polytrichum, alii coriandrum humidum, quod locis humectis nascatur, ac folia ferat coriandro similia; alterum adiantum nonnulli pterion, alii opterion, Romani capillare, alii pumulam, aliqui philiciam, folia habet filici similia, alterum adiantum, id est, tertium foliis est lenticulæ similibus adversis inter se, in virgulis*. Duo posteriora adianti genera unum sunt. Dioscorides Trichomanes vocat, dicitque foliorum situ filici esse similia: folia autem ipsa facie φακοειδῆ esse. Adiantum album non descripsit Dioscorides; nigri has tradidit notas, lib. IV. cap. CXXXVI. ἀδίαντον, οἱ δὲ πολύτριχον, φυλλάρια ἔχει κοριάνδρῳ ὅμοια, ἐπιχισμένα ἐπ' ἄκρῳ (quæ sequuntur in antiquissimo non reperiuntur codice, inclusa non habentur apud Oribasium)

Adiantum, capillus veneris verus.



τὰ δὲ καυλία ἐφ' ὧν ἐπιπέφυκε μέλανα, ἰσχυρῶς λεπτὰ, σπιθαμιαῖα, στίλβοντα. (φύλλα ὅμοια πτέρεως, μικρὰ λίαν· ἔτι δὲ καυλὸς) ἄνθος οὔτε καρπὸν φέρει, ῥίζα ἄχρηστος ——— φύεται δὲ ἐν παλισκίοις καὶ ἑλώδεσι τόποις καὶ τοίχοις ἐνίκμοις, καὶ περὶ τὰς κρήνας. *Adiantum, aliis polytrichon, pusilla gerit folia, coriandri similia, in extremo incisuris divisa* (quæ sequuntur non habet codex antiquiss. quæ parenthesi includuntur non legerunt Serapio, nec Oribasius) *virgulas vero è quibus ea prodeunt, nigro colore nitentes, prætenues, & palmum altas* (*folia filici similia, parva valde*,) *neque caulem, neque florem, neque semen profert. Radix est supervacua* ——— *cæterum in umbrosis & palustribus locis, & in parietibus aspergine humentibus, circaque fontes provenit*. Quæ Oribasius Serapioque non legerunt, ea à sciolo quopiam, ex proximo capite sequenti huc translata esse, cum Saraceno credimus: Non enim verisimile sit, eadem folia & coriandro, & filici comparari, nec quicquam desideratur, uti viri Docti crediderunt, quæ ita suppleri voluerunt. Ἀδίαντον, οἱ δὲ πολύτριχον καὶ τὸ μὲν ἕτερον αὐτοῦ γένος, λευκὸν φυλλάρια ἔχει κοριάνδρῳ ὅμοια, ἐπιχισμένα ἐπ' ἄκρου, τὰ δὲ καυλία ἐφ' ὧν ἐπιπέφυκε μέλανα, ἰσχυρῶς λεπτὰ, σπιθαμιαῖα, στίλβοντα. τὸ δὲ ἕτερον μέλαν ἔχει φύλλα ὅμοια πτέρεως. *Adiantum aliis polythrichon, est in eo genere candidum, cui pusilla folia coriandri similia, in extremo incisuris divisa: cauliculi è quibus exeunt nigri sunt, prætenues, dodrantales, & nitentes; alterum vero est nigrum folio filicis*. Hanc lectionem probare nequeo; quod neque apud Oribasium, neque Serapionem, qui fidelissimè Dioscoridem exscripserunt, vel rudimenta quidem hujus appareant. Deinde si lectionem hanc admitterem ἀντὶ λευκὸν, μέλαν, & ἀντὶ μέλαν, λευκὸν substituerem, legeremque καὶ τὸ μὲν ἕτερον αὐτοῦ γένος μέλαν, φυλλάρια ——— τὸ δὲ ἕτερον λευκὸν ἔχει φύλλα ὅμοια πηγάνῳ. Duo adianti genera describit Theophrastus, album & nigrum; nigrum illud est quod officinæ adiantum vel capillum veneris verum vocant. Hoc enim cauliculos habet palmum longos, læves, sub nigro punico colore splendentes, folia exigua incisuris divisa, ambituque crenata, coriandri aliquatenus æmulantia, nullo ordine digesta, radicem è tenuibus plurimis capillamentis constantem; alterum vero album ruta muraria est Officinæ salviam vitæ & capillū veneris vocant. Nec πηγάνῳ legendū, pro πτέρεως existimo; quod ruta muraria cauliculos edit complures teretes ac tenues, pallidosve, ac circa hos foliola exigua indigesta ambitu crenata graveolentis rutæ similia; anteriore parte lævia, virentiaque

Ruta muraria.



tiaque, aversa obsoleti coloris, punctulis obsita. Hæc inquam ratio non satis valida, quæ ἀντὶ πτέρειδι πηγάνῳ legendum contendam, sed quod Theocryti Scholiastes ad hunc Eidyl. ιγ versum scribat

Κυάνεόν τε χελιδόνιον, χλοερόν τε ἀδίαντον.

Et cæruleum chelidonium, virideque adiantum.

Ἀδίαντον — ἔστι δὲ ὅμοιον πηγάνῳ, τὰ φύλλα ἔχον μικρότερα καὶ μέλανα· καυλὸν δὲ οὐκ ἔχει, οὐ δὲ ἄνθος, οὐ δὲ καρπὸν, ῥίζαν δὲ μόνην ἄχρηστον καὶ λεπτήν. καλεῖται, δὲ οὕτω διὰ τὸ μὴ δεύεσθαι ὕδατι. ἐπεὶ ἐὰν ἐπιχέηται ὕδωρ ἐπὶ τῶν φύλλων, οὐ μένει, ἀλλ' ὀλισθαίνει. δεῦσαι γὰρ τὸ βρέξαι. *Rutæ similis est, sed folia sunt minora & nigra, nec caulem, nec florem, nec fructum fert; radicem autem habet, eamque tenuem & inutilem: sic vocatur quod aquæ non immergatur, id est, ab aqua non madefiat. Nam si aqua foliis superfundatur, non manet in iisdem, sed defluit: mergi enim significat, madefieri.* Has omnes notas ruta muraria habet. Nigra dixit folia, respectu rutæ quæ candidiora. Et sanè viridia cum quadam nigredine hujus foliola, nigriora tamen adianti nigri jam descripti. Candidi cognomen accepit, quod cauliculi non sint nigri, sed ex albo virentes. Et fortassis scripsit Neophytus, φύλλα ὅμοια πηγάνῳ, non πτέρειδι. Sed hoc affirmare nequeo. Falluntur qui hanc plantam pro sarxiphago, vel saxifrago depingunt; Quippe auctor Auctuarii hanc plantam θύμῳ simile scribit, Ægineta pulegio; qualia folia non habet ruta hæc muraria. De saxifrago supra egimus. Nec minori versantur in errore qui paronychiam hanc volunt. Siquidem φαρωνύχια, teste Dioscoride lib. IV. cap. LIV. est θαμνίσκιον ὅμοιον πέπλῳ, τῷ δὲ μήκει ἔλαττον, τοῖς δὲ φύλλοις μεῖζον. *Fruticulus peplo similis, at brevior, foliis tamen majoribus.* Pepli folia lata, in rotunditate oblonga sunt, ambitu nequaquam crenata. Videat lector lib. 4. Trichomanis descriptionem quam tradit Dioscorides lib. IV. cap. CXXXVII. Τριχόμανες, ὃ οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἀδίαντον καλοῦσι, φύεται κατὰ τοὺς αὐτοὺς τόπους, ὅμοιον πτέρειδι, μικρὸν, λίαν (Oribas. μικρὸν λεῖαν) στιχηδὸν ἐξ ἑκατέρου μέρους, τὰ φύλλα ἔχον λεπτὰ, φακοειδῆ, ἐναντία ἀλλήλοις, ἐπὶ ῥαβδίων λεπτῶν, καὶ στιλπνῶν, καὶ στρυφνῶν, ὑπομελάνων. *Thrichomanes, quod & nonnulli adiantum appellant, locis iisdem nascitur, filici simile, at longe exilius,* (parvum, læve Oribas.) *foliis tenuibus, ordine utrimque dispositis, lenticulæ similibus, adversis inter se, in virgultis itidem tenuibus splendentibus, nigricantibus, iisque acerbis.* Iisdem, inquit, locis nasci quibus adiantum. Theophrastus adiantum nasci scribit in aquosis; trichomanes loca amare umbrosa inquit. Dioscorides adiantum locis umbrosis, nec non humidis provenire scribit: quod facile fieri potest. Reliqua cum Theophrasto satis conveniunt. Pliniū loco citato adianti & trichomanis historiam confundere diximus, lib. XXVII. cap. ultim. De trichomane iterum agit, ac de eo hæc refert. *Trichomanes adianto similis est* (illud falsum est, Dioscorides iisdem provenire scribit locis, sed filicis simile inquit.) *exilius modo, nigriusque* (folia subnigricantia, dixit idem) *foliis lenticulæ, densis, amaris,* (*acerbis* idem) *adversis inter se.* De trichomane scribit Theophrastus, ῥίζα δὲ οὐχ ὑπάρχει. Quod Doctiss. Gaza interpretatus est, *radicem habet minimam.* Quasi Theophrasto radicis nomen non mereretur, quod usque adeò exilem habeat. Malui *supervacaneam* vertere, id est, nullius usus. Nam lib. IX. idem de antyrrhino scribit. Radix tamen antyrrhini conspicua satis, sed nullius usus. Trichomanes porro cauliculos promit tenues, teretes, complures, nigricante colore nitentes; circa quos ordine digesta perquam exigua, tenuia utrimque foliola, aliquantum crenata, haud multo quam ipsæ sunt lentis minora, ab adversa parte punctulis exiguis exasperata, radices ut adianti, tenuissima nigra capillamenta. Τριχόμανες dicitur quod rara cute fluentem capillum sistat ac subnasci faciat.

De anthemio supra cap. VIII. satis fusè egimus, atque ejus historiam enarravimus. Illud tantum addendum, nos legere ἀντὶ ἀπανθεῖν, ἀνθεῖν. Etenim Plinius lib. XXI. cap. XVII. *Mira & anthemidis natura, quod à summo florere incipit, cum cæteræ omnes quæ particulatim florent, ab ima sui parte incipiant.* Non floret particulatim, ut scylla, vel asphodelus: sed diversis in caulibus flores ostendit plures, quorum qui in summo sunt caule primum florent iis qui in minoribus sunt nondum apertis, postea aperiuntur, ac diu cum prioribus vigent.

ΚΕΦ. ΙΔ. — CAP. XIV.

De lappa, solari, carduo, hirundinaria, sempervivo, loto, melfrugo, vessicaria. Quodque ejus tria sint genera.

ἼΔιον δὲ καὶ τὸ περὶ τὴν ἀπαρίνην, † ἣ καὶ τῶν ἱματίων ἀντέχεται διὰ τὴν τραχύτητα. καὶ ἔστι δυσαφαίρετον. ἐν τούτῳ γὰρ ἐγγίνεται τῷ τραχεῖ τὸ ἄνθος οὐ προϊὸν, οὐδὲ ἐκφαῖνον, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ πεττόμενον καὶ σπερμογονοῦν. ὥστε παρόμοιον εἶναι τὸ συμβαῖνον, ὥσπερ ἐπὶ τῶν γαλέων, καὶ ‡ κρινῶν. ἐκεῖνά τε γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ὠοτοκήσαντα ζωογονεῖ. καὶ αὕτη τὸ ἄνθος ἐν ἑαυτῇ κατέχουσα καὶ πέττουσα καρποτοκεῖ. * ὅσα δὲ ἀνθῇ ἢ βλαστάνει, ἀκολουθοῦντα τοῖς ἄστροις, οἷον τὸ ἡλιοτρόπιον καλούμενον, καὶ ὁ σκόλυμος, (ἅμα γὰρ ταῖς τροπαῖς καὶ οὗτος) ἔτι δὲ τὸ χελιδόνιον

† ἢ

‡ ῥινῶν.

* ὅσα δὲ ἀνθεῖ ἢ βλαστάνει, ἀκολουθοῦντα τοῖς ἄστροις. Theod. ἄλλοις. Ald. Bas. ὅσα δὲ τὰς ἀνθήσεις βλαστάνουσιν ἀκολουθοῦντα τοῖς ἄστροις.

† NOtabile & in lappa, quæ suæ asperitatis causa vestibus adhærescit, ut difficile auferri possit. ‡ Nascitur enim flos in eo ipso hirsuto & aspero non exiens, neque evidens, sed intus maturescens, & semen pariens. Vt illis simile sit, quod in galeis ac viperis evenit. Illa enim ubi intra se ova pepererunt, mox animalia gignunt: & hæc florem in se continens concoquensque, fructum deinde parit. Quæ autem ita vel florent, vel germinant, * ut aliqua sequi videantur, velut solaris vocata & carduus (nam ea quoque cum solstitium agitur, floret) item hirundinaria, quæ adventu hirundinis suum excitat florem, hæc partim naturalem, partim fortui-

† Proprium & hoc est aparinæ.

‡ Flos enim in eo quod asperum est nascitur, nō exiens, neq; evidens, sed intus maturescens, & semē pariens ut illi simile sit quod mustellæ & squatinis evenit.

** Astra con-*

† χελιδόνια Ald. Bas.

καὶ γὰρ τοῦτο ἅμα τῇ † χελιδόνι ἀνθεῖ) ταῦτα δὲ δόξειεν ἂν τῇ μὲν φυσικὴν ἔχειν τὴν αἰτίαν, τῇ δὲ συμπτωματικήν. πολλὰ δὲ τοιαῦτά ἐστι καὶ ἐν ἑτέροις ἴδια. διὸ καὶ ἡ τοῦ ἀειζώου φύσις, τὸ διαμένειν ὑγρὸν ἀεὶ καὶ χλωρὸν, φύλλον σαρκῶδες ἔχον, καὶ λεῖον, καὶ περιμήκες. φύεται δὲ ἔντε ‡ τοῖς ἀλοπέδοις τοῖς ἐπὶ τῶν τοίχων ἀνδήροις, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπὶ τῶν κεράμων, ὅταν ἐπιγένηται γῆς τῆς ἀμμώδους συῤῥοή. πολλὰ δ' ἄν τις ἴσως λάβοι, καὶ ἕτερα περιττά. χρὴ δὲ, ὥσπερ πολλάκις εἴρηται, τὰς ἰδιότητας θεωρεῖν, καὶ τὰς διαφορὰς πρὸς τὰ ἄλλα. τὰ μὲν, ἐν πλείοσιν ἰδέαις ἐστὶ καὶ σχεδὸν οἷον ὁμωνύμοις· ὥσπερ ὁ λωτός. τούτου γὰρ εἴδη πολλὰ, διαφέροντα καὶ φύλλοις, καὶ καυλοῖς, καὶ ἄνθεσι, καὶ καρποῖς, ἐν οἷς καὶ * ὁ μελίας σῖτος καλούμενος· καὶ δυνάμει † διττὴ κατὰ τὴν προσφοράν. ‡ ὅτι τε τῷ μὴ τοὺς αὐτοὺς τόπους ζητεῖν. ὁμοίως δὲ καὶ ἕτερα πλείω. τὰ δὲ ἐν ἐλάττοσιν. ὥσπερ ὁ στρύχνος ὁμωνυμίᾳ τινὶ παντελῶς εἰλημμένος. ὁ μὲν γὰρ ἐδώδιμος καὶ ὥσπερ ἥμερον καρπὸν ἔχων ῥαγώδη. ἕτεροι καὶ δύο εἰσίν. ὧν ὁ μὲν, ὕπνον, ὁ δὲ μανίαν ἐμποιεῖν δύναται· πλείων δ' ἔτι δοθεὶς, καὶ κτείνει. ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ ἐφ' ἑτέρων ἐστὶ λαβεῖν, ἃ πολλὴν ἔχει διάστασιν. περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων τῶν ποωδῶν ἱκανῶς εἴρηται. περὶ δὲ σίτου καὶ τῶν σιτωδῶν, μετὰ ταῦτα λεκτέον. τοῦτο γὰρ ἔτι καταλοιπον ἦν.

‡ Τοῖς πέφεσι, καὶ πέτραις, καὶ τοῖς ἐπί.

* Ο' μελίας σῖτος.

† Ald. Bas. διττοῖς Scribe διαφέρων καὶ κατ'.

‡ ἴντε.

fortuitam habere causam possint videri. Quinetiam in reliquis propria ejusmodi permulta intelligi possunt. ut sempervivo datum à natura est, quo humidum virideque semper durare valeat. Folio carnoso, lævi, atque oblongo id constat. † Planis parietinis nascitur, necnon & in tegulis, cum terræ confluvium quoddam arenaceum factum est. Ad hæc alia permulta naturæ supervacuæ nosse forsitan possis. sed (ut sæpe retulimus) ‡ differentias comparatione cæterorum semper contemplari oportet. Quædam enim formis pluribus constant, quanquam nomen unum sortiantur: ut ita ferme æquivoca sint. Ceu lotus. Hujus enim genera plura redundant; folio, caule, flore, fructuque discreta. Inter quæ & illud redditur, quod * mel frugum appellant; diversum tum viribus in usu cibario, tum quod non eadem loca desideret. Alia quoque plura hunc in modum facile assignari possunt. Quædam vero quamvis generibus, sint paucioribus, tamen non minus discriminis sortiri videntur; ut † vesicaria, quæ cognomine nominis tantum, & quadam planè æquivocatione accipitur. Vna enim cibo idonea est, & ‡ fructum quasi urbanum: acinosum præstat. Reliquarum vero, altera somnum, altera insaniam infert: & si copiosior detur, interimere sanè potest. Pari modo & in reliquis, quæ plurimum inter se distant, accipi idem licet. Sed de cæteris herbaceis satis dictum. * De frumento, universisque frumentaceis, deinceps indicandum. Hoc enim reliquum adhuc est.

sequi videantur, velut helsotropiũ vocatum.

† In maceriis, petris, parietumque fastigiis nascitur; maximè autẽ in tegulis.

‡ Differentias, ac proprietates cõparatione

** Melilotũ appellant, viribus in recibaria excellit, tum etiam quod eadem non quærat loca.*

† Solanum.

‡ Mitem acinosumque fert. Sunt alia duo genera; quorũ alterum insaniam inducit & si copiosius.

** Fruge.*

JULII SCALIGERI AD CAP. XIV.

*Ὠ*σπερ ἐπὶ τῶν γαλεῶν, καὶ κυνῶν. *Theodorus legit*, ἐχιῶν. *Nimis diversa lectio est. Ego malim*, κυνῶν. *Genera sunt animalium marinorum, quæ* σελάχη *appellat Aristoteles,. Mustelus, est canis. Quare Theodorus voce Græca maluerit uti* (Galeis,) *quæ sanè Latinis aliud significat, nescio. Ita nimium operæ alibi posuit: hic defecit. Plinius hoc nomen ubi ponit, alio flexu utitur, ut non queat ulla esse æquivocatio. Idque inter pisces.*

Ἀκολουθοῦντα τοῖς ἀγρίοις. *Theodorus omisit* τοῖς ἀγρίοις. *Quid igitur sequuntur? Quod autem ait*: ἅμα δὲ τοῖς τεχνικοῖς καὶ ὥδε; *non animadverterat hortensen Scolymum non sequi* τὸν τοῦ ἀγρίου καιρὸν τῆς ἀνθήσεως. *Habemus enim, qui nunc florent. Prodebamus autem hæc per initia hyemis. quique etiam hyeme media, qui Martio mense. Satui enim respondent.*

Τοῖς ἀλοπέδοις τοῖς ἐπὶ τῶν τοίχων ἀνδήροις. Theodorus, planis parietinis. *Intellige summa parietum, in quibus humoris aliquid tum colligi, tum servari queat. Aut ita legas*, Τοῖς ἀλοπέδοις, καὶ τοῖς ἐπὶ, *& cætera. Hoc enim persuadet vox illa*, ἄνδηρα.

Ο' μελίας σῖτος. Theodorus, Mel frugum, *ex Plinio. Is à Diocle medico, Panicum, Mel frugum ait appellatum. Nescio an* ἀπὸ τοῦ μίλιος, μελίαν *putarit quispiam dictum. Si ita est, errarint Latini, qui milium* παρὰ τὴν μελίαν, *Æolenses sequuti, nominarunt. Verum neque milium, neque panicum, est mel frugum, sed triticum. Neque si Diocles ita judicavit ex appellativo debuit facere proprium speciei Theodorus, extante vetere Latina Panici voce.*

Δυνάμει διττοῖς. Theodorus, diversum viribus. *Aliud tamen est*, διττοῖς *Neque tamen explicat eas. Tum autem si non sit mendum*: δυνάμεσι, *corrigendum. Et lego*, ἴν τε: *non autem* ἔν. *Illud Atticum, hoc barbarum.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἀπαρίνη Theodorus vertit *lappam*. Lappæ nomine plures sunt plantæ donatæ, nempe omnes quæ vestibus adhærent, ut bardana, xanthion, agrimonia, & aparine. Hæc causa cur ne error fieret Græcam servare vocem malui. Alioquin lappam cum Theodoro & Plinio interpretatus essem. Plinius lib. XXI. cap. XVII. *Notabile & in lappa, quæ adhærescit, quoniam in ipsa flos nascitur, non evidens, sed intus occultus, & intra se germinat, velut animalia quæ in se pariunt, qualia galea & squatina*. Lego enim ῥίνων; quia vox hæc proprior ad vulgatam lectionem ἐχίνων accedit, tum quia multo major inter ῥίνην & γαλεὸν est similitudo, comparatioque magis idonea, quam cum serpente sive ἐχίδνῃ. De vulgata aparine intelligenda esse verba Theophrasti ex ca. VIII hujus libri probatur, ubi inter humicaulia, sive quæ humi repunt, numeratur aparine; quod de reliquis lappæ generibus dici non potest; Omnes enim assurgunt. Præterea lib. V. de caus. cap. XXII. inter lentes nasci ait, eosque interimere, quod lappæ non præstant. Variis planta hæc gaudet nominibus. Hippocrates φιλεταίρειον vocat, & φιλίνον, teste Galeno, cum in glossis scribit; φιλεταίρειος εἶδος βοτάνης, ἣν καὶ ἀπαρίνην ὀνομάζουσι· φιλίνιον τὸ αὐτὸ καὶ τοῦτο ἔοικεν εἶναι τῇ ἀπαρίνῃ καὶ φιλεταιρίῳ. *Philetærius herbæ genus, quod aparinem vocant. Philistion idem & hoc videtur esse quod aparine & philetærios*. Etiam teste Dioscoride φιλάνθρωπος id est, humanæ societatis amans dicitur. Qua voce Archigenes li. II. κατὰ τόπους cap. II. utitur. Hæc nomina huic indita, quod caulium, foliorumque asperitate commeantium laciniis adhæreat; perinde ac si humanitatis comitatisq; gratia, retinere vellet, Aparine dicitur quasi ἀπαιρίνη quod semine orbata videatur, cum intra se, uti squatina ova, florem ac semen ferat, non evidens. Vocatur etiam ἀμπελόκαρπος id est, *vitis fructus*, & ὀμφαλόκαρπος ab umbilici similitudine, quam semen ejus fert. In medio cavum ἰξὸν nominatur, quod visci instar adhæreat. Describitur à Dioscoride lib. III. cap. CIV. Ἀπαρίνη, οἱ δὲ ἀμπελόκαρπον, οἱ δὲ ὀμφαλόκαρπον, οἱ δὲ φιλάνθρωπον καλοῦσι, οἱ δὲ ἰξὸν κλῶνες πολλοὶ μικροὶ (rectè Sambucus μακροὶ) τετράγωνοι, τραχεῖς· φύλλα δὲ ἐκ διαστήματος κυκλοτερῶς περικείμενα, ὥσπερ τὰ τοῦ ἐρυθροδάνου, ἄνθη λευκά. σπέρμα σκληρὸν, λευκὸν, στρογγύλον, ὑπόκοιλον (verus ὑποποίκιλον) ἐκ μέσου ὡς ὀμφαλός. προσίσχεται δὲ καὶ ἱματίοις ἡ πόα· χρῶνται δὲ αὐτῇ καὶ οἱ ποιμένες ἀντὶ ἠθμοῦ ἐπὶ τοῦ γάλακτος, πρὸς ἔκληψιν τῶν ἐν αὐτῷ τριχῶν. *Aparine, quam alii ampelocarpon, alii omphalocarpum, alii philantropum, alii denique ixon vocant, ramis multis fruticat, iisque parvis* (magnis) *quadrangulis, asperis: folia ceu rubiæ ramulos in orbem cingunt per intervalla. Flores sunt candidi, semen durum, album, rotundum,*

in

in medio quodammodo concavum instar umbilici. Herba ipsa vestibus adhærescit. Ea verò pastores coli vice utuntur ad eximendos è lacte pilos. Eadem Plinius lib. XXVII. cap. V. *Aperinem aliqui omphacocarpum*, (lego ex Dioscoride & antiquo codice *omphalocarpum*) *alii phylanthropum vocant, ramosam, hirsutam*, (τραχὺς pessime *hirsutam* interpretatus est) *quinis senisve in orbem circa ramos foliis per intervalla*; (Hæc de foliorum numero de suo addidit Plinius, ut πτεραγώνως, quod Dioscorides de caulibus, hic de foliis transtulerit) *semen rotundum, durum, concavum, subdulce. Nascitur in frumentario agro, aut hortis, pratisque, asperitate etiam vestium tenaci.* Aperinem recentiores his verbis describunt: tenuibus & quadrangularibus ramulis, foliisque angustis, orbiculatim radiatis, rubiæ similis est; interim minor; flores perpusilli, candidi in summis emicant virgulis; semina parva rotunda, medio

Aporine.



aliquantulum concava, umbilici effigie, gemina ut plurimum simul; radices fibrosæ & tenues. Aspera tota herba, prætereuntium vestibus, ac laciniis scabritie sua adhæret. Linguæ inducta sanguinem elicit. Itali speronellam vocant; quod folia circa caulem, ad calcarium, stimuli modum, asterisci instar proferat. Belgæ **kleefkruyd** vocant, quod vestibus adhæreat. Fallitur Hesichius cum scribit, ἀπαρίνη φυτάριόν τι ὅμοιον ὀροβάγχῃ. De orobanche & aperine eodem capite, tanquam diversis Theophrastus agit lib. V. cap. XXII. de causis. Lappaginis si ve apparinæ speciem, molluginem esse recentiores dicunt. Nomen à lævitate & mollitie foliorum accepit, aparinen caulibus foliisque refert; nequaquam tamen aspera, sed lævis & mollis: flores albicant, semen rotundum, radices tenues & nullius momenti; repit per terram, nisi fruticibus vicinis fulciatur. Huic similis alia montana, cujus assurgentes coliculi nullis egent adminiculis, priori similis, nisi folio esset læviori. Molluginem hanc quidam gallion vocant album, & galion albo flore; verum enim gallium non est. Γάλλιον seu γάλιον dicitur ἀπὸ γάλα πηγνύειν ἀντὶ πιτύας αὐτό, quod coaguli vice lac cogat ac coagulet. Dioscorides lib. IV. cap. XCVI. γάλλιον, οἱ δὲ γαλλίερον, οἱ δὲ γαλάτιον. ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ γάλα πηγνύειν ἀντὶ πιτύας αὐτό. τὸ δὲ κλώνιον καὶ τὸ φύλλον ἔχει ἐμφερέστατον ἀπαρίνῃ. καὶ ὀρθὸν δὲ, καὶ ἐπ' ἄκρου ἄνθος μήλινον, λεπτὸν, πυκνὸν, πολὺ εὔοσμον. *Gallium, aliis galerium sive galatium, nomen ex eo traxit, quod coaguli vice lac cogat, ac coagulet; ramulum foliumque habet aparinæ simillimum, rectum: florem in cacumine luteum, tenuem, densum, copiosum, odoratum.*

Gallium.



Hujus genus quoddam reperitur floribus albis, ac nivei propemodum candoris; sed flore luteo odoratius est. Reperitur apricis in collibus, juxta margines agrorum, solo lætiore. Alterum in palustribus, sed minus hoc odoratum. Utrumque apud Batavos frequens. Non desunt qui aparinem lævem palustrem vocant. Sed aparinæ nomen, quod vestibus non adhæreat, huic non debetur: uti nec caucalidos generibus, de quibus supra egimus; idque quod vestibus non adhærescant; tum etiam quod revera humicaulia dici nequeant. Et hæc de priori lappa, sive aparine; quæ nomen illud apud Belgas non obtinet. Apud hos enim bardana, sive ἀρκείῳ & ξανθίῳ, lappæ nomen habent; Diversæ plantę admodum, ἄρκτιον, quam & ἀρκτοῦρον; & ἄρκειον, quam προσωπίδα vocant. Altera enim foliis est verbasco similibus, de qua agit Dioscorides lib. IV. cap. CVI. Plinius lib. XXVII. cap. V. Altera foliis cucurbitæ, de qua Dioscorides lib. IV. cap. CVII. Plinius lib. XXV. cap. IX. De hac nobis sermo, quam officinæ, bardanam & lappam vocant majorem, Dioscorides ἄρκειον, Plinius arcion, Galenus lib. VI. simpl. ἄρκτιον ἕτερον, ut à priori distinguat, vocavit. Ἀρκείῳ, sive ἑτέρῳ ἀρκτίῳ nomen accepit à similitudine, quam cum villosis hirtisque ursorum capitibus conglomeratæ, echinatæque lappæ habent. Eadem hæc προσωπὶς & προσώπιον dicitur: Plinio *personata*, & *persolata*, si non sit in codice mendum. Personata, quasi larva; quod hac veteres uterentur in Theatris, aliisve locis, ad tegendam faciem, ne à quopiam cognoscerentur, quum aliquid præter decorem agere in animo haberent. Tribus hujus plantæ foliis utebantur, quorum primò frontem, duobus aliis ambas malas tegebant, relictis inter eorum spatia videndi, spirandi, loquendi meatibus liberis. Sed hac arte æstivis autumnalibusque mensibus uti concessum. Hibernis enim foliis caret; nisi æstate siccata sint, ac sic in usum hybernum recondita. His ferè verbis arcion describit Dioscorides: Ἄρκειον, οἱ δὲ προσωπίδα, οἱ δὲ προσώπιον καλοῦσι, φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τῆς κολοκύνθης, μείζονα μέντοι καὶ σκληρότερα, καὶ μελάντερα, καὶ δασέα. (Quæ sequuntur, usque καὶ ἄκαυλος, nec vetus codex, nec Aldinus, nisi inter notha, nec Oribasius habent: attamen quia experientia docet, & nulli non cognitum, arceion sive lappam majorem caulem ferre, ea legitima existimamus; maxime cum de lappa notum sit, altero quo natum sit anno caulem emittere. Quod cum ignoraret Dioscorides, scripsit alibi caule carere. Uti etiam de cynoglossa memo-

memoriæ prodidit) καυλὸν ὑπόλευκον, ὅλον δὲ καὶ ἄκαυλον· ῥίζα μεγάλη καὶ λευκὴ ἔνδοθεν, ἔξωθεν δὲ μέλαινα. *Arcion, quod alii prosopida; aut prosopion vocant, folia habet cucurbitæ, majora tamen, duriora, nigrioraque & hirsuta: caulem albicantem. Quanquam & interdum hæc herba vidua caule reperiatur, radix grandis, & intus quidem alba, foris verò nigra.* Eisdem ferè notis arctium alterum describit Galenus. Unde colligi potest, arcejon Dioscoridis & arction alterum Galeni, eandem plantam esse. τὸ δὲ ἕτερον ἄρκτιον, ὃ δὲ καὶ προσωπίδα καλοῦσι, οὗ τὰ φύλλα τοῖς τῆς κολοκύνθης ἐστὶν ὁμοιότατα, πλὴν ὅσῳ μείζονα καὶ σκληρότερα, διαφορητικὸν μὲν ἐστι καὶ ξηραντικόν. ἔχει δὲ καὶ στυπτικόν μετρίως, id est, *Alterum verò arction quod prosopida vocant, cujusque folia cucurbitæ simillima sunt, nisi quatenus tum majora, tum duriora, digerit simul & desiccat, sed & adstringit nonnihil.* Botanicis quibusdam Plinium duo bardanæ sive arcii genera novisse videtur, quod scribat lib. xxv. cap. ix. *Quidam arcion personatam vocant, cujus folio nullum est latius, grandes lappas ferentem.* Idem eodem libro & capite. *Persolata quam nemo ignorat, Græci verò arction vocant, folia habet majora, etiam cucurbitis, & hirsutiora, nigrioraque & crassiora; radicem albam & grandem.* Recentiores duo arcii genera observarunt, echinatorum tantum capitum facie differentia; siquidem in altero majora, duriora, & rigidioribus asperioribusque aculeis spectantur vestibus sese pertinaciter innectentibus ac inhærentibus; in altero minora, molliora, & mitioribus aculeis, alba quadam lanugine circumquaque obductis extant. Ego, salvo meliori judicio, Plinium unum tantum lappæ sive arctii genus novisse puto, ac quidem priori loco agere de arcio, quod jam caulem floremque fert; altero de arcio quod caule caret, ac, ut ita dicam, novitium est. Nam si hanc diversitatem novisset Plinius, persolatam (si modo non *personatam* legendum. Quæ vox servari potest, si dicamus sic vocasse, quod faciem à solis ardore, injuriisque arceant hujus folia;) dixisset capitulo esse minore mitioreque. Ita ut Plinius de uno eodemque agat arcio. Hac tamen distinctione, quod priori loco de arcio agat, quæ caulem ferat; secundo quæ caule caret, ac recens nata est. Folia enim initio promit hirsuta & amplissima, longè quà cucurbitæ majora, ac latiora, crassioraque ac nigriora quæ superiore parte, saturatius virent, inferiore nonnihil inalbicant. Porro bardanæ hæc genera folio etiam differunt. Nam quod capitula fert majora, majoribus exit foliis; quod minora, paulo minoribus. Et hoc etiam facile observasset Plinius. Minus arceion sive lappa non est arction Dioscoridis, quod semen cneco, quam cumino similius habeat, nec caulem habeat mollem. Lappa officinarum minor Græcis ξάνθιον dicitur, quod ξανθὰς τρίχας, *ruffos* faciat *pilos*. Alibi ξανθὸν Græcis *ruffum*, vel *ex flavedine rubrum* significare, facile probatur. Suidas, ξανθὸν ὁ πόλεμος· ξανθὸς δὲ ὁ πυῤῥός. Hesychius, ξανθὸν πυῤῥὸν καλὸν, ἐν ἐσχαρωμένον. Pollux de sanie conchylii, καὶ τὸ μὲν ξανθίζεται, τὸ δὲ κυαναυγὲς γίνεται, *aliud rutilescit, aliud cæruleum fit.* Sic Græci ξανθὸν πῦρ, & ξανθὴν πορφύραν appellant. Dioscorides lib. i. De croco Ἔστι δὲ οὗτος τὸ χρῶμα ξανθός. Qua de causa ξανθόθριξ vocatur. Etiam nardum eodem libro ξανθὴν κατὰ χρόαν inquit. Nicrandri Scholiastes in Theriaces τὸ ὕσγινον φυτόν ἐστι ξανθὸν τῷ χρώματι. Apud Homerum ξανθὸς Μενέλαος. Idem equum Achillis ξανθὸν fuisse scribit Iliad. ψ

Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην. *Stans seorsum à pyra ruffum abscidit comam*, vel, *è flavedine rubescentem.* Apud Dioscoridem de cypro lib. i. cap. cxxiv. legitur ξανθίζει δὲ τρίχας, id est, *ruffum reddit capillum.* Hæc dico, ut probarem ξανθὸν non semper flavum significare, nec ξάνθιον hanc plantam dici, quod flavos, sed ruffos tingat capillos, uti Dioscorides libr. iv. capit. cxxxviii. scribit. Quo loco his verbis ξάνθιον describit. ξάνθιον, οἱ δὲ φάσγανον, οἱ δὲ ἀνθήσιον, οἱ δὲ χάσκανον, οἱ δὲ χοιραδολέθρον, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀπαρίνην καλοῦσι, φύεται ἐν εὐγείοις τόποις καὶ λίμναις ἀνεξηραμμέναις. καυλὸν ἔχει πηχυαῖον λιπαρὸν, γωνιώδη (vetus γονιώδη. ἢ γονυώδη) & ἐπ' αὐτοῦ μασχάλας πλείονας. ἀτραφάξει δὲ τὰ φύλλα ἐμφερῆ ἔχει, ἐντομὰς ἔχοντα· καρδάμου δὲ τὴν ὀσμὴν προσεμφερῆ. καρπὸν δὲ στρογγύλον ὡς ἐλαίαν μεγάλην, ἀκανθώδη (vetus αἰθώδη) ὡς πλατάνου σφαίρας, ἀντιλαμβανόμενον τῶν ἱματίων μετὰ τὴν ψαῦσιν. Δύναται δὲ ὁ καρπὸς πρὸ τελείου ξηρανθῆναι συλλεγεὶς καὶ κοπεὶς καὶ ἀποτεθεὶς εἰς κεραμεοῦν ἀγγεῖον, ξανθὰς τρίχας ποιεῖν, ἐάν τις ἐπὶ τῆς χρήσεως λαβὼν τρυβλίου πλῆθος ἐξ ὕδατι χλιαρῷ & προσεκνιτρώσας τὴν κεφαλὴν καταπλάσσῃ. Τινὲς δὲ καὶ μεθ' οἴνου κόψαντες αὐτὸ ἀποτίθενται. *Xanthion, alii phasganon, alii anthithesion, alii chascanon, alii chæradolethron; quasi strumarum perniciem* (Unde quibusdam, quod adversus tumores strumasve valeat strumaria dicitur) aliqui & aparinem vocant. (Apud Ætium φιλάνθρωπον legitur, quod nomen aparinem habere, supra diximus.) *Nascitur læto & pingui solo, itemque in paludibus exsiccatis, caule cubitali, pingui, anguloso, & prodeuntibus ex eo alis compluribus. Folia verò habet atriplicis, incisuras habentia, narsturcium odore imitantia: fructum teretem, grandis olivæ instar, & platani pilularum instar spinosum. Qui quidem contactu vestibus adherescit; Is collectus, antequam perfectè siccescat, deinde tusus & fictili vase reconditus, ruffos facit capillos: siquidem, cum usus exigit, ejus sectarii semissem aqua tepida diluas, moxque eo caput nitro ante perfrictum illinas. Sunt qui in vino tundant, atque asservant.*

Xanthion personata minor.



Xantion recentiores vocant, cujus figuram addidimus. caulem gerit angulosum ac pinguem, punctis exiguis nigris notatum. Folia quæ ei subalbida sunt, atriplicis effigiem referunt, per ambitum incisuras habentia, narsturtium odore imitantia. Prodeunt etiam è caule ramuli, quibus racematim fructus olivæ figuræ dependet, veluti platani pilula asper, aut glycyrrhizæ fructus, & contactu vestibus adhærescens. Apud nos annua planta; verum ex deciduo semine verno tempore nova nascitur planta, cujus duo prima folia oblonga sunt, ad instar olivæ, sed purpureis maculis notata. Restat agrimonia, quam etiam lappæ nomen obtinere, supra dixi, ac quidem ab antiquo Oribasii interprete, lappa inversa dicitur, quod semina, lapparum instar, aut aspera, vestibus adhæreant, ac deorsum pendeant. Officinæ agrimoniam vocant. Græcis εὐπατόριον, à rege Metridate, cognomento Eupatore, qui illud primus invenit, nominatum esse volunt. Plinius lib. xxv. cap. vi. *Eupatorium regiam quoque auctoritatem habet.* Dicitur & ἡπατόριον quod hepati potissimum medeatur. Dioscorides lib. iv. cap. xli. Εὐπατόριον (Galenus ἡπατόριον) πόα ἐστὶ φρυγανώδης· ῥάβδον ἀναφέρουσα μίαν, λεπτὴν, ξυλώδη, ὀρθὴν, μέλαιναν, ἰσδασυν, πηχυαίαν ἢ, καὶ μείζονα· φύλλα δὲ ἐκ διαστημάτων ἐσχισμένα μάλιστα εἰς ε' μοίρας, ἢ καὶ πλείους, τοῖς τῆς πενταφύλλου ἢ κανναβίνου μᾶλλον ἐοικότα, καὶ αὐτὰ δὲ ὑπομέλανα, πρινοειδῶς. (Saracenus πρινοειδῶς mavult; quam lectionem Doctissimi viri probant, quanquam & πρινοειδῶς adverbium, *ilicis modo* significat, cujus itidem folia siccatis incisuris divisa sunt. Horum lectionem sequor; quod apud Oribasium eadem reperia-

periatur.) ἐξ ἄκρων ἐντετμημένα· σπέρμα δὲ ἀφίησιν, ἀπὸ μέσου τοῦ καυλοῦ, ὑπόδασυ, κάτω νενευκὸς, ὡς καὶ τοῖς ἱματίοις ἐνίσχεσθαι ξηρανθὲν ——— *Eupatorium* (Oribasius οἱ δὲ ἡπατώριον, οἱ δὲ ἡπατῖτις. Addit Auctuar. auct. ῥωμαῖοι βολέκρεμ μαίους. Nonnulli hepatorium, alii hepatitin, Romani volucrum majus vocant) *Herba est è cremiorum genere, unicum proferens Thyrsum, eumque tenuem, lignosum, rectum, nigrum, hirsutum, cubitalem, aut etiam altiorem; foliis per intervalla quinque partito ut plurimum, aut etiam amplius divisis, quinquefolii, aut cannabis potius similibus, nigricantibus & ipsis, ac per ambitum serræ modo incisis; semen à medio statim caule adnascitur subhirsutum, ac ita deorsum inclinatum; ut etiam siccatum vestibus inhærescat.* Meminit & hujus plantæ Plinius lib. xxv. cap. VI. *Eupatoria quoque regiam auctoritatem habet, caulis lignosi, nigricantis, hirsuti, cubitalis & aliquanto amplioris, foliis per intervalla quinque folii aut cannabis per ambitum incisis, quinque partito, nigris & ipsis plumosisque: radice supervacua.* In his notandum quod Dioscorides quinque partito, aut amplius esse scribat. Quod officinis Eupatorium cannabinum, & Doctiss. Funchsio eupatorium adulterinum dicitur, nomen invenit ab eâ, qua hepati prodest facultate. Eupatorium tamen veterum non est. Quia nimirum non singularem, seu unicum profert caulem, sed plures: non lignosum & durum, sed mollem: non tenuem, sed digito crassiorem. Tum etiam, quia flosculos exiguos, muscosos, & dilutè rubentes in mollibus, rotundisque umbellis, atque in alarum quidem fastigiis gerit; qui tandem in pappos evanescunt: cum tamen verum eupatorium à medio caule semen ferre scribatur. Denique, folium quidem eupatorio isti simile est cannabino; sed quod nullam cum pentaphyllo similitudinem obtineat, quemadmodum de suo eupatorio veteres testantur. Quæ duæ postremæ notæ, desumptæ à similitudine quinquefolii, & semine è medio caule piloso pronato, & deorsum nutante, quodque siccatum vestibus adhereat; quandoquidem videntur agrimoniæ potius convenire, quam eupatorio illi cannabino, hinc vicit eorum opinio, qui agrimoniam censent legitimum eupatorium esse. Qui cannabinum pro veterum eupatorio agnoscunt, respondent nullam fore ambiguitatem, si sano modo intelligantur quæ de foliorum dissimilitudine afferuntur. Ita nimirum ut folii similitudo in partibus foliorum spectetur, non totis. In singulis enim geniculis multæ partitiones foliorum observantur, incerto numero, ad minimum ternæ. Atque hanc ajunt causam esse, cur pentaphyllo comparaverit eupatorium Dioscorides, dixeritque quinque partita esse, aut in plures partes divisa folia. Cannabinis verò similia scripsit ob partium, sive singulorum foliorum figuram, oblongam, in acutum definentem. Cannabis similia esse, non imus inficias. Nomen enim inde cannabinæ habet. Similitudinem verò quandam in iisdem pentaphylli reperiri, negamus. In singulis quidem geniculis multæ partitiones reperiuntur, sed nullæ quæ pentaphyllon divisura referant. Sed esto, concedatur Dioscoridem pentaphyllo comparasse, quod instar cannabini è singulis pediculis terna, quina, vel septena prodeant folia; nec tum quoque veterum erit eupatorium. Semen, ut dixi, non convenit. Sed respondent; eodem modo illud intelligendum, ut de panace Heraclea Dioscorides scribit; cujus semen optimum est, quod è media ferula colligitur; quod verò ex adnascentium stolonum cacuminibus dependet, minus utile esse. Sic quoque in hac planta fieri, ut, quamvis è multis ramis constet; semen tamen è lateribus non ferat optimum, sed ex medio caule tantum. Sciat lector, nihil hec ad rhombum facere. Quæstio non est, utrum umbellam, an caput ferat, nec qua parte semen optimum fit. Illud probandum, cannabinam à medio caule ad summum semen ferre, non autem in alarum fastigiis, uti tabella hæc exprimit, & autopsia ostendit. Concedo semen in panace optimum esse quod in medio nascitur caule. Nec hoc præter rationem est. Nam caulis ille medius primum producitur, cum planta est validissima; & semen ejus ex optimo & cónstat, & nutritur succo; quapropter etiam ad majorem provenit maturitatem. Accedit, quod succus & nutrimentum ad illum mittatur à radice per lineam rectam. Sed, ut dixi, nulla est quæstio, quodnam semen sit optimum, sed qua parte plantæ feratur. Imo jure quæri posset, an cannabina ullum ferat semen? Concedo quidem florem ejus lanugineum, sive pappum vix distingui à semine; semen tamen esse ecquis pro-

Pseudoeupatorium mas.



Agrimonia.




baverit?

vaverit? Dioſcoridem enim non loqui de pappo, vel lanuginoſo ſemine, certum eſt, quod ſubhirſutum inquiat, & exſiccatum veſtibus adhæreat; lanugo autem recens veſtibus magis adhæret, quam ſiccata; ſiquidem ſiccari lanugo queat nunquam. Contra verò eupatorii ſemen ſiccatum adhæret, non recens. Deinde, lanugo cannabinæ, non autem ejus ſemen veſtibus adhæret, quemadmodum deberet, ſi pro eupatorio ſit habenda. Sed eſto, adhæreat; neque tum ſatis eſt; quia Dioſcorides lanuginoſum eupatorii ſemen non dixit, ſed ὑπόδασυ, *ſubhirſutum*. Quidquid ſit, illud extra controverſiam eſt, cannabinam ſemen in alarum tantum faſtigiis; eupatorium verò à medio caule ad ſummum gerere. Sunt nonnullæ officinæ, quæ non cannabinam, de qua nobis hactenus ſermo, ſed aquaticum hepatorium pro eupatorio veterum agnoſcunt, ac pro eo utuntur. Sed nec hoc veterum eupatorium eſt; quia in faſtigiis cauliculorum floſculi eminent, exiguis aliquot foliolis, veluti alabaſtris cincti, colore lutei, ſed nigro permiſto, chryſanthemi medio diſco ſimiles, quorum confarcta ſtamina plana & oblonga poſt ſe relinquūt ſemina, parte ſuperiore aſpera, & prætereuntium veſtibus, ubi adhæruerint, inareſcentia. Reſtat inquiramus, an agrimonia ſit veterum eupatorium. Agrimonia nomen accepit ab argemones voce, detorta in agrimoniam. Dioſcorides ad finē capitis de eupatorio, ἔνιοι ταύτην ἀργεμώνην (depravatè legitur ἀρτεμισίαν. ἀργεμώνην legendum eſſe ex capite CCVII. libri ſecundi probatur. Videat lector quæ ſupra de argemone dicta ſunt) ἐκάλεσαν πλανηθέντες ὧ ἕτερον γδ ἐστὶν ὡς ἐπεδείξαμεν. Ad hodiernum uſque diem, uſus ita invaluit, ut etiam vulgus medicorum eupatorium detorta, ut dixi, argemones in agrimoniam voce, agrimoniam appellet. Quod non parvum eſt argumentum, eſſe veterum eupatorium, quamvis id doctiſſimi quidam Botanici negent. Quonam, inquiunt, pacto in agrimonia folium obſervari poteſt, ut docet hiſtoria, cannabi aut pentaphyllo ſimile? & pariter ut in utraque illa planta, in quinque partes, vel etiam plures diffiſſum, cum agrimoniæ folium unicum ſit, & porrectum ſimpliciter. Alio præterea utuntur argumento; quod Galenus eupatorium tenuium partium eſſe ſcribat, lib. VI. ſimpl. his verbis. Εὐπατόριον ἡ πόα λεπτομερὲς, καὶ τμητικῆς, καὶ ῥυπτικῆς ἐστι δυνάμεως, ἄνευ θερμότητος ἐπιφανοῦς, ὅθεν καὶ τὰς καθ᾽ ἧπαρ ἐμφράξεις ἐκκαθαίρει, μετέχει δὲ καὶ στύψεως βραχείας, δι᾽ ἣν καὶ τόνον ἐντίθησι τῷ σπλάγχνῳ. *Eupatorium herba ipſa tenuium partium, incidendi, extergendique facultatem citra manifeſtam caliditatem obtinet: quocirca obſtrictiones jecoris expurgat. Ineſt itidem ei & adſtrictio quædam, qua robur viſceri addit.* Sed reſpondeo; folia ſatis convenire, ſi ſano judicio verba Dioſcoridis conſiderentur. Comparatio enim qua utitur Dioſcorides, non ad totius folii formam, ſed partis pentaphyllo ſimilem referenda eſt. Etenim ſi ea omnino penthaphyllo ſimilia facere voluiſſet, neutiquam dixiſſet folia dividi in partes quinque, aut plures ex intervallis, ſed ἁπλῶς eupatorium folia pentaphylli habere ſcripſiſſet, & non ex intervallis diviſa, ſed ab uno principio. Ad quod alii non attenderunt nec animadverterunt; neq; intellexerunt verba Dioſcoridis aut ex ejuſdem notis perceperunt. φύλλα δὲ ἐκ διαστημάτων ἐσχισμένα; non autem, ut in pentaphyllo; πέντε καθ᾽ ἕκαστον μίσχον. *Folia ex intervallis diviſa, non ut in pentaphyllo quinque in ſingulis petiolis.* Et hæc eos errare oſtendunt, qui pentaphylli foliis eupatoriū comparaſſe Dioſcoridem ſcribunt; quod ab uno pediculo, quina exeant folia. Ut autem quæ diximus facilius intelligantur, foliorum agrimoniæ delineationem addam. Hujus itaque folia in quinque maximè partes, aut amplius utrinque dividuntur, (ac non raro pluribus, ſex, ſeptem, uti obſervavit Dioſcorides. Intermedias, quas habet, totidē alias particulas flocci feciſſe videtur; alioquin in decem utrimque partes dividi dixiſſet) in ſummo ſingulare habentia, trium ferè palmorum petiolo, ſive potius nervo per medium currente conjuncta, ac adnexa, pentaphylli, ſeu fragariæ figura & magnitudine, aut cannabis primum poſt duo prima foliola è ſemine prodeuntis. Si verò in lobos inciſum totum folium conſideremus, ſtatim ab radice folia producuntur longa, trium ferè palmorum, ad inſtar centaurei magni diviſa & fraxini inſtar pinnata, cui folia cannabis comparavit Dioſcorides lib. III. ca. CLXV. φύλλα φέρει παραπλήσια μελίᾳ, *folia gerit fraxini*, ſecundum margines crenata, hirſuta, & tactu non nihil viſcida. Reſponderi etiam poſſet, inferiora folia agrimoniæ cannabin æmulari; ſuperiora, quæ in caule ſunt pentaphyllo ſimilia eſſe, non tantum magnitudine; colore & forma, ſed etiam quod quinque ut plurimum ex uno petiolo dependeant. Sed hanc non eſſe mentem Dioſcoridis verba ſupra expoſita oſtendunt. Ad alterum reſpondeo; non omnem agrimoniam odore deſtitutam eſſe. Nam quæ in locis ſiccioribus, reperitur uti in Velavia prope Elburgum, odorem ſpirat non inſuavem, ſaporemque ſubamarum & ſubacrem, cum manifeſta adſtrictione oſtendit. Refert Doctiſſimus & nobiliſſimus Fabius Columna alteram inodoram, alteram odoratam, & aromaticam eſſe agrimoniam. *Mirum quidem*, inquit; *naturæ inſtitutum; in eadem orā tam brevi intercapedine, vulgarem prope oppidum Campoclarenſium in montis radice ſeptentrionali, invenies; in ſylva quidem & colle quodam juxta flumen Auſtrum reſpicientibus, adeo odoratam & aromaticam, ut ab illa diverſam quiſque, niſi flore & fructu eadem eſſet; judicaret. Nec longe abſunt loca niſi ter mille paſſus. Sed & magis in Zagarolæ oppido juxta Præneſton, Romano agro, in eodem colle, ſemita & agro Mainello dicto utrumque invenimus. Verum, ſi rectè expendatur, effigies plantæ minor parum eſt, & rotundiore lobo, ſed vix differente; colore vero pallidiore, tactu viſcoſo, & odoris fragrantia nobilior, & ſapore aromatico jucundiſſimo adſtringente; radice ex nigro rubente, fibroſa; reliquis vero eadem dicas.* Quæ à nobis in Velavia reperta eſt, eadem planè cum vulgari erat, niſi quod minor eſſet, ſed hoc ſolo ſterili dabam. Saporem etiam habebat ſubamarum, & ſubacrem cum manifeſta adſtrictione. Sed nec vulgata agrimonia bene ſiccata odore caret grato. quilibet experimentum capiat. Et hactenus de Græcorum eupatorio. De Arabum nonnihil adjiciendum. Id nobis deſcribit Avicennas his verbis. *Eupatorium eſt ex herbis aromaticis (ſpinoſis, vel piloſis* alii; vocem poſtremam probamus) *& folia habet ſicut folia cannabis; aut quinque folii, & flos ejus ſicut nenuphar.* Doctiſſimi Botanici Græcorum eupatorium agrimoniam; Avicennæ cannabinam; Meſues, de qua mox, ageratum eſſe ſtatuunt. Nos verò eupatorium, tam Græcorum, quam Avicennæ, agrimonium eſſe dicimus. Etenim eadem Dioſcoridis & Avicennæ eſt deſcriptio; niſi quod Avicennas florem deſcripſerit, cujus delineationem non tradidit Dioſcorides; contra ſeminis omiſerit, quam dedit Dioſcorides. Certe cannabinæ flos, cum nymphææ flore nullam habeat ſimilitudinem, nec quo ad colorem, nec quo ad formam. Eupatorium ergo Avicennæ eſſe nequit. Notum enim, nymphæam album, vel luteum habere florem, eumque nec capillarem, nec papposum, qualis cannabinæ; cujus color purpureus eſt. Quæ ſimilitudo foliorum cannabinæ, cum pentaphyllo? Ubi aroma? Ubi ſtipticitas, ſive vis adſtringens cannabinæ? Amara admodum eſt planta, in qua nulla vis adſtringens percipitur; ac ſi quam habet, exigua admodum ſit oportet. Guſtu ſaltem percipere non potui. Agrimoniam eupatorium Avicennæ eſſe dixi. Sed objiciunt; agrimoniæ florem nymphææ non ſatis ſimilem, ſed triplo majorem eſſe; quaſi ſimilitudo in magnitudine ſita ſit, de qua ne verbum quidem Avicennas. Colore inquam & forma ſimilis eſt nymphææ & agrimoniæ flos, uterque luteus, uterque quinque partitus. Reſtat Meſues eupatorium examinemus. Hoc à Græcorum, uti etiam Avicennæ diverſum eſſe, cum Botanicis doctiſſimis aſſerimus. *Eupatorium*, inquit, lib. de ſimpl. cap. XV. *eſt herba longitudinis cubiti, amaritudinis eximiæ, cujus folia ſunt ſicut folia centaurii minoris, viridia; ſed ſunt aſpera & inciſa. Caule tenui conſtat, & quando exſiccatur citrineſcit; ſive flaveſcit, & elevantur ſuper eum flores qui ſunt ſubcitrini, longitudinis paucæ;* (id eſt, oblongi) *& ſunt qui dixerunt quod eupatorium eſt herba culicum, in qua viſcoſitas eſt adhærens.* Alii interpretes habent; *Floribus ſubluteis, oblongis, quibuſdam herba culicum dicta, ob lentorem ei adhærentem.* Verba illa notanda, *& ſunt qui dixerunt quod eupatorium eſt herba culicum.* Reprehendere, ac tacitè notare videtur illos, qui eupatorium conyzam ſcripſerunt. Quo in numero eſt Abamad ben Abdeſſamad, cujus verba à Doctiſſ. & excellentiſſimo Fabio Columna lib. de ſtirp. minus cognitis in medium proferuntur. Nullum conyzæ genus eupatorium Meſues eſſe, his probatur argumentis; quod nullum conyzæ genus inſigniter eſt amarum. Amaritudinem quandam habere, fatemur; ſed non qualem Meſues requirit. Præterea nullum conyzæ genus folium habet viride, ſed ex virore pallens.

Nec minor conyza, cui folium quodammodo centaurio parvo simile, folium dissectum sive incisum habet, uti icon capite de conyza addita satis ostendit. Majoris, nec non mediæ genus, alterum quod dissecto ac inciso est folio (quarum figuram lector apud Dodonæum, cæterosve reperiet) centaurio planè dissimile est, quo ad colorem, figuram, magnitudinem. Hæc satis ostendunt nullum conyzæ genus eupatorium Mesues esse. Doctissimi, ut diximus, botanici ageraton Dioscoridis & eupatorium Mesues eandem existimant esse plantam. Ageraton Dioscorides lib. IV. cap. LIX. describit. ἀγήρατον θάμνος ἐστι φρυγανώδης, σπιθαλώδης, ταπεινὸς, ἁπλοῦς, ἐμφερὴς μάλιστα ὀριγάνῳ· σκιάδιον ἔχων, ἐφ' οὗ ἄνθος πομφολυγῶδες, χρυσοειδὲς, ἔλαττον ἑλιχρύσου. ὠνόμασται δὲ ἀγήρατον διὰ τὸ ἐπὶ πολὺ τὸ ἄνθος ὁμοιοειδὲς φυλάττεσθαι. Id est, *ageratum frutex è cremiorum genere, palmari altitudine* (Oribasius διςπίθαμος, id est, duorum palmorum, quomodo in vetusto codice legi observavit Lacuna, ac Plinius confirmat lib. XXVII. cap. IV. Verba mox adferam. Hanc si sequamur lectionem, quomodo ταπεινὸς dici possit hæc planta Doctissimi viri, quærunt? Dicendum, hanc non esse tantam longitudinem, ut humilis dici nequeat) *Humilis, simplex, origano maximè similis, umbellam gerens, in qua flos aureis quasi bullis emicat, Helychriso minor. Agerati nomen illi inditum, quoniam flos diutissimè in sua coloris specie conservatur.* Ἀγήρατον, itaq; quasi μὴ γηρῶν, non senescens, sive senectutis expers. Plinius loco cit. *Ageraton, ferulacea est planta, duorum palmorum altitudine, origano similis, flore bullis aureis. Hujus ustæ nidor urinam ciet, vulvamq; purgat tanto magis insidentibus. Causa nominis non hæc, sed quoniam diutissimè non marcescit.* Quæ postrema vitio non vacare, nemo non videt. Nam allusio est ad vocem γῆρας Quomodo itaque ustæ nidor causa nominis esse vel non esse potest. *Causa nominis hæc, quoniam diutissima.* Notant Doctiores, & in Pliniano codice versatissimi, in antiquis exemplaribus pro, *ustæ* scribi, *vetustæ*. Ex his itaque lego. *Hujus vetustæ nidor urinam ciet, vulvamque purgat tanto magis insidentibus. Causa nominis non hæc* (nempe quod vetustis succurrat. Alludit enim, ut dixi, ad vocem γῆρας) *sed quoniam diutissimè non marcescit.* Lector eligat quam velit lectionem. Ageratum Dioscoridis & eupatorium Mesue eandem quidam dicunt esse plantam, quidam negant, idque quod Dioscorides de amarore insigni nihil tradiderit: deinde quod origano comparat ageraton Dioscorides; Mesues verò eupatorium centaurio minori. Ad primum respondeo; Dioscoridem multas descripsisse plantas insigniter amaras; amaritudinis tamen non meminisse. Amarum est absynthium hieracium, polium, fumaria, papaveris folia & capita, aliaque plurima. Dioscorides tamen amara hæc esse non tradidit. Nihil itaque prima objectio concludit. Ad alterum respondetur; Dioscoridem agerati folia non comparasse origano, tanquam simillima. Nam neque positu, neque effigie aliquam similitudinem cum origano habet, sed figura habituque. Quibus respondere videtur, quod tenui cauliculo, raris foliis, densis corymbis umbellam effigiantibus, origanum repræsentet. Contra Mesue non de umbella, sed de foliis loquitur. Alii malunt, centaurii minoris folia & origani onitis parum admodum inter se facie differre. Et sanè a gerati genus reperitur, cujus folia non multum absunt ab origano. Quinimo quibusdam Norbonæ locis, & Tuscaniæ squalidis, sed depressis videas, agerati fruticuli, cujus addidimus figuram, folia multo minora, & tantillum crenata, rigida, dura, pluraque virgulta origanis variis sibi fruticantibus, toto habitu non dissimilia. Sed hoc minus cum eupatorio Mesues convenit; nec vulgare ageraton quidam Botanici, pro genuino agnoscunt Mesues eupatorio, quod nulla in agerato similitudo foliorũ cum centaurio minore. Centaurii enim minoris folia sunt angusta, effigie rutæ, vel polygani, oblonga, nec, ut Mesues ait, hirsuta aut aspera, sed lævia; nec est in iis viscositas adhærens. Sed respondeo, folia agerato esse oblonga, eaque ratione centaurio esse similia; differre tamen à centaurio, quod sint incisa; & hac nota Mesuen ea descripsisse: præterea esse ut centaurii modò viridia; quibus notis caret conyza minor, quam illi pro eupatorio Mesues agnoscunt, qui Eupatorium negant esse mentam corymbiferam minorem. Illud enim nomen quondam habuit. Quod aspera esse ejus folia negant; qua ratione id faciant, non video. Ipse tactus docet nonnihil dura & aspera esse; non tamen illam habeat asperitatem quam sonchi folia; nec hoc scripsit Mesues. Quod de viscositate scribunt, ea licet aliqua, eaque exigua in hujus plantæ foliis reperiatur, non obest tamen quo minus sit eupatorium. Etenim si diligenter ad verba Mesues attendatur, viscida esse non debent. Conyzæ folia viscida esse, non eupatorii dixit. Et sunt qui dixerunt, quod eupatorium est herba culicum, in qua, scilicet, conyra viscositas est adherens. Sic verba illa intelligenda sunt. Non enim probat eorum judicium Mesues qui conyzam dicunt eupatorium esse, sed tacitè, ut dixi, carpit illos. Porro planta hæc quam Mesues eupatorium esse dicimus, plures ab una radice mittit virgas, longitudine ut plurimum cubitales, admodum graciles & solidas, sesquiuncialibus longitudine, & semiuncialibus latitudine, foliis per ambitum, serræ instar, incisis, viribus, aliquo modo asperis, vestitas in summis virgarum surculis. Corymbi æstate sese proferunt, sole leonem occupante, exiguis, luteisque floribus, diu durantibus, pleni, quibus exigua, oblonga & palacea succedunt semina: radice nititur exigua, fibrata, candida, lignosa, durabilis naturæ non absque fibris adhærentibus, quę gustata pyrethri fervo-

Ageratum Septentrionale & Anglicum.



rem habet, quo salivam proliciat. Coliculi, folia, flores, jucundum spirant & vehementem odorem, menthæ corymbiferæ majori, & tanaceto similem. Saporem eędem partes amarum, & cum acrimonia tenuem habent, cum adstrictione haud obscura, ordinem secundum in caliditate, & siccitate non excedentes. Agerati, sive eupatorii icones tres addidimus, ageratum foliis serratis, sive septentrionaliũ, floribus luteis, jam descriptum. Ageratum floribus candidis, quod majus & minus est. Nam quod in Hetruria provenit, multo minus est. Contra, circa Monspelium corymbis longioribus, magisque compactis reperitur. Tertium foliis est non serratis, & proximè cum delineatione Dioscoridis convenire, supra diximus. Vulgare ageratum Itali herbam appellant Iuliam quod mense Iulio floreat.

Lego ἀνακλιθέντα τοῖς ἄστροις ex Athenæo lib. XV. Θεόφραστος δέ φησι τὰς διανθήσεις λαμβάνειν δεῖ συνανακλιθέντα τοῖς ἄστροις τὸ ἡλιοτρόπιον καλούμενον, καὶ τὸ χελιδόνιον. καὶ γὰρ τοῦτο ἅμα τῇ χελιδόνι ἀνθεῖ. *Theophrastus florentina quædam astris consequi scribit, ut heliotropium & chelidonium; ac quidem chelidonium quod sub hirundinum adventum florem parit.* Quæ hic desiderãtur quilibet ex Theophrasto addere potest.

Doctis-

Ageratum floribus candidis.



Ageratum minus Lob.



Doctissimus Gaza legit, ὅσα δὲ ἢ ἄνθει ἢ βλαστάνει ὡς ἀκολουθοῦντα τοῖς ἄλλοις. Hanc si sequamur lectionem, quærunt Doctissimi quæ sequantur, Dicam, astra & avium, puta hirundinum, adventum. Antiqua lectio hęc est. Ὅσα δὲ τὰς ἀνθήσεις βλαστάνουσιν, ἀκόλουθοῦντα τοῖς ἀγγέλοις; pro qua voce alii, ἄλλοις. Hanc si quis sequi mavult, legat τοῖς ἄστροις. Ἄστρα intellige omnes planetas, præcipuè solem, & lunam, etiam stellis coactum signum, uti canicula; ad cujus ortum supra ocimum pallescere dixit. Solem & stellarum congeriem maximè intelligendam hoc loco exemplum heliotropii & chelidoniæ docebit. Heliotropium cur dicatur, veteres non conveniunt, nomen à sole accepisse fatentur, sed quo modo à sole, hoc opus, hic labor. Ex Theophrasto ἡλιοτρόπιον dici colligitur, quod circa solstitium, vel ipso solstitii die floreat, id est, anni die longissimo cum sol longissimè ab æquinoctiali linea digressus ad ipsam rursus conversionem facit. Hoc enim τροπὴ significat, Dioscorides ἡλιοτρόπιον vocari ait, quod folia unà cum inclinatione solis circumagantur. Varro lib. I. cap. XLVI. quod solem semper aspiciant folia. Nec minus, inquit, admirandum, quod fit in floribus quos vocant heliotropia, ab eo quod solis ortum mane spectent, & ejus iter ita sequuntur ad occasum, ut ad eum semper spectent. Et hæc etiam Plinii est sententia lib. II. cap. XLI. *Miretur hoc, qui non observet quotidiano experimento, herbam unam quæ vocatur heliotropium, abeuntem solem intueri semper, omnibusque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante.* Ea de causa Auctuarii auctor ἡλιόσκιον vocari scribit. Idem repetit lib. XVIII. cap. XXVII. & lib. XXII. cap. XXI. quem locum mox examinabo. Nicandri opinio in Theriaca cum Dioscoridis convenit.

Ἠὲ καὶ ἠελίοιο τροπαῖς ἰσώνυμον ἔρνος,
Ἥθ' ὑπερονίδαο παλιστρέπτοιο κελεύθους,
Τεκμαίρει γλαυκοῖσιν ἴσον πετάλοισιν ἐλαίης.

Aut cui summa dedit solis conversio nomen
Herba, revertentis prædicere gnara meatus
Titanis, glaucarum oleæ de more comarum.

Hos versus an rectè perceperit Scholiastes in dubium vocari potest. Καὶ τὴν σκορπίουρον τὴν λεγομένην ἰσχύουσαν τε καὶ ἡλιοτρόπιον, λευκὰ φύλλα ἔχουσαν, ἐλαίας ἐοικότα φύλλοις —— σκορπίουρος ἂν ἡ βοτάνη καλεῖται, ἐπειδὴ ἡ ῥίζα αὐτῆς ἐμφερής ἐστι τῷ τοῦ ζώου κέντρῳ, ἀθηρώδης οὖσα· ἔοικε δὲ τῆς τοῦ κοτυληδόνος. οἱ δὲ κλάδοι αὐτῆς ἀειθαλεῖς, λευκὰ φύλλα ἔχοντες ὡς ἡ ἐλαία, εἰς ὕψος ἀνατείνονται, ὅμοιοι ὄντες τοῖς ἀεὶ χλοάζουσι τῆς μολοθούρου. αὕτη φύεται ἐν ψαφαρῷ, γῇ ἢ ὀρεινῇ, καὶ κρημνώδει. ἡλιοτρόπιος δὲ διὰ τὸ πρὸς ἥλιον ἀεὶ στρέφεσθαι, ὥσπερ καὶ ἡ ἀνεμώνη ἰσχύουσα δὲ ὅτι τὸ ἐν Αἰγύπτῳ αὐτῆς φυτὸν ἀκανθῶδες τοιαύτην ἔχει δύναμιν· ὅταν γὰρ αὐτῆς ἅψηταί τις μαραίνεται αὐτῆς τὰ φύλλα. ἐπειδὰν δὲ ἐάσῃ πάλιν ἀναθάλλουσιν. ἰσώνυμον οὖν ταῖς ἡλίου τροπαῖς, τὸ ἡλιοτρόπιον λέγει ὅπερ οὕτω καλεῖται διὰ τὸ πρὸς τὰς τροπὰς τοῦ ἡλίου τρέπεσθαι. ἐν γὰρ τῷ ἡλιοτρόπῳ, καὶ αὐτοῦ τὰ φύλλα τρέπεται. τεκμαίρει ἤγουν σημαίνει, φαίνει, δείκνυει, ἴσον δὲ τοῖς πετάλοις ἐλαίας, ἐπεὶ δὴ καὶ αὐτὴ ἡ ἐλαία τὰ γλαυκὰ τῶν φύλλων ἄνω ἔχει ἐν θέρους ὥρᾳ. τὰ δὲ μέλανα χειμῶνος. Hæc fœdis scatent erroribus, quos mox ostendam, ubi Dioscoridem exponere aggrediar. Heliotropium dictum, inquit scholiastes quod semper sese ad solem vertat, eumque sequatur, ut anemone. Mox nomen illud accepisse, quod circa solis mutationem vertatur, quod solstitii die folia ejus circumagantur. Postremum hoc etymon ex mente est Nicandri. Prius ex sententia Varronis, vel alterius auctoris. Et hæ veterum opiniones cur Heliotropium dicatur; quarum maximè probabilis Theophrasti. Sæpius siquidem observavi, florere circa XXII. Iunii diem. Conversionem illam observare non potui. Contrahi ad instar securidaces Monspeliensium, astragali bœtici folia, floresque, sole declinante non semel observavi, eadem sole oriente laxari. Recentiores Heliotropium vocatum scribunt herbam cancri, quod ejus flores in caudæ cancri similitudinem inflectantur. Hæc opinio aliis non arridet; quod, ut mox latius, scorpionis cauda vocetur; scorpionis autem cauda & cancri herba quæ astacus dicitur, maximè inter se differant. Alii nomen illud traxisse ajunt, quod efficacissimum sit adversus carcinomata, (Belgæ de kanker vocant) & ulcera gangrænosa. In quibus magno admodum successu eo utuntur Chirurgi. Neutra nominis ratio placet. Nomen accepit quod floreat, vel folia circumagantur cum sol cancrum ingreditur, id est, ipso solstitii die,

& hac de cauſa heliotropium veteres dixerunt. Genera heſiotropij Dioſcorides duo novit, majus & minus. Sic etiam Plinius lib. 22. cap. 21. *Heliotropii miraculum ſæpe diximus, cum ſole ſe circumagentis, etiam nubilo die: tantus ſideris amor eſt. Noctu velut deſiderio contrahit cæruleum florem.* (atqui vel candidum, vel purpuraſcentem habere ſcribit. Doctiores de cichorei flore, qui etiam ſolem ſemper aſpicit, id intelligendum putant. Sed mox rectè Plinium ſcripſiſſe oſtendam.) *Genera ejus duo, tricoccum & helioſcopium* (parvum & magnum Dioſcorides) *hoc altius* (magnum ab amplitudine foliorum, non à ramulorum longitudine, doctiores dictum putant, nos ab utraque) *quamquam utrumque ſemipedalem altitudinem non excedat, ab ima radice ramoſum.* De majori prius, mox de minori agam. Majus Dioſcorides deſcribit lib. IV. cap. CXCIII. ἡλιοτρόπιον τὸ μέγα, ὃ ἔνιοι ἐκάλεσαν σκορπίουρον ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ ἄνθος σχήματος, ἡλιοτρόπιον δὲ ἀπὸ τοῦ συμπεριτρέπεσθαι τὰ φύλλα τῇ τοῦ ἡλίου κλίσει. ἔχει δὲ τὰ φύλλα ὠκίμῳ παραπλήσια, δασύτερα δὲ καὶ μελάντερα (vetus λευκότερα) καὶ μείζονα. κλωνία ἀπὸ τῆς ῥίζης ὡσεὶ γ ἢ δ. καὶ ἐκ τούτων μασχάλας πλείους· ἐπ' ἄκρων ἄνθος λευκὸν ὑποπόρφυρον, ἐπικαμπὲς, καθάπερ σκορπίου οὐρά. ῥίζα δὲ λεπτὴ καὶ ἄχρηστος, φύεται ἐν τραχέσι τόποις. *Heliotropium magnum aliqui à floris figura ſcorpiuron appellavere: cæteri Heliotropium, quoniam folia ſua cum inclinante ſole circumagat. Folia ocimi, habet hirſutiora tamen, nigriora,* (vetus codex *albidiora*) *majoraque: ramulos ab ima radice ternos, quaternos, quinoſve, compluribus alis concavos: florem in ipſorum cacuminibus, candidum; purpuraſcentem, qui ad ſimilitudinem caudæ ſcorpionis incurvatur. Naſcitur in aſperis.* Heliotropium ſcorpiurum vocari ait, quod flos ad inſtar ſcorpionis caudę reflexus ſit. Et hoc nomen apud Mulo medicos habet. Apſyrtus ca. VIII. καὶ σκορπίουρον βοτάνην τὴν καὶ ἡλιοτρόπιον καλουμένην, & ſcorpiurum herbam, quæ & heliotropium vocatur. Nicandri Scholiaſtes ſic dictum ſcribit, quod radix huic, aculeo animalis hujus, id eſt ſcorpionis ſimilis ſit. Ariſtatã enim, ac umbilici Veneris ſimilem eſſe dixit. Nec radix ſpicea eſt aut ariſtata, nec ſimilis ſcorpionis aculeo, nec cotyledonis ullo modo refert radicem prioris; alterius fortaſſis refert. Utraque tenuis & fibroſa, ſed dura, ac lignoſa. Heliotropii, & ſi ariſtata, quomodo ſcorpionis aculeo ſimilis eſſe poteſt? Ariſtæ nulla cum aculeo ſimilitudo. Alius etiam in verbis Scoliaſtæ qui hunc ſuperat, error. Dicit, vocari ἰσχυρόν, id eſt, valentem, quod in Ægypto ſit, planta ſpinoſa, & ingentem habeat virtutem. Scilicet quod ſi eam quiſquam attigerit, ſtatim exareſcant folia, quam primum autem reliquerit revireſcant. Spinoſam nemo dixit, nec in Ægypto aliquis naſci ſcripſit, & quod de virtute ejus refert, nemo memoriæ prodidit. Theophraſtus lib. IV. cap. III. hiſt. circa Memphim Ægypti urbem, plantam quandam ſpinoſam foliis filicis naſci tradit; cui hanc facultatem ex aliorum relatu tribuit; ſed heliotropium eſſe memoriæ non prodidit. Nec heliotropium videtur, quia illa ſpinoſa, hæc ſpinis caret. Mox alios non minores Scholiaſtæ errores oſtendam. Folia, inquit, Dioſcorides habere, ocimi, ſed majora, hirſutiora, nigriora. In optimo codice ſcribitur candidiora. Contra Oribaſius vulgarem lectionem ſecutus eſt, ſic & Apulejus Major, inquit, naſcitur in aſperis locis, tenui radice, ex qua ramulos quatuor aut quinque, atque ab ipſis plurimas furcas emittit; foliis ocimo ſimilibus, paulo majoribus, atque ſucculentis, nigrioribus, & aſperis. Contra Nicander oleæ comparat, Scholiaſtes ramulis, inquit, perpetuò virentibus; foliis albis, ad inſtar oleæ, in altum vergentibus, ſimilibus ſemper virentis molothuri. Molothuron quid ſit, non exponit Scholiaſtes, Heſychius ὁλοσχοίνιον, & ἀσφόδελον. Neutrum folia fert oleæ aut ocimi, ſed Scholiaſtæ hac in hiſtoria fides adhibenda nulla; plurimos enim commiſit errores. Illud falſum, quod ſcribit ramulis perpetuò virentibus eſſe. Theophraſtus quidem inter perpetuifolia recenſet; ſed illa non ſunt perpetuo caule, ſæpe etiam nec perpetuo folio; Papaver enim non eſſe folio perpetuo, conſtat. Nam ea etiam vocat ἀείφυλλα Præceptor, quæ ſtatim, vel poſt menſem è ſemine deciduo nova emittunt folia. Nicander, inquiunt, oleæ comparavit, quod inſtar oleæ oblongiuſcula ſunt, rotundis longiora, ejuſque, æſtivo ſolſtitio, folia cum olea vertantur. Reliquam hiſtoriam heliotropii examinabo, dein meam, de ea ſententiam exponam. Dioſcorides florem, inquit, habere album purpuraſcentem, ſi ſequamur Saraceni codicem. In aliis enim ὑπόπυρρον ſubfulvum legitur. & ſic apud Oribaſium ſcriptum reperio. Lacuna in vetuſto ſuo codice legi refert ὑπόπυρρον ἢ ὑποπόρφυρον. Vulgata placet Saraceno, quia Apulejus de majori ſcribit Heliotropio, cum flore in ſummitate tenui, & veluti purpureo atque uncato, in ſimilitudinem caudæ ſcorpionum. Plinius, ut jam dixi, cæruleum hujus florem dixit, nec forte aberravit. Floret, inquit Theophraſtus lib. VII. cap. III. & Plinius particulatim, & ab imo florere incipit. Dioſcorides in aſperis naſci ſcribit, Nicandri Scholiaſtes in aſperis, montanis, locisq; præruptis. Plinius verò in pingui cultoque ſolo, & hæc de heliotropio veteres. Recentiores, paucis exceptis, Heliotropium majus vocant, cujus figuram adpingi curavimus. Sed hæc foliis eſt albidioribus, non nigrioribus ocimi, nec perpetuifolia planta, uti Theophraſtus lib. VII. cap. III. Ad poſtremum dicendum, in Græcia fortè ſtatim, ſive primis duobus menſibus novam è ſemine deciduo naſci plantam. Ad alterum; codicem illũ antiquiſſimũ in quo Marcellus legi teſtatur, λευκότερα, aliis codicibus, etiam Oribaſii, hoc loco præferendum. Alioquin nihil notius, quam vulgare Heliotropium foliis ocimi non eſſe nigrioribus, ſed albidioribus. Vel dicendum, quod non minus arridet, prima fronte, ſive parte ſuperiore conſpici albidiora, quod piloſa & hirſuta; cum revera, dempta illa canitie & hirſutie ſubtus nigriora ſint. Alterutrum eligendum, aut dicendum, non eſſe heliotropium veterum; quod non ſit veriſimile, præſertim cum pulchrè alioquin cum delineatione Dioſcorides conveniat. Vix veriſimile videtur utrumque corruptum codicem, Dioſcoridis & Oribaſii: maximè cum Apulejus etiam nigriora dicat. Non ineptè Plinii heliotropium, quis dicet ſcorpioidem Dodonæi tertium, ſive, ut vulgo vocant, echium ſcorpioidem. Cauliculos promit anguloſos, hinc inde foliis conveſtitos raris, virentibus, oblongis, & ſemidigitum ferè latis, exiguis pilis hirſutis, uti etiam ipſi coliculi; Ramulorum ac cauliculorum faſtigia, unà cum florum rudimentis inſtar ſcorpionis caudæ recurvantur, ad inſtar vulgaris heliotropii; ſenſim autem his ſeſe explicanti-

Helotropium majus.



cantibus, particulatim flosculi panduntur, qui primo antequam omnino aperti, purpurascentes apparent; mox verò expanso flore cærulei; ex quinque foliolis medio luteo, chamedryos sylvestris ferè similes, minores tamen ac dilutiores. Radix fibris constat exiguis. Hoc heliotropii genus circumagi quotidie cum sole, ad instar malvæ, non semel observari. Floret ab Aprili mense in multam æstatem. Et hæc causa cur non sit Theophrasti heliotropium; alioquin omni anni tempore fermè apud Batavos reperitur, duobus ad summum mensibus exceptis. In vineis, arvis inter segetes, in locis herbosis, pratis, juxta profluentes aquas exit, & quo humidiore & pinguiore loco, eo amplius ac majus gignitur; quo vero aridiore, eo minus, tenerius, ac quoque hirsutius reperitur. Minus rectè scorpioidem vocarunt. Etenim scorpioides, teste Dioscoride, nomen accepit quod semen instar caudæ scorpionis ferat. Heliotropion scorpiuros dicitur, quod florem animalis istius caudæ similem habeat. Non desunt qui calendulam heliotropium esse scribant. Falli eos quo ad etymon plantæ hujus hæc docent. Calendulæ enim nomen accepit, quod singulis fere calendis floreat, obest etiam quod non particulatim floreat, tum etiam quod flores habeat diluti croci, aut auri purioris colore, denique quod semen quadantenus scorpionis referat caudiculam, cum florem hanc effigiem habere auctor sit Dioscorides. Doctiss. Botanicus Fabius columna hanc clymenum Dioscoridis existimat. Dico Dioscoridis, quia Theophrasti clymenum, ut lib. IX. ostendam, Dioscoridis Galenique periclymenum est. Quorum historiam confundit lib. XXV. cap. VII. Plinius, clymenum idem dictum scribit, ab inventore Clymeno Rege. Rectius κλίμενον dicitur. per I. ἀπὸ τοῦ κλίνεσθαι, quod fructus sive folliculi ad se invicem reclinant, ac quasi incumbant, velut iridis floris folia, postea clymenum per vocarunt, & Regem nomen ei imposuisse finxerunt. Describitur à Dioscoride lib. IV. cap. XIII. κλύμενον καυλὸν ἀνίησι τετράγωνον ὅμοιον τῷ τοῦ κυάμου. φύλλα δὲ πρὸς τὰ τοῦ ἀρνογλώσσου, θυλάκια δὲ ἔχει ἐπὶ τοῦ καυλοῦ εἰς ἄλληλα νεύοντα, ἐοικότα ἴρισι καὶ πολύποδος πλεκτάναις. ἄριστον δὲ τὸ ὀρεινόν· χυλίζεται δὲ ὅλον σὺν τῇ ῥίζῃ. ποιεῖ δὲ ὁ χυλὸς πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν πινόμενος, καὶ κοιλιακοῖς, καὶ ῥοῦν ἐρυθρὸν, στύφων καὶ ψύχων. *Clymenon caulam profert quadrangulum, ceu fabæ, folia plantagini similia: folliculos vero habet supra caulem ita dispositos, ut alter in alterum inclinet, velut in iride ac polyporum cirris. Probatissimum est montanum. è frutice toto cum radice succus exprimitur, qui ad sanguinis rejectionem in potu efficax est, itemque ad cœliacorum profluvia, rubentemque fluorem muliebrem: quippe qui adstringat simul ac refrigeret.* Calendula caulem fert quandoque τετράγωνον, nonnunquam πεντάγωνον, rarius ἑξάγωνον, id est, quinque, vel sex angulis constantem, angulosum, & ad fabæ figuram nonnihil accedentem. Aliquo modo plantagini folia comparare possunt, licet nervo careant. Nam & glastum plantagini comparatur; nervis tamen caret plantaginis; mollia, succosa, carnosa, tactuque viscida calendulæ sunt folia, nec non aliquantulum lanuginosa. Quare alii, leucojo similiora dixerunt; nisi quod latiora, longiora, magisque herbacea sint. Flores, ut dixi, promit luteos, saturatos, nonnihil odoratos, croci diluti colorem imitantes. Decidentibus florum foliis fructus, siliqua, aut folliculi sequentur à singulis floribus numerosi recurvi, inflexi præsegminibus unguium, vel unguiculis aviculatum similes, vel curvi, C literam exprimentes, semen intus continentes oblongum, tenue, ejusdem formæ, sed triplo minus, fulvescens, vel ad cinereum vergens. Fructus, sive folliculi ita spectantur compositi in globulos, præsertim ejus plantæ, quæ flore multiplici & proliferæ, ut lilii radicem æmulari videantur, squamosis partibus conflatam. Nam singulæ siliquæ omnes concurrere conantur in unum punctum, quare aliæ aliis interioribus incumbunt. Ejus verò quæ simplici flore folliculi aliter quidem constructi videntur, & compressam cæpæ formam imitantur, nec, ut superiores, similes omnes, sed triplici formæ differentia conspiciuntur. Verum singuli in dorso continent idem semen: atque qui interiorem partem globuli occupant, ita in se inflexi sunt, ut ferè circulum compleant, suntque omnium minimi: alii vero ipsis incumbentes latiores atque majores sunt, & formam videntur imitari naviculæ; reliqui verò exteriores omnibus incumbentes atque longiores, tenuiores sunt secundis, nec, ut primi, contorti, sed hemicyclum complent: qui siccati parum ab aliis recedunt, ut in pictura visitur. Quare, inquit, in re botanica excellentissimus Fabius Columna, si quis rectè considerabit, atque latos folliculos foliis iridis se invicem tangentibus, à quibus, quia arcum

Calendula.



varii coloris conficiunt, nomen accepit, ut Dioscorides refert his verbis ἄνθη ἐπικεχρωμένη ποικίλα, atque longiores alios folliculos, alios exteriores, ab illis parum recedentes, foliis aliis floris iridis in terram recurvis, comparabit; perbelle iridis florem, forma scilicet, siliquas has imitari dicet. Dioscorides verò tantum notat, ut sint ad invicem annuentes, in se scilicet curvati; si verò singulos folliculos consideraveris, singulorum dorsum tuberculis asperum esse conspicies; etsi exteriores folliculi longiores pauci, hirsutiores sint, sed qui interiorem locum occupant, omnes tuberculis asperum dorsum habent, quibus acetabula, cirrorum polypi imitari conantur. Quare similitudo refertur ut curvi sint, iridis floris modo; sed similes sint cirris polypi tuberculis, scilicet asperi, similes acetabulis cirrorum polypi. Πλεκτάναις Dioscorides non simpliciter cirros intelligit, sed acetabula, vel rectius acetabulis refertos cirros. Atque hanc esse veram Dioscoridis sententiam, probatur ex textu capitis polypodi; in quo scribitur polypodium ita dictum, quia similem habet radicem cirris polypi acetabulis refertis. Videat lector cap. de polypodio. Hæc calendulam, clymenum Dioscoridis esse satis ostendunt. Sed dicet quis, quæ de viribus sequuntur, contrarium docere videntur. Dioscorides enim ad sanguinis rejectionem efficacem esse scribit, & ad fluorem muliebrem com-

Calendala prolifera.



compescendam, denique & refrigerare. Adstrictionem habere calendulam recentiores fatentur omnes. Quare adversus sanguinis rejectionem utilem esse, negari non potest. Sed menses ducere & promovere, auctor est Mathiolus; qui illud sexcentis fœminarum exemplis constare asserit. Rectius Adversariorum auctores Pena & Lobelius, qui jus ejus, aut teneras cimas in ovorum luteo acceptas, & in formam placentæ redactas, & mansas, menses nimis fluentes sistere; cunctantes vero impellere compertum esse tradunt. Et multæ satis plantæ sunt quæ menses promovent, eosque nimium fluentes sistunt. Sed climenum Dioscoridis refrigerare, calendulam vero calidam esse dicent, propter amarorem. Qui sapor licet gustu in recentinon percipiatur propter conjunctam humiditatem, in resiccata tamen & arida manifestè percipitur. Ex diversis partibus constare hanc plantam, & nostra est opinio; ac quidem cum recens est, adstringentem & frigidam vincere facultatem; cum exsiccata est, calidam. Sed ex eo concludi non potest calidam esse calendulam, quod amarus in eo reperiatur sapor; in cichoraceis omnibus, etiam recentibus, amarus sapor satis manifestè, intensusque percipitur; quæ tamen omnes Botanici frigida esse statuunt, quod qualitas frigida calorem vincat. Idem in calendula fit, quæ licet gustata saporem ostenderet amarum, & adstringentem, calida propterea dici non posset, etiamsi amarus hic sapor excederet, qui nec in viridi, nec in resiccata, nec etiam primo gustu, sed post longam manducationem tandem percipitur; non cum arcimonia, ut quidam fingunt, sed cum manifesta adstrictione. Sed esto excedat; non idcirco calida erit. Sapor enim amarus, maximè sensibilis est, Minima enim quęque amaroris portio, magnam molem, insipidam, dulcem, austeram etiam, & acerbam turbat, & amaram reddit. Exempli gratia in vas aqua, aut aceto plenum, si immittatur tantillum bilis, aut dissolvatur tantillum aloes, constat totum liquorem continuò amarescere; nec idcirco calidam hanc aquam, aut acetum quis pronunciabit. Quare nego si quæ res amara sit, calidarum partium habere plures, quam frigidarum. Finem ut faciam. Quæ amara sunt & calida, ferè omnia acrimoniam participant, vel multo aromatico odore, & etiam gravi prædita sunt; ea vero in qua neutrum percipitur, in palato vel lingua, frigida & sicca, vel humida magna ex parte sunt. Calendula recens nullam ostendit acrimoniam, exsiccata exiguam quæ vix percipi potest. Quare cum viridis, frigiditatem; sed exsiccata, caliditatem vincere dixi. Et ita se rem habere, sapor ostendit. Sed de facultate calendulæ in notis ad Dioscoridem plura. A vero etiam aberrant qui scorpioidem Clariss. Botanicor. Dodonæi, Lobelii clymenum putant. Caulem enim instar fabæ quadratum sive angulosum non habet; sed tenues ramulos, semipedem aut dodrantem longos; qui subinde vel in latus declinant, vel humi procumbunt, rarò assurgunt, rotundos magis quam quadratos, nullam aut admodum exiguam cum caule fabæ similitudinem habentes. Folia habet oblonga, latiuscula, pauca, bupleuro similia, quæ cum plantaginis comparari non ineptè possunt. Flosculis luteis succedunt hirsuti articulatim cohærentes, & instar scorpionum caudæ incurvati fructus, in quibus semen. Ita non esse dispositos hos fructus ut alter in alterum, quasi inclinet, ut in iride & polyporum cirris. Sed articulatim terna in se convoluti cohærent. Hanc plantam Botanici pro scorpioide habent, quorum opinioni subscribo, Dioscorides lib. IV. capite ultimo. Σκορπιοειδὲς βοτάνιον φύλλα ἔχον ὀλίγα, καὶ σπέρματα οὐραῖς σκορπίου ἐμφερῆ. *Scorpioides herbula est foliis paucis, & semine caudæ scorpionis effigie.* Aliam ab hac diversa plantam scorpioidis effigie ostēdit Mathiolus, quæ coliculos edit satis numerosos, & foliis abundè multis convestitur; quorum quæ circa ramulos terna simul cohærent. Horum tamen medium, reliqua duo magnitudine superat, & rotundo longius est, ad portulacæ accedens, lutei flosculi in summis virgulis eminens. Subnascuntur articulatę ac tenues siliquæ, fastigio acuminatæ, ac instar scorpionis caudæ recurvatæ, in quibus semen galegæ simile; tenuis & parvula radix. Non satis hanc plantam cum scorpioidis descriptione convenire scribunt, quod non pauca sed plura habeat folia; cum alioquin fructus sive siliqua majorem similitudinem cum scorpionis cauda habet, quam vulgare scorpioides. Nec est telephium, ut docti quidam arbitrantur; florem enim habet luteum, album telephium; crassa folia telephium, hujus crassa dici nequeunt. Sed alibi de telephio agam. Venio ad Heliotropium minus, quod Dioscorides lib. IV. capite penult. his verbis describit, ἡλιοτρόπιον τὸ μικρὸν (vetus codex addit, οἱ δὲ καὶ σκορπίουρον ἐκάλεσαν· ἕτεροι δὲ σκορπίουρος) φύεται ἐν τελματώδεσι τόποις, καὶ παρὰ λίμναις, ἔχον φύλλα παραπλήσια τῷ προειρημένῳ, στρογγυλώτερα δὲ· καρπὸν στρογγύλον ἀποκεκρεμασμένον ὡς ἀκροχορδόνας. *Heliotropium parvum nascitur in palustribus & juxta lacus, foliis antedicto proximis at rotundioribus: semine rotundo, pensilium verrucarum modo dependente.* Heliotropium minus, non id est quod repens minus, Adversariorum Auctores vocant, & quibusdam paludosis scrobibus, surculis multis flexilibus, teneris, gracilioribus reptat; folia rotundiora, triplo minora quam heliotropii magni, numerosa & simillima; floresque assimiles brevioribus multo glomeratisque; sed minus reflexis caudicellis, nulla serie, jam intra, jam supter folia pendulis, ut in heliotropio tricocco, nec per intervalla foliorum singuli totis ramis alternato situ, radicem habet pusillam, simplicem: Hoc, inquam, non est heliotropium minus, quia semen non fert rotundum verrucarum modo dependens. Heliotropiū minus dico, quod vulgo tricoccon vocant. Quod nomen ei imposuit Plinius, & ex Græcis Ætius Tetrabibli IV. lib. III. cap. XIV. quod grana perpetuo terna, rotunda, sibi invicem cohærentia ferat, vulgo verrucariam, Galli tornesol apud quos, hujus succo lineæ telæ imbuuntur, quæ purpurei coloris sunt resiccatæ; quibus deinde non tantum sapores, intinctus, & secundæ mensæ bellaria, rubente purpureo colore inficiuntur; sed etiam vinum hypocraticū, sive aromaticum, Belgis notissimum. Unico (ut inquit Clusius, qui primus descripsit, & luculenter) assurgit caule pedali ramoso; illius folia superiorum foliis dissimilia, non nihil ad Xanthii, plurimum vero ad solani somniferi folia accedunt, mollia & candicantia; flos pusillus, racematim congestus, luteolus, inutilis. Quippe qui sine semine perit, veluti flos ricini, & quarundam

Heliotropicum minus repens Adversi.



rundam aliarum stirpium, quæ sua semina è floribus non producunt. Ex alarum tamē cavis dependent, ex longis petiolis, sub foliis quasi occultatæ, sine flore enatæ siliquæ triangulæ; quales tithymalorum; sed asperiusculæ, scabræ, nigricantes, in quibus semen cineracei coloris, quod dehiscentibus siliquis exilit: quemadmodum tithymalorum & ricini semina. Hæc capita, sive siliquæ pannis affricatæ, florido viridi colore eos inficiunt, qui temporis momento in cæruleum, eumque elegantem mutatur. Radix inutilis nec vivax, in Salmanticensi agro ut, & Narbonuensi Gallia locis in olivetis ac vinetis frequens. Dioscorides tamen juxta, lacus & in palustribus nasci refert. Minus heliotropium quidam herbam clytiam scribunt, quod in hanc mutata fingatur à Poëtis. Unde hi versus

Herba velut clitiæ semper petit obvia solem
Sic pia mens Christum quo prece spectet habet.

χελιδόνιον officinis chelidonia & celidonia dicitur. Nomen accepit quod adventu hirundinum floreat. Dicet quis, si hoc verum; quomodo Theophrastus illud numerat inter ea qui dependent ab astris. Respondeo, hirundines certo quodam flante vento advenire, qui & inde nomen accepit, & solet astrorum vel ortum, vel occasum sequi; qui ipse chelidonia dicitur. Hæc causa, cur antiquam lectionem non omnino rejiciendam existimen. De vento chelidonia Plinius lib. II. cap. XLVII. *Favonium quidam ad* VII *calendas Martii, Chelidoniam vocant, ab hirundinis visu; nonnulli vero ornithian* (hoc Græcum vocabulum) *uno & LXX die, post brumam, ab adventu avium, flantem per dies novem.* Hac de causa Oppianus lib. III. ἀλίευ. χελιδὼν ἰάρινοι ζεφύρε προτάγγελος ὄρνις hirundo verna zephyri prænuntia, aut prima nuntia avis. Dioscorides Chelidonium dici vult, quod adventu hirundinum erumpat, earumque discessu marcescat. Δοκεῖ δὲ ὀνόμασθαι χελιδόνιον, ἐπειδὴ ἅμα ταῖς χελιδόσι φαινομέναις ἀναφύεται, ληγούσαις δὲ συμπαρακμάζει. Verisimilior Theophrasti sententia; siquidem chelidonium majus omni anni tempore apud nos reperitur; ipsa etiam media bruma mense Ianuario, Februarioque; florem verò suum profert ab Aprili mense in multam æstatem; minor pullulat adventu quidem hirundinis, eodemque tempore floret, sed mox ubi defloruit, statim marcescit. Theophrasti opinionem sequitur Theocriti Scholiastes Eidyl. ιγ. Φυτάριόν ἐστι πλατύφυλλον, μέλαν ὡσεὶ χελιδὼν, ὃ ἅμα τῷ φανῆναι τῇ χελιδόνι ἀνθεῖ. *Planta est latifolia, nigra ad instar hirundinis* (hoc preter veritatem est, ipse Theocritus κυανέοντι χελιδόνιον. Cæruleum chelidonium) *quæ um apparuerit hirundo, floret.* Dioscoridis Nicandri Scholiastes probat sententiam τὸ δὲ χελιδόνιον βοτάνη ἐστὶ καὶ φύεται καθ' ὃν καιρὸν αἱ χελιδόνες φύονται. *Herba est quæ pullulat cum nascuntur hirundines.* Plinius lib. XXV. cap. VIII. *Florent adventu hirundinum, discessu marcescunt.* Quod de minori falsissimum. Quippe circa calendas Martii exit, paulo post floret, Aprili deficere incipit, Majo integrè perit; post difficile fuerit vel radiculam ejus reperire. Aliam loco citato narrat insuper fabellam; *Animalia quoque invenere herbas, inprimisque chelidoniam.* (sic scribitur) *Hac enim hirundines oculis pullorum in nido restituunt visum, ut quidam volunt, etiam erutis oculis.* Prudentius Dioscorides, τινὲς δὲ ἱστορήκασιν ὡς ἐάν τις τυφλωθῇ τῶν τῆς χελιδόνος νεοσσῶν, αἱ μητέρες προσφέρουσαι τὴν πόαν, ἰῶνται τὴν πήρωσιν αὐτοῦ. In antiquissimo codice legit Lacuna τινὲς δὲ προϊστορήκασιν ὅτι ἐὰν τυφλώσῃ τις τοὺς τῆς χελιδόνος νεοσσοὺς αἱ μητέρες. *Sunt qui tradiderint, siquis ex hirundinum pullis excæcatus fuerit, matres admota herba illius cæcitati mederi, adeóque visum restituere.* Vel ut Lacuna scriptum repperit, *quidam ante memorarunt, quod si quis excæcaverit hirundinum pullos, matres.* Ex ultima hac lectione Plinius; etiam erutis oculis. Cæterum quod de hirundinum pullis narrant, erutos oculos chelidonia restaurari, fabulam sapit, & falsum esse ex antiquissimis etiam probatur auctoribus, Græcis, Latinisque. Aristoteles lib. VI. Hist. animal. cap. V. Ἡ δὲ χελιδὼν δὶς νεοττεύει μόνον τῶν σαρκοφάγων: τῶν δὲ νεοττῶν ἄν τις, νέων ὄντων, τῆς χελιδόνος τὰ ὄμματα ἐκκεντήσῃ, γίνονται ὑγιεῖς, καὶ βλέπουσιν ὕστερον. *Pullorum hirundinis adhuc, recentium oculi, si quis stimulo eos vexarit, resanescunt, & cernendi vim postea planè recipiunt.* Idem de Generat animal. lib. IV. cap. VI. rationem reddit cur resanescant. Τίκτουσι δὲ ἀτελῆ καὶ τυφλὰ καὶ τῶν ὀρνίθων τινὲς, ὅσοι πολυτοκοῦσιν αὐτῶν, μὴ σωμάτων ἔχοντες, καὶ τῶν ὀλιγοτοκούντων, ὅσα μὴ δαψιλῆ τροφὴν συντεκτεῖ τοῖς τέκνοις ——— διὰ τοῦτο τῶν χελιδόνων, ἐάν τις ἔτι νέων ὄντων ἐκκεντήσῃ τὰ ὄμματα, πάλιν ὑγιάζονται, γινομένων γὰρ ἀλλ' οὐ γεγενημένων φθείρεται. διὸ παραφύονται, καὶ βλαστάνουσιν ἐξ ἀρχῆς. *Aves etiam nonnullæ imperfectos & cæcos pariunt pullos, videlicet quæ cum parvo corpore sint, multos progenerant, uti quæ copiam alimenti parere unà cum prole non solent ——— quamobrem siquis hirundinum novellarum adhuc oculos præpungat, rursum incolumes reddentur. Cum enim fiunt, non facti jam corrumpuntur, itaque denuo oriuntur, ac pullulant.* Celsus lib. & cap. VI. *vel hirundinis sanguine inungere.* Neque id sine causa fit, cum harum acies extrinsecus læsa, interposito tempore in antiquum statum redeat; celerrimeque hirundinis. Unde etiam locus fabulæ factus est, aut per parentes, aut id herba chelidonia restitui, quod per se sanescit. Vulgus credit hirundinum pullos recuperare visus, auxilio parvorum lapillorum. Quippe in hujus avis nidis post obcæcationem reperiuntur calculi parvi, lucidi, modò albi, modò rutili, modò etiam varii. Athenæus reprehendit eos, qui chelidonium anemonem vocabant; quod Nicander eodem libro de chelidonio & anemone tanquam diversis egit plantis, ἐκ τούτων τῶν ἐπῶν δῆλον γίνεται, ὅτι ἕτερόν ἐστι τὸ χελιδόνιον τῆς ἀνεμώνης. τινὲς γὰρ ταὐτὸν εἶναι φασιν, &c. *Ex his versibus patet ab anemone differre chelidonium, contra sententiam nonnullorum, qui easdem esse plantas censuerunt.* Chelidonium majus pœonia dicitur, quod egregiis, magnisque, non secus ac pœonia, polleat viribus. Idem pandionis dicitur radix, à Pandione Rege Atheniensium, cujus filiam Prognen in hirundinem versam fabulantur poëtæ. Ovid. lib. VI. Metamorphoseon.

Corpora cecropidum pennis pendere putares,
Pendebant pennis quarum petit altera sylvas.

Id est, Philomela in lusciniam mutata.

Altera tecta subit, neque adhuc de pectore cædis
Excessere notæ, signataque sanguine pluma est.

Id est, Progne in hirundinem mutata. Solent enim hirundines intectis habitare, habentque sanguinolentam in pectore maculam.

Philomedion chelidonium forte dicitur à phylomela Prognes sorore. Sed tum philomelion scribendū. Othonium ab othonna dictum credibile; utpote othonnam succum chelidonii quidam crediderunt. Recentiores ἑλύδριον vocarunt. In falsi Democriti physicis, ubi herbas luteo inficientes colores commemorat, hujus fit mentio. Καὶ κρόκον, καὶ κνῆκον, καὶ ὀξυμυρσίνης ἄνθος, καὶ ἑλύδριον, καὶ κροκόμαγμα, καὶ ἀερολοχίαν. Neophytus χελιδόνιον τὸ ἑλύδριον. Lexicon chymicum χελιδόνιά ἐστι τὸ ἑλύδριον. Chymici vulgo cœlidonum vocant; quod ex hac herba quintam quandam essentiam fieri prædicant, non modo ad chymicas metallorum medicationes accommodatam; sed etiam ad tuendam hominum sanitatem, morbosque profli-

profligandos utilem. Hoc ferè modo paratur. Chelidonii herba recens adhuc cum floribus simul & radicibus, pultis instar contunditur, inditurque ampullæ, & in fimo equino per mensem maceratur. Deinde in balneo humor ad fœcum siccitatem usq; exstillatur; postea fœces hæ conteruntur in pulverem; qui humore paulo ante profecto, perfunditur; rursusque diebus triginta in fimo maceratur, ut prius. tunc ex cineribus calidius distillatur, separaturque aqua ab oleo: quod chymici veram chelidonii essentiam appellant. Ex fœcibus in cinerem redactis, cum aqua sal elicitur. Atque hoc modo tria illa simul principia Paracelsi conficiuntur. Io: Crato Epist. 1. lib. 11. Hoc modo chelidoniæ essentiam describit. *Dum mense Majo, inquit, Chelidonia floret, sub plenunium in locis aridis, tota herba novem librarum pondo colligitur, & huic libra una salis torrefacti apponitur, atque in vitrum distillatorium, capax conjicitur, & per quindecim dies in fimo sepelitur dum putrescat. Deinde vitro alembicus imponitur, atque luto communitur, & primo in balneo distillatur herba cum radicibus. Quod per hanc distillationem extrahitur à Chymistis, aqua appellatur. Idem deinceps vitrum cum herba cineribus imponitur; & liquor qui distillando exprimitur, aër dicitur. Tertio idem vitrum arenæ, aucto tamen igne, imponitur, & liquor crocei coloris, qui exit, ignis nominatur. Quod in fundo vitri vel ampullæ remanet, terram esse nemo ignorat. Hæc de quatuor elementis chymistæ gloriosi, & tanquam de secreto loquuntur multis ignoto. Asservant autem quemlibet liquorem seorsim, & ne quid exspiret, cavent. Primi liquoris seu elementi aquei usus*

Chelidonium majus.



existimatur, quod intra corpus sumptus, omnes humores corruptos & pernitiosos corrigit & educat; præcordia autem maxime adjuvet, & pulmones ab humorum infarctu liberet, ac si pulmo in aliqua parte sit læsus, substantiam pulmonis sanet. 2. Vulnera ab omni corruptione conservet. 3. In omnibus ægritudinibus, si per novem dies ex aqua buglossæ matutinè bibatur, eas vires naturæ addat, ut morbum superet. 4. Quotidianum usum sanum validumque corpus conservare. Atque hæc de primo elemento isti homines, qui ex fimo aurum captant, & fumos vendunt, prædicant. Pulmonibus hanc aquam conferre fateor. Alterum liquorem aerem, dicunt. Eum usque adeò sanguinem augere censent, ut nisi quis maritus sit, vel erebro sanguinem mittat, ex plenitudine periculum sentiat. Nunquam feci periculum, neque facere velim; experiatur qui volet. Addunt hæc; nè debilitari quidem eos, qui isto liquore utuntur. 3. Expurgare melancholiam, & omnem humorem superfluum. 4. In perpetua juventute & vigore homines conservare, atque formæ bonum stabile reddere. O rem pretio dignam. 5. Nervis robur addere, & venarum sanguinem ab omni vitio liberare. 6. Suffusiones & oculorum vitia non modò corrigere, verum planè tollere, si per unum mensem liquor ille singulis diebus oculo imponatur. Itaque & cæcis visum restituere, si se in loco ab omni ventorum flatu & aëris injuria libero contineant. Prodesse visus hanc herbam omnes qui de re herbaria scripserunt, docent, & hirundines visum ex hac herba recipere testantur. Itaque rectè hunc liquorem oculis instillari posse existimo. Tertius liquor seu elementum ignis, ut isti loquuntur, ad ista omnia, de quibus jam antea dictum est, conferre existimant. Addunt autem hoc in paralysi linguæ, & usu sermonis amisso conferre, ac jam animo deficientes spiritum recipere, si cum aliqua cordiali aqua, vel cinamoni aqua ori injiciatur. Spiritus exhaustos restituere. Senectutis incommoda, si ex vino quotidie sumatur, non modo tollere, verum etiam è senibus juvenes reddere. Simili modo exhibitum peste infectis præstantissimum remedium esse. Habes arcana chymistica. Huc usque Crato.

Chelidonii genera veteres novere duo, majus & minus. Majus Dioscorides lib. 11. cap. ccx1. his fere verbis describit. Χελιδόνιον μέγα καυλὸν ἀνίησι πηχυαῖον, ἢ καὶ μείζονα, ἰσχνὸν ἔχοντα παραφυάδας φύλλων μεστάς. φύλλα ὅμοια βατραχίῳ, τρυφερώτερα μέν τοι τὰ τοῦ χελιδονίου, καὶ ὑπόγλαυκα τὴν χρόαν. καὶ παρ᾽ ἕκαστον φύλλον ἄνθος ὥσπερ τὸ λευκοΐον, χυλὸς δὲ κροκώδης, δριμὺς, δηκτικὸς, ποσῶς ὑπόπικρος καὶ δυσώδης. ῥίζα ἄνωθεν μέν ἐστι μία, κάτωθεν δὲ πλείονες, κροκοειδεῖς τὴν χρόαν. καρπὸς δὲ ὥσπερ κερατίτιδος μήκωνος, λεπτὸς, μακρὸς ὡς κῶνος, ἐν ᾧ σπερμάτια μείζονα μήκωνος. Id est, *Chelidonia major caulem profert cubitalem, aut etiam altiorem, gracilem, qui quidem adnatos habet ramulos foliis refertos. Sunt autem ea ranunculi foliis similia, at molliora tamen, & aliquantum colore glauco. Flos verò secundum singula folia prodit, uti violæ albæ; succus croceus est, acris, mordax, aliquantum subamarus, & graveolens. Radix supernè quidem singularis est, at inferne in multa crocea capillamenta fibratur. Fructus seu corniculati papaveris, tenuis, longus, coni seu metæ figura, in quo exigua semina, papaveris seminibus majora concluduntur.* Plinius loco citato folia pastinacæ erraticæ comparat, ipsamque plantam albicante, inquit, colore. His verbis. *Genera ejus duo, major fruticosa caule, folio pastinacæ erraticæ, ipsa altitudine duorum cubitorum, colos albicans, flos luteus.* Rectius Dioscorides folia ranunculo comparavit, siquidem folia ex pluribus ambitu crenatis cohærent, ranunculi hortensis foliorum æmula; sed tamen majora, teneriora, ac læviora, & ex cæsio seu dilutè cæruleo (Ideò κυάνεόν τε χελιδόνιον Theocritus) virescentia. Pancrates in poëmate alba dixit, λευκὰ δὲ χελιδονίοιο πέταλα Interpres, *flavi chelidonii folia*; credo quia succus flavus. Sed hoc præter menten auctoris Græci, qui *alba* dixit, quod glaucus color ad albedinem vergat; uti salicis, quam poeta glaucam dixit,

Et glaucas salices, casiamque, crocumque rubentem.

Recentiores duo hujus chelidonii genera observarunt, figura multum differentia, vulgare, & quod chelidonium quernis, foliis, vel laciniato folio vocant à Clusio, Bauhinoque descriptum. Minus Dioscorides his verbis delineavit. Χελιδόνιον τὸ μικρὸν, οἱ δὲ πυρὸν ἄγριον ἐκάλεσαν, βοτάνιόν ἐστιν ἐκ μόσχων ἀπηρτισμένον (Interp. ferè omnes ἀπηρτημένον, quorum nos lectionem probamus) ἄκαυλον, φύλλοις κισσοειδέσι, περιφερεστέροις δὲ πολλῷ, καὶ μικροτέροις, καὶ τρυφεροῖς, καὶ ὑπολιπαρέσι περιεχόμενον, ῥίζας δὲ ἔχει ἐκ τοῦ αὐτοῦ μικρὰς, πολλὰς ὥσπερ πυροὺς σεσωρευμένας. τρεῖς δὲ ἢ τέσσαρες αὐτῶν μακραὶ πεφύκασιν· φύεται δὲ παρ᾽ ὕδασι καὶ τέλμασιν. ἔχει δὲ τὴν δύναμιν ὁμοίαν, παραπλησίως ἀνεμώνῃ ἑλκοῦσαν τὴν ἐπιφάνειαν. *Chelidonia minor, quam sylvestre triticum aliqui nuncuparunt* (ob radices plures in granorum tritici modum acervatim congestas, officinæ scrophulariam minorem vocant, ab eadem radicum figura, quæ multis quasi tritici granulis, veluti strumis, quæ Græcorum imitatione scrophulæ vocantur, coaluisse videntur. Alii verò sic dictam malunt quod scrophulis imposita medeatur) *herbula est pediculis à radice pendens, sine caule, foliis hederæ figura, sed multo rotundioribus, ac minoribus, mollibus & subpinguibus circumdata. Radices habet*

ex eodem callo complures, pusillas, in granorum tritici modum acervatim congestas; quarum tamen tres quatuorve in longitudinem protenduntur. Cæterum juxta aquas palustriaque loca nascitur; vim acrem obtinet, & anemones modo summam cutem exulcerat. Plinius loco citato, *Minori folia hederæ, rotundiora minus candida, succus croci mordax, semen papaveris.* Falsum est minorem succum habere croceum, & falsum est semen papaveris habere. Utrumque de majore Dioscorides. Planta, cujus effigiem

Chelidonium minus.




addendam curavimus, ab omnibus ferè pro vero chelidonio minore habetur; Obstare tamen quidam putant, quod acrimonia minore, quam majus præditum est. Sed hoc fit propter loci cœlique mutationes; ut & arum in Cyrenensi agro vix medicamentosum est, acrimoniæque minimum habet, ut in cibis etiam vel ipsis rapis utilius habeatur: Italicum verò adeò acre est ut tantum ad medicamenta expetatur. Itidē ut lupinus quibusdam in locis amarissimus est, aliis verò ferè omni amaritudine caret. Sic capparis quæ ad lybicum mare vel rubrum, teste Dioscoride, nascitur, mirum in modum acris est, adeò ut in ore pustulas excitet, gingivasque osse tenus exedat. Ita chelidonium propter aërem frigidiorem, & humidiorem solum nimio humore scatens, minus acre est in patria nostra; contra in Græcia, propter soli aërisque caliditatem & siccitatem, adeò acre esse ut exurat. Hæc vulgata est responsio; quæ licet non rejicienda, tamen quam addam meliorem esse puto. Experientia didici; primo gustu in chelidonio vix acre quid apparere; diutius tamen manducatum tanta acrimonia præditum sentiri, ut fauces mordeat & exurat. Quod etiā stillatitia ejus aqua docet, quæ acerrimi & calidissimi saporis est. Sic lignum pauvia, quod moluccense vocant, primo gustu insipidum ab omnibus dicitur; diutius tamen aliquantum manducatum adeò acre fit, ut fauces urat, & perpetuam sitim excitet. Causam in ligno hoc putarem, quod calor hic in profundo situs sit. Experientia didici, lignum santalinum decoctum in aqua invase duplici concluso calidum & acre esse. In chelidonio causam putarem, quod multo humore obtundatur ejus calor, adeò ut vires tam cito exercere suas nequeat. Nugatur ineptitque improbus calumniator, qui undique lacerat ac rodit doctissimi, maximique botanici Mathioli scripta, cum amellam Virgilii scribit hoc chelidonii genus esse. Ubi color ejus è purpureo violaceus? ubi floris color varius? Sic enim Poëta,

Aureus ipse, sed in foliis qui plurima circum
Funduntur, violæ sublucet purpura nigræ.

Nec malaco cissus est, uti Germaniæ magnus credidit Botanicus; licet hederaceis conspiciatur foliis; quod viticulis careat, quibus repit humi.

Ἀείζωον cur dicatur, docet Theophrastus, quod perpetuò, tam æstate, quam hyeme, vireat, nec ullis frigoribus, aut cœli injuria, quantumvis frigida, emoriatur. Eadem de causa sempervivum dicitur. Plinius lib. xxv. cap. ult. *Sed aeizoum utrumque, quoniam viret semper & aliqui sempervivum.* Quod nomen officinæ servarunt. Genera noverunt veteres tria; majus, minus, & tertium, ab utroque facultate viribusque diversum. Majus varia quondam habuit nomina. Plinius loco citato, *Aeizoi duo genera. Majus in fictilibus vasculis seritur, quod aliqui buphthalmū vocant, alii zoophthalmum,* (quod foliis in cacumine aliis in terram convexis, aliis in capite stantibus, ut invicem compacta, suo ambitu cinctuque effigiem oculi imitentur.) *Alii stergethrō, quod amatoriis conveniat, alii hypogeson, quoniam in subgrundiis ferè nascitur. Sunt qui ambrosiam potius vocant, & qui amerimnon,* (quod perpetuò vireat, nec colorem mutet) *Itali sedum magnum* (Sedum, inquit Festus, alii sedum appellant herbam, quam Opilius Aurelius sesurium vocari ait, eamque in tegulis seri, nec quamobrem id fiat indicat.) *aut oculum, aut digitellum.* Describitur à Dioscoride lib. IV. cap. LXXXIX. Ἀείζωον τὸ μέγα ὠνόμασται διὰ τὸ ἀειθαλὲς τῶν φύλλων, καυλοὺς δὲ ἀνίησι πηχυαίους, καὶ μείζονας, πάχος δακτύλου μεγάλου, λιπαροὺς, εὐθαλεῖς, ἐντομὰς ἔχοντας ὥσπερ τοῦ χαρακίου τιθυμάλλου. φύλλα λιπαρὰ, μέγεθος δακτύλου μεγάλου, γλωσσοειδῆ κατὰ τὸ ἄκρον. καὶ τὰ μὲν κατωτέρω τῶν φύλλων ὑπτιασμένα, τὰ δὲ κατὰ τὴν κεφαλὴν προσεσταλμένα ἐπ' ἄλληλα, κύκλον ὀφθαλμοειδῆ περιγράφοντα. φύεται ἐν τόποις ὀρεινοῖς, καὶ ὀστρακίνοις. ἔνιοι δὲ φυτεύουσιν αὐτὸ ἐπὶ τῶν οἰκημάτων. Id est, *Sedum magnum sempervivi nomen sibi vendicat, quoniam folia semper vireant, Caules edit cubitales, aut etiam altitudinem eam excedentes, crassitudine pollicari, pingues, egregiè virentes, Characiæ tithymali modo incisuris distinctos: folia pinguia*


Sempervivum majus.



pelli-

pollicari magnitudine, & extremo cacumine linguæ similia, & infima quidem in terram convexa : quæ verò sunt in capite, ita conferta, adductaque invicem, ut orbiculato ambitu effigiem imitentur oculi. Nascitur in locis montosis, & argillosis. Sunt qui & ipsum supra domicilia serant. A Plinius loco citato his ferè verbis describitur. *Majus cubiti altitudinē excedit crassitudine plus quam pollicari, folia cacumine linguæ similia, carnosa, pinguia, largo succo, latitudine pollicari* (Dioscorides, *magnitudine*, utrumque verum) *alia in terram convexa, alia stantia, ut ambitu effigiem imitentur oculi.* Sempervivum magnum, quod legitimum Dioscoridis est, si caulis altitudinem, & foliorum longitudinem spectemus, florentem nunquam vidi. Fuit quandoque ad nos missum, sed periit semper; Diligente enim, ut ait excellentissimus Clusius, cura indiget; siquidem nec hyemis injuriam, nec cellæ cameratæ conclusum aërem patiatur. Servavi in vaporario, totamque supervixit hyemem; verum cum Majo mense, aëri committerem, periit; sive id pruina, sive aquilone, qui tum continuò flabat, factum sit, asserere nequeo. Describitur à Clusio lib. IV. De plant. Hist. cap. XL. Alterum, cujus effigiem addidimus, apud nos frequens, vulgo **donderbaert** vocatur; quod nonnullis locis rusticorum animos olim invaserit opinio, non feriri fulmine domum, in cujus tegulis vireat, hoc cum verbis Dioscoridis postremis perbelle convenit. Folia enim fert radicibus, terræque proxima, pinguia, succi lenti plena, crassa, acuminata, densa, & in orbem ad effigiem oculi disposita; uti addita tabella exprimit. Latè, & in amplitudinem sese diffundit, hujusmodi plures proferens orbiculos: non raro etiam tenues emittit fibras, quibus latius serpat, atque novos progignat orbiculos. Assurgit quandoque in medio horum caulis erectus, pedali quandoque majore. Vidi cubitali longitudine, foliis sensim attenuatis communitū, in alas quasdam circa fastigium effusis; circa quas flores obscurè purpurascentes ordine digesti, radice nititur fibrosa. Hujus genera nonnulla observavit ante nos Clarissimus Dodonæus, ad quem lectorem mitto. Illud addam; plantam postquam defloruit perire; relictis multis orbiculis, sive novis plantis. Minus sempervivum à Dioscoride libro citato cap. sequenti his ferè verbis describitur. Ἀείζωον τὸ μικρὸν φύεται ἐν τοίχοις, καὶ πέτραις, καὶ θριγγοῖς καὶ τάφροις ὑποσκίοις. καυλία ἀπὸ μιᾶς ῥίζης πολλά, λεπτά, περὶ πολλῶν φυλλαρίων, (vetus ἐκ πλαγίων φυλλαρίων λιπαρῶν) περιφερῶν, λιπαρῶν, μικρῶν (Catacur. μακρῶν) ὀξέων ἐπ' ἄκρου, ἀνίησι δὲ καὶ καυλὸν ἐκ μέσου σπιθαμιαῖον τὸ μέγεθος, ἔχοντα σκιάδιον καὶ ἄνθη λεπτὰ (πολλὰ Oribasius) καὶ χλωρά, &c. *Sempervivum minusculum in parietinis, petris, & maceriis, nec non & scrobibus opacis nascitur: cauliculis ab una radice multis, tenuibus, qui quidem crebris cincti sunt pusillis foliis, iisque rotundis, pinguibus, exilibus, mucronatis. Promit & à medio caulem, palmum fere altum, umbella floribus tenuibus, & ex luteo pallidis præditum.* Idem ferè Plinius loco citato. *Quod minus est in muris parietinisque nascitur, & tegulis, fruticosum à radice, & sursum usque ad cacumen; foliis angustis, mucronatis, succosis, palmum alto caule; radix inutilis.* Sedi minoris genera recentiores plura observarunt. Nos tria ostendimus genera, apud Batavos familiaria. Sedum minus teretifolium album, vulgo crassula minor, parva stirps est, plures ferens cauliculos tenues, palmum raro excedentes, in quorum fastigiis, in laxioribus exiguis umbellis, flosculi albidi, folia circa cauliculos pauca, parva quidem, sed oblonga, retusa & teretia, tritici granis majora, nucleis è strobulis, nucum pinearum repurgatis aliquanto minora, alioquin haud dissimilia, quæ subinde unà cum cauliculis subrubent. Radix in terræ superficie serpens, fibras tenues deorsum mittit. Secundum sedi genus priori similia habet folia, sed frequentiora, & densius in caule stipata; sed flosculos aureos stellatos, priori minus frequens, humi procumbens & fibris subinde se firmans. Et hoc genus pro secundo sedo Dioscoridis habemus. Tertium palmaris fruticosa planta est, folio exiguo sedi minoris secundo loco descripti rotundiore, flos luteus, radix inutilis, gustanti frigida. Apud Belgas in hortis colitur, frequensque reperitur. Dixi secundum genus proximè accedere ad delineationem Dioscoridis; quam constat Serapionem ἀντὶ χλωρὰ ὠχρὰ legisse. Sic enim ille; Et habet virgam, in medio longam, circa longitudinem palmi, super quam est capitellum, in quo flos est citrinus, subtilis. Vel χλωρὰ pro ὠχρὰ accepit; & recte. Hippocrates lib. I. Prognost. aph. VIII. Καὶ τὸ

Sedum teretifolium.




Sempervivum minus officinarum.



χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν τε ἢ καὶ μέλαν ἐόν, καὶ πελιόν, ἢ μολυβδῶδες. Ad hunc locum Galenus, μετριώτερον δὲ ἡ ἐπὶ τὸ χλωρόν; εἰώθασι δὲ οὕτως ὀνομάζειν οἱ παλαιοί, ποτὲ μὲν τὸ ὠχρόν, ἐνίοτε δὲ ὡς οἱ πολλοὶ κράμβας τε καὶ θριδακίνας καλοῦσι χλωράς. ὅπερ χρῶμα μελάντερόν ἐστιν ἐρυθροῦ, καὶ οἷον ἀρχή τις τοῦ μελαίνεσθαί τε καὶ πελιδνοῦσθαι. *Moderatior verò ubi ad pallidum colorem. Veteres enim assolent ita nominare interdū etiam ut vulgus brassicas & lactucas χλωρὰς vocant, qui color rubro*

bro magis nigrescit, & est velut initium quoddam lividi & nigri. Locus Hippocratis citatus his verbis apud Celsum lib. II. cap. VI. reperitur. *Color aut niger, aut perpallidus.* Idem Hippocrates luteũ sive vitellũ ovi χλωρὸν vocat uti lib. II. περὶ γυναικ. ῥέει ὑπόχλωρον οἷον ἐξ ὠοῦ. Eodem libro, χαθαίρεται οἷονπερ ἐξ ὠμοῦ. χλωρὸν ὑπόλευκον. *Expurgatur luteum subalbidum, quale ex ovo crudo.* Apud Dioscoridem non unus, alterque, locus ubi χλωρὸν pallidum, luteumve denotat, uti lib. I. cap. de amomo —— De priori illud admonendum, genus quoddam huic simillimum esse, quod colligentes facile fallat; adeò ut mirum prorsus sit contraria facultate præditum esse, nempe calfaciendi & exulcerandi. Discernitur tamẽ, quod sit foliis rotundioribus, teretibus, oblongis magisque carnosis, & superne magis retusis, mucronatis, instar vermium, è totis ramis pendulis, nec uti alterum quod refrigerandi facultate præditum est, perenne est, semperque viret. Supra cap. de portulaca diximus, sempervivi tertii caput, capiti de portulaca annexum fuisse, veruntamen ex libro quarto eo translatum, quod ex Oribasio liquet, qui illud subjungit sempervivis, non portulacæ. Titulus hujus capitis, περὶ ἀειζώου ἑτέρου, pro quo in veteri legitur, περὶ ἀειζώου λεπτοφύλλου; quod admonendum operæ pretium putavi. Hoc sedi genus his fere verbis describit Dioscorides Δοκεῖ δὲ εἶναι καὶ τρίτον εἶδος ἀειζώου, ὃ ἔνιοι ἀνδράχνην ἀγρίαν ἢ τηλέφιον ἐκάλεσαν, ῥωμαῖοι δὲ ἰλλέκεβραν. ἔχει δὲ αὐτὴ παχύτερα τὰ φυλλάρια, πρὸς τὰ τῆς ἀνδράχνης, καὶ δασέα. φύεται ἐν πέτραις. δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικήν, δριμεῖαν, ἑλκωτικήν —— Id est, *Videtur & tertium esse semper vivi genus, quod aliqui portulacam agrestem aut telephium vocarunt, Romani illecebram, pusillis foliolis crassiusculis ad portulacæ similitudinem ac densis. Nascitur in petris. Vis ei excalfactoria, acris, & exulcerans.* Plura in his verbis consideranda; ac primum quidem, quod inquit δοκεῖ videtur. Nam revera non est sempervivi genus, quia contraria pollet facultate calida & exulcerante, cum majus minusve frigida sit temperie. Ad hoc cum Plinius loco citato minus attendit, gravissimum commisit errorem. *Huic similis est quam Græci andrachnen agriam vocant, Itali illecebram, pusillis, latioribus foliis, breviori cacumine. Nascitur in petris, & colligitur cibi causa. Omnium harum vis eadem refrigerare & adstringere.* Dioscorides, Galenus, cæteri, utrumque sempervivum refrigerandi vim habere scribunt. At tertium Dioscorides acre & calidum & exulcerans inquit. Docti viri verba postrema θερμαντικὴν *&c.* spuria putant, ac inserta. Quare restituunt, τούτου τὰ φύλλα δύναμιν ἔχει τὴν αὐτὴν τοῖς προειρημένοις; eo tantum moti argumento, quod Plinius genera omnia refrigerare scribat; Plinium, inquiunt, omnium primum Dioscoridis textum in suos libros transcripsisse, nemo dubitat, etsi ab ipso nunquam memoretur; eoque tempore incorruptum habuisse existimandum est. Quis, inquam, dubitat, Plinium heterogenera conjungere, homogenea separare. Id multis in locis jam ostendimus. Quid notius quam Plinium clymeni, & periclymeni Historiam confundere. Id fatentur ipsi, qui ex Plinio Dioscoridis hoc caput corrigere conantur. Sempervivum hoc, sive telephium, de quo nobis sermo, calidum esse & acre, ex Hippocrate probatur. Hic lib. de natura muliebri inter acria appostititia numerat. προσθετὰ δριμέα αἷμα ἄγοντα κανθαρίδας πέντε —— ἢν δὲ μαλακωτέροισιν ἐθέλωσι χρῆσθαι τὰς βουπρήστιδας ἔμβαλλε εἰς οἶνον —— τηλεφίου καρπὸν τὸν ἴσον τρόπον ποιέων προστίθει. ἀνεμώνης φύλλα τρίψας ἐνθεὶς εἰς ῥάκος, καὶ σμύρνης μικρὸν συμμίσγειν, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἕτερον χάγει αἷμα. *Apostitia acria, sanguinem ducentia, cantharidas quinque —— si verò mollioribus uti velint, buprestidas in vinum mitte — Aliud telephi fructũ eodem modo præparatur subdito. Aliud anemone folia, trita linteo excipito, & myrrhæ parum admisceto, & eodem modo utitor. Aliud quod sanguinem ducit.* Libro de morbis mulierum secundo telephium præscribit adversus suffocationes, jubetque apponi vulvæ, ut discutiantur & retrahantur vapores cor petentes, ἢν δὲ καρδίαν πνίγηται ὑπὸ ὑστέρης ἀναθλίβεται, καὶ πνεῦμα ἔχει —— ἢ φιλίστιον ὁμοίως προστίθει. ἢ τηλέφιον ἢ ἀνεμώνης φύλλα τρίψας ἐνθεὶς ἐς τρύχιον, καὶ σμύρνην μικρὴν συμμίσγειν. *Aut aparinem similiter subdito,* (in glandulam efformato, ac pennæ circumdato) *aut telephium, aut anemones folia trita, in linteum indito, & modica myrrha admixta apponito.* Quæ sanguinem apposita trahunt, & quæ uteri vapores à corde retrahunt calida esse probatione, opus non habet: nimis nota hæc. Telephion verò de quo Hippocrates agit, sempervivum tertium esse, ex Galeno probatur. Hic in exegesi, τηλέφιον εἶδος βοτάνης, ὅπερ ἀείζωον ἄγριον καὶ ἀνδράχνην ἀγρίαν ὀνομάζουσι, ῥωμαῖοι δὲ ἰλλεκέβραν. Omnia hæc Dioscorides de sempervivo tertio. Errant qui corruptum Hesichii codicem putant. Rectè scribitur τηλέφιλον φυτόν, τινὲς δὲ ἀείζωον ἄγριον. Vide cap. XIII. lib. IX. Δασὺ hoc loco densum significare, plures admonuerunt interpretes. Sic apud Theophrastum δασὺ σέλινον lib. IX. cap. IV. & δασεῖα φιλύρα lib. V. hist. cap. IV. Ita Dioscorides πολεμογείτονι folium δασὺ tribuit. Porro Plinius ἀντὶ παχύτερα, legit πλατύτερα. Quam lectionem Lacuna in antiquo quodam invenit codice. Eandem & interpres Oribasii secutus est. Πλατύτερα legendum non esse, docet vox φυλλάρια. Quomodo enim foliola possunt esse, si portulacæ sint latiora. Vulgatam itaque servo lectionem, ac sempervivum tertium dico plantam, cujus imaginem appingendam curavi. vulgo illecebram vocant, Belgæ muer-peper. Nonnulli tamen suspicantur plantam hanc non esse sempervivum tertium, quod foliis non sit portulacæ similibus. Sed Dioscorides non dixit, foliis esse portulacæ; verum ad illius crassitiem tantum

Illecebra.




accedere. In locis petrosis, aridis, & in veterum murorum rimis ubique nascitur perpetuoque viret. Non itaque temere inter sempervive refertur. Perpetuò virere auctor est Theophrastus. Humilis & exigua herbula est, cauliculis tenuibus ac brevibus, foliolis circa hos crassis, frequentibus, pusillis, acuminatis, succi plenis. Flosculis in summo luteis, parvis. Doctiss. botanici pro sempervivo tertio habent cotyledon stellatam, à Camerario aizon peregrinum dicitur, ac his verbis describitur. *Aizoon peregrinum sic appellandum ob folia crassa, & pinguia; flores, & semina vulgari aizoo nonnihil similia, quamvis planta sit annua. Eam mense Aprili accepi foliis præditam portulacæ, sed in summo crenatis, & qua parte solis radios acceperint, micas quasi argenteas ostendentibus; ita collocatis, ut oculi formam non secus atque vulgare aizoon repræsentarent. Majo mense in foliatum* (apud nos Iunio) *cauliculum palmi altitudine, incurvum, supinum nonnihil, & in paucos ramulos divaricatum excrevit, subrubentem; flosculos Iunio* (apud nos ad finem Iunii) *proferentem stellatos, nitidos, candicantes, exiguos,* (nonnihil quandoque subrubent, etiam punctulis rubris notatos observavi) *& quintili capsulas quinas, itidem stellatim conjunctas, minutissimo semine refertas: atque tandem contabuit herba; Rursum verò prodiit ex semine Septembri mense* (idem & apud

Sempervivum tertium Fabii Columnæ.



apud nos fecit) *cum, quod sponte exciderat, frequentes pluviæ macerassent, & fovissent soles aliquot calidiores, & Octobri medio, eandem formam & pene magnitudinem consecuta, qua primum acceperam, sed unica pruinæ acrioris sævitia deleta fuit* (binas hyemes tulit apud nos; stramine tamen, sive mattis stramineis munita fuit adversus sævitiam hyemis acrioris, sed antequam muniebam jam gelu per dies aliquot durarat. Tegebam mense Decembri cum gelu incepisset Novembris XXV. vel XXVI. die.) *Semen itaque quod collegeram anno sequente veris initio terræ commisi, & intra paucos dies copiose prodiit illa plantula, sed quintili demum flores ostendit. Sapor idem est, qui aizoi, & refrigerandi vi pollet.* Neutiquam itaque potest esse sempervivum tertium. Obest etiam quod non sit planta perpetuò virens, sed annua potius, vel quæ inter eas numerari potest, quæ, pauco tempore excepto, folio carent. Sed sempervivum Theophrastus semper virere & humidum esse ait. Ἀεὶ, inquit, χλωρὸν, quemadmodum & reliqua sempervivi genera. Insuper non est pusillis foliis, sed mediocriter magnis, & portulacæ rotundioribus, majoribusque. Neque verba Dioscoridis de Aristolochia clematitide φύλλοις ὑποστρογγύλοις ἀειζώῳ μικρῷ ἐοικόσι, *foliis subrotundis parvo sempervivo similibus*, de tertio sunt intelligenda, sed de secundo, cujus folia Dioscorides pusilla, rotunda, pinguia inquit. *Sed quòmodo verba illa Dioscoridis de hac Aristolochia legenda suo loco referemus.* Rectius certe qui cotyledonis genus faciunt plantam modò descriptam. Nam proximè ad cotyledonem accedit alteram. Vtriusque historiam hac occasione examinabo. Κοτυληδὼν dicitur, quod folium habeat instar coxendicis concavum; vulgo umbilicum Veneris vocant. Puto tamē alteram cotyledonem latinis umbilicum Veneris dictā fuisse, non priorem. Auctuarii tamē auctor contrarium docet, alteram inquā umbilicum Veneris nominarunt Latini. Greci γῆς ὄμφαλον, quod veluti oculum vel umbilicum densioribus cingeret foliis, ad instar majoris sedi, cujus folia κύκλον ὀφθαλμοειδῆ περιγράφουσι. Videat lector utriusq; iconem. Quod si Latini priorem cotylidonem vocarunt umbilicum, id de convexa non, concava parte accipiendum est. Nam veteres umbilicum tantum dixerunt, de figura extuberante, & in rotundo eminente, non de subsidente ac concava. Falluntur ergo Botanici maximi nominis, qui nomen hoc accepisse putant, quod planta hæc folia habeat circumacta in orbem, concavitatem humani umbilici forma leni descensu referentia; nec talem formam cotyledoni tribuit Dioscorides, à quo describitur primum cotyledonis genus his ferè verbis lib. IV. cap. XCII. Κοτυληδὼν οἱ δὲ σκυτάλιον (forte σκυτάριον vel σκυτάριον) οἱ δὲ κυμβάλιον, φύλλον ἔχει ὥσπερ ὀξύβαφον, περιφερὲς, λεληθότως κοῖλον· καυλίον δὲ ἐν μέσῳ βραχὺ, (ἐν μέσῳ βραχὺ nec legit antiquus codex, nec Oribasius habet) ἐν ᾧ τὸ σπέρμα, ῥίζαν δὲ ὡς ἐλαίαν στρογγύλην. *Cotyledon; aliis scytalion* (scutarium, id est, exiguum scutum, cujus formam cotyledonis ostendit folium, uti pictura docet) *seu cymbalium* (quod concavum instar cymbali sit folium) *folio est acetabuli instar orbiculato, atque concavo, ita tamen ut cavum id aciem fugiat. Brevi in medio cauliculo, in quo semen inest, radice olivæ modo rotunda.* Plinius lib. XXV. cap. XIII. *Cotyledon parvula herba, cauliculo tenero, pusillo, pingui, folio & concavo, ut coxendices*, (acetabula Dioscorides, non ineptè comparat. Plinius nam inde nomen habet) *Nascitur in mari Himis, petrosisque viridis, radice olivæ modo rotunda.* Umbilicum primum, esse cujus figuram addidi, nemo in dubium vocavit; viret & viget præcipuè hyeme à cujus sævitia stramineis, sive junceis stragulis defendenda. Initio æstatis, vel sine veris floret, ac semen minutissimum facit; deinde marcescit, radice perenni, quæ nova folia mense Septembri, vel Octobri promit. Sunt hæc longa, carnosa, succulenta, læuia, orbiculata, ambitu nihil aut parum crenata, brevi pediculo, quæ acetabuli figura modicè apparent, & colore virent; aliquando tamen in natali solo purpurascentia. Cauliculum inter

Umbilicus Veneris primus.



hæc habet dodrantali breviorem, in alas subinde divisum, circa quos flosculi exigui, albicantes, aut dilutè admodum pupurei. Tnberosa, exigui instar bulbi, subest radix candida, ex qua fibræ aliquot dependent. Alteram cotyledonem Dioscorides capite sequenti describit. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος κοτυληδόνος, πλατύτερα, ἔχον καὶ λιπαρὰ (ἀπαλώτερα vetus) φύλλα, ὡς γλωττίδια (vetus κλωνάρια) πυκνὰ περὶ τὴν ῥίζαν, ὥσπερ ὀφθαλμὸν εἶναι μέσον περιγράφοντα,

φέροντα, ὥσπερ τὸ μεῖζον ἀείζωον (Doctiss. Salmasius legit πυκνὰ περὶ τῇ ῥίζῃ ὡσεὶ ὀφθαλμὸν ἐν μέσῳ περιγράφοντα, ὥσπερ τὸ μεῖζον ἀείζωον. Sic legisse Plinium fatendum est, etiam Interpretes) τῇ γεύσει στύφοντα. καυλίον λεπτὸν καὶ ἐπ' αὐτοῦ ἄνθη καὶ σπέρματα ὅμοια ὑπερικῷ, ῥίζαν δὲ μείζονα. ποιεῖ δὲ ὅσα καὶ τὸ ἀείζωον. *Est porro & alterum Cotyledonis genus latioribus foliis, iisque pinguibus ac ceu lingulas referentibus, densis confertisque circa radicem, & velut oculum in medio constituentibus, quemadmodum de majore sempervivo dictum est, adstringentis gustus. Cauliculo tenui, in cujus summo flores sunt & semina Hyperici, radice majuscula. Usus ejus ad eadem quæ sempervivi.* Plinius loco citato. *Est & aliud ejusdem sordidis foliis* (ῥυπαροῖς, pro λιπαροῖς perperam legit) *latioribus, densioribus que circa radicem velut oculum cingentibus, asperrimi gustus* (pessimè adstringentis, στύφοντα dixit Dioscorides) *longiore caule*, (nec hoc dixit Dioscorides) *sed pergracili. Usus ejus ad eadem quæ iris aeizoi duo genera.* Hæc depravata quilibet fatetur, Vir magnæ auctoritatis scribit ac distinguit, *usus ad eadem quæ majoris aeizoi duo genera, &c.* Proximè ad vulgatam accedit lectionem, si scribamus. *Usus ad eadem, quæ prioris aeizoi duo genera.* Eadem facultate qua prior cotyledon pollere, vult Plinius. Planta quæ vulgo pro cotyledone altera ostenditur non videtur convenire cum descriptione Dioscoridis. Augustioribus enim est quam prima foliis, nec ad semper vivi majoris formam accedit, sed ad minoris; nec oculi formam ad radicem ostendunt folia; uti majus sempervivum. Umbilicum alterum dico aeizoon peregrinum esse Camerarii, supra descriptum. Foliis est quam vulgaris latioribus, oculi formam non secus ac ἀειζώου ostendentibus, densis, quæque lingulas referunt. Etiam flores habet hyperico forma non dissimiles, semenque, ut illud, minutum. Non invenusta planta est, quam minorem cotyledonem, sedi folio Adversariorum auctores vocant. (Si non eadem quam Mathiol. & Dodonæus cotyledon, alteram.) Rectè, inquiunt, sedi folio appellamus; tantopere namque cum

Vmbilicus Veneris alter.



sedo quadrat, ut proprior ne illi sit quam umbilico, ambigat vulgus, eoque apud gentes nonnullas sedum montanum appellitetur; rarior multo superiore, nec nisi quibusdam Alpinis Allobrogum & Pedemontii, (Sabaudaque ostensi valle vocata.) & Mindenis montibus, Averniæ & Germaniæ nobis visa. Majo ac Iunio flores albicantes, minoris sempervivi, in caule sesquipalmari plurimum unico, ex radice fibrosa, nigra, tenui, per foliorum quasi centrum eunte; Foliorum lingulas oblongas, crassiusculas, imitantium, & tantillum ambitu crenatas, albo vel glauco colore, carneque sempervivi minoris gustu. Hanc onobletum scribunt esse Hippocratis, nec plantæ hujus ubi mentionem faciat scribunt. Puto eos intelligere locum qui reperitur li. II. de morb. mulierum, ubi adversus profluvia remedia in lana apponenda præscribit; ἢν δὲ μὴ λήγῃ σινόσιν, ἢ βλῆτον τὴν βοτάνην, ὡς γλῶσσαν ἔσω ἐν εἰρίῳ ποιῶν προσθεῖναι. *Si vero non cesset, fusinum aut blitum herbam, quæ velut lingua est, in lana ad subdititium efformato.* Eo loco nil aliud divinum Senem quam vulgare blitum, quod bovinam refert linguam, intelligere puto. alium si habeant locum in medium adferant oportet. Hoc tamen fatendum, viris doctis, inter quos non ultimum tenet locum Fœsius, parum integrum videri hunc locum, quod exemplaria manu scripta regia legant, ἢν δὲ μὴ ληγήσωσιν (quædam etiam λήγωσιν) ὀνίβλητον τὴν βοτάνην, &c. Calvus vertit, *si non cessent, bonibletum herbam linguæ similem, cum vellere apponito.* His aloes historiam subnectemus. Ad sempervivi genera hæc planta, ob foliorum formam ac substantiam, non ineptè referri potest. Aloes nomen accepit à sale vel salo, sive mari, cujus afflatu maximè gaudet; vel nomen hoc obtinuisse scribunt, quod salsedinis foris non nihil contineat, ut cæteræ maritimæ. Prius etymon magis arridet. Nonnullis sempervivum marinum vocatur, à crassis foliis, & similitudine quam cum sempervivo habet. Vulgo sempervivum maximum vocant. Ineptum quod Isiodorus scribit. *Aloa in India atque Arabia gignitur, arbor odoris suavissimi, ac summi, denique lignum ipsius vice thymiamatum adoletur altaribus, unde & nomen traxisse videtur.* Arabica plantæ hujus nomina, vel potius ejus succi, qui scire desideret, Garciam ab Horto adeat. Hic *cebar* inter alia vocari contendit, & vulgo in codicibus Serapionis malè *laber* legi, Aloe à Dioscoride lib III. cap. XXV. his ferè verbis describitur, Ἀλόη φύλλον ἔχει σκίλλῃ παραπλήσιον, παχύ, λιπαρόν, ὑπόπλατυ, ἐν τῷ περιφερεῖ (vulg. codic. περιφερές: Altera magis arridet, tum quod aloes folium neutiquam teres aut rotundum sit, tum quod Oribasius eandem secutus est.) εἰς τὸ ὀπίσω κλώμενον. παρ' ἑκάτερα δὲ τὰ μέρη ἔχει τὰ φύλλα ἐκ πλαγίων ἀκανθώδη (Catacur. codex ἀκάνθια) ἀραιῶς ἐξέχοντα, κολοβά. καυλὸν δὲ ἀνίησιν ἀνθερικῷ ὅμοιον, ἄνθος δὲ λευκόν. καὶ καρπὸν ἀσφοδέλῳ ἐοικότα. βαρύοσμος δὲ ὅλη, καὶ ἀπογευομένῳ πικροτάτη. ἔστι δὲ μονόρριζος, ὥσπερ πάσσαλον ἔχουσα τὴν ῥίζαν. γεννᾶται δὲ ἐν τῇ Ἰνδίᾳ πλείστη λιπαρά, ἐξ ἧς καὶ τὸ ὄπισμα κομίζεται· φύεται δὲ καὶ ἐν Ἀραβίᾳ καὶ Ἀσίᾳ, καὶ ἔν τισι παραθαλασσίοις τόποις καὶ νήσοις, ὡς ἐν Ἄνδρῳ οὐκ εὔχρηστος εἰς ὀπισμόν, πρὸς δὲ κόλλησιν τραυμάτων ἐπιτήδειος, λεία (Ald. λίαν) καταπλασσομένη. διττὸν δέ ἐστιν εἶδος τοῦ χυλίσματος· τὸ μὲν γὰρ ψαμμῶδες, ὅπερ ὑπόστασις τῆς καθαρωτάτης ἔοικεν εἶναι· τὸ δὲ ἡπατίζον. ἐκλέγου δὲ τὴν καθαρὰν (λιπαρὰν Oribasius & Ætius; eadem in veteri codice reperitur lectio) καὶ ἄδολον, καὶ ἄλιθον, στίλβουσαν, ὑπόξανθον, εὔθρυπτον, ἡπατίζουσαν, ῥᾳδίως ὑγραινομένην, ἐπιτεταμένην τῇ πικρίᾳ· τὴν μὲν γὰρ μέλαιναν καὶ δυσκάτακτον (δυσκάθεκτον) ἀποκλίνου. δολοῦσι δὲ αὐτὴν κόμμει· ὅπερ ἐλέγχεται γεύσει καὶ πικρίᾳ καὶ ὀσμῆς ἐπιτάσει· καὶ τῷ μὴ διαλύεσθαι μέχρις ἐλαχίστου ψήγματος (εἰς ψῆγμα Catac.) θλιβομένη (rectè θλιβομένην) ὑπὸ τῶν δακτύλων. ἔνιοι δὲ καὶ ἀκακίαν μίσγουσι, *Aloe*, inquit, *folium habet scillæ similitudine, crassum, pingue, in rotundum modice latum, retrorsum pandum. Sed utrimque habent folia ex obliquo spinulas raris intervallis prominentes, easque breves, & quasi decurtatas.* (Alteram si quis velit sequi lectionem interpretetur, cum Lacuna. *Folia ex obliquo utrimque in spinas quasdam retusas longioribus intervallis dispositas desinunt*, vel cum Fuchsio, *folia utrimque gerunt, ex obliquis aculeos raros, & breves.*) *Caulem verò profert antherico*, id est, *asphodelo non dissimilem; florem album & semen ceu hastulæ regiæ. Est autem tota odore gravi & gustu amarissima. Unica verò radice, ceu palo in terram demisso nititur. Plurima in India præpinguisque nascitur; ex qua etiam coactus succus exportatur. Nascitur & in Arabia, Asia, locisque quibusdam maritimis, & insulis, velut in Andro non valde eliciendo succo idonea, sed ad conglutinanda vulnera quam utilis, si trita illinatur.* Et hæc Aloes ex Dioscoride descriptio. De succo mox agam. Tradit & Plinius aloes quandam descriptionem, sed breviorem, in qua tamen quædam notanda. *Aloe*, inquit, lib. XXVII. cap. IV. *scillæ similitudinem habet, major, & pinguioribus foliis ex obliquo striata* (Obscurius Plinius quam Diosc. ex obliquo striatam, inquit, id est, lateribus ex obliquo laciniatis, & veluti striatis cum spinularum eminentiis; alioquin aloes folia neq; parte adversa

Aloë.



aversa sunt striata, neque in canaliculos excavata, ut ipsa comprobat autopsia) *caulis ejus tener est, rubens medius* (de colore nihil Dioscorides) *non dissimilis antherico, radice una, ceu palo in terram dimisso, gravi odore, gustu amara* (id de tota planta Dioscorides) *Laudatissima ex India adfertur. Sed nascitur & in Asia. Non tamen ea utuntur nisi ad vulnera recentibus foliis; mirifice enim conglutinat, vel succo:* (Dioscrides si trita illinatur, non eliciendo succo utilem scribit) *ob id in turbinibus cadorum, eam serunt, ut aeizoum majus.* Recentiores duo aloes genera ex diversis orbi plagis allata observarunt. Quorum alterum vulgare, alterum Americanum. Vulgaris, uti ad nos adfertur ex Hispania, Italia, Canariæ insulis, aliisque plurimis locis, iconem addidi. Flores nunquam vidi; quare eos apponere non fuit visum, alioquin feliciter in hortis pensilibus, ac in sabuleto depacta, non secus ac suis natalibus adolescit. Hyeme ob gelu in tepido quodam loco suspendenda. Nam in aëre quoque suspensa vivit & incrementa capit. Folia habet aloe scillæ similia, oblonga, lata, lævia, crassa, retrorvorsum repanda, utrinque crenata, aspera, & retusis aliquot spinulis aculeata, lento tenacique succo plena, instar foliorum sempervivi. Caulem ferunt promere duum vel trium cubitorum altitudine, in quo flosculi albicantes; vel ex cæruleo purpurascentes, è calycibus oblongis; semen asphodelo simile scribunt. Radix singularis, crassi pali in terram adacti effigie. Alterum aloes genus Americanum vocatur, quod ex America primum delatum est. Hoc Clariss. Carolus Clusius primus descripsit, lib. v. plant. hist. cap. XLVIII. *Multa,* inquit, *illi sunt folia humanam longitudinem attingentia, saturatè virentia quidem, sed quibus inspersis videatur cineracei quidpiam coloris, ut in tuliparum quarundam foliis, lævia, circa infimam cædem, trium aut quatuor digitorum transversorum crassitudine, quodammodo carinata, valde lata, mutuo se amplectentia, instar foliorum vulgaris aloes aut asphodeli, sensim in mucronem desinentia; qui nihil aliud est, quam spina, fusca, crassa, unciam cum semissi interdum longa, & adeò firma, ut Americani pro subula uti solerent, & cuspidis ferreæ loco ad sua tela adaptarent. Foliorum latera tenuiora sunt, & spinis ejusdem coloris aspera, sed brevioribus, lata basi præditis & deorsum incurvis, ut in rhamno tertio. Interiore parte fibrosa hæc folia, & succi plena, sed non amari. Ex eorum medio caulem enasci intellexi (nullum enim vidi) brachiali crassitudine, & brevioris lanceæ altitudine. Radix crassa, longa, curva, veluti internodiis articulata, è quibus ad latera agnascuntur alternis, aliæ plantæ, ut in arundinum nodis germina seu gemmæ sunt disposita.* Hactenus Clusius. Crevit hæc planta (ut ad Clarissimum & doctissimum Camerariū scripsit, simplicium indagator acerrimus Josephus de Casabona) anno 1586 in horto instructissimo Ducis Hetruriæ, miræ altitudinis caulem proferens, instar abietis penè contortum, in cacumine ramosum. In extrema ramorum parte congeries fuit referta floribus è luteo virentibus, instar hemerocallidis valentinæ, suaviter odoratis. Ipsa planta excessit altitudinem XII. cubitorum. Talem etiam & altiorem se vidisse pater meus testatur Romæ anno 1598. in Cœnobio quodam, at nomen ejus non retulit. De ejus usu mox plura. Vulgarem Dioscorides odore gravem & amarissimam inquit. Quod de odore scribit, id de viridi aloes succo intelligendum est, neutiquam de exsiccato succo; hunc enim experientia comprobat odoratum esse. De cujus succi exsiccati odore; sive qualis ad nos ex Indiis adfertur, modo dicemus. Sapore, inquit, esse amaro. Hoc quidam negant, quidam asserunt. Alii folia non insigniter amara esse, succumque nondum solibus percoctum, uti brumali tempore, minimè amarum inquiunt. Quod aliis etiam plantis multo succo obrutis evenire videmus, quæ ignavius multo per initia sapiant, deinde maturitatem adeptæ, expressiorem saporis formam adipiscantur. Et hoc modo verba Dioscoridis explicanda sunt; quamvis & alio modo explicari possunt, uti mox dicemus. In India amaram esse herbam, testatur Garcias lib. I. cap. II. *Quod verò negant,* inquit, *herbam esse amaram, magis mirum. nam sæpe degustatam admodum amaram inveni; quæque vicinior pars erat radici; eo amarior mihi visa est: extrema folia amaritudine carere mihi videbantur.* Verisimile in India amariora folia esse. Ratio est quod succus magis à sole concoquatur, nec ita aquosum humidumque sit, quam apud nos reperitur; & hæc etiam causa, cur æstivo tempore, sapor amarus facilius percipiatur. Ut autem quod dixi, quilibet ratum habeat, exemplis docebo plantas alias etiam esse, in quibus quotidie id observari potest. Lactuca menstrua, id est, tenera & succulenta, quæ ætatem mensis non excessit, dulcis est, trimestris, florem, semenque promens amara est. Portulaca fatua initio, adulta acida. Idem in aliis observare licet plantis. In Indiis præstantissimam nasci, auctor est Dioscorides. Ad hoc Garcias ab horto, proregis Indiæ Medicus lib. I. cap. II. Quod Dioscorides & Plinius scribunt laudatissimam ex India adferri, alii verò ex Alexandria, aut Arabia, non simpliciter id intelligendum est, sed de ea quæ ex Socotora primum in Indiam delata est. Nam etiam ex Cambaja & Bengala defertur Ormus, Adem, & Gida. Itaque minus malè Mesue, qui unum aloes genus ex Socotora adferri scribit, aliud è Persia, tertium ex Armenia, quartum ex Arabia. Nam quæ in Lusitaniam defertur (& hodie ex ipsa India in Bataviam, ut his oculis vidi) ea ex Socotora allata est. Alexandrinam autem à quibusdam præferri hinc factum est, quod superioribus annis pleraque aromata Ormus deferrentur, dein Basora, Adem, Gida, inde camelis Suez, quæ in extremo maris Erythræi sita est, & inde Alexandriam ad Nili ostium. Unde veneti petentes ea reliquæ Europæ communicabant, non autem quod in Alexandria fiat aloe. Distat autem Socotora insula à freto maris Erythræi CXXVIII. leucis. Quare non mirum, quod modo Arabicam modo Æthiopicam aloen dixerint, siquidem altera parte freti Arabia altera Æthiopia terminatur. Porro succus hic non in quadam Socotoræ urbe tantum extrahitur, sed per totam insulam, ut scribit Garcias, quæ nullis urbibus exculta est, pagosque duntaxat habet cum multis gregibus. Nec in maritimis tantum Indiæ locis planta hæc nascitur, sed etiam in terrestribus. Ex Dioscoridis verbis recentiores colligunt, nostro cœlo, etiam Italico, ob soli cœlique varietatem & defectum, non emittere succum. Quod satis apertè indicare Dioscorides mihi videtur. γεννᾶται δὲ ἐν Ἰνδίᾳ —— εἰς ἐπισμόν· Galenus etiam lib. VI. simpl. idem fere scribit Ἀλόη αὕτη μὲν ἡ πόα παρ' ἡμῖν οὐ πάνυ τι φύεται, καὶ ἡ φυομένη δὲ κατὰ Συρίαν τὴν μεγάλην, ὑδατωδεστέρα τε καὶ ἀσθενεστέρα τὴν δύναμιν ἐστίν. ἄχρι μέν τοι τοσούτου ξηραίνειν πέφυκεν, ὡς κολλᾶν τραύματα· καὶ διὰ τοὺς θερμοτέρους χώρους,

χρέμι, ἣ τε ἡ κοίλη Συρία, καὶ Ἀραβία πολὺ βελτίων ἐστι, ἀρίστη δὲ καὶ κατὰ τὴν ἰνδίαν, ἧς ὀπὸς ἐστι τὸ κομιζόμενον ἐκ Ἰνδιῶν. *Aloe, hæc herba non admodum apud nos provenit, & quæ nascitur in magna Syria, aquosior est, & facultatis imbecillioris: attamen usque adeò desiccare potest, ut vulnera glutinet. At in regionibus calidioribus, qualis est Syria cava, & Arabia multo est melior; optima autem Indica, cujus liquor, id est, quod ad nos importatur, cognominatum aloe.* Contra Fabius Columna, qui quo modo aloës extrahatur docet, idemque asserit in Italia æque laudabilem succum esse ac in India. His ferè verbis. *Succi eliciendi occasionem atque modum, à nobis inventum, ac experientia comprobatum, nunc in medium adferemus, ut aloen vulgo cognitam veram esse testificetur: atque etiam ex ea, Socotera illa vulgari officinarum aloe præstantiorem succum elici posse nostro cælo* (Neapolitano,) *magisque respondentem suæ historiæ facie, viribusque. Dum, ut cæteri dubitaremus, an hæc planta, quam omnes aloen facimus, succum emitteret, qui externo aloes dicto medicamento, sive concreto succo similis concrescere posset (quod omnes nostro cælo minime fieri posse censuerunt atque affirmarunt) dissecto quidem plantæ folio, atque radice concisa, nihil succi neque amari, sed mucosum quid, ac potius insipidum gustu inveniebatur.* ——— *Domi igitur nostræ, cum plures adessent hujus plantæ in ædis summo, soli, imbribusque aperto loco, ut moris est Neapolitanis ædibus: extirpatis aliquibus foliis ac experimentum tentantes, in mentem venit, idem nobis in veræ attractylidis observatione accidisse, sanguineumque succum non ex carne, sed ex venis exire. Quapropter per obliquum folii venas invenire ausi sumus. Sic abrupti recenter ab radice folii succi parum lutei, ex singulis venarum oris exire animadvertimus, atque deinde simul concurrere; guttasque decidere vidimus.* ——— *Dein alia atque alia data opera folia è radice extirpavimus, atque certissimum ex nervulis veluti filamentis, sive venis intra folii carnem per longum ductis, detentum luteum succum elici debere comperimus. Supposito deinde lato figulino vaso vitriato, multa supra illud sic ab radice statim avulsa folia appendimus, atque ex illis, spontaneum succum descendere sinebamus, manibus postremo etiam deorsum versus comprimendo folia. Atque quod imis foliorum oris concreverat radendo. Excepto itaque ex pluribus foliis copioso succo, vas illud tribus diebus soli exposuimus, & circumferentia vasis quotidie quod hærebat durius (statim enim quod paucum est concrescit) cum liquidiore commixto: idque pluries in die fecimus, necnon reposito vase, concretum postridie succum omnem, atque friabilem effectum habuimus.* Et hac ratione aloen in Italia paravit Fabius. Alium Plinius præscribit modum lib. XXVII. cap. IV. *Quidam & caulem ante seminis maturitatem incidunt succi gratia, aliqui & folia; Invenitur & per se lachryma adhærens.* (Hoc falsum scribit Garcias, testis oculatus) *Ergo pavimentandum ubi sata sit, censent, ut lachryma non absorbeatur.* Alio modo Indos, uti auctor Garcias loco citato. *Fit*, inquit, *ex aloes siccatæ succo, quæ plurima nascitur in Cambaija, Bengala, aliis multis locis.* Negat idem auctor, pavimentum substerni laterculis, ad excipiendum succum. Rationem addit, quod in tota insula non sit tanta polities. *Nec*, inquit, *audiendi qui succum ex superiore parte profluentem, eo qui media, aut infima parte profluat, præstantiorem faciunt: siquidem omnis succus bonus est, & arena caret, si adhibita diligentia extrahatur.* Immo succus ille oportet sit optimus, qui circa radicem colligitur. Ille enim, ut idem Garcias ait, amarissimus; & ideò ex siccatæ herbæ succo fieri dixit; quod, dum effluit, simulque humidum tenue ac aqueum expellitur, succus melius concoquatur, ac amarior evadat. Alioquin cur ex siccatæ herbæ succo pararetur, non video. Nec planè exsiccari puto, sed ad tempus in sole locoque calido reponi, usque dum partes crudiores, vel coctæ, vel expulsæ. Nunc genera, succique notas examinanda nobis. Genera Dioscorides succi aloës duo, inquit, alterum arenosum, quod purissimè, veluti fex & crassamentum esse videtur; alterum ad jecoris imaginem vergens. Duo etiam Plinius describit; sed miserè labitur, falliturque cum scribit; *Fuere qui traderent in India, super Hierosolymam metallicam ejus naturam; sed nulla magis improba est, neque alia nigrior est aut humidior.* Habet hæc Plinius ex Nigro, quem Dioscorides in præfatione lib. I. reprehendit, quod hujusmodi scripserit nugas. Ὁ γὰρ Νίγερ ... ἀλόην δὲ ὀρυκτὴν ἐν Ἰουδαίᾳ γεννᾶσθαι, καὶ ἄλλα τούτοις ὅμοια πλεῖστα, παρὰ τὴν ἱστορίαν (codex parisiens. ἀλήθειαν) ἐκτίθεται ψευδῶς, ἅπερ ἐστι τεκμήρια οὐκ αὐτοψίας, ἀλλὰ τῆς ἐκ παραδόσεως ἱστορίας, &c. siquidem, *Niger, qui inter eos eximius censetur* ——— *quin etiam aloem in Iudæa fossilem nasci; aliaque plurima hisce similia prodit, manifestè falsa. Quæ quidem argumento sunt ea non oculata fide, sed narratione ex auditu ab aliis accepta cognovisse.* Hunc, & similes Plinius sequitur, quando à Dioscoridis verbis recedit. Mesues quatuor genera novisse videtur. Cum lib. I. de simpl. cap. I. scribit. *Aliud est quod fit in Succutri aliud in Persia, aliud in Armenia, aliud in Arabia* (hæc supra Garcias exposuit) *& melius ex iis est Succutrinum, post illud Persicum, deinde Armenicum, & deterius est Arabicum.* Recentiores genus vile caballinam vocarunt, quod equis & veterinariis medicandis dicata sit. Alteram, sive pretiosam hepaticam, olim vocarunt, quod hepatis modo coacta sit. Seplasiarii nostri tria ostendunt genera, ac optimum genus aloën lucidam, alteram citrinam, tertiam & vilissimam sordidissimamque hepaticam vocant. Lucidam vocant à splendore, citrinam à colore; quidam illam succotrinam vocant, quasi succo citrina, quod ejus pulvis citrinus sit. Inter has duas aloës ego, ut verum fatear, exiguam aut nullam fere differentiam observare possum, nisi quod magis lucida splendeat. Utraque socotorina dicenda, à solo natali. Nam, ut dictum est, Socotora insula optimam mittit. Maximæ auctoritatis vir, & in litteris exercitatissimus, Sycotinum dicendum contendit. *Sycotinum hodie vocamus hoc est*, inquit, *ad verbum* ἡπατικὸν *vel* ἡπατίζουσαν. *Nam Græcia imfima* συκωτὸν *pro jecore dixit, quum antiqua jecur anseris aut porculi cum ficis pasti in deliciis haberet, & sic vocaret*, (Galenus lib. de boni & mali succi cibo. cap. 4. ὥσπερ γε καὶ τὸ ἧπαρ τῶν ὑῶν, ὅταν ἰσχάδας ἐσθίωσι, ὃ καλοῦσι συκωτόν.) Itemque suillo hepate, si quando id animal caricis nutriatur, quod propterea sycoton, quasi ficubus nutritum vocant) ἥπατα συκωμένα *dicuntur Polluci, quæ aliis* συκωτὰ *inde recentiores* συκωτὸν *quodlibet jecur appellarunt, & eos imitati Latini ficatum. Quo nomine hodieque jecur in nostro idiotismo nuncupamus. Lexicon vetus*, συκωτὸν ἧπαρ. *Cyrilli lexicon* λοβὸς ἥπατος, ἄκρον συκωτοῦ. *Ex eo Sycotina aloe, quæ veteribus* ἡπατῖτις. *Errant igitur qui à Socotora insula Indiæ deducunt, ex qua optima aloe, adfertur.* Neutiquam errant, rectè scribunt. Non enim ab infimæ ætatis Græcis hoc nomen aloë accepit; sed ab Arabibus, ad quos ex insula jam dicta deferebatur. Satis clarè hoc Mesues verba citata testantur. Nullus Græcus sycotinæ aloës mentionem facit. Barbara vox, barbarum vocabulum. Quod si ex Græcia in Arabiam importaretur aloë, contenderem συκωτινὴ legendum; Nunc autem cum certò certius constet, ex Socotora, insula Indiæ deferri in Arabiam & inde in Græciam & alias regiones, probabile magis est, nomen illud ab Arabibus inditum fuisse. Præterea hepaticam aloën seplasiarii nostri sordidissimam vocant, quæ tamen dicenda foret optima, ut ex notis quas tradit Dioscorides pater. Errant & pharmacopœi cum in compositionibus in quibus ἀλόης ἡπατιτίδος mentio fit, hac vilissima & sordidissima utuntur. Videamus quam aloen eligendam præcipiant veteres, quamque rejiciendam. Eligito, inquit, pinguem quæ nihil doli senserit, calculorum expertem, nitidam, subfulvam friabilem, jecinoris modo coactam, quæque facile humescat, eximiæque sit amaritudinis; Nigram contra, fractuque contumacem improbato, & talis est hepatica hodierna officinarum. Plinius loco citato. *Erit ergo optima pinguis & nitida, rufi coloris, friabilis, ac jocinoris modo coacta, facile liquescens. Improbanda nigra & dura, harenosa quoque, quæ & gustu intelligitur.* His aliam notam addit Oribasius apud Ætium, quod sit εὐώδης lib. II. Ἀλόην ἐκλέγου τὴν λιπαρὰν καὶ ἄλιθον, λείαν, ἢ στίλβουσαν, πυκνὴν ὑπόξανθον, καὶ εὔθρυπτον, ἡπατίζουσαν, ῥᾳδίως ὑγραινομένην, εὐώδη, ἐπιτεταμένην τὴν πικρίαν, τὴν δὲ μέλαιναν καὶ πάνυ σκληρὰν ἀποκλίνε. *Aloem elige puram, non lapidosam, lævem* (Interpres λείαν) *valde splendidam, densam, subflavam, friabilem, hepatis modo coactam* (Interp. *hepatis colore*) *facile humescentem.* (interpret. Plinius sequitur *liquescentem*, non ineptè) *odoratam, amaritudinis intensæ. Nigra vero & valde dura improbatur.* Hæc Ætii; aut Oribasii potius verba carpit magnus philosophus. *Illud*, inquit, εὐώδης *de suo inseruit; quod non extat apud Dioscoridem*,

nec convenit illi aloes generi, quæ tota est βαρύοσμος & virosi odoris, ut idem Dioscorides testatur, sed manifestissimum est, Oribasium confundere τὴν ἰνώδη ἀλόην cum amara purgante. Video etiam Myrepsum in aliquot compositionibus, quæ aloën odoratam desiderant, pro optima ἀλόη posuisse ἀλόην ἡπατῖτιν, quæ nota est aloes amaræ, non odoratæ, ut in nardini unguenti tertia embole, zingiberis Bdellii, Thuris, aloes flavæ, croci, stactes, opobalsami. In Græcis ἀλόης ἡπατίδης. Stultus est, si quis in nardino conficiendo putat locum habuisse aloen hepatida, quæ nihil habet aromatici. Immo obesis naribus sit qui igni injectam, vel in pulverem redactam aloën, cum gravitate quadam, suavem emittere odorem non percipit. *Atqui Dioscorides*, inquit idem, *totam virosi odoris esse.* Pax sit tanto viro, ad verba Dioscoridis non satis attendit. De viridi loquitur planta, non de succo probè parato. Idem aloë contingit quod coriandro. Hoc dum viret, ac in hortis crescit, teterrimum emittit odorem, exsiccatum, suavissime olet. Ita aloës planta virosa est; sed cum succus probè confectus est, odoratus fit, quod experientia comprobat, & vulgus novit. Quin aloën odoratam esse, testis est gravissimus Avicennas, cum inquit, *Illud quod melius est, est succutrinum, cujus aqua est sicut aqua croci, & odor ejus sicut odor myrrhæ, splendidum, friabile, frangibile, mundum a gypso.* Rectè & optimè myrrhæ comparavit, nec est multum dissimilis odor myrrhæ & aloës; aloes tamen est suavior. Idem Nic: Myrepsus testatur sectione 35. conf. prima. *Additur aloë in compositionibus odoratis, partim odoris causa, maximè quod ventriculum, cerebrum, aliaque viscera roboret, ac venenis resistat.* Ex quibus constat Ætium, aut Oribasium aloen & xyloaloen sive agallochum non confudisse, sed aloem catharticam etiam antiquitus inter aromata locum habuisse. *Sed* (inquit idē Litterator, & Philosophus) *quo magis pro certo habeas, utramque aloen veteres confudisse, ecce tibi Ætium lib. XVI. qui in compositione antidoti Moscatæ, vel διὰ μόσχου inter alias species aromaticas, quibus illa constat antidotus, ξυλοαλόην ἡπατῖτιν vocat, optimæ aloes medicamentariæ notam transferens ad aromaticam.* Ἀκόρου, νάρδου κελτικῆς, σαμψύχου, κινναμώμου, στάχυς, καρυοφύλλων, καρύων ἀρωματιζόντων, ξυλοαλόης ἡπατιζούσης, κασίας, κόστου, χίου ἄνθους, θύμου κηρύμβων. Hæc si ita scripta sunt in codice Manuscripto; dico codicem hoc loco depravatum, atque legendum ξυλοαλόης, ἀλόης ἡπατιζούσης; omissa voce *aloes*, exscribentis culpa. Utrumque enim & agallochum sive xylo aloën, & aloen catharticam, recipit hæc compositio de Moscho, uti ex Mesue, aliisque præstantibus auctoribus probatur. Videatur diamoschi amari descriptio, quæ extat in Weckeri antidotario speciali pag. 748. Nec Suidas utramque confudit, ut addit idem litterator, cum scribit Ἀλόη εἶδος μυρεψικόν, θερμαίνει μὲν κατὰ τὴν πρώτην τάξιν, ξηραίνει δὲ κατὰ τὴν τρίτην. *Illud*, εἶδος μυρεψικόν, *ad speciem aromaticam pertinet; quæ sequuntur, propria sunt medicamentariæ.* Sciat & aloem unguentariam etiam esse. Id ex eo patet, quod corpora quondam aloe & myrrha condirentur, ad quæ hæc duo longè præstantissima esse constat. Cadavera enim diutissime à putredine vindicant. De hac aloe intelligenda, cum in Sacra Scriptura dicitur Nicodemum attulisse, μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης, ὡσεὶ λίτρας ἑκατόν, ad unguendum scilicet, & pollinendum corpus Salvatoris nostri. Sequitur enim protinus, ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν. Certissimum argumentum de aloe cathartica intelligendum, quod Sacra scriptura junxerit aloen & myrrham. Utrumque enim aroma insigniter amarum, utrumque in tenuissimum pulverem redigi potest, utrumque cum gravitate quadam odoratum, utrumque adversus putredinem efficacissimum, nec usque adeò colore, substantiaque diversum. Quæritur an aloe cujus mentio fit in veteri Testamento, sit diversa ab aloe cathartica. Respondent qui in orientalibus linguis sunt versati, uno nomine ambas notari voce aloe, sed quam diversæ eę sunt, tam diversam nominum originem esse. Nam cathartica Syris עלוי Æthiopibus עלה dicitur. Unde sine ulla pronunciationis immutatione nomen Græcū profectū est. Alterius quoq; plantæ nomen, cujus in proverbiis Salomonis & Canticis fit mentio, ab Hebræo deductum אהלים vel אהלות Unde colligimus, inquiunt, vocem unam diversa significantem, à diversa origine proficisci. Sed hæc præter scopum. Illud tantum ad nos pertinet, an aloe cathartica aroma spiret, ac ἰνώδης fit. Hoc dixi experientiam testari, & unusquisque verum esse percipiet, ni nares, cerebrumque mucco ac pituita repleta habeat. Finem ut faciam; non nego ἀλόην quandoque agallochum significare, quandoque aloen catharticam: sed hoc assero, non peccasse Ætium quod odoratam dixit catharticam, cum etiam quod in antidotis odoratis addiderit. Si enim myrrham licet odoris causa addere, licet & aloen, utpote flagrantiorem & suaviorem, meis saltem naribus. Illud etiam addo, Græcos antiquiores semper ἀλόης nomine intelligere catharticam; recentiores modò catharticam, modò agallochum. Agallochum intelligit Herophylus Philosophus in libro πῶς ὀφείλει διαιτᾶσθαι ἄνθρωπος ἐν ἑκάστῳ μηνί, *quomodo debeat homo nutriri quolibet mense.* Inter ἐμβάμματα *intinctus*, recenset aloen. Ἐμβάμματα σίναπι, ἀλόη, κύμινον, καὶ ὀρίγανον. Nemo facile credet, veteres aloe medica, quæ amarissima est, pro intinctu usos esse, & in deliciis habuisse. Videat Lector cap. de agallocho. Optimam aloen, inquit, pinguem; qualis est lucida, & socotorina, sicca hepatica (de vulgari loquor) calculorum expers, & nitida, lucida & socotorina. Contra Hepatica. ὑπόξανθον inquit. Optimè expressit hoc Avicennas. *Aloes*, inquit, *est succus congelatus inter rubedinem, & citrinitatem existens.* Addit alias notas, quas autopsia in aloë lucida socotorina reperiri testatur. Diversa genera aloes reperiri Garcias negat; sed tantum in eo differre, quod altera aloë purior, altera impurior sit. Quod negligentiæ adscribit incolarum. Nunc videamus qualem succum in Italia collegerit Fabius Columna. *Color*, inquit, *ex citrino cum concrescere incipit, ruffescit, atque concretus magis nigricat, & obscurè, parum rubentem acquirit colorem, concreti sanguinis modo, vel potius hepati simillimus, translucidus, lævis, odore gravi aromatico, sapore amaro admodum ac abhorrendo, & mirum quod manu tantum attrectanti odore, atque illius vapore, ut ita dicamus, inficiatur aer, atque gustur amarum reddatur: in pulverem, ut Dioscorides notat, digitis confricatus succus, qui probè fuerit arefactus, ad mimimum usque tamentum facile reducitur: & aqua infusa statim liquescit, dissolvitur, atque citrino evadit colore, eo quo ante concretionem modo fuit.* Scribit Dioscorides, gummi & acatia adulterari: negat hoc Garcias. *Nimia enim ejus*, inquit, *est quantitas: sed quod incolæ negligentiores sint, in auferendis sordibus, quas hic succus secum trahit, alius alio prior videtur; hanc ob causam minus adhibenda fides Dioscoridi* lib. III. cap. XXIII. & *Plinio* lib. XXVII. cap. IV. *Qui eam gummi & acatia adulterari scribunt. Cum exigua sit in iis regionibus gummi & acatiæ copia: immo, ut verum dicam, nulla, quemadmodum à viris fide dignis accepi. Illud vero non negaverim, quin translatum, in aliis regionibus adulterari possit.* Nec Dioscorides in India adulterari scripsit. Potuit Memphis, vel Alexandriæ adulterari; ubi acatiæ, gummique copia. Et hæc de aloe. Coronidis vice versum subjungam Nonni. Hic Cap. XIX. vers. CCXVI.

Ἤλυθε δὲ καὶ Νικόδημος
Σμύρναν ἄγων θυόεσσαν· ἐρυθραίοιο δὲ κήπου
Ἰνδῴης ἀλόης δονακοτρεφὲς ἔρνος ἀρούρης.

——— *Venit autem & Nicodemus*
Myrrham ferens odoratam, rubri etiam horti
Indicæ aloes germen terræ in arundine nutritum.

Quæritur cur δονακοτρεφὲς dixerit? Vir doctus vult Poëtam exprimere voluisse ἐρυθραῖον κάλαμον Dionysii, (de quo suo loco) eumque pro calamo aromatico accepisse. Quin & aloen, indicam aromaticam eandem cum calamo indico aromatico facere. Nam δονακοτρεφὲς ἔρνος, est δόναξ vel κάλαμος, nec aliter potest accipi. Accedit quod agallochum, quod aloes recentiores vocant, Indis *calambac*, & *calambus* dicitur. Hæc viri docti est opinio; Sed δονακοτρεφὲς dixit Poëta; quod caulem, seu potius truncum ferat in Indiis aloe, ad instar arundinis. Qualis unus & alter in porticu horti Academici Lugduni Batavorum servantur. Δονακοτρεφὲς itaque dixit, quod colligi ex hoc trunco aloen putavit, uti myrrha & thus ex trunco colliguntur; cum tamen aloe ex foliorum colligatur succo.

Addam

Addam aloes monstrosæ Avioni ab hinc centum annis natæ, historiam, ex curis, posterioribus Caroli Clusii. Hæc aloe ad hunc usque annum caulem emiserat, caulis ex ea oriri cœpit sexto nonas Maij, quæ dies sanctæ cruci colendæ erat dicata, 1599. Hæc intra 45 dies, crevit ad triginta duos palmos, à medio ferè hujus caulis ad summum usque ramulos emisit 29 perinde formatos ac brachia candelabrorum quæ illuminationis causa in aulis magnatum suspenduntur, origine recti, tandem sursum recurvi. In quorum fastigio summo valgi enati sunt plurimi, hastulæ regiæ valgis non absimiles. Quibus suprema parte hærebant flores crocei, floribusque rosarum capillamentis inhærentium non dispares. Hoc observavit. Nonnus, vel à quopiam qui viderat, audieratve, accepit.

Lotus auctore Theophrasto æquivocum nomen est, formisque plurimis constat. Hujus vocis explicanda est ὁμωνυμία. Lotus est arbor, cujus multæ species sunt, de quibus libro quarto egimus. Lotus etiam est Ægyptia; de qua eodem libro plura ex antiquorum sententia, nonnihil etiam ex recentiorum inventione diximus. Est & lotus herba, de qua hoc capite nobis agendum erit. Cytisus etiam loti nomen habet, cujus ideam ac formam supra enarravimus. Loti hæc tria genera his versiculis Tzetzes histor. chiliade VI complectitur.

> Λωτὸν δὲ τὴν ἀγρίαν μὲν καλοῦσι τὴν βοτάνην,
> Καὶ δένδρον ἦν καθέστηκε, Διόδωρος ὡς γράφει
> Ἐν τόποις τοῖς Γαδειρόντι, καὶ τόποις τοῖς Αἰγύπτου,
> Ποιοῦν καρπὸν ὡς κύαμον, ἐξ οὗ ποιοῦσιν ἄρτους,
> Μέμνηται δὲ Ἡρόδοτος ὅνπερ λωτὸν νῦν ἔφην
> Τινὲς λωτὸν τι λέγουσι, τι καλαμῶδες νείλῳ.
>
> *Lotum & agrestam vocant herbam,*
> *Et arbor quædam fuit, ut Diodorus scribit,*
> *Et locis Gadirensium, & locis Ægypti,*
> *Faciens fructum ut fabam, ex quo faciunt panes.*
> *Meminit & Herodotus quem lotum nunc dixi,*
> *Quidam autem lotum dicunt quippiã cannosum in Nilo.*

Lotum arborem & lotum Ægyptiam confundere videtur. Videat lector quę supra dicta sunt. Lotus herba alia est sativa, alia est sylvestris, & tertia est quæ melilotus dicitur. Loti nomen accepit à voluptate, ab antiquo verbo λῶ, quod significat θέλω, ἐπιθυμῶ, βλέπω. *Volo, expeto, desidero, video.* Plinius lib. XXII. cap. XXI. *Loton qui arborem tantum esse, vel Homero auctore argui possunt. Is enim inter herbas subnascentes Deorum voluptati, loton primam nominavit.* Nam de Jove & Junone loquens Homerus, ait Iliad. ξ

> Τοῖσι δ' ὑπὸ χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ποίην
> Λωτόν θ' ἑρσήεντα, ἰδὲ κρόκον ἠδ' ὑάκινθον.
> *Quos subter terra divum procreavit novam herbam*
> *Lotumque roscidam, crocum, & hyacinthum.*

Videmus inter flores quos Homerus facit subnascentes voluptati Deorum, primum obtinere locum lotum, eamque roscidam vocare, Alibi μελιηδέα vocat, ubi equi ἐρέπτουσι μελιηδέα λωτὸν, *equi commedunt mellea dulcedine lotũ.* Quo nomine, inquit Maximus Tyrius, Homerus alicubi demonstrat voluptatem. Lotus quoque principem locum obtinet inter eas herbas, quas Apollinis & Musarum prata gignunt. Hinc apud Homerum metaphoricè hoc vocabulo deliciæ verborum sæpe significantur, & scientiæ oracula, nec non eruditi sermonis venustas. φιλόσοφος μὲν τὴν γνώμην, τοὺς δὲ λόγους οὐ τούτους μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶν ὅ τι βούλεται τῶν ἄσα μέσων τε καὶ Ἀπόλλωνος λειμῶνες φύουσιν. ἀφ' ὧν δρεψάμενος ἁπάσης παιδείας λωτὸν, οἷον τινα στέφανον ἠλέγξε τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπείργασται. *Philosophus quidem mente, at sermones non hos tantum, verum etiam quicquid vult eorum quibus abundant prata Apollinis & musarum, à quibus descripta omnis disciplinæ loto veluti verna aliqua corona suum animum excoluit.* Quin etiam lotus tanto fuit in honore & deliciis, ut crediderit antiquitas hortum fieri floridum, si loto protrita, & in aquam conjecta totus conspergatur. Geoponicōr auctor lib. XII. cap. VI. εὐθαλὴς κῆπος εἰ λωτὸν κόψας καὶ ἐμβαλὼν εἰς ὕδωρ καταβρέξῃς: *Floridus fiet hortus, si loto tusa, & in aquam conjecta eum resperseris.* Coronariam etiam esse plantam ex Theocriti Eidyl. IH observari potest.

> Πρᾶται τοι στέφανον λωτῶ χαμαὶ αὐξομένοιο
> Πλέξασαι σκιερὰν καταθήσομες ἐς πλατάνιστον.
> *Primæ tibi coronam ex humi nascente loto*
> *Nectentes in umbrosa suspendimus platano.*

Et de his quidem satis. Loti sativæ historiam Dioscorides ita prætermisit, ut vix unam alteramve notam ex illo colligere possumus. Hæc lib. IV. cap. CXCVI. de loto habet. Λωτὸς ἥμερος, οἱ καὶ τρίφυλλον, φύεται ἐν παραδείσοις, ὃς χυλισθεὶς καὶ μιγεὶς μέλιτι, ἄργεμα, νεφέλια καὶ λευκώματα καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις ἀποκαθαίρει. *Lotus sativa quam aliqui trifolium vocant, nascitur in hortis. Expressus ex ea succus, addito melle argema, nubeculas, albugines, cæteraque vitia caliginem oculis offendentia, discutit.* Theophrastus lotum inter ea numerat, quæ caule, non radice sunt foliata, id est, quæ in caule folia habent, nec humi sparsa sunt. Idem etiam eodem lib VII. partim primo, partim altero à satione anno provenire auctor est, & lib. IX. inter aromata numerat. Hæc si de loto sativa intelligi debent, aliquas notas habemus. Ut autem quæ lotus sativa sit, sciamus, necesse erit subjungere sylvestris & meliloti historiam. Variant enim in hoc Botanici. alii vulgarem melilotum pro veterum, alii pro sylvestri loto, alii pro urbana habent. Et sic quæ ab aliis urbana, ab aliis sylvestris dicitur, & contra. Sylvestrem loton his verbis lib. IV. cap. CXII. describit Dioscorides; λωτὸς ἄγριος, ὃν ἔνιοι λίβυον καλοῦσι, φύεται μὲν πλεῖστος ἐν λιβύῃ, καυλὸν φέρων δίπηχυν, ἢ καὶ μείζονα, μασχάλας ἔχοντα πολλάς. φύλλα ὅμοια λωτῷ τριφύλλῳ, τῷ ἐν κορτηκοπείοις γινομένῳ (magnæ autoritatis historicus, & litterator legit λωτῷ τῷ τριφύλλῳ, putatque Dioscoridem λωτὸν τρίφυλλον appellare trifolium pratense, ac vulgare. Atqui Dioscorides varia quidem trifolii nomina recenset, lotum tamen vocari non scribit. Vox λωτῷ superflua est. Apud Oribasium enim legitur, φύλλα ὅμοια τριφύλλῳ τῷ ἐν κορτηκοπείοις, &c. Sic medicam trifolio comparat pratensi lib. 2. cap. CLXXVII. ἔοικε inquit, μὲν ἄρτι φυομένη τριφύλλῳ τῷ ἐν κορτηκοπείοις, *dum recens erumpit, trifolio in pratis nascenti similis est*) ἀπέχεται ἰσχὺς τὴν λιβύην, μικρότερον δὲ πολλῷ, φαρμακώδης ἐν τῇ γεύσει, &c. *Sylvestris lotus quam alii libyon appellant, plurima in Libya nascitur, caule cubitali, aut etiam majore, alis multis, foliis trifolii pratensis* (vulgatam si sequamur lectionẽ, *loti trifolii pratensis*. Sanè trifolium pratense dictum esse, ex Hesichio probatur, cum inquit, λωτὸς καὶ δένδρον, καὶ πόα, κυρίως δὲ τὸ ἐν τοῖς λειμῶσι φυόμενον. *lotus & arbor, & herba, sed peculiariter quod in pratis nascitur.* Oribasius tamen λωτῷ non legit. Ruellius etiam codicem secutus est, in quo lotus non habetur) *semine fœnigræci, ac minore multo, gustu medicato, &c.* Meliloton lib. III. cap. XLVIII. describit Dioscorides. μελίλωτος κρατίστη ἡ Ἀττικὴ, καὶ ὁ ἐν κυζίκῳ, καὶ ὁ ἐν χαλκηδόνι γεννώμενος, κροκίζων καὶ εὐώδης. φύεται δὲ καὶ ἐν χαμπανίᾳ περὶ Νῶλαν μηλίζων καὶ ἀτονος κτλ. τὴν ἐυωδίαν. δύναμιν δὲ ἔχει συνπτικήν, &c. *Melilotus laudatissima quæ in Attica, Cyzico, & Chalcedone nascitur, quæ quidem croco similis odorataque est. Nascitur & in Campania circa nolam, in luteum colorem vergens, & odore infirmo. Vim habet adstringendi.* Describit & Serapio meliloton cap. XVIII. sed luculentius quam Dioscorides. *Achilel melich,* id est, *corona regia, Isaac eben amram, alkilelmelich, est herba quæ habet folia rotunda, viridia & ramuli ejus sunt subtiles multum, & folia rara & fructus habens vaginas subtiles, rotundas, sicut virgæ puerorum parvulorum, & sunt in iis grana pauca, glauci coloris, rotunda, minora granis sinapis, & quod ex eo administratur sunt illæ vaginæ, cum eo quod in iis ex granis.* Dioscorides; *Est ex meliloto, habens colorem croci, boni odoris, & est ex eo quod assimilatur fœnigræco.* Duo meliloti genera croco ab illo describi, verba ejus satis indicant. Primum croco simile, odoratumque. Alterum odore imbecillo, sed hæc à solo aëreque differentia. Alterum enim in Campano, alterum Attico agro provenit. Atticum melilotum Serapio inquit colore esse croci, Plinius verò odore. Vetus mergo Plinio favet. Addit enim ὀσμῇ. Serapioni Oribasius cum χροιᾷ κροκίζων inquit. De meliloto hæc Plinius lib. XXI. cap IX. *Meliloton* (in neutro genere, Græci & alii fœmnino) *quod sartulam campanam vocamus. Est enim in Campania Italiæ laudatissima, Græcis in Sunio, mox Calcidica & Cretica ubicunque verò asperis & Sylvestribus nata. Coronas ex hac antiquitus factitatas indicio est nomen sertulæ, quod occupavit. Odor ejus croco vicinus est, & flos; ipsa cana, placet maxime foliis brevissimis atque pinguissimis.* Idem ca. XI. *Melilotos ubique nascitur; laudatissima tamẽ in Attica. Vbicumque verò recens nec candicans, & croco quam simillima, quamquam in Italia odoratior & candida.* Multa hic sunt notanda, ac primum quod ait optimã in

Campania, mox laudatissimam in Attica. Quod conciliari facile posset. Nempe, duobus illis locis optimam esse in Græciæ Attico agro; in Italiæ Campano: sed quod Campanam Attico præfert excusari non potest. Quomodo in Campano optima, ἀστεῖος κατὰ τὴν εὐωδίαν, inquit Dioscorides. An legit Plinius ἥττων κατὰ τὴν εὐωδίαν? an verò καὶ εὐώδης. φύεται δὲ καὶ ἐν Καμπανίᾳ περὶ Νῶλαν μηλίζων, Vulgatam lectionem defendit Oribasius. Verisimile, Plinium ad Anagnostes verba non satis attendisse, vel properanter & oscitanter hunc Dioscoridis locum legisse. Atqui hic primus error. Alter quod odori adscribat, quod colori adscribendum erat. Quæ enim illa tautologia, odore croci, & oderatum esse? Quasi crocus non satis εὐώδης. Κροκίζων de colore, non odore dicitur. Idem etiam Plinius pro κυζίκῳ legit *Sunio.* Vulgata lectio Oribasii auctoritate munitur. Cyzicus, sive cyzicum insula est in Propontide, duobus pontibus juncta continenti, habens urbem ejusdem nominis; mœnibus, arce, & turribus marmoreis. Cyzicum Bithyniæ civitas nobilis. Sunium Atticæ promontorium est, ut scribit Plinius lib. IV. cap. VII. Verisimilior vulgata lectio. Nam Dioscoridis verba satis indicant illum loqui de regione, aut urbe diversa ab Attica. Mox Calchidicam & Creticam præstantissimam inquit; post eam nempe, quæ in Sunio nascitur. Codices vulgati habent καλχηδόνι. Optimus & vetustissimus liber (uti Claudius Salmasius scribit) habet καλχηδόνι, pro χαλκίδι. Oribasius καρχηδόνι Carthagine. Urbs notissima. Utra lectio sequenda lectoris relinquo judicio. De Cretica meliloto nihil Dioscorides, nihil Oribasius. Non dubium est, quin & illic laudabilis. Cur odoratiora sint quæ siccis asperisve locis proveniunt, docet Theophrastus lib. IV. cap. XXII. de causis. Coronas ex meliloto factas antiquitus ait. De his Cratinus apud Athanæum lib. XV. Deipn. Σὺ δὲ γαστρίζου κύνουλκε & μετὰ ταῦτα εἰπὲ ἡμῖν, ἀλλὰ τί κρατῖνος εἴρηκε τὸ μελίλωτον τοῦτ᾽ ἀεὶ φέρειν μελίλωτον, ἐπεὶ δή σε, ὁρῶ ἤδη ἔξοινον γεγενημένον, &c. *Tu verò Cynulce, exple ventrem, deinde nobis explana quidnam sit, quod de meliloto dixit Cratinus, his verbis* τοῦτ᾽ ἀεὶ φέρειν. I. *ut interpres, semper muniente caput meliloto stipatur. Nam quandoquidem* ἔξοινον *temulentum te jam video.* Ad hunc locum respondet Hieronymus Mercurialis, ἀεὶ φρούρον vocasse melilotum, quod coronis ad sedandum ebrietatis fervorem institutis melilotum miram præstabat operam; quandoquidem in tertio ejusdem Athanæi libro legitur. Ὅτι μελιλώτινοι στέφανοι πάνυ εὐώδεις, καὶ χειμῶνος ὥρᾳ φυκιώδεις. Qui igitur apud Cratinum semper custodem melilotum dixit, nil aliud, mea quidem sententia, significare nobis voluit, nisi quod ejus herbæ potestate semper ab ebrietate custodiretur. Sed hanc opinionem refutat vir in literis exercitatissimus, his ferè verbis. *Hunc* μελίλωτον *Cratinus* ἀειφρουρὸν *ἐπιδεικτικῶς dixit; non quod ab ebrietate caput custodiret, ut perperam argutatur Mercurialis, qui cum meliloto Ægyptio confundit; sed quod semper viridis maneat. Hesichius* ἀείφρουρος, ἀεὶ διαμένων. *Sic* φρουρεῖν *Xenephonti non qui aliam servat & custodit, sed munitus & tectus manet.* Et huic sententiæ favet Theophrastus lib. VI. de causis cap. XXII. ὁ δὲ μελίλωτος καὶ εἰς πλεῖον χρόνον εὔοσμος διαμένει. *Melilotus ad multum tempus odorata permanet.* Potior tamen mihi Mercurialis videtur sententia. Constat enim ex Plutarchi, Athenæi, aliorumque historia, veteres coronis maximè usos, vel ut sese munirent adversus ebrietatem, vel ut caput à vini vaporibus acrioribus defenderent, vel ut eosdem ad cerebrum delatos discuterent. Ad primum non parvam operam præstat melilotus. Pollet enim adstringendi & reprimendi vi. Et hanc mentem convivatorum esse apud Athenæum puto. Sequitur enim, ἐπεὶ δὲ πρὸς ταῦτα λεχθέντων μηδὲν ἀπεκρίνατο· κελεύω αὐτὸν κατὰ τὸν ἀλέξιδος ἄδειπνον χυδαίοις στεφανωθέντα στεφάνοις ἐξάγεσθαι τοῦ συμποσίου, &c. *Quoniam verò nihil respondet, tot verbis provocatus, exigi convivio illum jubeo, tumultuaria corona* τῇ χυδαίᾳ *cinctum.* Et certè non Mercurialis, sed Athenæus loti Ægyptii & meliloti historiam confudit. Quæ enim de coronis inquit, ea de meliloto, cætera de loto Ægypti intelligi debent; quod rectè percepit Mercurialis. Alia in verbis Plinii majoris ponderis examinanda sunt. Meliloti folia brevissima ac pinguissima esse ait. Addit Serapio rotunda & viridia esse. Talia sane aspectu non sunt injucunda. Rectè itaque Plinius. Dioscorides foliis ligustici comparat lib. III. cap. LVIII. περὶ δὲ (καυλίον) φύλλα ἐοικότα τοῖς τοῦ μελιλώτου, τρυφερώτερα δὲ καὶ εὐώδη. *Circa quem, folia sunt meliloti, at teneriora, & odorata.* Et hac de causa dubito, an Arabum & Græcorum melilotus eadem sit. Et sane botanici multi dubitant; nec sine ratione. Nam Græci flores, Serapio fructus usum habere scribit. Præterea Serapio folia esse inquit viridia, Plinius herbã ipsam canam. Μηλίζων, Plinius odoratissimam & optimam habere melilotum, inquit, quæ de colore, vel, ut ante, odore croco sit simillima. In Italia tamen odoratiorem esse candidam, hoc est τὸν μηλίζοντα. Quod est præter mentem Dioscoridis; cui color μηλίζων est luteus, à malorum colore, croceo dilutior. Croceus enim magis rutilus est, & acutior. Porro notandum in antiquissimo codice reperiri, τηλίζων pro μηλίζων, id est, *fœnigræco odore vel colore similem esse.* Et hanc lectionem secutus est Serapio. Vulgata tamen magis arridet. Nempe dilutiore colore esse quæ in agro Campano nascitur, intensiore quæ in Attico. Videamus an ad recentiorum cognitionem pervenerit melilotus. Vulgaris melilotus, sive qua officinæ passim pro meliloto utuntur, quam trifolium equinum, & caballinum vocant, quod ab equis in pabulo avidissime expetatur, an sit Serapionis, in dubium vocari potest. Folia enim non sunt parva, nec viridia, sed trifolio aut fœnigræco similia, candidiora, per oras lentè ac minutè fibriata; cujus tamen iconem addidimus, per circumferentiam foliis non est crenatis, alioquin vulgato similis; nec fructus fert, sive vaginas subtiles, rotundas, ad instar virgæ pueri, in quibus grana glauci coloris, rotunda, granis sinapi minora. Verum semen fert, in exiguis latiusculis siliquis, parvum, colore pallidum. Flore hoc genus meliloti est luteo, quandoque albo. Cum Græcorum meliloto non male huic convenit; folia enim cum ligustici foliis non ineptè comparari possunt; nisi quod teneriora sunt. Flores sunt lutei, alibi albi, alibi dilutè lutei, & pro locorum diversitate magis, minusve odorati. Virides dum sunt, odore sunt infirmo, plenius reficcati odoratissimi, quam odoris bonitatem & intensionem ad multos servant annos. Quod Theophrastus de meliloto observavit lib. 6. de caus. plant. cap. XXI. & XXI. Facultates etiam quas Græci adscribunt habet. Sed de iis in notis ad Dioscoridem. Interea legat lector, quæ Dodonæus de hujus facultatibus recenset. Cum Serapii descriptione melius quam cum Græcorum convenit Syriaca melilotus ab Adversariorum autoribus descripta. Fruticat copiosius, ramosisque cauliculis hinc inde deflexis, cubitum altis, geniculis crebribus distinctis; unde emicant folia

Melilotus Vulgaris.



folia in pediculis terna loti, melilotique communis, minus acuta, nec multum serrata, (sunt etiam minora multo, & aliquo modo incana) flores lutei, pallidi, stipati certa serie & modo, ut in securidaca aut astragalo, in summo vaginulæ hamatæ; in latiori basi in mucronem ad uncum exeunt, rostri psittaci non disparem, (siliquæ tamen rotundæ, vel teretes dici possunt) semen fœnigræci compressius, (rotundum Serapio) exilius, odore meliloti Germanicæ vel Gallicæ; sed multo fragrantiore, etiam in decennium perdurante (vel ut in Belgica editione legitur, in decimum quintum annum.) Sata Patavii, quasi soli nativi oblita, nonnihil corniculis minus falcatis, lunatis, & ignaviore odore degenerat. Dodonæus trifolium corniculatum alterum vocat, fateturque maximam cum descriptione Serapionis habere similitudinem. Aliam plantam meliloti Serapionis nomine ostendit Alpinus lib. II. de plant. exoticis; cujus figuram tabella addita ostendit. *Nobis*, inquit, *itidem ex Cretico semine, meliloti nomine accepto, nata planta trifoliacea, quæ à radice gracili, longa, tenui, lignosa, in aliquot radiculas divisa, fert cauliculos longos, graciles, foliis viridibus, trifolii corniculati Cretici similibus; sed in longius porrectis, vestitos, terræ stratos, ac veluti luxuriantes; in quorum summitatibus bini fiunt flores lutei: trifolio falcato, magnitudine & figura similes, odorati; à quibus bini corniculi recti succedunt flavescentes, semina parva, minuta, rotunda, flava continentes, gustu primo subdulces, mox cum modico calore modicè adstringentes.* Utra rectius cum descriptione conveniat, judicio lectoris relinquam. Alpini semina minus glauca; Lobelii ac Penæ minus rotunda. Neutram Græcorum esse melilotum probatur, quod folia ligustico non satis sunt similia, tum quod virides suaviter spirent: Theophrastus verò exsiccatam melilotum odoratam, viridem inodoram esse scribat. Qui mentam Græcam, sive corymbiferam melilotum Græcorum esse statuunt, multum à vero aberrant. Nam à ligustico folium hujus longè diversum (imperatoriam non esse ligusticum, ut illi statuunt, ipsa autopsia satis docet) Deinde cum viret, odorata est, nec dum exsiccatur intenditur odor, sed remittit; nec crocum spirat, id est, suaveolens admodum, sed cum quadam gravitate naribus, saltem meis, non valdè grata. Gesnerus urbanam lotum putavit, trifolium esse quod in pratis nascitur, & alibi provenit; eo motus argumento, quod Dioscorides trifolium vocari scripsit. Fortassis etiam quod Homerus ab equis libenter vesci, memoriæ prodidit. Errare virum magnum probatur; quod à Dioscoride loto sylvestri folia pratensis trifolii tribuantur. Nam si Dioscoridi fuisset lotus sativa trifolium pratense, in pratis eam, non in hortis nasci tradidisset; atque satis fuisset, lotum sylvestrem sativæ similem reddere, omissa trifolii pratensis mentione. Nec caule constat foliato; uti Theophrastus hoc lib. VII. cap. XII. docet. Inter ea quæ humi spersa folia habent, rectius numerari debet.

Porro magni Botanici lotum sativam credunt esse melilotum vulgarē, jam à nobis descriptam, ac pro sylvestri loto habent herbam, septem temporum dictam, quod septies in die, dum viret & crescit, odorem mutare credatur; quem amisisse & denuo recepisse singulo die arbitrantur. Unde & Batavis seven getijden kruyt dicitur. Alii contra hanc pro sativa loto ostendunt; quam opinionem probabiliorem puto. Hæc enim in hortis serio colitur; quamquam in Bohemia & aliis locis in pratis nasci scribant. Mulierculæ nostrates balsamum vocant, vel quod vulneribus medendis efficacissima sit planta, vel quod eximii odoris sit, gummi elemnium redolentis. Lotus sylvestris, sive Libyon quæ sit, me ignorare fateor, exspectabo donec quis ex Libya miserit.

Hæc de loto sint dicta. Unum addo, nos ἀντὶ μελίας σῖτον, quod interpretantur mel frugum, (quomodo panicum appellasse Dioclem medicum testatur Plinius lib. XXII. cap. XXV) legere μελίλωτον, vel μελιώδης, & interpretari de loto sativa. Sed prius magis arridet, quod melilotos inter loti genera recenseri debeat, cum à quibusdam quasi non pertineret ad loti historiam, inter alias plantas recenseatur. Deinde quod ob odoris suavitatem, tum etiam saporem in re cibaria, non ultimum mereatur locum; quamvis nunc in usu medicamentorio tantum recipiatur, ac ab equis, non hominibus expetatur. Accedit quod non eadem desideret loca. Nam & humidis, & siccis, frigidis, & calidis, scabris, arenosis, pinguibus æquè provenit. Nonnulla, inquit, quamvis generibus sint paucioribus, tamen non minus discriminis sortiri ait, ac inter ea solanum numerat, de quo libro nono agam. Ac ita finem huic libro septimo impono. Faxit deus Opt. Max. ut reliquos ad sui nominis gloriam, animæ nostræ salutem, proximi nostri commodum feliciter & cum laude absolvamus. Ita precor in nomine Domini nostri Salvatoris **Jesu Christi**, **cui laus** & gloria in æternum summa.

THEOPHRASTI
DE
HISTORIA PLANTARUM
LIBER OCTAVUS.

ΚΕΦ. Α. — **CAP. I.**

De frumento, & frumentaceis. Esseque frumenti tria genera. Sementis vero duo tempora. Quæ mature serere, quæ sero oporteat. De tertio serendi tempore. Quoto quæque die à satu erumpant.

Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων τῶν ποωδῶν, ἱκανῶς εἰρήσθω. περὶ δὲ σίτου καὶ τῶν σιτωδῶν λέγωμεν ὁμοίως τοῖς πρότερον. τοῦτο γὰρ κατάλοιπον ἦν τῶν ποωδῶν. δύο δὲ αὐτοῦ γένη τὰ μέγιστα τυγχάνει. τὰ μὲν γὰρ σιτώδη, οἷον πυροί, κριθαί, τίφαι, ζειαί, καὶ τἆλλα τὰ ὁμοιόπυρα, ἢ ὁμοιόκριθα. τὰ δὲ, χεδροπά. οἷον, κύαμος, ἐρέβινθος, πισός· καὶ ὅλως τὰ ὄσπρια προσαγορευόμενα. τρίτον δὲ παρὰ ταῦτα, κέγχρος, ἔλυμος, σήσαμον· καὶ ἁπλῶς τὰ ἐν τοῖς θερινοῖς ἀρότοις ἀνώνυμα κοινῇ προσηγορίᾳ. ἔστι δὲ ἡ μὲν γένεσις αὐτῶν, μία καὶ ἁπλῆ. φύεται γὰρ ἀπὸ σπέρματος, ἐὰν μή τι σπάνιον καὶ ὀλίγον ἀπὸ τῆς ῥίζης. ὧραι δὲ τοῦ σπόρου τῶν πλείστων δύο. πρώτη δὲ καὶ μάλιστα, ἡ περὶ Πλειάδων δύσιν. ᾗ καὶ Ἡσίοδος ἠκολούθηκε, καὶ σχεδὸν οἱ πλεῖστοι· διὸ καὶ καλοῦσί τινες αὐτὴν ἄροτον. ἄλλη δὲ ἀρχομένου τοῦ ἦρος μετὰ τὰς τροπὰς τοῦ χειμῶνος. οὐ τῶν αὐτῶν δὲ ἑκατέρα. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν φιλεῖ πρωῒ σπείρεσθαι· τὰ δὲ, ὀψέ. διὰ τὸ μὴ δύνασθαι φέρειν τοὺς χειμῶνας. τὰ δὲ πρὸς ἀμφοτέρας τὰς ὥρας οὐ κακῶς ἔχει καὶ πρὸς χειμῶνα, καὶ πρὸς ἔαρ· πρωΐσπορα μὲν οὖν ἐστι, πυρός, κριθή, καὶ τούτων ἡ κριθὴ πρωϊσπορώτερον. ἔπειτα δὲ ζειά, τίφη, ὄλυρα καὶ εἴ τι ἕτερον ὁμοιόπυρον· ἁπάντων γὰρ σχεδὸν ὁ αὐτὸς χρόνος τῆς σπορᾶς. τῶν δέ γε χεδροπῶν μάλιστα, ὡς εἰπεῖν, † κύαμος, καὶ κέγχρος. ταῦτα γὰρ διὰ τὴν ἀσθένειαν προλαβεῖν τῇ ῥιζώσει βούλεται τοῦ χειμῶνος. πρωΐσπορον δὲ καὶ ὁ θέρμος ἀπὸ τῆς ἅλω γάρ φασι δεῖν καταβάλλειν εὐθύς. ὀψίσπορα δὲ τούτων αὐτῶν ἔνια διαφέροντα ταῖς γενέσεσιν· οἷον πυρῶν τι γένος καὶ κριθῶν, ὃ καλοῦσι ‡ τρίγωνον, διὰ τὸ ἐν τοσούτῳ τελειοῦσθαι. καὶ τῶν χεδροπῶν τὰ τοιάδε· φακός, ἀφάκη, πισός. ἐν ἀμφοτέραις δὲ ταῖς ὥραις, τῶν χεδροπῶν καθάπερ ὄροβος ἐρέβινθος. οἱ δὲ καὶ τὸν κύαμον ὀψὲ σπείρουσιν, ἐὰν ὑστερίσωσι τῶν πρώτων ἀρότων. ἁπλῶς δὲ πρωϊσποροῦσι τὰ μὲν, δι' ἰσχὺν * ὡς δυνάμενα φέρειν τοὺς χειμῶνας. τὰ δὲ δι' ἀσθένειαν, ὅπως προλάβωσι ταῖς εὐδίαις τὴν αὔξησιν. δύο μὲν οὖν αὗται. τρίτη δὲ τῶν θερινῶν, ἣν εἴπομεν, ἐν ᾗ κέγχρος σπείρεται καὶ † μέλινος, καὶ σήσαμον. ἔτι δ' ἐρύσιμον, καὶ ὅρμινον· χρόνοι μὲν οὖν ἑκάστων οὗτοι. βλαστάνει δὲ τὰ μὲν θᾶττον, τὰ δὲ βραδύτερον. καὶ κριθὴ μὲν καὶ πυρός, ἑβδομαῖα μάλιστα· προτερεῖ δὲ ἡ κριθὴ μᾶλλον· τὰ δ' ὄσπρια τεταρταῖα, ἢ πεμπταῖα, πλὴν

† Κύαμος ἢ λάθυρος πρωΐσπορα, ταῦτα γρ.

‡ τρίμηνον Scal.

* Ὡς οὐ δυνάμενα Al.

† Μέλινος.

Satis de cæteris herbaceis diximus. Nunc de † frumento, universisque frumentaceis agamus, modo quo superiora tradidimus. Hoc enim reliquum in herbaceis generibus est. Frumenti prima & maxima genera sunt duo. Sunt enim alia Frumentacea, ut triticum, hordeum, tipha, ‡ semen, & reliqua quæ tritici hordeive specimen quodammodo gerant. Alia * chedropa appellata: ut faba, cicer, pisum: atque in totum, quæ legumina vocitare solemus. Adde tertium genus, † milium, sesamum: & ad summam, quæ in æstivis sementibus communi careant appellatione. Horum omnium generatio simplex, & una est. Quippe proveniunt semine tantum omnia, nisi quid ‡ rarenter parcéque radice prosiliat. Sementis autem duo plurimum tempora notantur. Sed primum atque potissimum, quod circa Vergiliarum occasum accipitur, quod Hesiodus & maxima ferè pars auctorum secuta est; quamobrē tempus id * per excellentiam satum appellarunt. Secundum quod vere incipit post brumam. Sed non eisdem datur utrunque. Alia enim maturè seri desiderant, alia serò, quod hyemen nequeant tolerare. Sunt tamen quæ satis feliciter tempus utrunque ferunt, hyemem scilicet, atque ver. Maturè seruntur, triticum, hordeum, quod etiam maturius seritur. Item † semen, tipha, siligo, ‡ & si quid aliud tritico sit simile. His etenim omnibus idem penè tempus serendi statuitur. * Ex leguminibus verò faba & milium (ut ita loquar) maximè maturè seri exposcunt. Hæ enim suæ debilitatis gratia, radicationem hyemi anticipare desiderant. Lupinum quoque maturè seritur: post aream enim serendum protinus censent. Sera illorum satio est, quæ in genere discrepant; ut tritici genus quoddam & † ordei, quod trimestre appellant. Quoniam per tantum temporis perfici possit. Et in leguminum genere lens, aphaca, pisum. Tempori utrique dantur ex leguminibus ervum, çicer. Sunt, & qui etiam fabam sero audeant serere, si minus primis satibus expediri potuerint. Simplici tamen ratione dicendum, alia sui roboris causa seri maturius poscere; ut quæ hyemem tolerare facile possunt. Alia ob debilitatem idem requirere, ut clementia temporis incrementum assumere queant. Igitur tempora duo illa in primis notantur. Tertium vero additur quod æstivis attributum retulimus, quo milium seritur, & panicum & sesamum, item ‡ trionum, geminalisque. Hæc serendi tempora singulis statuuntur. Erumpit autem aliud celerius, aliud tardius. Hordeum atque triticum

† Frugibus.

‡ Zea.

* Cerealia ex quibus panis non fit.

† Milium, panicum, sesamum, milium sesamum.

‡ Zazo.

* Sementis.

† Zea.

‡ Olyza, Latinis arinca dicta.

* Ex leguminibus vero faba & cicercula mature serenda; hæc enim propter imbecillitatem radicatione hyemem anticipare desiderant.

† Hordei.

‡ Erysimum & horminum.

κυάμων· κύαμος δὲ καὶ τῶν σιτωδῶν ἐν πλείοσιν. ἐνιαχοῦ δὲ καὶ πεντεκαιδεκαταῖος. ὅτε δὲ καὶ εἰκοσταῖος. δυσφυέστατον γὰρ τοῦτο πάντων. ἐὰν δὲ δὴ καὶ σπαρέντος ἐπιπλέον ὕδωρ ἐπιγένηται, καὶ παντελῶς. εἰ δὲ τῶν ἐν τοῖς ἐαρινοῖς ἀρότοις θᾶττον ἡ ἔκφυσις διὰ τὴν ὥραν, σκεπτέον. χρὴ δὲ τὰς ἀναβλαστήσεις, καὶ τὰς διαφύσεις ταύτας ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν διαλαβεῖν. ἐνίοτε γὰρ ἐνιαχοῦ καὶ ἐν ἐλάττοσιν ἡμέραις, καθάπερ ἐν Αἰγύπτῳ. τριταῖον γάρ φησι καὶ τεταρταῖον ἀνατέλλειν. παρ' ἄλλοις δὲ, ἐν πλείοσι τῶν εἰρημένων. ὅπερ καὶ οὐκ ἄλογον, ὅταν καὶ χώρα καὶ ἀὴρ διαφέρῃ, καὶ πρωϊαίτερον ἢ ὀψιαίτερον ἀρώσιν. καὶ τὰ ἐπιγινόμενα * οὐχ ὅμοια τυγχάνει. ἡ μὲν γὰρ μανὴ, καὶ κούφη, καὶ † εὐκράτῳ ἀέρι, ταχὺ καὶ ῥᾳδίως ἀναδίδωσιν· ἡ δὲ γλίσχρα καὶ βαρεῖα, βραδέως· ἡ δὲ τοῖς τόποις αὐχμωδεστέρα ‡ βραδέως. ἔτι δ' ἂν χειμῶνες ἐπιγένωνται καὶ αὐχμοὶ, καὶ εὐδίαι, καὶ πάλιν ὕδατα· καὶ γὰρ ἐν τούτοις πολὺ παραλλάττουσιν· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐὰν ἡ γῆ ὡς περιειργασμένη, καὶ κόπρον ἔχουσα τυγχάνῃ· καὶ ἐὰν μηδὲν τούτων. ἐπεὶ καὶ περὶ τοῦ πρωϊσπορεῖν ἕκαστα καὶ ὀψισπορεῖν, αἱ χῶραι διαφέρουσιν· ἔνιοι δὲ καὶ περὶ τὴν Ἑλλάδα πάντα πρωϊσπορεῖν εἰώθασι διὰ ψυχρότητα τῆς χώρας. ὥσπερ οἱ Φωκεῖς, ὅπως ἂν οἱ χειμῶνες μὴ νήπια καταλαμβάνωσι.

* ἀνόμοια Al. Bas. ἀνόμοια Scal.
† εὐκράτῳ Ald.
‡ βραδύτερον Scal.

cum die plurimum septimo, sed magis hordeum festinat. Legumina quarto die, aut quinto proveniunt, fabis exceptis. Faba enim intra dies plures etiam quam frumentacea exit. Quibusdam enim in locis vel in die quintodecimo, alias etiam vigesimo. Hæc enim difficillime omnium provenit, & si hac seminata, imber frequens successerit, proventu omnino difficilis reddetur. Si hæc verò tempore verno serantur, an celerius proveniant cogitandum. Proventus autem exortusque dictos quatenus summatim dici potuerunt, ita fieri putandum. Nonnunquam enim, & quibusdam in locis vel intra pauciores dies confici possint. Sicut in Ægypto tertio quartove die provenire affirmant. At apud alios, vel pluribus quam retulimus est opus. Nec temere id evenit, cum & tellus, & cœlum discrepent: cumque maturius seriusve aratum est. Et quæcunque supervenerint dissimilia fiunt. Tellus enim rara, & levis, & benigno cœlo subjecta, celeriter ac facile reddit; lenta vero, & ponderosa tardè, & quæ siccitate laboret, tardius. Item si hyems aut siccitates, serenitatesque nimiæ supervenerint, vel e contra imbres immodici incesserint † res longe tardius agetur. Ex his enim summum discrimen. Pari modo & si solum sit cultum ‡ fimoque refertum, vel si nihil ejusmodi actum sit. Nam & mature serove serendo quodvis, loca differunt. Qua de causa nonnulli Græciæ incolæ maturè omnia serere solent. Videlicet propter sui tractus algorem, ut Phocenses. Ne scilicet hyemes herbas parvulas occupent.

† *Has ob causas prorenata maximè mutantur.*
‡ *Et stercoratum.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

IN fronte octavi libri ad modum commentarii verba leguntur Grammaticis solennia. ἱστορ. *Sententiæ duæ, utraque indigna viro in Philosophia exercitato. Prior hæc Andronici judicio librum hunc inscribi,* περὶ φυτῶν ἱστορίας: *Quo nihil insulsius excogitari potest. Quippe universi operis titulus est. Altera est Hermippi, nihilo melior,* περὶ φρυγανικῶν, καὶ ποωδῶν. *Cum tamen expedita sint* τὰ φρυγανικὰ: *&* περὶ σιτωδῶν; *Id quod ipsummet profitentem audias, agat.*

Δύο δ' αὐτοῦ γένη μέγιστα τυγχάνει. *Theodorus addit,* prima. *Sanè si sint maxima, prima quoque sunt. Rectè* ποικίλον, καὶ πολύχουν *negotium plantarum dicebat. Nam* σῖτον *partitur in* σιτώδεις, *&* χέδροπα. *Sanè omnis species obtinet ex genere. Omnis enim homo* ζῶόν ἐστι. *Itaque etiam equus, & alia. Ergò etiam* χέδροπα, σιτώδη. *Et tamen distinguit differentia specifica* τὰ χέδροπα, καὶ τὰ σιτώδη. *Nomine quoque caruit tertia species, sub qua milium, & sesamum comprehendit. Adeò enim diversa sunt, ut nequaquam proxima natura contineri posse videantur. Fruges summum genus à Latinis appellatum, satis constat. Adeò ut Iureconsulti quidam etiam ad uvas, etiam ad sylvas cæduas, etiam ad cretifodinas, atque lapicidinas diffuderint. Quos rectè castigat Iulianus, qui etiam à pomis aufert appellationem. Verum idem malè frumentum definivit, quod arista in se teneat. Aristam posuit pro spica. Non enim cujusvis frumentacei generis spica aristosa est. Præterea milium, surgum, panicum, quæro apud Iulianum: cum neque spica, neque siliqua constet, quid sit. Ita habes errores, & Galli, & Servii, & fortasse Alpheni.*

Ἄρατον, *Theodorus interpretatus est,* Satum. *Et addidit,* per excellentiam.

Κύαμος, καὶ κέγχρος. *Theodorus omisit,* κέγχρος. *rectissimè. Neque enim inter* χέδροπα *est.*

Τέλγωνα. *Corrige,* τρίμηνον. Balliarcum *Vascones vocant.*

Ἀφάκη. *Quare Theodorus non verterit* Vitiam, *quærere potes.*

Ὃς οὐ δυνάμενα φέρειν. *Dele negationem. Fit enim,* δεῖ ἰσχύν.

Εἰ δὲ τῶν ἐν τοῖς ἐαρινοῖς. *Theodorus retulit ad omnia: ad fabas alius spectaret. Mihi placet, omnium, quæ utrunque tempus admittunt, fieri comparationem. Quia mox etiam locorum commoditates inter se confert.*

Ἀνόμοια τυγχάνει, *lege: non autem* ἀνόμοια. Εὐκράτῳ ἀέρι. *Theodorus* benigno cœlo. εὐκράτῳ, *malim. Et leges commodius,* ἡ δὲ αὐχμωδεστέρα, βραδύτερον.

Ἔτι δ' ἂν χειμῶνες. *Theodorus addidit de suo,* Res longè tardius agetur. *Pessimè. Neque enim una tantùm causa est hic numerata, sed diversæ.* χειμῶνες, αὐχμοί, εὐδίαι, ὕδατα. *Quare non est tardius: sed communiore voce,* παραλλάττουσι. *mutatur ratio omnium. Aliis aliter, & ambitiosè,* κόπρον ἔχουσα, fimo refertum. *Refertum? Præstat non ponere fimum, quam nimium aggerere. Simpliciter* stercoratum.

Μὴ νήπια. *Lasciva vox; sicut infra,* διαγελῶσης δὲ τῆς ἀέρος. *Amœnitas, supra modum Philosophi.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

PRioribus libris de arboribus, fruticibus, suffruticibus, & herbaceis egit præceptor, & quidem de herbaceis libro præcedenti. Hoc libro de leguminibus, frumentaceisque se dicturum promittit. An itaque legumina & frumentacea non sunt in herbarum genere? Omnino sunt. Et hoc quidem etiam docet præceptor τῶν ἄλλων τῶν ποωδῶν. Hic itaque est sensus verborum, Hactenus Historiam herbarum recensuimus, quæ oleras, & ad olera pertinentia continet: nunc herbarum historiam enarrabimus, quæ complectitur frumenta legumina, & frumentacea, hoc enim reliquum.

Δύο δὲ, Frugum duo maximè genera esse, inquit, frumentacea & chedropa sive legumina. Addit tertium quoddam ab utroque diversum, quasi inter utrumque medium. Sed quod huic nomen sit, non docet. Columella sub leguminum genere complectitur. Sed singula examinabimus. Hunc locum Plinius lib. XVIII. cap. VII. His fere verbis exscripsit. *Et quoniam præparatus est ager, natura nunc indicabitur frugum. Sunt autem duo prima earum genera: frumenta, ut triticum, hordeum: legumina, ut faba & cicer.* Ad hujus exemplum σῖτον exposui fruges. Scio multos esse, qui frumenta frugum nomine non censenda contendunt; sed sola legumina illud nomen habere, & sic frumenta à frugibus discernenda esse.

Sed hoc refellit Servius, & probat, frumenta, fruges dicta esse ex Cicerone, cum *olei & minutarum frugum* de leguminibus diceret. Minutæ fruges frumentum & legumen sunt; majores arboreæ. Nam arbores fruges dixit. Cornificius arborarios fructus. Ammianus Marcellinus l. 24. *Littoribus proxima Persis habebatur, minutis frugibus dives & Palmite.* Per minutas fruges intellexit frumenta & legumina. Sic frugũ nomine loco citato ex Theophrasto Plinius. *Frumenta, inquit, Servius, dicuntur quæcunque emittunt aristas.* Varro lib. 1. de re rust. cap. XLVIII. *In segetibus autem frumentum, quod culmus extulit.* Ergo milium etiam inter frumenta censeri debet. Sed de eo mox. χέδροπα dicuntur legumina & cerealia omnia quæ manu leguntur & carpuntur. Aristophanes Gram. χέδροπα τὰ παρ' ἄλλοις ὄσπρια, παρὰ τὸ τῇ χειρὶ αὐτὰ δρέπεσθαι. *Chedropa ab aliis ospria dicuntur, quod manu decerpantur.* Idem fere Nicander in Theriacis; nisi quod ὄσπρια & χέδροπα disjungere videtur

Χειροδρόποι δ' ἵνα φῶτες ἄτερ δρεπάνοιο λέγονται
Ὄσπρια χέδροπά τ' ἄλλα μετιχνεῦ ἐντὸς ἀρούρης,

Agricolam, si quando manu cerealea carpit
Semina; & è terra sine falce legumina vellit.

χέδροπα tamen & ὄσπρια idem sunt: Nec Nicander, nec Theophrastus ut quidam putat, disjungit, si bene ad verba attendatur. Dicit Nicander, ὄσπρια χέδροπα dicta, quod manu legantur & carpantur. Sic nec Theophrastus disjungit, cum ὅλως τὰ ὄσπρια inquit. Hoc vult, *Chedropa, sive legumina sunt pisum, faba, cicer, & reliqua quæ ospria dicuntur.* Non dixit *chedropa*, ut tautologiam vitaret. Quæ sint legumina, sive ospria, docet Galenus li. 1. περὶ τροφῶν δυνάμεως. Ὄσπρια καλεῖ ἐκεῖνα τῶν δημητρίων σπερμάτων ἐξ ὧν ἄρτος οὐ γίνεται, κύαμοι, πισοί, ἐρέβινθοι, φακοί, θέρμοι, ὄρυζα, ὄροβοι, λαθύρια, ἀράκοι, ὦχροι, φασήλοι, τῆλις φακός. *Legumina appellant ea cerealia semina, ex quibus panis nõ fit, ut puta fabas, pisa, cicera, lentes, lupinos, ervum, cicerculas, aracos, ervilia, phaselos, Fœnumgræcum, lentem.* Vidimus quid ὄσπριον, & quid χέδροψ sit, vidimus utrumque idem esse. Hesychius χέδροπα ὄσπρια. Notat Erotianus aliquando per κ scribi. Latini *legumen* dicunt, à *legendo*, quod manu legatur. Varro lib. 1. de re rustica. cap. de cicere *Hoc enim quoque legumen, ut cætera quæ evelluntur è terra, non subsecantur ut fruges; quæ quod ita legantur legumina dicta.* Et hæc de altero genere. addit tertium, & inter ea numerat milium, sesamum, panicum, & quæ in æstivis sementibus communi carẽt appellatione. Columella lib. 11. de re rust cap. VII. inter leguminum genera recenset milium, sesamum, panicum. *Leguminum, inquit, genera cum sint complura, maximè grata, & in usu hominum videntur phaselus, faba, lenticula, pisum, cicer, cannabis, milium, panicum, sesama, lupinum, linum etiã, & hordeũ, quia ex eo ptisana est, &c.* Inter legumina & frumentacea, quasi medium quoddam genus, numeravit Præceptor, quod manu leguntur jubamq; non spicam habent, tum etiam quod cibo sunt idonea, sive quod ex iis panis, sive aliud quoddam edulium confici possit. Horum omnium generationem unam eandemque inquit. Exponit hoc, & rationem addit; quod omnia hæc ex semine tantum proveniant. Hæc quidem regula, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ vera est, sed non semper. Ideò addit Præceptor, nisi forrasse legumen, aut frumentum quoddam detur, quod à radice prosiliat; sed id raro & parcè fit. Orobum pannonicum radice propagari, notum. Hoc fatendum, paucissima ex leguminum generibus, immo fere nullum radice plantari.

Ὥραι δὲ τοῦ σπόρου. Uti duo genera præcipua frugum, quibus tertium additur; sic duo præcipua sementis tempora, quibus tertium minus commodum subnectitur, statuit præceptor. Horum primum ac potissimum inquit, quod circa Vergiliarum occasum est. Quod Hesiodus & maxima ferè pars auctorum secuta est. Hesiodi, quos citat, versus reperiuntur lib. 11. ἔργ. ἐ ἡμερ. quorum mentem Philosophus magni nominis in suis in Vir-Virgilii Georg. doctiss. comment. non percepit.

Πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων
Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ ἀρότοιο δὲ δυσομενάων·
Plejadibus Atlante natũ exorientibus.
Incipe messem; sationem vero occidentibus.

Interpres rationẽ vertit; quod esse præter Poëtæ mentem, verba Theophrasti ostendunt. Plinius li. 18. ca. 24. *Hesiodus, qui princeps omnium de agricultura præcepit, unum tempus serendi tradidit à Vergiliarũ occasu Scribebat enim in Boeotia Helladis, ubi ita seri diximus.* Absconduntur Vergiliæ, uti docet Columella lib. 11. cap. VIII. altero & trigesimo die post autumnale æquinoctium, quod fere conficitur nono Calend. Octobris. Atque hæc hyberna satio vocatur. Plinius lib. XVIII. cap. VII. *Frumenti ipsius totidem genera, per tempora satu divisa. Hyberna quæ circa Vergiliarum occasum sata, per hyemem nutriuntur.* Idem cap. XXV. *Sementibus tempora plerique præsumunt, & ab undecimo die autumnalis æquinoctii fruges serunt. adveniente Coronæ ex ortu, continuis diebus certo prope imbrium promisso. Xenophon antequam Deus signum dederit. Hoc Cicero Novembris imbre fieri interpretatus est, cum sit vera ratio non prius serendi, quam folia cœperint decidere. Hoc ipso Vergiliarum occasu fieri putant. Aliqui ad tertium idus Novembris, ut diximus, servant. Antequam,* inquit, ex Xenophonte, *Deus signum dederit.* Signum illud quale sit, docet Cicero. Quasi ipse Xenophon non tradidisset, in Oeconomico. Ἐπειδὰν γὰρ ὁ μετοπωρινὸς χρόνος ἔλθῃ πάντες πως οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσιν, ὁπότε βρέξας τὴν γῆν ἀφήσει αὐτοὺς σπείρειν. *Quando autumnale tempus advenerit, ad Deum spectant omnes, ut terram humectet, ac ad serendum idoneam reddat.* Geoponic. auct. lib. 11. cap. XII. Δημόκριτος δὲ φυσικήν τινα παρατήρησιν παραδίδωσι. περὶ τὴν τοῦ στεφάνου μάλιστα δύσιν σπείρειν συμβουλεύει· τότε γὰρ οὐ μόνον ὄμβρους ἐπιπίπτειν πολλοὺς εἰώθασιν, ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ φυσικήν τινα καὶ δεκτικὴν κίνησιν ἴσχει, πρὸς τὸ γονιμώτερα ἀπεργάζεσθαι τὰ τότε σπαρέντα. *At verò Democritus naturalem quandam observationẽ tradens, circa Coronæ maximè occasum seminare consulit. Etenim tum non solum imbres multi emitti solent, sed & ipsa terra naturalem quendam & susceptorum motum habet, ad ea quæ tunc sata sunt, fertiliora efficienda.* Et hæc de satione hyberna, seu potius autumnali, sive quæ occidentibus Pleadibus instituitur. Plura qui velit, legat Columel. lib XI. cap. II. Varron. Lib. 1. cap. XXXIV. Addo verba Columellæ lib. 11. cap. VIII. Nos quoque non ambigimus.

Ἄλλη δὲ, Secundam Sationem primo vere post brumam incipere docet. Ad verba Theophrasti Plinius non satis attendit, duas sationes vernalem & æstivam confundens; vel earum ordinem ritumque turbat, ut infra ostendam. De hoc sationis tempore legat lector Virgilium. Hanc sationem serotinam vocabant, instituebaturque mense Februario.

Οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν, Nunc docet quo tempore unumquodque semen terræ mandandum sit, ac prius alia maturè, alia serò serenda. Causam addit, quod alia nequeant, alia possint tolerare hyemem Quædam etiam utrumqne ferre tempus docet. Quæ de singulis scribit, examinabo.

Maturè serendum præcipit triticum & hordeum; sed maturius hordeum quam triticum. Triticum serendum præcipit Virgilius, & ex eo Columella, ante Vergiliarum occasum lib. 11. cap. VIII. *Placet nostro Poëtæ adoreum, atque etiam triticum ante seminare, quam occiderint Vergiliæ, quod ipsum numeris sic edisserit.*

At si triticeam in messem, robustaque farra,
Exercebis humum, solisque instabis aristis,
Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Gnosiaque ardentis decedat stella Coronæ,
Debita non sulcis committas semina, quamque
Invitæ properes anni spem credere terræ,
Multi ante occasum Majæ cœpere; sed illos
Exspectata seges vanis illusit avenis.

Palladius initio libri duodecimi. *Novembri, inquit, mense triticum seremus & far, satione legitima, & semente solemni. Absconduntur*, inquit, Columella loco citato. *Vergiliæ altero & trigesimo die post autumnale æquinoctium, quod ferè conficitur nono calend. Octobr. Propter quod intelligi debet tritici satio dierum sex & quadringinta ab occasu Vergiliarum, qui fit ante diem IX calendarum Novembr, ad brumæ tempora.* Hordeum Palladius serendum ait mense Novembri. *Nunc*, inquit, *& hordeum maturum adhuc seremus.* Idem Palladuis lib. XI. statim in initio. *Octobri mense adoreum seremus, ac triticum. Iusta satio est à decimo Calendarum Novembrium, usque ad sextum idus Decembris, regionibus temperatis. Nunc etiam lætamen effertur ac spargitur. Hoc etiam mense seremus hordeum quod dicitur canterinum.* Notandum, quod inquit, *canterinum*; Nam non omne hordeum hoc mense seritur. Etenim ut idem Palladius lib. 11. Tit. XV. hordeum Gallaticum, Ianuario seritur mense

Si clemens, inquit, *fuerit hyems, hordeum gallaticum, quod grave & candidum est circa idus Ianuarii seramus locis temperatis.*

Inter frumentacea quæ mature feri debent, numerat zeam, & olyzam, typham, aliaque quæ tritico similia sunt. De his omnibus videat lector cap. IX hujus libri. An itaque omnia hæc maturè Octobri, Novembrique mensibus serenda? Respondet, seram illorum sationem esse, quæ in genere discrepant; ut hordeum & triticum trimestre. Nam si quis hæc mense Novembri, Octobrique fereret, semen propter hybernum frigus non ferrent. Discrepant hæc genere; quod reliqua tritici hordeique genera post menses plures semen ferant. Hæc post tres.

Ex leguminibus, inquit, fabam & milium maturè serenda. At milium inter ea numeravit, quæ media sunt inter legumen & frumentum. Accedit quod paulo infra inter ea, quæ æstate seruntur numerat. Prudenter itaque Theodorus hanc vocem, tanquam spuriam, omisit. Pronum foret scribere ὤχρ. Sed nescio an maturè feratur. Scribo λάθυρ. Columella Lib. II. cap. X. *Cicercula quæ piso similis est, mense Ianuario, aut Februario seri debet, læto solo, cœlo humido. Quibusdam tamen Italiæ locis ante Calend. Novembris seritur.* Faba cur mature feri debeat, docet Theophrastus lib. IV. de caus. cap. VIII. Pallad. mense Novembri serendam præcipit. *In hujus principio fabam spargimus, quæ pinguissimum, vel stercoratum desiderat locum.* Plinius lib. XVIII. cap. XII. *Seritur ante Vergiliarum occasum leguminum prima ut antecedat hyemem. Virgilius eam per ver seri jubet*, (de Græcorum faba loquitur) *circumpadanæ Italiæ ritu; sed major pars malunt fabalia maturæ sationis, quam trimestrem fructum ejus. Nam siliquæ caulesque gratissimo sunt pabulo pecori.* Locus quem citat Plinius lib. I. Georgicôn reperitur, ubi poeta.

Vere fabis satito, tunc te quoque medica putres
Accipiunt sulci.

Nec hoc ignoravit Theophrastus, uti hoc eodem docet capite: sed quosdam id facere, inquit, cum prima satio non bene successit. Seneca non tantum vere seri, sed etiam æstate prodidit Epist. LXXXVII. *An eo tempore* (vere) *ista ponenda sint; & an utriusque* (fabæ, & medicæ) *verna sit satio, hinc æstimes licet Iunius mensis est quo tibi scribo, jam proclivis in Iulium. Eodem die vidi fabam metentes, & fabam serentes.* Nostrates fabas Aprili mense, nonnunquam etiam Majo, rarius Martio serunt. Sed an Græcorum & vulgaris faba eadem sit, suo loco videbimus.

Inter ea quæ maturè seri desiderant, numerat Lupinum, quod hujus durum semen sit, ac quasi incoctile, ut docet præceptor lib. IV de caus. cap. VIII. Lupinum serere jubet Palladius mensibus Septemb. & Octob. & quidem lib X *Nunc vel maturius aliquanto lupinus seritur, in qualicunque terra vel crudo solo, cui hoc proderit, ut feratur antequam frigus incipiat.* Geopon. auct. lib. II. cap. XXXVII. θέρμους σπείρειν χρὴ πρὸ τῶν ἄλλων μετὰ ἰσημερίαν μετοπωρινήν, μὴ ἀναμείναντας ὄμβρους. *Lupinum præ aliis serere oportet post æquinoctium autumni, non exspectatis imbribus.* Lupinum sativum serere ego soleo ad finem mensis Aprilis, vel initio Maii Martio si feratur, facile à frigore læditur; Autumnali apud Batavos qui serit tempore, fructum ad Græcorum videbit calendas.

Sero serenda trimestria inquit. Quæritur quæ sit sera satio: Respondebit Batavus, quæ Majo fit mense: contra Græcus & Latinus. Maturam sationem vocat Theophrastus, quæ fit post æquinoctium autumnum, vel Vergiliarum occasu; seram quæ vere fit, vel mense Februario. Columella lib. II. cap. X. Sationes duas servamus, alteram maturam per mediam sementem, seriorem alteram mense Februario. Quo mense trimestria omnia serenda docet Palladius.

Ex leguminibus ervum, & cicer, utroque tempore scribit seri posse. Idem testatur Palladius de ervo, cum Octobri & Februario seri scribit, ac quidem lib. III. *Hoc mense toto* (Februario) *ervum adhuc seri potest; quia Martio serendum non est, ne pastu suo pecoribus noceat, & boves reddat insanos.* Contrarium Theophrastus lib. 2. histor. docere videtur; si quis ervum primo vere serat innoxium fore, autumno si feratur gravedinosum. Sed fieri potest, hominibus quod gratum est, pecudi noxium fit. Pisum idem Palladius serit mense Septembri & Octobri.

Ἁπλῶς δὲ πρῳϊαίτερα. Rationem dat præceptor, cur alia maturè, alia serò serenda. Causam, inquit, debilitatem; maturè enim quædam feruntur ut dum aër clemens est, ac calorem quendam habet, incrementum aliquod capiant viresque acquirant, quibus frigori resistant. Tenellas plantas minus frigori, quam antiquas ac adultas resistere, præter rationem non videtur.

Δυοῖν, Atque hactenus, inquit, de duobus præcipuis sationis temporibus, nempe autumnali, quod hyemale Plinius vocat; & hyemali, sive satione quæ mense Februario statim post brumam instituebatur, nec non Martio.

Τρίτη δὲ Sequitur tertium sationis tempus, quod æstivum vocat Præceptor. Quo terræ committebant milium, panicum, sesamum, irionem, horminum. Palladius milium, panicumque Martio calidioribus locis, frigidioribus Majo serenda docet. Columella milium lib. XI. cap. II. ad Idus Aprilis. Sationis hoc tempus describit etiam Plinius. Sed, ut supra dixi, ordinem nonnihil turbat. Sic itaque Plinius lib. XVIII. cap. VII. *Hyberna quæ circa Vergiliarum occasum sata, per hyemem nutriuntur; ut triticum, far, hordeum. Æstiva quæ æstate ante Vergiliarum exortum feruntur, ut milium, panicum, sesama, horminum, irio, Italiæ duntaxat ritu. Alioquin in Græcia & Asia omnia Vergiliarum occasu feruntur, quædam autem utroque tempore in Italia. Ex his quædam & tertio; veris scilicet. Aliqui verna milium, panicum, lentem, cicer, alicam appellant. Sementiva autem triticum, hordeum, fabam, napum, rapam, &c.* Duo, inquit, tempora serendi; ac primum hybernum, circa Vergiliarum occasum, alterum æstivum circa Vergiliarum ortum matutinum, id est, circa æquinoctium vernum. Tertiam sationem, inquit, esse veris. Circa Vergiliarum exortum milium panicum serendum, dicit. Mox addit *eadem verno tempore serenda*, Sementis tempora duo fecere præcipua Græci, Latinique; quod circa æquinoctium autumnale, & quod statim post brumam mense Februario Martioque. His tertium addunt iidem, quod æstivum vocant, eratque illud Aprili, Majoque mensibus, quibus serebatur milium, panicum, horminum. Contra Plinius duo præcipua facit tempora, quod circa æquinoctium auctumnale est, & æstivum quod circa vernale ad exortum Vergiliarum. Et tertium veris, inquit. Credo hoc Græcos serotinum dixisse, quodque erat mense Februario. Nam ut primum hybernum vocat, quia sata per hyemem nutriuntur, sic serotinum vernum quod vere, æstivum quod æstate. Falsum præterea quod scribit, omnia in Græcia seri circa Vergiliarum occasum. Contrarium docet Theophrastus, nec intellexit quid essent θερινοὶ σπόροι *æstivæ sationes*. Has confundit cum serioribus, quę instituebantur ad finem brumæ, veris initio. Æstivæ instituebantur Aprili, Majoque mensibus. Finem antequam faciam de sationis temporibus, addam quod de omni sationis tempore Columella præcipit lib. XI. cap. II. *Vetus*, inquit, *est agricolarum proverbium. Maturam sationem sæpe decipere solere, seram nunquã, quin mala sit.* Quo monemur, in locis frigidis novissimè, tepidis celerius, calidis ocyssime serendum. Hæc itaque a Theophrasto præscripta sationum tempora, usumque serendi, si quis omnibus regionibus accommodare velit, unum idemque operculum omnibus ollis adoptaret, ideoque ad finem cap. Præceptor. Nam & mature seroque serendo quodvis, loca differunt.

Βλαστάνει Sequitur quo die quæque sata erumpant. Hunc locum his fere verbis exscripsit Plinius. *Erumpit à primo satu hordeum die septimo, legumina quarto, vel cum tardissime septimo. Faba à* XV. *ad* XX. *Legumina in Ægypto tertio die.* De his plenius agit Theophrastus Lib. de caus. Ad quos lectorem mitto.

Εἰ δὲ τῶν ἐν τοῖς εἰρημένοις *Theodorus* inquit Scaliger, *retulit ad omnia. Ad fabas alius spectaret. Mihi placet omnium, quæ utrumque tempus admittunt, fieri comparationem. Quia mox etiam locorum commoditates inter se confert.*

Φακῆς Lentem tertiæ sationis dixit. Idem ferè Varro. Serit enim lentem intervallo inter caniculam & solstitium. Virgilius serendum docet Boöte occidente.

Nec pelusiacæ curam aspernabere lentis,
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes,
Incipe & ad medias sementem extende pruinas.

ΚΕΦ. Β. | CAP. II.

Quemadmodum nascantur in frugibus folia, germinaque & radices. Quomodo hordeum, & triticum, & pisum, & faba, & cicer, proveniant: & quo modo radices legumina omnia habeant. De frumentagine, & hordeagine, atque frumenti ortu, leguminumque.

Βλαστάνει δὲ τὰ μὲν, ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὴν ῥίζαν ἀφιέντα καὶ τὸ φύλλον· τὰ δ᾽, ἑκάτερον ἐξ ἑκατέρου τοῦ ἄκρου. πυρὸς μὲν οὖν καὶ κριθὴ καὶ τίφη καὶ ὅλως ὅσα σιτώδη, πάντα ἐξ ἑκατέρου, † πάντα ἐν τῷ στάχει πέφυκεν. ἀπὸ μὲν τοῦ κάτω τοῦ παχέος τὴν ῥίζαν, ἀπὸ δὲ τοῦ ἄνω, τὸ βλαστόν. ἓν δέ τι καὶ συνεχὲς γίνεται ἐξ ἀμφοῖν τὸ τῆς ῥίζης καὶ τοῦ καυλοῦ. κύαμος καὶ τὰ ἄλλα χεδροπὰ, οὐχ ὁμοίως, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὴν ῥίζαν καὶ τὸν καυλόν. καθ᾽ ὃ καὶ ἡ πρόσφυσις αὐτῶν, ὅ ἐστι πρὸς τὸν λοβὸν, ἐν ᾧ καὶ ἔχουσιν. οἷον ἀρχήν τινα φανεράν. ἐπ᾽ ἐνίων δὲ καὶ αἰδοιώδης φαίνεται, καθάπερ † ἐπὶ κυάμων, καὶ τῶν ἐρεβίνθων, καὶ μάλιστα τῶν θέρμων. ἐκ τούτων γὰρ ἡ μὲν ῥίζα κάτω, τὸ δὲ φύλλον καὶ ὁ καυλὸς ἄνω χωρεῖ. ταύτῃ * μὲν οὖν διαφέρει. τῇ δὲ ὁμοίως ἔχει τῷ πάντα κατὰ τὴν πρόσφυσιν τοῦ λοβοῦ, καὶ τοῦ στάχυος, ἀφιέναι τὴν ῥίζαν· καὶ μὴ καθάπερ ἐν τοῖς δενδρικοῖς τισὶν ἀνάπαλιν. οἷον, ἀμυγδάλῃ, καρύῳ, † βαλάνῳ, καὶ τοῖς τοιούτοις· ἐν ἅπασι δὲ ἡ ῥίζα μικρῷ πρότερον ἐκφύεται τοῦ καυλοῦ· συμβαίνει καὶ ἐνίοις τοῖς σιτώδεσιν, † ὥστε τὴν ῥίζαν εὐθὺς ἔξω προωθεῖσθαι. τὸ δὲ βλαστὸν ἐν αὐτῷ τῷ σπέρματι βλαστάνειν πρῶτον. αὐξανομένου δὲ, διίστασθαι τὰ σπέρματα. πάντα γάρ πως καὶ ταῦτα * διμερῆ. τὰ δὲ χεδροπὰ, φανερῶς πάντα δίθυρα καὶ σύνθετα. † τὴν δὲ ῥίζαν εὐθὺς ἔξω προωθεῖσθαι. ἐν δὲ τοῖς χεδροποῖς διὰ τὸ καθ᾽ αὑτὰ εἶναι τοῦτο μὲν οὐ συμβαίνει. προτερεῖ δὲ ἡ ῥίζα μικρόν. ἀναφύεται δὲ, ἡ μὲν κριθὴ καὶ ὁ πυρὸς, μονόφυλλα. ὁ δὲ πισὸς, καὶ ὁ κύαμος, καὶ ὁ ἐρέβινθος, πολύφυλλα. ῥίζαν δὲ ἔχει τὰ μὲν χεδροπὰ πάντα ξυλώδη καὶ μίαν. ἀπὸ δὲ ταύτης καὶ ἀποφύσεις λεπτάς. βαθύρριζότατον δὲ ὡς εἰπεῖν τούτων ὁ ἐρέβινθος. ἐνίοτε δὲ καὶ παρακαθίησιν. ἀλλ᾽ ὁ πυρὸς, καὶ ἡ κριθὴ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ σιτώδη, πολύρριζα, καὶ λεπτόρριζα. διὸ καὶ τὰ † ῥοβώδη πολύκλαδα, καὶ πολύκαυλα καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. σχεδὸν δὲ καὶ ἐναντίως ἑκατέρῳ ἐστί. τὰ μὲν γὰρ χεδροπὰ, μονόρριζά εἰσι, πολλὰς ἄνωθεν ἀπὸ τῶν καυλῶν ἀποφύσεις ἔχοντα πλὴν κυάμου. τὰ δὲ σιτηρὰ, πολύρριζα, πολλοὺς γὰρ ἀνίησι βλαστούς. ἀπαραβλαστεῖ δὲ οὐ. πλὴν εἴ τι γένος πυρῶν τοιοῦτο, οὓς καλοῦσι σιτανίας καὶ κριθανίας. τὸν μὲν οὖν χειμῶνα ἐν τῇ χλόῃ μένει τὰ σιτώδη· διαγελώσης δὲ τῆς ὥρας, καυλὸν ἀφίησιν ἐκ τοῦ μέσου, καὶ γονατοῦται. συμβαίνει δ᾽ εὐθὺς ἐν τῷ τρίτῳ γόνατι, τοῖς δὲ ἐν τῷ τετάρτῳ, καὶ τὸν στάχυν ἔχειν· ἀλλ᾽ οὐ φανερὸν ἐν τῷ ὄγκῳ. γίνεται δ᾽ ἐν τῷ ὅλῳ καλάμῳ πλείω τούτων. ὥστε σχεδὸν ἅμα τῷ καλαμοῦσθαι συνίστασθαι μικρὸν ὕστερον. ἀλλ᾽ οὐ πρότερον φανερὸς γίνεται, πρὶν αὖ προαυξηθεὶς ἐν τῇ κάλυκι γένηται· τότε δ᾽ ἡ κύησις φανερὰ διὰ τὸν ὄγκον. ἀπολυθεὶς δ᾽ εὐθὺς ἀνθεῖ μεθ᾽ ἡμέρας τέτταρας, ἢ πέντε. καὶ πυρὸς, καὶ κριθή. καὶ ἀνθεῖ σχεδὸν τὰς ἴσας. οἱ δὲ τὰς πλείστας λέγοντες, ἐν τὰς ἑπτά φασιν ἀπανθεῖν, ἀλλὰ τῶν χεδροπῶν χρόνιος ἡ ἄνθησις. χρονιωτάτη δὲ τῶν μὲν ἄλλων, ὀρόβου, καὶ ἐρεβίνθου. τούτων δὲ ἁπάντων, τοῦ κυάμου. καὶ ἐν μεγίστῃ διαφορᾷ. πολλαπλασιάζονται γὰρ ἡμερῶν

Left margin notes:
† ὥσπερ.
† ἐπὶ τῶν κυάμων.
* μὲν οὖν τι.
† δρυὸς βαλάνῳ.
† ὥστε τὴν ῥίζαν εὐθὺς ἔξω προωθεῖσθαι non habet Ald. codex.
* διμερῆ Ald. Bas. Codex Ald. pro οὐ legit αὐ, nos τὴν δὲ ῥίζαν εὐθὺς ἔξω προωθεῖσθαι ἐν τοῖς χεδροποῖς διὰ τὸ καθ᾽ αὑτὰ εἶναι ἧττον μὲν οὖν συμβαίνει.
† ῥοβώδη Al. germ. lege καλαμώδη καὶ χεδροπά.
† ἐναντίως ἔστι.

Germinant alia ex eodem, radicem, foliumque fundentia † alia utrumque ex utroque extremo. Triticum, hordeum, tipha, ad summam omnia, quæ frumentacea sunt specie, ex utroque effundunt: quippe quæ parte ima crassaque radicem: tenui superna herbam emittant. Fit tamen unum, atque continuum ex ambobus, radice & caule. At faba, cæteraque legumina non eodem emittere modo consueverunt, sed eadem ex parte radicem fundunt, & caulem. ‡ Qua etiam nexus siliquarum consistit, inque ea veluti principium quoddam germinandi haudquaquam obscurum. Id quod in quibusdam partis pudendæ refert formam, ceu in faba & cicere, sed maxime in lupino. His enim radix deorsum versus, folium vero & caulis sursum tendunt. * Hoc igitur differunt: sed illo plane conveniunt. Quod omnia per connexum siliquæ atque spicæ radicem capiant: nec, ut in quibusdam arboribus e diverso fieri solet, ceu amygdala, nuce, † glande, atque similibus. Omnibus autem radix paulo ante caulem exit: & quidem in frumentaceis evenit, ut radix protinus expellatur; protinus germen ‡ autem in ipso semine augeri primũ incipiat, auctoque subinde semina disjungantur. Nam & hæc omnia bipartita quodãmodo sunt; quod in leguminibus manifestum est. * Illa namque bino claudi corpore, atque ita componi penitus liquet. Verum in leguminum genere, quia per seipsum consistit, illud quidem minus contingit. Radix tamen paulo prius isti quoque propellitur. Exit hordeum, & triticum uno folio: pisum, & faba, & cicer multis. † Legumina omnia singulas habent radices, easdemque lignosas, & ramulis prætenuibus modo capillamentorum fibratas. Omnium (ut ita dixerim) altissimam cicer agit, quod nonnunquam vel ‡ ex latere ipso. At verò triticum, hordeum, reliquaque frumentacea permultis prætenuibusque innituntur radicibus. * Qua de causa numeroso ramo, numerosoque caule omnia ejusmodi se attollunt. Quamobrem, quædam inter hæc genera ferme intelligi potest contrarietas. Etenim legumina radice singulari subnixa, multos superne ramos ex caulibus gerunt, fabis tantum exceptis. Frumenta verò à diverso multis subnixa radicibus, multa quidem effundunt germina, sed quæ † regerminare omnino nequeant: præterquam genus quod frumentaginem quodque hordeaginem vocant. ‡ Hyeme in herba frumentacea manet. Cum autem tempus arridere primum & remittere se incipit, caulem de medio emittunt. * At quæ geniculantur, evenit ut protinus in tertio genu, quædam in quarto gerere spicam incipiant, sed nondum aliqua † mole conspicuam. Et quidem per totum culmum spica digeritur, ut ferme cum culmari inceperint, mox ea conspici possit. Sed latet antequam adulta in folliculo fuerit: tum enim fœtus ‡ crassitudine molis evidens extat. Mox folliculo absoluta, quarto aut quinto die florere tam tritici, quam hordei incipit, totidemque diebus fere floret. Qui verò plus temporis referunt, septimo

Right margin notes:
† Alia vero alterum ex uno alterum ex altero emittunt extremo. triticum, itaq; hordeum, tipha, omniaque frumentacea, ex utraque parte fundunt, uti in spica nata sunt. quippe crassi. r & inferior gra ni pars radicem, superior & tenuior pars herbã emittit. Fit autẽ unum atque continuum ex ambobus extremis.
‡ Qua hærent siliquæ
* Hoc igitur quodammodo differunt
† Castanea.
‡ Germen autem intra semen nascatur primum deinde augescente eo semina rumpantur.
* Illa namque duplicia sunt & coagmentata. in leguminum autem genere radicem protinus expelli, quod ex eadem non duabus partibus emittat, minus contingit. radix huic generi paulo tantum ante propellitur.
† Legumina omnia unicã habent radicẽ lignosam, & ab ea tenues prodeuntes fibras.
‡ Ex utroque latere.
* numeroso ramulo, frudiumque ferant
* Emittunt
† Magnitudine.

* Ideoq; omnia siliquata & quæ naturam leguminũ ferunt mulo, numerosoque caule se attollunt. † Non recrescant, ferant. ‡ Hiberno tempore foliis tantũ frumentacea gaudent. * & geniculantur, evenit autem ut quadam protinus. † Magnitudine conspicua. ‡ magnitudine conspicua.

αὐθεῖν λέγουσι. πλὴν οἱ μὲν † ἀεὶ προανθοῦντος ἐπὶ πέρας καὶ ἐπὶ πέρας λέγουσι κατὰ μέρος γὰρ ἀνθεῖν· οἱ δὲ ἁπλῶς. ἡ γὰρ ἄνθησις τῶν μὲν σταχυηρῶν, ἀθρόα. τῶν δὲ ἐλλοβωδῶν καὶ χεδροπῶν πάντων, κατὰ μέρος. πρῶτα γὰρ ἀνθεῖ τὰ κάτω. καὶ ὅταν ταῦτα ἀπανθήσῃ, τὰ ἐχόμενα. καὶ οὕτως ἀεὶ βαδίζει πρὸς τὰ ἄνω. διὸ πολλὰ τῶν * ὀρόβων τίλλεται τὰ μὲν κάτω κατερρυηκότα τὰ, δ' ἄνω χλωρὰ πάμπαν.

† In aliis codicibus πρόανθοῦν ἐπεὶ ὅτι καὶ ἐπεὶ ὅτι λέγουσι

* ἐρέβων.

ptimo die deflorescere notant. Sed leguminum floris diutina productio est. Atque inter cætera ervi cicerisque diuturnissima. Inter omnia verò faba quidem summo discrimine redditur. Diebus namque quadraginta, florere prodita est. Sed alii subinde alio & alio emergente florere tradunt. Particulatim enim florere ajunt. Alii simpliciter. Flos enim spicatis universum leguminibus omnibus simul emergit. Siliquata autem, & quæ naturam referunt leguminis, * sigillatim. His enim primum pars infera floret. Quæ cum desierit, proxima incipit. Atque ita ad supernam itur successu assiduo. † Qua de causa multa ex ervis evulsa parte ima defluxisse cernuntur, superna vero penitus esse viridia.

* Particulatim.

† Qua de causa multa ex siliquarum ejusmodi leguntur, ut inferiores siliquæ intus habeant nihil: quorum summa pars nihilo serius vireat.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἑκάτερον ἐξ ἑκατέρου. *Theodorus*, Utrunque ex utroque extremo. Sed ἑκάτερον ἐκ τῆς ἑτέρου. *Neque enim & radix, & caulis (hoc enim est utrunque) ex utroq; prodit extremo. Sed alterû ex uno, alterû ex altero; à crassiore radix, à mucrone caulis. Illa vero verba,* ὥσπερ ἐν τῷ στάχυϊ πέφυκεν, *omisit Theodorus. Quæ tamen aptè posita sunt: eaque sic leges.* ὥσπερ ἐν τῷ στάχυϊ πέφυκεν. *Vult enim Theophrastus docere situs proportionem in semine, & officii ad germinandum: quia radici debetur inferior locus. Ex ea igitur parte illam exire par est, quæ etiam in spica sit inferior. Hæc autem est crassior. Itaque subdit,* ἀπὸ μὲν τοῦ κάτω καὶ παχέος τὴν ῥίζαν. *In pomis, ratio contraria.*

Καθὸ καὶ ἡ πρόσφυσις αὐτῶν ἐν πρὸς τοὺς λοβούς. *Theodorus*, Qua etiam nexus siliquarum consistit. *Mala loquutio. Neque nexus est: neque siliqua nectitur semini: sed è contrario potius. Simplicitate Romana,* qua hærent siliquæ.

Συμβαίνει δὲ ἴδιον τι τῶν σιτωδῶν: ὥστε τὸ μὲν βλαστὸν ἐν αὐτῷ τῷ σπέρματι βλαστάνειν πρῶτον. αὐξανομένης δὲ διίστασθαι τὰ σπέρματα. *Theodorus addit de radice sic,* In frumentaceis evenit, ut radix protinus extrà pellatur. Germen autem in ipso semine augeri primum incipiat: auctóque subinde semina disjungantur. *Ubi vides verba illa,* βλαστάνειν, augeri. *Et,* αὐξανομένης, aucto. *Et quod pejus est,* διΐστασθαι, disjungi. *Disjunguntur contigua, non continua. Sic dices.* Germen intra semen nasci primum: deinde augescente eo semina hiscere. *Lege,* διμερῆ, *non* διαμερῆ.

Δίθυρα. *Theophrastus præceptorem imitatus est, qui Ostreacea sic appellat. Bifores enim sunt. Vix tamen fabam sic agnoscas. Contrario nanque se habent modo. Ostreis corpus unum, valvæ duplices. Leguminis corpus duplex, cortex, unicus. Theodorus, videbis, ut expresserit.* Bino claudi corpore. *Neque enim id* δίθυρον *est. Columella duplex semen in iis dicit: Animadvertes quemadmodum Theophrastus reddit rationem primæ partis. Prima nanque ostenditur per τὸ μὲν. Ratio est, quare* δὲ *ἴσχυται, Quia, inquit,* διμερῆ. *&* dicit, πῶς: *quia non penitus* ἐν πτυχῶσι. *Et addit,* καὶ ταῦτα. *Propterea quod legumina sunt vere* διμερῆ. *Idcirco intulit,* τὰ δὲ χέδροπα φανερῶς. *Quæ autem sequuntur,* τὴν δὲ ῥίζαν ἐυθὺς ἔξω προωθεῖσθαι, *continent alteram sententiæ partem: quæ pertinet* πρὸς τὰ σιτώδη. *Videnturque esse verba de radice, quæ Theodorus in superiorem transtulit periodum. Ac propterea subdit,* ἐν δὲ τοῖς χεδροποῖς *non ita contingere, ut in seipsis germen alant. Sic enim leges,* οὐ συμβαίνει. *Ratio est,* διὰ τὸ κατ' αὐτὸ εἶναι. *Intellige* καθ' αὑτό. *Quippe neutiquam ex duabus partibus emittunt, sed ex eadem. Et est obscura oratio, atque ambigua.*

Διὸ καὶ τὰ ῥοβώδη. *Theodorus omisit. Necessaria tamen sunt. Infrà enim* πολλὰ τῶν ὀρόβων. *Neque sibi constaret Theophrastus. Sic enim diceret.* τὰ σιτώδη πολύρριζα *Idcirco sunt* πολύκλαδα, καὶ πολύκαυλα. *At est è contrario. Quippe* ὑπεναντίωσις *τις. Id est,* ἀντιστροφία. *Namque* τὰ μὲν χέδροπα μονόρριζα ὄντα πολλὰς ἔχει ἀποφυάδας. τὰ δὲ σιτώδη πολύρριζα, καὶ ἀπαραβλαστῆ. *Facit etiam exceptionem inter legumina quidem, fabæ: inter* σιτηρὰ τῶν κεγχρωδῶν. *Sunt igitur tria nomina,* χέδροπα, ὄσπρια, ὀροβώδη.

Ὄγκῳ φανερόν. *Theodorus,* mole conspicuum. *Moles de re magna semper. In nullo fructu moles, nedum in spica. Tumorem dicas: aut simplicius, magnitudinem.*

Σχεδὸν ἅμα τῷ καλαμοῦσθαι, συνίστασθαι μικρὸν ὕστερον. *Mira loquutio.* ἅμα, *conjunxit cum,* ὕστερον. *Itaque addidit huic,* μικρόν: *illi* σχεδόν.

Διὸ πολλὰ τῶν ὀρόβων τίλλεται. τὰ μὲν κάτω κατερρυηκότα, τὰ δὲ ἄνω χλωρὰ πάμπαν. *Theodorus,* Qua de caussa multa ex ervis evulsa parte ima defluxisse cernuntur, superna verò esse viridia. *Vult dicere: Ervum legi aliquando ejusmodi, ut inferiores siliquæ intus habeant nihil: quarum summa pars nihilo secius vireat. Ambigua oratio Theodori. Multa ex ervis, & multa evulsa ex ervis. &* τίλλεται, *ab arvo, non autem ab ervo, ut totum à loco: non pars à toto.*

IOANNIS BODÆI A STAPELNOTÆ ET COMMENTARIUS.

Docet ex qua parte semina pullulent, sive primum germen emittant, dicitque quædam ex eadem radicem, foliaque emittere; contra alia ex diversis, oppositisque folia, radicemque fundere, ac quidem è obtusiore, crassiore, & inferiore radicem: contra ex acuta, tenui & superiore folia caulemque; eumque situm in pullulando servare, quem in spica obtinebat; nempe ut grani pars quæ in spica inferior & crassior, radicem; quæ superior ac tenuior, caulem foliaq; emittat. Hoc modo triticum, hordeum, tipha pullulare; fabam verò ac legumina priorem in pullulando servare modum, ac ex una eademque parte & caulem & radicem fundere; ea nempe parte qua siliquæ adnectuntur, ac hærent. Quam formam figuramque pars hæc habeat, describit Præceptor. Lector verba ejus examinet. An verò talem ideam seminum habeat pars ex qua pullulat, autopsia ostendet. Quod Theophrastus de tritico, tipha, hordeo, id de solo hordeo refert Plinius li. XVIII. cap. VII. *Ex hordeo, inquit, alterum caput grani in radicem exit, alterum in herbam, quæ & prior floret, radicem crassior pars grani fundit, tenuior florem; cæteris seminibus eadem pars & radicem & florem.* Videt lector Plinium verba Theophrasti non satis fideliter exscripsisse. Hic enim non solum hordeû, sed etiam triticum, cæteraque frumentacea ex utroque capite pullulare, inquit, fabam autem leguminaque ex una eademque & folia & radicem: nec Theophrastus ex tenuiore parte florem, sed ea omnia quæ sursum versus tendunt emittere folia, caulem, spicam, florem.

Ἀπὸ μὲν, Docet quam partem semen primum effundat ac emittat, dicitque radicem protinus expelli. Sed hoc in frumentaceis manifestius conspici & observari posse, quia statim radicem expellunt. Contra in leguminum genere. quia hoc in genere paulo tantum antequam germen producatur, radix expellitur. Causam addit cur quasi simul expellantur, quod ex una eademque, non duabus, diversisque radicem, folia, caulem, emittere genus hoc solet. Contra in frumentaceis quia duabus ex partibus pullulant, fit ut altera prior, altera posterior pullulet. Et rationi est consentaneum, radicem prius, dein folia expelli. Vide lib. IV. de caus. ubi cur frumenta utraq ue legumina una tantum parte pullulent, causam reddit.

Τὸ δὲ φύλλον Aurea hæc oratio contra eos, qui omnia germina duobus exire foliis contendunt. Hordeum & triticum uno exire folio inquit; pisum, fabam pluribus. In arborum genere, palmam unicum, cum primum pullulat, folium producere, non semel observavi; uti etiam alia frumentacea; reliqua duo folia emittunt. Videtur & hunc locum exscripsisse Plinius lib. XVIII. cap. VII. sed

nescio an satis mentem Præceptoris perceperit, *leguminum unicauln faba sola, unus & lupinis*; (id Arabica lupinus falsum esse ostendit, sylvestris quædam verum) *cæteris ramosis prætenui surculo, omnibus vero fistulosus. Folium quædam ab radice mittunt, quædam à cacumine. Frumentum & hordeum utrumque, & quicquid in stipula est, in cacumine unum folium habet. Sed hordeo scabra sunt, cæteris læuia. Multiplicia contra fabæ, piso, ciceri.* Hordeum, inquit Theophrastus, & triticum enascitur, terraque prodit, ἀναφύεται unico folio, multis pisum, faba. Videt negligentiam Plinii Lector.

Ῥίζαι δ' ἔχει. Legumina unicam habere radicem, inquit, eamque lignosam, & ab ea tenues prodeuntes fibras. Talem radicem omnibus leguminibus esse concedo; glandem terræ si exceperis. Etenim hæc radices fert crassas, oblongas, carnosas, glandibus forma quodammodo similes; sed multo majores; foris sunt nigræ, intus albicantes, sapore ferè castaneæ, à quibus inferius longa tenuisque fibra dependet. Exeunt ab eisdem & aliæ fibræ, juxta caulis exortum, quibus obliquæ serpentibus aliæ adnascuntur glandulosæ radices, ita se multiplicante stirpe. Hoc leguminis genus Belgis & Germanis familiare, Græcis incognitum puto. Astragalus Clusii si inter legumina numerari debeat, aliud ejus genus præter terræ glandem est, quod carnosam, non lignosam habeat radicem. Reliqua legumina lignosam habent radicem. Quod scribit cicerem altissimam habere, id haud verum de sativo. Arietinum longam, gracilem, candidam habere negari non potest. Porro locum, hunc Theophrasti Plinius his verbis interpretatus est, lib. XVIII. cap. VII. Legumina omnia singulas habent radices, præter fabam, easque surculosas; quia non in multa dividuntur, altissimas autem cicer: frumenta autē multis radicantur in fibris, sive ramis. Confundit verba Theophrasti admodum Plinius. Hic docet legumina omnia unicam habere radicem, eamque lignosam, ab eaque tenues prodire fibras: contra Frumentacea permultis tenuibusque niti radicibus. Ideoque, inquit Præceptor, omnia siliquata, sive legumina numeroso ramulo, numerosoque caule se attollunt, quod unicam habeant radicem, quodque alimento multo non indigeat radix: Sed omne quod attrahunt fibræ statim ad superiora mittant: contra frumentacea, quia pluribus constant radicibus, majori indiget nutrimento radix, quo destituuntur superiora. Et hæc causa, cur non ramis pluribus luxurient, uti legumina. Sed aliæ etiam sunt causæ, cur frumentaceorum ramuli, decerpti non renascantur alii, de quibus in libris de causis. Ac quidem præcipua videtur, quod non, instar leguminum, statim ramulos emittant, sed ad tempus folia tantum habeant, eaque primum emittant, dein post tempus aliquod caulem. Tempore itaque opus ad restaurationem, ut plerisque annuis. Quædam ergo contrarietas inter legumina & frumentacea est, quam exponit his verbis, quod legumina singulari constent radice; & tamen, faba excepta, ex caulibus supernè ramos multos gerant. Contra frumentacea pluribus constant radicibus, multaque habeant germina, sed ἀπαράβλαστα quæ non recrescunt, id est, si decerpantur rami frumentaceorum non renascuntur, nec fructum ferunt. Contra leguminum ramulos si decerpseris, novos producent caules, quique fructus ferent. Falsum est quod scribit Plinius, legumina omnia singulas habere radices, præter fabam. Theophrastus, ex quo hæc exscripsit, singularem quidem radicem habere legumina scribit, sed plures ferre caules, ramulosque, faba excepta: hæc enim unicaulis est. Quod itaque Theophrastus de caulibus ramisque, hic de radicibus. Falsum etiā est quod scribit, surculosas leguminum radices esse, quia non multa dividuntur. Satis aperte Theophrastus ab radice lignosa leguminum tenues prodire fibras scribit: nec intellexit verba Theophrasti. Πολλὰς ἀφίησι βλαστούς, ἀπαράβλαστοι δ' ἐπί, *frumenta*, inquit, *multis radicantur fibris, sine ramis*. Ἀπαράβλαστοι *sine ramis* ineptè interpretatus est, & βλαστοὺς *fibras*. Radici adscribit, quod cauli, ramisque Theophrastus. Viri docti Pliniana verba partim depravata putant, partim ordine non legitimo locata. Legendum igitur ad hunc modum ipsis videtur; *Legumina omnia singulas habent radices, easque surculosas, quæ in ramulos dividuntur; altissimas autem cicer, præter fabam.* Quod quid sit nescio. Sed verba aliquot desiderari scribunt ad integritatem sententiæ, aut certe hæc *multos ex caulibus ramos gerunt*, aut similia, tum sequatur, *præter fabam*. Ita Plinius ad sensum Theophrasti proximè, inquiunt, accedit. Verba hæc quamvis adscribantur, tamen sensus perfectus non erit. Plinius, ut dixi, vel nimis properanter, & negligenter verba Theophrasti legit, vel anagnostas aliter legentes aliud agens non audivit.

Naturam, ac omnem nascendi ordinem quem frumentacea habent, exponit. Ac primum, inquit, hyeme foliis tantum prædita esse, sed primo vere, vel quam primum cœlum clementius est, ac favere calore suo incipit, caulem de medio emittere, &c. Plinius loco citato, locum hunc his verbis exscripsit. *Frumenta hyeme in herba sunt, verno tempore fastigantur in stipulam quæ sunt hyberni generis.* Quæ sequuntur apud Theophrastum interpretatus est Plinius eodem capite, sed post satis longum intervallum. Interea quædam memorat, quę sequenti capite Theophrastus, *Frumenta quædam, in tertio, inquit geniculo spicam incipiunt concipere, quædam in quarto, sed etiamnum occultam*, (id est quod Theophrastus ἐ φανερὸν ἐν τῷ ὄγκῳ quæ magnitudinem habeat exiguam, sive vix conspicuam) *genicula autem, ut tritico, quaterna, farri sena, hordeo octona; sed non ante supra dictum geniculorum numerum conceptus est spicæ, qui ut spem sui fecit, quatuor aut quinque tardissime diebus florere incipiunt, totidemque, aut paulo pluribus deflorescunt; hordea vero* (addit Theophrastus triticum) *cum tardissimè septem*, (hinc quædam intermiscet Plinius, quæ antè dicenda erant, demum subjungit) *legumina diutius florent, & ex his ervum ac cicer, sed diutissimè faba XL diebus, non autem singuli scapi tamdiu, quoniam alio desinente alius incipit. Nec tota seges, sicut frumenti pariter. Siliquantur vero omnia diversis diebus, & ab ima primum parte paulatim flore subeunte.* Columella lib. II. cap. XII. *Omne autem frumentum, & hordeum, quidquid denique non duplici semine est, spicam à tertio ad quartum nodum emittit, & cum totum edidit, octo diebus deflorescit; ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem devenit, rursus quæ duplici semine sunt, ut faba, pisum, lenticula, diebus XL florent, simulque grandescunt.* Hæc omnia facilia; ut quæ autopsia quotidie ostendit, ac quasi digito monstrat.

ΚΕΦ. Γ. — CAP. III.

Quot diebus frumenta, quot item legumina maturentur. Terram à terra, & cœlum à cœlo ad fructuum differe perfectionem. Quibus foliis frumenta, quibus legumina constent. De siliqua, legumine, florumque differentia. Quæ spicam, quæ jubam, quæ siliquam gerant.

Μετὰ δὲ τὴν ἀπάνθησιν, ἁδρύνονται πυρὸς, καὶ κριθὴ τεσσαρακονταῖα μάλιστα. παραπλησίως δὲ τίφη, καὶ τ' ἄλλα τὰ τοιαῦτα. τεσσαρακονταῖα δέ φασι καὶ τὸν κύαμον· ὥστε ἐν ἴσαις αὐθεῖ καὶ τελειοῦται. τὰ δ' ἄλλα ἐν ἐλάττοσιν· ἐλαχίσταις δ' ὁ ἐρέβινθος. εἴπερ ἀπὸ τῆς σπορᾶς ἐν τεσσαράκοντα τελειοῦ) ταῖς ἀπάζαις, ὥσπερ τινές φασιν. ἐπεὶ τό γ' ὅλον ὑπὸ τάχιστα φανερόν. οἱ δὲ κέγχροι, καὶ τὰ σήσαμα, καὶ οἱ μέλινοι, καὶ ὅλως τὰ θερινὰ σχε-

Triticum atque hordeum, postea quam defloruere, crassantur, perficiunturque, cum plurimum intra dies quadraginta. Pari modo & tipha, & reliqua hujuscemodi. Item fabam † triginta diebus perfici volunt. Ita tamen, ut intra tantundem spatium temporis hæc florere, atque perfici soleat: cum cætera intra dies pauciores consummentur. Sed cicer paucissimis perfici potest, siquidem post sementem diebus quadraginta absolui possit, ut quidam affirmant. Nam in totum celerrimè

† Quadraginta.

δὲν ὁμολογεῖται τὰς τετταράκοντα ἡμέρας λαμβάνειν· οἱ δέ φασι καὶ ἐλάττους. διαφέρει δὲ καὶ πρὸς τὴν τελείωσιν, χώρα τε χώρας, καὶ ἀὴρ ἀέρος. ἐν ἐλάττοσι γὰρ ἔνιαι δοκοῦσιν ἐκφέρειν. ὥσπερ ἄλλαι τε καὶ μάλιστα ἐπιδήλως Αἴγυπτος. ἐκεῖ γὰρ κριθαὶ μὲν ἐν ἑξαμήνῳ. † πυροὶ δὲ ἐν τῇ ἑβδόμῳ περὶ τὴν Ἑλλάδα. ταῦτα δὲ τοῖς πλείστοις ὀγδόῳ πυροὶ δὲ ἔτι προσεπιλαμβάνουσιν. οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖ τό γε πᾶν πλῆθος οὕτως. ἀλλ' ὅσον εἰς ἀπαρχήν. κομίζεται γὰρ πρὸς ἱερῶν τινῶν χρείαν ἄλφιτα νέα τῷ ἕκτῳ μηνὶ καὶ ταῦτα ἐκ τῶν ἄνω τόπων ὑπὲρ Μέμφιν. λέγεται δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ τῆς Μεσσηνίας ἐν ταῖς ‡ καλουμέναις Μύλαις, ταχεῖάν τινα γίνεσθαι τὴν τελείωσιν τῶν ὀψίων. τῶν τε ὀσπρίων μὲν γὰρ ἀπορητὸν ἓξ μῆνας· τὰ δὲ τῷ ὑστάτῳ σπείραντα θερίζειν ἅμα τοῖς πρώτοις. ἀγαθὴν δὲ διαφερόντως εἶναι τὴν χώραν· ὥστε τριάκοντα χόας ποιεῖν. ἔχειν δὲ καὶ νομὰς θαυμαστὰς ὅλην. ἐν Μήλῳ δέ τι θαυμασιώτερον λέγουσιν. ἐν γὰρ τριάκοντα ἡμέραις σπαρέντα θερίζουσι. διὸ καὶ λέγειν αὐτοὺς ὅτι μέχρι τούτου δεῖ σπείρειν, ἕως ἂν εἴδῃ τις δράγμα. γίνεσθαι δὲ οὔτε * ὄψιμα ταῦτα, οὔτε πολλὰ παρ' αὐτοῖς. δεινὴν δέ τινα διαδοῦναι τὴν χώραν τροφήν. καὶ γὰρ εἶναι σιτοφόρον μὲν καὶ ἐλαιοφόρον ἀγαθήν. ἀμπελοφόρον δὲ μετρίαν. ὑπερβάλλον δέ τι τούτου, καὶ πάντων θαυμασιώτερον, τὸ περὶ Χαλκίαν τὴν νῆσον τῶν Ῥοδίων γινόμενον. ἐκεῖ γάρ φασιν εἶναί τινα τόπον πρώϊον καὶ εὔφορον, ὡς σπαρεισῶν κριθῶν, ἅμα ταῖς ἄλλαις θερίσαντες ταύτας, σπείρουσι πάλιν. εἶτα θερίζουσιν ἅμα τοῖς λοιποῖς. μεγίστη μὲν οὖν εἴπερ ἀληθῶς αὕτη διαφορά· τὸ γὰρ εἰς ἑτέραν χώραν μετενεγκόντας σπείρειν, ὥσπερ ἐκ Κιλικίας φασὶν εἰς Καππαδοκίαν, καὶ ὅλως τὴν ἐπέκεινα τοῦ Ταύρου, ἧττον ἄτοπον· φανερὰ γὰρ ἡ τῶν τόπων διάστασις. τὸ δὲ τὴν διαφορὰν ἔχειν, † ἐν ᾧ πέρ γε οὐχ ἅπαξ ἄλλαι, σύναρον οὖσαν καὶ μίαν, θαυμασιώτατον· αὕτη μὲν οὖν μεγίστη διαφορά. τὸ δὲ κατὰ τὰς ἄλλας χώρας, ἢ οὐ πολλήν, ἢ οὐδεμίαν τοῦ γε χρόνου λαμβάνει διαφοράν. προτερεῖ γὰρ ταῖς ὥραις τὰ Ἀθήνησι τῶν περὶ Ἑλλήσποντον ἡμέραις τριάκοντα ἢ οὐ πολλῷ πλείοσιν. εἰ μὲν οὖν καὶ ὁ σπορητὸς πρότερον, μετάθεσις ἂν εἴη τῆς χώρας· εἰ δ' ἅμα, δηλονότι πλείων ἂν ὁ χρόνος, οὐ μικρὰν δὲ ποιοῦσι διαφορὰν οὐδ' οἱ τόποι, καίπερ ἔνιοι σύνεγγυς ὄντες. τὰ γὰρ ἐν Σαλαμῖνι προτερεῖ πολὺ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ. καὶ ὅλως τὰ ἐπιθαλάττια, καὶ εἰς ταῦτα, καὶ εἰς τοὺς ἄλλους καρπούς· ὡς τὰ περὶ τὴν Ἀκτὴν καλουμένην τῆς Πελοποννήσου, καὶ τὰ ἐκ Φαλήκου τῆς Μεγαρίδος. πλεῖον ἐνταῦθά γε συμβάλλεται καὶ τὸ λεπτόγεων εἶναι καὶ ψαφαρὰν τὴν χώραν. καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν τελείωσιν οὕτως ἔχει. Διαφέρει δὲ καὶ ὅλα τὰ γένη τὰ διῃρημένα τῶν γενῶν· οἷον, σῖτος, χέδροπα τὰ θερινά, καὶ καθ' ἕκαστον γένος τὰ ὁμοιογενῆ. τὰ μὲν γὰρ σιτώδη, τὸ φύλλον ἔχει καλάμου· τῶν δὲ χεδροπῶν, τὰ μὲν περιφερές, οἷον ὁ κύαμος, καὶ σχεδὸν τὰ πλεῖστα. τὰ δέ, προμηκέστερον, οἷον, ὁ πισός, καὶ ὁ λάθυρος, καὶ ὁ ὦχρος, καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ τὰ μὲν ‡ ἰνώδη· τὰ δ' ἄφλεβα καὶ ἄινα· τὸ δὲ σήσαμον, καὶ τὸ ἐρύσιμον, ἰδιώτερα παρὰ ταῦτα. πάλιν ὁ καυλὸς τῶν μὲν γονατώδης καὶ * κοῖλος· διὸ καὶ καλεῖται κάλαμος. τῶν δ' ἄλλων χεδροπῶν ξυλωδέστερος. ξυλωδέστατος δὲ ὁ ἐρέβινθος. τῶν δὲ θερινῶν, κέγχρου μὲν καὶ μελίνου, καλαμώδης· σησάμου δὲ καὶ ἐρυσίμου, ναρθηκώδης μᾶλλον. καὶ τὰ μὲν ἐστιν, ὀρθόκαυλα, καθάπερ πυρὸς καὶ

† Codex Ald. & Bas. πυροὶ δὲ περὶ δὲ τὴν Ἑλλάδα πυροὶ μὲν ἐν τῇ ἑβδόμῳ Codex Lugd. πυροὶ δὲ ἐν τῇ ἑβδόμῳ περὶ τὴν Ἑλλάδα. Ald. alt. πυροὶ δὲ ἑβδόμῳ, περὶ δὲ τὴν Ἑλλάδα πυροὶ μὲν ἐν τῇ ἑβδόμῳ. ταῦτα δὲ τοῖς πλείστοις, Plinius περὶ τὴν πλείστην(?) Lege, πυροὶ δὲ περὶ ἑβδόμῳ. περὶ δὲ τὴν Ἑλλάδα κριθαὶ ἐν τῇ ἑβδόμῳ, περὶ δὲ τοῖς πλείστοις.

‡ ἀπορίμων. * ἴψιμα.

† ὦ πέρ γε Ald.

‡ ἰνώδη οἷον λάχες(?).

* κοῖλος ὡς ... Ald.

mè genus id leguminis consummari nulli dubium est. Milium, & sesamum, & panicum, & ad summam omnia æstiva, diebus quadraginta opus habere multi fatentur. Non tamen desunt qui & pauciores prodidere. Differt & terra à terra, & cœlum à cœlo ad fructuum perfectionem. Quædam etenim loca proferre intra pauciores dies videntur: ut cum alia, tum & majorem in modum conspicuè Ægyptus. Illic enim hordeum sexto à satu mense; ‡ triticum septimo metitur, quod apud plurimos octavo. Cæterum nec illo tractu sic à multitudine tota fieri solet; sed quoad religionis primitiis tantum statutum est. Portatur enim ad sacrorum quorundam usum farina nova sexto mense, & hæc à locis superioribus super Memphim. Quin & in Sicilia apud Mylas vocatas agri Messeni celerem quandam fieri consummationem. * serorum affirmant. Esse namque sementem eorum menses sex: sed tamen cum primis unà metere posse, qui mense novissimo severit. Regionem istam adeò fertilem produnt, ut triginta choes reddere valeat, pascua mirifice habeat ubique. Sed mirabilius, quod in Melo fieri ajunt. Sata enim intra triginta aut quadraginta dies metere incipiunt. Quamobrem dicere ejus loci incolas consuevisse; eatenus serendum, quatenus manipulum videris. Sed hæc nec coctu facilia, nec multa apud eos fieri traditur. Verum locum istum in exhibendis alimentis † mancum affirmant: frumenta enim oleasque ingenuè ferre, vites autem modicè. Sed omnibus mirabilius, quod in Chalcia Rhodiorum insula fieri solet. Illic enim locum quendam ‡ præcoquem, fertilemque adeò narrant, ut ordeum satum in eo, cum cæteris sereretur in locis, metere iterumque serere, atque cum reliquis unà frugibus rursus metere possint. Maximam igitur hanc differentiam, si vera sit, arbitrari debemus. Quod enim translatum in alium tractum distuleris, ut è Cilicia in Cappadociam, atque in totum trans Taurum, minus mirum. Locorum enim discrimen manifestum est. * Conterminum verò eundemque loco, tantum differre à reliquis, mirabile admodum est. Hic ergo summa cum differentia notatur: † cæteri autem tractus haud multum inter sese tempore distant. Sata enim in Attica prius, quam in Hellesponto veniunt ad maturitatem diebus triginta, aut aliquo plus. Quod si satus quoque præcesserit, loci mutatio sit: sin autem simul satum sit, plus temporis certè accedat necesse est. Sed nec loca differentiam mediocrem faciunt, licet nonnulla proxima sint. Segetes enim Salaminis longè prius quam cæteræ Atticæ regionis perficiuntur. Atq; in totum loca maritima, tam ad hæc ipsa, quam ad reliquos plus conferre putantur, & ut citius maturescant efficere. Ut circa Actam vocatam Peloponesi, & in Phaleco agri Megarensis, nisi isthic vel humi tenuitatem, atque laxitatem offerre quicquam putaveris. Generatio & perfectio ita se habent. Differunt autem, & tota discreta genere inter sese frumenta, leguminaque æstiva: & generatim, quæ ejusdem generis consortia sunt. Frumenta etenim folio harundinaceo constant. Leguminum alia ‡ rotundo, ut faba, & maxima fere pars: alia oblongiori, ut pisum, cicercula, * cicera, & reliqua hujuscemodi. † Alia item nervata, alia sine nervo, & vena. Sesamum, & ‡ trionum discerni ab his sua proprietate cernuntur. Item caulis aliis geniculatus, atque inanis; ut fabæ: quamobrem * culmus vocatus est cæteris leguminibus lignosior. Sed ciceri lignosissimus. Milio ex æstivis, & panico arundinaceus. Sesamæ & † triono potius ferulaceus. Et aliis caulis

‡ Triticum septimo metitur, apud Græcos verò hordeum septimo, apud plurimos octavo, postea metere triticum aggrediuntur. Cæterum.

* Affirmant serorũ esse. Namq; satorum sementem menses sex.

† Affirmant efficacem triticum enim & oleã abunde ferre, vinum autem non penitus nullum.

‡ Adeò tempestivæ efficaciæ.

* Conterminum vero, eundemque locum in quo transferentur semina, quod non raro fit, tantum differre à reliquis mirabile admodum est.

† Diversi autem tractus quod ad tempus attinet, aut nihil aut non multũ inter sese.

‡ Tereti.

* Ervilia.

† Aliis nervosum, ut siliquæ, aliis

‡ Erysimũ.

* Calamus.

† Erysimo.

ὅλως τὰ σιτώδη καὶ † θερινὰ τὰ δὲ, πλαγιόκαυλα μᾶλλον· οἷον ἐρέβινθος, ὄροβος, φακός. τὰ δ' ἐπιγειόκαυλα, καθάπερ ὦχρος, πισὸς, λάθυρος. ὁ δὲ δόλιχος, ἐὰν παρακαταπήξῃ τις ξύλα μακρὰ, ἀναβαίνει καὶ γίνεται καρπιμος· εἰ δὲ μὴ, φαῦλος καὶ ἐρυσιβώδης. μόνος δὲ μάλιστα τῶν χεδροπῶν ὀρθόκαυλος ὁ κύαμος. ἔχει δὲ καὶ τὰ ἄνθη διαφορὰν, καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ θέσει· περὶ ὧν σχεδὸν ἐν τοῖς καθόλου διείλομεν, ὅτι τὰ μὲν χνοώδη, † καθάπερ πυροὶ καὶ πάντων ὡς εἰπεῖν σταχυωδῶν, τὰ δὲ, φυλλώδη καθάπερ τῶν χεδροπῶν. καὶ τῶν πλείστων κολοβά. τὰ γὰρ πολλὰ κολοβανθῆ. χνοῶδες δὲ καὶ τὸ τῆς κέγχρου καὶ μελίνης. τοῦ δὲ σησάμου καὶ τοῦ δὲ ἐρυσίμου, φυλλῶδες. καὶ ὅλα δὴ τὰ μὲν, ἔχει περὶ αὐτὸν τὸν καρπόν· οἷον τὰ σιτώδη καὶ κεγχρώδη περὶ τὸν στάχυν· τὰ δὲ χεδροπὰ, ἐξ αὐτοῦ πῶς τοῦ ἄνθους, ἢ ἀπὸ τῆς † τῆς ἀρχῆς γίνεται. καὶ τὴν ἄνθησιν, ὅτι τὰ μὲν ἀθρόαν, τὰ δὲ κατὰ μέρος ποιεῖται· καὶ τἄλλα δὲ τὰ παραπλήσια τούτοις. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ κατὰ τοὺς καρποὺς· ὅτι τὰ μὲν ἔχει † στάχυν· τὰ δὲ χεδροπὰ, λοβόν· τὰ δὲ κεγχρώδη, φόβην. ἡ γὰρ καλαμώδης ἀπὸ φύσεως φόβη. τὸ δὲ ὅλον τὰ μὲν, ἀγγειόσπερμα, τὰ δὲ ὑμενόσπερμα, τὰ δὲ, γυμνόσπερμα. καὶ ἔτι τὰ μὲν ἀκρόκαρπα· τὰ δὲ πλαγιόκαρπα. καὶ ὅσα δὴ ἄλλα ταύτης ἔχεται τῆς θεωρίας. ὅλως δὲ πολυκαρπότερα καὶ πολυχούστερα τὰ χεδροπά. τούτων δὲ ἔτι μᾶλλον τὰ θερινά, κέγχρος, καὶ σήσαμον. αὐτῶν δὲ τῶν χεδροπῶν μάλιστα φακός. ἁπλῶς δὲ τὰ μικροσπερμότερα μᾶλλον ὡς εἰπεῖν, ὥσπερ καὶ τῶν λαχανωδῶν κύμινον ἁπάντων ὄντων πολυσπέρμων. ἰσχυρότερα δέ, πρὸς μὲν τὸν χειμῶνα, καὶ ὅλως τὰς τοῦ ἀέρος, τὰ σιτηρά. πρὸς δὲ τὴν τροφὴν, τὰ χεδροπά, τάχα δὲ τοῦτο γε ἡμῖν, ἢ τοῖς ἄλλοις ἀνάπαλιν.

† Καὶ τὰ. — † Καὶ πάντως τῶν χυλώδους Al. Bas. ger. — † Τῆς αὐτῆς ἀρχῆς. — † στάχυν ὥσπερ σιτώδη τά.

rectus, ut tritico, hordeo: & in totum frumentaceis, atque æstivis. Aliis ‡ tendens in latus potius: ut ciceri, eruo, lenti: aliis * humi procidens, ut erviliæ, piso, cicerculæ. Siliqua nomine appellata speciali, longa, si ligna affixeris, ascendet, & frugifera fiet: alioquin vitiosa, atque æruginosa reddetur. Faba inter legumina sola potissimum erecto caule constat. Quin & floribus differentia tum natura, tum positu data est. De quibus fere in iis, quæ in universum digessimus, satis dictum existimamus: scilicet quod alii lanuginei, ut omnium fere gerentium spicam, alii foliis constant, ut leguminum, & plurimis quidem † minutis. Major etenim pars florem ‡ sessilem edit. Flos lanugineus & milio, & panico: sed sesamæ, atque * triono foliis constans. Et alia circa ipsum semen flosculum habent, ut quæque frumentacea, & miliacea circa spicam. Legumina vero ex eodem quodammodo flore, aut ex eodem quidem initio proveniunt. Et florem alia universim, alia particulatim producunt. Et reliqua hisce proxima, quæ satis jam exposuisse putamus. Ad hæc quæ fructuum ratio exigit, addimus: quod alia spicam gerunt, ut frumentacea: alia siliquam, ut legumina: alia jubam, ut miliacea. Effusam enim illam arundinaceam comam, jubam appello. Ad summa, aliis semen vasculis includitur. Aliis membranis continetur. Aliis nudum insidet. Aliis item fructus in extremo. Aliis in latere. Et reliqua, quæ hanc ipsam contemplationem contingunt, diximus. In totum verò genus leguminum fructu copiosius fœcundiusque profecto est. Sed his feraciora profecto æstiva sunt; ut milium, sesama. Lens maxime inter legumina fertilis est. Et summatim, quæ semen ferunt pusillum, copiosius ferme fructificant, ut etiam inter olera cuminum: quanquam hæc omnia copiose ferant. Validiora contra hyemen, atque in totum cœli mutationes, frumentacea sunt. Legumina verò cibi ratione putantur valentiora: nisi forte id quidem nobis ita evenit, cum cæteris animantibus è diverso eveniat.

‡ Declinans. — * Per terram repens. — † Mutilis. — ‡ Mutilum. — * Erysimi foliosum.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Χόρτου χάριν. *Usque ad satietatem inculcavit hoc. Ac de Ægypto non semel.*

Πυροὶ δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα, πυροὶ μὲν ἐν τῇ ἑβδόμῃ. *Theodorus omnia omittit, præterquam,* πυροὶ δὲ ἐν ἑβδόμῃ. *Ego lego,* πυροὶ δὲ περὶ μὲν τὴν Ἑλλάδα ἐν τῇ ἑβδόμῃ.

Οὔτε ὄψιμα ὄντα. Theodorus ὄψιμα coctu facilia, *& interpretatur,* δυσὴν, mancum; *potius* difficilem, *&* morosum. *Qui alia velit, alia nolit. Sane manca regio non est, Nihil enim deest ei. Triticum abunde: item oleum. Vinum autem non penitus nullum, sed* μέτριον. *Etiam si per doctiores liceat, potius,* efficacem, *dicam. Ita enim est,* δεινότης; *& rationes adsunt.*

Τόποι ὄντες πρώϊοι. Theodorus, locum ita præcoquem. *Præcox locus apud Romanos nusquam invenitur. Dices, adeò tempestivæ efficaciæ.*

Φανερὰ γὰρ ἡ τῶν τόπων διάστασις. *Theodorus addidit paraphrasin.* Locorum enim discrimen summum longi causa intervalli exultet, necesse est. *Sequitur* τὸ δὲ, τὴν αὐτὴν διαφορὰν, ἐν ἐνίοις γε ἅπαξ ἄλλων, σύνεγγυς ὄντων, καὶ μίαν θαυμαστὴν *. Theodorus,* conterminum verò eundemque loco, tantum differre à reliquis, mirabile. *Expressit sententiam omissis verbis. Præsertim illis* ἐν οἷς πῇ γε ἅπαξ ἄλλων. *Vult dicere, si transferantur semina, hoc tardè fit: id est,* ἅπαξ. *At perpetuæ differentiæ aliquando in propinquis locis, hoc est* σύνεγγυς. *Immo vero* μία: *eodem loco. Et notabis* τὴν αὐτὴν διαφορὰν: *cum tamen non sit* ἡ αὐτὴ διάστασις. *Nota generis mutationem,* διαφορὰν, ἐν ᾧ περὶ.

Τὸ δὲ κατὰ τὰς ἄλλας χώρας οὐ πολλήν, οὐ δὲ μίαν τῷ γε χρόνῳ λαμβάνει διαφοράν. *Theodorus omisit* ἐνδεικνύει. *Sensus est, quod ad tempus, non est differentia secundum regiones, tametsi sunt diversæ. Neque enim mensium nominibus utimur, sed tempestatibus. Igitur ubi temporius appetit ver, ibi verna aguntur. Ubi serius, tunc. Non est igitur diversitas temporis, interpretare,* ἄλλως, diversas. *Quia dixerat,* σύνεγγυς, καὶ μίαν.

Διαφέρει δὲ καὶ ὅλα τὰ γένη. *Hinc aliud caput. Nam hactenus de generatione. Nunc de partibus, quæ contemplatio tamen aliis in libris antecessit historiam generationis. Observabimus loquutionem.* τὰ γένη τὰ διῃρημένα τῶν γενῶν. *&* καὶ ἕκαστον γένος τὰ ὁμογενῆ.

Τὰ δὲ περιφερέστερον. *Cum dixit fabæ scapum* teretem. *(Sic enim melius, quam* rotundum, *ut fecit Theodorus) Voluit per hanc vocem producere* τὸ περιφερὲς, *in modum minus compressum. Compressior enim fabæ, quam pisi.*

Καὶ κοῖλος. *Theodorus addidit,* ὡς κύαμος. *Animadvertes hic fabæ culmum ab eo dici.* Κάλαμος *scriptum est apud Theophrastum. Atque ita loquutus est de leguminibus divinus Poëta carmine divino.*

Sustuleris fragiles calamos, sylvamque sonantem.

Culmi autem appellationem hoc in genere nondum memini.

Πλαγιόκαυλα. *Theodorus,* tendens in latus; inclinans *potius. Neque enim tensa sunt.*

Ἔχει δὲ καὶ τὰ ἄνθη διαφορὰν, καὶ τῇ φύσει, καὶ τῇ θέσει. *Sic legit Theodorus & rectè. Dicit enim* χνώδη: *Ea est* φύσις, *non* θέσις. *Idem legit,* τῶν σταχυωδῶν: *non autem* χυλώδους. *Intellige,* γένους.

Τῶν πλείστων κολοβά. τὰ γὰρ πολλὰ κολοβανθῆ. *Theodorus,* & plurimis quidem minutis. Major enim pars florem sessilem gerit. κολοβὸν, minutum *non est. Et Phaseoli, satis grandis; fabæ grandissimus. Quomodo autem sit* κολοβὸν sessile, *nequeam effari. Alia omnino vox invenienda.*

Τὰ μὲν ἔχει στάχυν. *Theodorus addit,* ὡς σιτώδη. *Rectè.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

DOcet Præceptor quot diebus frumenta, quotque legumina perficiantur. Deinde ad fructuum perfectionem, solum à solo, & aërem ab aëre differre, multaque ac varia quædam etiam admiranda, quæ ob soli varietatem fiunt, recenset. Post hæc quale folium frumenta, quale legumina habent, narrat. Hinc de siliquæ, leguminis, florisque differentia tractat; postea quæ spicam, quæ jubam, quæ siliquam gerant. Et hæc sunt de quibus hoc capite agit.

Μετὰ ἢ τὴν. Ante diem quadragesimum hordeum & triticum, postquam defloruerint crassari, & perfici ait. Plinius lib. XIV. cap. VII. *Frumenta cum defloruere, crassescunt, maturanturque cum plurimum diebus quadraginta, item faba, paucissimis cicer. Id enim à semente diebus quadraginta perficitur. milium & panicum, & sesama, & omnia æstiva XL diebus maturantur à flore.* Et hæc prima hujus capitis pars.

Διαφέρει, Fructuum hanc maturationem, florendique actionem, à solo cœloque dependere, plurimis docet exemplis. Ac plurimum Ægypti & Græciæ. Locus hic corruptus & depravatus est, quem ex Plinio correximus. Hic enim loco citato; *Magna*, inquit, *cœli terræque differentia. In Ægypto enim hordeum sexto à satu mense, frumenta septimo metuntur. In Hellade hordeum;* (septimo mense metuntur) *in Peloponneso octavo, & frumenta etiamnum tardius.* Πυρὸν Plinius *frumentum* reddidit, quasi hordeum non esset ex frumentaceorum genere. Sic *triticum* vocavit, quod ex frumentorum generibus optimum & nobilissimum sit.

Ἐν ἐλάττονι γὰρ, Ut probet, quod dixit, multa adfert exempla, ac ex diversis regionibus differentiam maximam esse ostendit. An in singulis regionibus, ut scribit, differentiæ hæ reperiantur, me fugit: qui in regionibus hisce fuerit, an verum sit, quod scribit, testari poterit. Porro ἀντὶ ὀψιμίαν lego ταχεῖαν. Verisimilius enim videtur sic scripsisse Theophrastum. Nam ut doceat seram sationem celerem admodum esse, dicit segetum serendi tempus sex menses esse. Sed cum primis metere posse, quod novissimè satum est, id est, eodem tempore meti illud, simul quod primo & quinto vel sexto mense satum est. Vide lib. IV. cap. XII. Δεινὴν etiam *efficacem* vel *egregiam* exposui. Quo sensu non semel apud probatissimos auctores reperitur. Sic δεινὴ τέχνη, δεινὸν τὸ τεκεῖν, *res potens & efficax est parere*. Δεινὸς στρατηγὸς, *dux prudens & egregius*. δεινὸς διαγνῶναι, *plurimum valens ad dijudicandum*. Etiam σιτοφορεῖ & ἐλαιοφορεῖ *oleum & triticum ferre*, exponere visum fuit. In sequentibus nihil mutavi. Quare de iis nihil dicam, ac lectorem ad libros de causis mitto, ubi horum omnium rationem reddit.

Διαφέρει ἢ καὶ ὅλα τὰ γένη. Hic novum caput incipiendum erat. Nam, uti recte Scaliger. *Hactenus de generatione, nunc de partibus.* Quæ contemplatio tamen, aliis in libris, antecescit historiã generationis. Ostendit autem in quibus legumina à frumentaceis differant, ac dicit in hisce tribus; folio, flore, fructu. Singula examinabimus.

Frumenta omnia, inquit, folio harundinaceo constant, secus legumina, quibus maxima foliorum est differentia. Nullum frumenti genus novi quod folium non habeat harundinaceum. Folium fabæ στρογγύλον inquit. Plinius loco citato, *Frumentis folium harundinaceum, fabæ rotundum & magnæ leguminum parti, longiora ervilia & piso, phaseolis venosa, sesamæ & irioni sanguinea.* Fabæ folium rotundum teres. Intellige lector rotunditatem non circinatam. De faba veterum nonnihil nobis dicendum, ac ea quæ veteres de ea scripserunt, hoc loco examinanda.

Faba apud Græcos vel Ægyptia, vel vulgaris, sive leguminosa est. Apud latinos etiam faba arbor; vulgo lotum vocant. De loto ac faba Ægyptia lib. IV. egi. Hoc loco nobis sermo erit de faba quæ leguminis est genus. Κύαμος Græcis dicitur ἀπὸ τοῦ κύω; quod maximè sit ferax. Hinc non tantum hanc plantam Græci κυάμους vocarunt, sed etiam omnia legumina; quod quasi prægnantes ac fœcundæ sint. Græci recentiores φάβα dixerunt. Hippiater Eumelus cap. XXII. φάβατος πεφρυγμένης ξε α ἑψήσας, torrefactæ fabæ sextarium postquam decoxeris, lib. II. cap. CV. Pelagon φάβα ἑψήσας εἰς ὕδωρ λέαινε μετὰ μέλιτος. Etymologici autores ἔτνος οὖν τί ἐστι; ὁ τῶν φάβα, καὶ ἰδίως), καὶ ἀχρεῖοι ἀνομάζουσι. Hinc φάβατον Cyrillus in lexico, ἔτνος φαβάτου ἢ ὀσπρίου *puls fabati, sine leguminis*. Latini Barbari fabanam vocarunt. Recentiores etiam κύαμον fabam vocarunt. Eumelus Hipp. lib. I. cap. XI. κυάμους μέλανας κατακαύσας, *crematas nigras fabas*. Hesychius φάβα μέγας φόβος, καὶ τὸ συνήθες ὄσπριον *Faba magnus terror, & vulgare legumen.* De fabarum laude hæc Plinius lib. XVIII. cap. XII. *Sequitur natura leguminum, inter quæ maximus honos fabæ. quippe ex qua tentatus sit etiam panis. Lomentum appellatur farina ea aggravaturque pondus illa ex omni legumine. Iam verò & pabulo venalis. Fabæ multiplex usus omnium quadrupedum generi; maximè homini. Frumento etiam miscetur apud plerasque gentes, & maxime panico solida, ac delicatius fracta. Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis Diis in sacro est, prævalens pulmentari cibo, & hebetare sensus existimata, in somnia quoque facere. Ob hæc Pythagorica sententia damnata: ut alii tradidere, quoniam mortuorum animæ sint in ea. Qua de causa parentando utique assumitur. Varro & ob hæc Flaminem ea non vesci tradit, & quoniam in flore ejus litteræ lugubres reperiantur, in eadem peculiaris religio. Namque fabam utique e frugibus referre mos est auspicii causa, quæ ideo refrina appellatur. Et auctionibus eam adhiberi lucrosum putant. Sola certe frugum etiam exesa repletur, crescente luna, aqua marina, aliave salsa non percoquitur.* Multas rationes adfert cur fabæ maximus fuerit honos. Causa præcipua, quod panis ex eis tentatus sit. In Anglia, id non tantum tentatur, sed etiam conficitur, etiam, ut audio, in Zelandia. Farinam fabaceam lomentum vocari, ait. Ea utebantur ad eruganda corpora. Martialis lib. III.

Lomento rugas uteri quod condere tentas.

Est etiam lomentum coloris quoddam genus, quod in usum pictorum ex cæruleo confici solet. Qui lomentum ἐρεγμὸν Græcis esse putant, falluntur. Propriè hoc est fresa faba in faba, quod χόνδρος & πτισάνη in frumentis. Κυάμινον ἄλευρον dixerunt, fortassis etiam λέκυθον κυαμίνην. Galenus lib. de boni & mali cibi succo cap. V. ἔτνος οὖν ὀνομάζω ——— λέκυθον ἢ τὸ ἐκ τῶν ἀλεσθέντων ἀλευρον ἑψόμενον ἐν ὕδατι, προσεμβαλλομένου τινὸς λίπους. *Entos*, id est, *puls apud nos appellatur ——— at lecythos cum hæc ipsa moluntur, eorumque farinam adipe aliquo admisso in aqua decoxeris.* Ægineta lib. III. cap. LXXX. ποιεῖ καὶ λέκυθος κυαμίνη μετ' ὄξους ἑψηθεῖσα *lomentum fabæ ex aceto coctum.* Frumento admisceri ait, id factum Harlemi, ante annos aliquot, cum annonæ penuria esset; secali ac tritico admiscebant Harlemenses. Diis in sacrificio sacram, inquit, fabam. Fabas adolescentes divinis adhibitas fuisse rebus, Diisque sacras, ex eo colligi potest, quod mensis quidam dictus sit πυανεψιὼν quod in eo πύανα, hoc est, *fabas* (sic enim fabas dictas esse, notat Eustachius) coquebant. Suidas, καὶ τῷ μηνὶ πυανεψιῶνι, πύανα γὰρ ἥψουσιν ἐν αὐτῷ. Falluntur, πυανεψιῶνος mensis initium est, quando sol scorpionem ingreditur, die XXII. Octobr. Eo mense fabæ pullularant, tenerisque germinibus colonos exhilerabant. Græci enim mense Septembri statim post æquinoctium autumnale fabas serebant; contra Latini verno tempore. Vere fabis satito, inquit divinus Poëta. Apud Macrobium lib. I. Saturnalium, calendas Junias fabarias dictas esse lego, quod hoc mense adultæ fabæ divinis adhiberentur rebus. Pulte fabacia, & larido sacrificabatur; quod his maximè rebus vires corporis roborentur. Hoc enim mense Carnæ Deæ in Cœlio monte sacra fiebant, ac ab eadem petebatur, ut jecinora ac corda (vitalibus enim præerat) quæque sunt intrinsecus viscera salva conservaret. Catonem notant in sacro porcæ præcidaneæ fabam adhibuisse, cap. CXXXIV. ubi hæc Cato. *Priusquam messem facias, porcam præcidaneam hoc modo fieri oportet. Cereri porca præcidanea, porcam fœminam, priusquam hasce fruges condant far, triticum, hordeum, fabam, semen rapicium, thure, vino, Iano, Iovi, Iunoni, præfato.* Plinius rationes aliquas adfert, cur Pythagoras damnarit fabã; puta quod hebetet sensus, insomnia faciat, quod mortuorum in ea sint animæ, tum quod litteræ lugubres in ea reperiantur. Viri docti κυάμου nomine, Pythagoram intellexisse ovum scribunt; quod sit in eo animalium κύησις, id est fœtura. Ejus autem erat

decretum compar censeri, κυάμους ἔσθιειν, κεφαλάς τοκήων. Contra alii, ut Gellius lib. IV. cap. XI. scribit κυάμους testiculos fuisse. *Opinio*, inquit, *vetus falsa occupavit, & convaluit Pythagoram Philosophum non esitavisse ex animalibus.* Item, *abstinuisse fabulo*, (*fabulum* pro *faba* vertit Gellius, si non mendum sit) *quem* κύαμον *Græci appellant*. Ex hac opinione Callimachus poëta scripsit.

Καὶ κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχειν ἀνιώντων ἐδεστῶν
Κἀγὼ Πυθαγόρης ὡς ἐκέλευε λέγω.

Ex eadem item opinione M. Cicero in libris de divinatione hæc verba posuit. *Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis*, ut nihil sit, *quod errorem animis, perturbationemque afferat. Ex quo etiam Pythagoreis interdictum putatur, ne faba vescerentur: quæ res habet inflationem magnam, is cibus tranquillitatem mentis quærentibus, constat esse contrarius.* Hæc quidem M. Cicero. Cujus sententiam probat Appolonius lib. de admir. ubi Theophrasti locum citat, quę lib. V. de causis cap. 21. reperitur. Ὅθεν, inquit, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, τάχα δὲ καὶ δι' ἄλλας οἱ πυθαγόρειοι ἀπηγόρευσαν τῷ κυάμῳ χρῆσθαι. καὶ γὰρ πνευματικὸν καὶ δύσπεπτον, καὶ τοὺς ὀνείρους ταραχώδεις ἡμῖν ἐμποιεῖ. *Hanc ob causam* (quod putamina arbores necent, gallinasque steriles reddant, καὶ αἱ γυναῖκες δὲ ὄρνιθες συνεχῶς τούτῳ ἐσθίουσαι ἄτοκα γίγνονται) *& fortassis etiam alias, Pythagorei fabæ usum interdixerunt; flatus enim gignit, concoctu difficilis, & turbulenta insomnia facit.* Idem Dioscorides. Illud notandum quod scribit gallinas sterilescere, & mulieres infœcundas reddere; Nam contrarium verisimilius videtur. Galenus enim inquit, perbelle nutriunt & flatulentæ sunt. Talia fœcunditatem, non sterilitatem inducere solent. Sed Aristoxenus musicus vir literarum veterum diligentissimus, Aristotelis philosophi auditor, in libro quem de Pythagora reliquit, nullo sæpius legumento Pythagoram dicit usum, quam fabis, quoniam is cibus, & subduceret sensim alvum, & levigaret. Verba Aristodemi subscripsi Πυθαγόρας δὲ τῶν ὀσπρίων μάλιστα τὸν κύαμον ἐδοκίμασεν λίαν, κινητικόν τε γὰρ εἶναι, καὶ διαφορητικόν, διὸ καὶ μάλιστα κέχρηται αὐτῷ ——— Videtur autem de κυάμῳ non usitato, causa erroris fuisse, quia in Empedoclis carmine, qui disciplinas Pythagoræ secutus est, versus hic invenitur.

Δειλοὶ πάνδειλοι κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθε.

Opinati enim sunt plerique κύαμον *legumentum*, vulgo dici. Sed qui diligentius, scitiusque carmina Empedoclis arbitrati sunt, κύαμος hoc loco *testiculos* significare dicunt; quod sint εἰς τὸ κυεῖν δεινοὶ καὶ αἴτιοι τοῦ κυεῖν. Idcircoque in Empedoclis versu isto non à fabulo edendo, sed à rei venereæ proluvio, voluisse homines deducere. Pythagoras tamen à fabis abstinendum scribit, quod satis luculenter exponit Plutarchus, & sensum illorum verborum hunc esse docet. Lib. de pueris educand. Τὸ παράγγελμα καὶ Πυθαγόρας αἰνίγμασιν, ἅπερ ἐγὼ παραθεὶς ἐξηγήσομαι, ——— κυάμων ἀπέχεσθαι. ὅτι οὐ δεῖ πολιτεύεσθαι, κυαμευταὶ γὰρ ἦσαν ἔμπροσθεν αἱ ψηφοφορίαι, δι' ὧν πέρας ἐπετίθεσαν ταῖς ἀρχαῖς. *Fabis abstine*, hoc est, *reipublicæ administrationem vita, nam olim magistratus, per suffragia fabis lata, creabantur.* Et hunc morem Horna, Batavorũ inclyta urbs, in hunc usque diem servat. Thucydid. lib. VIII. de Republ. Atheniens. τοῖς ἀπὸ τοῦ κυάμου βουλευταῖς ἐπίσημον. Idem τῷ κυάμῳ λαχών. *Faba sortitus.* Quod Hornanis **te boon gaen** / *fabas adire* significat. Hesychius Κυαμοτρὼξ ἐν ταῖς διαψηφίσεσι, κυάμοις ἐχρῶντο, καὶ ἐλάγχανον κυάμῳ, καὶ τοὺς τὸν λευκὸν κύαμον λαβόντας εἰληχέναι ἐνόμιζον. In eligendo Magistratu, fabis utebantur, & cui alba faba obtigisset, is Magistratum suscipiebat. Aliam prorsus diversam rationem dat Diogines Laertius ex Aristotile περὶ κυάμων in Pythagora lib. 8. Φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ τῶν κυάμων, παραγγέλλειν αὐτὸν ἀπέχεσθαι, τῶν κυάμων, ἤτοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι, ἢ ὅτι ᾅδου πύλαις (ἀγόνατον γὰρ μόνον) ἢ ὅτι φθείρει, ἢ ὅτι τῇ τοῦ ὅλου φύσει ὅμοιον, ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν. κληροῦνται γοῦν αὐτοῖς. Et hæc nobis quam Gellii opinio probabilior est. tamen Plutarchus lib. VIII. Sympos. quæst. abstinendum eos monet, a fabis, qui divinare volunt, Ὅτι δὲ ἔστι τῶν βρωμάτων ἔνια δυσόνειρα καὶ ταρακτικὰ τῶν καθ' ὕπνον, ὄψιν μαρτυρείοις ἐχρῶντο τοῖς τε κυάμοις, καὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ πολύποδος ὧν ἀπέχεσθαι κελεύουσι τοὺς δεομένους τῆς διὰ τῶν ὀνείρων μαντικῆς. *Cibos quosdam porro esse qui difficiles somnos faciant, & animam perturbent, testatum fieri fabarum exemplo, & polypodis capite, quibus abstinere juberentur, qui divinare per somnium cuperent.* Animam perturbant fabæ, quod flatulentæ sint, & hoc vitio obnoxias esse fabas, auctores sunt Galenus & Dioscorides. Huic opinioni Geoponicæ auctor ex auctoritate Didymi favet lib. II. cap. XXXIII. Οἱ δὲ φυσικοί φασι τοὺς κυάμους ἀμβλύνειν τὰς καρδίας τῶν ἐσθιόντων αὐτούς. διὸ καὶ ἐμποδίζειν τοῖς ἐνθουσιασμοῖς νομίζονται, εἰσὶ γὰρ πνευματώδεις. φασὶ δὲ καὶ τὰς κατοικιδίους ὄρνεις συνεχῶς αὐτοὺς ἐσθιούσας, ἀτόκους γίνεσθαι, τοὺς δὲ κυάμους ὁ Πυθαγόρας φησὶ μὴ χρῆναι ἐσθίειν, διὰ τὸ καὶ ἐν τῷ ἄνθει αὐτῶν εὑρίσκεσθαι πένθιμα γράμματα, φησὶ δὲ τὸν κύαμον ἐκβρωθέντα ἀναπληροῦσθαι πάλιν τῆς σελήνης αὐξανομένης. τοῦτον δὲ ἁλμυρῷ, ὕδατι μηδέποτε ἑψήσθαι, ὅθεν οὐδὲ ἐν θαλάττῃ. πρῶτος δὲ ἀπέσχετο κυάμων ἀμφιάραος, διὰ τὴν δι' ὀνείρων μαντείαν. φέρεται δὲ καὶ ὀρφέως ταῦτα ἔπη, δειλοὶ κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθε, καὶ ἴσον τοῦ κυάμους φαγεῖν κε φαλὰς τε τοκήων. *Cæterum Physici ajunt, fabas hebetare corda eorum qui eis vescuntur. Quare & recte somnia impedire eas putant, Sunt enim flatuosæ. Ajunt & domesticas gallinas ex assiduo ipsarum esu steriles fieri. At verò fabas edere non oportere, Pythagoras, inquit, propterea quod in flore ipsarum lugubres litteræ reperiantur. Tradunt autem fabam rursus expleri luna augescente; eandem etiam in salsa aqua nunquam coqui, unde neque in aqua marina*, (Pisa sale addito dura manere, nec ulla coctione mollescere, etiamsi, ut ita dicam, per triduum coquantur, experientia didici) *Primus à fabis abstinuit Amphiaraus, vaticinationis per somnia gratia.* Circum feruntur etiam Orphei versus ejusmodi.


O miseri à fabis, miseri subducite dextras.
Par facinus fabis vesci, capite atque parentũ.

Errat quod Pythagoram à fabis abstinere scripsisse dicat, quod in eis lugubris macula reperiretur. Hoc enim de flamine Diali Plinius & Festus. *Non licebat*, inquit, *flamini Diali fabam aut tangere, aut nominare, quia in ejus flore apparerent lugubres litteræ.* Propter hanc maculam Homerus Iliad V. θρώσκωσι κύαμοι μελανόχροες, ἢ ἐρέβινθοι. Faba referiva, seu potius, uti Festus, refriva, quasi referiva dicebatur, uti Turnebus lib. XIII. cap. XV. ait, quod veteres cum severant segetem, quia & in agrum fruges tulerant, quod inauspicatum videbatur, domo eas exportasse, & non redituras, solebant è segete, aut statim sementi facta, aut postea referre auspicii causa domum, pro tritico & frugibus; retulisseque fabam perinde erat, ac retulisse fruges, & auspicari earum reditum, ominarique eas domum reversuras, non in agro semper remansuras. Sed de his hactenus. Describit fabam Theophrastus variis ac diversis in locis, uti lib. VII. cap. III. per totum librum octavum, & lib. IV. de caus. cap. XI. & VIII. & XV. XVII. de caus. lib. II. cap. XXVI. & XXX. lib. IV. de caus. cap. XXI. lib. VI. cap. XIX. aliisque plurimis quæ suis locis partim examinavi, partim examinabo. Hoc loco illud videndum, an faba, sive bona vulgaris, sit faba veterum. Negant hoc viri longè Doctissimi, ac his fere probant argumentis, quod faba rotunda debeat esse nec magna. Rotundam Græcorum fabam esse, multorum rotundorum tam fructuum, quam aliarum rerum ad eam collationes ostendunt. Theophrastus li. IV. cap. IV. de loco, ὁ δὲ καρπὸς ἡλίκος κύαμος, *fructus magnitudine fabæ.* lib. III. ca. X. de terebintho μέγεθος ἡλίκον κυάμου Eodē lib. & cap. & tiliæ & taxi fructum terebintho comparat. Dioscorides Xyridis rotundum semen, fabæ similem asserit lib. IV. cap. XXII. καρπὸς δὲ ἐν θυλακίοις κυάμοις ὅμοιος στρογγύλος, ἐρυθρός, δριμύς. Plinius tithymali paralii fructum, magnitudine fabæ esse ait. Galenus lib. XI. de simpl. medicam. facult. oniscos qui sub hydriis nascuntur, etiam κυάμους, id est, *fabas* appellari refert. Quod ubi sese in globum convolverint, esculentis fabis sunt, persimiles. Li. de aliment. facultatibus ca. de aphace & vicia τὸ σχῆμα τῶν σπερμάτων τούτων οὐ στρογγύλον ἐστὶν ὥσπερ τῶν κυάμων, ἀλλ' ὑπόπλατυ, μᾶλλον ὁμοίως τοῖς φακοῖς. Quæ omnes, inquiunt, similitudines & comparationes ostendunt, non solum fabæ rotunditatem, sed & parvitatem, quam præter illa, & hoc similiter confirmat, quod Dioscorides Ægyptiam fabam vulgarem Græcorum magnitudine superare tradit; quæ tamen & ipsa parva est, & bona longè minor. Pendet enim Ægyptia faba; auctore Galeno lib. de ponderibus, semiobolum tantum; bona verò semidrachmam, id est, integros obulos tres Contra Soranus Ephesius cap. XXIV. suæ Isagoges, Fabam Ægyptiam ponderare scrupulos duos docet. Quod verisimile puto; quoniam ex Plinio constat, granum Ægyptiæ fabæ cæteris majus valde fuisse. Atque hæc causa cur fidem nullam habeam libro de ponderibus & mensu-

mensuris Galeno falso adscripto. Ad quę argumenta respondeti solet; diversis in terris majores & minores produci, & alia atque alia forma & magnitudine etiam in iisdē siliquis reperiri, cū & crescere incipiunt & perfectę sint. Veterū faba pusilla fuit, & loto veluti par, terebintho etiam comparatur, taxiq, bacca majore esse asseritur; nostras vero cultu major, pinguior, grandiorque facta, nomen tamen retinuit planta, non specie quidem diversa, potius fructus magnitudine & figura, non in plantæ ipsius natura, temperamento aut lineamentis constans. Στρογγύλον quandoque globosam *figuram* significare, quandoque etiam, *id quod teres & cylindratum est*, alibi probavimus. Vulgarem fabam veterum Græcorum esse, his argumentis probant; quod omnes notas habeat quas requirunt veteres; ac primum quod nullum leguminum genus ὀρθόκαυλον fit præter fabam. Cicer enim ὀρθόκαυλ⊗ verè dici nequit: Nullum etiam reperitur quod ἀποφυάς non habeat, præter vulgarem fabam; & hæc sola supernè ex caule ramulos nullos emittat. In hujus flore lugubres notæ de quibus Plinius, Varro, & alii maximæ conspicuæ. Contra in cæteris. Hæc diutissime floret, hæc viridis inepta cibo, siccata apta, viridis inepta propter corticem quo cingitur. Ideoque Batavi, cum recenti faba utuntur, decorticare solent. Præterea parvum illud nigrū quod summę fabæ adhæret & quod hilum dicitur, in nullo alio legumine, quam in faba nostra reperitur. Nam quod in Americano Indicoque piso nigrum spectatur circa germinis exituri cavum, atra nota est impressa cortici, non vero laciniosum hylum, quod integro cortice avelli queat, ut in faba. Festi locum de hylo depravatum dicunt ac corrigunt. *Hilum putant esse quod grano fabæ adhæret.* Qua auctoritate vulgatam rejiciant lectionem, non addunt. Illud etiam inquirendum, an ullum leguminis genus præter vulgarem fabam caulem habeat quadratum. Dioscorides lib. IV. cap. XIII. κλύμενον καυλὸν ἀνίησι τετράγωνον ὅμοιον τῷ τῦ κυάμυ *Clymenum caulem, profert quadrangulum ceri fabæ.* His addunt botanici expertissimi fabam vulgarem easdem vires habere, quas Græci antiquissimi fabæ tribuunt. Nec illud obest quod Galenus fabam exsiccatam raram, laxamque dicat; cum bona exsiccata corneam habeat duritiem. Rarum enim, laxumque & durum non sunt opposita. Et laxam & raram & duram bonam exsiccatam esse, experientia & autopsia testabuntur. Hactenus argumenta examinavimus quibus bonam fabam esse veterum, quidam asserunt, quidam negant. Variat faba flore & fructu. Floris color vel nigrescit ex purpura, vel candidus maculis nigris est conspicuus, quas Plinius & Varro, & Geoponicωn auctor literas lugubres vocant. Fructus colore & magnitudine differunt. Colore plurimum candido vel in candido pallente, ex rubicundo colore purpurascente, nigro aut in nigro purpurascente. Sunt etiam fabæ magnæ, quæ inter legumina maximæ censentur, & quo majores eo magis in longitudinem depressæ; sunt minores quæ rotundiores: in qualibet siliqua ut plurimum ternæ, ad summum quinæ. Est & faba minor, quam equinam vocant. Hanc sic describit Dodonæus. *Est & sylvestris fructu rotundo, atro; & hanc vulgo fabam Græcorum vocant. Haud scio an satis commodè. Sylvestris sive nigra hæc bona caule quoque est angulari, inani, nullis geniculis intercepto, & quidem ubi sua sponte est, ut fertur, breviore & erecto, in hortis autem Batavorum longiore, & nisi adminiculis fulciatur, caducor foliis quoque bonæ similibus, sed in claviculas desinentibus, quibus prope assistentia apprehendit & complectitur. Flos bonarum forma, colore è puniceo nigricans: siliquæ quoque veluti aliarum per maturitatem nigræ, interiore sui parte albos mollesque floccos continentes; in quibus semina tria, quatuor, aut quinque rotunda, erviliæ forma & magnitudine; subinde paulo majora, colore nigra, parvum, candidum umbilicum habentia: quorum septem, octo, aut subinde novem semidrachmam pendent. Substantia horum seminum rarior est, ac minus dura solidaque, quam bonarum majorum: dum autem manduntur fœtorem veluti quendam ingratum excitant.* Hactenus Dodonæus. Illud fatendum, multas notas, immo quam plurimas fabæ à veteribus datas habere, & fortassis omnes. Nam in Gallia Narbonnensi ὀρθόκαυλ⊗ est.

Πίσον & πίσσον Latinis *pisum*, nomen accepit vel ἀπὸ τῦ πίσσειν quod *decorticare* significat, vel ab agro, vel urbe Pisa, circa quam copiosissime olim nascebatur. Hujus

Faba silvestris Græcorum Lob.




Pisum vulgatius majus Lob.



meminit Stephanus Ἔστι δὲ (inquit πίσα) χωρίον ἐν ᾧ ὁ τοῦ Διὸς ναὸς ἵδρυται, καὶ ὀλυμπιακὸς ἀγὼν τελεῖται. *Pisa est locus in quo Iovis templum ædificatum est. & olympicum certamen peragitur.* Non desunt qui contendant pisum à veteribus λέκυθον fuisse dictum. Hos refellit Galenus lib. de boni & mali succi cibo. λέκυθον δὲ τὸ ἐκ τῶν ἀλεσθέντων ἀλεύρων ἑψόμενον ἐν ὕδατι προσεμβαλλομένου τοῦ λίπους. *Lecython verò appello ex molitorum farina in aqua cum aliquo pingui decocta.* Idem in gloss. λέκυθος φακῶν τὸ ἔνδον τοῦ λέπους. *quod est intra lentis corticem, vel lens cui cortex detractus est, vel cui decussa putamina.* Pisum variis in locis descripsit Theophrastus; sed de eo memorabile nihil tradit, omnia sunt facilia. Oblongiori quam faba inquit esse folio. Et rectè. Nam folium habet frequens, amplum, longum, ex multis rotundis, lęvibus ac candidis, uni costę adnatis, & ex adverso satis compositum. Idem Theoph. inter ea numerat, quæ humi procidentem caulem habent; talem habet vulgare pisum. Genus tamen quoddam reperitur quod fulcris non indiget: sed rarum illud. Vulgare in claviculas, sive capreolos desinit, quibus juxta assistentibus adminiculis sese implicat. Hujus genera nonnulla, ac primum majus ac minus reperitur. Majoris genera tria; quadratum, cujus fructus, dum virent, rotundi sunt, exsiccati verò angulosi, & cinerei, quandoque candidi & subflavi. Umbellatum secundum est, quod flores in superficie ferat adeò copiosos, coronæ instar nexos; ut umbellum referant. Tertium hortense dicitur; flore est purpureo, aliquando albo & vario, partim albo, & partim ex purpura obscuro. Fructu rotundo, albo; quandoque rufo, nonnunquam rubro variegato. Aliud adhuc discrimen observavi, quod siliquæ membrana careant interiore. Et hæc pisa sine cortice vocant, vulgo **peelen sonder schillen.** Hoc pisi genus in hortis apud Batavos seri solet, neglecto altero. Solent enim siliquis ejus recenter enatis, vel nondum maturis pisis libenter vesci. Pisum minus flore est candido, vel diluti rosei coloris: fructu rotundo, albo, viridi ex luteo virescente, cinericeo, cæruleo. Nigra vidit pisa Gesnerus, quæ à vulgaribus odore & sapore nihil differe, ait. Observavit item Clusius pisi sylvestris genus perenne; etiam aliud ochræ colore.

Pisum minus.




Minus pisum, cujus iconem addidimus, ὦχρον vocant, à luteo videlicet ochræ colore, quem interior fructus medulla refert. Plinius, Columella, ac reliqui auctores Latini erviliam, vel ervilium, vulgo, ut dixi, pisum minus vocant, propter summam quam cum piso similitudinem habet. Caule enim, folio, capriolo, & siliqua pisum refert. Fructu tantum differt; qui angulosus non est, qualem pisum habere, observarunt antiqui, verum rotundus.

Λάθυρος quasi λάθουρος dicitur, quod venerem maximè excitet. λα enim particula per se nihil significat, sed in compositione dictionibus vehementiam addit. οὖρος idem Græcis quod ἀφροδισιαστής, ὁρμητικὸν Plutarchus lib. de quæstionibus Romanis. Διὰ τί νενόμισται τοὺς ἁγνεύοντας ὀσπρίων ἀπέχεσθαι, πότερον, ὡς οἱ πυθαγορικοὶ τοὺς μὲν κυάμους ἀφωσιοῦντο, διὰ τὰς λεγομένας αἰτίας, τὸν δὲ λάθυρον καὶ τὸν ἐρέβινθον ὡς παρωνύμους τοῦ ἐρέβους καὶ τῆς λήθης; ἢ ὅτι πρὸς τὰ περίδειπνα, καὶ τὰς προκλήσεις τῶν νεκρῶν μάλιστα χρῶνται τοῖς ὀσπρίοις, ἢ μᾶλλον ὅτι δεῖ πρὸς τὰς ἁγνείας καὶ ἁγιστείας καθαρὰ καὶ λιτὰ τὰ σώματα ἔχειν. ἔστι δὲ τὰ ὄσπρια πνευματώδη καὶ περίττωμα ποιεῖ πολλῆς καθάρσεως δεόμενον. ἢ ὅτι πρὸς συνουσίαν παρορμᾷ διὰ τὸ φυσῶδες καὶ πνευματικόν. *Cur castimoniam servantibus usu leguminum est interdictum? An fabas ob easdem quas Pythagorici causas abominati sunt, cicerculam autem & cicerem, quod lathæ & Erebro,* id est, *letho & orco nomina horum sunt affinia? aut quod ad circumpotationes funebres, & mortuorum evocationes maximè utuntur leguminibus, aut potius quia ad castimoniam afferre oportet corpora pura & tenuia; legumina autem flatus generant, & superfluitatem gignunt, multa opus habentem expurgatione, aut quia etiam ad rem veneream instigant, ob flatuum & spirituum generationem.* A lathyro diversa planta est lathyris, quam χολόκοκκον Græci recentiores, officinæ cataputiam minorem vocant. Hæc enim purgandi, & vomitus movendi vi prædita est, & ad tithymalorum, non leguminum classem referenda, uti li. IV. probabo. Λάθυρον Latini cicerculam vocant: recentiores Greci φασίολον vocant, quidā verò lathyri speciem sic vocarunt, ut monet Gal. Folium, inquit Theophrastus, habet oblongum, fructumque à verme facile corrodi in lib. de plantis scribit. Columella lib. II. cap. X. *Cicercula quæ piso est similis, mense Ianuario aut Februario seri debet, læto loco, cælo humido. Quibusdam tamen Italiæ locis ante Calendas Novembr: seritur.* Quod piso comparat, id de semine sive fructu intelligi debet. Post flores enim candidos, siliquas promit erviliæ siliquis minores, non cylindraceas, sed latas atque compressas, colore similes. Fructus in his gignuntur angulosi, foris candidi, intus lutei: sapore erviliæ. Caules habet complures angulosos, utrimque in membranosam latitudinem extensos, vagos, humi procumbentes. Folia è caulium geniculis exeunt glabra, angusta, in mucronem desinentia, bina, uni insidentia pediculo; inter quæ medius hæret capreolus, intortus, quo adminicula prope assistentia, ac proprios etiam cauliculos apprehendit. Genera nonnulla observarunt recentiores. Reperitur & latiori, & tenuiori folio; etiam flore reperitur ex rubra purpura in puniceum inclinante. Latifoliam cicerculam Mathiolus pro clymeno, non sine errore ostendit, uti suo loco dicam. Lathyro similis aracus: Hujus meminit Theophrastus infra, cap. VIII. ubi rem scabram esse, & duram inquit, quæ in lente nascitur. Scribit Galenus lib. I. de aliment facult. cap. XXVII. posteriorem nominis syllabam per κ. in Aristophanis Holcadibus notatam inveniri; ad differentiam videlicet alterius arachi per χ. qui cerealium frugum vitium est. τὴν ὑστάτην συλλαβὴν τοῦ τῶν ἀράκων ὀνόματος διὰ τοῦ κ γεγραμμένην εὑρίσκομεν ἐν ταῖς ἀριστοφάνους ὁλκάσιν, ἔνθα φησὶ, ἀράκους, πυροὺς, πτισάνην, χόνδρον, ζειὰς, αἴρας, σεμίδαλιν. παραπλήσιον, δ' ἐστὶ τὸ σπέρμα τῷ τῶν λαθύρων, καί τινές γ' οὐκ ἕτερον εἶναι γένος ἐκείνων νομίζουσιν αὐτό. καὶ γὰρ καὶ ἡ χρῆσις ἅπασα καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ, παραπλησία τῇ τῶν λαθύρων ἐστὶν, πλὴν ὅσον σκληρότεροί τε καὶ δυσεψητότεροι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ δυσπεπτότεροι τῶν λαθύρων εἰσὶν οἱ ἄρακοι. παρ' ἡμῖν δὲ ἄγριόν τι καὶ στρογγύλον καὶ σκληρὸν, ὀρόβου μικρότερον ἐν τοῖς δημητρείοις καρποῖς εὑρισκόμενον, ὃν ὀνομάζουσι ἄραχον, οὐ διὰ τὸ κ τὴν ἐσχάτην συλλαβὴν, ἀλλὰ διὰ τοῦ χ φθεγγόμενοι καὶ ῥίπτουσιν αὐτὸν, ἐκλέγοντες ὥσπερ καὶ τὸν πελέκινον. Idem cap. ultimo ὁ δὲ ἐμὸς πατὴρ ἐν παρακμῇ τῆς ἡλικίας φιλογεωργὸς γενόμενος ——— εὗρεν οὖν καὶ τοῖς φακοῖς ἐκ μεταβολῆς αὐτῶν γινομένους ἀράκους τε τοὺς σκληρούς τι καὶ στρογγύλους καὶ πελεκίνους ἀβρώτῳ σπέρματι. *Postremam nominis aracorum syllabam scriptam per c in Aristophanis Holcadibus invenimus, ubi inquit, aracos, triticum, ptissanam, alicam, zejam, lolium, similaginem. Semen hoc cicerculæ semini est adsimile, fueruntque nonnulli, qui putarunt ipsum non esse generis à cicercula diversi, quandoquidem & usus ipsius omnis, & facultas cicerculæ facultati est assimilis; nisi quod araci sint duriores, minusque facile elixantur. Quæ causa etiam est cur cicerculis concoctu*

coctu etiam sunt difficiliores. Apud nos autem sylvestre quoddam rotundum ac durum, ervoque exilius, in fructibus cerealibus repertum, quod arachum nominant, non per c sed per ch ultimam syllabam proferentes, projiciunt ipsum, uti & semen securidacæ seligentes. Cap. ult. *Porro pater meus ætate jam declinante cum agricultura jam delectaretur —— Reperit igitur in lente quoque ex mutatione ipsius durum rotundumque aracum, & securinum seminum, non vescæ enata.* Duæ itaque plantæ diversæ; altera aracus, altera arachos; de utraque agendum. Aracus res inquit Theophrastus, in lente nata, dura, & scabra. Galenus aracum ciserculæ assimilem inquit, rotundum, sed duriorem, & concoctu difficiliorem. Idem ferè Columella, lib. II. de re rustica cap. XI. *Cicera bubus ervi loco, fresa datur in Hispania Bœtica, quæ cum suspensa mola divisa est, paulum aqua maceratur dum lentescat; atque ita mista paleis subtritis, pecori præbetur. Sed ervi duodecim libræ satisfaciunt uni jugo, ciceræ sedecim: eadem hominibus non inutilis, neque injucunda est. Sapore certè nihilo differt à cicercula, colore tantum discernitur: nam est obsoletior & nigro propior.* Ex his Theodori errorem videmus; quod ὤχρον ciceram verterit. ὤχρον, enim ut suo loco diximus, nomen habet à colore luteo. Cicera dicitur, quod cicerculæ similis sit, ac solo potissimum ab eo colore differat. Ideoque quosdam fuisse, Galenus observavit, qui λάθυρον & ἄρακον unum genus esse putarunt, quod facie, usu, viribus consentiant. Ex iis videtur esse Hesychius, τὸν ἄρακον, inquit, ὄσπριόν τι τὸ δ' αὐτὸ καὶ λάθυρον. In eo differunt Columella & Galenus, quod Galenus aracum cibis damnatum, Columella verò non inutilem scribat. Sed responderi potest, ἄβρωτον cum dicit, intelligere, non instar reliqua legumina cibis aptum; quia durior aracus, quique difficulter elixari vult (concoctu itaq; difficilior, & in cibis ineptior.) Columella verò cum hominibus non inutilem inquit, planè inutilem non esse vult. Quod etiam ex Galeno lib. de alim. facult. probatur. Araci semen non semel ex Hispania Bœtica à Guilhelmo Bœlio accepimus. Similis lathyro est; caule enim foliisque eum omnino refert: flores habet ex rubra purpura in puniceum inclinantes, siliquas paulò minores, atque in his grana angulosa quoque, & lathyri granis similia; sed minora, durioraque, minusque compressa, colore obsoleta, nigroque proxima; cum vulgaris lathyri sint colore ex luteo virides. Aliud genus idem misit nobis & Petro Mullerio Med. Doct. & Botanico apud Groninganos Professori, semine maculoso, folio angusto, flore partim violaceo, partim purpureo siliqua ochro non dissimili. Arachum Ruellius craccam vocari auctor est; frugum ac frumentorum præcipue vitium est, unà cum segetibus provenit, quibus infestum admodum est: aëris enim humidiore statu citò incrementum capescit, segetesque præoccupat, ac tenellas nondumque adultas pertinaci vinctu, crebrisque circumvolutionibus, deorsum trahit, delapsasque erigi non patitur, ipsasque calamitosas efficit; graciles & angustos fert cauliculos, folia habet ex pluribus parvis, angustis foliolis, unicostæ adnata, ac sibi invicè opposita, congesta, in capreolos sive viticulas desinentia. Flores parvi, colore purpurei, quos sequuntur siliquæ parvæ, minores, rotundioresque quam viciæ. Semina in his sex vel septem, nigra, rotunda, duriuscula, ervo minora. Huic genus aliud simile reperitur, foliis cauliculisque minoribus; flosculis in parvis spicis albicantibus, siliquis parvulis ac brevioribus; in quibus semina duo, tria, quatuorve, rotunda, nigra, &c. Neutra est aphace, vel vicia, uti Doctissimi viri credunt. Nam utrique semen instar lentis latius, neutiquam rotundum, quale craccæ. Ad arachi classem referenda planta, quam vulgo orobum pannonicum vocant, ab exellentiss. Clusio orobi pannonici primi nomine descripta. Dodonæus arachum latifolium alterum vocare maluit. Multos ab una radice promit caules pedales, firmos, erectos, virides, angulosos, in quibus hinc inde sparsa sunt, oblonga & pennata folia, ex senis, octonis aut pluribus foliis mucronatis, trinerviis, uni costæ adnatis, & sibi invicem oppositis, congesta; flores in surculis ex alarum sinu prodeuntibus, spicæ instar nascentes, pisi aut viciæ florum æmulos, coloris purpurei elegantissimi, deinde, ubi evanescere incipiunt cærulei. Quibus succedunt longi, cylindracei lobi, fusci, in quibus semen rotundum interdum & exiguum, nonnunquam verò oblongiusculum, varium quo maturi lobi dissiliunt, ut in plerisque ejus generis; radix vivax, longa, nigra, dura, per intervalla extuberans, fi-

Aracus, aut Cicera Lob.



brosa, & ex lateribus novos stolones, singulis annis producens. Tota planta acrimoniæ cujusdam particeps, maturè admodum floret, Martio mense, ipso Februario mense florum rudimenta ostendit. Doctissimi Botanici plantam hanc astragalum Dioscoridis existimant. A Dioscoride describitur lib. IV. cap. LII. Ἀστράγαλος θαμνίσκος ἐστὶ μικρὸς ἐπὶ γῆς, φύλλοις (vetus φυλλαρίοις) καὶ κλωνίοις ὅμοιος ἐρεβίνθῳ. Ἄνθη πορφυρᾶ, μικρά, ῥίζα δ' ὕπεστι στρογγύλη, ὥσπερ ῥάφανος εὐμεγέθης, παραφυάδας ἔχουσα στερεάς, μελαίνας, σκληροτάτας, ὡς κέρατα ἀντιπεπλεγμένας ἀλλήλαις, γευσαμένῳ στυπτικάς. Φύεται δ' ἐν ἠνεμώδεσι καὶ συσκίοις καὶ χιονιζομένοις τόποις. πολλὴ δ' ἐστὶν ἐν Φενεῷ τῆς Ἀρκαδίας. *Astragalus parvus est à terra frutex, foliis & ramulis ciceri similis, floribus purpureis, parvis, radice rotunda, raphani modo prægrandi, quæ adnatas habet appendices, easque solidas, præduras, ceu cornua inter se implicitas, gustuq; adstringentes. Nascitur in ventosis, opacis atque innivalibus, magna vero copia in Pheneo Arcadiæ.* Apud Plinium hujus etiam Plantæ descriptio exstat lib. XXVI. cap. VIII. *Astragalus folia habet longa, incisuris multis, obliqua circa radices, caules tres aut quatuor foliorum plenos, florem Hyacinthi, radices villosas, implicitas, rubras, præduras.* Eandem, inquiunt, plantam videtur descripsisse; Differentia est quia folia habere dicit incisuris multis, quod Dioscorides non tacuisset, & sicut dixit ἀστράγαλος ὅμοιος ἐρεβίνθῳ φύλλοις, καὶ κλωνίοις dixisset, ut in aliis solet, cum foliorum formam & similitudinem delineare vult, hoc modo: ἀστράγαλος φύλλα ἔχει ὅμοια, καὶ κλῶνια ἐρεβίνθῳ. Sed quia plantæ habitum, similem ciceri fecit, non folia ciceri similia, idcirco ita descripsit. Nam foliorum positum, non formam imitari debet. Quare censent, vel Plinium ipsum, vel à quo transcripsit, vel aliquem, qui Plinii textum recognovit; Dioscoridis textui similem reddere volentem, verba illa, *incisuris multis*, addidisse, putans similitudinem esse in incisuris foliorum ciceris; quæ verba abundare putant. Etiam ἀντὶ ῥάφανος βάλανος legunt; idque quia Auctuarii auctor à Romanis glandulam vocari scribit ῥωμαῖοι, πίνουμ τρίβιουμ ὁμοίως φίκουμ τέρραι, οἱ δὲ γλάνδουλαμ, οἱ δὲ τίκεμ, οἱ δὲ ... *Romani pinum trivium, similiter & ficum*

terræ

terra, glandulam, alii talum, alii nonariam. Idem etiam Plinius ἀπὸ μελαίνης ἐρυθρὰς legit, *rubras.* Hoc facile conciliari potest, si dicamus è nigredine rubras esse. Idem ἀπὸ ἐναπίμοις ἡλίοις, *in apricis soli expositis* legit. Quomodo & in antiquo codice scriptum esse viri docti testantur. Lego cum Plinio, Oribasio, aliisque viris doctis, ἀπὸ μέμφιδι, φινῷ. Quia Memphis non est Arcadiæ. Ἀστράγαλος nomen accepit a seminis forma ἀστραγαλοειδῆ, *talum referente.* Verisimilius est, sic dictam hanc plantam quod radicem teretem in superna infernaque parte planam ac compressam habeat. Vel astragali nomen inditum ab adnatis appendicibus solidis, duris, ceu cornua implicitis, ad similitudinem flagelli. Unde apud Pollucem libro x. cap. XII. Παρὰ ᾗ κεράτη ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ ἀστραγαλωτὴς μάστιξ ἀνόμασαι. Lucianus ὑπὲρ ἱκανῶν ἀπὸ ἐκείνη τῇ ἐκ τῶν ἀστραγάλων μάστιγι παίοντες. *Scutica ex implicitis astragalis, vel nodoso loro ferientes & examinantes.* Athenagoras in apologia τοῖς ἀστραγάλοις αἰκίζεσθαι. Interpres *nodata flagella exposuit.* Doctissimi, ut dixi, Botanici astragalum orobum pannonicum esse putant. Astragalus, inquit Dioscorides, parvus frutex est. Herba est orobus, non frutex; Etenim θάμνος à terra plures emittit stipites, qui postea singuli sparguntur in multos ramos. Orobus cauliculos fert deciduos, non stipites, qui in ramulos spargi possunt. Sed Dioscorides fruticem quandoque appellare consuevit plantam, quæ herbaceam naturam habet, & contra herbam quæ fruticis naturam, quod alibi probavi. Folia orobus habet ciceri, nec forma, nec figura, nec magnitudine similia, nec instar cicerum ordine disposita, ex utriusque icone facile hæc lector judicabit. Dixi nec forma, nec figura convenire. Cicer folia fert lentis similitudine; orobus pannonicus folia habet forma ad rusci folia accedentia, majora verò & duplo longiora, teneriora & lævia, ad novellæ hederæ folia accedentia, mucronata & trinervia. Neq; ordine ciceris spectantur. Ciceris ex parvulis & angustis compluribus, uni pediculo, sive costæ aut ῥάχι utrimque adnatis, & sibi invicem oppositis componuntur. Orobo folia quidem sunt pedicellis hærentia, sed primò bina, deinde quaterna, postea quina, postremò terna ex opposito incursantia, qui ordo in cicere non reperitur. Denique nec magnitudine conveniunt. Sunt enim quadruplo quam ciceris majora. Radice caret rotunda, balani sive glandis, vel, ut vulgo, rhaphani modo, sed longam nigram, duram, & per intervalla extuberantem, fibrosam & ex lateribus novos stolones singulis annis producentem, gerit. Nec sapore adstringenti, verum manifestè acri. Hæc ostendunt orobum pannonicum non esse astragalum Dioscoridis. Cum Astragali descriptione magis glans terræ convenit, cujus iconem supra dedimus. Sed nec hæc foliis prædita ciceri satis similibus. Quam Syriaci astragali nomine. Adversariorum ostendunt, me vidisse non memini. Videtur proximè ad delineationem Dioscoridis accedere.

Σησάμη nomine plures sunt donatæ plantæ. Dioscorides cap. CLXIV. cap. IV. de ricino. Κίκι ἢ κρότων, οἱ δὲ σησάμιον ἄγριον, οἱ ἢ σέσελι κύπριον, οἱ ἢ κρότωνα. Plinius lib. XV. cap. VII. *Proximum fit & è cici arbore in Ægypto copiosa: alii crotonem, alii trixim, alii sesamum sylvestre appellant: quæ non pridem & in Hispania repente provenit.* Frustra Plinium accusant quod cici arborem dixit. Ipse Dioscorides δένδρον δὲ ἐπι συκῆς μικρᾶς μέγεθος. Refert Bellonius lib. I. calidis regionibus in multos annos superesse, ac in tantã excrescere altitudinem, ut ad conscendendum scalis quandoque opus sit. Anno 1624. nata nobis Amstelredami ex semine ricini planta, quæ eo ipso anno in tantam excrevit altitudinem, ut cerasum mediocris magnitudinis superaret, credo 16 pedes superasse. Hoc obiter. Heliotropium magnum sesamon dictum, scribit Auctuarii auctor, οἱ δὲ σκορπίουρον, οἱ δὲ σησάμιον ἄγριον, οἱ δὲ σκορπίουρον. Arborem quandam illud nomen obtinuisse ex Dioscoride cap. de ebeno colligitur. Ἔνιοι, inquit, ᾗ τὰ σησάμινα ἢ ἀκάνθινα ξύλα, ἐμφερῆ ὄντα αὐτῇ ἴσιν πωλοῦσι. Etiam ex auctore Peripli, ubi phalangii, ebeni, & sesamini mentionem facit. ἀπὸ μὲν βαρυγάζων εἰς ἀμφότερα ταῦτα τῆς περσίδος ἐμπόρια, πλοῖα μεγάλα χαλκῶ καὶ ξύλων σαγαλίνων, καὶ δοκῶν, καὶ κεράτων, καὶ φαλάγγων σησαμίνων, καὶ ἐβένων. Folia etiam quibus sponsi coronabantur sesama vocantur. Suidas. σήσαμα καὶ μήκωνα καὶ σησάμεια. φύλλα οἷς στεφανοῦνται οἱ νύμφιοι. Hoc de sesamo, cujus meminit Theophrastus li. VIII. intelligo. Favorinus σησάμη ποῖόν τι ἐν τοῖς γάμοις ἰδέα. ἐδίδουν γὰρ ἐν τοῖς γάμοις σησάμης εἶδός τι, ὡς ἐν πολλοῖς γαμικὸς ἀπὸ τῶ σησάμη πεποιημένος. Idem Arist. in pace σησάμη συμπλάττει). Ἐδίδουν, inquit, ἐν τοῖς γάμοις πλακοῦντα σησάμινον, ὡς ἐν πλακοῦς γαμικὸς, ἀπὸ σησάμη πεποιημένος, *placentam*, inquit, *esse nuptialem, ex sesamo factam, quæ in nuptiis exhibebatur.* Placentas has describit Athenæus lib. XIV. σησαμίδας ἐκ μέλιτος καὶ σησάμη πεφρυγμένου καὶ ἐλαίου φαιοειδῆ πέμματα. *Sesamides globosa bellaria è melle sesamoque frixis, & oleo.* Hesychius ἐνθαλάμια ἐκ μήκωνος καὶ σησάμης, *placentæ ex papavere & sesamo.* Ex his inter condimentarias herbas papaver, & sesamum non ultimum locum obtinuisse, quilibet observare potest. Ideoque veteres cum aliquid studiose politum significare vellent, papavere & sesamo sparsum dicebant. Petronius, *Audiunt mellitos verborum globulos, & omnia dicta factaque, quasi papavere & sesamo sparsa.* Planta de qua nobis sermo, non tantum σήσαμον, sed etiam σησάμη & σησαμὶς dicitur. Suidas, σησαμὶς καὶ σησάμη ἀμφότερα. σησαμὶς μὲν γὰρ εἶδος πλακοῦντος, σησάμη ἣν ἡμεῖς φαμὲν σησαμίδα καὶ σήσαμον. σησάμινον ἔλαιον — Sesamon Columella inter legumina reposuit, Plinius inter æstiva frumẽta, Theophrastus inter fruges quæ communi carent appellatione. Videat lector quæ supra dixi. Variis in locis notas sesami tradit Theophrastus lib. I. cap. XVIII. li. VIII. cap. V. Inf. III. VII. IX. lib. III. de caus. cap. II. lib. IV. de caus. cap. VI. & XVI. lib. VI. de caus. cap. XIX. quas suo loco examinabo. Quæ hoc capite scribit Præceptor, examinare aggredior. Σησάμη nomen inditum videtur, ἀπὸ τῦ σείω, quod quandoque σείω denotat, *concutio, impello* & ἀμάω *meto* quod subito & quasi impetu ad messem propelleretur. Columella lib. II. cap. X. *Sed hoc quidem semen Ciliciæ Syriæque regionibus ipse vidi mense Iunio Julioque conseri, & per autumnum cum maturuerit tolli.* Vel nomen sesamum accepit ab Ægyptiis Syrisve, forte Indis. Plinius lib. XVIII. cap. X. *Sesema ab Indis venit, ex ea oleum faciunt; color ei candidus.* Hoc de altera capiat Lector. Ægyptiis sempsem dicitur. Peculiare à reliquis leguminum generibus folium habere inquit; sed quale sit non dicit. Cap. V. sesami quoddam genus candidum inquit. An itaque cum Plinio dicemus folia huic esse coloris sanguinei? Pingue & amarum esse ex cap. VII. quis colligere posset; quanquam hoc de semine verius, quam folio intelligi debeat. Illud etiam notandum, quod caule potius ferulaceo describat sesamum, quam arundinatio. Infra cap IX. emaciare solum inquit, quod crassior, & multiplicior ei fit calamus, radixque numerosior. Contrarium de radice scribit lib. IV. de causis cap. XVI. Τὸ γὰρ inquit, σήσαμον λιπαρὸν καὶ δύσμενον πλῆθος, καὶ τοῦτο μὲν μονόρριζον, οὐδὲ κέγχρος, καὶ πολύρριζος. Sed dicendũ, quod ἀντι μονορριζότερον cap. IX. legendum sit βαθυρριζότερον, βαθύρριζον sesamon esse, lib. IV. de caus. capite citato, inquit. Recentiores sesamum vocant plantam, cujus figurã apponere visum fuit. Planta est unius caulis, recti, ad cubiti altitudinem extollens, foliis densis, ordinatis, totum caulem vestientibus, solatro proximis, floribus albis, parvis, à quibus siliquæ producuntur, quadricostatæ, parvæ, quæ semina flava, lini similia, continent, & gustui dulcia existunt; ex quibus oleum, quod *sitis* appellant Ægyptii, exprimitur. Ad cibos in frequentissimo usu, majori prætio, quam olivarum oleum venditur. Folia, semina, & oleum fere ejusdem facultatis esse, experientia docet. Quippe calidæ & humidæ temperaturæ, ad secundum gradum accedentis, resolventis, & emollientis. Prodiit Doctiss. Camerario ex semine, foliis binis, longis, subrotundis duplo majoribus ipso semine; & ex ipsorum medio alia emerserunt crenata; sed ea sese non explicarunt, planta sensim marcescente. Quod & nos anno 1631. observavimus. An planta, quæ passim pro sesamo ostenditur, sit veterum sesamum, in dubium vocari potest. Etenim calamo caret milio, crassiore & numerosiore. Scapum enim fert fabæ æmulum, in quo fabarum modo siliquæ gradatim exeunt triquetræ aut quadriquetræ, in quibus semen. Qui hoc ob soli mutationẽ fieri contendunt, nugantur; siquidem in Syria, Ægyptoq;, testibus Rawolphio & Alpino μονόκαυλος, est non secus ac in Italia; Florẽ præterea fert candidũ ἄνθος φυλλάδης, dixit Theophrastus, id est, *herbacei coloris, vel pluribus foliis constantem.* Illud etiam sesamum veterum non esse, ostendit, quod dum viret, nec in foliis, nec in semine amaror percipiatur. Quod Plinius sesamo folia rubentia tribuit, non obest quo minus vulgare non sit legitimum. Potest enim alterum genus esse, quod Theophrastus & ex eo Plinius, candidum dixerunt, quod viri docti negant. Antiquorum enim sesamum,

ſamum, ſingulari conſtat radice, fibris dotota. Ex iis quę diximus, nullius valoris argumentum apparet; eorum tamen ſequor opinionem, qui ſeſamum eſſe negent.

Poſt ſeſamum de eryſimo dicendum: cognatum enim, & maxime ſimile eryſimum dicit Theophraſtus. Duæ plantæ maximæ diverſæ hoc nomine gaudent, altera à Dioſc. deſcribitur, & ad olerum claſſem referri debet. Ægineta lib. I. ἐκ τῶν λαχάνων τὸ ὄρμινον καὶ ἐρύσιμον καὶ εὔζωμον ſalaces ad venerem eſſe ait. Alteram Theophraſtus delineat, & ad cerealiũ claſſem pertinet. Diverſam ergo eſſe plantam eryſimum Theophraſti ac Dioſcoridis ex jam dictis patet. Probatur porro, quod Galenus lib. de ſimpl. med. facult. eryſimum Dioſcoridis igneum & calfactorium dicit, ἐρυσίμου τὸ σπέρμα καθάπερ τῇ γεύσει παραπλήσιον φαίνεται καρδάμῳ, οὕτω καὶ τῇ δυνάμει πυρῶδές τε καὶ θερμαντικὸν ὑπάρχεται, *Eryſimi ſemen uti guſtu apparet ſimile narſturtio, ita facultate igneum & excalfactorium eſt.* Idem lib. I. de aliment. facultatibus cap. XXX. Κατὰ τὴν αὐτὴν τρόπον ἐρύσιμον σησάμῳ κατὰ τὴν τοῦ σώματος οὐσίαν ὁμογενές πως ὄν, ἀηδέστερον δ' ἐστὶ βρωθῆναι, καὶ τροφὴν ἥττονα δίδωσι τῷ σώματι, καὶ πάντη χεῖρον ὑπάρχει. θερμὰ δ' ἐστι ταῖς κράσεσιν ἄμφω καὶ διὰ τοῦτο καὶ διψώδη. *Ad eundem modum & ſeſamo eryſimum corporis ſubſtantia quodam pacto eſt affine, ſed in cibo eſt inſuavius, corporique alimentum parcius exhibet, prædictoque omnino eſt deterius. Cæterum utrumque temperamento eſt calidum, ob eamque cauſam ſitim etiam excitat.* Plinius quoque de utroque diverſis in locis egit. Attamen nonnihil confundit. lib. XXII. cap. XXV. *Irionem inter fruges ſeſamæ ſimilem eſſe diximus, & à Græcis eryſimum vocari: Galli velarum appellant. Eſt autem fruticoſum, foliis erucæ anguſtioribus paulo, ſemine narſturtii.* Idem lib. XVIII. cap. X. *Color ejus* (ſeſami) *candidus. Huic ſimile eſt in Aſia Græciaque eryſimum, idemque erat niſi pinguius eſſet, quod apud nos vocant irionem, medicaminibus annumerandum potius, quam frugibus.* Viri docti *trionum* legendum eſſe contendunt, quod in manuſcriptis ſic ſcribatur. Verum locus ſupra citatus contrarium oſtendit. *Irionem*, inquit, *inter fruges, ſeſamæ ſimilem.* Non puto eryſimum quod inter fruges numeratur, irionem dictum eſſe. Irionem videntur dixiſſe Latini ab irruendo, quod ignea vi & fervido ſapore irruat in guſtum; quod eryſimo Dioſcoridis convenit. Ἐρύσιμον quod inter olera recenſetur, nomen accepit ἀπὸ τοῦ ἐρείκειν, à multiplici foliorum ſectione. Erucæ enim modo laciniata ſunt. Vel ἀπὸ τοῦ ἐρύειν, quod ob ſuam caliditatem maxima trahendi vi præditum ſit. Quod inter fruges refertur, nomen invenit ab adverſo, dicitur ἐρύσιμον, quaſi ἐρύτιμον, quod minime pretioſum & nobile eſt. Eryſimi notas ſparſim tradidit Theophraſtus, maximeque lib. hoc octavo. cap. primo, ubi & quo tempore ſeri debeat, docuit. Hoc capite folium peculiare eſſe ſeſamo & eryſimo inquit. Eodem hoc capite caulem potius ferulaceum quam arundinaceum eſſe. Cap. VII. ſeſamo ſimile eſſe, & pinguiuſculum (quod de ſemine, non folio intelligendum videtur) ipſaque verba Theophraſti ſatis perſpicue oſtendunt, inquirendumque, an viridi à quopiã animali veſcatur ob amaritudinem li. VI. de cauſ. cap. XIX. ſiccum cibo idoneum eſſe inquit. Excreto enim atque perfecto ſolis opera, quantum in hoc fuerat amari, ſaporem acquirit commendabilem. Viride dum adhuc eſt, à nullo tangitur animali propter amaritudinem, & gravitatem ſaporis. Hæc an ſatis feliciter Plinius interpretatus ſit, videamus. *Idemque erat*, inquit, *niſi pinguius eſſet.* Idem eſſe cum ſeſamo, nuſquam tradit Theophraſtus; ſeſamo ſimilem & pinguiuſculum, capite citato ſcribit. Idem etiam Plinius, nullum animal veſci eryſimo & hormino ſcribit; *Hoc* (lego *his*, nempe ſeſamo & hormino) *& irione nullum animal veſcitur virentibus.* Prudentius Theophraſtus id indagandum inquit. Aliam præter has notam eryſimi tradit Theophraſtus lib. II. de cauſ. cap. XVII. Inter ſemina numeratque quo minora eo fertiliora. Locum adeat lector. Viri docti φηγόπυρον *fagopyrum*, ſive *fagotriticum*, ſic dictum à ſeminis figura, quod faginam glandem, forma triquetra, & colore ſordido quodammodo refert, licet quantitate multo minus, eryſimum eſſe ſcribant. Theodorus *trionum* vertit, quaſi trigonum; quod triangulare videret fago pyri ſemen. Nonnulla tamen obſtant, quo minus fagopyrum Belgis, **buechwept**/ vel, ut alii, **bochwept**/ quod φηγόπυρον ſonat, ſit eryſimum; quod caule tantum non folio rubeat; tum quod à nullo reſpuatur pecude, ſed ab omnibus avidiſſimè depaſcatur; quod nullam amaritudinem ſaporiſque ingratitudinem dum viret, oſtendit; præterea

Fagopyrum.



pinguiuſculum non videtur habere ſemen, nec inter minora numerari poteſt. Ad primum reſponderi poteſt, quod Plinius de ſuo, non ex Theophraſto folia rubere ſcribat; deinde quod univerſa planta cum matureſcit, amaranthi colore purpuraſcat; vel etiam quibuſdam in locis tantum rubere; ſic ruborem multis ineſſe palmitibus, titymallis atriplicibus, aliiſque ſimilibus. Ad alterum argumentũ reſpondent Adverſariorum Auctores, Baſileæ ſeſe habuiſſe agnum cicutæ helluonem; alibi paſſim animantia reſpuere. Sic in Anglia, inquiunt, virentes aſparagos veterina non tangunt; poſt fœnicetum in maritimis illis aridis veſcuntur. Reſponſio frivola, & quo nihil probatur. Non tantum in Batavia pecus libenter vorat fagopyrum, ſed etiam in Italia, & Græcia, & ubique tam calidis quam frigidis regionibus. Aliĩ eryſimum Theophraſti, & myagron Dioſcoridis eandem putant plantam. Deſcribitur à Dioſcoride lib. IV. ca. CXVII. Μύαγρος οἱ δὲ μελάμπυρον, πόα φρυγανώδης, δίπηχυς, φύλλα ἔχουσα ἐμφερῆ τοῖς τοῦ ἐρυθροδάνου, ὠχρά, σπέρμα τραχήλια (Ruellius, ac cæteri omnes interpretes πίλοι, vel πίλιδι legit. Sed cur vulgata non poſſit ſervari lectio, non video. In vaſculis enim ſemina condita, & appreſſa inter ſe verticillatum quid & oblongum videntur referre. Interpretes tamen ſequor, quia idem ſemen non ineptè fœnugræco comparari poteſt.) ἐοικός, λιπαρόν, ὃ χρῶνται κόπτοντες αὐτὸ πεφωγμένον, καὶ περιπλάττοντες ῥάβδοις, καὶ ἀντὶ λύχνου χρώμενοι. *Myagron, quam aliqui melampyron*, id eſt, triticum nigrum *vocant, herba eſt è cremiorum genere, bicubitalis, foliis rubiæ ſimilibus, pallidis: ſemen vero gerit fœnugræco ſimile, pingue; quo quidem torrefacto & tuſo virgas oblinunt, iiſque lucernarum vice utuntur.* Plinius lib. XXVII. cap. XII. *Myagros herba ferulacea eſt, foliis ſimile rubiæ, tripedanea, ſemen oleoſum, quod & fit ex eo, &c.* Myagri nomen accepit quod inſidentes vel prætervolantes muſcas glutine ſuo implicet & retineat, nec non captet. Apud Æginetam duæ plantæ habentur nomine, & oleoſo ſucco, cognatæ, Μύαγρον & μύαρον, μύαγρος inquit, τὸ σπέρμα λιπαρόν ἐστι· μύαρον, οἱ δὲ μελάμπυρον, πόα φρυγανώδης ἐστὶ, καὶ λιπαρά. Priori loco ipſiſſima verba Galeni refert.

refert, posteriori Dioscoridis in Cornarius in Ægineta, myagron ubique legendum censet, non μύαγρον, quod alia non sit herba à myagro. Idem ordinem perturbatum autumat, legitque, μύαγρον, οἱ δὲ μελάμπυρον πόα φρυγανώδης ἐστὶ καὶ λιπαρά. δοκεῖ δὲ τὸ ἐκ αὐτῆς ὁμαλίζειν τὰς τῶν σωμάτων τραχύτητας. τὸ δὲ σπέρμα καὶ λιπαρόν ἐστι, τὸ δ᾽ ἐν αὐτῷ ἔλαιον ἐμπλαστικὴν ἔχει δύναμιν — vel ἔστι δὲ τὸ τοῦ μυάγρου σπέρμα λιπαρόν. τὸ ἐν αὐτῷ. Quidam tamen μύαγρον legere malunt, Μύαγρον enim, inquiunt, sonat pravum, impurum, sordidum, cujusmodi est melampyron. Μύαγρον itaque idem foret quod μίαρον *conspurcatum, contaminatum*. Nobis μυάγρου lectio arridet; tum quia sic apud Galenum, Dioscoridem, Oribasium, cæterosve legatur, tum quia etymon satis plantæ naturam exponat. Μελάμπυρον dictum credo, quod vile sit frumentum & pravum, vicinam segetem lædens. Aliud est ab hoc diversum μελάμπυρον, cujus Theophrastus & Galenus mentionem faciunt. De hoc alibi agemus. Myagron Dioscorides surculaceam plantam esse inquit, Plinius ferulaceam; Theophrastus; erysimi caulem potius feruleam referre quam arundinem ait; Dioscorides foliis rubiæ describit, pallidis; Plinius rubere folia erysimi dixit. Non itaque videtur una eademq; sed diversa planta. Reliqua alioquin satis conveniunt. Inter minora semina, semẽ fœnigræci numerari potest, & myagri magis. In capsulis enim compressis drabæ, aut lini, fœnigræco simile fert semen, fulvum, sed duplo minus, oblongum, & pingue. Ex semine myagri, cujus figuram addere placuit, oleum multis in locis exprimitur, lucernis, cibisque aptum, quo pauperes in Galliis, teste Ruellio utuntur. Dum viret amarorem & ingratum saporem habet; quem cum siccatur amittit ac perdit. Verbo totum ut negotium absolvam, omnes notas erysimi habet vulgare myagron, quod & nos cum doctiss. Botanicis asserimus; præterquam quod folia habet ex viridipallentia; quæ, si Plinio fides adhibenda foret, rubentia esse deberent; sed, ut supra dixi, de suo hoc addidit Plinius. Nihil tale apud Theophrastum.


Myagrum Thlaspi effigie.



Cicer, uti apud Athenæum legitur lib. II. invenit Neptunus, ὅτι Ποσειδῶν εὕρημα οἱ ἐρέβινθοι. Neptunum inventorem statui credo, quod plantæ huic perutilis sit ac familiaris salsedo; tum quod sapor non nihil salsus in foliis, ramis, & fructu percipiatur, uti Theophrastus lib. VI. de caus. cap. XIV docet. Idem lib. IV. de caus. cap. IX. eadem docet, additque juxta mare satum melius ac præstantius esse. Cicer maximè celebratum Ciceronis nomine. Huic puta à cicere nomen, qui Diis poculum dicavit, in quo cicer cælatum erat, Plutarchus in Apotheg. ἔκπωμα δὲ ἀργυροῦν τοῖς θεοῖς ἀνατιθεὶς τὰ μὲν πρῶτα τῶν ὀνομάτων γράμμασιν ἐσήμανεν, ἀντὶ δὲ τοῦ Κικέρων ἐρέβινθον ἐνέγλυψε. *Poculum porro argenteum Diis dedicans, prænomen suum, nomenque litteris insculptis, cognomentum item Ciceronis, cicere celato indicavit.* Ἐρέβινθος Græcis dicitur, vel quod semina in vasculo, quasi flatu distento, bina ferat ad instar testiculorum (quod tamen non de omni, sed de quodam ciceris genere verum est) vel quod maximè venerem excitat. Suidas, ἐρέβινθος τὸ τοῦ ἀνδρὸς αἰδοῖον. Ἀριστοφάνης νεφέλαις τὸ δέρμα τῶν γεραιτέρων, λάβοιμ᾽ ἄν, ὁ δὲ πρεσβύτης ἀλλ᾽ οὐ, ἐρεβίνθου τουτέστιν αἰδοίου, σημαίνει δὲ καὶ ὄσπριον. Aristophanes Acharn. Τρώγοις ἂν ἐρεβίνθους ἔπειτ᾽, inquit Schol. πρὸς τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρὸς, ἐπεὶ καὶ ἐρέβινθοι αὐτὸ καλοῦσι. Ad venerem quam maximè concitare, præter Galenum aliosque gravissimos auctores, verba hæc testantur Dioclis, quæ citantur ab Athenæo lib. II. κατὰ δὲ Διοκλέα ζυμωτικοὶ τῆς σαρκός. Diocles addidit, esu ciceris turgere veluti fermento quodam molem carnis. Id præstat, quia flatuosum est, non minus quam faba; magisque alit; eaque ratione ad venerem incitat, corpusque tumidum reddit. Ζύμωσις Platoni est τῆς γεώδους οὐσίας ὁμοῦ κίνησις, καὶ ἀέρωσις, *terreni cujusdam & solidi motio, & ab aere intus concepto inflatio & distentio, ac in tumorem levem sublatio, ac velut quædam ebullitio.* Sparsim notas ciceris tradidit Theophrastus. Lib. II. cap. V. hist. lib. V. de caus. cap. VII. li. VIII. hist. ca. I. III. V. IX. X. & XI. lib. IV. de caus. cap. XI. lib. III. de caus. cap. XXVI. & XXVII. eodem lib. cap. XIV. & XVI. ex quibus locis talis fere colligitur descript. caule assurgit omnium leguminum firmissimo, lignosissimo, sed obliquo; parva siliqua pauciora semina continet, cum cæteris leguminibus seminum multitudo pro ejus magnitudine sequatur. Principium unde siliquis adhæret, eminens est, quo germinat, & radicatur; summam foliorum partem salsilago quædam obducit, altissima radice cohæret; quum legumina fere cuncta singulari nitantur radice; eademque lignosa, & præ tenuibus surculis capillamentorum fibrata, & nonnunquam ex latere mittit. Genera videtur novisse Theophrastus plura. Etenim cap. V. magnitudine, sapore, odore, & forma plures differentias sortiri auctor est, uti orobæum & arietinum. Sed videat lector quæ capcitato à nobis dicuntur. Ciceris utriusque figuram addidi. Primum pro cicere sativo sive arietino ab omnibus habetur; caules profert tenues, lignosos, ramosos, non nihil hirsutos, in latus declinantes; folia ex pluribus uni pediculo sive ῥάχει utrimque adnatis, & sibi invicem oppositis congesta; quorum singularia parva sunt, lata & in ambitu crenata, teucrii foliis minora: flores exigui, aut candidi, aut ex purpura rubescentes; quibus succedunt singulæ, parvæ, brevesque siliquæ, utriculorum modo, ac veluti à flatu distentæ; in quibus duo ut plurimum, rarius tria clauduntur semina angulosa, ac turbinata, unoque acuto angulo prædita, arietino capiti non dissimilia, colore aut alba, aut ex candido pallentia, aut purpurea, aut rubra, russaque, nigra, vel ex saturo rubente purpura nigra, quæ germinationis principium haud obscurum ostendunt. Radice nititur gracili, candida, longaque. Orobæum Adversariorum auctores primum descripserunt. Narbonæ & Gallo-provinciis plerisque satis per messes flavet hæc, culmo assurgens sesquipedali, geniculato lateratim, quasi in obliquum flexo, leviter striato, fistuloso, foliolis in imo nervulo prolixo hærentibus, lentis ut araci; à medio item ramulis donatur & foliatis pediculis, & juxta summos alarum geniculos complures confertæ siliquæ, uno ferè exortu nixæ, sese tangunt, & stipant, cylindreæ, unciam longæ, rectæ, teretes, inter transversa pusilla intervalla foras protuberantibus; singulis quasi torulis, ternis & quaternis articulatim distinctis: ipsa intus semina nulla membranula distincta, pisum arietinum fermè æquant, obtusa triangula, orobi duplo majora, colore albida, pallida, & subfulva, ab oroboi nigredine potissimum distantia, non ingrati saporis, ciceris aut pisi. Hoc an orobæum cicer disputatione non caret. Vide cap. V. His tertium addit Dioscorides lib. 2. cap. CXXVI. quod sylvestre dicit. γίνεται δὲ καὶ ἄγριος ἐρέβινθος ὅμοιος τοῖς φύλλοις τῷ ἡμέρῳ, ὀσμῇ δριμὺς, τῷ καρπῷ διαφέρων, ποιῶν πρὸς ὅσα καὶ ὁ ἥμερος. *Est & sylvestre cicer, foliis sativo simile, odore acri, sed semine discrepans: quod quidem eadem quæ sativum præstat.* Pro sylvestri cicere adversariorum auctores

ctores duas ostendunt plantas, quarum primam cicer sylvestre verius, alteram cicer sylvestre herbariorum appellant. Quod verius sylvestre appellant ramosum est, cauliculosve spargit cubitales, aut etiam longiores, circa quos terna folia trifolii modo, majora, latiora, crassioraque quam singularia arietini ciceris, ambitu tamen crenata, loti sylvestris fermè æqualia; flores

Cicer orobæum Theophrasti.



purpurascentes similes arietino ciceri, siliquæ breves, facie arietini ciceris, quod eousque præ se ferunt, ut primo intuitu quilibet cicer dicat. Semina in his compressa, multo ciceribus minora, radix restibilis, singulis annis nova promens germina. Diligenter si attendamus ad verba Dioscoridis, hæc planta non erit sylvestre cicer. Etenim nec odore est acri, & fructum similem fert sativo; contra Dioscorides καρπὸν διάφορον dixit. Alterum cicer sylvestre herbariorum, cauliculos promit complures, ramosos, humi decumbentes; circa quos folia ex pluribus ad unam costam commissa, veluti arietini ciceris, sed ambitu haud crenata, securidicæ foliis idcirco similiora; flores in pediculis juxta cauliculos exeuntibus, è luteo palentes, spicato ordine prodeunt. Succedit folliculi exigui arietini, ciceris fructus ritu, una plures collecti, coluteæ figura, nigri, non nihil hirsuti; in quibus semen exiguum, durum, planum, splendens, gustu phaseoli; radix satis altè dimittitur, fibris aliquot firmata. Hanc plantam proximè accedere ad cicer sylvestre cum herbariis dicimus. Similia folia dixit Dioscorides ciceri, quod eodem ordini & ritu posita sint. Quod si crenata forent, quam proxime quoad formam figuramve accederent. Videat lector cap. v. hujus libri.

Ὄροβος dicitur παρὰ τὸ ἐρέπτεσθαι ὑπὸ τῶν βοῶν, *quod boves eo vescantur & saginentur.* Dioscorides lib. II. cap. CXXXI. βοῦς δὲ λιπαίνει ἑφθὸς παρατεθέμενος boves autem saginat, si elixum apponatur. Galenus lib. I. de aliment. facult. οἱ βόες ἐσθίουσι τοὺς ὀρόβους παρ' ἡμᾶς τε καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ἐθνῶν ὕδατι προσγλυκάναντες· οἱ δὲ ἄνθρωποι τελέως ἀπέχονται τοῦ σπέρματος τούτου, καὶ γὰρ ἀηδέστατόν ἐστι καὶ κακόχυμον. ἐν λιμῷ δέ ποτε μεγάλῳ καθ' ἃ καὶ Ἱπποκράτης ἔγραψεν ἐξ ἀνάγκης βιαίως ἐπ' αὐτὸ παραγίνονται. *Boves tum apud nos, tum alias plerasque gentes, ervum prius in aqua dulcoratum pascuntur; homines verò ab hoc semine prorsus abstinent. Est enim insuavissimum. & pravi succi. In magna tamen fame, quemadmodum Hippocrates, quoque scripsit, necessitate coacti, ad ipsum nonnunquam accedunt.* Virgil. *Eheu quam pingui macer est mihi taurus in ervo.* Mirari satis nequeo, quod scripserit Suidas, ὄροβος εἶδος κριθῆς. Hordei non est genus, sed leguminis. Rectè Hesychius, ὄροβος εἶδος ὀσπρίου. Bobus, seu potius vaccis pabuli illud genus datur, quod lac augere credatur. Aristoteles lib. III. hist. animal. cap. XXI. τῆς δὲ τροφῆς ἡ μὲν σβέννυσι τὸ γάλα, ποιεῖ δὲ πολὺ ἑτέρα, οἷον κύτισος καὶ ὄροβοι ——— οἱ δὲ ὄροβοι καὶ ταῖς κυούσαις οὐ συμφέρουσι. τίκτουσι γὰρ χαλεπώτερον. *Pabuli genus aliud lactis copiam extinguit, aliud auget, ut cytisus & orobi ——— Ervum prægnantibus non prodest, facit enim partum omnino difficiliorem.* Utebantur veteres orobo ad expiationes, & piacularia, teste Plutarcho, locus est in quæstionibus Græcis, ubi quærit, cur orobum Tralliani καθαρτῆρα vocarunt. διὰ τί Τραλλιανοὶ καθαρτῆρα καλοῦσι τὸν ὄροβον, καὶ χρῶνται μάλιστα πρὸς τοὺς ἀφοσιώσεις καὶ τοὺς καθαρμούς; ἢ ὅτι Λέλεγες καὶ Μινύαι τὸ παλαιὸν ἐξελάσαντες αὐτοὺς τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν κατεῖχον, ὕστερον δὲ οἱ Τραλλιανοὶ κατελθόντες, καὶ κρατήσαντες, ὅσοι τῶν Λελέγων οὐ διεφθάρησαν οὐδ' ἔφυγον, ἀλλὰ δι' ἀμηχανίαν βίου καὶ ἀσθένειαν ὑπελείφθησαν αὐτόθι, τούτων οὐδένα λόγον ἔτι ἔχοντες ζώντων οὔτε ἀπολλυμένων, νόμον ἔθεντο, τὸν κτείναντα Μινύην ἢ Λέλεγα Τραλλιανὸν, καθαρὸν εἶναι μέδιμνον ὀρόβων ἀπομετρήσαντα τοῖς οἰκείοις τοῦ φονευθέντος. *Cur Tralliani Orobum cathartera id est lustrale vocant, utunturque eo maxime ad lustrationes & expiationes? Leleges & Minyæ quondam Tralles, regionemque ad urbem pertinentem, pulsis vi Trallianis, vi occupaverunt. Reuersi postlimio Tralliani, rerumque potiti, quotquot Lelegum non perierant, neque profugerant, sed ob inopiam ac imbecillitatem remanserant Trallibus, eorumque neque viventium, neque morientium, ac pereuntium ullam habentes rationem, legem tulerunt, ut si quis Trallianus Minyam Lelegemve occideret, is medimnum* (mensura est aridorum, capiens quinos modios Sicula mensura, vel senos Attica vel Romana plura Suidas) *ervi, si necessariis interfecti demetiretur, castus purusve cædis haberetur.* Ervi sive, orobi notas sparsim tradidit Theophrastus, uti lib. II. cap. v. lib. VIII. cap. I. hist. cap. XII. lib. IV. de caus. lib. VIII. hist. cap. v. Ubi ait, in siliqua cylindracea, id est quæ volvi potest, semina ferre, ejusdem figuræ, qua se invicem in siliqua contingunt, eique adhærent. Dioscorides lib. IV. cap. CV. Æthiopis semen ervi magnitudine esse inquit, καρπὸν δὲ περὶ μέγεθος ὀρόβου δύο ἐν ἑνὶ ἀγγείῳ. Idem lib. III. cap. CLVIII. de lithospermo, (vulgo milium soler, officinæ solis vocant) σπέρμα λιθῶδες, στρογγύλον, λευκὸν, ὀρόβῳ μικρὸν ὅμοιον. Cap LXXV. ejusdem libri, Dorycnii semen folliculum simile ervo scribit. ἐπ' ἄκρου ἔχει πυκνὰ θυλάκια, ὥσπερ ἐρεβίνθου. ἐν οἷς σπέρματα στρογγύλα ἐστὶν ὅσον ὄροβοι μικρὰ λεῖα. Cap. x. diu durare, & phalangra in iis nasci. Orobi alias notas tradit loco citato Dioscorides, ὄροβος γνώριμος θαμνίσκος, στενόφυλλος, λεπτὸς, ἔχων σπέρματα ἐν λοβοῖς, ἐξ ὧν γίνεται τὸ καλούμενον ὀρόβινον ἄλευρον, *Ervum exiguus frutex est, omnibus cognitus, angusto folio, tenuis, in siliquis parva gerens semina, è quibus farina fit, ervina dicta.* Differentias quasdam orobum habere Theophrastus cap. v. lib. VIII. hist. scribit, quod ex Dioscoride etiam colligi potest, cum inquit ἐκλέξαι τοὺς εὐτρόφους καὶ λευκούς. Elige uberiora & candida erva. Contra Galenus lib. de alimentorum facult. primo, ἧττον δ' εἰσὶ φαρμακώδεις ἐν αὐτοῖς οἱ λευκοὶ, τῶν πρὸς τὸ ξανθὸν, ἢ ὠχρὸν ἀφισταμένων. Inter orobos albi minus sunt medicamentosi, iis qui ad ruffum aut pallorem recedunt. Idem tamen Galenus lib. de antidotis in composit. trocisc. scylliticorum, albos eligendos scribit, μίγνυε τὸ τῶν λευκῶν ὀρόβων ἄλευρον, ἰσχυρῶς γάρ ἐστι τὸ τῶν μὴ λευκῶν πικρόν. *Candidi ervi farinam admisce, nam quod candidum non est, amarum supra modum est.* Pro affectus itaque morbique ratione ervum candidum aut flavum eligemus. Pro ervo omnes ferè Botanici habent plantam, quam Itali vulgo mochon vocant; sarmentosa est foliola ac humi procumbens, caulibus ac ramis multis se implicantibus, foliis parvis, longiusculis, angustis, lente minoribus, pluribus utrimque pari exortu per intervalla prodeuntibus, uno in cacumine permanente. Flores quandoque fert parvos, colore purpurascentes, nonnunquam candicantes. Sequitur siliqua piso fere similis, sed brevior, graciliorque, in qua concluditur semen magna ex parte rotundum, sed uno eminente angulo ad instar ciceris, sed multo immo ipsis erviliis minus, non ingrati saporis, pressa, strictaque, inter granum & granum siliqua, colore quandoque candidum, non raro rufum, pallidum quod quasi inter album & ruffum medium est, raro occurrit. Dodonæus hanc plantam negat orobum veterum esse, quod folia non habeat angusta, sed lentis modo alata; tum quod nulla gustabilis qualitas, evidenter amara, aut ingrata semini inest. addo non esse Cylindraceum. Ad primum tamen argumentum facile responderi potest (quod vidit etiam Dodonæus) nempe singularia, ex quibus totius folii compositio est, esse angusta, sed cætera satis ostendunt non esse veterum orobum. Nec minus à vero recedunt qui arachum Dodonæi & Herbariorum ervum dicunt. Nam nulla huic inest amaritudo, nullusque ingratus sapor.

Orobus receptus Herbariorum Lob.



Duas plantas forma, facie, viribus, natali solo admodum diversas, φακὸς nomen audire; leguminis nempe genus, & aquaticam plantam, constat, ut quidem arbitror. Aquaticæ φακῆς historiam lib. IV. tradidimus. Hoc capite de legumine nobis erit sermo. φακὸς, sive φακὴ dicitur, quasi ἡ τὰ φάη κακοῦσα, οἷον φακάκη, vel φάκακος, *quod oculos lædat & hebetet*. Dioscorides lib. II. cap. CXXIX. φακὸς βιβρωσκόμενος συνεχῶς ἀμβλυωπός. *Lens frequenti cibo aciem oculorum obtundit.* Galenus lib. I. de aliment. facult. cap. XVIII. testatur. ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ὄψιν ἀμβλύνει μὲν τὴν ὑγιεινῶς διακειμένην ὑπερξηραίνουσα. Eandem ob causam visum integrum & inculpatum hebetat, ipsum immoderate exiccans. Vel φακὸς dicitur, quod semen ejus formam & ideam maculæ faciei, sive oculi referat. Ab his maculis Dioscorides φακοῦ nomen reportavit. Suidas φακᾶς, Διοσκουρίδης ὁ ἰατρὸς ἐπεκλήθη, διὰ τοὺς ἐπὶ ὄψεως φακούς. Vel φάκος quasi ἀσκὸς dicitur, unius litteræ mutatione, quod hujus siliqua granis compressis circinatam lagenulam efformare videtur. Suidas φακὸν exponit εἶδος ἀγγείου ὑδατηροῦ, ὅπερ οἱ ἀγροικοὶ παρ' ἡμῖν, ἀσκόδαυλα. *vasis genus, quod aqua replebatur à rusticis ascodaula dictum.* Versus hujus meminit in lexico Galenus, Ἀσκοὺς, inquit, κεράμους δὲ καὶ πυριατοὺς καὶ φακοὺς ὀνομάζουσι. *Veteres tegulas, quas etiam lateres & lenticulas vocant.* Vas erat lenticulæ forma, quo aqua calente, aut oleo pleno, fotus adhibebantur. Vide Hipp. de nat. muliebri καὶ τοῖς φακοῖς τοῖς ὀστρακίνοις τὸ ὕδωρ ἐγχέων ζεστόν. Celsus lib. II. cap. XVII. ubi de fomentis agit, quin etiam calido oleo replentur utriculi, & vasa fictilia ad similitudinem quas lenticulas vocant, aqua conjicitur. Hic locus exponendus Plinii est, qui lib. XVIII. cap. XII. *Duo genera ejus in Ægypto, alterum rotundius nigriusque, alterum sua figura. Unde vario usu translatum est in lenticulas nomen. Invenio apud autores, æquanimitatem fieri vescentibus ea.* Alterum sua figura inquit. Unde vario usu translatum est in lenticulas nomen. Hoc vult Plinius, lenticulas appellari varii usus vascula aliasque res pressulæ rotunditatis, quæ est suæ lenti figura. Ætius lib. IX. cap XXVIII. φακωτὰ πυριατήρια vocavit, vascula quædam fictilea arena, aut aqua calida impleta, quæ colicis imponebantur calefaciendi gratia, vel flatus dissipandi; quomodo in dolore colico ventri, & hodie sacculos arenis calidis repletos, & lateres calidos imponunt. Etiam vasculum fuit, quod vitandi frigoris causa inter manus teneri solebat. Apud Justinum Martyrum pro aheno, aut vase in quo cineres sive reliquiæ Sibyllæ Cumanæ conditæ erant, positum legitur. ἡμῖν ὑπεδείξαντο καὶ φακόν τινα ἐκ χαλκοῦ κατεσκευασμένον ἐν ᾧ τὰ λείψανα αὐτῆς σώζεσθαι ἔλεγον. Apud Galenum lib. VI. Method. cap. ult. φακωτοὺς ἐκκοπεῖς *lenticulata scalpra*, quorum in extremitate quiddam lenti non dissimile prominet, levius obtusiusve acutum, in cuspidem exiens, ἢν δ' ἅπαξ, ἕν τι γυμνώσῃς μέρος ὑποβαλὼν (vulgo legitur ὑπολαβὼν) ἐκκοπέα, τὸ μὲν φακοειδὲς ἐπὶ τῷ πέρατι πεῦχον ἀμβλὺ καὶ λεῖον ἔχοντα. τὸ δ' ὀξὺ κατὰ τὸ μῆκος ὄρθιον, ὅταν στηρίξῃς κατὰ τῆς μήνιγγος τὸ πλατὺ τοῦ φακοειδοῦς ἐπικρούων τῇ μικρᾷ σφύρᾳ. *Si vero unam semel nudaveris partem, ac scalprum quod in cuspide præfixam habet obtusam levemque lenticulæ speciem, aciem vero per longitudinem erectam submiseris: ubi latam partem lenticulæ super membranam statueris, feries malleolo* — In initio capitis instrumentum ἐκκοπέα φακωτὸν vocari scripsit. Athenæus lib. X. φακὸν appellat, ornamenti lectorum genus, lenti simile. Ut in sceptris torno factis, sunt bullæ, & nodi, & quæ vocant Græci condylomata, sic in lectorum pedibus ac columnis sunt φακοὶ lenticulæ, quas antiqui Græci, Persæ, Romani laminis æreis ac argenteis tegebant. Τοῦ Πέρσου δ' αὐτὸν ἀξιώσαντος, ὡς ὁ Θεόδωρος ἱστορεῖ ἄξιόν τι ποιῆσαι τῶν κατὰ τὴν ἰσχὺν, φακὸν τῆς κλίνης περιχάλκου ὄντα κλάσας ἐξέτεινε μαλάξας. *Rogante verò Persa, quod scribit Theodorus, sua viribus dignum ut aliquid faceret, lecti columnam, lenti similem fregit, flexileque ac molle reddidit.* Lentem latinos vocasse, scribit Plinius, quod æquanimos vescentes, faciat. Hinc viri docti colligunt, lentos dictos patientes, lenes, molles, minimè iracundos, quamvis & pigri, segnes, incuriosi sic etiam vocentur. Martial.

Tu spectas Hyemem succincti lentus amici
Proh scelus, & lateris frigora tuta times.


Haud scio an Plinius verum scripserit. Tota Medicorum schola uno ore asserit, φακὸν κακόχυμον καὶ μελαγχολικὸν esse, Dioscorides, Galenus, Ægineta, verbo ut dicam, passim hoc omnes docent. Galenus lib. de succ. boni & mali cibi cap. VII. περὶ δὲ τῆς φακῆς, ὅτι κακόχυμός ἐστι καὶ μελαγχολικὸς, σχεδὸν οὐδεὶς ἀγνοεῖ, *lentes vitiosi & melancholici succi esse, omnibus notum arbitror.* Idem lib. de aliment. facult. imo, ubi non tantum pravum succum & melancholicum generare scribit, sed eos qui largius lentibus vescuntur, elephantiasin incurrere & cancrum. Εἰκότως οὖν οἱ πλεονάζοντες ἐν τούτῳ τῷ ἐδέσματι τούς τε καλουμένας ἐλέφαντας ἴσχουσι καὶ τοὺς καρκίνους, ἐπιτήδειος γάρ ἐστι τὸ παχὺ καὶ ξηρὸν ἰδίως μελαγχολικὸς γενέσθαι χυμός. Hæc de lente, non Græci tantum ac Latini, sed etiam Arabes testantur. Præter veritatem itaque scribit ex auctoritate Florentini Geoponicῶν auctor lib. II. cap. XXXV. ἡ δὲ αἰγυπτία φακὴ εὐθυμίαν παρέχει τοῖς ἐσθίουσι. *Ægyptia lens in cibo accepta, lætitiam affert & conciliat.* Quod qua ratione præstare id possit, quod vitiosum & melancholicum generat succum, non video; maximè cum constet ex Plutarcho, lentes mortuis appositas, nec non ingruentium malorum præsagium esse. Hæc verba Plutarchi in Crasso, πρὸς δὲ τούτοις συνέπεσε μετὰ τὴν διάβασιν μετρουμένοις τὰ ἐπιτήδεια τοῖς στρατιώταις, πρῶτον πάντων δοθῆναι φακοὺς καὶ ἅλας ἃ νομίζουσι Ῥωμαῖοι πένθιμα, καὶ προτίθενται τοῖς νέκυσιν. *Ad hæc accidit postquam transmisit amnem, ut quum militibus frumentum metiretur, præberet ante omnia lentes & salem, quæ Romani habent pro feralibus & defunctis apponuntur.* Hinc apud Athenæum lib. IV. legitur τραγικὸν γὰρ ὁ φακός ἐστιν Ἀρχάγαθος ἔφη. *Archagathus dixit, tragicam esse lentem.* Has aliasque ob causas, lens pauperum ac tenuium cibus dictus est, quæ fastiditur, simulatque lautior fortuna contigit. Aristophanes in Pluto ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἀμεῖνον, ἔπειτα πλουτῶν οὐκ ἔθ' ἥδεται φακῇ. *Effugi malum, inveni bonum, ubi, dives est, haud lente gaudet amplius.* Isidi ac Osiridi lentis germina & flores offerebantur. Plutarchus libello citato, Τίκτουσι δὲ τὸν Ἁρποκράτην περὶ τροπὰς

τὰς χειμερινὰς ἀτελῆ καὶ νεαρὸν, ἐν τοῖς προανθοῦσι καὶ προβλαστάνουσι. διὸ καὶ φακῶν αὐτῷ φυομένων ἀπαρχὰς ἐπιφέρουσι. *Et peperisse Harpocratem sub solstitium hybernum imperfectum & recentem, quod tum prævii flores, & germina prima enascuntur, ideoque ei lentium* (Interpres *fabarum*, tanquam φαβάτων scriptum esset; lens Ægypto est familiaris) *nascentium primitias offerunt*. Lentis notas sparsim tradidit Theophrastus ut lib. II. cap. V. hist. lib. V. De caus. cap. VII. lib. VIII. hist. cap. I. cap. III. V. & lib. IV. de caus. cap. XVI. Ex his locis talis colligitur descriptio caulis. In latus spectat; siliquæ in latitudinem molliter funduntur; minor siliqua pauciora fert. leguminum est fertilissimum; parvum enim fert semen. Plinium lentium Historiam cum salvia, aliisque plantis confundere, supra lib. VI. annotavimus. Lentis duo genera fuisse veteribus cognita jam ex Plinio intelleximus; vulgaris & Ægyptia. Ægyptia præstantissima videtur fuisse, Martialis.

Accipe Niliacam pelusia munera lentem
Vilior est alica, carior illa faba.

Pro lente habent omnes Botanici, plantam cujus figuram apposui. Tenuibus cauliculis exit, duriusculis & obliquis foliolis, ab utraque medii pediculi parte multis & angustis, viciæ similibus, sed angustioribus & minoribus, flores exigui sunt, colore purpurascentes: siliquæ parvæ, latæ, semina in his parva, rotunda, plana, compressaque, colore quandoque subrussa, quandoque ex

Lens.



luteo pallida, nonnunquam ex cano alboque fusca & nigricantia. Differunt etiam magnitudine, alia enim exigua alia magna. Satis de lente.


Δόλιχον recentiores φασίολον vocarunt. Utrumque nomen ab effigie & longitudine siliquarum, aut fructus accepit, qui lintrem, lembumque naviculam exprimunt. Alii λόβον & λόβιον dixerunt, uti testatur Galenus lib. I. de Aliment. facult. Cap. XXVIII. ubi locum hunc Theophrasti citat. Verba Galeni hæc sunt, τὸ τῶν δολιχῶν (Suidas proparoxytonως δόλιχον hoc legumen vocari ait) ὄνομα γέγραπται μὲν καὶ παρὰ τῷ Διοκλεῖ μετὰ τῶν ἄλλων ὅσα τῶν τρεφόντων ἡμᾶς σπερμάτων εἰσὶν ὀνόματα· γέγραπται δὲ καὶ ἐν τῷ περὶ διαίτης Ἱπποκράτους, ὑπὲρ οὗ καὶ πρόσθεν ἤδη διῆλθον· ἡγοῦμαι δὲ αὐτοὺς οὕτως ὀνομάζειν τὸ σπέρμα τοῦ κηπευομένου φυτοῦ, καλουμένου δὲ νῦν ὑπὸ πολλῶν κατὰ τὸν πληθυντικὸν ἀριθμὸν διττῶς. ἔνιοι μὲν γὰρ λοβοὺς, ἔνιοι δὲ φασιόλους ὀνομάζουσιν, αὐτοὺς διὰ τεττάρων συλλαβῶν τὴν φωνὴν προφερόμενοι καὶ διὰ τοῦτο ποιοῦνται ἕτερον ὄνομα διὰ τριῶν συλλαβῶν λεγομένου φασήλου. τινὲς δὲ τὸν αὐτὸν εἶναι λέγουσι τὸν φάσηλον τῷ λαθύρῳ, τινὲς δὲ εἶδος αὐτοῦ. τοὺς γε μὲν δολιχοὺς τεκμαίροιτο ἄν τις ὀνομάζεσθαι τὰ κηπευόμενα ταῦτα φυτὰ καθ᾽ ἃ Θεόφραστος περὶ αὐτῶν εἶπεν ἐν τῷ ὀγδόῳ περὶ φυτῶν ἱστορίας, ἔχει δὲ ἡ λέξις ὧδε· καὶ τὰ μὲν ὀρθόκαυλα (verba refert Theophrastus in quibus ἀντὶ ἐρυσιβώδης legitur depravate ἐρυμώδης) ——— ἐκ δὲ τοῦ παρηγγύνται κελεύειν ξύλα μακρὰ, καὶ μὴ γενομένου τούτου φάσκειν ἐρυσιβώδεις (ἐρημώδεις legitur, quod desolatum, desertum, vastatum significat) αὐτοὺς ἀποτελεῖσθαι· τεκμήραιτ᾽ ἄν τις τὸν λόγον αὐτοῦ περὶ τῶν νῦν καλουμένων φασηόλων τε καὶ λοβῶν. αὐτὸς δὲ λοβοὺς ὀνομάζει τὰ περιέχοντα τὸ σπέρμα τῶν τοιούτων ὀσπρίων. ὁποῖον ἐστὶ, φακὸς καὶ ὄροβος, πισὸς, καὶ κύαμος, καὶ θέρμος. ὥσπερ γὰρ τὰ σιτηρὰ σπέρματα περιέχουσιν οἱ ἀστάχυες, οὕτω τὰ νῦν εἰρημένα οἱ λοβοὶ καὶ τούς γε δολιχοὺς, καὶ αὐτοὺς οἱ λοβοὶ περιέχουσι, καὶ κατὰ τοῦτο οἶμαι τὸν ὅλον καρπὸν ὑπὸ τῶν νῦν ἀνθρώπων ὀνομάζεσθαι λοβοὺς, ὥσπερ ἀστάχυας ὅλους τοὔνομα σφετερισάμενα, καθάπερ τὸν κάλαμον ᾧ γράφομεν, καὶ τὸ μέλαν. *Dolichorum nomen à Diocle quidem scriptum est, unà cum aliorum quoque seminum, nos alentium nominibus. Scriptum autem etiam est in libro Hippocratis de ratione victus, cujus etiam ante abundè memini. Existimo autem ipsos sic appellasse semen plantæ hortensis, quam nunc numero multitudinis bifariam nominant. Quidam enim* λοβοὺς, *id est siliquas, alii* φασιόλους *nuncupant; vocem ipsam quatuor syllabis proferentes, eoque modo nomen diversum ab eo, quod tribus syllabis pronunciatur,* φασήλου *scilicet, efficientes. Sunt qui phaselum eundem cum cicercula esse dicunt; alii ipsius speciem. Quod tamen ad dolichos attinet, conjectare quis possit, eos nominari plantas has hortenses, vel ex iis quæ Theophrastus in octavo de plantarum historia scripsit, ad hunc modum, & alii quidem caulis rectus* ——— *Ex eo autem quod ligna longa jubet affigi, affirmatque, nisi id fiat, æruginosos ipsos reddi; posset quis conjectare, ipsum verba facere de iis quos nunc phaseolos, sive siliquas appellant. Ipse autem siliquas id appellat quod semen eorum leguminum, cujusmodi est lens, ervum, pisum, faba, ac lupinus continet. Quemadmodum enim frumentacea semina, spicis, ita memorata jam siliquis continentur, atque ipsos quidem dolichos siliquæ continent, Ob eamque opinor causam, fructum totum vulgo, nunc siliquas nominant, quomodo totos frumentaceos fructus spicas. Non me fugit alia quoque multa esse, quibus homines multum utuntur, quæ generis totius nomen sibi assumpserint, ut calamus quo scribimus, & atramentum.* Quædam in verbis his notanda. A nonnullis scribit dolichū phaseolum appellari, ab aliis λόβον id est siliquam, idq; non pro certo affirmat, sed tanquam verisimile refert. Ætius lib. I. apertè docet, quod suo ævo λοβὸν. id est siliquam vocabant, veteres appellasse dolichum & phaseolum. Addit à nonnullis smilacem hortensem vocari. Οἱ νῦν παρὰ πάντων ὀνομαζόμενοι λοβοὶ, δόλιχοι καὶ φασήολοι (scribit φασίολοι) παρὰ πάντων τῶν ἀρχαίων ἐκαλοῦντο. παρά τισι δὲ μῖλαξ (σμῖλαξ lege) κηπαία. *Qui nunc ab omnibus lobi nominantur, apud omnes veteres dolichi & phaseoli appellabantur, & ab aliquibus smilax hortensis.* Cur λοβοὶ dicantur plantæ, quæ ante δόλιχοι, idem docet eodē loco. Λοβοὶ δὲ ἐξαιρέτως ὀνομάζονται, ἐπειδὴ τούτων μόνων ἐν τοῖς ἔχουσιν ἀμφίεσμα λοβοῖς, ὅλος ὁ καρπὸς ἐσθίεται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. *Appellantur autem lobi, hoc est siliquæ præ aliis præcipuè, quoniam ex omni siliquarum genere quæ indumento intectæ sunt, hæ solæ unà cum siliquis sive tegumentis suis, ut plurimum commeduntur.* Quod de phaseolis scribit etiam Plinius lib. XVIII. cap. XII. Siliquæ phaseolorum cum ipsis manducantur granis. Plures plantæ siliquæ nomine gaudent. Siliqua panis sancti Ioannis κεράτιον Græci vocant, dicitur, audit illud nomen & siliqua ceratonia, Ægyptia quædam arbor, de quibus supra egimus. Siliqua fœnugræcum vocatur, teste Columella lib. II. cap. XI. *Fœnumgræcum, quod siliquam vocant rustici, duo tempora sationum habet.* Denique apud Græcos dolichus nomen illud obtinet. Idcirco Gaza, *siliqua peculiari nomine appellata*, interpretatus est. Malo ambiguitatis vitandæ gratia Plinium sequi, & interpretari *Phaseolum.* Monet etiam Galenus phaseolum à phaselo diversum esse, Phaselum enim lathyrum, inquit esse, vel illius speciem. Phaseolus, quantum ex Galeno colligi potest, non adeò vulgaris est planta, sed quæ in hortis seritur. Phaseolum enim hortensem vocat, ac in Caria tantum, non Romæ, aliis que Græciæ locis serebatur in agris. Τῶν φίλων δέ τις ἐν Ῥώμῃ διατρίβων ἔλεγεν ἐν Καρίᾳ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα καλουμένην κέραμον σπείρεσθαι τοῖς ἄλλοις ὀσπρίοις ὡσαύτως τοὺς δολιχοὺς ἀρούραις, ἔχοντας τὸ σχῆμα προμηκέστερον λαθύρων. *Quidam meorum amicorum Romæ agens mihi narravit, in Caria in patria sua, quam Ceramum*

appellabat, in agris dolichos, non aliter quam alia leguminaferi, figuramque eos habere quam cicerculæ longiorem. Hæc rarum admodum fuisse dolichum ostendunt; Accedit quod nec Columella, nec Palladius fationis hujus meminerunt. Phaselus verò vile ac familiare legumen fuisse, Romanisque notissimum, docet versus Virgilianus

Seu pinguem viciam feres, vilemque faselum.

Phaseli sationem descripserunt, Columella, Palladius: Columella lib. XI. ca. X. *Ab hoc rectè phaselus terræ mandabitur, vel in verracto, vel melius pingui, & restibili agro, nec amplius quatuor modiis jugerum obseritur.* Hæc suggerunt apud Dioscoridem lib. II. cap. CXXX. legendum ἀντὶ φασιόλε, φασήλε, Confirmat hanc nostram opinionem, quod tanquam notissimam plantam descriptionem ejus prætereat, tum quod nusquam lathyri mentionem faciat. Dolichos Ætius smilacem hortensem vocari ait, & lobum. Ex eo quis colligere non potest, dolichum à Dioscoride smilacis nomine descriptum fuisse; præsertim cum hoc smilacis genus lobum vocari scribat. De smilacis voce hoc loco nihil dicam; abunde de ea lib. 3. & lib. IV. hist. egi. Scribit Theophrastus, hoc capit. III. & lib. IV. de caus. cap. XXV. ascendere, & in altum abire, nec non frugiferum esse dolichum, si ligna quis longa affixerit; secus eruginosam fieri. Ex his verbis colligit Galenus, dolichum & Phaseolum eandem plantam esse. Nec hoc tantum inde colligo, sed etiam smilaca dictum dolichum, quod, aliarum smilacum instar, arbores candat & amplectatur, æruginosa fit & vitiosa si ligno non affixa sit hæc planta; idque quod ab humore, qui est in superficie terræ, & quod halitus propter foliorum multitudinem & densitatem prohibeatur, depascatur & lædatur. Hoc eodem libro cap. decimo, facile perire ait. Describit phaseolum sive smilacem hortensem eleganter Dioscorides lib. II. cap. CLXXVI. σμίλαξ κηπαία ἧς ὁ καρπὸς λόβια, ὑπ' ἐνίων δὲ ἀσπάραγος καλεῖται. φύλλα ἔχει κισσῷ ὅμοια, μαλακώτερα μὲν τοι, καυλὲς δὲ λεπτὲς οἰονεὶ ἕλικας (Sic cum Doctiss. Saraceno lego. Carent enim capreolo phaseoli. Nec tamen minus amplectuntur arbores, iisque circumplicantur, ac si capreolos haberent. Soli caules, pro ut sunt graciles atque sequaces, claviculorum modo perticis & vicinis fruticibus sese intorquent; ac ii ipsi sunt qui foliis comitati. Quæ ex intervallis adnascuntur, usque adeo plerumque excrescunt, ut in hortis attegias, pergulas, testudines, scenas, & tentoria inumbrent, & opacent. Quare illud quod sequitur & illud περιπεπλεγμένες non claviculis, sed caulibus ipsis merito tribuendum est) περιπεπλεγμένες, τοῖς παρακειμένοις θαμνίοις αὐξανομένες τε (Sic legendum idem Saracenus docet. Licet, inquit, ἕλικων vocem non ignoro apud Dioscoridem tum masculino, tum fœminino genere promiscuè efferri: id tamen participium, uti & præcedens, jure meliori ad illud καυλὲς, quam ad ἕλικας referendum videtur) ἐφ' ἱκανὸν, ὥστε καὶ σκηνοποιεῖσθαι· καρπὸν δὲ φέρει ὅμοιον τήλι, μακρότερον δὲ καὶ ἐπισημότερον, ἐν ᾧ σπέρματα ὅμοια νεφροῖς. ἐκ ἰσόχροα, ἐκ μέρους δὲ ὑποπυρρίζοντα. λαχανεύεται δὲ εἰς βρῶσιν ὁ καρπὸς ἑψόμενος σὺν τῷ σπέρματι. ὡς ἀσπάραγος ἐνεπνικὸς ὢν καὶ δυσόνειρος. *Smilax hortensis cujus fructus lobia (quasi siliquulas dicas) & à nonullis asparagus nominatur, folia habet hederæ, sed molliora, caules tenues, claviculaurum instar sese propinquis fruticibus implicantes, qui quidem in tantum adolescunt, ut topiarii operis attegias, seu cameras opacent. Fructum autem profert fœnigræci, sed longiorem, & insigniorem, intra quem semina concluduntur renum similia, non æquali quidem colore, sed ex parte ruffescentia* (Oribasius ὑποπόρφυρα vel ὑποπορφυρίζοντα, *sed ex parte subpurpurea*) *is porro fructus, seu potius siliqua, cum semine asparagi modo elixa, oleris instar estur* (unde credo asparagi nomen accepisse) *Urinam vero ciet, & gravia & tumultuosa somnia facit.* Dolichum nostrates vocant turckse-boonen, id est, *fabam turciam.* Caules profert tenues, longos, ramosos, perticis aut vicinis fruticibus sese circumvolventes, folia per intervalla hederę foliis majora, mollia, nonnihil aspera, tria uni pediculo herentia. Flores fert numerosissimos, candidos, pallidos, flavescentes, purpurascentes, rubentes, amethystinos, erviliæ non dissimiles. Siliquæ deorsum pendent longæ, rotundis latiores, extrema parte in parvum velut unguiculum desinentes; in quibus semina continentur septem, octo aut novem, oblonga, in latitudinem compressa, parvis renibus ac majoribus vulgaribus bonis similia; sed minora; colore admodum variantia. Conspiciuntur enim nivea, flava, ex flavo obsoleta, purpurea, rubra, laticerei ferè coloris, amethystina, violacea, atroviolacea, nigra, initio purpurea, dein atra, sæpius bicolora, nonnunquam tricolora, maculis atris, pullis, gilvis, rotundis, guttatis, oblongis, obliquis, circulatim, tæniatim, aspersa, nitentia; etiam venis albis, nigris distenta; item carnea & cinerea, similibus venis insignia. Alibi

Phaseolus.



purpurascentia, orbibus albis variegata, vel spadice nigris maculis asperra, nonnulla incana atro colore, vel ab una parte vel utrinq; notata. Ita ut rectè Dioscorides ἐκ ἰσόχροα scripserit. Quod duplici modo accipere possumus, & quocunq; modo accipiamus verum est. Vel enim non sunt æqualis omni ex parte coloris, sed diversis & variatis coloribus, vel sunt coloris dissimilis. Reperitur & phaseoli genus siliqua sursum rigente. Hoc genus in foliis nullam habere asperitatem scribunt. Et hæc de Phaseolis, quos Europa alit. Non minor sanè varietas in phaseolis ex America, Africa, aliisque regionibus allatis, procul ab orbe nostro remotis; quam in his quæ in Europa nascuntur. Infinita varietas in his fructibus reperitur; plurimos etiam à naucleris fructus accepimus, qui mixtæ naturæ videntur, ad phaseolorum classem tamen referendi. Horum plurimas recenset in phytopinace differentias Bauhinus, ad quem lectorem remitto.

Θέρμος dicitur Græcis, quod cæteris leguminibus calidior sit. Acrimoniam enim & amaritudinem habet, uti tradit Theoph. lib. IV. de caus. cap. II. & cap. XVI. eaque de causa diu conservari potest. Vel θέρμος vocatur, quod multum indigeat caloris ad germinandum. Solo enim adhuc calido sparsum germē fundit. Rationem hanc adfert præceptor, quod durum & incoctile est. Multum ergo caloris, inquit, desiderat. Vide cap. VIII. lib. IV. de caus. Vel θέρμε nomē accepit, quod θερμῷ aqua calida lavatur & maceratur, ut amarorem exuit tristem & molestum. Qua de causa à Virgino tristis dicitur lib. I. Georg.

Aut tenuis fœtus viciæ, tristisque lupini
Sustuleris fragiles calamos, sylvamque sonantem.

Apud Alciphio. λυπινάριον hac eadem de causa dictum reperio. Suidas *forte* λυπινάρια εἶδος ὀσπρίε, ἃ θέρμες καλᾶσιν, οἱ δὲ θέρμα, ἢ ἐυθέα τὰ θέρμα. *Lypenaria species leguminis, quæ Thermos vocant, vel therma.* Rectum enim Thermon, λυπηρὸς tristis, anxius dicitur. Græci Barbari λέπινον vocarunt. Cyrillus in lexico θερμίον λυπίνον Nonnus de morbor. curat. cap. I. λυπίνον ὑπόζημα σμήξας σμῆχε.

Apud

Apud Athenæum lib. II. legitur, Polemonis testimonio, lupinos apud Laconas lysiadas vocatos πολέμων δὲ φησι τοὺς λακεδαιμονίους τοὺς θέρμους λυσιλαΐδας (alii λυσιάδας legunt) καλεῖν. Apud eundem Athenæum loco citato, θερμοκύαμον vocatum lupinum legere est. καὶ σημείωσαι φησι τὸ θερμοκύαμος ἴσως ὃ νῦν ἔστι λέγεται. Latini lupinum nominarunt, quod sicut lupus terram appetit, & in fame terra vescitur; ita lupinus, ut Plinius lib. XVIII. cap. XIV. docet, *adeo tellurem amat, ut quamvis fructuoso solo conjectum inter folia vepresque, ad terram tamen radice perveniat.* Vel lupinus dicitur, quasi lupis relictus & expositus; ex eo, quod ut, idem ait Plinius *Impunè præterea jacet, vel derelictus etiam, si non protinus secuti obruant imbres, ab omnibus animalibus amaritudine sua tutum.* Contrarium tamen videtur scribere Plinius, eodem hoc cap. *lupinorum usus promiscue* (sic hunc locum correxit doctiss. Salmasius) *cum sit, & homini & quadrupedum generi ungulas habenti communis, remedium ejus, ne metentes fugiat exiliendo, ut ab imbre tollatur.* Ab hac contradictione vindicabitur Plinius, si dicamus ex Theophrasto lib. VIII. cap. VII. viridem lupinum à nullo animali mandi; vel si dicamus, probè maceratum dulcem esse, nondum elixum amarum. Notarunt etiam recentiores lupinos inveniri dulces & amaros. Planè dulces nondum gustavi. Arabicos minus amaros esse, quam vulgares vel sylvestres, docet experientia. Viridem non mandi à bobus, auctor etiam est Geoponicῶν auctor, πρὸς δὲ τῷ ἀνθεῖν εἰσελαύνει τοὺς βοῦς. καταβοσκηθήσονται γὰρ πᾶσαν τὴν ἄλλην βοτάνην, αὐτῶν δὲ ἀφέξονται ὡς πικρῶν. *priusquam florescat boves in ipsum impellito: omnem enim aliam herbam depascent, ipsum lupinum non attingent, velut amarum.* Macerati dulcesur dixi redduntur, quod Zeno Cittieus nō ignoravit, apud Athenæum enim legitur. Διὸ καὶ Ζήνων ὁ κιττιεὺς σκληρὸς ὢν καὶ πάνυ θυμικὸς πρὸς τοὺς γνωρίμους ἐπὶ πλεῖον τοῦ οἴνου σπάσας ἡδὺς ἐγίνετο καὶ μείλιχος· πρὸς τοὺς πυνθανομένους οὖν τὸν τρόπου τὴν διαφορὰν, ἔλεγε τὸ αὐτὸ τοῖς θέρμοις πάσχειν. καὶ γὰρ ἐκείνους πρὶν διαβραχῆναι πικροτάτους εἶναι, ποτισθέντας δὲ γλυκεῖς καὶ προσηνεστάτους. *Quapropter Zeno Citteus in familiares durus ac iracundus, multo vini haustu cum placidus, & lenis fieret, interrogatus, quidnam sic ingenium mutaret; id accidere sibi respondit, quod lupinis, priusquam madefiant aqua, amarissimis, postea quam macerati sint, & appoti dulcissimis & mitissimis.* Lupinus etsi amarus, cibus fuit Philosophis maximè consuetus, Cynicorum pera præcipuè semper his referta: uti versus Cratetis apud Aristotelem testatur

> Οὐκ οἶσθα πήρα δύναμιν ἣ λίνην ἔχει
> Θέρμων τε χοίνιξ.
>
> *Nescis quantam pera virtutem habeat*
> *Et lupinorum chœnix.* Quid sit vide capite sequente.

Ad cynicos qui vescebantur amaris lupinis, eosque in pera gerebant, respexisse Horatium, scribunt li. I. epist. capit. VII.

> *Nec tamen ignorent quid distent æra lupinis.*


Ad versum Cratetis, vel cynicos si respexit Poëta, nō inepta fortassis foret vetus lectio. *Quid distent erva lupinis.* Ervum pabulum bobus est gratissimum; à lupino abhorret bos. Vulgata tamen lectio placet. Respexit Poeta ad Plauti locum, ubi lupinum aurum comicum vocat. Nam in scena nummis ex lupino factis, pro aureis utebantur comici; quin etiam hodie pueri ex lupinis nummos efformare solent. Unde Horatius, *quid distent æra lupinis*; id est, quantum nummus vilis, sed tamen probatus, distet à falso; itemque vilis homo, sed tamen probitate insignis, à malis. Lupini notas plurimis in locis dedit Theophrastus, & cap. V. & XIII. lib. III. cap. III. Videat Lector quæ locis citatis diximus lib. VIII. cap. I. & cap. V. ubi hæc de lupino tradit; siliqua magnopere constare circumsepta, ac principium, quo siliquis adhæret, habere concavum. Quod cap. VII. dicit examinavimus, X. cap. Omnium leguminum maxime durare, sed maxime in Media. cap. XI. scribit. Causam cur diutissimè durat, refert lib. IV. de caus. cap. XVI. & XVII. Item. lib. III. cap. II. de causis caput hoc legat & relegat lector. Validum esse lupinum lib. III. de caus. cap. VI. scribit. Lib. II. cap. XXV. refert lupinum arbores scandere. Quod lignis pro adminiculo gaudeat, majorque evadat, observavi; sed scandere arbores, observare non licuit. Videat lector quæ cap. citato à nobis dicta sunt. Alia quædam tradit Plinius loco citato. *Nec ullius quæ ferunt, natura assensu terræ mirabilior est; primum omnium cum sole quotidie circumagitur, horasque agricolis etiam nubilo demonstrat.* Geoponicῶν auctor loco citato. Ἀπολαύει δέ φησι, ὅτι ἑκάστης ἡμέρας συμπεριάγεται τῷ ἡλίῳ, καὶ τὰς ὥρας τοῖς ἀγροίκοις τῆς ἡμέρας δηλοῦσι, κἂν συννεφὲς ᾖ ὁ ἀήρ. *Apulejus ait quod singulis diebus circumagatur cum sole, & agricolis horas dies indicat, etiamsi nubilosus fit aër.* Idem lupino contingit quod malvæ, cujus folia semper solem aspiciunt; folii pars quæ mane orientem, ea meridie meridiem, vesperi occidentem aspicit. Non semel hoc in sativo sive arabico, etiam sylvestri observavi lupino. *Ter*, inquit Plinius, *præterea floret.* Idem scriptum reliquit Columella lib. II. ca. XVI. Idem narrat auctor qui libellos CXX. de agricultura posteritati reliquit. Ἀνθοῦσι γὰρ τρίτον. Nec hoc fabulosum; floret apud nos, primum quidem sub finem mensis Maii, vel initio Junii, deinde sub finem Iunii, aut Iulii initio; tertio verò Julio, aut Augusto mensibus, & hunc florendi ordinem servat, si anni tempestas calida, siccaque fuerit, semenque Aprili mense terræ mandatum. Fructus qui floribus Iunio, Iulioque mensibus succedunt maturescunt; rarius qui Augusto ac Septembri nascuntur mense. *Terram*, inquit Plinius, *amat terraque operiri non vult, & unum hoc seritur non aratro* (inculta quærere & amare, non uno loco dixit Theophrastus, *quærit maximè sabulosa & sicca, atque etiam arenosa. Coli itaque non vult; Tellurem adeo amat, ut quamvis fruticoso solo conjectum inter folia vepresque, ad terram tamen radice perveniat. Pinguescere hoc satu arva vineasque diximus. Itaque adeo non eget fimo, ut optimi vicem repræsentet, nihilque aliud nullo impendio constat, ut quod ne serendi quidem gratia opus sit afferre.* Geoponicῶν auctor loco citato, θέρμους εἰς τὴν ἀσθενῆ γῆν σπαρτέον, καὶ οὐ δέονται κόπρου. αὐτοὶ γὰρ γίνονται αὐτῆς κοπρισμός. πᾶσαν γὰρ ἀσθενῆ γῆν κοπρίζουσι, καὶ ποιοῦσι, αὐτὴν εἰς τὸ μέλλον εὐφορον. ἀνθοῦσι γὰρ τρίτον, δεῖ δὲ αὐτοὺς θερίζειν μετὰ ὑετόν. ξηρανθέντες γὰρ ἐκ τῶν θηκῶν ἐκπηδῶντες καὶ ἀπόλλυνται. *Est autem seminandum in terram imbecillem, neque opus habet stercore: ipsam enim terræ stercorationem exhibet. Nam omnem debilem terram stercorat, & in posterum fertilem facit, floret tertium, metitur post pluviam; arefactum enim ex vaginulis exiliens perit.* Idem lib. III. cap. V. ἐπὶ δὲ τούτῳ τῷ μηνὶ (Μαΐῳ) σκαπτέον τοὺς θέρμους σπαρέντας τοῦ κοπρεῦσαι, ἢ καθᾶραι τὴν γῆν σπαρέντας, εἶτα πρὸ τῶν εἰδῶν τέμνειν πρὶν ἀνθεῖν τὴν ἄμπελον, ἐπὶ ὑγροὺς ὄντας, καὶ ἐᾶν βραχὺ σαπῆναι, καὶ μετὰ ταῦτα ἀροτριᾶν ἕως ἐπιχωσθῶσι τὰ ἀποκοπέντα τῶν θέρμων, καὶ οὕτως αἱ ῥίζαι πᾶσαι διαφθείρονται. *In hoc mense (Majo) lupinum fodere convenit, quod stercorandæ aut purgandæ terræ gratia seminatum est; deinde ante idus, antequam vitis floret, secare, quum adhuc humidum existat, & demessum sinere, ut paululum putrescat, & postea arare donec desectum adobruatur, atque sic radices omnes corrumpantur.* Hæc vera esse testatur Columella, auctor gravissimus lib. II. ca. XVI. *Iam vero, ut ego reor, si deficiatur omnibus rebus agricola, lupini certè expeditissimum præsidium non deesse; quod cum exili loco circa Idus Septembris sparserit, & inaraverit, idque tempestivè vomere vel ligone succiderit, vim optimæ stercorationis exhibebit. Succidi autem lupinum sabulosis locis oportet, cum secundum florem; rubricosis, cum tertium egerit. Illic dum tenerum est convertitur, ut celeriter ipsum putrescat, permisceaturque gracili solo: hic jam robustius, quod solidiores glebas diutius sustineat, & suspendat, ut eæ solibus æstivis vaporatæ resolvantur.* Idem eodem lib. cap. X. *Lupini prima ratio est, quod minimum operarum absumit, & vilissimè emitur, & maximè ex iis quæ seruntur, juvat agrum. Nam vineis, jam emaciatis, ac arvis optimum stercus præbet, ac vel effœto solo provenit, vel repositum in granario, patitur ævum.* Habet hæc ex Virgilio Columella, ex Catone Virgilius.

> *Alternis item tonsas cessare novales,*
> *Et segnem patiere situ durescere campum,*
> *Aut ubi flava ceres mutato semine (Sidere) farra,*
> *Unde prius lætum siliqua grassante legumen,*
> *Aut tenues fætus viciæ, tristesque lupini,*
> *Sustuleris fragiles calamos sylvamque sonantem.*

Cato, ut dixi, lib. I. segetem stercorari docet lupino, faba, vicia. Quæ sequuntur apud Plinium, capite ultimo hujus libri examinabo. Lupinorum genera non novisse videtur Theoph. Siquidem unius tantū sylvestris meminit. Diosc, Galenus, aliiq; mediæ ætatis Græci, lupinum

sativum, & sylvestrem dicunt. Sativum non describunt, de sylvestri Dioscorides lib. II. cap. CXXXIII. γίνεται δὲ καὶ θέρμος ἄγριος ἐμφερὴς τῷ ἡμέρῳ, κατὰ πάντα δὲ μικρότερος (vetus codex πικρότερος, quam lectionem probat Galenus, utramque lib. XXII. cap. XV. Plinius & experientia) ποιῶν ὅσα καὶ ὁ ἥμερος. *Est & sylvestris lupinus sativo similis, sed omni modo minor,* (*amarior*, utraque lectio veritatem amicam habet) *qui quidem, quæ sativus eadem præstat.* Recentiores lupinum dividunt in sativum & sylvestrem. Sativi duo genera in horto medico Lugdunensi, nec non nostro conspiciuntur, flore albo, & flore partim albo; partim cæruleo. Sylvestris plura præterito anno ex Hispania accepimus genera, quæ ob æstatis tempus frigidius, & humidius, ad frugem non pervenerunt. Lupinus sylvestris flore cæruleo reperitur. Flos hujus ex purpura cæruleus, aut subrubeus, aut roseo colore ruffescens à Dodonæo aliisque descriptus, uti etiam luteus. Aliud genus flore luteo tantum, & semine differens habuimus, colore nempe obsoleto, ac ingrato, semine parvo admodum; aliud partim luteo, partim rubro. Villosum lupinum cæruleum majorem in prodromo descripsit Bauhinus. Meminit & peregrini lupini Pœna. Trium lupinorum effigiem addidimus, sativi, vulgo arabici vocati, sylvestris flore cæruleo, tum & genus sylvestre folio tenuissimo & minimo, quod Theophrasti

Lupinus sativus.



judicamus. Reliqua enim genera decimo vel duodecimo à satione die pullulant. Sativas sexto, septimo, ad summum octavo; hoc verò genus Aprili mense satum circa finem Junii pullulat, quod de lupino non uno loco Theophrastus testatur. Illud addo, rectè Theophrastum scripsisse, lupinum sylvestrem. Nam & sativus natura sua sylvestris est.

Foliorum & caulium differentiis expositis, florum differentiam aggreditur; hanc duplicem esse tradit pro naturæ, & positionis. Naturalis differentia est, quod quidam flores sint lanuginei, ac foliosi, quidam mutilati sive decurtati; alii contra. Positionis differentia quod alia circa semen flosculum habeant, vel non habeant: quod universim, vel particulatim floreant. Mutilatum florem vocat, cujus inferior vel superior (quod tamen rarum) pars brevior, at quasi decurtata videtur. In pisi alterius icone, nec non ciceris sylvestris trifoliati, conspicere licet etiam ononis lib. 6. & simile, horum enim & plurium leguminum flores duplici folio constant, quorum alterum inferiorem siliquæ tegit carinam, alterum supra ejus dorsum protenditur, ab utroque latere paululum se reflectens, alarum modo. Et tali flore omnia legumina gaudent, ac papilionacei nominantur, quod papilionem volantem quodammodò æmulentur. Lanugineo, inquit, esse flore milium, & panicum. Utriusque historiam hoc loco addemus.


Lupinio sylvestris angusti folius.



Κέγχρος, sive uti apud Strabonem legitur, κέγχρος, dicitur à minutis ficuum granis sive gigartis numerosissimis, quas κεγχραμίδας vocant. Fortassis nomen illud inditum, à κεγχρίδι *avicula*, quæ in altis urbium turribus nidificat Latini tinnunculum à voce & sono nuncupant. Hippocrates κέγχρον πίσαταλον vocavit. Galenus in glossis, πισαταλίτης, ὁ κεγχραλίτης, πίσαταλος γὰρ ὁ κέγχρος. Nomen hoc accepisse videtur, quod semen minutissimum, farinæ instar, ferat. Suidas πισαταλη ἡ ἀλευρότησις· τὸ λεπτὸν τοῦ ἀλεύρου· πισαταλὴ δὲ παρὰ πολλοῖς λέγεται. Infima Græcia πίσον vocavit. Simon Sethi πίσος ἤτοι κέγχρος. Πίσον lexicon græcobarbarum exponit *panis genus.* Sane ex milio panes factos fuisse extra omne dubium est. Macras regiones, ut Bigeronum, annonæ inopiam milio sustinere gravissimi testantur auctores. Strabo lib. V. Ἔστι δὲ καὶ κεγχροφόρος (loquitur de Tyrrhenorum, sive Hetruscorum regione) διαφερόντως διὰ τὴν εὐυδρίαν. τοῦτο δὲ μέγιστον λιμοῦ ἐστιν ἄκος. *Tum ob aquæ copiam milii feracissima est, quod est præsentissimum famæ remedium.* Πίσος itaque, si panis genus, ex milio conficiebatur. Latini milium vocant, ut Varroni li. IV. de lingua latina placet, à Græco derivatū. Nam id prius μίλιν, post μίλιον. Galenus tamen & Dioscorides μέλινον panicum intelligunt. Probabilior Festi opinio, milium dictum à copia seminum; quasi millesimum ferat granum. Tantæ enim est feracitatis, ut granum singulum ternos reddere sextarios feratur. Milii notas variis in locis dedit Theophrastus; lib. I. hist. cap. XVIII. in membranula ferrè semen. Quæ lib. VIII. cap. I. de milio dixit examinavi. Radicem describit, cap. IX. lib. VIII. & cap. XVI. lib. IV. de caus. Locum videat lector. Lib. VIII. cap. VII. aqua non indigere, cap. X. celeriter & diutius posse servari, sed diutissimè in Media. Lib. II. de caus. inter ea quæ minutissimum semen ferunt & ferti-

fertiliſſima ſunt numerat. Lib. IV. hiſt. cap. XVI. & lib. IV. de cauſ. cap. XI. pluribus tunicis veſtitum eſſe, ait ideoq; diu ſervari. Duobus veſtitur tunicis conſpicuis. Præter enim primam cutem nitidam; altera ſubeſt tenuior. Hoc cap. III. caulem ferre arundinaceum ſcribit, florem lanugineum, ac φόβην habere; quam vocem infra ad capitis calcem examinabo. Milii genera duo ſunt, vulgare & Indicum. De vulgari prius, deinde de Indico. Vulgare multiplici fruticat culmo geniculato; folia habet ampla arundinacea, ſummo caule non ſpicam, ſed effuſam promit jubam, ſive φόβην, deorſum reflexam, flavi ut plurimum coloris; ſubinde nigricantem, in qua ſemen gignitur; parvum, durum ſplendenſque, paucis tenuibus tunicis conveſtitum, a quibus facillime excidit; radice nititur numeroſâ, altaque. Semen ut plurimũ lu-

Milium.



teum, aut album eſt. Reperitur & ſemine nigro. Seritur hoc in Argovia Bernatum frequenter. Foliis eſt latioribus quam vulgare, ſed caule non adeò alto, juba minore & ſparſa, ſemine aliquantum majore & rotundiore, & ad pultes conficiendas altero longè viriliore. Vulgare à ſuo cortice degluritum, oryzæ modo coquitur; ejus farina in panes coqui nequit, ob naturam friabilem, niſi ferventi aqua utantur, ut lentorem quendam aſſumat, & ſic quoque panes redduntur friabiles, dulces. Indicum milium deſcribit Plinius lib. XVIII. cap. VII. *Milium intra hos decem annos ex India in Italiam advectum eſt, nigrum colore, amplum grano, harundineum culmo; adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem prægrandibus comis; jubas vocant* (vulgò culmus lobos) *omnium frugum fertiliſſimum, ex uno grano terni ſextarii gignuntur. Seri debet in humidis.* Hujus milii meminit Dionyſius de ſitu orbis

Ἄλλοθι μὲν γὰρ κέγχρος ἀέξεται, ἄλλοθι δ' αὖτε.
Ὕλαι τηλεθόωσιν ἐρυθραίης καλάμοιο.

Provenit milium, alibi ſurgunt
Calami erythræi.

Hoc genus Herodotus arboreſcere dixit. Viri doctiores ſorgum, ſive melicam milium putant Indicum eſſe. Illud fatendum eſt, omnes habere notas, quas de eo tradit Plinius (luculenter à Dodonæo deſcribitur;) tribus, quatuor aut pluribus aſſurgit culmis arundinaceis, præaltis, ſeptem, octo, ſubindè decem pedum altitudine, vel ampliore; novem articulis, ut plurimum geniculatis, medulla candida farctis, foliis è ſingulis geniculis cubito longioribus, trium, quatuorve digitorum longitudine, juba dodrantali aut longiore, milii craſſiore, erecta, non dependente, grano multo, quam milii majore, ac lentis fere magnitudine, alias in ruſo, alias in plenius nigricante; radicibus nititur fibroſis, multis, ac validis. Tota planta arundinem refert, culmi & ſpica ſemine matureſcente rubeſcunt. Huic ſimilis alia quædam melica candida reperitur, quæ arundinaceis foliis præaltis & geniculatis culmis effuſa juba ſorgum quoque refert; ſed ſemen ejus rotundius, & candidum eſt.

Ἔλυμον vocaſſe videntur veteres ἀπὸ τοῦ ἰλύειν, ἢ εἰλεῖν, quod implicatam, involutam, coarctam, ac acervatam granis folliculo intectis jubam habeat. Plinius li. XVIII. cap. VII. *Panicum à paniculis dictum, cacumine languido nutante, paulatim extenuato culmo, pene in ſurculum, prædenſis acervatur granis: cum longiſſima pedali obba. Milii comæ granum complexæ, fimbriato capillo curvantur.* Antiquus noſter codex. Pannicum à panniculis dictum: cacumine languido nutante: paulatim extenuato culmo: pene in ſurculum prædenſis acervatur granis: cum longiſſima pedali obſimili comæ granum complexæ; quæ fimbriato capillo curvatur. Prædenſis inquit acervari granis. Nihil notius Botanicis, quam jubam ſive paniculam, ferre oblongam, craſſam, prædenſam, ex multis coacervatam, & compactam granis rotundis, duris, ſplendentibus, folliculis quibuſdã intectis, colore ſubluteo, milio ſimilibus, ſed minoribus; Theophraſto μέλινος, Dioſcoridi verò μελίνη dicitur, (& ſic ſcribendum apud Theophraſtum mox docebo,) à dulcedine ac mellea quadã ſuavitate ἀπὸ τῆς μελιττώδους γεύσεως. Hinc apud Plinium lib. XXII. cap. XXV. *Panicum Diocles medicus mel frugum appellavit.* Huic opinioni non favet Galenus, qui lib. de aliment. facult. ſcribit. οὐδὲν γὰρ ἡδὺ τοῖς σπέρμασι τούτοις ὑπάρχει καὶ μάλιστα τοῦ ἐλύμου. *Nihil dulcedinis, inquit, ineſt ſeminibus milii & panici, maximè autem panici.* An igitur ab adverſo, ſic dictum panicum. Viri doctiſſimi à nigro ἀπὸ τοῦ μέλανος nomen inditum eſſe putant. Atqui tum μελάνη, non μελίνη dicendum foret. Veriſimilius ſic dictum à ſemine, quod colore eſt luteo, ac ſcripſiſſe Plinium, *Diocles meliam frugem appellavit.* Dixi μελίνην legendum apud Theophraſtum, idque quia Dioſcorides & Galenus ſic vocatum aſſerunt. περὶ κέγχρου, inquit Galenus, καὶ ἐλύμου ὃν ἔνιοι μελίνην, (ſic enim legendum non μιλίνην) ὀνομάζουσι. Idem lib. de cibis boni & mali ſucci cap. VII. ἔλυμος δ' οὖν φαυλότερος ἀεὶ, καλοῦσι δ' αὐτὸν ἔνιοι μελίνην τῶν παλαιῶν. *A panico, quod à nonnullis priſcis etiam meline nominatur, prorſus abſtineas.* Panicum Plinius dictum inquit à glomeroſis, tuberoſis, coacervatis, ac implicatis quaſi racemis in paniculam ſive offam nutantem, palmum & ſeſquipalmum longam aggeſtis. De panico ſparſim quædam tradidit Theophraſtus, quæ lib. VIII. cap. I. examinavimus. Libro eodem cap. VII. aqua non indigere, ſcribit. Cap. X. diu poſſe ſervari. Cauſam addit lib. IV. de cauſ. cap. XVI. quod plurimis conſtet tunicis. Eodem cap. & libro, quia imbecille eſt facile perfici, lib. II. de cauſ. cap. VII. radicem & caulem habere validum; eumque arundinaceũ, hoc capite; non mirum itaque, ſi tibias ex panico fecerit antiquitas. Vide Pollucem lib. IV. cap. X. Eodem hoc capite florem inquit eſſe lanugineum, id eſt mollem, qualem habet cauda vulpina. Panici meminit Dioſcorides lib. II. cap. CXX. Ἔλυμος, οἱ δὲ μελίνην τῶν σιτηρῶν ἐστι σπερμάτων κέγχρῳ ὅμοιος. — *Panicum, quod alii melinem appellant; è cerealibus eſt ſeminibus, milio ſimile.* Idcirco Theophraſtus milium & panicum ferè ſemper conjungit; panicum, quod ſativum vocant, radice, folio, culmo, flore milio ſimile eſt. Culmis enim multis prodit, intus farctis, geniculatis, ac ſenſim extenuatis. Folia ei arundinacea ſunt, multo quam tritico latiora. Paniculis differt. Sunt enim in panico oblongæ & pedales, craſſæ, prædenſæ, non, ut in milio, divulſæ, ſed racemi inſtar ex numeroſis granis compactæ, hirſutis, rotundis, duris, ſplendentibus folliculis quibuſdam intectis, colore ſubluteis, milio ſimilibus, ſed minoribus. Radice nititur valida & fibrata. *Sunt,* inquit Plinius loco citato, *panico genera: mammoſo, è pano parvis racemato paniculis, cacumine gemino. Quin & colore diſtinguuntur candido, nigro, ruffo, etiam purpureo.* Panum appel-

Panicum.



appellat φόβην, Jubam panici, totam illam scilicet λό-φωσιν, quæ pano similis est, fuso nimirum & lanugineo subregmine involuto. Panicularum nomine intelligit parvas παραφυάδας, quæ in glomerosi panici pano sunt; ut in uva sunt racemi. Ideò addit hujusmodi panici panum, racematum esse paniculis. Porro panus propriè est, tramæ involucrum, quo trama scilicet involvitur. Panicum observarunt recentiores panicula variare. Majore enim & minore reperitur. Variat minus paniculis albis, flavis & purpureis; semen habet album, luteum, rufescens. Addunt tertium recentiores Indicum, spica obtusa, cœrulea, quæ in calidioribus magis satura conspicitur, ab adversariorum auctoribus descriptum satum Martio mense; ante Augustum arundinaceos culmos, quales cannæ saccharatæ, hominis proceritate erexit, crassiores digito, medulla fungosa pallente farctos, rectos, geniculatos, qui proximè radicem (quam pro sui magnitudine minorem, & ferme panici prioris magnitudinem habet) cœruleo, eleganti, nitido purpurascunt; uti etiam in summo cylindreæ spicæ, vel coni supernè retuso fastigio, ad effigiem Indici Mais, seu frumenti Turcici, nitent, stamineis apiculis, florum ex cœruleis dilutis & gemmulis, grano densè eleganterque stipatis, oblongis, teretibus, cœruleis, avenæ nudatæ similibus quadantenus, minoribus, copiosissimis. Folia harundinacea medius secundum longitudinem nervus percurrit, lata medio tenus internodia involventia. Gustus miliaceus — Phalaridis historiam addam; cujus semen institutores canariis philomelis sive passeribus, plusquā saccharatas & mellifluas cantilenas modulantibus, pascendis vœnum asportant. Φαλαρίδος nomen accepit, ἀπὸ τοῦ φαλη-ρεῖν, quod *semen splendidum candidumque reddat*. Spicam spuma alba obductam esse, non semel observavi; satum Aprili, seu Majo mense apud nos feliciter provenit; semen sub finem æstatis maturum ostendit, granum hoc in Melita, ubi çumeno vocatur, Canariisque insulis frequens. Vnde vulgo semen Canariense vocatur. Massiliæ notum. Describitur à Dioscoride lib. III. cap. CLIX. Φαλαρὶς καυλία ἀνίησιν ἐκ ῥιζῶν λεπτῶν καὶ ἀχρήστων πολλὰ, διπάλαιστα, γονατώδη, καλαμοειδῆ, ἐοικότα τοῖς τῆς ζειᾶς, ἰσχνότερα δὲ καὶ γλυκέα τῇ γεύσει, τὰ φύλλα δὲ ὅμοια τοῖς τῆς ζειᾶς· σπέρμα δὲ ἴσον μέγεθος κέγχρου, λευκὸν ὑπόμηκες. *Phalaris cauliculos emittit, à tenuibus ac nullius usus radicibus, numerosos, bipalmes, geniculatos, culmis zeæ similes; graciliores tamen, ac sapore dulces, folia itidem zeæ: semen verò milii magnitudine, candidum, & oblongum.* Phalaris culmos tres quatuorque, etiam nonnunquam quinque promit cubitales, aut etiam majores, geniculatos, zeæ aut tritici culmis minores. Folia item similia, sed minora quoque; spicas breves, turbinatas, exiguis squamis candicantibus compactas; è quibus flores candiduli, à brevibus staminibus dependent. Semen deinde inter eas gignitur splendidum, candidumque, uti milium majus, oblongum, splendens, lini semini forma & magnitudine. Meminit hujus plantæ Plinius lib. XXVII. cap. XII. *Phalaris Thyrsum habet longum, tenuem ceu calamum, in summo florem inclinatum; semen simile sesamæ.* Si vulgare sesamum,

Phalaris.



quod sempsen Ægyptii vocant, veterum est sesamum, comparari non ineptè cum eo potest. Sin alia planta, uti supra scripsimus, an rectè Plinius dixerit, asserere nequeo. Duo genera sunt phalaridos, quorum vulgare semen fert album, alterum nigrum. Et hoc in Melita, alterum sive vulgare in Canariis insulis frequentissimum.

Tandem fructus historiam aggreditur, ac frumentacea spicam ferre ait. Quid sit spica, alibi me dixisse memini. In frumentaceis illud est spica, quod multis granis compactum in rotundam longitudinem assurgit. Legumina, inquit, siliquas ferre. Quid siliqua sit, cuilibet notum; tegmentum nimirum oblongum quo grana sive semina includuntur. Milium inquit ferre φόβην, φόβη in animalibus juba dicitur, in hominibus vero plantisque coma appellatur; à Plinio, in panico offa. In milio juba. in mileacis plantis quid sit φόβη, docet ipse Theophrastus; nempe arundinacea & effusa coma; id est, culmi appendix processusque. Aliis in plantis non semper pro coma, sed etiam nonnunquam pro foliis ponitur, ut apud Nicandrum in Theriacis ἐν δὲ φόβην ἐρύσαιο ἀειθαλέος κυπαρίσσου, & folium viridis potu comede cupressi. Ad hunc locum scholiast. φόβη ἡ θρὶξ, νῦν τὰ φύλλα. Hoc imitatus est divinus Poeta quarto Georg.

Ille comam mollis tantum tondebat acanthi.

Etiam apud Horatium coma pro fronde ——— Redeunt jam gramina campis. Arboribusque comæ. Jubam itaque miliacea ferunt. Alias dein fructuum recenset differentias, de quibus lib. I. cap. XVIII. ubi easdem fermè in arboribus reperiri docuit. Et sunt facilia. De seminum copia ac fœcunditate, nec non robore videat lector lib. II. de caus. capite jam sæpe citato.

Hunc

Hunc de fructuum differentiis locum exscripsit Plinius lib. XVIII. cap. VII. *Omnium satorum fructus, aut spicis continetur, ut tritici, hordei, muniturque vallo aristarum quadruplici, aut includitur siliquis, ut leguminum: aut vasculis, ut sesamæ ac papaveris. Miliũ ac panicum tantum pro indiviso & parvis avibus exposita sunt: indefensa quippe membranis continentur.* Idem Plinius pagina sequenti ejusdem capitis. *Orana in stipula crinito* (sic φάβην vocant) *textu spicantur, in faba leguminibusque alternis lateribus siliquantur, fortiora ad hyemis frumenta, legumina in cibo.* Hæc seperare à superioribus non debuerat, sed iis adnectere. Illud in dubium vocari possit, an omnia legumina in siliqua ferant. Etenim illud, in quo cicer arietinum Dodonæi semen fert, siliquæ nomen an mereatur, dubito. Folliculi sunt unciali longitudine, hirsuti, flatu distenti. De cicere sylvestri Dodonæi primo nihil dicam, imaginem & descriptionem videat lector. Dicendum folliculos, Theras, valvules, ad siliquarum classem esse referendam.

ΚΕΦ. Δ. — CAP. IV.

De frumentaceorum inter se differentia, & generibus, hordei, & tritici, & eorum differentiis. Quantumque nascatur in Asia frumentum.

ΤΑ' μὲν οὖν ὅλα γένη τοιαύτας ἔχει διαφορὰς τὰ μὴ ὁμοιογενῆ. τὰ δὲ ὁμοιογενῆ, δηλονότι κατὰ τὴν τῶν μερῶν ἀνωμαλίαν. οἷον τῶν σιτωδῶν, πυρὸς. † κριθὴ, στεφανοφυλλότερον, καὶ λειοκαυλότερον, καὶ πυκνότερον, καὶ γλισχρότερον ἔχει τὸν καυλὸν, καὶ ‡ δυσθλαςώτερον. ἅμα δὲ καὶ ὁ μὲν, ἐν χιτῶσι πολλοῖς, ἡ δὲ, γυμνή. μάλιστα γὰρ δὴ γυμνοσπέρματον ἡ κριθή. * πολύλοβον δὲ καὶ ἡ τίφη, καὶ ἡ ὄλυρα. καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. καὶ μάλιστα πάντων ὡς εἰπεῖν ὁ † βρόμος. ἔστι δὲ καὶ ὑψηλότερον ὁ κάλαμος τοῦ πυροῦ καὶ τῆς κριθῆς. καὶ τὸν στάχυν ἀπηρτημένον ἔχει τοῦ φύλλου μᾶλλον ὁ πυρός. ‡ ἥδιον δὲ καὶ τὸ ἄχυρον τοῦ κριθίνου τὸ πύρινον. ἐγχυλότερον * γὰρ καὶ μαλακώτερον. διαφέρει δὲ ἡ κριθὴ καὶ τούτῳ τῶν πυρῶν. ἡ μὲν γὰρ στοιχώδης· ὁ δὲ πυρὸς ἄστιχος. καὶ πανταχόθεν † ὁμαλός τις. τῷ μὲν ὅλῳ γένει πρὸς τὸ γένος τοιαῦταί τινές εἰσι διαφοραί. καθ' ἑκάτερον δὲ τούτων πάλιν, οἷον πυρῶν καὶ κριθῶν, πολλὰ γένη, καὶ τοῖς καρποῖς αὐτοῖς διαφέροντα, καὶ τοῖς στάχυσι, καὶ ταῖς ἄλλαις μορφαῖς, καὶ ἔτι ταῖς δυνάμεσι καὶ τοῖς πάθεσι. τῶν μὲν κριθῶν αἱ μέν εἰσι δίστιχοι· αἱ δὲ τρίστιχοι· αἱ δὲ τετράστιχοι καὶ πεντάστιχοι· πλείστη καὶ ἑξάστιχοι. καὶ γὰρ τοιοῦτό τι γένος ἐστί. πυκνότεραι δὲ ἀεὶ κατὰ τὴν θέσιν ὡς ἐπίπαν αἱ πολυστιχότεραι. διαφορὰ δὲ μεγάλη καὶ τὸ παραβλαστικὴν τι εἶναι, καθάπερ εἴπομεν τὴν Ἰνδικήν. καὶ οἱ στάχυες δὲ τῶν μὲν, μεγάλοι καὶ μανώτεροι τῆς κριθῆς· τῶν δὲ ἐλάττους καὶ πυκνότεροι· καὶ ἀπέχοντες καὶ τῶν φύλλων, τῶν μὲν πολὺ, τῶν δὲ μικρὸν, ὥσπερ τῶν ‡ Ἀχιλλείων καλουμένων. καὶ αὐτῶν δὲ τῶν κριθῶν αἱ μὲν στρογγυλότεραι καὶ ἐλάττους· αἱ δὲ, προμηκέστεραι καὶ μείζους, καὶ μανώτεραι κατὰ τὴν στάχυν. ἔτι δὲ αἱ μὲν, λευκαί, αἱ δὲ, ὑποπορφυρίζουσαι· αἵπερ καὶ πολυάλφιτοι δοκοῦσιν εἶναι. καὶ πρὸς τοὺς χειμῶνας δὲ καὶ τὰ πνεύματα καὶ ὅλως τὸν ἀέρα τῶν λευκῶν ἰσχυρότεραι. πολλὰ δὲ γένη καὶ τῶν πυρῶν εὐθύς ἐστιν, ἀπὸ τῶν χωρῶν ἔχοντα τὰς ἐπωνυμίας· οἷον, Λιβυκοὶ, Πόντιοι, Θρᾷκες, Ἀσσύριοι, Αἰγύπτιοι, Σικελοί. διαφέροντες δὲ καὶ ταῖς χροιαῖς, καὶ τοῖς μεγέθεσι, καὶ τοῖς εἴδεσι, καὶ * ταῖς ἰδιότησιν. ἔχουσι δὲ ἐν ταῖς δυνάμεσι ταῖς τε ἄλλαις, καὶ μάλιστα ταῖς πρὸς τὴν σίτησιν τινες καὶ ἀπ' ἄλλων τὰς προσηγορίας. οἷον † Καγχρυδίας, Στλεγγὺς, Ἀλεξάνδρειος· ὧν ἁπάντων ἐν τοῖς εἰρημένοις τὰς διαφορὰς ληπτέον. οὐχ ἥκιστα δ' οἰκεῖον, εἴ τις λαμβάνοι τὰς τοιαύτας. οἷον εἰσὶν οἱ μὲν πρώϊοι, οἱ δὲ, ὄψιοι, ‡ οἱ εὐαξεῖς, καὶ πολύχοοι· οἱ δὲ καὶ ὀλιγόχοοι καὶ μεγαλοστάχυες, οἱ δὲ μικροστάχυες. καὶ οἱ μὲν ἐν κάλυκι πολὺν χρόνον, οἱ δὲ ὀλίγον * ἔχοντες, ὥσπερ ὁ Λιβυκός. καὶ κάλαμον οἱ μὲν λεπτὸν, οἱ δὲ παχύν. † καὶ τοῦτο

† Κριθὴ στεφανοφυλλότερον. ‡ Δυσαλθαιότερον Ald. Bas. δυσθλασίτερον. * Πολύλοπον. † Κέγχρος Ald. Bas. ‡ ἴδιον Ald. Bas. * γὰρ καί. † ὁμαλή Ald. Bas. ‡ Ἀχιλληΐδων. * Ταῖς ἰδιότησι. † Καγχρυδίας, δρακοντίας, στραγγίας, σηλινούσιος, ὡς ἁπάντων. ‡ Καὶ εὐαξεῖς καὶ πολύχοοι. οἱ δὲ καὶ αὐξεῖς καὶ ὀλιγόχοοι, οἱ δὲ μεγαλοστάχυες. * Ἔχομεν καὶ λεπτὸν ὁ. † Καγχρυδίας. ‡ Ὀλίγους. ἔχουσιν, οἱ δέ.

ERgo cuncta genera tales inter se differentias habent. Quæ vero generis ejusdem consortia sint, his pro partium sane inæqualitate differentia datur. Ut inter frumentacea triticum angustiori folio, quam hordeum conditur, & caulem leviorem, ruptuque difficiliorem id habet. Ad hæc triticum tunicis integitur multis. Hordeum nudum est: id enim omniũ maxime caret tegumento. Tipha quoque, & † siligo, & omnia hujuscemodi, multiplici folliculo includuntur. Ac omnium (ut ita loquar) maxime avenam natura operuit. Quin etiam culmus altior tritico, quam hordeo est, ‡ & spica plus discreta à foliis emicat. Palea quoque suavior, quæ ex tritico quam quæ ex hordeo: utpote quæ plus succi retineat, & mollior sit. Ad hæc hordeum à tritico differt, quod hordeum in versus spicatur. triticum nullo versu conditum est, sed æquale undique constat. Genus totum ad genus, tales habet differentias. Rursus eorum utrunque in plura genera, ipsis etiam fructibus, & spicis, & reliquis formis, atque etiam viribus, affectionibusque discreta, dividi sane potest. Est enim in hordei genere aliud binis ordinibus, aliud ternis * quaternisque: sed plurimum, senis. Est enim & ejusmodi quoddam genus. Quod vero pluribus construitur versibus, hoc semper fere spissius, posituque est arctius. Magna, quoque in Indico differentia: quandoquidem ramis repullulare possint, ut dixi. Et spicæ vero aliis grandiores, rarioresque sunt. Aliis minores frequentioresque. Et aliis distantiores à foliis: aliis proximiores, ut Achilleis cognomine. Et hordeorum ipsorum aliud rotundius, minusque: aliud oblongius, majusque, atque in spica rarius. Item aliud candidum, aliud accedens ad purpuram, quod & farinam reddere copiosius creditur. Et contra hyemem, & flatus, & in totum contra cœli mutationes candido validius esse videtur. Tritici quoque genera plura notantur, cognomina ex locis sortita; ut Africum, Ponticum, Thracium, Assyrium, Ægyptium, Siculum: quæ & colore, & magnitudine, & specie, & proprietate inter se differunt. Quædam etiam aliunde cognomina habent pro suis viribus, tum aliis, tum vel maxime quæ ad cibum pertineant, ut Cachrydias, † Stlengus, Alexandrinus: quorum omnium differentias in supradictis colligere licet. Nec vero ab re fuerit, si illa quoque pro differentiis sumas. Aliud præcox, aliud serum. ‡ Aliud auctu amplum multumque reddens. Aliud jejunum parvumque ferens. Aliud spicam grandiorem effundens, aliud parvam. Aliud diu in folliculo manens, aliud quod brevi perficitur, ut Africum: & aliud culmo tenui constans, aliud crasso, quod etiam ipsum Africo datum est. Crassum tamen & Cachrydias nactus est. Item aliud tunicis paucis, aliud multis vestitur, ut Thra-

† *Olyra.* ‡ *Etiam sublimior est à foliis tritici, quam hordei spica.* * *Aliud qua ternis, aliud quinis: sed plurimum.* † *Canchrydias, dracontias strangias selesinus.* ‡ *Et aliud quod multum augetur, largeque fructificat, aliud quod parum augetur, parcèque fructificat, aliud spicam magnã, aliud parvam emittit, aliud in folliculo diu aliud brevi manet, aliud calamo tenui, ut Libycum, aliud crasso constet, ut cænchrydias.*

ὁ Λιβυκὸς ἔχει. παχὺν δὲ ‡ ὁ καχρυδίας. ἔτι δὲ χιτῶνας, οἱ μὲν ὀλίγους, οἱ δὲ πολλοὺς, ὥσπερ ὁ Θρᾴκιος. καὶ ὁ μὲν μονοκάλαμος, ὁ δὲ πολυκάλαμος. καὶ μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον. ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τι παραπλήσιον τούτοις, ἢ † πρότερον εἰρημένοις κατὰ δυνάμεις. αἱ γὰρ τοιαῦται φυσικώτεραι δόξαιεν ἂν εἶναι τῶν διαφορῶν· ἐν αἷς καὶ τὸ τῶν τριμήνων, καὶ τὸ τῶν διμήνων, καὶ εἴ τι γένος ἐν ἐλάττοσιν ἡμέραις τελειοῦται· καθάπερ φασὶν εἶναι περὶ ‡ τὴν Εὔβοιαν ὃ τετταράκοντα ἡμέραις ἀπὸ τῆς σπορᾶς ἁδρύνονται, καὶ τέλος ἴσχουσιν. εἶναι δ' ἰσχυρὸν τοῦτον καὶ βαρὺν. οὐχ ὥσπερ τὸν τρίμηνον κοῦφον. διὸ καὶ τοῖς οἰκέταις παρέχειν. καὶ γὰρ οὐδὲ πίτυρον ἔχειν πολύ. σπανιώτατος μὲν οὖν καὶ τάχιστος εἰς τελείωσιν οὗτος. εἰσὶ δὲ καὶ δίμηνοί τινες. οἵπερ καὶ ἐκ Σικελίας ἐκομίσθησαν εἰς Ἀχαΐαν. ὀλιγόχοοι δὲ καὶ ὀλιγόγονοι, καὶ κοῦφοι κατὰ τὴν προσφορὰν, καὶ ἡδεῖς. καὶ ἄλλοι δὲ τινες οἱ περὶ Εὔβοιαν εἰσὶ, καὶ μάλιστα ἐν τῇ Καρυστίᾳ. τρίμηνοι δὲ πολλοὶ καὶ * πανταχοῦ κοῦφοι. οὗτοι καὶ ὀλιγόχοοι, καὶ μονοκάλαμοι, κατὰ τὴν ἔκφυσιν, καὶ τὸ ὅλον ἀσθενεῖς. κουφότατος † μὲν οὖν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, πυρὸς ὁ Ποντικός, ‡ βαρύτερος δὲ τῶν εἰς τὴν Ἑλλάδα παραγινομένων ὁ Σικελός. τούτου δ' ἔτι βαρύτερος ὁ Βοιώτιος. σημεῖον δὲ λέγουσιν, ὅτι οἱ μὲν ἀθληταὶ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ τριημιχοίνικα μόλις ἀναλίσκουσιν· * Ἀθήναζε δὲ ὅταν ἔλθωσι, πενθημιχοίνικα ῥᾳδίως. κοῦφος δὲ καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ. τούτων μὲν οὖν ἔν τε τῇ χώρᾳ καὶ τῷ ἀέρι τὸ αἴτιον. ἐπεὶ καὶ περὶ τὴν Ἀσίαν πόρρω Βάκτρων, ἐν μέν τινι τόπῳ οὕτως ἁδρὸν εἶναί φασι τὸν σῖτον, ὥστε πυρῆνος ἐλαίας μέγεθος λαμβάνειν. ἐν δὲ τοῖς Πισσώτοις καλουμένοις, οὕτως ἰσχυρὸν, ὥστε εἴ τις πλεῖστον προσενέγκοιτο, διαρρήγνυσθαι. καὶ τῶν Μακεδόνων πολλοὺς τοῦτο παθεῖν. ἄτοπον δὲ καὶ ἀνομολογούμενον πρὸς τὴν τῶν τριμήνων κουφότητα, τὸ περὶ τοὺς Ποντικοὺς συμβαῖνον. εἰσὶ γὰρ οἱ σκληροὶ † ἠρινοί. μαλακοὶ δὲ χειμερινοί. πολὺ γὰρ διαφέρει τῇ κουφότητι ὁ μαλακός.

‡ Ἡ τοῖς προτέροις εἰρημένοις κατὰ τὰς δυνάμεις.
† Τὴν αἰτίαν.
‡ Πανταχοῦ κοῦφοι οὗτοι.
* Μὲν οὖν καὶ σκληρότατοι ὡς.
† Ἰσχυρότατος δέ.
‡ Ἀθήναζε.
* Ἠρινοί. οἱ δὲ μαλακοί.

Thracium: & aliud unicalamum, aliud multicalamum; * & magis, minusque. Adde etiam si quid aliud his, aut prædictis ratione virium proximum sit. Ejusmodi namque differentiæ magis naturales ‡ videantur. Quibus & trimestrium annumerari genus par est, & bimestrium, & si quid intra pauciores dies valeat consummari. Et in Eubœa genus quoddam intra quadraginta * dies crassari perficique posse affirmant; idemque firmum esse ac ponderosum, nec modo trimestris leve. Quamobrem famulis id præberi inquiunt. Etenim nec multum in hoc furfuris esse volunt. Igitur genus id celerrimum quidem ad consummationem, sed inventu rarissimum est. Et bimestria verò quædam habentur, quæ ex Sicilia, & in Achajam advecta sunt: sed hæc parum reddunt; parumque fœcunda habentur. Quanquam cibo facilia & jucunda sunt. Nascuntur & alia quædam genera in Eubœa, & præcipue apud Caristum. Trimestria verò permulta, & ubique habentur. Levia hæc & parum fœcunda & unicalama † sunt, atque in totum infirma. ‡ Levissimum igitur triticum, ut simpliciter dicam, Ponticum est: * ponderosius ex iis, quæ in Græciam advehi solet, Siculum. Sed eo ponderosius, quod Bœotia fert. Indicium asserunt, quod athletæ qui in Bœotia ternos semisextarios vix possint consumere; cum Athenas ferantur, facile quina consumunt. Leve satis & quod in Laconico agro conficitur. Horum igitur causa in terris cœloque sita est. Nam & Asiæ ultra Bactra quodam in loco adeò grande frumentum fieri tradunt, ut nucleis olivæ sua æquiparent magnitudine grana singula. In Pissotis autem dictis adeò firmum nasci affirmant, ut si quis plus comederit, disrumpatur necesse sit: & Macedonum ita plerosque interiisse ajunt. Absurdum sanè, & levitati trimestrium absonum, quod in Pontico evenit. Vernum enim durum admodum est. Hybernum autem molle est. Levitate enim molle plurimum differt.

* *Et hoc magis quod plures paucioresque calamos edat.*
‡ *Magis naturæ consentaneæ videntur quam ullæ aliæ, & circa eneam.*
* *Dies à satu augescere perficique.*
† *Sunt in ipso exortu, atque.*
‡ *Levissimum, acdurissimum igitur.*
* *Validissimum.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Correxere ex Theodoro, Κελύφης στενοφυλλότερον. *Emenda* δυσθλαστότερον. *Non autem* δυσαλθότερον.

Ὁ κέγχρος. *Nusquam legi croco, avenam significari,* βρόμος.

Καὶ στάχυν ἀπηρτημένον ἔχει τῶν φύλλων μᾶλλον. *Theodorus.* Et spica plus discreta à foliis emicat. Discretum *posuit, pro* eo, quod est distare. *Sublimior est à foliis tritici, quam hordei spica. Plus distat à foliis: Sic sublimes columnas ait Ovidius.*

Ἐγχυλότερον γὰρ τὸ μαλακώτερον. *Hoc falsum est. Quædam enim molliora, quo minus madida, ut panni, & coria. Itaque Theodorus legit,* καὶ μαλακώτερον.

Ἡ μὲν στιχειώδης, ὁ δὲ πυρὸς ἄστιχος. *Falsum. Frumenta enim multa spicantur in versus quædam ternos, alia etiam quaternos.*

Τῷ μὲν ὅλῳ γένει. *Aliud caput. Hic enim hordei narrat genera.*

Καὶ γὰρ τοιοῦτό τι γένος ἐστί. *Cum hæc verba de rebus dici soleant rarioribus: & hic scribat* πλείστη, καὶ ἑξάστιχοι *: non debuit illa addere.*

Καθάπερ εἴπομεν, τὴν Ἰνδικήν. *Indicum hordeum esse* παραβλαστικόν. *Non memini ubi dixerit. Sine Indica appellatione supra hordeum prodidit,* ἀπὸ γονάτων στάχυν φέρειν. *Plinius apud Indos etiam sylvestre hordeum tradit, idque ad panes utile.*

Πολλὰ δὲ γένη καὶ τῶν πυρῶν. *Aliud caput de generibus frumentorum.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ & COMMENTARIUS.

Agit hoc capite Theophrastus de hordei triticique differentiis. Hac occasione nonnihil de hordeo triticoque nobis dicenda video. Primum hordei naturam exponemus, idque non quod tritico dignius sit, sed quod de ejus generibus prima hujus capitis parte agat Theophrastus. Hordeum Græci κριθὴν vocarunt, quasi κριτὸν, secretum vel separatum; quod huic frumento multa opus sint ad secernẽdas glumas, Παρὰ τὸ διακρίνεσθαι τὰ ἄχνας ἤγουν διαχωρίζεσθαι κρινὲ ἐπιγινομένων ἀνέμων. παρὰ τὸ κρίνεσθαι καὶ διαχωρίζεσθαι αὐτὴν ἐκ τῶν ἀχύρων ὑπὸ τοῦ ἀνέμου. *A separando & secernendo tenues paleas, quæ dum triturantur ventilando ab eo segregantur.* Vel παρὰ τὸ προκεκρίσθαι τῶν ἀκροδρύων. ἀκρόδρυα γὰρ ἤσθιον πρὸ τῶν καρπῶν, *quod hordeum glandibus præferebatur.* Antequam enim veteres cognoscerent & dijudicarent fruges, glande vescebantur. Vel κριθὴ ἀπὸ τοῦ διακεκρίσθαι, quod eo reperto, & in usum recepto, glandibus spretis à brutis homines distincti sint. Ideò postea hordeum sale conspersum aris inponebatur. Erat autem auguriũ futuræ fertilitatis frugum, vel ut divinæ bonitati gratos se ostenderent, quod desitis glandium cibis, ad mitiorem pervenissent victum. Inde hordea hæc antiquissimis illis temporibus ὀλαὶ & οὐλαὶ dicta fuere. Suidas, ὀλαὶ καὶ οὐλαὶ αἱ μεθ' ἁλῶν μεμιγμέναι κριθαὶ καὶ τοῖς θύμασιν ἐπιβαλλόμεναι. Hesychius vero ὀλαὶ, quasi ὅλαι κριθαὶ ἀπυχαί, Integra hordea ὅλας τὰς κριθὰς Eustachius dictas putat, quod integræ vocabantur,

tur, nondum molendi usu reperto. Homerus καὶ in neutro genere dixit Ὀδυσ. δ. πυροί τε ζειαί τε ἰδ' εὐρυφυὲς κρῖ λευκόν. Idem Iliad θ' κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι, καὶ ὀλύρας Doctiores malunt deflecti à κρίμνον, quod *crassiorem farinam* denotat. Est enim κρίμνον τὸ παχὺ ἄλευρον, inquit Interpres. Prior opinio Suidæ defenditur auctoritate, apud quem legitur κρῖ ἡ κριθή. ἐ Ὅμηρος κρῖ λευκόν. Hordeum Latini dixerunt, ab horrore, quod ejus arista mordacior sit quam tritici. Vel ordeum dixerunt, ab oriendi celeritate, quod ante cætera frumenta pullulet. Theophrastus lib. VIII. cap. I. Hordeum atque triticum die ut plurimum septimo, sed magis ordeum festinat. Vel ab antiquo verbo hordus, hordeum nuncupatum, quod apud Vetustissimos significabat gravidum, Hordei descriptionem sparsim dedit Theophrastus lib. I. ca. IX. & XVIII. lib. II. cap. III. & V. lib. VIII. cap. I. II. III. IV. VI. X. lib. de caus. cap. I. II. VIII. XII. XIV. XV. XXI. lib. III. de caus. ca. XXVI. lib. II. cap XVII. Quæ hisce locis scribit, partim examinavimus, partim examinabimus. Ex omnibus istis locis talis colligitur descriptio. Triticeo & multiplici attollitur culmo, sed qui non fundatur in brachia, sed quam triticum horridiori, fragiliori breviorique; simplici in stipula, folio nervoso, ut arũdineo, sed latiori; in cacumine fert spicam, ut cætera frumentacea, sed minus a foliis distantia, granum crinito textu spicatur, sed longè paucioribus tunicis contentum, quam triticum; siquidem prope nudum exstat, & omnium maximè tegumento caret, mordaciori arista; radix tenuis, palea durior ac insuavior, utpote quæ minus succi retineat. Nunc quæ hoc capite scribit Præceptor examinanda nobis sunt, Ὅτι, inquit, τῶν σιτωδῶν πυροὶ κριθαὶ στεφανωφυλλότερα καὶ λειοκαυλότερα. Folium hordei triticique locum in coronariis habere, hactenus nec legi, nec audivi; latius esse folium experientia comprobat. Lego itaque cum Theodoro, στενοφυλλότερα. Etiam cum eodem lego ἀδιαλειπτότερα. Nudum inquit esse præceptor, hordei semen, quippe quod tunicis nullis, vel saltem paucissimis integatur. Hordei semen est in medio crassum & rotundum, utrisque extremis in acutum desinentibus, cortice potius quam folliculo, tunicave inclusum. Adhæret enim semini ut cum labore avellatur. Semen est in spica, nulla protegente membrana, ideò nudum dixit Præceptor. Quod de typha, olyra, & avena inquit, id experientia comprobat. Totum hunc locum Plinius his verbis interpretatus est lib. XVIII. cap. VII. *Tunicæ frumento plures, hordeum maximè nudum, & arinca, sed præcipuè avena.* Pro *typha* & *olyra* arincam vertit. Viri doctiores legunt *alica*, exponuntque ream & olyram. Rectius typham & olyram: sic enim Theophrastus. Ego servo vulgatam. Unicam tantum exposuit Plinius vocem olyram; quam arincam Plinium vocare, auctor Ruellius est. Sed de voce ne simus solliciti; aliud in Plinii verbis majoris est ponderis. Arincam & præcipuè avenam nudam inquit, cum Theophrastus utramque πολυλοπον (sic legi debet: non enim legumina sunt, sed frumentacea, legumina in siliquis ferunt) dicat, & maximè avenam. Scio avenam reperiri nudam, sed an hanc noverit Plinius, non constat. Præterquã quod locum hunc ex Theophrasto exscripserit, illud dubitatione non caret, quod scribit triticum multis tunicis vestiri; & lib. IV. de caus. cap. I. nudum utrumque esse dicit. Ad hoc respondendum, eo loco Præceptorem respectu arborum illud scribere, quæ crusta lignea, aut mole carnosa obducuntur; contra tenuibus tunicis frumenta, maxime triticum & hordeum. Locus iste præterea mendo non caret. Legendum, εἰ δὲ μὴ χιτῶσί γε πολυχίτωσι λεπτοῖς ὁ πυρός. Hordeum enim multis tunicis non tegitur, sed revera nudum planè videtur. Triticum tegi folliculis lib. I. cap. XVIII. docuit. Culmum tritico altiorem inquit esse, quam hordeo. *Calamus*, inquit Plinius loco citato, *altior frumento quam hordeo. Arista mordacior hordeo.* De arista hoc loco nihil Theophrastus, verum spicam sublimiorem à foliis tritici, quam hordei esse. Palea, inquit Præceptor, quæ ex tritico, suavior est, quam quæ ex hordeo. Plinius loco citato. *Palea ex optimis, stramentum vero nullum comparatur*, Hæc quantum à Theophrasto, qui rationem addit cur tritici palea sit suavior. Nempe quod mollior, ac succi plus retineat. Vulgata lectio inepta, ἐγχυλότερον γὰρ τὸ μαλακώτερον. Nam panni, coriaque quo minus madida, molliora, Quare rectè Theodorus ἀντὶ τὸ legit καὶ. Hordeum præterea differre à tritico inquit, quod hordeum in versus spicetur, triticum nullo versu conditum sit. Id benignè interpretandum est, & respectu hordei hoc verum esse. Nam & tritici quædam genera in versus spicantur, verum ad summum, & id rarissimè quaternos, quin etiam ut plurimum nullos in versus spicatur triticum, sed æquale undique constat. Hactenus in quibus triticum ab hordeo, & hordeum à tritico differt. Nunc hordei genera recenset. Inquit, prima differentia hæc est, hordeum aliud vulgare, aliud Indicum. Vulgare binis ternis, quaternis, quinis, senis ordinibus differt. Addit Tragus se genus quoddam vidisse in octo versus distinctum. Columella lib. II. cap. IX. hordeum aliud hexasticum inquit, aliud distichon. *Proximus, inquit, est his frumentis usus ordei, quod rustici hexasticum, quidam etiam cantherinum appellant; quoniam & alia animalia quæ ruri sunt, melius quam triticum, & hominem salubrius quam malum triticum pascit, nec aliud in egenis rebus magis inopiam defendit. Seritur soluta, siccaque terra, & vel prævalida, vel exili. Quia constat arva segetibus ejus macescere: propter quod pinguissimo agro, cujus nimiis viribus noceri non possit, aut macro, cui nihil aliud committitur, altero sulco seminari debet; post æquinoctium media fere sementi, si læto solo, si gracili maturius. Iugerum quinque modii occupabunt, idque ubi paululum maturuerit; festinantius quam ullum aliud frumentum demetendum erit. Nam & fragili culmo, & nullum vestitum palea granum ejus celeriter decidit, iisdemque de causis facilius teritur, quam cætera. Sed cum ejus messem sustuleris, optimum est novalia pari anno cessare: si minus, stercore saturare, & omne virus quod adhuc inest terræ propulsare: Alterum quoque genus hordei est quod alii distichum, Galaticum nonnulli vocant, ponderis & candoris eximii, adeò ut tritico mistum, egregia cibaria familiæ præbeat. Seritur quam pinguissimis, sed frigidis locis, circa Martium mensem. Melius tamen respondet, si clementia hyemis permittit, cum seminatur circa idus Ianuarias, jugerum sex modios postulat.* Rustici nostri has hordei differentias tradunt, aliud autumnale, aliud vernum esse. Autumnale solo pinguiori, vervacto vel restibili seritur, eoque corpulentius, majusque stipula & spica evadit. Radice exit parva, tenui, fibrosa, gramineis foliis, triticeis culmo bicubitali latioribus. Spica longarum asperarum mordaciumque aristarum valle munitur, ac in versus striata ordinibus constat, subinde ternis, quaternis, quinis, ut plurimum senis. Spissior posituque arctior est, uti observavit Theophrastus, quæ pluribus construitur; semen æstate maturescit. Hoc genus Columella cantherinum vocat, quod folliculo castratum enascatur. De seminis differentia mox agam, ubi ad locum illum Theophrasti devenero. Hordeum vernum, vel distichon est, vel polysticon. Distichon quod binos ordines habeat, polystichon quod plures. Hoc genus ut minori, nempe trimestri perficitur spatio; sic minus granum, minusque alens, è gratiore tum stipula, tum spica promit, proportione quadam cum siligine semestri. Hoc alendis ferè pecoribus utuntur nostrates; gallinis, pavonibus & similibus datur. Seritur mensibus Martio, Aprili, Majoque, frigoris enim impatiens. In Indico hordeo magnã differentiam esse ait, quandoquidem ramis repullulare possit. Παραβλαστικὸν ubi dixerint veteres illud hordeum, ignoro. Supra lib. IV. cap. V. ubi hordei meminit Indici, illud non refert. Lib. VIII. cap. II. nullum frumentum regerminare inquit præter σιτανίαν, & κριθανίαν, sed critaniam, seu, ut Gaza, hordeaginem non dicit Indicum hordeum. Nullum tamen forte aliud præter hoc intelligit Theophrastus. An itaque scripsit præceptor ἐκ τῶν κλάσεων πυρὸν ἰνδικὸν καὶ κριθὴν ἰνδικήν, doctiorum esto judicium. Indicum hordeum aliud sativum, aliud sylvestre inquit esse, & ex sylvestri panes confici ait, Quod etiam apud Plinium lib. VIII. cap. VII. reperitur. *Hordeum Indis sativum & sylvestre, ex quo panis apud eos præcipuus.* Quærunt Botanici, an hordei hoc genus sit bosmorum, cujus meminit Strabo lib. XV. περὶ δὲ τοῦ βοσμόρου, ὅν φησιν Ὀνησίκριτος, διότι σῖτός ἐστι (vulgo σιτός ἐς quod quid sit ignoro) μικρότερος τοῦ πυροῦ γενᾶται δὲ ἐν ταῖς μεσοποταμίαις, φρύγεται δ' ἐπὰν ἀλοηθῇ. προομνύντων μὴ ἀποίσειν ἄπυρον ἐκ τῆς ἅλω ὥστε μὴ ἐξάγεσθαι σπέρμα. *Bosmorum Onosicritus ait frumenti genus esse, minus tritico, & inter amnes nasci; torreri autem cum in area excutitur, sed jurare istos, non prius ex area se elaturos, quam igni frixerint, ideo faciunt, ne semen exportetur.* Meminit hujus Diodorus Sicul. lib. II. Bibliothec. hist. Sed apud eundem non βόσμορον, sed βόσπορον legitur, πολὺ καὶ ὄσπριον καὶ διάφορον, ἔτι δὲ ὄρυζα, ἐ τὸ προσαγορευόμενον βόσπορον, καὶ πρὸς τούτοις ἄλλα πλεῖστα τῶν πρὸς διατροφὴν χρησίμων. ——— διὰ τὸ γὰρ κεγχρῶν ἐν αὐτῇ

γενομένων καθ' ἕκαστον ἔτος, τὸν μὲν χειμερινὸν καθ' ὃ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ὁ σπόρος τῶν πυρίνων γίνεται καρπῶν. τὸν δὲ ἕτερον κατὰ τὴν θερινὴν τροπὴν, καθ' ἣν σπείρεσθαι συμβαίνει τὴν ὄρυζαν καὶ τὸν βόσπορον, ἔτι δὲ σήσαμον καὶ κέγχρον. *Magna leguminum in India copia & varietas, addo oryſam & quod boſporum vocant, aliaque complura, ad vitæ ſuſtentationem commoda.* —— *Cum enim bis quolibet anno fruges in India matureſcunt, ſemel ſub hyemem, quando tritici apud alios fit ſementis, iterum circa ſolſtitium æſtivum, in quod oryzæ, boſpori, ſeſami & milii ſatio incidit.* An boſmorum, an boſporon, & an boſmorum hordeum Indicum ſit Theophraſti, in medio relinquo. Aliam hordeorum etiam tradit Theophraſtus differentiam; quod ſpicam aliud fert grandiorem, & rariorem, aliud minorem & frequentiorem: in alio magis diſtare à foliis ſpicam, in alio ſpicam folio proximam eſſe, uti hordeo Achilleo. Achillei hordei meminit Theophraſtus lib. VIII. cap. IV. & X. lib. III. de cauſ. cap. XXVI. & XXVII. Quibus in locis ἀχιλλὶς & ἀχιλλαῖς perperam, pro ἀχιλληῒς legitur. Sic enim legendum, ex Hippocrate & Galeno conſtat, apud quos ἀχιλληῒς conſtanter legitur; etiam apud Theophraſtum ca. x. hujus libri. ἀχιλλεῖος apud Ariſt. legi auctor etiam Suidas eſt. Contra ἀχίλλεις legi auctor Erotianus. Achilleũ hordeum præſtantiſſimum ac robuſtiſſimum eſſe, viri docti ſcribunt, cujuſmodi Achilles ſuis equis objiciebat. Hoc poſtremum an verum ſit, haud conſtat. Achilleum hordeum eſt, cui ſpica folio perquam proximo, ideoque à rubigine facile lædi, ex Theophraſti locis citatis conſtat. Galenus magnum, plenum, optimumque eſſe docet. Sic enim in gloſſis ἀχιλληίδας κριθὰς, τὰς εὐτραφεῖς καὶ μεγάλας, ἀπό τινος ἀχιλλέως ὀνομασμένας, ὥς φασι γεωργοῦ βαβρωνίου. Hordeum plenum ac magnum ab Achille quodam ſic nominatum, qui agricola fuiſſe dicitur. Idem Suidas, ἀχιλλείων, τῶν κριθῶν, καθαρῶν καὶ εὐγενῶν, ὠνομασμένων. Ἀριστοφάνης —— ἢ ἀχίλλειοι κριθαὶ αἱ εὐτελεῖς. Lego ἀτελεῖς. Quomodo enim αἱ εὐγενεῖς, καθαρὰς, εὐτραφεῖς, μεγάλαι & εὐτελεῖς viles? Eundem auctorem citat Erotianus, ſed ille ἀχιλληίδας κριθῶν εἶδος ὧν μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Σοφοκλῆς. Illud conſtat purum, magnum, optimum hordei genus Achilleum eſſe. Ultima differentia hordeorũ eſt in ſemine; aliud, inquit, eſſe rotundius minuſque, aliud oblongius & majus, atque aliud candidum, aliud ad purpuram accedens. Majoris granum ut plurimum rubellum eſt, candidius minoris. Inſignior differentia in glabritie nuditateque grani. ſiquidem oritur hordeum cujus granum gluma vel ſponte quidem excidit; cum in reliquis generibus non niſi ægrè deglubatur. Hordei hujus mentionem facere videtur Galenus lib. I. de aliment. facult. cap. XIV. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα σπέρματα παραπλήσια μὲν, οὐκ ἀκριβῶς δὲ ταὐτὸν εἶδος ἔχοντα τοῖς εἰρημένοις ἐστί. τὰ μὲν ἐν τῷ μεταξὺ κριθῆς τε καὶ τίφης, τὰ δὲ ὀλύρας τε καὶ τίφης, ἢ μεταξὺ πυροῦ τε καὶ τῆς ὀλύρας. ἔνια δὲ ἐγγυτάτω τῆς φύσεώς ἐστι, τὰ μὲν ὀλύρας τὰ δὲ κριθῆς, ἢ τίφης ἢ πυροῦ. καθάπερ ἄλλα, τὰ μὲν ἐλύμου, τὰ δὲ κέγχρου προσηγορίας ἔχοντα. τινὰ μὲν ἁπλῶς, ὥσπερ ἐν Ἰταλίᾳ ἐξ οὗ τὸν χόνδρον ποιοῦσιν, ἔνια δὲ συνθέτως, ὡς ἐν Καππαδοκίᾳ μὲν τὸ καλούμενον γυμνόκριθον, κατὰ δὲ τὴν Βιθυνίαν τὸ ζειόπυρον, ἄμεινον δ' ἐστὶν ἀποστάντα τῆς τοιαύτης ἱστορίας οὐ μόνον τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν σπερμάτων, ἕνα τινὰ κοινὸν ὑπὲρ ἁπάντων λόγον διελθεῖν. *Sunt & alia permulta ſemina prædictis quidem adſimilia, non tamen eadem penitus ſpecie: quæ partim in hordei ac typhæ, partim in typhæ olyræque, aut olyræ & tritici medio ſunt loco. Quædam verò ad olyræ, alia ad hordei aut typhæ, alia ad tritici: ceu alia ad panici, alia ad milii naturam proximè accedunt. Quæ nomina habent alia ſimplicia; ut in Italia, ex quo alicam faciunt: alia compoſita, ut gumnocrithon hordeum nudum in Bythinia zeophyrum. Verum ſatius fuerit ejuſmodi nominum ac ſeminum diſquiſitione omiſſa, de omnibus communi quodã ſermone tractare.* Zeopyrum dicitur quibuſdam ſeu tritico-ſpeltum, quod naturam habere videtur ζειᾶς καὶ πυροῦ, tritici & zeæ: alii quia cum hordeo majorem ſimilitudinem habet, cortexque ei ſponte abſcedit, gymnocrithon vocare maluerunt. Stipula, culmo, ſpica, & ariſtis zeæ eſt; granum ſimplici gluma & ſolutu facili amictum, ſed longius minuſq; quam triticũ ventricoſum & plenum, colore ſubluteo, cuticula non nihil ad ſecale accedẽte, guſtu minus quam communis hordei, ſuavi, non tamen ingrato. Cæterum hordeum diſtichon & polyſtichum, vernum primo exortu, gramine, ſtipuliſq;, & aſperis illis ac acutiſſimis ariſtis ferè nihil differunt; ita quidem, ut niſi ſpicarum verſus obſerves, haud facile duo genera diſcernere queas. Obſervatum etiam, hordeum inter omnes fruges in ſpicam primum excreſcere, nulloque præcedente flore, quam primum ſemen tenerrimum aſperis glumis ſive involucris proferre; quod primum quidem molle candidumque ac lacteum quaſi apparet, mox vero poſt maturitatem, quam celeriter aſſequitur, dureſcit. Quodnam granum hordei & quale eligendum, Geoponicῶν docet Auctor lib. II. cap. XIV. τὰς δὲ κριθὰς, πλήρεις καὶ ἁδρὰς, προσφάτους δὲ καὶ λευκὰς, καὶ βαρυτάτας καὶ μὴ κεκομμένας. Τινὲς δὲ τοὺς ἁδροτέρους στάχυας ἐπιλέγοντες τοὺς ἔχοντας κόκκους πλήρεις καὶ τελείους, καὶ εἰς σπόρον τιθέασι, καλλίονα τὸν ἐκ τούτων καρπὸν κομιζόμενοι. σπέρμα δὲ κάλλιστον, τὸ ἐνιαύσιον· τὸ δὲ διετὲς, ἔλασσον· τὸ δὲ τριετὲς, χείριστον. τὸ δὲ παλαιότερον ἄκαρπον. *Ordeum autem plenum, craſſum, recens, album, & quam graviſſimum, & non contuſum. Quidã pleniores ſpicas eligunt, quæ grana habent ſolida & perfecta, eaque in ſementem reſervant, præſtantiorem fructum ex his capientes; ſemen optimum eſt annuum, bienne deterius, trienne peſſimũ, vetuſtius verò infrugiferũ.*

Nobiliſſimi, optimi, præſtantiſſimique frumenti hiſtoriam aggredior, Græcis πυρὸς vocatur. Grammatici πυρὸν, quaſi σπυρὸν, pro σπορὸν, ἀπὸ τοῦ σπείρειν ſeminando, dictum volunt. Huic opinioni favet, quod Herodianus ſcribit, à Siracuſiis πυρὸν, σπυρὸν, παρὰ τὸ σπορὸν appellatum. Vel πυρὸς dicitur ab acutie, aut à ſimilitudine, quam cum nonnullorum fructuum granis, vel gygartis habet, quæ πυρῆνες dicuntur, vel πυρὸς à flavo rutilantique igneo colore, ac fulgore. Optimum enim triticum Columella robus vocat, quoniam pondere & nitore præſtat. Robus antiquiſſimis latinis, idem quod rubens; bovem enim ruſtici idcirco robum vocarunt. Dicitur & σῖτος, id eſt, cibus, quæ vox cerealibus omnibus convenit; huic κατ' ἐξοχὴν datum. Eodem modo Latini frumentum vocarunt, à fruendo, quod maximo cum fructu hujus uſus eſſet. Triticum dixerunt, ut Varro lib. IV. de lingua Latina ſcribit; quod tritum ſit ex ſpicis. De tritico ſparſim quædam tradidit Theophraſtus ac quidem eiſdem ferè capitibus, in quibus de hordeo lib. I. cap. VIII. IX. XVIII. lib. II. cap. III. V. lib. VIII. cap. I. II. III. IV. VI. X. & XI. de vitiis tritici agit, de quibus videat lector, lib. IV. de cauſ. cap. XV. & XXI. lib. II. de cauſ. cap. XVII. lib. III. cap. XXVI. lib. IV. cap. I. II. IX. XII. XIV. Ex quibus omnibus locis talis quædam colligitur deſcriptio. Aſſurgit triticum leviori calamo quam hordeum, nec perinde fragili, & erecto, folio arundinaceo, anguſtiori quam hordeo, cortice nervoſo, & maculento. Utpote quod nervo tantum conſtet, Spica in cacumine incondita, & æqualis undique conſtat. Granum multis tegitur tunicis; palea ſuavior, mollior, & ſucculentior, radicibus multis prætenuibus. Reliqua ſuo loco examinantur. Genera tritici plurima refert Theophraſtus: primo loco recenſet, quæ a locis nomen acceperunt, Africum, Ponticum, &c. Quæ in quibus differant, paulo infra exponit. Deinde genera ea narrat, quæ aliunde nomen acceperunt. Lego ex cap. XXVI. lib. III. de cauſ. καγχρυδίας, δρακοντίας, στραγγίας, σεληνούσιος. Vulgo legitur, καγχρυδίας, alibi καγχρυδίας. στλεγγὺς, ἀλλὰ δρεῖος. Hanc lectionem improbam eſſe, docet Plinius lib. XVIII. cap. VII. *Ex omni eodem* (comi) *genere grani prætulit dracontiam, ſtrangiam, & Selenuſium, argumento craſſiſſimi calami: ita pingui ſolo hæc genera aſſignabat.* Hæc Plinius ex cap. citato hauſit. Ineptum præterea, quod Alexandrinum inter ea numeret, quæ aliunde quam à locis nomen habent; præſertim cum antea Ægyptii meminit. Καγχρυδίας triticum dictum videtur, quod ſimile eſſet hordeo decorticato. Hoc enim καγχρυδίας denotat. Suidas Κάγχρυς τὰς κριθὰς, καὶ καγχρυδίας ἄρτος. κάγχρυς δὲ τὰς ἀληλεσμένας κριθάς. Cur στραγγίας dicatur, vix imaginari queo. Στραγγὸς Græcis eſt obliquus, perverſus, inordinatus. An nomen accepit, quod granum in ſpica inordinatum admodum gerat? An à στραγγεύω nomen habet, quod admodum ob copiam premeretur, & anguſtaretur? An ἀπὸ τῶν στραγγαλίδων, quod nodos nexuſque plures haberet. An à στραγγίζω, quod exprimeret & extraheret è terra humorem, nec ſineret defluere. Et hoc quidem probabile. *Lætum*, inquit Theophraſtus lib. 3. cap. XXVI. *exigit agrum, Uberius enim ſuccos haurit, idque quia calamum gerit craſſum.* Δρακοντίας nomen, ni acceperit, quod convolutum ſit draconis in modum, unde habeat ignoro. Σεληνούσιος à luna appellata ut credo. Sed cur à luna dictum, me fugit. An quod plenilunio vel ſecandum, vel ſerendum? vel contra quod Novilunio terræ mandandum ſit, aut contra? An verò quod ſidus illud humidum ſit? Et hoc genus tritici humoris avidum, ut lib. III. cap. XXVI. ſcribit Theophraſtus. Alias recenſet differentias

rentias Theophrastus à natura tritici desumptas, ac Lybicum tenui, canchrydias crasso constare calamo ait. Sic legendum, ipsa ratio satis docet, & verborum series. Thracium multis constare tunicis lib. III. cap. XXVI. etiam scribit. His differentiis quæ à natura desumuntur, addit trimestre genus & bimestre; additque in Eubœa genus quondam esse, quod inter quadraginta dies augescere & perfici scribit. Batavus Notissimum triticum quoddam in Moscovia intra spatium sex, nonnunquam etiam septem septimanarum seri, demeti ac in horreas recondi: causa, æstus & sol perpetuus. Hybernum & apud ipsos præstat triticum, licet regio summe frigida & borealis. Probat Præceptor genus illud bimestre quod in Eubœa reperitur, a reliquis tritici generibus diversum, nec soli, regionique id tribuendum, quod alia quædam genera tritici in Eubæa nascantur, & maximè circa Caristum. Trimestre, inquit, ubique haberi. Et illud verissimum videtur; non novi regiones in quibus non reperiatur. Leve, quod inquit hoc esse parum fœcundum & unicalamum, & in totum infirmum. Sane apud nos æstivum triticum inferius est hyberno, licet aristas habeat longiores, adeò ut ad hordeum aliquatenus accedat. Singulæ etiam spicæ duos, tres obtinent granorum ordines; cum hybernum quinque, quandoq; sex, octo granum folliculis includatur, uti in spelta videre est. Quamobrem decorticationem non minus quam spelta requirit. Ponderosius tamen est magisque nutrit hyberni granum; æstivi rotundius, minus, levius. Causa, cur hybernum præstet, videtur, quod altiores & firmiores in terra radices agit, quæ plurimum trahunt alimenti. Vide cap. XII. lib. IV. de caus. Quod de pontico, aliisque è locis, in Græciam adferri solitis tritici scribit, non tantum repetit lib. IV. de caus. cap. X. sed rationem addit cur Siculum optimum, eoque melius Boeticum: postremum hoc melius Athletarum exemplo docet. Illud examinandum, quod de bactriano tritico refert. Eundem hunc locum citat Apoll. ἐν θαυμασίαις ubi hæc ferè habentur, Ἐν Θεόφραστος ἐν τῷ .ς. περὶ φυτῶν. τῆς βακτριανῆς οὐδὲ ἔν ποι κόμμας πυρὸν γίγνεσθαι οὕτως εὐγενῆ, ὥστε πυρῆνος ἐλαίας τὸ μέγεθος ἔχειν. Ex quibus Plinium hunc Theophrasti locum minus recte exscripsisse constat. *Tradunt*, inquit, *in bactris grana tanta magnitudinis fieri, ut singula spicas nostras æquent*. Crediderim, Plinium scripsisse, *ut singula olivas nostras, vel olivæ nucleos æquent*. Quod hoc loco de pissotis scribit, id lib. de caus. IV. cap. X. de pesaugis. Utra lectio verior, affirmare nequeo; de neutro enim constat, nec quicquam unquam audivi. Videndum nobis quibus verbis hæc exscripserit Plinius lib. XVIII. cap. VII. *Tritici genera plura, quæ fecere gentes. Italico nullum equidem comparaverim candore ac pondere, quo maximè discernitur: Montanis modo comparetur Italiæ agris externum, in quo principatum tenuit Bœotia, deinde Sicilia, mox Africa. Tertium pondus erat Thracio, Syrioque, deinde Ægyptio, Athletarum cum decreto* (Theophrastus Lybici, Ægyptii, Assyrii, Thracici, Pontici quidem meminit, nulla tamen vel bonitatis, vel ponderis facta mentione. Idem etiam refert Athletas cum Bœotici ternos semisextarios non consumerent, Athenis facile quinos absumpsisse) *quorum capacitas jumentis similis, quem diximus ordinem fecerat. Græcia & Ponticū laudavit, quod in Italiam non pervenit. Ex omni eadem genere grani prætulit dracontiam, strangiam & Selenusium, argumento crassissimi calami, ita pingui solo hæc genera assignabat. Levissimum & maxime inane, seu tenuissimi calami: in humidis seri jubebat, quoniam multo egeret alimento. Hæ fuere sententiæ Alexandro magno regnante* (ad quas mox redit) *cum clarissima fuit Græcia, atque in toto terrarum orbe potentissima: ita tamen ut ante mortem ejus annis fere* CXLV. *Sophocles Poeta in Fabula Triptolemi frumentum Italicum ante cuncta laudaverit, ad verbum translata sententia,*

Et fortunatam Italiam frumento canere candido.

Quæ laus hodieque peculiaris Italico est. Quo magis admiror posteros Græcorum nullam mentionem hujus fecisse frumenti. Nunc ex his generibus quæ Romam invehuntur, levissimum est Gallicum, atque è Chersoneso advectum: quippe non excedunt in modium vicenas libras, si quis granum ipsum ponderet (alter codex teste Pintiano habet. quippe non excedit modii vicenas libras sicli granum ipsum pondere. Doctiss. Turnebus, siliquæ granum ipsum pondere, ut granum æquare pondus siliquæ dicat) *Adjicit Sardum selibras, Alexandrinum & trientes: hoc & Siculi pondus. Bœoticum totam libram addit. Africum & dodrantes, in transpadana Italia scio vicenas, quinas libras farris modios pendere: circa Clusium & senas. Lex certa naturæ, ut in quocunque genere pani militari tertia portio ad grani pondus accedat:* (aqua cum sale & fermento permista, inquit Dalcampius) *sicut optimum frumentum esse, quod in subactu aquæ congium capiat, quibusdam generibus per se pondus, sicut Baleasico: modo tritici panis pondo* XXX *redit. Quibusdam in binis mistis, ut Cyprio & Alexandrino* XX. *prope libras non excedentibus Cyprium fuscum est, panemque nigrum facit: itaque miscetur Alexandrinum candidum, redduntque* XXV. *pondo. Thebaicum libram adjicit. Marina aqua subigi, quod plerique maritimis locis faciunt, occasione lucrandi satis inutilissimum. Non alia de causa oportuniora morbis corpora existunt. Galliæ & Hispaniæ frumento in potum resoluto, quibus diximus generibus, spuma ita concreta pro frumento utuntur. Qua de causa levior illis, quam cæteris panis est. Differentia est & calami.* (Redit ad Theophrastum, quæ de suo adjecit, an vera an fictitia sint, affirmare nequeo) *Crassior quippe melioris est generis, Plurimis tunicis tracium Thriticū vestitur, ob nimia frigora illi plagæ exquisitum. Eadem causa & trimestria invenit, detinentibus terras nivibus; quod tertio fere à satu mense, & in reliquo orbe metitur. Totis hoc Alpibus notum, & hyemalibus provinciis, nullum hoc frumento lævius: Unicalamum præterea, nec usquam capax:* (adde ponderis) *seriturq; non nisi tenui terra. Est & bimestre circa Thracium sinum.* (Doctiss. Pintianus, quia in optimo exemplari legitur, *Thraciæ fanum*, scribendum putat *Thraciæ Ænum*. Ænus enim celebris est urbs Thraciæ. Ex Theophrasti verbis deesse rectè collegit conjunctionem, restituendumque, est & bimestre. At circa Traciæ ænons) quod quadragesimo die quam satum est maturescit, expendendum relinquit, an in Theophrasto tam Græco quam Latino scribendum non *Eubœa*, sed *ano*. Doctiss. Turnebus apud Plinium scribendum docet, *circa Thraciā Ænum. Ænus enim urbs Thraciæ*. Non possum non obtemperare tantis viris. Depravatus codex Theophrasti ἀντὶ εὐβοίαν αἰνείαν. Αἴνεια inquit Stephanus περὶ πολίχνη, τόπος θρᾴκης ὡς Αἴνεια ζέλεια ἀπὸ αἰνείου. Idem αἶνος πόλις θρᾴκης. Lego αἰνείαν ex cap. XII. lib. IV. de caus. ὁ δὲ τρίμηνος τεσσαρακονθήμερος ——— οἱ περὶ αὐτὸν φασι ισημερινὸς) *Quod quadragesimo die, quam satum est maturescit, mirumque nulli frumento plus esse ponderis* (vide locum, Theophrastus lib. IV. de caus.) *Et furfuribus carere. Vtitur eo & Sicilia & Achaja montosis utraque partibus. Eubœa quoque circa Caristum. In tantum fallitur Columella, qui ne trimestris quidem proprium genus existimaverit esse, cum sit antiquissimum. Græci trimenori vocant.* Primum de voce τρίμηνον videbimus, mox verba Columellæ examinabimus. Τρίμηνον dicitur, quod tertio à satione mense semen ferat maturum. Sed id locis præstat calidioribus, vel ubi perpetuò in æstate supra horisontem est sol. Dioscorides genus hoc tritici σητάνιον vocat, vel, ut vulgo scribitur, σιτάνιον lib. II. cap. CVII. Ἔνιοι μετὰ τούτοις δὲ τριμηναῖοι λεγόμενοι δὲ ὑπό τινων σητάνιοι. Galenus in glossis, σητάνιον τοῦ ἐν τῷ ἐνεστηκότος ἔτους πυρῶν, τουτέστι τοῦ κατὰ τὸ ἔαρ ἐσπαρμένου. Hoc est tritico horno; aut hornotino, hoc est vere sato. Idem Galenus in comment. II. lib. περὶ ἄρθρων text. XLI. Σητανίους πυροὺς οἱ δόξαντες ἄριστα τὴν Ἱπποκράτους ἐξηγεῖσθαι λέξιν, εἰρῆσθαί φασι πρὸς αὐτοῦ τοὺς σῆτες ἐσπαρμένους, ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ τῆτες ὀνομάζουσι, διὰ τοῦ τ τὰς συλλαβὰς ἀμφοτέρας λέγοντες, ἐξ οὗ σημαίνεσθαί φασι τοὺς ἐν τῷ ἔτει τούτῳ, τουτέστι κατὰ τὸ ἔαρ ἐσπαρμένους, διμηνιαίους τε καὶ τεσσαρακονθημέρους ὀνομαζομένους. ἐγὼ δὲ πυρῶν εἶδος σητανίους καλουμένους οἶδα, κατά τε τὴν χώραν αὐτήν, καὶ σύμπασαν τὴν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἑλληνικήν. ὀλίγον ἔχουσιν ἄχυρον τὸ πυρόν, ἰσχνοὺς δὲ γλίσχρον τὸ σταῖς οὗ μάλιστα τοῦ ὁ Ἱπποκράτης δεῖται. *Quæ verba Hippocratis optimè explanare videntur, hornotinum triticum, id est σητάνιον, dictum esse ab eo inquiunt, quod horno quasi hoc novo anno id est σῆτες quod Attici per τ utrasq; syllabas pronunciantes τῆτες dicunt, quasi τῷ ἔτει hoc anno satum est: hoc est veris tempore. Quod & trimestre, & à quadraginta dierum numero, quadragenariū nuncupatur. Sed ego tam hornum, sive hornotinum, id est σητάνιον & in Coo, & apud omnes Asiæ Græcanicas nationes genus tritici esse novi; quod sicut paucos furfures habet, ita lentum & tenax farinæ subactum efficit. Id quod maximè hic Hippocrates requirit*, Suidas tamen & Hesych. σητάνιον ἄρτον purum & non permistum exponunt. Suidas σητάνιος ἄρτος, ἐν τῷ ἔθει τὸ καθαρίζειν, quod purgatum & cribratum est. Hesychius, Σητάνιοι, καθαροὶ πυροὶ οὕτω καλοῦνται σητάνιοι, tritica pura sic vocantur. Hanc notionem habent ex Galeno, qui in

in Exegesi ἀρτοποιΐας exponit, ἄρτοι ἐκ τῶν σηταμίων πυρῶν, ἢ διασεσησμένων καὶ λεπτῶν ἀλεύρων, τουτέστι καθαρῶν, *Quod est ex setanio tritico, aut ex farina tenui creta & cribrata, hoc est pura.* Σητάνιος itaque dicitur quod hoc anno satum & triticum, & farina, panisque purus est. Videamus quid commiserit Columella. Hic lib. II. cap. IX. hæc scribit, *Atque adhuc de satione autumnali loquimur. Hanc enim potissimum ducimus, sed & est altera cum cogit necessitas: trimestrem vocant agricolæ: ea locis prægelidis ac nivosis, ubi æstas est humida, & sine vaporibus, recte committitur, cæteris admodum raro respondet: quam tamen ipsam celeriter, & utique ante æquinoctium vernum conveniat peragere, si vero locorum, & cæli conditio patietur, quanto maturius severimus, tanto commodius proveniet. Neque enim est ullum, sicut multi crediderunt, natura trimestre semen; quippe idem jactum autumno melius respondet.* Non ignoravit, ut scribit Plinius, Columella genus quoddā tritici ab antiquissimis trimestre, vel trimenon fuisse vocatum; sed negat differre ab eo, quod autumnali tempore terræ mandatur. Et hoc probasset Plinius granum tritici trimestris autumnali tempore satum, vel tertio quoque mense, vel ob frigus paulo post maturum esse, vel nō posse perferre frigus, eaq; de causa diversam naturam habere ab autumnali. Et hoc facile ex Theophrasto probasset, ut qui lib. IV. de caus. cap. XII. trimestre maturè non serendum docet, quod ob imbecillitatem frigus perferre nequeat. Minus rectè Adversariorum Auctores. *Nec quia neutiquam perferre Hyemis rigores potis sit, satio in vernum teporem differtur, ut autumnat, sed quod amissa tempestiva autumni sementis occasione, propter vel imbres, aliave incommoda. Hujus serotina satio subsidium venit agricolis.* Contrarium tamen docet experientia. Nam si quod æstivum vocant apud nos, sive quod vere seritur, ac post quinque menses metitur (nullum enim genus tribus mensibus perficitur) autumno quis ferat, vana spe expectabit aristas. Diversum etiam genus esse hoc docet, quod granum rotundius ac minus ferat æstivum. De tritici generibus, hæc Columella lib. II. cap. VI. *Tritici genera complura cognovimus. Verum ex his maximè serendum est, quod robus dicitur, quoniam & pondere & nitore præstet. Secunda conditio est habenda siliginis, cujus species in pane præcipua pondere deficitur. Tertium erit trimestre, cujus usus agricolis gratissimus; nam ubi propter aquas, aliamve causam matura satio est omissa, præsidium ab hoc petitur. Id genus est siliginis. Reliquæ tritici species, nisi quos multiplex varietas frugum, & inanis delectat gloria, supervacuæ sunt.* Hæc tria genera rustici Batavici norunt; ac primum genus felicissime in Zelandia provenit, nec non in quibusdam Ultrajecti locis, in Batavia, Frisia aliisque regionibus circum jacentibus locis, immo locis compluribus ipsius Ultrajectinæ ditionis satum degenerat, nec ita ponderosum aut nitidum, candidumque est granum. Farina etiam, panisque qui ex Zelandico conficitur tritico, candidus admodum est; candore multo inferior est, qui ex grano, licet candidiore, in Batavia nato conficitur panis farinaque. Solum itaque cœlumque causa, cur præstet Zelandicum triticum. Huic simile, quod ex Cilicia Corsicaque adfertur; non ita tumidum sed solidum, flavum, grave, & siccius, mansuque minime muscidum, sed friabile & nitidum. Huic non dissimile quod ex territorio Stetinense ad nos adfertur. Secundæ bonitatis notæ est, quod ad nos aliundè adfertur Polonicum. Illud nec æquè grave, nec panem æquè candidum reddit. Inferiori loco habendum quod ex Moscovia adfertur. Notant Adversariorum Auctores ex solo Hispanico squallido advectum fuisse pellucidum rubellum, rutilum, sed adeo durum, ut quia molis frangi vix posset, à Flandris mercatoribus sperneretur. Quapropter id duntaxat discriminis inter robum & siliginem, quod hæc minus excocta, succoque blennoso & cocto, robus vero elaboratiore, tenuiore, & magis grato adolevit. Columella tamen hanc tantum novit differentiam, quod pondere in pane deficiat, ita ut verisimilius sit Zelandicum triticum robum, Batavicum siliginem esse. Finem ut huic de tritico historiæ imponam, notas optimi tritici addam, ex lib. I. cap. II. Gal. de aliment. facult. Εἰσὶ δὲ αὐτῶν τροφιμώτατοι μὲν, οἱ πυκνοὶ καὶ πεπιλημένην ἔχοντες ὅλην τὴν οὐσίαν, ὡς μόγις ὑπὸ τῶν ὀδόντων διαιρεῖσθαι. πλείστην γὰρ οὗτοι τροφὴν διδόασι τοῖς σώμασιν, ἐξ ὄγκου βραχέος. οἱ ἐναντίοι τούτοις ῥαδίως μὲν ὑπὸ τῶν ὀδόντων θραυόμενοι, μετὰ δὲ τὴν θραῦσιν ἀραιοὶ καὶ χαῦνοι φαινόμενοι, βραχεῖαν διδόασι τροφὴν ἐξ ὄγκου πολλοῦ. εἰ δὲ καὶ στῆσαι βουληθείης ἑκατέρων ἴσον ὄγκον, εὑρήσεις βαρυτέρους πολλῷ τοὺς πυκνούς, οὗτοι δ' εἰσὶ καὶ τῇ χρόᾳ τῶν χαύνων ξανθότεροι. βασανίζειν δὲ χρὴ τὴν φύσιν αὐτῶν, οὐχ ἁπλῶς ἐπισκοποῦντας τὴν ἔξωθεν ἢ κάλλον, τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν, ἀλλὰ καὶ διαιροῦντας καὶ θραύοντας, καθάπερ εἴρηται· πολλοὶ γὰρ ἔξωθεν ὑπόξανθοί τε καὶ πυκνοὶ φαινόμενοι, τὰ ἔνδον ἑαυτῶν ὤφθησαν ἀραιοί τε καὶ χαῦνοι καὶ λευκοί. πλεῖστον δ' οὗτοι πίτυρον ἔχουσι, καὶ εἴπερ αὐτοὺς ἀλεσθέντων ὑποσείσας τὸ λεπτότατον ἄλευρον (vulgo τὸ ἀλεπτότατον λεῦρον) ἄρτους ἐκ τοῦ λοιποῦ ποιήσαιο, τοὺς πιτυρίας ὀνομαζομένους, ὀλιγότροφοι μὲν αὐτοὶ περίεισι. *Inter tritica plurimum habent alimenti, quæ densa sunt, totamque substantiam adeo habent compactam, ut dentibus vix dividi queant. Talia enim exigua mole, corpora plurimum nutriunt: quæ vero iis sunt contraria, quæque dentibus quidem facile franguntur, fractaque, rara, ac laxa apparent, magna mole exiguum reddunt alimentum. Quod si utrorumque parem molem pendere libuerit. Quæ densa sunt multo graviora esse comperies. Hæc etiam sunt colore etiam laxis flaviora. Explorare autem horum naturam, non simpliciter oportet, superficiem externam duntaxat contemplando, sed dividendo, quoque ut diximus; ac frangendo. Multa enim quæ extrinsecus flava ac densa fuerunt visa, rara intus, laxa ac alba apparuerunt. Quæ sane furfuris habent plurimum: & siquis posteaquam molita sunt, tenuissima farina excussa ex reliquo panes quos πιτυρίας,* id est, *furfuraces* appellant, *fecerit parum quidem ipsos alere.* Notas tritici optimi Geoponicῶν auctor etiam tradit lib. II. cap. XIII. Ἐκλεκτέον τὸν σπειρόμενον σῖτον εὐγενῆ καὶ ἀδρὸν, καὶ στερεὸν, καὶ λεῖον. τῷ δὲ χρώματι χρυσίζοντα καὶ τιμιώτατον. τοῦτο δὲ ἐκ τῆς ἀρτοποιΐας δοκιμάζεται, φεύγειν δὲ χρὴ τὸν κεκομμένον καὶ ῥυσσόν. *Frumentum quod serendum est eligemus generosum, plenum, solidum ac læve, ceu nitidum glabrum, æquale. Colore verò ad aurum inclinante, & quod utilissimum & gratissimum est, hoc ex panificio cognoscitur, fugiendum contra contusum & rugosum.* Illud penè oblitus eram, de bactriano tritico; eos errare qui frumentum vulgo Turcicum dictum ex Bactriis allatum triticum putant. Illud enim, ut scribit Theophrastus, triticum refert, sed magnitudinem olivæ nuclei excedit: contra frumentum Turcicum vulgo dictum nullam plane cum tritico similitudinem habet; culmo assurgit arundinaceo, rigido, solido, fungosa & candida medulla farcto, ac multis articulis geniculato, quinum senumve pedum proceritate, inferiore parte crasso, ac subinde purpureo, superiore paulatim extenuato. Folia sunt lata, longa, venosa, arundinacea: spicæ summo caule dodrantales, jubæ ferè modo multiplices, muticæ, procumbentes, vacuæ, nullum (raro naturæ luxu, quod in aliis raro conspicitur fructibus) granum gignentes; instar tamen secalis florescentes; flore aut candido aut luteo, aut purpureo, prout videlicet fructus coloratus erit. Fructum ferunt prægrande, veluti spicæ, quæ ex culmi geniculis, atque ab uno culmo tres quatuorve, alterno exeunt ordine, multis foliaceis ac membranosis tunicis veluti vagina quadam obvolutæ, è qua longi tenuesque capilli prominent, singuli singulis granis adhærentes; semina magna sunt ervillæ magnitudine, quæ mediastino hærent angulosa, superficie vero rotunda: colore alias candida, alias lutea, purpurea, rubra, nigra atraque, sapore dulcia ac suavia, quæ in ordines ac versus octo aut decem digesta arctissimè conjuncta nascuntur. Radicibus nititur hoc frumentum multis, fibrosis ac firmis. Americæ ac vicinarum insularum incolæ mais, id est, mairium & mairum vocant. Apud Peruvianos, ut referunt qui illic fuerunt, toto fere vertente anno, potest seri ac meti. Est quod trimestri, bimestrique, aut sex hebdommarum spatio maturat, pro ut terræ aut ætheris fert temperies, nec dispar sementis fertilitas in Asiaticis orientalibus Indiis. Plura de generibus mais qui velit, adeat Phytopinacem Bruhini.

ΚΕΦ. Ε. — CAP. V.

Duo universi frumenti esse arandi tempora. Deque ciceris differentiis, siliquarumque in figura.

ΟΜοίως δὲ καὶ δύο ἀρότους ὡς ἔοικε πάντες τοῦ σίτου ποιοῦνται. τὸν μὲν, χειμερινὸν, τὸν δὲ, ἠρινόν. ἐν ᾧ καὶ τὰ ὄσπρια καταβάλλουσιν. εἰσὶ δὲ καὶ οἱ μὲν καθαροὶ αἰρῶν· ὥσπερ ὁ Ποντικὸς, καὶ ὁ Αἰγύπτιος. καθαρὸς δὲ ἐπιεικῶς καὶ ὁ Σικελὸς, καὶ μάλιστα ὁ Ἀκραγαντῖνος, οὐκ αἰρώδης· ὁ δὲ Σικελὸς, ἴδιον ἔχει τὸ μελάμπυρον καλούμενον· ὅ ἐστιν ἀβλαβές· καὶ οὐχ ὥσπερ αἶρα βαρὺ καὶ † κεφαλαλγές· ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα καθάπερ ἐλέχθη, ταῖς χώραις ἀναθετέον· καὶ ὅσον ἐπιβάλλει τοῖς γένεσιν. ἐν δὲ τοῖς ὀσπρίοις οὐχ ὁμοίως ἐστὶ λαβεῖν τὰς τοιαύτας διαφοράς. εἴτ' οὖν διὰ τὸ μὴ ἐξετάζειν ὁμοίως, ἅτε καὶ διὰ τὸ μονοειδέστερα τυγχάνειν. ἔξω γὰρ ἐρεβίνθου, καὶ φακοῦ, καὶ ἐπ' ὀλίγον κυάμου, καὶ ὀρόβου, καθόσον ἡ τῶν χρωμάτων καὶ τῶν χυλῶν διαφορά. τῶν ἄλλων, οὐ ποιοῦσιν ἰδέας. οἱ δὲ ἐρέβινθοι καὶ τοῖς μεγέθεσι, καὶ τοῖς χυλοῖς, καὶ τοῖς χρώμασι, καὶ ταῖς μορφαῖς, διαφέρουσιν· ‡ οἷον κριοὶ, ὀροβιαῖοι, ἀνὰ μέσον· ἐπὶ πᾶσι δὲ τὰ λευκὰ γλυκύτερα. καὶ γὰρ ὁ ὄροβος, καὶ φακὸς, καὶ ἐρέβινθος, καὶ κύαμος, καὶ σήσαμον. ἔστι γὰρ καὶ σήσαμον λευκόν· ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τοῖς τοιοῖσδε ποιεῖν ἐστὶ τὰς διαφοράς. οἷον ἐπὶ πάντα * τὰ ἐλλέβορα· τὰ μὲν, αὐτῶν † διάφρακτα καὶ ὥσπερ συμψαύοντα τυγχάνει καθάπερ ὄροβος, πίσος, καὶ σχεδὸν τὰ πλεῖστα. τὰ δὲ ‡ λεῖα πεφραγμένα· καθάπερ θέρμος. ἔτι δὲ μᾶλλον καὶ ἰδίως τὸ σήσαμον. καὶ τὰ μὲν μακρόλοβα, τὰ δὲ στρογγυλόλοβα· καθάπερ ἐρέβινθος. ἀνάλογον δὲ ἀκολουθεῖ καὶ τὰ πλήθη τῶν σπερμάτων. ἐλάττω γὰρ ἐν τοῖς μικροῖς. ὥσπερ ἔν τε τῷ τῶν ἐρεβίνθων, καὶ ἐν τῷ τῶν φακῶν. καὶ παραπλήσιαι δὲ ἴσως αἱ τοιαῦται, καὶ ἃς ἐπὶ τῶν σιτηρῶν ἐλέγομεν, περὶ τῶν σταχύων καὶ αὐτῶν τῶν καρπῶν. ἐπεὶ καὶ οἱ καλούμενοι λοβοὶ, σχεδὸν ἀκόλουθοι τοῖς σπέρμασίν εἰσιν· οἱ μὲν * ἐπιπλατεῖς, ὥσπερ οἱ τοῦ φακοῦ καὶ τῆς ἀφάκης· οἱ δὲ κυλινδρώδεις μᾶλλον, ὡς οἱ † τοῦ ὀρόβου. τοῦ πίσου γὰρ τὰ σπέρματα ἑκατέρωθεν τοιαῦτα τοῖς σχήμασιν. ἀλλὰ τὰς μὲν τοιαύτας διαφορὰς πολλὰς ἄν τις εὕροι καθ' ἕκαστον, ὧν αἱ μὲν κοιναὶ πᾶσιν, αἱ δὲ ἴδιαι κατὰ γένος. ὅτι δὲ πάντα προσπέφυκε τοῖς λοβοῖς, καὶ ἔχει καθάπερ ἀρχήν τινα, τὰ μὲν, προέχουσαν, ὥσπερ ὁ κύαμος, καὶ ὁ ἐρέβινθος, τὰ δὲ, καὶ ἔγκοιλον, ὥσπερ θέρμος καὶ ἄλλ' ἄττα· τὰ δὲ οὕτω μὲν οὐ φανεράν, ἐλάττω δὲ καὶ ὥσπερ ἀποσημαίνουσαν μόνον, δῆλον μὲν, ἀπὸ τῆς ὄψεως. ἐξ ἧς καὶ ὅταν σπαρῇ βλαστάνει καὶ ῥιζοῦται. καθάπερ ἐλέχθη. κατ' ἀρχὰς δὲ καὶ αὐτὰ τρέφεται προσηρτημένα τῷ λοβῷ, μέχρι οὗ ἂν τελειωθῇ. φανερὸν δὲ ἐστι καὶ ἐκ τῶν νῦν, καὶ ἐκ τῶν προειρημένων. περὶ μὲν οὖν τὰς κατὰ τὰς διαφοράς, ἅλις.

† κεφαλαλγῆ.

‡ οἷον κριοὶ, ὀροβιαῖοι καὶ οἱ ἀνὰ μέσον.

* ἔλλοβα.

† ἀδιάφρακτα.

‡ λίαν.

* ὑποπλατεῖς.

† ὀρόβου, καὶ τοῦ πίσου. τὰ σπέρματα γὰρ ἑκατέρωθεν.

ET quidem arandi tempora universi frumenti duo videntur statuere. Alterum hybernum: alterum vernum, quo etiam legumina serunt. Ad hæc in genere, frumentorum aliud purum lolii nascitur, ut Ponticum, atque Ægyptium. Purum & Siculum satis, & præcipue Agrigentinum sine lolio exit. Siculo proprium datur, quod melampyrum vocant: quod est innocens, nec sicut lolium grave, & caput tentans. Sed hæc quidem (ut dictum est) locorum naturæ adscribi decet, idque † agere quantum singulis generibus convenire videatur. In leguminum genere pari modo differentias sumere non licet: aut quod aliter considerentur, aut etiam quod illa magis uniformia sint, nec idcirco tales differentias admittant. Etenim præter cicer, & lentem, & aliquatenus fabam, & ervum; quod colorum, saporumque ratio differentiam faciat; cætera nullis generibus discernere solent. Ergo cicer, & magnitudine, & sapore, ‡ & odore, & forma, plerasque differentias ostendit, ut * arietinum & columbinum. Candida inter omnia dulcedine præstant. Etenim ervum, & lens, & cicer, & faba, & sesama. Nam & sesamæ genus quoddam candidum datur. Sed differentias hinc potius accipias: videlicet ex his omnibus, quæ siliquis inclusa proveniunt. Eorum enim alia non intersepta, sed quasi invicem contingentia constant; ut ervum, pisum, & pars pene maxima: alia magnopere circumsepta; ut lupinum, atque etiam magis & peculiarem in modum † sesama. Item alia in siliquis longis, alia in rotundis; ut cicer. Et quidem seminum multitudo, pro magnitudinis ratione sequitur: minora enim in paucis, ut in cicere, & lente. Quæ quidem differentiæ similes fortasse, ac illæ habentur, tum quas frumentaceis tribuimus; ut in spicis & ipsis fructibus. Nam & quæ siliquæ appellantur, seminum fere rationem sequuntur. Aliæ namq; leviter latæ, ut lentis & aphacæ; aliæ cylindratæ potius, ut ervi & pisi. Figuram enim hujuscemodi ‡ ista habent. Sed hujusmodi differentias multas per singula reperire possis, quarum aliæ communes omnibus, aliæ generatim propriæ habentur. Nempe, quod omnia siliquis adhærent, & veluti quoddam principium inde obtinent. Alia * eminens, ut faba & cicer. Alia concavum, ut lupinum, & alia quædam. Alia non æquè expressum, sed minus, ac veluti indicium principii tantum. Constat tum ex ipso aspectu (cernitur enim principium quo & sata germinant atq; radicantur, ut initio diximus: & annexa siliquis nutriri, dum consummentur, aptissimè possunt) tum ex iis, quæ nunc, & ante satis dicta putamus. Sed de differentiis hactenus.

† *Addere.*

‡ *Et colore.*

* *Uti arietina & columbina, & quæ inter utraque media sunt.*

† *Sesamum.*

‡ *Utrumque habet.*

* *Extans.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

KAὶ ὅσον ἐπιβάλλει τοῖς γένεσι. *Toties decantatam, repetitam, inculcatam, illam cæli, locique attributionem, cum dixit, subdit & hoc: addi ab eis naturæ generum, quantum aliis locis, alióque cœlo desideretur. Si enim conveniat terræ cum semine, ibi apponi, quantum desit alibi. In Theodori Codice suspicor mendosè legi,* agere. *scribo,* addere.

Ἔξω γὰρ ἐρεβίνθου. *Facetum Philosophum, qui cum legumina ex quorundam sententia neget in species dividi: eximit cicer, lentem, fabam, ervum. At præterea quid reliquum est? Quin & vitia duas habet species, quæ in florum colore discernuntur. Phaselus autem quot? Duo genera summa: alterum dolichū Qui an sit Smilax Dioscoridis, provisum est in historiis nostris. Alterū humile. Colores in his, albus, fuscus,*

 luteus.

luteus, sanguineus, carneus, fulvus, cinereus, varius, niger. Ad hæc ait in fabis, & illis aliis nullam obseruari differentiam, nisi colore, & succo. Quid tum postea? quam aliam spectes in fructibus? adde etiam magnitudinem. Si quidem & pusillæ sunt & grandissimæ aliæ. Bodescas vocant Vascones. Sesami quoque non unam esse speciem discemus ab ipso, qui infra ait: ἔτι γὰρ καὶ σήσαμον λευκόν. *Lege,* εἰ πυῶσι.

Theodorus in Cicerum differentiis addit, odorem. Non est in nostro Codice; nec apud Plinium memini.

Οἷον κριοί, καὶ ὀροβιαῖοι τῷ ἀνὰ μέσον. *Sic lege. Vt Arietinum ab eruaceo distet eo, quod in medio est, scilicet umbilico. Sunt enim rostrata arietina; tametsi alia quoque ratio est figuræ. Rotunda nanq; sunt* τὰ ὀροβιαῖα. *Arietina angulata. Pecioli dicũtur à nostratibus. Columbinũ illud à Plinio.*

Lege, λλοβά, *non* ἐλλόβωρα. *Siliquata, &* ἀδιάφρακτα, *non dissepta. Et* λίαν: *non* λεῖα.

Ὡς οἱ τ' ὀρόβοι. τ' πίσα γὰρ τὰ σπέρματα ἀνωμάλως ... σχήματι. *Theodorus legit,* καὶ τ' πίσα, τὰ σπέρματα γάρ. *Rectè. Et omittit,* ἀνωμάλως, *non rectè. Vtrique scilicet tam piso, quam eruo, sunt rotunda, non lata, Plinius tamen piso inæqualem attribuit rotunditatem.*

Dicit leguminum umbilicos inter se differre, aliquibus enim extare. Hoc enim est, προέχουσαι. *Theodorus, eminere. Assignat exemplum fabæ. Sanè inter semen, & siliquam perpusilla ligula est, qua committitur parieti. Verum neutiquam ea est seminis pars. Non est igitur,* ἀρχή. *Quare in faba quoque nota illa principii depressa est, non eminẽs: sed illi in vertice, huic ad dorsum, renunculi figura.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Uti duo ferendi, sic duo etiam sunt arandi tempora, vernum & hybernum. De arandi temporibus hoc loco nihil dicam. Adeat lector lib. III. de caus. cap. XXV. XXVI. XXVII. ubi multa plurima eaque notatu dignissima, ac verè aurea de arandi temporibus, more, modo, legibus refert. Videat Lector quæ à nobis ad librum citatum annotantur.

Ἐν ᾧ καὶ, Refert frumentum aliud nasci lolii expers, (de lolio vide cap. VII.) aliud contra multo lolio conspurcatum esse. Purum frumentum dicit, in quo non nascitur lolium; tale esse Ponticum atque Ægyptium. Addit Siculum quod in Agrigentino provenit agro. Siculum licet lolio careat, alio tamen, sed minore vitio laborat. In eo enim, inquit, nascitur quod melampyrum vocant; quod innocens est, nec caput, ut lolium, tentet. Hæc postquam dixerat, concludit de frumentis orationem, ac inquit, locorum naturæ hæc adscribi debere. Subdit & hoc, addi ab eis naturæ generum, quantum aliis locis, alioque cœlo desideretur; Si enim conveniat terræ cum semine, ibi apponi, quantum desit alibi.

Μελάμπυρον. De melampyro pauca modò dicenda, Ubi nascatur jam dictum est. Meminit & melampyri Galenus lib. I. de aliment. facult. capite ultimo, τὸ μελάμπυρον καλούμενον ἐν μεταβολῆς μὲν καὶ αὐτὸ γεννᾶται τῶν πυρῶν, ἀλλ' ἀπολείπεται πάμπολυ τῆς ἐν ταῖς αἴραις κακίας. *Melampyron quoque nuncupatum ex tritici quoque mutatione generatur, sed pravitate quam plurimum à lolio relinquitur.* Dioscorides lib. III. cap. CXXXIX. cratæogoni folia melampyro comparat. Φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τοῦ μελαμπύρου. *Folia habet melampyri similia.* Plinius lib. XXVII. cap. VIII. cratæogonum spicæ tritici simile facit. Quod dum scriberet, fortasse cum spica triticea, non quidem ipsius folia, sed culmorum cacumina conferre, proposuit. Melampyrum vulgo peerts-bloemen / & Hepe terwe / id est, *vaccinum* triticum vocant. Caulem promit cubitalem, aut minorem, in alas divisum; folia oblonga, acuminata, nigricantia, per oras serrata; spicas in summo cauliium latas, crassas, aspectu pulchras, foliorum florumque purpureorum plenas; quæ postquam defloruerunt virent, ac complures folliculos latos proferunt, in quibus bina ut plurimum semina, triticeis similia, sed minora, nigrioraque. Exit in arvis unà cum tritico ac secali, & læto, potissimum pingui ac restibili agro. Vitium est tritici, & comes importuna, vaccis pabulo grata & innocua, & in quam triticum minus laudatum abiisse videtur. Huic subjungunt Adversariorum Auctores melampyrum perpusillum luteum. Dodrantem, aut sesquiunciam vix superat: tota facie superiorem præfert. Sed flos illi luteus, & folia altius divisa, coronopo propiora. Prius floris colore variat, flore est inferne; supernèque puniceo, medio candido, foliis laciniatis, sic infernè puniceo, superne luteo, foliis minoribus: flore luteo, in summo albicante, inferne candido, superne luteo, sic ex albo viridique mixto.

Ἔστι γὰρ, Ad hunc Theophrasti locum hæc annotavit Doctiss. & incomparabilis Scaliger. *Facetum*, inquit, *Philosophum, qui cum legumina ex quorundam sententia neget*, in species dividi; eximit cicer, lentem, fabam, ervum. At præterea quid reliquum est? quin & vitia duas habet species, quæ in florum colore discernuntur. Phaselus autem quot? Duo genera summa; alterum dolichum qui an smilax Dioscoridis, provisum est in historiis nostris. Alterum humile. Colores in his albus, fuscus luteus, sanguineus, carneus, fulvus, cinereus, varius, niger, ad hæc ait in fabis, & illis aliis nullam observari differentiam, nisi colore, & succo. Quid tum postea? quam aliam spectes in fructibus? adde etiam magnitudinem, siquidem & pusillæ sint & grandissimæ aliæ. Bodescas vocant Vascones, sesami quoq; non unã esse speciẽ discemus ab ipso, qui infra ait, ἔτι γὰρ καὶ σήσαμον λευκόν.

Ἀλλὰ μᾶλλον, Cicerum recenset differentias, dicitque differre magnitudine, sapore, colore, & forma. Cicer aliud majus, aliud minus esse notum est. Arietinum, quod vulgo vocant, majus esse ervino constat; quamvis contrarium Galeni libri doceant. sed de eo mox. Saporem aliud habere, vel magis, vel minus amarum, ipse docet Theophrastus, cum inter omnia leguminum genera candidum dulcissimum inquit. In colore non minor observatur differentia. Theophrastus cicer aliud colore albo, aliud ruffo, aliud nigro, cap. sequenti scribit. Cicer album & rubrum quod ex subrubente purpureum est, ostendunt officinæ; rarius nigrum videtur. Forma differunt. Nam ervinum rotundum est, arietinum angulosum, turbinatum, unoque angulo acuto prædito, quasi rostratum foret. Inter utrumque medium est forma quod sylvestre vocant. Dioscorides lib II. cap. CXXVI. Γίνεται δὲ ἄγριος ἐρέβινθος ὅμοιος τοῖς φύλλοις τῷ ἡμέρῳ, ὀσμῇ δριμύς, τῷ καρπῷ διαφέρων. *Est & sylvestre cicer foliis sativo simile, odore acri, sed semine discrepans. Exiguum enim est, durum, planum, splendens.* Doctiss. Scaliger legit τῷ ἀνὰ μέσον, ut arietinum ab ervaceo distet eo, quod in medio est umbilico. Vulgata, ut dixi, lectio servari potest, si dicamus medium forma figuraque esse inter arietinum, & columbinũ Quare sylvestre esse dixi. Errant qui orobæum ervinum, sive, ut Plinius, columbinum colore tantum differre ab arietino putant; cum tamen arietinum & album, & orobi colore reperiatur. Accedit quod Plinius forma differre ait li XVIII. cap. XII. *Differentiæ inquit, plures magnitudine, figura, colore, sapore. Est enim arietino capiti valde simile. Unde ita appellatur, album nigrumque.* (officinæ album, ut dixi, & ex subrubente purpureum ostendunt) *Est & columbinum candidum, rotundum, leve; arietino minus, quod religio pervigiliis adhibet.* Priori opinioni favet Columella lib. II. cap. X. *Cicer*, inquit, *quod arietinum vocatur, item; alterius generis, quod punicum.* Corrigunt puniceum. Malo ex Plinio pumilum. Experientia docet esse minus. Illud enim orobæum est quod supra descripsimus ex Lobelio. Nec obest quod obtuse triangulare videatur semen, siquidem nihilominus teres est. Tale rotundum dicitur, eandemque quam siliqua arietini rotunditatem habet. Κριὸς dictum est, ut Plinius refert, quod semen ferat arietino capiti quadantenus simile. Suspicatur Eustachius κριοὺς dictos propter magnitudinem. De nomine Crii, Cræsi filii, ut est in fabulis. Favent Eustachio verba Sophoclis apud Athenæum lib. II. Ὁ πατὴρ ὁ τούτου πολὺ μείζων ἐστὶ κριοῦ ἐρεβίνθου. Ex his locis corrigendus Galenus lib. I. de aliment. facult. cap. XXII. ac lego Μέλανες δ' εἰσὶν ἔνιοι καὶ μακροί (vulgo μικροί; facilis unius litteræ lapsus) κατὰ Βιθυνίαν μάλιστα γινόμενοι καὶ καλούμενοι κριοί. Nigra autem sunt atq; magna (parva) in Bithynia maximè provenientia, arietinaq; ipsa nuncupant.

Ἐπὶ πᾶσι τὰ λευκά — Verba hæc non intellexit Plinius. Theophrastus. dulcissimum, inquit, in omnium leguminum generibus, quę colore candida sunt. Exempli gratia datur sesamum, ervum, faba, cicer candidum, rubrum, nigrum, purpureum. Ex his omnibus quod candidum est, dulcissimum esse dicit. Quod an omni ex parte verum, sit dubito. Candidum cicer rubro dulcius non est, nec etiam magis amarum, ejusdem nempe saporis. Idem de reliquis dicas. Errat doctiss. vir, cum mentem Theophrasti putat, præter omnia memorata ciceris genera reperiri candidum; cum in omnibus generibus

bus in quibus candidum reperitur, dulcissimum inquiat: quod sequentia satis ostendunt, καὶ γὰρ ὁ ὄροβος —— ἴσα γὰρ καὶ σήσαμον λευκόν. Cur quæso hoc addidisset, si verba ἐπὶ πᾶσι, non de omni legumine intellexisset? Videamus quid scribat Plinius, lib. XVIII. cap. XII. *Est & cicercula minuti ciceris inæqualis angulosi veluti pisum* (inepte Plinius latini nominis vicinitate deceptus λαθύρους ciceribus annumerat.) *Dulcissimum autem id quod ervo simillimum, firmiusque quod nigrum & rufum, quam quod album.* Gal. lib. VI. simpl. τὸ δ' ἕτερον γένος τῶν ἐρεβίνθων, καλοῦνται μὲν ὀροβίαιοι. τῆς δ' αὐτῆς ἐστὶ δυνάμεως ἐπισπαστικῆς, διαφορητικῆς, τμητικῆς, ῥυπτικῆς. εἰσὶ γὰρ θερμοὶ μὲν καὶ μετρίως ὑγροί. μετέχουσι δέ τι καὶ τῆς πικρότητος δι' ἣν καὶ σπλῆνα καὶ ἧπαρ— *Alterum ciceris genus orobæum vocatur, eadem vi pollet, puta attrahendi, digerendi, incidendi, extergendi; calidum & modice humidum est* (puto legendum ξηρὸν *siccum*) *particeps item amaritudinis, cujus vi lienem & hepar, &c.*

Ἔτι. Aliam siliquarum recenset differentiam, de qua hæc apud Plinium lib. XVIII. cap. XII leguntur. *Siliquæ rotundæ ciceri, cæteris leguminũ longæ, & ad figurã seminũ latæ, piso cylindraceæ, faseolorũ cum ipsis manducant granis.*

Quod inquit seminum multitudinẽ pro magnitudinis ratione sequi, id an omni ex parte verum, haud scio. majores siliquas habet lupinus arabicus, minores luteus; attamen in siliquis lutei plura sunt semina, quã in arabici.

Ὁ δ' ἐ κυλινδρώδη, Pisum cylindratam habere siliquam, id est longam & teretem, verum est. Semen autem teres esse, haud verum videtur. Angulosum enim est, sive inæquale, ut recte Plinius, lib. XVIII. cap. XII. observavit. Dicendum, pisum dum viret sive recens est, talem figuram habere, angulosum evadere, sive inæquales angulos accipere dum exsiccatur; Præceptorem ergo de recenti viridique semine loqui, Plinium de exsiccato. Nec illud quoque omni ex parte verum videtur, siliquas seminum rationem sequi. Nam loto tetragonolobo siliqua quadrangularis, granũ autẽ rotundum; lathyrus siliquas habet cylindraceas, sed latas & compressas: granũ ejus est angulosum; lens sanè habet siliquas latas, grana vero rotunda. Dicet præceptor, ad latitudinẽ vergere, nec exacte rotunda esse, uti nec revera sunt.

Omnia grana leguminum, inquit, siliquis adhærere, ac veluti inde quoddam obtinere principium, sed in nonnullis extare, in aliis concavum esse, &c. Inter ea quæ exstant numerat fabam. Sanè inter semen & siliquam perpusilla ligula est qua committitur parieti; verum ea neutiquã est seminis: non est igitur principium, quare in faba nota illa principii depressa est, non eminẽs sed illi in vertice, huic ad dorsum renunculi figura.

ΚΕΦ. ϛʹ. — CAP. VI.

De leguminum & frumentorum satu, tum de stercoratione. Quæ cuique agro conveniant semina. Quando imbres prosint, quando noceant frugibus. Quod solum quid præstare possit.

Σπείρειν δὲ ξυμφέρει πάντα μάλιστα μὲν ἐν τοῖς † ἀρότοις οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ ἐν ξηρᾷ τινες καταβάλλουσι, καὶ οὐχ ἥκιστα πυροὺς καὶ κριθὰς, ὡς μάλιστα αὐταρκεῖν δυνάμενα, ὅπου μὴ ὄρνισιν, ἢ ἄλλοις θηρίοις ‡ ἐπισινὴς ἡ χώρα. δοκεῖ γὰρ ὡς * ἐπίπαν ἀνεπιτήδειος ὁ σπόρος ἐν τοῖς ἡμιβρεχέσιν. ἀπόλλυνται γὰρ καὶ ἐκγαλακτοῦνται τὰ σπέρματα· καὶ ἅμα συμβαίνει πόαν ἀναφύεσθαι πολλήν, μετὰ δὲ τὴν σποράν ὕδωρ ἐπιγίνεσθαι πᾶσι ξυμφέρει· πλὴν ὅσα δυσβλαστῆ γίνεται μᾶλλον· ὥσπερ ὅ, τε κύαμος ἐδόκει καὶ τῶν θερινῶν, σήσαμον, καὶ κύμινον, καὶ ἐρύσιμον· πυκνοσπορεῖν δὲ καὶ μανοσπορεῖν, καὶ πρὸς τὰς χώρας βλέποντα χρή. πλεῖον γὰρ ἡ πίειρα, καὶ ἀγαθὴ δύναται φέρειν τῆς ὑφάμμου τε καὶ λεπτῆς. καίτοι λέγεταί τις λόγος, ὡς ὁτὲ μὲν πλεῖον, ὁτὲ δὲ ἔλαττον ἡ αὐτὴ δέχεται χώρα. καὶ οἰωνίζονται τὸ πλέον ὡς οὐκ ἀγαθόν. πεινῆν γὰρ εὐθύς φασι τὴν γῆν. οὗτος μὲν οὖν ἴσως εὐηθέστερος λόγος. εἰ δέ τις πρὸς τὰ σπέρματα θεωροίη, καὶ μάλιστά γε πρὸς αὐτοὺς τοὺς τόπους, ἅμα τῷ ἐδάφει, καὶ τὴν θέσιν ἀναθεωρῶν τήν γε πρὸς τὰ πνεύματα καὶ τὸν ἥλιον, οἰκειότερον ἀναλαμβάνει τὰς διαφοράς· ἀνάλογον δὲ ἔχει καὶ ἡ κόπρωσις πρὸς τὰς χώρας. νειὸς δ' ἀμείνων ἡ χειμέριος τῆς ἐαρινῆς. ἐνιαχοῦ δ' οὐ ξυμφέρει, βαθέως ἀροτριᾶν, ὥσπερ καὶ ἐν Συρίᾳ· διὸ μικροῖς ἀρότροις χρῶνται. παρ' ἄλλοις δέ, τὸ λίαν ἐργάζεσθαι βλάπτει· καθάπερ ἐν Σικελίᾳ. διὸ καὶ τῶν ξένων, ὡς ἔοικε, πολλοὶ διαμαρτάνουσι. ταῦτα μὲν πρὸς τὰς χώρας. διαιροῦσι δὲ καὶ τὰ σπέρματα, ποίᾳ ποῖον πρόσφορον. ἐν γὰρ ταῖς χειμεριναῖς πυρὸν μᾶλλον, ἢ κριθὴν· καὶ ὅλως σῖτον, ἢ χεδροπά. καὶ ὅλως ἐν ταῖς χέρσοις, καὶ διὰ χρόνου κεκινημέναις. καὶ γὰρ αὗται πυρὸν φέρουσι μᾶλλον, ἢ κριθήν. δέχεται δὲ καὶ ἐπομβρίαν μᾶλλον πυρὸς ἢ κριθή. καὶ ἐν ταῖς ἀκόπροις φέρει μᾶλλον, ὡσαύτως δὲ καὶ αὐτῶν τῶν πυρῶν ποῖος τῇ ποίᾳ πρόσφορος. οἷον ἀγαθῇ, καὶ πιείρᾳ, καὶ ψαφαρᾷ, καὶ λεπτῇ, καὶ ταῖς ἄλλαις ὁμοίως. ὕδωρ δὲ ὅταν μὲν χλοηφορήσῃ καὶ κυήσῃ, πλεῖον ἅπασι ξυμφέρει. ἀνθοῦσι δὲ πυροῖς μὲν καὶ κριθαῖς καὶ τοῖς σιτώδεσι βλαβερόν. ἀπόλλυσι γάρ· ὀσπρίοις δ' ἀβλαβὲς, πλὴν ἐρεβίνθων. οὗτοι δ' ἀποκλυσθείσης τῆς ἅλμης, ἀπόλλυνται σφακελίζοντες, καὶ ὑπὸ καμπῶν κατεσθιόμενοι. ἰσχυρότερος δὲ ὁ μέλας ἐρέβινθος καὶ † ὁ λευκὸς, τοῦ πυρροῦ.

Marginalia (Greek): † Ἀρότοις. ‡ ἐπισινὴς Al. * ἐπὶ πολύ. ἀνεπιτήδειος ὁ σπόρος ἐν τοῖς ἡμιβρεχέσιν, Al. germ. Bas. † καὶ ὁ πυρὸς ὁ λευκός.

SErere autem quæque potissimum tempestivis sementibus præstat. Cæterũ & sicco solo quidam committunt, ac præcipue triticum, ac hordeum: utpote quę maxime valeant perdurare, ubi non avibus, aut aliis bestiis tellus obnoxia sit. † Haud enim commodum seminale factum solũ putatur: quippe cum semina in eo facile ‡ latescant, atque intereant: simul accidat, ut frequens herba renascatur. Imbrem post sationem supervenire omnibus prodest, exceptis quę difficulter emergunt; ut * faba inter æstiva, sesama, & cumino, & † triono. Densum autem, rarumve spargere semen, terrarum etiam ratione convenit: plus enim crassa, lætaque tolerare potest, quam arenosa & tenuis. Quanquam dici soleat, alias plus, alias minus seminis eandem recipere ‡ segetem; & tanquam infaustum augurium interpretati sint cum plus reciperet: terram enim esurire, & vorare protinus semẽ existimant. Sed hæc ratio stulte fortasse affertur. Semina vero si contẽpleris, & præcipue loca ipsa scruteris, una cum solo positionem quoq; animadvertendo quæ ad flatus solesq; sit, accommodatius sane differentias colliges. Stercoratio quoq; pro natura terrarum fieri debet. Novale hybernũ verno præfertur. Nonnusquam alte inarare non expedit: ut in Syria. Qua de causa pusillis aratris Syri utuntur. Apud alios cultus nimius obest: ut in Sicilia. Unde fit ut multi ex peregrinis facile aberrare possint. Hæc quoad terrarum naturam, satis sit dixisse. Discernere autem & semina solent: quid scilicet cuiq; competat agro. Hybernis etenim locis triticũ potius datur, quam hordeum: atq; in totum frumentum potius, quam legumen. ; eniq; ut breviter dicam, inculta & longo tempore post proscissa tritico deputãtur. Id enim melius quam hordeum illa ferunt. Tolerat & frequentiam imbrium triticũ magis, quam hordeum: & fertilius * segete minus stercorata perficitur. Pari modo & tritici ratio, quod cui conveniat habetur; exempli gratia, quod frugali & pingui, quod † jejuno & gracili, & de reliquis pari ratione animadvertere solẽt. Aquam cum sata conceperint atque adulta sint, omnibus prodest. Tritico, hordeo, reliquisque frumentaceis florentibus obest. Facit enim ut cuncta intereant. Leguminibus nihil officit, cicere excepto. Id enim abluta salsilagine radice tabescens interit, & ab erucis erosum protinus perit.

Marginalia (Latin): † Haud enim commodum semina terræ committere solo semimadido. ‡ Lacteum mucorem contrahant. * Ut faba; & inter æstiva. † Erysimo. ‡ Terram. * Agro. † Tenui.

συμφέρειν δέ φασιν ἐν τοῖς ἐφύδροις τόποις ὀψὲ σπείρειν αὐτόν. κύαμος δὲ ἀνθῶν μάλιστα φιλεῖ βρέχεσθαι. διὸ δὲ οὐκ ἐθέλουσιν ὀψισπορεῖν, ὥσπερ εἴπομεν, ὅτι πολυανθεῖ. μετὰ δὲ τὴν ἀπάνθησιν ὀλίγου πάμπαν ὕδατος δεῖσθαι· σύνεγγυς γὰρ ἡ τελείωσις· ἀλλ' ὅταν ἁδρυνθῇ, καὶ βλάπτειν δοκεῖ τὰ σιτώδη· κριθὴν δὲ πυροῦ μᾶλλον. ἐν Αἰγύπτῳ δὲ, καὶ Βαβυλῶνι, καὶ Βάκτροις, ὅπου μὴ ὕεται † ἡ χώρα σπανίως, αἱ δρόσοι τὸ ὅλον ἐκτρέφουσιν. ἐπεὶ καὶ οἱ περὶ Κυρήνην καὶ ‡ Ἑυσπερίδας τόποι. Καιριώτατα δὲ πᾶσιν ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν τὰ ἠρινά. διὸ καὶ ἡ Σικελία πολύσιτος. πολλὰ γὰρ τοῦ ἦρος καὶ μαλακὰ γίνεται. τοῦ δὲ χειμῶνος ὀλίγα. ζητεῖ δὲ ἡ μὲν λεπτόγεως, πολλὰ κατὰ μικρόν, πίειρα καὶ πλῆθος μὲν ἐνεγκεῖν δύναται καὶ αὐχμὸν. πρὸς δὲ τὴν χώρας αὐχμὸν, πάντα πνεύματα καὶ αὖραι δοκοῦσι ξυμφέρειν. ἄλλα δὲ παρ' ἄλλοις τοιαῦτα, καθάπερ καὶ πρότερον εἴρηται. ὡς δ' ἐπὶ τὸ πᾶν δὲ μᾶλλον αὐχμὸς ἢ ἐπομβρία ξυμφέρει τῷ σίτῳ. οἱ γὰρ ὄμβροι καὶ ἄλλως ἐναντίοι καὶ πολλάκις αὐτὰ τὰ σπέρματα διαφθείρουσιν. εἰ δὲ μὴ, πλῆθός γε ποιοῦσι βοτάνης. ὥστε καταπνίγεσθαι καὶ ἀτροφεῖν. τῶν μὲν οὖν ἄλλων σπερμάτων οὐδὲν εἰς ἄλλο πέφυκε μεταβάλλειν σπειρόμενον. πυρὸν δὲ καὶ κριθὴν εἰς αἶραν φασί, καὶ μᾶλλον τὸν πυρόν. γίνεσθαι δὲ τοῦτ' ἐν ταῖς ἐπομβρίαις, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς εὐύδροις καὶ ὀμβρώδεσι χωρίοις.

† Χώρα. ἡ σπανίως.
‡ Ευσπερίδας.

Cicer nigrum atque etiam rufum firmius est quam album. Locis dilutioribus sero serendum id censent. Faba florescens præcipue madefieri cupit. Ob id serò eam serere volunt, (ut dictum est) quoniam diu floreat. Sed postquam defloruerit, parum omnino aquæ desiderari affirmant. Consummatio enim jam in vicino est. Sed postquam crassiora esse cœperint, aqua noxia esse putatur: & hordeo magis, quam tritico. In Ægypto vero & apud Babylonem, & Bactra, ubi terra nullis aut raris imbribus madet, roribus omnia coalescunt. Adde Cyrenam, & Hesperidem. Idem enim & in iis ipsis locis fieri solet. Omnium (ut simpliciter dicam) opportunissima quæ verna. Quamobrem Sicilia frumenti perfertilis est. Large namque & molliter vere fructificatur. E diverso autem hyeme solum tenue multa paulatim recipere possit. Crassum etiam seminum copiam, aquarum inopiam tolerare facile potest. Locis autem sitientibus omnes afflatus auræque prodesse putantur. Sed alii apud alios ejusmodi remedia præstant, quod & antea diximus. Sed omni quasi ex parte siccitas potius, quam crebri imbres frumento expediunt. Imbres enim cum alias contrarii sunt; tum semina ipsa sæpe corrumpunt. ‡ Quod si minus, herbam certe quidem luxuriare faciunt, ut strangulentur atque omne alimentum amittant. Nullum ex seminibus corruptum mutari in aliud aptum est: præterquam triticum atque hordeum, quæ mutari in lolium asserunt: magisque triticum. Idque imbribus frequentantibus fieri, præcipuè locis humidis & imbre dilutis.

‡ Sin minus: herba luxuriant.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

ἘΝ τοῖς ὡραίοις *lege. Theodorus* tempestivis sementibus. *Id est, tellure, neque sicca, neque humore enecta. Quare subdit,* καὶ ἐν ξηρᾷ. *Et mox* ἡμιβρέχοις. Ἐπιπονὸς, infesta.

Πλεῖον γὰρ ἡ πίειρα. *Bigerones adjacent Pyrenæi; eorum est tenue solum. Terræ milium ubi mandant, in singula jugera senos quadrantes mittunt. Vascones in læto agro singulos.*

Βαθείας δὲ ἀργοτελῆ. *Pro* βαθίας, *si non sit mendum: Ergo est, ut* ὁ ἀνόητος.

Ἐν ταῖς χέρσοις, καὶ διὰ χρόνου κινουμένοις. *Quod alibi* ἀργὸν *vocat. Sic & apud Sophoclem.*

Καὶ ὁ λευκὸς τοῦ πυρροῦ. *Theodorus melius,* καὶ ὁ πυρρὸς τοῦ λευκοῦ, *ex Plinio.*

χώρα σπανίως. *Lege,* ἡ σπανίως.

Ἐπεὶ καὶ οἱ περὶ κυρήνην, καὶ ἑυσπερίδας τόποι. *Sane concisa oratio, aut etiam mutila.*

Εἰδὲ μή. πλῆθος δὲ ποιοῦσι βοτάνης, ὥστε καταπνίγεσθαι, καὶ ἀτροφεῖν. *Theodorus.* Quod si minus: herbæ luxuriam movent. *Latinus sic.* Sin minus: herbæ luxuriant: *Nam,* movere luxuriam, *nihil est hic.*

Τῶν μὲν ἄλλων σπερμάτων. *Negat ullum semen satione mutari præter triticum, & hordeum. At brassicæ semen rapum fit. Addit etiam mox,* è lino lolium. *Quare non est hinc caput abscindendum.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ & COMMENTARIUS.

PLeraq; quæ hoc capite continentur repetit li. III. de caus. cap. XXV. & XXVI. Ubi etiam causas rationesque addit, cur imber huic prosit, illi noceat, cur ager stercorandus, & contra, cur frumentum & legumina hoc vel illud solum expetant. Lector capita hæc adeat, & videat quæ annotata sunt.

Σπείρειν. Serendum, inquit, tempestivis sementibus, id est, tellure neque nimis sicca, neque nimis humida. Rationem vide cap. citatis. Varro lib. de re rust. cap. XXIII. *Neque in pingui terra omnia seruntur rectè, neque in macra nihil. Rectius enim in tenuiori terra ea, quæ non multo indigent succo, ut cytisum & legumina, præter cicer. Hoc enim quoque legumen, & cætera quæ velluntur è terra, neque subsecantur, succum tollunt; quæ quod ita leguntur legumina dicta. In pingui rectius, quæ succi sunt majoris, ut holus, triticum, siligo, linum. Quædam etiam serenda non tam propter præsentem fructum, quam in annum prospicientem, quod ibi subjecta, atque relicta, terram faciunt meliorem. Itaque lupinum cum necdum siliculam cepit, & nonnunquam fabalia, si ad siliquas non ita pervenit, ut fabam legere expediat, si ager macrior est, pro stercore inarare solent.* Hunc Varronis locum Plinius lib. XVIII. ex cap. XVII. his ferè verbis scripsit. *Subtilis & illa sententia, serenda ea in tenuiore terra, quæ non multo indigent succo, ut cytisus, & cicer, exceptis leguminibus quæ velluntur è terra* (hæc vel insigniter depravata, vel negligenter admodum Varronis locum exscripsit Plinius. Legendum putat Fulvius Ursinus: cicere excepto, legumina quæ, &c.) *non subsecantur. Unde & legumina appellata, quia ita leguntur. In pingui autem quæ cibi sunt majoris, ut olus, triticum, siligo, linum. Sic ergo tenue solum hordeo dabitur. Minus enim alimenti radix poscit: leviter* (lego lætior. levior enim & densior quasi contraria) *terra, densiorque tritico. In loco humili far adoreum, potius quam triticum seretur, temperato & triticum, & hordeum.*

Ἀλλὰ ἐν ξηρᾷ. Triticum & hordeum in sicco committere solo ait. Si ξηρᾷ γῇ hoc loco pro λεπτῇ accipi debet, præter veritatem scribit, & sibi contradicit Theophrastus. Notum proverbium σῖτον ἐν πηλῷ, κριθὴν ἐν δὲ κόνει, triticum in *luto, hordeum in pulvere.* Vide Plutarchum in quæst. natural. Vide Theophrastum loco citato. Vide quæ paulo ante ex Varrone & Plinio diximus, ξηρὰ hoc loco opponitur ὑγρῷ, non πιείρᾳ. Nam & lutosum, pingue solum, siccum esse nihil impedit. Quin hanc mentem Præceptoris esse docent, quæ sequuntur δοκεῖ ἡμιβρέχεσιν.

Ἐγγαλακτοῦνται, *lactescunt* (Sic enim scribendũ in Theodori codice) vulgò latescunt exponunt, quod est ineptũ & præter veritatem. Falsum est in lac converti vel lacte impleri, verum lanugine sive mucore albo obducuntur, quę diutino situ contrahitur. Quod non tantum in seminibus, sed in pane, carne, aliisq; hujusmodi fieri videmus.

Talem

Talem lanuginem cum contraxerunt, semina infœcunda sunt, ac nisi ab illo liberentur, pereunt ac consumuntur.

Μικρὰ δὲ τὴν. Imbrem, inquit prodesse omnibus, faba, sesamo, cumino, erysimo exceptis, idq; quia difficulter prodeunt. Cuminum prodit VIII. vel X. à satione, die, foliolis adeo gramini similibus, ut gramen esse jurares. Illud experientia didici, imbrem succedentem sationi multum officere. Immo ubi prodiit, adversus imbres diligentissimè tuendum, alioquin ab humore nimio facile perit. Quod fabam inter hæc numerat, nescio an satis rectè: nihil obest fabæ vulgari imber. Satis feliciter prodit sive sequatur, sive non sequatur: de sesamo certi quid affirmare nequeo. Cur noceat iis, quæ difficulter prodeunt, docet lib. de caus. citato.

Quod de sationis modò scribit, illud satis clarum, Quilibet facile percipit, plus posse crassum & lætum agrum, quam tenuem & arenosum solum tolerare, & rationi admodum consentaneum est Plin. lib. XVIII. cap. XXIV. *Certum terras alias plus seminis recipere, alias minus. Religiosumque inde primum coloris augurium, cum avidius accipiat, esurire creditur, & comesse semen.*

Ἀνάλογον δέ. De stercoratione multa, eaque præclara in lib de causis. Adscribam verba Plinii, quibus hunc exscripsit locum lib. XVIII. cap. XXIII. *Maximam hujus loci partem stercorationis obtinet ratio, de qua & priori diximus* (quæ arboribus prosit, noceatve) *volumine. Hoc tantum unum in confesso est, nisi stercorato seri non opportere; quanquam & hic leges sunt propriæ. Milium, panicum, rapa, napus* (ineptè hæc frugibus admiscet Plinius) *nisi in stercorato non serantur, Non stercorato frumentum potius, quam hordeum serito. Item in novalibus; tametsi in illis fabam seri volunt, eandem ubicunque quam recentissimè stercorato solo. Autumno aliquid saturus. Septembri mense fimum inaret post imbrem. Vtique si verno erit saturus, per hyemem fimum disponat.*

Ea enarrat quæ imbres ferre & non ferre possunt, quæ omnia facilia sunt, causam reddit lib citato. Plinius lib. XVIII. cap. XII. Aquas faba in flore maxime concupiscit; cum defloruerit exiguas desiderat; solum in quo sata est lætificat, stercoris vice, idcirco circa Macedoniam Thessaliamque, cum florere incipit, vertunt arva.

Lego cum Theod. ἰσχυρότερος δὲ ὁ μέλας ἐρέβινθος, καὶ ὁ πυῤῥὸς τοῦ λευκοῦ. Plinius lib. XVIII. cap. XII. *Firmiusque* (cicer) *quod nigrum & rufum, quam quod album.* Illud observavi, rufum semen apud nos ferre bonum, perfectum, ac maturum; Album inanes profert folliculos, vel in iis semen imperfectum & corruptum. Illud etiam notandum; cicer maceratum in aqua dulci raro pullulare, contra in salsa facile, ac optimè proficere. Præterea non omittendum, non semel post frequentes imbres, sive æstate humidiore & frigidiore, periisse ciceris plantas. Fabæ postquam defloruit officere imbrem, observare hactenus non potui: sed ex aliorum sententia, hoc scribit præceptor.

Quomodo frumenta in Ægytio apud Babylonem & Bactra, item circa Cyrenem & Hesperidem, sata proveniant, quid ipsis prosit, quid noceat, nescio: nunquã illas terras vidi, nec quicquam ab alio de hisce rebus accepi. Siciliam fertilissimam esse, novit Romanus Pontifex & Hispaniarum Rex. Illud admonendum, codicem corruptum, aut concisam esse orationem, aut mutilam, ἐπεὶ καὶ οἱ περὶ Κυρήνην καὶ Εὐεσπερίδας τόποι; deesse aliquid videtur.

Negat, inquiunt doctissimi viri, ullum semen satione mutari, præter triticum & hordeum. At brassicæ semen rapum fert. Addit etiam mox, è lino lolium. Sed dicendum pro Magistro, & fatendum brassicæ semen rapum ferre, nec præceptorem hoc negare; sed hoc libro ipsum de frumentis, & leguminibus agere, ad quorum classem non referri debet brassica, rapumque: olera enim sunt. Quod de lino dicunt, id Præceptor ex aliorum sententia narrat; ac ignorabat an verum esset. Et hæc est causa, cur lini exemplum non apposuerit. Noluit enim quicquam scribere, quod exploratum non haberet, & verum esse nosset.

De mutatione tritici & hordei, vide cap. VIII. & lib. V. de caus. cap. XXII.

ΚΕΦ. Ζ. — CAP. VII.

De lolio, avena, & vi ciceris. Quod leguminibus solum conveniat. Sesamam viridem nullum animal mandere, nec etiam lupinum. Item remedium ne luxurient fruges. Quid Thessali, quid Babylonij in tondendis segetibus faciant.

Ὅτι δ᾽ οὐκ ἔστιν ἠρινὸν ἡ αἶρα καθάπερ ἡ † ἄλλη πόα· πειρῶνται γάρ τινες τοῦτο λέγειν· ἐκεῖθεν δῆλον· εὐθὺς τοῦ χειμῶνος ‡ φανερὰ πεφυκυῖα. καὶ διαφέρει πολλοῖς. ἔχει γὰρ τὸ φύλλον στενὸν, καὶ δασὺ, καὶ λιπαρόν. καὶ τούτων ἰδιώτατον τὸ λιπαρόν. ἡ γὰρ δασύτης καὶ ταύτης καὶ τοῦ αἰγίλωπος ὑπάρχει τοῦ ἦρος. τοῦτο μὲν ἴδιον τούτων. καὶ ἔτι τοῦ λινοῦ. καὶ γὰρ ἐκ τούτου φασὶ γίνεσθαι τὴν αἶραν. τοῦ δὲ ἐρεβίνθου πρὸς τὰ ἄλλα χεδροπὰ, τό, τε περὶ τὴν αὔξησιν λεχθὲν, καὶ τὸ τάχιστα τελειοκαρπεῖν ἰσχυρότατον ὂν καὶ ξυλωδέστατον, καὶ τὸ * ἄλλον μὴ ποιεῖν ἐν νεοῖς καρπὸν, τήν γε πόαν ἐξαπόλλυσι. μάλιστα δὲ καὶ τάχιστα τὸν τρίβολον. ὅλως δὲ οὐδὲ ἡ τυχοῦσα δύναται φέρειν αὐτόν. ἀλλὰ μελαγγεῖον τινα δεῖ καὶ πίειραν εἶναι. τῶν δὲ ἄλλων καλλίστη νειὸς ἀπὸ τῶν κυάμων, καὶ περ πυκνοσπορουμένων καὶ πολὺν καρπὸν φερόντων. τὰ δὲ ἐν τοῖς θερινοῖς † ἀρότροις ὀλίγου δεῖ πάντα. φασὶ δὲ καὶ τὰ ναματιαῖα συμφέρειν μᾶλλον αὐτοῖς τῶν ἐκ διός. μέλινοι δὲ καὶ κέγχροι ἐλάττους ὕδατος. ἐὰν γὰρ ἔχωσι πλεῖον φυλλοβολοῦσιν. ἰσχυρότερον δὲ ὁ κέγχρος. οἱ δὲ μέλινοι γλυκύτεροι εἰ καὶ ἀσθενέστεροι. σήσαμον δὲ οὐδεὶς ἐσθίει χλωρὸν, οὐ δὲ θέρμον. εἰ δὲ μὴ ἐρύσιμον, μὴ δὲ ὅρμινον, σκεπτέον. καὶ ταῦτα ἐστὶ πικρά. ἐστὶ δὲ τὸ μὲν ἐρύσιμον ὅμοιον σησάμῳ, καὶ λίπος ἔχει. τὸ δὲ ὁρμίνον, κυμινῶδες, μέλαν. σπείρεται δὲ ἅμα καὶ τῷ σησάμῳ. περὶ μὲν οὖν τούτων

† Ald Bas. germ. ἄλλη πόα ἃ πειρῶνται χαλεπῶνται γὰρ τινες τοῦτο λέγειν.
‡ φανερὰ γίνεται πεφυκυῖα.
* Ὅλως μὴ ποιεῖν ἐν νεοῖς
† ἀρότοις.

Lolium autem vernum nequaquam esse, quemadmodum reliqua herba, quod quidam affirmare conantur, rationibus illis constat. Confestim enim hyeme ineunte id exortum patescit, multisque differt. Habet namque angustum folium, & pilosum, & pingue, ejusque peculiare pinguitudo notatur: † pilositas enim avenæ etiam datur. Hoc igitur proprium eorum animadversum est, atque etiam lini. Nam vel ex hoc ipso lolium fieri volunt. Cicer autem à cæteris leguminibus propria illa distingunt, quod de floris proventu retulimus, & quod fructum celerrime perficit; quoniam firmissimum & lignosissimum est: atque in totum novalibus ineptum præ sua edacitate. Herbam enecat omnem, & maximè ac celerrime tribulum. Ad summam, nec solum quodlibet ferre id legumen potest, sed nigro quodam crassoque opus est. Fabam ex cæteris novale optimum præstat, quamvis frequens feratur, fructumque ferat ‡ copiose. Aquas quoque fluentes his magis podesse, quam cœlestes affirmant. Panicum & milium minus aquarum indigent. Nam cum plus habent, folia dimittunt; sed validius milium, dulcius panicum, quanquam infirmius est. Sesamam viridem nullum animal mandit, neque lupinum. An vero neque * trionum, neque geminalem, quærendum. Nam ea quoque amara sunt. † Trionum sesamæ simile constat, & pinguiusculum est. ‡ Geminalis cuminaceum quoddam est, atque nigrum: seritur cum sesama. Sed de his scrutari arctius fanè con-

† *Pilositas enim & huic & festuræ verno tempore datur.*
‡ *Copiosè. omnes vero æstivæ sationes propemodum faciunt bonam novalem, aquas.*
* *Erysimum neque hormenum.*
† *Erysimum*
‡ *Hormenum.*

σκεπτέον. ἐν δὲ ταῖς ἀγαθαῖς χώραις πρὸς τὸ μὴ φυλλομανεῖν, ἐπινέμουσι καὶ ἐπικείρουσι τὸν σῖτον· ὥσπερ καὶ ἐν † Θετταλίᾳ. συμβαίνει δ᾽ αὖ μὲν ἐπινέμωσιν ὁποσακισοῦν, μηδὲν ἀλλοιοῦσθαι τὸν καρπόν. ἂν δὲ ἐπικείρωσιν, ἅπαξ μόνον ἐξίστασθαι τὸν πυρὸν, καὶ γίνεσθαι ‡ μικρὸν καὶ οὐχ ἁδρὸν. ὃν καλοῦσι * καματίαν. καὶ οὐκ ἀποκαθίστασθαι πάλιν πειρομένων· τοῦτο μὲν οὖν ὡς παύροις συμβαῖνον Θετταλοὶ λέγουσιν, ἐν Βαβυλῶνι δὲ ἀεὶ καὶ ὥσπερ † τεταγμένως ἐπικείρουσι μὲν δὶς. τὸ δὲ τρίτον τὰ πρόβατα ἐπαφιᾶσιν. οὕτω γὰρ φύει τὸν καυλόν. εἰ δὲ μὴ, φυλλομανεῖ. γίνεται δὲ μὴ καλῶς ἐργαζομένοις πεντηκοντάχοα. τοῖς δὲ ἐπιμελῶς, ἑκατοντάχοα· ἡ δὲ ἐργασία, τὸ ὡς πλεῖστον χρόνον ἐμμένειν τὸ ὕδωρ. ὅπως ‡ ὕλην ποιήσῃ πολλήν. πίειραν γὰρ οὖσαν καὶ πυκνὴν τὴν γῆν, δεῖ ποιῆσαι μανόν. * ὕλην δὲ οὐ φέρει καὶ πόαν † ὥσπερ Αἴγυπτος. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα χώρας ἀρετῆς. φύεται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν πυρὸς, καὶ κριθὴ, πολλαχοῦ τῷ ὑστέρῳ ἔτει. αὐτοετὴς δὲ καὶ ἀπὸ τῶν εἰς ‡ κράσιν κειρομένων, ἑτέρου καλάμου παραβλαστάνοντος. ὡσαύτως δὲ καὶ ὑπὸ χειμῶνος ἐκπαγῇ. παραβλαστάνει γὰρ ὑδάτων ἐπιγινομένων. ὁ δὲ στάχυς εὐτελὴς καὶ μικρὸς, ἀπὸ τῶν τοιούτων. βλαστάνουσι δὲ τῷ ὑστέρῳ ἔτει καὶ ἀπὸ τῶν καταπατουμένων καὶ συμπατουμένων, ὥστε μηδὲν εἶναι δῆλον ὡς εἰπεῖν. οἷον ὅταν διέλθῃ στρατόπεδον, * εἰσὶν οἱ στάχυες μικροί. καὶ τούτους, οὓς καλοῦσι ἄρνας. τῶν δὲ χεδροπῶν οὐδὲν δύναται τοῦτο ποιεῖν, ἢ οὐχ ὁμοίως καὶ αἱ βλαστήσεις † τοσαυταχῶς. πρὸς αὔξησιν δὲ καὶ τροφὴν μέγιστα μὲν ἡ τοῦ ἀέρος κρᾶσις συμβάλλεται.

† Θετταλίᾳ. ὁσίως συμβαίνει.
‡ Μικρόν.
* Καμακίαν
† τεταγμένως Al. Bas.
† πηλὸν.
* πηλὸν.
† ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ.
‡ πρᾶσιν.
* καὶ οἱ στάχυες μικροί, καὶ τούτους, οὓς καλοῦσιν ἄρνας.
† τοσαυταχῶς

convenit. ‡ Terris autem frugalibus ne luxurient foliis, despascere, atque tondere agricolæ solent: quod & in Thessalia factitatur quotannis. Evenit autem ut depasta quidem etiam quoties libeat, fructum nihil mutent. Retonsum vero etiam semel triticum degeneret, & longum sine ulla crassitudine surgat: quod camatiam vocant. Nec satum id ad naturam pristinam redire posse autumant, sed hoc perquam paucis evenire Thessali ajunt. At apud Babylonem semper, & quasi * ordinate bis tondent, tertio pecus admittunt. Sic enim caulē mittit, alioqui foliis tantum lascivit. Et negligentius quidem colentibus, quinquagesimo cum fœnore messes redduntur, diligentius vero cum centesimo. Cultum autem voco, cum quam diutissime aqua † intermanserit, quo scilicet multum ‡ materiæ producatur. Cum enim ea terra crassa spissaque sit, raram atque solutam reddere opus est. Sed * materiam herbamque, quam Ægyptus gignere nata est, illa minime fundit. Igitur hæc virtuti tractus attribues. Multis autem locis & ex radicibus triticum, atque hordeum anno postero exit. Quin & eodem primo anno ex iis, quæ gratia vænundandi secantur, altero culmo adnascente prosilit. Simili modo & si † concreverit hyeme: pluviis enim secutis seges restibilis redditur. Verum talium spica intersecta pusillaque extat. Exeunt anno sequenti etiam seminibus depressis conculcatisque, ut nihil quasi appareat; videlicet cum transeunte exercitu, semina concussa in terram corruerint. ‡ Nec non & eorum quos agnos vocitant. At in leguminum genere, aut nullis vis faciendi quicquam * ejusmodi datur: aut certe non æque. Et germinationes quidem tot modis fieri solent.

‡ In solo frugali, fertilique, ne luxurient.
* Ordinarie
† Permanserit.
‡ Limi.
* Limum.
† Gelaverit
‡ Et spicæ parvæ his quoque: scilicet sicuti superioribus quos agnos vocant, ob imbecillitatem & exilitatem at.
* Tot modis.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

A* περιῶνται. αἰτιῶνται γάρ τινες. *Theodorus ita legit,* περιῶν γάρ τινες οὐ τὸ λέγει. *Sic mox,* ἡ γὰρ δυσώδης καὶ τὸ αἰγίλωπος ὑπάρχει. *infra* γίλωψ. *Et inferius,* αἰγίλωψ. *& supra,* γίλωψ. *Dioscorides,* αἰγίλωψ. *Æquivocum tamen cum specie quercus. Theodorus omisit.* τοῦ ἦρος.

Τὰ δ᾽ ἐν νεαροῖς δρόποις ὀλίγα δεῖ πάντα. *Scilicet faciunt bonam novalem. Theodorus omisit hæc omnia. Brevitas mira, sicut & mox.* μελίνοι δὲ καὶ κέγχροι ἐλάττους ὕδατος.

Φυλλομανεῖν. *Verbum mirificum, quale* ἱππομανεῖν, γυναικομανεῖν. *Præ amore foliorum insanire. Id est, excedere modum rationis, ac naturæ.* ὥσπερ καὶ ἐν Θετταλίᾳ. *Theodorus addidit,* quotannis.

Καμακίαν. *Mirum quare Theodorus non fecerit latinum perticarium; ob longitudinem scilicet. Sic prælongum hominem alicubi in Italia per contumeliam vocant,* Stangam, *Videbis quid sit* χάμαξ *apud Xenophontem,* ἱππικῷ. *De hoc in originibus.*

Καὶ ὥσπερ τεταγμένως. *Theodorus legit* τεταγμένως. *Et interpretatur* ordinatè, *pro ordinariè.*

Ἑκατοντάχοα. *Theodorus addit,* Quinquaginta.

Ἐμμένειν τὸ ὕδωρ. *Cum aqua diu permanserit, solvi terram, ac rarefieri. Sanè superficies fit limosa: cætera, quæ infrà sunt, densantur.*

Τῶν εἰς κρᾶσιν κειρομένων. *Lego,* εἰς πρᾶσιν. *ad vendendum pro farragine.*

Ἐκπαγῇ. *Theodorus,* concreverit. *Laxa nimis vox. Concrescere aqua, aliusve humor dicitur. At seges non, sed* gelaverit: *verbum hoc ex agricolis.*

Καὶ οἱ στάχυες μικροὶ καὶ τούτοις, οὓς καλοῦσιν ἄρνας. *Sic lege.* Et spicæ pusillæ his quoque: *scilicet sicuti superioribus. Quos agnos vocant, ob imbecillitatem, atque exilitatem.*

Τοσαυταχῶς. *Est ejusmodi.* τοσαυταχῶς tot modis τοιαῦτας, ἢ ποσαῦτ᾽ ἔχει. Inde *adverbium. Error Theodori.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ & COMMENTARIUS.


De lolio, quia in initio hujus capitis nonnulla refert, agendum hoc loco videtur. Græcis αἶρα dicitur, Etymologici auctor deducit a ῥαίω, quod τὸ φθείρω significat, inde ῥαῖα (φθορά) & αἶρα, litteræ transpositione; quod lolium ex frumenti corruptione nascatur. Medicorum filii αἶραν παρὰ τὸ αἴρεσθαι vocarunt, quod est sursum efferri & attolli. Rapitur enim lolii vapida & nocua aura in cerebrum; atq; dementiæ affinem tenebricosam vertiginem, temulentiamque efficit; dein torpido veterno cerebrum opprimit, reliquaque membra torpore afficit. Theophrastus lib. VIII. cap. V. lolium caput lædere ac tentare, ac gravare auctor est. Vide Arist. lib. de somno ac vigilia. Galenus lib. I. de aliment. facult. capite ultimo, Μοχθηρᾶς μὲν ἔτι ποτὲ γενομένης ἀγωγῆς ἔτους, αἶραι πάμπολλαι κατὰ τοὺς πυροὺς ἐγεννήθησαν. ἃς οὐκ ἀκριβῶς ὑπὸ τῶν γεωργῶν ἐκκαθαρθέντων τοῖς εἰς ζῶντα ἐπιτηδείοις, κοσκίνοις, ὀλίγου γὰρ ὁ σύμπας ἐγεγόνει πυρὸς, ὑπὸ τῶν σιτοποιῶν διὰ τὴν αἰτίαν, ἐν μὲν τῷ παραχρῆμα κεφαλαλγεῖς ἐγένοντο πολλοὶ, τοῦ θέρους δ᾽ ἐνισταμένου ἕλκη κατὰ τὸ δέρμα τῶν φαγόντων οὐκ ὀλίγοις, ἤ τι σύμπτωμα ἕτερον ἐγένετο κακοχυμίας ἐνδεικτικόν. *Etenim cum anni constitutio prava aliquando fuisset, lolium affatim tritico innasci contigit; quod cum neque agricolæ, accommodatis ad eam rem cribris, exactè purgassent, neque pistores, quod paucus esset tritici proventus, statim quidem multis caput dolere cœpit; ineunte vero estate, in cute multorum, qui commederent, ulcera aut aliud quoddam symptoma, quod succorum pravitatem indicaret, est subnatum.* Quam maximè igitur notandi, ac culpandi cerevisiæ coctores qui cerealibus potionibus, sive cerevisiis lolium addunt, ut homines ebrios magis reddat. Nam cerevisia hæc assumpta Primum insaniam movet, dein torpore & temulento veterno cerebrum opprimit, & opacat, reliquaque membra torpida reddit; adeò ut porci verius dicendi, qui illam biberunt, quam homines. Proverbium ex lolio natum, cuilibet notum; Lolio victitare, dicuntur lusciosi & cæcutientes, quos Græci Myopes vocant. Plautus in Milite. *Mirum est lolio victitare te tam vili tritico. Quid jam quia lusciosus es verbero. Ædepol tu quidem cæcus, haud lusciosus.* Inest lolio peculiare quoddam, quod oculis caliginem inducit, quod & Ovidius novit lib. I. Fastorum.

Et careant loliis oculos vitiantibus agri.

Lolii

Lolii notas sparsim tradidit Theophrastus lib. I. capit. VIII. libr. VIII. capit. V. VI. VII. VIII. IX. libr. IV. capit. XVII. de caus. libr. V. de caus. capit. XXII. Dioscorides libr. IV. capit. XLIII. phœnicem spicam lolio similem habere ait, στάχυν δὲ ἐμφερῆ τῇ αἴρᾳ. Ex hisce locis talis colligitur descriptio. Hordei, quod mentitur, vitium est, sed folium angustius, pinguius, hirsutius, sed pinguitudo ei peculiare notatur, spicam fert simillimam phœnici; semen non multum intectum est tunicis, ut avena, sed nudum, aspectu penitus sylvestre; ideò & tritico validius est. Lolium recentiores sic describere solent. Gerit folia culmosque tritici aut hordei; hirsutiora tamen; spicam longam veluti ex multis parvulis παρ' ἀλλήλοις, ac alterno ordine digestis compositam, quorum singula bina, ternaque grana continent, triticeis minora, quæ nullis quoque aut exiguis

Lolium.



glumis includuntur, & facillime similiter exteruntur. Sine aristis Bononiæ lolium repertum esse scribunt. Sed antequam finem faciam de lolio, illud exponendum. Scribit Præceptor, lolium non esse ex iis quæ verno tempore nascuntur; probat, quod hyeme ineunte jam pullularit. Ex quibus mutationem tritici in hordeum fieri videmus, non cum floret, vel cum calamum acquirit triticum, sed quando pullulat è terra. Facile, inquit, à tritico dignosci potest, quod folium habeat pingue, hirsutum & angustum. Ab avena dignoscitur pinguedine: avena enim sterilis, folium etiam hirsutum.

Quod de lino scribit, an verum sit, ac quomodo fiat lib. II. de causis, capite XXI. examinabimus. Hoc loco pauca de lino addere visum fuit. Græcis Latinisque λίνον dictum est, propter corticis, & libri stamina, in recta filimenta divelli scindique solita, quæ lina etiam vocantur; unde linea & libella, qua directiones & parietum structuræ librantur. Sic communis lini, apud Grammaticos est etymologia. Aliam tamen, & longè alio sensu, eam deducit Geropius Becanus, in Harmathenæ suæ libro tertio, ubi lini vocem Cymbricam esse docet, his verbis. Videamus (inquit) an apud nos etymon aliquod inveniri queat, quod lino magis sit proprium & peculiare. Ee & Lee per conversionem nostram alterum alteri opponuntur, de quibus jam plusculum: A Lee, quo molestum omne & displicens notatur, fit lij, i longum, id est, patior, & lijen, pati, in modo infinito; hinc lijn, à quo linum, Græcis æquè ac Latinis usitatum, priore syllaba longa; à quo deinde linea, nostris & Latinis communis. Qua vero de causa linum à patiendo dicatur, in primis diligenti consideratione dignum est, ut quæ nobis apertura sit, quam variè in nominibus fabricandis luserit architectus, quamque omnium rerum proprias notas accuratè prius expenderit, quam iis vocabula fabricarentur. Nihil est omnino, quantum ego rectè cogitatione ulla assequi possum, quod majora tormenta ab hominibus, quam linum patiatur, ut jure optimo à patiendo nomen duxerit. Primum adeò pœnas ipsa natura accelerat, ut minimum temporis ei in genitalibus terræ visceribus concedatur, sed vere satum, mox quasi matris utero molestum, in lucem protruditur, & ipsa statim æstate vellitur, vulsum ardenti canicula torretur, tostum in contrarium ignibus elementum, summergitur, & ne possit enatare, gravi pondere depressum tenetur, dum cortex, cujus duritie medullam suam tuebatur, computrescat: inde rursus ad contraria tormenta raptum, summæ caloris rabiei exponitur: inde dum satis à duobus contrariis elementis videtur excruciatum, ad hominum injurias rapitur; vel enim in saxo, stupario malleo diu multumque contunditur, vel in durissima area denticulatis quibusdam malleis, quo magis concidatur, tam diu à conculcantibus frangitur, dum nihil integri cortex reservet, in quo solo unicum fuit adversus injurias munimentum. Nec porro illud satis. Ab area, vel saxo è vestigio rapitur ad furcam, è qua suspensum diutissimè à mulieribus latissima spatha è durissimo ligno affabre ad tormenta diuturna comparata, tantisper verberatur, dum ferè omnis fracti corticis munimentum dissipetur. Nec deinde quies; sed jam nudæ ferè medullæ, omnibus pene ossibus exutæ, ferreis dentibus acutissimis & longissimis, miserrimè dilaceratur, nulla clementia sævas mulierum manus à diuturna carminatione prius revocante, quam medulla omnis in tenuissima fila fuerit comminuta, atque distracta. Quid? num hic truculentæ mulieres finem faciunt sæviendi? Minimè gentium. Simul atque omnia elementa omnem artificum carnificinam ad pœnas exhauserint; è vestigio quæ ante discerperant variis instrumentis, ipsæ suis manibus contorquent, sæpius interim, dum miserum linum tormentis suis nonnihil resistit, morsibus impetentes, & veluti rabiosæ in ipsum despuentes. Et quamvis hæc & plurima & crudelissima videri possint, sunt tamen & alia adhuc nihilo leviora perferenda. Ubi jam omnem medullam contorserint, & equuliis quibusdam distenderint, confestim inde tractum ad ignes rapiunt: & quasi parum sit, in simplici aqua submergi, in lixivium detrudunt; in quo, admota ignibus magna lignorum strue, diutissime ebullire cogunt, & inde violentis manibus diu in aqua alia torquent, rursum suspendunt, & siccant, vel ventorum perflatu, vel solis ardore. Inde iterum variè pars per paxillos distrahitur, distracta liciatorio involvitur, & totis nervis per pectines distenditur, pars canaliculis intorquetur, ut distenti staminis viscera penetret, iteratis frequentissimè tramarum jactibus, modo dextrorsum, modo sinistrorsum: interea nec ipsi quidem stamini quiete concessa, quæ perpetuo sursum deorsum calcibus impulsum subremem cogitur arctissimis vinculis colligare, donec tela tandem mutuis filorum nexibus absolvatur.

Et quasi parum antea linum perpessum fuisset, jam denuo alia tormentorum genera. Totum id quod tam variis pœnis agitatum tandem quieturum videbatur, rursus ferventi lixivio coquitur; ac deinde in frigidam iterum conjectum, magno tortorum labore calcibus teritur, fustibus truditur, atque rectè tandem contorquetur: inde carnificibus delassatis, quod ante vi multa fuit convolutum, & multis gyris in se retortum, magna vi distrahitur, & paxillis distentum tenetur, dum sol frigidam excoxerit: ita semper, quo pœnarum vis acerbior sit, ab uno extremo in alterum transitur. Iam nive candidius, ut ossa illa quæ diutissimè in furca pependerunt, nihil amplius videbatur tormentorum experturum, cum ecce subitò forcipibus discinditur, & infinitis acuum puncturis terebratur.

Hinc sordibus variis inficitur; quo rursus nova sit pœnarum occasio, ex aliena culpa; acri sapone illinitur, lixivio maceratur, ab aliquibus etiam lixatur, ac deinde ingenti manuum vi tunditur, fricatur, torquetur, aqua frigida mergitur, exemptum sole torreturatque hoc tormenti genus tantisper iteratur, dum fila filis hærent, tantisper dum quidquam adhuc est quod iisdem injuriis subjici possit. Inquinatur ut lavetur, lavatur ut inquinetur; perenni quadam Ixionis rota, ad

nova

" nova semper & vetera tormenta volvendum. Postremò tot jam carnificinis prorsus dilaceratum, ad immundissimos usus condemnatur, ut scilicet vel sordidis ulceribus, & purulentis indatur, ad tetrum virus exsorbendum; vel spongiæ loco sit in fœdo podice tergendo, vel aliis etiam locis virulentioribus emundandis applicetur. Dies me & verba prius deficiant, quam omnes injurias lini queam recensere. ——— ———

" Sed quid ego in vanum laboro, dum pœnarum prosequor infinitatem? Satius sit de lini exemplo illud ad animum nostrum transferre, ut quo pluribus in hac tristi miseriarum valle calamitatibus affligimur, eo semper meliores evadamus; quod Plinius verius de lino dixit, quam tempore suo intelligere quiverit, cum ejus detriti usus nec dum tam latè, quam nunc pateret. Postea enim quam variis injuriis jam ad minimas lacinias, & viles floccos est detritum, ad novam rursus rapitur carnificinam, in qua multis pistillorum ictibus aqua guttatim instillante, ad tenuissimam pultem redigitur, quæ quadrangulis reticulis hausta, chartas dat omni Ægyptiorum papyro innumeris modis præstantiores, quæ quot scribentibus expositæ sint, nemo ignorat, qui modo sciat, nihil tam nefarium, nihil tam scelestum, nihil tam impium, nihil tam abominandum à pessimo quoque cerebro cogitari, quod non lineæ chartæ, ingenti patientis injuria, illinatur.

" His itaque de causis linum à patiendo nomen accepit, injuria semper melius evadens, ut Plinius dixit: ante quem tamen multis sæculis Esaias noverat, nihil esse quod pluribus tormentis sit subjectum, quam linum, quod hac demonstravit comparatione. Contriti sunt quasi linum; qua naturæ suæ nota non ab aliis modò satis est distinctum, sed symbolum etiam præ se fert, ad vitam bene instituendam utilissimum. ——— ——— Quoties igitur linum audimus, toties recordemur nos patientia, perinde atque linum continuo fieri debere meliores & albiores. Et hæc una de præcipuis causis fuit, ut sacerdotes lineis vestibus in sacris uterentur; quo nimirum memores essent, omnem animis nostris munditiem per tormenta esse quærendam; & quæcumque in sacris fierent, ea omnia ad Christi passionem esse referenda; qua, tamquam solidissimo fundamento, patientia nostra stabilita, nos eo perducit, ubi lino mundo & candido vestiti, in splendidissima luce, felicitate perfruemur sempiterna. Iam quemadmodum lini fructu sive semine omnia dolorum genera mitigantur & sopiuntur; ita nihil est tam durum aut molestum in omni vita, quod patientiæ fructus non leniat, & suave reddat.

Lini dotes Plutarchus lib de Iside & Osiride his fere verbis recenset, ubi quærit cur sacerdotes lineas gerant vestes, φορεῖν δὲ τὰ λινᾶ διὰ τὴν χρόαν, ἣν τὸ λίνον ἀνθεῖν αἰτίαν, τῇ περιεχούσῃ τὸν κόσμον αἰθερίῳ χαροπότητι προσεοικυῖαν. ἡ δὲ ἀληθὴς αἰτία μία πάντων ἐστί. καθαρῷ γὰρ (ᾗ φησὶν ὁ Πλάτων) οὐ θεμιτὸν ἅπτεσθαι μὴ καθαρῷ ——— τὸ δὲ λίνον φύεται μὲν ἐξ ἀθανάτου τῆς γῆς, καὶ καρπὸν ἐδώδιμον ἀναδίδωσι, λιτὴν δὲ παρέχει, καὶ καθαρὰν ἐσθῆτα, καὶ τῷ σκέποντι μὴ βαρύνουσαν, εὔαρμοστον δὲ πρὸς πᾶσαν ὥραν, ἥκιστα δὲ φθειροποιόν, ὡς λέγουσι. — *Quidam dicunt eos Linum gerere ob colorem, quem flos lini habet, similem nitori ætheris, mundum ambientis. Vera autem causa est, quod purum à non puro tangi nefas est, ut ait Plato. ——— Linum porro è terra nascitur immortali; fructum fert esui aptum, vestem exhibet tenuem ac puram, quæ gerentem non gravat, & est apta omnibus anni temporibus, minimeque, ut ajunt, pediculos gignit.* Hac etiam de causa, ut quidam volunt, Deus optimus maximus, in veteri testamento, sacerdotalem vestem ex lino confici voluit. Nempe sicut sacerdos nitida pura indutus veste incedit, sic animam ab omni inhonesta ac impura cogitatione, liberum ac alienum habeat. Hyeron. tamen alia opinio est lib. de vestitu sacerdotali in cap. VIII. Exodi, ubi primum sacerdotis vestimentum, quod est lineum, terram significare ait. Hanc si sequamur opinionem, vestes ex ὠμολίνῳ, id est, crudo & nondum macerato, aspero ac rudi lino, ex quo funes aliæque res similes fiebant, confectas fuisse, necesse est dicamus. Sin vero priorem, ex λινοκαλάμῃ, id est; aqua macerato loto, & dealbato. Ὠμόλινον vox sæpius in medicorum scriptis occurrit, variasque habet significationes, nec semper linteum crudo lino textum significat, uti magnæ auctoritatis vir scribit. Nec errant Medici cum filum aut linum aut linamentum exponunt. Quod quæso linteum aliud textum intelligit Hippocrates libr. de fistulis, quam filum, velim nos doceat & exponat. verba Hippocratis, ὠμόλινον λαβὼν ὡς λεπτότατον συμβάλλειν ὡς σπιθαμιαῖον πεντάπλοον καὶ ξυμπεριλαβεῖν ἱππείῃ τριχί. *Filum ex lino crudo quam tenuissimum quintuplex, palmi longitudine in unum complicatum, seta equina circumvolvitur.* Quodnam quæso linteum aliud quam filum ad hoc aptum. Celsus lib. VII. cap. IV. ubi de fistulis agit. *Optimè tamen sicca linamenta, vel si purgandum aliquid videtur, in melle tincta imponuntur. — Ibi linum præbendendum vinciendumque cum altero capite est, ut laxe cutem, quæ supra fistulam est, teneat. Idque linum debet esse crudum, & duplex, triplexque* (quintuplex Hippocrates) Celsum Chirurgi nostri Batavi imitantur, nisi quod linum byssinum aut sericum, quod minus putrescat, adhibeant) *sic tortum ut unitas facta est.* Videt lector Celsum eloquentiæ parentem, medicum summum, ac latinorum principem ὠμόλινον linum crudum vertisse. Hunc sequuntur medici, & errare eos quis dicet? Ut itaque mens Hippocratis intelligatur, summa curationis hæc est: ut filum sive linum in fistulam immissum connexis capitibus sæpius ductum, paulatim cutem, quæ supra fistulam est, incidat, quod alii scalpello, supra specillum in fistulam inditum, ducto fieri volunt. Idem Hippocrates lib. de affect internis. Καὶ ὁπόταν τρυπηθῇ, ἀφεῖναι τοῦ ὕδατος ὀλίγον. καὶ ὁπόταν ἀφῇς, μοτῶσαι ὠμολίνῳ, καὶ ἄνωθεν ἐπιθεῖναι σπόγγον μαλθακόν. *Cumque perforata fuerit, paucam aquam educito, qua educta penecillum ex omolino immittito, & mollem spongiam super imponito.* Hoc loco ὠμόλινον cum medicis dico esse linum, à lineis quisquiliis emundatum, vel stuppam ipsam vocatam, quam & hodie chirurgos ad varia linimenta usurpare norunt medici. Stupam Plinius vocat lib. XIX. cap. I. quod proximum cortici fuit deterioris lini; lucernarum ferè luminibus aptius. Plutarchus in libro περὶ ἀδολεσχίας, ubi tonsoris cujusdam garruli meminit, lineum pannum quem collo barbitonsores circumligant ὠμόλινον appellasse videtur. Apud Athenæum ὠμόλινον χειρόμακτρον mantile significat ex crudo lino factum. Illud non omittendum, granum gnidium λίνον vocatum esse, quod folia ferat lino similia. Linum herba frequens & vulgaris notitiæ; qua de causa veteres supervacaneum judicarunt; pluribus describere, nisi quod tenuicaulis sit, angustifolia, in summo acuminata, floribus cæruleis, speciosis, semine strigoso, fulvo. Linum aliud sativum, aliud sylvestre est. Utriusque genera multa, de quibus videat lector Phytopinacem Bauhini. Theophrastus linum succosum amare solum ait, lib. 4. de caus. cap. 6. quum id pabulum immodice trahat. Columella lib. II. cap. IX. X. *Lini semen, nisi magnus est ejus in ea regione quam colis proventus, & pretium proritat, serendum non est: agris enim præcipuè noxium est, itaque pinguissimum locum & modice humidum poscit.* Virgilius lib. I. Georg. rationem dat

Urit enim lini campum seges, urit avena,
Urunt letheo perfusa papavera somno.

Palladius, ut subtile nascatur linum, in macro solo spissum serendum scribit, in Octobr. titul. secundo. Quando serendum, docet Virgilius lib. I. Georg.

Libra dies, somnique pares ubi fecerit horas,
Et medium luci, atque umbris jam dividat orbem
Exercete viri tauros, serite hordea campis,
Usque sub extremum brumæ intractabilis imbrem.
Nec non & lini segetem, & cereale papaver
Tempus humo tegere, & jamdudum incumbere aratris
Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.

Columella loco citato. *Seritur à Calendis Octobris in ortum Aquilæ, qui est VII. idus Decembris. Iugerum agri octo modiis obseritur. nonnullis placet macro solo, quam spississimum semen ejus committi, quo tenue linum proveniat, idem etiam si læto solo seratur mense Februario X. modios jugerum jaci oportere dicunt.* Vere serendum linum, auctor est Plinius lib. XVIII. cap. XXIV. *Vere*, inquit, *linum & avenam & papaver.* Et hoc tempore rustici nostri semen lini terræ mandant.

A lini historia ad cannabis progrediemur; quippe ex utraque vestes, funes, aliæque res similes fiunt; sed ex lino nobiliores, ex cannabi firmiores ac validiores. Hujus, quod non meminerit Theophrastus, magnopere miror; maximè, quod Herodotus ejus meminerit

lib. IV.

lib. IV. unde & Hesychius. Κάνναβις σπέρμα ξηραντικὸν ἔχει δύναμιν, ὥστε ἐξικμάζειν πάντα τὸν σπερματικόν. ἐν δὲ φυτόν λινῷ ὅμοιον, ἐξ οὗ οἱ Θρᾶκες ἐσθῆτας ἱμάτια ποιοῦσι, καὶ θυμιῶσι τὸ σπέρμα θυμιῶσι. *Cannabis suffitus apud Schytas vim habens exsiccare semen genitale. Est planta lino similis ex qua Thraciæ populi vestimenta conficiunt, hujus semine Herodotus in suffitu usus est.* Plinius lib. XX. cap. XXIII. de cannabi. *Semen ejus extinguere genituram virorum dicitur.* Quod testatur Galenus lib. VII. de simpl. facult. Καννάβεως ὁ καρπὸς ἄφυσός τε καὶ ξηραντικός ἐστι τοσοῦτον, ὡς εἰ πλείων βρωθείη, ξηραίνειν τὴν γονήν. *Cannabis semen flatus extinguit, adeoque exsiccat, ut si plusculum edatur geniturani exsiccet.* Gallinas ovorum feraciores reddere recentiorum quidam scribunt. Experientia didici, gallinas si hyeme sæviente (quo tempore ova rarius pariunt) vescuntur cannabis semine, ova frequentius multo ponere, sed postea quasi pinguedinis mole obrutæ, steriles reddi. Aviculæ, in cibum si iis exhibeatur, in tantum saginantur, ut aut eas enecet, aut cantillandi alacritatem adimat. Cannabis, quasi χάναβος dicitur, quod circa fonticulos, sparsasque scaturigines, sponte & sata luxuriet. χάναβοι enim fontes sunt multiplici rivo sparsi. Geoponicæ auctor lib. II. cap. XXXVIII. χάναβος δὲ κοίλοις τόποις χαίρει, καὶ διὰ παντὸς ὑγροῖς. *Cannabis cavis locis delectatur, & omnino humidis.* Ideoque etiam sylvestrem, quod amet locos udos, ὑδρίνην vocarunt. Cannabim Dioscorides inquit, esse sativam & sylvestrem: sativam lib. III. cap. CLXV. describit, Κάνναβις φυτόν ἐστιν εὔχρηστον τῷ βίῳ πρὸς τὰς τῶν εὐτονωτάτων σχοινίων πλοκάς. φύλλα φέρει παραπλήσια τῇ μελίᾳ, δυσώδη, καυλοὺς μακρούς, κενούς, καρπὸν στρογγύλον, ὃς ἐσθιόμενος πλείων σβέννυσι τὴν γονήν. *Cannabis sativa, planta est ad texendos funes validissimos mortalium generi perutilis; folia gerit fraxini, sed fœdi odoris; caules proceros inanes, semen rotundū, quod cibo largiore geniturani extinguit.* Funes, inquit, validissimos ex iis confici. Utuntur iis in fabricis ad sustinenda trahendaque ingentia pondera, ad navigia regenda, ad lintea texenda, quibus infima plebs utitur, idonea etiam cannabis. Necessaria etiam piscatorum retibus, quia funes & retia ex ea confecta diutius in aqua commorantur, quam ex lino. Hac de causa χοινόστροφον ab aliis, teste Auctuarii auctore, dicitur. Foliis inquit esse fraxini. Galenus agno, sive vitici comparat. Οὐχ ὥσπερ αὐτὸ τὸ φυτὸν τῆς καννάβεως ἔοικε πως τῷ ἄγνῳ, καὶ τὸ σπέρμα τῷ σπέρματι παραπλήσιον πως ἐστὶ τὴν δύναμιν, ἀλλὰ ἀπολείπεται πάμπολυ, δυσπεπτόν τε καὶ κακοστόμαχον καὶ κεφαλαλγὲς (vulgo κεφαλαλγὲς) καὶ κακόχυμον. *Non quemadmodum planta ipsa quodammodo similis est vitici, ita semen semini facultate est similis, sed plurimum ab eo dissidet, ut quod concoctu est difficile, stomachoque & capiti noceat, pravique sit succi.* Cannabina agnum æmulatur castum foliorum positione, quorum singularia fraxino similiora, folia fert aspera, dura, subnigra, &, si confricentur, graveolentia, ex sex, septem, aut pluribus aliis simul hærentibus coacervata, quorum singularia angusta, oblonga, acuminata, per oras serrata, in quibus à fraxineis differunt. Ex uno eodemque cannabis semine, duo cannabis genera nascuntur, quorum primum mas, alterum fœmina dicitur. Fœmina molliori culmo, delicatiore cortice, magisque apta ad nendum, & textrinas, assurgit. Hujus flosculi exigui, ex luteo albicantes, instar pulvis, in auras avolant, nullo neque fructu, neque semine post se relicto. Mas robustior, horridior, fruticosior, rudentibus & capistris torquendis nata; semen fert teres, rotundis vasculis conclusum, ad multa utile. *Cannabis*, inquit Columella lib. II. cap. X. *solum pingue, stercoratumque, & riguum, vel planum atque humidum & altè subactum deposcit; in quadratum pedem seruntur grana sex ejus seminis Arcturo exoriente, quod est ultimo mense Februarij, circa sextum aut quintum calendas Martij; nec tamen usque in æquinoctium vernum, si sit pluvius cœli status, improbe seretur.* His subjunge cannabis luteæ Creticæ historiam, ex Alpino. Ciceris historiam supra enarravimus. Quod inquit cicer novalibus ineptum, id repetit lib. IV. de caus. cap. IX. Eodem etiam loco, quod hic de faba, repetit, rationemque addit, cur faba novali prosit, cicer obsit. Eodem libro & capite alia multa docet quæ ad novalem pertinent. Eo itaque Lectorem mitto.

Cur sesamum, cur lupinum, erysimum, & horminum nullum mandat animal, causam videtur statuere amaritudinem. Ea tamen, dicet quis, gregem delectari docet Poëta, cum dicit; salices carpetis amaras. Dicendum, salicem gratam quandam præbere pecori amaritudinem, eaque de causa libenter ea pasci; contra sesamum, lupinum amara esse, sed ingrata, quorum sapore non delectetur pecus. De hormino hac occasione non-nihil dicendnm, Ὅρμινον sive uti apnd Hippocratem Dioscoridem, Galenum legitur ὅρμινον dicitur ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν, quod impetu cæco agat & cieat in Venerem. Dioscorides lib. III. cap. CXLV. de hormino. Δοκεῖ δὲ καὶ τοῦτο σὺν οἴνῳ πινόμενον συνεργεῖν πρὸς συνουσίαν. ὅρμινον. Auctuarii auctor aloen dici asserit. Athenæus lib. II. ex auctoritate Diphili Brassicæ, aspharagum. ὅρμενον dici, Δίφιλος δέ φησιν ὡς ὁ τῆς κράμβης ἀσφάραγος λεγόμενος ὅρμενος, ἰδίως ὅρμενος. *Diphilus scribit aspharagum brassicæ, quem hormenon peculiari vocabulo dicunt.* Idem Ἀττικοὶ δέ φασιν οἱ λέγοντες ὅρμενον τὸν ἀπὸ τῆς κράμβης ἐξανθοῦντα — παρὰ τὸ ἐξορμᾶν καὶ βλαστάνειν. *Attici Ormenon vocant brassicæ quod primum erumpit ac foras prodit, impellente germinandi vi.* Sic dicitur quod erumpat & germinet. Alii Κύημα. Latini cymam, à Græco κύμα dicunt. Hesychius, Ὅρμενος οἱ μὲν τῆς κράμβης τὸ αὐτὸ κύημα, οἱ δὲ τῆς κράμβης ἀσπάραγον. Nemo sylvestrem asparagum ὅρμενον dixit. Sic enim in vulgatis codicibus Hesychius. οἱ δὲ τὸν ἄγριον ἀσφάραγον. Vide supra lib. VI. cap. III. Hormenon Theophrastus numerat inter fruges quæ æstate seri debent lib. VIII. cap. I. Recentiores quidam malunt inter medicamenta & frutices numerare. Neque enim, inquiunt, antiquis in cibis est, nec ætate nostra; vix ab agricolis cognoscitur. Sed nec sesamum agricolæ norunt. Erysimum an norint, inquirendum; & tamen inter fruges numerantur à Theophrasto, tertio nempe in genere, quod est à frumento & legumine diversum. Quod antiquis in cibis fuisse negant, id præter veritatem est. Nunquam ejus meminisset Hippocrates lib. de victus ratione secundo, ubi scribit Ὅρμινον καρπὸς παραπλήσια τῷ λίνῳ διαπρήσσεται. *Hormini semen eadem quæ lini semen efficit.* Hoc in notis ad Dioscoridem examinabimus. Inter fruges etiam à Galeno lib. I. de aliment. facult. numeratur. Horminum inquit Theophrastus cuminaceum quoddam esse atque nigrum, intellige lector hoc de semine; nam semen fert cumini instar, oblongum, nigrum, quod mucaginem aquæ immersum, ut psyllium emittit. Luculenter horminum describit Dioscorides lib. III. cap. CXLV. ὅρμινον πόα (ἥμερος expungo cum Saraceno, improba vox. Quod vel inde probatur, quod descriptio hormini excepto semine utrique tam domestico, quam sylvestri conveniat, ac hoc uno eodemque capite de utroque hormino palam agat) ἐστὶν ἐμφερὴς πρασίῳ τοῖς φύλλοις. καυλὸς δὲ τετράγωνος, ἡμιπηχυαῖος. περὶ ὃν ἐξοχαὶ ὅμοιαι λοβοῖς ὡς ἐπὶ τὴν ῥίζαν νενευκυῖαι, ἐν οἷς σπέρμα διάφορον ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ ἀγρίου στρογγύλον ἐμφέρεται φαιόν. ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ἐπίμηκες καὶ μέλαν, οὗ καὶ ἡ χρῆσις. *Horminum herba est foliis marubio similis, caule quadrangulo, semicubitali, circa quem eminentiæ siliquis similes conspiciuntur, quæ quidem radicem versus spectant, & in quibus semen diversum recluditur. Siquidem in sylvestri rotundum fuscumque reperitur, at in altero oblongum & nigrius, cujus est usus.* Plinius tribus diversis capitibus hormini meminit. lib. XVIII. cap. VII. ubi inter æstiva numerat quæ ad Vergiliarum exortum feruntur. Cap. X. ejusd. libri, ubi hæc habet: *Ejusdem naturæ & Horminum à Græcis dictum, sed cumino simile. Seritur cum sesama: hoc & irione nullum animal vescitur virentibus.* Theophrastus id quidem de hormino & erysimo vulgo narrari tradit, sed sibi non constare. Plinius verò affirmat. Tertius locus est lib. XXII. cap. ult. ubi hæc tradit: *Horminum semine, ut diximus, cumino simile est, cætero porro, dodrantali altitudine; duorum generum, alteri semen nigrius, & oblongum, alteri candidius semen & rotundius.* Cumino simile cum inquit Horminum esse, id de sativo intelligat lector. Sylvestre enim rotundum fert semen. Ineptè ἀντὶ πρασίου, πράσου legit, dixitque porro simile esse horminum. Qui Plinii libros attentè, nec oscitanter, aut perfunctoriè legerunt, norunt eum sæpissime vocum vicinitate deceptum, aliisque errandi occasionem præbuisse. Alterius semen candidius inquit, φαιὸν Dioscorides. Hoc excusari potest. Fuscum enim nigro comparatum candidius esse constat. Horminum planta nota est, caules habet complures dodrantales, aut etiam altiores, angulosos, subhirsutos, folia lata, rotundiuscula, subaspera, marubii ferè similia, quorum quatuor aut sex superiora purpureo violæ nigræ colore; sed tamen dilutiore emicant. Flores juxta folia cauliculos ambientes, colore diluto purpureo, albicantes; semen parvum oblongum, nigricans in oblongis receptaculis, veluti siliquis,

quis, quæ maturo semine radicem versus spectant: radix longa, tenuis, non absque fibris. Sylvestre horminum viri doctiores gallitricum, vulgo scarleam dictam putant. Sed huic semen nigrum, neutiquam hormino cedens. De sylvestris hormini speciebus videat Lector phytopinacem Bauhini.

Ἐν δὲ τοῖς. Remedium præscribit adversus foliorum luxuriam Plinius vitium dixit lib. XVIII. ca XVII. *Inter vitia segetum, inquit, luxuria est, cum onerata fertilitate procumbunt.* Intellige Lector ex Theophrasto foliorum. Nam si fructu, eoque bono luxurient, vitium non dicet agricola, sed Dei opt. max. donum. Sed & hanc esse mentem Plinii ex cap. citato facile probatur. *Ubi* inquit *Luxuria segetum castigatur dente pecoris in herba duntaxat: & depastæ quidem vel sæpius, nullam in spica injuriam sentiunt: retonsarum etiam semen omnino certum est longius fieri, sed inane, cassumque ac satum non nasci. Babylone tamen bis secant, tertio depascunt; alioquin folia tantum fierent. Sic quoque cum quinquagesimo fœnore messes reddit exilitas soli, verum cum diligentioribus cum centesimo quinquagesimo* (postremam vocem adjectitiam & spuriam puto) *neque est cura difficilis quam diutissime aqua rigandi, ut præpinguis & densa ubertas diluatur, limum autem non invehunt Euphrates Tigrisque, sicut in Ægypto Nilus, nec terra ipsa herbas gignit. Ubertatis tamen tantæ sunt, ut sequente anno restibilis sponte fiat seges, impressis vestigio seminibus: quæ tanta soli differentia admonet terræ genera in fruges describere.* Cur prosit detondere, sive depascere frugum folia dum adhuc in herba sunt, facile quilibet considerare potest. Tum enim radix alimentum non in folia, sed in culmum, semenque futurum reservat, uberiusque eo mittit. Hinc copiosius nutritur, fertiliusque evadit, contra si luxurient folia, alimentum consumunt, nec sinunt ad seminis perfectionem mitti. Cur retonsum degeneret, ratio videtur, quod bona pars alimenti detrahitur: quod enim radix culmo, seminique destinaverat, id jam impendit ad nova folia producenda. Accedit præterea quod cum novis foliis culmus simul proveniat; qui etiam detunditur, novum itaque culmum, & nova folia producenda. Vel dicendum, seminibus frugalibus idem accidere quod Gallinis, quæ mediocriter pingues ac benè nutritæ fœcundæ sunt, pluraque ova pariunt; contra nimium pingues infœcundæ fiunt. Ex Plinio constat legendum μακρὸν uti Aldinus, & in Germania excusus codex habent. Non μικρὸν ut in Batavavo Lugdunense legitur. Quod de Babylone scribit, verum an falsum sit, me fugit. Confido verum scripsisse magistrum; nec scripsisset, nisi cognitum fuisset. Ex Plinio etiam ἀντὶ ὕλην, πηλὸν reddidi. Docet terram spissam crassam, raram atque solutam reddi. Si aqua diu permanserit, superficiem limosam fieri, cæteraque quæ infra sunt densari comprobat experientia. Nilum multo limo obducere agros, docet alibi. Quo loco de Nilo ex recentiorum scriptis non nihil dicam. Quod inquit triticum & hordeum postero anno ex radicibus repullulare, id repetit lib. IV. de caus. cap. IX. quo lectorem mitto. Videat interim quæ cap. de hordeo & tritico diximus.

ΚΕΦ. Η. — CAP. VIII.

Quid ad incrementum frugum plurimum juvet. Inde proverbium, Annum fructificare, non tellurem: frumentis, & reliquis herbis præterquam filici utilem esse stercorationem. Quid enecet medicam. Semina item peregrina in vernacula transire, atque tum cultura, tum natura terræ meliora, deteriorave fieri: quod genus aptum sit transire in aliud, atque nasci inter alia gaudeat.

Καὶ † ὅλως ἡ τοῦ ἔτους κατάστασις. εὐκαίρων γὰρ ὑδάτων, καὶ εὐδιῶν, καὶ χειμώνων γινομένων, ἅπαντα εὔφορα καὶ πολύκαρπα, κἂν ἐν ἁλμώδεσι καὶ λεπτογείοις ᾖ· διὸ καὶ παροιμιαζόμενοι λέγουσιν οὐ καλῶς· ὅτι ἔτος φέρει οὐχὶ ἄρουρα. μέγα δὲ καὶ αἱ χῶραι διαφέρουσιν· οὐ μόνον τῷ πίειραι, καὶ λεπταί, καὶ ἔπομβροι, καὶ αὐχμώδεις· ἀλλὰ καὶ τῷ περιέχοντι, καὶ τοῖς πνεύμασιν. ἔνιαι γὰρ οὖσαι λεπταὶ καὶ φαῦλαι πλεοφοροῦσι. διὰ τὸ πρὸς τὰ πνεύματα τὰ πόντια κεῖσθαι καλῶς· ἄλλα δὲ ἄλλοις τοιαῦτα· καθάπερ πολλάκις εἴρηται· ταῖς μὲν γὰρ τὰ Ζεφυρικά, ταῖς δὲ τὰ Βόρεια, ταῖς δὲ τὰ Νότια. συμβάλλεται δὲ καὶ οὐ μικρὸν ἡ ἐργασία, καὶ μάλισθ' ἡ τοῦ σπόρου· κατεργασθεῖσα γὰρ ῥᾳδίως ἐκφέρει. καὶ ἡ κόπρος δὲ μεγάλα βοηθεῖ, τῷ διαθερμαίνειν καὶ συμπέττειν. προτερεῖ γὰρ τὰ κοπριζόμενα τῶν ἀκόπρων εἴκοσιν ἡμέραις. ἅπασι δὲ οὐ ξυμφέρει. * καὶ χρήσιμος οὐ μόνον τοῖς περὶ τὸν σῖτον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις, πλὴν † πτερίᾳ. ταύτην δὲ φθείρειν φασὶν ἐπιβαλλομένην· ἀπόλλυται δὲ καὶ ἡ πτερίς, καὶ ἐπικοιμωμένων τῶν προβάτων· ὡς δέ τινες λέγουσι καὶ ἡ Μηδικὴ διὰ τὴν κόπρον καὶ τὸ οὖρον. τῶν δὲ σπερμάτων ἕκαστα καὶ πρὸς τὴν τῆς ὥρας φύσιν ἁρμόττει, καὶ ὅλως γένη πρὸς γένος, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὁμογενέσιν, ἃ δὴ πειρῶνται διαιρεῖν· μεταβάλλει δὲ τὰ ξενικὰ τῶν σπερμάτων, μάλιστα μὲν ἐν τρισὶν ἔτεσιν εἰς τὰ ἐπιχώρια. συμφέρει δ' ἐκ τῶν ἀλεεινῶν εἰς τὰ μικρὸν ἧττον ἀλεεινά, καὶ ἐκ τῶν ψυχρῶν ἀνάλογον ποιεῖσθαι τὴν μεταβολήν· τὰ δ' ἐκ τῶν δυσχειμέρων ἐν τοῖς πρωϊ-

† Πρὸς αὔξησιν δὲ καὶ τροφὴν μέγιστα μὲν ἡ τοῦ ἀέρος κρᾶσις συμβάλλεται καὶ ὅλως.

* καὶ ἡ κόπρος χρήσιμος.

† πτερίδι.

Ad incrementum autem, alimentumque extra modum cœli temperies, atque in totum anni conditio juvat. Imbribus quoque, serenitatibus, hybernisque opportune faventibus, omnino feracia, & admodum fœcunda redduntur, etiam si sata sint salsis ac tenuibus solis. Quamobrem non recte proverbio dicitur, Annus fructificat non † telleus. Verum & terræ ratio multum refert. Non solum quod crassa, vel tenuis, & ‡ roscida sit, vel squallida; sed etiam cœli ambientis, & flatuum causa. Quædam enim quamvis tenues vitiosæque sint, probe tamen fructificant: quoniam commode ad maritimos jaceant flatus. Sed alii aliis commodi occurrunt, (ut sæpe jam dictum est) quippe cum aliis favonius, aliis aquilo, aliis auster prosit. Cultura quoque haudquaquam parum conferre percipitur: præcipue sementis. Exculta etenim terra facile profert. Quin & fimus magnopere adjuvat: calefacit enim & concoquit. Quæ namque stercorantur, festinantius quam stercoris indiga, viginti diebus erumpunt. Sed non omnibus stercoratio prodest. Utilis non * solum frumentis, verumetiam reliquis herbis, præterquam filici est. Hanc enim fimo superinjecto interire, affirmant. Interit, † & pecore incumbente. Quin & Medica quæ vocatur, stercoris & urinæ causa perit, ut quidam dixere. Quodq; autem semen naturæ temporis certe convenit; atque in totum generi genus certum respondet, etiam inter ipsa unigena quæ discernere autores conantur. Semina peregrina intra annos tres cum plurimum transeunt ad vernacula. Expeditque ex apricis ad paulo minus aprica, & ex frigidis pari ratione tranferre. Translata ex locis hyber-

† Tellus.

‡ Vliginosa

* Non solum omnibus quæ cum frumentis nasci possunt, verum etiam.

† Etiam filix.

σις ὀψὲ ἀποκεῖ), ὥστ' ἀπ' αὐχμοῦ φθείρεσθαι· ἐὰν μὴ ὄψιον ὕδωρ σώσῃ. διὰ τοῦτο καὶ εὐβλαβητέον φασὶ τὸ μίσγειν τὰ ξενικὰ τοῖς ἐπιχωρίοις, ἐὰν μὴ ἐξ ὁμοίας. ἔτι † ἀσύμφωνος χώρα κατὰ τὸν σπορὸν καὶ κατὰ τὴν γένεσιν· ὥστε καὶ ἐργασίας ἑτέρας δεῖται. τάς τε τῆς γῆς διαφορὰς καὶ τὰς τῶν σπερμάτων δυνάμεις, καὶ ἔτι τὰς ἑκάστων ὥρας ἐπιθεωρητέον, ὅταν δὲ εὐετηρία γένηται, καὶ πολυνοσώτερα τὰ σπέρματα γίνεται. Ἀθήνησι δ' οὖν αἱ κριθαὶ τὰ πλεῖστα ποιοῦσι τὰ ἄλφιτα. κριθοφόρος γὰρ ἀρίστη. τοῦτο δ' οὐχ' ὅταν πλεῖσται γίνωνται, ἀλλ' ὅταν λάβῃ τινὰ κρᾶσιν. ἐν δὲ τῇ Φωκίδι περὶ Ἐλάτειαν οἱ πυροὶ καὶ αἱ κριθαί· καὶ παρ' ἄλλοις ἄλλα, πρὸς ἅπερ εὐφυὴς ἑκάστη. βελτίω μὲν οὖν καὶ χείρω τὰ σπέρματα, καὶ διὰ τὴν ἐργασίαν καὶ διὰ τὴν γῆν γίνεται. καὶ γὰρ ἀπαγριοῦται καὶ ἡμεροῦται καθάπερ τὰ δένδρα. ‡ καὶ ὅλως μεταβάλλει διὰ τὴν χώραν, ὥσπερ τὸ τῶν δένδρων, καὶ εὐθὺς ἔστηκε πρὸς τὸ χεῖρον. γένος δ' ὅλον ἐξαλλάττειν εἰς ἕτερον, οὐδὲν ἕτερον ἄλλο πέφυκε· πλὴν τίφη * καὶ ὕα, καθάπερ εἴπομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις καὶ ἡ αἶρα δ' ἐκ τῶν πυρῶν καὶ κριθῶν διαφθειρομένων. ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ἀλλὰ φιλεῖ γε μάλιστα ἐν τοῖς πυροῖς γίνεσθαι· καθάπερ καὶ ὁ μελάμπυρος ὁ Ποντικὸς, καὶ τὸ τῶν βολβῶν σπέρμα· καὶ ἄλλα δὲ ἐν ἄλλοις τῶν σπερμάτων. ἐπεὶ καὶ ὁ αἰγίλωψ δοκεῖ μᾶλλον ἐν ταῖς κριθαῖς. ἐν δὲ τοῖς † ἀφάκοις ἄρακος, τραχὺ καὶ σκληρόν· ἐν δὲ ταῖς ἀφάκαις ὁ πελεκῖνος ὅμοιον τῇ ὄψει τῷ πελέκει· σχεδὸν δὲ καθ' ἕκαστόν ἐστι τὸ συνεκτρεφόμενον καὶ συναναμιγνύμενον· εἴτε διὰ τὰς χώρας (ὅπερ οὐκ ἄλογον) εἴτε δι' ἄλλην αἰτίαν. ἔνια δὲ καὶ φανερῶς ἐστι κοινὰ πλειόνων. ἀλλὰ διὰ τὸ μάλιστα ἔν τισιν ‡ εὐσθενεῖν, ἴδια τούτων φαίνεται, καθάπερ ἡ * ὀροβάγχη τῶν ὀρόβων, καὶ ἡ † ἀπανίνη τῶν φακῶν. ἀλλὰ ἡ μὲν μάλιστα ἐπικρατεῖ τῶν ὀρόβων διὰ τὴν ἀσθένειαν. ἡ δὲ ‡ ἀπανίνη μάλιστα ἐν τοῖς φακοῖς εὐτροφεῖ. τρόπον δέ τινα παραπλήσιός ἐστι τῇ * ὀροβάγχῃ διὰ τὸ ἐπιβάλλειν καὶ κατέχειν ὅλον, ὥσπερ † πλεκτάνη· ἀποπνίγει γὰρ οὕτως· ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα εἴληφε. τὸ δ' ὑποφυόμενον εὐθὺς ἐκ τῆς ῥίζης τῷ κυμίνῳ καὶ τῷ βουκέρῳ τὸ ‡ αἱμόδωρον, μονόκαυλον, οὐκ ἀπευφερὲς τῷ καυλῷ· πλὴν βραχύτερόν τι πολὺ, καὶ ἄνωθέν τι κεφαλῶδες ἔχει. ῥίζαν δὲ ὑποστρόγγυλον. οὐδὲν δ' ἕτερον ἀφαναίνεται παρὰ τὸ βούκερας. γίνεται γὰρ διὰ ταῦτα ἐν ταῖς λεπταῖς, οὐκ ἐν ταῖς πιείραις. ὥσπερ καὶ τῆς Εὐβοίας ἐν τῷ Ληλάντῳ μὲν οὐ γίνεται, περὶ δὲ τὸν Κάνηθον καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος τόπος. ταῦτα μὲν οὖν κοινὰ πλειόνων ὄντα κατισχύει μᾶλλον ἐν τοῖς εἰρημένοις διὰ τὴν ἀσθένειαν.

† Ἀσύμφατη τῇ ὥρᾳ Ald.
‡ καὶ ὅλως μεταβάλλει τὴν χώραν ὥσπερ τὰ τῶν δένδρων Al. Bas.
* καὶ ζεία, καθάπερ εἴπομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις, καὶ ἡ αἶρα ἐκ τῶν.
† φακοῖς ἄρακος, τὸ τραχὺ σκληρὸν ἐν δὲ ταῖς ἀφάκαις ὁ πελεκῖνος.
‡ ἀσθενεῖν Al. Bas.
* ὀροβάγχη.
† ἀπαρίνη.
† ἀπαρίνη.
* ὀροβάγχη.
† πλεκτάνην Bas.
‡ αἱμόδωρον λιμόδωρον Al. Bas. lege αἱμόδωρον.

hybernis, eruptionem in præcocibus prorogant. Quapropter squallore intereunt, nisi pluvia serotina servarit. Ob id cavendum censent, ne peregrina vernaculis permisceantur, nisi ex solo simili migrarint. Nam ut loco in serendo oriendoque invicem discrepant; ita cultura egeant diversa necesse est. Ad hæc differentias telluris ac vires seminum, atque etiam singulorum temporum observandum. Cum vero prospere tempora anni successere, semina etiam * graviora, suavioraque redduntur. Athenis itaque hordeum quod farinæ partem majorem conficit, (is enim ager hordeum eximie fert) non cum plurimum fuerit, sed cum quandam consequatur temperiem, optimum evadit. In Phocide vero circa Elatiam non solum hordeum, sed etiam triticum optime redditur. Et apud alios alia, ad quæ soli cujusque natura valet. Ergo semina meliora deteriorave tum cultura, tum terræ natura fieri possunt. Sylvestria enim fiunt, aut mansuescunt modo arborum; atque in totum propter regionem protinus, uti arbores, deterius proveniunt. Genus autem, quod totum transire in aliud aptum sit, nullum, præterquam tipham, & ‡ semen comperies: sicuti inter primas disputationes proposui. Necnon & lolium ex tritico, & hordeo corruptis, enascitur. Vel si id minus, nasci quidem inter triticum solitum esse, nulli dubium est. Ut etiam Ponticum illud triticum atrum cognominatum, & semen bulborum, & cætera quæ nasci inter alia semina solent. Nam & avena magis in hordeo videtur: † & in lente, aracus, res scabra, & dura. In aphacis autem securina securi similis. Atque in omnibus fere inest, quod simul alatur intermisceaturque, seu ratione telluris, (quod non inepte putaveris) seu ob aliam quandam causam. * Nonnulla etiam manifeste communia plurimum erumpunt. Sed quoniam plus inter aliqua valeant, propria eorum putantur: exempli gratia erivanga ervi, & lappa lentis: quod altera ervum potissimum vincat causa imbecillitatis, altera inter lentem maxime coalescat, quæ quidem erivangæ proxima est. Etenim pari modo aggreditur, & herbam totam veluti brachiis capessit: nec secus angit, ac ‡ strangulat. Quod autem statim ab radice cumino & fœno græco subnascitur, & † hæmodorum vocatur; unicaule est, nec absimili caule surgit, verum longe breviori, & instar capitis superne vicem quiddam gerente. radice subrotunda innititur. * Nullum, fœno græco excepto, inarescit solo tenui. Nec ullo pacto pingui hæc prodeunt. Ut in Eubœa apud Lelantum quidem nasci omnino nequeunt: apud autem Canethum, & si quis alius ejusmodi locus sit, queunt. Igitur ea tametsi communia plurimum exeant, tamen inter prædicta infirmitatis causa dominari facile possunt.

** Valde luxuriant.*
‡ Zea.
† In lente cicera res scabra & dura, in aphacis autē securina.
** Quædam autem sunt perspicue multorum communia, sed quia in quibusdam majorem vim habent horum propria existimantur, veluti orobanche orobi, aparine lentis, sed orobanche quidem ervum vincit propter imbecillitatem; aparine autem inter lences bene nutritur, & ea quidem orobanche quodammodo similis est, quia totam plantam aggreditur.*
‡ Strangulat, unde & nomen accepit quod.
† Hæmodorum.
** Apud fœnigræcum nihil aliud inarescit. propterea in tenui solo nullo modo pingui.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἐπομβρεῖ, pessimè. Nam Ros, à cœlo. At hic τὰ τῶν χωρῶν. Itaque per adversativus: ἀλλὰ καὶ τὰ ἀέρα τὰ περιέχοντα. Et vides, quoties jam hoc dixit. Theodorus quoque ita legit.

Τοῖς περὶ τῶν σίτων. Theodorus frumentis. malè. Immò verò omnibus, quæ cum frumentis nasci possunt: idcirco eximit filicem: neque enim est frumentacea, sed frumentaceorum comes.

Τῶν δὲ σπερμάτων ἑκάστου. Hinc aliud caput, neque suo loco, De seminibus enim, atque eorum affectibus prius debuit, quàm de satu, atque cremento.

Πολυνοσώτερα. Theodorus, graviora, & suaviora. Nescio quid hic judicem. πολύνοσον, significat multi reditus. Vox, ex communi usu ad hunc locum si applices, valde luxurians. Et tamen id hic vult, quod mox verbis illis. τὰ πλεῖστα ποιοῦσι τὰ ἄλφιτα. Omnino hic neque gravitas quæritur, neq; suavitas, sed proventus: quia suprà εὔφορα, καὶ πολύχερα.

Καὶ ὅλος μεταβάλλει τὴν χώραν. Lego, καὶ ὡς μεταβάλλει τὴν χώραν, ὥσπερ τὸ τῶν δένδρων, non autem τὰ.

Πλὴν τίφη, καὶ ὕα. ζεία legit Theodorus. Sanè multo aptius. At cum dicit hic, καθάπερ εἴπομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις: intelligas ea, quæ in secundo libro sunt prodita. In quibus tamen neque de Tea, neque de Tipha, sed de frumenti in hordeum degeneratione scribit. Alio loco, in quo agit de mutatione, nullam horum facit mentionem. Itaque sic legendum censeo, πλὴν τίφη, καὶ ζεία, καθάπερ εἴπομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις, ὡς καὶ ἡ αἶρα ἐκ τῶν πυρῶν.

Ἐν δὲ τοῖς ἀφάκοις ἄρακος. Lege, φακοῖς. Aracus enim in lente.

Εἴτε δι' ἄλλην αἰτίαν. Quia non est satis dicere, tellurem. Verùm alia caussa est: sicut τῶν συναθροιζομένων. & cujusmodi cancelli, & pinnæ. Neque enim regio ferret, nisi illa esset apta nata simul ferri.

Διὰ τὸ μάλιστα ἐπιπονεῖν ἀσθενῆ. Theodorus legit, ἐυσθενῆ. Ergo referendum esset ad vim vitiorum. Græca autem lectio ad plantas, quæ invalidæ sint, & cætera ei favent. ἐπικρατεῖ τῶν ὀσπρίων διὰ τὴν ἀσθένειαν Et in fine capitis, διὰ τὴν ἀσθένειαν.

Οὐδὲν δ' ἐπιφέρει ἀφανίζεται, ὥσπερ τὸ ὄροβον. Non memini hæc apud Plinium: qui tamen satorum vitia profitebatur. Sed cum Orobanchen, & Pelecinon enumeraret: non mirum si omisit hoc, cum neglexit Hæmodorum. Cumque Æram Græco nomine prodiderit, quasi Latino careret. Putarem, ut fit, ita placuisse. Verum ubi ait Æræ amplexu triticum necari, omnem sustulit defensionem.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Καὶ ὅλως, Ad incrementum alimentumque multum juvare cœli aërisque temperiem, nec non anni conditionem, negari non potest. Illud inquirendum, de quo libris de causis, an aeris, an soli beneficio plus proficiant. Verbo dicam; incrementum alimentumque maximè à solo, coctio vero & maturatio maximè ab aere fit.

Ἐπομβρίοις, minus rectè Doctiss. Gaza roscidum interpretatus est. Non enim de aeris, sed terræ qualitatibus agit præceptor, propterea uliginosa, vertere visum est quia sequitur squalida. Sic supra lib. IV. ἐν ταῖς ἐπομβροτέραις χώραις regionibus uliginosis & humidis. Cœli, terræque conditiones toties inculcat in lib. de caus. ut nauseam moveat.

Ταῖς μὲν γὰρ, De ventorum commodis & incommodis in lib. de causis abundè agit, eò lectorem mitto.

Καὶ ἡ κόπρος, Fimum magnopere adjuvare, inquit, quia calefacit & concoquit. Nam & inquit, festinantius in agro stercorato erumpunt, & concoquuntur, maturanturque semina, id intellige lector de iis quæ fimo gaudent. Illud dubitatione non caret, an sola filix, & medica (de qua nobis hac occasione agendum) à stercore pereant; centaureum aliæque similes plantæ à stercore & stercorato solo abhorrere experientia didici. Sed hoc ad frugum genus referri non potest, de quo hoc libro agit præceptor. Filice an quis vescatur, expendendum relinquo, pecus non attingere certū est.

Καὶ ἡ μηδική, Medica unde nomén acceperit, hæc Plinii verba lib. XVIII. cap. XVI. satis declarant. *Medica externa etiam Græciæ, ut à Medis advecta per bella Persarum, quæ Darius intulit, sed vel in primis dicenda, tanta dos ejus, cum uno satu amplius quam tricenis annis duret.* Strabo lib. XI. ubi de Media regione agit καὶ τὴν βοτάνην δὲ τὴν μάλιστα τρέφουσαν τοὺς ἵππους, ἀπὸ τοῦ πλεονάζειν ἐνταῦθα ἰδίως μηδικὴν καλοῦμεν. Idem περὶ πόλεων apud Stephanum ex Strabone reperitur. Sed & herbam quæ maximè equos alit, ex eo quod ibi abundat, peculiariter medicam appellamus. Puto scripsisse Plinium amplius quam denis annis duret. Columella lib. II. cap. XI. *Sed ex iis quæ placent, eximia est herba medica, quod cum semel seritur, decem annis durat, quod per annum deinde recte quater, interdum etiam sexies demetitur, quod agrum stercorat, quod omne emaciatum armentum ex ea pinguescit, quod ægrotanti pecori remedium est, quod jugerum ejus toto anno tribus equis abunde sufficit.* Idem Palladius lib. V. cap. I. *quæ semel seritur decem annis permanet, ita ut quater vel sexies possit per annum recidi, agrum stercorat, macra animalia reficit, curat ægrota, jugerum ejus toto anno tribus equis abunde sufficit.* Decem annos durare Palladius & Columella scribunt. De suo itaque Plinius, vel ex ignoto quodam auctore scribit, tricenos durare annos. Quater aut sexies ut Columella & Palladius referunt, secatur. *Idem etiam Plinius loco citato, secatur incipiens florere & quoties refloruit, id sexies evenit per annos, cum minimum quater, in semen maturescere prohibenda est, quia pabulum utilius est ad trimatum.* Theophrastus lib. II. de caus. cap. XX. Medicam diminutam, tonsamque melius reddi, auctor est, teneritatis alimentique probi ratione meliorem, sapidioremque evadere. pecori omni ægrotanti, inquit. Columella remedium est, armentum omne emaciatum ex ea pinguescit, hoc si verum quomodo Aristoteles lib. III. hist. animal. cap. penultimo scribit, lactis copiam minuere. Τῇ δὲ τροφῇ ἡ μὲν σβέννυσι τὸ γάλα οἷον ἡ μηδικὴ πόα καὶ μάλιστα τοῖς μηρυκάζουσι. *Lac certo pabulo deficit, ut herba medica, præsertim ruminantium.* Contra Varro lib. II. ad finem cap. II. *at maximè amicum cytisum, & medica; nam & pingues facit facillimè, & lac gignit.* Geoponicωn auct. li. XVII. cap. VIII. Κυτίσῳ ἢ μηδικῇ θρέψωμεν τὰς γαλακτώσας βοῦς, πλεῖον γὰρ ἕξουσι γάλα οὕτω τρεφθεῖσαι. *Lactantes boves cytiso aut medica nutriemus. Sic enim connutritæ plus lactis habebūt.* Aristoteles cum Varrone conciliabitur, si dicamus, lactis abundantiam facere, cum ad satietatem usq; vaccis pabuli hoc genus non detur. contra vero, si quantum libuerit, lac generare nequit, nam universum alimentū in sanguinem, adipem, & carnes redigitur, ut non supersit, quod in lac converti debeat. Ideo Columella loco citato. *Posteaquam voles teneram, cum prosiluerit, desecesl icet, & jumentis præbeas, sed inter initia parcius dum consuescant, ni novitas pabuli noceat. Inflat enim & multum creat sanguinem.* Plinius loco citato *dari non ad satietatem debet, ne deplere sanguinem necesse sit.* Observarunt hoc Hispani, nec non quidam Itali, inter quos Marcellus florentinus. In Hispania ubi quotidianus ejus in jumentorum pabulo usus est, nullo cibo prius, magisque lætari, & pinguescere jumenta, pecusque omne; parcius tamen dari, quoniam inflet & multum creet sanguinem, quem deducere postea necesse est. Describitur medica à Dioscoride lib. II. cap. CLXXVII. μηδικὴ ἔοικε μὲν ἄρτι φυομένη τριφύλλῳ τῷ ἐν χορτοκοπείοις· προάγουσα δὲ στενοφυλλοτέρα γίνεται, καυλὸς ἀνίεισι τριφύλλῳ ὅμοιος, ἐφ' οἷς τὸ σπέρμα προσπέφυκε φακῷ τὸ μέγεθος, ἐπεστραμμένον ὡς κεράτιον. *Medica dum recens erumpit, trifolio in pratis nascenti similis est, cum assurgit, foliis fit angustioribus, caules edens trifolii, quibus semē adnascitur lentis magnitudine, contortum adinstar corniculi.* Plinius loco citato *similis est trifolio caule foliisque geniculata quicquid in caule assurgit folia contrahuntur.* De semine nihil Plinius. Dioscoridis codicē viri doctissimi depravatū esse arbitrantur, restituunt, ἐν ἐπεστραμμένῳ κερατίῳ vel ἐπεστραμμένοις κερατίοις. Alii verò vulgatam servant lectionem, & τὸ σπέρμα non de semine, sed de siliqua sive conceptaculo vel id in quo semen continetur exponunt. Vox στενοφυλλοτέρα valde etiam suspecta, quasi id quippiam præter morem esset, quod folia minora sint in caulis superficie quam circa radicē, Puto scribendum πολυφυλλοτέρα id probare videntur verba quæ præcedunt ἄρτι φυομένη τριφύλλῳ nempe medicam post prima bina folia, statim ternis foliis conspici, ad instar trifolii pratensis, postea verò quina, septena, plura ferre in unoquoque pediculo, & hoc in perquam paucis plantis observare licet. Plinius verba Dioscoridis προάγουσα στενοφυλλοτέρα vel πολυφυλλοτέρα γίνεται interpretatus est, *quicquid in caule assurgit, folia contrahuntur.* Quid velint verba hæc? nescio. In antiquo codice scribitur, ea cum in caulem assurgit in folio contrahitur, viri docti legunt, ei cum in caulem, assurgit folia contrahuntur. Id est, inquiunt, quod Dioscorides ait, angustiora fiunt. Credo scripsisse Plinium, ei cum in caulem assurgit plura folia contrahit, id est in uno pediculo plura congregat, colligit, pluribus foliis quam tribus conspicitur. Cum recens erumpit, folio inquit esse Dioscorides trifolii pratensis. Plinius similis trifolio, hinc Hesichius. Μηδικὴ πόα τρίφυλλον οἱ δὲ λωτὸν ἁρμόζον τοῖς κτήνεσι. Idem alio loco τρίφυλλον πολύφυλλον. καὶ μηδικὴ οὕτω καλεῖται. *Medica herba trifolium dicitur, nonnulli lotum jumentis congruens ac idonea.* Idem, *trifolium, multifolium sic medica vocatur.* Trifolium, ut dixi, dicta quod recens nata, tribus fit foliis, eadem multifolium dicta, quod plura ferat folia. ex veteribus confudit turpiter medicam herbam cum oleo medico, quod naptham vocant, interpres Dionysii Priscianus.

> *Ignipotens oleo commixto gignitur herba,*
> *Medica cui nomen cujus compescere flammas*
> *Si quis aqua cupiat, plus ignis pascitur illa.*

De naptha alibi meliori occasione agam, aut in commentario ad Dioscoridem, ejus historiam ac vires admirandas recensebo. Illud ad medicę historiam addendum quod Servius ad hunc Vergilii versum scribit. -- *Te quoque medica putres accipiunt sulci.* Hæc à Medis translata est in Græciam, quo tempore eam Xerxes invaserat, hujus plena Venetia est, &, ut dicit Dionysius, trium foliorum est, semperque virens. De medicæ cultu hæc Columella loco citato habet. *Locum in quo medicam proxime vere saturus es, proscindito circa Calendas Octobris, & eam tota hyeme putrescere finito. Deinde Calendis Februariis diligenter iterato, & lapides omnes egerito, glebasque effringito, postea circa Martium mensem tertiato, & occato, cum sic terram subegeris, in morem horti areas latas pedum denum, longas pedum quinquagenum facito, ut per semitas aqua ministrari possit. Adjutusq; utraque parte runcantibus pateat. Deinde vetus stercus injicito, atque ita mense ultimo Aprilis serito tantum, quantum ut singuli cyathi seminis*

locum


locum occupent decem pedum, longum, & quinque latum. Quod ubi feceris, ligneis rastris, id enim multum confert; statim jacta semina obruantur. nam celerrime sole aduruntur. Post sationem ferro tangi locus non debet. Atque, ut dixi, ligneis rastris sarriendus, & itidem runcandus est, ne alterius generis herba invalidam medicam perimat. Tardius messem ejus primam facere oportebit, cum jam seminum aliquam partem ejecerit: posteaquam voles teneram, cum prosiluerit, deseces licet & jumentis præbeas. — Paucos deinde post dies, ubi cæperit fructificare, omneis alterius generis herbas eruncato, sic culta sexies in anno demeti poterit & permanebit annis decem. In his verbis Columellæ illud unum observandum, quod inquit, agrum stercorandum. Idem etiam Geoponicῶν auct. lib. XIII. cap. I. τὴν μηδικὴν κοπρίσαι, κύτισον θερίσαι χλωρόν. Stercoranda est medica mense Ianuario, & cytisum viride demetendum, recte itaque Theophrastus λέγουσι addidit. Medica, inquit stercoris causa perit ut quidam dicunt. Geoponicῶν enim auctor stercorandam docet. Idem etiam Columella. Sed nimium si stercoratum sit solum perit; id quod ex Varrone probari potest lib. I. cap. XLII. *De medica inprimis observes, ne in terram nimium aridam aut variam, sed temperatam semen demittas.* — Recentiores omnes pro medica ostendunt plantam, trifolium siliqua cornuta dictam. Virgulas hæc profert complures, virentes, rotundas, folia trifolio similia, circa caules contractiora & minora, flores in umbella brevi, crassæque spicæ quodammodo persimili exeunt, pratensis trifolii angustiore & minore, colore ut plurimum, cæruleo, nonnunquam luteo, etiam violaceo. Vidi partim luteo, partim cæruleo. Sequuntur inde siliquæ sive cornicula cochlearum similitudine intorta, sed multo quam cochleatorum trifoliorum angustiora: lentis videlicet tantum latitudine, aut paulo ampliore, ac in pauciores spiras contracta, duas videlicet, aut tres tantum, in quibus semen minutum & candidum. Horum trifoliorum maxima est varietas, quædam cochleata, quædam scutellata, peltata, echinata, falcata. Hanc plantam non esse medicam vel inde cognosci potest, quod semper sit trifoliata, cum tamen Dioscorides, ἄρτι φυομένη dicit, vox ἄρτι satis ostendit medicam non semper trifoliatam esse, sed tantum, cum recens è semine provenit, præterea semel tantum secari potest, nec est ἀείφυλλος. Verum hyeme foliis caret. Fœnum Burgundiacum vulgo vocant. Aliam tamen plantam, eo nomine ex Burgundia accepit Ioannes ab Elten qui summam in cognoscendis plantis adhibebat diligentiam: plantam hanc equis suis pro pabulo exhibere solebant Burgundi, & ut audio in Hispaniis idem fit. Quater in anno secatur, semperque viret. Foliis recenter nata conspicitur ternis, hinc quinis, deinde pluribus: altero à satione anno (tum enim demum quater secari potest, primis enim foliis dissectis, mox altera è radice emittit, quod non facit vulgaris medica,) caules profert à radice multos, cubitales, trifolio bituminoso non dissimiles (hoc trifolium intelligere Dioscoridem ex eo probatur quod non addat, ἐν χορτοκοπείοις) ex parte erectos & ex parte procumbentes, humique sparsos, folia galegæ ordine disposita, verum minora, teneriora & angustiora subtus albicantia, ex pluribus angustis in acutum desinentia. Flores in longiusculis spicis ut plurimum dilutè rubent, aliquando eleganter rubent, hos siliquulæ sequuntur echinatæ asperæ casside cristata insignitæ quadantenus tribuli terrestris. Unde Belgis planta **Hanekammekens** vocatur, in quibus semen planum, rotundum, instar corniculi contractum, uti pictura addita ostendit, locis graminosis, pratisque siccioribus reperitur. Onobrychin esse putant, & sic describitur à Dioscoride Ὀνοβρυχὶς φύλλα ἔχει ὅμοια φακῷ μικρῷ μακρότερα, καυλὸν σπιθαμιαῖον, ἄνθος φοινικοῦν, μικρὰν ῥίζαν. φύεται ἐν καθύγροις καὶ ἀργοῖς τόποις. Folia habet lenti similia, paulo longiora, caulem dodrantalem, florem phœniceum, radicem parvam, nascitur in humidis. Onobrychin dictam volunt ab asini rugitu, quod eo depasto fremant asini, vel ὀνόβρυχις, quasi ἀνὰ βρύχειν, quod sursum una cum scaturiginibus erumperet, vocatur. Contra planta quam medicam dixi, locis siccis, & arenosis nascitur, nec terra pingui, humidave gaudet, caulis major dodrante, cubitalis, quandoque major sesquicubitalis. De onobrychi plura non addo.

Μάλιστα μὲν, Semina peregrina, intra tres annos, ad vernacula redire scribit. Norunt rustici, experientia

Onobrychis recens è semine nata.
Onobrychidis prima germina.



Onobrychis cum flore.



docti triticum ex Zelandico semine natum, primo anno proximè ad Zelandicum accedere, secundo deterius esse, tertio Batavico simile fieri. Docet deinde, ea quæ ex apricis locis frigidisque feruntur, in minus aprica frigidaque reponenda, nempe ut paulatim aeri altero assuescant. ex frigido in calidum autumnali tempore transponere tutum. Contra ex calido in frigidum prima æstate transferre oportet. Sic ex aprico in nemorosum vere, ex nemoroso in apricum autumnali tempore transplantatio fiat.

Τὰ δὲ τῆς γῆς, Differentias telluris, seminum vires observandum recte præcipit, ac exemplis satis perspicuis probat. Rationem in libris de caus. II. & tertio adfert, quo lectorem mitto.

Ἀθήνησι δ' ἐν, Fallitur Vir magnus, cum negat, supra lib. II. ubi de frumenti in hordeum degeneratione scribit Præceptor, tiphæ zeæque mentionem fecisse Theophrastum. Duobus capitibus, de tritici, hordeique mutatione agit cap. III. & V. Legat lector, & judicet. Rationem, cur altera in alteram mutetur planta, dat lib. de caus. secundo & quinto quos adeat lectòr.

Καὶ ἡ αἶρα, Nasci inquit, lolium ex hordeo triticoque corruptis. Sed magis ex tritico, ex hordeo vero ægilops. Id testatur Galenus lib. de aliment. facult. cap. ult. Ἐν μὲν τοῖς πυροῖς αἶραι πολλάκις εὑρίσκονται πολλαί, κατὰ δὲ τὰς κριθὰς γίγνονται μὲν ἀλλ' ὀλίγαι· πολὺ δὲ ὁ καλούμενος αἰγίλωψ ἐν αὐταῖς, ὅταν δὲ δυστυχήσωσι κατὰ τὴν πρώτην αὔξησιν ἢ γένεσιν. ὁ δ' ἐμὸς πατὴρ παρακμὴν τῆς ἡλικίας φιλογεωργὸς γενόμενος, ἔσπειρέ ποτε καὶ πυροὺς καὶ κριθὰς, ἀκριβῶς ἐκλέξας αὐτῶν ἅπαν ὅσον ἑτερογενὲς ἐμέμικτο σπέρμα, χάριν τοῦ γνῶναι σαφῶς εἰ κατὰ μεταβολὴν αὐτῶν ἡ γένεσις ταῖς αἴραις τε καὶ τοῖς αἰγίλωψι, ἢ φύσιν ἰδίαν ἔχει καὶ ταῦτα τὰ σπέρματα γενηθέντων, δ' ἅμα τοῖς καθαροῖς σπέρμασιν, αἰρῶν μὲν πολλῶν κατὰ τύχην ἐν τοῖς πυροῖς, ὀλίγων δ' ἐν ταῖς κριθαῖς, ἀλλ' αἰγίλωπος δαψιλῶς ἐπεχείρει, καὶ τῇ τῶν ἄλλων σπερμάτων βασάνῳ τὸν αὐτὸν τρόπον. *In tritico quidem frequens lolium sæpe invenitur, in hordeis verò reperitur, sed paucum, quam autem ægilopem appellant, ea in hordeis frequens reperitur, cum prima generatio vel incrementum ipsis non bene successerit, porro pater meus ætate jam declinante, cum agricultura delectaretur, triticum ac hordeum aliquando seminavit, omnibus diversi generis seminibus, quibus ipsa erant admista, diligenter selectis, quo certo cognosceret, num ex ipsorum mutatione, lolium & ægilops nascerentur, an propriam hæc quoque semina naturam haberent, cum fortè una cum puris seminibus in tritico quidem lolium, in hordeo autem parum, sed magnam ægilopis vim enatam conspiceret, in aliis quoque seminibus idem est aggressus.* Plinius lib. XVIII. cap. XVII. *Primum omnium frumenti vitium avena est* (modo αἰγίλωπα, modo βρόμον avenam interpretatur. Vide cap. sequens, ubi de utraque agam planta) *& hordeum in eam degenerat, sicut ipsa frumenti sit instar, quippe cum Germaniæ populi serant eam, neque alia pulte vivant. Soli maximè cœlique humore hoc evenit vitium, sequentem causam habet imbecillitas seminis, cum diutius retentum est terra, priusquam erumpat, eadem est ratio si cariosum fuit cum sereretur, prima autem eruptione statim agnoscitur, ex quo apparet in radice esse causam.* Vide cap. I. lib. IV. de causis, ubi docet, cur triticum magis in lolium mutetur quam hordeum. Vide etiam lib. V. de caus. ubi de pestibus & injuriis frugum agit, capit. XXII.

Ἀφάκοις Lego φακοῖς, non ut scriptum est ἀφάκοις. Plinius lib. XVIII. cap. XVII. *Est herba, quæ cicer enecat & ervum, circum ligando se; vocatur orobanche. Triticum simili modo æra,* (aliquando lolium interpretatur, aliquando Græcam servat vocem. Falsum etiam est lolium circumligando enecare triticum, Theophrastus non complexu triticum necare, sed triticum degenerare in eum, simulque cum tritico nasci ut lib. V. de caus. cap. XXII. docet, & hanc causam esse cur enecet) *Hordeum festuca, quæ vocatur ægylops,* (supra avenam interpretatus est) *lentem herba securidaca, quam Græci a similitudine pelecinem vocant. Et hæ quidem complexu necant.* Contra Theophrastus. Securidaca aphacam necat, lentem aracus. Plinii lectionem defendit Geoponicῶν auctor lib. II. cap. XLI. ἡ ὀροβάγχη (vulgo ὀροβάγχη) φθείρει τοὺς κυάμους, καὶ τοὺς ἐρεβίνθους περιπλεκομένη· τὸ ζιζάνιον τὸ λεγόμενον αἶρα φθείρει τὸν σῖτον. ἄρτοις δὲ μιγνυμένη σκοτοῖ τοὺς ἐσθίοντας. τὰς δὲ κριθὰς βλάπτει αἰγίλωψ, φακὴν ἡ πελεκῖνος καλουμένη [...]πόα. *Orobanche necat fabas, & cicer sese complicando, zi[...]nion, quod vocatur lolium, corrumpit frumentum, pani[...]is autem admistum tenebras vescentium oculos obducit*

hordeum lædit ægilops, lentem securidaca, herba Græcis pelecinus appellata. Hæc fere eo deduxerunt me, ut crederem codicem Theophrasti hoc loco corruptum admodum esse, ac multa præter veritatem ex margine addita, verum cum Galenum lib. de aliment. facult. legissem, vidi codicem quidem corruptum, sed nihil additum, ac legendum ἀντὶ ἀφάκοις φακοῖς. Sic itaque loco cit. scribitur. Εὑρεῖν δὲ καὶ τοῖς φακοῖς ἐκ μεταβολῆς αὐτῶν γενομένους ἀράκους τε τοὺς σκληροὺς καὶ στρογγύλους καὶ πελεκίνους ἄβρωτα σπέρματα, τὴν δὲ ἀπαρίνην οὐ μόνον ἄβρωτον, ἀλλὰ καὶ τοῦ φυτοῦ περιπλεκομένην τοῖς φυτοῖς τῶν φακῶν ἄγχουσάν τε καὶ πνίγουσαν αὐτὰ καὶ κατασπῶσαν ὥσπερ ἡ ὀροβάγχη τοὺς ὀρόβους. *Reperit igitur in lente quoque ex mutatione ipsius durum rotundumque aracum, & securinum semina non vesca enata: præterea aparinen, quæ non modo non esculenta est, sed plantæ lentis dum assurgit, undique implexa ipsam strangulat, ac suffocat ac detrahit, non aliter quam orobanche ervum.* Non dubito quin Galenus scripsit καὶ στρογγύλους καὶ τοῖς ἀφάκοις πελεκίνους. Et in aphaca securinum. De araco sive cicere, Orobanchis & securino supra cap. XI. egimus, aphacis historiam hoc loco addemus.

Πελεκῖνος cur dicatur, ipse docet Theophrastus, quod semen ejus securim æmuletur, dicitur à Dioscoride ἡδύσαρον ob suaveolentiam: odorem enim emittit fœnu-græco, lupino, ac meliloto non dissimilem. Describitur à Dioscoride lib. III. cap. CXXIV. ἡδύσαρον τὸ ὑπὸ τῶν μυρεψῶν καλούμενον πελεκῖνος. θάμνος ἐστὶ φυλλάρια ἔχων ἐρεβίνθῳ ὅμοια, λοβοὺς δὲ κερατίοις ἐοικότας, ἐν οἷς τὸ σπέρμα πυῤῥὸν, ὅμοιον πελέκει ἀμφιστόμῳ. ὅθεν καὶ ὠνόμασται· πικρὸν γευσαμένῳ, εὐστόμαχον, πινόμενον — φύεται ἐν κριθαῖς καὶ πυροῖς. *Hedysarum quod unguentarii pelecinum*, id est, *securidacam* (vel uti contendit doctissimus Turnebus *securiculatam* à securicula.) *vocant. Frutex est minutis foliis, ciceri similibus: siliquis vero cornicula referentibus, in quibus semen fulvum, quod ancipitem securim æmulatur* (unde & nomen accepit) *gustu amarum. Stomacho in potu utile.* ——— Nascitur inter triticum & hordeum. Theophrastus, Galenus, cæteri in aphacis nasci tradunt. Vulgaris securidaca in arvis & segetibus, quas rapidi torrentes ex Alpibus Taurinis, præcipiti alluvione, plerumque vastant, via qua ad Cevarium itur, satis multa oritur, & fertilitate restibili sese reparat, caules promit ab radice multos cubitales, rotundos, foliis oblongis ex multis lentis foliolis rotundioribus ut arachi, viciæ, & similium congesta, flores fert purpureos non raro etiam luteos, sequuntur siliquę humi stratę, compressæ, rostrellis aduncis, quantæ fœnugræci seminis & similitudine, sed compressiores utrimque, & angulosam aciem securis effigiante. In his semina complura, ruffa, & amara, angulosa, securis effigie.

Ἀφάκη quibusdam dicta videtur, ab ἀ voce privativa & φακὸς lente, quod lentem minime referret. Vel nomen illud accepit quod lenti simillima. τὸ ἆ enim quandoque simul significat τὸ ὁμοῦ τὸ ἴσον. sic ἀδελφοὶ fratres dicuntur, composita dictione ex ἆ & δελφὺς, quod uterum significat, quasi ejusdem uteri, sic ἀτάλαντον pro ἰσοτάλαντον æquiparandum, æquale ejusdem ponderis. Posteriorem hanc opinionem probare videntur verba Galeni lib. I. de aliment. facult. cap. XXXVI. Περὶ ἀφάκης καὶ βικίου τὸ σχῆμα τῶν σπερμάτων τούτων οὐ στρογγύλον ἐστὶν ὥσπερ τὸ τῶν κυάμων, ἀλλ' ὑπόπλατυ μᾶλλον ὁμοίοις τοῖς φακοῖς. *De aphaca & vicia: horum seminum figura non est rotunda, sed aliquanto latior quomodo lentium.* Ex hisce verbis Galeni notandum, hallucinare illos, qui aphacam & viciam unam eandemque putant esse plantam. Similes esse concedimus, sed tamen diversas τούτων τῶν σπερμάτων horum seminum dixit Galenus. Aphacæ notam unam alteramve hoc in libro dedit Theophrastus, nam lib. præcedenti quæ de aphaca scribit non intelligi debent de legumine quodam sed de olere. Aphaca enim olus & legumen est, uti lib. VII. cap. VII. & XI. dixi, videat lector quæ citatis dixi capitibus. Lib. VIII. cap. I., inter ea numerat legumina, quæ sero seruntur. cap. V. siliquam semenque leviter latam inquit. Hoc cap. VIII. à securidaca facile lædi, cap. X. inter ea recenset quæ celeriter pereunt. Aphacam describit Dioscorides lib. II. cap. CLXXVIII. Ἀφάκη θαμνίον ἐστὶ φυόμενον ἐν ἀρούραις φακοῦ ὑψηλότερον, λεπτόφυλλον· τὰ δὲ ἐπ' αὐτοῦ φυόμενα μείζονα φυλλάκια τοῦ φακοῦ, περιεκτικὰ τῶν σπερματίων τριῶν ἢ τεσσάρων, μελάνων (μελαίνων interp. omnes) καὶ μικροτέρων φακοῦ, δύναμιν δὲ ἔχει τὰ σπερμάτια συστατικήν. —— *Aphaca frutex est exiguus, in arvis nascens, altior lenticula, foliis tenuibus, folliculos fert quam lenticula majores, quibus exigua semina*

nigra

nigra terna, quaternaque, lenticula minora continentur. Hæc adstringendi vim habent. Plinius lib. XXVII. cap. V. descriptionem hanc Dioscoridis ita exprimit, ut ex eo transcripsisse videatur, vel certe ex eodem auctore, ex quo ipse Dioscorides exscripsit. *Aphace*, inquit, *tenuia habet folia: pusillo altior lenticula est, siliquas majores fert, in quibus terna aut quaterna semina sunt, nigriora & madidiora, & minora lenticula. Nascitur in arvis. Natura ei ad spissandum efficacior, quam lenti.* — Pro aphaca viri longè docti habent plantam, quam orobanches Theophrasti nomine, ostendimus. Non esse Theophrasti vel eo probatur argumento, quod nec siliqua, nec fructus celeriter pereat. At hoc nullius ponderis, cap. x. hujus libri probatur, nec tale quid Theophrastus scripsit. Diversam alii volunt Dioscoridis, & Theophrasti ἀφάκην, sed cum nulla adferant argumenta, quibus suam firment opinionem, non video cur horum opinioni subscribam. Ponamus diversa, nam cum descriptione Dioscoridis non convenit. Etenim folia huic latiuscula non tenuia, nec unquam omisisset Dioscorides è singulis geniculis bina prodire folia, sibi invicem opposita. Botanici qui craccam primam Dodonæi pro aphaca habent, falluntur. Nam craccæ semen exquisitè globosum & rotundum est; aphacē vero Galenus semen habere ait, aliquanto quam lens latius. Non desunt qui viciam vulgarem pro aphaca habent Theophrasti. Nec horum sententiam probo, siquidem Galenus aphacen à vicia diversam facit, nisi dicamus aliam quandam plantam viciam esse. Mathiolus quod vulgo viciam Botanici vocant, pro ἀφάκῃ ostendit, & pro vicia id quod Dodonæus craccam primam vocat, at huic semen rodundum. Melius si dicamus vulgarem viciam aphacen esse, viciam vero plantam, quam viciam sativam albam vocant, coloris pallidi, & piso vulgari minus, compressum attamen non rotundum: Folia utraque habet oblonga in claviculas desinentia, ex pluribus uni costæ seu nervo adnatis composita, quorum singularia majora, latiora, crassioraque sunt quam lentis, cauliculos fert tenues & quadrangulares, tres fere pedes altos, flores fabæ vulgaris forma, sed colore ex purpura nigros, siliquas latas, exiguas, atque in singulis grana quina, senave, non globosa, sed lenticulæ instar propemodum compressa. *Vicia*, inquit Varro lib. I. de re rust. cap. XXXI. *dicta à vinciendo, quod item capreolos habet, ut vitis, quibus sursum deorsum serpit, ad scapum lupini, aliumve calamum ad quem ut hæreat eum solet vincire.* Doctiores viciam à Græco βικίω dictam putant, ac βίκιον dici, quod fructum semenque ferat lagenulæ effigie, Glossę Græco barbarę βικία χόρτος *vicia*, Glossæ Servii *vicia*, βίκιον, Suidas Βῖκος τὸ ἀγγεῖον καὶ βικίδιον, διὰ τὸ ἐν περιόδοις ——— καὶ βῖκος, τὸ σπέρμα. Bicion ab Atticis ἀράχος vel ἄρακος, ut in Aldino legitur codice. Vel κύαμον dici auctor est Galenus lib. supra citato τό γε μὴν ὄνομα τοῦ βικίου παρ' ἡμῖν σύνηθές ἐστι καὶ μόνως γε οὕτως ὀνομάζεται. παρὰ δὲ τοῖς Ἀττικοῖς ἀράκος ἢ κύαμος ἐκαλεῖτο. *Cæterum viciæ nomen apud nos quidem est tritum eoque solo nominatur. Attici vero saracon aut fabam appellant.* In Aldino, ut dixi, codice ἄρακος legitur. Hinc colligi posset; aracum de quo supra egi, & bicion viciamque unam eandemque esse plantam, maximè quod nec Theophrastus nec Dioscorides bicii sive viciæ meminerint. Illud obstat, quod Galenus capite de aracis vicium vel viciam dici non scribat, nec verisimile illum de una eademque planta eodem libro bis agere.

Ὀροβάγχη, Orobanche nomen adepta est, quod uti Theophrastus scribit, quod ὄροβον ἄγχει, id est, strangulat. Recentioribus Græcis λέοντος βοτάνη & ὀσπρολέων dicitur. Geoponicῶν auctor lib. II. cap. XL. περὶ λέοντος βοτάνης ἣν καὶ ὀροβάγχην καλοῦσι. ὁ ὀσπρολέων ὃν τινες ὀροβάγχην καλοῦσι. *De herba leone quam & orobanchen vocant; leguminum leo osproleon Græcis, item orobanche appellatus.* Duplicem esse orobanchen, aliam Theophrasti, aliam Dioscoridis; historia ex utroque auctore ostendet. De orobanche hæc Theophrastus lib. & cap. VIII. & lib. V. de caus. cap. XXII. Orobanche ervum necat amplexu, compressuque suo, idem de orobanche Geoponicῶν auctor. Verba supra citavi, uti etiam Plinii. Quidam scandulacam, vel ut Doctioribus placet, scandulatam Festi putant. Hanc frugibus inimicam dicit, quod eas, velut hedera implicans, necat. Scandulata dicitur, quasi scandolas habens. Dioscorides orobanchen describit lib. II. cap. CLXXII. Ὀροβάγχη καυλίον ἐστὶν ὑπέρυθρον ὡς διπιθαμιαῖον, ἐνίοτε δὲ καὶ μεῖζον, φύλλοις ὑπολίπαρον, ἔνδασυ, τρυφερόν. ἄνθεσιν ὑπολεύκοις ἢ μηλίζουσι κεχρημένον. ῥίζα δὲ ὕπεστι δακτύλου τὸ πάχος, κατατετρημένη πρὸς τὴν τοῦ καυλοῦ ξηρασίαν, δοκεῖ δὲ φυόμενον ἐν ὀσπρίοις ποσὶ πνίγειν αὐτά ὅθεν καὶ τὴν προσωνυμίαν ἔσχηκε. *Orobanche cauliculus est subruber, duos fere dodrantes altus, interdum etiam major, foliis subpinguibus, hirsutus, ac tener; floribus præditus subalbidis, aut in luteum vergentibus. Radix subest digiti crassitudine fistulosa perforata, cum caulis ariditate flaccescit, inter legumina quædam si nascatur ea suffocare creditur, unde & nomen accepit.* Plinius lib. XXII. cap. ultimo. *Orobanchen appellavimus necantem ervum & legumina, alii cynomorium eam appellant à similitudine canini genitalis; cauliculus est sine foliis, pinguis rubens.* &c. Cynomorii nomen non ineptè huic datum: genitale enim canis repræsentat. Nam si quis plantam hanc contempletur glabro, singularique caule prosilientem, confarctos inter se flores, & quasi in glomum collectos monstrantem, genitalis canini referre effigiem perspiciet, quod in summo crassius, & veluti galericulo

Orobanche.



contectum, cernitur. Cauliculum, inquit esse, Plinius, sine foliis; quasi ἄνευ φύλλων scripsisset Dioscorides. Legitimam orobanchem, cujus iconem addidi, circa caulem foliolis pinguibus præditam, non semel observavi; in summo verò caule foliis paulo latioribus; itidem subpinguibus, inter quæ flores ipsi emicant. Floribus quandoque subviridibus, qualis quæ genistæ vulgari adnascitur, quæ vero Hispanicæ, floribus majoribus luteis est. Candicantibus floribus est, quæ reperitur in locis arenosis circa Wassenaer & Catwicum pagos, forma urticæ mortuæ inertis, flore non dissimilibus floribus succedunt oblongi caliculi in quibus semina minutissima, candicantia, inutilia. cauliculus est subrubens, pedalis, aut major, fistulosus fragilis. Secundum cauliculi partem superiorem flores. Radices subsunt rotundæ, turbinatæ, digiti aut pollicis crassitudine, foris squamis nigricantibus contectæ, intus vero subcandidæ aut subluteæ, quæ recentes succum habent lentum ac facile franguntur, arida vero cornu modo durescunt. semper ferè alicujus vicinæ plantæ fibris adnascitur, ut plurimum ad genistam, vidi ad salicem in locis nostris arenosis. Observavi nullius planè fibris adnatam. Limodorum Theophrasti esse statuunt viri satis docti, vel uti in editione Lugdunensi Batavorum

legitur αἱμόδωρον; pro quo αἱμόδορον lego, à cute, tanquam cruore infecto. Cauliculo enim constat rubente. Plinius lib. XIX. cap. X. *Et necatur cuminum ab Hæmodoro* (vulgo *ab imo dorso* legitur, quod est valdè ineptum; Theophrasti verba quæ paulo infra citantur, sic legendum docent) *nisi repurgetur. Est autem unicaule, radice bulbo simili, non nisi in solo gracili nascens.* Aldinam siquis velit sequi lectionem, nomen huic impositum plantæ dicat, quod famem aliis adferat plantis, Frugum enim alimentum ad se trahit, ipsasque & extenuat, & incrementum sumere perfecteque adolescere non sinit. Vide cap. XXII. lib. V. de caus. plant. Orobanche Dioscoridis sive Theophrasti hæmoderum notum satis. Ad hæmoderi classem referri debet planta quam Iustus Huernius verbi divini minister fideliss. in India orientali, vocat fritillariam crassam promontorii bonæ spei. Hujus iconem, nec non descriptionem vide lib. quarto & capite quarto. Hanc ob radicem, foliorumve formam, ad hæmoderi classem retuli; ad florum etiam classem non ineptè referri potest. Orobanchen Dioscoridis Itali herbam lupam vocant, quod vicinas devoret plantas, eorumque subtrahat alimentum. Eadem de causa nostri rustici malam herbam vocare solent. A pastoribus herba tora dicitur, quod vaccæ ea degustata (ut pastores facto periculo testantur) statim taurum adeant. Ad orobanchen Theophrasti nulla propius accedit planta, quam quæ vulgo aphace vocatur. Hæc

Aphaca Lob.



enim ad frugum classem referri debet, amplexuque suo necat plantas, maximeq; orobum. Tenuibus, angulosis, geniculatis, longis, lenteq; altioribus cauliculis assurgit. Folia ei sunt parva, latiuscula, in acutum desinentia, è singulis geniculis bina, sibi invicem opposita, & circa hæc tenues viticulæ, & graciles pediculi, flores ferentes parvos ac luteolos, quos siliquæ sequuntur latæ, lentis longiores, in quibus semina quatuor quinave, lata, nigra, dura, & lente minora, plana, rotunda. Radicibus nititur parvis ac fibrosis; in agris frumentariis læto pinguique solo unà cum leguminibus ac frumentis exit. Floret Majo, semen Iunio ac Iulio maturum est. Βούκερας ἢ βούκερως dicitur, à siliquarum forma. Nicandri scholiastes in Alex; pharmacis βουκέραος ἢ εἶδος βοτάνης· τοῦτο ἢ καμπυλόν ἐστι, καθάπερ βοὸς κέρας, διὸ καὶ τῆς ὀνομασίας ταύτης ἔτυχε. *Bouceras herbæ species, siliquam recurvam habet, ad instar bovis cornu; unde & nomen accepit.* Galenus in lexico anagallidem etiam sic vocatam fuisse refert. βούκερας ἢ τῆλις. Μενήθεως ἐν ταῖς ὀνομασίαις τῶν φαρμάκων, καὶ ἀναγαλλίδα οὕτως προσαγορεύεσθαι φησὶ Bouceras fœnigræcum Meneuthes in pharmacorum nominibus anagallida sic vocari tradidit. Hesichius semen fœnigræci βούκερας vocat. βούκερας τὸ σπέρμα τῆς τήλεως. Fœnigræcum à Galeno lib. I. κατὰ τόπους cap. I. καλλίκερως vocatur. Καλλίκερως ἢ τῆς τήλεως δοκεῖ μοι λέγεσθαι (ὀνομάζει) ἢ παρ' ἡμῖν ἐν Ἀσίᾳ τοῦτο τὸ φυτὸν αἰγόκερως. Calliceron fœnigræcum mihi vocare videtur. Planta hæc in Asia aigoceron vocatur; quod cornu mentiatur caprinum, & κεραΐτις, quasi cornuta herba. Ex his etymis colligitur τῆλιν sive τηλίδα vocari, quod cornua ejus in longum extendantur, τῆλε enim Græcis longè significat. Hippiatrici auctores ἀντὶ τήλεως sive τηλίδος scripserunt τίλεως, uti lib. I. cap. III. ubi Pelagonius τίλεως χυλὸν καθαρείως ὀθηθὲν καὶ δέσμην σελίνου. Sunt qui fœnugræci succum mundo linteo colatum, & apii fasciculum. Lib. II. cap. CXIV. Hippocrates λαβὼν βουκέρω ὃ ἐστι τίλεως χοίνικα βρέξον ἐν οἴνῳ ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς. *Cape fœnugræci quod bouceras nominant, sextarium, maceretur per tres dies in vino.* Nicolaus Myrepsus sectione de unguentis 92. μοσχοσίταρον vocat, quasi boum pabulum, quod ejus granis ac semine vituli ac boves pascantur. Et hæc quidem appellatio pulchrè fœnugræco quadrat, ut quod à Columella lib. II. cap. XI. inter pabula jumentorum connumeretur. Eodem capite idem Columella à rusticis siliquam dici scribit, quod velut siliquæ arbor siliquam etiam ferat. Fœnugræcum inquit quod siliquam vocant rustici, duo tempora sationum habet. Eadem de causa, Plinio lib. XVIII. cap. XVI. silicula dicitur. *Et silicula hoc est fœnugræcum, scarificatione* (id est terra leviter scalpta) *seritur, non altiore quatuor digitorum sulco, quantoque pejus tractatur, tanto melius provenit, rarum dictu, esse aliquid cui prosit negligentia.* Ideò Theophrastus in tenui, nullo modo pingui provenire scribit. Varroni silicula parva siliqua est, lib. I. de re rust. cap. XXIII. Itaque *lupinum*, inquit, *quando nec dum siliculam cepit.* ——— Notam unam alteramve fœnugræci ex Theophrasto colligere licet, lib. III. hist. cap. XVII. coluteam folia fœnugræco similia habere inquit, Theodori si lect. sequamur. lib. IV. cap. V. lentem Indicam fœnugræco visu similem inquit, lib. & cap. VIII. tenui in solo prodire, & ab Hæmodero lædi, lib. VI. De caus. cap. XXII. viride fœnugræcum dum adhuc est, nihil olere, siccatum suavem emittere odorem. Dioscorides li. II. ca. CLXXVI. siliquas proferre ait smilacis hortensis, sed minus longas, & torosas. Verba Dioscoridis, vide cap. de smilace hortensi, in siliquis his semen fert myagro simile. Vide hist. myagri supra. Idem Dioscorides loti sylv. æstris semen lib. IV. cap. XII. simile fœnugræco scribit. Verum fœnugreci majus esse inquit. Fœnugræcũ adeò notum, ut qui lotos norit, neminem latere possit. Emicat cauliculis parum striatis, foliis ternis, loto æmulis, superiori parte virentibus, inferiore ad cinerium inclinantibus. Flore parvo, albicante, siliqua longa, gracili, angusta, instar corniculi recurva. Semine anguloso, oblongo, non magno, flavescenti; quod resiccatum cum gravitate quadam suaviter olet. Fœnugræci hanc ex Nicandro placuit addere de scriptionem.

Ἄλλοτε βουκέραος σιτηγόνου ὄρρα κεραίας,
Εὐκαμπεῖς πετάλοισιν ὑπηνεμίοισιν ἀέξει.

Aut pescæ siliquæ, solitæ proferre recurvo,
Sub lævibus foliis, referentes cornua fructu.

Fœnugræcum apud nos vere seritur, quondam hyeme vel veris initio & autumno. Columella loco citato. *Duo tempora sationum habet; quorum alterum est Septembris mensis (cum pabuli causa seritur) eisdem diebus quibus vicia circa æquinoctium: alterum autem mensis Ianuarii* (apud nos Martio, Aprilique mensibus seritur) *ultimo vel primo Februarii, cum in messem seminatur. Sed hac ratione jugerum sex modiis, illa septem occupamus: utraque cruda terra non incommode fit: daturque opera, ut spisse aretur; nec tamen altè; nam si plus quatuor digitis adobrutum est, semen ejus non facile prodit: propter quod nonnulli prius quam serant, minimis aratris proscindunt, atque ita jaciunt semina & sarculis adobruunt.*

CAP.

ΚΕΦ. Θ. CAP. IX.

De coctibili legumine & incoctibili. Triticum bonam terram exposcere. Hordeum in graciliore solo proficere. Cur stercorari terram à faba putetur. Item de semine, quam speltam nunc dicimus. Nec non de bromo, siligine, tipha, avena, lolio, sesama.

ΤΟ δὲ τέραμον καὶ ἀτέραμον λέγεται μὲν ἐπὶ τῶν ὀσπρείων μόνον. οὐκ ἄλογον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν σιτωδῶν παραπλήσιον ἢ καὶ ταὐτὸ ἦν συμβαίνειν. ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ τὴν αὐτὴν εἶναι χρείαν οὐχ ὁμοίως ἐμφανές. ἐπεὶ οὐδ' ἐπὶ τούτων ἁπάντων ὁμοίως ἀλλὰ μάλιστα ἐπὶ τῶν κυάμων λέγεται καὶ φακῶν. εἴτ' οὖν καὶ μάλιστα πασχόντων, εἴτε καὶ διὰ τὴν χρείαν φαινομένων. γίνεται γοῦν πλέον. πολλαχῶς γὰρ τόποι τινές εἰσιν οἳ ἀεὶ φέρουσι τεράμονα· καὶ ἄλλοι πάλιν ἀτεράμονα. τὸ δὲ ὡς ἐπίπαν, οἱ λεπτόγεω μᾶλλον τεράμονα. καὶ ἀέρος κατάστασίς τις ποιεῖ τὴν τοιαύτην παραλλαγήν. σημεῖον δὲ, ὅτι ταῦτα τὰ χωρία καὶ ὁμοίως ἐργασθέντα † φέρει, ποτὲ τεράμονα, ποτὲ δὲ ἀτεράμονα. περὶ Φιλίππους δὲ ὁ κύαμος λικμώμενος ἐὰν ὑπὸ πνεύματος ἐγχωρίου ληφθῇ, τεράμων ὢν ἀτεράμων γίνεται. ταῦτα μὲν οὖν μηνύει, διότι πολλαχῶς τῶν δὲ τῶν χωρίων ἔνια σύνορα, καὶ ὁμοίως καθήμενα, καὶ οὐδεμίαν ἔχοντα κατὰ τὴν γῆν διαφοράν· τὸ μὲν τεράμονα, τὸ δ' ἀτεράμονα φέρει. καὶ ἐνίοτε μόνον αὔλακος διοριζούσης καρπίζεται τὴν γῆν μάλιστα πυρός· εἶτα κριθή. διὸ καὶ ὁ μὲν ἀγαθὴν ζητεῖ χώραν· ἡ δὲ κριθὴ δύναται καὶ ἐν ταῖς ψαφαρωτέραις ἐκφέρειν. τῶν δὲ χεδροπῶν μάλιστα ἐρέβινθος, καίπερ ἐλάχιστον χρόνον ἐν τῇ γῇ μένων. ὁ δὲ κύαμος ὥσπερ ἐλέχθη καὶ ἄλλως οὐ βαρὺς, καὶ ὅτι κοπρίζειν δοκεῖ τὴν γῆν διὰ μανότητα καὶ ‡ εὐπεψίαν. διὸ καὶ οἱ περὶ Μακεδονίαν καὶ Θετταλίαν, ὅταν ἀνθῶσιν, ἀνατρέπουσι τὰς ἀρούρας. τῶν δὲ ὁμοιοπύρων, καὶ * ὁμοιοκρίθων, οἷον ζειᾶς, τίφης, ὀλύρας, βρόμου, αἰγίλωπος, ἰσχυρότερον καὶ μάλιστα καρπιζόμενον, ἡ ζειά. καὶ γὰρ πολύρριζον, καὶ βαθύρριζον, καὶ † ‡ πολυκάλαμον. ὁ δὲ καρπὸς κουφότατος καὶ προσφιλὴς πᾶσι τοῖς ζώοις. τῶν δ' ἄλλων ὁ βρόμος πολύρριζος· καὶ γὰρ οὗτος πολυκάλαμος. ἡ δὲ ὀλύρα, μαλακώτερον καὶ ἀσθενέστερον τούτων. ἡ δὲ τίφη, πάντων κουφότατον. καὶ γὰρ * μονοκάλαμον· διὸ καὶ χώραν ζητεῖ λεπτὴν, οὐχ ὥσπερ ἡ ζειὰ πίειραν καὶ ἀγαθήν. ἔστι δὲ δύο ταῦτα καὶ ὁμοιότατα τοῖς † πυροῖς, ὅτ' αἰγίλωψ καὶ ὁ βρόμος· ὥσπερ ἄγρια ἄττα καὶ ἀνήμερα. ἐπικαρπίζεται δὲ σφόδρα καὶ ὁ αἰγίλωψ τὴν γῆν, καὶ ἔστι πολύρριζον καὶ πολυκάλαμον. ἡ δὲ αἶρα παντελῶς ἀπηγριωμένον. τῶν δὲ ἐν τοῖς θερινοῖς ἀρότοις, τὸ σήσαμον δοκεῖ χαλεπώτατον εἶναι τῇ γῇ, καὶ μάλιστα καρπίζεσθαι· καὶ πολυκαλαμώτερον, καὶ παχυκαλαμώτερον, καὶ ‡ πολυρριζότερον κέγχρου. διαφέρει δὲ ταῦτα πρὸς τὴν γῆν κοῦφα, καὶ πρὸς τὴν ἡμετέραν τροφήν. ἔνια γὰρ ἐναντίως. ὥσπερ τὰ χεδροπὰ, καὶ οἱ κέγχροι. καὶ τὰ πρὸς ἡμᾶς δὲ ὥσπερ ἐλέχθη τι, καὶ τ' ἄλλα ζῶα.

Coctibile dici & incoctibile de leguminibus tantummodo solet. Veruntamen & in frumentaceis idem aut proximum evenire non absque ratione putaveris. Sed quoniam usus non idem sit, non æque percipi potest, neque in omnibus leguminibus ex æquo sentitur, sed præcipue in faba, & lente: seu quod hæc majorem in modum afficiantur, seu etiam quod propter frequentiorem usum magis appareant. Largius sane fieri solent. Sunt enim loca permulta, quæ semper coctibilia ferunt, & alia quæ incoctibilia. Sed omni quasi ex parte terra tenuis coctibilia potius reddit. Cœli quoque conditio mutationem ejusmodi afferre nimirum potest. Argumentum, quod † eædem segetes alias coctibilia, alias incoctibilia reddant. Faba apud Philippos cum ventilatur, si ab afflatu ejus regionis perfletur, ex coctibili fit incoctibilis. Hæc igitur multifariam rem istam posse fieri monstrant; quandoquidem & ‡ segetum nonnullæ conterminæ inter se, situmque similem obtinentes, nec ullam telluris differentiam sortientes, non pari modo fructificant: sed hæc coctibilia; illa incoctibilia parit, etiam sulco tantum nonnunquam segetes discernente. Emacerat potissimum terram triticum; tum hordeum. Quamobrem triticum terram bonæ frugis exposcit. Hordeum in graciliori solo proficere satis potest. Cicer autem inter legumina maxime: quanquam in ea minus temporis maneat. Faba (ut dictum est) cum alias gravis non est, tum quod tellurem raritatis suæ, ac putredinis causa, stercorare putatur. Ob id qui circa Macedoniam atque Thessaliam colunt, cum fabæ florent, arva invertere consueverunt. Inter ea, quæ tritico, & hordeo similia sunt * ceu semen, tipham, siliginem, bromum, avenam, robustissimum & maxime terram extenuans semen redditur. Quippe cum radix ei multiplex, atque alta, culmusque numerosus sit: fructus facillimus, omnibusque animalibus gratissimus est. Inter reliquas bromus radice numerosiore consistit: is enim multis dispergitur culmis. Siligo prædictis mollior atque infirmior est. Tipha omnium levissima est: nam & in simplici culmo assurgit, & solo proinde tenui contenta est. nec ut semen, pingue & lætum desiderat. Sunt duo illa, semen & tipha perquam similia tritico. Avena verò & bromus veluti silvestria quædam, & immitia sunt. Avena quoque terram vehementer extenuat, & multiplici tum radice, tum calamo * conditur. Lolium sylvestre penitus est. Omnium autem quæ æstivis sementibus ager recipit, sesama terræ molestissima esse, plurimumque posse extenuare putatur: utpote quæ multipliciori, crassiorique calamo, & ‡ numerosiore constet radice, quam milium. Sed quæ terræ, quæque homini ratione cibi facilia sentiamus, differre inter sese planè videntur. Quædam enim è contrario facilia veniunt, ut legumen, ut milium. Adde si quid pro usu hominum facilitatem è diverso quam pro usu cæterorum animantium sortiri appareat.

Marginalia (Greek column):
† φέρει ποτὲ μὲν τεράμονα Al. Bas.
‡ εὐπεψίαν Al. Bas. Lego. εὐπεψίαν.
* ὀλύρης.
† πολυκάλαμον ὁ δὲ.
‡ πολυκάλαμον ἢ παχυκάλαμον, ὁ δ.
* μονοκάλαμον ἢ λεπτοκάλαμον. διὸ.
† πυροῖς ἤτε ζειὰ καὶ ἡ τίφη, ὁ δ.
‡ βαθυρριζότερον.

Marginalia (Latin column):
† Eadem tellus, eodem modo culta, alias.
‡ Agri quidam conterminі.
** Sunt, velut est zea, tipha, olyra, bromos, ægilops robustissima, & maximè zea terram exhaurit. nam & multas, & profundas radices habet culmosq; multos & crassos: fructus levissimus, omnibusque animalibus gratissimus est. inter reliqua bromos radices multas agit, nam & hic multos culmos habet. olyra prædictis mollior, atque infirmior est, tipha omnium levissima est nam & unum tenuemque calamum habet & solo proinde tenui contenta est, nec, ut zea pingue lætumq; desiderat, sunt duo illa zea & tipha perquam similia tritico; ægilopos, vero & bromos veluti sylvestria quædã & immitia sunt, ægilops quoque terram vehementer externuat & multas radices, multosque culmos. * Habet. lolium frumentum degeneratione efferatum penitus est. ‡ Crassiore.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Τῶν χωρίων ἔνια συνεχῆ, lege, σύνορα.

Καρπίζεται, τὴν γῆν. *Ab hac materia caput aliud inchoandum. Theodorus* καρπίζεται, fruitur. *Rectissimè, mox,* fuggit, *paulo asperius. Neutrum explet animum. Et hoc quod est asperiusculum, magis explet. Significatio est magna.* Fruitur, *qui ita fructum capit, ut nihil tollat utilitatis ex*

τῆ ex dominio. Ita censentur nomine & jure boni patris familias. At hic καρπίζεσθαι, est, defraudare futuro succo: Sane vox faceta. Triticum fructus est, & dicitur à Philosopho, fructum capere soli. Vt soli fructus fit, succus, & uber agri depascitur.

Εὐσηψίαν, lego ἰνοσηπίαν facilitatem ad putrescendum.

Μάλιστα καρπιζόμενοι ἡ ζειά. Theodorus. Maxime terram extenuans semen redditur. Nemo hoc intelligat. Videtur enim reddi semen à segetibus, & in area. Ita ambitiosum verbum, redditur, Auget ambiguitatem significationis in ea voce: semen, σπέρματος, cum ea quæ est, ζειά. videbis, an commodius subintelligas πέφυκεν, aut, ὑπάρχει.

Ἡ δὲ τίφη Observabis an sine calumnia intelligas esse, Secalam. Plinius diversis locis diversa nomina statuit, tanquam de re non una.

Ἔτι δὲ δύο ταῦτα, καὶ ὁμοιότατα τοῖς πυροῖς: ὅτι αἰγίλωψ, καὶ ὁ βρόμος. Theodorus longè melius legit; Addit enim post, τοῖς πυροῖς, ἥ τε τίφη, καὶ ἡ ζειά. Si nolis addere: satis habes voces illas duas: δύο ταῦτα, modo ibi finem statuas orationis, & legas ὁ δὲ αἰγίλωψ, non autem ὅτι.

Ἡ δὲ αἶρα ἀπηγριωμένον. Theodorus. Lolium sylvestre penitus est. Non assequitur vox latina Græcum participium. Videtur enim agnoscere lolium, frumentum degeneratione efferatum.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

HOc capite variis de rebus tractat, ac primum de leguminibus coctibilibus & incoctibilibus. Quid per coctibile, quid per incoctibile intelligat, exponit lib. IV. de caus. cap. XIII. τὸ τέραμον καὶ ἀτέραμον —— ἀτέραμον. Eodem capite, & sequenti, legumina, frumentaque recenset, quæ coctibilia, quæque incoctibilia sunt.

Κυάμων δὲ, Cur faba & lens magis quam reliqua sint vel coctibilia vel incoctibilia, eodem loco docet, caussamque addit. Eodem etiam loco de fabis apud Philippos agit. Probat Præceptor agrum, solam sive unicam non esse caussam, cur legumina vel coctibilia, vel incoctibilia sint; idque quod in eodem solo, eodemque modo præparato, & coctibile & incoctibile nascatur legumen. Argumentum in libris de caus. examinabo. Illud hujus loci, quod Plinius hunc Theophrasti locum non satis bene exscripsit, nec intellexit. *Circa Philippos*, inquit lib. XVIII. cap. XVII. *ateramnon nominant in pingui solo herbam, qua faba necatur: teramnon qua in macro, cum udam quidam ventus afflavit.* Græcus autor fabam aliam coctibilem, aliam incoctibilem esse dicit, quod Græci τέραμον & ἀτέραμον vocant. Latinus autor hæc nomina herbarum esse scribit.

Καρπίζεται, Triticum ac hordeum macerare solum ait, sed magis triticum quàm hordeum, hanc causam inquit cur triticum terram bonam optimamque exposcat, hordeum vero in graciliore etiam nascatur. Fabam solum agrumque stercorare ex aliorum sententia scribit. Vide lector quæ supra de faba diximus. Plinius hunc de faba locum lib. XVIII. cap. XII. his ferè verbis exscripsit, *Solum in quo sata (faba) est, lætificat stercoris vice. Ideo circa Macedoniam Thessaliamque cum florere incepit, vertunt arva. Nascitur & suâ sponte plerisque in locis, sicut Septentrionalis Oceani insulis, quas ob id nostri Fabarias appellant. Item in Mauritania sylvestris passim, sed prædura & quæ percoqui non possit.* Dolichum, sive smilacem hortensem sive phaseolum in Guinea, aliisque locis vicinis sponte nasci, nostrates referunt, vocantque roode boonkens/vel gesprinckelde boonkens/id est fabas parvas rubras, variegatas. Nam varii coloris, ut supra dixi, reperiuntur, & pro coloris diversitate nomen dant. Faba apud nos, sponte sua, nulla provenit. In Dania, aliisque insulis Septentrionalis Oceani, sponte nasci, hactenus nostrates non observarunt.

Τῶν δὲ ὁμοιοπύρων, Historiam frumentaceorum hoc loco recenset quæ tritico, hordeoque similia sunt. Singulorum historiam enarrabo. Quod antequam fiat, illud dicendum, locum hunc totum à Galeno referri libr. I. de aliment. cap. XIII. ex quo nos quæ addenda erant addidimus, & quod depravatum erat, restituimus. Item monendum, eodem loco, nullo vel parvo admodum discrimine, ἀντὶ τῶν δὲ ὁμοιοπύρων καὶ ὁμοιοκρίθων legi, τῶν δὲ ὁμοίων κριθῶν καὶ ὁμοίων πυρῶν. Item ἀντὶ ἡ ζειά τίφη, ἡ ζειά λίπαρα. Perinde nobis quam lector eligat lectionem.

Antiquos ζείαν & ζεὰν dixisse, auctor est Galenus loco citato. Ἐγὼ δὲ ὅτι αὐτὸς εἶδον πάσας μὲν δυσχειμέρους χώρας, ὅτι παρ' ἄλλου τινὸς ἤκουσα τῶν ἑωρακότων αὐτὰς, ὀνομαζόμενον τινὰ σιτηρὸν καρπὸν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ζείαν ἢ ζεάν. ἑκατέρως γὰρ εὑρίσκεται γεγραμμένον ἔν τισι μὲν εἰς ῑ καὶ ᾱ τῆς προτέρας συλλαβῆς τελευτώσης, ἔν τισι δὲ μόνον εἰς ε. Id est. *Equidem nec ipse regiones omnes hybernas peragravi, nec ab aliis audivi, qui eas perlustrassent, semen esse aliquod frumentaceum, quod incolæ zejam aut zeam appellarent: utroque enim modo scriptum reperitur. In aliis priore syllaba in ῑ & ᾱ, in aliis tantum in ε desinente.* Theodorus zeam semen interpretatus est. Idque quia Plinius lib. XVIII. cap. VIII. *Qui zea utuntur, non habent far. Est & hæc Italiæ in Campania maximè, semenque appellatur. Hoc habet nomen res præclara, ut mox docebimus: propter quam Homerus ζείδωρος ἄρουρα dixit, ut aliqui arbitrantur quoniam vitam donaret.* Malo servare Græcam vocem, ambiguitatis vitandæ gratia. Hoc nomen, inquit Plinius, habet res præclara —— Quibus verbis Plinius semen vocatum esse vult, ob excellentiam frugis, Homerumque ζείδωρον ἄρουραν dixisse, quod zeam ferret, non quod τὸ ζῆν vitam donaret. Ioannes Grammaticus sic dictam tellurem putat, παρὰ τὸ ζεῖσθαι, καὶ θερμαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου. quod dum solis fervescit vi, mortalibus donet omnia, nec zeam tantum, ut vult Plinius. Ζείδωρος itaque quasi δίδωρος καὶ φερέβιος, ἡ πρὸς τὴν ζωὴν δωρουμένη γῆ. Terra suppeditans quæ ad victum conferunt. Rectius tamen Plinius ἀπὸ τῆς ζειᾶς derivat. Nam ea, ante frumentum inventum, homines vescebantur. Ζείας antiquissimi ac prisci latinorum far nuncupavere, uti testatur Dionysius Halicarnassæus: *Nominabant*, inquit, *prisci Romani sacras nuptias vocabulo suo φαρράκια, quia conjuges vescerentur eodem farre, quod nos ζεὰν dicimus.* Idem Asclepiades affirmat apud Galenum κατὰ τόπους lib. IX. cap. III. φαρὸς ὃ καλοῦσι ζεὰν ἀληλεσμένου ξέστας β. *farris quod zeam vocant moliti sextarios duos.* Far tamen & zeam res diversas esse, quidam volunt, contenduntque legendum φαρὸς κεκομμένης κλυστοῦ ἀληλεσμένου. uti apud Ætium sermone X. cap. XXII. legitur. Probant hanc lectionem ex Ætii lib. IX. cap. XLV. ubi Archigenes far rem factitiam esse scribit, his verbis. Τὸ δὲ λεγόμενον φαρραῖον, φησὶν ἐν τοῖς τῆς Ῥώμης μέρεσι σκευάζεται οὕτως· σῖτον πρὸς ὀλίγον βρέξας ὕδατι καὶ ἀναξηρώσας βάλλουσι πτίσσειν ὅλμῳ ὡς πτισάνην. ὅταν δὲ φλοιὸν ἀποβάλῃ, ἄρας ξηραίνει ἐν ἡλίῳ, εἶτα διαψήχων χερσὶ μέχρις ἂν καθαρθῇ, τοῦ φλοιοῦ ἀποφόνης τὸν σῖτον ἀλήθει ἀδροτέρως, ὡς γίνεσθαι τὸν κόκκον εἰς δ' ἢ ε' καὶ φυλάττει ξηρόν. ἐπὶ δὲ τῆς χρείας ὡς χόνδρος, καὶ ἐσθίεται ὑπὸ τῶν ὑγιαινόντων. ἐπὶ δὲ τῶν νοσούντων ποικίλως σκευάζεται. *Quod verò Latinè, in regionibus Romæ vicinis, far appellant, hoc modo apparatur, frumentum modico tempore aqua madefacito, indeque extractum, ac in pilam conjectum, veluti ptisanam à cortice repurgato; ubi vero corticem exuerit, tollito, atque in sole siccato, deinde manibus tritum, donec penitus à cortice fuerit mundatum, crassissimè molito, ita ut granum unum in quatuor aut quinque partes redigatur, & siccum asservato; usus autem tempore halicæ modo coquitur, & à sanis in cibo sumitur, pro ægris vero varie apparatur.* Pace, Archigenis si dicere liceat, non fuit compositum quoddam far, sed tritici genus, teste Columella lib. II. de re rust. cap. VI. Verba Columellæ paulo infra, ubi de generibus agitur, adferuntur; sed commodius fortassis dicetur far aliud tritici genus fuisse, aliud compositum quid ex tritico factum. Ita ut quod vulgo far vocatur, non sit unum & idem semen, sed diversum, apud gentes diversas esse intelligatur. Ubique tamen far vocant quodcumque semen, quod à cortice mundatum & confractum elixatur in cibis. In Cicilia ex hordeo fit, & quibusdam Apennini locis genus quoddam hordei habent parvum. In Gallia Cisalpina, ut & apud nos, semen est proprium. Vide Baptistæ Portæ caput de farre. Vide Dodonæum. Porro zejas apud Græcos quosdam vagum nomen fuisse videtur, & perplexæ notionis. Nam aliud Mnesithei, aliud Theophrasti, ut mox ostendetur. Utrum Galenus, noverit in dubium vocari potest. Sed quorsum in dubium voco, cum confiteatur hoc ipse Galenus libro de attenuante victus ratione, cap. VI. his verbis. *Quod verò ad zeam attinet, nulla alia est investiganda, præter olyras & tiphas, quæ sunt*

ſunt eſculentæ, & ut ingenuè fatear, non mihi conſtat, de utrâ harum antiqui nomen ζεæ enunciarint. Tertium enim præter illas Græcis non viſitur, quod eis ſit ſimile, ſed typhas & olyras ſic vocitabant. Cum autem Mneſitheus de iiſdem ſeminibus utrumque nomen enunciet, typhas & olyras nominans, in eo declarat ſe ſuſpicari ζeam quoddam eſſe aliud edulium, ipſumque exiſtimo ζeam appellare, quod nos typhas appellamus, aut aliquid hîs deterius. Contra in Exegeſi olyram exponit, τι ζέας ὀλύρας. Et hoc convenit cum iis quæ ex Herodoto lib. & capite citato habet. ἀλλ' ἐκ ὀλυρέων ποιεῦνται (αἰγύπτιοι) τὰ σιτία ἃς ζέας μετεξέτεροι καλέουσι. vide caput de olyra. Theophraſtus & Dioſcorides, cæterique de typha, olyra, zeaque, tanquam diverſa frumenta, agunt. Zeam recentiores ſpeltam vocant. Sed an hæc zea ſit affirmare non audeo. Theophraſtus zeam inquit eſſe robuſtiſſimam, maximeque exhaurire terram, radices habere plures, altaſque, culmos plures eoſque craſſos. Fructumque ferre leviſſimum, omnibus animalibus gratiſſimum, & perquam tritico ſimile eſſe. Zeæ plura veteres noverunt genera, Dioſcorides lib. II. cap. CXI. ζειὰ δίττη ἡ μὲν γὰρ ἁπλῆ, ἡ δὲ δίκοκκος καλεῖται, ἐν δυσὶν ἐλύτροις ἔχουσα συνεζευγμένον τὸ σπέρμα. *Zea duorum generum eſt, una quidem ſimplex eſt, altera à binis granis dicoccos appellatur, quæ quidem in geminis utriculis, ſemen conjunctum habet.* Falluntur qui Dicoccon appellatam putant, quod grana in ſingulis tunicis, ſive folliculis ſeu glumis, gemina habeat, ſimplicem in ſingulis tunicis: ſingula grana habet. Columella lib. II. cap. VI. *Adorei autem plerumque vidimus in uſu genera quatuor; Far, quod appellatur cluſinum, candoris nitidi. Far, quod vocatur venniculum rutilum, atque alterum candidum, ſed utrumque majoris ponderis quam cluſinum. Semen trimeſtre, quod dicitur halicaſtrum, idque pondere & bonitate eſt præcipuum. Sed hæc genera tritici, & adorei, propterea cuſtodienda ſunt agricolis, quod raro ager ita ſitus eſt, ut uno ſemine contenti eſſe poſſimus, interveniente parte aliqua vel uliginoſa vel arida.* Hæc ſatis oſtendunt far non eſſe compoſitum quid, ſed adorei ſpecies, vel ſiquis mavult tritici. Recentiores zeam in dicoccon, & monococcon diſtinguunt. Dicoccos vulgo ſpelta vocatur, culmis, ſpicaque tritico ſimilis, culmis enim aſſurgit numeroſis, geniculatis, hordei altioribus, ſpicam profert inconditam, ut plurimum abſque ariſtis, grana multiplici folliculo, à quo non facile deglubuntur, incluſa, geminis utriculis duo ſimul junguntur, quæ repurgata, & è glumis extrita, tritici granum referunt. Radix quoque ei, ut tritici multiplex. Altera quæ monococcos vocatur, ad zeam referendam doctiores ſcribunt, non eſſe legitimam, aſſerunt. Quod & nos aſſeremus. Brevioribus eſt & tenuioribus quam zea culmis: ſpicæ in ordines quoſdam, veluti hordei, digeſtæ ſunt, ac ariſtas habent aſperas: ſemina parva ſunt, zeæ granis minora, ſingula ſingulis utriculis contenta; à quibus non in area, ſed in mola, ac quo zea modo repurgantur. Culmis autem genus id, glumis, ariſtis, ſemineque nigri ex rubore coloris eſſe Tragus tradit. In Belgii tamen hortis ſatum, tritico aut hordeaceo colore, ſatis ſimile eſt. Mneſithei zeam eſſe contendunt. De hac, hæc tradidit Galenus lib. & capite ſæpe citato. Μνησίθεος δὲ καὶ τὸν κατὰ μέρος ὑπὲρ αὐτῶν λόγον ἐφεξῆς διῆλθεν ——— τὸν δὲ τῶν ζειῶν ἄρτον, ἄδην μὲν ἐσθίειν οὐδεὶς ἂν ὑγιαίνει, τῶν δὲ ἀσυνήθων τῆς ἐδωδῆς ταυτῆς, οὐδ' εἰ παντάπασιν ὀλίγον, ἔστι γὰρ βαρὺ καὶ δύσπεπτον. οἱ δὲ δυσχείμερον ἔχοντες χώραν ἀναγκάζονται τρέφεσθαι τούτῳ, καὶ σπείρειν αὐτὸ διὰ τὸ μάλιστα ἀντέχειν τοῖς ψύχεσιν. αὐτοὶ δὲ πρῶτον μὲν ὀλίγον ἐθίζονται προσφέρεσθαι, καὶ διὰ τὸ μὴ εὐώδες εἶναι τὸ βρῶμα, καὶ διὰ τὴν σπάνιν τῆς εὐκαρπίας ἐν ταῖς τοιαύταις χώραις, εἶτα καὶ διὰ τὸ σύνηθες εἶναι τὸ βρῶμα ποιεῖ ῥᾷστα τοῖς σώμασι τὴν κατεργασίαν. καθόλου δὲ βαρὺ μὲν καὶ δύσπεπτον, ἰσχυρὸν δὲ καὶ ὑμενῶδες τὴν ζειὰν εἶναι λεκτέον ἐν τούτοις ὁ Μνησίθεος σαφέστατα δεδήλωκεν ὁποῖόν τι σπέρμα βούλεται καλεῖσθαι ἐν ψυχραῖς χώραις γεωργούμενον. ἐγὼ δὲ οὔτε αὐτὸς εἶδον πάσας μὲν δυσχειμέρους χώρας, οὔτε παρ' ἄλλου τινὸς ἤκουσα ——— ἐννοῆσαι δὲ τοὺς μὲν ἕλληνας δυνατὸν εἶναι οὕτως ὀνομάζειν τὸ σπέρμα τοῦτο, τοὺς δὲ βαρβάρους ἰδίαν ἐπ' αὐτῷ τίθεσθαι προσηγορίαν. ἰδὼν ἐν θρᾴκῃ καὶ μακεδονίᾳ πολλὰς ἀρούρας ὁμοιότατον ἐχούσας, οὐ μόνον τὸν στάχυν ἀλλὰ καὶ τὸ φυτὸν ὅλον τῇ παρ' ἡμῖν ἐν ἀσίᾳ, τὴν προσηγορίαν εἰρόμην ἥν τινα ἔχει παρ' ἐκείνοις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μοὶ πάντες ἔφασαν, αὐτό τε τὸ φυτὸν ὅλον, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ καλεῖσθαι βρίζαν, τῆς μὲν προτέρας συλλαβῆς διὰ τριῶν γραμμάτων γραφομένης τοῦ β καὶ ρ καὶ ι τῆς δὲ ἐφεξῆς αὐτῇ διὰ τὸ ζ καὶ α, κατά γε, τὴν ὀρθὴν πτῶσιν, ἐπὶ δὲ τῆς αἰτιατικῆς μετὰ τὸ ν δηλονότι. γίνεται δὲ ἄρτος ἐκ τοῦ σπέρματος τούτου δυσώδης τε καὶ μέλας, ὑμενώδεστερος ἔχοντος ὡς Μνησίθεος ἔγραψεν τὴν οὐσίαν, εἰ δὲ καὶ μέλανα γίγνεσθαι τὸν ἄρτον ἐξ αὐτοῦ προσεγέγραφει, μᾶλλον ἂν ἐπίστευον αὐτῷ τοῦτ' εἶναι τὸ καλούμενον ὑπ' αὐτοῦ ζειάν. *Mneſitheus vero particulatim de iis poſtea tractavit ——— panem autem ex ζeja, nemo affatim citra ſanitatis diſpendium, mandit. Quod ſi quis ei pani non aſſuerit, etiamſi minimum ſumpſerit, ægrotabit. Eſt enim gravis & concoctu difficilis, qui vero regionem colunt vehementer frigidam, eo ſemine coguntur nutriri* (id præter veritatem eſſe docet Moſcovia ex quo tritici multum ad nos mittitur) *ipſumque ſerere, quod frigoribus perſtrenue reſiſtat. Atque hi principio paulatim edere aſſueſcunt, tum quia ingrati odoris eſt cibus, tum quia rarus eſt in ejuſmodi regionibus frugum proventus. Poſt autem, quod familiare ſit edulium, accidit, ut facillime in corporibus conficiatur. In ſumma autem ſtatuere oportet, ζejam gravem eſſe ac decoctu difficilem, firmam ac membranoſam. Ex his Mneſitheus apertiſſime indicavit, cujuſmodi ſemen voluerit vocare ζejam, quæ in frigidis regionibus colitur. Equidem nec ego omnes regiones hybernas peragravi, nec ab aliis audivi ——— credere tamen poſſum, fieri potuiſſe, ut Græci ſemen id ſic appellarunt, Barbari autem proprium nomen indiderint. conſpicatus autem in multis Thraciæ, & Macedoniæ agris, non ariſtam modo, ſed & plantam totam in noſtra Aſia typhæ ſimillimam, interrogavi quodnam apud illos homines haberet nomen. Qui mihi omnes reſponderunt, plantam totam & ſemen ejus βρίζαν appellari, priori ſyllaba tribus his litteris ſcripta βρι ſequente ζ & a in recto caſu, in accuſativo autem cum littera ν ex hoc porro ſemine panis fit, gravis odoris, & ater, membranoſam ut Mneſitheus ſcripſit ſubſtantiam habens, quod ſi nigrum quoque panem* (qui ex ζειᾷ fit) *eſſe adſcripſiſſet, facilius crederem, id eſſe ſemen quod ab eo ζeja appellatur.* Tragus puniceum, inſipidum, concoctu difficilem eſſe inquit panem, qui ex zeja monococco, vulgo **Dinckel / vel S. Peters-korn** dicto, conficitur. Quæ ſane oſtendunt, non uſque adeo eos errare qui plantam hanc pro briſa, cujus apud Galenum fit mentio oſtendunt. Illud me terret, quod Cæſalp. ſcribit panem ex zea monococco ſuavem magiſque quam triticum minus quam hordeum nutrire. Nec reprehendendi illi, qui far venniculum, rutilium Columellæ eſſe putant, quamvis certo an ſit, affirmare nequeam, idque ob ſummam, qua utitur Columella, brevitatem. Βρίζα dicta planta hæc ἀπὸ τοῦ βρίζειν, quod eſt onerare, aggravare, & quaſi veterno ſopire; quod hujus panis eſu evenire, ſcriptum reliquit Galenus.


Τίφη, Tipha, hæc cerealis à Ruellio vocatur, quoniam & alia eſt planta, quæ inter arundines locis humidis provenit, quæ etiam tipha nominatur. Τύφη planta hæc, non τίφη dicitur ut libro quarto capit. XI. probavimus. Tiphæ notas has tradidit Theophraſtus libr. I. capit. IX. radicem habere numeroſam. Capit. VI. libr. IV. de cauſis decorticata ſi ſeratur, facile in triticum mutari. Lib. VIII. capit. XI. quomodo germinat, docet. Cap. IV. multiplici folliculo includi. Hoc capit. IX. tritico ſimillimam inquit, & leviſſimam eſſe. ſimplicemque habere calamum, ſoloque tenui eſſe contentam. Ex Galeno has tiphæ notas addo. Τὸ δὲ σπέρμα τὸ τῆς τίφης ἔχει μὲν ἔξωθεν λέμμα καθάπερ ἡ ὀλύρα, καὶ κριθή ——— χροιὰ δὲ κατὰ φύσιν ἐν μὲν κριθαῖς καὶ ὀλύραις ἡ λευκὴ, τῶν πυρῶν δὲ ὑπόξανθος. αἱ τίφαι δὲ καὶ τῶν πυρῶν εἰσὶ ξανθότεραι, καὶ μέν τοι καὶ πεπίληται τὸ σῶμα αὐτῶν εἰς πυκνότητα καὶ ἰσώς, καὶ τοῦτο συντελεῖ τι πρὸς τὴν σμικρότητα τοῦ σπέρματος.

Ἀπο-

Ἀπολείπονται γὰρ οὐκ ὀλίγον κατὰ τὸ μέγεθος τῶν πυρῶν. Ἔνιοι δὲ τῶν πυρῶν γένος καὶ τοῦτο τίθενται τὸ σπέρμα. Καὶ τοί γε παρ' Ὁμήρῳ λεγόμενον ἐπὶ τῶν ἵππων ἔνθα φησὶν ὁ Ἕκτωρ πρὸς αὐτούς, ὑμῖν μὲν προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν, ἐπὶ τοῦ τῆς τίφας σπέρματος εἰρῆσθαι λέγουσι. μικρὸν γὰρ εἶναι πυρὸν αὐτὴν καὶ τοὺς ἵππους ταύτας μὲν ἀβλαβῶς ἐσθίειν, τοὺς δὲ ὄντως πυροὺς οὐκ ἀβλαβῶς. Οὐκ ἀπιθάνως δ' ἄν τις ὀνομάζοι πυρὸν μικρὸν τὴν τίφην καὶ τῇ χροιᾷ καὶ τῇ πυκνότητι καὶ θερμότητι τῆς δυνάμεως ἐοικυῖαν αὐτοῖς. *Habet vero tiphæ semen extrinsecus corticem, velut olyra & hordeum* ——— *Quod vero ad colorem naturalem attinet, in hordeis quidem & olyris est albus, in triticis autem subflavus, tiphæ autem vel triticis sunt flaviores: quin & harum corpus coactum est & densum. Quod fortassis ad seminis parvitatem non nihil adfert momenti. Est enim id tritico longe exilius. Quanquam non desint, qui ipsum in tritici numero ponant, velintque id esse semen, cujus Homerus meminit, cum Hectorem equos suos alloquentem facit, his verbis; Triticum enim vobis primum prædulce ferebam. ajunt enim tipham parvum triticum esse, eamque equos sine noxa mandere; verum autem non sine noxa. Nec absurdè certe tipham quis exile triticum vocaverit, cum ei & colore, & densitate, & caliditate sit adsimilis.* Hæc sunt quæ veteres Græci de tipha tradiderunt. Meminit tiphæ Plinius lib. XVIII. cap. X. *Tipha & ipsa ejusdem generis, ex qua fit in nostro orbe oryza.* (ptilana orizæ similis, inquit Dalecampius) *Apud Græcos est zea, traduntque eam ac tiphen, cum sint degeneres, redire ad frumentum, si pistæ* (inepté vertit πτίσσειν, *decorticatæ*) *serantur, nec protinus, sed tertio anno.* Lapsus est Hesychius, cum scribit, τίφαι αἱ ὀλύραι, καὶ τύφαι ἐν τοῖς ἕλεσι. Diversæ sunt plantæ tipha & olyra, uti hoc cap. IX. docet Theophrastus. Eodem in errore Manesitheum fuisse, scribit Galenus. Triticum triphinum proximè ad tipham accedere, magni viri scribunt. grano & culmis triticum refert; culmi tamen breviores sunt & tenuiores, spicam verò, aristis longis ac duris, hordei similitudine munitam, gerit, granum multiplici folliculo inclusum, durum, densum, colore fulvum, tritico minus, quod facile è glumis suis exteritur. Provenit in insulis fortunatis Canariis, vulgo dictis. Phalaridis enim semini, quod

Triticum aristis circumvallatum.

Triticum typhinum Dod.



illinc advehitur, permistum reperitur: unde collectum ac in hortis satum, ea qua depictum est forma prodiit. Scribunt viri Docti, non esse tipham; quod tiphæ granum multiplici folliculo inclusum difficulter deglubatur, tritici tiphini facile. Difficile decorticari: nec Theophrastus nec Galenus tradidit. Fatentur alioquin notas plurimas habere; quas de tipha tradiderunt veteres. Nam inter ea quæ tritico ac zeæ similia, levissimum est; tenui ac simplici culmo assurgit, semen ejus parvum & exile, densum item & coactum, atque colore quam triticum magis ruffo. Spica Aristas habet longas ac duras, quales tiphæ esse ex veterum plerisque locis manifestum. Alii secale, vulgo rogge. De quo Plinius lib. XVIII. cap. XVI. *Rarum dictu, esse aliquid cui prosit negligentia. Id autem quod secale & farrago dicitur, occari tantum desiderat. Secale Taurini sub alpibus Asiam vocant, deterrimum* (alter codex *teterrimum*, vetus *aterrimum* quam lectionem probat Dodonæus) *& tantum ad arcendam famem utile: fœcunda, sed gracili stipula, nigritia triste, sed pondere præcipuum. Admiscetur huic far, ut mitiget amaritudinem ejus: & tamen sic quoq; ingratissimum ventri est. Nascitur qualicumque solo, cum centesimo grano ipsumque præ lætamine est.* Secale folio, cum primum provenit, rubescit, non raro puniceo colore conspicitur. Deinde uti reliqua frumenta viret, numerosis culmis assurgit, quandoque, sed raro admodum singulari, tritici tenuioribus, longioribus, quatuor ut plurimum genicula habentibus; non raro quina (omnes enim fruges proceritate superat secale) spica in ordines ac versus digesta, brevibus, non acutis, sed innocentioribus aristis cingitur; quæ cum floret erecta est, semine verò prægnans procumbit ac deorsum propendet, granum oblongum, nigricans, gracile, ac nudum quod è glumis facile excidit, ac sæpenumero sponte exilit, radices multæ, tenues, fibrosæ. Secale duplex est, sationis tempore & magnitudine distinctum. Serunt quippe utroque æquinoctio. Hybernum, seu verius autumnale robustius, majus, & habitius. Vernum sive Martio mense satum, æstivum vocant nostrates. minore & tenuiore est stipula, culmo, spica, grano, est ad alendum efficacior, omnibus ferè in agris, tam lætis, quam sterilibus, provenit. Fœcundiori tamen ac lætiore melius præstantiusve, quam gracili aut arido. Non esse tipham vel inde probatur, quod numeroso assurgat culmo, nec granum multiplici folliculo tectum habeat, sed nullis glumis implicetur, nec unquam in triticum mutetur, uti nec vice versa, triticum in secale. Nec granum tritico minus ac ξανθότερον, sed nigricans. Ruellii conjectura plus similitudinis habet, qui secale à brira non longè dissidere credidit, non tamen esse briră, vel eo probatur argumento, quod non multis includatur glumis, uti brira: quod inde colligitur, quod briram Galenus comparat tiphæ, tipha vero multiplici folliculo includitur. Tum etiam quod membranosam substantiam, panis ex brira factus, habeat, ex ipsorum nempe utriculorum admistione. Contra plane secalinus, qui triticeo synco misto, membranas vel furfures, vel pauciores, vel non plures habere comperitur. Olyram non esse, capite de olyra probabo.

Ὀλύρας. Doctiss. Gaza siliginem interpretatur; Olyra tamen à siligine diversa est planta. Theodori versionem sequuntur Hermolaus, & Ruellius, autoremque erroris faciunt Plinium. Id tamen probare nequeunt. Nam is arincam vocari tradit olyram, lib. XXII. cap. XXV. ubi ait, *Olyram arincam diximus vocari.* lib. XVIII. cap. X. Ex quo capite siliginem & olyram diversum frumenti genus esse, probant viri longè doctiss. *Siligo nunquam maturescit pariter, nec ulla segetum minus dilatationem patitur, propter teneritatem, iis quæ maturuere, protinus granum demittentibus. Sed minus, quam cætera frumenta, in stipula periclitatur, quoniam semper rectă habet spicam; nec rorem continet, qui rubiginem faciat. Ex arinca dulcissimus panis, ipsa spissior; quam far, & major spica, eadem & ponderosior. Raro modius grani non XVI. libras implet. Exteritur in Græcia difficulter; ob id jumentis dari ab Homero dictum. Hæc enim est, quam olyram vocant. Eadem in Ægypto facilis fertilisque. Far sine arista est. Item siligo, excepta quæ Laconica vocatur.* Locus Homeri quem citat Plinius, reperitur Iliad: ἵπποι δὲ κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι καὶ ὀλύρας. Idem tamen Plinius lib. eodem cap. VIII. arincam & olyram diversas videtur facere plantas. *Arinca Galliarum propria, copiosa & Italiæ est, Ægypto autem ac Syriæ, Siliciæque, & Asiæ, ac*

Græciæ

Græciæ peculiares zea, olyra, tiphe. Dicendum, hoc velle Plinium ὄλυραν & in Gallia, & in Ægypto nasci, in Ægypto Græcum servare nomen, in Gallia arincam dici. siliginem tritici genus esse, cap. IV. hujus libri ex Columella probatur. *Secunda, inquit, conditio est habenda siliginis, in pane præcipuè pondere deficitur.* Negabit tamen quis, esse tritici genus, ex Columellæ ca. IX. lib. II. *Nam omne triticum solo uliginoso, post tertiam sationem, convertitur in siliginem.* Sed dicendum optimum triticum, quod robus dicitur, cujus species plures, in alterum tritici genus mutari, & hanc esse mentem Columellæ. De olyra paucis in locis egit Theophrastus lib. VIII. hist. cap. I. inter frumenta quæ maturè seruntur, ac tritico similia sunt, numerat. cap. IX. zea, & bromo molliorem infirmioremque esse cap. IV. hujus libri, granum multiplici folliculo inclusum habere. Idem Galenus lib. I. de aliment. facul. verba supra cap. de zea addidi. Addit granum habere colore album. Errat itaque vir magnus, qui scribit esse legumen nigrum, ervo minus, quod hodie apud marittimos Lyciæ, majoris nomē servat. Inter frumentacea Theophrastus, Dioscorides, Galenus numerant. Addit idem granum habere album, quomodo itaque nigrum potest esse. Meminit olyras Diosc. lib. II. cap. CXIII. Καὶ ἡ ὄλυρα δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἐστὶ τῆς ζειᾶς ἀτροφωτέρα δὲ κατὰ πολὺ ὀλίγης. ἀρτοποιεῖται δὲ καὶ αὐτή —— *Ejusdem cum generis zea est, & olyra, verum quam illa aliquanto minus nutrit, attamen in panes quoque cogitur.* Verba hæc Dioscoridis, Docti quidam in hunc sensum exponunt; Olyram non esse zeæ speciem, cujus supra duo genera ex Dioscoride esse diximus, sed ejusdem esse generis, cum dicit, intelligere ejusdem naturæ ac facultatis cum zea esse. Et hæc quidem opinio nititur auctoritate Theophrasti & Plinii, qui zeam & olyram diversas dixerunt plantas, contra Galenus uti cap. de zea dixi. Contra Herodotus, cujus verba ex Galeno eodem cap. reperiuntur, zejas speciem refert lib. II. ἀπὸ ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία, τὰς ζειὰς μετεξέτεροι καλέουσι. Hos sequitur Suidas ὄλυρα. ζέα, εἶδος σπέρματος. Hesych. ὄλυρα, εἶδος σπέρματος, ἢ βρῶμα, τὸ μεταξὺ σίτου καὶ κριθῆς. οἱ δὲ αὐτὴν τὴν κριθήν, ἄλλοι καρπὸν τινὰ σιτικόν, ζειὰν τινὲς ζέαν. Seminis cujusdam genus, vel panis, inter triticum & hordeum mediæ naturæ. Nonnulli hordeum vocant, (Interpres Homeri, εἶδος σπέρματος παραπλήσιος κριθῇ *genus seminis simile hordeo*, intellige colore. utrumque granum habet candidum.) Nonnulli semen quoddam frumentaceum, quod zejam & zeam vocant. Hos præstantes ac antiquiss. etiam auctores sequor, ac Dioscoridis mentem esse dico; zeæ speciem, non quidem ejusdem naturæ olyram esse, nec hoc Theophrasto repugnat: diversas plantas quidē esse asserit, ejusdem vero generis esse, non negat. Errant, qui secale vulgo rogge olyram Theophrasti veterumque esse putant. Olyra granum fert album, multis folliculis contentum, secale nigrum est, glumisque nullis implicitum, sunt qui frumentum amyleum, vulgo amelkoorn / asserunt olyram esse, frumentum hoc, est æstivum sive trimestre (Theophrastus olyram inter frumenta, quæ maturè seruntur numerat, non itaque trimestre) genus quod culmo & grano, triticum proxime refert, (colore album ad instar hordei ut Galenus) cæterum spicam habet, aristis quibusdam hordei ferè similibus, cinctam ac in duos versus digestam. Semen folliculis includitur, ac non secus ac zea repurgari postulat.

Βρῶμος dicitur non à fœtore, sed potius quia veterina ea multum vescantur, vel à fragore, sonituque, quem seges matura, minimo tacta flatu, edit. Alii βρῶμος legunt à βρῶμα, quod cibum significat. Nam, ut auctor est Plinius lib. XVIII. cap. XVII. *Primum omnium frumenti vitium avena est, & hordeum in eam degenerat, sicut ipsa frumenti fit instar, quippe cum Germaniæ populi serant eam, neque alia pulte vivant.* Locum Plinii mox examinabo. hoc etymon alii improbant ac βρῶμον dictum putant, quod ad fructum non perveniat, & hoc de sterili accipiendum; alii utrumque improbant, in vetustissimo codice Dioscoridis, βρῶμος per ω legitur, apud hunc βρόμος per ο. Doctiss. Gaza βρόμον aliquando avenam interpretatur, aliquando Græcam vocem servat. Idem fecit Plinius, sed confundit non raro ægilopis & avenæ historiam, uti ex verbis citatis probatur. Non enim in avenam hordeum mutatur, sed in ægilopem, ut Theophrastus lib. & cap. VIII. docet. Falsum etiam quod scribit, Germanos sola pulte ex avena vivere, puls hæc Germanis habermoes vocatur. βρόμου duo sunt genera, sativa, quæ avena frugifera dicitur, cujus Virg. lib. I. Geor. meminit

Urit enim lini campum seges, urit avena.

Ubi Servius ex Cœlio, seri avenam ostendit. Est & sylvestris, quæ sterilis vocatur, de qua Poëta lib. citato & ecl. quinta.

Infelix lolium & steriles dominantur avenæ.


Hæc sponte provenit, Græcisque ægilopem dictam volunt, de qua mox. Alii tamen malunt hunc βρόμον esse cujus meminit Dioscorides lib. IV. cap. CXL. βρόμος πόα ἐστὶν αἰγίλωπι ἐμφερὴς δύναμιν ἔχουσα ξηραντικήν. *Bromus herba est, ægilopi similis, exsiccatoriam vim habens.* Caput hoc doctissimi viri tanquam suppositiium & adulterinum, una litera penitus obliterant, tum quia in optimis & antiquioribus exemplaribus non reperitur, tum quia ab ingenio & usu vocum Dioscoridis longissime absit, tum quia de bromo frumentaceo jam ante egit. Alii unam eandemque plantam, & lib. IV. & II. à Dioscoride tractari putant, sed lib. secundo de seminis, hic verò de herbæ ipsius viribus agi. Saracenus Doctiss. Dioscoridis interpres, eorum sententiæ subscribit, qui libro secundo de avena sativa & esculenta, neque postremum inter cerealia locum obtinente, mentionem fieri existimant. Sic vero de eadem sponte nascente ac sterili, quæ inter segetum vitia numerari soleat, huic & ego opinioni subscribo; maxime quod avena & frugifera & sterilis, & ægilops, quam festucam Plinius vocari ait, à recentioribus Botanicis describatur, uti figuræ additæ ostendunt. Βρόμον sive avenam sativam & sylvestrem esse, probatur ex Theophrasto, is enim libr. VIII. de sativa agit, lib. vero quarto de caus. cap. VI. de sylvestri, ubi zejam in bromum mutari ait. Sunt qui sativam avenam βρόμον, sylvestrem vero, βρῶμον dici putant. Contra alii utramque βρόμον dici affirmant. Horum opinioni favet Hesychius, apud quem legitur βρόμος ὃν καὶ βρόμον λέγουσι. ἔστι δὲ τροφὴ τῶν τετραπόδων τὸ πολλαχοῦ μὲν σπειρόμενον, ἐνίοτε αὐτομάτως φυόμενον. *Bromos, alii bromon vocant, est alimentum quadrupedum, quod multis in locis seritur. Alibi sponte nascitur,* id est, avena alia est sylvestris & sterilis, alia sativa & frugifera, pabulum inquit esse quadrupedum. Idem testatur Galenus lib. I. de aliment. facult. cap. XIV. περὶ βρόμου. Τοῦτο τὸ σπέρμα πλεῖστον ἐστὶν ἐν Ἀσίᾳ καὶ μάλιστα, κατὰ τὴν ὑπερκειμένην Περγάμου Μυσίαν, ἔνθα καὶ τίφαι, καὶ ὀλυραὶ πάμπολλαι γίγνονται. τροφὴ δ' ἐστὶν ὑποζυγίων, οὐκ ἀνθρώπων, εἰ μή ποτε ἄρα λιμώττοντες ἐσχάτως ἀναγκασθεῖεν ἐκ τούτου τοῦ σπέρματος ἀρτοποιῆσαι. *Hoc semen in Asia est frequentissimum, & potissimum in Mysia, quæ est supra Pergamum, ubi & typhæ, & olyræ est uberrimus proventus, jumentorum est alimentum, non hominum, nisi utique aliquando extrema fame, ad panes ex eo quoque semine conficiendos, compellantur.* Certe hodie nostrates equis, gallinis, aliisque animalibus, pro pabulo præbent, nec quod sciam à quopiam mortalium in cibo sumitur. Illud notandum, quod Servius scribit, nullam aliam avenam novisse veteres Romanos, quam sponte provenientem & sterilem. Sic ad eclogam quintam. Steriles autem avenas secundum situm Italiæ dixit. Nam in Thracia fructuosæ sunt. Probari id potest, quod de satione avenæ nihil legatur apud Catonem, Varronem & Columellam. Quod tamen præter veritatem est, sic Columella lib. II. cap. II. *Similis satio avenæ, quæ autumno sata, partim ceditur in fœnum vel pabulum dum adhuc viret, partim semini custoditur.* Bromos sterilis avenæ sativæ, & ægilopi similis est, habituque ipso sylvestris quædam avena, multiplicibus enim geniculatisque culmis, foliisque eam refert, licet utrisque tenerioribus, juba rarior, aristas asperiores longioresque habet, semen evanidum, in folliculis fermè vacuis, quare steriles avenas dixit Poeta, elusit culmis & stipulis, frugem non habentibus. Sic plinius lib. XVIII. cap. XVII. *Est & aliud ex vicino avenæ vitium; cum amplitudine inchoata granum, sed nondum matura, priusquam roboretur corpus, afflatu noxio; cassum & mane in spica evanescit quodam abortivo.* Symmachus minus rectè herbam segetes necantem scripsit. Nec rubigo segetibus, inquit, obfuit, nec avena fruges necavit. Avenæ

sativæ

Bromos sterilis altera festuca.



Ægylops.



sativæ notas quasdam dedit Theophrastus lib. VIII. cap. IV. folliculis multis circumcingi. Hoc capite aspectu inquit esse sylvestri, & immiti; multas radices, multosque habere calamos, terramque vehementer extenuare, quod etiam observavit Virgilius, uti versus supra citatus ostendit. Theophrastus multis tunicis vestitam inquit avenam; contra Plinius lib. XVIII. cap. VII. nudam dixit. Vide cap. IV. hujus libri. An itaque Plinius novit alterum avenæ genus, quod recentiores nudum vocant? An vero crassam tunicam qua circumcingitur ac operitur avena, quasi cutem tantum grani consideravit? Etenim utriculi illi volantes, quibus ambitur, ejus fructum, non granum ipsum stricte obducunt, sed γυμνὸν, ac sine tegmine ostendunt. An ignoravit quid esset avena, quod valde mihi verisimile videtur. A Diosc. lib. II. cap. CXVI. describitur. βρόμος καλαμὸς ἐπὶ πυροῖς ὅμοιος καὶ τοῖς φύλλοις, γόνασι δὲ διειλημμένος. καρπὸν δὲ ἔχει ἐπ᾽ ἄκρα ὥσπερ ἀκρίδας. Mathiolus scribit, in codice quo usus est scriptum esse ὥσπερ ἄκρεα δίκωλα. Veluti locustas bipedes. Ita etiam legi in antiquissimo codice regiæ Gallicæ Bibliothecę testatur magnus Salmasius. ἄκριον negat idem significare locustam parvulam, verum exponit petiolum, idque quia ἄκρεα Græcis animalium petiolos & trunculos significat. Sic Hippoc. lib. VII. epidem. καυλῆνας ὑὸς ἀκρέων ἑφθῶν percoctos extremos suillos petiolos dicit. Ἄκρεα propriè sunt summæ extremitates corporis, uti scribit Galenus in porrheticis, ἄκρεα δηλονότι πόδες καὶ χεῖρες εἰσὶν, καὶ ὦτα καὶ ῥὶς, ἃ δὴ καὶ ἐν ταῖς μετὰ καταψύξεως εἰσβολαῖς τῶν παροξυσμῶν ἁπάντων πρῶτα ψύχει), extrema nempe corporis pedes sunt & manus, & aures & nasus, quæ videlicet in his quæ cum perfectione fiunt accessionum insultibus prima perfrigerantur.) Δίκωλα. ἐν οἷς τὸ σπέρμα χρήσιμον εἰς καταπλάσματα ὡς κριθή. *Avena tum culmo, tum etiam foliis triticum imitatur, sed geniculis distinguitur,* (Fallitur itaque Hesichius cum scribit, βρόμος βοτάνη ὁμοία σίτῳ, μὴ ἔχουσα γόνατα) *In cacumine vero tanquam petiolos bicrures fert.* (folliculi enim avenæ quasi petioli ac trunculi bifariam divisi sunt, qui granum in medio amplectuntur, quorum alterum semper grandius existit.) *in quibus semen continetur, æque ac hordeum ad cataplasmata utile.* Hunc locum Plinius lib. XXII. capite ultimo his verbis exscripsit. *Bromos semen est, spicam ferentis herbæ. Nascitur inter vitia segetis avenæ genere, folio & stipula triticum imitatur, in cacuminibus dependentes parvulas velut locustas habet. Semen utile ad cataplasmata atque hordeum.* Doctiss. Salmasius legit pro *nascitur*, *nascentis*, ut bromon de genere esse dicat avenæ, inter vitia segetis nascentis. Crediderim Plinium utriusque avenæ & ægilopis historiam confundere. Ægilops hordei vitium, & bromo altero similis, avenamque quandoque interpretatur. Hinc Plinius, *semen est spicam ferentis herbæ, nascitur*, vel, uti Doctiss. Salmasius, *nascentis inter vitia segetis, auenæ genere.* Præterea ἄκρεα pro quo Libertus legit ἀκρίδας, vel, quod verisimilius, Plinius ad verba anagnostes non satis attendit, vertit *parvas locustas*. Nunquam vidi semen, vel folliculum avenæ, quod formam vel imaginem locustæ referret. Avenam recentiores observarunt utriculis esse tectam, vel nudam. Folliculis tecta, culmo geniculato folioque triticum ac zeam imitatur, in cacumine veluti jubam emittit, ex qua semen plenum secali simile, sed arctius, longius, acutius, colore interdum pullo, alias nigro, sæpissime albicante. Folliculo tenui tegitur, præter tenuem ac leviculum folliculum, alium bifidū & hiantem habet, quo semitectum apparet avenę granum; glumam insuper bene spissam, sive tunicam crassam, & corpori strictè adhærentem ostendit, quo involvitur, & ideo Theophrastus μάλιστα πολύλοπον, dixit granum. Nuda avena, semen nullis glumis implicatum gerit.

Αἰγίλωψ, nomen accepit à viribus, quod oculorum fistulis, quas Græci αἰγίλωπας dicunt, medeatur. Dioscorides lib. IV. cap. CXXXIX. θεραπεύει δὲ ἡ πόα μετὰ ἀλεύρου καταπλασθεῖσα αἰγιλώπια. *Herba cum farina imposita, sanat ægilopas.* Fortasse sic dictum, quasi αἶγος ὤψ, quod caprinum quodammodo oculum, fructus imitetur. Auctuarii auctor σιτόσπιλον vocari scribit, quasi σίτου σπίλον, *maculam & vitium frugis.* Cur festuca vocetur, vide Lonicerum in Dioscoridē. De ægilope hæc Theophrastus lib. VII. cap. XII. & lib. IV. de caus. cap. VII. ægilopem altero à satione anno aliquando nasci scribit. lib. VIII. cap. VII. tempore vernali, folium habere pilosum, cap. hoc IX. inter ea quæ hordeo triticoque similia sunt aspectu quodam sylvestri ac immiti esse: capite præcedenti, hordeum facile in ægilopem degenerare dixit ac necare, vide cap. citatum. Vide lib. IV. de caus. cap. XXII. cap. ultim. lib. VIII. proprietatem quandam, tum in germinatione, tum in generatione sortiri lib. IV. de caus. cap. XVII. multis tunicis cingi. A Dioscoride lib.

lib. IV, cap. CXXXIX. his verbis describitur, αἰγίλωψ βοτάνιόν ἐστι φύλλα πυρῷ ἔχον ὅμοια, μαλακώτερα δέ. ἐπ' ἄκρας δὲ τῆς κεφαλῆς καρπὸς ἔχον β ἢ γ ἐρυθρὸς, ἐφ' ὧν ἀθέρες οἱονεὶ τρίχες ἐκπεφύκασι. *Ægilops herba est folia tritici habens, sed molliora, in summo capite semina suis inclusa folliculis bina ternaque rubra, è quibus aristæ veluti capillaceæ exeunt.* Αἰγίλωψ, inquit Hesychius, πόα τις ἐμφερὴς στάχυι, quod Spicas sive aristas gerat capillaceas. Serapio quantum ex interpretis versione constat, legit, καρπὸς ἔχει β ἢ γ ἐλυθρα, ἀφ' ὧν. In summitate calami ejus est semen duabus vel tribus tunicis vestitum. Eandem est secutus lectionem Avicenna. Fructus ejus habet velamina duo aut tria, & super ipsa sunt quædam similia pilis. Falluntur itaque qui ægilopem avenam sterilem esse putant. Sterilis enim avena, ut dixi, vacuis reperitur folliculis. Ægilops triticum ac hordeum foliis æmulatur, sed culmos promit tenues & breves, dodrante haud altiores, atque in horum fastigio exiguas spicas, bina ternaque grana proferentes, quam hordei paulo minora, glumis striatis implicita, à quibus tenues, prælongæ & acutæ aristæ eminent. Altera Ægilops, cujus etiam effigiem addidimus, bromo similior est, culmis foliisque secale refert, culmos obtinet tritico hordeoque tenuiores, in quorum summo veluti effusæ pendent jubæ, avenæ propemodum similitudine, sed breviores, arctu usque conjunctæ. Semina oblonga sunt, longitudine grani secalini sed angustiora; tenuiora, levioraque multo, quæ membranulis sive utriculis parvis continentur, è quibus cum in area teritur concidunt. Inter segetes crebro reperiuntur. Prius frequentius in hordeis reperitur, & hordeum in eam degenerare, ab eaque lædi, jam observatum.

Ex his omnibus discimus, ea quæ multiplici, crasso calamo, radicibus, multis vel crassis sunt, extenuare terram. Ratio facilis. multo enim indigent alimento. quare humorem succumve terræ exhauriunt. Locus hic de sesamo insigniter corruptus; vel planè sibi contradicit Theophrastus. Sesamum inquit, πολυῤῥιζότερον χεῖρον. Contra lib. IV de caus. cap. XVI, τὸ γὰρ σήσαμον, inquit, λιπαρὸν καὶ δεόμενον πέψεως, καὶ τοῦτο μὲν μονόῤῥιζον, ὁ δὲ κέγχρος καὶ πολύῤῥιζον. Posteriori loco mendum nullum. statim enim sequitur, τὸ γὰρ σήσαμον ἅτε μονόῤῥιζον καὶ βαθύῤῥιζον ἄνω πᾶσαν ἀφίησι τὴν δύναμιν. Priori loco itaque mendum erit. Crediderim scripsisse magistrum βαθυῤῥιζότερον χεῖρον. Quæ enim singulari nituntur radice, solent esse altiore ac profundiore, contra quæ multas habent. βαθύῤῥιζον esse sesamon, ipse Theophrastus loc. cit. docet. De sesami satione, quodque solum desiderat, vide Columellæ lib. II, cap. X, *Sesama*, inquit, *quæ rigantur maturius; quæ carent humore ab æquinoctio autumnali serenda sunt, in Idus octobris. Putre solum quod Campani pullum vocant, plerumque desiderant: non deterius tamen etiam pinguibus harenis, vel congestitia humo proveniunt: tantumque seminis quantum milium panicumque. interdùm etiam duobus sextariis amplius in jugerum spargitur. Sed hoc quidem semen Ciciliæ, Syriæque regionibus ipse vidi mense Iunio, Iulioque conseri, & per autumnum cùm maturuerit tolli.*

ΚΕΦ. Ι. — CAP. X.

De vitiis frugum, & bestiolis nocentibus: tum quæ fruges plurimum, & quæ minimum durent. Item à rure rus, & cœlum à cœlo differre.

Τῶν δὲ σπερμάτων * νοσήματα τὰ μὲν, κοινὰ πάντων ἐστὶν· οἷον ἐρυσίβη. τὰ δ' ἴδια τινῶν. οἷον ὁ σφακελισμὸς τοῦ ἐρεβίνθου, καὶ τὸ ὑπὸ καμπῶν κατεσθίεσθαι, καὶ ὑπὸ ψύλλων θηρίων. ἔνια δὲ καὶ ψώραις καὶ ἅλμαις, καθάπερ τὸ κύμινον. τὰ δὲ ἐπιγινόμενα ζῶα εἰ μὴ ἐξ αὐτῶν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἔξωθεν, οὐχ ὁμοίως βλάπτει: ἐπιγίνεται γὰρ ἡ μὲν κανθαρὶς ἐν τοῖς πυροῖς· τὸ δὲ φαλάγγιον ἐν ὀρόβοις. ἄλλα δ' ἐν ἄλλοις. ἐρυσίβαι δ' ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, εἰς τὰ σιτώδη μᾶλλον τῶν ὀσπρίων. αὐτῶν δὲ τούτων ἡ κριθὴ μᾶλλον ἢ πυρός. καὶ τῶν κριθῶν ἕτεραι ἑτέρων, μάλιστα δ', ὡς εἰπεῖν ἡ Ἀχιλληΐς. διαφέρει δὲ καὶ ἡ τῶν χωρίων θέσις καὶ ἡ † φύσις μικρόν. προσήνεμα γὰρ καὶ τὰ μετέωρα βλάπτουσιν αἱ ἐρυσίβαι ἢ ἧττον· ἀλλὰ τὰ ἔγκοιλα καὶ ἄπνοα. γίνεται δὲ ἡ ἐρυσίβη πανσελήνοις μάλιστα. ἀπόλλυται δὲ καὶ ὑπὸ τῶν πνευμάτων καὶ πυρὸς καὶ κριθή· ὅταν ἢ ἀνθοῦντα ληφθῇ, ἢ ἄρτι ἀπηνθηκότα καὶ ἀσθενῆ. μᾶλλον καὶ ‡ κριθή. πολλάκις * δ' ἤδη ἐν τῷ ἁδρύνεσθαι. ἐὰν πνεῦσις μεγάλη καὶ πλείω χρόνον ἐπιγένηται. ξηραίνει γὰρ καὶ ἀφαυαίνει. ὃ καλοῦσί τινες ἐξανεμοῦσθαι. διαπόλλυσι δὲ καὶ ἥλιος ὁ ἐκνέφελος ἄμφω· καὶ μᾶλλον πυρὸν ἢ κριθήν. ὥστε μὴ δ' ἐπίδηλον εἶναι τὸν στάχυν τῇ ὄψει ὄντα κενόν. τὸν δὲ πυρὸν ἀπολλύουσι καὶ οἱ σκώληκες. οἱ μὲν εὐθὺς κατεσθίοντες φυομένου τὰς ῥίζας· οἱ δὲ, ὅταν αὐχμῶντες † ἀποπλεωθῆναι μὴ δύνωνται. τότε γὰρ ἐγγινόμενος ὁ σκώληξ ἐσθίει τὸν ἀποπνιγμένον κάλαμον. ἐσθίει δὲ ἄχρι τοῦ στάχυος. εἶτ' ἐξαναλώσας ἀπόλλυται. καὶ ἐὰν μὲν ὅλον ἐκφάγῃ, τελέως αὐτὸς ὁ πυρός. ἐὰν δὲ ἐπὶ θάτερα τοῦ καλάμου καὶ ἐκβιάζηται τὴν ἀπόχυσιν, τοῦτο μὲν οὖν τοῦ στάχυος, θάτερον δὲ ὑγιές. γίνεται δὲ οὐ πανταχοῦ τὸ περὶ τὸν πυρόν. οἷον ἐν Θετταλίᾳ. ἀλλὰ κατὰ χώρας τινὰς, ὥσπερ ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ τῆς Εὐβοίας, ὥσπερ ἐν τῷ

Seminum autem vitia quædam omnibus communia sunt, ut rubigo: quædam propria dantur quibusdam, ut * tabitudo radicis ciceri, & urucarum infestatio. Aliis etiam pulicum erosio. Nonnulla etiam scabie atque salsugine pereunt, ut cuminum. Animalia vero si non † in iis ipsis gignantur, sed extrinsecus fiunt, non æque officiunt. Nascitur enim in tritico cantharis, & in eruo phalangium, & in aliis alia genera. Rubigines, (ut simplicius loquar) in frumentaceis magis quam leguminibus. Inter frumentacea hordeum magis quam triticum sentit: & inter hordea aliud plus, aliud minus; sed præcipue Achilleis. Nec ‡ segetum situs naturaque parum refert. Fractus enim excelsi perflatique, rubiginem nullam, aut minimam sentiunt. Concavi & flatibus nullis expositi contra frequentissimam habent. Gignitur hæc plenilunio maxime. Intereunt vel afflatibus triticum, atque hordeum, cum aut florentia perflentur, aut flore dimisso protinus infirma concutiantur. Sed hordeum magis ita perire certum est: sæpe etiam cum crassescunt. Si vehementius, diutiusque flatus invaserint, exiccantur & penitus inarescunt. Quod quidam * eventari dixerunt. Sol quoque ex nube ambo ista interimit, sed triticum magis, quam hordeum: & ita quanquam spica exinanita sit, visu tamen percipi minime possit. Triticum etiam vermiculi enecant. Alii † protinus nascens erodentes radicitus. Alii cum præ siccitate absolvi nequeunt. Tunc enim vermiculus ‡ culmum usque ad spicam erodit; dein alimento consumpto emoritur. Et si totum erosit, triticum ipsum omnino interit. Si vero alteram tantummodo culmi partem, frugemque fundendam eatenus violavit; id quidem spicæ pereat necesse est. Reliquum autem incolume extat. Evenit hoc in tritico non omnibus locis; ut in Thessalia, sed paucis quibusdam; ut in Africa, & in Lelanto Eubœæ. Vermiculi vel * in ciceris, &

Marginalia (Greek column):

* Νοσήματα nec in Ald. nec Ger. excuso cod. legitur.

† ἡ φύσις οὐ μικρόν. προσήνεμα γὰρ καὶ τὰ μετέωρα οὐ βλάπτουσι αἱ ἐρυσίβαι, ἢ ἧττον.

‡ δὲ ἡ.

* Ἐν τῷ ἁδρύνεσθαι δὲ, ἐὰν μεγάλη. Al. Bas.

† Ἀπολυθῆναι. Al. ἀποχυθῆναι, Bas.

* ἀποπνιζόμενον. Bas.

Marginalia (Latin column):

* Vt sphacelismus, id est, radicis mortificatio ciceri quædam ab erucis erodiuntur. alia à pulicibus infestantur.

† Ex.

‡ Soli.

* Ἐξανεμοῦσθαι, id est, venti vi labi.

† Nascentem erodunt, alii cum præ squalore humor effundi nequeat.

‡ Culmum suffocatum usque.

* Erviliis cicerculis & pisis.

δηλαδὴ τῷ. σκώληκες δὲ γίνονται καὶ ἐν τοῖς *ὄχροις, καὶ ἐν τοῖς λαθύροις, καὶ τοῖς πίσοις, ὅταν ὑγρανθῶσι, καὶ θερμημερίαι γίνωνται. καὶ καθάπερ ἐν τοῖς ἐρεβίνθοις αἱ κάμπαι. τὰ δὲ ἐξαναλώσαντα τὰς τροφὰς ἀπόλλυται καὶ ἐν τοῖς χλωροῖς καὶ ἐν τοῖς καρποῖς, οἷον οἵ τε ἶπες, καὶ οἱ ἐν τοῖς κυάμοις ἐγγινόμενοι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις. ὥσπερ καὶ †ἐν τοῖς δένδροις, καὶ ἐν τοῖς ξύλοις ἐλέχθη· πλὴν τῶν κεραστῶν καλουμένων. πρὸς ἅπαντα δὲ ταῦτα μεγάλως διαφέρουσιν αἱ χῶραι, οὐκ ἀλόγως. ὁ γὰρ ἀὴρ εὐθὺς διάφορος τῷ θερμὸς ἢ ψυχρὸς εἶναι, ἢ ὑγρὸς ἢ ξηρός. ‡οὗτος δ' ἐστὶν ὁ γεννῶν. διὸ καὶ ἐν αἷς εἰώθασι γίνεσθαι, οὐκ ἀεὶ γίνονται. τῶν δὲ σπερμάτων οὐχ ἡ αὐτὴ δύναμίς ἐστιν, εἴς τε τὴν βλάστησιν, καὶ εἰς θησαυρισμόν. ἔνια μὲν γὰρ βλαστάνει καὶ τελειοῦται τάχιστα, καὶ θησαυρίζεται κάλλιστα. *καθάπερ ἔλυμος, καὶ κέγχρος. ἔνια δὲ βλαστάνει μὲν, οὐ ταχέως δέ. καθάπερ ὁ κύαμος, καὶ μᾶλλον ὁ ἀτεράμων. ταχὺ δ' ἡ ἀφάκη, καὶ ὁ δόλιχος διαφθείρεται. κριθὴ δὲ πυροῦ θᾶττον. καὶ ὁ κονιορτώδης ἢ †ἀκονιόρτος. καὶ ἐν τοῖς κονιορτοῖς ἅπασιν. οἷον ἀκονιατοῖς ἢ ἀκονιάτοις, ἐγγίνεται διαφθειρομένοις σπέρμασιν ἴδια ζῶα, καθάπερ ἐλέχθη· πλὴν ἐρεβίνθου. μόνος γὰρ οὗτος οὐ ζωογονεῖ. καὶ σηπομένοις μὲν πᾶσι σκώληξ· κοπτομένοις δὲ, καθέκαστον ἴδιον. πάντων δὲ μάλιστα διαμένουσιν ἐρέβινθος καὶ ὄροβος. τούτων δ' ἔτι μᾶλλον ὁ θέρμος· ἀλλ' ἔοικεν οὗτος ὥσπερ ἄγριος. διαφέρει δὲ ὡς ἔοικε χώρα χώρας, καὶ ἀὴρ ἀέρος εἰς τὸ κόπτεσθαι, καὶ μὴ τὰ σπέρματα. ἐν Ἀπολλωνίᾳ γοῦν τῇ περὶ τὸν Ἰόνιον, οὐκ ἐσθίεσθαί φασιν ὅλως κύαμον. διὸ καὶ εἰς θησαυρισμὸν ἀποτίθεσθαι. διαμένει δὲ καὶ περὶ Κύζικον ἐπὶ πλεῖω. μέγα δὲ πρὸς διαμονὴν, καὶ τὸ ξηρὰ θερίζειν. ἐλάττων γὰρ ἡ ὑγρότης. θερίζουσι δ' εὐχυλότερα τὰ μὲν χεδροπὰ πρὸς τὸ μᾶλλον καὶ ῥᾷον συλλέξαι. ταχὺ γὰρ καταρρεῖ· καὶ αὐανθέντα θρύπτεται· ‡τὰς δὲ κριθὰς, καὶ γένος τι κριθῶν, διὰ τὸ βελτίους εἰς τὰ ἄλφιτα γίνεσθαι μὴ ἀπεξηρασμένας. διὸ καὶ εἰς θωμοὺς συντιθέασι καὶ πυροὺς καὶ κριθάς· καὶ δοκοῦσιν ἁδρύνεσθαι ἐν θωμῷ μᾶλλον *ἢ λιποσπερμεῖν. οὐκ ἐσθίεται δὲ σῖτος ὅταν ὑσθεὶς περιφυῇ. ἀθέριστος δὲ μάλιστα διαμένει ὁ πυρός. ἔτι δὲ μᾶλλον ὁ θέρμος, οὐδὲ γὰρ θερίζουσι τοῦτον τὸν τρόπον πρὶν ὕδωρ γενέσθαι, διὰ τὸ ἐκπηδᾶν θεριζόμενον καὶ ἀπόλλυσθαι τὸ σπέρμα.

* ὤχροις.

† Οὗτος δ' ἐστὶν ὁ νέων. Al. Bas.

‡ κράτιστα Ald. Bas.

* καὶ ὁ κονιορτος. καὶ ὁ ἐν τοῖς κονιορτοῖς ἐν ἅπασιν. οἷον κονιάτοις γίνεται. Ald. Bas. lege, ἢ ὁ ἀκονιορτος. καὶ θᾶττον ὁ ἐν ἀποθήκαις κονιάτοις ἢ ἀκονιάτοις. ἐγγίνεται.

† τοὺς δὲ πυρούς.

‡ ἡλίκους σπερμῶν, Al. Bas.

* τοῦτον τὸν τρόπον πρὶν ἢ ὕδωρ. Ald. Bas lege. τοῦτον πρῶτον πρὶν ἢ ὕδωρ.

cicerculis ipsis gignuntur, cum secutis imbribus calor repentinus humorem incluserit, quemadmodum in ciceribus nasci † uricæ solent. Qui autem alimenta sua consumpserint, tam in herbis, quam in fructibus pereunt; ut ‡ impes, & qui fabis, reliquisque innascuntur, ut de arboribus & lignis retulimus: exceptis qui cerastæ vocantur. Igitur ad hæc omnia tractuum natura plurimum refert, nec temere. Ipsum enim cœlum diversum caliditate aut frigiditate, aut humiditate, aut siccitate: hoc autem * fructus perficere consummareque potissimum patet. Quapropter quibus locis fieri solent, non semper fiunt. Seminibus autem non vis eadem ad germinandum ac reservandum utique datur. Quædam enim germinant, consummanturque celerrimè, & reservari egregiè possunt; ut panicum, & milium: quædam germinant quidem, sed non celeriter, ut faba, & præcipue quæ coctibilis. Pereunt celeriter aphaca, atque siliqua: hordeum celerius, quam triticum: & pulverulentum celerius, quam purgatum: & quod in horreis calce levigatis conditum est, quam quod in non ita levigatis. In corruptis itaque animalia propria gignuntur (ut dictum est) cicere excepto. Id enim solum gignere animal nullum potest. Et in putrescentibus quidem omnibus vermis consistit. † Contusis autem sponte ut fit, singulatim proprium quiddam gignitur. Cicer & ervum omnium maxime durant. Lupinum longè iis diuturnius est. Sed hoc quodammodo pro sylvestri habetur. Differt etiam rus à rure, & cœlum à cœlo ad seminum corruptionem, conservationemque. Itaque apud Apolloniam maris Ionii fabam nullo pacto corrodi ajunt. Ideoque reservandam reponi. Quin & circa Cyzicum diu durare potest. ‡ Metere quoque tosta plurimum ad diuturnitatem sane facit: sic enim humoris minus relinquitur. * Metunt vegetiora legumina quidem, quo plus faciliusque † legere possint. Celeriter enim defluunt, & arefacta ‡ franguntur. Triticum vero, & quoddam hordei genus non penitus exsiccari patiuntur, quod ad reddendam farinam, meliora minus arefacta putantur. Qua de causa in acervos tam triticum quam hordeum componere assolent. Videtur enim in acervo crassescere potius, quam attenuari. Frumentum nequaquam * corrodi potest, cum admisso imbre provenerit. Triticum in spica nondum messum durare maxime potest: atque etiam magis lupinum. Nec enim id † metunt prius, quam imber incesserit: quoniam inter ‡ metendum exiliat, atque ita pereat semen.

† *Ericæ.*

‡ *Ipes.*

* *Plantas bene, maleque afficere.*

† *Pertusis.*

‡ *Legere quoque sicca.*

* *Legunt succulentiora antequam sole exusta sint legumina quo.*

† *Colligere.*

‡ *Dissiliunt.*

* *Eroditur cum pluviam perpessum excreverit.*

† *Legunt.*

‡ *Legendū.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Εἰ μὴ ἐξ αὐτῶν. Theodorus, Si non in ipsis gignantur, *Non explevit præceptiones philosophiæ. Multa enim gignuntur in ipsis, & non ex ipsis, ut ex rore. Quare malè permiscuit differentias, quæ ab Aristotele, & à Theophrasto prudentissimè sunt discretæ.*

Οὐ μικρὸν γὰρ προσοίσεται, καὶ μετίωρα, οὐκ ἐρυσίβαι, ἢ ἧττον. *Nota loquutionem deesse videntur;* ἐν τούτοις γὰρ οὐκ ἐρυσίβαι.

Μᾶλλον καὶ κριθή. Lege δὲ; non καί. Et dele, οὐ post, ἁδρύνεσθαι.

Ἐξανεμοῦσθαι. *Proba vox.* venti vi labi. *usurpata ab obstetricibus & matronis. Quemadmodum in decimo historiarum de animalibus declaravi.*

Ἐσθίει τὸ ἀποπλυνιζόμενον κώλημον. *Theodorus omisit illud participium. Et sanè cum* σκώληκα *vocet, &* πλωίον *sit, ut ajunt, culici similis; non conveniunt inter se; & penè esset idem, atque* ἐσθίει τὸ ἐσθιόμενον.

Γίνονται καὶ ἐν τοῖς ὤχροις, καὶ τοῖς λαθύροις, καὶ τοῖς πίσοις. *Theodorus*, In ciceris & cicerculis ipsis. *lege,* & pisis. *Item* uricæ *scriptum est.* Erucas *tamen Latini vocant. Sic etiam suprà* uricarum. *Mox etiam* Impes, ἶπες.

Ἐν τοῖς χλωροῖς. In viridibus: *pro eo, quod est,* ἐν ταῖς χλόαις.

Οὗτος δ' ἐστὶν ὁ νέων. *Sanè quid sibi velit, nescio. Theodorus,* Hoc autem fructus reddere, consumaréque potissimo valet. *Eo tamen non tendit sententia Philosophi.* Sed bene maléve afficere.

Τῶν δὲ σπερμάτων. *Expletis vitiis, aggreditur virtutes seminum. Iccirco hinc aliud caput esto.*

Ταχὺ δ' ἡ ἀφάκη, καὶ ὁ δόλιχος. *Theodorus,* pereunt celeriter Aphaca, atque Siliqua. *Nunc non de interitu, sed de germinatione agit: neque enim* βλαστάνει *est,* pereunt.

Καὶ ὁ κονιορτος, *Legunt,* ἢ ὁ ἀκονιορτος, *ex Theodoro. Et quæ sequuntur ita digerenda.* καὶ θᾶττον ὁ ἐν ἀποθήκαις κονιάτοις, ἢ ἀκονιάτοις. *De horreorum parietibus inductis opere tectorio, videbis Columellam, & Palladium.*

Κοπτομένοις δὲ καθ' ἕκαστον ἴδιον. *Theodorus addidit,* sponte ut fit. *Hic* κόπτεσθαι contundi. *mox* εἰς τὸ κόπτεσθαι, ad corruptionē. *Et infrà,* τὰ ἰσχυρὰ κόπτεσθαι corrumpi. *Notabimus igitur differentias. Dicit enim,* διαφθειρομένοις, & σηπομένοις, & κοπτομένοις. *Primum significat* corruptionē. *Secundum*

tum putrefactionem, tertium convulsionem. *Si ita fit, esto sub flagro in area, aut sub equarum ungulis.* & διαφθείρεται, erit cum solvuntur intus grana sine putrefactione. *Quare* κόπτεται *non fit*, corrumpi. *De vestibus autem, neque contundi, neque corrumpi, sed pertundi.*

Τὸ ξηρὰ θερίζειν. *Theodorus* metere tosta. *At melius*, sicca. *Tostum enim nemo dicat. Primus significatus torrendi fuit in veru* : τορεύειν : *quemadmodum diximus in originibus . postea ad omnem ignis modum fusus est.* Metendi *quoque significato abusus est. leguntur enim multa. At* θερίζειν *utrunque optimè dicitur ab opere æstivo. Privatim autem* τίλλειν, *ut dicebat suprà. Sicut mox,* συλλέγειν. *Idem tamen inconsultius mox.* Metunt, *inquit*, legumina. Ubi εὐχυλότερα, vegetiora. *non nimis bene. Sunt enim vegeta legumina magis, quæ paulò minus habent succi, quàm quæ paulò plus. At* εὐχυλότερα, *è contrario.* Succulentiora *commodius per paraphrasin, antequàm sole exucta sint : tunc enim dissiliunt,* καὶ θρύπτεται. *Theodorus,* franguntur. *De Thecis hoc igitur dictum sit, & præponi debuit. Prius enim hiant siliquæ, quàm exiliant grana. Intellige sanè* τὸ ῥᾶον. *Nam sicca facilius velluntur, quàm minus sicca. Verùm quia defluentia grana sigillatim ab humo legenda essent : iccirco hoc modo ῥᾶον. Mihi autem ratio alia. In area enim excutitur facilius cum rore tactum est : iccirco antelucanis horis sternunt. Triticum è contrario. Sic animadverti apud nostrates. Theodorus legit* : τοὺς δὲ πυρούς, ὡς ἄνευ τῆς χελώνης. *recte : quia mox,* πυροὺς καὶ κελύφους εἰς θημῶνας. *Ubi verba corrupta,* μᾶλλον ἠλίκως σαρόν. *Theodorus*, crassescere, quàm attenuari. *Legitur igitur,* ἢ λεπτύνεσθαι, *aut tale quid.*

Οὐκ ἰδίᾳ ἐστὶ ὁ τοιοῦτος περιφυῆ. *Lego,* ὅτι ὑδεῖς. *Et mox tolle,* τὸ πόνον. *Et repone,* ποτὸν ἢ ὕδωρ ἢ ψ...

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ & COMMENTARIUS.

DE vitiis frugum hoc capite agit. Inter ea numerat rubiginem, sphacelismum, ericarum erosionem, scabiem. Videat lector lib. v. de caus. cap. ad ult. Ubi de vitiis, morbisque plantarum, arborum tamen imprimis agit. De vitiis verò segetum lib. III agit, cap. XXVII. Ubi & causas addit, cur lædantur ab his injuriis. locũ adeat lector. Ἐρυσίβην definiunt σῆψιν τοῦ ἐφισταμένου ὑγροῦ, *putredinem quandam residentis humoris.*

Σφακελισμὸν. doctiss. Gaza *tabitudinem* vertit, cùm sit *mortificatio*, uti supra lib IV, cap. XVI dixi. A animalibus enim σφακελισμὸς, sive σφάκελος partis alicujus νέκρωσις, & *mortificatio* est. Amissio nempe sensus & motus, propter caloris nativi & insiti extinctionem, sive σῆψιν. Unde μελανισμὸς ejusdem partis emortuæ sequitur, καὶ σῆψις φοιώδης *putredo cadaverosa.* Videat lector capita jam citata.

ὑπὸ κάμπης. Doctiss. Gaza, *uricarum infestatio.* Credo quod, apud Plinium scribatur lib. XVIII, cap. XVII. *Commune autem omnium satorum vitium urica, etiam ciceris, cum salsilaginem ejus abluendo imber dulcius id facit.* Uricam vocatam credunt, quod sata & arbores urat, cum Græcis insectum hoc κάμπη dicatur, à flexura, quia in arcum rependo curvatur. Legendum esse *erucas*, docuit jam ante Turnebus. Columella lib. XI, cap. III. *Ubi vero apricis regionibus, post pluvias noxia incesserunt animalia, quæ à nobis appellantur erucæ, Græcis autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus, frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore si deciderint, non amplius in superiorem partem prorepunt. Id tamen supervacuum est facere, si ante sationem semina, uti jam prædixi, succo herbæ sedi maserata sunt nihil enim sic medicatis nocent erucæ.* Vide Theophrasti loca citata.

Ἔνιοι δὲ. Scabies qui fit morbus supra lib. 4. satis superque exposuimus. Plinius lib. XIX, cap. X. *Alius privatim cumini morbus scabies.*

Κάνθαρις. Hujus animalculi meminit Plinius. Loc. citat. *Est & cantharis, dictus, scarabæus parvus, frumenta erodens.* Theophrastus inquit vir doctus. nasci in tritico scribit, sed rodi à cantharide nusquam dixit. Verisimile tamen animalculum illud, plus corrodendo officere, quam insidendo. Idem Plinius eodem cap. *Nascitur & phalagium in ervo, bestioli aranei generis, si hyems aquosa sit.*

Περιπνευστα. Perflatos rubiginem non sentire, contra concavos scribit præceptor, & repetit loco citato. Rationem etiam reddit cur flatu exposita frumenta minus à rubigine lædantur. Plinius lib. XVIII, cap. XVII. *Cæleste frugum vinearumque malum, nullo minus noxium est rubigo. Frequentissima hæc in roscido tractu, convallibusque, ac perflatum non habentibus. è diverso carent ea ventosa & excelsa.* Videt candidus lector in vulgata editione, particulam *à* deesse. Plinius enim ventosa rubigine non lædi auctor est. Idem etiam Theophrastus loco citato pro loci natura ac positione, plantas vel lædi, vel non affici, mille in locis dixit. Lego itaque καὶ ὁ φόνος ὁ μικρός; non, ut vulgo, ὁ φόνος μικρός. Illud enim planè contra mentem Philosophi, quam etiam lectionem Doctiss. Gaza rejecit, ac pro spuria habuit.

Γίγνεται δὲ. Plenilunio maxime gigni rubiginem ait, Videat lector locum jam sæpe citatum. Ex hoc etiam loco ἀντὶ ἀπολυθῶσι, uti in Basilensi & Aldino legitur codice, substitui ἀποχυθῶσι, *humor effundi nequeat.* Vulgatã lectionem probare nequeo, ἀποπλαγθῶσι. Quomodo vermiculus nascatur, quod præ siccitate absolvi nequeat, non video. Squallor inducit duritiem & siccitatem, durities & siccitas impediunt quo minus humor effundi queat : qui detentus putrescit quod evaporari nequeat, hinc suffocatio & putredo.

Ἀπολύεται δὲ. Locum hunc Plinius lib. XVIII, cap. XVII. his ferè verbis exscripsit. *Venti autem tribus temporibus nocent, frumento & hordeo : in flore, aut protinus cum defloruere, vel maturescere incipientibus.* (augescente fructu συναδρυνομένου τοῦ καρποῦ. Theophrastus loco citato) *Tunc enim exinaniunt grana,* (siccant & arefaciunt, Theophrastus) *prioribus causis nasci prohibent. Nocet & sol creber è nube. Nascuntur & vermiculi in radice, cum sementem imbribus secutis incluserit repentinus calor humorem,* (hæc de ervilia cicercula & piso Theophrastus) *gignuntur ac in grano, cum spicæ puvius calor effervescit.*

Οἷα ἶπες. Ἶψ inquit interpres Homeri θηρίον ἰδίως τὰ κέρατα περιτρῶγον κάνωψ. Hesychius. ἴψ εἶδος σκώληκος κεραοφάγον. *animalculum cornua erodens, simile pulici.* Theophrast. lib III, cap. XXVII. de caus. vermiculus qui vitibus innascitur, easque lædit.

Πρὸς ἅπαντα δὲ. Soli cælique diversitatem multum præstare ; causamque non ultimam esse, cur fruges, arbores, aliæque plantæ, vel magis vel minus afficiantur ; extra omnem controversiam est, & jam ad nauseam usque dictum.

Τῶν δὲ σπερμάτων. De germinatione & conservatione seminum agit. Supra de germinatione plura diximus, de conservatione vide caput ultimum & penultimum. lib. IV. de causis. Ex capite ultimo hunc locum correximus ἢ ὁ κονιορτὸς καὶ ἄχυρον. Magnus Philosophus quondam ἴλιον legit. vide caput citatum. Nostram præterea emendationem probat Plinius lib. XVIII, cap. XXX. *Horrea operosa & tripedali crassitudine, pariete lateritio, exædi ficari jubent aliqui. Præterea supernè impleri, nec afflatus admittere, aut fenestras habere ullas. alii ab exortu tantum æstivo aut septentrione, eaque sine calce construi, quoniam sit frumento inimicissima.* De apothecis horreisve vide Columellæ lib. II, cap. XI. Quæ sequuntur ea loco citato repetuntur & cur ita sese habeant rationem addit.

Θερίζουσι. Verti, *legunt.* Idque quia legumina leguntur, metunturque frumenta, utrumque θερίζω significat. Cur sicca legi velit, ratio in promptu est, humor putredinem excitat.

ΚΕΦ. ΙΑ. — CAP. XI.

Anniculum semen optimum ad sementem. Deque lupino, & avena.

Πρὸς ἔκφυσιν δὲ καὶ τὴν ὅλην σπορὰν ἄριστα δοκεῖ τὰ ἐνάενα. τὰ δὲ δίενα χείρω, † καὶ τὰ τρίενα. τὰ δ' ὑπερτείνοντα σχεδὸν ἄγονα. πρὸς δὲ τὴν σίτησιν ἀρκοῦντα. βίος γάρ ἐστιν ἑκάστοις ὡρισμένος εἰς γονήν. καίτοι καὶ ταῦτα παραλλάττει ταῖς δυνάμεσι διὰ τοὺς τόπους. ἐν οἷς ἂν θησαυρίζωνται. τῆς γοῦν Καππαδοκίας ἐν χωρίῳ τινὶ τῷ καλουμένῳ Πέτρα καὶ τετταράκοντα ἔτη διαμένειν φασί. γόνιμα δὲ καὶ χρήσιμα πρὸς σπόρον. εἰς δὲ τὴν σίτησιν ἑξήκοντα ἢ ἑβδομήκοντα. τὸ γὰρ ὅλον οὐκ ὄπτεσθαι. τὰ δὲ ἱμάτια καὶ τὴν ἄλλην γάζαν κόπτεσθαι. τὸ γὰρ χωρίον ἄλλως τε ὑψηλὸν εἶναι, καὶ εὔπνουν, καὶ εὔαυρον αἰεὶ καὶ ἐπὶ ἀνατολῆς ἔχουσι, καὶ δύσεως καὶ μεσημβρίας. φασὶ δὲ καὶ ἐν Μηδείᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ὑψηλαῖς χώραις, διαμένειν θησαυριζόμενα πολὺν χρόνον. ἐρέβινθον δὲ καὶ θέρμον καὶ ὄροβον καὶ κέγχρον καὶ τὰ τοιαῦτα· δηλονότι πολλῷ πλείω τούτων. ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα τόποις. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὥσπερ εἴρηται τῶν τόπων ἴδια. δοκεῖ δὲ καὶ γῆ τις εἶναι πρὸς θέσιν, ἡ διαπαττομένη συντηρεῖ τὸν πυρόν. ὥσπερ ἥ τε ἐν Ὀλύνθῳ, καὶ ἐν Κηρίνθῳ τῆς Εὐβοίας· ποιεῖ δὲ χείρω μὲν εἰς τὴν σίτησιν, ἁδρότερον δὲ τῇ προσόψει. παραπάττουσι δὲ χοίνικα εἰς τὸν μέδιμνον· πυρωθέντα δὲ πάντα τὰ σπέρματα ἀπόλλυται καὶ ἄβλαστα γίνεται· καίτοι περί γε Βαβυλῶνά φασι τὰς κριθὰς καὶ τοὺς πυροὺς ἐπὶ τῆς ἅλω πηδᾶν, ὥσπερ τὰ φρυγόμενα. ἀλλὰ δῆλον ὅτι διαφορά τις ἐστὶ τῆς θερμότητος. † καὶ οὐχ ἁπλῶς πῶς θερμασία γίνεται, καὶ ἡ πήδησις· καὶ τὰ μὲν * τοιαῦτα σχεδὸν ὥσπερ εἰκόνες δόξαιεν ἂν εἶναι πάντων ἢ τῶν πλείστων. ἔνια δὲ ἔχει τινὰ ἰδιότητα ἢ τῶν δοκούντων ὥσπερ ἀγρίων εἶναι κατὰ τὴν γένεσιν καὶ ἔκφυσιν· ὥσπερ ὁ θέρμος, καὶ ὁ αἰγίλωψ. ὁ μὲν γὰρ θέρμος καίπερ ἰσχυρότατος ὤν, ὅμως ἐὰν μὴ εὐθὺς ἐκ τῆς ἅλω κατενεχθῇ, κακοφυὴς γίνεται, καθάπερ ἐλέχθη. καὶ τὸ ὅλον δὲ οὐκ ἐθέλει κρύπτεσθαι τῇ γῇ. διὸ καὶ οὐχ † ὑπαρῶντες σπείρουσι. πολλάκις δὲ κἂν εἰς ὕλην ἢ βοτάνην ‡ τινὰ πέσῃ, διωσάμενος ταύτην, συνάπτει τὴν ῥίζαν τῇ γῇ καὶ βλαστάνει. χώραν δὲ ὕφαμμον ζητεῖ καὶ φαύλην μᾶλλον. τὸ δὲ ὅλον οὐκ ἐθέλει φύεσθαι τῇ διειργασμένῃ. ὁ δὲ αἰγίλωψ ἀνάπαλιν. ἐν γὰρ τῇ γεωργουμένῃ κάλλιον. καὶ ἐνιαχοῦ δὲ πρότερον ἄβλαστος ὤν, ἐὰν γεωργηθῇ, βλαστικὸς καὶ γίνεται πολύς, καὶ ὅλως δὲ φιλεῖ χώραν ἀγαθήν· ἴδιον δὲ αὐτοῦ λέγεται πρὸς τὰ ἄλλα τὰ σιτώδη σπέρματα· ἡ παρ' ἐνιαυτὸν βλάστησις ἑκατέρου τῶν σπερμάτων. διὸ καὶ οἱ βουλόμενοι τελέως φθεῖραι (δύσφθαρτον γὰρ δὴ φύσει τυγχάνει) τὰς ἀρούρας ἀνιᾶσιν ἀσπόρους ἐπὶ δύο ἔτη. καὶ ὅταν ἀναβλαστήσῃ, τὰ πρόβατα ἀφιᾶσι πολλάκις ἕως ἂν ἐκνεμηθῶσι. καὶ αὕτη γίνεται φθορὰ παντελής. ἅμα δὲ τοῦτο μαρτυρεῖ καὶ τὴν παρὰ μέρος βλάστησιν.

† Τὰ δὲ τρίενα χείριστα.

* Al. germ. ἢ ἁπλῶς. leg. καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐκ τῆς θερμασίας γίνεται ἡ πήδησις.

* Καίνα. Theodorus.

† Al. & B. ger ὑπαπορευθέντες. Theod. ὑπαρεγερθέντες.

‡ Τινὰ δασεῖαν πέσῃ.

Ad exortum autem, vniversamque sementem, semen anniculum, optimum putatur: bimum deterius, ‡ & trimum: quod autem vltra, sterile ferme est, quanquam ad vsum cibarium idoneum sit. Omnibus enim ad generandum vita data est definita, licet ea quoq; viribus inter sese differant: locorum scilicet causa, quibus condantur. Quamobrem Cappadociæ loco quodam Petra vocato, vel quadragenos annos fœcunda, & ad sementem percommoda durare proditum est: sexagenos autem & septuagenos ad vsum cibarium servari posse idonea. In totum enim corrupta ea nunquam referunt, quamuis vestem reliquamque gazam corrumpi posse concedant. Locum etenim istum cum alias excelsum, tum flatibus esse apertum: & auris ab exortu, occasu, meridieq; editum. Feruntq; & in Media, reliquisq; excelsis tractibus, condita diu perdurare. Sed cicer, lupinum, ervum, milium, & reliqua id genus longe diutius: quod etiam in quibusdam fieri potest circa Græciam locis. Sed hæc locorum propria sunt, vt supra iam diximus. Creditur & terram apud quosdam haberi, qua illitum triticum servari vnice potest: vt quæ apud Olynthum, & Eubœæ apud Cerinthum effoditur. Reddit hæc triticum deterius quidem ad vsum cibarium, sed aspectu crassius facit. † Sextarium ad modium illinire solitum est. Quodq; autem semen fervefactum perit, ac sterile redditur. Quanquam sunt, qui hordeum, & triticum apud Babylonem resilire in area, modo eorum quæ friguntur, enarrent. * Sed enim caloris vehementia quadam hoc fieri intelligendum est. Et communia quidem hæc quasi omnium aut plurimorum. Quædam vero ex ijs, quæ sylvestria quasi putantur, proprietatem quandam tum in generatione, tum in germinatione sortiri plane videntur: vt lupinum, atque ‡ avena. Lupinum enim, licet robustissimum sit, tamen, nisi protinus ab area terræ mandaveris, male proveniet; quemadmodum dictum est. Atque in totum condi hoc legumen subter terram recusat. Qua de causa ne subarantes quidem id serunt, & sæpe si in materiem, aut herbam prædensam quampiam incidat, eam vi summa impellendo diducit, radiceq; terram contingit & germinat. Solum arenosum & vitiosum potius poscit, atq; in totum cultis provenire non vult. † Avena e diverso: cultis enim melius hæc erumpit. Et nonnusquam quæ prius germinis infœcunda esset, si diligenter colatur, germinat, copiosaq; redditur. In totum, solum hæc frugale desiderat. Peculiari autē illo a cæteris frumētaceis hæc discerni putatur, * quod annis alternis vtrumq; semen aptum sit provenire. Quamobrē, qui eam delere volunt (deleri enim percōtumax est) segetes annos duos laxāt à satu. Cumq; plenè diffusa in herbam est, pecus sæpe impellunt, vsque dum penitus depascatur. Idq; planissimū eius exitium fit. Quod simul & alternatā eius germinationē testatur.

‡ Trimum pessimum.

† Præcipiunt sextarii mensuram in modios singulos.

* Sed enim caloris quadam excellentia hoc fieri intelligendum est, Simplex enim calor resilitionem non facit. & hæc quidem imagines omnium aut plurimorum videntur.

‡ Ægilops.

‡ Ægilops è diverso. cultu enim melius hæc erumpit. in minus enim culta terra sata, non provenit. instaurato deinde opere arationis & cæteræ culturæ germina.

* Altero à satione anno.

† Quod simul & extra ordinem aliorum, & proportionem aliis attributam, testatur germinationem.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Παραπάττουσι δὲ χοίνικα εἰς τὸν μέδιμνον. *Theodorus,* Sextarium ad modium illinere solitum est. *Barbarum est, & quod minime intelligas. Præcipiunt sextarii mensuram in modios singulos, ut videantur ita oblinere consuevisse, ut nunc sacchare coriandrum, atq; alia.*

Ἡ ἁπλῶς πῶς θερμασία γίνεται, καὶ ἡ πήδησις. *Theodorus hæc omnia omisit. At est ratio, quare saliant,* Quia, *inquit,* calefiunt. *Calor igitur communis causa est, & his, & iis, quæ friguntur. At non idem, sed* ἁπλῶς θερμασία. *Simplex calefactio. Idem legit* καινά, *non autem* ἐκεῖνος. *Si ita sit, intelligas hæc, quasi imagines quasdam omnium videri.*

Διὸ καὶ οὐχ ὑπαπορεύοντες. *Theodorus legit* ὑπαρεγερθέντες. ὑπαρεγερθέντες. *est cum iacto semine in sulcum, repetitur aratio; ut fiat è sulco porca. Atque ita semina obruuntur agresta terra. Miris verbis vocant hanc operam Vascones. Theodorus &* Βοτάνην, *addit,* prædensam. πυκνὴν *aut* δασεῖαν.

Ἐνιαχοῦ

Ἐνιαχοῦ δὲ ἀβλαστὴς ὤν, ἐὰν ζητηθῇ, βλαστάνει. Theodorus. Et nonnunquam quæ prius germinis infœcunda esset, si diligenter colatur, germinat. *Intellige planius sic. Avenam satam in terra minus culta, enatam non esse: instaurato deinde opere arationis, & cæteræ culturæ germinasse. Huic respondet id, quod ait mox.* Παρ' ἐνιαυτὸν *germinare. Non ut, ait Theodorus*, alternis annis, *sed* præter eum annum, anno sequenti. *Sic mox,* παρὰ μέρος, extra ordinem aliorum, & proportionem aliis attributam, *ut,* παρὰ λόγον. *In sequenti libro ubi de Tithymallo myrtaria loquitur,* παρ' ἔτος. *Ibi quoque Theodorus*, alternis annis. *Verum ubi seri queat. Dicebat enim,* τὰ μὲν νῦν, τὰ δ' εἰς νέωτα. *Contra quam sic de avena prodit, evenit in terra Russiæ, quæ est Scytharum in Europa. Leviter ibi verso aratro serunt, metunt valde maturam segetem: Iccirco inter messem multam granorum cadit. Ea postea sine cultura germinant: præbentque anno altero. Sæpe etiam annus ille alter eodem modo ditat tertium sine ulla opera humana.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Περὶ σπέρματος, Plinius lib. XVIII. cap. XXIV. *Semen optimum anniculum; bimum deterius, trimum pessimum, ultra sterile: & in uno omnium definita genere ratio est, quod in ima area subsedit, ad semen servandum est, id enim optimum quoniam gravissimum neque alio modo utilius discernitur, quæ spica per intervalla semina habebit, abjicietur. Optimum granum quod rubet, & dentibus fractum eundem habet colorem: deterius cui plus intus albi est.* Omnibus vitam ad generandum datam, inquit præceptor. Illud ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, Solum, aër, locus in quo reconduntur, multum ad id facit. Illud observavi, idem semen bene maturum, & collectum ad secundum quandoque & ad tertium annum idoneum esse ad generandum. Nam bene collectum ac conservatum, tertio quoque anno germen productum scio. Cum contra in alterum annum germinationis vim vix conservet.

Τῆς συγκομιδῆς περὶ ἑκάστης, Quod de Cappadociæ Petra, aliisque Mediæ locis scribit, an verum sit, affirmare nequeo. Id illorum erit observare qui loca illa peragrantur.

Τοῦ γε, Cur in Babylone resiliat triticum in area, docet, causamque inquit, calorem esse. Atqui Arabum regio æque ac Babyloniæ calida. Respondet, id non fieri à simplici calore, sed ab excellenti, id est, tali qui aptus est resilitionem facere. Hoc enim ὑπερφυοῦς θερμότητος.

Ἔνια δὲ ἔχει, Docet quædam proprietatem quandam habere, tum in generatione, tum in germinatione, uti lupinum & ægilopem. De lupino hæc Plinius libr. XVIII. cap. XIV. *Terram amat, terraque operiri non vult, & unum hoc seritur non arato, quærit maximè sabulosa & sicca, atque etiam harenosa, coli utique non vult, — protinus seritur ex arvo* (lego area ex hoc Theophrasti loco. Columella lib. II. cap. II. sparguntur statim ex area) *ac ne spargi quidem postulat decidens sponte.* Apud nos nec sponte decidit, nec renascitur, nec frigus fert, oleam & operam perderet, qui seri protinus ex area vellet, etiam in hortis bene cultis nascitur. Hoc observavi in incultis melius provenire ac fœcundius esse.

Ὁ δὲ αἰγίλωψ, Ægilopem in cultis melius provenire, non nego. Quod autem ei peculiare, inquit anno à satione secundo provenire, observare nondum licuit. Idem cap. XII. lib. VII. etiam scripsit. Nec apud nos adeò contumax, ut deleri non possit.

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARUM

LIBER NONUS.

ΚΕΦ. Α. — CAP. I.

De humore, & sapore plantarum. Deque gumma, & lachryma. Quodque lachrymis & thus, & myrrha, & balsamum, & mastica annumerentur. Tum de cardui, pineæ, equapij, laserpitij, & vitis lachryma.

Ἡ δ' ὑγρότης ἡ οἰκεία τῶν φυτῶν, ἣν δὴ καλοῦσί τινες ὀπὸν, ὀνόματι κοινῷ προσαγορεύοντες, † δύναμιν ἔχει δηλονότι τὴν καθ' αὑτὴν ἑκάστη. χυμὸς δὲ τοῖς μὲν μᾶλλον, τοῖς δ' ἧττον ἀκολουθεῖ, τοῖς δ' ὅλως οὐκ ἂν δόξειεν. οὕτως ἀσθενὴς καὶ ὑδαρής † τίς ἐστι. πλείστη μὲν οὖν ὑπάρχει πᾶσι κατὰ τὴν βλάστησιν. ἰσχυροτάτη δὲ μάλιστα ἐκφαίνουσα τὴν ἑαυτῆς φύσιν, ὅταν ἤδη παύσηται καὶ βλαστάνοντα καὶ καρπογονοῦντα. συμβαίνει δέ ποτε τῶν * φυτῶν καὶ χρόας ἰδίας ἔχειν. τοῖς μὲν λευκάς, οἷον τοῖς ὀπώδεσι. τοῖς δ' αἱματώδεις, οἷον τῇ † κενταυρίᾳ, καὶ τῇ ἀτρακτυλίδι καλουμένῃ ἀκάνθῃ. τοῖς δὲ χλωράν. τοῖς δὲ ἐν ἄλλῃ χρόᾳ. ἔνδηλα δὲ μᾶλλον ταῦτα ἐν τοῖς ἐπετείοις, καὶ ἐν τοῖς ἐπετειοκαύλοις, ἢ τοῖς δένδροις, ἡ δ' ὑγρότης, τῶν μὲν πάχος ἔχει μόνον, ὥσπερ τῶν ὀπωδῶν· τῶν δὲ καὶ δακρυώδης γίνεται, καθάπερ ἐλάτης, πεύκης, τερμίνθου, πίτυος, ἀμυγδάλης, κεράσου, † πεύκης, ἀρκεύθου, κέδρου, πτελέας, τῆς ἀκάνθης, τῆς Αἰγυπτίας· καὶ γὰρ αὕτη φέρει κόμμι, πλὴν οὐκ ἐκ φλοιοῦ, * ἀλλ' ἐν τῷ ἀγγείῳ. ἔτι δὲ ἀφ' ὧν ὁ λίβανος, καὶ ἡ σμύρνα· δάκρυα γὰρ καὶ ταῦτα. καὶ τὸ βάλσαμον, καὶ χαλβάνη, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον· οἷόν φασι τὴν ἄκανθαν τὴν Ἰνδικήν, ἀφ' ἧς γίνεται τὸ ὅμοιον τῇ σμύρνῃ, συνίσταται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς σχίνου, καὶ ἐπὶ τῆς ἀκάνθης, τῆς ἰξίνης καλουμένης, † ἐξ ὧν ἡ μαστίχη. ἅπαντα δὲ ταῦτα εὔοσμα, καὶ σχεδὸν ὅσα πιότητά τινα ἔχει καὶ λίπος. ὅσα δ' ἀλιπῆ, ταῦτα δ' ἄοσμα· καθάπερ τὸ κόμμι, καὶ τὸ τῆς ἀμυγδάλης. ἔχει δὲ δάκρυον καὶ ἡ ἰξία ἡ ἐν Κρήτῃ, καὶ ἡ τραγάκανθα καλουμένη. ταύτην δὲ πρῶτον ᾤοντο μόνον ἐν Κρήτῃ φύεσθαι. νῦν δὲ φανερὰ καὶ ἐν Ἀχαΐδι τῆς Πελοποννήσου καὶ ἄλλοθι· καὶ τῆς Ἀσίας περὶ Μηδείαν. καὶ τούτων μὲν πάντων ἔν τε τοῖς καυλοῖς καὶ τοῖς στελέχεσι καὶ τοῖς ἀκρέμοσι τὸ δάκρυον. ἐνίων δ' ἐν ταῖς ῥίζαις ὥσπερ τοῦ ἱπποσελίνου καὶ τῆς σκαμμωνίας, καὶ τῶν ἄλλων πολλῶν φαρμακωδῶν. τῶν δὲ καὶ ἐν τῷ καυλῷ καὶ ἐν τῇ ῥίζῃ καὶ γὰρ τὸν καυλὸν ἐπίζουσι, καὶ ἐνίων τὰς ῥίζας, ὥσπερ καὶ τοῦ σιλφίου. τὸ μὲν οὖν τοῦ ἱπποσελίνου, παρόμοιον τῇ σμύρνῃ· καί τινες ἀκούσαντες ὡς ἐντεῦθεν ἡ σμύρνη, ἡγοῦνται βλαστάνειν † ἐν αὐτοῖς ἱπποσέλινον. φυτεύεται γὰρ ὥσπερ ἐλέχθη καὶ ἀπὸ δακρύου τὸ ἱπποσέλινον, ἢ καθάπερ ἡ * σκαμμωνία, καὶ ἄλλα. τὸ δὲ τοῦ σιλφίου δριμύ, καθάπερ αὐτὸ τὸ σίλφιον. ὁ γὰρ ὀπὸς καλούμενος τοῦ σιλφίου, δάκρυόν

† δύναμιν δὲ ἔχει Ald.
† πόσιν Theod.
* ὑπῶν.
† κενταυρίᾳ.
† Προύμνης.
* Ἀλλ' ἐν τῷ ἀγγείῳ συλλέγεται ἔτι.
† Ἡ ἀκανθικὴ μαστίχη.
† ἐξ αὐτῆς.
* κελωνία.

HUMOR Plantæ quam nonnulli succum nomine communi appellant, vires pro cujusque plantæ ratione habet. Sapor humorem alium magis, alium minus sequitur: ut quibusdam vix inesse videatur. Ita exilis, & dilutus in ‡ plerisque sentitur. Humor igitur plurimus omnibus cum * germinare incipiunt: sed validissimus, maximeque suam naturam ostendens, cum jam & à germinatione & à fructificatione cessarunt. Accidit vero, ut vel proprium succi colorem plantæ habeant nonnullæ. Aliis enim albus, ut lactuosis. Aliis sanguineus, ut † ceuteriæ, & spinæ, quam agrestem fusum appellant. Aliis viridis, aliis alius color. Sed planius hoc in annuis, & annicaulibus, quam in arborum genere. Humor autem ipse quibusdam crassitudine tantum consistit, ut lactuosis. Quibusdam etiam in lachrymæ modum gignitur; ut abieti, pino, terebintho, ‡ larici, piceæ, amygdalæ, ceraso, pruno, * junipero, ulmo, spinæ Ægyptiæ: nam ea quoque fert gummi, verum non ex cortice, † sed in vase. Adde illas, quæ thus, quæ myrrham præstant: lachrymis enim hæc quoque annumerantur. Ad hæc balsamum, & chalbanam, & si quid aliud simile sit. Qualem etiam spinam Indicam reddunt, ex qua aliquid myrrhæ simile gignitur. Consistit & in lentisco, & in spina ‡ ixina dicta lachryma, quæ * masticam reddit. Hæc autem omnia & fere quæcunque aliqua † pinguedine constant, odorata esse notantur: quæ contra pinguedine carent, hæc sine odore proveniunt: ut gummi, & amygdalæ lachryma. Quin & ‡ pinea carduus, quæ in Creta insula exit, habere lachrymam dicitur: cui & eam quam hirci spinam vocant, addunt. Hæc antea nasci tantum in Creta putabatur, nunc vero in Achaja etiam Peloponnessi, & aliis locis, & in Asia circa Mediam reperiri certum est. Et eorum quidem omnium lachryma in caulibus, caudicibus, ramisque consistit: quorundam autem in radicibus; ut * equapij, & scammoniæ, & aliorum multorum vim medicam habentium. Nec desunt, quæ tum in radice, tum in caule habeant. † Caulem enim & radicem nonnullorum liquare consuevere: ut etiam laseris. Ergo equapii lachryma similis est myrrhæ. Quamobrem cum quidam hinc nasci myrrham audivissent, equapium apud se provenire putarunt. Seritur equapium etiam sua lachryma, ut lilium & alia quædam. Laserpitii autem lachryma gustu vehe mens modo ipsius laserpitii est. Quod enim laser vocant, lachryma est. Scammonia & reliqua hujuscemodi, vim medicam (ut retulimus) habent. Ex prædictis autem omnibus, alia sponte consistunt, alia incisura, alia

† *Humor plantæ familiaris quem nonnulli.*
‡ *Quidam.*
* *Cum germinant.*
† *Centaurio & Atractylidi.*
‡ *Piceæ.*
* *Iunipero cedro, ulmo.*
† *Fert & ipsa gummi, nisi quod ex cortice non deraditur, sed in vase suscipitur adde.*
‡ *Helxme.*
* *Mastichem spinalem reddit.*
† *Pinguedine, pinguique humore constant.*
‡ *Helxme.*
* *Hipposelini.*
† *Ex caule enim nonnullorum succum elicere consuevere, etiam ex radice ut laseris: ergo Hipposelini lachryma similis est myrrhæ quidam cum audissent Hipposelini lachrymam myrrham esse, ex ea sibi persuaserunt Hipposelinum ex myrrha arabica sata provenire, seritur hipposelinum etiam.*

ἐστιν ἡ δὲ σκαμμωνία καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, ὥσπερ ἐλέχθη, φαρμακώδεις ἔχει τὰς δυνάμεις. πάντων δὲ τῶν εἰρημένων, τὰ μὲν αὐτομάτως συνίσταται, τὰ δὲ, ἀπ' ἀνατομῆς, τὰ δ' ἀμφοτέρωθεν. τέμνουσι δὲ δηλονότι τὰ χρήσιμα καὶ τὰ μᾶλλον ἀξιόλογα. ἐπεὶ γοῦν τοῦ ἀπὸ τῆς ἀμυγδάλης, οὐδὲ μία χρεία δακρύου οὐκ ἀφέλκουσι. πλὴν ἐκεῖνό γε φανερόν· ὅτι ὧν αὐτόματος ἡ πῆξις, τούτων πλείων ἡ ἐπιρροὴ τῆς ὑγρότητος: οὐ τὴν αὐτὴν δὲ ὥραν ἁπάντων αἱ ἐντομαὶ καὶ ἡ πῆξις. ἀλλὰ τὸ μὲν τῆς ἀμπέλου μάλιστα συνίστασθαί φασιν, ἐὰν μικρὸν πρὸ τῆς βλαστήσεως τμηθῇ· τοῦ δὲ μετοπώρου καὶ ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος, ἧττον· καίτοι πρός γε καρποτοκίαν καὶ ὡραιότητα ταῖς δὲ πλείστοις αὗται.

alia modo utroque. Cæsura scilicet capiuntur quæ utilia, magisque operæprecium sunt. Quapropter ‡ amygdalæ lachrymam nullus extrahit, nulla enim in re utilis esse potest. Quibus concretio sponte consistit, his fluxus humoris largior prodit. Non eodem tempore omnium incisuræ atque concretiones notantur. Sed vitis lachrymam consistere potissimum ajunt, si paulo ante germinationem cædatur. Autumno vero & hyeme incipiente, minus. Quanquam ad fructificandum, & tempestive quidem, majore ex parte tempora illa statuantur.

‡ *Amygdalæ lachrymæ gratia non inciditur, nullum enim usum habet, illud notum quibus concretio sponte consistit, iis fluxum humoris largiorem prodire.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Hoc libro varia texit historia. Agit enim de partibus liquidis, quæ reliquæ erant. In hoc minus sequutus præceptoris instituta. Is de animalium partibus dicturus in historia, divisit eas in consistentes, & liquidas. Deinde post hanc narrationem, quæ partibus debebatur, longè diversus abit ad plantas peregrinas. His interpositis ad succos redit. Post hæc immiscet herbas vernaculas, & medicamenta, tum autem revertitur ad peregrinas. Δύναμιν δὲ ἔχει. *dele*, δὲ.

Οὕτως ἀσθενής, καὶ ὑδαρής τις ἐστί. *Legunt* ὀπὸν, *ex Theodoro, utrunque rectè potest. Prior lectio plus sapit Philosophi. Est enim quidam, non similis aliorum.*

Συμβαίνει δέ ποτι τῶν φυτῶν. *Theodorus legit*, τῶν ὀπῶν. *Et sanè hoc magis convenit. Et animadvertes opulentiam Græcam inter angustias æquivocationis.* τοῦ ὀποῦ *colorem ascribit,* τοῖς ὀπώδεσι *album. aliis alium. Est igitur aliis*, ἐκ ὀπώδης : *& tamen est* τοῦ ὀποῦ. *In communi significatione accipies succum. In secunda, lac. Lege* κενταυρείῳ *non* κευτηρείᾳ. *Centaurea enim succum fundit sanguineum.*

Προῦνος. *Mirum ni nostra vox inde emanavit. Si tamen ea nostra sit prunus.* Susinum *Veneti, & Thusci : nescio an è Persis.* Προῦμνον *etiam apud Galenum.*

Πιοτίνα, καὶ λῖπος. *Altero tantùm contentus fuit Theodorus.*

Καὶ γὰρ τὸν καυλὸν ὀπίζουσι. *Theodorus,* caulem liquare consuevere, *Propterea quod hoc verbo sibi placuit ille, sicut &,* χυλίζειν : *iccirco magis animadvertamus. Neque enim quispiam dicat :* caulem liquare. ὀπίζειν *est* succum elicere, *aut* exprimere.

Καί τινες ἀκηκοότες, ὡς ἐντεῦθεν ἡ σμύρνη, ἐγγίνεται βλαστάνειν ἐν αὐτοῖς ἱπποσέλινον. *Theodorus,* Equapium apud se provenire putarunt. *Quomodo putarunt, si apud se habent? si norunt? lego* ἐξ αὐτῆς : *non* ἐν αὐτοῖς. *Subdit enim*, φυτεύεται ἀπὸ δακρύου : *Quare si ex Hipposelino vera Myrrha exprimitur : ex vera Myrrha sperari potest; Hipposelinum quasi vicissim nasci.*

Ἡ καθάπερ ἡ σκαμμωνία. *Theodorus legit* καθάπερ ἡ χελιδονία. *Id quod & supra dixit de lilij lachryma.*

Διὸ καὶ ἀφέλκουσι. *Theodorus legit*, κἂν, *& putat* a trahendo παρὰ τὸ ἕλκειν : *Ego* παρὰ τὸ ἑλκοῦν, *sicut infra de resina*, ἀφελκωθείσης *&* ἑλκωμα. *non est autem verum quod ait : Amigdalinum gummi nullo esse usui. Hoc enim est, quod Arabicum vulgo vocant : ex amigdalo, & pruno, & ceraso, ejusque loco, quod ex Ægyptia spina manat.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ & COMMENTARIUS.

Hoc libro præceptor de multis variisque plantis, earumque partibus, uti de lachryma, gummi, resina, de plantis exoticis, vernaculisque & de his methodo ordineque satis confuso ac turbato agit. Primis enim capitibus de succis, dein ad exoticas abit plantas, mox redit ad succos, (post hæc vernaculas & medicamenta immiscet, demum ad peregrinas revertitur;

Ὀπὸς lacteus est succus & qualiscunque liquor, non sponte ut lachryma, emanans, sed castratione, scarificatione, terebratione, vel alio quovis vulnere effluens, ut opoponax, galbanum, opium, euphorbium, opobalsamum ——— κατ' ἐξοχὴν tamen ὀπὸς sæpe pro laserpitii, nonnunquam etiam pro fici, & pro meconii succo ponitur, sed postremum hoc rarius occurrit vide cap. III. lib. VI. hist. In plantis tria hæc distinguenda, χυμὸς χυλὸς, καὶ ὀπός. Ὀπὸς quid sit, jam dixi. Χυλὸς est succus qui ex tota stirpe, vel ex ejus parte concisa, aut tusa, torculari vel manibus, vel quomodocunque tandem exprimitur. Veluti papaveris succus, qui dicitur meconium, ἐκπεπιεσμένον. διὰ πιεστῆρος. Alii ὀπὸν humorem vocant, qui ab aliquo expresso, inciso, vel etiam sponte manat; quod verò exprimitur χυλὸν & quod ab incisione, vel sponte defluit δάκρυον appellant, cum δάκρυον aliis lachryma sit, quæ sponte defluit; ac non raro etiam gummi instar concrescit, uti thus, & alia. Sed has definitiones non exactè observarunt veteres.

Πλείστη μὲν οὖν humorem ait omnibus inesse plurimum cum germinare incipiunt; Quod haud scio an verum sit. Illud observavi; tum plurimum habere, cum flos se prodit, quod non est circa germinationis initium, sed circa germinationis ferè finem vel medium saltem tempus. Illud verum, tum maximè suam naturam ostendere, cum planta à germinatione & fructificatione cessat. Tum enim concoctus est succus, &, non mirum, si validissimus.

Συμβαίνει, Succos inquit quosdam proprium colorem habere; quod probatione non eget; Betæ rubræ radicem succum rubentem, rubrumque habere, vel vulgus novit, sic centaurii magni radicem emittere sanguineum, sciunt botanici, Testatur, Plinius lib. XXV. cap. VI. *Radix vasta rubescens tenera, fragilisque, ad bina cubita, madida succo, amara cum quadam dulcedine*, κευτηρεία, ut vulgo scribitur, quid sit, ignoro. Lego κενταυρείῳ, usque dum aliquis quid sit κευτηρεία docuerit. Luteum succū habet chelidonium, & panax peregrinum, album ficus, papaver, catapatia, tithymalus: Illud etiam verum est, quod scribit, coloris hanc diversitatem in annuis & annicaulibus, id est, herbarum vel etiam fruticum, generibus manifestius planiusque observari, quam in arboribus, in quibus paucæ quibus succus albus. De rubro alioque colore indagandum erit.

Ἡ δὲ ὑγρότης De humoris substantia agit, ac alium crassum, alium lachrymæ in modum esse inquit; lachrymæ in modum inquit, est humor abjetis, pini, piceæ, terebinthi, amygdali, cerasi, spinæ ægyptiæ, &c. Horum quidam concrescunt in gummi, quidam liquidi manent propter oleosam substantiam, quæ in iis est, ut abietis. Concrescit cerasi, spinæque ægyptiæ.

Προῦμνος, προύμνη Asiatica vox, denotat sylvestrem prunum. Galenus lib. VIII. Simp. Ægineta lib. VII. Ὁ δὲ τῶν ἀγρίων κοκκυμήλων καρπὸς ——— ὀνομάζεται δὲ τὸ φυτὸν τοῦτο κατὰ τὴν Ἀσίαν προύμνη. Idem tamen Galenus, Græcos prunum sylvestrem προῦμνον vocasse auctor est lib. II. de aliment facult. cap. XXXVIII. ὅτι τῶν ἀγριοκοκκυμήλων ἃ προῦμνα παρ' ἡμῖν καλοῦσι. Sylvestris prunus an gummi sive lachrymam fundat, indagandum est. Apud Batavos domestica lachrymam fundit, sylvestris eadem caret. Sed προῦμνον vocem Græci videntur pro domestica usurpasse pruno. Gal. lib. IX. cap. V. κατὰ τόπους adversus dysenteriam compositione secunda meminit προύμνων ἀγρίων *prunorum sylvestrium*. Non addidisset

ἀγρίων, nisi & κοκκύμηλα pro sativa pruno haberetur, κοκκυμήλων inquit ἀγρίων ἐξ ἑαυτῶν ἐφύτευσαν. Ex Theophrasto lib. III. cap. VII. σποδιὰς prunum sylvestrem vocari dixit. Potest itaque hoc loco κοκκύμηλον esse sativa prunus, nisi dicamus, in Græcia prunos sylvestres etiam lachrymam fundere, quod fieri potest, ob soli cœlique caliditatem.

Τῆς ἀκάνθης, Acaciam sive ægyptiam spinam & gummi & lachrymam ferre ait. Hoc loco quæ differentia sit inter lachrymam, & gummi nobis dicendum. Quid gummi sit, docet Galenus lib. VII. Simpl. κόμμι δάκρυόν ἐστι πεπηγνύμενον τοῖς στελέχεσι τῶν γεννώντων αὐτὸ δένδρων, ὥσπερ καὶ ἡ ῥητίνη πολλῶν ὅσα ῥητίνην πέφυκε γεννᾶν. *Gummi lachryma est* congelata, concretaque in truncis arborum, ipsam producentium, velut resina quoque in multis visitur, quæ resinam proferre possunt. Lachrymam dixi supra succum esse qui ab incisione & sponte defluit. Is vel concretus, vel liquidus est. Concretus Thus, myrrha, liquidus abietis, pini. In eo differunt resina & gummi, quod resina oleaginosam habeat substantiam, ideoque oleaginosis facile, aqueis vero difficile miscetur. Contra gummi aquea constat substantia, ac nullo negotio ab aqueis, ægerrime oleaginosis temperatur. Gummi in igne crepitat, Resina flammam facile concipit. Gummi spinæ Ægyptiæ inquit Theophrastus, li. IV. cap. III. manat ex arbore vel sponte, vel incisione. Quod absq; incisura manat circa corticem adhærescit, idque, vel sine instrumento vel cum instrumento antiquitus deradebant, & hoc impurum est, commistum enim habet corticem. At quod sponte fluit, in vase suppositito colligunt & excipiunt, estque hoc optimum & purum, corticis nihil habens. Hinc dico legendum cum Doctiss. Salmasio. Ἀλλ' ἐν τῷ ἀγγείῳ συλλέγεται; Vult enim Theophrastus non collectum fuisse illud gummi quod sponte manat e cortice sed quod ex plaga proveniebat, & in vas stillabat. Hinc Dioscorides jubet eligendum, gummi ligni, corticisque expers, sic Thuris, myrrhæque lachrymam optimam inquit Theophrastus, quæ ex incisione in tegetes subjectas fluit, uti mox dicam. Viri tamen doctiores malunt legere, ἀλλ' ἐν τῷ ἐγγείῳ, quasi colligeretur ex ea arboris parte, quæ radici est proxima, vel quæ terra tegatur ἐν τῇ γῇ. Hoc enim ἔγγειος. at ima pars arboris est radix, ex qua non colligitur, verum ex trunco, ut testatur Prosper Alpinus, qui ipse sæpe collegit. Improbat hanc lectionem ipse Theophrastus, cum paulo infra dicit, καὶ τούτων μὲν πάντων ἔστι τοῖς καυλοῖς. Fallitur Theophrastus quod putarit, fluere acaciæ succum ex arbore. Exprimitur enim ex fructu, non autem emanat; quod non ignoravit Dioscorides cum lib. I. capite CXXXIII. scribit. Τὸν δὲ καρπὸν ὥσπερ θέρμον ἐν λοβοῖς κείμενον, ἐξ οὗ καὶ ἐκθλίβεται τὸ ἐγχύλισμα ξηραινόμενον ἐν σκιᾷ, μέλαν μὲν ἐκ τοῦ πεπείρου καρποῦ, ὑπόκιρρον δὲ ἐκ τοῦ ὠμοῦ, ἐκλέγου δὲ τὸ ἡρέμα ὑπόκιρρον, εὐῶδες, ὡς ἐν ἀκακίᾳ. χυλίζουσι δέ τινες καὶ τὰ φύλλα σὺν τῷ καρπῷ. *Ex eo succus exprimitur, qui in umbra siccatur, niger quidem ex maturo fructu, subfulvus autem ex immaturo, eligito modice fulvum & odoratum, ut in acacia esse potest, sunt qui ex foliis una cum fructu succum exprimant.* Tria itaque sunt acaciæ succi genera: ex maturo fructu, quod nigrum est; ex immaturo, subfulvum est, tertium quod ex foliis & fructu exprimitur. Plinius lib. XXIV. cap. XII. *Est & acaciæ spina. Fit in Ægypto alba nigraque arbore item viridi, sed longe melior è prioribus.* Legendum puto. *Est & acaciæ spinæ succus. Fit.* — In altero codice Salmant: Pintianus scribi refert. *Et in acaciæ spina, fit in Ægypto alba nigraque arbor. Est item viridis, sed longe.* Confusa & perturbata admodum sunt hæc Plinii verba. Legitur apud Theophrastum aliosve Græcos, acaciæ arborem vel esse nigram vel albam, uti supra lib. IV. diximus, quod discrimen in aliis etiam observavimus rhammo, myrto. —— Tertium genus quod viride inquit, quale sit non novi. Confundit, ut dixi, Plinius acaciam arborem, cum fructus succo. Arbor est alba vel nigra, succus ex utriusque arboris genere, fructu immaturo, viridi, vel maturo colligebatur. Hinc tria succi genera Plinius somniavit. Videamus reliqua. *Fit inquit & in Galatia tenerrima spinosiore arbore.* Eodē codice in Salman: scribitur *deterrima.* Hanc lectionē probat Doctiss. Salmasius. Alii malunt ex Dioscor. legere, *teneriore spinosaq; arbore.* Nobis Salmanticensis placet lectio. Nec enim Dioscoridem Plinius in describendo acaciæ succo sequitur. *Semen omnium lenticulæ simile: minore est tantum grano & folliculo. Colligitur autumno, ante collectum nimio validius.* (quia æstate fructus immaturus acerbissimus est) *spissatur succus ex folliculis aqua cœlesti perfusis mox in pila tusis exprimitur organis, tunc densatur in sole mortariis in pastillos* (etiam apud Oribasium legitur siccandum ἐν ἡλίῳ *sole*, quæ lectio improbabilis omnino non videtur. Docet etiam Plinius καρπὸν accipiendum hoc loco pro semine cum siliqua. Quod non raro καρπὸν significat) *fit & ex foliis minus efficax. Ad coria perficienda semine pro galla utuntur* (ex Theophrasti loco citato) *foliorum succus & galatiacæ acaciæ* (in altero Salmantinensi *foliorum siccus acaciæ & galaticæ*) *nigerrimus improbatur: item qui valde rufus.* (quoniam acerbior succus extrahitur) *purpurea aut leucophæa* (id est, ex albo fusco colore) *& quæ facillime diluitur, vis summa ad spissandum refrigrandumque est.* Ægyptii, uti testatur Alpinus, succum hodie exprimunt ex siliquis immaturis viridibus, quem coquunt, ut indurent. Nonnulli etiam ex foliis, & floribus imperfectis succum parant, sed eo est hic bonitate inferior. Cajiri coriarii ad denigrandas pelles multam copiam illius succi absumunt. Idem Alpinus lib. IV. cap. XI. de medicin. Ægyptiorum. *Per Rhob chachiæ, succum ab immaturis siliquis illiusce arboris expressum intelligunt, eoque in hac compositione utuntur. Miror quidem aliquos excellentiss. medicos lachrymam ex acaciæ arbore collectam, & non ejus succum ad componendam Theriacam in usum recipiendum, quando in Ægypto nemo viderit ab hac arbore stillantem lachrymam* (Videt lector bonum magistrum deceptum. Recte Poëta, quandoque bonus dormitat. Homerus, homines sumus, humanum est errare, & decipi. Illud pro magistro dicendum, illum non intelligere succum expressum, quem acaciam vulgo vocamus. Verum docere velle, duo lachrymæ genera ferre spinam Ægyptiam, purum & impurum, non enim distinguit hoc loco gummi à lachryma, ut quidam volunt. Nam lachryma pruni, amigdalæ, cerasi, quid aliud quam gummi. Itaque cum dicit καὶ γὰρ αὐτὴ φέρει κόμμι, intelligit, illam ferre lachrymam, quæ per excellentiam gummi dicitur. *Colligi, vel illiusce aliquem unquam fuisse usum, cum nulla ab ea stillet lachryma, neque mirari debemus nos Galenum atque post ipsum Ætium dixisse, liquidum succum, qui talis semper est, ubi multum coquitur, ex quo etiam perassatur, nam remanet liquidus, modo ab his* (*ut nunc omnes nescio qua negligentia faciunt*) *à nimio calore non perassetur atque siccetur, ibi enim liquidus mollis acaciæ succus, reperitur, atque siccus, & durus, sicci vero major est usus apud coriarios, pro tingendis coriis, siccus optimus est recens, nigro colore subrubescente, atq; sapore subdulci atq; adstringenti observans.* Talis ad nos jam adfertur satis abunde ut non opus sit pharmacopœis succo prunorum agrestium ejus loco uti. Ante annum unū alterumve, dedit. Petrus Dommerus nobis acaciæ liquidū succum, qui tamen temporis tractu, ad instar vulgati, durus sicculusque factus est. Hæc de succo. Gummi spinæ Ægyptiæ supra κατ' ἐξοχὴν κόμμι gummi dici probavi. Peripli auctor. Φέρει δὲ ἐπὶ τῷ φλοιῷ ποιούμενον τὸν λίβανον, ὥς τινα καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐν Αἰγύπτῳ δένδρων δακρύει τὸ κόμμι. Notas has tradit Dioscorides & tale gummi, optimum inquit. Τὸ δὲ κόμμι τῆς ἀκάνθης διαφέρει τὸ σκωληκοειδὲς, ὑαλίζον, διαυγὲς, ἄξυλον, εἶτα τὸ λευκόν. τὸ δὲ ῥητινῶδες καὶ ῥυπαρὸν, ἄχρηστον. *Præfertur ejus spinæ gummi, vermiculatum, vitrum referens, pellucidum, ligni expers, proximum est candidum: resinosum vero ac sordidum, inutile.* Plinius lib. XIII. cap. XI. *gummi optimum esse ex Ægyptia spina convenit, vermiculatum, colore glauco, purum, sine cortice, dentibus adhærens.* Glauco colore purum inquit, quod Dioscorides ὑαλίζον, διαυγὲς *vitrum referens, pellucidum*, id est, ut vitri modo splendeat, & lucidum sit. Talis est color glaucus. Constat enim, ut Plato inquit, ἐκ κυανοῦ καὶ λευκοῦ, *ex cæruleo & albo.* At κυανὸν ex lucido, candido & leviter nigro, uti alibi dixi. Vel, ut vult Plato ex nigro admodum saturo. Oculi qui ad albedinem vergunt, glauci dicuntur. Hi pellucidi vitri instar sunt, sic cornu pellucidum glauco colore dicitur, glauco colore salix: glauca folia chelidonii dixit Dioscorides, quod ex viridi ad talem vergunt albedinem. Gummi quod ad nos ex Ægypto, Arabiaque adfertur, colore glauco, non raro albo pellucidum est. Σκωληκοειδὲς, inquit Dioscorides, officinæ vermiculatum vocant, quod vermis ideam referat, Ætius hanc gummi notam exprimit lib. IX. cap. XXXVIII. ubi κόμμεως σκώληκος τοῦ λευκοῦ mentionem facit. Vellem virum optime de medicina Ægyptia meritum paulo modestius verbum σκωληκοειδὲς accepisset, ac Dioscoridem intactum reliquisset, *Per sang*, inquit, libr. IV. cap. XI. *Arabi gummam in compositione recipiunt*

quam

quam nostri Arabicam appellant, ex arboribus acaciæ, in Arabia Petræa nascentibus, collectam. Magnam quidem hujus gummi copiam eas arbores in Ægypto gignere, te scire, certò scio. Ex quo illos planè errare cognoscitur, qui communem gummam ex Ægypto advectam, veram esse Arabicam negant, sed illam tantum Arabicam fatentur; falsò à Dioscoride perdocti, quæ vermicularis cernitur atque alba. Quod sane falsissimum est; quando omnia gummata, non tantum alba, lucida, vermicularia, sed etiam gummis nostratibus colore atque figura proxima, exinde asportata verè Arabica sint, atque ex spinæ Ægyptiæ, vel acaciæ arboribus colligantur. Nulli siquidem in Aegypto, vel Arabia deserta arbores, excepta acacia inveniuntur, vel ibi vivunt qui gummata gignant, omnia quæ illinc exportantur in arboribus prædictis, & non in aliis colliguntur. Ea enim loca omnia, cerasis, prunis, pomis, pyris, atque aliis arboribus gummatum feracibus carent. sola acatia ibi est, quæ gummata gignat. Modestius alio loco: *Ex quibus,* ait, *gumma manat, pace Dioscoridis dixerim, non tota, sed paucissima, quæ vermiculari forma spectetur, neque tota alba ac clara. Uno etenim colore, ac una figura neutiquam omnes acaciæ arboris gummæ spectantur, talemque formam vel figuram accipit gumma qualis motus succi è cortice manantis sit. Nam interim ubi admodum est crassus, non multum deorsum movetur, sed statim fere excretus coalescit, granosaque gumma tum fit, tenuiori verò tum succo exeunte multumque fluxili, aliquando oblongam gummam reddit. Atque uno verbo dico, me vidisse gummas acaciarum, figura atque colore plerasque prunorum, cerasorumvè gummis haud dissimiles.* Pro Dioscoride nobis dicendum, quod non omne gummi dixerit esse figura vermis, sive vermiculatum, sed tantum illud gummi cæteris anteferendum, & optimum esse. Nec omne gummi candidum dixit; sed secundæ bonitatis notæ esse, quod albo colore est. Hoc tamen commendat Ætius lib. IX, cap. XXXVII. κόμμιος σκώληκος ἢ λευκῦ. Hoc genus Dioscorides in defectu alterius eligendum inquit. Utrumque apud Dommerum, & Beeringum seplasiarios diligentissimos, non semel vidi, & ad nos satis copiosè adfertur ex Ægypto locisque circum jacentibus. Damnat Dioscorides resinosum, quia non est syncerum, sed vitiatum. Resinosa sunt oleaginosa, gummi aqueam naturam habent.

Ὅσα ἐ ἀλιπῆ. Considerandum, an succi pinguedine carentes sint inodori, contra pingues odore prædit; Ratio videtur quod odor ex tenui & subtili partium substantia seu potius mediocritate nascatur. tale est oleum, aqua crassa. Gummi an planè odoris expers est, uti & amygdalæ lachryma, haud scio, vult præceptor, quæ pinguem habent substantiam, ea insigni, eminenti, ac fragranti odore prædita esse: Contra quæ aquosam, qualia gummi κατ' ἐξοχὴν dictum, & lachryma amygdalæ, etiam cerasi, prunique odore carere, scilicet excellenti, insigni, nec non longe, suaveque spirante.

Καὶ τούτων μὲν. Aliam nunc addit lachrymarum differentiam, & eas nasci dicit, vel in caulibus, caudicibus, ramisque. vel in radice, uti scammonii, hipposelini; vel ex radice, cauleque, ut laserpitii. De scammonio octavo capite hujus libri agam; de laserpitio actum, lib. VI, cap. III. de hipposelino supra lib. VII. ubi diximus ex radice vulnerata aut præcisa succum profluere, cito concrescentem, acri amaritudine, myrrham sapore referentem. Mentem Græci auctoris, de lachryma hipposelini melius intellexit Plinius, quam interpres, lib. XX, cap. VIII. *Sed præcipuè olus atrum miræ naturæ est. Hipposelinon Græci vocant, alii smyrneum. è lachryma caulis sui nascitur, seritur & radice; succum ejus qui colligunt myrrhæ saporem habere dicunt, auctorque est Theophrastus. myrrha sata natum.* Quod non scripsit Theophrastus, verum quosdam sic sentire. Fallitur etiam Plinius, quod scribat è caulis sui lachryma prodire hipposelinum; cum tantum ex lachryma nascatur radicis. Hæc enim sola ὀπίζει; ut scribit Theophrastus. Non attendit satis ad verba anagnostes Plinius. Conferat lector Plinii verba cum Theophrasti, & errorem videbit. Illud in Plinianis observandum, quod legit, ἤχθησαν βλαστάνειν ἐξ αὐτῆς, non ut vulgo, ἐν αὐτοῖς. Ἐν αὐτοῖς pro παρ' αὐτοῖς Græcum non est, Præterea ineptum, *apud se provenire putarunt*, Quomodo putarunt, si penes se habent. Si norunt; rectè itaque correxerunt ἐξ αὐτῆς; Quidam enim cum audissent olusatri lachrymam myrrham esse, inde sibi persuaserunt hipposelinum, è myrrha Arabica sata provenire. lachrymam hanc hipposelini aliquando collegi, verùm nihil inde natum; Experiar iterum germenque exspectabo;

Τοῦ δὲ σιλφίου. De laserpitii lachryma satis superque supra lib. VI, cap. III. dictum à nobis. Theodorus ἀντὶ σπαρμανίας rectè legit κρημνίας. Videat lector lib. VI, cap. VI hist. etiam lib. & cap. II histor. etiam cap. IV, lib. I de caus. Ubi docet Theophrastus non tantum provenire, sive ex lachryma nasci hipposelinum & lilium, verum causas addit cur ex lachryma prodeant.

Πάντων δὲ τῶν. Repetit quod supra dixit, quædam incisione, quædam sponte lachrymam emittere, quædam & sponte & incisione. Utilitatis causa incisionem institui docet. Id nemo facile negabit. Lucri causa laborant homines. Negat amygdalam lachrymæ gratia incidi, quia nullum habet usum. Apud nos non raro gummi Arabicæ spinæ usum præbet, ejusque nomine venditur pharmacopæis parum peritis, ac non satis curiosis. Sed illud non præstitit temporibus Theophrasti, Non mirum ergo quod usum habere nullum scribat. Quæret aliquis; si non gummi causa incidunt amygdalam, cur incidunt? Id docet lib. I de Caus. cap. XXI. Nempè ut ex amara dulcis, ex sterili fructifera fiat arbor.

Ὅτι ἂν αὐτόματοι. *Quibus*, inquit, *concretio sponte consistit, his fluxus humoris largior prodit.* Videat & attendat Lector ea quæ de gummi spinę Ægyptiæ ex Alpino diximus. Non omnes incisiones eodem tempore fieri ait, uti neque concretiones. Vel enim inciduntur cum maxime turget humor, vel cum validissimus est. maxime ante germinationem, vel ipso germinationis tempore turget. Verno itaque tempore incidenda quæ propter copiam scarificantur. Verum ea quæ inciduntur cum humor est validissimus, eodem tempore incidi nequeunt. Validissimus enim est cum fructificare ac germinare planta desinit. Quædam autem æstate, quædam autumno à fructificatione desinunt. Eodem itaque tempore omnes incidi nequeunt. Excipit vitis lachrymam, quam maxime consistere ait, si paulo ante germinationem incidatur. In libris de Causis hujus causam, si bene memini, exponit.

ΚΕΦ. Β.

CAP. II.

De cæsura ad resinam, quoque modo resina fiat. Item de pice.

γρ. αἱ.

ΤΗς δὲ τερμίνθου καὶ τῆς πεύκης, καὶ * ἡ ἐκ τινων ἄλλων ῥητίνη γίνεται μετὰ τὴν βλάστησιν. τὸ δ' ὅλον οὐκ ἐπέτειος ἡ τούτων, ἀλλ' εἰς πλείω χρόνον ἡ ἐντομή. τὸν δὲ λιβανωτὸν καὶ τὴν σμύρναν ὑπὸ κύνα φασὶ καὶ ταῖς θερμοτάταις ἡμέραις ἐντέμνειν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ἐν Συρίᾳ βάλσαμον. ἀκριβεστέρα δὲ καὶ ἐλάττων καὶ ἡ τούτων ἐντομή. καὶ γὰρ ἡ συρροὴ τῆς ὑγρότητος ἐλάττων. ὧν δὲ καὶ ὁ καυλὸς ἐκτέμνεται καὶ ἡ ῥίζα, τούτων ὁ καυλὸς πρότερον, ὥσπερ καὶ τοῦ σιλφίου. καλοῦσι δὲ τὸν ὀπὸν

ἴσως.

TErebinthum, & pinum, & si quæ resinam aliæ faciant, cædendas pòst germinationem affirmant. Ad summam cæsura earum, non annua, sed post plus temporis fieri solet. Thus atque myrrham, sub Cane ferventissimisque diebus incidi referunt. Sic & balsamum, quod in Syria nascitur. Sed diligentior parciorque cæsura eorum. Humoris enim confluvium parcius accedit. Quorum autem & caulis & radix inciditur, horum caulis * antea ferrum recipit, ceu laseris. Eorum denique succum alterum cauliam, alterum radiciam vocant. Præstantior

* *Ant ea secatur ceu laseris. Hujus succus qui ex caule colligitur caulias, sive scaparius qui vero ex radice rizias sive radicarius vocatur.*

τούτων, τὸ μὲν, καυλίας, τὸ δὲ, ῥιζίας· καί ἐστι βελτίων ὁ ῥιζίας. καθαρὸς γὰρ καὶ διαφανὴς καὶ ξηρότερος. ὁ δὲ καυλίας ὑγρότερος· καὶ διὰ τοῦτο ἄλευρον αὐτῷ περιπλάττουσι πρὸς τὴν πῆξιν. τὴν δ' ὥραν τῆς ἐκτομῆς ἴσασιν οἱ Λίβυες. ἔστι γὰρ οἱ σίλφιον λέγοντες. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ῥιζοτόμοι, καὶ οἱ τοὺς φαρμακώδεις ὀποὺς συλλέγοντες· καὶ γὰρ ἔστι τοὺς καυλοὺς ὀπίζουσι πρότερον. ἁπλῶς δὲ πάντες καὶ οἱ τὰς ῥίζας καὶ οἱ τοὺς ὀποὺς συλλέγοντες, τὴν οἰκείαν ὥραν ἑκάστων τηροῦσι. καὶ τοῦτο μὲν δὴ κοινόν. ἡ δὲ ῥητίνη τόνδε τὸν τρόπον γίνεται. ἐν μὲν τῇ πεύκῃ, ὅταν ἀπελκωθείσης, † ἡ δορὰ ἐξαιρεθῇ· συρρεῖ γὰρ εἰς τὸ ἕλκωμα τοῦτο πλείων ἡ ὑγρότης· ἐν δὲ τῇ ἐλάτῃ καὶ τῇ πίτυι, ὅταν γευσάμενοι τῶν ξύλων ἀφελκώσωσιν. οὐ γὰρ πᾶς ἀφορισμὸς ὁμοίως. ἀφελκοῦσι γὰρ καὶ τὰς τερμίνθους ἐν ἀμφοῖν, καὶ ἐν τῷ στελέχει καὶ ἐν τοῖς ἀκρεμόσιν. ἀεὶ δὲ πλείων καὶ βελτίων ἡ εἰς τὸ στέλεχος συρρέουσα, τῆς εἰς τοὺς ἀκρέμονας. διαφέρουσι δὲ καὶ ταῦτα τὰ δένδρα. βελτίστη μὲν γὰρ ἡ τερμίνθου. καὶ γὰρ συνεστηκυῖα, καὶ εὐωδεστάτη, καὶ κουφοτάτη τῇ ὀσμῇ, ἀλλ' ὀλίγη. δευτέρα δὲ ἡ ἐλατίνη καὶ πιτυΐνη. κουφότεραι γὰρ τῆς πευκίνης. πλείστη δὲ ἡ πευκίνη καὶ βαρυτάτη καὶ πιττωδεστάτη, διὰ τὸ μάλιστα ἔνδαδον εἶναι τὴν πεύκην· ἄγεται δὲ ἐν ἀσκοῖς ὑγρά, κἄπειτα οὕτως συνίσταται. καί τοι φασὶ καὶ τὴν τερμινθον ‡ πιλωθεῖσαν περὶ Συρίαν. ἔστι γὰρ ὄρος, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴπομεν, μέγα, τερμίνθων μεστὸν ἅπαν μεγάλων. ἔνιοι δέ φασι καὶ τὴν πίτυν, καὶ τὴν κέδρον, καὶ τὴν φοινικῆν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς ἐνδεχόμενα ληπτέον διὰ τὸ σπάνιον. ἐπεὶ οἵ γε περὶ Μακεδονίαν οὐδὲ τὴν πεύκην πιττοκαυτοῦσιν, πλὴν ἀλλὰ ἢ τὴν ἄρρενα. καλοῦσι γὰρ ἄῤῥενα τὴν γε καρποφόρον. τῆς δὲ θηλείας ἐὰν τινας τῶν ῥιζῶν ἐνδαδεῖς λάβωσιν. ἅπασα γὰρ ἔνδαδος πεύκη ταῖς ῥίζαις. καλλίστη δὲ πίττα γίνεται καὶ καθαρωτάτη, ἡ ἐκ τῶν σφόδρα προσηλίων καὶ προσβόῤῥων, ἐκ δὲ τῶν παλισκίων, βλοσυρωτέρα καὶ βορβορώδης. ἐν γὰρ τοῖς σφόδρα παλισκίοις οὐδὲ φύεται πεύκη τὸ παράπαν. ἔστι δὲ καὶ εὐφορία τις καὶ ἀφορία καὶ πλήθους καὶ καλλονῆς. ὅταν μὲν γὰρ χειμὼν μέτριος γένηται, πολλὴ γίνεται καὶ καλή, καὶ τῷ χρώματι λευκοτέρα. ὅταν δὲ ἰσχυρός, ὀλίγη καὶ μοχθηροτέρα. καὶ ταῦτά γε ἐστὶ τὰ * ὁρίζοντα πλῆθος καὶ καλλονὴν πίττης, οὐχ ἡ πολυκαρπία τῶν πευκῶν. οἱ δὲ περὶ τὴν Ἴδην φασὶ, διαιροῦντες τὰς πεύκας, καὶ τὴν μὲν καλοῦντες Ἰδαίαν, τὴν δὲ παραλίαν, τῆς ἐκ τῆς Ἰδαίας πλείω καὶ μελαντέραν γίνεσθαι, καὶ γλυκυτέραν, καὶ τὸ ὅλον † εὐωδεστέραν ὠμήν, ἑψηθεῖσαν δὲ ἐλάττω ἐκβαίνειν. πλείω γὰρ ἔχει τὸν ὀῤῥόν. διὸ καὶ λεπτοτέραν εἶναι. τὴν δὲ τῆς παραλίας ξανθοτέραν καὶ παχυτέραν, ὠμήν. ὥστε καὶ τὴν ἀφεψιν μικρὸν ἐλάττω γίνεσθαι. * δαδωδεστέρας δὲ τῆς Ἰδαίας. ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐκ τῆς ἴσης δᾳδὸς πλείω καὶ ὑδαρεστέραν, ἐν ταῖς ἐπομβρίαις γίνεσθαι, ἢ ἐν τοῖς αὐχμοῖς. καὶ ἐκ χειμερινῶν καὶ παλισκίων τόπων, ἢ ἐκ τῶν εὐηλίων καὶ εὐδιεινῶν. ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἑκάτεροι λέγουσιν. ἀναπληροῦσθαι δὲ συμβαίνει τὰ κοιλώματα πρὸς τὸ πάλιν ἐξαίρειν· τῶν μὲν ἀγαθῶν πευκῶν, ἐνιαυτῷ, τῶν δὲ μετριωτέρων, ἐν δυσὶν ἔτεσι, τῶν δὲ μοχθηρῶν, ἐν τρισίν. ἡ δὲ ἀναπλήρωσις, † οὐ τοῦ ξύλου καὶ τῆς συμφύσεως, ἀλλὰ τῆς ‡ πίττης ἐστίν. ἐπεὶ τὸ ξύλον ἀδύνατον συμφῦναι καὶ ἓν γενέσθαι πάλιν, ἀλλ' ἡ ἐργασία διὰ τοσούτου χρόνου γίνεται τῆς * πίττης.

† Διὰ ἐξαιρεθῇ, Theod. διὰ ἀφαιρεθῇ, Scal.

‡ Πιλουμένω.

* Ὀλίγη, ἄχρους, καὶ.

† Εὐωδεστέραν, Ald. ger. Ba. leg. ... vide notas Robert. Const. in li. III, c. x.

* Δαδεστέραν Ald. Bas.

† Οὐκ ἐκ τ.

‡ Πιττίνης.

* Πιττίνς.

stantior † rizias est. Purus enim, transflucidus, & siccior : caulias vero humidior. Et ideo farinam ei inspergunt, ut satis coagulari possit. Incisuræ tempus idoneum ‡ Pœni novere. Laser enim illis legendum natura largita est. Quin & radicum cæsores, & qui succos medicos legunt, * caules liquare antea solent. Ad plenum vero, & qui radices, & qui succos legunt, omnes tempus suum cuique observant. Ergo commune id esse omnium constat. Resina vero in hunc modum fieri solita est. In pino quidem ubi jam vulnerata arbore, ‡ teda detracta est, resinam hauriunt. Sic enim in vulnus hoc, humor copiosior confluit. In abiete vero & picea cum lignis degustatis vulnus intulerint. Haud enim † separatio quæque modo fieri eodem solet. Vulnerant enim & terebinthos parte utraque, caudice scilicet & ramo, sed copiosior & melior, quæ in caudicem defluit. ‡ Differunt etiam arborum ratione. Optima enim quæ ex terebintho. Spissa namque & * levissima, & odore gratissima est, verum pauca. Secunda quæ ex abiete & lalice, & picea. Levior enim quam quæ ex pino. Copiosissima, & ponderosissima, & picosissima, quæ ex pino. Tæda enim pinus referta est. Portatur utribus liquida: dein sponte, quo nunc cernitur modo, spissatur. † Quamquam terebinthum etiam picem apud Syros largiri affirmant. Est enim mons, (ut inter superiora retulimus) ingens, terebinthis amplissimis totus repletus. Quidam & piceam, & cedrum, & palmam addunt. Sed hoc quia rarum, pro contingente potius accipi debet. Nam qui Macedoniam colunt, ne pinum quidem picis gratia urunt, præterquam marem. Sterilem enim marem nuncupant. ‡ Fœminæ vero radicem tantum accipiunt. Omnis etenim pinus tædam in radice habet. Pix optima purissimaque quam loca admodum aprica, & aquilonia præbent: contra quam opaca, horridior limumque referens. Locis enim admodum depressis, atque opacis, ne ullo quidem pacto pinus exire potest. Est præterea sterilitas quædam fertilitasque tum copiæ, tum bonitatis. Quippe cum mediocri hyeme copiosa, & bona, & colore candidior reddatur: aspera vero * pauca, atque deterior. Quæ quidem copiam & bonitatem picis definiunt, non larga fructificatio pinorum. Idæi qui pinos discernunt, & aliam Idæam, aliam marinam cognominant, picem fieri ajunt ex Idæa largiorem, nigriorem, dulciorem, † in totumque faciliorem, & odore gratiorem, dum cruda sit. Decocta enim minus contrahi solet, quoniam plus habeat seri. Quamobrem etiam tenuiorem hanc esse addunt. Ex marina autem flaviorem, & crassiorem, scilicet crudam, ita ut decoctio ‡ minus auferat. Sed plus tædæ habere Idæam tradunt, (utque simplicius loquar) tantumdem tædæ, plus, & dilutius picis imbribus frequentibus, quam siccitate reddere volunt. Et ex hybernis opacisque locis plus, quam ex apricis, serenisque. Hæc igitur ita Idæi atque Macedones asserunt. Replentur cava plagarum videlicet in tantum, ut iterum pix extrahi possit. * Frugalis pini, anno proximo: mediocris secundo: † vitiosæ tertio. ‡ Repletio non coitu ligni, sed incremento picis conficitur: lignum enim in hac arbore coire, iterumque unum fieri nequit; * sed confectio quidem picis reddi post tantum temporis solet. Necesse autem ligni quoque agnationem fieri quandam. Siquidem

† Rizias.

‡ Afri.

* Ex caulibus elicere succum antea solent.

‡ Cortex detractus est.

† Incisio.

‡ Defluit, quam quæ in ramis, differunt.

* Et gratissima, & odore levissima est.

† Quandoquam ex terebintho picem etiam elici apud Syros affirmant.

‡ Fructiferam enim marem nuncupant. Fœminam vero si radix succo pingui redundet accipiunt.

* Pauca, malè coloratus atq;

† Magisque puram & odoratiorem.

‡ Paulo minus auferat.

* Probatæ pini eodem anno.

† Deterioris.

‡ Expletur vero plaga non renascente ligno aut coalescente, sed resina.

* Fit ergo tanto temporis spatio (triennio) resina. Necesse est autem quoniã (exacto triennio) teda detrahitur ex qua usta, pix fluit, ligno, alimenti quidpiam suppeditari.

detracta

ἀναγκαῖον δὲ δηλονότι καὶ τῷ ξύλῳ γίνεσθαί τινα † πρόσφυσιν· εἴπερ ἐξαιρεθείσης τῆς δᾳδὸς καὶ καιομένης τῆς πίττης, ἡ ἐκροή. τοῦτο μὲν οὖν οὕτω ληπτέον. οἱ δὲ περὶ τὴν Ἴδην φασὶν, ὅταν λεπίσωσι τὸ στέλεχος (λεπίζουσι δὲ τὸ πρὸς ἥλιον μέρος ἐπὶ δύο, ἢ τρεῖς πήχεις ἀπὸ τῆς γῆς) ἐνταῦθα τὴν ἐπιρροὴν γινομένην ἔνδαδον ἐνιαυτῷ μάλιστα· τοῦτο δ᾽ ὅταν ἐκπελεκήσωσιν, ἐν ἑτέρῳ πάλιν ἐνδαδοῦσθαι· καὶ τὸ τρίτον ὡσαύτως. μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τὴν ὑποτομὴν ἐκπίπτειν δένδρα ὑπὸ τῶν πνευμάτων, σηπέντα. ὕστερον δ᾽ ἐξαίρειν αὐτοῦ τὴν καρδίαν· τοῦτο γὰρ μάλιστα δᾳδῶδες. ἐξαίρειν δὲ ἐκ τῶν ῥιζῶν· καὶ γὰρ ταύτας ὥσπερ εἴπομεν ἐνδαδεῖς πασῶν μάλιστα. εἰκὸς δὲ δηλονότι τὰς μὲν ἀγαθὰς, ὥσπερ ἐλέχθη συνεχῶς τοῦτο δρᾶν· τὰς δὲ χείρονας διὰ πλείονος χρόνου. καὶ ταμιευομένων μὲν, πλείω χρόνον ἀντέχειν· ἐὰν δὲ πᾶσαν ἐξαίρωσιν, ἐλάττω. δύνανται δ᾽, ὡς ἔοικε, τρεῖς μάλιστα τοιαύτας ἐξαιρέσεις ὑπομένειν. οὐχ ἅμα δὲ καρποφοροῦσιν αἱ πεῦκαι, καὶ δᾳδοφοροῦσι. καρποφοροῦσι μὲν γὰρ εὐθὺς νέαι. δᾳδοφοροῦσι δὲ ὕστερον. πολλῷ πρεσβύτεραι γινόμεναι.

† Πρόσφυσιν τροφῆς εἶπε.

detracta deustaque teda, effluvium evenire picis solitum est. Id igitur accipi ita decet. Idæi ubi arboris caudicem cortice dispoliarint, quod parte solari, binis, aut ternis à terra cubitis facere consuevere, confluxum istuc fieri non sine teda uno cum plurimum anno affirmant. Idque cum securi detraxerint, secundo iterum anno teda locum expleri, & tertio pari modo. Posthac * ob eam paulatinam incisuram arborem extenuatam putrefactamque, humi facile à flatu prosterni. Ac tum ejus cor extrahi (hoc enim tedam maxime fert) nec non & radicem effodi. Hanc enim maxime tedosam diximus. Sed hac in re probas quidem (ut dictum est) crebrius vulnus accipere, deteriores verò longiori tempore post, & parte aliqua reservata, plus temporis resistere posse. Tota vero detracta, minus consentaneum prorsus est. Ternas tamen detractiones ejusmodi maxime arbores tolerare posse videntur. Non simul & fructificat, & tedificat pinus. Sed protinus novella fructificat, multo autem post facta vetustior tædificat.

* Eas paulatim factas incisuras.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἡ δορὰ ἐξαιρεθῇ. *Theodorus*, teda detracta. *Et addit*, resinam hauriunt. *Non igitur legit* δορὰ, *sed* δᾷς. *Neque enim aut* δορὰ, *vox est significando cortici accommoda: neque si esset,* ἐξαιρεθῇ *potius, quam* ἀφαιρεθῇ, *diceretur.*

Οὐ γὰρ πᾶς ἀφορισμὸς ὁμοίως. *Quia dixerat,* γινόμενοι: *ostendit rationem. Non enim quivis locus, vel designatur, vel comparatur. Præscribitur, ait ipse. Theodorus* secretionem *vocat. Sic enim accipies, ut* ἀφορισμὸς, *sit* scissio, *aut* sectio.

Τῆς εἰς τοὺς ἀκρέμονας. *Theodorus omisisse videtur brevitatis caussa. Duabus namque partibus propositis, stipite, ac ramis, & inter se comparatis: altera posita, altera subintelligi potest.*

Συνεστηκυῖα, καὶ εὐωδεστάτη, καὶ κουφοτάτη τῇ ὀσμῇ. *Theodorus longe aliter.* Spissa namque, & levissima, & odore gratissima. *Plinius quoque Terebinthi odorationem prodidit. Itaque non erit* κουφοτάτη τῇ ὀσμῇ, *si sit* εὐωδεστάτη. *Nisi intelligas illum summum odorem adeo esse gratum, ut levissime toleretur. Quippe talis rosarum est.*

Πιτυΐνη, *duplici verbo Theodorus est interpretatus*, ex Larice, & Picea.

Καλοῦσι γὰρ ἄῤῥενα τὴν δὲ καρποφόρον. *Theodorus legit.* ἄκαρπον. *In tertio libro præter marem, ac fœminam, tertium quoque genus addidit, quod appellant sterile. Idque non semel.*

Εὐκρινωδεστέραν. *Theodorus* faciliorem. & odore gratiorem. *Plinius simpliciter* gratiorem. εὐωδεστέραν *igitur legebat. Ego* εἰλικρινωδεστέραν. *Item* δᾳδωδεστέραν.

Τῶν μὲν ἀγαθῶν πολυκῶν ἐνιαυτῷ. *Theodorus*, frugalis Pini anno proximo; mediocris altero. *At* proximum *significat*, alterum. *Ita ergo dicemus.* probatæ pini, eodem anno: mediocris, proximo. *Nam* μοχθηρὸν, *toties dici vitiosum in arboribus, non placet. Hic significat naturam deteriorem: vitium autem est præter naturam, &* μοχθηρὰ πεύκη *potest fieri vitiosa, si exedatur, aut affletur fulmine, aut quid aliud patiatur. Videbis hujus vocis usum in Galeni commentario qui inscribitur, de affectuum, qui in anima insunt dignotione.*

Τὸ πρὸς ἥλιον μέρος. *Theodorus*, à parte solari, *Plinium sequutus. Verum non item ejusdem judicium sequutus est, cum pinum, non piceam, transtulit.* πεύκη, *hic, ut ille. Observabimus hic à Plinio tedam, etiam hastulam appellatam: & notabis Theodori vocabulum illud*, paulatinam.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ & COMMENTARIUS.

PRima capitis parte docet, quod tempus cædendi plantas, lachrymæ causa, sit maxime idoneum. Quæ admodum facilia, nullaque expositione egent. Illud tantum dicendum, verba καλοῦσι δὲ τὸν ὀπὸν τοῦτον intelligenda de laserpitii succo. Huic enim sunt duo diversi succi, quorum prior καυλίας, alter ῥιζίας dicitur; de quibus lib VI, cap. III. egimus. Hoc tamen loco docet (quod non fecit loco citato) succum qui ex radice colligitur esse meliorem, purum enim, translucidum & ficciorem: contra, qui ex caule humidiorem. Inde putredini magis est obnoxius; purior & translucidior caulias; quia farina huic non admiscetur. Hujus incisuræ tempus novisse Afros scribit. Intellige Cyrenenses, quorum regio sita in Africa minore, sive Africa proprie dicta. Minor Africa olim urbes habuit Carthaginem, Uticam. Hac de causa doctiss. Gaza λίβυες Pœnos interpretatus est.

Ἡ δὲ ῥητίνη. Docet qua ratione resina fiat, nec non quæ optima quæque deterior sit, ῥητίνη ἀπὸ ῥεῖν, quod fluere significat, nomen accepit, ῥητίνη, sive resina alia humida, ὑγρὰ Græcis, alia sicca ξηρὰ eisdem dicta. Duas novit etiam Plinius resinas, lib. XXIV, cap. VI. *Summæ species duæ, sicca & liquida, sicca è pinu & picea fit, liquida è terebintho, larice, lentisco, cupresso. Nam eæ ferunt in Asia & Syria.* Falsum est in Asia, Syriaque laricem nasci. Falsum etiam, lentisci lachrymam liquidam esse. Quis adeò rudis in re botanica, qui masticen siccam esse ignorat? Vulgus hoc novit, in ipsa arbore statim spissatur; Terebinthina recens liquida, temporis tractu durescit, uti mox dicam. Etiam pinus, piceaque, & siccam & liquidam ferunt resinam. Dioscorides lib. I, cap. XCIII, Γίνεται δὲ ῥητίνη ὑγρὰ πιτυΐνη καὶ πευκίνη. Eodem capite, Τῆς μὲν τοι ξηρᾶς ἡ μὲν, ἐστι στροβιλίνη, καὶ ἐλατίνη; ἡ δὲ πευκίνη, ἡ δὲ πιτυΐνη. *Manat & resina liquida, tum è pinu, tum è picea. Eodem capite, ex siccis autem resinis alia est strobilina, alia abiegna, alia quam fundit picea, alia denique pinea.* Resina, alia incisione, alia sine incisione ex arbore fluit. Eam quæ sine incisione ex arbore fluit Galenus lib. III, κατὰ γένη. cap. IV. nec non lib. II. κατὰ τόπους προτόῤῥυτον, & αὐτόῤῥυτον vocat. Nisi forte placeat, Galenum resinam humidam, vel resinæ aliud genus minus cognitum, sic appellare. Verba Galeni adscribam, judicium cuilibet esto liberum. Καὶ τῆς αὐτοῤῥύτου καλουμένης ῥητίνης ἰσχύρως μιγνύουσι· καλοῦσι δὲ αὐτὰς ἐν Λακεδαίμονι, καὶ νῦν ἄλλοις χωρίοις προτόῤῥυτον. Ἐν Κιλικίᾳ δὲ καπνέλαιον ὀνομάζουσι τὴν τοιαύτην ῥητίνην. *Quin & resinas authorrhitous, id est, sponte fluentes admiscere licet; nominant ipsas in Lacedæmone protorrhitous, quasi primifluas dixeris. In Cicilia vocant talem resinam capneleon.* Vide cap. XXI, lib. II. de simpl. med. facul. II.

Resina

Resina quomodo eliciatur, docet Theophrastus. In pino quidem detracto tantum cortice. In hoc enim vulnus humor multus confluit. Ex picea vero & abiete non cortice tantum spoliatis; sed ipso etiam corpore, hoc est ligno, vulnerato, sive vulnere degustato, ut ad verbum Græcam sequamur orationem. Doctissimus Gaza, quem secutus est Hermolaus, legit ἀντὶ δοϱᾶς, δᾳδὸς. *detracta*, inquit, *tæda*, quod est præter philosophi mentem. Δοϱὰ Latinis *pellis*, *cortex*. Pollux lib. II, Ἀπὸ τοῦ δέρματος ὀνόματα δοϱὰ δέρας, δειϱή. Plinius lib. XVI, cap. XII. *Aperitur picea è parte solari, non plaga, sed vulnere ablati corticis, cum plurimum bipedali hiatu, ut à terra cubito cum minimum absit. Nec corpori ipsi parcitur, ut in cæteris, quoniam astula in fructu est. Verum hæc terræ proxima laudatur. Altior amaritudinem affert. Postea humor omnis è tota confluit in hulcus.* item *in teda. Cum id manare desinit, simili modo ex alia parte aperitur, ac deinde alia. Postea tota arbor succiditur, & medulla ejus uritur.* Multis hæc scatent erroribus. Primus quod πεύκην *piceam* verterit. Vide quæ cap. X, lib. III. diximus. Secundus quod Theophrastus de idæa pino, hoc de omni picea scribit, *Aperitur*, inquit, *picea è parte solari, non plaga, sed vulnere.* Ergo vulnus est, sive ulcus, non plaga cum cortex detrahitur. Contra tamen ipse Plinius lib. XII, cap. XXV. arboris incisionem plagam vocat. Sic de balsamo. *Incidentis manus liberatur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet. Succus è plaga manat, quem opobalsamum vocant.* Pergit Plinius, *cum plurimum bipedali hiatu, ut à terra cubito.* Theophrastus, *Spoliant autem à solari parte, duobus aut tribus supra terram cubitis.* Nihil de bipedali hiatu apud eundem legitur. *Nec corpori ipsi parcitur.* Legit Dalecampius, item is qui magnum botanicum volumen Lugduni editum composuit, *corpori ipsi parcitur, nec ut in cæteris.* Sanè hæc lectio cum Theophrasto convenit. Is enim, ut jam dictum, solum corticem vulnerari scribit, & avelli; contra in abiete piceaque lignum ipsum delibari, & in vulnus scindi, Pini cortex tantum detrahitur, lignumque non sciditur, quod multa resina abundet & scateat, ac præter cæteras, piceam, nempe & abietem, succum pinguem & resinosum habeat, sive ἔνδαδος fit. Non itaque tam altè impresso vulnere opus est, ut fluens ex ea humor intercipiatur. Lectio insuper Dalecampii ex ipso Plinio probatur. Si enim, ut ante dixit, cortex tantum detrahitur, quomodo corpori ipsi, id est ligno parci non potest? Contra Doctiss. Salmasius vulgatam servandam lectionem contendit, Pliniumque hæc verba Theophrasti exprimere, Τοῦτο δὲ ὅταν ἐκπελεκήσωσι, Græci auctoris mentem hanc esse inquit; quod & nos concedimus: *Humoris pini confluxum postquam deciderat in locum vulneris, ac corticis ablati, cum astula ipsa abscindebant securibus: quo abscisso iterum alius tædæ fluxus eo conveniebat, iterum exscindebatur, & sic tertio, donec arbor succisa frequentibus tædæ extractionibus everteretur. Ita Theophrastus., quæ Plinius sic exprimere voluit.* nec corpori ipsi parcitur, ut in cæteris, quoniam astula in fructu est. *Vulnus in picea* (sic enim Plinius) *fiebat sola detractione corticis, id postquam humore confluente repletum esset, abscindebatur securi*, hoc est quod dixit Theophrastus Τοῦτο δὲ ὅταν ἐκπελεκήσωσι, Plinius nec corpori parci, *quia securis impingebatur in corpus ipsum, & astula inde tollebatur,* ἡ ἔνδαδος, *nimirum* ἐπιῤῥοὴ *quæ simul cum astula ligni eximebatur.* Ut ut sit legendum; duo loca Theophrasti in unum conflat, & confundit Plinius. Assulas esse fragmenta quæ in longitudinem magisque latitudinem disjiciuntur, quilibet novit. Apud Vitruvium assulæ marmoreæ τὰ ἐκπελεκήματα ex marmore dum cæditur excussæ. Astulam in fructu inquit esse. Plinius exponit hoc capite præcedenti. *Alia temperies ad crapulam; Namque flos crudus resinæ, cum multa assula tenui, brevique avulsus, conciditur ad cribri minuta. dein ferventi aqua, donec coquatur, perfunditur. Hujus expressum pingue, præcipua resina fit, atque rara, nec nisi paucis in locis Subalpinæ Italiæ, conveniens medicis.* Hic fructus est assulæ quæ ex pino vel ex picea, ut vult Plinius, tollitur, quæ ita minutatim inciditur, ut cribro excerni possit. Ignoravit Plinius florem resinæ crudum cum astula excisum δᾷδα esse. Pergit Plinius, *Verum hæc terræ proxima laudatur altior amaritudinem adfert.* Laudari, inquit, idem astulam quæ extrahitur è vulnere facto in pino, vel picea. ut Plinii mentem sequamur, altitudine cubiti supra terram. Contra altiorem adferre amaritudinem quid velit non satis capio. Nihil tale dixit Theophrastus. Doctiss. Salmasij opinio Plinium verba hæc Græca λοπίζουσι ——— μάλιστα sic accepisse, quasi diceret auctor τὴν ἐπιῤῥοὴν, quæ fit in plaga, vel, ut scribit Plinius, in vulnere terræ proxima, ἔνδαδον μάλιστα γίνεσθαι, hoc est, *maximè laudari.* Ideo vertit, *hæc proxima*, ἐνταῦθα γινομένη. Sed quare laudatur? quia ἔνδαδος. Hoc est minime amara; ut è contra altior amaritudinem adfert. Hanc Plinii mentem esse, etiam hoc probat idem Salmasius argumento. Theophrastus, inquit, ἔνδαδον & ἄπδαδον in arboribus resiniferis sæpe usurpat, uti lib. III, cap. X. Greci πολυκίδαιον & ἰχεπδακὲς τὸ πικρὸν, id est, amarum appellant. Plinius aliud cogitans, τὸ ἄπδαδον, accepit pro ἰχεπδακές. Apud Theophrastum, τὸ ἄπδαδον ξύλον & τὸ ἔνδαδον opponuntur. Si ἄπδαδον amarum, ergo ἔνδαδον, minime amarum: si τὸ ἄπδαδον damnatur in picea, ergo laudatur τὸ ἔνδαδον. Hoc illum voluisse, certum est. Sed nec meliora, quæ statim sequuntur. *Postea omnis humor è toto confluit in ulcus. item in tæda.* Brevis ut sim, perperam verba hæc ex superioribus verbis Theophrasti hic referuntur, ubi de picea in genere loquitur συῤῥεῖ εἰς τὸ ἕλκωμα. Pro quibus in altero loco, ubi de idæa loquitur, dixit, ἔνδαδον τὴν ἐπιῤῥοὴν fieri. Quod addit Plinius *in tæda*, sensus est, simili modo id fieri in tæda, atque in picea. Quod est valde ineptum. Denique ἐν ἑτέρῳ. accepit, pro ἐν ἑτέρῳ τόπῳ, contra mentem Græci auctoris, qui ἐν ἑτέρῳ ἐνιαυτῷ intellexit. Theophrasti verborum hic sensus est, quod autem confluxit ubi securibus assulatim exscinderunt, altero post anno demum eadem in parte ἐνδαδοῦται, sive confluxus ἐπιῤῥοὴ fit, sive resinosum fundit succum; ac itidem tertio post. Tales autem arbores quoniam subtus cæsæ fuerunt, putrefactæ, à ventis dejiciuntur, quarum cor Idæi eximunt, quod maxime fit δᾳδῶδες, id est, succosum ac pingue, ac potissimum radices, quæ omnium maxime sunt ἔνδαδοι, id est, *succo pingui redundantes*, vel in tædam, mutatæ. Falsum igitur est quod Plinius prodit ex alia atque alia parte aperiri, cum ex una tantum aperiatur.

Nec minus infeliciter exposuit hunc de Terebyntho locum Plinius, *Sic & in Syria Terebyntho detrahunt cortices, ibi quidem & è ramis ac radicibus, cum resina damnetur ex his partibus.* Radicis nullam mentionem facit Theoph. Nec radices Terebynthi ad eliciendam lachrymam magis vulnerabantur, quam pini, piceæ, abietis, aut aliarum arborum. Addo non posse radices sauciari, detegique ad colligendam resinam, absque arboris interitu. Terra enim in arboribus totæ teguntur. Objiciet quis, Theophrastum hoc eodem capite scribere, ex radicibus pini colligi, & concoqui resinam; addetque ex eodem, radices habere maximè ἐνδάδους, & *succo abundatissimas.* Respondeo; resinam ex iis colligi, postquam excisæ ac eversæ arbores sunt; id autem non fieri dum integræ adhuc & stantes sunt. Idem an de Terebyntho dici liceat, nec ajo, nec nego. Crediderim Plinium res diversissimas confundere; modum nempe colligendæ picis ex radicibus & trunco, cum modo colligendæ resinæ ex caudice & ramo. Urebantur enim radices piceæ & terebynthi ad cogendam picem, uti paulo infra docet Theophrastus & cap. sequenti. Ex quo lego ἀντὶ πιττωθεῦσαι, πιττοκαυτεῖν Rectè dixit in Syria. Nam nec in Narbonnensi Gallia, Italia, Hispania, Lusitania, ubi tamen copiosè provenit, resinam fert. In Syria & Cilicia, uti observavit Bellonius, lachrymam fundit, & ad nos nonnunquam, ex insulis maris mediterranei, adfertur. Dioscorides lib. I, cap. XCI: Ἡ δὲ ἐξ αὐτῆς ῥητίνη κομίζεται μὲν ἐξ Ἀραβίας τῆς ἐν πέτρᾳ λεγομένης δὲ καὶ ἐν Ἰουδαίᾳ καὶ ἐν Συρίᾳ καὶ ἐν Κύπρῳ καὶ ἐν Λιβύῃ καὶ ἐν ταῖς Κυκλάσι νήσοις. *Resina ejus & ex Arabia Petræa convehitur, provenit tamen etiam in Iudæa, Syria, Cypro, Africa, & Cycladibus insulis.*

Quæ resina præstantissima sit ex arborum ratione docet Theophrastus. Plin. lib. XIV, cap. XX. quæ optima sit ex loci ratione refert. *Arborum succo manantium picem resinamque aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa ferunt: Quæ interest Asia, utrimque quasdam habet. In Oriente optimam tenuissimamque terebynthi fundunt. deinde lentisci, quam & mastichem vocant* (supra dixi Plinium mastichen falso liquidis annumerare) *postea cupressi, acerrimam sapore. Liquidam omnes, & tantum resinam: crassiores vero & ad pices faciendas cedrus. Arabica resina alba est, acri odore, difficilis coquenti. Iudaica callosior & terebinthina quoque odoratior, Syriaca*

attici mellis similitudinem habet. Cypria antecedit omnes: est autem melleo colore, carnosa. Colophonia præter cæteras fulva, si teratur alba fit, gravior odore, ob id non utuntur ea unguentarii. In Asia quæ fit è picea, admodum candidas pagus vocatur. Resina omnis dissolvitur oleo.

Βελτίστη δέ. Optimam resinam inquit Terebinthinam, idque quia est spissa, gratissima ac levissima odore. Objiciet quis, si ἰωδεστάτη, quomodo τῇ ὀσμῇ κουφοτάτη. Respondent viri docti summum illum odorem adeò gratum esse, vt levissimè toleretur, quippe talis rosarum. Primum etiam locũ terebinthinæ dat Dioscorides lib. I. cap. XCI. Προάγει δὲ πασῶν τῶν ῥητινῶν ἡ τερμινθίνη, καὶ μετὰ ταῦτα ἡ σχινίνη, εἶτα ἡ πιτυίνη καὶ ἡ ἐλατίνη. μεθ' ἃς ἀριθμοῦνται ἥτε πευκίνη καὶ ἡ στροβιλίνη. *Resinæ omnes antecedit terebinthina. Proxima huic lentiscina, deinde picea, & abiegna. Post has numerantur pinea, & strobilina.* Galenum lentiscinam primum locum dare quis objiciet. Quod lib. VII. simpl. scribit. Προήκεσται δὲ εἰκότως ἐξ ἁπασῶν ἡ σχινίνη, μαστίχην δὲ αὐτὴν ὀνομάζουσι — τῶν ἄλλων ἡ τερμινθίνη προήκει. *Primas omnium non injuria meruit lentiscina; eam vocant masticben — inter alias præfertur, terebinthina.* Nodum hunc solvit ipse Galenus lib. III. κατὰ γένη, cap. II. Δόξει δέ τις ἡμῖν διαφέρεσθαι, κατὰ τὸν περὶ ῥητινῶν λόγον Διοσκορίδῃ τῷ Ἀναζαρβεῖ γράψαντι τὴν δὲ τὴν ῥῆσιν, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕλης. Προάγει ——— στροβιλίνη. Φαίνεται γὰρ ἐν τούτοις. Διοσκορίδης ὡς περὶ φαυλοτάτης μὲν φρονῶν τῆς στροβιλίνης, ἀρίστης δὲ τῆς τερμινθίνης. Ἐγὼ δὲ τῶν τριῶν ῥητινῶν, τῆς δὲ στροβιλίνης ἐλατίνης, τερμινθίνης, πρώτην μὲν εἶπον ἀρίστην τὴν στροβιλίνην εἶναι κατὰ θερμότητα, δευτέραν δὲ τὴν ἐλατίνην, ὑστάτην δὲ τὴν τερμινθίνην. *Putabit forsan aliquis nobiscum dissentire Dioscoridem Anazarbeum in sermone de resinis, hæc verba scribentem, primo de medica materia commentario, ex omnibus —— numeratur. In his tanquam de infima strobilina, optima vero terebinthina sentire videtur. Verum ego ex his tribus resinis strobilina, abietina, terebinthina, principem certè strobilinam calore, secundam abietinam, postremam terebenthinam esse dixi.* Ego cum Theophrastus & Dioscorides optimam dicunt terebinthinam, de præstantia ac bonitate intelligendum est. Cum Galenus strobilinam, vel lentiscinam de qualitate accipiendum erit. Et sit disputationem de resinis ipse solvit Galenus. Ὁ μὲν γὰρ ὁ πρὸς μίαν ποιότητα τὴν ἀναφορὰν τοῦ λόγου ποιούμενος, ὁ δὲ ἁπλῶς ὑπὲρ ὅλης ἀποφαινόμενος αὐτῶν τῆς οὐσίας ἀληθεύει κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ ἐπὶ τῶν ῥητινῶν ἀρίστην, μὲν ὡς πολυχρηστότατον φάρμακον, εἰκότως ἄν τις εἴποι τὴν τερμινθίνην ὑπάρχειν, οὐ μήν γε ἐν τῇ θερμότητι πρωτεύειν. *Alius ad qualitatem unum sermonem referens, alius absolutè de ipsorum substantia pronuncians, verus deprehenditur. Eadem etiam ratione inter resinas optimam tanquam medicamentum in multiplices usus accommodatum, meritò terebinthinam affirmaverit; non tamẽ caliditate primas obtinere.* Optimæ terebinthinæ has notas tradit Dioscorides. Διαφέρει διαυγεστέρα οὖσα λευκή, ὑαλίζουσα, τῷ χρώματι καὶ κυανίζουσα, εὐώδης τερμινθον πνέουσα. *Præfertur autem magis pellucida, candida, vitreo colore, & in cæruleum vergente, odorata, & terebinthum olens.* Hujusmodi resina ad nos aliquando adfertur, Cypriam vocant seplasiarii. Liquida hæc cum primum adportatur, temporis vero tractu durior evadit, & siccior. Quod etiam loco citato observavit Galenus: εἰσὶ δὲ καὶ τούτων ἔνιαι μὲν ἐπὶ πλεῖστα χρόνον ὑγρὰ διαμένουσαι, καθάπερ ἡ τερμινθίνη? *Iam verò ex his nonnullæ liquidæ diutius permanent, quemadmodum terebinthina.* Ægyptios, inquit prosper Alpinus lib. IV. de med. Ægypt. cap. XI. in usu habere resinam terebinthinam, siccam, duram, lucidam, foris albam, & intus flavam, quæ linguam aspero, subdulci sapore ferit, dentibusque commansa in ore ac cera mollescit, sicque in ore substantia, mollitie, sapore, ceræ videtur proxima. Hujusmodi resinam semel apud Dommerum seplasiarium doctum vidi, Cypriam quam vocant, colore ad cyaneum vergit; quam vero vulgo terebinthinam pharmacopoei vocant, larigna est; quam venetam sive optimam, novellæ abietis lachryma est. Nec hoc quispiam miretur, Galeni etiam tempore simile institores fecerunt, uti ipse loc. cit. scribit.

Πιττωθεῖσαν, supra dixi ἀντὶ πιττωθεῖσαν, πιττοκαύται legendũ. Therebinthina hęc pix ad nos non adfertur, nec Cedri picem me unquam vidisse memini, quæritur an cedria, cujus meminit Dioscorides sit pix an resina? Τῆς, δὲ inqnit lib. I, cap. CV. κεδρίας ἀρίστη ἡ παχεῖα καὶ διαυγής, βαρεῖα τῇ ὀσμῇ ἀποχεομένη δὲ κατὰ σταλαγμὸν ἀδιάχυτος, μὴ διαχεομένη· δύναμιν δὲ ἔχει σηπτικὴν μὲν τῶν ἐμψύχων, φυλακτικὴν δὲ τῶν νεκρῶν σωμάτων, ὅθεν καὶ νεκρὰ ζωὴν τινες αὐτὴν ἐκάλεσαν. *Cedria vero laudatissima est crassa, perlucida, gravis odoris, quæ dum effunditur in guttas coit, minimeque diffunditur: vim ea obtinet, viventium quidem corporum corruptricem, defunctorum vero servatricem, qua ex causa quidam mortui vitam appellarunt.* Qui picem esse volunt his argumentis utuntur, quod Plinius l. XXIV, cap. V dicat, *dat picem quæ cedria vocatur.* tum quod Dioscor. loc. cit. inquiat γίνεται, καὶ ἔλαιον ἐξ αὐτῆς χωριζόμενον ἀπὸ τῆς κεδρίας δι' ἐρίων ὑπεραιωρουμένων ἐν τῇ ἑψήσει ὡς ἐπὶ τῆς πίσσης, ποιεῖ ὅσα καὶ ἡ κεδρία, *fit & ex ea oleum quod à cedria separatur, velleribus interea dum coquitur supra eam expansis, ut de pice dictum est. ad eadem omnia ad quæ Cedria utile.* Accedit Nicander, qui disertè picem cedrinam cedriam vocat.

Καὶ τότε κεδρινῆς πολλὸν βάρος ἔμμορε πίσσης, tumque cedrinam picem oboli pondere sumito. Contra non esse picem, sed majoris cedri lachrymam crudam, his argumẽtis probatur. Primum ex hoc Theophrasti loco, ubi inquit rarum esse, ac quidem adeo rarum picem ex cedro facere, ut pro contingenti accipi debeat. At cedria copiosa admodum fuit, ususque ejus vulgaris. Addo quod Serapio scribit, Kitran est oleum, quod egreditur è serbin, addatque, sed olei quod ex ista arbore elicitur, substantia est subtilis. Si cedria itaque exit ex arbore, resina erit, non pix. Etenim coquitur pix, resina ex arbore exit. Resinam fundere cedrum, ipse docet Theophr lib. & cap. v, hist. ubi scribit materiem cedri natam, humorem emittere. Plinius lib. XIII, cap. V. *Ex cedro late r. sina laudatissima.* Ad contraria argumenta respondere solet. Plinium non mereri fidem, idque quod turpiter, ac sæpius in historia coniferarum arborum lapsus sit. Ad locum Dioscoridis respondent illud tantum probari, cedriam aliquando coqui, ut oleum colligatur, nec non pix acquiratur, nec inde sequi cedriam esse picem. Ad Nicandri locum hæc referunt, Poetam πίσσης voce abuti, idq; probant ex Scholiaste, qui scribit: Κεδρίαν νῦν λέγει ἣ καὶ πίσσαν. αὐτῶν δὲ, πᾶν γὰρ τὸ ἀποστάζον πίσσαν καλεῖ —— ἄλλως τῆς πηγνυμένης κεδρίνης πίσσης λέγει, *omne, inquit quod ex arbore manat picem vocat.* Atqui resina, gummi ex arbore fluunt, pix vero ex arborum tędis lignisque coquitur. Concretam alibi picem vocat Poeta, vel quod compacta concretaq; instar picis cedria est, vel quod cadavera ea illita, dura compacta, ac solida efficiantur, & à putredine immunia serventur. Petrus Bellonius lib de coniferis arboribus scribit. Non cedrum tantum cedriam fundere, sed etiam pinum, piceam, laricem, juniperum, cupressum; quarũ omnium resinas defuncta corpora servare scribit. Decepit virum doctiss. Plinius, cujus verba capite sequente de pice examinabo. Cæterum ex cedria vi ignis pix coquitur. Abiegnæ resinæ cedria similis, odorata, lenta admodum constans substantia, mansum siquidẽ dentibus adeo firmiter adhæret, ut ægrè avelli queat, quæ initio liquidior & albida, vi & ardore solis durescit, & arida fit. Illud doctioribus admodũ suspectũ, quod scribit Dioscor. βαρεῖα τῇ ὀσμῇ, Mathiolus manuscriptum codicem habuit, in quo ἄτονος τῇ ὀσμῇ scriptum fuit, quod indicat cedriam vehementer odoratam esse, non graviter olere. Id quod testari videntur versus Virgiliani, qui lib. VII. Æneid. & alibi reperiuntur, ubi de Circe canit Poeta. Malunt alii Virgilium ipsam cedrum arborem intelligere, quod in medium relinquo. Cedria mortuorum corpora conservat, viventia lædit, idque quod calida admodum & sicca sit: quibus qualitatibus humiditates depascit, quæ putredinis in cadavere causæ sunt. Nicandri Scholiastes, διὸ καὶ τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ποιεῖ τὸ ῥοῶδες, καὶ ῥευστικὸν ἐξαιθοῦσα. ὅθεν καὶ νεκρῶν ζωὴν ἔνιοι αὐτὴν ἐκάλεσαν. *Humorem & fluxum expellendo mortuos incorruptos facit, unde à quibusdam mortuorum vita vocatur.* Secus in vivẽti corpore, depasta humiditate, carnes, uruntur, necantur, ac putrefiunt prompte & citra dolorem: nec tantum ad conservationem cadavera illinita quondam fuere, sed etiam libri, & quicquid posteritati dignũ indicabat antiquitas. Plinius lib III, cap. XIII. De libris Numæ, secundi Romanorum regis. *Et libros cedratos fuisse: propterea arbitrarier tineas non tetigisse: in his libris scriptæ erant philosophiæ pythagoricæ.* Idem durasse hos libros, ad annos quingentos triginta quinque, terræ in fossos, auctor est. Hinc verba, data, scriptaque quæ immortalitati digna judicabantur cedro inscripta dicebantur.

Sumptum adagium vel à resina, vel ab arboris natura, quæ nec cariem, nec vetustatem sentit. Hujus enim succo illinita ob omni carie, & tineis immunia servantur. Vitruvius lib. II, cap. IX, ob id solebant egregii libri, & præclara carmina cedroleo, vel oleo cedrino inungi, quod, ob amaritudinem, non sinebat illos à blattis absumi. Recte itaque antiqui νεκρῶν ζωὴν cedriam vocarunt.

Ἔπὶ δίῳ, nec hunc locum satis feliciter expressit Plinius lib XVI, cap. 12. *In Macedonia laricem masculam u-*

Nnnn *runt,*

runt, fœminæ radices tantum. Resinam colligi hoc modo non scripsit Græcus auctor, verum pinum uri à Macedonæ incolis scribit, nec omnem, sed masculam quam fructiferam dicunt Doctiss. Gaza ἀκαρποφόρον legit, hanc lectionem nec probo, nec improbo, quia Theophrastus lib. tertio, cap. 10 sterile genus, à mare & fœmina, diversum fecit, idque non semel, καὶ τρίτην inquit τὴν ἄκαρπον.

Plinius loco citato, *Pix optima ubique ex apricis aquilonis situ. Ex opacis horridior, virusque præferens, frigida hyeme deterior ac minus copiosa ac decolor.* (An itaq; scripsit Theophr. ὀλίγη ἄχρους, μοχθηροτέρα, nec præter rationem,) *quidam arbitrantur in montosis copia præstantiorem ac colore, & dulciorem fieri, odorem quoque gratiorem dum resina fit: decocta autem minus picis reddere, quoniam in serum abeat; tenuioresque esse ipsas arbores, quam in planis: sed has & illas serenitate steriliores.* Theophrastus tenuiorem resinam fluere ex Idæa pino tradit, crassiorem ex maritiana, Plinius præter veritatem arbores tenuiores esse tradit. Nam quod Theophrastus de pice cruda, id ille de resina. Illud non omittendum, verba Plinii aliter, atque aliter in manuscriptis codicibus reperiri. In quibusdam enim codicibus legitur: *præstantiorem ac coloratiorem*, in aliis, *quidam arbitrantur in montosis copia præstantiorem ac colore, & dulciorem, odore quoque gratiore dum resina* fit: scripsisse quoque videtur Theophrastus εὐωδεστέραν, non uti docti corrigunt εὐχρωτέραν, quod ex cap. x, lib. III probatur; ubi Idæam pinum picem præbere ait nigriorem, dulciorem, tenuiorem, odoratiorem: ni forte placeat legere utrumque εὐχρωτέραν, καὶ εὐωδεστέραν; quomodo in emendatioribus codicibus scriptum testantur viri doctiores. Ex hoc etiam loco, Norwegicam picem optimam esse cognoscimus, utpote quæ adferatur ex regione aquilonari — Ὠμὴ dicitur pix, quæ in suo genere perfecta quidem est, sed quæ nullam ab externo calore mutationem, aut alterationem perpessa est: sic ὠμήλυσις farina, hordeacea cruda dicitur, ad differentiam polentæ, quæ torretur: sic ὠμόλινον linum crudum, quod nondum maceratum est, vel quod nullam mutationem ab aqua vel lixivio perpessum fuit. Plinius loc. citato: *sed has & illas serenitate steriliores, fructum quædam proximo anno ab incisu largiuntur, aliæ secundo, quædam tertio. Expletur autem plaga resina non cortice, nec cicatrice quæ in hac arbore non coit.* In altero Salmanticensi codice scribitur, *sed has & illas serenitate steriliores fieri. Quædam proximo anno ab incisura largiuntur.* Melior alterа hæc lectio, *quædam proximo anno largiuntur resinosum, nempe & pinguem confluxum sive resinam, qua plaga ceu vulnus repletur. Male proximo anno,* inquit, quasi proximus annus, & secundus non foret idem. Eodem inquit anno Theophrastus probatæ pini vulnus repletur, mediocris secundo. Ex hoc loco Plinii ἀντὶ ἀλλὰ τῆς πίττης, restitui ῥητίνης. Expletur planè non renascente ligno, aut cortice, sed resina. Veram lectionem ῥητίνης esse, vel eo argumento probatur, quod pix non manat ex arboribus, verum resina. Quæ sequuntur, non intellexit magnus Gaza. Vult Theophrastus resinam fieri triennio, necesse autem esse ligno, quid alimenti suppeditari, quoniam exacto triennio tæda detrahitur, ex qua usta pix fluit. Reperitur & alia lectio, ἐργασίᾳ διὰ τούτου χρόνου μὴ γίνεται τῆς πίττης. id est, *ex arboribus ad resinæ confluxum vulneratis, toto hoc triennio pix non conficitur.* Quæ sequuntur supra examinavimus.

ΚΕΦ. Γ.

CAP. III.

Quemadmodum pix vratur, fiantque carbones. Item de thure, & myrrha.

Τὴν δὲ πίτταν καίουσι τόνδε τὸν τρόπον. ὅταν κατασκευάσωσιν ὁμαλῆ τόπον, ὥσπερ ἅλω ποιήσαντες, ἔχουσαν εἰς τὸ μέσον σύρρουν, καὶ ταύτην ἐδαφίζωσι κατασχίσαντες τοὺς κορμοὺς, συντιθέασι παραπλησίαν σύνθεσιν τῇ τῶν ἀνθρακευόντων, πλὴν οὐκ εὔβοθρον, ἀλλὰ τὰς σχίζας ὀρθὰς πρὸς ἀλλήλας. ὥστε λαμβάνειν ὕψος αἰεὶ κατὰ πλῆθος. γίνεσθαι δέ φασιν ὅταν ἡ σύνθεσις ᾖ κύκλῳ μὲν ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν πηχέων, εἰς ὕψος δὲ ἑξήκοντα πλέον ἢ πεντήκοντα, ἢ ἑκατὸν ἀμφοτέροις· ἐάν περ ἡ δὰς τυγχάνῃ πίειρα. συνθέντες οὖν αὐτὴν οὕτως, καὶ κατασκεπάζαντες ὕλῃ, γῆν ἐπιβάλλοντες κατακρύπτουσιν, ὅπως μηδαμῶς ἐπιδιαλάμψῃ τὸ πῦρ. ἀπόλλυται γὰρ ἡ πίττα τούτου συμβάντος. ὑφάπτουσι δὲ κατὰ τὴν ὑπολειπομένην εἴσοδον, εἶτα δὲ καὶ ταύτην *ἐπισάξαντες τῇ ὕλῃ καὶ ἐπιχώσαντες, τηροῦσιν ἀναβαίνοντες κατὰ κλίμακος, ἐὰν ὁρῶσι τὸν καπνὸν ὠθούμενον. καὶ ἐπιβάλλουσιν αἰεὶ τῆς γῆς, ὅπως μὴ διαλάμψῃ. κατεσκεύασται δὲ ὀχετὸς τῇ πίττῃ, διὰ τῆς συνθέσεως τῇ ἀπορροῇ εἰς βόθυνον, ὅσον ἀπέχοντα πεντεκαίδεκα πήχεις. ἡ δ' ἀπορρέουσα τῆς πίττης, ψυχρὰ γίνεται κατὰ τὴν ἁφήν. καίεται δὲ μάλιστα δύο ἡμέρας καὶ νύκτας. τῇ γὰρ ὑστεραίᾳ πρὸ ἡλίου δύνοντος ἐκκεκαυμένη γίνεται, καὶ ἐνδέδωκεν ἡ πυρά. τοῦτο γὰρ συμβαίνει μηκέτι ῥεούσης. τόνδε δὲ τὸν τρόπον ἅπαντα τηροῦσιν ἀγρυπνοῦντες, ὅπως μὴ διαλάμψῃ. καὶ θύουσι δὲ καὶ ἑορτάζουσιν εὐχόμενοι πολλήν τε καὶ καλὴν γίνεσθαι τὴν πίτταν. οἱ μὲν δὴ περὶ Μακεδονίαν καίουσι τὸν τρόπον τοῦτον. ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ φασὶ περὶ Συρίαν οὐκ †ἐμπλάττειν τὴν δᾷδα, ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ τῷ δένδρῳ προσκαίειν, φέροντες ὄργανόν τι περιπεποιημένον, καὶ τοῦτο ‡περιαλείφοντες, εἶθ' ὅταν ἐκτήξωσι, ταύτην πάλιν ἐπ' ἄλλο περὶ ἄλλο μεταφέρειν. ὅρος δέ ἐστιν αὐτοῖς τις καὶ σημεῖα τοῦ παύεσθαι, καὶ μάλιστα δηλονότι τὸ μηκέτι ῥεῖν. πιττοκαυτοῦσι δ' ὥσπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη τὰς τερμίνθους. πεύκην γὰρ οὐ φέρουσιν οἱ τόποι. τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν ῥητίνην καὶ τὴν πίτταν, οὕτως ἔχει. περὶ δὲ λιβανωτοῦ, καὶ σμύρνης, καὶ βαλ-

* ἐπισάξαντες. Al. Bas. ἐπιφράξαντι Scal.

† ἐκπλάττειν

‡ περιάπτοντες.

Picem vrere hunc in modum consueverunt. Cum locum æqualem præparaverint, & veluti area facta concursum habente, in medium diligenter pavimentarint; truncos fissos componunt. Fere eodem modo quo carbonarii, cum carbones faciunt. Præterquam quod sine fossa opus perficiunt, lignis erectis, & inter se cohærentibus: ita vt altitudinem assiduè pro multitudine capiant. Quos fieri ajunt cum compositionem descripserunt circuitu centenorum octuaginta cubitorum.* Altitudine vero amplius sexagenorum, aut quinquagenorum: vel centum ambabus, si teda pinguissima sit. Cum igitur tædam ita construxerint, & materiam pertexerint, aliqua terra † superinfusa, undique summa cum diligentia occultant, vt ignis nulla ex parte emicare possit. Pix enim peribit, si id acciderit. Succendunt autem per aditum relictum. Dein eam quoq; partem stipant materie, & obstruunt terra. Reliquasque omnes observant, & quacunque fumum protrudi viderint, scalis scandentes, terram assidue ‡ infundunt, quo nullo pacto flamma erumpere possit. Canalis vero per medium structus acervum, picem fluentem in foveam ducit. Cubitis circiter quindecim ab acervo pix effluens tactu frigida fit. Vritur duos dies, & totidem noctes cum plurimum. Sæpe enim postridie ante solis occasum exusta jam est, rogusque cessit. Id enim evenit cum nihil reliquum est, quod amplius fluat. Totum autem tempus quo teda uritur, vigilantes observant, nequid ignis erumpat, & sacrificant atque concelebrant precantes, vt pix sibi copiosa, bonaque benignitate fiat deorum. Macedones hoc modo vtere assolent. In Asia vero Syros * non detrahere tedam ajunt, sed in arbore ipsa adurere instrumento quodam industrie fabricato. Hoc enim partem vnam accendi, qua liquefacta, aliam atque aliam vice pari successionis ignem recipere. † Finis autem operis, & cessandi indicium, cum scilicet nihil defluit. Terebinthos illi, (vt superius exposuimus) urunt: pinum enim nequaquam Syria fert. Resina & pix hoc modo fieri so-

* *In altitudinem vero maximam ad sexaginta, vel etiã quinquaginta, aut si tæda pinguis fuerit, utroq; versus ad centena.*

† *aggesta.*

‡ *adjiciunt.*

* *ictu securis non excutere.*

† *certis autem signis compertum habent, cum ab eo opere cessandum sit, potissimum autem argumentum ubi desiit fluere.*

βαλσάμου, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον. ὅτι μὲν καὶ δι' ἀποτομῆς γίνεσθαι, καὶ αὐτομάτως, εἴρηται. πολλὴ δέ τις, ἡ τῶν δένδρων φύσις. καὶ εἴ τι περὶ τὴν γένεσιν, ἢ τὴν συλλογὴν, ἢ τὸ ἄλλον ἴδιον αὐτοῖς ὑπάρχει, πειρατέον εἰπεῖν. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν λοιπῶν εὐόσμων. σχεδὸν γάρ τά γε πλεῖστα ἀπὸ τόπων ἐστὶ τῶν τε πρὸς μεσημβρίαν καὶ ἀνατολήν.

lent. De thure, & myrrha, & balsamo, & si quid aliud simile sit, tam incisura quam sponte prodire posse, dictum jam est. Nunc quæ in ortu, collectu, reliquisque propria eorum possint intelligi, explicare tentabimus. Et reliqua quoque odorata, quoad fieri possit, persequemur. Quæ omnia maxima quidem ex parte locis meridiei orientique vicinis, proveniunt.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ὀγδοήκοντα, καὶ ἑκατόν. *Varia lectio, Græce sic.* In altitudinem vero maximam ad sexaginta, vel etiam quinquaginta. Aut si teda pinguis fuerit, utroque versus ad centena. *Theodorus conjunxit* centum *cum* quinquaginta, *& dixit*, ambabus. *Scilicet* latitudini, *& altitudini. Nos* utroque versum.

Ἐμπλέξαντες. *Lego* ἐπιφράξαντες.

Καὶ ἐπιβάλλουσιν ἀεὶ τῆς γῆς. *Theodorus*, terram infundit. *Melius*, adjiciunt, aggerunt. *Fundere ad res liquidas accommodatius. Etiam in titulis jure consultorum, de iis, quæ effunduntur, aut dejiciuntur.*

Καὶ τοῦτο περικαλύψαντες. *Theodorus legit*, περιλάβοντες.

Ὅρος δὲ ἐστὶν αὐτοῖς, καὶ σημεῖα τὸ παύεσθαι, καὶ μάλιστα δηλονότι μηκέτι ῥεῖν. *Certis autem signis compertum habent, cum ab opere cessandum sit. Potissimum autem argumentum, ubi desiit fluere. Theodorus omisit* τὸ μάλιστα, *& unum tantum posuit signum.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Toto hoc capite docet modos picem conficiendi. Pix alia liquida, alia sicca est. Liquida, sive ὑγρὰ, κῶνος à quibusdam dicta. Dioscorides lib. I, cap. XCIV. πίσσα ἡ μὲν ὑγρὰ ἣν ἔνιοι κῶνον καλοῦσι. Suspecta vox hæc est & merito κῶνος nucem pini, piciæque dici, alibi abunde probavimus. Notare etiam tegmen, quo fructus aliquarum arborum includuntur, quod ab eis absolvi & separari potest, ex Theophrasto lib. I, cap. XXVIII. probari potest. ἐν μήτε τὸν κῶνον —— καρπῶν. Conum etiam galeam, turbinem, metam vocari, probatione non indiget: sed picem liquidam sic dictam esse, nusquam quod sciam, legi. Equidem κῶνιν restituendum contendunt, nomenque illud ex usu picis acquisivisse, quod in vindemia dolia, aliaque fictilia vitæ nostræ usibus necessaria, pice earum interiores partes oblinentur; ideoque picata passim dicta, & non picata: Alii vulgatam servant lectionem, deductamque volunt παρὰ τὸ κωνᾶν, unde illud κωνῆσαι, quod Hesychius interpretatur τὸ πισσοκοπῆσαι quod est *pice oblinire*. Sicca pix παλίμπισσα, quasi *pix iterum cocta*, vocatur. teste Dioscoride lib. I, cap. XCVII. καλεῖται δὲ αὕτη παλίμπισσα. Duobus quondam modis picem factam Theophrastus hoc capite docet. Antiquiores liquidam picem hunc ferè in modum conficiunt. Veteres pinos quæ prorsus tæda confectæ sunt in partes ulnæ magnitudine aut majores, vel paulo minores, securibus concidunt, eo prorsus modo quo in carbonariis fieri solet. Deinde verò area cretacea paritur, in medio paululum elata, extremitatibus æqualiter dependentibus, ut liquor è tæda resudans in canalem, totam aream ambientem, facilius defluere possit. Itaque concisam tædam in area struis congerie locant, velut in carbonis artificio, mox hac primum abietum, picearum, pinorumque frondosis ramis, undique tecta circumdataque, tum demum terra septa, lutoque obstructa, ne quovis modo flamma perrumpat, aut emicet, per foramen in cacumine paratum ignem succendunt, eadem quoque ratione qua & carbones uruntur. Quare cum desit locus, per quem flamma erumpere possit, sentiatque ob id congesta moles maximum ignis ardorem pix liquatur, ac in aream canalem cingentem fluit, ac inde per alios ductus in scrobes ligneis asseribus vestitas, ne terra ebibat, derivatur. Inde postea & dolia & cadi, & utres implentur. Operis perfecti signum, si rogus decumbat, subsidatque & liquor defluere desinat. Et hoc fere modo Macedones urebant picem, uti hoc capite scribit Theophrastus. Alio etiam modo pix à recentioribus conficitur. Magnis satis rasis terra defossis, laminam ferream multis foraminibus perviam, vel ambienti canali cinctam adaptant, super hanc furnum extruunt, tæda assulatim cæsa complent, & obturant, ignem accensum extrorsum circumdant. fervescens tæda primum aquosum sudorem, deinde sudore crassiorem fundit liquidam picem. Aquosus hic sudor à Theophrasto capite præcedenti ὀῤῥὸς πίσσης dictus est, à Galeno lib. I, κατὰ τόπους, cap. III. πισσανθὸς. Ἀλλὰ, inquit, καὶ πίτην τῇ ὑγρᾷ μετ' ἐλαίου, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον μεμιγμένην καταχρίουσι, τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ ῥίζας τῶν τριχῶν, καὶ καλοῦσι τὸ σύνθετον τοῦτο φάρμακον πισσέλαιον, ἕτερον ὂν τοῦ πισσάνθους καλουμένου, ὃ τῆς ὑγρᾶς ἐφίσταται πίττης, λεπτομερέστερον ὑπάρχον αὐτοῦ καὶ τῇ συστάσει καὶ τῇ δυνάμει. *Quin etiam picem liquidam eodem modo (quo cedria cum oleo) permistam ad radices capillorum capitis illinunt, vocantque hoc compositum pharmacum pisselæum, hoc est oleum picatum, quod omnino aliud est quod pissanthos, hoc est flos picis appellatur, quod ipsum liquidæ pici incumbit, & superstat, tenuium magis partium quam pix ipsa existens, tum compage, tam etiam facultate.* Idem repetit lib. II. cap. de pisteleo de pissantho vero, lib. II. simp. cap. XXI. Ἐλαιώδης πίττης δὲ τῆς ὑγρᾶς καὶ μᾶλλον ἔστι τὸ κατ' αὐτῆς ἐποχούμενον ἐλαιῶδες ὃ δὴ πισσανθὸν ὀνομάζουσιν ἔστι μὲν ὄντως οἷον ἄνθος τι πίττης. *Pix autem liquida, aut potius quod oleosum in ea supernè fluitat, quod utique pissanthon hoc est picis florem vocant.* Priorem Galeni locum sic exscripsisse videtur Scribonius largus cap. XL. sed præcipue picis flos quod πισσέλαιον appellant, cum oleo communi mixtum, ita ut tertia pars sit olei. Florem picis appello quod excipitur dum ea coquitur, lana super posita ejus vapori. Picis florem etiam Marcellus vocavit. Dioscorides verò quod Galenus πισσανθὸν πισσέλαιον vocat lib. I, cap. XCV. Γίνεται δὲ καὶ πισσέλαιον ἐκ τῆς πίσσης χωριζομένου τοῦ ὑδατώδους αὐτῆς, ἐφίσταται δὲ τοῦτο καθάπερ ὀῤῥὸς γάλακτι, καὶ συλλαμβάνεται δὲ ἐν τῇ ἑψήσει τῆς πίσσης ὑπερκρεμαμένων ἐρίων καθαρῶν, ὅταν ὅταν ἐκ τοῦ ἀναφερομένου ἀτμοῦ γίνηται διάβροχον, ἐκθλίβεται εἰς ἀγγεῖον, καὶ τοῦτο γίνεται ἐφ' ὅσον χρόνον ἡ πίσσα ἕψηται. *E pice fit pisselæon sive pissinum oleum, separato quod in ea aquosum est, quodque eidem velut serùm lacti supernatat, excipitur porro interea dum pix coquitur, expansis supra eam mundis velleribus: quæ postquam halitu ex ea sublato permaduerint, in vas aliquod exprimuntur, iteratur illud tantisper dum pix ea coquitur.* Viri docti Galenum l. VII. simp. πισσέλαιον vocare scribūt quod loco citato πισσανθὸν vocavit. Πισσέλαιον, inquit, ἐκ τῆς ὑγρᾶς γίνεται πίττης, ὅμοιον μὲν ὑπάρχον αὐτῇ τῷ γένει, λεπτομερέστερον δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν. *Pisselæum ex humida pice efficitur, genere quidem illi simile, sed essentiæ tenuioris.* Nec tamen sibi contradicit Galenus. Nam ubi πισσανθὸν appellari scribit, sequitur Critonem, ejusque verba citat; cum πισσέλαιον Dioscoridem. Æginetа lib. III, cap. LXXIV. ὀῤῥοπίσσην vocat. Καὶ κηρωτὴ ἡ ὀῤῥοπίσση. Antiquissimi Græci Hippocrates. Theophrastus soluta compositione dixerunt ὀῤῥὸν πίσσης. Theophrastus cap. præcedenti. Hipp. lib. de ulceribus. κάτωθεν μίξας ἀμόργην ἐλαίου, καὶ ὀῤῥὸν πίσσης ὠμόν. *Deinde amurcam & serum picis crudum immisceto.* Ὀῤῥὸν πίσσης Erotianus, τὸ ὑγρότατον τῆς πίσσης exponit, intelligitur illud picis serum, aut picis liquidæ recrementum, quod supernatat velut serum lacti. Non tantum antiquissimi auctores ὀῤῥὸν πίσσης vocarunt, sed ipse Galenus lib. I. κατὰ γένη ad finem cap. VI. ἢ πίσσης ὑγρᾶς ὀῤῥὸν καταχρίσας στυπτηρίαν ἐπίπασσε. *Aut ubi picis liquidæ serum illeveris, alumen insparge.* Nec tantum Galenus, sed eo multo recentior, Ætius ὀῤῥὸν πίσσης vocavit. Tetrab. lib II, serm. II. cap. LXIX. Sed locus depravatus est. Vulgo καὶ σταφίδα ἀγρίαν λείαν. Καὶ πίσσης ὀῤῥῷ μίξας ἐπίχριε. Lege καὶ πίσσης ὀῤῥῷ μίξας. *Et Staphidem sylvestrem tersito, & picis sero admixto illinito.* Picis florem ut dixi, Scribonius & Marcellus appellant. Columella picis liquamen, lib. VIII, cap. V. vocat. Pix sicca dicitur coctione durata, aut in doliis aut feriis in quibus servatur, diuturnitate spissata; coquitur duplici cura, aut igne tam valido, & tamdiu

tamdiu continuato, ut absumpto prorsus humore, per quem tenax est, arida, fragilis, ac rasilis fiat; aut eousque dum ad visci tantum crassitudinem coacta fit. Picem liquidam Dioscorides probat splendidam, lævem, ac synceram. Πίσσα ἡ μὲν ὑγρὰ, ἣν ἔνιοι κῶνον καλοῦσι, συνάγεται μὲν ἐκ τῶν λιπαρωτάτων ξύλων πεύκης καὶ πίτυος. Ἔστι δὲ καλὴ ἡ στίλβουσα, καὶ λεία, καὶ καθαρά. *Pix liquida, quam nonnulli conum appellant, è pinguissimis pini, piceæque lignis colligitur, probatur splendida, lævis ac syncera.* Siccæ picis genera duo, visci modo lentescens, & sicca. Dioscorides loco citato. Ἡ δὲ ξηρὰ πίσσα ἑψομένης τῆς ὑγρᾶς γίνεται. Καλεῖται δὲ αὐτὴ ὑπ' ἐνίων παλίμπισσα. Γίνεται δὲ αὐτῆς ἡ μέν τις ἰξώδης, βοσκὰς καλουμένη. Ἡ δὲ ξηρά. ἔστι δὲ καλὴ ἡ καθαρὰ, καὶ λιπαρὰ, εὐώδης τε καὶ ὑπόκιρρος, καὶ ῥητινώδης. τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ λυκιακὴ καὶ βρυτία. δύο φύσεων ἐχόμεναι, πίσσης ἅμα καὶ ῥητίνης. *Pix sicca è liquida decocta fit, à nonnullis ea palim pissa nominatur. In hoc genere quædam est visci modo lentescens, boscas cognominata: altera sicca. Probatur pura, pinguis, odorata & subrutila, ac resinosa. Talis Lycia & Bruttia, quæ quidem utramque picis simul & resinæ naturam sortiuntur.* Primam βοσκάδα fortassis vocarunt, quod in pellibus τῶν βοσκημάτων, id est pecudum, condebatur & vendebatur, vel quod pecudum scabiem sanat, vel quod illitu greges privatim signabant. Probatur, inquit, εὐώδης: Oribasius ἰξώδης legit. Neutra rejicienda lectio. Nam nec odore bono caret pix sicca, nec lentore. Talis, inquit, est Lycia. Cornarius legit Λιβυκὴ, *libyca*, & *bruttia*: Hujus mentio fit apud Lucianũ, ubi ἀντὶ βρυτία, sive βρέττια, πίττα βρεύτια legitur. Nec Strabonis codex lib. VI, Geograph. mendo vacat. Τὴν δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης μεσόγαιαν, βρέττιοι κατέχουσι, καὶ πόλις ἐνταῦθα μαμέρτιον, καὶ ὁ δρυμὸς ὁ φέρων τὴν ἀρίστην πίττην ἣν βρεττιανὴν σίλαν καλοῦσι, εὔδενδρός τε καὶ εὔυδρος μῆκος ἑπτακοσίων σταδίων. Legendũ, ἣν βρεττίαν καλοῦσιν. *Quæ supra urbem hanc sunt mediterranea, ea Brutii tenent. Ibique urbs est Mamertium, & sylva picem ferens optimam, quam Bruttiam vocant, arboribus præclare consita est, & aquæ copia prædita, longitudine* ɪↄcc. *stadiorum*. Silam sylvam esse Brutiorum, ex Plinio & Salustio constat: nec dubium, quin ex hac sylva pix hæc collecta, quod cum reticuit Strabo, nomen sylvæ ab aliquo est additum, unde corruptus postea hic locus. Hodie pars ea Italiæ, quæ olim Brutia, Calabria dicitur. Porro in codice Theophrasti vulgato, mendosè ἐπιστάξαντες, vel ut Aldin. exempl. habet ἐπιτάξαντες pro ἐπιφράξαντες legitur; quod ante nos observavit Theodorus, & sic legendũ, ipse sensus satis comprobat. Etiam ἀντὶ ἐμπλάττειν, lego ἐκπλάττειν. Detrahunt enim tædam, uti Theophrastus cap. præcedenti scripsit. Videamus, quomodo Plinius picem fieri doceat, lib. XVI, cap. XI. *Pix liquida in Europa è teda coquitur, navalibus muniendis, multosque alios ad usus. Lignum ejus concisum, furnis undique igni extra circumdato, fervet. Primus sudor aquæ modo fluit canali. Hoc in Syria cedrium vocatur. Cui tanta vis est, ut in Ægypto, corpora hominum defunctorum eo perfusa, serventur, sequens liquor crassior eam: picem fundit. Hæc rursus in cortinas æreas conjecta, aceto spissatur, & coagulata Brutiæ nomen accipit, doliis duntaxat, vasisque cæteris utilis, lentore ab alia pice differens, item colore rutilante, & quod pinguior est; è teda omnia illa fiunt.* De picis usu nihil dicam. Non enim tantum navalibus, sed plurimis aliis rebus, adversus aëris pluviæque humorem, muniendis utilis. Id vulgus novit, & quotidiana exempla probant. Flagitiosos homines, pice liquata, & in corpus effusa, olim cruciari solitos, indicat hic Plauti ex Captivis versus:

——— *At pol hic si sapiet senex*
Atra pix agitet, apud carnificem tuoque capiti illuceat.

Primus sudor, inquit Plinius, in Syria cedrium vocatur. Hic locus Bellonio errandi occasionem præbuit. Ex quavis enim resinifera arbore, fluentem liquorem cedrium vocat. Syriæ incolæ ex terebintho vel ex cedro picem urunt, quia, ut Theophrastus hoc & sequenti capite scribit, etiam lib. v. pino, picea aliisque resiniferis arboribus carent. Puto scripsisse Plinium: *Hoc è cedro cedrium vocatur*, vel *hoc in Syriæ è cedro cedrium vocatur*. In Syria præstantissimas esse cedros scribit Theophrastus lib. v. Hist. cap. IX. *Aceto*, (inquit Plinius,) *spissatur*. Bellonius pro *aceto*, *igne* legendum contendit. Vulgata lectio servari potest, si dicamus, pice, dum coctura spissatur, affundi solitum acetum, ne pix inter coquendum comburatur, & ut siccior post eam cocturam esset: Acetum enim siccandi vim habere quilibet novit. Hanc fortassis ob causam, bonæ picis, nec adustæ experimentum esse, capite sequenti ait, si fragmenta sublluceant, ac sub dente lentescant, acore jucundo. Quod Brutiam doliis duntaxat utilem inquit, falsum esse Dioscoridis verba supra citata docent. Quin etiam ipse Plinius contrarium docet lib. XXIV, cap. VII. *Spissarum, inquit, utilissima medicinæ est Brutia, quoniam pinguissima & resinosissima, utrasque præbet utilitates.*

ΚΕΦ. Δ.

CAP. IV.

Vbi thus, myrrha, casia, cinamomum gignantur. Item arborem thuris, omnem penitus aspernari cultum.

ΓΙ'νεται μὲν οὖν ὁ λίβανος, καὶ ἡ σμύρνα, καὶ ἡ κασία, καὶ ἔτι τὸ κινάμωμον, ἐν τῇ τῶν * Ἀράβων χώρᾳ, νήσῳ περὶ τε Σαβὰ, καὶ Ἀδραμύττα, καὶ Κιτίβαινα, καὶ † Μάλι. φύεται δὲ τὰ τοῦ λιβανωτοῦ καὶ τῆς σμύρνης δένδρα, τὰ μὲν ἐν τῷ ὄρει· τὰ δ' ἐν τῶν ‡ ἰδίας γεωργίαις ὑπὸ τὴν ὑπώρειαν. διὸ καὶ τὰ μὲν θεραπεύεται, τὰ δ' οὔ. τὸ δ' ὄρος εἶναί φασιν ὑψηλὸν καὶ δασὺ, καὶ νιφόμενον. ῥεῖν δ' ἐξ αὐτοῦ καὶ ποταμοὺς εἰς τὸ πεδίον. εἶναι δὲ τὸ μὲν τοῦ λιβανωτοῦ δένδρον, οὐ μέγα, πεντάπηχυ δέ τι καὶ πολύκλαδον. φύλλον δὲ ἔχειν ἐμφερὲς τῇ ἀπίῳ. πλὴν ἔλαττον πολὺ, καὶ τῷ χρώματι ποῶδες σφόδρα, καθάπερ τὸ πήγανον· λειόφλοιον δὲ πᾶν ὥσπερ τὴν δάφνην. τὴν δὲ σμύρναν ἔλαττον ἔτι τῷ μεγέθει καὶ θαμνωδέστερον. τὸ δὲ στέλεχος ἔχειν σκληρὸν καὶ * συνεστραμμένον ἐπὶ τῆς γῆς· παχύτερον δ' ἢ κνημόπαχες. φλοιὸν δὲ ἔχειν λεῖον, ὅμοιον τῇ * ἀνδράχνῃ. ἕτεροι δὲ οἱ φάσκοντες τεθεωρηκέναι, περὶ μὲν τοῦ μεγέθους, σχεδὸν οὐ συμφωνοῦσιν· οὐδέτερον γὰρ εἶναι μέγα τῶν δένδρων. ἔλαττον δὲ τὸ τῆς σμύρνης καὶ ταπεινότερον. φύλλον ‡ δὲ ἔχειν τὸ τοῦ λιβάνου. ἀλλὰ τοῦ μὲν, δαφνοειδὲς καὶ λειόφυλλον εἶναι. τὸ δὲ τῆς σμύρνης ἀκανθῶδες καὶ οὐ λεῖον. φύλλον δὲ † προσεμφερὲς ἔχειν τῇ ἐλαίᾳ· πλὴν οὖλον. ἐξ ἄκρου δὲ ἐπακανθίζον,

GIgnitur ergo thus, & myrrha, & casia, & cinamomum * regione Arabum media, circa Saba, & Adramytta, & Citibæna, & Mali: & exeunt thuris, myrrhæque arbores, aliæ super montem, aliæ in pede montis culturis proprijs. Quamobrem aliæ coluntur, aliæ vitam agunt incultæ. Montem istum præaltum affirmant, & † ningi solitum, amnes quoque de eo in plana fluere. Arborem thuris non magnam, sed quinis fere cubitis attolli, permultosque ramos gerere ferunt. Folium piri, nisi quod multo minus, & colore plane herbidum modo rutæ: corticem levem omni ex parte, lauri modo. Myrrham minorem etiam altitudine, ‡ fruticosioremque narrant; caudice duro, contortoque iuxta terram, crassiorique sura hominis, cortice læui, similique portulacæ. Alii vero, qui se vidisse affirmant, de magnitudine ferme non consentiunt. Neutram enim earum arborum magnam referunt, & minorem myrrhæ, * humilioremque. thuris folium laurinum, leveque. Myrrhæ aculeatum, non leve, ulmeo simile; crispum tamen, extrema spina horridulum, ilignei modo. Iidem ea navigatione, qua ex sinu heroum egressi, sese aquam in monte quæsisse dixere,

* Theod. χώρα μέση περί τε Σαβὰ καὶ Ἀδραμύττα, καὶ κατίβαινα.
† μάμαλι, Ald.
‡ ἰδίαις.
* συνεστραμμένον, ἐπὶ τῆς γῆς παχύτερον.
* ἀδράχνῃ.
‡ φύλλον δὲ ἀνόμοιον ἔχειν, τὸ τοῦ λιβάνου μὲν δαφνοειδὲς, vel φύλλῳ δὲ διαφέρειν τὸ τοῦ.

* regione Arabum media circa Saba, & Adramita, & Catabana.
† nive obrutum.
‡ & frutici propiorem narrant, caudicẽ habet durũ & contortũ, ab radice vero crassius, quam crus hominis, corticem levem similẽ adrachnæ, quam portulacam vocant.
* humilioremq; folio verò dissimilis esse ac quidẽ Thuris laurinũ.
† olivæ simile, sed crispum.

ὥσπερ

ὥσπερ τι τοῦ τεῤῥίνου. ἔφασαν δὲ οὗτοι κατὰ τὸν παράπλουν, ὃν ἐξ ἡρώων ἐποιοῦντο κόλπου, ζητεῖν ἐκβάντες ὕδωρ ἐν τῷ ὄρει, καὶ οὕτως θεωρῆσαι τὰ δένδρα καὶ τὴν συλλογήν. εἶναι δ᾽ ἀμφοτέρων ἐντετμημένα καὶ τὰ στελέχη, καὶ τοὺς κλάδους. ἀλλὰ τὰ μὲν, ὥσπερ ἀξίνῃ δοκεῖν πεπλῆχθαι· τὰ δὲ, λεπτοτέρας ἔχειν τὰς τομάς. τὸ δὲ δάκρυον, τὸ μὲν καταπίπτειν· τὸ δὲ, καὶ πρὸς τῷ δένδρῳ προσίσχεσθαι. καὶ ἐνιαχοῦ μὲν ὑποβεβλῆσθαι ψιάθους ἐκ τῶν φοινίκων πεπλεγμένας· ἐνιαχοῦ δὲ, τὸ ἔδαφος μόνον ἠδαφίσθαι καὶ * καθάπερ εἶναι. καὶ τὸν μὲν ἐπὶ τῶν ψιάθων λιβανωτὸν εἶναι † καὶ καθαρὸν καὶ διαφανῆ, τὸν δ᾽ ἐπὶ τῆς γῆς ἧττον, τὸν δ᾽ ἐπὶ τοῖς δένδροις προσεχόμενον ἀποξέειν σιδήροις. διὸ καὶ φλοιὸν ἐνίοις προσεῖναι. τὸ δὲ ὄρος ἅπαν μεμερίσθαι τοῖς Σαβαίοις. τούτους γὰρ εἶναι κυρίους. δικαίους δὲ τὰ πρὸς ἀλλήλους. διὸ καὶ οὐδένα τηρεῖν. ὅθεν καὶ αὐτοὶ δαψιλῶς εἰς τὰ πλοῖα λαβόντες ἐνθέσθαι τοῦ λιβανωτοῦ καὶ τῆς σμύρνης, ἐρημίας οὔσης, καὶ ἀποπλεῖν. ἔλεγον δ᾽ οὗτοι καὶ τόδε. καὶ ἔφασαν ἀκούειν, ὅτι συνάγεται πανταχόθεν ἡ σμύρνα καὶ ὁ λιβανωτὸς εἰς τὸ ἱερὸν τὸ τοῦ ἡλίου. τοῦτο δ᾽ εἶναι μὲν τῶν Σαβαίων· ἁγιώτατον δὲ πολὺ τῶν περὶ τὸν τόπον. τηρεῖν δ᾽ ἐκεῖ τοὺς Ἄραβας ἐνόπλους. ὅταν δὲ κομίσωσιν ἕκαστος σωρὸν τὸν ἑαυτοῦ, καὶ τὴν σμύρναν ὁμοίως καταλιπεῖν τοῖς ἐπὶ τῆς φυλακῆς. ἐπιθεῖναι δὲ ἐπὶ τοῦ σωροῦ πινάκιον, γραφὴν ἔχον τοῦ τε πλήθους τῶν μέτρων καὶ τῆς τιμῆς, ἧς δεῖ πραθῆναι τὸ μέτρον ἕκαστον. ὅταν δὲ οἱ ἔμποροι παραγένωνται, σκοπεῖν τὰς γραφάς. ἥτις δ᾽ ἂν αὐτοῖς ἀρέσκῃ, μετρησαμένους τιθέναι τὴν τιμὴν εἰς τοῦτο τὸ χωρίον, ἔνθεν ἂν ἕλωνται. τὸν δὲ ἱερέα παραγενόμενον, τὸ τρίτον μέρος λαβόντα τῆς τιμῆς τῷ θεῷ, τὸ λοιπὸν αὐτοῦ καταλιπεῖν. καὶ τοῦτο σῶν εἶναι κυρίοις, ἕως ἂν ἕλωνται παραγενόμενοι. ἄλλοι δέ τινες τὸ μὲν τοῦ λιβανωτοῦ δένδρον ὅμοιον εἶναί φασι ‡ σχίνῳ· καὶ τὸν καρπὸν ταῖς σχοινίσι *. φύλλον δὲ ὑπέρυθρον. εἶναι δὲ τὸν μὲν ἐκ τῶν νέων λιβανωτὸν, λευκότερον καὶ ἀοδμότερον· τὸν δ᾽ ἐκ τῶν παρακμαζόντων ξανθότερον καὶ εὐοσμότερον. τὸ δὲ τῆς σμύρνης ὅμοιον τῇ τερμίνθῳ. τραχύτερον δὲ καὶ ἀκανθωδέστερον. φύλλον δὲ μικρῷ στρογγυλότερον. τῇ δὲ γεύσει διαμασωμένοις, ὅμοιον τῷ τῆς τερμίνθου. εἶναι δὲ καὶ τούτων τὰ παρηκμακότα, εὐδοκιμώτερα. γίνεσθαι δὲ ἀμφότερα ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ. τὴν γὰρ γῆν ὑπάργιλον καὶ πλακώδη, καὶ ὕδατα πηγαῖα, σπάνια. ταῦτα μὲν οὖν ὑπεναντία τῷ νίφεσθαι καὶ ὕεσθαι καὶ ποταμοὺς ἐξιέναι. τὸ δὲ παρόμοιον εἶναι τὸ δένδρον τῇ τερμίνθῳ, καὶ ἄλλοι τινὲς λέγουσιν. οἱ δὲ καὶ ὅλως τέρμινθον εἶναι. κομισθῆναι γὰρ ξύλα πρὸς Ἀντίγονον ὑπὸ τῶν Ἀράβων, τῶν τὸν λιβανωτὸν † καταγαγόντων, ἃ οὐδὲν διέφερε τοῦ τῆς τερμίνθου. πλὴν οὗτοί γε μεῖζον ἕτερον ἀγνόημα προσηγνόουν. ᾤοντο γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ δένδρου τόν, τε λιβανωτὸν γίνεσθαι καὶ τὴν σμύρναν. διόπερ ἐκεῖνος ὁ λόγος πιθανώτερος, ὁ παρὰ τῶν ἀναπλευσάντων ἐξ ἡρώων πόλεως. ἐπεὶ καὶ τὸ ὑπὲρ Σάρδεων πεφυκὸς τοῦ λιβανωτοῦ δένδρον ἐν ἱερῷ τινι, δαφνοειδὲς ἔχει τὸ φύλλον, εἴ τι δεῖ σταθμᾶσθαι τούτῳ, ὅτι ὁ ‡ λιβανωτὸς. καὶ ὁ ἐκ τοῦ στελέχους καὶ ὁ ἐκ τῶν ἀκρεμόνων, ὁμοίως καὶ τῇ ὄψει καὶ τῇ ὀσμῇ θυμιώμενος τῷ ἄλλῳ λιβανωτῷ. πέφυκε δὲ τοῦτο μόνον τὸ δένδρον οὐδεμιᾶς τυγχάνειν γεωργίας. ἔνιοι δὲ λέγουσιν, ὡς ἡδίων μὲν ὁ λιβανωτὸς ἐν τῇ Ἀραβίᾳ γίνεται· καλλίων δὲ ἐν ταῖς ἐπικειμέναις νήσοις * ὧν ἐνυπάρχουσιν. ἐνταῦθα γὰρ καὶ † σχηματοποιεῖν ἐπὶ τῶν δένδρων οἷον ἂν θέλωσι. καὶ τάχα τοῦτό γε οὐκ ἀπίθανον. ἐνδέχεται γὰρ ὁποίαν ἂν βούληται ποιεῖν τὴν ἐντομήν. εἰσὶ δέ τινες καὶ μεγάλοι

* Al. καθάπερ εἶναι. τὸν Lege, ἢ καθαρὸν εἶναι. τὸν † εἶναι καθαρόν.

‡ σχίνῳ. Al. Bas. * σχοίνισι.

† καταγαγόντων.

‡ λιβανωτὸς ἐστὶν· καὶ

* ὧν Ἰνδοὶ ἄρχουσιν.

† σχηματοποιεῖν.

atque ita vidisse has arbores,& * lectionem notasse hoc modo ambarum: & caudices,& ramos incisos quidem,sed alios veluti securi percussos videri,alios tenuiores incisuras habere: & lachrymam aliam decidere, aliam arbori inhærere: nonnusquam etiam subjectas tegetes ex palmis contextas, alibi solum tantummodo † circumpavimentatum. Et thus, quod tegete exciperetur ‡ purum esse, atque perlucidum: quod terra, minus: quod arboribus inhæreret ferro * depecti, & corticem ideo nonnullis adjungi. Montem autem universum Sabæis divisum dixere. Hos enim loci illius dominos esse. Et justitiam inter se colere, quamobrem neminem suas arbores custodire. Vnde & thus myrrhamque sese largè ad naves in solitudine deportasse narrarunt. Illud quoque iidem se audivisse dixere, myrrham thusque collectum vndique ad Solis delubrum conuehi, quod Sabæorum esse sanctissimum inter omnia regionis illius: custodesque Arabes armatos habere. Quibus singulos, suum thus acervatum, & myrrham asportantes aliquid relinquere: posita super acervum tabella,literis significante numerum mensurarum,& precium, quod pro singulis mensuris sit persolvendum. Mercatores vero qui venerint, tabellas advertere, ejusque quod placuerit:prius dimensos, precium in eodem ponere loco, unde merces acceperint: sacerdotem deinde venire, parteque tertia precii Deo accepta, reliquum ibidem relinquere: idque servari tutissime dominis, donec acceptum venerint. Alii thuris arborem lentisco similem prodidere, & fructum quoque lentisci. Folium subrutilum. Thus † recentium arborum candidius esse, minusque odoratum: veterum flavius, odoratiusque. Myrrhæ autem arborem terebintho similem reddidere, sed scabriorem, spinosioremque. Folium paulo rotundius, gustatu proximum terebintho. Earum quoque veteres præstantiores haberi. Ambas vero nasci in eodem loco terra ‡ subargilla, & sabulosa; & aquas fonte fluentes raras admodum comperiri. Hæc ergo illis repugnant, videlicet ningi, & imbribus perlui, & amnibus locum illum exhilarari: arborum tamen istam similem terebintho esse quidam alii tradunt, nec desunt, qui terebinthum eam esse omnino putent. Arabes enim, qui thus advexere, ligna hujus arboris Antigono attulisse ajunt, quæ nihil à terebintho differrent. Sed hi quidem alteram quoque ignorantiam & quidem majorem sunt professi. Thus enim & myrrham nasci ex eadem arbore putaverunt. Quamobrem verisimilius illi narrarunt, quos ex heroum oppido profectos navi retulimus. Nam & arbos thuris, quæ super Sardes apud delubrum quoddam exorta est, fronde lauri est. Siquidem ex eadem ducere argumentum conveniat, quoniam ejus thus tam quod caudice, quam quod ramis excerpitur, proximum & visu, & adoratu, cum ardet, reliquo thuri percipitur. Sola hæc arbos omnem penitus cultum aspernatur. Ac suavius quidem thus in Arabia nasci referunt: * sed melius in vicinis insulis. In his enim & figurari in arbore posse, qua forma volueris. Et fortasse id quidem haudquicquam incredibile sit. † Siquidem pro incisura facta, figura thuris sequatur necesse est. Quoddam adeo magna gleba consistit, ut mole sua manum

* *legendi modum.*

† *esse, Thus circumpavimentatum, & tamen purum esse, sed*

‡ *purius.*

* *deradi.*

† *novellarum.*

‡ *argillosa & crustosa.*

* *sed aspectu pulchrius in adjacentibus insulis quæ sub Indorum potestate sunt. Fingunt enim in his quacunque volunt forma, dum ex arbore manat.*

† *quamlibet enim figuram incisione acquirit.*

σφόδρα τῷ χόνδρῳ· ὡς πεῖναι τῷ μὲν ὄγκῳ χειροπληθιαίας, σαθμῷ δὲ πλεῖον ἢ τρίτον μέρος μνᾶς. ἀργὸς δὲ κομίζεται πᾶς ὁ λιβανωτός. ὅμοιος δὲ τῇ προσόψει φλοιῷ. τῆς σμύρνης δὲ, ἡ μὲν στακτὴ, ἡ δὲ πλαστή. δοκιμάζεται δὲ ἡ μὲν ἀμείνων τῇ γεύσει. καὶ ἀπὸ ταύτης τὴν ὁμόχρουν λαμβάνουσι. περὶ μὲν οὖν λιβανωτοῦ καὶ σμύρνης, ἄχρι γε τοῦ νῦν σχεδὸν τοσαῦτα ἀκηκόαμεν.

implere, pondere vero plusquam tertiam partem minæ æquare possit. Thus omne * iners advehitur, & aspectu cortici simile est. Myrrhæ alia stillatitia, alia fictitia est. Probatur melior gustu. Ejusque norma concolorem accipiunt. De thure & myrrha hæc fere ad hoc usque tempus accepimus.

* rude.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

EN τῇ τῶν ἀράβων χώρᾳ, νήσῳ. *Theodorus legit*, μέσῃ.

Σχεδὸν οὐ συμφωνοῦσι. *Theodorus legit affirmativè. Non bene. Eam nanque negant altitudinem, quam illi statuebant.*

Οὐκ ἐξ ἡρώων ἐπιεικῶς κόλπῳ. *Theodorus*, ex sinu Heroum vehementer egressis. *Nescio quid sit* vehementer *hic.* Veherentur, *putarem scriptum, si convenirent casus.*

Συλλογήν. *Theodorus*, Lectionem notasse. *Melius*, legendi modum.

Ἀποξύειν, Depecti. *Sanè lana non est.* deradi.

Ὅμοιον ἐπαίφασι χοίνῳ. *Lego*, σχίνῳ. *&* σχίνου. σχῖνδες *sunt Lentisci bacæ.*

ὑπάργιλον, καὶ πλακώδη. *Plinius satis habuit*, Argillosam. *& è contrario addit*, nitrosa. *Ibi*, ὕδατα πηγαῖα πολλά. *Theodorus*, subargilliam terram, *novè & minus concinnè.* πλακώδη *autem*, sabulosam, *male: Si ita scriptum invenit: non* ἀμμώδη, *aut* ψαμμώδη. *Ego nusquam vidi argillam simul cum sabulo. Neque enim cohærent in eadem gleba naturæ hæ. Sunt sanè inconciliabiles.* Πλακώδης, crustosa *est. Omnis nanque Argillacea terra, ubi æstu coquitur, crustatur.* πλακώδης *est*, quæ reticulatim, sive plagulatim hiscit. Πλάκας *ad hunc significatum invenias apud Aristotelem.* Crevaces, *Galli.*

Τὸ ὑπὲρ σάρδεων πεφυκός. *Theodorus*, quæ super Sardes surrexit. τὸ πεφυκός, *nusquam pro eo, quod surrexit. Marcus Polus, in Adena Indiæ provincia Thus album stillare, scripsit, ex arboribus abieti similibus.*

Πέφυκε δὲ τοῦτο μόνον τὸ δένδρον οὐδαμῶς θεραπείας τυγχάνει. *Sic lege. Est igitur verè sylvestre.*

Κάλλιον δὲ ἐν ταῖς ἐπικειμέναις. *Theodorus* καλλίων, *melius. Quomodo igitur illud suavius? Nam bonitas in Thure ab odore est. Finis enim crematio; cremationis odor. Finis autem à forma, & bonitas. Dicas pulchrius visu. Mox enim declararat*, χρωματισμοῦ. *Nec me latet Thuris alium quoque usum esse. Verum hic de odore tantùm & facie.*

Καὶ τάχα τέως σοι ἀπόθεσιν. *Quia, inquit, qualem facies incisuram: talis erit receptæ intro lacrymæ figura. Quare igitur non liceat idem facere in continenti, sicut insulanis? Hoc amplius quærendum est.*

Ἀργὸς δὲ κομίζεται. *Theodorus*, iners. *Non potuit incommodius.* rudis. *Grezo, dicunt alicubi in Italia: ut puto, à lana è grege, nondum lota.*

Καὶ ἀπὸ ταύτης τὴν ὁμόχρουν λαμβάνουσι *Vbi glebam unam gustarunt, aliàs legunt, quæ similem colorem gerant: ne omnes item gustu cogantur explorare.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

HOc capite de Thure & myrrha agit. Arboris faciem non novisse veteres, ex eo palam fit, quod ex aliorum dictis, scriptisve, diversas de utraque descriptiones tradant. Quæ de utraque scribant examinabimus, & primum quidem Thuris historiam aggrediemur. Thuris arbor Græcis λίβανος; lachryma λιβανωτὸς, & λιβανωτὸς dicitur. Suidas λιβανωτὸν καὶ λιβανωτὸς ὁ καρπὸς τοῦ λιβάνου. λίβανος δὲ αὐτὸ τὸ δένδρον. Contra tamen observarunt recentiores, λίβανον pro lachryma, & λιβανωτὸν pro arbore accipi apud Euripedem. Etiam apud Dioscoridem cap: de thure, ubi λίβανον σταγονίαν vocat thuriferæ arboris succum, qui prægnante cortice inciso, rotundus suapte natura prosilit, & masculum thus dicitur. Λιβάνου & λιβανωτοῦ καρπὸς quid sit, exponendum erit. Fructus thuris ad nos non adfertur, nec Græcorum Latinorumque quisquam descripsit. Galenus in gloss. λιβανωτοῦ καρπὸν αὐτὸν ἴσως τὸν ὀνομαζόμενον οὕτως λιβανωτὸν, ἐπεὶ τό γε σπέρμα τοῦ φυτοῦ οὐ γινώσκομεν εἰς χρῆσιν ἀγόμενον. *Ipsum forte sic appellatum thus: quoniam semen thuris arboris in usum venire nescimus.* Λίβανον dictum quidam volunt, à juvene Assyrio ejus nominis, in hunc fruticem, sive arborem converso, quem, Deos studiosissimè colentem, invidi occiderunt. Hinc diis thure gratius nihil afferunt. Alii malunt à monte Libano. Sed in eo Thuris arborem reperiri, veterum nemo prodidit. Verisimilior illorum opinio, qui à λείβω, *stillo* nomen accepisse scribunt. Officinæ olibanum & Thus vocant, olibanum à Græca voce λίβανος. Thus Latini dixerunt & tus à tusis glebis. Hinc apud Statium incavaque glebis tura. Inde si nomen traxit, non per θ. sed τ scribendum, uti apud Ovidium, ni mendum librariorum sit.

Tura nec Euphrates, nec miserat India costum.

Thus à græco verbo θύω nomen accepisse verisimile est. Veteres enim Thure sacrificabant & supplicabant, Virg. XI Æneid.

Succedunt matres & templum thure vaporant.

Apud Porphyrium (ut Brodæus lib. III, cap. VIII. ait) Pythia inquit, Deum non magis lætatum fuisse, Thessalo boves auratis cornibus (χρυσοκέρως) & hecatombis offerente, quam ἑρμιονέως θύσαντος τῶν ψαιστῶν ἐκ τοῦ πηλᾶδίου τοῖς τρισὶ δακτύλοις. *quam cum hermionensis quidam ex sacculo tribus digitis de placenta libaret.* Solebant enim veteres thure ex acerra tribus digitis sumpto sacrificare. Ovid. lib. II. Fast.

Et digitis tria thura tribus sublimine ponit.

Lactant. V. Instit. Nam cruciari atque interfici malle, quam thura tribus digitis comprehensa in focum jactare. Plin. lib. XII. cap XIV. *Alexandro Magno in pueritia sive parsimonia thura ingerenti aris, pædagogus Leonides dixerat, ut illo Medos cum devicisset thuriferas gentes supplicaret. At ille Arabia potitus, thure onustam navem misit ei exhortatus ut large Deos adoraret.* Thus in sacrificiis addebant ubi purgatæ, & in partes dissectæ fuissent victimæ, antequam illarum membra incensis altaribus imponerent.

Horat. lib. IV, oda. XIX.

Hic vivum mihi cespitem, heic
Verbenas pueri ponite, thuraque
Bimi cum patera meri
Mactata veniet lenior hostia.

Thus in flammas injiciebatur, & in illud vinum è pateris. Quod ita innuit Ovidius.

Thure dato flammis, vinoque in thura profuso
Cæsareumque boum fibris de more crematis.

Falsum & præter veritatem videtur, quod Plinius lib. XIII, cap. I. scribit. *Qui primus invenerit* (unguenta) *non traditur, Iliacis temporibus non erant, nec thure supplicabatur.* De unguentis alibi. Falsum, inquam, ante Troiæ excidium thure non sacrificatum. Contrarium sacra docet pagina, Livit. c. II, vers. imo. *Anima cum obtulerit oblationem sacrificii domino, simila erit ejus oblatio, fundetque super eam oleum & ponet Thus, & deferet ad filios Aaron, quorum unus tollet pugillum plenum similæ, & olei, ac totum thus, & ponet memorabile* (vel odorem ejus) *super altare in odorem suavissimum domino.* Myrrha græcis σμύρνα & μύῤῥα. Galenus in Exegesi μύῤῥαν αἰολικὸν τὴν σμύρναν. διτταὶ αἱ γραφαί. *Myrrha pro smyrna Æolicum est: duplex enim scriptura reperitur.* Quod alia exemplaria διὰ τὸ ρ γράφοντα *scribunt.* Ab Ætolis Latinos myrrhæ vocem mutuasse, in dubium vocari non puto. Myrrhæ nomen ut Poetæ fabulantur, accepit, à Myrrha Cyneræ regis Cypriorum filia, quæ nefando patris amore

amore capta, cùm aliquot noctes, auxilio nutricis cum illo concubuisset, tandem illato lumine agnita, quum illam pater occidere vellet, noctis beneficio elapsa, in Arabiam confugit, ubi in arborem sui nominis est conversa. Ovid. x. Metamorph.

Ultima certe
Vota suos habere deos. Nam crura loquentis
Terra supervenit, ruptosque obliqua per ungues
Porrigitur radix, longi firmamina trunci,
Ossaque robur agunt, mediaque manente medulla
Sanguis it in succos, in magnos brachia ramos,
In parvos digiti, duratur cortice pellis,
Iamque gravem crescens, uterum præcinxerat arbor,
Pectoraque obruerat, collumque operire parabat.
Non tulit illa moram, venientique obvia ligno
Subsedit, mersitque suos in cortice vultus.
Quæ quanquam amisit veteres cum corpore sensus,
Flet tamen, & tepidæ manant ex arbore guttæ.
Est honor & lachrymis, stillataque cortice myrrha
Nomen herile tenet, nullique tacebitur ævo.

Idem & Græci scribunt, ac quidem his versibus Lycophron,

—— ὄψεται δὲ τλήμονος
Μύρρας ἐρυμνὸν ἄστυ, τῆς μογοστόκους
Ὠδῖνας ἐξέλυσε δενδρώδης κλάδος.

—— *Cernet autem patientis*
Myrrhæ munitam urbem, cujus puerperas
Ægritudines solvit arboreus ramus.

Propertius,

Crimen & illa fuit patria succensa senecta,
Arboris in frondes condita myrrha nova.

Myrrhæ nomen verisimile est accepisse ab odoris fragrantia, ἀπὸ τοῦ μυρέω, *ungo*, quod primum in unguentis locum obtineret. Videamus, quæ de Myrrha & Thure tradidit Theophrastus.

Γίγνεται, Thus, Myrrham, cæteraque aromata in Arabia provenire ait. Thus, myrrhamque in Arabia provenire, omnes scripserunt veteres. Arrian. lib. VII. Τῆς τε χώρας ἡ εὐδαιμονία ἐπῆγεν αὐτὸν, ὅτι ἤκουεν ἐκ τῶν λιμνῶν κασσίαν γίγνεσθαι αὐτοῖς, ἀπὸ δὲ τῶν δένδρων τήν σμύρναν τε καὶ τὸν λιβανωτόν. ἐκ δὲ τῶν θάμνων, τὸ κινάμωμον τέμνεσθαι. οἱ λειμῶνες δὲ ὅτι νάρδον αὐτόματοι ἐκφέρουσι. *Invitabat eum* (Alexander.) *præterea opulentia regionis*, (Arabicæ) *quod audisset casiam palustribus locis apud eos nasci, ex arboribus Myrrham & Thus legi, ex fruticibus cinnamomon rescindi, prata sua sponte nardum gignere.* Dioscorides etiam Myrrham, nec non Thus in Arabia provenire auctor est, lib. I, cap. LXXVII. & LXXXI. Σμύρνα δάκρυόν ἐστι δένδρου γεννωμένου ἐν Ἀραβίᾳ. *Myrrha lachryma est arboris, nascentis in Arabia.* Λίβανος γεννᾶται μὲν ἐν Ἀραβίᾳ τῇ λιβανοφόρῳ καλουμένῃ. *Thus in ea quidem Arabia gignitur, quæ thurifera cognominatur.* Quæ sit hæc Thurifera regio, videndum. Theophrastus, Thus & Myrrha quo loco nascatur scribit: ἐν τῇ τῶν Ἀράβων χώρᾳ νήσῳ περὶ τε Σαβὰ καὶ Ἀδραμυτὰ, καὶ Κιτίβαινα, καὶ Μαμαλι, ut Aldinus codex, vel μάλι ut vulgatus. Hæc examinanda nobis, χώρᾳ νήσῳ, quid sit ignoro. Doctiss. Gaza legit μέσῃ, *Arabum regione media.* Plinius lib. XII, cap. XIV. *Thura, præter Arabiam, nullis, ac ne Arabiæ quidem universæ. In medio ejus fere sunt Atramitæ, pagus Sabæorum, capite regni Sabota, in monte excelso, à quo octo mansionibus distat regio eorum thurifera, Sapa appellata, quod significare Græci mysterium dicunt. Spectat ortus solis æstivi, undique rupibus invia, & à dextra malis scopulis inaccessa. Id solum è rubro lacteum traditur. Sylvarum longitudo est schœnorum XX. latitudo dimidium ejus.* (Schœnum supra cap. X. loco citato triginta stadiis constare scripsit,) *Schœnus patet Eratosthenis ratione stadia XL. hoc est passuum quinque millia; aliqui XXXII. stadia singulis schœnis dedere* (Herodotus sexaginta lib. secundo). Malunt alii legere, Ἀράβων χερρονήσῳ; præceptoremque Ἀράβων χερρόνησον vocare Arabiam felicem, quæ peninsula erat, inter sinus Arabicum & Persicum. Arrianus lib. VII. Ἀλλ' ἀναστρέψας γὰρ παρ' Ἀλέξανδρον, ἐξήγγελλε τὸ μέγεθός τε τῆς χερρονήσου θαυμαστόν τι εἶναι, καὶ ὅσον οὐ πολὺ ἀποδέον τῆς Ἰνδῶν γῆς ἄκρον τε ἀνέχειν ἐπὶ πολὺ τῆς μεγάλης θαλάσσης. *Nam ad Alexandrum reversus, ingentem Cherronesi magnitudinem esse nunciavit, nec multum Indorum terræ cedere, eique promontorium esse longe in Oceanum porrectum.* Marcianus, καὶ ὥσπερ χερρόνησος μεγίστη πλατυτάτῳ ἰσθμῷ περιεχομένη τῇ θαλάσσῃ. Plinius lib. IV, cap. XXVIII. de felici Arabia. *Ipsa verò peninsula Arabia inter duo maria, Rubrum Persicumque procurrens, quodam naturæ artificio, ad similitudinem atque magnitudinem Italiæ mari circumfusa, in eandem etiam cœli partem nulla differentia spectat. Hæc quoque in illo situ felix.* Et hæc viri doctiores de Cherroneso; quibus ἐν Ἀράβων χερρονήσῳ scripsisse Theophrastum, meo judicio, non probatur, potior Theodori lectio. *In medio ferè ejus sunt*, dixit Plinius, quod ostendit Theophrastū ἐν τῇ μέσῃ scripsisse. Sed negant Plinium secutum Theophrast. in hac Arabicarum gentium recensione. Hoc si est, commodè χερρονήσῳ legi potest. Sabam thuriferam regionem, vel ex Virgiliano versu lib. I. Georg. notum.

Molles sua thura Sabæi.

Item lib. II. Georgicon:

—— *Sola India nigrum*
Fert hebenum, solis est thurea virga Sabæis.

Sabam Stephanus inquit urbem fuisse rubro mari proximam. Σαβαὶ πόλις μεγάλη πλησίον τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Fuit alia etiam civitas Saba dicta, in Æthiopia, quam Cambyses, ut narrat Iosephus, à sororis suæ nomine, Meroën nominavit. Sed de hac non loquitur Theophrastus, nec circa hanc Thus nascitur. Sabam σέβαι Arabum Metropolim dictam volunt, ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, id est, *venerari*; vel ἀπὸ τοῦ βέζειν, *sacrificare*. Neutrum placet. Nec est verisimile Arabicæ urbi Græcum impositum fuisse nomen. Magis arridet Iosephi sententia, qui à Saba Cusi filio, à Cham orto, Sabeos dictos dicit. A Nicandro gerræum thus laudatur.

γερραίης λιβάνοιο χύσιν περιπηγέα θάμνον. *Gerræi thuris lacbrymam quæ circum ramos concrescit.* Scholiastes γερραίης τῆς ἀραβικῆς, γέρρα γὰρ πόλις τῆς ἀραβίας. *Vrbs Arabiæ.* Stephanus, γέῤῥα πόλις χαλδαίων. *Vrbs Chaldæorum.* Meminit hujus oppidi Plinius lib. VI, c. XXVIII. Vbi turres habere inquit, ex solis quadratis molibus. Gerraium Thus itaque, quasi diceret Arabicum. Doctissimi viri ἀντὶ ἀδραμυτὰ, legunt ἀδραμῖται vel ἀδράμυται. Plin. lib. VI, cap. XXVIII. atramitæ. *Sabæi, Arabum propter thura clarissimi, ad utraque maria porrectis gentibus. Oppida eorum in rubro littore, Marane, Marma, Coloria, Sabatra: intus oppida Nascus, Cardava, Carnus, & quo merces odorum deferunt, Tomala. Pars eorum Atramita, quorum caput Sobotale sexaginta templa muris includens.* Perinde est, utrum ἀδραμίτα, an ἀδράμυτα legatur; vtrumque enim dicitur. Nam ἀτραμώπται & ἀτραμιτῖται legitur. Etiam κατίβαινα, non κιτίβαινα scribunt. Strabo. Φέρει δὲ λιβανωτὸν ἡ κατταβανία, σμύρναν δὲ ἡ χατραμωτῖτις. Regionem thuriferam Perepli auctor his verbis describit. Καὶ χώρα λιβανωτοφόρος ὀρεινὴ δὲ καὶ δύσβατος ἀέρα παχὺν ἔχουσα καὶ ὀμιχλώδη καὶ τὰ τῶν δένδρων φερόμενον τὸν λίβανον. *Regio est thurifera montana, aditu accessuque difficilis, aëre crasso, atque nubilo, ex arboribus thus producens.* Arbores thuris & myrrhæ, alias cultas, alias incultas esse scribit Theophrastus, & alias quidem supra montes, alias ad pedem montis. *At tolluntur*, inquit Plinius loco citato, *Colles alti, decurruntque & in plana arbores sponte natæ.* Scribit Garcias lib. I, historiarum cap. VI, se ex Lusitanis, qui diu in Arabia vixerunt, intellexisse thuris arborem ab Arabibus Lovan dici, ejusque duplex genus esse; alteram montanam, alteram in planis nascentem. Montana arbor montibus confragosis provenit, optimumque & laudatissimum thus profert. In planis verò nascens, thus profert nigrum, improbum, quo cum aliam arborem resinis permisto, naves picant & obliniunt, uti nos pice solemus. Idem nonnullas arboris myrrhæ thurisque dat descriptiones. Ex quibus illud, ut dixi, facile percipi potest, veteres ignorasse, quæ arborum harū facies sit. Apertè id fatetur Plinius lib. XII, cap. XIV. *Nec arboris ipsius quæ sit facies constat. Res in Arabia gessimus, & Romana arma in magnam partem ejus penetravere. Cajus etiam Cæsar, Augusti filius inde gloriam petiit: nec tamen ab ullo (quod equidem sciam) latino, arborum etiam tradita est facies: Græcorum exempla variant.* Quæ scribunt examinabimus. Primum: Thuris descriptio, uti etiam myrrhæ, à recentiorum nemine, quod sciam, confirmatur. Nisi quod Plinius lib. XII, cap. XIV. dicat ex Græcorum sententia, *Alii folio pyri, minore duntaxat, & herbidi coloris prodire.* Et de myrrha hæc capite sequenti tradit. *Arbori altitudo ad quinque cubita,* (hoc Theophrastus de Thuris arbore, quam non magnam dicit, sed quinis ferè cubitis attolli, Myrrhæ arborem

borem minorem dicit,) *nec sine spina, caudice duro & intorto, crassiore quam thuris, & ab radice etiam quam reliqua sui parte. Corticem lævem, similemque unedoni.* Theophrastus, *adrachne*, quod verbum Plinius nonnunquam unedonem, non raro portulacam interpretatur: idque, quia unedo adrachni similis, & Latinis notior. Versio præterea nos recte interpunxisse docet. Quod Lectorem admonere volui. Ἐπὶ γῆς *ab radice*, ex Plinio, reddidi, *ea parte quæ terræ ac radici propior.*

Οὐδέτερον γδ. Alii, inquit, arborem vtramque non magnam esse referunt, sed minorem myrrhæ. Locus admodum depravatus. Φύλλον scriptum est, δ᾽ ἔχειν τὸ τῷ λιβάνῳ, ἀλλὰ τῷ μὲν δαφνοειδές. An vtraque arbor habet folia thuris, ac thus laurina? Illud nemo non videt esse ineptum, & stolidum: Dissimilia plane sunt laurifolia & oleæ. Restitui, φύλλον δ᾽ ἀνόμοιον ἔχειν. Vt sensus sit, magnitudine utramque arborem convenire, verum folio plane differre. Ac thus lauri, myrrham oleæ simile ferre. Nec magna mutatio, si legamus, φύλλῳ δ᾽ διαφέρειν τὸ τῷ λιβάνῳ μὲν δαφνοειδές. Folio esse laurino thus, repetit ad finem capitis; quem locum exscripsit Plinius. De myrrhæ facie hæc Plinius, *Scabrum alii, spinosumque dixerunt folium, olivæ; verum crispius & aculeatum, juba olusatri.* De juba nihil Theophrastus, nec jubam fert olusatrum arboresque. Sed vult Plinius, Iubam regem folium myrrhæ, olusatro simile scripsisse. Capite præcedente thus ex Iubæ sententia his verbis describit. *Iuba rex iis voluminibus quæ scripsit ad Cajum Cæsarem Augusti filium, ardentem fama Arabiæ, tradit contorti esse caudicis, ramis aceris, maximè pontici*, (vide quæ supra cap. de acere) *succum amygdalæ modo emittere, talesque in Carmania apparere, & in Ægypto satas studio Ptolomæorum regnantium. Folium olivæ simile.* Recte itaque legitur ἐλαίας, cùm antea πτελέας legeretur.

Sequitur Thuris legendi modus. Supra capite præcedenti & incisura, & sponte manare scripsit Theophrastus. Hoc loco docet diversa incidendi ratione uti Arabes. Addit aliud Thus decidere; aliud adhærere cortici; insuper aliud subjecta tegete colligi, aliud in terram cadere, sed circum pavimentatam, utrumque purum esse, sed purius quod in subjecta tegete colligitur, minus purum quod in terram cadit. Quod vero cortici adhæret impurum esse. Nec hoc præter rationem, idque quia ferro deradi debet. Quod fieri nequit, quin aliquid corticis adhæreat. Improba est lectio. Μόνον ἠδάφιοῦ καὶ καθαρὸν εἶναι. Lego, καθαρὸν εἶναι, & mox εἶναι μᾶλλον καθαρόν. Pro quo vulgo, καὶ καθαρὸν legitur. Impurius etiam illud esse, quod in terram pavimentatam cadit, quam quod in subjectam tegetem, præter rationem non est. Nam facilius terræ quid adhæret, quam tegetibus. Plinius loco citato, *Meti semel anno solebat, minore occasione vendendi. Iam quæstus alteram vindemiam affert. Prior, atque naturalis vindemia, circa canis ortum, flagrantissimo æstu, inciden tibus qua maximè videatur esse prægnans, tenuissimusque tendi cortex. Laxatur hic plaga, non adimitur. Inde prosilit spuma pinguis. Hæc concreta densatur, ubi loci natura poscat, tegete palmea excipiente, alicubi area circumpavita. Purius illo modo, sed hoc ponderosius. Quod in arbore hæsit, ferro depectitur; ideò corticosum. Purius*, inquit, *illo modo*, nempè tegete palmea si excipiatur, ponderosius, si area circumpavita. An itaque ἀντὶ καθαρὸν scriptum fuit βαρύ. Non enim est præter rationem, gravius esse, ob terram quæ facile illi admisceatur. Nec præter rationem purum esse, impurius tamen eo quod in tegete colligitur. Proxime ad vulgatam lectionem accedit καθαρόν, quam lectionem idcirco præfero, nec puto scripsisse Theophrastū, βαρὺ εἶναι. Tantum enim ponderis non assumit, ut ideo mereatur ponderosum dici. Quin etiam καθαρὸν scriptum fuisse, quæ sequuntur apud Theophrastum satis ostendunt. Doctissimus etiam Gaza legit καθαρόν. Sed non animadvertit ἀντὶ, καὶ, legendum μᾶλλον. *Et purum*, inquit, *thus quod tegete exciperetur, purum esse, atque perlucidum.* Sensum nullum hæc lectio habet. Tautologia est dicere, purum thus quod tegete exciperetur purum esse. Impurum esse nequit quod purum est. Vnum tantum Thuris genus novit Peripli auctor, quod cortici adhæret. Ἔστιν τὰ μὲν δένδρα λιβανοφόρα ὁ μεγάλα λίαν ἐδὲ ὑψηλά. Φέρει δ᾽ ἐπὶ τῷ φλοιῷ πηγνύμενον τὸν λίβανον, ὡς τινα καὶ παρ᾽ ἡμῖν ἐν Αἰγύπτῳ δένδρων δακρύει τὸ κόμμι. *Arbores illæ thuriferæ non admodum magnæ sunt, atque proceræ, ipsumque thus producunt, in cortice concretum, quemadmodum apud nos in Ægypto, nonnullis ex arboribus gummi lachrymarum instar promanat.*

Τῶν Σαβαίων. De moribus Sabæorum hæc Plinius loco citato. *Sylva divisa*, (Theophrastus montem inquit divisum) *certis portionibus mutua innocentia tuta est. Neque ullus saucias arbores custodit. Nemo furatur alteri. At hercule Alexandriæ, ubi thura interpolantur, nulla satis custodit diligentia officinas. Subligaria signantur opifici. Persona adjicitur capiti*, (ne videat opifex quà adeundum sit ad furtum, quàve exeundum,) *densusque reticulus. Nudi emittuntur. Tanto minus fidei apud nos pœna, quam apud illos sylvæ habent.* Nec tantum apud Sabæos sine ulla custodia, sed etiam per totum sinum Sachaliticum. Peripli auctor, Μεταχειρίζεται δ᾽ ὁ λίβανος ὑπὸ δούλων βασιλικῶν, καὶ τῶν ἐπὶ τιμωρίᾳ πεπεμμένων. *Thus illud à regiis servis, atque suppliciis addictis, tractatur atque colligitur.* Idem, Παρ᾽ ὅλον δ᾽ τὸν σαχαλίτην κόλπον κείμενα καὶ ἀφύλακτα, δυνάμει θεῶν τινι τοῦτον τὸν τόπον ἐπιτηρούντων. Οὔτε γδ λάθρᾳ, ὔτε φανερῶς χωρὶς βασιλικῆς δόσεως εἰς πλοῖον ἐμβληθῆναι δύναται. Κἂν χόνδρον τις ἄρῃ, ὐ δύναται πλεῦσαι τὸ πλοῖον ἀπὸ τῦ λιμένος. *Per universum autem illum sinum Sachalitum in unum quendam tumulum congestum, sine ulla custodia est, Diis nimirum quadam sua virtute locum illum tutantibus. Nam neque clam, neque aperte, sine regis permissione ac potestate, in naves importari potest. Ita ut si quis vel granum sustulerit, atque navi imposuerit, illa à Dæmone quodam retenta, minimè inde posset à portu solvere.* Garcia lib. I, cap. VI. *Eæ arboris* (thuris nempe) *illius provinciæ cedunt regi, nec cuiquam thus colligere licitum est, nisi regis permissu.* Confluunt eò negotiatores ex Adem, Xael, & aliis Arabiæ locis, & cum rege de thuris quantitate quam avecturi sunt, & de pretio convenire solent, modò laudatum sit ac legitimum.

Quomodo Thus ad alias deferatur gentes, docet idem Plinius loco citato: *Thus collectum Sabotam camelis convehitur, porta ad id una patente. Digredi via capitale leges fecere, ibi decimas Deo* (ἡλίῳ Theophrastus. Solem antiquissimos Ægyptios, fortasse etiam Arabes, pro numine coluisse constat) *quem vocant Sabin, mensura, non pondere sacerdotes capiunt. Nec ante mercari licet, inde impensæ publicæ tolerantur. Nam & benigne certo itinerum numero Deus hospites pascit. Evehi non potest nisi per Gebanitas. Itaque & horum regi penditur vectigal. Caput eorum Thomna abest à Gaza nostri littoris in Iudæa oppido* LXXX. XXVII. *millia passuum, quod dividitur in mansiones camelorum* LXII. *Sunt & quæ sacerdotibus dantur portiones, scribisque regum certæ. Sed præter hos, & custodes, satellites, & hostiarii, & ministri populantur. Iam quacumque iter est, alibi pro aqua, alibi pro pabulo, aut pro mansionibus, variisque portoriis pendunt, ut sumptus in singulos camelos denariûm* DC LXXXVIII. *ad nostrum litus colligat. Iterumque imperii nostri publicanis penditur. Itaque optimi Thuris libra* XVI. *pretium habet. Secunda* XV. *Tertia* XIV. Camelis Sabotam advectum thus testatur Peripli auctor. Ὑπέρκειται δ᾽ αὐτῆς μεσόγειος ἡ μητρόπολις σάβαθα, ἐν ᾗ καὶ ὁ βασιλεὺς κατοικεῖ. Πᾶς δ᾽ ὁ γεννώμενος ἐν τῇ χώρᾳ λίβανος εἰς αὐτὴν ὥσπερ ἐκδοχεῖον εἰσάγεται, καμήλοις τε καὶ σχεδίαις ἐντοπίαις διφθερίναις ἐξ ἀσκῶν καὶ πλοίοις. *Supra hanc Sabata metropolis mediterranea sita est, in qua rex sedem suam habet. In hac Thus quod in regione illa nascitur, ceu commune quoddam receptaculum, partim camelis, partim ratibus quibusdam vernaculis pelliceis, quæ ex utribus confectæ sunt, partim denique aliis navibus convehitur.* Sensum hujus loci esse, volunt viri docti: thus deferri utribus, vel navigiis utribus factis ad emporium Canam. Nam de emporio ipso, non de urbe Sabbathis hæc inquiunt accipienda. Medicis parum interest, an de emporio Cana, an de urbe Sabathis loquatur Auctor, nec ex ea utilitas aliqua ad ipsos accedit. Historicis hoc negotium committunt.

Ἔκαστος συνεῖ τὸν ἰσωπεδ. Ideo dixit Plinius loco citato, *Nec præterea Arabum alii thuris arborem vident, ac ne horum quidem omnes. Feruntque M. M. M. non amplius esse familiarum, quæ jus per successiones id sibi vindicent. Sacros vocari ob id, nec ullo congressu fœminarum, funerumque, cùm indicant eas arbores aut metant, pollui. Atque ita religione merces augeri. Quidam promiscuum jus iis populis esse tradunt in sylvis. Alii per vices annorum dividi.*

Φύλλον δ᾽. Aliam descriptionem Theophrastus thuris myrrhæque tradit. Nempe Thuris folium, fructumque lentisco similem esse. Plinius loco citato: *Alii lentisco*

tisco similem subrutilo. Ex recentioribus Garcias Abhorto, proregis Indiæ medicus, Thuris arborem hoc ferè modo describit. *Thuris arbor humilis est, & folia habet lentisco similia, peculiarisque est Arabiæ.* Verisimile itaque lentisci facie arborem esse. Contra Thevetus, hic à Garcia dissidet, ac tomo I. Cosmographiæ, lib. IV. scribit: *Thuriferam pinus resiniferas referre, & succum fundere, qui tempore durescit, & Thus vocatur. Cum quo granula reperiuntur, arenæ, aut sabulo similia, quæ mannam Thuris vocant. Multas regiones & insulas huius esse feraces, non solum Arabiam.* Nugandi hic occasionem præbuit Cardano, qui lib. VIII. de subtilitate hæc de Thure scribit. *Est & thuris planta — abies hæc pusilla, quæ apud Sabæos ob siccitatem cæli lachrymā hanc mittit — ut cupresso, ita libanotis abieti proxima est, quod arbusculosa ex arboris genere sit. Itaque in Apennino herbam, aut potius suffruticem libanoti dissimilem, immo ex illius genere, angustioribus foliis, acri sapore, vidi, quod ita thuris odorem, saporemque refert, ut non dubium sit, Thus non ex alio genere plantæ fluere.* Monstrosa & inepta hæc sunt, non subtilia. Nam si non nisi cœli aut soli vi differt abies à libanotide, iisdem legibus, quibus suam sanxit comparationem Cardanus, eodem sub cœlo cupressus & sabina idem erunt: hoc falsius nihil excogitari potest. Contrarium hortus Lugdunensis testatur, etiam noster. Vtriusque semen ex calidis accepi regionibus, utrumque commisi terræ, etiam quod in frigidis collegi, ex utraque sabinæ simillima, ac à cupresso diversissima surrexit. Odor, sapor, & verbo ut dicam, nihil conveniebat. Quid quæso propinquius quam Aurantia & Limonium? differunt tamen certa & præscripta specie. Quid, Galeno si credimus, myrrhæ est similius opocalpaso? Quantum & in quibus differant, suo damno, qui experti sunt, didicerunt. Præterea nemo unquam Thuris arborem similem abieti dixit: resiniferas referre jam ex Theveto audivimus. Quod, inquit, in Apennino monte se suffruticem invenisse, qui Thuris odorem & saporem referret, inde concludi non potest, ex eo genere Thus fluere in Arabia. Ridet Theophrastus illos cap. I, hujus libri, qui crediderunt ex myrrha Arabica proventuram olusatrum, quod lachrymam Myrrhæ similem ferret hipposelinum: eodem jure exploderet Cardani sententiam. Miror quod nusquam tradiderit olusatrum ac myrrham eandem esse plantam: non minus id verisimile videtur, quam Thuris & libanotidis, aut abietis eandem plantam esse. Libanotis vulgo dicitur planta à Cardano in Apennino monte reperta. Doctissimi Lobelius & Pena, quid de Thure Rupellæ intellexerint, adscribam. *Thuris limpidi, pellucidi, & resinæ cedriæ æmuli nitorem, puritatemque succini assecuti, nobis & visendi & habendi fuit copia, multis in locis, quod non malè cum Dioscoridis notis quadrat, si notas, usumque perpendas: Nam & dum adolescit, suavissimum halat odorem, & vulneribus, tumoribus discutiendi vi, nonnulla relicta adstrictione, ad robur partis opem certam fert. Rupellæ occidui maris quadriennium ferè est, cum doctus medicus Sannatus nos gummi istius glebis, arboris fructu & folio donavit: asserebat nihil tamen, sed sibi relatum à nautis utrumque trunci pino similis sobolem esse. At folium quia valde quam rarum, neque dum ab ullo depictum, hic dedimus, magis sciscitaturi, sit ne resiniferæ plantæ, quam asserturi. Est namque quod raro contingit aliis, ab imo pediculo ad summum usque cuculæ verticem, duplicatum, quasi ex geminis conflatum tenuibus tunicis, vagina, sesqui-palmum longa, instar infundibuli, hiantis histrionis speciem præ se ferentis: superne galeata videtur, quod de floribus napelli & lonchitide, non de foliis ullis memorant auctores.*

Ἔτι, Thus novellarum arborum candidius, sed minus odoratum est. Contra veterum flavius & odoratius. Plinius loco citato. *Autumno legitur ex æstivo partu. Hoc purissimum, candidum. Secunda vindemia est vere, ad eam hyeme corticibus incisis. Rufum hoc exit nec comparandum priori, illud carpheoton, hoc dathiaton vocant. Creditur & novellæ arboris candidius, veteris odoratius.* Purissimum inquit esse candidum, sed hoc Theophrastus minus odoratum esse dicit. *Carpheoton* vocari scribit, credo à festucacea levitate: Κάρφος enim Græcis *festuca* est. Alterum genus dathiathon, ἀπὸ τῆς δᾳδὸς καὶ τοῦ θείου, quod *incensam tædam, aut sulphur oleat.* Aut quod ἐν τοῖς θύοις in sacrificiis odorem tædæ imitetur. Sed tum scribendum δᾳδιαθὴν. Alii dadiathon legere malunt ἀπὸ τῆς δᾳδὸς, *à similitudine tædæ, aut unguinis tedacei.* Optimum etiam Thus Dioscorides candidum inquit. Πρωτεύει δὲ ὁ ἄῤῥην καλούμενος σταγονίας στρογγύλος φυσικῶς. Ἔστι δὲ ὁ τοιοῦτος ἄτμητος, λευκός τε καὶ θλασθεὶς ἔνδοθεν λιπαρὸς, ἐπιθυμιαθείς τε ταχέως ἐκκαιόμενος. *At primas tenet masculum stagonias appellatum, natura sponte rotundum. Tale autem minime sectum est, candidumque visitur, & cum frangitur intrinsecus, pingue, cum adoletur, statim ardet.* Plinius loco citato. *Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, masculum vocamus, cum alias non ferè mas vocetur, ubi non sit fœmina. Religioni tributum, ne sexus alter usurparetur. Masculum aliqui putant à specie testium dictum. Præcipua autem gratia est mammoso, cum hærente lachryma priore consecuta alia miscuit se. Singula hæc manum implere solita invenio, cum minore diripiendi aviditate, lentius nasci liceret. Græci stagoniam & atomon tali modo appellant, minorem autem orobiam.* Hæc satis sunt confusa & turbata: cur masculum vocetur, recte docet. Masculum præstantissimum esse docet Virgilius:

Verbenasque adole pingues, & mascula thura.

Mascula adoleri jubet, quod præstantissima & excellentissima sint, quod enim diis offertur, præstantissimum & eximium esse debet, primamque bonitatis gloriam obtinere. Et apud Alciphronem sic scribitur. Καὶ χοῖρον τινὰ δεῖ προτελέσαι τὴν γυναῖκα καὶ παρασκευάσαι τινὰ ζῷα ἱερεῖα, καὶ λιβανωτὸν ἄῤῥενα, καὶ στέμμα μακρὸν, καὶ πέμματα σελήνης. Καὶ ἄγρια φύλλα τῶν ἀνθρώπων. Masculi Thuris multis in locis meminit Galenus; uti lib. x. κατὰ τόπους, cap. II. Eodem libro cap. III. scribitur λιβάνου ἄρτου γο δ. Ἄρτος Hippocrati sæpe formam, qua panes fieri solent, denotat. Sic ἀρτίσκοι dicuntur, qui alias trochiscoi. Vulgatam si servamus lectionem, massam accipi oportet, ut inter mannam & minora fragmenta distinguatur. Sed fortasse corruptus codex. Ac ἀντὶ ἄρτου ἀτόμου, vel ἀτμήτου legendum, quo nomine Dioscorides & Oribasius optimum Thus appellari scribit, vel λιβάνου ἄῤῥενος, uti capite præcedenti. Nec inepte λιβάνου ἀκράτου restituetur, Thuris puri drachmas quatuor. Sunt, qui Plinium notant, quod masculum à mammoso distinxerit. Rem, inquiunt, prorsus eandem separat, quia diverse expositam reperit. Thus masculum aliqui dici putabant, quod testiculorum speciem referret. Idem erat & mammosum: nam eadem figura est, geminæ mammæ & testiculorum, ita formabatur thus cum hærente & pendente adhuc gutta priore, consequebatur alia, quæ miscebat se, & priorem geminabat. Hoc thus quidam masculum vocabant. Alii mammosum à mammarū figura: tamen diversum est mammosum, & masculum. Falluntur hi viri, etiam doctissimi. Autopsia docet mammosum thus oblongis grumis quandoque singulis, quandoque geminis mammarum pendularum instar compositum. Masculum parvis, rotundis, candicantibus, aut flavis grumis, avellanæ æqualibus, nonnunquam minoribus, non raro majoribus, partim singulis, partim geminis veluti testiculis cohærentibus constare. Quod autem statim subjungit Plinius, singula hæc manum implere, nihil facit ad rem, & alieno loco insertum est. Præcessit de mammoso, quod ex geminatione guttæ manantis formatum est: subjungit, hæc singula manum implere solita, quasi maxima illa grana sic fierent, quæ ex duplici gutta constarent. Exscripsit verba Theophrasti, quæ ad capitis finem reperiuntur, ac ineptè hoc loco inseruit. Nec minus ineptum, quod sequitur, Græci stagoniam & atomon tali modo appellant. Videtur velle stagoniam & atomon propriè Græcis appellari thus hujusmodi, cujus singula grana manum impleant, quod est præter veritatem & nihil tale apud Theophrastū, qui raro id evenire innuit, ut singulæ glebæ manum impleant, etiam de Indico, (pace Garciæ hoc dicere liceat) non Arabico loquitur. De Indico plura infra. Σταγονίας dicitur ἀπὸ τῆς σταγόνος, *à gutta*, quod rotundum, guttatim manans, efflueret. Oribasius ἀντὶ ἄτμος, legit ἄτμητος, *individuum*, quod sectionem non passum fuit. Ἀτμήτου λιβανωτοῦ, meminit Polemon apud Athenæum lib. XI, pag. 426. Καὶ οὕτως ἀφιᾶσιν εἰς τὴν θάλασσαν, κεράμεον κύλικα καθέντες εἰς αὐτὴν ἄνθεα, καὶ κηρία, καὶ λιβανωτὸν ἄτμητον, καὶ ἄλλα ἄττα μετὰ τούτων ἀρώματα. *Projiciunt in mare calicem fictilem cum floribus, favis non secto thure aliisque non nullis aromatibus.* Hæc lectio probatur Hesychii auctoritate; ἀκτομὸν ἐκλιβανος καὶ ἄτμητος λιβανωτὸς. Sed perinde quam

quam sequamur lectionem & ἄτμον, & ἄτμητον non sectum, vel sectionem non passum denotat. Probabilior Oribasii lectio. Myrrhæ arborem Therebintho similem esse inquit, sed scabriorem spinosioremque. Plinius lib. cit. cap. xv, ἀρκεύθῳ legisse videtur, *aliqui similem junipero, scabriorem tamen spinisque horridam, folio rotundiore, sed sapore juniperi.* Aliam ab hac plane diversam, Thuris myrræque dat descriptionem, Diodorus l. v. Ἡ δὲ φύσις τοῦ λιβανωτοῦ καὶ ἡ κατασκευή ἐστι τοιάδε· δένδρον ἐστὶ τῷ μὲν μεγέθει μικρὸν τῇ δὲ προσόψει τῇ ἀκάνθῃ τῇ αἰγυπτίᾳ τῇ λευκῇ παρεμφερὲς, τὰ δὲ φύλλα τοῦ δένδρου ὅμοια τῇ ὀνομαζομένῃ ἰτέᾳ, καὶ τὸ ἄνθος φύεται ἐπ' αὐτῷ χρυσοειδές. ὁ δὲ λιβανωτὸς γινόμενος ἐξ αὐτοῦ, ὀπίζεται ὡς ἂν δάκρυον. τὸ δὲ τῆς σμύρνης δένδρον ὅμοιον ἐστὶ τῇ σχίνῳ, τὸ δὲ φύλλον ἔχει λεπτότερον, καὶ πυκνότερον. ὀπίζεται δὲ περισκαφείσης τῆς γῆς ἀπὸ τῶν ῥιζῶν· καὶ ὅσα μὲν αὐτῶν ἐν ἀγαθῇ γῇ φύεται ἐκ τούτων γίνεται δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἔαρος καὶ θέρους, καὶ ὁ μὲν πυῤῥὸς ἐαρινὸς ὑπάρχει διὰ τὰς δρόσους ὁ δὲ λευκὸς χειμερινός ἐστι. *Natura, Thuris & collectio ad hunc se modum habet. Arbor est pusilla, albæ Ægyptiorum spinæ,* (vide l. IV, c. III hist. Interpres κυάμου *faba*) *adspectu similis, foliaque salicis refert. Florem gerit aurei coloris, ex cujus cortice inciso succus instar lachrymæ exstillat. Myrrhæ arbor lentisci formam imitatur, sed folium habet tenuius, magisque constipatum, effossa circum radices terra,* (quod ablaqueare dicunt) *succus emanat. quæ in bona existunt terra,* (idem ferè Plinii verba supra citata, *autumno*, inquit, *legitur — corticibus incisis*) *bis quotannis, in vere scilicet & æstate succum emittunt. Vernus equidem ruffus est ob rorem, sed hyemalis album habet colorem.* Hyemalem vocat, qui autumnali tempore, ex æstiva incisione colligitur. Vernum: qui vere colligitur ex hyberna. Illud notandum, quod Dioscorides non Thuris, sed Myrrhæ arborem spinæ Ægyptiæ similem dicat. Theophrastus jam dixi Thuris arborem comparet lentisco. An Diodori, an librarii (qui alterum pro altero scripsit) error hic asserere neque verisimile Diodori. Dioscorides lib. I, cap. LXXVII. σμύρνα δάκρυόν ἐστι δένδρου γεννωμένου ἐν Ἀραβίᾳ ὁμοίου (vulgo ὅμοιον) τῇ αἰγυπτιακῇ ἀκάνθῃ, οὗ ἐγχαρασσομένου ἀποῤῥεῖ τὸ δάκρυον εἰς ὑπεστρωμένας ψιάθους. τὸ δὲ ἐπὶ τῷ στελέχει περιπήγνυται. *Myrrhæ lachryma arboris nascentis in Arabia Ægyptiæ spinæ similis, qua quidem incisa lachryma in substratas tegetes destillat, pars vero circa caudicem ipsam concrescit.* Acatiæ arbori *non dissimilem esse myrrhæ*, ex Theophrasto colligi etiam potest, contortam enim dixit & spinosam. Vide quæ cap. de Acacia. Thuris arborem lentisco similem scripsit Theophrast. Plinius, & ex recentioribus Chareias, qui Myrrhæ lentisco similem dixerit repperi neminem.

Γινέσθαι, Vtramq; arborē inquit nasci in terra argillosa & crustosa, &c. Male Theodorus πλακώδη *sabulosa* vertit. An itaque legit ἀμμώδη, aut ψαμμώδη? Neutrum arridet. Non cohæret argilla cum sabulo, dissimiles naturæ & inconciliabiles. Servo itaque πλακώδη omnis enim argillacea terra, ubi æstu coquitur crustatur. Plinius loco citato: *Terram argillosam esse convenit, raris fontibus ac nitrosis.* Nitrosos fontes esse non scripsit Theophrastus, nec inde non esse verum colligi non potest.

Τὸ δὲ περύμοιον. Non desunt, inquit, qui terebintham similem thuris arborem esse ajunt? Hunc locum his verbis exscripsit Plinius: *Quidam*, inquit, *terebintham esse, & hoc visum Antigono regi allato frutice.* Theophrastus non fruticem, sed lignum allatum scribit.

Οἱ ἐν τὸ δὲ. Alii, inquit, Thus myrrhamque, ex eadem arbore nasci scribunt. Plinius loco citato: *Nec non fuere qui è thuris arbore utrumque nasci mentirentur.* Sanè parum hoc verisimile, nam dissimilis nimium lachryma.

Ἐπεὶ τό. Probat eorum opinionem, qui lauro similem dixerunt. Plinius loco citato: *Cortice lauri esse constat, quidem & folium simile dixerunt. Talis certe fuit arbor Sardibus. Nam & Asiæ reges serendi curam habuerunt.* Quod Theophrastus probabile dicit, id Plinius affirmat. Probat verisimile admodum facie laurina thuris Arabicæ arborē esse, quia Thus quod collectum ex arbore circa Sardes nata, proximum visu odoratuq; erat thuri in Arabia collectum. Quod addit Thuris arborem planè cultum omnem aspernari, sibi contradicere videtur. Nam ad principium capitis dixit, quasdam coli, quasdā agere vitam incultam. Dicendum inde non posse concludi non aspernari cultam, vel dicendum respectu reliquarum arborum, hanc non videri culturam.

Καλλίων. Plinius loco citato: *Quidam in insulis melius putant gigni. Iuba insulis negat nasci.* καλλίων dixit præceptor, id est, *visu pulchrius.* Si enim quod in Arabia nascitur suavius, quomodo melius quod in insulis provenit? Bonitas enim Thuris ab odore est. Omisit doctiss. Gaza, ἐν ταῖς ὑπάρχουσι, credo quod depravata. Lego ἐν ταῖς ὧν ἄρχουσι. *In insulis quæ sub Indorum imperio sunt.* Ab his insulis thuris aliud genus Indicum dictum. Quod ignorarunt ii, qui veterum scripta hac de causa rodunt. Per universam Indiam, inquit Archiater proregis Indiæ, Thus non nasci certum est, cum quicquid Thuris hic consumitur, & hinc in Lusitaniam evehitur ex Arabia deferatur. Non possum ergo non mirari à quo Dioscorides, (quem tamen Avicenna lib. 2, cap. 525 secutus est) Thus in India nasci acceperit, de Arabibus minus mirum, qui nigricantem colorem, quo Thus Indicum præditum esse vult Dioscorides. Indum plerumque vocent, ut ex myrobalano nigro, quem Indum appellant, patet. Indum vocarunt Græci, non quod in terra ipsa Indiæ continente nasceretur, sed in insulis Arabiæ adjacentibus, quæ tum temporis erant, sub Indorum potestate, quæ deinde ab Arabibus fortasse sunt recuperatæ, & hodie sub eorum sunt principatu. Adscribam verba Dioscoridis, quia huic Theophrasti loco multum lucis præbent. Ὁ δὲ ἰνδικὸς ὑπόκιῤῥός ἐστι καὶ πελιδνὸς τὴν χρόαν. γίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν ἐπιτήδευσιν στρογγύλος· τέμνοντες γὰρ αὐτὸν εἰς τετράγωνα σχήματα καὶ βάλλοντες εἰς κεράμια, κυλίουσιν ἕως ἂν ἀπολάβοι τὸ στρογγύλον σχῆμα χρόνῳ δὲ ὁ τοιοῦτος ξανθοῦται ἄτομος ἢ σύαγρος καλούμενος. *Indicum vero subfulvum est, & livido colore, sed rotundum etiam arte & industria factitatur. Nam in quadrangulares formas dissectum fictilibus tamdiu versant, atque volutant, donec formam rotundam contraxerit. Verum hujusmodi thus tempore flavescit, atomumque aut syagrium vocatur.* Dissectum, inquit, in quadrangulares formas. Theophrastus accipere quamlibet formam ait, pro incisione quā ipsi thuri, dum manat ex arbore dare vis. Quod non percepit interpres, qui vertit. *In his enim & figurari — siquidē pro incisura facta, figura Thuris sequatur necesse est.* Non arbor incidatur, sed thus in arbore dum manat, ut quodlibet σχῆμα accipiat. Nec enim incisura arboris formam dare potest. τοῦ δακρύου *fluenti lachrimæ.* Thus Indicum, non arbor thuris, ut docet Dioscorides ἔντομας incisiones patiebatur, ut in rotundam figuram formaretur. Ideo etiam dixit Theophrastus, Thus insularum καλλίω existere, quia longe absolutior illi rotunditas quærebatur arte, quam natura in Arabico rotundum fluit illud, & granis minutis; contra Indicum largè manabat, maximis, inæqualibus, pondere sextantalibus & trientalibus, vel majoribus glebis, vel ut Theophrastus, manualibus, ut mole sua manum implere possint. Quod ut Arabicum mentiretur, in varias, dum fluit, formas secatur, dein versatur, ac volutatur in fictili aliquo, usque rotundum sit, subfulvum & lividum inquit, id est nigricans. Hoc Thuris genus ἄτομον dictum scribit. At codicem depravatum doct. Botanici rectè judicant. Quomodo autem restitui debeat, non satis inter illos convenit, quidam vocem hanc irrepsisse putant, ac abundare, ac idcirco delendam. Marcellus ἔντομος restituit. Quæ correctio Manardo non placet, qui vocem ἄτομος servandam dicit, sed quomodo vertendum sit, dubitat. *Non enim video*, inquit, *quid Thuri bonitatis accrescat, si nihil ab eo derasum, desectum, ablatumque fuerit, aut quæ ab eo perfectio tollatur, si qua particula auferatur, cum possit aliquid deradi, quod si minus adsit, speciosum & efficax reddit, quod rheobarbarico aliisque medicamentis quotidie contingit, sed gummis atque omnibus ferè quæ ad usum hominis veniunt. Si individuum quoque dixerimus, nescio an mentem Dioscoridis exprimemus. Ego si vertendus esset hic locus, non sectum dicerem. Sicuti enim quæ Græci ἔντομα, Latini appellant insecta, nec hoc à tua (id est Marcelle) interpretatione multum abest. Licet aliam in appendice lib. I vadearis habere sententiam, posset forte, nec absque ratione insectile, hoc est quod facile secari non potest intelligi. Id enim quandoque ea voce significari lib. v, Philos. scribit Aristoteles.* Hactenus Manardus, cujus opinionem neutiquam probo, quod omnem sectionem admittat, variamque incisione acquirit figuram, ac facillimè secatur, quare Marcelli correctionem approbo: nisi quis mallet, quod sectione pulchrius evadat, omnemque formam acquirat, εὔθυμος legere, vel Mathioli sequi opinionem, qui delendam hanc vocem inquit, quod apud Oribasium non reperiatur. σύαγρος, inquit, *vocatur.* Marcellus in optimo codice σύαγρος legi scribit.

scribit. Quam lectionem Aldus secutus est. Nullo modo hæc tolerari potest. Nam idem σταγεὺς quod σταγόνιος, utrumque ἀπὸ τοῦ στάζειν quod Arabico Thuri, ut non semel dictum, proprium, & quod in rotunda gutta decidit fluitve ex arbore. Contra Indicum ubertim, magnaque gleba fluit, adeo ut manum nonnunquam impleat. Quare ἀσταγής legendum, quod non guttatim, sed affatim fluat. Theophrastus enim χειροπληθιαῖος esse scribit, id est manum implens. Ἀσταγεὺς, idem quod ἀσταγὲς, quod πολὺ καὶ λαβρῶς teste Hesychio significat. Idem ἄσταντον οὐ κατὰ στάζειν ἀλλὰ ῥύδην. Sed cur vulgata lectio quæ etiam apud Oribasium reperitur servari nequit. Syagrum promontorium est sinus Sachalitis in Arabia felici, non longe à Thurifera regione, ubi portus erat & castrum, thurisque quod ex tota regione colligebatur horreum, Auctor Peripli Σύαγρος ἐφ' ᾧ φρούριόν ἐστι τῆς χώρας καὶ λιμὴν καὶ ἀποθήκη τοῦ συναγομένου λιβάνου. Thus Indicum syagrum vocatur, quod veteres crederent, ex insulis quæ sub Indorum erant potestate, deferri thus ad promontorium Syagrum. Sic cinnamomum μόσυλον, casia μοσυλῖτις, à promontorio Mosylo dicebatur. Marcellus non σύαγρον, sed συαγρίτην λιβανωτὸν, gentilis nominis adjectiva forma legendum contendit. Sed jam dixi κιννάμωμον μοσυλον ἀπὸ τοῦ μοσύλου ἐμπορίου dici, pro μοσυλικόν. Sequitur apud Dioscoridem Δευτερεύει δὲ ὁ Ἀραβικὸς καὶ ὁ ἐν ἀμήλῳ, ὃν ἔνιοι κωπίσκον καλοῦσι, μικρόθραυστος καὶ κιρρότερος ὤν. λέγεται δέ τις καὶ ἀμωμίτης, ἄλλως μὲν λευκός. ἐν δὲ τῇ καταλάξει ὑπείκων ὡς μαστίχη. δολοῦται δὲ πᾶς λίβανος τῇ πιτυΐνῃ ῥητίνῃ μεθοδευομένῳ καὶ κόμμει, ἐλέγχεται δὲ ἐν θυμιάσεσι, τὸ μὲν γὰρ κόμμι οὐκ ἐκφλογοῦται θυμιώμενον, ἡ δὲ ῥητίνη εἰς καπνὸν ἐκτυφοῦται. ὁ δὲ λιβανωτὸς ἐξάπτεται. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ὀσμὴ τὸ ποῖον. *Secundum locum tenet Arabicus, quodque in Amelo nascitur. Id nonnulli copiscum nominant, & minus & fulvius existit. Est & genus quoddam cui amomitæ cognomen, quodq; cætera candidum quidem est, at dum mollitur subigiturque, mastiches more digitis cedit. Adulteratur porro thus omne pinea resina, & gummi artificiose tractatum. Sed maleficium facile deprehenditur; siquidem incensum gummi flammā non concipit, resina in fumū vanescit. Thus vero exardescit, hujusmodi præterea fraudem, & odor ipse prodit.* Lege ex Oribasio δευτερεύει ὀροβιαῖος. Plinius loco citato *Græci stageniam & atomon tali modo appellant. Minorem orobiam.* A figura quadam ervi, sic thus vocatum fuisse verisimile, cujus frusta vix orobi modum excedunt. Ruellius ἐν τῷ σμίλῳ legit. Marcellus, καὶ ὁ ἐν σμίλῳ, dicitque in melioribus codicibus legi μιλωτὸς, diversam coloris aut loci in quo nascitur figuram habens: *Nobis inclinat, inquit, animus, à colore sic dictum fuisse existimemus, quando hic statim subjicit, quantitate minimum esse hoc thus, & κιρρότερος, id est ruffo colore, quarum vocum altera orobiæ, altera melino, id est luteo colori respondere videtur, quod sic meliloton appellat. Alii malunt legere* καὶ ὁ σμιλωτὸς, vel καὶ ὁ ἐν σμίλῳ, *quod idem est, σμίλη & σμίλιον scalprum significat, unde thus σμιλωτὸν, quod in cortice concretum adhæserat, & scalpris deradendum erat, quod & ἐνσμιλον dici queat, glossæ scalprum σμίλη, scalpellum σμίλιον. Theophrastus* καὶ τὸν μὲν ἐπὶ τῶν φιάλων λιβανωτὸν ——— σιδήρους. Hæc opinio non arridet, non enim posset dici orobæum, nam frusta illa & majora forent nihilque orobum referrent. Deinde genus hoc Thuris pessimum esse, inquit Theophrastus, Dioscorides secundum obtinere locum. Errat itaque doctiss. vir cum hoc genus minutum corticosum & improbari scribit. Oribasius vocem hanc non habet, uti nec ὃν ἔνιοι κώπισκον καλοῦσι spuria itaque & adscititia. Quid κώπισκος significet, inquit Marcellus, incertum est nobis, ni adulterinum ea voce indicaverit Dioscorides. κωπίζειν enim Græcis ψεύδεσθαι *mentiri* significat. Alii malunt κόπισκον dici, quasi *frustulum excisum*, κόπις enim *frustrum*: unde κόπισκος. Hesychius μερίδα interpretatur τεμάχισμα θερμόν. Idem & κόπιον, glossa frustum κόπιον τόμος. alias κόπιον frustum, idem & κοπὰς & κοπίδιον &c. Κοπίσκου nomen accepit quod locum in epulis haberet ad conciliandum odorem, Atheneus lib. XIV, cap. IV in secunda mensa locum habuisse thus scribit. Apud eundem κοπίζω *cænam vel epulum ago*, significat. Κόπις etiam cæna Lacedæmoniorum. Κόπισκος itaque λιβανωτὸς, Thus quo utebantur in epulis. Thus illud est granis minutis ervo æqualibus, odore masculo simile. Aliud genus amomita vocatur, quod apud Hesychium ἄμωμον dictum reperio, ἄμωμον ἐν τοῖς ὀνομασίαις ὁ λιβανωτός. Notarunt viri docti ἄμωμον λιβανωτὸν thus esse & sincerum & inculpatum, veteresque ἄμωμον vocasse omne aroma, quod purum & non vitiatum esset. Et hoc thus genus inter ea quæ ad nos ferūtur, reperitur. *Adulteratur*, inquit Plinius *thus apud nos resina, candida gemma perquam simili, sed deprehenditur quibus dictum est modis.* Facillime resina adulterari poterat, quia ut Plinius lib. XVI, cap. X scribit: *picea plurimam resinam fundit, interveniente candida gemma, tam simili thuris ut mista visu discerni non queat, unde fraus seplasiæ.* Alius resinæ color rufus aut melleus est, quare thus illud quod adulterabatur melleum erat. Recētiores resina terebinthina adulterari quondam solebant. Sed ea thure est multo pretiosior. Nec hodie adulteratur thus. Vili enim emitur.

σταθμὸν δὲ πολλοστόν. Hunc locum Plinius exscripsit lib. XII, cap. XIV. *Etiamnum tamen inveniuntur guttæ, quæ tertiam partem minæ hoc est* XXXIX *denariorum pondus æquent.* Mira hæc sunt. Guttæ istæ quæ tertiam partem minæ pendebant, eæ ipsæ erant, quæ manum implere solitas paulo ante scripsit. Quod testatur Theophrastus quantum ad molem χειροπληθιαῖοι erant, quantum ad pondus tertiam minæ partem æquabant. Male itaque Plinius hæc disjunxit, & loci unius sententiam divisam fecit, quasi de diversis rebus exposita esset. Optimus porro Salmanticensis, & Rigaltianus codex habet XXVIII *denariorum.* Quam lectionem docti probant, quia octoginta quatuor denarii Romani, minam constituebant, cujus pars tertia viginti octo denarii. Videat lector Celsum lib. V, cap. XVII. Illud etiam addendum, Plinium Atticam intelligere minam, non Romanam: etenim hæc ex Theophrasto exscripsit, cui Romana mina incognita erat.

Plures thuris hodie habentur species, colore, figura, & magnitudine granorum differentes. Indicum quod maximis & inæqualibus glebis constat, lividum, nigricansve, candicantibus aut flavis maculis varium est. Mammosum oblongis glumis, mammarum forma compositum. Masculum parvis, rotundis, candicantibus, aut flavis grumis, interdum singulis, interdum geminis, velut testiculis, constat Orobæum minimis grumulis, ervo æqualibus odore masculo simile. Nonnunquam & cortex adhærens adfertur. Thuris pollen & farina, ex crebra in saccis concussione, manna thuris dicitur.

Ἀργὸς δὲ κομίζεται. Horum verborum sensum hunc viri docti esse scribunt, ac interpretantur. *Thus omne iners advehitur & aspectu cortici simile est; myrrhæ vero factitiæ, alia liquida adfertur, alia dura.* Dicit Theophrastus omne thus ἀργὸν advehi, nativum scilicet, & quale ex arbore fluxit, contra myrrham factitiam, etiam hujus myrrhæ quæ adfertur, aliam esse στακτήν, aliam πλαστήν. Utramque scilicet curatione & arte; sic factam. Hunc ut verum fatear sensum ex verbis Theophrasti colligere nequeo. Hæc mens est præceptoris. Thus omne advehi rude, quomodo ex arbore manavit, contra myrrham aliam adferri puram, non adulteratam, aliam contra depravatam, & fictitiam arteque corruptam. Hoc enim πλαστὸς *fictitius, adulterinus commentitius*, &c. Qui πλαστὴν *duram* interpretarit repperi neminem: contra πλαστὴν *liquidam* interpretandum facilius probari potest. Πλαστὸν enim φάρμακον Aristophanis Scholiastes exponit, medicamentum quod illinendo adhibetur. At ea non sicca, sed liquida, vel mediæ consistentiæ esse solent. Nec plinius in historia Ladani ut scribunt, ἀναπλάζειν *offas facere* vertit, sed ἀναπλάζειν μαγίδας, sic vertit. Verba Dioscoridis καὶ ἀποπιέζεται ἀναπλασθέντες μαγίδας. Ἀναπλάζω nihil aliud quam *fingo, compono.* Stacte hoc loco purum, quomodo ex arbore fluxit. Aliud quod veteres stacten vocarunt. Plinius cap. de myrrhæ. *Subdant autem sponte prius quam incidantur stacten dictam, cui nulla præfertur.* Stacten vocat myrrham quæ sponte ex arbore stillat, quod tamen præter veritatem est, & à veterum scriptis alienum. Hac occasione nonnihil de stacte nobis dicendum. Στακτὴν Tibullus Syrium rorem vocat.

Stillabat Syrio myrtea rore coma.

Στακτὴ διὰ τὸ μικρὸν στάζειν, Græcis dicitur. Theophrastus lib. de odoribus, καὶ γὰρ ἐκ κινουμένης καὶ ἐκ τῆς σμύρνης κοπτομένης γὰρ ἔλαιον ῥεῖ. Στακτὴ δὲ καλεῖται διὰ τὸ κατὰ μικρὸν στάζειν. ὁ δὴ μόνον τινὲς φασὶν ἁπλοῦν εἶναι, καὶ ἀσύνθετον τῶν μύρων. τὰ δὲ ἄλλα πάντα σύνθετα ——— οἱ δὲ τὴν ἐργασίαν τῆς στακτῆς εἶναι τοιαύτην τὴν σμύρναν ὅταν κόψωσι καὶ διατήξωσιν ἐν ἐλαίῳ βαλανίνῳ πυρὶ μαλακῷ ὕδωρ ἐπιχέειν θερμὸν, συνίζησιν εἰς βυθὸν τὴν σμύρναν καὶ τὸ ἔλαιον καθάπερ ὕλην ὅταν δὲ τοῦτο συμβῇ τὸ μὲν ὕδωρ ἀπηθεῖν, τὴν δὲ ὑπόστασιν ἀποθλίβειν ὀργάνοις. *Nam & è cinnamomo, lachryma & è myrrha. Tusa enim ex ea fluit oleum,*

oleum, quod quia minutatim stillat, Stacte vocatur. Hoc nonnulli ex unguentis unum simplex nec compositum prædicant. Nam alia omnia composita sunt. — Alii stactes confectionem talem esse, myrrham tusam & in oleo liquefactam balanino, igni lento fotam, calida perfundi, eamque cum oleo pessum velut limum sidere. Quod ubi evenit aquam collo defundi; & reliquum quod subsidit, prælo exprimi. Ad hunc locum respexisse in his versibus videtur Lucretius:

> *Si amaracini blandum, stacteque liquorem*
> *Et nardi florem, nectar, qui naribus halat*
> *Cum facere instituas. cum primis quærere par est.*
> *Quod licet ac possis reperire inolentis olivæ*
> *Naturam, nullam quæ mittit naribus auram.*

Dioscorides lib. I, cap. LXXIII, Στακτὴ δὲ καλεῖται τῆς προσφάτου ζμύρνης τὸ λιπαρὸν κοπτομένης μεθ' ὕδατος ὀλίγου, ἀποπιθλιμμένης (lege ἀποπιθλιμμένης, & refer ad prius ζμύρνης, vel lege ἀποπιθλιμμένον, & refer ad λιπαρὸν) δὲ ὀργάνῳ εὐώδης τι λίαν καὶ πολυτελής ἐστι. καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐστιν (ἐστι lege vel ποιοῦσα Aetius. εὐώδης λίαν, ἢ πολυτελής ἐστι, ἢ καθ' ἑαυτὴν μύρον καλέμενον) μύρον τὸ καλέμενον στακτή. δόκιμος δ' ἐστιν ἡ ἀμιγὴς ἐλαίῳ & ἐν ἐλαχίστῳ πλείστην δύναμιν κεκτημένη. *Stacte vero vocatur pinguedo recentis myrrhæ, cum aqua pauca cōtusæ, & organo expressæ, ea perquam odorata & pretiosa est. Quippe quæ unguentum per se faciat, quod stacte nominatur. Probatur quæ olei nihil admistum habet, quaque vel minima quantitate, vim maximam sortita est.* Ex his locis Athenæus facile intelligi potest, lib. XV. μύρον. μύῤῥα γὰρ ἡ ζμύρνα παρ' αἰολεῦσι ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν μύρων διὰ σμύρνης σκευάζεται καὶ ἥγε στακτὴ καλουμένη διὰ μόνης ταύτης. Interpres vir doctiss. locum hunc non intellexit. Vertendum μύρον, hoc est *unguentum*, quasi μύῤῥα & σμύρνα ab Aeolis, quod multa unguenta ex smyrna sive myrrha conficerentur, quod vero stacte dicitur, ex sola fit myrrha, Plinius lib. XIII, cap. I. *Myrrha & per se unguentum facit sine oleo, stacte duntaxat.* Stacte ad nos, quod sciam, non adfertur. Qui styracem liquidam veterum stactem faciunt, à vero longè absunt. Scio quod apud Serapionem cap. de styrace legatur, liquidam styracem ex myrrha primum aqua conspersa ac deinde expressa fieri; sed respondeo Serapionem in ipsa styracis historia, non unum commisisse errorem. Aliam enim plane diversam à Dioscoride storacis dat delineationē. Storacem hanc non esse stactem, vel eo probatur argumento, quod vili ematur: cum veteres omnes prætiosissimum stactem esse scripserūt. Stacte prętere amara. Talis enim myrrha, contra styrax liquida. In legitima tamen styrace liquida non obscuram reperiri amaritudinem scribit Mathiolus: penes scriptorem fides. Talis saltem ad nos non adfertur. Nec novi orbis balsamum stacte est, manat enim ex arbore, nec ex myrrha exprimitur, nec myrrhæ instar amara, levem tantum amaritudinem habet. Ex selecta, & optima myrrha stactem expressit Peninus, diu, lateque aromatum modo jucunde olentem, cum nonnulla gravitate. Myrrhæ genera optimæque notæ ex Dioscoride addere huic capiti placet. καὶ λέγεται αὐτῆς ἡ μέν τις πεδιάσιμος λιπαρὰ ἧς πιεζομένης, ἡ στακτὴ λαμβάνεται. *Myrrha quædam pediasimos, quasi campestris appellatur, pinguis ex qua expressa stacte excipitur.* Theophrastus thuris arbores vel in montibus, vel ad radicem montis nasci tradit, quæ quoniam Græcis πεδίον, πεδιάσιμον hanc myrrham vocavit. Ἡ δέ τις γαβιρεία λιπαρωτάτη ἐν ἰσχυείοις ἢ λιπαροῖς τόποις γινομένη, ἡ καὶ πολλὴν ἀνίησι τὴν στακτήν. *Alia vero gabirea, læto ac pingui solo, proveniens, quæ multam quoque stactem sudat.* A Gaba, sive Gabba Arabiæ vel Syriæ urbe nomen accepisse videtur. Τρωγλοδυτικὴ καλουμένη ἀπὸ τῆς γεννώσης αὐτῆς χώρας ὑπόχλωρος καὶ δηκτικὴ ἐστι, διαυγής. *Primas vero tenet quæ troglodytica cognominatur, à loco in quo gignitur, pallescens, ea quidem mordax per medium splendens.* Plinius lib. XII, cap. XVI. *Genera complura: Troglodytica sylvestrium prima — Probatur troglotica pinguitudine, & quod aspectu aridior est, sordidaque ac barbara, sed acrior est cæteris,* Corrigunt viri doctiss. *Probatur troglodytica pinguedine & succo, aspectu viridior, sordidaque* (alii *horrida*) *ac barbara.* Sordidam myrrham hanc esse non fit verisimile, nec Plinium sic scripsisse credo. Isiodorus myrrha autem troglitis ab insula Arabiæ dicta, ubi melior colligitur, & purior. Hinc in vetere hymno regum troglitis myrrha, pro optima ponitur.

> *Thus deo myrrham troglitici humando*
> (At alii legunt *troglodytin.*)
> *bracteas regi Chryseas ducenti.*

Trogloditæ sunt populi Æthiophiæ, cavernas incolentes, Plinius lib. VI. cap. XXIX. Troglodytę sunt dicti, quod cavos specus subirent. Τρωγλῖται hirundinis species in foraminibus & cavernis nidulantis. Sic dicta, quod in cavis & rimis turrium, ac templorum sese occultent, & in his nidum texant. Trogloditas doctiores putant gentem esse Abyssinorum, proximam rubro mari, indigenasque regnum hoc Barnagas appellare. Ὑπόχλωρος Plinius *viridior*, malo è *virore pallescens* vel *subpallescens*, vel *aliqua ex parte pallens.* Χλωρὸν *pallidum* quandoque significare alibi probavi. Galenus lib. I prognost. ad hunc Hippoc. locum. Καὶ τὸ χρῶμα τοῦ σύμπαντος προσώπου χλωρόν τε ἢ μέλαν. Hunc Celsus lib. II, cap. VI vertit. *color*, inquit, *aut niger aut perpallidus.* Et hoc probat Galenus μαρτυρία δὲ ἡ ἐπὶ τὸ χρωμα, εἰωθασι δ' ἔτως ὀνομάζειν οἱ παλαιοὶ ποτὲ μὲν τὸ ὠχρὸν, ἐνίοτε δὲ ὡς οἱ πολλοὶ πράμβας τε καὶ θριδακίνας καλοῦσι χλωράς. *Præstantissima myrrha pallescens. Vidimus,* inquiunt Adversariorum Auctoces, *in officina Guilhelmi Driasch periti pharmacopei Antwerpiensis fulvam, albescentem adeoque viridem myrrham. Itaque illud* χλωρὸν, *ut est vagum significatione, ita congruit rei facile varianti colore, si quis namque expiscetur sedulo, videbit interdum frustula viridantia, cujusmodi non unum habuimus, quod multis ostendimus. Vidimus & nos hujusmodi myrrham, sed bonitate vulgari optimæ cedebat.* Fortassis non male *subluteam* quis verteret. Talis enim myrrhæ color. Ovi luteo non inepte comparari potest. Hipp. περὶ γυν: in fluxu muliebri, ῥεῖ ὑπόχλωρον οἷον ἐξ ὠοῦ, *fluit subluteum quasi ex ovo.* Eodem libro καθαίρεται οἷον περ ἐξ ὠμοῦ χλωρὸν ὑπόλευκον. *Expurgatur luteum, subalbidum, quale ex ovo crudo.* Galenus comm. 5, in lib. VI, Epid. Αἱ τοι χλωραὶ γλῶτται τοῦ εἴρηνται σαφῶς, ἀντὶ τῶν ὠχρῶν ὑπὸ τῆς ὠχρᾶς χολῆς βαπτόμεναι χλωρὰς linguas dixit *pallidas*, vel *pallida bile tinctas.* Διαυγὴς *pellucida, splendens. Malo per medium splendens,* ut διάλευκον, διαπόρφυρον *per medium album, purpureum.* Præpositio διὰ inter cæteras significationes transitum, trajectionemq; ab altera in alteram partem, ut in diametro mathemathici ostendunt, significat. Et in compositione eandem retinet vim. Dioscorides lib. 2, cap. CXCVI, διαπόρφυρον τοῖς σπίλοις *maculis in medio purpureis,* qualis dracunculi caulis; alibi Plinius διάλευκον *medio candidum* latine fecit, puto lib. XXI, cap. VI. Vox διαυγὴς non reperitur apud Oribasium. Spuriam tamen non puto. Pergit Dioscorides. Συλλέγεται δέ τις καὶ λεπτὴ μετὰ τὴν τρωγλοδυτικὴν δευτερευομένη, ὡς ἀπαλὸς ἔσω ὡς τὸ βδέλλιον ὑπόβρωμος τῇ ὀσμῇ, ἐν ἀλεινοῖς τόποις γινομένη. *Colligitur etiamnum tenuis quædam, quæ à troglodytica secunda est, bdellii modo lentescens, odore quodammodo viroso, locis nascens apricis.* Corrigunt Marcellus & Cornarius, leguntque ἀντὶ λεπτῆ, λευκῇ, idque ex auctoritate Plinii, qui loco citato scribit. *Est & candida uno loco tantum, quæ in Messalum oppidum confertur.* Tenuitas præterea myrrhæ non competere videtur, quia globosa illa, & in offas convoluta est, quæ forma longe à tenuitate abest. Hoc genus me vidisse non memini. Vulgarem myrrham non esse Bdellium ex hoc loco probatur, quod illa non, sit mollis, sed dura. ἡ δέ τις καύκαλις λεγομένη ὑπέρευρος, μέλαινα, κατόπτος. *Alia caucalis dicitur, exoleta, nigra, & retorrida.* Sic dicitur παρὰ τὸ κεκαῦσθαι, *quod exusta quasi sit*; & hæc ad nos adfertur. Non tamen est residuum expressę myrrhæ ut quidam putant, bacillis enim suis adhæret, nigra, sicca, & retorrida. Vidi optimum myrrhæ genus bacillis adhærens, sed hoc rarissimum, nam unum alterumque tantum bacillum vidi, ἡ δὲ χειρίστη ἐν ἁπάσαις ἐργασίμη καλεῖται ψαφαρὸς & αὐχμὴς, δεόμενα κομμίζουσα τῇ ὄψει καὶ τῇ δυνάμει. *Omnium deterrima quæ ergasima nominatur, quippe quæ fit, squalore obsita, acris ac minime pinguis, & aspectu viribusque gummi referat. Pessima,* inquit Plinius, *intus nigra, pejor si etiam foris.* Hoc genus etiam pro pessima agnoscunt myrrha seplasiarii, καὶ ἡ ἀμινία δὲ καλουμένη ἀποδόκιμος. Improbatur etiam quæ aminea vocatur. Lego μιναία. Μιναῖοι, vel μιναῖοι populi sunt, qui extimam Arabiæ partem colunt, adjacētes mari rubro. Magna videtur fuisse regio. Plinius loco citato *Minæa, in qua est Atramitica est, & Ausatitis Gebanitarum regio.* Falluntur qui gummi anime, myrrham mineam esse scribunt. Nec amarum, nec nigrum, nec gustu acre gummi illud. Addo in India provenire, non in Arabia. Vituperat Dioscorides

amineam

amineam, contra Galenus, mineam myrrham inter præcipuas collocavit, lib. I, de antid. cap. XIV. Verba Galeni addam, quæ paulò negligentius à quibusdam lecta videntur. Εἰδέναι δὲ δεῖ ἐπιτήδειον οὖσαν εἰς τὰς ἀντιδότους τὴν τρωγλοδύτην λεγομένην σμύρναν. ἔνιοι δὲ αὐτὴν ὀνομάζουσι μιναίαν, ἀπὸ τοῦ χωρίου καθ' ὃ γεννᾶται φασὶ τὴν καλλίστην. *Novisse tamē opus est, myrrham quam troglodyticam appellant, antidotis idoneam esse. Hanc quidam mineam vocant, à loco in quo optimam nasci ferunt.* Et Galeno favet Plinius cum mineæ secundum dat locū. Fortasſis ἀμιναία myrrha est depravata, μιναία optima. Sane ἀμιναίας meminit Crito apud Gal. κατὰ τόπους lib. V, c. VII. in pastillis ad lichenas, χαλκίτεως ὠμῆς, μίσυος ὠμοῦ σμύρνης ἀμιναίας, θείου ἀπύρου τὸ ἴσον. Eodem cap. & loco, ἀκακίας L ι σμύρνης ἀμιναίας L ι ὄξους τὸ αὔταρκες. Eodem loco, ἀλκυονίου L δ σμύρνης ἀμιναίας L β. ὄξους κοτύλας γ. eodē lib. cap. VIII. Asclepiades, πίτυος φλοιοῦ L α σμύρνης ἀμιναίας L α. λιποῖς χρῶ. Corrigunt viri docti ex lib. de antidotis μιναίας. Sed ut dixi optima μιναία forte dicta, pessima ἀμιναία, quod cum minnaia similitudinis parum aut nihil habeat, depravata enim & corrupta myrrha est. Καὶ πίσματα δὲ ἐξ αὐτῶν γίνεται ἀπὸ μὲν τῶν λιπαρῶν εὐώδη καὶ λιπαρά, ἀπὸ δὲ τῶν ξηρῶν ἄλιπα καὶ οὐκ εὐώδη ἄτονα διὰ τὸ μὴ προσειληφέναι ἔλαιον εἰς τὴν ἀνάπλασιν. *Ex iis porro expressiones fiunt, è pinguibus quidem odoratæ ac pingues, è siccis vero haud quaquam pingues, nec odoratæ, invalidæ, propterea quod oleum dum efformarentur asciverint.* Deleo vocem μὴ; idque ex Serapionis, & rationis auctoritate. Serapio cap. CCLXXXII. *Et fiunt quidem trochisci, ex substantia myrrhæ, & si myrrha fuerit pinguis, trochiscique ex substantia ejus fuerint, habent bonum odorem & pinguem, & si non est pinguis quod fit ex substantia ejus, non habet bonum odorem, nec pinguem, & habet virtutem debilem, propterea quod admiscetur ei oleum, quando ex ea fiunt trochisci.* Ratio cur vox μὴ sit delenda, est quod trochisci, sive pastilli ex arida hujusmodi myrrha compacti propter nimiam ariditatem citra oleum, haud quaquam rectè conformari possunt. Olei certe adjectione, retundi eorum vim Dioscorides asserit, ita ut prorsus invalidi fiant, & inefficaces, ad ea omnia, ad quæ laudata myrrha conferre creditur. Δολίζεται δὲ κόμμει βραχέντι σμύρνης ἀποβρέγματι καὶ μιγνυμένῳ. *Adulteratur gummi, macerato aqua in qua myrrha maduerit, ac permista. Adulteratur*, inquit Plinius, *lentisci glebis, & gummi; item cucumis succo* (agrestis, asinini, quem Dioscorides amarum dixit) *amaritudinis causa, sicut ponderis spuma argenti. Reliqua vitia deprehenduntur sapore gummi, dente lentescentis. Fallacißime autem adulteratur Indica myrrha, quæ ibi de quadam spina colligitur : hoc solum pejus India affert facili distinctione, tanto deterior est.* An intelligit opocalpasum, cujus lib. I de antidotis cap. XI meminit Galenus. Οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὴν ἀρίστην σμύρναν ὀποκάλπασον εὑρίσκεται διαφέρον σμύρνης, καὶ κατά γε τὰ τρία ταῦτα λέγω δὲ τό γε σαγαπηνὸν καὶ τὸ ὀποκάλπασον, καὶ τὴν κασσίαν, ἐν μὲν τῷ μεταξὺ γίνεται, τινὰ μηκέτι μένοντα, μήτε χαλβάνη, μήτε κασσία, μήτε σμύρνη μηδέπω ἀκριβῆ τὴν ἰδέαν ἔχοντα σαγαπηνοῦ, κινναμώμου καὶ ὀποκαλπάσου. —— τὸ δὲ ὀποκάλπασον ἀναιρετικόν ἐστι καὶ πολλοὺς κατά τινα τύχην ἐν τοῖς τῆς ἡμετέρας ζωῆς χρόνοις ἀποθανόντας οἶδα, διὰ τὴν ἄγνοιαν τοῦ ὑποκάλπασον ἐχούσης σμύρνης. *Ad hunc modum, & in optima myrrha opocalpasum reperitur, quod tamē à myrrha differt, atque secundum hæc tria, sagapenum dico opocalpasum & cassia quædam proveniunt, quæ neque chalbanum, neque casia, neque myrrha amplius sunt, nondum tamen sagapeni, cinnamomique, aut opocalpasi naturam exacte consecuta. —— at opocalpasum exitiale est, multosque nos forte quadam vidimus nostræ in ætatis decursu mori, qui myrrham cui opocalpasum mixtum esset nesciebant, assumpsissent.* Concludunt ex his verbis viri docti, myrrham in opocalpasum mutari, an rectè doctus Lector facile judicabit. Ἐκλέγου δὲ τὴν νέαν, ψαθυράν, κούφην, ὁμόχρουν πανταχόθεν, καὶ τὴν ἐν τῷ θλασθῆναι ἔνδοθεν λευκὰς ὀνυχοειδεῖς ἔχουσαν διαφύσεις λείας μικροβωλοῦσαν πικρὰν εὐώδη δριμεῖαν θερμαντικήν, ἡ δὲ βαρεῖα καὶ τῇ χροιᾷ πισσώδης ἐστὶν ἄχρηστος. *Eligito recentem friabilem levem, undiquaque concolorem, quæque confracta intercurrentes lineas intrinsecus habeat candidas unguium speciem præ se ferentes ac læves, quæ insuper minutis sit glebis, amara, odorata, & acris: ponderosa vero & quæ picei coloris est, inutilis censetur.* Plinius loco citato. *In plenum autem probatio est, minutis glebis nec rotundis in concretu albicantis succi & tabescentis, utque fracta candidas ungues habeat, gustu leniter amara, secunda bonitas intus varia. Pessima intus nigra, pejor si etiam foris.* In nonnullis libris Dioscoridis, ἀντὶ ψαθυράν, ψαφαρὰν legitur, *squalore fragilis.* Posteriorem lectionem licet reperiatur apud Oribasium, rejicio. Damnavit enim talem Dioscorides concolorem myrrham, etiam probavit Theophrastus. Ungues albæ in minutulis glebis non raro cernuntur confractæ enim intercurrentes lineas habent, candidas unguium species præ se ferentes; sed non ita conspicui ungues, ut in benzoin, nec hoc voluit Dioscorides. Cæterum non tantum minutas glebas vidi, in quibus hi ungues. Ostendit mihi Peninus satis magna frusta, unguibus dotata, quæque ad amussim cum declinatione veterum convenirent. Vocem λείας redundare viri docti scribunt: hoc enim præ se ferre ὄνυχα, lævis enim & politus. Galenus myrrhæ non paucam amaritudinem inesse scribit, μετέχει δὲ καὶ πικρότητος οὐκ ὀλίγης. Benzoin itaque cum nec amaritudinem, nec acrimoniam ullam habeat, myrrha esse nequit. Falluntur viri doctiss. qui amaritudinem, non omnibus myrrhæ speciebus inesse scribunt, quia ut inquiunt troglodytica leniter in ore lentescit, & ut Dioscorides, inquit, erosione quadam linguam pungit. Sed ad illud respondemus, omnes myrrhæ species amaras esse, maximeque troglodytica, idque quia optima. Dioscorides enim acrem, amaram, & odoratam eligendam præcipit. Quomodo itaque non possit esse amara. Galenus, ut jam dictum, non paucam inesse myrrhæ amaritudinem scripsit. Myrrha, si diligenter attendamus, non raro optima ac præstantissima adfertur. Eligenda pinguis, resinosa, ex pallore rubescens ad instar medium, quod in ovo subluteum, densa & per medium splendens, minutis glebis, quæque fracta intus habeat ungues, seu venas lineasve albas. His adnecte historiam Bdellii, Benzoin, & gummi animæ, ex notis nostris in Dioscoridem.

ΚΕΦ. Ε.

CAP. V.

De cinamomo, & casia: tum quid de cinamomo colligendo fabulentur.

Περὶ δὲ κινναμώμου καὶ κασίας ταῦτα λέγουσι. θάμνους μὲν ἀμφότερα ταῦτ' εἶναι οὐ μεγάλους, ἀλλ' ἡλίκους ἄγνου· πολυκλάδους δὲ καὶ ξυλώδεις. ὅταν δὲ ἐκκόψωσι τὸ κινάμωμον, ὅλον διαιρεῖν εἰς πέντε μέρη. τούτου δὲ τὸ πρῶτον πρὸς τοῖς βλαστοῖς βέλτιστον εἶναι. ὃ τέμνεται σπιθαμιαῖον, ἢ μικρῷ μεῖζον. ἑπόμενον δὲ τὸ δεύτερον. ὃ καὶ τῇ τομῇ ἔλαττον. εἶτα τὸ τρίτον καὶ τέταρτον. ἔσχατον δὲ τὸ χείριστον, τὸ πρὸς τῇ ῥίζῃ. * φλοιὸν γὰρ ἐλάχιστον ἔχει. χρήσιμος δ' οὗτος οὐ τὸ ξύλον. διὸ καὶ τὸ ἀκροφυὲς κράτιστον. πλεῖστον γὰρ ἔχειν καὶ τὸν φλοιόν οἱ μὲν, οὕτω λέγουσιν. ἄλλοι δὲ θαμνώδες φασί. δύο δ' αὐτοῦ γένη, τὸ μὲν μέλαν, τὸ δὲ λευκόν. λέγεται δέ τις καὶ μῦθος ὑπὲρ αὐτοῦ. φύεσθαι μὲν γάρ φασιν ἐν φάραγξιν. ἐν ταύταις δὲ

* φλοιὸν γὰρ πλεῖστον ἔχει, χρήσιμος δ' οὗτος, ἀλλὰ τὸ ξύλον. διὸ καὶ τὸ ἀκροφυὲς πλεῖστον ἐλάχιστον ἔχει.

De cinamomo & casia illa narrant. Fruticem esse utrumque non * amplum, sed magnitudine † amerinæ: verum permultis surculosisque ramis constare. Cinamomum decerptum in quinas partes discerni. Et esse præcipuæ bonitatis, quod germinibus proximum fuerit. Idque ad palmi longitudinem cædi; aut paulo majus. Secundum quod sequitur, quod etiam minus cæsura est. Tertium deinde & quartum notatur. Ultimum vero deterrimum quod proximum radici. ‡ Hoc enim minimum corticis habet. In quo summa gratia est, non in ligno. Qua de causa præferri cacumina solent quod corticis plurimum habeant. Quidam sic ajunt. Alii vero cinamomum fruticosum enarrant, ejusque genera duo: alterum nigrum, alterum candidum. Fertur & fabula quædam. In convallibus enim

* Magnum.
† Viticis.
‡ Hoc enim plurimum corticis habet, hujus enim usus nullus, sed ligni, qua de causa præferri cacumina solent; minimum enim corticis habent.

ὄφεις εἶναι † πολλοὺς δῆγμα θανάσιμον ἔχοντας· πρὸς οὓς φραξάμενοι τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, καταβαίνουσι καὶ συλλέγουσιν. εἶθ' ὅταν ἐξενέγκωσι, διελόντες τρία μέρη, διακληροῦνται πρὸς τὸν ἥλιον. καὶ ἣν ἂν λάχῃ ὁ ἥλιος, καταλείπουσιν. ἀπιόντες δ' εὐθὺς, ὁρᾶν φασὶ καιομένην ταύτην. οὗτος μὲν οὖν τῷ ὄντι μῦθος. τὴν δὲ κασίαν φασὶ τὰς μὲν ῥάβδους ‡ πλατυτέρας ἔχειν. ἰνώδεις δὲ σφόδρα, καὶ οὐκ εἶναι * περιφλοῖσαι· χρήσιμον δὲ † καὶ ταύτης τὸν φλοιόν. ὅταν οὖν τέμνωσι τὰς ῥάβδους, κατακόπτειν ὡς διδάκτυλα τὸ μῆκος ἢ μικρῷ μείζω. ταῦτα δ' εἰς ‡ νεόδερον βύρσαν καταρράπτειν. εἶτ' ἐκ ταύτης καὶ τῶν ξύλων σηπομένων, σκωλήκια γίνεσθαι, ἃ τὸ μὲν ξύλον κατεσθίει τοῦ φλοιοῦ δὲ οὐχ ἅπτεται, διὰ τὴν πικρότητα καὶ δριμύτητα τῆς ὀσμῆς. καὶ περὶ μὲν κασίας καὶ κιναμώμου, τοσαῦτα λέγεται.

† πλεξωτοῦ.
‡ παχυτέρας.
* περιβλῦσαι. Al. Bas.
† δὲ ταύτης.
‡ νεόδορον βοεῖον.

enim exire id ajunt, in iisque serpentes * plurimos versari morsum hominibus mortiferum inferentes, adversum quos incolas septis manibus pedibusque descendere, atque ita legere cinamomum: † quod cum deportaverint, toto in ternas partes diviso, ad solem sortiuntur. Quodque soli sorte cesserit, id solum relinquere, abeuntesque flagrare illud sponte confestim cernere. Sed hæc plane fabula est. Casiam vero sarmento crassiori constare, nervosamque admodum esse volunt, nec ullo pacto posse decorticeari. Ac ejus etiam corticem esse utilem. Cum itaque virgas secant, longitudine binum digitorum, aut paulo ampliores abscindere, ‡ recentique bovis corio eas insuere. Tum ex eo lignis putrescentibus vermiculos nasci, quæ lignum erodant: corticem vero nullatenus tangant, ob amaritudinem acrimoniamque odoris. De casia cinamomoque hæc referunt.

* Alatos.
† Quod cum deportarint, ac in tres partes diviserint, ineunt cum sole sortiendi rationem, tum quæ portio illi obtigerit, eam relinquunt, abeuntesq; eam confestim flagrari cernunt.
‡ Corio bovis recens detracto.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Περὶ δὲ κιναμώμου. *Occasione peregrini generis ex proposita egreditur historia succorum, atque lacrymarum, quam ab initio instituerat. Quare cogetur postea repetere.*

Χρήσιμος δ' οὗτος. *Theodorus, in quo summa gratia est; Plinium sequutus: verum cum addit* οὐ τὸ ξύλον *facit comparationem ex usu, non ex gratia. Videtur enim in ligno quoque esse gratia, at non usus. Multa grata sunt, & nullo usui: etiam damno quædam.*

Διακληροῦνται πρὸς τὸν ἥλιον, καὶ ἣν ἂν λάχῃ ὁ ἥλιος, καταλείπουσιν. *Theodorus.* Quodque ad solem sorte illi cesserit, id solum relinquere. *Orationem facit barbaram.* Διακληροῦνται πρὸς τι, *significat,* sorte inter nos certamus, utra portio eveniat. *Sic dices: cum tres in partes diviserint: ineunt cum sole sortiendi rationem, tum quæ portio illi obtigerit, eam relinquunt. Plinius perspicue,* cum sole dividi, ternasque fieri partes.

Ῥάβδους πλατυτέρας. *Theodorus legit* παχυτέρας. Lege *περιλέψαι, non autem περιβλῦσαι.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ & COMMENTARIUS.

De cinnamomo, cassia, aliisque aromatibus, ab antiquis, varia ac incerta tradita, scriptaque esse, nemini mirum videri debet idcirco tamen nec calumniandi, nec notandi. Nam teste Plinio lib. XII. cap. XIX. tam longa difficilique via petebantur olim aromata, ut perfectam illorum notitiam consequi non potuerint. Vix enim quinto anno negotiatores reverti poterant. Quo temporis spatio in itinere multi moriebantur, nec non fabulæ excogitabantur. In exponenda cassiæ cinnamomiq; historia, Dioscoridem sequar, quod (salvo tamen meliori judicio) paulo clarius, fusiusque aromatum historiam tradiderit. Casię, vel cassię nomen, (scribitur enim, vel per duplex, vel simplex σ. Virgilius secundo Georgicôn:

> *Nec casiæ liquidi corrumpitur usus olivi*

quem versum Satyra secunda imitatus est Persius.

> *Hic sibi corrupto casiam dissolvit olivo.*

Non loquitur Poëta de casia herba, uti magnus voluit commentator, sed de aromate, quod unguentis, aromatibusque addebatur ut docet Præceptor lib. IX. cap. VII. pluribus plantis tributum est. Tribus nempe hisce; est poëtarum casia, fistula, sive nigra casia, de quibus superioribus libris egi, & aromatica, de qua nunc nobis sermo. Casiam hanc dictam volunt παρὰ τὸ κόσμου, ab ornando, quasi κοσμοῦσαι διὰ τῆς εὐοσμίας τὰς αἰσθήσεις, quod sua fragrantia sensus ornet. Alii cassiam denominatam malunt à κάσσυμα, quod corium, vel corticem, coriaceumve operimentum designat, quales cassiæ tubuli sunt. Cinnamomum dictum contendunt, quasi amomum chinense, seu amomum ex China delatum. Quidam cinnamomum nomen accepisse putant, à verbo can, quod lignũ, & nama, quod dulce significat, quasi lignum dulce. Utrumque rident in linguis orientalibus exercitati, qui à voce Phoenicia, Indicaque originem habere asserunt, casiæ & cinnamomi vocem. Orientales non intelligo linguas, judicent doctiores, qui linguas has norunt. Nonnulli κιννάμωμον dictum credunt, quasi κίναμον ἄμωμον, amomum à puritate cinnamon. Nicander κίναμον dixit in Theriacis:

> ——— ἀμφὶ καὶ ἄγνου
> Σπέρματι, βαλσαμόν τε καὶ ἐν κινάμοιο βάλοιο θα.
> *Et semina castæ*
> *Viticis accedant, & cinamon, atque Sabæa*
> *Balsama.*

Frequentius tamen κιννάμωμον, quam κίναμον dixerunt. Fuit etiam avis cinnamomon dictus, ex cujus nido cinnamomon petebatur, Aristoteles lib IX. hist. animal. cap. XX. Φασὶ δὲ καὶ τὸ κιννάμωμον ὄρνεον εἶναι ἐκ τῶν τόπων ἐκείνων, καὶ τὸ καλούμενον κιννάμωμον φέρειν. ποθὲν τοῦτο τὸ ὄρνεον καὶ τὴν νοττιὰν ἐξ αὐτοῦ ποιεῖσθαι. νοττεύει δ' ἐφ' ὑψηλῶν δένδρων καὶ ἐν τοῖς θαλλοῖς τῶν δένδρων, ἀλλὰ τοὺς ἐγχωρίους μολυβδίδας πρὸς τοῖς οἰστοῖς προσαρτῶντας, τοξεύοντας καταβάλλειν, καὶ οὕτω συνάγειν, ἐκ τῶν φορυτῶν τὸ κιννάμωμον. *Ajunt etiam cinnamomum avem esse, ex locis illis, eamque aliunde ferre, quod cinnamomon vocant, ex eo sibi nidum ædificare, summis arborum ramis impositum, incolas apto ad sagittas plumbo dejicere, atque ita ex congesto colligere cinnamomũ.* Antigonus Carystius in admirandis, λέγειν δέ τινας καὶ τὸ κιννάμωμον ὄρνεον εἶναι καὶ ἀρώματα φέρειν καὶ τὰς νοττείας ἐκ τούτου ποιεῖσθαι. νοττεύειν δ' ἐφ' ὑψηλῶν δένδρων καὶ ἀβάτων, τοὺς δὲ ἐγχωρίους μολίβδοις τοῖς οἰστοῖς προσαπτόντας τοξεύειν καὶ καταρρηγνύειν τὰς νοττείας. *Quosdam narrare, esse etiam avem cinnamomum, quæ aromata ferat, è cinnamoque nidum construat, in celsis, inaccessisque arboribus, incolas sagittis plumbo præfixis jaculari, & dejicere nidos.* Hæc satis ostendunt, depravatum Plinii codicem esse, & pro cinnamolgo cinnamomum restituendum. Quidam in phœnicis nido cinnamomon reperiri scribunt. Statius in Epiced. Pileti:

> *Et cilicum messes phariæque exempta volucri*
> ——— *cinnama.*

Per phariam volucrem nemo dubitat phœnicem intelligi. Sic dicebatur phœnix, quod in Ægypti urbem ἡλίου πόλιν rogos patris sui deferret ex Arabia. Martial.

> *Quod semper casia, cinnamoque*
> *Et nido niger alitis superbæ*
> *Flagras plumbea nicerotiana.*

Cinnamomum, inquit Plinius lib. XII, cap. XIX; *& casias fabulose narravit antiquitas, princepsq; Herodotus, avium nidis, & privatim phœnicis, in quo situ liber pater educatus esset, ex niviis rupibus arboribusque decuti, carnis quam ipsæ inferrent pondere, aut plumbatis sagittis.* Herodoti verba hæc sunt: ὄρνιθας δὲ λέγουσι μεγάλας φέρειν ταῦτα τὰ κάρφεα, τὰ ἡμεῖς ἀπὸ Φοινίκων μαθόντες κιννάμωμον καλέομεν. *Dicunt aves magnas has ferre festucas, quas nos petentes à phœnicibus cinnamomon vocamus.* An Herodotus aliud cogitans, φοίνικας ibi pro ave acceperit, an phœnicem pro cinnamomo ave mnemonico errore posuerit, me fugit; ex Aristot. dixi, avem quę cinnamon fert, cinnamomon vocari. Sed parum interest quod nomẽ huic avi fuerit, fabella est, nec veri quid hæc historiola habet. Aliã de cinnamomi collectione fabulam hoc cap. refert Theophrast. quæ apud Plin. loco cit. reperitur, ubi ait: *Item casiam* (cinnamomon Theophr.) *circa paludes propugnãte unguibus diro vespertilionũ genere, aligerisq; serpentibus. His commentis augentes rerum pretia.* Ex hoc loco ἀντὶ πολλοὺς, πτερωτοὺς restituimus. Idem Plinius: *Est & alia*

fama

fama cum sole dividi, ternasque partes fieri, dein sorte cremia discerni; quodque soli cesserit relinqui, ac sponte conflagrare. Fabulatum satis. Vide supra caput de Thure. Ad historiam casiæ accedo. Casiæ Dioscorides plura genera esse, inquit, quorum tria præstant, reliqua viliora, nulliusque pretii. Galenus lib. I, De antidotis cap. XIV. tria recenset casiæ genera γίζιρ, *arebo*, seu *daphnitis*, & quam Andromachus Junior fistularem vocat. Theophrastus nullam casiæ differentiam tradit. In officinis duo cassiæ genera reperiuntur, Zeilanicum, seu γίζιρ veterum, pharmacopœis, cassia lignea dicta, & vulgaris seu casia fistula veterum, officinis cinnamomum & canella dicta. Repeiuntur & alia genera, sed hæc non novere officinæ. His Monardus tertium genus adjungit quod in occidentali nascitur India. Genera hæc specie, formave non differunt, sed tantum bonitate, περὶ τὴν ἀρωματοφόρον Arabiam gigni cassiam, Dioscorides scribit. Idem cap. V & VIII tradidit, quod tamen præter veritatem esse scribit Garcias. Quippe Lusitani, qui Arabiæ, & Æthiopiæ oras circumlegerunt, magnaque ex parte terrestri itinere peragrarunt, casiam se vidisse illis locis negant. Addit ipsos Arabes canellam ab Indis petere, ac apud hos pretium intendi, quoties ex India non adfertur. Ἔχει, inquit Dioscorides, δὲ ῥάβδον παχύφλοιον, id est, *habet crassi corticis sarmentum*. In aliis codicibus scribitur, ἔχει δὲ ῥάβδον ὥσπερ, ἰνῶ παχύφλοιον. *Habet crassi corticis sarmentum, instar fibiæ.* Rectius fortassis, ex hoc, inquiunt viri doctiss. Theophrasti loco, ἄγνον scriberetur. At cum eodem hoc capite scribat Theophrastus cassiam nervoso constare sarmento, ῥάβδους παχύνευρος (vulgo πλατύνευρος) ἰσάδας habere, cur mutem aut rejiciam vulgatam lectionem non video. Eodem etiam loco quomodo cassia colligeretur, & præpararetur docet. Verba Theophrasti examinabimus. Ὡς διδάκτυλα inquit. Plinius loco citato, διπήχεια. *consecant surculos longitudine binum cubitorum; mox præsunt recentibus coriis quadrupedum, ob id interemptarum, ut iis putrescentibus vermiculi lignum erodant, & excavent corticem tutum amaritudine. Recentibus*, inquit *coriis quadrupedum*. Græcus Theophrasti codex νεόδεςον βύρσων. Theodorus νεόδεςον βόειον, *pellis bovina recens detracta*. Verisimile sic scriptum fuisse, nec cum Plinio pugnat: bos enim quadrupes. Quod sequitur haud scio an recte vertit: *Corticem tutum amaritudine.* Theophrastus non dixit amarum corticem, nec id verum est, sed διὰ πικρότητα τῆς ὀδμῆς, id est, *amarum odorem*. Odor amarus, idem qui ingratus; quasi diceret ingratitudinem quandam odoris emittere, vermiculis infestam. Apud Homerum etiam ὕδωρ. δ. mare πικρὸν ὀδμὴν ingratum odorem spirat.

ἀμφὶ δέ μιν φῶκαι νέποδες καλῆς ἁλοσύδνης
ἀθρόαι εὕδουσιν, πολιῆς ἁλὸς ἐξαναδῦσαι
πικρὸν ἀποπνείουσαι ἁλὸς πολυβενθέος ὀδμήν.

Circa ipsum vero phocæ natantes pedibus pulchre holosydnæ
Frequentes dormiunt è cano mari egressæ.
Ingratum spirantes maris profundi odorem.

Dixi vermiculis ingratum, qui enim illis ingratus & infestus, nobis gratissimus est odor. Verum colligendi cassiæ modum docet Garcias lib. arom. cap. XV. *canella*, inquit, *nihil aliud nisi secundus & interior arboris cortex*, (aliquando & in nostra canella superior hic cortex conspicitur.) *Nam hæc arbor duplici cortice munita est, veluti suber, non eo tamen adeo crasso & distincto. Exemptus ergo cortex, crasso illo & exteriori libro repurgatur, deinde in laminulas quadrangulas sectus, humi abjicitur, atque ita per se convolvitur, ut trunci unius integer ramus esse videatur, cum tamen partes fiant duntaxat corticis in tubulos digiti crassitie convolutæ, truncus vero interdum femoris crassitie reperiatur. Ademto cortice, tribus postea annis ab ea arbore abstinetur.* Dioscorides, ut dixi cassiam sarmentum esse crassi corticis dixit. Melius, Plinius loc. cit. *Et ipsa casia, juxta cinnami campos nascitur, sed in montibus crassiore sarmento, tenui cute verius quam cortice.* Rectius inquam Plinius, nam ex interiore libro parantur isti tubuli fistularum. Cassiæ folia piperis, similia dixit Dioscorides. In nonnullis codicibus non ὥσπερ πεπέρεως, sed ὥσπερ ἴρεως legitur. Prior, vulgataque lectio placet; quia piperis folia ad citri foliorum formam accedunt, citri enim comparat Garcias folium canellæ. His fere verbis: *Arbor est magnitudine oleæ, interdum minor, multis ramis prædita, non iis quidem contortis, sed rectis ferme, foliis lauri quidem colore, sed forma ad citri folia accedente*, (vide cap. de pipere) *floribus candidis, fructu nigro & rotundo avellanæ fere magnitudine aut exiguis olivis simili.* Canellæ ramulum qualem in horto hyemali Clusii reperi exprimendum curavi. Ad scriptum erat *caulifera arboris*, ramus *canellifera* scribi jusserat vir excellentiss. Ramulus hic non enodis, erectus, subcinereo lanugine preditus, cortice rubenti colore, odore non admodum valido, jucundo tamen sapore nec ingrato, cum levicula acrimonia. Folia habebat quatuor vel quinque colore laurino, forma non usq; adeo citri simili, sed instar tamalapatri, tribus nervis insignita. Differunt tamen à tamalapatro, quod tamalapatri venulę obliquę transversim evagātes sint teneriores minusque conspicuæ, canellæ intercurrentes sint majores & satis apareāt. Differunt insuper, quod canellæ sint in extremitate obtusa, in mucronem desināt tamalapatri, suntq; majora, tenuiora ex pallido tantum virentia, canella teneriora, minora, angustiora, viridiora ad instar fere lauri. Colore etiam multum ramuli differunt, ut ex utriusque descriptione colligere lector potest. Huic similia folia habet arbor, quæ à costa & à Castio ostendūt: sed vereor tamalapatri genus esse. Aliud facie longe ab hoc diversum ostendunt folium, adversariorum Auctores, quod ad caryophyllorum folium accedit, & fortasse idem. Ἐκλέγου, inquit Dioscorides, τὴν ἔγκιρρον, εὔχρουν, κοραλλίζουσαν, στενὴν λίαν μακράν καὶ παχεῖαν, τοῖς συριγγίοις πλήρη, δηκτικὴν ἐν τῇ γεύσει, καὶ στύφουσαν μετὰ πολλῆς πυρώσεως, ἀρωματίζουσαν, οἰνίζουσαν τῇ ὀδμῇ. Hæc expositione indigent. ἔγκιρρον. *Elige*, inquit *fulvescentem*. Plinius *purpurascentem*. Uterque recte. De diversa enim cassia agunt. Plinius de casia ζίγιρ, Dioscorides de daphnite. εὔχρουν, κοραλλίζουσαν, *bene coloratum, corallum colore imitantem* cassiam laudat; intellige coralli nondum politi vel nitentis, sed tamen recentis. Temporis enim tractu corallinum colorem perdit, fitq; subrubrum, quod etiam in cassia observare licet. Corallinum sive roseum hunc colorem solis colore contrahit, non probe parata candicantem, sive cinereū colorem acquirit, nimiis vero solis ardoribus adusta, nigra evadit. Hoc quodammodo observasse videtur Plinius, lib. XII, cap. XIX. *Colos*, inquit, *triplex cum primum emicat candidus pedali mensura, deinde rubescit, addito semipede: ultra nigricans, hæc pars maxime laudatur, ac deinde proxima: damnatur vero candida.* Errat Plinius, quod in diversis arborum partibus hos colores fuisse scribat, à solis contrahuntur colore. Στενὴν λίαν, *angustum valde*, reperiuntur codices, in quibus στενὴν, λείαν *angustum, levem* legitur, priorem sequitur lectionem Oribasius, posteriorem Aetius. Utraque admitti potest. στενὴν, λείαν, magis arridet, lęvis; nō angusta valde casia, quin etiam paulo infra scabram damnat ac rejicit, στενὴν dixit, quia si crasso cortice sint, tubum non valde latum relinquunt. Quidam malunt Dioscoridem respexisse ad vermiculos Theophrasti, qui cassiam erodunt, nec aliud, inquit, angustiis his indicat Dioscorides, quam eam maxime probare casiam, quæ erosa à vermiculis illis Theophrasti omni interiore medulla excavatoq; pervio illo, foramine angustiore sit. Quo enim angustius id fuerit, eo crassiore cortice casia relinquetur, quæ præcipuè crassitudine probatur. μακρὰν καὶ παχεῖαν, τοῖς συριγγίοις πλήρη. Hæc depravata & corrupta. Vox πλήρη omnem destruit sensum, nec potest vacuum & fistulosum plenum dici, damnat etiam infra quæ fistulam crassam habet. Quare quidam hanc vocem rejiciendam putant, idque quod codices reperiantur, in quibus desideretur, nec sane Aetius legit, vel legendum cum distinctione cum Aetio, μακρὰν καὶ παχεῖαν τοῖς συριγγίοις. (forte τῷ συρίγγιον) vel τοῖς σύριγξι, ut legit Aetius, πλήρη δηκτικὴν, *longam & crassam fistulam habentem; plenam ac mordacem gustu*. Plin. loco citato: *Tenui cute verius quam cortice, quem contra atque in cinnamomo levari, atque exinaniri pretium est.* Vacua igitur fistula, non plena. Vide Aetii verba paulò infra; in quibus vox πλήρη desideratur. Hinc cassia canellæ nomen accepit. σύριγξ enim Græcis *canna*, συρίγγιον *cannula, cannella*. Glossæ συρίγγιον ἐκ καλάμου. Hanc casiam infimæ Græciæ scriptores κασίαν φίστουλαν vocarunt. Et in Canticis casia hęc simpliciter fistula appellatur. Nardus scriptum est, & crocum, fistula, & cinnamomum etiam apud Myrepsum in Antidoto CLV. δραχμὰς τρεῖς ἀμώμου, φιστούλας χαλάγγας. Doctiores tamen eo loco φιστούλας κασίας χαλάγγας legendum contendunt. Illud in officinis sedulo observandum, cum apud Nicolaum Myrepsum, aliosque Græcos recentiores, fit

mentio

mentio cassiæ fistulæ, non statim sumendum esse cassiam purgatricem, quæ fistula vocatur, sed casiam aromaticam. Atqui dices in multis Myrepsi aliorumque compositionibus ingredi & κασίαν φίστλαν, & ξυλοκασίαν. Ergo recipienda est casia fistula purgatrix; vel alterutrum expungendū. Fateor in Adrianea Myrepsi antidoto ξυλοκασίαν, & κασίαν φίστλαν simul locum habere, uti etiam in antidoto Acharisto ξυλοβαλσάμȣ, κασίας φιστλας, ξυλοκασίας, καλάμȣ ἀρωματικȣ; sed nullum usum casia purgatrix in hisce antidotis prestare potest. Ineptus etiam foret Myrepsus, si in antidotis roborantibus, nec non venenis resistentibus, cassiam purgatricem adderet, quæ viscera flaccida reddit. Sic nec hilum facit, quod simul cum xylocasia ponitur. Eadem enim ratione possent & cinnamomum delere in omnibus compositionibus quæ & cinnamomum & xylocinnamomum recipiunt. Et alterutrum redundare, ac vel xylo cinnamomum vel cinnamomum extinguendum dicent. Nec ξυλοκασίας nomen factum est, ut discerneretur à casia purgatrice, quam fistulam appellant pharmacopœi, sed ut eodem modo distingui possit ab alia specie cassiæ, ut xylocinnamomum, à cinnamo distinguitur. Quærent docti pharmacopœi, an in omnibus compositionibus, in quibus κασίας φιστλας mentio fit, addi debeat aromatica. Respondeo ubi simpliciter scribitur κασία φίστλα, Græcos recenciores intelligere odoratam & aromaticam: contra ubi non simpliciter scribitur, intelligi catharticam, ut in antidoto διὰ δαμασκηνῶν ubi Myrepsus scribit. Εἶτα λαβὼν ὀξυφοίνικον οὐγγίαν μίαν, κασία φίστλα καθαρμένη οὐγγίαν μίαν, μαλάξας μετ᾽ ὕδατος θερμȣ σακίλλισον. *Rursum sumens tamarindorum unciam unam, cassiæ fistulæ purgatricis unciam unam macerentur & per saccum colentur.* Sic in aliis compositionibus, ubi purgatrix intelligitur, legitur κασία καθαρίζȣσα. Actuarius lib. v, meth. Meden. cap. II. κασίαν μελαίναν appellat, siliquamque συνεγγύδη καὶ πρόμακρον inquit. vide lib. III, cap. de ceratonia. Veterinarii medici casiam aromaticam modo κασίαν σύριγγα, quandoque κασίαν αὐλὸν, quod idem denotat ut cap. CCCLVIII πρὸς χολικȣς καὶ δυσεντερικȣς ἵπποȣς ℥ β κασίας αὐλȣ ℥ α κόψας καὶ σίσας ἀνάλαβε ὄξει δριμεῖ. Redeo ad Dioscoridem. hic cassiam δηκτικὴν ἐν τῇ γεύσει inquit, id est *gustu mordacem.* Qui in vulgata canella facile percipitur; uti etiam adstrictivus sapor. δηκτικὴν minus recte *erodens* vertunt. δηκτικὴ quod pungentis cujusdam est mordacitatis particeps dicitur. Galenus lib. de Theriacis ad Pisonem optimam cassiam dulcem præ se ferre saporem inquit. Sed hoc de casia altera, optimaque intelligi debet, etiam de hac daphnite. Sequitur μετὰ πολλῆς πυρώσεως. Cassiam inquit esse mordacem gustu, cum multo fervore. In aliis codicibus μετὰ ποσῆς πυρώσεως, *cum aliquanto fervore*, scribitur. Posteriorem lectionem sequitur Aetius tetralib. I, serm. II, cap. CLXIX, ubi inquit, κασίαν ἐκλέγȣ τὴν κιῤῥὰ ἔχȣσαν χροιὰν... κοραλλίζȣσαν, στενὴν, λείαν μακρὰν παχεῖαν τοῖς σύριγξι. δηκτικὴν ἐν τῇ γεύσει, καὶ σύφȣσαν μετὰ ποσῆς πυρώσεως, ἀρωματίζȣσαν, ἢ διὰ ἔμπορφυρος καὶ παχεῖα ὄζει κεκλημένη ῥοδίζȣσα τῇ ὀσμῇ. *Cassiam elige fulvam, boni coloris, corallium referentem, arctam, lævem, longam, fistulis crassam, gustu mordacem, & adstringentem, vinum redolentem. Verum purpurea & crassa ὄζει vocatur, rosam odore referens.* Prior lectio defenditur auctoritate Oribasii, nec non Plinii lib. XII, cap. XIX. *Gustu, inquit, quam maximè fervens potius, quam lento tepore leniter mordens.* Sed de cassia lignea Plinium loqui puto. Vulgaris enim cum dulcedine quadam, & aliquanto fervore mordet. Ἀρωματίζȣσαν, οἰνίζȣσαν τῇ ὀδμῇ cassiam dicit Dioscorides *aromatico & vinoso odore.* In quibus, inquiunt viri docti, si ad odorem, ut plerumque verbum ἀρωματίζειν significat, referatur, turbabit ordinem, & hujus loci sensum omnem, quod sequatur οἰνίζȣσαν τῇ ὀδμῇ, nec verisimile sit aromatum & vini simul odore odoratam casiam dixisse Dioscoridem. Cogitavimus ea propter, quod est οἰνίζȣσαν τῇ ὀδμῇ, id est, ut verbum fingamus, *odore vinescentem*, ad odorem pertinere, esseque id quod Plinius ait, *molissimi odoris*: & quod præcedit ἀρωματίζȣσαν ad amaritudinem; quæ præcipuè in cassia est, cujus nusquam meminit: signarique eo verbo & participio amaritudinem, abs re non est, quia ἀρωματίζειν Græcis significat, aromatum modo & qualitate esse. Sunt autem aromatibus qualitates plures, odor præsertim, verum & sapor etiam, qui non raro ullo odorato non est amarus, sequunturque se invicem & conjuncta reperiuntur odoris bonitas, saporis amaritudo. Respondent viri doctrina & eruditione non inferiores. Nullo modo ordinem & sensum turbari, si verbum ἀρωματίζȣσαν referatur ad odorem. Nam aromatum odor, vino non tantum non repugnat, sed vinum illud maximè probatur, quod aromatis modo maximè spirat. Quod cum vina quædam ex propria natura non habent, arte ad majorem gratiam, conciliamus, ut in eximiis illis vinis, quæ à moscho suavissimo aromate, moschatula nuncupantur, quorum odorem in carentibus eo vinis desiderantes, musto odorata quædam miscemus, quæ illum aliquo pacto repræsentent. Neque est contra Aristotelem antiquioresve scriptores, saporum nomina ad odorem referre. Vti ex carmine Homeri constat, quod hoc capite citavimus. Non video cur amaritudinem in cassia requirant, cum Galenus dulcedinem ei inesse scribat, nec mentionem quidem amaritudinis faciat; nec aromatica, ut inquiunt, sunt amara. Amaritudo enim à propriè vocatis aromatibus aliena est. Docet hoc canella, piper, zinziber, quibus odoratius, magisque aromaticum nihil. Nulla tamen in his amaritudo percipitur. Aroma vulgo definitur res odorata, quæque odorem suavem, naribusque gratum spirat. Dulcedinem vel amaritudinem in aromatibus requiri, hactenus non legi. Odoris hanc bonitatem canella, post tres menses, à delibatione, acquirit, quod mirum non debet videri. Quotidiana experientia docet plurima esse quæ viridia nihil olent, siccata spirant odorem suavissimum, ut ante bis mille annos observavit Theophrastus. Vide cap. XVII, lib. VI. De caus. Causa est quod nimio abundent humore. Odor, ut Philosophus ait, in medietate, non extremo consistit. Cassiæ hoc genus, de quo nobis hactenus sermo, Dioscorides ab indigenis achi nuncupari ait, vel, ut in nonnullis codicibus legitur, adi, alii ledam, ladam alii vocari scribunt, Plinius, lactam. Nolo de barbara voce disputare. Perinde est quod nomen olim habuerit, si modo rem noverimus. Qui αὐλὸς dictum putant, quod vox hæc apud veterinarios Medicos significet cassiam fistularem, nugantur. Dioscorides non à Græcis, sed ab incolis id nomen habuisse scribit. Græca vox αὐλός. A mercatoribus, inquit Dioscorides δαφνίτιν vocari. Credo à Daphno Arabiæ portu, qui à Strabone Geograph. lib. XVI, describitur, poniturq; in ea regione, quæ Thus, myrrham, aliaque odoramenta profert. Daphnitim vocatam fuisse, quod lauri cortice ob similitudinem adulteraretur, imaginari nequeo. Plinius lib. XII, cap. XX ait: *Adulteratur styrace, & propter similitudinem corticum lauri tenuissimis surculis.* Quod non fit verisimile, ineptum enim est corticem crassum surculis tenuissimis adulterari posse. Nec color, nec forma respondet. Persius cassiæ cortici à pigmentariis admiscere soleri cerasi corticem, & sic adulterari Satyra vi scribit.

> *— Sed cœnam funeris hæres*
> *Negliget iratus, quid rem curtaveris, urnæ*
> *Ossa inodora dabit, sed spirent cinnama surdum,*
> *Seu ceraso peccens casiæ nescire paratus.*

Atque hæc de priori cassia. Πρὸς δὲ ταύτης, inquit, ἐστὶν ἡ μέλαινα καὶ ἔμπορφυρος παχεῖα, ζίγιρ καλȣμένη, ῥοδίζȣσα τῇ ὀδμῇ, μάλιστα πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν εὔθετος, δευτερεύει δὲ προειρημένη. *Huic præfertur nigra, purpurascens simul & crassa, quæ zigir appellatur, tanquam rosarum odorem spirans, & ad usum medicum maximè accommodata, secundum locum tenet ante dicta.* Galenus lib. I, De antidot. Ποίαν ἐμβλητέον ἐστὶ κασσίαν, ἐπειδὴ τὴν μὲν γιζὶ μάλιστα ἐπαινȣσιν, ἐφεξῆς δὲ τὴν μοσυ καλȣμένην, ἐστὶ δὲ οἳ καὶ ἀρηβώ, καὶ τὴν δαφνῖτιν· ὅτι μὲν ὃν ἡ γιζὶ παραπλησία [illegible] πάντα ἐστὶν, εἴρηταί μοι καὶ πρόσθεν. *Quæ cassia Theriacæ injicienda. Nam gizi nuncupatam præcipue laudant, secundo autem loco moto dictam. Sunt & qui arebo & daphnitin probant, cæterum gizi quam vocant, in omnibus cinnamomo similem esse, superius quoq; diximus.* Hæc cassia forma, seu figura cinnamomo similis non est, sed natura & viribus. Supra enim φύσει καὶ δυνάμει cinnamomo similem esse tradidit. Id probatur ex Damocratis versu. κασσίας μελαίνης δὲ φλοιὸ cortices demum nigræ junge cassiæ cinnamomum virgultum. Etiam ex ipso Galeno. Η δὲ ὅλη τὸ κατὰ αὐτȣ

φύσιν

φύσις παραπλησία πῶς ἐστιν ἀρίστη κασσία. *universa autem substantia cinnamomi natura similis, quemadmodum optimæ casiæ.* Neque specie hæc differt à præcedenti, sed tantum bonitatis nota, uti verba Dioscoridis testantur. Hæc est quam infima Græcia ξυλοκασίαν, nostri sæculi medici, & pharmacopœi casiam ligneam vocant, quam sic vocarunt, quod crassior est. magisque ligni facie. Canellæ genus quod cassiam ligneam vocant, canellam vulgarem sapore & odore, ut viribus longe superare, negari non potest. Hanc cassiam μέλαιναν καὶ ἰσπόρφυρον, inquit. atque talis non est cassia lignea. Sed supra satis superque probavi, vocem μέλαιναν non semper summam nigredinem significare, sed in quo nigredinis quid apparet. Ζίγιρ vocari ait Galenus, γίζιρ Neophytus. Γίζιρ κασία in littera γ'. Corrigendus itaque Dioscoridis codex, ac restituendum γίζιρ ἀντὶ ζίγιρ; ut & apud Galenum lib. III, κατὰ τόπους cap. I. Κασσίαν τινὲ ζίγιρ καλουμένην, καὶ τὴν μοτώδη. Alii tamen codices scribunt ζιγιρόν. Scribendum, ut dixi, γίζιρ. Aetius ὄζιρ vocat. Auctor Peripli γίζειρ & κασσίαν σκληροτέραν appellasse videtur. Καὶ λίβανος ὁ περατικὸς ὀλίγος καὶ κασσία σκληροτέρα, καὶ δοῦκα, καὶ κάγκαμον. δ' ῥοδίζουσα τῇ ὀδμῇ, inquit Dioscorides. Idem Galenus lib. de Theriac. ad Pisonem. (si modo libri ejus is auctor sit.) ὡς ἥγε καλλίστη κιρρᾶτε καὶ ῥοδίζουσα ὥσπερ καὶ ἡδὺ τὸ γλυκὺ ἐν τῇ γεύσει ποιουμένη, συριγγώδης τε οὖσα καὶ οἰνίζουσα, καὶ πολὺ τὸ ἀρωματίζον ἔχουσα, ζίγιβερ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων οὕτω λεγομένη. *Nam optima laudatissimaque rubescit, & rosam exspirat, sicut etiam dulcem gustum præfert, fistulis plena, & vinum obolens, & aromatum modo vehementer odorata, atque hæc zingiber ab indigenis appellatur.* legendum γίζιρ. Nam loco de antidotis citato scribit, παραπλησία πως ἐστὶν ἀρίστη κασσία καλουμένη ὑπὸ τῶν κομιζόντων αὐτὴν ὀνόματι βαρβαρικῷ δισυλλάβῳ, τὴν μὲν πρώτην συλλαβὴν ἐκ τοῦ γ καὶ ἰ ἔχοντα, τὴν δευτέραν ἐκ τοῦ ζ καὶ ἰ. Optimam cassiam vocari scribit γίζι, nomine dissyllabo & τετραγραμμάτῳ. Porrho fistulosam cassiam hanc optimam non dixit Dioscorides, sed daphnitim, sed plura sunt in illo libro, quæ Galeni doctrinam non sapiunt. Et hæc de secundo & optimo cassiæ genere. Τρίτη, inquit Dioscorides δὲ ἐστιν ἡ καλουμένη βλαστὸς μοσυλλητ. *Tertia vero censetur, quæ mosyleticus blastus*, hoc est, *germen* nominatur. Reperiuntur codices, in quibus βλάτος scribitur. Hos depravatos quidam putant, & βάτον corrigunt, quia in fruticoso genere casia & rubus censentur. Bone Deus! quid rubo commune cum hac planta? nisi quis velit dicere rubum mosyliticam; quæ rubus in sacris litteris vocatur, quam viderat Moses, hujus generis cassiæ fuisse Exod. cap. 3. Ego vulgatam lectionem servo: ea motus ratione, quod Dioscorides cap. sequente de mosylitico cinnamomo scribat, διαφέρει δὲ τὸ μόσυλον — κασσίαν. Cinnamomum tenue virgultum est, ut idem inquit: Cassia itaque hæc similitudinem cum cinnamomo habet nullam, nisi quod utrunq; sit germen, quod Græcis βλαστός. Atque hæc est cassia illa, quam Galenus lib. de antidot. in cinnamomum abire putavit. Ἐθεασάμην γὰρ ἤδη πολλάκις ὑψηλὰς καὶ ἰσχυρὰς κασσίας, ὡς εἰς θάμνου μέγεθος αὔξειν, ἀκρέμονάς τινας ὁμοίους κινναμώμῳ, κατά τε τὴν ὄψιν καὶ τοῦ φλοιοῦ τὴν λεπτότητα (nota lector, & judica an recte correxerimus Theophrasti codicem) καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὰ βεβαιότατα γνωρίσματα κινναμώμου διὰ τῆς γεύσεώς τε καὶ ὀσφρήσεως γινόμενα. *Vidimus etiam alias frequenter, casiæ elatæ & auctæ tantum, ut fruticis magnitudinem æquaret, ramos quosdam cinnamomo similes, aspectu, & corticis tenuitate, præterea hisce signis, quæ cinnamomum certissimè ostendunt, ac gustu olfactuque percipiuntur.* Idem infra. Ἔστι δὲ ἡ κασσία πλησίον τοῦ κινναμώμου τῷ γένει καὶ γὰρ καὶ γίνεται ποτὲ κιννάμωμον ἐκ μεταβολῆς αὐτῆς ὥσθ' ὅλον μὲν ὁρᾶσθαι τὸ οἷον δένδρον ἀκριβῆ κασσίαν, ἀκρέμονας δέ τινας ἐν αὐτῷ τοῦ κινναμώμου συμβαίνει τοῖς κλάδοις τῆς κασσίας εὑρίσκεσθαι. *Casia siquidem genere, cinnamomo proxima usque adeò est, ut ex ipsa quandoque cinnamomon oriatur, ita ut integra cinnamomi arbor conspiciatur, casiæ plane similis, reperiunturque in ipso cinnamomo virgulta, casiæ ramis cognata.* Hoc primum cassiæ genus, posterius quintum cinnamomon Dioscoridis. Casiam hanc Plinius Isocinnamomon vocat lib. XII, cap. XX. *His addidere mangones, quam daphnoiden vocant,* (si daphnitin Dioscoridis putat fallitur: etenim ea nihil similitudinis cum cinnamomo habet) *isocinnamomon cognominatam, pretiumque ejus faciunt* XCCC. *adulteratur styrace, & propter similitudinem corticū lauri tenuissimis surculis.* Ισοκιννάμωμον dicebatur, quod cinnamomo similis esset, Sic ἴσοθεος quod aro similis, Hæc cassia cinnamomo similis erat, & adferebatur, in surculis tenuibus, ut cinnamomum, non in fistulaceo cortice, ut vulgaris cassia, & ideò surculis lauri adulterari solitam scribit Plinius. Servandam esse vulgatam lectionem βλαστοῦ, locus hic Plinii docet. αἱ δὲ λοιπαὶ εὐτελεῖς, *ceteræ species viles.* Viles sunt, aut quia non bene paratæ, aut quia debito tempore non cæsæ. Aroma enim nullum, teste Garcia, reperitur corruptioni magis obnoxium, præsertim si diu in navi perstiterit. Cùr facile corrumpatur, causam putat Garcias, quod regio canellifera, ad putredinem valde sit proclivis, maritimis præsertim locis. Quæ sequuntur, non extant in codicibus Oribasii. Quare quidam aliunde irrepsisse putant, nos tamen ea explicabimus. Αἱ δὲ λοιπαὶ εὐτελεῖς, ὡς ἡ καλουμένη ἀσυφήμων μέλαινα, καὶ ἀηδής, καὶ λεπτόφλοιος ἢ φλοιοῤῥαγής, ὡς καὶ ἡ κιττὸ καὶ δάκαρ καλουμένη, *Reliquæ viles habentur, velut ea quæ asyphemon dicitur, nigra, injucunda, & cortice tenui, aut etiam rimoso, nec non & ea quæ citto & dacar vocantur.* Vulgo ἀσυφήμων scriptum est. Legit Ruellius ἀφήμων *ignobilis, incelebris.* Alii ἀσύφη, legendum contendunt; idque quia Peripli auctor, ubi plures cassiæ species recenset, ἀσύφης meminit. Γίνεται δὲ ἐν αὐτῇ κασσία καὶ γίζειρ, καὶ ἀσύφη καὶ ἄρωμα, καὶ μάγλα καὶ μότω. Quæ omnia sunt nomina variarum casiæ specierum. Sed quis ausit asserere hujus auctoris codicem non minus esse depravatum, quam Dioscoridis. Malo legere ἀφυσήμων. Sic forte dicta quod tenui & disrupto cortice, tibiarum & fistularum modo, inflari non poterat. Id enim φυσᾶν Græci dicunt. Indagandum nunc an hæc nigra cassia sit, quam nimio solis ardore adustam scribit Garcias. Nobis id verisimile admodum videtur. Adustio enim facit nigrū & rimosum corticem. Cassiæ quoddam genus vile dicit esse, citto vocatum. Nonnulli ἀντὶ κιττῶ, μοτὼ legunt, ex auctoritate Galeni & Autoris Peripli. Horum opinioni non subscribo. Galenus enim cassiam moto dictam, secundum obtinere locum scribit. ἐπειδὴ τὴν μὲν γίζειρ μάλιστα ἐπαινοῦσι, ἐφεξῆς δὲ τὴν μοτὼ καλουμένην. Secundo loco laudant cassiam moto dictam, contra Dioscor. citto vilem inquit. Tertium vilioris cassiæ genus δάκαρ vocatur. In antiquo codice δάρκα, in Aldino δόρκα scribitur. Placet quam eligat Lector lectionem. Ἔστι δέ τις καὶ ψευδοκασσία ἀφάτως ἐμφερής, ἣ τις ἐλέγχεται τῇ γεύσει οὔτε οὖσα δριμεῖα, οὐδὲ ἀρωματώδης, προσισχόμενόν τι τὸν φλοιὸν ἔχει τῇ ἐντεριώνῃ. *Est & quædam adulterina cassia similitudine ineffabili, attamen gustu deprehenditur, quippe quæ neque sit acris, neque aromatica, adhærentemque medullæ corticem habeat.* Hæc paulò aliter, & melius Serapio cap. CCXCXI. *Et reperitur res quædam similis cassiæ ligneæ, & non est cassia lignea, quæ cognoscitur per saporem, quoniam non est acuti saporis, nec odorifera, & cortex ejus adhæret ligno* Pro τῇ ἐντεριώνῃ legit, τῷ ξύλῳ, vel τῇ ἐντεριώνῃ, aliter atque aliter interpretatus est. Ἐντεριώνη, inquit Suidas τὸ ἐντὸς ἢ ὁ φλοιὸς τοῦ δένδρου, *pars interna cujusque rei vel arboris cortex.* Interpretor itaque, *cujus cortex exterior interiori adhæret.* Duplici cortice munita est cassia Vidi canellam cui primus cortex alteri adhæreret, odoris omnis, & saporis expers. An hæc sit pseudocassia Dioscoridis, affirmare non audeo. Hoc assero, medullam cortici non adhærere. In omnibus enim plantis lignum interjectum est, inter medullam & corticem. Sed opus non est tam exacte de hac inquirere cassia. Vilis enim est nulliusve pretii: sufficit sciamus hanc pseudocassiam sic dictam, quod germana specie cassiam veram mentiatur. Εὑρίσκεται καὶ πλατεῖα σῦριγξ, ἁπαλή, κούφη, ἰνώδης, διαφέρουσα δὲ τῆς ἄλλης. *reperitur & lata fistula, tenera, levis, surculosa, quæ quidem illi alteri præstat.* Hanc esse eandem putant, quam Galenus σύριγγα vocatam scribit loco citato. Ἀλλὰ τῆς γε συρριγγίδος ὑπό τινων ὀνομαζομένης ὁ νεώτερος Ἀνδρόμαχος ἐμβάλλειν ἀξιοῖ. πᾶσι δ' αὐτὴ γινώσκεται καὶ γὰρ καὶ ἱκανωτάτη πάντων ἐστὶ, τὸν μὲν ἔξωθεν φλοιὸν ὅνπερ καὶ σύριγγα καλοῦσι, ἰσχυρὰν ἔχουσα κατ' ὀσμήν τε καὶ γεῦσιν, τὸ δὲ ἔνδον ἀσθενέστατον, ὡς μηδεμίαν αὐτοῦ χρείαν ἡμῖν γίνεσθαι. Διὰ μὲν οὖν τῶν προγεγραμμένων ἐλέγχειν ἀδιορίστως εἴρηται τὸ τῆς κασσίας ὄνομα. κατὰ δὲ τὴν πεζῇ γεγραμμένην ὑπὸ τοῦ υἱέος αὐτοῦ προσκειται τῷ κασσίας ὀνόματι τὸ τῆς σύριγγος, ἥ τ' ἀπ' ἐκείνου μιχρὰ νῦν ἡμῖν παραδεδομένη διαδοχῇ τῶν σκευαζόντων τὴν ἀντίδοτον τῆς σύριγγος ὄνομα προσκείμενον ἔχει. *Quamquam Adromachus junior casiam à quibusdam fistulam appellatam imponendam arbitratur: hæc omnibus cognita est, cujus exterior cortex fistula appellatur, (quia obvolutus ipsam repræsentat) saporem & odorem validum habet, interior autem pars adeo debilis est, ut nullum*

usum præstat. In carminibus itaque patriis, paulò ante à me transcriptis, casiæ nomen absolute pronuntiatum est, in soluta vero filii oratione, fistulæ, nomen casiæ adjectum est, atque ab eo series, per eos, qui ante nos Theriacam imperatoribus composuerunt, in nos usque derivata fistulæ nomen nunc usque appositum servat. Hanc alteri (si modo eadem) prætulit Dioscorides, quod exterior cortex odorem saporemque habet; quibus ante memorata pseudocassia caret. Pergit Dioscorides. Ἀποδοκίμαζε δὲ τὴν ὑπόλευκον καὶ ψωρώδη, τραγίζουσαν ἐν τῇ ὀσμῇ καὶ τὴν μὴ ἔχουσαν δὲ τὴν σύριγγα παχεῖαν φαιώδη δὲ καὶ λεπτήν. *Rejice albicantem, scabram, quoque hircinum virus olet, neque fistulam habet crassam, sed tum scabram, tum tenuem.* Cur albicet supra dixi, nempè quod non probè parata est. Ad nos raro adfertur, hæreo an viderim, observarimque. Serapio vel ejus interpres ἀντὶ τραγίζουσαν, πρασίζουσαν legit, porri odore. Experientia comprobare posset, quæ sit servanda, aut retinenda lectio. Ex his omnibus constare arbitror, vulgarem nostram canellam esse veterum cassiam, in hæc enim omnes, quas veteres scripserunt, notæ reperiuntur, quod ipsa autopsia comprobat. Sunt ergo explodêdi illi, qui canellam pseudo cassiam esse putant, inodora est, & acrimonia omni caret pseudo cassia: suavissimum spirat odorem canella, gustuq; ex dulci acri percipitur. Fieri potest, ut interdum ex India deferatur canella depravata, cujus sapor & odor periere, sed hæc non pseudo cassia, sed cassia corrupta est. Pseudocassia enim est, quod cassiam mentiebatur. Qui pseudo cassiam putant esse, cassiam illam crassiorem, quæ in officinis sine odore & sapore occurrit, non omnino à vero aberrant, nec horum omnino rejicienda opinio, plurimas enim pseudocassiæ notas habet. Hactenus de cassia, addamus ex Dioscoride cinnamomi historiam. Κινναμώμου ἐστὶ πλείονα εἴδη, ὀνομαζόμενα ἐπιχωρίως. *Cinnamomi plura sunt genera, gentilitiis regionum in quibus nascuntur designata nominibus.* Nomina quia non recenset, dubitari potest an cinnamomi quę describuntur genera, sunt ex genere mosylitici, an ab eo diversa. Posterior probabilior videtur opinio. Primum enim genus quod mosylum vocat, dicit esse colore nigrum, ex vinoso in cinerium vergens, tenuibus virgultis. Secundum, quod montanum vocat, differt à priore, quod crassum sit & pumilum, colore admodum fulvescens. Tertium à primo differt, quod non ita multis interstinctum sit geniculis, & quod nigrum sit, cum primum pluribus nodis prædítum sit, colore quidem nigrum, sed ex vinoso in cinereum vergens. Quartum à prioribus differt, quod sit album. Quintum à primo differt; quod fulvescit, & ab omnibus quod habeat corticem cassiæ ruffæ simillimum, quo carere videntur priora. Saltem nullam mentionem ejus facit Dioscorides. reliqua adulterina & spuria sunt. Quæ de singulis scribit, examinare aggredior. Διαφέρει δὲ τὸ μόσυλον διὰ τὸ ζᾶσιν ποσῶς ἐμφέρειαν πρὸς τὴν μοσυλῖτιν καλουμένην κασσίαν. *Excellit vero quod mosylon ex eo dicunt, quod aliquantulam retineat similitudinem ejus cassiæ, quæ mosylitis nuncupatur.* Διαφέρειν verbum expono *excellit*. Alibi probavi eam significationē habere. Hoc loco illud significare vel ex eo probatur, quod Dioscorides solet optima genera, quæque eligenda sunt, primo loco proponere, ultimo viliora & deterrima, quæque rejicienda sunt. Excellit inquit mosylon. Aldinus codex habet μόσυλον, servo vulgatam mosylon dictum hoc cinnamoni genus inquit, quod similitudinem quandam cum cassia, quæ mosylitis dicitur, habeat. Sed in ipso capitis initio dixit cinnamomi generibus nomina indita esse, à regione in qua proveniunt. Respondeo ab utroque nomen accepisse, à Mosylo oppido, & quod cassiam illam referat. Optimum id genus esse inquit. Idem Galenus lib. de Theriaca ad Pison. testatur. τὸ δὲ πάντων κάλλιστόν ἐστι τὸ μόσυλον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων οὕτω καλούμενον, *optimum omnium est quod ab indigenis Mosylon dicitur*, καὶ τοῦτο inquit Dioscorides τὸ πρόσφατον *in eo ipso quod recens est* Ergo cęteræ species ab hac differunt. Verba hæc Dioscoridis examinanda sunt, nam sibi contradicere videtur. Infra enim candidum eligendum scribit. Ne intellige Lector recens ex arbore decerptum, sed recens allatum & non inveteratum. In Græcia enim non nascitur cinnamomum, sed ut Strabo inquit lib. xv, in Æthiopia, Arabia, India australi sub initio zonæ torridæ. Ἔχει δὲ καὶ κιννάμωμον ἡ παραλία, καὶ ἄλλα ἀρώματα τὴν τόπον γῆν τὴν ἰνδικὴν ὁμοίως ὥσπερ τὴν Ἀραβίαν καὶ τὴν Αἰθιοπίαν ἔχουσαν τι ἐμφερὲς ἐκείνοις κατὰ τοὺς ἡλίους. *Esse Indiæ australi cinnamomum, nardum, & alia aromata, quemadmodum Arabiæ & Æthiopiæ, cui quoad radios solares attinet, similis est.* Regio κινναμωμοφόρος veteribus geographis in tantum celebrata, ut inde parallelus διὰ κινναμωμοφόρου nomen accepit. Plura de hac regione qui velit, legat Plinium lib. VI, cap. XXIX, Ptolemæum &c. Recens igitur cum eligendum docet, intelligit non cariosum, nec inveteratum. τῇ χροιᾷ μέλαν τεφρίζον ἐν τῷ οἰνώδει. *colore nigrum, ex vinoso in cinerium vergens.* Viri docti legunt τεφρίζον ἐν τῷ οἴνῳ, *nigrum cum vino diluitur*, vel si ad verbum reddatur, *in vino cinerescens.* Vulgatam sequimur lectionem, tum quia eam sequitur Oribasius, tum quod eam probat Galenus, loco citato. τὸ μόσυλον τεφρώδες τῇ χροιᾷ. Hunc colorem cinnamomi clarius exprimit lib. I, de anti dotis. Τῇ χροιᾷ δὲ τοιοῦτον ὡς εἴ τις μίξειε τὸ τοῦ γάλακτος χρῶμα τῷ φαιῷ καλουμένῳ μετὰ βραχείας τοῦ κυανοῦ καλουμένου. *Colorem talem habere, qualem si quis fusco vocato colori, lactis colorem admisceat, atque cærulei quem vocant aliquantulum addat.* Vt autem palam fiat, Dioscoridem & Galenum unum eundemque colorem cinnamomo tribuere, qualis color vinosus sit, ex Aristotile dicam. Hic lib. de coloribus c. 2 docet, fieri ex puro nigro & luce aërea. οἷον ὅτε τὸ οἰνωπὸν χρῶμα γίνεται ὅταν ἀκεράτῳ τῷ μέλανι, καὶ στίλβοντι κραθῶσιν αὐγαὶ ἠερειδεῖς, ὥσπερ καὶ αἱ τῶν βοτρύων ῥᾶγες, καὶ γὰρ τούτων οἰνωπὸν φαίνεται τὸ χρῶμα ἐν τῷ πεπαίνεσθαι, μελαινομένων δὲ τὸ φοινικοῦν εἰς τὸ ἀλουργὸν μεταβάλλει. *Sicuti color vinosus efficitur, si splendor aërius puro, ac minime diluto nigro, eodemque coruscanti temperetur, quales botryorum acini, quorum plane color vinosus agnoscitur cum maturescunt, nam deinde nigrescentes puniceum habent, quem postmodum in ἀλουργὸν mutant.* Quod si quis talem colorem præparet, qualem Galenus describit, reperiet eundem esse quem Dioscorides dicit. Constat itaque cinnamomum esse colore nigro, sed tali qui ex vinoso vergit in cineritium, neutiquam colore nigro esse, diluto vero vino cinerium reddi. λεπτὸν δὲ τοῖς ῥαβδίοις καὶ λείοις ὄζοις συνεχέσι κεχρημένον, σφόδρα εὐῶδες. σχεδὸν γὰρ ἡ τοῦ ἀρίστου κρίσις (parisi κρίσις) ἐστὶ περὶ τὴν ἐν τῇ εὐωδίᾳ ἰδιότητα. *tenuibus virgultis, læve, nodis frequentibus præditum, perquam odoratum, fere siquidem præstantissimum ex odoris jucundi proprietate dijudicatur.* Cinnamomum inquit esse virgultis tenuibus. Idem Dioscorides lib. V, cap. CXXXIX, coralli ramulum cinnamomo similem inquit, πρὸς δὲ τούτοις πολύοζον καὶ κινναμωμίζον τῷ τύπῳ τῶν θαμνίσκων, *multis nodis præditum, forma fruticis cinnamomi æmulum.* Galenus quoque lib. de Antidotis, virgultum esse inquit, cum carpesii festucas cinnamomi ramulo comparat. καρπήσιον λεπτὰ κάρφη παραπλήσια τοῖς κινναμώμου ἀκρέμοσι. τὰ κάρφεα, Grammatici exponunt ξύλα λεπτὰ καὶ ξηρά, *ligna tenuia & sicca.* Hesychius κάρφη ξύλα λεπτὰ καὶ ξηρά, item κάρφος ἄχυρον, χόρτος κεραία ξύλα λεπτή. festuca, apex ligni tenuis. Diosc. lib. III, cap. XXVII. ἔστι δὲ πόα λεπτόκαρφος. Herodotus etiam uti verba supra citata testantur, τὰ κάρφεα dixit. Ex his omnibus videt lector depravatum admodum Theophrasti codicem & mendum est antiquum admodum, quippe quod Plinii sæculo fuisse videtur, qui lib. XII, cap. XIX. *Præcipua bonitas virgultorum, tenuissimis partibus ad longitudinem palmi. Secunda proximis breviore mensura, atque ita ordine vilissimum quod radicibus proximum, quoniam ibi minimum corticis, in summa gratia; qua de causa præferuntur cacumina, ubi plurimus cortex ipsum vero lignum in fastidio est, propter origani acrimoniam.* Etiam Garcias cassiæ caudici plurimum corticis inesse scribit. Correctionem nostram loca jam citata abunde comprobant. Omnes Græci lignum sive tenues surculos in usu fuisse scribunt, nemo corticem. Præterea absurdissimum. τὸ ἀκρόφυλ plurimum corticis habere: omnes arbores fruticesvè contrarium ostendunt. Nam partem radici proximam, plurimum corticis habere, omnes arbores docent. λεπτὸν τοῖς ῥαβδίοις καὶ λείοις ὄζοις συνεχέσι κεχρημένον, *tenuibus virgultis, læve, nodis frequentibus præditum.* Idem Galenus lib. de Theriaca ad Pisonem λεπτὰ ἔχον τὰ ῥαβδία καὶ τοὺς ὄζους πυκνοὺς *virgultis gracilibus, nodis frequentibus.* Ὄζος quandoque *nodum*, quandoque *ramum* significare, alibi probavimus. Hoc loco *nodum* significare ex eo patet, quod Dioscorides paulo ante gracilibus virgultis esse dixit, cinnamomum. Dioscorides σφόδρα εὐῶδες dixit, *perquam odoratum.* Immo tam jucundo odore præditum, ut idem scribat: σχεδὸν γὰρ ἡ τοῦ ἀρίστου κρίσις (Parisf. κρίσις) ἐστὶ περὶ τὴν ἐν τῇ εὐωδίᾳ ἰδιότητα ἐμφαίνοντι γὰρ μετὰ τοῦ ἀρίστου (vetus codex ἡδίστου) καὶ ἰδιάζοντος ἡ ὀσμὴ πηγανίζουσα ἢ καρδαμώμου ἐμφερής. *fere siquidem præstantissimum*

mum ex odoris jucundi proprietate dijudicatur; etenim in optimo & singulari reperitur odor rutæ, aut cardamomo proximus. Posteriora depravata sunt, nihil affinitatis ruta cum cardamomo habet, nec in alterutro suavitatis quid, caput enim auctore Dioscoride tentant. Dioscorides lib. 3, cap. LI. baccharis radices ἐοικυίας τῇ ὀδμῇ κινναμώμῳ, *odore cinnamomio proximas* dixit. Pro bacchari medici Botanicique doctiores charyophyllatum (sic dictum ab odore charyophyllorum) habent. Galenus lib. de Ther. ad Pison. σφόδρα εὐώδης. At lib. de Antidotis εἶναι μὲν εὐωδέστατον ἄρρητόν τινα εὐωδίαν ὑπὲρ ἅπαντα τὰ ἄλλα ἔχειν, *summopere ipsum bene olere, ineffabilem quendam odorem spirare.* Lib de Theriac, ἔτι γὰρ πάνυ τῇ ὀδμῇ κρατιστόν τι καὶ ἥδιστον, *est vero odore longè optimum suavissimumque.* Hęc ostendant mendosum Dioscoridis codicem esse, quod etam fatentur omnes Botanici. Sed ubi mendum lateat, hoc opus hic labor est. Quidam pro καρδαμώμῳ καρδάμῳ restituunt, tum quia antiquus interpres ita legit: tam quia notum est, ἀντὶ καρδάμου καρδαμώμου, & contra, sæpius reperiri, uti apud Galenum lib. X, κατὰ τόπους inter compositiones ad ischiadicos ab Andromacho descriptas. Vocem πηγανίζουσα non abs re iidem suspectam scribunt. Hæc nobis parum placet opinio. Nam illa odoris suavitas non est in narsturtio, quam Dioscorides & Galenus cinnamomo dant. Alii verba πηγανίζουσα καὶ καρδαμώμῳ ἐμφερής accrevisse putant. Nec horum satis probabilis opinio; siquidem in Oribasio, Serapione, ac omnibus codicibus reperiantur. Alii legunt διελέγεται γὰρ μετὰ τῆς ἀρίστης, καὶ ἰδιάζοντες ἡ ὀδμὴ πηγανίζουσα, καὶ καρδάμῳ ἐμφερής, quasi voluerit Dioscorides in probatissimo & fragrantissimo cinnamomo etiam rutæ & narsturtii odorem percipi. Probabilior opinio eorum, qui malunt ex Galeno lib. de Theriaca subintelligere, vel addere διαμασώμενον. καὶ τῇ γεύσει, inquit, δριμὺ ἡμῖν καταφαίνεται καὶ δηκτικὸν λίαν & διαμασώμενον πηγανίζει δοκεῖ. *gustu acre nobis apparet, mordax admodum, mansum rutam præ se ferre videtur.* Firmatur horum sententia, quod ea quæ de sapore sequuntur, non reperiantur in Oribasio, qui omnia quæ de sapore refert Dioscorides, solet diligentissime exscribere. Hæc apud Dioscoridem de sapore leguntur. Ἔτι καὶ δριμὺ, καὶ δηκτικὸν τῇ γεύσει καὶ ὑφαλμυρίζον μετὰ θερμασίας ἔτι τε τῇ διαθρύψει μὴ ταχέως δυσιούμενον, καὶ ἐν τῷ θραύεσθαι χνοώδες, & λεῖον ἔχον τὸ μεταξὺ τῶν ὄζων. δοκιμάζε δὲ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης λαμβάνων τὸν ῥάβδον. εὐχερὴς γὰρ ἡ τοιαύτη δοκιμασία. τὰ γὰρ θραύσματα μίγματα τυγχάνει καὶ κατὰ τὴν πρώτην δοκιμασίαν τὰ κρείττονα ἀναπνέοντα καὶ πληροῦντα τὴν ὄσφρησιν, ἐμποδίζει τὴν τοῦ ἥττονος ἐπίκρισιν. *Præfertur & gustu acre ac mordacitatis particeps, nec non etiam cum calfactione quadantenus salsum, quodque inter atterendum non citò friatur, ac inter frangendum etiam ex se pulvisculum emittit; leviaque interim habens internodia, facturus periculum, sumito ab una radice surculum, siquidem facilis est hujusmodi probatio. Enimvero fragmenta miscellanea quædam sunt, atque adeo cum primum fit experimentum, quæ præstantiora fuerint dum halitu efflatuque suo odoratum implent, deterioris judicium impediunt.* Quo sapore sit, ex Galeno lib. de Theriaca diximus. Idem fere lib. de antidotis refert. γευομένῳ δὲ θερμὸν ἱκανῶς οὐ μὴν ὥστε δάκνειν λοιπηρῶς. *Calidum gustantibus se multum exhibere, non tamen ita ut mordicando tristitiem palato inserat.* Salsedinis non meminit Galenus, forte quod exigua ac vix conspicua sit, parum enim salsedinis Serapio habere scripsit. ἐν τῷ θραύεσθαι χνοώδες *in frangendo lanuginosum.* Doctiores χοώδες. Vult enim Dioscorides præstantissimum cinnamomum inter frangendum pulverari, seu in pulverem facile resolvi, aut potius quomodo intellexisse videtur auctor ad Paternianum, pulvisculum ex se remittere. Serapio cap. CCLVI, & quando franguntur rami ejus, egreditur vel elevatur inde pulvis odoriferus, cujus odor superat omnia, quæ sunt circa se. Galenus lib. de Ther. tantum ῥαδίως θραύεσθαι δυνάμενον, *facile posse confringi,* scripsit. Quæ de probatione apud Dioscoridem sequuntur paulo aliter habet Serapio, & experientia bonitatis ejus est, quod quando ramos ejus evellis, à terra radices ejus evelluntur facile cum eis, & melius quidem ex hoc est quod replet fauces suo odore, in primis quando gustatur. Sed hæc non est mens Dioscoridis, nec scire hoc potuit, an radix facile cum ramulo evelleretur, peregrino sub cœlo nascitur cinnamomum. Quod inquit optimum halitu afflatuque suo deterioribus judicium impedire, miri nihil est. Non enim in cinnamomo hoc tantum verum, sed in omnibus odoratis. Nam repleti odore moschi, zibethæ, storacis liquidæ non percipient odorem canellæ, iridis, aut similium; neque hoc in odoribus tantum verum, sed aliis in rebus plurimis δύο πόνων ἅμα γινομένων μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον ὁ σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον, *ex duobus simul doloribus, non eundem locum occupantibus, qui vehementior est, alterius sensum obscurat.* Majus lumen impedit, quod minus non percipiatur, sol & luna hoc testantur. Quod odor minor à majori obtundatur, ratio videtur, quod cerebrum à majore jam repleto, non attrahat minorem, vel quod meatus omnes à præstantissimo fragrantissimoque repleti, impediunt quo minus ad cerebrum halitus minoris pervenire possit. Hæc de optimo cinnamomo Dioscorides. Veteres nonnulli genus hoc præstantiam atque bonitatem satis longum tempus servare scribunt. Hos Galenus lib. 1 de antid. reprehendit. Καὶ ὅτι οὐ γίνεται μακροχρόνιον ἡ κατὰ τὴν χρῆσιν ἀρετὴ τοῦ κινναμώμου. οὐδὲ γὰρ μέχρι λ' χρόνων ὁ λόγος αὐτοῦ τὴν ἀπ' ἀρχῆς διασώζεσθαι δύναμιν λέγουσι δὲ ἔνιοι τῶν τοιούτων φαρμάκων τὸ κιννάμωμον ἄχρι ρ' διαμένειν φάσκοντες, οὐδὲ γὰρ ρ' οὐδὲ διακοσίων ἐτῶν μεταξὺ γεγενημένων, ἀλλ' ὀλίγων εἰς τοσοῦτον ἀριθμὸν, ἤδη τινὰ μεταβολὴν ἑώρακα τοῦ παλαιοτέρου κινναμώμου γεγενημένην —— καὶ πάντων τοῦ ὁμογενοῦς κινναμώμου σαφῶς ἀλλήλων ὑπερεῖχε, κατά τε τὴν τῆς γεύσεως, & τῆς ὀσφρήσεως αἰτίαν, & εὐτονίαν, & τῷ χρόνῳ. *Neque vero cinnamomi virtus, ad usum apta, longo tempore durat, à triginta siquidem annis, quam à principio vim habuit, integram non conservat. Nugantur qui cinnamomum ex hisce medicinis esse dicunt, quæ senectutem, non sentiunt, atqui ego non centum, neque ducentorum annorum interventu, sed pauciorum, si quis ad tantum numerum conferat, vetustius factum observavi —— omniaque sese saporis & odoris imbecillitate, vehementiaque tantum plane superabant, quantum & tempore differebant.* Hoc in errore Dionysium libro de situ orbis reperio. ὄρνιθες δ' ἑτέρωθεν ἀοικήτων ἀπὸ νήσων *volucres item aliunde desertis ab insulis* ἦλθον φύλλα φέροντες ἀκηρασίων κινναμώμων *venerunt, folia ferentes immarcessimilium cinnamomorum,* his in versibus nisi, τὰ φύλλα, ἀντὶ τὰ κάρφη *pro tenui ligno capiatur.* Alius latet praterea error nempe quod cinnamomum cum amomo confundat. Non enim folia cinnamomi, sed surculi usurpabantur. Amomi folia Isiodorus ex odore commendat, at nemo amomum ab avibus adferri dixit. Eodem in errore Eustachius & Hesychius, Eustachius cum scribit, τοῦ κινναμώμου τὴν βλάστην ὁμοίαν εἶναι ἀμπέλῳ cinnamomi virgultum viti simile esse. Hoc Plinius de amomo. *Amomi uva in usu est Indica vite labrusca, ut alii existimavere, frutice botruoso* (sic legit & correxit D. Salmasius.) Vide cap. de amomo. Hesychius, κιννάμωμον ἐκ τῶν λιβανωτῶν ἢ τῶν ἀρωματικῶν λιβάνιον, εἶδος ὀρνέου & πόα εὐωδεστάτη. *Cinnamomon ex Thuriferis aromatiferisve libamen, species avis & herba odoratissima.* Vox πόα, si late sumatur, ab errore immunis erit Hesychius, sed amomo, non cinnamomo veteres libabant. Avienus, doctissimus Dionysii interpres, cum cæteris amomon & cinnamomum confundit.

> *—— interius etiam procul undique ab oris*
> *Ales amica Deo largum congessit amomum.*

Cinnamomon à Phœnice colligi supra notavimus. Ad Dioscoridem redeo. Ἔστι δὲ ὀρεινὸν, παχὺ, κολοβὸν, σφόδρα ὑπόκιρρον τῇ χρόᾳ, *est & montanum, crassum, punulum, colore admodum fulvescens.* Hujus cinnamomi meminit Galenus lib. de Theriac. ad Pisonem. Καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ἀληθινοῦ κινναμώμου τὸ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι γιγνόμενον οὐκ ὂν λεπτὸν οὐδὲ μακρὸν, μᾶλλον κιρρὸν ἐστι τὴν χροιά. *Porro inter ipsius veri cinnamomi genera aliud in montibus nascitur, non tenue, nec longum, magis rubens colore.* Serapio legisse videtur ἔστι δὲ ὀρεινὸν τραχὺ κολοβὸν, παχὺ ὑπόκιρρον τῇ χρόᾳ. *Alia est eo quod est montanum, asperum, breve in sua altitudine, & grossum, cujus color est subruffus.* Nunquam vidi genus illud cinnamomi. Quare utra præstat lectio, asserere nequeo. Καὶ τρίτον παρὰ τὸ μόσυλον μέλαν καὶ λίαν εὐῶδες, διεγρῶδες δὲ καὶ οὐ πολυγόνατον. *Item tertium à mosylo quod est nigrum & valde odoratum, attamen fruticosum, nec ita multis interstinctum geniculis.* An hoc sit illud cinnamomon cujus meminit loco citato Galenus, ubi scribit ἕτερον δὲ ἐστι ποσῶς μέλαν, καὶ ὥσπερ ἶνας ἔχον τινάς. *Aliud aliquantulum nigricat, & tanquam fibris quibusdam intertextum.* Aliis id judicandum relinquo, vel Dioscoridis codex depravatus est, vel non recte interpretatus est Serapio, nisi interpretis culpa sit. *Tertia, inquit, species est propinqua speciei, quæ dicitur masolen, id est, cassiæ masoliten, cujus color est subniger, lene, non habens nodos multos.* Non dixit Dioscorides ὅμοιον κασσίας, sed τρίτον παρὰ τὸ μόσυλον, Tertium à mosylo. Cinnamomum putavit Dioscorides


rides non cassiam. Legit idem ὑπόμηλα, ac fortassis ita scriptum fuit. Galenus ποιῶς μέλαν dixit. Legit idem Serapio ψευδῶς lene. Utra lectio admittenda sit, penes lectorem judicium esto. Recte πολυγόνατον multis nodis dixit, minores plantæ genicula, majores nodos ferunt. τέταρτον λευκὸν, χαῦνον ὀγκῶδες ἰδέσθαι καὶ εὔθραυστον καὶ μεγάλην ἔχον ῥίζαν κασσίζουσαν, quartum vero album fungosum, aspectu tuberosum ac vile, fragile, grandique radice, cassiam repræsentante (redolente Interp.) Galenus loco citato, ἄλλο τε λευκὸν ἀκριβῶς ἀκριβῶς καὶ σκληρὸν ῥᾳδίως θραυόμενον καὶ μικρὰν ἔχον τὴν ῥίζαν. Aliud ad amussim album reperitur scabrum, ex facili fragile, parva radice. Legendum μακρὰν longa, facilis unius literæ lapsus. Serapio species quarta cinnamomi cujus color est albus, teneri tactus, tumens, cujus rami sunt facile frangibiles, & tale cinnamomum est utile ad plantandum, nam radices habet magnas. Reperiuntur codices, in quibus legitur μεγάλην ἔχον ῥίζαν ὡς ἀχρεῖον παραιτοῦ κασσίζον habens radicem magnam, quam ut inutilem rejicito cassiam referentem. Vulgatam servamus. πέμπτον τῇ ὀσμῇ πληκτικὸν, ὑπόκιῤῥον δὲ καὶ προσεμφερὲς κασσίᾳ πυῤῥᾷ φλοιὸν τὸν ἀφλῶ δὲ στερεὸν οὐ πάνυ ἰνῶδες, παχύῤῥιζον. τούτων δὲ τὸ πρῶτον λιβανωτῷ ἢ μυρσίνῃ ἢ κασσίᾳ ἢ ἀμώμῳ εὐωδίας ἧττόν ἐστι. Quintum odore nares ferit, fulvescit, cassiæ ruffæ similimum, tangenti vero solidum animadvertitur, non valde nervosum radiceque crassa firmatur; in hoc genere quod Thus, myrrham, cassiam, aut amomum odoris suavitate imitetur deterius est. Est & alia lectio, quam Serapio secutus videtur, πέμπτον τὴν ὀσμὴν, ὑπόκιῤῥον καὶ προσεμφερῆ τὸν φλοιὸν κασσίᾳ πυῤῥᾷ. Quintum odoratum (ὀσμὴ licet proprie odorem significet, aliquando odoratum vertitur) subruffum & habens corticem similem cassiæ ruffæ. Serapio. Est & species quinta, cujus odor est similis odori cassiæ, habens odorem bonum, subruffi coloris, cujus cortex est similis cortici cassiæ ligneæ rubeæ, & tale est durum tactu, & habet grossam radicem, & odor illius est similis odori myrrhæ & cassiæ, & est odor ejus cum quadam pinguedine, & minus in bonitate quam optimum. Posterior lectio defenditur Serapionis, prior Galeni sic scribentis auctoritate. ἔτι δέ τι καὶ τῇ κιῤῥᾷ κασσίᾳ ὅμοιον ὑπάρχει λεῖον καὶ εὐῶδες. Est & aliud quoddam cassia rubenti simile læve & odoratum. Idem hoc genus fortasse quod describit l. 1 de antidotis. ἔστι δὲ ἡ κασσία πλησίον τοῦ κινναμώμου τῷ γένει, καὶ γὰρ καὶ γίνεται ποτὲ κιννάμωμον ἐκ μεταβολῆς αὐτῆς ὥστε ὅλον μὲν θεάσασθαι τὸ ὅλον δένδρον ἀκριβῆ κασσίαν, ἀκρέμονας δὲ τινας ἐν αὐτῷ τῷ κινναμώμῳ, συγγενεῖς τοῖς κλάδοις τῆς κασσίας εὑρίσκεσθαι. Cassia siquidem genere cinnamomo proxima usque adeo est, ut ex ipsa quandoque cinnamomum oriatur, ita ut integra arbor cinnamomi conspiciatur cassiæ plane similis, reperiunturque in ipso cinnamomo virgulta cassiæ ramis cognata. An sit quintum genus à Dioscoride descriptum, non ausim affirmare. Hoc genus Dioscorides φησὶ τὴν ἀφὴν στερεὸν οὐ πάνυ ἰνῶδες, παχύῤῥιζον. Codex antiquus legit ἰνῶδες, corrigunt viri docti ἰνῶδες. Non arridet. Etenim si deterius illud quod thus, amomum odoris suavitate imitetur, quomodo οὐ πάνυ εὐῶδες legendum sit, non video. Si enim illud cinnamomum deterius est quod odorem sequitur præstantissimorum aromatum, concedi debet non eligendum quod non valde odoratum est. Etiam μυῤῥίνης, myrti in nonnullis reperitur codicibus. Vulgatam lectionem probo, quod eam secutus est Serapio. ἀποδοκίμαζε δὲ τὸ λευκὸν καὶ τὸ ψωρῶδες, καὶ τὸ ῥυσσόφλοιον καὶ λεῖον καὶ τὸ ξυλῶδες δὲ περὶ τὴν ῥίζαν ὡς ἄχρηστον παραιτοῦ. Vulgo interpretantur deligito candidum scabrum, rugosoque cortice, at læve & quod circa radicem (radici proximum) lignosum est, tanquam inutile repudiato. Doctiss. viri, ut Dioscoridem à contradictione vindicet, ἀπολέγου interpretantur damna, quasi dixisset ἀπολέγεσθαι ἀντὶ τοῦ ἀπολέγεσθαι, τουτέστι παραιτεῖσθαι. Hanc significationem quandoque habere, negari non potest. Suidas, ἀπολεγόμενος παραιτούμενος abjectus; Plutarchus ὁ δὲ ἀπέλεξεν αὐτὸν ἐκ τῶν δικαστῶν, rejecit illum ex judicibus. πολύβιος παρατεῖτο τοὺς ἀχαιοὺς ἀπολεγόμενος τὴν ἀρχήν. Polybius abjecit Acheos damnans principium. Alii vulgatam significationem servare malunt, negantque ullam contradictionem in verbis Dioscoridis, quandoquidem ante prætulit auctor in mosylitici genere, quod læve est in hoc vero quinto genere quod scabrum visitur præpollere asserit. Nimirum (quod quidem sani judicii nemo absurdum judicaverit) in diversis cinnamomi generibus lævorem & scabritiem modo laudari, modo improbari voluit. Hanc sententiam probare nequeo, Absurdus omnino, & plane contradiceret sibi Dioscorides, si verbum ἀπολέγεσθαι hoc loco eligere denotat. Qua ratione in hoc genere eligi potest album scabrum; cum sit, uti verba Dioscoridis testantur, colore fulvescente, cortice cassiæ ruffæ simile. Addo Plinii auctoritatem. Quondam, inquit, præferebatur candidum, nunc contra nigrum laudatur, atq; etiam varium præferunt candido. Certissima tamen æstimatio, ne sit scabrum, atq; inter sese tritum tarde frietur. damnatur imprimis molle, aut cui cortex albet. Quid clarius, quid manifestius, quam damnari album scabrumque? Aliud insuper latet in verbis Dioscoridis. ῥυσσόκαρφον damnat Dioscorides, id rugosum quidam vertunt; at illi κάρφος non exponunt; alii rugoso cortice vertunt. Respicientes ad præcedentia. Dixit enim Dioscorides cassiæ fulvæ cortici simile esse. Κάρφος enim non tantum festucam, tenue lignum significat, sed etiam aliquando accipitur pro putamine & cortice pomorum, ut Nicandri scholiastes in Alexipharmacis notavit. Sed constat Dioscoridem non de quinto, sed omni cinnamomi genere loqui. Quare malo festucis rugosis. καὶ λεῖον καὶ τὸ ξυλῶδες. Legendum καὶ μὴ λεῖον. Supra enim τὸ λεῖον optimum dixit. Damnat quod non est læve & lignosum circa radicem. Et hæc de veris cinnamomi generibus Dioscorides. De spuriis quæ scribit non omittenda. ἔστι δέ τι καὶ ἄλλο ὅμοιον τὸ καλούμενον, ψευδοκιννάμωμον, εὐτελὲς, οὐκ ἔντονον τῇ ὀσμῇ, ἐκλελυμένον δὲ καὶ τῇ δυνάμει. Est & aliud quoddam simile quod adulterinum cinnamomum cognominatur, vile, odoris invalidi, viribusque defectum. Hoc pseudocinnamomum plures decepisse, auctor est Galenus lib. de Theriac. οὐκ ὀλίγη τις ἐστι διαφορὰ καὶ πολλοὺς τῶν σκευαζόντων ἐνίοτε πλανᾷ· τὸ τε καὶ καλούμενον ψευδοκιννάμωμον ὅμοιόν ἐστι τῷ ἀληθεῖ, κατὰ δὲ τὴν γεῦσιν καὶ τὴν ὀσμὴν, πολὺ ἐνδεέστερον εὑρίσκεται. Haud modica differentia reperitur, & multos, & iis qui præparant solet decipere. Nam quod vocatur cinnamomum mentitum verisimile est; nisi quod gustu & odore longe sit inferius. Facilis igitur ejus dignotio iis quibus gustus, odorque bonus. Καλεῖται δὲ καὶ ζιγγίβι ξυλοκιννάμωμον ὃ, ἔχον δέ τινα ἐμφέρειαν κινναμώμῳ. Appellatur & quiddam zinziber quod habet aliquam cum cinnamomo cognationem, cum sit xylocinnamomum. Galenus cassiæ, cinnamomi sic dictæ quod sciam non meminit. ἔστι δὲ ξυλῶδες κιννάμωμον ἔχον ῥάβδους μακρὰς (quidam codices μικρὰς. Sequens verbum depravatum hanc lectionem ostendit) καὶ ῥωμαλέας καὶ τὴν εὐωδίαν πολὺ καταδεεστέρας, est vero lignosum virgultis longis robustisque præditum, sed odore longe cinnamomo inferioribus. Idem de hoc cinnamomo Galenus, τὸ δὲ ξυλοκιννάμωμον διαφέρει τῷ ξυλῶδες εἶναι, καὶ ἰσχυρὰς τὰς ῥάβδους ἔχειν, καὶ οὐχ ὁμοίαν τὴν εὐωδίαν, quod vero vocatur cinnamomum lignosum, hac re differt, quod lignosum sit, validaque virgulta habeat, nec similem suaveolentiam præ se ferat. Nec illud genus cinnamomi unquam vidi. Accusatur à viris doctis Galenus, quod in cinnamomi descriptione parum sibi constat. Quippe cinnamomum modo arborem, modo fruticem, modo fere herbam appellat. Arborem his verbis describit, καὶ μὲν τοι κομισθείσης ποτὲ ἐκ τῆς βαρβάρου γλωττοκόμῳ οὐ μακροῦ πηχῶν δ' καὶ ἡμίσεος ἐν ᾧ δένδρον ὅλον ἦν κινναμώμου τοῦ πρώτου γένους. Olim ex barbarorum terris, area cubitos quatuor & medium longa, Romam cum perlata fuisset, in qua cinnamomi primi generis arbor erat. Fruticem his verbis describit. ἵκανον δὲ αὐτὸν ἐστιν ἐξ ἑνὸς πυθμένος, φυόμενον οἷον θαμνίσκος τις ὁ μὲν ε' ὁ δὲ ζ' τὰς ἐκφύσεις ἔχων, ἢ βραχὺ πλείους ἢ ἐλάττους, οὐκ ἴσον μὲν ἁπάντων κατὰ τὸ μῆκος, ἀλλὰ τὸ μέγιστον αὐτῶν οὐ μεῖζον ἐστιν ἡμίσεος ποδὸς ῥωμαϊκοῦ. Quævis autem cinnamomi species ab una radice (sic vulgo interpretantur, cum vertendum sit ab ima parte. Nam non loquitur Galenus de tota arbore, sed de cinnamomo relicto, servatoque in arca Adriani temporibus delato. Suidas πυθμὴν· τὸ ἔσχατον μέρος καὶ πλειστοῦ ποντός.) seu frutex quidam parvus consurgit, emittitque hac sex, illa septem virgulta, vel paulo plura, paucioraque, non æquali tamen omnia longitudine, verum quod maximum est, pedis romani dimidium non excedit. Herbam his verbis appellat. Πολλὰ μὲν ἔν ἐστιν αὐτοῦ καὶ νῦν ἔτι τὰ σωζόμενα ξύλινα σκεύη. πάντα δὲ ἔχει τοῦ πολυῤῥίζου, ἢ πολυκλάδου, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλοι κινναμώμου διαφορὰς, οὐδὲν δ' ὥσπερ στέλεχος εἰς πολλοὺς κλάδους σχιζόμενον εἰς ὕψος ἐκτεινόμενον, ἀλλ' οἷα φασὶ τὸν ἐλλέβορον, ἀμφοτέρων, ἰδίᾳ ἐστὶ καὶ μᾶλλον ἔτι τοῦ καλουμένου διαμασωνίου φερομένου ἐκ κρήτης ἡμῖν. Supersunt adhuc ibi vasa multa lignea, quæ varias cinnamomi species continent., quorum nulla tamen veluti truncus in ramos plures divisus multum attollitur, sed ellebori figuram præ se fert, immo vero Damasonii, quod ex Creta ad nos adfer-

adfertur. Paululum verba hæc si perpendissent, facile Galenum à calumnia liberassent. Non dixit Galenus in universum, omnem speciem cinnamomi ex una radice ceu parvum fruticem attolli, cujus virgulta non superant pedem Romanum; id si verum esset sibi contradiceret; sed verba ultimo loco citata intelligenda de illis generibus cinnamomi, quæ reservata, ac recondita erant in vasis ligneis Cæsaris. Hæc ut clarius videri possint, addam verba Galeni præcedentia. τὸν μὲν ἐν τῷ ἡμῶν αὐτοκράτορι σκεύει τὴν ἀντίδοτον ἰσχάδα ὠ ἀδριανῶν ἐκλέξας κινναμώμων ἐν ᾧ ὃ αὐτῶν χρήσιμον τι τοῖς ἀναγινωσκοῦσιν ἔχω προσθεῖναι διελθεῖν οὐκ ὀκνήσω· πολλὰ μὲν γ' ἐστιν αὐτῶ καὶ νῦν ἔτι τὰ σωζόμενα —— ποδὸς ῥωμαϊκοῦ. Nunc itaque cum Imperatori nostro Severo theriacam componerem, *ex cinnamomo Adriani tempore reposito quod optimum visum est, elegi; de quo etiam utile quiddam lecturis subdere cum possim, id facere non gravabor. Supersunt adhuc ibi multa — pedis Romani dimidium non excedit.* Hæc satis ostendunt Galenum non pronunciasse verba citata de omni cinnamomo, sed de eo tantum, quod in Cæsarum apothecis reconditum servabatur. Posset & alio modo pro Galeno responderi; sed solutio data magis arridet, ipsiusque verbis confirmata est. Quod autem modo arborem, modo fruticem vocat, non usque adeo mirum est. Non solent veteres tam exactè nomina hæc observare, ut mille exemplis probari potest. Lentiscũ, cyprum, tamariscum, arbores vocant, cum sint frutices. Et cur in cinnamomo hoc non licuit. Maximè cum non constaret arbor, an frutex esset. Quæ ad finem capitis adduntur, spuria sunt, ac fortassis Crateve. Ἔστι δὲ τι λεγόμενον κινάμωμον ὅ τινες ψευδοκινάμωμον καλοῦσι, ἰσχυρῶς σφόδρα καὶ παχυραβδότερον. καὶ πολλὰ μὲν τοιγε ἐλαττούμενον κατά τε ὀσμὴν καὶ γεῦσιν. Posteriora paulo aliter in Aldino leguntur, codice, καὶ παχὺ ραβδότερον ὃ πολὺ μέν τοι ἔλαττον ἐν τῷ κινναμώμῳ κατά τε ὀσμὴν καὶ τὴν γεῦσιν. *Est & cinnamomon quoddam quod nonnulli pseudo cinnamomon appellant; fruticosum valde, virgultisque crassioribus, at tum odore, tum sapore cinnamomo multum inferius.* Qui addenda contendit id aget Serapionis auctoritate. Rejicienda tamen puto. Paulò enim ante Dioscorides de pseudocinnamomo egit, eademque ferè dixit. Non solet unum idemque bis dicere; nisi hæc dixerit ad majorem certioremque distinctionem pseudocinnamomi à cinnamomo. Sed frivolum hoc magis, quam probabile videtur. Hactenus quæ veteres; nunc quæ recentiores de his dicant, videamus. Officinas canellam, quam casiam veterum esse diximus, cinnamomon vocare; quilibet novit. Nova non est hæc opinio, minimeque nostri seculi, ut nonnulli putant; confudit infima Græcia canellam & cinnamomum, Glossæ græco-barbaræ κάνελλα κινάμωμον. At canella cortex est, surculus cinnamomum. Officinarum errorem, vel hoc argumento diluam. Si casia lignea ipsis dicta veterum casia est, uti rectè sentiunt, canella non potest esse cinnamomum. Etenim cassia hæc canellam sapore & odore multum superat, & excellit. Cum contra cinnamomum optima cassia odore, saporeque longe superius, ac præstantius esse scribant, & quod magis est, in defectu cinnamomi, duplex optimæ casiæ pondus substituendum doceat Galenus. ἀντὶ κινναμώμου κασίας τὸ διπλοῦν ἡ καρπήσιον. Idem Dioscorides, διπλάσιον δὲ αὐτῆς (κασίας) μιγνύμενον τοῖς φαρμάκοις, εἰ μὴ παρείη κινάμωμον, τὸ αὐτὸ δρᾷ. *Si desit cinnamomum casiæ duplum medicamentis admistum, eadem quæ illud præstat.* Quod cinnamomum vocant Officinæ, cassia sapore, odore, viribus inferius multum est, hoc ipsi fatentur pharmacopœi. Cinnamomon cassiamque unum idemq; esse statuunt magni viri, inter quos sunt maximi nominis philosophus, & Achiater, seu Prorex Indiæ. Hic suam ut probet opinionem, fabellam quandam narrat. *Cæterum, inquit, quod canellæ diversa ibi cinnamomi & cassiæ nomina indita fuerint, occasionem præbuisse puto mercatores Sinenses, qui cum è sua regione aurum, sericum, margaritas, aliasve hujusmodi merces eveherent, nonnullas ex iis in Malaca vendebant; sandalum, lignum aloes, contra in suas naves inferentes, quæ rursus in Zeilan & Malabar divendebant, indeque sumebant canellam, ex Zeylan videlicet laudatissimam, & ex Malabar minus selectam. Similiter & ex Iava, unde etiam piper, cardamomumq; evehebat, eaq; omnia deinde Ormus, aut in Arabiæ Oram maritimã perferebant. Interrogati autẽ isti Sinenses quænam essent hæc aromata, & unde ea adveherent, fabulas illas narrabant, quas recenset Herodotus, ut his commentis earum mercium pretia augerent. Cum autem quæ in Zeilan nata esset canella, ab ea quam in Iava & Malavar sumpserant, differre conspicerent, diversa illis indidere nomina; cum tamen ejusdem generis essent cortices, pro soli cœlique varietate solum differentes. Ementes ergo Ormus incolæ eam canellam à Sinensibus, idcirco eam darchim, quod Persis lignum sinense sonat, appellarunt, dein Alexandriam vehentes, ut eam Græcis eo confluentibus carius venderẽt, cinnamomum vocarunt; quod significat lignum odoratum, quasi amomum ex Sina delatum, deteriori autem canellæ, quæ scilicet ex Malavar & Iava delata esset, idem nomen quo in Iava appellatur indiderunt; scilicet caismas, quod lingua malaya dulce lignum sonat. Hoc corrupto vocabulo græci cassiam dixerunt, duo diversa nomina eidem res imponentes.* Siccine ergo unum idemque factum cinnamomum & cassia? Miranda profectò, sed non credenda metamorphosis, putatne Græcos omnibus sensibus orbatos fuisse? Visus, tactus, odoratus, gustus; diversa fuisse docent, color cassiæ rubeus, cinnamomi niger ex vinoso in cinerium vergens. Sane hos distinguere vel puer nosset colores, si modo visu non careat, tactu vel diversa esse animadvertere facile, tenue nodisque plurimis cinctum est virgultum vel festuca cinnamomum, cassia nodis carens sarmentum, crassi corticis. Laudant veteres cassiam παχεῖαν, & λεπτόφλοιον damnant, cum contra crassum cinnamomon rejiciant, tenue laudent. Cassia Zeylanica, Malavarica crassior & præstantior. Odor & sapor utriusque diversus, uti ex dictis jam intellexerit Lector. Iam philosophum audiamus. Hic librũ archiatri legisse videtur, qui de cinnamomo & casia hæc scribit: *Cum igitur à locis in duas species canellam partiantur, Zeilanitam, & Mutiream. Priorem esse puto cassiam crassior enim est: hoc quod ex virgultis eximitur tenuioribus, cinnamomum.* Differt hæc sententia à proregis medici opinione; quod ille crediderit cinnamomum & casiam idem esse, hic quod casia sit cortex ligni crassioris; cinnamomum ex virgultis tenuioribus sumatur. Atqui pro certo jam obtinere debet, corticem ligno suo exemptum, cinnamomi nomine veteribus notum non fuisse, qui ipsos surculos sic vocarunt, corticis planè immemores. Herodotus τὰ κάρφεα festucas, Galenus ἀκρέμονας παραπλησίας τῆς τοῖς λεπτοῖς κάρφεσι κρεμαστοῖς. Dioscorides ῥάβδια λεπτὰ dixit. Non itaque cortex. Colore etiam multum differunt, nec non & odore, Dioscorides enim σφόδρα εὐώδης Galenus εὐωδέστατον. ὃ ἄρρητόν τινα εὐωδίαν ὑπὲρ ἅπαντα τὰ πάντα ἔχειν, *ineffabilem præ cæteris bonum odorem spirare.* At vero casiæ odoris bonitatem non assignat, simpliciter enim ἀρωματίζουσαν *aromatico odore* dixit. Casiam quidem optimo odore esse fateor, sed non tali, qui omnia superet. Facit etiam contra philosophi opinionem, quod canella Zeilanica præstantior & crassior sit, cum tenue cinnamomum optimum sit. Reminiscere vir doctissime eorum, quæ quondam Cardano, cum laurum casiæ per omnia similem esse scripserat; credere ait, extremæ dementiæ esse. Non enim à solo sole coquitur cortex ille, sed à calore quoque naturali, qui si idem esset cum lauro nostrati, non alius sapor toto genere, sed dilutior tantum, affinis tamen inveniretur. Et rectè dixisti. Ita quoque, casia & cinnamomum corticis tantum tenuitate ac crassitie si differrent, non toto genere ac forma diversa essent, sed vicina quod veteres memoriæ prodidissent. Toto genere diversa sunt surculus & cortex, sic color dissimilis fulvus seu ruber, & niger, qui ex vinoso in cineritium vergit. Præterea plane contrarium est, nodis plurimis scatere, & carere. Rectius profectò priore servata opinione, nos vero carere cinnamomo statueres. Sanior illorum videtur sententia probabiliorq;, qui cinnamomum & casiam ex una quidem arbore provenire scribunt, sed corticem interiorem caudicis casiam, at surculos sive arboris superiora virgulta, cum cortice suo vestita cinnamomum. Hi confirmant hanc suam opinionem locis aliquibus, ex lib. De antidotis, cap. de casia à nobis citatis. Sensum eorum repeto, Se vidisse inquit Galenus, casiæ fruticis surculos, cinnamomo pares, forma, cortice, (sic scribunt) odore & sapore. Ergo, inquiunt, ex illa casia surculi dempti & amputati cinnamomum efficerunt, cortex vero detractus casiam sive canellam nostram. Ex quibus colligitur ejusdem fruticis, recisa summa sarmenta, fuisse veterum cinnamomum corticem vero exemptum, paratum, & in tubulos fistulares complicatum, veram & genuinam casiam. Alium item ex eo-

ex eodem Galeni libro locum adferunt, quem capite de cassia citavi. Dixerat, inquiunt, supra casiæ fruticem inveniri, qui virgulta haberet prorsus cinnamomi surculis similia; hic vero ait etiam cinnamomi arborem integram conspici plane similem casiæ, & pares cinnamomo ramos ferentem. Concludit tandem Galenus, inquiunt, eo loco naturam cinnamomi prorsus similem esse optimæ casiæ. Eandem itaque esse arborem, idque minime cognitum fuisse veteribus adstrui potest. Profecto nisi hoc sit, adeo vident nihil, quod dici possit, ut credibile fiat cinnamomum & cassiam ex eadē arbore esse, sed diversis ejus partibus parari. Casiam ex cortice fieri, cinnamomum ex virgultis & frumentis amputatis Rem non eandem fuisse, abunde fidem fecerit nominum differentia, facultatis, formæ, coloris, odoris, pretii, quod olim utrique fuit. Respondeo nunc ad argumenta ex Galeno, mox non esse ex eadem arbore, probabo. Interea ne pigeat lectorem adire caput ultimum hujus libri de pipere. Agit Galenus loco priori (ut jam supra ostendi) describitque casiam, quam Dioscorides βλάστον *germen* appellat. Hanc Dioscorides similitudinem quandam cum cinnamomo habere ait, non tamen simillimam ut viri docti scribunt, posteriori loco describit, quintū cinnamomi genus, quod Dioscorides cortice casiæ ligneæ simillimum dixit. Scire facile potuit Galenus diversas esse arbores. Integram enim cinnamomi arborem vidit, ex barbarorum terris allatam: fungus, stipes fuisset Galenus, si non animadvertisset ex eadem arbore provenire, & si vidisset animadvertissetve, nunquam tacuisset. Res est nimium diversa, sed quid id pluribus probare conor, ipse palam hoc facit Galenus cum loco citato scribit de cassia, ἀκρέμονας τινας ὁμοίους κινναμώμῳ κατά τε τὴν ὄψιν καὶ τοῦ φλοιοῦ τὴν λεπτότητα. *Ramulos cassiæ similes cinnamomo aspectu, & corticis tenuitate.* (at hic locus nos recte correxisse Theophrastum testatur.) Non itaque in omnibus similes ramuli hi, sed tantum in quibusdam & jam memoratis. Arbor itaque utraque diversa. Diversam arborem esse ex veteribus probari potest. Theophrasti loco citato & a nobis correcto, ubi cassiam & cinnamomum diversas scribit esse arbores, cinnamomumque in quinas arbores discernit. Ipse etiam Dioscorides diversas arbores fuisse satis docet, cum manifeste cassiam mosyliticam aliquam cum cinnamomo mosylitico differentiam habere ait. Quod si una arbor, simillima hæc cassia cinnamomo esset. Casia hæc βλαστὸς, *germen* ab eo dicitur, quod mosylitico cinnamomo, quod virgultum, similis esset. Plinius diversis in locis nasci casiam & cinnamomum scribit. *Frutex & casia est, juxtaquè cinnamomi campos nascitur, sed in montibus crassiori sarmento, tenui cute verius quam cortice.* Hunc locum multum negotii facere iis, qui contrariam tuentur sententiam, ipsi fatentur, sed nihil inquiunt prohibet eandem esse. Et vero non esse diversos comprobatum est ætate nostra, si vera narrant Lusitani, qui loca illa navigationibus perlustrarunt. Ego tamen planè diversas arbores esse jam probavi, & mox probabo reperiri hodie cinnamamomum, à casia diversam arborem. Non enim Lusitanis adstipulari debemus, iisque plus tribuere, quam veterum & probatissimorum virorum scriptis, quibus quandoque, & quidem perperam, refragantur. Quæ ipsi autopsia viderunt, ea credenda & amplectenda sunt, in iis autem ubi judicio & examinatione opus est, tantum auctoritatis ipsis dari non debet. Homines sunt vulgari peritia, judicio non acri, ingenio non usque adeo acuto, ut de rebus maximè controversis judicare queant. Loquor de rebus botanicis, iisque Lusitanis, quorum scripta ad manus nostras pervenerūt. Finem ut faciam, examinabo virgulta casiæ, an cum cinnamomi descriptione conveniant. Carolus Clusius duos ramulos se vidisse scribit, ego unum vidi. Veterum cinnamomum nodis frequentibus præditum est. Ramulus quem vidi, omnino nodis non carebat, frequentes tamen non habebat. Color casiæ subcinereus, ad vulgaris casiæ ruborem vergens eique simillimus, cinnamomum nigrum, ex vinoso in cineritium vergit. Nec odore, nec acrimonia vincebat casiam vulgarem. Vide aliud argumentum, cap. de pipere. Alii tamalapatri ramulos, veterum cinnamomon esse scripserunt. Hujus virgulta nec perquam jucunde olent, immo odore ferè carent, nec acria, nec mordacia sunt, pauca tamen calfactione prædita. Fortasis virgulta hæc cinnamomum mentitum veterum, non lævem cinnamomi speciem præbent. Convenit satis color, nisi quod magis quam veteres scribunt, albicent ramuli tenues nodis cincti. Magni nominis Botanicus Dodonæus caryophyllorum tenues ramulos, cinnamomum veterum esse Pempt. 1, lib. v, cap. xix scribit. *Sarmenta, inquit, seu virgulta tenuia, quæ cum cariophyllis inferuntur, legitimum veterum sunt cinnamomum.* Hanc approbo opinionem: Suadet enim ratio, omnibus etiam notis veterum repræsentant cinnamomum. Sunt nigra, ex vinoso in cinerium vergentia. Quod si quis præpararit colorem, qualem Galenus supra descripsit, eundem reperiet quem habent. Hæc virgulta, sunt lævia, tenues ramuli, frequentibus satis nodis cincti, perquam olentia, odore baccharis, sapore acri ac mordenti, cum calfactione & salsedine quadam, neque ut Galenus observavit, mordicando palato tristitiē inferunt, rutam etiam, ubi manducantur, manifestè præ se ferunt. Cum franguntur ac friantur pulverulenti quid emittunt, & nonnihil lauriginosa videntur. Quare nullum est dubium, cur cinnamomum veterum esse non credam. Inferet quis, cur itaque hodie negliguntur? Resp. hoc fieri, quod caryophylli ipsi in locum ramulorum successerunt, qui Galeno, Dioscoride, Theophrasto incogniti fuerunt, & ad hos non fuere delati, vel quod in Zeilan, ubi suam mercaturam agebant (Moluccę enim ipsis incognitæ fuere, quæ plus quam ducenta milliaria à Zeilan sitæ sunt) arbor caryophyllorum fructum non fert, vel quia temporibus veterum, incognitum fuit indigenis, tam aromaticum ac præstantem ferre fructum, vel quod perpaucum tulit, quem incolæ sibi servarunt, quod magis probabile videtur. Narrat Stephanus *van der Hagen*, majori copia nunc in Amboina reperiri, quam unquam antehac, ex quo nimirum Lusitani earum insularum dominium occuparant, quod ferè quadriennio ante evenit, quam dicta regione Navarcha van der Hagen, Illustrium Ordinum Bataviæ nomine potiretur. Lusitani simul ac rerum ibidem absolute domini facti sunt, statim multa millia arbuscularum, passim per totam illam regionem conseri curarunt, & illorum vestigia secuti incolæ, indies nova plantaria earundem arborum instituunt, maxima copia, nec frustra. Causa itaque cur veteribus incogniti caryophylli, partim quod rari, partim quod insulæ Moluccæ, in quibus tantum crescunt, veteribus incognitæ ac plusquam ducenta, ut dixi, milliaria dissitæ sint à locis in quibus veteres negotiabantur mercatores. Quare mirum videri non debet ipsos caryophyllos veteribus incognitos fuisse. Hac occasione non inutile futurum puto, si eorum historiam huic capiti adnectam. Καρυόφυλλον, vel καρυόφυλλος, si verbum verbo reddas, significat *nuci folium*, cum quo similitudinem nullam habet. Arabibus, Turcis, Indis Calafu, Moluccarum incolis, ubi solum gignitur, *canque* dicitur. Unde Græci cinnamon & cinnamomon finxerunt. Belgis Nagel, id est *clavus* vocatur, quod clavi modo capitatus sit, exertis in adversum quatuor denticulis sese quinque stellatim decussantibus. Primus, qui Caryophyllon descripsit, est Paulus Ægineta, lib. VII. Καρυόφυλλον οὐ τοῦτο τὸ ὄνομα καὶ τὴν οὐσίαν ἔχει. ἀλλ' ἐκ τῆς ἰνδίας οἷον ἄνθη τινὰ δένδρου καρφώδους, μέλανα ὅσον δακτύλου σύνεγγυς τὸ μῆκος, φέρονται ἀρωματίζοντα καὶ δριμέα, ὑπόπικρα, θερμαίνει καὶ ξηραίνει σχεδὸν τρίτης τάξεως, ἃ πολλὴν χρῆσιν ἔχει ἔν τε ὄψοις καὶ ἑτέροις φαρμάκοις. *Caryophyllon non eam habet substantiam quæ nomine prætenditur, sed ex India veluti flores cujusdam arboris festucacei, & nigri sunt, longitudine fere digitali, odorati, acres, subamari, calidi & sicci in tertio propemodum ordine, qui multiplicis usus sunt, tum ad obsonia, tum ad alia multa medicamenta.* Caryophyllon Botanici putant esse fructus rudimentum, quemadmodum in malis, pyris, punicis, atque plerisque aliis videre est. Nam flos ipse, qui quaternis foliis constat, hujus fructus rudimento insidet, multis fibris plenus, veluti fere myrti flos. Totam hujus arboris formam, non tantum fructus rudimentum fert animus. *Arbor est*, inquit Garcias lib. 1, cap. xx. *magnitudine & forma lauri.* Addit à Costa cap. xv, superiore parte magis ramosa esse. Wibrandus à Warwich, navis, cui nomen Amstelodamum, præfectus, Clusio narravit, esse celsas caryophyllorum arbores, magnitudine malis pirisve non cedentes. Stephanus van der Hagen folia esse laurina, sed angustiora, addit A Costa minora. Folia describit luculenter Clusius Exoticor. lib. 1. cap. xv. sunt angustifoliæ lauri valde similia, oblongiusculo pediculo prædita, alternis sub singulorum

gulorum ramulorum alis ex adverso nascentia, medio nervo singula folia per longitudinem secante, & multis venis utrimque in latera excurrentibus. Adversariorum auctores aurantii magnitudine se vidisse referunt, aliaque latiora & rotundiora illis ipsis ostensa à doctiss. Comaco & Anguillara, hoc Ferrariæ, illo Venetiis medico. Bauhinus folia se habere ait, quę ad pyri accedunt, quale & mihi servo. Ex his concludi potest, & bona ratione quidem, variare magnitudine folia, alia enim majora, alia minora, alia latiora, alia angustiora observari: ut muria conditi ramuli, (quales adversariorum auctores demonstrant, & quotannis ex Indiis ad nos adferuntur) foliis & fructu onusti, ostendunt. Rami pedalis sæpe sunt longitudinis, summa

Cariophylli cum folio & fructu.




parte in quinos aut plures graciles ramulos suo fructu onustos, atque alternatim ex adverso nascentes divisi; sunt infimi autem scriptorii calami crassitudinem non superantes, cinericeique coloris cortice tecti, quem graciliores tenellique ramuli candicantem habent, præter extremas festucas ipsum fructum sustinentes, qui ex nigro purpureo fusci coloris sunt, sive nigri ex vinoso in cinereum vergentes. Alternos etiam, & inter se contrario situ plures pediculos ferunt, eosque ut plurimum ternos, suis petiolis sustinentes alabastros (qui sunt ipsi cariophylli) summa parte in quatuor denticulos decussatim divisos. Flore copioso Garcias esse inquit, primum candido, deinde virescente, postremum rufescente. Qui induratus, est ipsum cariophyllum, id est fructus rudimentum. Est autem flos hic viridis adeo odoratus (ut Garcias à fide dignis viris accepit) ut reliquos flores odoris suavitate superet. Idē fere A Costa, *Flores, inquit, fert copiosos, initio candidos, deinde virides, cum nunc in fructum efformati sunt, at ubi maturaverint rubentes, qui deinde collecti ac siccati nigricantem contrahunt colorem. Forma non sunt dissimiles, ut ante nos observavit & intellexit clariss. Clusius, floribus cerasiorum, nec colore candido, sed ceruleo eleganti, quorum singula foliola tribus candidis radiis, seu venis sunt distincta, staminula vero medium florem occupantia purpurei coloris.* Præter veritatem scribunt nonnulli, cariophyllos sparsim per ramos, ficus modo, ad foliorum basim, quandoque binos, nonnunquam ternos, aut quaternos simul junctos, nonnunquam unicum nasci. Omnes enim, quos ego vidi ramulos, quod etiam Clusius & Bauhinus, testantur extrema parte fructus proferunt, suis festucis aut bacillis inhærentes. Cultores, inquit Garcias, flagellant altiores ramos arboris, emundato prius circa arborem solo; siquidē nullum genus graminis sub eo nascitur, omnem succum sive humorem ad se trahēte arbore. Decussa cariophylla biduum aut triduū siccantur, deinde asservantur, & Malacam, aliasque provincias mittuntur. Quæ in arbore hærent crassiora fiunt, nec ab aliis nisi vetustate differunt; ἀντόφυλλα vocantur. Vulgo ἀντόφαλοι. Legitur apud Myreps. in Antid. 34, diacamaron dictū. καρυόφυλλον, inquit Myrepsus, τὸ μέγα, τὸ ἐπονομαζόμενον ἰταλικῇ γλώσσῃ ἀντόφαλι. Corrigūt, ἀντόφυλλον. passim Barbaris & Arabicis vocibus utitur Nicolaus, quas perpetuo Italicas vocat. ξυλοκάρυον vocat Aetius, quod durius magisque lignosum videtur. Quare non recte Avicenna hunc crassiorem fructum marem facit. Differt maturus ab immaturo (qui maxime expetitur) quod justum ceperit incrementum, figura oblongus sit, in medio crassior, magnitudine mediocris avellanæ, aut potius corni, aut nuclei olivæ similis, & æqualis, superius quadrangulum πύθμενα, id est *umbilicum* habens, (vide cap. de cardamomo) cortice foris tenui vestiatur, quo detracto duplex apparet nucleus, ideoque in duas partes fissilis, in curva & sinuosa commissura compactilis, ligni aut corni instar solidus, trituque difficilis. Cortex cariophyllo saporem similem habet, remissiorem nucleus. Minor sive immaturus longitudinem habet transversi digiti aut uncia minorem, formam vero exigui & obtusi clavi. Nam gracili ejus corpori latiusculum, & quadrangulum capitulum insidet, in angulis quatuor eminentiis dentatum, lacunulæ, aut quadrati alveoli instar, superius modice excavatum, convexo, concavoque ceu tuberculo tectum, friatu facili. Quapropter hæc capituli pars non in omnibus cariophyllis conspicitur, cum solidius eorum corpus, fragilius in tanto itinere atterat; materia constat cartilaginosa, modicē lignosa, lenta, infragili, tritu difficili, tam foris quam intus in nigro & rubente colore fusca; nigrior tamen probatur, & solidior, quæque pinguem oleosum tenuemque liquorem cum pungitur è plaga remittit. Saporem qualem habet constat, piperis nempe modo acrem, valde aromaticum, simul adstringentem, & linguam veluti stupore quodam afficientem. Odorem aliorum aromatum modo, longe suavissimum spirat. Folia (quod experientia comprobatur) tanta odoris suavitate non fragrant, ut ipsum cariophyllum. Sed nec ipsi rami odorati sunt nisi aliquantulum siccati, festucæ quæ ad nos adferuntur, gustu & odore pauloquam ipsi quidem cariophylli sunt remissiore, sed tamen jucundissimo ac suavissimo, quæque nullam in mordicando palato tristitiem inferunt, ut observavit Galenus. Eligantur nigriores, pinguiores, liquorem fructuum modo remittentes, odore & sapore ad minores, sive immaturos caryophyllos proximē accedentes. Nascitur ipsa arbor, ut Garcias refert, ex caryophyllis decidentibus in terram, ex quibus cum numquam desit pluvia, quæ fructui alimentum præbet, arbuscula producitur, quæ intra octennium adolescit, & in centesimum annum perdurat, ut ipsi testantur incolæ. Colligitur à medio Septembris, usque in Januarium, nec manu colligitur, ut quidem volunt, sed violenta flagellatione. Nascitur duntaxat caryophyllon in Maluccis insulis, quæ sunt quinque numero, quarum primaria est Giloulo, nec procul nimium à mari, nec etiam locis mari nimium vicinis. Nascitur etiam in Zeilan nonnullisque aliis locis, sed nullibi magis fructifera est arbor, quam in Maluccis. Et hæc causa cur ad veteres sola festuca, non fructus fuit delatus. Errant, inquit idem Garcias, qui caryophyli & Moschatæ nucis arborem, eandem esse putant. Nam nux rotunda fere folia habet, pyri foliis similia; caryophyllum vero lauri folio est. Præterea caryophyllum defertur in Bandam insulam procul ab illa dissitam, quæ nucem profert. Pace Garciæ dicere liceat, nec rotunda, nec pyro similia nucis moscatæ folia, laurinis similiora sunt, minus tamen dura, & paulo interdum latiora, sive, ut verius comparem, inquit Clusius, citri vel mali aurantii foliis propriora, ademptis appendicibus, brevi pediculo nitentia. Sed de hac nuce alibi, si detur occasio. Reperitur aliquando inter caryophylla, quæ quotannis ex ipsis insulis adferuntur, (nam sub Batavorum imperio maxima pars Indiæ orientalis) gummi ex atro rufescens, odoratum & prunis injectum

ctum caryophyllorum odorem referens. Hoc Avicenna lib. II. cap. CCCXI. simili facultate cum resina terebinthina præditum esse scribit. Quidam caryopon Plinii putant, is lib. XII. c. ult. *In Syria gignitur & cinnamon, quod caryopon appellant. Hic est succus nuci expressus, multum à surculo veri cinnami differens, vicina tamen gratia* Locus corruptus & depravatus. Quæ enim succi cum surculo comparatio? In altero manuscripto Salmant: legitur *chamochon*, in altero *comachum*. Romana impressio, ceteræq; recentiores comacum agnoscunt. Pro qua voce Hermolaus nescio cujus codicis fide legendum asseruit *caryopon*. Quam lectionem recentiores secuti sunt. Notat doctiss. Salmasius in libris M. exaratis scribi, à masculo vero cinnami differens. Idem scribendum asserit: *Multum à masculo viro cinnami differens. Succum cinnami, acri, vehementi, ac vi roso odore præditum, masculum virus vocat. In plurisque aromaticis τὸ βρωμῶδες, cum odoris vehementia cõjunctum cernitur, quod virosum & virus latine dicitur. Succum ac δύναμιν herbarum, ita etiam vocarunt. Ipse Plinius de halimo, necat viro, quod halimum vocant Græci. τῷ ἁλμυρώδει succo salsuginoso & amaro. Nonius viro interpretatur, virtute naturali, in isto versu Lucretii ab ipso citato:*

Concoctasque suo servare ac perdere viro.

Ut ut sit, τὸ πληκτικὸν τῇ ὀδμῇ in cinnamomo commendat, καὶ τῆς ὀσφρήσεως πληρωτικὸν, quod nares ferit vehementia odoris, & olfactum implet. Hactenus Salmasius. Scripsisse puto Plinium, *In Syria gignitur & cinnamon, quod comacum appellant.* Hoc est succus nuci expressus, multum à succo veri illi cinnami differens, vicina tamen gratia. Comacum duplex facit Theophrastus: alterum fructum, alterum quod probatissimis quibusque miscetur unguentis: sed in Arabia, non Syria nasci comacum scripsit Plinius. Fortassis & in eo vitiatus Plinii codex, legendumque, *in Arabia gignitur*. Ut ut sit, de veri cinnamomi succo non loquitur Plinius, nec iste viroso odore est præditus, sive βρωμώδης est. Nugantur, qui Plinii garyophyllum, nostrum vulgare esse caryophyllum putant. *Est*, inquit lib. XII, cap. VII. *etiamnum in India piperis grani simile, quod vocatur garyophyllon, grandius, fragiliusve.* Fructus caryophylli nec fragilior pipere, nec ullam cum pipere, colore forte excepto (utrumque enim nigrum) similitudinem habet. Explodendi omnino, qui caryophyllum Indicæ regionis malum citreum esse scribunt, nec gigni, nec maturescere malum illud in India ob torridum solem. Id est falsissimum. Nascuntur mala hæc non tantum in Indiis, sed sub æquatore, sive linea æquinoctiali. Præterea non esse eandem arborem, probatur quod succosa pore, forma utriusque fructus est diversissimus. Eadem si esset arbor, non alius sapor toto genere esset, sed dilutior tantũ, affinis etiam reperiretur, non planè contrarius. Citreum itaque in India translatum caryophyllum & contra caryophyllum Hispaniam citreum, credere, extremæ dementiæ est. Illud addendum, Mathioli iconem caryophylli arboris fictam esse, ac præter veritatem caryophylli fructum additum. Cinnamomi ramus est, nec à nostro ramo, cujus iconem addendam curavi, diversum; nisi quod caryophylla addiderit. Tribus hujusmodi costis caret caryophylli folium. Idem Mathiolus lib. epist. V, ad Balduinum myropolam, festucas caryophyllorum putat esse saitaragi Avicennæ. *Sunt*, inquit Avicenna, *saitaragi frusta ligni, parva ac tenuia, & cortices, sicut caryophylli.* Verum putat subesse interpretis vel scripto-

Caryophyllorum ramulus, cum suo fructu majusculo.



ris mendum in dictione *cortices*. Caryophylli enim cortices non sint, sed fructus. Quapropter legendũ putat; *sunt frusta parva, tenuia, odorata, tanquam putamina caryophyllorum.* Odoratum saitaragi, esse non prodidit Avicenna, nec sunt tanquam putamina caryophyllorum; Insuper illud considerandum, án male interpres verterit. Hoc iis qui linguam Arabicam norunt, codicemque Arabicum habent examinandum relinquo. Illud scio, maturum caryophyllum corticem habere, & de eo loquitur Avicenna. Et hæc de caryophyllis. Adpingendum huic tabulę curavi novum caryophylli genus, quod clavi modo nec capitatum, nec stellatum est, sed ab infima ad supremam partem quasi sectum in multas particulas, ac in acutum desinens. Sapore, odore, viribus vulgaribus multo præstantius, ab Indis in maximo pretio habetur. Accepi à Laurentio Realio, quondam nomine societatis Indiæ orientalis Generali, ac Proregi, nunc urbis Amstelodamensis Scabino & Senatori prudentissimo. Non male caryophyllum ramosum vel dentatum quis vocarit.

ΚΕΦ. Ζ. — CAP. VI.

De balsamo: quodque non nisi vitiatum ad nos perferatur.

Τὸ δὲ βάλσαμον γίνεται μὲν ἐν τῷ αὐλῶνι τῷ περὶ Συρίαν. παραδείσους δὲ εἶναί φασι δύο μόνους. τὸν μὲν, ὅσον εἴκοσι πλέθρων, τὸν δ' ἕτερον πολλῷ ἐλάττονα. τὸ δὲ δένδρον μέγεθος μὲν, ἡλίκον ῥόα μεγάλη. πολύκλαδον δὲ σφόδρα. φύλλον δὲ ἔχειν ὅμοιον πηγάνῳ, πλὴν ἔκλευκον. ἀείφυλλον δὲ εἶναι. καρπὸν δὲ παρόμοιον τῇ τερμίνθῳ. καὶ μεγέθει, καὶ σχήματι, καὶ χρώματι εὐώδες σφόδρα καὶ τοῦτο,* καὶ μᾶλλον τοῦ δακρύου. τὸ δὲ δάκρυον ἀπὸ ἐντομῆς συλλέγειν. ἐντέμνειν δὲ ὄνυξι σιδηροῖς ὑπὸ τὸ ἄστρον, ὅταν μάλιστα πνίγη ὦσι, καὶ τὰ στελέχη καὶ τὰ ἄνω, τὴν δὲ συλλογὴν ὅλον τὸ θέρος

* μᾶλλον δὲ τὸ δάκρυον. τὸ δὲ δάκρυον ἀπὸ.

Balsamum in valle Syriæ provenit. Ejus * arbusta duo tantum affirmant. Alterum viginti jugerum, alterum multo minus. Arboris magnitudo, quæ malo punicæ magnæ. Rami multi, folium rutæ simile; † candidum tamen, perpetuo virens. Fructus similis terebintho, ‡ tam magnitudine quam colore. Is quoque admodum odoratus est, * & magis, quam lachryma. Colligi lachrymam in caudice & parte superna tradunt, facta incisura unguibus ferreis sub sidere, cum æstus maxime angit. Collectionem vero æstate fieri tota, sed quod manat multum non esse: † vix enim toto die concham posse impleri. Odorem tamen inferri eximium

* Hortos duos.

† Exalbidũ.

‡ magnitudine, figura, & colore.

* sed magis lachryma.

† uno die hominem colligere, quãtum fere tenet concha.

πωλεῖσθαι. οὐκ εἶναι δὲ πολὺ τὸ ῥέον. ἀλλ' ἐν ἡμέρᾳ τὸν ἄνδρα συλλέγειν ὅσον κόγχην· τὴν δ' ὀσμὴν διαφέρειν καὶ πολλήν, ὥστε ἀπὸ μικροῦ πολλὸν ἐφικνεῖσθαι τόπον· ἀλλ' οὐ φοιτᾶν ἐνταῦθα ἄκρατον. ἀλλὰ τὸ συνηγμένον κεκραμένον. πολλὴν γὰρ δέχεσθαι κρᾶσιν· καὶ τὸ ἐν τῇ Ἑλλάδι πολλάκις εἶναι κεκραμμένον. εὔοσμα δὲ σφόδρα καὶ τὰ ῥαβδία. † καθαίρειν γὰρ καὶ τοῦδε ἕνεκα, καὶ τοῦ διαφόρου πωλεῖσθαι τιμῆς. καὶ τὴν ἐργασίας τῆς περὶ τὰ δένδρα σχεδὸν ταύτην αἰτίαν εἶναι, καὶ τῆς βροχῆς. βρέχεσθαι δὲ συνεχῶς. συναιτίαν δὲ δοκεῖν εἶναι τοῦ μὴ μεγάλα γίνεσθαι τὰ δένδρα, καὶ τὴν τῶν ῥαβδίων τομήν. διὰ γὰρ τὸ πολλάκις ἀποκείρεσθαι, ῥάβδους ἀφιέναι. καὶ οὐκ εἰς ἓν ἐκτείνειν τὴν ὁρμήν· ἄγριον δὲ οὐδὲν εἶναι βάλσαμον οὐδαμοῦ. γίνεσθαι δὲ ἐκ μὲν τοῦ μείζονος παραδείσου ἀγγεῖα δώδεκα ὅσον ἡμιχόα. ἐκ δὲ τοῦ ἑτέρου, δύο μόνον. πωλεῖσθαι δὲ τὸ μὲν ἄκρατον δὶς πρὸς ἀργύριον. τὸ δ' ἄλλο κατὰ λόγον τῆς μίξεως· καὶ τοῦτο μὲν διάφορόν τι φαίνεται κατὰ τὴν εὐοσμίαν.

† Doctiss. Gaza legit, ἰδίᾳ γὰρ καθαίρειν καθ' ἑκάστους ἐνιαυτούς, καὶ † ἄλλων ἕνεκα, ὥστε ἰσχυρότερα σώζειν, καὶ πλεῖον κέρδος εὑρίσκειν. πωλεῖσθαι γὰρ τιμίως. καὶ τῆς ἐργασίας περὶ τὰ δένδρα σχεδὸν τὴν αἰτίαν.

mium & copiosum. Adeò ut subito spacium perlongum odor valeat permeare: verum sincerum ad nos nullum advehi, sed quod mistum colligitur. Pluribus enim mistionibus vitiari. Quodque in Græcia venditur, sæpe adulterari. * Quin & virgas ejusdem arboris odorem suavissimum præstare affirmant. Et quidem eas quoque amputari quotannis. Partim ut reliqua valentiora serventur, partim ut emolumēti plus comparetur. Nam & eas magno quoque posse precio vendi. Quin etiam ad imbrem cultus ejusmodi causam referunt, quem crebro incidere asseverant. Necnon & amputationem virgarum causam nonnullam adjiciunt, ne magnæ arbores fiant. Sequi enim ex crebra tonsura, ut virgæ tantummodo mittantur, nec intendi ad unum vires arboris possint. Sylvestre balsamum nullum usquam repertum accepimus. Impleri ex majori orto vasa † semichoea duodecim ajunt, ex altero vero duo tantum. Vendi sincerum argento ad drachmam: reliquum pro modo adulterationis. Et balsamum quidem præcipuæ cujusdam in odore naturæ videri.

** perquam odoratæ etiā impendio virgæ. Eas propter amputantur, & majori pretio veneūt, & hæc quidē causa cur studiosè colatur hæc arbor, ac rigetur. Sæpe enim horti rigandi, virgarum autē amputatio causam quādam esse ajunt, cur arbores magnæ non fiunt. etenim quiā frequenter tondentur virgas tantum producunt, nec in unū caudicem vires intendunt.*

† congios sex ajunt, ex altero vero tantum unum congium. Syncerum vendi duplo ad argentum pretio, adulteratum proportione mixtionis.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Παράδεισος, Theodorus, arbusta, *malè. Neq; enim arbustum, arborum frequentia est, sed arbores secundum classes sitæ ad vites recipiendas. Altium dicunt Ligures Taurini. Plinius ut minus ambitiosè, ita fidelius,* Hortos *vocat. Qui Ægypti res ab se visas descripsere, ibi quoque ajunt duos esse hortos Balsami.*

Μιγῆναι χείμασι χρώματι. Theodorus *omisit* figuram. *Idem* λευκόν, candidum, *pessimè. Quonā enim modo addat:* perpetuo virens. *viriditas enim nulla candida, sed exalbida. Philosophus ait, hic fructum odoratiorem, quam lacrymam, quo utimur, ægrè, vel affricatus, vel morsus sentitur.*

Καὶ τὸ ἐν τῇ Ἑλλάδι πολλάκις εἶναι κεκραμμένον. *Hic est,* πολλάκις. *Et tamen supra,* οὐ φοιτᾶν ἄκρατον. Theodorus, Græciæ, *dixit: sicut* Romæ.

Καθαίρειν γὰρ καὶ τῶν δὲ ἕνεκα. καὶ τοῦ διαφόρου πωλεῖσθαι τιμῆς. Theodorus, amputari quotannis, partim ut reliqua valentiora serventur: partim ut emolumenti plus comparetur vendi namque vel eas magno precio posse. *Lego* πωλεῖσθαι δὲ τιμίᾳ, *& sic explicanda censeo:* καθαίρειν γὰρ *&* τῶν δὲ ἕνεκα, *scilicet* putari arbores, ut exonerentur: neve fatiscant, καὶ τοῦ διαφόρου, *scilicet* & propter impensam. *Namque Attice* τὸ διάφορον, *impensam vocabant, ut est apud Thucydidem. &* διάφορος συκῆ, *pretiosa dicitur ab Aristophane. Aliter usus est Demosthenes contra Pantænetum. Ita illa,* πωλεῖσθαι δὲ τιμίᾳ, ἀτιμωτέρως.

Δὶς πρὸς ἀργύριον. *Ita etiam Plinius.* Theodorus, vendi sincerum argento ad drachmam. *Non intelligo.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Τὸ δὲ βάλσαμον. Βάλσαμον dicitur, ἀπὸ τοῦ βαλεῖν καὶ ἀμᾶσθαι. quod cælestem divinamque messem reddat. Hesychius, βαλὸν. οὐδὲν καὶ ἱερόν; & βαλός. *Solum cælum.* Vel balsamum dicitur, quasi belsamin, quod in orientalibus linguis exercitati dicunt esse, princeps aromatum. Ab Ægyptiis balassan dicitur. Pausanias, si rectè scribitur πάλσαμον vocavit.

Γίνεται μὲν, In valle Syriæ nasci, ait præceptor, ac duobus tantum in hortis, malè arbusta interpretantur. Arbustum enim non est arborum frequentia, sed locus arboribus consitus vitiferis, hoc est ulmis, populis, & similibus, in quibus vites extendi solent, vel ipsæ etiam arbores vitibus maritatæ, & in ordinem digestæ, ut Columella lib. & cap. v, docet. Hortos esse testatur Plinius lib. xii, cap. xxv: *Sed omnibus odoribus præfertur balsamum, uni terrarum Iudeæ concessum, quondam* (Theophrasti sæculo) *in duobus tantum hortis, utreque regio, altero jugerum viginti non amplius, altero paucioru. Ostendere arbusculam hanc urbi imperatores Vespasiani. Clarumque dictu à Pompeio Magno; in triumpho arbores quoque duximus. Servit nunc hæc, & tributa pendit cum sua gente, in totum, alia natura quam nostri externique prodiderant. —— Seviere in eandem Iudæi, sicut in vitam quoque suam. Contra defendère Romani, & dimicatum pro frutice est. Seritque nunc eam, fiscus, nec unquam fuit numerosior aut procerior.* Justinus lib. xxxvi, hist. *Opes gentis Iudaicæ, ex vectigalibus opobalsami crevere, quod in his tantum regionibus gignitur. Est namque vallis, quæ continuis montibus, velut muro quodam cincta, ad instar castrorum clauditur. Spacium loci ducentum millia jugerum. Nomine Hyericho dicitur. In ea valle sylva est, & ubertate, & amœnitate arborum insignis; siquidem palmeto & opobalsamo distinguitur, quanquam species hujus arboris insignis, & pretiosa, plurimum adaucta sit.* Josephus etiam lib. antiq. cap. v, in agro Hierichuntino balsamum solummodo provenire testatur. Idem Strabo lib. xvi. Ἱερικοῦς δ' ἐστὶ πεδίον κύκλῳ περιεχόμενον ὀρεινῇ τινι καί πῃ καὶ θεατροειδῶς πρὸς αὐτὸ κεκλιμένη, ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ὁ φοινικὼν —— ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ βασίλειον, καὶ ὁ τοῦ βαλσάμου παράδεισος. *Hiericus est planities montibus circumdata, quæ in Theatri speciem ad ipsam alicubi declinat; ibi & palmetum —— ibi & regia est, & balsami paradisus.* Hegesippus lib. i, excidii hierosolymitani, cap. xv: *Circa Hiericum oppidum balsami hortum fuisse asserit.* Dioscorides etiam in Ægypto nasci tradit, γεννώμενον ἐν μόνῃ Ἰουδαίᾳ, κατά τινα αὐλῶνα, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ. *In unius Iudæa certa quadam convalle & Ægypto nascitur.* Ex Ægypto in Judæam translatum fuisse, auctor est Flavius Josephus lib. viii. cap. vi antiquitat. *Ajunt etiam balsami plantam, cujus hodie ferax est nostra regio, in Iudæam attulisse reginam Sabam.* (Ægypti videlicet, & Æthiopiæ, quæ ad Salomonem visendū venerat 3 Reg. 10.) *Hujus ergo liberalitati acceptū ferre oportet.* Simon Sethi, μικρὸν ἐστὶ τὸ τοῦ φυτοῦ πηχέων ἔλαττον δύο· γίνεται πλήσιον Αἰγυπτιακῆς χώρας, παρ' Αἰγυπτίοις μὲν ἡλίου πηγὴ ὀνομαζομένη, παρὰ δὲ τοῖς παλαιοτέροις, ἡλίου πόλις. *Planta est parva duobus cubitis minus, propeque Ægyptum nascitur, in loco qui nunc* ἡλίου πηγὴ, *hoc est, solis fons cognominatur, sed à priscis* ἡλίου πόλις, *solis urbs* dicebatur. Strabo lib. i, cap. dcccxv. apud Sabæos, Arabiæ incolas, etiam nasci tradit. Παρ' οἷς καὶ σμύρνα, καὶ λίβανος, καὶ κιννάμωμον. ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ βάλσαμον, καὶ ἄλλη τις πόα σφόδρα εὐώδης. ταχὺ δ' ἐξίτηλον τὴν ὀδμὴν ἔχουσα. *Apud hos* (Arabes, Sabæos) *Thus & Myrrha, & cinnamomum nascitur; in maritimis etiam balsamum, & alia quædam herba valde odorata, quanquam ejus odor cito evanescit.* Etiam Pausanias in Arabia provenire tradit. Quod & Diodorus Siculus testatur. γίνεται δὲ περὶ τοὺς τόπους τούτους ἐν αὐλῶνί τινι τὸ καλούμενον βάλσαμον, *Ibi in convalle quadam balsamum, quod vocāt gignitur.* Nec hoc ignoravit Theophrastus. videat Lector cap. vi. lib. ix. hist. Arabiam balsami feracem, ejusque patriam esse, scribunt Petrus Bellonius, & Prosper Alpinus, oculati

testes, & balsami solum natale, nunquam Judæam fuisse, his rationibus demonstrant. Quod semper in Judæa planta hæc, in horto sive paradyso culta fuit. Omnino id fatendum, peregrinas plantas summo studio, maxima diligentia, curaque assidua, in hortis coli ac custodiri, contra patrias nec multa cura egere, nec adhiberi, etiam in incultis, sponte natas, sæpissimè reperiri locis. Judeæ balsamum peregrinum esse testatur Strabo Judæus. Inferet quis; atqui Theophrastus ἄρχειον ἐν Ἰσραὴλ... ἐν ἰδίῳ μὲ scribit. Resp. id intelligendum de Syria, in qua Judæa: sin minus, plus fidei deberi oculatis, quam auritis. Notum illud pluris testis oculatus unus, quam auriti decem. Nec fides adhibenda recentioribus, qui periisse omnes plantas balsami scribunt, quod ad nos rarissime succus tam præstans adferatur. Erroris occasionem præbuisse videtur Petrus Martyr, lib. III, legationis suæ Babylonicæ. Scribit quippe, totum balsametum, quod ab urbe Ægypti Cayro, quæ est Memphis, 10 milliaribus abest, penitus interiisse, adeoque desertum se vidisse, ut nullum balsami viridarii, jam tum amplius extaret vestigium. Nec hoc fictitium est, testantur idem Alpinus & Bellonius. Sed damnum illud resarcitum, delatis 40 plantis ex Arabia. Idem Alpinus scribit, dum esset in Ægypto, negligentia custodum, denuo fere periisse; sed facile recuperari posse has plantas. Idem fatetur Bellonius lib. 2, cap. 39: *Percontantes*, inquit, *à Mercatoribus Cayri de balsamo, cum nostrum ramulum conferremus, nobis affirmarunt, quidquid xylobalsami, vel carpobalsami unquam vendidissent, id omne ex Meca cum aliis aromatibus accepisse, atque meminisse, suo tempore balsami frutices, qui nunc in Matarea coluntur, ex Arabia felici delatos esse, magnis sumptibus Sultani. Quoniam vero tam multi id nobis affirmarunt, existimavimus, sine ullo scrupulo aut dissimulatione, nobis licere id scribere. Falsum est*, inquit ille, qui notas in Bellonium edidit, *à Soldanis balsamum consitum fuisse. Nam stante imperio Romano, balsameta erant in Ægypto.* Claudianus in epithalamio Palladii & Celerinæ.

Gemmatis alii per totum balsama tectum
Effudere cadis, duro quæ saucius ungue
Niliacus pingui desudat vulnere cortex.

Verum quidem est, postquam exaruit balsametum, Cairense, tunc Soldanis curam fuisse, ex Arabia novelletum sufficere, quod & annis superioribus contigit, cum Bascha, præfectus Ægypti, curavit alias plantas ex Arabia peti. Nec aliud scribit Bellonius, quantum ex verbis citatis colligere possum. Quo itaque nomine, is accusetur non video. Balsameti memphitici longitudinem 200 passus scribunt, latitudinem 100 terreis aggeribus, sine calce ac lapidibus circumseptam, olim palario exornatam.

Τοῦ δὲ ῥοιᾶς, Mali punicæ magnitudinem habere scribit Præceptor balsami arborem. Plinius loco citato proceritatem intra bina cubita consistere ait. Punica malus multo altior est. Dioscorides loco citato, Βάλσαμον τὸ μὲν δένδρον κατὰ μέγεθος λευκοῖς (addit Ald. ἢ λυκίῳ, alius λευκοιτίας legit) ἢ πυρακάνθης βλέπεται. Depravatum esse codicem, satis constat. Nam præter omnem rationem est, Dioscoridem, ad similitudinem tertii alicujus generis, duo invicem alia inæqualia conjunxisse. Violam cubitali esse longitudine constat. Lycium, arborem spinosam, ramis trium cubitorum, aut longioribus scribit Dioscorides. Vide quæ supra lib. IV. diximus. Absurda itaque comparatio; qua non est usus Dioscorides. Idem ferè esset, ac si tamaricem sabinæ, aut pini magnitudine dixisset. Corrigunt, λυκίῳ, ἢ πυξακάνθης. Atqui πυξακάνθη & λύκιον eandem plantam esse, supra ex Dioscoride diximus. Lego λυκίῳ ἢ πυρακάνθῃ, *balsamum arbor lyci, seu pyracanthæ.* (Vide quæ supra lib. IV. & VI.) *magnitudine conspicitur.* Strabo loco citato, ἔστι δὲ τὸ φυτὸν θαμνῶδες κυτίσῳ ἐοικὸς καὶ τερεβίνθῳ ἀρωματίζον, planta aromatica fruticosa cytiso aut terebintho similis. Pausanias, τὸ πάλσαμον κατὰ μυρσίνης θάμνον, magnitudine myrthi fruticem æquare scribit. Plinius loco citato. *Quippe viti similior est, quam myrtho Malleolis seri dicitur, nuper vincta, ut vitis: & implet colles vinearum modo, quæ sine adminiculis se ipsæ sustinent.* Hanc omnem diversitatem Alpinus solvit loco citato, cui, quia testis oculatus, fides adhibenda. Hic lib. de Plantis Ægypti, & dialogo de plantis, esse arbusculum viticosum ait, ac crescere ad longitudinem el hanne sive ligustri, vel citisi. *Recte*, inquit idem, *Dioscorides, Strabo, Pausanias, de balsami magnitudine scripserunt. Omnes enim hæ plantæ longitudinem trium cubitorum non excedunt, uti nec balsami planta.* Idem punicam arborem, in Ægypto & Arabia, parvam admodum esse narrat, atque adeò ut inter arbuscularum, fruticumque numero ibi connumeretur. Neque ad tantam altitudinem assurgere, qualis in Italiæ observatur locis. Quare neque Theophrastus reprehendendus erit, quod scripserit, esse magnæ punicæ arbori simile balsamum, nam Ægyptiæ Italicis sunt longè minores. Plinius etiam excusari potest, quod viti similem esse scribit. Nam planta est ramulis fruticosis, & sarmentosis, viti similibus, quæ etiam singulis annis, ut vitis, putatur. Idem fere Bellonius loco citato: *Ejus justam magnitudinem tradere nequimus, nam quotquot ejus frutices in horto aderant, stipitem solum habebant, pedis longitudine; & pollicari crassitudine, tenuibus ramulis præditum, raris foliis obsitis, ubicumque autem tandem nascuntur, duorum aut trium cubitorum altitudinem non superant, & pedali altitudine cum sint, in multos graciles ramos, anserinæ pennæ caule haud crassiores, finduntur balsami frutices. Matereæ jam recens putati fuerant, sic ut soli stipides superessent, qui ramulorum rudimenta producebant. Ejusdem enim est balsamum cum vite naturæ, quam singulis annis putare necesse est, alioqui degenerat.*

Πολύκλαδον δὲ, *Rami*, inquit *multi*. Rami hi asperitate, proceritate, & tenuitate differunt. Balsami enim arborem semetipsa in his præstantiorem esse dicit Dioscorides: Διαφέρει αὐτοῦ, ἑαυτοῦ, τραχύτητι καὶ μήκει καὶ ἰσχνότητι. λέγεται γοῦν τὸ λεπτὸν καὶ τριχῶδες τοῦ θάμνου θερίστον. Ἴσως διὰ τὸ εὐχερῶς θερίζεσθαι ἰσχνὸν ὄν. *Balsami arbor semetipsa præstantior* (alibi abundè probavi, διαφέρειν, *excellere* apud Dioscoridem sæpius significare) *scabritia, proceritate, & gracilitate. Quod igitur in frutice tenue, & capillaceum est, Theriston quasi demessile dicitur, quoniam fortassis ob gracilitatem facile demetatur.* Hunc locum non videtur Plinius recte intellexisse. Sic enim loco citato scribit: *Arbori tria genera. Tenui & capillacea coma, quod vocant eutheriston. Alterum scabro aspectu, incurvum, fruticosum, odoratius, hoc trachy appellant. Tertium eumeces, quia est reliquis procerius, levi cortice, huic secunda bonitas, novissima eutheristo.* Græcus auctor ex quo hæc Plinius, balsami arborem semetipsa præstantiorem inquit, scabritia, proceritate, & gracilitate, ac balsamum tum præstantius esse, cum procerum est, & aspero cortice & surculis sive sarmentis tenuibus sive capillaceis, ita ut in una eademque arbore balsamo, ut primæ sit bonitatis, hæc tria contineri debeant, asperum vel scabrum, procerum, & gracile. Latinus auctor tria genera fecit balsami. Quorum unum est procerum, alterum asperum, tertium capillacea coma. Nullæ enim generum differentiæ sunt in hac arbore, quod nec ex verbis Dioscoridis, si sana mente percipiantur, induci potest. Quod verba hæc testantur, Λέγεται —— ἰσχνὸν ὄν. Non dicit genus aliquod, aut speciem balsami appellari εὐθέριστον, sed quod tenue ac capillaceum in frutice est. Sarmenta itaque amputata & detusa, nomen illud obtinebant, quod facile amputarentur, ac demeterentur. Aliud præterea latet in verbis Plinii: τὸ λεπτὸν καὶ τριχῶδες καὶ ἰσχνὸν. Vertit non sine magno errore, *tenui capillacea coma.* Quod præter mentem Græcorum, ipsamque veritatem est. Τριχῶδες nequaquam dicitur quod tenuem & capillaceam habeat comam, sed quod surculos tenues & capillaceos ferat. Coma arborum & herbarum de folio dici solet, ἀπὸ τοῦ κόσμειν ornare, vel κομᾶν frondere, virere, superbire. Ipse Plinius folium proximum rutæ, coma perpetua. Idem alibi folium proximum tuberi, perpetua coma. Videat lector cap. de hyssopo. Balsami folia capillacea dici non possint, Plinius ipse rutæ comparat, ea non sunt capillacea, qualia fœniculi, anethi, ferulæ & similium. Etiam pinus, ut scribit Plinius lib. XVI. cap. XXIV. *Capillata pino, cedro, aculeata aquifolio.* Nemo præter Iustinum talia folia tribuit balsamo, & est falsum. Arbores, ait, opobalsami formam similem piceis arboribus habere, nisi quod sint similes magis, & in vinearum morem excoluntur. Habet hoc ex Plinio, qui capillaceam comam huic frutici præter veritatem tribuit, quod Dioscorides surculos

los intelligat, ac de iis loquatur, his argumentis probo. Quod λεπτὸν καὶ τριχώδες τὸ θάμνου φύσιν vocatum dicit, quod in frutice tenue ac capillaceum existit. Non itaq; coma aut folium tenue, & capillaceum. Secundo quod Theriston dictum scribit, διὰ τὸ ἐνχρῆσθαι θερίζεσθαι ἰσχὺν ὄν. At folia aut comæ in balsamo tonderi aut amputari non solent, sed surculi, quod apertè & satis clare hoc capite Theophrastes. Dioscorides, ἐνεστι μὲν δὲ σφόδρα καὶ τὰ ῥαβδία. καθαίρεται γὰρ. Ipse Plinius: *tondetur similiter fruticans, & rastris nitescit*. Tertium argumentum ex ipso Plinio sumptum est, *Trachii*, inquit, *alterum appellant, scabro aspectu, incurvum, fruticosum, tertium eumeces, quia reliquis est procerius.* Quasi diceret. Nomen invenerunt duo hæc genera ab asperitate, & proceritate fruticis. Neutiquam enim propter folia longiora nomen hoc eumeces accepit, uti nec trachii, quod folia habeat aspera, scabra. Viri docti, qui verba illa Plinii, *arbori tria genera*, de xylobalsamo interpretantur, falluntur. Nam de xylobalsamo paulo post agit. *Et sarmenta quoque in merce sunt*, DCCC *sestertio amputatio ipsa surculique, venit intra quintum demum annum, xylobalsamum vocatur.* Quin etiam verba Dioscoridis à Plinio male intellecta, satis ostendunt de xylobalsamo non intelligenda hæc, sed de ipsa arbore, & satis clare Plinius, arbori tria genera dixit, quod vel mediocriter intelligens facile percipiet.

Φύλλα δὲ, *folium rutæ*. Idem Plinius, idem Dioscorides: φύλλα ἔχον ὅμοια πηγάνῳ λευκότερα δὲ πολὺ καὶ ἀειθαλέστερα. *Folia habet rutæ proxima, sed albidiora multo, & perpetuo magis virentia.* Pausanias, ἀμαράκῳ, folia similia esse scribit. Prosper Alpinus loco citato: *folia gerit rutæ proxima, non tamen, ut dicebat Dioscorides iis candidiora, sed potius lentisci foliis similia cernuntur, colore scilicet viridi subalbido, perpetuo virentia.* Rectè: ita ἐκλευκος Theophrastus *subalbidum*. Interpres *candidum*. Quod præter mentem Præceptoris, & veritatem est. Luculenter folia idem Alpinus in dialogo de balsamo his fere verbis describit: *De foliis ejus non minor est apud illos diversitas, deque arboris figura, quando Dioscorides, Theophrastus, Plinius, Avicennas, Simon Sethi* (de foliis postremus nihil) *balsami folia, rutæ proxima esse statuerint, & Pausanias amaraco. Iustinus piceis, Solinus, & auctor Aphricæ vitium foliis.* —— *Non tamen quod ad folia attinet, viti ea planta est similis, cum foliis referta sit rutæ aliquatenus proximis, præsertim verò extrema tria foliola*, (folia enim simul terna, quina, aut septena alæ adnata sunt,) *quæ in singulis virgæ balsami alis cernuntur, quando ipsa simillima sunt tribus iis foliolis, in extremo virgæ alæ rutæ politis; colore excepto. Neque absurdum est, Pausaniam dixisse balsamum folia habere amaraci æmula, quoniam suspicor ego, ipsum plantam balsami non adultam, sed tantum recenter ex ejus seminibus natam inspexisse, quæ folio magnitudine, ac figura amaraci foliis omnino sunt similia, excepta earum crassitie, ac colore, quibus ea folia invicem differunt. Nam in amaraco sunt graciliora & albidiora. Balsamum quod ex seminibus nascitur, bina folia imprimis habet, bifoliis nascentis viti maxime similia, & quæ post hæc, quæ sunt tria, quatuor vel quinque produntur, amaraci foliis sunt proxima, quæ verò tertio nascuntur singula trina existunt, rutæque proxima nascuntur. Repeto, primo nascentia folia bina sunt, secundo nata his multum diversa produntur, inordinatimque in virga, tertio sunt producta trina, cuilibet alæ appensa cernuntur, quæ rutæ sunt proxima, tribus inquam foliolis in extremo virgæ alæ rutæ conspicuis; quarto, quæ nascuntur in virga balsami, sunt quina, & postea septena.* Bellonius loco citato: *Nova illa balsami germina subrubente cortice erant tecta, foliaque viridia habebant, lentiscinorum foliorum modo formata. Hoc utrinque in nervo nata, ut in rosarum vel fraxini, vel juglandis foliis videre est, ciceris tamen foliorum magnitudinem non excedebant, sicque constructa erat eorum series, ut postremum foliolum extimam alam occupans, imparem numerum efficeret. Nam totius alæ foliolis numeratis, terna, quina, aut septena inveniuntur, septenarium certe numerum superare vix animadvertimus. Extremum autem foliorum reliquis majus est. Facto enim ab illo progressu, reliqua sensim minora fiunt, ut in rutæ foliis.* Perpetuo virere referunt Theophrastus, Dioscorides, id testantur Alpinus & Bellonius. Illud tamen, inquit Bellonius; in Matera apud Cayrum, pauca admodum folia Septembri mense habebat, quod nobis insolens visum est. Nam reliquæ arbores, quæ hyeme virere solent, folia solum novo vere abjiciunt, cum videlicet nova

Balsamum.



germina produxerunt, solentque autumno magis virere, quam novo vere. At reliquæ quæ folia abjiciunt, id sub hyemem facere solent, ut æstate nova acquirant, ideoque nobis præter naturam videbatur, balsamum folia abjicere, ut hyeme nova germina produceret, nobis enim id observantibus, quæcunque habuit folia, recens nata erant. Vide cap. V. lib. VI. hist.

Καρπὸν δὲ, Fructum similem terebinthi inquit Aetius in compos. malabatrini unguenti. Καρπὸν ὥσπερ καρποβάλσαμον. Vulgo καρποβάλσαμον vocant. Infima Græcia καρπόν. Fructum quidem nō describit Dioscorides, sed qualis sit eligendus docet. Τοῦ δὲ καρποῦ (καὶ γὰρ τούτου ἡ χρῆσις ἀναγκαία) ἐκλέγου τὸν ξανθὸν, πλήρη, μέγαν βαρὺν, δάκνοντα τὴν γεῦσιν καὶ πυρώδη, μετρίως προσόζοντα τοῦ ὀποβαλσάμου, ex fructus genere (nam & hujus necessarius est usus) eligito flavum, plenum, grandem, ponderosum, gustu mordantem & ferventem in ore modice opobalsamum redolentem. Plinius loco citato, *semen ejus vino proximum gustu, colore ruffum, nec sine pingui; pejus in grano, quod levius atque viridius.* Serapio cap. CLX. *Et granum ejus, quod nominatur carpobalsamum, est granum rotundum, ad longitudinem aliquantulum tendens, ad acuitatem in duobus capitibus in medio verò grossus, cujus color tendit ad rubicunditatem, & est plenum, grave, mordens linguam mordicatione aliqua, non multa, & quando frangitur, interius habet humiditatem similem melli, & est odor ejus bonus.* Alpinus loco citato, *Flores fert parvos, albos, acaciæ proximos, ternos singulis alis appensos, quasi in umbellæ forma, summè odoratos, odor paulò temporis resolvitur, à quibus semina promanant, flava, folliculis nigris subrubentibus contenta, valde odorata, intusque humorem flavum, melli persimilem, habentia, sapore subamaro, parumque acri, linguam ferientia, opobalsamumque redolentia, terebinthi fructuum figura, & magnitudinis æmula, extrema, aculeata, & medium crassum obtinentia.* Hæc ostendunt & Serapionem & Dioscoridem, & Theophrastum recte descripsisse fructum. Terebinthi fructus magnitudine, figura & colore convenire, auctor est Theophrastus. Fructus Terebinthi, ut lib. III. hist. cap. X. subrubet, vel nigricat. Objiciet quis, Dioscoridem flavum prodere. Vtrumque tamen recte delineasse balsami fructum dico. Dioscorides enim cum flavum dicit, fructum intelligit folliculo spoliatum, & exemptum; contra cum rubrum dicit Theophrastus loquitur de fructu suo tegmine vestitum, & tectum. Possem & alio modo utrumque conciliare, si dixerim ξανθὸν, quando

quandoque denotare *rubrum*, *ruffum*, *è flavo rubrum*, qualem habet colorem nardus, uti alibi probavi. Carpobalſamum ad nos iterum adferri cœpit, ſtudio & diligentia Danielis Beeringen, ſeplaſiarii diligentiſſimi. Omnes notæ in carpobalſamo recenti reperiuntur, quæ ab Alpino recenſentur, ſed in antiquo & veterato non item. Nam mellei in eo nihil, odor etiam nullus, aut perquam exiguus in illo. Leve præterea eſt, non ponderoſum. Alpinus etiam auctor eſt, parvo temporis ſpatio, omni odore & ſapore deſtitui. Tanta enim eſt illius humidæ ſubſtantiæ, in qua odor ſaporque fundantur, tenuitas, ut cito exolvatur, ſimulque cum ea ſapor atque odor evaneſcat. Carpobalſamum adulterari, ut ſcribit Dioſcorides, quondam ſolebat, ſemine quodam à Petra oppido advecto. φέρεται δέ τι ἀπὸ τῆς πέτρας, ᾧ δολίζεται τὸν καρπὸν σπέρμα ὑπερικῷ ὅμοιον, ὅπερ γνώσῃ ἐκ τοῦ μείζονι εἶναι καὶ κενὸν, καὶ ἀδύναμον πεπέριζον τῇ γεύσει. *Aſportatur à Petra oppido, ſemen hyperico ſimile, quo fructus hic adulteratur, ſed ex eo dignoſces, quod majus illud ſit, inane, ignavum, ſapore piperis.* Contra tamen Galenus lib. de antidotis primo ad finem capitis XIV, inter ea numeras, quæ adulterationem non admittunt. Τὰ δὲ ἐφεξῆς γεγραμμένα φάρμακα σχεδὸν ἅπαντα καὶ γινώσκεται πᾶσιν ἰατροῖς καὶ πανουργίαν οὐκ ἐπιδέχεται. *De reliquis à nobis eſt in libris de ſimplici medicina deceptatum, partim vero ſunt medicis omnibus cognita, nec fraudes ullas admittunt.* Carpobalſamum quale ſit, non docuit loco citato, nec quomodo adulterari poſſit. Ergo inter ea refert, quæ adulterari nequeunt. Dicendum, vel Galeni ævo pharmacopœis notiſſimum fuiſſe, vel mnemonico errore lapſum Galenum. Sed primum veriſimilius, pharmacopœis notiſſimum fuiſſe. *Fieri non poteſt*, inquit Alpinus, *ut aliquis qui balſami ſemina tantum viderit, poſſet ab aliis decipi.* Plinius loco citato. *Adulteratur petræo hyperico, quo coarguitur magnitudine, inanitate, longitudine, odoris ignavia, ſapore piperis.* Dioſcorides non petræo hyperico, ſed ſemine è Petra Arabiæ oppido, hodie Mecham vocant, allato, hyperico ſimili. Non in minori verſantur errore, qui ſemen illud terebinthi fuiſſe adſtruunt. Tum, quod terebinthi ſemen magnitudine, colore, figura ei ſimilis ſit, unde fraus facilis: tum quod in Arabiæ Petra terebinthi multæ, inde enim optima terebinthina reſina, teſte Dioſcoride adfertur, lib. I, cap. XCI. Accedit quod hyperico terebinthi ſemen ſimile. Hanc opinionem probare nequeo, idque quia terebinthus eſt magnitudine balſami, pſeudocarpobalſamum verò magnitudine, inquit Dioſcorides, à vero cognoſcitur. Ergo vel majus, vel minus eſt, quam legitimum ac verum balſamum. Deinde terebinthi ſemen odoratum eſt, pſeudocarpobalſamum odore ignavo: ſic nec therebinthi ſemen inane, nec ſapore eſt piperis. Alpinus loco citato: *Animadvertendum duplex genus carpobalſami circumferri, & utrumque pro balſami ſeminibus apud nonnullos recipi, quorum unum eſt terebinthi magnitudine, atque fere etiam forma, rotundumque & oblongum ovo ſimile, in extremis acutum. Flavum, folliculo nigro rubente undique tectum. Alterum vero pſeudo-carpobalſamum huic admodum magnitudine colore, figuraque, eſt ſimile. Differt tamen à vero, quia ipſo eſt oblongius, ex medietate tantum folliculo contectum. Nam illud extremum quod ſuo pediculo appenſum eſt, folliculo caret, minimeque eo totum contegitur, ſed tantum ad ejus uſque medietatem. De hoc vero, quod falſo pro balſami ſemine me judice recipitur, non loquimur, quanquam odoratum ſit, ac aromaticum.* Illud fortaſſe eſſet, quod olim Dioſcoridis tempore ex Petra Arabiæ oppido pro carpobalſamo exportabatur, & quo verum carpobalſamum adulterabatur, ſi piperis ſaporem præ ſe ferret. Quæritur, an recte in Dioſcoridis codice legatur, πεπέριζον τῇ γεύσει. Piperis enim ſapor pugnare videtur cum viribus ignavis, & inanitate. Quare codicem depravatum puto, legendumque μὴ πεπέριζον, niſi dicamus quod ignavum illud intelligi de odore, quomodo intellexit Plinius; nec aromatico eſſe ſapore, ut verum carpobalſamum, ſed acre tantum, ut piper. Admonendi pharmacopœi ne in poſterum emant tamalapatri fructum, quem ſeplaſiarii nonnulli minus periti, vel ſubdoli pro vero carpobalſamo vendunt. Inodorum eſt ſemen hoc, & inſipidum. Fortaſſis eſt pſeudocarpobalſamum Alpini. Ex medietate enim folliculo tectum eſt. Illud tamen obſtare videtur; quod ea parte, qua ſuo pediculo appenſum eſt, folliculum habeat, quo Alpinus carere ſcribit. Veriſimile admodum eſt Alpini codicem hoc loco depravatum. Nam veritati magis eſt proximum, folliculum pediculo annexum eſſe, quam contra; ut ut eſt, tamalapatri fructus folliculo adhæret, ut ilex calyci.

Εὐώδης ὁ καρπὸς, *fructum*, inquit, *magis odoratum eſſe quam lachrymam.* Contra Dioſcorides cæterique omnes carpobalſamum modice, reſpectu opobalſami, odoratum ſcribunt. Plinius loco citato: *Præcipua autem gratia lachrymæ, ſecunda ſemini, tertia cortici, minima ligno.* Hæc depravatum Theophraſti codicem oſtendunt. Lego μᾶλλον δὲ τὸ δάκρυον, fructus odoratus valde, verum huic magis odorata lachryma. Odorem enim, ut ipſe Theophraſtus ait, infert eximium & copioſum, adeo ut ſubito ſpacium per longum odor valeat permeare. Si itaque lachrymæ odor tantus, qualem dicit Theophraſtus, non video, quomodo ſemen odore illam vincere poſſit. Experientia præterea comprobat, ſemen modice tantum, immo vix reſpectu ſucci odoratum eſſe, major tamen huic quam ligno odor, Quod libro de odoribus teſtatur Theophraſtus. Τῷ δὲ βαλσάμῳ ὁ μὲν ὀπὸς καὶ τὸ καρπὸν ἀνδρειότερα ὡς ἀμφότερα ταῦτα, τὸ δὲ ξύλον ἀσθενέστερον, παραπλησίαν δὲ ἔχει τούτῳ τὴν δύναμιν καὶ τὸ ἄμωμον *Balſami ſuccus & ſemen ad utrumque.* (calfaciendi & adſtringendi) *viriliora & efficaciora, lignum imbecillius, cui viribus amomum ſimile eſt.* Interpres legit, cinnamomon, cum tamen in expreſſis duobus codicibus ἄμωμον legatur; quomodo etiam in M. S. Palatino, ut ex clariſſ. & celeber. viro Salmaſio accepimus. In altero tamen Aldino expreſſo legitur κιννάμωμον. Eodem etiam Palatino ἀντ᾽ ἀνδρειότερα, ἀνδρικώτατα legitur, ſenſu plane eodem.

Τὸ δὲ δάκρυον. Lachryma quomodo colligatur, docet Dioſcorides loco citato. Τὸ δὲ ὀποβάλσαμον λεγόμενον ὀπίζεται, ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασιν, ἐντεμνομένου σιδηροῖς ὄνυξι τοῦ δένδρου. Quod vero opobalſamum dicitur, æſtivis, ſub ortu canis, ardoribus excipitur, inciſa ferreis unguibus arbore. Idem Simon Sethi, ſed βαλσαμέλαιον vocat. Καὶ ὅταν ἂν ἔχῃ τὰ τῆς Αἰγύπτου, κατὰ τὸν φθινοπωρινὸν καιρὸν, ἐγχάζον μετὰ σιδήρου τὰ κάτωθεν μέρη τῶν τοιούτων φυτῶν, καὶ ἀποδίδοται ἐξ αὐτῶν ὀπὸς ὅμοιος, ὡς ἐστιν ἰδεῖν τῷ ἐλαίῳ, διὸ καὶ βαλσαμέλαιον ὀνομάζεται. *Cum res Ægypti bene habent, per autumni tempus, arbuſcularum harum partes inferiores ferro aperiuntur, ſuccuſque inde manat, omni oleo viſu ſimilis, quod ideo βαλσαμέλαιον, id eſt, balſami oleum appellant.* Contra Plinius loco citato negat ferro incidi. *Inciditur*, inquit, *vitro, lapide, oſſeiſque cultellis, ferro lædi vitalia odit. Emoritur protenus* (lego & moritur protinus) *eadem amputari ſupervacua patiens. Incidentis manus liberatur artifici temperamento, ne quid ultra corticem violet. Succus è plaga manat, quem opobalſamum vocant, ſuavitatis eximiæ.* Vitalia arboris vocat Plinius, quæ cortice, veluti cute ambiuntur, artifex temperamentum, artifex plaga eſt, quæ cum artificio facta eſt. Plinii ſententia, contra Dioſcoridis, & Theophraſti, Taciti auctoritate munitur. Si ferri, inquit, vim adhibeas, pavere hanc arborem, ideoque venas fragmine lapidis aut teſta aperiri. Solinus cap. 38. lignum candicis attrectatum ferro, ſine mora mori ſcriptum reliquit, ideoque aut vitro, aut cultellis oſſeis, ſed in ſolo cortice, artifici plaga vulneratur. Egeſippus, lib. I, exidii Hieroſolymitani, acutis lapidibus id fieri dixit. Idem Joſephus de Hierechunte, ἔνθα τὸ τῆς Ἰουδαίας πίονα τοῦ, φοινικῶνα παμπόλλην καὶ βάλσαμον τρέφει. τοῦτο λίθοις ὀξέσι ἐπιτέμνοντες τὰ πρέμνα συλλέγουσι κατὰ τὰς τομὰς ἐκ δακρύων. Diverſas has opiniones conciliari poſſe viri docti ſcribũt. Si dicamus id unum omnes voluiſſe, in vulneranda balſami arbuſcula cavẽdum unicè, ne quid ultra corticem violetur, adeoque à cultellorum ferreorum acie abſtinendum. Alpinus, oculatus teſtis, partim ſponte, partim ferro ſcarificato emanare ſuccum auctor eſt. *Ex fiſſuris*, inquit, *ramulorum hujus arboris, egreditur quidam liquor in canicularibus diebus ſicut lac ex tithymalo. Opobalſamum menſibus, Iunio, Iulio, Auguſto, partim ſponte, & partim ſtipite ferro ſcarificato diſtillat, in vitreaq; vaſcula recipitur.* Supra cap. 3. Theophraſtus & ſponte, & inciſura opobalſamum provenire tradidit. Sponte emanare auctor Virgilius eſt:

Quid tibi odorato referam ſudantia ligno
Balſama,

ferreus

Ferreus unguis, instrumentum est ferreum, quod ad unguis humani figuram formatum est, quale in fabrica videre licet.

Τὴν συλλογὴν, inquit *æstate fieri, & quod colligitur non esse multum*, &c. Ad finem capitis ex horto majore ἡμιχόεια duodecim, ex minore duo colligi refert. Plinius loco citato, *Succus è plaga manat, quem opobalsamum vocant. Suavitatis eximiæ, sed tenui gutta, ploratu lanis parva colligitur in cornua. —— Alexandro Magno res ibi gerente toto die æstivo concham impleri justum erat. Omni vero fœcunditate è majore horto congios senos, minore singulos, cum duplo rependebatur argento. Nunc etiam singularum arborum largior vena, ter omnibus percutitur æstatibus, postea deputatur.* Hæc mendo non vacant. Doctiss. Salmasius legit: *Toto die æstivo concham impleri, justum erat homini, anni vero fœcunditate.* Hanc lectionem confirmat Theophrasti verbis, unde hæc hausit Plinius, ἐν ἡμέρᾳ —— κόγχην, *uno die hominem colligere quantum tenet concha.* Ἄνδρα non interpretatus est doctiss. Gaza, & facit ad rem, immo à mendacio liberat magistrum. Non plus colligere scilicet unus homo poterat, cui circa singulos ramos erat hærendum, tenuis & exigua lenteque manans lachrymula excipienda, & abstergenda, & in vas condenda. Sed homines plures adhibiti, plura colligebant. Et ita necesse fuit, nam alioquin sex congii colligi æstate una non poterant, immo vix unus impleri poterat, etiamsi æstas sex menses duraret, quod est præter veritatem. Nam congius est liquidæ mensuræ genus, capiens sex sextarios: sextarius capit conchas triginta duas. Sexies triginta duo facit 192. Atqui tot dies non habet æstas, etiamsi sex menses duraret. Atqui Theophrastus incisionem fieri inquit sub ortu canis, ac dein per totam æstatem, itaque nec trium quidem mensium erat collectio. Sensus ergo est, quem dixi, non plus colligere unum hominem potuisse quam concham, plures vero, conchas plures. Porro concham cochlearia tria facere afferunt, qui de mensuris scribunt, nonaginta sex cochlearia sextarium implebant, ut scribit Africanus: καὶ ὁ ξέστης ἄγει εἰς κοχλιάρια ἀναλύεται. Sextarius itaque triginta, ut dixi, duas conchas continet. Aliud adhuc in verbis Plinii examinatione dignum, quod scribat, suo ævo plus opobalsami collectum fuisse, quam temporibus Theophrasti. Hoc si verum est, quomodo Dioscorides scribit: ῥεῖ δὲ ὀλίγον εἰς καθ' ἕκαστον ἔτος μὴ πλεῖον ἢ ἓξ ἢ ἑπτὰ χόας, συναθροίζεσθαι. *Sed tam paucum extillat, ut quotannis vix plures quam seni, septenive congii colligantur.* Quid recentiores scribant audiamus. Scribit loco citato Alpinus. Mechæ præfectum, Seriph nomine, Imperatori Turcarum singulis annis mittere tres quatuorve libras opobalsami, Præfecto Cayri libram, atque Præfecto peregrinorum Hamirach nomine semilibram. Sunt & alii duces, duo, cum multis peregrinis, scilicet alter è Damasco, alter ex Arabiæ felicis locis Mecham & Medinam visitatum venientes, quibus omnibus parum donat opobalsami.

Unam tantum notam opobalsami dat Theophrastus, plures Dioscorides. Ἔστι δὲ ὁ ὀπὸς καλὸς ὁ πρόσφατος, τῇ ὀσμῇ ἰσχυρὸς, καὶ εἰλικρινής, καὶ μὴ παροξίζων, εὐδιεὶτος, λεῖος, στύφων καὶ δάκνων μετρίως τὴν γλῶσσαν. *Est bonus succus, qui recens est, validi odoris, syncerus, non subacidus, dilui facilis, lævis, adstringens, & linguam modice mordens.* In plurimis codicibus ἰωδιεὶτος legitur, quæ vox, ut recte viri doctiss. scribunt, nullam habet significationem, quæ huic loco accommodari possit. Serapio εὐδιάλυτος, *velocis resolutionis* legisse videtur. Interpres antiquus εὔδιος *serenus* legit, nulla in balsami notis significatione. Alius interpres *pellucidum* vertit. Εὐδιεὶτος legunt viri clarissimi, Marcellus & Saracenus, id est *dilui facilis*, vel, ut Marcellus, *qui facile penetret.* Nam utrumque haud dubie balsami liquori convenit. Etsi vero inquit Saracenus; hujus dictionis apud Græcos auctores exemplum, quod sciam nullum sese offert, tamen ejusdem formæ verbale esse potest, qualia sunt illa, ἀνετὸς, ἀφετὸς, καθετὸς, παρετὸς, συνετὸς, &c. Ut enim ista ducuntur à verbis ἀνίημι, ἀφίημι, καθίημι, παρίημι; ita pari prorsus analogia διετὸς & compositivum εὐδιετὸς ἀπὸ τοῦ διίημι, vel διιημι, quod quidem interdum significat τὸ διυγραίνειν, *madefacere, diluere, perfundere*, interdum etiam *penetrare transmittere, permeare.* Pro eodem ταχέως δι ἱμωνὸν apud Dioscoridem lib. III, cap. LV legas, itemque ἰωδιεὶτον lib. V, c. XXX, de morochto. Ceterum, inquit Saracenus, *qui meam lectionem εὐδιετὸς non probaverit, viderit is quæso utrum aptius, rectiusque legi possit.* εὐδιίετος, *bene penetrans*, aut *diluens*, aut εὐδιαχυτὸς. *bene perfundens.* Sequentia quæ lectio sit optima ostendent. Miror Dioscoridem nihil de consistentia, sapore, colore opobalsami prodidisse. *Strabo* loco citato, τὸν φλοιὸν ἐπισχίζοντες, ὑπολαμβάνουσιν ἀγγείοις τὸν ὀπὸν, γλίσχρῳ γάλακτι παραπλήσιον, διαληφθεὶς δὲ εἰς κογχάρια λαμβάνει πῆξιν. *Hujus corticem scindentes, succum in vasis suscipiunt, tenaci lacti persimilem, susceptus autem in conchis coagulatur.* Simeon Sethi, καὶ ἀναδίδοτο ἐξ αὐτῶν ὀπὸς ὅμοιος, ὃς ἐστὶ ἰδίως τὸ ἔλαιον, διὸ καὶ βαλσαμέλαιον ὀνομάζεται, καὶ συναγόμενον ἐν τούτῳ ἀπτίθεν ἐν ἀγγείοις, καὶ ἦν τὸ μὲν ἐπιπολάζον, λευκὸν καὶ λεπτομερὲς, καὶ διὰ τοῦτο πολυτιμότερον. τὸ δὲ μέσον ὑπόκιρρον, καὶ κατὰ πάντα τοῦ ἐπιπολάζοντος ἐνδεέστερον. τῇ δὲ τρυγὶ ἐχρῶντο τινὲς πρὸς σμῆγμα χειρῶν, καὶ πρὸς ἄλλας θεραπείας δὲ ὑποδεὰ τῶν λοιπῶν. *Succusque inde manat, omni oleo visu similis, quod ideo balsamelæon, id est balsami oleum nominatur, succus hic vasculis excipitur, ejus quod supernatat album & tenue, est salubre, & ideo prætiosius, quod vero medio loco est subrubrum est, & deterius. Fex autem tertio loco remanet subfusca, hac ad mundandas manus, aliasque nonnullas curationes utuntur cum reliquis careant.* Fæcem vocat Aetius serm. I in comp. salcas & sequenti σίρωμα. Σιρώματος, inquit, τουτέστιν ὕδωρ τοῦ ὀποβαλσάμου. sequenti malabatri composit. σιρώματος ὅ ἐστι κατὰ ζῶμα ὑδατῶδες, ὀποβαλσάμου. *Siromatis, hoc est quod aquosum est in opobalsamo —— siromatis, quæ est aquosa fæx ac residentia opobalsami.* Plinius loco citato: *Succus è plaga manat, quem opobalsamum vocant, eximiæ suavitatis, sed tenui gutta, ploratu lanis parva colligitur in cornua, ex iis novo fictili conditur, crassiori similis oleo, & in musto candida.* Omnem hanc ambiguitatem solvit Alpinus. Scribit enim opobalsamum juxta ætates varias, variari & ipsum, quo ad colorem, substantiam, perspicuitatem, odorem & levitatem, continuoque à stipite instillatum ac exceptum, albo colore conspici, præsertimque quod supra enatat, veluti minus quod subsidet, qui color paululo momento in subviridem oleosum mutatur, qui post quinquennium, ut superius etiam dictum meminimus, aureus fit, ac demum senio confectus crassescens mellis colorem, obscuriorem tamen accipit. Tot etiam mutationes in perspicuitate, substantia, odore, levitate ejus varias ætates facere, alias dictum est; quod opobalsamum recenter eductum per quinquennium turbidum maneat, à quo tempore clarescere incipit, per decennium ferè ipsum clarissimum, ac ut aurum splendescere observatur; postea senescens turbidum rursus evadit. A stipite etiam statim exceptum tenuissimum est, pauloque post parum crassescit, atque hinc Strabo dixit, susceptum in conchis coagulari, peractoque quinquennio, quod tempus pueritiæ datur, purgatur, fæcemque in fundum vasis deponit, tenuissimumque fit, & totidem geminatis peractis annis senescens crassum, crassiusque est quo annosius. Odor non minus & sapor in recentissimo validissimus est, in medio tempore odor fit suavior, Thus ac therebinthum redolens, cum suaviori tamen odoris fragrantia; sapor est amarus, subacris, atque adstringens: demum in senio omnia hæc maxime remissa percipiuntur. Hinc Plinium deceptum fuisse arbitror, qui putaverit optimam hujus succi lachrymam fricando percipi odoratam. Siquidem opobalsamum senio solummodo confectum inodoratum fit, ut tum solum frictione dignosci queat. In principio etiam hic succus levissimus est, qui quam maxima difficultate in aqua, vel alio liquore instillatus considat; sed continuo in aquæ superficiem feratur, citoque cum aqua dissolvitur. Annis vero consistentiæ medio se habet modo, senescensque, colore ejus imminuto, crassescit; quo fit ut subito in aquam projectus considat, tardissimeque sursum in aquæ superficiem feratur, difficillimeque ac tardissime cum ea dissolvatur. Quæ scribit Alpinus, vera esse, experientia didici. Dono enim anno 1630 accepi opobalsamum admodum recens, quod eo ipso anno collegit ac nobis dono dedit honestissimus, ac perquam diligens seplasiarius Daniel à Beeringen, eo ipso anno ex Ægypto redux. Omnia, inquam, illa quæ scribit Alpinus observare licuit. Hoc ipso anno aureum splendentem accepit colorem clarumque ac lympidum, cum ante tur-

bidum, oleoso sub viridi esset colore. Magna cum admiratione, nec non ingenti gaudio id hoc ipso anno observavi: nec subito, sed sensim admodum hanc mutationem subit. Antiquum admodum p. m. Franciscus Balochius Med. Doct. dono dedit, postea accepi etiam à patruo Martino Toll. antiquiss. quod inter soceri sui Petri Parii Med. Doct. & Professoris dum viveret Lugduni Batavorum exotica & peregrina repperit; eratque illud ipsum quod clariss. Clusio ab Anglorum legato ante annos plus quam 30 donatum fuerat. Falsum est quod Plinius scribit loco cit. *Lachrymæ probatio, ut sit pinguis, tenuis ac modice rufa, & in fricando odorata, secundus candidus color, pejor viridis, crassusque, pessimus niger.* Nemo inquam nigrum vidit. Errant itaque Medici, qui balsamum Indicum, veterum Græcorum opobalsamum esse imaginantur. Nullam enim hoc patitur mutationem, nisi quod senescens paulo crassius fiat. Galenus porro duo genera opobalsami lib I, cap. IV. de Antidotis novit. Quorum alterum ab altero tantum in excellentia vincitur, quantum reliqua vina à Falerno, & mellis genera ab Hymettio superantur. Οἶνοι μὲν ὑπὸ φαλερίνου καὶ μέλιτος ὑμηττίου, ὀποβαλσάμου τι τοῦ συριακοῦ καλουμένου. διὰ δὲ τοι τόπον ἐν ᾧ γεννᾶται. πλεῖστον δὲ καὶ κάλλιστον, ὅπερ ὄνομα δέ περιέχει τὸ σταδίων, ὃ ὀνομάζεται κρεῖττον ὄν, τῶν ἐν ἄλλοις χωρίοις τῆς παλαιστίνης γινομένων. ὥσπερ δὲ ὁ οἶνος, ὁ φαλερῖνος ἀμείνων ἐστὶ τοῦ κατὰ τὰ καπηλεῖα, προστὸ τοῦ κατ' αἴγυπτον γινομένου.

Ἀλλ' οὐ φυτῶν. *Sincerum raro*, inquit *adferri* Theophrastus, pluribusque adulterari modis. Quibus rebus vitietur, & quomodo verum à falso dignosci possit, docet Dioscorides. Δολοῦται δὲ ποικίλως. οἱ μὲν γὰρ χρίσματα μίσγουσιν αὐτῷ, ὡς τὸ τερεβίνθινον, κύπρινον, σχίνινον, σούσινον, βαλάνινον, μετώπιον. μέλι, κηρωτὴν, μυρσίνην, ἢ κυπρίνην ὑγρὰν λίαν. *Sunt enim qui ipsi olea unguentaque admisceant, quale terebinthinum est, cyprinum, lentiscinum, susinum seu liliaceum, balaninum, ac metopium, itemque mel & ceratum myrtinum, aut cyprinum valde liquidum.* Plinius loco citato: *Vitiatur & oleo rosæ, cyperi, lentisci, balani, terebinthi, myrti. resina galbano, cera cypria; prout quæque res fuit. Nequissime autem gummi, quoniam ipsum quoque inhærescit manu inversa, & in aqua sidit, quæ probatio ejus gemina est.* Ex hoc Plinii loco doctissimi quique interpretes Dioscoridis. Saraceno, Marcelloque exceptis, vertunt ἢ κυπρίνην ὑγρὰν λίαν, (sic enim lego non λείαν) *aut cypriam ceram liquidam.* Hanc versionem improbat Saracenus: Κηρωτὴ enim inquit, nihil aliud est, quam κηρέλαιον, quod *cerotum*, vel *ceratum* dicimus. Sed quorsum, inquit, mentio ceræ è myrto, aut cypro arbore paratæ, aut etiam ceræ cypriæ, quemadmodum videtur intellexisse Ruellius, Plinio hac in parte nimium addictus. Equidem nunquam de cera ex myrto aut cypro parata; neque item usquam alibi, quam apud Plinium de cera cypria quicquam legere memini. Quin neque Cyprus ceræ ullam laudem habet. Solas Creticam, Ponticam, Corsicam, Chiam, Tyrrhenicam, tum apud Galenum, tum apud Dioscoridem, Plinium & alios, quibus locis ceræ mentionem ex professo faciunt, celebrari sat scio. His accedit, quod adjectivum cyprinos non videtur deductum, ἀπὸ τῆς κύπρου, quod *Cyprum insulam* significat; sed potius ἀπὸ τοῦ κύπρου, quo arbor *ligustrum* Plinio dicta significatur. Tum enim usitatiora esse solent illa, κύπριος, κυπρίτης, κυπριακός, &c. Neque vero negaverim, non hic modo, sed & alias sæpe numero κηρωτὴν à Plinio ceram latine reddi, cum ceratum potius vertere debuerit. Sic lib. XXVII, cap. VII, de absynthio peculiariter, inquit ille, *ilibus imponitur cum cera Cypria*; ubi Dioscorides lib. III, cap. XXVI habet, καταπλάσσεται δὲ καὶ πρὸς ὑποχόνδρια συντεταμένα κηρωτῇ κυπρίνῃ, vide cap. XXII, lib. XVII, & cap. LXXXVI, lib. IV. Dioscorides de helxine; quo loco, uti etiam priore, ceratum cyprinum, seu ligustrinum reddi debuisse palam est. Hanc opinionem doctissimi viri, utpote verissimam, laudo; nisi fortè quis malit ex ejusdem sententia legere, κηρὸν σμυρνίνην ἢ ῥητίνην ὑγρὰν λίαν, idque quia Plinius ceræ ac resinæ mentionem faciat, quæ quidem omnino à Dioscoride prætermittuntur.

Quomodo sincerum à vitiato dignosci posset. Docet Dioscorides: Ἐλέγχεται δὲ εὐχερῶς ὁ τοιοῦτος. ἐπισταγὲν γὰρ ὁ ἀκέραιος εἰς ἐρεοῦν ὕφος, καὶ ἐκπλυνθεὶς, κηλῖδα οὐ ποιεῖ, οὐδὲ σπίλον, ὁ δὲ δεδολωμένος ἐμμένει. *Hujusmodi maleficiũ facile deprehenditur, siquidẽ sincerum laneæ vesti instillatum, si deinde eluatur, neq; maculã facit, neq; notam ullã relinquit. At vitiatum inhærescit.* Simon Sethi: Ἐπιδείκνυσι δὲ χρὴ, ὡς ἀκμὴν νεαρὸν ὄν, ἐπιπολάζει τῷ ὕδατι, καὶ τηνικαῦτα δοκιμάζεται δι' ὀθόνης βρεχομένης ἐν τούτῳ καὶ ἀποματτομένης, κατέχεται ἐξ αὐτῆς ἀπὸ μὴ χρωμάζειν αὐτὴν, ἀλλὰ μόνον τὴν εὐωδίαν καταλιμπάνειν. *Sed hoc amplius si probare velis, quod in proprio vigore est, & recens, id quoniam super aquam enatat, eo linteum irrigato, si nihil linteum infecerit, sed tantũ illi odorem & non maculam reliquerit. Summa*, inquit Plinius, *probatio, ut lac coagulet, in veste maculas non faciat, nec manifestior alibi fraus.* Objiciet quis, nullum reperiri opobalsamum, quod instillatum in pannum ei aliquantenus non adhæreat. Viscositatis enim lentorisque minimè est expers, quippe resinosum adeo, ut sine errore ab aliquo possit inter resinas recenseri. Addet auctoritatem Plinii, qui sincerum vestibus inhærescere scribit. Respondet ad hæc Alpinus. Dioscoridem atque cum eo alios auctores, sincerum opobalsamum non aliam ob causam dixisse vestibus vel panno non adhærere, quam ut nos docerent, mistum aliquo oleo, vel quopiam unguento hinc deprehendi: *Oleo vitiatum in pannum laneum præsertim instillatum*, inquit, *illud instar olei inficit, eique perpetuo, non modo adhæret, sed quotidie in eo, recepta macula augetur ac diffunditur. Contra sincerum, quanquam panno instillatum inhæreat, non tamen ipsum ut oleum inficit, neque maculam relinquit, quin imo secus atq; oleum, panno adhærescens quotidie decrescit, usque quo tandem omnino sponte dissolvatur, atque evanescat. Quamobrem sincerum opobalsamum panno quidem, at non olei modo adhæret, neque aliam maculam relinquit. Quod sæpe vobis meum opobalsamum, in meam vestem instillatum, ostendit. Verum non debet hoc experiri in pannis iis, qui in Italia parantur, Ægyptiis longè crassioribus, in quibus fortasse cum olim crassi hi panni lana parati, ex Italia in Ægyptum non asportarentur, neque Ægyptii hi, ut nunc faciunt, uterentur. Dioscorides in his periculum faciendum non sentit, sed in Ægyptiis, Italicis longè gracilioribus. Clarius itaque hoc signum Plinius docuisse videtur, cum dixit, in veste maculas non faciat, non, ut in Dioscoride habetur, vesti non adhæreat. Verius profecto Sethus, opobalsami cognitionem ex hoc signo habendam tradidit, uti verba citata testantur.* Hactenus Alpinus. Fallitur quod Plinium clarius signum hoc docuisse quàm Dioscoridem putat. Nullibi scripsit ille, vestibus non adhærere sincerum, sed maculam & notam nullam relinquere si eluatur, quod non addidit Plinius. Καὶ γάλακτι δὲ ἐπισταγεὶς πήγνυσι τοῦτο ὅπερ ὁ δεδολωμένος οὐ δρᾷ. *Rursumque purus lacti instillatus id ipsum coagulat, id quod adulteratus non efficit.* Hujus etiam signi meminit Alpinus.. *Lac, inquit coagulat, etsi non ita ut coagulum faciat, quinimo cum ipso coagulatur.* Ἔτι δὲ ὁ ἀκέραιος ἐγχυθεὶς γάλακτι ἢ ὕδατι κάτω ταχέως καὶ γαλάκτωται. ὁ δὲ δεδολωμένος ἐπιπολάζει καθάπερ ἔλαιον ἐπιπολάζει καθάπερ ἔλαιον, συστρεφόμενος, ἢ διαχεόμενος ἀστεροειδῶς, τῷ μέν τοι χρόνῳ καὶ ὁ ἀκέραιος παχυνόμενος, ἑαυτοῦ χείρων γίνεται. *Quin & sincerus lacti aut aquæ infusus celeriter diffunditur atque lactescit, at adulteratus olei modo innatat, in orbem circumagens, aut diffundens sese stellæ in modum.* Alpinus loco citato, *Sincerum his notis innotescit, nam præter illa signa, quæ illum juxta varias ætates præferre diximus, hæc etiam addidimus, scilicet præterquam quod sit validi odoris, in aqua etiam stillatũ, tametsi parva satis sit gutta, supra totam aquæ superficiem expandi, eamque liquatam totam supernatare ac obtegere, atque in ipsa etiam cito coagulari, lactisque colorem adipisci, nec non minus ab ipsa coagulatum, totum stylo quopiam excipi, aut auferri.* Idem alibi: *Est etiam in principio levissimum & dilui facillimũ, itaut si in aqua vel lacte ex alto distillet, in imum vasis residere non patiatur, clarum vero aureumve redditum, ac ab omni fæce purgatissimum mediocri levitate præditum est, ita ut instellatum in aqua, etsi fundum petat, tamen cito sursum in superficiem aquæ feratur, cum eaque cito resolvatur, quæ omnia quo annosius, eo obscurius habet.* Idem alibi: *Opobalsamum cujuscunque coloris est, in aqua vel lacte stillatum ac liquatum album spectatur, redditurq; ita album, ut si quis liquari ac coagulari sinat supra aquam, vix ab ea distingui queat, sed paululo momento in ea coagulatur, eique instar telæ albæ incumbere, & in ea supernatare cernutur, manifestiorque ejus color albus fiat, si coagulatum stylo quopiam ab aqua eximatur, aut extrahatur.* Et hæc de vero & non vitiato. Olei instar supernatare scribit vitiatum Dioscorides. Neminem latere puto, oleum aquæ instillatum, super aquæ superficiem orbiculorum formis expandi, quod etiam opobalsamum oleo vitiatum facere, experientia docet, sed præ-

præter orbiculum ab oleo, telam etiam facit, ad instar veri opobalsami, super aquæ superficiem. Separatur enim oleum à balsami liquore, quod hisce diebus experientia didici, cum particulæ balsami, quod ab eodem D. Beeringen acceperam, olei quid addidissem, ut verum à vitiato distinguerem. Tela stylo quodam abaqua tollebatur, relicto oleo in aquæ superficie. Duos modos, docuit Dioscorides, qua ratione balsamum oleo vitiatum detegatur; addam ex Alpino tertium, nempe quod digitis id contrectatum nullo lentore, vel viscositate adhæreat, cum contra succus balsami lentorem & viscositatem habeat. Norunt pharmacopœi, oleo resinarum omnium tenacitatem abigi. Manifestius hoc signum, gustus ostendit: à fincero sibi invicem adhærent labia, & os claudunt, non secus ac si quis vinum generosum, pingue seu bonum gustasset. Illud etiam observavi, aquam supra quam tela opobalsami, non facilè congelari: contra partem illam oleo tectam à glacie condensari. Docet etiam Alpinus, quibus notis opobalsamum sincerum dignosci possit, à non sincero, ac vitiato, unguento, cera, resina, aut melle. Unguento corruptum dignoscitur, quod in opobalsamo parvi temporis spacio, in fundo vasis unguenta sidere necesse sit, cera mistum comprehendetur turbido colore, nunquam clarescente, melle infectum dulcis sapor detegit, muscasque allicit: resina adulteratum in carbones instillatum nigriorem flammam edit, substantiaque crassiore quam in fincero fit spectabitur. Plinius loco citato: *Debet sincerum & inhærescere: sed hoc & gummi addita fragili crusta evenit, & gustu deprehenditur. Carbone vero quod cera resinaq; adulteratum est nigriori flamma, nam melle mutatū statim contrahit muscas.* Viri docti legendū contendunt συστρεφόμενος καὶ διαχεόμενος ἀστεροειδῶς, id est, *in orbem circumagens, & diffundens, stellæ in modum.* Non enim inquiunt, hic alterutrum fieri dicit, verum primo densari, & mox stellæ modo in orbem circumagi, & quasi radiari, ideoque non ἢ sed καὶ legendum esse. Contrarium experientia docet. Aut enim in orbem circumagitur, aut diffunditur stellæ in modum. τῷ μὲν τι χρόνῳ καὶ ὁ ἀκέραιος παχυνόμενος ἑαυτοῦ χείρων γίνεται. *Attamen sincerus etiam vetustate crassescens, se ipso deterior evadit.* Experientia testatur instar terebinthinæ crassescere, nec tantum crassescit, sed solito etiam tum odore eximio, tum levitate deficit. Quare tum neque supra aquam enatat, neque multum ac suaviter olet, sed ad acorem vergit. Hæc in vero, & non vitiato observantur; sed tamen non est signum quo sincerum ab adulterato cognosci queat. Nam & resina vitiatum crassescit, sed hoc ante senectutem facit, neque opobalsamum & resinæ quædam crassescunt, sed etiam olea arte chymica parata. Habeo rosmarini, quod quondam liquidissimum & tenuissimum erat, nunc instar resinæ crassioris durum, odorem non amisit, quippe & odore suaviore & insigniore. πλανῶνται δὲ οἱ νομίζοντες τοῦτον ἀκέραιον ἐπισταγέντα ὕδατι (lacuna addit ἀθρόως confertim) χωρεῖν εἰς βάθος, εἶτα ἀνακλῦν ἐκδιάχυτον (vetus ἀδιάχυτον. Ald. διάχυτον.) *Porro hallucinantur qui sincerum hunc existimant aquæ instillatum prius ad ima sidere fundumque petere, ac postea tanquam qui facile diffundatur, & diffluat sursum remeare.* Horum in numero videtur Plinius loco citato, *præterea sinceri densatur in tepida aqua gutta sidens ad ima vasis, adultera olei modo innatat, & si metopio vitiata est circulo candido cingitur.* Simon Sethi, ἔνιοι δὲ τοῦτο δοκιμάζουσι, τῷ τιθέναι εἰς ὕδωρ ἀνάπτεσθαι δὲ αὐτοῦ ἀλαφόμενον, καὶ περὶ περισφιγγόμενον· ὃ καὶ τῷ κεφαλαίῳ, καὶ ἑτέροις λεγομένοις ὑπάρχει. ἔνιοι δὲ τῷ μὴ ἐπιπολάζειν, ἀλλ' ἱφίζανειν κάτωθεν ἐν τῷ ὕδατι, ὡς καὶ τοῦτο μὲν ἀληθῶς. πλὴν ὅτι συνδεόμενον ἄμφω, ὅτι τὸ σίδηρον ἅπτεσθαι, καὶ τὸ ὑφίζανειν ἐν τῷ ὕδατι, ῥᾳδίως ἀρπάζεσθαι ἐξ αὐτοῦ, αἰδόνιον τοῦτο λέγομεν. *At vero balsamelæon aliqui sic probant, ferrum ei inungunt, ignique admovent, si candeat, id quod & oleo caphuræ, & aliis quibusdam accidit: alii in aquam datum si non supernatet, sed statim fundam petat. Et verè hoc quidem: sed enim quando hæc duo concurrunt, quod videlicet ferrum attingat, & in aqua faciliter subsidat, per te illud cape, est enim legitimum & non factitium.* Non multum errant, qui credunt pessum ire, & dissipatum postea supernatare. In eo tamen errant, quod aqua concretum hoc facere arbitrentur, cum in aquam injectum hoc faciat. Est demum alterum opobalsamum, ex seminibus balsami expressum, quod pro succo opobalsami aliquando venditur, quod tamen facile ex obscuriore ejus odore amarioreque sapore à vero diversum ab his esse comprehenditur. Nec hoc ignoravit Plinius, cum inquit & alias adulteratur seminis succo. Inepte vulgo semine suo legitur, semine non potest adulterari, sed succo: hujusmodi opobalsamum accepi à Abrahamo Stephani Scherm seplasiario satis diligenti. Non tantum obscuriore, sed magis ad rubedinem inclinante colore est. Cæterum oleis facilius, quam unguentis cerisque adulterari potest opobalsamum, quod succus ille tenuis perinde ac oleum sit, minimeque crassus, nisi senio fuerit confectus.

Ἔνσημα δ'. Hactenus de succo. Nunc de virgis, xylobalsamum vocant, agendum: verba magistri doctiss. interpres non intellexit, etiam alium codicem habuisse videtur. Legit enim, δένδρα γὰρ καθαίρειν περὶ ἰσχύος ἰκανῶς τῆς τῶν ἄκρων ἕνεκα, ὥστε ἰσχυρότερα σώζειν, καὶ πλεῖον κέρδος εἰσφέρειν, πωλεῖσθαι γὰρ τιμίως ὡς τῆς ἐργασίας περὶ τὰ δένδρα χεῖδον τὴν αἰτίαν εἶναι ὡς τῆς βροχῆς. An habuerit M. SS. codicem, in quo locus hic, in hunc sensum legitur, me fugit, hoc referunt recentiores, balsamum ejusdem cum vite naturæ esse quæ nisi singulis annis putetur, degenerat. Scio ineptum & falsum esse quod vertunt imbrem causam esse cultus. Raro enim in locis istis cadit imber, hoc veteres, hoc recentiores asserunt omnes. Hoc, inquit Theophrastus, diligenter incolas colere hanc arbusculam, quod non parum ex iis lucri ad eos accederet, ingensq; captarent compendium. Diodorus Siculus loco citato, Γίνεται δὲ περὶ τοὺς τόπους τούτους ἐν αὐλῶνί τινι καὶ καλούμενον βάλσαμον, ἐξ οὗ πρόσοδον λαμπρὰν λαμβάνουσιν, οὐδαμοῦ μὲν τῆς ἄλλης οἰκουμένης εὑρισκομένου τοῦ φυτοῦ τούτου, τῆς ἐξ αὐτοῦ χρείας εἰς φάρμακα τοῖς ἰατροῖς καθ' ὑπερβολὴν εὐθετούσης. *Ibi in convalle quadam balsamum, quod vocant gignitur: unde luculentum ipsis vectigal, accedit, propterea quod nusquam alibi in orbe terrarum hæc stirps inveniatur: quæ præclarum quoque ad pharmaca medicis usum præstat.* Hæc vera τῆς ἐργασίας causa; nempe luculentum quod inde caperent lucrum, succus, fructus, lignū omnia maximo pretio, ut ad capitis calcem dicetur, vendebantur. Ideo tondebant quotannis quod ligno pro aromate uterentur. Strabo loco citato. Μεγάλη δὲ ἀπ' αὐτῶν ἡ πρόσοδος, τῷ ξυλοβαλσάμῳ χρῶνται ὡς ἀρώματι. *Maximus quidem ex eis (palmis & balsamo) proventus est; quia etiam xylobalsamo pro aromate utuntur.* Plinius loco citato. *Et sarmenta quoque in mercesunt. DCC sestertio amputatio ipsa surculique veniere, intra quintum devictæ annum. Xylobalsamum vocatur.* τῆς ἐργασίας pars maxima ἡ βροχή. Assiduè enim arbusculis his aquam aggerebant, quo lætiores, fœcundiores provenirent, magisque fruticarent, pluresque ramulos ferrent, ut majus lucrum tam ex succo, quam amputatione ramulorum caperent. Βροχὴ hoc loco, idem quod ὕδρευσις, quæ manu fit, & hoc sensu βρέχεσθαι accepit Præceptor lib. II. hist. Plant. cap. VIII. ἄλλοι δέ τινες λέγουσι ——— ἢ τὸ ἐκ τοῦ Διός. Vide cap. XI. lib. III. caus. aliaque loca. Strabo locum illum in quo nascebatur balsamum διάρρυτον ἀπαυγῶς esse scribit, hoc est *riguis distinctum & circumfusum.* Quæritur an quondam balsami plantæ rigabantur, rivorum ductu aqua fontibus elicita, an vero aquam è fontibus in vasa sumptam portabant, & balsamorum radicibus eam affundebant. Judicium liberum lectori relinquo, nec medico tantum interest. De cultura hæc sufficere arbitror. Xylobalsami notas has tradit Dioscorides. Τὸ δὲ ξύλον ὃ καλεῖται ξυλοβάλσαμον δόκιμόν ἐστι τὸ πρόσφατον καὶ λεπτόκαρφον, καὶ πυρρὸν εὐῶδες, βραχύ τινα ὑποβαλσαμίζον. *Lignum vero quod xylobalsamum vocant, prolatur recens sarmento tenui, ruffum, odoratum, quadantenus opobalsamum spirans. Optimæ* inquit Alpinus, *existunt virgulæ sarmentosæ, tenues fulvæ & recenter excisæ, odorem opobalsami manifestissimum spirantes.* His vero recentibus, pharmacopœi uti debent, Parvo enim tempore omni odore ac sapore destituuntur. Tanta enim est illius humidæ substantiæ, in qua odor saporque fundantur, tenuitas, ut cito exolvatur; simulque cum ea sapor, atque odor evanescat. Recens itaque xylobalsamum non videtur vidisse Dioscorides, quod ad nos adfertur legitimum esse, non nego, licet sæpius pro vero lentisci ramuli vendantur, sed in odorum & exoletum ferè semper reperitur.

Ἄγριον δ' οὐδέν, sylvestre balsamum non repertum ajunt. Contrarium asserunt Bellonius & Alpinus. Nam in Arabia sponte provenit. At quæ sponte proveniunt, ilico sylvestria esse, non ausim dicere. Malus medica, in plurimis calidis regionibus, sponte provenit, immo in re-

in regionibus locisque reperta, in quibus nihil præter fera animalia, quod Batavorum navigatio notum fecit. Arabiam balsami patriam esse, negari non potest, ac quidem maxime circa Mechan nascitur. Nam *Mecham*, inquit idem, *hinc euntibus, & ad villam quandam Bedrunia ab incolis vocatam, quæ distat ab urbe Cayri spatio dierum quindecim accedentibus, mons prægrandis arenosus conspicitur, propè eam villam positus, balsami innumeris arbusculis refertus, quas ibi Mahumetis miraculo ortas, Turcis persuasum est.*

Πωλεῖσθαι δὲ τὸ ἄκρατον doctissimus interpres vertit, *vendi sincerum argento ad drachmam.* Fateor me ignorare, nec posse percipere quid velit. Mentem satis capio Magistri. Idem dicit quod Dioscorides. Πωλεῖται δὲ ἐν τῷ τόπῳ σταθμὸς αὐτοῦ πρὸς διπλοῦν ἀργύριον, *inibique pondus argento duplo rependitur.* δὶς πρὸς ἀργύριον πωλεῖσθαι, idem est, quod πρὸς διπλοῦν ἀργύριον, & τὸ ἄκρατον, idem quod τῷ τόπῳ, *nam quod in loco ipso venditur raro non sincerum est.* Ex hoc loco quam carum pretiosumque fuerit opobalsamum, colligi potest. Carum satis est, quod argento rependitur, multo carius quod duplo rependitur argento. Plinius loco citato: *è majore horto congios senos, minore singulos cum duplo rependebatur argento.* Viri docti libros omnes scribere asserunt, *quum duplo rependebatur argentum*, nec dubitant quin ita scripserit, Pliniumque verba Theophrasti accepisse, quasi duplum balsamum argento rependeretur, ut una uncia ejusmodi mercis unicam unam venditori suo reportet. An hæc mens veraque scriptura Plinii, lectori committo, nec multum laboro, parum enim inter est, inde nihil fructus haurire potest medicus. Vulgata lectio proximè ad mentem Theophrasti & Dioscoridis accedit, nempe unam drachmam opobalsami sinceri pro duabus argenti drachmis venditam. Illud ad medicum; an balsamum Peruanum, seu novi orbis veterum opobalsamum fit. Arbor, ex qua Peruanum hoc colligitur, plane facie ab hac est diversa. Satis enim magna, foliis serratis & tenuibus. Urticæ facie, ut qui Indias peragrarunt, referunt. Liquor, sive succus lac non coagulat, aquæ tam frigidæ, quam calidæ instillatus succus hujus balsami, fundum statim petit, nec unquam supernatat, sed in fundo semper hæret, nec dissolvitur, nec albidior, quam antea fit. Maculamque satis magnam, laneæ vesti instillatam, relinquit, gratissimum spirat odorem; sed qui Thus aut terebinthinam non referat, nec ætate coloris mutationem ullam acquirit, ætate tamen crassescit, ac in eo solo cum balsamo veterum convenit.

ΚΕΦ. Ζ.

CAP. VII.

De calamo odorato, & junco, & chalbano, comaco, cardamomo, amomo. Quidque hæc fere sint quibus utimur ad unguenta, casia, cinamomum, cardamomum, nardus, nerum, balsamum, aspalathus, styrax, consecratrix, narta, costus, ligusticum, crocum, myrrha, gladiolus, juncus, calamus, sansucum, lotus, anethum. Item de Iride Illyrica.

Ὁ δὲ κάλαμος γίνεται καὶ ὁ σχοῖνος ὑπερβάλλοντι τὸν Λίβανον, μεταξὺ τοῦ τε Λιβάνου καὶ ἄλλου τινὸς ὄρους μικροῦ ἐν τῷ αὐλωνίσκῳ τούτῳ. καὶ οὐχ ὥς τινές φασι τοῦ ἀντιλιβάνου. καὶ μεταξὺ τούτων ἐστὶν, ὃν αὐλῶνα καλοῦσι πεδίον πολὺ καὶ καλόν. ὅπου δὲ ὁ κάλαμος καὶ ὁ σχοῖνος φύεται, λίμνη μεγάλη τυγχάνει. πρὸς ταύτην δὲ ἐν τῷ ἕλει τῷ ἀνεξηραμμένῳ πεφύκασι. τόπον δὲ ἔχουσι πλεῖον ἢ τριάκοντα σταδίων. * οὐ δοκοῦσι δὲ χλωροὶ, ἀλλὰ ξηρανθέντες. τῇ προσόψει δὲ οὐδὲν διαφέρουσι τῶν ἄλλων. εἰσβάλλουσι δὲ εἰς τὸν τόπον, εὐθὺς ὀσμὴ προσβάλλει. οὐ μὴν πορρωτέρω γε ἡ ἀποπνοὴ γίνεται, καθάπερ τινές φασι ταῖς προσφερομέναις † ναυσὶν εἶναι πρὸς τὴν χώραν. καὶ γὰρ ὁ τόπος οὗτος ἀπὸ θαλάττης ἀπέχει πλείους ἢ ἑκατὸν πεντήκοντα σταδίους. ἀλλ' ἐν τῇ Ἀραβίᾳ τὴν ἀναπνοὴν εἶναί φασι τὴν ἀπὸ τῆς χώρας εὔοσμον. ἐν μὲν οὖν Συρίᾳ τὰ περιττὰ τῇ ὀσμῇ, σχεδὸν ταῦτ' ἐστιν. ἡ γὰρ χαλβάνη, βαρύτερον καὶ μᾶλλον φαρμακῶδες. ἐπεὶ καὶ γίνεται αὕτη περὶ Συρίαν, ἐκ τοῦ ‡ Πάχους καλουμένου. τὰ δὲ ἄλλα πάντα τὰ εὔοσμα, οἷς πρὸς τὰ ἀρώματα χρῶνται· τὰ μὲν ἐξ Ἰνδῶν κομίζεται. κἀκεῖθεν ἐπὶ θάλατταν καταπέμπεται. τὰ δὲ ἐξ Ἀραβίας· οἷον πρὸς τῷ κινναμώμῳ, καὶ τῇ κασίᾳ, καὶ κώμακον. ἕτερον δὲ εἶναι τὸ κώμακον, καρπόν. τὸ δὲ ἕτερον παραμίσγουσιν εἰς τὰ σπουδαιότατα τῶν μύρων. τὸ δὲ καρδάμωμον καὶ ἄμωμον, οἱ μὲν ἐκ Μηδείας, οἱ δ' ἐξ Ἰνδῶν, καὶ ταῦτα, καὶ τὴν νάρδον. καὶ τὰ ἄλλα ἢ τὰ πλεῖστα. οἷς μὲν οὖν εἰς τὰ ἀρώματα χρῶνται, σχεδὸν τάδε ἐστὶ κασία, κινάμωμον, * καρδάμωμον, νάρδος, † ναῖρον, βάλσαμον, ἀσπάλαθος, στύραξ, ἶρις, ‡ νάρτη, κόστος, πάνακες, κρίκος, σμύρνα, κύπειρον, σχοῖνος, κάλαμος, ἀμάρακον, λωτὸς, ἄνηθον. τούτων δὲ τὰ μὲν, ῥίζαι, τὰ δὲ φλοιοὶ, τὰ δὲ κλῶνες, τὰ δὲ ξύλα, τὰ δὲ σπέρματα, τὰ δὲ δάκρυα, τὰ δὲ ἄνθη. καὶ τὰ μὲν πολλαχοῦ γίνεται. τὰ δὲ περιττότατα καὶ εὐοδμότατα, πάντα ἐκ τῆς Ἀσίας καὶ ἐκ τῶν ἀλεεινῶν τόπων. ἐκ γὰρ τῆς Εὐρώπης οὐδέν ἐστιν ἐξ ἶρις. αὕτη δὲ ἀρίστη ἐν Ἰλλυριοῖς, οὐκ ἐν τῇ πρὸς θάλατταν χώρᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ ἀνακε-

* οὐκ ὄζουσι δὲ

† Al. Bas. ἀντὶ ναυσὶν εἶναι. lego ναυσὶν πρὸς.

‡ πάχυ.

* καρδάμωμον ἄμωμον, νάρδος, νῆρις.

† νάρκαφθον.

‡ ἄνητος, Al. Bas. lege ἄνητον.

Calamus vero, & juncus trans Libanum montem, inter ipsum Libanum, & alium quendam montem parvum, valle minima exeunt. Non, ut quidam dixere inter Libanum, atque Antilibanum. Inter quos campus amplissimus & pulcherrimus est, quem Aulonem appellant. Qua vero calamus & juncus proveniunt, lacus in amplum extenditur, juxtaque eum palustribus siccatis isti assurgunt. Plus autem quam triginta stadiorum occupant locum. Virides nequaquam * esse videntur, sed sicci: forma vero nihil ab aliis differunt. Lacum ingredienti protinus odor aspirat, non tamen longius spirat, ut quidam † referunt. Hic enim locus plus quam centum quinquaginta stadia abest à mari. Sed in Arabia aspirationem agri odoratissimam esse inter omnes constat. Quæ in Syria odore excellentiora sunt, hæc sunt ferme. Chalbanum enim gravius olet, & medicinæ potius convenit. Id namque in Syria nascitur ex Paco vocato. Cætera autem odorata, quorum in ‡ unguento usus, partim ex India advehuntur, ac inde mittuntur ad mare: partim ex Arabia deportantur; ut cinamomum, & casia: * atque etiam comacum: fructum, hoc alium esse. Alterum vero unguentis permiscere sumptuosissimis solent. Cardamomum atque amomum alii ex Media, alii ex India, cum nardo, & reliquis omnibus, aut plurimis advehi narrant. Quibus ad unguenta utuntur, hæc fere sunt; casia, cinamomum, † cardamomum, nardus, nerum, balsamum, aspalathus, styrax, ‡ consecratrix, narta, costus, ligusticum, crocum, myrrha, * gladiolus, juncus, calamus, † sansucum, lotus, ‡ anethum. Horum alia radices, alia cortices, alia rami, alia ligna, alia semina, alia lachrymæ, alia flores. Et quædam multis in locis proveniunt, quædam in Asia tantum, & locis apricis; quæ *scilicet supervacua maxime, atque odoratissima sunt. Quippe cum in Europa nihil præter consecratricem inveneris, quæ optima apud Illyrios exit, non tamen prope maritima, sed medi-

* *odorati sunt.*

† *referunt à navibus tamen quæ eo cursum tenent sentiri hic enim.*

‡ *aromatibus.*

* *atque etiam comacum, cujus genera duo, horum alterū fructus. alterum unguentis pretiosissimis admiscere solent.*

† *cardamomum, amomum, nardus Indica & mōtana.*

‡ *cyperus.*

* *iris, narcaphtum, costus panax.*

† *sampsuchum.*

‡ *anisum.*

* *quæ scilicet exquisitissima sunt, atque odoratissima.*

ἀνακεχωρηκυῖα, κειμένη δὲ μᾶλλον πρὸς ἄρκτον. τόποι δὲ τόπων διαφέρουσιν, ἐν οἷς ἀμείνων. ἐργασία δὲ περὶ αὐτὴν οὐδεμία· πλὴν τοῦ περικαθήραντα ἀναξηραίνειν. τὰ γὰρ ἐν τῇ Θρᾴκῃ φυόμενα ῥίζια, καθάπερ τό τε νάρδῳ προσεμφερῆ τὴν ὀσμὴν ἔχον, καὶ ἕτερα ἄττα μικρά τινα καὶ ἀσθενῆ τὴν εὐωδίαν ἔχει. καὶ περὶ μὲν τῶν εὐόσμων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

terranea magis ad septentrionem sita. Verum loci à locis differunt, ita ut producere meliorem possint. Cultus nullus ei accommodatur, nisi quod ablaqueatam soleant resiccare. Radiculæ enim quas Thracia fert, videlicet quæ odoris nardo similis est, & aliæ quædam parvam, exilemque odoris gratiam habent. Atque de odoratis hactenus.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ταῖς προσφερομέναις εἶναι πρὸς τὴν χώραν Theodorus omisit. Lego ταῖς προσφερομέναις ναυσὶ πρὸς τὴν χώραν. Nam quid esset illatio illa causæ tollentis hanc opinionem? Καὶ γὰρ ὁ τόπος οὗτος ἀπέχει ἀπὸ θαλάττης. *Appellentibus igitur navibus ad oram illam neutiquam pervenire potest odor. Distat enim nimis; sed ab Arabia, quæ ad mare pertinet. Idcirco dixit*, ἀλλ' ἐν τῇ Ἀρραβίᾳ.

Τὸ δ' ἴσπερον παραμίσγουσιν. *Lego* ἄπηρ παραμίσγουσι.

Κασία, κινάμωμον. *Primum animadverte Philosophi negligentiam, qui nominum congerie putat se historiæ legibus satisfecisse. Nærum, & Narta: quod in ipso fuit: Reliquit ignota nobis. Deinde miraberis Iridem vehi ex India hoc autore, qui nobis, quemadmodum & Dioscorides, Illyricum præfert. Tum autem Amaracum & frequens nobis, atque etiam vulgare est. Postremo non legam* ἄνηθον, *cum Theodoro. Nihil enim apud nos vilius anetho. Anisus rarior.* ἄνισον, *magis placet.*

Τὰ γὰρ ἐν τῇ Θρᾴκῃ φυόμενα ῥίζια. *Videntur esse radices illæ, aut ejusmodi, quas Aiz vocant incolæ: nos falso calamum aromaticum. Nascuntur enim in Thracia, & Ponto. Calamus autem trans Libanum, qui non amplius convehitur ad nos.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ & COMMENTARIUS.

Ὁ δὲ κάλαμος. Κάλαμος παρὰ τὸ καλῶς ἀμᾶσθαι, *quod pulchrè metat*, nomen accepit. Calami genera plura sunt, de quibus lib. IV. egit Præceptor. Hoc capite, de aromatico sermonem habet, cujus historiam aggredior. Calamus hic ἀρωματικὸς, εὐώδης, μυρεψικὸς dicitur. *Aromaticus, odoratus, unguentarius.* Garcias ab Horto lib. I, cap. XXXII. Aromaticum & odoratum diversos vult esse calamos. Calamum, inquit, aromaticum voco, non odoratum, ut plerique alii, quandoquidem aroma odorem non significat, sed quod vulgo droguam vocant, neque etiam calamum odoratum scio, sed duntaxat juncum. Contrarium antiqui docent omnes, & odoratum esse ex ipsius Garciæ verbis probo, cum ait: *Cæterum non est odoratus, nisi è terra avulsus, quantoque virentior, tanto mihi validioris, tetriorisque odoris videtur.* Theophrastus odoratum hunc calamum, lib. IV. cap. IX scripsit: Γίνεται (scil. papyrus) δὲ ἐν Συρίᾳ περὶ τὴν λίμνην ἐν ᾗ ὁ κάλαμος ὁ εὐώδης. Hoc ipso capite, quid aliud quam calamum inter res odoratas recenset. Vide cap. XII. lib. VI. D. caus. Dioscorides lib. I. cap. XVII. aromaticum calamum odoris causa malagmatis ac suffitibus addi ait. Μίγνυται δὲ καὶ μαλάγμασι καὶ θυμιάμασι πρὸς εὐωδίαν. *Miscetur denique malagmatis, & suffitibus, ad conciliandam odoris gratiam.* Dionysius de situ orbis. Ἠδὲ θύου, ἠδὲ σμύρνης εὐώδεος ἠδὲ καλάμοιο. Fallitur admodum Garcias, quod ἀρωματικὸν negat odoratum esse. Aroma, ut supra dixi, est res odorata, quæque suavem, & naribus gratum spirat odorem. Ἀρωματίζειν τῇ ὀδμῇ, Latinis est, *suaviter fragare.* Ἄρωμα dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀρ, vel ἀρι particula intensiva, & ὄζω unde & à Suida exponitur, θυμίαμα, εὐωδίασμα, μυρεψικόν. Plutarchus in Alexandro. Ὀδώδει δὲ θεσπέσιον οἷον ἀπὸ ἀρωμάτων καὶ μύρων ὁ οἶκος, *Tota domus odore fragrat, quasi aromatibus ac unguentis repleta foret.* Theophr. hoc ipso c. VII. Τὰ δὲ ἄλλα πάντα, τὰ εὔοσμα οἷς πρὸς τὰ ἀρώματα χρῶνται. Legat lector totum caput. Càsia, cinnamomum, amomū, cardamomum sunt arotama, & odoratius his nihil. Verba fortassis Suidæ errandi occasionem præbuere Garciæ. Ἀρώματα ἐν οὐ τὰ θυμίαματα οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσιν, ἀλλὰ τὰ ἐσπαρμένα. |Nota Lector διὰ ὁ μικρὸν scribi, ἄρωμα vero cum odoratum significat διὰ ὠ μέγα. Drogua vocatur species omnis, cujuscunque tandem sit odoris jucundi vel ingrati, modo habeat quid φαρμακῶδες. Qui has species vendit vulgo droguarius vocatur, Latinis seplasiarius, Græci παντοπώλην, dicunt. Nobis **Drogist** dicitur.

Γίνεται δὲ, nascitur, inquit, inter ipsum libanum. Vide cap. XXVII. lib. VI. de caus. Dioscorides in India nasci scribit, κάλαμος ἀρωματικὸς φύεται μὲν ἐν Ἰνδίαις Plinius lib. XII. cap. XXII. *Calamus quoque odoratus in Arabia nascens communis Indis* (fortè Indiæ) *atque Syriæ est, in qua vincit omnes, à nostro mari centum L stadiis. Inter Libanum montem, aliumque ignobilem, (non ut quidam existimavere) Antilibanum in convalle modica juxta lacum, cujus palustria æstate siccantur. Tricenis ab eo stadiis calamus & juncus odorati nascuntur.* Quod calamum in Arabia nascentem, communem dicit Indis & Syriæ, reprehenditur à Guillandino, lib. de papyro, cap. IX. *Nam calamus, inquit, aromaticus, quem Dioscorides in India gigni tradit, ubi ingens ejus est proventus, tantum abest ut in Syria proveniat, ut nec usquam in Arabia, nisi ex India importatus, inveniatur. Quod cum ignoraverit Plinius, & res specie diversas, pro una acceperit; mirum non est eum scribere calamum odoratum, qui in India atque Syria nascitur, pullulare quoque in Arabia, errore per Plutarchum quoque confirmato in libello, cui titulus est, quod bruta ratione utuntur.* Hactenus Guillandinus. Verum ut fatear, in quo erraverit Plinius, non video. Nemo Græcorum Latinorumve antiquiorum, quod sciam memoriæ prodidit duo odorati calami esse genera. In aromatum solo natali variant admodum antiqui. Quid mirum? Loca non usque adeò explorata habuerunt, & quid obest, quo minus & in India, & in Syria nascatur calamus? Fabam Ægyptiam in palustribus Ægypti nasci, Græci scribunt, Batavorum industria, in Indiæ amnubus repertam esse suo loco diximus: nec inde sequitur, in Ægypto non nasci. Atqui inquit Guillandinus, Absynthus, in compositione pulveris quadrigarii, referente Vegetio libro ultimo, artis veterinariæ cap. XIII. Manifestè discrevit inter calamum aromaticum & Syriacum, quorum ego alterum interpretandum reor pro Indico, alterum pro vulgari calamo, sed in Aulone nato. Nec hinc sequitur duo calami esse genera. Syriacum enim vocavit, quod crederet in Syria provenire, aromaticum ab odore. Quod enim hoc nostro sæculo pharmacopœi vocant calamum Indicum odoratum, ut ab acoro, quam falso calamum aromaticum vocāt, distinguat, inde concludi non potest, diversum esse Indicum ab aromatico. Et quis negat Absynthum acorum non vocare calamum, antiquus error est. Sic duo epitheta nardo dat Meleager in uno eodemque versu, alterum à solo natali, alterum à forma, καὶ μὲν καὶ συρίαν στιχόεσσαν γε τὰν νάρδον. Præterea quod Syriacum nasci tradit ad ripas maris Tiberiadis in Judæa, id Theophrasti verbis repugnat, qui inter Libanum & parvum alium monticulum in valle quadam nasci tradit Syriacum. Aliter etiam pro Plinio respondere possum. Arabiam longissima amplitudine extensam fuisse, ab Amamo monte è regione Ciliciæ & Commagenes eam descendere, facit Plinius; & in media Syria ad Libanum montem penetrare. Garcias ab Horto, lib. I. cap. XXXII. per universam Indiam seri ait, negatque usquam alibi, quam apud Indos provenire, idque quod Mercatores Arabes in Arabia inveniri negant; nisi ab Indis mercimonii gratia advectum. Carolus Clusius, in notis ad Garciam, se fragmenta quædam à Paludano, ex Syria & Ægypto reduce, accepisse scribit. Idem Bauhinus refert. Integram plantam foliis tantum viduam nobis dedit Arnoldus Douves, dum viveret seplasiarius diligentiss. Peragrarat hic Orientales regiones, apud Syros venalem reperiri calamum hunc ajebat, apud hos nasci negabat. Et sane Syriā natalē esse calami vix puto, nisi forte locus iste sit, in quo scribit

ſcribit Theophraſtus provenire. Ex India in Arabiam defertur. Unde & ἀραβικὸς κάλαμος, à quibuſdam dictus, qui & in Arabia naſci crediderunt. Ex Arabia porro in Syriam advehitur, quapropter Syriacus nuncupatus à quibuſdam, qui & in Syria ſponte provenire ſcripſerunt. Sic Celſus Alexandrinum vocat, quod Alexandria Romam cum cæteris Orientis aromatibus deferebatur. Sed nihil, ut dixi, obſtat, quo minus & in Syria, in convalle à Theophraſto deſcripta, & in India naſcatur.


Οὐ δοκοῦσι δὲ χλωροὶ, *virides nequaquam videntur, ſed ſicci.* Corruptus codex, quomodo enim ſicci uideri poſſint; non virides ſi nihil differãt à vulgatis. Lego οὐκ ὄζουσι δὲ. Theophraſtus lib. VI. de cauſ. cap. XXII. Χλωρὸς δ' οὐκ ὄζει καθάπερ ὁ κάλαμος καὶ ὁ σχοῖνος, τὰ δὲ καὶ μᾶλλον ὄζει ξηρανθέντα. *Viridia nihil olent, ut calamus & juncus, nonnulla etiam plenius olent ſiccata.* Objiciet quis, virides eſſe odoratos, quia ſtatim ſequitur, quod lacum ingredienti, protinus odor aſpirat. Plinius loco citato: *Nihil ergo à cæteris ſui generis differunt aſpectu, ſed calamus præſtantior odore, ſtatim è longinquo invitat.* Aliena fide hæc ſcripſiſſe Theophraſtum, refert Guillandinus: *Sane,* inquit, *cum ego annos abhinc duodecim, Damaſco proficiſcerer Hyeroſolymam, hæſi invitus apud lacum Geneſareticum, & Capernaitas, Chriſti miraculis celebres, decem integros dies, quos medicorum calamo, juncoque odoratis quærendis illic fruſtra impendi. Veruntamen veriſſimum eſſe cognovi, quæ ſcribit Theophraſtus lib. IX. de hiſt. plant. cap. VII. repetitque lib. ult. de cauſ. plant cap. XXVII. calamum & juncum odoratos, qui in Aulona Syriæ proveniunt, nihil à communibus calamis, junciſque diſcrepare, tametſi odorem, quem narrat ingredientibus locum ſtatim occurrere, neque ego potuerim, neque alii item, qui mecum erant percipere, ſed hoc Theophraſtum ex aliorum fide prodidiſſe credamus. Ipſe ſuam ſententiam dicturus, cap. XXI. libri ejuſdem, quem poſtremo citavi. Negat calamum & juncum odoratos, quicquam olere virides. Quanto minus ergo terræ hærentes? Quod recte vereque ab eo aſſertum eſſe experimentum comprobavit, cum calamum juncumque juxta Tiberiadim lectos, noſtratibus nihilo diſſimiles, mecum Hyeroſolymam aſportatos, levem quandam fragrantiam, poſt quadrageſimum diem ſpirare deprehendi.* Sed jam ſupra diximus hunc non eſſe locum, in quo calamus juncuſque naſcantur. Nodus hic ex doctiſſ. Garciæ verbis ſolvitur. Dum loco citato ſcribit, calamum odoratum recentem, non eſſe odoratum, niſi è terra evulſum, & quo virentior, tanto validioris, tetrioriſque eſſe odoris. Et hoc eſt quod notavit Theophraſtus: οὐκ ὄζουσι δὲ χλωροὶ, *aromaticum ſuavemque odorem non ſpirant recentes.* Attamen ingratum & validum quempiam ſpirant, qui è longinquo percipi poteſt, & ab appropinquantibus naribus ſentitur. Quamquam, ut quidam referunt, non longius ſpirat. Theophraſtus, lib. de odor. ἔνια μὲν ἂν ὄντα τῶν ἀρωμάτων ἔνια, δυνάμεις μὲν αὐτοῖς ἔχει βαρείας καὶ δριμείας. *Atqui aromatum etiam recentia nonnulla virium gravitate & acrimonia pollent.* Nonnulla eſſe ex odoratorum genere, quæ cum recentia ſunt, & excrementitio humore ſcatent, gravius olent, & guſtum ingrata mordent, docet hoc coriandrum, quo nihil deterius recens olet; concocto tamen ſucco, & ſapor, & odor blandus ſuaviſque fit, qui non ita facilè, ut in calamo obſervavit Theophraſtus, perit, ac evaneſcit. Σχοῖνος δὲ καὶ ὁ κάλαμος παρακμάζει ταχὺ *Iuncus & calamus odoratus celeriter odoris ſuavitatem amittunt.* Quod de calamo & junco verum eſſe teſtatur Galenus. Quod vero celeriter evaneſcat exolvaturque calami odor, cauſa videtur, quod facillimè exſiccetur, nimiumque areſiat. De junco tamen idem Galenus: ἔτι δὲ ἀνιέντι τὸ φάρμακον, καὶ μόνῳ τῷ τῆς ὀσμῆς ἀκμαίῳ κεχρημένον, ἐπειδὴ διὰ ταχέως λεπτυνεῖ τὸ αὐτὸ δὲ αὐτῆς.

Calamum aromaticum deſcribit Dioſcorides lib. I. cap. XVII. Κάλαμος ἀρωματικὸς φύεται μὲν ἐν Ἰνδίᾳ. ἔστι αὐτοῦ κάλλιστος ὁ κιῤῥὸς πυκνογόνατος, καὶ εἰς πολλὰς σκινδαλμοὺς θραυόμενος, γέμων ἀραχνίων τὴν σύριγγα, ὑπόλευκος, ἐν δὲ τῇ διαμασήσει γλίσχρος, στυπτικὸς, ὑπόδριμυς. *Calamus aromaticus in India naſcitur. Eſt vero probatiſſimus in eo genere fulvus, crebris diſtinctus geniculis ſeu internodiis, quique confractus in aſſulas multas diſſilit, plenam habens araneorum fiſtulam, ſubalbidus, in commanducando lentus, viſciduſve, adſtringens, & ſubacris.* Πυῤῥὸς, qualis ſit color, alibi expoſui, ruffo nempe obſcuriorem eſſe, qualis leonum eſt. Ætius πυῤῥὸς legit, parvo diſcrimine. καλαμὸς ἀρωματικὸς. κάλλιστος ὁ πυῤῥὸς, πυκνογόνατος καὶ εἰς πολλοὺς σκινδαλαμοὺς (lege σκινδαλμοὺς) θραυόμενος. Dixi parvo diſcrimine, Galenus lib. XII. meth. meden. cap. IV. κιῤῥὸν πυῤῥὸν vocari ſcribat, εἰ δὲ ἄλλως ἐθέλεις ὀνομάζειν τὸ κιῤῥὸν χρῶμα, δύναιο ἂν λέγειν πυῤῥὸν ὠχρόν. Quod ſi aliter nominare fulvum colorem velis, licet voces igneum, pallens. Plinius loco citato: *Mollior tractu, meliorque quæ minus fragilis, & qui aſſuloſe potius, quam raphani modo frangitur. Ineſt fiſtulæ araneum, quod vocant florem. Præſtantior eſt cui numeroſius. Reliqua probatio ut niger ſit; damnatur alibi; melior quo brevior, & craſſior lentuſque in frangendo.* Corrigunt viri docti, reliqua *probatio, ne niger ſit.* Quod cum Ætio, Dioſcoridi aliiſque magis convenit. *Aſſuloſe frangi,* inquit. Aſſuloſe fracta dicuntur, cum fragmenta in longitudinem magis quam latitudinem disjecta ſunt; vel σκινδαλμὸς τὸ λεπτότατον ξύσμα τῶν καλάμων καὶ ξύλων. Minutum ramentum, quod à pennis raditur ac lignis. *Ineſt,* inquit, *fiſtulæ araneum.* Serapio cap. CCV. *Canna ejus plena eſt cujuſdam rei ſimilis texturæ araneæ, cujus color eſt albus & viſcoſus.* Negat Garcias, quod in calamo eſt ſpongioſum, & flaveſcente colore, aliqua in re ſimile eſſe araneorum telis, ut falſo, inquit, putarunt eſſe Avicenna & Serapio, quod Græcis & Latinis hæc noſci oportebat. Verum ut fatear, nulli rei aptius conferre poſſum, quod in medio calami conſpicitur, quam aranei telæ. Ὑπόλευκος, quia fulvum prius dixit ad araneam fiſtulam referri debet, qualem etiam in aliis arundinibus cernere eſt; *Lentus in frangendo* inquit Plinius. Lego, *mandendo* ex Dioſcoride ἐν τῇ διαμασήσει γλίσχρος. Calamus quem ab Arnoldo Douves ſeplaſiario dicto, (qui ut præſtantiſſima quæque compararet ſimplicia tertio, quartoque anno orientales adibat regiones) accepi, caulem habet cubitalem, rectum, rotundum, lævem fragilem, fulvum, intus cavum & ſpongioſum, membranula (quaſi tela alba ſuſpenſa) præditum; aſſuloſe frangitur, in quatuor quinque ramulos dividitur, ad modum liguſtri Alpini, vel molle Cluſii, qui flores, parvos foliaceos plurimos ſingulis pediculis inſidentes, ſuſtinent, ex quorum medio apex ſtyli inſtar prodit, forma, figuraque, floſculi hi ſunt ledi IX Cluſii perſimiles. Alpinus lib. IV. de Medic. Ægyptia cap. X. calamum aromaticum, cujus in Ægypto uſus, his verbis deſcribit: *Colore,* inquit, *ſubfulvo ſpectatur, fiſtuloſus, concavus, odoratus, amarus, cum aliqua acrimonia* (in nonnullis Dioſcoridis codicibus legitur, στυπτικὸς, ὑπόδριμυς, πικρὸς, *adſtringens, ſubacris, amarus.* Quam lectionem confirmat Oribaſius, & Alpinus, & ipſe calamus quem ab Arnoldo Douveo accepi) *aſſuloſeque frangitur; id eſt, in fruſtula multa inæqualia, intus fiſtularem meatum, araneum florem vocatum habet.* Qui vulgare ſchœnanthum, de quo mox, calamum odoratum putant, falluntur, nam nec aſſuloſe frangitur, nec araneorum fiſtulam intus habet. Officinæ nonnullæ acori radicem calamum aromaticum vocant (dixi non nullæ, quia ſeplaſiarii nonnulli diligentiores, quales Dommerus & Beeringen deſcriptum calamum venalem habent, vocantque calamum odoratum verum Ægyptium.) Error hic antiquus admodum eſt. Neophytus. Κάλαμος ἀρωματικὸς ὁ ἄκορος. Item ἄκορον ὁ κάλαμος ἀρωματικός. Hoc etiam fortaſſis in errore fuit Abſyrthus. Non eſſe radicem, ex Lexico Medico antiquiſſ. probatur. Κάλαμος ἀρωματικὸς λεπτῷ δόνακι ἔοικε. Hoc eſt quod Theophraſtus ait, à vulgato forma non differt. Atqui acori radix, totaque planta multum à calamo ſive arundine vulgari differt. Non deſunt tamen qui radicem acori calamum aromaticum eſſe, probare conantur. Tum quod radix acori ſit geniculata, calamus nodis eſt cinctus, tum quod Plinius ſcribit, lib. XXIV. cap. XI. *Efficaciſſima autem in omni arundine, quæ proxima radice, efficacia & genicula.* Fungus, ſtupes, ineptus ſit, qui non videat hæc de arundine intelligenda. Aliud eſt radix, aliud radici pars proxima. Quo nomine velim dicant, hæc pars dicetur alio, quam calamo. Totus caulis arundinis à radice ad ſuperficiem arundo ſeu calamus dicitur. Quod autem partem radici proximam cæteris prætulerit Plinius, id factum crediderim, quod pars illa craſſior, robuſtior, vegetior reliquis. Hac etiam de cauſa genicula efficacia dixit, quod partibus cæteris craſſiora & robuſtiora. De qua & Dioſcorides laudat, calamum crebris geniculis cinctum. Ad alterum argumentum, capita hæc Dioſcordis reſpondent, lib. II. cap. CXCI. καυλὸν δὲ ἔχει (hydro piper) γονατώδη. Eodem lib. cap. CXCV. idem de cyclamine altero, lib. III. cap. III. De gentiana, καυλὸν

Ab

δὲ κινδὶς ——— δίπηχυς γόνασι διειλημμένος. Vide cap. 56. 58. 80. lib. 4. cap. 46. 30. lib. 3. cap. 139. lib. 4. cap. 166. 79. & plura alia. Geniculi ſunt nodi quidã, qui vel caules, vel radices vel ramulos quodam veluti circulo, vel annulo ambiunt, ex quibus vel ramulorum, vel ſurculorum, vel etiam frondium exortus eſſe ſolent, ut in gramine, arundine & ſimilibus. Videamus quam pulchre cum deſcriptione calami, acori radix conveniat. Nec aſſuloſe frangitur, ſed tranſverſim, iridis vel raphani modo, nec fiſtulam, nec arundinem fert, ſed caulem iridis, graciliorem tamen & longiorem; nullam intus araneorum fiſtulam, aut huic ſimile quid oſtendit, neque ſub acris, ſed plane acris. Calamus verus aromaticus, cujus figuram adpingendam curavi,

Calamus Aromaticus.



Garcias in Guzarate ait vocari *vas*, in Decan *bache*, in Malabar *vazabu*, in Malaja *dizimguo*, in Perſia *beger*. Ægypti, ut ſcribit Alpinus, *caſſas elderita* vocant, vel ut Guillandinus, *caſſabosrii*, & *caſſab aldeura* nuncupant. Non alienum, inquit Guillandinus, hoc loco repellere errorem Euſtachii, qui κάλαμον ἐρυθραῖον, id eſt *calamum rubrum*, apud Dionyſium, in libello de ſitu orbis, pro aromatico calamo, & rectè quidem interpretatur, verum vocari rubrum, quod India uſque ad rubrum perveniat Oceanum, falſo aſſerit. Nam India non attingit modo mare rubrum, ſed multis paſſuum millibus ab eo abeſt, neque calamus aromaticus rubri appellationem ſortitus eſt, quam quod ſit colore κιῤῥὸς, id eſt *fulvus, ruffuſque*, ut ſcribit Dioſcorides. His nihil falſius excogitari poteſt. Dionyſius in Arabiæ deſcriptione, κάλαμον ἰνδὸν in ea regione naſci cecinit. Idem ubi Indiam deſcribit ἐρυθραίου καλάμου. *Erithræi ſive Indici calami* meminit, qui diverſus ab aromatico ſed verſus audiamus Dionyſii. De odorato, ſive Arabico hos verſus habet:

> αἰεὶ κηώεντα θύεις, ὑπὸ λαρὸν ὄδωδεν
> ἢ θύου, ἢ σμύρνης, ἢ δ' ὀδμῆς καλάμοιο.
> *Semper odorata thuriferis arboribus ſuaviter ſubolet,*
> *Vel Thyo, vel myrra, vel fragrante canna.*

De Indico alibi canit:


> ἄλλοθι μὲν κέγχρος ἀέξεται, ἄλλοθι δὲ αὖτε
> ὕλαι θηλεθόωσιν ἐρυθραίου καλάμοιο.
> *Alicubi etiam milium creſcit, alibi inſuper*
> *Sylvæ vireſcunt Indici calami.*

Fallitur itaque Guillandinus cum erythræum calamum aromaticum eſſe putat. Omnes Poëtæ ἐρυθραῖον ponunt pro interiore India, vel regionibus Indię cõterminis. Unde Tibullus & alii erythræos lapillos manifeſte vocant, ex India ultima delatos. Margaritam Lucianus, Ἐρυθραῖον & Ἰνδικὸν λίθον vocat, quod in Indico rubroque mari reperiatur, Propertius:

> *Quæ venit è rubro concha erycina mari.*

Hieronymus ad locum hunc Luciani de amoribus, λίθους ἐρυθραίους κατὰ τῶν λοβῶν πολυτάλαντον ἠρτημένας βάρος, re-

Calamus odoratus Libani.



ſpiciens, margaritam rubri maris granum vocat. Et, ut Lucianus, auribus appendi oſtendit, ſcribens ad principium. Solent purpuryſſa, & ceruſa ora depingere, ſericis nitere veſtibus, ſplendere gemmis, aurum portare cervicibus, auribus perforatis, rubri maris pretioſiſſima grana ſuſpendere. Unde Theophraſtus lapidibus, Ἐρυθραῖος κάλαμος, ut dixit Euſtachius, quod ejus altrix India ſit, mari erythræo contermina, vel quod ad ripas Indici, vel rubri maris naſceretur. Quod ſi à colore nominaſſet poëta, non ἐρυθραῖον, ſed ἐρυθρὸν dixiſſet. Nuſquam Græci ἐρυθραῖον pro rubro poſuere, ἐρυθραῖον ἐθνικὸν *gentilitium* eſt, ab ἐρυθρῇ θαλάσσῃ. ἐρυθρὸν categoria τοῦ ποιοῦ, eſt enim color. Diverſum itaque κιῤῥὸν & ἐρυθραῖον.

Junci odorati notas has tradit, lib. I. cap. XVI. Dioſcorides. Σχοῖνος ἡ μέν τις γίνεται ἐν Λιβύῃ, ἡ δὲ ἐν Ἀραβίᾳ, ἑτέρα δὲ ἐν τῇ Ναβαταίᾳ λεγομένη, ἥτις ἐστὶ κρατίστη, δευτερεύει δὲ ἡ ἀραβική, ἣν ἔνιοι βαβυλώνιοι καλοῦσιν, οἱ δὲ τευχίτην. ἡ δὲ Λιβυκὴ ἄχρηστος. ἐκλέγου δὲ τὴν πρόσφατον, ἔμπυῤῥον, πολυανθῆ. σχιζομένην δὲ ἐμπόρφυρον, καὶ λεπτὴν, καὶ ῥοδίζουσαν τῇ εὐωδίᾳ, ἐπειδὰν διατρίβηται ταῖς χερσὶ, καὶ δάκνουσαν τὴν γλῶσσαν μετὰ πολλῆς πυρώσεως, χρῆσις δὲ τοῦ ἄνθους, καὶ τῶν καλάμων καὶ τῆς ῥίζης. Dicitur σχοῖνος ſimpliciter & κατ' ἐξοχὴν, cum ad differentiam aliorum juncorum, de quibus lib. IV egi, dicendum erat σχοῖνος ἡδύοσμος, εὔοσμος, ἀρωματικὴ καὶ μυρεψική. Nomen σχοῖνος à funibus & loris impoſitũ eſt vulgari junco, de quo vide quæ ſupra diximus. A nonnullis σχῖνος dempto ὁ dicitur, ſed tum σχῖνος παροξύτονον, ad diſtinctionem σχῖνος, quod per circumflexi notam ſcribitur, ſignificatque lentiſcum, & nonnunquam ſcyllam, ut ſupra diximus. Latini odoratum vocant juncum, vulgo ſchœnanthum & ſquinantum, uti apud Plinium medicum, lib. III. cap. XII. legitur: *Nitri Alexandrini ſimiliter, ſquinanthi ſimiliter, croci ſimiliter*. Sic Palladius in Octobri tit. 14. *Si ſquinanthos uncias quatuor, aloes epatici uncias quatuor* &c. etiam ſchœnum antiquiſſimi dixerũt. Columella

Jumella lib. XII. cap. XX. *Odores autem vino fere apti sunt, qui cum defruto coquuntur, jus, fœnumgræcum, schœnum.* Doctiores *schœnus* legunt. Cato cap. CV. *Schœnum calamum in pila contundito, quod fiet sextarium unum eodem in dolio confundito, ut odoratum fiet.* Errat doctiss. interpres cum lentiscum exponit. *Schœnus, arbor lentiscina*, inquit. Inepta conjunctio calamus & lentiscina arbor. Nec σχοῖνος, sed σχῖνος Græcis est lentiscus. Σχοίνανθος Græci recentiores dixerunt, ut Actuarius, Ætius lib. I. in comp. nardina pro Ecclesia, ubi corrupte legitur σχίνανθος ... (lege σχοινάνθου) ... compositione præcedente σχοίνου ἄνθος dixit, ξυλοβαλσάμου, σχίνου ἄνθους (lege σχοίνου ἄνθους) uti apud veterenarios legitur capite secundo, ubi Agathotichus, ἀλόης, σχοίνου ἄνθους, μελιλώτου, μύου μάκιρ. Nescit Galenus lib. de antid. primo cap. XIV. cur vulgo σχοίνου ἄνθος dicatur. Σχοῖνον δὲ ἐπὶ τούτοις τὴν ἐξ Ἀραβίας ἐμβάλλειν κελεύει, γλυκεῖαν ὑπὸ τῶν πολλῶν, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἄνθος σχοίνου, ... *Schœnum, sive juncum ex Arabia petitum ad hæc idem auctor imponere præcipit. Nescio qua de causa* σχοίνου ἄνθος, *id est, junci florem à vulgaribus appellatum, nobis siquidem cum florum copia non adsit, junco utimur ex Arabia comportato: cujus summitatem cameli sæpe numero abroserunt. jucundissime namque hunc juncum cameli pascuntur, secus vias ibi nascentem.* Improbat hanc Galeni sententiam ridetque Mathiolus, magnus commentator Dioscoridis. Arduum, inquit, credere tam ingentem esse camelorum numerum, qui in universum locustarum modo schœni flores depascantur, ut nulla penitus supersit planta, cujus flos non devoretur. Testem habet Garciam ab Horto, camelos ibi non esse tam frequentes, ut juncum hunc cum floribus depascere possint. Idem tamen Garcias lib. I. cap. XXXIV. ibidem multos asinos esse inquit, mulos, equos, quos Arabicos vocant boves, capras, quæ nullum aliud pabulum norunt, quam hanc herbam, sive juncum, gramen. Deridendus itaque non videtur Galenus. Chameli enim nomine, omne animal quadrupes intellexit, quod depascit juncum odoratum. nec flores omnes in universum abrosos scribit Galenus, sed sæpe depastos scribit. Accedit quod Garcias paleam de Mecha, & pastum camelorum vocari ait. An itaque hæc vera causa est, cur raro adferantur? Respondeo, id fieri partim quod flores papposi quadantenus sunt, & tenues. (facile itaque delabuntur & exolvuntur) partim quod à camelis, mulis, devorantur. Huic florum paucitati accedit institorum negligentia, qui perpaucos adferunt, medicis hoc non postulantibus, quod horum usus perierit. Defertur quidem in Indiam in medicum usum usurpandus; maximam tamen copiam in fasciculos colligatam, navibus inferunt equarii mercatores, ut equis substernant, ne stercoris & urinæ pædore offendantur. Nam simul atque madueri, in mare abjiciunt, & recentem substernunt. Ad nos tamen quandoque flores seorsim à junci culmo calamoque feruntur, rarissime adhærere vidi, sunt ex pallido rubentes, acerosis glumis, aut calycibus rubellis, foris intusque papposis, levibus, admodum odorati, inferiores tamen culmi aut calami, perquam facile odorem, quem spirant amittunt. Recentes si fuerint, quales sæpe vidi, culmis calamisque, acrimonia, mordacitateque non multum cedunt. Juncum hunc Latinus Hippocrates rotundum vocat lib. III. cap. XXI. Tragoriganum, styrax, costum, junci quadrati, & rotundi; semen illud cyperum, σχοῖνον hoc Græci vocant. De natali solo satis ex Theophrasto dictum. De natali hæc Dioscorides, Alius in Africa, alius in Arabia nascitur, alius in Nabataia dicta. Vetus codex ἀβατιλῇ, interpres ναβαταίᾳ. *Alius in ea parte, inquit Arabiæ, quæ Nabathæa dicitur.* Plinius lib. XXI. cap. XVIII. *Ob id & odorati junci medicinæ dicentur, quoniam & in Syria cæli* (lege *cœle*, i. e. *cava*) *ut suo loco retulimus, nascitur. Laudatissimus ex Nabathæa, cognomine teuchites, proximus Babylonius, pessimus ex Africa & sine odore.* Hæc si quis cum Dioscoride conferat, quædam manca, quædam perperam notata animadvertet. *Laudatissimus omnium*, inquit Dioscorides, *qui in Nabathæa provenit, secundum locum sibi vendicat Arabicus, quem nonnulli babylonium, alii teuchitim cognominant. Afer vero inutilis censetur.* Contra Plinius ex Nabathæa allatum juncum teuchitem vocari scribit. Corrigunt, ac emendant Plinium viri docti, leguntque: *Laudatissimus ex Nabathæa, proximus Arabicus, quem aliqui Babylonium appellant, alii teuchitem, pessimus ex Africa.* Τεύχιτης σχοῖνος, dicitur, quod vasis adferretur. Τεῦχος ἄγγειον vas. Garcias ab horto in Mararate (vel ut alii, Mareata) & Calaite maritimis Arabiæ provinciis, versus sinus Persici ostii, maxima frequentia & abundantia nasci tradit, quemadmodum in Europa gramen, quo animalia pascuntur. *Deligito*, inquit Dioscorides, *recentem*, ἐμπυῤῥον, Interpres *summe ruffum*, qualis non datur. Ἔμπυρρος vertendum, *in ruffum vergentem*, in quo ruffi quid est. Sic ἔμπικρος *in quo amaritudinis quid inest.* Ἐμπόρφυρος *in quo purpurei quid apparet.* Meliores codices, in quibus ἔμπυρος cui color igneus est, qualem schœnanthum habere negari non potest. Sequitur apud Dioscoridem flore copiose. De flore jam diximus. Σχιζόμενον δὲ ἐμπόρφυρον plurimi interpretes rubentibus fragmentis vertunt; quia Plinius loco citato: *Est autem rotundus vinosæ mordacitatis ad linguam, sincerus, in confricando rosæ odorem emittit, rubentibus fragmentis.* Alii interpretantur, *qui scissus purpuræ colore aliquo conspicitur.* Alii exponunt, *quique dum funditur, scinditurque purpurascat.* Fidi, scidi, nec quid purpurei magis vidi. Σχιζόμενον dixit Dioscorides, quod purpureo colore sunt, quando tenues involutique in teretem habitum tunicæ (quibus constat juncus hic) desinunt vel incipiunt, quo loco, quasi fissus videtur juncus. Non male itaque diceretur circa scissuras, fissurasve in purpurum vergentibus. Καὶ λεπτόν. Repeiuntur codices, in quibus λευκόν Plinius λεπτὸν legit, hoc probo. *Quique dum manibus confricatur, suavem rosæ odorem emittat*, idem Plinius. Anguillaram negare scribunt, ullum percipi odorem, ex vulgaris junci odorati, calamis, radice, totaque planta; Aut exoletum, inveteratumque olfecit juncum, aut plane muscosæ naris fuisse puto. Patres reverendi, qui in Mesuem commentaria ediderunt, juncum odoratum fatentur, sed rosæ odorem spirare negant. Sanius horum certe judicium, sed quod negant, non esse juncum odoratum veterum, omnino errant. Fatemur nec folia, nec calamos, nec radices rosæ spirare odorem, sed inter rosam & pulegium medium: flores vero manibus cum teruntur, roseum emittere halitum. In Batavia medici, pharmacopœi, seplasiarii omnes ad quos recentes admodum adferuntur, id testantur. Et ante hos observarunt hoc Botanici diligentissimi Cordus & Mathiolus, quod sufficere putamus. Dioscorides enim juncum odorem habere rosæ scribit, cui flores multi, πολυανθῆ, inquit. Satis itaque esse dico, si flores spirant odorem roseum, reliquæ partes inter rosam & pulegium mediũ. Garcias ab horto Dioscoridem in odoratis medicamentis, incertis usum fuisse comparationibus scribit. Nescio qua fronte id scribere ausit, maxime cum fateatur se junci flores nunquam vidisse. Quod si saniore mente verba Dioscoridis legisset, atque ad ea paulò diligentius attendisset, non tam facile, ac sine causa Dioscoridem notasset. Nihil turpius, nihil magis præter rationem, quam illum infidelitatis arguere, cujus autoritas, integritas, ac in describendis plantis sedulus labor, ac fidelitas, jam dudum apud veteres recentioresque omnes laudata, probata & observata fuit, cui non tantum ipse Garcias, sed veteres, recentioresque plurimum debent omnes, cujus ex scriptis uberrimum fructum sese percepisse gloriantur, quotquot hactenus fuere Botanici, quod nec negare audebit Garcias, *Multo*, inquit, *cum fervore mordere.* Plinius, *vinosam mordacitatem inesse* scribit. Dioscorides: *cum fervore mordacem* scribit. Negant Monachi & Anguillara saporem ullum habere juncum. Quod schœnantum nostrum acrimonia careat id falsum est. Quod enim vetustate evanidum & exoletum non est, linguam manducatum satis vellicat. Usus est floris, calami & radicis. Nota lector quam aperte Dioscoridi refragantur, qui schœnanthum negant odoratum esse juncum, quod calamos ferat. Negant insuper schœnanthum juncum odoratũ esse, quod caulẽ non habeat cypero similem. Verba Celsi supra alia, satis ostendũt caulem junci odorati, & cyperi diversum esse cum odoratum hunc rotundum, cyperum quadratum juncum vocat. Junci calamum rotundum dixit Plinius, cyperũ angulosum. Verba Dioscoridis videamus: καυλὸν, inquit cap. IV. l. I. δὲ πηχυαῖον ἢ καὶ μείζονα γωνιώδη ὅμοιον σχοίνῳ. *Caulem vero cubitalem, aut etiam majorem, angulosum,*

losum, junco similem. Non dicit Dioscorides, odorato junco similem, sed junco, nempe vulgari. Perperam Ruellius de suo addidit, vertitque: *junco odorato similem.* Atqui σχοῖνος, dices, ubi absolutè ponitur, semper odoratum significat juncum. Hoc probandum esset. Contrarium jam probavimus ex Celso, qui juncum odoratum, rotundum caule mhabere scribit, cyperum quadratum. Dissimilis ergo junco odorato caulis Cyperi. Multis ex locis Theophrasti probari potest Σχοῖνον absolutè positum, vulgare juncum denotare, lib. I. cap. VIII. ἡ δὲ φύσις καὶ ἐν τῷ — σχοίνῳ. cap. XIII. οἷον σχοῖνος τῆς φύσεως κνηκος, καὶ ὅλως ἐν τοῖς λιμνώδεσι. Vide cap. IX. lib. IV. cap. XXVI. lib. I. de Caus. Dioscorides lib. IV. cap. LII. capitis inscriptio, περὶ σχοίνου, *de junco.* Pergit Dioscorides σχοῖνος. τούτῳ διοσὸν εἶδος. Quod hoc cap. XVII absolute posuerit σχοῖνος, causa est, quod nemo non videt, subintelligendum εὐώδης, ἀρωματικός, vel tale quid, nam de odoratis, aromatibusque agit. Idem respondetur ad argumentum alterum, cum φοῦ radices capillamenta similia junco dicat Dioscorides. Ῥίζα δὲ ἡ μὲν ἄνωθεν περὶ δακτύλου τοῦ μικροῦ πάχος, παραφυάδας δὲ ἐπιπλαγίους ἔχει καθάπερ σχοῖνος, ἢ μέλανος ἐλλεβόρου. *Radix superiore quidem sui parte digiti parvi crassitudinem fermè æquat, sed habet ex obliquo capillamenta junci, aut veratri nigri instar.* Comparat Dioscorides fibras, quæ in phu radice habentur junci simpliciter, non junci odorati, perperam junci odorati, ut dictum est, addit Ruellius. Quod autem schœnanthi nostri caules & radices in medicina non usurpentur, sed folia duntaxat, non fit, quod partes illæ viribus, sapore, & odore careant, (sunt enim omnes odoratæ & efficaces, nec verum est, quod scribunt, apud nos enim calamus junci in usu est,) sed quia post Dioscoridis tempora, incuria medicorum, earum exoleverit usus, qui proculdubio revocandus, universaque planta utendum in posterum. Denique negant schœnanthum juncum odoratum esse, quod radices non habeat manifestas ad medicinæ usum, sed capillaceas tantum partes, quæ nullius roboris aut valoris sunt. Respondent docti, nihil facere ad rem, crassæ an tenues sint, parvæ an magnæ: nam Dioscorides eas non descripsit, quod vero nullius roboris esse dicunt, id præter veritatem est. Nam manifesta in iis percipitur adstrictio, & aromaticitas, nec non mordacitas, sed tamen hæc satis exigua, nec magna oportet sit, siquidem Dioscorides ait, ἡ δὲ ῥίζα στυπτικωτέρα. *Radix magis adstricta.*

Schœnanthum.



Vltimum argumentum ex Serapione petunt, quod hic scripserit radices latas & nigras esse. Verba Serapionis audiamus: *Squinanthum est herba*, inquit, *habens radices sub terra, & ramos subtiles, & est sicut radix chulem. Nisi quia est latior, & minoris tuberositatis, & habet fructum.* Nullam in his verbis nigredinis mentionem facit Serapio. *Chulem*, Clusius gramen exponit, alii thymum. Graminis, thymive radicibus sint paulo latiores, & tenuiores, inde latas habere radices non sequitur, sed quod diffusius per humum spargantur, ac delatentur. Nam cum Thymi graminisve, radices admodum tenues sunt capillorum modo, & schœnanthi, Serapionis testimonio, illis tenuiores habeantur, satis apparet Serapionem non de formæ seu substantiæ latitudine, sed quod magis humi se diffunderent intellexisse. Illud porro absurdissimum, quod galangæ radices, junci odorati radicem esse dicant: nulla enim manifesta adstringendi vis in ea percipitur. Deinde junci radix modice excalfacit, galangæ vero ordine tertio. Accedit quod galanga in China nascitur, quæ bis mille leucis ab Arabia distat. Præterea folio, caule, radice à junco odorato multum differt, ut suo loco, si detur occasio, dicam. Clarissimo Clusio schœnanthi quondam planta è semine est nata, quam his verbis describit: *Est vero juncus planta multis culmis assurgens, tenuioribus foliis quam gramen, seu* πόα, (quam pulcherrimè refert) *linguam mordicantibus, jucunda, & aromatica quadam acrimonia, quæ trita gratum quidem spirant odorem, sed in quo rosæ odor non eluceat, nam manducata potius rosæ, præsertim sacchаro conditæ, odorem æmulari videntur; nullum protulit florem, quod serius provenerit, immo primis frigoribus periit, ita ut annua planta censenda sit, radix est numerosa, & capillaris non nodosa, ut Serapio ait, gustu fervido & aromatico.*


Duo, inquit, esse genera comaci. Alterius comaci Plinius meminit, lib. XII. cap. ult. Sed locus admodum corruptus, ut supra cap. de cinnamomo videre est, legendum. *In Arabia* (si *in Syria* scripserit, ut puto, errat Plinius) *gignitur, & cinnamomum, quod comacum appellant. Hic est succus nuci expressus, multum à succo veri cinnamomi differens, vicina tamen gratia.* Quale fuerit hoc comacum, quod unguentis addebatur, me ignorare fateor. Comacum fructum esse illium non ineptè quis asseret, qui vulgo cubebe vocatur. Idque, quod teste Garcia, lib. I. cap. XXIII. cubebe cumuc vocetur in Java (vide an Ioà scripsit Garcias) ubi plurimum nascitur, in reliqua vero India *cubab*, & *cubab Sini*, id est Sinense. Hinc Plinius, voce minus recte intellecta, in Syria nasci somniavit, & duo comaci confundit genera. Pro cubab, latini cubebe, & cubabim, pro cumuc. Græci κώμακον, infima Græcia κούπαπε, κόμμιπερ, κόμβεβαρ, & κόμμεβα dixit. Latini antiquiores cumabum dixere Comacum, sive cubebas Hippocrates, μυρτίδανον vocavit. Κνίδιας κόκκους τριήκοντα, τὸ Ἰνδικὸν ὃ καλοῦσιν οἱ Πέρσαι πέπερι, καὶ ἐν τούτῳ ἔνι στρογγύλον ὃ καλέουσι μυρτίδανον. *Grana cnidia triginta detracto cortice, Indicum, quod Persæ piper vocant, & quod inest rotundum myrthidanum appellant.* Galenus in Exegesi. Μυρτίδανον οἱ πλεῖστοι τὸ μὲν πέπερι. Διοσκουρίδης δὲ ὁ Ἀναζαρβεὺς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕλης ἐπίφυσιν ἀνώμαλον, καὶ ὀχθώδη περὶ τὸ τῆς μυρσίνης πρέμνον, ὅγε μὲν Ἱπποκράτης τὸν καρπὸν τοῦ φυτοῦ ὀνομάζει ἐν τῷ φυτῷ ὅπερ αὐτός φησιν ὑπὸ Περσῶν ὀνομάζεσθαι πέπερι. *Myrtidanum plerique esse existimant. Dioscorides vero Anazarbæus in primo de materia medica, agnatam quandam eminentiam, inæquabilem, & tuberosam circa myrti caudicem esse scribit.* Hippocrates tamen sic plantæ fructum nominat, quam Persis piper vocari ait. Duæ itaque res diversæ myrtidanon sunt dictæ. De myrtidano, quod myrto adnascitur Dioscorides agit lib. I. cap. CLVII. & Gal. lib. VII. simpl. ubi à quibusdam μυρτίδα, vocari scribit. De hoc alibi: Myrtidanum itaque fructus rotundus. Idem Galenus. Διοσκουρίδης ὁ νεώτερος Ἰνδικὸν φυτὸν ἐν Ἰνδίᾳ εἶναι φησὶ παραπλήσιον τῷ τοῦ πεπέρεως, οὗ ὁ καρπὸς ὀνομάζεται μυρτίδανον, ὅτι μύρτῳ ἔοικε. *Dioscorides junior Indicam stirpem in India nasci inquit, piperi proximum, cujus fructus myrtidanum vocatur, quod sit myrto similis.* Videamus quomodo describat Garcias *Cubebas est planta*, inquit, *malo vulgari minor, foliis piperis, sed angustioribus, per arbores, hederæ modo, aut veriuspiperis modo, repens, non myrti effigie, aut foliis myrto similibus*, (uti perperam quidam tradiderunt, quibus fides tanta, quanta Garciæ non debetur, oculatus enim hic, auriti illi,) *fructus racematim cohæret, non quidem ut*

in

in uva conjunctim, sed singulis granis ex suis pediculis dependentibus. Silvestris hæc est planta, & sponte nascens, non domestica, tanta autem in æstimatione est fructus hic, etiam ubi nascitur, ut eum incolæ decoquant, antequam efferri sinant, metuentes, ne alibi satus enascatur. Hactenus Garcias. Cubebarum fructus figura rotundi, & nigro piperi non dissimiles, attamen paulo minores, oblongis rectisque pediculis adhærentes, colore ex cinereo fusci acu aut cultello puncti, caryophylli modo liquorem remittentes), qui ab Indis apud quos proveniunt partim nondum maturi acerbique, partim maturi colliguntur. Immaturæ cubebæ leves sunt, superficiemq; rugis contractam habent, intus autem in corticis inani concavitate nucleum exiguum, flaccidum & tabidum, (hunc myrtidanum appellasse videtur Hippocrates, ἐν τυτίῳ ἐν στρογγύλον, quod inest rotundum,) maturæ autem æquales, extentæ, minimeque rugosæ, intus autem cæsio, tritu facili, & cõsumatæ magnitudinis nucleo (hoc est ipsum myrtidanum) plenæ ac distentæ, ideoque immaturis ponderosiores. Immaturæ saporem habent valdè aromaticum, acrem & mediocriter amarum, subtilem cum maxima tenuitate, ad caput in gustu evaporantem. Maturæ gustu minus acres, minusque amaræ sentiuntur, valde etiam ipsæ penetrant, facileque vapores sursum mittunt, immaturis tamen minus id præstant. Ex immaturis probantur rugosæ, inanes, leves, & valde aromaticæ, tam odore, quam gustu. Maturæ sunt majores, ponderosiores, foris æquali superficie, minimeq; rugosa, intus plenæ & nequaquam inanes. Myrti, myrtidanique historiam Plinius lib. XV. cap. XXIX. confundit. *Et alius,* inquit, *usus baccæ fuit apud antiquos, antequam piper reperiretur, illius obtinens vicem, quodam etiam generosi obsonii nomine inde tracto, quod etiam hunc myrtatum vocatur.* Dioscorides junior, ut refert Galenus, myrtidanum myrto similem dicit fructum. Plinius autem cum apud Græcos myrtidanum, πέπερι explicari legisset, nec non fructum myrto similem, putavit id fieri, quod myrti baccæ piperis usum præberent. At quid myrto cum peperi? Piper calidum secundo vel tertio gradu. Myrtus ex contrariis constat facultatibus, sed tamen in eo frigidum vincit terrenum, quale nihil in pipere. Strabo, ut doctioribus placet, κόρσιον vocare videtur, lib. XVII. Γίνεται δὲ καὶ κόρσιον, ὅμοιον τῷ πέπερι πράγμα, μικρῷ αὐτοῦ μεῖζον. *Nascitur etiam corsium fructus piperi similis, aliquanto tamen major.* At cubebe paulo minor est pipere, corsion major. (Theophrastus, *corsion Loti radix*, lib. IV. cap. X.) Corsion præterea Strabonis Ægyptia est planta, cubebe Indica. Alii piper Theophrasti putant rotundum. Nec horum probo sententiam. Cubebe enim tegmine non constat subrutilo, ad instar laurianæ baccæ. Magis errant, qui amomum putant, hoc folia fert bryoniæ, cubebæ, piperis. Nec amomum armeniacum est, quod non est colore aureo, ligno fulvescente; nec medicum est, quod neque subviride, tactu molle, virgultis ligneis, venosis, odore origani. Vide cap. de amomo. Nec ponticum est, quod non fulvescat, cæterasque notas habeat, quæ Dioscorides de amomo refert. Miror neminem cardamomum dixisse. In interpretationibus enim Nicolai legitur κάρπησιν τὸ καρδάμωμον. Non esse cardamomum probatur, quod non sit frangenti contumax, aliisque notis careat, quibus veteres suum delineant cardamomum. Ineptius qui ruscum Dioscoridis esse putant; Rusci bacca, ut scribit Dioscorides lib. IV. cap. CXLVI. per maturitatem rubescit, osseo intus nucleo, nulloque odore, nulla tenuitate partium prædita, nihilque aromatici habet. Τὸν δὲ καρπὸν στρογγύλον, ἐν μέσῳ δὲ τῷ πετάλῳ. περιφερῆ (περιφερῆ) doctiores. Serapio enim postquam rotundum esse dixit, addit insuper aliquantulum depressum & latum, quale nihil in cubebis) ἐρυθρὸν ἐν τῷ πεπαίνεσθαι, ἔχοντα τὸ ἐντὸς ὀστώδες. Qui viticis semen cubebas putant, non sunt audiendi. Vitex, ut suo loco diximus, coitum cohibet, unde agni casti illi nomen; cubebe promovet. Sunt qui garyophyllon Plinii esse scribunt. Plinius lib. XII. cap. VII. *Est etiam in India piperis grani simile, quod vocatur garyophyllon. Grandius fragiliusque. Tradunt in Indico luco gigni, advehitur odoris gratia.* Sed cubebe pipere minor est, nec fragilior. Alii cubebas carpesion putant, quod Actuarius in compositione quadam, cui nomen orbiculi stomachici, scribat carpesium à Barbaris κομβίβας vocari. Græcorum non esse carpesium, ex iis, quæ cap. de cinnamomo dixi, luce meridiana clarius patet. Addam alium Galeni locum ex lib. de antidotis. Πλεῖστον δὲ ἐν τῇ Σίδῃ (lib. VII. simpl. ἐν συρίῃ scribitur) lib. 3. κατὰ τόπους cap. II. τῆς Παμφυλίας τὸ καρπήσιον τοῦτο γεννᾶται. λεπτὰ δέ ἐστι τὰ κάρφη, παραπλήσια τοῖς ἀκρέμοσι τοῦ κινναμώμου, καὶ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι, τὸ μὲν ἕτερον αὐτῶν Λαερτικὸν, τὸ δὲ ἕτερον Ποντικὸν (vulgo πικρὸν ex lib. VII. simp. lego ποντικὸν) ὅπερ καὶ βέλτιον ἐστιν. ἑκάτερον δὲ ἀπὸ τοῦ ὄρους ἡ ἐπωνυμία καθ' ὃ φύεται. *Plurimum in Sida Pamphiliæ urbe nascitur —— tenuia autem quædam carpesii sarmenta cinnamomi virgultis similia. Ejus duo genera reperiuntur, unum quod Laertium, alterum quod Ponticum nominatur, à monte in quo nascuntur utraque nomen acceperunt.* Lib. VII. simp. Ὅμοιον μὲν ὑπάρχει τῷ καλουμένῳ φοῦ κατά τε γεῦσιν, καὶ τὴν δύναμιν. Idem loco citato: Πολὺ δὲ ἔχων αὐτοῦ, καὶ εἰς ἄλλα πολλὰ τῶν κατὰ μέρος ἐνεβαλόμην. εἰς ἅπερ καὶ τοῦ καλουμένου φοῦ βάλλομεν. ἔστι γὰρ αὐτῷ παραπλήσιον μὲν, ἰσχυρότερον δὲ καὶ ὡς ἔφην ἔχον τι ποιότητος ἀρωματιζούσης ἐν ὀσμῇ τε καὶ γεύσει. *Quod cum plurimum haberem per multis medicamentis admiscui, in quibus phu vocata imponi debuerat. Est enim carpesium, ut dixi, phu simile (δυνάμει virtute, viribus) validius tamen, & qualitatem quandam aromaticam gustatum odoratumque reddens.* Hæc satis ostendunt, Galeni carpesium non esse cubebe. Festuca enim est, seu tenue virgultum: fructus cubebe, in quo odor nec sapor phu referens. Alii carpesium & cubebe Arabum idem esse volunt. Hæc in Arabum scriptis exercitatis relinquo, in orientalibus linguis minus sum exercitatus. Quod si ergo error quis sit, nescio an auctoris, an interpretis sit culpa. Cubeben tamen Arabum à carpesio differre, vel hoc argumento probatur, quod Averroes igneæ substantiæ & terrestris, inquit esse cubebas. Addit aromaticas esse: talis in carpesio non est substantia, phu enim odore, sapore, & viribus est simile. At per igneam substantiam dicent se intelligere calidam. Respondeo, ex Latino codice id colligi non posse, eadem enim pagina calidam betonicam, & nuces pineas esse inquit. Quod si ignea & calida idem esset, betonicam vel pineas nuces igneas dixisset. Insuper Rhasis & Averroes cubebas terrestris substantiæ esse scribunt; cujus Galenus cum vires describit carpesii, non meminit. Qui bruscum, ut supra, vel ejus fructum carpesium, vel cubebas esse scribunt, nugantur. Nihil aromatici, tenuiumque partium in brusco. carpesium est sarmentum tenue, cubebe fructus est. Magno & illi in errore sunt, qui carpesium Galeni, & Quinti medici diversum esse putant. Utrumque eodem modo, & eisdem fere verbis à Galeno describitur, vide lector cap. de cinnamomo, ubi ex Quinti medici sententia carpesium describit Galenus, & confer cum iis, quæ hoc capite adscripsimus. Carpesium optimum phu esse putant iidem. Hoc si verum est, quomodo carpesium odore & sapore phu simile dici potest. Alterum carpesium esse caryophyllos dicunt. Hi ex India, carpesium ex Ponto adfertur, nec charyophylli odore aut sapore phu referunt. Quæritur, an caulium an radicum phu sarmenta, carpesium sint. Et radicum, esse his argumentis probant, quod odore & sapore phu simile esse dixit Galenus, cum autem phu radices in usum veniant, facile credunt esse sarmenta radicum ejus. Addunt, quod Galenus diu asservari dixit, sed solidiores sunt radices in omni herbarum genere quam caules, qui facile flaccescunt & pereunt. Præterea cum Galenus alias cinnamomi virgulta elleborí radicibus comparavit, mirum videri non debet, si idem ex diverso sarmentosas carpesii radices cinnamomi virgultis similes fecerit. Adde etiam quod in plantis non solum caules sarmentosi, sed etiam radices plures sarmentosæ dicantur. Verius tamen rectiusve τὰ κάρφη de caulium, quam radicum sarmentis dicitur. Proprie enim κάρφος festuca, vel palea est, quæ in frugibus aruit. Quod scribunt radices solidiores esse, nescio an id semper verum sit. Absynthy caules etiam aliarum plantarum quarundam suas vires diutius retinent, quam radices. Nec sequitur, Galenus phu radicibus comparavit carpesium; ergo sarmentum radicis est, quia phu radix est. Dioscorides zinziber sapore piperis libro secundo esse dixit; inde non sequitur zinziber piper esse. De zinzi-

zinzibere hoc loco non nihil in medium adferendum. Ζιγγίβερ à Græcis dictum, nomen accepit ex Indorum vocabulo *zengebil*, nonnulli γίγγιβερ dicunt sed corrupte, nam & infima Græcia ζίγγιβερ dixit. Eumelus Hippiater lib. 2. cap. ult. κασίας, κινναμώμου ἀνὰ γο γ' ζιγγιβέρεως γο δ' lib. 1. cap. 2. Agotichus. κυπέρου ὀποπάνακος, ζιγγιβέρεως, πυρέθρου. Describitur à Dioscoride lib. 2. cap, 190. Ζιγγίβερις ἴδιόν ἐστι φυτὸν γεννώμενον ἐν τῇ τρωγλοδυτικῇ ἀραβίᾳ, πλεῖστον, (ἐλάχιστον vetus) ᾧ χρῶνται τῇ χλόῃ εἰς πολλὰ, καθάπερ ἡμεῖς τὸ πήγανον, ἕψοντες εἰς ποτισμοὺς ἢ ἑψήματα μιγνύντες. ἔχει δὲ ῥίζια μικρὰ, ὥσπερ κυπέρου ὑπόλευκα πεπερίζοντα τῇ γεύσει, καὶ εὐώδη. ἐκλέγου δὲ τὰ ἀτερηδόνιστα. *Zinziber sui generis planta est, quæ plurima in Troglodytica, & Arabia nascitur.* (lego cum doctiss. Saraceno τρωγλοδυτικῇ καὶ ἀραβίᾳ, sic enim legit Plinius, præterea Æthiopiæ pars Troglodytica verius, quam Arabiæ.) *Hujus herba virente cocta ad multa, perinde atque nos, ruta utuntur, propotismatis ac pulmentis eam admiscentes. Radiculas habet parvas, cyperi modo, candicantes, sapore piper imitantes & odoratas. Eligito, quæ teredinem minime senserint.* Usum non plantæ speciem exprimit Dioscorides. Eo tamen brevius Plinius lib. XII. cap. VII. *Non est hujus arboris* (piperis) *radix ut aliqui existimavere quod vocant zimpiperi, alii vero zingiberi, quanquam sapore simile. Id enim in Arabia atque Troglodytica in villis nascitur parvæ herbæ radice candida, celeriter ea cariem sentit, quamvis in tanta amaritudine.* Nemo veterum amaritudinem quandam inesse zinziberi scripsit, neque ulla in illo deprehenditur. Ex Barbaria advehi scripsit Galen. Ζιγγιβέρεως ἡ ῥίζα χρησιμὸς ἐστὶν ἥνπερ διακομίζουσιν ἐκ τῆς βαρβαρίας. Galen. si per Barbariam Indiam intelligit, bene quidē, at si illam Africę partem, quæ nunc Barbaria dicitur, male. Idem Garcias apud Troglodytas & Æthiopes nasci fatetur, sed adeò exigua quantitate, ut vix ipsis incolis sufficiat. In Arabia nasci negat, quandoquidem ad Arabes transportetur. (Veterum & Diosc. temporibus Arabia latius extendebatur.) Illud, inquit verum, quod scribit Dioscorides primis eduliis admisceri; quod hodie apud Indos observatur. Quod autem dicit hujus radices cyperi modo parvas esse fallitur. Nam multo majores sunt cypero. Intelligit Dioscorides radices exsiccatas, quales ipsius sęculo ex Æthiopia Troglodytica adferebantur. Ignoravit Dioscoridis parva illa frustula radicum, quæ adferuntur, particulas radicis esse majoris. Nascitur, inquit Garcias in omnibus Indiæ provinciis nobis cognitis, semine aut radice satum, nam quod sponte provenit exigui est momenti. Idem Maximus. *Aliud seminatim, aliud sponte provenit, sed quod seminatim nobilius est.* Optimum & frequentissimum est malavaricum; Arabicis & Persis maximè expetitum. (Quod ex Batavorum Molucis ad nos adfertur non ultimum obtinet locum.) Secundum locum obtinet, quod in Bengala reperitur, tertium, quod in Dabal, & Bacaim, totaque ea ora maritima nascitur. In solitudinibus & mediterraneis vix crescit, neque ad nos adfertur. Invenitur etiam in insulis divi Laurentii, & Comaro, quæ Æthiopiæ sunt conterminæ. Inde sumpserunt occasionem nonnulli, ut scriberent, apud Troglodytas & Arabes nasci. In nova Hispania nasci, auctor est Monardus, & hodie ex India Occidentali in Hispaniam mittitur. *Est gingiber*, inquit Garcias, *similis iridi aquaticæ aut gladiolo* (non arundini) *foliis, magis tamen nigricantibus; caule cum foliis duorum aut trium palmorum altitudine; radice etiam iridis, non serpente, ut voluit Antonius Musa Brasavola, at nec admodum acris est*, (de recenti hoc intelligendum) *præsertim ejus quod in Becaim natum est, ob nimiam quæ dominatur humiditatem. Colligitur & eruitur Decembri & Ianuario, deinde aliquantulum siccatum limo obducitur, non quo majoris sit ponderis, sed ut foraminibus obturatis, diutius sine corruptione, in sua humiditate naturali conservetur.* Maximus zingiber his verbis describit: *Herba similis illi quæ crocum* (Indicum intellige, sive curcuma) *fert, & eo modo radix ejus ferè nascitur, quæ est zingiber.* Lud. Roman. lib. XV. cap. XIV. *Producit Calecut ager zingiber, quæ radix est, eruiturque pondo nonnunquam unciarum duodecim, sed non omnibus est eadem amplitudo, plus non agitur in profundum radix, quam ad ternos vel quaternos palmos harundinum modo, cum eruitur zingiber, relinquunt inter nodium radicis in scrobe, terramque radici aggerunt, ceu semen ejus radicis, proximo anno eruturi fructum, id est zingiber.* Ab Acosta his fere verbis describitur: *Trium aut quatuor palmorum magnitudine assurgit. Foliisque est milio majori, quod lachryma jobi vulgo nuncupatur, admodum similibus. Caule vero asphodeli crassitie, ex multis foliorum involucris constans, ut veluti exigua quædam arundo appareat. Radicibus quemadmodum iridi similibus.* Monardus proximè ad Garciam accedit. *Est zingiber planta foliis iridis, paulo tamen angustioribus, sed similiter virentibus prædita; ejus radices, ut notum est, aliæ aliis majores, quæ viventes ac recentes nulla urente facultate pollent, ideoque in frustula incisa, acetariis injiciuntur, ut iis saporem & odorem concilient, seritur semine aut tenuiore radice, nam utroque modo facile augetur, quum ad justam magnitudinem excrevit, eximitur, & in umbra siccatur ubi nullam humiditatem contrahere possit, quæ eam corrumpat, postea luto oblinitur.* Variant in foliorum delineatione, qui in India ipsa fuerunt medici satis celebres. Alii enim arundinis, alii iridis, alii lachrymæ jobis folia habere scribunt. Quidam Cypero, quidam curcumæ similia volunt. Zingiberis icon quæ passim ostenditur, Iridis vel xyridis nigriore folio ad verba Garciæ ficta & picta est. Fatetur hoc Lobelius, qui eam primus edidit. *Ex argutè*, inquit, *fallacibus picturis aut iconibus, etsi à nobis amicissimisque viris munere missis oratione plantas delineare, quam dubium sit norunt haud peritiores. Annis triginta & pluribus elapsis, antequam nostra stirpium adversaria in lucem prodirent, Antverpia Lugdunum ad me misit zingiberis effigiem Guilhelmus Driesch P. M. ut petitioni meæ satis faceret, quam legitimam esse asserebat. Facile enim fidem illi adhibui: quia sciebam zingiberis radices adeo recentes, virides & succo adhuc prægnantes Antverpiam sepe ex India devehi, ac proinde zingiber legitimum in horto prædicti boni viri pullulasse, sed paucis post annis, cum pictura mihi foret suspecta, perspicuè percepi zingiberis iconem, munere missam commentitiam*

Zinziber.




& effigiatam, à quodam veteri botanico Germano esse. Utriusque iconem adpingendam curavi. Zingiber legitimum crevit ante annum unū alterumve Lugduni Batavorum in horto ampliss. viri Mathiæ Overbeeck eadem huic figura, qualis picta tabella ostendit, & à clariss. viro Lobelio Flissingæ Zelandorum, in horto illustrissimi principis Mauritii princ. auricaci P. M. apud egregiū virum Adramum Menlenare observata, ac his fere verbis descripta: *Plures*, inquit, *Lobelius nobis communicavit, quas alebat solo levi, lateritiis fragmentis rubris, quo gaudet tenuibus permixto. Laxavit autem & emisit ibidem primas suas, non ante, circa finem æstatis, pullulationes (quia à longinqua provincia delata, diuq; è terra*

 evulsa

evulsa fuerat) foliis & calamo sesqui spithamæo, aut pedali novellam, sive nuper enatam arundinem vallatoriam præ se ferentes. Hanc formam habebant, quæ apud Overbecium videbam. Siliquam zingiberis idem describit Lobelius. Corticosa est, triquetra, duriuscula, villis quibusdam & cirris obducta, perpusillæ siliquæ chameiridis ferè par, albida, semine lucido farcta melegettæ quadantenus, sed albo gratioreque, gustu multo zingiber prorsum testante, eoque zinziberis siliquam dixere. Aliam ab hac plane folio facieque diversam ostendit iconem Acosta, & ex eo Lugdunensis, latissimis hæc foliis, cum tamen ei lachrymæ Jobi folia tribuant. Vereor hoc zingiber commentitium esse: nisi forte duo diversa zingiberis genera sint. Apud aromatarios, radices reperiuntur albæ & rubentes, sed diversa genera non sunt, rubrica infectæ sunt rubentes, creta albæ; quo à teredinibus, cui candidiores & molliores magis obnoxiæ præserventur.

Zingiber ad vivum.




καρδάμωμον dictum putant quasi nasturtium suave. Galen. l. 7. simpl. Ἔστι μὲν ἀμέλει καὶ τοῦτο θερμῆς ἱκανῶς δυνάμεως, οὐ μὴν οὕτως ἰσχυρῶς ὡς τὸ κάρδαμον, ἀλλ' ὅσον ἥδιόν τε καὶ ἀρωματικώτερον ὑπάρχει καρδάμου, τοσοῦτο καὶ θερμῆς δυνάμεως ἀσθενεστέρας μετείληφεν. *Cardamomum est suave, facultatis admodum calidæ; non tamen usque adeo ut nasturtium, sed quanto suavius magisque fragrans est nasturtio, tanto & imbecillior calida ei facultas inest.* Verisimilius nomen accepisse ab exotico vel arabico verbo *cordumeni*, ut zingiber à *zengebil*. Theophrastus ubi nascatur, vel unde in Græciam delatum sit Alexandri magni temporibus, hæret. Alii, inquit, ex Media, alii ex India adferri aiunt. Dioscorides lib. I. cap. v. Καρδάμωμον ἄριστον τὸ ἐκ τῆς Κομμαγηνῆς καὶ Ἀρμενίας καὶ Βοσφόρου κομιζόμενον. γεννᾶται δὲ καὶ ἐν Ἰνδίᾳ καὶ Ἀραβίᾳ. *Cardamomum præstantissimum censetur quod ex Comagene, Armenia, & Bosphoro importatur, in India quoq; & Arabia provenit.* Vulgare, inquit Garcias *cardamomum in illas regiones defertur, in quibus suum cardamomum advehi scribit Dioscorides.* Andromachus senior Idæum laudat. Καὶ μαράθρου σπέρμα καὶ Ἰδαῖον καρδάμωμον. Videtur scripsisse poëta: Καὶ μαράθρου τὸ σπέρμα καὶ Ἰνδῶον καρδάμωμον. Καρδάμωμον, pro καρδάμωμον, versus gratia. Et hæc quidem doctiorum est opinio, quam probamus. Sed an cardamomum vulgare Græcorum sit, non satis constat. Theophrastus & Dioscorides tantum quibus locis proveniat, scribunt. Theophrastus, ut dixi, nihil affert. Addit Dioscorides quodnam eligendũ. Quod neuter id exacte descripserit, multas peperit difficultates, quas quantum fieri potest, explicare conabimur. Primo an lignum, an fructus sit expendendum erit. Secundo an Græcorum & Arabum cardamomum idem sit. Tertio quo nomine Arabes descripserint cardamomum Græcorum. Quarto an vulgare cardamomum sit Græcorum, Arabum, an neutrum. Quinto an piper Indicum, sive capsicum cardamomum sit. De cardamomo hæc Græci tradunt: fructum esse. Locus id Hippocratis ostẽdit, qui reperitur, l. de superfœtatione, ubi ait; Ὀπὸν σιλφίου, καρδαμώμου καρπόν. Non reticendum in M. S S. quibusdam exemplaribus reperiri, καρδάμου καρπόν. In pluribus tamen καρδαμώμου legitur. Ex Dioscoride etiam fructum esse colligitur, cum ait. Ἐκλέγου δὲ τὸ δυσθραυστον, πλῆρες, μεμυκός, τὸ γὰρ μὴ τοιοῦτον, ἕξωρόν ἐστι, καὶ τὸ τῇ ὀσμῇ πληκτικὸν γεύσει δὲ δριμὺ καὶ ὑπόπικρον. *Eligito quod frangenti contumax, plenum, occlusum, quod enim tale non est, exoletum judicatur, caput odore tentans, gustu acre, & subamarum.* Arbor aut lignum non dicitur plenum, farctum, occlusum. Ipse Galenus cardamomum semen esse satis perspicuè docet, lib. de antidotis, cap. xv. Σπέρματα δὲ ἐμβάλλεται τῷ φαρμάκῳ ταυτί. βυνιάδος, πετροσελίνου ὀλίγον πλεῖον, ἄμμεως, ἀνήθου, μαράθρου, δαύκου, καρδαμώμου. Idem ostendit versus, qui in altera Theriaces compositione reperitur. Καὶ σεσέλεως τὸ σπέρμα, καὶ ὃν Κρήτης μαράθρου, καὶ αὐτοῖς τούτοις καρδαμώμου. Lib. II. de antidotis cap. XI in Zenonis compos. scribitur, καρδαμώμου τῶν λοβῶν χωρὶς τῆς ἐντεριώνης. Lib. VII. κατὰ τόπους cap. 3. καρδαμώμου ἐξεντερισμένου. Loci hi multum negotii Botanicis faciunt. Ἐντεριώνη significat internam partem cujuscunque rei, medullam, nucleum, semen, granum. De fructubus dici, etiam extra omnem controversiam est. Vide cap. VIII. & XI. lib. III. hist. III. Hoc quidem omnes concedunt; sed quæritur, an χωρὶς particula ad ἐντεριώνης, an ad λοβῶν referenda sit. Vox ἐξεντερισμένου etiam aliter atque aliter exponitur. Quidam exenteratum, alii emedullatum. Apud Marcellum Empyricum, & Scribonium *animatum cardamomum* legitur, cap. xv. depravata, ut quidam volũt, lectione. Quin *inanimatum* contendunt legendum, (qua voce Cicero etiam utitur) & in his locis usurpari pro emedullato, exinanito; cui contrarium quod animatum, integrum, ac plenum est. Ita & glycyrrhiza Galeno ἐξεντερισμένη dicitur, quod nihil aliud significat, quam quod lib. 2. de antidotis χωρὶς τῆς ἐντεριώνης. Et Ætius lib. XII. cap. XLVII. inquit, καρδαμώμου χωρὶς τῆς ἐντεριώνης, quod alibi dixisse videtur Galenus, καρδάμωμον κεκαθαρμένον. Contra alii ἐξεντερισμένον ponunt. *Cui exterior cortex, sive pellicula, in qua continetur, detracta est*, ita ut interna pars in usum sumatur, ut sit ἐξεντερισμένον, velut ex externa parte acceptum, contrario modo, quo Galeno glycyrrhiza ἐξεντερισμένη probatur, ex qua ejecta est medulla, & radix reliqua in usum accepta. Ergo secundum horum sententiam, καρδάμωμον ἐξεντερισμένον, item κεκαθαρμένον, uti lib. 2. de antidot. in Zenonis Theriaca scribitur, καρδαμώμου κεκαθαρμένου καὶ ἀφῃρημένου τῶν λοβῶν, erit cardamomum, cui abstractum est pellicula exterior. Etiam vox χωρὶς non ad ἐντεριώνης, sed ad λοβῶν referenda erit, & accipiendum internum, quod in capsulis continetur. Verum ut fatear, locus Galeni citatus, suadere id videtur. Ἀφῃρημένου, inquit, τῶν λοβῶν, *detractis folliculis.* Contrarium tamen Ætius docere videtur, uti verba supra citata docent, quæ latine sonant, *cardamomi medulla privati, ita ut abjicienda sit interior medulla, & accipienda exterior capsula.* Sed depravatum Ætii codicem dicunt, legendumque καρδαμώμου χωρὶς τῆς ἐντεριώνης. Animatum quid sit, apud Scribonium Largum etiam disputatur. Alii mendosum codicem utriusque esse scribunt, leguntque inanimatum cardamomum, alii contra animatum exponunt, *plenum*, *integrum*, uti compos. LXX. ubi *cachryos animati* legitur, id est, *cui medulla integra & plena.* Alii contra *inanitum*, vel *inanimatum* legendum asserunt; sed exponunt, cui cortex ademptus, aut detractus est. Alii interpretis vitium putant, nec depravatum codicem, Scribonium latinè non scripsisse asserunt, sed eum libellum à quopiam è Græco Scribonii conversum. Ut ut sit, depravatus non videtur codex, idque quia satis multis in locis vox hæc occurrit, & apud Scribonium, & apud Marcellum. Vide Marcellum, cap. 15 & 16. Verisimile nobis videtur, animatum nihil aliud denotare quam *decorticatum*, & *delibratum*. Nullum tamen autorẽ adducere possum, apud quem

quem ea significatione vox hæc reperitur. Moveor maxime quod apud Marcellum cap. 20 in pertice cosmiana ad stomachi vitia; & ad coctionem ingrediantur piperis albi denarii 19. Inulæ denarii 6. nucum juglandium animatarum denarii 6. nucum pinearum animatarum denarii 12. amoi denarii 8. Ego, salvo meliori judicio, non video aliud quid intelligi loco cit. quam nucleum Pini, & juglandis, quo vulgo utimur, id est, juglandem & nucem pineam decorticatam, & purgatam. Animatum de interioribus dicitur. Cicero Tuscal. quæstionum I. *Animatum quod est, id motu cietur interiore, & suo.* Animatum itaque cardamomum, idem est, quod intus continetur. Non leve etiam argumentum est, intelligi semen quod intus continetur, quod Græci sæpius σπέρματος καρδαμώμου meminerunt. Et ἐξεντερισθεῖσαν γλυκύρριζαν, meo judicio videtur, glycyrrhiza, sive dulcis radix ab exteriori cortice & sordibus purgata, qui usus apud pharmacopeos adhuc obtinet. Quin etiam omnino abradi debet exterior cortex glycyrrhizæ, amaritudinis enim quid habet, pectori ingratum. Ægineta folliculos cardamomi albos alibi dixit. Ab Avicenna lib. II, tract. II, cap. CL. describitur, ubi ait: *Cardamomum, quod sacolam vocant, duplex est, majus & minus. Majus est sicut cicer nigrum, quod cum frangitur interius habet granum album, mordicans linguam; sicut cubebe in quo est aromaticitas; parvum est sicut lens, aromaticum etiam, calidum & siccum est tertio gradu, in ipso cum calfactione est stipticitas, & proprie in ipso cortice, confert vomitui.* A Serapione cap. LXIV, his fere verbis: *Saccolla, id est cardamomum majus, est heil, vel hil, & minus est hilbane* (Garcias *hil* duntaxat scribendum ait. Judicent in linguis orientalibus exercitati,) *& est masculus. Sunt ejus duæ species, & majus habet cortices & capita sicut rosa, & sunt grana magna sicut fe-renabach* (*piperis* interpretantur) *aut majora parum, & intra ipsum sunt granula parva angulosa, boni odoris, pinguia, pulverulenta; & ipsum est melioris odoris, atque delectabilioris naturæ, quam minus, & in sapore ejus est stipticitas, & acuitas. Verum cum comparatur minori, est acuitas ejus minor, & stipticitas ejus major, & cortices ipsius & capita sunt stiptíciora quam ipsum, calida & sicca virtus ejus in primo gradu. Minus vero nominatur heilbane, & non habet capita nec corticem, & habet grana habentia corticem, cujus color est sicut cardamomi majoris, & virtus ejus sicut illius, nisi quod propter subtilitatem magis conferat digestioni.* Hæc si cum Græcorum scriptis conferantur, non convenire, facile quis animadvertet. Græcorum cardamomum caliditate minore est, quam nasturtium, Arabum ad instar cubebæ; cubeba vero calidior est quam nasturtium. Græci subamarum cardamomum esse scribunt, Arabes subadstringens referunt. Græci unius meminerunt cardamomi, duorum Arabes, Grana in cardamomo alba esse scribunt Arabes. Græci quod extus tegit folliculum album dicunt. Nec ipsi Arabes satis in describendo cardamomo consentiunt. Avicenna granum album inquit esse, & mordicans: Serapio nigricans. Alii cordumeni, vel cardameni, Arabum, cardamomum Græcorum esse narrant. Describitur ab Avicenna lib. II. tract. secundo, cap. CLI. à Serapione cap. CCCVI. *Cordumeni, vel cardumeni, id est carue agreste, dicitur Persica lingua karda, & à Romanis similiter. Melius ex eo est, quod defertur ab Amænis de illo in terris Indiæ & Arabiæ, & melius ex eo est illud, quod difficile frangitur, plenum; conjunctum, durum, & grave, & extensæ superficiei, cujus sapor est acutus parum, quod autem ex eo non est tale, malum est.* Eadem Dioscorides de cardamomo. Cardumeni itaque Arabum Græcorum est cardamomum. Restat recentiorum de cardamomo opiniones examinemus. Piper Indicum superior ętas scripsit esse cardamomum veterum. Horum opinionem non probo, quod gustu non solum linguam, sed totum os, igneo fervore sentiatur deflagrare; quod de cardamomo veterum prodidit nemo. Vulgo capsicum vocatur, & nomen hoc Actuarius accepisse credit, à κάπτω, quod semen hoc, non tantum mordeat, sed urat: vel ἀπὸ τῆς κάψης, quod in capsula, foliculo, ac quasi cista semen ferat. Prius magis arridet. Siliquastrum Plinii putant esse doctiores, à siliquis magnis, oblongis, latis quas fert. Et piperitis ab eodem dicitur, quod semen ejus piperis sapore & acrimonia sit, diversa tamen est planta, ab ea, quæ vulgo piperitis vocatur. Plinius lib 18. cap. 12. *Panax piperis saporem reddit, & magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto* Idem lib. XX cap. XVII. *Piperitis, quam & siliquastrum appellavimus, contra morbos comitiales bibitur. Castor & aliter demonstrabat, caule rubro & longo, densis geniculis, foliis lauri, semine albo, tenui, gustu piperis, utilem gingivis, dentibus, oris suavitati, & ructibus.* Caulem piper Indicum emittit cubitalem, interdum etiam longiorem, minimi digiti crassitudine, in angulos striatum, viridem, & circa foliorum ramulorumque exortus in purpureo nigricantem, intus ceu sambuci medulla farctum: folia habet oblonga, initio lata, dein in mucronem fastigiata, media lauri & solani foliorum similitudine. Secundum ramulos flosculi è foliorum alis apparent, candidi, ut plurimum quinque folii, umbilico medio asterisci instar virente, siliquæ forma & magnitudine differentes postea sequuntur, initio quidem virentes, sed per maturitatem eleganti rubentis corallii colore, ac nitore splendentes; in quibus semen exiguum, planum, ex diluto luteo subalbicans, gustu, piperis modo, acre, veluti & ipsa est siliqua. Apud Belgas in hortis seritur, sed raro semen maturitatem consequitur. Hæc planta folio vel est latiore, vel angustiore, in fructu multiplicem agnoscit differentiam, tam forma, quam colore; colore, qui in initio aliis viridis, aliis niger, in maturitate aut ruber, aut croceus, flavusve, perquam raro albus. Figura aliis longa, eaque vel crassa, vel gracilis, vel incurvata, aliis brevis, eaque lata, cordata, vel rotunda cerasi forma, vel angulosa, vel erecta, vel dependens, denique vel caule piloso. Alii cardamomum vulgare pro veterum cardamomo habent. Alii negant, hisque suam sententiam probant argumentis; quod in vulgari cardamomo nulla prorsus reperiatur amaritudo, quæ Galeno adeo conspicua fuit, ut vermes intestinorum necare affirmavit, dein quod suavem habeat odorem, qui non tentat caput. Tum quod frangenti non sit contumax, sed dentibus facillime cedat, adeo ut malleo ferreo non opus sit. Ad primum argumentum facile responderi potest. Si quis enim diligenter attendat, amaritudo quædam reperitur in vulgari cardamomo, quo officinæ utuntur. Testantur id Cordus, Adversariorum auctores, Maranta, Bauhinus. Quod non adeo manifesta ac conspicua sit, causa est, ab acrimonia obtunditur, nec conspicua magnaque sit oportet. Ὑπόπικρον dixit Dioscorides. Galenus Ἔχει δέ τι καὶ πικρότητος ἐμφερόμενον ἑαυτῷ δι' ἣν καὶ τὰς ἕλμινθας ἀναιρεῖ. *Adjunctum habet quid amaritudinis, qua lumbricos interficit.* Ad alterum respondetur, non videntur olfecisse, cum tunditur à pharmacopœorum famulis, vel ubi bona quantitas cardamomi recondita est. Sic nec gutta sive lachryma una alteraque euforbii nares fecit; sed in pulverem cum redigitur, nares ferire norunt omnes pharmacopœi. Omnino concedi debet facile ex folliculis eximi semen, folliculosque non majori cum labore separari à semine, verum semen facile in pulverem, ipsos vero folliculos difficulter redigi, testantur pharmacopolæ. Quibus fidem si non adhibeant, experiantur licet. Nec vulgare Arabum est cardamomum, quia Serapio inquit, esse plantæ semen quod oblongis quibusdam concluditur capitulis, rosis similibus, à qua forma vulgare multum dissidet. Nec Arabum granis est rotundis, sed angulosis. Arabum granis est pipere majoribus, vulgare minoribus, nec minus sive alterum est cardamomum Serapionis, quod stipticitate careat, magisque caleat quam gradu primo, tum quod grana folliculo includantur, nec *millegnetta* Arabum est cardamomum minus, ut reverendi Patres, freti Bellunensis auctoritate, scribunt, cum is tantum vulgari opinione ductus asserat. Non esse minus cardamomum probatur, quod tegantur grana involucro, tum quod grana folliculo exempta nuda sint, tum quod magis caleat, quam scribunt Arabes. Plinius porro quatuor cardamomi genera esse tradit, Græci unius tantū meminere, ex quibus auctoribus quatuor genera hęc habeat, ignoro. Verba Plinii, lib. XII. cap. XIII videamus. *Simile his* (amomo & amomidi) *& nomine, & frutice cardamomum semine oblongo.* (de seminis conceptaculo sive calice id intelligendum) *metitur eodem modo & in Arabia,* (ex India & Media Theophrastus, Dioscorides ex Comagenœ Arabiæ & Bosphoro) *quatuor ejus genera, viridissimum ac pingue*

acutis angulis contumax fricanti quod maximè laudatur. (videsupra verba Dioscoridis) *proximum è ruffo candicans. Tertium brevius atque nigrius; pejus tamen varium, & facile tritu, odorisve parvi, qui verus costo vicinus esse debet.* In libro viatici, hoc est ἐφοδίῳ, à Constantino translati, sæpe occurrit mentio majoris & minoris cardamomi; qui usus & hodie in officinis obtinet. Majus enim & minus noverunt. Quod Medici majus, id illi granum paradisi vocant, nec pro cardamomo habent. Quatuor vulgaris cardamomi genera observantur, majus, medium, minus, minimum, Majus melegnetta, malegnetta, quod semina milium referant Indicum, & granum paradisi vocatur. Medium cardamomum majus officinarum, & Adversariis medium Mathioli, minus sive cardamomum simpliciter officinis dictum, cujus folliculi, vel paulò majus, vel paulò minus. Hinc Adversarii majus cardamomum medium vocant. Minus cardamomum minus vulgare est, ut & cardamomum minimum, quod tertio generi, sive jam dicto etjam annumerari debet. Folia melegnetta fert crassa, uncias quatuor longa, tres lata; per quorum longitudinem costa elata fertur, à quâ fibræ plurimæ per transversum abeunt, ut in charyophyllorum foliis, cum quibus maximam similitudinem habent. Hujus folii pediculus, sapore est aromatico, ipsis granis correspondente, non tamen ita acuto, ac aromatico, ut in foliis charyophyllorum animadvertitur, quo signo potissimum distingui possunt. Fructus oblongus est, magnitudine, figura, propemodum ovo æqualis, folliculo similis, cortice constans venoso, fractu contumaci, subruffo, aut in pallido fusco, supernum pythmena inferius pediculi vestigium habens, intra se nitidis, angulosis, pipere minoribus, superficie ruffis, intusque candidis seminibus, crebris, fungosisque membranis distinctis & interceptis, plenis, gustu fervidis; ut piper & zingiber, quibus odore etiam non dissimilia sunt; cortici vero nulla in gustu qualitas, immaturæ baccæ, ut *van der Hagen* docet, rubræ sunt, admodum gratæ gustatu & esu abunde in Guinea crescit, præsertim circa promontorium dictum *Cabo de tres puntas*. Hac de causa nostrates huic tractui nomen dederunt *de Greynkust*, quasi diceres *littus graniferum*. Belgis enim melignetta *graein*. Vulgare majus melignettæ similis fructus est, minor tamen longitudine raro sextantem superans, superius juxta pyttomena (umbilicum, hac voce utitur, Dioscorides lib. XVII. cap. CLXIX. de mespilo) latior, inferius prope pediculum angustior, & ficus aut pyri modo turbinatus, nullam commissuram habens, qua aperiri queat, colore foris in cinereo subruffus, venoso ac distractu difficili cortice constans. Intus seminibus crebro membranulis interseptis, ac distinctis, colore, figura ac magnitudine melligettæ granis similibus, obtusioribus tamen angulis plenus, saporem grana habent, quemadmodum & odorem valde jucundum, aromaticum, tenuem, subacrem, ac modice amarescentem. Cortici nulla est in gustu gratia, ideoque exempta grana ad nos sæpe adferuntur. Aliud etiam cardamomum figura oblongum, triquetrum, utrimq; acuminatũ, colore in candido fuscum, quantitate grandi avellanæ nuci æquale, majore cardamomo minus, ideoq; mediocre à quibusdam dictum, intus densè in se farctis, majorique cardamomo similibus granis plenum. Cortice constat prædictis instar, venoso, sed multum tenuiore, in tribus suis angulis quibus dehiscit maturum, singulas commissuras habet. Gustu majori grana ejus respondent. Minus mediocri per omnia simile est, paulò tamen minus, candidiori paulo tenuiori cortice, & trium angulorum commissuris vestitum; quo detracto semina apparent densè inter se farcta, nullis membranis distincta, majori cardamomo similia; paulo minora, magisque angulosa, in rufo cineracea, atque tam arctè sibi conjuncta, ut unum semen, figura bubulos renes æmulans, appareant esse. Saporem grana habent valde aromaticum, tenuem, majorique cardamomo similem, sed paulo tenuiorem. Seritur, inquit Garcias, cardamomum leguminum modo, altitudine, quando summa, cubiti, in quo dependent siliquæ granula interdum usque ad viginti continentes Radice est exili admodum, nec nisi satum provenit. Geographus antiquus Arabs in octava parte secundi climatis, quo regiones maritimas Indiæ persequitur meminit hahele, quod doctioribus videtur cardamomum. Quia eodem modo hahelæ semen ferre scribis, quemadmodum cardamomi Garcias. Agit de monte quodam urbi Indiæ Faudarinæ imminente. In hujus radicibus oritur hahela, quæ inde in omnes orbis terrarum fines asportatur. Germine hahelæ nihil est similius herba cannabis, habetque siliquas, quibus semina includuntur. Græci recentiores,

Melignetta.



* Cardamomum majus.

† Minus, vel medium.

‡ Minimum.

κάκυλον vocant. Charito in cujusdam serabii compositione. Καὶ κασίας τὸ διπλοῦν καὶ καρυόφυλλον, καὶ κάκυλαν, καὶ κόστον γλυκὺ, καὶ μακροπίπερι. Arabum tamen saccola, pro quo *Cacela* quidam legunt, differt à Græcorum & recentiorum cardamomo, in quibus dictum est; nisi interpretis errorem, dicamus; quod affirmare non audeo.

Ἄμωμον dicitur, ab odore bono, qui reprehendi minimè queat. Phavorinus ἄμωμος ὁ καθαρὸς, καὶ ἀναίτιος. Hinc videntur Græci omne aroma, quod sincerum & inculpatum esset, ἄμωμον vocasse, ut in Euangelio πιστικῆ νάρδος, *quæ sine dolo, & minime adulterata.* Sic ἄμωμον λιβάνιον, *Thus sincerum.* Hinc apud Hesychium amomon & cinnamomon thus vocatum legimus, ἄμωμον· ἐν ταῖς ὀνομασίαις ὁ λιβανωτός. κιννάμωμον ἐκ τῶν λιβανωτῶν. Isodorus amomum dictum putat, quod veluti odorem cinnamomi referat; quod an verum sit, haud scio. Vide caput de cinnamomo. Arabibus *hamama*, corrupta voce, ex Græco ἄμωμον. Serapionis interpres pedem columbinum interpretatur. Quod multis errandi occasionem præbuit, geranii genus sic dictum, amomum interpretantes, Turcæ *amama* vocant. Amomum inter unguenta & aromata numerat Præceptor, nec ultimum locum in iis obtinuit; pretiosissimis enim quibusq, unguẽtis addebatur, quod etiam Plinius scriptum reliquit lib. XIII. cap. I. & II. Et Dioscorides lib. I. cap. XIV. μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις, καὶ τοῖς πολυτελεστάτοις τῶν μύρων. *Inseritur & antidotis unguentisque pretiosissimisque, quibus & vivi & mortui ungebantur.* Nec hoc tantum, sed pro quolibet unguento odorato Poëtæ amomum ponebant. Sic Juvenalis Satyra quarta:

> *Et matutino sudans Crispinus amomo*
> *Quantum vix redolent funera.*

Id est, Crispinus unguentis orientalibus pretiosis sudans, madidus, unctus, tantum unguentorum suo corpori impendit, quantum vix impenditur duorum nobilium funeribus. Persius:

> *—— Tandem que beatulus alto*
> *Compositus lecto, crassisque lutatus amomis*
> *In portum rigidos calces extendit.*

Amomum & hic pro quibuslibet unguentis posuit, quibus defunctorum corpora medicabantur. Inde amomiam recentiores vocaverunt, omne illud quo corpora mortuorum ungebantur & condiebatur. Momiam & mu-

& mumiam vulgo vocant, ab amomo nomine deducto. Arabum momia quid sit, in notis ad Dioscoridem exponam, Ovidius, amomi pulvere ossa sua condire jubet. lib. 3. Tristium:

Atque ea cum foliis & amomi pulvere misce;
Inque suburbano condita pone solo.

Quid per pulverem amomi intelligat, paulo infra dicam, idem scil. quod Plinius friatum vocat amomum. Vilius erat hoc amomum, minorique pretio vendebatur. *Pretium uvæ in libras denarii* (inquit Plinius lib. XII. cap XIII) *sexaginta friato vero amomo denarii* XLIIX, i. e. quadraginta octo. Non solutum amomum, & in uvæ figura remanens carius vendebatur, quod fraudi nulli erat obnoxium, nec exoletum (uva amomi nihil aliud sunt, quā fruticis ipsius surculi inter se implexi in uvæ figuram) at vero dissolutum & fragile, (uva enim sicca friabilis, & protinus fragilis) facile adulterabatur, nec erat æque præstans: siccum enim minus erat, uti alibi ab Ovidio dicitur, ubi de Phœnice agit:

Et tutis lachrymis, & sicco vivit amomo.

Utebantur etiam antiqui unguento amomi ad crines reddendos nitidos, odoratos, suaveolentes. Ovidius xx Epist.

Projicit ipsa suas deducta fronte coronas
Spissaque de nitidis tergit amoma comis.

Amomum Dioscorides loco citato his verbis describit: Ἄμωμόν ἐστι θαμνίσκος οἱονεὶ βότρυς ἐκ ξύλου ἀντεμπεπλεγμένος ἑαυτῷ. ἔχει δὲ τι καὶ ἄνθος μικρὸν (quidam λευκὸν, alius μακρὸν Florentini οὐ μακρὸν) ὡς λευκοΐου, φύλλα δὲ βρυωνίᾳ ὅμοια, κάλλιστον δέ ἐστι τὸ ἀρμένιον, χρυσίζον τῇ χρόᾳ, ἔχοντι τὸ ξύλον ὑπόκιρρον, εὐῶδες ἱκανῶς. τὸ δὲ μηδικὸν διὰ τὸ ἐν πεδίοις καὶ ἐν ἐφύδροις τόποις φύεσθαι, ἀδυνατώτερον. ἐστὶ δὲ μέγα καὶ ὑπόχλωρον, καὶ πρὸς τὴν ἁφὴν ἁπαλὸν, καὶ ἰνῶδες τοῖς ξύλοις, ὀριγανίζον (vulgo πηγανίζον.) τῇ ὀσμῇ. τὸ δὲ ποντικὸν ὑπόκιρρον, (ὑπόχλωρον Ald.) οὐ μακρὸν, οὐδὲ δύσθραυστον, βοτρυῶδες πλῆρες καρποῦ, καὶ τῇ ὀσμῇ πληκτικόν. Ἐκλέγου δὲ τὸ πρόσφατον καὶ λευκὸν (Marc. λεπτὸν) ἢ ὑπέρυθρον, μὴ πεπιλημένον, ἢ (Samb. addit ὡς) συμπεπλεγμένον, λελυμένον δὲ καὶ διακεχυμένον, ἀνάμεστον πλῆρες, ὅμοιον βοτρυδίοις. βαρὺ, σφόδρα εὐῶδες, δίχα εὐρῶτος, καὶ δριμὺ, δάκνον τὴν γεῦσιν, (τῇ γεύσει Al.) ἁπλοῦν τὴν χρόαν καὶ οὐ (μὴ Pal.) ποικίλον. *Amomum pusillus est frutex, in uvæ modum ex ligno in se ipsum convolutus; florem habet parvum ceu violæ albæ, folia vero, ceu vitis albæ similia.* Horum nihil apud Oribasium. Quare quidam verba hæc accrevisse putant. Contra alii deperdita ex Oribasii codice, quod reperiantur apud Serapionem. Ἐκ ξύλου ἀντεμπεπλεγμένος. Verba hæc quomodo sint vertenda, laborant viri undiquaque doctissimi. Quidam vocem βότρυν (quæ propriè *racemus* est, & Latinorum *uva*) pro ipsa vite accipiunt, quemadmodum etiam usurpavit Virgilius secundo Georgicωr:

Et turpes avibus prædam fert uva racemis.

Quasi voluerit Dioscorides, quemadmodum vitis sarmento suo, ita & amomum suis virgultis ligneis in se ipsum convolvi: aut etiam amomum vitis ligno ceu arbori, cui adnascitur, sese circumplicare; atque ne à Plinii dictione discedant convolvere. Quod si quem inquiunt, suæ sententiæ fautorem nacti fuissent, maluissent ipsi aliter convertere, ut dicerent amomum pusillum esse fruticem, veluti botryn lignosum, in se ipsum convolutum: atque ita de botry herba, seu frutice intelligere vellent. Sed servatis reliquis, posset etiamnum βότρυς in proprio significatu pro ipso botro, sive racemo usurpari; quasi magnitudine fruticem hunc racemo adæquare auctori in animo fuisset. Sensum verborum Dioscoridis salvo meliori judicio, & doctissimorum virorum auctoritate hunc puto; amomum esse fruticulum, cujus lignum ita in se ipsum convolutum est, & invicem implexum, ut uvæ effigiem repræsentet. Alia tamen Plinii est sententia, lib XII. cap. XIII. *Amomi uva in usu est ex Indica vite labrusca: ut alii existimavere, frutice myrtuoso palmi altitudine* Duas refert de amomo opiniones, quorum altera uvam esse, ex Indica vite labrusca, statuit, altera fruticem myrtuosum. Priorem Plinius sequitur opinionem, uti ex iis, quæ sequuntur probari facile potest. *Pretium*, inquit, *uvæ in librai* X. LX. *friato vero amomo* X. XLVIII. Pretium uvæ in libras denarios fuisse sexaginta, friato vero amomo denarios XLVIII. X enim denarii est nota. Vult itaq; Plinius, amomum uvam esse ex Indica vite labrusca. Sententia eadem est Isidori. *Frutex*, inquit, *ejus botryosum semen reddens, sibi connexum, flore albo, veluti violæ, foliis similibus bryoniæ.* Botryosum semen Indicæ vitis uvam vocat. Ex parte hic Dioscoridem, ex parte Plinium sequitur. Quod enim Dioscorides de ligno botryos inter sese connexo, id ille de semine, sive, ut Plinius, uva. Et hæc prima opinio. Altera eorum est, qui fruticem myrtuosum esse putabant. Inter omnes convenit depravatum codicem. In Toletano exemplo legitur *montuoso*, in aliis *mutuoso*, in antiquo *venoso*. Corrigit legitque magni nominis, & auctoritatis vir: *Frutice myrteolo.* Nempe coloris myrtei; id est, inter nigrum & flavium medii, sicut apud Horatium exposuit Porphyrio, hoc versu: *Myrteum nodo cohibere crinem.* Ut hac appellatione id nos intelligamus, quod Dioscorides dixit ὑπόκιρρον. Sed hoc contra mentem Plinii, qui ὑπόκιρρον laudari dicit, paulo infra his verbis: *Laudatur quam maximè punici mali foliis simile, nec rugosis, colore ruffo.* Doctissimus Claudius Salmasius legit, *frutice botruoso.* Norunt, inquit, omnes quam frequens sit latinis librariis, M. & B. invicem permutare in scribendo. Sic *mascanda*, *bascanda*, apud Arnobium. Sententia itaque Plinii, veterum nonnullos credidisse, amomum veram esse uvam, ex Indica labrusca, alios fruticem esse botruosum, θάμνον βοτρυώδη, quorum in numero Dioscorides cujus opinionem probabiliorem puto; quod præ cæteris magis hac in arte fuerit exercitatus, & diligentius ad cuncta attenderit. Bryoniæ foliis, inquit Dioscorides, Plinius laudatissimum punicis mali foliis simile inquit: *Florem violæ albæ*, Serapio, *florem habere parvum; similem flori plantæ, dicta locadan.* Quod quid sit ignoro. *Præstantissimum*, inquit Dioscorides: *censetur armeniacum, colore aureolum, ligno fulvescente, valde odoratum.* Virgilius Assyrium laudat eclog. quarta. *Assyrium nascetur amomum.* Male audit Marcellus, quod εὐώδης ἱκανῶς verterit, *odoratissimū*. Insigni odore esse amomum veterum, scripta passim testantur. Auctor de Phoenice:

Cumamaque, dehinc, uvamque procul spirantis amomi
Colligit & mixto balsama cum folio.

Medicum quoniam in planis aquosisque provenit infirmius existit, id est sapore, odoreque minus aromaticum. Est autem magnum & subviride, tactu molle, virgultis ligneis, venosis, odore origani. Infirmius, inquit, medicum, quod aquosis proveniat in locis. Solent enim ea quæ aquosis, humidisque in locis nascuntur, minus esse odorata. Humor enim largius se permiscens hebetat odorem. Vide cap. de Iride. Idem de sapore dicitur. Humor enim acrimoniam caliditatemque obtundit, verum locis siccioribus natum, acre admodum; contra in humidis. Idem de iridis radice dico. Siccis quæ colligitur locis odorata & acrimonia prædita est. Contra in humidis, ubi odor & sapor magnitudine compensatur. Nam locis humidis majora omnia fiunt, propter alimenti ubertatem. Experientia docet plantas ex sylvestribus locis in hortos translatas, grandescere, multoque ampliores fieri; ut in libris de causis docet Præceptor. Ὑπόχλωρον quidam *subviride*, quidam *pallescens* vertunt. Χλωρὸν diversam habere significationem supra abunde, & ad nauseam usque probatum est. Hoc loco an *subviride*, an *pallescens* vertendum, non satis constare arbitror. Nec ex Plinio colligi potest. ὀριγανίζον τῇ ὀσμῇ, in nonnullis codicibus legitur πηγανίζον, id est, *rutæ odore*. Utraque vox apud Serapionem reperitur. Saltem interpres utramque vertit; ac quidem odore rutæ inquit, sapore origani. Apud Oribasium ὀριγανίζον, tantum reperitur. Verisimile alteram vocem spuriam esse. *Ponticum*, inquit *fulvescit, nec longum, nec ægre fragile, botruosum vero, fructus plenum, & odore nares feriens.* Tertio loco hoc genus recenset Dioscorides, cum tamen bonitate, præstantiaque secundum videatur. οὐ μακρὸν, voces hæ apud Oribasium non leguntur. Serapio tamen utramque habet. Βοτρυώδης de ligno ipso fruticis uvæ modo implexo, ac in se convoluto intelligi debet. Hoc ipsum lignum fcatere fructu scribit. *Deligito recens, & candidum, aut subrubrum, non compactum, aut cohærens. Sed laxum atque diffusum, semine refectum, simile racemulis, ponderosum, valde odoratum, minime mucidum, situque obsitum, acre, linguamque mordicans, simplici minimeque vario colore.* Hæc corrupta esse viri doctissimi sentiunt; quod tamen non videtur; siquidem non modo hæc apud Oribasium Serapionem, sed etiam apud Ætium reperiuntur. Ἄμωμον ἐκλέγου τὸ πρόσφατον, καὶ λευκὸν, ὑπέρυθρον (lege ex Dioscoride ἢ ὑπέρυθρον) μὴ ἐκπεπιλημένον (eodem sensu Dioscorides πεπιλημένον, ἢ συμπεπλε-

γμένον) λελυμένον, ἀλλὰ καὶ διακεχυμένον. σπέρματος ἤδη πλήρεις ὅμοιον (lege ὅμοιον, non enim semen acinis simile, sed lignum uvæ seu racemi instar convolutum sibique cohærens.) βοτρυώδεις. βαρὺ, σφόδρα καὶ ἰνῶδες, δίχα ἰνώτους, καὶ δριμύτατον τὴν γεῦσιν, ἁπλοῦν τὴν χρόαν καὶ μὴ ποικίλον. Frustra suspicantur itaque verba Dioscoridis haud integra ad nos pervenisse. *Deligito*, inquit *candidum & rubrum.* Hæc adjecta particula legenda sunt, ne utrumque Dioscorides requirere videatur, album simul & rubrum; sed ut singulum probetur, tam id videlicet quod album est, quam id quod subrubrum est. Nec repugnant hæc quæ de Armenio dixit; quod scilicet subruffum, & colore ad aurum vergens maximè laudet, sed Armenii hæ notæ, simpliciter etiam quovis alio, hoc loco probantur, uno hic (quantum ad colorem spectat) adjecto, quod album quoque eligendum sit, si non præ subrubro, saltem præ aliis certe coloribus, & præcipuè vario. Contra tamen Plinius candidum damnat, & ideò forte Marcellus, ἀντὶ λευκὸν, λεπτὸν legendum docet, sed qua codicum fide, non video. *Laudatur*, inquit, *quam maximè punici mali foliis simile, nec rugosis, colore ruffo, secunda bonitas pallido. Herbaceum pejus, pessimum candidum, quod & vetustate evenit.* Hæc plane, ut dixi, cum verbis Dioscoridis non conveniunt, cui addictiores sumus ob causas, jam allatas. Non *compactum aut cohærens*, aut, ut Ætius, *coactum*. Horum verborum sensum exponit doctiss. Salmasius. Pusillus amomi frutex sibi invicem connexus & contra implexus in uvæ modum, dum colligitur protinus est fragilis. Plinius, *carpiturque cum radice, manipulatim leviter componitur, protinus fragile.* Ideo solutum & dissipatum eligendum præcipit Dioscorides, non convolutum & connexum: quia cum carpitur verum amomum, statim solvitur & frangitur, at quod adulterabatur, addito gummi efficiebant ut cohæreret convolveretque se uvæ in modum, ut sic germanum videretur. Plinius loco citato: *Adulteratur foliis punicis, & gummi liquido ut cohæreat, convolvatque se in uvæ modum.* Dicit tamen Dioscorides probandum: τὸ διακεχυμένον καὶ λελυμένον, ὅμοιον βοτρυώδεις. Nihil hic est quod sibi repugnet: integrum amomum & radice sua nixum, βοτρυῶδες existit, & uvæ modo convolutum sibique cohærens. Cum solvitur ac dissipatur, fragmenta etiamnum ac partes βοτρυώδεις similes manent. Nam τὰ βοτρυώδη partes sunt, & προσφυάδες τοῦ βότρυος, ut racemi uvæ, racemus βοτρύδιον, uva βότρυς. Alii malunt legere, πεπιλημένον ἢ συμπεπλεγμένον, ἀλλὰ λελυμένον δὲ καὶ διακεχυμένον, quasi negativa particula foret transposita; pulchre uvæ in modum in se coactum, & convolutum, non autem dissolutum, & temere contortum. Sed lectio hæc contra omnium librorum fidem est, etiam Ætii Pergit Dioscorides. Δολίζουσι δέ τινες τὸ ἄμωμον τῇ λεγομένῃ ἀμωμίδι, ἐμφερεῖ οὔσῃ τῷ ἀμώμῳ, ἀνόσμῳ τε καὶ ἀκάρπῳ, γεννωμένῃ δὲ ἐν Ἀρμενίᾳ, ἄνθος ἐχούσῃ ἐμφερὲς ὀριγάνῳ. δεῖ δὲ ἐν ταῖς τῶν τοιούτων δοκιμασίαις. τὰ θραύσματα ἐκφεύγειν, ἐκλέγειν δὲ τὰ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης ἔχοντα κλάδους. *Sunt qui amomum herba simili, quæ amonus dicitur, adulterent, sed quæ inodora sit, & fructu careat. Nascitur ea in Armenia, floremque profert origani. Porro in hujusmodi simplicium medicamentorum probationibus fragmenta fugienda sunt, eligenda vero quæ ab una radice suos habeant integros surculos.* Plinius loco citato: *Est & quæ vocatur amonus, minus venosa atque durior, ac minus odorata, quo apparet, aut aliud esse, aut colligi immaturum.* Legit Plinius, ἄνισον ἀντὶ ἄκαρπον. Præterea Dioscorides, amomum, inquit amomide adulterari, contra Plinius, amomidem amomi quandam speciem esse docet, adulterarique amomū foliis mali punicis. Dioscorides amomidem inodorem esse scribit, minus odoratum Plinius. Ætius loco citato. Δολοῦσι δὲ αὐτό τινες τῇ ἀμωμίδι ἐμφερεῖ οὔσῃ. ἀεὶ δὲ τὰ θραύσματα παραιτοῦ, ἐκλεγόμενος κλάδους τοὺς ἀπὸ μιᾶς ῥίζης. *Adulterant quidam id amomide simili existente. Semper autem fragmenta reprobanda sunt, electis ramis perfectis ab una radice.* Ex his probatur amomum non esse fructum, sed surculum vel lignum. Si enim semen esset, non posset adulterari planta, quæ semine caret. Præterea si esset fructus, frustra Dioscorides fragmenta rejicienda scriberet, eligendumque quod ab una radice surculos habeat integros. Doctiss. tamen viri, fructum esse contendunt, & probant ex Galeno lib. IX, κατὰ τόπους, cap. tertio, ubi Asclepiades hydropicis præscribit, βδελλίου γο γ' ἀμώμου βότρυος γο γ'. σικύου ἀγρίου ῥίζης γο γ'. lib. I. de antidot. Damocratis, βοτρύος τ' ἀμώμου μαλακώτερον φύλλον ἴσως. Etiam ex Nicolao Myrepso probant. Hic in composit. Theriaci habet στάχυος, μετ' ἀμώμου βοτρυώδους, νάρδου κελτικῆς. Etiam in compos. hedychroi legitur. κινναμώμου, ἀμώμου βοτρυώδους. Alii dictiones duas ἀμώμου βότρυος separandas per interjectum comma scribunt, exponendumque amomi, botryos (herbæ, cujus Dioscorides lib. 3, cap. 130 meminit) Galenus, vel potius Asclepiades, cur βότρυος ἀμώμου dicat, ex superioribus facile colligi potest, nempe quod racemi uvæque instar convolutum sibique cohærens sit. Nec separandæ hæ voces. Probatur hoc ex Andromachi versu, ἢ στάχυος μήπω βοτρυόεντος ἀμώμου, καὶ νάρδου γαλάτης, ἥν ἐκμίσγειν ἄνηθ. βοτρυόεντος ἀμώμου, nemo separare potest. Proinde verbum botrys in carmine Damocratis, non herbam, sed racemi instar convolutum exponi debet, nec botrys herba in theriaces cōpositione addita unquam fuit. Quod ex Galeno probatur, lib. I. de antidotis, ubi nulla mentio fit botryos herbæ, in compositione dicta Theriaces, quam ex Andromacho juniore soluta describit oratione. Tum quod nec apud Æginetam, aliumve auctorem probatum ejus mentio fiat. Restat indagemus an amomum veterum reperiatur. Docti rosam hierichontinam amomum esse asserunt. Inter hos maximi nominis acutiss. Aristotelis commentator. Est enim omnino amomum, id quod rosam Hierosolymi, aut beatæ Mariæ vulgus vocat, perplexa sarmentilla in racemi modum, quæ si nihil spirat odoratum, natalium humori, atque vetustati sit attribuendum: non detrahendum speciei, propter accidentium absentiam quorundam. Fallitur vir magnus. Amomum, inquit, Dioscorides foliis bryoniæ esse, rosa hæc oleæ ferme fert, quod odore careat hæc rosa, id vetustati non adscribendum, recentem admodum accepi. nullum odorem percepi, fregi, contusi, igni injeci, omnia frustra. Sedulo rogavi, inquisivique, an in natali solo odorata esset, retulerunt nihil sese odoris percepisse, quod verisimile admodum judicavi, trimestri enim spatio non perit ejus odor. (antiquior enim non erat, immo bimestris vix.) Dioscorides abunde odoratum amomum esse scribit, quod de viridi recentique intelligi non oportet, sed exsiccato. Accedit quod nec acris sit, nec linguam mordicet, nec acoro similem facultatem habeat. Galenus lib. VI. simpl. Ἄμωμον ἴσμεν κατὰ τὴν δύναμιν ἀκόρῳ, πλὴν ὅτι ξηραντικὸν ἐπὶ τὸ ἀκόρον, πεπτικώτερον δὲ ἄμωμον. Nec rosa hæc est amomis, ut alii scribunt, quod semine prægnans sit, amomis semine careat, nec origano similis. Inconstantiæ arguunt viri docti Valerium Cordum, quod in commento in Dioscoridem, & in compositione Aureæ Alexandrinæ scripserit, rosam hierichuntinam esse amomum; in compositione Theriaces, quasi sui oblitus, amomo nos carere. Intelligit vir doctiss. destitui nos rosa hierichuntina. Illa enim officinæ carent, quod apud paucos reperiatur. Utuntur mulierculæ rosa hac ad investigandam pariendi horam, quandoquidem, ut ipsæ fatentur, in aquam demissa non prius fatescit, quam fœtus nasci incipiat. Alii aquam, vinumq; in qua rosa hæc macerata est partus accelerare, doloresque lenire autumant. Nec minus fabulosum, in natali Salvatoris nocte, atque ipsa nativitatis hora, sponte sua aperiri ac diffundi, quod in terra sancta nata sit. Sponte nunquam panditur, aqua viuoque perfusa maceratq; quocunque tempore omniq; hora aperitur. Ineptiunt, planeque præter veritatem scribunt, qui columbinum geranium pro amomo habent. Nec odoratum, nec saporem calfacientem geranii illud genus habet, folia comparari bryoniæ foliis nequeunt. Errandi occasionem Serapio, vel ejus interpres præbuit. Hamemis, inquit, id est, pes columbinus & amomum. Alii ribem nigram pro amomo agnoscunt. Et hi falluntur. Pusillus non est, sed satis magnus frutex in se ipsum non convolvitur, per quam σφόδρα odoratū dici non potest. Sed hoc dicent, quod in aquosis locis nascitur. Concedo, sed illud genus Dioscorides origani odorem præ se ferre inquit, quem non emittit. Denique folia dissimilia bryoniæ foliis, dissimillimus flos leucoii flore, mitto vires acoro non respondere. Alii piper caudatum amomum statuunt. Horum opinionem probare nequeo, quod piper hoc quovis pipere calidius, acrius, & fervidius sit. Amomum Dioscorides calfacere, adstringere, exsiccare scribit, δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, στυπτικὴν, ξηραντικήν. Vulgare piper acoro calidius. Accedit quod sit semen, nec in se implicatum, uti scribit Dioscorides de amomo, foliisq; bryoniæ careat, floreq; leucoy. Easdem ob causas nec cubebe, nec Æthiopicum piper, præterquam quod

quod piper hoc in siliquis proveniat, phaseolorum, aut pisorum modo grana continentibus, pipere minoribus & pertinaciter in hærentibus. Non desunt, qui garyophyllon Plinii, de quo supra facta mentio, amomum autumant. Describitur hoc à Clusio, lib. I. Exoticor. cap. XVII. *Mittebat, inquit, ad me Londino Iacobus Garetus hunc fructum orbicularem, piperis grano plerumque majorem, nonnunquam etiam minorem, rugosum, fuscicoloris, satis fragilem; qui apertus semen continere videbatur rotundum, nigrum, in binas partes scissile, non minus aromatici saporis & odoris quam ipse fructus, atque aromaticos caryophyllos quodammodo referentis. Botri autem in modum nascitur, ut ex multis granis, quæ petiolos suos adhuc retinebant, & binis ternisque granis uni ramulo inhærentibus conjecturam facere poteram. His adjecta erant folia, unius quidem formæ, sed magnitudine valde differentia. Nam quædam septem uncias erant longa, tres lata, nonnulla quinque duntaxat uncias longa, duas cum semisse lata, alia trium unciarum longitudinem non excedebant, & vix duarum latitudinem attingebant, quædam etiam iis longe minora & angustiora, præsertim quæ cum granis permista reperta fuerant, pro loci quem in ramis aut ramulis occuparant ratione: nulla autem inter illa reperi, quæ serratas haberent oras, sed æquales, omnia, & multis tenuibus venis à nervo folia per longitudinem secante in latera oblique excurrentibus prædita, eorum mucrone nunc angustiore, obtuso tamen, nunc latiore & quasi orbiculato cineracei ex spadiceo coloris, & satis acris saporis: ramuli, qui additi fuerant, tenues, quadranguli, cineracei coloris, cortice tecti, annotini videlicet, qui vero postea nati, spadiceo, retinentes adhuc vestigia, ubi folia inhæserant, quæ ut plurimum, ex adverso nata esse demonstrabant, & illi etiam acriusculi saporis, perinde ac folia, nec ingrati odoris.* Hujusmodi ramulos ante annos aliquot ęre redemi meo non à natura, sed à medico, qui dono acceperat; nomini ejus parco, ne videar in eũ concitatior. Diversitatẽ foliorũ in ramulo hoc observare non potui, alioquin pulchre referens, descriptioni à Clusio datæ, unciarũ quatuor hæc folia erant. Fructum hujus pro amomi succedaneo utuntur officinę, nec ea in re peccant, easdẽ enim vires habere videtur, quas Dioscorides amomo tribuit. Calfaciendi enim, exsiccandi, & adstringendi vim habet, aromatico odore & sapore. Non esse verum amomum probatur, quod folium non sit bryoniæ simile, nec lignum in se convolutum adinstar uvæ, arbor etiam est, non pusillus frutex, ut idem Clusius à nautis intellexit. Denique amomum non est, quod officinæ amomum vel cardamomum majus vocant. Fructus est botryos forma, non lignum, adinstar uvæ convolutum, odore gravi, saporis acris, in quo adstrictionis nihil. Refert Clusius ex levi gustatione caput doluisse. An à gustu, an ab odore hoc acciderit, ignorat, Consul tamen Middelburgensis esu ejus in gravem incidit morbum. Gustavi amomi genus illud, nihil tamen inde mali sensi; ab usu tamen ejus copiosiore abstinui, terrebant vestigia. Nec illud quod vulgo pro amomo venditur amomum est, caliditate omni, adstrictione, & odore caret. Amomum Clusio pro vero missum, pedẽ columbinum referens, non est veterum, ut ipse scribit (non memini me vidisse) erant frequentibus foliolis onusti ramuli, ut ex solis foliis constare viderentur, quemadmodum in tithymalo paralio videre est, quæ in extremo ordine tali erant disposita, ut flosculum, aut rosulam efformarent. Ramuli isti, simul compacti, nõ inepte pedem columbinum, qualis earum est, quæ plumipedes sunt, referre videbantur; nullo tamen odore, saporeve singulari prædití. Garcias ramulo se donatum scribit, quem cum Dioscoridis descriptione contulit, & venustissime quadravit; dolendum quod non descripserit. Scripsi ad medicum quendam, Græcum Constantinopolitanum, petiique verum amomum mitteret. Misit amomum spurium Clusii, quod vulgo cardamomum majus officinæ vocant. Scripsi Aleppas, idem miserunt. Curavi ex Ægypto, ubi verum amomum in usu, inquit esse Alpinus, sed responsi nihil accepi, nec quicquam hactenus missum. Amomum illud describit prosper Alpinus lib. IV. de Med. Ægypt. cap. X. *Est itaque ipsorum amama ramulus brevis, gracilis, multis obliquitatibus, atque parvis, densis, obtortis ramis præditus, vereque racemo uvarum figura similis. Est tamen lignosus, durus, frangibilis, colore corticis quidem nigro, subrubente, ligni vero vel albo, vel flavo præditus, valde jucundum vel aromaticum odorem respirans, nullius tamen saporis.* Amomi figuram Castor ostendit: sed quid sit, & an in rerum natura, ignoro.

Nardi sequitur historia. A Naardo urbe Syriaca, Euphrati contermina nomen accepisse, multorum est opinio. Genera nardi plura; saltem eo nomine plures gaudent plantæ, quas Neophytus recenset. Νάρδος κελτικὴ, τὸ σίσγγουδον· νάρδος ἀγρία, τὸ ἄσαρον. ναρδόσταχυς, τὸ αὐτὸ καὶ νάρδος Ἰνδική. νάρδος Συριακὴ τὸ στάχυς, νάρδος λέγεται καὶ τὸ ἐκ τῶν ταριχηρῶν κρεῶν, καὶ ἰχθύων γάρος. Duo hic notanda, quod φοῦ non meminerit; quod tamen à Dioscoride aliisque Græcis nardus sylvestris dicitur, majorique jure nomen illud obtinet, quam asarum. Alterum, quod ναρδόσταχυν proprie nardum Indicam vocatam dicat. Syriam vero στάχυν appellari addat, cum ναρδόσταχυς absolutè etiam στάχυς vocetur à Græcis recentioribus, quod est *spica*. Idem Neophytus in ἀντιβαλλομένοις, manifestè στάχυν absolutè dictum distinguit, ab ea, quę ναρδόσταχυς appellatur, his ferè verbis. Ἀντὶ ναρδοστάχυος στάχυς, quasi diversa fuerit spica propriè dicta, à nardi spica. Crediderim ipsum verba Dioscoridis non satis examinasse. Duo enim, inquit, genera nardi Indicum, & Syriacum. Cum idem genus sit Indicum & Syriacum bonitatis tantum nota soloq; natali differens. Nisi placet inter varias nardi species, præter Indicam, unam etiam fuisse, cui spicæ nomen proprium factum est, à flore spicato, quem præfert. Spicam eam hodie lavendulam appellamus. Oleum enim, quod spicæ vocant, oleum est lavendulæ. Demetrius ἱερακοσοφίῳ ναρδόσταχυν, hãc appellare videtur, titulo ad eum, qui non concoquit, φύλλα ναρδοστάχυος ἢ γηπονόμου ἴσα τρίψας, καὶ μίξας οἴνῳ ἀμιναίῳ ἐγχυμάτιζε. *Nonnulli folia spicæ nardi, & geponomi æquo pondere trita in vino aminæo inspersa infundunt.* Lavendulæ folia, floresque in usum recipiuntur. De ea supra lib. 6 egi, hæc est pseudonardus Plinii, qua nardum Indicam quondam adulteratam scribit. Hanc in compositionibus medicamentorum pro nardo vera subjecit infima Græcia, & absolute ναρδόσταχυν, & στάχυν vocavit; quod nomen hodie etiam obtinet, quod flos ejus in mucronem desinat. Sed hæc Syriaca vocari nequit, in Europa passim reperitur. Utro modo explicentur Neophyti verba, ab errore immunis dici non potest. Hoc enim tolerarì vix potest, quod in ἀντιβαλλομένοις dicat, ἀντὶ ναρδοστάχυος στάχυς, quasi præstantior foret Indica; cum Syriacam præferat Dioscorides. Rectius dixisset, ἀντὶ στάχυος ναρδόσταχυς. Succedanea enim cedunt in locum melioris. Sic cinamomi ἀντιβαλλόμενον κασία, vel καρπήσιον. Nemo non cinnamomum præstare novit. Pro Neophyto tamen stat Galenus. Sed eo forte loco στάχυν Indicam nardum, ναρδόσταχυν lavendulam vocat. Videamus quæ Græci de nardo scripserunt, ac primum de Indica Syriacave, mox de Celtica, dein montana vel cilissa, postea, de asaro. Agmen claudet phu. De lavendula, quæ pseudonardus est, lib. VI. cap: II. egi. Νάρδου (inquit Dioscorides lib. I. cap. VI.) ἐστὶ δύο γένη. ἡ μὲν γάρ τις καλεῖται Ἰνδική, ἡ δὲ Συριακή· οὐχ ὅτι ἐν Συρίᾳ εὑρίσκεται, ἀλλ' ὅτι τοῦ ὄρους ἐν ᾧ γεννᾶται, τὸ μὲν πρὸς Συρίαν, τέτραπται, τὸ δὲ πρὸς Ἰνδούς, &c. *Nardi duo sunt genera, una siquidem Indica, altera Syriaca nuncupatur. Non quod in Syria inveniatur, sed quod montis, in quo nascitur pars una Syriam, altera Indos spectet.* Negat Garcias lib. I. cap. 35, duo diversa nardi genera, sed tantum unum reperiri, in tota India. Nec hoc dicit Dioscorides, sed pro solo natali viribus præstare. Indicum, quod in aquosis humidisque proveniat, imbecilliorem esse quam Syriacam, quamvis & hoc negat Garcias. Nomen hoc obtinuisse, inquit, quod in monte quodam reperiatur, cujus pars una Syriam, altera Indos spectet: Fatetur Garcias in monte provenire, ad cujus occidentem sita est Syria, sed multis regionibus à Syria discreta; interponuntur enim inter Syrios & Indos hæ regiones, Arabia deserta, Persis, Carmania, Gedrosia, aliæque nonnullæ, quæ ultra quatuor mille milliarium continent. Mirantur doctiores, quomodo fieri potuerit Dioscoridem scripsisse provenire in monte, cujus pars una ad Syrios, altera pars ad Indos flectatur, & inde nomen Syriaci accepisse: maxime cum Theophrastus dicat nihil odoratorum nasci in Syria, præter calamum & juncum. Docti Botanici à Syrastene regione, quæ ad Indicum fluvium est, potius Syrii nomen acquisivisse, quam à Syria existimant, quandoquidem, si Ptolemæus vera refert, in India visitur mons, qui à Gange fluvio ad Syrastenem extenditur. Veteres tamen codices omnes

Σύριακὴν

Συριακὴν legunt, etiam Oribasius, Serapio, Isiodorus, cæterique qui locum hunc Dioscoridis exscripserunt. Meleager antiquiss. Poëta συρίην nardum vocat:

καὶ μὲν καὶ συρίην σταχυότριχα θήκατε νάρδον
ὑμνηθεῖσαν ἑρμᾶ δῶρον ἀειδόμενον.

Certe quidem & Syriam spicatum capillum habens ponito nardum
Hymnis cantatum celebratum Mercurii donum.

Syriacam nardum dictam putarem, non quod in Syria nascatur, sed quod in Syriæ emporia ab Indis deferatur, & inde ad alias gentes, Græcos, Romanos. Sic myrrha Syriaca dicta, cum tamen Syria non sit solum natale myrrhæ, sed Arabia. Syriacam dixit myrrham poëta, quod in Syriam deportetur. *Stillabat Syrio myrtea rore coma*, Sic Romani calamum aromaticum dixerunt Alexandrinum, quod ex Alexandria Ægypti, Romam vehatur. Constat rheum Barbaricum dici, non quod in Barbaria crescat, sed quod à Sinensibus in Indiam, inde per Barbaricum sinum aliasque regiones ad nos adferatur, sic sennam Alexandrinam dicimus, quod ab Alexandria petatur, cum tamen à Persis & aliis orientalibus eo portetur. Eodem modo Strabo lib. XII. Cappadocicum minium Synopicum vocatum tradit, ὠνομάσθη δὲ σινωπικὴ διότι κατάγειν ἐκεῖσε εἰώθεσαν οἱ ἔμποροι, πρὶν ἢ τὸ τῶν Ἐφεσίων ἐμπόριον μέχρι τῶν ἐνθάδε ἀνθρώπων διϊχθαι *Sinopensis vocatur, quia Synopam id solebant advehere mercatores, antequam Ephesinorum negotiatio, usque ad hujus regionis homines prorogaretur.* Nascitur nardus præcipuè in Mandou, & Chitor provinciis, regnis delli Bengala & Decan vicinis, juxta fluvium Gangem, & in aliis regionibus sata provenit, non enim facile sponte nascitur. Καὶ τῆς λεγομένης συριακῆς βέλτιον, ἡ πρόσφατος, καὶ κούφη, πολύκομος (πλατύκομος vetus) ξανθὴ τὴν χρόαν, ἰνώδης ἄγαν καὶ ὑπὸ τῷ κυπείρῳ ἐν τῇ ὀδμῇ μικρὸν (πυκνὸν vetus) ἔχουσα τὸν στάχυν, πικρὰ τὴν γεῦσιν, καὶ γλώσσης ἀποξηραντική, ἐπιμένουσά τε τῇ εὐωδίᾳ ἐφ᾽ ἱκανόν. *Ac in ejus quidem genere præstantior ea censetur, quæ recens est, levis comosa (latscoma vetus) colore ruffo, perquam odorata, quæque præterquam quod odore cyperum imitatur, brevem (densam vetus) habet spicam, gustu est amaro, linguamque maxime siccante, ac in sua odoris gratia diutine permanet.* Negat Garcias alteram altera præstantiorem esse, spicamve habere alteram altera multo longiorem. Quod si altera melior sit, id evenire putat, quod aut à maris humore sibi ascito situm contrahat, aut senio suaveolentiam amittat, qua initio prædita erat. Quod soli cœlique differentia plurimum non præstet, non facile nobis persuadebit Garcias. Vide caput præcedens, de amomo. Cæterum Galenus præferre Indicum Syriaco videtur. Lib. VII. simpl. Ἰσχυροτέρα δ᾽ ἐστὶν ἡ ἰνδική, προσαγορευομένη. μελαντέρα τῆς συριακῆς καλουμένης ὑπάρχουσα. *Valentior est vocata Indica, quæ nigrior est quam Syriaca.* Galeni sententiam probat Andromachus:

Καὶ κασίην Ἰνδοῖσι βάλοις ὑστάτια καρπόν.

Iam casia & nardus quæ extremis fertur ab Indis.


Probat etiam Democrates:

Λευκὸν πιπέρεως, καὶ μακροῦ, τῆς ἰνδικῆς
Νάρδου στάχυος, λιβάνου τε, καὶ τερμινθίνης.

Album pyper longum piper, nardi Indicæ
Spica, & terebinthina, thusque masculum.

In altera etiam Theriaces compositione scribitur, ναρδίου τε ῥίζαν Ἰνδῆς. Præfertur recens, levis, comosa. Addit Serapio pinguis, non video quomodo κούφη καὶ λιπαρή. pingue grave solet esse, ξανθὴ exposui, *colore ruffo*, talis vulgaris est nardus, vulgo *flavo* vertunt, qualis non est nardo color. Nigrior enim, & ruffa est. Ξανθὸν nos semper flavum esse, alibi copiosius probavi. Suidas Ξανθὸν non semper flavum esse, alibi probavi. Suidas Ξανθὸς δὲ ὁ ποταμὸς. ξανθὸς δὲ ὁ πυῤῥός. Hesychius, ξανθὸν πυῤῥόν, καλὸν ἐν τῇ ἐργασμένον. Plinius lib. & cap. XII. *Syncerum quidem levitate deprehenditur, & colore ruffo, odorisque suavitate, & gustu maxime siccante os, sapore jucundo.* Qui nardum vulgarem perquam odoratam negant, veteratam & exoletam, aut corruptam olfecerunt. *Odore*, inquit *cyperi*, Barbarum ævum legit κυπειροειδῆ. Quod auctoritate Plinii defendunt, cujus in antiquiss. legitur codicibus: *Frutex est gravi & crassa radice*, (hoc nemo memoriæ prodidit & falsum est) *sed brevi ac nigra* (latè sumi vox hæc debet) *quamvis pingui situm redolente*, (tale nihil Dioscorides) *ut cypressi aspero sapore*, (ita vetus codex, vulgo) *ut cyperi*, *aspero folio parvo densoque*. Credo Plinium scripsisse *sapore aspero*, *folio parvo densoque*, Στάχυν. Magna est inter auctores quæstio, quæ nardi pars στάχυς sit. Quidam radicem esse affirmant, quidam negant. Qui radicem esse scribunt suam probant sententiam versiculo supra citato. Etiam ex Æginetà lib. 7. ubi scribit: Ναρδόσταχυς. ἡ ῥίζα τελοῦσα θερμαίνει μὲν καὶ ξηραίνει δευτέρως. Galenus etiam lib. 7. vires radicis explicat, tacens de spica. Ἐκ πασῶν δ᾽ ἡ ῥίζα συγκειμένη δυνάμεων. *Ex his constans facultatibus radix.* Huic opinioni favet Arrianus in expeditione Alexandri. Ἔχειν δὲ τὴν ἔρημον ταύτην καὶ νάρδου ῥίζαν πολλήν τε καὶ εὔοσμον, καὶ ταύτην συλλέγειν τοὺς Φοίνικας. *Habere præterea eam solitudinem magnam nardi odoratæ radicum copiam, & Phœnices quoque magnam ejus vim legisse.* Galenus lib. XLI. de antidot. cap. XIV. Ἐφεξῆς δὲ τῆς προγεγραμμένης, ὁ Ἀνδρόμαχος Ἰνδικὴν νάρδον κελεύει βάλλειν, ἥνπερ καὶ στάχυν ὀνομάζουσι νάρδου, ὅτι ῥίζαν οὖσαν, ἀπὸ τῆς πρὸς τοὺς ἀστάχυας ὁμοιότητος τὴν μορφήν. *Iubet deinde Andromachus Indicam nardum imponere, quam ex eo qui spicæ figuram imitetur, nardi spicam nominant, quamvis radix sit.* Contra ex Dioscoride probatur spicam & nardi radicem diversam esse. *Plures, inquit, habet spicas ab eadem radice tum comosas, tum sibi invicem convolutas.* Hæc qui Dioscoridem de radice dixisse asserũt, nugantur: Latinorum, Græcorumve nemo στάχυν *spicam* pro *radice* posuit. Vide supra caput de allio. Arabes quoque non radicem vocant, sed spicam. Ipsis enim cembal Indi, spica Indica est. Hanc litem quomodo dirimam, aut hunc nodum quomodo solvam vix video. In Indica nardo, salvo meliori judicio, spica dicitur cauliculus, multis capillaceis foliolis obsitus, ad instar aristarum: nec de nihilo, aut immerito suo Græci antiquissimi, Romani, & Arabes nardo illi, spicæ appellationem imposuerunt. Radix quidem est, sed quæ cauliculum è terra emittat, aliquando plures ex una radice, capillaceis, densis aristisque foliolis vestitos. Garcias loco citato testis oculatus: *Certe, inquit, radix est, spargens supra solum brevem virgulam, seu caulem circiter tres palmos longum,*

Spica Nardi.



cum longissimus, atque alias insuper virgulas multo breviores, in summa radice spicæ producuntur, item aliæ per virgulas, tali enim modo venditur in Camlayte, Asacate. Duas adjeci nardi icones ad integerrimæ & selectissimæ, quam apud seplasiarios invenire potui formam. Hac de causa Philo Judæus, ψευδώνυμον ῥίζαν dixit:

Δραχμὴν καὶ ῥίζης ψευδωνύμου ἣν ἀνέθρεψε
Χῶρος, ὁ τὸν Πισαῖον Ζῆνα λοχευσάμενος.

Et drachmam radicis, quæ nomen habet non respondens
Rei, quam aluit locus, qui Iovem Pisæum produxit.

Mentem hujus versiculi, an recte perceperit Galenus videndum. Ἀξιοῖ βαλεῖν, ἣν ψευδώνυμον εἴρηκε ῥίζαν, ἐπειδὴ στάχυς

στάχυς ὀνομάζεται νάρδος. βούλεται δὲ αὐτὴν εἶναι Κρητικὴν, ἔνθα φησὶν ἡ ἀνέτρεψε χῶρος ὁ τὸν πίσης (vulgo πίσση) Ζῆνα λοχευσάμενος. ἐπειδὴ τὸν δία φασὶν οἱ μυθολόγοι κατὰ τὸ δικταῖον ὄρος ἐν κρήτῃ τεθράφθαι κρυπτόμενον ὑπὸ τῆς μητρὸς ῥέας, ὅπως μὴ καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ χρόνου καταποθῇ, προσέθηκε δὲ τῷ διὶ τὴν πισὴν (sic legendum, Stephanus περὶ πολίων. πίσα καὶ κρήνη τῆς Ὀλυμπίας. Ἔστι καὶ χωρίον ἐν ᾧ ὁ τοῦ διὸς ναὸς ἵδρυται, καὶ ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν τελεῖται) ὡς εἰώθασι πολλοὶ καὶ χωρὶς ποιητικῆς ἐν τῷ βίῳ λέγειν, μὰ τὸν ἐν περγάμῳ ἀσκλήπιον, μὰ τὴν ἐν Ἐφέσῳ ἄρτεμιν, μὰ τὸν ἐν δελφοῖς ἀπόλλωνα, μὰ τὸν ἐν ἐλευσῖνι πῦρ. Ἔνιοι δὲ οὐ τὴν Κρητικὴν χώραν, ἀλλὰ τὴν Ἰνδικὴν εἰρῆσθαι φασὶν, ἐξ ἧς ὁ ἐλέφας φέρεται. ἐκ τούτου γὰρ τὸ ἐν Πίσῃ τοῦ διὸς ἄγαλμα λελοχεῦσθαι. *Quin & nardi ipsius dragmam unam conjiciendam censet, quam radicem falso dictam appellat, quandoquidem spica nardi verè nominatur; vult autem eam Creticam esse, cum ait ab ipsa terra Pisæo, quæ Iove clara manet. Quandoquidem fabularum scriptores, Iovem in dictæo Cretæ monte educatum ajunt, occultatum ibidem à matre Rhea, ne & ipse à patre Saturno devoraretur. Apposuit autem epitheton Pisæi, quemadmodum multi etiam extra poeticam, in communi sermone dicere solent, per Æsculapium Pergamæum, per Dianam Ephesinam, per Delphicam Apollinem, per Eleusiniam vestam. Quidam vero non Creticam terram, sed Indicam indicatam esse ajunt, ex qua ebur adfertur, ex hoc enim statuam Iovis in Piso factam ac formatam esse.* Non itaque ignoravit Galenus Indicā intelligi, nec de Cretica nardo Poëtam loqui. Verus versiculi sensus hic est: Jovis Pisæi statua facta, ex ebore à Phidia, mittit India ebur, ex quo formatum est Jovis idolum. Terra igitur, quæ Jovem Pisæum, hoc est imaginem Jovis fabricavit, eadem quoque nutrivit ῥίζαν ψευδώνυμον; quę revera radix non est, sed spica. Hic versiculi sensus: Falluntur, qui radicem intelligere Philonem existimant, ψευδώνυμον dixit, quod radicem plures vocarent, cum revera non esset radix. Plinius loco citato, *Cacumina in aristas se spargunt*. (Dotiss. Salmasius *cacumina aristæ* legit) *ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant*. Inter eos est Plinius, qui folium malabatri, nardi putarunt. De isto errore alibi. In cacumine, inquit, aristata folia, sive aristæ sese spargunt ac dividunt. Ovidius de Phœnice:

His addit teneras nardi pubentis aristas.

Aristæ hæ in nardo sunt ipsa folia, quæ admodum tenuia sunt, & in acumen desinunt, qualia Græci vocant, τριχόφυλλα, propter quæ nardi caulis spicæ nomen invenit, inde Meleaper σταχυότριχα νάρδον dixit. Contra urgent diversam esse nardum & spicam, quod lib. & cap. citato in compositione ad colicum dolorem ab Apollonio descripta, ingrediatur & nardus, & spica. νάρδου L β κασσίας —— ἀσσύρου στάχυος ἀνὰ L γ. Responsio facilis, priori loco intelligit nardum celticam, posteriore Syriacam. Pergit Dioscorides: Τῆς δὲ Ἰνδικῆς ἡ μέν τις λέγεται γαγγῖτις, ἀπό τινος ποταμοῦ παρρέοντος τοῦ ὄρους γάγγου καλουμένου, παρ' ᾧ φύεται. ἀσθενεστέρα κατὰ δύναμιν οὖσα, διὰ τὸ ἐφ' ὑδατώδων τόπων εἶναι, καὶ ἐπιμηκεστέρα, πλείονάς τε ἔχουσα τοὺς στάχυς, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης, καὶ πολυκόμους καὶ περιπεπλεγμένους, βρομώδεις κατὰ τὴν ὀσμήν. ἡ δὲ ὀρεινοτέρα (vetus codex, καὶ μελαντέρα, cui lectioni adstipulantur Galenus 8 simpl. & Paulus cap. de nardo stachii.) εὐώδης τέ ἐστι, κολοβόσταχυς, κυπερίζουσα κατὰ τὴν εὐωδίαν, ἔχουσά τε καὶ τὰ ἄλλα ἐν αὐτῇ ὅσα περ καὶ ἡ Συριακὴ λεγομένη. καλεῖται δέ τις καὶ σαμφαριτική, σφόδρα κολοβή, ἀπὸ χωρίου ὀνομασμένη, μεγαλόσταχυς, λευκότερον καυλὸν, ἔσθ' ὅτε μέσον ἔχουσα, ὑπὲρ τραγίζουσα τῇ ὀσμῇ, ἣν δεῖ ἀποκλίνεσθαι, πιπράσκεται δὲ καὶ ἀποβεβρεγμένη, ὥσπερ γινώσκεται, ἐκ τοῦ λευκὸν εἶναι τὸν στάχυν καὶ αὐχμηρὸν, καὶ μὴ ἔχειν τὸν χνοῦν. δολίζουσι δὲ αὐτὴν ἐμφυσῶντες στίμμι μεθ' ὕδατος ἢ οἴνου φοινικίτου, πρὸς τὸ συμπιλεῖσθαι αὐτὴν καὶ βαρυτέραν γίνεσθαι. Ἐπὶ δὲ τῆς χρείας ἀφαιρεῖν δεῖ, εἰ προσείη ταῖς ῥίζαις πηλὸς καὶ σήθειν χωρίζοντα τὸν κονιορτὸν, δυνησθέντα εἰς χειρόνιπτρον. *Ex Indicæ vero nardi genere est, quæ gangetica dicitur, à fluvio quodam Gange nominato, qui montem, ad cujus radices ea nascitur præterfluit. Hæc viribus est inferioribus, quod aquosis in locis proveniat. Est qui procerior, atque complures habet spicas ab eadem radice tum comosas, tum sibi invicem circumvolutas, virusque redolentes. At quæ in editiore montis parte legitur, odoratior est, pusillasque habet spicas, jucundumque cyperi odorem æmulatur, ac cæteras in se habet dotes, quas & Syriaca cognominata.* (Hæc omnia partim hoc capite, partim supra de amomo sunt examinata.) *Est & quædam cui sampharitica nomen à loco inditum est, admodum pusilla, attamen magnas habens spicas, inter quas medius interdum prorumpit caulis, candidior & supra modum hircum olens; hanc damnare in totum oportet.* Hujus meminisse videtur etiam Plinius loco citato. *Alterum ejus genus apud Gangem nascens, damnatur in totum, zænitidis nomine, virus redolens.* A gravi odore nomen traxisse videtur. Voces σφόδρα κολοβὴ, aliter atque aliter interpretantur, superflua puto tum quod in Oribasio non reperiantur, tum quod uno quasi halitu dicat Dioscorides, σφόδρα κολοβὴ, & μεγαλόσταχυν εἶναι quæ quodammodo contraria sunt. Non est pseudo nardus gangitis Dioscoridis, quam Penā & Lobelius eo nomine ostendūt. Odore enim caret ea planta. Dioscorides nardum hanc sampheriticam supra modum hircum olere scribit. Venditur & madefacta; quod vitium ex eo deprehenditur, quod candida sit spica, squalida, nullaque obsita lanugine; adulteratur inspirato stibio cum aqua, aut vino palmeo, quo videlicet magis compacta ponderosiorque appareat. Tale maleficium, quod sciam, hodie non committitur. Indiæ regiones magis notæ nobis cultæque sunt, quam veterum fuerunt temporibus. Si quod lutum radicibus inhæserit, idipsum usus tempore auferre oportet, & pulverem cribro excernere, qui ad eluendas manus accommodatur. Garcias loco citato: *Invenitur interdum sordida, & pulverulenta, villis ipsius plantæ in pollinem redactis. Emitur tamen ab iis, quos dixi mercatoribus, & eo pulvere manus eluere intelligo.* Ad nos non tantum spica, sed etiam capillares illæ fibræ, quas radices vocant, festucæ, & ipsa folia adferuntur. Ima radix schœnanthi exili & arido stamine à radicula, sive torulo exit, cui innascuntur spicatæ comæ, confertæque generationes, quasi per cirros, torulos nucleosve distinctæ, & conflatæ capillamentis, ut in Meo, è quarum spatiis mediis emergunt nonnulla juncea folia, marinæ algæ modo, tametsi minora multo. Et hæc de Indica, Syriacave nardo. Celtica sequitur, hanc Dioscorides cap. VI. describit: Ἡ δὲ Κελτικὴ νάρδος γεννᾶται μὲν ἐν ταῖς κατὰ Λιγουρίαν ἄλπεσιν ἐπιχωρίως ὀνομασμένη ἀλιουγγία, γεννᾶται δὲ ἐν τῇ Ἰστρίᾳ. *Celtica nardus quidem nascitur in Liguriæ alpibus, vernaculo sermone Aliungia dicta, sed & in Istria provenit.* Celtica dicitur à solo natali. Celtas tam Germanos, quam Gallas vocari, in Germania educati scribunt. Geographorum si sequamur scripta, Gallos Celtas dictos apparebit. Ptolemæus enim Celtas habitare inquit, inter Garumnam & Sequanum fluvium. Idem Mela lib. 3. idem Plinius lib. 4. cap. 17. Galliæ hæc pars Lugdunensis vulgo dicitur. Sed nolim ego contendere Celtas non esse etiam Germanos dictos. Notissimum enim nardum hanc in Austria, Stiria, Pannonia, Norica, & alpibus Helveticorum, quæ Germanorum regiones sunt, provenire. Liguria, Italiæ regio, pro majore parte montosa, inter amnes Varum & Macrum, ab altero latere habens Apenninum, ab altero Padum, Tusciam attingens, cujus caput est Genua. Ab incolis ἀλιουγγία dicitur. Depravatum hunc Dioscoridis locum interpretes omnes asserunt. Goupilius in utroque libro manuscripto ἀλιυάσκα scriptum inquit, legendum tamen σαλιούγκα existimat. Hanc opinionem probant Cordus, Ruellius, Lobelius; putantque esse Virgilii saliuncam, cujus ecloga 5 meminit:

Lenta salix quantum pallenti cedit olivæ
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis
Iudicio nostro tantum tibi cedit amyntas.

Plinius lib. XXI. cap. VII. *Saliunca foliosa quidem est, sed brevis, & quæ necti non possit.* (In altero codice teste Pintiano legitur saliunca folio quidem subbrevi, & quod necti non possit) *radici numerosæ cohæret, herba verius quam flos, densa, veluti manu pressa, breviterque cespes sui generis. Pannonia hanc gignit, & Norici, Alpiumque aprica urbium ephordia,* (eporedia) *tantæ suavitatis, ut metallum esse ceperit.* (id est vectigal. Etenim in vectigali & reditu publico censebatur, non aliter quam metalli fodina. Alii tamen, nec sine causa codicem depravatum existimant. In aliis enim Plinii codicibus *melatum* legitur, pro quo *mel atticum* restituunt, cujus cap. x. ejusdem meminit libri.) *Vestibus interponi eam gratissimum.* Saliuncam Plinii, nardum Celticam esse, his fere argumentis probant, quod in alexipharm. Dioscoridis legatur cap. XIX. de Pharis. Ἡ Σμύρνη ἡ νάρδου Κελτικῆς ἣν ἔνιοι σαλιοῦγκαν ἐκάλεσαν. Verum apud Æginetam, ubi locus hic legitur lib. V. cap. LIII. scribitur. Ἢ σμύρνη. νάρδου Κελτικῆς ἣν ἔνιοι ἴσασιν ἐκάλεσαν ἢ ναρδόσταχυς. Utrobique ἀλιουγγίαν, vel σαλιούγκαν restituendum

tuendum viri docti scribunt (nam citra sigma aspiratum satis exprimit latinū saliunca) & apud Æginetam pro σαλιγκα, κελτικη restituendum. Celtica enim nardus saliunca dicta, teste Dioscoride, lib. I, cap. VII. Scribonius cap. CXCV. *Adjuvantur vero læsi ab eo* (Pharico) *saljunca, id est nardo sylvestri, quam plurima ex vino sæpius data.* Non tamen tacendum, adversus Pharicum à Nicandro nardum prescribi Ciliciæ radicem, quomodo etiam apud Dioscoridem lib. 2. περὶ ἰωβόλων legitur cap. CXLVI, νάρδος κιλικία σὺν οἴνῳ. Alterum argumentum addunt, quod passim apud Germanos in Pannonia, Istriaque, ubi copiosissima Celtica provenit nardus, *seljunck* vocetur, quod Romani saliuncam verterunt, seljunk juvenalem sonat animum. Gallis maximeque Vallesiis *Selliga* vocatur, quod idem ac si saljuncam dixeris. Accedit quod nardus Celtica optimè cum descriptione à Plinio data conveniat. Contra alii γάλλικα legendum contendunt hanc suam lectionem auctoritate Oribasii confirmant. Addo auctoritatem Andromachi, & Galeni. Andromachus enim in Theriaces compos. canit: Καὶ νάρδυ γαλάτιο, ἣ ἰκμάζει αἰής. Ad hoc carmen Galenus: Νάρδυ δ' ἐφεξῆς μνημονεύει ὁ Ἀνδρόμαχος, ὡς αὐτὸς φησὶ γεγραφὼς τῆς ἐκ γαλατείας, ἣν συνήθως ἐν τοῖς παῦτα δεινοὶ, κελτικὴν ὀνομάζουσι. συγκέχυται γάρ πως τὰ τρία ταυτὶ ὀνόματα καθ' ἑνὸς ἔθνους φερόμενα τῶν κελτικῶν. καλοῦσι γοῦν αὐτοὺς ἔνιοι μὲν γαλάτας, ἔνιοι δὲ γάλλους, συνηθέστερον δὲ τὸ τῶν κελτῶν ὄνομα. I. e. *Nardum ab hoc Andromachus commemorat, quemadmodum ipse scribit ex Gallia petitū, quam regionem orbis terrarum periti, Celticam frequenter appellant, tria nempe nullo discrimine vocabula sunt, & eos populos quidam Galatas, aliqui Gallos, quidam Celtas nominant, sed usitatius apud eruditos Celtarum nomen legitur.* Prior tamen sententia verisimilior, idque quia Celtica nardus σαλιγγα, vulgo *selliga* & *seljunck* ab incolis vocetur. Quod negant saljuncam Plinii, & Celticam nardum eandem plantam esse, idque quod Plinius diversis in locis, de utraque egerit, nullius momenti est. Nec tamen Plinius idcirco debet erroris insimulari, quod de herba eadem diversos auctores secutos, variis nomenclaturis, & duodecimo, & vigesimo primo volumine tractarit, maximè cum scripta sua, multis auctoribus accepta, quorum reticuit nomina, ferantur, quę non pugnare quovis modo, sed posteriora diffidenbus tantum vocabulis, priora firmare conspiciuntur. Namque & classici scriptores persæpe rem eandem variis appellationibus prosequuntur. Qui in contraria sunt opinione, causantur, saljuncæ notas, Celticæ nardo non respondere, cum ex historia Dioscoridis nardus oblongis sit foliis, luteo colore floreat, & in caules erigatur; saljunca foliosa quidem sit, sed tam brevis ut coronamentis inseri non possit, herba verius, quam flos & cespes sui generis, illa in Liguriæ alpibus, hæc in Pannonia & Noricis nascitur. Sed oculati testes ostendunt, nardum Celticam foliosum esse cespitem, humique procumbere, in Alpium apricis inveniri, & Norico, quod non longè abest. Quin etiam nardus Pannonica plane eandem formam habet, quam ea, quæ in Liguriæ alpibus invenitur. Falluntur, qui Dioscoridem in specie errasse scribunt, quum Celticam nardum ab Alpinis populis, apud quos nascitur, saljuncam vocari dixit. Falluntur inquam nec parum à vero absunt, Celticam incolæ vocant saliuncam, non montanam, nec montanæ folia brevia, sed longa satis magnaque, eryngio similia esse dixit Dioscorides. Addo montanam numerosæ radici non cohærere. Majore tamen in errore est vetus glossarii auctor, cum saliuncā exponit κυνόροδον, & ἀγριόροδον, atq; etiam λευκόροδον. Ex versu Virgilii id hariolatus est, quo puniceis rosis humilē saliuncā in comparatione multum cedere dixit. Hinc saljuncam pro rosa agresti, quæ album sustinet florem, accepere, quæ dignitate multo infra rosam puniceam est. Sed de his hactenus. Ἔτι δὲ θαμνίσκος μικρὸς σὺν ταῖς ῥίζαις εἰς δέσμας ἀναλαμβανόμενος χειροπληθεῖς. ἔχει δὲ φύλλα ὑπομήκη (vetus & Oribas. ὑπομήκη) ὑπόξανθα, ἄνθος μήλινον. *Est vero brevis pusillusque frutex, qui cum radicibus in manuales fasciculos colligitur, foliis subflavis, flore melino.* Negant viri docti, nardum Celticam qua vulgo utimur esse veterum; quod herba sit pusilla non frutex. Contrarium oculati omnes testantur. Cauliculum enim fert geniculatum, firmum, in plures alios divisum. Nec Dioscorides θάμνον, sed θαμνίσκον dixit. Alibi etiam dixi, veteres non tam exacte observare definitionem fruticis, arboris, herbæ, sed alterum sæpè pro altero sumere. Sic ligustrum, lentiscum, ricinum arbores dicunt cum nihil minus quam arbores sint, præcipuè ricinus, Anagallim,

Nardus Celtica.



mercurialem, sion, peplin, polygonatum, cucumim sylv. infinita alia frutices dicunt, cum revera herbæ sint. Recte nardum θαμνίσκον dixit, quod cauliculum firmum, durumque habeat, qualem non habet, paronychia, nec palygonaton, mercurialis. Hodie etiam mos ille colligendi obtinet in manuales nempe fasciculos cum radicibus: Foliis est satis crassis, succulentis, oblongis, in latitudinem sese laxantibus, colore cum primum emergunt viridi, deinde sub autumni initium aut æstatis finem flavescente, & tum colliguntur, ac per totum terrarum orbem mittuntur. Gustum habet amariusculum. Flosculo est melino, id est, colore è luteo pallido. Male ergo luteo vertunt. Talis enim flos non est, nec hoc est μήλινον. Μόνων δὲ τῶν καυλῶν ἐστὶ καὶ τῶν ῥιζῶν ἡ χρῆσις καὶ εὐωδία. δεῖ δὲ πρὸ μιᾶς ἡμέρας καταρραίνοντας ὕδατι τὰς δέσμας καὶ χωρίζοντας τὸ γεῶδες, ὑποστρωννύντας ἐπ' ἐδάφους νοτεροῦ, πρὸ ὑπεστρωμένου χάρτου, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ καθαίρειν, οὐ γὰρ συνεκπνεῖ τὰ ἀχυρώδη καὶ ἀλλότρια τὸ εὔχρηστον, ἀλλὰ τὴν ἐκ τῆς ἰκμάδος ὑγρότητα. *Caulium & radicum duntaxat usus est, & odoris suavitas; quare pridie aspersos aqua fasciculos, amoto terreni si quid inhæserit in humidiore solo, supposita prius charta, imponere oportet, ac postridie repurgare, siquidem utile cum aceroso & alieno minimè propter humoris vim excutitur.* Caules rarius ad nos adferuntur, & si quandoque adferantur, non sunt tam aromatici, ac radices. Folia vero cum radicibus adferuntur. Hinc speculatores quidam argumentantur, vulgarem Celticam nardum aliam ac diversam esse ab ea, quam Dioscorides descripsit, quod inter tot acervos, inquiunt, manipulorum, nec caulis, nec flos ullus appareat. Caulem habere oculati omnes testantur, Cordus, Mathiolus, Clusius, Lobelius, &c. Palmaris est, aut dodrantalis, satis firmus, ut in minoribus Valerianis, geniculatus, bina ad singulos nodos inter se opposita habens exigua foliola, cui circa summum ex singulis alis, enascuntur pedicelli, binos aut ternos flosculos sustinentes. *Caulium*, inquit Dioscorides, *usus duntaxat & radicum*, Galenus lib. VII. κατὰ τόπους cap. II. flores præscribit in tertia Andromach. stomachica. Σμύρνης L α ς, νάρδου Κελτικῆς τῶν ἀνθῶν L α ς, οἴνου. L α ς &c. Ex his concludi non potest, nardum quo vulgo utimur, non esse veterum, experientia tandem incolæ didicerunt, radices odoratiores esse, & ideo caules, floresve abjecerunt, nec colligerunt amplius, maximè cum à medicis

in usum non reciperentur. Odoris suavitatem summam habet circa finem Augusti, aut initio Septembris cum folia flavescere incipiunt. Contra cum primum erumpunt, viridiaque sunt, odore omni carent, nec tum in usum recipi debent. Obodoris enim suavitatem commendantur partes jam memoratæ. Ex Judenbergensium alpibus rustici innumeros fasciculos comportant, quibus magnos admodum saccos replent, & mercatoribus vendunt. Sed modum colligendi, ac repurgandi, quem Diosc. præscribit, non observant, multum sæpe terreni, lutique adhæret, à quo non seplasiarii, sed pharmacopœi diligentiores purgant nardum. Plinius loco citato: *Gallicum & cum radice vellitur abluiturque vino* (*aqua* Dioscorides, & hoc verisimilius) *siccatur in umbra, alligatur fasciculis in charta:* Quæ non est mens Dioscoridis, non enim fasciculi in charta alligantur, sed aqua conspersi, ut si quid terreni inhæserit, decutiatur, in solo ponuntur, substrata humidis charta. Non ergo recte perpendit mentem Dioscoridis, nec verba ejus recte expressit. Pergit Dioscorides: Δολίζεται δὲ συναποτιλλομένης αὐτῇ πόας ἐμφερῆς, ἣν διὰ τὸ περὶ τὴν ὀσμὴν βρωμῶδες, τράγον καλοῦσι. εὐχερὴς δὲ ἐπίγνωσις. ἄκαυλός γάρ ἐστιν ἡ πόα, καὶ λευκοτέρα, καὶ ἧττον ἐπιμήκη τὰ φύλλα ἔχει, οὐ δὲ τὴν ῥίζαν πικρὰν ἢ ἀρωματίζουσαν ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἀληθινῆς ἔχει. *Adulteratur vero herba persimili, quæ una cum ea vellitur, quam propter virosum odorem, hirculum nominant. Facile verò est hanc ab illa internoscere, quandoquidem herba est sine cauliculo & candidior, minusque oblonga habet folia, quum neque radicem amarum neque aromaticam, quemadmodum legitima nardus.* Plinius loco citato. *Cum Gallico nardo semper nascitur herba, quæ hirculus vocatur, à gravitate odoris, & similitudine, quâ maximè adulteratur.* Falsum est quod scribit semper cum nardo hirculum nasci, nec hoc dixit Dioscorides, contrarium etiam docet experientia, raro siquidem cum nardo reperitur. *Distat*, inquit Plinius, *quod sine cauliculo est, & quod minoribus foliis, quodque radices neque amaræ, neque odoratæ.* Si non odoratæ quomodo hircum olent odoremque virosum habent. Sed odoratum interpretare in bonam partem, nempe jucundum & aromaticum, ut dixit Dioscorides. Hirculum primus descripsit Clusius lib. I. cap. XXXI. in comm. ad Garciam. Plantula est nardo similis, candidior tamen, & veluti ex viridi cinerea, sine cauliculo, minoribus brevioribusque foliis, villosa admodum secundum radicem & nigricans, nulla odoris jucunditate, folia præmansa nullum aromaticum saporem reddunt, sed lenta & viscida sunt. Hirculum me bis terve invenisse Amstelodami memini, inter aliquot nardi fasciculos anno 1627. & 1628. Ἀποκείρας δὲ τὰ καυλία καὶ τὰς ῥίζας, τὰ δὲ φύλλα ῥίψας, εἰ βούλει δὲ ἀποτίθεσθαι ἀναλαμβάνων λεῖα οἴνῳ καὶ τροχίσκους ἀναπλάσας, φύλαττε ἐν ὀστρακίνῳ ἀγγείῳ καίνῳ πωμάζων ἐπιμελῶς. *Itaq; abjectis foliis, cauliculos radicesque seponito, ac siquidem ad usum reponere volueris, tritos vino excipito, tandemque ex iis concinnatos pastillos fictili vase novo, ac diligenter operculato reserva.* In pastillos redigebatur celtica nardus, ut vires ipsius, quæ alioqnin facile, & celeriter exhalant, diutius integrè serventur, ideoque & vinum addebant. Hodie non formantur in trochiscos, nec opus est, recens enim admodum quotannis haberi potest, s[illegible]mque usurpari, vel in pixidibus ita servari, ne aër externus lædere queat. Κρείσσων δέ ἐστιν ἡ πρόσφατος καὶ εὐώδης, πολύρριζος, οὐκ εὔθρυπτος, πλήρης. *Optima vero censetur, quæ recens est, & odorata, radicosa, plena, minimeque fragilis.* Odorem radicum sylvestris valerianæ æmulatur, vel potius asari. In nonnullis codicibus βαθύρριζος legitur, *profundas, altas radices habens*. Sed cum plantæ hujus natura, lectio hæc non convenit, nec eam secutus est Oribasius. Qui lavendulam asserunt nardum Celticam esse, plane falluntur. Nardus Celtica folia fert subrubea, vel flavescentia, lavendulæ incana sunt. Nardus celtica flore est melino. Lavendula spicam fert è cæruleo purpurascentem. Nardi celticæ caulis & radix usum habent. Lavendulæ flores in usum recipiuntur, radicemque planè inodoram, usuique ineptam habet. Et hæc de celtica nardo. Sequitur montana, quam his verbis depingit Dioscorides. Ὀ δὲ ὀρεινὴ νάρδος, καλουμένη δὲ ὑπό τινων καὶ θυλακῖτις καὶ νῆρις, γεννᾶται ἐν Κιλικίᾳ καὶ Συρίᾳ. *Nardus montana, quæ à quibusdam thylacitis & neris appellatur in Cilicia & Syria nascitur.* Montana dicitur, quod in montibus proveniat. Θυλακῖτιν dictam volunt, quod olim ex Cilicia Syriave coriaceis sacculis, quos θυλάκια vocant, ad exteros portaretur. Hesychius: θυλακοφόρους. θυλάκοις περιφέροντες τὰ ἀρώματα, καὶ πήραις. Sed verisimilius est, sic dictum esse, quod radicem habet sacculi instar (solam enim radicem commendat Nicander, quam θυλακόεσσαν vocat) Galeno πηρῖτις dicitur, vel πιθῖτις à dolii quadam forma, non ut vulgo legitur, πυρῖτις; quod in sacrificiis ignibus propter jucundum injiceretur odorem, & hinc quidem nardum hanc spicam cilissam poetarum putant, cum nihil habeat, quod spicam æmuletur, aut imitetur. De croco intelligendus versus poëtarum. Vide cap. de croco. Πηρῖτις dicitur, quod peræ effigiem præ se ferat radix. Sic papaver sativum Dioscoridis. θυλακῖτις Nicandro in Theriaca θυλακὶς vocatur:

> Μηδ' ἐπὶ πολυβάταια περιβλέψαιο τε μήκων
> Θυλακὶς ἢ ἐπιτηλὶς ἐπισχομένοισιν ἀπείη.
>
> *Sed neque multos rubes gerens pulibatea, sopori serumve papaver*
> *Thylacis aut epitelis ab his seclusa recedant.*

Papaver θυλακὶς dicitur, ut suo loco probabitur, quod sacculo simile caput habeat, nardus montana sic dicta, quod radicem sacculo similem habeat. Testis locuples Scholiastes. Καὶ θυλακόεσσαν, καλεῖ τὴν ἐμφερῆ θυλάκῳ σχήματι. ἴσως δὲ (sic legendus locus hic vulgo, θυλακόεσσαν τὴν ἐμφερῆ θυλάκῳ. σχηματίσεως δὲ εἶπεν) εἶπεν ἀπὸ τῆς ῥίζης. τοιαύτη γὰρ ταύτης ἡ τῆς νάρδου ῥίζα, θυλακώδης τῷ εἴδει. Θυλακόεσσαν dixit, quod sacci figuram præ se ferat. Epitheton illud verisimile admodum habet à radice. Formam enim saccosam habet hujus nardi radix. Versus ipsos videamus Nicandri:


> Ἀλλὰ σὺ πολλάκι μὲν σταθμῷ εὐανθέα νάρδου
> Ῥίζαδα θυλακόεσσαν ὀπάζοιο, τήν τε Κίλισσαι
> Πρῶνες ἀλδαίνουσι περὶ πλημμυρίδα Κέστρου.
>
> *Contra, hoc emulsam certo da pondere nardum,*
> *Scorteus antiquum cui nomen sacculus indit*
> *Quam cylices edant prope Cestri flumina montes.*

Σταδίῳ vertunt *certo pondere*, alii σταδίην poetam dixisse malunt, quod σταδίῳ χιτῶνι, Callimacho tunica recta, (στάδιος χιτὼν dicitur, ὁ ποδήρης inquit Suidas) similis sit. Ita dicitur tunica, quæ non cingitur, & sacco proinde similis est. Nam quæ cingitur in medio, ubi cincturæ locus est, ad corpus premitur, & figuram sacci perdit, quæ recta est, & æqualis, parque sibi in imo, & summo, & medio sui. Inde, inquiunt, εὐσταθέα νάρδον eandem vocavit, alio loco non à pondere, ut vulgo nugantur interpretes. Quid si εὐσταθέα, & στάδιον dixit quasi robustam validam compactam, probatam vellet accipi nardum. Et sic εὐσταθέα antiquus Græcus scholiastes exponit. Ad hunc versum in Theriaca: νάρδου εὐσταθέος δραχμήιον αἴθρος ἕλεσθαι. Interp. tum nardi drachmam pulchra nitentis arista accipe. Ad hunc locum vetus interpres εὐσταθέος δὲ τῆς ναρδοστάχυος δραχμὴν ἰσχυσαν. εὐσταθῆ δὲ αὐτὴν φησὶν οἱονεὶ ῥωσιμὴν γράφεται καὶ εὐστάχυος. Id est, *probatæ nardi drachmam posuit, εὐσταθῆ ipsam dixit quasi corroborativam, probatam, scribitur etiam εὐστάχυος bene spicatæ.* Quam lectionem interpres sequitur, sed tum de Indica nardo capi versus hic debet. Et quid prohibet, de ea accipiamus. Latini hanc nardum montanam *Orci tunicam* vocant, & eleganter, quod radix, quæ sub terra est sacci instar, vel tunicæ sit. Tunica qualem gessere Romani sine manicis, ejusdem ferme cum sacco figuræ; colobium vocarunt. Hieronymus tunicas saccineas & saccos vocat, quibus operiebantur monachi in Ægypto. Ruffinus tunicas monachorum quasi saccos lineos esse dicit. Videt lector unde nomen illud acceperit. Fallitur Servius, quod saljuncam orci tunicam dictam scribit. *Saljunca*, inquit, *herbæ genus, quam orci tunicam vocant.* Celtica nardus saljunca est, montana orci tunica. Nisi placeat orci tunicam dictam saljuncam, nardum celticam, quod integros cespites tegat, occupetve serpendo, & late summa tellure sese inter Muscum diffundendo. Eodem modo, quo nostrates herbam Gerardi **Duyvels bintgaerten** vocant. Id est *diaboli funiculum*, quod longè lateque per hortos serpat, adeo ut non nisi maximo labore extirpari ac evelli possit. Ut ut sit saljunca non est montana nardus. Eryngii foliis est nardus, perbrevibus saljunca, Nerim appellari dicit. Ex hoc loco Theophrasti codicem correximus, ubi ναῖρον vulgo legi-

tur.

tur. Rectè doctiss. Gaza correxit νῆριν, ut ex hoc Dioscoridis loco palam fit. Apud Nicandrum neridos fit mentio in Theriacis, sed an intelligat montanam nardum, an rhododendrum, in dubium vocari potest, Νῆριν, πηγάνιόντι, πρὸς βρυὶς ἐν δέ τι θύμβρης. *Nerimque & late ducentem germina rutam, surculus addatur Thymbra.* Cur dubitent intelligi an debeat rhododendron, facit Dioscorides, qui lib. I. Alex. cap. I. ubi præscribit adversus morsus venenatos rhododendrum. Νάρδος κελτική, χαμαίμηλον, νάρθηκος χλωροῦ ἐντεριώνη, νηρίν τε καλουμένου ῥοδοδένδρου ἄνθος, πράσου χυλός. Rhododendri florem à Dioscoride adversus venenatorum morsus præscribi lib. IV. cap. LXXXII. negari non potest. Sed non sequitur, νήριον & νῆριν eandem esse plantam: nec unquam putarim, plantæ lethalis flores à Nicandro adversus venena præscriptos esse. Φύλλα καὶ καυλὸς ὅμοια ἠρυγγίῳ ἔχουσα, μικρότερα μὲν (μαλακώτερα vetus) οὐ μὴν τραχέα καὶ ἀκανθώδη ῥίζας δὲ ὑπεισι μελαίνας, εὐώδεις, δύο ἢ καὶ πλείους, ὥσπερ ἀσφοδέλου, ἰσχνότεραι καὶ μικρότεραι πολλῷ. οὔτε καυλὸν, οὔτε καρπὸν, οὔτε ἄνθος φέρει. ποιεῖ δὲ ἡ ῥίζα πρὸς ὅσα καὶ ἡ κελτικὴ νάρδος. *Foliis & caulibus eryngio similibus; sed minoribus, non tamen asperis & aculeatis, radices subjacent, nigræ, odoratæ, binæ pluresve, ceu hastulæ regiæ, sed graciliores, longeque minores, nec caulem nec florem; nec fructum ferunt. Valet ad eadem omnia radix ad quæ & celtica nardus,* Quæ à Recentioribus pro nardo montana ostenditur planta, optime conveniret, si folia paulò magis similia forent eryngio. Botanici tamen exercitatiss. hanc pro nardo habent: nec moventur quod folia non sint tam exacte similia eryngio, dicuntque Dioscoridem eryngio comparasse, quod non venerit in mentem planta, cui folia nardo similiora essent, vulgarisq; notitiæ sicut eryngium, nec hoc tantum verum, sed & magis eryngio similia ferre folia dico, nempe cum primum è terra prodeunt. Vide cap. III. lib. VI. ubi eryngii delineationem dedimus; nec hæc comparatio insolens Dioscoridi. Iberidis folia lib. I. cap. ult. nasturtio comparavit. Iberis tamen postquam emisit caulem, nullam cum nasturtio habet similitudinem. Smyrnii folia apio similia dixit lib. XIII. cap. LXV. atqui ea tantum, quæ radici proxima sunt, apium referunt, nam quæ stolones circumdant rotundantur, nullamque præse ferunt divisuram, ac aristolochiæ magis similia sunt. Dioscoridem non usq; adeò aptas aliquando similitudines sumpsisse, multis posset probari

Nardus montana.



argumentis, antyrrhinon foliis anagallidi similibus lib. 4. cap. 133. dixit. Aptius Plinius lino comparavit, cicutæ folia ferulæ tribuit lib. 4. cap. 79. Plinius multo rectius, veriusque coriandri foliis dixit. Thymeleam folia chameleæ ferre dixit lib. IV, cap. CLXXIII. Meliorem similitudinem à lino petere potuisset, cum itaque planta, quæ pro montana nardo ostenditur, & folia ferat eryngio primo è terra prodeunti similia, cur pro ea non haberem, maximè cum nonnullam etiam cum adulto similitudinem habeat, densa enim sunt folia ad instar eryngii campestris. Radices fert nardus hæc montana duas authoræ aut testiculi modo, asphodelo non dissimiles, sed graciles minoresve; subnigricantes, ac fibratas, odore phu. Qui unam tantum habere radicem scribunt, plantam hanc non vidisse ostendunt, ut plurimùm binos bulbos habet, quandoque tres, quatuorve, quotannis enim, aliis adnatis, valde sese propagat. Oribasii codex habet ἰσχνότεραι, λευκότεραι, καὶ μικρότεραι, Improba est vox λευκότεραι. Quomodo μέλαιναι esse possint, & albidiores, quam asphodeli cum asphodeli candicantes sint. Fortassis scriptum fuit λεπτότεραι *tenuiores*. Caput de nardo corruptum, & depravatum esse fatentur Botanici, & interpretes omnes. Sed ubi lateat mendum, in capitis ne initio an fine, non satis constat. Quidam legunt in initio capitis, ἀντὶ καυλὸς κλῶνας, vel κλάδους; atque ita Dioscoridem à contradictione, sibi persuadent, vindicasse. Verum cum hæ dictiones ramos vel surculos designent, magisque arboribus fruticibusque conveniant, quam herbis, sintque idem caules in herbis, quod rami in arboribus, ea lectionis mutatio non placet. Sed dicet quis, voces κλῶνας ac κλάδους, ad herbas quandoque, sæpius ad frutices referri. Sed contradictionem nec tum esse sublatam dicam. Alii ex Hispano quodam codice legunt pro φέρει, ὑποφέρει, quasi velit Dioscorides nardi montanæ, tum caulem, tum fructum ætatem non ferre; at nardi jam descriptæ caulis & fructus satis diu durant. Alii, quorum non displicet opinio, mutatis casibus legũt, pro οὔτε δὲ καυλὸν. οὔτε τὸν καρπὸν οὔτε ἄνθος φέρει, ut codices vulgati habent; οὔτε δὲ καυλὸς. οὔτε καρπὸς, οὔτε ἄνθος φέρει. *Neque caulis, neque fructus, neque flos confert.* Φέρει enim pro συμφέρει usurpatur apud Græcos, ut Iliad. I: ubi legitur φέρειν χάριν conferre beneficium. Hæc etiam lectio ex cap. de dictamno probatur. Vide infra cap. 16. Fortassis eodem sensu non male legeretur, οὔτε δὲ καυλὸν, οὔτε καρπὸν, οὔτε ἄνθος φέρει χρήσιμον, addita ultima voce, à librariis omissa. Alii malunt οὔτε δὲ καυλὸν, οὔτε καρπὸν οὔτε ἐκφέρει, *neque florem, neque caulem, neque fructum exportari.* Subintellige ex Syria, vel Cilicia; quod non videtur verisimile. Lectio ante penultima maxime placet. Sequitur asarum. Ἄσαρον dictum est, si Plinio credimus, quod in coronis non adderetur, lib. XXI. cap. VI. *Quinimo assaron invenio vocitari quoniam in coronis non addatur*, quasi ἄσειρον, vel ἄστρον, inquiunt docti viri, quod vinctum in sectis & corollis non haberetur, εἰς σειρὰς, id est, coronarum nexus, οὐκ ἐλθὸν, sic ἄσειρος ἵππος equus solutus. Rectius fortassis, quod coronas non ornet. Σαίρειν enim *mundare, ornare*, ac *verrere* significat. Apud Plutarchum, γῆ σαιρομένη (ἄνθεσι) *floribus terra ornata*, legitur. Ἄσαρον itaque quasi ἀσάρωτον, quod inornatum non veniat. Contrarium probare, quis conabitur ex Dioscoride, cujus nonnulli codices habent ἄσαρον οἱ δὲ νάρδον ἀγρίαν καλοῦσι ποα (βοτάνη alii) εὐώδης στεφανωματική, Id est, *Herba odorata & coronaria.* Sed hæc ad baccharis historiam referenda, de qua Dioscorides lib: III. cap. LI. Βάκχαρις βοτάνη ἐστὶ θαμνώδης, εὐώδης καὶ στεφανωματική. ἧς τὰ φύλλα τραχέα, μέγεθος ἔχοντα. μεταξὺ ἴου καὶ φλόμου (Ald. ἀμπέλου) καυλὸς δὲ γωνιώδης πήχεως τὸ ὕψος, ὑπότραχυς. ἔχων παραφυάδας ἄνθη δὲ ἐμπόρφυρα, ὑπόλευκα, εὐώδη. (Catac. addit λιπαρά) ῥίζαι δὲ ὅμοιαι ταῖς τοῦ μέλανος, ἐλλεβόρου, ἐοικυῖαι τῇ ὀσμῇ κινναμώμῳ (vetus quidam codex ἀσάρῳ ἢ κινναμώμῳ) φιλεῖ δὲ τραχέα χωρία καὶ ἄνικμα (vulgo ἔνικμα.) *Baccharis herba est fruticosa, odorata, ex qua itidem coronæ factitantur: hujus folia aspera, magnitudine inter violam & verbascum media; caulis angulosis, cubiti petens altitudinem, aliquantulum asper, nec sine adnatis appendicibus, flores subpurpurei subalbicantes, & odorati, radices veratro nigro similes, quibus odor est cinnamomo proximus, solum amat asperum minimeque humidum.* Βάκχαρις, quasi πάγχαρις dicitur, propter eximiam fragrantiæ gratiam, in radice cinnamomum redolente, vel nomen accepit ἀπὸ τοῦ βακχᾶν, & χάρις, quod ex

od


eo coronæ bacchantium more, magna cum gratia, quam ex hedera gestatæ sint. Hesychius βακχᾶν. σφαιρίδας κισσοῦ. Coronariam esse plantam, verba Dioscoridis testantur. Ex bacchari plectebantur corallæ, iisque imponebantur, quibus capita vatum redimita, à virulentis linguis tuta credebantur, tanquam ἀπὸ προβασκανίου fascini ex nimia laude. Virg. ecl. 7. *Aut si*

Non ultra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Aliam etiam causam adfert Plutarchus 3 symp. cur coronæ antiquitus fierent ex bacchari. εἰς ὕπνον ἄλυτον ἄγει τοὺς πεπωκότας *In somnum indissolubilem agit eos, qui biberunt.* Verba Plutarchi vide cap. de croco. Plinius lib. 21. cap. 19. *Auxiliatur contra serpentes, capitis dolores — odor somnum gignit.* Dioscorides, τὰ φύλλα συστηπτικὰ ὄντα καταπλασσόμενα ὠφελεῖ κεφαλαλγίας, — ἔτι δὲ καὶ ὑπνοποιὸς ἡ ὀσμή. *Folia utpote quæ adstringant, capitis doloribus adhibita prosunt — odor ipse somnum gignit.* Quis nō credit locum habuisse in bacchanalibus corallam ex baccari? Notandum apud Virgilium & Plutarchum non per χ, sed κ scribi, nec tantum apud hos, sed etiam in antiquissimis auctoribus modo per geminū κκ, modo, per κ & χ. Hæc ostendunt eos magno versari in errore, qui baccarim non græcum esse vocabulum, sed latinum dicunt: ideoque omnia, quæ de bacchari scripta sunt, ad asari caput esse referenda. Cum tamen asari, baccharisque historia omnino dissimilis sit, quod conferenti palam facile fiet. Quin etiam baccharin, asarumq; plantas esse diversas ex Oribasio & Æginetâ probatur, qui de utraque ex Dioscoride seorsim egerunt, litera α & β. Sed horum testimonia ut effugiant, addita à quibusdam capita hæc, asserunt, & hoc probār, quod Galenus hujus non meminerit. Paulum autem, & Oribasium de iis tantum scribere medicamentis, quorum facultates recensuit lib. de simplicibus Galenus. Quod falsissimum est, nihil notius quam Oribasium Dioscoridem exscripsisse, eaque quæ de figura formaque plantarum scribit, in ordinem alphabeticum redigisse. Ipse Oribasius in præfatione id testatur, & experientia probat. Nihil ille lib. XI & XII ex Galeno; nec Galenus ideam, descriptionemque plantarum tradidit, sed tantum vires, falsum etiam Æginetam omnia, quæ de medicamentorum viribus scribit, ex solo exscripsisse Galeno. Etenim agallochi, narcaphthi, cancomi, fraxini, othonnæ, botryos, geranii, heliotropii meminit, quorum nulla apud Galenum lib. de medicam. simpl. facult. fit mentio. Plinius etiam testatur antiquissimis Græcis baccharim fuisse cognitam lib. 21. cap. 6. *Bacchar quoque radicis tantum odoratæ est, à quibusdam nardum rusticum appellatum: unguenta ex ea radice fieri solita* (notā lector) *apud antiquos, Aristophanis priscæ commœdiæ Poeta testis est. Unde quidam errore falso barbaricam eam appellabant. Odor est cinnamomo proximus. Gracili solo nec humido provenit; simillimum ei, combretum appellatur, foliorum exilitate, usque in fila attenuata, est procerius quam bacchar, nec hæc tantum sunt* (doctiss. Salm. corrigit, & procerius quam baccar, nexui tantum. *Sed eorum etiam corrigendus error est, qui bacchar rusticum nardum appellavere. Est enim alia herba sic cognominata, quam Græci assaron vocant, cujus speciem figuramq; diximus in nardi generibus.* Testis, inquit, Aristophanes, apud antiquos ex bacchari radice unguentum factum. Vult Plinius, non omne unguentum vocari βακχαρίδα ut quidam scripserunt, sed certum genus, quod ex baccharis radice fiebat Hesychius βάκκαρις μύρον ποιὸν ἀπὸ βοτάνης ὁμωνύμου. *Baccharis unguentum, quod ex herba ejusdem fit nominis.* Verba Aristophanis citat Athenæus lib. 15. ubi existimasse videtur baccharum non esse unguentum, quia auctores ab unguento separant. Καὶ μήποτε οὐκ ἐστι μύρον ἡ βάκχαρις. Αἰσχύλος δὲ ἐν Ἀμυμώνῃ ἀντιδιαστέλλων φησὶ καὶ γ᾽ ἔγωγε τὰς σὰς βακχάρεις τε καὶ μύρα. καὶ Σιμωνίδης, κἤλειφόμην μύροισι καὶ θυώμασι, καὶ βακχάρει. Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις. ὦ Ζεῦ πολυτίμητ᾽ οἷον ἐπῆλθ᾽ ὁ μιαρὸς φασκωλὸς εὐθὺς ἀνέμβροος μοι τοῦ μύρου καὶ βακχάριδος. *Et nunquid baccar unguentum non est? Æschylus in Amymone sic alterum distinguit ab altero, ego vero & tuas baccaridas & unguenta tua Simonides, oblitus sum unguentis, odoribus bacchari. Aristophanes in Thesmophoriasusis,* (id est sacra matris Deum celebrantibus) *ô venerande Iupiter, ut oboluit soluta confestim pera unguentum mihi, & baccarum.* Pergit Plinius, *unde quidam errore falso barbaricam eam appellant.* Rectè doctissimus Salmasius plusquam barbaricam hanc lectionem dixit, rectè correxit, *unde quidam errore falso, baccarida ea appellabant.* Verborum Plinii hic sensus est, unguenta apud antiquos facta, ex baccaris radicibus, uti scribit Aristophanes, unde quidam errore falso unguenta appellarunt baccaridas. Sane baccarida multi pro unguento usurparunt. Athenæus loco citato: Μνημονεύει τῆς βακχάριδος καὶ Σοφοκλῆς ἐν Λυδοῖς. λοῦσθαι τε χρὴ καὶ βακχάριδι κεχρῖσθαι. *Baccaridis sic meminit, & Sophocles magnes in lydis. Lotum oportet, & unctum baccarida quiescere.* Scholiastes Æschini in Persis. Καὶ τὴν βακχάριδα ἔνιοι μύρον Λυδὸν ἔφασαν. βάκχαρις μύρον Λυδιον. *Vnguentum lydium, & sic baccarida* Galenus in glossis exponit βάκχαρις λυδιόν τι μύρον. *Vnguentum quoddam lydium significat.* Hujus unguenti meminit Hippocrates, lib. de Nat. mulibr. Sed cur baccarin interpretatur unguentum Lydium? Nemo interpretum, medicorumque hactenus attendit. Exponit hoc Æschyli Scholiastes, ad hunc locum: ἁβροδιαίτων δ᾽ ἕπεται Λυδῶν ὄχλος. Ad hunc locum interpres Græcus. Ἁβροδίαιτοι ὄντως οἱ Λυδοί ὅθεν καὶ τὸ παρ᾽ Ἀνακρέοντι λυδοπαθεῖς τινες ἀντὶ τοῦ ἡδυπαθεῖς, καὶ τὸ, ἀφελέφθεγγον, αὐτή μοι Λυδῶν ἡδυσμάτων, μηδὲ μαστίγων ψόφους. καὶ ὁ λυδοφοίτης δὲ μυρεψικῆς ταύτην τὴν τρυφὴν δηλοῖ. καὶ τὴν βάκχαριν ἔνιοι μύρον Λυδῶν ἔφασαν. id est, *Revera erant Lydi gens luxuriosa & mollis: unde est apud Anacreontem* λυδοπαθεῖς τινες *pro* ἡδυπαθεῖς, *voluptuarii. Vulgo etiam dici solet; neque Lydorum cōndimenta mihi contingant, neque flagrorum crepitus, & ejusdem luxus testis unguentarius, qui dicitur poetæ cuidam* λυδοφοίτης. *Tanquam frequens in Lydia. Præterea baccharim nonnulli vocarunt, unguentum Lydorum,* à luxu, fragrantia, mollitie, odoris suavitate, cinnamomum enim redolet; ut Dioscorides & Plinius testantur, vel ut Hippoponax, croci, βακχάρει δ᾽ οἱ τὰς ῥῖνας ἤλειφον ἔστ᾽ οἵη περ κρόκος. *Baccari nares unxisti, odore similis ea croco est,* id est, *suavi fragranti, delicato.* Hoc unguento pedes illinire luxuriosi, & delicatuli Athænis solebant, ut gravem pedum fœtorem tegerent, ac obscurarent. Cephisodorus apud Athenæum lib. XIII. Καὶ τοῖς ποσὶ χωρὶς πρίω μοι βάκχαριν. *Seorsim autem pedibus mercabor baccarim.* Dioscorides baccharim utiliter in diapasmata inseri scribit, quod magnam habeat odoris gratiam. Καὶ εἰς διαπάσματα χρησιμεύει ἱκανὴν ἔχουσα τὴν εὐωδίαν. Idem quoque Plinius lib. XXI. cap. XIX. *Tunditur utiliter ad diapasmata, vestibus odoris gratia inseritur.* Vulgo legitur, *conditur cum diapasmate,* quod quid sit nescio. *Gracile,* inquit, *nec humili solo provenire.* Inde colligo apud Dioscoridem ἄνικμα, non ut vulgo ἔνικμα, scribendum esse, reliqua sunt facilia. Restat indagemus, quæ planta maximè cum baccharidis delineatione conveniat. Doctiss. viri schaream, quam nonnulli matrisalviam vocant, baccarim veterum esse putarunt. At huic nec radix elleboro nigro similis, nullius cinnamomi odor, nec planta Mathiolo, pro bacchari missa, cum veterum delineatione respondet. Nam nec radices odorem cinnamomi referunt, nec caulis appendices habet. Sed ἀντὶ παραφυάδες, παραφυάδας legendū contendunt. Quia in Oribasii scripto quodam codice sic legitur. Vulgata tamen lectio Oribasii, vulgatam, & hic defendit lectionem: nec media violæ & verbasci magnitudine aspera, sed ipso verbasco similia. Accedit, quod flores sint lutei, rarius purpurei, cum subpurpureos, albicantesq; describat Dioscorides. Cariophyllata, quoad radicis odorem (vernali enim tempore, radix eruta cariophylli aromatici odore est, unde plātæ nomē) foliaq; optime conveniunt cum descriptione, flos vero luteus impedit, quo minus baccharis esse possit, uti etiā cauliculus, cubito minor. Reliqua alioquin satis conveniunt. Fortassis in Græcia cauliculus major, flos albicans, subpurpureus. Sed quis hoc asserere audet Doctiss. Clusius, & Lobelius, totaq; Monspeliensium schola pro bacchari habent, conyram Mathioli majorem. A Dodonæo pro majore altera conyra depicta. Conyræ genus esse nequit, quod neq; graveolens sit, nec pinguia habet folia, quod ipse fatetur Dodonæus cum haud quaquam glutinosam stirpem dicat. Gravi idem quidem inquit odore, non tamen admodum ingrato. Suaveolens meo judicio est. Baccharis fruticosa stirps est, appendicibus multis, foliis asperis, (Dodonæus mollioribus, & magis lanugiosis primulæ veris inquit & huic non usque adeo mollia folia, aspera baccharis hujus folia experientiā

tactus comprobat) nigricantibus, primulæ veris, vel ſalviæ latifoliæ magnitudine, caule cubito altiore, floribus purpura obſoleta glomeratis, in pappos abeuntibus, cardui modo. Radix ſummo ceſpite ſpargitur, diffuſis fibris, caryophyllatæ modo, cujus odorem præſentiſſimum habet, vel cinnamomi, cui contulerunt antiqui. planta valde frequens, iſtoq; nomine ſatis nota circum Monſpelium, & alibi non paucis locis. Ad aſarum redeo, quod coronariam plantam eſſe nego. In aſaro odorati nihil, prçter florem radiceſque, eaſque non recentes, ſed reſiccatas, flos ejus ad coronas ineptus; colore enim eſt ſordido & ingrato. Inſtabit quis, dicetq; coronariam eſſe plantam, quod toto ferè anno conſtet foliis eleganti virore præditis. Theophraſtus enim uti ſupra lib. VI dictum eſt, in quibuſdam plantis flores, in quibuſdam folia utilia eſſe dixit. Nec hoc nego, verum folia, quorum in coronis uſus, non facile amittunt gratiam viroris, nec facile flaccida fiunt, ut myrti, lauri, malabatri, contra aſari folia facile flacceſcunt priſtinumque amittunt nitorem. Alii ἄσαρον dictum putant, à particula privativa ἀ & σαίρω ſcopa; quod ex hac planta nõ fierent ſcopæ luſtrales, vertendis Deorum aris aptç, quales colligebantur ex verbena & ſimilibus. Alii ab adjectivo ἄσαρον nomen accepiſſe putant, quod ſignificat, ſcopis nõ mundatum, vel quod ſcopis mundari nequit. Dicitur à quibuſdam nardum ſylveſtre, non quod cum nardo formam aliquam habeat, ſed ab odore nardi, quem radices jam exſiccatæ habent, vel ut Plinius ait, quod nardi vim radices habent. Non ſunt odore cinnamomi, ut in nonnullis codicibus legitur. Etenim illa, ut jam dictum eſt ad baccharis hiſtoriam pertinent. Et quæ de viribus ſequuntur, id quod neque ex Plutarcho difficile probare eſt. Auctuarii auctor à Romanis περπρέσσουμ & bacchar vocari ſcripſit. Ρωμαῖοι περπρέσσουμ, οἱ δὲ βάκχαρ. Hos refellit Plinius verbis ſupra citatis, ſed eorum quoque reprehendendus error, qui bacchar ruſticum nardum appellavere. Immerito itaque à quibuſdam Plinius notatur, quod ſcripſerit bacchar ab aſaro non differre, cum locus citatus contrarium doceat. Hoc nomen aſarum habere ſcribit Plinius, etiam Auctuarii auctor. Οἱ δὲ νάρδον ῥυστικὴν, περπρεσσούν vocari ait, in aliis codicibus legitur, περίπρεσσαν, & ſic apud Neoph. legitur: Ἄσαρον οἱ δὲ νάρδος ἀγρία ῥωμαῖοι περίπρεσσαν, οἱ δὲ βάκχαρ. Corrigunt viri docti πέρπρεσσαν, Plinius lib. XXI. cap. 19. *Baccar in medicinæ uſu eſt, aliqui ex noſtris perpreſſam vocant.* Sic meliores libri, à vulgo

Aſarum.



perpenſam legitur. Perpreſſa aſaro magis convenit, quod flos ejus à foliorum denſitate, & frequentia comprimatur, ne conſpici poſſit, quod etiam obſervaſſe videtur Dioſcorides, ſed de flore mox plura. Belgis haſenwortele, & manſoren dicitur, quod rotunditate ſua folium mentiatur aurem humanam. Hæc de nomine ejuſque etymol. Φύλλα ἔχει κισσῷ ὅμοια πυκνότερα δὲ πολλῷ καὶ στρογγυλότερα. *Folia habet hederæ denſiora & rotundiora.* Hederæ comparat non recenter natæ, ſed provectioris ætatis. Ludit enim hedera pro ætatis ratione, foliorum forma diverſa. Vide Theophr. lib. I. cap. XVI. Reperiuntur plures codices, in quibus μικρότερα legitur. Et hæc lectio Oribaſii & Serapionis munitur auctoritate, cum tamen aſarum majoribus quam hedera ſit foliis. Quare quidam corrigunt μακρότερα. Facile enim unius litteræ lapſus, ac mutatio fieri poteſt. Alii μαλακότερα legunt, ex auctoritate Plinii lib. 12. cap. 13. *Nardi vim habet & aſarum. Quod & ipſum aliqui ſylveſtre nardum appellant, eſt autem hederæ foliis rotundioribus tantum, mollioribuſque.* Sed parum intereſſe video, quocunque modo legatur. Etenim nemo non animadvertit aſari folia hederaceis eſſe majora, denſiora, & molliora. Sed vulgata lectio μικρότερα, cur ſervari non poteſt? Non tam facile rejicienda, quod in plurimis codicibus apud Oribaſium, & Serapionẽ ſic legatur. Dicendum itaq; aſari folia pro cœli, ſolique ratione (hoc enim vel mille in locis docet Præceptor) majora vel minora eſſe. Aſarum itaque cum foliis hederæ minoribus dicat Dioſcorides, intelligit, ſolo macro, ſterilique natum. Φύεται, inquit, ἐν παλισκίοις ὄρεσι, πλεῖστον δὲ ἐν Πόντῳ, *naſcitur in opacis montibus, plurimum vero in Ponto.* Montes ſicci ſunt, ſabuloſi, & macri. In hortis tranſlatum ex hiſce locis, non mirum majora fieri ejus folia; ſolum enim lçtum pingue eſt. Ἄνθος (Pariſ. ἄνθη) μεταξὺ τῶν φύλλων πρὸς τῇ ῥίζῃ, κυανοῦν, (Pariſ. πόρφυρον. Catac. πόρφυρα λεπτὰ εὐώδη) εὐώδη ὑοσκυάμου κυτίνῳ ἐμφερῆ. *Florem inter folia juxta radicem, cæruleum, hyoſcyami cytinum referentem.* Pariſienſis codicis lectio Oribaſii, Serapionis, nec non Plinii munitur auctoritate, quin etiam πόρφυρον legendum experientia comprobat. Etenim aſari flores menſe Majo non cyaneo, ſed ſordido purpuraſcente, ſub ipſis foliis juxta radices latitantes conſpiciuntur. Quod cum ſuperiores ævi medici ignorarent, nec ad verba Dioſc. ſatis attendiſſent, ſcripſerunt aſarum flore carere. Plinius loco cit. *Flore purpureo, radici alligato alterci* (hyoſcyami, ut ſuo loco dicam ſcripſiſſe puto, doctiſſ. Salmaſius. alterci cytino) *ſimili, ſemen acinoſum.* Sic hunc locum correxit doctiſſ. Salmaſius, ad mentem verbaque Dioſc. vulgo legitur: *Flore purpureo, radice gallici nardi, ſemen acinoſum.* Nemo unquam tradidit aſarum gallici nardi radicem habere. ὑοσκυάμου κυτίνῳ, Dioſc. hoc eſt κατὰ τὸν κύτινον. Oribaſius legiſſe videtur ὑοσκυάμῳ ἢ κυτίνῳ, id eſt, *hyoſcyamo, aut cytino*, quaſi flores aſari voluerit conferre auctor, non hyoſcyami cytino, ſed etiam mali punicæ domeſticæ flori. Interpretem autem, vel librarium quidẽ ſuſpicor ſic legiſſe Oribaſium. Viri tamen docti non multum intereſſe putant, an vulgarem, an Oribaſii ſequamur lectionẽ, quod Dioſc. ubi de hyoſcyami floribus agit, indubitanter eos cytenos appellet, & ex ipſius ſententia mali punicæ cytinos primum partum, vel florem (Cælio Aureliano ampulagium dictum) ſignificet. Aliud quid tamen eſt cytinus, nempe folliculus, quo primum flos, deinde ſemen vel fructus continetur, vel cytinus componitur è denſis foliis, quibus continentur florum diviſuræ. Priorem definitionem confirmat Theophr. lib. I. de Cauſ. cap. XVI. ἐν γὰρ τῷ κυτίνῳ τὸ ἄνθος. *In cytino*, inquit, *eſſe florem*, id eſt, florem à cytino contineri. Florem autem à cytino in ipſa malo punica (quamvis flos mali punicæ, ut notat Dioſcorides etiã cytinus dicatur) differre docet. Idem Theophr. lib. II. cap. XI. Ἡ δὲ ῥόα τοὺς μὲν ἄφορον, διηρτημένον τὸν. εὐθὺς γὰρ αὐτῶν περίσφυσις. Et paulò infra. Ὅπως οἱ κύτινοι μὴ ὄρθοι γενόμενοι δέχωνται τὸ ὕδωρ. Sed nec Dioſc. mali punicæ flores dixit eſſe cytinos, ſed cytinos vocari, nec indubitanter, ut aiunt hyoſcyami florem cytinum appellavit, ſed poſt florem hyoſcyami calycem provenire malo punicæ ſimilem, lib. 4. cap. 69. ubi inquit: ὥσπερ δὲ τὸν καυλὸν — ἀνεμώδεις. Reliqua vide infra cap. de hyoſcyamo. Videbit lector, quod Dioſcorides non indubitanter flores cytinos vocet. Flores enim, & cytinos diverſos facit. Satis enim manifeſte inter flores, cytinos, & ſemina diſtinguit. Vulgatam itaq; ſervabimus lectionem, aſari flores forma, figura, poſitione ſimiles eſſe cytino hyoſcyami. In his Dioſc. inquit eſſe, σπέρμα ἐοικὸς γιγάρτῳ, id eſt, *Semen acini nucleo ſimile.*

In

In aliis codicibus scribitur, ut interpretes quidam observarunt, ὅμοιον γίγαρτι, id est *simile vinaceis*, τὸ γίγαρτον, *vinaceum*, vel *granum acini* dicitur; quod pressis uvis cum folliculo abjicitur. Cum eo asari semen satis comparari potest. Etenim exiguum, angulosum, & aliquantulum asperum est. Semen hoc Plinius *sapore vinoso*, inquit esse. In minus probatis codicibus *venoso* legitur, qualis non datur sapor. *Vinoso* dixit *sapore*, quod ubi manducatur, palatum vini sapor complet. Sequitur in nonnullis codicibus, ἔχον καυλία γωνιώδη, ὑποτραχέα ἀραιά. *Habens cauliculos angulosos, subasperos, raros*. Hæc cum nec in multis codicibus, nec Oribasio, nec Serapione reperiantur, spuria esse dico, & accrevisse. Non tamen ineptè à nonnullis apposita sunt. Etenim hæc omnia in asaro reperiuntur, cauliculos hos foliis annexos esse visus docet. Ῥίζαι δὲ ὑπόκεινται πολλαὶ, γονατώδεις, λεπταὶ, πλάγιαι, ὅμοιαι ἀγρώστει, ἰσχνότεραι μὲν τοι πολλῷ καὶ εὐώδεις θερμαίνουσαι, καὶ δάκνουσαι λίαν τὴν γλῶσσαν. *Radices subjacent numerosæ, geniculatæ, tenues, obliquæ, gramini similes, longè tamen graciliores & odoratæ, quæ quidem linguam excalfaciunt, valdeque mordent.* Sanè radices habet multas, tenues, graciles, quæ oblique sparguntur, & sibi invicem implicantur, quæ probè siccatæ odoratæ sunt, linguamque calfaciunt mordentque. Φύεται ἐν ὑποσκίοις ὄρεσι, πλεῖστον δὲ ἐν πόντῳ, ἐν φρυγίᾳ, καὶ ἰλλυρίδι, καὶ ἐν τῇ ἰταλίας. *Provenit asarum in opacis montibus, plurimum vero in Ponto, Phrygia, Illyrico, & Iustino Italiæ agro.* Doctiss. Goupylus ex veteri quodam codice legit ἐν οὐεστίνη, id est *vestino*. Quam lectionem probamus. Justinensis ager Dioscoridis tempore nondum erat. Vestini, non Justini meminit Plinius: *Populi*, inquit *Vestini, erant Italiæ, Sabinis & Picentibus vicini, apud quos olim casei fiebant laudatissimi.* Martialis lib. XIII.

Si sine carne voles jentacula sumere frugi,
Hac tibi vestino de grege massa venit.

Restat historia phu. Φοῦ quidam dictum volunt, à putore gravique odore, mixto nardeæ suavitati, quem phu, sive phy adverbio admirantis, & abhorrentis adversamur subodorati. *Phu* Belgicum, Ponticumque verbum; à Ponti incolis Græcis mutuatum, φοῦ, inquit Dioscorides lib. I. cap. X. ὃ δὲ καὶ τοῦτο, ἀγρίαν νάρδον καλοῦσι, γεννᾶται μὲν ἐν πόντῳ. *Phu, quod & ipsum aliqui Sylvestre nardum appellant, in Ponto nascitur.* Nardum sylvestre dicitur, quod radices nardum cum gravitate quadam odoris æmulentur, tum quod nardo viribus similes sint, ut Galenus & Ægineta scribunt. Vulgo valerianam vocant, quod pluribus insignioribusque polleat facultatibus. Creticum vocat Plinius, lib. XII. cap. XII. *Tertio loco Creticum, quod aliqui agrion vocant, alii phu.* Creticum, forte quod in Creta nascatur. Sed hoc incertum, nec ipse scribit Plinius, verisimile tamen. Nec enim Dioscoridis mens est in solo Ponto phy nasci; aut in aliis non oriri regionibus, verum in Ponto præstantius & efficacius vult esse. Φύλλα δὲ ἐλαφοβόσκῳ ἢ ἱπποσελίνῳ παραπλήσια ἔχει, inquit Dioscorides: *folia fert elaphobosco, aut oleri atro similia.* Reperiuntur Botanici qui Dioscoridē hoc capite duo phy genera descripsisse referunt. Folia enim oleris atri, radicisque formam domesticæ valerianæ, elaphobosci vero, uti & oleris color, sylvestri convenire. Horum nec improbo, nec approbo opinionem. Alii malunt, phy caule carens, foliis simile esse hipposelino, quæ vero cauli adnectuntur, elaphobosco esse similiora. Quod observare hactenus nobis non licuit, lactucellis aut scariolis proximiora videntur. Alii valerianam majorem veterum phy esse negant, quod folio careat elaphobosco aut hyposelino simili, sed folium ejus scabiosam majorem referre, non tamen tot sectionibus esse divisum. Phu inquiunt hipposelini folio, aut elaphobosci dixit Dioscorides constare, esse autem hipposelinum ex Mathioli sentētia (vide lib. 7. ubi de hippos. egi) levisticum vulgare, elaphoboscum teste Dioscoride lib. III. cap. LXXX. est foliis duos digitos latis, ut terebynthi prælongis, quæ folia fraxini æmulantur, circumfracta, & quodammodo aspera. Respondeo, ipsam scabiosam foliis elaphobosci esse; at elaphoboscum adinstar scabiosæ non esse hirsutum, elaphoboscum cum doctioribus dicimus esse majorem pastinacam latifoliam, cujus folia non ineptè comparari possunt cum vulgari majore valeriana. Prima enim, quæ edit folia oblonga, lata, lævia, virentia atque indivisa, quæ vero secundum caules majora, longiora, utrimque profundius laciniata, elaphobosci aut pastinacæ majoris foliorum æmula, sed tamen minora. Nonnulli interpretes vertunt, *herbæ cerviocellæ, aut olusatri folio æquale.* Nescio cur æquali. Nam ex voce *æquali*, quis citius quantitatem, quam qualitatem intelliget, diceretque phy folio esse magnitudine æquali cum elaphobosci. Quod est præter mentem Dioscoridis, qui forma, figura, positione elaphoboscon παραπλήσιον dixit. Illud enim verbum *simile*, proximè ad aliquod accedens significat. Sic Dioscorides lib. 3. cap. 9. de centaurio parvo dixit, πόα ὑπερικῷ, ἢ ὀριγάνῳ παραπλήσιός ἐστι, *origano, aut hypperico similis.* Quis adeò rudis Botanicus, qui ignorat, centaurium parvum magnitudine ab origano hippericoque multum differre. Nisi fortè locis humidioribus origani magnitudinem acquisierit. Quod rarissime observatur. Pergit καυλὸν πηχυαῖον ἢ μείζω, λεῖον, τρυφερὸν, ὑποπόρφυρον, μεσόκοιλον διειλημμένον γόνασι. *Caulem cubitalem, aut etiam majorem, lævem, mollem, purpurascentem*, (Marcellus vertit, *cui color in purpura albicans, qualis valerianæ color.*) Plinius loc. cit. folio olusatri caule cubitali geniculato, in pur-

Valeriana.



pura albicante *in medio cavum* (Ruellius κοῖλον legit) *cavum*) *geniculis interceptum.* Caulis valerianæ cubito altior, lævis & concavus, & intervallis rarioribus articulatus, in cujus geniculis bina exeunt folia (alterum folium in caule nescio qua negligentia pictor omiserit) & in fastigio flores. Ἄνθη ἐοικὸς τῷ τοῦ ναρκίσσου μείζω καὶ τρυφώτερα, καὶ ἐν τῷ ὑπολεύκῳ διαπόρφυρα. *Flores ad narcissinos proximè accedunt, sed & minores sunt, & teneriores, & in albicante colore purpurei.* Mendum hoc loco esse conjiciunt doctiores, quod in magnitudinis designatione frequens apud Dioscoridem & Theophrastum, ut μακρὰ pro μικρὰ, ἥσσονα pro μείζονα legi debeat, ut etiam inquiunt hoc loco. Malunt alii ἀντὶ ναρκίσσου κισσοῦ legere. Quod, inquiunt, optimè convenit, & colori & figuræ. Alii τῆς νάρδου legendum contendunt; ea freti auctoritate, quod inter nardi referatur genera. Inde tamen non sequitur, sic legendum. Asarum inter nardi refertur genera, attamen flore totaque facie planè dissimili, nec montana, cum Celtica flore convenit, nec Celtica fortassis cum Indica. Vulgatam servo lectionem; idque quia ea apud Oribasium, qui sua ex Dioscoride transcripsit, reperitur. Veruntamen ἀντὶ μείζω, ἧττω vel ἥσσω lego. Nam μείζω καὶ τρυφώτερα major & tenerior narcisso, quomodo flos esse possit, non satis video. Alii tamen putant flores phu, in Ponto faventis cœli beneficio, & ubertate soli, majores esse. Alii, vocem τρυφώτερα redundare putant, quod in Oribasio non reperiatur. Sed librarii culpa fieri potuit,

cujus etiam in curia ἀνὰ ... legi puto; nisi aliter in Ponto sese res habeat. καὶ ἐν τῷ ... διαπόρφυρον. Marcellus ad verbum transtulit, *colore inalbido, per medium purpureo* Qualem colorem valeriana nostra habet. Eadem hæc vox apud Dioscoridem lib. II. cap. CXCVI. reperitur. Vide cap. XI. lib. VII. historiam de dracunculo. Est autem διαπόρφυρον proprie auctoribus, in quo quid purpurei coloris pellucet. Marcellus vero per medium purpureum interpretatur; quia διὰ propositio inter cæteras significationes transitum, trajectionemque ab altera in alteram partem, ut in diametro Mathematici ostendunt, significat, & in compositione eandem retinet vim. Sic διάλευκον medio purpureum dixit. Plinius quod non miror, descriptionem floris non tradidit, solet enim quandoque parum diligenter exscribere, quæ à Græcis traduntur. Valerianæ flores in caulis fastigio, in umbellis acervati ab oblongiore & angustiore, exiguo veluti collo sese pandentes, narcissi quidem effigiem aliquatenus exprimentes, sed tamen multo tenuiores, & magnitudine plurimum ipsis cedentes, colore è diluta rubente purpura albicantes. Narcissi dixi formam habere, quod narcissi flores in ipsorum imo habent illud ex tuberans, ubi continetur semen; & deinde tenuiores in quinque aut sex foliola desinunt, nec amplius in florum narcissi collatione est requirendum. Nam Dioscorides non positum florum, sed illorum formam similem narcissi floribus esse tradidit. Inde fit manifestus illorum error, qui negant narcissum referre, propterea quod nullum narcissi genus reperiatur, quod umbellam habeat, ac uni narcissi plantæ flores, non plures quam duo, tresve adsint. Dico tamen cum Dioscoridis descriptione convenire; singuli enim flosculi, qui umbellam conficiunt, forma referunt narcissum, umbella vero ferulam optime refert. Quare non multum errant, qui νάρθηκος restituunt, proximè ad νάρκισσον, vox hæc accedit. Ῥίζα δὲ ἡ μὲν ἀνωτέρω περὶ δακτύλου μικροῦ τὸ πάχος πλάγια δὲ ὑπόρριζα ἔχει καθάπερ σχοῖνος ἢ μέλας ἐλλέβορος, ἀλλήλοις ἐμπεπλεγμένα, ὑπόξανθα, εὐώδη, ναρδίζοντα τῇ ὀσμῇ μετά τινος βάρους βρωμώδους. *Radix superiore quidem sui parte digiti parvi crassitudinem fermè æquali, sed habet ex obliquo capillamenta junci, aut veratri nigri, instar invicem implicita, subrussa, odorata, atque adeo odore nardum æmulantia, cum virosa quadam gravitate.* Ἐπίρριζα Oribasius vetusque codex ὑπόρριζα *ex obliquo adnascentes radices.* Oribasii veriorem scripturam puto. Σχοῖνος; quidam codices χῖνος, lentisci, quos depravatos dicimus. *Veratri nigri aut junci.* Hæc sic intelligenda, ut tota ejus similitudinis relatio ad veratrum, implicatio vero mutuusque complexus ad juncum referatur. Plinius loco citato: *radice obliqua villosaque & imitante avium pedes* legisse videtur. Apud quendam ex vetustis herbariis, ἢ μελαμπόδιον, sic enim & niger dicitur helleboris, & ita reddidisse, quasi legisset τοὺς τῶν ὀρνίθων πόδας, quod est valde ineptum. Βρωμώδους, qui hoc loco βρωμώδους odoris gravitatem, & vehementiam in rebus odoratis significare putant, non odoris satis ingrati à fœdere tamen diversum, qualis asa fœtida exhibet falluntur. Siccata tamen radix suavior quam recens olet, ac siquis nares consulat, nardum celticam odore similis est; sed hæc virosum nullum emittit odorem, phu manifestum. Non desunt viri longe doctiss. qui valerianam vulgarem sylvestrem majorem phy Diosc. existiment. Radix non satis cum descriptione convenit superiori enim sui parte digiti parvi non est crassitudine, ex obliquo habens radices invicem implicitas, sed tenues, multis capillamentis fibrosas, odore non omnino destitutas, cum legitimo odore sit nardi, cum virosa quadam gravitate. Non tamen hæc spernenda, multis enim præstãtioribus pollet facultatibus de quibus alibi. Ἀσπάλαθος. Unde nomen acceperit, scribit Theocriti scholiastes ad hunc versum:

Ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομόωντι.

In montibus ubi rhamni aspalathique virent.

Quem interpres cum quid rhamnus aspalathusve esset ignoraret, vertit *rubi, tribulique virent.* Ad hunc versum inquam scholiastes. Ἀσπάλαθος εἶδος ἀκάνθης ἧ πληγέντες οἱ ἔλαφοι ἀποθνήσκουσιν. ἀσπάλαθος εἴρηται διὰ τὸ μὴ ῥαδίως ὑπὸ τῶν πληγέντων ἀποσπᾶσθαι ἤ τοι ἀφαιρεῖσθαι. *Spina genus, quo percussi cervi moriuntur, nomen accepit, quod non facile evelli, sive eximi queat*, è corpore eorum, qui eam impegerunt. Hinc Plato lib. X. de Republ. Tyrannos apud inferos, aspalathi spinis laniari scribit.

Diversum quid ἀσφαλτος ab aspalatho; bitumen illud succusve crassus est, frutex est aspalathus. Describitur à Dioscoride lib. I. cap. 19. Ἀσπάλαθον οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτρον. supra cap. XI. lib. IV. cyperum ἐρυσίσκηπτρον vocari diximus. Plinius lib. XXIV. cap. XIII. *Quem alii erisisceptrum, alii adypsatheon, sive dipsacum, sive diacheron vocant.* Hæc satis sunt depravata, corrigunt alii *erysisceptron* alii *spagnon*, sive *phasganon*, sive *diaxylon*. Auctuarii auctor οἱ δὲ σφάγνον, οἱ δὲ φάσγανον ἤ ... διάξυλον καὶ .... Melius doctiss. Salmasius, *quem alii irisceptron, alii diathoon, sive diaxyron vocant.* Corrigendus etiam Dioscorides, male scribitur, ἐρυσίσκηπτρον, legendum ἰρισκηπτον, vel ἰρίσκηπτρον, utrumque enim dicebant. Hesychius, Ἐρίσκηπτον εἶδος βοτάνης εἰς ἣν ἐπισκήψῃ. Erisceptron dicitur vel irisceptron, quod ab iridis in cubitu odoratior fieret. Plinius lib. XII. cap. XXIV. *Tradunt in quocunque frutice curvetur arcus cœlestis, eandem quæ sit aspalatho suavitatem odoris existere. sed si in aspalatho inenarrabilem quandam.* Vide Theophr. lib. VI. de caus. cap. XXV. Diathoon vocarunt ab acumine spinarum. Διαθοὸν idem quod διοξὺ, nam θοὸς Græci ὀξὺς καὶ τὸ σχῆμα; non solum *velox*, & *citus*. θοοὶ γόμφοι, *clavi acuti*, id est ὀξεῖς. Hesychius θοὸν, ὀξὺ λαμπρὸν, σκοτεινὸν, ἰσχυρὸν, ταχινόν. Idem θοάς, ὀξείας. Sed forte scripsit Plinius *diareto*, quod eximiæ magnificæque esset virtutis. Magis prior arridet διάξυρον, ab eadem ratione lectio. Quod διοξὺ, Hesychius ξυρὸν, τομὸν ἰσχυρὸν ὀξύ. Auctuarii auctor διάξυλον vocari scribit. Lego cum doctiss. Salmasio διάξυρον. διάξυλα dici possunt, quæ nec inania sunt, nec teneram fungosamque medullam habent, sed lignosa soliditate duram. Diaxylon itaque à solidiore & duriore materia & medulla, θάμνος ξυλώδης dixit Dioscorides, legunt alii diplacon, quod locis gaudeat sitientibus, prior potior & veritati magis consona lectio, σφάγνον fortè à σφάττειν, quod Græcis *jugulare* significat. Σφάγανον *ensis*, à spinis, ἀπὸ τοῦ σφάζειν, quod est *occidere*, quod gladii instar lædat ac vulneret, uti Scoliastes notat Theocriti; His fere verbis à Dioscoride describitur. Θάμνος ἐστὶ ξυλώδης ἀκάνθαις πολλαῖς κεκτημένος (ἀκάνθαις πολλαῖς κεχρημένος, Ald. vetus quidam κεχρημένος) γεννᾶται ἐν ἴστρῳ καὶ νισύρῳ (Al. νισύρῳ & τῇ συρίᾳ) & Συρίᾳ, & Ῥόδῳ. *Frutex est spinis crebris aculeatus*, (ad verbum *multarum spinarum possessor.* Aldinam si sequamur lectionem, interpretabimur, *multis furiose invadens spinis.* Veterem vero, si probemus scripturam, *tectus occultis.* Omnes hoc volunt multis spinis aspalathum esse preditum) *Nascitur in Istro, Syria, & Rhodo.* Plinius lib. XXIV. cap. XIII. Duo aspalathi genera describit: orientale, & quod in Syria, Rhodoque provenit. *Est sine dubio hoc nomine spina sylvestris in Oriente, ut diximus, candida, magnitudine arboris justæ. Sed & frutex humilior æque spinosus in Nisyro & Rhodiorum insulis.* Oscitanter satis orientalem à Rhodio diversum facit. Legit apud diversos inter aromata & unguenta referri aspalathum, ac quidem apud alios in Oriente nasci candidum aspalathum magnitudine arboris justæ, ut ipse scribit, apud alios vero in Nysyro & Rhodo insulis fruticem spinosum hoc eodem nomine haberi. Hinc collegit duos diversos esse aspalathos, quorum primus arbor in Syria, alter frutex in Rhodo proveniret. Sed sciendum, veteres non adeò diligenter ad definitionem arboris fruticisve attendere. Dioscorides quidem aspalathos duos describit, sed alterum inodorum ait, nec in unguentis experi, nec in Oriente nasci prodit. Legit vir doctiss. etiam in Nisyro Istro Rhodiorum insula. Sed cum Rhodiorum insulæ plures nempe Macria, & Oloessa cur vulgatã rejiciam lectionem non video. Locus quem citat, est lib. XII. cap. XXIV. *In eodem tractu aspalathos nascitur, spina candida, magnitudine arboris modicæ, flore rosæ.* Eodem inquit *tractu*, ubi scilicet cyprus nascitur, Ægyptum intelligit. Hoc non dixit Diosc. In Creta alterum nasci, scribunt Honorius Bellus, & Prosper Alpinus. Fruticem dixit Dioscorides, sed ejus parum inter est; parva arbor & magnus frutex, non ita multum differunt. *Flore*, inquit *esse rosæ.* Hoc tacuit Dioscorides, & an, quod scribit Plinius, verum sit, haud scio. Ὁ χρῶνται οἱ μυρεψοὶ εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις. *Eoque unguentarii ad spissanda unguenta utuntur.* Interpretum quidam μυρεψὸν *pigmentarium* vertunt, μυρεψὸς *unguentarius*, ἀπὸ τοῦ μύρον καὶ ἕψω *coquo.* Unguentarius est, qui unguenta coquit, pigmentarius, qui pigmenta. Unguentum sive μύρον, ex liquoribus, adipibus, & metallis cum oleo mixtis fit, dum spissati olei

olei consistentiam acquirat, pigmentum seu fucum puellæ, & mulieres assumere solent, male feriatæ, ut pulchriores videantur, cum alioquin facie sint deformes: fucant se puellæ, & mulierculæ vel cerussa, vel purpuræ sanie, vel cerussa purpuræ saniei mista, ut cuticulæ candorem ruboremque inducant. Fucant etiam pane, sandice, lacte asinino, uti scribit Satyr. VI. Poëta, quo loco mulierum scelera recitat, quæ rebus jam memoratis apud maritum sese fucant, quo mariti labia inter deosculandum conglutinarent, cum contra suis mœchis prætiosis unguentis delibutæ occurrerent:

Interea fœda aspectu, teterrima vultu
*Pane tumet facies, aut pinguia * poppeiana*
Spirat & hinc miseri viscantur labra mariti.
Ad mœchum veniet lota cute, quando videri
Vult formosa domi! mœchis foliata parantur,
His emitur quidquid graciles huc mittitis Indi,
Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit,
Incipit agnosci, atque illo lacte fovetur,
Propter quod secum comites deduxit asellas,
Exul hyperboreum si dimittatur ad axem,
Sed quæ mutatis inducitur atque fovetur,
Tot medicaminibus coctæque siliginis offas
Accipit, & madidæ facies dicatur an hulcus?

* Id est unxerit odorem pinguium unguentorum quæ Poppæa Neronis uxor invenit: quæ adeo diligens in curanda forma fuit, ut eam in exilium missam 50 asinæ sequerentur, quarum lacte candorem corporis comparavit, Hoc ejus medicamen, Poppæum vocat.

Fuci faciei descriptionē si quis desideret, addeat Rondeletium, aut Weckeri Antidotarium speciale. Cum autem interpretes μυρεψὸν reddunt *pigmentarium*, non eo sensu id accipi debet, ut pigmentarius sit ille, qui hujusmodi facit fucos, sed pro tali, qui confectiones aromaticas & odorificas parat, ex diversis suaviter spirantibus speciebus. Pigmentarius enim Græcis recentioribus pharmacopœus est. Πιγμεντάριος enim dicebatur, qui omnia vendebat, quæ medicinæ conducerent, vel qui medicamenta à Medico præscripta, conficiebat, ut hoc videre est, ex Olympiodoro in Gorgiam Platonis, ubi ait; ὁ μὲν ἰατρὸς ἐπιτάττει, ὁ δὲ πιγμεντάριος διακονεῖ, τὰ πρὸς τὴν χρείαν εὐτρεπίζων. *Medicus præscribit, pigmentarius ministrat, parans ea, quæ necessaria sunt.* Balsam. ad con. Al. VI. can. XCI. κατέχεται τῷ περὶ ἀνδροφόνων νόμῳ καὶ ὁ πιγμεντάριος διδοὺς τινι κώνειον. *Tenetur homicidarum legi pigmentarius, qui petulanter & improbè cicutam alicui exhibuerit.* In lexico Stephani legitur μυρεψὸς, πιγμεντάριος. Hæc ostendunt pharmacopœum etiam pigmentarium dictum. Non ineptè itaque doctissimi interpretes sic verterunt. Plinius lib. XXIV. cap. XIII. locum hunc quomodo verterit videamus. *Vulgaris quoque hæc spina, ex qua cortinæ fulloniæ implentur, radicis usus habet, per Hispanias quidem multi & inter odores & unguenta utuntur, illa aspalathum vocantes.* Aut confundit aspalathi historiam cum hypophœ & hypophæsto, aut codex est corruptus. Posterius verisimilius videtur. Corrigit doctiss. Salmasius: *Vulgaris quoque hæc spina, ex qua ineæ fulloniæ implentur, radices usus habent, præter spinas quidem multi inter odores, & unguenta utuntur alia, aspalathum vocantes.* Tribus illis totis capitibus, tractat utilitates, & medicinas, quæ ex variis spinis capiuntur, vulgaris inquit spina, quæ fullonibus ineas præbet, ad vestimenta polienda præter spinas, utiles fullonibus, radices etiam habet multi usus. *Alia,* inquit, *ab hac diversa utuntur ad unguenta, aspalathum vocantes.* Sequitur apud Dioscoridem ἔτι δὲ καλὸς ὁ βαρὺς καὶ ὁ μετὰ τὸ περιφλοιωθῆναι ὑπέρυθρος ἢ πορφυρίζων, πυκνὸς εὐώδης, πικρίζων ἐν τῇ γεύσει. *Probatur ponderosus, detracto cortice rubens, aut in purpuram vergens, densus, odoratus, & gustu amarescens.* Plinius lib. XII. cap. XXIV. *Probatio ejus in colore ruffo vel igneo, tactuque spisso, & odore castorei.* Idem lib. XXIV. cap. XIII. *Optimus, qui minime ferulaceus, rubeus & in purpuram vergens, detracto cortice, nascitur pluribus locis, sed non utique odoratus. Optimus,* inquit, *qui minimè ferulaceus.* Id est, qui non est fungosus, levis, rarus, qualis ferulæ radix, sed ponderosus, βαρὺς, ut dixit Dioscorides, cortice detracto rubentem optimum inquit, aut in purpuram vergentem. Hæc ostendunt vulgatam Dioscoridis lectionem non corruptam esse. Ætii vero depravatam, ἀσπάλαθος, inquit, καλὸς ἐστὶ βαρὺς καὶ μετὰ τὸ φλογωθῆναι ὑπέρυθρος ἢ πορφυρίζων. & post incensionem rubens. Iterpres vir doctiss. hanc lectionem rejecit, ac ex Dioscoride vertit, *post decorticationem.* Non video quomodo lignum, aut radix rubra, vel purpurea fieri possit, ab incendio. Nostra ligna nigrescunt, nigraque fiunt. Περιφλοιωθῆναι, itaque legendum. Interpretes ferè omnes, etiam Plinius infinitivo modo positum verbum, in participium latinum convertunt. Quo fit ut omnes intelligant, eum colorem ipsum lignum præ se ferre, postquam deglubatur. Contra tamen alii censent, id de cortice dicere Dioscoridem; *totus,* inquiunt, *licet hic frutex aspalathus nominetur, à medicis tamen id nomen ad certam ejus partem, quæ maximè usui fuit translatum esse verisimile videtur.* Ita casiam, costumque vocant, cum casia sit cortex, radix costus. Corticem radicis aspalathi usum habere ex Galeno probatur, in quo lib. I. de Theriac. ad Pisonem in composit. Trocisc. Hedych. cap. IX. legitur: ἵνα ἐν ᾗ μέλλει σκευασία ἡ τοῦ ἡδυχρόου μάγματος ἡ γραφὴ αὕτη, ἀσπαλάθου ῥίζης φλοιὸν, καλάμου ἀρωματικοῦ. Idem reperit lib. de usu Theriaces ad Pamphilium, etiam in glossis legitur, μιλακαν ῥίζαν. τὴν τοῦ ἀσπαλάθου τοῦ ἀρωματικοῦ. hoc est, *aspalathi aromatici vocatam radicem.* Alibi etiam Ætius in suffumigio quodam aspalathi corticem præscribit. Etiam Alpinus ab Ægyptiis in compositione hedychroi, assumi cortices radicis aspalathi auctor est, lib. IV. de med. Ægypt. cap. IX. odoratum inquit esse Dioscorides, hoc si verum, quomodo castorei odorem habeat; non video. καλώδης illud, εὐώδης aspalathus lib. XXIV. cap. XIII. *non ubique odoratum esse,* Plinius inquit. Hæc ostendere videntur Plinium duos aspalathos Dioscoridis confundere, plenius hunc locum mox exponam. Ἔστι δὲ τι καὶ ἕτερον εἶδος αὐτοῦ λευκὸν, ξυλῶδες, ἄοσμον ὃ δὴ καὶ χεῖρον καθέστηκε. *Est & alterum genus candidum, lignosum inodorum, quod etiam deterius habetur.* Et hæc quidem facilia, nec expositione indigent. Qui santalum rubrum pro aspalatho habent, falluntur. Etenim nec spinosum, nec frutex est, sed arbor; nec gustu amarescit, nec odoratum est santalum rubium. Odoratum tamen aliquando reperiri quis dicet. Nec hoc nego, sed dico id fieri per accidens, uti probe constat ex seplasiariis, ac myropolis, qui non ex se tale esse, sed quod cum albo flavoque importetur, vel reponatur, quæ odorata sunt, ex quibus odorem acquirit, qui paulo post perit. Etiam illud probat santalum non esse aspalathum, quod santalum rubrum sit inodorum, album vero flavumque odoratum, quod contrarium esse scribit de aspalatho Dioscorides: idem ferè de agallocho, ligno rhodio buxoque officinarum dicendum, hoc tamen fatendum, odorata hæc esse. Amarore omni caret lignum buxeum, roseumque, rhodium vero non tantum amarescit, sed quam manifestissimè saporem ostendit amarum, quod nec Dioscorides voluit. Denique ligna, quæ doctiss. Mathiolus, Lobeliusve pro aspalato ostendunt, non videntur esse verum veterum aspalathum. Idque quia ex Hippocrate Galenoque jam constat, corticem radicis usum habuisse. Nec enim obstat, quod quidam scribunt, raro radicibus detrahi corticem, sæpissime ligno. Illud inquam nullius momenti esse ostendunt, capparis & mandragoræ cortices, quorum quotidianus usus. Accedit fruticum radices, satis crasso ut plurimum tegi cortice. Puto me hæc ligna vidisse, sed certo affirmari nequeo, an eadem sint. Hoc ausim dicere, sapore non fuisse amarescente. Honorius Bellus epist. ad clariss. Botanicum Carolum Clusium acatiam alteram Botanicorum, pro altero aspalatho habet. Non esse acaciam alteram eo probat argumento, quod Dioscorides lib. I. cap. CXXXIII scribat. Τὸ δὲ φθινοπώρῳ φέρει σπέρμα ἐν θυλάκοις συνεζευγμένοις, τριχώδεσιν, ἢ τετραχώδεσιν, ἔλαττον φακοῦ. *Autumno semen profert, lenticula minus, in folliculis connexis, ternum, quaternumque capacibus.* Contra planta jam memorata ineunte æstate semen perpetuo profert. Sed illud argumentum non usque adeo validum videtur, siquidem verba hæc in vulgatis non reperiantur codicibus. Deinde facile fieri potest in Creta regione calidiore, semen ferat ineunte æstate; in Ponto vero regione frigidiore, semen erat autumno. Aspalathum esse hoc argumento probant Maranta & Bellus, quod Neapoli spalatrone, in Creta spalatro vocetur. Diversam esse aspalathum hunc, & acaciam alteram Mathioli & Dodonei docet Alpinus lib. I. de plant. Exoticis cap. VI. & VII. *Nascitur,* inquit, *in Creta insula in Iacyntho, atque in aliis locis Orientis planta, quæ acaciam secundam Dioscoridis nullis reclamantibus notis, refert. Est enim hæc frutex arborescens, tricubitalis & amplior, caule recto, longo, non multum crasso, cortice lævi, viridis coloris saturati, spinis multis, ut in aspalatho secundo, sed rarioribus utrimque armato. Etenim spinæ ex caudice longæ, duræ rectæ procedunt, rutæ foliis ternis simul positis contectæ; ramuli vero ex caudice sursum feruntur, cum foliis, floribus,*

ribus, & parvis siliquis, semina parva, rotunda, lata, dura, flavescentia, continentibus, genistæ similibus, radix radici aspalathi similis existit. Etsi hæc planta in multis cum aspalatho secundo convenire videatur, tamen ab ipso, specie, distinguitur, namque aspalathus spinis horret, densioribus, durioribus, albicantibus, nudus foliis; acatia vero habet spinas rariores, foliis vestitas. Rursus in aspalatho folia, flores, & siliquæ acaciæ secundæ foliis, floribus, atque siliquis similes cernentur, quæ tamen omnia in acacia longè majora apparent, totaque planta ligno constat, molliori & magis fragili, quam in aspalatho; cum ejus lignum durum sit, neutiquam fragile. Folia & siliquæ acaciæ refrigerant, siccant, cum non lævi adstrictione. Cap. VII. aspalathi secundi historiam his verbis describit. *Nos alias vidimus in loco propè Cretam civitatem Fraschia vocato, penes portum, complures aspalathi secundi stirpes, sponte natas, bicubitales, quæ ramis, non ut in fruticibus, sed ut in arboribus, lignosis, duris, densis, spinis albis, duris, crebris, densisve armatis constabant. Lignum est album, durissimum, & in medio nigrescit, odoris, dum recens, expers. Flores fert luteos genistæ similes, sed minores, suaviter eminus olentes. Etenim eminus flante vento odoris fragrantia sentitur. Floribus succedunt exiguæ siliquæ, genistę vulgaris haud dissimiles, at longè minores, in quibus tria quatuorve semina parva, acaciæ proxima, sed multo minora; folia vero parvissima, terna simul uni loco in ramis adhærentia. Hæc planta nititur radice crassa, longa, brachiata, dura, dum recens est, quippe quo ad siccatur minime suaviter olens, & si vel etiam siccata obscurum suffitu odorem respiret, sapore insipido. —— Istius plantæ lignum maximeque radicis modicè calidum est, quod ex lævissimo ipsius amarore conjicitur, siccum vero supra primum excessum cum levi adstrictione.* Idem Alpinus eandem hanc plantam pro aspalatho priore, lib. IV. de Med. Ægypt. descripsit: *Et ut à Darsisaban, qui est aspalathus Dioscoridis, principium faciamus, dico, illos in hanc hedycroorrum compositionem veram radicem aspalathi conjicere, quam ex Creta, vel Rhodo ipsi se habere ajunt, quæ est valde crassa, longa, dura, coloreque flavo rubescente, admodum odorata. Eam Dominicus à Rege, qui pharmacopolam Cayri agebat, pro Georgio Hemo consulatum tunc gerente, in Cretæ loco, prope portum Fraschia dictum meo jussu plures radices excerpsit, & Cayro pro usu secum tulit. Arbustus est aspalathus, ramulis densis, spinis albis, durisque, horridus, foliis rutæ proximis; atque floribus aureis, raris, spartii florum æmulis, summè odoratis. Ego eam plantam jucunditate eximia odoris, ex ejus floribus, ubi Cretæ loca aliquando diversarer, ad nares elata cognovi.* Idem libro de plantis Ægypti refert, cap, 43. *Hujus*, inquit, *arbusti radices duræ, longæ, crassæ, colore flavo, atque cortice summè odorato, tunc temporis à me fuere observatæ.* Hæc quomodo conciliari possint, vix video. An dicemus, quibusdam in locis odoratum aspalathum esse cum Plinio: Plantas enim pro cœli solique diversitate, vel magis, minusve odoratas esse scripsit Theophrastus, quod non videtur nam utroque loco in Creta aspalathum nasci scribit, circa portum Frasciam. An dicemus recentem, nondumque exsiccatum corticem inodorum esse, probe vero siccatum suavissimè spirare? Atqui loco prius citato, siccatum suffitu obscurum reddere inquit odorem. An dicemus priore loco de radice integra, & maximè ligno ejus loqui, posteriore de cortice solò radicis, corticemque exempto ligno siccatum suaviter olere, lignum vero sine cortice non usque adeo suavem emittere odorem. Brevi, ut spero autopsia docebit. Aspalathus enim ex Ægypto & Creta, ut mitteretur curavi, nec dubito quin quam primum sim accepturus. Ab aspalatho ad agallochum venio. Nomen impositum huic ab ἀγάλλομαι exulto, glorior quod insignem suavemque in suffitu spiret odorem; nec non oris gratissimum præstat halitum. A nonnullis lignum aquilæ vocatur, quidam lignum S. Crucis appellare malunt, nec desunt, qui lignum Paradisi nuncupant. Fabulantur, agallochi arborem neminem unquam vidisse, quod in terrestri paradisò tantum nascatur; in quem intrare mortalibus non licet, fluminibus enim cinctus est, ex quibus fragmenta ejus ad nos ferantur. Fabulandi occasionem Serapio præbuisse videtur. cap: 197. Dicunt quidam, quod ramuli ex arboribus ligni aloes franguntur in terris illis, & cadunt in fluminibus, & currunt cum eis, & deferuntur per regiones. Agallochum ligni paradisi nomen accepit, vel ab excellenti, qua præditum est εὐωδίᾳ; sic malabathiri folia herbam paradisi, pomaque quædam prædulcia paradisi vocant, vel nomen illud obtinuit, quod è longinquis minusve cognitis locis ad nos adfertur, ut aves, quas paradisi aves vulgo dicunt. Arabes *agalocan*, id est, aloes lignum appellant, quod nomen in officinis passim audit; nonnulli tamen pharmacopœi cum Græcis recentioribus ξυλοαλόην vocare malunt. An hæc sit aloes illa, cujus in sacra Scriptura fit mentio, supra enarravimus. Ἀγάλλοχον, inquit Dioscorides, ξύλον ἐστὶ φερόμενον ἐκ τῆς Ἰνδίας, καὶ Ἀραβίας, ἐοικὸς θυΐνῳ ξύλῳ ἐστιγμένον, εὐῶδες, ὑποστῦφον ἐν τῇ γεύσει μετὰ ποσῆς πικρίας, φλοιὸν ἔχον δερματώδη, καὶ ὑποποίκιλον. Ποιεῖ δὲ διαμασώμενον καὶ διακλυζόμενον τὸ ἀφέψημα πρὸς εὐωδίαν στόματος, καὶ διάπασμα δι᾽ ὅλου τοῦ σώματός ἐστι. θυμιᾶται δὲ ἀντὶ λιβανωτοῦ. *Agallochum lignum est, quod ex India & Arabia deportatur. Thyæ ligno simile, punctis maculisve distinctum, odoratum, gustu quodammodo adstringens, cum quadam amaritudine, cortice vestitum, cutis instar, molli, & aliquantulum versicolori. Facit autem commanducatum, itemque decocto ejus collutum, ad commendandum oris halitum; ac toti quoque corpori siccum, tritumque odoris gratia inspergitur, ad suffimenta; denique thuris instar adhibetur.* Negat Garcias Abhorto, lib. I. cap. XVI. in Arabia nasci. *Ex Arabia*, inquit, *adferri potuit, prius tamen ex India eo deportatum, ut pleræque aliæ merces.* Nam in Arabia nasci non arbitratur. In quibusdam codicibus legitur, καὶ Ἀραβίας θυΐνῳ. Vulgatam lectionem sequuntur interpretes, etiam Oribasius; cujus auctoritate nixi illam probamus. De θυΐᾳ sive *citro* supra lib. V. cap. V. egi. Negant viri docti agallochum, quo vulgo utimur, esse veterum, quod Thyæ ligno non sit simile. Thyæ enim materies, teste Theophrasto, incorrupta manet, agallochi vulgaris lignum sæpe cariosum conspicitur. Quin & rarum est, & leve, non densum, compactum, grave, & solidum. Sed nego Thyæ ligno dissimile esse. Quod enim objiciunt, lignum Thyæ putredine vel carie non facile lædi, contra aloes lignum illis obnoxium esse, non facit ad rem. Forma ac colore Dioscorides simile dixit, non soliditate ac gravitate. Non sequitur myrrhæ lignum spinæ ægyptiæ simile, ergo non facile putrescit peritque ut acaciæ. Sic ebenum oleastro & rhodio comparatur, cum ebenum multo diutius illæsum duret, quam oleastrum aut rhodium. Falsum præterea est, facile à carie affici aloes lignum. Fragmentum habeo satis magnum, avo meo primis Lusitanorum navigationibus ante 50 annos, & ultra donatum, in quo ne vestigium quidem ullum putredinis apparet, accensum multum emittit humoris, odoremque longè spirat suavissimum. Nec facile cariosum fit vulgare lignum aloes, quod in officinis Batavorum passim venditur; qui tale esse negant, bonum nunquam viderunt, intellexi ex seplasiariis plures Germanos pharmacopœos grave, solidum, compactum non emere, quod pretio majore divendatur. Vox ἐστιγμένον *maculatum*, sive *punctis distinctum*, in Oribasii codice non reperitur; sed pro eo legitur, ἔστι μὲν εὐώδης. Hanc lectionem probare nequeo, uti nec eorum, qui superfluam vocem ἐστιγμένον scribunt. Nam in optimo agallocho cinereæ discurrentes venæ conspiciuntur. Et Serapio dicit, optimum esse nigrum, varium ostendens colorem, habens multam aqueitatem, sive humorem, quæ omnia in agallocho jam memorato reperiuntur. Alii malunt legere ἐστημμένον, hoc est, πεπιλημένον compactum, ἀπὸ τοῦ στίβειν, quod in Aldino codice legatur ἐστιμένον. Horum non improbo lectionem. Tale enim præstantissimum est agallochum. Nugantur ac ineptiunt, qui negant agallochum odorum esse, carboni injectum suavissimè olet. Idem facit dum teritur, sed hujus rei experimentum sumpsisse hos non puto. Aliud iidem objiciunt argumentum. Dioscorides agallochum gustu adstringere scribit, cum aliquanta amaritudine, præcellenti nimirum adstringendi facultate, quod effectus declarant. Nam sudores arcet corpori inspersum, & dysentericis prodest, quæ ab adstrictoria virtute dependent. In vulgari agallocho, amaritudo adstrictionem superat, immo vis stiptica notabilis nulla adest, neque acrimonia prorsus caret. Respondeo, in agallocho reperiri adstrictionem illam, quam requirit Dioscorides. Quod autem sapor amarus superet, magisque percipiatur, mirum non est. Amarus enim sapor reliquos obtundit, & obscurat; succi limon. vel aceti unciæ unæ alteræque, si scrupulus unus bilis addatur, amarus sapor sentietur, obtusa ac vix perspicua adstrictoria. Et quod

sudores

sudores arceat, unde adstringens esse, non sequitur. Omnia sicca hoc præstabunt, nec quod dyssentericis prodest, sequitur valdè adstringere, cornu cervi ustum idem facit, nec valide adstringit, siccitate sua putredini resistit, superfluasque humiditates, unde sæpius fluxus, tollit. Aliud addunt argumentum. Dioscorides, & ex eo Plinius agallochum cute verius, quam cortice vestiri ait, at lignum aloes, teste Garcia, non cute, sed cortice, & quidem crasso, non secus ac alia ligna, vestitur. Tale nihil dicit Dioscorides, coriaceum inquit habere corticem, versicolorem, hoc est neque nimis mollem, neque nimis durum, foraminibus pervium, neque nimis laxum, neque nimis compressum. Vel ex Serapione responderi poterit, ramos ab arbore sectos integro anno sepeliri, ut ita obruti, ligni cortex marcescat, lignumque purum duntaxat remaneat, nihil tamen è ligno erodatur. Quæ Garcias vera esse non negat. Fieri autem potest Dioscoridem lignum vidisse, cujus cortex non probè computruerit, ita ut verius cutim judicarit, quam corticem. Sed prior solutio magis placet. Quæ sequuntur apud Dioscoridem, quanquam ad delineationem nihil faciant, ad historiam tamen pertinent, etiam examinanda erunt. Ποιεῖ δὲ διαμασώμενον, καὶ διακλυζόμενον τὸ ἀφέψημα πρὸς εὐωδίαν στόματος. καὶ διάπασμα δὲ ὅλου τοῦ σώματός ἐστι. θυμιᾶται δὲ ἀντὶ λιβανωτοῦ. ἡ δὲ ῥίζα αὐτοῦ ὁλκὴ (leg. μιᾶς) πινομένη. *Facit autem commanducatum, itemq; decocto collutum ad commendum oris halitum, ac toto quoque corpori siccum tritumque odoris gratia inspergitur, ad suffimenta denique, thuris instar, adhibetur, radix vero drachmæ unius pondere pota.* Ex hoc loco probatur, agallochon, aloem à recentioribus Græcis fuisse vocatum. Videat Herophili Philosophi locum lector, cap. de aloe. Ex verbis etiam citatis quidam probare conantur, agallochum vulgare, non esse illud, quod Dioscorides describit, idque quod pro Thure antiquitus ad suffimenta substituebatur, tanquam thure vilius, aut parilis pretii. Lignum autem aloes adeò carum esse, ut potius Thus pro ligno aloes substitui debeat. Nam Thuris electi 100 libræ, aureo uno apud Indos emi possunt, quamvis ex Arabia subvehi debeat; lignum vero aloes apud Indos aureis tribus, quanquam illic natum, in singulas libras venit. Quod argumentum ex Garcia desumptum est, qui tamen vulgare lignum aloes non negat esse agallochum, sed Dioscoridem minus rectè scripsisse ait: Respondeo verba Dioscoridis minus rectè percipit; non enim vult Dioscorides in suffimentis addi, quod Thure vilius est; sed quod non secus ac Thus in suffimigio locum habeat. Prĕterea quid obest, quo minus Thus ante annos mille & ultra carius fuerit, agallochum vero vilius, Carum admodum thus fuisse, supra capite de Thure diximus ex Plinio, Theophrasto, & maxime ex iis, qui vitam Alexandri magni describunt. Hic enim à præceptoribus increpebatur, quod nimis liberaliter Thus in ignem conjiceret. Denique hoc etiam argumento utuntur, in agallocho radix ligno præfertur, & illa potissimum in usu erat. Ligni vero aloes ligno utimur, radix non adfertur. Non præfertur ligno radix, sed in eodem ferè valore est apud Dioscoridem & Æginetam. Quin etiam præferri lignum, ex eo probatur, quod in compositionibus ligni, non radicis fiat mentio, & hæc causa forte cur usus ejus perierit. Διάπασμα quid sit, docet Plinius lib. XIII. cap. II. *Sicca odoribus constant, quæ diapasmata vocantur.* Theophrastus lib. de Odor. Ὥσπερ οἱ τὰ ἀρώματα καὶ τὰ διαπάσματα συνθέντες ξηροῖς πρὸς ξηρά. ὡς δὲ οἱ τὰ μύρα κεραννύντες, ἢ τοῖς οἴνοις ἐπιχέοντες, ὑγροῖς πρὸς ὑγρά. *Vt qui aromata & diapasmata componunt sicca siccis, qui unguenta, aut vino infundunt, humidis jungunt humida.* Martialis lib. I:

Quid quod olet gravius mixtum diapasmate virus:

Per diapasma siccos intelligit odores, qui in pastillos inspargebantur. Hinc quidam interpretes doctiores vertunt, siccum triumque odoris gratia inspargitur. Plinius lib. XXI. cap. XIX. *Diapasmata inde fiunt ad sudores coercendos, ita ut à balneis inarescant corporibus, deinde frigida abluantur.* Et hæc de agallocho veteres Græci: describitur è Garcia loco citato, his ferè verbis: *Arbor est oleæ instar, interdum major, fructum aut florem videre non contigit, ob difficultates & pericula, quæ in accurata arboris observatione (frequenter illic grassantibus tigribus) sunt subeunda, allati vero mihi sunt ex Malaca rami cum foliis. ferunt autem recens dissectum agallochum nulla odoris fragrantia gratum esse, nec nisi siccatum odoratum esse, immo illum odorem per universam materiam ligni non diffundi, sed in ipso arboris corde, sive matrice coacervari. Crassus est enim cortex, & ligni materies odoris expers. Haud negaverim tamen, quin putrescente cortice & ligno, oleosus illi, & pinguis humor matrici sese insinuet, illamque odoratiorem reddat, sed ut odor agallocho concilietur, minimè putredine opus est. Multi sunt adeo experti & dextri in agallocho dignoscendo, ut etiam de recens dissecto judicare queant, sit ne odoratum futurum, an nulla odoris jucunditate spiraturum. Etenim in omni lignorum genere aliud alio præstantius est. Solent autem Malaccæ incolæ agallochum repurgare antequam negotiatoribus vendant.* Quatuor hujus genera enumerat Serapio selectissimum est nigrum, varium ostendens colorem, ponderosum (quale illud cujus supra memini,) secundum mondunum, à Mondel Indiæ urbe denominatum, tertium seiphium, quartum alcumerum, seifico bonitate cedens. Quatuor genera, & alii his nominibus describunt Ἰνδικὸν, σαπφικὸν ex urbe Sappho, ἀπτὸν, ὑγρόν. Garcias unicum se vidisse refert, Indicum nempe. Sane plura genera in officinis observare licet, odore, sapore, ac non nihil colore differentia. *Præfertur*, inquit Garcias, *multum nigricans, cinereis discurrentibus venis, ponderosum, plurimo humore pingui prægnans, quale raro adfertur, & ingenti pretio venditur, probatio erit si igne accensum multum humoris exudet, non si in aquam injectum subsidat, nam selectissimum quandoque innatat, nec subsidit. Guzarate incolæ & Decan, præter supra dictas notas, volunt magna sint fragmenta.* An agallochum sit lignum illud, cujus meminit Theophrastus lib. V. hist. cap. IV. indagandum est, ego affirmare non ausim. Ἄλλο τὶ δένδρον ὅ ἅμα —— ποικίλης. Hoc unum obest, quod venæ discurrentes non sint ὑπέρυθροι. quamvi nonnihil ad rubedinem vergere videantur.

Στύραξ, Inter aromata, ac ea ex quibus unguenta parantur, numerat styracem, quod etiam facit Dioscorides, à quo luculenter satis describitur. Falluntur, qui styracem dictam putant, quod humor ex eo stiriatim, guttatimque exstillat. A Græcis mutuarunt, Latini hoc vocabulum: Στύραξ Græcis, ἐπιδορατὶς teli cuspis. Pollux lib. I. Τοῦ δόρατος τέλος σαυρωτὴρ τὸ δὲ μέσον ἀγκύλη τὸ δὲ πρωχὸν αἰχμὴ καὶ ἐπιδορατὶς καὶ στύραξ. Contrario modo à Suida, & Thucididis interprete accipitur; nempe pro cuspide teli ima, quâ solo defigitur; quæ τῇ ἐπιδορατίδι opponitur, vocaturque χρόσφος καὶ σαυρωτὴρ. ut sit στύραξ ὁ σαυρωτὴρ καλούμενος τὸ κάτω τοῦ δόρατος τραχήλιον ὃ καταπηγνύουσιν εἰς τὴν γῆν εἰώθασι. sive ἡ τοῦ δόρατος ἀρχὴ ἐφ' ἧ στηρίζεται). Hesychius Στύραξ πόλις Εὐβοίας καὶ σαυρωτὴρ τοῦ δόρατος, καὶ λόγχη, καὶ δένδρος ὁμωνύμως καὶ θυμίαμα. *Styrax urbs Euboiæ, & cuspis in imo ferro hastæ transversa, qua hasta appenditur, & lancea, & arbor ejus nominis, & suffitus.* Nomen accepit arbor hæc, quod sagittæ, & id genus arma, ex ea fierent. Strabo lib. XII. Πλεῖστος δὲ ὁ στύραξ —— ἀφ' οὗ καὶ τὰ στυράκινα ἀκοντίσματα ἐοικότα τοῖς κρανείνοις. *Vnde & styracina fiunt jacula, corni hastilibus simillima.* Officinis storax dicitur, nec hoc barbarum est, apud antiquos Latinos vox hæc exstat. Solinus Polyst. cap. 33. *Arabes sarmentis ejus (myrrhæ* scilicet, paulò infra hunc locum examinabo) *ignes fovent, quorum fumo satis noxio, nisi odore cremati storacis occurrant, plerumque insanabiles morbos contrahūt.* Terentius in Adelphis Act. & Scen. I.

Storax, non rediit hac nocte à cœna Æschinus.

Ad hunc locum Donatus:

Et ab odore puer storax.

Virgilius in Ceiri:

Non storace idæo vincta perfusa capillos
Cognita, non pedibus teneris Sicionia servans.

Describitur styrax à Dioscoride lib. I. cap. LXXIX. Στύραξ δάκρυόν ἐστι δένδρου τινὸς ὁμοίου κυδωνίᾳ. *Lachryma arboris cujusdam, cotoneæ malo similis.* Plinius lib. XII. cap. XXV. *Arbor est eodem nomine, cotoneæ malo similis, lachrymæ ex austero jucundioris,* (quidam legunt *dulcioris, jucundioris*) *intus similitudo harundinis*, (alter codex habet *intus simili modo harundinis*) *succo prægnans, in hanc circa canis ortum advolant pennati vermiculi erodentes: ob id* (in altero exemplari præpositio hæc non reperitur, delendam esse, quæ sequuntur infra, ostendunt) *in scobe sordescit.* Sed notatur Plinius à Botanicis. Audiamus primum quid dicant: dein an rectè, meritoque reprehendatur Plinius, examinemus, cur καλαμίτης (inquiunt) vocetur, dicere conatus est, sed absurdè: non enim ratio nominis est, quod arundini similis est; sed quod arundi-

arundinibus obvolutus, & circumseptus affertur. Hæc plusquam absurda sunt, & præter mentem Plinii, qui non de lachryma, sed arbore loquitur, quam intus arundinis similitudinem habere, ait, ut apud nos quandoque quercus annosæ, à vermibus intus erosæ. Lignum styracis arboris à vermibus erodebatur, qui faciem ejus interiorem sic exesam, calamo similem faciebant, relicta sola superficie exteriore, ut in harundine. Strabo lib. XII. Geograph. Πλεῖστος δὲ ὁ στύραξ φύεται παρ' αὐτοῖς, δένδρον οὐ μέγα ὀρθηλὸν (corruptus est codex, corrigunt οὐ μέγα, ὄρθιον δὲ καὶ ὑψηλόν, atqui οὐ μέγα καὶ ὑψηλόν, *parva & procera* contraria videntur. Lego οὐ μέγα, ὄρθιον δὲ deletis verbis, καὶ ὑψηλόν) ἀφ' οὗ τὰ στυρακινα ἀκοντίσματα ἐοικότα τοῖς κρανέϊνοις. Ἐγγίνεται δὲ ἐν τοῖς στελέχεσι ξυλοφάγου τι σκώληκος εἶδος, ὃ μέχρι τῆς ἐπιφανείας διαφαγὸν τὸ ξύλον. *Plurimus apud eos styrax nascitur, arbor non magna, sed recta inde styracina fiunt jacula, corni hastilibus simillima, in harum arborum truncis, genus quoddam vermis nascitur, ligna comedentis, qui ad superficiem usque exedit lignum.* Hæc satis ostendunt, non in totum ab omni errore immunem esse Plinium. Ἐγγίνεσθαι, inquit Strabo, innasci vermiculos hos arbori, à quibus cavatur, calamoque similis redditur: contra Plinius concavam vult arborem, succoque scatentem, intusque harundini similem, ac circa syderis, sive caniculæ ortum, in eam advolare pennatos vermiculos, à quibus perforatur, eroditurque. Et hic error Plinii est. Strabonis enim sententia, si bene memini, ab Æliano confirmatur. Aliam styracis delineationem tradit Serapio, si recte suo functus fuerit officio interpres. *Arbor*, inquit, *storacis est magna* (Strabo οὐ μέγα, cydoniæ malo comparat Dioscorides) *& habet lignum, quod assimilatur ligno saro. Folia ejus sunt similia foliis xcilen, id est lolis*, (hoc falsum est) *habet fructum album, majorem quam avellana, similem pruni albis, duos habentem cortices, quorum exterior commeditur, & est in eo amaritudo, & interius est nucleus pinguis sicut nux, & exprimitur ab eo oleum: & cortex hujus fructus est storax*, (hoc valde ineptum, unde hæc collegerit, verba Strabonis, quæ mox adferam, satis ostendent) *sicca, & gummi hujus arboris est lubne, & est storax heremitarum.* Videt plura lector, errata. Styrax arbor est forma ac proceritate malo cotoneæ similis: folia tamen longè minora profert, minusque aspera, solida, oblonga, sed paulo latiore ambitu, aversa parte albicantia, minusque quam cydoniæ cana. Florem fert album, aurantiæ magnitudine, non odore: succedunt baccæ longo pediculo appensæ, tenui quadam lanugine obductæ, rotundæ, in acutum desinentes, nucis fere ponticæ magnitudine, in quibus aliquot occluduntur ossicula, semen continentia. Et hæc de arbore; de lachryma sic Dioscorides: Διαφέρει δὲ αὐτοῦ ὁ ξανθὸς καὶ λιπαρὸς, ῥητινώδης θρόμβους ἔχων ὑπολεύκους, ἐπιπολὺ μένων τῇ εὐωδίᾳ ὡς ἐπὶ πλεῖστον, καὶ ἐν τῷ μαλάσσεσθαι ἀνιεὶς ὑγρασίαν τινὰ μελιτώδη. Τοιοῦτος δὲ ἐστιν ὁ γαβαλίτης καὶ πισιδικὸς, καὶ κιλίκιος. Φαῦλος δὲ ὁ μέλας, καὶ ψαφαρὸς, καὶ πιτυρώδης. Εὑρίσκεται δὲ καὶ δάκρυον κόμμει ἐοικὸς, διαυγὲς σμυρνίζον, ὀλίγον δὲ τοῦτο γίνεται. Δολοῦται δὲ αὐτὸ τοῖς ἐκ τοῦ δένδρου πρίσμασιν ἀπὸ τῶν σκωλήκων ἀναπιπτουσι, μιγνυμένη ἐν μέλιτι καὶ ἴρεως ὑποστάθμη, καὶ ἄλλοις τισίν. ἔνιοι δὲ κηρὸν ἢ στέαρ ἀρώματι τινὶ συμμαλάσσουσιν ἐν τοῖς ὀξυτάτοις ἡλίοις τὸν στύρακα, καὶ διὰ ἠθμοῦ ἰουγενῆ εἰς ὕδωρ ψυχρὸν, ποιοῦντες σκωληκια, καὶ πωλοῦσι σκωληκίτην ὀνομάζοντες. Ἐγκρίνουσι δὲ οἱ ἄπειροι τὸν τοιοῦτον ὡς ἀκέραιον, οὐ προσέχοντες τῇ κατ' τὴν ὀσμὴν ἐντονία· δριμὺς γάρ ἐστιν ὁ ἄδολος. Duo hoc capite describit genera styracis; alterum purum, adulteratum alterum. Puri tria genera, ξανθὸς, μέλας, κόμμει ἐοικὸς. Quæritur an genus illud quod scrobe commistum est, adulteratum sit dicendum. Adulteratum dicit, quod scelere aut fraude humana depravatum est. Atqui talis non est hic styrax, Straboni si fidem adhibeamus. Qui styracem sic describit: Τὸ μὲν πρῶτον πιτύροις ἢ πρίσμασιν ἐοικός τι ψῆγμα προχεῖ, καὶ σωρὸς συνίσταται πρὸς τῇ ῥίζῃ, μετὰ δὲ ταῦτα ἀπολείβεταί τις ὑγρασία δεχομένη πῆξιν ῥᾳδίαν παραπλήσιον τῷ κόμμι (vulgo τῇ κόμμη, quod Græcum non est) ταύτης δὲ ἐπὶ τὸ ψῆγμα πρὸς τῇ ῥίζῃ καταμιγθὲν, αναμίγνυται τοῦτό τι ἐπὶ τῇ γῇ πλὴν ὅσον τὸ μὲν ἐν ἐπιπολῆ συστὰν διαμένει καθαρόν. τὸ δὲ ἐν ἐπιφανείᾳ τοῦ στελέχους καθ' ἣν ῥεῖ, πήγνυται, καὶ τοῦτο καθαρόν. πωλοῦσι δὲ καὶ τὸ ἐκ τοῦ μὴ καθαροῦ μῖγμα, ξυλομιγὲς τι καὶ γεωμιγὲς, εὐωδέστερον τοῦ καθαροῦ, τῇ δ' ἄλλῃ δυνάμει λειπόμενον. λανθάνει δὲ τοὺς πολλοὺς ᾧ πλεῖστοι χρῶνται. Θυμιάμασι οἱ δεισιδαίμονες. Idest, *Exeso igitur ligno, quod primo effluit, furfuribus aut serramentis simile, quoddam ramentum mixtum habet, cujus acervus ad radicem coit. Postea liquor quidam distillatur, qui in modum gummi facile concrescit. Hujus liquoris partes, quæ in scrobem radici adsitam, deferuntur, cum hac & cum ipsa terra permiscentur, nisi si quid majorem in modum concrevit, itaque purum permanet; quod autem in superficiem trunci hæret, per quem defluit, id concretum plurumque existit. Faciunt etiam è non puro quidpiam ligno admixtum & terræ, odoratius puro, sed vi inferius, quod tamen fallat plerosque; vulgo eo ad suffitum utuntur superstitiosi plurimi.* Styracem omnem dividit in purum, & non purum. Purum iterum dividit, quod nihil terræ scrobisve admistum habet, partique trunci superiori adhæret; alterum quod in scrobem radici adsitam defertur, ac cum ipsa terra permiscetur. Impurum quod primò ex trunco manat, furfuribus ac serramentis mixtum. Hoc genus adulterari scribit ligno & terra, attamen odoratius, viribus tamen inferius debiliusque esse. Quod igitur scrobem, serramentum, furfures mistam habet adulteratum non est, sed quale ex arbore manat. Impurum est illud genus, non adulteratum: Græci recentiores χυμάτιον vocarunt, quod copiose, & abundanter, effluat, & χύδην manaret, magnaque mole circa imam arboris consideret. Χύδην enim copiam denotat. Hesychius. Χύδην κεχυμένος, ἄθρόως, εἰκῇ, σωρηδὸν, δαψιλῶς. Hinc χυδαῖος, *quod passim & trivialiter abundat.* Alterum genus καλαμίτην vocarunt antiquiores (de nominis etymo paulo inferius agam.) Recentiores Græci ἄσπρον, quod pallidum ex hoc genere esset optimum. Ἄσπρον enim idem quod λευκὸν, ἀργόν. Lexicon græcobarbarum Ἄσπρον, δηνάριον, λευκόν. id est, *asprum nummi genus denarium dictum, & album significat.* Idem glossæ ἄσπρον, λευκὸν, candidum. καλαμίτην, & ἄσπρον, eundem esse styracem ex Neophyto probatur, apud quem legitur καλαμίτης ὁ ἄσπρος στύραξ. Ἄσπρον etiam dictum potuit esse storacis hoc genus, quasi ἄσπορον, quod furfurum aut serramentorum nihil haberet, sed purum esset, prius etymon magis arridet. Utriusque styracis meminit Ætius tetra bib. 4. serm. 4. cap. CCXII. in confectione muscati, qualis parabatur, à quodā Orientis comite. Ἄσπρα στύρακος οὐγκίας β' χυματίου στυρακίου οὐγκίας ε'. At idem in compositione μοσχάτου τοῦ ἐν ἐκκλησίᾳ κρατιζομένου, sic habet, Στύρακος χυματίου λίτρας ΙΣ, ἄσπρου λίτρας γ. Interpres χυματίου, *liquidi*, minus recte vertit. χυμάτιον, ut supra dixi, dicitur non quod liquidus sit storax; sed magna cum copia effluat. Ad illud etiam attendendum, cur in priori compositione electi χυματίου præscribat. Hoc jam ex Strabone patet, qui impurum styracem duplicem dixit, alium adulteratum, alium impurum quidem, sed qualis ex arbore manavit. Hunc χυμάτιον στυράκιον vocat, Officinæ χυμάτιον vulgo. Hujus duo genera, alterum aliquo modo, pingue, alterum siccum omnino ac adulteratū. Quale describit Dioscorides styracem in massa vocant. Ἄσπρον styracem in granis appellant, hujus duo etiam genera, quorum vulgare ruffum, quale Dioscorides describit, alterum gummi instar, translucens. Sed hoc genus perquam rarissimè reperitur, dono nobis hujus quædam grana dedit diligentiss. seplasiarius Petrus Dommerus. Utrumque genus Isiodorus observasse videtur. Confundit tamen, cum dicit: *Distillatio ejus in terram cadens munda non est, sed cum proprii corticis scrobe servatur, illa autem, quæ virgis & calamis inhæserit, munda & albida, deinde fulva fit solis causa, & ipsa storax calamites, pinguis, resinosa, odoris jucunda, humecta, & veluti melleum humorem emittens.* Restat verba examinemus Dioscoridis. Præfertur inquit ξανθὸς Plinius lib. XII. cap. XXV. *Color in quacunque natione* (id est, quacunque in regione colligatur) *præfertur ruffus & pinguiter lautus.* De voce ξανθὸς satis superque egi. Styrax quem officinæ in granis vocant, ruffus est, & talem legitimum ex Galeno lib. I. κατὰ γένη probatur. Verba vide infra. Ex eodē jam citato loco constat λιπαρὸν, *pinguem* legendum, uti vulgati codices habent. In Aldino codice ῥυπαρὸς; id est, *sordidus* legitur. Talis est styrax in massa. Vulgatam lectionem defendunt Ætius & Oribasius. Storax hic præterea debet esse resinosus, albicantibus grumis, quam diutissimè in sua odoris gratia permanens, quique dum mollitur subigiturq; melleam quandam humiditatem ex se remittit. Hæ omnes notæ, in styrace, vulgo in granis dicto, reperiuntur. Recte melleum dixit, expressus enim liquor ex hoc storace mellis naturam habet, dum adhuc liquidus est. Mox enim durescit, ac clarus, splendens, translucensque fit. Hoc styracis humore, diligentiores pharmacopœi, in Theriaces compo-

compositione, utuntur. Effari nequit, quam gratus huic odor, quem ad mensem unum alterumve servat; demum remittit. Non enim tam diu odoris bonitatem, ac qui non expressus est, servat; ut qui in partibus adeo solidis ac densis non continetur, facilius igitur difflatur. Falluntur, qui storacem liquidum Officinarum, melleum illum liquorem esse putant. Non vult Dioscorides duo styracis esse genera, alterum liquidius, alterumque concretum instar gummi, utrumque concretum vult. Sed ex altero quod plurimum adfertur exprimi melleum humorem, qualem jam diximus. Primum styracis genus, quod ξανθὸν dicit, si liquidum esset, non foret albicantibus grumis, nec ea quæ molliuntur subiguntur que, ut melleum emittant humorem, humida sunt, sed sicca & concreta. Nec quod vulgo styracem liquidum vocant, melleus ille est humor, ex styrace hoc ξανθῷ expressus, Vili enim pretio emitur, cum ille styrace ipso pretiosior esset, præter rationem enim est, residuum optimo & extracto pretiosius cariusve esse. Storax liquidus, de vulgari sic dicto loquor, venditur ad summum, quatuor solidis, cum pessimus storax, qualis, qui in massa 16, optimus in granis 24 & 30 venditur solidis. Storax vulgaris liquidus quid sit, dicam. Exprimitur ex recentibus styracis arboris corticibus, admixto oleo, ingentibus torcularibus, ut referunt, qui Asiam minorem, & Ægyptum peragrarunt, quibus in regionibus exprimi cortices hi solent. Expressos cortices officinæ nonnullæ Germaniæ, etiam Bataviæ storacem rubram appellant, Itali tegname vocant. Siculis & Calabris busuri dicitur. Bellonius à Græcis mauro capno nominari auctor est. Optimus, inquit Dioscorides Catabalites, itemque Pisidiacus, Cilicius. Depravatum volunt codicem. Corrigunt καλαμίτης. Atqui non designat Dioscorides nomen, sed regionem locumque, in quo nascitur styrax; quod quæ sequuntur satis ostendunt. Quod autem Galenus storacis genus quoddam calamitem vocat, nihil facit ad rem. Nam, ut dixi, non agit de nomine, sed natali solo Dioscorides lego γαβαλίτης. Sic Plinius loco citato: *Proxima Iudææ Syria, supra Phœnicem styracem gignit, circa Gabala, & Marathunta, & Casium Seleuciæ montem.* Gabala, inquit Plinius lib. v. cap, xx. Promontorium in Ora Syriæ, in quo sita est Laodycea, libera civitas. Ptolemæo vero, lib. v. cap. xv. & Straboni lib. vi. Syriæ urbs est. Pisidia est regio minoris Asiæ, inter Lycaoniam & Isauriam, cujus populi Pisidæ dicuntur. Constantinus de Provinc. Orient. Τὸ νῦν ἀνατολικὸν καλούμενον θέμα. (Græci infimi, sive recentiores Asiam minorem, orientalem vocant Provinciam) ὑπὸ πέντε ἐθνῶν κατοικεῖται, Φρυγῶν, Λυκαόνων, Ἰσαύρων, Παμφύλων Πισιδῶν. *Quæ nunc orientalis dicitur provincia; è quinque gentibus constat Phrygiis, Lycaoniis, Isauris, Pamphylis, Pisidis.* Hæc addidi, ut Tralliani locus lib. vii. cap. xli. facilius intelligi possit. Στύρακος Ἰσαυρικοῦ, ἀλόης ἡπατίτιδος ἀνὰ οὐγ. γ. *Styracis Isaurici, aloës hepaticæ singulorum uncios tres.* Plinius lib. xii. cap. xxv. *Styrax laudatur, post supra dicta ex Pisidia, Sidone, Cypro, Cilicia, Creta minime, ex Amano Syriæ medicis, sed unguentariis magis.* Dicit minime laudari medicis, qui ex Amano Syriæ veniebat, sed unguentariis magis; quia fortassis magis succosus, ac resinosus, ideoque unguentis, & χρίσμασι utilior Idem Plinius cap. xvii. *Ex Syria revehunt styracem, acri odore ejus in focis abigentes suorum fastigium. Cætero non alia ligni genera sunt in usu, quam odorata, cibosque Sabæi coquunt Thuris ligno, alii myrrhæ oppidorum vicorumque non alia, quam ex aris, fumo atque nidore. Ad hunc ergo sanandum urunt styracem in pellibus hircinis, sufficiuntque tecta, adeo nulla est voluptas, quæ non assiduitate sui pariat fastidium. Eundem ad serpentes fugandas, utuntur, in odoriferis sylvis frequentissimas.* Græci, ex quibus hæc habet Plinius, styracis mentionem faciunt nullam: Diodorus Siculus lib. 3. bibl. Ἴδιον δὲ τι παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις συμβαίνει περὶ τὰς ἐσθενηκότας ὑπὸ μακρᾶς νόσου τὰ σώματα. διαπνεομένου γὰρ τοῦ σώματος ὑπὸ ἀκράτου, καὶ τμητικῆς φύσεως, καὶ τῆς συγκρίσεως τῶν ὄγκων εἰς ἀραίωμα συναγομένης, ἔκλυσις ἐπακολουθεῖ δυσβοήθητος διόπερ τοῖς τοιούτοις ἄσφαλτον παραθυμιῶσι, καὶ τράγου πώγωνα, ταῖς ἐναντίαις φύσεσι καταμαχόμενοι τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐωδίας. *Singulare quid incolis longo debilitatis morbo accidit. Nam quia immoderata penetrandi vis corpus perflat, & concretionem partium ad laxitatem redigit, difficulter curabilis tandem exsolutio consequitur. Id circo bitumine, hircique barba suffitum ægris faciunt, ut nimias fragrantiæ vires, contrarii odoris natura expugnent.* Strabo lib. xvi. καρώμενοι δὲ ὑπὸ τῶν εὐωδιῶν, λύουσι τὸν κάρον, ἀσφάλτου θυμιάματι, καὶ τράγου πώγωνος. *Vbi fragrantia caron* (est genus soporis stupidi) *induxit, bituminis suffitu, & hirci barba eum abigunt.* Omnes hæc ex Agatharcide habent, apud quem legitur, τοῦ μὲν πολλὰ καὶ πειθὼν οὐ δύνανται τὴν ζωὴν παιδαγωγεῖν παραπλησίως εὐσταθῆ, διαπνεομένου τοῦ σώματος ὑπὸ ἀκράτου καὶ τμητικῆς δυνάμεως, καὶ τὴν σύμμετρον πύκνωσιν ἐπιπλεονάζεσης, ὥστε ἔκλυσιν ἐσχάτην. τότε δὴ ἀσφάλτου βραχὺ παραθυμιῶντες καὶ τράγου πώγωνα τοῖς τοιούτοις ἀφαιροῦντα τὴν ἀγανιώδη τῆς ἀποφορᾶς ὑπερβολήν. *Verum tamen cum non ita informare, regereque vitam possunt, ut in bono semper statu permaneant (immistus enim spiritus facultate incisoria corpus perflatum & constipationem ejus moderatam sic in plura deducit, ut ad extremam tandem laxationem redigatur) huic vitio, ut medeantur, pauxillum bituminis, & hirci barbam ægrotis succendunt, atque ita, nimium flagrantiæ perpetuo exspirantis excessum, amoliuntur.* καὶ τῇ μίξει τοῦ δοκοῦντος λυπεῖν τὸ τῆς βλάβης ὑποκαθέλκουσιν, *& quod voluptati noxium est, attemperatione ejus, quod molestum huic esse videtur, reprimunt.* Nota diversam hic lectionem. In nonnullis enim codicibus legitur, ἀποφορᾶς. in aliis ἐπιφορᾶς. Priorem sequitur Diodorus, posteriorem Artemidorus apud Strabonem. Differt enim Strabo ab Agatharchide, & Diodoro, quod morbum soporiferum ex odoribus contrahi dicat, illi vero spiritus sive corporis resolutionem inde fieri scribant, quod verisimilius est, aromata enim maxima discutiendi, resolvendique vi prædita sunt. Sed quia caput vaporibus replent, non mirum si ex vaporibus illis caron morbus soporiferus fiat, cui medetur bitumen, quod fœtidum valde est, & notus est ille Aphorismus, contraria contrariorum sunt remedia. Videamus verba Plinii, styracem inquit ex Syria revehi, ac accendi ab Arabibus sive Sabæis, ut hujus cum pellibus hircinis, usti odore, abigant suorum fastidium, hoc est Thuris & myrrhæ, qui licet suavissimi ac jucundissimi, propter nimis tamen frequentem, & assiduum usum, pariunt fastidium Arabibus, varietas enim facit delectum, voluptatemque rarior commendat usus, itaque odore peregrini & inusitati satisque ingrati, ac gravis (talis enim pelles exhibent hircini) eum abstergunt odorem, atqui Græci non inde, Arabes fastidium pati tantum scribunt, sed morbos & resolutiones, ut inquit Diodorus & Agatharchides curatu difficiles, & periculosos. ἔκλυσιν inquit, Agatharchides ἐσχάτην. Diodorus ἔκλυσις ἐπακολουθεῖ δυσβοήθητος. Forte Plinius hæc habet ex his Agatharcidis verbis: παρ᾽ αὐτοῖς δὲ τοῖς σεβαίοις ἡ μὲν ὀσμὴ τῶν εὐωδῶν ἀκροτάτη, ἡ δὲ χάρις ἐλλιπής, τὸ γὰρ ἐνδελεχὲς, ἐκνηπίου, κινεῖ μὲν ἧττον αἴσθησιν, ἀμβλυτέραν δὲ καθιστάναι [illegible] μεταβολῆς τοῖς βίοις, οὐκ ἐπικειμένης. *Apud Sabæos stirpium fragrantium quidam odor summus est, sed voluptas minor. Nam quod ab ipsa infantia assiduum est minus quidem lædit afficitque sensus, sed obtusiores reddit nulla vitæ commutatione adjuncta.* Forte inquam ex verbis dictis id habuit Plinius, confundit tamen res duas. Nam Arabes dicit urere styracem in pellibus hircinis, ad sanandum suorum odorum fastidium, cum styracem tantum incenderent ad pellendum fastidium: hircinis vero pellibus uterentur ad morbos sanandos. Ipse Plinius eodem capite: *Peregrinos ipsa mire odores & ad exteros petit, tanta mortalibus suarum rerum satietas est, & alienarum aviditas.* Hunc locum Plinii minus feliciter exscripsit Salinus: *Arabes sarmentis ejus* (myrrhæ) *ignes fovent, quorum fumo satis noxio, nisi odore cremati storacis occurrant, plerumque insanabiles morbos contrahunt.* Falsum est quod scribit, solius storacis odore occurri insanabiles hos morbos. Immo odore storacis malum ingravesceret, Suaveolens enim est storax, & contrarium fœtidus, gravis ingratusque odor morbum hunc prohibet pellitq;, nec Plinius solo odore styracis malũ hoc curari prodidit. Quantum ego ex his colligere possum, res ita se habet. Arabes styracem urebant ad tollendum fastidium eorum odorum, quibus regio scatebat, ut Turis, myrrhæ, &c. Morbis autem quos contrahebant ex abundantia ac vehementia bonorum odorum, sive sopor stupidus, sive spirituum defectio, resolutioque erat, occurrebant malis odoribus, bitumine, pelle vel barba hircina. Ad Dioscoridem revertor, hic deteriorem styracem inquit nigrum, friabilem ac furfurosum. Plinius loco citato: *Deterior furfurosus & cano situ obductus.* Græci Dioscoridis, codices variant; Alii enim ψαθυρὸς, alii ψαφαρὸς, non magno

gno discrimine: Utrumque enim friabilis exponi potest, vel ut Plinius: *cano situ obductus*. Prius tamen siccitatem majorem significare videtur. Dicitur enim quasi ψαθυρὸς arenæ conditioni similis. Pergit Dioscorides: *Invenitur & lachryma gummi similis, translucida, myrhæ æmula, verum hæc perpauca nascitur*. Hoc genus dixi ab antiquis vocari calamitem, recentioribus asprum. Item hoc styracis genus Galenus lib. IX. cap. III. κατὰ γένη describit. Καὶ γὰρ καὶ τούτων δραστικώτατος ὁ κατὰ τὴν χρόαν ὠχρὸς, ὥσπερ καὶ κάλλιστος ἐν Παμφυλίᾳ γεννᾶται, ὁ δὲ ἐπὶ τὸ φαιότερον ἀποκεχωρηκὼς, τὸ δὲ πανταχοῦ γεννᾶται, καὶ τῇ δυνάμει πολὺ τὸ κατὰ τὸ ὠχρὸν ἀπολείπεται. ῥέπει δ' ἐν καὶ ἔτος αὐτὸς ἐν τῷ χρονίζειν ἐπὶ τὸ χρυσίζον χρῶμα. τούτῳ μὲν ἐν εἰς τὰς ἀντιδότους χρώμεθα, διὰ τὸ σπανίζειν, ὥστε αὐτοκράτορι γε σκευάζων, ὅπου διὰ σύμμικτος, ἀεὶ τούτῳ χρήσῃ, κἂν τῶν πλησίων τις ᾖ μεγαλόφρων εἰς δαπάνην φαρμάκων, κἀκείνῳ συνθήσεις ἐκ τοιούτου στύρακος τὸ φάρμακον. ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ τοῦ φαιοτέρου τὸν ἄριστον ἐκλέξῃ, τοῦτο ὀσμῇ κρίνων μάλιστα, καὶ τῇ χρόᾳ, φαυλότερος γὰρ ὁ μελάντερος. *Siquidem horum efficacissimus est colore pallidus, qui etiam optimus in Pamphylia nascitur. Qui verò magis hoc fuscus est ubique provenit, potentia multo pallidiore inferior, at temporis processu, & ipse aureum coloremacquirit. Hoc itaque priore inquam in antidotis propter caritatem utimur, ac tu propterea principi, quodcunque ex styrace præparant, semper hoc uteris. Item si familiarium quis in pharmacorum sumptibus magnificus existat, illi quoque ex hujusmodi styrace medicamentum: in aliis optimum ex fusco genere deliges, & odore potissimum & judicio judicium ejus sumens. nam niger deterior est.* Idem lib. I. de antidotis cap. 14. Στύραξ δὲ, δῆλον ὅτι τοῦ ἐν τοῖς καλάμοις (lege δηλονότι τοῦ ἐν καλάμοις ita ut idem, ac si scripsisset δηλονότι τοῦ καλαμίτου, φερόμενον ἐκ Παμφυλίας. Sic paulo infra τὸ θλάσπι τὸ ἀπὸ καππαδοκίας φερόμενον Thlaspi, quod ex creta adfertur. Item paulo posteri: Ὅτι οὐχ ἁπλῶς τὸ ἀπὸ καππαδοκίας φερόμενον κράτιστόν ἐστι, *non absolute quod è cappadocia adfertur optimum*) φερόμενος ἐκ Παμφυλίας ἐμβάλλειν προσήκει, ὀλιγοστὸν γινόμενον, καὶ τοσοῦτο διαφέροντα τοῦ πολλοῦ τούτου στύρακος, ὅσον ὁ Φαλερῖνος οἶνος τοῦ παρὰ τοῖς καπήλοις πωλουμένου, λαμβάνειν δὲ αὐτὸν χρὴ τὸν ὠχρότατον, εὔδηλον δ' ὅτι καὶ κατ' ὀσμὴν αὐτὸς ἐστιν ἰσχυρότατος, καὶ κατὰ γεῦσιν οὐδὲν ἧττον. manifestum insuper est. *Styracem calamis adnatũ qui ex Pamphylia adportatur Andromachum præcipere, pereniguus autem illic styrax nascitur, tantumque ab hoc vulgari distat, quantum à vino quod in tabernis venditur falernum. Accipere vero oportet styracem maxime pallidum, quem & odorem & saporem quoque habere vehementissimum perspicuum est*. Quæ supra ex Strabone, Isiodoro, aliisque attuli, satis probant, *circa calamos concretum*, legendum esse, Meminit hujus Plinius lib. XII, cap. XXV. *Exit & in Pamphilia, sed acrior* (sic manuscripti codices, quam lectionem probat locus Galeni citatus, vulgo *aridior* legitur, quod corruptum) *minusque succosus*. student frustra viri Docti Galenum & Dioscoridem conciliare, cum non dissentiant. Nam Dioscorides; cum ruffum eligendum docet, loquitur de vulgari contra pallidissimum cum Galeneus, intelligit pretiosum. Vide & examina quæ lib. VII, κατὰ γένη dicat. Errant quoque qui styracem hunc pretiosum liquidum putant; quia, ut depravata lectio habet, in calamis adferretur; cum satis clarè Strabo & Isiodorus dicant trunco adhærere, & Dioscorides gummi similem esse. Vulgo solet responderi, calamitem dici, quod in calamis reconderetur, ut cætera olim aromata, ne exspiraret & vires amitteret; Vide cap. XVI. lib. IIII. hist. ubi Theophrastus dictamuum interclusum, ne vis exspiraret, ex Creta in Græciam allatum scribit. Calamites dicitur quod circa virgas, ramulosve arboris concrescit, & in iisdem adfertur: nec ex Galeni loco, lib. XIV. meth. cap. IIII. quicquam probatur Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ στύραξ ὁ ὑγρότερος τοῦ ἀμείνων τοῦ ξηροῦ, *qui humentior est, sicco utilior est*. Intelligit qui magis resinosus & pinguis est, plus mellei emittis humoris. Et hic melior est, sicco & friabili. Σμυρνίζων hoc genus inquit, id est, *myrrham referens*. Nescio cur vertant Docti interpretes odore myrthæ quasi substantia, calore, sapore aut alia re, quam odore non possit myrrhæ similis esse splendore transparentiaque myrrham æmulatur. Hactenus Dioscorides de laudabili, nunc de adulterata agit. Adulteratur, inquit, arboris ipsius scobe, quæ vermiculorum erosione facta fuit, admisto melle, & iridis crassamento, & quibusdam aliis. Tale est storacis genus, quod ad nos adfertur pessimum, & siccum admodum, in quo plus ferramenti quam lachrymæ, vel æqualis portio. Nonnulli quoque ceram aut adipem, aromatis imbutum, ad solem acerrimum, una cum styrace subigunt, & per colum latis foraminibus pervium in aquam frigidam, quasi vermiculos effingentes exprimunt & venundant. Styracem hunc ideo scoleritem, quasi vermiculatum cognominant: atque imperiti tanquam sincerum admittunt, non attendentes ad insignem odoris vehementiam. Est autem admodum acris, qui fraudis expers est. Plinius adulterari quidem scribit; sed effingi in vermiculorum formam non tradit, *Adulteratur*, inquit, *cedri resina vel gummi, alias melle aut amygdalis amaris; omniaque ea deprebenduntur gustu*.

Νάρτη. Quid sit ignoro. Nec Plinius ejus meminit lib. XIII. cap. secundo. ubi locum hunc exscribere videtur. *Ergo regale unguentum appellatum, quoniam Parthorum regibus ita temperatur. Constat myrobalano, costo, amomo, cinnamomo, comaco, cardamomo, nardi spica, maro, myrrha, casia, styrace, ladano, opobalsamo, calamo, juncoque Syrio, œnanthe, malobatro, sarychato, cypero, aspalato, panace, croco, cypro, amaraco, colato mello, vino*. Nartes mentio nulla; contra myrobalani, malobathri, sarichati, &c. Sarichatum quid sit ignoro. Puto scripsisse Theophrastum νάρκαφθον, Hoc in aromatibus & suffumigiis locum habuit. Proximeque ad vulgatam lectionem accedit. De hoc, uti & malobathro non nihil dicendum erit. Primum de malobathro, μαλόβαθρον sive μαλάβαθρον Græcis κατ' ἐξοχὴν φύλλον dicitur. Plutarchus in tractatu an bruta ratione utantur. Τἄλλα δ' οὐκ ἐνοχλεῖ καθάπερ ὑμῖν, τὰ θυμιάματα, καὶ νάρδους, καὶ φύλλα, καὶ καλάμους ἀραβικούς. Gerponicῶν auct. lib. 7. cap. 17. φύλλον σφαιρίον ἕν. εὐωδίαν γὰρ παρέχει. *Folii pilulam unam, hoc bonum odorem conciliat*. Latini etiam per excellentiam folium vocarunt, Ovidius lib. v. Tristat.

Ossaqui cum foliis, & amomi pulvere conde,
Inde suburbano condita pone sola.

Folii, φύλλον τι nomine intelligunt malobathrum. Alii φύλλον μαλαβαθρον appellare malunt. Galenus lib. VI. simpl. Μαλαβάθρου φύλλον νάρδου στάχυϊ παραπλήσιόν ἐστι τὴν δύναμιν. Idem Ætius Andromachus in compos. Theriaces.

Μαλαβάθρου καλὰ φύλλα, καὶ ὀπταλέην καλαμίνθην.

Idem in comp. Hedichroi.

Σμύρνης τ' ἐξ δραχμαὶ καὶ φύλλου μαλαβάθροιο.

Idem Ætius lib. 2. Μαλαβάθρου φύλλον καλόν ἐστι τὸ πρόσφατον. Græci recentiores modò φύλλον absolutè modò φύλλον ἰνδικὸν scribunt. Glossæ medicæ μαλάβαθρον, φύλλον Ἰνδικὸν, Quod nomen passim à seplasiariis audit, An φύλλον Ἰνδικὸν, & μαλάβαθρον idem sit, ad finem capitis examinabimur. Isiodorus herbam paradisi vocat. Fertur, inquit, esse paradisi herba, gustu nardum referens. Nomen illud accepit ab excellenti odore. Plautus in curculione: *petalion* vocat.

Tu stacte, tu cinnamon, tu rosa es
Tu crocum, tu casia es, tu petalion.

Petalion à Græco πέταλον quod *folium* significat. Ætium lib. VII. cap. XCVIII (in Græco Codice) & cap. CXXII. lib. XVI. φύλλον σκυλμάτος vocasse, doctiorum est opinio. Πορφύρας κεκαυμένης ἀνὰ γο γ', φύλλον σκύλματος γο α'. Probant hanc suam sententiam, quod locis citatis, tam præcedentibus, quàm sequentibus medicamentis ingrediatur φύλλον, simpliciter quo scribatur φύλλον. ut non aliud per σκύλματος φύλλον velle videatur, quam ipsum malabathri folium. In tanta obscuritate nihil concludo. Describitur à Dioscoride lib. I. cap. XI. Μαλάβαθρον ἔνιοι ὑπολαμβάνουσι εἶναι τὸ Ἰνδικῆς νάρδου φύλλον· Πλανώμενοι, ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ὀσμὴν ἐμφερείας (Ald. Codex πολλοῖς γάρ εἰσιν ὀσμὴ νάρδου εἰς τὸ φοδ.) πολλὰ γάρ ἐστιν ὅμοια τῇ ὀσμῇ νάρδῳ ὡς τὸ ψοδ ἀσσαρον ἦρις (Lon. Cod. ἀσσαρτήρις. Ald. ἀντὶ τοῦ ἦρις ἶρις) οὐκ ἔχει (Al. ἔνι) δὲ οὕτως. Ἴδιον γάρ ἐστι γένος φυόμενον ἐν τοῖς ἰνδικοῖς τέλμασι, φύλλον ὂν ἐπινηχόμενον τῷ ὕδατι, καθάπερ ὁ ἐπὶ τῶν τελμάτων φακός, ῥίζαν οὐκ ἔχον. ὅπερ συλλέξαντες, εὐθέως διαπείρουσι λίνῳ, καὶ ξηράναντες ἀποτίθενται. Φασὶ δὲ τοῦ θερείας ἀναξηρανθέντος τοῦ ὕδατος, καίεσθαι, φρυγάνοις τὴν γῆν. Μὴ γινομένου γὰρ τούτου μηκέτι φύεσθαι. ἔστι δὲ καλὸν τὸ πρόσφατον, καὶ ὑπόλευκον ἐν μελανίζειν (quidam μελανίζοντι ἄθραυστον καὶ) ἄθραυστον καὶ ὁλόκληρον, πληκτικὸν τῇ ὀσμῇ, καὶ ἐπιδιαμένον τῇ εὐωδίᾳ, ναρδίζον (Ald. νάρδου, alias, si tacunæ credimus ναρδίζον δὲ καὶ τῇ γεύσει μὴ) δὲ τῇ γεύσει. τὸ δὲ ἢ ἀραιὸν καὶ τὸ

λεπτικώτατον

κατανοήσαντες, ἐνεχθέντες ἐχῶ τῆς ὀσφρήσεως, φαῦλοι. Id est, *Malabathrum nonnulli nardi Indicæ folium esse arbitrantur, odoris quadam cognatione decepti. Sunt enim multa odore nardo similia; veluti, phu, asarum, nerii: secus autem se res habet. Etenim peculiare genus est, quod in paludibus Indicis gignitur. Folium, id est, quod lentis palustris modo aquæ innatat, nulla fultum radice, id ipsum collectum, statim lino trajicitur, siccatumque reconditur. Ajunt & aqua per æstivos ardores exsiccata, cremiis fomitibusque aridis terram peruri: atque id nisi fiat, non amplius renasci. Laudatur recens, & in nigrore quodam albicans, minimè fragile, integrum, nares odore feriens, illiusque suavitate diutius implens, nardo sapore simile, nullo salis gustu: infirmum vero & minutatim concisum, quodque recepta vetustatis carie situm quasi redolet, vitiosum est.* Tria hic consideranda. Primò error eorum qui malabathrum nardi folium existimarunt. Deinde quomodo nascatur hoc folium, & quæ recentiorum de mirabili hujus nascendi modo, opinio. Demum forma faciesque. Quod ad primum, rectè olim cecinit Cato. Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum. Ipse Dioscorides ab hoc non immunis errore, vide lib. 2. cap. x. de onychi.

Ἐν ὀλκαῖς ἐν τῇ Ἰνδίᾳ ἐν ταῖς ναρδοφόροις λίμναις. Διὸ καὶ ἀρωματίζει νεμομένων τῶν κογχυλίων τὴν νάρδον· συλλέγεται δὲ ὕστερον, ὑπὸ τῶν αὐχμῶν ἀναξηρανθεισῶν τῶν λιμνῶν. *Is in lacubus nardiferis Indiæ reperitur: quapropter & conchyliis nardū depascentibus odoramenta resipit. Colligitur vero posteaquam æstivū squaloribus lacus inaruerunt.* Hæc de malabathro scripsit. Non enim nardus in paludibus, sed malabathrum provenit. Nec hæc de nardo gangite intelligi possunt: nam nardus gangites, non in ipsis paludibus, uti malabathrum, sed apud Indiæ fluminis ripam nascitur. Eodem in errore Plinium reperio. lib. & cap. XII. *Pretium spicæ in libras x. c. Folia divisere annonam:* (sic cum antiquo codice legi monent Pintianus & Salmasius) *ab amplitudine hadrosphærum vocatur majoribus foliis. XXXX. quod minore folio est Mesosphærum appellatur; emitur x.* (id est denariis) *LX. Laudatissimum microsphærum è minimis folium: pretium ejus x. LXXV. Odoris gratia omnibus major recentibus. Nardo colore qui inveteraverit.* Hæc Peripli auctor tradit de malabathro: verba paulo infra adferam; ubi etiam hunc locum corruptum Plinij examinabo. In India nasci scribit Dioscorides. Horatius tamen Syriacum vocat lib. 2. carm. oda. VII. ubi caput malabathro coronatum refert.

> *Pompei meorum prime sodalium,*
> *Cum quo morantem sæpe diem mero*
> *Fregi, coronatus nitentes*
> *Malobathro Syrio capillos.*

Non à solo natali Syrium dicitur, sed quod ex India in Syriam, ex Syria Romam deportaretur. Sic calamum aromaticum Romani Alexandrinum dixere, quia ex Ægypto habebant, per Alexandrinum cataplum, sic ῥῖον βαρβαρικὸν hodie vocatur, quod a Sinensibus in Indiam, ex India per sinum Barbaricum in Arabiam, Syriam, aliasque Europæ regiones invehatur. Errat Plinius cùm lib. 2. cap. XXVI. scribit. *Dat & malobathrum Syria arborem folio convoluto, &c.* In Indiis, ut Dioscorides scribit, provenit, in paludibus, lentis palustris modo aquæ innatans, quod idem etiam Plinius loco citato scribit; *Laudatius tamen ex India venit; in paludibus ibi gigni tradunt, lentis modo, odoratius.* Hunc nascendi mirabilem modum rident Neoterici. Scal. de subtil. Exerc. 140. *Nam de malobathro veteres somniarunt; qui enim universas Indias penetramus hodie nusquam folium illud mirabile compertum habemus.* Idem exerc. 146. *An vero hoc sit malobathrum antiquorum? Ad hoc non respondebo. Quia mendaces Græci, folium Indum in aqua natare palustri, sine radice prodidere. Cujusmodi toto Indiæ orbe nullum compertum est.* Quærunt adversariorum auctores, *an malabathrum fuerit Dioscoridi cognitum? Deinde qui possit fieri, ullum ut sit folium, non modo sine caulis adminiculo, sed etiam sine radice, id est sine ore: & tamen solitum sit filo trajici, quia odorum, magnum, crassum, & humentis naturæ: ideò solitum filo transui ad siccandum. Quare satius sit de illo fateri, nos nescire, quam de priscis minus bene sentire, aut à nuperis parum gratiæ inire.* Veteres novisse malabathrum ex eo constat, quod odorem saporemque describant. Ad alterum respondetur, mercatores veteribus Botanicis imposuisse, idque non malitia, sed ignorantia. Etenim cum viderent innatare paludibus folia, ea sine radice esse judicarunt: Forte, quod radix parva & exigua admodum sit, & quod reperiuntur rei botanicæ ignari, qui potamogeton sine radice vivere existimant. Eodem etiam modo cùm paludibus malabathrum innasci conspicerent, imaginati sunt; radice carere, nec de veritate solliciti admodum inquirere solent. Vel sine radice vivere scripserunt, quod tenuis & exilis ea sit, nulliusque usus. Sic Dioscorides lib. 4. cap. 187 στοιχήν sine radice vivere scribit. vide cap. 9. lib. 4. hist. Quod non amplius advehatur, id fieri purò indigenarum culpa, uti Balsamum quandoque in Ægypto deperditū, Malabathrum enim non renasci tradunt, nisi siccatis æstivo fervore aquis, humus aridis cremiis fomitibusque peruratur, quod cùm à natura fortè jam diù non sit factum, vel ab indigenis omissum, ob eorum negligentiam, facile evenire potuit, ut malabathri genus deperditum sit. Quod a nemine reperiatur, fit, quod nemo herbarum peritus eo proficiscitur. Quod Garcias non viderit, id accidit, vel quod non fuerit eo tempore in India, quo siccatus æstivo——peruſtus fuit. Vel quod totam non peragrarit Indiam. Porro reprehendendus Scaliger, quod paulo acrius & immodestius in antiquum scriptorem egerit. Non enim convitiis, vanisque contentionibus veteres sunt reprehendendi; præsertim is qui optime de re botanica meruit, ac in ea ceteris anteferendus. Considerari magis oportet, an sit proprius auctoris lapsus, an interpretis, an alterius cujuspiam, qui vel auctoris libris quid addidit, uti hoc in Dioscoride non semel factum fuisse notum est, sic fortasse & hoc loco: nam ea quæ de natali malabathri hoc capite scripta sunt, in Oribasio non reperiantur, apud quem scribitur μαλαβάθρου φύλλον κάλλιστον ἐστι τὸ ἀσόφατον. Quod non leve est argumentum hæc accrevisse, quod tamen affirmare non ausim. Ἐν τοῖς inquit Dioscorides πέλμασι. Isidorus πέμασι legisse videtur, Folium dictum quod sine ulla radice innatans, in Indiæ littoribus colligitur, quod lino perforatum, siccant Indi atque reponunt. Sic scripsisse Dioscoridem non sit verisimile. Quæ enim sequuntur, *lentis modo in palustribus nasci*, contrarium docent. *Id ipsum* inquit *collectum statim lino trajicitur.* Auctor Peripli non lino perforari ac trajici scribit, sed ipsis nervis sive fibris calamorum sive virgarum malabathri. Narrat hic quomodo malabathrum à Sesatis populis, qui finittimi sunt Cirradibus, apud quos teste Ptolomæo præstantissimum provenit malabathrum (Nolo multum contendere, an σῆσαι an βησάδαι, ut apud Ptolomæum legitur, dicantur) Verba Ptolomæi addo, ut probem eodem in loco nasci malabathrum; in quo Peripli auctor nasci scribit. Μεθ' οὓς ὑπὲρ τὸν μαιάνδρου κλάδαι, κηκλοῦσι δὲ ἔπως τὲς βησάδας. Εἰσὶ γὰρ κολοβοί, καὶ πλατεῖς καὶ δασεῖς, καὶ ἁπλῶς λευκοί μέτωπα τὰς ὄψεις, ὑπὲρ δὲ τὴν κιρραδίαν ἐν ᾗ φασὶ γίνεσθαι τὸ κάλλιστον μαλάβαθρον) in Indiam aliasque regiones deferatur: hos populos quotannis ad confinia Sinarum populabundos (non secus ac apud nos quos *Heidens*, Ethnicos vocant) vagari cum prole, & uxore, tegetibus vel sirpeis onustos, quæ foliis refertæ sunt, vitium folia referentibus ἀμπελίνοις), inquit, (σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις βαστάζοντες φορτία γ μεγάλα ἐν ταρπόναις, (sic correxit Doctissimus Salmasius) ἀμπελίνα ἀμπελίνα folia sunt vitium adhuc viridia, ξηραμπέλινα sicca, & arida) eas sirpeas sibi substernete dum in illis divertuntur regionibus. Ibi enim plures dies agere, ut ab incolis prædentur quodcunque possint, deinde ad suas sedes reverti. Postquam demigrarunt, Sinenses ad ea venire loca, strataque quæ relicta sunt colligere, malabathrique folia in globulis convolvere & complicare. Hinc Plinius loco citato *Dat & malabathrum Syria; arborem folio convoluto; arido colore.* Non errat Plinius, ut docti opinantur botanici, habet hoc ex Græcis, apud Æginetam. lib. 4. cap. 48. legitur φύλλον μαλαβάθρου σφαῖρα Geopon. auctor. lib. VI. cap. VI. φύλλον μαλαβάθρου (depravatè μαλαβάθρου in MS. μαλαθρον) σφαίρια, id est sive πῖνι. Idem Lib. XX. μαλαβάθρου φύλλον σφαίριον ἤ. σφαίριον quod instar pili globulique convoluta sint

 folia.

folia. Hinc facile colligi poteſt Plinii locum cap. & lib. XII. ſupra citatum depravatum eſſe, *ab amplitudine*, inquit *hadroſphærum vocatur majoribus foliis*. In exemplar: Salmant. pipulis ſcribitur. Toletano in *pipulis*. uti Doct. monet Pintianus. Toletani codicis lectionem probat doctiſſ. Salmaſius, qui in codice Palatino ſic etiam ſcribi auctor eſt. Pipula idē quod pilula. Et Gloſſ. pipula κηκίς. Non ineptè *pilulis* legi poſſet, Hadroſphœrum inquit vocatur quod majoribus; meſoſphærum, quod mediocribus, microſphærum, quod minimis conſtat pilulis. Hæc Plinius, ut ſupra dixi, De nardo. Peripli auctor de malabathro his verbis, Οἱ δὲ καρδηδοκηνοῦντες (ſic legit doctiſſ. Salmaſius, vulgo οἱ δὲ τηλῶνται δοκηνοῦντες) τότε παραγίνονται ἐν τοῖς τόποις, καὶ συλλέγουσι τὰ ἐκείνων ὑποστρώματα, καὶ ἐξινιάσαντες καλάμους τοὺς λεγομένους πέτρους ἐπὶ λεπτὸν ἐπιδιπλώσαντες τὰ φύλλα καὶ σφαιροειδῆ ποιοῦντες, διείρουσι (vulgo διχείρουσι) ταῖς ἀπὸ τῶν καλάμων ἴναις. Γίνεται δὲ γένη τρία. ἐκ μὲν τοῦ μείζονος φύλλου, τὸ ἁδρόσφαιρον μαλάβαθρον λεγόμενον. ἐκ δὲ τοῦ ὑποδεεστέρου τὸ μεσόσφαιρον. ἐκ δὲ τοῦ μικροτέρου τὸ μικρόσφαιρον. *Qui hæc obſervant, poſt illorum diſceſſum, ad loca illa accedentes. ſtrata illa colligunt, & ex calamis illis quos Petras appellant, nervis fibriſque extractis, & foliis in orbem convolutis & complicatu, fibris calamorum trajiciunt: tria genera fiunt; quod ex majore fit folio hadroſphærum malabathrum dicitur, quod ex mediocri meſoſphærum, quod ex minori microſphærum.* Tria ergo fiunt genera malabathri, ac deferuntur in Indiam, ab illis qui ea præparant & conficiunt. Eadem hæc Plinius de folio nardi; quod vel cum malabathro confundit, vel eorum errorem ſequitur, qui malabathrum nardi folium eſſe putarunt. Cæterum auctor hic fibris, non lino, ut ſcribit Dioſcorides, pilulas has tranſui ſcribit. Ex hoc etiam auctore lego διείρουσι λίνῳ, non ut vulgo διαπείρουσι. Διείρω verbum Dioſcoridi ſatis familiare. Lib. I. cap. I. de iridis radicibus. ὡς χρὴ μετὰ τὴν τομὴν ξηραίνεσθαι ἐν σκιᾷ καὶ διείραντα λίνῳ ἀποτίθεσθαι, Idem lib. V. cap. XXV. De aceto ſcillino καθάρας λευκὴν σκίλλαν καὶ κατατεμὼν καὶ διείρας λίνῳ. *Expurgatam ſcillam, quæ candida ſit, ſectaſque taleolas lino trajectas.* Apud Theophraſtum l. II. legitur διειρόντων τὰς μασχάλας, &c. Laudat Dioſcorides recens, & in nigrore quodam albicans. Plinius loco citato, *Laudatur nigricans ſcabrumque, quodam ſalis guſtu, minus probatur candidum, celerrime ſitum in vetuſtate ſentit. Sapor ejus nardo ſimilis eſſe debet ſub lingua, odor verò in vino ferveſacti antecedit alios.* Diſſentit à Dioſcoride Plinius, qui probat quod ex nigrore quodam albicat, etiam quod nullum ſalis guſtum præſe ferat, de ſapore mox. Doctiſſ. viri Dioſcoridis codicem depravatum putant, & corrigunt ὑπόλευκον ἐν τῷ μαλακίζεσθαι, id eſt, *ſubalbidum in molleſcendo*. Prior enim, inquiunt, textus, parum eſt ſenſu ſequaci & congruente, ſi enim dicamus, & in *nigreſcendo infragile, nec in partes diſcerptum*, quis erit ſenſus, & quæ rei natura? Siquidem nulla in colore cauſa eſt, cur quid magis minuſve frangatur, & in ſuis partibus integrum ſervetur. Accedit & illud, quod copula illa τε verbo ſubjecta alterius in ſermonem, membri veluti principium facit, quique in lectione Græcorum conſueverunt, facile in aliis hoc obſervare potuerunt. Quod niſi Plinius, Græcique, & Latini fere omnes, nigricantem malabathro colorem aſſignarent, confidentius & hoc loco vitium conteſtarentur. Unum invenerunt codicem, in quo legitur ἐν τῷ μαλακίζεσθαι ἄθραυστον καὶ ὁλόκληρον. Quorum verborum ſit ſenſus, & *in molleſcendo infragile, & in ſuis partibus integrum*, ut nihil de colore illic agatur, ſed de tenaci lentore, doceatque Dioſcorides probari Malabathrum, id quod recens & albidum ſit, quodque dum molleſcit, lentorem admiſit, tenaces vires tunc acquirat, fiatque infragile, & in ſuis partibus integrum ſervetur, quod in multis humor nativus, & accedens facit. Fiunt enim eo validiora & firmiora, quemadmodum contra areſcentia, ſiccaque franguntur, diſcerpuntur, friantur que facile. Vulgatam ſervo lectionem, quam Oribaſius ſecutus eſt, particula τε non reperitur in codicibus expreſſis, & ſuperfluum eſt. Verbum μελανίζειν, refero ad ὑπόλευκον, non ad ἄθραυστον; ut ſenſus ſit, in ſubalbido nigricare folium, id eſt ſubalbidum eſſe, ſed tamen in eo quid nigredinis apparere. Plinium & Dioſcoridem quidam conciliare conantur. Utrumque medium & ab utroque extremo diſcedente colorem aſſignaſſe malabathro, ac quoniam nullum eſſet ejus coloris nomen, alii ab hoc, alii ab altero extremo ſumpſerunt ejus indicationem, ſed hoc nobis non ſatisfacit. Plinius enim nigricans probat; damnat candicans, quod laudat Dioſcorides. *Nullo ſalis guſtu*, inquit Dioſcorides, contra Plinius; cujus lectionem Doctiſſ. probant. Nemo inquiunt ſalis guſtum habere dubitat, niſi quis forte ambigat quod in paludibus naſcatur. Quæ in paludibus naſcuntur ſalſa eſſe non ſolent, quare Dioſcoridis probo lectionem. Atque hæc de malabathro veteres. Examinandum erit an φύλλον *folium*, & μαλάβαθρον idem ſint. Hanc qui defendunt opinionem, utuntur hoc argumento, quod verſu Andromachi, aliiſque locis citatis, ſcribatur φύλλον μαλαβάθρου, uti etiam lib. IV. κατὰ τόπους cap. VII circa finem. Quod magni momenti nobis non videtur. Majoris ponderis eſt, quod apud Geoponicῶν auctorem modo μαλαβάθρου φύλλον σφαῖρον, modo φύλλου σφαῖρον reperiatur. Nec minoris valoris, quod apud Ætium lib. VII. legatur φύλλον (vulgo φύλλα) τὸ τοῦ μαλαβάθρου φύλλον. Contrariam qui defendunt opinionem, hæc fere dicunt, Quod apud Galenum in uno, eodemque unguento, unguenti malabathrini, & foliati fiat mentio. Uti in lib. κατὰ τόπους, & de ſanitate tuenda: ſed reſpondent, non inde concludi Malabathrum a folio diverſum eſſe, ſed diverſam fuiſſe hujuſmodi unguentorum compoſitionem, & ad differentiam alterum malabathrinum, alterum foliatum vocatum, Sic & ſampſuchini & amaracini confectionem docet Dioſcorides, cum amaracus & ſampſuchum eadem ſit planta. Addunt quod Actuarius in compoſitione Hedychroi folii & malabathri meminerit, illud in curia Librariorum factum eſſe reſpondent, alterumque è margine in textum perperam tranſlatum eſſe; idque docent, quod ab auctoribus alijs, qui eandem compoſitionem deſcripſere, omittatur. Nota Galenum bis de nerio agere vide lit. N. & R. Præterea, Galenus de utroque folio & malabathro in libr. ſimpl. med. facult. egit, & quidem lib. VII. De malabathro, ubi ait, Μαλαβάθρου φύλλον νάρδου στάχυϊ παραπλήσιον ἐστι τὴν δύναμιν; & lib. VIII. φύλλον μαλαβάθρου νάρδῳ παραπλήσιόν ἐστι τὴν δύναμιν. Verum ut fatear, ſuſpecta admodum hæc ſunt; alterum enim vel irrepſit, vel bis de una eademque re egit Galenus: utroque enim loco idem dicitur, ſive enim μαλάβαθρον φύλλον vel φύλλον μαλαβάθρου dicas, perinde eſt, quare hoc argumentum pro iis eſt qui contrariam defendunt ſententiam. In ſuper Dioſcorides lib. II. cap. XV viperam ori gratiorem inquit ſi immiſceatur ſpicæ nardi, folii, aut Malabathri momentum. Ἐνίοτε μιγνυμένου πρὸς εὐστομαχίαν αὐτοῖς ναρδοστάχυος ἢ φύλλου ἢ μαλαβάθρου βραχέος. Locus ſic aliter atque aliter in codicibus legitur. Vetus Codex habet ἢ μαλαβάθρου, ἢ φύλλου βραχέος. alter vero ἢ μαλαβάθρου φύλλου βραχέος. Et hæc quidem lectio pluribus locis citatis reſpondet. Denique auctor parvi Dynameri in compoſitione Hedychroi φύλλον ἰνδικὸν à malabathri folijs diſtinguit. φύλλων ἰνδικῶν γο γ. φύλλων μαλαβάθρου γο ϛʹ. ναρδοστάχυος γο ϛʹ. Depravatus eſt codex, quod ex compoſitione Hedychioi, quæ apud Græcos reliquos reperitur, conſtat. Legendum φύλλων Ἰνδικῶν ἤγουν φύλλων μαλαβάθρου γο ϛʹ. ναρδοστάχυος γο ϛʹ. Sed hac correctione non eſt opus, ſiquidem φύλλον Ἰνδικὸν in totum diverſum à malabathro, nec veteres φύλλου Ἰνδικοῦ meminere, recentiorum inventum eſt. Recentiores Græci, ex Arabum ſcriptis hujus mentionem faciunt, & cum folio veterum ſive Malabathro confundunt, paucis exceptis, inter quos parvi Dynameri auctor. Ad argumentum illorum qui malabathrum & folium idem volunt eſſe, reſponderi poteſt φύλλον μαλαβάθρου dixiſſe veteres, quod in malabathro pars præſtantior eſſet folium. Cæterum duo diverſa genera malabathri Plinium deſcribere, magis notum eſt, quam ut probari debeat: et enim malabathrum Syriacum arborem inquit eſſe, Indicum vero in paludibus naſci. Quod vulgo malabathrum & Indi folium ſeplaſiarii vocant, non eſt veterum malabathrum, odore & ſapore nardi

hoc

hoc caret, immo omni fere odore & sapore, nec ex candido nigrum, sed ex dilutiore colore viride, nec lino transuitur, sed collectum in fasciculos imponitur & venditur; nec est malabathrum arbor, quod non sit folio convoluto. Viri Doctissimi betre Indorum malabathrum arbore putant. Eodem enim fere modo præparatur quo Peripli scribit auctor Garcias lib. I. cap. 18. *Hic autem paratum, adeo suavis est saporis, orisque halitum adeo commendat sua fragrantia* (hoc de malabathro veteres) *ut perpetuo illud masticent opulentiores, tum etiam alii pro facultatum ratione.* —— *Sed quia betre venas habet aut costas, secundum folii longitudinem excurrentes, ungue pollicis* (quem ea de causa in acutū præsecant, non in rotundū nostro more) *illas eximunt. Dein admisto calcis momento* (quæ ob exiguam quantitatem, & materiam unde conflata est; fit enim ex ostreorum testis concrematis, nullum nocumentum adferre potest) *& areca contusa aut confracta, folium betre complicant, atque in os injectum mandunt, priorem illum succum exprimentes* (quod tamen nonnulli non faciunt) *qui cruentus videtur: deinde alia folia simili modo præparata subsequenter sumunt. Solent aliquem dimissuri, aut ipsi ab astantibus discedentes, his foliis præparatis plena bursula serica abeuntem honorare.* Videt lector eandem fere esse præparationem. Illud etiam notandum, quod Peripli auctor καρπους *Calamos, sive virgulas malabathri* vocari scribat. Hoc enim conflatum ex Indorum betre, ut inde constat Indorum betre esse malabathrū Arriani & Plinii. Ex betre factum bathron & inde malobathrum: præterea in littoribus reperitur, ubi Isiorodus inveniri malabathrum tradit. Garcias loco citato, *Nascitur betre in omnibus regionibus maritimis Lusitanis cognitis, nam in continenti non reperitur, nisi è maritimis allatum.* Et Hinc fortassis fabula sumpsit initium, quæ tradit malabathrum in India nasci. Accedit quod non suismet ipsis viribus nitatur ac surgat, sed adscitis arboribus sese applicat, & circumvolvit a quibus sustentatur. Describitur a Garcia his fere verbis: *Est autem betre folium simile fere mali medicæ folio oblongius tamen & per extremum arctius, venas, sive costas, ut diximus, per longitudinem excurrentes habens.* Optimum *censetur bene maturum, colore fulvescentes tametsi nonnullæ mulieres præferunt immaturum, quia majorem sonum edit in ore, dum manditur. Fert betre in Malluccis fructum quendam contortum, lacerti caudæ similem, quem istic edunt, quod bene ipsis sapiat.* Melius à Clusio describitur his fere verbis: *Ceterum arboribus sese implicat, & convolvit betre, easque scandit, volubilis modo; cui non dissimilia habet folia, fructum ex foliorum ortu promit, cui cum simillimus videatur fructus longitudinis duarum fere unciarum, teretibus siliquulis constans, mutuo implicatis, & funiculi in modum contortis, gustu aromatico, odoratus atque longo pediculo innitens.* Convolvuli folia, vel piperis valde tenella, referre betre folia, experientia comprobat, & folia quæ ad nos adferuntur, testantur. Tamalapatrum Garcias his fere verbis describit, *Folium Indum mali Medicæ folio simile; Angustius tamen, per extremum, colore viridi, tribus per longitudinem excurrentibus costis,* (qua facile dignosci potest) *odoratum, caryophylla quodammodo redolens* (hanc odoris suavitatem non diu retinet; nam inodorum, aut admodum exiguo odore ut plurimum) *non tam vehementis odoris ut nardus, aut macis, neque tam subtilis & acuti est ut canella.* Cæterum reticere nequeo, me ante annum accepisse folium tubuli instar convolutum, colore albido ad luteum inclinante. non nihil nigricans tribus nervis per longitudinem excurrentibus, lino trajectum & conclusum, odor saporque huic nullus aut exiguus, intus autem quæ continet fragmenta foliolorum, suavissimè spirant, gustum præbent aromaticū, nardo similem. A Clarissimo Professore Caspare Barlæo accepi, qui nihil de folio hoc tubuli seu canellæ modo convoluto intellexerat, se dono accepisse ajebat. quare malabathrum veterum afferere non ausim; hoc scio, multas ejus habere notas. Ναρκάφθου meminit Dioscorides lib. I. cap. 22. & Æginetа lib. 7. Νάρκαφθον εἶδε νάρκαφθον καὶ τοῦτο ἐκ τῆς ἰνδικῆς κομίζεται. Ἔστι δὲ φλοιώδες συκαμίνου λεπίσματι ἰοικὸς, θυμιώμενον διὰ τὴν εὐωδίαν, καὶ μιγνύμενον τοῖς σκευασίαις θυμιάμασι, ἀφελεῖ καὶ μήτραν ἐγχυωμένην ὑποθυμιαθὲν.


Narschapthum alii narcaphthon etiam ex India defertur. Est vero corticosum, mori libro simile, quod jucundi odoris gratia suffitur. factitiis suffimentis inseritur: vulvam quoque adstrictam suffitum juvat. Idem de viribus hujus Ægineta, verum in compositione cyphi lib. VII. c. XXII. corticem piceæ aut alterius arboris inquit, scribiturque λακάφθου, ἔστι δὲ φλοιὸς πίτυος, ἢ ἑτέρου τινὸς δένδρου, γο. θ'. Ex quibus, si modo loco citato λάκαφθον legatur, ἀντὶ νάρκαφθον, quale sit aroma veteribus non constitisse constat. Hoc tantum, corticem fuisse, concludi potest. Doctiores tegname narcaphthum putant, quorum nec damno nec probo opinionem: igni injectum non insuavem emittit halitum. Cæterum tegname non aliud sonare videtur, quam Thymiama, quod Latini suffimentum dicunt. Huius enim corticis est frequentissimus in suffitu usus. Nihil miri si novum sibi ex usu vindicarit nomen, quod est Thymiama (pro quo posteri corruptè tegname dixerunt) narcaphthi non meminit Plinius nisi quis velit esse sarichatum, quod non describit. Non desunt qui hoc caput spurium volunt, quorum opinioni non subscribo, quod apud Oribasium & Æginetam legatur.

Κόστος apud Hesychium oxytonώς scribitur. Κοστὸς εἶδος ἀρώματος, Nomen accepit ἀπὸ τοῦ κοσμεῖν ornando, quod odoris sui fragrantia sensus decoraret. Plinius, lib. XXII. Cap. XXIIII, *Odorum causa unguentorumque & deliciarum, si placet etiam superstitionis gratia emuntur, quoniam thure supplicamus & costo.* Antiquitatem costum non secus ac Thus adolevisse, diisque obtulisse ex, lib. IIII. Propertii constat.


Costum molle date, & blandè mihi Turis odores Pont.
Vre puer costum assyrium redolentibus aris.

Probabilius tamen, nomen habere ab Arabico cast, vel Indico cost. De costo hæc tradit Dioscorides lib. I. cap. XV. Κόστος ἄριστός ἐστιν ὁ ἀραβικὸς λευκὸς ὢν καὶ κοῦφος, πλείστην ἔχων καὶ ἡδεῖαν τὴν ὀσμήν. Δεύτερος δέ ἐστιν ὁ ἰνδικὸς, ἁδρὸς ὢν καὶ κοῦφος, καὶ μέλας, ὡς νάρθηξ. Τρίτος δέ ἐστιν ὁ Συριακὸς, βαρὺς, τὴν χρόαν πυξώδης, πληκτικὸς τῇ ὀσμῇ. Κρείσσων δέ ἐστιν ὁ πρόσφατος, λευκὸς, πλήρης διόλου, πυκνὸς, ξηρὸς, ἀτερηδόνιστος, ἄβρωμος, γεύσει δηκτικὸς, καὶ πυρώδης. ——— Μίσγουσι δὲ καὶ μαλάγμασι, καὶ ἀντιδότοις. Μισγουσι δέ τινες τὰς ῥαμαλεωτίτας τῆς κεκομμένης ἑλενίου ῥίζας, δολοῦντες αὐτόν· ἰσχυρῶς, ἡ δὲ διάγνωσις ὅτι γὰρ πυρσὶ τὴν γεῦσιν τὸ ἑλένιον, οὔτε τὴν εὐωδίαν ἔντονον καὶ πληκτικὴν παρέχει. *Costus præcellit Arabicus, candidus & levis, eximio suavique odore præditus; Secundum locum obtinet Indus, crassus, levis, ac niger ceu ferula.* In altero Codice legitur καὶ μέλας καὶ κοῦφος ὡς νάρθηξ niger, levis, ceu ferula, Et hæc lectio auctoritate probatur Oribasii I. neque idcirco posteriorem Doctissimi viri tantum probant. Sed etiam quod ferula non sit nigra, sed candida. pace horum si dicere liceat, eandem habet ferula nigredinem, quam costus hic Indicus. niger dicitur, quod alterius respectu nigredinem quandam ostendit. Quin & ferulæ radix, (loquor de integra) non est nivea, sed cum nigredine quadam candicans, nec levis ferula nisi aliarum radicum respectu. Ἁδρὸς etiam hoc loco debet exponi *crassus*, non ut vulgo *solidus, siccus*; alioquin enim contradictio foret, *Tertius est Syriacus, gravis, colore buxeus, odore feriens.* (Epitome addit ὃν τινες ζέδναρ καλοῦσι, quem quidam zeduar vocant.) *Præstantissimus censetur recens candidus, omnino plenus, densus, bene siccatus, à teredinibus non erosus, minimè virosus, sapore mordaci, ac fervido.* Addit Galenus costum amari quid habere. Κόστος βραχεῖας μὲν πάνυ τῆς πικρᾶς, πλείστης δὲ τῆς δριμείας καὶ θερμῆς μετέχει ποιότητός τε καὶ δυνάμεως. *Costus leviculam plane, amaram plurimam, acrem & calidam in se qualitatem simul & facultatem continet.* Hinc Marcellus colligit ἀντὶ πυκνὸς πικρὸς legendum esse. hujus opinionem non omnino improbo. Nam Dioscorides Arabicum costum candicantem scribit & levem; atqui levia densa non sunt, sed gravia, Nisi placet eligendum ex costo levi, qui densissimus est, qui levissimus rejiciendus, utpote teredini maxime obnoxius. Sed verba πλήρης διόλου, vocem πυκνὸν superfluum esse indicant. Doctis etiam viris quid deesse videtur, leguntque πλήρης διόλου ἀραχνίων, *tenuissimis filamentis telæ araneorum fere similibus*

similibus plenum, qualia filamenta in interiore costi videntur radice, & sic *ζωωτομίας* aberit suspitio. quin potuit Dioscorides addidisse has voces, quod costus à teredinibus exesus, foris quidem sit solidus, intus vero inanis & cavus. τὸ ξηρὸν etiam exponi debet bene siccatum, non ob alienam humiditatem flaccidum & mollem, sic etiam amigdalæ vitiosæ sunt, quæ lori instar torrentur. Additur quoque, in malagmata & antidota. Cæterum nonnulli admistis helenii comageni validissimis radicibus ipsum adulterant. sed facile deprehenditur dolus, si quidem neque gustu fervet helenium, neque jucundum odorem, potentem. sensumque ferientem expirat. Tres costi Dioscorides scribit differentias. Plinius duas tantum novit, lib. & cap. XII. *Radix & folium* (lege *radix costi & folium*) *Indis est maximo pretio. Radix costi gustu fervens, odore eximio, frutice alias inutili. Primo statim introitu amnis Indi in Patale insula, duo sunt ejus genera, nigrum, & quod melius, candicans.* Hæc ambigua sunt, nam verba *& quod melius* ad nigrum, & ad candicans referri possunt. Ad candicans referenda ex Dioscoride constat. Arabes duos norunt costos, amarum & dulcem; sic Græci recentiores, Latinique passim costum in dulcem & amarum dividunt, quæ differentia antiquis incognita fuit. Charito in cujusdam Serabii compositione καὶ κασίας τὸ διπλοῦν ἢ καρυόφυλλον, καὶ κόκκυλαν, καὶ κόστον γλυκὺ, καὶ μακροπίπερ. Idem Græci recentiores κόστον γλυκὺν de Arabico exponunt. Gloss. med. κόστος γλυκὺς ὁ ἐξ ἀραβίας, *costus dulcis defertur ex Arabia*, Garcias Ab horto amarum & dulcem eundem esse putat, & quidem recentem candicantem, ac amarum, contrà siccatum nigricantem & amarescentem. Quæ opinio veritati non videtur contraria. Nam iridis, helenii, centaurei majoris, aliarumque plantarum radices, dulciores mitioresque sunt tenellæ & recentes; vetustiores & exsiccatæ, amariores, acriores, & calidiores. Officinæ recentiores Græcos hactenus secuti sunt, tandem prudentiores, pro vero costo habent, costum iridem redolentem, de quo mox. Costus quem amarum Seplasiarii vocant, veterum costus non est. nam nec gustu fervet, nec odore est eximio. Videtur helenii comagene radix prædura. Costus hic firma & solida radix est, nec plane inodora, nec multum suavis emittens odoris, nec gustu fervens, sed amara. qualis vulgaris helenii radix, nec per transversum costus hic incisus, radicem enulæ campanæ orbiculato rugarum habitu male refert: differt tamen quod solidior, & densior, ac per longitudinem sectus non satis bene respondeat. Dulcis amaro ipso amarior, nullam acrimoniam habet, nec odorem eximium, saporem quoque multo amariorem, quam veteres referunt. Notandum pro costo hoc, quandoque vendi aliam radicem, per transversum in taleolas sectam, crassitudine plerumque manum implentem, foris fuscam, intus candidam, cortice crasso, substantia rara, gustu acri admodum, nauseolam salivam cientem, & quasi strangulantem, cumque teritur, rancidam pinguedinem olentem. Hæc inquam radix non est costi, sed Thapsiæ majoris montis Gargani. Describit costum Garcias lib. I. cap. XXXV. *Describitur,* inquit, *costus ab iis qui viderunt sambuci effigie, & arbuti, aut azimbri* (Doctiss. Clusius *juniperum* exponit, sin aliam intelligit arborem; quid sit azimbri, se ignorare fatetur) *magnitudine. Florem odoratum proferens, præcellit qui intus candidus est, cortice cinereo; invenitur tamen etiam colore buxi, cortice pallescente, tanta odoris fragrantia præditus, ut plerisque nares feriat, & capitis dolorem excitet, gustu nec amaro, nec etiam dulci, tametsi jam senescens interdum amarescat: Nam recens acri gustu est, ut reliqua aromata.* Recte Doctiss. Clusius scribit hanc costi descriptionem cum veterum costo non convenire. Satis enim ex Plinio constat esse radicem, etiam ex Dioscoride qui radice Helenii adulterari scribit. Nec enim verisimile est, fruticis ramum tantam habere cum radice affinitatem, ut radice adulterari possit. Dicet quis, Græci inferiores costi folia præscribunt, ut Demetrius in ἱερακοσοφίῳ titulo ἀλάχειον ξηρόν. σκόφιδος, inquit, ἀχεῖος κόκκον ἕνα, πιπέρεως κόκκους ἑπτὰ, κόστου φύλλα ναρδοστάχυος. Dicendum Græcos recentiores costi nomine intelligere plantam hortis familiarem, ut supra lib. VII. ex Geoponicôn autore probavimus: neuter Garciæ costus minimum radicis habet, & fere nihil nisi lignum est, suo cortice contectum. quod ex capite de pipere aperte ait, sup. XXII. *Radix,* inquit piperis *pusilla, non costo similis,* ut voluit Dioscorides lib. 2. cap. CL. *quandoquidem costus radix non est, sed lignum ut peculiari capite dicemus.* Hæc satis ostendunt Garciam veterum Græcorum costum ignorasse, vel Arabum si describat, à Græcorum costo diversus est, quod non fit probabile. Nec Dioscorides piperis radicem costo similem vult quoad substantiam, sed quoad saporem, caliditatemque, ut suo loco dicam. Falluntur, qui Winterani corticem costum esse putant. Idque non tantum quod cortex hic sit, costus vero radix, sed quod nullam plane ostendit amaritudinem, nec odor sit eximius, qui costum æmuletur. Frequens costi genus reperitur, & ad nos ex Indiis quotannis adfertur admodum recens, quod à Clusio in notis ad Garciam describitur, iridem redolens vocant.




Costus pharmacopolæ major.




Costus amarus.

Zinziberis effigie Costus Arabicus & Syriacus.



Costus Indicus Crusii.



levis est, nec cariosus, sed plenus, cortice cinereo, intus candicans, interdum vero cinerei coloris, odorata admodum, Radice violaceum seu irinũ spirante odorem, præsertim dum manditur, absque ulla graveolentia, Ei caulis fragmentum, quod è terra extat, plerumque inhærere adhuc conspicitur, ferulaceum quiddam referens, & fungosam medullam continens. Radix hæc, cum primũ adfertur magis candicat, vetustate nigrior evadit intusque buxeum acquirit colorem satis etiam amarus fit, alioquin recens, gustu fervens est cum amaritudine levicula. Omnes hoc costi genus pro vero habent. Non desunt tamen qui obstare scribunt, quod non satis albescat. Sed jam sæpe probatum, Dioscoridem album & nigrum vocare, quæ ad utrumque vergunt, tenduntque colorem; tum autem costus hic recens albicat, inveteratus nigricet, cur non legitimus sit non video? præsertim cum ferulam maximè æmuletur. Zedoariam costi genus Doctiores putant, & hi quidẽ Syriacum alii Arabicum voluntFalluntur.ambo, non est Arabicus, quod gravis satis fit, non est Syriacus quod albus, non buxeus fit; costi genus non est, quod cum gravitate quadam suaviter oleat, cum costus eximia quadam fit suavitate, sine ulla graveolentia. Addo majorem habere amaritudinem quam acrimoniã, cujus contrarium de isto scribit Galenus, nec hunc saporem vetustate acquirit, sed recens habet.

In Europa plantas eximias, ac odore præstantes nasci negat, præter iridem, quæ apud Illyrios optima exit, non in maritimis, sed locis longius a mare, magisque ad septentrionem dissitis. *Μεσογειότατα* Gaza *Mediterranea*, recte vertit. Mediterranea enim loca sunt à mari dissita: Immerito itaque vir Doctiss. notatur. Illud inquirendum, quod scribit Theophrastus nullam præter iridem in Europa nasci odoratam, suaviterque spirantem, plantam. In Narbonnensi Gallia nascitur stoechas, rosmarinus, lavendula, cistus, ladanum, malus medica, amaracus, anethum, anisum, aliaque plurima, per quam jucunde olentia, unguentisque quam maxime idonea. In Bataviæ palustribus provenit acorus, cujus radices, foliaque, etiam viridia sunt odoratissima, sed viri Docti acorum putant, esse radiculam illam cujus ad finem capitis hujus, meminit Theophrastus, quamque in Tracia nasci ait, odore nardo similem. Sed hunc inquit parvam exilemque odoris gratiam habere. Unde colligo non esse acorum, etenim perquam bene radix hujus spirat, nec parva sed magna satis est. Nisi id fieri propter soli differentiam dicamus. Quod non putem, siquidem Dioscorides comparet iridis radicibus, quæ satis magnæ sunt. Præterea non video cur nomen reticuisset. ipsi enim acorus cognitus fuit, & lib. I. histor. cap. XXII. inter ea numerat, quæ cum seminibus ipsis flores edunt. Doctiss. Gaza *veneriam* vertit. vide annotata ad locum istum. Hac tamen occasione de acoro non nihil dicendum nobis. Ἄκορον dicitur, quod ταῖς κόραις, id est, *pupillis* sive *aciei oculorum caliginosæ* medeatur. Dioscorides lib. I. cap. II. Ὁ δὲ χυλὸς τῆς ῥίζης ἀποκαθαίρει τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις *Succus radicis, ea quæ pupillis officiunt, caliginemque offundunt. discutit*: Habet alia nomina spuria, uti auctor scribit Auctuarii, οἱ δὲ χόρον, ἀφροδισιὰς, Ῥωμαῖοι βενέρεα, οἱ δὲ ναυτικὴ ῥάδιξ, Γάλλοι πιπεράκιουμ. choros ex acoro per depravationem factum videtur. Cur aphrodisias, cur venerea dicatur, lib. primo diximus. Nautica cur dicitur radix imaginari viri Docti nequeunt. Quidam naronicam, à narone amne, legendum existimant, quandoquidem iridi non admodum fit dissimilis herba. Nautica dicta videtur quod plurimum secus amnes, & in aquosis natales suos habeat. Aliis licet etiam in locis nascatur. Laudatur tamen acorus in palustribus natus, ut Plinius scribit, Πιπεράκιον corrigit D. Hermolaus non re, sed nomine Barbarus, ex Apuleio, *piper apum*, quod acoro ante alvearia suspenso apes non aufugiant: Acorum his fere verbis describit Dioscorides, Ἄκορον τὰ μὲν φύλλα ἔχει ἐμφερῆ ἴριδι στενότερα δὲ, καὶ τὰς ῥίζας οὐκ ἀνομοίας, διαπεπλεγμένας δὲ καὶ οὐκ εἰς εὐθὺ πεφυκυίας ἀλλὰ πλαγίας καὶ ἐπιπολῆς, γόνασι διειλημμένας, ὑπολεύκους, δριμείας τῇ γεύσει, καὶ τῇ ὀσμῇ οὐκ ἀηδεῖς. Διαφέρει δὲ τὸ πυκνὸν καὶ λευκὸν, ἄβρωτόν τε καὶ πλῆρες, εὐῶδες. Τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ ἐν Κολχίδι καὶ τὸ ἐκ τῆς Γαλατίας ἀσπλήνιον λεγόμενον. *Acorum folia habet iridis æmula, attamen angustiora, radicesque non dissimiles, verùm implicitas, neque in rectum actas, sed obliquas, & in summa terræ superficie sparsas, subalbidas, gustus acres, & odore non ingratas præstat vero densum.* (alter ὑπόπυκνον alt. πικρόν. quam lectionem, secutus videtur Galen. in lib. de simpl. ἀκόρου τούτου τῇ ῥίζῃ χρώμεθα, δριμεῖα μὲν οὖν ἐστι καὶ ὑπόπικρος μετρίως κατὰ γεῦσιν) *album carie non exesum, plenum & odoratum, hujusmodi autem est quod in*

Acorus cum Iulo.



Colchide nascitur, quodque ex Galatia advectum, asplenium dicitur, quod lienes absumat, Sequitur enim ἀσπλήνιον. quidam χαλκίδι legunt, vulgatam lectionem defendunt Oribasius & Plinius, *Acorus,* inquit, lib. XXV. cap. XIII. *iridis folia habet, angustiora tantum & longiore pediculo, radices nigras, minusque venosas, cætero & has similes, iridis gustu, acres, odore non ingratas, ructus faciles. Optimæ Ponticæ, dein Galaticæ, mox Ereticæ. sed primæ in Colchide juxta Phasim amnem, & ubicunque in aquosis. Recentibus virus majus quam vetustis. Creticæ candidiores Ponticis, Siccantur utribus in umbra digitalibus frustis.* Dissentit à Dioscoride & ipsa veritate Plinius, quod radices inquit esse nigras, minus venosas, & ruptu faciles. Corrigunt pro *majus virus, magis vires.* Legendum tum foret *majores vires:* sed cum Plinius in tam multis à Dioscoride dissentiat, quomodo scribendum sit non video. Falsum est recentioribus vires esse majores, unde vulgata magis placet lectio, recens licet paucum, aliquod tamen virus, suavis ille odor, commistum habet, quod dum exsiccatur perit. plurimis in locis nascitur, sed optimum veteres nasci scribunt in Colchide, Asiæ provincia. Quæ in Bataviæ palustribus nascitur, non ultimo loco habenda. Illud notatu dignum, quod in palustribus quotannis calum proferat, in hortis id non præstet, nisi annus pluviosus admodum præcesserit. Supra lib. I. neutram galangam acorum esse satis probavimus, sed nemo hodie reperitur, qui eam defendat opinionem, nec officinæ Batavicæ pro calamo amplius habent, omnes acorum esse norunt, etiam seplasiarii. Acorus foliis assurgit virentibus, nitidis, iridi similibus, angustioribus tamen & longioribus, eximia odoris fragrantia præditis, quæ iridis sylvestris ritu hyeme marcescunt, & vere novo pullulant Caulens inter folia non producit ut irides, sed ex latere folium exit verius, quam caulis ejusdem cum reliquis foliis longitudinis, videlicet bicubitalis interdum, quod à medio ad summum usque planum est, & reliquis simile, infima vero parte crassius, angustiusque, & veluti in triangularem caulem formatum. ubi jam extenuari & complanari incipit, unicum nucamentum, quandoque sed tamen rarius, geminum a latere promit, initio coruli julo non majus, sed prominens & erectum, lineisque obliquis, & transversim se mutuo secantibus, distinctum: flosculis cum se explicat pallidis, nonnunquam luteis, muscosis, odore carentibus, quatuor foliolis constantibus, plenum, quod paulatim augescit, & amplitudinem crassitiemque ferè humani digiti tandem adipiscitur, frequentibus tuberculis viridibus, tam eleganti serie dispositis, ornatum ut recentem pinastri conum æmulari videatur. radices iridi haud dissimiles sed tenuiores, nec in rectum, nec altum actas, sed cespite, summo in obliquum (ut optime observavit Dioscorides) sparsas, subtus numerosa coma, fibratas, albicantes foris, intus candidas, gustu cum quadam amaritudine acres, odoris haud injucundi, præsertim resiccatæ, geniculis quasi interseptas, è quibus utrimque alternatim alarum ritu aptantur pullulationes.

ΚΕΦ. Η. — CAP. VIII.

De succis quando, & quomodo fiat succatio, & radicidium. Nec non lactisuccatio, & liquatio.

Περὶ δὲ τῶν ὀπῶν ὅσα μὴ πρότερον εἴρηται. λέγω δὲ οἷον εἴ τινες φαρμακώδεις ἢ καὶ ἄλλας ἔχουσι δυνάμεις, πειρατέον ὁμοίως εἰπεῖν. ἅμα δὲ καὶ περὶ ῥιζῶν· καὶ γὰρ τῶν ὀπῶν τινες ἐκ τούτων. καὶ χωρὶς αὗται καθ' αὑτὰς πολλὰς ἐναντίας ἔχουσι δυνάμεις. ὅλως δὲ περὶ πάντων φαρμακωδῶν· οἷον καρποῦ, χυλισμοῦ, φύλλων, ῥιζῶν, * πόας. καλοῦσι γὰρ καὶ † πόαν ἔνια τῶν φαρμακωδῶν οἱ ῥιζοτόμοι. τῶν δὲ ῥιζῶν πλείους μὲν εἰσι δυνάμεις, καὶ πρὸς πλείω. ζητοῦνται δὲ μάλιστα αἱ φαρμακώδεις ὡς χρησιμώταται. διαφέρουσι τῷ τε μὴ πρὸς ‡ αὐτὰ, καὶ τῷ μὴ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔχειν τὴν δύναμιν. ὡς δὲ οὖν ἐπίπαν, αἱ πλεῖσται μὲν ἐν αὑταῖς ἔχουσι καὶ τοῖς καρποῖς, καὶ τοῖς ὀποῖς. ἔνιαι δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς φύλλοις. τὰς δὲ φυλλώδεις δυνάμεις τὰς πολλὰς σχεδὸν πόας καλοῦσιν ὥσπερ εἴρηται οἱ ῥιζοτόμοι. ὁ μὲν οὖν ὀπισμὸς γίνεται τῶν ὀπιζομένων ὡς ἐπίπαν τοῦ θέρους. τῶν μὲν, ἐνισταμένου. τοῦ δὲ προεληλυθότος. τὴν δὲ ῥιζοτομίαν γίνεσθαι μέν τινων καὶ ὑπὸ πυροτομίαν, καὶ μικρῷ πρότερον. οὐ μὴν ἀλλ' ἤγε πλείων, τοῦ μετοπώρου μετ' Ἀρκτοῦρον, ὅταν φυλλορροήσωσιν. ὅσων δὲ καὶ ὁ καρπὸς χρήσιμος, ὅταν ἀμέρσωσι τὸν καρπόν. ἔστι δὲ ὀπισμὸς, ἢ ἀπὸ τῶν καρπῶν, ὥσπερ τοῦ τιθυμάλλου, καὶ τῆς θελδακίνης, καὶ σχεδὸν τῶν πλείστων· ἢ ἀπὸ τῶν ῥιζῶν· ἢ τρίτον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ὥσπερ τῆς μήκωνος. ταύτης γὰρ μόνης καὶ τοῦτο ἴδιον αὐτῆς. τῶν μὲν οὖν, καὶ αὐτόματος ὁ ὀπὸς συνίσταται δακρυώδης. ὥσπερ τοῦ * τραγακανθης. ταύτης γὰρ οὐδὲν τέμνειν ἐστί. τῶν δὲ πλείστων δι' ἐντομῆς. ὧν τινὰς μὲν εὐθὺς εἰς ἀγγεῖα συνάγουσιν. ὥσπερ καὶ τιθυμάλλου ἢ τοῦ μηκωνίου· καλοῦσι γὰρ ἀμφοτέρως· καὶ ἁπλῶς ὅσα πολύοπα τυγχάνει. τῶν δὲ μὴ πολυοπῶν ἐρίῳ λαμβάνουσιν, ὥσπερ καὶ τῆς θελδακίνης, ἐνίων δὲ οὐδὲ

De succis, quæ superius non diximus videlicet, si qui medici, aut alias quasdam vires habeant, nunc pari modo explicare conabimur: simulque de radicibus differemus. Succorum enim nonnullos premi ex radicibus certum est; & seorsim ipsæ per se multas atque contrarias habent vires. Ad summam de omnibus medicamentis, * ceu fructu, succo, folio, radice, herba (nam herbas quoque ex medicamentis quædam, herbarii nominant) verba, quoad satis sit, faciemus. Radicum autem plures potentiæ, & ad plura sunt. Quæruntur autem medicæ potissimum, ut utilissimæ. Quæ differunt & quod non ad eadem, & quod non in eisdem vim habeant. In universum vero & in se habent, & in fructibus, & succis: nonnullæ & in foliis. Foliorum quippe vires plurimas, herbas fere herbarii (ut dictum est) vocant. † Radicum lactuosarum succatio æstate semper fere agitur; partim ineunte, partim provecta. ‡ Sed radicidium quanquam etiam fieri per messem tritici aliqua ex parte non negent: tamen large in autumno post Arcturum factitari affirmant. Postquam scilicet folia defluxerunt. * Et quorum fructus utilis sit, priusquam fructum amiserint Fieri autem † lactisuccatio solet aut è caulibus, ut ‡ lactariæ, & lactucæ, & partis fere maximæ. Aut è radicibus, aut * tertio è capite, ut papaveris: huic enim soli peculiare id quoque datur. Ergo quibusdam sponte succus consistit, spissaturque lachrymæ modo, ut in hircispina appellata: hanc enim cædere opus nequaquam est. At plurimorum succi per incisuram manent necesse est. Quorum nonnullos statim in vasa colligunt, † sicut lactariæ, sive lactucæ caprinæ. Vocatur hoc enim etiam nomine: atque in totum, quibus lactis est copia. Quibus autem minus, lana eorum succus

quam eum amiserint. † *Lactis collectio.* ‡ *Tithymallorum.* * *Vel tertia ex materia, capite scilicet.* † *Sicut tithymalle sive mekonion* (utrumque enim nomen audit) *uti etiam reliquarum, quorum lactis est copia quibus verò lactis minor est abundantia.*

* Πύας. † Πόαν, ‡ Ταῦτα. Al. Gr. Ταυτά. Scal. * Τραγακάνθης.

* *Ceu fructu, folio, radice, succo aquoso, lacteoque, nam mihi, id est, lacteum succum qui concrescit inter medicamenta numerant herbarii.* † *Lactuosorum succi collectio.* ‡ *Radicum vero quarundam excisio vel effossio collectioque; quidem fit messis tritici tempore aut paulo ante; sed plurimarum autumno post Arcturum.* * *Quarum vero fructus usum præstat, postquam eum amiserint.*

excipi-

ὀπισμὸς, ἀλλ' οἷον χυλισμός ἐστιν. ὥσπερ ὅσα καίοντες καὶ ὕδωρ ἐπιχέαντες, ἀπωθοῦσι καὶ λαμβάνουσι τὴν ἀπόσταξιν· ξηρὸς δὲ δηλονότι καὶ ἐλάττων ὁ φυλὸς τούτων. ἐστι δὲ τῶν μὲν ἄλλων ῥιζῶν τὸ χύλισμα ἀσθενέστερον τοῦ καρποῦ· τοῦ κωνείου δὲ ἰσχυρότερον, καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν ῥᾳδίως ποιεῖ καὶ θᾶττον, μικρὸν πάνυ καταπότιον δοθέν. ἐνεργότερον δὲ καὶ εἰς τὰς ἄλλας χρείας. ἰσχυρότερον δὲ καὶ τὸ τῆς θαψίας. τὰ δὲ ἄλλα πάντα ἀσθενέστερα. οἱ μὲν οὖν ὀπισμοὶ σχεδὸν τοσαυταχῶς γίνονται. τῆς δὲ ῥιζοτομίας οὐκ ἔστι τοιαύτη διαφορά, πλὴν ἐν ταῖς ὥραις· οἷον θέρους ἢ μετοπώρου. καὶ τὸ τὰς δὲ ἢ τὰς δὲ τῶν ῥιζῶν· οἷον τοῦ ἐλλεβόρου τὰς κάτω τὰς λεπτάς. τὴν γὰρ ἄνω τὴν παχεῖαν, τὴν κεφαλώδη, φασὶν ἀχρεῖον εἶναι· καὶ διδόναι τοῖς κυσὶν, ὅταν βούλωνται καθαίρειν. καὶ ἐφ' ἑτέρων δέ τινων τοιαύτας λέγουσι διαφοράς.

excipitur, ut lactucæ. † Quorundam non lactis succatio, sed veluti liquatio fieri solet. Vt quæ urentes, aut torrentes, aquamque infundentes exprimunt, atque ita stillamentum accipiunt. Enimvero minus liquoris, idque siccum hæc habent. Cæterarum autem radicum liquamentum fructu infirmius. Cicutæ autem validius, & mortem facile brevique affert, etiam si exiguum admodum potui detur. Quin & ad alios usus efficacius idem est. Thapsiæ autem validius. Reliqua vero omnia debiliora longe deprehenduntur. * Succatio tot fere modis fieri solet. † Radicidii vero differentia nulla ejusmodi redditur, præterquam temporis ratione; ut æstate, aut autumno: & quod has aut illas succidi oporteat. Exempli gratia, ellebori imas, atque tenuiores. Superiam enim in caput extuberantem, inutilem asserunt, & canibus dandam cum purgandum est. Sed & in aliis quibusdam differentias tales assignant.

† Ex quibusdam non lactei, sed aquei succi collectio fieri solet.

** Succi collectio.*

† Radicum excisionis.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Περὶ δὲ τῶν ὀπῶν. *Vides intermissum repeti.*

Τοῦτο μὲν πρὸς τούτοις. *Lego,* τοιοῦτο.

Καὶ μικρῷ πρότερον. *Theodorus malè omisit.* ὀπισμὸς *fit aut initio æstatis, aut post æstatem. Declarat igitur se.* ὑπὸ πυροτομίαν. per messem. *aut* μικρῷ πρότερον. *quod erat* ἐπισπορὰν. *& alteram partem,* παρεληλυθότος, *declarat per illa,* τοῦ μετοπώρου.

Ὅταν ἀμήσωσι τὸν καρπόν. *Theodorus contrarium. prius quàm fructum amiserint. Si in his quoque intelligit* ῥιζοτομίαν: *malè consuluit veritati. Radices enim petuntur, cùm sunt maximæ vegetæ. Vigent verò potissimum, ubi suum sibi succum retinent. Retinent autem amissis fructibus, à quibus non amplius exugguntur. Sin fructum hunc ad usum utilem agnoscit, non autem radicem: sane non oportet fructuum casum expectare.*

Ἡ τρίτον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. *Theodorus,* aut è tertio capite. *Non, sed, aut tertia ex materia, quippe à capite: quia duas narraverat: à fructu, & ab radice.*

Ὥσπερ τιθυμάλου, ἢ τοῦ μηκωνείου. *Theodorus,* Tithymalum, lactariam *vocavit, Plinium sequutus. At enimverò Lactariæ nomen etiam aliis competere debuit.*

Καταπότιον. *Notabis vocem, potum enim hic significat: non,* pilulam.

IOANNIS BODÆI A STAPELNOTÆ ET COMMENTARIVS.

Redit ad succorum historiam, eodemque hoc capite quædam de radicum collectione tradit, singula examinabimus.

Καὶ γὰρ τοῦ ὀπῶν. Succos quosdam premi ex radicibus scribit. Miror quod exemplis id non probet. Ex glycyrrhizæ radicibus succus verno tempore elicitur, antequam folia emergunt, tum enim plurimo scatent succo.

Radices ipsas multas & contrarias vires obtinere ait. Sunt enim frigidæ, siccæ, humidæ, calidæ. De quibus videatur Dioscorides, & Galenus lib. de med. simpl. facult. Hac occasione promittit se acturum de omnibus medicamentis, sive de illis plantarum partibus quæ usum habent in medicina quales sunt radices, folia, fructus, succus tenuis, aquosus, lacteus, crassus &c.

Πόαν. Inter partes plantarum, quæ usum habent, πόαν nominat, ni corruptus sit codex, quid velit, me ignorare fateor. Πόα enim ut inquit Hesychius. βοτάνη ἐνώσει. sive ἡ τῆς γῆς αὐτομάτως βλαστάνουσα φυτεία. *planta quæ natura, sponte sua nascitur.* Herba vulgatissima, quam belgæ *gras* sive gramen vocant, ex quo fœnum. Vide supra cap. IX. lib. I. scripsit præceptor πόαν quod idem est, ac ὀπὸν, *lacteus succus.* Nec illud obest quod χυλισμὸν jam meminerit non uno loco hoc capite ὀπὸν & χυλὸν, conjungit tanquam diversa. Paulo infra οὐχ ὁ δὲ ὀπισμὸς, ἀλλ' οἷον χυλισμός ἐστι. Πύον idem est ut dixi quod ὀπὸν Hesychius Πύον, γάλα τὸ πρῶτον ὃ πήγνυται. ἑψόμενον. lac primum, quod decoctum concrescit. Aristophanes in pace, ἣν δὲ καὶ πυὸς τις ἴδων, καὶ λαγῷα τέτταρα comment. Πυὸς τὸ πρῶτον γάλα, ὃ καὶ ἑψόμενον πήγνυται, καὶ ἡμεῖς χυτρίτην λεγόμενον. τὸ μεταβεβληκὸς αἷμα, τὸ γαλακτῶδες ὑγρόν. Apud Galenum in glossis legitur ποίη. τὰ πρωτογάλακτα τὰ ἐκ ἑαυτῶν πηγνύμενα primum lac per se congelatum. corrigunt docti viri πύη vel πύος quorum opinionem probo maximè cum in quibusdam codicibus sic legendum, series alphabetæ probet. Inferet quis, πύον sive πύαν de animalium dici lacte, quod post partum primum emulgetur, latinisque colostrum aut colostra dicitur, non de plantis. Respondeo Theophrastum non uno in loco docere ex animalium similitudine differentias plantarum esse petendas. ἐκ τῆς πρὸς τὰ ζῶα ἀναλογίας inquit in principio hujus operis, sic ab animalium similitudine hic nomen sumpsit præceptor. πύος vel πύον lacteus est succus quique crassior est, & natura sua concrescit; talis est aloes succus, (qui ὄπισμα a Dioscoride dicitur) laserpitii, ferulæ, papaveris. χύλισμα tenuis est & aquosus succus, qui non facile, nisi temporis spatio concrescit, ut cicutæ, apii & aliorum. Horum enim succus vel corrumpitur, vel post tempus, aut arte concrescit. Non concrescunt limonum, granatorum, & similium succi. Nisi placeat ὄπισμα succum esse, qui sponte vel incisura emanat: χύλισμα quivi, ut igne, torculari &c. exprimitur, nam utraque opinio ex hoc Theophrasti capite probari potest.

Ὄπισμα docet æstate instituendum esse: χύλισμα vero quando eliciatur, non docet, utrumque facit Dioscorides lib. I. χυλίζειν δὲ τὰς βοτάνας. ἀρτιβλαστοῦντα ἔτι τὰ καυλῶν ὁμοίως δὲ καὶ τὰ φύλλα, ὀπὸς δὲ καὶ δάκρυα λαμβάνειν, τέμνοντας ἐν ἀκμῇ ἔτι τοὺς καυλούς. *sic & herbarum atque ac foliorum succi recens germinantibus cauliculis eliciendæ sunt. lactei autem liquores, lachrymæque excipiendæ incisis caulibus; jam adultis;* id est, estate. De succorum collectione paulo fusius nobis agendum. Nam sunt in medicina admodum necessarii, ideoque omni diligentia ac ratione conficiendi, & ita reponendi, asservandique, ut toto anni curriculo putredinem, corruptionemque non sentiant. Colliguntur succi ex radicibus, foliis, fructibus. Ex foliis succus exprimendus; antequam caulis lignosus fiat, floreque planta producat, quo tempore plurimo succo scatet. Ex radicibus vero, cum folia primum eduntur, fructus alii maturi, alii immaturi exprimuntur. Ex maturis fructibus exprimitur citrii, mali granati, limonii, myrti succus. contra juglandis, mori, acaciæ ex immaturis. Succus uvarum maturarum vinum, immaturarum omphacium dicitur. Horum quidam fluxibiles humidiq; reponuntur, ut citri, mali granati. Nonnulli lento igne siccati, aut diu insolati reconduntur, ut absynthii, cucumeris sylvestris

vest: glycyrrhizæ, hypocistidis. Nec omnes eodem servantur modo, alii enim paululum ad ignem calefacti, ac diligenter à fœcibus purgati, pristinum vigorem retinent, ut de succo rosarum, intubi, lupulorum, apii fieri solet. Alii vero ignem non experti tantum subsidere permittuntur, ac deinde è vasis in vasa tamdiu transferuntur, donec defœcati pelluceant: hoc modo servantur succi granatorum, citriorum, limonum. Verumtamen in succis conservandis; & à putredine defendendis, non vulgari animadversione opus est, facile enim corrumpuntur, ni olei parum superfundatur, aut cum melle cocti reponantur, ut docet Galenus lib. VI. cap. III. Διαφθείρονται γὰρ οἱ χυλοὶ τούτων ἄνευ μέλιτος ἀποτεθέντες, ἢ πάλιν ἀποξηραίνονται, μέχρι πλείονος ἑψηθέντες. Ἔνιοι δὲ χυλοὶ κἂν ἐν ἡλίῳ θερινῷ ξηρανθῶσιν ἄχρι συμμέτρου πάχους, ἐν τῷ χρόνῳ ξηραίνονται καὶ αὔξησιν λαμβάνουσιν, εἰς τοσοῦτον ἥκουσι ξηρότητος, ὡς λειοῦσθαι δύνασθαι παραπλησίως κυτίνοις καὶ βαλαυστίῳ. τοιοῦτος δέ ἐστιν ὅ τε ὑποκιστίδος χυλός, καὶ ὁ τῆς ὄμφακος καὶ τῆς γλυκυῤῥίζης, καὶ ὁ τῆς κενταυρίου, καὶ καθόλου φάναι πάντες οἱ χυλοὶ, κἂν χωρὶς μέλιτος ἐπὶ πλεῖον ἑψηθῶσιν, οὐ διαφθείρονται μὲν ἐν τῷ χρόνῳ, δὲ γίνονται ξηροὶ τινὲς μὲν ὡς ἤδη λειοῦσθαι δύνασθαι, τινὲς δὲ ὅσοι τὸ γλισχρὸν ἔχουσι φύσει, πλατύνονται μᾶλλον, ἢ λειοῦνται. *Corrumpuntur enim succi omnino si absque melle reponantur, aut rursus resiccantur, si plurimum fuerint cocti. Quidam etiam succi etiamsi ad solem æstivum siccentur ad moderatam spissitudinem, per tempus tamen exarescunt, & si ad plures annos durarint, in eam perveniunt ariditatem, ut conteri queant, in modum cytinorum aut balanstiorum. tales sunt hypocistidis succus, & uvæ acerbæ, & glycyrrhizæ & centaurii & ut in summa dicam. Omnes succi, etiamsi absque melle diutius fuerunt cocti; non quidem corrumpuntur, verum fiunt aridi, & quidam ut velut dixi, conteri possunt, quidam vero natura tenaces, & viscosi in laminam magis abeunt, quam ut conterantur.* Diligentiores pharmacopœi olei parum superfuso succos fluxiles ab omni defendunt injuria. gummi vero, resinæ, lachrymæ, non facile læduntur, nec difficulter servantur. In quibus gummi, resina, lachryma differant, supra me dixisse memini. Quæri posset, an omnis ὀπὸς, *succus lacteus*, colligi debeat æstate. Ad illud respondendum, omnem succum qui emanat è caule, æstate colligendum esse, quando plantæ in vigore sunt, multoque scatent succo. Contra qui ex radice, ipso vere, antequam erumpant folia. Dioscorides tamen mavult postquam folia amiserunt (verba paulo infra examinabo) eo enim tempore, multo abundant liquore.

Juber colligi radices autumno. Idem Dioscorides citato loco τὰς δὲ εἰς ἀπόθεσιν. ῥίζας καὶ χυλίσματα καὶ φλοιοὺς ἀφαιρετέον, ἀρχομένων φυλλοῤῥοεῖν τῶν βοτανῶν, καὶ τὰς μὲν καθαρὰς αὐτόθι ξηραίνειν ἐν τόποις ἀνοτίοις, τὰς δὲ μετοχίους γῆς ἢ πηλοῦ πλύνειν ὕδατι. *Quæ vero radices asservandæ sunt, aut è quibus exprimi succi, corticesque auferri debent, eas eruere convenit cum primum herbæ folia amittere cœperint.* Examinemus hæc. Radices, inquit, colligendas esse, quæ servari in usum medicum debent, quando folia decidunt, & caules contabescunt, vel ut Theophrastus inquit, quando fructus amiserunt, id est, ad finem æstatis, vel autumno, quia tum maximè sunt vegetæ, cum succum suum potissimum retinent, retinent autem amissis fructibus, à quibus non amplius exuguntur. contra tamen alii, effodiendas radices contendunt vere, anteaquam folia nova prodeant; illo enim tempore radicibus quam reliquis partibus majorem vim inesse. Illud omnino fatendum, majorem succi ubertatem ac copiam reperiri in his quæ vernali tempore eruuntur, quippe quod plantæ eo tempore nec caules nec folia, neque flores produxerunt, à quibus magna vis succi è radicibus extrahitur idcirco rationi admodum consentaneum videtur, autumnales radices omnes, tum multitudine succi tum præstantia ac viribus cedere vernalibus, quod scilicet pauco ante tempore, & caules & folia & fructus ediderint. Sed pro Theophrasto & Dioscoride respondendum. vere quidem radices copiosiore constare succo, sed crudo, putredinique idcirco ac corruptioni magis obnoxias has radices esse, præsertim si longo asserventur tempore. contra autumno collectæ succo pauciore sunt præditæ, sed elaborato, nec facile, etiamsi ad multum tempus serventur, à putredine læduntur. Quare rectè veteres radices colligere præcipiunt, postquam fructum amiserit planta, sive quando folia caulesque marcescunt. Quod cum variis anni temporibus eveniat, uti Theophrastus observavit: pro natura diversarum plantarum sedulo pharmacopoeis studendum est, ut suo tempore unaquæque radix integre, si fieri potest, cum omnibus suis adnatis evellatur, & in iis locis atque ea sub cœli constitutione, quam maxime familiarem habet. quod autem ad succum ex radicibus eliciendum attinet. verno tempore quando plurimo humore redundant, instituendum suadeo uti supra dixi.

Ὅταν ἀμείψωσι τὸν καρπόν. Nescio cur Doctiss. interpres, *antequam fructus amiserint*, verterit. cum Theophrasti sit sententia, earum plantarum radices, quarum fructus etiam insignem præstat utilitatem, esse colligendas, postquam fructum amiserint, id est fructus perfecte maturus collectus sit: scilicet ut utriusque habeatur ratio, & fructus & radicis. Præterea non viget radix, quandiu in fructu nutriendo, succoque ad illum mittendo occupata est.

Ἐπὶ δὲ τῶν ὀπῶν. Docet quibus ex partibus succi lactei colligi soleant, ac quidem ex tribus his id fieri docet, radice, caule, capite. An itaque ex foliis non colligitur, an qui ex iis collectus, non æque præstans. Elaboratior videtur & copiosior è caule manare, ideoque foliorum non facit mentionem præceptor. Quorundam succum sponte manare scribit, & concrescere, quorundam vero facta incisione, plures tamen incisione facta colligi, quam sponte. Quin etiam qui copiose manat, in vasculo colligi facile posse, nemo dubitat, sed eorum qui parce fluit, an lana colligi debeat, haud scio.

Tithymalum μηκώνιον vocari ait. Galenus in exegesi id μηκώνιον πέπλον exponit. Μηκώνιον τὸν πέπλον καλούμενον ὃ καὶ μηκωνίτην ὀνομάζει, *peplum vocatum, quem & meconitem vocat.* Πέπλον Dioscorides μήκωνα ἀφρώδη vocari scribit. Ætius μηκαφρόδιτον. De quibus infra. Peplos tithymallis à quibusdam annumeratur. Quoddam itaque genus tithymali est μηκώνιον. an Atticis omnis tithymallus μηκώνιον sit, me fugit, scribit præceptor, probabile itaque. Tithymalus, nisi à contrario nomen illud obtineat, cur sic dicatur non video.

Clare satis docet quæ sit inter. Ὀπισμὸν καὶ χύλισμα differentia. ξηρὸς hoc loco non ὑγρῷ, νοτερῷ sed λιπαρῷ opponitur. Vult nihil aut parum pingue τὸ χύλισμα continere, sed omnino aqueum esse & tenue.

Plurimarum radicum succum, fructu infirmiorem ac debiliorem esse inquit, contra cicutæ succum validiorem, mortemque facile brevique adferre. Vide cap. 17. hujus libri ubi historia ejus recensetur, deque cicutæ veneno agitur. De Thapsia vero cap. XI. quæ dicantur examina.

Nullas radicum excisionis differentias inquit esse, nisi quis ex temporis ratione eas colligat, quod aliæ æstate, autumno aliæ effodiantur, quod hanc aut illam partem radicis in usum recipere oporteat. Caput enim hellebori inutile contra partes imæ ac tenuiores laudantur, & in usum accipiuntur. Contra apii fœniculi gentianæ, helenii, reliquarumque radicum fibræ, & capillaceæ partes quibus comantur, deraduntur, item lignea matrix, quæ in multis radicibus includitur, (in longum scissis radicibus) tanquam omnino inutilis, eximitur. dixi plurimis; quia multæ ut gentiana, cyclamen, anemone, aristolochia rotunda, iris, bryonia, centaurium majus, nymphea, talem non habeant matricem.

ΚΕΦ. Θ. — CAP. IX.

Quid herbarii præcipiant secandis colligendisque herbis. Tum in secando precandum Deos. Quidque in precatione absurdum, atque in sectione adjectitium. Ut de cavenda aquila, quod periculum secantibus immineat.

Ἔτι δὲ ὡς οἱ φαρμακοπῶλαι καὶ οἱ ῥιζοτόμοι, τὰ μὲν ἴσως οἰκείως, τὰ δὲ καὶ ἐπιτραγωδοῦντες λέγουσι. κελεύουσι γὰρ τὰς μὲν κατὰ ἄνεμον ἱσαμένους τέμνειν, ὥσπερ ἑτέρας τέ τινας, καὶ τὴν θαψίαν, ἀλειψαμένους λίπα. τὸ γὰρ σῶμα ἀνοιδεῖν, ἐὰν ἐξ ἐναντίας. καθ' ἄνεμον δὲ καὶ τοῦ κυνοσβάτου τὸν καρπὸν συλλέγειν. εἰ δὲ μὴ, κίνδυνον εἶναι τῶν ὀφθαλμῶν. τὰς δὲ νύκτωρ, τὰς δὲ μεθ' ἡμέραν. ἐνίας δὲ πρὶν αὐτὸν ἥλιον ἐπιβάλλειν. οἷον καὶ τὸ καλούμενον κλύμενον. καὶ ταῦτα μὲν καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις, τάχ' ἂν οὐκ ἀλλοτρίως δόξαιεν λέγειν. ἐπισινεῖς γάρ τινων αἱ δυνάμεις. ἐξάπτειν γάρ φασιν ὥσπερ πῦρ καὶ * κατακαίειν τὸν ἐλλέβορον, ἐπεὶ καὶ ταχὺ καρηβαρεῖν ποιεῖ, καὶ οὐ δύνασθαι πολὺν χρόνον ὀρύττειν. διὸ καὶ προεσθίουσι σκόροδα, καὶ ἄκρατον ἐπιπίνουσιν. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα ὥσπερ ἐπίθετα καὶ πόρρωθεν. οἷον τὴν παιωνίαν, οἱ δὲ γλυκυσίδην καλοῦσι, νύκτωρ κελεύουσιν ὀρύττειν. ἐὰν γὰρ ἡμέρας, καὶ ὀφθῇ τις ὑπὸ δρυοκολάπτου, τὸν μὲν καρπὸν ἀπολέγων κινδυνεύει τοῖς ὀφθαλμοῖς. τὴν δὲ ῥίζαν τέμνων, ἐκπίπτει τὴν ἕδραν. φυλάττεσθαι δὲ καὶ τὴν κενταυρίδα τέμνοντα τριόρχην, ὅπως ἂν ἄτρωτος ἀπέλθῃ, καὶ ἄλλας δέ τινας ὁμοίως. τὸ δ' ἐπευχόμενον τέμνειν, οὐδὲν ἴσως ἄτοπον. ἀλλ' ἔτι καὶ ἄλλο προστιθέασιν, οἷον τὸ † πανακὲς τὸ Ἀσκληπίου καλούμενον τέμνοντας*, ἀντεμβάλλειν ‡ τῇ γῇ παγκαρπίαν μελιττοῦταν· ὅταν δὲ τὴν ξίριν, * τριμήνους μελιττούτας ἀντεμβάλλειν μισθόν, † τέμνειν δὲ ἀμφήκει ξίφει περιγράψαντα εἰς τρεῖς. καὶ ὃ ἂν πρῶτον τμηθῇ, μετέωρον ἔχειν, εἶθ' οὕτω τὸ ἕτερον τέμνειν. καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα πλείω. περιγράφειν δὲ καὶ τὸν μανδραγόραν εἰς τρεῖς ξίφει· τέμνειν δὲ πρὸς ἑσπέραν βλέποντα· τὸ δὲ ἕτερον κύκλῳ περιορχεῖσθαι, καὶ λέγειν ὡς πλεῖστα περὶ ἀφροδισίων. τοῦτο δὲ ὅμοιον ἔοικε τῷ περὶ τοῦ κυμίνου λεγομένῳ κατὰ τὴν βλασφημίαν, ὅταν σπείρωσι. περιγράφειν δὲ καὶ τὸν ἐλλέβορον τὸν μέλανα ἱστάμενον πρὸς ἕω, καὶ προσκατευχόμενον δέ. ἀετὸν δὲ φυλάττεσθαι καὶ ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ ἀριστερῶν. κίνδυνον γὰρ εἶναι τοῖς τέμνουσιν. * ἐὰν δὲ ὁ ἀετὸς † ἐγγὺς, ὁ ἀποτέμνων ἀποθνήσκει ἐνιαυτῷ. ταῦτα μὲν οὖν ἐπιθέτως ἔοικεν, ὥσπερ εἴρηται. τρόποι δ' οὐκ εἰσὶ τῶν ῥιζοτομιῶν, πλὴν οὓς εἴπομεν.

† κατακαίειν. καὶ ὁ ἐλλέβορος ταχὺ καρηβαρεῖν. Ald. Germ. Basil.

† Πανακὲς. Ald.

‡ Γὰρ τῇ γῇ. Al.

* Τριμήνους.

† ὄν.

‡ ἕτερον.

* ἐὰν δὲ ὁ ἐγγὺς μὴ ἀλγήσῃ, ὁ ἀετὸς ἀποτέμνων ἀποθνήσκει ἐνιαυτῷ. Al. ger. Bas.

‡ ἐγγὺς προσπτῇ, ὁ ἀποτέμνων.

* ADde quæ medicamentarii, & herbarii partim forsitan recte; partim quo rem suam ostentent ac prædicent, adjungunt. Præcipiunt enim alias vento averso secare, sicuti tum alias quasdam tum thapsiam, corpore oleo perunсto. Nam si ex adverso, corpus tumescere ajunt. Fructum quoque caninæ sentis, flatu averso colligendum censent, alioqui periculum oculis imminere. Alias noctu accipere jubent: alias interdiu. Nonnullas prius quam sol irradiet, ut quod † volucrum appellant. Et hæc quidem hisque similia, non ab re dici fortasse putaveris. Sunt enim quæ noxias habent vires. Veratrum enim incendere & ignis modo urere ajunt. Mox caput aggravat, nec diu effodere illud possunt. Qua de causa priusquam fodere adorsi sint, allia comedere, & vinum subinde sorbere consueverunt. At illa veluti adjectitia, & è longinquo ducta apparent. Pœoniam enim quam alii dulcisidam vocant, noctu effodiendam præcipiunt. Nam si interdiu, & à pico martio fructum colligere quis videatur, oculis periclitabitur. Radicem autem secans ‡ sedem procidet. Febrifugiam quoque secantes accipitrem tritestigerum nuncupatum cavere, ut sine vulnere possint discedere, & alia hujuscemodi in quibusdam aliis notant. Precari autem in secando haudquaquam absurdum fortasse sit. Sed quæ addunt, absurda potius dixeris. Panacem enim Æsculapieam cognominatam effodientes, * è vario frugum genere placentam terræ injicere: cum vero Xirin (plantam quandam aromaticam sic vocant) & ense utrinque acuto ter circumscribentes succidere. Quodque primum inciderint, sublime tenere. Deinde alterum cædere. Ac ejusmodi alia complura enarrant. Mandragoram quoque ense ter circumscribere jubent. & alterum succidere ad occasum spectando. Alterum circumsaltare, plurimaque de re venerea dicere. Quod maledictis, & execrationibus sane proximum est, quas satui cumini necessarias putant. Quin & elleborum nigrũ circumscribere spectando ad ortum, idque precando. Sed & aquilam cavere tam à dextra, quam à sinistra. Periculum enim secantibus imminere ajunt: & si aquila prope advolaverit, moriturum illo anno qui succidit, augurium esse. Sed hæc plane commentitia videntur, ut dictum est. Modus autem † radicidii præter prædictos nullus alius datur.

** Addendum quæ præterea in colligendis plantis pharmacopolæ & herbarii partim vere, ni fallor, aiunt, partim tragicis proferunt aggerationibus.*

† Periclymenum.

‡ Secanti procidet sedes. Centaurium.

** Ex omni frugum genere offam mellitam terræ injicere. cum vero xirin effodiunt placentam mellitam ex frumento trimestri veluti mercedem quandam reponere, & ense ancipiti ter circumscribentes succidere. quodque primum inciderint.*

† radices colligendi.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἐπιτραγωδοῦντες. *At de Thapsia verùm prædicant. Non solum enim manus, verùm etiam facies, ac pudenda tumescunt. Tum autem cutis universa abit in pustulas. Hoc vidimus nos,*

Ἐξάπτειν γάρ φασιν, ὥσπερ πῦρ. *Theodorus, quemadmodum & Veratrum incendere, ignis modo. Male collocata vox illa, (Veratrum) ibi. Sed eo loco restituenda.* ἐπεὶ καὶ ὁ ἐλλέβορος καρηβαρεῖν ποιεῖ.

Τὴν δὲ ῥίζαν τέμνων ἐκπίπτει τὴν ἕδραν. *Theodorus græcissavit. Radicem autem secans sedem procidet. Secanti procidet sedes.*

Παγκαρπίαν μελιττοῦταν. ὅταν δὲ τὴν ξίριν τριμήνους μελιττούτας ἀντεμβάλλειν μισθόν, *Theodorus omittit* μελιττούτας, ὅταν δὲ τὴν ξίριν τριμήνους. *Et addit,* ἐκ μελιττούτης. *Varium, inquit, genus frugum vicissim terræ injicere ajunt, & placentas.* παγκαρπία, *est omne frugum genus.* μελιττοῦται *ex Athenæo, & Polluce, placentæ.* τριμήνους *autem neutiquam probo: sed* τριμήνου μελιττούτας. *Illud cavebis, quod Theodorus,* ἀμφήκει ξίφει, *ense bina adacto acie. pure & latine, ensem ancipitem. Idem mox legit,* τὸ ἕτερον τέμνειν, *non autem,* τὸ ἕτερον. *& rectè.*

Ἐὰν δὲ ἐγγὺς μὴ ἀλγήσῃ, ὁ ἀετὸς ἀποθνήσκει ἐνιαυτῷ. *Theodorus, Et si Aquila prope advolaverit, moriturum eo anno, qui succidit: augurium est. Omnia ex Plinio. Sic lego.* ἐὰν δὲ ὁ ἀετὸς ἐγγὺς προσπτῇ, ὁ τέμνων, ἀποθνήσκειν ἐνιαυτῷ.

IOAN-

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ & COMMENTARIUS.

AGit hoc capite de herbarum collectione, & quas veteres præceperint in ea nugas, recenset & ridet, fabulosaque esse, fatetur. Quæ tamen dicit, examinabimus.

Φαρμακοπώλας; φαρμακοπώλας non vocat, qui simplicium medicaminum instituram exercent, & ex præscripto medici ex illis, antidotos, electuaria, cæteraque remedia miscent ac conficiunt. Sed circumforaneos illos, qui vulgo Quacksalvers vocantur, qui totos dies in foro desident cum suis vasculis, pyxis, cistis, & sero domum revertuntur. Apoll. de pharmacopola ἐν τῇ ἀγορᾷ καθήμενος, καὶ οὐκ ἐξανίστη ἀπὸ τῆς σκηνῶν. Hi & lethalia & salutaria vendebant pharmaca, Aristophanis scholiastes, ad hunc locum in nebulis ἤδη παρὰ τοῖσι φαρμακοπώλαις τὴν λίθον ταύτην ἑόρακας τὴν καλήν, inquit, φαρμακοπώλας κυρίως οἱ τὰ φάρμακα πιπράσκοντες τὰ δὲ ἀποπλάσματα καὶ τὰ θανάσιμα. Hinc ille versus Homeri:

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ, μεμιγμένα πολλὰ δὲ λυγρά.

Suidas: φαρμακός· μυρεψὸς καὶ ὁ σκευάζων δηλητήρια φάρμακα. Idem φαρμακεία λέγεται, ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρου πρὸς φίλτρον ἢ ἄλλως δοθῇ ποι διὰ σώματος. γοητεία δὲ καὶ μαγεία & φαρμακεία διαφέρει. Maximus Tyrius orat. x. Μιμεῖται που καὶ φαρμακοπώλης ἰατρὸν, καὶ συκοφάντης ῥήτορα καὶ σοφιστὴς φιλόσοφον. *odit medicum pharmacopola, rhetorem sycophantes, philosophum sophistes:* vide cap. XVIII. lib. 4. ubi apertè satis docet pharmacopolam circumforaneum esse.

Ῥιζότομος dicitur Herbarius, qui herbas, radices & colligit & vendit. Nam qui olim herbarum simplicium tantum potestates descripserunt, suos libros τῶν ῥιζοτομουμένων inscripserunt, ut Micion apud Plinium. Firmicius herbarios vocat τοὺς ῥιζοτόμους Græcorum sive βοτανολόγους: hoc hominum genus figmenta hæc excogitavit, finxitque, ut majori pretio suas venderet merces.

Θάψιαν. De Thapsia hæc apud Plinium lib. XIII. cap. XXII. *Quippe etiam fodientibus nocet; si minima adspiret aura, intumescunt corpora, faciemque invadunt ignes sacri, ob id cerato prius illinunt.* De Thapsia vera dicere Scaliger auctor est. *Non solum*, inquit, *manus, verumetiam facies, ac pudenda tumescunt. tum autem cutis universa abit in pustulas. Hoc se vidisse scribit.* Sic parens meus testatur, tale quid avo meo, aliquoties accidisse, cum succum ex fructibus cucumeris asinini colligeret, elaterium ut conficeret, tota ei facies intumescebat. per multos dies, postea cutis tota in vesicas abibat. Nihil tamen succi illius, ut ajebat, faciem ejus attigerat, sed solus vapor.

Κυνόσβατε. De canisbate ceu cynosbato supra lib. III. cap. XVIII. egi, ac fabulosum est quod de ea tradunt herbarii. nec minus vanum, quod de clymeno afferunt, cujus historiam vide cap. ult. lib. VII. & cap. XIX. lib. IX. Historiam de veratro vide cap. XI. hujus lib. I. calidum admodum esse, & urere, si assumatur notum satis: pustulas, vesiculas cuti impositum excitare, experientia constat. apud nos utrumque sine ullo periculo effodere licet.

Παιώνια vel παιωνία nomen accepit à medico Pæone, qui ea vulneratum Plutonem ab Hercule, (Homero odyss. ε. fingente) curasse perhibetur. Nisi forte nomen illud acceperit ἀπὸ τοῦ παίομαι sive παίω πύπτω percutio, ferio. vel à παιάν vel παιωνίζω hymnos cano, quod ob insignes virtutes multum laudaretur. Nam pæonias omnes herbas Veteres pro salutaribus acceperunt. Virgilius Æneid 7. pæoniis revocatum herbis. Aristophanes Παιώνια χεὶρ *salutaris medicatoria manus.* Suidas Παιώνειον ἰατρεῖον θεραπευτήριον ἢ σωτήριον φάρμακον. Addit præceptor γλυκυσίδην vocari, Theodorus *Dulcisidam* interpretatur, quod grana dulcia mali punici acinis similia habere videatur, vel quod florem ferret rubrum balaustiæ simillimum, vel quod radices dulcedinem & saporem mali punici dulcis habeant. Sida enim mala punica a Poetis dici, suo loco diximus. Athenæus ex auctoritate Seleuci lib. 3. deipnos. σίδιον ἐν ταῖς γλώσσαις, & γλυκυσίδην τινὰ καλεῖσθαι φησὶ σύκῳ τὴν μορφὴν μάλιστα ἐοικυῖαν, φυλάττειν δὲ τὰς γυναῖκας ἐσθίειν διὰ τὸ ποιεῖν μανιώδεις. Locus hic exponendus; quem an interpres vir doctiss. haud rectè satis perceperit, non constat. Seleucus in glossis, inquit, refert glycisiden quamdam vocari, figura perquam similem fico, à medicisque observatum fuisse in cibo sumptam, rubra fœminarum profluvia sistere, ac valere contra malum mentis & infatuationes. Quam cum fico habeat similitudinem non video. Viri docti fico similem scribunt, quod siliquis, quæ semen continent, vel appendicibus glandi similibus in radice fœminæ, ficum æmuletur. Mirabilis hæc comparatio. nec siliquæ, nec radices ficum ullo modo referunt. figura contrarium ostendit. Scriptum fuit σίδη, quod quid esset cum ignorarent librarii, mutarent in σύκῳ. nisi Seleuci errorem dicamus, vel ipsius Athenæi male hunc locum exscribentis. In cibo, inquit interpres, sumptum sistere rubra fœminarum profluvia. non Dioscorides & Hesychius id scripserunt, non Athenæus. Dioscorides lib. III. cap. XV. Τοῦ δὲ καρποῦ ἐ ἢ ιβ' κόκκοι πυῤῥοὶ ποθέντες ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ ῥοῦν ἐρυθρὸν ἱστᾶσι. *Seminis grana decem aut duodecim rubentia, in vino nigro & austero potu sanguinolentum fluorem muliebrem sistunt.* Hesychius γλυκυσίδη φυτὸν ποιὸν (συντελοῦν πρὸς ἀτόπημά τι τῶν γυναικῶν. *Planta solvens perficiens, sanans malum quoddam* (nempè rubrum fluxum) *muliebre.* Plinius lib. 27. cap. 10. *rubra enim grana rubentes menses sistunt, XV. fere pota in vino nigro.* Idem Plinius, edi contra malum mentis ait, *Estur*, inquit, *contra malum mentis, sed in medendo quatuor drachmæ satis sunt. grana nigra auxiliantur, & suppressionibus nocturnis in vino pota, quo dictum est numero.* Idem lib. XXV. cap. IIII. *Inest ei semen copiosum, rubrum nigrumque. Hæc medetur & Faunorum in quiete ludibriis.* Sic ἐφιάλτην vocat Dioscorides loco citato: Οἱ δὲ μέλανες καὶ πρὸς τοὺς ἐφιαλτῶν πνιγμοὺς, & πρὸς τὰς ὑστερικὰς πνίγας καὶ ὀδύνας μήτρας ἐν μελικράτῳ ἢ οἴνῳ ὅσον ιε κόκκοι πινόμενοι ποιοῦσι, *Quæ vero nigra sunt grana, suppressionibus nocturnis, quas ephialtas vocant, vulvæque strangulationibus, ac uteri doloribus, numero quindecim, in aqua mulsa aut vino pota, auxiliantur.* Contra tamen Athenæus fœminas abstinere inquit ab esu pæoniæ, quod fatuitatis causa sit. An itaque scripsit Athenæus ποιεῖν πρὸς μανιώδεις an vero liberalius assumpta pæonia mentis alienationem parit? Inquit enim Plinius, quatuor drachmas satis esse. Sic crocus debita si exhibeatur dosi, lætitiam creat, modum si quis excedat, mortem ei adfert. Vide quæ cap. XII. hujus libri de solano maniaco scribat præceptor. Dicitur etiam πεντόροβον. Dioscorides lib. III. cap. CLVII. Παιώνια ἢ γλυκυσίδη, οἱ δὲ πεντόροβον (vulgo depravate πεντόδορον.) οἱ δὲ ἰδαίους δακτύλους τὴν ῥίζαν παιωνίαν καλοῦσι. Plinius lib. XXV. cap. IIII. *Vetustissima inventu pæonia est nomenque auctoris retinet, quam quidam pentorobon, alii glycysidem. hæc quoque difficultas est, quod eadem alibi nuncupantur.* Idem lib. XXVII. *Glycyside quam aliqui pæoniam, aut pentorobon vocant.* Apuleus cap. 64. *Pæonia à Græcis appellatur pentorobon, aliis glycisis.* Sic etiam apud Æginetam lib. III. cap. XIII. Φησὶν ὁ Γαληνὸς ὅλως ἐπιληφθῆναι, ἐξ οὗ τῆς ῥίζης τῆς γλυκυσίδου ἐφόρει. Λέγει δὲ τὴν παιωνίαν μέγα, καὶ περίαπτον ἐξαρτώμενον τῷ τραχήλῳ. *Novi autem quandoque puellum, inquit Galenus, neutiquam hoc tentatum postea morbo (epilepsia) quam radicem glycysidis* (dicit autem de pæonia magna & recenti) *ex collo suspensam gesserat.* Bellonius lib. I. cap. 17, psiphidile à Græcis vocari ait. *Pæoniæ duo genera, vulgo Græcorum psiphidile nuncupata, in omnibus vallibus humidis nascuntur, candido flore.* ab Hippiatri auctore γλυκυσίδη dicitur. Agatholichus ca. II. Θριδακίνης σπέρματος γο. α', γλυκυσίδου χυλοῦ γο. α', ῥοδίνου ἐλαίου λίτραν μίαν. *Seminis lactucæ, succi pæoniæ singulorum bessem, olei rosarum pondo libram.* Aliis aglaophotis, aliis pæonion, aliis selemon & pentoroba, dicitur, quasi quinque ervi granum, à granorum numero, quæ ervum imitantur. Idæos Dactylos vocat antiquitas, quod radix glandulosa, dactyli, sive digiti, quandam formam ostendat. Sed inde nomen illud habere non puto, verum à palmulis, quæ prælonga gracilitate, curvatis humanis digitis similes sunt. Alii à gemma in Creta nascente humani pollicis forma, nomen

nomen accepisse scribunt: vide Plinium lib. VIII. cap. LXI. A palmulis nomen accepisse probabilius. Aglaophotim dictam scribit Apuleius. Plinius lib. XXIIII. cap. XVII. *Aglaophotim herbam, quæ admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiæ nascentem Persico latere, qua de causa & marmaritim vocari.* Aglaophotis dicitur, à granis cocci colore splendentibus: eadem etiam de causa marmaritis dicitur, ἀπὸ τοῦ μαρμαίρειν, à splendore & nitore. Meminit aglaophotis Ælianus cap. XXIIII. & XXVII. lib. XIIII. De animalibus: ubi duos cynospastos describit, quorum alterum marinum, alterum terrestre. De marino alibi si detur occasio. De terrestri cap. XXVII. agit, ubi hæc scribit: Ὄνομα φυτοῦ κυνόσπαστος, καλεῖται δὲ ἄρα καὶ ἀγλαοφῶτις ἡ αὐτή. βούλομαι γὰρ ἐκπίσαι χρεῖος ὑπομνησθεὶς ὃ μεθ' ἡμέραν ἐν τοῖς ἄλλοις διαλέληθε, καὶ οὐκ ἔστι πάντη σύνοπτον. νύκτωρ δὲ ἐκφαίνεται καὶ διαπρέπει ὡς ἀστήρ. φλογώδης γάρ ἐστι καὶ ἔοικε πυρί. οὐκοῦν σημεῖόν τι ταῖς ῥίζαις παραπήξαντες αὐτῆς, ἀπαλλάττονται. οὔτε τὴν χρόαν ἔχοντες μεθ' ἡμέραν (scilicet συμβαίνειν, quod verbum sequitur) εἰ μὴ τοῦτο δρᾶσαι ἐμνημόνευσαν, οὔτε μὴν τὸ εἶδος. παρελθούσης δὲ τῆς νυκτὸς ἥκουσι, καὶ θεασάμενοι τὸ σημεῖον, ὅπερ οὖν κατέλιπον, καὶ γνωρίσαντες, ἔχουσι συμβαλεῖν, ὅτι ἄρα τοῦτο ἐκεῖνό ἐστιν, οὗ καὶ δέονται. ἐπεί τοίγε ἄλλως ὅμοιόν ἐστι τοῖς παρεστῶσι, καὶ οὐδὲ ὀλίγον διαλάττει αὐτῶν. Οὐκ ἀνασπάσουσι δὲ αὐτοὶ τὸ φυτὸν τόδε, ἢ οὐ χαιρήσουσι πάντως. Οὐκ οὖν περιορύττουσιν ἔτι ἀνασπᾷ; ἐπεὶ καί φασι τὸν πρῶτον ὑπ' ἀπειρίας τοῦ κατ' αὐτοῦ, φυσέως προσψάμενον, οὐκ εἰς μακρὰν ἀπώλεσεν. Ἄγουσι οὖν κύνα νεανίαν ἡμερῶν ἀποσιτήσαντα καὶ λιμώττοντα ἰσχυρῶς. καὶ τοῦτον σπάρτον ἐξάψαντες ὅμαλα στερεὸν, καὶ τῆς ἀγλαοφῶτιδος τῷ κάτω στελέχει βρόχον τινὰ δύσλυτον προσαρτήσαντες, ὡς οἷοί τέ εἰσι μακρόθεν· εἶτα τῷ κυνὶ παρατιθέασι κρέατα πάμπολλα ὀπτὰ κνίσσης περιβάλλοντα. Ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ λιμοῦ φλεγόμενος καὶ στρεβλούμενος ὑπὸ τῆς κνίσσης, ἐπὶ τὰ προκείμενα ἐναντία κρέα ὁρμᾷ καὶ ὑπ' ὀδύνης αὐτόρριζον ἀνασπᾷ τὸ φυτόν. ἐὰν δὲ ὁ ἥλιος ἴδῃ τὰς ῥίζας ὁ κύων ἀποθνήσκει παραχρῆμα· θάπτουσι δὲ ἐν αὐτῷ τῷ χωρίῳ αὐτόν· καί τινας δράσαντες ἀπορρήτους ἱερουργίας τε καὶ τιμήσαντες τοῦ κυνὸς τὸ νεκρὸν ὡς ὑπὲρ αὐτῶν τεθνεῶτος. εἶτα μέν τοι προσάψασθαι τολμῶσι τοῦ φυτοῦ τοῦ προειρημένου, καὶ κομίζουσι οἴκαδε, καὶ καταχρῶνταί φασιν εἰς πολλὰ καὶ λυσιτελῆ· ἐν δὲ τοῖς καὶ ἐκ σελήνης νόσον ἐνσκήπτειν τοῖς ἀνθρώποις λεγομένην ἰᾶσθαί φασι αὐτὴν καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὸ πάθος. ὅπερ οὖν ὑγροῦ ἐπικλύσαντος, καὶ ῥαγέντος ἀφαιρεῖ τὴν ὄψιν αὐτοῖς. Hæc his verbis reddidit interpres. *Cynospastus herba, alio nomine aglaophotis dicitur: hæc per diem inter cæteras herbas (a quibus ne minimum quidem differt) delitescit, nec ullo modo agnoscitur, nocte vero stellæ instar lucens, & igneo splendore coruscans, facile in conspectum venit. Itaque signo ad radices ejus defixo discedunt, absque eo neque colorem ejus inderdiu, neque speciem cognituri. nocte jam exacta adveniunt, & herbam ex signo agnoscunt, evellere vero aut circumfoderetantum cavent. Primum enim qui ejus naturæ imperitus, eam attigit, perijsse ferunt. Canem igitur juvenem adducunt, diei spatio famelicum, & funiculum validumarctissime ad inferiorem herbæ stipitem vinctum, cani etiam alligunt, & carnes assas ei multas obiiciunt, quamlongissime interim recedentes, canis nidore motus, impetu ad carnes fertur, & herbam radicitus eruit. Cujus radices si sol viderit, canis mox expirat, & secretis quibusdam ceremoniis, ut pote in ipsorum gratiam extinctus, sepelitur. Tum demum herbam contingere, & secum auferre audent. Vsus ejus ad multa celebratur, & inter cætera, ad comitialem morbum remedium ex ea homini commendant. Item ad oculorum vitium, quod delato in eos humore nimio videndi facultatem adimit.* Eadem fere de baaras radice referuntur, à Flavio Iosepho lib. VII. cap. XXV. de bello Judaico. Nisi quod & alterum colligendi addat modum Τῆς φάραγγος δὲ τῆς κατὰ τὴν ἄρκτον περιεχούσης τὴν πόλιν Βαάρας ὀνομάζεταί τόπος, φύει τε ῥίζαν ὁμωνύμως λεγομένην αὐτῷ. αὕτη φλογὶ μὲν τὴν χροιὰν ἔοικε. περὶ δὲ τὰς ἑσπέρας σέλας ἀπαστράπτουσα τοῖς δὲ ἐπιοῦσι καὶ βουλομένοις λαβεῖν αὐτὴν, οὐκ ἔστιν εὐχείρωτος. ἀλλ' ὑποφεύγει, καὶ οὐ πρότερον ἵσταται, πρὶν ἄν τις οὖρον γυναικὸς, ἢ τὸ ἔμμηνον αἷμα χέῃ κατ' αὐτῆς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τότε αψαμένοις πρόδηλός ἐστι θάνατος, εἰ μὴ τύχῃ τις αὐτὴν ἐκείνην ἐπενεγκάμενος τὴν ῥίζαν ἐκ τῆς χειρὸς ἀπηρτημένην. ἁλίσκεται δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἀκινδύνως, ὅς ἐστι τοιόσδε. κύκλῳ πᾶσαν αὐτὴν περιορύσσουσιν, ὡς εἶναι τὸ κρυπτόμενον τῆς ῥίζης βραχύτατον, εἶτ' ἐξ αὐτῆς ἀποδοῦσι κύνα, κἀκείνου τῷ δήσαντι συνακολουθεῖν ὁρμήσαντος· ἡ μὲν ἀνασπᾶται ῥᾳδίως· θνήσκει δὲ εὐθὺς ὁ κύων, ὥσπερ ἀντιδοθεὶς τοῦ μέλλοντος τὴν βοτάνην ἀναιρήσεσθαι. φόβος γὰρ οὐδεὶς τοῖς μετὰ ταῦτα λαμβάνουσιν. Ἔστι δὲ μετὰ τοσούτων κινδύνων, διὰ μίαν ἰσχὺν περισπούδαστος. τὰ γὰρ καλούμενα δαιμόνια, ταῦτα δὲ πονηρῶν ἐστιν ἀνθρώπων πνεύματα, τοῖς ζῶσιν εἰσδυόμενα καὶ κτείνοντα τοὺς βοηθείας μὴ τυγχάνοντας, αὕτη ταχέως ἐξελαύνει, κἂν προσενεχθῇ μόνον τοῖς νοσοῦσι. *Vallis, qua civitas à parte septentrionali cingitur, quidam locus baaras appellatur, ubi radix eodem nomine gignitur, quæ flammæ quidem assimilis est colore, circa vesperam vero veluti jubar fulgurans, accedentibus eamque èvellere cupientibus facilis non est, sed tamdiu refugit, nec prius manet, quam si quis urinam muliebrem, vel menstruum sanguinem super eam fuderit. Quin etiam tunc si quis eam tetigerit, mors certa est, nisi forte illam ipsam radicem de manu ferat pendentem. Capitur autem alio modo sine periculo, qui talis est: Totam eam circumfodiunt, ita ut minimum ex radice terra sit conditum: deinde ab ea religant canem, illoque sequi eum à quo relegatus est cupiente, radix quidem facile evellitur, canis vero continuo moritur, tanquam ejus vice à quo tollenda erat, traditus: Nullus enim postea accipientibus metus est. tantis autem periculis propter unam vim capi eam operæ pretium est. Nam quæ vocantur dæmonia, pessimorum hominum spiritus, vivis immersa eosque necantia quibus subventum non fuerit, hæc cito, etiamsi tantummodo ægrotantibus admoveatur, abigit.* Doctissimi Botanici baaras radicem, mandragoram esse putant. Cum de mandragora nemo tradiderit splendere circa vesperam, quod de pæonia Apuleius aliique tradunt. Hæc herba in extremis bacculas habet amigdalinis similes, in quibus sunt grana cocco similia ad acinorum mali granati magnitudinem, quæ noctu lucent tanquam lucerna. ea plurimum noctu à pastoribus invénitur & colligitur. Præterea mandragora ad morbos quales sunt epilepsia, mania, incubus, à nemine præscribitur, nec adversus tales efficax est. Pœoniam hos debellare morbos, veteres tradunt omnes. Unus locus Æginetæ ex Galeno citatus, abundè satis id docet. Quin & hodie eundem usum præstat, quod & mulierculis notum, & probatione non eget: Estur, inquit Plinius, contra malum mentis. Denique aglaophotis nomen poeonia habet, non Mandragora. Pœoniam his verbis describit Dioscorides, Καυλὸς ὡς διασπιθαμιαῖος φύεται, παραφυάδας ἔχων πολλάς, φύλλα δὲ ἡ μὲν ἄρρην βασιλικῇ καρύᾳ ὅμοια· ἡ δὲ θήλεια ἀπέσχισται τὰ φύλλα, ὥσπερ σμύρνιον. λοβοὺς δέ τινας ἀνίησιν ἐπ' ἄκρου τοῦ καυλοῦ ἀμυγδάλοις ὁμοίους, ὧν ἀνοιχθέντων εὑρίσκονται ἐρυθροὶ κόκκοι πολλοί, μικροί, ἐμφερεῖς τοῖς τῆς ῥοιᾶς, ἐν μέσῳ δὲ μέλανες, ἐμπόρφυροι ε' ἢ ς'. ῥίζα δὲ τοῦ μὲν ἄρρενος (addit. Oribas. λεπτὴ) περὶ δακτύλου πάχος, μῆκος δὲ σπιθαμιαῖος, γευομένῳ στύφουσα, λευκή· ἐπὶ δὲ τῆς θηλείας, παραφυάδας ὥσπερ βαλάνοις ἔχουσα ζ' ἢ η' ὥσπερ ἀσφόδελος. *Caulis verò in duorum dodrantum altitudinem adolescit, adnascente numerosa sobole comitatus. ac mari quidem sunt qualia Iuglandis, fœminæ vero incisuris smyrnii modo divisa, summo caule fert utraque siliquas quasdam, veluti græcas nuces (amygdalis similes) quibus dehiscentibus, grana multa rubentia, parva, acinis punicorum similia inveniuntur, & inter hæc media quinque aut sex, nigra purpurea. Radix maris digitali ferè crassitudine, & palmi longitudine, gustu adstringens, candida: foeminæ vero radicibus ceu glandes, septem, octove adhærent, quales hastulæ regiæ radicibus adnascuntur.* Plinius. lib. XXV. *Nascitur opacis montibus, caule inter folia digitorum quatuor, ferente in cacumine veluti nuces græcas quatuor aut quinque. Inest in iis semen copiosum rubrum, nigrumque,* lib. XXVII *caulem habet duum cubitorum, comitantibus duobus aut tribus, subrutilum, cute lauri: folia qualia Isatis, pinguiora, rotundioraque & minora: semen in siliquis, aliud grano rubente, aliud nigro. Duo autem genera sunt. Foemina existimatur cujus radicibus ceu balani longiores circiter octo, aut sex adhærent. Mas plures habet. Quoniam non una radice nixus est, palmi altitudine, candidaque. ea gustu adstringit. Foeminæ folia myrrham redolent & densiora sunt. Nascuntur in sylvis.* Plura hic animadversione digna, in montibus opacis nasci ait. Gonpylus, in antiquo utroque Dioscoridis exemplari, fini capitis hæc adscripta reperit. φύεται ἐν ὑψηλοτάτοις ὄρεσι καὶ ἀκρωρείαις, *nascitur pæonia in altissimis montibus, eorumque verticibus.* Plinius priori libro in opacis montibus, posteriori in sylvis. Utrunque verum esse experientia compertum est, in altissimis nasci montibus, nec non in sylvosis locis, Genevæ Alpinis, & Norbonæ arduis Vegani

ganii culminibus, utraque & indidem sylvosis non procul à Sio celebri monte lupi vocato, fœmina reperitur. In altero codice Salmant. legitur, *caule uno*, *folia digitorum quatuor*. Caule quidem constat singulari, sed quæ plures adnatos habet, uti observavit Dioscorides veluti lib xxvII. Plinius comitantibus duobus aut tribus aliis. Folia alioquin maris singularia, latitudinem quatuor digitorum habent, fœminæ vero tenuiora sunt. Sin vero totam ῥάχιν intelligas, quatuor digitorum longitudine utriusque erunt folia, caulem inquit esse duûm cubitorum. Notat Hermolaus in antiquo codice legi duûm palmorum. Hanc lectionem defendit Dioscorides & autopsia, ad sesquipedem aut palmos duos, rarius ad binos pedes assurgit. Subrutilum inquit; Ex hoc Plinii loco quidam apud Dioscoridem legunt δισπιθαμιαῖος ὑπέρυθρος, φύεται. Maris caules pediculique rubent, foeminæ vero parùm aut nihil. *Folia qualis Isatis*, in antiquo codice *nucis* legi, auctor Hermolaus. In excusis quibusdam sic scriptum Pintianus docet. Maris folia lata, ex pluribus commissa, nucis Juglandis foliis ferè similia, nisi quod Juglandis ex septem, aut novem particularibus, sive ad unum nervum, aut ῥάχιν cohærentibus constent: pœoniæ vero ex quinque solum, & subinde ex tribus tantum committantur. *Mas*, inquit &c. *plures habet ab una radice*, Falsum id esse viri Docti scribunt: Dioscorides una radice constare marem testatur, & id verissimum. Omniumque qui de pœonia scripserunt testimonio probatum. Placet aliis Plinium non marem vulgarem sive à Dioscoride descriptam delineare, sed quam promiscuam vocant, sive neutram, quasi utriusque particeps esset. Quippe quantum a solo extat, si perpendas, marem dicas, sin erutas radices intueare, fœminam judices nisi quia pleniores & habitiores. Probabilior eorum opinio est, qui Plinii codicem depravatum existimant. Non enim fit verisimile Plinium genus illud novisse. Corrigunt leguntque negatione tantum transposita, hoc modo: *Mas plures non habet*, *quoniam una radice nixus est*. *Fœminæ folia myrrham redolere* scribit, & *densiora* esse. Dioscorides folia ὥσπερ σμύρνιον habere scribit, myrrham vero redolere non tradidit. Sed perinde est quomodo legas, nam smyrnium odore, est myrrhæ. Sed hæc Dioscoridis non fuit mens, Ἀπεσχισμένα, inquit, incisuris divisa smyrnii folia fert. rectè densiora esse scripsit; quanquam id non scribat Dioscorides. Supra positis verbis fortasse addendum scribendumque ὥσπερ σμύρνιον ἀλλὰ πυκνότερα ἔχει. Fabulosum & fictum est, quod de colligendi modo referunt pharmacopolæ. Plinius libr. xxv. cap. IIII. *Præcipiunt eruere noctu*, *quoniam si picus Martius videat*, *ruendo in oculos impetum faciat*. Lib. VII. *Tradunt noctu effodiendas, quoniam pico Martio impetum in oculos faciente, interdiu periculosum sit*. Pæoniæ genera plura observavit recentior ætas. De quibus lector phytopinacem videat Bauhini. In Belgarum hortis mas, fœmina, promiscua, & flore pleno reperitur; pretiosa hæc, quondam ex Hispaniis primum delata, 12 vendita coronatis fuit, nunc vulgaris, adeo ut cunctis in hortis reperiatur. Admiratione non caret, elegantissimum hunc florem, ita densè stipatum conspici, ut in uno quandoque numerentur quingenta folia, majora & minora. Semen raro fert, uti reliqua πολιάνθη. Unicum alterumve tantum semen vidi. Colore non nihil variat, quandoque intense rubet, quandoque albicat; nonnunquam albus est. Vidi partim albicare, partim rubescere.

κενταύριον nomen accepit, quod Chiron Centaurus eo curatus sit, cum Herculis excepti hospitio tractanti arma, sagitta excidisset in pedem, quare aliqui Chironium vocant; uti Plinius lib. xxv. cap. VI. docet. Ad vulnera glutinanda quam præstans sit, verba hæc Dioscoridis docent. ἔστι δὲ καὶ τραυματική, ὑγρὰ μὲν κοπεῖσα, ξηρὰ δὲ προβραχεῖσα, καὶ οὕτω κοπεῖσα, συνάγει γὰρ καὶ κολλᾷ, καὶ τὰ ἑψόμενα δὲ κρέα συνάγει ἐάν τις αὐτὴν κόψας συνεψήσῃ. *Est & illa vulneraria*, *siquidem recens tusa, aut, si arida fuerit, ante macerata, deindeque tusa, vulnera colligat & conglutinat. Quin & tusam si quis cum carnibus coquat, carnes ipsæ cohærescent.* Genera centaurei duo sunt, majus & minus, quibus ineptè Plinius tertium addit, vocatque centaurida triorchen. *Tertia*, inquit, *est centauris cognomine triorches*, *qui eam secet*, *rarum est ut non vulneret sese. Hæc succum sanguineum mittit. Theophrastus defendi eam, impugnarique colligentes tradidit à triorche accipitrum genere, à quo & nomen accepit, Imperiti confundunt hæc omnia, & primo generi assignant.* Rectius hi quam Plinius, qui unam eandemque plantam, a diverso auctore descriptam, diversam aliamque facit, & ex suo ipsius judicio hanc tertiã speciem excogitavit, contra Græcorum omnium sententiam, qui majus & minus tantum agnoscunt. Nec Theophrastus de centauride, ut de tertia aliqua specie, scripsit, sed simpliciter centauridem nominavit, non triorchem. φυλάττεσθαι, inquit. Ipse etiam Plinius, dũ alios reprehendit, notatque qui succũ sanguineum, & cætera primo generi sive majori assignavit culpandus est. Nam auctore Dioscoride, primum genus radicem habet rubro succo plenam. Quod ipse eodem capite, parum eorum quæ paulo ante scripsit, erat memor, testatur Plinius. Describitur magnum centaurium à Dioscoride lib. III. cap. VIII. κενταύριον τὸ μέγα οἱ δὲ νάρκην καλοῦσι, φύλλα ἔχει καρύας βασιλικῆς ὅμοια, περιμήκη, χρώματι χλωρὰ ὡς κράμβης, τὸ δὲ περιφερὲς αὐτῶν ἐντετμημένα ὥσπερ πρίων. καυλὸν δὲ ἔχει ὡς λαπάθου δίπηχυν, ἢ καὶ τρίπηχυν, παραφυάδας ἀπὸ τῆς ῥίζης ἔχοντα πολλάς, ἐφ' ὧν κεφαλαὶ ὅμοιαι μήκωνι, ὑπομήκεις ἐν τῷ περιφερεῖ· ἄνθος κυανίζον. καρπὸς δὲ ὅμοιος κνήκῳ ἐγκείμενος ὥσπερ ἐν ἐριώδεσι τοῖς ἄνθεσι· ῥίζα παχεῖα, στερρά, βαρεῖα, περιμήκης δύο, μεστὴ χυλοῦ, δριμεῖα μετά τινος στύψεως καὶ γλυκύτητος, ὑπέρυθρος (vetus ἐρυθρὸς addunt alii nonnulli veteres ὁμοίως δὲ καὶ ὁ χυλὸς ἐρυθρός) φιλεῖ δὲ λιπαρὰν γῆν, εὐήλιον, καὶ δρυμοὺς καὶ γεώλοφα. πλεονάζει δὲ ἐν Λυκίᾳ καὶ Πελοποννήσῳ, ἐν Ἤλιδι, καὶ Ἀρκαδίᾳ καὶ Μεσσηνίᾳ καὶ περὶ Φολόην καὶ Λυκίαν καὶ Σμύρνην. *Centaurium magnum, quod aliqui narcen appellant, folia habet nucis Iuglandis, oblonga, viridi brassicæ colore, serrata in ambitu: caulem verò ceu rumicis, binûm aut etiam ternûm cubitorum; multis ab radice adnatis, in quibus capita ceu papaveris, in rotunditate longiuscula: flos cæruleus, ac semen cnico simile, veluti laneis floccis quibusdam involutum.* Radix est crassa, solida, gravis, *ad bina cubita, succi plena, cum quadam adstrictione ac dulcedine acris, rubescens. Amat solum pingue & apricum, ac sylvas ac colles.* Cæterum copiosè nascitur in Lijcia, Peloponneso, *Helide, Arcadia, & Messenia, atque circa Pholoen, Lyciam & Smyrnam.* Plinius loco citato. *Folia sunt lata, & oblonga, serrato ambitu, densa ab radice, caules ternûm cubitorum geniculati.* (De suo hoc addit Plinius, nec talis centaurei, recentiores enim

Centaurium majus,



κενταύριον

κινζώρειον dixerunt, caulis) *In his capita ceu papaverum.* (Id de magnitudine intelligi debet) *Radix vaſta, rubeſcens, tenera, fragiliſque, ad bina cubita madida ſucco* (hinc quibuſdam codicibus additum, ὅμοιος καὶ ὁ χυλὸς ἐρυθρός *amara.* (Dioſcorides rectius *acris*) *cum quadam dulcedine. Naſcitur in collibus pingui ſolo. Laudatiſſima in Arcadia, Elide, Meſſenia, Pholoe, & Lyceo, & in Alpibus verò plurimiſque aliis locis. Quidam & ex ea lycium faciunt.* Lego, *& in Alpibus, plurimiſque aliis locis. In Lycia quidem & ex ea Lycium faciunt.* Dioſcorides, οἱ δ' ἐν Λυκίᾳ ἀντλοῦ χυλίζοντες χρῶν) αὐτῷ ἀντὶ Λυκίου. *Cæterum Lyciæ incolæ ſuccum ipſius exprimunt, quo pro lycio utuntur* Doctiſſimi Botanici, Cluſius, Dodonæus, Lobelius, Pena, & cæteri. Duo majoris centaurii genera deſcribunt, quorum primum folio conſtat in lacinias plures diviſo, alterum folio eſt non diſſecto. Primum caules edit rotundos, teretes, duorum aut trium cubitorum; folia oblonga, in plures quaſi particulas diviſa, juglandis foliis ea propter quaſi conformia, ſed ambitu crenato; flores capillacei ac ſtaminei in diluto cæruleo purpuraſcunt (ideò Dioſcorides ἄνθος κυανίζον *in cæruleum vergens* & in ramulorum faſtigiis è capitulis emicant ſquamoſis, rotundis, aliquantulum turbinatis, in quibus unà cum lanoſis pappis, ſemina oblonga, glabra, ſplendentia; Radix ſubeſt longa, carnoſa, craſſa, fragilis, foris nigricans, intus rubeſcens, ſucco ſanguinei coloris prægnans, cum dulcedine & adſtrictione, non nihil mordax. Hujus verò & alia reperitur ſpecies, folio non diſſecto; verùm lapathi modo longo, lato, ſimplici atque indiviſo, per

Centaurium majus alterum.



ambitum tamen ſerrato, caule breviore, floribus, ſemine, radice priori conformis, niſi quod ſuccus hujus magis floreſcat, ſuccoque croceo redundet, qui cum amaritudine quadam aromaticus eſt. Hoc centaurei genus proximè accedit ad centaurium magnum Cratetæ, quod in libro de centaureo Galeno adſcripto his fere verbis delineatur. *Vnum; folia habet ſicut lapathum hortenſe; minora tamen, in circuitu ſciſſa, veluti ſerra; caulem habet trium palmorum, ſuccum rubrum, in ſummitate caput lanuginoſum, radicem verò ſolidam & craſſam.* Aliud majoris centaurei genus in horto noſtro & medico Lugdunenſi reperitur, quod vulgo centaureum magnum Alpinum, flore luteo vocant. Ante annos aliquos an Bauhonus deſcripſerit in pro-

Centaureum magnum alpinum luteum foliis diſſectis.



dromo, hæreo. *Radicem*, inquit, *habet rectam, profundè deſcendentem, craſſam parumque fibroſam, ſubadſtringentem, & centaurei majoris ſapore ferè præditam. Noſtri centaurei radix ſucco conſtat buxeo, adinſtar glycyrrhizæ; cujus etiam dulcem guſtanti præbet ſaporem, niſi quod parum adſtringentis facultatis habere videatur. nullam neque in probe ſiccata, nec in viridi acrimoniam percipere licuit. Neque profunde admodum deſcendit, mediocriter tamen magna eſt. Caulis eſt ſeſquicubitalis aut cubitalis,* (apud nos quandoque bicubitalis) *rotundus, ſtriatus, in alas brachiatus. foliis ludit, quæ enimad radicem palmaria* (hoc in noſtro obſervare non datur) *ſunt, & ſeſqui-palmaria, uncias quatuor lata, inæqualiter laciniata, & crenata, glabra, pallidè virentia, nervo albo folium percurrente:* (Noſtrum unicum ad radicem folium quidem pallide virens, nervo albo folium percurrente oſtendit, ſed nec crenatum, nec laciniatum, nec palmo majus, nec duobus unciis latius) *at quæ in caule ſunt planta floreſcente, quædam cubitum ſuperant, quædam palmaria ſunt, & in partes decem, duodecim, pauciores pluresve, uncias quatuor longas, ſemiunciam latas, per marginem leviter dentatas,* (noſtri centauri foliorum partes neutiquam dentatæ; aut crenatæ) *ita ſecantur, ut folia peculiaria eſſe videantur, colore ex pallido vireſcunt, flores lutei centaureo majori ſimiles, ramulis inſident. Ex calice enim ſquamoſo, florum ſtamina plura prodeunt ex capitulo, ante meridiem* (etiam poſt meridiem ſplendente ſole, quod in noſtro non ſemel obſervavi) *liquor pellicidus, & mannæ inſtar dulcis, in guttis ſeu ſtillis ſponte exudat & capitulum compreſſum & ſuctum, altero tamen die hunc humorem emittit. Floribus ſemina, centaurei ſimilia, aliquanto minora, ſuccedunt. Floret Auguſto menſe, nonnunquam Iulio. caules & folia hyeme pereunt, Vere novo, Martio, Aprilique menſibus novis germinibus prodit, colore ex rubro purpureo eleganti. quem ubi folia explicantur amittit. Hanc nobis licuit obſervare differentiam, quæ diverſitas ſolo cæloque afferere nequeo.* In monte Baldo pro-

venire refert Bauhinus. Vulgaris sive dissecti folii radix, in officinis nonnullis pro rhapontico non rarò venditur, nomenque illud obtinet, nec nostro sæculo nomen illud accepit. Græci infimi nomen hoc ipsi dederunt. Hispani enim, apud quos frequens, *rapontie* vocant, ante centum, & ultra annos in officinis nomen hoc habuisse testantur Brasavolus, Cordus, cæterique, qui tum temporis vixerunt. major Græcorum infimorum est error, qui rhabarbarum vocarunt. Lexicon catricon vetus, ῥέον βαρβαρικὸν τῦ μεγάλου κενταυρίου ῥίζα. Nomen illud acquisivit, quod exsiccata, nec à vermibus erosa, rhabarbari instar versicolor sit, propter pallidam simulque ruffam substantiam, & rubentem liquorem, in longis, angustis, porosis cavitatibus contentum. Non esse rhaponticum ex eo probatur, quod acrimoniam habeat, quam rhapontico nemo tribuit veterum; quod non sit laxa, sed solida & compacta. Nec illud, quod verum rhaponticum officinæ vocant, rha veterum est; amarum est, saporeque rhabarbari simillimo, intus centaurio majori pallidius, foris pallidum, neutiquam nigrum. Figuraque centaurio dissimile, rhabarbaro simile, nisi quod magis palleat. vide cap. de lapatho. Πανάκεια centaurum appellatum fuisse auctor est Dioscorides, sive is, qui, quæ sequuntur, adjecit ἐκλήθη δὲ πανάκεια. ἐπειδὴ πάντα τὰ φλεγμαίνοντα πάθη παύει καὶ κρούσματα πληγῶν σπαργῶντάς τε παύει, ἐν ἐνέμασι καὶ λιθιῶντας. *Vocata autem fuit panacea, quoniam inflammationes omnes sedat, ictuumque impetus lenit, atque calculosos, quibusque substillum est lotium, injectione sanat.* Narca etiam dicitur & chironium, quibus nominibus etiam gentiana gaudet. Actuarii auctor, οἱ δὲ κενταύρειος ῥίζα, οἱ δὲ ἀλόη γαλλική, οἱ δὲ νάρκη οἱ δὲ χειρώνειον. *Centaurei radix* à similitudine quadem sive forma quam cum centaureo habet (licet exigua) *aloe gallica ab amaritudine. Narce, quod dolores leniat. Chironium quod ad multa præstet.* Gentiana Gentio illyriorum rege dicitur, Dioscorides lib. III. cap. III. Γεντιανὴ δοκεῖ μὲν ὑπὸ πρώτου εὑρῆσθαι Γέντιος τοῦ Ἰλλυριῶν βασιλέως. ἀφ' οὗ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχηκεν. ἧς τὰ φύλλα τὰ μὲν πρὸς τῇ ῥίζῃ καρύα ἢ ἀρνογλώσσῳ ὅμοια, ὑπέρυθρα, τὰ δὲ ἐν μέσῳ τῷ καυλῷ καὶ μάλιστα τὰ κατ' ἄκρον ἐσχισμένα μικρῶς (vetus ὑπεσχισμένα μακρῶς) καυλὸς δὲ κενὸς, λεῖος τὸ πάχος δακτύλου, τὸ δὲ ὕψος δίπηχυς, γόνασι διειλημμένος, ἐκ διαστημάτων μειζόνων περιειλημμένος τὰ φύλλα· καρπὸν, δὲ ἔχων ἐν κάλυξι πλατὺν, κοῦφον, ἀχυρώδη, πρὸς τὸν τοῦ σφονδυλίου· ῥίζαν μακρὰν, ὅμοιαν ἀριστολοχίᾳ τῇ μακρᾷ, παχεῖαν, πικράν· γεννᾶται δὲ ἐν ὑψηλοτάταις ἀκρωρείαις, καὶ συσκίοις τόποις καὶ ἐνύδροις. *Gentiana primum inventa creditur a Gentio Illyriorum rege, a quo etiam cognomentum habuit. Hujus folia, quæ quidem proximè radicem sunt, juglandi plantaginique similia, subrubentia: quæ vero in medio sunt caule, maximeque quæ circa cacumen, paulum dissecta.* (corrigunt, Doctiss. viri καὶ μάλιστα τὰ κατ' ἄκρον κείμενα μικρότερα, *quæ vero in cacumine prodeunt minora sunt.*) *Caulis inanis, lævis, digiti crassitudine, ac binum cubitorum altitudine, geniculis distinctus, & majoribus ex intervallo foliis circumdatus. Semen verò habet in calycibus latum, leve, acerosum, quod ad spondylii semen accedit. Radix longa qualis Aristolochiæ longæ, crassa & amara. Nascitur in celsissimis montium jugis, locis umbrosis, aquosisque.* Meminit gentianæ. Plin. lib. xxv. cap. VII. *Gentianam invenit Gentius, rex Illyriorum, ubique nascentem, in Illyrico tamen præstantissimum, folio fraxini* (id de colore nisi acceperis, falsum scribit Plinius) *sed magnitudine lactucæ, caule tenero, pollicis crassitudine, cavo, & inani, ex intervallis foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, sine odore, aquosis montibus subalpinis plurima.* Recentiores plura gentianæ noverunt genera, vulgaris & cruciatæ addidi figuram, quod cruciata frequens apud Batavos arenosis in locis, maxime circa pagum *Wassenaer* reperiatur. Magnisque viribus prædita sit. Major gentiana foliis viret latis, longis, & nervosis veluti plantaginis, sed majoribus & veratro albo similioribus; scapi inter hæc surgunt albi, simplices, indivisi, inanes, leves, geniculati, foliis è singulis geniculis binis sensim imminutis, circum ambientibus coronæ modo, superiorem partem ex intervallis floribus colore luteis, è senis angustis foliolis, radiantis stellæ instar explicati; qui è caliicibus exeunt oblongis, in quibus inde semen leve, latum, tenue, veluti leucoij, colore subruffo sordens. (Quidam Botanici Dioscoridis codicem hic corrigunt; restituuntque λευκῷ; vulgata tamen lectio Oribasii munitur autoritate, & defendi satis potest. Semen enim in calycibus habet latum, læve, acerosum, ad spondylii semen accedens. Et hoc tantum voluit Dioscorides, leucoio alioquin similius.) Radix prolixa, crassa, quandoque bifida aut trifida, lutei aut buxei coloris, gustu amarissima: In horto difficulter admodum permanet, floruit tamen in horto medico Lugdunens. Batav. & in Mullerii Groningæ, sed post

Gentiana major.



Cruciata, sive Gentiana minor.



trien-

triennium perijt. Nostro in horto eodem quo plantata, periit anno, nec unquam omni adhibita diligentia floruit. E semine rarissimè provenit. Cruciata cum gentiana cognationem non parvam, & similitudinem habet. caules fert rotundos, geniculis distinctos, inanes, dodrantales aut altiores: folia radicibus proxima, tum quæ circa caules geminata, gentianæ similia, verum minora, crebroque deorsum flexa: flores cærulei, oblongi, intus cavi, cauliculorum fastigia orbiculatim ambientes, ab herbaceis caliicibus exeuntes. Radix candida, teres, & oblonga, subinde foraminosa, & plerumque inter lapides sub terra jacentes descendens, gustu amarissima; in incultis asperisve locis frequens. Cruciatæ nomen accepit, quod radix secundum longitudinem tripartito, aut quatripartito fissa, fit, cũ foliis cauli cruciatim incumbentibus, nomẽ id debeatur. Floret mense Iulio. Ad eadem quæ gentiana utilis perhibetur, magnoque successu a rusticis in longis frigidisve morbis exhibetur. A scopo me delapsum video. De centaurio sermonem institueram, de minore, quæ scribunt veteres, examinanda sunt. Centaurei hujus meminit Theophrastus. lib. I. cap. XIX. lib. VII. cap. IX. & lib. III. de caus. cap. I. Amaram esse herbam, caules enim foliaque amara. lib. IV. hist. cap. VI. Humilem esse plantam, locaque algentia quærere. Describitur à Dioscoride lib. III. cap. IX. Κενταύρειον τὸ μικρὸν (vetus addit καὶ λεπτὸν) ὃ τινες λιμναῖον καλοῦσιν, ἐπειδὴ ἐνίκμους φιλεῖ τόπους· πόα ὑπερικῷ ἢ ὀριγάνῳ παραπλήσιός ἐστι, καυλὸν ἔχουσα ὑπὲρ σπιθαμήν, γεγωνιωμένον· ἄνθη ἐν τῷ φοινικῷ ὑποπόρφυρα πρὸς τὰ τῆς λυχνίδος. φύλλα μικρὰ ὑπομήκη (ὑπομήκη vetus) ὥσπερ πηγάνου· καρπὸς ὅμοιος πυρῷ· ῥίζα μικρά, ἀχρεῖος, λεία (quidam ddunt γινομένη δὲ ἐμποιεῖ πικρίαν) αὕτη κοπτομένη χλωρὰ καὶ καταπλασσομένη, τραυμάτων ἐστὶ κολλητική, ἀνακαθαρτικὴ ἑλκῶν παλαιῶν, καὶ ἀπουλωτική. ἀφεψηθεῖσα δὲ καὶ καταπινομένη, (Eutac. πινομένη, quomodo legit Cornarius) ἄγει κατὰ κοιλίαν, χολώδη καὶ παχέα. *Centaurium parvum*, (seu *tenue*) *quod aliqui limnæum, quasi palustre vocant, quoniam humecta riguaque amet loca, herba est hyperico aut origano similis, cujus caulis dodrante altior est & angulosus, flores ad lychnidis florum similitudinem, è puniceo colore in purpuram vergunt, folia minuta, quadantenus longiora veluti rutæ: semen tritico simile, radix pusilla, lævis & supervacua: herba ipsa virens, contusa & imposita, vulnera glutinat, vetera ulcera purgat, & ad cicatricem perducit. bilem autem humoresque crassos per alvum exigit, si decocta devoretur* (bibatur). Plinius loco citato *est & alterum centaureum, cognomine lepton, minutis foliis, quod aliqui libadion vocant, quoniam secundum fontes nascitur, origano simile, angustioribus & longioribus foliis, anguloso caule, paululum alto fruticante, flore lychnidis, radice tenui & supervacua, succo efficax, ipsa herba autumno legitur, succus è fronde.* (ex herba frondosa, id est virenti & semine gravida ante autumnum) *quidam caules concisos madefaciunt diebus* XVIII *atque ita exprimunt. Hoc centaurium nostri fel* (depravatè *vel legitur*) *terræ vocant, propter amaritudinem summam. Galli exacon quoniam omnia mala medicamenta potum è corpore exigat per alvum.* Plura hic animadvertenda. Dioscorides λιμναῖον parvum centaurium vocari scribit; *libadion* Plinius. Placet viris doctis in Dioscoride reponendam esse vocem λιβάδιον; Nobis neutra displicet lectio, ac perinde quam eligat lector. Eodem sensu utraque servari potest. Nomen, inquit Dioscorides illud accepit, quod locis riguis humectisque nascatur, Apuleius locis solidis & fortibus nasci tradit. Huic parum fidei habetur. Solet enim plurima male exscribere. Siccis locis gaudere auctor est Plutarchus lib. De facie quæ in orbe lunæ apparet ὡς τὸ κενταύρειον ἂν εἰς ἀγαθὴν καὶ πίονα σπαρῇ χώραν καὶ βρέχηται καὶ ἄρδηται, τὸ κατὰ φύσιν ἐξίσταται ποιότητος, καὶ ἀποβάλλει τὴν δύναμιν, αὐχμῷ δὲ χαίρει, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐπιδίδωσιν. Et alia quidem, *ut centaurium, si seratur in bonam & pinguem terram, ac rigatur, vim qualitatemque suam naturalem amittit: siccitate gaudet, in eaque suam naturam servat.* Illud experientia didici, centaurium in hortos translatum, eodem perire anno, nec unquam renasci. Sylvestribus tam arenosis, siccisque, quam palustribus riguisque reperitur; & quidem folio, cauleque vegetiore, majoreque in palustribus, siccis asperisque, minore quidem caule & folio, sed viribus præstantioribus. Dioscorides origano hypericoque simile inquit. plantam centaurei jam adultam, caulemque habentem describit. Etenim cum rutæ folia habere scribit, totamque herbam origano comparat. Terræ enim proxima folia, sive quæ primum producit rutaceis longè majora & dissimilia,

Centaureum parvum.



lata sunt, gentianæ vel plantaginis figura, sed minora; adeo ut prorsus ab origani facie abhorrere videatur. Nec quod locis siccis provenit cum origano comparari potest, utpote semi palmi altitudinem vix superat, cum id quod aquosis nascitur, non raro sesqui palmo majus sit. Male viri docti duas describere plantas Dioscoridem concludunt, quod hyperico aut origano comparavit centaurei plantam, mox rutæ foliis describat. Folia enim quæ in caulis summo sunt, rutæ comparat (oblongiora enim sunt & ad polygani accedentia, quod foliis rutæ longioribus describit Dioscorides) quæ in medio hyperico. Rotundis enim paulo sunt longiora, quæ radici proxima gentianam aut plantaginem æmulantur. Florem, inquit, ferè è puniceo colore in purpuram vergere. Talis est vulgaris centaurei flos. reperitur in umbrosis flore albo. Hoc mirabitur quispiam ceram solis vi albescere: flores verò umbræ ignavia candidos esse. Id fit quod à cera tollatur mel, eæque partes exspirent, quarum tenuitate conflatur color. In plantis verò ab umbra comparatur albedo, quod aqueus in iis elaboratus humor, obruat eam tenuitatem. Invenitur etiam flore luteo in Gallia Narbonnensi, hujus Mesues meminit. Facilè è semine in hortis satum provenit. quod, ut dictum est, reliqua centaurei genera minime præstant. A Gallis exacon vocari scribit, vel ἀπὸ τοῦ ἀκεῖσθαι, *medendi vi*, vel ἀπὸ τοῦ ἐξάγειν *educendo*. Vox hæc conficta videtur. Gallicam esse Galli negant, negant viri Docti & Botanici exercitatissimi purgandi vi præditum esse centaurium parvum, indeque affirmant duas plantas descripsisse Dioscoridem. Omnes tamen antiqui centaurio parvo purgandi vim tribuunt. Gal. lib. VII. simpl. Τὸ δὲ ἀφέψημα τῆς πόας ἐνιᾶσι τοῖς ἰσχιαδικοῖς, ὡς ἄγον χολώδη τε καὶ παχέα· καὶ γὰρ καθαίρει τοιαῦτα. Docet syrupus è centaurio paratus, non tantum bilem pituitamque per inferiora, sed etiam superiora dejicere hanc plantam. Facit hoc sua intensa insignique amaritudine, qua incidit, attenuat, abstergit, naturamque ad expulsionem irritat. Atqui inferet quis, quæ purgandi vi prædita sunt, eadem vulnera dilatare

tare movendo & lacerando; & addit quæ glutinant adstringere, adstringentia verò purgantibus contrariam vim habere. Sed respondeo, purgare qua terget amaritudine, siccare stipticitate sua. Ab amaritudine enim & adstrictione vincentibus, fit vulnerum conglutinatio, & ulcerum exsiccatio; superante vero acrimonia, quæ ab interno calore nativo excitatur, aperit. Idem de rhabarbaro, aloe, absynthio, similibus dicere licet, quæ partium diversitate, varios effectus pariunt. Perpetuo quidem verum est, ab uno unum manare, sed quatenus unum. Simplex autem medicamentum, etsi numero unum sit, ex partibus tamen heterogeneis sæpe componitur, quarum singulæ suum præstant officium. Præterea alios effectus præbent plantæ intus assumptæ, alios extra appositæ. Sic aloë hæmorrhoidibus si imponatur, eorum fluxum impedit & sistit; intus si sumatur, aperit, fluxumque excitat. interim & hoc fateor, hypericum quod Dioscorides centaurio comparat, majori glutinandi facultate pollere. Quod à Dioscoride lib. III. cap. CLXXI. describitur. Ὑπέρικον, οἱ δὲ ἀνδρόσαιμον, οἱ δὲ κόριον, οἱ δὲ χαμαιπίτυν, διὰ τὸ τῆς περὶ τὸ σπέρμα ὀσμὴν ἐοικέναι πιτυΐνῃ ῥητίνῃ· φύλλα ἔχει πηγάνῳ ὅμοια· θάμνος φρυγανοειδὴς, ἐπιθαμιαῖος, ὑπέρυθρος· ἄνθος ἔχων μήλινον, ὃ διατριβὲν ἐν τοῖς δακτύλοις αἱματώδη τὸν χυλὸν ἐκκρίνει, ὅθεν καὶ ἀνδρόσαιμον ἐκλήθη· κλωνάρια ὑποδάσεα, περιμήκη ἐν τῷ περιφερεῖ, μέγεθος κριθῆς, ἐν ᾧ σπέρμα μέλαν ῥητίνης ὄζον· φύεται δὲ ἐν ἐργασίμοις καὶ τραχέσι τόποις. Plinius. lib. XXVI, cap. VIII. *Eadem præstat Hypericum, quam alii chamepytin, alii corion appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, semine in siliqua nigro, maturescente cum hordeo.* Non pauca hic animadversione digna sunt. Androsæmum, (id est sanguinem humanum) vocatum inquit; causam addit, quod floris attritu digiti velut cruententur. Androsæmi nomen etiam & ascyrum, & atractilus, habent: proprie tamen androsæmum est planta, de qua paulo infra nobis erit sermo. Κόριον dictum ait, at cur corion dicatur, me ignorare fateor. Supra lib. VII. Docuimus, κόριον coriandrum esse. Nulla hyperico similitudo cum coriandro. In scriptis codicibus *coriscum, corisu, corysum, & decoriston*, legere est. Ex hac tanta varietate viri Docti credunt scripsisse Plinium *corision*. Ego si vulgata lectio rejicienda, legere malim κόριν. Ut enim planta quæ propriè coris dicitur, à quibusdam hypericum dicitur, sic vice versa, hypericum corim ab aliis dictum putarem. Dioscorides, lib. III. cap. CLIIII. Κόρις, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ὑπερικὸν καλοῦσι. Coris hypericumque dicitur, quod tota planta sit pulchra & perquam hilaris facie ac venusta; Quamquam & coris dici possit, quod fructus ejus pupillum oculi mentiatur. Κόρη Græcis *virgo, puella, pupilla* est. Nisi placeat nomen κορίον accepisse, quod coriandrum semen aliquo modo imitetur. Vide caput de cori. Chamepytys dicitur, quoniam semen odore pineam resinam imitetur. Recentiores perforatam vocant, quod folia soli obversa innumeris foraminibus scatere, & omni ex parte punctis pertusa esse videantur; quod veterum nemo memoriæ prodidit. *Folia*, inquit Dioscorides, *habet rutæ similia. frutex est surculaceus, dodrantalis, rubescens. Florem habet colore melinum, qui quidem digitis tritus sanguineum succum remittit, qua ex causa etiam androsæmum appellatum est: ramulis subhirsutis, in rotundo oblongis, hordei magnitudine, in quibus semen nigrum & resinosi odoris. gignitur locis cultis & asperis.* Depravatū Dioscoridis codicem esse, Botanici omnes fatentur. Docet id Oribasii codex in quo reperitur lectio diversa ab edita. Ruellius legit, ἄνθος ἔχει μήλινον ——— ἐκλήθη; περικάρπια ὑποδάσεα, Cornarius κλωνάρια ὑποδάσεα, καρπὸς περιμήκη, *ramulos subhirsutos, fructum in oblongo rotundum.* Hanc lectionem viri docti, auctoritate Galeni, probant. Hic lib. VIII. simpl. Χρὴ δὲ ὅλον εἰς τοῦτο λαμβάνειν τὸν καρπὸν, οὐ τὸ σπέρμα μόνον, ἀλλὰ μετὰ τῶν φύλλων ἐπιπασσόμενος (lege ex Aëtio & Ægineta, ἐπιπλαττόμενος. μετὰ δὲ τῶν φύλλων, inquit Ægineta, ἐπιπλαττόμενος χλωρὸς, ἀπουλοῖ τραύματα.) χλωρὸς. Sed ad hæc totus sumendus est fructus, non tantum semen. Porro cum foliis illitus viridis. Ex hoc loco quidem probatur, hyperici semen tegmine quodam inclusum esse, sed Cornarii lectio non probatur, hyperici ramulos esse hirsutos, Saraceni emendatio probabilior, κεράτια, seu θυλάκια corrigit, vel unica expuncta littera, κωνάρια maxime cum hyperici ramuli minime subhirsuti videantur, sed ipsa tantum siliqua, seu ipsum pericarpium. Ita porro Dioscorides Hyperici calyculos merito κωνάρια nuncupare potuit, quod sint quodammodo κωνοειδεῖς, hoc est, turbinati coni, ceu nucis pineæ specie; quam etiam κωνάριον Myrepsus appellavit. Hanc lectionem si quis probet, legat ἀντὶ τοῦ ἐν ᾧ, ἐν οἷς. Sed nec sic scripsit Dioscorides. Veram lectionem servavit Oribasius, quæ etiam legitur in optimo & antiquissimo regio codice, teste excellentiss. Salmasio, ἄνθος λευκοΐῳ ὅμοιον, λοβὸν δὲ ὑπόδασυν, περιμήκη ἐν τῷ περιφερεῖ μέγεθος κριθῆς. ἐν ᾧ σπέρμα μέλαν ῥητίνης ὄζον. *violæ albæ florem, siliquam subhirsutam, in rotundo oblongam, hordei magnitudine, in qua semen nigrum, resinam olens continetur.* Reliqua spuria & supposititia, quamvis verum illud sit, quod de flore scribitur. Λευκοΐον intellige luteum; Florem enim hyperici examussim referre genistæ florem scribit Marcellinus. Plinius non magnitudine hordei fructum dicit, sed cum hordeo maturescere. In quo quantum à mente Dioscoridis recedat, quilibet facile judicabit. Et hæc Veteres de Hyperico. Recentiores, perquam paucis exceptis, pro hyperico, perforatam dictam habent. Qui contrariam defendunt opinionem, his utuntur rationibus, quod siliquam non habeat ut hypericum, & flos ejus contritus, sanguineo fuco perfundat; quod non facit hypericum. Non video qua ratione probabunt id non facere hyppericum. Hoc enim nullius valoris est: Dioscorides hoc non tradidit. Sufficit ab antiquis etiam observatum; Reperiuntur enim antiquissimi codices, forte regio non recentiores, in quibus hoc traditur: sed & licet in nullo codice tale quid inveniretur, ideone hypericum non erit? Multa reperierunt recentiores, quæ non observarunt veteres. Alterum negabunt omnes Botanici. Hypericon planta est

Hypericum.



pedalis aut majoris altitudinis, surculosa & ramosa, folia fert latiuscula, quam rotunda, longiora, quæ soli aut lumini opposita, foraminosa apparent, multisque

mini-

minimis, veluti poris, pertusa, flosculis constat in fastigiis cauliculorum luteis, ex quinque foliolis, staminibus in medio concoloribus. His siliquæ sequuntur oblongæ, magnitudine & forma grani hordeacei, in quibus minutissimum semen, quod confricatum resinam olet. Radix dura, lignosa, hinc inde fibrosis ac tenuibus veluti ramulis spargitur. Hujus coma, flores, ac folia attrita, atro sanguini haud absimilem succum fundunt. Genera hyperici plura sunt, de quibus videat Phytopinacem Bauhini lector. Vulgare foliis modo est latioribus, modo angustioribus. Quod loco humenti provenit, quadratum; quod alibi, rotundum fert caulem. Alexandrinum foliis est quadruplo quam vulgare minoribus, rutæque paulo similioribus; alioquin vulgato simile. Ἄσκυρον græci, quasi minime asperum vocant, cùm Ascyron vulgare asperius, duriusque hyperico sentiatur. Delineatur à Dioscoride lib. III. cap. CLXXII. Ἄσκυρον οἱ δὲ ἀσκυροειδὲς, οἱ δὲ ἀνδρόσαιμον, καὶ τοῦτο εἶδός ἐστιν ὑπερικοῦ, μεγέθει διαφέρον, κλωσὶ μεῖζον (utramque vocem μεγέθει & μεῖζον delet codex vetus) φρυγανωδέστερον δὲ καὶ πεφοινιγμένον τοῖς φύλλοις λεπτοῖς. ἄνθη δὲ μήλινα φέρει. καρπὸν δὲ ὅμοιον ὑπερικῷ, ὄζοντα ῥητίνης, καὶ ἐν τῷ διατριβῆναι οἱονεὶ αἱμάσσοντα τοὺς δακτύλους, ὡς διὰ τοῦτο ἀνδρόσαιμον καλεῖσθαι. *Ascyron, sive ascyroides, aliis androsæmum, etiam hyperici genus est, magnitudine distans; siquidem ramos habet majores, ac surculosiores è puniceo colore rubentes, folia tenuia, flores profert luteos, ac fructum hyperico similem, ac resinosi odoris;* cujus attritu, *digiti quasi cruentantur, qua de causa androsæmum vocavere.* Plinius, lib. XXVII. cap. V. *ascyron & ascyroides, similia sunt inter se & hyperico: majores habet ramos, quod ascyroides vocatur, ferulaceos, omnino rubentes, capitulis parvis, luteis, semen in caliculis pusillum, nigrum, resinosum, comæ tritæ, velut cruentant. Qua de causa quidam hanc androsæmum vocavere.* Ascyron & ascyroides idem sunt, ut Dioscorides & Galenus testantur. Scripsit Plinius ascyron, quod & ascyroides, & hypericum inter se similia sunt. *Ramos*, inquit, habet *ferulaceos*, rectius Dioscorides φρυγανωδέστερον *surculosos*. Rectè Plinius ramos rubere dixit. Minus rectè quidam interpretes, *foliis rubentibus*; caules, ramulique, non folia, rubent. Ascyron notum satis, amnium riguorum, rivulorumque pratensium amans valde, quadratos rectos viticulos, multis è radice fibris sparsa, exiles erigens. Hyperici foliis paulo majoribus, venosis, punctim poros pervios habentibus, & floribus itidem luteis, coccineum colorem affricanti illinentibus. Semen odore resinaceo, nares feriente. Ἀνδρόσαιμον οἱ δὲ Διονυσιάδα, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἄσκυρον καλοῦσι, διαφέρει δὲ τοῦ ὑπερικοῦ, καὶ τοῦ ἀσκύρου. θάμνος ἐστὶ λεπτόκαρφος, φρυγανώδης, πεφοινιγμένος τὰ ῥαβδία· φύλλα τριπλασίονα, ἢ τετραπλασίονα τοῦ πηγάνου, ἃ τριφθέντα οἰνώδη χυλὸν ἀφίησι. μασχάλας δ' ἔχει πλείους ἐπ' ἄκρω πτερωσμένας· περὶ ἃς ἀνθύλλια μικρὰ, μήλινα, καρπὸς ἐν κάλυκι ὅμοιος τῷ τῆς μελαίνης μήκωνος, οἱονεὶ κατάγραφος (quidam addit αἵματι) ἀνατριφθεῖσα δὲ ἡ κόμη, ῥητινώδη ὀσμὴν ἀποδίδωσι. *Androsæmum, quod aliqui dionysiada, alii etiam ascyron appellant, ab hyperico & ascyro differt. Frutex vero est ramulis gracilibus, surculosis, virgultis, puniceo colore rubentibus, foliis triplo quadruploquè majoribus quam sint rutæ folia, quæque trita vinoso succo manant. habet autem alas in cacumine complures, utrimque expansas, pinnatasque, circa quas flosculi pusilli lutei, & in calyculis semen papaveris, veluti punctis notulisve distinctum.* Plinius. lib. XXVII. cap. IV. *Androsæmum sive (ut alii appellavere) ascyron, non absimile est hyperico, de qua diximus, cauliculis majoribus densioribusque, & magis rubentibus, folia alba rutæ figura: semen papaveris nigri: comæ tritæ sanguineo succo manant, odor ei resinosus, gignitur in vinetis.* Androsæmum Galenus dividit in ascyron, & dionysiada. Ἀνδρόσαιμον θαμνῶδες φυτὸν διττὸν τὴν φύσιν: τὸ μὲν ἕτερον ἄσκυρον, ἢ ἀσκυροειδὲς (vulgo per ω μέγα legitur) ὀνομαζόμενον εἶδος ὑπάρχον ὑπερικοῦ. τὸ δὲ ἕτερον ὅπερ ὀνομάζουσι πρός τινων διονυσιάς. *Androsæmum planta fruticosa, natura duplex. Vnum enim ascyron, & ascyroides nuncupatum. Est species hyperici. Alterum verò à quibusdam dionysias appellatum.* Duæ itaque plantæ ex Galeni sententia androsæmi nomen obtinent. Plures tamen hoc nomine insignitas, auctor est Dioscorides: Attractylida sic dictam, inficiari nequit, vide cap. III. lib. VI. eodem quoque quo ascyron & dionysias, insigniri nomine Dioscorides androsæmum leptocarphon, id est, tenuibus ramis inquit; Plinius majoribus densioribusque dixit, quam hypericum cauliculis. *Folia*, inquit, *esse alba, rutæ similia.* Dioscorides alba esse non prodidit, sed triplo vel quadruplo majora dixit. *Comæ*, inquit, Plinius, *tritæ sanguineo succo manant.* Dioscorides οἰνώδη χυλὸν ἀφίησι. An legit ἀντὶ οἰνώδη, αἱματώδη. Nec hæc inepta lectio, alioquin unde androsæmi nomen acceperit, non video. Vulgatam lectionẽ Oribasius præfert, & servari potest. Nam & sanguineus succus vini exactè rubicundi, vel ex nigro saturo rubicundi liquorem, non ita malè referre videtur. Serapionis lectionem defendere nequeo. Hic πηγανώδη id est *rutam referre* legit. Fallitur tamen Plinius quod alba dixerit esse folia, ex ijs, quomodo rubicundus succus colli-

Androsæmon.




Ascyron.



gi queat, non video. Pro androsæmo plantam cujus iconê addidimus, habent viri docti; inter hos Fuchsius, Mathiolus, Bauhinus, Cordus, Lobel. Pena, vulgo ascyron sive hypericon bifolium non perforatum, ramulos cauliculosque fert tenues, colore saturo rubentes; folia rutæ bina ex adverso opposito triplo, quadruplo majora, sed pauciora, tritaque & expressa muriceum, sive sanguineum reddentia succum; Florem habet hyperico simillimum. Semen ejus in calice est pa vo, punctulis nigris notato, minutum, nigrum, resinæ odore: Asperis & incultis nascitur locis. Aliam androsæmi plantam ostendit Dodonæus: *Cauliculi, inquit, sunt recti, rotundi, striati, duri ac lignosi circa radicem, præsertim cubitales, folia triplo quadruplove majora quam hyperico, vel etiam ascyro, quæ initio virent, postea, ac sub finem æstatis obscurè rubent. E quibus non atriori sanguini, sed rubenti ac vermiculo, vino similis succus attritu exprimitur, ac ut Dioscorides scribit, οἰνώδης. Flores lutei, majores quam superiorum, quibus orbiculatum ac rotundum succedit capitulum, initio virens, inde rubens, postea nigricans, in quo semen rufum. Dura, lignosa, ac restibilis est radix. Dioscorides capitulum hujus simile facit calyci papaveris nigri, cui haud dissimile, operculo, quo tegitur sublato, sed tamen minus.* Καρπὸς ἐν κάλυκι, ait, ὅμοιον τῇ τῆς μελαίνης μήκωνος, *exemplaria pleraque perperam* ὅμοιος *habent, & frustra hæc vox ad fructum applicatur; cùm sit ad calycem referenda. Quod sequitur* ὅνοις καπίγραφος, *non pertinet ad androsæmi, sed ad rutæ hujus sylvestris, & ascyri descriptiones, quorum siliquæ exiguis nigris punctulis notantur.* Hactenus Dodonæus, sed quâ auctoritate suam probet opinionê, non scribit, nec video. Vulgatam lectionem defendit Oribasius, cæterique, qui caput hoc exscripserunt Dioscoridis. Baccas præterea fert, non semen in calyce papaveri nigro simile: nec nisi autumnali tempore sanguineum fundit succum, nec rutæ ullam habent similitudinem folia, nec triplo, aut quadruplo, sed decuplo, & amplius majora. An clymenum sit, suo loco examinabo.

Restat coris, quod etiam hypericum dicitur, & quidem alterum à Plinio. κόρις, inquit Dioscorides lib. III. cap. clxxiv. οἱ δὲ καὶ τοῦτο ὑπερικὸν καλοῦσι, φύλλον ἔχει παραπλήσιον τῷ τῆς ἐρείκης, μικρότερον δὲ καὶ λιπαρώτερον καὶ ἐρυθρόν. Θάμνος δὲ ἐστι σπιθαμιαῖος, εὐώδης, δριμὺς καὶ εὐώδης. *Coris quod aliqui etiam hypericum appellant, frutex est folio ericæ, sed minore, pinguiore, & rubente, dodrantalis, ori gratus, acris & odoratus*. Plinius lib. XXVI. cap. VIII. *Est & aliud hypericon, quod alii corin appellant, folio tamaricis, & sub ea nascitur, sed pinguioribus foliis, & minus rubentibus, odoratum, palmo altius, leniter suave, aculeatum, vis semini excalfactoria, & ideo inflationem parit enterocelis.* In quibusdam Plinii codicibus legitur, *quod aliqui caro appellant*. In aliis caros. Viri docti vitium scripturæ non putant; idque quod liber indicis, manu exaratus, eandem servet lectionem. Caro, sive hypericon in regio antiquissimo Dioscoridis majusculis litteris descripto plane exaratum est, Κορὼς οἱ δὲ καὶ τοῦτο ὑπερικόν. Nec dubitant quin ita invenerit in suis Plinius. An itaque, ajunt, apud eum legendum, *quod aliqui coras vocant*, & in indice coras sive *hypericum*. Sed verius est Plinium, cum coras legeret in Dioscoride nec alibi occurreret hoc nomen, putasse legendum, trajectione literarum, κάρος, & pro caro accepisse, quod alibi describit Dioscorides, cujus semen esse dicit, θερμαντικόν, εὐστόμαχον, εὔστομον. Ita scripsisse fidem faciunt; quæ in ejus descriptione ponit: *Vis semini excalfactoria* ——— *sed stomacho non inutile, præcipuè ad stranguriam.* Hæc cari semini conveniunt, quod est, οὐρητικόν, θερμαντικόν & εὐστόμαχον. Nihil tale, de semine hyperici, quod coras dicitur, apud Dioscoridem, sed de frutice hæc tantum. θάμνος ἐστὶ ——— εὐώδης. Sciendum tamen est, verba illa de semine non extare in Plinianis vetustis codicibus, in quibus legitur, *odoratum palmo altius, suave, & ideo inflationem facit*, sed stomacho non inutilem. Reliqua adjecta sunt à correctoribus. De caro tamen accepisse nullum dubium est, & si aliunde hauserit profecto, nisi de illo caro intellexisset, scribendum illi fuerat, *quod aliqui corada, vel coradem appellent*? Sic quidem viri eruditissimi. Depravatus codex antiquissimus regius. Oribasius vulgatam sequitur lectionem. Apud Æginetam lib. VII. legitur, κορὶς ἣ τινες δὲ διὰ ὑπερικὸν δριμὺ καὶ εὐώδης ἐστίν. Hesychij series Alphabetæ vulgatam lectionem probat κόρος ὀφθαλμοῦ. ——— κόρος μικρὸν κορώσιον ἢ κορίσιον τὸ λάχανον. Κορὶς accentu gravi scribitur, uti etiam apud Æginetam.) ἰχθῦς ποιός, ἢ πόα ἥν τινες χαμαιπίτυν. χορίσαι, ὑψῶσαι. Hypericũ intelligit quod supra dixi corin vocari, ac depravatè legi κόριον. Veram servavit scripturam Hesychius, Hoc mitto. κόριν legendum, ut vulgo editur, loca citata comprobant. Nec scripsit Plinius caron, nec cari, corisque historiam confundit. Id ostendit antiqua Plinii lectio, sed vulgatam sequamur. Quid impedit quo minus semen hac polleat facultate, maxime cùm fruticem Dioscorides inquit acrem, ori gratum & odoratum, Hæc de integra planta, non foliis ramulisve tantum intelligenda. Solent enim semina odoratiora ac calidiora esse, quippe magis elaborata & concocta. Quod inquit inflationem facere, præter rationem non esse, Medicis constat. Apud Galenum, quem nonnulli botanici non meminisse coreos asserunt, in glossis scribitur, κορή. Κορὴν τὴν πόαν ἥτις καὶ ὑπερικὸν ὀνομάζεται, ἔχει δὲ τὸν καρπὸν κορίῳ ὅμοιον. *Coris herba quæ & hypericon dicitur, fructum fert similem* κορίῳ. Doctiss. Hermol. plurésque botanici, *oculi pupilli simile* vertunt. Hoc rident Doctiores, & falsum & absurdum dicunt, κόριον est coriandrum. Τὸ κόριον coriandrum significare, jam alibi, satis superque probavimus, coriandro non dissimilem fructum fert coris Mathioli, pupillæ similiorem Lobelii. Corin vel coren botanici dictum volunt, quod tota pulchella & perquam hilaris facie sit, Κόρη enim καὶ κόρη virgo, *puella*, dicitur: Hippocrates verò antiquioresque τὴν κόρην pupillam vocarunt, propter semen oculi pupillæ seu anteriori humori crystallino ambitu sphærico, haud absimile. Hujusmodi in cori Monspeliensi cernitur. Hesychius κόρη νύμφη ἢ, τοῖς παρθένοις ἱππικοῖς καὶ παρθένος καὶ ἡ ὄψις. Κόρην παρθένον ὀφθαλμὸν καὶ παῖδα, vel core dicitur quod flos semper recens natus videatur adeoque immarcessibilis sit, adeoque semper novus videatur. Galenus in exeges. κόρους (sic series Alphabetæ legendum ostendit, vulgo κόρυς) τὰς ἀπὸ τῶν κλάδων παραφύσεις, τὰ νέα βλαστήματα. *Ex ramis adnascentias, novas germinationes.* Vel à contrario nomen habet, quod parva & exigua sit, palmo enim altiorem negat Plinius, Hesychius κορῶσαι ὑψῶσαι. Idem Plinius tamaricæ folio esse docet. Dioscorides ericæ, descrimine haud magno, ericæ enim & tamaricæ foliorum non parva similitudo, Dioscorides foliis rubentibus coren, inquit. Plinius minus rubentibus. Expungunt viri docti vocem minus. Hæreo utrum Dioscorides scripserit ἧττον ἐρυθρόν. Vulgatam lectionem Oribasius probat. Corrigendus interpres Oribasii quod κόριν Coriandrum verterit: *Coriandrum*, inquit, *quod etiam hypericon vocant*. Addit Plinius aculeatum

Hypericum minimum Septentrionalium.



esse

esse, quod de semine intelligunt Doctiores, sed de integra planta accepisse videtur Plinius; quod ericæ muricæque folia non nihil aculeos spinasque referant. Alioquin spinosam non credo esse corin. Doctissimi botanici hypericon minus septentrionalium corin existimant. foliis id quidem parvis, hyperico non ericæ similibus, ad palmi altitudinem vel amplius paulo attollitur, cauliculis prætenuibus, folia, siliquæ, flores quales hyperici. Folia autumnali tempore rubentem contrahunt colorem. Monspeliensium coris dicitur, quod in agro Monspeliensi frequens reperiatur, ad radices ceti montis. Fruticat ramulis multis densis, duriusculis, surrectis, rotundis, purpurascentibus, succulentis, amariusculis, palmum altis, & sesqui palmum, lignosis, cujus etiam folia densè stipata, ericæ majoris amariuscula, quandoque disposita, nonnunquam inordinata & incondita. Spicæ aut capitula extremis ramis inhærent, ex innumeris caliculis, in quinque mucrones divisis, & totidem maculis nigris, in singulas divisiones impressas, constantia, è quibus flos emicat non inodorus ex purpura cæruleus, elegantissimi & immarcessibilis coloris (unde fortassis nomen accepit) quatuor foliolis bifidis constans; quorum duo superiora, reliquis majora sunt. Semen utriculis mollioribus, non nihil tamen pungentibus alabastriculis conclusum, rotundum, tamarisci par, glaucum vel pullum, tenuissimis tuniceis glumis involutum, quasi ocelli pupilla tutior inde foret. Radix pro plantæ proportione crassa, magna, palmaris longitudinis, anchusæ minoris par, & concolor. Tota namque planta rubella visitur, & succus purpureus radicis, pannos imbuendo commendatur. Aliam coris nomine plantam ostendit Mathiolus, quæ ex radice lignosa plures spithameos cauliculos profert, foliola thymi vulgaris largiora, & tenuiora kali aut spergulæ modo, stellatim è geniculis prodeuntia. Flores hyperico non dissimiles, stellati, ex rubro candicantes, quorum apiculi flavent. Tota herba odorata est. Huic similem, si modo non eandem, describit Honorius Bellus epist. Prima ad Clus. *Coris*, inquit, *legitima ericæ similis, provenit lætis collibus satis frequens, in omnibus rectissime Dioscoridis historiæ conveniens, nisi quod frutex est multos annos durans, perpetuoque virens; & si pingui solo oriatur, ad sesquicubitalem altitudinem assurgit.* Hæc ostendunt Monspeliensium corin propius accedere ad delineationem Dioscoridis. Legitima coris, id est Honorii Belli ὀρπιλόχορτος, hoc est *herba orpilio* vocatur. Plantæ hæ omnes vulneribus medendis præstant, ac præ cæteris, vulgare hypericum. Ex quo oleum præparatur ad vulnera sananda perquam utile, nullique secundum, multo chirurgorum peritissimorum experimento. Accipe summitatem hyperici & olei communis ana ℔ ij. myrrhæ, gummi elemmi ana ℥ ij. terebinthinæ ℥ iij. aloës ℥ j. Thuris, Mastichis ana ℥ ß. infundantur, bulliantque in diplomate ex arte. Recentiores infimique Græci ad vulnera sananda commendant polygonon. Absyrtus Hippiater lib. II. cap. LXVI. Βοτάνη τίς ἐστιν ἐν τοῖς τείχεσι καὶ ταῖς πέτραις γινομένη, ἣν ἰατρῶν μὲν παῖδες πολύγονον ὀνομάζουσιν, ἰδιῶται δὲ σύμφυτον, καὶ Μακεδόνες ὀστεόκολλον, ἄλλοι δὲ ταλάντιον, ἥν καί φασι συγκολλᾶν διαιρεθείσας κρεῶν ἑνοῦν, αὐτὰ διὸ καὶ σύμφυτος λέγεται, καὶ ὀστεόκολλος, ἐξ οὗ δρᾷ τὴν ὀνομασίαν λαχοῦσα, αὕτη χλωρὰ μὲν ἐστιν ἀεὶ καὶ ζῶσα καὶ ἄφυλλος, τοὺς κλάδους σχοίνου δίκην ἐκκειμένους ἔχει λεπτοτέρω καὶ ἐπιμηκεστέρω σπαρτίῳ παρεοικότας. *Herba quædam mœnibus ac saxis vernacula prosilit, quam medicorum filii polygonon vocant, vulgus symphytum, Macedones osteocollon, alii talantion appellarunt, hac tradunt dissectas carnes coalescere; si coquatur una, ideoque quod partium divortia committat, & separata cogat, symphyti nuncupationem traxit, itidem quod ossa fracta ferruminet, osteocolli nomen accepit. Hæc perpetuo viret, vivitque foliis vivida, ramulos instar junci pensiles, tenuioris procerioris que spartii similes spargit.* Latini sanguinalem vocant. Celsus. lib. II. cap. ult. Columella lib. VI. De re rusti. cap. XII. *Vel sanguinalis herba, quam græci πολύγονον appellant, quod sanguinem fluentem sistat,* Experientia compertum est, sanguineum vomitum cum pauco vino styptico compescuisse, ac sustulisse, ad dysenteriam magnopere commendatur. Marcellus, cap. IX. *Herba quam Græci polygonon, nos aliquot vocabulis sed præcipue sanguinalem dicimus.* Idem cap. I. *Millefolium quod Græci polygonon vocant.* χιλιόφυλλον, à multis foliis dici testatur Auctuarii auctor, Officinæ centinodiam & centunculum appellant: alia

Auctuarii auctor nomina plura recenset, quæ etiam apud Apuleium reperiuntur, ad quos lectorem remitto. Πολύγονον dicitur, à geniculorum multitudine, uti ex Dioscoride colligi potest, ὅτι πολὺν ἔχει γόνον. vel à seminis multitudine, ut vult Plinius, quod Dioscorides de masculo testatur. Aliud etymon apud Scribonium, cap. XXXXVI. reperitur. Dictum, inquit. ἀπὸ τοῦ πολλὴν γίνεσθαι πανταχοῦ τὴν πόαν, herbam, inquit, quod ubique nascitur, πολύγονον appellatur. Polygoni genera duo, mas & fœmina. De fœmina alibi agam. De mare hæc Dioscorides Πολύγονον ἄρρεν πόα ἐστὶ κλῶνας, ἔχουσα λεπτοὺς, τρυφεροὺς, πολλοὺς, γόνασι περιειλημμένοις, ἕρποντας ἐπὶ τῆς γῆς, ὥσπερ ἄγρωστις· φύλλα δὲ πηγάνῳ ὅμοια ἐπιμηκέστερα (vulgo ἐπιμηκέστερα, alteram lectionem probat Oribasius) καὶ μαλακώτερα, ἔχει δὲ καρπὸν παρ' ἕκαστον φύλλον, ὅθεν ἄρρεν καλεῖται, ἄνθος δὲ λευκὸν ἢ φοινικοῦν. *Polygonum mas herba est, quæ ramos habet exiles, teneros, numerosos, geniculis interseptos qui graminis instar humi serpunt, neque à terra attolluntur, folia rutæ, sed longiora, molliora que; semine sub singulis foliis turgescente, unde & marem appellari volunt. Flos ei candidus aut puniceus.* Plinius, lib. XXVII. cap. XII. *Polygonum Græci vocant, quam nos sanguinariam: non attollitur à terra, foliis rutæ, semine graminis. Succus ejus infusus naribus supprimit sanguinem: & potus cum vino cujuslibet partis profluvium, excretionesque cruentas inhibet. Qui plura genera polygoni faciunt, hanc marem intelligi volunt, appellarique multitudine seminis aut densitate fruticis calligonon* (alter codex Ms. legit *callipogona*, id est pulchribarbam) *alii polygonaton à frequentia geniculorum: alii theudalida, alii carcinethron* (vulgo *carcinetron*) *alii clema, multi myrtopetalon* (sic etiam apud Apuleium legitur, corruptū tamen puto; scribo *myryopetalum* id est millefoliū, quod nomen supra obtinere ostendimus,) *Nec non inveniuntur, qui hanc fœminam esse dicunt, marem autem majorem minusque nigram, & geniculis densiorem, semine sub omnibus foliis turgescente quocunque hæc modo se habeant, vis earum est refrigerare ac spissare.* Hæc satis ostendunt, Plinio non satis cognitā fuisse polygoni historiam. Polygoni genera plura recentior observavit ætas; vulgare polygonon (cujus effigiē exhibemus) hortis, ac secus agros frequens satis reperitur, flore ut plurimum candicante, nonnunquam ex purpura candicante, rubente vero rarius conspicitur. An vero polygonon, cujus effigiem addidi, sit

Polygonum mas.



polygonon recentiorum forte Græcorum, in dubium vocari poteſt, quod nemo de eo carnes cogere ſcribat. Doctiores holoſtium Dioſcoridis & polygonon Abſyrti eandem ſcribunt plantam. Addunt Dioſcoridis codicem corruptum eſſe, legendumque ὀστόκολλον. Qua auctoritate hanc opinionem probant, non video. Corruptum Dioſcoridis codicem fatemur. Ex Oribaſio, Galeno, Plinio, aliiſque conſtat, ſcriptum fuiſſe ὁλόστεον vel ὁλόστεον non ut editi habent codices ὀλίγον. Hoc ſcribit Dioſcorides carnes conglutinari; ſed qui polygonon dictum ſcribat, repperi neminem. Satis clarè & apertè Abſyrtus polygonon à medicis dici refert. De holoſteo alibi.

Πολυκαρπίαν μελιτῶτταν. Plinius lib. XXV. cap. IIII. *Hac evulſa ſcrobem repleri vario genere frugum religio eſt, ac terræ piamentum. Ubi & quo fieret modo, & quale maxime probaretur, inter peregrina docuimus.* πολυκαρπίαν μελιτῶτταν vario genere frugum vertit, Doctiſſimoque Gazæ errandi occaſionem præbuit, πολυκάρπια μελιτῶττα placentæ ſunt ex omni frugum ſeminumve genere.

Τριμήνου. Lego τριμήνου μελιτώττας, & expono *placentas ex frumento trimeſtri.* τρίμηνον πυρὸν ſupra lib. octavo dixi triticum eſſe trimeſtre, quod trium menſium ſpatio matureſcat. Ex tali frumento placentam, offamve parabant veteres. Hunc locum ſic reddidit Gaza *Panacem & Æſculapejam cognominatum effodientes, varium genus frugum viciſſim terræ injicere ajunt, & placentas veluti mercedem quandam exolvere, & enſe bina adacto acie ter circumſcribentes ſuccidere, quodque primum inciderit ſublime tenere. deinde alterum cædere, & ejuſmodi alia complura enarrant.* Omiſit μελιτώττας, ὅταν δὲ τὴν ξῖριν τέμνωσι. Recte emendavit, τὸ ἕτερον τέμνειν malè interpretatus eſt, ἀμφήκει ξίφει *enſe bina adacto acie.* Quod non capio, nec Latinum eſt, nec melius, alius interpres. *Panacem*, inquit, *æſculapeiam cognominatam effodientes è vario frugum genere placentam terræ injicere: cum vero xyrin (plantam quandam aromaticam ſic vocant) & enſe utrinque acuto ter circumſcribentes ſuccidere, quodque primum inciderint, ſublime tenere. Deinde alterum cædere.* Hic τριμήνου μελιτώττας ἀντιμβάλλειν μισθὸν non legit; addiditque plantam quandam aromaticam ſic vocant, quod falſum eſt. Iris eſt aromatica planta, non xyris. vide cap. ult. lib. 6. De Hyacintho, Plinius lib. XXI. cap. VII. quæ Theophraſtus de xyri, de iride dicit. *Et foſſuri tribus ante menſibus, mulſa aqua circumfuſa, hoc veluti placamento, terræ blandiuntur, circumſcripto mucrone gladii orbe triplici, & cum legerint eam protinus in cœlum attollunt.* Plinio τριμήνου μελιτώττας ἀντιμβάλλειν *tribus ante menſibus mulſa aqua circumfuſa* ſignificat. Quod ineptum ſatis. Defendet quis Plinium, dicetque ξῖριν, ἶριν dici, fateor. Sed de illa iride non agit hoc loco Plinius, ſed de aromatica. Adeat lector Plinium, & rem ut dixi ſe habere reperiet.

Περιγράφειν. Plinius lib. XXV. cap. XIII. *Cavent effoſſuri contrarium ventum, & tribus circulis ante gladio circumſcribunt: poſtea fodiunt, ad occaſum ſpectantes.* Et hæc negligenter ſatis exſcripta.

Hunc de cumino locum lib. VII. cap. III. expoſuimus.

Quæ de Helleboro ſequuntur, corrupta & depravata. vulgati Codices habent: ἐὰν δὲ ὁ αὐτὸς ἰσχὺς ὁ ἀποτέμνων ἀποθνήσκει ἐν αὐτῷ: Codex vero Aldinus & in German. excuſus legit, ἐὰν δὲ ὁ ἰσχὺς μὴ διατέμνῃ ὁ αὐτὸς ἀποθνήσκει ἐν αὐτῷ. corrigit Scaliger Julius ἐὰν δὲ ὁ ἀετὸς ἰσχὺς προσπετῇ μὴ τέμνειν ἢ ἀποθνήσκειν ἐν αὐτῷ. Lego ex Plinio lib. XXV. cap. V ἐὰν δὲ ὁ ἀετὸς ἐγγὺς προσπετῇ ὁ ἀποτέμνων ἀποθνήσκει ἐν αὐτῷ. Plinius loc. cit. *Ex his melampodion vocant, quod domos ſuffiunt purgantque ſpargentes & pecora, cum precatione ſolenni, & hoc religioſius colligitur. primum enim gladio circumſcribitur, deinde qui ſucciſurus eſt, ortum ſpectat, & precatur, ut id liceat ſibi concedentibus Diis facere, obſervatque aquilæ volatus: ferè enim ſecantibus intereſt, & ſi prope advolaverit, moriturum illo anno, qui ſuccidat, augurium eſt.* Idem Dioſc. lib. 4. cap. 151. addo verba quæ ad cap. finem repeʀiuntur.

ΚΕΦ. Ι. — CAP. X.

De medicinis ellebori, panacis, tuberis terræ, cucumeris ſylveſtris, triſaginis, caricæ ſive piri, & aliorum quorundam.

Ἔστι δ' ὥσπερ ἐλέχθη τὰ μὲν πάντα χρήσιμα, καὶ ἡ ῥίζα, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ ὁ ὀπὸς, ὥσπερ ἄλλων τε καὶ τοῦ πάνακος. τῶν δὲ, ἡ ῥίζα καὶ ὁ ὀπὸς οἷον τῆς * σκαμωνίας, καὶ τοῦ κυκλαμίνου, καὶ τῆς θαψίας, καὶ ἑτέρων. καθάπερ καὶ τοῦ μανδραγόρου, τὸ μὲν φύλλον χρήσιμον εἶναί φασι πρὸς τὰ ἕλκη μετ' ἀλφίτου· τὴν δὲ ῥίζαν πρὸς ἐρυσιπέλας, ξυσθεῖσάν τε καὶ ὄξει δευθεῖσαν· καὶ πρὸς τὰ ποδαγρικὰ, καὶ πρὸς ὕπνον καὶ φίλτρα. διδόασι δὲ ἐν οἴνῳ ἢ ἐν ὄξει. τέμνουσι δὲ τροχίσκους ὥσπερ ῥαφανῖδος. † ἐνείραντες δὲ ἐν γλεύκει ἐκρέμασαν ὑπὲρ καπνοῦ. ὁ δὲ ἐλλέβορος ἐπὶ ταὐτὰ, τῇ τε ῥίζῃ καὶ τῷ καρπῷ χρήσιμος. εἴπερ οἱ ἐν ‡ Ἀντικύρᾳ καθάπερ φασὶ τῷ καρπῷ καθαίρουσιν. ἔχει δὲ σησαμώδη τοῦτον. πλείω δὲ καὶ τοῦ πάνακος τὰ χρήσιμα, καὶ οὐ πάντα πρὸς τὸ αὐτό. ἀλλ' ὁ μὲν καρπὸς πρὸς τὰς ἐξαμβλώσεις, καὶ πρὸς τὰ σπασμάτια, καὶ τοὺς τοιούτους πόνους. ἔτι δὲ πρὸς τὰ ὦτα καὶ τὰς φωνασκίας, ἡ δὲ ῥίζα πρός τε τοὺς τόκους, καὶ τὰ γυναικεῖα, καὶ πρὸς ὑποζυγίων † φύσεις. χρήσιμοι δὲ καὶ πρὸς τὸ ἴρινον μύρον, διὰ τὴν εὐωδίαν· ἰσχυρότερον δὲ τὸ σπέρμα τῆς ῥίζης. γίνεται δὲ περὶ Συρίαν· καὶ τέμνεται περὶ πυραμητόν· τοῦ δὲ κυκλαμίνου ἡ μὲν ῥίζα πρός τε τὰς ἐκπυήσεις τῶν φλεγμονῶν, καὶ προσθε-

* σκαμμωνίας.
† ἐνελήσαντες.
‡ ἀγκύρᾳ, Al. Baſ.
* σησαμοειδῆ.
† φύσεις.

Sunt vero (uti retulimus) quorundam omnia commoda; & radix, * & fructus ut ſcamoniæ, & tuberis terræ, & thapſiæ, & aliorum quorundam. Nam & mandragoræ folium utile ad ulcera cum farina tradunt. Radicem ad eryſipelas, raſam & aceto ſubactam, & ad morbos podagricos, & ad ſomnum, atque amores. Datur in vino aut aceto. Secant ejus quoque orbiculos ſicuti radiculæ, † quos transfixos in fumo ſuſpendent. Elleborum ad hæc eadem non ſolum radice, ſed etiam fructu utile eſt. Siquidem in Anticyra (ut fertur) fructu ejus purgantur, quem ſeſamaceum fert. Panacis quoque pleraque aſſignantur commoda; nec omnia ad idem. Fructus enim ad abortus, & diſtentiones, & ejuſmodi genera dolorum; item ad aures, & vocem exercendam. Radix ad partus, & mulierum profluvia, & ad jumentorum ‡ morbos. Necnon ad irinum unguentum utilis. Addit enim ſuavem olentiam. Sed fructus radice validior eſt. Naſcitur circa Syriam. Secatur per meſſem tritici. * Tuberis terræ radix ad exhalationes inflammationum valet, & ad menſtrua, & ad ulcera ex melle. † Succus ad caput purgandum illitus, & ad ebrietatem, ſi ſparſum in vino potui des. Radix etiam ad partum *ad inebriandum ſi vino dilutum potui des; utile vero radicem ad accelerandum partum adalligare. Valet & ad amatoria, ſed in eum uſum effoſſa comburitur, dein vino irrigata in paſtillos digeritur, uti facis quâ maculæ eluuntur.*

* *Et fructus, & ſuccus ut inter cætera panacis. quorundam vero radix & ſuccus, ut ſcammoniæ, cyclaminis thapſiæ, & aliorum quorundã; nam & mandragoræ.*
† *Ac involutos muſto in fumo ſuſpendunt.*
‡ *Tormina.*
* *Cyclaminis,*
† *Succus ad caput purgendum cum melle infuſus, &*

cele-

τον τῇ γυναιξὶ, καὶ πρὸς τὰ ἕλκη, ἐν μέλιτι· ὁ δὲ ὀπὸς πρὸς τὰς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καθάρσεις ἐν μέλιτι ἐγχεόμενος· καὶ πρὸς τὸ μεθύσκειν, ἂν ἐν οἴνῳ διαβρέχων διδῷ τις πιεῖν· ‡ ἀγαθὴ δὲ τὴν ῥίζαν καὶ εἰς ὠκυτόκιον περιάπτειν, καὶ εἰς φίλτρα. ὅταν δὲ ὀρύξωσι, κατακαίουσι· εἰ τῷ οἴνῳ διδόντες τροχίσκους ποιοῦσιν, ὡς τῆς τρυγὸς ᾗ * ῥυπτόμεθα. καὶ τοῦ σικύου δὲ τοῦ ἀγρίου, τὴν μὲν ῥίζαν ἀλφοῦ καὶ ψώραις βοσκήμασι· τὸ δὲ σπέρμα χυλισθὲν ποιεῖ τὸ ἐλατήριον. τίλλεται δὲ τοῦ φθινοπώρου· τότε γὰρ βέλτιστον. τῆς δὲ χαμαίδρυος, τὰ μὲν φύλλα πρὸς τὰ ῥήγματα καὶ πρὸς τραύματα, ἐν ἐλαίῳ τριβόμενα· πρός τε τὰ νεμόμενα ἕλκη. τὸν δὲ καρπὸν καθαίρειν χολήν. ἀγαθὸν δὲ καὶ ὀφθαλμοῖς. πρὸς δὲ τὰ ἀργέματα προσαγαγεῖν τὸ φύλλον τρίψαντα ἐν ἐλαίῳ. ἔχει δὲ τὰ φύλλα οἷάπερ δρυός. τὸ δὲ ἀνάστημα τῆς ὅλης, ὅσον σπιθαμιαῖον. εὔοσμον δὲ καὶ ἡδύ. τὸ μὲν οὖν, μὴ πρὸς τὸ αὐτὸ πάντα τὰ μέρη χρήσιμα τυγχάνειν, οὐκ ἴσως ἄτοπον. τὸ δὲ τῆς αὐτῆς ῥίζης, τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω καθαίρειν, θαυμασιώτερον. οἷον τῆς † θαψίας καὶ τῆς ἰσχάδος· οἱ δ' ἄπιον καλοῦσι· καὶ τῆς λιβανωτίδος. τὸ γὰρ αὖ καὶ κάτω καὶ ἄνω τὰ αὐτὰ δύνασθαι καθαίρειν· καθάπερ τὸ ἐλατήριον, οὐδὲν ἄτοπον. ἔχει δὲ ἡ θαψία, φύλλον μὲν ὅμοιον μαράθρῳ, πλὴν πλατύτερον. καυλὸν δὲ ναρθηκώδη. ῥίζαν δὲ λευκήν. ἡ δ' ἰσχὰς ἢ ἄπιος φύλλον μὲν ἔχει πηγανῶδες βραχύ. καυλοὺς δ' ἐπιγείους τρεῖς, ἢ τέτταρας· ῥίζαν δὲ, οἷον ἀσφόδελος, πλὴν λεπυρώδη. φιλεῖ δὲ ὀρεινὰ χωρία, καὶ χλοώδη. τίλλεται δὲ τοῦ ἦρος. τοῦτο μὲν οὖν ἴδιον τῶν εἰρημένων.

‡ ἀγαθόν.

* ῥιπτόμεθα. Ald.

† πάσῃ θαψίας.

celeritatem appensa benefica est, & ad amores. Cum eam suffoderint, vino deinde subigunt, inque pastillos digerunt, sicuti fecis vini, qua maculæ absterguntur. Cucumeris sylvestris radix vitiliginem & scabiem pecudum tollit: semen vero liquatum medicamen, quod elaterium vocant, fit. Legitur autumno, tunc enim optimum est ‡ Trisaginis folia ad rupta & vulnera in oleo trita valent, & ad depascentia ulcera. Fructus bilem extrahit, & oculis quoque beneficus est. Folium ad albugines tritum in oleo prodest. Habet hæc herba folia quercus instar, & statura vix palmum excedit, & odorata atque suavis est. Partes vero omnes herbæ ejusdem minime ad idem utiles fore haud quicquam absurdum fortasse videatur. Radicis vero ejusdem partem unam superius, alteram inferius purgare profecto mirabilius sit: ut thapsiæ, * & caricæ (quam alii pirum appellant) & roris marini. Idem tam inferius, quam superius extrahere posse, ceu elaterium, nequaquam absonum dixeris. Habet thapsia folium fœniculo simile, latius tamen: caulem ferulaceum, radicem candidam. † Carica sive pirus folio constat rutaceo brevi, caulibus ternis, aut quaternis humi prostratis. Radice qua albucum, verum squamosa. Legitur vere. Id igitur eorum de quibus dictum, est peculiare.

‡ Chamaedryos.

* Et ischados, quam alii apion appellant, & Libanotidis.

† Ischas sive apios.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Τῶν μὲν πάντων. *lege,* πάντα. *Quia mox* τῆς δὲ ἡ ῥίζα. *non autem,* καρπός. *Theodorus omisit,* ὥσπερ τῆς ἄλλον τε καὶ τοῦ πανάκους, *& confudit primam divisionem cum secunda. Cum tamen exemplis moneretur, ut contrarium sentiret. Neque enim cyclamini fructus in usu vel est, vel fuit.*

Ἐνείραντες δὲ ἐν γλεύκει. *Theodorus,* transfixos in fumo suspendunt. *Quia omisit* γλεύκει, *transfixionem tantum animadvertit. At infra de chamæleonis radice:* ἐνειλόμενοι ἐν ὀλοσχοίνῳ. *Ibi quoque* transfixa. *At* ἐνειλεῖν, *significat* involvere. Involutos igitur musto, *sic mustum noluit ponere. Contra Plinius* vinum *posuit,* fumum *omisit.* Concisa, *inquit,* in orbiculos servatur in vino.

Ἐν ἀγκύρᾳ. *Satis patet ex Plinio, cap.* XIIII. XXV. *& Satyris nostris,* ἀγχούσῃ, *legendum.*

Καὶ πρὸς τὰς φωνασκίας. *Theodorus expressit, ut voluit,* ad vocis langorem; *at* φωνασκοῦμεν, *etiam non languidi, & mox,* πρὸς τὰς τῶν ὑποζυγίων φύσεις. ad jumentorum morbos. φύσεις tubera *potius, ut* φύματα. *Si non legas* φύσας, tormina ex vento, at frigore: *quod sane probatur mihi.*

Καὶ πρὸς τὸ μεθύσκειν. *Theodorus* ad ebrietatem: *quia dixit ad ulcera, id est, adversus: ita intelligeres ad ebrietatem, ne occupet ebrietas. Immo verò* ad inebriandum, *ex Plinio & Dioscoride.* Sparsum *autem minus aptè dicitur ab eo.* διαβρέχων, dilutum vino.

Φιλεῖ δὲ ὀρεινὰ, καὶ κοχλακώδη. *Theodorus hæc omisit omnia*


IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Docet hoc capite, quarundam plantarum partes omnes, quarundam quasdam utiles esse, ac quidem omnes Panacis partes, radicem, folia, caulem, fructum, succum. Scammoniæ verò radicem succumve utilem, uti etiam cyclaminis & Thapsiæ, quarum historiam hoc capite enarrabo. Panacis vide cap. XII. hellebori cap. sequenti, mandragoræ lib. VI. cap. II.

Planta ipsa Græcis σκαμμώνιον: lachryma succusve σκαμμωνία dicitur, interdum δάκρυον κάμμωνος. Nicander in Alexiphar. Τότε δάκρυ νεοβδάλτοιο κάμμωνος *recensque decerpti scammonii,* liquorem. Scholiastes τὸ κάμμωνος κατ' ἔνδειαν τοῦ σ. λέγει δὲ τὸν τῆς σκαμμωνίας χυλόν. *per aphæresin, id est ablationem litteræ* σ. *dixit camonos pro scamonos.* Officinæ lachrymam hanc, cydonio malo decoctam, quo minus stomachum offendat, diagredion vocant; diagredion Cælio Aureliano, lib. II. cap. XIII. tard. pass. dicitur. *Vtuntur quidam præterea purgativis medicaminibus ex papavere* (sylvestris & corniculati papaveris semen, ventrem solvere veteres observarunt) *vel helleboro, aut diagridio, quod Græci scammoniam vocant, ut Diocles.* Utrumque corruptum, δακρύδιον recentiores dixerunt Græci. Κάθαρσις ἐκ τοῦ δακρυδίου, apud Trallianum legitur. Scammonium Dioscorides, lib. IIII. cap. CLXXI. his verbis describit. Σκαμμωνία κλῶνας ἀνίησι πολλοὺς (Oribasius τρεῖς ἢ τέσσαρας) ἀπὸ μιᾶς ῥίζης τριπήχεις (vetus addit ἢ τετραπήχεις, quomodo etiam apud Oribasium scriptum est) λιπαρούς, ἐμφαίνοντάς τι παχύτητος (corrigunt δασύτητος quod in altero codice manu exarato sic legatur, insuper quod hanc lectionem sequitur Serapio vel ejus interpres. Cum vulgata lectio & auctoritate Oribasii & ipsa autopsia defenditur. Nec rami, nec folia hirsuta sunt, quod sequitur folia δασέα; id de crassitie & densitate intelligendum. καὶ τὰ φύλλα δασέα, ὅμοια ἐλξίνῃ ἢ κιττῷ, μαλακώτερα μέν τοι καὶ τριγωνοειδῆ. ἄνθη λευκὰ περιφερῆ, κοῖλα ὡς κάλαθοι (vetus quidam καλαμίνθῃ) βαρύοσμα. ῥίζα δὲ εὐμήκης (ἐπιμήκης Oribasius) παχεῖα ὅσον πῆχυς (legendum ex Oribasio, & altero codice βραχίων (λευκὴ, βαρύοσμος, ὀποῦ μεστή. *Scammonea ramos ab una radice multos* (tres, quatuor) *profert. ternum* (aut quatuor) *cubitorũ, pingues, aliquid crassitudinis præ se ferentes* (& quadantenus hirsutos, supra dixi hanc nos lectionem improbare) *foliis itidem densis,* (hirsutis

u tis vulgo. Hesych. δαού τραχύ, πυκνὸν (συνεχές.) *Helxine* (*cissampeli*) *aut hederæ similibus, sed mollioribus ac triangulis: floribus albis, rotundis, in modum calathorum concavis & graveolentibus: radice prælonga, crassitudine pedali* (brachiali) *candida, & gravis odoris, succi plena.* Plinius, lib. XXVI. cap. VIII. *Est autem succus herbæ ab radice ramosæ, pinguibus foliis, triangulis, albis, radice crassa, madida, nauseosa, nascitur pingui & albo solo.* Dioscorides ramulos pingues, dixit; folia Plinius: Dioscorides radicem & flores albos describit, folia Plinius; quod præter veritatem est. radicem ὀπῶ μεστὴν βαρύοσμον ait, interpretatur Plinius, *madidam* ac *nauseosam.* Scammonii iconem addidimus, multi huic ab una radice ex-

Scammonium Syriacum.



cunt longi, viticulosi, pingues, aliquid crassitudinis habentes cauliculi, quibus vicinos frutices, pedamenta juxta posita, conscendit. folia lata, acuminata, sinuosa triquetra, adeoque smilacis, aut potius cissampelos similia, ut planè cissampeli diceres. Flores similes, calathiquoque forma candicantes, paulo minores: radix longa, crassa, mole radicem bryoniæ æquans, foris pulla aut cinericea, interius candida, cujus fissæ torulus, sive cor medium exemptum, plane idem est radici communis & probatioris turbith officinarum: verum facilius aliquanto frangitur hæc, tametsi perinde gummosa, succoque lacteo prægnat, atque turbith. Describit aliud ab hoc diversum scammonii genus Alpinus, quod μακρόῤῥιζαν vocat. In omnibus cum scammonio convenit Syriaco, præterquam quod non habet radicem crassam sed longam, pollicis tantum crassitudine; unde scammoneam macroryzam, id est longæ radicis, hanc plantam vocavit Alpinus. Aliud scammonii genus Monspelienses ostendunt. In regni Valentini, & Narbonnensis Galliæ maritimis, non rarò repetitur herbidis locis. Radice est surculosa, fibrosa, digiti minoris crassitudine (qua sola nota, non esse scammonium veterum, probatur) fusca, intus verò subflava, friabilis, cum aliqua dulcedine acris, per cujus medium nervus flavus fertur, qui fractus minimis foraminibus plenus est. Caules primo ortu erecti cubitales, postea volubilis instar sarmentosi, quatuor etiam cubitorum, repunt, foliis præditi rotundioribus, asari brevioribus, crassioribus, firmioribus, latioribus, superius albidis, acutis, & basi falcatis, nec angulosis, apocyni, aut aristolochiæ similitudine & magnitudine. Flores fert Iunio Iulioque stellatos, pusillos, candidos,

Scammoneum Monspeliensium.



confertos, ex quinque foliolis constantes, ex alarum sinu quasi umbellatim prodeuntes. Semen angulosum. Tota planta succo turget lacteo; cujus succo concreto concoctioneque coacto nigro aut fusco, aliqui scammonio carentes, ejus loco utuntur, sed majore dosi & minore effectu. Ad apocyni classem hanc plantam Doctiss. Clusius non malè refert. Veri scammonii succi extrahendi modum hunc tradit Dioscorides. Συλλέγεται δὲ ὁ ὀπὸς τῆς κεφαλῆς ἀπὸ τῆς ῥίζης ἀφαιρουμένης καὶ θολοειδῶς (θολερῶς vetus) τεμνομένης εἰς κοιλότητα, συῤῥεῖ γὰρ εἰς αὐτὴν ὁ ὀπὸς, καὶ οὕτως ἀναλαμβάνεται εἰς μύακας, ἔνιοι δὲ τὴν γῆν ὀρύξαντες θολοειδῶς (addit lacuna ex veteri codice καὶ τὴν ῥίζαν κόπτοντες θολοειδῶς. Oribasius θεσειδῶς) καρύας φύλλα ὑποθέντες, καταχέουσι τὸν ὀπὸν, καὶ οὕτω ξηρανθέντα ἀναιροῦνται. *Succus in hunc legitur modum, capite exempto radix ita cultro incavatur, ut excavatio sensim à latiore orbe in acutum desinat; proindeque in id cavum confluit succus, qui conchis demùm excitur. Alii, postquam scrobes in terra concamerato sinu effoderunt* (alii scrobes in terra mortarii instar effodiunt) *juglandum folia insternunt, in quæ radicis incisæ succus diffundatur, eumque inibi siccatum tandem auferunt.* Plinius loco citato, *Radix circa ortum canis excavatur, ut in ipsa confluat succus: qui sole siccatus, digeritur in pastillos, siccatur vel ipsa vel cortex.* Quatuor modis succum extrahi auctor Mesues; *Primus est cum manifestatur radix ipsius à terra, præterquam evellatur, & fiunt incisiones in eo quod apparet ex ea super terram, & invenitur quod egreditur de eo post diem & diem res sicut gummi, & dimittitur exsiccari, & conservatur. Secundus est ut extirpentur post illud totaliter radices, & incidantur, & colligitur lac earum fluens, & decoquitur cum facilitate, vel exsiccatur soli; & fiunt inde formæ, & sigillantur, & hujusmodi scammoniæ color est subalbidus, & varius. Tertius hic est, teruntur adhuc radices post illud & extrahitur succus, & fit, sicut diximus, de decoctione, & aliis, & sigillatur aliquo sigillo, nunc autem fides sigillorum periit. Et hæc scammonea est crassa & nigra, & ponderosa. Quartus hic est; teruntur folia ejus & stipites, & extrahitur ab eis succus. & similiter. Et hæc scammonea nigra, attinens viriditati, & est gravis odoris.* Hactenus Mesues vel ejus interpres. Secundùm, quo Dioscorides extrahi scribit, modum omisit Mesues. Quo pacto hodie succus præparetur colligaturque, afferere nequeo. Qualis scammonia sit eligenda, docet Dioscorides, Ἐστι δὲ καλὴ ὁ διαυγὴς καὶ κοῦφος, ἀραιός, ταυροκολλώδης τὴν χρόαν σπογγώ-

σπόγγυας (vetus ξηρὸς ἔχων λεπίδας) ἔχων λεπτάς, (σφογγώδης (forte σπογγώδης) τοιοῦτος δὲ ἐστὶν ὁ ἐκ Μυσίας τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν κομιζόμενος, μὴ προσέχειν δὲ μόνον τῷ λευκαίνεσθαι (Lacuna, ex veteri codice, γίνεσθαι) αὐτὸν κατὰ τὴν τῆς γλώττης θίξιν (τοῦτο γὰρ γίνεται καὶ παραμιγέντος αὐτῷ ὀποῦ τιθυμάλου,) μᾶλλον δὲ τοῖς προειρημένοις, καὶ τὸ μὴ λίαν πυρροῦν τὴν γλῶσσαν, ὅπερ γίνεται τιθυμάλου μιγέντος. ὁ δὲ Συριακὸς καὶ ὁ ἐν Ἰουδαίᾳ γεννώμενος, χείριστοι, βαρεῖς, πυκνοὶ δολούμενοι τιθυμάλλῳ καὶ ὀροβίνῳ ἀλεύρῳ. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ ὀπὸς ληφθεὶς σὺν μελικράτῳ ἢ ὕδατι πλῆθος < ἢ τετρωβόλου, καθαίρειν κάτω χολὴν καὶ φλέγμα. εἰς δὲ τὸ λῦσαι τὴν κοιλίαν ἀρκέσουσι ὀβολοὶ β μετὰ σησάμου (Lacuna ex veteri codice, μετὰ πτισάνης σησάμου ἢ τήλεως σπέρματος λαμβανόμενοι) ἢ τινος ἄλλου σπέρματος λαμβανόμενοι. δίδοται καὶ πρὸς ἐνεργεστέραν κάθαρσιν τοῦ μὲν ὀποῦ τριώβολον, ἐλλεβόρου δὲ μέλανος ὀβολοὶ β' καὶ ἀλόης < α' (in altero scribitur codice, ut observavit Goupylus ἅλος, sed hanc meliorem censet, & rectè apud Trallianum non semel scammoniæ aloes additur, uti lib. 1. cap. x. μάλιστα δὲ τῆς σκαμμωνίας μετὰ ὀλίγης ἀλόης, ἢ μετὰ ἀψινθίας ἢ χυλοῦ ῥόδων, ἢ ῥοδομήλων.) σκευάζονται δὲ ἅλες καθαρτικοί, πρὸς κυάθους ς' τῶν ἁλῶν ὁλκῶν κ'. τῆς σκαμμωνίας τοῦ ὀποῦ μιγνυμένης.] λαμβάνεται δὲ πρὸς δύναμιν, τὸ μὲν τέλειον τρία κοχλιάρια, μέσον α' β τὸ δὲ ἐλάχιστον α' καθαίρει δὲ καὶ τῆς ῥίζης < α' ἢ β. σὺν οἷς εἴρηται. *Bonitate præstat quæ pellucida est ac levis, rara, & colore glutini taurino similis, rimulis, fistulisve tenuibus, atque fungosus, qualis scilicet ex Mysia, regione Asiæ, deportatur, neque vero in probatione solum animadvertere par est, utrum linguæ tactu albescat, hoc enim evenit etiam admisto tithymali succo, sed longe magis antea commemoratis attendendum est, itemque si non linguam vehementer excalfaciat, exuratve, id quod misti, tithymali argumentum est. natione autem Syriaca & Iudaica deterrimæ habentur, graves, densæ, ervi farina & tithymalo adulteratæ. Succus drachmæ unius, aut quaternum obolorum pondere haustus ex aqua pura aut mulsa, per inferna bilem pituitamque extrahit. Solvendæ alvi gratia, binos obolos cum sesama, aliove semine sumpsisse sat est, efficatioris etiam purgationis causa, dantur succi tres oboli, cum veratri nigri duobus, & aloes drachma una. Fiunt & purgatorii sales, drachmis viginti succi scammoniæ in senos salis cyathos adjectis, horum modus proportione virium, integer quidem cochlearia tria, medius duo, minimus unum purgat & radicis drachma una aut altera cum iis quæ retulimus duo triave.* In his Dioscoridis verbis expende delectum, dosin, & quod radicis usum esse scribat. De delectu hæc Plinius loco citato *Laudatur natione Colophonium, Musium, Prienense.* Miratur vir doctissimus quod addiderit *prienense*, Nam Priene civitas est Syriæ. Stephanus tamen περὶ πολίων Joniæ urbem esse docet; Πριήνη, πόλις ἰωνίας. Vide Plinium lib. v. cap. XXVIII. Mesnes antiochenum & armenium laudat. Pergit Plinius. *Specie autem nitidum, & quam simillimum taurino glutini, fungosum* (legit itaque φογγώδης, non ut corrigunt σπογγώδης spongiosum) *tenuissimis fistulis, cito liquescens, virus redolens, gummosum, linguæ tactu lactescens* (hoc signum fallax, & incertum ait Dioscorides,) *quam levissimum, cum diluitur albescens. Hoc evenit & adulterino, quod fit ervi farina & tithymali marini succo, in Iudæa ferè, quod etiam strangulat sumptum.* (Dioscorides sine discrimine, tithymali succo adulterari scribit, Plinius marini tantum, atque quod adulteratum sit, sumptum strangulare, quod non dixit Dioscorides, nec cito liquescere, virusque redolere aut gummosum esse tradidit. De suo hæc addidit Plinius) *deprehenditur gustu. Tithymalus enim linguam excalfacit, bulbi more, nec antea nec postea utile.* (purgans medicamentum dari etiam solitum, post cibos ostendit mox.) Bulbi, inquit, Dioscorides omnes acres sunt, sed tithymali modo acres esse non affirmat, Mesues etiam qualis scammonia eligenda sit, cæterisque præferenda docet. *Adhuc, inquit, qui laudaverunt scammoniam, in quinque proprietatibus laudaverunt eam. Prima ut sit in colore clara, sicut gemma, & proprie species ejus prima, aut subalbida & varia. Secunda ut si tangatur, confractum ejus aqua vel saliva fiat, sicut lac. Tertia ut sit tenera, multæ facilitatis ad frangendum & pulverizandum. Quarta ut sit pondere levis. Quinta ut sit boni odoris proprii, non gravis, remota vero ab his proprietatibus non est bona.* Inepte igitur Plinius virus redolere scribit. Nisi forte restituendum sit, non redolens virus, gummosum. Nihil contra librorum auctoritatem muto. Vulgaris nostra scammonia squalida est, adspectu tristiore, colore cineritio, livescente, ad cæruleum dilutum vergente, nec taurini glutinis modo, aut bdellii transparens & nitida, qualis illa quæ apud Albertum Martinellum fuit, ad symbolum Angeli, Venetias allata, colophoniæ concolor, concretione similis, & ex fusco cærulea, nec squalida, nec cineritia, nec aspectu tristiore. Et hæc de electione. De Dosi hæc Ægineta, lib. VII. cap. IIII. (σκαμμωνία παραπλησίως ἐλλεβόρῳ καθαίρει καὶ μᾶλλον τὴν ξανθὴν χολήν. κακοστομαχώτερον δὲ πάντων τῶν καθαρτικῶν ἐστί, δοτέον οὖν αὐτὴν ἀπυρέτοις τε καὶ εὐστομάχοις, πλῆθος ὀβολῶν τεσσάρων. σὺν ἁλσὶν (forte ἀλόῃ) ἢ πιπέρει ἢ ζιγγιβέρει ἢ ὀξυπέρῳ τινὶ τῶν εὐστομάχων. ἢ μετὰ μέλιτος, γίνεται δὲ καὶ καταπότια μετὰ κόμμεως. *Scammoniam*, inquit, *helleboro similem purgandi vim obtinere, sed magis, quam illud, bilem exturbare flavam, quam maxime stomachum offendere, magis quam reliqua purgantia. Exhibendam docet febri carentibus, & stomacho alioqui bene affectis quatuor obulorum pondere, cum sale* (forte aloe) *aut pipere, aut zingibere, aliove quodam oxyporo, stomacho grato cum melle: ex eo quoque cum gummi catapatia fieri.* Aetius lib. III. cap. XXV. ἡ δὲ δόσις < β ἢ πλεῖον ἢ ἔλαττον, πρὸς δύναμιν μικτέον δὲ αὐτῇ καὶ ἅλας καὶ θυμοῦ κόμην, ἢ γλήχωνα ἐμβαλεῖν. ἐπὶ δὲ τῶν ἀνεχομένων ἀλόην μίσγειν βέλτιον. δίδοται δὲ καθ' ἑαυτὴν μετὰ μέλιτος, ἢ χυλοῦ πτισάνης, ἐφ' ὧν βουλόμεθα λαθραίως διδόναι. *Dantur ex eo scrupuli duo, plus minus, pro virium ratione admiscetur ipsi sal, & Thymi coma, aut pulegiũ In his vero qui ferre possunt, præstat aloen admisceri. Datur & per se cum melle, aut ptisanæ succo, si clanculum exhibere volumus*, Plinius lib. XXVI. cap. VIII. *Dedere & per se ex aqua mulsa & sale quaternis obolis, sed utilissime cum aloe, ita ut incipiente purgatione mulsum bibatur.* Ex his viri Doctiss. colligunt scammonium, quod ad nos adfertur adulteratum esse. Quippe grana 16 aut 18 transcendere non ausint. Ego sæpissime grana xx etiam xxv cum violaceo syrupo, non sine felicissimo successu exhibui, pueris octo, decem, duodecim annorum grana decem, duodecim, quindecim non minori cum successu exhibui, quinquennibus grana 6 septemve. Cachechticus quidam (cum medicinæ operam darem,) quatuorve menses, levi epileptico motu correptus, incidit in maniam: Huic parens meus Egbertus Bodæus, una cum Gerardo Rijckio præscribunt mane (præmissa tamen venæ sectione) ℈ ij ß: scammonii pulv: quod cum parum aut nihil moveret, vesperi superaddunt ʒ j. scammonij; ex quo liberaliter expurgabatur, & mane melius cœpit habere. Deinde sequens exhibent medicamentum purgans. Rec. rad: ellebori nigri ʒ iij. fol. senæ ʒ iiij. cinnamomi, anisi ana ℈ j. F. ebullitio in s. q. aquæ fumariæ, expresso adde scammonii pulv: ʒ ß misce pro haustu, ab hoc felicissime expurgatur, & vesperi dato conveniente somnifero, placide decumbit, mane mens integre constabat, nec inquam postea deliravit. Erat vir quadraginta trium annorum. Rara historia, nec nisi urgente summa necessitate imitanda. Quod scammonia nostra notas à Dioscoride tributas non habet, causa putatur, quod hoc tempore veterem parandi modum non observent, ac non ex radice incisa, (ut docuit Dioscorides) sed prorsus dissecta, vel expressa, aut è stipitibus & foliis contusis, paretur. Hæc causa cur tanta scammonii copia quotannis affertur, quæ procul dubio lacte tithymali aut simili adulteratur. Eadem est causa, cur sæpe videmus ex eodem corpore eadem de morbi causa, & plane eodem affectu modo, aliquot grana sumpta sæpius facili ductu, nulloque cruciatu bilem, pituitamque evacuare, tum ex eadem prorsus gleba, effracto frustillo, multo plura grana, sumpta minus expurgare, magnum tamen cruciatum ciere. In causa est dissimilis molis concretio, quæ hic plus, illuc minus aut lactis tithymali, aut cataputiæ, aut alterius stirpis valentioris accepit. Unde dissimiles purgationes consequuntur. Etenim si foret purus, merusque succus uniusmodi, nequaquam tantæ δόσεως esset discrepantiæ. Veteres cum drachmam aut quaternos obolos, aut majorem aliquam dosim præscribunt purum & merum imperant succum. Pulchrè me Hercule; alibi Ruellius inquit. *Nulla medicinæ pars incertior, quam quæ ab alio orbe, quam nostro petitur.* illud refertur, scammonium si prope tithymalum seratur, adeo ejus caliditatem accendi, ut veneni naturam acquirat. Hujus tamen liquor caloris acrimoniæque vi per ætatem remissa, benignior nonnihil evadit. Radicis etiam usum

usum scribit esse Theophrastus; Probat Dioscorides verbis citatis. Contrarium tamen Theophrastus docet cap. ultimo hujus libri. Τῆς δὲ σκαμμωνίας ὁ ὀπὸς μόνον χρήσιμ☉, ἄλλο δὲ οὐδὲν, *scammoniæ succus tantummodo utilis ac præterea nihil.* Hæc contradictio non video quomodo tolli possit; nisi dicamus succi usum præcipuum esse; contra radicis non æque præstantem; ac idcirco minus in usum accipi. sed nec hoc pacto contradictio sublata. Fortassis scripsit Præceptor, τῶν δὲ ὀπὸς οἷον τῆς σκαμμωνίας τῶν δὲ ῥίζα, καὶ ὀπὸς οἷον κυκλαμίνου καὶ τῆς θαψίας. Mutare nihil audeo, quippe radicis usum Græci prædicant. Euphorbiæ quod non meminerit Theophrastus mirabitur nemo, qui Jubæ inventorem ejus legerit. Apud Plinium, lib. v. cap. I. *Præterque gigni ibi* (Mauritania) *herbam euphorbiam, nomine ab inventore suo Medico appellatam, cujus lacteum succum miris laudibus celebrat in claritate visus, contraque serpentes, & venena omnia, privatim dicato volumine: & satis superque de Atlante.* Idem, lib. xxv. cap. VII. *Invenit & patrum nostrorum ætate rex Iuba quam appellavit euphorbiam medici sui nomine & fratris Musæ, à quo divum Augustum conservatum indicavimus.* (Hæc an ficta an vera, ad finem capitis docebo: lege, *frater is fuit Musæ*: in M S. *Fratris fuit Musæ.*) Describitur à Dioscoride. lib. III. cap. LXXXXVI. Εὐφόρβιον δένδρον ἐστὶ ναρθηκοειδὲς, λίβυκον γινόμενον ἐν τῷ κατὰ μαυρουσίαν τμώλῳ ὀποῦ μεστὸν (vetus addit, καὶ καθαρτικοῦ) ὃν δὲ διὰ τὴν οἱ τῇ δὲ ἄνθρωποι συλλέγουσι, διὰ τὸ ἐπιτεταμένον τῆς πυρώσεως. κοιλίας γοῦν προβατείας πεπλυμένας περιδήσαντες τὸ δένδρον (τῷ δένδρῳ) μακρόθεν ἀκοντίοις διαιρούσιν αὐτοῦ τὸν καυλόν. Εὐθέως δὲ ὡς ἐκ πίθ☉ ἀγγείου πολὺς ἀποκεῖται ὀπὸς εἰς τὰς κοιλίας. καὶ ἀποῤῥαίνεται δὲ εἰς τὴν γῆν ἐξακοντιζόμεν☉. *Euphorbium Libyca arbor est, ferulæ speciem habens, quæ quidem in Tmolo Mauritaniæ monte, nascitur, acerrimo* (vetus addit, *purgandi vi prædito*) *referta liquore; quem propter eximium fervorem, non citra metum incolæ ita colligunt: Ovillos ventres lotos arbori circumligant, & è longinquo ipsius caudicem contis hastilibusque vulnerant, confestimque è plaga, ceu ex vase quodam, copiosus liquor in subditos ventriculos effluit. Pars etiam humi præ eruptionis impetu spargitur.* Plinius loco citato, *Invenit eam in monte Atlante, spectatur foliis acanthinis. Vis tanta est, ut è longinquo succus excipiatur. Incisæ conto subditur excipulum ventriculo hædino: humor lactis videtur effluere. siccatus cum coit, Thuris effigiem habet.* Dioscorides arborem, inquit esse, ferulæ specie; Plinius foliis acanthinis spectari inquit. Mesuæo arbor est foliis primum quidem hirsutis aut lanuginosis, deinde, ubi hæc deciderunt, polio marino similibus. Galenus, lib. III. κατὰ τόπους, cap. VIIII. spinosam arborem dixit. Et hoc quidem experientia comprobat. Verba Galeni, ὀπὸς δ᾽ ἐστὶ φυτοῦ τινὸς ἀκανθώδους ἐν τῇ τῶν μαυρουσίων γῇ φυομένου θερμότατ☉ τῇ δυνάμει. *Est porro euphorbium* (utrumque dicitur & euphorbia & euphorbium: frequentius tamen euphorbium) *plantæ spinosæ in Marusiorum terra nascentis succus, facultate calidissimus.* Non raro inter grana euphorbii, spinosa fragmenta reperiuntur, quandoque euphorbium inhæret, quale nobis dedit Petrus Dommerus seplasiarius satis diligens, & in comparandis exoticis, legitimisque, sedulus. Ante annos integram plantam exsiccatam donavit Adrianus Harlar seplasiarius ibidem diligentissimus. Erat hæc cerei effigie quale depingit Lobelius, cujus præterito anno 1633 in horto lugdunensi Batavo (cui summa cum laude præest Adolphus Vorstius Med. Doctor & Professor celeberrimus) viridem, virentemque plantam videre licuit. Ex citato Galeni loco addo experientiam; colligunt viri Doctiss. Dioscoridem. non ναρθηκοειδὲς, sed ἀκανθῶδες scripsisse; quorum non improbarem opinionem, ni Oribasii codex vulgatam defenderet opinionem, nihil tamen obest, quo minus utriusque corruptum dicamus codicem; præsertim cum constet, spinosam esse plantam euphorbium. Depravatum codicem tamen non puto. Plinii codicem mendo non carere, Doctissimorum est opinio. Corrigunt ex veteri codice, *specie ferulæ, foliis acanthinis.* In optimo Rigaltiano codice legitur, *spectetur si foliis acanthinis.* Inde inquit Doctissimus Salmasius bella emendatio, *specie Thyrsi, foliis acanthinis,* θύρσ☉ & νάρθηξ idem. Approbo viri maximi judicium. Notum illud πολλοὶ τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δὲ τε βάκχοι *multi Thyrsigeri, pauci bacchi.* Alibi id exposui. Hoc tantum volo, νάρθηκα Thyrsum significare. In bacchanalium ceremoniis, Thyrsos quatiebant afflati furore. Plutarchus. lib. VI. sympos. Τὸν νάρθηκα τοῖς μεθύουσιν ἐνεχείρησαν, κουφότατον βέλ☉. Xenophon. pæd. II. Εἰς δὲ τὰς δεξιὰς νάρθηκας παχεῖς τὸ ἥμισυ ἔδωκεν ἐκφόρειν. itaque cum ναρθηκοειδὲς dixit Dioscorides, ferulaceam arborem non vult esse, sed thyrsi instar, quale euphorbium cerei effigie, ut ex descriptione palam fiet. Nullus mons in Lybia aut Mauritania Tmoli nomine describitur à Geographis. Sed est mons ejusce nominis in Lydia Asiæ minoris provincia; qui quidem Sardibus incumbit. Corrigunt itaque Marcellus, Cornarius, Saracenus ἄτλαντι; quod Plinius variis in locis in monte Atlante, ultra Herculis columnas euphorbium gigni, indeque portari tradiderit, uti lib. XXVII. in procemio, *Scyticam herbam Mæotidis paludibus, & euphorbium è monte Atlante, ultraque Herculis columnas, & ipso rerum naturæ defectu, parte alia Britannicam ex Oceani insulis extra terras positis.* Accedit quod Democrates apud Galenum lib. VII. κατὰ γένη circa finem in myracoporum compositionibus, euphorbium ab Atlante monte præscribat.

> πρὸς ἃς προεῖπον διαθέσεις, ἀτλαντικοῦ
> Εὐφορβίου προσβαλλε Λ δ΄.
>
> *Ad quos retuli modo affectus, Atlantici*
> *Euphorbii junges quatuor uncias.*

Non arridet hæc correctio Doctiss. Salmasio, quod diversam longe lectionem reperit in antiquissimo codice regiæ bibliothecæ. γινόμενον ἐν τῇ κατὰ μαυρουσίαν αὐτομολίᾳ. *Legendum ait unâ litterâ mutatâ,* ἐν τῇ κατὰ μαυρουσίαν αὐτολολίᾳ, *Autololes, gens maxima, Mauritaniæ vicinâ.* Plinius. lib. v. cap. II. *Proxima illi Masæsulorum fuerat, simili modo extincta est, Getulæ nunc tenent gentes, Banisurri, multoque validissimi Autololes: Sed & quod magis ad rem facit, per illos Autotoles, iter erat ad Atlantem montem.* Plinius, lib. v. cap. I. Multo magis Autololum gente, per quam iter est ad montem Africæ, vel fabulosissimum Atlantem. *Hi ergo Atlanti monti vicini, & fortean* τὸν αὐτολολίαν *Dioscorides appellavit eum montem, qui minor Atlas Ptolomæo dicitur. Certe aut aliquem Autololum, montem* τὸν αὐτολολίαν *dixit, aut* τὴν αὐτολολίαν *de eorundem regione. Et proclivis lapsus est* αὐτομολίαν *pro* αὐτολολίαν. Ingeniosam hanc fateor correctionem esse. Aliter tamen legit Serapio, vel ejus interpres, *& nascitur,* inquit *in Mauritania Cæsariensi & tabex.* An itaque scripsit Dioscorides ἐν τῇ τῆς καισαρείας μαυρουσίας ἐν ταβεῖ. Cæsariensis Mauritania Bochi regis erat. Bochi terræ ab Augusto Jubæ datæ, qui Cæsariensis nomen his dedit. Strabo, lib. XVII. Μικρὸν μὲν οὖν πρὸ ἡμῶν οἱ περὶ βόχον βασιλεῖς, καὶ βόκχον κατεῖχον αὐτὴν, φίλοι ῥωμαίων ὄντες, ἐκλιπόντων δὲ τούτων, ἰούβας παρέλαβε τὴν ἀρχὴν δόντ☉ τοῦ σεβαστοῦ καίσαρ☉, καὶ ταύτην αὐτῷ τὴν ἀρχὴν πρὸς τῇ πατρῴᾳ υἱ☉ δ᾽ ἦν ἰούβα τοῦ πρὸς καίσαρα τὸν θεὸν πολεμήσαντ☉ μετὰ σκηπίων☉. *Non diu ante tempora nostra, Bochus & Bocchus reges, Romanorum amici Mauritaniam tenuerunt, quibus mortuis Iuba successit, cum Cæsar Augustus ad paternum, hoc regnum etiam illi adjecisset. is Iuba filius fuit ejus, qui contra Divum Augustum cum Scipione bellum gessit.* Regnum hoc Bonchi Cæsariensis dictum. Plinius lib. v. cap. II. *Namque diu regum nomina obtinuere, ut Bongidiana appellaretur extima, itemque Bocchi quæ nunc Cæsariensis.* Mauritaniæ itaque partem, quam coluit Juba, in qua euphorbiū nascitur, Dioscorides cæsariensem vocat. Quod nomen suo tempore obtinuisse ex Plinio constat; Coævi enim erant. Tabis promontorium est quod mari incumbit, Oceano nempe Scythico sive Serico, cujus meminit Plinius. lib. VI. cap. XVII. *Iterumque deserta cum belluis usque ad jugum incumbens mari quod vocant Tabin, nec ante dimidiam ferme longitudinem, ejus oræ quæ spectat æstivum orientem, inhabitatur illa regio.* Idem ferè Mela. Scythæ sunt Anthropophagi, & Sacæ distincti regione, quia feris scatet, inhabitabili. Vasta deinde iterum loca infestant belluæ, usque ad montem mari imminentem, vocant Tabin. Mare cui Tabis incumbit, Scythicus est Oceanus. Hæc cum exscriptores, & tabellarii ignorarent, Ταβεῖ ἐν τμώλῳ mutarunt, scripseruntque ἐν τῷ κατὰ μαρουσίαν τμώλῳ. Mitto hæc. Ex Mauritania adferri euphorbium notum est. Eligat quam velit lectionem-


ctionem diligens lector. Addo Galenum lib. III. κατὰ γένη. cap. I. Laudare euphorbium in occiduis natum regionibus. Καὶ ἀπὸ τοῖς μετ' αὐτῶν τῶν ἀνατολικῶν χωρίων κομιζομένοις, ὁποῖός ἐστι καὶ ὁ σαγαπηνὸς ὀνομαζόμενος. ἐκ ταὐτοῦ δὲ γένους ὑπάρχει, πῶς δὲ ὁ τοῦ εὐφορβίου κατά τι δυτικὰ μέρη τῆς οἰκουμένης γεννώμενος, εἴτ' ὀπὸν αὐτὸν, εἴτ' ἄλλο τι καλεῖν ἐθέλοι τις. *Et iisque cum ipsis ab Orientalibus plagis afferuntur: cujusmodi est quod sagapenum appellamus.*

Euphorbii tenella planta.



Hoc genere comprehenditur, & liquor euphorbii in occiduis orbis regionibus natus, sive liquorem ipsum, sive aliud quid nominare velis. Euphorbii tenellam plantam describit Dodonæus: adultam Lobelius. tenellam bis, videre mihi concessum, semel anno 1623 quo tempore

Euphorbii adulta planta sive cerei effigie Lob.



Horti medici Lugduno Batavi, præses erat Ælius Everhardus Vorstius, in Botanicis exercitatissimus, medicinæ professor primarius: deinde anno 1631. Adultam anno 1633 vidi. Subsequens hyems, omnes sustulit, licet summa ad servandas adhiberetur diligentia. Tenellæ folia longa, crassa, virentia sunt. In rotunda ac tereti, nonnihil plana figura angulosa: cucumerem referrent, si non anguli & eminentiores partes albicantibus spinis plurimis, duplici fere ordine, obsiderentur. Effluit ex his vulneratis liquor vehementer acris, & mordax, facile concrescens. Folia exsiccata ex cineritio albicant. Adultam sive cerei effigie, describit Lobelius; eam plebecula effigiei argumento cereum vernaculè vocavit. Hastas enim surrigit quaternas, & quinas, novendecim è vicenûm cubitorum, virgatis, & ad normam directis striis, canulatas: in externis extantibus striarum angulis obtusis exeruuntur stellulæ, corneis stylis radiatim è suo centro, quoquoversum minacibus, uno duntaxat prominulo horsum, æque directo longius: Tota quandam effigiaturam, & concolorem superficiem echinomelicacti præfert (id est colorem habet, ad instar cucumeris maturescentis, è flavedine viridem) sed brachium æquabili ductu æquante: columellæ aut cerei funalis prælongi instar. Ejus è medio : striarum dorsis ansatim, angustiore cervice, cucumeris ventri, surriguntur brachia terna, quasi folia teretia, crassa, eundem commensum proportionis, & figuram sortita (hisce brachiis carebat euphorbium quod in horto medico conspiciebatur, eratque contortum trabis instar, contra quod Adrianus Harlar seplasiarius donarat, brachia hæc habet) intus torulus ligneus, prædurus, carpi crassitie, obductus est callosa carne, & succo aloes: gummeo enim turget perquam amaro (quod ego vidi acri satis) lentore. Flores in fastigio summo promit, referente qui attulit, digitalis purpureæ: Fructus hilari purpura miniata rubet, ficus fere effigie, gustu non insipido. Fructum me vidisse non memini. Euphorbium describit Ioannes Leo, lib. IX. Euphorbium est cujusdam herbæ liquor, quæ in modum capituli sylvestris cardui nascitur. Inter cujus ramos fructus quidam prodeunt, crassitudine viridis cucumeris; ad cujus etiam similitudinem grana quædam perparva emittunt, longitudine quidam ulnam excedunt, alii paulo etiam amplius. Hi quidem fructus non oriuntur ex plantæ ramis, sed velut stipites ex humo procedunt, & ex uno cespite sepè viginti, nonnunquam etiam triginta nascuntur. Agrestes ejus regionis homines, ubi maturuerunt fructus, cultello pungunt; Unde exit liquor lacti persimilis, qui sensim crassescit & viscosus efficitur. Hinc cultelloita crassum liquorem tollunt, & in utres mittunt, atque sic exsiccatur. Planta est undique spinosa. Alium colligendi modum veteres tradunt. Ovillos ventres lotos arbori circumligant. Paulo aliter Plinius, cujus verba in hunc sensum restituit Doctiss. Salmasius. *Vis tanta est ut è longinquo succus excipiatur in cisæ conto, subtus excipulo ventriculo hædino.* Scribi etiam potest, *subdito excipulo, ventriculo hædino.* Ventriculus hedinus excipuli vice subditur. Excipulum ἐκδοχεῖον. Ita glossæ interpretantur. Proximè ad vulgatam lectionem hæc lectio accedit. *Ut è longinquo succus excipiatur incisæ conto, subditis excipulis è ventriculo hædino.* Vulgo, *incisæ conto subditur ventriculo hædino.* Vult Plinius, excipula quibus excipitur succus, facta esse ex hædino ventriculo. Galenus. lib, κατὰ τόπους citato, euphorbium ventriculis ovillis excipi & asservari solitum, idcirco scribit, quod hos minimè erodat. Μῆλον δὲ τούτεστι προβάτων ἐν τῇ γαστρὶ διασώζεσθαι φησὶ τὸ εὐφόρβιον, ὅτι μόνην ταύτην οὐ διαβιβρώσκει, καὶ διὰ τοῦτο δυνατόν ἐστι ἀποτίθεσθαι κατ' αὐτὴν τὸ φάρμακον. *Pecoris autem, hoc est ovium ventribus, excipi, & adservari euphorbium* (Philo) *ait, propterea quod hos solos non corrumpit, & ob hoc in his reponi pharmacum potest.* Διαίρουσι, inquit Dioscorides, τὸν καυλὸν, τοῦ καυλοῦ voce abutitur: Καυλὸς enim de herbis, στέλεχος caudex, de arboribus propriè dicitur. Scio apud Theophrastum lib. I. hist. cap. V. legi Κοινόν ἐστι ἐπετείοις καὶ χεδνίοις, eodem tamen loco docet quod in arborum genere στελέχους nomen frequentius esse consuevit. Et hæc de arbore, sive planta euphorbii, succique collectione. Restat succi *delineationem* examinemus. Ἔστι δὲ δύο γένη τοῦ ὀποῦ. τὸ μὲν διαυγὲς ὡς σαρκόκολλα, κατὰ μέγεθος ὀρόβου. τὸ δὲ ἐν ταῖς κοιλίαις ὑαλῶδες καὶ συνεστός. Δολοῦται δὲ καὶ τῇ σαρκοκόλλῃ, καὶ κόλλῃ (in antiquo codice κόμμι, scri-

scribitur, uti Lacuna refert) μιγνυμένας ὀλίγου δὲ τὴν δίαυγῆ καὶ δριμύ. δυσδοκίμαστος δέ ἐστιν ὁ τῇ γεύσει λαμβανόμενος, διὰ τὸ ἅπαξ δηχθείσης τῆς γλώττης ἐπιμένειν τὴν πύρωσιν ἐφ' ἱκανὸν χρόνον, ὥστε πᾶν τὸ προσαγόμενον, εὐφόρβιον δοκεῖν εἶναι. ἡ μὲν τοι εὕρεσις αὐτοῦ κατὰ Ἰόβαν τὸν βασιλέα τῆς λιβύης ἐπεγράφθη. *Sunt porro liquoris duo genera, unum sarcocollæ modo pellucidum, ervi magnitudine: alterum in ventriculis quibus excipitur coit, vitri effigie, adulteratur vero sarcocollæ & glutini mixtione: sed eligendum translucens & acre. difficile autem est, quod è gustu petitur, saporis experimentum, quippe levi linguæ contactu os accensum diu detineat, adeò ut, quicquid deinde exhibetur, euphorbium esse videatur. Cæterum id Iuba in Lybia regnante, primo inventum fuisse in confesso est.* Unius tantum succi meminit Plinius, loco citato. *Humor* inquit, *lactis, videtur defluens: siccatus cum coit, thuris effigiem habet.* Sarcocolla lachryma est, inquit Dioscorides, quæ Thuris tenuis effigiem habet, ἐοικὸς λιβανωτῷ λεπτῷ lib. III. cap. lxxxxix. Idem ervi magnitudine esse inquit. Supra Thus orobias, magnitudine ervi esse diximus. Recte igitur, Plinius Thuri comparavit euphorbium. Duo inquit esse genera Dioscorides διαυγὲς & τὸ ὑαλῶδες. Atqui τὸ ὑαλῶδες & διαυγὲς idem ferme. Legendum ὑλισματῶδες, *fæculentum.* Serapio loco citato, *Et egrediuntur duæ species de euphorbio ex arbore, una earum est similis sarcocollæ, & sunt frusta in quantitate orobi, & alia species est similis fæci.* In antiquissimo codice etiam legi ὑλισματῶδες diligentiss. observavit Salmasius. Duo succi inquit Dioscorides genera. Alterum quod est transflucidum & simile sarcocollæ. hic succus est qui in terram defluit ἐξακοντισμένος. Nam qui purior est, vehementius exilit, & ultra ventriculos, qui ad excipiendum succum incisæ appositi erant, sese ejaculatur. Alterum genus ventriculis excipitur, & crassius & fœculentius est. Dioscorides adulterari sarcocolla scribit. Plinius *hædino lacte. Ibi Getuli,* inquit, *hædino lacte adulterant. Sed discernitur igni.* *Id enim quod sincerum non est, fastidiendum odorem habet.* Doctissimus Plinii interpres, inepte Plinium verba hæc Dioscoridis vertisse, putat, δυσδοκίμαστος δέ ἐστιν —— δοκεῖ εἶναι. Fallitur; recte dixit igne explorandum. Nam lac hædinum, quo adulteratum est euphorbium, pessime olet, cum purum alioquin euphorbium, igni injectum, non male oleat. Eligendum, inquit Dioscorides, purum & transflucens. Quale etiam eligendum euphorbium docet Galenus. lib. III. κατὰ γέν. cap. II. & quarto ubi Euphorbium inveteratum, & vim, & colorem unitare docet, quod etiam observarunt recentiores seplasiarii diligentiores. λέλεκταί μοι καὶ πρόσθεν ὡς ἀπολείπεται πάμπολυ τῆς νέας τὸ παλαιὸν εὐφόρβιον μετὰ ἐνιαυτὸν γὰρ ἕνα θερμὸν ἱκανῶς ἐστὶ, λείπεται δὲ ἤδη συχνῷ τοῦ προσφάτου. δυοῖν δὲ ἐτῶν τῶν γενόμενον, ἔτι δὲ καὶ πλέον ἀπολείπεται τῆς νέας. καθάπερ γε τριῶν ἢ τεττάρων, ἔτι μᾶλλον. εἰ δὲ τι τούτων χρονιώτερον εἴη, παντάπασιν ἡ δύναμις αὐτοῦ καταλύεται. γνωρίσεις δ' ὡς ἔφην, ὅπως ἔχει χρόνου καὶ δυνάμεως, εἴς τε τὴν χρόαν ἀφορῶν αὐτοῦ καὶ τὴν σύστασιν, τῇ μὲν γὰρ χρόᾳ ξανθότερον καὶ ὠχρότερον φαίνεται τῆς νέας τὸ παλαιὸν, τῇ συστάσει δὲ σκληρότερόν τε καὶ ξηρότερον. εἰ μὲν τοι γευόμενος ἐθέλοις διακρίνειν, οὐ στοχαστικὴν ἀλλὰ βεβαίαν ἕξεις τὴν διάγνωσιν αὐτοῦ. *Dictum mihi ante vetus euphorbium recentiori multo inferius* —— *Nam post annum unum abundè calidum est, deficit enim jam non mediocriter à recenti, bimum adhuc magis à novo degenerat, quemadmodum trium aut quatuor annorum, etiam hoc magis. vetustioris virtus omnino resolvitur. cognosces autem, ut dixi, quam ætatem, quamque vim obtineat, & colorem & consistentiam ejus respiciens. Colore quidem, vetus novo flavidius, pallidiusque apparet, consistentia durius & siccius. jam si gustu voles discernere, non conjecturalem ejus dignotionem, sed firmam habiturus es.* cap. secundo, γνωρεῖς δὲ αὐτὸ καὶ χαλεπῶς τοῦ διαμασήσασθαι τὸ χρῶμα θεασάμενος. οὐ γὰρ ὡς ἐν ἀρχῇ τεφρῶδες, ἀλλ' ὑπωχρόν τε καὶ ὑπόξανθον γίνεται παλαιούμενον. αὐτός δὲ καὶ ξηρὸν ἱκανῶς φαίνεται τηνικαῦτα, καὶ διαλύεται μόγις ἐν τῷ λεαίνεσθαι δι' ἐλαίου τῆς νέας. χρὴ δὲ οὐκ εὐθέως αὐτὸ μιγνύναι τῷ ἐλαίῳ, ἀλλὰ πρότερον ἐν τῇ θυίᾳ λεαίνειν ἀτρέμα, ὅπως μὴ πλατυνθῇ. *Id autem cognosces etiamsi manduces colorem contemplatus, quippe non ut ab initio cinereum, verum subpallidum redditur inveterascens, statim etiam siccum abunde videtur tunc, & vix inter levigandum ex oleo recenti protinus imbibito dissolvitur. At subito ipsum oleum miscendum non est, sed prius in mortario sensim terendum, ne dilatescat.* Ob violentissimam acrimoniam nunquam, nisi invito prorsus animo, à Pharmacopolarum famulis teritur. Quandoquidem tametsi sibi nares & os omni prorsus ingenio, gossipio, & linteis aqua rosarum madefactis muniant; tanta tamen est acrimoniæ vis tenuissima, ut omnibus una cum aëre penetratis munimentis, in eorum tandem perveniat nares, ubi ardore summo mollestissimam movet sternutationem quæ non facile tollitur: quanquam etiam medicamentis satis refrigerantibus opituletur. Quo fit ut diligentissimi pharmacopolæ bajulis, ac aliis victum quærentibus hominibus id muneris obeundum tradant. Quidam tamen volunt, si olei tantillum, uti Galenus videtur velle indicare, inter tundendum addatur, nullam percipi in naribus aëris acrimoniam, etiamsi nulla munimenta prædicta adhibita fuerint, facillime experientia fieri potest absque damno. Iubæ ætate plantam hanc repertam fuisse docet Dioscorides. Plinius non Jubæ ætate inventum euphorbium scribit, sed ab ipso Juba inventum, quod fabulosum est, Philoni si fidem adhibeamus. Hujus lib. IX. κατὰ τόπους versus recenset Galenus.

> καὶ τρίτον ἐν τρώεσσι μενοιτιάδαο φονῆος
> δραχμὴν τὴν μήλων γάστρῃ σωζομένην.

> *Inde Menœtiadæ occisoris ponito drachmam*
> *Qui pecoris densis ventribus excipitur.*

Ad hunc locum Galenus. καὶ μὲν καὶ τὸ εὐφόρβιον αἰνιγματωδῶς ὁμοίως τούτοις κέκληκεν, εἰπὼν καὶ τρίτον ἐν τρώεσσι μενοιτιάδαο φονῆος, ἐπειδὴ ὁ ποιητὴς ἐποίησε λέγοντα τὸν πάτροκλον.

> ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ καὶ λητοῦς ἔκτανεν υἱός,
> ἀνδρῶν δ' εὔφορβος.

At vero & euphorbium similiter his ænigmatice vocavit, quum ait, inde Menœtiade occisoris ponito drachmam, quandoquidem poëta Patroclum sic loquentem facit;

> *Sed me Parca ferox, Latonæ & filius aufer*
> *Atque vir Euphorbus.*

Versus quos citat Galenus, reperiuntur Iliad. 16 menoetiadem vocat Patroclum patronymica appellatione, hoc est Menoetii filium. Sic enim Homerus ait μενοιτίου ἄλκιμος υἱός: Illud consideratione dignum, an in primo versu scripserit. Philo τὸ τρίτον, ut vulgati codices habent, an verò τοῦ τρίτου, ut hic sit sensus: & tertii inter Troianos occisoris Menoetiadæ drachmam, pecoris ventriculo servatam. Illud Patroclus percussori Hectori objicit, scilicet quod prius à Deo Apolline & Euphorbo heroe vulneratus sit. Homerus loco citato;

> ἤδη νῦν ἕκτωρ μεγάλ' εὔχεο, σοὶ γὰρ ἔδωκεν
> νίκην Ζεὺς κρονίδης καὶ Ἀπόλλων, οἵ μ' ἐδάμασσαν,

> *Nunc te jacta Hector, tibi quod victoria cessit,*
> *Qui jove sic jaceo facile atque ab Apolline victus.*

Paulo post:

> ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ καὶ λητοῦς ἔκτανεν υἱός,
> ἀνδρῶν δ' εὔφορβος, σὺ δέ με τρίτος ἐξεναρίζεις.

> *Sed me Parca ferox, Latonæ & filius aufert.*
> *Atque vir Euphorbus, post quem tu tertius instas.*

Hoc modo Euphorbus, tertius Patrocli percussor à Poëta nuncupatur, non quidem ad ordinem, sed ad numerum respiciente, Iove tamen & Parca, id est fatis exceptis. Quod scribit Plinius Iubam librum de Euphorbio condidisse, id Galeni testimonio confirmatur, Καὶ γέγραπται περὶ εὐφορβίου βιβλίδιον ἰόβα τοῦ βασιλεύσαντι τῶν μαυρουσίων. & de Euphorbio conscriptus est libellus à Iuba Mauritaniæ rege.

Τοῦ μανδραγόρου. Mandragoræ historiã supra lib. VI. cap. II. examinavimus. Folia Plinius radicemque adversus articulorum morbum præscribit, lib. XXVI. cap. XI. *Mandragoræ folia cum polenta, vel radix recens tusa, cum cucumere sylvestri, vel decocta in aqua.* Radicem qui ad amores præscribat repperi neminem. Folia, succum, fructum, corticemve radicũ decoctam somnum conciliare,

liare, auctores Dioscorides, & Plinius. Suprà dixi Dioscoridis & Theophrasti diversam mandragoram, ac quidem solanum furiosum alterum Theoph. mandragoram esse. Trociscos parari ex radice mandragoræ inquit. Hunc locum nec Plinius, nec Theodorus recte vertit. Plinius. lib. XXV. cap. XIII. Ubi Dioscoridis & Theophrasti confundit mandragoram, *concisa quoque in orbiculos servatur in vino.* Fallitur vir magnus, cum Plinium Theophrasti locum vertisse scribit. Interpretatur hunc Dioscoridis locum καὶ ὁ φλοιὸς δὲ τῆς ῥίζης σφαιρωθεὶς, καὶ διαβληθεὶς λίνῳ κρεμάννυται εἰς ἀπόθεσιν. Plinius sive apud Cratevam, sive Dioscoridem, sive ad verba anagnostes minus attenderit, legit καὶ δευθεὶς οἴνῳ, cum scribat Dioscorides διαβληθεὶς λίνῳ. Solenne hoc Plinio, & quasi fatale, vocum vicinitate decipi. Locum hunc Theophrasti, lib. XXVI. cap. XI. reddidit. *Igni sacro medetur aeizoum, folia trita cicutæ, mandragoræ radix. Secatur hæc in asses* (vulgo, *siccatur in aëre*) *ut cucumis, primumque super mustum suspenditur, mox in fumo; dein tunditur in vino & aceto.* Ὡσπερ ῥαφανὶς ut cucumis, | Διδόασι δὲ ἐν οἴνῳ καὶ ὄξει, *dein tunditur in vino & aceto,* vertit. Nec Theophrastus, super mustum suspendi scribit, sed in musto convolvi, dein in fumo suspendi, ἐνειληθέντες δὲ ἐν γλυκεῖ. vulgo, ἐνείραντες δὲ ἐν γλυκεῖ, *transfixos* vertit Theodorus & omittit γλυκεῖ. Novit enim ineptum in musto transfigi. Facilis ἐνειληθέντες in ἐνείραντες lapsus.


Τοῦ πανάκους. De panacis generibus, cap. XII. agam. Plinius. lib. XXVI. cap. XV. *Panacis semen cum absynthio menses & sudores movet.* Quæ de panace scribit hoc capite, de heracleo intelligenda, viri docti arbitrantur, idque quod hæc Dioscorides referat de panace Heracleo. Τὰς ἐν χυλοῖς σὺν μέλιτι κρατῶ ἢ οἴνῳ ποτιζόμενος ἔμμηνα τε ἄγει καὶ ἔμβρυα φθείρει καὶ ἐμπνευματώσεις τὰς ἐν ὑστέρᾳ καὶ σκληρίας διαφορεῖ, σὺν μέλιτι ἀνεθεὶς —— ἡ ῥίζα δὲ ξυσθεῖσα καὶ προστεθεῖσα μήτρᾳ ἄγει ἔμβρυα —— ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ σὺν ἀψινθίῳ ληφθεὶς ἄγει ἔμμηνα. *Menses trahit, fœtus enecat; vulvæ inflationes duritiasve ex melle dilutus discutit. Radix autem derasa & vulvæ subdita partus extrahit —— semen verò cum absynthio sumptum menses ciet.* Unguentis addi auctor, lib. XII. cap. XXVI. est Plinius. *Panacem & unguentis eadem* (Syria) *gignit.* Addit totam panacis heraclei descriptionem. Unde facile, inquiunt. colligi potest; de panace agere heracleo Theophrastum vide. cap. XII. hujus libri.

Quæ præceptor hic de helleboro dicit, ostendunt, quæ Dioscorides de helleboro scribit, non esse corrupta, sed ab ipso Dioscoride ex Theophrasto petita. vide cap. XI.

Τοῦ κυκλαμίνου. Κυκλάμινος vel, κυκλάμινον vel, ut vulgò, cyclamen dicitur ἀπὸ τοῦ κύκλου ab orbe, tum ob folii circinatum ambitum, tum ob orbiculatum radicis bulbum. Theodorus, *tuber terræ* vertit. Plinius, lib. XXV. cap. IX *Nascitur in umbrosis nostris, tuber terræ vocatur.* Alii rapum terræ appellare maluerunt, nonnulli umbilicum. Tuber terræ, dicitur, quod in molem quandam intumeat; umbilicus, quod ut umbilicus, circinata figura emergit, sic & cyclaminus sub terra conspicitur. Rapum terræ vocant, quoniam in terra velut rapum extuberat. Batavi **Verckens broot**/id est porcinum panem vocant, quod radix in orbem circumacta, non tamē in globum surgens, sed veluti pressa pondere in latitudinem sese explicans, eadem forma, qua nunc in quotidiano usu panes, videntur. Porcinum addunt, quod subulci gratum pabulum suo pecori cognoverunt; ἰχθυόθηρον nominarunt, quod pisces summopere hujus radicem expetere tradant, & si contusam admista calce mari quis sparserit, mira quadam cupiditate advolare pisces, continuoque exanimatos fluitare. Sed aliud cyclaminis genus hoc esse, Plinius docet, loco citato. *Mihi & tertia cyclaminos demonstrata est, cognomine chamæcissos, uno omnino folio, radice ramosa, qua pisces necantur.* Recentiores Græci κάσαμον, vocant, Myrepf. sect. I. De antidotis, 412. Κυκλαμινιαίας, ἤτοι κασάμου φύλλα. Idem alibi κάσαμον ἢ κυκλάμινος. Æginera verò κάσαμον balsami fructum significare scribit. lib. VII. cap. XVIII. Embole altera. Κίλλικος γὰρ δὲ κασσάμου γρ. β' κοπέρου δ'. Eodem lib. littera K. Κάσσαμον, τοῦτο φασί τινες εἶναι τὸν καρπὸν τοῦ βαλσάμου, περὶ οὗ κατ' ἐκεῖνο λέλεκται. *Cassamon, hoc nonnulli balsami fructum esse dicunt, de quo supra egimus.* An itaque κάσαμον per simplex σ cyclamen, κάσσαμον vero per duplex σσ balsami sit fructus. Quam diligentissime igitur attendendum ad quæ

præscribantur, diversis enim pollent facultatibus. Κάσαμον, si modo non alibi etiam κάσσαμον scribatur, nomen accepit cyclamen, quod radix abortum moveat. Dioscorides. lib. II. cap. CXCIIII. Φασὶ δὲ ὅτι ἂν ὑπερβῇ τὴν ῥίζαν ἔγκυμων γυνὴ ἐξαμβλῶσαι αὐτήν, ἔτι δὲ καὶ ὀξυτόκιον περιαπτομένη. *Tradunt, si prægnans mulier radicem eam transgrediatur abortum fieri, sed & adalligata partum accelerat.* Κάσαμον, quasi, *meretricum herba,* κάσσα meretrix libidinosa. Vel nomen illud habet, quod ad amatoria & libidines valeat, uti docent Theophrastus, & Dioscorides. ἱστορεῖται δὲ καὶ πρὸς φίλτρα αὐτὴν λαμβάνεσθαι κοπεῖσαν ἀναπλασθεῖσαν τε εἰς τροχίσκους. *traditurque etiam ad amatoria assumi tusa, ac in pastillos divisa.* Legendum ex veteri codice & Theophrasti καυθεῖσαν *combusta.* Falluntur qui sphæritim putant, cujus Ætius sermone XII. cap. IV. meminit. Spheritis cupressus est, ut lib. I. κατὰ τόπους. cap. I. titul. quæ Soranus ad alopecias conscripsit. Καλεῖται δὲ σφαιρῖτις ἡ τὰ σφαιρία φέρουσα κυπάρισσος. *Appellatur sphæritis cupressus quæ sphærias, id est pilulas producit.* Officinæ arthanitam & archanitam vocant. Cyclaminos describitur à Dioscoride. lib. II. cap. CLXXXXIIII. Κυκλάμινος φύλλα ἔχει ὅμοια κισσῷ, πορφυρᾶ, ποικίλα κάτωθεν δὲ καὶ ἄνωθεν κηλῖσιν ὑπολεύκοις. Καυλὸν δὲ τετραδάκτυλον, γυμνὸν, ἐφ' οὗ ἄνθη ῥοδοειδῆ, πορφυρίζοντα (vetus ἐν τῷ λευκῷ πορφυρίζοντα, alius ἰοειδῆ, ῥοδώδη mavult Sambucus) ῥίζαν μέλαιναν, γογγυλίδι παραπλησίαν, ὑπόπλατον. *Cyclaminus folia habet hederæ similia, purpurea, varia, infra supraque maculis albicantibus distincta, caulem verò quaternum digitorum, inanem ac nudum, in cujus summo flores emicant, rosarum effigie purpurascentes, radix nigra, rapo proxima, & aliquantulum lata.* Plinius, loco citato. *Item cyclamini radix contra serpentes omnes, folia habet minora quam hedera, nigrioraque & tenuiora, sine angulis, in quibus albicant maculæ; caule exiguo, inani, floribus purpureis, radice lata, ut rapum videri possit, cortice nigro, nascitur in umbrosis nostris, terræ tuber vocatur.* Idem. lib. XXI. cap. IX. *In vepribus nascitur cyclaminum, de quo plura alias. flos ejus colossinus in coronas admittitur.* Inter coronarios flores à Nicandro numeratur, versus reperiuntur apud Athenæum, lib. XV. Καὶ γηραιὸν πώγωνα, καὶ εὐτραπίας κυκλάμινα. *Ut nec senilem barbam, nec speciosum cyclaminum.* Colossinus non à magnitudine, sed colore dicitur. Strabo φησὶ δὲ ὁ περὶ Λαοδίκειαν τόπος φέρειν προβάτων ἀρετὰς οὐκ εἰς μαλακότητας μόνον τῶν ἐρίων καὶ τῶν μιλησίων διαφέρει, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν κοραξὴν χροιάν (forte


Ciclamen folio hederaceo.



 κορα-

περιέχουσαι) ὥστε καὶ προσοδεύονται λαμπρῶς ἀπ' αὐτῶν. ὥσπερ καὶ οἱ κολοσσηνοὶ ἀπὸ τοῦ ὁμωνύμου χρώματος πλησίον οἰκοῦντες. *Loca quæ sunt circa Laodiceam, oves alunt excellentes, non mollitie modo lanarum, qua etiam Milesiis præstant, sed etiam ad corvorum nigredinis æmulum colorem, unde amplos quoque habent reditus, ut & Colosseni ab ejusdem nominis colore, in vicinia habitantes.* Cyclamini recentiores plura observarunt genera. Prima ut Dodonæus ait, viret foliis, latis, angulosis, Hederæ helicis similibus, ambitu leniter serratis, priore parte in virore nigricantibus; albicantibus tamen maculis variegatis, & umbilico sive medio folii subalbido, inferiore verò ac prona parte purpureis, & subinde colore saturato, alias dilutiore: flosculi extenellis pendent pediculis, deorsum nutantes, foliolis eorum sursum reflexis, & purpureo violæ nigræ colore, non tamen intenso, splendent, odoris exigui; succedunt capitula seminifera, in spiras pediculis contractis. Radix bulbi aut rapi modo in orbem circumacta, & aliquantulum in latitudinem pressa, foris nigricat, intus candida, rugas inarescens contrahit. Alterius, & secundæ cyclamini, & lata quidem sunt, sed nequaquam angulosa, verùm quasi rotunda, & nullis superius, aut omnino obscurissimis apparentibus maculis; saturato colore virent, inferius verò è punicante purpura rubent, flores prioris similes, at odoratiores, radix aliquanto minor.

Ciclamen folio Rotundo.




Tertia species foliis similiter est haud angulosis, sed ambitu eorum aliquantulum crenato, maculata hæc sunt, sed umbilico nigriore, flos intensiore colore purpurascit, odoris suavissimi, radix quam aliarum minor. Iulio, Augusto, Septembri mense, florent, folia inde nova succedunt, hyeme virentia; semen sub æstatem sequentem ad maturitatem venit. Reperitur apud Florum studiosos aliud cyclaminis genus, quod Vere floret, sub extremum Aprilis, binos aut tres profert flores, nivei prorsus candoris suaviter spirantes, forma vulgatis non dissimiles, quinque angustis laciniis sursum reflexis constantes, quibus deciduis tenelli cauliculi, sive petioli subrubentes, qui eos sustinebant sese contrahunt, & in orbiculos convolvunt, alterius cyclamini instar, atque in summa tellure procumbunt cum theca sua, qua semen continetur. Plantæ folia majora, fuscunciam longa, tantundem circa pediculum lata, angustior tamen circa mucronem, per oras aliquantulum angulosa, prona parte quinque crassiusculis nervis prædita, & omnino rubescentia, supina vero viridia, sed frequentibus maculis albis aspersa. Et hæc sunt cyclaminum genera, quæ apud nos reperiuntur.

Plura recensentur à Bauhino in Phyto-pinace. Illud notandum, radices pro ætatis ratione, magnitudine admodum variare, novellas adeò exiguas, ut avellanæ magnitudinem vix superent. Vidi adultas, adeò crassas magnasque, ut maximæ rapæ non cederent. De radicis usu satis dixi. Succum inquit Theophrastus ad purgandum caput, & inebriandum valere. Plinius loco citato: *In omnibus serenda domibus, si verum est, ubi sata sit, nihil nocere mala medicamenta, amuletum, vocant narrantque & ebrietatem repræsentari addita in vinum.* Diosc. loco citato: Ἐγχυματίζεται τε ὁ χυλὸς αὐτῆς μετὰ μέλιτος εἰς τὰς ῥῖνας πρὸς κάθαρσιν κεφαλῆς. *Ejus etiam succus cum melle naribus infunditur ad purgandum caput.* Hoc non latuit Theocritum, cum eidyll 5. canit, ἐνθάδε τὸν κυκλάμινον ὄρυξ' εἴθ' εἰς τὸ ἄλγεα. Vide supra cap. De scylla. Corrigendus Scholiastes (ἡ κυκλάμινος βοτάνιόν ἐστι ποιῶδες, λεπτόῤῥιζον ὅπερ χλιανθὲν, ποιεῖ πρὸς χίμετλα. *Cyclaminus herbula est herbosa, tenui radice, quæ calfacta facit ad perniones, & ambusta ex frigore.* Vel novellam recenterque natam, nondumque adultam vidit cyclaminis plantam, aut qualis cyclamen planta sit ignoravit. Adulta παχύῤῥιζος est. χίμετλον pernio, est morbus pedum, digitorum, ex nimio frigore proveniens, & calcaneum maxime infestans hyeme, unde & nomen. Pollux lib. IV. χίμετλα γίνεται μὲν ὑπὸ κρύοις, ὑπὸ δακτύλοις, καὶ ἴχνεσι ποδῶν καὶ χερσί, &c.

Καὶ τοῦ σικυοῦ De cucumere agresti vide cap. XV. Quæ hoc loco scribit facilia sunt, & à Dioscoride confirmantur. Ξηρὸς δὲ λεῖα, ἀλφοὺς, λέπρας καὶ λειχῆνας σμήχει· οὐλάς τε μελαίνας καὶ σπίλους τοὺς ἐν προσώπῳ ἀποκαθαίρει. *Eadem arida tritaque, vitiligines, lepras, & impetigines absterget, cicatrices nigras emendat, & maculas faciei repurgat.*

Τῆς δὲ χαμαίδρυος. Chamedrys dicitur, quod fruticulus sit parvus foliaque quercui similia habeat. Scribonius Largus, cap. CVI. recipit hæc stœchados, Marubii χαμαίδρυος, quæ herba similia quercus folia habet, Latinis trissago dicitur. Plin. lib. XXIV. cap. XV. *Chamædrys herba est quæ latine trissago dicitur. Aliqui eam chamædropem, alii teucrium appellaverunt. Folia habet magnitudine mentæ, colore & divisura quercus, alii serratum & ab ea serrā inventam esse dixere, flore pene purpureo.* Describitur à Dioscoride. lib. III. cap. XII. χαμαίδρυς, οἱ δὲ χαμαίδρωψ, ἢ λινόδρυς. διὰ δὲ τὸ σώζειν τινὰ ἐμφέρειαν τῷ τευκρίῳ, καὶ ταύτην τινὲς τεύκριον ἐκάλεσαν. φύεται δὲ ἐν τραχέσι καὶ πετρώδεσι τόποις. ἔστι δὲ θαμνίσκος σπιθαμιαῖος, φύλλα ἔχων μικρὰ, τῷ σχήματι καὶ τῇ σχίσει δρυΐ ὅμοια, πικρά. ἄνθος ὑποπόρφυρον (Oribasius ὑπόπυῤῥον) μικρόν. (Lacuna in veteri codice, καὶ πικρὸν, scribi autor est.) Σπέρμα δὲ αὐτῆς ἐγκύμονα τοῦ καρποῦ, &c. *Trissago, Græcis chamædrys*, quibusdam chamedrops, aliis linodrijs dicitur, sunt & qui eam ipsam teucrium appellaverint; propterea quod cum teucrio aliquam servet similitudinem. Nascitur in asperis & petrosis locis. Est verò frutex exiguus, dodrantalis, folia habens exigua, effigie & divisura quercus, amara, florem pene purpureum ac pusillum. Carpi ipsam semine prægnantem oportet. Chamedrys est cujus effigiem adpingi curavimus. Negat botanicus eximius veterum esse chamedryn, quod frutices erecti nascantur, sponteque sua assurgunt, cum huic sint complures, humi procumbentes, tenues, duriusculi, lignosi ramuli, hincinde sparsi. Sed & polium quod Dioscorides & veteres fruticem esse dicunt, lignosos & repentes habet ramulos. De Thymo, ambrosia, aliisque plurimis, quæ frutices dicuntur nihil referam, & frutices in rectum semper attolli tradidit nemo. Chamedryn officinæ quædam vocant, quam vulgo teucrium & pseudateucrium, alii sylvestrem chamedryn. Legitimam non esse facillime probatur, quod flosculos fert perquam eleganti cæruleo colore. Falluntur qui ἱερὰν βοτάνην putant, Dioscorides. lib. IV. cap. LXI. περὶ ἃς φύλλα ἐκ διαστημάτων ἐοικότα δρυῒ πλὴν στενότερα καὶ ἥττονα, ἐντετμημένα δὲ τῷ κύκλῳ ὑπόγλαυκα —— ἄνθη πορφυρᾶ λεπτά. *circa quos folia sunt ex intervallis, quernis similia, sed angustiora, minoraque, divisuris incisa per ambitum, & colore aliquatenus glauco, —— flores purpureos ac tenues fert.* Hujus folia viridia, flos ceruleus. Diosc. Galenus, ceteri semini, folijsque unam eandemque vim tribuunt. Theophrastus aliam semini, aliam foliis. Eadem vi folia & semen pollere plurimorum recentiorum est opinio, quam nec improbamus: Hanc vulgaris chamedrys agnoscit varietatem, quod sit minor, folio

Chamedrys major repens.




folio obtusiore & mucronato; major verò hirsutior, & minus hirta. Pratense teucrium, ad viscerum obstructiones, cacochymiam, virginumque fœdos colores, miris pollet & certissimis viribus.

Τῆς Θαψίας. Diversæ & planè dissimiles sunt plantæ thapsia & thapsus. Thapsia succum habet vehementem, acrem & urentem adeò ut colligentibus noceat, & pustulas excitet, faciem rubram reddat, nisi aliquo cerato faciem illinent; contra thapso faciem inungebant ut morbosi viderentur & mali, puta pallidi vel lividi coloris esse. Utramque optime distinguit Hesychius, confundit Nicand. Scholiast. Hesychius θάψινον τὸ ξανθὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς θάψου ὃ βάπτει. ᾧ ξανθίζουσι τὰ ἔρια καὶ τὰς κεφαλάς. τοῦτό τινες σκυθικὸν λέγουσι· καὶ ὁ ποταμὸς, παρ' ᾧ φύεται τὸ ξύλον θάψος καλεῖται. ἔστι δὲ καὶ ῥίζα θαψία καλουμένη. *Thapsinum flavum, sic dicitur à ligno Thapsi, quod tingit, coloreque flavo lanas, & caput imbuit. Hoc quidam schyticum vocant, & fluvius circa quem nascitur, Thapsos vocatur. Est autem alia quædam planta, cujus radix Thapsia vocatur.* A Nicandro radix hæc Thapsos vocatur, quod decepit Scholiasten:

> Θρινακίην μὲν ῥίζαν ἕλευ γηλαθέα θάψον μίξας.
>
> *Radicem imprimis Thapsi compone salubrem trinacrij.*


Ad hunc versum Scholiastes, Θρινακίαν δὲ τὴν ῥίζαν τῆς θάψου λέγει, διὰ τὸ ἐν σικελίᾳ γίνεσθαι, ἡ γὰρ σικελία διὰ τὸ τρεῖς ἄκρας ἔχειν τρινακρία καὶ τρινακία καλεῖται. ἐκεῖ οὖν ἡ θάψος εὑρίσκεται. ταύτης δὲ τῷ χυλῷ χρῶνται πρὸς ὄψεις. ἔστι δὲ χλωρότερος. ὅθεν οἱ βουλόμενοι χλωροὶ φαίνεσθαι, καὶ νοσώδεις, ταύτην περιχρίονται τὸ πρόσωπον. εὑρηκέναι δὲ αὐτήν φασι τὸ πρῶτον ἐπὶ νήσῳ τινὶ Θάψῳ μιᾷ τῶν Σποράδων. ἔστι δὲ ἡ νῆσος ἀρκούσης καὶ φοινικῆς μεταξύ. *Thridacian radicem Thapsi dicit, quod in Cicelia nascatur, Cicelia enim à tribus jugis seu promontoriis, quæ in ea insula præcipua sunt, Thrinacria & Trinacia appellatur. Succus ejus pallidior, unde qui pallidi ac morbosi videri volunt, hoc inungunt.* Inveniri Crateras tradit in insula quadam Thapso ana Sporadum. Insula hæc interjacet Arcousæ & Phoinicæ. Fallitur scholiastes. Thapsus quo faciem illinebant, in Schytia nascitur. Thapsia cujus succus acris & vehemens est, in Cicelia. Præterea ad tincturas hac veteres usos esse, non memini me legisse. De Thapsia hac agit Theophrastus. De Thapso, cap. XIII. meliori occasione quædam dicam. Thapsiam nasci scribit in insula Thapso. Idem Dioscorides. lib. IV. cap. CLVII. Θαψία ὠνόμασται μὲν ἀπὸ τοῦ δοκεῖν πρῶτον εὑρῆσθαι ἐν Θάψῳ τῇ νήσῳ τῇ ὁμωνύμῳ. *Thapsia ex eo nomen accepit, quod in Thapso, ejusdem nominis insula, primum inventa fuerit.* Nulla inquit Doctiss. Salmas. *Thapsus insula mihi nota, sed oppidum hoc nomine in ora maritima Africæ minoris. Hujusmodi oppida ad mare posita, sæpe pro insulis veniunt, præcipuè cum pene tota mari cincta sunt. Interpretes Dioscoridis addunt insulam esse Sporadum, sed forte Thasum cogitabant pro Thapso. Hoc tamen scriptum reperitur apud veterem Nicandri scholiasten de Thapsia.* Stephanus περὶ πόλεων. Θάψος, πόλις λιβύης. Στράβων ἑπτακαιδεκάτῳ, Ἔστι δὲ Σικελίας. Ἔστι δὲ χερρόνησος ἐν τῷ στενῷ τοῦ ἰσθμοῦ. *Thapsus urbs Africæ, ut Strabo lib. (17) undecimo scribit est etiam Ciceliæ. est Cherronesus quæ in angusto isthmus dicitur.* χερρόνησος terra in insulæ modum mari circundata, uno tantum, eoque angusto, spatio, quod Isthmus appellatur, continenti adjuncta. Fortasse scripsit Dioscorides ἐν τῇ χερρονήσῳ, non ut vulgo legitur, νήσῳ. Si bene memini apud Virgilium. lib. III. Æneid. mentio fit Thapsi insulæ penes Siciliam decem ab ea stadiis distans. Sed hoc in medio relinquo. concedunt omnes nomen habere, à loco cui nomen Thapsus. Nisi fortassis, magis arrideat nomen illud obtinere, propter flammeum colorem quem corpori admota inurit, etiam eminus, præsertim adverso flatu, spectanti. Thapsiam Theophrastus folio describit fœniculi, sed latiore, caule ferulaceo, radice candida. Dioscorides. loco citato τῇ δὲ ὅλῃ φύσει ἔοικε νάρθηκι, ἰσχνότερος δ' αὐτῆς μᾶλλον ὁ καυλὸς (vulgaris codex καρπὸς. Omnes tamen interpretes, καυλὸν; quorum lectioni favet Plinius, cum inani caule esse inquit, nec baculi excedere longitudinem) καὶ τὰ φύλλα μαράθρῳ ἐμφερῆ. ἐπ' ἄκρου δὲ σκιάδια, καθ' ἕκαστον ἀπόφυσιν, ἀνήθῳ ὅμοια. ἐφ' ὧν ἄνθος μήλινον· σπέρμα ὑπόπλατυ, τῷ τοῦ νάρθηκος ἐμφερὲς, ἔλαττον μέν τοι, ῥίζα ἔνδοθεν λευκὴ, μεγάλη, μέλαινα δ' ἔξωθεν, παχύφλοιος δριμεῖα. (vetus, ῥίζα ἔνδοθεν μέλαινα, λευκή, κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν μεγάλη, παχύφλοιος. *Tota ferè natura ferulæ similis est, attamen*

Thapsia Dioscoridis:



graciliore caule, & foliis fœniculo proximis, umbellis in singulorum surculorum cacumine, anethi similibus: flore in iis luteo: semine quadantenus lato, quale ferulæ, sed aliquanto minore. radice intus candida, foris nigra, magna, crasso vestita cortice, eademque acri. Plinius. lib. XIII. cap. XXII. *Semen ferulæ, Thapsiam quidam vocavere: decepti eo, quoniam ferula sine dubio est Thapsia, sed sui generis, foliis fœniculi, inani caule, nec excedente baculi longitudinem, semen quale ferulæ, radix candida.* Intus intellige. Quomodo etiam exponendus Theophrastus. Dioscorides & Plinius fœniculo folia comparant. Theophrastus latiora fœniculi dixit. Thapsia veterum, cujus iconem addidi, à Pena, Lobelioque primum descripta, *in Aquitaniæ macilentioribus montosisque squalidis inventam nobis* (inquiunt) *dedit præceptor Rondeletius, prope vadum quà trajicitur in Hispaniam, tum ad radices Pyrenæorum, non procul Perpignano urbe, crassior radicis cortex, fusco foris colore, intus pallet, succoque multo gliscit lacteo, gummeo, sed ibi loci neglecto, caulis peucedani, gracilior, quam ferulæ, foliaque fœniculi latiora, breviora, in umbellis semen ferulæ minoris, oblongum angustius, montani sileris.* Alteram Thapsiam carotæ effigie vocant, quippe foliis carotæ sive dauci agrestis quam ferulæ similior cotulæ fœtidæ ritu divisis, non semel in Batavorum locis palustribus prope Lugdunum repperi. Vulgo ferulam sagapeniferam appel-

Thapsia carotæ effigie.



lant. Radicem enim habet succulentam peucedani, foris pullam, intus candidam, odoris virosi adinstar sagapeni. Flos in latis umbellis luteus, & semen seseli Peloponnensis. Succus veræ Thapsiæ quomodo quondam colligebatur, docet Dioscorides, ἥ τις ὀπίζεται περιορυχθεῖσα, καὶ ἐγκεκομμένη τὸν φλοιὸν, ἢ κοιλανθεῖσα αὐτὴ ἐν ἑαυτῇ θολοειδῶς ἡ ῥίζα, καὶ πωμαζομένη πρὸς τὸ καθαρὸν μένειν τὸν ὀπόν. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ δεῖ ἐπιόντας ἀναιρεῖσθαι, τὸν ἐπισυλλέγοντα ὀπόν. χυλίζεται δὲ κοπεῖσα ἡ ῥίζα, καὶ διὰ κυρτίδος καὶ ὀργάνου ἐκθλιβεῖσα, καὶ ξηρανθεῖσα, ἐν ἡλίῳ διὰ ὀστρακίνου παχέος ἀγγείου. ἔνιοι δὲ τὰ φύλλα συναποθλίβουσιν. ἀσθενὴς δὲ ὁ τοιοῦτος. διακρίνεται δὲ τῷ βρωματωδέστερον (malunt viri docti βρωμωδέστερον) εἶναι τὸν ἀπὸ τῆς ῥίζης, καὶ μένειν ἔνικμον. ξηραίνεσθαι δὲ τὸν ἀπὸ τῶν φύλλων, καὶ τερηδονίζεσθαι, ὀπίζοντας δὲ δεῖ μὴ κατ' ἀνέμου ἵστασθαι. μᾶλλον δὲ νηνεμίας οὔσης. ἐποιδεῖ γὰρ ἰσχυρῶς τὸ πρόσωπον, καὶ φλυκταινοῦται τὰ γυμνά (hunc locum sic legit in altero Goupylus, φλυκταινοῦταί τε γυμνὰ μέρη τοῦ γυμνοῦ σώματος, Hermol. *& pustulæ adusto similes invadunt nuda corporis*) διὰ τὴν δριμύτητα τῆς ἀποφορᾶς· διὸ χρὴ κηρωταῖς, συμφούσαις ὑγραῖς προχρίειν τὰ γυμνὰ τῶν μερῶν, καὶ

οὕτω προσέρχεσθαι. *Cujus* (radicis) *liquor excipitur in hunc modum. Effossa in ambitu, scrobe, inciditur radicis cortex, aut incavatur ipsa radix; ita tamen ut excavatio sensim à latiore orbe in acutum desinat: mox cooperitur, quo purior liquor confluat: postero autem die congestum eum tolli par est. Eliciendi quoque succi ratio par est. Radix contunditur, ac succus per quallum, instrumento ad id comparato, exprimitur, qui quidem fictili crasso inditus, in sole cogitur siccaturque. Sunt qui & foliis cum radice simul tusis succum exprimant, sed invalidior is est. Hoc verò indicio discernitur, quod è sola radice manavit, viroso magis est odore, humidiusque permanet: at è foliis extractis, exsiccatur ac teredinem sentit. porro qui liquorem colligit* (vide cap. præcedens) *minimè obversum vento stare oportet: ac potius tempestatem deligere à ventis silentem, quave nulla aspiret aura. Alioquin propter halitus acrimoniam, vehementer intumescit; facies nudasque corporis partes pustulæ invadunt, idcirco etiam non nisi cerato quopiam adstringente liquido prius inunctis nudis partibus eo accedendum.* Plinius loco citat. *Thapsia est in Africa vehementissima. Quidam caulem incidunt per messes, & in ipsa excavant radice, quo succus confluat, arefactumque tollunt. Alii folia, caulem, radicem tundunt in pila, & succum in sole coactum dividunt in pastillos.* Succus iste hodie non sine publico incommodo negligitur. Maximum enim damnum infert visceribus, torminaque dira excitat. Radicem & succum hunc purgandi per superiora & inferiora vim habere testatur Dioscorides, Δύναμιν δὲ ἔχει καθαρτικὴν ὅ,τε φλοιὸς τῆς ῥίζης καὶ ὁ χυλὸς, καὶ ὁ ὀπὸς σὺν μελικράτῳ πινόμενος· ἄνω γὰρ καὶ κάτω χολὴν καθαίρουσι. *Purgandi vim habent cortex radicis, & succus, itemque liquor, si in aqua mulsa bibantur: supernè enim ac infernè bilem extrahunt.* Vide cap. ult. hujus Libri.

Καὶ τῆς ἰσχάδος. De ischadis variis significationibus, alibi me egisse memini. Lactescens hæc planta, ischas dicitur, à radicis effigie, quæ exsiccatum ficum imitatur. ἄπιος vocatur, quod radicis extremum in pyrum turbinetur. Dicitur etiam chamebalanus, ut vulgati Dioscoridis codices habent. Malunt Doctiores chameraphanum. Dioscorides. lib. IV. cap. CLXXVII. Ἄπιος· οἱ δὲ ἰσχάδα, οἱ δὲ χαμαιβάλανος, οἱ δὲ ῥάφανος ὀρεινὴ, οἱ δὲ λινόζωστις. Vulgo legitur, οἱ δὲ ἰσχάδα, οἱ δὲ χαμαιβάλανος, ὀρεινὴ ἢ ἀγρία, οἱ δὲ λινόζωστις. χαμαιράφανον, legendum esse. His argumentis à magnis viris, maxime Saraceno, probatur. Ægineta, lib. VII. cap. IV. Inter eaquæ pituitam detrahunt, ἀπίου τὸ ἥμισυ τὸ πρὸς τῇ ῥίζῃ ἐσθιόμενον, ὃ τινες χαμαιράφανον καλοῦσι. *Apii dimidium id quod ad radicem est, & à quibusdam chamæraphanos ap-*

Apios,



pel-

pellatur; Idem eodem libro, cap. x. Καὶ ἀπίου τῆς ῥίζης τὸ ἄνω, τὸ πρὸς τὸ ἀέρα, βρωθὲν ἄνω καθαίρει, καλοῦσι δέ τινες αὐτὸ χαμαιράφανον. *Apii radicis pars ea quæ ad aerem vergit, si edatur, superne purgat, quidam ipsam chamæraphanon vocant.* Ῥάφανον ἀγρίαν hanc dictam fuisse auctor est Plinius. lib. XXVI. cap. VIII. *Apios, ischas sive rhaphanos agria ——— quare quidam rhaphanum sylvestrem vocant.* Bellonius hodie à Græcis χαμαιπύδια vocari asserit. Satis luculenter à Theophrasto describitur. Idem facit Dioscorides. Κλωνία δύο ἢ τρία ἀπὸ γῆς ἀνίησι, σχοινώδη, λεπτά, ἐρυθρὰ (alter depravatè ὀρθὰ) μικρὸν ὑπὲρ γῆς αἰρόμενα· φύλλα πηγάνῳ (Catac. addit ἀγρίῳ) ἐοικότα, ἐπιμηκέστερα μέν τοι καὶ στενώτερα, χλωρά, καρπὸς μικρός. ῥίζα ἀσφοδέλῳ παραπλήσια, καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀπίου σχῆμα, στρογγυλωτέρα δὲ μεστὴ ὀποῦ φλοιὸν ἔχουσα ἔξωθεν μέλανα, ἔνδοθεν δὲ λευκόν. (vetus φλοιὸν ἔχουσα λευκόν) ταύτης τὸ μὲν ἔνδοθεν (alter ἄνωθεν & ita ex Paulo legendum constat, μέρος τῆς ῥίζης ληφθέν, δι' ἐμέτων ἄγει χολὴν καὶ φλέγμα. τὸ δὲ πρὸς τῇ ῥίζῃ κάτω καθαίρει, ὅλη δὲ ληφθεῖσα, ἀμφοτέρας τὰς καθάρσεις κινεῖ. *Ramulos duos sive tres in terram spargit, junceos, tenues, rubentes, & paulum à terra se attollentes, foliis rutæ, oblongioribus tamen, & angustioribus, herbaceis, semine parvo: radice hastulæ regiæ, & ad pyri formam accedente, rotundiore tamen, lactei succi plena, cortice extra quidem nigro, intus vero candido. Superior pars ejus assumpta vomitione bilem, pituitamque extrahit, inferior per alvum: tota verò sumpta, utraque parte purgat.* Non desunt interpretes qui ἀντὶ ἀσφοδέλῳ, σπονδυλίῳ legant, quorum opinionem improbat Theophrasti hic locus. Plinius lib. XXVI. cap. VIII. κρομμύῳ πλὴν τελειότερον, *juncos duos sive tres spargit in terra, rubentes, foliis rutæ, radix cæpæ sed amplior, quare quidam rhaphanum sylvestrem vocant:* (hoc non arridet, deberet dici cæpa sylvestris.) *Intus habet mammam candidam, extra cortices nigros, nascitur in montosis asperis, aliquanto & in herbosis.* (ex hoc Plinii loco χλωρὰ Robertus Constantini correxit. Gaza neutrum legit) *effoditur vere, tusaque in fictili mergitur, dejectoque quod supernatat, reliquus succus purgat utraque parte; semiobolo in aqua mulsa.* In eo Plinius à Græcis dissentit, quod hi supernatantem humorem abjiciant. Plinius eundem usurpet. Errant qui glandes terræ, quas vulgo Aerdnhers vocamus, ischada putant, nulla vel per superiora, vel inferiora purgandi vi harum radices præditæ, adstringunt, ac difficilioris concoctionis sunt. Apios, sive, ut vulgo tithymalus tuberosus, exiguos promit cauliculos, aliquantum rubentes, tenues ac teretes, circa quos exigua & parva foliola, forma quidem foliorum hyperici, aut hujuscemodi rutæ sylvestris, at minora, chamæsyces æmula: umbellæ in fastigiis raræ, in quibus acetabula, flosculi pallentes lutei, semina asperiuscula tiquetra, uti aliorum tithymalorum, minora tamen: radix tuberosa pyri modo turbinatur, inferiore parte angustior, foris nigricans, interius candida. manat ex hac lacteus succus, quacunque ejus vulnerata aut læsa parte.

ΚΕΦ. ΙΑ. — CAP. XI.

Elleborum nigrum, & candidum. Deque ejus vi & natura.

Ὁ δὲ ἐλλέβορος ὅ τε μέλας καὶ λευκὸς, ὥσπερ ὁμώνυμοι φαίνονται. περὶ δὲ τῆς ὄψεως * διαφωνοῦσιν. οἱ μὲν γὰρ ὁμοίους εἶναι, πλὴν τῷ χρώματι μόνον διαφέρειν. τὴν δὲ ῥίζαν τοῦ μὲν λευκὴν, τοῦ δὲ μέλαιναν· οἱ δὲ τοῦ μέλανος τὸ φύλλον δαφνῶδες, τοῦ δὲ λευκοῦ, πρασῶδες, τὰς δὲ ῥίζας ὁμοίας, πλὴν τῶν χρωμάτων· οἱ † δ' οὖν ὁμοίας λέγοντες, τοιάνδε φασὶν εἶναι τὴν μορφήν. ‡ καυλὸν δὲ ἀνθερικώδη βραχὺν σφόδρα. φύλλον δὲ πλατύσχιστον ὅμοιον τῷ τοῦ νάρθηκος, μῆκος ἔχον εὐμηκες. εὐθὺς δ' ἐκ τῆς ῥίζης ἠρτημένον τε καὶ ἐπιγειόφυλλον. πολύρριζον δ' εὖ μάλα ταῖς λεπταῖς καὶ χρησίμοις. ἀναιρεῖν δὲ τὸν μὲν μέλανα καὶ ἵππους, καὶ βοῦς, καὶ ὗς· διὸ καὶ οὐδὲ νέμεσθαι τοῦτον. τὸν λευκὸν δὲ νέμεσθαι τὰ πρόβατα, καὶ ἐκ τούτου πρῶτον συνοφθῆναι τὴν δύναμιν, καθαιρομένων ἐκείνων. ὡραῖος δὲ μετοπώρου· τοῦ δ' ἦρος, ἄωρος. ἀλλὰ περὶ τὴν Πυλαίαν οἱ ἐκ τῆς Οἴτης συλλέγουσι. πλεῖστος γὰρ ἐνταῦθα φύεται καὶ ἄριστος· μοναχοῦ δὲ φύεται τῆς Οἴτης περὶ τὴν Πυρὰν· μίσγεται δὲ πρὸς τὴν πόσιν, ὅπως εὐεμέσῃ, τὸ τῆς ἐλλεβορίνης σπέρμα. τοῦτο δ' ἐστὶ πόαριον. φύεται δὲ ὁ μὲν μέλας πανταχοῦ. καὶ γὰρ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ, καὶ ἐν Εὐβοίᾳ, καὶ παρὰ ἄλλοις. ἄριστος δὲ ὁ ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος. καὶ ὅλως τὸ ὄρος εὐφάρμακον. ὁ δὲ λευκὸς, ὀλιγαχοῦ. βέλτιστοι δὲ καὶ οἷς γε χρῶνται, μάλιστα τέτταρες· Οἰταῖος, Ποντικὸς, Ἐλεάτης, Μασσαλιώτης. φασὶ δὲ τὸν Ἐλεάτην ἐν ταῖς ἀμπέλοις φύεσθαι, καὶ ποιεῖν τὸν οἶνον οὕτω διουρητικὸν, ὥστε λαγαροὺς εἶναι πάνυ τοὺς πίνοντας. ἄριστος δὲ πάντων καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ὁ Οἰταῖος. ὁ δὲ Παρνάσιος καὶ ὁ Αἰτώλιος (γίνονται γὰρ ἐν τούτοις πολλοί. καὶ ὠνοῦνται καὶ πωλοῦσιν οὐκ εἰδότες) σκληροί τε καὶ ἄγαν περισκελεῖς. ταῦτα μὲν οὖν ὅμοια ταῖς μορφαῖς ὄντα, δυνάμεις ἰδίας ἔχουσι. καλοῦσι δὲ τὸν μέλανά τινες ἐκ τοῦ τεμόντος καὶ ἀνευρόντος Μελαμπόδιον, ὡς ἐκείνου πρώτου τεμόντος· καθαίρουσι δὲ καὶ οἰκίας αὐτῷ καὶ πρόβατα, συνεπᾴδοντές τινα ἐπῳδήν. καὶ εἰς ἄλλα δὲ πλείω χρῶνται.

* διαφέρουσιν.
† δ' ἀνομοίας
‡ τοῦ μελάνος μὲν καυλὸν ἀνθερικώδη ἢ ὅμοιον τῷ τοῦ νάρθηκος, βραχὺ, σφόδρα· φύλλον δὲ πλατυσχιστον μῆκος ἔχον εὐμηκες.

Elleborus vero niger, & candidus, veluti æquivocè dici videntur, sed de facie varia sententia est. Alii enim similes esse ajunt, præterquam * quod radices colore inter se differant. Esse namque alterius candidam, alterius nigram. Alii folium nigri † laureum, candidi porraceum reddunt: radices autem similes, colore excepto. Qui similes dicunt, formam hujusmodi tradunt. Caulem modo prope albuci, sed longe breviorem: folia continuo radici annexa, sparsaque humi radicem large multiplicem, quæ scilicet prætenues, atque utiles sint. Nigrum equos, boves, suesque necare affirmant, & idcirco eum cavere: candido ‡ pecudes nimirum vesci. Atque hinc primo vim deprehensam, cum illo pecudes purgarentur. Tempestivus autumno, vere autem intempestivus. Verum Oetæ montis incolæ prope Pilæam eo tempore legunt. Plurimus enim optimusque eo provenit loco. Non tamen ubique, sed parte una tantummodo Oetæ, quam Pyram vocant. Miscetur in potione, ut vomitio bene succedat, elleborinæ semen. hæc herbula quædam est. Niger ubique nascitur. Nam & in Bœotia, & Eubœa, & multis aliis locis: sed optimus ex Helicone. Ac in totum is mons medicaminibus laudatur. At candidus locis paucissimis nascitur. Optimi vero & usitatissimi quatuor sunt. Oetæus, Ponticus, Eleaticus, Massalioticus. Nasci Eleaticum inter vites ajunt, & vinum usque adeo reddere provocans urinam, ut omnes qui bibunt graciles admodum ventre adducto efficiantur. Omnium tam eorum quam reliquorum optimus est Oetæus. Parnasius vero, & Ætolicus (eo enim quoque in loco proveniunt, & quidem multi,) & emunt & vendunt ignari duritatis, summæque difficultatis eorum. Hæc igitur quanquam forma conveniant, vires tamen proprias habent. Nigrum vero ab eo qui comperit & primo succidit, Melampodium quidam appellant. Quo & domos lustrant, & pecora purgant, quadam cum incantatione. Atque ad alia complura utuntur.

* *Quod colore inter se differant, alterius nempe radicem esse candidam.*
† *Lauri colore, candidi porraceo scribunt, radices similes colore excepto, qui dissimiles nigri hanc formam tradunt. caulem asphodeli aut ferulæ similem, sed valde brevem, folium platani modo fissum, bene longum statim à radice pendens, & humi sparsum, radices multas, prætenues atque utiles.*
‡ *Oves.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

De Elleboris recitat sententias adeò absurdas, ut pudeat. Laurinum folium attribuit nigro, & porri albo, pari mendacio. Album folio Gentianæ; Nigro digitatum: ut Crotoni.

Φύλλον δὲ πλατύφυλλον, ὅμοιον τῷ τῆς νάρθηκος, μῆκος ἔχον ... Hæc omnia desunt Theodoro. Quare cùm non conveniant cum superioribus, sed ex aliorum sententia referantur: videtur ipse, qualis ille fuerit, ignorasse. Lego verò sic: οἱ δ' ἀνομοίως, τοῦ μελάνος μὲν φύλλον &c. quia dixerat: οἱ μὲν γὰρ ὁμοίως. Quid si reponamus, πλατανόφυλλον non autem πλατύφυλλον. Platani enim partitiones imitatur. Itaque etiam Plinius cum hinc hæc describeret, sic dixit. Hoc radicibus tantùm intelligi tradunt plerique. Alii folia nigri, Platani similia, & minora, nigrioraque, & pluribus divisuris scissa. Alii Betæ incipientis: hæc quoque nigriora, & canalium dorso rubescentia. Utraque caule palmi ferulaceo. Vbi vides νάρθηκος, & quot hoc loco desiderentur.

Πολύρριζον δὲ τῷ μάλα ταῖς λεπταῖς καὶ χρησίμοις. Multa radice niti, eaque admodùm fibrata. In Codice Theodori apparet esse mendum. Radicem, inquit, largè multiplicem, quæ scilicet prætenues constent, & utiles. Etiam accuratius transferendum censeo. Album enim radicem habet, initio non multiplicem, ut niger: sed simplicem, quæ postea spargitur in fibras: idque in verbis Theophrasti manifesto intelligitur. Dixit enim πολύρριζον, non simpliciter: sed, ταῖς λεπταῖς. magna efficacia articuli.

Ἀποκτείνει δὲ τὸν μὲν μέλανα, καὶ ἵππους. In Arvernis, & Rutenis, Album penè omnia animantia, vel interficit, vel male habet. Strangulat enim equos, & cætera jumenta.

Ὅπως ἐμέτη. Dura loquutio: non enim est ad quod referat. Commodissimè mollivit Theodorus, ut vomitio benè succedat, contra infrà mox infœliciter. Parnasius, inquit, & Ætolicus, eo quoque in loco proveniunt. Quo loco? in Oeta monte Parnasius? Parenthesin confudit cum cætera oratione, nisi sit mendum.

Καθαίρουσι δὲ καὶ ὗας. Theodorus legit, οἶκας, ex Plinio.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

De utroque helleboro hoc capite agit, diversamque, ex aliorum sententia, delineationem tradit. Meminit etiam helleborines. Quæ veteres de utroque helleboro ac helleborine tradiderunt, hoc capite examinabo.

Ἐλλέβορος vel ἑλλέβορος cum aspero, vel ἐλλέβορος cum tenui Spiritu, nomen accepit παρὰ τὸ ἑλεῖν τῇ βορᾷ. Quod esu perimat, cibumque corporis eripiat. Latinis veratrum dicitur, quod mentem vertat. Persius Satyra prima;

——— *non hic est Ilias Atti*
ebria veratro; ———

Quasi diceret, meum poëma nullam venatur gloriam, laudemque, ut insanum illud & helleboro dignum Ilias Atti Labeonis, quod helleboro vel veratro opus habuit ad exturbandam insaniam, qua gravida & plena erat, tantam hellebori copiam pro insaniæ copia hausit, ut plena ebriaque reddita sit.

Περὶ δὲ τῆς ὄψεως. De hellebori facie, inquit, varia est sententia. Alii album nigrumque similes dicunt, nisi quod colore inter se differant, radicem album, album; nigrum, nigram habere. Alii vero hanc differentiam tradunt, quod folium albi sit colore porraceo, nigri laurino. Colorem intelligit Theophrastus non formam ut Docti arbitrantur. Albi ad gentianæ folium accedere, (inquiunt) ipsum non latuit: nec mentitur (dura admodum in probatiss. scriptorem oratio, qui non de sua, sed aliorum hæc scribit sententia) quod scripserit lauri colore, adde & forma hellebori nigri esse, folia etenim nigri flore albo singulari, si spectes laurina referunt. Sed de colore loqui magistrum, quæ antecedunt, πλὴν τῷ χρώματι μόνον διαφέρειν, satis ostendunt, idem illi qui colore folia differre statuunt, radices colore diversas esse asserunt. Et hæc est sententia eorum, qui similes esse ajunt.

Οἱ δὲ ἄν. Nunc eorum addit opinionem, qui dissimiles forma, facieque dicunt. Lego itaque cum Doctiss. viris οἱ δὲ ἀνομοίως, quia supra dixit, οἱ μὲν ὁμοίως. & mox τοῦ μέλανος μὲν καυλὸν ἀνθεμικὸν &c. Albi, quoniam nullam ejus tradidit delineationem, ex Dioscoride aliisque antiquissimis auctoribus historiam primum tractabo, quæque de eo examinatione digna referant, enucleabo.

Veratrum album describit Dioscorides. lib. IIII. cap. CL. ἐλλέβορος λευκὸς φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τοῦ ἀρνογλώσσου ἢ σεύτλου ἀγρίου, βραχύτερα δὲ καὶ μελάντερα, καὶ ἐρυθρὰ τὴν χρόαν· καυλὸν δὲ παλαιστιαῖον, κοῖλον, ἀποφλοιζόμενον, ὅτε ἄρξηται ξηραίνεσθαι. ῥίζαι δ' ὕπεισι πολλαί, λεπταὶ ἀπὸ κεφαλίου μικροῦ, & ἐπιμήκους ὥσπερεὶ κρομμύου, συμπεφυκυῖαι. φύεται ἐν ὀρεινοῖς τόποις καὶ τραχέσι. Veratrum album folia fert Plantaginis, aut betæ sylvestris similia, sed breviora, nigriora, & rubescentia: caulem palmi altitudine, concavum, qui quidem tunicas, quibus convolvitur, abdicat, cum arescere incipit, radices subjacent numerosæ, tenues ac fibratæ, ab exiguo, & oblongo capitulo ceu cæpa exeuntes eidemque adnexæ. Nascitur in montosis & asperis. De albo hæc Plinius. lib. XXV. cap. V. *Albi betæ incipientis. Hæc quoque nigriora & canalium dorso rubescentia*, ex his Plinii verbis interpretes Dioscoridis codicem depravatum esse colligunt, ac legunt ἀπὸ τοῦ χρόαν, ῥάχιν, idque quod in veteri legatur codice, καὶ τῇ ῥάχει ἐρυθρά. Ratio etiam sic legendum esse dictitat. Vix enim μελάντερα ac ἐρυθρὰ esse possunt. etiam autopsia docet, folia non esse rubra. Vulgatam tamen lectionem defendunt Oribasius, & Serapio, qui legisse videtur ὑπέρυθρα. Caulis etiam palmo longè

Helleborus Albus.



major; sic ferè à Botanicis describitur. Folia fert magna, lata, majoris sive latifoliæ plantaginis, aut potius gentianæ similia, majora, magis venosa, liratim striata, ac quasdam plicas habentia. Rectus & ferulaceus caulis, prælongus, sesquicubiti altitudine, multis inferius foliorum tunicis obvolutus, quas inarescens demittit, superius verò plures proferens spicas, in quibus flores non magni, è senis angustis, striatis foliolis, herbaceo colore candicantes, quorum singulis tres aut quatuor succedunt angustæ, parvæ siliquæ velut sesami. In his semen latum & candicans. Radix crassa, candida

candida haud longa est, cum multis adhærentibus fibris, quibus etiam subinde propagatur. Hujus & alia species est, floribus nigricantibus: foliis, caulem præsertim amplectentibus, angustioribus, alioqui antecedenti similis. Hujus caulis priori non cedit. Quæ res

Helleborus albus fl. atrorab.



me cogit, ut credam Dioscoridis codicem corruptum, legendumque πηχυαῖον, vel in Græcia, aliisque regionibus in quibus helleborus laudatissimus, veratrum hoc album, parvum admodum caulem habere.

Nigri hellebori Historia confusa & perturbata satis. Depravatum esse codicem vel inde colligi potest, quod veterum nemo helleboro nigro tribuerit ferulæ folia. Lego ex Plinio & Dioscoride, τ͂ μέλαιν© καυλὸν —— ξυμῆκες. Plinius lib. xxv. cap. v. *Prima duo sunt, candidum & nigrum. Hoc radicibus tantum intelligi tradunt plerique. Alii folia nigri, platani similia, sed minora nigrioraque, & pluribus divisuris scissa: albi, betæ incipientis. Hæc quoque nigriora & canalium dorso rubescentia. utraque caule palmi ferulaceo, bulborum tunicis convoluto* (hoc de albo tantum intelligendum) *radice vibrata cæparum modo.* Aliam planè, ab hac diversam, tradit Dioscorides delineationem, lib. IV. cap. XV. Ἔχει δὲ τὰ φύλλα χλωρὰ, πλατάνῳ προσεμφερῆ, ἐλάττονα δὲ ἐγγὺς τὰ τοῦ σπονδυλίου, καὶ πολυσχιδέστερα, καὶ μελάντερα, καὶ ὑποτραχέα· καυλὸς τραχύς (βραχὺς Serapio) ἄνθη δὲ λευκὰ (vetus codex non legit) ὑπόπορφυρα τῷ δὲ σχήματι βοτρυώδη (quidam ῥοδοειδῆ docti nonnulli βοστρυχώδη, hoc est cicinnorum in modum) καὶ ἐν αὐτῷ καρπὸς κνήκῳ ὅμοιος ὃν καὶ αὐτὸν καλοῦσιν, οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ σησαμοειδῆ. χρώμενοι πρὸς τὰς καθάρσεις αὐτῷ. ῥίζαι δὲ ὕπεισι λεπταὶ, μέλαιναι οἱονεὶ ἀπό τινος κεφαλίου κρομμυώδους, ἠρτημέναι. ὧν καὶ ἡ χρῆσις. φύεται ἐν τραχέσι καὶ γεωλόφοις καὶ ξηροῖς τόποις, καὶ ἀρεστὸς ὁ ἐκ τῶν τοιούτων λαμβανόμενος χωρίων, οἷός ἐστιν ὁ ἐξ Ἀντικύρας. Καὶ γὰρ ὁ μέλας καὶ κάλλιστος ἐν αὐτῇ γεννᾶται. ἐκλέγου δὲ τὸν ἔνσαρκον, καὶ εὔτροφον, λεπτὴν ἔχοντα τὴν ἐντεριώνην δριμὺν ἐν τῇ γεύσει καὶ πυρώδη. τοιοῦτος δέ ἐστιν ὁ ἐν τῷ Ἑλικῶνι καὶ Παρνασσῷ καὶ Αἰτωλίᾳ φυόμενος. Διαφέρει μέν τοι ὁ Ἑλικώνιος. *Folia ei viridia, platani similia, sed minora, foliis spondylii proxima, pluribus divisuris scissa, nigriora & subaspera: Caulis brevis, flores candidi, purpurascentes, figura racemosi, semen intus cnici, quod & Anticyræi sesamoides vocant, & in purgationes adhibent. Radices subsunt tenues, nigræ, velut è capitulo quodam cæpæ simili dependentes, quarum etiam usus est. In asperis, editioribus, sitientibusque locis enascitur. Optimum quod ex locis ejusmodi petitur, quale quod ex Anticyra. Nigrum enim inibi probatissimum gignitur. Eligi debet carnosum, plenum, cui tenuis medulla sit, acre denique gustu, fervensque. Hujusmodi est quod in Helicone, Parnasso, & Etolia nascitur. Attamen heliconium præcellit.* Vulgare veratrum cum Theophrasti descriptione satis convenit. Folia promit

Helleborus Niger.



ex pluribus collecta, quorum singularia oblonga, lata, lævia, & duriuscula sunt, veluti lauri quam etiam colore refert, sed margine utrimque, à medio sursum versus, serrato. Caule caret, flores in petiolis (quos cauliculos appellare licet) palmum altis, statim è radice ortis magni, initio albidi, nonnunquam ex candore rosei, nonnunquam subpurpurei. Deinde purpurascentes, postremo virentes, cum videlicet, staminibus luteis exortæ siliquæ increverint, quatuor aut quinque conjunctæ, sesami modo hæ nascuntur, in quibus semen: Radices subsunt multis crassis fibris capillatæ ac intricatæ ac intextæ in quibus medius, tenuis nervus. Huic aliud genus simile reperitur, foliis angustioribus, nigrioribus minus lævibus ac laurum referentibus, ambitu toto serrato. Caulem habet istud pedem plus minus, altum, in ramulos cacumine diviso; à quibus flosculi deorsum nutantes dependent minores, coloris è pallido herbacei: radices fibrosæ, aliquanto tenuiores, minus nigricant. Tertium caules habet proceriores & subinde crassiores: folia quam secundi angustiora, quorum & ambitus utrimque serratus: flores magnitudine secundi: siliquæ parvæ sesamaceæ; radices fibris multis, uti aliorum cohærentes, subnigricantesque. Nascuntur hæc in montibus asperis & petrosis. Non raro in belgarum hortis occurrunt. Floret primum genus ipsa hyeme si clemens mitisque fuerit, alias mox soluto gelu: proximum genus paulo serius: tertium circa ipsum ver, & ipso vere. Hæc veratra esse nigra & cum Theophrasti delineatione optime convenire, maxime primum inter recentiores omnes convenit: Dioscoridis vero ab hoc diversum esse, plures asserunt. Folia enim Platani non sunt minora, nec spondylio satis similia nec florem fert βοτρυώδη, nec caulem asperum. Botanici μνημονικὸν ἁμάρτημα subesse putant; vel codicem corruptum depravatumque esse. Albi hellebori flores, quos non descripsit Dioscorides, sunt muscosi ramosique. Sed nec candidi aut purpurascentes; sed vel virides vel atrorubescentes. Non inepta eorum est opinio qui ῥοδοειδῆ legunt, nam rosæ sylvestris formam non inepte primum genus refert. Primum enim rosarum compressarum & nondum reclusarum, deinde expensarum effigiem referunt. Sed nulla hæc lectio auctoritate munita. Alii saniculam fœminam

Fuchsii pro helleboro habent. An hæc alvum moveat, ac per inferna bilem pituitamque trahat, non constat. Adversariorum auctores vulnerariam scribunt esse plantam. Folia ejus sunt lata, aliquot eminentes angulos, & utrimque incisuras habent, instar foliorum ficus, vitis, aceris, qualia platani esse abunde constat, sed tamen prædictis minora, ad spondylii folia etiam satis accedunt; non quidem tota ac integra, sed singularia eorum (ex quinque enim totius folii spondylii compositio est) profundioribus tamen fissuris divisa, eadem saturato colore nigricant & aliquantum aspera sunt (astrantiæ similiora quam spondylii aut platani) Caulis rectus est pede altior(non raro cubitalis. Dioscoridi brevis sed hoc aeri soloque dari potest, sed & lævis est, non asper) non nihil striatus; quo superius in ramulos diviso, complures prodeunt veluti latiores calyces, discorum instar, qui simul racemi quandam referunt figuram (quam mihi observare non licuit, muscosi sunt, non racemosi) præsertim cauliculis flaccescentibus, ipsisque deorsum nutantibus, quam & lati calyces, multiplicibus flosculis, aliquo modo exhibere videntur. E singulis siquidem flosculi, complures simul farcti, veluti scabiosæ exeunt, (bellidis modo & colore) sunt candidi hi diluto colore, non nihil purpurascentes, sive ut Dioscorides, λευκοὶ ὑποπόρφυροι. semen inde in iisdem subnascitur calycibus, candicans, oblongum ferè ut cnici, sed tamen minus & tenuius, ac non perinde leve. Radices etiam subsunt nigræ, quam alterius nigri hellebori tenuiores, ab uno exiguo capitulo confibratæ. In novellis quidem plantis. Nam in veteribus ætate complicatis, à pluribus demittuntur. Satis cum descriptione conveniret si flores magis racemosi, caulis minor ac asper, ac radices purgandi vi præditæ essent, quod affirmat Dodonæus, maximi nominis botanicus. Alii Christophorianam pro helleboro habent. Sed hæc non fert semen cnico simile, nec flores purpurascentes. Probarē horum opinionem si cæteri convenirent qui βοστρυχώδη, legunt, id est comæ sive capilli in modum. Sunt enim βόστρυχες, sive βόστρυχοι, cirri muliebres, capilli cæsaries, & plexus muliebris; quem scitè exprimunt, in medio florum hellebori, velut rosarum capillamenta alba, deinde siliquæ octo, parvæ, conjunctæ. Sed vulgato helleboro caulis levis, & glaber, non asper est. Respondent viri docti τραχὺν rigidum, firmumque quandoque exponi, talis cauliculus hellebori non est. Addo quod folia platani sunt majora. In tanta rerum varietate, quid concludam non video. Si de saniculæ fœminæ vi purgante constaret, Dodonæi amplecterer opinionem. Alioquin nos vero veratro Dioscoridis carere, fatendum erit, codicem corruptum esse non fit verisimile, siquidem & Serapio & Oribasius vulgatam defendant lectionem.

πολύρριζον δ' ἐν μάλα ταῖς λεπταῖς, &c. Hac de causa Nicander in Theriaca, τὰ κάρφη, scribit. κάρφεά τ' ἐλλεβόρου μελανόχροος. Credo quod pars radicis tenuior, sive capillacea usum habuerit, non crassior. Nec tantum hellebori nigri festucæ usum obtinuerunt præcipuum, sed etiam albi. Aetius lib. III. cap. cxx. usque cxxxi. ἐλλεβόρου γὰρ τοῦ λευκοῦ ὁ κάλλιστος τῶν καρφίων.

Ἀναιρεῖν δὲ Plinius lib. xxv. cap. v. *Nigro boves, equi, sues necantur, itaque cavent id cum candido vescantur.* Neutro apud nos pecus vescitur. Ad tollendos pecorum morbos pseudo-helleboro utuntur rustici. Mirabitur quis, quod nigro necari boves scribat, candido pasci, cum albus multo efficacior fit quam niger, & ni folia intelligat, planè præter rationem videtur. In Avernis, inquit magnus Scaliger, & Rutenis album penè omnia animantia vel interficit, vel male habet, strangulat enim equos, & cætera jumenta. Hesychius à coturnice devorari autor est (ἐλλέβορος βοτάνη ἣν ἐσθίουσιν οἱ ὄρτυγες. De ellebori pernitioso succo vide caput xv. hujus libri. Porro pseudonigrum helleborum consiliginem Plinii esse docti arbitrantur. Columella. lib. vi. cap. v. Ubi de morbis pecorum, eorumque remediis agit. *Præsens etiam remedium cognovimus radiculæ, quam pastores consiliginem vocant, ea in Marsis montibus plurima nascitur, omnique pecori maxime est salutaris. Læva manu effoditur, ante solis ortum. Sic enim lecta, majorem vim creditur habere. Usus ejus traditur talis: æneâ subulâ pars auriculæ lætissima circumscribitur; ita ut manante sanguine, tanquam o litteræ, ductus appareat orbiculus. Hoc & intrinsecus, & ex superiore parte auriculæ cum factum est, media pars descripti orbiculi eadem subula transsuitur, & facto foramini prædicta radicula inseritur; quam cum recens plaga comprehendit, ita continet, ut elabi non possit. In eam deinde auriculam, omnis vis morbi, pestilensque virus elicitur, donec pars quæ subula circumscripta est, demortua excidat, & minimæ partis jactura caput conservatur.* Plinius lib. xxvi. cap. vii. *Radix herbæ consiliginis, quam nuper inventam diximus, suum quidem & pecoris omnis remedium præsens est pulmonum vitio, vel trajecta tantum in auricula. Bibi debet ex aqua, haberique in ore assiduè sub lingua. Superficies ejus herbæ an sit in aliquo usu, adhuc incertum est.* Veratri radices idem posse, auctor est Plinius. lib. xxv. cap. v. Ubi de nigro elleboro agit. *Pecorum, inquit, & jumentorum pituitas sanat, surculo per aurem trajecto, & postero die eadem hora exempto. scabiem quadrupedum cum thure aut pice, vel cum pisseleo.* Quod & experimentis nostræ ætatis rusticorum compertissimum est, qui veratri nigri vulgaris radicibus, pecorum suorum morbis medentur. Nec illud obstat, quo minus veratrum & consiligo eadem sit planta, quod Plinius nuper inventam dicit. Ex variis enim auctoribus quicquid habet, collegit, ac non rarò sine judicio suo operi inseruit, ac rem eandem tanquam diversam tractat. Verisimile admodum hellebori genus consiliginem esse, certò tamen concludi non potest; nimis brevis est Columella.

Ὡραῖος tempestivus, inquit *autumno* &c. Plinius loco citato. *Tempestivum esse tradunt messibus, plurimum autem nascitur in Oetæ monte, & optimum uno ejus locô circa Pyram.* Dioscorides Plinii sententiæ favet. Συλλέγειν δὲ δεῖ τὰς ῥίζας περὶ τὸν πυρογμητόν. *Radices messibus colligendæ.* Huic opinioni subscribit Mesues, qui verè & æstate colligi radices vult. Intempestivas vere crediderim, quod tum maximè succo scateant, corruptionique idcirco facile obnoxiæ: contra autumno, quando caulis foliaque marcida reddita sunt, tum enim nec nimiò abundant succo, nec nimium exuccæ sunt. in ea montis parte plurimum nasci scribunt Theophrastes & Plinius, quam Pyram vocant. Pyra sive rogus, locus est in montis vertice, in quo sacrificantem Herculem arsisse ferunt, cum impatientia doloris victus, in accensam lignorum struem se projecit.

Μίγνυται δὲ Helleborines semen admisceri ait auctor, ut vomitio bene succedat. Unde & nomen accepisse Doctiss. virorum est opinio, qua facie sit, non refert. Describitur à Dioscoride. lib. iv. cap. cviii. ἐπίπακτις δὲ ἢ ἐλλεβορίνην ἡμινίκοις μικρὸς (vetus quidam πόα μικρὸν quā lectionem sequitur Ruell.) ἐλάχιστα φυλλάρια (alter non ineptè φύλλα) ἔχων (vetus addit ἄνθη πορφυροειδῆ) αὕτη τὰ θηράσιμα δὲ πίνεται καὶ αὕτη τὰ ἐν ἥπατι πάθη. *Epipactis, ab aliis helleborine vocata, frutex est pusillus, perquam exiguis constans foliolis* (flosculis purpureis) *contra venena & jocineris vitia pota prodest.* Meminit hujus plantæ Plinius. lib. xiii. cap. xx. *In Asia & Græcia nascuntur frutices, epicactis, quem alii embolinem vocant* (lege ex Dioscoride & Æginetа, *epipactis quem alii elleborinen vocant*) *parvis foliis quæ pota contra venena prosunt, sicut Erices contra serpentes.* Idem lib. xxvii. cap. ix. *Epipactis ab aliis, elleborine vocatur parva herba exiguis foliis jocineris vitiis utilissima & contra venena pota.* Quam Mathiolus epipactidis nomine exhibet, veterum non est; foliis est majoribus, non foliolis pusillis. Melius cum Dioscoridis delineatione convenit, cujus effigiem exhibemus, à Dodonæo, Lobelio, Pena, Clusio descriptam veratrum album effigie refert; helleborine ea de causa à recentioribus dicta, veteres tamen sic vocasse videntur, quod albo helleboro misceretur vel superadderetur. Caulis ejus erectus ad pedis ferè altitudinem assurgit, folia lata, similiter venosa, & striata, uti veratri albi, sed parvula, flores secundum caules, ordine quodam digesti, foliacei, albicantes, medio aliquantulum prominente subluteo. Quibus oblongæ, non tamen magnæ, succedunt veluti siliquæ aliquantulum striatæ, in quibus semina minutissima, radices subsunt fibrosæ, veratri albi tenuiores. Variat florum colore atro rubente, rarius candido, nonnunquam & purpurascente, aliquando carneo. Folia pro soli cælique ratione luxuriant. Epipactis cur dicatur, non patet. Auctuarii auctor Helleborum album ἀκνὶς appellari auctor est, si pro ἀκνὶς legi posset ἀκτὶς, existimari posset ἐπίπακτις quasi ἐπὶ ἀκτὶν dictum, quod elleboro albo superaddatur. Fortassis quispiam negabit hanc esse helleborinem;

Helleborine.



tinem, quod unicaulis sit, nam θάμνον Theophrastus dixit, natura sua multiplicem esse. Ad hoc respondetur veteres non usque adeo exactè has regulas observasse, quod Polygonati exemplo probari potest. Dioscorides, lib. IV. cap. VI. Πολυγόνατον φύεται ἐν ὄρεσι θάμνος μείζων πήχεως· φύλλα ἔχων ὅμοια δάφνῃ, πλατύτερα δὲ καὶ λειότερα· γευομένῳ ὅμοιόν τι μήλῳ κυδωνίῳ ἢ ῥοιᾷ τῆς στύψεως γὰρ προσβάλλει. καθ' ἑκάστην δὲ ἔκφυσιν τῶν φύλλων ἄνθη λευκά, τῷ πλήθει ὑπερέχοντα τῶν φύλλων τοῦ ἀριθμοῦ ἀπὸ τῆς ῥίζης γινομένου. ῥίζαν δὲ λευκήν, μαλακήν, μακρὰν πολυγόνατον, δασεῖαν, βαρύοσμον, πάχος ἔχουσαν δακτύλου, ποιοῦσαν πρὸς τραύματα καταπλασσομένην, &c. *Polygonatum in montibus nascitur, frutex cubito altior, foliis Lauri, at latioribus, & lævioribus, sapore quodammodo malum cotoneum, aut punicum redolentibus, siquidem gustanti adstrictum saporem resipiunt. Flores autem per singulos foliorum exortus promit candidos, foliis ipsis numerosiores; incœpta à radice supputatione: radicem verò habet albam; mollem, longam, crebris nodis ceu geniculis cinctam, densam, graveolentem, ac digitali crassitudine, quæ vulneribus efficaciter imponitur.* Polygonatum dicitur à radice geniculorum frequentibus nodis ex intervallis tumente. Vulgo sigillum Salomonis à vestigiis sigilli, impressionem in radice referentibus. Plura polygonati genera à recentioribus descripta sunt. Vulgari iconem addidi; Falluntur qui Seracul Arabum esse putant. Seracul pisi folia & flores purpurascentes fert, violæ majores, albescentesque, radicem pollicis crassitudine, indicis longitudine: Polygonaton folia fert laurea, leviora tamen, tenuioraque, latiora aliquanto ac venosa, flores oblongos intus cavos, candicantes, foliis numerosiores: ab unoquoque enim folii sinu sive annexu, bini aut terni dependent, violæ planè dissimiles. Fructus succedunt rotundi ochri magnitudine, nigricante colore, maturi virent, radix est oblonga candida, frequentibus articulis nodosa, digitalis crassitudinis, haud quaquam rectè descendens, sed per transversum oblique progrediens. Peregrinorum duorum figuras apposui, quorum primum polygonatum vulgo vocatur ramosum Indicum, flore luteo. Primo vere cauliculum emittit rectum, spithamæum, foliis viduum, qui in superficie

Sigillum Salomonis.




Sigillum Indicum flore luteo.



deorsum flectitur, ac in plures spargitur ramulos, folia hi tria, quatuor ad summum habent polygonato similia, nisi quod sint minora. In extremo dependet flos ex quinque foliis oblongis constans, staminibus intus etiam luteis. flos hic denti canino forma perquam similis cui, foliola dependent, ac nondum extrorsum reflexa sunt, radicem habet vulgari polygonato similem, colore & forma. Alterum Indicum, flore stellato albo vulgo vocant. Caules emittit ab una radice pedales, aut paulo minores, rectos foliis sigilli Salomonis similibus, in summitate ordine quodā digestos flosculos fert albos stellatos

Sigillum Indicum flore albo.



latos, staminibus intus subluteis, semen succedit rotundum, nonnihil tamen angulosum ita ut octogonum videatur, colore per maturitatem partim luteo, partim rubro eleganti. Radix vulgari polygonato similis, utrumque ex Virginiis accepi. Florent mense Majo, semen Julio maturum. Hæc præter scopum. Helleborinæ historia tractanda erat, non polygonati. Helleborine loca amat sitientia & umbrosa, etiam aprica; Locis enim arenosis prope pagos Wassenaer, & Catwicum frequens reperitur. Helleborine an veterum sit, affirmari in tanta brevitate non potest. Non inepte sic nominatum esse, testantur foliola albo veratro similia.

φύεται. *Niger*, inquit, *ubique nascitur*, sed optimus in Helicone. Plinius, loco citato. *Nigrum ubique provenit, sed melius in Helicone, qui mons & aliis laudatur herbis.* Capite præcedente præceptor, quod in Anticyra reperitur optimum videtur statuere. Dioscorides optimum quidem in Helicone inveniri tradit, sed tamen præferre videtur, quod in Anticyra. Immo Anticyram pro helleboro dixere veteres, quod Anticyra optimi hellebori fertilis esset. Persius *Saty.* IIII. *Anticyras melior sorbere meracas.* *Horat. epist.* II.

Si tribus anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori licino commiserit.

Plutarchus lib. de cohibenda ira, καὶ τὴν μανίαν αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ ἀντίκυρα θεραπεύει. *tum insaniam ipsa pro se sanat anticyra.* Narrat Stephanias de urbibus, anticyrensem quendam fuisse, qui Herculem helleboro dato, liberarit ab insania. Ἀντίκυραι πόλεις δύο, ἡ μία Φωκίδος ἀπὸ δημηνέρου ὁ καλλαπανές, ἡ δὲ ἐν μαλιεῦσιν, ὡς Ἀπολλόδωρος. ἐνταῦθά φασι τὸν ἐλλέβορον φύεσθαι τὸν ἀστεῖον. ἦν δὲ καὶ ἀνήρ τις ἀντικυρεύς, ὅν τινά φασιν ἐλλεβορίσαι τὸν Ἡρακλέα μετὰ τὴν μανίαν. Audiendus de hellebori natali Strabo lib. VIIII. Geograph. Εἶτα ἀντίκυρα ὁμώνυμος τῇ κατὰ τὸν μαλιακὸν κόλπον, καὶ τὴν οἴτην καὶ δὴ φασὶν ἐκεῖ τὸν ἐλλέβορον φύεσθαι τὸν ἀστεῖον, ἐνταῦθα δὲ σκευάζεσθαι βέλτιον. καὶ διὰ τοῦτο ἀποδημεῖν δεῦρο πολλοὺς καθάρσεως καὶ θεραπείας χάριν. γίνεσθαι γάρ τι σησαμοειδὲς φάρμακον ἐν τῇ φωκικῇ μεθ' οὗ σκευάζεσθαι τὸν οἰταῖον ἐλλέβορον. *Deinde Anticyra ejusdem nominis cum ea, quæ ad Oetam est in sinu Maliaco. In Maliaca Anticyra ferunt optimum helleborum nasci, in Phocensi autem melius præparari, ideoque multos ad hanc purgandi, sanitatisque causa proficisci: nasci autem in Phocide medicamentum quoddam sesamo simile, quo Oetæum temperent veratrum.* Plinius loco citato. *Constat hoc medicamento liberatum comitiali morbo in Anticyra insula. Ibi enim tutissime sumitur, quoniam, ut diximus, sesamoides admiscent.* Rectius Strabo, *medicamento helleboro simile*, quomodo tutius reddi medicamentum potest, si alterum æque validum ac molestum addatur. Ex hoc Plinii loco quis concludere posset, helleborinen Theophrasti sesamoides esse, sed obstat quod Theophrastus helleboro albo, non veratro addi scripserit, ut vomitio melius succedat, cum à Strabone Plinioque addatur veratro, non vomendi gratia, sed correctorii loco.

Ὁ δὲ λευκός. *Candidus paucis nascitur locis*, &c. Plinius loco citato: *Candidum probatur Betæum, secundum Ponticum, tertio loco Eleaticum, quod in vitibus nasci ferunt, quarto, Parnassium.* Optimi & probatissimi hellebori notas tradit Dioscorides. Ἄριστος δέ ἐστιν αὐτοῦ ὁ μετρίως τεταμένος (πιτανώδης vetus) καὶ λευκός, καὶ εὔθρυπτος καὶ σαρκώδης, οὐκ ἀπόξυς δὲ καὶ σχοινώδης, ἡ χνοῦν ἀφιεὶς ἐν τῷ θραύεσθαι, ἔχων δὲ τὴν ἐντεριώνην λεπτήν, οὐκ ἐκπυρῶν τὴν γεῦσιν ἐν λίαν, οὐδὲ ἀθρόως σίελον ἐπισπώμενος· πνιγμώδης γὰρ ὁ τοιοῦτος. προτιμᾶται δὲ ὁ κυρηναϊκός (alter ἀντικύρηνος· εἶτα γαλατικός) καὶ καππαδοκικός (addit Lacuna ex veteri codice, καὶ Ἰταλικός) λευκότερος, καὶ χνοώδης, καὶ πνιγωδέστερος (alter codex, σχοινώδης, quam scripturam Serapio secutus est. vulgatam defendit Oribasius, & ratio est. Nam pulverulenta strangulare plus quam tenuia ac junco similia solent.) *Optimum autem habetur veratrum quod modicè extentum est, candidum, fragile, carnosum, minime exacutum ac juncum referens, aut dum frangitur pulverem emittens. Sed tenuem habens medullam, gustuque non admodum fervens, neque salivam subinde ciens: hujusmodi siquidem strangulat. Primatum tenet Cyrenaicum* (interpres anticyrenum) *& Galaticum æque ac Cappadocicum cum. candidius pulverulentumque est,* (interp: junco simile) *majoremque strangulandi vim habet.* Ætius. lib. 3. cap. CXXIX. Κράτιστος ἐλλέβορος ὁ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης πάνυ πολλὰ ἔχων κάρφη καὶ ταῦτα σμικρὰ καὶ τεταμένα, καὶ ἄρρυσα. καὶ οὐκ ἀπολήγοντα εἰς ὀξύ. οὐδὲ μυουρίζοντα. λευκὰ δὲ σφόδρα ἔνδοθεν, ἐκτὸς δὲ ὠχρότερα ὑπάρχει βαρέα, ἐντεριώνην ἔχοντα ἐσθροντα. οὐ καμπτόμενα διὰ μαλακότητα. ἀλλὰ καταγνύμενα καυληδόν. καπνώδες τι ἐν τῇ θραύσει περιέχοντα καὶ ἀνιέντα, καὶ τοῦτο καθαρόν. τὸ γὰρ κονιορτῶδες παλαιὸν δηλοῖ τὸν ἐλλέβορον. ὁ δὲ ἀγαθὸς διαμασηθείς, πρῶτον μὲν γλυκύτητος ἔμφασιν παρέχει. αὖθις δὲ δριμύτητος βραχείας· μετὰ δὲ τοῦτο πύρωσιν ἰσχυρὰν ἐμποιεῖ περὶ τὸ στόμα, καὶ σίελον ἄγει πολὺν καὶ τὸν στόμαχον ἀνατρέπει. δεῖ δὲ ἔαρος ἀναλέγεσθαι τὸν ἐλλέβορον, ἔτι τῆς ῥίζης ἐγκυμονούσης. *Optimum est helleborum quod ab una radice plures festucas sive surculos habet, eosque parvos & extentos, & non rugosos, & non in acutum desinentes, neque caudam muris referentes. intus vero valde albos; foris autem pallidiores, profundam medullam habentes, friabiles, qui non flectuntur ob mollitiem, sed franguntur transversim instar caulis, & qui in fractura fumosum quid continent ac remittunt, atque hoc purum. Nam si pulverulentum id fuerit, vetustatem hellebori indicat. Bonum porro helleborum, mansum primum dulcedinis indicationem de se præbet, deinde modicæ acrimoniæ, postea fervorem fortem inducit in ore, & salivam multam ducit, & stomachum evertit. oportet autem vere colligere, radice adhuc prægnante.*

καλεῖ δὲ *Nigrum vero.* Confundit Plinius albi nigrique historiam. *Quarto Parnassium quod adulteratur Atolico* (hæc de albo Theophrastus, quæ sequuntur de nigro intelligenda) *ex his melampodium vocant, quo domos suffiunt, purgantque, spargentes & pecora cum precatione solenni, hoc & religiosius colligitur.* Confundit inquam Plinius utrumque hellebori genus, nisi quis scripsisse Plinium contendat, Ex nigris melampodium vocant. Legit idem Plinius οἴκους, non ut editi codices habent, ὗας; Hanc lectionem probat Dioscorides. περιρραίνουσι δὲ καὶ οἰκίας αὐτῷ, καθαρτικὸν εἶναι νομίζοντες. *Sed & domos aspergunt, purgandi expiandique vim illi tribuentes.* Theophrastus melampodium ab inventore dictum scribit. Plinius loco citato. *Melampodis fama, divinationis artibus nota est, ab hoc appellatur unum Ellebori genus melampodium. Aliqui pastorem eodem nomine invenisse tradunt, capras purgari pastu illo animadverten-*

tem

tem (Theophrastus id animadversum tradit in ovibus, quæ veratrum comedissent) *datoque lacte, earum sanasse Prætidas furentes.* Dioscorides loco citato, Ἐλλέβορος μέλας, οἱ δὲ μελαμπόδιον, οἱ δὲ ἔκτομον, οἱ δὲ πολύρριζον. Μελαμπόδιον δὲ λέγεται ἐπειδὴ δοκεῖ Μελάμπους τις αἰπόλος τὰς Προίτου θυγατέρας μανείσας ἐν αὐτῷ (ἐν abundare ac superfluum videtur,) καθῆραι, ποιμὴν καὶ θεραπεῦσαι. *Helleborum sive veratrum nigrum aliqui melampodium, alii ectomon, alii polyrrhizon vocant. melampodium vero appellatur, quoniam caprorum pastor, nomine Melampous, furentes Prœtii filias, eo primus purgasse & sanasse creditur.* Plinius non helleboro, sed lacte capratum, quæ elleboro pastæ sunt, à Melampo sanatas dicit. sed ejus parum interest. Illud certum, veratri radices sine ullo periculo adversus melancholiam, maniam, aliosque ex Melancholico succo originem ducentes morbos, magno cũ successu præscribi. Exhibentur maceratæ à ℥ ij. ad ʒ iiij. ἔκτομον, Dioscorides vocari ait. Plinius loco citato entomon. *Nigrum alii entomon vocant, alii polyrrhizon.* Utrumque corruptum. Legendum ἔκτομον, uti apud Hipp. lib. I. De morb. mulier. legitur, τοῦ ἐκτόμου τὰς ῥίζας περὶψας λεπτάς. *Radicum veratri nigri tenuiter tritarum.* Hanc lectionem probant Galeni, Erotiani, & Hesychii alphabetæ series. Galenus in gloss. ἔκτομον ἐλλέβορος μέλας, Erotianus ἔκτομον. Διοκλῆς φησὶν οὕτω καλεῖσθαι τὸν μέλανα ἐλλέβορον. Hesychius ἔκτομον (sic scribitur) ἐλλέβορος καὶ ἄτμητος λιβανωτός. *Ectomos helleborus & Thus vulgo atmetos dictum.* Auctuarii auctor album helleborum ἄτομον vocari scribit. Interpres ἔκτομον legit, quod per os pituitam provocet. Fieri potest album ecstomon, nigrum ectomon vocatum fuisse. In re dubia nihil certi affirmare soleo.

ΚΕΦ. ΙΒ. — CAP. XII.

Panacis plura esse genera. Vesicariarum vero duo. Deque lactariarum, & roris marini generibus, & medicinis eorum.

Πολλὰ δέ ἐστι καὶ τὰ πανάκη καὶ οἱ τιθύμαλλοι καὶ ἕτερα ἄττα. πανάκη γὰρ καλοῦσιν πρῶτον μὲν τὰ ἐν Συρίᾳ, περὶ οὗ μικρῷ πρότερον εἴρηται. Ἄλλα δὲ τρία τὸ μὲν Χειρώνειον καλούμενον, τὸ δὲ Ἡράκλειον, τὸ δ' Ἀσκλήπειον. ἔχει δὲ τὸ μὲν Χειρώνειον φύλλον μὲν ὅμοιον λαπάθῳ, μεῖζον δὲ καὶ δασύτερον. ἄνθος δὲ χρυσοειδές· ῥίζαν δὲ * μικράν. φιλεῖ δὲ τὰ χωρία τὰ πίονα. χρῶνται δὲ πρός τε τὰς ἔχεις, καὶ τὰ φαλάγγια, καὶ τὰς † σῆπας, καὶ τ' ἄλλα ἑρπετά· διδόντες ἐν οἴνῳ, καὶ ἀλείφοντες μετ' ἐλαίου. τῷ δὲ ἔχεως τὸ δῆγμα καταπλάττοντες ἐν ὄξει, καὶ πιεῖν διδόντες. ἀγαθὴν δέ φασι καὶ καθ' ἑλκῶν ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, καὶ φυμάτων ἐν μέλιτι. τὸ δ' Ἀσκλήπειον τὴν ῥίζαν μῆκος ἐστιν ὡς σπιθαμιαίαν. λευκὴν δὲ καὶ παχεῖαν σφόδρα. καὶ φλοιὸν παχὺν καὶ ἁλμώδη· καυλὸν δὲ ἔχει γονατώδη πανταχόθεν. φύλλον δὲ ὅμοιον τῇ θαψίᾳ, πλὴν παχύτερον. ἀγαθὸν δὲ εἶναί φασιν καθ' ἑρπετῶν τε ξύοντα πίνειν, καὶ σπληνὸς ὅταν αἷμα περὶ αὐτὸν, ἐν μελικράτῳ. καὶ κατὰ κεφαλῆς τρίβοντα ἐν ἐλαίῳ ἀλείφειν. καὶ ἄλλό τι ἐὰν πονῇ τις ἀφανές. καὶ γαστρὸς ὀδύνης ἐν οἴνῳ ξύοντα. δύναται δὲ καὶ τὰς μακρὰς ἀῤῥωστίας ἐκκλίνειν. ἔπειτα τῶν ἑλκωδῶν, τῶν μὲν ὑγρῶν, ξηρὸν ἐπιπάττοντα, προκατακλύζοντα οἴνῳ θερμῷ. τῶν δὲ ξηρῶν, ἐν οἴνῳ δεύσαντα καὶ καταπλάττειν. τὸ δὲ Ἡράκλειον φύλλον μὲν ἔχει μέγα καὶ πλατὺ καὶ τρισπίθαμον πανταχῇ, ῥίζαν δ' ὡς δακτύλου τὸ πάχος, δικρανῆ ἢ τρικρανῆ· τῇ γεύσει μὲν ὑπόπικρον, τῇ δ' ὀσμῇ καθάπερ λιβανωτοῦ καθαροῦ. ἀγαθὴν δὲ κατὰ τῆς ἱερᾶς νόσου μιγνυμένην φώκης πιτύα, ὅσον τεταρτημόριον, πίνειν. † καὶ κατ' ὀδυνῶν κατὰ γαστέρα, ἐν οἴνῳ γλυκεῖ. καὶ ἑλκῶν τῶν μὲν ὑγρῶν, ξηρὰ τῶν δὲ ξηρῶν, ἐν μέλιτι. αὗται μὲν οὖν ταύτας ἔχουσι τὰς διαφορὰς τε καὶ δυνάμεις. ἄλλα δὲ πανάκη τὸ μὲν λεπτόφυλλον, τὸ δὲ, * πλατύφυλλον· αἱ δὲ δυνάμεις ἀμφοῖν αἱ αὐταί. προσθετέον τε ταῖς γυναιξὶ, καὶ κατάπλασμα μετ' ἀλφίτων, καὶ πρὸς τὰ ἕλκη τὰ ἄλλα, καὶ πρὸς τὰ νεμόμενα. Συνώνυμοι δὲ καὶ οἱ στρύχνοι, καὶ οἱ τιθύμαλλοι. τῶν γὰρ στρύχνων ὁ μὲν ὑπνώδης, ὁ δὲ μανικός. καὶ ὁ μὲν ὑπνώδης ἐρυθρὰν ἔχων τὴν ῥίζαν † ὥσπερ αἷμα, ξηραινομένην, ὀρυττομένην δὲ λευκήν. καὶ καρπὸν ἐρυθρότερον κόκκου. φύλλον δὲ τιθυμάλλῳ ὅμοιον, ἢ μηλέᾳ τῇ γλυκείᾳ.

* μακρόν.

† σῆπας, Al.

† καὶ ὀδύνας γαστ. Ald. Bas.

* παχύφυλλον, gaza.

† ὥσπερ αἷμα ἐρυθριωμένην. ξηραινομένην δὲ λευκήν. καὶ καρπὸν ἐρυθρότερον κρόκου.

Panacis quoque & * lactariæ, & aliorum quorundam genus multiplex redditur. Panacem enim appellant primam, quæ in Syria nascitur; de qua paulo ante retulimus. † Secundam Chironiam. Tertiam Æsculapeiam. Quartam Herculanam. Chironia folium habet simile rumici, florem auri specie, radicem longam. Amat loca pinguia. Vtuntur ea adversus viperas, & phalangia, & sepas, & cætera reptilia; data ex vino, ‡ & uncta oleo. Viperæ autem morsui aspergitur ex acido, & potui datur. Valere ajunt, & ad ulcera ex vino, & oleo; & ad pustulas ex melle. Æsculapeium radice constat magnitudine palmi; candida & crassa vehementer. Cortice crasso, & salso, & caule geniculato undique. Folio thapsiæ simili, sed crassiori. Valere ajunt adversus serpentes, si bibatur erasum; & ad lienem, cum sanguis circa eam constiterit, ex mulso. Et capiti, tritum ex oleo & unctum; & si qua alia parte obscura laboret quis. & ventris doloribus ex vino rasum. Posse etiam, & longas ægritudines depellere. Insuper & ulcerosis humidis quidem siccum aspersum, prælotumque vino calido. Siccis autem ex vino subactum, & aspersum. Herculana vero constat folio magno & * amplo, ut quoquo versus tres palmos perficiat. Radice crassitudine prope digiti, bifida, aut trifida, gustu subamara, odoratu sincerum thus redolente, utili contra morbum comitialem pota: coagulo vituli marini admisto, ad quartam partem. † Et contra tormina è vino dulci. Commoda etiam ad vulnera: humida quidem, sicca; sicca vero ex melle. Igitur differentias illas hæ quidem habent. Sunt autem & aliæ quædam panaces. Vna folio tenui, ‡ altera non tenui. Sed vires hisce ambabus eædem ad mulierum profluvia, & ulcera tam cætera, quam putria & pascentia. Quin & * vesicarias atque lactarias nominis tantum consortes videre licet. Vesicariarum enim genera duo. Alterum somniferum, alterum insaniam inducit. † Et somniferum quidem radice rubra, sanguinis modo. Sed candida cum siccescit, fructu rubriore, albo cum foditur; grano iligneo, folio lactariæ simili, aut malo dulci, sed piloso. Hujus corticem radicis tondentes admodum, & in vino meraco madefacientes dant, atque ita dormire faciunt. ‡ Nascitur in rupibus & faucibus,

* *Tithymali*

† *Sunt alia genera chironium, æsculapium & herculanum Chironia panacis folium*

‡ *Et soluta oleo.*

* *Latæ*

† *Et contra tormina ventris è vino dulci, commoda etiam ad ulcera, ac quidem humidis confert sicca, siccis vero ex melle.*

‡ *Altera lato.*

* *Solana atque tithymalos.*

† *Et somnificum quidem solanum sanguinis modo rubentem habet radicem, dum effoditur; at dum siccescit, candidam. fructus croco magis rubet. Folium tithymalo simile, aut malo cotonea, sed densum & palmi magnitudine.* ‡ *Nascitur in rupibus & sepulchris.*

καὶ αὐτὸ δασὺ καὶ ‡ πυθμὴν μέγας. τούτου τῆς ῥίζης τὸν φλοιὸν κόπτοντες λίαν, καὶ βρέχοντες ἐν οἴνῳ ἀκράτῳ, διδόασι, καὶ ποιεῖ καθεύδειν. φύεται δὲ ἐν χαράδραις καὶ τοῖς μνήμασιν. ὁ δὲ μανικὸς (οἱ μὲν, * βρύορον καλοῦσιν αὐτὸν, οἱ δὲ περιττόν.) λευκὴν δὲ ἔχει τὴν ῥίζαν, καὶ μακρὰν ὡς πῆχυν, καὶ κοίλην. δίδοται δ' αὐτῆς, ἐὰν μὲν οὕτως ὥστε παίζειν καὶ δοκεῖν ἑαυτῷ κάλλιστον εἶναι, δραχμὴ σταθμῷ. ἐὰν δὲ μᾶλλον μαίνεσθαι καὶ φαντασίας τινὰς φαίνεσθαι, δύο δραχμάς. ἐὰν δὲ ὥστε μὴ παύσασθαι μαινόμενον, τρεῖς, † καὶ συμπαραμιγνύναι φασὶν τὸ κένταυρειον. ἐὰν δὲ ὥσπερ ἀποκτεῖναι, τέτταρας. ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον εὐζώμῳ, πλὴν μεῖζον. τὸν δὲ καυλὸν ὥσπερ ‡ ὀργυίας. κεφαλὴν δὲ ὥσπερ γηθύου. μείζω δὲ καὶ * παχυτέραν. ἔοικε δὲ καὶ πλατάνου καρπῷ. τῶν δὲ τιθυμάλλων, ὁ μὲν παράλιος καλούμενος κόκκος, φύλλον ἔχει περιφερές. καυλὸν δὲ καὶ τὸ ὅλον μέγεθος ὡς σπιθαμῆς· τὸν δὲ καρπὸν λευκόν. ἀμῶνται δὲ ὅταν ἄρτι περκάζῃ σταφυλή. καὶ ξηρανθεὶς ὁ καρπὸς δίδοται πιεῖν τριφθεὶς, ὅσον τρίτον μέρος ὀξυβάφου· ὁ δ' ἄρρην καλούμενος, τὸ μὲν φύλλον ἐλαιῶδες ἔχει: τὸ δ' ὅλον μέγεθος, διπηχυαῖον. τοῦτον ὀπίζουσιν ἅμα τρυγητῷ, καὶ θεραπεύσαντες, οὕτω χρῶνται, καθαίρει δὲ κάτω μᾶλλον. ὁ δὲ μυρτίτης καλούμενος τιθύμαλλος λευκὸς, τὸ μὲν φύλλον ἔχει καθάπερ ὁ μύρρινος πλὴν ἀκανθῶδες ἐπ' ἄκρου. κλημάτια δ' ἀφίησιν ἐπὶ γῆν, ὡς σπιθαμιαῖα ταῦτα δ' οὐχ' ἅμα φέρει τὸν καρπὸν, ἀλλὰ παρ' ἔτος. τὰ μὲν νῦν, τὰ δ' εἰς νέωτα πεφυκότα ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥίζης. φιλεῖ δὲ ὀρεινὰ χωρία. ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ καλεῖται κάρυον. ἀμῶσι δ' ὅταν ἁδρύνωνται αἱ κριθαί. ξηραίνοντες δὲ καὶ ἀποκαθαίροντες αὐτὸν τὸν καρπὸν, πλύναντες ἐν ὕδατι καὶ πάλιν ξηραίναντες, διδόασι πιεῖν συμμιγνύντες δύο μέρη τῆς μελαίνης μήκωνος. τὸ δὲ συναμφότερον ὅσον ὀξύβαφον καθαίρει δὲ φλέγμα κάτω. ἐὰν δὲ τὸ κάρυον αὐτὸ διδῶσι, τρίψαντες ἐν οἴνῳ γλυκεῖ διδόασιν ἢ ἐν σησάμῳ πεφρυγμένῳ, κατατραγεῖν. ταῦτα μὲν οὖν τοῖς τε φύλλοις, καὶ τοῖς ὀποῖς, καὶ τοῖς καρποῖς, χρήσιμα. τῶν δὲ λιβανωτίδων (δύο γάρ εἰσιν) ἡ μὲν ἄκαρπος, ἡ δὲ κάρπιμος. καὶ ἡ μὲν καὶ τῷ καρπῷ, καὶ τῷ φύλλῳ χρησίμη. ἡ δὲ μόνον τῇ ῥίζῃ. καλεῖται δὲ ὁ καρπὸς κάχρυς. ἔχει δὲ αὕτη τὸ μὲν φύλλον ἐοικὸς σελίῳ ἑλείῳ, μεῖζον δὲ πολύ. καυλὸν δὲ μέγεθος πῆχυν ἢ μείζω. ῥίζαν δὲ μεγάλην, καὶ παχεῖαν, λευκὴν, ὄζουσαν ὥσπερ λιβανωτοῦ. καρπὸν δὲ λευκὸν, τραχὺν, περιμήκη. φύεται δὲ μάλιστα ὅπου ἂν αὐχμηρὰ χωρία ᾖ, καὶ πετρώδη. χρησίμη δὲ ἡ μὲν ῥίζα, πρός τε τὰ ἕλκη καὶ πρὸς τὰ γυναικεῖα πινομένη ἐν οἴνῳ † αὐστηρῷ μέλανι. ὁ δὲ καρπὸς πρός τε τὰς στραγγουρίας, καὶ πρὸς τὰ ὦτα καὶ ἄργεμα. καὶ πρὸς ὀφθαλμίας, καὶ ὥστε γάλα γυναιξὶν ἐμποιεῖν. ἡ δὲ ἄκαρπος, ἔχει τὸ φύλλον ὅμοιον θριδακίνης τῆς πικρᾶς. τραχύτερον δὲ καὶ λευκότερον. ῥίζαν δὲ βραχεῖαν. φύεται δὲ ὅπουπερ ‡ ἐρείκη πλείστη. δύναται δὲ καθαίρειν ἡ ῥίζα καὶ ἄνω καὶ κάτω, τὸ μὲν γὰρ πρὸς τὴν βλάστησιν ἄνω. τὸ δὲ πρὸς τὴν γῆν κάτω. κωλύει δὲ καὶ εἰς ἱμάτια τιθεμένη τοὺς σῆτας. συλλέγεται δὲ περὶ πυροτομίας.

‡ Καὶ πιθάμην μέγα.

* Θρόνον.

† τρεῖς. ἐὰν δὲ

‡ ὀργυίας τέσσαρας· κεφαλὴν.

* δασυτέραν.

† ἀνδρείῳ.

‡ πλείστη ἐρείκη.

bus, atque sepulchris. Alterum genus quod insanire facit, (* id alii bryorem, alii perissum vocant,) constat radice candida, & longa ad cubitum, atq; cava. † Dabitur ejus radicis dragmæ pondus, si ut quis ludat seque pulcherrimum putet, placuerit. At si magis insaniat vis, dragmis duabus opus est: sin autem nunquam insania solvi malueris, tres dabis. Et quatuor, si interimendus sit. Habet folium erucæ proximum, majus tamen. Caulem longitudine fere quatuor cubitorum. Caput gethyi, sed majus, atque ‡ pilosius. Nec fructui platani absimile est. * Lactariarum, quod maritimum granum appellant, folio est rotundo. Caule, totaq; magnitudine ad palmum, fructu candido. Demetitur cum vua † nigrescere incipit; & siccatus fructus tritus, potui datur acetabuli tertia parte. ‡ Mascula autem dicta, oleæ folio constat, & magnitudine * cubitum æquat. Hujus lac cum vindemia incipit, exprimunt, & præparato vtuntur. † Purgat inferius. Myrtaria vero cognominata candida lactaria, est foliis myrti, verum aculeatis parte ‡ postrema. Sarmentula in terram demittens longitudine palmi: quæ non simul, sed alternatis annis fructificant. Alia hoc anno, alia postero. Quanquam omnia eadem radice exorta, loca montuosa desiderant. Fructus nux appellatur. Demetitur cum hordeum turgescit; & exiccatus, purgatusque datur elotus cum papaveris nigri duabus partibus, ita ut totum modo acetabuli sit. Trahit pituitam per alvum. At vero si nucem ipsam placeat dare; trita dabitur ex vino dulci, aut cum sesama tosta torrefactaque comedenda. Ergo hæc foliis, succis, fructibus vtilia sunt. * Roris autem marini genera duo. Alterum sterile. Alterum fertile. Et alterum tam fructu, quam folio vtile: alterum tantum radice. † Fructus cachrys vocatur. Habet id fructiferum genus folium palustri apio simile, sed multo majus. Caulem ad magnitudinem cubiti, aut majorem. Radicem magnam, crassam, candidam, & veluti thus redolentem. Fructum candidum, scabrum, oblongum. Nascitur potissimum solo squalido, atq; saxoso. Radix medicamento ulcerum vtilis, & mensibus pota in vino nigro ‡ austero. Fructus ad vrinæ stillicidia, & aures, & argemam, & ad oculorum morbum, lippitudinem nuncupatum. & lactis ubertatem mulieribus facit. * Sterile illud folio lactucæ amaræ constat, sed scabriori, candidiorique, radice brevi. † Nascitur id quoque prædicto solo uberrimè. Radix partim superius, partim inferius purgat. Quod enim germen versus consistit, superius purgat Quod terram versus, inferius. Prohibet & vestibus interposita vermiculos noxios. Colligitur per messem tritici.

*(Nonnulli Thronon, id est pigmentum veneni, alii peritton sive modum excedens vocant.)

† Ea drachmæ pondere datur, ut si quis illudat, placeatque ac se pulcherrimum existimet; duplicato pondere, magis insanit, conspicuo spectris animo obversantibus, triplicato perpetuæ subeunt furiæ. si interimere volueris quatuor drachmæ dandæ.

‡ Hirsutius.

* Tithymalus paralium granum vocatus.

† Variare.

‡ Qui mas dicitur.

* Duos cubitos.

† Per inferiora magis purgat myrtites, qui tithymalus albus dicitur.

‡ Summa.

* Libanotidum (duæ enim sunt) altera infrugifera est; & altera etiam semine & folio utilis est, altera tantum radice. Vocatur autem semen cachrys, habet fructifera folium. † Semen. ‡ Generoso. * Infrugifera. † Nascitur ubi erica plurima.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Καὶ ἀλείφοντες μετ' ἐλαίου, *Theodorus*, & uncta oleo. *Nemo sic loquatur*. Panace uncta oleo: *sed soluta* oleo, *& redacta ad hoc, ut locus, qui serpentium morsu male affectus est, ea ungatur.* φυμάτων *interpretatur*, nascentia, *non tamen* φύματα, *tam à nascendo, quam à tumore: itaque ut tuber à tumore: ita* περὶ τὴν φυσὸν, φύματα. *lege* σῆπας, *non* σῆτας.

Καὶ ἑλκῶν, τῶν μὲν ὑγρῶν, ξηρά: τῶν δὲ ξηρῶν, ἐν μέλιτι. *Humidis ulceribus confert sicca: siccis confert ex melle: sane convenienter. Vlceris enim curatio, exiccatio est: iccirco sicca inditur humidis. Propterea vero quod siccata neque coeunt, neque coalescunt: ideo cum melle immittunt, Theodorus aliter digerit.* Commoda, *inquit*, etiam ad vulnera sicca: & ex melle ad madida.

Ἄλλα

Ἄλλα δὲ πάνακη τὸ μὲν λεπτόφυλλον, τὸ δὲ πλατύφυλλον. Theodorus, una folio tenui: altera non tenui. *Duo hîc animadvertenda. Primùm, quod illa verba, non tenui minus exprimunt τὸ πλατύφυλλον. Multa enim neque lata, neque tenuia sunt. πλατὺ planitiem significat fusam: quæ quidem esse simul potest cum tenuitate. Tenue enim notat diminutionem profunditatis, non latitudinis.*

Συνώνυμοι. *Hoc caput à superiore separandum censeo. & profectò materiæ valde sunt diversæ.*

Ὀφυπλομένην. *Lego ἐρυθρομένην. Et transfero voces ad hunc modum,* ὥσπερ αἷμα, ἐρυθρομένην. ξηραινομένην δὲ, λευκήν. *Nam etiam Dioscorides rubram radicem prodit. Non absimile legas de Pentaphylli radice infrà. Theodorus non agnoscit* ἐρυθρομένην. *Præterit etiam illa.* καὶ πυθμὴν μέγας. *Contra addit (faucibus) ibi.* χαράδραις, καὶ μήκωνι. *Corrige apud Plinium,* Thryo folia sunt ocymi: *non autem,* tertio. *Lego enim & hic mox,* θρύον, & ἵνεχον. *ubi est,* θρύοφον. *Duæ nanque voces in unam coaluerunt, illæ tamen apud Dioscoridem sunt.* Βρύοφον *igitur frustra corrigunt, frustra positum à Theodoro. Idem ex Plinio* περιττὸν, perissum *vocat. Hic erat locus ditandi latinitatem. Quippe hic,* περιττὸν, Nimium, *significat. Propterea quod vim excedit τοῦ ὑπνωτικοῦ. Vterque hominem alienum ab seipso facit. Verùm diversa ratio est, huic sopiendi, illi extinguendi: iccirco,* περιττός. *Mortalem vocant pharmacarii, sanè rectè. Immortalem verò cum vicissim quæritant, errant. Theodorus omisit illa omnia,* καὶ συμπλεκόμενον φασὶν ὥσπερ κένταυρον. *apud Plinium non sunt. Apud quem animadvertes, & ad insaniam, & ad mortem pondera variata.*

Ὥσπερ ὀργυιαῖ. *Theodorus legit,* ὀργυιὰς τέτταρας. *Nos legimus,* qui plus senis cubitis esset longior: *Theodorus scribit,* διποτίμω, *non autem,* παχυτέρω. *Hortensem omisit; qui alioqui ad medicamenta maximè utilis. Adversus enim inflammationes, atque sacros ignes præstantissimus est.* Capite Gethyi; *cùm tamen Gethyum non sit capitatum suprà.*

Τῶν δὲ τιθυμάλλων. *Tithymallos esse cum Strychnis imprudenter conjunctos intelligemus ex facie, exque naturâ longè diversa. Itaque quod in nobis erat; disjunxissemus. Verùm cum ille conjunxit: satis erit errorem demonstrasse.*

Μέγεθος διπηχυαῖον. *Theodorus legit,* πηχυαῖον. *Dioscorides,* cubito majorem. *Plinius à Theophrasto discedit. Quod attinet ad potionis quantitatem, acetabulum dat: Theophrastus tertiam partem tantùm. Hermolaus malè transtulit in Characia,* χυμὸν, sapore. *succum potiùs. Animadvertes Plinium non semel.* ὅταν περκάζῃ σταφυλὴ, *una incipiente. Non enim addidit: nigrescere.* καθαίρει δὲ κάτω μᾶλλον. *Theodorus omisit,* μᾶλλον, *malè. per superna enim etiam purgat. Sic infrà.* δύναται καθαίρειν & ἄνω, & κάτω.

Τῶν δὲ λιβανωτίδων. *Hinc aliud caput. Theodorus malè transtulit,* Roremmarinum. *Longe enim diversissima sunt. Pudet verò me horum, ubi contemplor, quantum intersit & hic, & alibi, inter herbarum facies, quæ à Theophrasto, quæque à Dioscoride proditæ sunt.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Πανάκη, Græcis πάναξ, & πάνακες dicitur. Latinis etiam *panaces* & *panax*; Nomenclatura hæc multis plantis communis est, quæ neque viribus, neque facie aliquam similitudinem referunt. Sunt tamen multæ celebritatis & commendationis ad plurimos morbos, quod plurimis scateant remediis; à πᾶν & ἄκος, id est ab omni remedio, sive medela; sive διὰ τὸ πάντα ἀκεῖν, quod omnia medeantur nomen acceperunt, Plinius, lib. XXV. cap. *panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit.* Quemlibet enim morbum doloremque abigunt. Quod non latuit Athenęum cum lib. v. scribit, ἡ δὲ Ἑλένη Διὸς οὖσα θυγάτηρ & παρὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ σοφῶν μεμαθηκυῖα πολλοὺς λόγους εἰς τὸν οἶνον ἐμβάλλει πάνακες τι ὅτι φάρμακον, καὶ ἄρχεται διηγεῖσθαι τὰ περὶ τοῦ Ὀδυσσέως μεταξὺ ταλασιουργίας ἀπτομένη. *Helena vero Iovis filia, oratione, commertioneque sapientum Ægyptiorum, multa edocta, panaces, efficax revera mæroris auxilium, injicit vino, & de Vlysse narrare incipit, obiterque etiam texendi consuetam operam aggreditur.* Panacis nomen plures plantæ obtinent, has Nicandri recenset Scholiastes. πάνακες δὲ, ἢ τὸ ἡράκλειον φησὶν, ἢ τὸ κενταύρειον ὁ καὶ χειρώνιον καλεῖται, ἢ τὸ ἀσκληπίειον. πολλὰ γὰρ πανάκη εἰσί. Θεόφραστος δὲ τὴν τιθύμαλλον φησὶ πάνακες γίνεσθαι & λέγεσθαι. *Panax aliud heracleum, aliud Centaureum, quod Chironium vocatur, aliud Asclepeum. Multa enim sunt panacis genera. Theophrastus tithymallum panaces fieri & dici scribit.* Postremum illud falsum est, siquidem uno eodemque capite panacis & tithymalli historiam tractat, nec usquam tradit, vel fieri vel dici tithymalum panax. Illud etiam notatu dignum quod inquit, *centaureum, quod Chironium dicitur.* Non itaque vulgare centaureum panacis generibus adnumerandum, ut facit Plinius. Dioscorides, lib. III. cap. LVIII. Ligusticum, à Liguriæ incolis, Πάνακες vocari auctor est, λιγυστικὸν φύεται μὲν πλεῖστον ἐν λιγυρίᾳ ὅθεν καὶ τὴν προσωνυμίαν ἔσχηκεν ἐν τῷ καλουμένῳ ἀπεννίνῳ ὄρει ὅ ἐστιν ὅμορον ταῖς ἄλπεσι, πάνακες δὲ αὐτὸ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι οὐκ ἀλόγως. *Ligusticum plurimum in Liguria nascitur, unde & nomen traxit, in monte scilicet Apennino dicto, Alpibus contermino. Ipsum incolæ panaces haud abs re appellant.* Idē Dioscorides origanum heracleoticum panaces vocari scribit Ne pigeat, quæ capite de origano diximus, adire, eaque examinare. Theophrastus hoc capite quatuor panacis genera recenset, Syriacum, Chironium, Asclepeum, Heracleum, quibus duo alia genera addit latifolium & tenuifolium. Docti Herculanum & Syriacum idem esse existimant. Quam suam opinionem stabiliunt argumentis supra citatis, cap. x. quod Dioscorides heracleo, easdem quas Syriaco Theophrastus vires adscribat, & quod Plinius Syriacū describit, iisdem ferè verbis, quibus Dioscorides Herculanum. His argumentis moti Theophrasti codicem depravatum esse contendunt leguntque. πανάκη γὰρ καλοῦσι; πρῶτον μὲν τὸ ἐν Συρίᾳ, ἡράκλειον, περὶ οὗ μικρὸν πρότερον εἴρηται, ἄλλα δὲ τὸ μὲν Χειρώνιον, καλούμενον, τὸ δ' ἀσκληπίειον. ἔχει δὲ τὸ μὲν Χειρώνιον. Reliqua supervacua, inquiunt, & ab inconsiderato quodā infarcta. Syriacum panaces, præter illa tria, pro quarto numerante, nisi fortasse putet aliquis Heraclei descriptionem, quæ postrema est, amovendam suo loco, & præponendam historiæ Chironii, & Asclepii, ut ordine procedat Philosophi oratio. Qua auctoritate hanc lectionem confirment, non video. Heracleum & Syriacū diversum esse, ex eo colligo, quod nemo veterum heracleū in Syria nasci prodiderit, verùm in Bœotia & Psophide. Syriacum etiam ab heracleo diversum esse probat, quod Plinius quatuor panacis describit genera, quæ turpiter cum centaureo & origano heracleote confundit. Ad illorū argumenta sic tamen respondeo, non sequi heracleum & syriacum idem esse, quod quædam Dioscorides tradiderit de heracleo, quæ Theophrastus de Syriaco. Tithymalus, euphorbium, scammonium, purgandi vim habent omnes, & plantæ satis calidæ omnes, eaque de causa ad plures eosdemque morbos utiles. Inde tamen easdem esse colligi non potest. Plinio fides non est adhibenda, turpiter enim historiam panacum confundit. Movet me plurimum panaces Syriacum, & Heracleum diversum esse, quod in opoponace repertum sit semen, ex quo nata est planta, cujus effigiem damus. Figura à Dioscoridis & Theophrasti Heraclei panacis diversa, quæ tamen succum fundit odore, sapore, colore opoponacis, vulgo panax olusatri, aut pastinacę folio dicitur. Folia fert ampla, ex pluribus commissa, non nihil hirsuta ac aspera, quorum singularia longa, lata, acuminata, lapathi folia quodammodò æmulantur; sed tamen minora: caulis ferulaceus, geniculatus, trium aut quatuor cubitorum altitudine, superiore parte in ramulos divisus. Flosculos Junio, Julioque mensibus, in umbellis amplis, ostendit luteos. Succedit semen latum, planum, & subflavum. Radice constat longa, candida. Æstivis mensibus ex hujus caule vulnerato, præsertim parte radici proxima, succus manat, sponte concrescens, colore opoponax referens, odoris quidem exigui, si aëris constitutio frigidior; sin calidior, odor percipitur major validiorque, gustu excalfacit. Batavorum hortis familiaris planta, nata primum Petro Coudembergio P. M. ex semine, in panacis lachryma reperto. Proximè ad chironium panax Theophrasti accedit, verum hujus particularia

Panax olusatri aut Pastinacæ Folio.



πρώτην μὲν χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἑλέσθαι
κενταύρου κρονίδαο φερώνυμον, ἥν ποτε χείρων
πηλίῳ ἐν νιφόεντι κικὼν ἐφράσσατο δειρῇ,
τῆς μὲν ἀμαρακόεσσα χυτὴ περιδέδρομε χαίτη.
ἄνθεα δὲ χρύσεια φαείνεται, ἡ δέ ὑπὲρ αἴης
ῥίζα καὶ οὐ βυθόωσα πελεθρόνιον νάπος ἴσχει,
ἥν σὺ καὶ ἀναλέην, ὁτὲ δ᾽ ἔγχλοον ἐλμῷ ἀράξας
φυρσάμενος κοτύλην πίεειν μενοεικέος οἴνης.
παντὶ γὰρ ἄρκιός ἐστι. τὸ μὲν πανάκειον ἔπουσιν.

Radicem ante omnes Chironis nomine claram,
Centauri legito, quam primum Pelio in alto
Phyllirides Chiron longa cervice notavit.
Ambit amaracino folio coma pendula caulem,
Auratique micant flores, radixque superne
Sparsa Pelethronio saltu, per summa vagatur.
Hanc tu vel siccam, vel pila tunde virentem,
Et vini cotyla mistam largire meraci.
Subvenit hæc cunctis, & ob id panacea vocatur.

ſegmenta, quæ lapathum referunt, multò minora ſunt. Æſtivis menſibus vulneratum effundit; quod de chironio veterum nemo prodidit. Ab Herculano & Aſclepio multum differt, uti deſcriptio à veteribus data ſatis oſtendit. Syriacum itaque ſit oportet. Ex Syriaco lachrymam effluere auctor eſt Plinius. lib. XII. cap. XXVI. Sed eo loco confundit Herculanum cum Syriaco, ut paulo infra oſtendam. Succum tamen fundere ſyriacum Theophraſtus ſatis innuit, cap. X. cum per meſſem ſecari (ſucci videlicet colligendi gratia) ſcribat. Quod ſuccus peregrini hujus panacis odore & ſapore illi cedat, qui ex calidioribus adfertur regionibus, mirari nemo debet; Batavia regio frigida, in calidis regionibus, omnia odoratiora, validiora, & efficaciora; in frigidis minus odorata, ac viribus imbecilliora gignuntur. Frigoris patiens planta nec ad verſus frigoris injurias muniri expetit. Et hactenus de ſyriaco, de quo veteres nullas tradiderunt notas, quod dolendum.

Ἔχει δὲ τὸ μὲν, Eodem modo chironium deſcribit Plinius. lib. XXV. cap. IXII. Niſi quod ſcribat radicem parvam. *Tertium panaces chironium cognominatur ab inventore. Folium ejus lapatho ſimile, majus tamen & hirſutius. Flos aureus, radix parva.* Non videtur ad verba Liberti ſatis attendiſſe Plinius, qui μακρὰν legit, pro quo ſcripſit Plinius μικρὰν. Aliud & ab hoc diverſum chironium Dioſcoridis. lib. III. cap. LVII. Πάνακες χειρώνιον (Cataeur. πάνακες λεπτὸν οἱ δὲ χειρώνιον) φύεται μάλιστα ἐν τῷ πηλείῳ ὄρει· φύλλα δὲ ἔχει ἀμαράκῳ ἐμφερῆ (vetus quidam ὀριγάνῳ, Theophraſtus λαπάθῳ) ἄνθη χρυσοειδῆ. ῥίζαν λεπτὴν καὶ οὐ βαθεῖαν, γευομένῳ δὲ δριμεῖαν. *Panax chironium (tenue quod nonnulli chironiam vocant) in Pelio monte maxime provenit. Foliis eſt amaraco ſimilibus, floribus aureis, radice tenui, neque alta, guſtu acri.* Lacuna in vetuſto quodam codice legit φύλλα δὲ ἔχει ὀριγάνῳ ἢ ἀμαράκῳ ἐμφερῆ, *folia habet amaraco, aut origano ſimilia.* Serapio, niſi ſit interpretis error, legit μαράθρῳ? Panax caronion, id eſt cyronion, habet folia ſimilia foliis marathri, & florem aurei coloris, & radicem ſubtilem, non multum fixam in terra, & habet ſaporem acutum. Dioſcoridem ſcripſiſſe ἀμαράκῳ ex Nicandro probatur. Ex quo Dioſcorides hanc delineationem habere videtur.

Utramque panacem Theophraſti, & Dioſcoridis confundit Scholiaſtes, cum ſcribit, περὶ τῆς χειρωνείας ῥίζης φησὶν, ἥτις καὶ πανάκειος καὶ κένταυρος καλεῖται. εὑρηθῆναι δέ φησιν αὐτὴν ὁ Νίκανδρος ὑπὸ χείρωνος. Πολύστροφον δὲ αὐτό φησιν ὁ Θεόφραστος λέγων οὕτω, τὸ δὲ χειρώνειον ὅμοιον ἀμαράκῳ, μεῖζον καὶ δασύτερον, ἄνθος δὲ χρυσοειδὲς, ῥίζαν μακρὰν, φιλεῖ δὲ μάλιστα χωρία πιεινά. ἐπαλθέα δὲ ἤγουν θεραπευτικὴν τὴν χειρωνείαν φησὶν, ἣν καὶ κενταυρείαν, καὶ πανάκειαν καλοῦσιν. ἀμαρακόεσσα δὲ ἤγουν παραπλησία τῷ ἀμαράκῳ κατὰ τὴν χαίτην. ἀμάρακος δέ ἐστιν καλουμένη σάμψυχος, οὐ βοθόωσα δέ φησιν, ἤγουν οὐ πάνυ κατωτέρω τὴν ῥίζαν ἀποπέμπουσα. &c. His in verbis nonnulla conſideratione digna ſunt. Primum quod panacis hoc genus centaurium vocari dicat. Quod etiam ſcribit Nicander. Hinc Plinius quartum panacis genus centaurion fecit. *Quartum genus*, inquit, *panacis ab eodem Chirone repertum, centaurium cognominatur. Sed & Pharnaceon in controverſiam, inventionis à Pharnace rege deductum. Seritur hoc longioribus quam cætera foliis & ſerratis, radix odorata in umbra ſiccatur, vinoque gratiam adjicit.* In altero codice legitur, *ſerior huic flos, longioribus quam cętera, &c.* Quæ lectio veriſimilior videtur. Ineptum, *foliis ſeri longioribus. Florem*, inquit *ſeriorem*, Id de Syriaca intelligi debet panace. Centaurium enim magnum æſtatis initio floret. Longioribus cæteris foliis eſt Syriacum panax; ſive integram ῥάχιν, ſive ſingularia conſideres folia, centaurium etiam alterum foliis latioribus, ſi totum folium, non in partes diviſum capias. Sed ſyriacum panax foliis non eſt ſarratis: hoc de centaureo Dioſcorides; Quod ſcribit, radicem, gratiam vino conciliare, unde habeat, ignoro; Nicander adverſus morſus venenatos cum vino præſcribit. Dioſcorides radicem centaurei inquit, παχεῖαν, στερεὰν, βαρεῖαν περὶ πήχεις δύο μεστὴν χυλοῦ δριμεῖαν μετὰ ποσῆς στύψεως, καὶ γλυκύτερος ὑπέρυθρον. An aliud cogitans Plinius, legit μετὰ ποτῶν, vel ποτοῦ, non animadverſis quæ ſequuntur. Veriſimile hinc erroris occaſionem natam, Pliniumque ſomniaſſe vino gratiam adjicere. Hoc mitto. Centaureum panacis genus fecit, quod Græci auctores chironium panaces ſic dictum ſcribant, vel radicem centaurei ſic vocatam tradant, tum quod Theophraſtus alia duo panacis genera dicat, quæ ſine dubio centaurium magnum & parvum. Scholiaſtes ex auctoritate Theophraſti amaraco comparat chironium panax. Nicander & Dioſcorides amaraco ſimile ſcribunt. Λαπάθῳ comparat Theophraſtus, quem ita ſcripſiſſe conſtat. Plinius enim loco citato folium ejus lapatho ſimile inquit; Confundit itaque utriuſque hiſtoriam Scholiaſtes, niſi fortè exſcribentis ſit error, qui cùm à Nicandro amaraco comparari legiſſet, inconſideratè & præter opinionem ſcholiaſtes. Λαπάθῳ mutavit in ἀμαράκῳ. Hoc conjectaneum quidem, non tamen, ſine ſuſpicione. Præcedit enim πολύστροφον δὲ αὐτό φασιν, Theoph. Alius etiam exſcribentis error, χώρια legitur φιλεῖ πέπεια. Reſtituendum ex Theophraſto πίονα. Confirmat hanc lectionẽ Plinius, *Naſcitur*, inquit, *pinguibus locis*, contra, ex hoc Scholiaſtes loco, Plinium malè ἀντὶ μακρὰν μικρὰν legiſſe probatur. Et hæc de Chironio veteres. Doctiſſ. quidã botanici panaces chironium

Theo-

Theophrasti, herbam Doriam esse, existimant. huic folia rumici, nec majora, nec hirsutiora, nec longa, sed tenuis ac fibrosa ejus radix, nec adversus viperas, phalangia, sepas aliaque reptilia utilis. Talia enim odorata esse solent; inodora est herba Doria. Nomen hæc accepit ab Andrea Doria, Genuensi Duce, triremium classis imperatoriæ præfecto, qui eam ex Africa cum classe attulit, quod valde efficax esset ad vulnera, tam externa quam interna, cum tamen in Narbonnensi Gallia juxta amnes reperiatur. Quidam, doream à luteo aureoque colore, nomen accepisse scribunt. Aurum enim Gallis *or* dicitur. Solidagine similis est, sed procerior, & omnino amplior. Folia ejus similiter lata, longa, acuminata, crassa, pinguia, lævia, ambitu non nihil serrata, (vidi incisuris carentia) sed solidagine majora, & crassiora: Caulis quoque crassior, ad tres quatuorve cubitos altus etiam assurgit, qui in alas ramosque divisus in cacumine flosculos gignit, & medio disco stamineo, luteos, qui in pappos am lanuginem pereunt; A quodam veluti capitulo demittuntur radicum fibræ, quarum quædam proserpentes, stirpem multiplicant. Qui Helenium panaces chironium Theophrasti esse statuunt, non multum à vero absunt. Helenium aliud vulgare est, aliud Ægyptium, de quo lib. VI. cap: ultimo egi. Ἑλένιον dictum volunt, quod contra serpentes primum ab Helena sit inventum. Hesychius ab Helena ad serpentes necandos satum scribit. Ἑλένιον βοτάνη τις. ἣν φασὶν ἑλένην σπεῖραι πρὸς τοὺς ὄφεις ὅπως βοσκόμενοι ἀναιρεθῶσιν. Helenium folia habet lapathi forma, sed majora, & hirsutiora multo, florem aureum, radicem longam; amat etiam loca pinguia. In pinguibus enim lætisque reperitur pratis; non nunquam tamen in montibus locisque umbrosis; non tamen omnino aridis: sed inquirendum, an cum descriptione Helenii Dioscoridis conveniat, à quo lib. XXVII. describitur. Ἑλένιον φύλλα ἔχει φλόμῳ τῷ στενοφύλλῳ (vetus addit ἰδαίῳ) παραπλήσια, τραχύτερα δὲ καὶ ἐπιμήκη, καυλὸν δὲ οὐκ ἀνίησιν ἔν ποσι τόποις, ῥίζαν ὑπόκιρρον (aliter κιῤῥὸν) εὐώδη, μεγάλην ὑπόδριμυν (vetus δριμεῖαν, ὑπόλευκον, ἐυαφῆ, alius εὐφυῆ perperam) ἀφ' ἧς εἰς τὴν φύτευσιν, καθάπερ ἐπὶ τῶν κρίνων ἢ ἄρων, λιπαροὶ παραφυάδες λαμβάνονται· γίνεται δὲ ἐν ὀρεινοῖς, καὶ συσκίοις, ἢ ἐνίκμοις (vulgat. cod. ἀνίκμοις) τόποις. *Helenium folia habet verbasco, angustioribus foliis prædito, similia, sed asperiora, & oblonga: caulem vero quibusdam in locis non emittit. radice est subruffa, odorata, grandi, subacri. Ex qua ad consitionem velut in serendis cinaris, opimi & insignes oculi decerpuntur. provenit in montibus, locis umbrosis, & humidis.* Φλόμῳ, inquit τῷ στενοφύλλῳ. Perperam. Hinc viri docti argumentantur, vulgare helenium non esse Dioscoridis, quod foliis sit verbasco tenuifolio latioribus. Male etiam corrigunt πλατυφύλλῳ; siquidem vulgata lectio Oribasii, Serapionisque muniatur auctoritate. Nihil magis notum, quam pro locorum varietate herbarum folia magnitudine admodum differre. Dioscorides cum scribit angusti folio verbasco similia esse, intelligit in Græcia locis minus quam nostris, pinguibus ac humidis natura. Præterea nec magnitudine latitudineque inquit esse verbasci, sed forma. Addit Dioscorides asperiora helenii esse folia; verbasci scilicet respectu, cujus folia tomenti instar sunt mollia. Perperam item rationantur; helenium vulgare fert caulem tricubitalem digito crassiorem, non absque lanugine; Ergo veterum non est helenium. Oscitanter verba summi botanici legerunt, ἔν ποσι, inquit, τόποις. Ergo alibi caulem ferre non negat. Nec constat omnibus in terris ferre caulem. Locis quibusdam caule carere fortè scripsit Dioscorides, quod non observarit, caulem non ante tertium, quartumque à satione annum producere; maxime quod è semine, sive sponte deciduo, sive opera humana terræ commisso, natum est. Radix enim primis annis crescit, magnitudinemque acquirit, post secundum tertiumve annum caulem demum emittit, contra quod radice propagatur, citius caulem & florem producit, quod radix major sit, & citius ad debitum incrementũ perveniat. Sic recentiores cynoglosson secundo, tertio, aut quarto à satione anno flores ferre observarunt, & ideò veteres duo cynoglossi genera describunt, quorum alterum caule caret, alterum fert. Aliter etiam ex Marcelli auctoritate responderi potest. Scribit hic in vetustissimo, ac probatissimo codice hæc legi ac reperiri. Caulem ex se mittit helenium, crassum, hirsutum, cubitalem & aliquando majorem, angulosumque, flores luteos, & in his semen verbasco simile, tactu pruritum faciens. Nec hæc omnino rejicienda lectio est, siquidem apud Serapionem legatur, *& habet stipitem magnum, & folia ejus non elevantur è terra, sed extenduntur super faciem terræ.* Et hæc de caule, sequitur radicem examinemus. Ruellius legit, ῥίζαν ὑπόλευκον ἢ ὑπόκιῤῥαν. Quam lectionem probat Oribasius. In nonnullis vero codicibus desideratur vox ὑπόλευκον, qualem secutus videtur Serapio. Helenii radix foris subruffa & nigricans est, intus subalbida. Vidi foris & intus subalbidam. Idem Oribasius non ὑπόδριμυν, ut vulgo legitur, sed ὑπόπικρον legit, & rectius, Nisi quis malit scripsisse Dioscoridem ὑπόδριμυν καὶ πικρὸν *subacrem & amaram*, Qualis helenii est radix, ut ipso judice gustu probari potest. Plinius lib. XIX. cap. VII. *Brevior his est, sed torosior amariorque inula,* (sic helenium, & hodie vocatur, nisi quod campanam addant officinæ) *per se stomacho inimicissima: eadem dulcibus mistis saluberrima. Plurimis modis austeritate victa gratiam invenit. Namque & in pollinem tunditur arida, liquidoque dulci temperatur.* Credo alibi legisse Plinium στόμα, quod stomachi interpretatus est. Inulam amaram esse, testatur Horatius. lib. II. satyr. VIII.

Erucas virides, enulas ego primus amaras
Monstravi incoquere; Columella lib. X.
Cappares & tristes inulæ ferulaque minaces.

Alibi Virgilius tristes dixit. Experientia comprobat & amaram & subacrem inulam esse. Objiciet quis, hunc Horatii lib. II. satyr. II. versum,

Cum rapula plenus.
Aut acidas mavult inulas, nec dum omnis abacta
Pauperies epulis regum.

Per acidas (si modo non acres legendum) intelligit conditas. Solebant enim veteres inulas non saccharo ut hodie fit, condire, sed muria. vide Collumelam lib. XII. cap. XLVI. Ubi inter ceteros condiendi modos hunc etiam tradit, *Inulæ cùm radices diligenter craseris, minute concisas, in muria dura macerato, donec amaritudinem demittant, dein effusa muria, sorba quam optima & maturissima* (quæ subacida) *semine detracto contere & cum inula misce, tum sive passum, sive defrutum quam optimum adjicito.* Ipsum lege Columellam. vide etiam Plinium loco citato, ἐπὶ κρίνων, &c. In Caracureni optimo & præstantissimo codice κινάρων legitur, pro quo in Aldino malè κρίνων scribitur. Κινάρων viris Doctiss. magis arridet, quod & hoc modo cinaræ potius, quam lilia serantur; siquidem excisis ab ipsa radice gemmantibus oculis, seu stolonibus propagantur. Lilia verò radicibus ipsis feruntur. Plinius καλάμων legisse videtur, nisi fortè hæc non à Dioscoride, sed Columella mutuatus sit Plinius. lib. XVIIII. cap. V. *Supervacuum inulæ semen, quoniam oculis ex radice excisis, ut arundo seritur.* Corrigunt *arum*. Haud scio an ex mente Plinii. Etenim Columel. lib. XI. cap. III. *Inulam vero intervallo trium pedum seri convenit, quoniam vastos facit frutices, & radicibus, ut oculus arundinis, serpit.* hinc Plinius, *ut arundo seritur.* Ἐνίκμοις legendum ex Oribasio & Serapione constat. Constat enim locis non omnino aridis, siccis, aut siticulosis reperiri, sed humecta pinguiaque amare. Quod folia hodie usum nullum habent, inde non sequitur helenium vulgare non esse veterum. Si quis experire velit, non dubito quin utiliter ischiadicis, in vino decocta, illiniri possint. Inulam hanc esse panaces chironium ex Apuleio probatur. *Inula,* inquit, *campana Græci panacem chironium, alii panacem centaurion, alii Helenion Latini inulam campanam appellant: habet folia amaraco similia, flores aurosos, radicem tenuem, non altam, acerrimam gustu, medetur serpente vexatos.*

Rectè inulam panaces Chironium esse inquit; sed absurdum, & præter veritatem est, quod eandem amaraco similem facit. Dioscorides panacem folio amaraci, Theophrastus lapathi comparat. Recentiores inulam vocant campanam, quod, quæ in campis lætis provenit, hortensi præferatur. Sunt doctiores qui helianthemum sive floris solem, Dioscoridis panacem Chironium esse putant. Nec in totum falluntur. Scio tamen, radicem helianthemi insipidam esse, scio à Dioscoride scriptum, radicem chironei panaces gustu acri esse. Sed depravatus est codex, legendum ex Oribasio, ἡ δὲ πόα γευομένῳ δριμεῖα, *Herba ipsa gustanti acris.* Plantam quæ ad

amussim referat panacem Dioscoridis, hactenus videre non licuit. Porro quod helenium omnia illa præstat, quæ Theophrastus de panace Chironio scribit, extra controversiam est.

καὶ τοὺς σῆπας, Gaza *vestium tineas* vertit, vulgatam Aldi lectionem secutus, ubi σῆτας, pro quo σῆπς Gaza. Sunt autem vermes, qui vestes, & libros rodunt. Sed adversus hos, quid proderit panaces chironium cum vino bibere? Quare legendum σήπας, quod barbare sepas vertunt, quasi Latini sepa, sepæ dicerent.

Σήψ, σηπὸς parvus serpens est, sic dictus à σήπω quod est *putrefacio*. Nam vulnus quod infligit suo morsu, tabem & putredinem inducit. Unde Lucanus. lib. IX.

Ossaque dissolvens cum corpore tabificus seps.

Et Nicander in Theriacis.

σήπαγε μὴν πεδανοῖσι ἀλύξεις.

Vide Dioscoridem lib. II. cap LXX. Plinium lib. XXXII. cap. V.

Et hæc de panace Chironio, quod à Chirone nomen habet, sic dictus, quod manu levissima, & expeditissima vulneribus, & aliis corporis læsionibus, medicamenta applicuerit, unde & hodie ἡ χειρουργία dicitur, quod justa manuum tractatione perficitur.

τὸ δὲ Ἀσκλήπιον. Panaces Æsculapium nomen habet, vel ab inventore Æsculapio Medico, vel à virtute, quod instar Æsculapij medici optimi, possit omnibus propemodum morbis remedio esse. Prius etymon Nicandri auctoritate stabilitur, cùm in Theriacis canit.

ἄγρει καὶ πάνακες Φλεγυήιον ὄρρατε πρῶτος
παιήων μέλανος ποταμοῦ παρὰ χεῖλος ἀμέρσεν.
ἀμφιτρυωνιάδαο θέρων Ἰφίκλεος ἔρνος
εὖτε σὺν ἡρακλῆι κακὴν ἐπυράκτεεν ὕδρην.

Quin phlegyæum etiam panaces cape clara quod olim
Phœbi progenies ad cærula flumina carpsit.
Prælustri ex Iphicle satum curans Iolarim,
Herculei quando comes adjutorque laboris
Lernæam domuit victoribus ignibus hydram.

Phlegyæam dicit quod apud Phlegyas, gentem Phocidis nascatur. ut scholiastes docet. φλεγυαῖον δὲ διότι ἐν φλεγύαις ἔθνει τῆς φωκίδος φύεται, &c. Παιήων Æsculapium idem exponit scholiastes ὁ ἀσκληπιὸς τοῦτο λέγεται ἰατεύσαι ὅτε ἦν ἐκ τῆς κορωνίδος τῆς θυγατρὸς τοῦ φλεγύου. παιήων δὲ ὁ ἀσκληπιός. *Æsculapius hac herba dicitur sanasse ægros. fuit hic filius Coronidis, nepos Phlegeij. Pæon Æsculapius.* In Æsculapii panacis descriptione non multum variant Theophrastus & Dioscorides, cujus delineationem adscribere placet. Πάνακες ἀσκληπίου ἀνίησιν ἀπὸ γῆς (alter codex ἀσκληπιὸν, Oribas. ἀσκληπιὸν καὶ χειρώνιον) καυλὸν λεπτὸν, πηχυαῖον, γόνασι διειλημμένον, περὶ ὃν τὰ φύλλα ὅμοια μαράθρῳ, μείζονα δὲ, καὶ δασύτερα, εὐώδη. καὶ ἐπ' ἄκρου σκιάδιον ἐφ' οὗ ἄνθη χρυσοειδῆ, δριμέα, εὐώδη. ῥίζα δὲ μικρά. (Ald. in noth λεπτή.) *Panaces Æsculapii caulem à terra emittit, tenuem, cubitalem, geniculatum, circa quem folia visuntur fœniculi, majora tamen hirsutioraque, odorata, & in cacumine umbella, in qua flores emicant aurei, acres, & odorati. Radix est parva.* In folio apud Dioscoridem & Theophrastum diversitas nulla, Nam thapsia folio constat fœniculi, ut ipse docet præceptor. cap. X. Radix inquit Theophrastus, *magnitudine palmi, candida, crassa.* contra Dioscorides *parva, tenuis.* Sic enim legit Oribasius. Corrigunt Theophrasti freti auctoritate μακρὰ καὶ λευκή, *magna albaque.* Doctiss. Mathiolus in suo codice scribi refert πικρὰ *amara.* Quæ lectio non omnino improbanda; eam siquidem confirmat Serapio. Contra tamen Theophrasti falsa dixit. Non potest Theophrastus cum Dioscoride conciliari, nisi legamus μικρὰ καὶ λευκή. Et talis est radix panacis Asclepij, quam ostendunt recentiores. Cæterum perperam apud Oribasium ἀντὶ τοῦ εὐώδη, δυσώδη *graveolentia*, legitur. Caulem asclepion panaces è terra emittit cubitalem, tenuem, geniculis undique cinctum, circa hunc folia majora quam fœniculi, hirsutiora, odore non ingrato; in fastigiis umbellas, in quibus flosculi auri colore, acres, odore anethum referentes; His succedit semen latum ferulæ forma. radix palmari longitudine candida, crassa vehementer, cortice crasso & salso.

Panax Asclepias.



τὸ δὲ ἡράκλειον. Herculeum panaces dicitur, vel quod instar Herculis, monstrorum domitoris, sit hæc herba malorum morborumque domitrix, vel quod ab Hercule sit hæc planta inventa. Plinius loco citato. *Alterum genus Heracleum vocant & ab Hercule inventum tradunt.* Herculem medicinæ fuisse peritum ex Plutarchi lib. De amoribus probatur. Λέγεται δὲ καὶ τὴν ἄλκηστιν ἰατρικὸς ὢν ἀπεγνωσμένην σῶσαι τῷ ἀδμήτῳ χαριζόμενος, ἐρῶντι μὲν αὐτῷ τῆς γυναικὸς, ἐρωμένῳ δὲ αὐτοῦ γενομένῳ. *Fertur etiam, rei medicinæ peritus cum esset, Alcestidem jam desperatum, Admeto restituisse conjugis amatori, suo amasio.* Herculei forte nomen accepit quod Herculeum sive comitialem debellet morbum. ad quem efficax esse Theophrastus scribit. Panaces hoc Theophrastus inquit esse folio magno, amplo. Idem ferme Dioscorides, lib. III. cap. LV. Πάνακες ἡράκλειον ἐξ οὗ ὁ ὀπόπαναξ συλλέγεται, πλεῖστον γεννᾶται ἐν Βοιωτίᾳ καὶ ἐν ψωφίδι (vetus σωφίδι) τῆς Ἀρκαδίας, ὥστε καὶ ἐπιτηδὲς κηπεύεσθαι διὰ τὴν ἐκ τοῦ ὀποῦ πρόσοδον. φύλλα δὲ ἔχει τραχέα, χαμαιπετῆ, χλωρὰ σφόδρα περὶ τὰ τῆς συκῆς ἐν τῷ περιφερεῖ ἐπισχισμένα πενταχερῶς. καυλὸν δὲ ὥσπερ νάρθηξ ὑψηλότατον, ἔχοντα χνοῦν λευκὸν (al. ὑπέρυθρον alias ὑπόλευκον ἐκτὸς al. ἐντὸς) καὶ φύλλα περὶ αὐτὸν, μικρότερα. σκιάδιον δὲ ἐπ' ἄκρου ὡς ἀνήθου μακρὸν (vox hæc nec apud Oribasium, nec in veteri reperitur codice, spuria & adjectitia videtur) ἄνθος δὲ μήλινον. σπέρμα εὐῶδες καὶ πυρωτικόν, ῥίζας πλείονας ἐκ μιᾶς ἀρχῆς λευκὰς βαρυόσμους, παχὺν ἐχούσας τὸν φλοιὸν ὑπόπικρον τῇ γεύσει. φύεται δὲ ἐν Κυρήνῃ τῆς Λιβύης καὶ ἐν Μακεδονίᾳ. *Panax Heracleum ex quo opopanax, colligitur plurimum in Bœotia, & Psophide Arcadiæ nascitur. Sed & questus gratia, qui quidem ex eo liquore factitatur, in hortis studiose colitur. Foliis est asperis, in terra jacentibus, valde virentibus, & multum ad ficulnea accedentibus. In ambitu quinquepartitò divisis, caule vero, uti ferulæ, altissimo, alba lanugine obducto, foliisque stipato minutioribus, umbella in cacumine, ceu anethi oblonga: flore autem luteo, ac semine odorato, urendique vi prædito. radicibus denique ab una origine compluribus iisque candidis, graveolentibus, crasso, & subamari gustus, cortice præditis. nascitur in Cyrene Libyæ, & Macedonia.* His in verbis tantum considerandum, utrum σίκυος vel σικύα, an verò συκῆς, ut vulgati codices habent, legendum sit. Σίκυος scribendum suadere videtur Theophrastus, cum scribit φύλλον μέγα, καὶ πλατὺ καὶ περιστιδαμον πανταχῆ. Talia cucumeris, melonum, & peponum sunt folia. Dissuadent Serapio & Oribasius, qui constanter τὸ συκῆς legerunt. Quod

Quod de magnitudine, figura, & colore accipere licet, Virentia, magna, & fissa sunt fici folia. Syriaci nomine Plinius panacis hoc genus descripsit.lib.XII.cap.XXVI. *Panacem & unguentis eadem gignit* (Syria) *nascentem & in Psophide Arcadiæ, circaque Erymanthi fontes, & in Africa, & in Macedonia: ferula sui generis quinque cubitorum, foliis primo quaternis, mox senis, in terra jacentibus, ampla magnitudine, rotundis, in cacumine vero oleagineis, semine in muscariis dependente, ut ferulæ. ——— ab hac ferula differt quæ vocatur spondylium, foliis tantum, quia sunt minora, & plantani divisura. non nisi in opacis gignitur, semen eodem nomine filis speciem habet, medicinæ tantum utile.* Vulgare est graveolens, unguentorum idcirco deliciis inutile, Syriacum fortassis fuit odore gratiore, legendum in Phocide ex Dioscoride. *Foliis*, inquit, *primum quaternis, mox senis*. Corrigunt viri docti, *foliis primo ternis, & mox quinis*. Sic enim oriuntur. Qua auctoritate sic legant, non video, *ampla magnitudine rotundis*. Herculani folia lata & magna tradit Theophrastus. Dioscorides in ambitu quinquepartito divisa inquit, & ad ficulnea accedere, rotunda qui tradidit reperi neminem, & falsum est, uti quod sequitur, in cacumine oleam referre. Syriacum panax cum primum è semine prodit, vel cum primo vere pullulat, foliis est rotundis, sed non ampla magnitudine Syriacæ panacis sunt folia. Quæ autem in cacumine sunt, oleam satis & magnitudine & forma referunt. Semen Syriacæ panacis, ferulæ semini non inepte comparari potest, Spondylion inquit differre ab tantum hoc panace, quod foliis sit minoribus, & platani divisura. Id si verum est, rotunda Syriaci folia dici non possint. Confundit Plinius panaces syriaces & heracleum. Syriacum parvis foliis statim à radice pullulat ex oblongo rotundis, quæ dein in ampla ex pluribus commissa mutantur, quorum singularia longa,

Panax Heracleum lob. Spondylium alterum Dod.



lata, acuminata. quæ autem in cacumine sunt foliola, oleam referunt, uti tabella addita exprimit. Reliqua herculano adscribi debent. Herculanam viri docti putant plantam, quam aliqui ob summam cum spondylio similitudinem, spondylium alterum vocare maluerunt. Caules edit crassos, subhirsutos, geniculatos, altiores quam spondylium, ad ferulæ accedentes altitudinem. Folia aspera, majora, ex tribus fere cohærentia, quorum singularia quinquepartitò divisa, ficulnea proximè referunt, flores fert in umbella candidos, non raro luteos, quale quod in horto colo. Semen latum, planum, ac tenue, veluti spondylij; radicem habet candidam in plures mox divisam. Adpingendam curavi

Spondylium.



spondylij iconem, ut ex ea lector videret facie non multum diversam utramque plantam. Quod si major non foret panaces hoc, ovum ovo vix similius esset. Non esse panaces, his argumentis probatur, quod succum non emittat; semenque non sit urendi vi præditum. Utrumque ob cæli solique diversitatem accidere potest; sed hoc non constat. Quare cum Dodonæo aliisque celeberrimis botanicis spondylium alterum appellare malo. Dioscorides, lib. III. cap. LXXXX. Σπονδύλιον φύλλα μὲν ἔχει κατὰ ποσὸν ἐοικότα πλατάνῳ (alter codex μαράθῳ, vulgatam lectionem antiquam ac veram esse ex Plinio & Oribasio satis probari potest.) ὡς τὰ τοῦ πάνακος· καυλοὺς δὲ πηχυαίους, ἢ καὶ μείζονας, μαράθῳ· σπέρμα (vetus σκιάδια ἐν οἷς σπέρμα) δὲ ἐπ᾽ ἄκρῳ ὅμοιον σεσέλει, διπλοῦν, πλατύτερον δὲ καὶ λευκότερον, καὶ ἀχυρωδέστερον, βαρύοσμον· ἄνθη λευκά, ῥίζαν λευκήν, ῥαφανίδι ἐμφερῆ. φύεται ἐν ἑλώδεσι καὶ ἐνύδροις χωρίοις. *Spondylium folia quidem habet platano quadantenus similia, ad panacis foliorum figuram accedentia, caules verò cubitali altitudine, aut etiam amplius assurgentes, fœniculaceos: semen in cacumine seseli simile, duplex; verum latius, candidius & magis acerosum, gravis odoris: flores albos, radicem item albam rhaphani similitudine. Nascitur in palustribus & aquosis.* Nomen habet à vertebris vel verticillis fusorum. Alii tamen spondylium dici malunt, ab odoris gravitate, à spondyle sc: insecti genere, odoris gravis, de quo videat lector. Cap. XIIII. hujus Libri. Restat videamus quæ de opopanace tradiderint Veteres. Dioscorides cap. LV. lib. III. Ὀπίζεται δὲ ἡ ῥίζα, ἐπιτεμνομένη ἀρτιβλαστῶν ὄντων τῶν καυλῶν, (vetus καρπῶν) ἀνίησι δὲ λευκὸν ὀπόν, ὃς ξηρανθεὶς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν κροκίζει. δέχονται δὲ τὸ ῥέον εἰς φύλλα (vetus φυλλάρια ὑποθέντες εἰς κεκοιλωμένον ἐδάφους τόπον.) προϋποτεθέντα εἰς κεκοιλωμένον ἔδαφος, ἀναιροῦνται δὲ ξηρανθέντα, ὀπίζουσι δὲ καὶ τὸν καυλόν, ἐπιτέμνοντες εἰς τὸν πυρημνόν, ὁμοίως δεχόμενοι τὸ ἀπορρέον. εἰσὶ δὲ τῶν ῥιζῶν βέλτιους αἱ πιοναί, καὶ λευκαί, καὶ ξηραί, ἄβρωτοί τε καὶ πυρώδεις, ἐν τῇ γεύσει, καὶ ἀρωματίζουσαι. καρπὸς δὲ ἔνθετος ὁ ἐκ μέσου τοῦ νάρθηκος.

ὁ γὰρ ἐκ τῶν παραφυάδων ἧττον ἀπεοφάτερος. Τὸ δὲ ὀπὸς διαφέρει ὁ πικρότατος τῇ γεύσει (πικρότερος Oribasius, ἔσωθεν μὲν λευκὸς καὶ ὑπόξιρρος ὁ (ὁ articulus redundat quare expungendus) ἔξωθεν δὲ κροκίζων, λεῖος, λιπαρὸς, εὔθρυπτος, εὔθετος, ταχέως δὲ διϊμενος, βαρύοσμος· ὁ δὲ μέλας φαῦλος καὶ μαλακός. δολοῦται γὰρ ἀμμωνιακῷ ἢ κηρῷ. δοκιμάζεται δὲ ὕδατι διατριβόμενος τοῖς δακτύλοις. ὁ γὰρ ἄδολος ἀνίεται καὶ γαλακτοῦται. *Excipitur porro liquor incisa radice, dum cauliculi recens adhuc pullulant, isque candidus, qui quidem exsiccatus, superficie tenus, croceum colorem contrahit. Effluentem verò liquorem illum, substratis, in excavato solo, foliis, excipiunt, ac ubi exsiccatus fuerit, eximunt. Simili quoque modo, caule messibus inciso, profluentem liquorem excipiunt, meliores è radicibus, quæ distentæ sunt, ac minimè rugosæ, albæ, aridæ, neutiquam cariosæ, gustu vero ferventes & aromaticæ. Semen è media ferula idoneum. Quod vero ex adnatis coliculis decerpitur, minus succulentum est. Præstat autem in liquoris genere, qui gustu est amarissimus, intus candidus, aut subfulvus, foris verò ad croci colorem inclinans, lævis, pinguis, friabilis, quique statim diluitur, estque graveolens. at niger ac mollis improbatur; ammoniaco enim & cera adulteratur. Sed sincerus ac fraudis expers, eo indicio deprehenditur, quod digitis in aqua confricatus, resolvatur, atque lactescat.* Incisa radice colligi succum scribit etiam caule. Idem & Galenus. lib. VIII. simpl. docet πάνακες ἡράκλειον ἐκ τούτου καὶ ὁ καλούμενος ὀποπάναξ γίνεται, τῶν ῥιζῶν αὐτοῦ καὶ τῶν καυλῶν ἐκτεμνομένων. *Panax heracleum, ex quo fit vocatus opopanax, radicibus ejus & caulibus scilicet excisis.* Plinius, lib. XII. cap. XXVI. *Excipitur succus exciso caule messibus, radice in autumno.* Candidum hunc esse succum Dioscorides inquit, dum recens est; exsiccatum verò croceum contrahere colorem; Croceum, opopanax in granis dictum, habet colorem; sed an dum è caule, vel radice excipitur albescat, me fugit. Lachryma quæ ex inciso Syriaci caule manat, croceus, aut luteus potius est. Radicem optimam inquit esse, quæ alba, arida, neutiquam cariosa, gustu fervens & aromatica, thus, ut Theophrastus ait, redolens. & hæ optimæ radicis notæ, quæ an in vulgato panace sint, in dubium quis vocare possit. Aromatica enim non est. Sed hoc de exsiccata intelligendum, non fit dubium. Semen è media ferula idoneum, inquit. Rectè. plus enim succi habet, optimumque ac maxime concoctum, quem per lineam quasi rectam trahit. Rectè Saracenus, ἀτεοφάτερος vertit *succulentum.* Ineptum enim in cibis est semen panacis. Objiciet quis, à Columella lib. XI. cap. III. Inter condimentarias referri plantas. *Panax*, inquit, *utroque tempore levi, & subacta terra rarissimè differitur, quo majus incrementum capiat, melius tum ejus verna satio est.* Respondeo, panaces nomen plures obtinere plantas, inter quas origanum condimentaria planta, cujus cum mentionem non faciat Columella; verisimile est eam intelligere. Vide caput de origano. Nullius itaque momenti argumentum. Ἀτεόφον porro non tantum Græcis τὸ μὴ τρέφον, sed & τὸ μὴ τρεφόμενον. Ita ut tam passiva, quam activa significatione usurpetur. *Succum optimum*, inquit, *amarissimum.* Talis est opoponax in granis, foris hoc croceum, intus candidum, aut subfulvum, pingue. Experientia etiam docet, digitis in aqua confricatum resolvi ac lactescere. Tria opopanacis genera officinæ ostendunt. In granis, quod omnes habet notas à Dioscoride descriptas. Vulgare quod ex parte in aqua resolvitur ac lactescit, ex parte pallet, ex parte croceum ad nigrum inclinantem servat colorem, ex quo adulteratum esse apparet. tertium nigricans & molle, quod nec lactescit, nec resolvitur, à veteribus improbatur. Plinius loco citato. *Laudatur candor ejus coacti. Sequens pallido statera.* (corrigunt, *laudatur candor ejus recenter coacti. Sequitur pallor siccato*) *niger color improbatur. pretium optimi in libras* XIX (sic optimus codex habet, vulgo *in libras bini asses.*) Adversus comitialem morbum radicem præscribit, quod à Dioscoride prætermissum est, qui hæc de radicis viribus tradit, Καὶ ἡ ῥίζα δὲ ξυσθεῖσα καὶ προστεθεῖσα μήτρᾳ ἄγει ἔμβρυα; πρός τε ἕλκη ποιεῖ παλαιὰ καὶ τὰ ἐψιλωμένα τῶν ὀστῶν, ξηρὰ λεία καταπλασσομένη (legendum καταπασσομένη) καὶ σὺν μέλιτι ἐγχριομένη. *Radix autem derasa, & vulvæ subdita, partus extrahit, ad ulcera vetusta efficax est, ac etiamnum ossa carne nudata operit, si trita inspergatur, aut cum melle illinatur.*

Panaces tradit alia duo esse genera; Ex Plinio colligi potest eum centaurium majus & minus intelligere. Et hæc botanicorum est opinio, Plinius. lib. XXV. cap. IV. *Hujus genera duo* (reliqua cap. de chironia examinavimus) *alterum levioris folii, alterum tenuioris.* In altero codice, *alterum levis folii, alterum tenuis.* Legendum ex Theophrasto, *alterum lati folii, alterum tenuis;* vel *latioris folii, alterum tenuioris.*

Στρύχνον vel τρύχνον, utrumque Græci dicunt, teste Galeno lib. VIII. simp. Τρύχνον ἔνιοι δὲ μετὰ τοῦ σίγμα στρύχνον ὀνομάζουσιν. Id est. *Trychnon quidam cum sigma strychnon nominant.* Nomen accepit quod dolores ex bile ardenti, calidoque humore contractos refrigerando leniat, molliatve. Dioscorides, lib. IV. cap. LXXI. Δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικὴν, ὅθεν τὰ φύλλα καταπλασσόμενα ἁρμόζει πρὸς ἐρυσιπέλατα καὶ ἕρπητας, μετὰ παιπάλης ἀλφίτου. καθ' ἑαυτὰ δὲ ἐπιτιθέμενα λεῖα αἰγίλωπα θεραπεύει, καὶ κεφαλαλγίαις, καὶ στομάχῳ καυσουμένῳ βοηθεῖ. *Vis ei refrigerandi: quare folia erysipelatis, & herpetibus cum polline polentæ convenienter imponuntur. trita autem & per se imposita ægilopa capitisque dolorem sanant, & stomacho æstuanti auxiliantur.* Hinc nomen accepit τρύχνος. Theocryti Scholiastes ad hunc locum Eid. 10 ubi poëta ἀφωνὰ δὲ στρύχνος. ἢ τρύχνος, τοῦτο ἐπὶ τρυφερώτατος τάσσε(), ἤγουν ἡ φωνὴ (οὐ δὲ μαλακὴ, ἐοικυῖα τρύχνῳ. τρύχνος δὲ ἢ καὶ τρύχνη εἶδος λαχάνου ἡ κοινῶς λεγομένη ἀγριομελιτζάνα ἱκανῶς μαλακοῦ, ὃ λέγεται στρύχνος ὁ δὲ θεόκριτος, ἐξέβαλε τὸ σίγμα, διὰ τὸ μέτρον τρύχνον εἰπών. *Trychnus hoc epitheton propter mollitiem posuit, quasi diceret, vox tibi* μαλακὴ *id est mollis, trychno similis. Trychnos & trychne oleris est genus satis molle, vulgo agriomelintzana dictum. Vocatur etiam strychnos. Abjecit Theocritus sigma metri gratia.* Satis clarè innuit à mollitie nomen habere. Ἀγριομελίτζανα vocari scribit. Apud Myrepsum legitur de antidotis. cap. 464. ἀγριομελίτζανον vertunt *melitzani sylvestris.* Quid melitzianos, & quid ἀγριομελίτζανον sit, se nescire fatetur qui doctissimas in Myrepsum fecit annotationes. Ex hoc Theocriti loco solanum significare palam fit. Doctiss. Gaza vesicariam vertit, cum vesicaria solani alterum genus dicatur, quod vulgo halicacabum vocant, Plinius, lib. XXI. cap. XXXI. *Quorum alterum cui acini coccinei, granosi folliculi, halicacabum vocant, alii callion, nostri vesicariam, quoniam vesicæ & calculis prosit.* Locum mox examinabo. Macer à Latinis maurellam vocari scribit:

> *Herbam quam Græci strychnon dixere, Latini*
> *Maurellam dicunt, vis ejus frigida valde.*

Alii solanum appellarunt. Plinius lib. XXVII. cap. XIII. *Solanum Græci strychnon vocant, ut tradit Cornelius Celsus.* Barbari solatrum scribunt. Duo solani genera hoc capite describit Theophrastus, somniferum & maniacum, cum libro VII. cap. XIIII. tria dixit esse genera. Cibo idoneum, maniacum, & somniferum. Dioscorides plura describit, Hortense, Halicacabum, somniferum, maniacum primum, & secundum. De omnibus hoc capite nobis agendum.

Hortense solanum, loco citato, fructum mitem & acinosum, id est uva similem, ferre dixit præceptor. Eodem lib. cap. VII. inter olera numerat, quæ cocta & cruda comeduntur. Describitur à Dioscoride. lib. IV. cap. LXXI. Στρύχνος κηπαῖος ἐδώδιμός ἐστι θαμνίσκος οὐ μέγας μασχάλας ἔχων πολλὰς· φύλλα μέλανα ὠκίμου μείζονα καὶ πλατύτερα, καρπὸν στρογγύλον, χλωρὸν, μέλανα δὲ ἢ κιρρὸν γινόμενον μετὰ τὸ πεπανθῆναι, ἀβλαβὴς δὲ ἡ βοτάνη πρὸς γεῦσιν. *Solanum hortense frutex est, esculentus, haudita magnus, alarum cavis multis, foliis nigris, & quam ocymi majoribus, ac latioribus, fructu rotundo, ac primum quidem viridi, mox ubi maturitatem assecutus est, nigro aut fulvo. Est verò herba innocentis gustus.* Solani hoc genus notissimum. Foliis variat magis vel minus laciniatis, acinis nigricantibus & fuscis, puniceis, rubris, luteis. In hortis luxuriat, ac non rarò sesquicubitum excedit, in siccis ac arenosis vero palmum non excedere observavi.

Vesicariæ non meminit Theophrastus. à Dioscoride, lib. 4. cap. 72. describitur. Ἔστι καὶ ἕτερος στρύχνος, ὃ ἰδίως ἀλικάκαβον καλοῦσιν οἱ δὲ φυσαλίδα, φύλλοις ὅμοιος τῷ προειρημένῳ, πλατυτέροις μέντοι. οἱ καυλοὶ δὲ αὐτοῦ μετὰ τὸ αὐξηθῆναι χαμαικλινεῖς γίνονται, καρπὸν δὲ ἔχει ἐν θυλακίοις περιφερέσιν ὅμοιον φύσαις, πυῤῥὸν περιφερῆ, λεῖον, ὡς ῥᾶγα σταφυλῆς, ᾧ καὶ οἱ στεφανοπλόκοι χρῶνται καταπλέκοντες τοὺς στεφάνους (τοῖς στεφάνοις Samb.) *est & alterum solanum, quod peculiari nomine Halicacabum vocant, alii physalida, id est vesicariam,*

riam, foliis ante dicto similibus, verum latioribus. hujus caules posteaquam adoleverunt, proni terram spectant: est autem fructus, intra folliculos orbiculatos vesicis similes, fulvus, rotundus, ac lævis, ceu uvæ acinus, quo etiam coronarii utuntur, corollis intorquentes. Plinius. lib. XXI. cap. XXXI. *strychnon quam quidem trychnon scripsere, utinam nec coronarii in Ægypto uterentur, quos invitat hederæ florum similitudo, in duobus ejus generibus. quorum alterum cui acini coccinei, granosi folliculi* (scribe *cui acini cocci grano in folliculis.* In altero enim codice scribitur, *cui acini coccinei granosi in folliculis.*) *Halicacabum vocant, alii callion, nostri autem vesicariam, quoniam vesicæ ac calculis prosit. Frutex est surculosus verius quam herba, folliculis magnis, latisque, & turbinatis, grandi intus acino, qui maturescit novembri mense.* Falsum est utrumque solanum in coronis usum habuisse, halicacabum Dioscorides coronariam docet esse plantam. Halicacabum non tantum solanum, sed loti species denotat. Hesychius ἁλικάκκαβα (vulgo ἁλικάκαβα. series litterarum alteram præfert scripturam) ὁ τοῦ λωτοῦ καρπὸς, καὶ πίας εἶδος. Leti intellige arboris, cujus fructus figura & colore paulo ante maturitatem refert halicacabum. Callion à pulchritudine dicitur fructus, qui grato colore plures fallit, cerasum existimantes. Vesicaria & φυσαλὶς dicitur quod fructus folliculo tanquam vesica includatur. fructum Dioscorides πυῤῥὸν esse inquit, Plinius coccineum, interpres Serapionis rubrum, & recte: exacte siquidem maturus rubentis cerasi speciem præ se fert. Unde Battavis Krieken over Zee / id est ultramarina cerasa vulgò vocant. Officinæ alkekengi appellant. Planta satis nota.

I. Solanum somniferum satis luculenter describit Theophrastus; sed corruptus & depravatus est codex, qui ex Dioscoride restitui debet. Hic lib. IV. cap. LXXIII. στρύχνον ὑπνωτικὸν οἱ δὲ ἁλικάκαβον θάμνος ἐστὶ κλάδους ἔχων πολλοὺς, πυκνοὺς, στελεχώδεις, δυσθραύστους φύλλων πλήρεις λιπαρῶν, ἐμφερῶν μήλῳ κυδωνίῳ, ἄνθος ἐρυθρὸν, εὐμέγεθες, καρπὸν ἐν λοβοῖς κροκίζοντα (vetus θυλακίοις μικροῖς. Addit margo ὡς τὸ ἐρέβινθος σπέρμα στρόγγυλον ὥσπερ ὀρόβου ἢ ἔ.) ῥίζαν φλοιὸν ἔχουσαν ὑπέρυθρον εὐμεγέθη. φύεται ἐν πετρώδεσι τόποις, οὐ πόῤῥω θαλάσσης. ταύτης ὁ φλοιὸς τῆς ῥίζης ἐν οἴνῳ ποθεὶς ∠ ὁλκὴ ὑπνωτικὴν ἔχει δύναμιν τοῦ ὀποῦ τῆς μήκωνος ἐπιεικεστέραν. *Solanum somnificum, aliqui etiam halicacabum vocant, frutex est numerosis præditus ramis, densis, caudicosis, fractu contumacibus, pinguium foliorum cotoneæque mali similium plenis; flore rubro prægrandi, fructu in folliculo, croci colorem æmulante. Radice denique grandi, cortice subrubro vestita. nascitur in petrosis locis, non procul à mari, radicis cortex drachmæ pondere in vino potus, somniferam vim habet, quam opium mitiorem.* Vulgati Theophrasti codices legunt ὥσπερ αἷμα ἐξηραινομένην, ὀρυττομένην δὲ λευκήν. Quod ineptum esse cum viris doctis puto. Contrarium verisimilius, cum effoditur rubram, cum exsiccatur candidam esse. Hoc testatur Dioscorides cum inquit, cortice esse subrubro. De recenti enim verba Dioscoridis accipienda. Recens sanguinea, siccata candida videtur radix, quod color ejus sanguinius in extima tenuique sit cuticula, quæ facile si manibus tractetur perit, ac deperditur. Lego ex Dioscoride ἀντὶ κόκκου, κρόκου. Apuleus, *semine in cannis, quos Græci lobas appellant, croceo.* Hanc lectionem eo magis amplector, quod varii ac diversi fructus cocci nomen obtineant. Accedit quod coccus βαφικὴ colore sit cinereo, tingatque pannos aliasque res rubro intenso colore ἐρυθρότερον itaque κόκκον vix dici potest. Folia Theophrastus comparat malo dulci. Malus dulcis ab acido folium diversum non habet, quare non satis apta videtur comparatio. Ex Dioscoride κυδωνίῳ legendum palam fit. Absurdum folia plantarum comparare magnitudine umbilici. Lego σπιθαμῆν, quod palmi magnitudine folia habeat solani hoc genus. Complures somniferum solanum, ex eadem radice, promit caules bicubitales, nonnunquam altiores, satis crassos, fractu contumaces, rotundos, in aliquot ramos candicantes & lanuginosos, divisos, quibus inhærent numerosa folia, bina semper ex adverso sita, oblonga, lata, mollia, densa, lanuginosa, gustu aliquantulum calida, forma mali cotonei foliis satis similia; nisi quod longiora & majora sint, maximè quæ radici proxima sunt. Flores terni aut quaterni inter folia, caules per intervalla verticilli modo ambientes, quadrifariam divisi, longiusculi, pallidi, aut subrubentes. Succedunt acini in molli lanugine pubescentibus folliculis, maturitate

Solanum somniferum.



vel rubri coloris, vel ex rubro crocei. Radix subest longa, vegeta, dura, fusci coloris, brachiali interdum crassitudine cortice circumvestita. Nascitur in maritimo tractu, locis plerumque saxosis. Observavit hanc clariss. Clusius in inferiore arce urbis Malacæ, vulgo Malaga dictæ ad mare mediterraneum, in Hispania sitæ, loco petroso & inter rudera, florentem & semine maturo præditam. Februario vidit idem mense. Istic vivacem inquit & plures durare annos, nam superiorum annorum caules adhuc retinentem conspiciebat. apud Belgas, atque etiam in Germania singulis annis serenda est, neque hiemem ferre posse, nec ad frugem pervenire, experientia didicit, aliquoties ejus facto periculo, & nos frustra sæpe tentavimus. falluntur viri Doctiss. qui Belladonnam vulgo dictam, pro solano somnifero habent. Baccas hæc fert nigras, flores obscuriore purpura nigricantes, & radice constat alba. Restat Plinii Apuleique verba de solano somnifero expendamus. Plinius loco citato *quin & alterum genus, quod Halicacabum vocant, soporiferum est, atque etiam opio velocius ad mortem: Ab aliis morion, ab aliis moly appellatum. Laudatum verò à Diocle & Evenore, à Timaristo quidem etiam carmine, mira oblivione innocentiæ: quippe præsentaneum remedium ad dentium mobiles firmandos, si colliderentur. Halicacabo uni exceptionem addere, ne diutius id fieret, delirationem enim gigni eo. Nec demonstranda remedia, quorum medicina majoris mali periculum atterat.* Hæc partim corrupta, partim præter veritatem, & rationem. Dioscorides genus hoc ab aliquibus halicacabum vocari tradit. Plinius videtur velle, omnibus solanum hoc halicacabum dictum fuisse, cum vesicariam propriè halicacabum, teste Dioscoride, sic vocarunt. Falsum est opio velocius esse ad mortem. τοῦ ὀποῦ μήκωνος ἐπιεικεστέραν *quam opium mitiorem*, docet Dioscorides. Ab aliis morion, ab aliis moly appellatum inquit, nec hoc Aucturarij auctor, nec Dioscorides, nec Theophrastus tradunt. Dioscorides tertiam mandragoram marion vocari auctor est. *Mira*, inquit *oblivione innocentiæ, quippe, &c.* Hæc corrupta sunt in antiquissimo Parmensi exemplari teste Punctiano, pro *innocentiæ* legitur *inducentes*, qui hunc locum sic restituendum autumat: *mira oblivione hi, docentes quippe, &c.* lege, *mira oblivionis innocentia*, nempe quam affert citra perniciem. Corrupta etiam quæ sequuntur. restituendum *si*

col-

colluerentur halicacabo in vino, exceptionem addidere ne diutius id fieret, delirationem gigni: neque enim demonstranda remedia. Apulei videamus verba. *Tertia quæ vocatur Hypnotice, sive ut alii strychnon melanon, vel Thalia, vel anhydron, agria staphile, manicon, perisson, latinè bellonaria somnifica. Frutex est, nascitur in petrosis locis, ramos plurimos pandens stipidosos, & difficile fragiles, foliis plenos, ut mala cydonia, floribus rubris, & non minimis, semine in cannis, quas Græci lobas vocant, croceo. radice cum rubro cortice.* Omnia nomina hæc spuria, Theophrastus, Dioscorides, Plinius manico solano tribui scribunt; uti paulo infra docebo, ubi quædam exponam. Reliqua cum Dioscoride conveniunt.

βρύορον. Maniacum solanum hoc dictum, quod maniam ac insaniam inferat, quod nemo in dubium vocat. Θρύορον etiam dicitur, ut vulgati codices habent, vel bryoron uti codex Lugduni Batavorum impressus. vocatur etiam πέρισσον, vel πέριττον, eodem teste Theophrasto. Θρύορον vel βρύορον, cur nominetur non video; Corrigunt ex Dioscoride θρύον στρύχνον μανικὸν ὃ ἔνιοι πέρσιον, οἱ δὲ θρύον ἐκάλεσαν. Nomen hoc inditum, ab ulvæ herbæ palustris quadam similitudine, volunt, cum quá tamen similitudinis nihil habet solanum hoc furiosum. Plinius erythrum vocari testatur, (quod etiam corruptum) lib. XXI. cap. XXXI. *Hoc est venenum, quod innocentissimi auctores simpliciter dorycnion appellavere, ab eo, quod cuspides in præliis tingerentur illo, passim nascente. Qui parcius spectaverant,* (lege *qui parcius in iis peccabant*, *manicon cognominavere.* Ut per gradus crescat oratio. Primo innocentissimi, deinde parcius peccantes, ultimo nequiter occultantes, significat autem illud in iis, ex his auctoribus) *manicon cognominavere: qui nequiter occultabant, erythron, aut neurida: ut nonnulli perisson; ne cavendi quidem causa curiosius dicendum.* Cur illi qui nequiter occultabant erythron, id est rubrum dicebant, non video. Suspicor Theophrastum, Plinium, Dioscoridē θρόνον scripsisse. θρόνον est pigmentum, pharmacum, venenum. θρόνον vocarunt, quod si justa, nec modum excedente dosi exhibeatur. pulchras reddat in somno imaginationes; mortem vero inferat, si in quantitate peccetur. Theocriti Scholiastes ad hunc versum Eidyl. β.

> ——— κακὸν ποτὸν αὔριον οἰσῶ
> θέστυλι, νῦν δὲ λαβοῖσα τὺ τὰ θρόνα ταῦτ' ὑπόμαξον
> τᾶς τήνω φλιᾶς καθυπέρτερον
> *Malam potionem cras adferam.*
> *Thestyli, nunc capiens hæc venena, ea illine*
> *Limini illius. Schol.*

Θρόνα θεσσαλοὶ μὲν τὰ πεποικιλμένα ζῶα. κύπριοι δὲ τὰ ἀνθινὰ ἱμάτια. αἰτωλοὶ δὲ φάρμακα ὥς φησιν κλείταρχος, ὅμηρος δὲ τὰ ῥόδα, παρὰ τὸ ἄνω θορεῖν ἐκ τῆς γῆς. *Throna Thessali vocant animalia variegata, vestes floridas Cyprii. Ætoli pharmaca sive venena, ut Cleitarchus ait. Homerus rosas quod sursum è terra currant.* Nicandri Scholiastes in Theriaca θρόνα τὰς ἐμπαθεῖς βοτάνας. Theocrit. τὰ θρόνα venenum esse ex sequentibus & precedentibus satis patet. Hinc itaque solani hoc genus θρόνον vocarunt. πέριττον vel πέρισσον dixerunt, quasi modum excedens, quod plus debito exhibitum interimat. Male itaque ex Dioscoride πέρσιον corrigunt, cum apud Dioscoridem pro πέρσιον, πέρισσον legi debeat, ex Theophrasto Plinio, Apuleo. Ἔνορον & ἄνυδρον dicitur, quod locis siccis, & montosis nascatur. Μαντζιζάνιον στρύχνον ab Hippiatro Anatol. lib. & cap. I. dicitur. Τοῦτο ἀεὶ τὸ σῶμα μαντζιζανίῳ στρύχνῳ τετριμμένῃ τρυγὶ οἰνηρᾷ διαπρίστιον. Interpres, *os maniaco solano, intritisque vini floribus defricandum.* μαντζιζάνιον Ælio, Simoni Sethi, cæteris, colocasia sive ægyptia faba est. Ætius κολοκάσιον ἢ μαντζιζάνιον. Simon Sethi μαντζιζάνιον τὸ λεγόμενον μαζιζάνιον θερμόν ἐστι ἐν ξηρὸν κατὰ τὴν δύναμιν. Melangianam vertit interpres. depravatum Hippiatri codicem esse puto, legendumque τῷ στρύχνῳ μελιτζανίῳ. Quomodo apud Myrepsium lib: de drosatis cap. LXXXIX: *Σπέρμα ἀγρίου μελιτζανίου γο α*. Supra ostendi ἀγριομελιτζάναν solanum esse. Quod illic conjunctim, hic divisim scribitur. στρύχνον μελιτζάνιον vulgare est solanum. De viribus ac facultate hujus solani, hæc tradit Theophrastus, *si quis*, ait, *velit præstare, ut ludos aliquis præbeat, exhibeat illi radicem solani drachmam; tum joco, risuque digno laborabit insania genere, & hactenus tantum, ut sibi pulcher ac formosus videatur. Si drachmas propines duas, majorem feceris insaniam, spectra imaginationesque conspicuæ, animo, oculisque obversabuntur. Tres si dederis drachmas insania quæ solvi nequeat laborabit, perpetuæque subibunt furiæ. Quatuor drachmæ epotæ interiment hominem.* Hunc locum Plinius an satis reddiderit feliciter, loco citato examinandum. *Tertio folia sunt ocymi, minime diligenter demonstranda, remedia non venena tractanti, quippe insaniam facit, parvo quoque succo. Quanquam & Græci auctores in jocum vertere, Drachmæ enim pondere lusum pudoris gigni dixerunt, species vanas imaginationesque conspicuas obversari demonstrantes. Duplicatum hunc modum, legitimam insaniam facere, quicquid verò adjiciatur ponderi, repræsentari mortem. Hoc est venenum quod innocentissimi, &c.* Hæc partim sunt corrupta, partim malè exscripta. Genus hoc Græci auctores ὠκίμῳ simile folium scribunt. Plinius, credo aliud, quid cogitans, ὀκίμῳ intellexit. nisi placeat alterum solani maniaci genus, ocimi formam folia habere, sed majora esse, qualia sunt belladonæ. Idem Plinius, quod Theophrastus & Dioscorides de radice, is de succo tradit. Dioscorides. lib. IV. cap. LXXIV. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα πινομένη μετ' οἴνου < α πλῆθος φαντασίας ἀποτελεῖν οὐκ ἀηδεῖς. δύο δὲ < ποθεῖσαι, ἐξιστάνουσιν ἄχρι τριῶν ἡμερῶν. δ' δὲ ποθεῖσαι ἀναιροῦσιν. *vis ea radicis ut drachmæ unius pondere pota ex vino, vanas species & imagines haud injucundas menti repræsentet, duplicatus autem hic modus ad triduum usque insaniam seu mentis alienationem faciat, & quadruplicatus mortem etiam repræsentet.* Dicendum pro Plinio, succum fructus solani, ocimi folio, id præstare, uti infra probatur. Quæ sequuntur partim ex Dioscoride, partim ex Theophrasto scripsit Plinius, *drachmæ enim pondere lusum pudoris gigni dixerunt.* Sed vox *pudoris* in M. S. codice non extat, nec ejus ne vestigium reperitur, à sciolo quodam temere est addita, qui imaginatus est à drachmæ pondere sumpto, mares inter dormiendum somniare cum formosissimis ac venustis puellis, fœminas vero cum pulchris juvenibus se rem habere. verbo ut dicam lusum pudoris, res tractare venereas significat, quod absurdum & præter honestatem. τὸ παίζειν Theophrastus, id est, ludit ille & cum joco insanit, qui drachmam tantum è radice solani maniaci assumpserit. Species, inquit Plinius, vanas, imaginesque conspicuas obversari. Hoc Theophrastus de iis qui binas hauserunt drachmas. Recte quidem φαντασίας vertit *conspicuas imagines*, & *vanas species observantes*, sed malè eas cum Dioscoridis φαντασίας confundit, cujus mentem non recte percepit. Dioscorides enim non φαντασίας οὐκ ἀηδεῖς inquit, idem vult quod Theophrastus, nec aliud quid, quam τὸ παίζειν. Hæ phantasiæ in animo sunt, dum quis credit ac sibi persuadet, quod non est in rerum natura. Hesichius φαντασία τὸ μὴ ὂν ἀληθές, ἀλλὰ σχῆμα. Sic Dioscorides φαντάσιαι sunt vanæ & frivolæ imaginationes, in illo homine, qui se formosum esse sibi persuadet. Dioscoridem sequitur Ætius, qui drachmæ pondere potum ἀβλαβῆ esse dicit, & μάτας φαντασίας ποιεῖν. At Theophrasto φαντασίαι longe alterius notionis sunt. In legitima enim veraque mentis perturbatione eas locum habere scribit. Nec ἁπλῶς φαντασίας, sed φαίνεσθαι scribit, ἐὰν δὲ μᾶλλον — δύο δράχμας. Maniaci itaque solani drachmas qui bibit duas, imagines spectraque videt, vereque mentis impos fit. Diversæ itaque hæ phantasiæ sunt ab illis quæ ab unius drachmæ assumptione producuntur. Fictæ & ridiculæ, illæ, hæ ex imaginatione parum constanti natæ. Duplicatum, inquit Plinius, insaniam legitimam facere. Idem fere Dioscorides: Theophrastus vero triplicatum insaniam facere, quadruplicatum mortem inferre, ait; quod etiam scribit Dioscorides. Male itaque Plinius, *quicquid verò adjiciatur ponderi repræsentari mortem*, cum Theophrastus tres drachmas insaniam facere perpetuam, quatuor occidere scribat. Supra cap. II. lib. VI. hist. diximus. Dioscoridis caput de maniaco solano corruptum esse, ac duas descriptiones in unum coaluisse, mandragoræ Theophrasti & solani maniaci. Mandragoram diximus belladonnam esse, quod ab eo nomen accepit, quod in somnis pulchras ostendat virgines, fœminasque, cum si plus justo assumetur, non tantum insanire faciat, ~~sed necet~~. Quod Lugdunensis hortus testatur. Idem & Pena & Lobelius. Qui, *præsens nex, &c. esu hæc cerasa, ut multi nostra memoria, morte experti sunt, pueri præsertim; Namque Angli adolescentuli, qui per imprudentiam peregrè sitibundi, in viam esitassent,*

rassent, lymphatici, *sed somno semisepulti interiere. etiamque Antwerpiæ, non multis abhinc annis, quidam impuberes, hujus esum morte luebant. Memoranda* (inquiunt iidem) *hujus radicis facultas, qua nugivendi agyrtæ, in Italia, plebeculæ attonitæ concursum, plausum & pecuniam captant; tantillum namque radicis admodum sitibundis conservæ saccharatæ rosarum, violarumve cuilibet addunt, atque deglutienda dant citissimo adversus sitim, etiamsi quis ea propemodum enectus foret, levamento, & refocillamento; sed nequissimo: stupefactis namque, ut reor, faucium interioribus nervulis, ad æsophagum imum, languet prorsus appetentia, præsertim potus, & interdum cibi, unde postea male habent, nisi repentè colluant aceto guttur, & quippiam absynthites vini aut Theriacæ deglutiant.* Belladonnæ nomen est corruptum, ex bellonaria, quomodo solanum somniferum vocari scribit Apuleius. qui spuria, ut dixi, nomina maniaci, somnifero adscripsit. Manicon, anhydron, perisson, melanon vocarunt veteres maniacon. Ex his belladonnam esse solani maniaci speciem cognoscere facile est, uti supra probavimus. Alterum genus solani maniaci, quod describit Theophrastus, Datura vulgo, vel stramonium vocatur. His fere verbis à Garcia proregis Indiæ medico. lib. II. cap. XXIV. describitur. *Planta hæc caule est crasso & alto, foliis acanthii similibus,* (A Costa folia tum forma, tum similitudine stramoniæ foliis simillima inquit, verum in circuitu magis serrata, uti fere Xanthii. Hispanis folia lamparos. (stramoniam vocant pomo spinoso rotundo, Daturæ pomo spinoso oblongo, rectè Doctiss. Clusius pedi anserino folium comparat, nisi quod multo majus sit) *minoribus tamen per extrema, & in ambitu acuminatis, seu angulosis, multosque secundum longitudinem nervos habentibus, insipidis ferè, nisi quod admodum sint humida, & gustu non nihil amara, odoremque foliorum rhaphani, aliquantum æmulentur. Flos in extremis ramis provenit, colore rosmarini, magna ex parte rotundus.* (absurda floris comparatio, nam ut rectè Acosta. cap. LIII. convolvuli majoris flori respondet) *Nascitur in Malabar. Ex odore licet judicare, hanc stirpem insalubrem esse.* Hactenus Garcias. fructum, inquit A Costa, stramoniæ rotundum esse, nucem juglandem magnitudine æquare, viridi colore præditum, & spinis mollibus, minimeque pungentibus undique septam, plenum semine, lenticulæ simili; ejusdemque coloris, cordis humani effigie, gustus amari, radicem albam, rhaphani odore, quæque si diu naribus admoveatur, sternutamenta ciet, cujus cortex non nihil amaricat; minus tamen eo qui caulem & ramos ambit. Et hoc fere modo, qui Indias peragrarunt, Daturam describunt. Ex quibus solanum primum maniacum esse, satis probari potest. Tetri odore solanum refert, radicem habet rectam, cavam, longam, caulis tamen respectu non satis magnam. Procerus enim is est, & hominis staturam excedens, rotundus, in multos ramos divisus, multisque alis refertus, semper in binas, quæ singulæ, in alias binas, se dividunt alas. Folia fert solani hypnotici, foliorum magnitudine, latiora, mollia, viridia, atque per ambitum laciniata, velut atriplex. Sylvestre latifolium, quod vulgo pedem anserinum vocant, medias inter sylvestrem erucam & acanthum pæderota dictum, incisuras sive lacinias referens, ut vult Dioscorides, alternatim per intervalla cauli, ramisque pediculo longo hærentia, ex quarum alarum finibus, crassi, breves, rectique petioli exeunt, æstate habentes flores albos, calathi forma, vel volæ, ut vulgare stramonium, minores, ac fere inodoros, quibus decidentibus, exit pillula ovalis, quæ cum parva est, pilis mollioribus ac mitioribus vestitur, ut platani; sed cum adulta est, fit asperior horridiorque, ut lappæ minoris, aut Xanthii pilula. Frustra objiciunt, pilulam platani esse molliorem, nec adeò spinosam aut horridam. Nam idem Dioscorides dixit, Xanthii pilulam spinosam atque asperam esse, platani instar, cui etiam comparavit his verbis, ἀκανθώδη ὡς πλατάνου σφαίρας *spinosas* scilicet *ut Platani pilulas.* Sed Xanthij pilulæ nondum maturæ ac perfectæ similes sunt his à nobis delineatis, atque sic etiam cum sunt perfectæ & adultæ, ergo nihil obstat. Hujus plantæ pilulæ, in quatuor partes, cum arescunt, dividuntur; in superiore parte, quatuor quidem facies, totidemque angulos rotundos habent. Ideò dixit Dioscorides πλατυτέραν, ex quibus excidit semen, quo sunt turgidæ, compressum, simile nucis metellæ officinarū, sed hoc nigrum. Seminis hunc usum esse Garcias & A Costa loco citato scribunt. *Mala,* inquiunt, *apud impudicas invaluit consuetudo, ut hujus seminis in pulverem triti ʒ ß, ex vino aut alia quæ magis arridet materia, præbeant. Miser qui eum hausit, diu velut mente alienatus remanet, aut ridens aut ejulans; plerumque alteri colloquens & respondens; ut etiam sana mente eum præditum credas; tametsi mentis non sit compos, neque eum agnoscat, cum quo sermones confert, & colloquii habiti plane sit immemor, cum ad se redit. Sunt verò nonnullæ in hoc medicamento exhibendo adeo exercitatæ, idque sic temperare norunt, ut ad certas easque, quot velint horas, quibus id propinant; mentem adimant. Multa ejus exempla,* inquit A Costa, *quæ vidi & audivi in medium proferre possum, illud tantum addo, neminem, qui simile sumpsisset, necdum unquam me comperisse, tametsi nonnullos conspexerim per aliquot dies turbatos ferri, quod forte acciderat ob immodicam quantitatem exhibitam, quæ si fuerit nimia, forte interimit. Nam hoc semen pernitiosa qualitate non caret, licet gentiles ad provocandas urinas, cum pypere & foliis betle, exhibere soleant, & perutile esse dicant, Ego verò nunquam observavi, nec experiri volui. Radicis Daturæ ʒ j ex vino pota somnum inducit profundum, in quo varia insomnia & mira rerum facies observantur.* Unde vulgo burladora, hoc est facetum vocant. *Porro si ad eorum, qui hoc semen hauserunt, curam evocentur Hispani medici, medicamenta vomitum cientia exhibent, ut quicquid in ventriculo hæsit rejiciant, acres denique clysteres injiciunt ad evacuandum, fortesque ligaturas adhibent, ad divertendum; tum etiam cucurbitulas adponunt & venas secant, &c. A vomitu vinum propinant, cui piper & cinnamomum admiscent.* Dioscorides loco citato. ἀντιφάρμακον δὲ ἐστιν αὐτῷ μελίκρατον πολὺ πινόμενον, καὶ ἐξεμούμενον. *Remedio est aqua mulsæ largius epota, moxque itidem vomitione reddita.* Hæc satis ostendunt Daturam antiquorum solanum maniacum esse. Duo hujus sunt genera, fructu differentia. Quod fructu est oblongo, id variat floris colore, vulgari flos albus, magnus, alterius flavus. (quod uti nec tertium vidi) tertii ad hyosciami floribus accedit colorem; Nunc & flore reperitur purpureo, quod non, ut vulgare, caulem habet viridem, sed dilute sive è viridi purpureum. Ægyptia Datura pomo spinoso est rotundo, semine pallido, flore gemino, altero alteri innato. Reperitur hujus aliud genus flore pleno, extrinsecus purpurascente, intrinsecus albicante. Finem ut huic historiæ imponam, expungo verba καὶ συμπεφαρμιγμένας φασὶ τὸ κοντωύελον. Aliunde enim in codicem irrepserunt, ac nihil ad hanc faciunt historiam. Lego cum Doctiss. Gaza ἀντὶ παχύτερον, δασύτερον, quod *majus & crassius* idem significare videntur, ac δασύτερον plantæ hujus naturæ magis conveniat.

Hyoscyami historiam subjungam, quod mentem etiam ut præcedentia turbet, cerebrumque afficiat. unde apud Hesychium Ὑοσκυαμώς μαίνη ἀπὸ τῆς πόας. Suidas ὑοσκυαμᾶν μεμηνέναι παραπαίειν. Ὑοσκύαμος fabam significat porcinam. Nomen hoc inditum, quod pastu ejus convellantur sues, præsenti mortis periculo; nisi cancros super ederint. Ælianus hist: variæ lib. I. cap. VII. Ἦσαν ἄρα οἱ σῦς οἱ ἄγριοι ἰατρικῆς οὐκ ἀπαίδευτοι, καὶ θεραπείας ἄμοιροι. οὗτοι γοῦν ὅταν αὐτοὺς λαθόντες ὑοσκυάμου φάγωσι. τὰ ἐξόπισθεν ἐφέλκουσι, παρειμένως ἔχοντες οὕτως ἑαυτῶν, εἶτα σπώμενοι, ὅμως ἐπὶ τὰ ὕδατα παραγίνονται καὶ ἐνταῦθα τοὺς καρκίνους ἀναλέγουσι καὶ ἐσθίουσι προθυμότατα. Γίνονται δὲ οὗτοι τοῦ πάθους φάρμακον, καὶ ἐργάζονται ὑγιεῖς αὐτοὺς αὖθις. *Sues agrestes non omnino sunt medicinæ & curationis imperiti. Itaque cum per imprudentiam Hyoscyamum commederunt, statim attrahunt posteriora, resolutione affecta, deinde licet contracti ad aquas perveniunt, & ibi collectos cancros epulantur promptissime, qui morbi remedium eis præstant, & pristinam valetudinem restituunt.* Alii διοσκύαμον Jovis fabam vocant, quod dolores & tormina mirum in modum sopiat, ac tollat. Apollinaris & πυθώνιον dicitur vel quod à Deo Apolline medicinæ auctore inventus sit, vel quod opplet cerebrum viroso ac fœtido halitu, eoque mentem percellat, quasi Apollinis æstu. Apud Palladium in octobri, titul. XII. legitur. *Vel herbam symphoniacam circa arboris truncum torquebimus in coronam, vel ex ea juxta imum codicem cubile faciemus.* Ex Apulejo constat, Hyoscyamon intelligi à Palladio, qui de symphoniaca Hyoscyamoque, cap. IV. —— Aliqui Appollinarem, alii altercum, alii symphoniacam, appellant. Nomen

men hoc inditum suspicatur & credit Marcellus, quod quemadmodum ad musicen, quæ symphonia constat, & symphonia dicitur, in hydraulicis organis, quæ à Vitruvio, lib. x. architecturæ descriptæ sunt, regulæ duæ scalari forma erectæ, cymbalia quædam deinceps disposita sustinebant, quibus deinde spiritus & aquæ impetu pulsis modulatio fiebat. Sic in caulibus herbæ hujus, cytini illi dispositi deinceps, symphoniaci instrumenti illius imaginem aliquam ostenderent. Quid si dicamus, nomen hoc impositum quod humectando & refrigerando asperitatem faucium, gutturis, ac arteriæ asperæ leniat, ac molliat, adeò ut vocem ad omnem flexionem, varietatemque aptam reddat. Συμφωνία enim ab Aristotele sect. XIX. quæst. XXXIX. definitur, κρᾶσις λόγων ἐχόντων ἐναντίων πρὸς ἀλλήλων, *contrariorum inter se rationem habentium, sive proportionum temperatio.* Et quid impedit nomen accepisse quod illi quibus ab assumptione ejus copiosiore mens laborat, variis ac diversis sonis, vocumque flexione cantent, seseque exerceant. Altercum etiam vocarunt veteres. Plinius lib. XXV. cap. IV. *Herculi quoque eam adscribunt, quæ Apollinaris apud nos, apud Arabas altercum, sive alterchangenum, apud Græcos Hyoscyamus appellatur.* Sic locus hic legendus. Fallitur Plinius, Latini altercum vocarunt. Scribon. Largus (auctor Latinus Plinio antiquior, Tiberii enim tempore vixit.) cap. CLXXXI. Altercum quod Græci ὑοσκύαμον vocant, qui biberunt, caput grave, venisque distentum habent, mente abalienabuntur, cum quadam verborum altercatione. Inde enim hoc nomen herba trahit, altercum. Postea sopiuntur, & omni sensu carent, livescentibus membris eorum. Mentem movere ipse fatetur Plinius. *Quippe etiam foliis constat mentem corrumpi, si plura quam quatuor bibantur.* Eodem loco. *natura vini (veneni alii) ideoque mentem caputque infestans.* Dioscorides ἑψηθέντα δὲ ὡς λάχανα καὶ βρωθέντα τρυβλίου πλῆθος μετρίαν παρακοπὴν ἐργάζεται. *Costa vero olerum instar, & triblii mensura esitata, mediocrem mentis alienationem faciunt.* Xenophon in Oecon. οἱ ὑοσκύαμον φαγόντες παραπλῆγες γίνονται. *Qui hyoscyamum sumpsere, mente percelluntur.* Hinc ἔμμανες. i. furorem & insaniam agentem quidam nominarunt. Auctuarii auctor & Apulejus *adamanta* & *adamenon* vocari tradunt. Appellatur adamenon, quod indomitam mentem reddat; adamanta ab indomita furoris natura. Plinius. lib. XXIV. cap. XVII. *Aliam deinde adamantida, Armeniæ Cappadociæque alumnam. Hac admota, leones resupinari cum hiatu laxo, nominis causam esse, quod conteri nequeat.* Postremum de suo addidit Plinius, & falsum & absurdum est, nulla in toto orbe terrarum est herba, quæ conteri nequeat. Adamas ipse, lapis durissimus, in minutissimum pulverem conteritur. A Magica efficacia, quodque mentem turbet, Hyoscyamus nomē hoc habet. Magicam plantam hyoscyamum esse ex Apulejo & Auctuarii auctore probatur, cum scribunt à Prophetis ῥαπονπικὸν, ab Ægyptiis σαφθὼ dictam. Recentiores Græci ἀργαλικὸν vocarunt. Ὀρθοσοφίων auctor) *vide quid desit infra*) σπέχυν ἰνδικὴν οὐγ. α' ἀργαλικοῦ χλωροῦ οὐγ. α' κρόκου οὐγ. Idem pagina sequenti. ῥίζαν ἀργαλικὴν οὐγ. α' βούτυρον οὐγ. α' idem pagina 196 aliisque plurimis. Interpres *argalicon* vertit. Hyoscyamum interpretari debuerat. Nam idem auctor pagina 231. ἀργαλικοῦ ῥίζαν ἤγουν ὑοσκυάμου κεκοπανισμένην μετὰ κρεάτων δώσεις τούτῳ φαγεῖν. *vel radicem argalici sive hyoscyami contritam cum carne dabis.* Nomen accepit à difficultate, vel quod non sine periculo effodiatur, aut mentis inducat periculum, aut noxam. Hyoscyamus à Dioscorides lib. IV. cap. LXIX. his ferè verbis describitur. ὑοσκύαμος θάμνος ἐστὶ καυλοὺς ἀνιεὶς (πολλοὺς addit Oribas. quod non probo) παχεῖς, φύλλα πλατέα, ἐπιμήκη ἐσχισμένα, μέλανα, δασέα. παρὰ δὲ τὸν καυλὸν ἐφεξῆς πεφύκασιν. ἄνθη ὥσπερ ῥοιᾶς κύτινοι, πεφραγμένοι ἀσπιδίσκοις σπέρματος μεστοῖς ὥσπερ μήκωνος. *Hyoscyamus frutex est, caules emittens crassos, folia lata, oblonga, divisa, nigra, hirsuta, secundum vero caulem, continua quasi serie, flores prodeunt, tanquam punicorum cytini, scutulis septi, seminum plenis ceu papaveris.* Celeberrimi Botanici mendum; ubi de floribus fit mentio, subesse putant; quod floribus tribuantur, quæ siliquis legitimè debentur. Etenim siliquæ sunt, quæ scutulis conteguntur, atque semen intus continent, non autem flores. Auget hanc suspicionem Serapio, quippe qui quod hic de fructibus Hyoscyami, id de floribus Dioscorides refert. Et super ramos ejus, inquit, in lateribus est fructus, similis balaustiæ, in figura sua sortitus, super ramos ipsos æque distantes per ordinem, super quem fructum est operculum, simile scuto, & ipse fructus est per ordinem plenus semine, simile semini nigri papaveris. Serapionis lectionem, quæ sequuntur probare videntur, in quibus cytinum, florem, & semen diversum facit. Fortassis scripsit Græcus auctor, ἀσκοὶ ὥσπερ κύτινοι, *folliculi tanquam punicorum cytini.* Nisi magis arrideat, flores qui cytini formam habent, cytino contineri, in quo cum flos deciderit, in infima rotundaque ejus parte semen minutum ac copiosum natura concipit, tenuique admodum pellicula contectum ad maturitatem producit: mox quoniam in cytino (cytinum est ut supra cap: de asaro dixi, quo primum flos, mox fructus rudimentum & ipse dein fructus continetur) hiant partes superiores, in aliquot lacinias divisæ, atque rores & imbres aperto continuò ore, intra se recipere possunt, natura consulens seminibus, qua parte in medio cytini, veluti angustæ fauces se coarctant, inversum veluti acetabulum lignea soliditate tam artificiosè junxit ac consolidavit, ut nulli humori transitus ad semen pateat. Et hos hic vocat clypeolos, non dissimiles his quibus in gladiatura sinistræ manu insertis, & quibus sola videatur vix manus posse tegi, gladiatores nostra ætate utuntur. suntque clypeoli illi ab inferiore sui parte, qua semina contingunt, colore luteo, superiori vero aëri & cœlo obversa, nigricante. Genera Græci tria inquit hyoscyami, eorumque hanc tradunt differentiam. Ἔστι δὲ αὐτοῦ διάφορα τρία. ὁ μὲν γὰρ ἄνθη ὑπόρφυρα φέρει, φύλλα σμίλακι ὅμοια, σπέρμα μέλαν, καὶ τοὺς κυτίνους σκληροὺς καὶ ἀκανθώδεις, ὁ δέ τις ἄνθη μηλοειδῆ, (lego μελινοειδῆ) φύλλα καὶ λοβοὺς ἁπαλωτέρα, σπέρμα ὑπόξανθον. ὥσπερ ἐρύσιμον. ἀμφότεροι δὲ οὗτοι μανιώδεις ὑπάρχουσι καὶ καρωτικοί, δύσχρηστοι. εὔχρηστος δὲ εἰς θεραπείαν ἠπίσταται ὢν ὁ τρίτος λιπαρὸς καὶ ἁπαλὸς, καὶ χνοώδης, ἄνθη λευκὰ ἔχων, καὶ τὸ σπέρμα λευκὸν φύεται παρὰ θαλάττῃ καὶ ἐρειπίοις. χρηστέον οὖν ἐστι τῷ λευκῷ. εἰ δὲ μὴ παρείη τοῦτος, χρῆσθαι δεῖ τῷ ξανθῷ τὸν δὲ μέλανα ἀποδοκιμάζειν ὡς χείριστον. *Tria porro sunt ejus genera, unum siquidem flores profert pene purpureos, folia smilaci proxima, semen nigrum, ac cytinos præduros ac spinosos. Alterum flores habet luteos, folia & siliquas molliores, tenuioresve, & semen subflavum, irionis semini simile, ambo insaniam gignunt & soporem, ideoque vix in communem recipiuntur usum. Tertium genus quod mitissimum est, adeoque ad medicinam utile, pingue, molle, lanuginosum, candidis floribus ac semine. In maritimis ruderibusque nascitur. Albo itaque utendum est, idque si desit, flavum usurpari oportet. Nigrum enim ceu deterrimum improbatur.* Idem ferè Galenus lib. VIII. simpl. Ὑοσκύαμος, ὁ μὲν τὸ μέλαν ἔχων σπέρμα, μανιώδης τε καὶ καρωτικὸς ὑπάρχων πλησίον δ' αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἐστι, καὶ οὗ τὸ σπέρμα μετρίως ξανθόν ἐστι, φεύγειν δὲ ἀμφοτέρους ὡς ἀχρήστους τε καὶ δηλητηρίους. ἐπιτηδειότατος δὲ πρὸς τὰς ἰάσεις, οὗ καὶ τὸ σπέρμα καὶ τὸ ἄνθος λευκόν. ἐκ τῆς τρίτης που τάξεως ὑπάρχων τῶν ψυχόντων. ἄνθος δὲ τοῦ μὲν τὸ μέλαν ἔχοντος σπέρμα μετρίως πορφυρίζον, τοῦ δὲ τὸ ὑπόξανθον σπέρμα μηλίζον. *Hyoscyamus cui semen atrum est, insaniam ac soporem affert: sed is cui semen mediocriter flavum est, propinquam ei facultatem possidet: verum utrique fugiendi sunt, tanquam inutiles, & venenosi, seu deleterii. Cæterum cujus flos ac semen candidus est, ad sanationes vel maxime idoneus est, ex tertio quodammodo ordine refrigerantium. Porro flos ejus quidem, cui semen est nigrum, mediocriter purpureus est; ejus vero cui est subflavum, leviter mali colorem refert,* Plinius lib. XXV. cap. IV. Quatuor hyoscyami genera tradit, ex quibus secundum & quartum unum idemque videtur. *Plura* inquit *ejus genera, unum nigro semine, floribus pene purpureis, spinosum. Talis nascitur in Galatia. Vulgare autem candidius, & fruticosius altius papavere. Tertii semen irionis semini simile, & omnia insaniam gignentia, capitisque vertigines. Quartum genus molle, lanuginosum, pinguius cæteris, candidi seminis, in maritimis nascens. hoc recepere medici, item rufi seminis, nonnunquam ante candidum rufescit, si non ematuruit, improbaturque, & alicqui nullum nisi cum inaruit legitur.* In his mendum fœdusque latet error. Corrigunt botanici, *vulgare autem & fruticosius & altius papaveris. Secundi semen irionis semini simile, tertium genus molle, lanuginosum, &c.* Alii nihil delent, candidiusque dici putant quod semen minus nigrum sit. Alii legunt, *vulgare autem candidius est, & fruticosius altero, papaveris semine, tertii semen irionis*

ali simile. Horum non improbo lectionem. Lego præterea, *nonnunquam autem candidum ruffescit*, ut in altero codice scriptum est. Ruffum inquit recepere medici. Dioscorides ὑπόξανθον, Galenus μετρίως ξανθὸν. nec ξανθὸν hoc loco ruffum denotat sed flavum, uti compro-

Hyoschyamus Niger.



bat experientia. Plura hyoscyami genera recentiores observant, quorum tria à veteribus, descripta ac vulgata, reliqua peregrina, de quibus lector videat Clusium, Bauhinum, Camerarium, Bellonium.

Hyoscyamus luteus.



Niger hyoscyamus folia fert ampla, lata, longa, candicantia, succulenta, crassa, lanuginosa, mollia, adinstar verbasci, sed acanthi laciniosa, pedis anserini divisuris. Caules crassi, bicubitales, quandoque tricubitales, hirsuti, ramosi, quos flores continua serie digesti convestiunt, patentibus calathis figura assimiles, colore secundum margines subluteo, discurrentibus una purpurascentibus aliquot venis, in medio verò obscuriore purpura nigricantes: calyces succedunt rotundi, oblongi, crassi, ventricosi (unde ἀσκοὺς ἀντὶ ἄνθη scripsisse Dioscoridem conjicio) superius aculeati & operculati, in quibus semina, haud ita magna, colore nigro sordescentia. Radix crassa, prolixa, albicans, in alterum vivax annum, quoad usque semen videlicet perfecerit erutu facilis, gravis ac ingrati odoris, tota stirps est, caput gravans, & somnolentiam inducens: hujus semine passim utuntur officinæ nostræ, albo luteoque desideratis. Lutei Hyoscyami caulis simplicior, folia neutiquam per ambitum incisa, minora, lata, oblonga, solani lethalis majora, albidiora & molliora, flores in cauliculorum fastigiis inconditi, luteo pallentes colore, aliquanto quam nigri minores, rotundioresque, vascula ferè similia, sed minora, teneriora, spinis carentia. In his semen pallidius, subflavum, ut irionis pusillum. Radix tenella gustu acris, semel in hortum translata, ex semine (quod nec odore, nec calyce hyoscyamum refert) copiosè repullulat. Gesnerus in horto germanico à fructus forma, priaperum vocari auctor est; verius forte, quod semine utantur ad priapismum sedandum. Pediculos & imprimis pulices necat, ut in canibus periculum fieri potest. Nam foliis hujus affricatis cuti; vel succo illito, tanquam incantamento

Hyoscyamus albus.



fugati decidunt. Candidus candidissimis mollissimisque foliis exit, lanuginosis videlicet ac hirsutis, non nihil quoque circumrosis ac sinuatis, sed minus ac minoribus quam primi sive nigri, cauliculi breviores sunt, flosculi secundum cauliculos ac juxta folia, colore albo, languido, alabastriculis levibus haudquaquam spinosis, semen candidius, radix minor, minusque vivax in Narbonæ ad Aurantiam sive Auraccum, & inferius cis, transque Rhodani ostia, variis satorum & vervactorum, secus vias, marginibus sponte adolescit. Difficulter apud nos emergit è semine, sed ubi semel enascitur, facile se ipsum serendo perseverat. Emoritur enim quotannis. Hyoscyami quod non meminerit Theophrastus, supra cap. IX. admodum miror, quippe

quippe cum superstitione quadam colligendum, veterum reperio fuisse opinionem. Ælianus. lib. IX. Animal. cap. XXXII. Ὑοσκύαμον, καὶ ὄπον ὅσοις ἔργον τρυγᾷν οὔτοι περισκάπτουσι μὲν χόρτον καὶ ὑποκινοῦσι τὰς ῥίζας, οὐ μὴν διὰ χειρῶν τῶν σφετέρων ἔτι ἀνασπῶσιν. ἀλλὰ τῶν ζώων πτηνὸν ὁποῖον θηράσαντες ἢ πελάμενοι τοῖν ποδοῖν τὸν ἕτερον προσδήσαντες τῇ πόᾳ. τὸ δὲ ἐλυσσάμενον ἵεται μέν τοι ἀνασπᾷ αὐτὴν καὶ ἐστι λυσιτελῆ ἑκάτερα εἰς ἃ δέονται ἄνθρωποι. εἰ δὲ μὴ ταύτῃ τις ἀνασπάσῃ ἔχει ἄλλος ὁπηροῦν οἱ ἔσται (Alt. οἴεται) καλῶς καὶ εἰς ἴλεον, (ἴλεον Alt.) θησαύρισμα εἰλήφεναι. Interpres. *Hyoscyamon & opon collecturi circumfodiunt, ita ut commoveant luxentque radices, non suis tamen ipsi manibus evellunt, sed volucrem aliquem altero crure alligant herbæ, quam illa deinde irrequieto motu suo evellit. utraque autem utilis est ad remedia homini adversus volvulum, præsertim si quis sic eruendum curavit, sive aliunde acceperit. nisi hoc modo eruantur periculum esse putant.*

Non imprudenter Strychius conjunxit tithymallos. Non diffiteor, facie, nec non natura longè diversa esse: Idcirco tamen novum non auspicandum caput. In memoriam revocare oportet, quod supra capite decimo dixit, se acturum de iis, quæ succo, foliis, fructu, radice usum præstant. Horum continuat historiam, eamque absolvit hoc capite, concluditque verbis, quæ paulo infra habentur. Ταῦτα μὲν οὖν τοῖς τε φύλλοις, καὶ τοῖς ὀποῖς, καὶ τοῖς καρποῖς χρήσιμα. Tithymalorum fructum, folia, & succum magni in medicina usus quondam fuisse, nemo inficias ibit, qui de limine rem Botanicam salutarit.

Τιθύμαλλος, vel τιθύμαλος gemino λλ. nomen accepit à lacteo succo, quo hujus species omnes turgent: Uno Nicandri versiculo, in Theriaca, etymon hoc probari potest.

> Σαμψύχου, κύτισόν τε καὶ εὐγλαγέας θυμαλίδας,
> *Sumpsuchi, cytisumque & lactosas thymalidas.*

Vetus interpres, Εὐγλαγέας δὲ αὐτάς φησιν, ἀντὶ τοῦ πολὺν ὀπὸν ἐχούσας. ἢ γαλακτώδεις, ἤγουν πληθυνούσας τὸ γάλα. *Euglageas dixit, quod multo scatent succo, vel lactosæ sunt, sive quod abundent repletæque sint lacte.* Suidas γλάγος. γάλα καὶ γλάγερον ἀντὶ τοῦ λευκόν. Tithymalum, vel per diphtongum τιθοίμαλον, non ineptè quis interpretabitur mammam, sive papillam uberis exitiosam, sive virosam. Suidas. Τιτθοὶ οἱ μαστοὶ ἢ τοι τῶν μαστῶν τὰ ἄκρα. *Mammæ vel earum partes summæ:* Μαλὸν Eustachius exitiosum significare docet, Latinis lactaria & lactuca caprina dicitur. Plinius. lib. XXVI. cap. VIII. *Tithymalum nostri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam: narrantque lacte ejus inscripto corpore, cum inaruerit, si cinis inspergatur, aparere litteras, & ita quidam adulteras alloqui maluere, quam codicillis.* Caprinam dictam volunt lactucam, quod ex hac herba, non secus ac ex lactuca secta, lac fluat. Addunt caprinam, quod capræ tithymalis vescantur. Qui velit, credat; Columella & Celsus latinis lactucam marinam vocatum fuisse docent. Columella: lib. VI. cap. XV. *Item si vomer crus sauciarit, marina lactuca, quam Græci τιθύμαλλον vocant, admisto sale imponitur.* Celsus lib. V. cap. VII. In quo docet quæ corpus exedant. *Galla, alumen, lac caprifici, vel lactucæ marinæ, quæ tithymalos à Græcis nominatur, alcyonium, &c.* Marina lactuca, quod locis asperis, montosis, mari vicinis plurimum nascatur, ac sæpius reperiatur. Docti quidam botanici Celsum, ac Columellam tithymalum paralium intelligere hoc loco existimant, quod mihi non fit probabile. Scripsisset enim uterque, lactuca marina, quam Græci τιθύμαλλον παράλιον vocant; insuper, non solum paralii tithymali lac corpus exedit, sed id præstat omnium tithymallorum succus. Tria Theophrastus recenset genera. Nicandri Scholiastes tria quoque genera scribit esse, ex auctoritate Mictonos, Ὁ δὲ Μίκτων ἐν τῷ περὶ ῥιζοτομικῶν περὶ θυμαλίδος φάσι τρία εἶναι εἴδη κράταιας, &c. Dioscorides, verò Plinius, & ceteri recensiores septem, quorum historiam hoc capite examinabo: ac quidem à paralio principio ducto, de hoc enim primo loco egit præceptor. Παράλιον dici, quod in maritimis nascatur, in dubium nemo facilè vocabit. Κόκκον vocatum scribit, quod caput orbiculatum in cacumine habeat, in quo semen ervi simile. Coccus fructus orbiculatus, rotundus est. Nicandri Scholiastes, θυμαλίδα vocari auctor est, τὸ τρίτον inquit, θυμαλίδα, Dioscorides loco citato ὁ δὲ παράλιος λεγόμενος τιθύμαλος ὃν ἔνιοι τιθυμαλίδα μήκωνα ἐκάλεσαν. Plinius lib. XXVI. cap. VIII. *Tertium genus tithymali paralius vocatur sive tithymalis.* Idem Apulejus, ex quibus existimo Scholiastem scripsisse, τὸ τρίτον τιθυμαλίδα. Dioscorides mecona appellari scribit paralium, quod capitulum orbiculatum papaveris modo ferat; vel quod lac, papaveris instar, emittat. folio paralium Theophrastus esse rotundo, Dioscorides oblongo & ad lini accedere formam, inquit. Theophrastus fructu candido inquit; Dioscorides capitulum ferre orbiculatum, semen orobo simile, varium, florem album. Theophrasti opinionem defendit Plinius hoc capite citato, ubi ea quæ Theophrastus de paralio tithymalo tradit, ad verbum recenset. Dixi hoc capite; quia lib. XX. cap. XIX. quæ à Dioscoride tribuuntur huic paralio, ille ascribit papaveri, ejusque tertium genus facit. Credo quod μήκωνα Dioscorides vocari scribat, lib. IV. cap. CXXXXVI. ubi sic inquit, *Tertium genus tithymali dicitur paralios, quem tithymalida aut mecona aliqui appellavere.* Sic Plinius, lib. XXVI. cap. VIII. *Tertium genus tithymali paralius vocatur, sive tithymalis, folio rotundo, caule palmum alto, ramis rubentibus, semine albo, quod colligitur incipiente uva, & siccatum teritur, sumiturque acetabuli mensura ad purgationes.* Incipiente inquit uva. Theophrastus Ὅταν ἄρτι περκάζῃ σταφυλὴ. *cum uva variare incipit.* Minus rectè Doctiss. Gaza *nigrescere.* Supra lib. III. περκάζοντος βότρυος docuimus interpretandum esse, *variante uva*; id est, cum maturescere incipit. Paralium tithymalum his fere verbis descripsit Dioscorides: Φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις, κλῶνας δὲ ἔχει σπιθαμιαίους ὀρθίους (sic vetus codex. Lacuna etiam legit ὀρθούς, ita & Serapio itemque Apulejus) ὑπερύθρους ἢ ε. ς. ἀπὸ τῆς ῥίζης, περὶ οὓς τὰ φύλλα στιχηδὸν μικρὰ, ὑπόστενα, προμήκη, ἐοικότα λίνῳ, κεφαλὴν δὲ ἐπ᾽ ἄκρου σφαιρικὴν (vetus addit πυκνὴν, quomodo etiam Lacuna, & Oribasius legunt) ἐν ᾗ καρπὸς ὡς ὀρόβου ποικίλος. ἄνθη λευκά. ὅλος δὲ ὁ θάμνος, καὶ ἡ ῥίζα ὀπῷ λευκῷ (addit Oribasius πολλῷ) μεστή. *Nascitur in maritimis, ramis palmum altis, erectis, subrubentibus, quinis, senisve à radice exeuntibus: circa quos folia serie quadam digesta, eaque parva, quadantenus angusta, oblonga, & lini foliis similia, capite in cacumine orbiculato, in quo semen, ervi simile, varium, flores albi. frutex totus cum radice lacteo succo turget.* Maritimo tithymalo cauliculi quini senive erecti assurgunt cubitales,

Tithymalus paralius.



tenues, dilutè rubentes, tactui glutinosi, quos multa, parva, angusta, oblonga vestiunt foliola, instar lini sed densiora & latiora, è candore subnigra, alypi terribilis paria & similia: flosculis conspicitur ex herbaceo luteolis,


luteolis, in summis pediculis circinata foliola media trajicientibus, sicque umbellam efformantibus, & semen edentibus tricocci, chameleæ, aut latyridis non dissimile, minus & coactius, intus medullosa tria grana sunt, heliotropii tricocci, cineritii coloris, radice simplici prolixa, lignosa. Maritima loca amat, ac non modo in Italiæ aut Hispaniæ, sed & in Bataviæ, Zelandiæque locis incultis, aridis, prærutis, subinde nascitur. Variat is qui in maritimis natus est ab hortensi. Quippe qui luxuriantibus cauliculis, & in longitudinem excrescentibus, rarioribus efficitur foliis. Dioscoridem & Theophrastum conciliabimus, si dicamus Theophrastum attendisse ad foliola, quæ umbellam ambiunt; Dioscoridem, quæ cauliculum cingunt. Semen fert albicans, sive cinereum, in quo maculæ subnigræ apparent. Neglexit hoc Theophrastus, observavit Dioscorides.

Alterum tithymalum marem vocat. Nicandri Scholiastes καλεῖσθαι δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἄρρεν, ὑπὸ τινῶν δὲ κώβιον, εἶναι δὲ θαμνίσκον ἔχοντα ῥάβδους ἐρυθράς. *Primum genus mas vocatur, ab aliis verò cobion, fruticulus est ramulis rubris.* Dioscorides loco citato. κώβιον vocari testatur, ὁ μὲν ἄρρην χαρακίας καλεῖται, ὑπὸ δὲ τινῶν κομήτης, ἢ ἀμυγδαλοειδὴς ἢ κώβιος ὀνομάζεται. *Quorum masculus characias, quasi vallaris, ab aliquibus comates, amigdaloïdes, aut cobius vocatur.* Apud Apulejum non κωβιὸς, sed gobios legitur. *Tithymali species septem; quarum alia masculus sive characias appellatur vel cometes, aut amigdaloides, atque gobios helioscopos, meconitis, alypis. Latini baltheum, lactucam Marinam.* κώβιον, sive gobium dictum volunt, à piscis κωβιὸν gobii quadam similitudine. Sed quam similitudinem cum gobio habeat, ignorare me fateor. Amigdaloides dicitur, quod folia, oleæ longiora, amigdalum referant. Characias quod vallis & septis muniendis apta sit. Eadem etiam baltheum, id est, cinctura vocatur, à Græcis recentioribus. Radix γαλακτίς, planta ipsa ὀξύπορον appellatur. Neophytus τιθύμαλλον χαρακίαν εἶδος καὶ ὀξύπορον λέγουσι τὸν φλοιὸν τῆς ῥίζης γαλακτίδος. Δεῖ γοῦν τοῦτον μετὰ τὸ πλυθῆναι καλῶς ἅλατι, βρέχεσθαι ὄξει δριμεῖ καὶ ξηραίνεσθαι ἐν σκιᾷ, καὶ εἶτα ἀποτίθεσθαι ἐν ἀεριώδει καὶ ὑποσκίῳ τόπῳ καὶ ἐν καιρῷ χρῆσθαι. *Tithymalum characiam, quem oxÿporon vocant, dicunt esse corticem radicis lactariæ. hunc oportet, aceto forti macerare, siccare dein in umbra, postea reponere in loco transpirabili ac umbroso, ac quando tempus postulat, uti.* Vetus lexicon τιθύμαλλος χαρακίας, τὸ ὀξύπορον. Ὀξύπορα dicuntur omnia, quæ aut ex aceto sumuntur, aut in eo servantur. Tithymalum hunc Theophrastus folium oleæ simile habere tradit, plantamque esse bicubitalem. Dioscorides loco citato, Τοῦ δὲ χαρακίου καλαμίνοι καυλοὶ εἰσὶν ὑπὲρ πῆχυν, ἐνερευθεῖς, ὀποῦ δριμέος καὶ λευκοῦ μεστοί. φύλλα δὲ περὶ τὰς ῥάβδους ὅμοια ἐλαίᾳ μακρότερα δὲ καὶ στενώτερα. ῥίζα ἁδρὰ καὶ ξυλώδης. ἐπ' ἄκρων δὲ τῶν καυλῶν κόμη σχοινοειδῶν ῥαβδίων, καὶ ἐπ' αὐτῶν ὑπόκοιλα ὅμοια πυέλοισιν, ἐν οἷς ὁ καρπός, φύεται ἐν τραχέσι καὶ ὀρεινοῖς τόποις. *Porrò characiæ caules supra cubiti altitudinem attolluntur rubri, acri lacteoque succo referti, folia circa ramulos oleaginis similia, sed longiora & angustiora, radix crassa, lignosaque; in caulium cacuminibus coma junci, similium virgultorum, sub quibus cava quædam pelvibus aut alveolis similia, ac in iis semen. Nascitur in asperis, montosis.* Plinius loco citato. *Primus cognominatur characias, qui & masculus existimatur, ramis digitali crassitudine, rubris, rugosis quinque aut sex, cubitali longitudine, à radice foliis pendulis, in cacuminibus coma junci. Nascitur in asperis maritimis.* Dioscorides caules supra cubiti altitudinem attolli ait. Plinius digitali crassitudine, longitudine cubitali inquit, bicubitali Theophrastus. Dioscoridem, Plinium, & Theophrastum, ut conciliaret Theodorus, legit πηχυαῖον *cubitalem*, sed Theophrastus non ramorum, ut Dioscorides & Plinius, at totius plantæ altitudinem demetitur. Ramos hos rugosos inquit Plinius. Sed codex depravatus est, ex altero Salmanticensi codice, constat *succosos* legendum esse, quam lectionem probat Dioscorides, cum lacteo acrique succo plenos scribit. Theophrastus oleæ folio masculum inquit. Idem Dioscorides nisi quod longius & angustius dicat. Plinius *à radice foliis pendulis, in cacuminibus, coma junci* scribit. Quæ satis corrupta sunt. scribendum; *à radice foliis pene oleæ*, (quod verum, nam quæ cacumine sunt oleam non referunt) *in caulium cacuminibus coma junci.* Hanc lectionem verba citata Dioscoridis probant, confirmantque. Dioscorides solum natale masculi tithymali montosum, & asperum inquit. Plinius in asperis maritimis provenire auctor est. Tithymali masculi sive characias plura observarunt genera. De quibus Phytopynacem Bauhini consulat lector. Nobis de duobus egisse suffecerit, quod botanici ad masculi descriptionem hæc quam proximè accedere autumant. Primus qui masculus Theophrasti putatur, caules à radice emittit, cubiti magnitudine rotundos, & rubentes, foliis circumvestitos tenuibus, oblongis, angustisque, & longioribus quidem, majoribusque quam oleæ, at amygdalinis angustioribus. Medius inter quos alius exurgit bicubitalis, foliis viduus caulis: sine foliis, eorum tamen quæ defluxerunt vestigia servans. Coma cujus in cacumine larga, ampla, & junci aromatici ferè modo diffusa, quæ concava quædam sursum spectantia profert, vasculis sive acetabulis similia, è quibus flosculi sublutei, dein triquetra exeunt capitula parva, in quibus semina, radix dura fibrosa. Alter à Mathiolo, Monspeliensibus, aliisque pro vero masculo sive characia habetur. Huic, ut plurimùm caulis singularis, interdum tamen plures emittens cubitales, & bicubitales, rubente cortice tecti, minimi digiti crassitudinem æquantes, cæterorum tithymalorum ritu infima parte glabri, foliorum duntaxat vestigiis insigniti, veluti insecti ac vulnerati essent, quales illi Dioscoridis lib. IV. cap. LXXXIX. sedo tribuit (de quo cap. ult. lib. VII. egi) superna vero foliis viridibus, duris, levibus, majoribus quidem, longioribusque quam oleæ folia, minoribus tamen quam amygdalæ, ornati, dein in plures junceos, & firmos ramulos, umbellæ in modum, divisi, quos cingunt veluti acetabula, aut caveolæ, foliis balinearum similes, & in his flos Majo Iunioque mensibus non subluteus, aut pallidus, quemadmodum in aliis; sed niger: postea fructus circinata foliola trajiciens, tricoccus, in quo semen per maturitatem exiliens, reliquarum lactariarum seminis instar. Radix dura & lignosa, uterque montosis asperisque reperitur locis. Masculi succum lacteum tempore vindemiæ extrahi scribit Theophrastus. Dioscorides non tantum eliciendi tempus, sed etiam modum docet. Ὀπίζεται δὲ περὶ τὸν πυρηνὸν (Oribasius ὀπίζεται δὲ πᾶς τιθύμαλλος περὶ τὸν πυραμητόν. *circa tritici messem, è quovis tithymalo succus exprimitur.* (quod Theophrasti locus hic, præter veritatem esse ostendit) συναχθεισῶν τῶν ῥάβδων καὶ ἀποτμηθεισῶν, ἐγκεκλεῖσθαι (sic, inquit Saracenus, legerunt plerique interpretes. at ego malim ἐγκεκλίσθαι, quomodo etiam Serapio videtur legisse, enimvero ramulos in fascem collectos, sectosque in vase declives collocari oportet, quo facilius lacteus succus in vas ipsum confluat) δὲ αὐτὰς δεῖ εἰς ἀγγεῖον. ἔνιοι δὲ ὀρόβινον ἄλευρον μιγνύντες συναναπλάσσουσιν ὀροβιαῖα μεγέθη. τινὲς δὲ εἰς τὰ ξηραινόμενα σῦκα ἀποστάζουσι σταλαγμοὺς γ' ἢ δ' καὶ ξηραίνοντες ἀποτίθενται. ἐν δὲ τῷ ὀπίζειν οὐ δεῖ κατὰ ἄνεμον ἵστασθαι, οὐδὲ τὰς χεῖρας ἄγειν τοῖς ὀφθαλμοῖς. ἀλλὰ πρὸ τοῦ ὀπίζειν τὸ σῶμα δεῖ χρίειν στέατι ἢ ἐλαίῳ μετ' οἴνου, καὶ μάλιστα πρόσωπον καὶ τράχηλον καὶ ὄσχεον. *Circa vindemiam succus is congestis ramulis, mox dissectis, & in vas inclinatis, excipitur; Aliqui adjecta ervi farina, pastillos ex eo fingunt, qui ervi magnitudinem impleant; Alii in ficos quæ exsiccantur, ternas, quaternasque guttas instillant, ut cum iis inarescant, ejusmodique ficus ad usum recondunt; Sed & per se tritus in pila, cogitur in pastillos, atque reponitur. Porrò qui succum colligit, minime obversum vento stare, aut oculis manus admovere oportet, quinimo antequam operi sese accingat, corpus præsertimque faciem, collum, scrotumque adipe, aut oleo cum vino perungere.* Plinius loco citato. *Legitur semen autumno cum coma: siccatum sole, tunditur & reponitur. Succus verò incipiente pomorum lanugine* (vindemiarum tempore Dioscorides & Theophrastus. Auctor, sive is Sestius, Niger, Cratevas, aut alius fuerit, ex quo hæc Plinius, tempus intellexit, quo μῆλα, hoc est *cotonea*, lanuginosa esse incipiunt. Id est apud nos mensis Augustus & September) *defractis ramulis excipitur farina ervi aut ficis, ut cum iis arescat. Quinas autem guttas singulis excipi satis est. traduntque etiam toties purgari Hydropicos fico sumpta quot guttas lactis exceperit. Succus cum colligitur, ne attingat oculos, cavendum est.* Hactenus Plinius. Succum hunc purgare per inferiora tradit Theophrastus: recte magis addit Dioscorides. sed cum posca, bilem per superiora expellere, idem auctor. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ ὀπὸς καθαρτικὴν τῆς κάτω κοιλίας, ἄγων φλέγμα καὶ χολὴν ὀβολῶν β' πλῆθος λαμβανόμενος.

μῖνος μετ᾽ ὀξυκράτου. σὺν μελικράτῳ δὲ καὶ ἔμετον κινεῖ. *Succus lacteus per alvum pituitam bilemque trahit, obolis binis in poſca ſumptis, at cum aqua mulſa vomitiones etiam movet.* Succus hic non per ſe ſed cum melle, ceraque aſſumi debet quod fauces exaſperet. Dioſcorides loco citato. Τραχύνει δὲ καὶ τὴν φάρυγγα. ὅθεν δεῖ τὰ καταπότια περιπλάττειν κηρῷ ἢ μέλιτι ἑφθῷ καὶ οὕτως διδόναι. ἰσχάδες μέντοι δύο ἢ τρεῖς λαμβανόμεναι, αὐτάρκεις εἰσὶ πρὸς τὴν ὑπέκθεσιν. *Quoniam verò fauces idem exaſperat, catapotia quæ ex eo concinantur cera, aut decocto melle oblini, atque ita dari par eſt. caricas vero binas aut ternas, ſolvendi alvi gratia ſumpſiſſe ſatis eſt.* Sufficere crediderim facile, immo modum excedere, ſi quod Plinius ait, verum eſt, qui quot guttas ficus ſumpſerit, tot ſedes movere ægro, refert. addit ſingulas caricas quinque excipere, ſi tres ergo dentur, quindecim ſedes habebit æger.

Ὁ δὲ μυρτίτης Myrtites cur dicatur, ex ipſo facile colligi poteſt Theophraſto; quod folia ferat myrto ſimilia, ſed ſumma parte aculeata. Hoc genus Nicandri ſcoliaſtes, μυρσίνην vocatum ſcribit. τὸ δὲ δεύτερον μυρσίνην, fortaſſis μυρρίνην ſcribendum, ſed vulgata lectio tolerari poteſt. θῆλυς recentioribus dictus. Apulejus *alia fœmina quam myrtiten vel carijite aut myrſiniten appellant, Romani mutilaginem caprariam.* Dioſcorides ὁ δὲ θῆλυς ὃν ἔνιοι μυρσινίτην ἢ καρυίτην ἐκάλεσαν προσεμφερὴς τῷ δαφνοειδεῖ τὴν φύσιν. *fœmina, quam myrſiniten aut carijiten vocarunt, ſimilis ſuapte natura daphnoidi.* Duo in his verbis notanda. Primum quod carijiten vocari ait. Idem Apulejus, idem Plinius. *Alterum genus tithymali myrſiniten* (in altero codice *myrtiten* utraque lectio tolerabilis, quippe prima Dioſcoridis, altera Theophraſti nititur auctoritate) *vocant, alii caryiten.* Theophraſtus vero non ipſam plantam, ſed fructum ſic dici auctor eſt. Ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ καλεῖται κάρυον *fructus ejus nux appellatur.* Si nomen hoc accepit à nucis quadam ſimilitudine, ut mox dicetur, fieri facile poteſt, antiquiſſimos Græcos hujus fructum κάρυον vocaſſe, indeque recentiores poſtea, plantam ipſam καρυίτην vocaſſe. Προσεμφερὴς τῷ δαφνοειδεῖ τὴν φύσιν. Marcellus interpres Dioſcoridis doctiſſimus in antiquiſſimo codice ſcriptum refert τῷ δαφνοειδεῖ τῇ γεύσει, καὶ τῇ ἰδέᾳ λευκός. *Laureolæ quam daphnoides vocant, guſtu ſimilis, colore albicante.* Hanc lectionem rejiciendam, non arbitror. quippe cum ea & Oribaſii & Theophraſti auctoritate muniatur. Oribaſius ſcripſiſſe videtur, προσεμφερὴς δαφνοειδεῖ, καὶ τῇ φύσει λευκός. *Fœmina ſimilis daphnoidi eſt, ſuapteque natura alba eſt.* Tithymalum hunc album eſſe ſatis apertè Theophraſtus docet. Ὁ δὲ μυρτίτης καλούμενος τιθύμαλος λευκός. Foliis myrti inquit eſſe, verum parte ſumma aculeatis. Dioſcorides καὶ τὰ φύλλα ὅμοια ἔχει μυρσίνῃ, μείζονα δὲ καὶ στερεά, ἀπ᾽ ἄκρου ὀξέα καὶ ἀκανθώδη. *Foliis myrti ſed majoribus ac firmis, in ſummitate crinitis atque etiam aculeatis.* Plinius loco citato. *Foliis myrti acutis & pungentibus, ſed mollioribus. naſcitur in aſperis. Molliora myrteis,* inquit, *ſed pungentibus.* Parum hoc veriſimile. Lego ex Dioſcoride cum doctiſſ. viris *majoribus. Naſci in aſperis* inquit, Id etiam refert Dioſcorides. Ἐν τραχέσι δὲ χωρίοις καὶ ὀρεινοῖς φύεται. Montana loca amare Theophraſtus ait. Idem *ſarmenta in terram demittere ſcribit, palmi longitudine, quæ non ſimul, ſed alternatis annis fructificant, &c.* Et hoc apud Dioſcoridem legitur. κλήματα δὲ ἀπὸ τῆς ῥίζης σπιθαμιαῖα ἀφίησι, τὸν δὲ καρπὸν φέρει παρ᾽ ἐνιαυτὸν καρύῳ ὅμοιον (in antiquo cod. legit Lacuna. κορύῳ Al. κεῖνῳ. vulgata lectio veritati eſt proxima) ἡσυχῇ δάκνοντα τὴν γλῶσσαν. vertunt *ſarmenta mittit ab radice dodrantalia, fructumque profert alternis annis, nuci ſimilem, qui quidem leniter linguam mordet.* Plinius loco citato. *Fructus non pariter maturescit, ſed pars anno ſequente, & nux vocatur, unde cognomen Græci dedere.* Hæreo an ſatis mentem exprimat Theophraſti qui ſarmenta per terram ſpargi ait, palmi longitudine, eaque non ſimul ferre fructum, ſed annua temporum viciſſitudine, alia quidem hoc anno, alia vero ſequenti. Idem Dioſcorides vult, cum inquit, φέρει παρ᾽ ἐνιαυτόν. Viticulas à radice mittit dodrantales, annuum fructum invicem alternantes. Non enim vult plantam alternis annis fructum ferre. Sed ſarmenta quæ hoc anno ſterilia, ſequenti fructifera eſſe, & contrà quæ hoc anno fructifera, proximo ſterilia. Et hoc Theophraſtus explicat, cum ait, τὰ μὲν νῦν, τὰ δὲ εἰς νέωτα. &c. Botanici Pena, & Lobelius pro tithymalo myrti folio Dioſcoridis oſtendunt plantam, cujus iconem addidimus, facie paralio proxima, ſed brevioribus pedalibus, pinguioribus, cauliculis haud erectis, ſed humi plurima parte reptantibus, quos folia prorſum chameleæ latiora, myrti vel ruſci acuto & pungente nonnihil cacumine crebra ſtipant, ut paralium,

Tithymalus myrtifolius.



ſed lævia & candida, & in ſummo magis ſparſa, ſedi majoris, aut laureolæ ambitu. E quo trans folia concava & umbilicata, diſparantur quaterni, aut quini pediculi. Junio & Julio, flores luteos, herbaceos, puſillos, muſcoſos geſtant, & ſemina triquetra Auguſto maturant, paralii majora, quæ itidem tribus compacta lateribus, in tricarinas valvulas dehiſcunt, ſingulas ſingulum granum, teres, oblongum, fuſcum, medulla alba, acri, non ingrata. Angliæ, Belgiæ, Franciæ horti hunc ſæpius alunt, nec alibi natum ſe vidiſſe fatentur Pena & Lobelius. Hujus duo obſervarunt recentiores genera, latifolium & tenuifolium. Anguſtifolium myrſinites

Tithymalus Myrſinites.



finites in montibus à Cæsalpino vocatur, & tithymali myrsinites Dioscoridis nomine ab adversariorum auctoribus ostenditur. Adscribendum videtur, quod refert Doctiss. Saracenus. *Porro nisi ab oculato teste, & fide digno compatre meo Stephano, duplex intellexissem coccum Orientalem, ex quo trito, addito caseo, illicia capiendis piscibus apta parantur à multis, sat proceræ arboris fructum esse, conjicerem tithymali myrsinites fructum, de quo agitur. nam & ea bacca nuci Ponticæ similis quodammodo est, quamvis laurinæ baccæ propior, & pisces in vertiginem agat, tandemque necat. quem tithymalis effectum, præter Dioscoridem, Galenus etiam tribuit.* Miror hæc virum doctiss. scribere, cum Dioscorides solum platyphyllum hac facultate pollere scribat; nec hoc tantum, sed reliquos hoc non præstare addat. Quomodo itaque è myrti folio colligi possit fructus hic, non video. *Colligitur*, inquit præceptor, *fructus myrti folii cum hordeum turgescit.* Idem fere Plinius loco citato. *Demetitur cum messium maturitate, lavaturque, dein siccatur, & datur cum papaveris nigri partibus duabus, ita ut sit totum acetabuli modus. minus hic vomitionibus, quam superior, cæteri item.* Hoc habet ex Dioscoride, δύναμιν δὲ ἔχει ὁ ὀπὸς, καὶ ἡ ῥίζα, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ τὰ φύλλα ὅμοιαν τῷ πρὸ αὐτοῦ (addit Oribasius καὶ λαθυρίδι & eodem modo reponunt, refert Lacuna se verba hæc in veteri reperisse codice) ἐμετικώτερος μέν τοι ἐκείνος τούτου ἐστί.
" *Succus lacteus, radix, semen & folia consimilem ante dicto*
" *sortiuntur facultatem, sed ille ad citandas vomitiones, hoc*
" *ipso efficacior) aliqui sic & folium ejus dedere, nucem ve-*
" *ro ipsam in mulso aut passo vel cum sesama, trahit bilem &*
" *pituitam per alvum.* Et hæc de tribus tithymali generibus, quorum meminit Theophrastus; reliquorum, ex Dioscoride, historiam subjungemus.


Quartus tithymalus helioscopius dicitur, quod coma cum sole circumagatur, uti Dioscorides ait. apud quem hæc de helioscopio leguntur. Ὁ δὲ ἡλιοσκόπιος λεγόμενος ἀνδράχνῃ ὅμοια φύλλα ἔχει, λεπτότερα δὲ καὶ περιφερέστερα. κλῶνας δὲ ἀφίησιν ἀπὸ τῆς ῥίζης δὲ ἢ δ' σπιθαμιαίους λεπτοὺς καὶ ἐρυθρούς, ὀποῦ λευκοῦ μεστοὺς πολλοῦ. κεφαλὴ δὲ ἀνηθοειδής. καὶ ὁ καρπὸς δὲ ὥσπερ ἐν κεφαλίοις συμπεριφέρεται δὲ τούτου ἡ κόμη τῇ τοῦ ἡλίου κλίσει. ὅθεν καὶ ὠνόμασται ἡλιοσκόπιος. ἐν ἐρειπίοις δὲ μάλιστα, καὶ περὶ τὰς πόλεις φύεται. Συλλέγεται δὲ ὁ ὀπὸς καὶ ὁ καρπὸς ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων. *Qui Helioscopius dicitur foliis est portulacæ, attamen tenuioribus, rotundioribusque, ramulis ab radice quaternis aut quinis, dodrantali altitudine, tenuibus ac rubentibus, lactei succi copiosi plenis, capite anethi, semine velut inter capitula locato. Comam cum sole circumagit, idcoque Helioscopii nomen accepit, cæterum in ruderibus potissimum, ac circa oppida nascitur. colligitur semen succusque ut & aliorum.* Notandum in vulgatis codicibus ἐν κεφαλίοις legi, cum in vetustis codicibus scriptum sit ἐν φύλλοις *inter folia.* Quam lectionem Apulejus & Oribasius confirmant. *Semine*, inquit Apulejus, *velut in foliis.* Docet autopsia, Tithymali hoc genus inter folia duo florem ac fructum proferre. Plinius loco citato: *Quartum genus Helioscopion appellant, foliis portulacæ, ramulis stantibus, à radice quatuor aut quinque rubentibus, semipedali altitudine, succi plenis. Hoc circa oppida nascitur, semine albo, columbis gratissimo, quod colligitur incipiente uva. Nomen accepit quoniam capita cum sole circumagit.* Semẽ columbis gratissimum, inquit Plinius. Hac credo de causa & à seminis figura latini cicer columbinum dixerunt. Apuleius quarta Helioscopios dendritis tithymalis, latinè cicer columbinum & caprago dicitur. Tithymalus solsequius quaternis aut quinis, teretibus, tenuibus, dodrantalibus, non nihil rubentibus assurgit cauliculis, ampla laxaque umbella comosis. Folia habet pauca, latiuscula, ambitu nonnihil crenata, breviora, minora, minus crassa quam portulacæ sativæ. Flosculos ex luteo in pallidum languentes, inque umbellam collectos; semen non diversum. Sed Narbone, ubi maturuerit, plenè, adeò spiritu vapido turget, uti soli relictum, quasi se moraret, exiliat, mediumque crepet, pueris raro spectaculo est, quemadmodum thamarisci semen. Foliis ludit, alius enim crenatis, sed non usque ad caulem: alius non crenatis & rotundioribus, caule leviter hirsuto constat.

Quintum genus cyparissias dicitur, propter foliorum, ut Plinius ait, similitudinem, quæ tamen Dioscorides piceæ comparat, & inde nomen contraxisse ait, quod mirandum. Siquidem picea, & cyparissus foliis, figura, formaque diversis constant. Ὁ δὲ κυπαρισσίας, inquit, καυλὸν μὲν ἀφίησι σπιθαμιαῖον, ἢ καὶ μείζονα, ὑπέρυθρον· ἐξ οὗ βεβλάστηκε τὰ φύλλα τοῖς τῆς πίτυος ὅμοια, τρυφερώτερα μέν τοι καὶ λεπτότερα, καὶ καθόλου ἔοικε πίτυϊ ἀρτιφυεῖ ὅθεν καὶ ὠνόμασται, *Cyparissias caulem profert dodrantalem, aut etiam altiorem, subrubrum: ex quo folia pini similitudine pullulant, molliora tamen, tenuioraque, atque in totum nuper nascentem pinum æmulatur, unde & cognomen traxit.* Plinius loco citato. *Quintum cyparissiam vocant propter foliorum similitudinem, caule gemino, aut*

Tithymallus helioscopius.




Tithymallus Capressias.



triplici nascentem in campestribus. Folia huic sunt oblonga, sed perangusta, & quam esulæ minoris angustiora, satis ad piceæ accedentia, molliora tamen ac tenuiora, cauliculi densi, sesqui palmares, rubentes, qui sese in ramulos plures effundunt, in quorum medio umbella, cum acetabulis purpurascentibus, flosculis luteis, seminibusque perpusillis: radix fibrosa, colitur in hortis. Hujus & species quædam minor reperitur, palmum alta, tenuibus cauliculis, angustissimis, & oblongis foliolis, umbella exigua, flosculis luteolis, seminibusque minutis. vulgo esulam minimam Tragi vocant. Horto nostro satis familiaris & amica. Cyparissias nomen accepisse videtur, quod positu, ortu, effigie æquabili, circinatoque habitu cupressum referat.


Sextum genus dendroides vocatur, quod arboris imitetur naturam. Plinio non genus sextum, sed septimum est, & ab aliis cobion, ab aliis verò leptophyllon vocari ait. Dioscorides loco citato. Ὁ δὲ ἐν ταῖς πέτραις φυόμενος δενδροειδὴς δὲ καλούμενος, ἀμφιλαφὴς ἄνωθεν καὶ πολύκομος, ὀποῦ μεστὸς, ὑπέρυθρος τοὺς κλάδους (alt. καυλούς) περὶ οὓς τὰ φύλλα μυρσίνῃ λεπτῇ προσεοικότα καρπὸς δὲ ὅμοιος τῷ τοῦ χαρακίου. *Qui vero in petris nascitur, dendroides, quasi arborescens, cognominatus; foliosus est in cacumine, densamque spargit comam, succo lacteo prægnans, subrubentibus ramis, foliis circum ipsa myrti tenuioris, semine characiæ.* Plinius loco citato. *Septimum dendroides cognominant, alii cobion, alii leptophyllon, in petris nascens, comosissimum ex omnibus, maxime cauliculis rubentibus* (nota quod cauliculos adscribat arborescentibus, & magnis plantis) *& semine copiosissimum, ejusdem effectus cujus characias. Semine characiæ,* inquit Dioscorides est, *ejusdem effectus, cujus & ante dicti, &c.* Apulejus item, *dendrites nascitur in petris, lætior atque rubrior prædictis, foliis myrti tenuioribus similibus, fructu sive semine ut characias.* Dendroides tithymalus Mathioli, ac botanicorum, à Dodonæo characiæ tertii nomine depingitur, ramos ab una stipite, pollicis crassitie, plures

Tithymallus arboreus myrtifolius.



emittit teretes, & ramosos, cubito non raro altiores, digitum crassos, exalbidos, ac candidos, non rubentes, (quare characias esse nequit) folia oblonga, angusta, albida, tenuique lanugine pubescentia, umbellam fert contractiorem, flosculos parvos, luteolos, semen trigeminum in acetabulis, uti aliorum. Ab adversariorum auctoribus vocatur dendroides, sive arboreus myrthi folius, myrthi specie, non à foliis, sed frutice. Dendroeides hic esse nequit, quod non sit myrthi foliis, sed oblongis, & characiæ æmulis, comamque habeat contractam, neutiquam amplam. Aliud genus describit Alpinus, quod proximè accedit ad illud, si non idem, quod ex codice Cæsareo depingit celeberrimus Dodonæus. Nascitur in Creta insula, ad hominis altitudinem ac majorem etiam. Nititur radicibus multis, longis, tenuibus, albicantibus, hinc inde in terram rectè actis, ad caudicis principium simul concurrentibus, vel ex caudicis principio venientibus. caudex ad altitudinem hominis attollitur, crassus, rotundus, à quo surculi plures recti, viscidi, tenues, in umbellæ modum simul feruntur; foliis longis, characias Tithymali tenuioribus, circumquaque inordinatim vestiti.

Tithymallus arboreus Prosp. Alpini in exoticis.



In horum summitatibus flores, veluti in umbellis parvis cernuntur, à quibus semina parva, rotunda, alba succedunt. Tota planta lacteo succo turget, cujus usus est ad purgandum. Educit enim per ventrem, semioboli mensura, bilem pituitamque, atque serosum humorem. Calida siccaque est, supra ordinem tertium, quo inurit, inflammat, ulceratque. Bellonius lib. I. obser. cap. XVII. Tithymalum dendroidem duorum hominum altitudinem, caudice humanæ coxæ crassitudinem æquantem, in Ida monte se conspexisse, scribit.

Septimus à latis foliis platyphyllos idest latifolius dicitur, hic sextus à Plinio appellatur. *Sextum,* inquit, *platyphyllon vocant, alii corymbiten, alii amygdaliten, à similitudine,* (quam vellem exposuisset Plinius.) *Nec ullius sunt latiora folia, pisces necat, alvum solvit, radice, vel foliis, vel succo in mulso, aut aqua mulsa drachmis quatuor, detrahit privatim aquas.* Dioscorides loco citato. Ὁ δὲ πλατύφυλλος φλόμῳ ἔοικε, καὶ αὐτοῦ δὲ ἡ ῥίζα καὶ ὁ ὀπὸς καὶ τὰ φύλλα ἄγει ὑδατώδη κατὰ κοιλίαν ἀποκτείνει δὲ τοὺς ἰχθύας κοπεὶς καὶ διαθεὶς τῷ ὕδατι καὶ οἱ προειρημένοι δὲ τὸ αὐτὸ δρῶσι! *Platyphyllos verbasco similis est; Radix, succus, & folia, aquas per inferna trahunt, pisces necat tusus, aquaque dilutus: id quod & ante memorata genera præstant.* Explodendum omnino, nec tolerandum quod Apulejus scribit. *Item,* inquit *platyphyllos similis est phlomi forma atque virtute.* Falsum, & præter veritatem est.

rem est, forma, multo minus virtute, verbasco similem esse platyphyllum. Contraria pollent facultate, uti Dioscorides. lib. IV. cap. LXXXIX. de verbasco docet; Τῶν μὲν οὖν προειρημένων δύο ῥίζα στυπτική, ὅθεν διαρροιζομένοις ὅσον ἀστράγαλος σὺν οἴνῳ ὠφελίμως ἐν ποτῷ δίδοται. *Porro duum generum,* (verbasci) *primo loco recensitorum, radix adstringit, proinde alvi profluvio laborantibus, ludicri tali magnitudine, utiliter ex vino propinatur.* Folia ejusdem emolliendi, & dolores sedandi vim obtinere Recentiorum constat experientia. Contrariam plane vim habet tithymalus platyphyllus, quem Clusius primus descripsit. Pedali, interdum majore, est altitudine, in aliquot

Tithymallus Platyphyllos.



à radice divisus ramos, nonnunquam simplici caule assurgens, quem ambiunt ampla folia, rotundiore & quasi orbiculato mucrone prædita, ad Isatidis novellæ foliorum formam accedentia, viridia, crassiuscula, & aliquantulum carnosa, pallescente & acri succo turgentia. Flos ramis insidet, ex flavo purpurascens, ac velut acetabulis sive balinearum foliolis comprehensus, ut in reliquis tithymali generibus, radix crassa est & candida. Valentino regno, inter Biar, & Huentiniente, via salebrosa, inter medios frutices, Majo mense duntaxat, se reperisse scribit.

Ad tithymalorum historiam pityusa referri debet, quæ ab ipso Dioscoride ad tithymalorum classem vocatur, πιτύουσα vel ut doctissimi viri malunt, πιτυοῦσα contractum ex πιτυόεσσα dicitur, quod folia piceæ similia ferat, eaque de causa chamępytys nomen obtinuit. Myrepſ. antidot. XXX & CLXXX. ἴζυλα ἡ χαμαιπίτυς. Fallitur doctissimus interpres cum esulam chamępityos speciem existimat. Sunt enim purgandi vi prædita illa antidota, in quibus esulæ mentionem facit Nicolaus. Esulam, tithymalli speciem esse, ex veteri probatur lexico, in quo ἴζουλα τὸ ὀξύπορον. Ὀξύπορον supra tithymali genus esse diximus. Minus rectè vir magni nominis, *Latini esulam, Quæ dictio idem significat quod græcum* ὀξύπορον, *ab esu, herbæ scilicet quæ ex aceto editur.* Per me licet, cum aceto vescatur. Mihi non libet, displicet sapor; terret valida purgandi facultas. Esulæ nomen, à πιτυούσης luxatum videtur, duabus enim syllabis sublatis, remanet ὄυσα, cujus diminutivum usula, & vocali prima mutata esula. Hujus radicem recentiores quidam turpeth vocarunt, unde vox turbeth conflata. Auctuarii auctor ἣν καλοῦσι τούρπετ. vide Actuar: De comp. med. cap. de pituitæ purgatione, & de myrobalanorum generibus, ubi turpetum nigrum, radicem pityusæ, album alijpæ esse scribit. Quod capite de Myrobalanis turpethi mentionem facit Actuarius, errandi ansam præbuit Neophyto, in collectione ὕλης ἰατρικῆς. Turpet enim inter genera numerat Myrobalanorum. Μυροβάλανα τὰ λεγόμενα ξανθά, μέλανα χιοτά, τουρπίτ. De myrobalanis ac turpet alibi. Pityusa, ut ait Dioscorides, clema, crambion, paralion, canopion vocatur. Πιτύουσα, οἱ δὲ κλῆμα, οἱ δὲ κράμβιον, οἱ δὲ πάραλιον, οἱ δὲ κανωπικὸν καλοῦσιν. ἔοικε δοκεῖ διαφέρειν τοῦ κυπαρισσίου τιθυμάλου. ὅθεν καὶ εἶδος ἐν αὐτοῖς καταριθμεῖται. ἀνίησι δὲ καυλὸν πήχεως μείζονα, πολυγόνατον, φυλλαρίοις ὀξέσι λεπτοῖς κατειλημμένον, ἐμφερέσι τοῖς τῆς πίτυος ἄνθη (Lacuna legit ex veteri codice ἄνθη μικρά, λευκὰ ὡς διαπόρφυρα) μικρά, ὡσεὶ πορφυρᾶ. καρπὸν δὲ πλατὺν ὡς φακόν. ῥίζαν λευκήν, παχεῖαν, ὀποῦ μεστήν. εὑρίσκεται δὲ κατὰ τόπους σφόδρα εὐμεγέθης ὁ θάμνος. *Pityusa quam alii clema, alii crambion, alii paralion, alii denique canopicon vocant. A cyparissio tithymalo specie differre existimatur, Ideoque etiam in tithymali genere connumeratur. caulem profert cubito altiorem, crebris geniculis interseptum, foliolis acutis ac tenuibus circumdatum, piceæ folia imitantibus: flores exiguos pene purpureos, semen latum instar lenticulæ, radicem candidam, crassam, lacteo succo refertam: quibusdam in locis frutex hic prægrandis invenitur.* Plinius. lib. XXIV. cap. VI. *Cum honore & pityusa* (redundant duæ priores voces, nec in Salmanticensi codice reperiuntur: ineptę etiam sunt, quare delendæ) *simili de causa dicetur, quam quidam in tithymali genere numerant, frutex est piceæ similis, flore parvo purpureo. bilem & pituitam* (vulgo privatam) *per alvum detrahit radix, &c.* Utramque pityusam sive esulam recentiores ostendunt. Minor cauliculis exit gracilibus, pede & cubito majoribus, per intervalla disparia, polygoni more, ramulos & folia pauciora promentibus linariæ, oblongis, angustis, acuminatis, &

Esula Minor.



nulli tithymalorum, quam cyparisso propinquioribus, cui etiam flosculi prorsus, & seminum triquetra theca eadem. Radix digitum minimum æquat, albicans: cujus cortex aceto maceratus (ideò ὀξύπορον dicitur) & torulo ligneo exenteratus usui est officinis. Hæc linariæ perquam similis adeò, ut flore & lacte tantum, uti versiculus testatur, dignoscatur, *Esula lactescit, sine lacte linaria crescit.* Major fruticosa stirps est. caules ejus complures, teretes supra cubiti altitudinem longè assurgunt, foliis vestiuntur oblongis, & angustis, lathyridis minoribus, umbellæ angustiores sunt, flores seminaque tithymali; Radix candida, ampla, ramosa,

 crassioris

crassioris corticis, succo lacteo plena, uti & tota ipsa stirps est. Hasce duas recentiores pro pityousa habent. Foliis seminis viribus, natalibus, priori cyparissiæ similis satis, non tamen est pityousa Dioscoridis, idque quod flos luteus fit, cum Diosc. purpureum fere esse scribat, fructusque non ὡς φακὸς πλατὺς, id est *lenticulæ instar latus*, sed triquetur, qualis tithymali, crebrisque caret geniculis. Respondent doctiores Dioscoridis

Esula Major.



codicem depravatum esse, contrarium tamen Oribasius & Serapio ostendunt. Utraque in Belgarum reperitur hortis, ac quidem majorem in collibus apricis Transisulaniæ me reperisse memini, nec non locis Batavicis palustribus; minor asperis & incultis Belgii quandoque exit. Utriusque vivax radix, sed caules hyeme marcescunt, vere novi erumpunt, æstate fructus facturi. Tithymalorum numero adscribenda lathyris. Supra lib. VIII. λαθυρίδα, & λάθυρον sive λάθυρος diversas plantas esse probavimus. Λαθυρὶς dicitur, quod folia duo, quæ caulis partem summam amplectuntur, cavitatem satis magnam ostendant. Etenim inter duo folia quæ umbellam ambiunt, semen quasi inter duas januas sive bivalvi continetur, uti icon ostendit, vel à contrario, quod semen pluribus contineatur tunicis, nempe tribus. Vulgo cataputia vocatur, quod in pillulis quibusdam sive catapotiis semen ferat. Vel quod magis arridet, quod ut inquit Dioscorides, ἐν καταποτίῳ λαμβανόμενα *in catapotiis sumpta*, grana purgant. Vulgo cataputia minor vocatur, ad differentiam ricini, quem majorem appellant. Utrumque χολοκοκκιαίαν recentiores nominarunt Græci, quam vocem male doctissimus Nicolai interpres pro colocasia accepit sect. III. de unguent: XCV. Manuscriptus, inquit, codex habet χολοκοκκίας, quam sane vocem corruptam esse judico, & pro ea scribendum esse κολοκασίας. Sic enim Ægyptiam fabam Dioscoride teste appellant. Errat vir magnus. Græci infimi, inter quos Myrepsius κουφόξυλον sambuci lignum nominarunt, iidem fructum latyridis χολόκοκκον vocarunt, uti à κουφοξύλῳ sambuci ligno, ipsam plantam κουφοξυλαίαν infima dixit Græcia, sic à χολοκόκκῳ lathyridis grano, eadem χολοκοκκιαίαν ipsam lathyridem appellavit. Utrumque facile probatur. Neophytus κόνωπον, τὸ τῆς χαμαιάκτης ἤγουν κουφοξυλαίας ἄνθος. Nicomedes Jatrosophista ἀκτὴ, ἡ κουφοξυλαία, ἔστι δὲ ἡ ἑτέρα ἡ λεγομένη χαμαιακτέα, ἤγουν ἐλεβόρον. In confesso omnibus est, chamæacten esse quod Latinis ebulum. De sambuco & ebulo, meliori data occasione agam. Κολόκοκκον recentiores lathyridis fructum appellarunt, quod purget bilem. Idem Nicomedes λαθυρίδος χολόκοκκον.

Cataputia Minor.



Ricini grana eodem gaudere dixi nomine, idque quod apud Neophytum legatur, κίκεως καὶ κρότωνες τὰ χολοκόκκα, ἐξ ὧν ἔλαιον τὸ κίκινον. Ricinus multis in locis, teste Dioscoride lib. IV. cap. CLXIV. sedulo colitur ad arcendam effodientium talparum injuriam. Græcis κρότων dicitur, à similitudine animalis, ab Homero κυνοραιστὴς dicti, quod semen ejus refert. Plinius lib. XI. cap. XXXIV. *Est animal ejusdem turpitudinis, infixo semper sanguini capite vivens, atque ita intumescens, unum animalium, cui cibi non sit exitus, dehiscitque nimia satietate. Alimento ipso moriens. Nonnunquam hoc in jumentis gignitur, in bubus frequens, in canibus aliquando.* Immo frequentissimè. Hac enim de causa Philosophus κυνοραιστὴν vocavit. Vide de hoc insecto eundem Plinium. lib. XXX. cap. LXX. Ricini meminit Theophrastus lib. I. hist. cap. XVI. lib. III. hist. cap. ult. lib. 2. de caus. cap. XXII. Dioscorides lib. IV. cap. CLXIIII. Κίκι ἢ κρότων, οἱ δὲ σήσαμον ἄγριον, οἱ δὲ σέσελι κύπριον, οἱ δὲ κρότωνα. Ὠνόμασται κρότων, διὰ τὴν πρὸς τὸ ζῶον ἐμφέρειαν τοῦ σπέρματος. Δένδρον δέ ἐστι συκῆς μικρᾶς μέγεθος ἔχον, φύλλα δὲ ὅμοια πλατάνῳ, μείζονα καὶ λειότερα, καὶ μελάντερα. τὰ δὲ στελέχη καὶ τὰς κλάδους (vetus καὶ τοὺς κλαδοὺς) κοῖλα καλάμου τρόπον ἔχει. Καρπὸν δὲ ἐν βότρυσι τραχέσι, λεπισθέντα ὅμοιον κρότωνι τῷ ζώῳ. ἐξ οὗ καὶ ἀποθλίβεται τὸ λεγόμενον κίκινον ἔλαιον. *Ricinum ceu cici, aliqui sesamum sylvestre, alii seseli Cyprium appellant, nonnulli crotona. Ricini vero nomen accepit, à similitudine, quæ est illius semini, cum ricino animali. Arbuscula est parvæ ficus altitudine, foliis platani, at majoribus, lævioribus, nigrioribus, ramis caudicibusque cavis in harundinis modum, semine in uvis asperis, quod decorticatum, ricinum animal repræsentat. ex eo oleum nomine cicinum exprimitur.* Plinius. lib. XV. cap. VII. *Proximum fit & è cici arbore in Ægypto copiosa: alii crotonem, alii trixin, alii sesamum sylvestre appellant: ibique non pridem, & in Hispania repente provenit, altitudine oleæ, caule ferulaceo, folio vitium, semine uvarum gracilium pallidarum, nostri eam ricinum vocant à similitudine seminis, coquitur id in aqua, innatansque oleum tollitur. at in Ægypto ubi abundat, sine igne & aqua sale aspersum exprimitur, cibis fœdum, lucernis utile.* Κίκι Ægyptia vox ipso Galeno teste. Κρότωνος inquit in glossis ῥίζα; τοῦτο οἱ αἰγύπτιοι κίκι ὀνομάζουσι. Hesychius. Κρότων οὕτω καλεῖται, ὅ τινες κίκι (vulgo κίκυ) αἰγύπτιοι, οἱ δὲ σησαμίδα ἀγρίαν, καὶ τὸ ζῶον τὸ ἐν κυσὶ καὶ βουσὶ γινόμενον ἄλλοι δὲ πυρσούς. Ex his palam fit, stirpem quam Ionas Propheta, pro umbraculo juxta Ninivem, præparavit, & quæ subito, à

verme

verme corrosa, & collapsa est, ricinum fuisse. Sesamum sylvestre dictum fuisse uterque scribit. Idque, ut volunt viri doctiss. propter quandam cum sesamo (quam non addunt) similitudinem. Quæstionem movent viri eruditi, an σησάμινον ξύλον, cujus Capite de hebeno apud Dioscoridem fit mentio, sit ex ricino arbuscula. Quod non videtur, idque quod ricini lignum concavum sit, tam caule, quàm ramis, contrà ebeni; Seseli cyprion addit Dioscorides appellatum. Puto corruptum codicem, scriptumque fuisse Σιλλικύπριον quomodo apud Herodotum lib. II. legitur. Nihil tamen mutandum existimo. Arborem inquit parvæ ficus magnitudine. Plinius altitudine oleæ, sed pro cœli solique diversitate, magnitudine admodum variat. alibi parva, alibi magna. hic annua, illic perennis. nata mihi ex semine anno 1624. (æstate erat calida ac fervida admodum) ricini planta, quæ copse anno sarissam magnitudine superavit. Frigoris admodum est impatiens, ac apud nos annua planta; quæ nisi fervens fuerit æstas, semen non fert. Bellonius. lib. I. observ: cap. XVIII. *Ricini planta quoniam istic (in Creta) hyeme non corrumpitur, multosque perdurat annos, in arborem evadit adeò sublimem, ut non nisi scalis admotis conscendi possit.* Idem fere testatur doctiss. ac celeberr. Clusius,

Ricinus.



in annotat. ad cap. III. Monardi. *Videre memini dum Hispaniam peragrarem circa Malacen & Calpen, ad fretum Herculeum, aliisque maritimis Boeticæ locis, ricini plantas crassitudine humana, altitudine vero trium hominum, multis prægrandibus ramis brachiatas, instar aliarum arborum.* Recte itaque Dioscorides, ricinum arborem esse scripsit, nec dubium quin Dioscorides in Ægypto natum, aut alia calidiore regione descripserit. Quæ apud nos è semine nascitur, caudice constat unico ramoso, nodosoque, arboris instar, qua de causa & inter arbores numerari potest. Quod verò sit stirps annua, nec rediviva, eatenus arborum generibus adscribi nequit. συκῆς μικρῆς; Plinius oleæ similem ait; ex quo conjicio scripsisse Dioscoridem μακρᾶς συκῆς, non ut vulgo μικρῆς. Folium Theophrastus lib. I. cap. XVI. & lib. II. de caus. cap. XXII. pro ætatis ratione dissimile, & figura diversum observavit. Novum vel recenter natum rotundum est, angulosa sunt vetustiora. ὁ δὲ τῶν φύλλων ——— ἀπογωνιοῦται, &c. Rotundius quidem novi quam vetustiora, non tamen teres, & exactè rotundum dici potest. Angulos enim quosdam habet, sed parvos. Semine, inquit, Plinius esse uvarum gracilium. Verius & rectius Dioscorides in uvis asperis semen recondi tradidit. Instar parvæ arboris, citò assurgit ricinus, caulem emittens singularem, quinum senumve cubitorum, pollice crassiorem, arundinis modo geniculatum, & concavum, glabrum ex obscura purpura nitentem; candido videlicet deterso, tenui, instar farinæ pulvere; quo veluti conspersus subinde conspicitur. Superius ramosum tribus, quatuor aut quinque adnatis. Folia habet ampla, dodrantis, aut pedis longitudine, in septem, octo aut novem, interdum plures partes incisa (hinc palmam Christi vocant, à foliorum nempe digitata effigie, quæ volam palmamque expansis digitis quodammodo æmulatur) per ambitum serrata, glabra, mollia, & aceri ficus arboris similia. Sed ut dixi, nequaquam aspera, longis, crassis & teretibus pediculis insidentia, quæ ubi pediculo junguntur, nervos, veluti è centro, per medias foliorum partes à tergo emittunt. Et hæc folia plantæ jam adultæ; Recens natæ ex oblongo rotunda sunt, parvis angulis prædita. Flores æstate fert, pedalibus pediculis instar longi racemi circumpositos, eosque duplicis generis. Infimi enim antequam pandantur, fere pisi rotunditatem & magnitudinem habent; apertis autem caliculis muscosi, & pallidi, corymbi speciem acquirunt, gracilique pediculo adhærent, qui in medio juncturam quandam habet, à qua ipse flos postquam languescere incipit, recedit ac decidit, nulla spe secuturi seminis, aut fructus post se relicta. Steriles enim omnino inferiores hi flores sunt, ac tantum rudimenta aut præludia quædam seminis. Alterum floris genus à molliter aculeatis capitulis procedit, singulaque capitula terna, hirsuta, furcata, & rubentia stamina pro ferunt, quæ floris vicem explent. Hisce arescentibus capitula accrescunt, donec parvæ castaneæ magnitudinem consecuta fuerint. Ea in tres (ut plurimum) partes ceu utriculos dividuntur, nonnunquam etiam in quatuor. Semina in utriculis singula habet, ricino animali, forma & quantitate æqualia, foris livido aut maculoso cortice, intus autem candida medulla constantia, lignoso utriculi cortice inclusa, quo, propter siccitatem, in maturitate repente fisso & contracto, ipsa semina cum impetu & crepitu, veluti tormento aliquo emissa, longius prosiliunt. Radix multifida & multis cohærens fibris, ac pro plantæ ratione parva. Hujus semen majorem cataputiam vocant officinæ. Lathyridem minorem dicunt, quam Belgæ, springhkruyt & spurgie vocant. Hujus Historiam cum cocco guidio, & chamelea, (quia eâdem ferè facultate pollent, phlegma enim & bilem ambæ purgant) confundere videtur Apulejus. à *Græcis* inquit *Lathyris coccos guidios, alii chamæleum dicunt, alii eupolin. alii epant emon, Ægyptii otetim, Itali citocacium, alii lacteridem nuncuparunt.* Nemo lathyridem chamelæan, coccumque guidium vocari tradidit. Citocacii nomen obtinere scribit. Credo, quod facillime purget, ac cito cacare faciat. uti tradit Isiodorus. citocacia dicta quod ventrem facillime purget quam vulgus corrupte citocociam appellat. Neophythus nomen hoc adscribit chameleæ. χαμελαία ῥωμαῖοι κιτοκάκιον καλοῦσι. Hinc palam fit, Apulejum confundere chameleæ & lathyridis nomina, quanquam citocacion non inepte lathyris dici possit, Maximi nominis & autoritatis historicus per cicutam laryridem Poëtas intelligere scribit, idque quod referat Apulejus, citocaciam vocari lathyridem. Versus poetæ est apud Pers. satyr. 5.

> ——— *Quo deinde insane ruis? quo?*
> *Quid tibi vis? calido sub pectore mascula bilis*
> *Intumuit, quam non extinxerit una cicuta.*

Versiculi hujus mentem doctissimus interpres satis intellexit. Nam insaniam, ex calida causa, maximè bile adusta, generari, medicorum filiis notum. Eam curandam esse ex Hippocratis præscripto contrariis, docent iidem. Fervori contrariam qualitatem habere cicutam ex Galeno & Dioscoride probatur. Quarto enim gradu frigida est. Vult itaque Poëta, Damæ insaniam in summum gradum, ac fervorem excrevisse, immo tam magnam esse, ut medicamento frigidissimo, quale cicuta, extingui vix queat. Siquis igitur cicutam hic non intelligat, quæ κώνειον Græcè dicitur, næ is magnopere errat. Non igitur per cicutam Poëta lathyridem, sed κώνειον intelligit, quæ caulem habet concavum inanem. Purgat quidem per inferna lathyris; adustos tamen ab ea expelli humores non legi. Sed concedamus, secun-

dario

dariò hoc fieri, non sequitur tamen, ergo maniacis prodest. Immo caliditate, & urente vi summa qua accendit spiritus, non leve damnum inferet. Nec etiam sequitur, Poëtas per cicutam lathyridem intelligere, quod Horatius epist. 1. dicat, quæ poterant unquam satis expurgare cicutæ. *Expurgare* enim eo loco extinguere, reprimere, calorem temperare, consumere significat. Purgat, sanatque cicuta maniacos, tollendo calorem. Frustra maximi viri, helleborum intelligere poëtam, sibi imaginantur. Non enim pro herbis medicatis, purgantibusve posuit Horatius. Contraria enim vi pollet cicuta. Lathyridem describit Dioscorides lib. IV. cap. CLXVII. Λαθυρὶς οἱ δὲ καὶ ταύτην τιθύμαλον καλοῦσι, καταριθμοῦνται ἐπεὶ καὶ αὐτὴν ἐν τοῖς τιθυμάλοις. καυλὸν ἀνίησι πήχεως τὸ ὕψος, κενὸν, πάχος δακτύλου. ἐπ' ἄκρου δὲ αὐτοῦ, μασχάλας. φύλλα δὲ τὰ μὲν ἐπὶ τοῦ καυλοῦ, ἐπιμήκη, ὅμοια τοῖς τῆς ἀμυγδαλῆς πλατύτερα δὲ καὶ λειότερα (vetus caret, addit Lacuna ex altero veteri cod. καὶ λεπτότερα, quod non probo) τὰ δὲ ἐπ' ἄκρων τῶν κλωνίων μικρότερα (Ald. Marcel Corn. μακρότερα nec illud arridet, videat lector iconem, quæ contrarium ostendit) ὥσπερ ἀριστολοχίας καὶ κισσοῦ τοῦ ἐπιμήκους. Καρπὸν δὲ ἔχει ἐπ' ἄκρων τῶν κλάδων τρίχωρον (vetus quidam τρίκλωρον) περιφερῆ, μείζονα ὀρόβων. λεπισθέντα δὲ λευκὰ καὶ γλυκέα ἐν τῇ γεύσει. ῥίζα δὲ λεπτὴ καὶ λευκὴ, ἄχρηστος. ὅλος δὲ ὁ θάμνος ὀποῦ μεστὸς ὥσπερ τιθύμαλος. *Lathyris, quam & aliqui tithymalon appellant, eamque tithymalorum numero adscribunt, caulem emittit cubiti altitudine, & digiti crassitudine inanem. Sunt in ipsius cacumine alæ, & folia quidem in caule oblonga, amygdalinis proxima; sed latiora & læviora: quæ vero in summis exeunt ramulis, minora conspiciuntur, aristolochiæ aut Hederæ oblongæ figura. In summis autem fructum gerit, triplici loculamento distinctum, rotundum ceu capparim, in quo tria sunt minuta semina, incursansibus tuniculis inter se discreta, ervis majora, quæque decorticata candida sunt, & gustu dulcia. Radix tenuis & candida, nullius usus: totus vero frutex lacteo succo turget, uti tithymalus.* Plinius in foliorum comparatione dissidet à Dioscoride. Etenim lib. XXVII. cap. XI. *Lathyris folia habet multa lactucæ similia* (ineptum illud) *tenuiora, germina multa, in quibus semen tuniculis continetur, ut capparis, quæ cum inaruere, eximuntur, grana piperis magnitudine, candida, dulcia, facilia purgatu.* Nusquam non in hortis, etiamque in agrorum Angliæ, & Galliæ marginibus occurrit. Caule assurgit singulari, bipedali, sed multis alis superius ramoso, digiti crassitudine, intus inani, quem per intervalla ab imo bima ambiunt folia, oblonga, angusta, amygdalinis similia; cęterum longiora, lævioraque & crassiora, in ipsis vero ramulis breviora latioraque. Flores æstate in fastigiis pusilli, semen edit Augusto & Septembri, majus tithymalis cæteris; non tamen diversum, tricoccum, trilaterum, expressiore trium granorum commissura, qualis chamęleæ, quæ major, & figuratior, & angulosior, magis ideo conspicua.

Lacteo turget succo peplus, quem vulgò rotundam vocant, sponte in areolis hortorum proveniens, maturè evellendus, antequam florem producat, & semen. Parvo enim temporis spacio maturum fit, & latè se spargit. Cavendum præsertim, inter oleraceas plantas, ne nascatur. Facile enim fallit legentes, & non sine periculo mensæ adhibetur. Unde vulgo Duyvels Melck / id est, lac Diaboli vocatur. Peplus, ut Adversariorum auctoribus placet, nominatur, quod ramulorum ambitu, & quasi rotundo amictu velum efformet ac tellurem operiat. Suidas πέπλον περιβόλαιον, ἱμάτιον γυναικεῖον, *stragulum, velum, vestis mulierum.* Hesychius. πέπλον ἢ πέπλος ἱμάτιον ἢ ἔνδυμα γυναικεῖον. *Virorum mulierumque indumentum* vel nomen πέπλυ accepit, ob purpuream foliorum superficiem sive Xerampelinam, quæ huic in vinetis nascenti, & peplidi in maritimis sabuletis degenti, ut plurimùm inest. Peplum namque fuisse purpurei vel phœnicei coloris, cum multæ historiæ, tum flammeoli nomen testatur, sic à flammeo dictum colore. Ex his cur συκῆ dicatur, quilibet facile colligit. Dioscorides lib. IV. cap. CLXVIII. Πέπλος οἱ δὲ συκῆν οἱ δὲ μήκωνα ἀφρώδη καλοῦσι. Galenus in Exegesi. Πέπλος, τὸ αὐτὸ καὶ χαμαισύκη, ἢ μήκων ἀφρώδης, ἢ μηκώνιον. Alia est planta chamęsyce, de qua mox. Nunquam crediderim Galenum sic scripsisse, nec verba hæc Galeni esse, satis ostendunt Dioscoridis verba, distincta & separata. Vix dubium quin Galenus τὸ αὐτὸ καὶ συκῆ, καὶ μήκων scripserit. Χαμαισύκην de suo exscriptores, qui συκῆν dici ignorabant, addiderunt. Plinius in *Peplos quam aliqui sycen, alii meconion aphodes vocant.* Μηκώνιον dicitur Hippocrati libro 9. De ratione victus in morbis acutis circa finem, cur sic dicatur ex delineatione Dioscoridis colligi potest, præterquam quod papaveris instar lac emittat. His fere verbis à Dioscoride delineatur. Θαμνίσκος ἐστὶν ὀποῦ λευκοῦ μεστὸς, ἔχων φύλλον μικρὸν, ὅμοιον πηγάνῳ, πλατύτερον δέ· ἡ δὲ σύμπασα κόμη ὡς σπιθαμῆς, περιφερὴς, ἐκκεχυμένη ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ὑπὸ (ἐπὶ Lacuna in veteri codice) τοῖς φύλλοις καρπὸς μικρὸς, στρογγύλος, ἧττον τῆς λευκῆς μήκωνος· πολύχρηστος δὲ ἡ πόα, ῥίζαν ἔχουσα μίαν ἄχρηστον, ἀφ' ἧς ὅλος ὁ θάμνος πέφυκε. γεννᾶται δὲ ἐν κήποις καὶ ἀμπελῶσι. συνάγεται ἐν πυραμητῷ ξηραινομένη ἐν σκιᾷ καὶ συνεχῶς στρεφομένη ἀποτίθεται δὲ ὁ καρπὸς κοπεὶς καὶ ἀποβρασθείς. *Exiguus frutex est, lactei succi plenus, folio parvo ceu rutæ, at latiore, universa vero coma dodrantali, rotunda, humi sparsa; semine sub foliis parvo, rotundo, minore, quam candidi papaveris. herba multiplicis est usus, radicem habet unicam; eamque supervacuam, è qua totus frutex erumpit. Nascitur in hortis ac inter vites colligitur messibus ac siccatur in umbra, crebroque versatur. semen tusum repurgatumque reconditur.* Idem fere Plinius. lib. XXIV. cap. XII. *Ex una radice tenui fruticat, foliis rutæ paulo latioribus, semine sub foliis rotundo, minore quam candidi papaveris. Inter vites fere colligitur messibus: siccaturque cum fructu suo, subjectis aquis in quas excidat.* Postremum illud falsum. Quid enim siccari opus, si in subjectas aquas excidere debeat: Quare ex antiquo codice restituunt viri docti, *subjectis in quæ incidant*; ut intelligantur vasa, vel substrata lintea. Palmaris plantula peplis, lacteo & ipse succo prægnans, ejusque quædam veluti species, sed omnibus partibus minor. cauliculi subrubent. Foliola parva in rotunditate longiuscula, rutæ, alsinę, vel helioscopii tithymali minora, bina invicem opposita, infernè majora, superne minora, coma circinata, flosculi luteoli, semina tribus loculis discreta, sed minuta, candicantia, papaveris quodammodo æmulantia.

Peplis ut nomine sic effigie peplum præfert (Ruffus Ephesius in fragmento τῶν καθαρτικῶν. Πέπλος ἢ πέπλιον ἐγγυτάτω μὲν τὴν ἰδέαν ἀλλήλων ἐς τὸ καθαίρειν, τὸ δὲ φλεγματῶδες καὶ χολῶδες, μετὰ φυσῶν κατὰ πλῆθος καὶ ξηρανθέντα καθαίρει πρᾴως. *Peplus & peplum figuræ cognatione proxima, in purgando pituitam & bilem cum flatibus pro copia, etiam sicca benignè purgant.*) Propius adhuc etymon pepli vel flammeoli (inquiunt Pena & Lobelius) exprimit, idcirco θάμνος ἀμφιλαφὴς Diosc. designatur quia fruticat uberiore, undequaque ramulorum comosa concinnaque sobole, in pepli speciem collecta, phœniceo colore, purpureove, nitentibus viticulis sesqui palmaribus, &c. Dioscorides, lib. IV. cap. CLXIX. Πεπλὶς οἱ δὲ ἀνδράχνην ἀγρίαν, Ἱπποκράτης δὲ πέπλιον καλεῖ. *Peplis quam vocant aliqui sylvestrem portulacam, Hippocrates peplion.* Cur portulaca dicatur sylvestris, ipsa Dioscoridis docet descriptio, quod folia ferat portulacæ. Galenus in glossis πέπλιον ὅπερ καὶ πεπλὶς καὶ ἀνδράχνη ἀγρία. Ex his Erotiani corrigendus codex. Vulgo legitur, πέπλος βοτάνης εἶδος, ἣν ἔνιοι πέπλιον ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ σύμφυτον. *Peplos herbæ species, quam nonnulli peplion, quidam etiam symphytum vocant.* Ex locis jam citatis non πέπλος sed πεπλὶς legendum quilibet facile concedet. Nemo unquam peplum, peplium vocari scripsit. Peplim dici, auctores sunt Dioscorides & Galenus. A quibus, & cur symphytum vocetur, non video, & planè præter rationem videtur; nisi quis à contrario nomen illud obtinere contendat, quod neutiquam sanet conglutinetve, sed lædat, vulneretve. Peplin describit Dioscorides his ferè verbis: Φύεται μάλιστα ἐν παραθαλασσίοις τόποις, θάμνος ἀμφιλαφὴς, ὀποῦ μεστὸς λευκοῦ, φύλλα ἔχων ὅμοια τῇ κηπαίᾳ ἀνδράχνῃ περιφερῆ δὲ καὶ ἐκ τῶν κάτω ἔχοντα ἐρυθρότης, καὶ ὁ καρπὸς δὲ στρογγύλος ὑποκάτω τῶν φύλλων, ὥσπερ τοῦ πέπλου, πυρώδης τῇ γεύσει, ῥίζα λεπτὴ, μία, ἄχρηστος. συλλέγεται δὲ καὶ ἀποτίθεται, καὶ δίδοται ὥσπερ ὁ πέπλος καὶ ταριχεύεται, δύναμιν δὲ ἔχει τὴν αὐτήν. Quidam M. SS. addit, πλὴν δριμύτερον. *In maritimis maximè nascitur, Frutex est, ramulos quoquo versum expandens* (vel *in latitudinem sese diffundens*) *& candidi succi plenus, foliis hortensis portulacæ, rotundis, & inferne rubentibus, semine sub foliis rotundo, ceu pepli, fervente gustu, radice tenui, singulari, ac supervacua, colligi, reponi, darique uti peplus, idemque condiri solet, ac easdem quoque vires habet.* Corrigendus hac occasione Galeni codex, lib. simpl. Ἀλλὰ τό γε σπέρμα χρήσιμον καὶ φυσῶδες ὁμοίως τῷ τοῦ πέπλου σπέρματι καθαρτικῷ. *Sed semen utile est & flatuosum, similiter semini*

pepli

pepli purgans. Non tantum ex hoc Diosc. loco χρήσιμον ἐς πυράδες legendum probatur, sed etiam ex lib. VII. Æginetæ τὸ δ' σπέρμα ἀυτῦ πυράδες ὁμοίως τῷ τοῦ σιτάλυ κα-θαίρει. Hippocrates lib. I. de morb. mulierum & ex ipsius sententia Ætius. lib. I. dixit φυσῶν εἶναι καταῤῥηκτικόν, *flatus discutere*; Nec verba Ruffi supracitata huic sententiæ refragantur. (Vult enim post bilis atræ, & pituitæ eductionem flatus disrumpere. Eadem Actuarii lib. V. meth. meden. opinio. Plinius turpiter lib. 2. & cap. XX. portulacam sylvest. cum peplide confundit, ejusdemque generis ac naturæ cum sativa scribit; nisi quod sponte proveniat. Quæ falsa & inepta sunt; Hæc ex eo collegit, quod peplin nonnulli portulacam vocarunt agrestem. *Est*, inquit, *protulaca quam peplion vocant non multum sativa efficacior, cujus memorabiles usus traduntur.* Pronum foret scribere, *portulaca, quam telephion vocant*, si in scripto quodam sic legeretur codice. Hanc probant viri doctiss. lectionem, quod Diosc. sedum tertium, & agrestem portulacam & telephium vocari scribat. Sed huic sedo vires contrariæ portulacæ.


Peplis.



Acre enim & ulcerans est, frigida portulaca. Quod si dicamus Plinium scripsisse *portulacam, quam telephion vocant*, ipsumque telephium intellexisse, ac portulacam vocasse, quod portulacę sit foliis. Vide quæ de telephio dicta sunt. Humi procumbit peplis, nec aliarum herbarum modo assurgit, lacteo turgida succo. Ramulos fert teretes, subinde purpureos, quandoque herbacei coloris. Folia pepli, & portulacæ sylvestris æmula, sed prona parte rubentia: semen exiguum in triangularibus parvis valvulis, veluti pepli sub foliis reconditur, pusilla radix.

Χαμαισύκη à lacteo fici succo, & humilitate nomen accepit. Dioscorides lib. IV. cap. CLXX. Χαμαισύκην οἱ δὲ συκῆν ἀγρίαν, κλῶνας ἀνίησι τετραδακτύλες, ἐπὶ γῆς ἐῤῥιμμένες, περιφερεῖς, ὀπῦ μεςοὺς. φύλλα φακοειδῆ τῷ πεπλῳ ὅμοια, μικρὰ, λεπτὰ πρὸς τῇ γῇ. Καρπὸς δ' ὑπὸ τοῖς φύλλοις στρογγύλος, ὡς πέπλυ. οὔτε δ' ἄνθος οὔτε δὲ καυλὸν ἔχει. ῥίζαν λεπτὴν καὶ ἄχρηστον. *Chamæsyce, quam aliqui sycen nominant, ramos emittit quaternum digitorum, per terram stratos, teretes, lactei succi plenos, folia lentis figura, peplo similia, parva, tenuia, ac terræ inhærentia, semen sub foliis rotundum ceu pepli, radicem tenuem ac supervacuam, sed neque florem neque caulem profert.* Intellige lector, conspicuum & eminentem. Nam cauliculos exiguos promit, quibus folia fructusque junguntur & adhærent. Sed hos non intelligit Dioscorides. Chamæsyces meminit Plinius. lib. XXIV. cap. XV. *Chamæsyce lentis folia habet, nihil se attollentia, in aridis petrosisque nascens, &c.* Chamęsyce supina humi procumbit, & peplidis modo nascitur, ramulis tantummodo numerosioribus, tenerioribusque, qui teretes, rubentes, & in rotundi orbis speciem dispersi jacent, folia perpusilla, pepli minora, rotundiuscula ex pallido virentia lentibusque ipsis, & magnitudine & forma, paria. sub quorum alis flores peplidis, quibus fructus sequuntur tricocci exigui. Radix tenuis est. candidum & lacti similem succum hęc plantula, non minus quam tithymali vulnerata emittit, ipsorumque generi adscribenda. In Narbonnensis Galliæ, olivetis, vinetisque aridis ac sabulosis locis, tractibusque maritimis reperitur.

Chamæsyce.



Τῶν δὲ λιβανωτίδων. Libanotin Theodorus vertit rorem marinum, alterum tamen genus, coronarium nempe, nomen illud vulgo obtinet, uti suo loco probatum est. Dico vulgo, quod Plinius utrumque sic vocarit, cum coronaria tantum Rosmarinum dicta sit. Galenus lib. VII. simpl. Τῆς δ' εἰς τοὺς στεφάνους χρησίμης λιβανωτίδος ἡ ῥίζα ὀσμὴν ἔχουσιν ἀρωματικήν. Libanotis dicitur quod radix Thuris referat odorem. λίβανον thus esse ex capite secundo hujus libri constat. Libanotidum duo, inquit Theophrastus, esse genera. De coronaria alibi egimus, unum sterile, alterum frugiferum. Idem Diosc. qui addit zeam aut campsanemam vocari lib. III. cap. LXXXVII. Λιβανωτὶς διοτὴ ἡ μὲν τις κάρπιμος ὑπ' ἐνίων δὲ ζέα, ἢ κομψάνεμα καλεμένη ἧς ὁ καρπὸς κάχρυς καλεῖται. *Libanotis duum generum, ac unum quidem fructiferum est, à nonnullis zea aut campsanema dictum, cujus semen canchrys vocatur.* Frugiferi sterilisque genus unum novit Theophrastus, genera duo describit Dioscorides, tria esse Galenus ait. lib. VII. simpl. λιβανωτίδες τρεῖς εἰσὶν, μία μὲν ἄκαρπος, αἱ δὲ δύο φέρουσι καρπόν. Prioris frugiferi fructus canchrys vocatur. Vel uti apud Theophrastum & melioribus fortasse legitur codicibus κάχρυς. Nomen hoc accepit non quod urendi, inflammandique vi polleat hujus semen, ut ex Plinio docti quidam opinantur; sed ab incisuris, quas inter angulos habet; Nam alterum genus, cui semen latum & sine angulis, nomen hoc non audit, sed illud quod semine rotundo & anguloso constat. Dioscorides lib. 2. cap. CXXXVII. de ornithogalo. Καὶ μεταξὺ αὐτῶν κεφάλιον ὡς κάχρυ ἐντετμημένον, *& in medio eorum florum capitulum incisum adinstar cachrys.* Eadem de causa hordeum tostum κάχρυς appellatur, & καχρύδιον quod incisuras sive ἐντομὰς habeat, quas torrendo accepit. Hesychius καχρύδιον πεφρυγμένον, κριθῶν κνελῶς, καταχρηστικῶς δὲ πάντα τὰ πεφρυγμένα, καὶ βοτάνη ἡ λιβανωτὶς, καὶ τῆς πεύκης ἡ βλάστησις, καὶ πυρῶν εἶδος. *Cachrydion vulgo hordeum tostum, abusive omnia tosta legumina, & herbam quandam libanotida dictam, & pini germina, & frumenti genus quoddam.* Κάχρυς nomen hordeum, leguminaque tosta acceperunt, quod hiulcum torrendo acquirerent, De voce cachry, ejusque aliis significationibus plura. lib. III. cap. VI. VII. & octavo me dixisse memini. Frugiferum genus, inquit præceptor, folium palustri apio simile habere, sed majus multo, Dioscorides fœniculo folium comparat. Φύλλα δὲ ἔχει μαράθρῳ ὅμοια παχύτερα δὲ καὶ πλατύτερα, περιφερῶς ἐπὶ τῆς γῆς ἐστρωμένα, εὐώδη. *Folia fœniculi habet sed crassiora latioraque rotæ speciem humi strata odorataque.* Apij palustris folia fœniculo comparare non potest, plane enim forma totaque idea dissimilis

milis. Concludunt idcirco docti Botanici Dioscoridis & Theophrasti libanotida diversam esse plantam. Horum improbare opinionem nequeo, quamvis constet nullam, folio excepto, esse notam, in qua auctores hi inter se dissideant. Apud neutrum mendi suspicio esse potest, si quidem Dioscor. lectionem, probat Oribasius ni forte apii fœniculique palustris apud antiquiores non fiat mentio. Caulem, inquit Theophrastus habere ad cubiti altitudinem. Dioscorides καυλὸν δὲ ὅσον πήχεως ἢ μείζονα, μασχάλας ἔχοντα πολλάς. *Caulem cubiti altitudine, ac etiamnum majorem, multis concavum alis.* Semen describit Theophrastus candidum, scabrum, oblongum. Dioscorides, καὶ ἐπ' ἄκρω σκιάδιον ἐφ' ᾧ καρπὸς πολύς. λευκὸς ἐοικὼς σπονδύλῳ, περιφερὴς, γωνίας ἔχων, δριμὺς, ῥητινίζων, ἐν δὲ τῷ διαμασᾶσθαι ἐπικαίων τὴν γλῶσσαν. *Ac in cacumine umbellam, in qua semen copiosum, candidum, spondylio simile, rotundum, angulosum, acre, resinosum, ac in mandendo linguam exurens.* Radicem Theophrastus crassam, magnam, candidam, & veluti Thus redolentem describit. Eodem ferè modo describitur à Dioscoride ῥίζα δὲ λευκὴ ἐυμεγέθης, ὄζουσα λιβάνου. *Radix alba & prægrandis, Thuris odorem habet.* Odoris suavitatem quam Theophrastus & Dioscorides radici adscribunt, foliis tribuit Plinius lib. XXIV. cap. XII. *Est & rosmarinum. duo genera ejus, alterum sterile, alterum cui & caulis & semen resinaceum, quod cachrys vocatur. Foliis odor thuris; radix vulnera sanat.* Rectius, lib. XIX. cap. XII. *Libanotis* inquit, *odorem thuris* (reddit) *myrrhis myrrhæ. De panace abunde dictum est, libanotis locis putribus & macris ac roscidis seritur semine. Radicem habet olusatri, nihil à Thure differentem, usus ejus post annum stomacho saluberrimus, quidam eam nomine alio rosmarinum appellant.* Recte radicem olusatri habere scripsit, quippe foris nigra, intus candida, qualem olusatri radicem supra cap. VII. lib. VII. orist. diximus; Nihil, inquit à Thure differentem. Id nisi de odore accipiatur, falsum est. Quamvis & illud ex parte tantum verum, siquidem aliquo modo odorem Thuris tantum referat. Alterum libanotidis fructiferæ genus his fere verbis describit Dioscorides ἡ δὲ ἑτέρα κατὰ πάντα ἐοικυῖα τῇ πρὸ αὐτῆς σπέρμα φέρει πλατὺ, μέλαν ὡς σπονδύλιον, ἐυῶδες, οὐ πυρωτικὸν, ῥίζαν ἔχει ἐκτὸς μὲν μέλαιναν, θλασθεῖσαν δὲ λευκήν. *Est & genus alterum ante dicto omnino consimile, quod semen gerit latum, nigrum uti spondylium, odoratum, minime fervens, ac radice nititur foris quidem nigra, at intus, si contundatur, alba.* Theophrasti Libanotida viri docti seseli Æthiopicum Mathioli esse asserunt. Hujus duo, vel tria genera observarunt recentiores, magnitudine, maxime folii, differentia. Caule non raro assurgit bicubitali, sed haudquaquam lignoso ac hyemen sustinente, geniculis intercepto, & superna parte in aliquot ramulos diviso. Folia sunt ampla, ex pluribus cohærentia, veluti palustris apii, quandoque in tantam magnitudinem excrescentia, ut palmum superent. Habent vero magna ex parte singulæ foliorum alæ, quina duntaxat folia, uno extremam alam occupante, lata, per ambitum serrata, supernè atrovirentia, inferne subcineracei quodammodo coloris. Flosculi in umbellis candidi, qui in oblongiusculum, angulosum, membranaceum latum, paleaceum candicans, non nihil asperum semen transeunt, cuminum aut sileris montani semen odore & sapore referens. Radix pollicaris aut amplioris est crassitudinis, crassioribus aliquot fibris prædita & crasso cortice, foris nigricans, intus candida, sapore initio dulci, deinde amaricante, supremo capite hirsuta (veterum foliorum quæ marcida evanuerunt, fibris eam hirsutiem facientibus) perennis, odore commendabilis, Thus referens, maxime probe exsiccata. In horto medico Lugdunensi hoc genus videre licuit, sponte crescit in Hungariæ Austriæ, & Styriæ sylvis. Iisdem in Provinciis aliud genus reperitur, uti Doctiss. ac diligentissimus observavit Clusius, majores id habet foliorum alas, hæc est in plura folia, nempe bina & vicena plerumque, superioribus magnitudine longe cedentia divisas, quæ supernè splendentia minus virent, & prona parte cineracei prorsus sunt coloris, omnia in ambitu, non modo ut superioris serrata, sed etiam lacunis dissecta: Æqualem cum superiore habet caulem, nodis similiter interceptum, florum umbellas similes, semen par, radicem non dissimilem. Reperitur & tertium genus, quod minorem libanotida adversariorum auctores vocant, vulgo libanotida minorem apii folio. Foliis exilioribus multo saxifragæ venetæ proximis, gemino situ panacis alteræ ritu, sed oris tantillum crenatis, & laciniatis, caulis bicubitalis & procerior, semen anethi candidum, flores in umbellis, radix aromatica, grati & jucundi odoris. Meminit Honorius Bellus libanotidis Theophrasti epist. Ima ad Carolum Clusium; *Rosmarini,* inquit, *hujus folia selino sunt similia, serrata, floresque in umbellis albi, quibus succedunt semina oblonga, aspera; radice nititur crassa, foris nigro cortice eoque tenui, intus alba, thus maxime olente. Ideo libanotis legitima mibi videtur quam Theophrastus descripsit. licet radix sit nigra, quia detracto levi cortice, spectatur maxime alba. appellatur vulgo* σκοτόσεφ, *quod vertiginem inducere credatur, & ni fallor siler creticum à quibusdam perperam vocatur.* Ego, salvo meliori judicio, primum libanotidis genus, sive Mathioli seseli æthiopicum existimo, describere Honorium. Libanotis Dioscoridis vulgo umbellifera dicta, caulem cubitalem, quandoque bicubitalem edit, non raro tricubitalem & majorem, fœniculaceum aut ferulæ modo nitidum, non nihil striatum, ex obscuro viridem, rotundum, articulis geniculatum, alis, ramulisque multis divisum. Folia in tenuissimas, angustissimasque partes dissecta, veluti ferulæ, majora latioraque quam fœniculi, virore cæsio & glauco. Umbellas fert in fastigiis amplas, sed laxas; in quibus flosculi luteoli, quibus succedunt fructus, magni corni ferè magnitudine, aut, ut Dioscorides σπονδύλῳ id est *verticillo* similes, per maturitatem albicantes, qui in duas sponte partes finduntur, atque in his semen oblongum, gustu acre, mordax ac fervidum. Thureum halitum dum fricatur emittens, manusque ac os thureo ac resinaceo replens sapore. Radix candida, prægrandis, Thus redolet. Tota planta tenera calidiuscula, sed non ingrato holeraceo, & smyrnii gustu. Quo quidem facile dignoscitur à ferula. Nam alioqui tota lacte turget, uti ferula, sed albidiori ac minus fervido, aut gravi odore, quin potius odoro. Hoc genus vidi Groningæ in horto Doctiss. viri Petri Mulleri botanices profess. digniss. qui pro sua humanitate erga nos hujus plantam horto nostro promisit. Alterum genus Dioscoridis quod semen fert nigrum, latum, minime fervens me vidisse non memini. Ad movendos menses præscribit radicem, cum vino austero Theophrastus. Quod absurdum & à veritate alienum. Nemo, ad promovendos menses, adstringentibus utitur, quare uti supra, ἀνδρείῳ *restitui*, id est, *generoso, forti.*

Theophrastus, ut supra dixi, unum tantum genus sterile docet; Duo describit Dioscorides, quorum alterum est cujus meminit Theophrastus. Θεόφραστος δὲ ἱστορεῖ μετὰ τῆς ἐρείκης λιβανωτίδα θρίδακι ἀγρίᾳ τῇ πικρᾷ ὅμοια φύλλα ἔχουσαν φύεσθαι, ῥίζαν δὲ βραχεῖαν. καθαίρειν δὲ ἄνω καὶ κάτω ταύτην ποθεῖσαν. λευκότερα μέν τοι καὶ τραχύτερα τὰ φύλλα τῶν τῆς θρίδακος. *Cæterum libanotida tradit Theophrastus cum erica nasci, foliis lactucæ sylvestris amaræ, at candidioribus & asperioribus; radice verò brevi, quæ potu superne inferneque purgat.* Ex his scripsisse Theophrastum constat ὅπου περὶ ἐρείκη πλείστη, non ut vulgo scribitur, ὅπου περὶ εἴρηται πλείστη. Hoc libanotidis genus non memini me vidisse; Lactuca enim sylvestris ἐρυθρόφυλλος sive *sylvatica*, non est libanotis Theophrasti, quod foliis est ex flavo nigricantibus, non lactucæ candidioribus, tum quod radix sapore sit moderatè dulci, tandem ad aliquam amaritudinem leniter inclinante, quam subsequuntur postremo adstrictio & exsiccatio. Quæ satis ostendunt, nec per superiora, nec per inferiora purgare. Alterum sterile libanotidis genus Dioscorides his verbis describit, ἡ δὲ λεγομένη ἄκαρπος κατὰ ὅμοια ὅλοις τοῖς προειρημέναις, οὔτε καυλὸν ἀνίησιν, οὔτε ἄνθος, οὔτε σπέρμα. φύεται ἐν πετρώδεσι καὶ τραχέσι τόποις. *Quæ vero sterilis libanotis dicitur, penitus antedictorum similitudinem refert, at neque caulem, neque florem, neque semen profert, in saxosis autem & asperis provenit.* Libanotidem hanc vulgarem puto caule, & flore viduam, observari tertio, interdum quarto à satione anno, caulem emittere. Sic duo cynoglossi dixit esse genera, unum sterile, alterum fructiferum; cum unum idemque genus sit, quod altero demum anno caulem fert. Vestibus interponi inquit Theophrastus ad pellendos arcendosque noxios vermiculos. Locum hunc citat Apollonius lib. de admirabilibus Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν, φησὶν, ἡ λιβανωτὶς βοτάνη συντιθεμένη μετὰ ἱματίων κωλύει ζῆτας (lege σῆτας) ἐγγίνεσθαι. *Libanotidem herbam vestibus oppositam prohibere ne tineæ in iis fiant.*

ΚΕΦ. ΙΓ. CAP. XIII.

Vernilaginum, & papaveris genera. Tum radicum differentias unde liceat accipere. De nymphæa, Scythica, & malo terræ. Quodque Pandius statuarius mente alienatus sit. Item de Thracia radicibus.

Χαμαιλέων δὲ ὁ μὲν λευκός. ὁ δὲ, μέλας. αἱ δὲ δυνάμεις τῶν ῥιζῶν, καὶ αὐταὶ δὲ αἱ ῥίζαι τοῖς εἴδεσι διάφοροι. ἡ μὲν γὰρ λευκὴ, καὶ γλυκεῖα, καὶ παχεῖα, καὶ ὀσμὴν ἔχουσα βαρεῖαν. χρησίμη δέ φασι πρὸς τοὺς ῥοῦς ὅταν ἑψηθῇ κατατμηθεῖσα, ὥσπερ ῥαφανὶς * ἐγκλουμένη ἐφ' ὁλοσχοίνου. καὶ πρὸς τὴν ἕλμινθα τὴν πλατεῖαν, ἀσταφίδα προφάγῃ, † πίνειν ἐπιχέοντα ταύτην, ὅσον ὀξύβαφον ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ. ἀναιρεῖ δὲ καὶ κύνα καὶ σῦν. κύνα μὲν, ἐν ἀλφίτοις ἀναφυραθεῖσα μετὰ ἐλαίου καὶ ὕδατος. σῦν δὲ, μετὰ ῥαφάνων μιγνυμένη τῶν ὀρείων. γυναικὶ δὲ δίδοται ἐν τρυγὶ γλυκείᾳ, καὶ ἐν οἴνῳ γλυκεῖ. καὶ ἐὰν βούληταί τις ἀσθενοῦντος ἀνθρώπου διαπειράσασθαι εἰ βιώσιμος, λούειν κελεύουσι τρεῖς ἡμέρας· κἄνπερ διενέγκῃ, βιώσιμος. φύεται δὲ ὁμοίως πανταχοῦ. καὶ ἔχει τὸ φύλλον ὅμοιον σκολύμῳ μεῖζον δὲ, αὐτὸ δὲ πρὸς τῇ γῇ. τὴν δὲ κεφαλὴν ἔχει ὁμοίαν ἀκάνῳ μεγάλην. οἱ δ' ἄκανον καλοῦσιν. ὁ δὲ μέλας, τὸ μὲν φύλλον παρόμοιος. ‡ σκολυκῶδες γὰρ ἔχει, πλὴν ἔλαττον καὶ λειότερον. αὐτὸς δ' ὅλος ἐστὶν ὥσπερ σκιάδιον. ἡ δὲ ῥίζα παχεῖα καὶ μέλαινα· διαρραγεῖσα δὲ, ὑπόξανθος. φιλεῖ δὲ χωρία * ψυχρὰ καὶ ἀργά. δύναται δὲ λέπρας ἐξελαύνειν ἐν ὄξει τριβόμενος, καὶ τριβεὶς ἐπαλειφόμενος. καὶ ἄλφον ὡσαύτως. ἀναιρεῖ δὲ καὶ τοὺς κύνας. μήκωνες δ' εἰσὶν ἄγριαι πλείους. ἡ μὲν κερατῖτις καλουμένη, ἡ δὲ μέλαινα. ταύτης τὸ φύλλον ὡς φλόμου τῆς μελαίνης, ἧττον δὲ μέλαν. τοῦ δὲ καυλοῦ τὸ ὕψος ὡς πηχυαῖον. ῥίζα δὲ † βραχεῖα, καὶ ἐπιπόλαιος. ὁ δὲ καρπὸς καμπύλος ὥσπερ τῶν κερατίων. συλλέγεται δὲ περὶ πυροτομίας. δύναται δὲ καθαίρειν κοιλίαν· τὸ δὲ φύλλον ἄργεμα προβάτοις ἀφαιρεῖ. φύεται δὲ περὶ τὴν θάλατταν, οὗ ἂν ᾖ πετρώδη χωρία. ἑτέρα δὲ μήκων ῥοιὰς καλουμένη παρομοία κιχωρίῳ τῷ ἀγρίῳ· διὸ καὶ ἐσθίεται. ἐν τοῖς ‡ ἀρουραίοις δὲ φύεται, μάλιστα ἐν ταῖς κριθαῖς· ἄνθος δὲ ἔχει ἐρυθρόν. * κωδύαν δ' ἴσην ὄνυχα τοῦ δακτύλου. συλλέγεται δὲ πρὸ τοῦ θερισμοῦ τῶν κριθῶν ἐγχλωροτέρα δὲ μᾶλλον. καθαίρει δὲ κάτω. ἑτέρα δὲ μήκων ἡρακλεία καλεῖται· τὸ μὲν φύλλον ἔχουσα οἷον στρουθὸς, ᾧ τὰ ὀθόνια λευκαίνουσι· ῥίζαν δὲ λευκὴν ἐπιπόλαιον· τὸν δὲ καρπὸν λευκόν. καθαίρει ἄνω ταύτης ἡ ῥίζα. χρῶνται δέ τινες πρὸς τοὺς ἐπιλήπτους ἐν μελικράτῳ. ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ ὁμώνυμά τινα συνείληπται. τῶν δὲ ῥιζῶν καὶ ἐν τοῖς χυλοῖς αἱ διαφοραὶ καὶ ἐν ταῖς ὀσμαῖς. αἱ μὲν γάρ εἰσι δριμεῖαι, αἱ δὲ πικραί, αἱ δὲ γλυκεῖαι. καὶ αἱ μὲν εὔοσμοι, αἱ δὲ βαρεῖαι. γλυκεῖα μὲν, ἥ τε νυμφαία καλουμένη. φύεται δὲ ἐν ταῖς λίμναις, καὶ ἐν τοῖς ἑλώδεσιν. οἷον ἔν τε τῇ ὀρχομενίᾳ, καὶ μαραθῶνι, καὶ περὶ κρήτην. καλοῦσι δ' αὐτὴν οἱ Βοιωτοὶ ‡ μαδωνίαν, καὶ τὸν καρπὸν ἐσθίουσιν. ἔχει δὲ τὸ φύλλον μέγα ἐπὶ τοῦ ὕδατος· εἶναι δέ φασιν

Greek margin notes: * ἐνηλωμένη. † πίνειν δεῖ ἐπιχέοντα. ‡ σκολυμώδης. Scal. * ἴχει. † πηχεῖα. ‡ ἀρούραις. * κώδειαν. Conjuncta Theodor. ‡ μαδδῶν.

* Vernilaginum, una candida, altera nigra. Vires radicum inter se distant, & ipsæ radices specie differunt. Candida enim crassa & graviter olens, utilis traditur ad alvi profluvia, cum confecta orbiculatim modo radicis decocta est, junco transfixa in seriem. Valet & ad vermem latum interficiendum, cum una cum passa vua comesa acetabuli mensura è vino bibitur austero. Occidit & canes, & sues. Canes in farina hordeacea subacta cum aqua, & oleo, sues † cum brassica. Et si hominem ægrescentem experiri volueris an vivere possit, lavandum ea radice triduo jubent. Hoc enim si toleraverit, moriturum nequaquam existimant. Nascitur æque omnibus locis, folio ‡ cardui, verum ampliori & terræ proximo, capite magno acano simili. Vnde quidam acanum eam vocarunt. * Nigra folio constat modo cardui, præterquam quod minori, leviorique. Tota autem herba umbraculi speciem repræsentat, radice crassa, & nigra extrinsecus, subflava intrinsecus. Loca gelida, humidaque amat. Lepram & vitiliginem trita in aceto, & ramentis illita. Nec non & canes occidere potest. Papaveris quoque sylvestris genera plura notantur. Quoddam enim cornutum appellatum; † aliud autem nigrum est, folio constans verbasci nigri, sed minus nigro. Cauli altitudo cubitalis, radix ‡ brevis, per summaque cespitum: fructus inflexi, ut cornicula figurantur. Legitur circa messes. Et alvum purgare potest. Folium albuginem ovibus aufert. Nascitur juxta mare locis saxosis. Aliud erraticum vocatum non absimile intubo erratico est. Quamobrem in usum venit cibarium. Nascitur in * arvis potissimum inter hordea. Florem rufum producit. Caput unguis pollicalis magnitudine. Ante hordei autem legitur messem. † Sed & viridius est, & inferius purgat. Aliud Herculanum nuncupatum, folio constat struthi, ‡ quo splendorem linteis tribuunt; radice in summa terræ eunte: fructu albo. Hujus radix purgare superius nata est. Non desunt, qui contra comitialem morbum ea utuntur in * vino mulso. Hæc igitur veluti æquivoca quædam subjungere placuit. Radicum autem tum in succis, tum odoribus differentias notare licet. Sunt enim aliæ acres, aliæ amaræ, aliæ dulces: & aliæ suavis olentiæ, aliæ gravis. Dulcis nymphææ vocatæ, quæ nasci in lacustribus solet, ut in † Orchomenensi agro, & Marathone, & in ‡ Creta insula. Bœoti madoniam hanc appellant, fructumque mandunt. Gerit folia super aquam ampla: * plagæ trita imposita sanguinem sistere traditur. Vtilis & ad difficultates intestinorum pota. Dulcis & Scythica, & † quidem nonnulli dulcem eam appellant. Nascitur apud Mæotim. Vtilis ad anhelitus & ad tussim siccam, atque in totum thoracis mederi doloribus potest. Ad hæc mederi ulceribus potest in melle: sitim quoque extinguit, si teneatur in ore. ‡ Qua de causa tum ea, tum equestri vocata, Scythas un-

Latin margin notes: * *Chamæleon quidam est albus, alter niger. radicum facultates atque ipsæ etiam radices specie differunt; illius enim radix candida, dulcis, & crassa & graviter olens, utilis traditur ad mulierum profluvia concisa rhaphani modo, & junco velut clavo transfixa, ac decocta.* † *Brassica montana. mulieri datur ex fæce vini passi, aut ex vino passo: quod si quis experiri voluerit, moriturus sit æger, nec ne, præcipiunt ea radice lavandum triduo.* ‡ *Scolymi.* * *Niger simili sit folio scilicet scolymi, sed minore & mitiore. Tota herba habet veluti umbellam, radix crassa est nigra, & disrupta, subflava. Locis gaudet frigidis & incultis.* † *Aliud nigrum, cornutum folio constat.* ‡ *Crassa.* * *Segetibus.* † *Cum viridius adhuc est: atqui viridius etiam purgat inferius.* ‡ *Quo lintea dealbantur radice alba summa terræ hærente.* * *Aqua mulsa.* † *Orchomenio lacu.* ‡ *Cretæ insulæ locis omnibus palustribus.* * *Trita & plagæ imposita.* † *Quam nonnulli glycyrrhizam appellant.* ‡ *Qua propter Scythas contentos ea & hippace, id est caseo equino undecim aut duodecim dies vitam sustinere ajunt. Aristolochia olfactu odorata est.*

ἔσχαιμον, ἐὰν τρίψας τὶς ἐπὶ τὴν πληγὴν ἐπιθῇ. * χρησίμη δὲ καὶ πρὸς τὰς δυσεντερίας πινομένη. γλυκεῖα δὲ καὶ ἡ σκυθική. καὶ † ἔνιοί γε καλοῦσιν * αὐτὴν εὐθυγλυκεῖαν αὐτήν. γίνεται δὲ περὶ τὴν μαιῶτιν. χρησίμη δὲ πρός τε τὰ ἄσθματα, καὶ πρὸς βῆχα ξηρὸν, καὶ ὅλως τοὺς περὶ τὸν θώρακα πόνους. ἔτι δὲ πρὸς τὰ ἕλκη ἐν μέλιτι· δύναται δὲ καὶ τὴν δίψαν παύειν, ἐάν τις ἐν τῷ στόματι ἔχῃ. διὸ ταύτῃ τε καὶ τῇ ἱππακῇ διάγειν φασὶ τοὺς σκύθας ἡμέρας καὶ ἕνδεκα καὶ δώδεκα. ἡ δὲ ἀριστολοχία τῇ ὀσφρήσει μὲν εὔοσμος, τῇ δὲ γεύσει πικρὰ σφόδρα. τῇ χροιᾷ δὲ μέλαινα. φύεται δὲ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἡ βελτίστη. φύλλον δὲ ἔχει προσεμφερὲς ‡ τῇ ἀλσίνῃ. πλὴν στρογγυλότερον. χρησίμη δὲ πρὸς πολλά. καὶ ἀρίστη πρὸς κεφαλήν· ἀγαθὴ δὲ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ἕλκη, καὶ πρὸς ἑρπετὰ καὶ πρὸς ὕπνον καὶ πρὸς * ἕτερα. τὰ μὲν οὖν προσάγειν κελεύουσιν ἐν ὕδατι ἀναδεύσαντα καὶ καταπλάττοντα. τὰ δὲ ἄλλα εἰς μέλι ἐγχύσαντα καὶ ἔλαιον. πρὸς δὲ τὰ τῶν ἑρπετῶν ἐν οἴνῳ ὀξίνῃ πίνειν, καὶ ἐπὶ τὸ δῆγμα ἐπιπλάττειν. εἰς ὕπνον δὲ ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ κνίσας. ἐὰν δὲ αἱ μῆτραι προσπέσωσι, τῷ ὕδατι ἀποκλύζειν. αὗται μὲν οὖν γλυκεῖαι. ἄλλαι δὲ πικραὶ, αἱ δὲ βαρεῖαι τῇ γεύσει. γίνονται δέ τινες τῶν γλυκειῶν, αἱ μὲν, ἐκστατικαὶ, καθάπερ ἡ ὁμοία τῇ σκολύμῳ ἡ περὶ Τέγεαν. ἣν καὶ Πάνδιος ὁ ἀνδριαντοποιὸς φαγὼν, ἐργαζόμενος ἐν τῷ ἱερῷ ἐξέστη. † αἱ δὲ, θανατηφόροι. καθάπερ αἱ περὶ τὰ μέταλλα τὰ ἐν τῇ Θρᾴκῃ. κοῦφη δὲ καὶ ἡδεῖα πάνυ τῇ γεύσει. καὶ τὸν θάνατον ἀπονώδη τινὰ ποιοῦσι καὶ ἐλαφρόν. ἔχουσι δὲ καὶ τοῖς χρώμασι διαφορὰς, οὐ τῷ λευκῷ καὶ μέλανι καὶ ξανθῷ μόνον, ἀλλ' ἔνιαι καὶ οἰνοχρῶτες καὶ ἐρυθραὶ, καθάπερ ἡ τοῦ ἐρευθεδάνου.

* Ἴσχαιμον. † Cod. Bas. ‡ Καλοῦσιν αὐτὴν εὐθυγλυκεῖαν αὐτήν. Scribe. καλοῦσιν γλυκύρριζαν αὐτήν. * τῷ κισσῷ. * τὰ μὲν οὖν πρὸς ἕλκη τῆς ὑστέρας. κεφαλῆς προσάγειν. † ἄλλαι.

decim, & duodecim dies, sitim tolerare affirmant. Malum terræ olfactu odoratum, gustatu vehementer * amarum est: colore † nigrum. Nascitur in montibus ‡ optimum quoque. Folio constat * muris auriculæ simili, tamen rotundiori. † Perutile ad caput, & reliqua ulcera, & ad serpentes, & ad somnum, & ad alia multa. Vlceribus capitis adhibere præcipiunt in aqua subactum, reliquis rasum in melle, & oleo. Contra ictus serpentium ex vino acido bibi debet, atque inspergi morsui. Ad somnum in vino nigro austero pertritum datur. Si vulva prociderit, decocto abluisse juvabit. Dulces igitur illæ, amaræ autem aliæ. & gravis aliæ gustus. Quædam ex dulcibus, mentis alienandæ vim sortiuntur; ut quæ carduo similis apud Tegeam gignitur. Quam cum Pandius statuarum artifex in templo, suo fungens officio, comedisset, mente alienatus est. Quædam item mortiferæ deprehensæ sunt; ut quæ apud Thraciæ metalla comperiuntur, gustu faciles, jucundæque admodum. Coloris quoque discrimine radices large inter sese differunt: nec solum albæ, & nigræ, & flavæ sunt: etiam cæruleæ, & rubræ, ut rubiæ radix.

* Amara. † Nigra. ‡ Optima. * Hederæ. † Ad plurima, utilis optima ad capitis morbos, commoda ad ulcera maxime & secundas expellendas capitis, ad serpentes subactam rasam pertritam.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

TOδ μὲν γὰρ λευκὴ, καὶ γλυκεῖα. *Hoc non posuit Theodorus. at etiam Dioscorides* dulcem *ait. Inveni qui negarent affirmanti mihi, idque scriptum relinquerent, hanc esse Carlinam, unico argumento radicis: quam ajebant odore carere. Cum contra & Dioscorides, & Theoph. odoratam scribant.* τοὺς ῥοῦς *Theodorus* alvi profluvia. *Plinius* rheumatismos.

Μετὰ ῥαφάνων μιγνυμένη. *Theodorus omisit*, τῶν ὀρείων. *Dioscorides, rhaphanum admiscet nullum. Theodorus illa quoque præteriit*, γυναιξὶ δὲ δίδοται ἐν τρυγὶ γλυκείᾳ, καὶ ἐν οἴνῳ γλυκεῖ. *Lege* σκολυμώδης; *non autem*, σκολυκώδης.

Χωρία ψυχρὰ, καὶ ἀργά. Inculta. *Theodorus legit*, ὑγρά. *At verò siccis locis provenire, ait Dioscorides.*

Μήκωνες δ' εἰσὶν ἄγριαι. *Quid papaveri cum chamæleonte? Itaque separata capite proprio.*

Ταύτης δὲ φύλλον. ταύτης, *scilicet*, κερατῖτιδος. *Theodorus æquè negligenter.* Quoddam autem nigrum est, folio constans verbasci nigri. *De cornuto enim loquitur Philosophus.*

Ἐσχλωρότερα δὲ μᾶλλον. Legitur, cum adhuc viridiusculum est. *Theodorus simul junxit cum sequentibus:* ἔσχλωρότερα δὲ μᾶλλον καθαίρει κάτω.

Λευκαίνουσι τὰ ὀθόνια. *Theodorus, splendorem linteis tribuunt. Oportuit meminisse*, τὸ λευκὸν *esse coloris* τὸ τι. *Splendorem autem esse colori* τὸ ἐπιλαμπόμενον. *Etiam nigra possunt esse splendida, & alba non splendida.*

Τῶν δὲ ῥιζῶν. *Hic quasi deintegro sub communi genere ponit species, à partium differentiis, id est, radicum. male sanè. Nanque & suprà dixit: & non erat hic locus. Et jam de radicibus dixit* τὰ καθ' ἕκαστον. *Aliud igitur caput hoc esto.*

εὐθυγλυκεῖαν. *Theodorus* dulcem. *Hic dimidiatæ vocis significatum est. Mendosus verò codex.*

Χρησίμη δὲ πρὸς πολλὰ, καὶ ἀρίστη πρὸς τὴν κεφαλήν. *Theodorus exemtis aliis vocibus:* perutile ad caput. τὰ μὲν οὖν προσάγειν. *Theodorus ea verba*, πρὸς κεφαλὴν, *& transtulit, & quasi commentario est prosequutus. Intellexit enim*, ἕλκη τῆς κεφαλῆς. *Sic infrà repetens hæc Theophrastus, dixit:* πρὸς τὰ κεφαλόθλαστα.

Αὗται μὲν οὖν γλυκεῖαι. *Non convenit epilogus cum superioribus. Nam hæc est amara.*

Ἐργαζόμενος. *Theodorus*, suo fungens officio. *Purius*, cum esset in opere.

Καὶ τὸν θάνατον ἀπονώδη τινὰ ποιοῦσι, καὶ ἐλαφρόν. *Hæc omnia omisit Theodorus.*

Ἀλλ' ἔνιαι οἰνοχρῶτες. *Theodorus*, cæruleæ. *Legit igitur aliter quàm*, vini colores.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

XΑμαιλέοντος nomen obtinere à varietate viri Doctiss. ex Dioscoride probant, apud quem lib. III. cap. XI. hæc leguntur. Ὠνόμασται δὲ χαμαιλέων διὰ τὸ ποικίλον τῶν φύλλων εὑρίσκεται γὰρ ἢ λίαν χλωρὰ τὰ τοιαῦτα, ἢ ὑπόλευκα ἢ κυανοειδῆ, ἢ ἐρυθρὰ, παρὰ τὰς τῶν τόπων διαφοράς. *Cæterum ut vocetur chamæleon foliorum varietate evenit. Nam pro locorum differentiis, hic intensè viridia, illic albicantia, alibi cyanea, alibi denique rubra reperiuntur.* Supra lib. VI. cap. III. & quart. plura de chamęleonte diximus, ac inter cætera, duos esse chamęleontes, alteramque pro cœli, solique varietate lachrymam vel proferre, vel ixon idest viscum emittere. Dioscorides non lib. III. cap. X. ἰξίαν δὲ ἐκάλεσαν διὰ τὸ ἔν τισι τόποις ἰξὸν εὑρίσκεσθαι. πρὸς ταῖς ῥίζαις αὐτοῦ. ᾧ καὶ ἀντὶ μαστίχης χρῶνται αἱ γυναῖκες. *Ideo ixian appellarunt, quod pluribus in locis viscum ad ipsius radices inveniatur, quo utuntur mulieres pro mastiche.* Eodem capite relatum à nobis, qui ixum sive viscum fert ἰξίαν dici, qui vero non fert, chamęleonem. Plinius lib. XXII. cap. XVIII. *Chamæleonem aliqui, ixiam vocant. Duo genera ejus; candidior asperiora folia habet, serpit in terram, echini modò spinas erigens, radice dulci, odore gravissimo* (gravi Theophrastus & Dioscorides) *quibusdam in locis viscum gignit album, sub alis foliorum; Maxime circa canis exortum, quomodo thura nasci dicuntur, unde & ixia appellatur. hoc ut mastiche utuntur mulieres.* Corrupta sunt verba priora, restituunt viri docti. *Chamæleonis duo genera. candidior, quem ixiam vocant, asperiora &c.* Nec semper ixiam vocant, sed cum viscum fert, ideoque à Chamæleonte eam separat Theophrastus; quia non ubique chamæleon mastichen illam generat, sed certis tantum locis. Quanquam non in dubium vocandum videtur,

tur, Theophrastum similes fere observasse plantas, non easdem; quod recentiorum constat experientia. Quare uti dixi, ἰξίνη dicenda quæ à Fabio Columna describitur, carlinæ proxima, non tamen eadem. Chamæleon enim est ipsa carlina ἄκαυλος. Ixine itaque, ut dixi supra, primum inventa & descripta est à Fabio Columna, quæ & chamęleon est Dioscoridis: ubi locos Dioscoridis & Theophrasti pugnantes conciliavimus. Chamęleon albus, qui lachrymam non fert, carlina vulgo dicitur. Nam quæ lachrymam fert planta, omnes notas habet quas Dioscorides & Theophrastus ixine, chamęleonique albo adscribunt. Huic similis satis carlina, quæ à nonnullis carolina dicitur, à Carolo Magno, primo ejus nominis Romanorum Imperatore, cujus exercitus usu hujus radicis liberatus, & præservatus à peste, olim fuisse fertur. Hujus genera duo, quorum prior quæ chamęleon ἄκαυλος, caule vidua, altera caulescens. Alii tamen hanc à priore nihil differre putant, nisi quod caulem ferat quod cultu contingit. Nam plerumque, si eodem anno floruerit, quo in hortum transfertur, sine caule permanebit; sin contra, multo lætior altero anno assurgit, & caulifera fit. Ἄκαυλος foliis est valdè spinosis, ambitu incisis, albis, humi jacentibus; inter quæ medium orbiculatum erumpit capitulum, absque caule, cynaræ capiti similis, in metam fastigiatus, compactili squamarum pungentium acervo, horridus, cujus flos medio stamineus, rubentibus foliolis, quandoque candidis, ambitu circumseptus est, sereno autem cœlo flos aperitur, lateque patet; nubilo vero, veluti se recludens, contrahitur. Semen cnico simile est. Radix oblonga, nec sine gravitate odorata, candicans, solida, non rimosa aut fissa, sapore principio fatua, mox subdulci, tandem acri. Hujus echinos adhuc compressos, priusquam flos pandatur, Allobrogum incolæ, detractis corticosis unguibus, structilique laminularum serie revulsa, concidunt in orbes; & raporum ritu in cibos coquunt, & cum butyro in prunis, vel super foculo parant, sale & pipere condiunt, gustu quidem palato, multo suaviore & lautiore, quam capitula illa cinaræ, articoca dicta. Alterum carlinæ genus caulescens folia habet valde spinosa, utroque margine, sectionibus profundius incisa, & per angulos, duris multumque pungentibus spinis munita, quorum mediæ costæ subinde rubent. Caulis dodrantalis aut altior, unicum ut plurimum proferens capitulum, exteriore circuitu ac ambitu, echini aut castaneæ instar spinosum, quo superius patente, flos exit latus, medio disco multis staminibus farctus, quem parvula, oblonga foliola cingunt, sæpe albicantia, rarissime rubentia: semen tenue & angustum subest forma cnici, radix oblonga, digitalis crassitudinis, subnigricans, adeò rimosa ut scissa videatur, odorata, gustu nonnihil amaricans. Utraque in montibus altis, locis desertis, ac quandoque secus vias, sed quæ caulem fert Germaniæ frequentior. Hanc chamęleonem botanici nigram esse scribunt. Utrum rectè, mox patebit. Ad chamęleontis albi classem referenda plantula spinosa, apud nos locis asperis, ac secus vias satis familiaris, radice, folio, & semine chamæleonti nigro similis, sed exigua. Flos ejus aculeatus & purpureus humi procumbit. Caule caret, & in papporum lanugines tandem evanescit. semine præstat aliquanto cnico assimili, foliis carlinæ sed retusioribus, mollioribusque laciniis minoribus. Radix subrubra, gravissimi odoris. Quæ ostendunt non inepte hanc posse vocari chamęleonem album. Utramque carlinam primam scilicet & tertiam Germani Eberwurtz vocant, id est *apri radicem*. Eber enim illis idem quod latinis verres; Nomen hoc impositum, quod radix ejus cum polenta sues necat; Quam vim Theophrastus chamęleonti tribuit albo, sed cum brassica exhibendam scribit. Easdem vires chamęleonti tribuit Dioscorides lib. III. cap. X. quas tradidit Theophrastus, ἥ τις, inquit Dioscorides, ποθεῖσα ὀξυβάφου πλῆθος, ἄγει ἕλμινθας πλατείας. λαμβάνεται δὲ σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ μετὰ ὀριγάνου ἀποζέματος, καὶ ὑδρωπικοῖς δὲ ἐπιτηδείως δίδοται ὁλκὴ σὺν οἴνῳ· ἰσχναίνει γὰρ αὐτούς. καὶ πρὸς δυσουρίαν τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πίνεται. Ἔτι δὲ θηριακὴ σὺν οἴνῳ ποθεῖσα, ἀποκτείνει καὶ κύνας, καὶ ὗς, καὶ μύας, σὺν ἀλφίτῳ πεφυραμένη, καὶ ὑδρελαίῳ διεθεῖσα. *Hæc pota acetabuli mensura, latum ventris lumbricum pellit. sumitur vero in vino austero cum origani decocto, hydropicis quoque commode drachma in vino datur. Etenim eos extenuat; Ipsius quoque decoctum contra difficultatem urinæ bibitur. Adversatur & in vino pota virulentarum bestiarum venenis; Canes autem, suesque, ac mures occidit, subacta cum polenta, aquaque & oleo diluta.* Mures occidere non scripsit Theophrastus. Nec tamen mutandus codex Dioscoridis, siquidem Plinius lib. XXII. cap. XVIII. scribat, *hic succus occidit canes, suesque in polenta, addita aqua & oleo, contrahit in se mures ac necat, nisi protinus aquam sorbeant.* In altero codice scriptum est. *Hic succus occidit & panos in polenta, & canes, suesque addita aqua & oleo.* Quæ corruptum codicem ostendunt. Restituunt, *facit ad difficultatem urinæ, panosque hic succus. Occidit & canes, sues, muresque in polenta,* (attende ad verba Theophrasti & videbis Plinii negligentiam) *addita aqua & oleo.* Vulgatam non probo lectionem, magis tamen sequens arridet. *Facit ad difficultatem urinæ, panosque hic succus. Occidit & canes suesque in polenta addita aqua & oleo. contrahit in se mures ac necat, nisi protinus aquam sorbeant*, Galenus lib. de med. fac. parab. ad Solonem tit. ad dealbandos dentes, aliaque eorum sananda vitia, mures necari à chamęleonte nigra. χαμαιλέων μέλας διακλυζόμενος παύει ὀδονταλγίας. τοῦτο καὶ μῦς κτείνει. *Nigri chamæleonis si foveas decocto dolorem dentium curabis, id & mures necat.* Recte fortasse de nigro tradit. hoc auctor hujus libelli: Nam albus adversus venenatas bestias commendatur à Dioscoride, nec ab hoc tantum, sed Nicandro, qui nigrum venenati quid habere tradit, quam sententiam probat. lib. VIII. simpl. Galenus, versus Nicandri.

> φράζεο δ' αἰγλήεντα χαμαιλέον, ἠδὲ ὀρεινόν.
> δοιοὶ δ' ἀμφὶς ἔασιν· ὁ μὲν ζοφοειδέλος ὠπὴν
> ἤικται σκολύμῳ, τροχίην δ' ἀπεχεύατο χαίτην,
> ῥίζα δὲ οἱ βεβαρής τε καὶ αἴθαλος. ὃς δ' ὑπὸ κνημοῖς
> σκιεροῖς ἐνιπλήθει φυτήλιος ἐν νεμέεσσι
> ἶσον δ' ἑτέρῳ δῆεις αἰεὶ πετάλοισιν ἀγαυρόν
> μέσση δ' ἐν κεφαλῇ φύεται πεδόεσσα μολοβρίς·
> ῥίζα δ' ὑπεργήεσσα, μελίζωρος δὲ πάσασθαι.
> τὸν δὴ κυάνεον μὲν ἀναίνεο. τῆς δ' ἀπὸ φάρσος
> δραχμαῖον ποτιμοῖο πιεῖν, ὕδατεσσι ταράξας.

> *Perpendenda etiam est humilis medicina leonis,*
> *Montanæ & radios imitantis floribus herbæ,*
> *Illius esse duas species cognosce: prioris*
> *Assimilis scolymo quadam caligine forma*
> *Atque rotunda effusa juba est; densa aurea radix*
> *Aprica effugiens loca, opacis nascitur umbris,*
> *Asperius folium, sed nullum habet altera caulem;*
> *Immo humili medium floris caput horret echino,*
> *Alba intus radix referenti mella sapore,*
> *Vitandus niger est, tacitum feret ille venenum.*
> *Mixti autem lympha drachmam potaveris albi.*

Galenus lib. VIII. simpl. Χαμαιλέοντος ἡ ῥίζα τοῦ μὲν μέλανος ἔχει τι δηλητήριον, ὅθεν ἔξωθεν ἡ χρῆσις αὐτοῦ πρὸς ψώρας καὶ λειχῆνας ——— ἡ δὲ τοῦ λευκοῦ χαμαιλέοντος ῥίζα πρὸς ἕλμινθας πλατείας δίδοται, πλῆθος ὀξυβάφου μετ' οἴνου αὐστηροῦ· προσφέρουσι δὲ αὐτὴν καὶ τοῖς ὑδερικοῖς παραπλησίαν οὖσαν, καὶ αὐτὴν τῇ κράσει τῇ τοῦ μέλανος ῥίζῃ πλὴν ὅσον πικροτέρα ἐκείνης ἐστίν. *Id est chamæleontis radix nigri quidem lethale quiddam obtinet, quamobrem foris utique usus ejus ad psoras adhibetur, & lichenas ——— Porro albi chamæleontis radix potus adversus latos lumbricos datur cum vino austero mensura oxybaphi: Exhibent sane etiam aqua inter cutem laborantibus, adsimilem habentem temperiem ipsius nigri radici, nisi quatenus illa acrior est.* Idem Aëtius; apertius Ægineta, Χαμαιλέοντος τοῦ μὲν μέλανος ἡ ῥίζα ——— ἔσω δὲ λαμβανομένη δηλητηριώδης ἐστίν. ἡ δὲ τοῦ λευκοῦ ῥίζα παραπλησία μέν ἐστι τῇ τοῦ μέλανος πικροτέρα δέ. Reliqua uti apud Galenum, si intra corpus sumatur veneni loco est. Accedit quod Plinius loco citato de nigro scribat. *Et ricinos canum necant, juvencas quoque anginæ modo; Quare à quibusdam ulophonon vocatur, & cynozolon propter gravitatem odoris.* Οὐλόφονον dictum nigrum chamęleonem testatur Auctuarii auctor. A deleteria vi nomen illud Plinius impositum inquit, quod juvencas anginæ modo strangulet. Οὐλόφονον totus mortifer sonat, οὖλος & ὅλος. *omnis, totus.* φόνος *mortifer, occisor.* Φονέω, φονεύω, φονάω *occido, interficio, mortem infero.* Vel sic appellatur, quod cum pernicie occidat. Οὖλος enim Græcis *perniciosus.* Inde ἀπὸ τοῦ οὖλος καὶ φονέω οὐλόφονον, quasi οὖλον φόνον φέρων, *perniciosam mortem inferens.* Nicandri Scholiasten οὐλόφονον δὲ τὸ οὐλῶς βλάπτον, ἢ ὅλον φονευτικόν. Unde itaque

Plinius sic dictum inquit, quod juvencas necet. Rudis ac Græcæ linguę ignarus plane fuisset, si sic interpretatus esset. In optimo codice scriptum est ulophytos, pro quo oulophyton scribendum, ἀπὸ τοῦ οὖλος καὶ φύω, nascor, produco, genero. Hinc ille quod juvencas, id est recens natos, generatos necet. Iuvenca proprie est vacca junior, quæ jam vitula esse desiit. Vel οὐλόφονον dixit Plinius, quod jumenta, majoraque animalia lędat. Cum enim scripsisset album lædere mures, canes, sues, quæ minora sunt animalia; nec alibi legisset album deleterii quid habere: contra nigrum eundemque perniciosum ac oulophon vocari; sic dici imaginatus est, quod majora lædat animalia, qualia jumenta. Verisimile itaque scripsisse Plinium, *jumenta quoque anginæ modo necat.* Cynozolon dictum inquit, propter odoris gravitatem; auctor Auctuarii κυνόζυλον appellatum ait. Utrumque corruptum. Etymon docet scripsisse Plinium, *cynosoron, caninum referens odorem, qui non sine gravitate gratus dici potest.* Ex his itaque constat auctorem libelli de med. facile parabil. recte scripsisse mures à nigro occidi chamæleonte. Quæstio moveri solet, quomodo quod bestiarum venenum, ab homine tuto ac secure pro antidoto intro assumi possit. Respondere solent ex Gal. lib. v. simplic. cap. XVIII. alexeteria mediam obtinere naturam, inter corpora ipsa & venena. Ex quo fit ut quæ venenis adversantur, largius assumpta corpus animantis lædant. De hac quæstione alibi. Chameleonis albi radicem Theophrastus πρὸς ῥοῦς præscribit Gaza *alvi profluvium* vertit. rheumatismos Plinius loco citato, *radicem ejus aliqui concisam servari jubent funiculis pendentem, decoquuntque in cibo contra fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant. Mulierum profluvia* interpretatus sum, quod ῥόος ἢ ῥοῦς Hippocrati, Græcisque antiquioribus fluorem denotet muliebrem. Sæpe enim occurrit, ῥοῦς ἐρυθρὸς, λευκὸς, πυῤῥὸς Hippocrates de natura muliebri. Ὁκόταν δὲ λευκὸς ὁ ῥοῦς ἐξίηται οἷον οὖρον φαίνεται —— ἢν δὲ ἐπὶ τὰς ὑστέρας τράπηται ῥόος γίνεται. Ταύτην ἐπὴν ἀῤῥοίη ἔχῃ, &c. Ad profluvium muliebre chameleontis radix prodesse videtur, quod graveolens sit. Finem ut faciam, si quis carlinæ ἀκάνθης descriptionem cum Theophrasti chamæleontis delineatione contulerit, pulchre convenire non negabit. Pluribus enim locis provenit folio scolymi ampliore & terræ proximo, capite magno, acano simili, unde & acani nomen inditum Theophrastus refert. Hujus lib. I. cap. XVI. meminit, ubi inter ea quæ folia spinosa fuerunt numerat. Etiam apud Flavium Iosephum de antiquit. hujus fit mentio, ὁ δὲ ἄγριος πρὸς κυνηγέλοσιν ἐπιμψε. Et hoc de albo chameleonte.

Niger uti modo dixi, οὐλόφονον vocatur, & teste Auctuarii auctore ixias. Quæri solet, utrum ixias, cujus meminit Dioscorides in præfatione lib. VI. sit niger chamæleon. Supra libro sexto probavimus, neutrum chamæleonem ixian illam esse, cujus loco jam memorato meminit. Contrarium tamen, nigrum chamæleontem ixian esse, quispiam probare conabitur. Idque quod Nicander in alexipharmacis ixian appellari tradat οὐλόφονον.

> ἰξίοεν δὲ σε μή τι δόλῳ παραχήσει πῶμα
> οὐλόφονον λήθειεν ὅτ' ὠκιμοειδὲς ὄδωδε.
> τοῦ ἴδε ὑπὸ γλώσσης νέατος τρηχύνεται ὄλκος,
> νέρθεν ὑποφλεγέθων· τὸ δ' οἱ ἐμπίζεται ἢ τὸ
> λυσσηθεὶς, γλῶσσαν δὲ κατατρίβει κυνόδουσι.

> *Ne vero admotum labris fallare bibendo*
> *Viscosum ulophonon, quod præfert ocima gustu*
> *Mox tumor & summam gravis inflammatio linguam*
> *Ascendit, cordis vires, animusque recedunt*
> *Tum linguam rabido laceratam dente remordet.*

Dioscorides lib. de alexiphar. Ἰξίας δὲ ὃς καὶ οὐλόφονον καλεῖται, ἐν τῷ πίνεσθαι οἷόν τι (ὅμοιόν τι legendum) ὠκίμῳ κατά τε ὀσμὴν καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν ἐμφαίνει. ἐπιφέρει δὲ γλώσσης φλεγμονὴν ἰσχυρὰν καὶ παραφροσύνην. *Ixias qui & ulophonon appellatur, inter potandum quiddam tum odore, tum sapore ocimo simile repræsentat, vehementem autem linguæ inflammationem, ac mentis alienationem inducit.* Ego ex his locis probo neutrum chamæleonem, ixian esse venenatam, idque quod utrerque caret ocimi & odore & sapore. Prodidisset id Theophrastus, nec oblitus id fuisset Dioscorides, qui perquam diligenter describit chamæleonem. Veterum nemo chameleonem odore, aut sapore ocimi esse tradidit. Sed majus argumentum est, quod ex Euporiston Dioscoridis petitur. Hic lib. 2. cap. CL. ἰξίᾳ δὲ τῷ μέλανι χαμαιλέοντι λεγομένῳ ποθέντι βοηθεῖ. ἀψίνθιον τετριμμένον μετὰ ὄξους. *Contra potum ixiam, qui idem est cum chamæleonte nigro, auxiliatur absynthium tritum cum aceto.* Contrarium, in præfatione dicta habetur, ut verba lib. VI. citata testantur, nec nocendi ulla, in Euporiston lib. XX. suspicio, siquidem apud Scribonium Largum idem legatur, cap. CXCII. *Ixia, quam quidam chamæleonta vocant, odorem habet cum sumitur ocimi. pota autem linguæ tumorem facit, mentem abalienat, ventrem & omnes naturales exitus supprimit.* An itaque dicemus Dioscoridem ixias nomine locis citatis chamæleontem nigram intellexisse? chamæleonem vero simpliciter dictam pro albo accepisse, ac inter venena numerasse quod mures, sues, & id genus necet animantium? An vero succum venenatum statuemus, radicem vero non lethalem? Prior magis arridet solutio. Nec tamen longe petitum hoc refugium. Succum deleterium esse medicamentum, radicem veri ejus antidotum. Et fatemur quidem radicem ejus in se succum habere venenatum, quo sublato ipsa radix minime fit talis, perinde atque hiucæ radix succum continet lethalem, cum tamen salubris, vesca, & boni alimenti fit ejus farina, & ipsa radix. Sic pernitiosus est porri succus, ipsum porrum sine ullo damno in cibos recipitur. Quod à duplici dependet causa, quarum prior partium tenuitas, unde & penetrationis facilitas, altera libera ejus qualitas, & ad lædendum in ipso succo facultas. Posteaquam enim jam soluta est illa societas, quam cum partibus crassis ac terrestribus inierat, à primordiis ipsis ipsius plantæ; quæ pars contraria vi ferociam ejus compescebat, quemadmodum crassitie sua tardabat celeritatem. Ixiam vero & chamęleontem diversas esse plantas, probatur, quod nemo prodiderit chamęleontem esse odore & sapore (uti jam dictum) ocimi. Responderi etiam potest vulgi tum fuisse opinionem, chamęleontem nigrum esse ixiam & ex eorum opinione hoc scripsisse Dioscoridem, quamvis fallacem, & à vero alienam notat. Libri enim περὶ εὐπορίστων in vulgi, non doctiorum gratiam scripti sunt. Diversas vero esse radices ex præfatione, lib. VI. apparet, ubi ut jam bis terve dictum, manifeste distinguit à chamæleonte ixiam. Addo Ætium & Æginetum seorsim ac diversis capitibus de chamęleontis, ac ixiæ veneno egisse, nec non demonstrasse differentias symptomatum quæ ab his vel illis assumptis eveniant. Chamęleontem nigrum, inquit Theoph. folio scolymi constare, sed minore ac molliore. Pessima est vulgata lectio σκολύμῳ. Dioscorides ζχολυμώδεις legendum esse lib. III. cap. XI. docet. χαμαιλέων μέλας ἢ αὐτὸς φύλλοις ζχολύμῳ ἔοικεν. ἐλάττονα μέν τοι καὶ λεπτότερα, καὶ διέρυθρα ἔχει ταῦτα. καυλὸν δὲ ἀνίησι δακτύλου τὸ πάχος, σπιθαμιαῖον, ὑπέρυθρον, ἴχοντα (vulgo ἴχον) σκιάδιον καὶ ἄνθη ἀκανθώδη, λεπτὰ ὑακινθίζοντα, ποικίλα. ῥίζα δὲ παχεῖα, μέλαινα, πυκνή, ἔστιν ἢ βεβρωμένη, χιδεῖσα δὲ ὑπόξανθος, διαμασηθεῖσα δηκτική. φύεται δὲ ἐν πεδίοις ξηροῖς καὶ βουνώδεσι τόποις, καὶ παραθαλασσίοις. *Chamælcon niger & ipse foliis scolymo similis est. Ipsa tamen habet minora, tenuioraque ac rubro distincta. Caulem vero producit digitali crassitudine, dodrantalem ac subrubrum, qui quidem umbellam gerit floresque spinosos, tenues, hyacinthi æmulos & versicolores. Radix est crassa, nigra, densa, interdum & exesa, quæ quidem dissecta flavescit, & commanducata mordendi vim habet. Provenit in campis aridis, clivisque, & maritimis locis.* Doctiss. nonnulli botanici Theophrasti codicem corruptum esse contendunt, scribuntque pro λεόπερα, ex hoc Dioscoridis capite λεπτότερα: Malunt alii ex Theophrasto caput hoc corrigere Dioscoridis ac λεότερα legere. Theophrasti codicem non esse corruptum lib. VI. cap. III & quarto probavimus; ubi docuimus alterum chamęleontem non esse folio spinoso. Libenter cum maximis viris ex Theophrasto scriberem λειότερα, nisi esset omnium exemplarium consensus, ac aliud tam verba Theophrasti quam Dioscoridis signarent. Vult enim Theophrastus totam stirpem umbraculi speciem repræsentare, Dioscorides in caulis superficie umbellam esse, in qua flores. Carduus pineus quem Jaceam montanam & chamęleonem non aculeatum vocant, non est Theophrasti niger chamęleon, idque

idque quod tota stirps umbraculi speciem non præbeat, capiteque acinaceo, sive spinis prædito careat, foliis alioqvin non aculeatis, radice nigricante, digiti crassitie, cujus caulis palmum, sesquipalmum, & pedem altus, limbum fert intus florum, multis purpureis aggestis & collectis staminibus, foris squamulis lucidis, albicantibus, sibi imbricatim incumbentibus, compactum, visu pulcherrimum. In agro Monspeliensi locis glareosis frequens. Planta quæ Theophrasti delineationem exactè referat, nondum reperta est. Dioscoridis nigrum chamæleontem, quidam carlinam alteram caulescentem volunt. Cum tamen folia scolymi minora, nec tenuiora sint, tum quod capitulum ferat non umbellam, radixque mordendi vi careat, sed amaricans sit. Nec planta quam Cortusius misit, chameleon niger est. Radice enim, teste Dodonæo (ipsam enim plantam nunquam vidi) constat crassa & nigra, inferius in plures divaricata, per summa capillata, foliis oblongis, utrimque valde spinosis, caule rubente, & in alas quasdam diviso, umbellis fastigiantibus, è quibus flores è parvis virentibus acinaceis capitulis, dilutè purpurei rubentis coloris. Eandem hanc plantam Mathiolus à Maranta chamæleontis nigri nomine accepit. Sed negat esse chamæleontem nigrum, quod folia rubris maculis varia non sint, & in caule nulla prorsus rubedo spectetur, mansaque radix acredinis tantillum haud recipiat; exesa non sit, non flavescat, nec caules digiti crassitudine videantur. Accedit, inquit Clariss. hæc icon ad descriptionem propositam, nisi quod flores non depingantur cærulei, hyacinthini coloris, quales esse chamæleontis nigri, non modo Dioscorides sed & Nicander in Theriacis testatur, in quibus nigrum chamæleontem κυάνεον à florum nempe colore appellat, nisi fortasse alicubi alterius coloris flos ejus existat, id quod dictionem ποίκιλα post ὑακινθίζοντα subsequentem, ostendere plerique suspicantur. Sed hoc non fit verisimile. Nam dictio ποικίλα varietatem significans, cum ὑακινθίζοντα cohærens, non nisi cærulei varietatem ostendit, qui modo remissior, sive dilutior, alias intensior esse potest. Contrariæ opinioni favere videtur Plinius loco citato. *Ex nigris aliqui marem dixere, cui flos purpureus esset, & fœminam cui violaceus, uno nascuntur caule cubitali, crassitudine digitali,* ——— *Ferunt & hæc viscum* (hoc non tradidit Dioscorides) *hulceribus utilissimum.* Aliam chamæleontis nomine plantam describit Dalecampius, quam etiam nec dum conspicere licuit, ex Calabria à Reinero Solenandro se accepisse scribit. *Radix illi palmum longa erat, digitum crassa, foris nigra, & quæ lacerata hiabat, intus flavescens; folia chamæleonis albi, angustiora, minora, tenuiora: caulis dimidio pede non procerior, in cujus summo umbella floris purpurei splendebat, hyacinthi colorem prorsus æmulantis, nisi candor eximius intermisceretur, & quamvis exaruisset, vividum suum nitorem retinentis, absque echino globoso è capite, quod videlicet ex omnibus plantis, quibus aculeata folia sunt, id peculiare sortitus est chamæleon, ut citra echinatem verticem flos emicet.* Fatendum hanc plantam proxime ad delineationem Dioscoridis accedere. Quorundam opinio est, hanc à Maranthæ, aut Cortusi chamæleonte nigro non esse diversam. Sed descriptionem additam esse, verbis Dioscoridis conformatam. In re incerta nihil concludo, neutrum ut dixi vidi.

Μήκων παρὰ τὸ μὴ κινεῖν, ὅ ἐστι μὴ ἐνεργεῖν· κινεῖν γὰρ λέγεται ἐνεργεῖν· κωλυτικὸν δὲ τοῦτο τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν nic. schol. pag. LXVIII. *non operando* nomen accepit, quod vincti papaveris sopore sensus, membraque stupefacta, nequeant quicquam agere. Vel nomen inditum eadem ratione, qua cicutæ κώνειον, *à vertigine & caligine*, quam utrumque invehit. Excæcari enim dicebat Andreas visum succo hujus apud Plinium. Lib. XX. cap. XVIII. *Diagoras & Erasistratus in totum damnavere, ut mortiferum infundi vetantes; Præterea quoniam visui noceret; addidit Andreas, ideò non protinus excæcari eo, quoniam adulteraretur Alexandria.* Paulo aliter hæc Dioscorides, lib. IV. cap. LXVIII. Ἐρασίστρατος μέν τοι Διαγόρας φησὶν ἀποδοκιμάζειν αὐτοῦ τὴν χρῆσιν ἐπὶ τῶν ὠταλγικῶν καὶ ὀφθαλμιώντων, διὰ τὸ ἀμβλυωπὲς εἶναι καὶ καρωτικόν. Ἀνδρέας δὲ φησὶν ὅτι εἰ μὴ ἐδολοῦντο ἂν οἱ ἐγχριόμενοι ὑπ' αὐτοῦ. adde reliqua usque ad οὐκ ἄτοπον, quibus tamen vetus codex caret. Placet aliis μήκωνα appellatum: παρὰ τὸ μῆκος, *à proceritate sive longitudine.* Arridet nonnullis ab insula μήκωνα, ubi primum papaveris fructum Ceres invenit, nomen impositum. Insulæ hujus nec Strabo, nec Plinius meminerunt. Nec Corcyram in qua habitavit Ceres, nec Siciliam quæ ei consecrata μήκωνα dictum legi. Cereri tamen gratum fuisse papaver, ex his Poëtarum constat versiculis. Columel. lib. X.

Allia tum cepis cereale papaver, anetho
Iungite,

Virgilius primo Georgicon, cereale papaver, id est Cereri gratum.

Nec non & lini semen, & cereale papaver
Tempus humo tegere.

Papaver esse in tutela Cereris, discimus è Callimacho, qui facit hanc deam, assumpta forma Niappes, manu tenere coronas, & papaver, in hymno Cereris.

——— λάπτο δὲ χειρί. *Accepit manu*
στέμματα καὶ μάκωνα. *Coronas floreas & papaver.*

Solebat Ceres manu gestare papaver; Eadem in templis papaver manu tenens quondam picta fuit. Antiquitas ut segetibus, & annonæ officeret, agros & hortos nulla magis fruge consitos habebat. frugum Dea Ceres. Agricolæ Batavi odere papaver, ob notum illud poëtæ carmen.

Vrit enim lini campum seges, urit avena,
Vrunt lethæi perfusa papavera somno.

Cereri gratum finxit antiquior ætas, ob seminum feracitatem: malunt nonnulli, quod inter sata plerumque nascatur, eundemque cultum amet; Quidam, inter quos Dercylus, quod somno Ceres destituebatur, ob filiæ molestiam, (Proserpinæ sc: quæ erat rapta à Plutone) quam papaveris beneficio recuperavit, qua de causa μήκων Græcis dicebatur. Virg. Æneid:

Hesperidum templi custos epulasque draconi
Quo dabat, & sacros servabat in arbore ramos
Spargens humida mella soporiferumve papaver.

Soporiferum papaver epulis hujus animalis admixtum fuit, ut sæva, efferaque bestia, paulum feritatem deponeret. Nam papaver quod aliis lethargum, aut aliud soporosum malum inducit; huic insomni draconi, languorem, tarditatem, lenitatemque adferebat, ut minus sæviret. aut per vices ipsa aurea poma custodebat, vigiliam draconis miserata: Epulis papaver addebat, ut somno brevi & levi refectus, & refocillatus ob soporiferam papaveris vim, ad pristinum officium integrior rediret. Noctem eo coronatam fuisse apud Ovid: lib. IV. Fast. legimus.

Intereà placidam redimita papavera frontem
Nox venit, & secum somnia nigra trahit.

Belgis Papaver Heul/ id est *solatium*, & Mankop dicitur. Folium papaveris antiqui Græci τηλέφιλον vocabant. Theocritus. Eidyl: γ.

ἔγνων πρᾶν, ὅκα μευ μεμναμένῳ εἰ φιλέεις με,
οὐ δὲ τὸ τηλέφιλον ποτεμάξατο τὸ πλατάγημα
ἀλλ' αὔτως ἁπαλῷ ποτὶ πάχει ἐξεμαράνθη.

Intellexi nuper cum quærerem an me amares,
Telephilum allisum non edidit sonum,
Sed frustra in tenero cubito exaruit.

Schol. Τηλέφιλον δέ ἐστι τὸ φύλλον τῆς μήκωνος. ἄλλοι δὲ βοτάνης ἑτέρας λέγουσιν εἶναι αὐτό. εἴτε δὲ τοῦτο, εἴτε ἐκεῖνό ἐστιν, ἀναλαμβάνεται παρὰ τῶν ἐρώντων τὸ τηλέφιλον, καὶ πληττόμενον εἰ ψόφον ἀπετέλει, ἐδίδου αὐτοῖς σημειοῦσθαι, ὅτι ἀντερῶνται ὑπὸ τῶν ἐρωμένων. εἰ δ' οὐκ ἀπετέλει ὅτι μισοῦνται. Εἴρηται δὲ τηλέφιλον κατὰ κοινωνίαν τοῦ τ πρὸς τὸ δ, οἱονεὶ δηλέφιλόν τι ὂν τῷ δηλοῦν τὸν φίλον. Ἄλλως. τὸ τηλέφιλον, ῥιζίον τι θαμνῶδες. κάτωθεν δὲ ἀναβαίνει. τρίκλωνον. τοὺς δὲ κλῶνας ἔχει δραχμῆς μείζονας σπιθαμιαίας. τὰ δὲ φύλλα ἔοικε τῷ σπειρομένῳ λωτῷ, λοβὸν δὲ ἀφίησιν ἑλικοειδῆ, ἐν ᾧ τὸ σπέρμα, ὃ δ' ἐπιχειρουμένου, ὁ χρὼς ἐξαμαρύττεται, καὶ τύπους τινὰς λαμβάνει, οὐ μόνον ἐπὶ τὰς χεῖρας τὸ τηλέφιλον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὸν ὦμον τιθέντες, ἔσθ' ὅτε καὶ ἐπὶ τὸν πῆχυν, ἐπεπειρῶντο τοῦ ψόφου. Ἄλλως, Τινὲς δὲ τῶν ἐρωτικῶν τὸ τηλέφιλον ἐπὶ τὸν ὦμον τιθέντες, ἢ τὸν καρπόν, ἐπικρούουσι· καὶ ἐὰν μὲν ἐρυθρὸν γένηται, καλοῦντες αὐτὸ ῥόδιον, νομίζουσιν ἀγαπᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἐρωμένων. τοῦ χρώματος δ' ἐμπρησθέντος, ἢ ἐλκωθέντος μισεῖσθαι.

Telephilum, folium significat papaveris, alii aliam quandam herbam sic vocari dicunt, sive sit folium papaveris aut alterius herbæ perinde est. Vtuntur eo amantes, quod si ab ictu sonum emiserit, se amari ab amasiis colligunt; sin vero non percrepuerit, odii signum putant. Dictum est telephilon quasi delephilon, quod amorem præmonstret. Alius. Telephilum plantula fruticosa tribus à radice ramulis assurgens longitudine palmari, folia ferens sativa loto similia. siliquam emittens rotundam (claviculatam) in qua semen. quo illinito, corpus sanguineum acquirit colorem, ictusque quosdam accipit. Nec tantum manibus, sed etiam humeris telephium imponunt, & ad cubitum usque explorant an sonum emittet. Alius. nonnulli amantes telephium aut ejus fructum humeris imponunt, mox leviter percutiebant; quod si inde ruborem concepissent, rhodium appellabant, & se ab amasiis amari augurabantur. Si vero exulcerati aut inusti, odii signum putabant. Non multum à vero absunt, qui scholiastem scorpioidem alteram Mathioli describere autumant: tres, quatuorve ramulos emittit, palmari longitudine, foliola singularibus loti comparari possunt, albicantia sunt, & ex oblongo rotunda. siliquamque fert rotundā & claviculatam, in qua semen. Hanc tamen plantam non puto τηλέφιλον, quod neque sanguineum efficit colorem, nec exulceret. Τηλέφιλον videtur ἀείζωον esse parvum sive tertium Dioscoridis, quod acre & exulcerans est. Hesychius τηλέφιλον φυτὸν τι· λέγεται ἀείζωον ἄγριον. Dioscorides etiam aeizoon telephium vocari auctor est. At qui hoc folia non habet loto sativæ similia, sed ruborem inducere, & exulcerandi, urendique facultatem habere, constat. Puto Scholiastem confundere telephium Dioscoridis & aeizoon tertium, quod ut Dioscorides testatur, telephium vocatur, pro quo forte scribendum τηλέφιλον, & sic Dioscoridem scripsisse ex Hesychio & Theocrito probari potest. Redeo ad papaver, cujus folium telephilon vocari tradit Scholiastes. Idem folium papaveris πλαταγώνιον vocari auctor est, ad hunc versum Theocriti eidyl. XI. ἢ μάκων' ἁπαλὸν, ἐρυθρὰ πλαταγώνι' ἔχοισαν vel papaver tenerum, quod rubra crepitacula habet. Scholiastes, τὰ τῆς μηκώνης φύλλα φησὶ, καὶ τὰ τῆς ἀνεμώνης ἀπὸ τοῦ πλάσσειν, ὅ ἐστι ψοφεῖν. τιθέντες γὰρ αὐτὰ κατὰ τὸν ἀντίχειρα· καὶ τὸν λιχανὸν δάκτυλον, τύπτουσι τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ, καὶ οὕτω σημειοῦνται, εἰ ἀγαπῶνται ὑπὸ τῶν ἐρωμένων, ὥσπερ ἐκ τοῦ ἀπὸ τῆς πλαταγῶνος ψόφου. εἰ ἄψοφος ἐπικριθείη. *Platagonium papaveris vel anemones folium, à sono quem collisa faciunt, iis siquidem periclitabantur, & quid amasiis suis forent grati, essetque affectus mutuus, siquidem pollici imponentes ea, & indici, mox alterā manu collidebant, quod si percrepuissent, amari se argumentabantur, sin minus ut frustrati ingemiscebant.* Idem Pollux lib. IX. περὶ τῶν ἐν συμποσίοις παιδιῶν. Idem Suidas. Idem Hesychius. Nicander, Athenęo si credamus, folia papaveris θρῖα vocat. θρῖα δὲ λέγει, τὰ τῆς συκῆς, ἀλλὰ τὰ τῆς μήκωνος (ἄνθος.) Τὰ θρῖα. Nicander hic vocat non ficus folia, sed papaveris (flores) quod minacem quandam edunt strepitum adinstar ficorum. hæc igni injecta formidandum iis strepitum edunt, quibus ante non sit auditus, alioquin inanem & contemnendum. Aristophanes in Vespis ὡς ἐγὼ πολλῶν ἀκήκοα, οἶδα θρίων τὸν ψόφον, *Thria novi quid strepant, ut sæpius qui audiverim.* Hæc ostendunt, τηλέφιλον, apud Theocritum significare papaveris folium. Etenim si πλαταγώνιον & θρῖον dicitur à sono quem edidit, verisimile admodum fit Theocritum per τηλέφιλον intelligere papaveris folium; siquidem sonum hoc emittere ait. Caput papaveris κώδεια, vel ut apud Suidam legitur κωδία dicitur. κώδια εἶδος φυτοῦ ἡ τῆς μήκωνος κεφαλή. Theocriti Scholiastes ἐιδυλ: ια' μήκων δὲ λέγεται ἡ κεφαλὴ καὶ ἀνθόφορος βοτάνη, ἡ κοινῶς λεγομένη κωδία. Supra lib. IV. Ægyptiæ loti caput κώδια etiam vocari annotavimus. papaveris caput illud nomen accepit quod sacculi repræsentet figuram. Papaveris sylvestris genera quatuor esse inquit Theophrastus. Plura genera describit Dioscorides; quorum primum rhœas sive erraticum, alterum sativum, tertium sylvestre. quartum magis sylvestre. corniculatum quintum, spumeum ultimum. De hortensi, ac duobus sylvestribus hæc Dioscorides lib. IV. cap. LXV. μήκων ἡ μέν τις ἐστὶν ἥμερος, κηπευτὴ, ἧς τὸ σπέρμα ἀρτοποιεῖται εἰς τὴν ἐν ὑγιείᾳ χρῆσιν· καὶ σὺν μέλιτι δὲ ἀντὶ σησάμης αὐτῇ χρῶνται. καλεῖται δὲ θυλακῖτις. ἐπιμήκης ἔχουσα τὸ κεφάλιον, καὶ τὸ σπέρμα λευκόν. ἡ δέ τις ἀγρία ἐγκαθημένη ἔχουσα τὴν κωδίαν, μέλαν σπέρμα, ὃ καὶ πιθῖτις ὀνομάζεται, ὑπ' ἐνίων δὲ ῥοιὰς, καὶ αὐτὴ διὰ τὸ ῥεῖν ἐξ αὐτῆς τὸν ὀπόν. τρίτη δὲ ἀγριωτέρα, καὶ φαρμακωδεστέρα, καὶ μακροτέρα τούτων, ἔχουσα τὴν κωδίαν ἐπιμήκη. κοινὴ δὲ αὐτῶν δύναμις ψυκτική. *Papaveris genus quoddam est sativum & hortense, cujus semen in sanorum usu ad panes adhibetur; eo etiam ex melle pro sesamo utuntur. Thylacitin vocant, capitulum id habet oblongum, & semen candidum. Alterum est sylvestre papaveris genus, sessili calyculo & semine nigro. Nonnullis & ipsum rhœas ex eo dicitur, quod ab eo liquor emanet, quod pithitis, quasi nominatur. Est & tertium agrestius ac medicatius, hisque longius & oblongo capitulo. Omnibus in commune vis est refrigerandi.* Capitis hujus inscriptio est, περὶ μήκωνος ἡμέρου. Addunt Doctissimi interpretes καὶ ἀγρίας; quoniam in hoc capite non tantum de sativo, sed duobus sylvestris generibus agitur. Iidem ἢ καὶ πιθῖτις ἀντὶ τοῦ ὃ reponendum censent. Quoniam cognomen πιθῖτις non semini, sed toti plantæ tribui, fit verisimile. Quin neque seminis, sed ipsius potius capituli ratione, nempe à Dolioli figura, planta ipsa cognomentum illud videtur accepisse. Primum sive Hortense papaver Dioscorides θυλακῖτιν vocari scribit, quod capitulum sacculo simile habeat. Fallitur Doctiss. Nicandri interpres, cum nomen illud impositum putat, quod in sacculis deferatur. ἐπιμήκεις, inquit, ἔχουσα κεφάλιον. Hujus meminit, ut jam dixi, Nicander in Theriacis:

> Μηδὲ μὲν πολυδάκτυλας περιβλήθηναί τι μήκων,
> Θυλακὶς, ἢ ἐπιτηλὶς ἐπιχραίσμησιν ἀκείη.
>
> *Nunc inconveniens non est; nec desit ad usum*
> *Somniferum ex omni quod inhorret parte papaver,*
> *Tam quod majorem, quam parvum sustinet orbem.*

Sic vertunt quod Græcus scribat Scholiast. δύο δὲ γένη μηκώνων. ὧν ἡ μὲν μεγάλα φέρει θυλάκια, ἐν οἷς τὸ σπέρμα, θυλακὶς μὲν οὖν; ἡ τὰ μικρά. ἐπιτηλὶς δὲ ἡ τὰ μεγάλα. *Duo sunt genera* (secundum Nicandrum) *quorum alterum magnos fert succos, in quibus semen, θυλακὶς dicitur, quod parvum utriculum, epitelis quod magnum habet saccum.* Fallitur Scholiastes: nisi forte quis poëtam scripsisse contendat, θυλακὶς ἠὲ πιθῖτις. Alterum enim genus, à sacculi forma πιθῖτιν dictum ait Dioscorides, qui apud Nicandrum sic legisse videtur. Vulgata tamen lectio servari potest, si dicamus poetam intelligere papaver, Ἐπιτηλὶς illud dicitur quod siliquam ferat corniculi in modum inflexam ceu fœnu græci. ut vide descriptionem corniculati papaveris. Alterutrum eligendum, aut depravatū esse codicem, aut Scholiastem verba Nicandri non intellexisse. Vidimus unde doctissimorum interpretum ortus sit error. Papaveris mentio nonnullis in locis apud Theophrastum fit: uti lib. I. cap. XVIII. ubi in vasculo ferre semen ait. Eodem lib. cap. XV. perpetuo esse folio (id quomodo intelligi debeat, suo loco exposuimus. nempe à semine deciduo pereunte matre novas nasci plantas, quæ tota hyeme æstateque virent, usque semen sit maturum) lib. I. de caus. cap. XVII. & lib. IV. cap. XVI. minutum ferre semen tradit, & hoc de omni papavere dici potest. lib. I. hist. cap. XIX. lacteum ait emittere succum. Quod de cornuto intelligi nequit, luteum enim vulnerata ostendit. an spumeum id præstet, non constat. Plinius tria sativi papaveris genera recenset, quorum duo sylvestria dixit Dioscorides. Decepit Plinium inscriptio capitis περὶ μήκωνος ἡμέρου. *Papaveris* inquit, lib. XIX. cap. VIII. *sativi tria genera: Candidum, cujus semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. Hoc & panis rustici crustæ inspergitur, affuso ovo inhærens, ubi inferiorem crustam apium, githiive cereali sapore condiunt. Alterum genus est papaveris nigrum, cujus scapo inciso lacteus succus excipitur. Tertium genus rhoeam vocant Græci, id nostri erraticum. Sponte quidem, sed in arvis cum hordeo maxime nascitur, erucæ simile, cubitali altitudine, flore ruso & protinus deciduo, unde & nomen à Græcis accepit. De reliquis generibus papaveris sponte nascentis, dicemus in medicinæ loco. fuisse autem in honore apud Romanos semper, indicio est Tarquinius Superbus, qui legatis à filio missis decutiendo papavera in horto altissima, sanguinarium illud responsum hac facti ambage reddidit.* Hactenus Plinius. Confundit Plinius sativum papaver cum sylvestri. Dioscorides capite citato, tria describit papaveris genera, unum sativum, sylvestria duo. sativum Dioscorides θυλακῖτιν vocari scribit, sylvestre primum πιθῖτιν, & ῥοιάς, cum aliud ῥοιὰν μήκωνα capite præcedenti delineasset. Ad quod cum Plinius vel ejus libertus non satis diligenter attendisset, rhœadi altero sive pithithi adscribit, quæ Dioscorides

scorides & Theph. priori rhœadi sive legitimo. Cęterum sativum unum veteribus cognitum fuisse papaver, sylvestria duo, & quartum ab his diversum, ῥοιάδα Græcis dictum, ex Galeno probatur, lib. VII. simpl. Μήκων, ἡ μὲν τις ῥοιὰς ὀνομάζεται, διότι ταχέως αὐτῆς ἀποῤῥεῖ τὸ ἄνθος· ἡ δέ τις ἥμερος, ἐπειδὴ κηπεύεται, καὶ μὴν καὶ δύο ἐπ' αὐταῖς εἰσὶν ἕτεραι μήκωνες ἄγριαι, ἡ μὲν οἷον ἐγκαθημένην ἔχουσα τὴν κωδίαν, ἡ δὲ ἐπιμηκεστέραν μὲν ταύτης. ὅλη δ' αὐξανεστέρα καὶ αὐχμηροτέρα· ταύτης τῆς μήκωνος ὁ ὀπὸς ἀποῤῥεῖ, διὸ δὴ καί τινες ὀνομάζουσιν αὐτὴν ῥοιάδα. ἡ δὲ δύναμις ἁπασῶν ψυκτική. ἀλλὰ τῆς μὲν κηπευομένης, ἣν δὴ καὶ θυλακῖτιν προσαγορεύουσι, μετρίως ἐστὶν ὑπνῶδες τὸ σπέρμα λευκὸν ὀφθῆναι. ταύτῃ ἄρα καὶ τοῖς ἄρτοις ἐπιπάττουσιν αὐτὸ, καὶ σὺν μέλιτος δεύσαντες ἐσθίουσιν. τῆς δὲ πρώτης ῥηθείσης ἧς ταχέως ἀποῤῥεῖν φαμὲν τὸ ἄνθος, ἰσχυρότερον ψύχει τὸ σπέρμα, ὥστε οὐκ ἂν αὐτῷ μόνῳ χρήσαιτό τις ἀλύπως, ὥσπερ τῆς κηπευομένης μέλιτι μιγνύντες. ὑπνῶδες δὲ ἐστιν ἱκανῶς οὕτω ληφθὲν, ἀλλ' ὀλίγον ἐπιπάττουσιν αὐτὸ, τοῖς τε διὰ μέλιτος πέμμασι καὶ ἰτρίοις, καὶ τοῖς ἄρτοις. τῆς δὲ τρίτης ῥηθείσης τὸ σπέρμα μέλαν ὑπάρχον, ἤδη φαρμακῶδες ἐστιν ἱκανῶς ψύχον. ἡ δὲ τετάρτη ῥηθεῖσα φαρμακωδεστάτη ἐστὶ καὶ κατὰ τὸ σπέρμα, καὶ κατὰ τὰς κωδίας, καὶ κατὰ τὰ φύλλα, καὶ κατὰ τὸν ὀπόν. *Papaver quoddam rhœas nuncupatum est ; quod scilicet celeriter flos ejus defluat. Alterum domesticum, quandoquidem colitur ; quin & alteræ duæ sunt species sylvestris papaveris, alterum velut insidentem calicem sustinens, alterum longiorem quam illud calicem obtinens, totum autem procerius, ac squalidius à priori sylvestri succus defluit, atque hinc est quod hanc speciem quidam rhœada nominant,* (illud ταύτης referendum ad primum sylvestre genus ex Dioscoride constat. Eodem modo ταύτης δὲ φύλλον apud Theophrastum referendum ad κερατῖτιν, de cornuto enim loqui magistrum Dioscoridis caput de papavere corniculato docet) *porrho omnium facultas refrigeratoria est. cæterum sativi quod & Thylacite cognominant* (non semen sed capitulum vel tota planta nomen illud habet, à sacculi ut dixi forma) *semen mediocriter somnum conciliat, visu candidum, proinde panis ipsum inspergunt, ac melle maceratum edunt, ac ejus quod primo loco recensuimus, cujus florem celeriter defluere posuimus, validius semen refrigerat. itaque nequaquam eo quis innoxie solo uti possit, sicut sativo sive domestico, melli admiscens. admodum vero si ita sumptum sit, somnum conciliat. Cæterum pusillum ejus inspergunt iis, quæ ex melle conficiuntur bellariis, itriis, panibusque. porro tertio loco dicti, semen atrum etiam medicamentosum est, admodum refrigerans. at quod quarto loco positum est, omnium est maxime medicamentosum, tum in semine, tum in caliculis, tum in foliis, tum in succo.* Satis aperte Galenus ῥοιάδα prius, ab altero distinguit, docetque diversum esse, nec proprie, nec ab omnibus, sed abusivè, & à quibusdam sic vocari. Idem, ut dixi, Dioscorides docet, cujus verba Plinius, haud satis diligenter examinavit. Ex hoc etiam Galeni loco constat veteres panes, papavere sparsos, in deliciis habuisse. Hinc Petronius, *audiunt mellitos verborum globulos, & omnia dicta factaque, quasi papavere & sesamo sparsa.* Plinius inferiorem *panis crustam condiri scribit apio.* Corruptus est codex ; nemo tradidit apii semen panibus inspargi. Lego cum Dalecam. viro doctiss. ex cap. XV. lib. XX. ubi inferiorem crustam ammigit hque cereali, sapore condiunt. Plinius de ammi, *Namque & panibus Alexandrinis subditur, & condimentis interponitur.* Vel quod magis arridet, lego ex eodem libro cap. XVII. *Inferiorem crustam anisum githque cereali sapore condiunt.* Hæc enim loco citato de aniso tradit. *Viride, aridumve omnibus quæ condiuntur, quæque intinguntur desideratum, panis etiam crustis inferioribus subditum, succis quoque additur.* Quod de rhœade tradit, infra examinabimus. Plura papaveris sativi genera recentiores observarunt, flore differentia. Vulgare album folia promit oblonga, lata, lævia, lactucæ foliis longiora, candidiora, marginibus sinuosa : caulis, sive scapus rectus, quandoque tricubitalis, in cujus fastigio flores candidi, in quibus mox ab initio multis staminibus stipatum, apparet capitulum, quod adultum, globosam, nonnihil tamen oblongam formam habet, & supernè operculo tegitur, interius membranis non paucis in loculos discernitur, in quibus semen copiosissimum, sed minutum, rotundum & candicans, radix nullius momenti subest, descendens in altum. Flore admodum genus hoc variat. reperitur flore simplici & pleno, colore albo, rubro, purpureo, rubeo saturato, violaceo, & mixto, insigni nempe candore, & rubedine variegato. vel candido rubris maculis infecto, vel cinereo ungue purpureo. Reperitur calice majore & minore, pluribus paucioribusque foliis donatum. Albo simile nigrum papaver, sed capitulo aliquantum rotundiore & magis globato, flos eleganti phœniceo rubet colore, semen nigricat. Easdem in hoc genere licuit observare differentias. *Tertium*, inquit Dodonæus *papaveris genus, caule, foliis, floribus, item capitulo minus est, flos è cæruleo ac purpureo obsoletum & dilutum quendam colorem refert: capitulum quoque rotundatur. sed maturato semine foraminibus aliquot, qua parte operculum ipsi insidet, circulariter hiat, facilem defluenti semini viam præbens, quod aliis duobus non contingit, quorum ita reclusi permanent calices, ut nullum queat elabi semen* Hoc genus adversariorum auctores papaver spontaneum sylvestre vocant, vel papaver parvulum. Cum descriptione Dioscoridis non convenire fatetur Clariss. Dodonæus, sed depravatum codicem putat. *Fieri, inquit, potest, ut pro μικρότερα perperam scriptum sit μακρότερα, & ἔχουσα τὴν κωδίαν ἐπιμήκη accessorium esse.* Non enim hujus, ut diximus, sed candidi longius & majus est : longius item sed minus erratico papavere. Apparet vero & tertium istud papaver agreste illud esse, ex quo διακωδίου compositio paranda. de qua Galenus. lib. VII. κατὰ τόπους. Nam Crito, & post Themisonem Democrates ἄγριον sive agreste accipiendum præcipiunt, & illud quidem addit Democrates, quod non seritur. μήκωνα ἀγρίαν, inquit, ἣν δὲ γε πως ἀσπείρεται, quale tertium est, quod nullo serente sæpe nascitur. Postremum hoc experientia didici, sed aliunde in hortum esse translatum, experientia testatur. Verba Dioscoridis nec spuria, nec corrupta sunt. eadem Oribasius & Serapio habent, quare tertium Dioscoridis papaver esse nequit. Dodonæi tamen opinioni favet Plinius lib. XX. cap. XVIII. *Sativum* (optimus codex, *sativum omne majus rotunda capita*) *magis omne rotundat capita. Sylvestri longum ac pusillum, & ad omnes effectus valentius.* Dioscorides sativo caput oblongum adscribit, sylvestri cessile. Reliqua consideret lector. Cæterum Dioscorides hortense dixit quod albo constat semine, quoniam hoc frequentius in viridariis & hortis prope ædes satum reperitur ; cætera sylvestria appellavit ; non quod sponte & per se proveniant (è semine enim omnes exeunt) sed quod asperiore hirsutioreque proveniant tum caule, tum capitibus, tum etiam foliis: prætereaquod nigrum asperumque ferant semen, quod denique serantur in campestribus segetum & leguminum modo. Ex albo, nigroque papavere succus, lachryma, sive liquor gummosus tum sponte, tum ex vulnere manat, quem Græci ὀπὸν & ὄπιον κατ' ἐξοχὴν vocant. Supra lib. VI. cap. de Laserpitio, plura de voce ὀποῦ dixi, ac inter cętera per excellentiam significare lac fici, sylphii lachrymam, & opium vulgo dictum, succum nempe papaveris, vide etiam cap. I. hujus libri. Opii sive succi papaveris formam, & colligendi modum hoc loco describit Dioscorides, Κράτιστος δέ ἐστιν ὀπὸς ὁ πυκνὸς, (Lacuna ex veteri cod: πυκνότατος καὶ βαρύοσμος) ἐν δὲ τῇ ὀσμῇ καρωτικὸς, πικρὸς ἐν τῇ γεύσει, εὐχερῶς διαλυόμενος ὕδατι, λεῖος, λευκὸς οὐ τραχὺς, οὔτε θρομβοειδὴς, οὐδὲ συστρεφόμενος ἐν τῷ διηθεῖσθαι ὡς κηρὸς, ὑπό τε τῷ ἡλίῳ τεθεὶς, διαχεόμενος, καὶ πρὸς λύχνον ἐξαπτόμενος οὐ ζοφώδει φλογὶ, φυλάσσοντι μετὰ τὸ σβεσθῆναι τὴν ἐν τῇ ὀσμῇ δύναμιν· δολοῦσι δὲ αὐτὸν γλαυκίον μιγνύντες ἢ κόμμι, ἢ χυλὸν ἀγρίας θριδακίνης. ἐξίτηλος τὴν ὀσμὴν, καὶ τραχύτερος· ὁ δὲ ἐκ τοῦ κόμμεως ἄτονος (addit ex antiquo codice Lacuna καὶ ἄνοσμος) καὶ διαυγής. Ἔνιοι δὲ εἰς τοσοῦτον ἀνοίας (alter ἀγνοίας) παραγίνονται, ὡς καὶ στέαρ παραμιγνύναι αὐτῷ ——— Οὐκ ἄτοπον δὲ ὑπογράψαι καὶ τὸν τρόπον ᾧ συλλέγουσι τὸν ὀπόν. Ἔνιοι μὲν οὖν τὰς κωδίας μετὰ τῶν φύλλων κόπτοντες ἐκθλίβουσι διὰ πιεστῆρος, καὶ τρίβοντες ἐν θυίᾳ ἀναπλάττουσι τροχίσκους. καλεῖται δὲ τὸ τοιοῦτον μηκώνιον, ἀσθενέστερον τοῦ ὀποῦ, ὀπίζοντας δὲ δεῖ μετὰ τὸ τὰς δρόσους ἀνικμασθῆναι, περιχαράσσειν μαχαίρῳ τὸν ἀστερίσκον, ὡς μὴ εἰς τὰ ἐντὸς διατρῆσαι, καὶ ἐκ πλαγίων δὲ τῆς κωδίας ἐπ' εὐθείας ἐντέμνειν ἐξ ἐπιπολῆς, καὶ ἀποψᾶν τὸ δάκρυον ἐπερχόμενον δακτύλῳ εἰς μύακα. καὶ πάλιν ἐπιπορεύεσθαι μετ' οὐ πολύ. εὑρίσκεται γὰρ καὶ τῇ ἐπιούσῃ δὲ οὕτως εὑρίσκεται. δεῖ δὲ ἐν θυίᾳ (uterque gonpyl. codex ἐν θυίᾳ παλαιᾷ τρίβ) τρίβειν καὶ ἀποτίθεσθαι ἀναπλάσσοντας. ἐν μὲν τοι τῷ τέμνειν ὀπίσω ἀναχωρεῖν δεῖ, πρὸς τὸ μὴ ἀποψᾶσθαι τῶν ἱματίων τὸν ὀπόν. *Opium præstantissimum censetur, quod densum & grave est, odoratu soporiferum, gustu amarum, quodque facile aqua diluitur, læve, candidum, neque asperum, neque gummosum, quodque inter colandum, non uti cera coit, densaturque, sed soli expositum diffunditur, & ad lucernam accensum, minime atra obscuraque lucet flamma. quod denique postquam extinctum*

fuerit, suam odoris vim etiamnum conservat, ipsum porro admixto glaucio, aut gummi, aut sylvestris lactucæ succo adulterant. Veruntamen quod glaucio fucatum est, dum diluitur croci colorem reddit, quod vero agrestis lactucæ succo, exili & evanido est odore, asperiorque spectatur. Quod denique gummi vitiatum est, invalidum est, inodorum, pellucidum, nec desunt qui eo dementiæ devenerint, ut adipem illi admisceant. ——— *Quare non abs re fuerit liquoris illius excipiendi rationem subtexere. Nonnulli folia capitaque ipsa tundunt, & prælo exprimunt, mox terentes in mortario pastillos effingunt: id meconium vocatur, multum opio ignavius. At opii faciendi ratio hæc est. Cum ros exaruerit stellulam (quæ in summo papaveris capite visitur) cultello ita scarificare oportet, ut ne penitus intro adigatur, & à capitis lateribus per directum, summam cutem incidere, & erumpentem lachrymam digito in conchulam abstergere, ac non ita multo post eò redire. Tum enim rursum & alia densata reperitur, atque etiam postero die. Tandem in pila teri, ac in pastillos coacta reponi debet. Veruntamen interea dum inciditur retrocedendum est, ne liquor vestium affrictu deradatur.* Aliam Plinius meconii parandi rationem docet, cetera an conveniant examinandum. *E nigro*, inquit, lib. XX. cap. XVIII. *Papavere, sapor gignitur scapo inciso, ut Diagoras suadet, cum turgescit: ut Iollas, cum deflorescit, hora diei sereni, hoc est, cum ros in eo exaruerit. Incidi jubent sub capite & calice. Nec in alio genere ipsum inciditur caput. Succus & hic, & herbæ cujuscunque, lana excipitur: aut si exiguus est, ungue pollicis, ut lactucis, & postero die magis magisque inaruit. papaveris vero largus densatur, & in pastillos tritus in umbra siccatur, non vi soporifera modo, verum si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnum: opion vocant; Sic scimus interemptum Licinii Cecinnæ, prætorii viri, patrem in Hispania Bavili, cum valetudo impatibilis odium fecisset.* ——— *Cum capita ipsa & folia decoquuntur, succus meconium vocatur, multum opio ignavior. Experimentum opii est primum odore. Sincerum enim perpeti non potest, mox in lucernis, ut pura luceat flamma, aut extinctum demum oleat; quæ in fucato non eveniunt. Accenditur quoque difficilius, & crebro extinguitur; Est synceri experimentum & in aqua; Quia nebula innatat: fictum in pustulas coit. Sed maxime mirum, æstivo sole deprehendi. Syncerum enim sudat, & se diluit, donec succo recenti simile fiat. Mnesicles optimè servari putat Hyoscyami semine adjecto; alii in faba. E nigro, ait, papavere sapor gignitur, scapho inciso.* Nusquam tradidit, Dioscorides è nigro magis quam ex albo opium fieri. Plinium tamen sequitur Apulejus. *Alia agrestis & alias rhoeas appellata, si quidem ex ipsa fluit succus quem appellant opium, vel quod facile florem demittat:* Probabile potentius è nigro colligi, imbecillius ex albo. In altero codice *sopor* legitur, quam lectionem vir magnus probat, quia paulo antè scribitur, *bibitur somni causa.* Et paulo post; *non vi soporifera modo.* Quod vix approbo, sequitur enim *gignitur scapo inciso, &c.* Ineptum est à scapo inciso soporem gigni. Malunt alii sapóris vocabulo τὸν χυλὸν græcorum exprimere. Duplici errore, altero quod liquor is ὀπὸς fit, id est manans sponte lachryma, non autem χυλὸς, id est *succus, herba trita, expressus;* Altero quod ad id papaveris albi, non nigri, scapus inciditur. Ego *opos* malo restituere. Corruptum etiam est quod sequitur. Scripsit Plinius, *è nigro papavere opos (vel opium) gignitur capite inciso.* Et sic codex Dioscoridis habet. Sequitur enim, *nec in alio genere ipsum inciditur caput.* Pergit Plinius. *Diagoras suadet cum turgescit*, id est, *cum grandescit & ad florem properat.* In altero etiam codice reperitur. *Hora diei serena.* Jolæ sententia propius ad mentem Dioscoridis accedit; Stellulam enim quæ in capitis papaveris summo est, scarificari jubet, hæc non conspicitur, antequam flos sese expandit ac cadit. Cum ros in eo exaruerit, id est, ut exponit Dalecampius circa Meridiem. Idem legit, *sub capite ante florem, & calice post florem, ungue pollicis ut lactucis, & postero, &c.* Hæc utrum corrupta, non satis inter auctores convenit. Doctiss. Hermolaus legit, *aut lactucis.* Quod proxime ad vulgarem accedit lectionem. Sed quid excipi ungue pollicis aut lactucis? Non video, quæ hæc similitudo, aut quomodo lactucis excipiatur. Robertus Constantinus *ungue pollicis in conchis* restituit. Lugdunensis *aut conchis*, idque quod apud Dioscoridem δακτύλῳ εἰς μύκηκα *digito in conchulam*, scribatur. Nihil mutat Dalecampius. Tradit enim Dioscorides glaucio & sylvestribus succum detrahi solitum, quo verum opium adulteretur. Græcus auctor glaucio & agrestis lactucæ succo adulterari tradit; excipi hic nusquam. Quare illorum opinionem qui in conchis reponunt, non aspernandam putavi. *Sic, scimus interemptum Licinii, &c.* Romana & Parmensia & quædam alia recentiora exemplaria sic legunt, ut observavit Doctiss. Pintianus, *in Hispania Babilicum, quoniam valitudo impatibilis.* Legendum hoc pacto eidem videtur; *Sic scimus interemptum post Licinii, Cecinnæ prætorii viri patrem in Hispania: Babilium, cum ei valetudo impetibilis odium vitæ fecisset.* Nam codex antiquus *post Licinii*: & *impetibilis* legit, non *impatibilis*, ab *impetu* videlicet, non à *patior*. De Babilio vero, aut hoc, aut alio ejusdem nominis, Plinius. lib. VII. de mortibus repentinis, *Bebius judex dum Babilium differri jubet. Cum capita ipsa & folia ipsa decoquuntur, &c.* Aliter, ut dixi, hoc Dioscorides: *capita, foliaque tunduntur, & prælo exprimuntur, ac in mortario teruntur, ac in pastillos formantur. Quia nebula innatat.* Optimus codex, *nebecula.* Quam lectionem, tanquam probabiliorem, sequor. Opii conficiendi modum, qui apud Turcas obtinet, describit Bellonius lib. 2. obser. cap. XV. *Agros papavere albo* (male itaque *nigro* Plinius) *conserunt, ut nos tritico, sed ea consideratione, ne singuli rustici plus serant, quam familiam habeant, ad id colligendum, sufficientem.* Colligunt autem eadem qua auctores tradiderunt, ratione. Papaveris capita (male itaque scapho Plinius, recte Jollas cum deflorescit) jam formata leviter inciduntur, atque ex vulnere emanantes lacteæ guttæ, parumper inspissari sinuntur. Sunt qui libras denas colligant, alii sex, alii plures, vel pauciores, pro operarum quas incolligendo adhibuerunt diligentia. Optimæ notæ opium, dicit idem Bellonius, amarum, gustu calido, fauces incendens, flavescens leoninorum pilorum modo, in massam veluti ex granulis diversi coloris coactum: Legendo enim opium ea grana in capitibus papaveris collecta cohærent, & in placentulam quodammodo coëunt, odor virosus & gravis. Opii Garcias lib. I. cap. IV. varia, (inquit) esse genera, pro regionum diversitate. Quod è Cairo adfertur albicat, & magni est pretii. Thebaicum arbitratur Garcias, quod ex Adan advehitur, aliisque locis Erithræo mari vicinis; Nigrum & durum, ejus pretium, pro regionum varietate, aut intenditur, aut minuitur. Quod in Cambaja, Mandoa & Chitor cogitur, mollius est, & magis flavescit. Quale quo vulgo utimur; Quod adulteratum esse non nego. Attamen ex eo quod adfertur eligendum purum, colore maxime ruffum, aut spadiceum, cum frangitur splendore quodam nitens, & quod facile dissolvitur, sed non ceræ instar lentescens. Vulgare ad lucernam accensum, nec atra, obscuraque, nec splendida lucidaque flamma lucet; verum in medio quodammodo se habet, plus tamen ad obscurum, quam lucidum tendit, extinctum eandem odoris vim servare non videtur. Adulterationis signum est, aqua colatum, croceum reddere colorem, si nec facile solvatur. Opium apud Turcas, & Persas in quotidiano est usu ad drachmæ unius pondus ut supra dixi. Ejus enim usu se animosiores esse credunt, neque belli pericula formidare. Idcirco cum Turcarum Imperator bellum gesturus, militum delectum facit, tota Provincia opio quasi spoliatur. Vulgare apud eos est objicere, Edisti opium, quemadmodum si quis apud alias nationes objiciat, temulentius es: immo ejus esui ita assueverunt, ut abstinentes aliquando periculum vitæ incurrant. Refert Linscotus assuetos, nisi indies iterent, brevi tabidos mori, & si per dies quatuor aut quinque intermittant, perire. Quod admiratione non caret, quandoquidem adeò narcoticum & stupefactivum est.

Κερατῖτις Corniculatum papaver dicitur, à siliqua inflexa, corniculi in modum. Luculenter satis à Theophrasto describitur, etiam à Dioscoride. lib. IV. cap. LXVI. *Μήκων κερατῖτις, οἱ δὲ παράλιον, οἱ δὲ ἀγρίαν μήκωνα, οἱ δὲ θαλάσσιον. φύλλα ἔχει λευκά, δασέα,* (vetus τραχέα & hanc lectionem probat Sambucus) *ὅμοια φλόμῳ πριονωτὰ τὴν περιφέρειαν, ὥσπερ τὰ τῆς ἀγρίας μήκωνος· καὶ τὸν καυλὸν ὅμοιον, ἄνθος ὠχρόν. καρπὸν δὲ μικρόν, καμπύλον ὥσπερ κέρας, ὅμοιον τὸ τῆς τήλεως* (Ald. τηλίδος) *ὅθεν καὶ ἐπωνόμασται· σπέρμα δὲ μικρόν, μέλαν, ὅμοιον τὸ τῆς μήκωνος, ῥίζαν ἐξ ἐπιπολῆς φυομένην, μέλαιναν, παχεῖαν. φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις, καὶ τραχέσι. Corniculatum papaver alii paralion, seu Thalassion quasi in maritimis nascens, alii agreste vocant. Folia habet candida, hirta, verbasco similia, serrata in ambitu, sylvestris papaveris*

veris modo, & caule non dissimili, flore ex luteo pallescente, siliqua parva in corniculi modum inflexa, ceu fœnugræci, unde & nomen accepit. semine exili nigroque ceu papaveris, radice per summa cespitum nascente, nigra, crassa, gignitur in maritimis & asperis. Plinius lib. 20. cap. XIX. *Sylvestrium unum genus ceratitin vocant, nigrum cubitali altitudine, radice crassa & corticosa, calculo inflexo ut cornicula, folia minora & tenuiora quam cæteris sylvestribus, semen exile; tempestivum est messibus, quidam hoc genus glaucion vocant, alii paralion, nascitur in afflatu maris, aut nitroso loco.* Non unum hic consideratione dignum. Ac primum, quod Dioscorides scribat θαλάσσιον vocari, & παράλιον. Quæ nomina cur ei indita, ex Theophrasto, & Dioscoride, Plinio, quilibet satis animadvertere potest. Plinius addit *glaucion* vocari. Dioscorides non sic vocari ait, sed quosdam falsò tradere, glaucion ex hoc fieri. Ἔνιοι δὲ ἐπλανήθησαν, νομίσαντες ἐκ ταύτης τὸ γλαύκιον γίνεσθαι, διὰ τὴν τῶν φύλλων ἐμφέρειαν. *Cæterum non desunt, qui ex hoc genere factitari glaucium falsò existimarunt, decepti quadam foliorum similitudine.* Theophrastus folia comparat verbasco nigro. Addit, minus tamen esse nigra. Ex quibus colligo, sub nigra agnovisse præceptorem corniculati folia. Dioscorides alba esse, tradit. Qua de causa Doctiss. Hermolaus ἀντὶ τῶ λευκὰ, λεπτὰ reponendum arbitratur. Favet huic Plinius, improbat Oribasius; *tenuiora, & minora* quam cæteris, ait. Plinius, *sylvestribus.* Idem Plinius *nigrum corniculatum* inquit. Quod de tota planta intelligi oportet, verba Plinii si bene considerentur, opinioni Doctiss. & reverendi Patriarchæ nihil prosunt, etenim *sylvestribus papaveribus tenuiora*, non *verbasco tenuiora* scribit. Falsum est quod ait minora esse, majora sunt. Et hoc experientia comprobat. Nulla inter Theophrastum & Dioscoridem dissensio, ipsum verbascum nigrum folia fert ex nigro candida, huic si candidiora, cur Dioscoridem male λευκὰ scripsisse suspicemur, non video. Illud non omittendum; cum recens è semine pullulat, folia esse candidiora. In adulto enim quæ candida ante, nigriora redduntur. Fieri itaque potest, Dioscoridem folia recens nata, adulta vero describere Theophrastum. Plantam cum nigram scribit Plinius, respectu reliquorum papaverum id intelligendum. Radicem Theophrastus, si vulgatam lectionem sequamur, brevem dixit, hanc depravatam esse ex Dioscoride & Plinio probatur. Græcus enim auctor μέλαιναν, παχεῖαν. Latinus *radicem crassam & corticosam* scribit. Ipsa autopsia non valde brevem, sed crassiusculam hujus radicem esse docet. Καρπὸν, inquit Dioscorides, μικρὸν, corrigunt μακρόν. Et idque eo argumento, quod papaveris hujusce siliqua, si non ita crassa, oblonga tamen conspiciatur, quæ tamen fœnugræco major non est. vulgatam lectionem sequitur Apulejus. *Ceratitis*, inquit, *nascitur in littoribus erecto thyrso atque hirto, foliis insectis, hirtis, albis, flore pallido, fructu parvo, uncato ut cornu, semine nigro, parvo, radice valida, nigra, atque in superficie terræ.* Vulgatam etiam Oribasius probat. μακρὸν legit Serapio in vaginis subtilibus longis, brevem esse siliquæ inversionem scribit Galenus lib. VII. simpl. μήκων κερατῖτις ὀνόμασται μὲν ἀπὸ τῶ καρπῶ βραχεῖαν (λεῖαν Interpres) ἐπιστροφὴν ἔχοντος, ὥσπερ καὶ ἡ τῆλις, ὡς ἐοικέναι βοὸς κέρατι. καλεῖται δὲ ὑπό τινων παραλία μήκων, ἐπειδὴ τὰ πολλὰ πλησίον τῆς θαλάττης φύεται. *Papaver cornutum nominatum quidem sic est à semine, brevem* (*levem* interpres) *inversionem habente, velut & fœnugræcum, ut bovis cornu esse videatur simile. vocatur porro à quibusdam paralium, quandoquidem ut plurimum juxta mare nascitur.* Dioscorides & Theophrastus in *petrosis asperisque* reperiri scribunt. Plinius in *nitrosis*. Corrigunt Doctissimi botanici ex hoc Theophrasti loco *petrosis*. Papavera corniculata plura reperit recentior ætas; luteum, phœniceum hirsutum, phœniceum glabrum, violaceum, quod alii ad anemonis classem referunt. Ex his luteum cum descriptione veterum maxime quadrat.

De hoc forte Catullus loquitur in Epithalamio Iul: & Manl:

> *Iam licet venias marite*
> *Vxor in Thalamo est tibi*
> *Ore floridulo nitens,*
> *Alba Parthenice velut,*
> *Luteumve Papaver.*

Luteum ex semine in hortis mirificè sese propagat. Quod flore rubro est, majori indiget cura. Rectius utrumque autumno seritur; excutiendo ex corniculis maturum semen, ut statim iterumque terræ mandetur. Cætera papavera candidis & ambitu infractis ac dissectis foliis satis refert, non tamen levibus, sed nonnihil hirsutis instar fere foliorum verbasci, caules infirmiores, brevioresque, non raro cubitales in plures alas dividuntur. Flores ochri colore luteo pallent quos excipit non capitulum, sed tenue, oblongum, incurvumque corniculum sive siliqua instar fœnugræci, in qua semen nigricans, plantagini simile. Radix subest oblonga, crassior, in nonnullos quandoque restans annos. Planta hæc læsa luteum ostendit liquorem, gustuque salem refert, in maritimis, aridis, petrosisque locis, ubi suæ sponte est. Hoc succo, in hortis è semine nata, magna ex parte carere solet. Alterum corniculatum, sive minus, jam descripto tenuius ac minus est, & foliis erucæ modo alte incisis, quandoque pilosis, non raro glabris; cauliculos habet tenellos & ramosos, procumbentes; flores minores phœniceos, sæpius intense rubentes; interdum tamen languidi, ac pallidi sunt, semper dilutiores quam erratici. corniculum minus est, cujus cacumini operculum subinde, ac veluti latius capitulum insidet. semen in his exiguum nigrum, oblonga radix. non in maritimis & procul à mari locis reperitur. Tertium phœniceo exilius ac foliis tenuioribus, in minutulas videlicet particulas dissectis, flosculus minor, cærulei, purpurei coloris, nigræ violæ æmuli; radix tenuis longiuscula. Purgandi vi præditum hoc papaver testantur Dioscorides & Galenus τὸ δὲ σπέρμα πλῆθος ὀξυβάφου ποθὲν σὺν μελικράτῳ, κοιλίαν ἐπιεικῶς καθαίρει.

Ῥοιὰς, ut verba Galeni, & Plinii supra citata testantur, à flore deciduo nomen accepit, latini erraticum vocant. Plinius cap. XIX. lib. XX. *Inter sativa & sylvestria medium genus; quoniam in arvis nasceretur, rhœan vocavimus, & erraticum.* Non dicitur rhœas, ut vult Plinius, quod in arvis nascitur; sed medium genus dicitur, quod reperiatur in segetibus sponte natum. Vide supra verba Plinii ex cap. VIII. lib. XIX. Legendum rhœadem vel rhœada. Nam ῥοιὰ malum punicum, ῥοιὰς papaver est. Falluntur doctissimi viri qui erraticum vocatum volunt, quod radices plures habeat, vel fibras, capillamentaque plura emittat radix, quæ sub terra proserpunt & vagantur, latiusque sparguntur. Sed fibrosa dici hujus radix nequit, nec serpit. Erratici nomen potius adeptum videtur, à deciduo semine, quod à ventis, diversis ac variis locis sparsum, anno sequenti adulta planta conspicitur. Erratici ergo nomen, quod passim hic illicque inter segetes reperiatur. Nec errant qui erraticum sive rhœada Græcorum, inter sylvestria numerant. Ipse Theophrastus inter genera sylvestris papaveris numerat. ῥοιάδα Græci scribunt dici, quod flos cito, ac quavis de causa facile decidat. Aliis tamen papaverum generibus æquè cito ac facile decidunt flores, etiam corniculatis; Nulli enim papaveri durabilis, ac diem excedens est flos, hi omnium citissime pereunt, ipsa etiam rosa; ut enim omnibus commune est, florem membranacea quadam tunica tegi, ac veluti theca quadam contineri, quæ prodeunte flosculo in duas dehiscens decidit partes; ita quaterna ipsis folia, cito cadentia. Sed quid si dicamus antiquissimos Græcos nomen huic imposuisse, à puniceo rubente flore. Ῥοιὰ Græcis punicum malum est à quo color puniceus. Id licet nullius auctoritate nitatur, non tamen præter rationem videtur. Nullum papaveris genus intensiori rubro colore ac puniceo videre licet: Si enim à facili lapsu nomen hoc impositum, omnibus aliis commune esse debet. A semine facile deciduo, rhœadis cognomentum non videtur accessisse, quippe tertio sativo, vel si quis mavult altero sylvestri facilius & citius excidat, multoque quam huic manifestius. Theophrastus erraticum simile ait intybo. Quod de foliis maxime intelligi debet. Nam nec flos, nec semen satis convenienter intybo comparari potest. Describitur à Dioscoride lib. IV. cap. LXIIII. Μήκων ῥοιὰς, ὠνόμασται δὲ διὰ τὸ ταχέως τὸ ἄνθος ἀποβάλλειν, φύεται ἐν ἀρούραις ἔαρος, ὅτε καὶ συλλέγεται. ἔοικε δὲ τὰ φύλλα ὀριγάνῳ ἢ εὐζώμῳ ἢ κιχωρίῳ ἢ θύμῳ ἐπεσχισμένα, μακρότερα δὲ καὶ τραχέα. καυλὸν δὲ σχοινώδη, ὄρθιον, τραχὺν, ὡς πήχεως. ἄνθος φοινικοῦν, ἐνίοτε δὲ καὶ λευκὸν, ὅμοιον τὸ τῆς ἀγρίας ἀνεμώνης. κεφαλὴ δὲ προμήκης ἧττον μὲν τοι ἡ τῆς ἀνεμώνης. καρπὸς πυῤῥός. ῥίζα ἐπιμήκης, ὑπόλευκος δακτύλου ἔχουσα μικρὸν πάχος, πικρά. *Papaver erraticum quod à flore protinus deciduo rhœadis nomen à Græcis accepit, in segetibus vere nascitur, quo quidem tempore etiam colligitur.*

gitur. *Folia origano, aut erucæ aut cichoreo, aut thymo similia spectantur, eaque divisa, sed longiora & scabra. caulis ei lentissimus* (vel scillæ instar) *rectus, asper, & ferè cubitali altitudine. flos puniceus, interdum & candidus, sylvestris anemones similitudine: caput oblongum, sed quam anemones minus, semen rufum, radix oblonga, subalbida, parvi digiti crassitudine & amara.* Ex hoc Dioscoridis capite codicem emendavimus Theophrasti, in quo ἀρυοραίοις, legitur. Male vertit Plinius *arvis, sponte quidem*, inquit, *sed in arvis cum hordeo maxime nascitur.* Nunquam in arvis vidi erraticum papaver, sed in segetibus. Varro I. de re rust. cap. XXIX. *Seges dicitur quod aratum satum est: arvum quod aratum, nec satum est.* Hesychius ἄρουρα ἡ γῆ ἀπὸ τῦ ἀρῦσθαι· ὡς ἐπιτοπολὺ δὲ ἡ σπορά. In sato papaver hoc provenit, maxime hordeo. Floret apud nos Iunio, Julioque mensibus, in hortis Augusto. Depravatus est codex Dioscoridis, vel inepta utitur comparatione. Non dubito quin sciolus aliquis voces ὀριγάνῳ, θύμῳ addiderit. Magna est diversitas in erucæ, cichorei, origani, thymique foliis. Nulla erucæ aut cichorei, cum origano aut thymo, foliorum similitudo: nec ullum est papaveris genus, quod origanum aut thymum foliis æmuletur, nec tale quid apud Plinium. *Cum hordeo*, inquit, *maxime nascitur, erucæ simile, cubitali altitudine.* Vulgata tamen lectio apud Oribasium extat. Quare dicendum aut Oribasii tempore codicem corruptum, aut absurda comparatione usum Diosc. aut verba hæc in Oribasii etiam codice accrevisse. Idem Oribasius legit σχοινώδη *junci figura.* Malo cùm viris Doctiss. Saraceno, Marcello, Manardo χνοώδη. Facile unius alteriusve litterę fit transpositio. Lanuginosum esse caulem erratici papaveris docet autopsia. Papaveris erratici genera nonnulla observarunt recentiores. Erratico papaveri vulgari, folia papaveri sativo sunt similia, at minora, nigriora, hirsutiora, angustiora, magisque dissecta, instar cichorei aut erucæ, ita quidem ut superiora, quo capitulis propiora sunt, eo exiliora, & serratiora appareant, serramque exiguam pulchrè referant. Cauliculi lanuginosi quemadmodum vulgaris pilosellæ, capitula in summo caule, ex quibus flos prodit, binis cuticulis, viridi colore præditis, iisque lanuginosis, conteguntur, quod in sativo quoque papavere deprehenditur. Ubi vero flos ipse exitum molitur, divisa illa tegmina protinus decidunt, atque tum puniceus, quatuor divisus foliolis prosilit flos, cujus folia quam primum defluunt, succedenti capitulo exiguo, in ambitu nigris capillamentis, sed protinus deciduis, circumdato, demum ubi cauliculus maturitatem suam fuerit assecutus, membranulis multis intercursantibus, ac peculiares, & ab aliis sejunctas cellulas facientibus, distinctus hiat, semine papaveri simillimo, sed magis fusco, ac longe minori prægnans. Radix quandoque digitum crassa, nunc lutea, nunc alba evadit. Caulis, radix, folia incisa, ac vulnerata luteum emittunt succum, gustu amarum. Flore hoc genus variat. Reperitur enim flore albo & pleno. Aliud genus reperitur exiguum dictum, foliis minoribus, oblongis, non erucæ per margines divisura, sed tantummodo serratis reliquis minoribus. Aliud genus in horto habemus à Doctiss. Bauhino Syrenaicum erraticum dictum, caule est nudo palmas tenui, pilis exiguis, hinc inde aspersis, foliis ad radicem tenerrimis, glabris, pallide virentibus, instar caucalidis, vel apii foliorum in lacinias divisis, per marginem incisis & serratis, quorum costæ mediæ pili paucissimi adpositi. florem fert simplicem, magnum, quadrifolium, colore luteum; succedit oblongum & tenue capitulum, in quo semen, erratico papaveri simile. Radix vivax qua propagatur, vere nova germina promens. A semine deciduo natum nondum vidi. Adversus hyemis sævitiam nonnihil muniendum. Non desunt qui anemonem luteam esse volunt. Sed hos errare vel inde constat, quod succum vulgari erratico similem emittat, nec radicem habeat anemonem ullo modo referentem. Erraticum vulgare Theophrastus purgare inferius docet. Melius Dioscorides. Ταύτης τὰ κεφάλια πέντε ἢ ἓξ μετ' οἴνου κυάθων (κοτυλῶν Corn. ex Plinio) τριῶν ἑψήσας ὡς εἰς β' ἀγαγεῖν, πότιζε οὓς ἂν βούλῃ ὑπνῶσαι, τὸ δὲ σπέρμα ποθὲν ὅσον ὀξύβαφον σὺν μελικράτῳ κοιλίαν ἠπίως μαλάσσει. *Hujus capitula quinque aut sex in vini cyathis tribus decocta dum ad duos redeant, iis potui dabis, quibus somnum inducere volueris. at semen acetabuli mensura ex aqua mulsa potum, alvum leniter emollit.* Recentiores papaver erraticum frigidum & somnificum esse scribunt.

Heraclei vel Herculei papaveris nomen huic inditum, teste Dioscoride, ob virium præstantiam, educendo vomitione humores comitialem efficientes morbum, quo Herculem laborasse ferunt; unde comitialis morbus, Herculeus dictus est. Dioscorides ἀφρώδης vocat, quod album sit, & spumę speciem repræsentet. Gal. lib. VII. simpl. μήκων ἡρακλεία, καλεῖται δὲ καὶ ἀφρώδης, ὅτι σύμπασα λευκή τ' ἐστὶ· καὶ ἀφρώδης. *Papaver heracleum vocatur aphrodes, quod tota alba sit, & spumosa.* Fallitur vir magnus cum papaver Herculeum κεβλήγην dici scribit, Nicandro constat vulgare papaver sic dictum esse cum in Alexipharm. canit.

> καὶ σὺ δὲ μήκωνος κεβληγόνου ὁππότε δάκρυ
> πίνωσιν πεπύθοιο καθυπνέας, ἀμφὶ γὰρ ἄκρα
> γυῖα καταψύχεται?

> *Fœcundi lachrymam quicunque papaveris hausit,*
> *Hunc sopor altus habet, glaciali frigore summa*
> *Torpescunt artus.*

Cur κεβλήγονον, dixit poëta, docet Scholiastes, μήκωνος κεβληγόνου τῆς ἐν τῇ κεφαλῇ τὸ γόνον ἐχούσης, ὅ ἐστι τὸ σπέρμα συγκείται γὰρ τὸ β' τῷ φ. καὶ Καλλίμαχος Ἀμφί τε κεβλὴν Εἰργμένος, αἰγλῆεν οὖλον ἔχει στέφανον. πῶς τῆς κατὰ τὴν κεφαλὴν κωμώσης μήκωνος. βοτάνη γάρ ἐστιν ἡ μήκων ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχουσα γόνον. Docet ceblegonon dici à Poëta, quod semen in capitulo ferat. Nemo non de vulgari poëtam loqui videt. Heracleum eodem fere à Dioscoride quo à Theophrasto, describitur modo. In uno tamen non conveniunt, quod alter semini, alter radici tribuat vim vomitiones moventem; quæ duo nec contraria, nec pugnantia sunt. Utrumque enim verum esse potest. Dioscorides lib. IV. cap. LXVII. Μήκων ἀφρώδης ὑπὸ δέ τινων ἡράκλεια κληθεῖσα, καυλὸν ἔχει σπιθαμιαῖον, καὶ τὰ φύλλα σφόδρα μικρὰ, στρουθίῳ (vetus inserit πόας) ἐοικότα, καὶ καρπὸν παρ' αὐτοῖς λευκόν. καὶ τὸ ὅλον βοτάνιον λευκόν ἐστι, καὶ ἀφρῶδες. ῥίζαν δὲ λεπτὴν ἐπιπολῆς. Ταύτης ὁ καρπὸς συλλέγεται θέρους τελείως ἀδρυνθῇ θέρους, καὶ ξηρανθεὶς ἀποτίθεται (Mathioli codex & Apulejus & Oribas. ἀποτίθεται, quam lectionem non improbamus) καθαίρει δὲ δι' ἐμέτων, ὀξύβαφον πλῆθος σὺν μελικράτῳ λαμβανόμενος. Ἴδιος δὲ ἡ τοιαύτη κάθαρσις ἐπιληπτικοῖς ἁρμόζει. *Papaver spumeum ab aliquibus heraclium vocatum, caule est dodrantali, foliis admodum parvis, radiculæ similibus, semine inter ea candido. Sed & herbula tota candida est, atque spumea, radice plerumque nititur tenui, legitur æstate semen, cum integre adoleverit, aridumque deciderit.* (& siccatum reponitur) *Acetabuli autem mensura sumptum in aqua mulsa, vomitione purgat, privatimque hujusmodi purgatio, comitialibus prodest.* Ex Theophrasto corrigendus codex Diosc. ac ἀντὶ λεπτὴν ῥίζαν ἐπιπολῆς reponendum, λευκὴν ῥίζαν, ἐπιπόλαιον. *Radicem habet albam in summa terræ nascentem.* Videamus quam pulchre Plinius Græcorum intellexerit mentem. Qui lib. XX. cap. XIX. scribit. *Alterum è sylvestribus genus Heraclium vocatur, ab aliis aphron, foliis* (*si procul intuearis*) *speciem passerum præsentantibus, radice in summa terræ cute, semine spumeo. Ex hoc lina splendorem trahunt æstate. Tunditur in pila comitialibus morbis acetabuli mensura in vino albo: Vomitiones enim facit. Medicamento quod diacodion, & arteriace vocatur, utilissimum. Fit autem hujus papaveris, aut cujuscunque sylvestris capitibus CXX. in aquæ cœlestis sextariis tribus biduo maceratis, in eademque discoctis, deinde siccatis, iterumque cum melle decoctis, ad dimidias partes vapore tenui; Addidere postea drachmas senas croci, Hypocystidis, Thuris, acaciæ, lassi cretici sextarium. Hæc ostentatione simplex quidem & antiqua illa salubritas papavere & melle constat.* Hactenus Plinius. Ab aliis aphron vocari ait. Dioscorides & Galenus aphrodes dixerunt, & sic forte scripsit Plinius. *Folia*, inquit, *referre passerem aviculam, quod stolidum & ineptum est.* Στρουθὸς est herba latinis struthium & lanaria dicitur, de qua lib. VI. egimus. Idem στρουθὸς vel στρουθίον passerculum, & passerem denotat. De quo loquatur στρουθῷ, docet Theophrastus, nempe qua lintea dealbantur, latini plantam hanc ut dixi lanariam & rudiculam vocant. Græci auctores semine albo describunt, spumeo Plinius. Ex hoc lina splendorem trahere æstate, ait, Dormitavit credo Plinius, cum legeret Græcum autorem. Theophrastus papaver Heracleum folio struthii esse, inquit. Struthio nempe quo lintea dealbantur lina. Quod præceptor de struthio perperam, Plinius heracleo tribuit papaveri, relativum non proximo

στρουθῷ,

στρυθὸς, sed μήκωνι ἡρακλείᾳ adscribens, cum ὃ relativum non sit fœminini generis, ut μήκων ἡράκλεια, sed masculini vel neutri ut στρύθιον vel στρυθός. *Vomitiones in vino albo movere*, scribit, ἐν μελικράτῳ, *in aqua mulsa* Dioscoridi & Theophrasto. Capitale est, quod scribit arteriacis utilissimum. Nam quod habet vim vomitus excitandi, arteriacis convenire nequit, sed plurimum obest. Arteriacis conveniunt mollientia, lenientia, siccantia, adstringentia. Arteriaces, cujus meminit Plinius, descriptio reperitur apud Galenum lib. VII. cap. 2. titulo, confectio ex capitibus papaveris Heræ. sive ἡ διὰ κωδύων τῆς ἥρας, ubi Galenus Παραγράφω τὴν ὅλην αὐτοῦ λέξιν οὕτως ἔχουσαν. κωδύας μήκωνος χλωρὰς ρκ βαλὼν εἰς ἀγγεῖον καὶ ὕδατος ὀμβρίου ξ̄ ἴσασιν βραχῆναι ἡμέρας ἕως ἕψε ἕως ἂν λειφθῇ τὸ τρίτον μέρος, εἶτα ἄρας ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐκθλίψας καὶ διηθήσας, μίσγε μέλιτος ξ̄α καὶ ἕψε ἐν διπλῷ ἀγγείῳ. ὅταν δὲ ἄρχηται συστρέφεσθαι, προσεμβαλὼν ἀκακίας κιῤῥᾶς < α̅ ὑποκυστίδος χυλοῦ < α ὅταν δὲ τὰς κωδύας ἑψῇς ἐν τῷ ὕδατι, κρόκου δραχμὴν ἔνδησον εἰς ὀθόνιον, καὶ ἴασον συνέψεσθαι. ἔνιοι μὲν τι βάλλουσι καὶ σμύρνης < α̅ καὶ λειοτριβοῦσιν αὐτὰ σὺν ὀλίγῳ γλυκεῖ, καὶ ἐπικατάρασι, καὶ συνέψουσιν μίξεις τῆς τοιαῦτης συστροφῆς, εἰ μὲν τι βούλοιο μὴ φαρμακώδη ποιῆσαι αὐτὴν, σὺν τῷ ἀφεψήματι τῶν κωδύων, ἐπειδὰν τὸ τρίτον λειφθῇ μέρος συνέψησον τὸ μέλι, τὰ λοιπὰ μὴ συνεμβάλλων. *Ad scribam autem totam ipsius dictionem sic habentem. Capita papaveris viridia* CXX *in vas conjicito, & affusis aquæ pluviæ sextariis tribus, ad triduum madescere finito, deinde ad tertias coquito, & ablata ab igne exprimito, ac colato, admistoque mellis sextario, in duplici vase coquito, atque ubi spissari cæperit acatiæ rufæ drachmam unam, succi Hypocystidis drach.* I. *adjicito. Cæterum cum ipsa capita coxeris in aqua croci drach.* I. *linteolo illigatam simul coqui permittito. Quidam etiam myrrhæ drach.* I. *addunt, ipsamque cum modico passo terunt, atque ita indunt, ac simul coquunt, donec aliquantulum fuerit confectio inspissata. Quod si tamen non medicamentariam confectionem facere velis, cum capitum decocto ad tertias redacto, mel coques, reliquis non adjectis.* Non præscribit Heras Herculeum papaver, sed sativum, vel si quis mavult, sylvestre. Deinde non ad biduum, sed triduum macerare jubet; ad tertias coqui idem Heras jubet, ad dimidias Plinius. Nec sex drachmas, sed singulorum unam: croci nempe, hypocystidos, & acaciæ addit, Idem myrrham ab aliquibus adjici scribit, Thus Plinius. & hæc veteres de hoc papavere tradunt; Nonnulli papaver spumeum existimant gratiolam esse. horum improbo opinionem, quod tota non sit candida, sed viridis ad pallorem inclinans; folia non sint parva, nec capitulum album; neutiquam insignis illius, qua prædita hæc, amaroris oblitus fuisset Galenus, aut Dioscorides. Alii behen album, vulgo dictum, papaver spumeum statuunt. Idque propter spumeam sputeamve aspergînem, quæ non raro albicans foliorum & geniculorum finibus insidet. Cauliculi huic complures; tenues, teretes & geniculati, eque singulis geniculis folia bina, oblonga, latiuscula, acuminata, polygoni ferè similia, sibi invicem opposita, lævia & ex albo virentia; flosculi albidi ex oblongis erumpentes calicibus, tenui, mollique membrana velatis, plures simul cohærentes deorsum nutant; semen nigricat, radix albicat, & satis prolixa. Non esse papaver, probatur quod semen nigricans, nullamque vomendi vim habeat, nec radix per summam tellurem repit, sed alta est. Alii cyanum vulgarem adversariorum pro papavere spumeo agnoscunt. Sed hi *struthii* folium inquiunt laciniatum utrumque, ac simile pennarum avis struthii. Nam, inquiunt, aliæ plantæ à similitudine pennarum appellatæ sunt, ut filix quæ πτέρις dicitur, quia folia utrimque digesta sunt pennæ modo, ut Dioscorides ait, cap. de filice. Ita etiam folia abietis esse videntur, ut Theophrastus ait, & etiam orborum. (loca quæ citantur, reperiuntur, lib. III. cap. X & XII. ea videat lector, & singula attendat) quod etiam folia plantarum similia dicantur pennis struthii avis, idem Theophrastus testis est, qui de arboribus Indiæ loquens, lib. IV. cap. IV. ait. alia cui folium specie prælongum, simile pennis struthiorum, quæ super galeis imponuntur. Quod si Theophrastus loco citato eundem describendi modum haberet, quem hoc capite tradit, faverem huic opinioni. lib. IV, ubi comparat folia pennis struthii, scribit τοῖς τῶν στρουθῶν πτεροῖς ὅμοιον. Hoc vero capite στρουθὸς ὧ τὰ ὀθόνια λευκαίνουσι. Herbæ struthio tale non esse folium ex Plinio probatur: hic lib. XIX. cap. III. struthium oleæ folia habere tradit. Talia huic cyano esse nemo scripsit unquam. Ponamus struthium folia ferre struthii avis pennis similia, quid tum? Talia & cyani; concedo, nego tamen papaver spumeum esse, idque quia magna satis folia cyani, cum Dioscorides perquam parva papaveris hujus esse dicat, nec huic planta ea albedo, ut inde nomen habere mereatur; præterquam quod nec semen, nec radix aliquam vomitus excitandi vim possideat, contrarium docet experientia, compescit vomitiones, & adstringentem, siccam, frigidam facultatem obtinet. Quam ob causam à botanicis inter cichoracea recensetur, & numeratur. Cyanus hic caules fert angulosos, folia oblonga, acuminata, profundis incisuris utrimque divisa, erucæ ferè similia, in virore albicantia, capitula in summis cauliculorum fastigiis turbinata & in angustum se contrahentia, ex multis parvis veluti squamis sibi invicem impositis, coni alicujus exigui modo composita, è quibus flores erumpunt, ex multis quasi fimbriis ac staminibus mediis, pulchra serie in ordinem digestis, colore vel cærulei, vel albi, vel purpurei, &c. Semen parvum, forma oblongum, læve, splendidum superiore parte barbatulum, centaurei majoris semini simile, sed minus & candidius, quod in ipsis capitibus sive calycibus, inter eos qui in ipsis gignuntur mollibus pilis reperitur, radices tenues, fibris quibusdam capillatæ. Notandum, flores cyani coloris varietatem in hortis acquirere, in agris frumentaceis, ubi plurimum occurrit, cęruleos esse. Coronidis loco Plinii lapsum recensebimus, hic cum tithymalum paralium legisset μήκωνα vocari, papaveribus annumeravit, uti supra à nobus annotatum; Turpiter utriusque confundit historiam. *Folio*, inquit, *esse lævi albo*. Hoc nec Dioscorides nec Theoprastus de paralio tithymalo: papaveris quoddam genus folia habere candida, jam audivimus. *Caput* inquit, *esse fabæ magnitudine*, Dioscorides paralion tithymalum describit capite in caulis summo rotundo, in quo fructus ervi magnitudine varius, flos albus. Quod de flore Dioscorides, id de folio Plinius, idem fructum ervi dicit magnitudine, fabæ amplitudine caput. *Colligi*, inquit, *florente uva* Theophrastus ὅταν ἀκμὴ τρυγῶσι σταφυλή.

Hactenus plantas recensuisse se dicit præceptor, quarum succus, radix, semen usum habent; Nunc vero de radicum differentiis se dicturum promittit. Novam igitur cum tractare incipit materiam, novum caput hic fecisse debuerat Theodorus. Radicum, inquit, differentias, tum in succis, tum in odoribus notare licet. χυλὸν, *succum*, pro sapore accipit. Sequitur alias esse acres, amaras, & dulces, qualis est Nymphææ, de qua nunc agendum. Nymphæam nomen accepisse referunt, à nympha quæ zelotypia Herculis extabuit, & mortua, in palustrem hanc plantam mutata est. Habet hæc opinio fautorem Plinium, qui lib. XXV. cap. VII. *Nymphæa nata traditur. Nympha zelotypia erga Herculem mortua, quare heracleon vocant*. Malunt alii nymphæam ab aquis, in quibus nascitur dictam. Et hæc nominis ratio nititur auctoritate Theophrasti & Dioscoridis, qui lib. III. cap. CLVIII. δοκεῖ δὲ ὀνομάσθαι (ἀπὸ νυμφῶν vetus) νυμφαία, διὰ τὸ ἔνυδρον φιλεῖν τόπον. Cæterum à nymphis nymphææ nomen sibi vindicasse creditur, quoniam loca amet aquosa. Ῥόπαλον à radice dicitur. Dioscorides Ῥίζα ῥοπαλοειδής, *radix clavata*, vulgo radicem ejus clavam Herculis vocant. Plinius. *Quare Heraclion vocant aliqui, alii rhopalon à radice clavæ simili, ideoque eos qui biberint eam, duodecim diebus coitu genituraque privari.* Ineptum hoc postremum nempe genitura privari, quod clavæ similitudinem referat radix. μάδωνα à Boætis vocari, ait Theophrastus. Plinius loco citato. *Laudatissima in Orchomeno & Marathone Boeoti madon vocant, qui & semen edunt*; Corruptum Plinii codicem scribunt, ac corrigunt *madonain*, quomodo etiam scripsisse Theophrastum, eorum est opinio. Neutrum placet. Ex Hesychio probo; Plinii codicem hoc loco mendo carere. μαδὸν τινὰ καὶ λεῖον à lęvitate & glabritie caulium & foliorum nomen hoc impositum. Officinis nenuphar dicitur, nomine à Mauritanis vel Græcis recentioribus mutuato, à quibus νούφαρ vocatur, uti ex Myrepso, antidoto XXIV. constat. In altero Dioscoridis codice nymphęæ luteæ florem νοῦφαρ vocari legitur. Vide quæ ad calcem capitis de lutea nymphæa adduntur in codice Matthioli. Unum nymphęæ genus describit Theophrastus. Sidam nymphęam non esse luteam

luteam. lib. IV. cap. XI. probavimus. Dioscorides nymphæam delineat albam & luteam. Theophrastus nymphæam nasci prodit in Orchomeniensi, ut vertit interpres, agro. In Orchomenio lacu nascitur; ἐν τοῖς λίμναις, ἢ ἑλώδεσιν. Quomodo itaque in agris? Sic & in Marathone, & Cretæ insula. Dioscorides. εὑρίσκεται δὲ πολλὴ ἐν ἔλιδι ἐπὶ τοῦ ἀνύγρου ποταμοῦ, καὶ τῆς βοιωτίας ἐν ἁλιάρτῳ. *Plurima autem invenitur in Helide, Anygro amne & in Bœotiæ Aliarto.* Oribasius non ἐν ἔλιδι, sed κιλικίᾳ legit. *Folium*, inquit, *aquis innatare & esse magnum.* Alias notas nymphææ ex lib. IV. cap. de loto, & faba Ægyptia, petere lector potest. Luculenter admodum describitur à Dioscoride: νυμφαία φύεται ἐν ἕλεσι καὶ ὕδασι στασίμοις. φύλλα δὲ ἔχει ὅμοια κιβωρίῳ, (μικρότερα δὲ καὶ ἐπιμηκέστερα, πολλὰ ὑπερέχοντα τοῦ ὕδατος· τὰ δὲ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι, πλείονα ἐκ τῆς αὐτῆς ῥίζης· ἄνθος δὲ λευκὸν, ὅμοιον κρίνῳ ἔχον κροκῶδες τὸ μέσον· ὅταν δὲ ἀπανθήσῃ στρογγύλον, μήλῳ παραπλήσιον τῇ περιφερείᾳ γίνεται τῇ μήκωνος κεφαλῇ μέλαν· ἐν ᾧ καρπὸς μέλας πλατὺς (lacatur. codex ἀντὶ μέλας πικρὸς habet perperam) πυκνὸς γευομένῳ γλίσχρος. ὁ δὲ καυλὸς λεῖος, οὐ παχὺς, μέλας, ὅμοιος τῷ τοῦ κιβωρίου. ῥίζα μέλαινα, τραχεῖα (Oribasius παχεῖα: quam lectionem præfero) ῥοπαλοειδὴς, ἣ καὶ τέμνεται φθινοπώρῳ (luteum capite sequenti describit.) γίνεται καὶ ἄλλη νυμφαία, ἧς τὸ ἄνθος βλέφαρον (alt. νύφαρ unde recentiores νύφαρον) λέγεται; φύλλα ἔχουσα προειρημένῃ, ῥίζαν μὲν τοι λευκὴν καὶ τραχεῖαν ἔχει. ἄνθος μήλινον, στίλβον ὅμοιον ῥόδῳ· φύεται ἐν τοῖς περὶ Θεσσαλίαν (addit lacuna ex antiquo codice παραθαλασσίοις (τόποις κατὰ τὸν Πηνειὸν ποταμόν. In Mathioli exempl. ad calcem additur νυμφαία ἄλλη, οἱ δὲ νυμφαῖα καλοῦσι, ἧς τὸ ἄνθος νῦφαρ λέγεται. *Nymphæa, in paludibus, stagnantibusque aquis nascitur, folia verò habet Ægyptiæ fabæ similia, at minora oblongioraque, plura ab una, eademque radice prodeuntia: Quorum alia super aquam quodammodo extant, alia in ea ipsa demerguntur: florem album, lilio similem, in quo medium croceum est; at cum defloruit, calyculus rotundus, figura malo aut papaveris capiti similis, idemque niger extuberat, in quo semen nigrum, latum, densum, atque gustanti lentum glutinosumque recluditur. Caulis est lævis, minimè crassus, niger, Ægyptiæ fabæ cauli similis. Radix nigra, scabra,* (crassa) *clavæ similis, quæ autumno secatur.* —— *Est & altera nymphæa cujus flos blephara dicitur, foliis ante dictæ similis, at radice alba simul & aspera, flore luteo, splendente, rosæ simili.* —— Nascitur autem in Thessalia (addit lacuna *locis maritimis*) juxta *Peneum amnem.* Mathiolus in suo exemplari adfinem capitis hæc addita scribit. Nymphea, quam nymphonam vocant, cujus flos nuphar dicitur. Plinius loco citato. *Nascitur in aquosis, foliis magnis, in summa aquæ, & aliis ex radice prodeuntibus, flore lilio simili, & cum defloruit, capite papaveris. In caule, secatur autumno, radix nigra in sole siccatur, adversaturque alvinis. Est & alia nymphæa in Thessalia, amne Peneo, radice alba, capite luteo, rosæ magnitudine.* Falsum est quod tradit folia in aquæ summa habere, simulque alia ex radice prodire. Nulla habet folia, quæ non ab ipsa emittuntur radice. Sed alia aquis innatant, alia sub aquis latitant. interpungendum & legendum, *capite papaveris, caule tenui, vel lævi: radix nigra, secatur autumno & in sole siccatur.* In caule cur secaretur autumno, ignoro: nusquam legi gummi, succum, lachrymam, vel tale quid ex nymphææ caule colligi. Alteram nymphæam capite inquit luteo, quam Dioscorides & experientia flore luteo docent, nec rosæ tantum magnitudine, sed similis, nisi quod major. Nec minores paucioresve commisit errores Apulejus.cap.67. *Nascitur* (inquit) *in aquis stagnantibus. Itaque inde nomen sumpsit, thyrso nigro* (purpureo uti infra dicam) *leni, foliis similibus herbæ ciboriæ* (fabæ Ægyptiæ) *aquam ex parte superantibus, flore pallido* (albo) fructu sive semine lato (vide verba Dioscoridis) denso atque gustu argilloso, (*lento & glutinoso* Dioscorides) *radice stipidosa, nigra, acerrima.* (hoc præter veritatem) *Est præterea alia nascens in Peneo, Thessaliæ flumine, cujus flos niger est;* (falsum illud) *radix alba & aspera.* Luculenter adeò est à Dioscoride descripta nymphea, ut meliorem dare vix possim. Folia albæ magna sunt in longis teretibus, glabris intusque fungosis pediculis lata, & propemodum rotunda, firma, solida veluti corium quoddam, aquæ plurima parte supernatantia, quæ superiore parte glabra, & lævia sunt, inferiore vero fibris aliquot distincta. Quæ verò sub aqua latitant, tenuiora sunt minusque dura. Flores in similibus cauliculis, & in singulis singuli, multiplici foliorum stipatu contexti, ita ut unius flos nonnunquam viginti quinque, quandoque triginta, interdum quadraginta foliis constare videatur, quæ singula per se considerata, forma pollicem, aut sedi majoris folium referunt. è medio florum stamina multa lutea prosiliunt. Antequam verò in florem prorumpat, oblonga quædam cernuntur capitula, amygdalis maturis penè similia, foliis ex viridi purpurascentibus contecta, quibus maturitate ruptis, flos prodit, inodorus, plurimis ut dixi constans foliolis, croceisque multis fibris, staminibusque seu radiis quibusdam, solis instar fulgens. Flos hic sole occidente clauditur, atque sub aqua occultatur. Oriente sole supra aquam assurgit, & foras exit, aperiturque. Post florem caput papaverinum, aut malum rotundum, semine nigro, splendenti, milio majore, refertum prodit. Radix subest crassa quandoque brachii ferè humani crassitudine, nodosa, foris nigra, intus candida, ac fungosa, inodora & insipida, multis capillamentis fibrata, quibus in fundo hæret. Nymphæa lutea folia albæ similia habet; paulo tamen oblongiora; foliorum, florumque pediculi similes sunt, nisi angulosi essent: flores fert luteos, ex quinque tantum foliolis, brevibus, rotundiusculis, commissos; in medio, quorum capitulum gignitur rotundum, turbinatum, compluribus staminibus luteis circumdatum, in quo ubi ad maturitatem pervenerit, semina quoque splendentia, majora quam alterius, triticeo grano minora. Hujus conclusa capitula, ante quam florere incipiat, rotunda apparent globi instar, foliis obducta viridibus, non aliter atque ejus quam caltham vocant. Radix crassa, longa, quibusdam veluti acetabulis aspera, intus forisque candida, substantia fungosa, & porosa. Albæ tria reperiuntur genera, major, minor, minima; luteæ quatuor observantur à Batavis genera, major, minor flore magno, minor flore parvo, minor flore fimbriato. Nascuntur in paludibus, stagnantibus aquis, amplioribus fossis, & pigro lapsu delabentibus rivulis, ac subinde fluminibus, mensibus Majo, Junio, Julio florent. Antequam finem faciam; admonendum, nos supra lib. IV. eorum demonstrasse errorem, qui fabam Ægyptiam, & nympheam eandem putant plantam, sed experientia, & recentiorum diligentia, maxime doctissimi Iusti Heurnii, probavit diversam esse.

Inter radices dulces (vide cap. XIX.) numerat Scythicam radicem, quæ à dulcedine γλυκύῤῥιζα id est *dulcis radix* vocatur. Corruptus est codex Theophrasti. Lugdunensis ex fide antiquissimi codicis restituit γλυκεῖα δὲ ἡ σκυθική, καὶ ἔνιοί γε καλοῦσι γλυκύῤῥιζαν αὐτήν. Nullum relinquitur dubium, quin ita legendum sit. Nam σκυθικὴ ῥίζα nomen illud habet. Itaque hanc lectionem probamus, quod veritati non adversetur, sed ab eadem confirmetur; Pulchre alioquin, & ingeniose satis hunc locum correxit Doctiss. Salmasius, γλυκεῖα δὲ ἡ σκυθικὴ καὶ ἔνιοί γε καλοῦσιν εὐθὺ γλυκεῖαν αὐτήν. *Inter radices etiam dulces Scythica, & nonnulli rectè eam dulcem cognominant.* Radicem Scythicam κατ' ἐξοχὴν dulcem nominari dicit, hoc est γλυκεῖαν ῥίζαν, quam composito nomine recentiores dixere γλυκύῤῥιζαν. Glycyrrhizan & Scythicam radicem eandem esse, ex Auctuarii auctore probatur, οἱ δὲ γλυκύφυτον, οἱ δὲ σκύθιον (frustra corrigunt σκυθικόν, quasi non tam σκύθιον, perinde ac λύκιον diceretur, οἱ δὲ ἄδιψον. de postremo nomine infra plura. ab Hippocrate γλυκύμη dicitur, ut Galenus in Lexico docet. γλυκύμης βοτάνης, τῆς γλυκυῤῥίζης καλουμένης. ipsi Galeno lib. VII. κατὰ τόπους absolute γλυκεῖα vocatur: apud Auctuarium γλυκύῤῥιζον in neutro genere legi, scribunt recentiores. Scythica dicitur radix quod in Scythia circa Mœotim plurima reperiatur, vel quod Scythæ hac radice & equino caseo famem sitimque ad dies plures tolerant, uti rad[illegible]t Theophrastus. Dioscorides. lib. III. cap. VII. γλυκ[illegible] ῥίζα γεννᾶται πλείστη ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ Πόντῳ, glycyrr[illegible]za seu *dulcis radix plurima gignitur in Cappadocia, & Po[n]to.* Probatur etiam eandem esse plantam, quod Dioscorides & Galenus, glycyrrhizæ easdem facultates adscribant, quas Scythicæ radici Theophrastus. Columella. *Et quia famem sitimque sedat glycyrrhiza, ob hoc ἄδιψος vocata est.* Eandem vim & efficaciam Theophrastus de Scythica refert radice. Inquirendum utrum σκυθικὸν ξύλον, cujus apud recentiores sit mentio, sit glycyrrhiza, sive Scythica radix Theophrasti. Hesychius σκυθικὸν ξύλον τὸ διάπυῤῥον ἔνιοι τὴν θάψιαν. (lego θάψον.) σκυθικός. κρατῖνος σκυθικόν φη, τὸ ἱππόνικον, διὰ τὸ πυῤῥὸν εἶναι, καὶ ᾧ ξανθίζονται αἱ γυναῖκες, καὶ βάπτει τὰ ἔρια. idest. *Scythicum lignum, fulvum, nonnulli thapsum vocant.*

Cratinus

Cratinus scyticum dixit hipponicum, quod fulvum, buxeumque esset. Scythicum etiam dicitur, quo mulieres luteo tingunt colore capillos, lanasque imbuunt. Idem, θάψινον τὸ ξανθὸν ἀπὸ τ̃ ξύλου τῆς θαψοῦ ὃ βάπτει, ᾧ ξανθίζουσι τὰ ἔρια καὶ τὰς κεφαλάς. τ̃ τὸ ἄπὸ σκυθικὸν καλεῖτ. *Thapsinum flavum significat, à ligno thapsi, quod tingit, lanasque ac capillos luteo imbuit colore. Nonnulli scythicon vocant;* Supra cap. x Nonnullos Thapsias cum thapso sive scythico ligno confundere diximus; inter quos Nicandri, scholiastes. Utriusque discrimen theocryti observavit scholiastes ad versum hunc. Eydyl. Ido

Καὶ μὲν χρὼς μὲν ὅμοιος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ.

Et corpus meum admodum simile fiebat thapso.

Χλωρὸς, inquit, ἡ ξανθὸς θάψος γάρ ἐστι ξύλον τι ὃ καλεῖται σκυθάριον, ἤγουν σκυθικὸν ξύλον; ὥς φησι καὶ σαπφώ. τούτῳ δὲ τὰ ἔρια βάπτουσι, καὶ ποιοῦσι μήλινα, καὶ τὰς τρίχας ξανθίζουσι. ἔστι δὲ τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον χρυσόξυλον. Ἀσκληπιάδης δὲ φυτόν τι χλωρὸν, ὅθεν καὶ τὴν θαψίαν πρὸς τὰ ὑπώπια, βάπτεσθαι δὲ ἐκ ταύτης τὰ κρόκινα. Id est, *tingit pallido vel flavo colore. Thapsus lignum, quod vocatur scytharion & scythicum, ut ait Sappho; Hoc lanas melino imbuunt colore, crinesque flavos reddunt. Vulgo chrysoxylon id est aureum lignum vocant, Asclepiades plantam quandam pallidam sic vocat, unde thapsia tollit sugillata, sed ad tingendum croceum colorem hæc idonea.* Recte dixit thapsiam tollere sugillata. Nam id Theophrastus cap. ult: hujus libri, & Dioscorides docent. ταύτης vox non ad Thapsiam, sed ad θάψον sive σκυθικὸν referri debet; Hæc enim tingit, sin minus, confundit utrumque Scholiastes. Χρυσόξυλον dictum testatur Aristophanis Scholiastes in vespis. γυναικὶ κλητικὴν ἐοικὼς θαψίνῃ. Interpres ὠχρᾷ, τοιαῦται γὰρ ὁ θάψος ὅπερ ἡμῖν χρυσόξυλον λέγεται. Thapsine idem est, ac si dixisset pallida. Talis enim thapsus quæ à nobis chrysoxylon dicitur. Schythicam herbam & glycyrrhizam eandem esse, jam satis probatum est, An vero scythicon lignum sive thapsum & glycyrrhiza, planta sit eadem, non satis constat. Qui eandem volunt, his argumentis utuntur, quod radix glycyrrhizæ sive dulcis radicis, sit buxeo, flavoque colore, qui perquam belle convenit morbosis, & pallore exanguibus faciebus. χρυσόξυλον, quasi aureum lignum appellatum, suis temporibus in Græcia, notant interpretes Aristophanis & Theocriti. Notus quoque pallor auri. Catullus. *O quam sæpe magis lurore expalluit auri.* Idem *inaurata pallidior statua.* Ita etiam de buxo Ovidius, pallidior buxo. Dioscorides ait, glycyrrhizæ radices πυξοειδεῖς esse, ὥσπερ, τῆς γεντιανῆς; An veteres hujus succo lanas & capillos tinxerint, se nescire scribunt. Illud certum, & compertum inquiunt, aquam, in qua decocta sit scythica radix, luteo colore infici. Nomen quoque indicio est, idem esse scythicum lignum, cum glycyrrhiza. Nam σκυθικὴ & σκύθιον, dici supra notavimus. Nec obest glycyrrhizam radicem, σκυθικὴ lignum dici, Batavis vulgo hæc dulcis radix, **calissi hout & soet hout**/quod lignum dulce sonat, vocatur. Nec caret hoc exemplo; Græci olim radicem duriorem, lignum vocare. De aspalatho supra cap. VII. satis dixi, nec repeto. Myrepsus sect: VIII. de drosatis. cap. LII. ἀνηθόξυλα radices anethi vocat, quod lignosa, duriorque videatur. Et his argumentis nituntur qui hæc duo eadem esse volunt, inter quos præcipuus Clarissimus Salmasius. Antiqui tamen & maximi medici utuntur auctoritate, qui thapson, non glycyrizam sed rubiam esse contendunt. Apud Æginetam lib. III. cap. secundo ubi de capillis tingendis agit, titulo βαφὴ χρυσοειδὴς, id est, *quæ capillum reddunt colore aureum*, hæc leguntur. ε ποιπηλίας ∠ ς σανδαράχης ∠ ς κρόκου ∠ β. θάψου ἧ τινι οἱ βαφεῖς χρῶνται, ἣν οἱ ῥωμαῖοι ἔρευθαν ῥουβίαν (sic legendum ex titulo sequenti patet, vulgo ἐρεβινθίαν) καλοῦσι ∠ η, &c. Idem titulo ἄλλο σφόδρα καλόν. ῥοῦ ἐρυθροῦ ξε ᾱ κηκίδων λι. ᾱ χελιδονίου (corruptus est codex. nec quid sit κελύδριον, vidit interpres, in re medica doctissimus, legendum ἐλύδριον. vide cap. ult. lib. VII.(γο β' βοτάνης χρυσιζούσης, ἣν ῥωμαῖοι ῥουβίαν καλοῦσι γο β' πολυτρίχου, &c. *Aluminis; sandarachæ singulorum drachmæ sex, croci drachmæ duæ, thapsi qua utuntur tinctores,* Romani vocant *herbam robiam* (rubiam sine dubio intelligit.) *drachmæ octo.* Idem Ægineta. titulo, *Aliud valde generosum, rhois rubri sextarius, gallarum libra una, chelidoniæ unciæ duæ, herbæ capillos aureo colore inficientis quam Romani robiam* (rubiam) *vocant unciæ duæ, &c.* Non is sum qui facile veterum soleo deserere opinionem, novamque amplecti sententiam; attamen pro ea soleo stare parte, pro qua veritas; amicus mihi Socrates, amicus Plato; sed magis amica veritas. Græcus, nec in latinorum scriptis exercitatus, fuit Ægineta. Non luteo, non pallido croceove tingit colore rubia; sed lanas, lintea rubore inficit intenso, Mulierculæ batavæ fascias, crepundiaque imbuunt hac rubro purpureo colore. Observatum est assumptam rubiam mox urinam rubicundo inficere colore, non secus ac rhaberbarum eandem tingit luteo, substantiam ejus non permutans, nec crassiorem quam antea fuerat reddens: in iis scilicet qui valitudine prospera utuntur. Contra Thapsos croceum aureum, pallidumque reddit colorem, uti Scholiastes Theocriti, Nicandri & Aristophani referunt. Quod si cui hi auctores non videntur satis graves, atque probati, quippe qui Thapsiam & Thapsum confundunt, alios addunt quorum auctoritatem repudiare nefas est. Ex ipso Theocrito Thapsum pallidum efficere colorem probo. quod ex versibus his constat, quorum alterum recitavi.

φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο πότνια Σελάνα
καί μευ χρὼς μὲν ὅμοιος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ.

Dic amorem meum unde venerat veneranda Luna
Et corpus meum admodum simile fiebat thapso.

Loquitur de morbosa pallidaque ob amorem, muliere, Poeta; vulgatum est, pallet, amat; quod amantes sint pallidi. Ex Plutarcho in Phocione thapsum pallidum colorem inferre probatur. Τότε δὲ περὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας αἱ ταινίαι μὲν αἷς περιελίττουσι τὰς μυστικὰς κοίτας, βαπτόμεναι θάψινον ἀντὶ φοινικοῦ χρῶμα καὶ νεκρῶδες ἀπήνεγκαν. *Tunc circa dies illos fascia quibus mysticos lectos redimunt, tinctæ colorem retulerunt, pro puniceo pallidum & luridum.* Nugantur qui guiacum thapsum volunt. Ex novo adfertur hoc orbe, veteribus incognito. Probabile admodum Thapsum glycyrrhizam esse, licet hodie in usu non sit, capillos, faciemve illa tingere. Illud inficias iri non potest, glycyrrhizam etiam Thapsum schyticum dictam. Schyticæ herbæ radicem dulcem esse ait Theophrastus, nec alias tradit notas. Luculenter describitur à Dioscoride lib. III. cap. VII. Ἔστι δὲ θαμνίσκος ῥάβδους ἔχων διπήχεις, περὶ οὓς τὰ φύλλα πυκνά, ἐοικότα σχίνῳ, λιπαρὰ καὶ κομμώδη ἁφαμένῳ· τὸ δὲ ἄνθος ὑακίνθῳ ὅμοιον. καρπὸς δὲ πλατάνου σφαιρίων μέγεθος, τραχύτερος λοβοὺς ἔχων ὡς φακοῦ πυῤῥούς, μικρούς, ῥίζαι μακραὶ πυξοειδεῖς ὡς γεντιανῆς, ὑπόστρυφνοι, γλυκεῖαι, χυλιζόμεναι, ὥσπερ τὸ λύκιον. *Est vero frutex exiguus, ramis binum cubitorum altitudine, circa quos folia sunt densa, lentisci pinguia, tactuque glutinosa, flos est hyacinthi, fructus platani, pilularum magnitudine, asperior, qui siliquas habet lentium modo rufas* (in codice Oribasii & veteri perperam μακροὺς *longas* legitur) *parvas; radices longas buxei coloris* (catacur. codex non magno discrimine πυῤῥοειδεῖς *fulvi coloris*, buxeus & fulvus color cognatus) *ut gentianæ, subacerbæ ac dulces, è quibus succus lycii modo elicitur.* Nunquam Plinium vidisse glycyrrhizam, facile colligi potest. Nam lib. XXI. cap. XV. inter ea quæ spinosa ferunt folia recenset. *Quædam*, inquit, *spinosa foliata sunt, ut carduus, eryngium, glycyrrhizon, urtica.* nulla hic mendi suspicio. Idem repetit. lib. XXII. cap. IX. *Alii eryngum, falso eandem esse putaverunt & glycyrrhizam* (vel inquit Dulcecampius à radicis gustu, qui subdulis & odoratus est, vel quod echinatus spinosusque glycyrrhizæ fructus sit instar eryngy, prior probabilior sententia) *quare subjungi eam protinus refert. Et ipsa sine dubio inter aculeatas est. foliis echinatis, pinguibus, tactu gummosis, fruticosa, binum cubitorum altitudine, flore hyacinthi, fructu pilularum platani magnitudinis. Præstantissima in Cilicia, secundo Ponto, radice dulci, & hæc tantum in usu. Capitur ea vergiliarum occasu, longa ceu viti, coloris buxei, meliorque nigra, quæque lenta, quæque fragilis.* Legit Plinius ἀντὶ σχίνῳ ἐχίνῳ. Ineptiunt qui glycyrrhizam, ut Plinium defendant, spinis olim armatam fuisse, ac mangonio longi cultus, edomito rigore, tandem mitigatam. Id falsum esse, probatu non est difficile; Glycyrrhiza enim locis sylvestribus, ac incultis sine spinis reperitur, nec unquam spinosa visa. Asparagum cultu domitum esse

fatemur, sed alibi ut in locis Narbonæ incultis, spinosam videri negari non potest. Idem de glycyrrhiza si modo spinosa foret observaretur. Doctiss. exemplari mendoso, quo Plinius usus est, erroris causam imputant. Non puto Plinium corrupti codicis vitio seductum esse, sed vel oculis male usum, vel alienis male credulum. Sexcenta ejusmodi errata commisit. In antiquioribus & grandioribus litteris Græcis parvum discrimen est inter E & Z, utraque siquidem littera semicirculi figura scribitur, & parvo tantum apice, qui in medio ferè habetur, distingui solet ἐψιλὸν, videlector quid Plinio imposuerit, & quam res minuta maximi erroris occasionem dederit, quod si unquam conspexisset vivam plantam, vel si mediocriter attendisset, facile vitium suboluisset; nec unquam pro Σχίνῳ Ἐχίνῳ legisset. Præterea à mendo immunis non videtur Plinii codex. *Præstantissima*, inquit, *in Cilicia.* Exemplaria quædam non *Cilicia* præferunt, sed *Sicilia* pro qua cum Doctiss. Pintiano scribo *Scythia.* Nam circa Mæotim paludem nasci auctor est Theophrastus legendum etiam *carpitur ea Vergiliarum occasu.* Viti comparat radices glycyrrhizæ Plinius; Dioscorides longas, *& buxei coloris esse*, inquit, *ut gentianæ*: Uterque rectè, maxime si vulgatam intelligit radicem Plinius. Ea enim ramosa, instar sarmentorum vitis, utraque coloris buxei. Melior, inquit, *quæ nigra.* Codex vetus habet *nigri*, ut repetatur coloris. Radix glycyrrhiza intus est buxei coloris, foris sæpius nigri. Quod ignoravit Plinius, qui nigram vel nigri coloris radicem præfert; quod à nemine proditum. Recentior ætas duo observavit genera glycyrrhizę, quorum altera pilulam gerit, platani pillulæ sive echino non absimilem, altera siliquosa & vulgatior, prior caules sæpenumero promit complures, ramosos, cubitales, vel sesquicubitales circa quos folia oblonga, alata, ex multis quandoq; quinis senis sibi invicem oppositis composita, lentisci foliorum figura, attamen majora, viroris saturati, & tactu non nihil glutinosa, digitisque adhærentia, flores è foliorum alis exeunt parvi, cærulei, hyacinthi medici coloris, in rotundi globuli figuram formati: quibus tandem deciduis major factus orbiculus, rotundam asperamve platani pillulam æmulari videtur, multis parvis subrussis, asperis, & hirsutis siliquis constans in quibus semen. Radix prælonga, & crassa, & unica est, brachii subinde longitudine ac crassitie, buxei luteive intus coloris, foris raro alterius, sed tamen quandoque nigricantis, gustu dulcis cum austeritate quadam. Floret æstate, autumno pilulę cum siliquis perficiuntur, vere nova folia, novosque caules promit, hyeme siquidem cum caulibus folia pereunt, radice interim vivaci, ex semine nascitur, hyemisque, si non nimium inclemens, fert injurias. Siliquosa, sive quæ vulgaris usus, glycyrrhiza, priorem caulibus foliisque satis refert, nisi quod folia sint dilutiore virore & majora, caulesque sæpius teneriores, flores in orbem aut globum non conformantur, sed in spicam veluti viciæ componuntur, exigui, colore dilutè cęrulei: quibus languentibus & decidentibus siliquæ sequuntur, parvæ, eodem quo flores ordine positæ, parvæ, lęves, nequaquam hirsutæ aut asperæ, lentium valvulis similes, in quibus semina exigua. Radices habet longas & tenues, ramosasque instar sarmentorum vitis, quæ tam latè sub terra, per transversum & obliquum repunt, ut vix totæ nisi magno cum labore erui queant, & plærisque etiam locis progerminent. Foris nigricantes sunt, buxei intus coloris. Copiosa hæc in Germania, agro præsertim Padembergensi, Franconia dicta. Utriusque folia, singularia oriente sole, in latitudinem primum æqualiter explicantur, mox una cum ascendente Sole eriguntur & ipsa, atque interdiu omnino sursum rigent, atque unà cùm pediculo cymbam, aut navium carinam forma referunt, occidente vero sole, rursum se dimittunt, noctuque intus demissa dependent, donec rursum, ascendente sole eleventur. Aeris etiam constitutionibus reguntur. Nam si dies sereni fuerint, interdiu eo modo quo dictum est erecta sunt; pluviosis verò, nubilis, tristibus, frigidioribus diebus etiam æstate, atque ipso meridie se deorsum sub mittunt, & hæc de foliis tantum intelligenda, & non simul de eorum pediculis, horum enim positus, neque solis cursu, neque cęli constitutione mutatur. Falluntur qui glycyrrhizam in sterilem & fructiferam dividere solent. Nam posterior sive siliquosa rarior licet in Germania, Belgio etiam Italia floreat, quandoque tamen cum flore sub finem æstatis conspicitur, inarescunt & hujus folia caulesque, radice restibili vivace & diuturna. Non desunt qui vulgatam sive siliquosam glycyrrhizam Theophrasti contendunt esse; asperam sive pilula, platani modo hirsutam, Dioscoridis. idque quod vulgata sit dulcior, & ad sitim extinguendam aptior. Veteribus duas glycyrrhizas cognitas fuisse ex eo probatur quod Plinius radicem inquit longam, instar vitis, quod de Dioscoridis sive aculeato capitulo intelligi non potest. Nos in medio relinquimus, de qua egerit Theophrastus glycyrrhiza. Credibile tamen dicimus, de vulgata ipsum egisse. Glycyrrhizam Theophrastus utilem esse ad anhelitus, tussimque siccam, thoracisque omnibus mederi doloribus, scribit. Dioscorides loco citato. Ποιεῖ δὲ τὸ χύλισμα πρὸς τραχύτητας ἀρτηρίας. δεῖ δὲ ὑποτιθέντας τῇ γλώττῃ ἀποχυλίζειν. (addit Mathioli codex μέσον δὲ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ) ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς καῦσον στομάχου καὶ πρὸς τὰ ἐν θώρακι καὶ ἥπατι. ψωριάσεις τε κύστεως (vet. addit καὶ νεφρῶν) καὶ νεφρίτιδας πινόμενον μετὰ γλυκέος. *Est vero spissatus hic succus ad arteriæ scabritias efficax, verum oportet, ut linguæ subditus, eliquescat, (inter caliditatem & frigiditatem quasi mediam facultatem habet) sed & æstuanti stomacho ac thoracis ac jocineris vitiis convenit, nec non ad vesicæ scabiem ac renum vitia utiliter ex passo bibitur.* Sitim extinguere ait, Scythasque hac & caseo equino undecim vel duodecim dies sitim famemq; tolerare. locum hunc Theoph. quia non intellexit Plin. nec Theod. nec Hermolaus, ex ponam. Ac primum quid Hippace sit & quomodo paretur dicam, id docet antiquissimus nostræ artis coryphæus Hippocrates. Ἔοικε δὲ τοῦτο ὥσπερ οἱ Σκύθαι ποιοῦσιν ἐκ τοῦ ἱππείου γάλακτος. ἐγ- ἀφρεῖ γὰρ τὸ γάλα ἐς ξύλα κοῖλα, σείουσι, τὸ δὲ ταρασσόμενον χέοντες καὶ διακρίνεται, καὶ τὸ μὲν πῖον ὃ βούτυρον καλέουσιν, ἐπιπολῆς διΐσταται, ἐλαφρὸν ἐόν. τὸ δὲ βαρὺ καὶ παχὺ κάτω ἵσταται, ὃ καὶ ἀποκρίναντες ξηραίνουσι· ἐπὴν δὲ παγῇ καὶ ξηρανθῇ ἱππάκην καλέουσιν. *Assimilatur vero hoc illi, quod Scythæ ex equino parant lacte. Nam lac vasis ligneis injicientes, conquassant, quassatum spumescit, atque dissepáratur, & id quod superficiei supernatat, butyrum appellant, veluti leve quoddam, quod autem infra subsidet grave, segregantes exsiccant, & postquam concreverit Hippacem appellant.* Eundem parandi modum Herodotus coętaneus Hippocratis lib. IV. recenset; quem adeat lector. Hippocrates lib. de aëre, locis, & aquis καὶ πίνουσι γάλα ἵππων, καὶ ἱππάκην τρώγουσιν, τοῦτο δέ ἐστι τυρὸς ἵππων, *bibuntque lac equinum, & hippacem edunt. Id autem est caseus equinus.* Dioscorides lib. 2. cap. LXXX. Ἡ δὲ καλουμένη ἱππάκη τυρός ἐστιν ἵππειος, βρομώδης, καὶ πολύτροφος, ἀναλογῶν τῷ βοείῳ, ἔνιοι δὲ ἱππάκην ἐκάλεσαν τὴν ἵππειον πιτύαν *Quod hippacen vocant, caseus est equinus, qui quidem virus redolet, at magnopere alit, bubulo proportione respondens. Sunt tamen qui equinum coagulum hippacem appellaverint.* Hesychius. ἱππάκη σκυθικὸν βρῶμα ἐξ ἵππου γάλακτος, οἱ δὲ ὀξύγαλα ἱππεῖον ᾧ χρῶνται Σκύθαι. πίνεται δὲ καὶ ἐσθίεται πηγνύμενον ὡς Θεόπομπος ἐν τρίτῳ αὐτοῦ λόγῳ. *Hippace scythicum edulium, confectum ex lacte equino, nonnulli oxygalon* (id est *lac acidum*) *equinum vocant, quo utuntur Scythæ, bibitur & estur concretum, ut Theopompus lib.* III. *docet.* Hippacem Plinius modo lac equinum, modo herbam esse fingit. Hanc Plinii repugnantiam; ne dicam inconstantiam, natam puto ex autorum vel codicum ejusdem scriptoris diversitate. lib. XI. cap. ult. *Quædam rursus exiguo gustu famem sitimque sedant, conservantque vires, ut butyrum, hippace, glycyrrhizon.* lib. XXVIII. cap. XIV. *equini coagulum quod aliqui Hippacen vocant. contra* lib. XXV. cap. VIII. *Invenere herbas & universæ gentes. Scythia primum eam quæ scythice vocatur, circa Boeotiam nascens* (lege ex Theophrasti cap. 1. lib. 27. Moeotim; scythicam inquit herbam à Moeotis paludibus) *prædulcis, aliam utilissimam ad ea quæ spasmata vocant,* in Altero codice sparmata. Legunt Lugdunensis & Salmasius, ex optimo codice asthmata, quam lectionem probo) *Magna & ea commendatio, quod in ore eam habentes famem sitimque non sentiunt. Idem præstat apud eosdem hippice* (optimus codex *hippace*, quomodo & Theophrast. & Hippocrates, & antiquissimi scribunt.) *dicta, quod in equis quoque eundem habeat effectum.* (hoc veterum tradidit nemo) *Traduntque; his duabus herbis Scythas etiam in duodenos dies durare in fame, sitique.*

festive

festive Plinius; ex verbis Theoph. male intellectis, herbam finxit, quæ in rerum non reperitur natura; & quod magis mirandum, rationem cur sic dicatur addit. Præterea de duabus agit herbis, cum de una Theophrastus; sed solemne Plinio, gemmam, arborem; animal, lapidem; lignum, herbam quæ pluribus gaudet nominibus, quæque alio atque alio nomine diversis rei botanicæ scriptoribus censetur, eam, quasi non eadem sit, pro appellationum suarum diversitate diversis etiam locis describere ac quasi aliam referre. Mitto Plinium. Cur sitim sedat glycyrrhiza, docet Galenus lib. VI. simpl. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὑγρόν ἐστι τῇ κράσει τὸ μετρίως γλυκύ, δεόντως ἄδιψόν ἐστι τὸ φάρμακον, ὑγρόν τε ἅμα μετρίως, καὶ ψυχρότερον ὑπάρχον τῆς ἀνθρώπου φύσεως. *Porro quoniam temperie quoque est id humidum, quod modicè est dulce, in re sane etiam siti congruens medicamentum est, nimirum modice humidum, & humana natura frigidius.* Mediocris itaque dulcedo, causa est cur sitim extinguat. hanc propter facultatem ἄδιψον dicta, uti testatur Auctuarii auctor, & Plinius lib. XXII. cap. IX. *Usus in linguæ subditis* (sic vocat hypoglottida, nempe remedia quæ linguæ supponuntur. Vulgo usus in subditis decocta) *decocta ad tertias, cætero ad mellis crassitudinem; aliquando & tusæ. Quo genere & vulneribus imponitur, & faucium vitiis omnibus. Item voci utilissimo succo; sic ut spissatus est linguæ subdito; Item Thoraci, jocineri. Hac diximus sitim famemque sedari, ob id quidam adipson appellavere eam, & hydropicis dedere, ne sitirent* (hoc non sive parvo ægrorum levamine fieri, recentiorum comprobatum est experimento) *ideò & commanducata stomatice est, & ulceribus oris inspersa, sæpe & pterygiis.* Ex hoc Plinii loco Dioscoridis codicem corrigunt. Apud quem legitur, ἄδιψόν τέ ἐστι ἀποχυλιζόμενον, καὶ τραυματικὸν περιχριόμενον καὶ στομαχικὸν διαμασώμενον. Idem eliquatus sitim sedat, illitusque vulneribus accommodatur, atque commanducatus prodest stomachi affectibus. Corrigunt ex Plinio στοματικὸν, *oris affectibus prodesse.* Vulgatam & si sciam à Serapione defendi lectionem, probabiliorem tamen habeo alteram, quod amara stomacho sunt amica, inimica dulcia, tum quod certum est, glycyrrhizam pluribus oris affectibus opem ferre. Vulneribus utilem esse glycyrrhizam, Dioscorides & Plinius testantur. Admirandum, sed vix credendum; quod ex Theophrasto refert Apollonius in admirabilibus. Θεόφραστος δὲ ἐν τῶν περὶ φυτῶν πραγματείᾳ τὴν θαψίαν ῥίζαν, ᾗ οἱ ἰατροὶ χρῶνται, ἐάν τις σὺν κρέασιν ἑψήσῃ τὰ πολλὰ συγκολλᾶσθαι, ὥστε ἐκ τοῦ ἀγγείου μηκέτι δύνασθαι ἐξαιρεθῆναι. *Theophrastus in tractatu de plantis, si quis Thapsiam radicem, qua medici utuntur, cum carnibus coquat, eas de multis frustis in unum coalescere, ut eximi è vase nequeat.* Admoneri debet Lector nihil tale de thapsia apud Theophrastum; Deinde thapsia contrariam habet facultatem, erodentem & exulcerantem, qualia lædendi, non consolidandi potestate prædita sunt. Codicem itaque Appollonii corruptum esse dico. Lego τὴν θάψον. Glycyrrhizæ hanc facultatem adscripserunt, quod vulnera consolidet, leniendi, adstringendique vi prædita sit, maxime quod glutinosa, viscida, ac pinguis recens videatur. Finem ut huic historiæ imponam; non caret admiratione, Scythas, caseo equino, & glycyrrhiza vivere consuevisse, sed de Zoroastre narratur, illum nempe solo lacte, sex menses transegisse, quod de alio quodam narrat Atheneus nihil miri de Scythis dixit Theophrastus, sed nec prius, nec posterius apud me fidem meretur.

Aristolochiam Cicero lib: De Divinatione, nomen accepisse auctor est, ab inventore Aristolocho, qua de causa dentem calumniæ vix evitare potuit. Contendunt enim, ut mox pluribus dicam, nomen huic inditum, quod puerperis prosit. Sed quid impedit, quo minus ab Aristolocho nomen habeat, simulque salutaris sit puerperis? Credibile enim non videtur, Ciceronem de suo hoc finxisse, sed ab aliquo antiquo auctore, cujus opera ac scripta deperdita sunt, desumpsisse. Quod eo magis fit verisimile, quod apud Galenum lib. I. de antidotis in carmine Andromachi legatur καὶ λεπτὴν ῥίζαν Ἀριστολόχου, *& tenuem Aristolochi radicem*: Nicandri scholiastes Aristotelem testem vocat (quod non parum confirmare Ciceronis videtur opinionem) à muliere inventam Aristolochiam; ταύτην δέ φησιν Ἀριστοτέλης γυναῖκα εὑρηκέναι. Hanc dixit Aristoteles fœminam reperisse. Ubi non mirandum, scholiasten, fœminę hoc honoris tribuere. Ut pote quod mulierculis parturientibus summam præster opem: non ergo Cicero tantopere culpandus. Cujus opinio non parum ex his confirmatur, qui ab Aristolocho inventore nomen accepisse, tradiderit. Perinde enim, sive vir, sive mulier fuerit. Interea nec dubitandum quin Aristolochia etiam dicatur, quod ἀρίστη sit ταῖς λοχείαις. Dioscorides, ἀριστολοχία ὠνόμασται μὲν ἀπὸ τοῦ δοκεῖν ἄριστα βοηθεῖν ταῖς λοχοῖς. par: λοχείαις; Id est. *Aristolochia, ex eo nomen accepit, quod optime puerperis opitulari credatur.* Plinius lib. XXV. cap. VIII. *Inter nobilissimas, Aristolochiæ nomen dedisse, gravidæ videntur, quoniam essent ἀρίστη λεχώοις. Nostri malum terræ vocant.* Unanimo consensu omnes restituunt, ἀρίστη λοχευούσαις. Perperam, inquiunt, Plinium scripsisse, gravidas nomen dedisse. Nam vox λοχευούσαις *puerperas*, aut certe *parturientes* verius denotat; quam gravidas, *sed nec* & parturientes gravidas esse negant: tantum vero inquiunt, abest ut gravidis reliquo gestationis tempore opituletur Aristolochia; ut contra maximè noceat, quandoquidem è locis muliebribus, menses & secundas, & partus emortuos educendi vim habeat, myrrha & pipere albo additis, pota vel subdita, ut ipse docet Plinius in calce lib. XXVI. & ipse Dioscorides. Quare in nominis assignatione, & erroribus parum sibi constare videtur Plinius. Sed quid obest, quo minus gravidæ nomen hoc imposuerint, ac dum gestarent collegerint, ac in usum necessarium reposuerint. Fieri enim facile potest gravidas metu difficilioris partus Aristolochiam sibi comparasse nomenque sic à sperato auxilio dedisse, ac custodiisse ad partus horam, ne tum forte ipsis ope ejus destitutis vel partus minus felix procederet, vel secundinæ retinerentur. Malum verò terræ dicitur, ut ex versibus Nicandri palam fiet, quod mali pyrique instar fructum gerat. Theophrastus quot Aristolochiæ genera sint non tradit. Duo Nicander novit, tria Dioscorides, quatuor Plinius. Nicander marem & fœminam describit, cujus versus, quia non sunt invenusti, lucisque aliquid præbent Dioscoridis delineationi; in medium adferam:

> ἤτοι ἀριστολόχεια παλίσκιος ἐνδατέοιτο
> φύλλα τε κισσήεντα περικλυμένοιο φέρουσα.
> ἄνθεα δ' ὑσγίνῳ ἐνερεύθεται. ἡ δέ οἱ ὀδμὴ
> σκίδναται ἐμβαρύθουσα. μέσον δ' ὡς ἀχράδα καρπὸν
> μυρτάδος ἐξ ὄχνης ἐπιόψεαι, ἢ σύ γε βάκχης.
> ῥίζα δὲ θηλυτερῆς μὲν ἐπιστρογγύλλεται ὄγκῳ.
> ἄρσενι δ' αὖ δολιχήντε καὶ ἀμπύγονος βάθος ἴσχει.
> πύξῳ δὲ χροιὴ περιπλίγκιος ὠρικίοιο.
> τὴν ἤτοι ἔχιός τε καὶ αἰνοπλῆγος ἐχίδνης
> ἀγρεύσεις ὄφελος περιώσιον. ἔνθεν ἀπορρὼξ
> δραχμαία μίσγοιο ποτῷ ἐνὶ κιρράδος οἴνης.

> *Aut umbrosa colens & aristolochia terenda,*
> *Illa periclymeni foliis, hederæque propinquis,*
> *Floribus hysgino rubris, & odore molesto,*
> *In medio cujus fructum pendere pyrastri*
> *Myrtea qualem fert achne vel baccha videbis!*
> *Fœmina tuberibus radicum nixa rotundis*
> *Germinat, at maribus longæ, cubitoque sub alma*
> *Defossæ terra, buxeî color intus utrique.*
> *Haud temere invenias medicamen morsibus ullum*
> *Vipereis prodesse magis, si frustula drachmæ*
> *Pondere flaventi libeat miscere falerno.*

Poëta doctissimus duo inquit, Aristolochiæ esse genera, graphiceque describit, folio periclymeni hederaceo, floribus purpureis, graveolentibus, in quibus baccæ, pyro sylvestri conformes, radicibus in fœmina quidem rotundis & in orbem conglobatis, rapi modo. Unde & rotundæ nomen illi datum; in mascula vero longis, utrisque colore buxeo. Eadem ferè Dioscorides. lib. III. cap. IV. Ἔστι δὲ ἡ μὲν στρογγύλη, θήλεια καλουμένη, φύλλα δὲ ἔχει κισσοειδῆ, εὐώδη μετὰ δριμύτητος, ὑποστρόγγυλα. ἁπαλὰ παρὰ πολλοῖς βλαστοῖς ἐν μιᾷ ῥίζῃ (vetus ἐκ μιᾶς ῥίζης) τὰ δὲ κλήματα ἐπιμήκη. ἄνθη λευκὰ οἱονεὶ πιλίσκοι. τὸ δὲ ἐν αὐτοῖς ἐρυθρὸν δυσῶδες. ἡ δὲ μακρὰ ἀριστολόχια ἄρρην καλεῖται καὶ δακτυλῖτις φύλλα ἔχουσα ἐπιμηκέστερα


ὥσπερ τῆς στρογγύλης. κλωνία λεπτά, ὡς σπιθαμιαῖα τὸ μέγεθος, ἄνθος πορφυροῦν, δυσῶδες, ὅπερ ἐξανθῆσαν ἀπίῳ παραπλήσιον γίνεται. ῥίζα δὲ τῆς μὲν στρογγύλης περιφερής, γογγυλίδι ὁμοία. ἡ δὲ τῆς μακρᾶς δακτύλου ἔχει τὸ πάχος, σπιθαμιαία, ἢ καὶ μείζων. ἀμφότεραι δὲ τὰ πολλά, πυξοειδεῖς ἔνδοθεν, (Mathioli & Catacur: codex ἀμφότεραι δὲ τὰ πολλὰ πυξοειδής. *ambæ autem plerumque buxeo sunt intus colore.*) πικραί τε τὴν γεῦσιν καὶ βρωμώδεις. Id est, *in ejus generibus quædam est rotunda, quæ fœmina vocatur, foliis hæc est hederaceis, cum acrimonia odoratis, subrotundis, mollibus, cum multis ab una radice germinibus. Sunt vero prælonga velut sarmenta, flores candidi pileorum similitudine, in quibus quod rubicundum est graviter olet, longa autem Aristolochia Mascula appellatur, & dactylitis, foliis quam rotunda oblongioribus, ramulis tenuibus, fermè dodrantalibus, flore purpureo, graveolente, qui ubi defloruit, pyro similis evadit. rotundæ radix in orbem, rapi modo, conglobatur, longæ vero digiti craßitudinem implet, dodrantalis aut etiam major, ambæ colore intus buxeo, gustu amaræ ac virosæ.* Nicander utramque videtur Aristolochiam describere flore hysgino, id est rubro purpureo. Quod de mari tantum intelligendum esse, docent verba Dioscoridis. Ex quibus unum tantum rotundæ genus ipsum novisse constat, cum duæ recentiores observarint. Utraque tam longa, quam rotunda, fructum fert pyri sylvestris forma, sed rotundior fœminæ, quam maris. Marem Dioscorides Dactylitim vocari ait, quod radix quatuor, ut ait Plinius, digitorum sit longitudine, dodrantis implere scribit; Dioscorides longitudinem, cum Nicander easdem cubitales dicat. Idem Dioscorides crassitudine digiti easdem tradit, Plinius, baculi. *Nostri*, inquit, *malum terræ vocant, & quatuor genera ejus servant. Unum tuberibus radicum rotundis; foliis inter Malvam & Hederam, nigrioribus mollioribusque, alterum masculæ radice longa, quatuor digitorum longitudine, baculi craßitudine.* Docet experientia, hujus reperiri radices, quæ non modò baculum, sed brachium crassitudine superant. Quæ ostendunt verba Dioscoridis non de provecta, sed de trienni & juniori intelligenda esse; Nam adultæ radices junioribus quadruplo, non raro crassiores, & multo majores conspiciuntur. Utraque hæc Aristolochia, satis nota. Longa multis statim à radice tenuibus quadrangulis ac viticulosis flexilibus duos palmos longis, nonnunquam longioribus; humi diffusis germinat cauliculis, circa quos folia hinc inde mollia, odorataque, minora firmiora,

Aristolochia longa.



ac dilutioris quam rotundæ coloris, flores juxta folia oblongi, cavi una parte, longiores, coloris purpurei, odoris gravis; fructus turbinati, striati, exiguis pyris conformes, qui maturato semine, in quinque ut plurimum partes dissiliunt, quod triangulum est & latum ac coloris initio ruffi, mox fusci. Radix pro ætatis, ut dixi, ratione variat. Adultæ enim magnitudo longe amplior, quod sæpe uti auctor est Doctiss. Clusius, crassitudine brachium, longitudine pedem æquat, differt etiam à juniore, quod extrema parte obtusa sit, & æqualis fere per totam longitudinem crassitudinis, subinde tamen cuspide ramosa, junioris vero gracilescit, multasque fibras habet. Duo longæ observavit diligentiss. Clusius genera. Unius enim flos extima pars, interiore parte purpurei coloris est, quæ in alia herbacea. Differunt etiam, quod in novellis, alterius radicis pars extrema sit gracilis, alterius obtusior ipsaque radix brevior. Rotundæ duo quoque observantur genera, quorum prior multos ex una radice cauliculos, cubitales, quadrangulos, quibus ex intervallis folia adnata sunt mediæ inter malvæ (ut observavit Plinius) & hederæ folia magnitudinis, venosa, mollia, ex viridi nigricante colore, brevi pediculo, his oblongi incumbunt flores, instar tubæ cavi, ex purpura nigri, quorum labrum pronulum, seu extima pars latior est, quam in longa, aut clematitidis flore, & tota nigricans. Hos sequitur fructus rotundus, parvi melopeponis forma, qui multa grana continet,

Aristolochia rotunda.




ordine disposita, lata, nigricantia, intercurrentibus quibusdam membranis, & materia etiam fungosa, alba, singulis granis interposita, quod reliquis Aristolochiæ generibus commune. Radix est ampla, tuberosa, rugosa, foris fusco, intus buxeo colore prædita, cortice crasso, & carni adhærente. Altera ut Diligentiss. & Doctiss. observavit Clusius ramulos habet seu palmites prioris, sed frequentiores & breviores, folia longæ quidem formam & colorem æmulantia, sed majora, longioreque pediculo, quam superioris fulta, florem ex albo purpurascentem (Hoc genus observasse videtur Dioscorides; si clematitidem erectum non descripsit) interius fuscum, longæ flori pene similem, ejus fructus priore longior, pyri in modum turbinatus, graciliore quam in illa meta; semen planum, minus priore, & rufum, radix superiori similis; cortice tamen magis flavo.

Has

Has aristolochias in Belgio conspicere, perquam raro datur; frigoris admodum impatientes, in Hispania, Gallia Narbonensi, & aliis calidis reperiuntur regionibus, in quibus primo vere florent. Tertium genus à Dioscoride his fere verbis describitur. Ἔστι δέ τις καὶ τρίτη μακρὰ, ἥτις καὶ κληματῖτις καλεῖται, κλώνια ἔχουσα λεπτὰ, φύλλοις ὑποστρογγύλοις. ἀειζώῳ μικρῷ ἐοικόσι περιτελεῖς, ἄνθη ἐοικότα πηγάνῳ. ῥίζας μακροτέρας (vetus στρογγύλοις μικροῖς. Oribas. μακροτάτας longissimas) λεπτὰς φλοιὸν ἐχούσας παχὺν & ἀρωματίζοντα, ἰδίως χρησιμευούσας μυρεψοῖς εἰς τὰς τῶν μύρων στύψεις. *Est etiamnum tertia longa, quæ etiam clematitis, quasi sarmentosa seu sarmentitia vocatur, ramulos habens tenues, foliis refertis subrotundis, minori sempervivo similibus, flores rutæ, radices longiores, tenues crasso, aromaque redolente cortice, vestitas: Quæ privatim unguentariis ad unguentorum spissamenta conducunt.* Suspecta admodum, botanicis vox ἀειζώῳ. restituunt ἀσάρῳ, ac μικρῷ expungunt, cum tamen asari folia non subrotunda, ut de clematitide Dioscorides; sed circinatæ rotunditatis sunt: vulgatam præterea defendunt lectionem Oribasius, Avicenna, Serapio, ex quorum scriptis corruptum non esse codicem perquam facile colligitur. Nec fit credibile omnes in depravatos incidisse codices. Videtur observasse Dioscorides hujus folia non esse acuminata, sed ad instar minoris sempervivi propemodum obtusa, vel quod crassiuscula sint ad sempervivi minoris crassitiem accedentia. Corrigunt etiam ἀντὶ πηγάνῳ πιλίοις; idque quia non vident, qua ratione aristolochiæ flores rutæ floribus assimilari possint. Legunt πιλίοις quod omnes Aristolochiæ, florum licet colore diffideant; eorum tamen figura una & eadem conspiciatur, quam esse pileorum instar, ante tradidit Dioscorides: vulgatam lectionem probant auctores citati. Quare probabile, Dioscoridem comparasse rutæ floribus, quod utriusque, rutæ & Aristolochiæ, flos sit concavus, & ex luteo pallidus; Fert enim ruta in summitate flosculos pallido-luteos, ex quatuor aliquantulum concavis foliolis commissis, in quorum medio quadrangulare, raro quinquangulare capitulum eminet, totidem loculos, quot angulos continens. meminit hujus Aristolochiæ uti & quartæ Plinius loco citato. *Tertium longissimæ tenuitatis, vitis novellæ, cui sit præcipua vis, quæ clematitis vocatur, ab aliis Cretica. Omnes colore buxeo, caulibus parvis, flore purpureo, ferunt bacculas parvas, ut capparis, valent radice tantum. Est & quæ pistolochia vocatur, quarti generis; Tenuior quam proximè dicta, densis radicis capillamentis, junci plenioris crassitudine. Hanc quidam polyrrhizon cognominant, odor omnium medicatus, sed oblongæ radici tenuiorique gratior, carnosi enim est corticis, unguentis quoque nardinis conveniens. Nascuntur pinguibus locis ac campestribus. Effodere eas messibus tempestivum; ita desquamato terreno servantur.* Plura in considerationem veniunt. Lego ex optimo codice, *tertium longissimæ, tenuitate vitis, cujus sit præcipua vis, quæ clematitis vocatur.* Quam lectionem verba Dioscoridis citata comprobant. Illud considerandum, quod inquit, hujus esse præcipuam vim, cum tamen Dioscorides clematitidem cæteris quidem ait esse fragrantiorem, sed ad medicationes inefficaciorem. Dioscorides ad finem cap. VI. Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ κληματῖτις πρὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖν. ἐλαττοῦται μὲν τῇ δυνάμει τῶν προειρημένων. *Creditur & clematitis ad eadem pollere, sed efficacia tamen cedit antedictis.* Galenus. lib. VI. simpl. Ἀριστολοχίας ἡ ῥίζα χρησιμωτάτη πρὸς τὰς ἰάσεις πικρὰ καὶ ὑπόδριμυς ὑπάρχουσα. λεπτομερεστέρα ἐξ αὐτῶν ἐστὶν ἡ στρογγύλη κατὰ πάντα δραστικωτέρα. τῶν δὲ ἄλλων δυοῖν, ἡ μὲν κληματῖτις εὐωδεστέρα μὲν; ὥστε καὶ πρὸς τὰ μύρα χρῶνται τοὺς μυρεψοὺς αὐτῇ; πρὸς τὰς ἰάσεις δὲ ἀσθενεστέρα, ἡ μακρὰ δὲ ἧττον λεπτομερής ἐστι τῆς στρογγύλης, &c. *Aristolochiæ radix multo est ad medicationes utilissima, amara & subacris, sed ex illis omnium subtilissima est rotunda, aliarum vero duarum, quæ clematitis appellatur fragrantior est, atque ea ad unguenta utuntur unguentarii, sed ad sanationes infirmior. At longa quidem minus tenuitatis obtinet quam rotunda, &c.* Non desunt tamen, qui clematitidem Aristolochiam, in Theriaces compositione recipiendam statuunt, idque quod Andromachus senior. καὶ λεπτὴν ῥίζαν ἀριστολοχίας. Illud constat Nicolaum, aliosque gravissimos viros, longam in usum Theriaces reponere, quorum sequor sententiam. λεπτὴν dixit Andromachus, vult juniorem, nondum adultam, ac triennem eligendam, quippe antiquior fungosa est, quæque facile corrumpatur & à vermibus erodatur. Et hac de causa Dioscorides longam crassitudine digiti dixit, quod hæc optima & præstantissima, hanc etiam tenuem respectu rotundæ dixit poëta. Malunt alii pistolochiam recipere, idque quod clematitidi & odore gratiore, & medicata facultate antecellere videtur. Verum cum Græcorum nemo pistolochiæ mentionem fecerit, nec ipse Plinius, cæteris anteferendam dixerit; cur horum sequar opinionem, non video. Falsum est quod ait Plinius omnes caules habere parvos, & flore constare purpureo. Vide verba Dioscoridis supra citata. Nec rotunda altera, nec clematitis flore est purpureo, bacculas longè quam capparis majores esse probatione non eget, ipsa experientia clamat, docet autopsia. Recentiores duas describunt clematitides; quarum una erecta, quam Sarasenicam vocant, nec pro legitima clematitide habent; altera repens, quam Hispanicam vocant, quod in Hispania à Clusio primum sit reperta, quanquam in Creta à Bellonio, ut ipse Doctiss. tradit Clusius, antea fuerit observata. Vulgaris sive erecta reliquis similis est, altior tamen ac procerior quam longa aut rotunda, caulem habet firmiorem, rotundum, striatum, supra cubitalem altitudinem assurgentem. Hujus folia reliquorum foliis multo ampliora, ex viridi pallescentia, longo fulta pediculo, forma longæ, vel potius rotundæ alterius folia referentia, id est subrotunda, nec in angulum acutum desinentia, sed ad instar minoris sempervivi obtusa, ac nonnihil crassiuscula; flos pallidus,

Aristolochia Clematitis.



copiosus in singulis alis, qui in aliis generibus singularis, longè floris formam quodammodo referens, quo evanescente, succedit fructus, reliquarum major, exigui mali magnitudine, semen continens quale est reliquarum Aristolochiarum, sed majus. Hujus radix, quæ reliquis cum gravitate quadam (quæ tamen in siccata perit) est odoratior, tenuis & ad minimi digiti crassitudinem nunquam accedens, longè lateque serpit, & altissimè sub terra mergitur, adeo vivax, ut etiam frustulatim concisa, facillime renascatur, & magna difficultate eruatur, Qua de causa subinde molestiam iis adfert, qui illam semel in suos receperunt hortos, quod præ cæteris noster testatur. Editiora tamen amat loca, & nonnullis Narbonensis Galliæ vinetis, adeo frequens est, ut vina, ab illius odore, vitium

vitium contrahant. Invenitur & in plerisque aliis Galliæ, Hispaniæ, Hungariæ, utriusque Germaniæ locis. Floret apud nos æstate, fructus autumno colligi possunt. Non esse hanc longam veterum, flos è pallido luteus docet. Aliud Aristolochiæ genus circa Hispalim, itinere Olyssiponensi, plurimisque aliis Boeticæ, in dumetis, vepretibus, & quibusdam vetustis olivetis sponte nascens, observavit idem Clusius; quod ad clematitem meritò referri posse scribit. Id longa, ramosa, tenuia, striataque habet sarmenta, quibus vicinas sepes, & interdum arbusculas superat, iis sese convolvens atque implicans, convolvuli aut lupuli modo, folia illi reliquarum aristolochiarum similia, seu potius generis illius apocyni in maritimis nascens, Mompelliani scammoneam tempore Clusii appellabant, extremo mucrone acuminata; superne levia & viridia, inferne ex purpura albicantia, longo pediculo innixa, flos Aristolochiæ longæ incurvus, oblongus, ex purpura nigricans, intus tenui lanugine plenus, longissimo omnium pediculo insidens; fructus, ut ex illius rudimento colligere licet, reliquarum Aristolochiarum similis. Tale etiam esse semen; ex eo quod Doctiss. vir Simon de Tovar mittebat, observavit Clusius, fructus vero æquè magnus, ac in clematitide vulgata, & à pediculo dehiscens, radix prælonga, sarmenticia, smilacis asperæ instar (cum cujus crassioribus fibris magnam habet affinitatem) nunc per summa serpens, mox altè sub terra se condens, pallidi coloris, non ingrati saporis: gustata enim aliquantulum adstringens deprehenditur, & manifestæ actimoniæ. Tota planta odorata est. Hujus meminit Bellonius lib. 1. obs. cap. XVII. *Aristolochiæ porro quartum quoddam genus, à tribus reliquis veteribus descriptis diversum invenitur, arbores scandens ac premens, ephedræ* (an scriptum fuit, *Hederæ*) *& smilacis modo, alioqui conveniens foliis, floribus, semine, radice, sapore, & odore cum clematitide. Hoc genus botanici pro vero legitimoque habent clematitide. —— Quorum opinionem improbo; quod folia non sint obtusa, sed acuminata, nec flos colore rutæ: sed asarum pro sempervivo legendum contendunt.* Hanc supra refutavimus opinionem. Ponamus tamen sic scripsisse Dioscoridem, asari folia non mucronatæ, sed circinatæ sunt rotunditatis: asaro itaque compatari non possunt.

Pistolochia, sive Aristolochia polyrrhizos.



Pistolochia cauliculos magna ex parte pedales habet, nonnunquam majores, angulosos, striatos, ut in Aristolochia longa, ramosos, tenuiores tamen, folia longæ foliis non dissimilia, nigriora, minora, magis rugosa, & aliquantulum in ambitu sinuosa, florem rotundæ priori forma æqualem; minorem tamen, & aliquando nigrum, interdum ex herbaceo flavescentem, fructum rotundum primæ fructus effigie, verum minorem: Semen etiam simile. Radix densis est capillamentis, junci, ut rectè Plinius ait, plenioris crassitudine, buxeo colore. Nascitur in olivetis & petrosis

Aristolochia Indica.



Hispaniæ, Galliæque Narbonensis locis. Serius floret reliquis Aristolochiarum generibus; ac hoc peculiare ejus fructus habet, dum maturuerit. Ea qua pediculo adhæret parte dehiscat, ut in Bœtica clematitide. Novam & peregrinam hoc anno 1634 vidi in horto medico Lugdunensi ex Virginia delatam quæ cauliculos duos aut tres mittit dodrantales, aut paulo minores, circa quos folia sex vel septem Asclepiadis, & aristolochiæ clematitidis bœticæ formam coloremq; referentia, flore est atro purpureo tortuolo repente, terramque incumbente; Radix parva, tenuis, digitum minorem nec longitudine nec crassitie excedens, uti pictura affabrè delineata ostendit. Restat indagandum, de quo Aristolochiæ genere scripserit Theophrastus: Quidam Botanici de clematitide putant. Refelluntur hi ex cap. ult. hujus libri, ubi Aristolochiam παχεῖαν inquit, cum λεπτὴν clematitidem dicat Dioscorides: de longa itaque vel rotunda verba accipienda sunt Theophrasti. Nostra opinio est, rotundam describere præceptorem, idque quia vox παχεῖα de rotunda potius, quam longa (quamquam & de ea accipi potest) intelligi debeat, tum quod ad morbos, quos recenset Theophrastus, Dioscorides rotundam laudet, uti mox palam fiet. Folium aristolochiæ alsine simile esse, sed rotundius tradit. Corrigunt ἑλξίνῃ, sed ipsam alsinen helxines folia habere tradit Dioscorides lib. IV. cap. LXXXVII. Πόα ἐστὶν ὅμοια ἑλξίνῃ ταπεινοτέρα δὲ καὶ μακροφυλλοτέρα, καὶ οὐ δασεῖα. Herba est helxine similis, humilior, longioribusque foliis, ac minime hirsuta. Perinde itaque an ἀλσίνῃ, an ἑλξίνῃ legatur. Sed alsines vel helxines foliis, veterum nemo Aristolochiæ folia comparavit. Corruptum codicem esse non dubitamus & ex Nicandro, Dioscoride cæterisque botanicis, Græcisque antiquis, τῷ κισσῷ restituendum, nec aliter scripsisse Theophrastum ipsa comprobat experientia, Hederæ non tantum junioris, sed ætatis provectæ foliis est rotundioribus. Legunt etiam μήλινα, quod buxeo sit colore, nisi vulgatam placeat retinere lectionem, quod foris sit fusca, intus buxea; tum quod infra capite ultimo idem repetat. *Perutilem*, inquit, *ad caput, ulcera maximè capitis*. Ad ulcera à Dioscoride rotunda præscribitur; Unde colligi potest, de hac agere magistrum. Καὶ σηπεδόνας περιχαράσσει, καὶ τὰ ῥυπαρὰ ἐκκαθαίρει ἕλκη, καὶ τὰ κοῖλα πληροῖ σὺν ἴρεως καὶ μέλιτι. *Vlcera quoque putrida emarginat, sordidaque expurgat, & cava cum iride & melle explet*: Adversus serpentum venenum præscribit. Idem de utraque aristolochia tradit Dioscorides: ποιεῖ δὲ πρὸς μὲν τὰ ἄλλα φάρμακα ἡ στρογγύλη, πρὸς δὲ τὰ ἑρπετὰ καὶ δηλητήρια ἡ μακρὰ ἀλλὰ πινομένη μετ' οἴνου καὶ καταπλασσομένη. καὶ τὰ ἐν μήτρᾳ συνιστάμενα πάντα λόχια καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα ἐκβάλλει, ποθεῖσα μετὰ πεπέρεως καὶ σμύρνης. καὶ ἐν πεσσῷ δὲ προστεθεῖσα, τὰ αὐτὰ δρᾷ. ἡ δὲ στρογγύλη ποιεῖ πρὸς ἃ καὶ προειρημένη. ἐν ἀσθμασι, λυγμῷ, ῥίγει, σπληνί, ῥήγμασι, σπάσμασι, ἀλγήματι πλευρᾶς, ποθεῖσα μεθ' ὕδατος. ἀνάγει δὲ καὶ σκόλοπας, ἀκίδας. ἀπίδας ὀστῶν καταπλασσομένη ἀφίησι. *Porro cæteris quidem venenis resistit rotunda, at longa contra serpentes, & venenata, drachmæ pondere ex vino bibitur, atque etiam imponitur, pota pipere & myrrha additis, purgamenta omnia post partum in utero relicta, menses & partus ejicit: eadem quoque efficit subdita in pesso, & rotunda ad eadem, ad quæ & ante dicta est efficax. Ex abundanti verò, suspiriis, singultibus, horroribus, lieni, ruptis, convulsis, & lateris doloribus pota cum aqua auxiliatur: exorabit & imposita aculeos ac spicula, ossiumque squamas removet.* Plinius contra, rotundam adversus serpentes aptiorem vult, quod sine dubio habet ex Theophrasto. Lego ex capite ultimo, ἀγαθὴ πρὸς ἔτι πρὸς ὑστέρας *ad secundas ejiciendas* optimum esse, quod Dioscorides Græcique testantur omnes, & inde nomen accepisse supra probavimus. Τὰ μὲν οὖν πρὸς ἕλκη τῆς κεφαλῆς συμφέρει. Sic legendum, ipsa series orationis dictitat. Sequitur paulo infra, ἐὰν δὲ αἱ μῆτραι προπίπτωσι, &c. Idem iisdemque verbis repetit capite ultimo: ex quibus non ad verbum exscripsisse hunc locum Apollonium in admirabilibus colligo. Θεόφραστος, inquit, ἐν τῇ περὶ φυτῶν πραγματείᾳ ἐὰν αἱ μῆτραι προπίπτωσιν ἀριστολοχίαν ἐν ὕδατι βεβρεγμένην καταντλεῖσθαι πολλὰς ἡμέρας. Corruptus Apollonii codex. Legendum, ἐὰν αἱ μῆτραι φησὶ προπίπτωσι, &c. *Quod si matrices præciderint, (præbiberint* Doctiss. interpres vulgatam secutus lectionem, ineptè) *aqua madefactam perfundentur per multos dies.*

Αὗται μὲν οὖν γλυκεῖαι. Non convenit, inquit subtilissimus Philosophus, epilogus cum superioribus. Nam hæc (*Aristolochia*) amara est. Non est epilogus historiæ Aristolochiæ, sed conclusio, radices nonnullas dulces esse, amaras alias. Quare ex ipsis verbis Theophrasti legendum patet, ἄλλαι μὲν οὖν γλυκεῖαι, ἄλλαι δὲ πικραί, ἄλλαι δὲ βαρεῖαι.

Quædam, inquit, ex dulcibus, mentis alienandi facultatem habet. Quæ hæc radix, aut quo nomine dicatur, non docet; difficile est, quam putet, conjicere. *Scolymo*, inquit, *esse similem*. Ad recentiorum illa non pervenit notitiam, nec opus est noscatur. Servent hanc sibi Tegeæ incolæ, alteram quoque mortiferam retineant Thraciæ incolæ; Non laboro, nec opto ut deferatur ad Batavos.

Ἔχουσι δὲ καὶ τοῖς χρώμασι. Hic novum caput auspicari debuerat Theodorus. Novam siquidem tractare incipit materiam præceptor. Hactenus enim de gustus, nunc de colorum differentiis agere incipit. Male οἰνοχρῶτες, *cæruleas* vertunt. Qualis color vinosus sit, capite de cinamomo, docuimus.

ΚΕΦ. ΙΔ. — CAP. XIIII.

De quinquefolia, sive quinquepeta. Nec non de rubia, fidicula, quaque & quot annos serventur illæsæ. Elaterium medicamentorum omnium diuturnissimum. Quomodo radices deteriores fiant.

Ἡ δὲ τοῦ πενταφύλλου ἢ πενταπέτου, (καλοῦσι γὰρ ἀμφοτέρως) ὀρυττομένη ἐρυθρά. ξηραινομένη δὲ μέλαινα γίνεται καὶ τετράγωνος. ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον ὥσπερ οἴναρον. μικρὸν δὲ καὶ τὴν χροιὰν ὅμοιον. καὶ αὐξάνεται καὶ φθίνει ἅμα τῇ ἀμπέλῳ. πάντα δὲ πέντε τὰ φύλλα. διὸ καὶ ἡ προσηγορία. καυλοὺς δὲ ἐπὶ γῆς ἵησι λεπτοὺς, καὶ κνήμας ἔχει πυκνάς. * τὸ δὲ ἐρευθέδανον καὶ φύλλον ὅμοιον κιττῷ, πλὴν στρογγυλότερον. φύεται δ' ἐπὶ γῆς ὥσπερ ἄγρωστις. φιλεῖ δὲ καὶ παλίσκια χωρία. οὐρητικὴ δέ. διὸ καὶ χρῶνται πρὸς τὰ τῆς ὀσφύος ἀλγήματα, καὶ πρὸς τὰ τῆς ἰσχιάδος. ἔνιαι δὲ ἰδιόμορφοί τινες. ὥσπερ ἥ τε τοῦ σκορπίου καλουμένη. καὶ ἡ τοῦ πολυποδίου. ἡ μὲν γὰρ ὁμοία σκορπίῳ. καὶ χρησίμη δὲ πρὸς τὴν πληγὴν αὐτοῦ καὶ πρὸς ἄλλ' ἄττα, ἡ δὲ τοῦ πολυποδίου δασεῖα. καὶ

* Τὸ δ' ἐρευθέδανον φύλλον ἔχει κισσῷ ὅμοιον, ἄγρωστις πλὴν τραχύτερον. φύεται ἐπὶ γῆς ὥσπερ.

QVINQVEFOLIÆ, sive quinquepetæ (nam hoc etiam nomine appellatur) cum effoditur, rubra est, inarescens vero nigrescit, atque quadratur: habet folium vitis, sed pusillum, & colore simile vitigineo est, & augetur, & desinit cum vite. Folia omnia quinque, unde & nomen. Caules prætenues mittit, & crebris internodiis constat; ‡ Rubia folio ederæ, rotundiori tamen consistit: nascitur humi: caulis modo graminis. Loca amat umbrosa, ciet urinam, Qua de causa ad lumborum, & coxæ dolores ea utuntur. Non desunt & quæ forma quadam peculiari spectentur; ut * nepæ vocatæ radix, atque fidiculæ. Altera enim speciem scorpionis repræsentat, & utilis ad ejus ictum, & ad alia quædam habetur: † fidiculæ vero hirsuta, & acetabulis cavernosa, ceu polypodum cirri. Purgare inferius apta est. Vbi quis eam contigerit, polypum innasci affirmant. Folium

‡ *Rubia folio constat in orbem circumacto, similis erviliæ, sed asperiore. Nascitur humi, modo graminis.*

* *Aconitoli, cui nomen scorpius.*

† *Polypodii.*

ἔχουσα κοτυληδόνας ὥσπερ αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι. καθαίρει δὲ κάτω. κἂν περιάψηταί τις, ὥς φασιν, ἐμφύεσθαι πολύπουν. ἔχει δὲ φύλλον ὅμοιον τῇ πτερίδι τῇ μεγάλῃ. καὶ φύεται ἐν ταῖς πέτραις. πασῶν δὲ τῶν ῥιζῶν, αἱ μὲν πλείω χρόνον, αἱ δὲ ἐλάττω διαμένουσιν. ὁ μὲν γὰρ ἐλλέβορος καὶ τριάκοντα ἔτη χρήσιμος. ἡ δὲ ἀριστολοχία πέντε καὶ ἕξ. χαμαιλέων δέ γε ὁ μέλας, τετταράκοντα. κενταυρὶς δὲ δέκα καὶ δώδεκα. πίειρα δὲ ἡ ῥίζα καὶ πυκνή. πευκέδανον δὲ πέντε ἢ ἕξ. ἀμπέλου δὲ ἀγρίας, ἐνιαυτόν, ἐὰν ἐν σκιᾷ ᾖ καὶ ἄπληκτος. εἰ δὲ μὴ σαπρὰ καὶ † σογκώδης. ἄλλαι δὲ ἄλλους ἔχουσι χρόνους. πάντων δὲ ὅλως τῶν φαρμάκων πλεῖστον διαμένει χρόνον τὸ ἐλατήριον. καὶ τὸ παλαιότατον ἄριστον. ἰατρὸς δ' οὖν τις ἔλεγεν οὐκ ἀλαζὼν οὐδὲ ψεύστης, ὡς εἴηπερ αὐτῷ διακοσίων ἐτῶν. θαυμαστὸν δὲ τῇ ἀρετῇ, δοῦναι δέ τινα αὐτῷ δῶρον. αἰτία δὲ τῆς χρονιότητος ἡ ὑγρότης. διὰ γὰρ ταύτην καὶ ὅταν κόψωσι τιθέασιν εἰς τέφραν ‡ ὑγρόν. οὐδ' ὣς ξηρὸν γίνεται. ἀλλ' ἄχρι πεντήκοντα ἐτῶν σβέννυσι προσαγόμενον τοὺς λύχνους. φασὶ δὲ μόνον μάλιστα * ὑπὲρ ἴνων αὐτὸ ποιεῖν τῶν φαρμάκων. αὕτη μὲν οὖν ἰδιότης τῆς δυνάμεως. τῶν δὲ ῥιζῶν ὅσαι μὲν γλυκύτητά τινα ἔχουσι, συμβαίνει θριπηδέστους γίνεσθαι χρονιζομένας. ὅσαι δὲ δριμεῖαι, τοῦτο μὲν μὴ πάσχειν. ἀμαυροῦσθαι δ' αὐτῶν τὰς δυνάμεις μανουμένων καὶ κενουμένων. τῶν δ' ἔξω θηρίων, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἅπτεται ῥίζης οὐδεμιᾶς. ἡ δὲ σφονδύλη πασῶν. τοῦτο μὲν οὖν ἴδιον τῆς τοῦ ζώου φύσεως. πᾶσαν δὲ χείρω γίνεσθαι ῥίζαν, ἐὰν ἐάσῃ τις πλειωθῆναι καὶ ἁδρυνθῆναι τὸν καρπόν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν καρπὸν ἐὰν ὀπίσῃς τὴν ῥίζαν. ὡς ἐπιπολὺ δὲ αἱ φαρμακώδεις, οὐκ ὀπίζονται. ὧν δ' αὖ τὰ σπέρματα φαρμακώδη, αὗται δὲ ὀπίζονται. χρῆσθαι δέ τινες μᾶλλόν φασι ταῖς ῥίζαις· ὅτι ἰσχυρότερος ὁ καρπὸς, ἢ ὑπενεγκεῖν τὸ σῶμα. φαίνεται δὲ οὐ καθόλου τοῦτο ἀληθές. ἐπεὶ καὶ οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ τῆς σησαμώδους ἐλλεβόρου διδόασιν. ὅτι ὁ καρπὸς ὅμοιος σησάμῳ.

† συμφυσώδης.

‡ ὑγρὸν, καὶ οὐδ' οὕτως ξηρόν.

* αὐχμοὺς Al. Baff.

* ὑπέρινον.

lium filicis magnæ proximum est. Nascitur in petris. Radicum vero omnium, aliæ plus, aliæ minus temporis durant. Elleborus enim vel annis triginta utilis est. ‡ Malum terræ quinque, aut sex. * Ver milago nigra quadraginta. † Fel terræ decem, vel duodecim. Pinguis hæc spissaque admodum est. peucedanum quinque, aut sex. Vitis sylvestris anno, si in vmbra, & sine ictu reservetur. alioquin putrescit, & inanis fungosaque redditur. Et alii alia tempora tribuuntur. Sed omnium medicamentorum diuturnissimum elaterium est, † opportunumque quod vetustissimum. Itaque medicus quidam, vir haud ‡ insolens neque mendax, elaterium ducentorum annorum virtute mirabili servare apud se retulit, eo à quodam munere donatus. Causa quamobrem tam longo servari tempore possit, humoris copia est. Ea de causa postquam præciderint, in cinere humidum ponant; & tamen ne ita quidem siccari potest: sed usque quinquagesimum annum lucernis admotum lumen * extinguit. Hæc igitur vis peculiaris isti tribuitur. Radices autem, quæ aliquam dulcedinem habent, vbi diu manserunt, vermiculis eroduntur. Quæ vero † acerbæ acresve sunt, id non sentiunt: verum rarefactæ exinanitæque viribus, tandem hebetantur. E bestiolis externis nulla radicem aliquam tangit excepta sphondyla, quæ nullam intactam relinquit. Hoc ergo naturæ animalis istius proprium deputandum sit. Radicem autem unamquamque fore deteriorem, si fructum perfici, ac crassescere reliqueris, manifestum est. Quod idem etiam de fructu asserere licet, si radicis succum detraxeris. ‡ Sed magna tamen ex parte radicis medicæ succus nunquam extrahitur. Cujus vero semen usum medicaminis præstat, hujus succum accipi operæpretium est. Quidam uti radicibus potius jubent, quoniam fructus fortior sit, quam ut corpus valeat tolerare: sed hoc in universum haudquaquam verum esse apparet. Anticyrenses enim fructum sesamacei ellebori dare solent: qui sesamæ similis est.

* *Aristolochia.*

* *Chamæleon.*

† *Centaurium magnum.*

† *Optimumque.*

‡ *Gloriosus.*

* *Obscurum reddit. Ajunt autem solum hoc ex omnibus medicamentis, maximè purgationem immodicam per superiora efficere. Hæc igitur.*

† *Acrimoniam quandam sortiuntur.*

‡ *sed magna ex parte succus radicis cujus in re medica usus nunquam.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἡ δὲ τοῦ πενταφύλλου. *Postquam multas coacervavit sub eâ prima divisione:* τῶν δὲ ῥιζῶν: *Ad jungerem ego hanc quoque partem superioribus., eodem tenore capitis ejusdem. Præsertim cum & alias aggreget. Quod si hic secas ob colorum differentiam, ibi etiam secabis:* ἔνιαι δὲ ἰδιόμορφοι.

Animadvertas similem superioribus felicitatem cum Rubiæ folium ederæ attribuit.

Πασῶν δὲ ῥιζῶν. *Hic etiam secabimus, si secentur superiora. Alia nanque materia est: Quippe quantum quæque duret radix. Theodorus nescio quid publicè addidit de suo.*

Κενταυρὶς. *Theodori errorem hic viri docti animadvertêre. De majore hic sermo, cujus radix non est amara. Non igitur ab eo, Fel terræ, debuit appellari. Hoc enim nomen minoris est centaurei. Neque ob radicem: quæ neque servatur, neque ulli usui est.*

Σογκώδης. *lege* συμφυσώδης. *Item lego,* τοὺς λύχνους *non autem,* τοὺς αὐχμούς. *Theodorus non videtur agnovisse quæ sequuntur.* φασὶ δὲ μόνον ὑπὲρ ἴνων αὐτὸ ποιεῖν τῶν φαρμάκων.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

PEntaphyllon unde nomen acceperit, ambigit nemo. A quinque simul foliis connexis, Latinis quinque folium dici, in confesso est. Eâdem de causa πεντάπετες, πεντάτομον, πεντεδάκτυλον, & ut apud Nicandurm in Theriacis legitur πενταπέτηλον. A quinis videlicet foliorum divisuris. Galenus lib. v. κατὰ τόπους. cap. IX. Eupatorium à quibusdam vocari ait, ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ τοῦ πενταφύλλου ῥίζα, ὑπό δέ τινων εὐπατόριον λεγομένου καθεψηθεῖσα ἐν οἴνῳ. *Eodem modo utere pentaphylli sive quinque folii, quæ ab aliquibus eupatorium dicitur, radice cocta ex vino.* Præter Archigenem, nemo quod sciam, pentaphyllon appellatum eupatorium tradidit, sic dictum, quod ad eupatorii modum, divisum ac in quinque folia fissum sit; Vide quæ supra cap. de eupatorio, sive agrimonia diximus. Unum pentaphylli genus describunt Theoɼhrastus, Dioscorides & Geoponicωn auctor. Ex Hippocrate veteres plura novisse lib. de ulceribus probatur. Ubi hæc scribit Hippocrates. Καὶ τὴν ποίην τὴν πενταφύλλου λευκὴ δέ ἐστι, καὶ χλοώδης (corruptus codex; album & viride esse, non fit verisimile. Lego cum interpretibus χνοώδης. Quod lectio hæc, veritati proxima, ac in reconditissimis membranis, teste Fœsio, reperiatur.) καὶ ὑψηλοτέρη ἀπὸ τῆς γῆς, ἢ τὸ μέλαν πεντάφυλλον. *Et quinquefolium herba, quæ alba & lanuginosa est, altiusque à terra attollitur, quam quinquefolium nigrum.* Duo itaque pentaphylli genera Hippocrati, album, & nigrum. De posteriori agit Theophrastus, quod ex his

verbis

verbis Theophrasti constat καυλὸς δὲ ἐπὶ γῆς ἐστι λευκός. *album elevari à terra*, ait Hippocrates; οἴναρον doctissimus Gaza *vitem* vertit. Malui *arbutum*; quod arbuti foliis singularia pentaphylli sint similiora, quam vitis. utrumque alioquin οἴναρον denotat: οἴναρον arbutum esse ex cap. xv. lib. I. probatur. Οἴναρον vitis folium significare Hesychius docet, οἴναρα τὰ τῆς ἀμπέλου φύλλα. Theophrasti locum de pentaphyllo his fere verbis exscripsit Plinius lib. xxv. cap. IX. *Quinquefolium nulli ignotum est, cum etiam fraga gignendo commendetur. Græci vocant pentapetes, sive chamæzelon sive pentaphyllon: cum effoditur rubram habet radicem, hæc inarescens nigrescit, & angulosa fit; nomen à numero foliorum habet, & ipsa herba incipit & desinit cum vite, adhibetur & purgandis domibus.* Quinquefolium fragis gignendis commendari dicit, quod ambiguum & obscurum est. Herba enim quæ fraga gignit, non quina, sed terna singulis petiolis folia gerit. Novi pentaphyllon apud Batavos reperiri, quod fragiferum vocant, & id quidem ferre capitulum, ex seminibus aliquot confarctum, frago simile; sed obscurius rubens, durum, ac asperum. Sed hoc non vidit Plinius. Potius videtur foliorum similitudine deceptus; incogitanter cum pentaphyllo, quod esui accommodatum nullum producit fructum, miscere herbam fraga ferentem. Theoph. radicem quadrangulam fieri docet; Plinius angulosam. Sive quod quadrangulum illud & angulosum est, & in quatuor utplurimum angulos, rotundam mutari radicem pentaphylli, recentiorum constat experientia, etiam augeri & desinere cum vite. Pentaphyllon describit Dioscorides lib. IV. cap. 42. Πεντάφυλλον κλωνίας φέρει καρφοειδεῖς, λεπτούς, σπιθαμιαίους, ἐφ' ὧν ὁ καρπός. φύλλα δὲ ἔχει ἐοικότα ἡδυόσμῳ, πέντε καθ' ἕκαστον μίσχον, σπανίως δὲ πῃ πλείονα, κύκλοθεν ἐχισμένα πριονοειδῶς. ἄνθος δὲ ὠχρόλευκον, χρυσοειδές. φύεται ἐν ἐφύδροις τόποις & παρ' ὀχετοῖς. ῥίζαν δὲ ἔχει ὑπέρυθρον, ἐπιμήκη, παχυτέραν ἐλλεβόρου μέλανος. ἔστι δὲ πολύχρηστος. *Quinquefolium ramulos fert festucarum similitudine, tenues, dodrantales in quibus semen. folia menthæ, quina singulis pediculis, raro plura, in ambitu serrata, florem ex candido pallescentem, auri æmulum. Nascitur in aquosis locis, & juxta rivos; subrubram vero habet radicem, oblongam, veratro nigro crassiorem, cujus est usus multiplex.* Folia menthæ comparat, quod magnitudine fere sint pari, formamque habeant non dissimilem. Eodem omnino modo, ac iisdem fere verbis Cassianus Bassus lib. 2. cap. v. describit pentaphyllon, sed corruptus codex, sic est restituendus. Πεντάφυλλον ἐκ μιᾶς ῥίζης πολλὰ ἀναφύει κλωνία καρφοειδῆ, σπιθαμιαῖα, ἐξ ὧν ὁ καρπός. φύλλα δὲ ἔχει ἐοικότα ἡδυόσμῳ πέντε καθ' ἕκαστον μίσχον, σπανίως δὲ & πλείονα κύκλοθεν ἐχισμένα πριονοειδῶς ἄνθος δὲ ὠχρόν. *Pentaphyllon ab una radice ramulos profert, festucarum similitudine dodrantales, ex quibus fructus prodit. folia habet similia menthæ, in singulis pediculis quina, raro autem alicubi plura, circum circa ad serræ similitudinem scissa, florem vero pallidum.* Ex his patet, veteres etiam observasse quod & animadverterunt recentiores, pentaphyllon non semper quinque, sed quandoque plura ferre folia, septem habere non raro vidi. Genera ejus observarunt recentiores plura. Sed quæ nam Hippocratis sint, non satis constat. Plures pentaphyllon candidum, pro Hippocratico habent, cauliculis id assurgit rotundis, cubitalibus, ac altioribus, foliis, è singulis pediculis cohærentibus, quinis, oblongis, ambitu profundis, incisuris crenatis, floribus candicantibus, fugacibus, neque diutine consistentibus. Radices subsunt longæ, sensim attenuatæ, foris nigricantes, interius subrubentes, non absque tenuibus fibris adnatis. Est illud pentaphyllon caule & foliis nonnihil hirsutum, inalbicans ac lanuginosum. Alii pentaphyllon Hippocratis volunt tormentillam esse, sic dictam quod tormentum cruciatumque dentium sævissimum placat, atque venenatarum quarundam rerum compescat furorem, & cruciatum. Cauliculos promit hæc complures, tenues quandoque imbecilles, humique accumbentes, non nunquam firmos & erectos. Folia minora quam quinquefolii, numero *autem* plura, septem enim simul cohærent, serrata, aliquando tamen quina tantum sunt, aversaque candida & lanuginosa. Flosculi lutei. Radix foris nigricans, interius rubet, crassa, tuberosa & brevis. Horum opinio probabilior, quod tormentilla ad ulcera vetera efficax sit, siccetque sine morsu, & adstringat,

Tormentilla.



tum etiam quod alterius folia terræ adhærent non secus ac nigri, cujus plura recentiores observarunt genera. Theophrasti cum descriptione convenit, cujus figuram adposuimus. Habet radicem teretem, forinsecus nigricantem, intrinsecus rubentem, quæque siccata quadrangularis cernitur, nigriorque fit, quam ante fuerat, uti observavit Theophrastus. Folia habet minora quam candidum, quæque superiore parte virent, inferiore vero albicant & lanuginosa una cum cauliculis sunt. Tertium serpit, & in hortis sæpius conspicitur, quorum pestis est, non enim evelli potest, minima radicis portio relicta, novam vere producit plantam. Pro radicibus enim tenues fibras habet, quas hinc inde pluribus locis è viticulis dimittit, qua parte terram contingunt quibus latissime serpit, se ipsum multiplicans.

Τὸ δὲ ἐρευθόδανον, ἐρυθρόδανον sive ἐρυθρέδανον. Utrumque enim nomen habet teste Dioscoride & Plinio. Apud quem lib. xxiv. cap. xi. legitur. *Alia est erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ pellesque perficiuntur.* Utroque nomine nullo significationis discrimine gaudet. Nam ἐρυθρὸν Græci *rubrum*, ἔρευθος *ruborem* vocant. A radicis rubore, quo lanæ, coriaque tinguntur, nomen Latinum & Græcum impositum. Quem usum hodie etiamnum obtinet, ac non tantum apud Italos, Gallos, sed etiam Germanos, nonnullisque Belgii locis, propter emolumentum, quod ex ea sentitur quæstuosissimum, seritur. Ita ut nonnulli rustici de coloribus magis, quam de frumentis sint solliciti. Eadem coloris causa cinnabari rubiam vocari fecit. Infima Græcia λυθρίδιον & ἐλυθρίδιον appellavit, λύθρον, cruor, pulvis mixtus sanguine & sudore Græcis, teste Hesychio dicitur. λύθρον μαχητοφόρον ἰχὼρ αἵματος τὸ ἀπὸ φόνου, καὶ τὸ ἐξ αἵματος μόλυσμα, ὁ μεθ' αἵματος φόνος, a sanguineo ergo colore nomen. Ἐλυθρίδιον tamen docti viri pro ἐρυθρίδιον dici existimant. Quod veritati non videtur contrarium. Supra cap. de glycyrrhiza refutavimus Æginetæ, rubiam Thapson scribentis, opinionem. Galli *garance* vocant. Quod corruptum, & derivatum à varantia. Sic enim infimi Latini vocarunt rubiam. Varantia depravatum ex verantia, scribit doctiss. Salmasius. Verantia, pro vero colore, ut aurantia, pro aureo. Antiqui Latini verum colorem de rubro & coccineo dixerunt, sic Græci ἀληθινόν. Myrepsus rubia

καὶ ἀληθινὰ βάπτει, vero colore inficit. Veteri interpreti Aristotelis rhetoricorum πῖλον ἀληθινὸν pannus ruber. Hesychius κιννάβαρι χρῶμα ἀληθινόν. Auctuarii auctor sic dictam rubiam scribit, οἱ δὲ δράκοντος, οἱ δὲ κιννάβαρις. Eadem ratione sandyx dicta. Vetus enim glossarum auctor, sandycem ait herbam tincturæ aptam, quam vulgus varantiam vocat. Varantiam rubiam esse jam probavimus. Maro poëta rubiam sandycem vocare videtur ecloga. IV. qui versus interpretibus & Criticis Doctissimis multum negotii fecit, aliter atque aliter hunc locum exponentibus.

> *Ipse sed in pratis aries, jam suave rubenti*
> *Murice, jam croceo mutabit vellera luto,*
> *Sponte sua sandyx, pascentes vestiet agnos.*

Sandyx, cinnabaris, dicta est rubia, quod instar sandycis, cinnabarisve pannos rubro imbuat colore. ignoravit Plinius lib. XXXV. cap. VI. rubiam sandycem dici: *Sandaracha*, inquit, *quomodo fieret, diximus; Fit & adulterina ex cerussa in fornace cocta. Colos esse debet flammeus. Pretium in libras asses quini. Hæc si torreatur æqua parte rubrica admista sandycem facit. Quanquam animadverto Virgilium existimasse herbam id esse, illo versu. Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.*

Judicium Plinii doctis non arridet. Nam licet pecoris Virgilius in eo versu, herbas comedentis, mentionem faciat; non inde sequitur, sandycem esse herbam, ejusque colorem ad plantam illam referendam, magis quam ad muricis in versu præcedenti. Hoc dico, si herbam intellexit, de nulla alia planta exponendum carmen, quam rubia, & cur non licuit huic sandycem vocare, ut aliis cinnabarim. Hesychius tamen arborem interpretatur, fruticis instar, qui cocco similem colorem facit. σάνδυξ, inquit, δένδρον θαμνῶδες, οὗ τὸ ἄνθος χροιὰν κόκκῳ ἐμφερῆ ἔχει ὡς σανδύκιον, &c. Qualis hæc sit arbor aut potius frutex, me latet. Illud constat, radicem rubiæ tingere coccineum rubrum colorem. Ipsa ilex quæ coccum fert arbor ad instar fruticis, antiquæ enim glandes ferunt. Grammaticus deceptus est, vel locum Sosybii non percepisse videtur. Rubiam Theophrastus folio describit hederæ, sed rotundiore. Nullo modo hederam refert vulgaris rubia, codex itaque est corruptus, aut aliam à vulgata describit rubiam præceptor, quod non facile crediderim. Corrigunt κισσοῦ vel κίσθου, sed cistum Dioscorides foliis inquit esse rotundis; rubiæ folia sunt longa, acuminata, nihil minus quam rotunda. Frustra quidam hederæ comparasse putant, quod instar hederæ adhereat. Satis aperte Theophrastus folia rotundiora inquit, qualia non sunt rubiæ. Non puto aliter scripsisse Theophrastum quam emendavimus: siquidem Plinius ita legit lib. XIX. cap. III. *In primis rubia tingenda lanis & coriis necessaria. Laudatissima Italica, & maxime suburbana; & omnes pene Provinciæ scatent ea, sponte provenit, seriturque. Similis est erviliæ. Verum spinosus ac genicularis huic caulis est, quinis circa articulos in orbe foliis. Semen ejus rubrum est.* Sic locus hic legi debet, erviliæ, intellige sylvestri, cujus folia refert, nisi quod sint asperiora, τραχύτερα, Plinius licenter *spinosum* vertit. Spinis enim caret erythrodanum, sive rubia. Rubiam luculenter describit Dioscorides lib. 3. cap. CLX. Ἐρυθρόδανον ἢ ἐρευθόδανον, ἔνιοι δὲ τεύθριον καλοῦσι· ῥίζα δέ ἐστιν ἐρυθρὰ, βαφική· ἡ μὲν τις ἀγρία, ἡ δὲ σπαρτὴ, ὡς ἐν Θαβαίνῃ τῆς Γαλιλαίας (legunt alii Γαλλίας quam non improbo lectionem, quamquam vulgatam apud Oribasium reperiri sciam) καὶ Ῥαβαίνῃ τῆς Ἰταλίας καὶ ἐν Καρίᾳ μεταξὺ τῶν ἐλαιῶν σπειρόμενον, ὥσπερ ἐν ταῖς ἀρούραις. ὠφελίμως δὲ σπείρεται (vetus addit καὶ κηπεύεται) διὰ τὸ γίνεσθαι ἐκ τούτου πλείστην πρόσοδον. Εἰσὶ δὲ αὐτοῦ οἱ καυλοὶ τετράγωνοι, μακροὶ, τραχεῖς, ὅμοιοι τοῖς τῆς ἀπαρίνης, κατὰ πάντα δὲ μείζονες καὶ ῥωμαλεώτεροι. ἔχοντες ἐκ διαστημάτων τὰ φύλλα καθ' ἕκαστον γόνυ, ὥσπερ ἀστέρας εἰς κύκλον περικείμενα, καρπὸν στρογγύλον, τὰ πρῶτα χλωρὸν, εἶτα ἐρυθρὸν, εἶτα πεπαινόμενον μέλανα. ῥίζα λεπτὴ, μακρὰ, ἐρυθρὰ, διουρητική. ὅθεν ἰκτερικοῖς μετὰ μελικράτου πινομένη βοηθεῖ, ἰσχιαδικοῖς τε καὶ παραλελυμένοις. ἄγει δὲ οὖρα πολλὰ καὶ παχέα ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ αἷμα. *Rubia, Græcis erythrodanum, sive ereuthodanum, aliquibus teuthrion vocatur. Radix est rubra tingendo idonea, una quidem sylvestris est, sativa altera, ut in Thebaica Galilææ, (Galliæ) & Ravennæ in Italia; sed & in Caria inter oleas seritur, velut in arvis, utiliter autem colitur, quod multo polleat quæstu, ex eaque amplissimus reditus percipiatur. Sunt ei caules quadranguli, longi, asperi, quales aparinæ, sed omni ex parte majores, atque robustiores, foliis in orbem per intervalla; Nempe circa singula genicula, stellæ modo decussatim radiantis, semine rotundo, inter initia viridi, mox rubro, ac postremo cum ematuruerit, nigro. Radix est tenuis, longa, rubra, ciendæ urinæ vi prædita, qua de causa arquatis auxiliatur, pota cum aqua mulsa. Itemque ischiadicis ac paralyticis, crassam porro ac copiosam urinam pellit, ac interdum etiam sanguinem.* Ad eosdem præscribitur à Theophrasto morbos, sed hic contentus dicere urinam movere, nec addere sanguinem pellere; Testatur idem lib. VI. simpl. Galenus καὶ οὖρα παχέα καὶ πολλὰ καὶ αἱματώδη κινεῖ. Experientia docet assumptam rubiæ radicem, mox urinam rubicundo inficere colore, non secus ac à rhabarbaro quotidie luteam tingi conspicimus, nec ullo modo, ut veteres volunt, substantiam urinæ mutari, nec crassiorem quam ante fuerat reddi, in iis qui integra fruuntur sanitate. Ramulis rubia exit quadrangularibus, geniculatis, asperis, crassioribus majoribusque quam aparinę. Foliis virentibus, angustis, oblongis, contractioribus per intervalla ex singulis articulis quinque fere emicantibus, ac rotatim in

Rubia major.



radiantis stellæ modum dispositis, ut in aparina, quam & vestium tenacitate æmulatur, flores in summis ramulis æstate conspiciuntur parvi, dilute lutei, semen rotundum, parvum, initio virens, inde rubens, postea nigrum. Radices prælongæ, tenui medio nervo, cortice vero carnosiore, & corallii nondum perpoliti colore, quæ tertio anno Majo & Junio, quandoque etiam Hyeme, ineunte mense Novembri, effoditur, siccaturque, trapetis subditur, confingiturque, quo commodius ad extera emporia, compendii causa, venum vehatur. Lanarum infecturæ coriorumque impendio expetita, nec tantum officinis medicis, sed tinctoriis notissima. Sylvestris huic per omnia similis, nisi quod radice sit majore.

Ἔνιοι δὲ Hactenus gustus, colorisque diversitatem recensuit, nunc formarum differentiam variam ostendit, quod ex eo probat, quod quædam radices forma peculiari spectentur: uti scorpium, & polypodium. perperam Doctissimus Gaza σκόρπιον nepam vertit. nullum asparagi genus radicem scorpionem æmulatur. aconiti genus intelligit Præceptor uti cap. XIX. hujus libri demonstrabo.

Τῶν πολ-

Τὸ πολύποδιν. Polypodium unde nomen acceperit locus hic Theophrasti docet, à radice scilicet, quæ cirros & acetabula polyporum modo habet. Nugantur qui nomen habere putant, à pedum, seu foliorum multitudine: A radicum multifidis incisuris πολύῤῥιζον dicitur, & quod scolopendrum eadem referat, scolopendron dictum est. Auctuarii auctor, οἱ δὲ σκολόπενδρον, οἱ δὲ πολύῤῥιζον, οἱ δὲ πτερὶς ῥωμαῖοι φιλίκυλα. Hinc Theodorus polypodium *filiculam* vertit, & recte. Sed cum alibi trichomanes filiculam interpretatus sit, ac vulgo à Medicis & seplasiariis polypodium appelletur, confusionis vitandæ gratia Græcam vocem retinere malui. Corrigendus hic est codex Catonis, apud quem cap. CLVIII. legitur, *feliculæ paulum*, pro *filiculæ parum*. Plinius lib. XXVI. cap. VIII. *Polypodium, quod nostri filiculam vocant, similis est filici.* Cur filicula dicta sit, jam constat, quod foliis filicem imitetur. Germani Engelsüss/ à maculis quibus notatur, plus quam aliud quodcunque filicis genus, vocant. In petris nasci tradit Theophrastus. Rectius Dioscorides lib. IV. cap. CLXXXVIII. Πολυπόδιον φύεται ἐν πέτραις βρύα ἐχούσαις, καὶ ἐν τοῖς ἀρχαίοις πρέμνοις τοῖς ἐπὶ τῶν δρυῶν, σπιθαμῆς ἔχον τὸ ὕψος, ὅμοιον τῇ πτερίδι, ὑπόδασυ, τετμημένον, οὐ μὴν οὕτω λεπτοσχιδῶς· ῥίζα δ' ὑπεστι δασεῖα πλεκτάναις ὥσπερ ἡ πολύπους ἔχουσα, πάχος μικροῦ δακτύλου. ξυσθεῖσα δὲ ἔνδοθεν χλωρὰ φαίνεται τῇ γεύσει ὑπόγλυκυς δύναμιν ἔχουσα καθαρτικήν. *Polypodium nascitur in muscosis petris & vetustis sylvestrium quercuum caudicibus, palmi altitudine, filici simile, subhirsutum & incisum, at non perinde tenui divisura. Radix subiacet pilosa, cyrros habens ceu polyporum, crassitudine minimi digiti, hæc si derasa fuerit, coloris intus herbacei comperitur acerba vero & gustu subdulcis, purgandi vi prædita.* Legunt Doctiss. viri, & interpretes ἐπὶ ἀρχίοις, ἀρχαίοις, idque quod Serapio, & Plinius sic legisse videtur. lib. XXVI. cap. VIII. *Radix*, inquit Plinius, *in usu, pilosa coloris intus Herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cavernosa ceu polyporum cirris, subdulcis, in petris nascens, aut sub vetustis arboribus.* Non dissimili sensu verba Dioscoridis ex antiquo legit codice Doctiss. Salmasius. πολυπόδιον φύεται ἐν πέτραις βρύα ἐχούσαις καὶ ἐν τοῖς γεγηρακόσι πρέμνοις ἐπὶ τῶν δρυῶν. Certe in annosis & excavatis, muscoque obsitis arboribus ac maximè quercubus, polypodium reperiri, in dubium vocari non potest; sed solis in quercubus nasci, autopsiæ refragatur. Etenim ad radices & in ipsis caudicibus fagorum, corylorum, salicum, ulmorum, aliarumque provenit arborum, præfertur tamen quercinum, & quod in antiquis & cæduis salicibus reperitur. gustu amarius, in quibusdam. nec in una reperiri arbore, ex ipso Theophrasto lib. 2. caus. cap. 23. facile probatur. καὶ τὸ πολυπόδιον inquit, ἐπὶ παντὶ δένδρει. Quæ verba non intellexisse Plinium loco citato probabo. Nam constat, legente anagnoste, andivisse Plinium, ἐπὶ τοῖς ζυδένδροις. Notius est, polypodium nostrum id esse de quo veteres scripsere, quam ut probatione egeat, nisi quod non tradiderint, folia ejus aversa parte, maculis fulvis esse notata.

Πασῶν δὲ τῶν ῥιζῶν. Docet quamdiu radices durent, pristinamque bonitatem servent. Quibus nescio, cur elaterium addiderit, succus enim est, non radix. Qui non ex radice, sed ex fructu est compositus & præparatus, ut capite sequenti docebo. Male Theodorus χαμαιέλαιον *fel terræ* vertit. De minoris radice non agit Theophrastus, nec usum hæc habet, majoris radix servatur, usuique est, sed amara aut fel terræ dici non potest. Helleborum scribit Dioscorides in præfatione lib. 1. ad multum tempus veterem servare vigorem, verum reliquas radices, maxima ex parte, ad tres annos perdurare. χρὴ μέν τοι εἰδέναι ὅτι μόνα τῶν βοτανικῶν φαρμάκων ἐπὶ πολλὰ ἔτη διαμένει οἷον ἐλλέβορος ὅ λευκὸς καὶ μέλας, τὰ δὲ λοιπὰ ἄχρι τριετίας ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐστὶν εὔχρηστα. Quin illud scire convenit, solum ex herbarum medicaminibus, veratrum album & nigrum in multos annos perdurare, reliqua verò maxima ex parte donec trimatum excesserint. Notat Doctiss. Saracenus, in quibusdam codicibus legi ἄχρηστα; & vulgatam sibi magis arridere lectionem; utram cunque tamen recipias, locum hunc mutilum ac decurtatum videri. Quæ enim hic habentur de medicamentorum ætatibus, aut certe virium diuturnitate, ea ut experientiæ, ita etiam clariss. scriptorum auctoritati refragantur. Quod vel solus hic Theophrasti testatur locus. Quod ad experientiam; constat radicem centaurei majoris vigorem bonitatemque suam ad plures quam sex, septemve servare annos. Cui incognitum, aristolochiam, quinquennem non minus præstantem, quam triennem. Rhabarbarum recondi servarique in lini semine, aut gossypio ad octo, novem & plures annos, extra controversiam est. Iridis radicem plures, quam tres, quatuorve annos ad medicamenta idoneam esse docent seplasiarii. De zinziberis, zedoariæ vulgo dictæ, radice nihil dicam, quislibet ex Pharmacopoeis scire potest. Quapropter non improbo Ioannis Bauhini conjecturam, qui ὅτι μόνα τῶν βοτανικῶν restituit, τινὰ τῶν βοτανικῶν. Nam quarum tenues sunt, vix ultra triennium, immo ne vix biennium durant, quales graminis, asparagi, rusci, asari, & similium. Vitis sylvestris tamen radix, licet crassa satis, ultra annum non servari docet Theophrastus. Bryoniæ radicem crassissimam esse & quæ non raro femoris conspicitur crassitie (vidi magnitudine & crassitie humana) ad binos vix annos servatur. Nisi frustratim fuerit dissecta, tenuique funiculo trajecta, ut partes se non contingant. Causa est quod fungosa admodum sit. Vitis sylvestris radicem annum non durare inquit, si læsa, aut in umbra non reponatur: Contra bryoniæ radix, sole & vento expositis siccatur & servatur locis, umbrosis enim situ tabescit, & marcescit. Male apud Theophrastum, συγκάδεις legitur, restituo συμφυσώδεις, id est *inanes* & *fungosæ* redduntur. Hunc locum Plinius. lib. XXVII. cap. ultimo his ferè verbis exscripsit. *Et de herbis quidem memorià digna hactenus aut accepimus aut comperimus, in fine earum admonere non ab re judicamus, aliis alias virium esse ætates. longissimo tempore durat elaterium ut diximus; chamæleon niger* XL *annis, centaureum non ultra* XII. *peucedanum & aristolochia, at vitis sylvestris anno in umbra servantur.* Postrema hæc, si non corrupta, negligentiam ostendunt Plinii. Theophrastus decem vel duodecim annos servari centaurium tradit; peucedanum & Aristolochiam quinque aut sex, solius vero vitis sylvestris in umbra annum unum durare. Corruptus si sit Plinii codex, quilibet quomodo restituendus sit videt. Centaureum non ultra duodecim: peucedanum & aristolochia quinque aut sex; at vitis sylvestris, anno in umbra servatur.

Τὸ ἐλατήριον. Omnium medicamentorum magis durabile elaterium esse ait. Idem Plinius. lib. XX. cap. I. *Elaterium tempestivum est autumno, nec ullum ex medicamentis longiore ævo durat. Incipit à trimatu, si quis recentiore uti velit, pastillos in novo fictili igne lento in aceto domet, meliuś quo vetustius, fuitque jam ducentis annis servatum, ut auctor est Theophrastus & usque ad quinquagesimum lucernarum lumina extinguit. Hoc enim veri experimentum est, si admotum prius quam extinguat, scintillare sursum ac deorsum cogat.* De elaterio vide sequens caput. Quæ hoc loco dicit præceptor examinabo. Ad ducentos annos ex medici cujusdam probi, ac bonæ indolis auctoritate scribit durare. Dioscorides verò à bimatu ad decennium purgationibus accommodatum docet. ὡς μέν τοι τὰ καθαρτικὰ ὁ διετὴς ἁρμόζει ἄχρι δεκαετοῦς. Ægineta vero quod anno non est vetustius exhibendum docet. lib. 7. cap. 4. Ἐλατήριον παραπλησίως τινὶ σκαμμωνίᾳ. ἐκλεκτέον δὲ τὸ πρασίζον καὶ κοῦφον, καὶ μὴ παλαιότερον ἐνιαυτοῦ. *Elaterium scammoniæ modo evacuat, deligendum vero viridi colore, læve, & anno non vetustius.* Delenda particula μὴ vel ὅτι παλαιότερον, νεώτερον restituendum. Porro Dioscoridis, de ætate elaterii, opinionem ceteris præpono. Nam Theophrastus non ex suo, sed aliorum scribit sententia, ad tantum tempus durare. Σβέννυσι προσφερόμενον λύχνοις quod vertit Plinius lucernarum lumina extinguit. Contrarium Dioscorides docet δὲ ἐλατήριον κάλλιστον εἶναι, τὸ ὑπολευκὸν ἡσυχῇ ἰκμηρόν, κοῦφον, λεῖον, πικρότατον τῇ γεύσει, καὶ προσαχθὲν λύχνῳ εὐαφές. τὸ μέν τοι πρασίζον, καὶ τραχὺ καὶ θολερὸν τῇ ὄψει γέμον ὀροβίου, καὶ τέφρας βαρὺ τε ἐστὶ καὶ φαῦλον. ἔνιοι δὲ καὶ τῷ χυλῷ τοῦ σικύου μιγνύουσι ἄμυλον πρὸς τὸ μιμήσασθαι αὐτὸ λευκὸν, καὶ κοῦφον. *Elaterium porro optimum creditur, quod cum candore modice humectum est, minime ponderosum, læve, gustu amarissimum, quodque lucernæ admotum facile accenditur. At quod porraceum est, scabrum, & adspectu turbidum ac ervi, cinerisque plenum, & grave & vitiosum est; nec desunt qui cucumeris succo amylum immisceant, ut candorem & levitatem ementiantur.*

tiantur. His in verbis nonnihil consideratione dignum reperitur; ac primum, quod inquiat μετὰ τοῦ λευκοῦ, cum Ægineta laudet πράσιζον, cujus sententiam vir magnus probat. Quippe qui vix credat elaterii succum, quantumvis diligenti insolatione, ad illum candorem seu etiam pallorem pervenire posse. Confirmat tamen experientia elaterium temporis tractu candidius fieri. Præterea si candidius non fuisset præstantissimum, nunquam impostores amylum addidissent, ut candorem mentiretur. Cæterum noli imaginari niveum candorem acquirere, sed respectu prassini, albedinem quandam ostendere, cineritium nempe colorem. Illud majoris ponderis, quod Theophrastus inquit, σβέννυσι προσαγόμενον. Plinius vertit, *lucernorum lumina extinguit*. Dioscorides non extinguere, sed admotum lucernæ facile accendi, scribit. Dioscoridis codicem botanici corruptum putant, restituuntque ἅπτει, vel ἀνάπτει, seu ἐκκάεται, idque ex Theophrasti & Plinii locis citatis. Tum quod elaterium propter humoris copiam id præstet. Omne enim humidum quod pingue non est, ignis flammam extinguit. Quare, inquiunt, elaterium in quo humiditas aquea multum exuperat, lucernæ flammam extinguet potius, quam ardebit admotum, ex citato videlicet in humido à calore flatu; Id quod experientia confirmari potest. Attamen vulgatam Dioscoridis lectionem legitimam esse ex Oribasio probatur. Præterea omni pinguedine destitutum elaterium esse, veritati contradicere videatur. Quare malunt alii rectè utrumque auctorem Græcum tradidisse. Nihil enim inquiunt obstat, quo minus elaterium pinguetudinis ratione, quam ex seminis medulla contraxit, admotum lucernę, facile accendatur & conflagret, flammamque concipiat, ac simul etiam humoris adjuncti ratione, dum urendo vaporem ex sese fundens crepitat, lucernæ lumen sursum deorsumque scintillare cogat, atque tandem etiam extinguat. Quandoquidem accendi facile, & objectum lumen extinguere nullo plane contrarietatis modo *sibi invicem* opponuntur. Hactenus viri docti. Quod didici ipse experientia addam. Optimum nempe elaterium, ætate cyneritium reddi, idem facile accendi, ut tradit Dioscorides, verum lumen admodum reddere obscurum; denique quasi deorsum cogere, quare σβέννυσι non *extinguere*, sed *obscurum reddere*, interpretari malui. Quod σβεννύειν significare græcę linguæ peritis notum est. Φασὶ δὲ μόνον μάλιστα ὑπὲρ ἴσων ἄνω ποιεῖν. Hæc non exposuit Doctiss. Gaza, quod corrupta & depravata videret. Lego, μάλιστα ὑπέρινον ἄνω ποιεῖν. Ὑπέρινος, inquit Galenus in glossis, ὁ ὑπερκεκαθαρμένος ἄνθρωπος, καὶ αὐτὴ ὑπερίνησις, οὕτως γοῦν ἐξηγήσονταί τινες καὶ τὸ ὑπέρινος ἰσχναίνει δοκεῖ δὲ καὶ τὸ μακρόπνους, καὶ τὸ βραχύπνους διχῶς ὡσαύτως λέγεσθαι. Id est *ultra modum vacuatus homo, & ipsa ultra modum evacuatio. Sic igitur exponent quidam, & ultra modum vacuatur, vel attenuatur, videtur autem longe spirans & breve spirans dupliciter sic dici.* Elaterium per superiora ultra modum, & validissime purgare, veteres tradunt omnes. Galeno fidem qui non habet videat Pollionem. lib. IV. Cap. XXV. τὸ δὲ κενῶσαι διὰ καθάρσεως καὶ ἐξινῶσαι λέγουσι. καὶ ἐξινωμένον ἡ κωμωδία τὸν κεκαθαρμένον, ὡς ἐκ τῶν ἰνῶν φερομένης τῆς χολῆς. τὸν δὲ αὐτὸν καὶ ὑπερινωμένον φασὶ καὶ ὑπέρινον. De elaterio cap sequenti plura.

Nihil vulgatius, nec magis in ore vulgi, quam dulcia quæque facile corrumpi, amara putredini resistere. Locus hic apud Plinium lib. XXVII. cap. ult. his fere verbis reperitur. *Et animalium quidem cæterorum (exterorum, alter codex) nullum aliud radices à nobis dictas attingit, excepta spondyli, quæ omnes persequitur. Genus id serpentis est. Ne illud quidem dubitatur, omnium radicum vim effectusque minus, si fructus prius maturescant: item seminum aut radice propter succum incisa. Resolvitur autem omnium vis consuetudine; & desinunt prodesse cum opus est, quæ quotidie in usu fuere, æque quam nocere.* Spondylin Plinius ait serpentis genus esse, negat hoc Dalecampius, qui vermem esse ait, in terra profundius delitescentem, instar blattæ flexuosum, moventem sese quasi vertebris, alvo candida rubescente parte, quæ capiti proxima est, atque inde nascentibus utrimque pedibus quatuor, ore nigro, dentibus firmissimis, quibus radices vitis præcipue arborumque rodit nedum herbarum. Galli rustici un Turc. turcam, Belgæ een Tor vocant.

Repetit quæ supra cap. VIII. De radicum collectione tradidit. Sed queritur, cur radix illa deterior, cujus fructus maturescit? Ratio est, succus optimus & concoctus ad superiora mittitur, ad fructus perficiendos. Contra, si ex radice succum detraxeris, erunt minus præstantes quod optimo & elaborato privantur succo, in quo vis summa.

ΚΕΦ. ΙΕ. — CAP. XV.

Quæ loca medicamentis fertilia sint. ut Hetruria, & Latinus ager, ubi Circe. Item carmina Homeri quibus ostendit Ægyptum venenorum feracem. Quæ loca Græciæ medicis scatere herbis maxime omnium constet. Quando lac sorbere utile. Tum de moly, cicuta, hircispina, pastinaca.

ΦΑρμακώδεις δὲ δοκοῦσιν εἶναι τόποι, μάλιστα μὲν ἔξω τῆς Ἑλλάδος οἱ περὶ Τυῤῥηνίαν καὶ τὴν Λατίνην· ἐν ᾗ καὶ τὴν Κίρκην εἶναι λέγουσι. καὶ ἔτι γε μᾶλλον ὡς Ὅμηρός φησι περὶ Αἴγυπτον. ἐκεῖθεν γὰρ τὴν Ἑλένην λαβεῖν.

Ἐσθλὰ τὰ οἱ Πολύδαμνα πόρεν Θῶνος παράκοιτις,
* Αἰγυπτίη· τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα,
Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ † μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

ἐν οἷς δὲ καὶ τὸ νηπενθὲς ἐκεῖνό φησιν εἶναι καὶ ἄχολον, ὥστε λήθην ποιεῖν καὶ ἀπάθειαν τῶν κακῶν. καὶ σχεδὸν αὗται μὲν ἐοίκασιν ὥσπερ ἀπὸ τῶν ποιητῶν ὑποδεδεῖχθαι. καὶ γὰρ Αἰσχύλος ἐν τοῖς ἐλεγείοις ὡς πολυφάρμακον λέγει τὴν Τυῤῥηνίαν.

Τυῤῥηνὸν γενεὰν φαρμακοποιὸν ἔθνος.

οἱ δὲ τόποι πάντες πως φαίνονται μετέχειν τῶν φαρμάκων, ἀλλὰ τῷ μᾶλλον καὶ τῷ ἧττον διαφέρειν. καὶ γὰρ οἱ πρὸς ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν, καὶ οἱ πρὸς ἀνατολὰς, ἔχουσι θαυμαστὰς δυνάμεις. ἐν

* αἰγυπτίη. τόθι πλεῖστα Al. Bas.
† συμφυσώδης.

TRactus medicamentorum fertiles potissimum tradunt, extra Græciam, Hetruriam, & Latinum agrum; qua Circen habitasse affirmant. Atque etiam magis Ægyptium autore Homero. Hic enim Helenam inde accepisse inquit.

Prospera quæ quondam Thonis dulcissima conjunx,
Ægypti Polydamna dedit, qua plurima gignit
Noxia terra ferax, & multa probata venena.

Inter quæ & *illud medicamen luctus & mœroris esse autumant. Ita ut omnium malorum oblivionem atque indolentiam facere possit. Et hi quidem tractus proditi a poetis fere solis videntur. Æschylus enim in elegiis, copiam medicaminum venenorumque Hetruriæ tribuit.

Gens Tyrrhena suis clara veneficijs.

Quæque autem loca nonnihil medicaminum possidere videntur: sed differunt quod alia plus habent, alia minus. Etenim quæ ad septentrionem, meridiem, exortumq; pertinent, vires mirabiles habent. Nam in Æthiopia qua sagittas ungunt, radix mortifera est. Apud Scythas autem non solum ea radix, sed etiam aliæ plures comperiuntur.

* *Illud medicamentum luctus ac mœroris esse autumant Græci nepenthes dictum, ita ut.*

Qua-

Αἰθιοπίας γὰρ ἡ τοὺς οἰςοὺς χρίουσι ῥίζα τις ἐστὶ θανατηφόρος, ἐν δὲ Σκύθαις αὕτη τε καὶ ἕτεραι πλείους· αἱ μὲν παραχρῆμα ἀπαλλάττουσαι τοὺς προσενεγκαμένους. αἱ δὲ ἐν χρόνοις, αἱ μὲν ἐλάττοσιν, αἱ δὲ πλείοσιν· ὥστ᾽ ἐνίους καταφθίνειν. εἰς Ἰνδοὺς τε καὶ ἕτερα μέρη πλείω. περιττοτάτη δὲ, εἴπερ ἀληθῆ λέγουσιν, ἥτι δυναμένη τὸ αἷμα διαχεῖν, καὶ οἷον ἀποφεύγειν καὶ πάλιν ἡ συνάγουσα καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐπαναιρουμένη. ἅτε φασιν εὑρῆσθαι πρὸς τὰ τῶν ὄφεων τῶν θανατηφόρων δήγματα. Περὶ δὲ τὴν Θρᾳκην εἶναι μὲν καὶ ἑτέρας οὐκ ὀλίγας· ἰσχυρότατον δὲ ὡς εἰπεῖν τὴν ἴσχαιμον ἣν δὴ λέγουσιν, οἱ μὲν κεντηθείσης τῆς φλεβὸς, οἱ δὲ καὶ σφοδροτέρως διατμηθείσης, ἴσχειν καὶ κωλύειν τὴν χύσιν. ταῦτα μὲν οὖν ὥσπερ εἴπομεν, ἔοικε δηλοῦν τι κοινόν. καὶ τῶν ἔξω τόπων οἱ φαρμακωδέστατοι, οὗτοί εἰσι. τῶν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπων, φαρμακωδέστατον τό, τε Πήλιον τὸ ἐν Θετταλίᾳ, καὶ τὸ Τελέθριον τὸ ἐν τῇ Εὐβοίᾳ, καὶ ὁ Παρνασός. ἔτι δὲ ἡ Ἀρκαδία, καὶ ἡ Λακωνική. καὶ γὰρ αὗται φαρμακώδεις ἀμφότεραι· διὸ καὶ οἵγε Ἀρκάδες εἰώθασιν ἀντὶ τοῦ φαρμακοποτεῖν. γαλακτοποτεῖν περὶ τὸ ἔαρ· ὅταν οἱ ὀποὶ μάλιστα τῶν τοιούτων φύλλων ἀκμάζωσι. τότε γὰρ φαρμακωδέστατον τὸ γάλα. πίνουσι δὲ τὸ βόειον. δοκεῖ γὰρ πολυνομώτατον καὶ παμφαγώτατον πάντων ὁ βοῦς. φύεται δὲ παρὰ αὐτοῖς, ὅτι ἐλλέβορος ἀμφότερος, καὶ ὁ λευκὸς καὶ ὁ μέλας· ἔτι τι δαῦκον δαφνοειδὲς κροκόεν. ‡ καὶ ἣν ἐκεῖνοι μὲν ῥάφανον ἀγρίαν καλοῦσι. τῶν δὲ ἰατρῶν τινες, κέραν, * καὶ ἣν οἱ μὲν † ἀλθαίαν, ἐκεῖνοι δὲ μαλάχην ἀγρίαν. καὶ ἡ ἀριστολοχία, καὶ τὸ σέσελι, καὶ τὸ ‡ ἱπποσέλινον, καὶ τὸ πευκέδανον, καὶ ἡ ἡράκλεια, καὶ ὁ ἐρύγγιος ἀμφότερον, ὅ, τε φοινικοῦν ἔχων τὸν καρπὸν, καὶ ὁ μέλανα. φύεται δὲ καὶ ὁ σίκυος ὁ ἄγριος. ἐξ οὗ τὸ ἐλατήριον συντίθεται. καὶ τὸ τιθύμαλλον, ἐξ * οὗ τὸ ἱππομανές. ἄριστον δὲ τὸ περὶ Τέγεαν, καὶ ἐκεῖ μάλιστα σπουδάζεται. † φύεται δὲ καὶ ἐπὶ πλέον· πλεῖστον δὲ καὶ κάλλιστον ‡ φύεται περὶ τὴν Κλειτορίαν. ἡ δὲ πανάκεια γίνεται καὶ τὸ πετραῖον περὶ Ψωφῖδα· καὶ πλείστη καὶ ἀρίστη. τὸ δὲ μῶλυ περὶ Φανεὸν καὶ ἐν τῇ Κυλλήνῃ. φασὶ δ᾽ εἶναι καὶ ὅμοιον ὡς Ὅμηρος εἴρηκε. τὴν μὲν ῥίζαν ἔχον στρογγύλην, προσεμφερῆ κρομμύῳ· τὸ δὲ φύλλον ὅμοιον σκίλλῃ. χρῆσθαι δὲ αὐτῷ πρός τε τὰ ἀλεξιφάρμακα καὶ τὰς μαγείας. οὐ μὴν ὀρύττειν γε εἶναι χαλεπὸν ὡς Ὅμηρός φησι. τὸ δὲ κώνειον, ἄριστον περὶ Σοῦσαν, καὶ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις τόποις. γίνεται δὲ καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ τὰ πολλὰ τούτων. καὶ γὰρ αὕτη πολυφάρμακος. ἐν Ἀρκαδίᾳ δὲ ἡ * πετραγάκανθα πολλή. καὶ οὐδὲν χείρων ὡς οἴονται τῆς Κρητικῆς, ἀλλὰ καὶ τῇ ὄψει καλλίων. καὶ δαῦκον, περὶ τὴν πατρικὴν διαφέρον. τοῦτο δὲ θερμαντικὸν φύσει ῥίζαν δὲ ἔχει μέλαιναν. φύεται δὲ τὰ πολλὰ τούτων καὶ ἐν τῷ Παρνασῷ, καὶ περὶ τὸ Τελέθριον, καὶ ταῦτα μὲν κοινὰ πλειόνων χώρων.

‡ κροκόεν. καὶ ἣν ἐκεῖνοι μὲν σταφυλῖνον ἄγριον.
* κέρας.
† ἀλθαίαν.
‡ ἱπποσέλινον.

* ἐξ οὗ ὀπὸς μόνον.
† φύεται δὲ καὶ ἱππόφαες πλεῖστον καὶ κάλλιστον περὶ τὴν Κλειτορίαν. ἡ δὲ πανάκεια, ἐξ ἧς ὀποπάναξ συλλέγεται, γίνεται περὶ Ψωφῖδα πλείστη.
‡ Φενεόν.

* τραγάκανθα.

Quarum aliæ confestim eo interimunt tempore, quo gustatæ sint, aliæ post. Et harum aliæ celerius, aliæ tardius. Ita ut nonnullos tabe quadam paulatim possint consumere. Apud Indos & alia plura proveniunt genera. Sed supervacuum, si vere narratur, quod sanguinem diffundere & quasi fugare potest. Quodque è diverso eundem colligit, & ad se trahit. Quæ contra mortiferos serpentium morsus comperta referunt. Quin & regio Thracum pleraque fert. † sed validissimam fere illam herbam quæ sanguinem sistit. Hanc enim alii puncta vena, alii etiam vehementius secta, retinere ac penitus prohibere sanguinis profusionem affirmant. Hæc igitur quod commune omnium diximus satis demonstrare videntur. Et quod ad externa quidem loca; hæc abundare medicamentis maxime videntur. Locorum autem omnium Græciæ maxime Pelium mons Thessaliæ, & Telethrium mons Eubœæ, & Parnasus medicamina ferunt. Item Arcadia, & Laconia tellus. Nam eas quoque herbis scatere medicis constat. Et quidem Arcades pro medicamento quod alvum purget, lac sorbere consueverunt in vere: cum succi hujusmodi foliorum maxime vigent. Tunc enim potissimum lac vim medicaminis habet. Bibunt bubulum, quod bos inter animalia omnia, permulta pascere, varioque herbarum genere vesci videtur. Nascitur apud eos uterque elleborus: videlicet & albus, & niger. Item pastinaca specie lauri, colore croci. Et eam, quam illi ‡ brassicam sylvestrem appellant: medici autem quidam Ceran: & quam illi malvam sylvestrem vocant, medici * hibiscum: & † malum terræ, & seseli, & ‡ equapium, & peucedanum, & herculana, & utrumque vesicariæ genus, quod fructum puniceum fert, & quod nigrum oritur. Et sylvestris cucumis, ex quo componi Elaterium solet. * Ad hæc lactaria, ex qua hippophaes, quod optimum confici apud Tegeam novimus, maximeque haberi in pretio. Nascitur circa Clitoriam. Panacea & petræa circa Psophidem plurima, & optima provenit. Moly apud Phaneon, atque apud Cyllenam (quale Homerus dixit) affirmant. Radice rotunda, non absimili cepæ: folio scyllæ. † usum ejus contra veneficia summa. Non tamen effodi difficulter, ut ait Homerus. Cicuta optima circa Susam, & in totum locis prægelidis. Quin & in Laconico agro prædictorum provenit pars bona. Nam is quoque medicaminibus scatet. Hirci spina large in Arcadia nascitur. Nec deterior Cretica existimatur, sed etiam visu pulchrior. Et pastinaca in Patrensi agro præstantior cæteris. Huic vis calefactoria est, radix nigra. Nec non & in Parnaso multa ex his proveniunt, & in Telethrio monte. Sed hæc pluribus locis dantur communia.

† Sed validissima fere illa herba quæ ischæmum, id est sanguinem sistens vocatur.

‡ Pastinacam.

** Altheam.*

† Aristolochia.

‡ Hipposelinum.

** Ad hæc tithymallus, ex quo succum tantum colligunt, quem optimum esse apud Tegeam novimus maximeque haberi in pretio, Hippophaes plurimum & præstantissimum nascitur circa Clitoriam. Panax vero, ex quo opopanax, colligitur plurimum & optimum circa Phocidem provenit. Moly apud Pheneon atque apud Cyllenam nasci, ejusque faciem talem esse ajunt, qualem Homerus dixit. † Vtuntur eo adversus venena & incantationes, non tamen effoditur difficulter.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Νηπενθές, καὶ ἄχολον. *Homeri verba sunt. Theodorus valde apte,* medicamentum hilaritatis, atque tranquillitatis.

Καὶ τῶν ἔξω τόπων οἱ φαρμακωδέστατοι οὗτοί εἰσι. *Theodorus hæc omnia omisit.*

Ἐξ οὗ τὸ ἱππομανές. *Theodorus legit,* ἱππόφαες. *Apud Dioscoridem herba hæc alia est à Titymallis, tametsi radix lacte plena est, Hippomanes etiam* capparis *à quibusdam. Idem nomen etiam Apocyno attributum, quam possis putare eandem apud Hesiodum. In rabiem namque agi equos ait.*

Φύεται δὲ καὶ ἐπὶ πλέον, πλεῖστον δὲ καὶ κάλλιστον γίνεται περὶ Κλειτορίαν. ἡ δὲ πανάκεια γίνεται, καὶ τὸ πετραῖον περὶ Ψωφῖδα. *Theodorus præteritis quatuor primis verbis legit,* πλείστη δὲ καὶ καλλίστη φύεται περὶ τὴν Κλειτορίαν ἡ πανάκεια. γίνεται δὲ καὶ πετραῖον. *In Græco exemplari scriptum est,* Φανεόν.

In codice Theodori, Phucum. In corollario Hermolai, Phineon. omnia malè. Pheneum lege. Theodori quoque sententia à Græca diversa est, φασὶ δ' εἶναι ὅμοιον ὡς Ὅμηρος εἴρηκε. Ejus faciem talem esse ajunt, qualem Homerus dixit. *Ille sic.* Atque apud Cyllenem esse, quemadmodum Homerus dixit, affirmant. *Notabis* πυκάζειν, *&* τὸ πεταλον, φύλλον.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Medicamenta pro cœli solique ratione variare, ac præstantiora esse, vel mille locis tradidit præceptor. Hoc capite agit, docetque, quæ regio pluribus scateat pharmacis, letalibus, & salutaribus. Homeri testimonio Odyss. δ. probat Ægyptum medicamentorum admodum feracem.

Τὸ δὲ νηπενθὲς. De nepenthe alibi nonnihil dixi. Nomen accepit, quod ejus succus vino mistus, tristitiam moeroremque discutiat, ut tradit Theophrastus. Quod confirmat Galenus. Nomen itaque accepit à particula νη privativa & πένθος quasi ἄλυπον καὶ ἀπενθές. Nepenthes alii buglossum, helenium alii esse tradunt. Vide quæ supra diximus. Verisimilior est opinio posterior. Easdem enim vires Plinius lib. & cap. XXI. helenio tribui scribit. Sed hæc tanti non videtur momenti, ut alteram sive priorem rejiciam. Hunc locum Theophrasti Plinius lib. XXV. cap. II. *Durat tamen tradita persuasio in magna parte vulgi, veneficiis & herbis id cogi, in eóque fœminarum scientiam prævalere. Certe quid non replevere fabulis Colchis Medea aliæque, in primis Itala Circe, diis etiam adscripta? Vnde arbitror natum, ut Æschylus, è vetustissimis in poetica, refertam Italiam herbarum potentia proderet, multique Circeios, ubi habitavit illa, magno argumento etiamnum durante, in Marsis à filio ejus orta gente, quos esse domitores serpentium constat. Homerus quidem primus doctrinarum & antiquitatis parens, multus alias in admiratione Circes, gloriam herbarum Ægypto tribuit, cum etiam, quæ rigatur, Ægyptus illa non esset, postea fluminis limo invecta. Herbas certe Ægyptias à regis uxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud nepenthes, oblivionem tristitiæ, veniamque afferens & ab Helena utique omnibus mortalibus propinandum.* Non leve est argumentum nepenthes esse helenium, quod apud Philostratum, de eo quod animi curam, æstuationem, mœroremque mentis lenit, sollicitudinem sedat, mollitque, & disserenato animo, ac fronte erugata, exporrectaque, curarum oblivionem adfert, dicatur κρατὴρ Ἑλένης. Ita enim in sophistarum vitis, in epistola ad Antonium conscriptum legitur. Τὸ δὲ φάρμακον τοῦτο ἀφελεῖ ὑπάτων, καὶ τὰ ἄχθη σοι κουφιεῖ τῆς γνώμης. ὥσπερ ὁ κρατὴρ τῆς Ἑλένης τοῖς Αἰγυπτίοις φαρμάκοις. Idem auctor Antiphontem, quem ob excellentem eloquentiam Nestorem cognominarunt, scribit, promittere solitum τὰς τοῦ νηπενθοῦς ἀκροάσεις, *nepentheos auscultationes.* Quando nullus tam atrox, magnus, infestusque dolor est, cujus vellicationes civili eloquentia non mollire modo, sed excutere etiam posset. Id quod Plutarchus scribit ab Antiphone excogitatam τῆς ἀλυπίας τέχνην; id est, *artem alypæ,* quæ vox tristitiæ absentiam indicat.

In Æthiopia radicem quandam dicit mortiferam, qua sagittæ illinuntur. Meminit Galenus lib. de Theriaca ad Pisonem, cap. X. cujusdam plantæ, qua Daci & Dalmatæ telorum cuspides ungunt. Βελένιον hæc vocatur, à Græcis exteris νῖνον, vulgo perperam ἑλένιον legitur. Βελένιον nomen impositum ἀπὸ τῶν βελῶν, à telis veneno infectis. Vel, quod doctioribus magis arridet, ab Apolline qui Belis à quibusdam gentibus dicebatur. Illud constare scribunt, Plinii ævo, Gallos esse potissimum veneratos Belum, cujus fit mentio apud Herodianum, in maximis Hesium, Taranem, Ovavum, Abellionem, de quo elogium extat in convenis, novem popularium Deo Abelleoni minicia justa V.S.L.M. Verba Galeni hæc sunt. Ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ βελενίου μὲν ὑπὸ τῶν ἑλλήνων, ὑπὸ δὲ τῶν ὑποχωρίων νῖνο καλουμένου τὸ αὐτὸ ἱστορεῖσθαι λέγουσι. φασὶ γὰρ τοὺς δάκας καὶ τοὺς δαλμάτας περιπλάττειν αὐτὸ τοῖς ἀκίσι τῶν βελῶν καὶ οὕτως ὁμιλήσαντα μὲν τὸ αἷμα τῶν πληττομένων ἀναιρεῖν δύνασθαι, ἐσθιόμενον δὲ ὑπ' αὐτῶν ἀβλαβὲς εἶναι, μηδὲ κακόν αὐτοὺς ἐργάζεσθαι, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἀναιρουμένους ἐλάφους ἐν τῷ κατατοξεύεσθαι, μηδ' αὐτὰς κακόν τι τοὺς ἐσθίοντας διαθεῖναι λέγουσι. *Sicut etiam de belenio à Græcis, ab inquilinis vero nino appellato, idem memoriæ proditum esse dicunt, nam Dacos inquiunt & Dalmatas, id telorum cuspidibus circumspargere; atque postquam sic sanguinem vulneratorum attigerit, posse necare: esum vero ab ipsis esse innocuum, neque mali quicquam ipsis facere: ad hæc cervos ab ipsis sagittarum ictu trucidari, neque ipsas comestas mali quid edentibus adferre perhibent.* Idem narrat de succo ellebori albi Joannes Crato, Epistola secunda, lib. secundi ad Thomam Jordanum scripta. *De primâ* (scilicet quæstione, quod non alii, quam ii quibus sanguis per cucurbitulas est extractus, infecti sunt, & quod malum in eo loco ubi cutis vulnerata, & cucurbita affixa fuerat, coepit, ac universam massam sanguineam, id quod livor corporis ostendit, pervasit, & nervosas quoque partes graviter afflixit.) *dum inquiris, in memoriam mihi revocas ea, quæ divus Ferdinandus S. M. Imperator, de succo, non, uti tu scribis, napelli, sed ellebori albi, quo venatores Hispani sagittas inficiunt, & feras, maxime vero cervos, interficiunt, commemorabat. Ineunte æstate, inquit, succum ex tota planta exprimi, eumque æstivis diebus in sole præparari, atque in bovino cornu asservari. Cautionem autem summam ab iis, qui uti volunt, adhiberi, ne odor, qui è cydoneis exspirat, huno succum attingat. Subitò enim omnem lædendi vim amittere. Cæterum si lingua degustetur, nulli noxium esse, sanguini verò communicatum, exitiosum. Addebat hoc, si quis acu saltem eo succo inserta punctim læderetur, & exiguum vulnus acciperet, paucis horis post extingui. Cervos vulneratos primum quasi obstupescere & perturbari, ita ut visus eruptus illis esse videatur, circumire in gyrum, concidere deinde, & summum intra dimidiæ horæ spatium extingui. Carnem innocuam esse, ac tantum eam partem, quæ vulnerata est, abjici. Eadem hæc generosissimus Palatii Imperatorii præfectus Dominus Adamus Deistriechsteinius commemoravit, & confirmavit, atque hoc addidit. Asello, cui ex oneribus ferendis dorsum attritum atque sauciatum fuerat, impositum cervum eo modo, ut dixi, vulneratum & interfectum, sanguinem, qui de vulnere manabat, asini vulnius forte attigisse, atque isto modo asellum sic infectum, ut priusquam impositum cervum domum perferret, in itinere mortuus concideret. Fuisse etiam quendam perversè & sceleratè malum, qui dum conjunx καταμήνια haberet (pudet dicere quomodo) succum istum ei admovit, & mulierem extinxit. Imperatorem Rudolphum II Augustum, vulnerasse sagitta cervi tenerum & lacteum cornu, eumque statim fuga, tanquam nullum vulnus accepisset, elapsum. Post aliquot horas, cum ex venatione redirent, mortuum repertum. Lacteum enim humorem illum germanum esse sanguini, Hippocrates nos docuit, &c.* Hactenus Crato. utrum elleborus albus belenium aut ninum dictum antiquitus à Græcis aut exteris fuerit, ignoro. Saltem easdem fere facultates obtinere constat. Meminit Belenii auctor libell. de plantis Aristoteli attributi. lib. I. cap. ult. βελένιον δὲ τὸ θανατηφόρον τὸ γινόμενον ἐν τῇ Περσίδι, μεταφυτευόμενον ἐν Αἰγύπτῳ ἢ ἐν Παλαιστίνῃ γίνεται βρώσιμον. *belenium vero quod perniciosum est in Perside natum in Ægyptum & Palæstinam transplantatum fit edendo.* Vereor auctorem hunc perseam & belenium confundere. In Perside letalem esse perseam, contra in Ægypto salubrem veteres tradunt omnes, contra nusquam legere est, perseâ sub imperio Romano sagittas unctas, ad delendas feras aliasve bestias. Venenatam esse sub eadem Monarchia tradidit nemo. Nec apud Dalmatas Dacosve nascitur persea, sola in Alexandria, nec in ulla, alia regione, quæ sub Romanorum potestate erat, se vidisse perseam, tradit Galenus. vide cap. II. lib. IV. Meminit Plinius loemi quo sagittæ tinguntur, cervique necantur Loemum ἀπὸ τοῦ λοιμοῦ, peste, nomen haber. verba Plinii reperiuntur lib. XXVII. cap. XI. *Loemum herba appellatur à Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum cervarum vocant.* Docti toxicum arbitrantur belenium esse, eos vel hoc argumento deceptos ostendo, quod Dioscorides in Alexipharm. cap. XX. tradat, toxici usu tolli hominem ὡς καὶ διὰ τοῦτο δυσιάτως εἶναι ἐν τοῖς θεραπείαις σπανίως δὲ καὶ σώζεσθαί τινας τῶν πιπωκότων. *Quare vix medicinæ locus est, raroque qui hauserunt incolumes evadere contingit.* De toxico si detur occasio alibi plura. Nec thora Valdensium bele-

belenium est. Perdit & hæc hominem, cum de belenio scribat Galenus innoxie comedi ab hominibus. Quæ planta sit belenium aut radix (si non eadem res) Æthiopica me ignorare fateor. De Thora vide cap. 19 ubi de aconito, sive scorpio agitur.

ἥ τι χυνομένη τὸ αἷμα. Herbam quandam reperiri (ex relatu aliorum, quorum fidem in dubium vocat) ait quæ diffundit sanguinem. Historia apud Galenum lib. de purgant. med. cap IV. memoranda, quam adnectere huic loco visum est. Ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον ἀσφαλὲς εἰπεῖν μοι τὸ γενόμενον ἐν Θρᾳξὶ Βιθυνοῖς ἔτι παίδων ἡμῶν ὑπαρχόντων, εὗρέ τις ἄνθρωπος τοιαύτην βοτάνην ὥστε τὸν προσενεγκάμενον αὐτῆς, ἀποκενοῦν αἷμα, καὶ οὕτως ἀπόλλυσθαι. πολλῶν οὖν ἀποθνησκόντων ὁμοίῳ τρόπῳ, ζητήσεως ἀκριβεστέρας ἀξιώσαντές τὸ γενόμενον, εὗρον τὸν φαρμακέα, καὶ πρὸς τὸν ἡγούμενον τοῦ ἔθνους ἤγαγον. ἔργον δὲ ἐκείνου ποιουμένου, μὴ μόνον αὐτὸν ἀποκτεῖναι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλλος, ἢ ἐδίδαξεν αὐτὸν, ἢ ἔμαθεν παρ' αὐτοῦ. μαθεῖν μὲν γὰρ παρ' οὐδενὸς ἔφη τὴν πόαν, ἀλλ' ἧπάρ ποτε χοίρειον εἰς τι προάστειον κομίζων, πιεξάσης τῆς γαστρὸς, ἀποθέσθαι κατὰ βοτάνης αὐτὸ, κἄπειτ' ἀναιρούμενον αὖθις, ἰδεῖν ἰχῶρας αἱματώδεις ἐξ ὅλου τοῦ ἥπατος ἐπὶ τὴν βοτάνην ἐκρέοντας, συνιδόντι στοχασάμενον εἰκὸς εἶναι τὴν βοτάνην ἕλκειν αἷμα, δοῦναί τινι πείρας ἕνεκα τῶν ἐπιτυχόντων ἀνθρώπων, ὡς δὲ ἅπερ ἤλπισεν εὗρεν, ἐπὶ κακῷ χρῆσθαι τοῦ λοιποῦ. οὐ μὴν οὐδὲ δεῖξαι ἔφη βοτάνην ἑτέρῳ ἀνθρώπων. ταῦτ' εἶπεν ὁ φαρμακεὺς ἐκεῖνος ἐπὶ πλεῖστον βασανιζόμενος. ὁ δὲ τοῦ ἔθνους ἡγούμενος, ἐπεὶ κατὰ τὴν διήγησιν, ἣν ἐποιήσατο περὶ τῆς βοτάνης, παμπόλλην ἔφη πεφυκέναι πανταχόθεν, δεθέντα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀπαχθῆναι τεθνηξόμενον, ὅπως μή τινι μεταξὺ δείξειεν. ὥστ' οὖν βέλτιστε πολλὰ μὲν εἰκὸς εὑρίσθαι φάρμακα τοιαύτην ἔχοντα δύναμιν, ὥστ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἕλκειν αἷμα. *Illud tamen quod in Thracibus Bithyniam incolentibus, me adhuc puero contigit, sine periculo cujusdam dici potest. Invenit homo quidam herbam, quam si quis assumsisset, sanguinem primo, tum vitam emittebat. Multis itaque hoc pacto morientibus, cum facinus hoc diligenti inquisitione dignum arbitrarentur, herbarium comprehendunt, & ad gentis magistratum ducunt. Is cum non solum hominem necare studeret, sed & si quis alius herbam didicisset aut docuisset, à nullo se quidem ipsam didicisse veneficus asseruit, verum in suburbanum, cum aliquando suillum jecur deferret, urgente ventre, super herba quadam jecur deposuisse, quod aliquanto post cum sustulisset, vidisse ex universo jecore sanguineos rivulos ad herbam confluere. Ex hac conjectura facta corpori sanguinem ea detrahi posse. periculo mox in obvio quodam facto, ut verum comperit quod fore sperarat, ad malos usus herbam deinceps transtulisse, se tamen alicui alii eam monstrasse negavit. Hæc Herbarius ille diu inter quæstiones habitus retulit. populi vero magistratus cum plurimam illis in locis nasci hanc herbam, ex rei dictis accepisset, vinctis oculis ad supplicium ipsum duci jussit, ne cui inter eundum herbam indicaret. Ex his ergo, lepidum caput, multa medicamenta eam vim habentia, ut sanguinem statim ab initio eliciant, inveniri constat.*

Admiranda refert, sed non credenda Galenus.

Periisse Herbarium, credibile: herbam simul periisse credat Galenus, quam ne per somnium quidem vidisse herbam, nec novisse virum de quo hæc narrantur, multorum est opinio: Idque quod fateatur se fuisse puerum, cujus testimonium nullius est pretii. Deinde fabulosum videtur, in jecore extincto tantum reperiri sanguinis, atque illum à pharmaco admoto attrahi potuisse. Quod quomodo fieri possit imaginari nequeo. Etenim à calore naturali omnia purgandi vi prædita medicamenta quandam præparationem acquirunt; Quam planta jam à Galeno memorata, non poterat accipere ab hepate frigido, ac mortuo. Operam perdet qui super mortuum jecur ponat scammonium, frustra bilem attrahi exspectabit. Debent enim medicamenta bilem evacuantia calefieri, & à calore attenuari. Herbam reperiri quæ solum educat sanguinem, non credo. Ex superpurgatione sanguinem, ipsamque animam expelli posse multorum, proh dolor, damno constat.

Τὴν ἴσχαιμον. Nullam dixi reperiri plantam, quæ (nisi ex Hypocatharsi,) sanguinem educat; mille ex adverso reperiuntur quæ eundem fluentem sistant ac compescant. inter quas procul dubio præstantissima est, quæ ischæmon dicta est, à facultate qua pollet. Meminit hujus Plinius lib. XXV. cap. VIII. *Ischæmonem Thracia invenit, quâ ferunt sanguinem sisti, non apertâ modò venâ, sed etiam præcisâ. Serpit è terra, milio similis, foliis asperis, & lanuginosis, farcitur in nares, quæ in Italia nascitur, & sanguinem eadem adalligata sistit.* Botanici ischæmonem putant esse gramen dactylon, folio latiore, ab aliis canarinum dictum. Hoc vineta Gallo-Provinciæ & Narbonæ scatent. Exiguum, inquiunt Adversarii auctores, est gramen, florum tamen elegantia, & viticulorum, cognitu dignum. Sunt namque purpureo, nitido, hyanthino lucidi calami, geniculati, surrecti, singuli in quinas senasve exiles florum spicatas candicellas, vel pannosas propagines, cyperidis modo digitatim sparsi, aut potius graminis mannæ vocati; radice & foliis graminis pratensis minimi, sapore subdulci, sed adstringente & exsiccante. Unde facta conjectura, esse ischæmonem Plinii à quibusdam non parum eruditis medicis. Ischæmon Thracium genus hoc non esse videtur, quia non tanta est adstringendi vi, ut sanguinem è venis fluentem sistat, compescatve. Sed nec foliis est asperis, ac lanuginosis. Aristolochiam ischæmon esse docet Homeri interpres Iliad. λ. aristolochiam, inquam, fuisse tradit, quam Patroclus Eurypyli vulneri adhibuit. ῥίζαν ἣν αὐτὸς καταπάσσειν αὐτὴν εἶναι τὴν καλουμένην ἀριστολοχίαν ἣν καὶ ἴσχαιμον καλοῦσι. Nec obstat, aristolochiam menses movere, & secundas pellere; alibi dixi, aloen intro assumptam venarum oscula aperire, eandem foris admotam eadem claudere, sanguinisque fluxum insigniter cohibere ac compescere. Idem de Aristolochia dicere licet. Sic ruta sua acrimonia venarum oras aperit, easdem propter eandem acrimoniam, quam habet cum siccitate conjunctam, naribus indita, venas claudit, sanguinemque cohibet. Aristolochiam sanguinem fluentem sistere, chirurgorum constat experientia.

Διὸ οἱ γε Ἀρκάδες. Arcades pro medicamento, quod alvum purget, lac sorbere ait. Tale nihil præstat Batavicum lac: ex eo tamen butyrum & caseus fieri potest. Arcadum boves alio alimento vel herbarum genere pasci, quale elleborum, tithymalus, scammonium, panax & similia, quæ apud Batavos non reperiuntur.

Inter plantas quæ in Arcadum agro nascuntur, numerat helleborum album, nigrumque, daucum & rhaphanum sylvestrem. De dauco non nihil dicendum.

Δαῦκον & δαῦχον dixerunt Græci, teste Nicandri scholiaste. Τὸ δαῦκον καὶ δαῦχον γράφεται. ἐπίθετον δὲ καὶ γλυκύ. Apud Nicandum in Theriacis δαύκειον, scribitur.

> Δαύκειον ῥίζας τε βρυωνίδος, ἢ καὶ ἔφηλιν,
>
> *Et daucum & radicem, denique vitis.*

Ex hoc Poetæ versu Dioscoridis lib. III. cap. LXXII. codicem corrigunt δαῦκος οἱ δὲ δίρκαιον καλοῦσι restituunt δαύκειον. Δαῦκος ἀπὸ τοῦ δαύειν quod tormina sedet quietemque inducat flatus discutiendo. nomen accepit, καὶ στρόφων ἀπαλλακτικόν. Doctiss Gaza *pastinacam* vertit. Credo quod apud Plinium. lib. XIX. cap. V. *Est & quartum genus in eadem similitudine pastinacæ, quam nostri Gallicam vocant, Græci vero daucum, cujus genera quatuor fecere.* Depravatum hoc loco codicem existimo. Legunt viri docti *dauci genera etiam quatuor fecere.* Doctissimorum tamen opinio est, daucon Theophrasti pastinacę genus esse, idque quia apud Athenęum lib. IX. legitur μνημονεύει τοῦ σταφυλίνου Θεόφραστος, *meminit staphylini Theophrastus.* Sanè mentionem ejus facit, & hoc ipso quidem capite & hac ipsa linea. Malè sit malis illis librorum pestibus, qui pro eo σταφυλίνου reposuerunt ῥάφανον. Daucus de quo hoc loco agit Theophrastus staphylinos, sive pastinaca est: quod facilè ex Galeno probatur. Hic lib. VI. simpl. de dauco Cretico & staphylino diversis agit capitibus. Δαῦκος ὃν δή τινες σταφυλῖνον ὀνομάζουσιν, ὁ μὲν ἄγριος ἧττον ἐδώδιμος τοῦ ἡμέρου. Capite sequenti. Δαύκου τῆς πόας τὸ σπέρμα. *Daucus quem quidam staphylinon nuncupant, agrestis quidem, domestico minus est idoneus cibo.* Cap. sequenti *dauci herbæ semen, &c.* Prior locus de staphylino, posterior de Cretico intelligi debet. Idem Galenus lib. II. de alimento. facult. cap. LXVII. Εὐχυμότερός γε μήν ἐστιν ἡ καρίου τοῦ σταφυλίνου, τινὲς δὲ τὸν ἄγριον σταφυλῖνον ὀνομάζουσι δαῦκον. *Cari tamen radix melioris est*

succi quam pastinacæ, quidam autem pastinacam agrestem vocant Daucum. Idem Æginetalib. I. cap. v. Τινὲς δὲ τὸ ἄγριον σταφυλῖνον ὀνομάζουσι δαῦκον. Ex his legendum κεφαλῆν, ὃ ἐκεῖνοι μὲν σταφυλῖνον ἄγριον. Idem staphylinos dictus, antiquissimis Græcis ceras. Hesychius. σταφυλῖνος ἄγριος· ὃν Ἴωνες κέρας καλοῦσι, καὶ ἥλικον ζῶον Σφονδύλη. Apulejus cap. LXXX. de pastinaca. *A Græcis dicitur agrios staphylinus, aliis ceras, aliis daucion.*

Neophytus, σταφυλῖνος ἄγριος, οἱ δὲ κέρας κόμην καλοῦσι, Ῥωμαῖοι καρωτάν. Auctor Auctuarii οἱ δὲ κέρας κόμην, Ῥωμαῖοι καρωτάν, οἱ δὲ πιστινάκα ῥούστικα. Hæc probant interpretis Athenæi sententiam. Vulgata Athenæi lectio corrupta est. lib. IX. Τὸν δὲ σταφυλῖνον Διοκλῆς ἐν πρώτῳ ὑγιεινῶν ἀσταφυλῖνον καλεῖ· τὸ δὲ κάρωτον καλούμενον μέγας δ' ἐστὶ καὶ ἰνώδης σταφυλῖνος, εὐχυλότερός ἐστι τοῦ σταφυλίνου, καὶ μᾶλλον θερμαντικώτερος, οὐρητικώτερος, εὐστόμαχος, εὐοικονόμητον, ὥς ὁ Δίφιλος ἱστορεῖ. Legendum cum interprete, τὸ δὲ καρωτὸν καλούμενον, μέγας δ' ἐστὶ καὶ ἰνώδης, quomodo in manuscriptis legitur codicibus, uti doctissimus commentator testatur. Hunc tamen antiquissimum, & veram χαρὰν, non credit. Idque quod nec Græcus, nec Latinus (hunc solum si exceperis) autor ullus carotum nominat. Contrarium testimonia citata probant. Verba Athenæi hoc sensu verti possunt. *Astaphylinum Diocles lib. primo de tuenda valetudine, etiam astaphylinum nominat; eum nimirum, quem carotum vocant, Magna ea est pastinaca, proceraque, magisque quam vulgaris succulenta, magisque calfacit, pellit urinas, stomacho grata, & facile, ut Diphilus asserit, digeritur.* Cum etiam hodie carotæ nomen obtinet hoc staphylini genus, sed magis redditum est domesticum. Hæc illa est radix, qua exercitus July Cesaris ad dies aliquot nutritus fuit. Cæsar lib. III. De bello civili. *Est etiam genus radicis inventum ab iis qui fuerant cum Valerio, quod appellatur chara: quod admistum lacte, multum inopiam levabat. Id ad similitudinem panis efficiebant. Ejus erat magna copia. Ex hoc effectos panes, cum in colloquiis Pompeiani, famem nostram objectarent, vulgo in eos jaciebant, ut spem eorum minuerent, &c.* Suetonius in vita Cæsaris Julii meminit hujus calamitatis, & herba quadam sublevatam scribit, sed non exprimit. *Famem,* inquit, *& ceteras necessitates, cum non obsiderentur modò, sed etsi alios ipsi obsiderent, tantopere tolerabant, ut Durachina munitione Pompeius, viso genere panis ex herba quo sustinebantur, cum feris sibi rem esse dixerit, amoverique ocius, nec cuiquam ostendi jusserit, ne patientia & pertinacia hostis, animi suorum frangerentur.* Pro ceras; Dores caras: inde Romani cara mutuati sunt: Sed hæc contra Plinii sunt auctoritatem, fateor. lib. XIX. cap. v. Rhaphani genus sylvestre, ceras vocatum ait. *Etiamnum,* inquit, *unum sylvestre, Græci agrion vocant, Pontici armon, alii lemen, nostri armoraciam, fronde copiosius, quam corpore.* In Manuscripto codice legitur, *unum sylvestre Græci cheram vocant. Hanc,* inquit Doctiss. vir, *scripturam testantur veteres omnes libri, sed cheræ nomine offensi, correctores, ne dicam, an depravatores, agrium supposuere.* Idem Plinius. lib. XIX. cap. VIII. *nec non olus quoque sylvestre, & Triumpho divi Iulii carminibus præcipuè, jocisque militaribus celebratum, alternis quippe versibus exprobavere, lapsana se vixisse apud Dyrrhacium præmiorum parsimoniam cavillantes, est autem id cyma sylvestris* (Cyma est tenerior & delicatior tum aliarum herbarum, tum præcipue brassicæ, cauliculus, qui in prima generatione, in summa stirpe provenit. vide Plinium lib. XIX. cap. VIII. & lib. XX. cap. IX. Celsus mali succi est brassica magisque cyma ejus.) Confundit Plinius rhaphanos napumque cum brassica & lapsana; quam lampsanam putant esse docti viri. Supra lib. VII. antiquissimos Græcos ῥάφανον vocare brassicam. Mediæ ætatis scriptores ῥαφανίδα sic nuncupasse docuimus, ac diximus Plinium vocum vicinitate deceptum. ῥαφανίδα ἄγριον sive sylvestrem rhaphanum vocatum fuisse armoraciam, testes sunt Dioscorid. & Palladius Utriusque locum, ac ipsa verba supra cap. IV. lib. VI. examinavi. Alia & diversa à rhaphano sylvestri est planta armoracia. Rectius vetus lexicon quam Isidorus lib. XVII. cap. X. *armoracea, hæc est lapsana.* Lexicon armoraceam ῥαφανίδα interpretatur. Lapsanam diversam esse ab armoracia etiam ex Columella probatur. Hic lib. IX. cap. IV. *Iam vero notæ vilioris innumerabiles nascuntur herbæ, cultisque atque pascuis regionibus, quæ favorum ceras exsuperant, ut vulgares lapsanæ, nec his pretiosior armoracia.* Lego ex Dioscoride & Palladio, *armoracia.* Confudit rhaphanum cum brassica & lapsana Plinius, quod Dioscorides rhaphanum sylvestrem folia habere dixit sativo similia, sed quæ ad lapsanam accedant. Lapsanam non fuisse illam, qua Cæsar usus est, plantam ex Dioscoride probatur, qui hæc lib. 2. cap. 142 tradit. Λαμψάνη λάχανόν ἐστιν ἄγριον τροφιμώτερον, καὶ εὐστομαχώτερον τοῦ λαπάθου· τὰ φύλλα, καὶ ὁ καυλὸς ἐσθίεται ἑφθά. *Lampsana sylvestre olus est, quod quidem plus quam lapathum alit, stomachoque est utilius, hujus folia caulesve in cibo coquuntur.*

Lampsana.



Charæ sive ceræ radix alimentum Cæsariano militi præbuit, inepta ad hoc lampsanę radix: Tenuissima enim, lignosa & fibrosa est, uti pictura ostendit, præterquam quod nemo lapsanam, vel rhaphanum sylvestrem Ceran vel Charan vocari tradiderit. Contra pastinacam sylvestrem, sic dictam fuisse Hesychius, Auctuarii auctor, & Athenæus ex Diphili auctoritate testantur. Hujus radicem multum alimenti præstare auctor est Dioscorides & Athenęus. σταφυλῖνον Latinis pastinacam dici ex Columella probatur. lib. XI. cap. IV. *tum agrestis pastinaca, & ejusdem nominis edomita, quam Græci σταφυλῖνον vocant.* Pastinacam à pascendo dictam volunt, quod sponte in agris nascatur, eamque plebs sæpissimè depascatur; magis arridet, quod pastinum habeat, & idem referat radix (pastinum Columella lib. III. cap. XVIII. esse ait, ferramentum bifurcum, quo semina panguntur & pastinaca vulgaris tale ferramentum unica furca refert: sic & piscis pastinaca, à tela pastino simili, nomen accepit.) Certe postulat ratio ut pastinaca eodem modo dicatur. Σταφυλῖνον nomen accepit, à radicis scapo, bryoniæ (quæ σταφυλὴ nuncupatur) non ita absimili. Unde κέρατος nomen sortita sit pastinaca docet Apulejus. *Alia,* inquit, *agrestis, quæ appellatur etiam ceras, eo quod cornu fingat.* Quod experientia comprobat; Perperam vir Doctiss. Plinii loco deceptus, à capillatis, & fibratis radicibus (quibus lapsana prædita est, hæc autem caret) nomen impositum scri-

scribit; Ex locis jam citatis, nullum dubium relinqui puto, quin codex Theophrasti perquam mendosus hactenus fuerit, ac nos feliciter eum restituerimus. Pro ceras Dores caras dixerunt. Hinc Romani carotam finxerunt, non à colore radicis, ex atro rubescente, aut succo atriore. Perperam etiam apud Cæsarem chara legitur; Scribendum cara, fine aspiratione. Dauci duo genera novit Theophrastus, quorum alterum radice est crocea sive lutea, alterum, nigra, sive ex atro rubescente. Utrumque hoc capite describit; nisi fortassis cuipiam placuerit trium mentionem fieri, crocei, sylvestris, & nigri. Sed tum legendum, καὶ ἐκεῖνοι, &c. De duobus tantum agere Theophrastum verisimilius est: Dioscorides pastinacæ duo describit genera, tria dauci: diligenter si ad descriptiones secundi & tertii dauci attendamus, comperiemus easdem plantas daucum & staphylinon esse: sed hoc vel suspicari nefas, siquidem Galenus duarum pastinacarum, & trium daucorum vires describit; Illud tamen in memoriam revocandum, Galenum quæ habet de facult. medicamentorum ex Dioscoride scripsisse; quod ipse in præfatione fatetur, sed inde pastinacas daucosve plantas easdem concludere nolo. Videamus quæ de dauco & staphylino scribat Dioscorides. De dauco hæc lib. III. cap. LXXXIII. Ὁ μὲν ἐστι Κρητικός, μαράθρῳ ἔχων τὰ φύλλα ὅμοια, μικρότερα δὲ καὶ λεπτότερα· καυλὸν σπιθαμιαῖον, σκιάδιον, ὅμοιον κοριάννῳ; ἄνθη λευκά. ἐν δὲ τούτοις ὁ καρπὸς δριμύς, λευκός, δασύς; ἐν τῷ διαμασᾶσθαι εὐώδης (δριμὺς ἐν τῷ διαμασᾶσθαι εὐώδης Catacur. codex) ῥίζα δακτύλου τὸ πάχος, τὸ δὲ μῆκος σπιθαμῆς. γεννᾶται δὲ ἐν πετρώδεσι τόποις, καὶ εὐηλίοις. ὁ δέ τις αὐτῶν ἐστι σελίνῳ ἀγρίῳ παραπλήσιος, ἀρωματώδης, δριμύς, καὶ εὐώδης, γευομένῳ καὶ πυρώδης. διαφέρει δὲ ὁ κρητικός. τὸ δὲ τρίτον εἶδος κορίῳ φύλλα ἔοικε, καὶ τὰ ἄνθη λευκά. κεφαλὴν δὲ ἔχει (Mathiol.


Daucus Cretensis verus, Lob.



σπέρμα καὶ κεφαλὴν ὅμοιον) καὶ καρπὸν ὅμοια ἀνήθῳ ἐφ' ἧ σκιάδιον ἐμφερὲς σταφυλίνῳ. σπέρματος ἐπιμήκους πλήρες ὡς κυμίνου δριμέως. *Ac Creticum quidem est foliis foeniculi similitudine, at minoribus, ac tenuioribus, caule dodrantali, umbella coriandri, floribus candidis; atque inter hos semine acri, albo, hirsuto, ac suavis in mandendo odoris. Radix est digitali crassitudine, & dodrantis longitudine: in saxosis apricisque locis provenit. Alterum vero genus est sylvestri apio simile, aroma olens, acre, odoratum, ferventisque gustus, probatius Creticum. Tertium prætereа genus est foliis coriandri, floribus, capite, & semine anethi: umbella vero in capite ceu pastinacæ: semine referta oblongo, ceu cumini, acri.* Pastinacam idem describit. lib. III. cap. LIX. Σταφυλῖνος ἄγριος φύλλα ἔχει ὅμοια γιγγιδίῳ πλατύτερα δὲ καὶ ὑπόπικρα. καυλὸν δὲ ὄρθιον τραχύν, σκιάδιον ἔχοντα ἀνήθῳ παραπλήσιον, ἐφ' οὗ ἄνθη λευκά, ἐν μέσῳ δὲ πορφυροειδές τι μικρόν, καὶ οἱονεὶ κροκίζον. ῥίζα δὲ δακτύλου τὸ πάχος σπιθαμιαία, εὐώδης, ἐδώδιμος ἑφθή. —— ὁ δὲ κηπευτὸς σταφυλῖνος, ἐδωδιμώτερος ὢν ἁρμόζει πρὸς τὰ αὐτά, ἐνδεέστερον ἐνεργῶν. *Pastinaca sylvestris folia habet gingidii, at latiora & subamara, caulem rectum, scabrum, umbellam similem anethi, in quo flores insunt candidi, ac in medio exiguum quiddam, colore purpureo & fere ad croceum inclinante: radix est digiti crassitudine, dodrantalis, odorata, & si decoquatur esculenta. Hortensis porro pastinaca cibo aptior, ad eadem pollet; attamen viribus inefficacior.* In his Dioscoridis verbis, illud consideratione dignum, Daucum tertium capite & semine esse anethi, ac umbellam habere in qua cumini semen oblongum; anethum enim fert semen rotundum, planum, tenue, cumini oblongum est, & acuminatum. Quare transposita verba Dioscoridis puto; alterumque adjungendum secundo dauco. Illud nempe semen ferre oblongum, ac tertium anethi instar. Nisi forte placuerit dauci tertii duo esse genera; alterum anethi, cumini alterum semine. Eandem ferme descriptionem, hujus dauci ac pastinacæ, diligenti collatione, ex utraque delineatione colligi potest. Gingidii folia latiora, non multum à coriandri apiique differunt, easdem tamen esse plantas non ausim dicere. Plinius pastinacæ genera describit duo, Dauci quatuor lib. 19. cap. 5. *Ex iis pastinacæ unum genus agreste sponte provenit; staphylinos Græcè dicitur. Alterum seritur radice vel semine, primo vere vel autumno, ut Hygino placet Februario, Augusto, Septembri, Octobri, solo quam altissimè defosso. Annicula utilis esse incipit, bima utilior, gratior autumno, patinisque maximè, & sic quoque virus illi intractabile est. Hibiscum à pastinaca gracilitate distat, damnatumque cibis, sed medicinæ utile. Est & quartum genus in eadem similitudine pastinacæ, quam nostri Gallicam vocant, Græci vero daucon. Cujus genera etiam quatuor fecere.* Idem Plinius lib. XXV. cap. IX. *Dauci genera quatuor fecit Petronius Diodotus, quæ persequi nihil attinet, cum sint differentiæ duæ. Probatissimæ in Creta* (unum tantum Creticum daucum novit Dioscorides cæterique Græci) *mox in Achaia, & in siccis ubicunque nati* (legendum, *probatissimum in Creta* —— *natum. in Spartensi Achaiæ*, Theophrastus *fæniculi similitudine, candidioribus foliis* (tenuioribus Creticum tradit esse Dioscorides, Achaicum Theophrastus, ut mox dicam, estque vulgaris pastinaca tenuifolia) *& minoribus hirsutisque, caule pedali recto, radice suavissimi gustus & odoris.* (Dioscorides semen Cretici Dauci in mandendo suavis odoris esse ait, confundit Plinius Achaicum Theophrasti & Creticum Dioscoridis) *Hoc in saxosis nascitur meridianis. Reliqua genera ubique nascuntur, terrenis collibus limitibusque, nec nisi pingui solo, foliis coriandri, caule cubitali, capitibus rotundis, sæpe pluribus quam ternis, radice lignosa, sed cum inaruit supervacua. Semen hujus cumino simile, prioris milio, album, acre, odoratum, omnibus & fervens. Secundum priore vehementius est, ideoque parce sumi debet. Si jam maxime tertium genus fatere libeat, est simile staphylino, quod pastinacam erraticam appellant, semine oblongo, radice dulci.* Corrigunt viri Docti, *sed jam maxime quartum genus.* Idque quod quatuor dauci genera supra lib. XIX. esse dixerit, quod hoc etiam capite confirmat. Sed si bene attendamus, nihil mutandum erit. Ait Plinius, ex Petronii auctoritate, quatuor esse genera, sed hæc sese persequi nolle ait. Addit duas esse differentias, ac quidem probatissimum daucum Creticum, mox Achaicum, cum Achaicum Theophrasti à Cretico Dioscoridis longè diversum sit. Confundit utrumque hoc genus Plinius. Sequitur mox *reliqua genera.* Ex his generibus, primum *semen ferre* ait *milio simile, acre, odoratum, alterum cumino*, oblongum scilicet. Tertium horum ait *simile staphylino.* Hic est sensus ver-

verborum Plinii. Dicit dauci radicem, quæ eſt foliis coriandri, lignoſam & cum inaruerit ſupervacuam eſſe. Quod unde hauſerit Plinius ignoro. Id ſi verum eſt, (penes auctorem enim fides) omnino diverſum daucum eſt à paſtinaca. *Prioris ſemen milio ſimile ait.* Et hoc unde habeat neſcio. Dioſcorides duo genera coriandri foliis deſcribere videtur. Quorum prius ſemen ferre ait cumino, alterum anetho ſimile. An dicemus pro *milio* reſtituendum anetho. An vero Plinium ad verba liberti non ſatis attendiſſe. Porro Creticum daucum folia emittit, primo à ſatione anno, exilia, inter foeniculum & paſtinacam carotam dictam media; ad foeniculi tamen magis accedentia. Altero anno cauliculum promit ſpithameum, in cujus ſummitate umbella candida, floſculi anethi, quibus copioſum ſuccedit ſemen, oblongum ut cumini, ſed lanugine albida obductum, guſtu acre, odoratum, cujus in medicina uſus; Uſui etiam radix, quæ paſtinaca minor, guſtu fervidiore, & odoratior. Floruit apud Batavos in horto Riſeri menſe Julio, & Auguſto. Nata hæc planta ex ſemine Venetiis, dauci Cretici nomine miſſo, quale quotannis adfertur. Non tantum in Creta daucum hoc reperiri, ſed etiam Genuenſium in collibus, aliiſque locis. ſcribunt Adverſariorum auctores. Daucum ſecundum Dioſcoridis (quam libanotidem primam Theophraſti eſſe ſupra diximus, foliis enim coriandri, aut petroſelini Macedonici ve-

Daucus niger Theophraſti paſtinaca ſativa atro rubens.



ri, donatur) ſemen habet in umbellis oblongum, anguloſum, foeniculi modo, radix aroma olet, ſuavis guſtanti, ſuperneque comata, mei modo. Alii malunt daucum ſecundum eſſe, quod Camerarius Cretici nomine oſtendit, multifido hoc longoque eſt folio, umbella candida, foliis variat. Nam quod in Baldo monte reperitur foliis eſt brevioribus, compactioribus. quod vero in Helvetiorum Alpibus & monte Waſſerfall, longioribus eſt & rarioribus. Hoc genus nunquam vidi. Quantum ex figura colligere poſſum, fert poſtremum apio ſylveſtri folia ſimilio-ra, alterum coriandro. Quare illud tertium ſit daucum, hoc ſecundum. Multum à vero abſunt, qui ſeſeli pratenſe daucum putant tertium. Coriandro enim ſimilia non fert folia. Horum nullum cum Theophraſti Dauco convenit; Quippe cum omnes habeant radicem albam. Sed Theophraſti, quod apud Arcades naſcitur, radice conſtat crocea; & alterum quod in Patrenſi agro Achaiæ reperitur, radice nigra eſt. Sic enim legendum. Male etiam capite ultimo hujus libri *ſpartenſi*, legitur. Patra Achaiæ, teſte Plinio, oppidum eſt. Stephanus πάτραι πόλις Ἀχαΐας ἀπὸ πατρέως. ὁ πολίτης πατρεύς. Idem σπάρτη λαχανικὸν χρεῖον ἀπὸ τῶν μετὰ κάδμου σπαρτῶν. Patrienſum paſtinacam, ſive Daucum nigrum ait. Corrigunt μηλίνην; Perperam, idque duabus probatur rationibus, tum quod capite ultimo nigram hanc paſtinacam eſſe repetat, tum quod ex atro rubeſcente colore reperiatur. Quæ croceo colore eſt paſtinaca, folia promit ſaturato colore virentia. Qua de cauſa δαφνοειδῆς dixit præceptor, ampla, ſed in tenuiſſimis ac minutis multiplicibus ſectionibus diviſa; ita ut in ſingulis petiolis, plura coriandri aut gingidii latiora conſpiciantur folia: Caulis quando aſſurgit, rectus eſt, & rotundus foriſque non nihil hirſutus; interiore parte cavus, culminantibus in ſummo umbellis, rotundis, in quibus floſculi parvi albicantes. Succedit ſemen, non magnum, ſed aſperum & hirſutum, alioquin magnam cum aniſo ſimilitudinem habens: Radix craſſa, dodrantalis, lutea, eſui grata, ori jucunda, aromatica. Plantatione, & felici cura opus habent, non minus atque cæpæ ac braſſicæ. Mulierculæ ſemen, quod dixi hirſutum & aſperum, ex iis deſumunt umbellis, quæ medium occupant locum (hoc enim optimum eſt, quod per lineam rectam eo deferatur, optimum & copioſiſſ. alimentum) deinde delectum jam ſemen panno laneo egregiè confricare, & quaſi aſperitatem ejus domare conſueverunt, exiſtimantes ea ratione rectas, leves, minus nodoſas radices reddi, quæ ex hoc ſemine prodeunt. Admiratione non caret, in medio cujuſque umbellæ, purpureum quendam ac capitulatum exiſtere floſculum, magnitudine milii ſeminis, qui cum teritur, magis purpuraſcit. Maximopere admirandum, in medio tot candidorum floſculorum, unicum duntaxat, & eum purpureum apparere, quaſi peculiare quid natura per hoc ſignificare velit. Hujus altera ſpecies priori omnibus partibus ſimilis reperitur, radicis colore ſolum ab eo differt, qui huic non luteus, ſed ſaturato rubore nigricat. Hanc caryotam vocant, creduntque à Germanica voce, gar root/ nomen accepiſſe. Errant, à Græcis vocem hanc mutuati ſunt Romani. Et hæ duæ pro ſativis habentur. Sylveſtris tenui folio, paſtinacæ folia tenuiter ac varie diſſecta ſunt, veluti ſativarum, ſed albidiora & paulo hirſutiora. Niſi quod aliquando magnitudine pari, aliquando minore ſint. Caules ſimiliter hirſuti & aſperiuſculi, floſculi in latis rotundiſque umbellis parvi, albidi, quorum medius ſaturato colore purpureus eſt, nonnunquam ſubniger, croceus non raro. Semen aſperum & hirſutum, quo ad maturitatem perveniente, umbella contrahitur: Radix albida, tenuis, ſimplex; mediocris magnitudinis. Fallitur vir magnus cum erraticam paſtinacam dictam putat, quod capillamenta, & fibras plures à radice emittat, ut erraticum intybum. Capillamentis & fibris caret hæc paſtinaca; nec ſerpendo, ſed ſemine propagatur. Erratica dicitur, quod paſſim, & ubique ferè reperiatur. Atque hæc tria ſunt paſtinacæ, ſive dauci Theophraſti genera, luteum, nigrum, & ſylveſtre, quo in ſumma famis neceſſitate, exercitus Imperatoris Julii Cæſaris in lacte decocto vitam ſuſtentare coactus fuit. Niſi placuerit, domito ac minus ſylveſtri milites uſos fuiſſe. quod non ſit ſatis probabile. Non ſolum hoc ſylveſtre Daucum dictum eſt à Diphilo philtron, ſed domeſticum etiam. Atheneus lib. IX. Σταφυλῖνος ἄγριος δριμύς ἐστι, φησὶν ὁ Δίφιλος, ἱκανῶς δὲ θρεπτικὸς, καὶ εὐστόμαχος μέσως, διαχωρητικός τε καὶ πνευματώδης, δύσπεπτος, οὐρητικὸς ἱκανῶς, διεγερτικὸς πρὸς ἀφροδίσια, διὸ καὶ ὑπ' ἐνίων φίλτρον καλεῖται. *Paſtinacam Diphilus tradit eſſe acrem, ſatis alere, mediocriter juvare ſtomachum, alvum pellere, inflare, ægre coqui, ciere lotium, ſatis ad Venerem ſtimulare, ideoque à nonnullis philtron vocari.* Ad hæc dicta, ſylveſtris uſum efficaciorem eſſe, fatendum eſt. De

ſativo

sativo tamen loqui Diphilum, fit verisimile. Hactenus de pastinaca sive dauco veterum. Recentiores pastinacam in sativam & sylvestrem dividere solent; & utramque subdividunt in latifoliam & tenuifoliam. Tenuifolia cum veterum σταφυλίνου descriptione convenit, latifolia vero neutiquam, sed elaphoboscum Dioscoridis esse botanicis videtur. Ἐλαφόβοσκον, sive uti apud Hesychium legitur, ἐλαφόβοσκος, cervi pabulum significat, quod hanc plantam cervæ monstraverint. Dioscorides lib. III. cap. LXXX. Ταύτην φασὶ τὴν πόαν τὰς ἐλάφους νεμηθείσας, ἀντέχειν τοῖς τῶν ἑρπετῶν δήγμασι. *Cæterum hujus herbæ pabulo, cervas ajunt serpentium morsibus resistere.* Idem Plinius lib. & cap. XXII. *Quippe fama est hoc pabulo cervos resistere serpentibus.* Intellige lector serpentum morsibus. Describitur his verbis à Dioscoride. Ἐλαφόβοσκον καυλός ἐστι λιβανωτίδι ἢ μαράθρῳ ἐμφερὴς, γεγονιωμένος. φύλλα διδάκτυλα, τὸ πλάτος, ἱκανῶς ἐπιμήκη, ὡς τερμίνθου, περικεκλασμένα, τραχέα πως. ἔχει δὲ παραφυάδας ἱκανὰς ὁ καυλὸς, σκιάδια ἐχούσας ὅμοια ἀνήθῳ, ἄνθη ὑπομήλινα, καὶ τὸ σπέρμα ἀνήθῳ ἐμφερές. ῥίζα ὡς τετραδάκτυλος τὸ μῆκος, πάχος (Mathiol. codex παχὺς δὲ τὸ πλατὺς) δακτύλου, λευκὴ, (Al. ὑπόλευκος, ἰνώδης) γλυκεῖα, ἐδώδιμος, ὁ δὲ καυλὸς δὲ λαχανεύεται ἁπαλοφυὴς ὤν. *Elaphoboscum caulis est, libanotidi, aut fœniculo similis, geniculatus: folia duûm digitorum latitudine, prælonga ceu terebinthi, circumfracta, & quodammodo aspera. Habet verò caulis ipse agnatos ramulos multos, qui quidem umbellas gerunt anethi similes, flores subluteos, & semen itidem anethi: radix ferè ad ternam digitorum longitudinem, & unius crassitudinem accedit, candida, dulcis, & esculenta. Sed & caulis recens, tenellus, olerum modo in cibos reciditur.* Plinius loco citato. *Elaphoboscon ferulaceum est, geniculatum, digiti crassitudine, semine corymbis dependentibus simili effigie, sed non amaris, foliis olusatri, & hoc laudatissimum in cibis.* Descriptio hæc manca & mutila Botanicis videtur; cum nec flores, nec radices describat Plinius; digiti etiam crassitudo videtur potius cauli, quam radici, de qua nihil dicit, tributa. Pulchrius sane, ac nitidius elaphoboscus à Dioscoride delineatus. Quare ejus descriptionem, ut in aliis infinitis, præferemus. Elaphobosci genera duo describunt veteres, quorum unum sativum, vulgo pastinaca sativa latifolia, dictum; alterum sylvestre, quod pastinacæ sylvestris nomen audit; ac à nonnullis baucia; ab aliis branca leonina vocatur, quod ursinæ brancæ, quoad radices, caules, folia, semen, & saporem, denique per omnia sit similis. Atque hanc quidem inter utramque ponunt differentiam; quod pastinaca in hortis plantetur, veluti raphanus & rapum, quod brancæ ursinæ non contingit, ut quæ sponte sua proveniat; deinde flos pastinacæ luteus est, instar anethi, ursina branca candidum illum profert. Ad hæc folia pastinacæ non sunt adeo acuta, nec perinde nigricant, uti brancæ ursinæ: Cæterum si odorem, si saporem, si formam denique striati caulis, latissimi seminis; prolixæ radicis, & incisorum foliorum spectes, nihil non affine in utraque herba reperietur. Monendus lector, præstantissimos hos botanicos pro branca ursina agnoscere spondylium vulgare acutum, De quo alibi, meliori occasione. Bauciam, ut dixi, pastinacam hanc sylvestrem vocarunt: cum baucia Jacobo Manlio, in luminari majore, sit pastinaca Dioscoridis & reliquorum veterum, tenuifolia videlicet dicta. Et hæc de sylvestri Batavis nota, quippe quæ non raro in incultis occurrat, Pastinacam latifoliam elaphoboscum esse, doctissimorum est opinio. Folia enim fert ampla, ex multis ad unam costam cohærentibus collecta, fraxini similia, sive ut Dioscorides ait, terebinthi; quorum singularia oblonga, digitos duos lata & ambitu serræ modo incisa, sive, ut Dioscorides, περικεκλασμένα, hoc est *ambitu perfracta.* Caulis rectus, striatus, ad hominis altitudinem quandoque attollitur, multis ramulosis adnascentiis præditus, hoc est, quod Dioscorides παραφυάδας ἔχει. In quibus umbellæ, flosculis luteis donatæ, quibus succedit semen planum, rotundumque, majus quam anethi. Radix candida, oblonga, dulcis, esui apta. Contra quidam botanici non indocti, hanc elaphoboscum esse negant, sed sisarum esse asserunt, & quod vulgo sisarum & siser Plinius elaphoboscum vocant. Utra verior sententia, ex descriptione veterum facile percipiet lector. Nos ea quæ tradiderunt examinabimus. Σίσαρον Græcis dicitur, quod singulæ radices colli ac summi pectoris ornamenta, quæ ex auro, argento, gemmisque quondam fiebant, mentiretur. Hesychius Σισάριον, κοσμάριον χρυσοῦν γυναικεῖον ὡς ἀλυσίδιον. Malunt alii & rectius, nomen accepisse à sio vel sione. *Nostrate*, inquiunt, *sisarum, retinet conspicua vestigia appellationis, & similitudinem sionis, alioquin ex descriptione antiquorum quibus notissimum fuerat, non satis notum, nisi hac nomenclatura & radicum conjectura.* Dioscorides lib. II. cap. CXXXIX. Σίσαρον γνώριμον ὂν ἡ ῥίζα ἑφθὴ, εὔστομος, εὐστόμαχος, οὐρητικὴ, ὀρέξεως κινητική. *Siser vulgo cognitum, cujus radix elixa, ori grata est, & stomacho utilis, urinam ciet & appetentiam invitat.* Plinius lib. XIX. cap. V. *Inter medica dicendum siser, & ipsum Tiberius princeps nobilitavit, flagitans omnibus annis à Germania. Gelduba appellatur castellum* (hodie *gelb.* pagus, juxta arcem Limen Archiepiscopi Coloniensis) *Rheno impositum, ubi generositas præcipua, ex quo apparet frigidis locis convenire. Inest longitudine nervus, qui decoctis extrahitur: amaritudinis tamen magna parte relicta; quæ mulso in cibis temperata, etiam in gratiam vertitur, nervus item & pastinacæ majori duntaxat anniculæ. Siseris satus mensibus Februario, Martio, Aprili, Augusto, Septembri Octobri —— Et hæc autem seritur, & siser & pastinaca utroque tempore, vere & autumno, magnis seminum intervallis, nullave minus quam ternorum pedum, quoniam spatiose fruticat, siser autem transferre melius.* Columella. lib. XI. de re rust. cap. III. *Pastinaca, & siser, atque inula convalescunt altè pastinato, & stercorato loco, sed quam rarissime ponenda sunt, ut majora capiant incrementa; Inulam vero intervallo trium pedum seri convenit, quoniam vastos facit frutices, & radicibus, ut oculus harundinis, serpit: Nec est alius cultus horum omnium, nisi ut sarritionibus herbæ tollantur.* Siser & sativum & hortense fuisse ex Plinio discimus, qui lib. XX. cap. V. *Siser erraticum sativo simile est, & effectu stomachum excitat, fastidium absterget.* Quam vulgo pastinacam latifoliam vocamus, (ut dixi) negant elaphoboscum. sed siser esse astruunt; contra quod sisarum vocant, elaphoboscum esse statuunt. Nec invalidis utuntur rationibus. Sed primum examinabimus, puta an siser vulgare, sit veterum siser. Plurimorum & præstantissimorum botanicorum ea hæc est opinio. Contrarium tamen probatur, quod nulla in sisaro percipiatur amaritudo, sed dulcedo. Unde Belgis **Suyckerwortel**/ id est saccharina vocatur radix. Responderi solet; hoc evenire ob cœli, solique diversitatem. *Me*, inquit Mathiolus, *non latet, cæpam quæ sua natura acris est, in Cajetano tamen agro, ubi plurimum provenit, nulla prorsus acredine præditam esse.* Ad hoc respondet nobiliss. Columna. Sisaron hactenus nusquam inventum esse amarum. Alibi enim vel Latino, vel Germanico agro amarum sit oportet. Omni præterea caret adstrictione: Galenus lib. IV. simpl. Σισάρου ἡ ῥίζα ἑφθεῖσα, εὐστόμαχός τέ ἐστι καὶ οὐρητικὴ, θερμαίνουσα κατὰ τὴν δευτέραν τάξιν, ἔχουσα δέ τι καὶ πικρότητος καὶ τι στύψεως βραχείας. *Sisari radix cocta, stomacho grata est, & urinam movet, secundo ordine excalfaciens, adjectam habens amaritiem quandam cum levicula adstrictione.* Non fit credibile, has facultates deposuisse, hæc omnia amisisse sisarum vulgare ac moderatè humidam & calidam, sine ulla adstrictione & amaritudine assumpsisse. Pastinacam vulgarem, antiquorum sisarum quidam esse volunt; negant hoc alii, quod nulla in hac percipiatur amaritudo, sed aromaticus sapor. Pace horum dicere liceat, incruda percipi amaritudinem quæ coctura deponitur grata dulcisque evadit & est. Alterum argumentum quod ex semine pastinaca optime proveniat, è radice verò siser; Respondeo, quod Romanos latuerit serendi ille modus, & propterea non sequi, non esse sisaron; Multa invenere recentiores, quæ ignorarunt veteres: inde non sequitur, non esse rem quam illi ignorant: sed aliter etiam huic objectioni occurri potest. Satione optima provenit pastinaca, quod fatemur, sed postquam exierit, ut major efficiatur radix, solent olitores hanc transferre, alte prius refosso, atque stercorato agro, rariusque quam cetera deponere olera. Hæc quæ dixi, ipse probat Plinius lib. XVIII. cap. V. Ad cujus verba non attendit Doctiss. enarrator Dioscoridis. Qua de causa altius ordiar. *Siseris satus mensibus Februario, Martio, Aprili, Augusto, Septembri, Octobri, brevior his est, sed torosior,*

torosior, amariorque, inula, per se stomacho inimicissima; eadem dulcibus mista saluberrima. Pluribus modis austeritate victa, gratiam invenit. Namque & in pollinem tunditur arida, liquidoque dulci temperatur: & decocta posca, aut asservata, vel macerata pluribus modis, & tunc mista defruto, aut subacta melle, uvisque passis aut pinguibus cariotis. Alio rursus modo cotoneis malis, vel sorbis, aut prunis, aliquando pipere aut thymo variata: defectus præcipuè stomachi excitat; illustrata maximè Iuliæ Augustæ quotidiano cibo. Supervacuum ejus semen quoniam oculis ex radice excisis, ut harundo seritur. (Hactenus dicta ad inulam pertinent, posteriora vir magnus sisaro adscripsit) *Et hæc autem seritur, & siser, & pastinaca utroque tempore, vere & autumno magnis seminum intervallis, nullave minus quam ternorum pedum, quoniam spaciosè fruticat. siser autem tranferre melius.* Eundem cultum observat & hodie olitor. Prius semine pastinacam, ut cętera olera, serit; deinde opportuno tempore, prius altero solo refosso ac stercorato, ut melius convalescat, atque grandior fiat, transfert. Tertium argumentum, quo hanc destruere conantur sententiam, nullius valoris est. Pastinaca, inquiunt, latifolia, ad venerea non convenit, uti vulgare siser, quod in Suecia mulieribus notum, quæ, ut Heroldus scribit, præparant maritis, atque usum ejus norunt. Sed vulgatam pastinacam ad venereos usus conferre, norunt & Batavicæ mulieres, & sapor ipse odorque plantę hoc docet. Nunc an vulgaris pastinaca cum elaphobosci satis conveniat descriptione inquirendum. Hoc negant docti quidam botanici, his argumentis moti, quod radix pastinacæ amari quid habeat, nec dulcis sit. Sed respondent coctura deponere amarorem, & de cruda non agere Dioscoridem, quod ad veritatem magis accedere videtur. Vel responderi potest, Dioscoridem ad superantem attendisse saporem; maxime cum sciret coctura amarorem deponi, quæ minus in hac radice percipitur. Cocta enim radix pastinacæ Majoris, & dulcis & aromatica est, orique grata; Quod extra omnem est controversiam. Addunt tamen alterum argumentum, quod digitorum trium longitudinem multum excedit pastinaca. Sed hoc loci ratione facile fieri potest, præterquam, quod non soleat ad radicum longitudinem adeo exactè attendere Dioscorides. Pœoniæ maris, palmarem inquit, cum sit major multo, Aristolochiæ, & pastinacę, Dodrantales ait, cum dodrantem longè superent. Idem crassitudine digitali symphyti dicit radicem, cum crassiorem esse, ipsa docet autopsia. Hæc itaque solo cœloque debentur. Quartum addunt argumentum, quod semen ferat foliaceum, duplex, compressum, angelici vulgo dicti semini simile. Sed semen magis magnitudine quam forma ab anetho differt. Nunc an vulgare sisarum elaphoboscum sit, examinandum est. Quod nobis non videtur; Flosculos enim fert albos sisarum, luteos vero elaphoboscum: Folia sisari levia sunt, non ut elaphobosci aspera: sed respondetur, folia ferre laverii aut pastinacę vulgari similia, sed terna, ex opposito petiolo hærentia, atque unicum in extremo, ut in terebintho, per ambitum serrata, dentibus acutis, tactu asperis, latis ac duobus digitis longis. Quare verbum illud τραχέα, non ad foliorum superficiem, sed circumferentiam refertur, atque non hirsuta, sed aspera interpretandum est hoc loco, sicuti ejusdem Dioscoridis est exemplum in capite de helleboro nigro, ubi folia aspera esse dixit, per verbum τραχέα, quod nec eo loco hirsuta interpretari potest. Nulla enim nigri quidem Hellebori folia hirsuta esse scimus, sed serraturis acutis circum aspera: Preterea Dioscorides folia hirsuta per verbum δασέα describit. Non disputabo, an τραχὺς hirsutus exponi debeat, aut possit; sed respondebo nullam asperitatem in foliis sisari reperiri. Nam τὸ τραχὺ de incisuris intelligere, quæ nec asperæ, inauditum est; nec usquam Dioscorides eo significatu hoc verbo usus est. Semper τὸ τραχὺ φύλλον, asperum folium de superficie, totoque intelligitur folio. Aliud addam argumentum sisarum radicem ferre multiplicem, id est in plures instar asphodeli & pœoniæ divisam, cum Dioscorides unicam dicat elaphabosci digitali crassitie. Ad quod respondent hoc casu evenisse. Nam hæc planta, & si multiplici sit radice, non semper multas habet radides, cum semine difficulter exeat, atque radice seratur. Ergo una ex illis avulsa, reliquæ omnes sunt cognitæ; Quare non erit absurdum dicere, Dioscoridem plantam sibi allatam unica radice vidisse, vel potius relatori fidem adhibuisse, qui radicem tribus digitis longam, & digito crassam esse affirmavit; nihil distinguendo de multiplicitate. Et sic Dioscorides ignarus forsan multitudinis, hujus descripsit plantæ radicem, putans sufficere, si radicem describeret, quæ sit unius digiti crassitudine, & trium longitudine. Neutrum credibile. Dioscoridem unicâ radice plantam hanc describere; à veritate abhorret; idque quod folia, caules, flores, semina describat, sed talis sisari planta pluribus donata est radicibus. Nemo unquam sisari florentem vidit plantam, una ac simplici radice constantem. Ex relatione non descripsisse elaphoboscum, ex eo patet, quod plantas minus cognitas huic comparet, uti phy, vide cap. VII. hujus libri. Non solet ignotum per minus cognitum describere Dioscorides, sed incognitum, per vulgare ac familiare. Aliud addo argumentum, elaphobosci radix calida & sicca est. Galenus lib. VI. simpl. Ἐλαφόβοσκος θερμῆς, ἐκ λεπτομερῆς ἐστι δυνάμεως, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ξηραντικῆς κατὰ τὴν δευτέραν που μάλιστα ἀποστάσιν. *Elaphoboscus facultatis est excalfactoriæ, & tenuium partium, & proinde exsiccatoriæ, secundo maximè excessuum ordine.* Ex his colligere lector poterit, probabiliorem esse eorum sententiam, qui pastinacam latifoliam elaphoboscum statuunt, quam eorum qui sisarum vulgare esse asserunt. De sisaro veterum certi quid statuere vix poterit quod paucas de eo notas reliquerint antiqui, ex quibus tamen vulgare sisaron non esse veterum, facile probatu vidimus. Nec ex paucis, quas habemus, auderem dicere, pastinacam latifoliam sisarum esse. Nam plura eo modo coluntur, & plura sunt quæ radicem nonnihil amaram, attamen edulem habent. Cichorium Belgæ cum oleo & aceto comedunt libenter, orique est gratum, amarum tamen. nec dictam spernit culturam.

Plantam, quam seseli vocant, Plinio si credimus, invenerunt cervæ. Hic lib. XXV. cap. VIII. *Simplicius cervæ monstravere elaphoboscon, de qua diximus, item seseli, enixæ à partu: Dictamnum ostendere (ut indicavimus) vulneratæ, pastæ statim decidentibus telis.* Verbum *enixæ* non reperiri in antiquissimo codice, scribit Doctiss. Pintianus: sanè superfluum est. Nam quæ enixæ sunt, à partu sunt, & quæ à partu sunt, enixæ dicuntur. Corrigit maximi nominis auctor; *Item Helxinen à partu. Nam inquit primæ editionis Pliniana & scripta ejus exemplaria legunt.* Item helxinen à partu. (Doctiss. Dalechampius *Helsine* scribi auctor est. *Falsum*, ait idem *seseli cervas ostendisse à partu, aut enixas: etenim ante partum, ut facilius eo defungerentur, id expetebant.* Plinius lib. XX. cap. V. De seseli. Sunt & folia utilia, ut quæ partus adjuvent etiam quadrupedum. Hoc maxime pasci dicuntur cervæ pariturae. *Ergo cervæ pariture seseli ostendêre, & ante partum, non enixæ, nec à partu. Et ratio in promtu, quare cervæ pariture gramen illud consectentur: Quippe quod facere ad partus quadrupedum solvendos, etiam Dioscorides observat, his verbis de seseli Massilitano δίδοται ἐκ αἰξὶ καὶ τοῖς λοιποῖς κτήνεσι πρὸς εὐτοκίαν ποτόν. Cæterum ad partum adjuvandum capris cæterisque pecudibus datur in potu.* Idem Plinius lib. VIII. cap. XXXII. De cervis. *Fœminæ autem ante partum purgantur herba quadam, quæ seselis dicitur, faciliore ita utentes utero. A partu duas habent herbas, quæ aros & seselis appellantur, pastæ redeunt ad fœtum.* Multa hic animadversione digna & emendatione: seselim & à partu & ante partum cervas pasci, non fit mihi verisimile, & verba Plinii satis clarè ostendunt diversam esse herbam, quam post partum pascuntur cervæ, ab ea qua ante partum purgantur; Seseli esse qua purgantur ante partum vix dubium est, ex his quæ supra attulimus. Alia igitur herba est, quam seseli, qua post partum pascuntur. Helxinem eam appellat. lib. XXV. ut habent libri scripti. Iidem libri hoc loco sic scribunt. A partu duas, quæ tamo & silelicis appellantur, pastæ redeunt ad foetum. Illis imbui lactisprimos volunt succos quacunque de causa. Carent enim illis verbis, herbas habent. *Puto scribendum.* à partu duos, quæ tamos, & sideritis appellantur, pastæ redeunt ad foetum. *Libri quidam sifelicis, alii sifelitis* scribunt: *unde faciendum judico sideritis. de seseli certum est, ex Plinii sententia locum heic habere non posse.*

Multa

Multæ sunt species sideritidis, at helxine etiam sideritis appellabatur. Dioscorides ἑλξίνην. οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ σιδηρῖτιν, οἱ δὲ ἡράκλειαν καλοῦσι, *ita Paulus Ægineta, Nicandri interpres, Apulejus, alii. Quam Plinius sideritim hic vocat, helxinem vocavit lib. xxv. Quare Helxinen aut sideritim expetant à partu cervæ, aut illa herba lactis primos imbui succos velint, ignota causa est; Ideo subjicit Plinius* quacunque de causa. *Scio apud Aristotelem scribi cervas enixas ad seseli currere* (locus est lib. ix. cap. v. hist. animal) *eoque pastas ad foetum redire.* ὅταν τέκῃ ἐσθίει τὸ χόριον πρῶτον, καὶ ἐπὶ τὴν σέσελιν τρέχουσα καὶ φαγοῦσα, οὕτως ἔρχονται πρὸς τὰ τέκνα. *Sed Aristotelem Plinius non sequitur, aut Aristotelis in hac voce codex mendosus, & fortasse scripserit* ἐπὶ τὴν ἑλξίνην δὲ τρέχουσι. *Constat vero hic Plinium alios auctores habere, quam Aristotelem. Etenim seseli à cervis parituris appeti disertè scripsit, non ab enixis, ut Aristoteles.* Hactenus vir doctrinæ incomparabilis. Hanc, licet doctissimam; cur non amplectar emendationem, his moveor rationibus; quod non videam, cur seseli & ante, & à partu utile non sit; Ante partum, ut promoveatur, ac facilior reddatur: post partum, ut quod in utero remansit expurgetur. Deinde quo nomine helxinen, sive parietariam depascerentur ignoro. Frigida enim & adstringens est planta Diosc. lib. iv. cap. lxxxvi. δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ψυκτικὴν, στυπτικὴν; *vim habent folia refrigeratoriam & adstringentem.* Puerperis vero calida & expurgantia uterum conveniunt. Non facile præterea quis persuadebit, Plinium locum citatum non exscripsisse ex Aristotele, cujus libri omnes legunt σέσελιν. Seseli nomen & ricinum habere supra diximus, nec repeto. Seseleos quatuor genera recenset Dioscorides Massiliense, Æthiopicum, Peloponnense, Creticum. Massiliense lib. iii. cap. lx. describit. Σέσελι τὸ μασσαλιωτικόν. φύλλα ἔχει ἐοικότα μαράθρῳ, παχύτερα δὲ, καὶ τὸν καυλὸν εὐερνέστερον ἔχει. ἔχει δὲ σκιάδιον ἀνήθῳ ὅμοιον, ἐφ' οὗ ὁ καρπὸς ἐπιμήκης, γεγωνιωμένος, (Lacuna in veteri codice scribit adde. τραχὺς, *asperum*; Serapio vero πλατὺς, καὶ παχὺς legisse videtur, hoc est *latum & crassum*) δριμὺς γευομένῳ ταχέως; ῥίζα μακρὰ; εὐώδης. *Seseli Massiliense folia habet foeniculi, at crassiora caulemque vegetiorem, umbellam anethi, in qua semen oblongum, angulosum; degustanti statim acre, radix longa est, & jucundi odoris.* Æthiopicum cap. vi. describit. Τὸ δὲ αἰθιοπικὸν λεγόμενον σέσελι, φύλλα μὲν ἔχει ὅμοια κισσῷ ἐλάσσονα δὲ καὶ ἐπιμήκη, ὥσπερ τὰ τοῦ περικλυμένου. θάμνος δὲ μέγας (vulgatus codex μέλας quam probat Plinius: Oribasius vero, & antiquus codex μέγας, quam probat lectionem catacur. codex, utramque experientia) ἐστι, κλήματα (vetus καυλοὺς) ὡς διπήχη ἔχων. ἐφ' οὗ κλάδοι σπιθαμιαῖοι, (σπιθαμιαῖος Oribas.) κεφάλια δὲ ὡς ἀνήθου. σπέρμα δὲ μέλαν, πυκνὸν (vet. πικρὸν, desiderabantur hæc in vulgatis exemplaribus, sed addit Doctiss. Saracenus ex codice antiquo Lacunæ, itemque ex Oribasio.) ὡς πυρὸς; δριμύτερον δὲ καὶ εὐωδέστερον τοῦ μασσαλιωτικοῦ, ἡδὺ ἰσχυρῶς. *Quod vero Æthiopicum seseli appellatur, folia habet hederæ, sed minora & oblonga ceu periclymeni. Frutex grandis est, palmitibus fere bicubitalibus, ramis dodrantalibus, & capitulis velut anethi, semine nigro, ac ceu tritici denso, verum acriore & odoratiore, quam sit Massiliense, ac valde suavi.* cap. lxii. Peloponnense describit, in nonnullis etiam antiquis capiti præcedenti conjunctum est. Τὸ δὲ ἐν πελοποννήσῳ γεννώμενον, φύλλα ἔχει κωνείῳ παραπλήσια, πλατύτερα δὲ (Lacuna in veteri τραχύτερα scribi auctor est) καὶ παχύτερα. καυλὸν μείζονα τοῦ μασσαλιωτικοῦ, ναρθηκώδη, ἐπ' ἄκρῳ δὲ τούτου σκιάδιον πλατύ. ἐν δὲ τούτῳ καρπὸς πλατύτερος (Anguillaza in codice quodam legit πυκνότερος, densius) καὶ εὐώδης καὶ σαρκωδέστερος. Δύναμιν δὲ τὴν αὐτὴν ἔχει. φύεται ἐν τόποις τραχέσι καὶ ἐφύγροις καὶ γεωλόφοις. φύεται δὲ καὶ ἐν Ἴδῃ (Marcellus & Ruellius videntur legisse νήσοις *insulis*) *Quod autem in Peloponneso nascitur, folia habet cicutæ, sed latiora & crassiora, caulem supra Massiliensis magnitudinem, ferulaceum, & latam in cacumine umbellam, in qua semen latius, odoratum & carnosius pendet. Iisdem præditum est viribus. Nascitur in asperis & uliginosis atque collibus. gignitur & in Ida.* Quartum genus tordilion vocatur, pro quo versus gratia apud Nicandrum scribitur, κατ' ὄρδιλον, Locus est in Theriaca Κίκαμά τ' ὄρδιλόν τε περιβρυὲς Cicamaque ordilumque virens. Scholiastes τὸ δὲ ὄρδιλον σπερμάτιόν τι λαχανῶδές ἐστι *semen est oleraceum.* Apud Æginetam lib. vii. Littera γ legitur γόργυλον, οἱ δὲ σέσελι. Τορδύλιο nomen impositum, quod semen ferat copiosum, circinatum, quasi toreumatis elaboratum, orbiculatum, compressum, geminisque valvulis conflatum, clypeoli speciem referens. Describitur à Dioscoride cap. 63. Τορδύλιον, ἔνιοι δὲ σέσελι κρητικὸν καλοῦσι, φύεται ἐν τῷ κατὰ Κιλικίαν Ἀμανῷ (aliter ἀχάνῳ perperam) Ἔστι δὲ βοτάνιον φρυγανῶδες, ἔχον σπερμάτιον περιφερὲς, διπλοῦν, ὅμοιον ἀσπιδίσκοις, (Aldus ἀσπίδι καὶ) ὑπόδριμυ, καὶ ἀρωματίζον.

Tordylion, seseli Creticum.



Tordylion, quod aliqui Creticum seseli vocant, in Amano Ciliciæ monte nascitur, herbula surculacea, exiguo semine eoque rotundo ac duplici, scutulorum effigie, subacri, & aroma olente. In veteri codice verba hæç fini hujusce capitis adscribi refert Goupylus. ἔχει δὲ κλάδια πολλὰ πρασονίζοντα, μηλίζοντα, πορφυρίζοντα, καὶ ἐπ' ἄκρῳ ὅμοια, στρογγυλοειδῆ ἔχοντα ἔσωθεν ὡς σπέρματα τὰ ἄνθη. alias ἔχοντα ὡς σπερμάτια τὰ ἄνθη. *Habet autem ramulos multos ad porraceum, luteum, & purpureum colorem vergentes, & in cacumine similes, qui rotundæ figuræ intrinsecus, semina veluti flores habent.* Hæc Cornarius ad notha relegavit, in contextum retulit Hermolaus, suspecta sunt (& merito) Marcello; idque quod neque in Oribasio neque Serapione reperiantur; tum quod eandem rem non soleat bis describere Dioscorides. De seseli generibus hæc Plinius libro xx. cap. v. *& quoniam plerosque similitudo nominum Græcorum confundit, contexemus & de sili: sed hoc est vulgaris notitiæ. Optimum Massiliense. Lato enim grano est & fulvo. Secundum Æthiopicum nigrius, Creticum odoratissimum omnium. Radix jucundi odoris est. Semen ejus esse & vultures dicuntur.* Corruptum codicem quorundam opinio. Corrigunt, *contexunt & de seseli, hoc est vulgatæ notitiæ. Ex seseli* vel *sesedi*, manavit vitium lectionis vulgatæ *sili*, sed haud scio, an vox sili rejicienda. Nam apud Festum legere est; *Silatum antiqui dicebant, quod nunc jentaculum dicimus, eo quod tum jejuni, vinum sili herba conditum, absorbebant. Nigrius Æthiopicum*, inquit. Probat ergo vulgatam Dioscoridis lectionem. *Creticum odoratissimum omnium. Radix, &c.* Quod Dioscorides de Massiliensi, hoc Plinius de Cretico, cujus radix non est jucundi odoris. Idem Plin. lib. xx. cap. xxii. *Adjicitur tordylion, est autem id semen ex seseli.* Hoc falsum est. Dioscorides seseli Creticum sic vocari scribit, quod Ægineta & alii asserunt. Et hæc de seseleos generibus veteres. Affirmavit Lucas Chinus, excellens rerum simplicium censor, circa viginti plantas descriptioni

seseleos Massiliensis convenientes, se novisse. Adversariorum auctores duas plantas seseli Massiliensis nomine ostendunt, quarum prior seseli Massiliense nuperorum, folio ferulæ vocatur; altera folio foeniculi crassiore, putaturque esse Dioscoridis. Foliis surgit ferulæ, aut dauci Cretici facie, majoribus, latioribus, crassioribus, latiusque sparsis fœniculi, caulis bicubitalis & procerior, semen in umbellis mei, compressum, anethi carnosius, gustu seseli Æthiopici; aut Peloponnensis, valde aromaticum. Alterum seseli planta est subcandida, ramosa, palmaris, aliquando sesquipalmaris, quæ ex radice alba, fœniculi effigie, longissima digitali etiam crassitie, nonnunquam satis aromatica ac fœniculi odoratior & calidior alte humi depacta, evulsu difficilis; caulem emittit sesquicubitalem: ferulaceum, striatum, prædurum, rigidum, qui mox in alios reflexos & rigidos variatur. Foliis est paucis, cinereis, firmis, exilibus, minutim incisis, crassioribus quam fœniculi, umbellas habet copiosas, albas, rarius purpurascentes, cujus flores singuli quinis foliolis componuntur albi anethi non dissimiles. Succedit his semen oblongum, apii forma, acre, odoratum & calidum. In Massiliensi agro, Narbonensi & Monspeliensi reperitur. Variat genus hoc in foliorum crassitie, tenuitate, longitudine, brevitate, & divisura. Alii siler montanum officinarum, Massiliense seseli existimant. Quorum opinionem minus probo, quod folia fœniculo non sunt satis similia, semenque non sit angulosum, tum quod sit majoris acredinis, & efficacitatis quam ullum seseli, eoque menstruis ciendis perquam commendatum. Folia edit ampla & in multas partes dissecta, quorum segmenta latiora multo sunt quam peucedani, atque semper terna ab uno pediculo cohærent, instar foliorum trifolii, aut meliloti, ipsis tamen angustiora ac molliora, nonnihil, si confricentur, odorata. Caulis tenuis, geniculatus, duorum subinde cubitorum, crassior ac procerior est quam anethi, umbellæ prægrandes, ut angelicæ flosculi candidi, semen oblongum, foliaceum ut fœniculi, sed longius & crassius, majus etiam quam cumini, sed acrius, alioquin ipsum non modo colore, sed & sapore quodammodo referens, quod gustu etiam saccharo conditum acrius quam Æthiopicum est, tanto magis quam Massiliense, cui acrimonia præfert Dioscorides Æthiopicum. Radix albida, odorata, in altum descendit, in officinis nonnullis semen hujus pro seselios venditur, quanquam & prioris etiam reperiatur. Æthiopicum, aliud herba, aliud frutex est. De Herba supra capite de libanotide egi. Frutex quod Dioscorides lignosis fruticat cauliculis, rectis, rigidis, odoratis subnigricantibus, rarò subrubentibus, bicubitalibus aut tricubitalibus alas profert cubitales, folia oblonga, lævia, mediocriter lata, dilutè & ex albido virentia, longiora quam hederæ, ad periclymeni Germanici accedentia, umbellæ luteis cinguntur flosculis. Semen succedit quam fœniculi majus, fuscum, oblongum, copiosum, gustanti præbens saporem aromaticum, acrem, subamarum, & medicatum, odorem spirans gratum suavemque, quo tota stirps donata est, à summo ad imam usque radicem: quæ longa, lignosa, restibilis, uti totus frutex. Pro seseli Peloponnensi doctissimi nonnulli botanici exhibent stirpem, à celeberrimo Clusio Thapsiæ nomine descriptam. Ferulacea stirps est, caule cubito altiore, quandoque bicubitali, digiti crassitudine, nodoso, intus cavo, ac fungoso, foliis magnis, amplis, varie dissectis, subhirsutis umbellis grandibus, latis: flore luteo, semine lato, oblongo, plano: radice crassa, longa, exterius nigricante, interius albida, lacteo succo turgente, qui gustu amarus ac acris, nauseam excitet & non raro vomitionem. Posteriora satis ostendunt non esse seseleos genus. Nullum enim lacteo turget succo, nullum vomitiones movet, nullius radix amara, sed omnium odore commendabilis semen reliquis non satis simile. Aliam quandam plantam alii ostendunt ferulaceam, quam nego legitimum seseli Peloponnense esse, quod fœdo sit odore, ac cicutæ simili molesta. Peloponnense legitimum me hactenns non vidisse fateor. Seseli Creticum est aut majus, aut minus, ut vulgo dicitur. Bellonius lib. I. καυκαλήθραν hodie appellari dicit in Græcia, & inter olera comedi, nomine, ut videri queat, ἀπὸ τῆς καυκαλίδος detorto, caucalin verò καφκάλυτραν, teste Honorio Bello vocant. Minus humilis herba est, tenui cauliculo, hirsuto, rigido, aspero dodrantali aut altiore: foliis cerefolii rotundioribus dissectis, ambitu crenatis, floribus in umbellis albidis, purpureis semine lato, rotundo, duplici ambitu, veluti limbum habente, clypeoli speciem referente, aut, ut Dioscorides ἀσπιδίσκοις, id est *exiguis scutis* simili, odorato ac nonnihil acri. Majus fruticosius multo, longioribusque foliis, & bicubitalibus caulibus, in pratis Latrensibus, Monspeliaci agri, & in hortis Belgii occurrit. Nonnulli meum seseli Creticum esse crediderunt. Horum error ex eo deprehenditur, quod semen mei, non sit rotundum, nec duplici scutorum effigie, sed angulosum est, cumino majus & cum acrimonia amaricans. Errandi occasionem præbuit Plinius lib. XX. cap. XXIII. *Meum, inquit, in Italia non nisi à medicis seritur, & iis admodum paucis. duo genera ejus. nobilius Athamanticum vocant, illi tanquam ab Athamante inventum, hi quoniam laudatissimum in Athamante reperiatur, foliis aniso simile, & caule aliquando bicubitali, radicibus multis, & obnigris quibusdam altissimis, minus ruffum quam illud alterum.* Falsum est in Italia hodie non nisi à medicis paucis seri meum. Plinii ævo, eadem in regione, peregrinum fuisse non nego, penes auctorem tamen fides esto. Duo, inquit, esse genera, nec quæ sint nominat, unius meminere Græci, sed duabus in regionibus nasci, Hispania & Macedonia; hinc duo Plinius genera finxit. In Athamante præstantissimum, inquit. Athamas Phthiotidis Thessaliæ mons est. Scribe pro aniso, anetho, vel dic Plinium nunquam meum vidisse. Dioscorides lib. I. cap. III. μῆον τὸ καλούμενον (vox hæc in melioribus non reperitur codicibus) ἀθαμαντικὸν γεννᾶται πλεῖστον ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ Ἰσπανίᾳ, ὅμοιον καυλῷ καὶ τοῖς φύλλοις ἀνήθῳ· παχύτερον δὲ τοῦ ἀνήθου. διπηχύ που ἀναβαῖνον (vetus addit, καὶ πολλάκις) ταῖς ῥίζαις ὑπεσπαρμένον λεπταῖς, πλαγίαις (πλαγίαις Aldinus. & cod. Palatinus) καὶ ἰθείαις μακραῖς, εὐώδεσι· θερμαινούσαις τὴν γλῶτταν. *Meum quod Athamanticum denominatur, plurimum in Macedonia & Hispania nascitur, caule, foliisque anetho simile, sed in eo ipso crassius; ad duos aliquando cubitos assurgens, sparsis*

Meum Cam.



ima parte radicibus tenuibus, partim obliquis, partim etiam rectis, longis odoratis & linguam excalfacientibus. Mei quam exhibeo (ut nonnulli) iconem, vel non satis fideliter pictor expressit radicem. Vel id faciunt ut ostendant non esse legitimum: radices enim fert dodrantales, in plures partes in obliquum, & altum divarica-

ricatas, foris nigricantes, interius candidiores, acri sapore linguam vellicant, odore sunt cum suavitate gravi. Negant nonnulli botanici legitimum meum esse. His freti argumentis, quod capillamenti densissimi non meminerit Dioscorides, quod nullam dulcedinis faciat mentionem; quod candoris apud eundem non fiat sermo, quod non videantur in rectum obliquumque spargi radices. Addunt ferè simplices & non multiplices esse, caulem præterea ad bicubitalem altitudinem non posse surgere inquiunt, quia frustum extremi caulis in medio capillitii latens, tenuius sit quam cui tanta competat altitudo. Caulis præterea anetho non est similis. Cavus enim, non solidus est. Folia & caulis anetho non sunt crassiora; & his quidam contenti argumentis. Alii addunt radices vegetiores & crassiores longe esse quam genuina expetat historia, tenues enim longasve radices meo reddidit Dioscorides, easdem odoratas dixit, cum vulgatæ graviter potius, quam suaviter oleant. eædem mansæ parum acrimoniæ resipiunt, cum Galenus tertio ordine excalfacere memoriæ prodiderit. Ad singula respondebo argumenta. Ad primum. Dioscoridis & antiquissimorum esse morem necessaria tantum describere, illud vero non esse necessarium, siquidem in plurimis radicibus bulbisque reperiuntur capillamenta densissima. Legant Dioscoridem à capite ad calcem, si modo examinent radices, rem ita habere comperient. Cyperus, asarum, plurima habent capillamenta. Ea tamen reticet Dioscorides. Ad alterum dico argumentum. Dulcedinem nullam in mei percipi radice, initio insipidum præbet saporem, mox amaricantem, demum acrem, qui linguam vellicat cum diu in ore retinetur. alibi dixi, rationem etiam addidi, quod primo statim gustu non semper sese offerat acrimonia, sed cum aliquandiu manducata sit planta. Sed dato, non tamen concesso, dulcedinem quandam præbere, an inde sequetur non esse meum? Anisi semen dulce esse nemo inficias ibit. De dulcedine tamen nihil legere est apud Dioscoridem. Idem de caro, ammi, rosmarino coronario, eryngio, aliisque infinitis dicam. Nemo tamen inde conclusit, non esse plantas à Græcis delineatas Nostro certe palato dulcedo, quæ in meo reperitur, non arridet. Ad tertium dico infinitas à Dioscoride describi radices quarum non addit colorem. Pastinacæ, barbæ hirci, oenanthis delineat radices: de harum tamen colore ne verbum quidem reperitur apud Dioscoridem, cum tamen excellat; Meique radicis candor non tantus sit, ut ejus meminisse deberet Dioscorides: ut pote ex quo nigricans potius quam candicans dici mereatur. Quintum argumentum autopsia solvit, simplex mei non reperitur radix, sed multiplex, uti botanici celeberrimi Dodonæus, Lobelius, Pena, Clusius, Mathiolus, Cordus testantur. Nihil quoque obest, quo minus caulis (quod non semel observavi) ad bicubitalem altitudinem attolli possit: Coma enim non admodum gravis. Quare licet caulis in medio tenuior sit, levem tamen umbellam ferre potest. Caulis anetho est similis. Quia geniculatus ac teres, qualis anethi. Cavus solidusve an sit, nihil facit ad rem, nec requirit hoc Dioscorides: satis est forma exteriori conveniat. Vox παχύτερον non reperitur apud Oribasium. Quare spuria putatur à viris doctis & à sciolo è margine in textum receptum; Addo radices pro cœli solique ratione tenuiores crassioresque, esse nec sunt vegetiores quam Dioscorid. requirit. Ad cujus verba paulo accuratius si attendissent, hæc non scripsissent. Ὑπεσταλμένον, inquit. Non requirit tenuitatem in radicis parte superiore, sed inferiore. Docet experientia, infima in parte ubi oblique partim, & recte sparguntur, esse tenues & longas; contra crassiores & vegetiores in superiore, ex qua caulis. Tenues has & obliquas descripsit Dioscorides, quod præstantissimæ ac in usum medicum plus quam crassiores essent receptæ. Necesse id quoque est; cum gravitate quadam odoratæ sint; quod ex verbis quæ ad finem capitis reperiuntur, probatur. Ἔτι δὲ καὶ κεφαλαλγὲς πλεῖον ἢ δεῖ πινόμενον. *quod si meum largius quam oportet ebibatur, capitis dolorem conciliat.* Idem scribit Galenus. At verò non aliunde fit, quam quod suaves sint cum gravitate quadam; quales docet olfactus, esse mei radices. Ad ultimum jam responsum; acres satis sunt mei radices. Illud tantum addam, in viridibus acrimoniam hanc non æque, ac in exsiccatis reperiri.

Καὶ ἡ ἡράκλεια ἡρακλείας nomen pluribus inditum plantis. Origano, nymphææ, panaci, sideritidi, aliisque plurimis, inter quas lithospermum. Dioscorides lib. III. cap. CLVIII. Λιθόσπερμον, οἱ δὲ αἰγόνυχον, οἱ δὲ ἐξόνυχον, οἱ δὲ ἡράκλειον, διὰ τὴν περὶ τὸ σπέρμα ἰσχύν, ὅθεν καὶ λιθόσπερμον ὠνόμασαι. *Lithospermon quod nonnulli ægonychon, alii exonychon, alii heracleam vocant, propter seminis duritiem, à qua & lithospermi nomen accepit.* Utrumque itaque nomen à semine habet, à lapidea nempe seminis duritie. Semen enim tanquam calculū fert, duritia lapidea, candore & rotunditate margaritarum, unde belgis **Peerle kruyt** vocatur; frustra itaque quidam quod calculos frangat nomen accepisse autumant. Non tamen illa pollere virtute nego. Arabes milium soler vocant, quod uti Serapio scribit, ex auctoritate Aben Juliel, nascatur in montibus Soler. Officinæ milium solis dicunt, quod lucis splendore & candore fulgeat. Ægineta non plantam ipsam, sed semen lithospermon vocatum scribit. Fieri facile potest, & ipsam plantam, & semen nomen illud obtinere. Λιθόσπερμον, inquit, οἱ δὲ λειόσπορον, οἱ δὲ ἡράκλειον, πόας τῆς αἰγονύχου ὀνομαζομένης ἐστὶ τὸ σπέρμα, λιθῶδες, λευκόν. *Lithospermum, quod alii leosporon, alii heraclion vocant, aetonychi dictæ semen est, lapideum, album, &c.* Verba hæc consideranda. A nonnullis leiosporon vocari tradit, à levitate & glabritie nempe seminis, interpres διόσπορον legit. Lectionem hanc probat Plinius lib. XXVII. cap. XI. *Inter omnes herbas lithospermo nihil est mirabilius, aliqui ægonychon vocant, alii diospyron,* (lege diosporon) *alii heracleon.*. Auctuarii etiam actor sic vocari refert; uti & Oribasius, à fulgore & splendore divino. Ægonychon, id est capræ ungulam, quam semen frutici adhærens refert. Exonychon idem vocari scribit Ægineta αἰετώνυχον quod aquilæ referat unguem. φύλλα ἔχει ὅμοια ἐλαίας, μακρότερα δὲ, καὶ πλατύτερα, καὶ μαλακώτερα, καὶ τὰ περὶ τὸν πυθμένα ἐπὶ γῆς κείμενα. κλωνία δὲ ὀρθά, λεπτά, πάχος ἐξόχοινα, στερεά, ξυλώδη Oribasius, χλωδῆ.) Ἐπὶ δὲ τῶν ἄκρων αὐτῶν δίχηλος ἔκφυσις (notat Saracenus interpres Dioscorid. Doctiss. in Parisiensi codice scribi δίχηλος, verum legendum censet δίχηλος τέτηπ, δίχηλος ἤτοι δίκρους. Aldinus codex habet δίχολος, forte ἀντὶ τοῦ δίχηλος, in eadem enim significatione, δίχηλος voce utitur Aristoteles, licet Doricam dialectum magis resipere videatur. viri longè doctiss. judicium probo). καυλοειδής, ἔχουσα φύλλα μακρά. (Lacuna ex veteri codice, μικρά, quomodo etiam Oribasius & rei veritas scribendum docet.) παρ' οἷς σπέρμα (vetus addit ὑπόλευκον) λιθῶδες, στρογγύλον, λευκόν, ὀρόβῳ μικρῷ ὅμοιον. Lacuna στρογγύλον, λεπτόν, ὀρόβῳ μικρῷ ἴσον. alteram lectionem vetus codex & Oribasius probant vulg. ex. στρογγύλον μικρὸν ὀρόβῳ ἴσον) φύεται δ' ἐν τραχέσι τόποις καὶ ὑψηλοῖς. *Foliis est oleæ, longioribus tamen, latioribus, atque mollioribus, & iis quidem quæ in imo à terra exiliunt humi jacentibus: ramulis rectis, tenuibus, acuti junci crassitudine, firmis, lignosis, in quorum cacumine, bifida propago cauliculorum speciem exhibet, foliis longis, inter quæ semen, lapidea duritie rotundum, candicans orobi parvi magnitudine.* Nascitur in asperis & editis locis. Videamus quam candide hæc exscripserit Plinius. *Herba,* inquit, *quincuncialis ferè foliis duplo majoribus quam rutæ, ramulis surculosis, crassitudine junci. Gerit juxta folia singulas, veluti barbulas, & earum in cacuminibus lapillos candore, & rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia verò lapidea; Ipsi qua pediculis adhærent cavernulas habent, & intus semen. Nascitur & in Italia, sed laudatissimum in Creta nec quicquam inter herbas majore quidem (lege equidem) miraculo aspexi. Tantus est decor, velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis; tam exquisita difficultas lapidis, ex herba nascentis. Iacere, atque humi serpere auctores tradunt; ego vulsam, non hærentem vidi. Iis lapillis drachmæ pondere potis in vino albo calculos frangi, pellique constat, & stranguriam discuti: Neque in alia herbarum fides est; visu statim, ad quam medicinam nata sit, est autem ejus species, ut etiam sine auctore visu statim nosci possit.* Legendum ex meliori codice; *neque in alia herbarum fides est visu statim, ad quam medicinam nata sit. Vt ejus specie, etiam sine auctore, usus statim nosci possit.* In duobus dissentit à Dioscoride Plinius, tum quod inquit folia esse duplo quam rutæ majora, tum quod semen ciceris inquit esse magnitudine; Neutrum in lithospermo vulgari observare licet. Doctissimorum

rum virorum opinio est, Plinium lachrymam Jobi describere. At huic folia longa, lata, & arundinacea, sextuplo & amplius, quam rutæ majora, longiora: Culmos etiam habet crassos geniculatos. Ego Plinium plantas duas confundere puto, vel non satis attendisse ad verba anagnostæ, qui cum legeret ὅμοια ἐλαίας, μακρότερα δὲ καὶ πλατύτερα, Plinius aliud cogitans intellexit, ὅμοια πηγάνῳ διπλασίως vel διπλῇ μακρότερα. Nisi quis malet Plinium scripsisse *foliis duplo majoribus, quam rutæ.* Idem Plinius cum libertus dictaret λευκὸν ὀρθὸν μικρὸν ὅμοιον λευκῷ ἐρεβίνθῳ, μέγεθος putavit eum legere. Plura recentiores lithospermi describunt genera, nos duo, quorum primum repens veterum, alterum (apud Belgas frequens) erectum, quo pharmacopolæ utuntur. Repenti lithospermo multi à radice exsiliunt graciles, tenues, longi, asperi, hirsuti, purpurascentes cauliculi, humi plurima parte procumbentes; hos alterno fermè situ ab imo crebra cingunt folia oblonga, acuminata, asperiuscula ac hispida, è virore nigricantia; juxta quæ in brevibus pediculis flores apparent cærulei; quibus succedit semen in hirsutis quasillis, foliis occultum, lapidea duritie, ervi magnitudine, colore candido. radix fibrosa, perennis. Erectum, caule in multas alas ac ramulos diviso, rectè assurgit, rotundus hic, durus, subhirsutus, ac albus, folia latiora, sed breviora quam superioris, verum tactu rudia, & squalida, nigricantia, flosculi, secundum cauliculos, è foliorum sinu albidi, succedente semine per maturitatem candido, lævi; splendente, rotundo, duro, milii grano paulo majore, aut æquali, exiguis unionibus assimili. radix alte descendit, crassiuscula, adnatis multis fibris, quæ & hyeme permanet, foliis, cauliculisque pereuntibus. Apud Batavos, ut dixi, hoc genus in cultis locis exit. Alterum hortense, Narbonensique Galliæ familiare. Præter genus jam descriptum alterum in Belgio reperitur quod caule foliis, & floribus respondet, verum semen minus fert candidum, asperius, ac rugosum, haud quaquam læve ac splendens.

Τὸ ἐλατήριον, Elaterium ex succo sylvestris cucumeris, confici scribit. cucumerem non describit. pauca tamen supra de eo tradidit, à nobis examinata. Sylvestrem cucumerem describit Dioscorides lib. IV. cap. CLIV. vide caput de cucumere lib. VII. quis cucumis sylvestris sit, constare arbitror. ex hoc elaterium fieri docet. Sed ex qua cucumeris parte, succus hic componatur, non docet. Facit id Dioscorides lib. IV. cap. CLV. τὸ δὲ λεγόμενον ἐλατήριον ἐκ τοῦ καρποῦ τῶν σικύων (intellige ἀγρίων, de quibus cap. præcedenti egit) σκευάζεται τὸν τρόπον τοῦτον. *E fructu cucumerum (agrestium) medicamentum fit, quod elaterium vocant, ad hunc modum.* Plinius. lib. XX. cap. I. *Cucumim sylvestrem esse diximus, multo infra magnitudinem sativi, ex eo fit medicamentum, quod vocatur elaterium, succo expresso è semine.* Perperàm καρπὸν semen reddidit, ex fructu fit, non ex solo semine. Galenus lib. VI. simpl. σικύου ἀγρίου, καὶ ὁ τοῦ καρποῦ χυλὸς, ὃν ἐλατήριον ὀνομάζουσι. Quomodo conficiatur elaterium, ac præparetur, non est hujus loci, idscire qui velit, adeat Dioscoridem loco citato: Duo hic consideranda, quid veteres elaterii nomine intellexerint, & locus exponendus Hippocratis. Elaterii vocem latè vel strictè capiebant antiqui. strictè pro cucumeris tantum succo, sive medicamento ex eo composito. latè vel pro omni deleterio medicamento, quavis evacuatione hominem necante, vel pro valido purgante. Pollux lib. V. cap. XXVII. περὶ φαρμάκων. φάρμακον, ὀλέθριον, δηλητήριον, θανάσιμον —— ἀφ᾽ ὧν ἵπποις ἂν καὶ φονικὸν φάρμακον. οἱ δὲ καὶ τὰ ἐλατήρια φάρμακα ἴδιαν ταύτῃ τάττουσι. ὡς διὰ κενώσεως ἀναιροῦντα ὥσπερ τὸ ἀκόνιτον καὶ τὸ ἐλλέβορον, τὸ γὰρ κώνειον κατὰ ψύξιν ἀναιρεῖ, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας κατὰ καρηβαρίαν, &c. *Deleterium pharmacum elaterium*, inquit, *inanitione quacunque hominem tollens. quale helleborus, aconitum, etiam cicuta quæ refrigerando extinguit calidum innatum, nec non mandragora quæ caput aggravando, vel quasi ebrium reddendo interficit.* Hippocrati elaterium medicamentum est quod per alvum expurgat. Galenus in gloss. ἐλατήριον οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ ἀγρίου σικύου γινόμενον, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ τὴν κάτω κοιλίαν καθαῖρον, *non solum quod ex agresti cucumere præparatur medicamentum, sed quicquid deorsum purgat ventrem.* Idem Galenus comment. V. in libr. VI. Epidem. aphoris. XXXIV. Ubi Hippocrates γυνὴ, αἲξ ἐλατήριον, ἢ σίκυον ἄγριον βεβρωκυῖα, παιδίοις κάθαρσις, *pueri purgantur si mulier, aut capra cucumerem sylvestrem edat.* Ad hunc locum Galenus, οὐκ ἐλατήριον μόνον, ὅπερ ἐστι σικύου ἀγρίου χυλὸς, ὥσπερ δὲ οὐδὲ σίκυον μόνον αἱ προσενηνεγμέναι, καθαρτικὸν ἴσχει τὸ γάλα τῶν θηλαζόντων παίδων, ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι ὑπηλάτων ὀνομαζόμενον φαρμάκων. *Non elaterium solum, quod est cucumeris agrestis succus, quemadmodum neque si cucumerem solum puerorum lactantium lac purgatorium habent; verum etiam si aliud quodvis medicamentum subductorium appellatum assumserint.* Locus Hipp. reperitur de superfœtatione, ἢν μὲν ἀπὸ τῆς πυελίσιος ἀποχωρήσῃ, εὖ, ἢν δὲ μὴ, περιαλείψας τὸ στόμα τῆς μήτρης ἐλατηρίῳ παχεῖ, διεὶς ὕδατι, ὅκως ὠδῖνα ἐμποιήσῃ, *& siquidem per fomentum discesserit, bene habet; sin minus, os uteri elaterio, hoc est medicamento agitatorio, crasso, aqua diluto illinito quod partus dolores auferat.* Per elaterium intelligunt medicamentum aliquod fœtum exagitans, & expellens, potius quam elaterium ex cucumeris agrestis succo expressum, quod foetum perdit, ut testatur Dioscorides. Crassum autem medicamentum, aqua dilui vult, quo facilius illinatur; quam ad rem galbanum cum myrrha est convenientissimum. Et hæc quidem vulgata est expositio. Contraria nobis opinio probabilior videtur. Elaterium præscribi ab Hippocrate confectum ex succo cucumeris, idque quod eodem hoc libro ad eundem affectum id non semel præscribat, uti pagina sequente, Καὶ τὸ ἐλατήριον δὲ ποιεῖν προσθέτον, καὶ τῆς κολοκυνθίδος ἀγρίας ὡσαύτως. *& cucumeris agrestis succum, eodem modo præparatum, similiterque colocynthidem sylvestrem in subdititio apponitur.* Nemo hoc loco elaterium, pro alio quodam medicamento, quam cucumeris præparato succo accipiet; alioqui sylvestris colocynthidos non meminisset, quæ etiam, teste Dioscoride, fœtum necat, lib. XXIV. cap. CLXXVIII. ἔμβρυα τε φθείρουσι προστιθέμεναι, *subditæ eadem fœtus enecant.* Idem de elaterio tradit κινεῖ δὲ τὸ ἐλατήριον καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα κτείνει ἐν προσθέτῳ *menses quoque ciet partusque enecat in pesso subditum.* Nihil itaque ad rem facit, quod necandi vi præditum elaterium. De elaterio itaque sylvestris cucumeris succo locus accipiendus Hippocratis, sed quale est ἐλατήριον παχύ? Nemo duo elaterii genera dixit nec aliud crassum, aliud tenue reperitur. Puto scribendum ἐλατηρίῳ παλαιῷ. Antiquum laudant & præferunt antiqui Græci. Facilis παλαιῷ in παχεῖ lapsus, nec mutatio magna. Facile fieri potest exscribentis fuisse errorem, qui cum nesciret probari antiquum elaterium, παλαιῷ mutavit in παχεῖ, quanquam id negligentia ut factum fuerit, vero non absimile.

Quæ sequuntur corrupta admodum sunt, nihil ineptius, quam hippomanes vel hypophæstum nasci ex tithymalo. Hippomanes quid sit, docet satis luculenter excellentissimus Salmasius in exercitationibus Plinianis: quem lector consulat. Hypophæstum spinosa est planta de qua lib. VI. cap. V. egi. Sensus verborum hic est, uti ex sylvestri cucumere elaterium præparabatur; ita ex tithymalo succus colligebatur. vide cap. XII. hujus libri τοῦτον ὀπίζουσι —— κάτω μᾶλλον. Merus succus è tithymalo colligebatur; at elaterium factitium erat, & componebatur è cucumere sylvestri, Ideo dicit Theophrastus καὶ τὸ τιθύμαλον, ἐξ οὗ ὁ ὀπὸς μόνον. Nemo unquam memoriæ prodidit; tithymalum facultate pollere equos vel equas ad rabiem coitus pellendi & cogendi.

Φύεται δὲ ἐπὶ πλεῖον. Hæc corrupta esse, ratio docet. Πλεῖστον, enim & ἐπὶ πλεῖον idem fere, bis etiam eadem in periodo φύεται: alterum itaque supervacuum. Nihil ad vulgatam lectionem propius accedit, quam φύεται δὲ ὑπόφαις, quod scioli transposuerunt, ac tithymalo subjunxerunt. Ex Hypophae, non secus ac tithymalo, succum colligi, auctor est Dioscorides: vide cap. V. lib. VI. An circa Cleitoriam optimum & pulcherrimum sit, me fugit. Illud credendum, quod parva mutatio ἐπὶ πλεῖον in ὑπόφαις. Non minus ineptum, quod Nicandri scribit Scholiastes ex auctoritate Theophrasti tithymalum panaces fieri & dici. Θεόφραστος inquit, τὸν τιθύμαλον φησὶ πάνακες γίνεσθαι καὶ λέγεσθαι. Hæc ostendunt tempore hujus scholiastis, locum hunc corruptum fuisse, vel ipsum perperam legisse.

Καὶ τὸ πιτεάδιον, πιτεάδιον quæ sit planta, ignoro. Nihil de hac Dioscorides, Plinius, nec Galenus, &c. Puto scriptum fuisse περὶ Βοιωτίαν, καὶ Ψωφῖδα πλεῖστον. In Boeotia & Psophide nasci auctor est Dioscorides: vide quæ supra cap. de panace dicta sunt. Non male fortassis restituet quis ὁ δὲ πάνακες ἡράκλειον γίνεται περὶ Ψωφῖδα πλεῖστον, &c. Hæc, ut dixi, lectio non displicet,

cet, eo minus quod ex hoc panace; succus, opopanax dictus, colligatur. Nulla ut dixi planta πυρῷον vocatur, Quare corruptus codex, quod sequentia ostendunt πλείστῃ καὶ ἀρίστῃ: Alioquin, πλεῖστον καὶ ἄριστον legendum esset.

Τὸ δὲ μῶλυ. Molyos historiam hoc capite enarrabimus. Molyos nomine non una gaudet planta. Moly enim non tantum planta bulbosa, sed etiam rutæ sylvestris radix. in Cappadocia, & Galatia moly dicebatur. vide cap. VI. libr. VII. hist. μῶλυ dicitur ἀπὸ μὴ καὶ ὄλλω, sive ὄλλυμι, quod ab interitu conservet; vel ἀπὸ τοῦ μωλύειν τὰς νόσους, à mitigandis, sedandisque morbis. Aliud tamen etymon Ptolemęus Hephestion adfert. Περὶ τοῦ παρ' Ὁμήρῳ μώλυος τῆς βοτάνης, ἥν ἐκ τοῦ αἵματος ἀναιρεθέντος ἐν τῇ Κίρκης νήσῳ γίγαντος λέγουσι φῦναι, ἣ καὶ τὸ ἄνθος ἔχει λευκόν. ὅτι ὁ συμμαχῶν τῇ Κίρκῃ καὶ ἀνελὼν τὸν γίγαντα ὁ ἥλιος ἦν. μῶλος δὲ ἡ μάχη, ἐξ οὗ καὶ ἡ βοτάνη. *De moly deinde herba apud Homerum agit, quam è sanguine interfecti, in Circes insula, gigantis, enatam ferunt, habereque candidum florem. Circes autem in pugna socium solem, etiam gigantem, interemisse, atque inde, quod μῶλος pugnam singificet, inditum herbæ nomen.* Locus Homeri quem citat auctor hic, & Theophrastus cæterique Græci, reperitur lib. x. Odyss. ubi poëta contra Circes veneficia Mercurium Ulyssem armasse molyos herba scribit.

> ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον ἀργειφόντης
> ἐκ γαίης ἐρύσας, καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξε,
> ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος.
> μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί.

> *Sic fatus divulsam è terra porrigit herbam*
> *Mercurius, simul & naturam me docet hujus.*
> *Radix nigra huic, sed lactis flos concolor exit*
> *Moly vocant superi.*

Putavi quondam legendum ῥίζαν μέλαν, μέγαν, quod Theophrastus radicem cepæ comparat; verùm cum diligentius ad singula attenderem, vocem μέλαν servandam didici. Idque ex Ovidii lib. XIV. Metamorphoseos.

> *Pacifer huic florem, dederat cyllenius album;*
> *Moly vocant superi, nigra radice retentum.*

Moly supra diximus etiam rutam sylvestrem dici. Sed de ea non intelligi debere versus Homeri (uti viri Doctiss. crediderunt, magnorum etiam & antiquiorum auctoritate moti,) ex Theophrasto antiquissimo, ac Homeri ævo proximo auctore (cui idcirco fides præ cęteris recentioribus debetur) palam fit. Hic radicem cæpę similem moly habere tradit, etiam scillæ folia; qualia non habet sylvestris ruta. Moly porro bulbosum, (ita candide lector liceat, à ruta distinguere) aliud est Theophrasti, aliud Dioscoridis, uti ex utriusque descriptione diligens cognoscere poterit Botanicus. Molyos Theophrasti non meminit Galenus, sed Dioscoridis, quod μύλην vocat. Μύλης, inquit, ἡ ῥίζα μικρῷ βόλβῳ παραπλήσιος ὑπάρχουσα, συναγωγικῆς ἐστι δυνάμεως. *Mylæ radix parvo bulbo similis, facultatis contrahentis.* Series alphabetæ μύλην scripsisse Galenum, ostendit. Theophrastus moly ea facie esse inquit, qua describit illud Homerus, (talis enim verborum Theophrasti sensus) nempe folio scyllæ, radice rotunda, non absimili cepæ. Verum in eo errasse Homerum ait, quod non difficile, sed facile evellatur. Homerus loco citato.


> μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί, χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν
> ἀνδράσι γε θνητοῖσι. θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.

Ab hominibus non sine difficultate effodi ait. Verum quod homines non possunt, id Deos præstare. Perperam legitur apud Theophrastum φένεον. φένεον ex Stephano legendum esse constat. Hic περὶ πόλεων, Φένεος πόλις Ἀρκαδίας. Idem apud Plinium legitur, cujus verba quæ lib. XXV. cap. IV. reperiuntur examinabo. *Laudatissima, inquit, herbarum est Homero, quam vocari à Diis putat moly, & inventionem ejus Mercurio assignat, contraque summa veneficia demonstrat. Nasci eam hodie circa Pheneum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt, specie illa Homerica, radice rotunda, nigraque, magnitudine cæpæ, folio scyllæ, effodi autem difficulter. Græci auctores florem ejus luteum pinxere, cùm Homerus candidum scripserit. Inveni è peritis herbarum medicis, qui & in Italia nasci eam diceret, afferrique Campania vidi* (sic legendum, vel *afferrentque* vel *offeretque è campania mihi* non, ut vulgo legitur, *adferrique Campania mihi*) *aliquot diebus effossam inter difficultates saxeas radicis triginta pedes longæ, ac ne sic quidem solidæ, sed abruptæ.* Theophrastus cæpe magnitudine inquit esse. Unde itaque tanta longitudo. præterea Theophrastus facile effodi ait. Quare puto scripsisse Plinium, *effodi autem non difficulter.* Nisi quis contendat, eum verba Theophrasti & Homeri confundere. *Græci*, inquit, *ejus florem luteum pinxerunt.* Nihil tale Theophrastus; nec verisimile tale quid illum tradidisse. *Facie ea*, inquit, *qua Homerus dixit.* Hic album dixit florem. Quomodo itaque luteum Theophrastus. Dioscorides γαλακτίζοντα dixit, qui color à luteo alius est. Auctorem Priapœi aureo flore moly depingere lego.

> *Hinc legitur radix, cujus flos aureus exit.*
> *Quam cum moly vocant, mentula moly fuit.*

Quidam aureum exponunt, καλὸν καὶ ἰνειδῆ, quod pulchra omnia aurea vocent poetæ. Sic χρυσῆ Ἀφροδίτη, *pulchra venus:*

Moly latifolium, seu Theophrasti.



Moly Theophrasti, cujus effigiem ad pingi curavimus, bulbo donatum narcissi, tunicis nigricantibus, magnitudine cæpæ ascalonitiæ, foliis exit porri, vel pancratii minoribus, septenis, octonisve; caulis sesquicubitalis, aut bicubitalis, flos candidus; quandoque, sed rarius, subrubens, lilii figura, sed minor. Aliud moly, in hortis Batavorum frequens, flore est luteo, folia è radice id bina emittit, tulipæ, vel jam descripti molyos similia; caulis non minor; flores lutei, senis foliolis staminibusque pluribus constantes. Aliud dixi molii describit Dioscorides. lib. III. cap. LIV. μῶλυ (vetus quidam codex addit ἢ λευκόϊον ἄγριον) τὰ μὲν φύλλα

ἔχει ἀνεμώνῃ ὅμοια, πλατύτερα δὲ ἐπὶ γῆς ὄντα, ἄνθη λευκοῖοις ὅμοια, γαλακτόχροα, (Ald. γαλακτώδη) ἥσσονα δὲ περὶ τὰ τῶν ἴων,

Molii Dioſcoridum Lob.



καυλὸν δὲ λευκὸν (vetus & Oribaſius λεπτὸν, quam lectionem recentiores nonnulli probant) πηχῶν (lego cum recentioribus, δακτύλων. Quomodo enim tenuis, & magnitudine quatuor cubitorum inſignis foret magnitudo, qualem non eſt veriſimile, caulem emittere parvam radicem) ἐπ' ἄκρου δὲ ὕπεστιν ὡς σκοροδοειδής. ἡ ῥίζα δὲ μικρὰ, βολβοειδής. *Moly folia habet graminis, at latiora & humi ſparſa, florem albæ violæ ſimilem, lactei coloris, at minorem; quippe qui ad purpuræ violæ florum magnitudinem accedat; caulem vero tenuem quaternum digitorum, in cujus cacumine quiddam eſt, quod allii ſpeciem referat. radix parva, bulbo ſimilis.* Hoc molij, ut dixi, Galenus μώλυν vocat. Plinius lib. XXVI. cap. VII. *Molon.* Sed corruptus & depravatus eſt codex. Vulgo legitur, *Molon ſcapo eſt ſtriato, foliis mollibus, parvis, radice quatuor digitorum, in qua extrema allii caput eſt. Vocatur à quibuſdam ſyron.* Hæc lacera, ordineque inverſo ſcripta eſſe, nemo non videt. Reſtituo ex Dioſcoride, *Molon* (vel *miile*, ut habet Galenus) *ſcapo eſt ſtricto* (id eſt tenui) *quatuor digitorum, in cujus extremo allii caput eſt, foliis mollibus, gramineis, radice parva.* Pro Molii recentiores (quorum opinionem non improbo) oſtendunt plantam, cujus iconem appoſui. Foliis eſt anguſtis, gramineis, triticeiſque ſimilibus; quæ cum à ſe ipſis robur non habeant, facile in terram concidunt. Caulis cubitum altus, glaber, ac tenuis, culminante in ſummo muſcario, floſculos proferente lacteos, leucoys minores, Ornithogalii, aut allii urſini æmulis; bulbus exiguus ſubeſt, oblongus, fibris aliquot deorſum dimiſſis, qui nigricantibus membranis implicitus, interiore ſubſtantia fermè porri albicat, guſtu fervens, & odore ingratus eſt.

De cicuta vide cap. XVII. De tragacantha (ſic enim legendum) vide lib. VI. cap. III. De dauco hoc ipſo capite egi, locumque hunc expoſui.

ΚΕΦ. Ιϛʹ. — CAP. XVI.

Dictamum Cretæ proprium, vique mirabile, & ad plura utile. Omnia etiam, quæ ſe minus à terra attollunt, præſtantiora eſſe, quæ Creta ferat. Ubi optimum Aconitum, & quo modo conficiatur ad nocendum, nullumque contra compertum remedium.

Τὸ δὲ Δίκταμον, ἴδιον τῆς Κρήτης. θαυμαστὸν δὲ τῇ δυνάμει, καὶ πρὸς πλείω χρήσιμον. μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς τόκους τῶν γυναικῶν. ἔστι δὲ τὸ μὲν φύλλον παρόμοιον τῇ βληχοῖ. ἔχει δέ τι κατὰ τὸν χυλὸν ἐμφερές. τὰ δὲ κλώνια λεπτότερα. χρῶνται δὲ τοῖς φύλλοις, οὐ τοῖς κλωσὶν, οὐδὲ τῷ καρπῷ. χρήσιμον δὲ πρὸς πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, μάλιστα δὲ, ὥσπερ ἐλέχθη, πρὸς τὰς δυστοκίας τῶν γυναικῶν. ἢ γὰρ εὐτοκεῖν φασι ποιεῖν, ἢ παύειν γε τοὺς πόνους ὁμολογουμένως. δίδοται δὲ πίνειν ἐν ὕδατι. σπάνιον δέ ἐστι. καὶ γὰρ ὀλίγος ὁ τόπος ὁ φέρων. καὶ τοῦτον αἱ αἶγες ἐκνέμονται διὰ τὸ φιληδεῖν. ἀληθὲς δέ φασιν εἶναι καὶ τὸ περὶ τῶν βελῶν ὅτι * φαγούσαις ὅταν τοξευθῶσιν ἐκβάλλειν. τὸ μὲν οὖν δίκταμον τοιοῦτόν γε, καὶ τοιαύτας ἔχει τὰς δυνάμεις. τὸ δὲ ψευδοδίκταμον, τῷ μὲν φύλλῳ ὅμοιον, τοῖς κλωνίοις δ' ἔλαττον, τῇ δυνάμει δὲ πολὺ λειπόμενον. βοηθεῖ † μὲν γὰρ καὶ ταῦτα, χεῖρον δὲ πολλῷ καὶ ἀσθενέστερον. ἔστι δὲ εὐθὺς ἐν τῷ στόματι φανερὰ ἡ τοῦ δικτάμου δύναμις. θερμαίνει γὰρ ἀπὸ μικροῦ σφόδρα. τιθέασι δὲ καὶ τὰς δεσμίδας ἐν νάρθηκι ἢ καλάμῳ, πρὸς τὸ μὴ ἀποπνεῖν. ἀσθενέστερον γὰρ, ἀποπνεύσαν. λέγουσι δὲ τινες ὡς ἡ μὲν φύσις μία ἡ τοῦ δικτάμου, καὶ ἡ τοῦ ψευδοδικτάμου. διὰ δὲ τὸ ἐν εὐγειοτέροις φύεσθαι τόποις, χεῖρον

* φαγούσαις.

† γὰρ πρὸς τ' αὐτά.

Dictamum Cretæ inſulæ proprium eſt, vi mirabile & ad plura perutile. Sed ad partus mulierum potiſſimum pollet: * folio glechoni ſimili conſtat, nec ſapore abſimile eſt. Ramuli tenuiores ſunt. Uſus foliorum, non ramorum, nec fructus eſt. Valent ad multa, ſed præcipue ad difficiles partus mulierum, ut dictum eſt. Aut enim facile poſſe parere faciunt, aut certe dolores penitus ſedant. Dantur bibenda ex aqua. Rara hæc herba. Locus enim qui fert, exiguus admodum eſt: eumque capræ depaſcunt capeſſendæ cauſa voluptatis. Verum etiam quod de telis fertur, affirmant. Capras enim ſagitta transfixas, dictamo devorato telum ejicere. Dictamum ergo tale eſt, vireſque ejuſmodi habet. Falſum dictamum, folio quidem ſimile, ſed ramulis minus, & viribus longe inferius. Quanquam enim eiſdem in rebus proſit; tamen multo deterius, atque debilius. Vis dictami in ore percipi continuo poteſt. Calefacit enim ex † paulo vehementer. Manipulos in ferula, aut canna intercludere ſolent, ne expiret. Imbecillius enim cum expiraverit. Non deſunt, qui naturam dictami & falſi dictami, eandem eſſe exiſtiment. Sed quod locis lætioribus proveniat degenerare, falſumque cognominari: ſicuti etiam aliis pluribus evenit, ut viribus deterioribus ex loco reddantur. Dictamum enim ſolum aſperum vehementer amare inquiunt. Eſt etiam aliud dictamum veluti æquivocè appellatum. Quod nec

* Pulegio.

† parva quantitate.

‡ ſpe-

γίνεσθαι. καθάπερ ἄλλα πολλὰ πλείω τούτων κατὰ τὰς δυνάμεις. τὸ γὰρ δίκταμνον φιλεῖ χώραν τραχεῖαν. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον δίκταμνον, ὥσπερ ὁμώνυμον, οὔτε τὴν ὄψιν ἔχον, οὔτε τὴν δύναμιν τὴν αὐτήν. φύλλον τε γὰρ ‡ ἔχειν ὅμοιον σισυμβρίῳ, τοὺς τε κλῶνας μείζους. ἔτι δὲ τὴν χρείαν, καὶ τὴν δύναμιν οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς. τοῦτο μὲν οὖν ὥσπερ ἐλέχθη θαυμαστὸν ἅμα καὶ ἴδιον τῆς νήσου. φασὶ δέ τινες ὅλως τῶν * φύλλων καὶ τῶν θάμνων, καὶ ἁπλῶς τῶν ὑπὲρ γῆς τὰ ἐν Κρήτῃ διαφέρειν. τῶν δὲ ἄλλων τῶν γε πλείστων τὰ ἐν Παρνασῷ. τὸ δ' ἀκόνιτον γίνεται μὲν ὥς φασι καὶ ἐν Κρήτῃ καὶ ἐν Ζακύνθῳ πλεῖστον δὲ καὶ ἄριστον ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ἐν τῷ Πόντῳ. ἔχει δὲ φύλλον μὲν † κιχοριῶδες, ῥίζαν δὲ ὁμοίαν τῷ σχήματι, καὶ τῷ χρώματι καρύᾳ. τὴν δὲ δύναμιν τὴν θανατηφόρον ἐν ταύτῃ. τὸ δὲ φύλλον καὶ τὸν καρπὸν οὐδέν φασι ποιεῖν. καρπὸς δέ ἐστι πόας, καὶ οὐχ ὑλήματος. βραχεῖα δ' ἡ πόα καὶ οὐδὲν ἔχουσα περιττόν. ἀλλὰ παρομοία τῷ σίτῳ. τὸ δὲ σπέρμα οὐ σταχυηρόν. φύεται δὲ πανταχοῦ, καὶ οὐκ ἐν ταῖς ἀκόναις μόνον, ἀφ' ὧν ἔχει τὴν προσηγορίαν. αὕτη δέ ἐστι κώμη τις τῶν ‡ Περιανδινῶν. φιλεῖ δὲ μάλιστα τοὺς πετρώδεις τόπους. οὐ νέμεται δ' οὔτε πρόβατον, οὔτε ἄλλο ζῶον οὐδέν. συντίθεσθαι δὲ τρόπον τινὰ πρὸς τὸ ἐργάζεσθαι, καὶ οὐ παντὸς εἶναι. διὸ καὶ τοὺς ἰατροὺς οὐκ ἐπισταμένους συντιθέναι, σηπτικῷ τε χρῆσθαι. καὶ πρὸς ἄλλα ἄττα πινόμενον οὐδεμίαν αἴσθησιν ποιεῖ, οὔτ' ἐν οἴνῳ, οὔτ' ἐν μελικράτῳ συντίθεσθαι δὲ, ὥστε τι κατὰ χρόνους τακτοὺς ἀναιρεῖν, οἷον δίμηνον, τρίμηνον, ἑξάμηνον, ἐνιαυτόν. τοὺς δὲ, καὶ δύο ἔτη. χείριστα δὲ ἀπαλλάττειν τοὺς ἐν πλείστῳ χρόνῳ καταφθίνοντας τοῦ σώματος. ῥᾷστα δὲ τοὺς παραχρῆμα. λυτικὸν δὲ φάρμακον οὐχ εὑρῆσθαι ὥσπερ ἀκούομεν ἕτερόν τι φύεσθαι. ἀλλά τινες τοῖς ἐγκαμψίοις βοήθειαι εὑρίσκονται. τοὺς γὰρ ἐγχωρίους ἀνασώζειν τινὰς μέλιτι καὶ οἴνῳ καὶ τοιούτοις τισί. σπανίως δὲ καὶ τούτους καὶ ἐργωδῶς, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐφημέρου φάρμακον εὑρῆσθαι. ἕτερον γάρ τι ῥιζίον εἶναι ὃ ἐφήμερον ἀπαλλάττει. τούτου δὲ φύλλον ὅμοιον ἔχειν τῷ ἐλλεβόρῳ ἢ τῷ αἰρίῳ * καὶ τοῦτο πάντας εἰδέναι. διὸ καὶ τὰ † ἀνδράποδα φασὶ πολλάκις παροργισθέντα χρῆσθαι. κἄπειτα ἰατρεύειν αὐτὰ πρὸς τοῦτο ὁρμῶντα. καὶ γὰρ οὐδὲ ταχεῖαν ποιεῖσθαι τὴν ἀπαλλαγὴν, οὐδὲ ἐλαφράν, ἀλλὰ δυσχερῆ καὶ χρόνιον. εἰ μὴ ἄρα διὰ τὸ εὐθεράπευτον εἶναι καὶ ‡ ἀκατασκεύαστον ὡς δεῖ. φασὶ γοῦν καὶ παραχρῆμα ἀπαλλάττεσθαι, καὶ ὕστερον χρόνῳ. τοὺς δὲ καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἄγειν. καὶ τὰς δόσεις εὐβοηθήτους εἶναι. ταῦτα δ' ἐξακριβωθῆναι μάλιστα παρὰ τοῖς Τυρρηνεῖς ἐν Ἡρακλείᾳ. τοῦτο μὲν οὐδὲν ἄτοπον· εἰ τρόπον μέν τινα ἀβοήθητον, ἄλλως δὲ βοηθήσιμον. ὥσπερ καὶ ἕτερα τῶν θανατηφόρων. τόγε μὴν ἀκόνιτον ἄχρηστον ὥσπερ εἴρηται τοῖς μὴ ἐπισταμένοις, οὐδὲ κεκτῆσθαι δ' ἔξεστιν, ἀλλὰ θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. τὴν δὲ τῶν χρόνων διαφορὰν ἀκολουθεῖν εἶναι κατὰ τὰς συλλογάς. ἰσοχρόνους γὰρ τοὺς θανάτους γίνεσθαι τοῖς ἀπὸ τῆς συλλογῆς χρόνοις.

‡ ἔχει ὅμοιον τῷ σισυμβρίῳ

* πόων.

† κυκλώδες.

‡ μαριανδυνῶν.

* λειρίῳ.

† ἀνδράποδα.

‡ ἢ κατασκεύαστον, εἶναι. Scal.

‡ speciem, nec vim habet eandem. Quippe quod folio simili sisymbrio constet, & ramos habeat majores. Usus item, & vis non eisdem conveniunt, hoc igitur (ut dictum est) mirum, simulque proprium Cretæ insulæ datur. Quidam omnino in herbarum, & fruticum genere, & ad summa inter omnia, quæ se à terra attollunt, præstantiora, quæ Creta ferat, affirmant. Inter reliqua verò magna quidem ex parte, quæ in Parnaso monte proveniunt, anteponunt. Aconitum nascitur in Creta, atque Zacyntho, sed plurimum, optimumque in Heraclia Pontica. * Constat id folio intubaceo, radice tum specie, tum colore unci proxima. Vim illam mortiferam in hac esse; folium & fructum nihil nocere assirmant. Fructus herbæ est, non humilis materiæ. Herba ea brevis est, & nihil supervacui habens, sed frumento similis. Semen non spiceum. Nascitur ubique, & non in Aconis solum, à quibus habet appellationem. Is autem vicus est † Periandinorum. Amat autem loca potissimum saxosa. Pascitur eo neque pecus, neque ullum animal. Confici ad afficiendum modo quodam enarrant: nec nosse quemque. Quamobrem medicos, quoniam componere nesciant, pro putrefactorio uti. Aliisque quibusdam de causis epotum nihil penitus posse officere, neque ex vino, neque ex mulso. Componi autem ita ferunt, ut certis occidere temporibus possit. Videlicet bimestri, trimestri, semestri, anno completo. Nonnullum etiam biennio. Pessime illos de vita discedere volunt qui plurimum temporis resistere possint. Paulatim enim tabescat corpus, & languore pereat diuturno esse necesse. Facilime illos, qui confestim obeunt. Remedium nusquam esse compertum, sed falso dici, quoddam aliud resistens illi haberi. Non enim herba, sed melle, & mero, & quibusdam ejusmodi servari aliquos potuisse. Atque id raro factum, summaque difficultate. Aliud quoque venenum, ‡ quod vim diurnariam enecandi habeat, compertum affirmant. Esse namque radiculam quandam, quæ eodem die possit occidere: Folium hanc habere * ellebori; notamque omnibus esse. Et quidem famulos iratos hac uti solere: † Deinde mederi cum ad hoc se conferunt. Neque enim celerem facere interitum, aut levem, sed difficilem & tardum; nisi forte quod facile curatu confectuque sit, ut oportet. Ajunt igitur & confestim interimi, & aliquo post tempore. Nonnullos & ad annum pervenire: & cum sumitur, facile juvari. Hæc autem diligentius ‡ servari apud Tyrrhenos in Heraclea. Neque id absurdum, si modo quodam juvari possit, alio autem minime. quemadmodum & alia ex letalibus. Aconitum vero (ut dictum est) inutile iis, qui præparare ignorent; nec licitum possidere, sed capitalem pœnam institutam. Temporis differentiam pro collectus ratione sequi autumant. Pro collectionis enim temporibus, mortes quod ad tempus convenire.

‡ *Faciem.*

* *Folium fert rotundum, radicem figura ac colore unci proximam.*

† *Mariandunorum, petrosis maximè gaudet locis; neque pecus, neque ullum aliud animal ipso pascitur. Componi id quodam modo referunt, ad aliquid efficiendû, nec cuivis esse: quare medicos componendi ignaros pro putrefactorio uti; quinimo nec in vino, nec in mulso, ad quæcunque alia propinatum, ulterius sentiri ita vero componi ut quibusdam statis temporibus, veluti duorum aut trium, sexve mensium, aut unius anni, vel duorum spatio, sustollat, atque eos infelicissimè mori, quibus longiore tempore corpus consumitur, felicius autem quibus citius: nec nullum ejus antidotum sponte nascens (ut audivimus) inveniri, sed quædam auxilia illis, qui acceperunt, esse reperta: siquidem incolæ nonnullis melle & vino & similibus à morte revocant. ‡ Quod ephemerum vocavit, quod uno interimat die. * Ellebori, aut lilii, notumque. † Deinde mederi solitos eis, cum hoc impetu capti sunt; curari enim posse, si ita temere sumatur; interitumque differre, atque interea torquere. At si præparetur & intra diem interficere, & levem adferre mortem. Scal. ‡ Observari. Scal.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Οὐδὲ τῷ καρπῷ. *At Dioscorides ait flore carere dictamum, verum Virgilius Theophrastum sequitur. Nescio an Dioscorides vera prodat. Nam & ipse castigat eos qui de bechio similia scripsere, & nostra lingua canis florem fert: ea, quam ille narrat, nullum.*

Καὶ ἁπλῶς τῶν ὑπὲρ γῆς. *Theodorus*, quæ se à terra minus attollunt. *Sanè rectè. Quare mihi non satisfacit verbum illud,* τῶν φύλλων. *Nisi quis intelligat herbas. Quippe earum partes præcipuè folia. Itaque etiam Theodorus dixit*, Herbarum.

Τὸ δὲ ἀκόνιτον. *Nolim cum dictamo, divina, ac beneficentissima herba conjunctum pessimum venenum. Itaque aliud caput fecerim.*

Φύλλον κιχοριώδες. *Non convenit cum foliis Dioscoridis, neque cum veritate.*

Πρὸς τὸ ἐργάζεσθαι. *Theodorus, ad efficiendum: Melius*, ad efficaciam. *Male illa.* καὶ ὑ παντὸς εἶναι. Nec nosse quemquam. *Nimis diffudit sententiam. Nec cuivis eam artem notam esse.*

Ἀντικὸν δὲ φάρμακον οὐκ εὑρῆσθαι. *Negat, quod Arabes non solùm non negant, sed etiam affirmant. Habemus apud nos radiculas Vincetoxici adversus Napelli maleficia. Nisi sic accipias, postquam est præparatum.*

Ἄλλο δὲ ἐφήμερον. Ἐφήμερον, *nomen proprium est bulbi Colchici letiferi. Theodorus neglexit hoc, cùm ait*, Aliud quoque venenum vim diurnariam enecandi sortiens. *Et audis vocem absonam. Legemus affirmativè, ut Theodorus* ὃ ἐ ἐφήμερον. Τῷ ἀιείῳ *corruptum est, & à Theodoro prudenter præteritum.*

Κάπειτα ἰατρεύειν αὐτὰ εἰς τὸ ὁρμῶντα. *Theodori verba nunquàm intellexissem*, Deinde mederi in hoc venientes. *Sic malim*: Deinde mederi solitos eis, cum hoc impetu capti sint: Curari enim posse, si ita temerè sumatur: interitùmque differre, atque interea torquere. At si præparetur: & intra diem interficere, & levem afferre mortem. *Iccirco subdit*: ἡμῖν ἄρα δὲ τὸ δυσθεράπευτον ἐ δυσκατασκεύαστον εἶναι. *Sic lege; non*: ἀκατασκεύαστον. Facere nanque difficiliorem interitum, nisi cùm adhibita cura, & arte præparatum est. *Theodori verba nullum sensum mihi exprimere potuere. Ea sunt*, Nisi fortè quod facilè curatu, confectúque sit. *Sic mox*, ἐξακριβοῦσθαι, servari: observari *potius. Plinius ea de porri succo, ejusque in potiones quantitate prodit, quæ non pessime huic loco queant comparari.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Τὸ δὲ δίκταμον; sive δίκταμνον, vel ὁ δίκταμνος, & ἡ δίκταμνος, (utrumque enim legitur) nomen accepit ἀπὸ τοῦ τίκτειν, à pariendo, quod τικτούσαις γυναιξὶν βοήθειαν φέρει, quod parientibus opituletur, opemque promittat; vel, ut Dioscorides, ὀξυτόκιον ἐστι, partus acceleret, id quod ipse testatur Theophrastus, nec hoc tantum, sed ut Dioscorides lib. III. cap. XXXVII. ait, οὐ μόνον γὰρ πινομένη, ἀλλὰ προστιθεμένη καὶ ὑποθυμιωμένη τὰ τεθνηκότα ἔμβρυα ἐκβάλλει. *Nam non potum modò, sed & appositum & suffitum partus emortuos ejicit.* Ab Hippocrate pluribus in locis dictamnum ad hæc præscribitur, ut ii norunt qui in Hippocrate sunt versati. Plutarchus lib. de solert: animalium, mulieres hoc à capris didicisse autor est. Αἱ δὲ Κρητικαὶ αἶγες ὅταν τὸ δίκταμνον φάγωσιν, ἐκβάλλουσι τὰ τοξεύματα ῥᾳδίως, κατεμαθεῖν ταῖς ἐγκύοις τὴν βοτάνην παρέχον ἐκτρωτικὴν δύναμιν ἔχουσαν, ἐπ' οὐδὲν γὰρ ἄλλο πρῶτον φέρονται καὶ ζητοῦσι, καὶ διώκουσι τὸ δίκταμνον. *Capellæ Cretenses, quod dictamo eso facile ejiciunt infixa ipsis spicula, (statim enim sauciatæ eam herbam, & nihil aliud sectantur) gravidis mulieribus occasionem dederunt, observandi eam vim ejiciendi fœtus habere.* Propter hanc insignem facultatem, Lucinam partus Deam, antiquitas dictamo coronavit. Euphorion de Lucina, στεφανωμένη θαλεροῖσι συνάνθησε δικταμνοῖσι, *coronata florentibus florebat dictamnis.* Scribit Phurnutus in Deorum natura, Ilithiam, sive Lucinam à multis credi lunam ἀπαύστως ἐλλαμπεῖν, ἐ δείουσαν περὶ τὴν γῆν. Quam adventare mitem ac lysizonon comprecentur parturientes, uti solvat τὸ ἐσφιγμένον τῶν κόλπων. vide Natalem Comitem capite de Lucina. Cretæ insulæ proprium, inquit Theophrastus, & raram esse herbam. Locus enim in quo gignitur exiguus admodum est. Plinius lib. XXV. cap. VIII. Non esse alibi quam in Creta ait, nec ibidem spatiosè nasci. Negat Doctiss. vir, in sola Creta oriri, *In aliis enim regionibus provenire certum* inquit, *etiamsi Theophrastus dicat proprium Cretæ insulæ dari. Scio tamen ego*, inquit, *ex Creta semina ejus ad excellentissimum Lucam Guinum med. & botan. professorem Patavinum à fratre ibi degente transmissa, quæ sata perbelle provenerunt: planta tamen florem quidem edebat, sed ad semen usque pervenire non poterat.* Etiam nobis è semine nata dictamni planta, sed inde non sequitur, hortum nostrum natale solum dictamni esse. Sponte sua provenire in Creta vult Theophrastus, & hoc verissimum. in Sardinia reperiri Clusius refert, sed veteres cum in sola Creta provenire ajunt, intelligunt in insula dicta excellere. Illud notatu dignum, quod Pena & Lobelius scribunt, tertio vel quinto post anno in spurium abire; Nobis frigoris injuria periit. Folium inquit pulegio simile esse, & sic Dioscorides, à nonnullis γλήχωνα ἀγρίαν vocari tradit, ac folium pulegio comparat. Δίκταμνος inquit ἣν καλοῦσί τινες γλήχωνα ἀγρίαν πόα ἐστὶ Κρητική (Catacur. δηκτική) δριμεῖα, λεία, ὁμοία γλήχωνι, μείζω δὲ ἐ γναφαλώδη τὰ φύλλα ἔχει, καὶ ἐριώδη τινὰ ἐπίφυσιν. *Dictamnum quod sylvestre pulegium aliquibus appellatur, herba est Cretensis, (linguam feriens) acris, lævis, pulegio similis, at majoribus lanuginosisque foliis, ac lanosa quadam veluti pube obductis.* Plinius loco citato. *Non est alibi quam in Creta ramis prætenue, pulegio simile, fervens & acre gustu.* Notatu digna quæ sequuntur. *Usus foliorum, non ramorum, nec fructus est.* Contra Dioscorides ὅτι ἄνθος, ὅτι καρπὸν φέρει. *At neque florem, neque semen profert.* Plinius. *Foliis tantum utuntur. Flos nullus ei, aut semen, aut caulis. Radix tenuis & supervacua.* Contra Virgilius Theophrasti probat sententiam. lib. XII. Æneid.

> *Hic Venus indigno nati concussa dolore*
> *Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida,*
> *Puberibus caulem foliis, & flore comantem*
> *Purpureo, non illa feris incognita capris*
> *Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.*

Damocrates etiam lib. V. κατὰ γένη, cap. X. flores agnoscit dictamni.

> τούτοις προσαπτέσθω πᾶσι δικτάμνου πίας,
> ξηρᾶς, ἐχούσης ἄνθος ὅλκας εἴκοσι.

> —— *Cunctis herbæ bis dictamni quoque*
> *Siccæ, sed habentis florem, drachmas bis decem.*

Andromachus in carmine quo Theriacen describit, medicamentum notissimum, & celeberrimum canit.

> δικτάμνου κλῶνας ἠδὲ χλωροῦ πρασίοιο.

> *Dictamni ramulos viridisque prassii.*

Ipsa preterea experientia probat dictamnum & semen, & florem, & cauliculum ferre. Rotundiuscula, majora quam pulegii, & spissa lanugine candicantia fert folia, cauliculos tenues, in alas nonnullas divisos, in quorum summo, è squamulis, compactæ dependent veluti spicæ, majores crassioresque, quam Heracleotici origani, à quibus exigui flosculi speciosi, purpurei exeunt, semen exile inter squamulas reconditur, radix tenuis & fibrosa, alioquin tota herba odorata. Notandum dictamum, quod ex Creta affertur, crassioribus & villosioribus esse foliis; quod verò in hortis ex semine oritur, majoribus esse, & minus incanis. Refert Clusius, in Sardinia minoribus, candidioribus & odoratissimis foliis reperiri. Quorundam opinio est, pro soli cælique differentia dictamnum florere, vel florem non ferre, ac Dioscoridem dictamnum descripsisse ac vidisse in regione in qua florem non fert. sed hæc displicet opinio; quia in quacunque regione, modo minus frigida non sit, feratur, florem fru-

Dictamnum.



fructumque fert, tam in Batavia è semine nata floret, quam in Italia, & Creta, semen tamen apud nos non fert, propter aëris superveniens frigus. Doctiss. Mathiolus legit ὔτε ἄνθος, ὔτε καρπὸς συμφέρει *nec flos, nec semen confert*. Quæ lectio Theophrasti autoritate, hoc loco non parum confirmatur, ac verisimile redditur. Non malè fortassis eodem sensu legi posset ὔτε ἄνθος, ὔτε καρπὸν φέρει χρήσιμον. Malunt alii Dioscoridem scripsisse, ὔτε ἄνθος ὔτε καρπὸν ἐκφέρει. Quomodo in antiquis legitur codicibus, *neque florem neque semen exportari*; Fieri sane potest Dioscoridis sæculo, folia tantum cum radicibus è Creta exportata fuisse, quod hæc tantum in usum reciperentur. Verisimilior tamen Mathioli sententia. Verum esse ait Præceptor, quod de telis narrant, capras sagittis tranxfixis dictamno devorato tela ejicere. Idem Dioscorides ex aliorum sententia refert. Φασὶ δὲ καὶ τὰς αἶγας ἐν Κρήτῃ τοξευθείσας καὶ νεμηθείσας τὴν πόαν ἐκβάλλειν τὰ τοξεύματα. *Ajunt & in Creta capras, tela quibus ictæ sunt, hujus herbæ pastu excutere*. Plutarchus in Gryllo, τίς δὲ τὰς Κρητικὰς αἶγας ὅταν περιπέσωσι τοῖς τοξεύμασι, τὸ δίκταμνον διώκειν, ὃ βρωθέντος ἐκβάλλουσι τὰς ἀκίδας; *Quis capris Cretensibus præcepit, ut sagittis ictæ, dictamnum quærant, quo comesto cuspides excidunt?* Plinius loco citato de cervis hæc scribit. *Simplicius*, inquit, *cervæ monstravere elaphoboscon, de qua diximus. Item seseli, enixæ à partu*. (hactenus locum hunc capite de seseli examinavimus). *Dictamnum ostendere, (ut indicavimus, vulneratæ pastæ, statim decidentibus telis*. Locus quem citat Plinius est lib. VIII. cap. XXVII. ubi ait. *Dictamnum herbam extrahendis sagittis cervi monstravere, percussi, eo telo, pastuque ejus herbæ ejecto*. Uterque locus corruptus. Lege ac interpunge. *Dictamnum herbam, extrahendis sagitsis, cervi monstravere percussi, telo pastu ejus herbæ ejecto*. Sic restitue lib. XXV. *Cervæ dictamnum ostendêre, ut indicavimus, vulneratæ, pastu statim decidentibus telis*. Et sic in altero codice Salmant. legi auctor est Pintianus. Miror unde habeat Plinius, cervos, vel cervas vulneratas dictamno pasci. Nihil tale apud Aristotelem, ex quo quæ de animalibus habet, exscripsit. Hic lib. VIII. cap. VI. hist. animal. de capris hæc tradit. Ἐπεὶ καὶ ἐν Κρήτῃ φασὶ τὰς αἶγας τὰς ἀγρίας ὅταν τοξευθῶσι ζητεῖν τὸ δίκταμνον. Δοκεῖ γὰρ τοῦτο ἐκβλητικὸν εἶναι τῶν τοξευμάτων ἐν τῷ σώματι. *Nam in Creta ajunt capras sylvestres, sagitta ictas, dictamnum quærere, Videntur enim ejus vi ejici, quæ in corpus infixa sunt tela*. Idem hic locus apud Antigonum Carystium reperitur. Vide auctorem de mirabil. auscult. Cicero lib. ij. de natura Deorum. *Capras auditum in Creta feras, quum essent confixæ, venenatis sagittis, herbam quærere, quæ dictamnus vocatur: quam quum gustavissent, sagittas excidere dicunt è corpore*. Errat itaque Plinius, cum cervos vel cervas hanc demonstrasse scribit plantam. Creticum dictamnum est, quod modo descripsimus, & cujus iconem apposuimus. Officinæ pro dictamno per C. prima syllaba, diptamnum per P scribunt, & pronuntiant. Hic error vix alicujus momenti esset, nisi pro dictamni foliis & radice, fraxinellæ in usum ducerent, quam perperam dictamnum, medici verò ad distinctionem Cretici, album dictamum appellant. Iconem & hujus addimus, ut notum fieret, radices quas officinæ dictamni nomine ostendunt, esse fraxinellæ. Non esse dictamnum notius est, quam ut refelli debeat. Fraxinellæ complures exeunt cauliculi, rotundi, cubitales,

Fraxinella.



aut altiores virides, inferius glabri, superius leniter asperi, & rubentes, inferius foliis, superius vero floribus supra invicem digestis ornati: folia oblonga, ex pluribus ad unum pediculum unita, lentisci, glycyrrhizæ, aut fraxini, (unde nomen) sed minora multo; singularia tamen eorum breviora, duriora, magisque acuminata, quam glycyrrhizæ, eodem quo glycyrrhizæ colore, nulla canitie, aut hirsutie prædita, quasi dictamno, odore & sapore rutaceo; Supra medium, ut dixi, caulis, ubi folia desinunt, inæquali intervallo flores exeunt, Junio mense, odore gravi non tamen injucundo quinque reflexis foliis compositi, uncia multo longiora, semiuncia verò perquam raro latiora, & utrumque in mucronem fastigiata, sursum reflexis cacuminibus, unico inferiore deorsum se reflectente excepto. Singula in candido modice rubent, & sanguineis venis distincta sunt; stamina ex mediis floribus novena plerumque exeruntur resupinata, in quorum medio capitulum est parvum, hirsutum & purpureum, in extremitate sua apicem habens. Julio deinde mense (diu enim floret,) primum florum folia, deinde etiam stamina decidunt, capitulo tantum medio remanente, quod in quinquepartitum, hirsutum, & rubens excrescit folliculum, superius latiusculum, inferius autem tenuius, duplici cortice constans, exteriore carnoso, sed interiore cartilagineo, quod quando maturum est, aperitur, osten-

ostenditque semina nigra, & splendentia, minora quam pœoniæ aut etiam lentisci candida, brevique linea (qua parte adhærebat pericarpio) notata. Radices ab uno capite plures sex, septem, octo pro ætatis ratione divaricantur, pede quandoque longiores, digito plerumque graciliores, candidæ, carnosæ, per longitudinem lignoso, lento, tenui, exemptu facili transeunte nervo: cum obscura acredine aliquantulum amaricantes, cum evidenti partium tenuitate, qua diu palatum detinet; odorem spirant veluti si quis dauci radicem, sylvestris pastinacæ semen & piper commisceat. In Germaniæ, Italiæ montibus, & collibus, lutoso & saxoso solo reperitur: apud nos hortensis est, plurimumque ab insectis infestatur, quæ calce asperla facile abiguntur. Duo hactenus observarunt genera; non tamen valde differentia, unius folia majora, virentiora, duriora magisque acuminata; alterius verò nigriora, minus dura ac non æque in acumen desinentia, flores quoque hujus aliquanto dilutiores, illius verò paulo rubicundiores. Spica etiam oblongiore vel humiliore. Aliud genus ab his differens in horto colo, flore toto niveo, nulla aspersa rubedine, caulibus dilute virentibus, foliis glycyrrhizæ simillimis; attamen dilutioribus. Hujus prima germina dilutè virent, cum reliquorum purpurea sint. Tragium primum Dioscoridis docti fraxinellam esse volunt. Horum displicet opinio; siquidem tragio huic has tribuit notas lib. IV. cap. XXXXIX. Τράγιον φύεται μὲν ἐν Κρήτῃ μόνῃ, ἔχει δὲ τὰ φύλλα σχίνῳ ὅμοια, καὶ τὰς ῥάβδους. ὁ δὲ καρπὸς, μικρότερος δὲ πάντα. φέρει δὲ ὀπὸν κόμμι παραπλήσιον. *Tragium in Creta tantum nascitur, lentisco simile folio, semine, ac ramis; singulis tamen minoribus, liquorem verò profert gummi similem.* Fraxinella utrum in Creta nascatur ignoro. In Creta sola non reperiri, certo certius scio. In Italia, nec non Germania provenit; nec folia ejus minora, sed majora sunt lentisco. Contendunt μακρότερα legendum. Ponamus sic scribendum. (Oribasius enim vulgatam servat) rami, non sunt lentisco majores; nec profert succum gummi similem, nec baccas, ut lentiscus, sed siliquas gignit, nec frutex agnatis ramulis caret. Alii pæoniam marem volunt. Horum opinio sanior non videtur. Juglandi similia huic non sunt folia, nisi positione, quadruplo sunt minora, quod Dioscorides neutiquam reticuisset, adnata caulis, ut dixi, non habet, nec rubra fert grana, nec siliquas instar nucis Græcæ. Radix denique adstringenti sapore dici non potest. Est enim nonnihil amaricans, cum obscura acredine. Itaque nec pæonia, nec tragium, nec dictamnum fraxinella est, siquidem folia pulegio dissimilia sunt, dictamnum vero pulegio adeo similia fert, ut inde γλήχων ἄγριος dictum sit, & à recentioribus γληχονοειδής. Hesychio, γληχονοειδὲς δίκταμον. Pulegium Græcis βλήχων & γλήχων dicitur. Hesychius. βλήχων, γλήχων, καὶ ὥς τις λέγεται, ἔστι δὲ εἶδος βοτάνης καὶ τὸ ἐφήβαιον. *Blechon, glechon, utrumque dicitur, est herbæ cujusdam species & pubes.* Antiquissimi, inter quos Attici præcipuè βληχώ. Quomodo etiam apud Athenæum lib. ij. pag. VI. legitur — pro quo apud Nicandrum γληχώ in Alexipharmacis Τῇ δὲ σὺ πολλάκι μὲν γληχὼ ποταμηΐσι νύμφαις. *Sed tu pulejum misce fluvialibus undis.* Eodem libro νὴν δ' ὀσμήεσσα γληχώ. Interpres ὀσμήρια γληχὼ ὀδμὴν ἔχουσαν ἡδεῖαν. βλήχων à βλήχη dicitur id est balatus. βληχᾶν, balare, quod pecoribus gustatum, dum floret, excitet balatum. Dioscorides lib. III. cap. VI. καλοῦσι δέ τινες αὐτὴν βληχώνα, ἐπειδὴ τὰ γευσάμενα κατὰ τὴν ἄνθησιν τῶν ποιμνίων βληχῆς ἀποπίμπλανται. *Aliqui porro blechona vocant, quoniam dum floret, à pecoribus gustatum, balatum concitat.* Idem Plinius lib. XX. cap. XIV. *Gustatum à pecore caprisque balatum concitat, unde quidam Græci litteras mutantes blechon vocaverunt.* Id est βληχὼν dixerunt, pro γληχών. Adversariorum auctores nomen inditum putant, quod è pulmonibus pituitam crassam farctamque extundat. Infimi Græci βληχούνιον dixerunt. Neoph. γληχὼν τὸ βληχούνιον. Cassianus Bassus lib. XII. cap. XXXIII. περὶ γλήχωνος (vel, ut in altero. MSS. γλίχωνος) ἤτοι βλισκουνίου. Sic in MSS. legendum, ex Neophyto βληχουνίου. Latini pulegium vocant, quod flos recentis accensus, pulices necat odore, ut Plinius loco citato testatur. Dicitur etiam extrita littera G. pulejum Mart. XII. epigr. XXXII.


> *Nec quadra deerit casei Tolosatis,*
> *Quadrima nigri, nec corona pulei,*
> *Calvæque testes, allioque, cepisque.*

Fœminam intelligit pulejum, purpureo enim flore genus hoc est. Cicero. lib. I. de divinatione. *Nam & musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri, & pulejum aridum florescere ipso brumali die.* Idem Plinius, sententiam hanc lib. I. de caus. cap. VIII. examinabo. Alii tamen non minus probati auctores pulegium scribunt. Celsus lib. ij. cap. XXXII. *Sensus excitant nepeta, thymum, satureia, hyssopum, præcipueque pulegium, ruta & cepa.* Columella lib. VIII. cap. V. *Pulegii surculis fumigentur.* Inter coronarias plantas locum habuisse videtur. Plinius loco citato. *Magna societas cum hac ad recreandos defectos animo pulegio, cum surculis suis in ampullas vitreas aceti utriusque dejectis. Qua de causa dignior è pulegio corona vertigini, quam è rosis, cubiculis nostris pronunciata est; Nam & capitis dolores dicitur imposita levare.* Apud Geoponicῶν auctorem, quem Cassianum Bassum putamus, lib. VI. cap. XIV. ubi remedia præscribit, ut mustum non supra fundatur exuberet, supra modum excrescat. στέφανον γλήχωνος, ἢ καλαμίνθης ἢ ὀριγάνου τοῖς τραχήλοις τῶν ἀγγείων περιθεῖναι. τινὲς δὲ τὰ ἔσω τῶν πίθων περὶ τὰ χείλη διαχρίουσι. τυρῷ βοείῳ, κατέχει γὰρ ἔσω ζέον τὸ γλεῦκος. *Coronam è pulegio, aut calamintha, aut origano ad colla vasorum circumponimus. Quidam interna doliorum labra bubulo perlinunt, cohibet enim intro musti fervorem.* Non reticendum, hoc caput alio sensu in MSS. cod. Palat. legi. Τέφραν γλίχωνος, ἢ καλαμίνθης, ἢ ὀριγάνου τοῖς τραχήλοις τῶν ἀγγείων περιθῶμεν, ἄλλοι δὲ πιμελῇ παλαιᾷ τὰ ἔσω τὰ χείλη περιχρίουσι, ἄλλοι τυρῷ βοείῳ. κατέχει γὰρ ἔσω ζέον τὸ γλεῦκος μάλιστα. Lectio hæc magis quam vulgata arridet. Tantum tamen perperam γλίχωνος pro γλήχωνος scriptum est. Lege etiam χείλη τῶν πίθων περιχρίουσι. *Cinerem pulegii, aut calaminthæ, aut origani ad colla vasorum circumponimus. Alii intrinsecus labia vasorum pinguedine salsa circumlinunt, alii caseo bovino. Hoc enim maxime intus cohibet musti fervorem.* Verisimilius cinerem id præstare pulegii, quam corollam. Genera pulegii duo veteribus cognita fuisse, ex Plinio colligo. *Fœmina, inquit efficacior. Est autem hæc flore purpureo, Mas candidum habet.* Dictamno similia esse folia pulegii ajunt Theophrastus & Dioscorides; Ex quibus colligere licet, vulgare pulegium latifolium esse veterum. Fateri tamen debeo cervinum sive angustifolium, sapore, odore, viribus vulgato præstare. Gratius enim, vehementius, & probatius. Vulgare floribus est purpureis, nonnunquam ceruleis, ex roseo albicantibus, rarissimè albis. Quale Lobelius observavit in Pedemontis planitie, itinere medio ad levam, qua Trivolio Taurinum itur. Vulgare pulegium regale vocant officinæ, at cur sic nuncupent ignorant; nomen hoc accepit, quod surculi per intervalla purpureo coronentur flore. Utrumque pulegium notum pharmacopoeis. Hactenus de pulegio quod dictamno folia fert similia. Pseudodictamnum hodie à Cretæ incolis Καλικιμαθεία, vel ut alii scribunt, καλικιμοθεία, Plinius vero chondris vocari refert. Folium habet vulgato dictamno simile, sed ramulis est similibus, ut ait præceptor. Idem ferè de pseudodictamno Dioscorides loco citato, τὸ δὲ ψευδοδίκταμνον φύεται ἐν πολλοῖς τόποις, ἐμφερὲς μὲν τῷ περὶ αὐτοῦ, ἔλαττον δὲ δριμύ. ποιεῖ δὲ τὰ αὐτὰ τῷ δικτάμνῳ, οὐχ ὁμοίως ἐνεργοῦν. *Quod pseudodictamnum vocant, multis in terris nascitur, antedicto simile, at minus quam illud acre, eosdem verò præbet effectus, at inefficacius.* Plinius lib. XXV. cap. VIII. *Pro eo & pseudodictamnum multis in terris nascens, folio simili, ramulis minoribus, à quibusdam chondris vocatum, minoris effectus statim intelligitur, dictamnum enim minima portione accendit os.* Calorem satis manifeste minima dictamni ostendit portio, ut Theophrastus scribit; os tamen non accendit. Pseudodictamnum officinis incognitum, nisi diligentioribus pharmacopoeis, quorum etiam in hortis colitur, legitimo dictamno aliquatenus foliis est simile, odore quandoque exiguo, quandoque laudabili, quale quod in horto nostro reperitur. Cauliculos promit ternos, aut quaternos, nonnunquam senos pluresve, cubitales aut paulo minores, rectos: folia ex intervallis bina, paria, & (ut caulis geniculatus) candida lanugine convestita,

Flores

Flores fert vulgato consimiles dilutè purpureos, sed dissimili modo, & situ oriuntur. In verticillis enim cauliculos ambientibus conspiciuntur. Radix tenuis, lignosa, alte descendit, fibras spargens. In Italiæ monte Nigro Pisæ, & Liburnio contermino, reperitur.

Pseudodictamnum.



Dioscorides cum multis in terris nasci scribit, de Italia, Græcia, aliisque hujusmodi regionibus, quas peragravit, intelligi debet, non de Germania aut Belgica; quas non vidit. Manipulos veri dictami Theophrastus in ferula cannaque intercludi solere scribit. Idem Plinius *qui legère ea* (folia) *in ferula vel harundine condunt, præligantque, ne potentia evanescat.* Hodie, quod sciam, in ferula aut calamo non amplius fertur; nec tamen idcirco gustu imbecillius sentitur. Non desunt, inquit Theophrastus, qui naturam veri & falsi *naturam* eandem putant, ac tantum pro loci ratione differre, quodque in letioribus provenit Psendodictamnum vocari. hunc locum an ex mente Theophrasti exscripserit Plinius, judicio lectoris relinquam; *Sunt*, inquit, *qui dicant utramque nasci multifariam, sed deteriores in agris pinguibus, veram quidem dictamnum nonnisi in asperis.* Multifariam nasci, nec Theophrastus, nec Dioscorides tradidere, an in asperis tantum locis, in insula Creta proveniat verum dictamnum, me latet: hoc scio, Pseudodictamnum sive in asperis, sive in pinguibus plantetur locis, non mutari in verum dictamnum, nec tantum viribus, sed facie differre, uti utriusque ostendit icon. Tertium dictamnum, quod sisymbrio simili folio constat, non vidi. Describitur à Dioscoride. lib. III. cap. XXXIX. φέρεται δὲ καὶ ἀπὸ Κρήτης ἕτερον εἶδος δικτάμνου, φύλλοις ἐοικὸς σισυμβρίῳ, κλωσὶ δὲ μείζοσιν. ἐφ' ὧν ἄνθος ὀριγάνου (Catacur. codex ὀρμίνου, perperam; quippe vulgatam defendit Oribasius) ἀγρίου ἐοικὸς, μέλαν, μαλακόν. ὀσμὴ δὲ τῶν φύλλων μεταξὺ σισυμβρίου καὶ ἐλελισφάκου ἡδίστη. ποιεῖ δὲ πρὸς ὅσα καὶ ἡ πρὸ αὐτῆς, ἧσσον πληκτικὴ ὑπάρχουσα. *Defertur & è Creta alterum dictamni genus, folio sisymbro, at ramis majoribus, in quibus flos emicat sylvestris origani, niger, ac mollis, odor foliorum inter sisymbrium, & salviam medius jucundissimus, ad eadem, ad quæ ante dictum efficax; sed minus nares ferit.* Quorundam opinio est Dioscoridem & Theophrastum contraria scribere, Pliniumque Theophrasto subscribere, cum inquit. *Est & tertium dictamnum vocatum, sed neque facie, neque effectu simile. folio sisymbrii, ramis majoribus, procedente* (alter codex *præcedente*) *persuasione illa, quicquid in Creta nascitur, infinite præstare cæteris ejusdem generis alibi genitis, proxime quod in Parnasso.* Theophrastus, & Dioscorides conciliantur, si dicamus, Theophrastum cum viribus non eisdem tradit, de vero & legitimo loqui dictamno. Dioscoridem vero cum ante dicto similem facultatem obtinere scribit, intelligere pseudodictamnum. Capite enim precedenti de pseudodictamno egit. Quod sequitur, τῶν φύλλων, si non corruptum, nec restituendum ποιῶν rectè Theodorus *herbas* vertit; Quippe earum partes præcipue sunt folia. Sed non fit dubium; quin ποιῶν legerit Theodorus, & ita scripserit Theophrastus. Quod scribit in Creta plantas esse præstantiores, illud ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, *ut plurimum* verum est. Quod facile ex ipso probatur Theophrasto. Nam paulo infra aconitum in Creta nasci ait, sed plurimum & optimum, in Heraclea Ponti.

Aconitum Poëtæ natum fabulantur, è spumis Cerberi canis, ex inferno ab Hercule extracti, ideoque apud Heracleam Ponticam, ubi monstratur is aditus ad inferos, gigni Dionysius de situ orbis tradit.

> καὶ μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον, ἔνθ' ἐνέπουσιν
> ἔνδιον Κρονίδαο μέγαν κύνα χαλκεόφωνον
> χερσὶν ἀνελκόμενον μεγαλόφρονος Ἡρακλῆος
> δεινὸν ἀπὸ στομάτων βαλέειν σιαλώδεα χυλὸν,
> τὸν μὲν ἐδέξατο γαῖα, καὶ ἀνδράσι πῆμ' ἐφύτευσεν.

> *Et maryandynorum divinum genus: ibi perhibent,*
> *Terrestris Saturnidæ ingentem canem, æneam vocem habentem,*
> *Manibus distractum animosi Herculis,*
> *Graviter è faucibus jecisse crassam spumam:*
> *Quam quidem concepit terra, & hominibus pestem plantavit.*

Quin aconitum poëta intelligat, dubitat nemo. Nicander in Alexipharmacis.

> ἀλλ' ἤτοι χολόεν μὲν, ἰδὲ στομίοισι δυσαλθὲς
> πευθεῖης ἀκόνιτον, ὃ δή ῥ' ἀχερωνίδος ὄχθαι
> φύουσιν, τόθι χάσμα δυσέκδρομον εὐβουλῆος,
> ἄστυρά τε Πριόλαο κατασμηχθέντα δέδουπε.

> *Fellea sed primum rarisque evicta medelis*
> *Cognoscas aconita, cavo quæ littore sævus*
> *Fert Acheron, Priolai ubi diruta mœnia quondam*
> *Constiterant, vastoque patet via Ditis hiatu.*

Ad hunc locum Scholiastes πευθεῖης ἀκόνιτον, τὸ ἀκόνιτον φασὶν ἐκ τοῦ ἐμέτου τοῦ Κερβέρου φανῆναι. ἱστορεῖται γὰρ τὸν Κέρβερον ἐξ ᾅδου ἀναχθέντα, μὴ δύνασθαι ὑπομεῖναι τὰς αὐγὰς τοῦ ἡλίου. καὶ ἐμέσαι καὶ ἐκ τοῦ ἐμέτου ταύτην γενέσθαι τὴν βοτάνην. ἔοικε δὲ ἀγρώστιδι. κύνα ὁ Ἡρακλῆς ἐξήγαγε, ὁ λόφος ἀκόνιτος. Ἀχέρων δὲ ποταμὸς ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ποντικῇ, ἔνθα τὸ τοῦ ᾅδου λέγεται —— Ὁ δὲ Πριόλαος υἱὸς Λύκου βασιλέως μαριανδυνῶν ὃς ἀπέθανεν ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ποντικῇ, Ἡρακλέους πολεμοῦντος τοῖς πλησίον. εἰς οὗ ὄνομα ὁ πατὴρ τὴν πόλιν ἐκάλεσεν ἐγγὺς οὖσαν Ἡρακλείας. *Aconitum ferunt ex Cerberi vomitu primum apparuisse. Fabulantur Cerberum ex inferno pullum splendorem solis non potuiße perferre, ac vomuisse, ac ex vomitu hanc gramini similem plantam ortam. Acheron fluvius ad Ponticam Heracleam, ubi Hercules canem ex inferno eduxit, apex aconitum dicitur —— Priolaus, filius Lyci regis Maryandynorum, qui obiit in Heraclea Ponti, cum Hercules vicinis bellum inferret, in cujus memoriam pater urbi vicinæ Heracleæ nomen imposuit. Priolæ Stephanus* περὶ πόλεων. πρίολα πόλις πλησίον Ἡρακλείας. Plinius lib. XXVII. cap. ij. *Hoc fuit venenum quo interemptas dormientes à Calphurnia bestia uxores, Mar. Cæcilius accusator objecit. Inde atrox peroratio ejus, en digitum* (sic locum hanc restituit Doctiss Salmasius. In altero manuscripto teste Pintiano legitur, *hinc illa atrox peroratio ejus indigitum*) *ortum fabulæ narravere spumis Cerberi canis extrahente Hercule, ideoque apud Heracleam Ponticam ubi monstratus, is ad inferos aditus gigni.* Alii verò ex Promethei tabe, & sanie, cujus jecur tondebatur aquila, genitum arbitrantur. Ausonius in monosyllab.

> *Vnde Prometheo de corpore sanguineus ros*
> *Aspergit cautes; & dura aconita creat cos.*

Malunt alii Hecaten lethalis hujus plantæ inventorem. Diodorus Siculus lib. IV. φιλότεχνον δ' εἰς φαρμάκων θανασίμων συνθέσεις γενομένην, τὸ καλούμενον, ἀκόνιτον ἐξευρεῖν,

ἐξευρεῖν, καὶ τῆς ἐκείνου δυνάμεως πεῖραν λαμβάνειν, μιγνῦσαν τοῖς διδοῦναι τοῖς ξένοις τροφαῖς. *In mortiferis quoque pharmacis solerter componendis exercitata aconitum (quod vocant) invenit. Ac de cujus natura ac efficacitate ita experimentum cepit, si cibis hospitum illud permisceret.* Hactenus fabulati sumus. Aconitum nomen accepit, quod in nudis cautibus, quas aconas nominant, nascatur. Ovid. lib. VII. Metamor.

> *Quæ quia nascuntur dira vivacia caute,*
> *Agrestes aconita vocant.*

Hoc etymon plurimis arridet, & hanc sententiam verisimiliorem putant, quam eorum, qui ab Aconis, loco Pontico, dictum aconitum arbitrati sunt. Quod inquiunt, nulla ratione nitatur. Nam aut ἀκονικὸν diceretur, aut ἀκονηκὸν, aut certe ἀκόνιον, aut ἀκοναῖον. Nam ἀκόνιτον typo ἐθνικῷ neutiquam formari potest ἀπὸ τῶν ἀκονῶν. Aliæ herbæ quæ a locis ubi nascuntur denominatæ sunt, τύπῳ ἐθνικῷ legitime ac canonicè factum præferunt: ut αἰθιοπὶς, ἀραβὶς, κολχικὸν, σκυθικὴ & alia infinita. Præterea ubique, ajunt, nascitur; & non tantum in Aconis Heracleoticis; cautes & loca saxosa potissimum amare dicit Theophrastus. φιλεῖ δὲ μάλιστα τοὺς πετρώδεις τόπους. Ideò aconitum appellatum ἀπὸ τῶν ἀκονῶν, quæ cautes significant. Plinius lib. XXVII. cap. III. *Nascitur in nudis cautibus, quas aconas nominant: & ideò aconitum quidam dixere, nulla juxta ne pulvere quidem nutriente: hanc aliqui rationem nominis attulere.* His in verbis duplex habemus etymon, de posteriori mox dicemus. Atque hæc sunt argumenta, quibus prior utitur sententia. Altera non minoribus, nec minus firmis. Quod Theophrastus satis clare & expresse scribat nomen accepisse ab aconis Mariandynorum pago, ad Heracleam Ponti. *Maryandynorum*, legendum, ex Nicandri loco citato, nec non carmine Dionysii probatur. Theophrasti verba ab Aelio Promoto probantur, cujus verba ex Libro, qui in Bibliotheca Vaticana servatur περὶ ἰοβόλων καὶ δηλητηρίων φαρμάκων apud Doctiss. Mercurial. leguntur τὸ ἀκόνιτον φύεται μὲν ἐν ἀκόναις, λόφος δέ ἐστιν ἐν Ἡρακλείᾳ, οὕτω καλούμενος Ἀκόναι, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος· καὶ Εὐφορίων δὲ ἐν τῷ ξενίῳ. ἔστι δὲ τὸ ἀκόνιτον ῥίζιον ἀγρώστει ἐμφερὲς, ἀπὸ δὲ τόπου τοῦ τοιούτου ὄνομα κέκτηται, ὃ καὶ παρδαλιαγχὲς τινες ὀνομάζουσι, διὰ τὸ τοὺς παρδάλεις ἀπαγχομένας τούτου γευσαμένας ἀποπνίγεσθαι. Id est, *Aconitum in Aconis quidem nascitur. mons autem est in Heraclea sic vocatus, ut narrat Theopompus: ut verò Euphorion scribit in Xenio, aconitum radicula est gramini similis, à loco hujusmodi nomen sortita, quam nonnulli pardalianchen vocant, propterea quod pardali, si eam gustaverint, suffocantur.* Antigonus in collectaneis sive admirabilibus, Θεόπομπος δέ φησιν ὁ ἱστοριόγραφος τὸ καλούμενον ἀκόνιτον, γίνεσθαι μὲν περὶ Ἡράκλειαν τὴν ἐν τοῖς ὀνομαζομέναις Ἀκόναις, ὅθεν καὶ τῆς προσηγορίας τετυχηκέναι. *Theopompus verò historiarum scriptor aconitum vocatum circa Heracleam in aconis vocatis nasci, atque inde nomen habuisse narrat.* Idem apud Athenæum lib. III. deipnosoph. reperitur τὸ ἀκόνιτον ὃ κεκλῆσθαι φησὶ, διὰ τὸ φύεσθαι ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ ὄντι περὶ τὴν Ἡράκλειαν. *Aconitum vocari scribit, à loco circa Heracleam Aconis appellato.* At horum quidem auctoritate hæc posterior nititur sententia, quam propter summum veterum Græcorum consensum, probabiliorem judicamus. Dixi supra ex Plinii verbis, & alteram nominis rationem posse colligi, nempe nomen inditum quod in locis nasceretur, quæ ne pulverem quidem plantæ nutriendę suppeditarent. Ἀκόνιτον Græcis dicitur quod sine pulvere vel citra calcem est. Hesychius ἀκονιτὶ ἀμαχητί. ἢ χωρὶς ἀκονίσεως. Legendum κόνεως. Sed cum cautes, locaque aspera, ac petrosa, nudaque talia sint, idem ferè videtur utrum dicamus, quod in locis citra pulverem, vel cautibus nascatur. Aliis nomen inditum placet, quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam, statimque admota velocitas sentiretur. Ingeniosa nominis ratio, sed an ex mente veterum Græcorum, in dubium vocari potest. Apud Plinium tamen reperitur. Sed quilibet fruatur, quo velit etymo. Aconiti unius mentio fit apud Theophrastum, duorum apud Dioscoridem, quorum prius à Theophrasto scorpii nomine, infra cap. XX. describitur. Hac de causa Dioscorides culpatur, eumque lapsum quidam scribunt, male interpunctis ac perperam intellectis Nicandri versibus, ex quo ferè omnium venenorum naturas ac remedia in suum opus transtulit, quod adeò certum ajunt, ut nihil possit dici certius. Versus Nicandri in Alexipharmacis statim in initio reperiuntur.

> Τὴν μέν τε κλείουσι μυόκτονον. ἦ γὰρ ἀπεχθὲς
> παμπήγην ὀλέσαι λιχμήρεας ἠερόμεσον.
> οἱ δέ τε παρδαλιαγχὲς, ἐπεὶ θήρεσσι πελώροις
> πότμον βουκολέουσι τε καὶ αἰγινομῆες ἔθεντο,
> Ἴδης ἐν κνημοῖσι, φαλακραίης ἐνὶ βήσσης.
> πολλάκι θηλύφονον καὶ κάμμορον. ἐν δ' ἀκοναίοις
> θηλείην ἀκόνιτον ἀνεβλάστησεν ὀρόγκοις.

> *Hoc etiam quidam dixere myoctonon, omneis*
> *Quod perimat, qui sint ausi delingere mures.*
> *Pardalianches & huic nomen posuere, quod illo*
> *Pastorum insidiis infecta carne veneno*
> *Pantheræ pereant celsis in collibus Idæ.*
> *Mors quoque thelyphononque & cammoron indidit atrox*
> *Fœminei sexus duris in cautibus, altos*
> *Per montes nascuntur, & hinc aconita vocamus.*

Prioribus in carminibus docetur unde myoctonon pardalianches dictum sit. Ex duobus posterioribus Dioscorides collegit unum tantum aconiti genus describi, quod & μυόκτονον & παρδαλιαγχὲς & θηλύφονον & κάμμορον nominatum sit, idemque aconitum gigni in Aconis Heracleæ Ponticæ, inde Dioscorides primum illud genus aconiti constituit; quod & θηλύφονον & κάμμορον & μυοκτόνον & παρδαλιαγχὲς nominatum dicit, cui & historiam thelyphoni accommodavit, prorsus veluti ex Nicandri sententia, quem ubique sequitur in natura ac remediis venenorum, quasi ille unum idemque aconitum proposuisset, sub diversis illis nominibus. At cum apud Theophrastum aliud reperisset à Thelyphoni natura ac facie diversum, id pro altero genere aconiti obtrusit. Verùm non hæc fuit mens Nicandri, qui aconitum sic proprie dictum à thelyphono, vel cammoro clarissimè distinxit, si rectè verba ejus interpungantur ac emendentur in hunc fere sensum.

> Ἴδης ἐν κνημοῖσι, φαλακραίης ἐνὶ βήσσης
> πολλάκι θηλύφονον καὶ κάμμορον, ἐν δ' ἀκοναίοις
> τῆλε λίην ἀκόνιτον ἀνεβλάστησεν ὀρόγκοις.

> *Sæpe phalacræis nemorosis vallibus Idæ*
> *Thelyphonum invenias, & cammoron, ast Aconarum*
> *Per rigidas cautes nigra longè aconita leguntur.*

Quæ insignis, inquiunt, tum emendatio, tum distinctio, & maximi prorsus momenti. Vulgo editur θηλείην ἀκόνιτον. quod erat mendosissimum. Aconitum quod à Nicandro describitur, aconitum est Theophrasti; hoc μυοκτόνον & παρδαλιαγχὲς vocatum ait. Occasione data thelyphoni simul meminit, quod etiam cammoron dictum est, quod eadem virtute præditum esset, feris necandis. Sed ea distinguit à loco natali. In pedibus Idæ montis & vallibus phalacræis sæpe thelyphonon & cammoron invenitur. aconitum vero in Aconis cautibus ——— ἐν δ' ἀκόναις, τῆλε λίην, &c. — ἀκοναῖοι ὄρογκοι ab Aconis, loco Heracleotici agri sunt appellati, in quibus plurimum aconitum. Separat itaque aconitum sic proprie appellatum, à thelyphono sive cammoro, idque prorsus secundùm Theophrasti sententiam. θηλύφονον ἐν σκιάδεσι ille nasci tradit, Nicand. ἐν βήσσαις Idæ montis, quæ sunt loca cava inter montes, ut convalles sylvis opacæ. Aconitum Theophrasti τὰ πετρώδη χωρία diligit, & in Aconis Ponticis plurimum ac præstantissimum provenit. Hic similiter ἐν ὀρόγκοις ἀκοναίοις gigni aconitum memorat, in summitate scilicet & vertice, Aconensium cautium. Grammatici ὀρόγκους interpretantur τῶν ὀρῶν τὰ ὀγκώδη partes montium eminentes, quæ ut plurimum nudis cautibus & apertis attolluntur. At βῆσσαι contra sunt ὀρῶν κοιλάδες convalles, quæ ferè semper sylvis & umbrantibus opacæ sunt, & rivis humentes ὑδρηλοὺς τόπους etiam Grammatici exponunt. Hujusmodi locis gaudet Thelyphonon, contra aconitum siccis, & asperis, saxosisque. Hoc τῆλε λίαν nasci Nicander in Aconæis cautibus, quia longinqua Nicandro illa loca, in quibus aconitum gignebatur, in intimo Ponti recessu: at thelyphonon in vallibus Idæ Troicæ, quæ non ita longè distabat à patria Nicandri, qui Colophonius erat, in eadem sunt provincia, id est Asia

Asia minore, Ida Troadis & Colophon. Ideo de aconito dixit πῆλ λίην illud nasci in comparatione thelyphony, quod in vallibus Ideis proveniebat. Portentum igitur mendi est, quod in vulgatis libris visitur, θηλείην ἀκόνιτον. Hæc Doctiss. virorum correctio & interpunctio fit verisimilior; quod in Ida Troica pantheræ non reperiantur, saltem nihil de illis proditum apud veteres. Quare rectè versus ἴδης ἐν κνημοῖσι avellitur à superioribus. Sed an in Ponto pardi ac pantheræ sint, non constat. Fera hæc animalia in calidis regionibus reperiuntur. In Ida Troica hodie si bene ex mercatoribus intellexi, pantheræ, pardi, leones, aliæque feræ, immitesque bestiæ inveniuntur. Sed nolim de re contendere, de qua mihi non constat. Dioscoridem Græci antiquiores omnes sequuti sunt, negant hoc doctiores. Aëtius enim disertè pardalianches Theophrasti aconitum appellatum testatur. ἀκόνιτον ἢ παρδαλιαγχὲς παρόμοιον μὲν τῇ ἀγρίᾳ Σιελδι, Συλλικὸν ἐπὶ δηλητηριῶδες δυνάμει. Nihil tale in editis Græcis codicibus, nec unquam sic scripsit Aëtius, verum, ut in vulgatis legitur, ἀκόνιτον ἢ παρδαλιαγχὲς, παρόμοιον μὲν τῇ ἀγρίᾳ ἴριδι. *Aconitum, sive pardalianches simile est iridi sylvestri.* Sic scripsisse Aëtium ex lib. VI. cap. LXIV. probatur, ubi ait ἀκονίτου χυλῦ, τουτέστιν ἴρεως ἀγρίας λι. ά. ἐλλεβόρου μέλανος λι. ά. succi aconiti, hoc est iridis sylvestris libram, hellebori nigri libram. Idem Aetius lib. XIII. cap. LIX. expresse ait, aconitum irim sylvestrem dictum. In promptu est ratio, cur iridi compararit sylvestri, quod iris geniculatam habeat radicem, quadantenus caudam scorpionis referentem. Iconem, quam supra apposuimus, videat diligens lector, & ex æquo judicet. Quod Dioscorides duo aconiti genera tradat, ac unum quidem pardalianches sive thelyphonon, alterum lycoctonon vocet. Facile fieri potest Dioscoridis ævo, quod Theophrasti θηλύφονον & σκόρπιον dicebatur, aconitum fuisse dictum, & pro altero aconito fuisse habitum, cujus rei non minimum indicium est, quod inter aconiti historiam, thelyphoni mentionem faciat Nicander. Dioscorides porro plantas eo nomine solet describere, quo à botanicis & pharmacopoeis sui seculi nuncupabantur, in quo, (pace doctissimorum virorum dicere liceat) quid commiserit, non video. Atqui aconitum, inquies, pardalianches vocat plantam, quam Theophrastus scorpion & thelyphonon, eandem hanc cammaron vocari scribit, contrà Nicander, Dioscoride antiquior, pardalianches, cammoron dictum, à thelyphono distinguat, ac diversam faciat plantam. Magna hallucinatio. Idem Dioscorides periclymeni nomine describit, quod clymeni Theophrastus, & ῥαφάνη quod ille ῥαφανίδα, κράμβης denique, quod ῥαφάνη præceptor. Supra ex Galeno probavimus, antiquissimis Græcis ῥάφανον brassicam denotare, cum à recentioribus radicula sic vocetur. Idem in aconiti historia contingere potuit; Recentiores nempe scorpion & aconitum, quod utrumque necandi vim habeat, eodem nomine nuncupasse, ac quidem scorpion quod citius magisque pardos, pantheras, muresque occidat pardalianches, myoctonon, thelyphonon vocasse, alterum verò quod lupos canesve lycoctonon & cynoctonon. Merito etiam in dubium vocatur, utrum descriptio aconiti lycoctoni conveniat cum Theophrastea; ut maximi referunt viri. Ex utriusque descriptione, an eadem sit planta palam fiet. Describit Dioscorides alterum aconitum, quod Theophrasti volunt, his fere verbis: ἀκόνιτον ἕτερον, ὃ ἔνιοι κυνοκτόνον, οἱ δὲ λυκοκτόνον καλοῦσι, γεννᾶται μὲν πλεῖστον ἐν Ἰταλίᾳ ἐν τοῖς καλουμένοις Οὐεστίνοις ὄρεσι, διαφέρον τοῦ πρὸ αὐτοῦ. φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τῆς πλατάνου, μᾶλλον δὲ ἐσχισμένα, καὶ μικρότερα πολλῷ καὶ μελάντερα, καυλὸν δὲ καθάπερ πτέρεως, μόσχον, ψιλὸν, ὕψος πήχεως, ἢ καὶ μείζονα. καρπὸν δὲ ἐν λοβοῖς ἐπιμήκεσι ποσῶς· ῥίζας ὥσπερ πλεκτάνας καρίδων μελαίνας. αἷς χρῶνται πρὸς τὰ τῶν λύκων θήρας ἐντιθέντες κρέασιν ὠμοῖς. βρωθεῖσαι γὰρ ὑπὸ τῶν λύκων ἀναιροῦσιν αὐτούς. *Aconitum alterum, quod nonnulli cynoctonon, alii lycoctonon vocant, plurimum nascitur in Italia, Vestinis montibus, à superiore distans (potest etiam exponi superiore præstantius) siquidem folia gerit similia platani, sed altioribus divisa incisuris, minoraque multo, & nigriora; caulem, pediculi instar filicis, nudum; cubiti altitudine, aut etiam majore, & semen in siliquis aliquatenus oblongis, radices vero, in modum scillæ marinæ cirrorum, nigras, quibus ad venationes luporum utuntur in sertæ siquidem crudis carnibus, & à lupis devoratæ eos enecant.* Magnum, inquiunt, in verbis Theophrasti, mendum: non rectè comparat radicis graminis humilis, quale est aconitum, radicibus ingentis arboris: Scribendum ῥίζαν δὲ ὁμοίαν τῇ χήμῃ καὶ τῷ χρώματι καρίδι Dioscorides enim πλεκτάναις comparat καρίδων. Corruptam esse aconiti historiam, non nego; καρίδι tamen non repono, sed καρύῳ, qualem habere aconitum Theophrasti docet experientia, ipsaque autopsia. Etiam ἀντὶ κιχοριώδες lego βατραχιώδες, quale folium tabula addita ostendit. Atqui inquiunt, φύλλον κιχοριῶδες convenit cum illa foliorum facie, quam aconito alteri dat Dioscorides. Eodem argumento probabunt, quercum, platanum, cichorium, scordium, scabiosam, geranium, populum, ficum, & quidquid denique dissectum, serratumque habeat folium, eandem obtinere formam. Nulla platani cum cichorio similitudo, ut ex utriusque icone lector animadvertere potest. Addo aliud argumentum, quo probo diversum aconitum hoc Dioscoridis esse à Theophrasti, quod alter inquiat, caulem ferre aconitum cubitalem aut majorem, alter brevem dicat herbam, in qua supervacui nihil: quæ caulem cubitalem ferunt, non merentur inter breves numerari herbas. Ineptus foret Theophrastus, si toti squillæ radicem compararet, cum partem tantum squillæ referat. Aconiti tamen Theophrasti descriptionem Dioscorides tradidit, sed ea periit, quod ex vestigiis antiquæ lectionis colligi licet. In veteri enim codice legitur ἀκόνιτον ἕτερον ὃ ἔνιοι κυνόκτονον, οἱ δὲ λυκόκτονον καλοῦσι, τούτου γένη ἐστὶ τρία. ἓν μὲν ᾧ οἱ θηρευταὶ χρῶνται. τῷ δευτέρῳ ἰατροί. τρίτον τὸ λεγόμενον ποντικόν. In altero vero habetur, τούτου γένη ἐστὶ τρία, ἓν μὲν ᾧ κυνηγοὶ χρῶνται, τοῖς δὲ δυσὶν οἱ ἰατροί. ὧν τὸ τρίτον λεγόμενον ποντικόν. *Hujus genera tria, unum quo venatores utuntur, duo quibus Medici: ex quibus tertium est quod Ponticum dicitur.* Hæc corrupta esse fatemur; attamen non omnino, ut docti viri volunt, rejicienda, Illud commodi ex iis percipitur, tria lycoctoni fuisse genera, quorum duorum periit historia, inter quæ sine dubio Theophrasti, quod in cautibus nascitur, reponi debet verisimile admodum hoc Ponticum vocatum quod circa Heracleam Ponti optimum foret. Forrassis sine damno periere etiam quædam, nempe quonam

Aconitum Luteum.



pacto, tum medici, tum venatores antiquitus aconito uterentur. Aconiti genus foliis platani Dioscorides in ἰταλίας Italiæ montibus nasci ait. Corrigunt ὑεστίνοις, idque

idque quod in Italia non sint Justini montes, sed Vestini. Attamen vulgatam lectionem probat Oribasius. Auget suspicionem sic scripsisse auctorem, quod eundem errorem capite de asaro reperio. Si non sit mendum; ignosci tamen Græco homini potest; quippe qui Italos vestinas pronunciantes male intellexerit. Sed præstat mendum scribentis dicamus. Lego ex Oribasio, ac antiquo codice, μικρότερα, non ut vulgo scribitur μακρότερα. Eo libentius hanc agnosco lectionem, quod aconitum lycoctonon, cui descriptio Dioscorides perbellè convenit, folia esse longe quam platani minora, ipse comprobet sensus, uti Clariss. Dodoneus rectè observavit. Sed notandum, in ipsis montibus latiore caule & folio esse, cum alibi humiliore sit caule, & foliis minoribus. Genera plura observarunt recentiores; nos duorum exhibemus iconem, quod maxime cum descriptione conveniant. Primum luteum vulgo vocatur, petiolis nudis; alterno situ, gerit folia ampla, in complures partes confecta, ad instar platani, sed profundioribus majoribusque incisuris, ac minora, resplendentia, ac non raro nigriora; Superiore nempe parte. Inferiore enim magis inalbicant: Caulis bipedalis, & quandoque altior, rotundus, lęvis, lentus ad latus non nihil reflexus, nequaquam in totum rectè assurgens, in ramulos etiam subinde diffusus; Flores ordine supra invicem digeruntur, effigie & colore linariæ, pallentes sub luteo, interdum pallidiore, nonnunquam intensiore colore. Succedit semen in corniculis angulosum, atrum. Radices ut plurimum nigræ, multis cirris crassis & flexuosis implicatæ. In montanis & opacis viret; invenitur in Alpibus, aliisque compluribus montibus, non raro etiam in montium convallibus. Alterum foliis minoribus, magis dissectis, flore purpureo, radice magis implicita, ac flexuosa, cirros squillę magis referente.

Aconitum Lycoctonon dictum.



Hoc genus lycoctonon vocatur, quod lupos necet; cynoctonon, quod canes. Eadem de causa apocynum dicitur. Sed & alia quædam planta sic dicitur, cujus meminit Dioscorides lib. IV. cap. LXXXI. Ἀπόκυνον, οἱ δὲ κύναγχον, (vet. κυνάγχιον) οἱ δὲ παρδαλιαγχὲς, οἱ δὲ κυνόμορον (Ald. κυνόμορφον) οἱ δὲ κυνοκράμβην καλοῦσι —— ταύτης τὰ φύλλα σὺν στέατι ἀρτοποιηθέντα, καὶ παραβληθέντα, κτείνει κύνας, λύκους, ἀλώπεκας, παρδάλεις. παράχρημα δὲ παραλύει αὐτῶν τὰ ἰσχία. *Apocynon, aliqui cynanchon, nonnulli pardalianches, alii denique cynocramben, hoc est caninam brassicam appellant —— hujus folia cum subacta farina, in panes coacta & in cibos data, canes, lupos, vulpes, & pantheras necant, ac protinus earum quadrupedum coxendices resolvunt.* Sensus, inquiunt viri docti, postulare videtur, ἀντὶ στέατι, quod *adipem* significat, σταιτὶ restituendum. Σταὶς enim farina est aqua subacta. Sed στέαρ, quanquam vulgo adipem sęvumque denotat, tamen non raro pro farina subacta & fermentata accipitur, uti infra cap. XXII. de grano gnidio. Sed vulgatam significationem maxime probo. Nam canes folia apocyni graveolentia, farina mixta, non facile, nisi fame pereant, edere, probabile sit; adipe vero mixta facile, etsi cibum non appetant, devorabunt. Folia itaque adipe, canibus grata, commiscenda sunt, & in globulos placentasque, panis modo, formanda. Hesychius ἀπόκυνον massam inquit, esse pharmaco quodam permistam ad necandum canes. Ἀπόκυνον μᾶζα μεμιγμένη φαρμάκῳ πρὸς ἀναίρεσιν κυνῶν. Non tantum animantibus sed & homini venenum est. Galeno lib. VI. simpl. teste. ἀπόκυνον ἢ κυνοκράμβη. καλοῦσι δὲ ἔνιοι κυνόμορον αὐτὴν, ἐπειδὴ τάχιστα τοὺς κύνας ἀναιρεῖ, καθάπερ τὸ λυκόκτονον τοὺς λύκους. ἔστι δὲ ἀνθρώπων δηλητήριον, ἱκανῶς δυσώδης πόα. *Apocynum, aut cynocrambe, vocant etiam quidam cynomorum, quandoquidem canes celerrime interimit, sicut lycoctonon lupos. Est autem hominibus venenum, herba multum graviter olens.* Hæc si vera; gravissimè peccavit Plinius, ni codex corruptus sit. Præscribit enim apocyni semen adversus pleuritim; Locus est lib. XXIV. cap. XI. *Sic & pleuriticos*, inquit, *& omnes lateris dolores* (sanat) *apocyni semen ex aqua. Frutex est folio hederæ, molliore tamen, & minus longis viticulis, semine acuto, diviso. lanuginoso, gravi odore, canes & omnes quadrupedes necat in cibo datum.* Vix imaginari queo, Plinium sic scripsisse; maxime cum Dioscorides, ad nullum usum humano corpori commodum, præscribat; Galenus verò homini perniciosum referat. Quare verba hæc sic lego, & *Pleuriticos & omnes lateribus dolores ex aqua.* Ad præcedentia, nempe alyssi historiam, referenda, ut sequatur. *Apocynum frutex est.* Apocynum his fere verbis describit, Dioscorides θάμνος (vulgaria exemplaria, ἔρνος) ἐστὶ, ῥάβδους ἔχων μακροὺς, λυγώδεις, δυσθραύστους, (δυσώδεις, addunt alii) φύλλα κισσῷ ὅμοια, μαλακώτερα δὲ, καὶ ὀξύτερα, κατ' ἄκρον, βαρύοσμα, ὑπόγλισχρα, ὀποῦ μεστὰ μηλίνου. καρπὸς δὲ ὡσεὶ λοβὸς κυάμων περὶ δακτύλου τὸ μῆκος, θυλακώδης. ἐφ' ὧν σπερμάτια σκληρὰ, μικρὰ, μέλανα. Tria posteriora verba non habentur in veteri codice. Ruellii codex λευκοῦ legit. *Est verò frutex longis constans virgultis* (Plinius perperam *viticulis*, aliud κλημάτιον, aliud ῥάβδος) *vitilium modo obsequiosis, fractuque ferè invictis, foliis hederæ; attamen mollioribus, & per extremum acutioribus, gravique odore, quadantenus viscosis, & luteo succo turgentibus. Fructus ceu fabarum siliqua* (Græcarum intelligi, non vulgarium) *digiti longitudine protenditur, folliculari specie, minutis intus seminibus, duris, parvis, atque nigris.* Aliam Plinius seminis dat delineationem; quam unde habeat, ignoro. Fert enim siliquam follicularem conclusam, quæ lanugine plena est. Apocynum recentioribus περίπλοκα vocatur, quasi *circumplectens*, eo quod proxima amplectetur. Hujus nonnulla recentiores observarunt genera. Aliud enim folio subrotundo, oblongo aliud, tertium salicis folio, quartum quod tertii apocyni nomine describit Clusius. Duo postrema ad scammonii Monspeliensis classem referunt doctiores, Quorum opinioni non adversamur. Rotundo hederaceo folio apocynum, amplexi caulis est, proxima pedamenta scandendo ambiens, & circumvinciens; caules ejus longi, rotundi, lenti, flexibiles, graciles, viminei, geniculati, fractu difficiles, subrubentes, pediculos utrimque habentes longiusculos & exiles; in quibus folia Hederacea, molliora, viridia, lævia, renidentia, non nihil venosa, & quam vicetoxici rotundiora, in summo acuminata. Flores haud magni, muscosi, albicantes, quinque foliis constantes. Succedunt siliquę torosæ, aliquantulum recurvæ, ut plurimum geminatæ, asclepiadis majores; minores tamen quam rhododendri, & acutiores. In quibus semen nigrum, molle depressum; tomentoque similis est lanugo, quæ in arescentibus, dissilientibusque siliquis conspicitur. In conspectum prodit, radix fibrosa, succus flavescit, ingratus, & uti tota planta virosus. Altera prolixioribus & levioribus viminibus serpit, variisque flexibus arripit, & amplectitur obvios caudices periclymeni modo; folia ex utrimque ex adverso bina, periclymeni potius, quam hederæ

hederæ æmula, sed apice ut vicetoxicum donata. Utrum canes occidat, mihi non constat; nunquam experimentum feci. Verisimile admodum, ea facultate pollere. Veterum enim cum descriptione pulchrè

Apocynum foliis hederaceis.



convenit, malique ac perniciosi odoris est. Hujus antidotum est vice toxicum, vulgo vincetoxicum. *Certum*, inquiunt Adversariorum auctores, *nos exploratumque habemus, jam diu saltem aliis venenis à cane devoratis antipharmacum fuisse, uti thoræ authora, & Paridis herba pardalianches sunt.* Hæc verba de vicetoxico, non de apocyno, ut quidam putarunt, intelligenda. Ipse Lobelius, Adversariorum auctor alter testis locupletissimus. Etenim in belgica versione, quam ipse transtulit, legitur. Jst dat dit kruyt apocynum der honden doodt is / als sy 't eten / soo ist der waerheyt seer ghelijck dattet apocynum is. Ende de remedie hier teghen is by avonture het vicetoxicum. Wy hebben overlangh seecker bevonden / dat een remedie is ghewest / teghen ander fenijnen / die de Honden ghegheten hadden / ghelijck authora teghen thora / en wolfs-besijen teghen pardalianches. Ex his, qui belgica callent lingua, luce meridiana clarius videbunt, verba adversariorum intelligenda de vicetoxico. Nomen vicetoxici, vel vincetoxici barbarum est, & à recentioribus huic impositum, quod illi insignis adversus venena vis insit. Vox conflata est, ex vinco, & toxicum. rectius νικητοξικὸν, utraque Græca voce, dixissent. Hirundinariam etiam vocant, à fructu, seu potius siliquis quas producit, quæ dehiscentes plumosum ostendunt semen, atque hirundinis figuram referunt. Quæri solet utrum Asclepias sit Dioscoridis; Asclepias dicitur ab antiquo medico, nec dubium quin illud nomen impositum à vi qua venenis resistat. His ferè verbis describit Dioscorides lib. III. cap. CVI. Ἀσκληπιὰς κλωνία ἀφίησι μακρά. ἐφ' ὧν μακρά, κισσῷ ὅμοια. ῥίζας πολλάς, λεπτάς, εὐώδεις. ἄνθος βαρύοσμον. σπέρμα δὲ ὡς πελεκίνου. φύεται ἐν ὄρεσι. *Asclepias ramulos emittit longos, in quibus folia longa, hederacea: radices numerosas, tenues odoratas, florem graveolentem, semen ceu securidacæ. Nascitur in montibus.* Eadem ferè Plinius lib. XXVII. cap. V. *Asclepias folia hederæ habet, ramos longos, radices numerosas, tenues, odoratas: flores virus grave; semen securidacæ. Nascitur in montibus.* Vincetoxicum asclepiada esse affirmant plurimi, negant pauci; his moti rationibus, quod folia & radices nullo commendentur odore, flores virus aliquod non redoleant, semen securidacę simile non sit; Addunt, ex Oribasii lectione, asclepiada non proferre folia oblonga, cui subscripsit Marcellus interpres, fretus fortasse, ut solet, probatissimis exemplaribus. Prӕterea, inquiunt, antiquissimus codex manu scriptus de radicibus non legit πολλάς, hoc est *multas*, sed tantum λεπτάς, εὐώδεις id est *tenues, odoratas.*

Asclepias, sive vincetoxicum.



Ad hæc respondent botanici celebres. Ad primum, radices odoratas esse, non negabunt ii, quibus organum olfactus incorruptum ac illæsum est. Sed odoratæ magis radices sunt è locis montosis, ideoque pro cœli solique ratione plantas magis odoratas & in odoras esse, ut mille in locis docet Theophrastus. Quod de foliis ajunt, nihil ad rem facit, odorata an odoris expertia sint; siquidem Dioscorides non asseruit, odore commendari. Ad tertium, quod de floribus ajunt, non omne βαρύοσμα virus redolere. Graveolentiam enim omnibus non æquè magnam esse; Quin etiam si terantur vel minimum flosculi, gravitatem eos emittere non negabit is, cui nares non sunt obesæ; hoc obiter addam; perperam βαρύοσμον Plinium *virus* vertisse, quod infinitis probari exemplis potest. Polium Dioscorides lib. III. cap. CXXIV. βαρύοσμον, μετὰ ποσῆς ἡδονῆς scribit. Nemo autem facile virus redolere dicet. Semen tametsi, non exquisitè quadrangulum; plana tamen oblongaque est figura, magnitudine & colore satis securidacæ referens. Voces μακρά, (vel, ut in altero antiquo codice perperam, μικρά) & πολλάς omissæ, nihil conferre possunt. Folia hederacea quandoque longa, nonnunquam angulosa, etiam & oblonga & rotunda sunt. Asclepias non minus quam seseli æthiopicum & periclymenum hederæ folio dici potest; tenuesque radices sæpe sunt multiplices. Vincetoxicum aliud flore est albo, aliud nigro, id est colore pullo, parum ad purpureum vergente. Quod Doctiss. botanicus apocynum esse Diosc. statuit. Pallido turgere succo, inficias iri non potest. Multas habet etiam notas apocyni; attamen cum foliis viticulisve non constat graveolentibus, nec frutex dici, possit (nihil enim lignosi habet, nec longis fractaque contumacibus virgultis constat,) apocynum esse validis satis argumentis probari non potest. Sub judice lis hereat, quilibet sua fruatur opinione, nobis id admonuisse sufficit. Hactenus de plantis quæ canes, sues, pantheras, lupos necent; adjicienda pedicularia, sive quæ pediculos necet, historia. Græcis φθειρ-

ἄγρια dicta, vel, uti apud Galenum lib. VI. simpl. legitur, ἀσταφὶς, ἡ μὲν inquit, ἥμερος πεπτικῆς τ—— ἡ δ᾽ ἄγρια δριμείας ἰσχυρῶς ὡς ἀποφλεγματίζειν τε καὶ ῥύπτειν σφοδρῶς ὥστε καὶ πρὸς ψώραν ἁρμόττει. Σταφὶς nomen à foliorum divisuris accepit, quibus vitem imitatur sylvestrem. Recentiores ἀγριοσταφίδα eodem dixere sensu. Orneosophiῶν auctor capite εἰς ἀναπνοὴν καὶ στόμον. χαλβάνης κεράτια γ᾽. ἀγριοσταφίδος κἐρ᾽ β᾽ σάχαρ λευκοῦ Ἀφρικοῦ κἐρ. γ᾽. Idem capite ἄλλο ὁ χρυσέλαιος κατήρτισε· ἀλόης ἡπατικὴν ἀγριοσταφίδα ἑκάστου ἀνὰ οὐγ. α aloes hepaticæ, pedicularia singulorum unciam. Hodie, ut audio, in Creta ψειρόκοκκον & φθειρόκοκκον vocant. Uva taminea dicitur etiam Latinis, quod affirmat Celsus lib. III. cap. XXI. *Hebenus, cupressi semen, uva taminea (tyminia* in quibusdam codicibus) *quam σταφίδα ἀγρίαν Græci nominant.* Hunc non apertè, sed tacitè carpit Plinius lib. XXIII. cap. I. *Astaphis agria sive staphis, quam uvam taminiam aliqui vocant falso.* In eundem idem Plinius incidit (si hallucinatio dicenda) errorem lib. XXVI. cap. XIII. Item *phthiriasi qua Sylla dictator consumptus est; nascunturque in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus. Resistitur uvæ taminiæ succo, aut veratri, cum oleo perunctis corporibus. Taminia quidem in aceto decocta, etiam vestes eo tædio liberat.* Hæc Galenus de staphide agria. lib. I. κατὰ τόπους cap. VII. βοηθήματα φθειριάσεως ——— ἢ ἐλλέβορον λευκὸν, καὶ σταφίδα ἀγρίαν, καὶ νίτρον ἴσα μετ᾽ ἐλαίου ἐν βαλανείῳ χρῶ. *aut veratrum album & staphidem agriam, & nitrum pari pondere, cum oleo in balneo adhibe.* Astaphis agria latinis etiam pedicularia vocatur. Scribonius cap. VIII. *Cyclamini succi*, σταφίδος ἀγρίας, *quam herbam pedicularium quod pediculos necet, quidam appellant.* Describitur à Dioscoride lib. IV. cap. CLVI. Σταφὶς ἀγρία φύλλα μὲν ἔχει ὥσπερ ἀμπέλου ἀγρίας ἐσχισμένα. καυλία ὀρθά, μαλακά, μέλανα, τὸ δὲ ἄνθος φέρει ἰσάτῃ ὅμοιον. τὸν δὲ καρπὸν ἐν θυλακίοις χλωροῖς ὥσπερ ἐρεβίνθου, τρίγωνον, ὑπόκιρρον ἐν τῷ μέλανι, τὰ δὲ ἔνδον λευκὸν γευσαμένῳ δριμύν. *Staphis agria folia quidem habet labruscæ modo divisa, & cauliculos rectos, molles, nigrosque, florem vero fert glasti, semen in folliculis viridibus ceu ciceris triangulum, scabrum, ex nigro subfulvens, intus album, gustu acre.* Idem ferè Plinius lib. XXIII. cap. I. *Cauliculis nigris rectis, foliis labruscæ. fert folliculos verius quam acinos, virides, similes cicere in his nucleum triangulum. Maturescit cum vindemia, Nigrescitque, cum tamineæ rubentes norimus acinos, sciamusque illam in apricis nasci, hanc non nisi in opacis.*

Staphis agria.



Staphis agria apud Batavos in hortis sata feliciter quidem provenit, floremque fert, sed fructum maturum, nisi æstas calidior fuerit, non reddit. In Apulia, Istria, Dalmatia copiosissima reperitur. Caulis huic erectus, nigricans cubito altior: folia ab imo in pampineis viticulis magna, profundis incisuris, quandoque septem, quandoque paucioribus divisa; vitis sylvestris sive labruscæ, aconiti, aut ricini foliorum æmula, flores stellati isatidis, colore cærulei (de glasti enim colore intelligendus Dioscorides non qualis in glasti visitur flore, sed qualis sit glasti succo, nempe subcæruleus) Sequuntur folliculi herbacei coloris, multis costis compacti, quibus dehiscentibus, semina erumpunt triangularia, nigricantia, pulpa interiore candida, oleosa, gustu valde acria, & salivam cientia. Radix non ita magna, annua. semen notissimum, & compertissimo usu ad pediculos suffitu & illitu abigendos. Maceratum nempe & tusum in aceto vegeto si affricentur interulæ, quantum est pediculorum & lentium enecat. Sed unde digressi sumus revertamur. Doctiss. & celeberrimus Dodonæus aconitum Theophrasti putat; quod vulgo hyemale vocamus; quod, si hyems clemens sit, mense Januario, Februario, alioquin Martio floreat. In collibus Patavio vicinis, florem Aprili, Majoque mensibus producit.

Aconitum hyemale Belgarum.



Humilis herba est, præter foliorum cauliculos nullos pediculos habens. Sunt autem hi breves, vix palmum alti, & tenues: folium verò in singulis unicum, circumscriptione quidem rotundum, sed instar napelli multifidum, & profundis incisuris radiatim, dissectum; quibus subinde medius insidet flosculus luteus, forma ranunculi; quem tamen non capitulum, sed siliquæ ponè sequuntur, parvæ tres aut quatuor, sursum arrectæ, veluti lycoctoni. Radicula subest crassa, tuberosa, primæ anemones æmula, quasi geniculis aliquot articulata, gustanti admodum acris; ex qua foliorum pediculi exeunt. Describit celeberrimus Dodonæus aconitum adultum & vetus. Novellum enim radiculam unicam parvam habet, nec tuberculis eminet. Potentia & facultate plantam hanc Dodo-



Dodonæus perniciosam admodum & valde exitialem haberi ait. Hactenus & ego hujus fui opinionis, sed cum viderem thoræ radiculas, nucleum nucis avellanæ referre, melius quam alterius aconiti, eandemque plantam præsentaneum, & perquam exitiosum esse venenum, pro aconito habere cœpi, & ac non ut ante, βατραχώδης, sed κυκλώδης, quod propius ad vulgatam accedit lectionem, restituendum putavi; Thora herba nequaquam magna, neque in amplitudinem ullam effunditur, singulari caule, eoque rotundo, glabro, junceo, palmum aut semipedem tantum alto, cui unicum subinde, raro bina, rarissimè tria quatuorve adnascuntur foliola duriuscula, lævia, dilute, & aliquatenus ex coeruleo virentia, rotunda ac plane circinata, ambitu tamen crenato ac cristato. Flosculus in cacumine eminet luteus minor quam ranunculi pentaphylli tormentillæve, alioqui non dissimilis, globatum capitulum sequitur è seminibus congestum, radiculis IX. aut X. & quasi torulis oblongis, in imo exilioribus, & acutis, superne autem quasi nodulo collectæ, asphodeli similitudine & candore (qualis etiam cuticula abacta nucleus conspicitur) cespitem amplexæ quasi cancri forcipulæ, quod Theophrastus vocat συγκαρκινοῦσθαι, ab cancrorum pertinacis amplexus imitatione. Thoram vulgo, sed perperam vocant, φθόρα *phthora* dicendum à venenata vi qua prædita est: frequens in Alpibus, & Allobrogum Helvetiorumque montibus gignitur, apud Valdenses (inde phthoræ Valdensium nomen accepit) qui partem horum montium, Italiam versus incolunt, frequens. Venenum ex hac lethale conficiunt, teste Gesnero, quo si gladius, aut spiculum, vel sagitta infecta hominem vulneraverint, (mirabile dictu) nisi pars læsa subito abscissa fuerit, ne ipsius veneni malignitas in reliquum corpus serpat, totum sanguinem ita corrumpit, atque coagulat, ut statim occidat, nec ullo remedio aut medicamine (quod sciant) vitæ ac saluti occurri potest: Necesse itaque percussum misere perire. Si verò aliud animal, sagitta hujusmodi veneno intincta, verbi gratia, ursus, aut alia fera, percussum fuerit, bino aut trino saltu facto, moriens cadit. Cujus si edantur carnes, nihil nocent homini, ex quo intelligitur id venenum soli sanguini esse inimicum, ex adverso, sanguis illi veneno ita inimicus est; ut si in ollam, in qua servatur id venenum, sanguis inciderit, statim vim amittat, nec amplius nocere possit. Vim succi experturi, acum eo inficiunt, qua ranam pungunt, quæ si illico moriatur, præsentaneum judicant; Succus hic vere exprimitur, atque vesiculis aut potius unguibus & cornibus bovillis reconditus, mittitur venum ad emporia finitima, ubi ad usus annuos venationum sibi comparant ferarum insidiatores. Mirantur viri Doctiss. cur phthoram hanc Mathiolus pseudo-aconitum vocarit, cùm facultate funesta quodvis superet aconitum, aut toxicum.

Nobilis inter Botanicos agitatur quæstio; utrum venenum præparari possit, quo quis certo tempore, aut hora perimat. Quod asserere videtur Theophrastus: crediderunt Romani, quod nobili historia, quæ apud Gellium extat, probatur. Reperitur hæc lib. VI. cap. IV. ubi Gellius ait. *Quod satis celebre de Attilio regulo; id nuperrime legimus scriptum, in Tuditani libris, Regulum captum ad ea, quæ in senatu Romæ dixit, suadens ne captivi cum Carthaginensibus permutarentur, id quoque addidisse; venenum sibi Carthaginenses dedisse, non præsentaneum, sed ejusmodi quod mortem in diem proferret; eo consilio, ut viveret quidem tantisper, quoad fieret permutatio; post autem grassante sensim veneno contabesceret.* Ab altera parte rationibus demonstratur, hujusmodi non reperiri venenum, quod venenum si unquam interimere debet, opus est, ut habeat vim cordi inimicam, & σηπτικὴν, in est *putrefaciendi & corrumpendi facultatem*, hujusmodi autem vis insignis & efficax est, ideoque ubi in corpore viget, aut statim damnum inferet, aut ita diminuetur ejus vis, ut in posterum etiam mortem inferre non possit. Sed hæc non satis firma sunt, videmus quippe canis rabidi venenum ad multum tempus delitescere, antequam sese prodat, ac vim suam exerceat. Altera ratio majoris est ponderis; quod scilicet actiones quæ tempore definito agunt ac præfiniuntur, pendeant ac prodeant à facultate, quæ operatur cum deliberatione ac judicio. Agere enim ac perficere, in hoc magis quam in illo tempore, non est alterius, quam facultatis deliberantis & perpendentis opus. Unde bruta, quod priventur & ratione, & considerandi deliberatione; carent hujusmodi temporis discrimine. Cum autem nullum reperiatur venenum tali facultate præditum, præter rationem videtur determinato ac definito tempore operari. Præterea, si aliquod hujusmodi venenum daretur, rationi consentaneum foret, aliquod etiam reperiri pharmacum, quod certo quodam tempore ageret. At tale nullum hactenus repertum. Probabile itaque non videtur, venenum dari ac præparari posse, quod certo ac definito necet tempore. Sed venenum aliud citius, aliud tardius interimere, non caret ratione & diversis fit causis, quarum prior natura, efficacia, ac vis ipsius veneni. Alterum enim altero validius, & magis potens esse extra dubium est. Quod ipsa comprobat experientia. Secunda ratio est, proprietas & dispositio ipsius corporis. Etenim qui debili sunt corpore, ac corde imbecilli, citius à veneno extinguuntur, quam qui valido, ac robusto. Ii etiam quibus corpus est calidum, citius pereunt, quam quibus frigidum. Calidum enim vias & meatus habet amplos, per quos facilius penetrat & pervenit venenum ad cor. contra in frigidioribus accidit. Tertia ratio est mensura assumpti veneni. Axioma philosophicum est, in majori quantitate majorem vim positam esse, ubi vis major, celeriorque agendi facultas. Necesse ergo, ut, qui plus veneni assumit, citius quoque interimatur. Quarta ratio ex Theophrasti hoc ipso capite petitur. Magnum nempe discrimen esse in colligendi tempore: Æstate enim collectum venenum magis agit, quam quod vere aut alio tempore colligitur: Quinta ratio. Non parum refert an vacuo, an pleno sumatur stomacho; In jejuno enim citius operatur quam repleto. Non tantum quia liberius per totum corpus in jejuno spatietur, sed etiam quod membra vehementius trahant, facilius admittant.

Negat Theophrastus, ullum antidotum contra aconiti venenum sponte nasci. Contrarium Antigonus in admirabilibus ex auctoritate Theopompi docet. Δυναμικὸν δὲ ἐναργῶς ὄν, ἐκ ἰσχύειν ἀδικεῖν, ἂν πίῃ τις πήγανον ταύτην ἡμέραν. ὡς Ἀγαθάρχου τοῦ τυράννου, πολλοὺς ἀποκτείναντος φαρμάκῳ, καὶ πειρωμένου λανθάνειν, ὡς ἐγένετο συμφανὲς, τοὺς πλείστους Ἡρακλεωτῶν, οὐ πρότερον ἐξιέναι πρὸ τοῦ φαγεῖν πήγανον, id (aconitum sc.) *cum sit venenum admodum validum, nihil tamen ei obest, qui, qua die offertur ipsi, rutam biberit; Itaque cum Agatharchus tyrannus multos veneno sustulisset, conareturque latere: re detecta, plerosque Heracleotarum, non ante egressos domo, quam rutam edissent.* Idem apud Athenæum legitur, sed codex corruptus, perperam κώνειον legitur. Locus est libro tertio deipnosophist. Εἰ δὲ τούτοις ἀπιστεῖ, μαθέτω ἐκ Θεοπόμπου τοῦ Χίου, ἀνδρὸς φιλαλήθους, καὶ πολλὰ χρήματα καταναλώσαντος εἰς τὴν ἐπὶ τῆς ἱστορίας ἐξέτασιν ἀκριβῆ. Φησὶ γὰρ οὗτος ἐν τῇ ὀγδόῃ καὶ τριακοστῇ τῶν ἱστοριῶν ἐπὶ Κλεάρχου διηγούμενος τοῦ Ἡρακλεώτου τῶν ἐν τῷ Πόντῳ τυράννου, ὡς βιαίως ἀνῄρει πολλούς. καὶ ὡς τοῖς πλείστοις ἐδίδου κώνειον (ἀκόνιτον legendum) πιεῖν. ἐπειδὴ οὖν, φησὶ, πάντες ἔγνωσαν, τὴν τοῦ φαρμάκου ταύτην φιλοτησίαν οὐ προήεσαν τῶν οἰκιῶν πρὶν φαγεῖν πήγανον. τοὺς γὰρ προφαγόντας, μηδὲν πάσχειν, πίνοντας τὸ ἀκόνιτον, ὃ κληθῆναί φησι, διὰ τὸ φύεσθαι ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ, ὄντι περὶ Ἡράκλειαν. *Si quis fidem his adhibere non vult, apud Theopompum Chium discat, hominem veritatis amantissimum, quique in exacta historiarum cognitione comparanda, multum pecuniarum consumpsit. Hic enim in trigesimo octavo Historiarum libro, sermonem faciens de Clearcho Heracleotarum tyranno, ut vi multos sustulit, & ut plurimis aconitum potu dedit; postquam ait omnes pharmaci in potu factam à rege invitationem cognoverunt, haud prius domo exierunt, quam rutam comederent, eo quod nihil ab aconito lædantur illi, qui prius hanc potarunt. Aconitum vocari scribit à loco, circa Heracleam Aconis appellato.*

 Ἀκόνιτον

'Ακόνιτον restituendum, non tantum ex Antigoni loco jam citato constat, sed ex ipsis Athenæi sive Theopompi verbis colligitur. Etenim non κώνειον cicutam, sed ἀκόνιτον veteres in Ponto circa Aconas nasci tradiderunt. Adde cicutam medicamentum lenius esse multo quam aconitum. Idem error apud Stephanum περὶ πόλεων. λέγεται ὁ ἀκόνιον (lego ἀκόνιτον) δηλητήριον φάρμακον ὡς Ἀθήναιος περὶ τῶν δειπνοσοφιστῶν. ἐπὶ τῶν προσφαγόντας τὸ πήγανον μηδὲν πάσχειν ἐκ τοῦ κωνείου. Legendum ἀκονίτου. Non fit verisimile, veteribus ἀκόνιτον & κώνειον idem fuisse. Ex Antigoni loco citato satis manifestè apparet, corruptum esse codicem Athenæi & Stephani. Cæterum an Agatharchum, ut apud Antigonum, an Clearchum, ut apud Athenæum legendum sit, non multum laboro, siquidem ejus parum interest. Recentiores aliam quandam invenerunt plantam adversus phthoræ venenum, quam antiphthoran, sive antithoram vocant. Iisdem ferè in locis, in quibus thora, reperitur; in Alpibus scilicet, apud Allobroges Helvetiosve, lacus Lemanni accolas. Qui ut & Taurini Ligures authoram, vulgo *authoro* appellant. Apud Batavos hortensis est, & floris gratia colitur. Hanc, providentiæ divinæ quodam munere, adversum phthoræ exitiale ac ferè expugnabile venenum, pro summa panacea habent Genevenses, & Ligures. Apud agyrtas & circumforaneos magno in pretio est, ad omne venenum resistendum, idque extinguendum, putredinem corrigit, lumbricos tineasve expellit, muccosos & serosos humores educit. Hugo Salerius non modò per inferiorem ventrem, sed & largas per superiora, hujus radices moliri expurgationes, auctor est. Modum esse ad quantitatem faseli (quem vulgo fabam) ex jusculo aliquo aut vino. Antonius Guanerus magnæ etiam adversus pestem efficaciæ esse refert, & quod ad experientiam, inquit, vidi, consimilis cum dictamno virtute, authoræ radix existit. Est herba quæ juxta thoram illam, scilicet herbam, nascitur, ex qua venenum conficitur, cum qua in Alpibus Salutiarum & Pizanolii capras sylvestres venantur. Hæc radix authoræ, assimulatur nucleis olivarum, & est bezoar illius Thore, quæ adeò venenosa, ut omnia animalia sua interficat venenositate. Credunt napellum Moysis, & zedoariam Avicennæ esse. Zedoariam enim, lib. 2. cap. 745. ait cum napello crescere, atque hujus vicinia, illius vires & malitiam retundi, impotentioresque reddi, & esse Theriacen, id est alexipharmacum, viperæ, napelli, & venenosorum omnium medicamentorum. Radix hæc apud diligentiores seplasiarios reperitur, & contrierve nomine venditur. Fabulantur capras Indicas, bezoar lapidem non concipere, antequam hanc devorarunt radicem, copioseque apud Indos, ubi hæ capræ sunt, nasci. Venusta & elegans satis planta, effigie napellum refert, sed humilior & minor est, caulis dodrantalis aut paulo altior, rotundus, striatus, alterno foliorum, ab imo summo tenuis, exortu. Folia crebris, tenuibus, profundis incisuris fissa, uti napelli, sed minora, flores habet eadem forma, non tamen cæruleos, sed è luteo pallentes, cucullatos & rictu hiante galericulos, semen & siliquæ napello respondent. Geminæ subsunt radices, olivas aut orchios globulos referentes, foris fuscæ, intus albæ, rugosæ, solidæ, frangi, ubi resiccatæ, satis contumaces, attamen friabiles, suaviter spirantes. Radiculæ hæ in hortum translatæ, soli fœcunditate, lasciviunt, subinde enim longiores sunt, pluresque in una reperiuntur planta; Memini me octo, decem, duodecim imo plures cohærentes vidisse, & observasse.

Ἀλλ' ἡ τοῦ ἐφημέρου. Ephemerum cur dicatur, ipse docet Theophrastus, quod eodem, quo assumptum est, die interimat. Aliud præter hoc etymon apud Scholiastem Nicandri extat. ἐφήμερον ἐφήμερον διὰ τὸ ἔνθεν ἀναδίδοσθαι κατὰ τὸν Τανάϊν ποταμὸν, ἢ τὴν Κολχίδα. τῇ γὰρ μεσημβρίᾳ τελειοῦσθαι, πρὸς ἑσπέραν δὲ αὐαίνεσθαι, ἢ διὰ τὸ ἡμέραν ὅλην μὴ δύνασθαι ἐξαρκεῖν τοὺς πίοντας αὐτὸ τὸ ἐφήμερον. *Quidam ephemerum*, id est diurnum, unius diei herbam, *quod quo die nascatur, eodem intereat, Mane enim prodit circa fluvium Tanain, vel Colchida regionem, meridie perficitur, vesperi arescit. seu quod qui biberint ephemerum, eum diem supervivere nequeant.* An ita se res in Colchide habeat, me fugit; Apud Batavos Colchicum plures durat dies, nec inde nomen sumpsisse verisimile. Confudit Scholiastes ephemeri insecti historiam, cum ephemeri herbæ historia, nec cum ea tantum, sed cum naphthæ, ut mox ostendam. De ephemero insecto, quod unum tantum diem vivit, agit Cicero lib. de Tusc. Quæst: ἀ ἡ ἡμερόβια γίνεται περὶ τὸν Πόντον, ἡ τὴν ζωὴν ἔχει ἡμερησίαν γιόμενα, μέσης δ' ἡμέρας ἀκμάζοντα, δείλης δὲ γηρῶντα, ἡ τελευτᾷ τὸ ζῆν. *Hemerobia proveniunt circa Pontum, vivit bestiola diem unum. Mane siquidem nascitur, meridie in vigore est, vespertino tempore senescit, & desinit vivere.* De hoc insecto, nuperrime edidit libellum Augerus Clutius Med. Doctor, in quo totam historiam istius insecti persequitur. Hunc lector, qui eam novisse desiderat, adeat. Ephemerum herba, aliud est lethale, aliud non lethale, uti ex Galeno lib. VI. simpl. patet. Ita enim ibi Galenus.

Ἐφήμερον, ὃ τὸ δηλητήριον, ὃ καὶ κολχικὸν ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ τὸ ἕτερον, ὃ δὴ καὶ ἶριν ἀγρίαν καλεῖται, φύλλα μὲν ὁ καυλὸν ἔχει ὅμοιον κρίνῳ, ῥίζαν δὲ μακρὰν, ὃ στρογγύλην, ὥσπερ τὸ κολχικόν. ἔστι δὲ δακτύλου μὲν μάλιστα τὸ πάχος, στύφουσα δὲ καὶ εὐώδης, ἐξ ὧν δῆλον. ὡς μικτῆς ἐστι δυνάμεώς τε καὶ κράσεως, ἀποκρουστικῆς τε καὶ διαφορητικῆς· μαρτυρεῖ δὲ ὁ τὰ κατὰ μέρος ἔργα. *Ephemerum non illud deleterium, quod Colchicum vocant, sed alterum quod & irim agrestem cognominant, folia & caulem lilio similem obtinet, radicem oblongam, non rotundam, ceu colchicum digiti potissimum crassitudine, adstringens & boni suavisque odoris. Ex quibus palam fit facultatis, temperaturæque mistæ, nempe repellentis, esse & halitu evaporantis. Testificantur id opera quæ particulatim edit.* Idem ferè Ægineta lib. VII. ἐφήμερον ὃ δηλητήριον ἀλλ' ὅπερ ἶρις ἀγρία καλεῖται. De venenato agit Theophrastus, cujus codex corruptus est ὃ τῷ αἰρίῳ. Restituo cum doctissimo viro λειρίῳ; quod tale ferat folium ephemerum, non autem ex Plin. lib. XXV. cap. XIII. Nam eo loco non de lethali, sed altero agit ephemero Plinius, uti ex ipsis verbis quæ mox addam constat. Luculenter ephemerum hoc à Dioscoride describitur Colchici nomine. Colchicum à Colchide, veneni ferace, in qua nascitur. Ægineta lib. V. cap. 48. περὶ δὲ ἐφημέρου λαβόντων, ὃ ἔνιοι καλοῦσι Κολχικὸν, διὰ τὸ ἐν Κολχίδι φύεσθαι, ἢ βολβὸν ἄγριον. *Ephemerum, quod nonnulli Colchicum vocant, quod in Colchide nascatur, aut bulbum sylvestrem.* Quod folium ac radix bulbo sit similis. Nicandri Scholiastes ad poëtæ versus naphthan vocari scribit, turpiterque cum naphtha confundit.

> ἢν δὲ τὸ Μηδείης Κολχίδος ἐχθόμενον πῦρ
> καίνοι ποτὸν δέξηται ἐφήμερον, ᾧ περὶ χείλη
> δυομένη δυσάλυκτος ἰάπτεται ἔνδοθι κνηθμός.
>
> *Si quisquam infestos Medeæ Colchidis ignes*
> *Incautus gustarit ephemeron, ille repente*
> *Vritur internis sæva prurigine labris.*
>
> οἷά τ' ὀπῷ συφέοιτε κράδης, ἢ τρηχέι κνίδῃ
> χρῶτα μιαινόμενος, ἢ καὶ σπειράδεϊ χόρσῃ
> σκίλλης, ἥτ' ἐπιπυγλα νέον φοινίξατο σάρκας.
>
> *Vt cui vel fici succo candente, vel acri*
> *Vrtica aut scyllæ perfrictum vertice corpus*
> *Horrendum in tenera quæ tollit carne ruborem.*

ἢν δὲ τὸ μήδειας, inquit Scholiastes ἢ τοι τὸ ἐφήμερον σκευαστικόν ἐστι φάρμακον, ὃ οἱ βάρβαροι νάφθαν καλοῦσι, ὃ οἱ χριόμενοι ἢ ἱμάτιον ἀλληλιμμένοι ὑπ' αὐτοῦ φοροῦντες, ἢ ἀκόη; ἐὰν ἐναντι ἡλίῳ στῶσι, ὡς ὑπὸ πυρὸς κατεσθίονται δαπανώμενοι. Ἔστι γὰρ καυστικόν, δοκεῖ δὲ ἡ Μήδεια τὴν κατασκευὴν αὐτοῦ εὑρηκέναι, διὸ καὶ Κολχικὸν λέγεται, οἱ δὲ ἶριν αὐτὸ προσαγορεύουσιν, ἄλλοι φαρικόν. ἕτεροι ἐφήμερον διὰ τὸ ἔνθεν. *Ephemerum est venenum quod arte conficitur, Barbari naphtham vocant: quo qui vel inuncti fuerint, vel pallium eo delibutum gesserint, vel aliud quoddam, si adversus solem steterint, ceu igni inflammati absumuntur. Est autem æstuantis naturæ, videtur autem Medea hujus confectionem reperisse, unde & Colchicum dicitur, Sunt qui irim dicant: aliqui pharicum, quidam ephemerum;* Plura hic in considerationem veniunt. Ephemerum, de quo Nicander hic agit, non esse compositum aliquod ex eo probatur, quod Nicander toto illo opere tractet de simplicibus venenis, qualia sunt cicuta, hyoscyamus, papaver. Deinde quod Colchico adscribant Græci omnes, quæ Nicander ephemero. Dioscorides lib. VI. in præfatione Ἐφήμερον οἱ δὲ Κολχικὸν διὰ τὸ ἐν Κολχίδι γίνεσθαι. Eodem libro cap. V. περὶ δὲ ἐφημέρου λαβόντων, ὃ

ὅτι καλεῖται Κολχικὸν, ἢ βολβὸν ἄγριον, παρὰ τὸ κνηθεῖν κνησμὸς καθ' ὅλον τὸ σῶμα (Scribonius Largus σῶμα legit. *Ephemerum potum protinus quidem totum os prurire facit, velut scylla tactum, postea etiam urit, quasi pipere mandicato secundum hæc quoque stomachum mordendo exulcerat.* Vulgatam lectionem defendunt; Ætius, & Æginetà) ὡς ἀπὸ σκίλλης καὶ κνίδης ἐρεθιζομένοις. *Eos qui ephemerum sumpserunt, quod aliqui vacant colchicum, vel bulbum sylvestrem, pruritus sequitur in toto corpore, non secus atque iis, quos scylla momorderit, videmus.* Naphthan Diosc. lib. I. cap. 101. colamen babylonici bituminis esse inquit, quod ignem ad se rapit. Καλεῖται δέ τις καὶ νάφθα, ὅπερ ἐστὶ τῆς βαβυλωνίου ἀσφάλτου παρήθημα τῷ χρώματι, λευκόν, εὑρίσκεται δὲ καὶ μέλαν. δύναμιν ἔχον ἁρπακτικὸν τοῦ πυρός, ὥστε καὶ ἐκ διαστήματος ἁρπάζειν τοῦτο. *Naphtha quoque vocatur bituminis babylonici colamen, colore candidum. Invenitur etiam nigrum: vim obtinet ignis rapacem, adeò ut etiam è longinquo illum concipiat.* De naphthæ vi rapaci habes nobilem apud Doctiss. Mathiolum Historiam. Naphtha oleum Medeæ à recentioribus Græcis est dicta. Procopius lib. IV. Gothicorum, ἀγγεῖα θείου τε καὶ ἀσφάλτου ἐμπλησάμενοι καὶ φαρμάκου ὅπερ Μῆδοι μὲν νάφθαν καλοῦσιν, Ἕλληνες Μηδείας ἔλαιον. *Vasa sulphure implevimus & pharmaco quod à Medis quidem naphtha, à Græcis Medeæ oleum vocatur.* Atqui naphtha, teste Dioscoride simplex quoddam est, Medeæ oleum, si rectè scribit Ammianus Marcellinus lib. 23. Compositum quoddam. *In hac*, inquit, *regione* (Perside) *oleum conficitur medicum, quo illitum telum, si immissum lentius laxiore arcu; nam ictu extinguitur rapido, hæserit uspiam, tenaciter cremat, & si aqua voluerit obruere* (vulgo *abluere*) *quisquam, æstus excitat acriores incendiorum.* Paulo infra. *Oleum usus communis, herba quadam infectum condiunt, harum rerum periti, ad diuturnitatem servantes, & coalescens ex materia venæ naturalis, similis oleo crassiori, Quæ species gignitur apud Persas, quam naphtham appellant vocabulo gentili.* Medeum itaque oleum non simplex aliquod, sed compositum ex oleo communi, herba quadam infecto, cui addebatur naphtha. Hoc oleum cum ephemero confundit Scholiastes; Nam aliud est Μηδείας ἔλαιον, aliud πῦρ Μηδείας. Error hic inde natus, quod putavit ἔλαιον Μηδείας Κολχικὸν vocari, quia Medea colchica est; quod ridiculum est. Ἐφήμερον ἐχθόμενον πῦρ appellat Nicander poëticè, quod urendi vi prædita sit, ac quidem tanta, ut eodem quo sumptum est die, strangulet, suffocetque hominem. Calida admodum & urendi vim habere, symptomata quæ sequi solent, ostendunt, Vide Nicandrum, Dioscoridem, Galenum, Æginetam, Ætium. Μηδείης κολχίδος πῦρ appellat, quod in Colchide, ut Græci scribunt, plurimum proveniat, eoque Medea, quæ colchica fuit, ac omnium deleteriorum pharmacorum notitiam habuit, usa sit in venenis suis præparandis. Porro Naptham non esse ephemerum, de quo Nicander agit, ex eo scire poterat, quod nemo unquam tradiderit Naphtam venenum esse. Præterea quod de herba agat, non de oleo aut simili aliquo. Fabulosum videtur quod scribit accendi Naphtam à sole; quippe omnes ignem rapere, & ab eo accendi referunt. Atque hic primus Scholiastes Nicandri error. Alter quod deleterium ephimerum irin agriam vocari scribat. Alterum enim non læthale, illud nomen obtinet uti ex Æginetâ, Galeno Dioscoride jam probavimus. Nec pharicon & ephemerum idem sunt, sed diversum. Quippe Nicander diversis in locis de utroque agat. Mitto Scholiasten, luculenter, ut dixi, Colchicum describit Dioscorides. lib. IV. cap. LXXXIV. Κολχικόν, οἱ δὲ ἐφήμερον, οἱ δὲ βολβὸν ἄγριον, λήγοντος τοῦ φθινοπώρου ἀνίησιν ἄνθος, ὑπόλευκον, ὅμοιον κρόκου ἄνθει. ὕστερον δὲ τὰ φύλλα φέρει βολβῷ παραπλήσια, λιπαρώτερα. καυλὸν σπιθαμιαῖον, καρπὸν ἔχοντα πυῤῥὸν (Al. ὑπόπυῤῥον. vel ἐν μέλανι πυῤῥὸν) ῥίζαν φλοιὸν ἔχουσαν ἐγκίῤῥον (Al. ὑποκίῤῥον) ἐν τῷ μέλανι, ἥτις λεπιζομένη λευκὴ καὶ ἁπαλή, καὶ ὀποῦ μεστὴ εὑρίσκεται καὶ γλυκεῖα. ἔχει δὲ ὁ βολβὸς διαφυσιν μέσην, καθ' ἣν τὸ ἄνθος ἀφίησι. γεννᾶται δὲ πλεῖστον ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ καὶ Κολχοῖς. βρωθεῖσα δὲ κτείνει κατὰ τὸν πνιγμὸν ὁμοίως μύκησιν. Ἀνεγράψαμεν δὲ αὐτήν, ἵνα μὴ λάθῃ βρωθεῖσα ἀντὶ βολβοῦ. παράδοξως γάρ ἐστιν ἐπακτικὴ διὰ τὴν ἡδονὴν τοῖς ἀπείροις. *Colchicum, quod aliqui ephemeron, alii agrestem bulbum vocant, sub finem autumni florem edit croci, candicantem; deinceps verò folia bulbi, sed pinguiora, caulem dodrantalem cum ruso semine, radicem cortice præditum è nigro fulvescente, quæ quidem delibrata, candida, tenera, succi plena, atque etiam gustanti dulcis reperitur. Habet verò bulbus ejus mediam rimam, fissuramve, è qua flos erumpit; plurimum in Messenia & apud Colchos enascitur. Commesa radix, fungorum more strangulando, enecat. Hanc ideo studiosius descripsimus, ut ne forte per imprudentiam, pro esculento bulbo in cibos recipiatur. Mirum enim quantum saporis jucunditate imperitos alliciat.* In optimo & antiquissimo Dioscoridis codice legi scribit excellentiss. Salmasius, καρπὸν ἔχοντα πυῤῥὸν ἐν τῷ μέλανι, ῥίζαν φλοιὸν ἔχουσαν ἐγκίῤῥον. Vulgatam defendit Oribasius, quam idcirco probabiliorem puto. Examinandum restat, an planta, quam recentiores colchici nomine describunt, veterum sit ephemerum. Folia vulgato colchico terna, aut quaterna, longitudine dodrantali, latitudine unciæ aut sesqui unciæ, acuminata, crassa, oblonga, lævia, pinguia, lilii albi foliis & forma ac lævore satis similia, sed longiora, sub terra coeuntia, & teretem, tenerum, candicantemque pediculum constituentia. Inter quæ medii in brevibus juxta terram pediculis, exeunt duo, aut tres, aut quatuor instar siliquarum folliculi, triangulares, crassi, oblongi, longitudine sesquiunciali, latitudine unciam æquantes, per maturitatem in tres sese explicantes partes, semine pleni, quod dum immaturi sunt utriculi, candidum est, deinde æstate iisdem maturis è ruffo nigricans evadit; quo sparso folia flaccescunt, ac unà cum cauliculis intercidunt. Inveniuntur nonnunquam duo aut tres utriculi simul conjuncti, & ab unâ radice prodeuntes, cum eadem radix totidem flores produxerit, sed unus tantum ex his magnitudine præstat, alii veluti abortivi sunt. Paulo ante autumni æquinoctium, in brevioribus, quinque uncialibus, raro dodrantalibus, tenerioribus, albicantibusque pediculis, flores erumpunt (nullis jam apparentibus foliis) croci flosculis, & forma & colore assimiles, dilutius tamen cærulei, foliolis ut plurimum sex constantes, longitudine sesqui unciam equantibus, unciali latitudine, paulò tamen angustiore, acuminatis, glabris, nitidis, pinguibus, attritu glutinosis. In medio floris, stamina pallidè lutea continentur, numero ipsa floris folia non excedentia. Radix bulbo similis, sesquiuncialis, turbinata, ab una parte, in planum compressior, castaneæ figura, aut anacardi, rimam sive sulcum cum floret, habens, reliquo tempore non apparentem, per quem coliculus transit, & hunc quidem non ex superiore & acuminata radicis majoris parte autumno promit, sed ab inferiore flaccessentis ungui, & latiore, contra reliquorum bulborum morem. Ea vero radix, cujus mucrone flos & folia emittuntur, sulco caret usque in autumnum, donec subnascens parvula alia, emisso flore, priorem sulcet. Hinc est quod radices quibus vere & æstatis principio folia insident, caniculato isto sulco careant. Folia tamen cum inaruerint, vestigium quoddam turbini impressum relinquunt, tunicis convestitur ex ruffo nigris, ex quorum numero plantæ ætatem cognoscere licet; fibras aliquot inferius demittit, bulbus ipse carnosus, candidus, lacteo succo manans, dum quidem viret, ac recenter è terra erutus; resiccatus enim rugosus, & foris interiusque nigricat, aut etiam obscure rubescit, teste Valerio Cordo. Sapore autem est dulci, amaritudinis tamen exiguum, salivam eliciens, subsequitur. Notandum, radicem quæ priori anno germinavit, sequenti anno flaccescere, aliamque parvam admodum autumno succedere, inferius adnascentem, à cujus superiore parte flos autumno prodit. A majore enim hic non exit, unà cum flore minor hæc adolescit; vere autem & æstate sequente, simul cum semine ad justam pervenit magnitudinem, quo tempore prior omnino perit. Genera colchici plura sunt, de quibus lector Bauhini consulat phytopinacem; in flore enim maximam observare licet differentiam. Illud tantum addo, orientalis sive syriaci colchici radicem, non parum à vulgato differre, nec male delineationem Dioscoridis referre. Non enim canaliculus lateratim depressus mittit ad caulem, sed caulis erumpens medium findit bulbum, quasi que geminum colchici bulbum ab imo coagmentatum, caulemque utrimque amplexatum ostendit, nigriorque nostrate evadit, intus, forisque, alioqui è cæpacea,

nec

nec dissimili fungosa concretione uti nec totius figura. Indagandum, utrum hæc planta colchicum veterum sit, quod dubitatur. Idque ob has rationes. Primo, quod Dioscorides colchicum florem emittere ait sub finem Autumni; Floret autem vulgare, ac jam descriptum initio, autumni mense Septembri. Nodus hic facile ex iis quæ supra lib. 2. de anni hippocratici divisione dixi, solvitur. Nempe autumnum incipere ab Arcturo, usque ad Pleiadum occasum. Atqui Dioscoridis temporibus Arcturus oriebatur ipsis nonis Septembris, id est quinto Septembris die. Columella lib. XI. cap. 2. *Quarto nonas Septemb. Piscis austrinus desinit occidere calor. Non: Septemb. Arcturus exoritur, Favonius, vel Corus. Occidunt manè vergiliæ sive Pleiades; Oriuntur vesperi 10 Octobr. die.* Idem Columella, *sexto idus Octobris vergiliæ exoriuntur vespere. Favonius & interdum Africus cum pluvia.* Colchicum itaque cum circa solstitium autumnale, & pauló post floreat, eo tempòre quo dixit Dioscorides λήγοντος φθινοπώρου florem profert. Secunda ratio, quod Dioscorides radicem colchici inquit esse dulcem, sed vulgaris radix amara satis est. Responderi solet, vere esse amarissimam, dulcem verò, autumno cum floret. Hujus causam volunt, quod hyeme multo crudoque succo affusa est, qui per æstatem coquitur, autumnoque planè concoctus est, ideoque dulcem radicem autumno esse, amaram vere. Sic glandes aliique fructus immaturi, amari sunt, qui maturi & concocti, dulces fiunt. Atqui amaram se autumno percepisse, auctor est Camerarius. Respondent, id ob soli cœlique varietatem evenire, ex quibus alimentum, & vis concoquendi fit varia. Idque non tantum tum in diversis regionibus, in ejusdem speciei stirpibus; sed etiam in eadem regione & eadem planta, pro ut sol illam illustrat, fructus suaviores esse. Sed Dioscorides scribit, mira quadam saporis jucunditate imperitos allicere: Oportet igitur suavis admodum fuerit radix hæc. Id intelligendum de præparatis & concoctis. Sic Lupinorum amaror maceratione, & coctione perit. Non enim fit verisimile, veteres, crudas, & è terra primum erutas devorasse hujus radices. Sed vel elixas vel ustas, aut alio modo præparatas. Tertia ratio, quod colchicum hoc non sit venenum, quod experimentum probat. Indocti enim & imperiti radicem hujus eruere, & in compositionibus pro hermodactylo usurpare solent; nemo tamen ex eo infortunium aliquod evenisse audivit. Respondent, id non alia de causa fieri, quam quod in sola Colchide, ac Græcia, aliisque adjacentibus regionibus venenatam habeat qualitatem, quam in Italia, Germania, Anglia, Batavia deposuit; vel quod succo, his in regionibus, constet minus excocto; tum quod à sole, æreque venenatam prærogativam hanc vim, quam in Colchide acquirit, non nanciscatur. Sic Perseam in Perside venenatam esse supra diximus, in Ægyptum aliasque translata regiones, minus calidas, innoxiam. Constat etiam fungos, non paucis in locis, deleterios esse & nisi lacte, evincantur, hominem jugulare, alibi passim edtari sine ullo damno ac læsione. Exitiosam in narbonensi Gallia & Hispania taxi umbram esse, prodiderunt veteres, testantur juniores: in Belgia, tamen uti & Anglia innocuam esse. De cicuta nihil dicam. Vel id accidere potest, quod exsiccatæ non sint venenum, recenter erutæ perniciosæ. Alibi dixi, hiucæ succum læthalem esse, farinam ejus salubrem; porri succum perniciosum, ipsum innoxie edi. Addi potest quod ea, quæ sumitur quantitas exigua sit, neque ad perdendum sufficiens. vel dicendum, certo quodam modo veteres præparasse, & tum demum vim hanc excuisse; quod non videtur præter Theophrasti mentem. Vide verba, & attende diligenter. Theodori versionem rejeci, quod ex illa nullum sensum bonum elicere possem. Illud etiam quæri posset, quomodo quod sapore est dulci, gratoque, tantum caloris in corpore excitare possit. Responderi debet, hanc vim in infimis, abditisque latere partibus, quæ sese quando calor naturalis in eam agit; prodit, quod & in aliis observari, supra annotavi. Gratus sapor facit quo citius deglutiatur radix hæc, eaque est causa, cur calor in ore statim non percipiatur. Quæri solet, cur natura venena non fecerit odoribus & saporibus ingrata. Ad quod respondet beatus Basilius quinta Homilia ad Genesim; quod natura dedit homini rationem & discursum, cujus ductu possit optimè discernere utilia ab inutilibus, lethalia à salutiferis, & consequenter sese à venenis tueri. Aliter etiam hæc quæstio solvitur; naturam non produxisse venenum ad perniciem, interitumve: sed remedia sint huic aut illo morbo. Sic cicutam urinas movere, & calorem febrilem extinguere, veteres tradunt. Nerium contra venena præscribi à Dioscoride, in controversiam vocari non potest. Non esse colchici radicem hermodactylum, probatur, quod hermodactylus resiccatus albus permaneat, neutiquam rugosus, modicè durus, undique facilis sit, pulveremque habeat candidum, quæ omnia colchici radix siccata non habet. Utrum vulgaris hermodactylus ephemerum veterum non lethale sit, affirmare non ausim; siquidem qualia folia, caulemque ferat, ignoro. De hermodactyli historia, si quid certius, quam hactenus intellixerim, agam. Illud tantum addam, hermodactylon Actuarii & Nicolai, esse behen Arabum. Nam Actuarius ἑρμοδάκτυλον λευκὸν καὶ ἅλινον, *album, & purpureum* dicit, quod de behen Arabes, qui rubrum albumque dicunt. Ἅλινον qualis color sit, alibi exposui. Ephemerum, non læthale his verbis describit Dioscorides lib. IV. cap. LXXXV. Ἐφήμερον οἱ δὲ ἶριν ἀγρίαν, φύλλα καὶ καυλὸν ὅμοια ἔχει κρίνῳ, λεπτότερα δέ. ἄνθη λευκὰ, πικρά· καρπὸν δὲ μαλακόν. ῥίζα δὲ ὕπεστι δακτύλου πάχος μία, μακρὰ, στυπτικὴ, εὐώδης. φύεται ἐν δρυμοῖς καὶ παλισκίοις. *Ephemerum, quod aliqui agrestem irim appellant, caulem foliaque habet lilii, sed hæc tenuiora; flores candidos, amaros, semen molle, radicem unam digitali crassitudine, longam, adstringentem, odoratam. Nascitur in sylvis & opacis.* Eadem Plinius lib. XXV. cap. XIII. *Ephemerum folia habet lilii; sed minora; caulem parem, florem cæruleum,* (album Dioscorides,) *semen supervacuum, radicem unam, digitali crassitudine, dentibus præcipuam concisam, in acetoque decoctam, &c.* Quod si hermodactylus ephemerum non lethale sit, (quod non verisimile; siquidem diversis in locis tanquam de diversis agit Ægineta) iris tuberosa, quam hermodactyli veri nomine ostendit Mathiolus, non erit legitimus verus ve hermodactylus. Vulgarem non esse ephemerum, probatur, quod radicem negat habere Galenus longam, neutiquam rotundam, instar colchici. Quod itaque Adversariorum auctores exhibent colchici non venenati nomine, ephemerum alterum esse nequit. Ephemeron hoc non venenatum hactenus videre mihi non licuit.

Ἀκατασκεύαστον. Lego cum magno Scaligero εὐκατασκεύαστον, non ut vulgo, ἀκατασκεύαστον. Facit namque difficiliorem interitum, nisi adhibita cura, & arte preparatum sit. Qui velit scire, utrum sese res ita habeat, ut scribit Præceptor, Colchida adeat, & inquirat, me fugit. Nec moror, nihilque ad me, quomodo paretur venenum ad occidendum & præstat singulos id ignorare, quam scire.

CAP.

ΚΕΦ. ΙΖ. | CAP. XVII.

Thrasiam Mantinensem quoddam comperisse venenum, quod sine dolore inferre obitum posset. Quodque Alexias, ejus discipulus, fuerit non indoctior. Item quo modo Chij cicutam præparent, ut celeriter enecet.

Θρασύας δὲ ὁ Μαντινεὺς εὑρηκέναι τι τοιοῦτον ὥσπερ ἔλεγεν. ὥστε ῥᾳδίαν ποιεῖν καὶ ἄπονον τὴν ἀπόλυσιν, τοῖς ὀποῖς χρώμενος κωνείου τε καὶ μήκωνος, καὶ ἑτέρων τοιούτων. ὥς τι εὔογκον εἶναι πάνυ καὶ μικρὸν ὅσον εἰς δραχμῆς ὁλκήν. ἀβοήθητον δὲ παντάπασι καὶ δυνάμενον διαμένειν ὁποσονοῦν χρόνον, καὶ οὐδὲν ἀλλοιούμενον. ἐλάμβανε δὲ τὸ κώνειον, οὐχ ὅθεν ἐτύγχανεν, ἀλλ᾽ ἐκ Σούσων, καὶ εἴ τις ἄλλος τόπος ψυχρὸς καὶ παλίσκιος. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἄλλα· συνετίθει δὲ καὶ φάρμακα πολλὰ ἐκ πολλῶν. δεινὸς δὲ καὶ Ἀλεξίας ὁ μαθητὴς αὐτοῦ, καὶ οὐχ ἧττον ἔντεχνος ἐκείνου. καὶ γὰρ τῆς ἄλλης ἰατρικῆς ἔμπειρος. ταῦτα μὲν οὖν εὑρῆσθαι δοκεῖ πολλῷ μᾶλλον νῦν ἢ πρότερον. ὅτι δὲ διαφέρει τὸ χρῆσθαί πως ἑκάστῳ, φανερὸν ἐκ πολλῶν. ἐπεὶ καὶ * Χίους φασὶ τῷ κωνείῳ πρότερον οὐχ οὕτω. ἀλλὰ τρίβοντας καθάπερ οἱ ἄλλοι χρῆσθαι. νῦν δὲ οὐδ᾽ ἂν εἷς τρίψειεν. ἀλλὰ περιπτίσαντες καὶ ἀφελόντες τὸ κέλυφος (τοῦτο γὰρ τὸ τὴν δυσχέρειαν παρέχον δυσκατέργαστον ὄν) μετὰ ταῦτα κόπτουσιν ἐν τῷ ὅλμῳ. καὶ διαπτίσαντες λεπτὰ, ἐπιπάττοντες † ἐφ᾽ ὕδωρ πίνουσιν. ὥστε ταχεῖαν καὶ ἐλαφρὰν γίνεσθαι τὴν ἀπαλλαγήν.

* Κεῖους. Al. † ἐπ᾽ οἴνου.

THrasyas Mantinensis tale se comperisse ajebat, ut facile & absque ullo dolore inferre obitum posset. Nec alio quam succo cicutæ, & papaveris, & aliorum ejusmodi. Idque admodum * contractum exiguumque, videlicet ad drachmæ pondus, ut nec ullum admitteret remedium. Et tam validum, ut quantumvis temporis perdurare posset, nec quicquam sentiret immutationis. Sed sumendum is cicutam censebat non unde libuerit, sed ex Susis, & si qua alia loca prægelida sunt & opaca. Nec secus de reliquis quæ debeant addi, censebat. Quin & alia multa, & ex multis is componenda excogitavit. Alexias quoque ejus discipulus ingenii plurimum valuit acrimonia; nec infra illum bonis artibus fuit instructus. Nam & reliquas medicinæ partes quas ille non tenuit, egregiè consecutus est. Hæc igitur comperta hac ætate amplius quam superiori & prisca videntur. Sed enim uti hoc, an illo modo, plurimum referre omnibus, manifestum profecto ex multis est. Nam & Chij non in hunc modum ante cicuta utebantur, sed trita, ut scilicet uti cæteri solebant. At nunc terere nemo velit, sed detracto tegmine (id enim difficultatem movet, quoniam concoqui ægre potest) pistam subinde in mortario tundunt, & prætenui cribro transmissam aqua † inspersam bibunt. Atque ita obitus celer facilisque evenit.

* Exiguum contractumque. † Vim solutam.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ὥστε εὔογκον εἶναι πάνυ. *Hoc loco* τὸ εὖ *non auget, ut in* εὐμήκης: *sed temperat, ut bona magnitudo sit ea, quæ facile sumatur impotum. Ita à fine, & usu,* τὸ εὖ. *Iccirco Theodorus*, contractum. *Debuit igitur permutari situs verborum sic*, Exiguum, contractumque ad drachmæ pondus.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

Κωνείου; Κώνειον sive κόνειον, utrumque enim scribitur; nomen accepit παρὰ τὸν κωνᾶν, διὰ τὸν γινόμενον εἰλιγγὸν, καὶ σκότον τοῖς πίνουσι. *à circumvertendo, quod vertiginem & imaginem earum rerum quæ aspiciuntur, quasi circumagantur, ac tenebras inducat, iis qui eam biberunt.* Galenus lib. quod animi mores temperaturum corporis, sequantur, Καὶ μὴν τι καὶ διά τι μωρίαν αὐτὴν ἐργάζεται κώνειον ποθὲν, ᾧ καὶ τοὔνομα ἔνθεν παραίνυμαι ἀπὸ τοῦ πάθους ὃ πάσχον ὁρῶ ὑπ᾽ αὐτοῦ τὸ σῶμα. *Quin etiam cur cicuta coneion dicta, epota stultitiam pariat, inde etiam ab eo affectu deducto nomine, quod ab ea corpus affici video.* Symptomata hæc ab epota cicuta evenire, Nicander, auctor gravissimus, testatur.

> κἀί τε σὺ κωνείου βλαβόεν τεκμαίρεο πῶμα.
> κεῖνο ποτὸν δὴ γάρ τε καρήατι φοινὸν ἰάπτει,
> νύκτα φέρον σκοτόεσσαν. ἐδίνησεν δὲ καὶ ὄσσε.
> ἴχνεσι δὲ σφαλεροῖσι καὶ ἐμπαίζοντες ἀγυιαῖς,
> χερσὶν ἐφερπύζουσι. κακὸς δ᾽ ὑπὸ νείατα πνιγμὸς
> ἴσθμια καὶ φάρυγος στεινὴν ἐμφράσσεται οἶμον,
> ἄκρα δέ τοι ψύχει.

> *Tuquoque signa malæ jam contemplere cicuta.*
> *Hæc primum tentat caput, & caligine densa*
> *Involvit mentes, oculi vertuntur in orbem;*
> *Genua labant, quod si cupit ocyus ire, caducum*
> *Sustentant palmæ corpus: faucesque premuntur*
> *Obsessæ, & colli tenuis præcluditur isthmus.*
> *Externi frigent artus.*

Ad hunc locum Scholiastes, κἀί τε σὺ κωνείου, τοῦτο οἱ μὲν κορίανον, οἱ δὲ κορίανον, οἱ δὲ ἀννησοειδὲς καλοῦσι. Cur corianon dicatur me latet. Verisimile autem, si non confundit, Scholiastes, à foliorum quadam similitudine. Annesoëdes dictam esse cicutam, Hesychius testatur. Ἀννησοειδὲς inquit, (quomodo etiam Nicandri scripsit Scholiastes) κώνειον. Corrigit vir magnus, ἀννησοειδὲς, Semen, inquit enim cicuta fert aniso simile; Frustra. Attici enim eodem teste Scholiaste ἄνισον, & geminato ν ἄννησον dixerunt. A mortifera vi quod eodem die occidere crederetur, ephemerum dicta teste Hesychio fuit. Ἐφήμερον τὸ κώνειον, καὶ μύρον τι καὶ ζῶον οὕτω καλούμενον ὑπὲρ ζῇ μίαν ἡμέραν. *Ephemerum cicuta, & unguentum quoddam, ac animal sic vocatum, quod uno tantum die vivat.* Idem Hesychius Græcos & κώνειον, & κώνειαν dixisse docet, vocemque coneion, non tantum cicutam, sed ferulam denotare exponit, κωνείαν, νάρθηκα καὶ ποίας εἶδος. κώνειον δηλητήριον. θανάσιμον βοτάνη νάρθηξ. Hinc apud Virgilium, in Buc. Et Lucretius. lib. v.

> *Hac te nos fragili donabimus ante cicuta,*
> *Agrestes docuere cavas inflare cicutas.*

Cicutam poëtæ pro calamis vel cannis, quibus fistulant pastores, Græcos imitati, posuerunt. Cicutam itaque Latini vocarunt quamlibet cannam, intus cavam & inanem. Græci κώνειον dixerunt, quemlibet ferulaceum caulem. Supra versus Horatii, Persiique exposuimus. Quæ dicta sunt repetam. Cicutæ has notas tradit præceptor, caulem ferre carnosum lib. I. hist. cap. VIII. eumque ferulaceum cap. ij. lib. VI. Luculenter describitur à Dioscoride. lib. IV. cap. LXXIX. Κώνειον καυλὸν ἀνίησι γονατώδη ὡς μάραθρον, μέγαν (Al. μέλανα) φύλλα δὲ νάρθηκι ἐμφερῆ, στενότερα δὲ καὶ βαρύοσμα.

(vet. βαρύοσμότερον.) ἐπ' ἄκρων δὲ ἀποφύσεις καὶ σκιάδια· ἄνθος ὑπόλευκον. (vet. σκιαδίων δ' ἄμφω ὑπολεύκων) σπέρμα ἐμφερὲς ἀνίσῳ, λευκότερον. ῥίζα κοίλη, καὶ οὐ βαθεῖα. (vetus ῥίζα οὐ βαθεῖα καὶ λευκή.) Ἔστι καὶ αὐτὸ τῶν φθαρτικῶν, κατὰ ψύξιν ἀναιρῶν. βοηθεῖται δὲ ἀκράτῳ. *Cicuta caulem edit geniculatum, uti & fœniculum grandem, folia ferulæ, sed angustiora, & gravi odoratu: In cacuminibus autem ramorum propagines & umbellas, florem quoque albicantem, & semen ceu anisi, at candidius; radicem denique concavam, minimeque profundam; Est & cicutarum lethalium venenorum genere. Quippe quæ vi sua refrigeratoria enecet: merum vero remedio est. Folia,* inquit, *ferulæ esse similia.* Corrigunt κορίαννον quod experientia doceat, talia esse cicutæ, tum quod Plinius coriando comparet. Apud quem lib. XXV. cap. ult.

Cicuta.



hæc de cicuta, ejusque vi leguntur. *Cicuta quoque venenum est, publica Athenienſium pœna invisa; ad multa tamen usus non omittendi. Semen habet noxium, Caulis autem & viridis estur à plerisque & in patinis. Levis hic & geniculatus ut calami, nigricans* (alteram probat lectionem Plinius) *altior sæpe binis cubitis, in cacumine ramosus: folia coriandri teneriora, gravi odoratu. Semen aniso crassius, radix concava, nullius usus. Semini & foliis refrigeratoria vis; quæ si enecat, incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio est, priusquam perveniatur ad vitalia, vini natura excalfactoria, sed in vino pota irremediabilis existimatur, &c.* Cicutam venenum esse, vel morte Socratis constat, quem cicutâ sublatum fuisse testis est graviss. Plato. *Apud Athenienses pœnam invisam,* inquit. Apud Valerium Maximum. lib. XXI. cap. sexto idem fere de Massiliensibus legitur. *Venenum,* inquit, *cicuta temperatum, in ea civitate publice custoditur, quod datur ei, qui causas sexentis* (id enim Senatus ejus nomen est) *exhibuit, propter quas mors sit ipsi expetenda: cognitione virili benevolentia temperata, quæ nec egredi temere vita patitur, & sapienter excedere cupienti, celerem fati viam præbet, ut vel adversa, vel prospera minus usi fortuna* (*utraque enim finiendi spiritus, illa ne perseveret, hæc ne distituat rationem præbet, comprobato exitu terminetur.* Hæc historia probat quæ à Theophrasto traduntur. Venenum tamen cicuta omnibus non est animantibus. Nam, ut Galenus lib. III. simpl. cap. XVIII. tradit, innoxiè à sturnis devoratur. Ὡς οὖν ἡ θριδακίνη φθάσασα μὲν ἀποψύξαι τὴν καρδίαν ἀναιρεῖ, πεφθεῖσα δὲ τροφὴ γίνεται τῷ ζώῳ, κατὰ τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον καὶ τὸ κώνειον, ἄνθρωπον μὲν ἀναιρεῖ τῷ φθάνειν, ψᾶρας δὲ τρέφει τῷ βραδύνειν· ἀναιρήσει δὲ οὐδὲ ἄνθρωπον, ἂν ὀλίγον ληφθείη. Καὶ τοῦτο ὁ ἡ Ἀττικὴ γραῦς ἔδειξεν, ἧς ἅπαντες μνημονεύουσιν, ἐπ' ἐλαχίστου μὲν ἀρξαμένη κωνείου, προελθοῦσα δὲ ἀλύπως ἐπὶ πλῆθος ἱκανόν. ἐξ ἀρχῆς μὲν γὰρ ἐνικήθη τὸ βραχὺ δι' αὐτὴν τὴν ὀλιγότητα. τῷ δὲ ἐθισμῷ σύμφυτον ἐγένετο. *Sicut lactuca, si cor refrigeraverit, interimit, sin concoquatur, alimentum animali efficitur: ad eundem arbitror modum cicuta hominem quidem sua celeritate interficit, sturnos verò tarditate ipsa nutrit, si verò exiguum quiddam sumatur, mortem homini nequaquam inferet. Id quod anus Atheniensis experimento docuit, cujus apud omnes percelebris memoria est. Etenim ab exigua cicutæ portione auspicata, nullo detrimento, ad permagnam progressa est copiam. Principio enim paucum exiguitate ipsa devictum est, aut consuetudo naturale reddidit.* Plura his in verbis consideratione digna, quæ preteriemus. Nobilissima est quæstio, an assuescere quis venenis possit. Sed de hac alibi. Adversari locus hic Galeni maximopere videtur Theophrasto. Quippe qui tradit, exigua quantitate cicutam necare hominem. Sed bifariam responderi potest, vel magristum intelligere cicutam arte quadam præparatam. vel, non omnem cicutam id præstare, sed eam quæ circa Susas reperitur. Nisi quis malit quæ circa Susas reperitur id non solam præstare sed compositam. Solum cælumque multum posse inficias iri non potest, & jam alibi illud probavimus. Apud nos cicuta non est lethalis, vertigines tamen & deliria excitat. Sturnos inquit Galenus innoxiè cicuta vesci. Rationem hanc adfert, οὕτως οὖν καὶ τὸ κώνειον ἄνθρωπον μὲν ἀναιρεῖ, τῇ τε τῶν πόρων εὐρύτητι, καὶ τῷ πλήθει τῆς θερμότητος, καὶ τῇ ῥώμῃ τῆς τῶν ἀρτηριῶν ὁλκῆς, ἰσχυρὸν ἐπὶ πρὸς τὴν καρδίαν ἀφικνούμενον. οὐκ ἀναιρεῖ δὲ τοὺς ψᾶρας ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις αἰτίοις ἐπεχόμενόν τε καὶ βραδῦνον, καὶ φθάνον ἐν τῷ χρόνῳ προπέττεσθαι, καὶ προπαρασκευάζεσθαι, καθάπερ ἑστίᾳ τινὶ τῇ καρδίᾳ προθερμαινόμενον ὡς ἔξω τὸ ξύλον. *Sic hominem quidem cicuta necat, tum ob meatuum amplitudinem, colorisque multitudinem, tum ob attractionis arteriarum robur validum, etiamnum ad cor pertingens. Sturnos verò ob causas contrarias haud enecat; ut puta cum & retineatur, & cunctetur, sese temporis tractu concoqui præparique à corde, tanquam à foco incalescens sinat, non secus ac ligna extrinsecus.* Causa itaque quod corpus habent densum & frigidum, venas & meatus angustos, quæ vim veneficam ad cor penetrare non sinit, sed tam diu in stomacho retinet, quo ad calorē nativo devicta in alimentum mutetur. Quod Galenus de sturnis id de capris Lucretius lib. V.

Quippe videre licet, pinguescere sæpe cicuta
Barbigeras pecudes, homini quæ est acre venenum.

Quod an verum sit me latet. Sed ponamus verum esse; Nam non sine causa, id scripsit poëta. Ea videtur, quod caprarum, (quas valde siccas esse & perpetuo febricitare tradunt Varro lib. ij. cap. III. & Plinius lib. XXVIII. cap. X.) fervorem caloremque temperet; quo temperato postmodum nutrimentum melius conficitur; & in pinguedinem concrescit. Venenum esse concedit Plinius, sed usus esse non contemnendi. Hoc comprobat experientia. Ipse Hippocrates lib. de natura muliebr. ad uteri morbum præscribit, ac inter ea quæ uterum purgant numerat. κώνειον ὅσον τρισὶ δακτύλοισι ἐν ὕδατι δίδου πιεῖν, *cicutæ quantum tribus capitur digitis, ex aqua bibendum dato.* Vereor tamen corruptum esse codicem, ac divinum scripsisse senem, κύμινον. sed valide urinas cicutam movere constat. Quæ res facit, quod nihil mutare audeam. Semini foliisque refrigeratoriam adscribit vim Diosc. loco citato. Ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ τῶν φθαρτικῶν κατὰ ψύξιν ἀναιρεῖν. βοηθεῖται δὲ ἀκράτῳ. *Est & cicuta in lethalium venenorum genere. Quippe qui vi sua refrigeratoria enecet, merum vero remedio est.* Cicutam potenter refrigerare, suaque vi refrigerandi necare, apud omnes pene medicos, tam recentiores quam veteres, in confesso est. Frigidam esse cicutam sive frigus in ea excellere, assentior; sed vi refrigeratoria hominem interimere, non credo. Insaniam enim facit, & urinas movet quod non est frigidorum, sed calidorum. Præterea, in cicuta acrem percipi saporem, fatetur Averroes, & Apponensis. Nec impedit quod Dioscorides vinum remedium esse dicat. Nam Alexipharmacum hoc medium est inter hominis naturam, & venenum. Pli-

Plinius vinum antidotum quidem ejus fatetur, sed in vino potam irremediabilem scribit. Quod mirum forte videbitur, attamen verum esse, probatur ex Plutarcho lib. III. symp. quæst. quinta. Ἐὰν δ᾽ ὅτι τὸ κώνειον ἐπιπινόμενος ἰᾶσθαι δοκεῖ πολὺς ἄκρατος, οἴονται τοῦτο θερμότητος εἶναι τεκμήριον ἡμεῖς ἀντιστρέψαντες, ὅτι συγκραθὲν αὐτὸ τοῦτο, φάρμακον ἀνίατόν ἐστι, καὶ παραχρῆμα ἀποκτείνει τοὺς πίνοντας. ὥστε μηδὲν μᾶλλον εἶναι δοκεῖν τὸ ἀντιπράττειν θερμόν, ἢ τὸ συνεργεῖν ψυχρόν. εἰ δὲ μὴ ψυχρότητι τὸ κώνειον, οὐκ ἄλλῃ τινὶ φύσει καὶ δυνάμει μᾶλλον δεινόν ἐστι ἀναιρεῖν τοὺς πίοντας. *Si vero putant eo signo vini calorem monstrari, quod post haustam cicutam veneni vim retundit, nos id invertentes, dicemus vinum cum cicuta temperatum, immedicabile esse venenum, bibentemque omnino interficere; ut non magis resistendo calidum, quam adjuvando frigidum sit vinum; Nam cicuta nulla alia, quam frigus inducendi facultate, vim habet necandi.* Videt lector qua de causa ἀντὶ ἐφ᾽ ὕδωρ, ἐπ᾽ οἶνον reposuerim. Hujus rei ratio videtur, quod cicuta pauco vino hausta, citius ad ipsum penetret cor, nec ab illo venenata vis hebetetur; at si vinum largè bibatur, postquam venenum cum nativo calore per aliquot tempus colluctaverit, vis ejus in luctu jam retusa, ac non nihil discussa, ab illo, ut pote ejus veneni antidoto, penitus extingui necesse est, & idcirco apud Platonem in Phœdone noluerunt satellites ut Socrates hausta cicuta moveretur, timentes ne calore motus veneficium cicutæ discuteretur, ac à corde propelleretur, sicque mors, vel impedita, vel saltem prorogata esset. Optimam cicutam, inquit, Susis adferri. Verba Plinii corrupta esse Doctiss. est opinio. Corrigunt, *maximæ vis natæ finibus Parthorum.* Ipse Theophrastus Susis adferri auctor est. Susæ Parthorum est locus. Strabo lib. XV. Καὶ γὰρ εἰ βασιλεύονται μέχρι νῦν ἴδιον βασιλέα ἔχοντες οἱ Πέρσαι τῇ γε δυνάμει πλεῖστον ἀπολείπονται, καὶ τῷ Παρθυαίων προσέχουσι βασιλεῖ τὰ μὲν οὖν Σοῦσα ἐν μεσογαίοις κεῖται ἐπὶ τῷ Χοάσπῃ ποταμῷ περαιτέρω, ἢ κατὰ ζεῦγμα, ἡ δὲ χώρα μέχρι τῆς θαλάττης καθήκει. *Nam etsi adhuc Persæ proprium regem habent; viribus tamen longè sunt inferiores, & Parthorum regi dicto sunt audientes. Enim verò Susæ in mediterraneis jacent, juxta Choaspen fluvium, vel paulo ulterius quam sit pars ei flumen superstructus Susiana usque admare pertinet.* Vulgata itaque lectio Plinii non rejicienda. Scio apud Dioscoridem Susarum non fieri mentionem; sed inde non sequitur, Plinii codicem corruptum esse. Solet Plinius, ex variis auctoribus suum contexere opus Verba Dioscorides. Ἐνεργέστατον δέ ἐστι τὸ Κρητικὸν καὶ Μεγαρικὸν (vetus pro his habet, καὶ τὸ ἐν Ἀσίᾳ γινόμενον) καὶ τὸ Ἀττικόν, καὶ τὸ ἐν τῇ Χίῳ καὶ Κιλικίᾳ γινόμενον. *Maxima efficacissimaque vis Creticæ, Megaricæ, Atticæ, & in Chio, ac Sicilia nascenti.* Catacureni codex habet ἐνεργέστατον δέ ἐστι τὸ Κρητικόν, καὶ τὸ ἐν Ἀσίᾳ γινόμενον, καὶ τὸ Μεγαρικόν, καὶ τὸ Ἀττικὸν καὶ τὸ Κῷον. Lacuna etiam ex antiquissimo codice ἀντὶ τοῦ Χίῳ, Κῴ reponit. Vulgatam servo lectionem, quod eam defendat Theophrastus. Illud solùm indagandum restat, cur in Susis, locis prægelidis efficacissima sit cicuta; at in Batavia frigori non cedens, & Parthorum regione non infesta, saltem non mortifera sit. Respondendum videtur, Susarum terram respectu Batavorum calidissimam esse utpote quæ inter utramque Zonam ardentem sive torridam sita est. Batavia sub zona ferè frigida, Corrumpitur itaque deteriorve evadit cicuta, magisque fit venenosa, quod ab aëre non difflecur deleteria qualitas, contra in Batavia, quia facile à ventis dissipetur, non est adeò lethalis.

ΚΕΦ. ΙΗ. — CAP. XVIII.

Consuetudine venenorum vires fieri debiliores, & inertes, atque ita quibusdam non nocere potuisse elleborum. Quo remedio usus fuerit Eudemus post viginti duas potiones ellebori. Deque mira vi pumicis ac quantum valeat consuetudo, quod & absynthium depastum ostendit.

Ἁπάντων δὲ τῶν φαρμακωδῶν αἱ δυνάμεις ἀσθενέστεραι τοῖς συνειθισμένοις. τοῖς δὲ, καὶ ἀνενεργεῖς τὸ ὅλον. ἔνιοι γὰρ ἐλλέβορον ἐσθίοντες πολὺν ὥστε ἀναλίσκειν δέσμας ὅλας, οὐδὲν πάσχουσιν. ὅπερ ἐποίει καὶ Θρασύας δεινότατος ὢν ὡς ἐδόκει τὰ περὶ τὰς ῥίζας. ποιοῦσι δὲ τοῦθ᾽ ὡς ἔοικε καὶ τῶν νομέων τινές. διὸ καὶ πρὸς τὸν φαρμακοπώλην τὸν θαυμαζόμενον, ὡς κατήσθιε μίαν ῥίζαν ἢ δύο, παραγενόμενος ὁ ποιμὴν καὶ ἀναλώσας ὅλην τὴν δέσμην, ἐποίησεν ἀδόκιμον. ἔλεγε δ᾽ ὅτι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν τοῦτο ποιεῖ καὶ αὐτὸς καὶ ἕτεροι. κινδυνεύει γὰρ ἔνια τῶν φαρμάκων τῇ * συνηθείᾳ φάρμακα γίνεσθαι. τάχα δ᾽ ἀληθέστερον εἰπεῖν ὡς τῇ συνηθείᾳ οὐ φάρμακα. προσδεξαμένης γὰρ τῆς φύσεως καὶ καταρκρατούσης, οὐκέτι φάρμακα. καθάπερ καὶ Θρασύας ἔλεγεν. ἐκεῖνος γὰρ ἔφη τὸ αὐτὸ, τοῖς μὲν φάρμακον εἶναι, τοῖς δὲ, οὐ φάρμακον, διαιρῶν τὰς φύσεις ἑκάστων. ᾤετο γὰρ δεῖν καὶ ταύτας διαγνῶναι. ποιεῖ δέ τι δηλονότι πρὸς τῇ φύσει καὶ τὸ ἔθος. Εὔδημος γοῦν ὁ φαρμακοπώλης εὐδοκιμῶν σφόδρα κατὰ τὴν τέχνην, συνθέμενος μηδὲν πείσεσθαι πρὸ ἡλίου δύοντος, κατέφαγε μέτριον πάνυ καὶ οὐ κατέσχεν, οὐδ᾽ ἐκράτησεν. † ὁ δὲ Χῖος Εὔδημος πίνων ἐλλέβορον οὐκ ἐκαθαίρετο. καίποτε ἔφη πιεῖν

* ἀσυνηθείᾳ

† ὁ δὲ Χῖος Εὔδημος, οὐ φαρμακοπώλης ἐλλέβορον πίνων πλείονας πόσεις οὐκ ἐκαθαίρετο, καὶ ποτὲ ἔφη, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ συνθέμενος τοῖς ὁμοτέχνοις περὶ τούτου, δύο καὶ εἴκοσι πόσεις ἔλαβεν ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ στῆ καθήμενος ἐπὶ τῶν σκευῶν, καὶ οὐκ ἐξανιστῆναι, πρὸ τοῦ δείλην γίνεσθαι. τότε ἀπῆλθεν ἐκλούσασθαι, καὶ δειπνεῖν ὥσπερ εἰώθει, καὶ οὐκ ἐξημέσαι. τοῦτο δ᾽ ἔμπραξεν ἐν πολυχρονίῳ συνηθείᾳ γεγονώς, ἀρξάμενος ἀπὸ ὀλίγων ἕως τοσούτων. πάντων δὲ τῶν φαρμάκων αἱ δυνάμεις ἀσθενέστεραι τοῖς συνειθισμένοις, ἐνίοις δ᾽ ἄπρακτοί εἰσιν. ἄλλος δ᾽ βοηθείαν τινα.

Omnium vero medicaminum vires debiliores in assuetis deprehenduntur: in nonnullis etiam omnino inertes. Quidam enim tantum ellebori esitantes ut manipulos totos consumant, sine noxa id faciunt. Quod etiam Thrasyas sæpius fecit, qui radicum peritissimus habitus est. Faciunt hoc idem pastores nonnulli. Itaque cum ad medicaminum venditorem, quem mirabantur omnes unam aut alteram radicem comedere posse, pastor quidem venisset, absumpsissetque integrum manipulum, fecit ut nunquam amplius ille pharmacopola laudaretur. Idque singulis diebus, non tantum illum, sed etiam alios plerosque facere dicebatur. * Fit enim, ut pleraque ex medicamentis, propter hominis consuetudinem, vim suam amittant, nec amplius medicamina esse possint. Cum enim à natura admittuntur, superantur, conficiuntur, non amplius poni inter medicamina debent. Quod & Thrasyas dicere solebat. Naturas enim ille † discernens, idem aliis medicamen, aliis non medicamen esse ajebat. Itaque & habebat ipse, & alios quoque ejus rei debere rationem habere putabat. Verum unà cum natura etiam consuetudinem posse aliquid efficere constat. Quamobrem Eudemus medicamentarius, hac in arte facile princeps, cum se nihil affectum iri ante solis occasum pepigisset, exiguum quid devoravit, quod neque continere, neque superare potuit. ‡ At vero Chius Eudemus ellebo-

foro super vasis sedens viginti duas potiones se sumpsisse nec surrexisse priusquam esset vespera: tunc verò abiisse lotum atque cœnatum, uti consuev. rat. nec quicquam evomuisse. Hoc autem fecit longa consuetudine præparatum, à paucis scilicet principio accepto, sicque ad eas potiones progrediens. Sunt enim omnium medicamentorum vires in consuetis infirmiores, in aliquibus etiam prorsus inefficaces, alius tamen auxilio præparato, opposuit pumice acetum aspersisse, ac bibisse se retulit.

** Fieri autem vel non potest, ut pleraque ex medicamentis non assuetis pharmaca sint, sed contrarium autem verius dici potest, quod assuetis pharmaca esse desinant.*

† Dijudicans.

‡ At verò Chius Eudemus, non pharmacopola multas potiones ellebori hauriens, non purgabatur, & nonnunquam unâ die, cum ejusdem professoribus re composita in retulit, nec

rum

ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δύο καὶ εἴκοσι πόσεις ἐν τῇ ἀγορᾷ, καθήμενος ἐπὶ τῶν σκευῶν. καὶ οὐκ ἐξαναστῆναι πρὸ τοῦ δείλην γενέσθαι. τότε δ' ἐλθὼν λελούσθαι, καὶ δειπνεῖν ὥσπερ εἰώθει, καὶ οὐκ ἐξεμέσαι. πλὴν οὗτος βοήθειαν τινα παρασκευασάμενος κατέσχε. κίσσηριν γὰρ ἐπιπάττων ἐπ' ὄξος δριμὺ, πιεῖν ἔφη μετὰ τὴν ἑβδόμην πόσιν, καὶ πάλιν ὕστερον ἐν οἴνῳ τὸν αὐτὸν τρόπον. τὴν δὲ τῆς κισσήρεως οὕτως ἰσχυρὰν εἶναι δύναμιν, ὥστε ἐάν τις εἰς πίθον ζέοντα ἐμβάλλῃ, παύειν τὴν ζέσιν, οὐ παραχρῆμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅλως. καταξηραίνουσαν τι δηλονότι, καὶ ἀναδεχόμενον τὸ πνεῦμα καὶ τοῦτο διϊοῦσαν. οὗτος μὲν οὖν τό γε πλῆθος, ταύτῃ τῇ βοηθείᾳ κατέσχεν. ὅτι δὲ καὶ τὸ ἔθος ἰσχυρὸν, ἐκ πολλῶν φανερόν. ἐπεὶ καὶ τὸ ἀψίνθιον τὰ μὲν ἐνταῦθα πρόβατα οὔ φασί τινες νέμεσθαι. τὰ δ' ἐν τῷ Πόντῳ νέμεται, καὶ γίνεται πιότερα καὶ καλλίω, καὶ ὥς δή τινες λέγουσιν οὐκ ἔχοντα χολήν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἑτέρας ἂν τινος εἴη θεωρίας, αἱ δὲ ῥίζαι καὶ τὰ ὑλήματα, καθάπερ εἴρηται πολλὰς ἔχουσι δυνάμεις, οὐ πρὸς τὰ ἔμψυχα σώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄψυχα.

rum cum biberet, non purgabatur, & viginti duas aliquando potiones uno die sumpsisse se retulit, cum fori apud merces sederet, nec surrexisse prius, quam esset meridies: tunc vero domo petita, balneas ingressum, cœnatumque more solito, nec quicquam evomuisse. Hic tamen auxilio quodam præparato opposuit. Aceto enim acri aspersam pumicem bibisse se retulit post septimam ellebori potionem, rursusque ex mero eodem modo egisse. Pumicis autem vim magnam adeò esse, ut si in urceum bullientem eam injeceris, fervorem extinguas non solum parte aliqua temporis, sed etiam ex toto. Pumicem enim exsiccare vehementissime, atque ad se spumam totam recipere, idque extinguendi caussam esse. Hic ergo largitatem potus, tali retinere remedio potuit. Quod autem consuetudo plurimum valet, multis sane rationibus constat. Nam & absynthium pecora hujus tractus pascere quidam negant, Pontica autem pascunt, ut pinguiora, atque pulchriora reddantur, & ut quidam volunt, sine felle. Quæ tamen non tam ad præsentem disputationem, quam alio spectare judico. Radices verò, & universum genus materiæ humilis, permultis, ac variis viribus (ut dictum est) natura instruxit: nec ad corpora inanimata tantum, sed & animata quoque.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Κινδυνεύειν γὰρ ἔνια τῶν φαρμάκων τῇ ἀσυνηθείᾳ φάρμακα γίνεσθαι. τάχα δ' ἀληθέστερον εἰπεῖν, ὡς συνήθεια, οὐ φάρμακα. *Theophrastus recitat Antiquorum opinionem, qui ajebant, medicamenta esse medicamenta non assuetis. Ergo dicat bonus Philosophus, medicamenta esse medicamenta per accidens.* Κινδυνεύειν, *notat esse posse, & non esse. Quare subdit potius contrarium. Theodorus priore sententia omissa omnia permiscuit.*

Διαιτῶν τὰς φύσεις. *Theodorus,* discernens. *Plus est,* διαιτᾷν. dijudicans. *verbum à caussis ductum. Herodotus in judiciis minus usitate voce,* δικᾷν.

Ὁ δὲ Χῖος Εὔδημος. *Theodorus addit:* ante minime laudatus.

Ἐπὶ τῶν σκευῶν. *Theodorus* apud vasa. Super vasis, *ad verbum, neque enim sedes alas secum afferunt circulatores, præter sarcinas, in quibus sedant: & è quibus concionantur, & feci dixit: ut* Terentius. *Verum illi licuit in risu & comædia, ea figura quæ* παραλογία *dicitur à doctis. Quemadmodum de parodia diximus in libris de re poetica. Allusit enim ad communem loquendi usum: domi, forisque. Idem* δείλην *ubique meridiem interpretatur in libris Aristotelis & Theophrasti. verum crepusculum Atticis ea voce significari nemo dubitat doctiorum. Crepusculum inquam tum serotinum, tum matutinum. tantum abest, ut meridies repræsentetur. Idque ex Xenephonte, Thucidide, Lariano, Plutarcho, Polluce. Cum enim* δείλη, *pro ambiguo tempore æque stare consuevisset addebant aliquando,* ὀψία, *aut* πρωΐα. *Ratio quoque & origo vocis pro nobis est.* δείλη δεῖ ἡλίου. *deficiente sole.*

Κίσσηριν ἐπιπάττων ἐπ' ὄξος δριμύ. *Theodorus,* aceto acri aspersum punicembibisse. *At queat nemo bibere aspersum punicem, sed dilutum, & solutum, & Theophrasti verba contrarium sensum colligunt. Aspersisse punice acetum.*

Αἱ δὲ ῥίζαι, καὶ τὰ ὑλήματα. *Hinc caput auspicandum.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.

TOto hoc capite solum docet Theophrastus, consuetudine medicamenta ita temperari, ut tandem desinant esse pharmaca, aut venena. Quod tribus maximè historiis probare conatur; singula quæ hoc capite enarrat examinabo.

Ἀπαιτεῖν. Omnium medicamentorum vires in assuetis debiliores esse ait. Probat hoc experientia, ac quotidie id licet in morbis observare chronicis; in quibus ipsa purgantia tandem, non secus ac alimentum, concoquuntur ac distribuuntur, à quibus cum primum præscriberentur, plures excretiones movebantur: Novi quendam qui cum liberaliter à ʒ j. pill. chochiarum expurgaretur, postea medicamento assuetus vix ne quidem à semiuncia, moveretur.

Κινδυνεύειν. Antiquorum recitat præceptor opinionem, qui medicamenta non assuetis, medicamenta vel esse, vel non esse dicebant. Hanc non probare videtur opinionem; quia tum medicamenta forent pharmaca per accidens. Contrariam, itaque laudat sententiam. Locum perperam vertit Theodorus.

Προσδεξαμένης γάρ. Dat rationem cur medicamenta esse desinant. nemque quod à colore nativo & superentur, & conficiantur. Purgans enim ut agat, oportet patiatur aliquid à calore insito, non vero tantum, ut ab ipso superetur, & amittat vim suam specificam.

Ὁ δὲ Χῖος Εὔδημος. Triplici ut dixi, historia confirmat & probat, consuetutine medicamenta purgantia vim amittere. Ex his duæ hactenus confusæ exstiterunt, priorem sive secundam integram restituimus ex Apollonio, apud quem locus hic ita legitur. Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν ἐν τῇ ἐσχάτῃ τῆς πραγματείας. Εὔνομος (φησὶν) ὁ Χῖος ὁ φαρμακοπώλης ἐλλεβόρου πίνων πλείονας πόσεις, οὐκ ἐκαθαίρετο. καὶ ποτὲ, ἔφη, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ συνθέμενος τοῖς ὁμοτέχνοις περὶ τούτου, δύο καὶ εἴκοσι πόσεις ἔλαβεν ἐν τῇ ἀγορᾷ καθήμενος, καὶ οὐκ ἐξανίστη ἀπὸ τῶν σκευῶν, τότε ἀπῆλθεν λούσασθαι, καὶ δειπνῆσαι, ὥσπερ εἰώθει, καὶ οὐκ ἐξήμεσεν. τοῦτο δὲ ἐμπράξειν ἐν πολυχρονίῳ συνηθείᾳ γεγονὼς, ἀρξάμενος ἀπὸ ὀλίγων ἕως τοσούτων. πάντων δὲ τῶν φαρμάκων αἱ δυνάμεις ἀσθενέστεραι τοῖς συνεθισμένοις, ἐνίοις δὲ καὶ ἄπρακτοί εἰσιν. Hæc apud Apollonium, cujus verba non sine labe. Lego ἐννάτῃ, quod constet Theophrastum decem de historia scripsisse libros. Lego ὁ φαρμακοπώλης ut à priori distingui possit. Ceterum utrum Εὔνομος an Εὔδημος legendum sit, ut vulgati codices habent, nolo contendere. Apud Sextum Empiricum, ubi hæc historia refertur, pro Eudemo Rufinus legitur. pyrrh. Hypotyp. lib. I. cap. XIV. *Fuit & Rufinus quidam apud Chaldicem, qui bibens helleborum, neque postea vomebat, neque ullo modo purgabatur, & ut consuetum aliquem potum sumebat, & concoquebat.* Empirici hujus verba efficiunt, ut Apollonii verbis, quam Theophrasti vulgatis codicibus majorem fidem dederim. Probatur præterea Apollonii oratio, quod Theophrasti mens sit hoc capite consuetudinis efficaciam demonstrare. Tertia historia, ut pu-

ut puto, lacera est. Ea quidem probatur, consuetudine tale quid effectum, sed tamen non illa sola id obtinuisse hunc autorem, sed adhibuisse antidotum, pumicem scilicet. De pumice vide Dioscoridem.

Ὅτι ἐ τοῖς. Alio probat argumento præceptor consuetudinem plurimum valere, quod pecus absynthio pascatur, & pinguius quibusdam in locis reddatur, & quidem, ut volunt, sine felle sit. Hunc locum idem Apollonius citat. Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν τῷ πέμπτῳ φησὶ τὰ ἐν τῷ Πόντῳ τὸ ἀψίνθιον νεμόμενα οὐκ ἔχει χολήν. Plinius lib. XI. cap. XXXVII. *Carent eo* (felle) *qui absynthium* (absynthio) *vescuntur in Ponto.* Stephanus περὶ πόλεων etiam hunc locum citat. Ἄψινθος πόλις Θρᾴκης. ἀψινθὶς δὲ ἡ χώρα. τὸ ἐθνικὸν, ἀψίνθιος καὶ ἀψινθίαι. ἔστι δὲ εἶδος φυτοῦ περὶ οὗ Βῶλος ὁ Δημοκρίτειος, ὅτι Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν ἐνάτῳ τὰ πρόβατα τὰ ἐν τῷ Πόντῳ τὸ ἀψίνθιον νεμόμενα, οὐκ ἔχει χολήν. διχῶς δὲ ἡ γραφὴ διὰ τοῦ υ καὶ διὰ τοῦ ι. *Absinthus urbs Traciæ, Absynthis regio cujus incolæ absynthios & absynthias vocantur. Est plantæ nomen, de qua Bolus Democretejus ait, Theoph. lib. nono hist. plantarum scribit, pecora in Ponto herba hæc pasta carere felle.* Dupliciter scribitur, vel per υ vel per ι. Absynthium, vel ut apud divum Joannnem in Apocalypſ. cap. XXVIII. legitur ἄψινθος, dicitur παρὰ τὸ ἅπτω, ὃ οὐ δεῖς ἅπτεται, *quod nemo propter insignem amarorem hanc herbam attingat.* Qua de causa ab aliis βαθύπικρον vocatur. Poëtæ ἀπίνθιον nuncupant. ὃ οὐκ ἄν τις πίῃ διὰ πικρότητα. *Quasi impotabile propter summam amaritudinem.* Suidas, ἀψίνθιον εἶδος βοτάνης. παρὰ δὲ τῶν κωμικῶν λέγεται.

Turpia deformes gignunt absynthia campi,
Terraque de fructu quam sit amara docet.

Ἀψίνθιον appellatum crediderim, à particula negativa, α, & ψίνθος, *quod minime sit delectabilis.* Hesychius ψίνθος τέρψις. In Græcia Ponticum absynthium vulgo ἀψίνθιαν vocari, docet Anguillara. Honorius Bellus id Bauhinum non ἀψίνθιαν, sed ἀσπιάν nuncupari scripsit. Uterque recte. Nam in Græcia, ubi Anguillara vivit, ἀψίνθια vocatur. In Creta verò, ubi Bellus, ἀσπιά. Absynthii genera tria describit Dioscorides, Ponticum, Marinum, Santonicum. Ponticum quin intelligat Theophrastus. dubium non puto. De Pontico hæc tradit Dioscorides lib. III. cap. XXVI. Ἀψίνθιον βαθύπικρον (vetus addit οἱ δὲ ῥέμικρον. Marcellus legit οἱ δὲ βαρύπικρον) γνώριμος ἡ πόα. Ἔστι δὲ αὐτῆς βελτίων, τὸ ἐν Πόντῳ καὶ Καππαδοκίᾳ ἐν ὄρει τῷ καλουμένῳ Ταύρῳ γεννώμενον. *Absynthium, bathypicum dictum, herba est vulgo cognita, præstantius in eo genere, quod in Ponto & Capadocia* (Catacur. codex addit, καὶ ἐν γαλατίᾳ) *in monte Tauro appellato nascitur.* Plinius lib. XXVII. cap. VII. *Ponticum è Ponto, ubi pecora pinguescunt illo, & ob id sine felle reperiuntur: neque aliud præstantius, multoque Italico amarius, sed medulla Pontici dulcis. De usu ejus convenit dicere herbæ facillimæ, atque inter paucas utilissimæ, præterea sacris populi Romani celebratæ peculiariter. Siquidem latinarum feriis quadrigæ certant in Capitolio, victorque absinthium bibit. Credo sanitatem præmio dari honorificè arbitratis majoribus. Stomachum roborat, &c.* Ponticum optimum esse tradunt omnes, quod etiam notum Poëtis antiquissimis. Plautus in Trinummo. *Syc. Omnium primum per Pontum advecti ad Arabiam terram sumus. Ehò, an Arabia etiam in Ponto! Syc. Est. Non illa ubi Thus gignitur, sed ubi absinthium fit, atque cunicula gallinacea.* Pecora pinguescere hoc absinthio ait; Dioscorides marinum illud præstare refert cap. XXVII. λιπαίνεται δὲ μάλιστα τὰ πρόβατα νεμόμενα. Sed non dubium, quin verba hæc ad finem capitis pontici adjungi debeant. In sacris Romanorum usurpatam docet Plinius. De hac re vide Alexandrum ab Alex. Inter recentiores quod nam sit ponticum, non satis convenit. Alii enim tenuifolium, quod Romanum vocant, nonnulli latifolium sive vulgare, pro Pontico habet. Qui tenuifolium ponticum esse dicunt, probant suam sententiam ex Galeno lib. XI. cap. XVI. ubi ait. Ταῦτά τοι τὸ Ποντικὸν ἀψίνθιον αἱρεῖσθαι βέλτιον ἐστιν εἰς τὰς ἥπατος καὶ γαστρὸς φλεγμονάς. Ἔστι δὲ αὐτοῦ καὶ τὸ φύλλον, καὶ τὸ ἄνθος πολὺ σμικρότερον, ἢ τῶν ἄλλων ἀψινθίων. καὶ ἡ ὀσμὴ τούτῳ μὲν οὐχ ὅπως ἀηδὴς, ἀλλά τι καὶ ἀρωμάτων ἐμφαίνουσα. τοῖς δὲ ἄλλοις δυσώδης ἅπασι. *Proinde Ponticum ad jocineris & ventris phlegmonas eligi præstat. Porro id tum folio, tum flore, longè quam cætera absinthia minore, odor quoque huic non modò non insuavis, verum etiam aromaticum quid præferens, reliquis omnibus planè est fœdus.* Qui contrariam defendunt sententiam etiam Galeni utuntur auctoritate lib. VI. simp. cap. de abrotano, ubi ait. Ἕτερον δὲ ἐστιν αὐτῷ τὸ ἀψίνθιον, οὗ πάλιν ἴδια χρὴ πλῆθος τίθεσθαι, ἐν τὸ μὲν τῷ γένει ὁμωνύμως προσαγορεύοντας ἀψίνθιον, ὁποῖον μάλιστά ἐστι τὸ Ποντικὸν, τὸ δὲ σερίφιον, τὸ δὲ σαντόνικον. εἰ δ᾽ ἄλλο μὲν ἀψίνθιον, ἄλλο δὲ σερίφιον ἄλλο δὲ σαντόνικον λέγει, οὐδὲν εἰς τὰ παρόντα διαφέρει. οὐ δὲ γὰρ ὄνομα διαιρήσοντες ἥκομεν, ἀλλ᾽ ὑπὲρ αὐτῶν τῶν πραγμάτων σπουδάζομεν. *At aliud ab eo* (abrotano) *absinthium, cujus rursum tres statuendæ sunt species, quarum unam eodem cum genere ipso nomine appellitant, cujusmodi potissimum est Ponticum. Alterum santinicum, tertium seriphium, si verò aliud placet appellare absinthium, aliud verò seriphium, aliud santonicum, nihil interest, quod ad præsens attinet. nec enim nomen divisuri venimus, sed studium nobis est de ipsis rebus.* Alterum argumentum quo suam probant opinionem à Bellonio petunt. Hic lib. I. cap. ult. *Auctores ponticum absinthium commendant, id in Constantinopolitanis officinis non modo venale, sed etiam usurpatum vidimus, sed omnibus notis cum nostro vulgari hortensi conveniens, nec ab illo differens, nisi quod ponticum sponte nascens invenitur; & nobis admirationis causam non levem præbuit, plerosque in nostra Europa id absinthium in dubium vocare, ineptamque quandam herbulam abrotoni potius genus, & nullius efficaciæ ei substituere maluisse, quam vulgari uti, quod est legitimum Ponticum.* Ad hoc argumentum ex lib. XI. Method. qui contrariam defendunt sententiam, respondere solent; locum corruptum esse & ἀντὶ σμικρότερον, μακρότερον restituendum. Malunt alii, binas plantas absinthii Pontici nomine venire, & ex iis alteram cum absinthio altero prolato convenire quod Dioscoride teste, optimum in Ponto oritur. De hoc, inquiunt, intelligit Galenus, quando absinthii, libro simplicis medicinæ sexto, tria tantum genera statuit, neque Ponticum ab absolutè prolato distinguit. Altera, absinthium propriè Ponticum appellatur, non quod laudatissimum, sed quod copiosissimum, in Ponto proveniat. Quanquam & apud alias gentes nasci, nihil prohibet, & in Pannonia, Latio, aliisque locis, hoc absinthium, auctore Galeno, magis adstringit quam cætera, & amarum minus est. Adhæc aroma olet, reliquis foetentibus. Postremo foliis & floribus, longè quam alia absinthii genera, minoribus, constat. Absinthium Ponticum, de quo Theophrastus & Dioscorides agunt, vulgare latifolium esse, cum Bellonio credo. Nec propterea tenuifolium, quod Romanum vocant, rejiciendum est, neque tam vilis, uti Bellonius eam depingit, efficaciæ est, nec cur vulgato cedat, video, maxime cum suaveolentius sit, aroma oleat, & magis adstringat. Volunt Galenum lib. VI. simpl. de vulgato loqui. quod præter veritatem videtur. Nam idem Galenus loco citato de absinthio scribit; τὸ μὲν ἀψίνθιον ἐστιν ἧττον τῶν εἰρημένων θερμὸν, ὡς ἂν πλείστης μετέχων τῆς στύψεως. —— μόνον γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸ ἀψίνθιον, καὶ μάλιστα τὸ ποντικὸν, εὐστόμαχόν ἐστιν, ὅτι πλείστης μετέχει στύψεως. *Absinthium quidem dictum minus est calidum, nempe plurimam obtinens adstrictionem —— solum autem inter ea absinthium, & maximè Ponticum, gratum est stomacho, quia plurimam adstrictionem continet.* Quæro nunc, quod nam absinthium minus calidum, magisque adstringens sit? Nemo facile negabit tenuifolium minus calidum, & magis adstringens esse. Fatentur hoc qui contrariam defendunt sententiam. *Facultate autem*, inquiunt, *tenuifolium istud absinthium calidum quidem est ac siccum, amaritudinis quoque, sed multo minoris quam latifolium particeps, adstringendi autem vis in eo superat.* Sed corruptum Galeni codicem esse scribunt, Ponamus id verum esse, ac restituamus, ut volunt, μακρότερον, nec tum vulgare latifolium satis cum descriptione conveniet. Nam Ponticum Galenus aroma olere scribit, nec insuave spirare. Judicium ferat, qui illæsum ac incorruptum olfactus instrumentum habet. Utrumque absinthium cognitum satis, nec ulla indiget descriptione. Absinthii, pontici nomine aliam quandam plantam misit Clariss. Honorius Bellus Bauhino, botanico satis celebri; quam his ferè verbis delineat, *Absinthium Ponticum Creticum grati odoris, caule est cubitum superante, rotundo, incano, in ramos plures quincunciales diviso, foliis tenuibus, multum divisis,*

mollibus, incanis, floribus vulgari forma, & colore similibus, paulo tamen majoribus. *Hoc,* (quemadmodum Honorius Bellus ex Creta anno 1546 addita planta, perscripsit,) in Creta frequentissimè provenit, perpetuò viret, odorem gratum spirat, nihilque amarum est, aut si quam amaritudinem habet, ea valde obscura est: In viridi enim nulla percipitur. Ab asinis & pecoribus omnibusque brutis valde expetitur. Vocatur ἀσπιά, & non ἀψίνθιον, quemadmodum Anguillara in Græcia vocari perperam scribit. Ego legitimum Ponticum esse judico. Facile, ut dixi, fieri potest, aliud nomen in Græcia obtinere, aliud in Creta. Quare Anguillaram perperam scripsisse non arbitror. Ego Ponticum hoc absinthii genus esse (licet nunquam viderim) nego. Idque quod floribus est majoribus, cum Galenus minoribus tradat; deinde quod amaritudinem habet nullam, cum omne absinthium amarum scribat Galenus. Διττὴν δὲ ἅπαντος ἀψινθίου ποιότητα καὶ δύναμιν ἔχοντος, ὡς κἀν τοῖς περὶ φαρμάκων εἴρηται. κατὰ μὲν τὸ Ποντικὸν ἡ στύφουσα ποιότης ἐστὶν οὐκ ὀλίγη. τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασιν, ἡ μὲν πικρὰ ποιότης ὑπάρχει σφοδροτάτη. *In omni absinthio qualitas, visque duplex est; uti in libris de simpl. dictum est. Pontico qualitas adstrictoria non exigua est, in reliquis omnibus amara qualitas vehementissima est.* Omne itaque absinthium amarum cum sit, planta Bauhino missa, absinthium esse nequit. Marinum absynthium describit Diosc. lib. III. cap. XXVII. Ἀψίνθιον θαλάσσιον (alter codex καλοῦσί τινες καὶ Σέριφον ἀψίνθιον θαλάσσιον) τινὲς δὲ καὶ σερίφιον καλοῦσι, ὅπερ πλεῖστον ἐν τῷ περὶ Καππαδοκίαν Ταύρῳ ὄρει γεννᾶται, καὶ ἐν Ταφοσίρει τῆς Αἰγύπτου. ὃ ἀντὶ θαλλοῦ οἱ Ἰσιακοὶ χρῶνται. ἔστι δὲ ἡ πόα λεπτόκαρφος, ἐοικυῖα ἀβροτόνῳ μικρῷ περιπληθὴς σπερματίων, ὑπόπικρος, κακοστόμαχος, βαρύοσμος στύφουσα μετὰ ποσῆς θερμασίας. *Absinthium marinum quidam seriphium vocant: quod quidem copiosissimum in Tauro monte juxta Cappadociam gignitur, & in Taphosiri Ægypti. Id Isiaci pro oleagino ramo præferre solenne habent. Est autem herba prætenuibus surculis, abrotani parvi similitudine, minutilis referta seminibus, subamara, stomacho inimica, graveolens; & cum quadam calfactione adstringens.* Verba ἐν τῷ περὶ Καππαδοκίαν Ταύρῳ ὄρει, quanquam apud Oribasium reperiantur, non abs re Marcellus, Cornarius, Saracenus, aliique viri docti suppositia esse, perperamque huc ex præcedenti capite translata, censuerunt. Quandoquidem non est verisimile plantam maritimam, tanta copia in monte Tauro provenire. Meminit hujus absinthii Plinius loco citato. *Est & absinthium marinum, quod quidam Seriphium vocant, probatissimum in Taphosiri Ægypti. Hujus ramum Isiaci præferre solenne habent, augustius priore* (Pontico) *minusque amarum, stomacho inimicum; alvum mollit, pellitque animalia interaneorum.* Taphosiri Stephanus περὶ πολίων meminit, dicitque nomen accepisse, quod Osiridis sepulchrum ibi esset. Quasi Osiridos τάφον. Ταφόσιρις πόλις Αἰγύπτου, ἐν ᾗ λέγεται ὄσιρις ταφῆναι. Isiacos vocat, Isidis sacris initiatos; hos absynthi hujus ramum, pro oleagino ramo prætulisse, ait. Etenim, ut alibi dicam, in Ægypto nasci recusat olea. Scio Theophrastum libris de caus. mentionem facere de oleæ quodam genere Ægyptio; Sed de ea suo loco. Errant Botanici gravissimi, doctissimique, qui sophiam marinum credunt esse absinthium; idque quod nec amara sit, nec calida; sed reficcans & adstringens, & particeps alicujus frigiditatis. Alioquin quo ad folia, uti tabella docet, non malè conveniret. Nec seriphium Dioscoridis planta est, quam abrotanum fœminam vulgo vocant. Hæc enim valde amara, & stomacho grata, non inimica est. Marinum absinthium, cujus iconem adpingi curavimus, non procul à mari reperitur. Frequens in Hollandiæ, Zelandiæ, Flandriæ, Frisiæ littoribus; Et in Gallia, Italia, aliisque regionibus maritimis invenitur; sed colore & odore à Batavico differt. Nam quod circa littora maris mediterranei, ac in plerisque Europæ Provinciis, veluti in Narbonnensi Gallia provenit, graveolentius est, & minus candicans, contra minus graveolens, sed candidius ad Oceani littora natum. Marinum tenuitate ac multiplici foliorum sectione tenuifolio non cedit. In tenues ac minutulas particulas complures similiter dissecta sunt foliola, mollia item & candida; cauliculi in multos ramulos dividuntur, circa quos flosculi & semina, ut aliorum; radix dura & lignosa. Natura calidum est & siccum. Stomacho, ut observarunt veteres, propter

Absynthium Seriphium.



salsedinem conjunctam, inimicum. In hortas translatum feliciter provenit, & non raro arboris naturam assumit. Santonicum à Dioscoride lib. III. cap. XXVIII. delineatur. Ἔστι δὲ καὶ τρίτον εἶδος ἀψινθίου, γινόμενον ἐν τῇ κατὰ τὰς Ἄλπεις Γαλατίᾳ πλεῖστον. ὃ ἐπιχωρίως Σαντόνιον καλοῦσιν ἐπωνύμως τῇ γεννώσῃ αὐτὸ Σαρδόνιδι χώρᾳ.

Absynthiom Sandonium.




ἐοικὸς ἀψινθίῳ, οὐ μὴν οὕτω γε ἔγκαρπον, ὑπόπικρον δὲ, καὶ δυνάμενον τὰ αὐτὰ τῷ Σεριφίῳ. *Est & tertium absinthii genus quod copiosissimum in Gallia, Alpibus finitima, nascitur.*

Id pa-


Id patrio nomine Santonicum appellant, tracto à Santonum regione, in qua gignitur, cognomento. Absinthio est simile, attamen non adeò seminis fœcundum, verum subamarum, & ejusdem cum seriphio facultatis. In Aldino codice legitur, ἀντὶ ζαντίνιον, ζαρδόνιον, quam lectionem Anguillara & Pena præferunt, at verò Saracenus ζαντίνιον legit, vel cum Galeno ζαντόνικον, & inferius ἐν τῇ ζαρδονίδι, ζαντονίδι, vel ζαντονεία, maximè cum apud Santonas, Galliæ Aquitanicæ populos, hujusmodi nascatur absinthium copiosissime. Neque, inquit, ignoro esse, qui in Galatia Asiatica, regionem quandam agnoscant Sardonidis nomine, sed quis est quæso, è geographiæ scriptoribus, qui Alpium Asiaticæ Galliæ mentionem unquam fecerit? Verisimilius ergo est τὴν κατὰ τὰς Ἄλπεις γαλατίαν, Galliam nostram intelligi, ad differentiam Γαλατίας τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν, cujus sequenti capite fit mentio. His adde, quod Galenus & Plinius palam huic nostræ lectioni adstipulantur. Siquidem Gal. lib. VI. simpl. absinthii Santonici mentionem cum facit, ita inquit, τῶν δ' ἄλλων τὸ μὲν ζαντόνικον ἀπὸ ζαντονείας χώρας ἧ φύεται τὴν προσηγορίαν ἔχον, *at cæterorum santonicum quidem, à Santonia regione in qua nascitur, nomen sortitur.* Sic Plinius loco citato. *Inter cætera genera absinthii Santonicum commemorat, sic appellatum à Galliæ civitate.* Saraceni, viri longè doctissimi, lectionem hanc probo. Vellem tamen nos docuisset, qua facie illud absinthium esset, cujus mentionem facit. Qui Romanum sive tenuifolium absinthium Santonicum volunt esse, falluntur. Nam nec facie vulgato sive latifolio, nec viribus seriphio est simile. Quippe roborat stomachum & hepar; contra seriphium inimicum stomacho. Utrum scheha Arabum sit santonicum, non ausim asserere, quod nunquam viderim. Describitur à Lugd. his verbis. *Circa Bethlehem provenit copiosum absinthii genus, foliis cinereis, quale est nostratis; ramulis tenellis multis, in quorum vertice semen copiosissimum est, gravis odoris qui nauseam moveat, etiam valde molestam; gustu acre, salsum, amarum. Hanc plantam Arabes scheha vocant; semen hujus minutissimum est, lumbricis necandis*

Semen sanctum, sementina.



utilissimum, quamobrem semen contra vermes mercatoribus nuncupatur. Hoc si verum santonicum, ut quidam credunt, Romanum absinthium Ponticum esse demonstrari posset, quippe folio tenuifolium magis, quam latifolium refert. Sed non esse santonicum vel eò demonstratur argumento, quod ferat semen copiosissimum, cum Dioscorides non adeò fœcundum santonicum dicat. Eadem de causa nec sementina, sive semen sanctum, vel, ut alii malunt, semen contra lumbricos aut semen zedoariæ santonicum esse potest. Caule planta hæc adsurgit mox in multas alas ac ramos distributo, circa quos folia minuta, copiosiora vero semina, exigua quidem illa, sed adeò frequentia, ut stirps cum ramis universis, semine tota turgida appareat. Amarum admodum semen hoc est, calidum & siccum, ventriculo non ingratum, cum santonicum Dioscorides ingratum esse referat, & subamarum. Peregrina stirps hæc est, quæ in hortis calidarum regionum sata, non infeliciter provenit. Reticere nequeo quod mihi contigit. Bis semen terræ commisi quod in officinis seminis sancti nomine venditur, bis ex eo nata nobis tanaceti genus cuius effigiem adsculpendam curavi: differt à vulgato quod folia sint minus viridia, sed candidiora paulum. Decipiuntur, ut mox latius dicam, qui artemisiam monoclona putant. Cujus historiam hoc loco eo libentius addam, quod ex eo luce meridiana clarius patebit, Dioscoridis ponticum absinthum esse latifolium. Folia enim artemisiæ comparat absynthio. Artemisia, si Plinio credimus, ab Artemisia Mausoli Cariæ regis uxore, quæ hanc sibi adoptavit, nomen accepit. *Mulieres,* inquit, lib. XXV. cap. VII. *Hanc gloriam affectavere, in quibus Artemisia, uxor Mausoli, adoptata herba, quæ antea parthenis vocabatur.*

Tanacetum.



Παρθενὶς id est virginalis, quod virgo Dea nomen illi dederit. Eadem de causa παρθένιον dictam apud Apulejum legimus. Aliud etymon apud Plinium legitur. *Sunt,* ait, *qui ab Artemide* (id est Diana παρὰ τὸ τ' ἀέρα τέμνειν.) *Ilithya cognominatam putant, quoniam privatim medeatur feminarum malis.* Et hæc quidem, ex Plinii sententia. Quid impedit, nomen impositum esse, ἀπὸ τ' ἀρτέμιος quod est *incolumis*, vel *integer*. Hinc ἀρτεμίσια, quod multas incolumes reddat. Suidas

ἀρτεμὲς

ἀρτεμὴς, ὁλόκληρος, σῶος, ὑγιὴς, ἄρτεμις δὲ ἡ θεός. Hesychius ἀρτεμία ὑγίεια ὑγεῖ. ἀρτεμέοντα, ὑγιαίνοντα, ἰσχύοντα — ἀρτεμὴς σῶον ὑγιᾶ. σώφρονα. Belgis **bybott** dicitur, quasi præsens pedum adjumentum, quod ad lassitudinem, ex itinere, maximum sit præsidium, quæ ejus decocto, si laventur ac foveantur pedes, omnis tollitur. Quod & observavit Plinius lib. XXVI. cap. ult. *Artemisiam & elelisphacum alligatas qui habeat viator, negatur lassitudinem sentire.* Nuncupatur præterea iisdem Belgis **S. Jans kruyt** / id est herba S. Ioannis, vel si quis mavult Jani. Non enim à Christianis vox hæc videtur in Belgio nata, sed à Christianorum majoribus, ad Christianos devenit. Constat enim Christianos Antistites, voces sive nomina à gentilibus profecta, ad suos ritus traxisse. Non ergo mirum videri debet si pro Jani, ne iterum ad fœdam idolomaniam degenerarent, dixerint, ac reposuerint S. Joannis: quod Joannis & Jani nomenclaturæ non multum differrent; præsertim si more Hebræo Jehan pronunciatur. Sed cur Jani herba dicta? Non alia de causa videtur, quam quod ejus decoctum, hominum ex itinere lassorum, pedes adeo recreet, ut nihil in rerum natura reperiatur, quod ei sit conferendum. Majores nostri neminem dimittebant, iter ingredientem, cui non antea Iani poculum, quod **sint Jans gelep** vocabant, præbibissent. Iani enim numen portis, januisque præsidebat, quo euntibus & redeuntibus esset prosperum. Sed quid impedit, quo minus credamus ab ipsis Christianis, non à gentilibus, nomen hoc inditum? Immo ratio dari potest, cur Christiani, non autem gentiles, nomen plantæ huic tribuerint. Quod scilicet, profesto divi Ioannis, sub ea carbo inveniatur ad epilepsiam depellendam conveniens. Testis est Fernelius in consilio pro puero epileptico. *Æstivo,* inquit, *solstitio, & maximè divi Ioannis Baptistæ profesto, si artemisiæ herbæ radix evellatur, sub ea verus carbo, sed tamen bene odoratus, inveniri solet, qui sindone inclusus, appensusque collo, epilepsiam arcet.* Hunc ego carbonem non semel reperi, cum Lugduni Batavor. studiorum causa agerem, eumque præceptori meo nunquam satis colendo, Ælio Everhardo Vorstio Med. doctore & professore primario, horti medici præsidi summo, ostendi, qui eum publicè tum temporis studiosis demonstravit, & à nobis inventum dixit, cum antea Fernelii hanc sententiam risisset. Invenit & eundem carbonem, eodem quo diximus die, Adrianus Tollius Med. doctor satis celebris, & pharmacopola Martinus Ioannis à se quoque inventum nobis dixit. Facile ergo fieri potest, hac de causa S. Ioannis nomen huic plantæ impositum fuisse. Artemisiæ genera ut, Dioscorides describit, sunt tria, latifolium sive polyclonos, monoclonos, & tenuifolium, sed capitis illius Dioscoridis posteriorē partem viri docti pro spuria habent. Verba ipsa Dioscoridis audiamus. Reperiuntur lib. III. cap. CXXVII. & CXXVIII. ἀρτεμισία (vetus interserit μονόκλωνος fortass. ex Parisiens. non malè scriberetur πολύκλωνος sic enim caput hoc inscribitur περὶ ἀρτεμισίας πολυκλώνου) φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις ὡς τὸ πολὺ, πόα θαμνώδης, παρόμοιος ἀψινθίῳ, μείζων δὲ καὶ λιπαρώτερα τὰ φύλλα ἔχουσα. καὶ ἡ μέν τις ἐστιν αὐτῆς εὐερνὴς, πλατύτερα ἔχουσα τὰ φύλλα, καὶ τὰς ῥάβδους. ἡ δὲ λεπτοτέρα, ἄνθη μικρὰ, λευκὰ, βαρύοσμα (Ald. βαρύοσμος ut de tota intelligatur planta.) θέρους δὲ ἀνθεῖ. Ἔνιοι δὲ τὸ ἐν μεσογείοις λεπτόκαρφον βοτάνιον ἁπλοῦν τῷ καυλῷ, σφόδρα μικρὸν, ἄνθους περίπλεων κιρρώδες τῇ χροιᾷ, λεπτὸν καλοῦσιν ἀρτεμισίαν μονόκλωνον (alter πολύκλωνον.) ἔστι δὲ εὐωδεστέρα τῆς περὶ αὐτῆς. Ἀμφότεραι δὲ θερμαίνουσι καὶ λεπτύνουσιν. ——— cap. CXXVIII. Ἀρτεμισία λεπτόφυλλος, ἥτις γεννᾶται περὶ ὀχετοὺς καὶ φραγμοὺς καὶ εἰς χώρας σποριμους. τὸ ἄνθος ὧν αὐτῆς καὶ τὰ φύλλα τριβόμενα, ὀσμὴν ἀποδίδωσι σαμψύχου. *Artemisia in maritimis plerumque nascitur, herba fruticosa, absinthii similitudine, nisi quod est majoribus pinguioribusque foliis, quanquam quædam est lætior habitiorque, foliis virgultisque latioribus, altera vero tenuioribus; flores sunt parvi, tenues, candidi & graveolentes: æstate autem floret. Sunt qui in mediterraneis artemisiam monoclenon appellant, herbulam gracili surculo, simplici caule donatam, valde pusillam, attamen floribus refertam tenuibus, & ad fulvum* (*croceum* Ald.) *colorem accedentibus. Hæc quam præcedens jucundiorem efflat odorem, utraque excalfacit & attenuat.* ——— cap. CXXVIII. *Habetur & artemisia tenuifolia quæ circa rivulos ac sepes, & in agris frumentariis nascitur. Hujus folia & flores si contriveris, sampsuchi odorem exspirant.* Lego cum Saraceno κιρρώδης. Ad illud enim ἄνθους referri debere, & nobis fit verisimile. Ceterum in altero codice κροκώδης legitur. Oribasius verò & Hermolaus κηρώδης, hoc est cerei coloris, parva differentia legisse videntur. Cereus, croceus, fulvus color, non valde dissimiles ἄνθη μικρά. cur interpretes; Saraceno excepto, tenuiori tantum artemisiæ à Dioscoride hoc tribui putarint, non video; Etenim cum artemesia multicaulis duplex Dioscoridi statuatur, vegeta & tenuior, neque illæ nisi florum virgultorumque amplitudine aut tenuitate inter se differant, equidem flores utrique pares tribui facile cum Saraceno crediderim, quod & ipsa sermonis series satis demonstrare videtur. Caput de artemisia tenui folio, merito à viris doctis Trago, Cordo, Marcello, Cornario, Saraceno, aliisque tanquam spurium & ascititium à Dioscoridis contextu expungitur. Probatur hæc opinio, quod in antiquissimis codicibus, ut & apud Oribasium caput hoc non reperiatur. Accedit quod nullo modo Dioscoridis phrasim redoleat. Adde quod de eadem artemisia ipsiusque viribus præcedenti capite egerit Dioscorides. Nec obest quæ isto capite continentur, totidem verbis reperiri apud Apulejum cap. de artemisia tenuifolia; quod hic auctor multa soleat ex diversis auctoribus in unum compilare, & quandoque homogenea separare. Artemisiam monoclonon, cum botrii planta confundit Plinius lib. XXV. cap. VII. *Est autem absinthii modo fruticosa, majoribus foliis pinguibusque. Ipsius duo genera. Altera latioribus foliis, altera tenera & tenuioribus non nisi in maritimis nascens. Sunt qui in mediterraneis eodem nomine appellent, simplici caule, minimis foliis, floris copiosi, erumpentis cum uva maturescit, odore non injucundo, quam quidam botryn, alii ambrosiam vocant. Talis in Cappadocia nascitur.* Cum botry confundit monoclonon, quoniam apud Græcos legerat botryn à Cappadocum incolis, tum artemisiam, tum ambrosiam vocari: Ceterum verba Plinii de priori artemisia, corrupta ac depravata admodum sunt. Restituunt ex Dioscoride viri docti. *Est autem absinthii modo fruticosa, majoribus foliis, pinguioribusque, & nonnunquam in maritimis nascens. Ipsius duo genera, altera latioribus foliis, altera tenuioribus.* Et sic scripsisse Plinium, verba ostendunt Dioscoridis: vulgaris artemisia nulli non cognita. Hæc pro soli cœlique ratione plurimum variat, ut rectè observavit Dioscorides: quæ causa est, cur alibi lætior, altior, latioribusque sit foliis; aliis in locis tenerior, humilior, ac foliis tenuioribus conspiciatur. In maritimis nata suavior etiam est. Variat præterea colore caulis & floris. Altera enim caule & flore rubro purpurascente, seu subpurpurascente est: altera caule ex viridi albicante, vel subpallente, spadiceove. Non desunt qui matricariam pro artemisia habent. Horum error ex eo cognoscitur, quod florem ferat satis magnum, medio luteum, cum artemisia ferat parvum, tenuem, candidum. Folia an satis conveniant, ipsa ocularis ostendet inspectio. Eadem de causa nec tanacetum potest artemisia dici. Flos huic magnus, crassus, luteus. Nec monoclonos artemisia est, quod multis crassis, altis, firmisque assurgat stolonibus, cum monoclonos herbula sit tenuis uno assurgens caule. Nec leptophyllos, quam eo nomine quidam ostendunt; quod odore sit vulgatæ artemisiæ similis, non sampsuchino: Malunt alii deceptum ipsum autorem, qui caput hoc Dioscoridi adscripsit. Quod an verum sit, judicatu admodum est difficile.

ΚΕΦ. ΙΘ. — CAP. XIX.

De spina, quæ aquam congelet injecta. Deque hibisco, & Thelyphono, & vi ejus. Item de testiculo, & quibus herbis magis coire quis valeat, quibus nil penitus. Nec non quæ ad marem procreandum, quæ ad fœminam valere tradantur, atque ideo alteram marificam, fœminificam alteram appellatam. Quo item semen prolificum, quo infœcundum reddatur. Tum de herbis volucro, & mula.

ΛΕ΄γουσι γὰρ ἄκανθάν τινα εἶναι, ἣ πήγνυσι τὸ ὕδωρ ἐμβαλλομένη. πηγνύναι δὲ καὶ τὴν τῆς ἀλθαίας ῥίζαν, ἐάν τις τρίψας ἐμβάλλῃ, καὶ θῇ ὑπαίθριον. ἔχει δὲ ἡ ἀλθαία, φύλλον μὲν ὅμοιον τῇ μαλάχῃ. πλὴν μεῖζον καὶ δασύτερον. τοὺς δὲ καυλοὺς μαλακούς. ἄνθος δὲ * μήλινον, καρπὸν δ' οἷον μαλάχη, ῥίζαν δὲ † ἰνώδη λευκήν. τῇ γεύσει δὲ ὥσπερ τῆς μαλάχης ὁ καυλός. χρῶνται δὲ αὐτῇ πρός τε τὰ ῥήγματα καὶ τοὺς βῆχας ἐν οἴνῳ γλυκεῖ, καὶ ἐπὶ τὰ ἕλκη ἐν ἐλαίῳ. ἑτέραν δέ τινα συνεψομένην τοῖς κρέασι συνάπτειν εἰς τὸ αὐτό, καὶ τὰς μὲν πηγνύναι, τὰς δὲ καὶ ἕλκειν. ὥσπερ ἡ λίθος καὶ τὸ ἤλεκτρον. καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἀψύχοις. τὸ δὲ θηλύφονον. οἱ δὲ σκορπίον καλοῦσι. διὰ τὸ τὴν ῥίζαν ‡ ὁμοίως ἔχειν τῷ σκορπίῳ. ἐπιξυόμενον ἀποκτείνειν τὸν σκορπίον. ἐὰν δέ τις ἐλλέβορον λευκὸν καταπάσῃ, πάλιν ἀνίστασθαί φασιν. ἀπόλλυσι δὲ καὶ βοῦς καὶ ὑποζύγια καὶ πρόβατα, καὶ ἁπλῶς πᾶν τετράπουν, ἐὰν εἰς τὰ αἰδοῖα τεθῇ ἡ ῥίζα ἢ φύλλον αὐθημερόν. χρήσιμον δὲ πρὸς σκορπίου πληγὴν πινόμενον. ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον, ὅμοιον κυκλαμίνῳ. τὴν δὲ ῥίζαν ὥσπερ ἐλέχθη * σκορπίου. φύεται δὲ ὥσπερ ἡ ἄγρωστις. καὶ γόνατα ἔχει. φιλεῖ δὲ χωρία σκιώδη. εἰ δὲ ἀληθῆ τὰ περὶ τῶν σκορπίων, ἤδη καὶ τ' ἄλλα οὐκ ἀπίθανα τὰ τοιαῦτα. καὶ τὰ μυθώδη δὲ οὐκ ἀλόγως σύγκειται. ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις σώμασι χωρὶς τῶν πρὸς ὑγείαν καὶ νόσον καὶ θάνατον καὶ πρὸς ἄλλας δυνάμεις, ἔχειν φασὶν οὐ μόνον περὶ τῶν σωματικῶν, περὶ τὸ γεννᾶν καὶ ἀγονεῖν, καὶ ἔνιά γε ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ποιεῖν ἄμφω. καθάπερ ἐπὶ τοῦ ὄρχεως καλουμένου. δυοῖν γὰρ ὄντοιν, τοῦ μὲν μεγάλου, τοῦ δὲ μικροῦ, τὸν μὲν μέγαν, ἐνεργότερον ποιεῖν πρὸς τὰς ὁμιλίας ἐν γάλακτι διδόμενον αἰγὸς ὀρεινόμου. τὸν δὲ ἐλάττω γίνεσθαι καὶ κωλύειν. ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον † σιλφῶδες. λειότερον δὲ καὶ ἔλαττον. τὸν δὲ καυλὸν ὁμοιότατον ‡ ἀπίῳ ἀπύρῳ, * ἤτοι ἀκάνθῃ. ἄτοπον δὲ ὥσπερ ἐλέχθη τὸ ἀπὸ μιᾶς φύσεως καὶ τῆς αὐτῆς. ἐπεὶ τὸ δύο εἶναί τινας τοιαύτας δυνάμεις, οὐκ ἄτοπον, καὶ γὰρ καὶ ἄλλοι τινὲς καὶ Ἀριστόφιλος ἔλεγεν ὁ Πλαταϊκὸς ὁ φαρμακοπώλης, ὅτι πρὸς ἀμφότερα δυνάμεις τινὰς ἔχει. τὴν μὲν ὥστε μᾶλλον δύνασθαι, τὴν δὲ ὥστε ἁπλῶς μὴ δύνασθαι. ταύτης δὲ καὶ τὸ ὅλον δύνασθαι τὴν ἀδυναμίαν. καὶ γὰρ εἰς χρόνον ὡρισμένον οἷον δίμηνον ἢ τρίμηνον. ἢ κεχρῆσθαι πρὸς τοὺς παῖδας, ὁπότε βούλοιντό τινα κολάσαι καὶ σωφρονίσαι. ἔνια δ' εἶναι καὶ εἰς τὸ ἀρρενογονεῖν ἢ θηλυγονεῖν. διὸ καὶ καλοῦσι * φύλλον, τὸ μὲν ἀρρενόγονον, τὸ δὲ θηλύγονον. ὅμοια δ' ἄμφω καὶ μορφὴν ἔχοντα ὠκίμου. ὁ δὲ καρπός, τοῦ μὲν θηλυγόνου, καθάπερ ἐλαίας † βρύου. ὠχρότερος δὲ τοῦ ἀρρενογόνου. οἷόνπερ ἐλαία ὅταν ἄρτι φύηται ἐκ τοῦ βρύου. δίκρουν δὲ ὥσπερ ὄρχεις ἀνθρώ-

* μέλανον. † ἰξώδη. ‡ ὅμοιον. * σκορπίῳ. † σιλλῶδες. ‡ ἐρπακάνθῃ ἤτοι ἀκάνθῃ vide utrum ἀντὶ ἐρπακάνθη, παιδηρώτη. * ψύλλον. † βρύου. ὠχρότερον δέ.

SPinam enim quandam enarrant, quæ aquam injectam congelet. * Et radicem hibisci posse addensare ajunt, si tritam injeceris: sub divoque humorem posueris. Habet hibiscum malvæ folium, majus tamen ac pilosius: caule molli: flore mellino: fructu malvæ, caulibus proxima. Usus ejus ad rupta, & tusses è vino dulci, & ad ulcera in oleo. Aliam, si carnibus concoquas, disrupta constringere, ac veluti conglutinare posse affirmant: alias vim attractoriam habere, modo magnetis lapidis, atque succini. Hæc † in inanimibus. Thelyphonum vero, quod alii scorpionem appellant, quia radicem scorpioni similem habet, admotum scorpionem occidere tradunt, & eum reviviscere posse, si elleboro candido linatur. Enecat idem & boves, & oves, & jumenta, & ad summam omnes quadrupedes eodem die, si genitalibus folium, vel radicula imponatur. Proficit potum contra scorpionum ictus. Habet folium ‡ tuberis terræ. Radicem (ut dictum est) similem scorpioni. Nascitur graminis modo, & geniculis constat. Loca amat umbrosa. Quòd si vera sint, quæ de scorpione narrantur, jam & reliqua ejusmodi haudquaquam incredibilia dici debeant: nec fabulosa, quæ attribuuntur plantarum viribus, sine ratione excogitata videntur. * Humanis verò corporibus ultra illa, quæ sanitatem, morbos, mortemque spectent, alia quoque herbas afferre suis viribus posse affirmant, ut puta generandi seminis facultatem atque sterilitatem, & quasdam ex eodem facere utrumque valere. Sicut qui testiculus appellatus est. Cum enim gemini sint, alter magnus, alter autem paruus, magnum efficacem ad coitum datum è lacte caprino tradunt, minorem verò obesse, ac inhibere. Habet folium laseris, verum levius, atque minus. † Caulem simillimum spinæ, quam pirum vocant. Mirum ergo (ut dictum est) ab una, eademque natura, diversitatem tantam virium proficisci. Nam vim ejusmodi esse duplicem, absurdum putari minime debet. Tum enim alii quidam, tum Aristophilus pharmacopola Plataicus, vires quasdam compertas se habere dicebat, partim, ut quis magis coire valeat, partim ut nihil penitus valeat. Id quoque prorogare plus minusve temporis posse, ceu bimestre, aut trimestre. Qua quidem herba vel ad temperandos castigandosque adolescentes aliquando uti ajebat. Quædam ad procreandum marem aut fœminam valere traduntur. ‡ Quamobrem herbam quandam marificam, & aliam fœminificam vocant. Ambæ verò inter se similes, & ocimi specie. Fructus fœminificæ instar musci oleaginei, verum pallidior. Marificæ vero, sicut oliva cum primum ex musco emergit, geminus instar testiculorum hominis. Ne semen fœtificum sit, fructum ederæ candidæ facere ajunt. Contra ut

** Ajunt & althææ radicem addensare, si quis tritam aquæ injecerit, & sub dio posuerit. Habet althææ malvæ folium, majus tamen & hirsutius. caules molles florem nigrum. fructum malvæ, radicem viscosam albam. gustu malvæ cauli proximam usus ejus ad rupta.*

† Inanimis.

‡ Cyclamini.

** Humanis verò corporibus præter ea quæ sanitatem morbos, mortem, aliasque hujusmodi spectant vires, alia quædam reperiuntur, quæ non tantum ad corpus, sed etiam ad generationē & sterilitatem, nec non ad utrumq; apta sunt.*

† Caulem simillimum acanthæ quam herpacantham vocant. Absurdum (ut jam dictum est) videtur ab eademque natura hoc evenire posse; sed minime præter rationem hoc in duabus diversis reperiri herbis. Etenim inter cæteros Aristophilus.

‡ Quare phyllon aliud mariparum aliud fœminiparum vocant, similia ambo & speciem habentia ocimi. Fructus fœminipari est instar βρύου oleæ virentis, viridior tamen; maripari verò instar oleæ jam primum ex musco flore emergentis & geminus testiculorum hominis modo.

πων. πρὸς δὲ τὸ μὴ γόνιμον εἶναι τὸ σπέρμα, τῆς λευκῆς κισσῆς τὸν καρπὸν φασι. πρὸς δ' αὖ τὸ γόνιμον, τὸν τῆς † κραταιὰς καρπὸν ἐν ὕδατι.* φύεται δὲ τοῦτο ὥσπερ λίνον πυῤῥόν. ὁ δὲ καρπὸς οἷον κέγχρος. ἀδυνατεῖν δέ φασι γεννᾶν, ἐὰν τις τῆς κλυμένης τὸν καρπὸν πίνῃ συνεχῶς † τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐν οἴνῳ λευκῷ, συλλέξας ὅσον χοίνικα τὸ ἴσον ἀν' ἑκάστην ἡμέραν. ἐὰν γὰρ ἐκπλέσῃ τὴν πόσιν, ἀγονεῖν τὸ ὅλον. τῆς δ' ἡμιόνου τὸ φύλλον ταῖς γυναιξὶν εἰς τὸ † ἀγονεῖν. μίγνυσθαι δέ φασι καὶ τῆς ὁπλῆς τῆς ἡμιόνου καὶ τοῦ δέρματος. ὅμοιον δὲ τὸ φύλλον * σκολοπενδρίῳ. ῥίζας δὲ † λεπτὰς ἔχει. ὀρεινὰ δὲ χωρία φιλεῖ καὶ πετρώδη. χαίρειν δὲ σφόδρα καὶ τὰς † ἡμιόνους αὐτῷ. χρῆσθαι δὲ καὶ πρὸς τὰς σπλῆνας ὥσπερ τῷ κλυμένῳ.

† κραταιόγονον. * φύεται δὲ τοῦτο ὥσπερ λίνον. ὁ δὲ καρπὸς οἷον κέγχρος, πυρώδης. ἀδυνατεῖν. † τριάκοντα ἑπτὰ ἡμέρας ἡμιονίτιν. † ἀγονεῖν ποιεῖ φασι. * τῷ σκολοπενδρίῳ. † λεπτὰς καὶ πολλὰς ἔχει. † ἡμίονον.

prolificum sit, fructum * cratæi ex aqua conferre notant. † Nascitur id lini modo rufum: & fructum tanquam milium fert. † Gignere nequaquam posse putatur, & qui semen volucri ad sextarii mensuram collectum, triginta assidue diebus portionibus æquis biberit ex vino albo. Sic enim penitus sterilescere hominem ajunt. Folium herbæ quam mulam vocant, sterilitatem mulieribus facere volunt. & aliquid ungula ac seminis muli animalis miscendum præcipiunt. Folium habet simile illi quam cervinam linguam vocant; radice numerosa & tenui. Montanas planities, & saxosas amat. Mulas hac herba plurimum delectari affirmant. Usus etiam ejus ad lienes, quemadmodum * volucri.

* Cratægoni. † Nascitur id lini modo, fructum milio similem fert, igneo fervore præditum. † Gignere nequaquam posse ajunt eum qui clymeni fructum biberit continuo *triginta septem diebus in vino albo, collectum sextarii mensura, æqualibus quotidie portionibus: hac enim potione absoluta penitus sterilem fieri hominem tradunt. folium hemionii sterilitatem mulieribus adferre ajunt. Miscendum autem esse aliquid ungulæ muli & pellis ejus. folium habet scolopendræ simile, radices tenues & numerosas, loca montosa & saxosa amat.* * Clymeni.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Φύλλον ὅμοιον τῇ μαλάχῃ. *Mibi non videntur similia folia Malvæ, & Bismalvæ. Itaque Taurini Malvam vocant, Rotundellam. Theodorus post illa,* καρπὸν δ' οἷον μαλάχη, *addidit*: caulibus proxima, *quæ mibi non intelliguntur. Verùm puto codicem mendosum. Hæc enim desunt.* ῥίζαν δ' ἰνώδη λευκήν. τῇ γεύσει δ' ὥσπερ ἡ μαλάχης ὁ καυλός. *Saporem narrat: quia cauliculis Malvæ, sicut & nos nunc, pro Asparagis vescebantur.*

Συνεψομένην ταῖς κρέασι, συνάπτειν εἰς τὸ αὐτό. Καὶ τὰς μὲν πηγνύναι. τὰς δὲ καὶ ἕλκειν, ὥσπερ ἡ λίθος. *Theodorus, aliam*; si carnibus concoques, in idem aggregare, ac veluti conglutinare posse affirmant: alias vim attractoriam possidere. συνάπτειν εἰς τὸ αὐτὸ. non est aggregare: *Aggregantur enim, quæ postquam aggregata sunt, etiamnum discreta manent. sed quod postea subjunxit*: conglutinare. *Quod verbum si ad illud significandum comparavit: desit quod ponas pro eo, quod sequitur.* πηγνύναι. *Dispicies verò, an τὸ πηγνύναι, καὶ τὸ ἕλκειν, ad carnes tantùm referenda sint. Nam minus propriè dicas*, πηγνύναι, *de consolidatione. Item observabis tempus verbi* συνεψομένην. coquendam: *ut* volvenda dies, *apud Poëtam. Theodorus autem illusit nostris auribus illa vastitate*, In inanimibus.

Τὸ δὲ φιλόφορον. *Placet hinc aliud inchoare caput. Agit enim nova historia de his herbis, quarum efficaciam experimur in corporibus animatis: itaque transitum orationis fecit illis verbis*: καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἀψύχοις.

Οὐκ ἀλόγως σύγκειται. *Quanquam videntur fabulosa, tamen eo usque hærent rationi, ut fidem faciant. Theodorus*, ἀλόγως, brutè. *brutè profectò est interpretatus.*

Ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις. *Aliud caput si feceris, non labêre. Transit enim ad hominem.*

Οὐ μόνον περὶ τὰ σωματικά. *Theodorus hæc omisit. Et tamen in calce capitis vicesimi*, Ἀλλὰ μὲν γὰρ αὗται δυνάμεις πρὸς τὰ σώματα, καὶ ἐν σωματικοῖς. *Idem post illa*: περὶ τὸ γεννᾶν, καὶ ἀγονεῖν addidit, semen, *sic*: Generandi seminis facultatem. *Verùm non est ad generandum semen, in verbis illis; sed ad generandum semine. Neque enim quodvis semen generatum, generat. Itaque infrà*, πρὸς τὸ γόνιμον ποιεῖν τὸ σπέρμα. *Non dicit simpliciter*: πρὸς τὸ ποιεῖν τὸ σπέρμα.

Ἔχει δὲ φύλλον ἐλαιώδες. *Nihil ineptius, quàm docere testiculi folia, per rem & ratam & non notam omnibus. Præterea Dioscorides huic oleæ folia attribuit. Laseri, apio, similia omnes. Nescio an sit mendum: & legendum,* ἐλαιώδες.

Ὁμοιότατον ἀπίῳ, ἀπύρῳ, ἤτοι ἀκάνθῃ. *Theodorus legit* ἀπίῳ τῷ ἀκάνθῃ.

Ἄτοπον δὲ, ὥσπερ ἔλεγον, τὸ ἀπὸ μιᾶς φύσεως, καὶ τῆς αὐτῆς. *Videtur, inquit, absurdum: ab una, eademque natura hoc evenire posse. Scilicet ut contrariis polleat potestatibus. Addidit* τῆς αὐτῆς, *ut intelligeret speciem ultimam: non autem eam, quæ in alias dividi possit. Hæc cùm dixit: subdit.* ἐπεὶ τὸ, δύο εἶναι πρὸς τοιαύτας δυνάμεις, οὐκ ἄτοπον. *Theodorus*, Nam vim ejusmodi esse duplicem: minimè absurdum putari debet. *Ergo manifestissimè contradicit sibi. Supra enim* ἄτοπον, *esse duplicem. hic esse duplicem*; οὐκ ἄτοπον. *Ne dicas hic*, δύο, duplicem: *sed duas. Duplex enim potestas in principe eodem est: damnandi, & ignoscendi. At hoc in herba illa videbatur* ἄτοπον. *in duabus autem diversis herbis, non est* ἄτοπον. *Quia non est duplex, sed simplex in singulis, sua cuique: altera alteri contraria.* ἀπὸ μιᾶς, ἄτοπον: ἀπὸ δυοῖν, οὐκ ἄτοπον. *Ne prætereas facetam illam orationem. Atticum est*, δύναμις δύναμιν, *& alia ejusmodi. At philosophus*, δύνασθαι τὴν ἀδυναμίαν. posse impotentem veneris efficere. διὸ καὶ τιθέασι φύλλον. *Theodorus, herbam, interpretatus est. Iam supra monuimus.*

Ἐὰν γὰρ ἐκπλέσῃ τὴν πόσιν. *Theodorus omisso Atticismo* λακωνικώτερος *inclusit per*: Sic.

Τῆς ὁπλῆς τῆς ἡμιόνου, καὶ τοῦ δέρματος *Theodorus legit*, σπέρματος. *Plinius omisit. Notabis hic Scolopendrium à Theophrasto foliis non polypodii, sed longis describi. Itaque rectè linguam cervinam interpretatus, malè reprehenditur, Theodorus. Nam Hemiono folia longa cum agnoscat Dioscorides: etiam longa erunt Scolopendrio. Habes apud Dioscoridem longas duas: Hemionitin, & Phyllitin. Hic totidem ejusdemmodi: Hemionon, & Scolopendrion. Quare inter fidem Græcam multa nobis fluctuatio. Animadvertes etiam ad Lienes usum clymeni: quem Dioscorides non posuit. Et contemplaberis an conferre queat. Refrigerat enim: &, quod plus est, inspissat.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Αἴγυπτι γὰρ ἄκανθαν. Quæ spina sit cujus mentionem facit Theophrastus asserere nequeo. Nec tantum interesse puto, ut quis habeat ejus cognitionem, maximè cum ex aliorum id referat opinione.

Ἀλθαία vel ut constanter apud Galenum legitur ἀλθία ab ἄλθος remedium, vel ἀλθαίνειν medendo nomen accepit. Dioscorides lib. III. CLXIII. ὠνόμασται δὲ ἀλθαία, διὰ τὸ πολυαλθὲς καὶ πολύχρηστον αὐτῆς. *Althæa verò nomen inditum illi est, à multiplici excellentique, quam in medendo præstat utilitate.* Plinius lib. XX. cap. XXI. ἀριστολθαίαν eadem de causa dictam refert. *E sylvestribus cui grande folium* (rectius *molle folium*) *& radices albæ, althæa vocatur, ab excellentia effectus à quibusdam aristalthæa.* Sed corruptum Plinii codicem viri docti existimant, ac restituunt ex lib. XX. cap. IV. *Pistolochia.* sed cur vulgatam lectionem rejiciam, non video. Supra cap. XV. Malvam sylvestrem vocari tradidit Præceptor. Dioscorides non malvam sylvestrem nuncupari, sed speciem *genus* ejusdem esse dicit. Ἀλθαία ἔνιοι δὲ ἰβίσκον καλοῦσι μαλάχης ἐστὶν ἀγρίας εἶδος althææ, *quam nonnulli ibiscum vocant, malvæ sylvestris species est.* Doctissimus Gaza *bibiscum* interpretatur, cum sine aspiratione legatur, non tantum apud Dioscoridem, sed etiam apud Palladium Octobri titulo XIV. *Althææ hoc est ibisci folia vel radices, aut ejus caulem tenerum decoctum, &c.* Apud Virgil. & Plinium tamen hibiscum legitur. Apud Virgilium Ecl. ij. & x.

Atque

Atque humiles habitare casas, & figere cervos;
Hædorúmque gregem viridi compellere hibisco.
------ & gracili fiscellam texit hibisco.
Apud Plinium verò lib.20. cap. 4.

Pastinacæ simile hibiscum, quod molochen agrian vocant, & aliqui pistolochiam. Idem ferè repetit lib. XIX. cap. XV. *Hibiscum à pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis, sed medicinæ utile.* Aut hibiscum differens est ab ibisco sive althea, aut vehementer errat Plinius. Nec folio, nec caule, nec radice, nec flore althæa refert pastinacam, uti ex descriptione quilibet facile animadvertet. Mendi etiam non videtur suspicio, quod duobus diversis locis idem repetat. Putant viri docti elaphoboscum vel intelligere vel scripsisse Plinium. Hoc nemo molochen agriam vocari tradidit, neutrum pistolochiam. Restituunt postposita conjunctione, *aliqui & pistolochiam*, vel sine & *aliqui pistolochiam*. Quid velint ignoro: nec quomodo Ibiscum sive altheæ, vel elaphobosco nomen hoc conveniat video, ut ut sit Dioscorides & Palladius ibiscum scribunt, Apud Galenum ἐβίσκος littera ε, quod mendi omnis suspicionem tollit, legitur. ἐβίσκος ἡ ἀλθαία, (vulgo ἀλθία) ἔστι δὲ μαλάχη ἡ ἀγρία διαφορητική. Idem apud Suidam legitur, ἐβίσκος κατὰ ἰατροὺς ἡ μαλάχη ἡ καὶ ἀλθαία λεγομένη. Apud ipsum etiam Dioscoridem ἐβίσκον lib. VI. cap. LXII. legitur τῶν ῥιζῶν τῆς ἀλθαίας, ἣν ἐβίσκον ὀνομάζουσι ῥωμαῖοι, Rectè restituit interpres Doctiss. Cornarius Galeni locum lib. I. κατὰ τόπους cap. I. circa finem. Vulgo legitur τῇ τῆς ἀλθίας σὺν ἐφθῷ ῥίζῃ κατάπλασμα. Rectè inquam interpres, τῇ τῆς ἀλθαίας ἢ τοῦ ἐβίσκου ῥίζῃ καταπλάσματι. Apud Galenum lib. XIV. Metho. cap. V. ἀναδενδρομαλάχην dictã legimus altheam διὰ τοῦτο γὰρ ἐγὼ πολλάκις ἐν τῷ μεταξὺ, καὶ τῷ διαπλάσματι δι' ἀλθαίας (ἀλθίας) ἐχρησάμην. ὀνομάζουσι δὲ αὐτὴν ἀναδενδρομαλάχην οἱ πολλοί. *Ego namque ejus rei causa, in medio tempore cataplasmate, ex Althæa sum usus, vocat autẽ hanc vulgus anadendromalachen.* Cassianus Bassus, quem Geoponicωn auctorem esse dicimus. lib. XV. cap. V. ex Didymi auctoritate. Si non corruptus sit codex. δενδρομαλάχην vocat. Χρὴ δὲ καπνῷ βολβίτου περιπλανᾶν αὐτὰς, ἢ μαλάχης ἀγρίας ἄρρενος, ἣν δενδρομαλάχην καλοῦσι. *Cæterum bubuli fimi fumo ipsas expellere oportet, aut malvæ sylvestris masculæ suffitu quam dendromalachen Græci appellant.* Supra malvam sylvestrem altheam vocari ex Theophrasto probavimus. (Officinæ bis malvam vocant, quasi malvam ibiscum malvaviscũ. Narrat Præceptor, quomodo aquam addenset. quod etiam posteritati reliquit Dioscorides: πήγνυσι δὲ ἡ ῥίζα (vetus addit χλωρά) καὶ ὕδωρ μιγεῖσα λεία καὶ συνεξαιθεριασθεῖσα. *Cæterum ipsa radix aquam addensat & coagulat, siquidem trita illi admixta, simulque sub dio posita fuerit.* Plinius loco citato. *Mirum aquam radice ea addita addensari sub dio atque lactescere, efficacior autem quo recentior.* Falsum est lactescere. Depravatus est codex scribunt *coalescere* aut *lentescere*, *glaciescere* in Salmanticensi codice, teste Pintiano, legitur. Cæterum coagulat vel addensat aquas, ratione lenti glutinosique succi (muccaginem vocant) quem altheæ radix infusa ex sese remittit, & in aquam deponit. Luculenter à Theophrasto describitur. Sed verba ejus diligenter examinanda. *Folia, inquit, esse malvacea; majora tamen ac hirsutiora.* Acutissimo Philosopho non videntur similia esse malvæ, & bis malvæ folia, meo tamen judicio, non ineptè iis comparari possunt, Quod intuenti malvæ figurã ostendunt. Lenia sunt & ambitu modice serrata, sed oblongiora, incana, nonnihil tomentacea, ad populeam frondem accedentia. Dioscor. cyclamini comparat, φύλλα περιφερῆ, ὥσπερ κυκλαμίνου ἐγγύς. *Foliis ut cyclamini rotundis, lanuginosis.* Non sunt tamen ut rotundi cyclaminis, orbiculata, sed oblongiora. Rectius itaque (inferet quis) cyclamini, alteri, quod hederæ folia vocant, comparari possunt, sed angulosa non sunt, uti istius cyclaminis folia, iis tamen comparari melius possunt. Caulem esse mollem Theophrastus ait, quod nemo qui viderit, inficias ibit. Ejus magnitudinem non recenset Theophrastus, facit id Dioscorides, καυλὸν, inquit δίπηχον, Alter codex καυλὸν δὲ πηχυαῖον. τρίπηχον Oribasius & Serapio. Utram lectionem eligas, perinde est. Pro soli ratione, magnitudine variat. vidi cubitali tantum, vidi bicubitali & majore; tricubitalem, quæ attigerit altitudinem, non memini me vidisse. *Florem,* inquit μέλανα. In Ald. Germanico & Lugdunensi Bat. codice legitur μήλινον. Quomodo Doctiss. etiam legit Gaza. Scio reperiri althæam flore luteo, quam abutilon vocant. Sed hæc Theophrasti esse nequit; quod radix lentore ac visciditate careat, qua aquas densare possit. Atqui vulgaris florem fert candidum, fatemur hoc, est tamen Theophrasti. Nigrum hujus florem dixit quod flos sit, nonnunquam candidus non rarò ex albido dilute purpurascens. Tales flores nigros à veteribus dici; alibi abunde probavimus. *Roseum*, inquit Dioscorides esse florem. ἔχει δὲ ἄνθος ῥοδοειδές. Hoc de forma, non colore, intellige; Sylvestris enim rosæ figura est, paulo tamen minor; quinqueuncialibus foliolis constans, in quorum medio parvum nucamentum, julo simile, colore rubescens, unde fortè nigrum florem dixit Theophrastus. In vulgatis codicibus de radice hæc leguntur. Ῥίζαν δὲ ἰνώδη λευκήν. Fibrosa, ac venosa radix. Hæc inepta est ad coagulandas. Lego ergo ex Dioscoride ἰξώδη. Ῥίζαν δὲ inquit γλισχρὰν, λευκὴν ἔνδοθεν. *Radice lenta, glutinosaque intus alba.* Ἰξώδη idem quod γλισχρὸν, ixos sive viscum, unde ἰξώδης viscosum & glutinosum quilibet novit. Radicibus althæa nititur diuturnis; ab uno trunco descendentibus, cubitalibus, pollicis aut digiti crassitudine, foris subpallidis; intus autem candidis, lentis, viscido, lento, glutinoso, dulci succo præditis. Ex radice saccharum præparatur althææ, pharmacopoeis paratu difficile. *Sapore*, inquit, *esse ad instar caulis malvæ.* Sanè hic est viscidus, lentus, & dulcis. Semen malvæ comparat; quod sit latum, parvum, centro cuidam circumpositum, ad instar malvæ, quodque detracto cortice nigricat. Cæterum ad tussim ructumque saccharum altheæ à medicis non sine magno ægrorum solatio præscribitur. Hic historia adnectenda alceæ, quod congener altheæ sit, hinc vulgares herbarii τυφλῶν ὁ ἀγρὸς τυφλοί, ab eadẽ alceam non disparant. Ab Empiricis & Othone Bunsfelsio herba simeodis dicitur. Nomen alceæ παρὰ τὴν ἀλκὴν à robore, *præsidio, remedio*, quod fortiter dysentericis ac ruptis medeatur impositum. Describitur à Diosc. lib. III. cap. CLXIV. ἀλκέα ἐστὶ καὶ αὐτὴ εἶδος τῆς ἀγρίας μαλάχης, ἔχουσα φύλλα ἐσχισμένα πρὸς τὰ τῆς ἱερᾶς βοτάνης; καυλοὺς γ' ἢ δ', φλοιὸν ἔχοντας κανάβει παραπλήσιον; ἄνθος (hæc de flore verba in veteri non reperiuntur, verum margo vetus habet ὡς μαλάχη μικρότερον δὲ) μικρὸν, ἐμφερὲς ῥόδῳ. ῥίζας λευκὰς, πλατείας; (quidam πλαγίας) ἕξ ἢ ἕ ὅσον πήχεως, αἵτινες οἴνῳ ἢ ὕδατι πινόμεναι, δυσεντερίας καὶ ῥήγματα ἰῶνται.
Alcea & ipsa sylvestrium malvarum generi assignatur, folia verò habet divisa, verbenacæ proxima: caules tres aut quatuor cortice cannabino vestitos: florem parvum, rosæ similem, radices albas, latas, quinque sex fere cubitales, quæ quidem eum vino aut aqua potæ; dysenteriæ ruptisque medentur. Eadem fere Plinius nisi quod ἀντὶ πλατείας πλαγίας, legerit; cum Serapio vulgatam defendat. Hic enim lib. 27. cap. 4. *Alcea folia habet similia verbenacæ, quæ & peristereon cognominatur, caules tres aut quatuor, foliorum plenos, florem rosæ, radices albas, cum plurimum sex cubitales, obliquas, nascitur in pingui solo, nec sicco. Usus radicis ex vino vel ex aqua dysentericis, alvo citæ, & ruptis & convulsis.* Cæterum apud Æginetam non ἀλκία, sed ἀλκαία legitur. Ἀλκαία propriè est cauda leonis, ἀπὸ γὰρ δι' αὐτῆς εἰς ἀλκὴν ἐγείρεσθαι: *quod leo converberando se cauda, stimulando in prælium excitetur.* A robore itaque, si codex à mendo liber, & hoc nomen impositum. Ἀλκαία εἶδός ἐστι καὶ αὐτὴ τῆς ἀγρίας μαλάχης. σὺν οἴνῳ δὲ πινομένη δυσεντερίας καὶ δήξεις ἰᾶται, καὶ μᾶλλον ἡ ῥίζα αὐτῆς. *Alcæa sylvestris malvæ genus est, in vino pota intestinorum torminibus & erosionibus (vel morsibus) medetur, multo magis ipsius radix.* Corruptus codex, legendum ex Dioscoride & Plinio ῥήξεις *ruptis*. Solet enim Ægineta, quæ à Galeno de plantarum viribus prætermissa sunt, ex Dioscoride totidem exscribere verbis. Docti quidam botanici, & alceam & sylvestrem cannabin eandem esse asserunt plantam, idque quod eadem sit cannabis hujus & alceæ apud Dioscoridem delineatio, atque ita Dioscoridem unam eandemque plantam bis diverso tamen nomine delineasse. Hujus cannabis sylvestris descriptio est apud Diosc. lib. III. cap. CLXVI. Κάνναβις ἀγρία ῥαβδία φέρει ὅμοια τοῖς τῆς ἀλθαίας, μελάντερα, δὲ καὶ τραχύτερα (Mari. παχύτερα) καὶ μικρότερα, τὸ ὕψος πήχεως, τὰ δὲ φύλλα ὅμοια τῇ ἡμέρῳ (τραχύτερα Conclusa non habet vetus) δὲ καὶ μελάντερα) ἄνθη ὑπέρυθρα, λυχνίδι ἐμφερῆ. σπέρμα δὲ καὶ ῥίζα ὅμοια τῇ ἀλθαίᾳ ------ καὶ ὁ ἀπὸ παντὸς δὲ φλοιὸς εὔθετος εἰς πλοκὴν σχοινίων. *Sylvestris cannabis virgulas profert quales Althæa, sed nigriores, asperiores, ac minores, cubiti altitudinem æquantes, foliis sativæ, asperioribus tamen ac nigrioribus: floribus lychnidis, subrubris, semine & radice althææ, sed & hujus cortex torquendis funibus est accommodatus.* Hæc, inquiunt, descriptio ipsi alceæ vel maxime

respondet. Caule foliisque non albicat, sed viret, atque idcirco utraque nigriora quam althææ flos, qui agrestis malvæ primæ, & lychnidi sativæ, & sylvestri rosæ comparari potest. Reliqua altheæ similia perhibentur. Quid ergo restat, nisi ut cannabis sylvestris, & alcea eadem sit stirps, à Dioscoride bis sub diversis descripta nominibus, præsertim cum & ipsa alcea convestiatur cortice cannabino simili. Fateor & cannabis sylvestris & alceæ historiam in plurimis convenire, in omnibus nego. Etenim cannabis sylvestris sativæ similia habet folia, verbenæ alcea. Caules alcea fert rotundos, erectos, cortice vestitos lento, quique in stamina veluti cannabis diduci queat. Circa hos folia profundis incisuris quinquepartita, flos qualis malvæ sylvestris semen orbiculatum, rotundum, compressum, radix prolixa, mediocris crassitudinis, intus albicans.

Plantam de qua scribit præceptor, coctam cum carnibus, disrupta conjungere, ac veluti conglutinare, supra diximus ex Hippiatri auctoritate, & symphyton sive polygamum hac facultate pollere. Sed de hac planta non sunt intelligenda verba hæc Theophrasti, quod ex Apollonii loco supra cap. XIII. citato constare arbitror. Glycyrrhizam, quam thapson nuncupari diximus, intelligit præceptor, quam lentam & viscidam, maximaque condensandi vi præditam esse, supra diximus. Sed utrum ad se trahat, uti magnes ferrum, aut succinum paleas, dicere non ausim.

Οἱ δὲ σκορπίον. Supra utrum scorpion aconiti genus sit disputavimus, nunc ejus hoc loco historiam enucleabimus. Cur scorpium dicatur ipse satis exponit Theophr. Plinius lib. XXVII. cap. III. *Radix incurvatur paulum, scorpionum modo; quare & scorpion aliqui appellavere.* Idem lib. XXV. cap. X. *Thelyphonon herba ab aliis scorpion vocatur, propter similitudinem radicis, cujus tactu moriuntur scorpiones.* Thelyphonon cur appelletur, non exponere videtur Theophrastus; attamen ex verbis ejus colligi satis potest, inde nomen illud acquisivisse, quod, tactis scilicet genitalibus fœminei sexus animalium, eodem die mortem inferat. Nicandri Scholiastes Θηλυφόνον ὅτι ἐὰν ἅψηται μορίου θήλεος διαφθείρει τὸ ζῶον· πάντως φησὶ θῆλυς εἰς τὴν φύσιν ἐντεθέμενον τὸ ἀκόνιτον φθορᾶς αἴτιον γίγνεται. Plin. lib. XXV. cap. X. *Thelyphonon omnem, quadrupedem necat, imposita verendis radice.* Idem lib. XXVII. cap. ij. *Sed antiquorum curam diligentiamve quis possit satis venerari, cum constet omnium venenorum ocissimum esse aconitum & tactis quoque genitalibus fœminei sexus animalium eodem die inferre mortem? Hoc fuit venenum quo interemptas dormientes à Calphurnio Bestia uxores Marcus Cæcilius, accusator objecit. Hinc illa atrox peroratio ejus in digito mortuas.* Posteriora verba quomodo legenda, supra diximus. Utrum antiquissimi Græci scorpiū sive Thelyphonon inter aconiti recensuerunt genera, non est extra omnem controversiam. Vide cap. XVI. Plantæ huic varia indita sunt nomina. Dioscorides lib. IV. cap. LXXVII. Ἀκόνιτον, οἱ δὲ παρδαλιαγχὲς, οἱ δὲ κάμμορον, οἱ δὲ θηλυφόνον, οἱ δὲ μυοκτόνον, οἱ δὲ θηροφόνον. *Aconitum aliqui pardalianches, alii cammaron, alii thelyphonon, alii myoctonon, alii denique therio-phonon appellavere.* Pardalianches dictum esse quod pantheras necet, nemo dubitat. Cur cammoron vocetur, alia Plinii, alia Nicandri Scholiastis est opinio. Plinius loco citato ca mmaron nuncupatum ait, quod radix cammaro marino sit similis. *Radicem*, inquit lib. XXVII. cap. III. *modicam cammaro marino similem.* Sane apud Galenum aconito cammari nomen ea de causa inditum, legitur. Κάμμορον (scribendum κάμμαρον) τότε τῷ σμικρῷ καρίδι ἐοικὸς ζῶον, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς τοῦτο τῶν ῥιζῶν ὁμοιότητος, τὸ ἀκόνιτον, ἀλλ' οὐδέτερον αὐτῶν ἀκοῦσαι δυνατὸν, ἐν τῷ περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, καυσουμένων παραλαμβανομένου τοῦ καμμάρου. ὅθεν Ἡρόφιλος οὐ μόνον αὐτὸ τὸ ζῶον κάμμαρον, ἀλλὰ καὶ περικείμενον αὐτῷ βρύον οὕτως ὀνομάζεσθαί φησι. Ζήνων δὲ ὁ Ἡροφίλειος τὸ κώνειον. Ζεῦξις δὲ φάρμακον ψυκτικόν. *Animal parvum squillæ marinæ simile significat, & aconitum, quod instar illius animalis radices habeat, sed neutrum horum intelligi potest. In lib. de locis in homine apud Hippocratem ubi cammaron ad ardores admoveri jubet, unde etiam Herophilus non solum ipsum animal cammoron, sed adhærentem ipsi muscum sic vocari ait. Zeno autem Herophilus cicutam. Zeuxis autem medicus refrigerantem.* Hactenus Plinius defendi potest, quod aconiti genus quoddam cammoron dicatur, à radicibus similitudinem quandam ostendentibus animalis cammari. Sed vereor hic dormitare Galenum Nicander enim, & Dioscorid. aconiti genus, quod radices fert in modum squillæ marinæ cirrorum nigras: Non ajunt vocari κάμμορον, sed alterum genus cujus radix ideam refert caudæ scorpii. Utrumque hoc genus confundit Plinius, loco citato. *Folia*, inquit, *habet cyclaminis aut cucumeris, non plura quatuor, ab radice leniter hirsuta. Radicem modicam, cammaro similem marino. Quare quidam cammaron appellavere.* Priora Dioscorides & Theophrastus de scorpio, tradunt. Posteriora de lycoctono Dioscorides. Videmus duo vel tria Plinii errata; primum quod cammaron vocari ait, cum cammoron à Græcis Nicandro, Dioscoride dicatur. Alterum quod aconitum foliis cyclaminis cammorum vocat, à radicibus, cammaro animali similibus. Tertium, quod aconito priori adscribat, quæ de altero Dioscorides. Cęterum pro Galeno hoc adferri potest: illum non Scorpion sive Thelyphonon intelligere, sed lycoctonon ac inter cammaron & cammoron distinxisse. Ad quod non attendit Plinius. Cęterum κάμμορον appellatū scribit Nicandri scholiastes, διὰ τὸ κακῷ μόρῳ ἀναιρεῖν. *Quod sæva morte interimat.* Certe Grammatici κάμμορον interpretantur κακόμορον & καμμορίην, κακοπάθειαν. *Non tamen*, inquit Doctiss. Salmasius. à κακὸς & μόρος *ea vox composita est, sed Æolicum verbum est*, κάμμορον *quod aliis Græcis* κατάμορον *communiter dicebatur, quod significat mortiferum, ut* κατάδενδρος τόπος, *arboribus obsitus*, κατάμπελον χωρίον, *vitibus consitum*, κατάκισσος θύρσος, *Thyrsus hedera inductus*, κάτοινος *Diodoro vinosus. Ita &* κατάμορον φυτὸν *mortifera planta, Æoles dixere* κάμμορον. *Sic* καδδῦσαι, *pro* καταδῦσαι, κακκεῖσθαι *pro* κατακεῖσθαι. *Unde* κακκείοντες *apud Homerum pro* κατακείοντες, *sic* κακχεῖται *apud Sapphonem pro* καταχεῖται. *Hesychio* κάγχαρτος *pro* κατάχαρτος. *Inde igitur* κάμμορον *dictum est aconiti primum genus* κατ' ἐξοχήν. Quam velit lector sequatur opinionem, nobis perinde est. Myoctonon vocatur, quod procul, & è longinquo odore necat mures, ut Plinius lib. XXVII. cap. III. scribit. *Therophonon, quod feras sive belluas, si abœis edatur, occidat.* Luculenter satis à Theophrasto & à Dioscoride his verbis describitur. Φύλλα ἔχει τρία, ἢ τέσσαρα, ὅμοια κυκλαμίνῳ (quidam adscripserunt, ἢ κυάμῳ, quod ineptum) ἢ σικύῳ ἀγρίῳ add. Oribas.) μικρότερα δὲ καὶ ὑποτραχέα. καυλὸς δὲ σπιθαμιαῖος ῥίζα (vetus addit φέρει ἐν κύκλῳ) σκορπίου οὐρᾷ στίλβουσα ἀλαβαστροειδῶς. *Folia habet terna quaternave, ceu cyclamini, aut cucumeris, minora tamen ac leniter aspera, caulem dodrantalem, radix scorpii caudam æmulatur, & alabastri modo splendet.* Diffidet à Theophrasto Dioscorides, quod radicem comparat caudæ scorpionis, cum ipsi vero scorpioni præceptor. Doctiss. Dodonæus vocem οὐρᾷ superfluam existimat, ac expungit, quod nobis non videtur necessarium: idque quia reperitur in radice aconiti hujus diversitas quædam, quod altera caudam, altera ipsum scorpionem magis referat. Cęterum Plinius ἀντὶ ὑποτραχέα, ὑπόλευκα legisse videtur, uti ex verbis supra citatis colligi potest. Utramque admitti posse, docet experientia. Idem Plinius radicem geniculatam alibi lib. XXV. cap. X. docet. *Folio quidem intra eundem diem* (necat) *quod est simile cyclamino, ipsa geniculata, nascitur in opacis.* Legendum, *radice geniculata:* Et hæc est causa, ut supra dixi cur Ætius iridi comparavit, irisque sylvestris sit dicta. Quod de scorpione refert Theoph. id etiam scribit Dioscorides τούτου τὴν ῥίζαν φασὶ προσενεχθεῖσαν σκορπίῳ παραλύειν αὐτόν. διεγείρεσθαι δὲ πάλιν ἐλλέβορον προσθέντος. Hujus ut ajunt radice admota, scorpius quasi resolutus torpescit, rursumque quasi helleboro excitatur. Plin. loco citato. *Thelyphonon herba ab aliis scorpion vocatur, cujus tactu moriuntur scorpiones, itaque contra eorum ictus bibitur. Scorpionem mortuum si quis helleboro candido linat revivis-cere ajunt.* Hæc ad verbum ex Theophrasto, probabilior tamen Dioscoridis est sententia, nam si mortuus est, quomodo reviviscat non video. Exponendum itaque, ἀποκτείνει, quod mortui instar torpidus jaceat. Idem Plinius lib. XVII. cap. ij. *Torpescunt scorpiones aconiti tactu, stupentque pallentes, & vinci se confitentur, auxiliatur eis helleborum album tactu resolvente, ceditque aconitum duobus malis suo & omnium.* Ex his locis recte doctiss. Gazam ἀντὶ ἐπεξύομενον, ἐπιτεθέμενον restituisse quilibet agnoscere debet. Porro adversus ictus scorpionis præscribitur à Theophrasto. Ego ut verum fatear, periculum sumere non auderem. Cęterum pantheras aliasque feras occidere, Dioscorides etiam testatur. Κτείνει δὲ καὶ παρδάλεις, καὶ σῦς καὶ λύκους καὶ πᾶν θηρίον κρέασιν ἐντιθέμενον, καὶ παραβαλλόμενον. *Enecat vero pantheras, sues,*

fues, lupos, ac ferarum genus omne, carnium frustulis indi- tum & appositum. Plinius loco citato. *Quod si quis illa fortè ab homine excogitari potuisse credit, ingratè Deorum munera intelligit. Tingunt carnes aconito, necantque gustatu earum pantheras; nisi hoc fieret, repleturas illos situs. Ob id quidam pardalianches appellavere. At illas statim liberari morte, excrementorum hominis gustu, demonstratum. Quod certè casu repertum quis dubitet? Et quoties fiat etiam nunc, ut novum, nasci, quoniam feris ratio & usus inter se tradi non possit.* Unde postrema hæc habeat Plinius, ignoro, nihil tale apud Theophrastum, nihil apud Dioscoridem, Galenum, cæteros. Dioscorides misceri medicamentis ait, oculorum doloris levandi vi præditis, μίγνυται δὲ καὶ ὀφθαλμικαῖς ἀνωδύνοις δυνάμεσι. Plinius lib. XXVII. cap. XIII. *Sed majores quoque oculorum medicamenti aconitum misceri, saluberrime promulgavere, aperta professione, malum quidem nullum esse sine aliquo bono.* Et hæc de aconito veteres. Falluntur qui Paridis herbam pro aconito ostendunt. Nullam radix ejus similitudinem caudæ scorpionis, vel ipsius scorpionis aliquam habet effigiem, nec folia cyclamen satis referunt, lævia sunt, nullo modo aspera, aut hirsuta, nec ut vult Plinius, statim à radice prodeuntia; sed in medio sui caulis habent originem, ad hæc non deleteria, sed salutaris est planta, quæque adversus morbos malignos præscribitur. Belgæ **Wolf-bezien**, uvam lupinam, & **Spinnekoppen**, araneam vocant; ab ementita araneæ forma, quam bacca una cum reflexis exiguis alabastris, per maturitatem exprimit. De hac plura non libet dicere, nemini enim non cognita. Nec Thora, de qua supra pluscula diximus, pardalianches aconitum est, quod radix nullam aconiti referat ideam, folium præterea medium cingit cauliculum, cum statim à radice exire scribat Plinius. Quod Mathiolus aconiti nomine depinxit; an sit in rerum natura, dubitant doctiores. Integram plantam in appendice suæ historiæ à Trevirensi seplasiario se nactum testatur Lugdunensis, in cujus horto plantæ aliquot annis vivunt, & in Allobrogibus nasci. Figuram similem habet, sed ramulum floribus onustum adpingit. Penes auctorem sit fides, nunquam vidi tale aconitum, non tamen dari, asserere nequeo. Alii doronicum vulgo dictum pro aconito verò pingunt; hujus radix variat admodum; modo ipsum scorpionem, modo ejus caudam tantummodo refert; Foliis exit à radice subrotundis, latis, è virore candidis, mollibus, tenuique hirsutie pubescentibus, hederę cujusdam ac rotundi cyclaminis forma, sed amplioribus, & ad cucumeris magis accedentibus; hujus tamen & minoribus & mollioribus; Caulis dodrantem superat, & ipse lanugine haud carens, striatus, quasi multiangulus, alioqui rotundus, qui in pauculos divisus ramulos, ipsis fastigiis flores promit chrysanthemi æmulos, & medio videlicet disco, & orbiculato ambitu luteos, qui in tenues ac candidos pappos resolvuntur, ac exigua nigricantia habent semina, radiculæ haud magnæ, sed, uti pictura ostendit, admodum variantes. Officinæ hanc plantam doronicum vocant. Arabum tamen doronicum ab hoc diversum videtur, quod calidum & siccum, ordine tertio describitur à quo temperamento hujus multum absunt radices. Nulla etenim amaritudo, nulla acrimonia, nec similis aliqua gustabilis qualitas in iis sentitur; quæ tam intense vel calidas vel siccas ostendere queat. sed dulcis gustanti apparet. Dulcedo autem non excessum caloris vel siccitatis, ut recte doctiss. Dodonæus ostendit, sed temperiei medię ac temperatæ propria est. Quæritur tamen, utrum aconitum, sive scorpium veterum sit; Quin forma satis conveniat, in dubium non vocatur; solum facultas qualitative obesse videtur. Refert Gesnerus in epistola quadam ad Occonem, se radices hujus recentes siccas, integras, melle conditas, in pollinem tritas sæpe ingessisse, neque ullam inde mutationem sensisse. Bifariam tamen responderi potest, dum recens est ac viride venenum esse, at siccatum illud deponere. Coriandrum viride non sine periculo comeditur, siccum verò innocens esse, alibi diximus; Vel responderi potest, animalibus venenum quidem esse, secus homini. Plutarchus sympos. lib. I. quæst. VI. Τεκμήριον δὲ τοῦ λόγου μέγα τὸ συμβαῖνον περὶ τὰς ἀλώπεκας. αἱ γὰρ ἀμυγδάλας πικρὰς φαγοῦσαι, μὴ ἐπιπίωσιν ὕδατος ἀποθνήσκουσι, τῶν ὑγρῶν ἀθρόως ἐκλειπόντων. *Magnum autem hujus rei argumentum est id, quod vulpibus usu venit. quæ si amygdalas amaras edant, neque statim aquam lambant, mori; humore illico omni consumto.* Experimento etiam certum habent adversariorum auctores, vulpes aloë interfici: utrumque homini saluberrimum. Sic nuces vomicæ feles, canes, aves, pisces interimunt, quæ tuto & magno commodo, adversus lethiferos & epidemicos morbos in electuariis liberantis, & de ovo Philosophico dicto dantur hominibus. Coronidis loco historiam, quam narrat Mathiolus, addam: verba ejus ita habent, Ille (Iacobus Antonius Corthusus) *me primum admonuit doronicum inter aconiti genera esse recensendum, quod certo sciret, facto à se pluries periculo, extingui facile canes, qui horum radices devorârunt. Vix ego id credere poteram, sed interim datis cuidam meo cani vulgarium doronicorum quaternis drachmis, crudis carnibus occultatis, is post septimam horam obiit. Sed id mirum profecto mihi fuit, quod ipsemet canis toto illo tempore, quo supervixit, alacer, lætus, ac hilaris se semper habuit, nihilque symptomatis passus est; immo, quod majus dici potest, quadam cum domestica canicula pluries venerem exercuit, & cœnantibus nobis avidissimè comedit. Quo factum est, ut ego crederem, me hoc facto periculo frustratum iri. Atqui paulo post, præter omnium nostrum sententiam, is repente admodum, ac si morbo comitiali percussus esset, totus in terram cecidit, ubi horrendo spasmo correptus, spumanti ore, paulo post convulsus interiit.* Hactenus Mathiolus.

Ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις. Docet Præceptor medicamenta non tantum ad corpus, puta morbos, sanitatem, mortemque, nec non generationem conferre; sed etiam ad animum, de hoc postremo agit. cap. XXI. tamdiu hæret in explicandis quæ ad generationem pertinent, primoque loco orchidem recenset, de qua nobis hoc loco sermo.

Τοῦ ὄρχεως. Orchis unde dicatur, constare arbitror, à testiculorum scilicet figura. Orchidis unum genus describit præceptor, duo Dioscorides, infinita recentiores. Quæ de orchide tradit Theophrastus, corrupta ac depravata sunt. φύλλον scribitur σιλφώδες uterque interpres, *folium laseris.* Laseris folia selino non dissimilia sunt, qualia nullo orchidis sunt generi. Omnino rescribendum σκιλλώδες. Plinius lib. XXVI. cap. X. *Quidam folio scillæ esse dicunt, læviori ac minori, caule spinoso.* Postrema hæc verba viris doctis errandi occasionem præbuerunt. In vulgatis Theophrasti codicibus, ἀπίῳ ἀπύρῳ ἤτοι ἀκάνθῃ scriptum est, quod Gaza *caulem simillimum spinæ, quam pirum vocant.* Græca hæc non capio, & absurda est Latina versio, Corrigunt. τὸν δὲ καυλὸν ἀκανθώδη ὁμοιότατον ἀπίῳ, vel καυλὸν ἀκανθώδη ὄρχιν ὁμοιότατον ἀπίῳ. *Caulem spinosum orchim simillimam piro.* Utrumque ex mente Plinii, sed præter Theophrasti & veritatis rationem. Corrigunt alii ἀπίῳ ἤ τοι πυξακάνθῃ, vel ἀπίῳ πυξακάνθῃ. Neutra arridet correctio, nec unquam sic Theophrastus arboris, arboris inquam caudici, palmaris plantæ cauliculum comparare solet, & præter dignitatem ac prudentiam philosophi foret. Erroris omnis auctor Plinius, qui cum libertus legeret ἐρπακάνθῃ ἤ τοι ἀκάνθῃ vel aliud cogitans, vel vocum vicinitate deceptus, cum alibi legisset καυλὸν ἀκανθώδη, *caulem spinosum* vertit. Qualis in rerum natura non est orchis. Quod si paulò diligentius ad acanthæ historiam quam tradit Dioscorides attendisset, in hunc turpissimum non incidisset errorem. Ovum ovo, ut ita dicam, vix est similius, quam acanthæ & orchidis caulis, nisi quod orchidi minor, lęvior, tenuior: acanthæ major, asperior, crassior, Orchidi enim caulis cum florum nucamento, est qualis acanthæ. Utriusque iconem inspiciat lector, & quod æquum est judicet. De caule acanthæ hæc Dioscorides lib. III. cap. XIX. Ἄκανθα ἢ ἑρπάκανθα —— καυλὸν λεῖον δίπηχυν, πάχος δακτύλου, ἐκ διαστημάτων, πρὸς τῇ κορυφῇ περιειλημμένον, φυλλαρίοις ποιοῖς οἱονεὶ κυλιαρίοις ὑπομήκεσιν ὑακινθώδεσιν, ἐξ ὧν τὸ ἄνθος ἐξίσταται λευκόν. σπέρμα ὑπόμηκες, μήλινον. θυρσοειδὴς δὲ ἡ κεφαλή: *Caulem lævem, binûm cubitorum, digitali crassitudine, prope verticem ex intervallis foliolis quibusdam, ceu alveolis circumdatum oblongis, hyacinthinis, è quibus flos prodit albus, semen oblongum ac luteum: caput vero thyrsi specie.* Ad quod vel maximè attendit Theophrastus. Caulem acanthæ recentiores sic describunt. *Inter folia medius erectus assurgit caulis crassus, compluribus foliis à medio ordine digestis adornatus, colore candidis, forma oblongâ, qui duobus veluti nucamentis, uno superiore, altero inferiore muniuntur, &c.* Duas orchides Dioscoridem descripsisse supra dixi; sed utra Theophrasti sit, non satis constat. Priorem cynosorchum vocat, quod

quod caninum referat testiculum: alteram serapiada; quod hujus flores insecta quædam referant lasciva & fœcunda, tanquam à Serapide Ægyptiorum idolo nomen habentia, cujus in Canopo Ægypti urbe, magnificum templum erat, ubi lascivis & impudicis cantibus & saltationibus colebatur, Plinius orchidem serapia Theophrasti esse putat, ex recentioribus plurimi cynosorchin. Rationes nullas, quibus suam hanc probant opinionem, adferunt. Credo nullam aliam esse, quam quod Dioscorides de prioris facultate eadem quæ Theophrastus referat. lib. III. cap. CXXXXI. Ἐσθίεται δὲ ἡ ῥίζα ὡς βολβὸς ἑψηθεῖσα. καὶ περὶ ταύτης δὲ ἱστορεῖται, τὴν μὲν μείζονα ῥίζαν ὑπὸ ἀνδρῶν ἐσθιομένην ἀῤῥενογόνον εἶναι, τὴν δὲ ἐλάττονα ὑπὸ γυναικῶν θηλυγόνον. προσιστορεῖται δὲ καὶ τὰς ἐν Θετταλίᾳ γυναῖκας, τὴν μὲν ἁπαλὴν μετὰ αἰγείου γάλακτος ποτίζειν, ὡς παρορμᾷν τὰ ἀφροδίσια. τὴν δὲ ξηρὰν πρὸς ἐπίσχεσιν καὶ ἔκλυσιν τῶν ἀφροδισίων. ἀναλύεσθαι τε τὴν ἑτέραν ὑπὸ τῆς ἑτέρας πινομένην. *Radix cocta, ut bulbus estur. Sed de his radicibus memoriæ proditur, si majorem edant viri, mares generari: si minorem fœminæ, alterum sexum. Insuper autem proditum est, in Thessalia mulieres teneram è lacte caprino propinare ad excitandam libidinem: aridam verò ad eandem inhibendam, atque ab unius potu alterius resolvi vires.* Cur major, ut tradit præceptor, efficax ad coitum, minor, venerem inhibeat, rationem lib. VIII. simpl. adfert Galenus, ὄρχις ὀνομάζεται καὶ κυνὸς ὄρχις ἡ αὐτὴ βοτάνη. δύναμις δὲ τῆς ῥίζης αὐτῆς βολβοειδοῦς οὔσης, καὶ διπλῆς, ὑγρὰ καὶ θερμὴ, καὶ γευομένοις γλυκυτέρα φαίνεται, ἀλλ' ἡ μὲν μείζων ῥίζα, πολλὴν ἔοικεν ἔχειν ὑγρότητα περιττωματικὴν τε καὶ φυσώδη, διὰ τοῦτο καὶ πρὸς ἀφροδίσια πινομένη παρορμᾷ. ἡ δὲ ἑτέρα ἡ ἐλάττων ἔμπαλιν κατειργασμένη ἱκανῶς, ὡς εἶναι τὴν κρᾶσιν αὐτῆς ἐπὶ τὸ θερμότερον, καὶ ξηρότερον ῥέπουσαν ὅθεν. οὐ μόνον οὐ παρορμᾷ τὰς πρὸς συνουσίας ὁρμὰς ἡ δὲ ῥίζα, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἅπαν ἐπέχει καὶ καταστέλλει. *Orchis, herba hæc nuncupatur, & cynos orchis, radici ejus bulbosæ ac geminæ vis inest humida & calida ac gustantibus dulciuscula est, Ceterum major radix multam habere videtur humiditatem excrementitiam, & flatuosam: quapropter epota venerem excitat, altera vero minor videlicet contrà: nimirum admodum elaborata, ut sit ejus temperamentum ad calidius & siccius vergens: itaque hæc radix tantum abest ut ad coitum stimulet, ut plane etiam contra cohibeat & reprimat.* Ratio itaque cur has diversas præstat facultates, gemina radix orchidis, (quamvis utrique bulbo idem sit substantiæ modus, idemque sapor,) quod major bulbus flatus, crassa flatuosáque sua substantia, gignat: alter verò, ficciore illo & macilento suo corpore humorem, à quo flatus producuntur, exsiccet, qui salaces facere solebat. Denique ex Galeni hoc loco, fortassis etiam (si modo de hoc orchide loquatur) Theophrasti, constat verba ἁπαλὸν καὶ ξηρὸν, non de recenti & sicco exponenda, uti Serapionis fecit interpres, sed intelligenda de majore & minore. Plinius lib. XXVII. cap. VIII. *Ex his radicibus, si majorem edant viri, mares generari dicunt; si minorem fœminæ, alterum sexum. In Thessalia molliorem in lacte caprino viri bibunt ad stimulandos coitus, duriorem verò ad cohibendos, adversatur alter alteri.* Molliorem majorem vocat, duriorem minorem; uti ex loco Galeni citato constat. Et hoc est argumentum, quo moti viri docti, statuunt Theophrastum cynosorchin describere. Sed fortasse rectius fecissent si verba Dioscoridis de altero orchide perpendissent. Etenim cap. sequenti de serapiade ait. Ἱστορεῖται δὲ καὶ περὶ ταύτης ὅσα καὶ περὶ τοῦ κυνὸς ὄρχεως. *Sed & de hac radice, eadem quæ de ante memorata testiculi canini radice, narrantur.* Ergo argumentum citatum pro altera opinione nullius est momenti. Scio Galenum de serapiade tradere, ad venerem non æquè præstare ac cynosorchidem, ὄρχις ὃν καὶ σεραπιάδα καλοῦσι ξηροτέρας δυνάμεώς ἐστιν, ἢ κατὰ τὴν πρώτην τάξιν, ὅθεν εἰς τὰ ἀφροδίσια μὲν οὐχ ὁμοίως ἐπιτήδειός ἐστι. *Orchis, quem & serapiada nuncupant, sicciorem facultatem obtinet, quam ut primi ordinis haberi mereatur: quocirca nec perinde ad venerem commodus est.* Ex eo inquam loco, nemo concludere potest majorem minus, quam minorē bulbum aptum vel ineptum ad venerem esse, illud tantum, quod cynosorchios hac in re præstat radix, quamvis serapiados nomen contrarium dicere videatur. Qui Theophrastum serapiada describere contendunt, Plinii auctoritate utuntur, & descriptionem cynosorchidos non convenire cum orchide Theophrasti ajunt. Plinii verba mox examinabo, ubi utriusque orchidis descriptionem ex Dioscoride tradidero. Ὄρχις, οἱ δὲ κυνὸς ὄρχιν καλοῦσι, φύλλα ἔχει κατὰ γῆς ἐστρωμένα περὶ τὸν καυλὸν, καὶ περὶ πυθμένα ἐλαίᾳ μαλακῇ ὅμοια, στενότερα δὲ καὶ λεῖα, μακρότερα· καυλὸν σπιθαμιαῖον τὸ μῆκος, ἐφ' οὗ ἄνθη πορφυροειδῆ. ῥίζαν βολβοειδῆ, ἐπιμήκη, διπλῆν, στενὴν ὡς ἐλαίας, τὴν μὲν ἄνωτέραν, τὴν δὲ κατωτέραν, καὶ τὴν μὲν πλήρη, τὴν δὲ μαλακὴν καὶ ῥυσσήν. *Orchis, quem alii cynosorchin, quasi canis testiculum vocant, foliis est, circa caulis imam partem, in terra stratis, oleæ molli similibus, angustioribus, lævibus, longioribus: Caule palmari, in quo flores purpurascentes emicant, radice bulbosa oblonga, gemina, angusta olivarum instar; quarum una superior est, altera inferior, & hæc quidem flaccidior, illa mollior ac rugosior.* Serapiada cap. sequent. CXXXXII. describit. Ὄρχις ἕτερος, ὃν σεραπιάδα ἔνιοι καλοῦσιν ὡς καὶ ἀνδρέας, διὰ τὸ πολύχρηστον τῆς ῥίζης. φύλλα ἔχει ἐοικότα πράσῳ, ἐπιμήκη, πλατύτερα δὲ καὶ λιπαρά, ἐπικαμπῆ ἐν ταῖς μασχάλαις· καυλία σπιθαμιαῖα· ἄνθη δὲ ὑποπόρφυρα· ῥίζα δὲ ὑπὸ ὄρχεσιν ὅμοια. *Testiculus alter, quem alii velut & Andreas serapiada vocant, propter radicis multiplicem usum, foliis est porri, oblongis, at latioribus & pinguibus, ex alarum sinu inflexis, cauliculis palmaribus, ac floribus penè purpureis, radix autem subjacet testiculis similis, &c.* Plura in considerationem veniunt. Ἐλαίᾳ μαλακῇ, Oleæ molli comparat. Cynosorchis itaque non est Orchis Theophrasti, sed corruptum codicem ajunt, quod non diffitemur. Restituunt σκίλλῃ μαλακῇ. Nulla, inquiunt, mollis olea, & oleæ folia multo angustiora, & minora sunt, scillarum autem quædam molliora. Hanc Dioscorides mollem scillam appellat, ejusque foliis cynosorchios mollia ac lævia folia, similia & angustiora esse ait. Non inficias imus non dari oleam mollem, sed quo argumento probant Dioscoridem scripsisse σκίλλῃ. Ἐλαίᾳ legit Oribasius, & Serapio lectionem hanc sequitur. Quod certissimum argumentum, sic scripsisse Dioscoridem. Confirmat eandem Plinius lib. XXVII. cap. VIII. *Cynosorchin, aliqui orchin vocant, foliis oleæ mollibus, ternis, per semipedem longitudinis in terra stratis, radice bulbosa, oblonga duplici ordine, superiore quæ durior est, & inferiore quæ mollior.* Idem de folio ferè repetit lib. XXVI. cap. X. ubi orchidis, Crateoni & satyrii confundit historiam, his ferè verbis. *Concitatricem vim habet satyrion. Duo ejus genera, una longioribus foliis quam oleæ, caule quatuor digitorum, flore purpureo: radice gemina, ad formam hominis testium, alternis annis intumescente ac residente. Altera satyrion orchis cognominatur, & fœmina esse creditur. Distinguitur internodiis & ramosiore frutice, radice fascinis utili, nascitur fere juxta mare.* Quæ de internodiis ait, ad Cratægoni pertinent historiam. Præterea nemo satyrion orchin, & contra orchin satyrion dixit, præter Apulejum; qui illud ex Plinio transcripsit. Ex Apulejo, Plinioque officinæ orchides satyrion vocant, ac pro ea utuntur. Plura de hoc errore capite de satyrio. Frustra viri docti hoc loco legunt *pro satyrio cynosorchi.* Quippe paulo infra idem Plinius tradit, satyrion geminum ferre bulbum. Vereor quoque quod supra orchin terna habere folia ait, ad satyrii triphylli pertinere historiam. Sed pro λεῖα τρία, fortassis legit, quod non videtur ineptum, quod talis reperiatur. Sufficiat hoc loco ostendisse Diosc. oleæ folio comparasse cynosorchidem. Corrigunt alii, μαλακῇ ἐλαίᾳ ὅμοια μακρότερα; id est. *Folia fert mollia, oleæ similia, longiora:* Sed qua auctoritate, λεῖα καὶ στενότερα rejiciunt? Vocem λεῖα rejiciendam esse, ex Oribasio & Serapione facile probari posset, quorum codex hac caret. Sed uterque vocem, στενότερα agnoscit. Quare dicendum, in Græcia aliud omnino à nostro diversum descripsisse Dioscoridem orchidem. Vel, quod non videtur probabile, mala comparatione usum. Fateor me nunquam orchidis genus foliis oleæ longioribus & angustioribus vidisse. Καὶ τὴν μὲν πλήρη. Legit doctiss. Lacuna ex vetusto codice, καὶ τὴν μὲν σκληρὰν, τὴν δὲ μαλακωτέραν καὶ ῥυσσήν. Hoc est, *& hanc quidem duram, illam vero molliorem & rugosiorem.* Doctissimus Saracenus in hunc sensum legit, καὶ τὴν μὲν πλήρη καὶ μαλακὴν, τὴν δὲ σκληρὰν καὶ ῥυσσήν. *Et hæc quidem plenior ac mollior, illa durior ac rugosa;* idque quia Plinius loco citato *radice oblonga, duplici ordine, superiore, quæ durior est, & inferiore, quæ mollior.* Neque inquit, dubium est, quin major radicis bulbus, qui idem demissior est, succosior fit atque adeo mollior, ac tenerior. Qua etiam ratione ἁπαλὴς *deinde* Dioscoridis dicitur, minor vero quia sublimior, tanquam flaccidus ac rugosus, durior ac aridior. Siquidem mollia ferè sunt quæ humidiora, & contrà dura, quæ sicciora. Quod si cui placet vulgata lectio necesse est μαλακὴν pro flaccido accipiat. Postremum probo, quæ ut in vulgatis legitur codicibus

bus sic scripsisse Dioscoridem Oribasii testatur codex. Alterum orchidem foliis inquit esse porri, πράσῳ. Corrigunt πρασίῳ marubio, quale folium nullum orchidis genus refert. Præter rationem etiam Plinium notant, quod porro compararit serapiadis orchidis folium. Verba Plinii loco citato audiamus. *Sed inter pauca mirabilis est orchis herba sive serapias, foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice, testiculis simili, ita ut major, sive ut aliqui dicunt durior, ex aqua pota excitet libidinem, minor sive mollior è lacte caprino inhibeat, quidam folio scillæ essedicunt, læviori ac minori, caule spinoso.* Non erravit Plinius quod porri foliis scripserit. Omnes Dioscoridis codices, Aldino excepto, πράσῳ scribunt, hanc Oribasius, eandem Serapio probat scripturam. Quinetiam porri folium scillæ non dissimile. Rectè itaque Plinius Orchidem serapiada à Theophrasto descriptum ait. Orchis serapias nota satis, & ab omnibus delineata. Recentiores plura observarunt orchidum genera, de quibus consulat phytopinacem Bauhini lector.

Καλῦσι φύλλον. Φύλλον κατ' ἐξοχὴν significare laserpitii semen, & malabatri folium, supra ostendimus. Hoc loco φύλλον planta est ad generationem apta. Φύλλον folium denotat, at eadem hæc planta ἐλαιόφυλλον, & βρυόνια vocatur. Dioscorides lib. III. Capite CXXXX. φύλλον, οἱ δὲ ἐλαιόφυλλον, οἱ δὲ βρυωνίαν καλῦσι, *phyllon, alii elæophyllon, bryoniam alii nominant.* Elæophyllum id est oleæ folium, herbam oleæ folio designat, eadem vel à foliorum eruptionis argumento, vel à musci similitudine bryonia dicitur. Duo phylli genera, aliud Thelygonon sive fœminificum, aliud arrhenogonon marificum. Unde nomen hoc impositum sit, ipse docet præceptor, utrumque luculenter satis describunt Theophrastus & Dioscorides. Sed quod Theophrastus marem vocat, id Dioscorides feminam vocare quorundam est opinio. Dioscorides φύεται ἐν πέτραις loco cit. τὸ μὲν θηλυγόνον λεγόμενον, ὡσπερεὶ βρύον ἔχον, χλωρότερον ἐλαίας τὸ φύλλον. καυλὸν, λεπτὸν, βραχύν. ῥίζαν λεπτήν. ἄνθος λευκόν. καρπὸν μείζονα, ὥσπερ μήκωνος. τὸ δὲ ἀρρενογόνον, τὰ μὲν ἄλλα ὅμοιον προειρημένῳ, καρπῷ δὲ διαφέρει. ἔχει γὰρ ὅμοιον ἄνθει ἐξηνθηκυίας ἐλαίας βοτρυώδη. λέγεται δὲ τὸ ἀρρενογόνον ποθὲν, ἀρρενοτοκεῖν, τὸ δὲ θηλυγόνον θηλυτοκεῖν. ἱστορεῖ περὶ τούτων Κρατεύας. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὰ τοιαῦτα μέχρι τῆς περὶ αὐτῶν ἱστορίας προάγειν. Nascitur locis saxosis. Duum
" generum est, quod autem thelygonon appellant musci
" modo nascitur folio oleæ, sed magis herbaceo; caule
" tenui, brevi: radice gracili: flore albo: semine pa-
" paveris majusculo. *Arrhenogonon verò cætera antedicto simile, fructu tantum differt, habet enim racemosum quiddam, deflorescentibus oleis non dissimile. Perhibetur autem, arrhenogoni potu mares generari, Thelygoni vero, fœminas. Hæc memoriæ prodidit Cratevas, quanquam talia mihi videtur historia tenus, tanquam fama, auditioneve accepta proponere.* Ex his Dioscoridis verbis, quidam colligunt Dioscoridem à Theophrasto dissentire, nam quod alteri est fœminificum, hoc alteri esse marificum, & contra. Nos singula examinabimus, & aliter se habere demonstrabimus, Præmittemus verò melioris doctrinæ gratia quæ de phyllo tradit Plinius, hic lib. XXVII. cap. XII. *Phyllon à Græcis vocatur herba, in saxosis montibus, fœmina magis herbacei colori, caule tenui, radice parva, semine rotundo, papaveri simile. Hæc sui sexus facit partus: maris autem semine tantum differens, quod est incipientis olivæ. Utrumque bibitur in vino.* Idem lib. XVI. & XXVI. cap. XV. *Arrhenogonon & Thelygonon herbæ sunt, habentes uvas, floribus oleæ similes, pallidiores tamen, semen album, papaveris modo. Thelygoni potu fœminam concipi narrant. Arsenogonon ab ea semine oleæ, nec alio distat. Huius potu mares generari perhibentur, si credimus. Alii utramque ocimo similem tradunt. Arsenogoni autem semen geminum esse, testibus simile, &c.* Duas recenset Plinius descriptiones, phylli, quarum altera Theophrasti, ocimi folio, altera Dioscoridis oleæ. Legisse videtur Plinius, τὸ μὲν θηλυγόνον λεγόμενον ὥσπερ βρύον ἔχον; χλωρότερον ἐλαίας. Quæritur utrum rectè legerit. Negant hoc docti quidam; quia βρύον, inquiunt, accepit Plinius pro oleæ flore, cum sit muscus in saxis nascens. Sic enim in vetustissimo codice, φύλλον φύεται ἐν πέτραις, τὸ μὲν θηλυγόνον λεγόμενον, ὥσπερ βρύον, ἔχον χλωρότερον ἐλαίας τὸ φύλλον, καυλὸν δὲ λεπτὸν βραχύν. ῥίζαν λεπτήν, ἄνθος λευκόν. Quæ verba haud aliter, ajunt, interpretari possis, quam hoc modo: Phyllon nascitur in petris, & Thelygonon quidem quod dicitur, instar musci, cui folium oleæ pallidius. Nec de mendo potest suspicio incidere, in illis Dioscoridis Græcis verbis. Quænam porro illæ uvæ sunt in Thelygono oleæ floribus similes, divinare nequeunt, an de flore accipiendæ; Atqui paulo post Dioscorides de flore dixit, ἄνθος λευκόν. Addit Neophytus, λεπτὸν, σταχυώδης. Nec de semine potest accipi, Nam sequitur apud eundem de semine. Dolendum phylli non meminisse Oribasium, aut Serapionem; ut quæ vera sit Dioscoridis lectio, vix asseri possit. Nam cur veterem hanc lectionem magis, quam Plinii, aut vulgarem probem, non video. βρύον Plinius uvas floribus oleæ similes vertit; quod βρύον in lauro, populo alba ac plerisque aliis, uvam denotat. Βρύον etiam, ut alibi dixi, ab eâdem ratione & forma oleæ est flos. Hinc uvas floribus oleæ similes dixit, cum rectius oleæ flori comparasset: falsissimum est, voluisse Dioscoridem natale solum commune musco & Thelygono esse, quamvis in petris nascatur; A verò etiam multum recessit antiquarius Dioscoridis, qui simile musco Thelygonon tradidit, ac pro phyllo pingit lycopodium vulgo dictum, vide Cordi herbarium. Utrumque experientiæ & autopsiæ refragatur. Doctiss. Saracenus restituit ex Theophrasto (quamquam aliud est phyllon præceptoris, ac depravate ἀχρότερον legatur.) ὡσπερεὶ βρύον ἔχον ἀχρότερον, τὸ δὲ φύλλον χλωρότερον. Idem vocem Græcam servat, idque quod bryon sæpe nihil habeat cum musco commune. Utrumque probo, nisi quod vocem χλωρότερον, non *viridius*; vel *magis herbaceum*, ut Plinius, verum *pallidius* interpretor. Nec male fortassis restituetur ὡς περὶ βρύον, ἔχον καὶ τὸ φύλλον χλωρότερον, id est, *instar bryi, vel oleæ floris quid ferens, foliumque habens oleæ pallidius.* Utrumque enim phyllum folia fert planè oleæ colore, crassitie & figura, portulacæ marinæ magnitudine, glauca, & quam oleæ aut salicis, pallidiora, numerosa, incana, lanuginosa, mollia, bina semper certo ordine, & per intervalla disposita, acidi ac salsi gustus, caules rigidos, quadratos, cubitum altos, & concolores, in multas diductos polii modo alas. Fœminæ (alii marifici phylli nomine, Dioscoridis corrupto codice decepti, descripserunt) flos est oleæ modo muscosus, & ex herbaceo pallescentis (ἀχρότερον) coloris, qui longis, tenuibusque inter folia petiolis insidet, (quos in marifico, ut addita ostendit tabella, vix videre licet, fructu statim ex alarum cavis nascente) semen rarò admodum perficit, quod globulis admodum exiguis, nunc binis, modò etiam pediculis inhærentibus continetur; sed adeò rarò semen fert, ut Doctissimi tradant Botanici, florem nullo seminis relicto vestigio defluere.

Phyllon thelygonon. Phyllon arrhenogonon.



Hæc satis ostendunt, Saracenum rectè, & ex mente Dioscoridis codicem correxisse. Illud tamen objici potest, Dioscoridem bis de flore egisse. Non dubito quin vocem ἄνθος sciolus quispiam adjecerit, scripsit enim καρπὸν λεπτὸν, μικρὸν, ὥσπερ μήκωνος. Quod Plinius, *semen album, papaveris modo vertit.* Scribendum *semen parvum, papaveris modo.* Utraque tamen lectio tolerari potest, quod globuli isti pallent. Nihil igitur mutant viri docti; quod Theophrasti ὁ δὲ καρπὸς τοῦ μὲν θηλυγόνου —— ἀχρότερός τι τοῦ ἀρρενογόνου. Pallidum igitur sive album semen Thelygoni, sed pallidius arrhenogoni, semen etiam Thelygoni cinerei coloris est ab initio, quod postea in cæruleum mutat. Sed hodier ni herbarii,

barii, dicent. Ergo non album erit, & vera inquient nostra est correctio. Duo hic notanda, ac primum quidem, quod Plinius Dioscoridem sequatur, non Theophrastum, cujus, ut modo dicam, utrumque phyllon à Dioscoridis diversum est, alterum, quod non omnes herbarii de thelygono hoc tradant, sed ii tantum, qui Dioscoridis depravato codice decepti sunt. Doctissimus enim Clusius satis apertè mari illud adscribit, uti paulo infra dicam. Cæterum in vetustissimo exemplari Lacuna scribi ait, καρπὸν λεπτὸν, μικρὸν ὥσπερ μήκων. Doctiss. Salmasius καρπὸν μικρὸν, ὥσπερ μήκων. Sciolus quispiam cum ignoraret βρύον de flore intelligendum esse, ac Dioscoridem videret fructum describere (λεπτὸν mutavit in λευκὸν, & præposuit ἄνθος. (Quod autem Neophytus dicat φύλλα καρπὸν, λεπτὸν σταχυειδὲς id fecit, quod spicæ instar fœminæ sit flos; qualis etiam oleæ, ut icon ostendit.) Cæterum fructum parvum & tenuem cur dixerit Dioscorides, ex descriptione jam allata quilibet facile animadvertere potest. καυλὸν, inquit, λεπτὸν, βραχύν. Tenuis quidem est caulis, sed non brevis, Cubitalis enim nisi solo cœloque hoc adscribere cuipiam placeat. Vox βραχὺν suspecta est. Puto Dioscoridem scripsisse, καυλὸν λεπτὸν, ῥίζαν βραχύν. Plinius, *caule tenui, radice parva*. Et hoc quidem experientia comprobat. Radix enim minimi digiti crassitudinem & longitudinem, nonnunquam æquat, duraque est, & lignosa, in multos ramulos fissa. Arrhegonon antedicto simile tradit Dioscorides, sed semine differre. Ἔχει γὰρ ὅμοιον ἄνθει ἐξηνθηκυίας ἐλαίας, βοτρυώδες. In optimo libro scribit Doctiss. Salmasius legi, ἔχει γὰρ ὅμοιον ἄρτι ἐξηνθηκυίᾳ ἐλαίᾳ βοτρυώδες. Nullum mihi relinquitur dubium, quin codex sit corruptus, & vulgatam si servamus lectionem, durius nimium accepit verbum ἄνθος, pro eo nempe quod flori succedit, nimirum incipientis olivæ rudimento, frustra in olea florem quæsiverit quis, si sponte deciderit. Saracenus, ἔχει γὰρ ὅμοιόν τι τῷ ἐξηνθηκυίας ἐλαίας βοτρυώδει. *Habet enim racemosum quid, ei quodammodo simile, quod postquam defloruit olea, primum emergit & conspicitur.* Hæc quanquam non displicet lectio, magis tamen arridet Doctiss. & nunquam satis laudandi Claudi Salmasii correctio; quod ad antiquam lectionem propius accedat. ἔχει γὰρ ὅμοιον ἄρτι ἐξηνθηκυίᾳ ἐλαίᾳ βοτρυώδει. Olea βοτρυώδης est dum floret, quippe flos ejus instar βότρυος, & βρύον in hoc florum genere, idem est quod βότρυς, ut ἀμπέλου βότρυς & βρύον idem. δάφνης βοτρύδιον & βρύον. Simile igitur arsenogoni semen ἐλαίᾳ βοτρυώδει quum defloruit, hoc est ἐλαίας βότρυϊ, quando in fructum formari incipit. Notandum Dioscoridem non satis exactè harum plantarum descriptionem dedisse. Semine enim utrumque differre ait, cum Thelygonon semen raro ferat, sed florem bryo sive flori oleæ similem, semenque quod raro ostendit globulis contineatur, æque similibus olivæ fructui ex flore tantum non exeunti: contra arsenogonon florem nullum producit, sed statim fructum ex alarum cavis profert. Etenim juxta ramulos, minimi nascuntur globuli, uno & eidem pediculo inhærentes, ut in Mercuriali mari, vel, uti Dioscorides, fructus sicut oliva, cum primum ex bryo sive flore emergit, geminus, testiculi hominis instar, quo continetur semen tithymali semini non dissimile, rotundum, cinerei initio coloris, qui tandem ad cyaneum vergit. Ex mari hoc semine utrumque genus nasci; quemadmodum in Mercuriali, spinaceis, cannabi & similibus accidit plantis, doctissimorum est opinio. Utrumque phyllon calidioribus in regionibus, in quibus sponte provenit, totum incanum est, & quodam-modo tomentitium, longeque minoribus foliis, quam in frigidioribus; in quibus rarò vivax est. Illud etiam utrique commune, cum Mercuriali, cynocrambe & heliotropio minore, ut erutæ radices, temporis successu cæruleum colorem contrahant. Utrumque nascitur multis Hispaniæ & Galliæ Narbonensis locis, secundum vias, ubi Aprili, interdum etiam maturius floret, in Belgica verò non nisi æstate, ait Clusius, nobis flores dedit, & singulis annis ex semine deciduo novas plantas produxit. Semine tantum differre marem à fœmina, inquit Dioscorides. Quod non omni ex parte verum. Nam fœmina cauliculis constat infirmioribus, numerosioraque habet folia. Hactenus de phyllo Dioscoridis. Ab hoc diversum est Theophrasti. falluntur viri docti qui putant Dioscoridem à Theophrasto in descriptione βρύου, sive floris, vel seminis differre. Sed corruptum codicem Dioscoridis esse jam ostendimus, ac diximus marem fœminamque eodem modo ab utroque delineari. Ex antiquo enim codice probavimus, maripari fructum similem esse olivæ quæ defloruit, & cum fructus rudimentum ostendere incipit. Idem testatur Theophrastus, referre olivę deflorescentis fructum, sed instar hominis testiculos cohærere geminos. Descriptio rem ita se habere satis clarè docet, in mariparo binos globulos eidem inhærentes pediculo, pro fructu inter folia enasci. Sed aliud phyllon est Theophrasti, aliud Dioscoridis: utrique fructus geminus instar testiculorum semper nascitur, & simile est olivæ, ubi primum ex flore exiit. Quod Plinius nimis breviter, obscurè, & fortassis minus etiam rectè ita reddidit, arrhenogonon à Thelygono semine oleæ nec alio distare. Simile quidem utriusque maripari baccæ oleæ primum è flore emergentis, sed geminum semper unique pediculo inhærens, cũ fœminæ sit instar βρύου floris oleæ, hoc est ita confertim nascitur, ut flos oleæ, quum arsenogoni tantum geminum proveniat. In floris itaque vel seminis, ut scribit Dioscorides, delineatione uterque satis convenit, attamen diversum est Dioscoridis à Theophrasti phyllon. Dioscorides oleæ folio describit, ocimi Theophrastus. Nec mendi ulla suspicio esse potest, quippe Plinius alios inquit phyllon describere folio oleæ, alios ocimi. Theophrastum & Dioscoridem quin intelligat, extra omnem controversiam est. Quale ocimi folium sit, quale oleæ supra diximus, nec hic repetere necesse. Illud dixisse suffecerit quod Dioscorides & Neoterici Mercurialem, quæ phyllon est Theophrasti, folia ocimi habere tradant. Mercurialis enim Dioscoridis omnes habet eas notas, quas tribuit Theophrastus phyllo, ita ut ovum ovo similius esse nequit, & quod magis est, eadem de Mercuriali tradit Dioscorides, quæ Theophrastus de phyllo. Dioscorides lib. IV. cap. 191. de Mercuriali. Δοκεῖ δὲ μὲν τῆς θηλείας φύλλα λεῖα πινόμενα, καὶ προστιθέμενα μετὰ τὴν κάθαρσιν τοῖς αἰδοίοις, συλλήψει θήλεος ποιεῖσθαι, τὰ δὲ τοῦ ἄῤῥενος ὁμοίως ἐπιτηδευθέντα ἀῤῥενογόνα γίνεσθαι. *Creduntur autem folia trita si bibantur, atque etiam à purgatione menstrua verendis admoveantur, ut fœminæ concipiantur facere; maris etiam folia similiter usurpata, ut masculi gignantur efficere.* Accedit quod Mercurialis utriusque apud Dioscoridem descriptio, eadem sit quæ phylli apud Theophrastum, Λινόζωστις, inquit, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ Ἑρμοῦ βοτάνιον καλοῦσι, ἔχει τὰ φύλλα ὅμοια ὠκίμῳ, ἐγγὺς τὰ τῆς ἐλξίνης, ἐλάττονα δὲ. κλωνία διγόνατα (Ald. δεγόνατα) μασχάλας πολλὰς, πυκνὰς ἔχοντα. τὸν δὲ καρπὸν ἡ μὲν θήλεια βοτρυοειδῆ καὶ πολύν. ὁ δὲ ἄῤῥην παρὰ τοῖς πετάλοις μικρὸν, στρογγύλον, ὥσπερ ὀρχίδια καὶ δύο προσκείμενα, ὅλος δὲ ὁ θάμνος σπιθαμιαῖος, ἢ καὶ μείζων. κινεῖ δὲ ἀμφότερα κοιλίαν λαχανεύμενα καὶ ἐσθιόμενα. καθεψόμενα δὲ ἐν ὕδατι, καὶ πινόμενα τοῦ ὕδατος ἄγουσι χολὴν καὶ ὑδατώδη. δοκεῖ δὲ τὰ μὲν τῆς, &c. Id est. *Linozostis, aliqui parthenium, alii Mercurii herbulam appellant; folia habet ocimi helxine cognata, sed minora, ramulos duplici geniculorum modo cinctos, & alarum cavis, multis, iisque densis præditos, semen fœminæ quidem racemosum atque copiosum, mari verò juxta folia, parvum ac rotundum ceu binos testiculos una cohærentes. Totus autem frutex dodrantalis est, aut etiam major, utraque alvum ciet, si olerum vice mandatur, cocta vero in aqua, epoto jure, bilem aquosaque ducit. Creduntur autem, &c.* Plinius lib. XXV. cap. V. *Linozostis sive parthenion Mercuris inventum est, ideo apud Græcos Hermopoan multi vocant eam, apud nos omnes Mercurialem: duo ejus genera masculus & fœmina, quæ efficacior, caule cubitali, interdum ramoso in cacumine, ocimo angustioribus foliis, geniculis densis, alarum cavis multis, semine in geniculis dependente, fœminæ copioso. mari juxta genicula stante rariore ac brevi contortoque, fœminæ soluto & candido. Folia maribus nigriora fœminis candidiora; radix supervacua prætenuis. Nascuntur in campestribus cultis, mirum est quod de utroque eorum genere proditur, ut mares gignantur hanc facere, ut fœminæ illam. Hoc contingere si à conceptu succus protinus bibatur in passo, edanturque folia decocta ex oleo & sale, vel cruda vel ex aceto. Quidam decoquunt eam in novo fictili cum heliotropio, & duabus aut tribus spicis, donec decoquatur, decoctum dari jubent & herbam ipsam in cibo, altero die purgationis, mulieribus per triduum, quarto die à balneo coire eas. Hippocrates miris laudibus in mulierum usu prædicavit eas.* Theophrastus, Dioscorides marem fœminamque fructu tantum differre ajunt. Addit Plinius, etiam folio. Sed singula examinabo. Theophrastus duo phylli inquit genera masculum & fœminam.

Mer-

Mercurialis duo etiam genera esse, scribunt Dioscorides & Plinius, ac alteram marem, alteram fœminam vocant. Addit Dioscorides tertiam cynocramben, de qua paulo infra. Utrumque magister simile refert, speciemque habere ocimi. Idem Dioscorides nisi quod paulo accuratius describat, fruticem esse dodrantalem, aut majorem, ramulos duplici geniculorum modo cinctos, & alarum cavis densis, iisque multis præditos; folia esse ocimi helxine cognata, sed minora; intellige quam helxines. Plinius maris folia nigriora, fœminæ candidiora esse tradit, quod nec Theophrastus, nec Dioscorides. Et satis quidem planè contra mentem Theophrasti, qui similia esse tradit. Quod & autopsia docet. Quam enim Plinius coloris tradit differentiam, hactenus animadvertere non licuit. Falsum etiam, quod ait angustioribus esse, quam ocimi foliis. Rectè Dioscorides ad helxines sive parietariæ magnitudinem, sed minora dixit. Plinium decepit, quod id quod Dioscorides de parietaria tradidit, de ocimo intellexit. Utraque porro Mercurialis adeò per omnia sibi (semine excepto) similis est, ut qui alterutram cognorit, ambas noverit. Utrique caules quadrati, leves nonnunquam teretes teneri, internodiis aliquot geniculati, ad instar parsicariæ dodrante altiores, subinde cubitales, in ramulos distributi, folia circa hos complura, lata, oblonga, acuminata, ad parietariæ accedentia; sed tamen leviora, virentiora, ac per margines serræ modo incisa, ocimi majoris satis similia, subnitroso sapore, & nonnihil viroso, succo multo porraceo purgante & medicato, ad multa perquam utili. Semen utriusque diversum tradit Præceptor; idem Dioscorides. Feminæ fructum Theophrastus instar βρύω virentis inquit, id est oleæ florentis similitudine. Dioscorides βοτρυώδη καὶ πολύν. Oleam βοτρυώδη dici, dum floret, supra dixi. Quippe flos ejus instar βότρυ☉. Βότρυς in racemum confertæ coacervatæque plures sunt uvæ. βοτρυώδη δένδρα arbores racematim fructificantes. Oleæ flos racemosus, muscosus, albidus, inde βοτρυώδης & βρύον vocatur. Ἀχρότερον, inquit Theophrastus, sed corruptus est codex, χλωρότερον legendum: herbacei magis coloris est feminæ fructus. Inde colligo, Plinium in phylli descriptione partim Theophrastum, partim Dioscoridem secutum, atque ita duas confudisse plantas. Semen Mercurialis feminæ (idem Plinius ait) copiosum, solutum & candidum. Tale nihil Dioscorides. Solutum esse non negamus, sed candidum inficias imus. Reprehenditur Theophrastus, quòd semen tribuerit phylli feminæ, quùm delineatio quam de semine tradit, de flore intelligi debeat. Sed hi phyllon Dioscoridis & Theophrasti idem esse putant. Supra phyllum fœminam Dioscoridis raro semen ferre dixi. Mercuriali, inquiunt recentiores, fœminę, veluti exiguæ spicæ sunt (ut non ineptè de phyllo Neophytus ἄνθ☉ σταχυώδης λεπτόν) in quibus racematim muscosi tenues cohęrent flosculi, herbacei, absque fructu, nulloque semine succedente, pereuntes. Pro Theophrasto dicendum, ex flore hoc deciduo, etiam terræ commisso novas produci plantas, unde colligitur vel seminis vicem præstare, vel semen adeò minutum proferre, quod visum fugit. Illud autem semen vocari & esse, ex quo nova nascitur vere proximo, vel vere sato, planta, extra dubium est. Maris fructum Theophrastus ait esse, instar oleæ jam primum ex muscoso flore emergentis, & addit geminum esse. Dioscorides parvum, rotundum, ceu binos testiculos referentem ait παρὰ τοῖς πετάλοις *juxta folia*; seu potius foliorum pediculos. E sinu enim foliorum prodeunt; quod Plinius loco *juxta pediculos stante* dixit. Sed quod maris semen breve, contortum, rarum esse scribit, præter Græcorum mentem & veritatem est. Græci enim parvum, rotundum, duorum testiculorum figura dixerunt. Contortum dicitur, id quod quum sequitur, non convenit cum superiore, vel contortæres, dicuntur perplexæ & perturbatæ, & sibi ipsis minimè cohærentes. Βοτρυώδης grammatici exponunt, racemi in modum collectus & contortus. Quod de fœmina, non de mari tradiderunt Græci. Masculæ Mercuriali è sinu foliorum in brevibus ac tenuibus pediculis bina cohærentia prodeunt semina, ad aparines & formam & asperitatem accedentia, compressiora tamen, in quorum singulis unicum semen parvum, ac rotundum. Mercurialis utraque in hortis olitoriis, vinetis, aliisque locis humidis ac umbrosis non infrequens. Viget tota æstate, hyeme ut plurimum intercidit.

Tradunt si manus succo Mercurialis, hybisci, portulacæque muniantur plumbum liquatum impune tractari posse. Quod hoc si verum; (penes auctorem sit fides,) præstant partim quod frigiditate sua hebetem sentiendi facultatem reddant, partim quod lentore manum quasi tunica muniant ac vestiant, ne ignea vis penetret; tum etiam quod metallum fusum ob inductam manui lenitatem, ac viscositatem, facilius dilabatur, minusque hęreat, quam ut subire in carnem cutemve calor valeat: Qua de causa alibi Aristoteles eos calidæ aquæ perfusionem minus sentire ait, qui uncti sunt oleo. Quilibet per me ut id experiatur licet, ego fidem non adhibeo. Quod videam solatri succum hoc non præstare, cùm tamen frigidiorem, glutinosioremque succum habeat. Fabulosum non minus puto, quod tradunt à mari mares, à fœmina admota pudendis fœminas generari. Interea tamen sine periculo hujus experimentum capere licet. Hac de causa ἑρμοῦ πόαν vocarunt herbam alioquin vulgarem & vilem, quæque, ob nimiam solvendi vim alioquin pro maledicto est. Sed de Mercuriali utraque satis. Tertia sylvestris est. Hanc Dioscorides describit his ferè verbis cap. 192. lib. 4. Κυνία ἢ κυνοκράμβη, οἱ δὲ λινόζωστις ἀγρία ἄῤῥην, καυλίον ἀνίησι διςπιθαμιαῖον, τρυφερὸν, ὑπόλευκον. φύλλα ἐμφερῆ λινοζώστιδι ἢ κισσῷ, ὑπόλευκα ἐκ διαστημάτων. τὸν δὲ καρπὸν παρὰ τοῖς πετάλοις παρακείμενον, μικρὸν, στρογγύλον. *Cynia, seu cynocrambe (brassica canina) aliis mercurialis sylvestris mas cauliculum emittit binum palmorum altitudine, mollem ac subalbidum: folia mercuriali aut hederæ similia, certis interstitiis candicantia, semen foliis adjacet parvum ac rotundum.* Caput hoc docti Botanici spurium esse putant, quod nec in antiquo codice, nec apud Oribasium reperiatur. Non est cynocrambe cujus effigiem addunt quod semen foliis non adhæreat. Sylvestrem vocare licet mercurialem quod pulchre eam referat easdemque vires obtineat. Aliam cynocrambes nomine plantam pingit Bauhinus, quam me vidisse non memini.

Τῆ δὲ λευκῆ κιττῷ, candidæ hederæ fructum sterilitatem facere ait. De nigra hoc Dioscorides lib. 2. cap. 210. ὁ δὲ μέλαν☉ κισσὸς ὁ χυλὸς, καὶ οἱ κόρυμβοι ποθέντες ἀτονίαν ποιεῖ, καὶ παρέρχονται τὴν διάνοιαν πλεοναθέντες. *Nigræ hederæ succus, & corymbi corpus infirmant, mentemque turbant largius sumpti.* Corrigunt viri docti ac, unica littera mutata, legunt ἀγονίαν ποιεῖ. Maximè cum clariss. vir Sambucus, ita etiam in vetusto quodam codice legi observarit. Quanquam, si corpora infirmant hederæ corymbi, ex consequenti etiam sterilitatem facere, sat intelligitur. Ego vulgatam servo lectionem, idque quod eam probet Serapio, maximè quidem quod paulo infra scribat ipse Dioscorides, nigræ corymbos sterilitatem inducere, eandem rem bis scribere non solet. Κινοῦσι καὶ καταμήνια ὑποτεθέντες οἱ κόρυμβοι λεῖοι· ποθέντες δὲ μετὰ τὴν κάθαρσιν ... πλῆθ☉ ἀτόκιον εἰσι. *Movent & menses corymbi triti ac subditi, iidem post purgationes fœminarum drachmæ pondere poti, spem conceptionis adimunt.* Quod itaque de albo tradit Theophrastus, de nigro Dioscorides. Utrumque videtur conciliare Plinius lib. XXIV. cap. X. ubi ait. *Hederæ nigræ candidiores corymbi poti, steriles etiam viros faciunt.* Quasi Theophrastus candidam hederam vocarit, quæ revera nigra sit, sed candidiores ferat corymbos. Forte etiam candida viros, nigra fœminas steriles reddit. Sed de neutro satis constat.

Τὸν τῆς κραταιίας. Contraria qualitate præditum κραταιγόνον. Vulgo depravatè κράταιον apud Dioscoridem κραταιόγονον, οἱ δὲ κραταίονον. Lego κραταιόγονον, οἱ δὲ κραταίγονον. Hesychius. Κραταίγονον βοτάνη μεθ' ἧς πλέκουσι. κραταιγὸς δένδρον. *Cratægonon herba cujus ad texendum usus. Cratægos arbor.* Rectè distinxit Grammaticus, sed minus rectè Plinius lib. XXVII. cap. VIII. *Theophrastus arboris genus intelligi voluit cratæogonon, sive cratæogona, quam Itali aquifoliam vocant.* Postremum supra lib. III. falsum esse demonstravimus, nec Theophrastus arborem cratæogonon, sed cratægon, uti etiam apud Hesychium legitur, appellari tradidit. Sed hoc librarii peccatum esse dicemus, non Plinii. In antiquissimis denique codicibus Plinii legitur, *cratægonon spicæ tritici simile est*, Non ut vulgo legitur, *cratæogonon*. Reliqua mox examinabo. Κραταίγονον dicitur ἀπὸ τοῦ κρατεῖν τῆς γονῆς. *propter virtutem quam obtinet* ἐν τῇ γονῇ. *in semine.* Nam pota, facere potis est, ut mulier virilis sexus puerum pariat. Dioscorides lib. III. cap. 138.

Ἱστορεῖται

Ἰσορεῖται δὲ ὑπό τινων ἡ πόσις τοῦ καρποῦ γυναῖκα ἀῤῥενοτόκον ποιεῖν, ἐάν τις μετὰ τὴν κάθαρσιν τῶν καταμηνίων, πρὸ τοῦ πλησιάσαι πίνη νῆστις τρὶς τῆς ἡμέρας ὁλκὴν τριώβολον μετὰ ὕδατος κυάθων β. ἐπὶ ἡμέρας μ'. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ πινέτω τὰς ἴσας ἡμέρας καὶ πλησιαζέτω. *Traditur à quibuſdam ſeminis potum efficere ut mulier virilis ſexus fœtum pariat, ſiquidem poſt menſes purgatos, antequam cum viro congrediatur, ter die, jejuna, ſemen tribus obolis, in aquæ cyathis duobus, bibat, ad dies quadraginta: bibat & ipſum vir conſimili modo ac totidem etiam diebus, & deinde cum illa cöeat.* Plinius loco citato cap. VIII, *Quod ſi bibant ante cœnam, tribus obolis, in cyathis aquæ totidem, mulier ac vir ante conceptum, diebus quadraginta, virilis ſexus partum futurum ajunt.* Theophraſtus contentus fuit, fœcundas fieri. Græci unius cratægoni meminerunt; Plinius duo genera numerat, verum alterum quod Thelygonon vocat, ſatyrii genus eſt, confunditque cum phyllo vel Mercuriali mare. Sic enim de ſecunda. *Eſt & alia cratæogonos quæ Thelygonos vocatur; differentia intelligitur lenitate guſtus. Sunt qui florem cratægoni bibentes mulieres intra 40 diem concipere tradant.* Idem Plinius lib. XXVI. cap. X. *In totum quidem Græci* (agit de ſatyriis) *cum concitationem hanc volunt ſignificare, ſatyrion appellant; ſic & cratægonon cognominantes, & Thelygonon, quarum ſemen teſtium ſimile eſt.* Poſtremum falſum eſt & præter omnem rationem. Quare legunt Doctiſſ. viri, *ſic & cratægonon cognominantes*, quod diſtinguitur (hæc paulo ſupra ubi de orchide agit, male à liberto, ſi non ab ipſo Plinio, inſerta ſunt, ad cratęgoni hiſtoriam pertinere volunt.) *inter nodiis, numeroſiore frutice, ſemine acri, radice inutili, & arrhenogoni, cujus ſemen teſtium ſimile.* Hæc ingenioſa ſatis, ſed utrum ſic ſcripſerit Plinius, multum dubito. Quippe, ut jam andivimus, cratægonon Thelygonon vocari ait. lib. XXVII. Quare ut vulgo legitur, Plinium ſcripſiſſe arbitror. Sed quilibet, per me licet, ſua fruatur opinione. Cratægonon Theophraſtus naſci ait, ὥσπερ λίνον πύρινον vertunt, *naſcitur lini modo ruſſum.* Quod quid ſit neſcio. Dioſcorides loco citato: cratęgonon his verbis deſcribit φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τοῦ μελαμπύρου (πλείους δὲ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης φύονται βλαστοὶ γονατώδεις) καρπὸν δὲ ὅμοιον κέγχρῳ. φύεται ἐν συσκίοις καὶ φρυγανώδεσιν, ὡς ἐπὶ πολὺ τόποις, ἰσχυρῶς δὲ δριμύ. *Folia habet melampyri, plures ab unâ radice emicant culmi geniculati, ſemen eſt milio ſimile. Naſcitur ut plurimum locis opacis & fruticoſis. Eſt autem vehementer acre.* Plinius lib. XXVII. cap. VIII. *Cratægonon ſpicæ tritici ſimile eſt, multis calamis ex una radice emicantibus, multorumque geniculorum. Naſcitur in opacis, ſemine milii, vehementer aſpero guſtu.* Theophraſtus ait naſci ὥσπερ λίνον πύρινον. Linum triticeum vir doctus exponit. Quod utrum melampyron deſignet, non audet aſſerere. Idem hæret an μελάμπυρον reſtituendum ſit, Poſterius magis arridet (quod quale linum triticeum ſit, ignoro) neutrum tamen placet. Spicæ tritici ſimile ait. An itaque ſcripſit Theophraſtus στάχυν πύρινον. Sed Dioſcoridem ſequitur Plinius, non Theophraſtum, nihil de culmis Theophraſtus. Plinius cum ſcriberet, ſpicę tritici ſimile, fortaſſe cum ſpica triticea, non quidem ipſius folia, ſed culmorum cacumina, conferre voluit. An corruptus Plinii codex. Tradit Clariſſ. Salmaſius in vetuſtiſſ. Dioſcoridis codice ſcriptum eſſe. φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τοῦ πυροῦ, *Folia tritici ſimilia habet.* Unde forte Plinius ſcripſit, cratægonon ſpecie tritici ſimile eſt. Τὸ εἶδος ὅμοιον τῷ πυρῷ. Sed nihil mutat Salmaſius. Cęterum vulgatam Dioſc. ſervo lectionem. Inquirendum quid μελάμπυρον ſit, dixi ſupra lib. 8. herbam eſſe in quam degenerat triticum, hinc Plinius ſpeciem tritici dixit, ſed hoc de melampyro non intelligit Græcus auctor, verum myagron. Dioſcorides lib. 4. cap. 117. Μύαγρος οἱ δὲ μελάμπυρον πόα φρυγανώδης, δίπηχυς φύλλα ἔχουσα ἐμφερῆ τοῖς τοῦ ἐρυθροδάνου. *Myagros, quam aliqui melampyron vocant, herba eſt è cremiorum genere, bicubitalis, foliis rubiæ ſimilibus.* Rubiæ folia ſingularia, lini foliis non ſunt diſſimilia, utriuſque iconem videat lector. Utrique folia anguſta, oblonga, acuminata. Facile nunc Theophraſti codex à mendo liberari poteſt. Verba enim mala interpunctione & accentu depravato laborant, & fortaſſis unius tantum verbi mala tranſpoſitione. Scribe φύεται δὲ τοῦτο ὥσπερ λίνον, πυρινόν. ὁ δὲ καρπὸς οἷον κέγχρος. vel, φύεται δὲ τοῦτο ὥσπερ λίνον. ὁ δὲ καρπὸς οἷον κέγχρος, πυρινός. Id eſt, *naſcitur hoc lini modo, fervens eſt; fructus milio ſimilis.* Vel, *naſcitur hoc lini modo. Fructus milio ſimilis, ignei fervoris.* Vox πυρινὸς non ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ut ineptè Gaza, nec ἀπὸ τοῦ πυροῦ *tritico*, (quod decepit Plinium) ſed ἀπὸ τοῦ πυρὸς, *igne*, derivata eſt. Dioſcorides ἰσχυρῶς δὲ δριμύ. Quod inepte Plinius, *ſemine milii, vehementer aſpero*, cum *fervente*, vel *fervido, calido, urente* dicendum eſſet. Galenus lib. VI. ſimp. Κραταιογόνου τῆς πόας ὁ καρπὸς καὶ δριμὺς γευομένοις ἐστὶ καὶ σφοδρῶς χρωμένοις κέγχρῳ παραπλήσιος ὑπάρχων. *Cratæogonon herbæ ſemen guſtantibus acre eſt, & vehementer quidem iis, qui eo utuntur, milio ſimile.* Interpres, vir doctiſſ. maluit depravatam Æginetæ lectionem ſequi, quam ad mentem Græci auctoris Græca verba interpretari; cum ait, *cratæogoni herbæ fructus, & acris guſtanti eſt, & utenti frigidus, ſimilis milio.* Sic apud Æginetam legi fateor, κραταιογόνου τῆς πόας ὁ καρπὸς καὶ δριμὺς γευομένοις ἐστὶ, καὶ ψυχρὸς κέγχρῳ παραπλήσιος. Imaginari nequeo, qua ratione quod guſtanti acre eſt, utenti frigidum eſſe poteſt, hoc præter omnem eſt rationem. Scio euphorbium, diagredium & ſimilia calida, & acria eſſe, refrigerare tamen. Sed hoc fit per accidens, quod expellant ardentem ac bilioſum humorem. Sed tali facultate cratæogonon pollere, nemo tradidit. Corruptum Æginetæ codicem eſſe verba Galeni citata teſtantur. Solet enim Paulus ex Galeno verba exſcribere, & in ſuum referre codicem. Scribe itaque apud Æginetam, quomodo forte & Galenus ſcripſit, ὁ καρπὸς κέγχρῳ παραπλήσιος ὑπάρχων καὶ δριμὺς γευομένοις ἐστὶ καὶ σφοδρῶς χρωμένοις. Vel ſcribe ex ipſo καὶ δριμὺς γευομένοις ἐστὶ καὶ σφοδρῶς (quod mutatum in ψυχρὸς librariorum negligentia) χρωμένοις, κέγχρῳ παραπλήσιος ὑπάρχων. Κέγχρῳ παραπλήσιος, &c. Interpres cratæogoni & milii conferri facultates putavit, cum fiat figuræ comparatio, & fortaſſis impoſuit Doctiſſ. viro non recta verborum compoſitio; quæ tranſponenda, uti jam diximus. Vult enim Galenus ſemen cratęogoni & milio ſimile eſſe, & in eo differre à milio, quod ſi quis tantum guſtet, acre percipiat, & vehementer acre, ſi quis non guſtet modo, ſed etiam utatur. Et ex his Theophraſtum ſcripſiſſe, uti reſtituimus, conſtare arbitror, innuit Oribaſius, cum de fructu ait. καὶ δριμὺς γευομένοις καὶ σφοδρός. *Sapore idem ſemen vehemens & acre eſſe.* Dioſcorides cratæogoni ſemen naſci teſtatur ἐν τοῖς συσκίοις καὶ φρυγανώδεσιν. Lacuna ex veteri codice reſtituit φρυγανώδεσιν id eſt *aridis*. Clariſſ. Salmaſius in optimo exemplari ſcriptum refert φύεται ἐν συσκίοις, καὶ φραγμώδεσιν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τόποις, *naſcitur ut plurimum locis umbroſis, & in maceriis.* Non convenit inter recentiores, quæ planta ſit cratęogonon. Nonnulli holoſtium Ruellii, alii gramen leucanthemum, à floris candore ſic dictum, pro cratęgono habent, quo ad formam ac figuram optimè convenit, etiam ſemen milio ſimile, ſed neutiquam acre aut fervens. Malunt alii hydropiper cratægonon ſtatuere. Huic folia, & ſemen acre, piperis inſtar, unde & nomen. Sed huic perſicæ, non lini folia. Accedit, quod ſemen cum milii ſemine non conveniat, eſt enim minutum, latiuſculum, ruffum ac nigricans; milii verò parvum, durum, ſplendens, luteum, paucis tenuibuſque tunicis veſtitum. Addo quod cratęgonon in opacis fruteroſis, maceriis aut aridis proveniat; in aquoſis hydropiper. Alii cratægonon exiſtimant, quod in ſylvoſis collibus & devexis, umbroſis, Narbonæ, Angliæ, Sabaudiæ paſſim locis, æſtivo tempore fruticat, cubitum, ſeſquicubitumque altum, pluſculis & geniculatis germinibus, in alas multas diviſis, euphraſiæ ritu, ſed multo craſſioribus & majoribus, quas ab imo totas, folia virentia, oblonga myagri, pſyllii, linariæ, linique ambiunt, ingrati & nonnihil acris ſaporis, flores in ſummis, inter pinnata & anguſta folia, ex luteo herbacei, qui marceſcentes exalbeſcunt, rictu manente luteo, calaticulis minoribus quam albæ digitalis, ſed ſimiliter digeſtis, & ut linariæ effigiatis. Semen in folliculo exiguo, milio non diſpari, odore & ſapore acri, in pollinem pultemque redactum, veneris incentivum, & ſeminis genitalis, quaſi fermentum quoddam, eſſe ſcribunt. Hæc planta, ſi non cratęgonon ipſum, ſaltem plures habet notas ſatis quadrantes, quod inficias iri non poteſt.

Τοῦ κλυμένου. Περικλύμενον ſterilitatem facere ait. Legendum enim περικλύμενον ut ex Dioſcoride conſtat, qui id non de clymeno, ſed periclymeno narrat lib. IV. cap. XIV. τὴν αὐτὴν δὲ καὶ τὰ φύλλα δύναμιν ἔχει ἡμέρας λζ' ποθέντα καὶ ἀγόνους ἱστορεῖται ποιεῖν. *Sed & folia iiſdem ſunt prædita viribus; ac tricenis ſeptenis diebus epota, ſterilitatem in viris facere produntur.* Idem Galenus lib. VIII. ſimpl. De periclymeno, ξηραίνει δὲ καὶ θερμαίνει. καὶ τινές φασιν, εἰ ἐπίπλεον πίνοιτο, παντάπασιν ἀγόνους γίνεσθαι τοὺς πίνοντας. ἀείζωον

ξηραίνει δ' ἤδη καὶ σπέρματα ἡμέραν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ πόσει, καθάπερ Διοσκουρίδης, ἑπτὰ καὶ τριάκοντα λέγων ἰσορρῶσι αὐτάς. Desiccat quoque & semen prolificum, ajuntque nonnulli, qui copiosius biberint, omnino steriles evadere. Nec desunt qui ad eam potionem certum dierum numerum præfiniant, nempe septem & triginta, quemadmodum refert Dioscorides. Notandum quod in Græcis codicibus ἀγόνους legitur, quod viri docti interpretantur, impotentes facere ipsos viros; sterilitas enim inquiunt defectus est fœminarum, quas ἀτόκους perpetuo vocat Dioscorides dum ipsis notam sterilitatis inurit; quemadmodum ἀτόκια medicamenta omnia illa dicuntur, quæ vim concipiendi adimunt. E diverso verò solet eos viros vocare ἀγόνους, qui prolifico semine sunt destituti, aut illud adeo frigidum, languidum, inefficaxque habent, ut ex eo neutiquam animal gigni possit. Quorum opinionem, probo maximè cum eam probet Plinius. Illud tantum notabimus, apud Theophrastum vocem ἄγονον non de animali solum, sed etiam de fructu, ipsaque aqua ad generandum minus idonea usurpari, uti lib. ij. & iv. hist. Eundem etiam cum periclymeni semen ἀγονεῖν scribit; de mari loqui quod extra dubium non omnino ponendum. Nam hemionii semen ἀγονεῖν dicit, quod Dioscorides ἀτόκιον εἶναι tradit. Sed de eo infra. Ex Dioscoride porro & Galeno τριάκοντα ἑπτὰ restituimus. Et hæc per transennam, ut dici solet. Obiiciet quis, vocem clymenum servandam esse, quod Plinius eadem de clymeno tradat. lib. XXV. cap. VII. *Clymenos, inquit, à rege herba appellata est, hederæ foliis, ramosa, caule inani, articulis præcincta, odore gravi, & semine hederæ, sylvestribus & montosis nascens. Quibus morbis pota medeatur, dicemus. Sed hic indicandum est, dum medeatur, sterilitatem potu etiam viris fieri. Græci plantagini similem esse dixerunt, caule quadrato, folliculis cum semine inter se implexis, veluti in polyporum cirris.* Huic objectioni facile occurritur. Confundit enim Plinius clymenum cum periclymeno, Græci omnes periclymenon foliis hederæ describunt, clymenum plantaginis. Et quam parum memor eorum sit Plinius, quæ ante dixit, ex hoc loco perspicuum fit, cum uno quasi halitu, clymenum folia habere ait hederæ & plantaginis. Periclymenum hederaceis constare foliis, non tantum Dioscorides, sed Nicandri testatur scholiastes, ad hunc versum φύλλοισι κισσήεντα (de Aristolochia loquitur) περικλυμένοιο φέρουσα. Interpres Græcus, καὶ τὸ περικλύμενον δὲ τὰ φύλλα ὥς φησιν ὅμοια τοῦ κισσοῦ, &c. Sed instabit quis: Clymenum apud Theophrastum legi, & apud Oribasium reperiri. περικλύμενον, οἱ δὲ σπλήνιον; οἱ δὲ κλύμενον. Idem & Auctuarii testatur auctor, οἱ δὲ αἴγινον, οἱ δὲ κλύμενον, οἱ δὲ κάρπαθον, οἱ δὲ σπλήνιον: *aliqui aeginon, alii clymenon, alii carpathum, alii splenium.* Proinde nihil mutandum. Quod non solum hoc capite, sed etiam capite IX. κλύμενον legatur, & ut alibi dictum, antiquissimi Græci aliis atque aliis quam recentiores sint usi nominibus. Περικλύμενον, rectius περικλύμενον seu περικλινόμενον diceretur, quod arboribus aliisque rebus se circumflectat, ac circumvolvat, quod Dioscorides, & ipsa experientia testatur. Nihil tamen mutare audeo, quod constanter apud omnes auctores legatur περικλύμενον. Fortasse antiquissimi Græci περικλίμενον dixerunt quod recentiores ob vocis κλυμένου herbę vicinitatem in περικλύμενον mutarunt. Sed hoc non constat. Latini sylvæ matrem vocarunt. Scribonius Largus de compos. med. cap. 129. *Hederæ nigræ baccari p. duum. περικλυμένου, quam sylvæ matrem vocamus, p. victoriati, galbani, &c.* Officinæ matrisylvam nuncupant, Græci barbari ματριτζεβίαν pro ματρισυλβίαν si non corruptus codex: Myrepsi sect. 3. de unguent 46. καρδιοβοτάνου, ματριτζεβίας μοσχοβοτάνου *cardiobotani, matrisylvæ, herbæ moschatæ.* Vulgo caprifolium vocatur, quod extremi flexus sint capreolati. Belgæ tamen **geyten blat** vocant, quasi hircum oleret vel hirco quid simile haberet. Hodie Græcis, ut audio, περιπλοκάδα vocatur, quod periplocæ sit genus, vel huic congener. Doctiss. Gaza *volucrum* vertit. Credo quod Auctuarii auctor, προφῆται πόλιον Ἀφροδίτης. Αἰγύπτιοι τοῦρνιν Ῥωμαῖοι βόλυκρουμ μαίους. *Prophetæ polium Veneris, Ægyptii turnim, Romani volucrum majus.* Notandum tamen, Gazam in libris de caus. ἰασιώνην *volucrum* interpretari uti lib. ij. cap. XXV. Periclymeni notas nullas tradit Theophrastus. cap. X. tantum docuit, qua ratione, quibusque modis ab herbariis colligatur. Describitur à Dioscoride lib. IV. cap. XIV. Περικλύμενον θαμνίσκος ἐστὶν ἁπλοῦς. ἔχων (Oribasius καυλὸν ἔχων τετράγωνον, καὶ φυλλάρια ἐκ διαστημάτων.) ἐκ διαστημάτων φυλλάρια περιειληφότα αὐτὸν, ὑπόλευκα, κισσοειδῆ, καὶ παρὰ τὰ φύλλα ἐκβλαστήσεις, ἐφ' ὧν ὁ καρπὸς κισσοῦ παραπλήσιος. ἄνθος λευκὸν, κυάμῳ (κοινῷ vetus) ἐμφερὲς, ὑποστρογγύλον (in altero vox hæc deest) οἱονεὶ ἐπικείμενον (Oribas. οἱονεὶ ἐπικείμενος) τῷ φύλλῳ, σκληρὸν καὶ δυσαπόσπαστον) τῷ φύλλῳ, καρπὸν σκληρὸν καὶ δυσαπόσπαστον. ῥίζαν παχεῖαν, στρογγύλην (in altero codice, ἀντὶ παχεῖαν, μακρὰν, quomodo etiam Oribasius, alii ex Crateva παχεῖαν, καὶ μακράν) φύεται ἐν ἀρούραις (Alter ἐν χαράδραις, Plinius, & interpretes vulgo probant) καὶ φραγμοῖς. περιελίττεται δὲ τοῖς πλησιάζουσι θάμνοις. Id est. *Periclymenon frutex est exiguus, ac simplex, habens* (Oribasius, *frutex parvus est, simplex caule quadrato, & per intervalla foliolis circumdato albicantibus.* Quod de caule scribitur, id ad clymeni historiam pertinere arbitror: hoc enim quadrato, ut supra dixi, caule describit Dioscorides. Sed, si diligentius animadvertatur, sunt quadrati periclymeni seu matrisylvæ cauliculi) *ex intervallis foliola caulem amplectentia, subcandida, hederacea, ac inter ea nascentia germina, in quibus semen hederæ, florem candidum, ceu fabæ, aliquantum rotundum, & quasi, in folium procumbentem* (Oribasius, *inter folia surculi exeunt, in quibus fructus est hederæ similis, qui quasi in folium procumbit, durus, qui difficulter avellitur*) *semen durum, & quod difficile evellatur, radicem crassam & rotundam* (*longam* Oribasius.) *Nascitur in arvis ac sepibus; convolvit verò se propinquis fruticibus.* Plinius lib. XXVII. cap. XII. *Periclymenos fruticat & ipsa ex intervallo duo folia habens, subcandida mollia, in cacumine autem semen inter folia durum & quod difficile evellatur, nascitur in arvis & sepibus convolvens se adminiculis quibuscunque.* His in verbis duo observanda, ac primum quod Oribasii lectionem sequatur Plinius, ubi de semine agit; alterum quod duo inquit esse foliola; quasi legerit, quod & ipsa videtur probare autopsia, φυλλάρια δύο. Botanici omnes caprifolium sive matrisylvam pro periclymeno agnoscunt, ac unum illud quod de radicibus objici posset facili negotio solvunt. Negare quis posset, inquiunt, caprifolium vulgare non esse Dioscorides, quod radix non sit rotunda & crassa. Respondetur, Dioscoridem non στρογγύλην ῥίζαν id est *orbiculatam*, sed στρογγύλην *rotundam*, non angulosam dixisse. Adjiciunt apud Oribasium μακράν, id est *longam*, legi, corriguntque ex Crateva παχεῖαν καὶ μακράν *crassam esse & longam.* Recentiores duo observarunt periclymeni genera perfoliatum, & non perfoliatum. Addit tertium Clariss. Clusius, humile, quod ad vacciniorum classem referre malo, allatum nobis ex Moscovia, etiam Norvegia; non perfoliatum sive Germanicum longis quadratis tenuibus, sed tamen lignosis, & in ramulos partitis, cauliculis, sursum repit proximis fruticibus aliisque rebus se circumvolvens, circa quæ ex intervallis folia bina, ut observavit Plinius, ex adverso posita, oblonga, mollia, dilutè virentia, inferiore tamen parte magis incanescentia. Flores in summis ramulis complures pariter emicant, oblongi, candidi, sublutei, odorati, interius cavi, una parte prominentiores, qua consolidæ regiæ florem, aut pileolum referunt acutum, staminibus aliquot è medio exeuntibus: Succedunt racemi, seu baccæ rubræ, uvarum in modum compactæ, aro similes, at dulciores & præstantiores; in quibus semen duriusculum; radix lignosa, candida; & intra humum hinc inde repens, quæque facile novam promit radicem, quocunque loco plantata fuerit. Perfoliatum, sive Italicum lignosis quoque, & in longitudinem prorepentibus cauliculis Germanico omnino simile est: Conveniunt etiam folia, nisi quod ex adverso posita subinde uniantur, & circa ramulos præsertim fastigia ita coalescant ut acetabulorum profundiorem speciem exhibeant, è quibus flosculi nascuntur superioris similes, breviores tamen ac paulo minores, ex purpura niveo candore nitentes, alicubi luteo aspersi, aut albi, aut subrufi, baccæ sequuntur similes, sed dilutiores.

Τῆς δὲ ἡμιόνου. Folium hemionii sterilitatem mulieribus adferre ait. Quæritur quænam sit planta, quam hemionii nomine describit. Hemonitim volunt esse magni nominis & auctoritatis viri; quod mihi non arridet, siquidem nemo veterum tradiderit hemonitim hemionion nuncupari ac steriles reddere mulieres. Græci asplenion hemionion vocari testantur, sterilesque fieri ejus usu mulieres tradunt. Diosc. lib. III. cap. CLI. Ἄσπληνον, οἱ δὲ σκολοπένδριον, οἱ δὲ σπλήνιον, οἱ δὲ ἡμιόνιον οἱ δὲ ὀπτέρυξ (legend. οἱ δὲ πτέρυγα κολοσσοῦ τὰ δ' ἐχεὶ δὲ ἀπτικ....

δὲ ἀτόκιον εἶναι καθ' ἑαυτὴν καὶ μετὰ ἡμιόνου σπληνὸς περιαπτομένη. ἀσπλήνου δὲ νυκτός φασι δεῖν αὐτὴν ὀρύσσειν εἰς ἀτόκιον. *Asplenon, aliqui scolopendrium, alii splenium, alii hemionion, alii denique Pteryga vocant: ——— Cæterum spem partus adimere creditur, tum per sese, tum etiam cum muli liene, amuleti instar adalligata. Verum in eum usum, tradunt nocte quapiam effodiendam.* Hæc examinanda sunt, ac primum observandum, quod asplenon & hemionion Dioscoridi & Theophrasto idem sunt: Quod duobus hisce probatur rationibus, quod Dioscorides idem nomen obtinere scribat, & quod easdem obtinere facultates tradat. Differt tamen à Theophrasto Dioscorides, quod ille cum pelle & ungula muli præscribit. (malè Gaza σπέρματος. Nam in dubium merito vocari potest, an mulus semen habeat: saltem non generare extra controversiam est,) hic cum liene. Dicendum, asplenon sive hemionion tam cum liene, quam pelle & ungue muli exhibitum, steriles mulieres facere. Breviter & rectè Plinius lib. XXVII. cap. V. *Non danda fœminis, quoniam sterilitatem facit.* Hemionii nomen huic non impositum à figura, nec à potestate, similive affectu, quam cum hemionitide habet; sed quod exhibitum cum muli liene, ungula, ac pelle steriles reddat mulieres, uti sunt muli, mulæque: vel nomen illud accepit, quod muli hac herba delectentur, ut tradit Theophrastus. Splenium dicitur quod longitudine & latitudine sua fasciolæ, & ut sic dicam, emplastelli formam habet, quamquam & splenium à splene dictum esse potest, hemionitis enim idcirco nomen splenii habet. Apulejus: *Herba splenii radicem pisatam, & in pulverem mollissimum redactam vino leniore potui dato, summam rem experieris. Constat eam sic esse inventam. cum exta in sacrificia super eam essent projecta, ferunt adhæsisse lieni, eumque exinanisse, propter hoc à quibusdam splenion vocatur. Item narrant quidam, sues qui radicem ejus ederint, sine splene inveniri.* Vide infra historiam ex Vitruvio. Asplenon vocatur, ab usu quem lienosis, ut præceptor ait, præstat, vel, quod magis arridet, pota lienem absumat. Dioscorides loco citato. δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ἀφεψηθέντα σὺν ὄξει καὶ ποθέντα ἐπὶ ἡμέρας μ' σπλῆνα τήκειν. δεῖ δὲ καταπλάσσειν καὶ τὸν σπλῆνα τοῖς φύλλοις λείοις σὺν οἴνῳ. *Vim hanc habet foliorum in aceto decoctum, ut per dies 40 potum lienem absumat, sed & foliis è vino tritis lienem illini oportet.* Eadem de causa Myrepso sect. 8. de Orisatis 82. σπληνοδάπανον herba lienem absumens dicitur. Cur scolopendrion dicatur, mox pluribus exponam. Lego πτέρυγα. Neophytus. σκολοπένδριον; οἱ δὲ ἄσπληνον, οἱ δὲ σπλήνιον, οἱ δὲ πτέρυγα, οἱ δὲ ἡμιόνιον, οἱ δὲ ἀτεύχειον. Corrigunt τεύχειον, idque quod teucrium medeatur lieni. Lectio hæc habet faventem Apulejum. Græcis dicitur lonchitis, aliis hemionion, aliis scolopendrion, aliis phrygia, aliis phrygitis, aliis philtrodotes, aliis teucrion; prophetæ hæma gales. Auctuarii auctor οἱ δὲ λογχῖτις, οἱ δὲ ἀτέριον, οἱ δὲ φρυγία, οἱ δὲ φρυγῖτις. οἱ δὲ φιλτροδότης. προφῆται αἷμα γαλῆς, pro ἀτέριον, τεύχειον restituunt, ob causam quam dixi; cum tamen viris doctis aturias, quasi ἄτης ἱερὸν dicatur, Ates id est cauda: Ate etiam noxa, vel dea scelerum vindex; cauda à foliis caudam imitantibus. ἀτέριον igitur quod folia, quæ caudam referunt, noxia sint generationi. Nobis ἀτέριον dicitur ἀπὸ ἄτης καὶ ἱερὸν, *quod minime prosper fœlixque sit ejus usus.* vel ab α privativa, & ἱερὸν, quod stranguriæ, eisque qui urinam reddere nequeunt medeatur. Phrygia & phrygitis à regione & patria, philtrodotes à contrario dicitur, quod amori, id est generationi invida sit. Malunt alii, quod ad amorem conciliandum faciat; quod veterum nemo tradidit. Lonchitin dictā volunt, ab hastę, ceu lanceæ forma, quam in planta hac observare nequeo; nisi placeat singularia foliola lanceæ similia esse, quod τρίγωνα, triangula appareant. A semine enim triangulo lonchitin nomen habere Dioscorides tradit lib. III. cap. CLXI. τὸ σπέρμα δὲ ὅμοιον λόγχῃ, τρίγωνον ἐν περικαρπίοις, ὅθεν προσωνυμίας ἠξιώθη. *Semen involucris clausum, triangulum, lanceæ cuspidi simile, unde etiam planta sibi cognomentum arrogavit.* Nobis lonchitidos nomen impositum videtur, quod lonchitis sit altera & lienem absumat, foliaque similia habeat. Dioscorides capite sequenti λογχῖτις ἑτέρα, οἱ δὲ λογχῖτιν τραχεῖαν, φύλλα ἀνίησιν ὅμοια σκολοπενδρείῳ, τραχύτερα δὲ καὶ μείζονα, καὶ μᾶλλον ἐσχισμένα. δύναμιν δὲ ἔχει τραυματικήν, ἀφλέγμαντον. τήκει δὲ (Lacuna ex veteri codice addit τὰ φύλλα) καὶ σπλῆνα, μετ' ὄξους πινομένη, &c. *Lonchitis altera, quam alii asperam dicunt, folia profert scolopendrii, sed asperiora, majoraque, ac multo magis divisa. Vim porrò habet vulnerariam, inflammationesque arcet, lienem quoque pota ex aceto absumit.* Lonchitim plenius descripsi ut ex eo quid legitimum hemionion sit quilibet cognoscat. Sed unde digressi sumus revertamur. Asplenium pteryga dici Dioscorides scripsit. Nomen illud impositum, quod cum filice aliquam habet similitudinem. Vulgo ceterach vocant. Quam vocem à pteryga manasse volunt, atque P. in C. sæpe mutari scribunt. Sic ex peteryga ceteryga, & corrupte ceterach. Theophrastus hemionion folia τῇ σκολοπένδρῃ similia dicit, vulgo τῷ σκολοπενδρείῳ, id est *scolopendrio*, quod Gaza pessimè *cervinæ linguæ* vertit. Corrupta hæc lectio viro maximi nominis errandi dedit occasionem. Τῷ σκολοπενδρίῳ *inquit non potest intelligi, nisi de vulgari nostro scolopendrio id est phyllitide.* Ἡμιόνιον *Theophrasti est* ἡμιονῖτις *Dioscoridis, qui etiam* ἡμιόνιον *appellat. Hesychius,* ἡμιόνιον πόας εἶδος. *Hæc Dioscoride auctore, folium emittit* ὅμοιον δρακοντίῳ μηνοειδὲς. *simile dracunculi, curvatæ in cornua lunæ modo sinuatum. Per* μηνοειδὲς *intelligit corniculatum. Et sanè ex parte pediculi lunam in cornua curvatam refert, quod Græci propriè vocant* μηνοειδὲς, *id est lunæ corniculatæ figura. Si hemionitis folia habet scolopendri* (quod mortalium nemo tradidit) *non id potest esse scolopendrion, cui folia sunt polypodii, vel filicis majoris. Erit igitur scolopendrion vulgare quod phyllitim esse constat. Nihil tam simile quam folium phyllitis, & hemionitis, nihil tam dissimile quam hemionitis, & scolopendrii Dioscoridis folium.* ——— *Theophrasti scolopendrion non est idem cum Dioscoridis scolopendrio, Asplena nostras est scolopendrium quæ phyllitis est. Hæc nihil ad lienem curandum conducit. Longe itaque distat scolopendrium Theophrasti à Dioscoridis scolopendrio. Nominis etiam ratio in utroque diversa. Dioscorideum scolopendrium à forma foliis sic appellatum:* φύλλα ——— ὅμοια. *Multis nempe incisuris, veluti pedes scolopendræ referentibus, hinc & lonchitis etiam appellata. At scolopendrion Theophrasti, quæ est phyllitis, quod contra morsus scolopendræ valeret, & aliorum* ἑρπετῶν *videtur nomen invenisse. Sanè phyllitis, quæ est scolopendrion Theophrasti & nostrum πρὸς ἑρπετοδήκτους ποιεῖ ut testis est Dioscorides, in his* ἑρπετοῖς *etiam scolopendra: sic splenium appellatum à curanda splene.* Duo inquam probare conatur; quorum primum si falsum, falsum erit & primo quidem persuadere Lectori vult hemionion Theophr. esse hemionitin Dioscoridis, secundo quod scolopendrium Theophrasti phyllitis sit ejusdem. Utrumque falsissimum. Nemo unquam hemionitin hemionion vocari tradidit, nullus, ut dixi, generationem impedire memoriæ prodidit, nec ullus hactenus repertus, qui scolopendrii folio esse scripsit, nec phyllitin Græcorum, quod sciam, quisquam scolopendrion vocari dixit. Pharmacopœis sic vocari notum. Sed hos in gravissimo versari errore, ostenderunt botanici recentiores Mathiolus, Dodonæus, Lobelius, Pena, aliique his fere rationibus, quod folia ferat lonchitidi aspera, planè dissimilia, quæque nullo modo scolopendram referunt. Tum etiam quod non sunt in ambitum sparsa. Nec nomen accepit quod scolopendris medeatur, hoc enim scripsisset Dioscorides. Non solent veteres à generali facultate speciale nomen imponere. Exempli gratia, dictamnum, (quod sanat morsus omnes venenatos, nemo appellabit viperinam; nisi speciatim viperæ veneno resistat: idem de phyllitide dicendum, si speciatim scolopendræ noxas depelleret, quod veterum nemo tradidit. Non dubium quin phyllitim recentiores scolopendriam vocarunt, quod parte posteriore veluti vermiculos adhærentes ostendant folia. Hos imaginati sunt scolopendram referre, & inde quidem nomen imposuere, quod hodie etiamnum obtinet. Decepit Doctiss. fortasse viros, quod Dioscorides Hemionitim foliis dracunculi describit, his verbis lib. III. cap. CLII. Ἡμιονῖτις, οἱ δὲ σπλήνιον, φύλλον ἀνίησιν ὅμοιον δρακοντίᾳ, μηνοειδὲς, ῥίζαι δὲ ὕπεισι πολλαὶ λεπταί, οὔτε δὲ καυλὸν, οὔτε καρπὸν, οὔτε ἄνθος φέρει. φύεται ἐν πετρώδεσι τόποις. γευομένῳ δὲ ἡ πόα στυπτική. *Hemionitin sunt qui splenium vocent, folium emittit simile dracunculi curvatæ in cornua lunæ modo sinuatum. Radices subjacent multæ, eæque tenues: sed neque caulem, neque semen, neque florem profert. In saxosis locis hæc herbula nascitur, adstringente sapore prædita.* Non comparat animali draconi hujus folia Dioscorides ut nonnulli demonstrare conantur, sed aro, quod supra δρακόντειον vocari diximus. Hemionitis est cujus figuram adposuimus. *Phyllitidi*, inquit Dodonæus, *similis floret,*

foret, nisi folia ejus inferiore sede latiora essent, & utrumque angulos haberent prominentiores, veluti ari, ac minoris dracunculi. Sunt enim inferius lata & semicirculi instar ferè dimidiæ ac διχοτόμου lunæ modo, excavata; reliqua parte angustiora sunt, & in acumen desinentia, anteriore etiam superficie lævia ac viridia, à tergo quædam vermiculorum specie ipsis quoque adhærent, radices similiter, è pluribus tenuibus fibris commissæ. Variat verò & quandoque hujus foliorum forma, inferiore sede, ac circa basin veluti apophyses utrimque habentium. In obscuris quibusdam urbis Romæ locis nascitur, (quod negare videntur adversariorum auctores.) *Reperitur & in Britanniæ umbrosis, translata illinc tenella quandoque in Belgium, posteaquam adolevisset, phyllitidem angustis & oblongis foliis æmulari reperta est, soli anguli inferiores, paulo prominentiores nonnihil discriminis ostendere.*

Hemionitis.




Hactenus Dodonæus. Nobis nec plantam videre, nec illud observare licuit. Ἡμιονῖτις dicta videtur, non quod hanc muli vorant, nec quod steriles reddat commedentes, sed quod ipsa sterilis instar muli sit. Caret enim caule, flore, semine. Rectè itaque sterilis nuncupata. Asplenii nomen vel à facultate quod minuat lienem, vel à forma habet, quod ejus folia medicorum splenia, nimirum oblongas plagulas, figura imitentur. Sed prius magis placet. Hac eadem à figura officinæ phyllitin pro asplenio, sive scolopendrio, doctiores pro hemionitide habuerunt; cum phyllitidis folia lapatho, hujus dracunculo sive aro similia sunt; phyllitis à Dioscorideo lib. III. cap. CXXI. delineatur φυλλῖτις φύλλα ἀνίησιν ὅμοια λαπάθῳ ἐπιμηκέστερα δὲ καὶ εὐθαλέστερα ϛ'. ἢ ζ' ὀρθὰ, λεῖα ἐκ τῶν ἔμπροσθεν, ἐκ τῶν ὄπισθεν δὲ, καθάπερ σκώληκας ἔχοντα ἀπηρτημένους, λεπτοὺς φύεται ἐν κηπαρίοις (παλισκίοις Ald.) & παραδείσοις γευομένῳ στρυφνή. οὔτε καυλὸν, οὔτε καρπὸν, οὔτε ἄνθος φέρει. *Phyllitis folia promit rumici similia, sed oblongiora & magis virentia, sena, septenave, recta; quæque parte anteriore lævia cernuntur, posteriore vero tenues quasi vermiculos annexos ostendunt. Nascitur in umbrosis locis ac viridariis, gustu acerbo. Neque verò caulem, neque semen, neque florem profert.* Phyllitis id est foliosa dicitur, quod foliosus cespes appareat, ac folia tantum ferat. Caulis enim seminis & floris est expers. Officinæ scolopendrium perperam, & linguam cervinam à figura vocant. Phyllitis nulli non cognita. Adjiciam tantum per ætatem quandoque hujus folium in partes veluti lacinias quasdam ita findi, ut ex uno folio alia exire, ac progigni videantur. Phyllitis hæc Hemionitidi satis similis, at tamen idcirco non est scolopendrium Theophrasti, ut nec hemionitis ejusdem hemionion, ut viri longè doctissimi statuunt; sed, ut dixi, asplenion, quod ceterach vocant. Corruptus, ut dixi, Theophrasti codex. Lege σκολοπένδρᾳ vel σκολοπένδρῳ. Nam id animalculi genus utroque modo apud Græcos effertur.

Phyllitis.



Dioscorides loco citato, φύλλα ἔχει σκολοπένδρᾳ τῷ θηρίῳ ὅμοια, πλείονα, ἀπὸ μιᾶς ῥίζης, ἀνεχόμενα. φύεται ἐν τοίχοις & πέτραις, ταῖς ἀπὸ κοχλάκων παλισκίοις. ἄκαυλος, ἀνανθής. ἄκαρπα, ἐντετμημένα ὡς τὰ τοῦ πολυποδίου, κάτωθεν ὑπόξανθα καὶ δασέα, ἄνωθεν δὲ χλωρά. *Foliis est scolopendræ animalis similibus, pluribus ab una radice sparsis in ambitum. Nascitur in petris, parietibusque confectis è calculis silicibusque, iisque opacis. Nec verò caulem, nec florem, nec semen habet, folia autem polypodii modo incisura dividuntur, subter flavescentia hirsutaque superne vero viridia.* Confert folia Dioscorides scolopendræ animali. Si quis folia laciniata & incisa more polypodii, subter notulis rubris distincta, atque hirsuta, oblonga, flavescentia contulerit cum scolopendræ, insecti terrestris genus secundum, statim agnoscet quæ & quanta sit utriusque similitudo, quæ rebus diversi generis idem nomen sæpius indidit. Longa sunt folia, uti scolopendræ, ab imo ad summum æqualia, & ex inferiore parte, transversis flavescentibus lineis intersecta: quas venenatæ illæ bestiolæ serpentes, & in arcum dum serpunt sese circumagentes etiam ostendunt. radice numerosa, tenui, inquit Theophrastus, Dioscorides unam inquit radicem habet. Ergo diversum erit hemionion Theophrasti & Dioscoridis. Responsio perquam est facilis, unam radicem habet ex qua folia, & eam in multas tenues fibras dividit. Sanè radix ceterach ex multis tenuibus, inter se complicatis constat fibris, quæ parte suprema, ex qua folia, coalescunt. Montana & petrosa loca amare scribit Theophrastus. Dioscorides φύεται ἐν τοίχοις καὶ πέτραις, ταῖς ἀπὸ κοχλάκων παλισκίοις. Legendum ex optimo codice cum Doctiss. Saraceno & Salmasio ἐν πέτραις καὶ τοίχοις τοῖς ἀπὸ κοχλάκων. Nam vel inter saxa, vel in parietibus humidioribus, ex lapillis rotundioribus fluviatilibus coagmentatis, ferè asplenon reperitur. Cochlacæ, teste Festo, dicuntur lapides ex flumine rotundi, ad cochlearum similitudinem. In petrosis Dioscorides & Theophrastus reperiri asserunt, sed in parietum commissuris Dioscorides, in montosis Theophrastus: Utrumque confirmat experientia. In vetustis enim parietibus, rupibus, saxosis, opacis, umbrosis, montosis Galliæ, Italiæ, Hispaniæ locis provenit; etiam nostro in horto,

Asplenium, sive Scolopendria.



In montosis nasci Apulejus testatur. Legunt, inquit, eam dum floret, maximéque ex Giliciæ & Pisidiæ montibus laudant. Nec quod Dioscorides in parietibus, Theophrastus in montibus nasci tradat, inde diversa planta est statuenda, siquidem utrumque verum esse potest. Quod verò in montosis reperiri non tradidit Dioscorides, id factum quod in petris murisque optimum esset. Solet Dioscorides loca describere in quibus præstantissimæ sunt plantæ, ubi copiosæ Theophrastus. Meminit aspleni sive hemionii Plinius lib. 27. cap. 5. ubi ait: *Asplenium sunt qui hemionion vocant, foliis trientalibus multis, radice limosa, cavernosa, sicut filicis, candida, hirsuta. Nec caulem, nec florem, nec semen habet. Nascitur in parietibus opacis, humidis; laudatissima in Creta. Trientalia folia*, inquit. Triens apud Vitruvium accipitur pro tertia pedis parte. Unde trientalis materia dicitur, quæ est crassitudine quatuor unciarum, sive quatuor pollicum. Talia non habet asplenion, nisi integram intellexeris cum Plinio rachim. De hemionitide hæc intelligi nequeunt, quod hujus folia pedem superant. Asplenio folia sunt parva, longitudine palmi, utrimque profundis sectionibus alterno ordine incisa, interius mollia lanuginosaque, superius glabra ac virentia, quæ cum inarescunt complicantur, & in teretem figuram contracta, foris hirsuta scolopendrii similia apparent. Caulem, florem, semina non fert asplenion, uti rectè observarunt. Radix filicibus non est dissimilis. Hanc plantam asplenion sive scolopendrium Dioscoridis esse in dubium vocat nemo. Restat solvamus nodum, quod Galenus lib. 5. simpl. cap. 12. ubi de lienis agit obstructione, scribat, σκολοπένδριόν τε καὶ σκίλλης, καὶ τῆς δι' αὐτὸ δὴ τοῦτο ὀνομαζομένης ἀσπλήνου πόας, *scolopendrium & scillam, & eam quæ id ipsum nomine repræsentat, asplenos appellata.* In his verbis scolopendrium & asplenum non una eademque herba, sed duæ distinctæ sunt specie. Sed responderi solet, vocem σκολοπένδριον redundare, ac præter Galeni mentem accessisse, vel librariorum incuria, vel nimia scioli alicujus diligentia: vel, quod magis placet, dicendum, Galenum hemionitim intelligere scolopendrii nomine, quod ex cap. ij. lib. VIII. κατὰ τόπους probatur, ubi ex Andromachi sententia, adversus lienosos medicamenta præscribit. ἡμιονίτιδος βοτάνης, ἣν οἱ μὲν ἄσπληνον, οἱ δὲ σκολοπένδριον (vulgo σκολοπένδριον, quod absurdum, nihil habet quod scolopendram referat, scolopendrion vocatur quod ejus herbæ instar spleni medeatur.) λέγουσι. *Hemionitidis herba quam quidam asplenon, quidam scolopendron* (quod in dorso folii rubris maculis insigniatur, ut scolopendra insectum: unde etiam idem nomen phyllitidi datum) *dicunt.* Idem Galenus paulo infra μυελίνης κόρμου, βοτάνης ἀσπλήνου λεγομένης σκολοπένδριον, ἢ ἡμιονίτιδος ἀνὰ, &c. Ex hoc alius oritur nodus, quam herbam intelligat Vitruvius lib. I. cap. IV. ubi de flumine quodam Cretæ, quod est inter Gnoson & Cortynam, agit. *Dextra, inquit, & sinistra ejus fluminis pascuntur pecora; sed ex his quæ pascuntur proxime Gnoson, splenosa; quæ autem ex altera parte, proxima Cortynam, non habent apparentem splenem. Unde etiam medici quærentes de eadem re, invenerunt in his locis herbam quam pecora rodendo imminuerunt lienes. Ita eam herbam colligendo curant lienosos hoc medicamento, quod etiam Cretenses asplenon vocitant.* Docti Hemionitin intelligere Vitruvium existimant. De scolopendrio Dioscoridis, inquiunt, aspleno vix possunt intelligi, quod in illis locis nascitur, in quibus nulla pecora pasci queant, in muris quippe & saxis ipsis. Sed & hemionitis in saxosis teste Dioscoride nascitur, nullius itaque ponderis illud argumentum. Hemionion, quod asplenon esse diximus, in montosis & saxosis nasci Theophrastus ait, experientia comprobat. Hoc itaque asplenon Cretense, & fortean ab illa parte fluminis quæ proxima Cortynam erat montana fuere, in quibus nascebatur plurimum hemioninum, quod capræ & muli rodebant. Et quid impedit quo minus dicamus locum flumini proximum fuisse saxosum, in quo asplenum, reliquum verò solum pascendo pecori aptum. Huic opinioni quanquam faveat Apulejus, tamen lectoris judicio quæstionem totam relinquam, ac nihil decernam, maxime quod de pecore sit quæstio, & utraque planta tam scolopendrion, quam hemionitis lienem minuat.

ΚΕΦ. Κ. — CAP. XX.

De filice fœmina, & quid distet à mascula. De herba ab Indo quodam allata, qua, qui usi fuerint septuagies coire possent. Tum quæ aquæ sterilitatem, quæ fœcunditatem afferant, insaniamve. Deque mira natura vini regionum quarundam.

Ἡ δὲ θηλυπτερὶς χρήσιμον πρὸς τὰς ἕλμινθας, τάς τε πλατείας καὶ τὰς λεπτάς. πρὸς μὲν τὰς πλατείας, ἀναδευομένη μέλιτι. πρὸς δὲ τὰς λεπτὰς ἐν οἴνῳ γλυκεῖ μετ' ἀλφίτων διδομένη. γυναικὶ δὲ ἐάν γε δοθῇ, ἐὰν μὲν * ἐγκύμονι, ἐκβάλλειν φασίν. ἐὰν δὲ μή, τὸ ὅλον ἄτεκνον γίνεσθαι. διαφέρει δὲ τῆς πτερίδος θηλυπτερίς. τῷ τὴν μὲν φύλλον ἔχειν μονόκωλον, ῥίζαν δὲ μεγάλην καὶ μακρὰν καὶ μέλαιναν. τούτων μὲν οὖν αἱ δυνάμεις πρὸς τὰς γενέσεις. θαυμασιωτάτη δὲ ἣν ὁ Ἰνδὸς εἶχεν. οὐ γὰρ προσενεγκαμένοις, ἀλλ' † ἀλειψαμένοις ἔφασαν αὐτὸ αἰδοῖον τείνεσθαι. τὴν δύναμιν δ' οὕτως ἰσχυρὰν

* ἐγκύμονι ἤ.
† ἁψαμένοις.

* Filix fœmina utilis contra vermes latos, melle subacta: & contra tenues in vino dulci cum farina hordeacea data. Si mulieribus gravidis detur, abortum facere: si cæteris, steriles in totum reddere ajunt. Differt fœmina filix à mascula: quod folium unico artu porrectum hæc habeat, & radicem crassam, & longam, & nigram. Harum igitur vires sterilitati addixisse natura putatur. Ad rem autem veneream, mirum in modum herba polle-

* *Filix femina utilis contra latos veneris lumbricos, & contra tenues: contra latos quidem cum melle, contra tenues verò ex vino dulci cum polenta. Quin etiam si mulieri detur, gravidis quidem abortum, simpliciter autem fœminis sterilitatem facere dicitur. Differt femina filix à mascula, quod folium hæc habeat ex uno pediculo, sive cauliculo & radicem magnam & longam, & nigram. Horum quædam generationem promovent, quædam inhibent.*

εἶναι, ὥστε ὁπόσακις ἂν βούλοιντο, πλησιάζειν. τοὺς δὲ χρησαμένους φάναι καὶ δώδεκα. αὐτὸν γοῦν λέγειν (καὶ γὰρ ἦν ἰσχυρὸς καὶ μέγας) ὅτι ἑβδομήκοντά ποτε πλησιάσειε. τὴν δὲ πρόεσιν αὐτῷ τοῦ σπέρματος εἶναι κατὰ σταγόνα. τελευτῶν δὲ εἰς αἷμα ἀγαγεῖν. ἔτι δὲ σφοδροτέρως ὁρμᾶν τὰς γυναῖκας ὅταν χρήσωνται τῷ φαρμάκῳ. αὕτη μὲν οὖν εἴπερ ἀληθὴς ὑπερβάλλουσά τις δύναμις· τὸ δ᾽ ὅλον εἶναι φύσεις τινὰς τοιαύτας, αἳ ποιοῦσιν ὁρμητικωτέρους, οὐκ ἄτοπον. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς τροφίμοις χυλοῖς ὁρῶμεν οὔσας καὶ ἐν ὑγροῖς, καὶ ἐν ξηροῖς. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἄλλα δυνάμενα πάθη ποιεῖν. ἐνιαχοῦ μὲν γὰρ φασὶ τὸ ὕδωρ παιδογόνον εἶναι γυναιξὶν ὥσπερ ἐν Θεσπιαῖς, ἐνιαχοῦ δὲ ἄγονον, ὡς ἐν † Πύρα. τοῦτο γὰρ ἠπίωντο οἱ ἰατροί. ἐν Ἡρακλείᾳ δὲ ὥς φασι τῆς Ἀρκαδίας οἶνός ἐστιν, ὃς τοὺς μὲν ἄνδρας πινόμενος ἐξίστησι. τὰς δὲ γυναῖκας † ἀπκνούσας ποιεῖ. πάλιν δ᾽ ἐν Ἀχαΐᾳ καὶ μάλιστα περὶ Καρυνίαν, ἀμπέλου τι γένος ἐστὶν ἀφ᾽ οὗ ὁ οἶνος ἐξαμβλοῦν ποιεῖ τὰς γυναῖκας· οὔσας κἂν αἱ κύνες φάγωσι τῶν βοτρύων, ἐξαμβλοῦσι καὶ αὐταί. κατὰ δὲ τὴν γεῦσιν, οὐθ᾽ ὁ βότρυς οὐδεμίαν αἴσθησιν ποιεῖ παρὰ τοὺς ἄλλους οὐθ᾽ ὁ οἶνος. ἐν Τροιζηνίᾳ δὲ ὁ οἶνος ἀγόνους ποιεῖ τοὺς πίνοντας. ἐν Θάσῳ δὲ αὐτοί τινα ποιοῦσιν ὑπνωτικὸν οἶνον. ἕτερος δὲ ὁ ἀγρυπνεῖν ποιῶν τοὺς πίνοντας. ἀλλὰ γὰρ αὗται μὲν αἱ δυνάμεις πρὸς τὰ σώματα καὶ ἐν τοῖς σωματικοῖς.

† πυραίᾳ. † πυκνούσας.

pollebat, quam Indus attulerat. Non enim solum edentibus, sed etiam tangentibus tantum, genitalibus vim dixere vehementem, adeo inspirare, ut quoties vellent coire possent. Et quidem, qui usi fuerunt, duodecies potuisse dixerunt. Indum autem ipsum, qui & magno, atque robusto corpore erat, septuagesies aliquando coivisse se fassum esse. Verum emissionem seminis guttatim fuisse, demumque in sanguinem devenisse. Mulieris verò vehementius etiam citari libidinem, cum eo medicamine usæ fuerint, dicebatur. Hæc igitur vis, si vere narratur, mirifica est. Esse tamen quasdam, quæ impetum ad coitum vehementiorem excitent, haudquaquam ineptè putaveris. Nam & in alimentis ipsis tam siccis quam humidis, vires ejusmodi, atque etiam aliarum plerarumq; affectionnm efficaces, manifeste sentimus. Aquam enim nonnusquam esse, quæ prolem mulieribus largiatur, affirmant: ut apud Thespias. Contra aliam apud † Pyram esse, quæ sterilitatem eisdem inferre possit. Causam enim sterilitatis mulierum, loci illius talem medici reddiderunt: Apud ‡ Heracliam Arcadiæ, vinum, ut ferunt, fit, quod potum viros insanos, mulieres * steriles reddit. In Achaia apud Caryniam maxime, vitis quoddam genus habetur, cujus † vinum abortum facit. Et ubi canes vuam comederint, eas quoque abortu periclitari necesse est. In gustu nec vua secus, quam cæteræ, sapit, nec vinum à cæteris distare percipitur. In Trœzenensi agro vinum steriles, qui biberint, facit: apud Thasum vinum somnificum arte quadam conficitur, & aliud quod potum vigilantissimos facit. Sed ejusmodi vires ad corpus spectare, inque corporeis percipi manifestum est.

† *Pyræam.* ‡ *Heræam.* * *Fæcundas.* † *Vinum gravidis abortum facit.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Ἡ δὲ θηλύπτερις. *Non debet pars hæc disjungi. Est enim adhuc materia eadem* τῆς ἀγονίας, *& mox epilogum facit.* τούτων μὲν οὖν αἱ δυνάμεις περὶ τὰς γενέσεις. *Theodorus omissa partitione redegit ad brevitatem.*

Μετ᾽ ἀλφίτων. *Theodorus addit,* hordeacea, *Plinius utrumque neglexit ponere.*

Αἱ δυνάμεις περὶ τὰς γενέσεις. *Theodorus.* Harum igitur vires addixisse sterilitati, *male. Est enim epilogus omnium supra dictorum, in quibus comprehenduntur sententiæ non solum sterilitatis, verum etiam fœcunditatis. Et* γένεσις *hic significat modum generationis: scilicet tam habitum, quam privationem, & minus placet,* naturam addixisse vires sterilitati. *Si vires faciunt sterilitatem; ipsi igitur imperant: non igitur sunt addictæ. Addicitur enim semper minus validum.*

Θαυμαστωτάτη. *Tametsi epilogum fecit; tamen hoc quoque addidit.*

Τοῖς ἀλειψαμένοις. *Theodorus,* tangentibus. ἁψαμένοις *legit: nisi sit mendum.* Ungentibus. *improprie tamen, namque & ungere, apud Latinos; &* λίπος *apud Græcos, de re pingui dicitur.* linentibus.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ἡ δὲ θηλύπτερις. Inter ea quæ steriles mulieres reddunt, numerat filicem fœminam. Utriusque historiam hoc capite enucleabimus. Græcis πτέρις & πτέριον nominatur; ab alis avium, quarum speciem in ramulis, disposita ejus folia, referunt. Pennatus, enim & pennatis foliis frutex est filix. Plinius lib. 27. cap. 9. *Folia utrinsque lateribus pennata; inde nomen imposuere Græci.* Dicitur etiam βλῆχνον pro quo apud Nicandrum βλῆτρον lib. de Theriac. hoc versiculo legitur.

Ἐν δὲ πολυσχιδέος βλήτρου πυρὶ βάλλεο χάρτην (χαίτην Ald. cod.) *Multifidæve comas filicis accendere flamma.*

Χαίτη, vel, ut vulgo, χάρτη *coma*, pro folio ponitur, quod imitatus est Horatius.

> *——— Redeunt sua gramina campis*
> *Arboribusque comæ.*

Folia intellige. χάρτη dixit Poëta, pro φύλλῳ, si non mendum, quod papyri instar expansa sint ejus folia. Arridet magis χαίτη. Ad hunc locum Scholiastes, ἐν δὲ πολυσχιδέος διότι εἰς πολλὰ ἔσχισται τὰ φύλλα αὐτοῦ. βλῆτρον δὲ ἡ λεγομένη πτέρις ἤγουν τὸ βλάχνον. *Multifida dixit, quod in plures particulas folia scissa; bletron vel blachnon dicitur filix.* Pro βλάχνῳ βλῆχρον apud Theocriti Scholiastem legitur. πτέρις εἶδος βοτάνης, καλεῖται δὲ καὶ βληχρόν. Βληχρὸν autem Galeno in exegesi exponitur ὄσπριόν τι ὃ καὶ βλήχιον γράφεται. *Leguminis genus est, quod etiam blechion scribitur.* Pro βλητρὸν, βληχρὸν βλαχνὸν apud Dioscoridem & Plinium βλῆχνον legitur. Dioscorides lib.4. cap.186. πτέρις, οἱ δὲ βλῆχνον, οἱ δὲ πολύῤῥιζον καλοῦσι. Plinius lib.27. cap.9. *Pterin Græci vocant, alii blechnon.* Cur βλῆτρον, βλάχνον, βλῆχνον dicatur, imaginari nequeo. Non fit verisimile; sic dici quod βλήχωνα pulegium imitetur. Nihil enim quoad figurã & facultatem pulegio simile habet; nec à pecore gustata filix, quod sciam, balatum, uti pulegium, excitat. Βλῆχρον fortasse dicitur, quod assumpta uteros debiles, & ad concipiendos ineptos reddat. Hesychius βλῆχρα (fortasse βλῆχρον) πτέρις. βληχρόν. ἀσθενὲς, νωθρὸν, ἁπαλὸν, λελυμένον. Latinis filix dicitur, quod ex Græco derivatum creditur. Πτιλὶς pilix, filix, ut πτίσσω, piso, & αἴας ajax. Sed & ex πτερὶς deduci potest. Nam veteres scribebant felix, & felicata opera, & felico. Πτερὶς, felix, ut λείριον, lilium. Columella, quod avium pennas referat, aviam vocat. lib. VI. de re rust. cap. XIV. *Si in opere collum contusum erit, præsentissimum est remedium sanguis de aure emissus; aut si id factum non erit, herba quæ vocatur*


 avia

avia cum sale trita & imposita. Cur avia dicatur dixi, sed ut certius lectori constet filicem eam esse, Dioscorides filicem sive πτέριν fœminam ad idem malum commendat lib. IV. cap. CLXXXVII. ξηρεὰ δὲ ἐπὶ τῶν δυσαλθῶν, καὶ κεφύζηων ἑλκῶν ἐπιπάσσονται, λόφοις τε ὑποζυγίων ἰῶνται. *Earundem farina prætumidis & ægre sanescentibus ulceribus inspergitur, ac jumentorum quoque cervicibus medetur.* Plinius loco citato. *Farina earum teitris ulceribus inspergitur, jumentorum quoque in cervicibus.* Filix à Nicandro apud Athenæum lib. XV. in Georgicis, inter coronarias recensetur plantas, ἢ γὰρ καὶ λεπταὶ πτέριδες, καὶ παιδὸς ἔρωτες. *Nam & exilis filix & acanthus.* Agricolis tamen invisa planta, quod latissime sese per agros diffundat, & difficillime extirpetur. Longas enim & obliquas habet radices. Virg. lib. 2. Georgicõn.

Et filicem curvis invisam pascit aratris.

Contra à Græco poëta ἁπαλὴ id est mollis & delicata dicitur, quod in montibus incultisque locis nascens gratum pecori pabulum præbeat. Et pastoribus cubilia & tomenta per hyemem sicca largiatur. Theocritus Eidyl. 5. αἰδέ κε καὶ τὺ μόλῃς ἁπαλὰν πτέριν ὧδε πατήσεις. *Si autem tu veneris teneram filicem calcabis.* Alium usum insuper præstat. Ex cineribus filicis ustæ, admixta quam soldam (hali) vocant, conflatur vitrum viridemque ipsi colorem præparat. Vitris conficiendis idonea; quod hali, sive soldæ instar salsum quid obtineat. Inutilis tamen hominibus eo nomine dicenda, quod infœcundas reddat fœminas. Filicis duo genera novit Theophrastus, agnoscit Dioscorides marem & fœminam. Utriusque meminit Plinius. Differentiam inter feminam & marem ostendit Theophrastus, ac fœminam μονόκωλον dicit, quod Gaza, *unico artu porrectum.* Malunt viri Doctiores ex Dioscoride μονόμοσχον *ex uno membro, sive pediculo.* Vulgata cur servari non possit lectio, non video. Μονόκωλος ἄμπελος præceptori est lib. ij. de caus. cap. XX. *Vitis unico caule constans,* unistirpes. Idem lib. IV. cap. VIII. ejusdem operis τὰ σιτώδη μονόκωλα. Gaza, *frumenta culmo simplici, caule* Plinius *frumentum unicalamum.* πτέρις μονόκωλος unico *cauliculo* constans filix. Utraque filix luculenter à Dioscoride describitur, πτέρις (Ald. addit) ἣν οἱ δὲ βλῆχνον (vet. βλῆχνον) οἱ δὲ πολύῤῥιζον καλοῦσι, φύλλα ἐστὶν ἄκαυλα καὶ ἀνανθῆ καὶ ἄκαρπα ἐξ ἑνὸς μόσχου, ἐπὶ πῆχυν τὸ μέγεθος, ἐντετμημένα καὶ ἀνηπλωμένα, ὡς πτέρυξ, ὑποδυσώδη. ῥίζαν δὲ ἔχει ἐπιπόλαιον (vet. add. ἐπίμηκες) μέλαιναν, ὑπομήκη, ἐκφύσεις ἔχουσαν πολλὰς ὑποστύφουσα τῇ γεύσει. φύεται ἐν ὀρεινοῖς καὶ πετρώδεσι τόποις. ——— θηλύπτερις, οἱ δὲ νυμφαίαν πτέριν ὀνομάζουσι, τὰ μὲν φύλλα πτέριδι ὅμοια, οὐ μονόμοσχα δέ, ὡς τῆς ἑτέρας. ἀλλὰ πολλὰς ἔχοντα ἀποφύσεις καὶ ὑψηλοτέρας. ῥίζαι δὲ ὕπεισι μακραὶ πλάγιαι, πλείους, ὑπόξανθοι ἐν τῷ μέλανι, τινὲς δὲ ἐρυθραί. *Filici, quam aliqui blechnon, alii polyrrhizon vocant, folia sine caule, sine flore, sine semine, eaque ex uno pediculo, cubitali fermè longitudine excunt, incisa & pinnarum modo utrimque expassa, subgravi odore: radicem vero habet, per summa cespitum nigram, quadantenus longam, multas fundentem propagines, quæ sunt subadstringente gustu. Nascitur in montanis saxosisque locis.* ——— *Thelypteris, seu filix fœmina, quam alii nymphæam pterim nominant, foliis est est filicis, quæ tamen non singulari, ut illa, pediculo herent, sed è numerosis altioribusque propaginibus exeunt. Radices subjacent longæ in obliquum, numerosæ, ex nigro flavescentes, aliquæ etiamnum rubræ inveniuntur.* Plinius lib. XXVII. cap. IX. *Filicis duo genera nec florem habent, nec semen. Pterin Græci vocant, alii blechnon, cujus ex una radice complures exeunt filices, binas etiam cubiti excedentes longitudine, non graves odore. Hanc marem existimant. Alterum genus Thelypterin Græci vocant, alii nymphæam pterim. Est autem singularis atque non fruticosa, brevior, molliorque & densior, foliis ad radicem canaliculata. Vtriusque radice sues pinguescunt. Folia utriusque lateribus pinnata. Vnde nomen Græci imposuere. Radices utrique longæ in obliquum, nigræ, præcipue cum inaruere. Siccari autem eas sole oportet. Nascuntur ubique, sed maxime frigido solo. Effodi debent vergiliis occidentibus.* Scribunt veteres, marem neque caulem, neque florem, neque semen ferre; caulem non ferre marem pictura satis ostendit, nam pediculus quo folia annexa sunt, caulis dici non meretur: ῥάχις est sive costa. Major difficultas de semine. Scribunt enim Docti viri nocturnis excubiis, 23 Junij, sive natali nocte divi Joannis Baptistæ, substrato filici linteolo, matutino ortu, semina nigra minutula, qualia sunt papaveris, inveniri. Quod commentitium & superstitiosum esse alii narrant. Cum tamen rudimentum quoddam seminis edant pulverulentæ foliorum fimbriæ rugosæ. Minutus tamen ille pulvis, qui aversis foliis quasi inhæret, pro semine accipi non debet.


Filix mas.



Ex ea enim nova nunquam prodibit planta. Illud fabulam sapit, una solstitiali nocte & florere, & eadem hora qua defloruit, maturum semen in terram cadere, ideoque nisi quispiam tum adfuerit, nec videri florem, nec colligi semen. Rectius illi, qui semen aversis foliis inhærere ajunt; sed adeò minutum & exiguum, ut visum ferè fallat, colligique abscissis ad radicem foliis, & in domo suspensis, substrato papyro circa finem Junii, hoc enim tempore maturescere. Sed, ut dixi, minutum illud semen non videtur esse. Est & alia, quam hactenus nemo movit, quæstio. Theophrastus fœminam à mare differre ait, quod folium habeat μονόκωλον, ex uno cauliculo. Dioscorides vero οὐ μονόμοσχα folia dicit, id est *singulari,* ut maris, *pediculo non hærere;* sed è numerosis altioribusque propaginibus exire. Hæc prima fronte contraria videntur, sed si paulo diligentius ad utriusque autoris verba attendatur, nulla contrarietas reperietur. Theophrastus cum scribit μονόκωλον, intelligit unicum emittere cauliculum striatum, aliquatenus versicolorem, medulla refertum versicolore; quo oblique inciso, bicipitis aquilæ species quædam apparet. Dioscorides cum οὐ μονόμοσχον inquit, vult cauliculo assurgere ad medium usque nudo, ibique plures emittere pediculos; Contra quam in mare videmus: huic enim caulis nullus, sed unicus pediculus, in quo folia: Contra fœminæ, ut dixi, unicus cauliculus, in quo plures pediculi, in quibus folia complura alata, & maris foliis similia, sed minora. Itaque perperam Theophrasti codicem corrigunt, ac ἀντὶ μονόκωλον, μονόμοσχον restituunt; cum Dioscorides μονόμοσχον esse negat, quod verum est, & ab experientia probatum. Dioscorides marem ὑποδυσώδη ait, Plinius non graves odore filices ait.

Odore

Filix fœmina.



Odore gravem esse marem, negari non potest. Quare doctiores odore subgravi, ex antiquo codice, legunt. Folia mox à radice emittit ampla, nonnihil aspera, subdura, frangi haud difficilia, diluto viridi colore, odote gravi, cubito altiora, alarum instar expansa, veluti de plurimis ad unum cohærentibus pediculum composita, quorum singularia pinnata, & secundum margines crenata, à tergo veluti tenuissimo sordidoque pulvere obsessa. Complures ex una radice exire filices Plinius ait. Dioscorides ῥιζῶν πολλὰς ἔχειν ἐκφύσεις *multas habere radiculas adnatas*. Feminam Plinius singularem inquit, non fruticosam. Corruptum codicem esse adstruunt, & corrigunt, *est autem non singularis atque fruticosa*. Quod à vero longè abest. Μονόκαυλον esse Theophrastus & dixit, & autopsia docet: deceperunt virum Doctiss. verba Dioscoridis οὐ μονόμοσχα. Radices utrique oblongæ in obliquum. Ex hoc loco patet Dioscoridem non πλατείας, ut quidam volunt, sed πλαγίας scripsisse. Notandus tamen Plinius, quod utrique tribuat quod de altera tantum Dioscorides. Sues pinguescere usu filicis Plinius scribit. Extremos Normanniæ populos ut Abrincathes, ex filicibus panes conficere, recentiores tradunt. Fœminam Theophrastus adversus lumbricos latos, tenuesque commendat. Dioscorides marem fœminamque ad lumbricos latos præscribit, fœminam verò ad latum, rotundumque & quidem de mare, ταύτης ἡ ῥίζα ἕλμινθα πλατεῖαν ἐκτινάσσει < δ', ὁλκὴ μετὰ μελικράτου λαμβανομένη. (alterum delendum, < vel ὁλκὴ, idem enim denotat) βέλτιον δὲ εἰ μετὰ σκαμμωνίας, ἢ ἐλλεβόρου μέλανος ὀβολῶν τεττάρων δοίη τις. ——— Idem de fœmina, καὶ αὗται (ῥίζαι) δὲ σὺν μέλιτι ἐν ἐκλεικτῷ λαμβανόμεναι, πλατεῖαν ἕλμινθα ἐκβάλλουσι. σὺν οἴνῳ δὲ πινόμεναι < γ' πλῆθος στρογγύλην ἐκτινάσσουσιν ἕλμινθα. Id est, *hujus radix latum lumbricum, quam tæniam vocant, excutit, sumpta drachmis quatuor ex aqua mulsa: melius si cum scammonii, aut ellebori nigri totidem obolis detur* ——— *& hæ quoque radices cum melle in eclegmate sumptæ, lata interaneorum animalia pellunt: potæ verò ex vino drachmis tribus teretes lumbricos ejiciunt*. Hæc his verbis Plinius. *Pellunt interaneorum animalia, ex his tænias cum melle, cætera ex vino dulci triduo potæ*. Gravidis abortum, non gravidas steriles reddere, ait præceptor. Dioscorides γυναιξὶ δὲ δοθεῖσα ἀσυλληψίαν ποιεῖ. κἂν ἔγκυος δὲ λάβῃ (lege κἂν ἔγκυος δὲ λάβῃ ita codex opt. ita Serapio) ἐκτιτρώσκει. Id est, *datæ fœminis conceptum impediunt, quod si à gravida sumantur, abortum illa faciet*. Plinius loco citato. *centra danda mulieribus* (de fœmina Dioscorides & Theophrastus id referunt, de utraque Plinius.) *quoniam gravidis abortum, cæteris sterilitatem facit*. Porro fœmina filix dici nequit planta illa, quam filicem quernam Adversarior: auctores vocant; quod sit πολύκαυλον & μονόμοσχον quod de mari veteres. Dryopterin plures esse volunt. Dioscorides lib. IV. cap. CLXXXIX. describit, sed apud Oribasium qui seriem alphabeti servat ἀντὶ δρυόπτερις, βρυόπτερις legitur, & fortassis rectius. Βρυόπτερις à musco, cum quo reperitur; alioquin δρυόπτερις à quercu, sive robore, cui innascitur. Apud Hesychium verò δρύπτερις legitur. Δρύπτερις, βοτάνη τὶς ἐμφερὴς πτέρει *herba filici similis*. Describitur à Diosc. his verbis δρυόπτερις φύεται κατὰ τὰ βρυώδη μέρη τῶν παλαιῶν δρυῶν, ὅμοια πτέριδι, ἐλάττων δὲ πολλῷ σχίσεις. ῥίζας δὲ ἔχει κατ' ἐπιπλοκὴν δασείας στρυφνὰς (quidam addunt πρῶτον καὶ καυστικὰς) κατὰ τὴν γεῦσιν ἐν τῷ γλυκεῖ ῥεπούσας. *Dryopteris in veterum roborum, muscosis partibus enascitur, filici similis, at multo tenuiore foliorum incisura, radicibus inter se implicitis, hirsutis; gustu adstringentibus, & ad dulcedinem vergentibus*. Plinius loco citato. *Dryopteris filici*

Dryopteris querna filix.



similis in arboribus nascitur, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta, vis ei caustica, ideo psilosothrum est radix tusa. Postremum à mente Dioscoridis alienum. Sed de viribus dryopteris alibi. Folia huic polypodii sunt prorsum, aut filicis fœminæ, minora, multo tamen (non minoribus laciniis) delicatiora, tenuiora & teneriora, exilibus juncis, pedem altis, plumatim foliorum exortus, ex adverso exactè gerentes; aversa item folia notulis aspersa, non extantibus rubiginosis, sed candidis adpictis, serie gemina, secus folii nervulum medium. Radix verò longa, variè inflexa, humi decurrens, fusca, subhirsuta, & villis cirrisque fibrata, polypodii (nisi quia gracilior multo) perquam similis. Radici sapor acerbior multo, quam polypodii, non gratus, & siccata nonnihil calida, cujusmodi in tormentilla apparet, sed hujus exitiosa, quare videant diligentiores Pharmacopœi, ne cum imperitis & negligentioribus hujus radicem pro polypodio ægris obtrudant. Ægrotis suis hanc exitio fuisse, ob pharmacopœorum flagitiosam inscitiam, tradit Rondeletius.


Αἱ δυνάμεις αὐτῶν τὰς γενέσεις. Epilogus est omnium supra dictorum, in quo tam fœcunditatem, quam sterilitatem comprehendit, quod non vidit Doctiss. Gaza, Γενέσεις enim *sterilitatem* vertit, cum modum generationis hoc loco significet, habitum scilicet & privationem. Epilogo addit præceptor miram quandam historiam. Ad rem veneream mirum in modum pollere herbam, quam attulerat Indus. Hujus historiæ meminit Plinius lib. XXVI. cap. X. *Prodigiosa sunt quæ circa hæc tradidit Theophrastus, auctor alioquin gravis, septuageno coitu durasse libidinem, contractu herbæ cujusdam, cujus nomen speciesque non posuit*. Hæc Plinii verba lectionem Theodori confirmant, qui ἀψαμένοις non, ut vulgo legitur, ἀλειψαμένοις unctis transtulit. Apud Joannem Leonem Africanum memoranda quædam, sed non credenda de radice surnag referuntur.

Locus est lib. x. & capite ultimo ubi ait. *Surnag radix, est quoque, & hoc radicis genus in Atlantis occidentalibus locis proveniens, cui vires inesse ajunt, earum regionum incolæ, membrum virile tum consortandi, tum qui ea in electuario utatur, coitum augendi. Affirmant quoque, si casu radici immejere quenquam contingit, subitò membrum erigi. Non prætermissurus sum hoc loco, quæ communi sententia omnes Atlantis incolæ asserunt, plurimas puellas ex earum numero, quæ animalia per eos montes pascunt, virginitatem alia occasione non amisisse, quam quod urinam supra hanc emisissent. Quibus ego joco respondebam; me probare quicquid de ejus radicis occulta virtute eventus comprobasset. Ajebant quoque inveniri nonnullas, quæ adeò infectæ essent, ut non modo virginitatis florem amittere facerent, sed corpus universum quoque turgere.* Credat Judæus apella, non ego. Non esse hanc plantam, de quâ Theophrastus agit, ex eo constat, quod non in India, sed Mauritania nascatur. Nisi quis velit, & in India & in Mauritania nasci. Nihil enim impedit, quo minus utrobique nascatur. Miranda efficacia ad excitandam venerem de herba bangue dicta, Acostæ retulerunt Indi, qui cap. lib. IV. *Bangue, inquit, simile fere est cannabi, cujus Dioscorides lib. III. meminit; caulem habet quinque palmorum longitudine, quadrangulum, colore dilutius virente, fractu contumacem, nec adeò concavum ut cannabinus caulis, cujus cortex non minus quam illius in fila diduci potest; folia cannabina supernè virentia, infernè incana lanugine pubescentia, gustu terrestri & insipido: semen cannabino minus; nec adeò candidum. Indi semine & foliis vescuntur, ut validiores fiant in re venerea.* Narravit patri meo, vir fide dignus, ex India redux, herbam quandam esse in Saratta, *bangii* incolis dicta, tantæ efficaciæ, ut qui assumpserit illam, tantas vires acquirat, ut per integram noctem, quasi sine intermissione, rem veneream exercere valeat. Herbam ipsam noverat quidem, sed describere non poterat. Sic & præfectus quidam Batavus in India, eadem herba sæpius utebatur. Narravit is fide dignis, & sedulò quidem, fœminas, etiam numero plures, quæ cum ipso, illa nocte, concumberent, adeò defatigatas à venere fuisse, ut postea horrerent ipsius concubitum. Ipse vero tantopere exhaustus, & defatigatus erat, ut restaurantium medicamentorum, & optimorum alimentorum ope restitui debuerit. Hæc an illa sit herba, de quâ Theophrastus agit, ignoro, cum ipse descriptionem nullam addat. Fit tamen ex dictis verisimile. Sunt qui esse putant satyrion, idque quod satyrii nulla fiat apud Theophrastum mentio, tum quod Dioscorides satyrion erythronion adeò efficax, potensque dicat ad excitandam venerem, ut solum manu si teneatur, venerem stimulet & accendat. Dioscorides lib. III. cap. CXXXXIV. Ἱστορεῖται δὲ ὅτι καὶ εἰς τὴν χεῖρα ληφθεῖσα ἡ ῥίζα ἐρεθίζει πρὸς ἀφροδίσια. σὺν οἴνῳ δὲ ποθεῖσα μᾶλλον. *Proditur & radix si manu modo teneatur, venerem stimulare, eoque magis si bibatur in vino.* Idem Plinius loco citato: *venerem etiam si omnino manu teneatur radix, stimulari, adeo si bibatur in vino austero* (hoc de suo addidit Plinius) *arietibus quoque & hircis segnioribus in potu dari, & à Sarmatis equis ob assiduum laborem pigrioribus in coitu, quod vitium prosedamum vocant, vim ejus restinguit aqua mulsa, aut lactuca sumpta.* Verum his de causis de erythronio ea affirmari, & plantam esse illam quam attulit Indus, certò non potest, cum non rarò dissimiles, ejusdem aut similis facultatis stirpes inveniantur, hac tamen occasione, quæ de satyrio veteres tradiderunt addam. Satyrion dicitur à Satyris diis sylvestribus, in venerem propensis, eo quod primi ad libidinem concitandum eam invenerint, & ostenderint plantam, sive quod, quemadmodum ipsi natura sua in eam voluptatem sunt potentiores, sic herba hæc homines etiam ad eadem roboret, & concitatiores, firmioresque reddat. A salacitate itaque Satyrorum, quod venerem excitet, nomen impositum. Nisi placeat παρὰ τὴν σάθην, τὸ αἰδοῖον. Duo satyrii genera lib. 3. cap. 143. & 144. describit Dioscorides σατύριον, οἱ δὲ τρίφυλλον καλοῦσιν, ἐπειδὴ ὡς ἐπὶ τὴν γῆν (corrigit Marcell. ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Lacuna verò in antiquo codice legit ἐπειδὴ ὡς ἐπιτοπολὺ φύλλα τρία φέρει ἐπὶ γῆς κεκλασμένα. quam lectionem cum Doctiss. probamus viris, quod eam secuti sint Oribasius & Serapio.) φύλλα τρία φέρει κεκλασμένα, λαπάθῳ ἢ κρίνῳ ὅμοια, ἐλάττονα μέντοι καὶ ἐνερευθῆ. καυλὸν δὲ ψιλὸν, μακρὸν ὡς πήχεως, ἄνθος κρινοειδὲς (vulg. cod. κριθοειδὲς) λευκὸν. ῥίζαν βολβοειδῆ, ὅσον μῆλον, πυῤῥάν. τὰ δὲ ἐντὸς λευκὴν, ὥσπερ ᾠὸν γευομένῳ γλυκεῖαν καὶ εὔστομον. ταύτην δεῖ πίνειν ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ πρὸς ὀπισθότονον, καὶ εἰ βούλει γυναικὶ συνουσιάσαι, χρῆσαι. Φασὶ γὰρ αὐτὴν καὶ ὁρμὴν κινεῖν τῇ ἐπισυνουσίᾳ. Capite sequente Σατύριον τὸ ἐρυθρόνιον (Marcel. ἐρυθρόκοκκον) οἱ δὲ σατύριον ἐρυθραϊκὸν (vetus addit, οἱ δὲ μώλιον τὸ ἐν ὕδασι, quod spurium & aliunde translatum) ἔχει σπέρμα λινοσπέρμῳ ἐμφερὲς, μεῖζον δὲ καὶ ῥωμαλέον, καὶ στίλβον καὶ λεῖον, ὅπερ ἱστορεῖται, καὶ αὐτὸ συνουσίας ἐγείρειν, ὥσπερ καὶ ὁ σκίγκος. Ἔστι δὲ τῆς ῥίζης αὐτοῦ ὁ μὲν φλοιὸς ὑπισχνὸς (πυκνὸς Oribasius.) καὶ πυῤῥός. τὸ δὲ ἔνδοθεν λευκὸν, γευομένῳ εὔστομον καὶ γλυκύ. φύεται ἐν εὐηλίοις καὶ ὀρεινοῖς τόποις, ἱστορεῖται. *Satyrion aliqui trifolium vocant, quoniam ut plurimum terna folia in terram convexa proferat, rumici aut lilio similia, attamen minora atque rubescentia: caulem gerit nudum, cubitalem, florem lilii effigie, candidum, radicem bulbosam, mali magnitudine, rufam, intus verò albam, ovi instar, sapore dulcem, orique gratam. Hanc in vino nigro austero bibere oportet contra opisthotonon, ipsa quoque utere, si cum muliere rem habere volueris. Eam enim etiam ad venereos impetus concitatricem vim habere affirmant.* Capite sequente *Satyrium erythronium sive erythraicum, semen habet lini similitudine, at majus, firmum, splendens ac læve: quod fertur etiam non secus atque scincus libidinem excitare. Est verò cortex radicis aliquantum gracilis, ac rufus, interna autem pars alba, sapore dulci, orique grata. In apricis & montosis locis nascitur. Proditur, &c.* Quod Dioscorides satyrion primum triphyllon vocari ait, errandi occasionem præbuit *Æginetæ.* lib. VII. ubi de viribus plantarum agit. Σατύριον ἢ τρίφυλλον ὑγρόν ἐστι καὶ θερμὸν τὴν κρᾶσιν καὶ φυσῶδες, ὅθεν εἰς ἀφροδίσια παρορμᾷ. τινὲς δὲ καὶ ὀπισθοτόνους αὐτὸ φασὶν ἰᾶσθαι, μετ' οἴνου αὐστηροῦ πινόμενον. ἐν δὲ τῷ περὶ τῆς θηριακῆς ὁ Γαληνός φησι τὴν τρίφυλλον, τὴν τῷ ὑακίνθῳ ὁμοίαν τοῦ ἀέρος ἐγκύμων. vide cap. de trifolio γενομένη τὸ σπέρμα ὅμοιον ἔχει τῇ ἀγρίᾳ κνίκῳ, ἀφεψομένης αὐτῆς τὸ ζέμα, &c. *Satyrion, aut triphyllon humidi est temperamenti, & calidi, item flatuosum, unde veneris appetentiam facit, nonnulli opisthotonis cum vino austero potum salutare esse tradunt. Galenus in commentario de theriaca trifolium ait hyacintho simile esse, quum aëre inturgescens, semen sylvestri cnico æquale habet, decocti ipsius jus superfluum, &c.* Galeni locum supra lib. IV. cap. XI. examinavi, ubi in dubium vocavi vocem ὑακίνθῳ, ac dixi ἀσφάλτῳ legendum, quod hic Æginetæ locus prohibet, & fortassis non ineptè Galenus Hyacintho comparavit, quod flosculi qui umbellam conficiunt, coloris cerulei, sive hyacinthini sint, id est ejus quem hyacinthus refert ceruleus. Ceterum fallitur Ægineta, cum Galenum de trifolio satyrio loqui existimat, bituminosum intelligit trifolium, quod Nicander, & Dioscorides adversus bestias venenatas commendat. Locum citatum adeat lector. Nemo insuper satyrion hyacintho comparavit, semenque cnico simile ferre dixit. Mitto Æginetam, venio ad Plinium, quem supra ostendi, orchidum historiam cum cratægono & satyrio confundere: hoc loco eandem satyrii orchidumque historiam in unum miscere demonstrabo. *Græci,* inquit lib. XXVI. cap. X. *Satyrion foliis lilii rubri, minoribus, & tribus non amplius è terra exeuntibus tradunt, caule lævi, cubitali, nudo, radice gemina, cujus inferior pars, & major mares gignat, superior ac minor fœminas, & aliud genus satyrii erythraicon appellant; semine viticis majore, lævi: duræ radicis, cortice rubro, intus album includi, sapore subdulci, fere in montosis inveniri, &c.* Quod de radice prioris, id de orchide tradidit Græcus auctor. Male etiam ἀντὶ λίνου, ἄγνου legit, vel non satis ad liberti verba attendit. Semen Dioscorides ῥωμαλέον firmum, durū dixit, radicis corticem ὑπισχνὸν, vel, ut Oribasius πυκνόν. Plinius *duram radicem* perperam inquit; nisi placeat restituere, *semine viticis majore, lævi, duro, radicis cortice rubro.* Quæ planta satyrion referat, inter recentiores non convenit, & repertam esse non sine ratione negatur. Utriusque satyrii iconem exhibet Mathiolus, vellem descripsisset. Diligentiss. ac Doctiss. botanici ad verba Dioscoridis fictas & ementitas plantas esse scribunt, ac primum alii phallum Batavicum, alii fausel, cui tria adpicta sunt folia censent. Alterum quid sit divinare nequeo. subjicienda tamen sunt adversariorum auctorum verba, qui se vidisse scribunt erythronium his verbis.

Dum

Dum essemus Venetiis superioribus annis, vidimus non semel in Angeli symbolo, Alberti Martinelli officina, radices subrotundas, magnas, rugoso tuberosoque cortice ex fusco rubello, effigiem & magnitudinem cyclaminis, vel potius Aristolochiæ rotundæ, & prægrandis assecutas, carne intus albida, eduli, dulci, & bulbocastano, bunio dicto, adeo accedente, ut eadem, nimirum solo lætiore & peregrino enutritam suspicaremur. Sed illico Martinellus aliquot missis Alepo Syriæ, à fratre Cequino, qui ut erat explorator non minus avidus, quam peritus, exoticarum stirpium, erythronium satyrium judicabat. ———— *Earundem Iacobo Cortusio alteram dedit idem pharmacopœus, quam multo post, quasi nunquam vidissemus, munificus ille Patavinus ostendebat nobis, & penè invitis risum excutiebat, qui diceret, se manibus duntaxat attrectando totum turgere venereis libidinibus, hanc ipsam Mathiolo postea misit, non Cequinus, ut audivimus,* Alii satyrion putant, quod Syri buteridem vocant, radice candida & dura, commendatiore, quo crassior, rugosior, & albior fuerit, podagris utili, idem per idem probant, nam Arabibus satyrion bureidis dicitur. Serapio bureiden est, species satyrionis, & bureiden sunt radices albæ, duræ, similes behen albo. Alii satyrion basilicon, vulgo palma Christi, pro satyrio pingunt. Palma Christi dicitur, quod ejus radix humanam manum quodammodo æmuletur. Sed multa sunt ob quæ hæ minus satyrion dici mereantur, Non est triphyllum, nec flos est lilii effigie, nec radix mali magnitudine bulbosa, foris russa intus alba. Non est erythronion, quod semen non sit lino simili, nec radicis cortex russus. Verbo, ut dicam, nihil fermè habet quod satyrion referat. Ad orchidum classem referri debet, ac cum his eadem esset, nisi radices latiores essent, ac depressæ magis, & in tres quatuor aut quinque partes in extremitatibus divisæ, instar digitorum manus. Alii dentem caninum satyrion esse statuunt. Non esse triphyllum, ex eo probatur, quod cauliculum ferat neutiquam palmarem, multo minus cubitalem: desideratur præterea mali magnitudine radix insuper quod duo promat tantùm folia. Nec erythronium dici potest; quod semen lino sit dissimile. Flori enim succedit triangulare capitulum, continens aliquot semina leucoy bulbosi præcocis alterius seminibus ferè respondentia; sed longiora graciliorаque, flavescentis coloris. Negari tamen nolim, magnam vim radicibus illis inesse excitandæ veneris. Quippe medici Lugdunenses in Gallia diu usi sunt bulbis conditis dentis canini, loco satyrii veri, nec fine fructu. Attamen tanta huic non est vis. Alii tulipam pro satyrio agnoscunt, & satyrion erythronium esse asserunt. Sed velim ostendant semen lini similitudine majus, firmum, & splendens. Semen tuliparum in capitulis est planum, cartilaginosum; non nihil angulosum, aristolochiæ clematitidis modo. Nec triphyllon est, folia enim non rubescunt, nec nisi mali exigui magnitudine est radix. Venereis exercitiis stimulum addere tulipæ bulbos in cibum assumptos, credo; sed tantam habere ad venerem instigandam vim, quantam veteres satyrio suo tribuunt, non facile mihi quis persuadebit. Planta igitur quæ satyrion antiquorum omnibus notis referat, ad meam hactenus nec aliorum quod sciam pervenit notitiam. Quædam tamen de tuliparum historia addenda putavi. Nomen tulipa accepit à pilii Sclavonici similitudine, qui Turcis dicitur tulipant, dulpant, dublent. Hunc pileum videtur hic flos forma exprimere. Tuliparum differentiæ sunt ineffabiles, si colorum pulchritudinem & maximam varietatem respicias, adeò ut merito regina florum dici mereatur, & verbo ut dicam, pulcherrimos maximeque delectabiles videbis in hac colores, quos artifici penicillo æmulari quidem, sed imitari fas non est: in uno etiam tuliparum genere colores mille modis pares ac diversos observare licet. Hanc tamen latissime tuliparum patentem varietatem, his sex differentiis includo. Primò, à tempore florendi, aliæ sunt præcoces, serotinæ quædam, aliæ mediæ. Secundo, à magnitudine, aliæ sunt majores, aliæ nanæ. Tertiò, ab odore, quod sunt suaveolentes, quædam inodoræ. Quarto, à foliorum varietate, nonnullæ sunt latifoliæ, aliæ tenuifoliæ: reperiuntur & variegatis foliis, ad instar graminis striati. Quintò, à florum plenitudine; aliquæ sunt simplices, aliquæ pleniflorae. Sextò, à coloribus, quos in tuliparum genere mille modis pares, & diversos observare licet. Aliæ albæ sunt, aliæ rubræ, flavæ, & subvirides &c. aliæ ex duorum aut plurium colorum concursu mixtæ, flavoalbæ, rubroalbæ, rubroflavæ &c.

Tulipa cum semine.



Tulipæ flavæ variegatæ fundamentum est color flavus, picturæ varietatem facit rubedo polydædala, rosea, miniata &c. Alia atque alia idea, nunc has, nunc illas foliorum partes investiens. Tulipæ albæ variegatæ basis est albedo, maculæ & striæ flammeæ exornantes albedinem, modo hic, modo illic; nunc hac, nunc illa facie. Et sic de cæteris variegatis, in quibus hoc neutiquam reticendum, non servare eas quotannis eandem elegantiam. Qui enim hac æstate florem in horto suo educavit ineffabilis pulchritudinis, idem anno proximo, ab eodem bulbo, donatur flore turpi & inamoeno. Contra, qui bulbus, continuos aliquot annos vulgarem rubrum, aut flavum florem ostentavit, is una æstate pulcherrimi coloris flosculo exhilarabit possessorem, sed brevi, nec perenni gaudio. Mox enim totus bulbus cum ipsa planta, sequenti ut plurimum anno emoritur, & interit, quasi ante fatalem obitum, delectabili spectaculo recreaturus dominum.

Ex quibus constat vesana illorum vanitas, qui tantam pecuniarum summam pro unica tulipa exponunt, pro qua, non dico hortum venustum omni genere florum ornatum, sed integrum agrum comparare possent; Ægrius ferentes fugacis, novo aliquo modo striatæ, alicujus tulipæ mortem, quam fidi amici. Hortensium riserit quis, qui murænam piscem atratus luxit: nec hos minus, qui flores, id est brevia quædam & fugacia. De quibus optimè antiquissimus Græcorum poëta Homerus.

Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει.

Zephyri spirans aura, alia quædam gignit, alia concoquit.

Tulipa hæc an apud priscos nomen invenerit, incertum est, ipsa enim planta ipsis incognita videtur. Neque enim,

 Omnia

Omnia grandior ætas
Non quæ scimus habet, seris venit usus annis.

Τέτων μὲν ἐν. Recte & prudenter subjicit, esse quasdam plantas quæ impetum ad coitum vehementiorem excitant, tacitè ridens illos, qui plantis tantas adscribunt vires, ut si manu tantum teneantur venereas libidines immoderatas movere possint. Hactenus nihil tale repertum, nec humano generi utile foret, propensi satis ad venerem homines. Ceterum venerem stimulare quasdam plantas, vel uno erucæ exemplo probatur.

Excitat ad venerem tardos eruca maritos.

De petroselino nihil dicam, Belgarum mulierculis adagium notum.

Peterseli helpt de Mannen te paert/
De Vrouwen onder de aert.

Varias, ingentes & valde efficaces plantis vires inesse, nec plantis solum, sed & alimentis, tam humidis quam siccis, variis demonstrat exemplis. Ea non omnem superant fidem, quilibet sua fruatur opinione, ad credendum neminem constringo.

Ὥσπερ ἐν Θεσπίαις. Apud Thespias aquam quandam esse ait, quæ mulieres fœcundas reddit. Idem hic locus ab Atheneo lib. ij. citatur, sed corruptus videtur. Vulgo legitur, ἐν δὲ τῷ περὶ φυτῶν ἐνιαχοῦ φησὶ ὕδωρ γίνεσθαι παιδογόνιον, ὡς ἐν Θεσπίαις. Scribe ex hoc Theophrasti loco ὕδωρ γίνεσθαι γυναιξὶ παιδογόνον, ὡς, &c. Plinius lib. XXXI. cap. ij. *Thespiarum fons conceptus mulieribus repræsentat, item in Arcadia flumen Elatum. Custodit autem partum Lini fons in eadem Arcadiâ, abortusque fieri non patitur.*

Ὡς ἐν Πύρρᾳ. Apud Pyram ait esse aquam quæ sterilitatem eisdem inferre potest. Apud Athenæum πύρρα legitur. Ἐν πύρρᾳ δὲ ἄγονον. Restituendum apud utrumque πυῤῥαίᾳ. Plinius loco citato. *E diverso in Pyrrhæa flumen, quod Aphrodisium vocatur, steriles facit.* Stephanus περὶ πόλεων. πυῤῥαία μοῖρα Θεσσαλίας, ὀνομασμένη ἀπὸ πύῤῥας ὁ οἰκήτωρ πυῤῥαῖος. Strabo ad finem lib. VIII. Καθ᾽ ἕκαστα μὲν ταῦτα περὶ Θετταλίας. καθόλου δ᾽ ὅτι πρότερον ἐκαλεῖτο Πυῤῥαία ἀπὸ Πύῤῥας τῆς Δευκαλίωνος γυναικός. *Hæc ergo singulatim de Thessalia dicta sunto. In universum vero scias olim eam fuisse Pyrrhæam vocatam à Pyrrha Deucalionis uxore.* Apud poëtas pro Pyrrhæa Pyrrha invenitur. Rhianus de variis appellationibus Thessaliæ.

> Πύῤῥαν δή ποτε τήν γε παλαιότεροι καλέεσκον
> Πύῤῥης Δευκαλίωνος ἀπ᾽ ἀρχαίης ἀλόχοιο.

Antidotum hujus aquæ Pyræneæ, videtur Sinuessana; cujus loco citato meminit Plinius. *In eadem Campaniæ regione Sinuessanæ aquæ sterilitatem fœminarum, & virorum insaniam abolere produntur.*

Ἐν Ἡρακλείᾳ. Ab aquis ad vina sicco pede transit, ac primo loco de Heracleâ agit, si modo non corrupti codices. Plures urbes Heracleæ nomine insignitas fuisse, apud Strabonem & Stephanum legimus; sed Arcadiæ urbem esse, quæ Heraclea vocatur, neuter prodit. In Arcadia vini hoc genus nasci, auctor est Plinius lib. XIV. cap. XVIII. *Sunt*, inquit, *in vino prodigia: dicitur in Arcadia fieri, quod fœcunditatem fœminis importet, viris rabiem.* Hic locus secundum mendum in Theophrasti verbis ostendit, nempe πικυέσας, non ἀπικυέσας, ut vulgati codices habent, scribendum. Plinianæ lectioni favet Athenæus lib. I. Θεόφραστος ἐν τῇ περὶ φυτῶν ἱστορίᾳ φησὶ, ἐν Ἡραίᾳ τῆς Ἀρκαδίας γίνεσθαι οἶνον ὃς τοὺς μὲν ἄνδρας πινόμενος ἐξίστησι· τὰς δὲ γυναῖκας πικυέσας ποιεῖ. Interpres, vir Doctiss. maluit Theophrasti codicem depravatum sequi, quam Athenæi. Fortassis quod Plinium non legerit. *Theophrastus*, inquit, *Libris de historia plantarum scribit in Heræâ Arcadiæ oppido, vinum fieri, quod insaniam viris, sterilitatem mulieribus importat. Fœcunditatem* Græcus dixit auctor, interpres *sterilitatem*. Crediderim quod in antiquo quodam codice legerit, τὰς δὲ γυναῖκας κυούσας ποιεῖ ἐξαμβλῶσαι. Sed vulgatam, quæque in antiquissimis reperitur, cum probet Plinius, cur rejiciam causam non video ullam. Ex hoc ipso Athenei loco ἐν Ἡραίᾳ legendum, nemo non videt. Ἡραίαν Arcadiæ urbem esse prodidit Stephanus. Ἡραία —— ἔστι καὶ πόλις Ἀρκαδίας, ἣ ἐλέγετο Σολυγεργής. κεῖται δὲ κατὰ μεσόγειαν, περὶ Πελοπόννησον. Plinius lib. IV. cap. VI. de Arcadia. *Mediterranea ejus Arcadia maximè tenet, undique à mari remota: initio Drymodis, mox Pelasgis appellata. Oppida ejus Psophis. ——— Melanæa, Heræa, Pile.* Arcadiæ etiam urbem esse, docet Strabo lib. VIII.

Περὶ κερυνίαν. Quod de vino apud Caryniam inquit, id Plinius lib. XIV. capite XVIII. his verbis recenset. *At in Achaia maximè circa Caryniam abigi partum vino, atque etiam si uvam edant gravidæ, cum differentia in gustatu non sit.* Ex hoc Plinii loco probatur Καρυνία, ut in Lugduno-Batavo codice habetur, legendum. In Aldino alioquin exemplari Καβυνία, legitur. Apud Atheneum Κερυνίαν. περὶ δὲ Κερυνίαν τῆς Ἀχαΐας ἀμπέλου τι γένος εἶναι, ἀφ᾽ ἧς τὸν οἶνον ἐξαμβλοῦν ποιεῖν τὰς γυναῖκας τὰς ἐγκύμονας. κἂν δὲ βοτρύων, φησὶ φάγωσι, ἐξαμβλοῦσιν. *Aliud circa Ceryniam Achaiæ vitis genus esse, cujus vinum prægnantium fœminarum partum abigit, aut si uvam edant gravidæ:* Non dubito quin apud Athenæum legi debeat, κἂν δὲ βοτρύων αἱ κύνες φάγωσι, alioquin magna satis tautologia.

Ἐν Τροιζηνίᾳ. Quæ sequuntur ad calcem usque capitis facilia sunt, nec disputatione ulla (modò quis fidem adhibeat) egent. Eadem apud Athenæum leguntur. ὁ δὲ Τροιζήνιος οἶνος ἀγόνους φασὶ ποιεῖ τοὺς πίνοντας. ἐν Θάσῳ δὲ λέγει ὡς αὐτοὶ ποιοῦσιν οἶνόν τινα ὑπνωτικὸν, καὶ ἕτερον ἀγρυπνεῖν ποιοῦντα τοὺς πίνοντας. *Vinum qui Trœzenium bibunt, generare negantur, Thasiis duplex, vinum fit, alterum soporiferum, alterum quo fugatur somnus.* Plinius loco citato. *Troezenium vinum qui bibant, negantur generare, Thasios duo diversa facere proditur, unum quo somnus concilietur, alterum vero quo fugetur.*

Ἀλλὰ γὰρ αἴτια, &c. Hæc conclusio est partis prioris disputationis, quam Præceptor susceperat cap. XIX. Proximo capite agit de altera parte, de iis scilicet, quæ ad animum, moresque pertinent.

ΚΕΦ. ΚΑ. — CAP. XXI.

De herbis, quæ ad animum & mores faciant: ut vesicaria, anothera, polio, anthirrizo, flore aureliæ. Quodque homines hæc commenti fuerint, qui artes extollere & celebrare cuperent.

Πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν, τὸν μὲν στρύχνον ὥσπερ παρακινεῖν καὶ ἐξιστάναι, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον. ἡ δὲ τοῦ οἰνοθήρα ῥίζα δοθεῖσα ἐν οἴνῳ πρᾳότερον ποιεῖ καὶ ἱλαρώτερον τὸ ἦθος. ἔχει δὲ ὁ οἰνοθήρας, τὸ μὲν φύλλον ὅμοιον ἀμυγδαλῇ. πλατύτερον δέ. τὸ δὲ ἄνθος ἐρυθρὸν ὥσπερ ῥόδον. αὐτὸς δὲ μέγας, ὡς θάμνος, ῥίζα δὲ ἐρυθρὰ καὶ μεγάλη. * ὄζει δὲ ἀναξηρανθεῖσα ὥσπερ οἴνου. φιλεῖ δὲ ὀρεινὰ χωρία. Φαίνεται δὲ οὐ τοῦτο ἄτοπον. οἷον γὰρ προσφορά τις γίνεται, δυνά-

* ὄζει δὲ ἀναξηρανθεῖσα. Ald.

AD animum vero * vesicariam adnotant. Hanc enim veluti turbare ac alienare mentem affirmant, ut superius est dictum. Contra radix œnotheræ data è vino, mitiores hilarioresque mores reddit. Constat œnothera folio amygdalæ, verum majori; † flore rosaceo. Loca adamat montuosa. Id tamen absurdum nequaquam videtur.

* Solanum.

† Verū majori, flore rubro, roseo, frutex est magnus, radice rubra & magna, quæ siccata vinum olet. Loca adamat montosa, hoc autem minimè absurdum esse videtur: quippe quoniam fit exspiratio quædam, cujus vis & odor vinosus existit, sed potius illa absurda & incredibilia putentur.

μὴ ἔχοντος οἰνώδη. ἀλλὰ τὰ εὐηθέστερα καὶ † ἀπιθανότερα, τά τε τῶν περιάπτων καὶ ὅλως τῶν ἀλεξιφαρμάκων λεγομένων, τοῖς τε σώμασι καὶ ταῖς οἰκίαις. καὶ ὡς δή φασι τὸ ‡ τρίπολιον καθ' Ἡσίοδον καὶ Μουσαῖον εἰς πᾶν πρᾶγμα σπουδαῖον χρήσιμον εἶναι. διὸ καὶ ὀρύττουσιν αὐτὸ νύκτωρ σκηνὴν πηξάμενοι. καὶ τὰ περὶ τῆς εὐκλείας ἢ καὶ εὐδοξίας ὁμοίως καὶ μᾶλλον. εὔκλειαν γάρ φασιν ἀεὶ ποιεῖν * τὸ ἀντίρριζον καλούμενον. τοῦτο δ' ὅμοιόν ἐστι τῇ ἀπαρίνῃ. ῥίζαν δ' οὐχ ὑπέχει. ὁ δὲ καρπὸς ὥσπερ μόσχου ῥῖνας ἔχει. τὸν δ' ἀπὸ τούτου ἀλειφόμενον εὐδοξεῖν. εὐδοξεῖ δὲ καὶ ἐάν τις † ἑλειοχρύσου τῷ ἄνθει στεφανῶται, μύρῳ ῥαίνων ἐκ χρυσίου ἀπύρου. ἔχει δὲ ὁ ἑλειόχρυσος τὸ μὲν ἄνθος χρυσοειδές, ‡ φύλλον δὲ λεπτόν. καὶ τὸν καρπὸν δὲ λεπτὸν καὶ σκληρόν, ῥίζαν δὲ ἐπιπόλαιον καὶ λεπτήν. χρῶνται δ' αὐτῷ πρὸς τὰ δακετὰ ἐν οἴνῳ, καὶ πρὸς τὰ πυρίκαυστα. κατακαύσαντες καὶ μίξαντες μέλιτι. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα, καθάπερ καὶ πρότερον ἐλέχθη, συναύξειν βουλομένων ἐστὶ τὰς ἑαυτῶν τέχνας. αἱ δὲ τῶν ῥιζῶν καὶ τῶν καρπῶν καὶ τῶν ὀπῶν φύσεις, ἐπεὶ πολλὰς ἔχουσι καὶ παντοίας δυνάμεις, ὅσαι ταὐτὸ δύνανται καὶ τῶν αὐτῶν αἰτίαι, καὶ πάλιν ὅσαι τὰ ἐναντία. διαπορήσειεν αὐτὸς κοινὸν ἴσως ἀπόρημα καὶ ἐφ' ἑτέρων ἀπόρων, πότερον ὅσα τῶν αὐτῶν αἰτία, κατὰ μίαν τινὰ δύναμίν ἐστιν, ἢ καὶ ἑτέρων ἐνδέχεται ταὐτὸ γίνεσθαι. τοῦτο μὲν οὖν ταύτῃ ἀπορείσθω. ▪ δὲ τινῶν καὶ ἄλλων τὰς φύσεις, ἢ τὰς δυνάμεις ἔχομεν εἰπεῖν, ταῦτα ῥητέον.

† ἀπιθανώτερα. Ald.
‡ τριπόλιον.
* ἀντίρριζον.
† ἑλειοχρύσου.
‡ φύλλον δὲ λευκόν. Ald. Bas.

Fit enim quasi recreatio quædam ex viribus, quas radix ista vinosa possidet. Sed potius absurda illa putentur, quæ alligata, veneficio adversantia vocitantur, & tum corporibus, tum domibus unice opitulari creduntur. ‡ Adde polium, quod Hesiodo, & Musæo authoribus ad omnem rem magni momenti faciendam perutile prædicatur. Quamobrem id noctu effodiunt tabernaculo * structo, & ad famam existimationemque bonam non minus, quinimo magis valere putatum est. Nec non & † antirrhizum quem vocant, utilem ad gloriam tradidere. ‡ Hic lappæ similis est. Radice minima & fere nulla subnititur. Fructum tanquam nares vituli parit. Hoc perunctos gratiam vitæque gloriam consequi creditur. * Quin etiam qui aureliæ flore coronatur; si unguentum ex auro ignis experte inspergat, gloriam atque existimationem bonam consequitur. † Habet aurelia florem auro similem, folium candidum, ‡ fructum tenuem durumque: radicem * per summa cespitum, atque tenuem. Vsus ejus ad serpentium morsus è vino prodest. Valet etiam ad ambusta, cremata & mista melli. Sed hæc (ut superius dictum est) commenta hominum esse plane videntur; qui suas artes extollere ac celebrare cuperent. Radicum autem, fructuum, ac liquorum quæ exprimuntur naturæ, siquidem & multas & varias, & quæ idem possint & eorundem sint causæ, aut contraria etiam producant, vires habent; movere possit aliquis generalem quæstionem, utrum quæ eorundem sunt causæ, easdem quoque habeant vires. An ex aliis quoque idem possit produci. Et de hac quidem dubitatione hactenus. Nos reliquorum naturas viresque persequemur.

‡ Adde tripolium structo.
** Sed & ea quæ ad bonã famam, ac existimationem pertinent similiter & adhuc magis absurda sunt.*
† Antirrhinon.
‡ Hoc simile est aparinæ, quam philanthropum vocant, radice caret.
** Quin etiam elichrysi flore coronantur, unguento ex auro ignis experte inspersо, gloriam existimationemq; bonam consequuntur.*
† Elichryson.
‡ Tenue, caulem.
** Per summam terram vagantem.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Πρὸς δὲ τὴν ψυχήν. *Theodorus.* Animo vero vesicariam adnotant. *Nimis durus. Neque Latinus sic loquatur.*

Αὐτὸς δ' μέγας, ὡς θύμος. *Theodorus omisit hæc. Quæ tamen præter etiam folii argumentum, redarguunt herbarios, qui suam muscatam, quam nominant, œnotheram esse contendunt. Pusillam sane plantillam, & odore nullo, nedum vini. Omisit etiam quod sequitur,* ῥίζα δ' ἐρυθρά, καὶ μεγάλη, *ut hinc quoque refellantur. Omisit & illa,* ὄζει δ' ἀναξηρανθεῖσα ὥσπερ οἶνος. *Interpretatus est,* περιφορά, recreationem, recte, accessio. *Lego,* ἀπιθανώτερα *negative. Hoc omisit Theodorus, aut illud:* εὐηθέστερα. Et absurda *transtulit,* puerilia, & minus fide digna.

Ῥίζα δ' οὐχ ὑπέχει. *Etiam in capillaribus hæc audacia à nobis supra animadversa est. Dura sane res si sine radice sit. Theodorus hic quoque emollivit.* Radice minima, & pene nulla. *Non nego quibusdam nullam subesse radicem, si vera de Malobathro fabulantur. Sed hic non est locus.*

Theodorus hæc omnia reliquit: αἱ δὲ τῶν ῥιζῶν, καὶ τῶν καρπῶν φύσεις, ἐπεὶ πολλὰς ἔχουσι, καὶ παντοίας δυνάμεις, ὅσαι ταὐτὸ δύνανται, καὶ τῶν αὐτῶν αἰτίαι, καὶ πάλιν, ὅσαι τἀναντία. διαπορήσειε δ' ἄν τις κοινὸν ἴσως ἀπόρημα, καὶ ἐφ' ἑτέρων ἀπόρων. πότερον ὅσα τῶν αὐτῶν αἰτία κατὰ μίαν τινὰ δύναμίν ἐστι, ἢ καὶ ἑτέρων ἐνδέχεται ταὐτὸ γίνεσθαι. τοῦτο μὲν οὖν ταύτῃ ἀπορείσθω. εἰ δὲ τινῶν καὶ ἄλλων τὰς φύσεις, ἢ τὰς δυνάμεις ἔχομεν εἰπεῖν, ταῦτα ῥητέον. *Quæ tamen verba referuntur ad historias superiores, & sunus interpretati in translatione nostra.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Πρὸς δὲ τὴν ψυχήν. Inter ea quæ animi mores vel corrumpunt, vel corrigunt, numerat solanum. Supra diximus, solani plura esse genera, ac inter ea numerari maniacum, & somnificum. Quod furiosum, animi corrumpat mores, extra omne dubium poni debet, nomenque id satis declarat.

Ἡ δὲ τῆς οἰνοθήρας. Contraria ac solanum facultate pollet οἰνοθήρας. Unde nomen hoc acceperit, ex ipso Theophrasto facile probatur, cum radicem exsiccatam vinum olere tradit. Meminit hujus plantæ Dioscorides, apud quem ὀνόθηρα legitur, Ὄναγρα, inquit, lib. IV. cap. CXVIII. οἱ δ' ὀνοθήρας, οἱ δ' ὄναγρ. Corrigunt ὄναγρα, οἱ δ' οἰνοθήρας, οἱ δ' ἄμπελος. Ὀνάγραν scripsisse Dioscoridem, ex Oribasii serie alphabetica probare, non est magni laboris. Confirmatur præterea à Galeno lib. VIII. simpl. Ὀνάγραν, ἢ ὀνόθηραν ἢ ὀνόθουριν τούτου ἡ ῥίζα ξηραινομένη οἰνῶδές τι ὄζει. *Onogra, vel onothera, vel onotheris. Hujus radix siccata vinosum quendam spirat odorem.* Utrum ὀνόθηρας, an ὄναγρα, uti apud Dioscoridem legitur, scripserit, non satis constat. Vulgatam Dioscoridis Plinius probat. Ὄναγρα vocatur, quod bestias feras, maxime asinos, mansuetas reddat. Dioscorides loco citato. Δύναμιν δ' ἔχει ἀπόβρεγμα τῆς ῥίζης ποθὲν τοῖς ἀγρίοις ζώοις ποτιζόμενον, ἡμεροῦν αὐτά. *Radicis dilutum feris animantibus, in potum datum, vim hanc habet, ut eas ex feritate ad mansuetudinem traducat.* A colore nomen illud impositum, non fit verisimile. Ὀνάγρειον enim, *color asinius.* Pollux lib. VII. cap. XIII. Ἔστι δὲ καὶ κίλλιον ἐσθῆτος χρῶμα, τὸ νῦν ὀνάγρειον καλούμενον, καὶ κίλλον γὰρ τὸν ὄνον οἱ Δωριεῖς, καὶ κιλλακτῆρα τὸν ὀνηλάτην. φαιὸν δ' καὶ μέλαν ἀλλήλοις ἐστὶν ἐγγύς. *Est vestimenti genus, quod à colore* κίλλιον *dicitur, vulgo onagrium vocant.* κίλλον *asinum Dores appellant, & cillactera asinarium: fuscus & niger colores sunt vicini.* Ex hoc loco apparet, asinium & fuscum colorem diversos esse; nisi quis velit φαιόν, colorem esse fuscum, qui obscuritatis illo fastigio caret, quod in nigredine reperitur. At verò asinium, fuscum, cineritium, cui τὸ λευκὸν additum est, qualis color asinorum. Probabile, ut dixi, onagri nomen accepisse, quod feras mitiget. Describitur a Dioscoride loco citato. Θάμνος ἐστὶ δενδροειδής, εὐμεγέθης, φύλλα ἔχων ἀμυγδαλῇ ἐμφερῆ πλατύτερα, γλυκύτερα δ' ἐμφερῆ τοῖς τῆς κρίνου, ῥίζαν δ' λευκήν, μακράν, ἧς ξηρανθείσης οἶνος ὀσμὴν ἀποδίδωσι. φύεται ἐν ὀρεινοῖς τόποις. Id est, *Frutex est arboris specie,* præ-

prægrandis, folio amygdalaceo, sed dulciore, liliaceo non dissimili: floribus roseis, magnis, radice candida, parva, cum siccata est vinum olente. Nascitur in montanis. Plinius lib. XXVI. cap. XI. *Et œnothera, sive onuris hilaritatem offerens in vino,* (tale nihil Dioscorides, nihil Theophrastus) *amygdalaceo folio, flore rosaceo, fruticosa, longa radice, & cum siccata est, vinum olente: hæc in potu data feras quoque mitigat.* Ex hoc Plinii loco restituendum ἀντὶ μικρὰν, μακρὰν *longam*. Hanc etiam lectionem probat præceptor; Qui folium non dulcius, sed latius amygdalino scribit. Delendum itaque γλυκύτερον, ac reponendum πλατύτερον, Quomodo in utroque Goupyli exemplari legitur, & ex Oribasii codice legendum probatur. In descriptione radicis à Theophrasto discrepat Dioscorides: hic albam, ille rubram dixit. Nisi forte Dioscorides de interiore, de exteriore radicis parte loquatur Theophrastus. Onagra inter ea recenseri debet, quæ ad recentiorum notitiam nondum pervenerunt. Falluntur qui pseudolysimachiam, chameneron dictam, pro onagra exhibent. Etenim non nisi herba est, hyeme etiam marcescens. Tantum abest ut frutex sit, aut arborem æmuletur: nec folia amygdalinis latiora, sed potius tenuiora, quæ cum liliaceis comparari nequeunt, radix siccata nullum, vinum referentem, odorem emittit.

Φαίνεται δὲ ἐ τοῦτο. Non absurdum, inquit, videtur, oinotheram, è vino exhibitam, mores mitiores & hilariores efficere; quippe quod assumptio quædam fiat ejus, quod vinosam vim habet. Sed fabulosum, inquit, ac incredibile videtur, herbis quibusdam quasi amuletis & alexipharmacis tum domos, tum homines à fascino defendi, quod de tripolio narravit Hesiodus & Musæus. Parem aut certè majorem etiam videri stultitiam, si quis sibi persuadeat, herbas reperiri, quæ ad famam, ac dignitatem comparandam aliquid faciant, ut de antirrhino quidam retulerunt. Hunc Theophrasti locum non intellexisse Plinium ex eo patet, quod polio adscribat, quæ Theophrastus de tripolio, & antirrhino tradidit, uti lib. VII. cap. X. à nobis demonstratum est.

Πόλιον. In Aldino & Basiliensi codice τριπόλιον legitur, quomodo & Theophrastum scripsisse ex Dioscoride facile probatur. Tripolium enim recenset inter plantas magica facultate donatas, quæ domibus & corporibus alexipharmaca præstant, adversus fascinum: Gaza *polium* interpretatus est ex Plinio. Non animadverterat, Plinium polium cum tripolio confundere. Supra lib. VII. πόλιον dici hanc plantam probavimus; πολιὸν accentu in ultima, herba est quæ à canitie nomen habet; πόλιον accentu in antepenultima, ἀπὸ τοῦ πολεῖν, plantam denotat, cui nomen impositum, quod sæpius de die colorem mutet; τριπόλιον quod ter quotidie mutet. Dioscorides lib. IV. cap. CXXXV. τριπόλιον φύεται ἐν παραθαλαττίοις τόποις. (Lacuna in veteri codice legi auctor est πέτραις, ἃς, quam lectionem probat Plinius, alteram experientia) ὡς ἐπικλύζει ἡ θάλασσα καὶ ὑποχωρεῖ, οὔτε ἐν ξηρᾷ, οὔτε ἐν θαλάσσῃ φύλλα δ' ἔχει ἰσάτῃ (lege ἰσάτιδι) παραπλήσια, παχύτερα μέν τοι, καυλὸν σπιθαμιαῖον, ἄνωθεν ἐσχισμένον. ταύτης ἱστορεῖται τὸ ἄνθος (Lacuna in veteri codice φύλλα, quomodo etiam Plinius, quod parum verisimile) τρὶς τῆς ἡμέρας μεταβάλλειν τὸ χρῶμα, πρωῒ μὲν λευκὸν, κατὰ δὲ τὴν μεσημβρίαν πορφυρίζον, ὀψὲ δὲ φοινικοῦν. ῥίζα λευκὴ (Lacuna λεπτὴ, hanc improbat Plinius, vulgatam confirmat autopsia) εὐώδης, θερμαντικὴ γευομένῳ. ἥ τις πινομένη ἐν οἴνῳ < β' πλῆθος κατὰ κοιλίας ὕδωρ ἄγει, καὶ οὐρα. τέμνεται δὲ καὶ εἰς ἀλεξιφάρμακα. *Tripolium in maritimis nascitur, ubi allidit unda, vicissimque retro commeat; sed neque in mari, neque in sicco. Folia habet isatis attamen crassiora, caulem palmarem, & superna parte divisum. Ejus flos ter de die colorem mutare perhibetur; ita ut mane candidus, meridie purpureus, vesperi puniceus aspiciatur. Radix est alba, odorata, calidi gustus, quæ drachmis duabus in vino pota, aquas urinamque per alvum extrahit, conciditur & in medicamenta, quæ alexipharmaca vocant.* Tripolium circa Amstelodamum copiosè provenit, locis quales describit Dioscorides maritimis, quos unda alluit recensque demittit. Maritimis quoque Zelandiæ frequens. Rectè Dioscorides de flore scripsit, ἱστορεῖται μεταβάλλειν, *narratur, refertur mutare colorem.* Nam id præter veritatem & fabulosum esse observatum est à recentioribus. Decepit plebeculam, quod duplicis est floris, lutei scilicet & purpurei, in phœniceum non raro & cæruleum vergentis. Lutea foliola, radiatim affixa, partim superne decidere solent, partim verò introflecti, & purpurea vel albida videri, relictis interim nonnullis inibi foliolis, & multis staminibus albidis, & purpureis superstitibus; quæ plebeculæ opinionem faciunt, ter de die mutati coloris. Tres itaque colores uno die reperiri posse, non repugnat veritati.

Tripolium vulgare.



Nam cùm flores omnes non simul, sed particulatim & sensim floreant ac perficiantur, facile contingit, tres florum colores conspici incipientium, completorum, & deficientium. Nondum aperti aut perfecti subpurpurei sunt, completi, quali jam dixi, & mox dicam, languentes, papporum candidam ostendunt lanuginem. Foliis tripolium exit oblongis, latis, lævibus, crassiusculis, densis, virentibus, Isatis foliis perquam similibus. Caulis rectus, dodrante altior, (nonnunquam etiam minor pro soli ratione ut latius dicam) fastigio in alas diviso, in quibus flosculi perquam elegantes, medio disco, lutei, orbiculato verò ambitu cærulei, aut purpurei, asteris Attici florum æmuli (unde aster marinus vel amellus maritimus dici solet) qui in pappos candidos contabescentes abeunt; Radix oblonga, alba, cortice induitur crassiuscula. Planta hæc in horto translata, diutine viget, & mirum in modum luxuriat, grandescitque, caulesque emittit cubitales, & bicubitales, radicesque in fibras commutat, cum in natali solo sæpius palmares, aut paulo altiores sint. De tripolio hæc Plinius lib. XXVI. cap. VII. *Tripolium in maritimis nascitur, saxis, ubi alludit unda, neque in mari, neque in sicco, folio Isatis crassiore, palmo alto, in mucrone diviso, radice alba, odorata, crassa, calidi gustus.*

Ἀντίρριζον. Ἀντίρριον legendum esse ex Dioscoride Galeno, & Plinio constat. Vulgata fortassis lectio cuipiam arridebit, quod apud Hesychium legatur, ἀντίρριον ἀντίρριζον, οἱ δὲ βοτάνης εἶδος. Sed corruptus est codex, restituendum. Ἀντίρριον· οἱ δὲ ἀντίρρις βοτάνης εἶδος.

ῥῖν@. Ἀντιῤῥὶς, ἀπὸ τῆς ῥινὸς, ut ἴνγεις. Ἀντίῤῥινον, sive ἀντιῤῥὶς vocatur, quod fructum ferat tanquam nares vituli, ut docet Theophrastus, & probat Galenus lib. VI. simpl. Ἀντίῤῥινον, ἢ ἀνάῤῥινον ὅμοιον μόσχου ῥισὶν ἔχει τὸν καρπὸν, ἄχρηστον εἰς τὰς ἰάσεις. *Antirrhinon sive anarrhinon fructum habet naribus similem, ad sanationes inutilem.* Ἀπὸ τῆς ῥινὸς, quomodo ῥίζον vel ῥίζιον derivari possit, non video. Corruptus ergo est codex. Ἀνάῤῥινον vocari tradit etiam Dioscorides lib. IV. cap. CXXXIII. Ἀντίῤῥινον οἱ δὲ ἀνάῤῥινον, ἔνιοι δὲ τοῦτον λυχνίδα ἀγρίαν καλοῦσιν. *Antirrhinum, alii anarrhinon, aliqui lychnidem sylvestrem vocant.* Quod scilicet florem leucoio sive lychnidi sylvestri similem ferat, ut paulo infra exponit Dioscorides. Ἀνάῤῥινον Galenus in glossis exponit Ἀνάῤῥινον τὸ διὰ τῶν ῥινῶν παλλόμενον ἰὸν, ἔνιοι δὲ διαιροῦσιν ἀνάγεσθαι εἶναι ἀνὰ τὸ δέρμα, *per nares retro versum iens, quidam dividunt* ἀνὰ ῥινὸς *ut sit per cutem.* Sed hæc planta, de qua nobis sermo, inde nomen non accepit. Idem in exegesi, βουκέφαλον vocari auctor. Ἀντίῤῥινον πόα τις, ἣ καὶ βουκέφαλον καὶ λυχνίδα ἀγρίαν ὀνομάζουσι. βουκέφαλον, id est *bubulum* vel *vitulinum caput*. Quod antirrhini referre fructum, negari non potest. Belgis *orant* dicitur, etiam **gaperkens/ knaptandekens kruyt/ & kalfsnuyte.** Orant ab janthino flore, janthinus jant, inde *orant*. Malunt alii ab orantio, cujus meminit Galenus lib. IV. κατὰ τόπους. cap. primo. ἢ τὴν λεγομένην ὀρύντιον βοτάνην πολλὴν καθεψήσας, *aut herbam oruntium appellatam coquito.* Sed Doctiss. Cornarius ὀρίγανον eo loco, non sine ratione, legendum contendit. Cum tamen antirrhinon sit attenuatoriæ, ac calfactoriæ facultatis. Cur ergo ictericis prodesse nequeat, non video. Columellam lib. X. *os leonis* vocare, multorum est opinio, quod flos hians leonis rictum referat.

> *Narcissique comas & hiantis sæva leonis Ora feri.*
> ——— *Et paulo infra. Oscitat & leo.*

Alii tamen aquilegium ipsum intelligere putant, quorum opinionem minus probo, quod nullum rictum leonis flos ostendat. Antirrhinon Theophrastus aparines folio describit; Gaza minus recte *lappam* vertit, quod errandi aliquibus præbuit occasionem. Supra lib. VII. cap. ultimo de aparine egi. ——— Lector caput, citatum adeat, & videat quot plantæ aparines nomine gaudeant. Hoc loco non ξάνθιον, non δρακόν, non ἐπιπάπυρον intelligit, sed φιλάνθρωπον. Qui locus ostendit, antiquissimos Græcos ἀπαρίνης nomine φιλάνθρωπον Hippocratis intelligere. Aparine hæc folia habet rubiæ similia, id est oblonga, angusta, aspera: aparinę huic, (si folia particularia consideres) similia habet antirrhinon minus, nisi quod lævia nec aspera uti alterum aparines genus, Plinio *mollugo* dictam. Hæc cum viri docti minus considerarint, aliud Plinii, aliud Dioscoridis, aliud Theophrasti antirrhinon esse scripserunt, cum tamen omnes de uno eodemque antirrhino agant: Aparines singularia folia lino similia, anagallidi non planè dissimilia. Illud tamen addendum Dioscoridem majus, Theophrastum, Pliniumque minus (quod *pheutema* Dodonæus vocat) descripsisse, videat lector utriusque iconem apud Lobelium: describit Antirrhinon loco citato Dioscorides his ferè verbis, πόα ἐστὶν ἐμφερὴς ἀναγαλλίδι φύλλοις καὶ καυλῷ, τὰ δὲ ἄνθη πορφυρᾶ, ὅμοια λευκοΐῳ, μικρότερα δὲ διὸ καὶ ἀγρίαν λυχνίδα καλοῦσι. Καρπὸν δὲ φέρει μόσχου ῥισὶν ὅμοιον, ῥούσιον ἰδεῖν. Ἱστοροῦσι δὲ τὴν ἀντιπαθὴς εἶναι φαρμάκοις περιαπτόμενον. ἐπιχαρῆ τε ποιεῖν ἀλειφόμενον σὺν ἐλαίῳ κρινίνῳ ἢ κυπρίνῳ. *Herba est caule foliisque anagallidi similis, floribus leucoy, minoribus tamen, & purpureis. Ideo etiam sylvestris lychnis nominata est. Fructum verò gerit vituli narium similem, aspectu russeum. Traditur hæc amuleti instar adalligata, malis medicamentis veneficiisque adversari, iisque gratiam conciliare, qui ea cum oleo liliaceo, cyprinoque perunćti fuerint.* Quæri solet, quomodo Dioscorides, ἀγρίαν λυχνίδα vocari scribat, quod florem leucoio similem ferat. Respondent docti vocem λευκοΐῳ expungendam, ejusque loco restituendam λυχνίδι. Sed parum interesse puto, utrum λυχνίδι an λευκοΐῳ legamus. Siquidem ipse Dioscorides, uti alibi diximus, λυχνίδ@ florem λευκοΐῳ comparavit. Vulgatam tamen servo, quod Plinius eam secutus videatur; quanquam nec alteram rejiciam. Ῥούσιον ἰδεῖν. Vox ῥούσιον suspecta admodum pluribus interpretibus est, qui idcirco voces has negligere solent. Ergo quid ῥούσιον sit, exponendum erit. Vulgo interpretari solent *russeum* & *russum*. Coloris hæc nomina sunt, ad russum inclinantis, dilutius tamen rubentis. Hoc sensu, apud Achmen accipitur cap. 48. Καὶ ἐὰν ἐν ῥούσιον, ἢ γυνὴ τῆς χαρᾶς ἐστι. Idem cap. 226. Εἰ γὰρ λευκὸν, ἔστω ἐρασθὲς. εἰ δὲ ῥούσιον, τῆς χαρᾶς ἐστι. *Si colore albo formosa, si russo grata.* Botanicis ῥούσιον color est, qualis in leucoio flore. Russus enim, sive ῥοῦσ@ à cocco, sive ῥοῦς est, sed dilutioris coloris. Cassianus Bassus lib. XI. cap. XXIII. De violis. Ἴα τὰ πορφύρεα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, τά τε χρυσίζοντα καὶ τὰ ῥουσίζοντα μετὰ ἴδους μαρτίας φυτεύεται. *Violæ purpureæ & aliæ omnes, tum auricolores, tum russei coloris, post Idus Martias plantantur.* Ægineta anagallidem marem ῥούσιον florem habere tradit. lib. VII. cap. XI. titulo πεδιακικὰ βοηθήματα, ἢ διὰ κοραλλίων πεδιακικὰ, &c. Καρυοφύλλου κόκκοι ιε ἀναγαλλίδ@ τῆς τὸ ῥούσιον ἄνθ@ ἐχούσης τὸ κυλῶσι κοράλλιον γο ς ἀριστολοχίας μακρᾶς γο δ. *Caryophylli grana* 15. *anagallidis phœnicei coloris, quam vocant corallion, semiuncia, aristolochiæ longæ unciæ quatuor.* Nullum antirrhini genus est, quod fructu russo conspicitur. Non probo illorum opinionem, qui legunt πόα ἐστὶν ἐμφερὴς λευκοΐῳ φύλλοις καὶ καυλῷ, τὰ δὲ ἄνθη ὅμοια ἀναγαλλίδι πορφυρᾷ. *Violis quas leucoia vocant, caule & foliis similis herba est, flores habet purpureis anagallidi flosculis similes.* Non video qua auctoritate reliqua rejici possunt. Nam etiam minimum antirrhinum flosculos majores fert anagallide. Præterea cur lychnis sylvestris diceretur. Ineptum id foret si dicamus quod folia ferat leucoio, vel flores anagallidi similes. Voces ῥούσιον ἰδεῖν si non transposita sunt, de flore intelligi debent. Nam flos aspectu coloreque diluto est rubro, nihil tamen impedit, quo minus hæc de tota intelligamus planta; Nam non tantum flores, sed cauliculi & pars foliorum cauliculo proxima dilutè rubent. Nullum itaque in verbis Dioscoridis mendum. A Dioscoride ad Plinium veniunt. Hic antirrhini historiam his ferè verbis tradit lib. XXV. cap. X. *Antirrhinon vocatur sive anarrhinon sive lychnis agria, similis lini, radice nulla, flore hyacinthi, semine vituli narium, & hoc per unctos venustiores fieri, nec ullo malo medicamento lædi posse aut veneno, si quis in brachiali habeat, arbitrantur magi; similiter ea quam eupleum vocant traduntque ea per unctas commendatioris esse famæ.* Hæc lectio vulgatam Theophrasti de radice defendit. Plantas, nullam habere radicem veteres dicunt, quibus exigua est aut nullius usus. Sic capillares plantas sine radice scribunt, cum capillacea sit, & exiguis fibris constet illarum radix. Lini folia dixit Plinius, vel quod particularia aparines lini referant, vel quod pro ἀπαρίνη, λίνῳ libertum legisse putarit. *Flore Hyacinthino.* Scribo ex Dioscoride *janthino.* Leucoio, sive violæ albæ comparat antirrhini florem Dioscorides. Ridiculum admodum, quod ex his Theophrasti verbis, Plinius novam finxerit plantam. Scribit Theophrastus de antirrhino. Εὐκλείας γὰρ φασιν εἶναι ποιεῖν. Græcus auctor εὔκλειαν herbam non dixit, sed antirrhinon ad εὐκλείαν conducere ait; Latinus, aliud cogitans, aliud scribens, pro εὐκλείας, si non sit mendum, εὔπλειαν intellexit, novamque, quod valdè ineptum, fecit plantam. Non desunt qui antirrhinon à Plinio lib. XXX. cap. ij. cynocephali nomine describere existimant. Credo quod fructus canis cranium cute & carne exutum referre videatur, tum etiam quod Apulejus cap. 86. hæc tradat. *Græcè cynocephalion dicunt, alii antirrhinon, alii bucranion, alii burrhinon, alii amethyston, alii anarrhinon, alii pithecion, Prophetæ osireostaphen, Itali canis cerebrum, alii herbam siminiam, alii venustam minorem, alij opalim gratam appellant.* Quæ Plinius de cynocephalo tradat, audiamus. *Quærat, inquit, aliquis, quæ sint mentiti veteres Magi, cum adolescentibus nobis visus Apion, Grammaticæ artis, prodiderit cephaliam herbam, quæ in Ægypto vocaretur osyrites, divinam, & contra omnia veneficia; sed si ea erueretur, statim eum qui eruisset, mori.* Osyrin in Ægypto vocari ait. Non videtur aliam plantam describere quam osyrin Græcorum, cujus mentionem facit lib. XXVII. cap. XII. ubi ait. *Osyris ramulos fert nigros, tenues, lentos, & in iis folia nigra, ceu lini, semenque in ramulis nigrum initio, dein colore mutato, rubescens, smegmata mulieribus faciunt ex his, radicum decoctum potum; sanat arquatos.* Hæc an cum veterum Græcorum conveniant scriptis examinandum erit.

Osyrim

Osyrim describit Dioscorides lib. IV. cap. CXLIII. Ὄσυρις φρυγάνιον μέλαν, λεπτόραβδον, δυσθραυστον, καὶ περὶ αὐτὸ φυλλάρια γ'. Ἔστι δὲ ὅτε δ' ἢ ε'. ἢ ς' αὐτῆς ὥσπερ λίνου, μέλανα κατ' ἀρχάς. μεταβαλλόμενα δὲ ὑπέρυθρα γίνονται. ταύτης τὸ ἀφέψημα πινόμενον ἰκτερικοῖς βοηθεῖ. *Osyris herba surculacea, colore nigro, tenuibus virgis, fractuque contumacibus, in quibus foliola terna; interdum & quaterna, quina, senave, ceu lini nigra initio, deinde colore mutato rubescentia. Decoctum ejus potum juvat arquatos.* Quod de folio tradit Dioscorides, id de semine tradit Plinius. Nempe initio nigrum, dein rubrum esse: Plinii probabilior est sententia, quam Dioscoridis. Linaria enim (quam osyrin esse dico) fructum fert initio ex viridi nigricantem, dein rubentem; quod de foliis nondum observatum. Smegmata mulieribus ex osyride fieri ait; scopas Galenus lib. VII. simpl. Ὀσύριδος τῆς πόας ἐξ ἧς καὶ τὰ κορήματα (vulgo κακορήματα) γίνεται, πικρὰ μὲν ἡ ποιότης, ἐμφρακτικὴ δὲ ἡ μὲν δύναμις, ὅθεν καὶ τὰς καθ' ἧπαρ ἐμφράξεις ὠφελεῖ. *Osyridi herbæ, ex qua scopæ fiunt* (Interpres *cacoremata*. Percipere nequeo quâ ratione ex herba, mala nascantur verba) *amara inest qualitas, & obstructiones expediendi facultas, quod & in jocinore consistentes adjuvat obstructiones.* Κόρημα, sive κόρηθρον, ἀπὸ τοῦ κορεῖν, idem quod σάρον sive σάρωθρον. *scopæ.* Objiciet quis ornamentū significare. Apud Suidam enim legitur κόρημα τὸ σάρον, τὸ κόσμητρον *scopæ, ornamentum.* Ex hoc Suidæ loco, docti smegmata Plinii & κορήματα Galeni non ita multum differre existimant, quod aliis non minus doctis displicet. Quandoquidem κοσμήτρου voce, non intellexit Suidas comptorium, & venustans faciem medicamentum, quo cutis exteritur & lævigatur, sed, uti exponit Scholiastes Aristophanis, τὸ σάρον ᾧ ἐώθασιν ἀποκαθαίρειν τοὺς ῥύπους τῶν οἴκων. Hoc est, *everriculum, quo domorum sordes everruntur.* Posterior opinio ipsius Suidæ & Hesychii fulcitur opinione. Κόσμητρον enim Hesychio κάλλυντρον. Id est, *instrumentum omne comptorium, aptum ad comendum*, sive *verrendum*, redimiculum: & quoniam palmarum spatulæ, usum præbent scoparum, κάλλυντρα Hesychio dicuntur, κάλλυντρα σπάθαι φοινίκων, σκόλοπες, χάρακες, σαυροί. Idem Hesychius κόρημα κάλλυντρον, ὅ τινες σαρόν. Lege κόρημα κάλλυντρον, ὅ τινες σάρον. Hæc satis ostendunt κόρημα *scopas* significare. Osyridem quidam putant *belvedere*, vulgo nuncupatam esse. *Belvedere* dicitur, quod nitido virore, & foliorum venustate oculos recreat. Favet huic opinioni, quod planta hæc à Græcis nostri temporis ἄυξυρις vocatur, ac in Italia ex hac scopæ parantur. Non arridet tamen hæc opinio, quoniam folia, nullam habent amaritudinem, nec ulla facultate pollent, qua icterum mederi possint. Alii linariam vocatam, osyridem esse statuunt; ac pro cynocephalo habent. Idque duabus de causis. Prima quod flores ejus caninum caput, quod oblongum est, repræsentant, deinde quia singulari medicamento oculorum epiphoris adhibetur, uti Apulejus de cynocephalo scripsit, ususque comprobat. Osyridem dictam plantam hanc putant ab interfecto rege Osyre, qui laudis aucupandæ gratia, ex Græcia in Ægyptum commigrans, Deus est habitus, & sub imagine bovis adoratus. Alii malunt Osyridem vocatam, quod urinas potenter moveat. Urina enim Græcis οὖρον, ὄῤῥος, ὀῤῥός. ἀπὸ τοῦ ῥέω vel ὄρω; & σύρω, quod traho denotat, ὄσυρις, *urinam trahens.* Quibus hoc placet etymon, ij, linariam pro osyride ostendunt. Hæc enim urinalis est dicta, à vi diuretica. Linaria verò, quod folia linum repræsentent. Cauliculos habet cubitales; non rarò bicubitales, complures, rotundos, tenues; folia multa angusta; oblonga, lino similia, esulam minorem adeo imitantia, ut prudentiores Barbari utramque hoc versiculo distinguere sint coacti.

Esula lactescit, sine lacte linaria crescit.

Flores fert luteos, anteriore quidem parte antirrhini floribus similes, umbilicum aut canis vel bovis caput referentes; posteriore verò in caudam, sive corniculum quoddam desinentes, consolidæ regalis similitudine. Sequitur capitulum, rotundum in quo semen nigrum. Radix tenuis, rotunda, alba. Tota planta amara est. Hanc, ut dixi, alii pro osyride pingunt. Duo objici possunt, quibus nec *belvedere*, nec linaria osyridem esse, probari potest. Quod neutrius folia è nigro in rubrum mutentur; quodque ramuli plura habent folia, quam scribit Dioscorides. Ad primum respondeti potest: linariæ semen, uti tradit Plinius, è viridi nigro, in viride rubrum mutari. Quod Diosc. tria, quatuor, quinque, aut sex folia habere ait, intelligit, cauliculos in ambitu tot foliolis coronari, uti comprobat experientia. Hæc fortassis si cuipiā non arrideant, quæ planta osyris sit, referat; ego me nunquam vidisse fatebor. Linariam enim pro osyride non agnosco, multo minus *belvedere*, verum proximè ad historiam accedere. Cæterum prius etymon Osyridis magis, quam postremum arridet. Etenim si osyris nomen haberet à diuretica virtute; neutiquam hoc reticuissent veteres. Redeo ad antirrhinon, quod cynocephalon esse, nec aio, nec nego; quod Plinius non tradiderit, qua facie cynocephalon sit. Antirrhini recentiores multa observarunt genera, quorum minus cum Theophrasti Pliniique convenit descriptione, majus cum Dioscoridis. Cauliculi huic rotundi, glabri, fragiles, & ramosi. Folia multa, ut plurimum oblonga & acuminata, linariæ non dissimilia, sed latiora, & ut plurimum breviora, anagallidisque similiora. Flores secundum cauliculos superiore parte ordine digesti, forma oblongi, calathum effigiantes, anteriore parte latiores, dum conniventes ac conclusi (ut nascuntur) permanent, ranæ ori quodammodo similes, aperti vero hiantis leonis rictum æmulantur, colore roseo rubent, aliquando maculati, ex candido dilutè purpurascentes, ex rubro violacei candidi, sublutei lutei, notandum hic luteum antirrhinon non tantum floribus, sed foliis variare, quæ latiora, brevioraque sunt, nec in agris frequens, sed in hortis ut peregrina colitur planta. Floribus succedunt capitula, oblonga, anteriore parte angustiora & foraminosa, narium vituli, aut canini capitis similitudine, in quibus semen parvum & subnigricans. E radicibus non magnis, fibræ dependent. Tanta hæc planta vi adversus scorpiones pollet, ut eo vel viso scorpiones illico ita stupescant, ut semimortui fiant. Explodendi qui, ut principibus amasiisque gratiores fiant, pulchrioresque videantur, se oleo liliorum, in quo hujus fructus maceratus est, illinunt ac ungunt. Antirrhinon minus sive Theophrasti phyteuma Dioscoridis esse creditur. Noluit illud describere Plinius. Sic enim lib. XXVII. cap. XIII. *Phyteuma qualis sit supervacuum describere habeo, cum sit usus ejus tantum ad amatoria.* Describit Dioscorides, sed magis gratum juvenibus fecisset, si accuratius delineasset. lib. IV. cap. CXXX. Φύτευμα φύλλα ἔχει ὅμοια στρουθίῳ, μικρότερα δὲ καρπὸν πολὺν τετρημένον (alt. τετμημένον) ῥίζαν μικράν. (Ald. μακρὰν πάλιν, quam lectionem probat Marcellus) λεπτὴν ἐπιπόλαιον, ἣν ἀναγράφουσί τινες ἐυθετεῖν πρὸς φίλτρα. *Phyteuma folia habet struthii, sed minora, fructum copiosum, perforatum, radicem parvam, tenuem, per summa terræ nitentem, quam ad amatoria convenire nonnulli prodiderunt.* Φύτευμα à φυτεύω quin dicatur, dubium non puto. Φυτεύω non tantum *plantare* significat, sed etiam *producere, generare*, ac *parere.* Græci etiam φυτεύειν παῖδας, φυτὸν παῖδας. Aristoteles: ἔπειτα παῖδας χρὴ φυτεύειν καὶ τρέφειν. *Postea filios plantare oportet & enutrire.* Memini plura alibi me de hac dixisse voce. Vox στρουθίῳ quomodo exponi debeat quæri potest. Supra dixi, Plinium struthion oleæ foliis describere, si struthio plantæ comparat Dioscorides, oleæ folia habeat oportet. Sin verò avi, quod non puto, pennis struthii similia esse debent. Antirrhinon minus phyteuma esse plures asserunt, quorum opinioni subscribo. Folia enim habet oleæ, vel struthio minora. Oleaginis enim angustiora sunt & minora. Fructum, sive καρπὸν copiosum habet, eumque perforatum, quando pro fructu (quomodo καρπὸς exponi solet) totum illud capitulum, in quo semen continetur, accipitur. Magnum etiam argumentum est, quod in Creta, Græciaque ad amatoria & hodie recipiatur. Honorius Bellus epist. ad Carolum Clusium. *Addam etiam quod phyteuma (antirrhinon videlicet sylvestre, Dodonæi, cujus folia rectissimè comparantur huic struthio, vulgariter ad huc usurpatur, à Græcis mulieribus, ad amatoria, eamque multoties conjurantes, silente luna, manu sinistra colligentes, demum suspendentes, fumigantesve, & aliis modis utentes.* Vocatur Cydoniæ Cretæ χήσκυσα. Antirrhinon hoc natura sua sylvestre est, cauliculos fert tenues, ramosos, folia oblonga, angusta, lino, oleæ ve; nisi quod minora, similia.

Flores

Flores juxta foliola, (non ad summum caulis, uti in majore,) ex ipsorum sinubus exeunt, antirrhini prioris similes, sed minores, colore ut plurimum rubro purpurei in medio lutei, (habeo genus quoddam quod candidos flosculos admixto tamen nonnihil purpurei promit) sequuntur capitula minora & breviora, foraminosa, hominis calvariam propemodum referentia, (hoc fortè occasionem præbuit, quod antiquiores ad amatoria utile scripserint.) Radices subsunt tenues. Tota hæc planta pro cœli solique ratione variat. Aliquando enim procerius, aliquando brevius reperitur.

Τὸ ἑλίχρυσον. Eliochryson, Atheneo si fidem adhibeamus, nomen accepit à nympha quadam Ephesia elichryse, quæ hoc flore Dianam coronavit. Θεμιστα-γόρας δ' ὁ Ἐφέσιος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ χρυσῇ βίβλῳ, ἀπὸ τῆς πρώτης δρεψαμένης νύμφης ἑλιχρύσης ὄνομα τὸ ἄνθος ὀνομασθῆναι. *Themistagoras Ephesius libro, ut inscripsit, aureo, tradit nomen inditum fuisse, ab Elichryse nympha, quæ prima decerpsit.* Recentiores botanici ἑλίχρυσον & ἑλειό-χρυσον dictum scribunt, quod locis aquosis & palustribus, quæ Græcis ἕλη dicuntur, proveniat. Iidem ex Plinii auctoritate ἡλιόχρυσον nuncupatum existimant, quod ad solis, qui ἥλιος Græcis est, repercussum aurea luce, flores hujus plantæ comantibus foliolis fulgeant. Et hanc ob causam Theodorum, *aureliam* vertisse quidam existimant. Falluntur tamen ἑλειόχρυσον vel ἑλίχρυσον scripsere antiquiores, Theophrastus, Nicander, Theocritus, Dioscorides, & quod majus est, sic legit Plinius. Elichryson dicitur, non quod in paludibus nascatur, ἀπὸ τῶν ἑλῶν, in quibus veteres non tradunt nasci, sed in asperis & salebrosis, quæ palustria esse non solent. Sed nomẽ accepit, quod flos aureum habeat fulgorem, ἀπὸ τῆς ἕλης, uti Plinius dixit. Hesychius ἑλεία ἥλιος ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή. Idem ἑλειοθρεπτὰ ἰουδία, ἑλειοθρεπτὲς ἐν ἡλίῳ θρέμμοι ἢ θερμοί. Sic auripigmentum Græcis ἑλίχρυσον ἀπὸ τῆς ἐγχρύσου ἕλης, *ab aureo nitore & splendore.* Hesychius ἑλίχρυσον, οἱ μὲν τὸ ἀρσενικόν, οἱ δὲ ἄνθος τῆς ἐγχρύσου (forte ἑλιχρύσου) βοτάνης. Sic passim omnes aureum dixerunt florem. Theocriti Schol. Ὁ ἑλίχρυσος εἶδος φυτοῦ οὗ τὸ ἄνθος ὅμοιον κρόκῳ, καὶ οἷον χρυσοειδές. Ἄλλοι δὲ τὸν ἑλίχρυσον βοτάνην λέγουσι κροκοειδῆ, καὶ χρυσίζουσαν. Nugantur itaque qui ἡλιόχρυσον, scribendum autumant, ἑλειόχρυσον vel ἑλίχρυσον, ut legit Plinius, & sic antiquiss. Græci. Elichrysum à Theoph. describitur, cujus codex à mendo immunis non est. Atheneus locum hunc Theophrasti lib. xv. exscripsit. Ἐν δὲ τῷ θ' ὁ αὐτὸς Θεόφραστός φησιν, ἐάν τις τὸ ἑλίχρυσον τῷ ἄνθει στεφανῶται, εὔκλειαν ἴσχει μύρῳ ῥαίνων. Interpres. *Et idem philosophus lib. 4. scribit, ad gratiam & gloriam vitæ pertinere, si quis se coronet elychryso, quem unguento consperserit è pyxide sumpto auri apyri, id est ignis experte.* Addit interpres, ex Theophrasto. Ἐκ χρυσίου ἀπύρου, an sic scripserit Atheneus, habeaturque in manuscriptis codicibus, me fugit. Ex hoc Athenei loco Theophrasti codex correctior fieri nequit, verum ex Plinio qui capite x. lib. xxi. hunc locum his fere verbis exscripsit: *Eliochrysos (vulgo heliochrysos) florem habet auro similem, folium tenue, cauliculum quoque gracilem, sed durum. Hoc coronare se Magi, & si unguenta sumantur ex auro, quod apyron vocant, ad gratiam quoque, & vitæ gloriam pertinere arbitrantur.* Legit Plinius, φύλλον λεπτὸν non, ut in Aldino vulgo scribitur, λευκόν. Idem καυλὸν λεπτὸν legit, non ut vulgati codices habent, ξηρόν, quod præter philosophi mentem est. Hanc lectionem probat Dioscorides lib. IV. cap. LVII. Ἑλίχρυσον, οἱ δὲ χρυσάνθεμον, οἱ δὲ ἀμάραντον καλοῦσιν, ᾧ καὶ τὰ εἴδωλα στεφανοῦσι (Alter. τοὺς θεοὺς) ῥαβδίον λευκόν, χλωρόν, ὀρθόν, στερεόν. Φύλλα στενὰ ἐκ διαστημάτων ἔχον ὅμοια τῷ ἀβροτόνῳ κόμην κυκλοτερῆ, χρυσοφανῆ (fortè χρυσοφαῆ) σκιάδιον σφαιροειδές, ὥσπερ κορύμβους ξηρούς, ῥίζαν λεπτήν. Φύεται ἐν τραχέσι καὶ χαραδρώδεσι τόποις. *Elichryson, quidam chrysanthemum, alii etiam amarantum vocant, quo deorum simulachra coronant, ramulum habet ex candido virentem, rectum, solidum, folia ex intervallis angusta, abrotono similia, comam in orbem circumactum, aureæ lucis fulgore, umbellam rotundam veluti corymbis aridis dependentibus; radicem gracilem. Nascitur in asperis & salebrosis.* Hunc locum an satis fideliter exscripserit Plinius, inquirendum. Sic ait capite xxv. libri 21. *Heliochryson,* (Scribo *elichryson*, quod alii *chrysanthemum vocant, ramulos habet candidos, folia subalbida, abrotono similia, ad solis repercussum aureæ lucis in orbem veluti corymbis dependentibus, qui nunquam marcescunt. Qua de causa deos coronant illo, quod diligentissimè observavit Ptolemæus rex Ægypti. Nascitur in frutectis.* Plura in considerationem veniunt. In optimo codice legitur *eliochryson, alii chrysanthemum vocant.* Cur sic vocetur nemo non novit; ab aureo nempe flore. Amarantum vocari tradit Dioscorides, quod flores (non, ut apud Plinium depravati codices habent) exsiccati quam diutissimè servent aureum splendorem. Qua de causa commodè hyeme, cum flores desunt, puellę siccum elichrysum coronis suis inserunt. Aliam tamen plantam amaranthi nomine supra, uti etiam chrysanthemi descripsimus. *Ramulos,* inquit, *habere candidos.* Rectius Dioscorides *ex candido virentes. Folia,* inquit, *esse subalbida, &c.* Sane talia abrotani folia, aliquantulum candicantia folia elichrysi. Theophrastus tamen non λευκὸν sed λεπτὸν scripsit. Quomodo ipse cap. XI. legit Plinius, testatur Dioscorides, comprobat experientia. Στενὰ inquit Dioscorides. Στενὸν idem quod λεπτόν, *tenue, angustum.* Quæ sequuntur corrupta sunt. Folia enim non sunt aureo fulgore. Verbum aliquod deest. Lego, *abrotano similia. Flores ad solis repercussum aureæ lucis, veluti corymbis dependentibus fulgent, qui nunquam marcescunt, &c.* vel, *floribus ad solis repercussum aureæ lucis in orbem veluti corymbis dependentibus, qui, &c.* Non ineptè loto comparat florem elichrysi Athenæus. Ἔστι δὲ τὸ ἄνθος ὅμοιον λωτῷ, *flos loto similis.* Loto similis sativo, forma, non colore. Ægineta de elichryso. Στεφανωματικὸν ἐστι φυτὸν κόμην ἔχον χρυσοφαῆ. *Herba est coronaria, coma auri colore fulgente.* Causam inquit esse, cur dii elichryso coronarentur, quod non marcescant flores. Legit itaque τοὺς θεούς, non τὰ εἴδωλα, ut vulgati Dioscoridis habent codices. Quod perinde nobis: Nam dii Ethnicorum, sunt idola. *Ptolemæum Ægypti regem hoc sedulo observasse,* scribit. Ptolemæi fuerunt plures. An dicemus eum de primo Ptolomæo, Alexandri successore, hæc scribere Plinium? Quod non videtur; idque quod eodem hoc libro cap. VIII. tradat. *In nomine & cyani colos, item holochrysi. Omnes autem hi flores non fuere in usu Alexandri Magni ætate; Quoniam proximi à morte ejus auctores, siluere de illis, quo manifestum est postea placuisse.* Holochryson, (salvo meliori judicio) elichrysum esse videtur. Holochryson idem ac si totum aureum dicas, quod huic convenit plantæ: sed corruptus videtur Plinii codex, aut alia ab elichryso planta est holochryson, aut deceptus est Plinius. Theophrastum temporibus Alexandri Magni vixisse, ac paulo post ejus excessum scripsisse, extra controversiam est. Hic elichryson coronariam docet esse plantam. Quid Theophrastum dico? Alcman elichrysi inter flores coronis usum præbentes numerat. Atheneus lib. XV. Μνημονεύει αὐτοῦ Ἀλκμάν. Καί τιν' εὔχομαι φέροισαν, τὸ δὲ ἑλιχρύσω πυλεῶν' ἀκηράτω κυπαίρω. *Puellam opto, quæ pyleonem (alibi lunoniam coronam) adferat ex elichryso & immortali cypero.* Ibycus etiam hujus floris, ut jam tũ fortè coronis *celeberrimi* meminit apud Atheneum loco citato. Ἰβυκος. μύρτα τε, καὶ ἴα, καὶ ἑλίχρυσος, μᾶλά τε καὶ ῥόδα, καὶ τέρενα δάφνα. *Myrtus, viola, elichrysus, mala, rosæ teneræ, laurus.* Cratinus in effeminatis elichrysi coronæ mentionem facit. Κρατῖνος δ' ἐν μαλθακοῖς φησιν, ἑρπύλλῳ, κρόκοις, ὑακίνθοις, ἑλιχρύσου, κλάδοις. *Serpyllo, croco, hyacintho, elichrysi ramis.* Apud Theocritum Eidyl. primo mentio fit elichrysi; sed haud scio an poëta plantam intelligat. Videtur auripigmentum intelligere. Κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονιμένος. Hedera poculum illud ambiebat, quæ hedera auripigmento erat. Ἑλίχρυσον plantam exponit Scholiastes Theocriti & Nicandri, τὸ ἑλίχρυσον ἄνθος ἐστίν, οὗ μέμνηται καὶ Θεόκριτος, auripigmentum, Hesychius ἑλίχρυσον, οἱ μὲν τὸ ἀρσενικόν, &c. Abunde satis probatum est, elichrysum, notum fuisse inter coronarias plantas, Alexandri Magni ævo. Sed doctiores corruptum Plinii codicem esse putant. Restituunt; *in nomine & cyani colos, & colocasii.* Idque quod antiquissimus Thuanæus codex, hoc loco pro titulo habeat, *de quiano & colocasio.* In ipso vero textu scriptum exhibet holochrysi, in Rigaltiano, holocrosi. Utrum colocasii flores noti temporibus Alexandri fuere, nolo disputare. Apud Theophrastum certè colocasii floris mentio nulla. Et hæc de elichrysi forma veteres. Recentiorum nonnulli chrysocomen, quam alii stœchadem citrinam vocant, pro elichryso ostendunt. Folia hæc fert oblonga, angusta, utraque incana & lanuginosa, abrotano planè dissimilia.

 Eli-

Elichryson describunt Clusius, Dodonæus, Pena, Lobelius, quod optime cum veterum delineatione convenit. Cauliculos promit graciles, virentes, lignosos, nonnunquam pedem, aliquando cubitum altos, in alas quasdam subinde divisos. Folia confecta, numerosa, aliquantulum candicantia, abrotono vel tenuifoliæ artemisiæ similia, cum gravitate odorata. Flores in summo cauliculorum umbellatim congesti, luteo auri colore fulgentes, agerati aut tanaceti florum forma, vel medii orbiculi sive disci florum Anthemidis, odore agerati. Hi, prius quam flaccescant decerpti, speciem suam ac pulchritudinem diutinè servant. Radix dura, lignosa, minimi digiti interdum crassitudinem æquans, qui singulis tamen annis perit, nec vivax est. Exit plerisque Hispaniæ ac Italiæ locis incultis, in pratis, solo gracili, ac circa fluviorum ripas. In Belgii hortis floret Augusto aut Septembri mense, Octobri in Hispania, vere fortassis in Græcia, solum cœlumque hoc in negotio multum pollere, nemini ignotum. Elichrysum Theophrastus docet à venenatis bestiis læsis prodesse. Idem Nicander in Theriacis.

Μὴ σύ γ' ἑλιχρύσοιο λιπεῖν πολυδευκέος ἄνθην, vulgo interpretantur nec helichrysi dulcis flos absit. Græcus enim interpres, πολυδευκέος δὲ τοῦ γλυκέος, τοῦ ἡδυτέρου. δευκὲς γὰρ τὸ γλυκὺ παρ' Αἰτωλοῖς. ὅθεν ἀδευκὴς ὁ πικρός. Hanc significationem vocem δευκὴ habere, non nego; sed præter veritatem & mentem Nicandri esse dico, qui ne somniavit quidem florem elichrysi dulcem esse. Nisi forte aspectu intelligas; alioquin falsum est. Tota enim planta est amara, & hæc causa est, cur credere facile liceat, easdem obtinere facultates, quas illi veteres, Theophrastus, Dioscorides, Plinius, Ægineta tribuunt. Poëta πολυδευκέος nomine, splendorem, fulgoremque insignem denotat. Hesychius δευκὲς λαμπρὸν, ὅμοιον, splendens, simile: vertendum. *Nec tu elichrysi, multum fulgentis florem, relinque.* Ad ambusta etiam præscribit Theophrastus. Idem Plinius facit libro XXI. capite XXV. *Ciet urinas è vino pota & menses, durities & inflammationes discutit, ambustis cum melle imponitur, contra serpentium ictus, & lumborum vitia bibitur, sanguinem concretum ventris aut vesicæ absumit cum mulso. Folia trium obolorum pondere sistunt profluvia mulierum in vino albo; Vestes tuetur odore non ineleganti.* Profluvia mulierum sistere, non docet Dioscorides, sed catarrhos. Βοηθεῖ δὲ ἡ κόμη σὺν οἴνῳ ποθεῖσα δυσουρίαις καὶ ἑρπετῶν δήγμασι, καὶ ἰσχίασι καὶ ῥήγμασι. καὶ ἔμμηνα ἄγει. καὶ θρόμβους αἵματος τοὺς ἐν κύστει ἢ κοιλίᾳ τήκει, σὺν οἰνομέλιτι πινομένη. ἴσχει δὲ καταῤῥοῦν ὅσον τριώβολον νήστει δοθεῖσα ἐν κράματι οἴνου λευκοῦ. συντίθεται δὲ καὶ μετὰ ἱματίων, ἄβρωτα τηροῦσα αὐτά. *Coma ex vino pota, contra urinæ difficultatem, serpentium morsus, ischiada, ruptaque opitulatur, mensesque ciet. Sanguinem concretum ventris aut vesicæ absumit cum mulso pota, sistit & destillationes trium obolorum pondere jejunis potui data in vino albo diluto. Vestibus quoque interponitur, ut eas à teredinum injuriis tueatur.* Videt lector Plinium ἀντὶ καταῤῥοῦν legisse γυναικεῖον ῥοῦν. Vulgatam lectionem Dioscoridis defendit Ægineta. καὶ καταῤῥοις, inquit, βοηθεῖ. Adversariorum auctores multum pollere ajunt adversus podagras, & ulcera maligna, humorum impetum illuc incitum, & ruentem reprimendo, lotium derivando, & saburram vehementius impellendo. Hispanis nullo in usu est, nisi quod Madritiano agro mundatorias scopas ad ædes purgandas ex ea faciunt.

ΚΕΦ. ΚΒ. — CAP. XXII.

De pipere & ejus generibus. Item de grano gnidio, pastinaca, vite sylvestri, dracunculo, thapsia, ficicula, ebeno, malo terræ, scammonia, filice. Tum quæ quibus locis præstantiora medicamenta.

ΤΟ δὲ πέπερι, καρπὸς μέν ἐστι. διττὸν δὲ αὐτοῦ τὸ γένος. τὸ μὲν γὰρ στρογγύλον ὥσπερ ὄροβος, κέλυφος ἔχον καὶ σάρκα καθάπερ αἱ δαφνίδες, * ὑπέρυθρον. τὸ δὲ ἀπομήκες, μέλαν, σπερμάτια μηκωνικὰ ἔχον. ἰσχυρὸν δὲ πολὺ τοῦτο μᾶλλον θατέρου. † σπερματικὰ δὲ ἄμφω. διὸ καὶ πρὸς τὸ κώνειον βοηθεῖ ταῦτά τε καὶ ὁ λιβανωτός. ὁ δὲ κνίδιος κόκκος, στρογγύλον, ἐρυθρὸν τῇ χροιᾷ. μεῖζον δὲ τοῦ πεπέρεως. ἰσχυρότερον δὲ πολὺ τῇ θερμότητι. διὸ καὶ ὅταν δίδωσι κατὰ ποτὸν (διδόασι γὰρ πρὸς κοιλίας λύσιν) ἐν ἄρτῳ ἢ στέατι περιπλάττοντες. καίει γὰρ ἄλλως τὸν φάρυγγα. θερμαντικὸν δὲ καὶ ἡ τοῦ πευκεδάνου ῥίζα. διὸ καὶ ἄλειμμά τι ποιοῦσιν ἐξ αὐτῆς ἱδρωτικόν. ὥσπερ ἐξ ἄλλων. δίδοται δὲ ἡ τοῦ πευκεδάνου καὶ πρὸς τοὺς σπλῆνας. τὸ δὲ σπέρμα οὐ χρήσιμον, οὐδὲ ὁ ὀπὸς αὐτῆς. γίνεται δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ. δαῦκον δὲ περὶ τὴν ‡ Σπαρτικὴν τῆς Ἀχαΐας διαφέρον, θερμαντικὸν φύσει. ῥίζαν δὲ ἔχει μέλαιναν, θερμαντικὸν δὲ καὶ δριμὺ, καὶ τῆς ἀμπέλου τῆς ἀγρίας ἡ ῥίζα. διὸ καὶ εἰς ψίλωθρον χρήσιμον, καὶ ἐφηλίδας ἀπάγειν. τῷ δὲ καρπῷ ψιλοῦσι τὰ * δένδρα. τέμνεται δὲ πᾶσαν ὥραν, ὀπώρας δὲ μάλιστα. † δρακοντίου δὲ ῥίζα, βῆχας ἐν μέλιτι διδομένη παύειν χρησίμη. καυλὸν δὲ ἔχει ποικίλον, ὀφιώδη. σπέρματι δὲ οὐ χρῶνται. ἡ δὲ τῆς ‡ θαψίας ἐμετική. ἐὰν δέ τις κατάσχῃ, καθαίρει καὶ ἄνω καὶ κάτω. δύναται δὲ καὶ τὰ πελιώματα ἐξαίρειν. * ὑπώπια δὲ ποιεῖ, ἀλλὰ ἔκλευκα. ὁ δὲ ὀπὸς ἰσχυρότερος αὐτῆς, καθαίρει δὲ καὶ ἄνω καὶ κάτω. σπέρματι δὲ οὐ χρῶνται. γίνεται δὲ καὶ ἄλλοθι μὲν, ἀτὰρ καὶ ἐν

* μέλαν τὸ δὲ ἀπομήκες ὑπέρυθρον.
† θερμαντικά.
‡ πατρικὴν.
* δέρματα.
† δρακοντίου.
‡ θαψίας ῥίζα ἐμετική.
* ὑπώπια δὲ ποιεῖ ἔκλευκα.

Piper fructus est. Ejus genera duo. Unum enim rotundum, ervi modo, tegmine carneque constans: sicut laurina * bacca, subrutilum. Alterum oblongum, nigrum, semina papaveris continens. Longe hoc validius altero. Ambo autem vim calefactoriam obtinent. Quamobrem contra cicutam auxiliantur, & etiam thus. Granum cnidium rotundum, colore rubrum, majusque pipere est. Sed caliditate multo validius. † Qua de causa cum devorandum datur (dari enim contra alvi solutionem solet) in pane, aut adipe obductum sumitur. Aliter enim gulam adurit. Peucedani quoque radix vim calefactoriam habet. Quamobrem unguentum quoddã etiam ex ea sudatorium ‡ faciunt. Datur & ad lienes radix peucedani. Semen inutile est, nec succus ulla in re prodest. Pastinacam agro * Spartensi Achaiæ laudatissimam referunt; natura calefactoriam, radice nigram. Radix quoque vitis sylvestris, calefactoria acrisque est: quamobrem ad psilothri usum idonea, & vitia cutis in facie emundat. Fructu ejus † defoliare arbores solent. Succiditur omni tempore, sed præcipue autumno. Dracunculi radix data ex melle, tusses sanare potest. Caulem versicolorem serpentis similem habet. Ejus semine nulla in re uti solent. Thapsiæ radix vomitoria est: & si quis continuit, tam superius quam inferius purgat. Ad hæc livida tollere potest. Sugillata, ‡ tamen facit, verum plane alba. Succus ejus validior est, & quidem tam superius quam inferius purgat. Nullus seminis usus. Nascitur tum alibi, tum in terra Attica: in qua pecudes incolæ eam non tangunt, peregrinæ vero depascunt: * & aut alvus solvitur, aut intereunt. † Fidicula semper post imbres erumpit: & semen nullum producit. Ebeni lignum aspectu buxo simile est: sed decorticatum nigerrimum redditur. Utile oculis ad co-

* Bacca, nigrum, alterum oblongum, subruffum.
† Quare in potu dantes (exhibent verò ad alvum solvendam) pane aut farina subacta obductum id præbent.
‡ Faciunt, uti & reliquis calidis. Datur.
* Patrensi.
† Depilant coria.
‡ Sugillata facit exalbida.
* Quibus tum aut.
† Polypodium.

tem

τῇ Ἀττικῇ. καὶ τὰ βοσκήματα ταύτης οὐχ ἅπτεται τὰ ἐγχώρια. τὰ δὲ ξένα βόσκεται. καὶ διάρροια αὐτοῖς γίνεται ἢ διαφθείρεται. τὸ δὲ πολυπόδιον μετὰ τὰ ὕδατα αἰεὶ βάλλει. σπέρμα δ' οὐ φύει. τὸ δὲ τῆς ἐβένου ξύλον, κατὰ μὲν τὴν πρόσοψιν ὅμοιον πύξῳ. φλεισθὲν δὲ, μέλαν γίνεται. χρήσιμον δὲ πρὸς ὀφθαλμίας ἀκόνη τριβόμενον. ἡ δὲ ἀριστολοχία, παχεῖα καὶ ἐσθιομένη, πικρά. τῷ χρώματι μέλαινα καὶ εὔοσμος. τὸ δὲ φύλλον στρογγύλον. οὐ πολὺ δὲ τὸ ὑπὲρ τῆς γῆς. φύεται δὲ μάλιστα καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι. καὶ † αὐτὴ βελτίστη. τὴν δὲ χρείαν αὐτῆς εἰς πολλὰ καταριθμοῦσιν. ἀρίστη μὲν πρὸς τὰ κεφαλόθλαστα. ἀγαθὴ δὲ πρὸς τὰ ἄλλα ἕλκη, καὶ πρὸς ὕπνον, καὶ πρὸς τὰ ἑρπετὰ, καὶ πρὸς ὑστέραν, ὡς πεσσός. τὰ μὲν σὺν ὕδατι ἀρδευομένη καὶ καταπλαττομένη. τὰ δ' ἄλλα εἰς μέλι ξυομένη καὶ ἔλαιον. κατὰ δὲ τῶν ἑρπετῶν ἐν οἴνῳ ὀξίνῃ πινομένη, καὶ ἐπὶ τὸ δῆγμα πασσομένη. εἰς ὕπνον δὲ ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ κνισθεῖσα. ἐὰν δὲ αἱ μῆτραι προπέσωσι, τῷ ὕδατι ἀποκλύζειν. αὕτη μὲν οὖν ἔοικε διαφέρειν τῇ πολυχρηστίᾳ. τῆς δὲ σκαμμωνίας ὥσπερ ἐξ ἐναντίας ὁ ὀπὸς μόνον χρήσιμος, ἄλλο δὲ οὐδέν. ἡ δὲ τῆς πτερίδος ῥίζα μόνον, τῷ χυλῷ γλυκύστρυφνος. ἕλμινθα δὲ πλατεῖαν ἐκβάλλει. σπέρμα δὲ οὐκ ἔχει οὐδὲ ὀπόν. τέμνεσθαι δὲ ὡραίαν, μετοπώρου φασίν. ἡ δὲ ἕλμις σύμφυτον ἐνίοις ἔθνεσιν. ἔχουσι γὰρ ὡς ἐπίπαν Αἰγύπτιοι, Ἄραβες, ‡ Ἀρμένιοι, Σύροι, Κίλικες. Θρᾷκες δὲ οὐκ ἔχουσιν, οὐδὲ Φρύγες. τῶν δὲ Ἑλλήνων Θηβαῖοι τε οἱ περὶ τὰ γυμνάσια, καὶ ὅλως Βοιωτοί. Ἀθηναῖοι δ' οὔ. πάντων δὲ τῶν φαρμάκων, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, βελτίω τὰ ἐκ τῶν χειμερινῶν καὶ προσβόῤῥων καὶ ξηρῶν. διὸ καὶ τῶν ἐν Εὐβοίᾳ τὰ ἐν ταῖς Αἰγαῖς, ἢ τὰ ἐν τῷ Τελεθρίῳ φασί. * ξηρότερα γάρ. τὸ δὲ Τελέθριον σύσκιον.

tem tritum. ‡ Malum terræ, crassum & gustatu amarum est. Nigrum, odoratumque. Folio rotundo. Quod supra terram eminet, non multum est. Nascitur potissimum in omnibus, idque pro optimo effoditur. Vsum ejus ad multa enumerant: sed optimum ad capitis ruptiones. Sed & ad reliqua tamen ulcera satis valet. Et contra serpentum morsus, & ad somnum, & ad secundas modo pessi: partim aqua * subactum, & illitum: partim in melle oleoque † derasum. Sed contra serpentes è vino ‡ accrescente pota, & morsui * inspersum. Ad somnum verò in vino nigro austero † attritum. At si vulvæ prociderint, ex aqua colluere conveniet. Id igitur numeroso ‡ differre usu videtur. At scammoniæ veluti è contrario succus tantum usui est, & nil aliud. Filicis quoque radix colliquata tantum in usum venit. Gustum astringit non sine aliqua dulcedine, lumbricum latum expellit. Semen filici nullum est, nec succum quem emittat, hæc habet. Autumno succidi tempestive affirmant. Lumbricum autem gentium nonnullis natura inesse percipitur. Habent enim plerunque Ægyptii, Arabes, * Armenii, Syri, Cilices: è diverso Thracibus, & Phrygibus nullo pacto nasci narrant. Inter Græcos verò apud Thebanos, qui versari in gymnasiis soliti, & Bœotios nasci lumbricum novimus: Atheniensibus nullo pacto. Omnium vero medicamentorum, ut breviter dicam, præstantiora, quæ locis gelidis, aquiloniis, siccisque proveniunt. Quamobrem inter ea, quæ in Eubœa oriuntur, meliora, quæ ferant Ægæ: deteriora, quæ Telethrium reddat, asseverant. Sunt etenim illa sicciora. Telethrium autem locum esse opacum atque subriguum, certum est.

† αὐτη.

‡ Al. Bas. Ἀρμένιοι μετὰ Διδυς. Lege. Ἀρμένιοι μετὰ Μήδους.

* ξηρότερ.

‡ *In mortario tritum, aristolochia crassa, & gustatu amara est, nigra, odorataque folio rotundo, quod non multum supra terram attollitur. Nascitur potissimum in montibus.*

* *Subacta, & illita.*

† *Derasa.*

‡ *Acescente pota.*

* *Inspersa.*

† *Attrita.*

‡ *Preferre.*

* *Armenii trans Mediam, Syri, Cilices.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Τὸ δὲ πέπερι. *Redit ad peregrina, quæ reliquerat, & alia admiscet.*

Σπερματικὰ δ' ἄμφω. Theodorus, θερμαντικά. *Quia mox etiam θερμαντικὸν δὲ καὶ ἡ τοῦ πευκεδάνου ῥίζα. Quæ vides commodius inter radices historia superiore tractari potuisse.*

Ψιλοῦσι τὰ δένδρα. Theodorus, defoliare arbores. *Sane imprudenter.* ψιλοῦσι τὰ δέρματα, depilant coria.

Ὑπώπια δὲ ποιεῖ, ἀλλὰ ἔκλευκα. Theodorus, suppurationes tamen alias exalbidas facit. *Legit igitur* ἄλλα: *non* ἀλλά. *Dioscorides,* ὑπώπια αἴρει, καὶ πελιώματα. *Vides hic* αἴρει; *ille* ποιεῖ. *Præterea meminerimus, quemadmodum supra negabat radices* ὀπίζεσθαι. *Et hic* ἰσχυρότερος δὲ ὀπὸς *ταύτης. Et Dioscorides hanc* ὀπίζει.

Τὸ δὲ πολυπόδιον. *Observabimus quam extra ordinem, ortum narret polypodii: vires taceat, cum tamen hoc hic instituat: Illud alibi. Nihilo consultius ad Ebenum redit: & quod pejus est; ad Aristolochiam.*

Οὐ πολὺ δὲ τὸ ὑπὲρ τῆς γῆς. *Theodorus,* quod super terram spectetur, non multum est. *Quid igitur?* quod infra terram? *Sed hoc voluit, plus esse foliorum in caule, quam ab radice statim. In montibus nasci rectè autumat. Vineas enim nostras populatur, pessimo vini odore. Corruptè Vascones,* Storlonga. *Lege,* καὶ αὕτη βελτίστη: non αὐτή.

Ἐν οἴνῳ ὀξίνῃ. *Corrige in codice Theodori,* acescente, *non* accrescente.

Διαφέρειν πολυχρηστίᾳ. Præstare multis utilitatibus. *Theodori verba non intellexerim,* Numeroso referre usu.

FINIS LIBRI NONI.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIVS.


Τὸ δὲ πέπερι. Pipere notius nihil, Plutarchus tamen in obsoniis apud veteres usum nullum habuisse scribit symp. lib. & quæst. IX. Πολλὰ γὰρ τῶν ἀγεύστων καὶ ἀβρώτων πρότερον, ἥδιστα νῦν γέγονεν, ὥσπερ οἰνόμελι καὶ μήτρα. λέγουσι δὲ μηδὲ ἐγκέφαλον οὕτως διὰ τὸ ῥίπτειν καὶ ἀποβάλλειν, μυσαττομένους πρὸς ἅπαντα. σίκυος δὲ καὶ πέπων, καὶ μήλου μηδικοῦ, καὶ πεπέρεως πολλοὺς ἴσμεν ἔτι τῶν πρεσβυτέρων γεύσασθαι μὴ δυναμένους. Quippe multa *eorum quæ gustari olim & comedi non solebant, nunc pro suavissimis haberi videmus; qualia sunt mulsum, vino-mel, & vulvas Quin & cerebrum antiquitus abominabantur & projiciebant. Vnde factum, ut Achilles & Agamemnoni compararet. Novimus etiam adhuc multos antiquorum gustare sycopeponem, malum medicam, & piper non sustinuisse.* Quod utrum de pipere verum sit, asserere non ausim. Martialis antiquior Plutarcho piper oleribus admisceri solere auctor est.

Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quam sæpe petet vina, piperque coquus.

Notum adagium, τὸ ἐν λαχάνοις πέπερι *in oleribus piper.* Ex altero discimus, non vulgare fuisse piper addere oleribus. Ὁ πολὺ ἔχων πέπερι τίθησι καὶ λαχάνοις. *Qui multum habet piperis, etiam oleribus admiscet.* Non itaque omnes admiscebant, sed ij tantū quibus largior erat copia. Et hoc voluisse videtur poëta, betam insipidam esse, nisi vinum piperque addatur, quod fabris aliisque fortunæ tenuioribus, non licebat. Πέπερι Etymolog: auctor dictum ἀπὸ τοῦ πέπτειν vult; idque

quod apud Alexandrum in procemio Problematum scribit. Φασὶ γὰρ τὰ καθαρτήρια θερμότατα τοὺς χυμοὺς ἕλκειν, ὅπερ ψεῦδος. ἔδει γὰρ πᾶν θερμὸν εἶναι καὶ καθαρτήριον, οὕτω γὰρ τὸ πέπερι θερμὸν ὂν, οὐχ ἑλκτικόν ἐστιν, ἀλλὰ πεπτικὸν, καὶ τονωτικόν, ὡσαύτως δὲ ἡ μαστίχη, καὶ ἀλόη. &c. *Dicunt enim purgatoria, quæ calidissima sunt, humores trahere; quod procul dubio falsum est. Oportet enim quodcunque esset calidum, idem & purgatorium esse. Nunc autem piper cum sit calidum, non trahit, sed concoquit, solidatque. Eodem modo & mastiche, & aloe.* Barbara vox πέπερι, nec ἀπὸ τοῦ πέπτειν originem trahit. Athenæus lib. ij. ubi hunc Theophrasti locum recitat, barbarum vocabulum esse scribit, τοῦτο δ' ἡμᾶς τηρῆσαι δεῖ, ὅτι οὐδέτερον ὄνομα οὐδὲν ἐστι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εἰς ι λῆγον, εἰ μὴ μόνον τὸ μέλι. τὸ γὰρ πέπερι, καὶ κόμμι, καὶ κίκι ξενικά. *Hoc observandum, Græcam, vocem nullam in* ι *desinere, præter* μέλι. Nam πέπερι, κίκι, κόμμι *peregrina sunt.* Utrum omnia in i desinentia verba sint exotica, grammaticis inquirendum relinquo. Saltem σίνηπι, στίμμι, σίσελι, θλάσπι, ἴυγγα, aliaquæ plura, quis exotica verba esse affirmare ausit? 2. quis Græca vocabula esse neget? Πέπερι vocem à Persis profectam, ac peregrinam esse docet Galenus in Exegesi ad illa Hippocratis verba. στρογγύλον τὸ μυρτιδανὸν. καὶ τὸ Ἰνδικὸν, inquit, ὃ καλοῦσι Πέρσαι πέπερι. *Et Indicum, quod Persæ peperi vocant.* Non dubium Persas hoc nomen ab Indis sumsisse, quibus longum piper, teste Garcia pimpilim dicitur. Ex qua voce Persæ & Græci suum πέπερι, de omni pipere fecisse videntur. Nisi magis arrideat, πιπερεως vocem manasse à pepeli; quomodo à Barbaris piper vocari quidam tradunt. Piperis plantæ nullam delineationem tradit Theophrastus. Idem de Dioscoride scribunt viri docti, quod tamen præter veritatem est. Nam cassiæ folium, pipereos folio comparat, libro I. cacipe XI. Vide caput de cassia. Rectius piperis folium cassiæ comparat, quam malo Assyriæ Garcias. Nullum itaque dubium, quin piperis folium & cassiæ summitates viderit, (quod eo libentius dico, ut constet, diversum esse cinamomum à cassiæ summis virgultis. Doctiorum enim quorundam opinio est, cinnamomum esse tenuiora cassiæ sive canellæ virgulta. Quod ipsa experientia, & veterum scripta improbant. Videamus quid Garcias de facie plantæ piperis referat. *Seritur, ait, piperis planta ad radices alterius arboris, magna certè ex parte juxta fasel arborem, aut palmam plantatam vidi, ad cujus usque fastigium sese convolvendo scandere solet; foliis raris, mali Assyrii effigie, sed minoribus, & per extremum acutis, virentibus, gustu calidis aliquantulum, & folium betre sive betle, cujus ante memini, sapientibus fructus uvarum modò racematim cohæret; minores tamen sunt piperis racemi, & ipse fructus minor, semperque virens, donec siccetur, & plenam maturitatem consequatur, quæ incidit circa medium Ianuarium. Radix pusilla, non costo similis, ut voluit Dioscorides lib. 2. cap. 150. Quandoquidem costus radix non est, sed lignum ut peculiari capite dicemus. Inter plantam quæ piper nigrum fert, & eam quæ candidum, tam exigua est differentia, ut à solis incolis discerni possit; quemadmodum & vitem quæ nigram fert uvam, & ea quæ candidam fert non dignoscimus, nisi cum uvas habet, & illas quidem maturas. Quæ longum piper profert, longè alia est planta. Etenim non plus habet similitudinis cum superioribus, quam faba cum ovo. Præterea piper longum in Bengala nascitur, quæ regio quingentarum leucarum spatio à Malavar distat, ibi candidum & nigrum gignuntur.* Hactenus Garcias, qui licet oculatus testis, tamen in multis culpandus. Piperis albi, nigri, & longi, magnam satis quantitatem Batavi naucleri quotannis ex India advehunt, etenim regiones quæ piper, caryophyllos, aliaque aromata gignunt, jam sub Batavorum potestate sunt. Piperis nigri, longique historiam ac faciem luculenter descripsit Clariss. Clusius, in libris exoticorum. Ad pedem (inquit) alterius arboris seri nigrum piper verum est, sarmentosa, adeò imbecillis, & caduca est planta, ut nisi fulciatur pedamentis, aut pangatur juxta arborem quandam, circa quam sese convolvere possit, humi procumbat & spargatur, perinde ac lupus salictarius. Folium malo assyriæ Garcias comparat. Rectius, ut dixi, Dioscorides cassiæ dixit similia. Habet enim nervos per longitudinem folii excurrentes; sed folia piperis sunt rotundiora, latiora, nigriora, & quinque nervis prædita, quorum medius & crassior, medium folium per longitudinem secat, reliqui quatuor minus crassi ab illo oriuntur, utrimque bini in latera, secundum folii pene longitudinem expansi, & illi quidem in nonnullis foliis æqualiter ex opposito nascentes, (ea fœminei sexus Acosta, ab incolis vocari tradit.) In aliis verò inæqualiter oriuntur, neque istam proportionem servant,


Piperis albi uva ad vinum expressa Clusii.



(hæc ab incolis masculini sexus, eodem auctore, nuncupantur.) Utrum quæ fœminini generis censentur, sint dilutiore viriditate, masculini verò intensioris, intelligere ex nostris nondum potui, siccata tantum adferunt folia. Canellæ verò folia, tribus tantum nervis, sed crassioribus, donata, angustiora, oblongiora, & dilutiora sunt. Probabile admodum, propter nervos comparasse Dioscoridem cassiæ piperis foliis. Porro betle foliis piperis adeò similia sunt, ut alterum ab altero vix discerni queat, nisi quod piperis folia paulo duriora sint, & nervi excurrentes paulo crassiores. Quam cum Assyrio malo similitudinem habeant, non video; nisi quis velit eò nomine similia, quod eundem colorem, lævitatem, ac quadantenus eandem (quæ sunt perquam exigua) rotunditatem in mucronem desinentem habeant. [Multo, ut dixi, rectius cassiæ comparavit Diosc. Quod piperis folia calida ait, Id negari non potest. Reficcata enim non leviculam acrimoniam ostendunt; nec tantum folia, sed sarmenta, ipsaque radix eandem ostendit caliditatem. Uvæ ad ramorum internodia nascuntur teretes & oblongæ, multis granis orbicularibus, nunc

nunc majoribus, nunc minoribus sine petiolo ipsi scapo adnexis constantes, & illa quidem non ex foliorum ala, (hoc est inter sedem pediculi folium

Piperis nigri ramulus Clusii.



sustinentis & ipsum sarmentum,) sed ex altera sarmenti parte, folii pediculo videlicet opposita. Longi piperis plantam, ab ea quæ nigrum fert, longè diversam Garcias ait; quod præter veritatem esse Clariss. Clusius scribit, & nos testamur. Folia enim non multum à piperis nigri foliis differunt, nisi quod paulo teneriora, dilutioreque viriditate prædita sint, breviori pediculo subnixa, pluribusque insignita nervis. Nam à medio illo nervo, folium à pediculo, per longitudinem secante, non modò quaterni alii nervi exoriuntur, sed utrimque quini aut seni; interdum etiam plures, pro foliorum videlicet amplitudine; illi tamen minus eminentes, quam in nigri foliis, & inæquali ortu nati, multis etiam obliquis venulis per folium transversim evagantibus. Fructus, qui juli formam quodammodò æmulantur, ad singula internodia oriuntur, non in folii ala, sed uti in pipere nigro ex ipsius parte folii opposita, in altero videlicet ramuli latere, atque etiam alternis, ut in pipere nigro. Hactenus de plantæ facie ex recentiorum scriptis: nunc quæ tradunt veteres, nobis examinanda. Theophrastus duo genera describit, mediæ ætatis & recentiores Græci tria, longum, nigrum, album. Longum, μακρὸν πίπερι vocant, Recentiores unico verbo μακροπίπερι. Charito in cujusdam Serapii compositione, καὶ κασσίας τὸ διπλοῦν, καὶ καρυόφυλλον, καὶ κάγχρυλαν, καὶ κόστον γλυκὺ, καὶ μακροπίπερι. Nigrum μέλαν πίπερι adeò vulgatum, ut ab Aëtio κοινὸν in compositione nardina, pro ecclesia, vocetur. ξηροκαρυοφύλλου λι. πεπέρεως μακροῦ, πεπέρεως λευκοῦ λι. πεπέρεως κοινοῦ λι. Album λευκὸν nuncupatur; ab Andromacho seniore in compositione Theriaces ἀγλαΐης:

Καὶ λίβανον μίσγοιο καὶ ἀγλαΐην στήσαιο
Ἄμμιγα κυανέῳ κατθέμενος πεπέρει.

Inde Arabum conjunges thus, quodque India mittit
Dives, nigrum albumque piper miscebis acutum.

Piperis longi ramulus.



Mirari satis nequeo Galenum, quod thuris epitheton ἀγλαΐην scribat capite XIV. libri primi de antidotis, addatque nullius pharmaci esse nomen, & quod præter dignitatem, ne quærendum de eâ censeat, cum alias ad unguem singula quæ Theriaces compositioni addantur ab Andromacho, diligenter examinare, ac conferre versus senioris cum junioris soluta oratione soleat: verba ipsa audiamus; Ἑφεξῆς δὲ γράφοντος τοῦ ἀνδρομάχου καὶ λίβανον μίσγοιο καὶ ἀγλαΐην στήσαιο, οὐ χρὴ ζητεῖν ἡμᾶς, ὡς ἄλλου τινὸς φαρμάκου ὄνομα. Διὰ γὰρ τῆς πεζῆς γεγραμμένης τοῦ νεωτέρου ἀνδρομάχου συνθέσεως τῆς ἀντιδότου, καὶ διὰ τῆς ἄχρι νῦν εἰς ἡμᾶς καθηκούσης παραδόσεως, ὅτι φαρμάκου τινὸς ὄνομά ἐστιν ἡ ἀγλαΐα, καὶ τὰς δεκαδύο δραχμὰς ἔλαχε τοῦ σταθμοῦ τὸ φάρμακον πάντα συμφώνως εἴρηται, τῷ τε πρεσβυτέρῳ καὶ νεωτέρῳ ἀνδρομάχῳ, καὶ οὐδὲν ἔξωθεν ἐκείνων προσκεῖται, καθ' ὃ τὸ τῆς ἀγλαΐας ὄνομα λέγεσθαι τις ἡγήσεται; ἀλλ' ἴσως τὴν ἀγλαΐαν ἐπίθετον τοῦ λιβανωτοῦ τῷ συντιθέντι τὴν ἐλεγείαν ἔδοξε προσθεῖναι: *Subscribit postmodum Andromachus, Inde Arabum conjunges thus, &c. Quo in loco non opus est inquiramus, quid ἀγλαΐα sit, perinde atque cujuspiam alterius medicinæ nomen, cum & ex Theriaces descriptione, soluta oratione ab Andromacho juniore prodita, & ex compositionis instituto, quod ab eo in nos usque pervenit, medicamenti nomen ἀγλαΐα non sit. Nam præter duodecim drachmarum piperis longi in sex nigri commutationem, tam pater, quam filius eadem de Theriaca scripserunt. Quare thure & pipere excepto, cum nihil supersit de quo quis ἀγλαΐας, id est nitoris appellationem dictam putet; censendum est, Andromachum versus conscribentem, ἀγλαΐας nitoris vocabulum thuri epithetum fecisse.*

Hactenus Galenus, qui si paulo accuratius descriptionem Theriaces Andromachi Senioris expendisset, ac contulisset cum Theriace descripta ab Andromacho Juniore, facile animadvertisset ἀγλαΐαν piper esse album. Junior enim piper album addit, quod Senior disertè non exprimit, in reliquis tamen omnibus consentiunt, nisi quod Senior in principio piper longum XXIV. drachmarum pondere posuit, cujus loco Junior piper nigrum habet eodem pondere, altero jam recitato versu inter simplicia, quæ sex drachmarum pondere recipiuntur. Senior album & nigrum posuit; Junior verò album & longum retulit. Verba Senioris, Juniorisque adscribam. Quæ de albo, nigroque Senior posuit, jam dixi. De longo hæc.

καὶ δολιχὸν σταθμῷ τόσον πέπερι.

Et piperis longi sit quoque pondus idem.

Δολιχὸν πέπερι longum piper, cur dicat, paulò infra exponam. Hoc loco sufficit dixisse, Galenum δολιχὸν πέπερι exponere piper longum. Suidas δολιχὸν, μακρόν. Hesychius δολιχὸν κύκλον μακρόν. Perperam vir magnus in doctiss. suo dispensatorio, piper longum ingredi in Theriaces compositione, negat. Galenus lib. I. de antidotis. Τούτων δὲ ἡμισείας, ὅπερ ἐστὶ κδ. δραχμὰς τῶν θηριακῶν, ὀπίου τε καὶ ἡδυχρόου καὶ μακροῦ πεπέρεως. *Harum dimidium, hoc est viginti quatuor drachmas, Theriacalium pastillorum, opii & hedychroi magmatis præcipit.* Meliori & graviori auctoritate utitur ille, qui album addendum inficias it. Juniorem dixi addere Theriaces compositioni tria genera piperis, & pro drachmis XXIV. longi, substituere nigri drachmas totidem. Verba ipsa audiamus, μάγματος ἡδυχρόου, πεπέρεως μέλανος ἀνὰ δραχμὰς κδ΄. Paulo infra, σύχαδος κόστου, πεπέρεως λευκοῦ, καὶ μακροῦ δικτάμνου κρητικοῦ. Nulla hic mendi, nulla transpositionis suspicio. Eadem Damocrates in Theriaces compositione.

μέλανός τε πεπέρεως, καὶ ὀπίου καὶ μάγματος
ξηροῦ, πάλαι κληθέντος ἡδυχρόου μύρου
τῶν τ' ἐξ ἑκάστου μίγματος δὶς δώδεκα.

Opium quoque, nigrum piper: & magma.
Quod olim veteres dixerunt hedychroum
His adde, drachmas impleat bis duodecim. Paulo infra.

καὶ πρασίου σπέρματος τῶν σφαιρίων,
λευκοῦ πεπέρεως καὶ μακροῦ τῆς Ἰνδικῆς
νάρδου στάχυος λιβάνου τε καὶ τερμινθίνης
κόστου τε λευκῆς καὶ ἔτι δικτάμνου πόας.

Marubii semen quod globuli continent,
Album piper longum piper, nardi Indicæ
Spica & terebinthina thusque masculum
Atque album costum, dictamique herba etiam.

Hæc satis probant Andromachum seniorem addidisse: piper album. Cum itaque in tota descriptione, nullum reperiatur verbum, quod piper album denotare potest, quam ἀγλαΐα; extra omnem controversiam poni debet, ἀγλαΐαν nihil aliud quam album piper denotare. quod si cui argumentum dictum non satis validum videatur, aliud addam, simulque dicam, cur piper album ἀγλαΐαν vocat, à nitore scilicet & splendore, quo præditum est. Id enim ἀγλαΐα proprie significat. Quam rationem secutus Philo in sui Philonii descriptione, piper album πυρώδης ἀργεννόν, hoc est, *igneum, splendens*, teste Galeno libro IX. κατὰ τόπους. capite IV. vocavit. Hesychius ἀργεννόν, λαμπρόν, λευκόν. Sed ipsum versum Philonis, ipsamque videamus Galeni interpretationem.

Ὀλκὰς δ' ἀργενναῖο πυρώδεος (alii cod. πυρσώδεος Mr) εἴκοσι βάλλε Εἴκοσι καὶ κυάμου νεῦς ἀπ' Ἀρκαδίης.

Viginti & drachmas candentis conjice flammæ
Atque fabæ totidem post suis Arcadiæ.

In priori versu intelligit, piper album, posteriori hyoscyamum. Ad primum versum Galenus, ἐφεξῆς δὲ ὁ Φίλων φησί, δραχμὰς δ' ἀργενναίου πυρώδους εἴκοσι βάλλε, ὡς λευκὸν πέπερι σημαίνων. ἔστι δὲ εὐστομαχώτερον καὶ δριμύτερον τοῦ μέλανος. *Consequenter vero Philo ait viginti & drachmas candentis conjice flammæ. Piper album per hoc significans; Est autem stomacho commodius, & acrius, quam nigrum.* Utrum album, an nigrum calidius sit, mox videbo. Satis clarè fatetur Galenus ἀργεννὸν πυρῶδες, esse piper album, uti Philon ænigmaticè vocavit piper album. Eodem modo Andromachus Senior, in elegiaco carmine, quo Theriacam ex viperis describit, piper album à candore, splendore, & nitore ἀγλαΐαν vocavit. Longum piper à nigro Theophrastus discernit, quod longum sit, subalbum, semina papaveris continens, validiusque nigro, nigrum rotundum sit ervi modo, tegmine carneque constans, sicut laurina bacca. Dico longum subalbum esse, nigrum rotundum, in codicibus tamen vulgaribus contrarium legitur. Experientia, ipsaque autopsia rotundum nigrum, atrumque esse docet, nihilque subruffi habere. Contra longum cinericeum ac subcandidum esse. Cogitavi aliquando, utrum Æthiopicum piper esset longum, quod à Theophrasto describitur. Oblongum enim est, & ex rubro nigrum; verum cum acrimoniam habeat vulgato rotundo minorem, mutavi sententiam. Nec album piper, licet ex rubro sit album, est Theophrasti piper rotundum, quod tegmine, carneque non tegatur, ad instar laurinæ baccæ, cedatque acrimonia longo piperi. Piper itaque longum vulgare, cum sit colore cinericeo sive subcandido, ἀντὶ ὑπέρυθρον, ὑπόλευκον scripsisse Theophrastum non sine ratione suspicor. Nec de interioribus granulis Theophrastus intelligi potest, siquidem longum subalbidum ait, continens semina papaveris. De iis ergo non loquitur. Ὑπέρυθρον tamen servo, quod puncta & maculæ quæ quasi extuberant, ac foris in longo pipere conspiciuntur, subrubere videantur. Porro ex antiquis, solus Theoph. apertè piperis genera distinxit, & nigrum à longo diversum fecit; Dioscorides verò ex longo pipere candidũ nigrumque fieri tempore & maturitate prodit. at non solum experientia Batavorum & Lusitanorum contrarium constat, sed ex ipso Theophrasto refellitur. Si enim verum esset, quod Diosc. scribit nigrum piper longo (utpote perfectum maturumque) potentius foret. Contra tamen Theophrastus nigrum validius scribit, quod & gustus comprobat. Describit Dioscorides piperis genera. lib. ij. cap. CLXXXIX. his ferè verbis. Πέπερι δένδρον ἱστορεῖται φυόμενον ἐν Ἰνδίᾳ, βραχὺ καρπὸν δὲ ἀνίησι, κατ' ἀρχὰς μὲν προμήκη, καθάπερ λοβούς, ὅπερ ἐστὶ μακρὸν πέπερι ἔχον τὸ ἐντὸς κέγχρῳ παραπλήσιον, τὸ μᾶλλον ἔσεσθαι τέλειον πέπερι. ὅπερ κατὰ τοὺς οἰκείους καιροὺς ἀναπλούμενον, βότρυς ἀνίησι, κόκκους φέροντας οἵους ἴσμεν. τοὺς δὲ καὶ ὀμφακώδεις, οἵτινες εἰσὶ τὸ λευκὸν πέπερι, εὐθετοῦν μάλιστα εἰς τὰ ὀφθαλμικά, καὶ ἀντιδότους, καὶ θηριακὰς δυνάμεις. ἔστι δὲ τὸ μὲν μακρὸν (Lac. legit in veteri codice ἔστι δὲ τὸ μὲν μακρὸν. διὰ τὸ ἄωρον ἐπιτηδειότερον εἰς τὰς ἀντιδότους καὶ θηριακὰς δυνάμεις) ἐπιτεταμένον τῇ δήξει, καὶ ὑπόπικρον, διὰ τὸ ἄωρον, καὶ ἐπιτήδειον εἰς τὰς ἀντιδότους καὶ θηριακὰς δυνάμεις. τὸ δὲ μέλαν ἥδιον καὶ δριμύτερον τοῦ λευκοῦ, καὶ εὐστομώτερον, καὶ μᾶλλον διὰ τὸ εἶναι ὥριμον ἀρωματίζον, εὐχρηστότερόν τε εἰς τὰς ἀρτύσεις. τὸ δὲ λευκὸν καὶ ὀμφακίζον ἀσθενέστερον τῶν προειρημένων. ἐκλέγου δὲ τὸ βαρύτατον καὶ πλῆρες, μέλαν, μὴ σφόδρα ῥυσόν, πρόσφατον δὲ καὶ μὴ πιτυρῶδες. Εὑρίσκεται δέ τι ἐν τῷ μέλανι ἄτροφον, κενὸν καὶ κοῦφον, ὃ καλεῖται βράσμα. Id est. *Piper brevis arbor esse traditur, in India nascens, quæ quidem fructum promit inter initia oblongum siliquarum instar, quod longum piper est; Is habet intus aliquid tenue, ac milio simile, quod tandem in perfectum piper evadit. Et ille quidem suis temporibus dehiscens pandensque sese, racemos mittit, ramos ferentes, qualia novimus; è quibus nonnulla acerba & immatura, piper faciunt candidum, aptissimum remedium oculorum, antidotis & iis medicaminibus, quæ contra venenatas bestias parantur*, (quomodo igitur locum in Theriaca Andromachi non habuerit, videre nequeo.) *Est porro longum intensa mordacitate præditum, & subamarum, quoniam immaturum. Antidotis igitur & Theriacis medicaminibus accommodatum, at nigrum albo suavius est; acrius, orique gratius, ac magis aromaticum, propterea quod tempestiva maturitate collectum est: quin & ad condimenta utilius est. Candidum verò quippe quod in acerbum vergit, ante dictis infirmius & inefficacius est. Eligito gravissimum plenum, nigrum, non valde rugosum, sed recens ac minimè furfurosum Reperitur etiamnum quoddam in genere nigri, nutrimento defectum, cassum seu inane ac leve; quod brasma nominatur.* Plura hic in considerationem veniunt. *Arborem piper*, dicit. Qualis planta sit ex iis quæ ex

Garcia ipsaque Batavorum experientia diximus, quilibet facile percipere potest. Plinius lib. XII. cap. VII. *Passim verò quæ piper gignunt juniperis nostris similes, quanquam in fronte Caucasi solibus opposita gigni tantum eas aliqui tradidere.* Hunc locum, ex mente Plinii, perbellè expressit Solinus cap. 52. *Idem fronte qua soli obversus est, arbores piperis ostentat, quas ad juniperi similitudinem diversos fructus edere asseverant.* Atqui, inquiunt, viri docti juniperus fructus diversos non habet; & clare Plinius semina piperis a junipero distare testatur: sane juniperis similes idem asseverat arbores, quę piper gignunt. Quod est falsissimum. Nihil enim tam dispar ac differens. Nec Plinius, nec Solinus piperis plantam quo ad faciem figuramve similem volunt juniperis, ut ineptè Isidorus putavit, qui piper ad similitudinem juniperi folia habere scribit. Sed ea in re junipero piper comparat, quod uno eodemque tempore fructus ostendit maturos & immaturos. Et hæc quidem est mens Solini, cum diversos fructus edere ait. Quod tamen, uti ex Garcia audivimus, fabulosum est. Credunt tamen docti piper album quod ad nos advehitur, non aliud esse, quam ipsum piper nigrum, cortice suo nigro & rugoso spoliatum. Eo enim cortice, inquiunt, spoliari, fit veri simile, dum soli expositum nimium torretur. Quod Batavorum experientia, falsum esse probatur. Ex qua cognoscitur, in ipsa planta album reddi, quod integræ uvæ piperis albi, omnibus suis granis onustæ ad nos adferantur. Id enim perquam difficulter fieri posset, si cortice spoliarentur in India. Præterea piper nigrum tandem in album mutaretur; quod observatum nondum est. Vidi piper quod anno 1600 ad nos primis navigationibus Batavorum allatum erat, æquè nigrum, ac si recens esset, nec facie intus, forisve mutatum. Verissimum est quod Garcias scribit, piperis albi nigrique plantas fructus tantum granique colore descrepare, uti apud nos vites. Mediæ ætatis Græci, piper album, longum, nigrum una eademque in arbore nasci perperam crediderunt; ac longum quidem immaturum fructum esse, ad instar siliquarum, quæ intus habent parvula grana, quæ in piper nigrum & perfectum evadunt; ubi maturitatem adepta sunt. Quod falsum esse ex Theophrasto jam probavimus. Mirum videri potest, posteriores Græcos, id de hac planta ac semine ignorasse, quod non nescivit antiquissimus Theophrastus. Sed Theophrastus temporibus vixit Alexandri Magni, qui Indos subegit. Potuerunt itaque melius Græci antiquiores naturam piperis explorare, quod recentioribus non licuit. Siliquæ comparat Dioscorides piper longum, quod Plinius non bene assecutus videtur. Tradit enim loco citato in siliquis parvis *haberi semina quæ à junipero distant parvulis siliquis, quales in faseolis videmus. Hæ priusquam dehiscant, decerptæ tostæque sole, faciunt quod vocatur piper longum.* Mirabilis similitudo; inter siliquas phaseolorum & piper longum. Comparat Græcus auctor piper longum siliquis, quia oblongum, siliquæ modo, & quod grana intus contineat, sed non addit, quibus siliquis sit simile, Phaseolo satis dissimilis; nisi est similior, quam cylindratam dixit Plinius. Vide lib. VIII. cap. III. Quid igitur Plinium movit, de siliquis phaseolorum accipere? Forte ex versu Andromachi citato, ubi δολιχὸν πέπερι legitur. δολιχὸς Latinis legumen est, phaseolus aliis dictus. Vide lib. VIII. cap. de phaseolo. δολιχὸς etiam Græcis est λοβός. Aëtius δολιχοὶ ἤτοι λοβοί. λοβὸς generale est nomen, de quacunque siliqua. Dioscorides itaque siliquæ comparat. Andromachus verò, δολιχὸν πέπερι. (quomodo fortasse & alii scripsere Græci) dicit, Plinius utrumque secutus, putavit lobos, sive siliquas phaseolis esse similes, cum δολιχὸν apud Andromachum, uti probavimus, longum, non autem phaseolum denotet. Nihil Plinio magis familiare, quam vocum æquivocatione decipi. Porro belle & graphice Solinus piper longum comparat fimbriis corylorum, eorum qui primi erumpunt, velut corylorum fimbria dicitur piper longum. Nihil ei tam simile, præcipuè priusquam fimbriæ illæ pandantur & dehiscant. Addere igitur debuisset, nondum dehiscens. Nam quando aperitur, piperi longo similis esse desinit. Piper longum, oblongus est julus, tenui gracilique pediculo dependens, coryli, aut betulæ arborum julis, nondum dehiscentibus, similis & æqualis, longitudine ut plurimum sesquiuncialis, crassitudine tertiam aut quartam unciæ partem raro excedens, figura teres. Colore ante maturitatem viridis, jam maturo, est cineraceus. In superficie subrubris (quo nomine Theoph. ὑπέρυθρον) numerosis ceu parvis eminentibus, ceu verrucis, obliquis, contiguisque ordinibus dispositis, tuberosus. Semina sub cunctis tuberculis singula occultantur, colore foris ruffa, intus albicantia, milio figura non dissimilia; nisi quod paulo sint minora, nec nisi facto julo appareant, quæ perfecti maturique piperis esse cum pauca amaritudine, rudimenta perperam scripsere medica ætatis Græci. Saporem habet vehementer acrem, & ignis modo ardentem, non tamen statim linguam vellicantem, vel propter excrementicium quendam humorem, cujus culpa facile à teredinibus perforatur, vel quod fervens vis altius defigatur, odorem spirat aromaticum, non injucundum. Eligendum piper hoc minimè corrosum, aut perforatum, recens, ponderosum, magnum, solidum seminibus intus, quo dictum modo, dispositis, plenum, ac si in aqua decoquatur, aut pluribus diebus maceretur minime diffluens. Galeni ætate adulterabatur; quod hodie non fit. Magnam enim naucleri Batavi quotannis ex Indiis advehunt quantitatem, vilique pretio emitur. Nec dubium, quin herba, qua adulterari solebat, grandiore apud nos emeretur pretio, quam ipsum piper. Ceterum piper depravatum, quibus notis discerni, à vero possit, docet Galenus. lib. de antidotis. cap. XI. Τὸ δὲ μακρὸν πέπερι πανούργως κατασκευαζόμενον, ἐλέγχεις διαβρέχων ὕδατι. λύεται γὰρ τὸ σκευασθὲν, ἄλυτον δὲ μένει τὸ αὐτοφυές. Ἔστι δὲ αὐτὸ βοτάνη τις ξανθὴ ἀπὸ τῆς ξένης κομιζομένη παραπλησία ἰδεῖν, οὐ μὴν τῇ γεύσει γε ἐοικυῖα. διὸ καὶ ῥᾷστόν ἐστιν αὐτὴν διακρῖναι μακροῦ πεπέρεως. *Piper autem longum fraudulenter concinnatum deprehendes,* si ipsum aqua maceraveris. *Solvitur enim hoc pacto, quod subornatum est, quod autem fraude caret indissolutum manet. Est autem id quo piper longum adulteratur, herba quædam fulva, ab externis regionibus advecta, quæ piperi longo aspectu quidem proxima, non tamen gustu similis est.* Jam ex longo pipere non progigni rotundum, satis superque à nobis probatum est, nec immaturum piper est album; ut scribunt Dioscorides & Plinius his verbis. *Paulatim verò dehiscentes,* (siliquæ) *maturitate, ostendunt candidum piper, quod deinde tostum solibus colore rugisque mutatur.* Eadem Solinus: *quæ deinde caducus torretur fervido sole, vocamen trahit de colore: atqui ex ipsa arbore stringitur, ut est, album piper dicitur.* Quod falsum est. Piper enim viride semper est, donec siccetur, plenamque acquirat maturitatem. Candidi piperis uva ad nos integra adfertur, grano constat non rugoso; sed pleno, acriore, & odoratiore quam nigrum. Falsum etiam & præter experientiam est, candidum nigro ignavius, infirmius ori minus gratum, minusque aromaticum esse. Contrarium non tantum gustus docet, sed ipse Galenus scriptum reliquit, non tantum libro IX. κατὰ τόπους jam citato, sed etiam lib. VIII. simpl. ὁ δὲ καρπὸς ὁ μὲν ἄρτι βλαστάνοντος αὐτοῦ τὸ μακρόν ἐστι πέπερι. διὸ καὶ ὑγρότερον ὑπάρχει τοῦ πεπείρου, σημεῖον δὲ τῆς ὑγρότητος αὐτοῦ, τὸ ῥᾳδίως ἀποτιθέμενον τιτρᾶσθαι, καὶ τὸ μὴ παραχρῆμα δάκνειν, ἀλλὰ μετ' ὀλίγον μὲν ἄρχεσθαι. παραμένειν δὲ ἐπιπλεῖον, ὁ δὲ οἷον ὄμφαξ καρπὸς τὸ λευκόν ἐστι πέπερι, δριμύτερον ὑπάρχον τοῦ μέλανος. ἐκεῖνο γὰρ οἷον ὑπερωπτημένον ἐστὶν ἤδη καὶ ὑπερεξηρασμένον. ἀμφότερα δὲ ἰσχυρῶς θερμαίνει καὶ ξηραίνει. *Porro fructus nuper quidem admodum germinantis,* (hoc fabulosum esse, ad nauseam jam dictum) *longum piper est: Quare etiam maturo humidius est, humiditatisque ejus indicium est, quod facile repositum perforetur, ac non protinus mordicet; sed post paulo incipiat, verum plusculum duret. Porro fructus qui velut omphax* (immaturus) *est, piper est album, nigro quidem acrius, nam illud jam quasi superassatum & super exsiccatum.* Candidum acrius esse nigro, ipsa docet experientia, sed utrum idcirco acrius, quod nigrum à sole superassatum & exsiccatum est, in dubium merito vocari potest. Quippe candidum à nigro discerni non potest, nisi cum uvas habet, & illas maturas. Utrumque itaque à sole in ipsa planta coquitur, & ad maturitatem perducitur. Præterea calor solaris humiditatem extrahit, & calorem intendit; Quomodo ergo nigrum debilius fiet à calore solari? Insuper concocta quam im-

immatura calidiora. Quomodo ergo nigrum, quod magis coctum, debilius? Hæc ſatis oſtendunt, candidum non ideò calidius eſſe, quod minus aſſatum & exſiccatum ſit, ſed hoc habet ab ipſo calore inſito & naturali; melius cocto qui fructui ex tota communicatur planta. Inane, caſſum & imperfectum piper, braſma Dioſcorides vocari tradit; Plinius hujus loco citato meminit. *Verum & iis ſua injuria eſt, atque cæli temperie carbunculantur, fiuntque ſemina caſſa & inania, quod vocant brechmaſin, ſic Indorum lingua ſignificante abortum. Hoc ex omni genere aſperrimum, leviſſimumque, & pallidum gratius nigrum, leniuſque utroque candidum.* In optimo codice legitur. *Siuntque ſemine*, reſtituunt docti: *fiuntque ſemine caſſæ & inanes*, ut referatur ad ſiliquas, non ſemina; Sed Plinium Dioſcorides ſequi non ſit dubium. Hic in nigri genere braſma reperiri ait. Quare vulgatam ſervo lectionem. In eo tamen errat Plinius, quod utrique albo, nigroque aſcribat, quod nigro tantum Dioſcorides. Brechmaſim vocari ait, In utroque antiquiſſimo exemplari ſcriptum eſt, *quod vocant brigma, ſic Indorum lingua ſignificante mortuum.* Conſtat ex Dioſcoride legendum eſſe *Braſma*: quod verbum Græcum eſt, non Indicum, uti Plinius fabulatur. Dioſcorides lib. v. cap. CVII. de Indico, τὸ μὲν αὐτομάτως γίνεται διονεὶ ἐκβρασμα ὂν τῶν ἰνδικῶν καλάμων, *unum ſponte naturæ provenit, veluti ſpuma mariſve ejectamentum Indicis arundinibus adhæreſcens.* Heſychius βράσσει, ζεῖ, ἀναβάλλει, βρασμοῖσι, τοῖς σεισμοῖς. Βράσμα proprie eſt fervor, æſtus maris, ebullitio, bullæ & ampullæ aquarum ſcaturientium, vel aquæ ferventis & bullientis. Braſma itaque hoc piperis genus dictum, quod nihil intus continet ſolidi, ſicut bullæ & ampullæ aquæ ferventis. *Mortuum*, vel, ut in vulgatis *abortum* ſignificare ait, quod inane, ac ſine acrimonia eſſet, uti mortui & abortus ſine ſpiritu, vita, ac calore. Docti quidam pro voce *mortuum* vel *abortum*, legendum putant *atrophum*. Nam voce Græca atrophos, etiam Latini uſi ſunt, & in his Firmicius ſæpe. Sic vocarunt propriè pueros macie confectos. Plinius quoque eam vocem Latinam uſu fecit lib. XXXI. cap. X. *Proſunt*, inquit, *atrophis, opiſthonis tetanis.* Quod igitur Dioſcorides ἄτροφον piper reperiri dixerat, idque vocari βράσμα; putavit Plinius Indos ipſos, apud quos piper colligebatur, ſua lingua ſic vocitare piper illud atrophon, quod intus inane & caſſum eſſet. Ego non putarim ſic ſcripſiſſe Plinium; nec ulla eſt ratio, cur ſic ſcripſerit. Cur mortuum vel abortum vocari ſcribat, jam diximus. Vulgatam itaque ſervo. Reſtat Dioſcoridem adverſus Garciam defendamus. Hic Dioſcoridem ſcripſiſſe ait, *piperis radicem coſto ſimilem* eſſe. Verba Dioſcoridis ſic habent. Ἡ δὲ ῥίζα αὐτοῦ οὐκ ἔστι ζιγγίβερι, καθάπερ ἔνιοι ὑπέλαβον, ὡς αὐτίκα δηλώσομεν. ἔοικε μὲν τι κόστῳ, ἡ τοῦ πεπέρεως ῥίζα θερμαίνουσα τὴν γεῦσιν καὶ ὑγρῶν προσκλητική. *Cæterum non eſt hujus arboris radix, ut aliqui exiſtimavere, Zingiber, quemadmodum paulo poſt oſtendemus. Attamen piperis radix coſto ſimilis eſt, guſtantium ora calfacit ſalivamque ciet.* Dioſcorides his verbis non facie, formaque radicem coſto ſimilem vult, ſed viribus, uti tradit Galenus πεπέρεως ἡ μὲν ῥίζα κόστῳ μάλιστα κατὰ τὴν δύναμιν ἔοικεν. *Piperis radix vires coſto ſimiles potiſſimum obtinet.* Porro Plinius eos etiam loco citato reprehendit, qui piperis radicem zingiber putarunt. His verbis. *Non eſt hujus arboris radix, ut aliqui exiſtimavere, quod vocant zimpiberi, alii verò zingiberi; quanquam ſapore ſimili. Id enim in Arabia atque Troglodytica in villis naſcitur, parvæ herbæ radice candida. Celeriter ea cariem ſentit, quamvis in tanta amaritudine.*

Ὁ δὲ κνίδιος. Κνίδιον, vel uti apud Hippiatros cap. ij. legitur κνίδειον Agathoſtichus κόκκου κνιδίου κόσον. Nomen accepit, ἀπὸ τοῦ κνίζειν vel κνιδᾶσθαι. Heſychius κνιδᾶται, δάκνεται ἴσως ἀπὸ τῆς πόας. Id eſt, κνιδᾶται, *mordetur*. Forſan ab herba, id eſt κνίδη urtica. Coccon cnidion dicitur, quod urticæ inſtar urat, mordeat, pruriginemque excitet. Pipere enim, quod calidum ſatis, calidius eſt. Græci barbari & recentiores pro κόκκῳ κνιδίῳ κοκκονίδι ſcribunt. Orneoſoph auctor titulo εἰς τὸ ξηρᾶναι φλέγμα ἢ χολήν, *ad exſiccandam bilem & pituitam.* κοκκονίδι λαβὼν καὶ καθαρίσας αὐτὸ καλῶς, καὶ τὸ ἥμισυ θλάσας. ——— εἶτα ἑπτὰ κοκκία τῆς κοκκονίδος καὶ ἕνα κόκκον πεπέρεως τρίψας ὁμοῦ, καὶ εἰς ὀφὰς τῷ ἱέρακι δὸς. *Coccum cnidium probe purgatum, & in duas partes fractum ——— deinde ſeptem pillulas cocci cnidii & granum piperis ſimul contundes, & in offas conformabis & accipitri dabis.* Græci quandoque κόκκον abſolutè ἀντὶ κοκκογνίδιον ponunt. Hippocrates lib. I. de morbis mulier. Κόκκον τρίβειν τοῦ μανδραγόρου ξὺν ὕδατι, καθαρσὶς γὰρ ἀφθονώτατη καὶ παντοίη ἀπὸ τούτου γίνεται. *Granum gnidium cum Mandragoræ decocto terito. Ex eo enim copioſa & varia fit purgatio.* Κόκκον hic denotare gnidium, ex eo liquet, quod purgandi vim ei tribuat, qua caret mandragora, quæ cocci eſt correctorium. Latini granum gnidium vocant, interdum κατ᾽ ἐξοχὴν ad imitationem Græcorum, granum cocci. Plinius lib. 26. cap. VII. de euphorbio. *Multum infra hunc ſuccum eſt, qui in Gallia fit ex herba chamelæo, granum cocci ferente.* Hunc locum ſupra cap. de euphorbio expoſuimus: granum cocci, de tinctorio intelligi non poteſt, ſed de gnidio. Nam chameleą fructum fert Thymeleæ, vel cocco gnidio ſimilem. Proprie tamen granum cocci eſt tinctorium, quod Plinius non obſervavit. Niſi quis velit legendum, *granum cocci gnidii ferente.* Latini, ut dixi, non *cnidium* ſed *gnidium* dicunt. Plinius lib. XIII. cap. XXI. *Et in quo naſcitur granum gnidium, quod aliqui linum vocant: fruticem verò Thymelæam, alii chamelæam, alii pyros achnem, alii cneſtron, alii cneoron.* Dioſcorides lib. 4. capite 173. Θυμελαία, οἱ δὲ χαμελαίαν, οἱ δὲ πυρὸς ἄχνην, οἱ δὲ κνέστρον, οἱ δὲ κνέωρον καλοῦσι. ἐκ ταύτης ὁ κνίδιος κόκκος καρπὸς ὢν συλλέγεται ὃν Εὐβοεῖς μὲν αἰτώλιον, Σύροι δὲ ἀπόλινον καλοῦσιν, οἱ δὲ λίνον διὰ τὸ λίνῳ σπαρτοῦ λίνου θάμνον τῇ φύσει παρόμοιον. *E Thymelæa quam aliqui chamelæam, alii pyros achnem ceu ceſtron, aut cneoron vocant, granum gnidium quod ipſius ſemen eſt colligitur. Hoc Euboenſes ætolium, Syri apolinum, alii linum vocant, quoniam frutex ſuapte natura ſparti lini ſimilitudinem reddit.* Hæc examinanda. Thymelæam dictam volunt recentiores quaſi tithymelæam, video cur, ex Tithymali & oleæ mixta facie; Malunt alii non nomen eſſe compoſitum, ex Thymo & olea, quod oleæ folium haberet ſimile, & quod eam conſectentur apes, ut Thymum, vel ab odore Thymi, nam εὐώδη eſſe candidum cneoron tradit Theoph. hoc etymon fingunt, ut Theophraſti cneorum & Thymeleam eandem probarent eſſe plantam. Fabuloſum eſt, conſectari eam apes, nec odore Thymo eſſe ſimilem. Caret enim odore, ſaltem ſuaveolentia, aut odoris gravitas huic nulla. Thymeleą dicitur, quod oleæ fert folia, & tithymali inſtar alvum ſolvat: vel quod foliis ſit oleaceis, anguſtis, admodum viſcidis, pinguibus, inter tithymalum cypariſſium & paralium. Ab aliquibus chamelæam vocari ſcribit, quod magnam cum chameleą habeat ſimilitudinem, vel quod humilem oleam referat. Alia tamen eſt planta chameleą, de qua mox dicam. Hæc eadem varia nomina ſpuria obtinet. Dioſcorides lib. 4. cap. 172. χαμελαία, οἱ δὲ πυρὸς ἄχνη ἢ ἄκνηστος, οἱ δὲ κόκκος κνίδειος. Πυρὸς ἄχνη, id eſt *ignis palea, purgamentum* nuncupatur ab urente natura, *ceſtron* etiam, ut vulgatus codex habet, appellatur. Κέστρον betonica Latinis, veruculum quo cavatur ebur, teli genus eſt. Unde nomen illud acceperit imaginari nequeo. Corruptus codex. Plinius κνῆστρον legit, quod probat Galenus in gloſſ. κνῆστρον (ſic ſeries literarum legendum oſtendit) ὅπερ καὶ κνέωρον. κνῆστρον τοῦ τυροκνήστου· ἔστι δὲ μαχαίριόν τι ᾧ ξύεται ὁ τυρός. *cneſtrum idem quod cneoron, inſtrumentum ſcalptorium, cneſtro cultello quodam.* Eſt autem cultellus quo raditur caſeus. Apud Heſychium κνηστὸν legitur, κνηστόν, τὸ κνέωρον. Κνηστὸν Κνῆστρον, κνέωρον. Nomina hæc habuit ἀπὸ τοῦ κνᾶν, id eſt κόπτειν. Tondendum enim erat, ut fibræ ex eo tollerentur. Dioſcorides loco citato τὰ δὲ φύλλα ἅπερ ἰδίως καλεῖται κνέωρον, συλλέγειν δεῖ περὶ πυραμητόν, καὶ ἀποτίθεσθαι ξηράναντα ἐν σκιᾷ διδόντας δὲ δεῖ κόπτειν καὶ ἀφαιρεῖν τὰς ἐν αὐτοῖς ἶνας. *At folia quæ peculiariter cneoron appellantur per meſſes colligi debent, & ſiccata in umbra recondi: ſed ſi cui exhibere placet, prius ea tundere, ac ipſorum quoque fibras eximere convenit.* Heſychius κνᾶν, κόπτειν. κνεῖν, κνίθειν, κνῆστις, κοπὶς σιδηρᾶ ξυστὴρ ἐν ᾧ ξύουσι τὸν τυρόν, &c. Galenus cneorum chameleąm eſſe docet lib. IX. κατὰ τόπους. cap. III. καὶ κνεώρου. (vulgo καὶ κνεώριον) ὃν ἔνιοι χαμελαίαν καλοῦσι < γ. Miror Galenum χαμελαίαν exponere, cum nemo tradat chameleąm cneoron vocatam eſſe, Apuleio ſolo excepto, qui chameleæ & chameleontis nomina confundit, cap. XXV. *Chamæleonem quidam Græcorum nominant, alii crocodilion, alii dipſacum, alii enocardion, alii cneoron.*

alii

alii meletam. Ex Galeno probatur chamelęam, non chamæleonem cneoron. Hesychius, κνέωρον φυτόν τι ὃ τοῖς θεσμοφορίοις ὑποστόρνυται, καὶ ὃ εἰς κάθαρσιν χρῶνται, καὶ γυναικεῖον μόριον, *planta quæ in Thesmophoriis substernebatur* (quod generationi inimicum esset. Etenim caliditate sua humidum & aëreum in semine extinguit) *& quo utebantur ad purgandum, significat etiam pudendum muliebre.* Aliud porro esse cneoron de quo lib. 6. cap. 2. Theophrastus, supra probavimus. Ad purgationes minuendas chamelea, vel thymelęa utilis, non chamæleon. Cur semen granum gnidium vocetur, jam à nobis dictum. Idem nomen chamelęam obtinere, auctor est Dioscorides. Hæc res errandi occasionem præbuit auctori Auctuarii. Hic chamæleonem nigram sic appellari tradit, οἱ δὲ πάγκαρπον ——— οἱ δὲ ἀκομηθείδης, οἱ δὲ κνίδιον κόκκον· οἱ δὲ κυνόξυλον. Chamelęam & Thymelęam sic nominatam auctor est Dioscorides, qui eos errare tamen scribit, qui granum gnidium chamelææ fructum esse contendunt. πλανῶνται δὲ νομίζοντες τὸν κνίδειον κόκκον τῆς χαμελαίας εἶναι καρπὸν, ἀπατώμενοι διὰ τὸ τῶν φύλλων ὁμοειδές. *Hallucinantur porro qui granum gnidium chamelęæ fructum esse existimant, decepti quadam foliorum similitudine.* Plantam hanc Euboenses ętolion vocasse scribit, cur apolinum & linum nominetur, ipse docet Dioscorides. sed codex corruptus est, lego παρτολίνῳ, id est, *lini crassioris similitudinem habet.* Cocci cnidii fructum describit Theophrastus, integram plantam Dioscorides, his fere verbis, ῥάβδους δὲ ἀνίησι καλὰς καὶ πολλὰς, λεπτὰς ὅσον διπήχεις. τὰ δὲ φύλλα χαμελαίᾳ ὅμοια, πλὴν στενώτερα καὶ λιπαρώτερα, ὑπόγλισχρα ἐν τῷ διαμασᾶσθαι καὶ κολλώδη. ἄνθη λευκὰ, καὶ μεταξὺ αὐτῶν ὁ καρπὸς εἰς μύρτου μικρὸς, στρογγύλος, ἐν ἀρχῇ μὲν χλωρὸς, αὖθις δὲ ἐρυθρός. τὸ δὲ περικάρπιον σκληρὸν, καὶ μέλαν, τὸ δὲ ἐντὸς λευκόν. *Virgas edit speciosas, numerosas, tenues, ac ferme binûm cubitorum altitudine, foliis chamelææ, sed angustioribus & pinguioribus, quæ inter mandendum quadantenus viscosa & glutinosa percipiuntur: floribus candidis, ac inter ipsos fructu ceu myrti parvo, rotundo, inter initia quidem viridi, tandem verò rubente, cujus involucrum durum & nigrum est, medulla autem alba.* Breviter satis hæc complexus est Plinius lib. XIII. cap. XXI. *Est similis oleastro, foliis angustioribus, gummosis si mordeantur, myrti magnitudine, semine, colore & specie farris, ad medicinæ tantum usum.* Posteriora hæc corrupta. Corrigunt, *myrti magnitudine, semine colore & specie foris.* Hæc ut verum fatear, non satis capio. Verba *myrti magnitudine* quo referenda sint non video, utrum ad folia, an ad semen Dioscorides fructum myrto comparat. An itaque restituemus *fructum vel semine myrti magnitudine & specie colore cocci.* Hæc lectio Dioscoridis auctoritate munitur & Theophrasti, cum colore rubro esse scribunt, ruber cocci est Color: probat hanc ipse Plinius lib. XXVII. cap. IX. *Cocco cnidio color cocci, magnitudo grano piperis major, vis ardens.* Et hæc de Thymelęæ forma veteres. Chamelęam Dioscorides his fere verbis describit, κλάδους μὲν ἔχει σπιθαμιαίους. ὁ δὲ θάμνος φρυγανώδης. φύλλα ἔχει ἐλαίας παραπλήσια, λεπτότερα δὲ καὶ πυκνά, καὶ πικρὰ, δάκνοντα τὴν γλῶσσαν καὶ χαράττοντα τὴν ἀρτηρίαν. *Frutex est è cremiorum genere, ramis dodrantalibus, foliis oleæ similitudinem habentibus, at tenuioribus, densis, & amaris, quæ gustata linguam mordent, & arteriam abradunt.* Meminit chamelęæ Plinius duobus locis, ac primum libro XV. capite VII. *Simillimum huic* (oleum) *est ex chamelæa frutice saxoso non altiore palmo, folii oleastri, baccisque.* Idem lib. XXIV. cap. XV. *Chamelæa similitudinem foliorum oleæ habet. Sunt autem amara, odorata in petrosis, palmum altitudine non excedente, alvum purgat, &c.* Quod de chamelęa lib. XXV. cap. VII. scribit, capite de euphorbio examinavi. *Saxosum,* inquit *fruticem,* quod in saxis petrisque reperiatur. Quod non tradit Dioscorides, nec temere addidit. Non *altiore palmo,* inquit Dioscorides, non fruticem, sed ramos dodrantales inquit: Ad quod non attendit Plinius. Foliis Dioscorides oleæ similibus ait. Plinius posteriori loco oleæ, priori oleastri, differentia admodum exigua. Nam inter oleæ oleastrique folia discrimen non ita magnum; nisi quod hæc illis magnitudine cedant. Officinæ Batavæ chamelęæ Germanicæ foliis pro chamelęa utuntur. Quod sine magno errore fieri potest. Viribus enim & potentia legitimæ est similis. Fructus, folia, cortices, acria admodum sunt, gustata linguam mordicant, & adustionis signa in faucibus excitant. Utrum hæc cneori quoddam genus sit, suo loco examinavi. Chamelęa vera vulgo tricoccos chamelęa vocatur. Humilis ac fruticosa planta cubitalis aut altioris magnitudinis compluribus tenuibus virgulis palmaribus nonnunquam minoribus, præsertim calidis regionibus. Ramosa folia sunt oblonga, oleæ vel phyllereæ tenuifoliæ similia, sed minora, nigriora, & viridiora, perpetuo virentia, gustus initio amari,

Chamclæa tricoccos.



deinde linguam vellicantis. Flores ex alis foliorum exigui, luteoli, pallidi, ex tribus foliolis constantes, laureolæ minores. Fructus tricoccus tithymali modo, aut heliotropii tricocci succedit, pellicula initio virenti, deindeper maturitatem rubra, obductus, durus, & ubi exsiccatus fuerit, fuscus, oleosam pinguedinē contrahens, olivarum instar, sapore amarus, acris, mordax, faucesque exurens. Radix dura, lignosa. Floret Aprili, fructus Augusto maturescit. In Italiæ, & Galliæ Narbonnensis plerisque incultis, saxosis, squallidis, asperis & desertis reperitur locis, à rei herbarię studiosis in hortis alitur, sed adversus hyemis injurias munienda. Thymelęa frutex est pollicaris interdum crassitudinis, cubitalis verò altitudinis aut amplior, in multas virgas divisus cubitales, tenaces, pulchras, rectas, tenues, partim à stipite, partim à lignosa radice, foliis circumvestitur perpetuo virentibus, oblongis, & angustis, lini effigie, sed majoribus, latioribus, nec obtusa cuspide, ut chamelęæ, nec adeo fragilibus, sed mucronatis, lentis & gummosum quoddam, si dentibus atterantur, præbentibus. Flores in summis virgis acervatos promit Junio mense aut Julio copiosos, stellatos, quatuor foliolis constantes, oleæ fere similes, candidos. Sequitur fructus myrti interdum magnitudine, paulo tamen longior, initio virens, sed ubi maturitatem adeptus est, corallii aut oxyacanthæ modo ruber, cerasorum instar, carne succi plena turgens, sub qua latet unicus nucleus, nigra fragilique pellicula, albam & fervidi saporis medullam obvolvens. Radix lignosa & dura, in tenellis plantis rhaphani modo efformata crasso cortice tecta, sed quemadmodum tota ejus planta, lenta & tenaci. In montanis, asperis, & incultis calidarum regionum locis nascitur. Granum gnidium piper caliditate multum vincere ait Theophrastus, quod ex iis quæ diximus, satis constat. Gal. lib. VIII. simpl. κόκκος κνίδιος καθαίρει μὲν καὶ αὐτὸς δριμείας δ' ἐστὶ καὶ καυστικῆς δυνάμεως granum gnidium & ipsum quoque purgat, sed acris est adurentisque facultatis. Purgationes moliri, inquit, coccum gnidium.

Do-

Doctiss. Gaza, Plinii auctoritate deceptus, *κατὰ κοιλίας λύσιν*, contra alvi solutionem vertit. Plinius libro 27. capite 9. *Itaque in pane devoratur ne adurat, cum gulam transit: huic vis præsentanea contra cicutam sistit alvum.* Corruptum Plinii codicem Doctiores scribunt, corrigunt, ciet alvum. Vix existimare possum, Plinium, quod de grano gnidio in ore omnium erat, latuisse. Apud Hippocratem pro maximo purgatorio usurpatum fuisse, non uno loco legere est. Hippocrates *περὶ γυναικείων* libro 1. *Φλέγμα καὶ χολὴν καθαίρει. κόκκους κνιδίους ἑξήκοντα. καὶ ἔλαιον ἄνθινον μίξας, κλύσειν ἐν ὕδατι.* *Pituitam, & bilem purgans, grana gnidia sexaginta, in aqua decoquito, melle & oleo anthino admixto, ex eo colluito.* Dioscorides loco citato. *Ὅπερ καθαίρει κάτω χολὴν, καὶ φλέγμα, καὶ ὕδωρ ὅσον κʹ κόκκων τὸ ἐντὸς ποθέν. καίει δὲ τὴν φάρυγγα. διὸ μετὰ ἀλεύρου, ἢ ἀλφίτου δοτέον ἢ ἐν ῥαγὶ σταφυλῆς, ἢ μέλιτι ἑφθῷ περιειλημμένον καταπίειν.* *Per inferna bilem, pituitam, aquasque detrahit viginti granorum, pars hæc interna bibita* (recte Dioscorides observavit, in alba medulla fervorem, vimque catharticen gnidii grani esse. Non enim ipsum rubrum coccum adeo urens aut purgans est, sed pericarpio conclusa, interior medulla,) *verum fauces adurit, atque ideo cum farina polentaque, aut in uvæ acino dari debet, aut cocto melle obducta devorari.* Ex hoc Dioscoridis loco emendant Theophrasti codicem, ac legunt *ἀντὶ στέατι, σταιτί*. Perperam sane Gaza, in Græcis alioquin exercitatissimus, vertit *adipem*. Plinius prudenter omisit. Ceterum vulgatam servo lectionem, & vocem *στέατι* interpretor *farinam*. *Στέαρ* enim non raro idem quod *σταῖς*. Hesychius *στέαρ λίπος ζύμη. στέατι ἀλεύρῳ, ζύμῃ.* Idem vocem *ἀπομαγδαλιὴ* exponens ait esse *στέαρ, ἐν ᾧ τὰς χεῖρας ἀπεμάττοντο ἐν τοῖς δείπνοις, βαλόντες δὲ τοῖς κυσὶν ἀναλύοντες ἀπὸ δείπνων.* Hoc est, *panis massam, in qua manus detergebant in conviviis, & discedentes inde canibus projiciebant.* Intelligit quadras ex pane, in quibus obsonia dividebant, & digitos tergebant, uti etiam Pollux lib. VI. scribit de apomagdaliis, *αἳ ἦσαν τὸ ἐν τῷ ἄρτῳ μαλακὸν, καὶ σταιτῶδες, εἰς ὃ ἀποψησάμενοι τοῖς κυσὶν αὐτὸ παρέβαλον.* Theophrasto, Dioscoridi, Galeno, cæterisque medicis non raro *στέαρ* idem quod *σταῖς* significat. Dioscorides lib. ij. cap. CCII. de scylla, *στέατι δὲ ἢ πηλῷ περιπλάσσεται, καὶ δίδοται εἰς κλίβανον.* *Farina vero subacta, lutoque oblinitur & in clibanum conjicitur.* Locum hunc Plinius lib. XX. cap. IX. perperam vertit. *Conjicitur in clibanum aut furnum vel adipe aut luto illita.* Nec felicius Dioscoridis locum lib. V. de stibio lib. 33. cap. VI. reddidit. Idem Dioscorides lib. ij. cap. 188. de erysimo. *ἢ ἐνδεθὲν εἰς ὀθόνιον καὶ ὀπτηθὲν στέατι περιπλασθέντι.* *Linteo illigatum, subactaque farina oblitum, inassatur.* Hac etiam significatione sumitur apud Galenum lib. III. *κατὰ τόπους*, cap. I. *ὡσαύτως δὲ πυρίατιον καὶ στέατι περιειλημμένον ὀπτημένον.* *Similiter & per fermentum in veru assatum fomentum adhibendum est.* Eandem significationem apud Strabonem lib. XIII. habet. *τὸν μὲν πηλὸν ταῖς χερσὶ φυρῶν, τὸ δὲ στέαρ τὸ εἰς ἀρτοποιίαν τοῖς ποσίν.* Hactenus de cocco gnidio.

Ἡ δὲ πευκεδάνου. *Πευκέδανον, ἀπὸ τῆς πεύκης*, id est *pino* nomen accepit, quod pino folium simile habeat. Qua de causa ab Apulejo, *pinastellum* id est, parva pinus vocatur. Alii nomen invenisse putant a fœtore. Amarorem enim, & fœtorem horrendum *πευκεδανοῦ* vox apud Poëtas significat. Homerus. Iliad. *κ*. *Πολέμοιο μέγα στόμα πευκεδανοῖο.* *Πευκεδανοῖο* Scholiastes exponit *πικροῦ, ὀλεθρίου*. Hesychius *πευκεδανὸν ἐχεπευκὲς, πικρόν*. A fœtore nomen impositum probabile facit Nicander in Theriaca:

> *Καὶ μὴν πευκεδάνοιο βαρύπνοος*
> *Θηρὰ ἀποσεύει τε καὶ ἀντιόωντα διώκει.*

> *Nec non peucedanum, cujus gravis aëra complens.*
> *Pellit odor colubros, hominumque occursibus arcet.*

Ad hos versus Scholiastes, *ἡ δὲ πευκέδανος βοτάνη ἐστὶ πικρά. βαρύνεται, ἵνα μὴ ᾖ ἐπίθετον.* *Peucedanos herba amara, accentum habet in antepenultima, ne videatur esse epithetum.* Theophrastus nullas tradit peucedani notas, nisi quod cap. XIV. hujus libri tradat ejus radicem quinque vel sex durare annos; sequenti vero capite apud Arcades nasci; hoc autem calfactoriam habere vim. Describitur a Dioscoride lib. 3. cap. 92. *Πευκέδανος καυλὸν ἀνίησι λεπτὸν, ἰσχνὸν μαράθρῳ ὅμοιον. κόμην δὲ ἔχει περὶ τὴν ῥίζαν ἱκανὴν καὶ πυκνήν. ἄνθος μήλινον. ῥίζαν μέλαιναν, βαρύοσμον, ἁδρὰν, μεστὴν ὀποῦ, φύεται ἐν ὄρεσι συσκίοις ὀπίζεται δὲ τῆς ῥίζης ἁπαλῆς ἀποτεμνομένης μαχαίρᾳ, καὶ τὸ ἀπορρέον εὐθὺς ἐν σκιᾷ τίθεται. ὑπὸ γὰρ τοῦ ἡλίου ἐξίτηλος* (deest in vulgatis codicibus, sed ex antiquis addit Doctissimus Sarracenus.) *ἀνίεται δὲ ἐν τῷ συλλέγεσθαι κεφαλαλγίαν ποιεῖ, καὶ σκοτώματα, ἐὰν μήτις προαλείψη αὐτοῦ τὰς ῥῖνας ῥοδίνῳ, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποκαταβρέξῃ. ἄχρηστος δὲ γίνεται ὀπισθεῖσα* (*ὀπτηθεῖσα* vulgaris codex) *ἡ ῥίζα, ὀπίζονται δὲ καὶ οἱ καυλοὶ καὶ χυλίζονται* (Ald. *χυλίζεται ἡ ῥίζα*) *καὶ ἡ ῥίζα, ὡς μανδραγόρας. ἧττον δὲ ἐνεργεῖ τοῦ ὀποῦ ὁ χυλὸς, καὶ τάχιον ἐκπνεῖ. ἐνίοτε δὲ εὑρίσκεται προπεπηγὸς δάκρυον ὅμοιον λιβάνῳ τοῖς καυλοῖς, καὶ ταῖς ῥίζαις προσαναπεπλασμένον. τοῦ δὲ ὀποῦ διαφέρει ὁ ἐν Σαρδινίᾳ, καὶ Σαμοθράκῃ γεννώμενος, βαρύοσμος ἔγκιρρος, θερμαίνων τὴν γεῦσιν.* *Peucedanum caulem profert tenuem, gracilem fœniculo similem; comam vero habet circa radicem copiosam & densam. Florem luteum, radicem nigram, gravi odore, crassam, liquoris plenam. Gignitur in montibus opacis. Excipiendi liquoris ratio aut modus hic est. Tenera radix cultello conciditur statimque qui profluit e plaga liquor in umbra reponitur sub sole, siquidem confestim evanescit. Verum inter colligendum capitis dolorem vertiginemque inducit; nisi quis prius nares rosaceo perunxerit, eodemque caput irrigaverit. Quæ vero & e radix liquorem fuderit, deinceps inutilis evadit. Sed & caulibus & radice, & liquor & succus elicitur, haud secus ac e mandragora. At succus liquore inefficacior est, ociusque exspirat. Interdum etiam prius concreta reperitur lachryma thuris similitudine, caulibus radicibusque adhærens. Porro præfertur liquor qui e Sardinia, & Samothrace petitur, odore gravi, fulvus, fervensque gustu.* Lego cum Doctiss. viris Saraceno & Lacuna *ὀπισθεῖσα*; non, ut in vulgatis legitur, *ὀπτηθεῖσα*, idque quia sic scribitur in antiquissimis codicibus, eademque ab Oribasio, & Serapione probetur lectio. Theophrastus solum probat usum radicis peucedani, liquorem vero ac semen inutile scribit: ex diverso Dioscorides succum liquoremque præstantiorem dicit. *χρησίμη δὲ καὶ ἡ ῥίζα πρὸς τὰ αὐτὰ, ἔλαττον ἐνεργοῦσα.* *Radix ad eadem utilis est, at inefficacior.* Nobis Diosc. sententia magis, quam Theophrasti probatur. Rationem dat Galenus lib. 8. simpl. *Πευκεδάνου τῇ ῥίζῃ μὲν μάλιστα, χρώμεθα δὲ καὶ τῷ ὀπῷ, καὶ τῷ χυλῷ. Ἔστι δὲ πάντα μὲν ταῦτα τῆς αὐτῆς τῷ εἴδει δυνάμεως, ἰσχυρότερος δὲ αὐτῶν ὁ ὀπὸς ἱκανῶς θερμαίνων καὶ διαφορῶν. τῇ δὲ ῥίζῃ πρὸς ταῦτα μὲν ἔστι χρῆσθαι, καὶ λεπίδας τῶν ὀστῶν ἀφίστησι τάχιστα, διότι ξηραίνει σφοδρῶς, ἔλαττον δὲ ἢ κατὰ τὸν ὀπὸν θερμαίνουσα.* *Peucedani radice quidem maxime, sed tamen ejus succo, & liquore utimur. Sunt autem hæc omnia ejusdem specie facultatis; sed valentior succus admodum excalefaciens & digerens.* ——— *Sed & radice ad hæc uti licebit; quæ & squamas celerrime ab ossibus detrahit, quia videlicet valide desiccat; minus tamen quam succus calfaciens.* Quantum ex his verbis colligere possum, antiquissimi Græci sola radice usi fuerunt, ac videntur usum & facultatem succi ignorasse. Ex his insuper Galeni verbis probatur, vulgatam Dioscoridis lectionem corruptam. Galenus enim *τὸν ὀπὸν τῷ χυλῷ* præfert. Male in vulgatis *ἧττον δὲ ἐνεργεῖ τοῦ χυλοῦ ὁ ὀπός*. Scribe *τοῦ ὀποῦ ὁ χυλός*. Quomodo legerunt Oribasius & Serapio. Doctiss. Cornarius *ἀντὶ τοῦ Σαρδινίᾳ, Ἀρκαδίᾳ* reponendum suspicatur; Oribasius enim & Serapio *Σαρδινίᾳ* scripserunt. Nihil impedit in Sardinia & Arcadia reperiri peucedanum. Porro radix quæ in officinis peucedani nomine venditur, vel exoleta, vel adulterina est. Exteriore enim parte non tantum non nigricat, sed nullam graveolentiam habet, nullaque acri facultate prædita est. Dioscorides radices, quales eligi debent, docet; *Ἐκλέγου*, inquit, *δὲ τὴν πρόσφατον, ἄβρωτον, στερεὰν πλήρη ὀσμῆς.* *Radicem eligito recentem, minime cariosam, solidam, & odoris plenam.* Legitimum peucedanum, & ab omnibus receptum est, cujus iconem adposuimus. Caules huic tenues, geniculati, subinde cubitales & non raro majores, foliis circa radicem comatur, multo quam fœniculi amplioribus, ternis, quorum singula segmenta, lenta, oblonga, tenuia, pini foliis non dissimilia apparent. Flosculi in umbellis lutei, exigui, quibus succedit semen oblongum, tenue, non carnosum, angelicæ non dissimile. Radix superne comosa, mediocris crassitudinis, foris nigricans, interius ex albido virescens, succi plena, alte & quandoque ad duos cubitos descendit. Hæc flavum, gummeum graveolentem *ὀπὸν* sive li-

quor-

Peucedanum.



quorem vulnerata emittit, qui mox concrescens, citò resiccatur, colore sulphur referens. Variat pro cœli solique ratione. Subinde enim foliis densioribus umbellaque angustiore, alibi foliis rarioribus, & singulis eorum segmentis longioribus, ac angustioribus, umbella verò laxiore & latiore. In montanis gignitur, non rarò in apricis & pinguibus. In Italia, Narbonensi Gallia, Germania, aliisque reperitur regionibus. In Belgarum hortis Junio mense floret; Augusto & Septembri mense semen maturum reddit. Radix frigoris patiens, & restans, vere nova folia cauleſque promit.

Τῆς ἀμπέλου τῆς ἀγρίας. Quod Theophrastus de vite sylvestri, hoc Dioscorides de vite alba libro IV. capite 16;. Etiam Plinius libro XXIII. capite I. sed uterque δέρματα legit, non δένδρα. Ἄμπελος λευκὴ dicitur, id est vitis alba, non modo quod vitem sativam foliis viticulisque referat, verum etiam, quod fructum in exiguæ uvæ similitudinem, acinis licet raris, confirmatum producat. Bryonia dicitur, quia florem & fructum gerit, βρυώδη *muscosum*. Hæc duplex est, alba, & nigra; alba, quæ triplex. Alia enim vulgatior, cujus baccæ maturæ rubræ sunt, radix ex albo flavescit. Altera cujus baccæ nigricant, & radix foris subnigra, interius verò eo pallet colore. Tertia quam maculatam seu Creticam vocamus, quæ vulgari est minor, cujus folia punctis albis & striis notantur, fructu est majori rubro, aliquando unico. Bryoniæ asparagis, qui prima germinatione exeunt, solebant veteres vesci, ut Columella libro XII. capite VII. docet, de quibus Paulus hoc modo scribit. *Et bryoniæ asparagi stomacho quidem accommodati sunt, & urinam cient, parum tamen nutriunt, & si cum concoquatur olerum asparagis in nutriendo efficaciores sunt;* Dioscorides succum bryoniæ lactis abundantiam facere ait. Plinius de semine hoc affirmat, cocto cum tritico, potúmque. Verum lactis generatione nobis magis adversari videtur. Nam acris est, & vellera aut coria eo depilantur, ut tradit Dioscorides. De hac plura in Commentariis ad Dioscoridem.

Ἡ δὲ τῆς θαψίας. De thapsia copiose egimus libri hujus capite X. Addere tamen hic placet thapsiæ radicem turbith loco à quibusdam usurpari, venalemque in officinis reperiri nomine turbith; idque quia Mesues secundo simplicium dicit, esse radicem herbæ folia ferulæ minora ferentis, & lacteo succo turgentis. Verum Garcias turbith althææ folia ferre dicit.

HUcusque se filii mei ad Theophrastum extendunt commentarii. Cæteras plantas, hoc capite à præceptore memoratas, aut in antedictis explicavit, aut in notis ad Dioscoridem explicaturus erat. Quas cum non absolverit morte præventus, publici juris facere mihi non est decretum, ne meos labores venditem, tanquam ipsius forent. Interea benevolus lector his fruatur, & valeat. Quem tamen monitum volo, notas filii mei ad libros Theophrasti, de causis plantarum, de quibus sæpius mentio fit in his commentariis, absolutas esse, quas speramus pridem etiam publici juris facere, ut opus de plantis perfectum fiat.

Egbertus Bodæus.

FINIS.

INDEX
Auctorum qui in hoc opere laudantur, illustrantur, & emendantur.

ITEM
Index rerum & verborum locupletissimus.

I N D E X.

Adian-

Vul-

Are-

Quo-

B.

Peru-

Βρύον

C.

Quo-

Cicer-

Fo-

Nite-

D.

Ejus

Qui-

Αμμα-

Semen

An

Iris

De-

Neophyti

O.

An

P

Pau-

con-

Earum

Earum

San-

Pista

An

Marinus

Typis Judoci Broerssen. Anno 1644.